
BIBLIOTECA · DEL · DUQUE · DE · OSUNA

~~20=1.~~ 7=1

600 f.

1500.

SYNOPSIS
CRITICORUM
ALIORUMQUE
S. SCRIPTURÆ
INTERPRETUM

Voluminis primi



PARS PRIOR.

Catalogus Auctorum, cum Abbreviaturis quibus exprimuntur.

Aben Ezra AE.
Ainſworthus A.
Bon. Corn. Bertram. de repub. Judæorum Bert. de rep.
Ejuſd. Lucubrationes Franktallenſes Bert. Luc. Frank.
Bonartius Bon.
Biblia Maxima Bi.
Bocharti Hierozoicon, ſive de Animalibus ſacræ Scripturæ BA.
ubi primus numerus *partem*, ſecundus *librum*, tertius *caput*, quartus *paginam*, quintus, quando occurrit, *lineam* denotat.
Bocharti Geographiæ pars prima, ſive Phaleg BP.
pars ſecunda, ſive Canaan BC.
ubi etiam primus numerus *librum*, ſecundus *caput*, tertius *paginam* denotat.
Edw. Brerewood de Ponderibus & pretiis veterum nummorum Brerew.
Bonfrerius Bo.
Brugenſis in variantia SS. Bib. loca Bru.
Buteo But.
Buxtorfius Buxt.
Caſtalio Ca.
Chald. paraph. Chald. *vel* Targ.
Targum Onkeli Onk.
Targum Jonathæ Jon.
Targum alterum incerti Authoris Chald. *vel* Targ.
Clarius Cl.
Cajetanus Caj.
Lud. Cappellus Cap.
Carverus Cary.
Cartwrighti Mellificium Hebraicum Cm. vel Cartw.
Pet. Cunæi de Repub. Heb. Cun. de rep.
Lud. de Dieu Di.
Druſius D.
Druſii Animadverſa D. an.
Obſervationes ſacræ D. obſ.
Miſcellanea D. miſc.
de Quæſitis per epiſt. D. qu.
Eſtius E.
Paulus Fagius F.
Fagii Tranſlationum præcipuarum V. T. collatio Fco.
Fulleri miſcellanea Ful. miſc.
Gataker Ga.
Gerundenſis Ge.
Glaſſius Glaſ.
Grotius G.
Hebræi He.
Hebraiſmus Hs.
Helvicus Helv.
Hieronymus Hi.
Matthæus Hoſtus Hoſt.
Joſephus Jo.
Junius Jun.
R. David Kimhi K.
Corn. à Lapide La.
Lightfoot Li.
Lorinus Lo.
Lyra L.
Pet. Martyr Mart.
Malvenda Ma.
Mariana Mar.
Maſius Maſ.
Menochius Me.
Joſ. Medus Med.
Mercerus Merc.
Mendoza Mend.
Arias Montanus Mont.
Munſterus M.
Nebriſſenſis Neb.
Oleaſter O.
Oſiander Oſ.
Philo Ph.
Piſcator Pi.
Quidam Q.
Rabbini RR.
Rabbi Salomon, qui & Jarchi RS.
Rivetus Riv.
Sanctius San.
Emanuel Sà Sà
Serarius Ser.
Strigelius Strig.
Tirinus T.
Notæ Vat. ad Tigurina Biblia Tig. not.
Toſtatus, qui & Abulenſis, To.
Vatablus V.
Waſerus Waſ.
Willet Wil.
Wolphius Wolp.

Verſiones.

Anglicana Ang.
Aquilæ Aq.
Arabica Ar.
Belgica Belg.
Chaldaica Chald. *vel* Targ.
Chald. Onk. Onk.
Chald. Jon. Jon.
Chald. altera Chald. *vel* Targ.
Caſtalionis Ca.
Gallica *ſive* Genevenſis } Gal. *vel* Genev.
Junii & Tremellii JT.
Junii Jun.
Malvendæ Ma.
Ariæ Montani Mo.
Munſteri M.
Oſiandri Oſ.
Pagnini P.
Piſcatoris Pi.
Samaritana, *vel* Samarit. Textus Sa.
Samaritana verſio Sa. verſ.
Septuaginta ό.
Strigelii Strig.
Symmachi Sym.
Syriaca Sy.
Theodotionis Th.
Tigurina Ti.
Vulgata Latina Vulg.

SYNOP.



CAROLUS R.

CAROLUS Secundus, Dei gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ Rex, Fidei Defensor, &c. Omnibus & singulis has præsentes Literas inspecturis, Salutem. Quum *Matthæus Poole*, Artium Magister, quoddam Opus, cui Titulus, *Synopsis Criticorum aliorumque S. Scripturæ Interpretum*, ingenti suo labore ac diligentia compositum, & quamplurimis è Clero Nostro doctissimis Viris approbatum, ut omnibus Sacrorum Codicum studiosis apprime utile, in lucem jam emissurus, ne tale inceptum, sumptibus haud mediocribus constiturum, ipsi in damnum ac detrimentum vertat, si alii citra ejus voluntatem idem Opus imprimant vel imitentur, Nobis humillime supplicaverit, ut ipsius industriæ & impensis Regali Nostro Privilegio consultum vellemus: Nos quidem, pro affectu quo Literas & rem Literariam (præsertim Deo dicatam) amplecti & promovere cupimus, æquis ipsius precibus annuere dignati sumus; Ac proinde vetamus, cautumque esse volumus, Ne quis è Subditis Nostris Typographus, Bibliopola, vel quivis alius, prædictum Opus intra Regna & Dominia Nostra in toto vel in parte, pro termino Quatuordecim Annorum à primo Editionis die computandorum, typis excudere, vel alibi impressum vendere, ausit, inscio aut invito præfato *Matthæo Poole*, vel Hæredibus, Executoribus, Administratoribus aut Assignatis suis. Qui secus fecerit, Regiæ Nostræ Authoritatis contemptum alias haud impunè feret: Librorum vero contra tenorem præsentium vel excusorum vel invectorum Confiscatione mulctabitur; una eorum dimidia parte Fisco Nostro reddenda, altera eidem *Matthæo Poole*, vel Hæredibus aut Mandatariis suis, ad resarciendam jacturam, tribuenda. Dabantur in Palatio Nostro de *Whitehall* 14. die *Octobris* Anno Domini 1667. Regnique Nostri Decimo nono.

Ad Mandatum Sacræ Regiæ MAJESTATIS.

Gulielmus Morice.

SYNOPSIS
CRITICORUM
ALIORUMQUE
S. SCRIPTURÆ
INTERPRETUM.

Volumen I.

Complectens Libros omnes à Genesi *ad* Jobum,

Divisum in duas Partes.

Operâ *MATTHÆI POLI Londinensis.*

LONDINI,

Typis *J. Flesher* [usque ad I. Sam. deinde à II. Reg. inclusive ad finem Voluminis] & *T. Roycroft*. Prostat apud *Cornelium Bee* in vico Little-Britain.

Anno Dom. MDCLXIX.

SERENISSIMO AUGUSTISSIMOQUE

CAROLO II.

DEI GRATIA,

Magnæ *BRITANNIÆ, FRANCIÆ* & *HIBERNIÆ* REGI,

FIDEI DEFENSORI, &c.

Serenissime Rex,

COmmentaria in Sacrum Codicem apud Illustres multos Authores late diffusa cum delectu colligere, & modicis voluminibus concludere, institui. Cui cœpto Patronum Majestatem Tuam humillime invoco. Opus revera molior, Authoris obscuritate tenue, Argumento tamen gravissimum; quodque & Regi, & maxime CAROLO Regi, dedicari par est. Rege certe digna est Interpretatio Verbi istius Dei per quem Reges regnant: & inprimis illo Rege, cujus in Vita multa quæ illic legimus Miracula vidimus renovata. Humano generi Divina voluntas duplici ratione ostentatur: tum *Providentia*, qua regit omnia; tum *Scriptis*, quibus homines docet. Providentiæ cœlestis Majestas Tua clarissimum exstitit Documentum: Sacrarum Literarum Custos divinitus constitutus es. Faxit Deus Optimus Maximus, ut quo Providentiæ favore regnare cœpisti, eodem diutissime regnes; utque Sacer iste Liber, sub Coronæ Tuæ Auspiciis in Terris defensus & custoditus, Coronam tibi, sed serò, in Cœlis rependat sempiternam.

Quod enixissime orat

MAJESTATIS Tuæ

humillimus & addictissimus

Subditus & Servus,

Matthæus Polus.

PRÆFATIO ad Lectorem.

Religionis sensum omnes homines mentibus suis altè insculptum gerunt, etiam illi qui eum vel excutere καδδύναμιν nituntur, vel se excussisse simulant. Religionum genera in orbe varia sunt, quorum pleraque sunt ipsâ vanitate vaniora. Sola Religio Christiana Religionis nomen meretur; sola hæc & morbos & miserias humanæ naturæ plenè planéque detegit, & solidum utrisque remedium luculenter monstrat. Hæc autem Religio non ex lutulentis Philosophorum lacunis petenda est, sed ex Divinis Oraculis, & fonte limpidissimo Sacræ Scripturæ: de cujus præstantia fusè hoc loco disserere, quid esset nisi millies actum agere? Sufficiat omnibus, qui & Christianum & hominem non penitùs exuerunt, unum illud Servatoris nostri elogium, (quo certè augustius vix excogitari potest,) quòd in ea scrutanda æternam, eámque beatissimam, vitam nos reperturos meritò confidimus. Hanc qui contemnit æternâ morte perire dignus est; qui verò eam pro dignitate sua æstimat, non potest Sacras Literas non omnibus vanissimi hujus mundi thesauris longè anteponere. Cùm autem Divinus ille Liber velut in Arca linguarum vulgò ignotarum inclusus jaceat, difficultatibus insuper nec paucis nec exiguis abundet, nec diffitendum sit plurima, tum in verbis, tum in sensu, obscura esse & ambigua, quæ homines aut perplexo perversóque ingenio præditi, aut moribus corrupti, in sententias non tantùm falsas, sed etiam perniciosas, facilè detorqueant; nihil optabilius esse potest iis omnibus quibus sempiterna salus curæ cordique est, quàm reseratum habere hunc librum, qui plerisque mortalium, sive inscitiâ sive socordiâ suâ, obsignatus manet, & fidum ducem, sive interpretem, nancisci, qui palantibus per devia errorum animis veram tutámque viam in Sacris Voluminibus indicatam patefaciat. Porrò, intelligentia S. Scripturarum ut Christianis omnibus utilissima est, & quodammodo necessaria, ità inprimis Theologis & Ecclesiæ Ministris; in quibus harum ignorantia peccatum est gravissimum, & planè pudendum; è quo velut fonte proruperunt omnes ferè vel opinionum, vel morum, portenta ac pestes, quæ hodiernum & Ecclesiæ & Ministerii statum labefactârunt atque pessumdederunt. Hæc sanè una est, & fortè præcipua, saltem in hominibus non malis, errorum origo, quòd plurimi animarum Duces Sacra Biblia integra intelligere adeò non satagant, ut nonnullas eorum particulas (prout vel studiorum vel concionum methodus postulat) percipere contenti, reliquas insalutatas libenter prætereant: Quasi aut Deus quidpiam exarâsset quod non opus esset intelligi; aut ullum esset hominum genus quibus magìs incumberet S. Scripturam, & quidem universam, quantum per imbecillitatem humani ingenii & muneris sui occupationes fieri potest, tum intelligere, tum explicare, quàm illis quos Divina Majestas mentis suæ Interpretes constituit. Et si verum sit (quod est verissimum) Sacrum textum esse optimum sui interpretem, & collationem locorum cumprimis conducere ad mutuum eorum intellectum; vix fieri potest quin in multos labantur errores qui, pulcherrimâ Scripturæ compage insuper habitâ, aliquas tantùm illius partes, à reliquis divulsas, inspiciunt. Hinc tot, in opprobrium Ministerii, & plebis Christianæ perniciem, quorundam Concionatorum in exercitio muneris sui παρεξάματα, commata sacra in alienum sensum detorta, & dogmata eis malefidè inædificata, hominum somnia pro Divinis oraculis venditata, conscientiæ Auditorum vel scrupulis non necessariis impeditæ, vel vanis terroribus exagitatæ, vel falsâ spe delusæ, vel à justis ac necessariis solidæ pietatis vinculis solutæ. His aliisque innumeris malis ut iretur obviàm, Viri docti ac pii in præteritis Ecclesiæ seculis huic operi manus mentésque suas applicuerunt, ut Sacram Scripturam, vel aliquam ejus partem, lucubrationibus suis explicatam darent. Hinc tanta Commentatorum turba, præsertim in posterioribus hisce Ecclesiæ ætatibus, quibus, inter multas calamitates, hæc ex singulari clementia Divina obtigit felicitas, ut luculentius cœlestis veritatis jubar effulgeret, & verba sensúsque Spiritûs Sancti in libris Biblicis penitiùs investigarentur, & solidiùs explicarentur, quàm plerisque antecedentibus ævis indultum fuerit. Nec tamen diffitendum est, inter eruditissimas atque elaboratissimas quorundam Commentationes, vel cedro & marmore dignissimas, plurimas irrepsisse aliorum quisquilias, otio & suo & lectorum abutentium, dignas quæ non tam manibus studiosorum tererentur, quàm tineis in prædam cederent. Et fortassis non minùs pestifera Ecclesiæ, vel saltem Theologorum studiis, est multitudo Interpretum, quàm Adriano olim fuit multitudo Medicorum. Porrò, cùm multi Theologiæ candidati destituantur vel notitiâ quâ optimos Interpretes dignoscant, vel judicio quo seligant, vel censu quo emant, vel tempore, sive animo, quo illos diligenter ac fructuosè legant; magni sanè moliminis summæque difficultatis esse, solidam S. Textûs integri intelligentiam consequi, necesse est. Commentatorum insuper genios methodósque expendens, non pauca in multis eorum errata deprehendisse visus sum, dum hi prolixitate suâ lectores fatigant & obruunt; illi brevitate suâ sensum involvunt atque abscondunt: hi verborum & phrasium incuriosi; illi rerum (præsertim difficilium ac abstrusarum, quæ inprimis Interpretis operam postulant,) negligentes: hi redundant in superfluis; illi in necessariis deficiunt: plerique non tam suis cogitatis, quàm aliorum Interpretamentis millies repetitis, utramque librorum suorum paginam infarciunt.

Hæc & alia id genus mecum sæpenumero reputans, & si quod his malis adhiberi possit remedium anxiè disquirens; in hanc tandem cogitationem incidi, aliquam hujus morbi medicinam & studiorum quoddam levamentum fore, si quis par negotio melioris notæ Interpretes (tum Criticos, qui verba & phrases ac idiotismos sagaciùs indagant, tum alios, qui materias ac sensus Scripturæ enucleatiùs tractant,) attentè perlegeret, &, resectis superfluis, reliqua prudenter & cum judicio seligeret, eáque, in compendium redacta, congruâ methodo digereret, additis insuper, ubi opus esset, ad supplendas ipsorum lacunas, doctis variorum Sacri Textûs locorum Interpretationibus, quæ sparsim in gravissimis quibusdam Authoribus reperiuntur. Id sæpe in votis habui, ut aliquis Authorum rerúmque peritus, & acri judicio præditus, opus

hoc aggrederetur. Quâ spe diu frustratus, & ardentissimo istiusmodi subsidii desiderio flagrans, cùm alii omnes provinciam adeò difficilem detrectarent, eam, quantumvìs impar, in me suscipere malui, quàm à nemine obiri. Precatus igitur eum à quo est πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, *& rem denuo revolvens, animúmque nunc huc nunc illuc dividens, hinc tanti moliminis difficultate deterritus, illinc utilitate Operis & necessitate commotus; cogitationes tandem meas cum viris Doctis, nec paucis, nec infimi subsellii, communicavi. Iis mentem meam pleniùs aperui, Authores ex quibus præcipuè Opus meum contexere vellem indicavi, simúlque rudem quandam Instituti mei delineationem exhibui. Quam cùm illis non parùm probatam senseram, eorum consiliis atque hortatibus fretus, manum bono cum Deo Operi adhibui, ejúsque Specimen prælo mandavi, & in lucem emisi. De hoc Specimine quàm benigna & candida essent Professorum aliorúmque Theologorum, tum nostratium tum exterorum, judicia, non pauci suis ipsorum Testimoniis, longè supra meritum & spem meam, honorificis significârunt; alii etiam literis benevolentiæ plenissimis ad me datis suffragia sua addiderunt, méque ad susceptionem Operis strenuè hortati sunt, opem suam, si quando usui foret, liberaliter pollicentes. Horum authoritate incitatus, & Divino auxilio fretus, ad institutum meum me alacriter accinxi, & post varios casus (quos hîc referre non lubet) Primum tandem Volumen, seriùs licèt quàm volui & speravi, ad finem perduxi.*

Hi autem sunt Libri & Authores ex quibus præcipuè hanc Synopsin composui. 1. *Novem Criticorum in S. Scripturam Interpretum, nuper Londini excusorum, volumina; in quibus, inter multas minutias, quas sine ullo dispendio ignorare licet, & inutiles, non modò ejusdem rei, sed & eorundem verborum, repetitiones, aliáque à nostro instituto aliena, plurima sunt & præclara Doctissimorum virorum cogitata ad explicationem Sacrarum Literarum spectantia, quæ omnia breviter, & quàm potui perspicuè & fideliter, exhibere conatus sum. Et cùm non pauca Sacri Codicis commata & capita in Tractatibus qui in duobus postremis Criticorum voluminibus continentur ingeniosè & solidè, sparsim tamen & confusè, explicata sint; Annotata illa in congruum ordinem, locúmque singulis proprium, redegi, & ad capita sua versúsque, quò spectant, amandavi. Scriptores porrò in istis Criticorum Tomis quibus in Primo hoc Synopseωs Volumine usi sumus sunt: In omnes vel plerosque hujus partis S. Scripturæ libros Sebastianus Munsterus, Fran. Vatablus, Seb. Castalio, Joan. Drusius, & Hugo Grotius. Ignavum illum manifestúmque plagiarium, Isidorum Clarium, lubens prætereo, qui ex Munstero plerumque non modò sententias, sed & verba ferè singula, descripsit; qui si in illa Republica vixisset ubi, ingeniosis furibus impunitate concessâ, imperitis tantùm & segnibus pœna capitis statuebatur, ad furcam proculdubio damnatus fuisset. Præterea, Tractatus nonnulli ad hanc partem spectantes; videlicet, Joan. Drusii de Mandragoris, Jos. Scaligeri & Sixt. Amamæ de Decimis, Lud. Cappelli de Voto Jephthæ, ejusdémque excerpta ex Villalpando. Deinde, Andreas Masius Jurisconsultus in Josuam; vir longiore vitâ & immortali memoriâ dignus; Interpres cui parem ingenio, judicio, rerum ac linguarum peritiâ, candore & modestiâ, haud facilè reperies. Denique, in duobus postremis Criticorum Tomis varii Tractatus de rebus vel locis Biblicis, è quibus non pauca decerpsimus, quorum nomina sequuntur. Christ. Helvici Desiderium matris Evæ, ad Gen. 4. 1. Ejusdem Protevangelium Paradisiacum, ad Gen. 3. 15. Jo. Buteonis de Arca Noæ libellus. Matthæi Hosti in fabricam Arcæ Noæ. Mart. Helvici de Vaticinio Jacobi, Gen. 49. 10. P. Pithæi collatio Legum Mosaicarum & Romanarum. Georg. Rittershusius de Jure Asylorum. Mat. Hosti in Monomachiam Davidis & Goliathi, 1 Sam. 17. Mich. Rothardi Samuel redivivus, & Saul* αὐτόχειρ. *Leonis Allatii de Engastrimytho Syntagma. Gasp. Varrerii de Ophira regione Disputatio. Guil. Schickardus de festo Purim. Ben. Ariæ Montani Antiquitatum Judaicarum liber. Bon. Corn. Bertramus de Repub. Judæorum. Ejusdem Lucubrationes Franktallenses, sive Specimen Expositionum in difficillima utriusque Testamenti loca. Pet. Cunæus de Repub. Hebræorum. Gasp. Waserus de antiquis Nummis & Mensuris Hebræorum. Edov. Brerewood de Ponderibus & pretiis veterum nummorum. Anton. Nebrissensis Quinquagena, sive Quinquaginta S. Scripturæ locorum Explanatio. Joan. Drusii varia; nimirum, Animadversa, Notæ in Parallela sacra, Observationes sacræ, Quæstiones Ebraicæ, Proverbia, Miscellanea locutionum sacrarum, de Quæsitis per Epistolam, de Nomine Elohim. Hæc in priore Tomo. In posteriore Tractatuum Criticorum Tomo, Nicolai Fulleri Miscellanea sacra. Sam. Petiti Variæ lectiones in S. Scripturam. Sim. de Muis Varia sacra variis è Rabbinis contexta. Joh. Gregorii in aliquot S. Scripturæ loca Notæ & Observationes. Pauli Fagii Translationum præcipuarum Vet. Test. collatio. Christ. Cartwrighti Mellificium Hebraicum, sive Observationes ex Hebræorum antiquorum monumentis desumptæ. Lucæ Brugensis in variantia SS. Bibl. loca Notationes. Lud. Cappelli Templi Hierosolymitani Delineatio triplex. Joh. Cloppenburg. Collationes Criticæ sacræ per Epistolas cum Lud. de Dieu. Francisci Moncæii Aaron purgatus, sive de Vitulo aureo. Hugo Grotius de Veritate Religionis Christianæ. Quinetiam excerpta è Græcis Scriptoribus, inprimis quæ apud Grotium occurrunt, Græcè tantùm exhibita, Latinitate donavi, non tam verba numerans, quàm sensum reddens, memor illius præcepti.* Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres. 2. *Biblia Maxima novendecim voluminibus distincta, Parisiis An. D. 1660. edita, concinnante Joanne de la Haye, ex variis Versionibus perperàm suo more coactis, & Annotationibus Literalium Interpretum, Lyræ, Estii, Menochii, Tirini, &c. consarcinata. In hoc Scriptore aliquæ occurrunt S. Scripturæ Interpretationes minimè contemnendæ, quanquam, ut quod res est dicam,* Apparent raræ nantes in gurgite vasto. *Eas igitur ex immensa illa ruderum mole eruere placuit, &, posthabitis nugis, (hoc est, integris ferè voluminibus,) seligere quæ momentum aliquod afferrent, & lucem aliqualem Sacris Literis fœnerarentur.* 3. *Commentaria in S. Scripturam à Genesi ad Ezechielem Thomæ Malvendæ Hispani, qui magnâ sanè industriâ (utinam & pari judicio) varias, difficilium inprimis locorum, Versiones & Interpretationes ex diversis Authoribus, dissimulatis tamen plerumque ipsorum nominibus, contexuit. Suam etiam Versionem addidit, literalem quidem, sed verbis affectatis & absurdis; quorum in locum alia ejusdem aptiora verba, sive in margine sive in Commentariis exstantia, substituit.* 4. *Francisci Junii Scholia, brevia quidem, sed eruditione multifariâ & summo judicio limata, cujus vel pauca*

verba

verba ingentia æquant aliorum volumina. Junii labores non spernendos *dixit Hugo Grotius: Rectè sanè; at addere potuisset, & addent quotquot Junii labores æquis oculis usurpaverint, plurimi æstimandos, & in primis Interpretum subselliis collocandos.* 5. *Joannis Piscatoris Scholia Critica, acuta sæpe & solida, in quibus & Junii Tremelliique Versionem ad examen revocat, & verborum ac phraseων Sacrorum Librorum vim & sensum eruit.* 6. *Joannis Marianæ Scholia, exigua quidem mole, sed usu non contemnenda, & cum judicio exarata.* 7. *Lucæ Osiandri Explicationes, &c. Author hic non prolixus, sed solidus.* 8. *Corn. à Lapide; in cujus Commentariis, inter multa à re aliena, non pauca reperi doctrinâ atque acumine plusquam vulgari conscripta, quæ, ubi opus fuit, decerpsi, & Operi meo subindè inserui.* 9. *Tostati ingentia volumina; opus immensi moliminis, neque exigui usûs. Ex hoc Scriptore non pauci sequentes plurima mutuati sunt, qui tamen aliquod nobis spicilegium reliquerunt.*

His addidi plurimas & præcellentes diversorum, ac præcipuè difficilium, locorum Expositiones, in Operibus quorundam virorum illustrium sparsas maximâ parte atque disjectas, à me in proprias sedes restitutas. Authorum autem illorum atque Operum nomina hîc subjunguntur. Lud. de Dieu Animadversiones in Loca difficiliora V.T. Samuelis Bocharti Geographia Sacra. Ejusdem Hierozoicon, sive de Animalibus Sacræ Scripturæ. Ludovici Cappelli Critica sacra. Joannis Buxtorfii Anticritica, sive Vindiciæ veritatis Hebraicæ adversùs Cappellum. Salomonis Glassii Philologia sacra, inprimis illius ea pars quæ Grammatica sacra nuncupatur. Josephi Medi Angli insigniter docti Opera eruditione non vulgari refertissima, Anglicè utplurimum scripta. Joannis Lightfooti S. Th. P. varia, partim Anglicè, partim Latinè, edita, singulari doctrinâ conscripta; qui etiam opem suam huic Operi humanissimè obtulit. Thomæ Gatakeri Angli Opera doctissima; Cynnus, Adversaria, aliáque, tum impressa, tum ἀνέκδοτα, præsertim Annotationes manuscriptæ ex multis Authoribus depromptæ, multæ etiam de suo additæ, quas mihi communicavit Reverendus illius Filius, cui plurimas eo nomine gratias debent, solvéntque, utì spero, quotquot his fruentur Eruditi.

Et cùm in prædictis Commentatoribus non pauca desiderentur ad plenam solidámque plurimorum Sacri Textûs locorum intelligentiam necessaria; Auctores alios, veluti subsidiarios, tres vel quatuor, Criticos cumprimis, aliósve primæ notæ ad singulos Libros Sacros Interpretes, consului; eos nempe qui ex professo & fusiùs illos Commentariis suis elucidârunt, & difficultatibus enodandis maximè insudârunt. Nominatim, in Notis ad Pentateuchum, Hieronymi ab Oleastro Commentaria; ubi multa acutè dicuntur, multa eruditè ex Hebraicæ linguæ penetralibus eruuntur. Ainsworthi Angli Annotata Anglicano sermone scripta, & quidem tanto acumine & judicio, tantâ fide & peritiâ, exarata, ut digna ausim pronunciare quæ in exteras linguas transfundantur. Idcirco ex eo plura & accuratiùs decerpsi in gratiam Theologorum inprimis exterorum. Bonfrerii Commentaria, prolixa satis, sed erudita & solida, peritiâ linguârum ac rerum non mediocri elaborata; in quibus difficilia loca à reliquis ferè prætermissa diligenter investigantur, sæpe etiam feliciter explicantur.

His multa addidi ex Commentariis Merceri in Genesin, Riveti in Genesin & Exodum, Willeti Angli in Genesin, Exodum & Leviticum, desumpta. Præterea, ex P. Picherelli Annotatis ad tria prima capita Geneseως; qui utinam sagax illud ingenium, & grave judicii pondus, & penitiorem linguarum notitiam, ad plura in S. Scripturam commentanda adhibuisset. Non pauca etiam de loco Paradisi Genes. 2. *desumpsi ex Carvero nostrate, qui de eo eruditum Tractatulum Anglicano sermone conscripsit. In Josuam & Judices adhibui Serarium, Bonfrerium, & Ariam Montanum; è quibus duo priores libellum Ruth Commentationibus suis explicatum dederunt. Quibus in librum Judicum P. Martyrem addidi. In libros Samuelis, Regum, & Chronicorum, consului Serarium, Gasparem Sanctium, P. Martyrem, Strigelium: Mendozam quoque ad partem lib.* 1. *Samuelis. In libros Esdræ & Nehemiæ, Gasp. Sanctium, & Joannem Wolphium. In librum Estheræ, Serarium, Sanctium, & Bonartium. Et hîc Primum Volumen desinit.*

Mirentur forsan nonnulli, in Auctorum catalogo non comparere Joannem Calvinum, Interpretem, vel adversariorum judicio, acutum, doctum, & solidum. Sunt qui hoc mihi vitio vertent, & dicam mihi scribent injuriæ tanto nomini illatæ: alii gratulabuntur, quòd illum præterierim, quem cane pejus & angue oderint. Hoc ergò utrique sciant velim, me nec ut quorumvis gratiam captarem quenquam huic Operi Scriptorem inseruisse, nec ut aliorum odium vitarem quenquam declinâsse; sed judicium meum, quale quale sit, ab omni partium studio, quàm maximè potui, defæcatum adhibuisse. Calvinum quod spectat; 1. *Ex eo nonnulla, ubi opus fuerat, subindè delibavi; alia deinceps in progressu Operis ex eodem decerpturus, siquando alii Interpretes defecerint, vel usus postulaverit.* 2. *Calvini Commentaria non tam Critica sunt, (qualia inprimis respicit præsens institutum,) quàm Practica; nec tam verba & phrases enucleant, (in quibus præcipuè versatur Synopsis,) quàm materias Theologicas solidè tractant, & ad praxin accommodant.* 3. *Ex Calvino pleraque decerpserunt qui post eum scripserunt, ejúsque interpretationibus libros suos ornant, etiam qui Autorem & Magistrum suum convitiis incessunt; ut facilè esset designatis nominibus ostendere. Hi ergò ipsius inventa nonnullis additamentis suis interpolârunt, &, quod non difficile erat, in meliorem atque accuratiorem formam effinxerunt. Ex iis igitur multa decerpens, Calvinum nequaquam prætermitto, sed ipsum, & quidem aliorum auctariis amplificatum atque illustratum, ubivis produco.* 4. *Calvinum ferè omnes in manibus & bibliothecis habent; ipsum adibunt qui nomini illi favent, eúmque cum Criticis forsan Interpretibus in lectione conjungent. Illi verò quibus displicet Calvinus libertate suâ uti possunt, eúmque, si velint, præterire. Ità neutri mihi irasci debent. Qui enim eum absentem vellent, ejus præsentiâ non multùm gravabuntur; qui verò præsentem mallent, meminerint* dulciùs ex ipso fonte, *neque me velle Calvinum cujuslibet manibus excutere.*

Denique, ad supplenda reliquorum omnium παραλειπόμενα, varias Versiones, seu (ut vulgò vocantur) Translationes, consulendas, &, ubi expediret, apponendas, duxi. Id in splendido titulo ac præfatione Bibliorum Maximorum liberaliter pollicitus erat Johannes de la Haye; eâque præcipuè illecebrâ allectus

sum ad comparanda non exiguo pretio immensa ejus volumina; & ex iis non pauca ejus generis initio avidè arripui, atque in sua loca digessi. Verùm in progressu Operis me non parùm spe falsum esse deprehendi: Adeò nullo cum judicio ista congessit, levicula plerumque cumulans, majora, eáque in quibus latet difficultas, oscitanter omittens; ex uno Authore initium versûs, ex altero medium, ex tertio ultimum comma nobis exhibens; ex reliquis (quorum tamen Versiones non rarò appositissimas animadverti) planè nihil. Unde inutilis penè redditus est omnis iste labor ad id quod præcipuum esse debet in tali instituto, nempe, ad collationem diversorum Interpretum, variarúmque, ejusdem scilicet sive verbi sive phraseωs, versionum. Rem itaque ab ovo, quod aiunt, repetendam censui, singuláque (prout usus exigeret) ex ipsis fontibus haurienda; nimirum ex optimis atque accuratissimis Doctorum virorum, tum antiquorum tum recentiorum, Sacræ Scripturæ Versionibus. E quibus has inprimis consului, & inter se contuli, suisque locis apposui; nempe, Vulgatam, Ariæ Montani, LXX Interpretum, Chaldaicam, Samaritanam, Syriacam, & Arabicam; quas omnes in Bibliis Polyglottis collectas reperi. His adjungendas duxi elaboratissimas recentiorum Versiones; nempe, Pagnini, Munsteri, Leonis Judæ, sive Tigurinam, Junii & Tremellii, Piscatoris, Malvendæ, Castalionis, Anglicanam, Belgicam, Gallicam, aliorúmque Versiones Librorum aliquot; v.g. Pentateuchi per Oleastrum & Ainsworthum; librorum Samuelis, Regum & Paralipomenωn, per Strigelium.

Sed hîc pes paulisper figendus est. De his Versionibus earúmque Authoribus nonnulla præfari nec inutile erit, nec injucundum, nec certè ἀπροσδιόνυσον *ut sciant lectores omnes singularem ipsarum usum maximúmque momentum, & ad Hebraicæ linguæ studium accendantur, sine cujus peritia nullum omnino de istarum varietate judicium ferre poterint. Agam itaque, sed paucis. Antiquæ Versiones quibus in Synopsi mea utor sunt sex. 1. Vulgata Latina Versio, eadem ferè quæ Hieronymi, sed variè immutata atque interpolata, & decreto Romani Pontificis firmata; quam alii miris laudibus extollunt, nec alii minùs vituperant; alii verò eam Sacrum Textum modò optimè, modò etiam pessimè, plerumque verò mediocriter, reddere sentiunt. 2. Græca Septuaginta Interpretum, sic dicta, quòd à 72, vel, ut numero rotundo loquuntur, à 70, Viris doctis elaborata fuisse dicatur. Utrùm verò Pentateuchum tantùm, an universum Vetus Testamentum, verterint illi Interpretes; utrùm etiam vera sit illorum soboles quam in manibus habemus, an potiùs adulterina, adhuc contendunt Theologi:* nec nostrum est tantas componere lites. *Hoc tamen ausim dicere, Versionem Græcam Pentateuchi non parùm limatiorem esse, quàm librorum sequentium, & veritati Hebraicæ magìs consentaneam. 3. Chaldaica, in Pentateuchum, Onkeloso Authore gloriatur, quæ certè istius Versionis pars est nobilissima. Prophetas priores & posteriores transtulit Jonathan Ben Uzziel. Ut autem hoc obiter annotem;* Prophetarum priorum *nomine Hebræis veniunt libri Josuæ, Judicum, Samuelis, & Regum:* Prophetarum *autem* posteriorum *alii* majores *appellantur, nempe Esaias, Jeremias, & Ezeciel; alii* minores, *qui duodecim & sunt & nuncupantur. Jonathan porrò & Onkelos vixerunt circa tempora Christi. Hagiographa (quo nomine veniunt reliqui omnes libri Veteris Testamenti) quis verterit, inter Doctos adhuc ambigitur. Josepho tamen Cæco Versio ista à plerisque adscribitur. 4. Syriaca V. T. Versio, illa nimirum quæ ex Hebræo traducta, (nam alteram ex Græco non moror,) quæque in Bibliis Polyglottis comparet, antiquissima proculdubio est, sub Apostolorum tempora facta, ut constans est Orientalium traditio; vel etiam tempore Salomonis, si Gabrieli Sionitæ fides, referenti hanc esse receptissimam Chaldæorum atque Syrorum traditionem. Quinetiam nonnullam ejus partem Apostolis ipsis antiquiorem fuisse docet, quòd Paulus eâ usus videatur, eámque sequatur Eph. 4. ubi ex Psal. 68. hæc verba producit,* dedit dona hominibus, *quomodo in Syriaca Psalmorum versione habetur, cùm in Hebræo & Græco sit,* accepisti dona, *&c. Translatio hæc in locis multis accurata est, & docta, ac Hebræo textui conformis; non rarò tamen ab eo discrepat, Græcúmque sequitur; & in libris Paralipomenωn atque Proverbiorum longè infra se subsidit. 5. Arabica, quam quidem nullius esse pretii, nec textum Hebræum, sed Græcum, eúmque corruptum, exprimere, asserit Vir doctissimus Arnoldus Bootius; in utroque certè falsus. Versionem enim illam non rarò accuratam & fidam deprehendi, nec tam Græcum quàm Syrum sequi, quem ad verbum plerumque exprimit, etiam in erroribus & ineptiis. Antiquitatem illius Versionis facilè astruunt & Veterum de ea testimonia, & rei natura, magnáque Virorum doctorum, tum Christianorum tum Judæorum, multitudo, qui eâ linguâ usi sunt; quósque non minore studio transferendæ in suam linguam S. Scripturæ flagrâsse quàm cæteras gentes, omnino verisimile est. Exemplar autem quo in hoc Opere usus sum est Antiochenum illud à Gabriele Sionita editum, quod in Bibliis Polyglottis legitur. Porrò, Latina Syriacæ atque Arabicæ Versionis traductio eundem Gabrielem Sionitam Authorem habet. 6. Samaritana Versio, quæ est solius Pentateuchi, (nam reliquos libros Sacros Samaritani non recipiunt,) antiquitate suâ veneranda est, quippe quæ ante Christum nata creditur; & textum sæpe feliciter reddit, usúmque habet non contemnendum. Notandum præterea hanc in plurimis locis duplicem esse; quarum unam* Samaritanum Textum *nuncupant, alteram* Samaritanam Versionem. *Utramque Bibl. Polyglotta nobis exhibent. Hæc de antiquis sufficere possunt.*

Recentiores sunt, 1. Santis Pagnini, quæ primas jure vendicat, cæteris omnibus antiquior, utpote An. D. 1523. vel, ut alii volunt, 1528. primò edita. In qua elaboranda Vir ille magnus (hortatu & impensis Leonis 10.) 25 plùs minùs annos sudavit. Versionem hanc maximè literalem, cùm commodè fieri potuerit, fidam, singulari judicio atque peritiâ concinnatam, Docti ferè omnes consentiunt. Editio quâ usus sum impressa est Tiguri An. D. 1579. 2. Sebastiani Munsteri, (viri quanti & qualis! in illa præsertim temporum & literarum caligine.) Qui, præter ipsius Annotationes, quas in Criticis Londinensibus habemus, Versionem ex Hebræo textu adornavit, doctrinâ non vulgari & summo acumine; in qua Hebraica plerisque in locis fideliter admodum, nec minùs perspicuè, reddit. Exemplar meum Tiguri impressum est An. D. 1539. Non possum hîc sublestam Joannis de la Haye fidem non stigmate meritissimo notare, qui hanc quidem Versionem in Bib. Maximis sæpe producit, sed Venetam *semper vocat, veritus, credo, nè Munsteri, hæretici, nomen celebratissimum illud Opus temeraret. 3. Ariæ Montani, qui Pagnini Versionem passim interpolavit, eámque (ubi à verbis Hebraicis recedit) in marginem rejecit, ejúsque*

loco

loco suam substituit, quæ Hebraica ad verbum exprimit. Illum itaque, nec immeritò, Viri docti hâc censurâ perstringunt, quòd Pagnini Versionem temere loco movit, & pro bonis Pagnini, sua prava, inepta ac barbara, vocabula reposuit. 4. Tigurina, sive Leonis Judæ Tigurini, à quo Veteris Testamenti Versio facta est. & An. C. 1543. edita. Versio hæc, summâ eruditione & magno judicio confecta, Hebraici textus licèt verba non semper exprimat, at sensum in plerisque, ac maximè in difficillimis, locis ingeniosè simul & fideliter reddit. Porrò, proprietate & puritate sermonis, perspicuitate atque elegantiâ styli, reliquisque bonæ traductionis virtutibus, vel cum primis contendere potest. Quò facit quòd ipsi Romanenses, qui alias Versiones (nominatim Munsteri, Castalionis, Junii) damnant, earumque usum prohibent, in Indice Expurgatorio, hanc tamen quodammodo probare videntur; eámque Hispanienses Theologi Salmanticæ recusam dederunt, quatuor tantùm in locis, & quidem leviter, immutatam, ut ex Viro doctissimo, qui utramque inter se contulit, didici. Editio autem mea Hanoviæ prodiit An. C. 1605. Cui in margine apponuntur variæ Annotationes Francisci Vatabli, à discipulis ipsius ab ejus ore exscriptæ, quas, quia Tigurinis Bibliis annexæ sunt, Tigurinas notas in Synopsi ubique appello, ex iisque non pauca desumo quæ in majoribus Vatabli Notis in Criticis Londinensibus excusis non comparent. 5. Sebastiani Castalionis, edita primò Basileæ An. D. 1551. quam per multos annos, continenter, summo otio, prosperâ valetudine, summâ alacritate usum, se elaborâsse affirmat in Præfatione. In qua de textu Hebraico ad verbum reddendo non admodum laborat; at sensum plurimis in locis perspicuè, purè, eleganter & fideliter, exprimit, & magnas non rarò difficultates Versione suâ feliciter solvit. 6. Lucæ Osiandri, Theologi Tubingensis, & Ecclesiastis aulici Principis Wittembergici; qui Versionem Vulgatam exhibet, sed eam variè supplet ac corrigit; & cùm Vulgatus Interpres ab Hebraico textu recedit, suam addit, vel potiùs, ut ipsemet in Epistola profitetur, Lutheri Germanicam, quam optimam & maximè perspicuam Versionem, incredibili labore, exquisitissimo judicio & admirandâ dexteritate elaboratam, asserit, & tale opus esse, quo nihil in hoc genere absolutius Sol vidit. Huic Versioni intexuit Osiander Annotationes, breves quidem, sed minimè spernendas. De eo hæc inter alia dicunt Decanus & Facultas Theologica Tubingensis; Multa ipse summâ industriâ excogitata, elaborata ingenio, pro sua excellenti doctrina, ad illustrandos textus Biblicos affert. Et quod Flaccus summa cum difficultate conjunctum existimavit, D.D. Osiander feliciter admodum est assecutus; ut in brevitate copia, & in copia brevitas, cernatur. 7. Francisci Junii & Emanuelis Tremellii, quæ primò circa annum 1575. prodiit, postea à Junio recognita An. D. 1587. quam magno cum Reformatarum Ecclesiarum plausu exceptam fuisse, & consentientia de ejus præstantia Cl. virorum judicia, & editiones ipsius pluries repetitæ, satis docent. Et licèt nonnullæ Versiones propiùs in quibusdam locis ab Hebræis absint, nonnullæ etiam sensum & dilucidiùs & elegantiùs reddunt; consideratis tamen & compositis omnibus ad accuratam Versionem requisitis, congruentiâ cum Textu authentico usque ad ipsos accentus, quos alii plerumque negligunt, sensu non sine magno acumine eruto, & maximâ fide reddito, verbis, si non semper politissimis, at plerumque propriis & commodis, difficilibus locis diligentiùs expensis, doctiùs ac solidiùs expeditis; hæc Versio primas forsan sibi vendicabit, & apud æquos Judices reportabit. 8. Joannis Piscatoris, quæ Junianam plerisque in locis sequitur; in ea tamen plurima non sine judicio sæpe corrigit, & suam Versionem, eámque non rarò magis accuratam & Hebraicæ veritati consentaneam, & majori perspicuitate traditam, illius loco surrogat. Sciendum autem est, Piscatorem priùs versione Junianâ usum, eique Analyses, Scholia & Observationes suas apposuisse; postea verò novam adornâsse, Herbornæ Nassoviorum impressam An. D. 1646. 9. Thomæ Malvendæ Hispani, qui Hebraica ad verbum superstitiosè exprimit, & quidem verbis utplurimùm absurdis, obsoletis, fictis, pro quibus tamen meliora sæpius in margine, vel etiam inter Annotata, reponit. Suam hæc habet laudem, usúmque minimè spernendum. Prodiit Lugduni An. D. 1650. 10. Gallica, quæ etiam Genevensis dicta à Ludovico de Dieu aliisque, quòd à Pastoribus Genevensibus facta circa annum D. (ni fallor) 1560. Versio autem ista non exiguam doctrinæ, judicii ac fidei laudem habet. 11. Anglicana: Eam hîc intelligo & sequor quæ jussu Serenissimi atque Doctissimi Regis JACOBI, consilio autem & laboribus Episcoporum atque aliorum Virorum doctorum, ad hoc Opus delectorum, concinnata est An. D. 1611. in qua plurima occurrunt magnæ eruditionis, peritiæque in linguis Originariis, acuminis & judicii plusquam vulgaris, specimina; quæque mihi haud rarò in difficillimis textibus maximo erat adjumento & usui. 12. Belgica, quæ in Synodo Dordracena decreta erat An. D. 1618. & postea, jussu Ordinum Generalium Belgii, à Viris doctis, collatis per multos annos operis, elaborata est, & tandem prodiit An. D. 1637. adjunctis etiam brevibus Annotatiunculis. Versio verò illa Hebræo textui non mediocriter respondet, sensum autem plerisque in locis perspicuè, fideliter & solidè exhibet; & licèt postremo loco nominetur, non tamen inter postremas numeranda est.

Nec tamen has omnes Versiones integras repræsentare animus erat, (quod immensæ molis esset, & magnam partem inutilis operæ:) sed in verbis tantùm & phrasibus vel dubiis, vel obscuris, vel quæ semel aut rarò occurrunt; vel ubi rei momentum curiosiorem indaginem postulet. Porrò, de maximo harum Versionum usu mallem Lectorem experientiâ suâ, quàm præloquio meo, edoceri. Hoc tamen dicere ausim, non pauca Scripturæ commata δυσνόητα mihi occurrisse, quibus clarior indè lux affulserit quàm ab omnibus quæ quidem consului Commentariis.

Quam autem methodum in hoc Opere tractando mihimet proposui, & quid à me Lector exspectare posset, quidque ego vicissim ab illo, paucis accipiat.

1. Quæ in Authoribus, cùm ratione Instituti mei, tum ob promissam brevitatem, prætermittenda duxi, ferè sunt hujusmodi: 1. Inanes atque infructuosæ ejusdem rei repetitiones. 2. Fabulæ Judaicæ. 3. Vulgaria quæque se textum legentibus offerentia, qualia Vatablus & alii sæpe non sine fastidio ingerunt. 4. Privata Doctorum litigia & de lana caprina altercationes, quæ nos nec doctiores efficiunt, nec meliores. 5. Controversiæ Theologicæ, quibus prolixiores sæpe Interpretes Commentaria sua planè obruunt. Illas, quantum licet, ad forum contentiosum & scriptores Polemicos non invitus amando; contentus

contentus varias de sensu Scripturæ sententias nudè & fideliter proponere, inter quas quæ vera est cordato Lectori non difficulter patebit: nec magìs audiri vellem in hoc Opere fabrilium instrumentorum strepitum, quàm olim (absit invidia dicto) in structura Salomonica. 6. Κυμινοπρίσματα, sive titivilitia nullius ponderis vel usûs; qualia plurima in Drusii operibus occurrunt, admixtis tamen (nè debitis eum laudibus fraudem) non paucis Annotationibus minimè spernendis, quas decerpere studui. Tot certè mihi occurrebant res seriæ atque gravissimæ, quibus impleri paginæ nostræ ornarique poterant, ut eas minutiis vacare haud expediret. 2. Quanquam integrum Textum Biblicum, quà potui, quáque opus erat, illustratum dare studui, nonnullis tamen locis diligentiùs incubui & invigilavi. Qualia erant, 1. Loca dubia & obscura, sive intellectu difficilia, eáque inprimis quæ à Commentatorum turba vel omnino neglecta, vel leviter tantùm salutata, non sine indignatione animadverti. 2. Loca illa quæ Scripturæ & Religionis hostibus cavillandi ansam præbere viderentur; qualia non pauca, utì spero, elucidata satìs & vindicata æqui Lectores reperient. Ab istis autem veritatis adversariis unicum, meo judicio æquissimum, postulatum concedi vellem; ut siquæ hîc occurrent difficultates in quibus hactenus hæserint, quibúsque in hoc Opere satìs viderint factum, idem de reliquis fieri posse existiment, nec ea statim insolubilia pronuncient quæ ipsi solvere nequeunt. Et cùm multa S. Scripturæ loca anteactis ætatibus ejusmodi visa sunt, quæ tamen feliciter expedivit sequentium seculorum diligentia; idem, utì par est, de cæteris sperari debet; quæ, licèt nobis adhuc impedita atque intricata videantur, à sera fortasse posteritate (cujus industriæ aliqua relinqui æquissimum erat) extricata erunt atque enodata. 3. Illa etiam loca quibus conscientia in justitiæ ac pietatis officiis regitur, & praxis nostra dirigitur ad vitam æternam. Siquidem finis S. Scripturæ non est θεωρία, sed πρᾶξις· nec tam ut nos doctiores reddat, quàm ut meliores. Ignoscet ergò mihi pius & prudens Lector, si ista interdum paulò uberiùs tractem; in quo tamen limites à me initio constitutos nec sæpe, nec multùm, transilio. 3. Nollem pro veris haberi sententias locorúmque interpretationes quæ hîc occurrunt universas. Opus meum, instar sagenæ Evangelicæ, pisces omnigenos complectitur, à sagaci tandem Lectore discriminandos, ut pro suo arbitrio tum bonis utatur, tum inutiles rejiciat. Nec meum qualecunque judicium interpono, sed pugnantes Interpretum sententias singulas suis momentis & rationibus plerumque fultas fideliter exhibeo, ut ex Auctorum conflictu & collatione veritas elucescat. Hoc sanè inprimis negotii mihi datum credidi, ut & animum & Opus ab omni partium studio integrum ac incorruptum servarem; útque non sensus meos in Scripturam inferrem, sed aliorum tantùm sententias exponerem. 4. In eo potiùs studium collocavi, nè necessaria deficerent, quàm nè redundarent quæ nonnulli forsan superflua judicent. Nec diffiteor me non pauca subindè inseruisse, quæ, si judicio meo penitùs obsecutus essem, planè omisissem. Reputavi enim mecum, judicia hominum non minùs varia esse quàm vultus & linguas; & quod aliqui superfluum putarent, aliorum forsan sententià necessarium videri posse. Illis quidem paratum & facile adesse remedium, nempe, ut ea currente oculo transeant quæ superflua duxerint; sin prætermissa essent quæ aliis forsan utilissima viderentur, remedium difficilius esse, & longiùs petendum, nec illa sine improbo labore, magnóque temporis, fortè & nummorum, dispendio, restitui posse. 5. Siqua in Authoribus occurrebant vel ingeniosiùs excogitata, vel eruditione non vulgari referta, quamvìs ad explicationem Sacri Textûs strictè ac propriè non pertinentia, ex illis quamplurima excerpsi, eáque Synopsi meæ intexui, nè Lectori perirent quæ eum, licèt alio nomine, & delectare & erudire poterant. 6. Authorum non modò sensus, sed ipsa utplurimum verba, produxi; ut Lector non tantùm ipsorum sententias disceret, sed diversos etiam stylos ac genios perciperet. Qua de causa eorum interdum barbara, & Latinis auribus insueta, vocabula melioribus, quæ facilè substitui possent, prætuli; hâc solùm libertate verba mutandi mihi reservatâ, cùm ea compendio plurimùm inserviret. 7. Ubi plures Authores in eadem sententia consentiunt, illum plerumque reliquis antepono à quo cæteri mutuati sunt; interdum tamen illum qui eam vel pleniore sensu, vel luculentioribus verbis, exprimit. 8. Ubi Authorum nuda nomina occurrunt, (quæ in libri marginem utplurimum rejiciuntur,) intelligat Lector, eos ad locum sive textum Scripturæ appositum ista scripsisse: secus si fiat, cum nomine Authoris locum specialem (libri, vel capitis, &c.) unde illa desumpsi indigito. 9. Siqua notatu digniora in Synopsi mea non statim deprehenderit Lector, eodem saltem capite vel versu quo ab Authore collocantur, nollem eum temere credere ista à me omissa esse, quin potiùs in locum magìs commodum ac proprium reposita; quod non semel factum legenti atque conferenti facilè patebit. 10. Si quis nonnulla hîc Auctoribus adscripta in illis non comperiet, nè existimet à me esse conficta, ipsísque assuta; sed diversas potiùs ipsorum editiones consulat, quarum aliquibus ea inseri solenne est quæ in aliis planè desiderantur: quod facile esset designatis eorum & nominibus & locis ostendere. 11. Quæ in Synopsi obscuriùs dicta fuerint, nollem mihi omnia adscribi, sed plurima Auctoribus ipsis, qui sensum suum sæpe involvunt. Eorum igitur verba in locis ejusmodi fusiùs, nec rarò integra, exhibui. Cæteroqui, curam operámque non indiligentem adhibui, ut (quantum pateretur natura Operis) Scriptorum sensus plenè & perspicuè repræsentarem; & nè brevitas mea (ut fieri solet) obscuritatem pareret. 12. Cùm Sacra Scriptura sit optima sui Interpres, & collatio Textuum præstantissimum sit ad ejus intelligentiam adjumentum, eò diligentiùs curavi ut illos ex Auctoribus (gravissimis præcipuè & Sacrarum Literarum peritissimis, quique eas pondere, non numero, exhibent) colligerem, & majori copia producerem. In quibus plurimos capitum versuúmque textûs Biblici numeros, typographorum incuriâ in Authoribus depravatos, non exiguo labore restitutos Lector sedulus deprehendet. 13. Hebræis vocabulis, in gratiam Lectoris minùs in illa lingua exercitati, puncta apposui, secùs quàm fit in Criticis Londinensibus, & plerisque aliis libris è quibus mea descripsi. De his Lectorem meum monendum duxi; reliqua usus facilè docebit.

Cùm autem Opus hoc ingentes sumptus curásque postularet; æquissimum est ut eos gratâ mente recolam qui vel consiliis, vel sumptibus, vel aliis modis, mihi adjumento fuerunt. Primò autem honoris gratiâ nominandi sunt Reverendi illi & doctissimi Theologi, nostrates atque exteri, qui Specimen à me editum Testimoniis suis candore & benevolentiâ plenissimis ornârunt, aliísque fautoribus meis exemplo suo atque auctoritate præiverunt. Quorum nomina sequuntur.

Reverendissimi

Reverendissimi Episcopi;
Georgius *Wintoniensis*,
Joannes *Lichfieldensis & Coventrensis*,
Edvardus *Norvicensis*,
Sethus *Sarisburiensis*,
Edvardus *Carleolensis*,
Gualterus *Oxoniensis*,
Johannes *Roffensis*,
Robertus *Bangoriensis*,
Johannes *Wilkins*, *S.T.P. nunc Reverendus Episcopus Cestriensis.*
Gul. Sancroft, *Decanus D.P. Lon.*
Ric. Allestry, *S. T. Professor Regius Oxon.*
Johannes Lightfoot, *S. T. P.*
Thomas Barlow, *S.T.P. & Col. Reg. Oxon. Præpositus.*
Radulphus Cudworth, *S. T. P.*
Ric. Perinchief, *S. T. P.*
Johannes Owen, *S. T. P.*
Edmundus Castell. *S. T. P.*
Gul. Lloyd, *S. T. P.*
Johannes Tillotson, *S. T. P.*
Edvardus Stillingfleet, *S. T. P.*
Simon Patrick, *S. T. P.*
Ric. Baxter.
Gul. Bates, *S. T. P.*
Thomas Jacomb, *S. T. P.*
Tho. Horton, *S. T. P.*
Tho. Manton, *S. T. P.*
Benjamin Whitchcot, *S. T. P.*
Rad. Bathurst, *Præses Col. Trin. Oxon.*
Johannes Wallis, *S. T. P. & Professor Geometriæ Oxon.*

Professores autem Exteri;
Abrahamus Heydanus, *S. T. P. Senior Lugd.*
Johannes Cocceius, *S. T. P. & p.t. Academiæ Lugd. Rector.*
Gisbertus Voetius, *S. T. P.*
Andreas Essenius, *S. T. P.*
Fran. Burmannus, *S. T. P.* } *Ultrajecti.*

His adjungendi sunt doctissimi atque dignissimi Viri, qui rei pecuniariæ, illorum fidei meo & Subscriptorum nomine concreditæ, procurationem summâ fide & diligentiâ administrârunt; è quibus tres jam numerati sunt, in quorum laudem eorum vel nomina proferre sufficiet:

Simon Patrick, *S. Th. D.* | Joan. Tillotson, *S. Th. D.* | Edv. Stillingfleet, *S. Th. D.*

Quibuscum in eo munere conjuncti sunt,

Vir eruditissimus atque humanissimus, Jacobus Langham, *Eques auratus.*
Joan. Micklethwhait,
Thomas Wharton,
Doctores Medicinæ Londinenses merito suo celeberrimi.
Joan. King, *Armiger, ex hospitio Interioris Templi, Juris peritiâ aliarúmque bonarum Artium Clarissimus, cui, ob prudens consilium, & indefessos labores meâ Operisque causâ exantlatos, plurimum me debere profiteor.*

Illos etiam grato animo agnoscere oportet, justisque laudibus prosequi, qui benevolentiam suam erga hoc Opus gratuitis ac munificis donis testatissimam fecerunt. In quibus agmen meritò ducat Cl. Petrus Wentworthus, *Eques honorabilis Ordinis Balnei. Tibi inprimis, Vir Inclyte, & à me, & ab omnibus quibus labores nostri usui fuerint, ob insignem tuam munificentiam, æterna debetur memoria. Tu priscis illis Heroicæ liberalitatis exemplis, quæ per sordes præsentis seculi penè in fabulas abierant, fidem reddidisti: Tu posteris omnibus perenne monumentum tuæ virtutis reliquisti; ut Anglia nostra duobus jam* Wentworthis *gloriari possit, uno politicis Artibus, altero eximiâ in bonas literas Munificentiâ, in omne ævum celebrandis. Sequitur nobilis benefactorum corona, quibus Patronis gloriari possum & debeo.*

Orlandus Bridgman, *Eques Auratus & Baronettus, Regi à Sanctioribus Consiliis, & Magni Angliæ sigilli Custos.*
Edvardus *Comes* Mancestriæ, *Regi à Sanctioribus Consiliis, & Hospitii Regii summus Camerarius.*
Johannes *Comes de* Bridgwater, *Regi à Sanctioribus Consiliis.*
Arthurus *Comes de* Donegal, *Regi à Sanctioribus Consiliis in Regno Hiberniæ.*
Johannes Hacket, *admodum Reverendus Episcopus Lichfieldensis & Coventrensis.*
Johannes Robarts, *Baro de Truro, Regi à Sanctioribus Consiliis, & Prorex Hiberniæ.*
Robertus *Baro* Brooke.
Thomas *Dominus* Fairfax, *Baro de Cameron.*
Gulielmus Morice, *Eques Auratus, Regi à Sanctioribus Consiliis.*
Gualterus Saint John, *Baronettus.*
Gilbertus Gerhard, *Baronettus.*
Johannes Barnard, *Eques Auratus.*
Thomas Grove, *Armiger.*
Gul. Corteene, *Armiger.*
Samuel Smith, *Armiger.*
Henricus Spurstow, *Armiger.*
Simon Patrick, *S. T. P.*
Richardus Colinge, *Armiger.*
Johannes Cooke, *Armiger.*

His subjungendi sunt, qui meâ Operisque gratiâ pecunias ad plura exemplaria imprimenda contulerunt.

Jonathan Keate, *Eques Auratus & Baronettus.*
Andr. Rickard, *Eques Auratus.*
Johan. Hewly, *Eques Auratus.*
Franciscus Rolle, *Eques Auratus.*
Daniel Farington, *Armiger.*
Johannes Davy, *Mercator.*

Præter alios, quos mihi nondum nôsse contigit, eósque omnes qui indefessis laboribus aliorum subsidia procurârunt; à quibus nominandis supersedere cogor, nè in immensum crescat hæc Præfatio. Nec tamen prætereundi sunt illi Viri clarissimi, qui nonnulla cogitata vel collectanea sua mecum humanissimè communicârunt.

1. Joannes Wilkinsius, *S. T. P. nunc Reverendissimus Episcopus Cestriensis, cujus meritissimas laudes celebrare planè esset Soli lucernam accendere.* 2. Thomas Brogrove *Hartfordiensis, Baronettus, qui Ordinem suum bonis literis & moribus optimis non mediocriter ornat.* 3. Joannes Lightfoot, *S. T. P. clarissimis suis Operibus & reconditâ doctrinâ refertissimis Orbi notissimus.* 4. *Eruditissimus* Johannes Palmer, *Archidiaconus* Northamptoniensis. 5. Thomas Guidott, *Medicus apud Bathonienses doctissimus & celeberrimus. Quid singuli præstiterint, cùm suis propriisque Synopseωs locis doceatur, hîc recensere supervacaneum judicavi.*

Ut verò plures mihi Patronos conciliavit Divina clementia, aliósque viros suscitavit, in tota Anglia & orbe

orbe erudito celeberrimos, qui conatibus meis obstetricantem manum humanissimè commodarent; ità non paucos nec segnes expertus sum adversarios, qui & me mille probris & calumniis lacerârunt, & institutum meum in ipsis incunabulis penitùs opprimere conati sunt. Sed nolo procellas illas, quas feliciter dissipavit gratiosa Dei providentia, in memoriam revocare. Prævisi sanè mihi erant isti ictus, individui hujusmodi operum comites; quos etiam denuo repetendos exspecto. Non deerunt forsan qui Synopsin meam eum in finem legent in quem Julianus Sacra Biblia, ut habeant quod sugillare possent. Hi verba culpabunt, illi sententias, alii methodum: alii nimiam brevitatem incusabunt, alii forsan & nimiam diligentiam: hìc non pauca omissa querentur, illic multa superflua, quæque discentem varietate suâ onerare & obruere possint. Quod unum paulò accuratiùs considerandum est. Verebuntur forsan nonnulli, nè animi Lectorum tantâ tum Versionum, tum Interpretationum, varietate distrahantur, & veritas, ut fieri solet, in magna altercantium turba periclitetur. Quibus non pauca reponi possunt. 1. Repræsentatio diversarum Expositionum non solùm à me designata atque proposita, sed etiam in hoc Opere quodammodo necessaria, erat: alioquin, si integrum ex Anthoribus nominatis Commentarium concinnâssem, rejectis quæ & Textui & veritati minùs congrua viderentur, selectis & annotatis quæ cum iis meliùs convenire sentirem, (cujus consilii Auctores non deerant;) gravissimo laborâssem præjudicio, quòd Dictaturam quandam in Auctores atque Lectores meos exercuissem. 2. Varietas hæc non modò delectationi inservit, (quod minimè contemnendum est, ut utilia Lectores cum voluptate hauriant,) sed usum præstat egregium; ut discordibus sententiis, cum rationum momentis, plenè & fideliter exhibitis, ac patienter & tranquillè expensis, facilior esset Lectori & solidior Veritatis investigatio. Ea autem est Veritatis evidentia, ea vis atque majestas, ut, si nativo splendore effulgeat, nec falso lumine conspicienda præbeatur, humanis se oculis & mentibus facilè ingerat; neque enim eam tam reperimus difficilem, quàm facimus. Nec sanè Veritati illud oberit, quòd errores juxta eam collocentur; quin potiùs ex talium collatione clariùs ipsa elucescet. 3. Expendant hi velim, Opus hoc non indoctis incultisque ingeniis fuisse destinatum, (quorum imbecilla judicia hâc varietate turbari facilè possent,) sed viris doctis, iisque qui sensus habent ad judicandum exercitatos; nec me lac infantibus, sed solidum adultioribus cibum, parare, quibus ex varietate alimentorum non multum subest periculi, nec parùm usûs ac emolumenti. Accedit & aliud commodum, quòd hæc sententiarum discrepantia & Lectoris ingenium non mediocriter exercebit, & illum ad liberum judicii sui exercitium provocabit. Neque enim quicquam viro Christiano, inprimis autem Theologo, indignius est, quàm intellectum suum aliorum sive opinioni, sive libidini, mancipare, & cæco impetu quócunque illis libuerit agendum permittere. 4. Ista Versionum atque Expositionum varietas & repugnantia in iis plerumque vel locis vel rebus occurrit, in quibus sine magno periculo sententiam vel hanc, vel illam, amplecti liceat. In differentiis autem majoris momenti, Deum ardenter invocemus, promissúmque piis omnibus qui ipsum quærunt ducem, nempe Spiritum Sanctum, fidenter petamus; qui nos, si modò verbo ipsius morigeri simus, in omnem, quæ quidem ad salutem necessaria est, veritatem certissimè perducet. Atque hæc hactenus dixisse sufficiat.

Ego interea Secundo Synopseωs Volumini manum mentémque applico, quod etiam sub duplici prælo sudare incipit, & (si clementissimus Deus vitam virésque mihi suffecerit) sudare perget, donec ad umbilicum perductum fuerit. Tu autem, Christiane Lector, contentissimis precibus compelles mei causâ Patrem luminum, ut dona omnia atque auxilia tanto Operi necessaria impertire dignetur, & labores hos, aliósque omnes qui Sacræ Scripturæ explicandæ inserviunt, optatissimis coronet successibus; ut, discussis tandem errorum omnium & ignorantiæ tenebris, Verbum Dei majestati ac puritati suæ reddatur, ritéque intellectum, vivâ fide ac constanti obedientiâ à singulis Christianis in succum & sanguinem convertatur.

SYNOP-

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
GENESIN.

CAP. I.

1. IN *principio*] Proponit initio rem totam, ut author mundi agnoscatur, & quòd mundus non fuit ab æterno, ut existimârunt Philosophi; deinde, ex nihilo Deum aliquid creâsse. Hinc ὁ. Γένεσιν vocant, quòd in eo ostendatur mundum à Deo conditum fuisse, aut ortus omnium in terra hîc comprehendi [a]. Bene autem Legibus præposuit Moses historiam à mundo condito. *Mundus enim Legi, Lex mundo concinit*, ut ait Philo. Vide de tota creatione quæ à nobis congesta sunt ad lib. 1. de Ver. Rel. C. [b]. ¶ *In principio*, בְּרֵשִׁית] Hæc vox vel tempus respicit, vel ordinem [c]. 1. Q. ad Ordinem referunt [d]. *Primùm omnium* (subaudiendum הַכֹּל; frequens enim Hebræis est in rebus non ambiguis aliquid reticere; ut Job. 3. 10. Isa. 8. 4. *Accipiet opes Damasci*; non dicit quis faciet [e]) *creavit cœlum & terram*; deinde quæ ex illis producta fuerunt [f]. *In principio*, i. e. ante omnia: Nihil ante illa creavit. Confer Joh. 1. 1 [g]. *Primum quod creavit Deus fuit*, &c. Ar. Si de Angelis quæstio movebitur, dicetur, Propositum fuisse Mosi tantùm de visibili fabrica disserere [h]. *In principio*, scil. *temporis*, L. E. Me. T. Pi. vel, *productionis rerum*, sive *creationis*, L. Pi. vel, *universitatis rerum*, T. *mundi*, Pi. *creaturæ*, ut Christus explicat, Marc. 13. 19 [*]. In, vel cum, primo instanti [†]. Verto *primò*, vel *primitùs*. ב hîc addititium putant Q. Hebræi: Et quomodo בָּרִאשֹׁנָה, Num. 10. 13, 14. sine ב legitur רִאשֹׁנָה, Num. 2. 9. ità pro בְּרֵאשִׁית habetur רֵאשִׁית, Deut. 33. 21. quod sic reddo, Prospexit *primitùs* sibi, scil. ad primum ingressum in terræ promissæ fines [*]. Petrus Picherellus, vir doctissimus, locum sic vertit, *Quo exstiterunt initio cœlum & terra, eo Deus illa creavit.* Heb. *In principio creavit Deus cœlum & terram*; i. e. In principio cœli & terræ, Deus creavit illa. Idiotismus est non infrequens. Psal. 2. 7. *Narrabo præceptum, JOVAS enim dixit ad me*; i. e. Narrabo præceptum Jovæ; Ille enim dixit, &c. Sic Prov. 31. 30. —*vana pulchritudo: mulier timens*, &c. i. e. Mulieris pulchritudo vana; quæ autem timet, &c. Sic Gen. 3. 22. *Nè mittat manum, & sumat de arbore*, &c. i. e. mittat manum ad arborem, & sumat. Joh. 4. 54. *Hoc secundùm signum fecit Jesus, quum venisset ex Judæa in Galilæam*; i. e. Hoc secundum signum fecit Jesus in Galilæa, quum ex Judæa in illam venisset. Hæc Picherellus in Cosinopoeia, inter Opuscula ipsius. 2. Alii ad Tempus referunt; sic, *In principio creandi* (ità בָּרָא est quasi בְּרֹא) *Deum*; vel, *quo creavit Deus*; vel clariùs, *quum primùm creavit Deus*, &c. *tum terra erat inanis*, &c. ut referatur ad sequentem versum. Ità ו vel reddenda est *tum*, vel redundat [i]. *Priusquam crearet vel formaret cœlum & terram*, i. e. universum hoc quale nunc est, *tunc terra*, &c [k]. Ch. vertit, *In sapientiis*, i. e. sapientissimè, V. Alii *In principio* de Christo exponunt. Ità multi Christiani [l]. Aquila vertit, ἐν κεφαλίδι, *in capite*, i. e. summatim. q. d. Deus creans cœlum & terram, in iis simul quasi reliqua omnia creavit summatim [m]. Verti potest, *In capite*, seu, *in capitulo*; q. d. anacephalæosis seu summa rerum creatarum est creatio cœli & terræ; nam iis reliqua creata continentur [n]. רֵאשִׁית est à רֹאשׁ, *caput*: nec simplex principium denotat, sed primum illud capitale & admirandum rerum omnium principium [o]. Dicunt Hebræi ante mundum septem fuisse creata; *Paradisum, Legem, Justos, Israel, Solium majestatis, Jerusalem, & Messiam* [p].

[a] V. [b] G. [c] F. [d] F. ex K. [e] V. [f] F. [g] La. Ph. in D. [h] Cl. [*] A. [†] E. [*] Ga. Cini l. 2. c. 2. p. 153. [i] V. G. [k] G. [l] A. [m] La. [n] Ma. [o] F. [p] M.

¶ *Creavit*, בָּרָא] Bifariàm sumitur: 1. pro *creare ex nihilo* [q]; ut convincitur ex illis verbis, *In principio*, quia (scil.) nihil ante illa factum fuit [r]: 2. pro *ex præjacente materia eximium quid producere*; sic dicitur postea, *creavit cetos, hominem* [s]. ¶ *Deus*, אֱלֹהִים] Hoc solo Dei nomine utitur Moses in Creationis descriptione [t]. Hæc vox (ut Aben Ezra monet [*]) non est nomen Dei substantivum; non substantiam Dei indicat, sed potentiam, quæ hîc maximè elucet [v]. Deum sic dictum volunt, quòd sit Dominus & Judex omnium [x]. Cabalistæ notant יְהוָה *misericordiam Dei* significare, אֱלֹהִים *judicium* [y]. ¶ בָּרָא אֱלֹהִים] Ad verbum, *creavit Dii*. Insinuatur hîc pluralitas in Deo cum unitate; (licèt Judæi conentur frivolè refellere [a].) Agnoscunt & veteres Hebræi. *Veni, & vide mysterium verbi ELOHIM: sunt tres gradus, & quilibet gradus per se solus*, i. e. distinctus; *veruntamen sunt unus, & in unum conjunguntur, nec unus ab altero dividitur*, ait R. Simeon Ben Jochai in Zoar ad 6. Levitici sectionem [b]. Triplici expositione Judæi vocem *Elohim* obscurare conantur. 1. Dicunt *Elohim* tam voce quàm significatione singulare esse; unde & pro *Deo*, & non pro *Diis*, exponunt. Sed falsò & contra Linguæ sanctæ naturam loquitur, quisquis est qui dicit vocem *Elohim* singularem esse; & singulariter exponendam; cùm ejus singulare usitatum sit אֵל, vel אֱלוֹהַּ. Quodcunque enim nomen terminatione multitudinis suum singulare habet usitatum à quo formatur, id pro singulari re nunquam accipitur nisi figuratè. 2. Contendunt *Elohim* ideo pluraliter efferri, quòd significet Dei virtutes ac qualitates, quæ multæ sunt. At si cujusq; rei vocabulum ob plures ejus virtutes pluraliter efferre velis, quæ, obsecro, erit confusio sermonis! 3. Alii *Elohim* honoris causâ de Deo pluraliter dici aiunt, idque humano more; quomodo אֲדֹנִים de *uno Domino* dicitur Gen. 42. & Isa. 19. Et hæc est consuetudo linguæ Ismaeliticæ, inquit Aben Ezra, ut Reges de se loquantur numero plurali. Resp. Sit ità in exteris & barbaris linguis: quid hoc ad linguam sanctam, cui puritas & simplicitas peculiaris est, & fucus omnis displicet [*]? Sed multis non validum videtur hoc argumentum. Ità Drusio. Item Bel. Caj. & Mercero; quos citat Drusius in Qu. epist. 66. Nam *Elohim*, cùm de uno dicitur, sensum habet singularem; & dicitur de *uno vitulo*, Exod. 32. *angelo*, Jud. 13. 22. *idolo*, Jud. 16. 17. Tria vocabula notant Hebræi quæ terminatione plurali sensum continent singularem; nempe, *Elohim, Adonim*, & *Baalim*; (quibus addi potest שַׁדַּי, *Saddai*.) [*] Cuique linguæ sua est proprietas. Quis colliget plures esse *Athenas, Thebas, tenebras*, &c. quia pluraliter exprimuntur? Sic Hebræis חַיִּים est *vita*, & מַיִם *aqua* [c]. In versu 6. est *spiritus Elohim*. Si hoc vi numeri pluralitatem insinuat, ergò Spiritus S. est suiipsius Spiritus [d]. [Qui plura de hac controversia scire velit, adeat authores Polemicos.] ¶ *Cœlum & terram*, אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ] i. e. Universum hoc quale nunc est. Unde mundus futurus sic vocatur 2 Pet. 3. 13 [f]. *Cœlum & terram* alii sic intelligunt: quòd Deus hæc primùm ex nihilo creavit; dein reliqua ex illis tanquam ex præjacente materia [g]. Materiam cœli & terræ [h]. Alii omnes cœlestes & terrestres creaturas intelligunt [i]. Sic enim exponitur Act. 20. 11 [k]. Et hoc probant Hebræi ex particula אֵת, quæ non tantùm est simplex casuum nota, sed substantiam rei significat [l]. (Itaque Angeli cum his creati sunt [m].) Corpora cœlestia & terrestria [n], in suis

[q] F. D. E. [r] E. [s] F. D. [t] V. [*] [v] F. [x] V. [y] F. [a] M. F. Pi. A. [b] A. [*] F. co. [c] D. epist. 66. [d] D. ad v. 2. [f] G. [g] Ità K. in F. co. [h] Pi. [i] F. V. L. E. A. [k] F. [l] K. & AE. in l. A. [m] E. [n] V. L.

formis substantialibus, non autem accidentalibus [o]. Et ה in הַשָּׁמַיִם vocant He הַיְדִיעָה, i.e. He *notificationis* seu *demonstrationis*, q.d. hoc cœlum, hanc terram [p]. Videtur Moses mentem suam satis explicuisse, ubi cap. 2. narrationis antegressæ ἀνακεφαλαίωσιν instituens, *Ità*, inquit, *consummata sunt cœlum & terra, cum—instructura eorum*: & rursus, *Hi natales cœli & terræ—quo die fecit—cœlum & terram.* Quibus verbis non aliud cœlum vel terram aliam designat, quàm quæ videmus. *Cœlum* autem tres regiones continet; 1. ubi aves, 2. ubi nubes, 3. ubi sidera. *Terræ* autem nomine comprehenditur aqua, ut patet ex Psal. 121. 2. & 124. 8. Jer. 10.11. collat. cum Psal. 46. 6. Act. 4.24. & 14.14. item ex Gen. 1.15. *illuminent terram*, quod etiam ad mare pertinet Act. 27. 30, 33. Ga. Cin. p.158. *Cœlum* & *terra* hîc mundum universum significant. Confer Gen. 2.1. Psal. 33. 6. & 124. 6. & 146.6. Vide Act. 14. 15. & 17. 14. Picherel. ¶ *Cœlum*] scil. Empyreum [q]. Ità Theodoretus, Alcuinus, Rabanus & Beda apud T. Creavit autem non vacuum, sed Angelis plenum [r]. Nam firmamentum, i.e. cœlum octavum, & vicini orbes, secundo die creabantur [s]. Non placet Pi. Nam ordinem hunc observat Deus, ut progrediatur subindè ab imperfectioribus ad perfectiora: Nec convenit *cœlum* hîc intelligi perfectum, cùm *terra* significat materiam tantùm terræ [t].

2. *Terra autem*] Heb. *Et terra*. Verto, *Nam terra*, (& pro *nam* frequenter occurrit, ut Psal. 1.2. collat. cum Psal. 128.2.) Declaravit enim Moses partium enumeratione, quare propositione generali dixit creatum à Deo fuisse mundum. Quia, inquit, quæ sunt in mundo singula creavit, nempe lucem & reliqua. *Picherellus in Annotatis suis ad Cosmopœiam.* ¶ *Terra*] Ità vocatur per præoccupationem, quia postea sic dicta est, cùm aquis nudata [v]. ¶ *Erat inanis & vacua*] Rectè, ut apparet ex Jer. 4. 23 [x]. תֹהוּ וָבֹהוּ ferè unum & idem significant [y]. *Tohu* est materia informis, *Bohu* est ipsa forma: Ità K. & Nachmanni [z]. Ad verbum, *desolatio & inanitas*, i.e. desolata & inanis, V. Mo. *deserta*, Ch. Sy. *& vacua*, Ch. *& inculta*, Sy. *inculta & vacua*, Ti. *vacua plantis & animalibus*, E. *Erat stupor & inanitas, vasta* à filiis hominis, & *vacua* ab omni jumento, TJ. *Terra erat res quædam stupenda, idque propter vastitatem & vacuitatem.* Horrore animi percelluntur qui vasta & deserta loca subeunt. R. S. תהו deducit à תָּהָה *admirari, stupere* [a]. Fullerus vertit, *Res stupenda & pudenda*, (תָּהָה enim est *stupere*, & בֹהוּ, quod à בָּהָה est, nam ה in ת sæpissime migrat, Chaldæis & Syris sign. *erubescere & pudere*) non per se, sed comparatè ad sequentem pulchritudinem; quomodo membra quædam ἀσχήμονα dicuntur 1 Cor. 12. 23. Ful. misc. l.3. c.3. ό vertunt, ἀόρατος (*invisibilis*) καὶ ἀκατασκεύαστος (*incomposita*.) Aq. κένωμα καὶ οὐδέν. Th. κενὸν καὶ οὐδέν. D. *TOHU* est *inanitas*, i.e. inanis, q.d. sine incolis: *BOHU* est *vacua*, sine ornamentis [c]. *TOHU* est *inordinatio* & *indigestio*, ubi omnia confusa: *BOHU vacua*, scil. cultoribus & domibus [d]. *Informis* erat, i.e. nondum ab aquis secreta, nec consolidata, nec plantis & animalibus vestita; & *inanis*, i.e. inefficax ad producendum plantas [e]. *TOHU* importat respectum ad finem; *vana* erat, quia habitatoribus carebat, quibus facta est, adeóque fine suo destituta erat. Sic Isa. 49. *laboravi* (*LATHOHU*) *in vanum*; & Isa. 45. *BOHU* respectum habet ad locatum; *vacua erat* incolis suis [f]. ¶ *Tenebræ super abyssum*] *Tenebræ*, supple *erant*, ex usu Scripturæ: ut, *verum verbum*, 2 Par. 9.5. pro *verum erat verbum*, 1 Reg. 10. 6. Sic 2 Sam. 23. 18. *primus*, 1 Par. 11. 23. *primus erat* [g]. תְּהוֹם significat *aquas*, quæ, ut leviores, obtegebant terram [h]. *Terra, Abyssus, Aqua*, pro eadem re sumuntur; ut mollem, obscuram, & incompositam intelligeremus [i]. *Abyssus* aquarum immensam vim ac multitudinem significat [k]; simul & earum locum [l]. Sic vocat potiùs totam molem ex terra & aqua constantem [m].

Margin: o L. — p F. — q Ità Bo. La. Me. — r T. — s La. — t Pi. — v V. — x G. — y M. V. — z F. — a F. — c A. — d Ma. — e Pi. — f O. — g A. — h G. — i Cl. — k V. L. E. — l K. in F. — m E. Me.

Et spiritus Dei] Plerique Hebræorum ventum elementalem intelligunt, ob vehementiam dictum *ventum Dei*; ut *montes Dei*, & Ninive dicitur *civitas magna Deo* [n]. (Nam quod Deo magnum, id sanè magnum sit oportet *.) In hoc missum volunt à Deo, ut exsiccaret aquas [o]. Chald. *Ventus à conspectu Dei*, i.e. à Deo excitatus, juxta Psal. 147.18 [p]. *Et venti Dei*, Ar. sed coactum hoc videtur. Quomodo potuit flare ventus, cùm nondum erat ventus [q]? Ventus enim nihil aliud est quàm aer impulsus [r]. Adde quòd vox מְרַחֶפֶת non simplicem motionem, sed agitationem (qualem jamjam describemus) significat [s]. Alii ergò de spiritu sancto accipiunt. Sic doctiores [t], & penè omnes Patres & recentiores Rabbini, ait *Tirinus*. ἡ δύναμις διαπλαστική, (*potentia formativa*) vel ἐνέργεια ζωτική, (*vis vivifica*) ut Chrys. vocat [v]. Dei consilium, mens, voluntas [x]: sicut voluntas artificis fertur super materiam quam formare parat [y]. Sic Targum Jeros. *spiritus misericordiarum à domino* [z]. Vide quæ ad V. R. C. l. 1. & adde Job. 26. 13 [a]. ἦν τῷ ἀρχῷ τὰ πράγματα ὁμοῦ πεφυρμένα, νοῦς δ' εἰσελθὼν αὐτὰ, ἐκ τῆς ἀταξίας εἰς τάξιν ἤγαγε, h. e. *Initio res erant permixtæ (& simul maceratæ,) mens autem ingrediens eas in ordinem redegit*, ait Anaxagoras apud Euseb. præpar. 10 [b]. ¶ *Ferebatur* מְרַחֶפֶת] Vertunt *Supervolitabat*. Ità Interpres Deut. 32. 11. ἐμφέρεσθαι dixit Numenius, G. *Superferebatur*, ό. *Motabat*, Mo. Ti. *Flabat*, vel *Insufflabat*, Ar. Ch. O. Sa. vers. *Incubabat*. JT. Sy. *Agitabat* sese, P. velut *involitabat*, quasi Chaos ipsum ad erumpendum, emergendum, & formam sumendam provocans. Metaphora à volucribus pullos ad volandum provocantibus. Vide Deut. 32. 11. *Picherellus in Cosmopœia.* Q. aiunt τὸ רָחַף sign. *ovis incubare*; sed nondum protulerunt exemplum istius significatûs. Bis tantùm occurrit extra hunc locum, in codicibus sacris; nempe Deut. 32. 11. & Jer. 23.9. & in utroque loco *motionis* & *agitationis* notionem habet: Ga. Cin. p.161. Sicut volucres (columba vel gallina) ovis incubant [c]. Ut volucres primùm pendulæ volitant super ova & pullos; deinde iis incubant, calorem aspirant, fovent, animant: Ità Sp. S. vitali infuso calore prolificam vim aquis largiebatur [d]; fovebat arcanâ virtute, ut stabilis permaneret ad tempus [e]. Vel, sicut milvus prædæ incumbens, ait Capnio, vel, ut aquila dum excitat nidum, & super pullos volitans eos ad volitandum provocat [f]. *MERACHEPETH*, *movens*, pro *movebat*: ut *regina audiens*, 1 Reg. 10.1. pro *audiebat*, 2 Par. 9. 1. Confer 1 Sam. 31. 1. cum 1 Paral. 10. 1. Vel pro, *movens erat*; ut *expandentes alas*, 1 Reg. 8. 7. pro *expandentes erant alas*, 2 Par. 5.8 [g].

3. *Et dixit*, &c.] De his verbis vide Dionysii Longini locum in Annotatis ad V. R. C [h]. Novies id hoc capite occurrit. Decimum includi volunt in primis verbis, *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Hinc decem verbis mundum à Deo conditum asserunt Hebræi [i]. ¶ *Dixit*] i.e. Jussit, V. Pi. Bo. A. Al. *Voluit*, Ar. Q. in V. ¶ *Fiat* יְהִי] Alii, *Exsistat*, V. ¶ *Lux*] Hebræi de Sole accipiunt; quòd autem quarto die creatus, per repetitionem dici volunt. Doctioribus est, lux subobscura, nec absoluta, quæ postea creato Sole illustrior reddita sit [k]. Junius vult eam ab igne elementari in sua sede locato profectam. Non probat Fullerus. 1. Ignis hic nondum conditus erat, quippe pars expansi die secundo creati. 2. Ignis in orbe suo non lucet, quia nimis tenuis est, nec coactus. 3. Sic nulla esset distinctio inter lucem & tenebras, quia hîc ignis undique luxisset. Ful. misc. l. 1. c. 12. Videtur fuisse ipsa qualitas lucis magnâ cœli parte diffusa, ex qua veluti materia condensata Sol & stellæ factæ fuerunt [l]. Lux illa fuit uniformiter difformiter diffusa per abyssum, sicut nunc à Sole per aerem; non ab aliquo agente naturali, sed in ipsis aquis immediatè à Deo producta; & spatio 24 horarum circulum confecit, Deo in diversis partibus successivè producente. Ità Molina [m]. Videtur fuisse corpus lucidum. Fortasse nubes lucida, ut Exod. 14. 19. Deut. 1. 33 [n]. quæ motu circulari diem noctémque confecit, ex qua condensata Sol formatus est. Ità Zanch. in Ful. & Ful. Non placet Bo. 1. Quæ, obsecro, nubes totam illam aquarum profunditatem usque ad terram pervaderet, cùm nec Sol id posset? 2. Quid factum illo corpore? 3. Ubi collocatum erat [o]?

Margin: n F. D. V. — * D. — o Onk. in F. — p V. — q M. — r D. — s F. — t V. Sic M. L. F. Co. La. Bo. Me. T. A. Pi. D. G. E. — v G. — x L. F. — y L. E. — z F. — a G. — b Ga. — c M. V. R. S. in F. — d Me. — e V. — f F. A. Pi. — g A. — h G. — i Di. — k V. — l E. — m Bo. — n Me. — o Bo.

Multi

Multi putant fuiſſe Solem informem adhuc & imperfectum [p].

4. *Et vidit*] Verto *viderat*, vel, *præviderat* : inſtar optimi & providentiſſimi architecti, deliberavit & prævidit quæ facturus eſſet : Picherel. ¶ *Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona*] Antiptoſis eſt : qualis illa, *Scin' me in quibus ſim gaudiis ?* Agnoſco etiam trajectionem verborum, pro, *Et vidit Deus quòd lux bona* : Druſius. Sic Virgil. *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt.* Ità Marc. 6. 16. *quem decollaveram Joannem, ille eſt* : & Rom. 6. 17. *in quam traditi eſtis formam doctrinæ* *. Vel ſic vertas, *vidit*, i. e. approbavit, *eò quòd bona* [q]. ¶ *Vidit*] *Intellexit, ſenſit, agnovit*, V. Pi. *Cùm cognoviſſet*, Ar. ¶ *Quòd bona*] *Amœna, utilis, commoda*, V. L. Me. D. propoſito ſuo congruens, G. ¶ *Et diviſit*] Alii, *Et diſtinxit*, i. e. *ſeparationem fecit*, V. *ſeparavit*, Sa. Ma. *diſtinctionem fecit*, J T. Diviſit, 1. Loco : Nam nobis lux eſt, cùm tenebræ apud Antipodes. 2. Tempore : Quia ſibi ſuccedunt. 3. Cauſâ [r]. Primùm autem confuſa quodammodo ac permixta hæc erant, ac ſi in caligine lumen accendas [s]. ¶ *Inter lucem & tenebras*] Heb. *Inter lucem & inter tenebras.* Pleonaſmus Hebraicus [t]. Sic Gen. 32. 16. *inter gregem & inter gregem.* Sic Livius 3.2. *inter cives Romanos & inter peregrinos.* Horat. ſerm. 1.7. ——*inter Hectora Priamiden animoſum atque inter Achillem Ira fuit capitalis* [v].

5. *Et appellavit*] i. e. Sancivit ut Adam ſic vocaret, & poſteri ejus [x]. ¶ *Lucem, Diem*] Nam ferebatur illa lux ut nunc Sol [y]. Hinc *dies* pro *luce* ponitur. *Dies declarabit*, 1 Cor. 3. 13. i. e. *lux*, Eph. 5.13 [z]. ¶ *Factum eſt veſpera & manè dies unus*] Vide Annotata ad V. R. C [a]. עֶרֶב *veſpera*, à עָרַב *ligavit, obligavit* ; quòd liget diem cum nocte : & בֹּקֶר *manè*, à בָּקַר *diſcernere*, quòd tunc res ab invicem diſcernuntur [b]. *JOM dies* videtur dici à tumultu & operibus ejus : *LAILAH nox*, ex ululatu ferarum *. Senſus eſt, Ex veſpera & manè completus eſt primus dies [c]. Hîc enim pars pro toto ponitur, ut apud Dan. *veſperomatutina*, pro diebus ; & 4 *autumni*, Poetis, pro 4 annis [d]. Alii ſic, *Fuit veſp. & manè diei primæ* : V. A. E. in F. J T. q. d. Ità tranſactus eſt primus dies [e]. *Cùmque præteriiſſet nox & dies*, &c. Ar. Picherellus ſic vertit, *Atque ità primi veſpertinum diei & matutinum exſtiterunt.* Poteſt & ſic verti, *Atque ità veſpertino conſtans & matutino exſtitit primus dies*, i. e. nocte & die. Pars initium conſtituens pro toto. Sic Dan. 8. 14. Iſa. 34. 10, 4. Eſdr. 9. 44. Quod tamen perpetuum non eſt ; ut Levit. 8. 35. Nehem. 1. 6 *. *Fuit veſpera & manè dies unus*, Ti. vel *primus*, Pi. *Veſpertinum & matutinum fuerunt dies primus*, h. e. diem primum conſtituebant †. *Veſpera* hîc noctem ſignificat, *manè* diem [f]. Aliter ſentire videtur L. Præponit *veſpere* ut completionem diei (artificialis,) & ponit *manè* ut completionem noctis [g]. Meminit priùs veſperæ, quòd Hebræi (ſicut Galli olim & Germani, Ca.) diem à veſpera incipiunt [h]. Quintus Gymnoſophiſtarum interrogatus, utrùm exiſtimaret diem an noctem priùs exſtitiſſe, reſpondit, τὴν νύκτα ἡμέρᾳ μιᾷ, i. e. *noctem uno die* ; τῶν γὰρ ἀπόρων ἐρωτήσεων, ἀνάγκη καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀπόρους εἶναι. Clemens Strom. 6. & Plutarch. Alexandro. Ἀρχαίη νύξ, (*Antiqua nox*,) Arat. 38. *eſt enim Heſiodo antiquiſſima deorum* : Theon [i]. Tenebras luce priores, ex veteri diſciplina docuit Thales apud Laertium : Is autem erat Phœnix origine, teſtibus Herodoto & Leandro. Orphica carmina, Νύκτα θεῶν γενέτειραν ἀείσομαι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, i. e. *Noctem concelebro genitricem hominùmque deûmque* *. Ideo David à veſpera incipit, Pſal. 55. 18. *Veſpere & manè*, &c [k]. Fortè à veſpera incipit, quia in ea finitur prima diei pars, ſicut in manè pars ſecunda & poſtrema [l]. Sabbata aliáque feſta à veſpera incipiebant ; Levit. 23. & alibi [m]. A veſpera dies numerare incipiebant olim Athenienſes, teſte Macrobio, & Gellio [n]. ¶ *Dies unus*] i. e. *Primus*. Cardinalis pro ordinali [o]. Sic Gen. 2. 11. *unius Piſon* ; Exod. 18. 4. Marc. 16. μία σαββάτων. Confer Exod. 12. 2. Hag. 1. 1. μία τοῦ μηνός. Exod. 2. 18. Gen. 18. 13. Sic Cicero dicit, *Uno & octogeſimo anno mortuus eſt* [p]. יוֹם אֶחָד apertè ſign. *diem primum*, Ezra 10. 16, 17. & Nehem. 8. 2 *. Suetonius in Auguſto —— *mandata tribus voluminibus : uno*, (i. primo,) *de funere* ; *altero, indicem rerum à ſe geſtarum* ; *tertio, breviarium totius imperii* [q]. Simpliciſſima eſt Nehemanidis ſententia, *unum* non *primum* rectè dici, cùm nondum *ſecundus* dies exſtiterit, reſpectu cujus *primus* diceretur [r].

6. *Fiat firmamentum*, ο'. Sa. Ar. O. M: רָקִיעַ] Alii non *firmamentum* vertunt, ſed *expanſionem*, Mo. P. Ti. JT. M. F. V. (*extenſionem, diſtenſionem, diffuſionem*, V.) *rem expanſam* ſeu *extenſam*, A E. in F. eo modo quo aulæa expanduntur ; (ut tentorium quod funibus ſuſtinetur nè decidat [s] ;) vel ſicut argentum malleo diducitur & attenuatur [t]. Indè Deus dicitur *extendere cœlos*, Iſa. 40. 22. & 42. 5. & Pſal. 104. 2 [v]. Grot. reddit τάσις, (quæ vox Platonis eſt.) רָקַע eſt *expandere*. Laminæ expanſæ appellantur רִקֻּעֵי פַחִים Num. 16. 38 [x]. *Expanſum firmamentum*, vertit A. Expanſio hæc eſt diffuſum corpus aeris [y]. Nam quid, niſi aer, dividit aquas inferiores, i. e. mare, à ſuperioribus ? Nec aliud aeri nomen eſt Hebræis quàm רָקִיעַ & שָׁמַיִם [z]. Hoc nomen aeri tribui teſtantur Chald. par. in Pſal. 19. & K. in Pſal. 77 [a]. *Quid mirabilius aquis in cœlò ſtantibus?* ait Plinius, l. 31 [b]. *Aves cœli* vocantur, Jer. 7. Oſ. 2. Matt. 8. & 13 [c]. Alii exponunt *firmamentum*, & accipiunt de orbibus cœleſtibus [d]. Complectitur tamen hæc vox etiam aerem vicinum, à cœlo in terram expanſum, & ſuo loco quaſi firmatum [e]. ο'. vertunt στερέωμα · vel quia רָקַע eſt στερεῶ, i. e. *firmo, ſtabilio* ; ità vertunt ο'. Pſal. 136. 6. Iſa. 42. 5. & 44. 24 [f]. vel quia cœlum ſæpe tentorio confertur, quod dicitur πήγνυσθαι, (i. e. funibus ad paxillos in terram depactos firmari) quatenus expanditur, Eſa. 47. 5. vel potiùs à Syriaco uſu רָקַע, quod ſignificat πιέζειν, *comprimere*, Luc. 6. 38. Et fortè רָקַע Heb. primò ſignificat *comprimere*, indéque *extendere* ; nam premendo res extenduntur, ut laminæ æris [g]. ¶ *In medio*] Non mathematico, ſed rudi Minervâ ſumpto [h]. תָּוֶךְ & תּוֹךְ aliquando eſt *in*, vel *intra*, aliquando *in medio* rei. Hinc colligunt Hebræi aquas quas ſupra firmamentum non ſine magno miraculo in ſublimi ſuſpenſas ac pendulas eſſe ſtatuunt, æquali diſtantiâ ſupra firmamentum eſſe, quâ hæ infra firm. Et notat R. S. non dici עַל *ſuper*, ſed מֵעַל *ſupra*, vel *deſuper* [i]. ¶ *Super firmamentum*] Quod *ſuper cœlos* dicitur Pſal. 148. 4. Hinc *cataractæ cœli*, infrà 7. 12 [k]. ¶ *Et dividat aquas ab aquis*, בֵּין מַיִם לָמָיִם] *Separans inter aquas ad aquas*, Mo. *inter aquas & aquas*, Ch. Sy. M. T. ο'. Sic ſolent Hebræi ſeparationem deſignare per τὸ בֵּין *inter*, cui ל *ad* reſpondeat. Sic בֵּין קֹדֶשׁ לְחֹל, *inter ſacrum ad profanum*, Ezec. 22. 26. & 42. 20. & 44. 23. Similiter Eſa. 59. 2. *iniquitates veſtræ ſeparationem fecerunt* בֵּינֵיכֶם לְבֵין אֱלֹהֵיכֶם, *inter vos & inter Deum veſtrum* *. מַיִם duale eſſe volunt ob has aquas duplices. At eſt plur. ut apparet ex Æthiopica voce מַי *aqua*, unde plurale niſi מַיִם eſſe nequit [l]. Qu. Quid ſunt aquæ ſupra cœlum ? Nonnulli intelligunt aquas veras & naturales, ſed alterius, h. e. cœleſtis, naturæ [m] ; quæ ſunt proximè ſub cœlo Empyreo. Ità Patres & alii [n] ; & Gregorius in notis & obſerv. c. 23. qui ſic aſtruit. 1. רָקִיעַ de tota machina ſumendum eſt ; nec aliter מֵעַל reddi poteſt, quicquid dixerint Paræus, Jun. & alii. 2. In Cantico Pſal. & 3 puerorum, *aquæ ſupra cœlos*, quæ ad Deum laudandum vocantur, non poſſunt eſſe illæ in nubibus, quia *pluviæ & rores* apertè ab iis diſtinguuntur. 3. Immenſæ illæ aquæ in magno diluvio aliunde non poterant venire quàm ex hac magna abyſſo, Gen. 7. 11. & 8. 2. 4. Hinc dicitur Deus *poſuiſſe trabes cubiculorum* (nempe *ſuperiorum*, ut rectè vertit Saxon.) *in aquis*, Pſal. 104. 3. & (quod idem) *ſuper aquas multas*, Pſal. 29. 3 [o]. 5. Aquæ hæ non ſunt nubes, quia illæ nondum ſunt creatæ [p]. Si quæras cui uſui hæ ſunt : Inter ea quæ adferuntur plus probabilitatis habet, ibi aſſervatas eſſe in terrorem hominibus, quos indè ſe punire poſſe oſtendit Deus. Quare & ignem ibi aſſervatum aiunt ad futurum mundi incendium [q]. Serviunt hæ aquæ partim ad ornatum univerſi ; partim ad præripiendum nobis proſpectum cœli Empyrei, cæteroquin ſplendidiſſimi, & Sole noſtro lucidioris [r]. Alii

Marginal notes (left column): [p] Me. L. ad v. 4. — * Ga. Cin. p. 165. — [q] D. obſerv. 15. 4. — [r] Me. ex La. — [s] F. — [t] Jun. — [v] Ga. — [x] Me. — [y] Me. — [z] A. — [a] G. — [b] O. — * A. — [c] V. L. E. Me. Ca. — [d] Ca. — [e] V. — * Pich. — † Ga. Cinni p. 167. — [f] D. Pi. A. Ca. — [g] L. — [h] V. D. obſerv. 8. 9. — [i] Ga. — * G. de V. R. C. — [k] D. ib. Ca. Bo. E. — [l] D. obſ. ib. — [m] Me. — [n] Bo. — [o] F. V. D. — [p] D.

Marginal notes (right column): * Ga. Cin. p. 167. — [q] Ga. ex Caſaub. — [r] F. — [s] G. — [t] F. D. — [v] V. — [x] Bo. — [y] V. D. Ca. G. E. — [z] Ca. — [a] G. D. obſ. 8. 18. — [b] G. — [c] E. — [d] L. Me. T. — [e] Me. — [f] D. — [g] Ful. Miſc. 1. 6. — [h] Me. — [i] F. — [k] G. — * Ga. Cin. p. 166. — [l] Di. — [m] L. — [n] Sic L. F. col. La. Bo. O. Me. — [o] Greg. c. 23. — [p] La. — [q] F. co. — [r] T. ex Bo.

autem per *aquas superas* intelligunt aquas nubium [s]. Ità Rambam, Tilbon, & alii Hebræorum in Mu. Ità A E. qui sapiens dici meruit [t]. Non est credibile Mosen de aquis loquentem *pluviæ* nullam mentionem facere, cujus meminit & Josephus, & Sibylla in creatione. Hinc aqua *de cœlo stillare* dicitur, 2 Reg. 21 [v]. Sic omisisset Moses singulare Dei beneficium [x]. Super cœlum sunt nubes, i. e. super ejus partem infimam [y]. Quanquam supra totum liquidum (cœlum) non sit, sufficit si habet infra se liquidum [z]. Duplices tantùm aquas agnoscit Moses: at nubes etiam sunt aquæ, Psal. 104. 3*. Sicut quælibet pars aquæ dicitur *aqua*, ità quælibet pars cœli totius nomine vocatur [a].

7. *Et fecit*] Quare *fecisse* dicitur Deus quod priùs factum est? Nam elementa & principia primo die creata sunt. Ità Abarb [b]. Resp. *Fecit* secundùm quid, i. e. *aptavit* [e]. Sic עָשָׂה sumitur Deut. 21. 12. *faciet* (i. e. præcidet) *ungues*; & 1 Sam. 12. 6 [f]. Fecit ergò dando ei qualitatem accidentalem, non formam substantialem [g]. ¶ *Et factum est ità*, וַיְהִי כֵן] Hoc dicitur (inquit Nachmann.) ad innuendum quòd sic durare debent; q.d. factum est firmum, stabile. Nam כֵּן à כּוּן [h].

8. *Cœlum*] Quo intelligo quicquid eo nomine Scriptura solet intelligere [i]: nempe cœlum *aereum*; ut infrà 30. Levit. 26. 19. Deut. 28. 23 [k]. Dan. 7. 2, 13. Psal. 8. 9 [l]. & *stellatum*; Gen. 1. 16, 17. & *tertium*; 2 Cor. 12. 2. Matt. 22. 30 [m]. Eph. 4. 10 [n]. Cum hoc cœlo ejus incolas, Angelos, creatos puto; non die primo; quia hoc cœlum, angelorum domicilium, paratum demum est ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *à fundatione mundi*, seu, *post fundationem mundi* [o]. ¶ *Et factum est vesp.*] Eodem modo exponunt quo priùs. [Vide ad v. 5.] Quærit Rasi, (i.e. *R. Solomon Jarchi*) Cur ad finem hujus diei non dicitur, ut in cæteris, *Vidit quòd bonum?* Resp. 1. Quia Angeli illo die ceciderunt. Sed hoc de Scriptura non habetur [p]. 2. Quòd aquarum opus, cœptum secundo die, non fuit absolutum nisi tertio die; ideóque in opere tertii diei bis repetitur, *Et vidit quòd bonum*; 1. ob aquarum opus, 2. ob terræ fœcundationem [q]. Fecit Deus quod boni artifices: opera non approbat, nec de manibus deponit, nisi perfecta [r]. Non placet hæc ratio; de terra enim nondum ornata dicit, *Vidit quòd bonum*. Hîc non exprimit, (quemadmodum nec suprà, cùm *cœlum, terram, abyssum*, nec infrà, cùm *hominem* creâsse dicitur) quòd ex aliis diebus id satis intelligi daretur [s]. Quidam non improbabiliter existimant, uno continuo motu factum, ut aquæ subtiliores sursum ferrentur, & crassiores ad cavernas terræ, & valles, & maria [t]. Alio modo nodum solvit Cl. Picherellus. Existimat ille intra diem secundum, (ut statuunt R R. & Christiani quidam) non autem tertio, (ut plerosque sentire fatetur) peractum, quod v. 9, & 10. factum narratur. Itaque illud יֹּאמֶר, v. 9. vertit per plusquam perfectum, sicut Gen. 12. 1. collat. cum Act. 7. 2, 3, 4. & locum παρενθέζων reddit, *Sed tamen postquam Deus dixisset, in unum congregarent se locum——prævideraт autem illud fore bonum.* Et sic suum cuilibet diei adscribitur, *prævideraт fore bonum.* Adde quòd tale Hysteron proteron habetur v. 24. (ut illic annotabitur) item Gen. 2. 8, 9. *Et collocavit ibi hominem——& fecit ut è terra progerminaret arbor quævis——*h. e. *Antè autem fecerat, ut progerminaret*——Nam ante hominem conditum Deus stirpes produxerat. Et v. 17. ubi post interdictum fructûs, &c. dicitur, *Et formavit Deus——bestias*, h. e. *antè formaverat*. Hæc Picherel.

9. *Dixit verò*] i.e. *Dixerat*, V. *Cùm dixisset*, He. in G. ut sit ἐπάνοδος, G. factum enim erat die secundo*. Idem præteritum Hebræis modò præter. modò imperf. modò plusquam perf. notat. Sic Gen. 2. 2. *Complevit*, i. e. *compleverat* †. Vide ad Psal. 1. 1. V. ¶ *Congregentur*, יִקָּווּ] Ità ferè omnes. Soli Ca. & Jun. vertunt *confluant*; reliqui omnes *congregentur* [v], [At A. & Pi. vertunt *confluant*,] tanquam ad locum exspectatum*. Magna est vocis emphasis; q. d. Deus vagum illud & fluxum elementum, tanquam ad amussim & regulam, קַו, in unum locum coegit [x]. Propriè est, *recto cursu impetúque contendant*. (Nam קַו est *perpendiculum, linea recta.*) Videmus vim recti motûs (utpote brevissimi) elementis, aquæ imprimis, inditam [y]. Aq. & Sym. vertunt συστήτω, *constituatur, coeat, consistat*. D. Al. *extendantur*, vel expandant se super unum locum. *Linea* קַו dicitur, quòd extensa sit [z]. Qu. Quomodo hoc factum, cùm aquæ antea totam terram tegerent? Resp. 1. Aqua, antea dulcis, salsior jam facta & crassior, minorem locum occupabat [a]. 2. Ingens abyssus & vorago aquarum est in visceribus terræ [b]. 3. Hoc die fecit Deus terram assurgere in montes, & subsidere in valles & ingentes alveos, &c [c]. ¶ *Arida*] Sic vocatur terra Jon. 1. 9. & 2. 10. Matt. 22. ξηρά, & mare ὑγρή Poetis [d].

10. *Et vocavit*] *Vocaveràtque*, V. ¶ *Terram*, אֶרֶץ] à רוּץ *currere*, quòd animalia super eam currant *. ¶ *Congregationes*, מִקְוֵה] Non tam *aquarum collectionem*, quàm *alveum*, significat [e]. Chald. vocat *domum congregationis aquarum*, i. e. alveum maris. Ità 1. chirothecam *manûs*, 2. agrum *sementis*, 3. pharetram *sagittæ*, 4. ecclesiam *congregationis*, domum vocant [f]. Verto *expectationes aquarum*; quòd ibi Geometricâ quadam ratione exspectent, detineantur, & sustineant lineas & terminos quos illis præfixit Deus *. ¶ *Maria*, יַמִּים] Quasi יָם *fundum*, מַיִם *aquarum* [g]. *Maria* dicit plur. numero: vel, 1. ob amplitudinem [h]; vel, 2. ob diversitatem naturæ Oceani in diversis locis [i]; vel, 3. quòd non unum mare terram ambit [k]. Hebræi quamlibet congregationem magnam aquarum vocant *Oceanum*; ut *mare*, i. e. stagnum, *Galilææ* [l].

11. *Germinet*, ο'. Ch. Ar. Mo. P. A. Ti. תַּדְשֵׁא] Propriè *Herbificet herbas*, Mo. V. O. Sic dicimus *vivere vitam, peccare peccatum*, &c [m]. *Germinet*, i. e. germinandi virtutem accipiat [n], aut materiam suppeditet. Deus solus activè germina produxit [o]. ¶ *Herbam*, &c.] Singularia pro pluralibus, V. *Herbam, herbam semin.* &c. per appositionem dictum, i. e. quæ tandem evadant in herbas: aut subaudi *E T*, *& herbas producentes semen*, i. e. herbas, & tenellas, quæ necdum semen habent, & adultas [p]. ¶ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב] *Germen herbam*, Ch. Sy. Ar. Mo. P. A. Ti. *herbam pabuli*, ο'. sive *virentem*, Sa. M. Vulg. *herbulas herbas*, J T. דֶּשֶׁא est *herba tenella*; עֵשֶׂב, *robustior, quæ jam adolevit* [q]. דֶּשֶׁא etiam est generale nomen [r]: est Herbage, sive complexus multarum herbarum [s]. עֵשֶׂב est speciale nomen [t]: de quovis singulari germine rectè dicitur [v]. ¶ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב] Quidam accipiunt adjectivè, *herbam virentem*. Ità Vulg. & Me. Et colorem & vigorem notat [x]. Alii verò (quod melius) substantivè, *gramen & herbam*, ו more linguæ omisso: sicut Hab. 3. *Sol, luna stetit*, i. e. Sol & luna [y]. ¶ *Et facientem semen*, מַזְרִיעַ] Vertendum est, *Cujus semen seipsum seminet*. De sponte nascentibus maximè est intelligendum [z]. *Sementantem*, (sic J T. A.) ut loquitur Plinius, G. Chald. vertit, *cujus filius seminis ejus seminari possit*. Per filium *grana* intelligit, F. *Quæ serendo seratur*, Sy. ¶ *Lignum pomiferum faciens fructum*, עֵץ פְּרִי] *Lignum fructûs*, i. e. *fructiferum*. Genit. pro adject. usurpat Hebraismus [a]. Sic explicat se ipse Moses, addens עֵץ עֹשֶׂה פְּרִי [b]. Alii, *arbores cum fructibus*, i. jam onustas iis [c]. Unde Hebræi (communiter & rationabiliter, ait L.) mundum in Septembri conditum dicunt, cùm omnia matura sunt [d]. Sic statuit R. Eliezer & sequaces, quia scribitur Deut. 32. *opera Dei sunt perfecta*. Ut ergò homo factus est in statu perfecto, potens generare; ità dicendum de terræ nascentibus [e]. At R. Josue, & sui sequaces, vult mundum factum in Martio mense, cùm terra incipit germinare herbas: unde & Martius *primus mensis* dicitur Exod. 12 [f]. ¶ *Juxta genus suum*, לְמִינוֹ] *Genus* vertunt ο'. Ch. Sy. *Speciem*, Sa. Mo. Ma. J T. A. *Genus & species* Hebræis confunduntur [g]. ¶ *Cujus semen in semetipso*] Signanter hoc dicitur de plantis, quia hæ non egent (ut animalia) diverso sexu ad producendum sibi simile, sed ad eam rem sufficit eis suum semen [h]. *Cujus filius sementis* (Planta, Sy.) *in ipso*, Ch. *Quarum planta esset ex semetipsis*, Ar. His verbis fœtifica vis datur stirpibus momento creationis, quæ separatim data est animalibus [i].

14. *Fiant luminaria*] Sol quarto die conditus est, (juxta

[s] Sic V. Ca. D. Pi. A. G. Mu. [t] F. co. [v] Ca. [x] Pi. [y] Mu. [z] Ca. * Pi. [a] A. [b] Mu. [e] L. Mu. [f] Mu. [g] L. [h] F. [i] A. Pi. [k] Pi. [l] A. [m] A. [n] Pi. [o] Pi. [p] L. [q] L. ex R. S. [r] Muis. [s] Bo. [t] E. [x] V. G. † G. [v] Ful. * Pi. [x] F.

[y] Ful. Misc. 3. 4. [z] O. [a] La. [b] Bo. [c] La. Bo. [d] D. Misc. 1. 88. * Pi. A. [e] F. [f] F. * Ma. [g] Nachm. in F. [h] Nachm. in F. [i] R. S. in F. [k] AE. F. [l] L. [m] Ca. [n] L. E. [o] La. Bo. Me. [p] V. [q] M. F. V. G. He. in O. [r] F. [s] R. S. in Di. [t] F. [v] Di. [x] Me. [y] F. [z] F. [a] F. V. [b] Di. [c] F. Me. [d] F. [e] L. ad vers. 12. [f] L. ibid. [g] V. [h] E. [i] Ca.

(juxta Græcorum & Latinorum opinionem,) & ante eum, lux, herbæ & arbores; nè homines sibi persuaderent Solem esse causam lucis & herbarum, atque ità acciperent ansam idololatriæ [k]. Hebræi verò dicunt Solem primo die creatum, ut dictum v. 3. Mosémque narrationem quam cœperat de Creatione cœlestium omisisse, & descendisse ad terrestria, utpote magis nota nobis; postea quarto die repetiisse omissa, ornatum nempe earum rerum cœlestium. Tunc vertendum, *Dixerat*, &c. Ex Sacris literis non possis dicere quo tempore creata sunt, sed tantùm quòd intra quartum diem creata [l]. Substantia luminarium facta est primo die; sed quæ informis antea fuerat, quarto die formata est, & tunc accepit virtutem influendi in hæc inferiora [m]. ¶ יְהִי מְאֹרֹת] *Sit*, (i. e. *sint*, sing. pro plur.) *luminaria*, V. Distributivè accipiendum, q. d. *Sit unumquodque luminarium.* Sic Gen. 49. 22. *Filiæ* (i. e. unaquæque ex filiis) *incedebat*: Jos. 2. 4. Eccles. 10. 1 [n]. Vel, *Erit*, nempe, *Lux erit luminaria*, i.e. in ea distinguetur, Caj. Nehemanides sic, Lux primo die creata per extensionem firmamenti impedita fuit: Idcirco Deus in firmamento loca quædam, per quæ lux illa prima tanquam per instrumenta radios suos in terram funderet, paravit. Et notat מָאוֹר dici instrumentum per quod אוֹר, lux illa prima, splendorem suum demittit. Hinc Sol & luna מְאוֹרוֹת dicuntur. Et certè מ verbo additum solet instrumentum denotare: ut מָגֵן est *instrumentum quo defenditur*, i. e. clypeus; sic מַפְתֵּחַ, *clavis, quo aperitur*; מַפּוּחַ, *follis*, &c [o]. ¶ *In signa & tempora*] Rotunda temporis divisio in dies, menses, quatuor anni tempestates, & annos: Scal. Can. Isag. Chron. [p] ¶ *In signa*, לְאֹתֹת] Quo alii *momenta* intelligunt [q]. Alii *miracula* & prodigia; ut Jos. 10. 12. & Isa. 38. 7 [r]. Alii, 1. Non vana judiciariorum, (quos Patres damnant) sed *naturalia prognostica* [s], serenitatis aut tempestatis, pluviæ, gelu, &c [t]. 2. Signa serendi, metendi, navigandi, &c [v]. 3. Signa temporum, scil. dierum, annorum, mensium [x], vel signa quatuor tempestatum anni [y]. In signa prognostica quæ malum orbi portendunt, juxta Jer. 10. *A signis nè timete*, &c [z]. אוֹתוֹת sunt mensium συντέλειαι, Sirac. 43. 6. non *eclipses* & *cometæ*, ut stultè Judæi: Scalig. ubi suprá. ¶ *Et tempora*, o'. Ch. Sy. Sa. Ar. Mo. P. O. וּלְמוֹעֲדִים] Quidam Judæorum sic, *In statas Judæorum solennitates*, Q. in F. *stata tempora*, A. Pi. Ti. *horas*, AE. in F. Alii, quatuor partes anni, *brumam, ver, æstatem, autumnum*; sic Nehemanides [a]. Nec non *tempora messis*, *vindemiæ*, &c [b]. Item *tempora sicca, calida, humida*, &c [c]. Vide quæ ad Job. 9. 9 [d]. Al. *menses*. Alioquin Moses eorum non meminisset: Q. in Ma. Significare videtur & *menses*, Psal. 104. 19. *Fecit lunam* לְמוֹעֲדִים [e]. Al. *Sint in signa tempestatibus, diebus*, &c. i. e. significent tempestates, &c [f]. Non placet. Tum dixisset לְאֹתוֹת הַמּוֹעֲדִים. Nec dies & annos *significant* hæc luminaria, sed *efficiunt* [g]. ¶ *Et annos*] h. e. *Et in annos*. Verbum sæpe omittunt; ut Hos. 3. 4. Eph. 4. 11. Gal. 3. 28 [h]. שָׁנִים, annos tum solares 365 dierum, tum lunares 30 dierum [i]. ¶ *Dies*, יָמִים] Ut numerentur per ea dies & anni [k]. Facta erant luminaria etiam, 1. propter gloriam Dei; 2. ad utilitatem hominum. Secundam tantùm causam tangit Moses, quia Judæi proni erant ad idololatriam. Unde Deut. 4. *Nè fortè adores quæ Deus creavit in ministerium* [l].

16. *Duo magna*] Magna vocantur non mole, (nam Luna minor est omnibus astris, excepto Mercurio [m],) sed claritate, seu lumine; ità Abarbanel & alii [n]: & quia majore vi & efficacitate pollent quàm Stellæ [o]. ¶ *Ut præessent diei*, לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם] *Ad dominium diei*: ità plerique. Sed Ar. *ad illuminandum in die.*

17. *Et posuit*] Heb. *dedit*. Sic, *dedi spiritum*, Isa. 42. 1. pro *posui*, Matt. 12. 18. Sic, *dedisti*, 1 Par. 17. 22. est *confirmasti*, 2 Sam. 7. 24 [p]. Non priùs fecit alibi, & postea posuit, &c. sed fecit in ipso cœli firmamento [q].

18. *Et præessent*] Lucis principatu; quia nihil illis splendidius [r].

19. *Et factum vesp.*] Arab. sic legit, *Et cùm præteriisset ex nocte & die dies quartus.*

Marginal notes: [k] V. — [l] V. — [m] L. — [n] Ma. — [o] F. — [p] Ga. — [q] V. AE. in F. — [r] V. — [s] La. Bo. Me. A. — [t] L.V.Me. — [v] F.L.Me. — [x] Me. — [y] O. — [z] F. A. — [a] In F. sic Ma. M.Bo. — [b] A. Pi. La. Bo. — [c] La. — [d] Pi. A. — [e] Pi. — [f] Jun. — [g] Pi. — [h] A. — [i] F. — [k] F. Onk. in F. — [l] L. — [m] Me. — [n] Mo. E. — [o] Me. — [p] Me. — [q] Me. — [r] Me.

20. *Producant aquæ*] Aquæ pro aere hìc sumuntur, (quia ex aquis attenuatis fit aer.) ὑγρὸς νοτερὸς καὶ ὑέλιος, *aer humidus & pluviosus*, ait Josephus [q]. ¶ יִשְׁרְצוּ שֶׁרֶץ] est *producere in magna abundantia*, V. more reptilium, Di. *Scaturiant*, Sy. Ti. In Æthiopica lingua etiam de herbis dicitur, Di. *Voluit Deus ut ambularet ex aqua*, Ar. ¶ *Reptile*, שֶׁרֶץ] Νηκτὸν, (*natatile*,) G. *Reptilia* dicuntur, quibus pedes aut nulli sunt, aut brevissimi [r]. שֶׁרֶץ est omne animal non altè à terra assurgens, ait R S. ut muscæ, vermes, mures, omnésque pisces [s]. Nec de talibus tantùm dicitur שֶׁרֶץ, ut vult R S. sed de omnibus animantibus sensitivis, & se moventibus; etiam de hominibus, Gen. 9.—*Vos autem prolificate.* Targum semper vertit per רחש, quod *agitari & in sese moveri* significat [t]. ¶ *Reptile animæ viventis*] Sing. pro plur. i. e. *reptilia animata viventia*, V. Pi. Appositio, *reptile, animam*, Pi. ¶ *Et volatile*, &c. *super terram*, וְעוֹף יְעוֹפֵף] Alii sic, *Et volatilia* (sing. pro plur.) *volent*, V. P. E. Sy. Sa. Ti. Ma. Pi. T J. A. *Et volatilia volantia*, Ar. o'. Alii autem sic legunt, *volatile (quod) volitet*. Et hinc inferunt ex aqua ortas aves [v]. Natantium & volatilium unam originem ponit Moses. 1. Quia aer, (locus avium) & aqua, (locus piscium) elementa cognata sunt. 2. Utrisque inest levitas & agilitas. Et quod avibus alæ, id piscibus pinnæ [x]. 3. Multæ aves & volant & natant. 4. Similis est utrisque motus [y]. Huic sententiæ favet, quòd שֶׁרֶץ de avibus dicitur Levit. 11. 20 [z]. At alii hoc negant, & statuunt aves ex humo formatas, non ex aqua [a]. Probant 1. ex Gen. 2. 19. *Formatis—de humo cunctis animantibus terræ, & volatilibus*, &c. [*de quo vide ad illum locum*;] & ex eo quòd jubeat eos *volare super terram*; (ibi nimirum illis & quies & victus est.) Si ex aquis emersissent, eas in primo illo ortu jussisset Deus *evolare super aquas*. Hebræi aliter conciliant hunc locum cum Gen. 2. nempe aves ex utroque elemento prodiisse, cùm factæ sint ex molli luto. Chizkuni aves aquaticas ex aquis, reliquas è terra vult prodiisse. Frustrá: utrobique agit de toto genere avium [b]. 2. Probant ex eo quòd v. 21. Volucres à reptilibus, quæ ab aquis producta fuerunt, expresse distinguuntur. Causæ autem cur aves cum piscibus creatæ sint videntur esse duæ: 1. quòd utraque sunt *ovipara*; 2. quòd aves in aere volitant, ubi pendent nubes, i. e. *aquæ superiores* [c]. Alii sic, Non ex sola aqua creata sunt volatilia, (imò partim ex aqua, partim ex terra; nam Gen. 2. 19. *finxit ex terra*,) sed aqua erat (eorum) præcipua causa materialis [d]. ¶ *Sub firmamento cœli*, עַל פְּנֵי רְקִיעַ] *In superficie expansionis*, vel, *coram expansione*, vel, *ante conspectum expansionis cœli*, i.e. in parte altissima aeris [e]. *Superficies* (vel *facies*) *cœli* dicitur, quæ patet nostro aspectui [f]. Alii Hebræorum volunt עַל pro עִם poni, & vertendum *juxta cœlum* [g].

21. *Creavit cete grandia*, תַּנִּינִם] Significat omnia ingentia animalia, tam terrestria, ut dracones, quàm aquatica, ut balænas [h]. Hæc vox propriè significat animalia illa oblonga super terram quæ præ se ferunt formam Serpentis; hìc tamen de aquatilibus intelligenda [i]; de *Draconibus*, O. Ma. Sy. Cetum 600 pedes longum memorat Plin. 32. 1 [k]. At quomodo dicitur Deus *creare*, cùm sequitur, *produxerant aquæ?* Respondeo; Produxerunt aquæ, materiam & dispositiones subministrando; Deus creavit efficienter [l]. ¶ *Viventem atque motabilem*] Τὸ, *atque*, ponitur pro *id est*; explicat quod præcessit. Significat se vocâsse *animam viventem* quodvis animal quod naturâ seu ab intrinseco præditum est vi se movendi [m].

22. *Benedixit eis*] Heb. *ea*, casu accusat. Sic Eph. 1. 3. εὐλογήσας ἡμᾶς [n]. Dei benedicere, est benefacere [o]. Seipsum explicat, cùm dicit, *Crescite*, &c [p]. *Benedixit*, i. e. dedit illis fœcunditatem, potentiam & appetitum generandi sibi simile [q]. Benedictio in multiplicatione solet maximè & propriè intelligi, quia de fœcundis tantùm dicitur, v. 22 & 28. non autem dicitur, *Benedixit Deus luci*, vel *firmamento*, &c. Ruffin. ad Psal. 66. Benedixit animalibus, non plantis; quia istis pro nutu terram ipse repleverat; illa bina tantùm creaverat: Theodor. quæst. 1. 17 [r]. ¶ *Crescite*] Non mole, sed numero. Piscium sanè summa est copia [s]. Hebræi dicunt

Marginal notes: [q] G. ad v. 2. — [r] L. V. Ma. — [s] Di. — [t] F. — [v] Ità Ca. L. Me. La. Bo. — [x] La. Ma. — [y] La. — [z] Pi. A. — [a] Ità E. Caj. Pi. BA. — [b] BA. 1. 3. 9. 55. — [c] Pi. — [d] V. — [e] V. — [f] P. — [g] F. — [h] Me. K. in F. O. Pi. A. BA. La. — [i] V. — [k] A. — [l] Eo. — [m] Me. ex La. — [n] Pi. [o] Me. — [p] F. V. — [q] F. Pi. E. Me. A. — [r] Ga. — [s] Me.

dicunt esse imperativa pro futuris, *Crescetis*, &c [t].

24. *Dixit quoque*] At Picherellus sic vertit, v. 24, & 25. *Sed postquam tamen Deus dixisset, Terra—animantia producere—Et omnia——reptantia juxta etiam suas species fecerat Deus; cùm hoc quoque bonum fore prævidisset.* Hîc quoque Hysteron proteron intelligo, ut v. 8. [ad quem Annotata vide] & ad diem quintum hæc rejicio. 1. Cùm uno die, nempe tertio, creârit Deus herbas & arbores, vegetante præditas animâ, par est, ut animâ præditas sentiente, volatilia & animalia terrestria, uno die, nempe quinto, fecerit. 2. Par etiam erat, ut Adamo & Evæ (quibus anima rationalis erat,) suus seorsim dicaretur dies. 3. Dubitandum non est hîc subaudiendam illam benedictionem natatilibus & volucribus datam vers. 22. Nisi enim subaudias, ut diversis brutis eodem die benedixerit Deus, majori negotio subintelligetur die sexto, (licèt tunc creata essent.) Eadem enim una benedictio (ver. 28.) brutis & rationalibus ægrè conveniet: Ergò die quinto, non sexto, creata hæc erant. Obj. At sic die quinto erunt duo τὰ *Præviderat——fore bonum.* Resp. 1. Ità factum, quia duo diversa extiterant genera, ut amborum bonitas elucesceret. 2. Non minori erunt offendiculo duo in uno sexto die, si hoc terrestres respiciat animantes. Hæc Picherel. ¶ *Producat jumenta*, &c.] בְּהֵמוֹת sunt animalia domestica, ut equi, boves, &c [x]. Non placet. *BEHEMOTH* de *feris* dicitur, Deut. 32. Mich. 5 [y]. Item Esa. 18. 6. Jer. 27. 33. Vide & Deut. 14. 6, 7 [z]. At cùm *BEHEMAH* & *CHAJAH* opponuntur, illud *domestica pecora* sign. hoc *agrestia*. Ideo observat R.S. Goliathum impropriè loqui 1 Sam. 17. 44. *dabo te in cibum*, לְבֶהֱמַת, pro quo David reponit לְחַיַּת, v. 46 [a]. Aliis ergò *Behemoth* sunt omnia herbis vescentia, cùm domestica tum sylvestria [b]. Aliis sunt animalia majoris staturæ [c], aliquantæ molis; non mures, talpæ, &c. At lepores ponuntur inter בְּהֵמוֹת, Levit. 11. 5, 6 [d]. ¶ *Reptilia*, רֶמֶשׂ] R. S. dicit esse *animalcula humi reptantia* [e], vel *saltitantia* [f]. At Neheman. contendit dici de omnibus animantibus, idque probat Scripturæ locis. Nam רָמַשׂ *gradationem*, non *quantitatem*, denotat; & idem est cum רָמַס *calcare*, mutato ס in שׂ per communem symbolismum [g]. ¶ *Bestias*, חַיַּת] Sunt feræ quæ in campis & desertis degunt, carnibúsque vescuntur, ut lupi, &c [h]. Nomen habent à *vita* vel *vivacitate*, quæ in his maximè conspicitur [i].

26. *Faciamus*] Non dicit, (ut in reliquis) *Producat terra*: Intellectiva enim, quæ est forma hominis, non est ex semine per generationem, sed à Deo [k]. Trinitatem Personarum in Deo hinc colligunt Patres, Hilar. Aug. Fulgent. apud E. & post eos alii [l]. Ità loquitur *ad domum judicii sui*, inquiunt antiquissimi Hebræorum. Quid hoc est, nisi Filius & S. Sanctus [m]? Videtur cum Filio loqui, ut Sibylla canit, lib. 8. *Hujus consilio*, &c. Judæi varia fingunt ut eludant hunc locum [n]. Alii volunt eum Angelos alloqui [o], per παρείρωσιν, nè zelotypiâ erga hominem laborarent, quem in illorum similitudine formare statuerat [p]. At illos Creatores appellare prorsus ἀθεόλογον est [q]. Iis in creatione nec eguit nec usus est Deus [r]. Quomodo deliberaret de creando homine cum iis qui ipsi creati fuerunt [s]? Alii volunt Deum loqui more magnatum [t]. Hic enim est mos Hebræis, ut 1 Reg. 22. 20 [v]. Quòd autem pluralem numerum honoris causâ adhiberi contendunt, id Hebræi quidem in secunda & tertia persona receperunt: sed in prima persona nullum usquam exemplum legitur, ubi singulare aliquod individuum de se loquitur in prima persona plurali numero, prout AE. in Gen. 1. 30. doctissimè observavit. Junius in *Analysi in Genesin*. Alii vertunt נַעֲשֶׂה (non, *faciamus*, sed) *fiat*, seu *factus est*, *homo*. Sed hos ridet & impugnat AE. ut illos etiam qui dicunt hæc verba, *in imagine nostra*, &c. esse Mosis, non Dei, verba [x]. Alii volunt Deum quodammodo quatuor elementa alloqui & exhortari; q. d. *Vos date corpus, Ego dabo animam* [y]. A E. pluraliter dici vult, ad exprimendam hominis præstantiam: q.d. *Non terra, non aqua in condendo homine sint occupatæ, verùm nos ipsi*, i. e. Deus & Angeli [z].

[t] V. [x] AE. in F. Me. [y] O. [z] BA. [a] BA. 1. 1. 2. 5. [b] F. Ge. in M. [c] A. [d] BA. 1. 1. 2. 4. [e] AE. in F. [f] Me. [g] F. K. [h] F. V. AE. & Nehem. in F. A. Pi. Me. [i] A. [k] L. [l] Sic M. F. V. D. L. E. Me. T. La. Bo. O. Ma. Pi. A. [m] D. [n] M. F. [o] M. F. [p] F. [q] D. [r] Me. L. [s] D. [t] M. F. sic G. [v] G. [x] F. [y] F. co. [z] F. co.

Hebræi tradunt LXX vertisse ποιήσω, nè Ptolemæus eliceret pluralitatem in Divinis [a]. Discamus ex hoc loco nostram dignitatem, quâ dignatus nos est Deus, ut eum solum colamus, &c [b]. Hîc est *faciamus*; alibi *creavit*: unde patet differentiam inter בָּרָא & עָשָׂה non esse perpetuam [c]. ¶ *Hominem*, אָדָם] Est nomen speciei, (non proprium) & sing. pro plur. nam mox sequitur, *dominentur* [d]. ¶ *Ad imaginem & similitudinem*] Alii distinguunt; *imago* est in naturalibus, *similitudo* in gratuitis [e]. Alii confundunt. Est hendyadis, i.e. *ad imaginem nobis simillimam* [f]. Frequens est Hebræis jungere voces idem significantes; sic & Homerus, πολεμιζέμεν ἠδὲ μάχεσθαι [g]. Vocibus *imag.* & *similit.* maximam similitudinem significat [h]. Promiscuè usurpantur hæ voces [i], & conjunctim, ut Gen. 5. 3. de humana generatione *, & seorsim, Gen. 5. 1. & 9. 6. & Col. 3. 10 [k]. צֶלֶם sign. *umbram* seu *adumbrationem* [l]; *similitudinem umbraticam*: ut patet ex Psal. 38. 7. & 101. 12. & 108. 23. *Faciamus eum in umbra nostra.* Innuit in homine esse *imaginem Dei*, sed *imperfectam*, & qualem umbræ [m]; item *evanidam*, non solidam & constantem [n]. Ar. habet *formatione nostrâ*. ¶ דְּמוּת] Vertunt *similitudinem*, A. Pi. O. Al. *secundùm imaginem nostram*, i. e. secundùm ideam quam mente formavimus. Q. in Ma. Ar. vertit, *figuratione nostrâ*. Imaginem hanc Judæi in his ponunt: quòd ut anima replet corpus, ità Deus cœlum; ut Deus unicus, sic anima una in corpore; (vel, homo unus primùm factus erat;) ut Deus, sic anima, non inquinatur sordibus corporis; ut Deus, sic anima, videt omnia, sed non videtur; ut Deus, ità anima, non dormit; & ut Deo nemo similis, ità nullus hominum alteri similis. Alii ponunt in anima immortali. Alii in dominio [o]. Intelligit similitudinem non corporis, sed animi [p]. In corpore tamen relucet quodammodo, quatenus corpus est imago mentis [q]: v. g. in vultu, erectâ staturâ [r]. Consistit in immortalitate, innocentia, sanctitate, reliquísque animi dotibus [s]. Confer 2 Cor. 3. 18. Col. 3. 10. Eph. 4. 23 [t]. Imago duplex est: 1. naturalis, in intellectu & libero arbitrio; 2. supernaturalis, in gratia & justificatione [v]; quâ, teste D. Petro, *anima consors fit divinæ naturæ* [x]. Alii in ratione ponunt: sic Aug. & Prosper. Alii in libero arbitrio: sic Basil. Ambros. Hi. Alii in dominio: sic Chrys. [y] ——*quòd dominari in cætera posset*, (ut habet Ovidius:) nimirum διὰ τὸ ἡγεμονικόν [z]. Sed hæ declarationes facilè conciliantur [a]. R. Moses notat צֶלֶם esse imaginem substantialem, εἶδος sive ἰδέαν: corpoream autem vocari תֹּאַר. Idem ferè & K [b]. ¶ *Et præsit*, יִרְדּוּ] Compositum creditur ex Kal & Piel: Indè R. S. exponit & activè & passivè, q. d. Si bene vixerint homines, dominabuntur eis; sin, illa in eos dominium habebunt [c]. Al. vertit *extendant se*, &c. quia potentia domini extenditur super servos [d]. ¶ *Et toti terræ*] i. e. Feris, bestiis terræ; ut sit continens pro contento; h. e. ut profligatis feris, inhabitent homines quamcunque voluerint terram [e]. Vel, *toti terræ*, i. e. colant terram, & veluti cogant reddere sibi fructum [f].

27. *Illum*, אֹתוֹ] i.e. *Unumquemque eorum* [g]. ¶ *Ad imaginem Dei*] vel, *In imagine Dei*: [ità plerique.] *In imagine quam nobilitavit Deus*, &c. Ar. ¶ *Masculum & fœminam*] Non simul, sed successivé. Non ergò Adam Hermaphroditus, ut fingunt Hebræi [h]. Hoc dicitur per anticipationem, sive πρόληψιν ejus quod infrà dicitur, 2. 21. quæ figura, ut aliis, ità his libris frequens [i]; quia locuturus erat de multiplicatione hominum [k]. Quæritur in Talmud, *Quare creatus sit homo vesperâ Sabbati.* Respondetur, *Nè dicant hæretici fuisse hominem Deo adjutorem in opere creationis: Deinde, ut, si efferret se animus ejus, dici ei posset, Musca antecessit te in opere creationis: Denique, ut protinus intraret in præceptum, scil. sanctificandi Sabbatum* [l].

28. *Benedixit*] Benedictio significat fœcunditatem, omnémque favorem & copiam, ut v. 22 [m]. Vel potiùs, inquit Neheman. bonam precationem, quâ Deus illis omnia læta & fausta precatus fuit [n]. ¶ *Illis*] Igitur vir & mulier sexto die creati sunt [o]. Quomodo autem creati sunt, dicitur à Mose sequenti capite per repetitionem [p].

[a] D. [b] F. [c] D. [d] F. V. [e] L. [f] T. [g] G. [h] V. [i] Me. [*] G. [k] Me. G. [l] La. O. Ma. [m] O. [n] La. [o] F. co. [p] V. Me. [q] Me. [r] T. [s] V. F. [t] V. [v] Me. [x] T. [y] E. sic G. [z] G. [a] E. [b] F. co. [c] F. [d] O. [e] V. [f] F. V. Pi. [g] V. [h] Me. [i] G. [k] L. [l] D. [m] V. [n] F. [o] V.

onem [p]. ¶ *Crescite*] Veteres Hebræi faciunt hoc generale præceptum omnibus hominibus positum contrahendi matrimonii, quod vocant מצוה פריה ורביה. *Quod præceptum qui non confirmat* (inquiunt) *non habet partem in futuro seculo.* Sed ego dictum hoc puto in scortatores & contemptores matrimonii [q]. Non est hoc præceptum singulis datum [r]. Vide ad ver. 22. Probatur, 1. Quia idem dicitur brutis, quæ non sunt præcepti capacia. 2. Alioquin præceptum esset singulis dare operam ut piscibus, &c. dominentur: Dicit enim non minùs *Dominamini*, quàm *Fructificate* [s]. 3. Tum Christus ipse peccâsset*; si quod hîc præceptum est, id non singulis hominibus, sed toti speciei, i. e. omnibus hominibus in communi, datur, nè sinant speciem humanam intermori †. Non est præceptum, sed permissio: sicut Gen. 2. *Ex omni ligno comedes*; & Deut. 14. *Omnes mundas aves comedite* ‖. ¶ *Et subjicite eam*] Reddite vobis habitabilem, subjugatis feris [t]: vel, *Domate illam*, i. e. colite, & quasi cogite vobis reddere fructum [v]. Respicit ad hoc, quòd terra nihil edit nisi probè exercita. כבש est subjicere cum vi & violentia [x]. *Roboramini super eam*, Ch. *Domate*, Sy. *Possidete*, Ar. ¶ *Et dominamini piscibus*, &c.] Non addit *cœlo* etiam & *stellis*, ut semper meminisset homo aliquem supra se majorem esse, ut illum revereretur [y]. Piscium meminit, nè quis eos minùs subesse putet, quòd neque brutorum illi conventui interfuerint, neque ab homine nomen acceperint [z].

29. *Ecce*, הִנֵּה] Apud Hebræos pro *sanè* vel *utique* ponitur [a]. ¶ *Dedi*] i. e. *Do, permitto, attribuo* [b]. Non ergò animantibus adhuc vescebantur, sed postquam viam suam corruperant [c]. Ideo carnibus & vino abstinuerunt, non quia prohibebantur, sed nonnullâ religione indè natâ, quòd eorum usum Deus nondum disertè concessisset, ut Gen. 9. 2 [d]. Carnes ante diluvium non comedisse videntur [e]. Ità Patres communiter [f]. Nec eas desiderârunt, nec iis eguerunt; quia tum herbæ erant sapidiores & plùs nutriebant [g]. Dices, quorsum pascebant oves? Gen. 4. Resp. 1. propter sacrificia, vellera, lac & caseum. Vel 2. cibus ille ægris ac debilibus concessus est [h]. At Bochartus existimat pecudum esum diluvio antiquiorem fuisse. 1. Neque enim id Abel obtulisset Deo, quo vesci nefas credidisset. 2. Frustrà pavisset agnos, quibus non licuisset uti. 3. Distinctio animalium in munda & immunda docet alia permissa fuisse, alia prohibita. Non enim naturâ quicquid immundum, sed ex Lege. Itaque hoc, *Vobis erit in cibum*, non solùm ad plantas refero, sed etiam ad animalia, de quibus præcedenti versu actum fuerat [i]. ¶ *Ut habeant*, &c. כָּל־יֶרֶק עֵשֶׂב] *Omne olus herbæ*, Ar. Mo. P. *Virorem herbæ*, vel, *virentem herbam*, M. O. Ma. ό. Ch. Sy. Ti. JT. à יָרַק *spuere*, scil. viridem exscreationem, O. יָרָק *olus* est quod terra quasi exspuit, Ma.

31. *Et vidit*] Notat Nachmanni, per *dicere Dei*, productionem rerum creatarum significari; per *videre Dei*, complacentiam & approbationem ejus, quâ eis subsistentiam & durationem tribuit; voluntate enim Dei (ut inquit) vel uno momento cessante, omnia iterum in nihilum redigerentur [k]. ¶ *Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*] Similiter reliqui omnes. At Picherellus aliter versum reddit, (*Præviderat autem Deus, quicquid hîc circa hominem fecit, proculdubiò perbonum fore.*) Cùm enim unicuique diei suum additum est proprium τὸ *Præviderat——fore bonum*, æquum est ut & sextus, tam insignem plasmationem continens, suum itidem habeat peculiare. Obj. At universalis particula hîc additur. Resp. 1. Vox hæc universalis sæpe restringenda est. Gen. 3. 20. Eva est *mater omnium viventium*, non tamen brutorum, sed *filiorum hominis*, ut addit Chaldæus. Sic *Charitas omnia suffert*, 1 Cor. 13. 7. non tamen scelera. 2. In Hebræo non est plur. *omnia quæ*, sed singulare, *omne quod*, ut patet ex adjectivo טוב ejusdem numeri. 3. Si huc afferas quæ cap. 2. de Adami, & post eum Evæ, creatione, hîc prætermissa, tandem narrantur, eisque à Deo dicuntur & donantur, mirum non est si vel *omnia* plur. num. intelligas *. ¶ *Valde bona*] i. e. *Optima*. Carent enim Hebræi superlativo [l]. Ex universis enim partibus universi ordinatis ad se invicem, & ulteriùs ad Deum, sicut ad ducem, admirabilis pulchritudo consurgit [m]. ¶ *Dies sextus*] Heb. *Dies ille sextus*; ה emphaticum est [n]: in quo scil. omnia perfecta sunt [o], prout Deus sibi proposuerat intra sex dies creare mundum [p].

p V. Pi. — q F. — r Me. T.O. — s O. — * Bo. — † La. ex Thoma. — ‖ E. — t V. Me. — v V. Pi. — x K. in F. — y E. — z BA. 1. 1. 9. 57. — a V. — b V. Me. — c G. — d La. Bo. Me. — e Ità La. Bo. Pi. — f La. — g Bo. Pi. — h Bo. — i BA. 1. 1. 2. 11. — k F. — * Picher. in Cosmop. — l Me. — m L. — n Pi. Ma. — o Ma. — p Pi.

CAP. II.

1. ET *omnis ornatus*] Ità ό. צְבָאָם, *Exercitus eorum*, Ch. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Caj. O. Bo. A. Ma. Pi. *ornatum* vocat, quòd in exercitu servetur ordo: i. e. Omnia quæ sunt in cœlis & in terra perfecta fuerunt transacto illo sexto die. Significat mundum suis omnibus ornamentis instructum esse [a]. Alii, *virtus, copia eorum*; quia iis declarat Deus (sicut rex copiis suis) potentiam & sapientiam [b]. צבא שמים modò sunt *stellæ*, Deut. 4. 19. Esa. 7. 26 [c]. item Deut. 17. 3. & 23. 5 [d]. modò *Angeli*, ut 1 Reg. 22. 9 [e]. & 2 Paral. 18. & Luc. 2. 13 [f]. Significat hoc loco, 1. *Stellas* [g]; quia Mosen non nisi de rerum quas conspicimus conditu agere probabilius est [h]. Astra vocantur *exercitus*, 1. ob multitudinem; 2. ob summum ordinem & concordiam; 3. quia per ea Deus hostes debellat [i]. 2. *Angelos & sidera* [k], *& animas hominum* [l]. 3. *Omnes res cœlestes & terrestres* [m].

2. *Complevitque die septimo*] Torquent hîc se Hebræi: Si complevit, fecit opus; nam completio operis est opus: ergò non quievit [n]. Alii ergò legunt, *die sexto* [o]. Hujus mentio in Talmude. 1. Factum ab iis putant de industria, nè videretur Deus eo die operatus [p]. 2. Veteres Hebræi (quos sequitur R. S.) dicunt Deum in ipso momento quo Sabbatum intravit opus suum consummâsse. Soli Deo momenta nota sunt, secùs homini, cui idcirco *de profano ad sacrum* (מחול על הקודש) addere necesse est [q]. 3. Complevit die 7mo, scil. exclusivè [r]. Alii volunt ב in ביום idem significare quod קודם, *ante* [s]. 4. At omnia hæc corruunt, si vertas, *compleverat* [t]; *cùm complevisset*, Pi. Præteritum Hebræis tantùm unum est, quod modò per imperfectum, modò per plusquam perfectum redditur [v]. Possit & clariùs verti, & cessavit *die septimo* [x]. ¶ *Requievit*,] i. e. Ab opere creationis, V. Me. L. AE. in F. non gubernationis & conservationis, Bo. F. La. Solùm cessationem notat, non defatigationem *. Sic non dicitur quòd quievit *in opere*, sed *ab opere*, scil. cessans, & in se beatificè requiescens, non indigens Creaturis [y]. Ch. vertit, *Et delectatus est Deus opere suo*. Sabbatum Dei erat ejus delectatio in opere suo, Psal. 104. 31 [z].

3. *Et benedixit*] i. e. Laudavit, approbavit, Ph. in Bo. F. E. celebrem, faustum, augustum reddidit. Explicat se sequenti verbo, *& sanctificavit* [a]. Multas illi prærogativas contulit, (nam Dei benedicere, est benefacere,) ut esset dedicatus cultui Dei, & dies optatus servis, &c [b]. ut esset dies quietis, & sanctitatis, & gaudii: ideóque non describitur per *vesperam, manè*, sed totum dies est [c]. Cùm diebus cæteris aliquod creâsset, in creationis locum benedictionem posuit; nè honore carere videretur hic dies, & nè quis de septimo deteriùs existimaret, ut de feriatis solemus: Theodoret. q. 1. 21 [d]. Otio septimi diei docuit Deus creationem perfectam fuisse; unde 7 diebus circulum conclusit, cùm sex potuisset; ut sex dies creationem significent, septimus ejusdem perfectionem. Ib. De die septimo sic loquitur Aristobulus, Epistolâ ad Ptolemæum apud Euseb. Præpar. 13. 12. Σάββατον ἀνάπαυσιν διερμηνεύεται, (*Sabbatum quietem significat.*) *Septimum autem diem sanctum esse docent & Hesiodus*, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ & *Homerus*, Ἑβδομάτη δ' ἔπειτα κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ, (h. e. *Venit septimus sanctus dies*;) & alibi, Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα, (i. e. *Septimus dies erat, in quo omnia perfecta sunt*;) & *Linus*, Ἑβδομάτη δ' ὑοῖ (*lege* δ' ἠοῖ) τετελεσμένα πάντα τέτυκται· & *rursus*, Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη, Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη [e]. *Benedicere* hîc Hebræis notat additionem boni. Bonum hoc in eo collocant, quòd Sabbato corpus plùs vigeat, & anima plùs sapiat [f]. ¶ *Et sanctificavit*] A profano usu segregavit, *& divino cultui dedicavit* [g]. Segregavit ex vulgi numero; solennem, ac sanctum, & venerabilem haberi voluit [h].

a V. — b F. — c G. — d Ma. — e G. — f Ma. — g G. O. — h G. — i O. Sym. Me. — k Me. He. in F. — l He. in F. — m Bo. P. A. Ma. — n D. F. — o Ità ό. Sa. — p D. — q F. — r Me. ex Bo. — s F. — t D. Ità He. in V. — v D. — x O. — * V. Me. — y Q. in L. — z A. — a Ma. — b O. Bo. — c A. — d Ga. — e Ga. — f P. — g M. F. O. A.

voluit [h]. ו in וַיְקַדֵּשׁ ponitur pro *id est*; *benedixit, i. e. sanctificavit* [i]. Benedictionem, & sanctificationem etiam, quidam Hebraei ad hominem potiùs quàm ad sabbatum referunt; indè dicunt, *Sabbati benedictio & sanctificatio ad cultores ejus redit*, qui indè benedicti & sanctificati erunt. Hòc sanctius est Sabbatum, quò nos illo die sanctiores. Hebraei dicunt, *Sabbatum datum est ad intelligendum opera Dei, & meditandum in lege ejus* [k]. ¶ *Sanctificavit*] Non actu & reipsâ, sed decreto, & destinatione suâ, Joan. 7. 22 [l]. Coepit sanctus & celebris haberi datâ lege, non priùs [m]. Ergò hoc dicitur per anticipationem *. [Alii contrà sentiunt.] Sabbatum fuit Festum institutum & sanctum primitùs, non à Mose, Exod. 20. 8. sed ab origine mundi. Idem colligitur Exod. 16. 23. & Heb. 4. 3. Ità Ph. Ribera & Cathar. [n] Non dubito primos homines populi Dei hunc diem coluisse jam indè ab Adamo [o]. ¶ *Creavit ut faceret*. Ità Ch. Sa. Mo. O. בָּרָא לַעֲשׂוֹת] i. e. Ut perficeret, & ad certum suum usum aptaret & destinaret. Hoc *facere* significat [p]. *Creaverat ut perficeret*, Belg. ut opus illud eo quo nunc est ordine disponeret [q]; ut aptaret & ornaret. Id עָשָׂה sign. 2 Sam. 19. 24 [r]. *Creavit*, scil. die primo ex nihilo, ut *faceret* ex eo opera sequentium dierum. Ità Neheman [s]. Heb. est, *creavit facere*, i. e. exsistere, ídque perfectè & gloriosè; vel potiùs, *creavit facere*, pro *creavit & fecit* perfectè: sic *sustinere*, 1 Par. 13. 9. pro *& sustinebat*, 1 Sam. 6. 6 *. *Creaverat & fecerat, creavit ad facere*, i. e. ut creaturae operarentur, generarent, nec otiosae essent †. *Quae inchoavit facere*, ο'. Picherellus longè aliter exponit, & τὸ לַעֲשׂוֹת refert non ad *creâsset*, sed ad *cessâsset, quievisset*; (quod docet, inquit, accentus Tarhaaharona praecedens, qui saepe distinguit) locúmque totum sic vertit: *nempe quòd in eo, ut à suis quoque conquiescerent homines operibus, & ipsum Deo consecrarent, ab omnibus quae iste creâsset operibus quievisset.* Heb. *ad faciendum*, vel, *ut facerent*, i. e. observarent, supple, *ipsum*, vel, *hoc*, vel, *idem*. Simile relativum subauditur post לַעֲשׂוֹת Prov. 3. 23, & 27. Eccles. 2. 11. Vide Exod. 31. 14. Deut. 5. 12. & Deut. 5. 15. Hieron. cum Graecis vertit, *ut observares diem Sabbati*, quod in Hebraeo est, *ut faceres diem Sabbati*, quódque Exod. 31. 16. reddit, *celebrent Sabbatum*. τὸ *facere* tam Hebraicè quàm Graecè sexcentos pro re subjecta habet significatus. Antè, cùm dixisset Moses, imò repetisset, τὸ, *Opera sua quae fecerat*, & *ab omnibus operibus suis quae fecerat*, non subdidit ipsum, *ad faciendum*; ut hîc facilè possit non pertinere ad ipsum, *Creaverat*, positum loco τοῦ *fecerat*. Al. sic, *Quae creaverat & facturus erat*, T J. Aliis Hebraismus est, pro *creavit faciendo*. Sic nostri [t]. q. d. Studiosè & optimè fecit: Hoc geminatio vocum saepe sign [v]. ἐξηγητικῶς additur *faciendo*. Saepe enim עָשָׂה ponitur pro בָּרָא. Sic ὁ ποιήσας, Act. 4. 24 [x]. Tales multi Hebraismi: ut Jud. 13. 19. וּמַפְלִא לַעֲשׂוֹת, *& mirabiliter egit faciendo*; & 1 Reg. 14. 9. & 2 Reg. 21. 6. praecipuè Eccles. 2. 11. (qui huic parallelus est) *in opere quod operatus sum* (לַעֲשׂוֹת) *faciendo*, i. e. simpliciter, quod feci. *Creavit faciendo*, est, effecit per modum creationis. Similes phrases sunt 1 Sam. 14. 13. מֵיטִב נַגֵּן, *bene faciens pulsando*, i. e. bene pulsans; & Psal. 113. 6 [y]. ל saepe gerundium facit, ut in לְאַהֲבָה, *amando*, 2 Reg. 19. Duo verba ejusdem notionis hîc ponuntur, sicut in 1 Cor. 12. ἤγεσθε ἀπαγόμενοι, pro ἤγεσθε ϗ ἀπήγεσθε. Quale illud Ciceronis, —*de manibus delapsa arma ceciderunt* [z].

4. *Istae*, אֵלֶּה] *Illae*; i. e. illa quae cap. 1. narrata sunt. Ità R. S. Malim ad sequentia referri, ut solet, Gen. 36. 1, 9. & 37. 2 [a]. ¶ *Generationes*, תוֹלְדוֹת] Hîc tantùm & Ruth 4. 18. integrè ponitur; quia hae tantùm generationes, nempe mundi & Messiae, (de cujus familia liber Ruth agit) sunt perfectae [b]. *Generat.* i. e. eventa coeli & terrae, quae cum iis gesta sunt [c]. Sic dicuntur, quòd ea sint quasi procreationes temporum. Vide Prov. 27. 1 [d]. *Natales, ortus* [e]. Vel activè sumitur, i. e. *haec sunt quae genuerunt coelum & terram.* ¶ תוֹלְדוֹת] Vertunt, *liber generationis*, ο'. *narratio productionum*, Ar. ¶ *In die*] In diebus, sing. pro plurali [g]; ut Exod. 8. *venit musca*, &c. *Die*, i. e. sex dierum spatio [h]. Vel *dies* pro tempore [i]; ut Luc. 19. 42. & 2 Cor. 6. 2 [k]. &

h V. i V. k F. l Bo. sic Me. E. V. m V. * Bo. n In La. & La. o Ma. p F. q V. r Ma. s F. * A. † Q. in Ma. t M. Me. Sy. Ti. J T. Ca. G. Di. Bo. v Bo. x G. y Di. z Ca. a Di. b F. c F. d Ma. A. e V. f V. g L. h Me. ex La. Bo. i G. A. k A.

Psal. 50 [l]. Sic בְּיוֹם, Num. 8. 17. dicitur *de tempore nocturno* [m]. יְהוָה hîc primùm scribi notant Hebraei; quia cùm perfectum esset opus Dei, perfecta Dei adhibetur appellatio [n].

5. *Et omne virgultum*] Mo. O. P. Virgultum est virgarum multitudo, ex praecedenti radice [o]. ¶ שִׂיחַ] Vertunt *arbores*, Ch. Sy. Ar. K. & A E. in F. G. Ità infrà 21. 15. V. *herbam*, vel *plantam*, Sa. A. M. *stirpem*, J T. *fruticem*, Ma. ¶ *Antequam oriretur*, &c.] Nostri jungunt cum praecedentibus, hoc modo, *In die quo fecit coelum & terram, arbores etiam, antequam germinarent.* Et volunt hanc esse recapitulationem [p]. טֶרֶם vertunt *antequam*, K. in F. Ch. Sa. Ar. Mo. A. M. P. T. ο'. Ità semper significare, sequente שׁ, volunt AE. etiam & Rambam. Sed coguntur vim inferre Exod. 9. 30. & 1 Sam. 3. 7. ubi *nondum* planè significat. Quod si per *antequam* vertendum, sic accipio, *Illae generat. coeli, &c.——quo die fecit coelum, &c. antequam ullum virgultum agri esset:* & ו in וְכֹל שִׂיחַ otiosum reddo [a]. Notat haec omnia à solo Deo producta, non pluviae, hominis, &c. operâ [b]. *Quâ die fecit coelum & terram, & omnem stirpem agri, qui nondum fuisset in terra, omnémque herbam agri, quae nondum fuisset oritura, cùm non demisisset Deus pluviam,———& nullus homo* fuisset *ad colendam terram:* J T. *Et stirpem*, itémque res omnes compositas quas exinde fecit: synecdoche est. *Stirpium* verò prae aliis meminit, tum quia hae primae fuerant formae ex materia simplici elementorum tertio die constitutae; suprà 1. 11. tum quia illustrissimum exstitit in creandis illis potentiae divinae testimonium. Non enim provenire solent illae, nisi pluviae & humana cultura accesserint: haec autem omnia disertè Moses ante procreationem stirpium etiam insativorum negat exstitisse, ut solo Dei verbo prognatos fuisse agnoscamus. Verto *nondum fuisset*, &c. i. e. Quamvis justissimis naturae temporibus descendissent pluviae, vapores ascendissent, homines coluissent, &c. frustrà fuissent omnia, nisi Deus creavisset stirpes verbo suo, & adhuc eâdem suâ vi recrearet fovérétque, non has solùm formas, sed etiam apta his continendis & propagandis media [q]. Haec versio (& expositio) minùs placet quàm vulgata [r]. τὸ, *nondum*, ad illud tempus refert in quo Moses ista scripto consignavit; quod omnino nihil est necesse, nec ad illud pertinet quod hîc Moses sibi proposuerat [s]. Ego sic locum reddo simpliciter, *Isti sunt natales coeli & terrae, cùm creabantur ista, in die facere Deum* (i. e. quo tempore faciebat) *terram & coelum, & stirpem agri omnem, cùm nondum* (vel *antequam*, nam utrovis modo reddideris eódem deveniet) *esset in terra, & herbam quamque, cùm nondum germinâsset.* Id temporis spatium duntaxat designat quod stirpium, &c. die tertio productionem praecesserat, Dei solius nutu peractam, absque ullis aliis adminiculis, de quorum usu futuro nihil in verbis hisce Mosis, nisi quod aliunde per vim apertam contextui infercitur [t]. Et quod sequitur, sic verto, non, *quia non fecerat*, sed, *neque enim fecerat*, (quo modo particula haec sumitur Psal. 12. 1. Esa. 28. 27. Jer. 4. 3. & 14. 31. & 51. 5.) sive, *cùm* (prout Psal. 75. 2. Job. 3. 22. & 5. 21.) *non fecisset Jovas ut super terram plueret*, (neque enim hoc vult, ideo priùs haec non exstitisse, quia adminicula istiusmodi defuerunt; sed ideo solo nutu verbóve condita, quandoquidem istiusmodi nihil suppetebat) *nec homo ullus esset qui tellurem coleret, aut vapor* (sive *nec vapor*) *ascendisset* qui terram rigaret, &c [v]. Hebraei hîc novae sententiae initium faciunt, hoc modo, *Arbores nondum erant.* Nullae arbores, scil. justae magnitudinis, nullae Solis, pluviae, hominísque operâ productae. Nam de iis solùm hîc agi volunt. Ità Nehemanides. Nam tertio die enata tenella erant, & post pluviam tantùm succreverunt. Confirmant sententiam suam, quòd שָׂדֶה & חקלא cultum agrum significat *. טֶרֶם per עַד לָא, *nondum*, exponunt Sy. Onk. & M. RS. F. TJ. A. quod *nondum erat*, nec futurum erat, nisi Deus produxisset *. Existimo טֶרֶם per se semper significare *nondum*, (& בְּטֶרֶם *antequam*, i. e. *in nondum, cùm nondum*,) ut Exod. 9. 30. 1 Sam. 3. 7. ità hoc loco. Et ו in וְכֹל verto per *tum*, (sicut Gen. 3. 5. *In die quo comederitis*, וְנִפְקְחוּ, *tum aperientur*) hoc

l Pi. m Ma. n M. V. o Di. p Ità F. La. Bo. Pi. A. a Di. b F. q Jun. r Di. Ga. s Gatak. Cinni l. 2. c. 2. p. 174. t Ga. Cin. ib. v Ga. ib. p. 179. * F. * A.

hoc modo, *Illæ ſunt gener. cæli & terræ.* Ibi punctum pono. q. d. Hujuſmodi fuit ratio productionis rerum qualis jam ſequitur; *Cùm crearentur, ulla ſtirps agri nondum erat* [e]. Quòd טֶרֶם interdum vertunt *antequam*, fit ex Hebraiſmo, quando influit in ſequens membrum : ut Pſal. 119. 67. *nondum* (טֶרֶם) *humiliabar, ego errabam*; Eſa. 65. 24. *nondum clamabunt*, וַאֲנִי, *& ego reſpondebo.* Sed ו tum otioſum fit [f]. Sed non opus eſt ſyntaxi illâ peculiari. Notandum verò ב particulam ſubaudiri, ut ſit טֶרֶם, *nondum*, pro בְּטֶרֶם, *in nondum*, vel, *cùm nondum*, ſive, *cùm adhuc non*; quod idem prorſus cum *antequam*. Ità cum ב reperitur, Gen. 37. 18. Lev. 14. 39. 1 Reg. 2. 15. Hag. 2. 16. ſine ב autem, Gen. 16. 4. טֶרֶם יִשְׁכָּבוּ, *antequam cubitum iſſent*; Pſal. 119. 67. טֶרֶם אֶעֱנֶה, *cùm nondum*, ſive *antequam, affligerer*; & hoc loco pariter, טֶרֶם יִהְיֶה, *cùm nondum*, ſeu *antequam, eſſet* *. Difficultas interpretandi hinc nata, quòd ἐναντιοφανὲς videbatur interpretibus; cùm hîc nulla dicatur fuiſſe ſtirps, quia nulla pluvia, &c. at cap. 1. Deus illa verbo effecit. Sic autem ſolvitur : Quòd tria hîc ſunt verba quæ attentionem requirunt, quorum nullum cap. 1. extat : שִׂיחַ eſt *virgarum multitudo*, ex radice; & שָׂדֶה eſt *ager cultus*; & צֶמַח eſt *germinare* & *pullulare*, ſcil. ex ſemine & radice. Tale nihil in prima creatione [n]. שָׂדֶה eſt terræ pars culta arvis, paſcuis, herbis, &c. quare frutices, & arbores, & herbas hîc intelligo, quæ, culturâ & ornatu accedente, in agros & hortos amœnos evadunt. q. d. Tametſi Deus die tertio terram arboribus, herbis, &c. compleverat; nulla tamen tunc erat amœnitas agrorum & hortorum, quia *nondum imber*, &c. *nec homo qui coleret*, &c. Hic ſenſus mirè quadrat ſequentibus, ubi formatio hominis, & plantatio Paradiſi deſcribitur. Sic verto, (nam eſt novus verſus, & *Sophpaſuc* diſtinguit à ſuperiori,) *Et omnis frutex agri nondum erit*, (erat,) *& omnis herba agri nondum germinabit*, pro *germinaverat* *. [Hactenus BA. cum Di. ferè paria faciens. Sed audiamus de his judicium Cl. Gatakeri.] Ambæ, inquit, verſiones Ludovici de Dieu [*quas jam ex eo exhibui*] mihi certè multò minùs arrident quàm aut Juniana, aut Vulgata, quæ maxima ex parte eſt proba ſatís. Multa ſunt quæ minùs probare poſſum. 1. Quòd אֵלֶּה vertit *illæ*, non *iſtæ*; nec cum pleriſque refert ad ſuperiora, de quibus cap. 1. ſed ad ſequentia, quibus ratio modúſque productionis rerum quarundam repetitur pleniúſque explicatur. 1. Etiamſi enim de *plantis, homine, muliere*, &c. fuſiùs paulò quædam hîc enarrantur quàm ſuperiùs; at de *cœlo terrâque* nihil amplius dicitur. 2. Etiamſi hoc illi concederetur, non tamen evinceret, non fuiſſe intra dies ſex cap. 1. condita quæcunque hîc narrantur. 2. Quorſum quæſo diceretur, *ante cælum & terram condita, nec ſtirpem ullam nec herbam exſtitiſſe?* Ecquis ſuſpicari poterat ſtirpem exſiſtere ſine fundo? Aut quorſum cœlum & terram condita perhiberet ante ſtirpes? quaſi iſtæ ad cœli terræve fabricam conducere aliquid, ſi exſtiterant, potuiſſent. 3. Quòd ideo ſtirpes nondum exſtitiſſe dicit, quia pluvia non erat, nec homo qui coleret, ſed vapor tantùm, &c. quaſi verò aut citra pluviæ hominíſve opem non potuerit Deus ſtirpes quaſlibet producere; aut vapor ſolus ſine pluvia hominíſque cultura hiſce non producendis, ſed ad perfectionem ſuam uno quaſi momento perducendis, ſufficeret. 4. Nec probo quòd ad hortum in Edene conſitum periochen hanc refert. Verba enim ambitûs latioris eſſe multò videntur. 5. Quæ argutatur vir doctiſſimus de vocibus שִׂיחַ, שָׂדֶה & צֶמַח, ſunt meræ ſubtilitates; ut de ariſta ille (dixit,) *uti nihil acutius, ità fragilius nihil.* צֶמַח in genere ſign. *produci*, ſive *prodire*, Eſa. 42. 9. etiamſi ad ea plerumque accommodatur quæ ratione naturali jam proveniunt, quia de iis ſolis plerunque ſermo habetur : quod idem & de הוֹצִיא, *producere*, quod Gen. 1. 2. & de דֶּשֶׁא, *germinare*, quod tantùm Gen. 1. 11. & Joel. 2. 22. uſurpatur, dici poteſt. Sed & שָׂדֶה laxiùs patet, ut conſtat ex Gen. 2. 19, 20. (niſi *feras agreſtes*, quæ à *pecudibus* ibi diſtinguuntur, aut à Deo conditas, aut ad Adam adductas, negaveris,) & ex Gen. 3. 1. Tandem שִׂיחַ pro *frutice* ſeu *arbuſcula* plerumque ſumitur; ut

[e] Di. Me.
[f] Di.
* Ga. Cin. p. 173.
[n] Di.
* Ba. 1. 3. 27. 955. Ma.

Job. 30. 4, 7. & Job. 12. 8. ubi Pagn. reddit *virgultum*, Oecolampadius, *fruticem*; quomodo & hîc uſurpatum eò magis videtur, quò ſignificaretur, nè *fruticem* quidem aut *ſuffruticem agri*, vel *agreſtem*, ſive, ut Junius loquitur, *inſativam*, (*ager* enim hîc *horto ſepto* opponitur, Cant. 4. 12. & 5. 1.) nedum *ſativam*, aut *hortenſem*, aut arborem proceram aliquam exſtitiſſe, cùm Deus crearet, &c. Cæterùm futile eſt argumentum viri docti : *Herbæ & arbores, quas tertio die Deus creavit, non ex ſemine & radicibus pullulârunt, ſed ipſa fuerunt prima omnium ſemina:* Ergò non fuerunt tunc plantæ conſummatæ. Pari modo dicam, animantia, die quinto vel ſexto creata, non fuerunt ex ſemine, — ergò non tunc erant integra & conſummata. Præterea, ſi ejus notationem τοῦ שִׂיחַ admittimus, *arbores* ſine virgis *conditas* nemo facilè conceſſerit *.

6. *Sed fons*, וְאֵד] Pro וְאֵד, V. i. e. *Fons.* Ità ὁ'. Sa. Sy. Bo. *Scaturigo*, Aq. in Bo. *Inundatio*, i. e. inundationes ſeu fontes, O. Bo. ex Aug. Hic fons eſt abyſſus aquarum quæ videbatur è terra emergere, & aſcendere, & irrigabat totam terram. Verto ergò, *In die quo fecit cælum*, (h. e. primo die,) *omne virgultum nondum erat, ſed fons*, &c [c]. Alii, *nubes.* Ità Ch. M. D. Alii, *vapor.* Ità P. Pi. Ar. JT. D. V. F. Declarat creationem pluviæ ex vapore [d]. Exhalavit vapor, videlicet die tertio, cùm juſſit Deus ſtirpes naſci [e]. Non placet; quia hoc eſſet primis illis diebus deſcribere pluviam, quæ hîc negatur fuiſſe [f]. ¶ *Sed fons*] q. d. Herbæ & plantæ, licèt tertio die non ſunt productæ per pluviam, &c. ſic tamen jam producentur [g]. ¶ וְאֵד] ו, Di. Pi. & plerique vertunt, *ſed.* Volunt enim, etiamſi non pluvias, at *vapores* ſaltem fuiſſe ſtirpium productioni præcedaneos; quaſi Deus (ſcil.) ullo adminiculo in rebus creandis uſus fuerit; ſaltem *vaporum*, in his quæ ante luminaria (quorum miniſterio vapores educi conſtat) condita die tertio ſunt producta *. Rectiùs ergò Jun. ו, *&*, reddit *aut*, *aut vapor aſcendens è terra.* Sic ſolet copulativa notionem inducere disjunctivam; ut Exod. 21. 15. Jun. Cui addi poſſunt Exod. 21. 17. Eſt. 4. 11. Nehem. 5. 8. Job. 6. 22. & 8. 3 †. Alii legunt cum negativa particula, אֵין. Ità Saadias, (quem הגאון, i. e. *excellentem*, vocat AE. in D.) qui in antiquiſſimo codice ſic reperit : quod non improbem, ſi adſit plurium codicum conſenſus, ut rationem reddat Moſes, cur illum hortum inter magna flumina Deus conſtitueret, nempe, quia de cœlo non cadebant imbres [h]. [At Fagius paulò aliter.] Contendit Saadias, τὸ אֵין non ſolùm ad hominem, ſed etiam ad vaporem referendum eſſe, hoc modo; *Nec homo erat* (ſupple, *nec*) *vapor*, ſed Deus omnia creavit, &c. Et certè negativa in principio ſententiæ poſita in Hebraiſmo non rarò ad plura refertur [i]. Ego ſic cenſeo; ubi dubitatio eſt, nihil mutandum in textu. Dubito an negatio repeti poteſt ab uno verſu ad alium. Exemplo caret, (licèt eodem verſu fiat) D. Ma. Frequenter ſunt (particulæ) *negativæ* ellipſes; ídque vel cum particula copulativa, ut Pſal. 1. 5. *Non conſiſtent improbi in judicio, &* (i. e. *neque*) *peccatores*, &c. Sic Pſal. 44. 19. & 50. 8. & Prov. 31. 3. Eſa. 41. 28. Vel, ſine copulativa, ut Pſal. 9. 17. *Non in æternum oblivioni habebitur egenus*, (neque) *afflictorum exſpectatio in perpetuum peribit.* Pſal. 91. 4, 5. Eſa. 23. 4. & 28. 27, 28 *. [De quo inſigni loco vel conſule authorem, vel à nobis, ſùν Θεῷ, ad eum locum annotanda.]

7. *Et formavit*, וַיִּיצֶר] Duplex hîc eſt י, ad ſignificandum (inquit R.S.) duplicem hominis formationem, hujus, & futuri ſeculi poſt reſurrectionem. Infrà, ubi de animantibus ſermo eſt, י unicum eſt [k]. De aliis dixit, *Et protulit terra*, vel *aqua*, &c. at hîc, *formavit*, i. e. diligentiùs ac nobiliùs diſpoſuit [l]; inſtar figuli, (cui confertur Deus Jer. 18. 2. & Me.) imaginem mente divinâ conceptam quaſi manu format [m]. ¶ יְהוָה אֱלֹהִים] Nomen Dei hîc plenum eſt, (ait Nachmann.) propter hominis dignitatem [n]. ¶ *De limo terræ*, עָפָר מִן הָאֲדָמָה] Non dicit, *ex pulvere*, ſed, *pulverem*, h. e. tenuiſſimum & viliſſimum quod in terra eſt, ad domandum ſuperbiam [o]. *Pulverem*, i. e. *è pulvere terræ*, A. V. Præpoſitio (מִן) poſtpoſita, quæ priori

* Ga. Cin. l. 2. p. 175, &c.
[c] La.
[d] F. V.
[e] Ca.
[f] O. Bo.
[g] L.
* Ga. Cinni l. 2. c. 2. p. 181.
† Ga. ib.
[h] G.
[i] F. K. in F. A E. in D.
* Ga. ibid.
[k] F.
[l] L.
[m] F.
[n] F.
[o] F.

priori dictioni inservire debet; quod satis frequens est Hebræis[p]. Vel est simplex ellipsis præp. מ pro מֵעָפָר[q], *è pulvere* macerato vapore, vel imbre, qui jam decidit[r]. ¶ *Et inspiravit*] *Exsufflavit*, O. *flavit*, A. *sufflavit*, Pi. ad ostendendum animam hominis ab extrinseco esse per creationem[s], simúlque creando corpori infusam[t]. ¶ *In faciem ejus*, ità Me. G. ο'. בְּאַפָּיו] *In nares ejus*, ità Aq. & Sym. in Bo. & O. A. Pi. Ma. V. nam per nares insufflatio penetravit, Ma. Hinc spiritus vitalis maximè in naribus relucet[v]. In *nares*, vel *faciem*, dicitur Deus *inspirâsse*, quia in his maximè anima, per respirationem & vitales sensuum actiones, se prodit[x]. Facies est mentis index, & loquendi capax[y]. ¶ *Spiraculum vitæ*, נִשְׁמַת] De omnibus animantibus hanc vocem usurpari vult K. & idem esse quod נֶפֶשׁ. At AE. rectiùs contendit ad solum hominem referri. Multi Hebræorum, teste etiam K. à שָׁמַיִם derivant, quòd sit flatus cœlitus proficiscens[z]. ¶ *Vitæ*, חַיִּים] *Vitarum:* vel, quia singulari caret vox[a]; vel, quia rationalis anima est etiam sensitiva & vegetativa[b]; vel, quia unius animæ plures sunt facultates & operationes[c]; vel, ad significandam duplicem vitam, & animæ immortalitatem[d]. Quæ ulteriùs probatur ex insufflatione. *Qui insufflat, de suo aliquid contribuit.* Sic Christus Spiritum communicavit. Notat ergò divinum aliquid insufflatum[e]. Quanquam & aliorum animantium spiritus à Deo sint, non tamen sine causa speciatim hoc dixit de hominis spiritu diviniore Moses; & Job. 33. 4[f]. Veruntamen de immortalitate hîc agi negat G. ex collatione locorum, Job. 34. 14. Psal. 10. 4, 29. Act. 17. 25. Eccles. 12. 7. Nimirum hoc non primæ, sed novæ creationis[g]. [Alii aliter statuunt.] Non est dubitandum ex his paucis verbis, quibus Moses creationem animæ rationalis indicavit, demonstrari & probari posse animam esse immortalem; quod etiam multifariàm, & hoc libro, & aliis suis libris, Moses indicavit*. Sed de primi hominis immortalitate fusè disputat hoc loco Rivetus. ¶ *In animam viventem*] h. e. Factus est anima vivens. Sic, *ero in spiritum mendacem*, 2 Par. 18. 21. est, *ero spiritus mendax*, 1 Reg. 22. 22[h]. *Factus est animatus, & vitâ præditus*[i]. Factus est homo animatus, cum suis conditionibus, ut edere, sentire, bibere, generare, &c[k]. Confer 1 Cor. 15. 45. Ch. vertit, *in spiritum loquentem*; quia sermo soli homini proprius est[l]. Significat Adamum non se ut puerum habuisse; sed, statim atque creatus esset, ambulare & loqui potuisse[m]. *Et factus est anima rationalis*, Ar.

8. *Plantaverat*] Ità L. V. E. AE. & R S. in F. Pi. Ma. videlicet die tertio, Pi. Cl. Picherellus (in Cosmopœia) omnem hanc capite secundo comprehensam historiam intra hebdomadem primam conclusit, & capitis primi contextui ipsi in Paraphrasi sua inseruit: in quo, opinor, non est reprehensione dignus, nec de re ipsa quenquam ferè dissentientem habere poterit[n]. Hunc versum 8. & sequentes usque ad 15. inserit versui 12. capitis primi, ante illa verba, *Et vidit Deus quòd bonum. Nominatim verò* (inquit) *hortum amœnissimum plantans Jovas*, &c. Picher. Alii vertunt, *plantavit*, F. Mo. Ti. A. ¶ *Paradisum voluptatis*, גַּן בְּעֵדֶן] Aliis est nomen proprium. Ità Caj. Mo. ο'. Sy. Ch. in F. co. La. V. AE. in F. Hujus loci Eden mentio facta est Esa. 37. 12. M. F. Bo. & Gen. 4. 16. maximè verò Ezec. 27. 23. Bo. & 2 Reg. 19. 12. Pi. Locus hic videtur fuisse circa Mesopotamiam & Armeniam[o], ubi Tigris & Euphrates in unum alveum confluunt[p], in finibus Arabiæ & Mesopotamiæ[q]. Suadet hunc sensum ב servile additum[r]. Alii appellativè accipiunt, pro *voluptate, deliciis*, &c. Ità Catena Græca in Me. *in loco voluptatis*, Ch. Sym. Ma. *Hortum delicatissimum*, Ti. Paradisus hortus est diligenter consitus omnis generis plantis[s]. עֵדֶן, cum quinque punctis, (ut hoc loco) appellativum esse constat ex 2 Sam. 1. 24. Jer. 51. 34. At עֵדֶן, cum sex punctis, est nomen proprium loci[t]. ¶ *A principio*, מִקֶּדֶם] Variè exponunt: 1. Ut Tempus designet, ídque duplici sensu. 1. *Ab antea*, ut ante mundum fuisse dicatur. *Plantatus est —— hortus ex Eden justis ante creationem mundi*[v]. Nam septem fuisse ante mundum statuunt veteres Hebræi, inter quæ Paradisum. Sed multa illi tectè & ænigmaticè dixerunt, quæ posteri crassissimè intellexerunt. Mihi videntur significâsse cœlum ab æterno electis præparatum, juxta Eph. 3[x]. 2. *A principio*. Ità Onk. Aq. F. ut ab exordio mundi fuisse statuatur[y]; scilicet, die tertio mundi, cùm terra plantis ornata erat[z]. Paravit hunc hortum (indubiè) antequam hominem fingeret; quæ simplicissima est sententia. Explicatur autem hîc demum, propter sequentem hominis historiam[a]. 2. Ut Locum designet. *Ab Oriente*, vel, *ad Orientem*, F. A. Pi. Mo. Ti. ο'. O. Ma. Bo. Sa. Ar. (vel, *ab anteriori parte*, Sy.) Nempe vel, 1. respectu Edenis, q. d. in tractu orientali Edenis, Pi. vel, 2. respectu deserti, ubi scripsit Moses, Q. in Ma. vel, 3. respectu Judæorum, La. Bo. Me. T. *Eden* cum *Charan* jungitur Ezec. 37. (quæ in Mesopotamia fuit, Gen. 12.) ideóque ei vicina erat. Et istum locum Græci celebrant à nobilissimis Paradisis[b]. Locum Paradisi voluit Deus hominem latere in pœnam peccati*. Qu. Ubi Paradisus? Resp. 1. Q. allegoricè hæc exponunt, eámque statuunt extra hunc mundum: quos refellunt historiæ fides & diserta Mosis verba[c]. 2. Alii Paradisum statuunt, vel, 1. locum in orbe Lunæ; vel, 2. totum Mundum; vel, 3. sub Æquinoctiali; vel, 4. in Syria[d]. 3. Videtur fuisse circa Mesopotamiam & Armeniam[e]. Probatur, 1. Quia erat *in Oriente*, scil. respectu Judææ. Nec tamen *Orientis* nomine designat Scriptura quamvis regionem orientalem respectu Judææ, sed tantùm ei propinquiores & vulgò notas[f]. 2. Homines è Paradiso ejecti hanc primùm regionem incoluerunt, Gen. 4. & 8. & 11. 3. *Eden* fuit juxta *Haran*, (seu *Carras*) Mesopotamiæ oppidum, Isa. 37. 12. Ezec. 27. 23. 4. Ibi est Paradisus, ubi sunt Euphrates & Tigris. 5. A fertilitate loci[g]. 4. Q. includunt Mesopotamiâ, & quidem eâ ejus parte quæ *Babylonia* seu *Chaldæa* dicitur; sed dimotos ex diluvio fluvios & mutatam regionem fuisse volunt. At sic incerta erit sedes Hedenis & fluviorum, quam tamen Sp. Sanctus voluit circumscribere[h]. 5. Statuo *Hedenem* esse summam Babyloniæ partem, quæ Ptolemæo *Auranitis* (fortè legendum *Audanitis*) vocatur. Probatur, 1. ex nomine, ut dictum: 2. ex loci fertilitate, quam celebrant Plin. 18. 17. & Solin. cap. 50. 3. ex collatione variorum Scripturæ locorum, ubi laudatur *Hedenis* & amœnitas, ut Isa. 51. 3. & potentia, Ezec. 27. 23. & præcipuè 2 Reg. 19. 12. & inter Mesopotamienses numeratur: 4. ex fluentis hîc descriptis[i]; [*de quibus consule sequentes versus.*] Hæc sententia probatur plurimis tum Protestantibus, tum Pontificiis. Mihi tamen non satisfacit. 1. *Auranitis* non potuit facilè poni pro *Audanitis*, quia ρ & δ sunt literæ contrarii ductûs. 2. Non convenit ortui fluvii, qui est *ex Eden*, מֵעֵדֶן. Et licèt מן interdum significat *motum ad locum*, [de quo vide quæ ad Gen. 13. 11.] ubi loca hoc exigunt; rarò tamen ità usurpatur Hebræis, ait Fullerus. 3. Alvei à Junio recensiti non erant antiqui illi Paradisiaci, sed longè post illa tempora manu facti. [Vide quæ diximus ad ver. 11, 13, 14.] 4. Fertilitatem quod spectat; 1. Ea multis locis communis est. 2. Quis docebit fertilitatem hujus loci à diluvio mansisse? Hæc *Carverus* nostrâs in dissertatione Anglicana *de Paradis*. 6. Inter Armenios eam collocat Carverus, unde & Tigris & Euphrates; quos constat duos fuisse Paradisi fluvios[k]. Sed quis probabit *Tigrim* & *Euphratem* ex eodem fonte manare? Resp. Hæc est summa difficultas: Ad hunc lapidem impegerunt multi Theologi. Et diversos ei fontes assignant Geographi, qui tamen inter se dissentiunt. Horum enim fontes à se invicem distare 312 M. P. ait Strabo; tantùm 180, Ptolemæus. At Procopius (de Bel. Pers. l. 1.) eos deducit ex eodem *Armeniorum* monte, prope *Theodosiam*, quæ *Theodosii urbs* vocatur Eustathio in Dionys. Περιηγησ. Idem Salustium asseruisse affirmat Isidor. Orig. 13. 21. Lucanus autem disertè affirmat, Pharsal. l. 3. *Quâque caput rapido tollit cum TIGRIDE magnus EUPHRATES, quos non diversis fontibus edit Persis* —— i. e. Armenia. Nam *Persidis* nomine id ætatis Scriptores significâsse omnes sub *Persico* sive *Parthico* Imperio regiones vulgatissimum est. Et Boethius

[p] V. [q] Glass. gram. p. 664. [r] F. V. Ma. [s] L. Bo. [t] L. E. Me. T. [v] AE. in F. [x] Bo. [y] G. [z] F. [a] Bo. [b] La. Me. T. Ma. [c] A. [d] Hiscuni in F. [e] F. [f] G. [g] G. * Perer. [h] A. [i] Pich. sim. Me. [k] V. F. A. Ma. [l] F. [m] AE. in F. [n] Ga. Cin. p. 189. [o] La. Bo. [p] La. E. [q] V. [r] F. co. Bo. [s] Me. [t] Ma. [v] TJ.

[x] F. [y] F. [z] Ità L. La. Me. [a] F. [b] F. co. * T. [c] Jun. [d] Jun. La. [e] La. Bo. [f] Bo. La. [g] La. [h] Jun. [i] Jun. [k] Carv. La. Bo.

Boethius de Consol. Philos. l. 5. carm. 1. ait,

Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt, &c.

Tigridis autem fons est in regione *Sophene*, ab Austro montis Tauri, teste Ptolem [l]. Et in eo loco *Edenem* fuisse sentio, inter montes *Masium* & *Antitaurum*. Quem locum Cl. Marius Victor vocat, *Armeniæ saltus & Medica Tempe*; quibus verbis *Edenem* luculenter περιφράζει. & D. Marius Niger *Regionem felicem* appellat. Idémque situs erat *Anthemusiæ*, ubi *Batnæ* municipium, ob amœnitatem à Juliano Apostata celebratissimum. Hæc regio *Adonis* vocatur Æthico, (sub cujus nomine *hortum Edenis* pari mutatione fictitiè repræsentabant Poetæ,) eámque supra *Mesopotamiam* collocat; & Sexto Rufo, in victoriis Luculli, *Adena*, quam vocat *optimam Armeniorum regionem* [m]. [*Pro Colophone hæc tantùm ex Authoribus meis addo.*] 1. Non, quia locus Paradisi adhuc controvertitur, indè colligi potest talem locum non fuisse: Quemadmodum nemo negat fuisse *Persepolin*, *Cambodunum*, *Lindum*, &c. licèt de eorum locis ambigunt Geographi. 2. Non est mirum hunc locum non accuratiùs compertum esse, cùm horum locorum Tabulas unus Ptolemæus nobis exhibuit, eásque imperfectas [n]. 3. Verisimile est hos fluvios tempore Mosis magis fuisse divisos, &c. quemadmodum à tempore Mosis multa alia flumina & maria locum & alveum mutârunt, uti annotavit Torniellus [o]. [Plura de hac materia habet Carv. quæ videsis ad versus sequentes.] ¶ *In quo posuit*] Adam ergò fuit formatus extra Paradisum, ut ostendatur eum locum non deberi sibi ex natura, sed ex gratia [p].

[l] Carv. c. 7. & [m] Carv. c. 15. [n] Carv. in Epist. [o] La. [p] L.

9. *Lignum vitæ*] i. e. Vitale; sicut *vir mendacii*, mendax, &c. Hebræi denominata non habent, sed pro iis denominationibus utuntur [q]. Cujus esu (non quidem semel, sed sæpius *,) vita diutissimè (fortè in æternum, Bo. T.) prorogaretur [r]; ídque sine morbis [s]. Conservâsset in homine perpetuam juventam & vires integras, donec tandem translatus fuisset ex corporali vita ad spiritualem & immortalem [t]. Symbolum erat & memoriale vitæ divinitus acceptæ; ut quoties fructum illum gustaret, se agnosceret non propriâ virtute, sed Dei unius beneficio, vivere, & perpetuò victurum, si obediret, &c [v]. Sic dictum patet ex cap. 3. (*nè comedat, & vivat in æternum*) quòd immortalitatem donâsset illius esus [x]. Alii symbolicè sic dictum volunt, *Arbor vitæ*, i. e. Symbolum vel sacramentum vitæ æternæ, si obediret, &c [y]. ¶ *In medio*] Vel situm designat, ità Me. Pi. vide Gen. 3. 23. Vel arboris excellentiam, Me. T. In medio esse dicitur, quod eximium est, Gen. 23. 10. Me. Vel *in medio*, i.e. intra hortum. Sic *in medio civitatis*, Gen. 41. 48. i. e. intra eam; & *in medio spinarum*, Luc. 8. 7. est *inter spinas*, Matt. 4. 7 [z]. ¶ *Arbor scientiæ boni & mali*] Sic dicta, vel 1. quòd daret ὀξύτητα διανοίας, i. e. *acumen mentis*, teste Jos [a]. Sed hoc falsum; quia ad hoc se non extendit virtus corporalis [b]. Vel 2. ironicè, q. d. Arbor illa egregia, scilicet, quam mendax dæmon promiserat daturam scientiam quasi divinam omnis boni & mali [c]. Vel 3. à miserabli eventu [d]; quòd ex eo cognovit bonum, cujus jacturam fecerat, & malum, in quod incurrerat [e]; bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ [f]. Scil. *arbor experientiæ*, quia experturus erat quid amisisset, &c [g]. Vel 4. quòd Lex Dei, quæ interdixit arboris hujus esum, doceret quid bonum & malum, & homini ostenderet & justitiam & peccatum suum [h]. Boni & mali cognitionem, nisi Deo revelante, habere nemo potest [i]. *Arbor quam manducantes discernunt inter bonum & malum* [k]. Telemachus apud Homerum, —— καὶ οἶδα ἕκαστα, Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· πάρος δ᾽ ἔτι νήπιος ἦα, —*omnia novi, Quæ bona, quæ mala sunt; nec sum jam parvus, ut antè.* Zenoni Cittiensi prudentia, *Scientia bonorum & malorum & mediorum.* Plutarchus de communibus notitiis, τί δεινὸν, &c. *Quid nocebit, si, ablatis malis, nulla erit prudentia, pro ea autem aliam habeamus virtutem, quæ non bonorum ac malorum, sed solorum bonorum, sit scientia* [l]? Scientiam homo secum non adfert, nec ideo miser est. Quin dicere ausus Euripides,

Ἐν τῷ μαθεῖν γὰρ οὐδὲν, ἥδιστος βίος,
Ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

[q] F. [r] E. La. F. Bo. Me. [s] Me. [t] M. F. [v] V. [x] E. [y] Pi. A. [z] A. [a] G. [b] L. [c] Me. T. [d] M. Muis. Ità pleriq; in Bo. La. A. [e] Bo. [f] L. Me. T. [g] Pi. [h] A. [i] F. [k] Ch. [l] G. de J B. & P. 2. 2. in Annotatis.

Nihil discendo suavissimè transigitur vita,
Donec gaudere ac dolere discas.

Qui & alibi,

Ὁ μηδὲν εἰδὼς οὐδὲν ἐξαμαρτάνει,
Qui nihil novit, nil is facit perperàm.

Cicero, de *Nat. Deorum*, 3. prudentiam constare ait ex scientia rerum bonarum & malarum, & nec bonarum, nec malarum: cui autem mali nihil est, ei nihil opus delectu bonorum & malorum. Et postea dicit, calliditate perpaucos bene uti, qui tamen ipsi sæpe à malè utentibus opprimuntur, innumerabiles autem malè uti: ut donum hoc ad fraudem hominibus, non ad bonitatem, impertitum esse videatur. At naturaliter homo, sicut sciens non est, ità omnis etiam non necessariæ, sæpe nec utilis, scientiæ est appetens. Illo igitur tempore, rebus cæteris affluentibus, nulla potuit homini adferri tentatio efficacior *. Qu. Cujùs generis fructus erat? Resp. *Malum*; Can. 8. 5. sed à nostris omnibus diversum [m]: vel *Ficus* [n]. Nihil certò asseri potest. Ab hac jussus est abstinere. Admonebatur, nè plùs sapere appeteret quàm decebat; &, nè proprio sensu confisus, excusso Dei jugo, arbitrum se boni ac mali & judicem constitueret, nec hoc vel illud tentando suæ prudentiæ periculum faceret [o]: Nè sua consilia amplecteretur, nè sibi fideret [p]. Requirit Deus ab homine in hac arbore obedientiam, & quasi exercitium cultûs sui. Et si Adam non peccâsset, fuisset hæc arbor ceu templum quoddam, ad quod homines confluxissent [q].

* G. [m] T. Me. [n] Me. [o] V. [p] F. [q] M.

10. *Et fluvius*, וְנָהָר] *Fluvius* hîc ponitur pro *magna aquarum copia*. Sunt enim alioqui amnes quatuor. Apparet ex duobus non dubiis amnibus, Euphrate & Tigride, hos hortos illis in locis fuisse [r]. Ubertatem ejus soli maximam prædicant Curtius lib. 5. (*Inter Tigrim*, &c.) & Plinius lib. 5. c. 26. & lib. 18. c. 17. (*Babylone tamen*, &c.) Hieron. notat in Mesopot. oves bis parere. Indè toti illi Tractui nomen *Heden*, i.e. ἡδονῆς, 2 Reg. 19. 12. Ezec. 17. 23 [s]. Q. volunt Enallagen numeri esse, & *fluvius*, pro *fluvii*, positum. Ità V. in suis Prælectionibus, [quod frustrà quæres in iis Vatabli notis quæ habentur in libris Criticorum, sed in Annotatis suis ad Biblia Tigurina reperies. Hunc sequitur Picherellus, antea sæpe nominatus.] Neque enim, inquit, fluvii tam insignis, si unicus erat, nomen tacuisset Moses, aut certè articulum ה ei præposuisset; qui nec apud Græcos est. Non solùm autem hîc Enallage valebit, sed & in verbis insequentibus, *Dividebatur*, & *Erat*. Ità in regionem Edenicam, & diversos ejus tractus, ex variis terris commeabant suis originibus distantes, seorsimque fluentes, fluvii, qui hac, illàc, hortum permeabant & circumfluebant, non in unum quidem locum seu alveum collapsi, sed per varios horti tractus & fines. Illi præterlapsi hortum fluvii, se rursus alioversum sejungebant; qui quatuor illarum erant præcipui regionum. Hæc Picherellus. De fluviis & gemmis magna inter authores discrepantia.*. In Paradiso verè exstitit origo quatuor illorum amnium, licèt nunc longè dissiti sint: Potuerunt enim post longos annorum terrarúmque tractus se alicubi sub terris abdere, & postea suis locis emergere [t]. ¶ *Egrediebatur de loco*, יֹצֵא מֵעֵדֶן] *Egrediens ex Eden*, Mo. Intelligunt vel, 1. de prima origine, q. d. oriebatur ex Paradiso, vel (ut alii) ex *Eden* regione in qua erat Paradisus [v]. Ità Danæus in Antiq. & Alsted. Encyclopæd. l. 20. Hist. cap. 11. Carverus nostrás in dissertatione de Paradiso, c. 3. Origo autem Euphratis est in Boreali parte Armeniæ majoris: ibi ergò Paradisus [x]. Vel, 2. de progressu: *procedit ex Hedene*, quanquam non oritur indè; verùm delapsus *Edenem*, usque indè procedit quatuor alveis [y]. Non placet Carvero. Nam יָצָא propriè sign. *exire*, *tanquam liberos ex matrice*; & illud מִן *motum à loco*, non *decursum per*, vel *ad locum*, denotat [z]. ¶ *Qui indè dividitur in quatuor capita*] *Indè*, i. e. cùm incipiebat influere in hortum. Τὸ *Capita* significat & *principia* ex quibus nascuntur fluvii, & *ostia* in mare *. Picherellus sic locum vertit, *Qui* [nempe *fluvii*] *ex eo dividebantur, primarii, inquam, quatuor* illarum regionum fluvii. Heb. *Et erat fluvius*, i. e. Et erant fluvii, *in quatuor capita*. Sic quod,

[r] G. E. ad v. 8. [s] G. * F. [t] Me. [v] Bo. [x] Carv. [y] Jun. [z] Carv. c. 3. * V.

in

in carnem unam, Gen. 2. 24. est *una caro*, Matt. 19. 6.
Disjungo autem hæc à præcedentibus τοῖς, *& divide-
batur*, i.e. dividebantur; ut iidem quatuor sint fluvii
qui ex Edena egressi, postquam in Paradisum con-
fluxissent, ex Paradiso rursus iidem egredientes divi-
debantur. Nec enim in Hebræo est, *Qui indè dividi-
tur in quatuor*; sed, *Et indè dividebatur, & erat in qua-
tuor*. Facit ad meam disjunctionem accentus Zacheph-
quaton super יִפָּרֵד, unus ex accentibus regiis & distin-
guentibus. *Caput* autem *principem, primarium*, &c.
sæpe notat. Addo τὸ *fluvii*, ex paulò posterioribus re-
vocans, ubi est articulus, velut antè expressam fluvio-
rum mentionem indicans. Addo & voces *illarum re-
gionum*. Sunt enim & alii fluvii illustres, ut Ganges &
a Picherel. Nilus, qui illàc non fluunt [a].

11. *Pison*] Dictus à fertilitate piscium, vel terræ; sig-
* L. nificat enim abundantiam*, à פָּשָׁה, *crescere, diffundi*,
R.S. in F. ab aquarum incremento, O.A.Ma. & multitu-
dine, A. Aliis *Nilus* est: sic R.S.F.Ar. Aliis *Ganges*: sic
Hi. & Euseb. apud F. sic L.Me.T. in v.8. Bo.Ma. Aliis est
alveus Euphratis, qui *Basilius* dicitur, vel *Nabarmalca*,
Jun. Βασίλειος ποταμὸς, Pi. Non placet *Carvero*. Quia hic
alveus longè infra ætatem Moses subsidit, arte & opere
Regum ductus, & quidem *Gobare* præfecto, (scil. *Per-
sarum regis*,) teste Plinio, Hist. 6. 26. cui fidem adhi-
* Carv. bet Scaliger *. Aliis est *Pasitigris*, Plinio dictus, (pro
Phisotigris, Carv. p. 119.) quia Tigridi jungitur: ac-
† G. V. colæ vocant *Phasin*. Ejus meminit Curtius lib. 5 †.
Carv. Vide Plin. l. 6. c. 19. & Strab. l. 15. Xenophonti *Phy-
c. 13. scus* dicitur, facili lapsu ||. Ejus meminit Ecclesiasti-
|| Carv. cus, cap. 24 *. Ex eo dictus ager illi adjacens *Phison*,
p. 117. Procop. de Ædif. Justin. l. 1. *Martyropoli* (non procul
* E. à fonte Tigridis) *ad occidentem locus adjacet Phison di-
a Carv. ctus* [a]. ¶ *Qui circuit*] Vel, 1. longo viarum flexu
c. 13. per totam regionis longitudinem delabitur [b]; vel, 2.
b Jun. alluit [c]. Sign. non *ambire*, sed *perlabi* & *peragrare* [d].
c Pi. Ità Jos. 15. 3. & 16. 6 [e]. & Matt. 23. 15. Heb. 11. 7 [f].
d La. A. ¶ *Havilah*] Havilah duplex est; una in Africa, quam
e A. putant Getuliam; alia in India [g]. Regio est Persidi
f La. vicina, ut doctis quibusdam placet: vide Gen. 25. 18.
g M. (& 1 Sam. 15. 7. Carv.) *Ab Havilah ad Shur* [h]. *Susiane*, Pi.
h V. Jun. vide Gen. 10. 7. Jun. vel regio ei vicina, La. Carv.
In via inter Petram Nabathææ & Babylonem Strabo
ponit *Chaulotæos*, (non dubito esse posteros *Havilah*)
i Carv. & Agræos, i.e. Hagarenos [i]. Vide etiam 1 Reg. 15. 7 [k].
c. 14. Strabo eam collocat in confiniis Arabiæ & Mesopot [l].
k Me. E. ad Et quis non audivit de auro Arabico? quod optimum
v. 8. est, teste Diod. Sicul. Biblioth. l. 3. cap. 12. *Non igni
l E. ad v. 8. decoquitur, ut apud alios consuevit—colore est ità lucido,
ut pretiosos lapides ab artificibus auro inclusos splendidio-
m Carv. res reddat* [m]. Nearchus Alexandri Thalassiarcha de Per-
c. 14. sica ora testatur, *ibi esse multos & pretiosos uniones, & cla-
ros & pellucidos lapillos, & arbores thus redolentes*: Strabo
Geog. l. 16. Inter eas arbores *Bdellium* abfuisse non est
n Carv. credibile [n]. Aurum in Susiane fuisse, testantur Plin. 6. 27.
o Jun. Solin. c. 68. & Strabo [o]. Est regio Indiæ (ab Havilah
p L. Jun. filio Joctan dicta [p].) Auro India abundat, ait Plin [q].
Bo. Ma. 12. *Ibi Bdellium*] Ità Ch. Sa. Mo. JT. M. P. Ti. A.
q I. *Bdellium* aliis est *arbor*, V. Pi. JT. aliis *gummi pretio-
sum*; ità Carv. p. 133. De *Bdellio* gummi vide Plin.
l. 12. c. 9. Me. Aliis בְּדֹלַח est *Crystallus*; sic Da-
r D. He. in vidi de Pomis [r]. Aliis *Carbunculus*. (Ità ὁ. in Me. at
M. Num. 11. 7. *crystallum* vertunt: Me.) Rectiùs *Mar-
garita* est, (vel gemma) O. G. Di. BA. [Vide quæ ex
eo aliisque congessimus ad Num. 11. 7.] Sic Benjamin
in Itiner. & Kimhi, quorum verba vide in Di. vel D.
Aliis *unio* est, ait M. sic Sy. Ar. Q. *lapidem* intelligunt.
Non placet Junio, quia nomen lapidis ei non præponi-
tur. Verùm non vocatur *lapis*, ut sequens *Soham*, quia
non est lapis in terra editus, quomodo gemmæ propriè
dictæ. Jurisconsultus *Margaritam* eximit ex gem-
marum & lapillorum censu; *Cùm aurum*—19 Sect.
s BA. 2. 5. *Margaritas* [s]. ¶ *Lapis Onychinus*] Sic Ch. Sa. Mo.
8. 714. Ma. הַשֹּׁהַם. Etiam Hebræi quales sint hi lapides se
t F. nescire fatentur [t]. Josephus *Sardonychas* vocat, cum
v Hi. in D. Hebræo Aquilâque consentiens [v]. *Lapis prasinus*, ὁ.
Ità Jun. Pi. *Lapides Crystalli*, Sy. Ar. *Beryllus*, TJ. A. Vide ad Ex-
od. 28. 20. A.

13. *Gihon*] Non uno loco reperitur hoc nomen.
Vide 1 Reg. 1. 33. 2 Par. 32. 30. & 33. 14. Significat
ἐμβολὼ, i.e. divertigium fluminis [x]. Est autem *Armalca* x G.
Plinii; (qui rectiùs *Naarmalcha* dicitur Am. Marcell.
& Straboni Βασίλειος ποταμὸς,) aut (si id minùs placet)
Chaboras, quem cum Euphrate conjungi Ptolemæus
testatur. Flumen *Gichon* nomine cum Tigride nomi-
nat Persica historia: vide Teixeram [y]. Alii *Nilum* fa- y G.
ciunt [z], quem etiamnum Abissini vocant *Guyon* [a]. Pu- z Ità L. Bo.
tatur doctis quibusdam esse tractus inferior Euphratis Me. Ma.
illabens in sinum Persicum [b]. Aben Ezra eum facit qui a Me.
proximus terræ Israel. 1 Reg. 1 [c]. Fluvius hic Arabiam b V.
desertam petit. Ejus meminit Ecclesiasticus cap. 24 [d]. c F.
Circuit Æthiopiam, non quidem Africanam, sed Mi- d E. ad v. 8.
dianitidem. Vide Num. 12. & Habak. & 2 Par. 14.
& 21. & Psal. 71. & 86 [e]. Est fluvius *Naharsares*, pri- e E. ad v. 8.
mus nempe Euphratis alveus, Hedenam à Chaldæa
reliqua disterminans occidentem versùs, & in Chal-
daica palude disperiens [f]. Carverus nostrâs statuit f Jun.
hunc *Gihonem* esse alveum illum *Tigridis* qui *Assyriam*
sive *Adiabenem* à Septentrione terminat, ut testatur
Plin. 6. 9. & 15. (quique in se recipit *Choaspem* & *Eulæ-
um*, fluvios ex *Media*, & ex *Susiana* alium Tigridis al-
veum, teste Strabone) quem *Cydnum* vocant Justin.
Hist. l. 11. & *Diotimus* in Strabone, l. 1. (sed alium ab
illo *Cydno* in Cilicia;) Alii *Gyndem*, (quem *Assyri-
orum fluvium maximum secundùm Euphratem* vocat
Stephanus) & *Indum*, teste Plutarcho, & Dionysio Pe-
riegete—χωρὶς ὃ Χόασπις "Ελκων Ἰνδὸν ὕδωρ, ἀπὸ τε ῥεί-
ων χθόνα Σίσων, (quemadmodum *Adiabenen* Indicam
regionem vocat Nicephorus, Hist. Eccles. 9. 18. &
Theophilus Indus dicitur, qui *Assyrius* fuit.) Imò &
Nilum vocârunt, teste Vadiano. De quo Pausanias in
Corinthiacis l. 2. *Quin & Nilum fama est Euphratem
esse, qui, ubi Paludi immersus diu latuerit, supra Æthiopas
Nilus evadit*. Quo nullus Theologus meliùs egit Mosis
interpretem. Hic enim *Nilus*, i. e. stylo antiquorum
Gihon, idem esse dicitur cum Euphrate, & alluit ter-
ram Æthiopum. Præterea, Geographus Nubiensis *Cyd-
num* fluvium expressè vocat *Gihon*, observante Scali-
gero [g]. Fluentum orientale גיחון vocat, i.e. πλημμύραν, g Carv. de
ob paludes ingentes quas efficit; cujusmodi *Padusa*, Paradiso,
quam *Padus* facit: alterum, quod occidentem spectat, c. 9. & 10.
גיחון, i.e. *emissarium*, est enim altero porrectius, dictum,
quòd illud magnus ille alveus ex se emittit, ut Minci-
um lacus Benacus, Rhodanum Lemanus, &c. eâdem
causâ rivus quem piscina Hierosolymitana emittebat
שילוחא גיחון Hebraicè, qu. idiotismo Hierosolymitano
i.e. *emissarium*. Duo enim fluvii Euphrates & Tigris
commiscentur, & ingenti alveo in mare Persicum ex-
onerantur, quo antequam excipiantur, iterum in duo
ingentia fluenta scinduntur, instar Padi, & Rhodani.
Ipsa fluenta multas paludes efficiunt, ut Arrianus scri-
bit, & mercatores testantur: Jos. Scaliger Emend.
temporum, 5 [h]. Sed quomodo hîc dicitur alluere *Æ- h Ga.
thiopiam*? Resp. 1. Q. hoc argumento *Nilum* esse
contendunt [i]. 2. *Æthiopia* hîc est Arabia deserta, i Bo.
Chaldææ juncta. *Chushi* enim appellatione tres Arabiæ,
Æthiopia utraque, & totus meridianus tractus conti-
nentur [k]. 3. Est & alia *Æthiopia*, quæ ex parte Indiæ ad- k Jun. Pi.
hæret, ait Aug. de Mirabilibus S. Scripturæ. Et ex iis
partibus venerunt Æthiopes Africani, (Vide Chron.
Euseb. ad An. 3580. & Nicephorum Hist. Eccles. 9. 18.)
ut ex horum lingua constat, quam eandem esse cum an-
tiqua *Chaldæorum* lingua ipsi affirmant, & Scaliger pro
certo habet. (Eadem autem erat & Assyriorum lin-
gua, ut satis constat.) *Phœniciam* quibusdam dictam
fuisse *Æthiopiam* notat Strabo l. 1. Unde meliùs intel-
ligere potuit illum Homeri versum, Odyss. δ'. 81. de
Menelao, Αἰθίοπας, &c. *Æthiopas adii, tum Sidonios &
Erembos*. *Erembi* sunt *Aramæi*, seu *Syri*. Imò potior
terræ habitatæ pars *Æthiopiæ* nomine insigniebatur,
ait Strabo, ib. *Fluvius Tigris*, inquit Æthicus,—*desu-
per Æthiopiam currit*, &c. Σάργεαι (qui juxta Tigridem)
ἔθνος (lege ἔθνος) Αἰθιόπων. Provinciam *Elymæorum*
in *Æthiopia* collocat Epiphan. in Anchor. num. 58.
Et *Memnon*, qui è *Susa* venit ad bellum Trojanum, *Æ-
thiops* dicitur Pindaro, Olymp. Od. 2. & *Æthiopum rex*
Hesiodo in Theogon. Τιθωνῷ δ'. Ἠώς, &c. & Pausaniæ
Phoc.

Phoc. sive l. 10. Et (quod mirè turbavit Pausaniam, qui Æthiopes tantùm in Africa fuisse existimavit) Persæ à Miltiade victi habitu Æthiopum picti erant; Pausan. Attic. sive l. 1. *Memnonis* hujus matrem Κισσίαν vocat Strab. l. 15. Κίσσιοι δ' λέγονται οἱ Σούσιοι, *Susii etiam Cissii sunt*, vel potiùs *Cossæi*, ut ipse l. 11. & alii Geographi vocant, Plin. 6. 27. ità Dionysius Afer, Αὐτὰς ὑπὲρ Βαβυλῶνος——Κίσσιοι. Sed & *Chuthæi* dicti sunt, *S* & *T* literis facilè permutatis. Et Chald. Par. illud Zeph. 3. 10. *trans flumina* כוש vertit——*ultra flumina Indiæ*. Æthiopes orientales & occidentales clarè distinguit Herod. Polyhym. sive l. 7. (& illos cum Indis jungit;) item Homerus: inter quos terminum potiùs ponerem fluvium Tigrim, quàm mare rubrum sive Arabicum, (quanquam & hoc nomen multi sinui Persico adscribunt.) De Æthiopibus occidentalibus seu Arabicis multi doctè scripserunt, qui, si orientales indagâssent, feliciùs multa Scripturæ loca interpretati essent: v. g. quando *Chus* conjungitur cum *Elam*, Esa. 11. 11. cum *Paras* & *Phut*, Ezec. 38. 5. Confer Ezec. 27. 10. & Judith 2. 23. Fortè & lucem fœneraret illi obscuro loco Esa. 18. 1 [l].

14. *Tigris*, חִדָּקֶל] *Tigridem* omnes exponunt [m]. Sic dictus est, quòd aquæ ejus sunt חדים וקלים, i. e. *claræ ac leves* [n], à חד *acutus*, & קל *levis*. *Tigris* dicitur à velocitate [o]. Ex eo cum additamento Syriaco fit חדקלתא, & primâ gutturali, quæ facilè perit, extritâ, *Diglito*; quod nomen est apud Plinium, l. 5. 27. Indè Græci *Tigridem* fecere. Vide ad 2 Reg. 15. 29 [p]. [Targ. Jon. habet *Diglath*.] *Hiddekel* propriè sign. *Tigrim*: hîc autem synecdochicè denotat superiorem *Naharmalcæ* vel *Basilii* alveum, qui supra Seleuciam influit in Tigrin, & nomen ejus mutuatur: quem alveum prisci Geographi, manufactum fuisse rati, non retulerunt inter Euphratis alveos; sed potiùs insulam quam Euphrates cum Tigri efficit à Seleucia Apameam usque, Mesopotamiæ, ac non Babyloniæ, tribuerunt [a]. Non placet Carv. Nam 1. hic alveus non erat unus ex fluviis Paradisi, cùm diu infra illa tempora manufactum esse ipse Junius innuit, & satis testatur Ammianus, (qui à Trajano sectum docet) & Ptolemæus, qui idcirco tres tantùm Euphratis alveos agnoscit, hunc quasi pro nullo habens. At *Hiddekel*, si idem hic cum illo Dan. 10. 4. (quod omnino probabile) *magnus fluvius* dicitur. 2. Huic non convenit illud, קִדְמַת אַשּׁוּר; quod Junius perperàm reddit, *ad orientem Assyriam versùs*; cùm nec præpositio hîc sit, nec ה locale: sed neque generalis hæc & ambigua nota quicquam consonat exactæ Mosis descriptioni. Vertendum autem vel, *ante Assyriam*, vel, (ut Ang.) *ad orientem Assyriæ*. Assyriam autem pro *Adiabene*, sive *regione circa Nineven*, accipit & sacra & profana historia, (ità Plin. 5. 12. & Strabo l. 16.) [b]. *Hiddekel* ergò est alveus superior *Tigridis*. *TIGRIS enim circa APAMIAM Mesenes oppidum, citra Seleuciam——divisus in alveos duos, altero MERIDIEM ac SELEUCIAM petit, MESENEN perfundens; altero ad septentrionem flexus, ejusdem gentis tergo Campos CAUCHAS secat*: Plin. 6. 27. Eandem divisionem agnoscit Stephanus ἐν τῷ πόλ. ejúsque [i. e. *Tigridis*] Borealem alveum *Tigrin minorem* vocat; in cujus ripa est oppidum *Babytace*, quod abest à *Susis* 135 M. passuum, & à *Seleucia* 315 M. passuum: Plin. ib. Et hic alveus *Susam* præterluit, eúmque *Tigrin* vocant & Benjamin in Itinerario, & Diodorus Siculus, (qui refert Antigoni milites tutò unum *Tigrin* prætergressos, diu postea in transitu alterius *Tigridis* ab Eumene fusos esse. Nec Diodorus sibi contradicit, ut fingunt, sed duplicem Tigrin agnoscit.) Hic autem fluvius, cùm *ad septentrionem flexus* à Plinio dicitur, necesse est ut cursum vertat *ad orientem Assyriæ* antiquæ. His adde quòd Daniel tempore visionis, Dan. 10. erat præses *Susianæ*, & in metropoli *Susan* sedem habuit, (ut colligi potest ex Dan. 8. 2. & probatur à Scaligero in Proleg. ad Emendat. temporum) adeóque fluvius ille *Hiddekel* idem est cum hoc *Tigri* quem per Susianam fluere perhibent profani authores *. ¶ *Contra Assyrios*, קִדְמַת אַשּׁוּר] *Ante Assur*, Mo. Ma. *in conspectu Assyriæ*, G. *ad orientem Assyriæ*, RS. AE. Hizkuni in F. A. Ch. Sa. M. P. Ti. ¶ *Ipse Pherath*, הוּא פְרָת] His in unum (corruptè) copulatis

l Carv. c. 11.
m V.
n F.
o A. Ma.
p G.
a Jun.
b Carv. c. 4.
* Carv. c. 12.

fit *Euphrates* [c]. Ille eximius amnis Perath. Nam sunt & alibi amnes eo nomine, à *fœcunditate* [d]. ¶ *Euphrates*] Quartus fluvius nominatur per Synecdochen Integri [e]. Medianus Euphratis alveus, qui Babylonem & Otrin permeat [f]. Non placet Carv. Nam & hic alveus non erat antiquus ille Paradisiacus, sed arte factus. Semiramidi adscribunt Mela 1. 11. & Propertius Eleg. 3. 10. quòd & Babylona constituit, & siccis olim regionibus Euphratem (cum Tigri, Mela) immisit. Est ergò hic *Perath* magnus ille & notissimus fluvius, ejúsq; primarius alveus, qui fortè Naharsares est [g].

15. *Tulit*] Non corporali gestatione [h], sed suasione [i]. Ità Matt. 4. 1. ἀνήχθη [k]. Hinc & ex c. 3. 23. patet eum extra Paradisum creatum, ut sciret se Paradisi non filium, sed colonum esse; nec naturæ suæ, sed gratiæ Dei tribueret [l]. ¶ *Ut operaretur*, לְעָבְדָהּ] *Ut coleret ipsum*, F. Operatus autem fuisset agriculturâ, non laboriosâ, sed deliciosâ [n], ad voluptatem & experientiam [o], irrigando, &c [p]. ¶ *Et custodiret illum*] A feris [q], & ab animalibus in Paradiso, nè ejus pulchritudini nocerent [r]. Veteres Rabbini referunt ad spiritualem cultum, h. e. ad קָרְבָּנוֹת, i. sacrificia, quæ statuunt causam esse pluviarum, & ut omnia sidera ritè influant in inferiora; & Adamum aiunt in Paradiso sacrificaturum fuisse, ut pluviam obtineret. Et dicunt, *Super tribus rebus mundus consistit; lege, cultu, pietate*. Ansam his dedit quòd עָבַד & שָׁמַר alicubi de cultu Dei usurpantur [s].

16. *Præcepit ei*, וַיְצַו עַל הָאָדָם] *Et præcepit Adæ*, Ch. Sa. Sy. Ar. ο'. vel, *ipsi Adam*, M. vel, *homini*, Ti. P. *Præcepit ad* (vel *super*, Ma.) *hominem*, Mo. Pi. *interdixitque homini*, JT. *Præcepit contra hominem*. Sic Amos 2. 12. *Præcepistis super*, vel *contra*, *prophetas*; i. interdixistis prophetis. Ratio phraseos est, quòd interdictum rei delectabilis contrarium est naturæ hominis. Rursus utrumque intelligit, Adamum & Evam *. [Ergò sing. hîc pro plurali ponitur. Ità in sequenti versu.] ¶ *Comede*] Heb. *comedendo comedes*; q. d. Plenariam potestatem tibi do †.

17. *De ligno autem*, וּמֵעֵץ] *Et de ligno*, Ma. *Et* sæpe vertitur *Sed*; Esa. 10. 20. item 1 Pet. 1. 25. ex Esa 40. 8. & Heb. 1. 11, 12. ex Psal. 102. 27, 28 †. ¶ *Nè comedas*] Pro, *Nè comedatis* [t]. Præceptum datum Evæ, patet ex cap. 3. 2, 3 [v]. & ex cap. 1. ubi dicitur *eis* permisisse esum stirpium [x]; & ex pœna Evæ [y]. Sic Lotus respicere vetatur, cùm tamen ad uxorem quoque pertinebat, ut patet ex pœna [z]. Erat autem formatio Evæ ante hoc præceptum, licèt postea narretur [a]. An verò Adæ vocabulum est appellativum, fœminam comprehendens? Ità vertunt quidam, *præcepit homini*. Fortè meliùs Augustinus, viro præcepit, ut per eum ad fœminam perveniret; juxta illud Apostoli, *mulier discat domi* [b]. ¶ *Ne comedas*, מִמֶּנּוּ] *De eo*. Videtur hoc verbum redundare. Potest esse diminutivum [c], q. d. nec parùm ex ea, i. e. ejus fructu, comedes [f]. ¶ *Morte morieris*] Notat certitudinem, vehementiam & accelerationem [g]. Quidam Hebræi sic, *Tunc incipies esse mortalis*; & statuunt hominem non moriturum fuisse, si non peccâsset, (licèt naturæ lege mortalis erat [h], ex Gen. 3. 22. *nè vivat* לְעֹלָם. Sed AE. dicit hoc non sempiternitatem, sed longum tantùm tempus, significare [i]. *Mortalis eris*, ità Sym. (quod probant Hi. in D. & Sy. in G.) *Certò & statim morieris*, si non morte naturali, at morte peccatorum & calamitatum. Vita misera mors est [k]. Vires tuæ sustentatæ antè per arborem vitæ deficient, quæ via est ad mortem [l]. *Mortis* nomine Scriptura vocat plagas mortiferas, Exod. 10. 17. & diros terrores, 1 Sam. 25. 37. & gravissima pericula, 2 Cor. 11. 23. & mortem in peccatis, Eph. 2. 1. & dissolutionem animæ & corporis, Gen. 35. 18. & æternam perditionem, Matt. 10. 28. Apoc. 20. 6. 14 [m]. Alii, *Reus eris mortis* [n]; *mereberis mori*, Ar. *statim morieris*: dicúntque eum mox fuisse moriturum, nisi pœnitentiam egisset [o]. Nachmanni sic, *Citiùs morieris quàm aliàs*; quomodo 1 Reg. 2. 36, 37.——*eo die morte morieris*, non significat eum statim morte plectendum, sed quocumque tempore placeret Salomoni [p]. *Obnoxius eris morti*, tum corporis, tum animæ [q]. Nec hanc duplicem mortem negant Hebræi [r]. Agitur de morte corporis, (ut patet cap. 3. *donec revertaris in pulverem*) quæ hîc exprimitur in terrorem majorem, (quamvis & mors ani-

c F. G.
d G.
e Pi. ex Jun.
f Jun.
g Carv.
h F.
i RS. in F. G.
k G.
l La.
n L. Me.
o La.
p AE. in F.
q AE. in F. La.
r La. Me.
s F.
* Pi.
† F. V. Pi. A.
† A.
t Me.
v Bo. Pi. A. La. Ca. Me.
x Ca.
y Me.
z Ca.
a Ca. Me.
b D. quæst. 3. 30.
c AE. in F.
f F.
g F.
h Me. T.
i F.
k D.
l G. T.
m A.
n F. Targ. J.
o He. in F.
p F.
q V.
r F.

mæ erat pœna hujus peccati, juxta Rom. 6. ult.) Pelagiani dicebant non mortem corporis, sed animæ, ex peccato processisse [s]. Illud, *morieris*, non significat actum moriendi, sed necessitatem & debitum [t]. Vel dicas eum tunc incepisse mori; nempe longâ illâ phthiseos seu internæ corruptionis morte [v]. בְּיוֹם pro *si* ponitur, (*si ea vesceris*) ut alibi sæpe, & 4. Ruth, & 2 Reg. 2 [x].

18. *Dixit*] *Dixerat*, scil. die sexto, quo creata mulier [y]. ¶ *Non est bonum*] *Non aptum, conveniens, rectum* [z]. Nec jucundum individuo, nec utile speciei [a]. Hinc Hebræi dicunt, *Nihil est bonum nisi mulier*; item, *Cuicunque non est uxor, is non est homo*; item, *Quisquis habitat (vel manet) absque uxore, manet sine bono, sine gaudio, sine benedictione, sine habitatione, sine lege, sine muro, sine pace*, &c. Et huc respexisse putant Salomonem, Prov. 18. 22. [b]. ¶ *Esse hominem solum*, לְבַדּוֹ] *Ipsum solum*, i. solum; ità ο'. Sic, *ipse solus*, 1 Reg. 19. 10. est *solus*, Rom. 11. 3. *Ad singulum (vel solitarium) eum*, quasi viduum & derelictum, Ma. ¶ *Faciamus ad jutorium*, &c.] Omnia sunt mirè emphatica [c]. ¶ עֵזֶר] *Adjutorium* vertunt ο'. Ch. Aq. Mo. V. O. *Adjutorii* voce & Cicero de uxore utitur ex Oeconomicis Xenophontis; *Maritale conjugium—adjutorium senectutis* [d]. Alii, *Sustentaculum*, Ma. Quæ sit adjumento ad sobolem & omnes vitæ necessitates *. ¶ *Simile sibi*, sic Sa. Sy. כְּנֶגְדּוֹ] Existimant כ esse notam similitudinis [e]. Hebræi Doctores sæpe utuntur voce כְּנֶגֶד ad exprimendam similitudinem: *loquitur Lex more* (כְּנֶגֶד) *filiorum hominum* [f]. Quod ex adverso ei respondet, ὁ ἀντιστρέφει αὐτῷ [g]. Ità planè R. Levi in 1 Sam. 17. 4. *Duces non pugnent nisi cum ducibus*—אֲשֶׁר כְּנֶגְדָּם *qui sibi respondent*, i. e. sui similibus [h]. Alii sic, *juxta eum, penes eum*, vel *proximè coram eo*. כ hîc est *secundùm*, & propinquitatem notat; cujus contrarium est מִנֶּגֶד, quod procul abest [i]. Vox נֶגֶד duo notat. 1. Præsentiam. Prestò esse debet, ut auscultet [k]: semper & ubique debet esse coram marito [l]. 2. Auxilium [m]. Onk. sic, *Faciam ei fulcrum*, seu *sustentaculum*, *è regione illi*, ut cùm duo levant unum onus. Ità est vicarium auxilium marito [n]. Alii, *tanquam coram eo*, Mo. *quod sit coram eo*, M. P. Ti. *coram ipso*, i. e. ut ministret ei; sic K. in F. G. Pi. Ità Dan. 1. 5. *ut starent coram rege*, scil. ad ministrandum: quod perfectè exprimitur, Ezec. 44. 11. *stabunt in conspectu eorum, ut ministrent iis* [o]. Ità ponitur, 1 Sam. 29. 8. 1 Reg. 10. 8 [p]. Doctiores Hebræi dicunt esse Caph non similitudinis, (ut Vulg. vertit) sed verificationis; q. d. Faciam homini auxilium, non vacuum, sed verum, certum, ac solidum [q], *quod sit verè coram eo* [r], Di. Aliter, *Faciam ei auxilium secundùm anteriora ejus*, i. e. quod anterioribus ejus respondeat. Videtur usum matrimonii respicere; ideóq; postea enarratâ brutorum creatione, dicit, *homini non invenit auxilium*. כְּנֶגְדּוֹ, quod anterioribus ejus respondeat. נֶגֶד propriè *anterius*, vel *partem anteriorem*, denotat, 2 Reg. 1. 13. Psal. 38. 12. Ità Onk. transtulit, *secundùm anterius ipsius*: & Jon. *Faciam ei uxorem quæ erit incumbens in anteriori ejus*. Et Arabs vertit, (aut non intelligo eum) *secundùm anterius ejus*. Et ab Hebræo נכח (quod idem est cum נֶגֶד) fecerunt Arabes נכח, *matrimonium inire, coire*; & מנכוחה, *eam cum qua habetur coitus* [s]. Argutatur RS. in voce כְּנֶגְדּוֹ, *Si vir innocenter vixerit, adjutorium erit; sin, contra illum stabit ad præliandum* [t]. ο'. vertunt, κατ' αὐτὸ, *secundùm ipsum*, i. e. qu. alter ipse [v], similis naturâ, conjunctus amore, &c [x]. ejusdem naturæ, & animi, & voluntatis, morum & studiorum eorundem. ἀντίστροφον, seu ἀντίστοιχον, aut ἀντίτυπον correspondens [y]. *Tanquam secundùm præsentiam ejus*, nempe formâ, specie, & muneribus; qu. alter homo [a]. נֶגֶד est *coram*, vel *contra*; נֶגְדּוֹ *coram*, vel *ex adverso sui*: כְּנֶגְדּוֹ, ad verbum, *secundùm coram ipsum*, i. e. juxta correspondentiam ejus; ipsi, tanquam alter ipse, specie & formâ conveniens [b]. Dictio hæc כְּנֶגְדּוֹ pereleganter composita est; (sunt enim Hebræis suæ compositiones, ut כְּבָר‍שֶׁ, *ex eo quod jam*, Eccles. 2. 16. Sic Galli, *Hersoir*, id est, Herì serò:) si in partes resolvatur, erit כְּמוֹהוּ נֶגְדּוֹ, *sicut ille, coram illo*, id est, sicut ille & coram illo; (copula enim sæpe subauditur) vel *sibi simile & sibi præstò*. *Sibi simile*, i. e. naturâ conformis; & *sibi præstò*, coram eo, propè eum, apud eum. Quod familiaritatem, & promptitudinem ad inserviendum, denotat. Hæc P. Picherel.

19. *Formatis*, וַיִּצֶר וגו'] *Et formavit*, Mo. Sa. *collegit* [qu. ex צרר] *de terra, & adduxit, &c.* Ar. ¶ *De humo cunctis animalibus terræ, & volatilibus cœli*] Dices, aves ex aqua productæ sunt. Resp. 1. Vox *volatilibus* conjungenda est cum *formatis*, non cum voce, *de humo* [c]. Vel, 2. aves ex luto, vel lutulenta aqua, exstiterunt; sexti autem diei animantia ex terra sicciori. Vel, 3. ex utrisque, i. aquis & terra, aves factæ sunt; quod quædam in aquis & terris simul degunt, quædam tantùm in terris [d]. ¶ *Adduxit*] Vel occulto motu, & sponte, ut subjectionem profiterentur; vel per Angelos [e]. Non opus est quærere quomodo hæc in unum locum deducta sunt; sive per ventos, ut coturnices, &c. sive per Angelos, sive arcano Dei impulsu, quo fit ut haleces & thunni quotannis ingenti turbâ sedes mutent, & ciconiæ gruésque ex boreali plaga in Ægyptum, &c. certâ anni tempestate volant. Convocavit ea Deus, 1. ut hominem recrearet, & ad creatoris sui laudes invitaret: 2. ut ex paribus eorum adductis sentiret Adam quid sibi deesset; 3. ut hominis dominium agnoscerent. Lucretius, l. 5. ait absurdè credi unum hominem nomina rebus imposuisse, quia alios in assensum trahere non potuisset. Sed facile erat Adamo, vocabula sua per liberos propagare [f]. ¶ *Adduxit*] Nempe extra Paradisum. Minimè probabile est ea in hortum intromissa [g]. Adduxit vel per Angelos, vel per affectum & impulsum phantasiæ & affectui animalium impressum [h]. Adduxit, & quidem paria, inquiunt Hebræi; ut indè agnosceret non esse bonum esse solum, (ex hac inopia desiderium excitavit Deus) & ut magis suspiceret Dei beneficium in uxore data [i]. ¶ *Quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus*; sic Ch. וְכֹל אֲשֶׁר יִקְרָא לוֹ הָאָדָם נֶפֶשׁ חַיָּה הוּא שְׁמוֹ] Variè reddunt. *Quod*, vel *quodcunque*, *vocavit illud (illi*, O.) *Adam*, vel, *homo*, *animæ viventis*, &c. Mo. Sa. O. vel, *in* (vel *ex*, Ar.) *anima vivente*, &c. M. vel, *animam vivam*, &c. ο'. A. *Quocunque nomine vocavit illus Adam, animantem quamque*, &c. JT. *Quodcunque nomen imposuit eis Adam, cuilibet animæ viventi*, &c. Sy. *Quicquid vocaret illis homo, illi, inquam, animæ viventi esset nomen ejus*, Ti. RS. sic collocat, כל נֶפֶשׁ חַיָּה אֲשֶׁר יִקְרָא לוֹ הָאָדָם שֵׁם הוּא שְׁמוֹ, i. *Omnis anima vivens, cui vocabat ei homo nomen, ipsum nomen ejus*, &c [k]. *Quod nomen inderet homo ipsis*, i. e. animalibus, *id nomen*, &c [l]. AE. scribit, ל in לוֹ ad נֶפֶשׁ referendum esse, *Et omne quod vocavit ei, scilicet viventi, erat nomen ejus* [m]. לוֹ sing. pro plur. *unumquodque illorum* [n]. Hæc impositio nominum erat signum, 1. Dominii; ut rectè notavit Chrysost. & patet ex Psal. 147. 4 [o]. Imponere solemus nomina iis quæ juris sunt nostri [p]. 2. Summæ scientiæ, quòd naturas omnium perfectè calluerit [q]. Hinc colligunt Hebræi, eum fuisse insignem philosophum [r]. Dixit Plato, *videri sibi eam naturam quæ rebus nomina imposuerit fuisse celsiorem hâc humanâ* [s]. Cicero 1. Tusculanarum, *Aut quis primus, quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est, omnibus rebus imposuit nomina* [t]? *Hæc impositio nominum* οὐ φαύλων ἀνδρῶν, *non est futilium hominum*, ait Plato in Cratylo. Quod hîc maximè apparet, ubi nomina pleraque ex natura rei petita sunt: v. g. quòd *brutum* vocatur בְּעִיר, à *stupore*, בְּהֵמָה, à *silentio*; quia bruta cum homine collata & *stupida* esse & *muta* constat; & *Camelus* גָּמָל, à *rependendo*, quòd est *injuriarum memor*. *Milvus* vocatur & רָאָה, à *visu* acutissimo, & דָּאָה, à *volatu* & altissimo & diutissimo; *Ciconia* חֲסִידָה, propter ἀντιπελαργίαν. *Pelicanus* קָאָת, à *vomitu*, quia conchas jam absorptas revomit, postquam calore ventris apertæ sunt, ut ex iis esculenta legat; & *Formica* נְמָלָה, quia *abscindit* spicarum capita, ut grana eliciat [v]. [Hoc loco Bochartus multa alia exempla producit, ex quibus, inquit, primi nostri parentis sapientia clarè elucescit.]

20. *Cuncta animantia*] Præter pisces, qui extra aquas sine miraculo adduci non potuerunt [x]. ¶ *Et Adæ non invenit*] scil. Adam, i. *sibi non invenit*. Hebraismus elegans, de se loquitur in tertia persona [y]. *Cùm Deus adduxit paria*, &c. *dixit Adam, Cuique est sua conjux, mihi verò non est conjux* [z]. Et post indigentiam agnitam Deus statim uxorem dat [a]. Pro, *non invenit*, Græci habent, *non inventus est*. Tertia persona act. sæpe impersonaliter sumitur [b]. Ità *imputavit*, Gen. 15. 6. pro quo, *imputatum* est, Rom. 4. 3. Vide & Gen. 6. 20. & 16. 14 [c].

deus

Margin notes (left column): s E. · t La. Bo. T. · v T. · x Ca. · y V. · z F. Me. · a Pi. Ità ferè Bo. Me. · b F. · c F. · d G. · * F. · e F. · f Di. · g D. quæst. 1. 59. · h Di. · i F. · k F. · l M. · m F. · n F. · o V. · p G. · q F. · r K in F. · s Di. · t Ti. · v Merc. · x A. · y Merc. · a Ma. · b Riv.

Margin notes (right column): c Me. ex La. · d He. in F. · e Me. · f BA. 1. 1. 9. · g Pi. · h La. · i F. · k F. · l V. · m F. · n V. · o G. · p Cl. · q Ca. · r F. · s Cl. · t Ma. · v BA. 1. 1. 9. · x Me. · y F. V. AE. · z RS. in F. · a F. v. 21. · b Ma. · c A.

21. *Soporem*, תַּרְדֵּמָה] Notat profundum soporem, F. V. Aq. vertit καταφορὰν, Sym. κάρον. Plus esse quàm שינה notant Hebræi[d]. o'. *extasin*. Cum somno in extasin raptus est, ut videret quæ gerebantur, & spiritu prophetico cognosceret mysterium significatum, matrimonium naturale suum in Eva, & mysticum Christi cum Ecclesia[e]. Hinc expergefactus propheticum illud eructat, *Hoc est os*, &c. *Somnum immisit Deus*, 1. ut divinitùs tantum donum non animadvertenti contigisse agnosceret; 2. nè ablatione costæ dolorem sentiret[f]. ¶ *Tulit unam de costis ejus*, מִצַּלְעֹתָיו Vertunt, *ex lateribus*, He. in F. V. O. ut Exod. 26. צֶלַע est *latus tabernaculi*. *Unum ex lateribus*, i. massam quandam carnis ex uno laterum; *unam portionem*, *ex uno laterum ejus*[g]: vel *unum*, unam costam accepit ab utroque latere, nè homo plures costas haberet in uno latere quàm in altero. Et hinc eam vocat *os de ossibus suis*[h]. Hebræi imaginantur hominem initio factum, masculum & fœmellam fuisse[i]. Quod colligunt ex cap. 1. *Masculum & fœmellam creavit eos*. Verùm tu noveris צלע propriè *costam* notare; (& indè *latus*, quia ibi sunt costæ.) Hinc צלע de trabibus dicitur, quæ id sunt domui quod costæ corpori[k]. Ægyptii costas in somniis ad uxores referebant[a]. R. Josua inquit, ex ea parte desumptam quæ stanti viro brachiis operitur, quò admoneatur verecundiæ, atque animi latere cupientis. Docent etiam, quomodo se domi continere testudinis more, & marito adhærescere, debeat[b]. Formatio mulieris de latere hominis dormientis, erat figura, quòd Ecclesia formanda erat de latere Christi dormientis in cruce[c]. ¶ *De costis*] Dices, aut ergò illa superflua erat, aut Adam jam imperfectus. Resp. Ut semen superfluum est respectu individui, sed necessarium respectu speciei; ità hæc costa superflua erat ratione individui, sed necessaria in quantum mulier de ipsa erat formanda[d]. Alii aliter: tulit costam non superfluam, sed requisitam ad individui integritatem[e]. Qu. Quomodo ex una costa fit mulier? Resp. eo modo quo panes aucti, Matt. 14[f]. Non ex sola costa fecit, sed suppletâ aliunde materiâ[g]. Potest & sic verti, *unum ex lateribus*[h]; i. massam quandam carnis ex altero laterum ejus; ut sit Hebraismus, qualis ille, *Sepultus in urbibus* (1. una urbium) *Judæ*[i]. ¶ *Et replevit carnem*] Costam non sine carne abstulerat, ità nunc carnem reponit non sine costa[k]. Nam dixit Adam, *Hæc os de ossibus, & caro de carne*[l]. Non vult Deus innocentem detrimentum ullum accipere[m]. ¶ *Replevit*] וַיִּסְגֹּר q. d. Locum hiantem costæ carne obturavit[n]. *Infarsit*, o'. *Posuitque*, Sa. *Applicuit*, Sy. *Obturavit*, Ar. *Clausit*, Mo. P. M. Ti. A.

22. *Et ædificavit*] Utitur hoc verbo ad notandum singulare Dei studium & conatum in paranda muliere. Alii ad intelligentiam & prudentiam referunt. Colligunt hinc Hebræi, *mulierem esse fundamentum domus*[o]. Non dicit, *creavit*, (quia non erat ex nihilo) nec *formavit*, quia illius forma non erat nova, sed hominis forma; sed, *ædificavit*, quasi opus Divinæ artis mulier fuit; Abarb[p]. Varietate verborum sign. Moses, singularem Dei artem[q]. ¶ *In mulierem* לְאִשָּׁה] *Ut esset mulier*. Sic Jud. 8. 27. *in Ephod*, i. ut esset Ephod. Vocant hoc ל, התכלית, i. quod finem rei significat. Sic postea, *in carnem unam*[r]. *In viram*, per anticipationem; nam paulò pòst primùm *vira* appellatur. Sic cap. 1. 2. *terra* dicta est, quæ nondum ità fuerat appellata; imò nondum exstiterat[s]. ¶ *Et adduxit*] Vel reverâ, (volunt enim eam extra paradisum ædificatam) ut agnosceret donum Dei; vel sic videbatur ei, putabat eam aliunde adductam; Sic Jos. 2. 7. *persecuti sunt*, quia putabant se eos persequi. Heb. est וַיְבִאֶהָ: non fuit simplex adductio, sed ità ut ex ea liberos susciperet, ejúsque operâ in aliis uteretur[t]. Adduxit ut esset vitæ socia & conjux[v]. ¶ *Et dixit*] Vel sapientiæ suæ vi, vel ex revelatione Sp. nam Deo hæc verba tribuuntur Matt. 19. 5[y]. *Et dixit* refero ad τὸν ποιήσαντα, (*Creatorem*) *Dixit* hujus legislator Deus, non Adamus. Nam quamvis Adamus legem fixerit, quia id Dei afflatu fecerit; non malè dicetur Deus ipse tulisse: quemadmodum *lex Dei* dicitur & *Mosis*, ministerio Mosis lata[z].

23. *Hoc nunc*, זֹאת הַפַּעַם] *Hâc vice*. Sic ferè omnes nostri legunt, F. V. A. Pi. O. i. nunc, O. *Hâc vice*, sub. deprehendo & video Deum etiam mihi auxilium fecisse[a]. R. Bechai sic, *Hâc vice tantummodo assumpta est mulier os ex ossibus meis*,—deinceps nascetur mulier more mundi[b]. Hebræi referunt זאת ad mulierem, *Hæc, hâc vice os*, &c. q. d. Mihi tandem adjutorium reperi[c], q. d. Apage à me animantia priùs adducta; non placent, non congruunt: hæc mihi simillima est[d]. *Hoc ictu*, vel *pulsu*, quo scil. Deus me feriit, abstrahendo mihi carnem cum costa[e]. Hinc patet Adam cognovisse supernaturaliter formationem mulieris de costa sua[f]. ¶ *Et caro*] Quia costa non fuit sublata nuda, sed cum aliqua carne[g]. ¶ *Os ex ossibus*] Velut de me genita: Servius ad 4. Æneid. *Exoriare aliquis de nostris ossibus ultor*. Sanè Punici ex ossibus dicunt oriri posteros. Punica autem lingua Hebrææ proxima. Adde 1 Cor. 11. 8.[h] Verto, *os ex ossibus*, *quia de costa*. At poteram vertere, (ut priùs) *membrum de membris, & corpus de corpore*. Nam עצם & בשר sæpe membrum & corpus significant; ut Psal. 6. & 37. Et Paulus, 1 Cor. 6. facit ἓν σῶμα idem quod σὰρξ μία[i]. ¶ *Virago*, אִשָּׁה] *Vira*, à *vir*. אשה ab איש. Sicut igitur mulier à viro sumpta est, ità & nomen illius. Hinc colligunt linguam Hebræam fuisse primam. Significat אשה eam mulierem quæ jam est uxor[k]. ¶ *Hæc vocabitur*, Ita o'. Ch. Sy. JT. לְזֹאת יִקָּרֵא] Vel, *Huic*, sive *ad hanc*, *vocabitur*, M. Mo. Ca. Ma. i. huic erit appellatio, *vira*[l]; vel, *propter hoc*, Ti. simil. P. Sa. propter hanc rem vocabitur[m]. q. d. Substantiam à me habet, nomen etiam accipiet[n]. *Decétque ut vocetur virago*, Ar.

24. *Quamobrem*] Sunt verba Adami, non Mosis. Obj. At Deo tribuuntur Matt. 19. Resp. Nempe quòd instinctu Spiritûs sancti dicta sunt ab Adamo[o]. ¶ *Relinquet*] Verba sunt Dei[p]. Ità Christus, Matt. 19. 4.[q] Relinquet non dilectione, sed cohabitatione, & vitæ consortio, si res exigat[r]. ¶ *Patrem*] Chald. *lectulum patris sui*. Alludit ad hoc, quòd virgines in parentum cubiculis cubarent donec elocarentur, tunc autem novam domum instituerunt. Hebræi *domum* vocant omnia vasa & instrumenta, &c[s]. ¶ *Et adhærebit*] Non loquitur de carnis libidine, sed conjugali affectu[t]. Græci & Matt. 19. 5. verterunt, προσκολληθήσεται, *adglutinabitur*. Verto, *Quasi conglutinatus adhæreto*[v]. ¶ *Uxori suæ*, בְּאִשְׁתּוֹ] Est ב quod Heb. Grammatici vocant בית הדבוק או הנגיעה *Beth adhæsionis sive accessionis*[x]. Hebræi judicant eum *effusorem sanguinis*, *qui maturus uxorem non duxerit*[y]. Lege Dei ac naturæ unus uni tantùm copulandus uxori decernitur[z]. ¶ *Et erunt duo in carne una*] Heb. *Et erunt in carnem unam*. Alii autem supplent *duo*, vel *ambo*. Ità Sa. Sy. Ar. Picher. Hanc vocem addo ex Matt. 19. 5. Sic ex Græcis, Deut. 6. 13. & 10. 20. addit (Matthæus) τῷ *soli* Matt. 4. 10. allatum ex 1 Sam. 7. 3. quæ illic intelligitur ex versu proximo. Hinc damnatur Polygamia: ut quum dictum est, *Uxori suæ*, num. sing[a]. *Caro una* dicuntur, vel, quia sunt una persona civilis[b]; vel, quia unam carnem, sub. prolem, generant[c]; vel, quia conjux est dominus corporis sui comparis, & sic unius caro est alterius caro, 1 Cor. 7. 3*. *Caro* hîc est arctissima consuetudo & necessitudo, ut Esa. 58. 7.[f] ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι, (*ut duo cùm sint, unum fiant*,) Plutarchus in Sympos[g]. Non ampliùs discedet ab uxore sua, sicut faciunt bruta animantia post conceptum: Nehemann[h]. *In carnem unam*. Verto, *Unum corpus sunto*. Ità intellexit Paulus, 1 Cor. 6. 16. Vide Matt. 19. 6. & Eph. 5. 28, &c. ubi ex hoc loco Deus dicitur maritum & uxorem conjugâsse. Sic Servius ad Æneid. 4. *Nè cui me vellem vinclo sociare jugali*: *Jugali*, inquit, *propter jugum quod imponebatur matrimonio conjungendis*, *unde etiam Juno jugalis dicitur*[i].

25. *Erat uterq*; *nudus*, עֲרוּמִּים] TJ. vertit *Sapientes*. Heb. *Ambo nudi*. Ità o'. Ch. Sa. Sy. Ar. Verùm ערומים sine Dagesh significat *callidi*, at cum Dagesh, ut hîc, *nudi*[k]. ¶ *Non erubescebant*] Quia carebant יֵצֶר הָרַע, i. affectione pravâ, quæ in eos post esum arboris intravit[l]. Targ. Jon. sic legit, *Sapientes erant*, *sed non moram fecerunt in gloria sua*. Hinc hausisse videtur Plato in Politico suam illam nuditatem quam omnibus hominibus aurei seculi attribuit[m]. ¶ לא יִתְבֹּשָׁשׁוּ] *Non erubescebant*. Significatio enim conjugationis Hithpahel aliquando intransitiva est & neutralis[n].

Margin notes, left column: [d] F. [e] Me. [f] F. La. [g] V. [h] O. [i] F. [k] K. & alii in F. [a] G. [b] F. [c] L. E. [d] L. simil. Abarb. in Muis. [e] Me. E. [f] E. [g] Bo. [h] V. [i] F. [k] Me. E. Pi. [l] Pi. E. [m] F. [n] Ma. [o] F. [p] Muis. [q] A. [r] F. [s] Picherel. [t] F. [v] Pi. simil. Bo. [y] Pi. [z] Picher.

Margin notes, right column: [a] V. Pi. [b] Muis. TJ. [c] F. [d] La. Bo. Me. [e] Ma. [f] E. [g] E. [h] G. [i] Ca. [k] F. [l] F. [m] AE. in F. [n] Me. [o] Pi. [p] He. in F. Me. [q] F. Me. [r] Me. [s] F. [t] F. [v] Picher. [x] F. [y] M. [z] Cl. [a] Picher. [b] Me. La. [c] Me. ex La. RS. in F. A. [*] Me. ex La. [f] F. [g] G. [h] F. [i] Picher. [k] Pi. [l] F. [m] La. [n] Glass. gram. p. 326.

CAP. III.

1. SErpens, הַנָּחָשׁ] *Ille Serpens*, ut intelligamus Mosen loqui de serpente noto[a]. Hebræorum quidam serpentem simpliciter accipiunt pro bestia cujus linguam (sicut & aliorum animalium) Eva intellexisse creditur. (Serpentem habuisse vim loquendi volunt[b].) Alii per Serpentem intelligunt Satanam[c], & simulachrum serpentis à Dæmone assumptum volunt. Ità Cyrillus[d]. Alii de vero serpente intelligunt, sic tamen, ut Satan per eum tanquam per organum locutus sit. Sic veteres Hebræi Cabalistæ[e]. Solet Scriptura sub instrumento authorem intelligere[f], & utrumque pro eodem accipere[g]. Non solus erat serpens, sed à Diabolo agitatus, ut liquet ex Joh. 8. 44. Apoc. 12. 9. & 20. 2, 10[h]. & ex Sap. 2. 24. Rom. 16. 20 *. Per serpentem locutus est, ut olim per pythonissas[i]; & in idolis deorúmque Ethnicorum oraculis †; & ut Angelus per Bileami asinam[k]. Mirum est quòd Julianus absurdum putârit serpentem loqui, cùm ipse credebat & Ethnici narrabant serpentem in morem canis latrâsse; (Plin. 8. 41.) & simulachrum Junonis monetæ locutum fuisse; (Valer. Max. l. 1. de Miraculis, *tit.* 8.) necnon simulachrum Fortunæ bis locutum fuisse, his verbis, *Ritè me matronæ vidistis, ritéque dedicâstis*; (Valer. ib.) Julius Obsequens de prodigiis c. 38. & bovem Priverni locutum fuisse; & c. 40. idem accidisse in agro Romano, & cap. 53. ubi verba etiam exprimit, *Roma, tibi cave:* & Arimini canem locutum[l]; & arborem Apollonium allocutam esse; item quercum Dodonæam locutam esse[m]. Qu. Quomodo serpens cum muliere loqui potuit? Quidam volunt serpentem initio habuisse & intellectûs & sermonis usum, quo propter peccatum destitutus erat. Si ità esset, cur in Serpentis exsecrationibus nulla horum mentio? Alii volunt Satanam locutum esse, atque ementitum speciem serpentis. At in Satanam non convenit exsecratio serpentis. Alii volunt Satanam locutum serpentis ore. Sed cur ergò serpens, si innocens, pœnas luisset? Nec decuit Angelum ità facere. Alii volunt Evam nôsse bestiarum linguas, &c. Sed quid induxit serpentem ut Evam falleret? Et quis eum artem fallendi docuit? Et qui sciret serpens quid Deus vetuit? Acutissimè omnium sensisse mihi videtur Abarbanel, qui negat Serpentem allocutum esse mulierem, (neque enim dicitur, ut de Balaami asina, *aperuit Deus os Serpentis*;) sed prosopopœia est, qualia multa sunt: ut Psal. 148. 7. *Laudate Dominum, dracones*, &c. Job. 28. 14. *Abyssus dicit, Non est in me*; & Gen. 3. 14. Deus dicitur allocutus Serpentem: Quasi verò mutum & brutum animal allocutus esset. Quòd dicatur v. 6. *Vidit mulier quòd bona esset ad vescendum*, &c. non autem, *Audivit vocem Serpentis*, indè probari evidenter ait Abarb. eum non allocutum esse mulierem, sed hoc dici, quòd cùm Serpens in illam arborem sæpius ascendisset, & inspectante Evâ comedisset, nec tamen mortuus esset, cœpit ea cogitare illos fructus non esse lethales, idq; perinde fuisse ac si Serpens dixisset, *Non moriemini*. Si quæras, Cur ergò Serpens punitus est? Respondet Abarb. quòd Serpens, herbis, &c. non contentus, ascendit in arborem ut fructus comederet[n]. De Serpente duo disquirenda sunt, ait doctissimus Medus. 1. Quis fuit reverà; 2. quis opinione Evæ. Qu. 1. Quis reapse fuit? Respondeo, Indubiè Diabolus fuit, qui bruto serpente abusus est, vel cum insidendo, vel (quod malim) in ejus specie comparendo. Qu. 2. Quid existimavit Eva Serpentem fuisse? num serpentem, an verò Satanam? Si prius dicatur, detrahit de perfectione illius statûs, quandoquidem illud ignoravit quod omnes scimus, scil. serpentem non potuisse loqui. Si posterius, 1. Cur cum Apostata Angelo consuesceret? 2. Quorsum dicitur *Serpens callidior*, nisi ut innuatur eum fuisse fraudis occasionem? Resp. Difficultatem hanc his propositionibus expedio. 1. Suppono *legem esse* in commerciis spirituum cum hominibus, ut spiritus visibili aliquâ specie seipsum exhibeat. Quod adeò verum est, ut *conversatio spirituum* dicatur *Visio*, seu *Apparitio*. Etiam Deus & boni Angeli hoc modo versantur cum hominibus. Et hoc novit Eva. 2. Suppono & hanc legem Spiritibus datam, ut sub ea specie compareant quæ aliquo modo conditionem suam exprimit. Sicut in Rep. diversi status ex diversitate vestium dignoscuntur. Neque hoc ignoravit Eva. Hinc sequitur bonos Angelos aliâ quàm humanâ specie apparere non posse, nec malos Angelos potuisse humanâ specie se exhibere in statu innocentiæ, (aliàs fœmininâ potiùs quàm serpentinâ specie se ostendisset:) secùs se res habet post lapsum; nec mirum, cùm una stella cadens aliam jure repræsentare potest. His positis, non erat cur Eva miraretur spiritum secum locutum: Et ex eo, quòd apparuit specie serpentis callidissimi, (qui naturam ejus indicabat) eámque speciem assumpserat, ut mulieri opinionem suæ sagacitatis injiceret, facilè collegit eum sagacissimum fuisse, & mentem Dei clariùs quàm se intelligere potuisse[o]. Non scivit Eva malos Angelos exstitisse, sed hunc pro bono Angelo habuit, cognoscens talium custodiam sibi & marito à Deo assignatam[p]. Qu. Cur non horruerit mulier Serpentem loquentem? Resp. Eva putavit, non assentiendo, sed cogitando secum, num fortè Serpens haberet vim loquendi. Ità Cyrillus. Recenter enim creata erat, & quidem postquam Adam nomina bestiis indiderat, nec harum rerum experientiam habebat. Nec perfectio mulieris hoc exegit, ut congenitam haberet omnium rerum naturalium scientiam, sicut viri perfectio exigebat[q]. Ignorantia hæc erat puræ negationis, & potuit esse in statu innocentiæ, sicut in pueris, &c[r]. Admirata erat Eva, & suspicata id quod erat, altiori nimirum vi id fieri: sed metus aberat, quia necdum peccârat, & sciebat se Deo curæ esse[s]. Nulla tum erat causa horroris. Erat homo tum bestiarum dominus, & illæ eum reverebantur[t]. Non latebat Evam has voces supernaturali virtute formari; sed non satis attendit, ut debebat, ad se tentandum confictas esse[v]. Intravit Dæmon serpentem non suâ electione, sed Divinâ dispensatione, quæ non permisit hominem tentari per Diabolum in specie gratiosa & nobili, sed horribili, in qua fallacia Dæmonis citiùs poterat deprehendi[x]. *Orgia Bacchi perficiunt* ὄφεσιν ἀνεστεμμένοι, &c. i. e. *serpentibus coronati, exclamantes*, Εὐάν, Εὐάν, i. e. *Evam, Evam*; *& signum Orgiorum est serpens*. Clemens in Hortator.[y] ¶ *Serpens*] Hinc, puto, ille serpens malorum aureorum custos apud poetas[z]. ¶ *Callidior*] *Sapiens ad malum*, TJ. Qu. Quo sensu hoc dictum? Resp. duplici: 1. Ut serpenti tribuatur hæc calliditas[a]; cujus hæc indicia proferuntur: quòd petitus caput statim occultat, vel terræ inserens, vel spiris sui corporis circumvolvens[b]; quòd aurem obthurat à voce incantatoris[c]; quòd certis temporibus veterem pellem exuat, & novam induat[d]; quòd bibiturus priùs venenum exspuat ac deponat, teste Epiphanio in hæresi Ophitarum[e]. Cavillantur nonnulli, exstare in multis animalibus plus solertiæ. Sed nihil absurdi foret, si dicamus detractum fuisse serpenti donum quòd homini exitiale erat[f]. Putat Epiphanius calliditatem ejus maledictione imminutam. Si neque hoc verum esset, rectè dicitur cæteris prudentior, non quoad omnia, sed quoad naturales instinctus, &, ut ità dicam, artes vitæ adversùs pericula conservandæ: Quod sanè præcipuum est prudentiæ genus. Cui accedit, quòd naturaliter valet ad occultè & insidiosè homini nocendum[g]; quòd in via stans, & in iis quibus concolor est arenis latens, ungulas equi mordet, Gen. 49. 17. & solis exsertis corniculis, quæ frumenti granis similia sunt, aviculas quasi ad escam advolantes intercipit. Proinde, serpentes Philosophus tradit esse μάλιστα ἐπιβόυλες, *maximè insidiosos*, Hist. 1. 1. Et apud Æsopum cancer, societate cum serpente initâ, eum hortabatur μεταβάλλεσθαι τῆς πανουργίας, *ut mutaret calliditatem suam*: ille autem minimè se præbebat obsequentem. His ex Plinio addi queat, serpentem, hybernâ latebrâ visu obscurato, oculos marathro inungere & refovere; si verò squamæ obtorpuerunt, spinis juniperi scabere: & draconem vernam nauseam lactucæ succo restinguere[h]. Subter supráque sese revolvit, ut dolosiùs agat, suæque vitæ consulat cautiùs. Nam convolutionem hanc pertinere ad versutiam, testatur Æsopi fabula *de serpente & cancro* *. Quidam putant appellari prudentes, quòd longissimè cernant. Hebræorum quidam dicunt serpentem primùm humanis affectibus præditum fuisse, indéque callidiorem †. Alii volunt serpenti calliditatem tribui propter Diabolum in illo loquentem; ut linguam hominis

[a] V.
[b] Jos. Philo, & Basil. in T.
[c] F.
[d] Riv.
[e] In F. Ità M. F. L. E. Me. Riv. Par.
[f] M. in v. 8.
[g] F.
[h] Par.
* Picher.
[i] Riv.
† Pich.
[k] L. Me.
[l] Riv.
[m] Par.
[n] Muis in Variis sacris.
[o] Medus in dissertat. 37.
[p] Lightf. in Gen.
[q] Estius in Sent. l. 2. distinct. 21. §. 4.
[r] Riv.
[s] Me.
[t] Est. in Sent. ib.
[v] T.
[x] L.
[y] G.
[z] Ga.
[a] Est. in Sent.
[b] Est. in Sent. F.
[c] E. F.
[d] F.
[e] E.
[f] Calv.
[g] E. Sent.
[h] BA. 1. 1. 4. 28.
* Picher.
† F.

hominis *dolosam* dicimus, (non quòd ei dolus insit, sed) quòd eam moveat mens dolosa [i]; & linguam *eruditam*, quam prudenter movet intellectus [k]. Alii utrumque conjungunt; ità Augustinus. Verisimile est Mosen ad posteriorem sensum respexisse, hoc significans, quòd vafer Diabolus usus est instrumento callido, sibique accommodo [l]. Principaliter ad Dæmonem referenda est hæc calliditas [m]. עָרֹם, *nudus*, c. 2. v. 25. hîc עָרוּם, *callidus*. Elegantia est linguæ Hebrææ, idem vocabulum repeti in diversa significatione. Sic Jud. 10. 4. עְיָרִים, & Jud. 15. 16. חֲמוֹר [n].

¶ *Ad mulierem*] Utpote faciliùs deceptibilem [o]. ¶ *Cur præcepit*] Interrogativè accipit. Ità F. ό'. Τί ὅτι εἶπεν, (*Cur dixit*, vel, *Quid est quod dixit?*) *Cúrnam vetuit?* Ca. אַף כִּי, *Verè?* O. *Verène?* Sy. Ar. *Etiam, si?* M. *Numquid* dixit? Sa. *Verúmne est quòd Deus*, &c? Ch. in F. Hunc doctiores sequuntur, vertentes, *Itáne?* V. sic Ti. *Etiámne?* P. *Etiámne edixisse Deum?* JT. Sed tunc dixisset הַאַף, ut Gen. 18. 13. Pi. Alii, *Etiam quia*, Pi. Ma. A. Mo. P. Picherellus sic παραφράζει, Serpens—inter alia, verba hæc fecit, *Etiam Deum vobis—interdixisse?* Concisâ sententiâ quædam antè dixisse subintelligit. Vide Ruth. 2. 21. in Hebræo [p]. Alii affirmativè legunt, *Quantò magis?* F. vel, *Multò magìs*, V. Videtur truncata fuisse sententia, & alia præcessisse volunt [q]; eúmque sic ferè dixisse putant Hebræi: Certè Deus odit vos, quòd non facit vobis talem & talem dignitatem: Alia animalia vobis præstant, ídque per invidiam Dei [r]. Post quæ subjungit, *Etiámne est verum quod dicit* [s]? Aliis hoc non placet. Noluisset mulier tam longum & malignum sermonem adversùs Deum patienter audire *. Non accusavit (Serpens) Deum inclementiæ, hanc enim blasphemiam statim exhorruisset Eva; sed subdolè, quasi commendans Deum, ità loquitur: q. d. Non credo Deum, qui tam liberalis est & summè bonus, hanc arborem ità seriò & absolutè vetuisse. Astutè Serpens hîc conatur evertere finem Præcepti, ut evertat ipsum Præceptum: q. d. Non apparet justa ratio cur vetuerit; non ergò seriò vetuit, sed joco & ludens dixit [t]. Mos est Scripturæ comprehendere finem verborum, unde intelligas principium eorum. Sic Jos. 2. 24. exploratores reversi dicunt, *Quoniam dedit*, &c. quod non erat principium sermonis [v]. Hæc K. (meo judicio) non ineptè [x]. אַף כִּי nunquam ponitur in principio orationis [y]. Communiter putant esse paralepsin, quòd Moses ex longiore Serpentis sermone id tantùm commemorare voluerit quod instituto erat necessarium, nimirum illud quo Serpens obtinuit quod moliebatur †. Verti potest, *Multò magis*, &c. q. d. Miror Deum vos privâsse magnis bonis; sed multò magis miror, quòd prohibuerit nè, &c [z]. ¶ *Cur præcepit*] Non potuit tunc esse Deordinatio in viribus inferioribus, nisi priùs fuisset in ratione; ideo non tentavit primò de comestione Ligni, sed de restrictione Præcepti, *Cur præcepit*, &c? q. d. Præceptum hoc non erat conveniens, cùm sitis liberæ conditionis, & superiores omnibus Lignis [a]. ¶ *De omni*] Sic dixit, ut eam in Colloquium pertrahat [b]. Ambiguum est an de *ullo*, an verò de *aliquo* tantùm, neget; sic verba temperans, ut posset deprehensus dicere se tantùm de una arbore sensisse, &c [c]. Dæmonis ingenium est ambiguè loqui: hinc Apollo Λοξίας dictus, quòd λοξὴν φωνὴν, h. e. *obliquam vocem*, seu oracula perplexa, ederet [d]. Involvit hîc Diabolus mendacium sub specie veri [e]. ¶ אֱלֹהִים] Studiosè utitur eâ voce, quæ ad severitatem & judicium Dei refertur [f].

2. *De fructu lignorum*, מִפְּרִי עֵץ] *De fructu ligni*, Caj. ό'. Me. Vel *arboris*, pro *arborum*; ut *laneea*, 2 Reg. 11. 10. pro *lanceis*, 2 Par. 23. 9. & *navis*, 1 Reg. 10. 22. pro *navibus*, 2 Par. 9. 21. sic v. 7. *folium*, pro *foliis*. Vide Gen. 4. 20 [g]. ¶ *Vescimur*] i. e. Vesci licet [h].

3. *Præcepit nobis*] Non malè addit, *nobis*. Nam quamvis cùm Adamo Deus interdixit, Gen. 2. 16. nondum erat Eva; per Adamum tamen, Spiritu Sancto afflatum, Deus ipsam edocuit [i]. ¶ *Nè comederemus, & nè tangeremus*] Verto, *Nè comesturi attingite*. In Hebræo est Hysteron proteron, quale Colos. 2. 5. & in Virg. Æneid. 9. —*somno vinóque sepulti*, pro *vino som-*

[i] Est. in Sent. [k] Ità L. [l] Est. ib. [m] L. [n] F. [o] L. [p] Picher. [q] K. aliíq; He. in F. La. A. [r] F. [s] V. * Est. ubi suprà. [t] La. [v] K. in F. [x] F. co. [y] F. † Ma. [z] V. [a] L. [b] F. [c] Me. [d] Bo. [e] Pi. [f] F. [g] A. [h] V. A. [i] Picher.

nóque, ut ibi sequitur rectò vocum ordine. Deinde, *Nè attingite, nec edite*, i. e. Nè attingite ut comedatis. Sic Exod. 20. 4, 5. *Non facies sculptile*, &c. *non adorabis*; pro quo dicitur Levit. 26. 1. *Non facietis idola*, &c. *ut adoretis*. Attactûs autem meminit tantùm quia esum præcedit, ut per quem perveniatur ad esum. Vide vers. 22 [k]. ¶ *Nè tangeremus*, &c.] Et addit mulier verbis Dei, (de tactu enim nihil dixerat Deus,) & demit, *nè fortè moriamur* [l]. ¶ פֶּן] *Nè*, J T. A. *Nè quando*, Ma. Ex displicentia præcepti [m], ex tædio & odio præcepti [n], addens de suo invidiosè exaggerat [o]. Vel potiùs ex religione & reverentia præcepti hoc dixit, quasi nè tangendum quidem pomum, quo vesci non liceret [p]. Ità nonnulli volunt etiam tactum prohibitum, ut magis elongaretur à gustu; sed hoc non habetur ex litera [q]. Mox tactum experta innoxium, idem de gustu speravit *. ¶ *De fructu illo*] Pretiosissimo. Articulus enim additur, ut videas jam nonnihil commotam †. ¶ *Nè fortè moriamur*] Deus absolutè affirmârat; Mulier dubitat, Diabolus negat. Ità Rupertus ‖. פֶּן est adverbium dubitantis: Propterea mendacium suum confirmat Serpens geminatione verbi, *Non moriendo moriemini* *. Dubitanter loquitur, & quasi extenuando Præceptum †. פֶּן est dubitantis, à פּוּן *hæsitare* ‖: sed potest esse ex פָּנָה *respicere*, q. d. respectu hujus rei, &c. Nec semper פֶּן est dubitantis *, ut constat ex Psal. 2. 12. *nè irascatur*, & Esa. 27. 3. *nè quis invisat* †. Sed sæpe simpliciter negantis; (Confer Psal. 90. 12. cum Matt. 4. 6.) interdum asserentis ‖; (Confer Esa. 36. 18. cum 2 Reg. 18. 3. & Matt. 15. 32. *nè deficiant*, in Mar. 8. 3. est, *deficient* *.) Ex responso Diaboli patet Evam dixisse, *Moriendo morieris*, &c [r]. Nam ea adhuc integra erat [s].

4. *Nequaquam moriemini*] Non dicit, *Moriendo non moriemini*, sed, *Non moriendo moriemini*: Ità negat tantùm mortis certitudinem [t]. Quod illa dubitavit, hic negat [v]. Quidam Hebræorum dicunt eum primùm mulierem impulisse ad tactum, quem prohibitum dixerat; &, eâ ad tactum illæsâ, ad esum solicitâsse [x].

5. *Scit enim Deus*] כִּי vertendum *sed*, G. Pi. כִּי pro כִּי אִם, Pi. q. d. Scit Deus hoc vobis utilissimum fore: cùm ergò bonus sit, & vestrî curam gerat, non est putandus voluisse vos hoc bono privare [y]. ¶ *Indie*] Præsenti malo, quod minatus erat Deus, præsens bonum opponit [z]. ¶ *Aperientur*, וְנִפְקְחוּ] *Et aperientur*. Et pro *tunc* [a]. Sic *&*, Marc. 14. 34. pro *tunc*, Matt. 26. 38. Quod Marc. 15. 27. *& crucifigebant*, Matt. 27. 38. est, *tunc crucifigebant* [b]. ¶ *Oculi*] scil. Mentis. Adeò perspicaces eritis, ut meritò existimaturi sitis vos hactenus nihil scivisse, & quasi cæcos fuisse [c]. Ludit homonymiâ. Promittit *cognituros*, sed intelligit *experturos* bonum & malum [d]. ¶ *Eritis sicut Dii*] ό'. Mo. Ma. J T. A. O. כֵּאלֹהִים, *sicut Deus*, Sy. D. *Deo pares*, F. Vox est communis numeri [e]. Divinum est scire quamplurima. Homerus de Jove, πλείονα ἤδει, (*plura novit*;) & alibi, Θεοὶ δέ τε πάντα ἴσασι, (*Dii omnia sciunt*.) Scientia, *Deorum vita*, Ciceroni in Hortensio. Hoc donum, quantum opus erat, à Deo precibus impetrare debuerant ad usum imperii sibi divinitùs dati, non autem id per se sumere. Pro hac arbore ignem substituerunt Poetæ; instrumentum quippe artium propè omnium & victûs delicatioris. Conjunxit utrumq; Claudius Neapolitanus apud Porphyrium, libro *de Abstinentia* primo. Adde Moschionis carmen apud Stobæum titulo de Tempore [f]. ¶ *Ut Dii*] Non restricti aliquâ inhibitione, nec alicui subjecti [g]. Alii, *sicut Magnates, Principes*, Onk. qui debent discernere inter bonum & malum [h]. Ideóque magiam didicerunt, ut de Magis judicarent [i]. Alii, *sicut Angeli*; sic He. in F. D. V. T J. Ar. Potuit intelligere Angelos malos, qui & bonum & malum experti essent [k]. Ità Deum invidiæ insimulat [l]. Videns mulier quòd arbor bona erat ad vescendum, i. e. quòd Serpens de ejus fructu impunè comedisset, credebat Deum vetuisse esum, nè illi similes fierent, scilicet, scientiâ, quod colligebat ex nomine, cùm à Deo ipso *arbor scientiæ* vocaretur [m].

6. *Et vidit*] Oculis & mente in arborem tota intenta fuit [n]. Curiosè & attentè pomum considerans, cupi-

[k] Picher. [l] F. [m] F. [n] Me. [o] Me. T. [p] Me. ex La. Ma. [q] L. * G. † Me. ‖ La. Me. F. * Picher. † Bo. ‖ Q. in Pi. * Pi. La. A. Ma. † Pi. ‖ La. A. * A. [r] Pi. [s] La. [t] Pi. ex Jun. [v] F. [x] F. [y] Me. [z] A. [a] Pi. A. [b] A. [c] Me. T. [d] Pi. [e] D. [f] G. [g] L. [h] F. D. [i] D. [k] A. [l] F. [m] Mois. vide ad v. 1. [n] F.

cupida guſtandi [o]. *Viſus eſt principium tranſgreſſionis* [p]. ¶ *Quòd bonum ad veſcendum,* לְמַאֲכָל] *Ad eſum.* Nomen verbale pro verbo [q]. ¶ *Et pulchrum oculis,* תַאֲוָה לָעֵינַיִם] *Deſiderium oculorum,* Mo. i. e. concupiſcibile oculis. *Concupiſcentia* in abſtracto, q.d. ſummè deſiderabile [r]. *Quòd ſanitas eſſet oculis,* Onk. i. e. ſanaret oculos. Eſt autem *ſanare oculos* Chaldaicum adagium, pro, *paſcere oculos* [s]. ¶ *Aſpectu delectabile,* נֶחְמָד לְהַשְׂכִּיל] *Expetibile ad prudentiam conſerendam:* ſic Hebræi, quos ſequuntur doctiores [t]. Ità Onk. & T J. V. O. Ma. Sa. Ar. Caj. Pi. A. Picherel. לְהַשְׂכִּיל hîc tranſitivè ſumitur. Ità & Pſal. 32. 8. Aliàs ferè intranſitivè [v]. Alii ad aſpectum externum referunt; ſic Vulg. Sy. Græci, ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, i.e. ſalubre quantum ex aſpectu conjectari poterat [x]. Dignam eſſe arborem attentâ conſideratione [y]. Mulier, repudiato jam verbo Domini, longè aliter ſentit & judicat quàm antea [z]. ¶ *Dedit viro ſuo,* עִמָּהּ] *Secum,* i. e. ut unà cum ipſa ederet, V. La. Ità Picher. i.e. ut ſicut ederat ipſa, ſic & ipſe comederet. Vide Eccl. 10. 14. 2 Cor. 11. 3. 1 Tim. 2. 14. Præp. *Cum* aliquando ſervit ſimilitudini: *ſentire cum aliquo,* eſt ſentire ſicut ille ſentit. Sic Eccleſ. 2. 16. Heb. eſt *cum,* quod Hi. vertit *ſimiliter ut,* Sic Gal. 3. 9.——*benedicuntur cum Abraham,* i. e. inſtar Abrahami: & Rom. 8. 17. χειρὶ συμπάσχειν & συνδοξάζεσθαι [a]. Alii vertunt, qui erat *ſecum,* F. Pi. O. Hoc eſt, quamprimùm ille ad ipſam veniſſet, ſermocinatione Serpentis jam abſolutâ, & (ut videtur) Serpente jam elapſo. Quem tamen Deus poſtea in conſpectum primorum parentum retraxit [b]. Abſente viro, mulierem adortum eſſe Satanam, noſtri, quos viderim, conſentiunt univerſi. Sed vix credam, aut mulierem à viro eodem, non die, ſed horâ ferè, ſeſe ſubducere ſuſtinuiſſe; aut virum eam, à latere ſuo non dico divelli, ſed, è conſpectu ſuo longiùs diſcedere atque exſpatiari pati voluiſſe. Certè non tam exilis languidúſque affectus in pares lubentiâ pari recèns junctos hodie etiam reperitur; nedum in illis eſſe potuit, quos in tam arctam conſuetudinem, tanta cum ſolennitate, adſtrinxerat Deus ipſe; præſertim cùm nemo quiſquam exſtaret, quocum poſſent à ſe invicem diſſiti familiariter converſari [c]. Ex verbo עִמָּהּ colligunt Hebræi Adamum in colloquio præſentem fuiſſe, taxántque ejus negligentiam, quòd eam à malo non avocavit [d]. ¶ *Et comedit*] Magnam habet emphaſin. Nam mulieris prævaricatio nihil ad poſteros attinuiſſet [e]. Comedit, quia credidit poſt tranſgreſſionem conſequi veniam, & ſic in ſtatu ſuo remanere [f].

7. *Aperti ſunt oculi*] ſcil. Mentis & animi; ſic R.S. Ità פִּקְחִים vocantur, i. e. *videntes,* qui cauſas ritè diſcernunt, Exod. 23. 8 [g]. Malum ſuum cœperunt ſentire [h]. ¶ *Cognoverunt quòd nudi eſſent*] Et animâ, & corpore [i]. Adeóque nuditatem jam pudendam eſſe [k]. *Se nudos eſſe cognôrunt:* ſupple, *& erubuerunt* [l]. Didicerunt quis maris, quis fœminæ uſus. Nuditas Hebræis τὰ γεννητικὰ, (*partes generationi dicatæ.*) Vide 1 Cor. 12. 23 [m]. Tunc cognoſcebant ſuam nuditatem eſſe confuſibilem [n]. Jam demum cœpit illis diſplicere ſua nuditas, quæ antea non erat turpis, ſed decora innocentibus [o]. Ità ſentiunt ſe deluſos à Satana [p]. Senſerunt motus concupiſcentiæ rebelles per membra ipſorum ſe exſerentes [q]. ¶ עֵירֻמִּים] Accedit י litera, (quæ deerat Gen. 2. ult.) per Epitaſin & Auxeſin, ut volunt Hebræi, ad ſignificandam turpitudinem quæ nuditati poſt peccatum acceſſit [r]. ¶ *Conſuerunt folia ficûs*] Ità ο΄. Ch. Sa. Ar. M. P. Ti. Non placet. Unde illis tum acus, & filum quo conſuerent? Dicit Oleaſt. hoc factum *aut manu ligando unum alteri, aut vepribus conſuendo:* quaſi, ſcilicet, ex veprium ſpinis acìculas confecerint. Equidem vix otii tantum erat aut curioſitatis etiam, in tanta animorum conſternatione, ut operam navarent ſupervacaneam. Verto itaque, *& frondibus complicatis,* ſeu *contextis,* fecerunt ſubligacula. תָּפַר ſign. *applicare, aptare, complicare, affigere.* Job. 16. 15. *Saccum applicavi* (תָּפַרְתִּי) *cuti meæ.* Ezek. 13. 18. *Applicantes,* ſive *accommodantes* (non certè conſuentes) *pulvillos axillis.* Et עָלֶה, non tantùm *folium,* ſed & *ramum, palmitem, termitem,* ſign. ſic Gen. 8. 11. & Prov. 11. 28. & clariſſimè Nehem. 8. 15 [s]. [Quod autem reliqui *conſuerunt,* Syrus vertit *coaptârunt.*] Ramuſculos teneriores circum latera plectebant [t]. *Conſuerunt,* i. e. complicârunt, vel contexuerunt folia & termites [v]. ¶ *Folia ficûs*] Heb. *folium.* Vide quæ ad v. 2. Hinc quidam conjiciunt arborem ſcientiæ, &c. *ficum* fuiſſe: ſed improbat hoc AE [x]. Quæſiverunt folia ficûs propter latitudinem [y]. ¶ *Perizomata*] Ità Sy. חֲגֹרֹת, *cingulos,* Sa. P. Mo. O. *Cinctoria,* Ch. M. Ti. *Succinctoria,* ο΄. Ma. *Velamina,* Ar. Aprons, A. *Subligacula,* J T. V. ad tegendum pudenda [z]. Argumentum eſt corruptionis naturæ, quæ per iſta membra propagatur [a].

8. *Et audierunt*] Proſequitur Moſes ordinem redeuntis gratiæ Dei. Primùm terretur Adam, & adigitur ad cognitionem peccati, & dejicitur falſâ ipſius confidentiâ [b]. ¶ *Vocem Domini*] Aut hanc vocem primùm appellantis Adamum, licèt non ſcribatur, ad quam ſe Adamus abſconderit: aut per vocem hanc, verba quædam intelligo quæ ſecum Deus locutus ſit ambulans, de eo quod contra ejus interdictum acciderat [c]. *Vox* hæc, vel illa fuit, *Adam, ubi es* *? vel ſtrepitus ex concuſſione arborum, quaſi ad veſtigia Dei gradientis, ad peccatores terrefaciendos †; vel tonitru, quod *vox Dei* vocatur Pſal. 29. 3. Ventus cum tonitru ferè conjungitur. Introducitur Deus hîc ut judex. Confer Job. 38. 1 ‖. ¶ *Vocem Domini deambulantis,* מִתְהַלֵּךְ] Referunt ad ventum, aut ad vocem. Vide Jer. 46. Abenmelech [d]. Q. ad vocem referunt [e], *Vocem Dei perambulantem* in horto; ut dicatur delatam fuiſſe vocem Dei per ventum in aures primorum parentum [f]. *Vox ambulare* dicitur, i. e. intendi, Exod. 19. 19. ſicut & *aquæ ire* dicuntur, Gen. 8 [g]. Junius & Tremel. reddunt, *vocem Dei itantem,* & ſic exponunt, levem quendam ſonum ac velut ſtrepitum advenientis Dei. Omnino non placet. 1. Tum non vocâſſet *vocem,* ſed *ſonum pedum,* ut 1 Reg. 14. 6. 2. Vox מִתְהַלֵּךְ nunquam tribuitur *voci* aut *rei,* ſed ſemper perſonæ. 3. Non ל, ſed ב fuiſſet additum ad רוּחַ, ad oſtendendum cauſam quæ vocem reportaret ad aures. 4. Videtur hæc vox procul audiri, (non ſic tenuis ille ſonus quaſi deambulantis in gramine) unde ſpatium habebant ſubducendi ſe [h]. Alii ad Deum referunt, *vocem Dei ambulantis.* Sic Onk. in F. ο΄. Sa. Mo. O. Pi. Sy. Ar. *vocem ſermonis* vel *verbi Dei deambulantis* [i]. Innuit quòd non ſimplex vox fuit, ſed ejuſmodi quâ conſcientiam Legis annunciatione percellit, rurſúmque Evangelii prædicatione erigit. Proſequitur vocem redeuntis gratiæ: Quemadmodum enim excuſſo verbo Dei mors ingreſſa eſt, ità redeunte illo, atque in animum admiſſo, vita reparatur [k]. Fortè tunc apparuit Deus in forma viri, ut Gen. 18 *. Alii ad ipſum Adamum referunt; q.d. cùm in horto obambularet [l]. Ambulabat Deus in aliqua ſimilitudine creata [m]. Veriſimile eſt Angelico miniſterio & corpus & vocem formata fuiſſe [n]. ¶ *Ad auram poſt meridiem,* לְרוּחַ הַיּוֹם] *Ad ventum diei;* ſic Aq. R S. in Di. M. F. A. JT. i. e. ſub veſperam, quando ventus ſolet ſe attollere [a]. Veſpere ſpirant Zephyri [b], quod & Ariſtoteles obſervat [c]. Alii, *Ad quietem diei;* ſic Onk. F. (Credo eum רוּחַ accepiſſe pro רָוַח; quod admittere nolim, quia ſupponit Biblia olim punctis caruiſſe [d].) h. e. poſtquam efferbuiſſet æſtus diei [e]. Onk. opinor, intelligit veſperam; quia tunc ut quieſcere ſolent venti, ità & homines feſſi laboribus; æſtus quoque tunc ſe remittit [f]. *Ad veſperam,* ο΄. *Retrocedente die,* Sy. *In motu diei,* Ar. *Ad ſpiritum diei,* Ma. Alii, *Ad ventum illius diei,* J T. Pi. Picher. q. d. Vox Dei per ventum illo die flantem delata fuit ad aures Adami [g]. Ad ventum illo die exortum, ſignum & teſtem indignationis Dei, certè præſentiæ ejus [h]. Sonus tanquam venti violenti, teſtis eſt adventus Spiritûs Sancti, Act. 2. 2. Alii, *Ad reſpirationem diei;* ſic R. Jonah: i. e. tempore quo eſt reſpiratio & refrigerium diei, h. e. refrigerium aeris [i]. Sic לְרוּחַ הַיּוֹם opponitur τῷ, כְּחֹם הַיּוֹם, *cùm incaleſcit dies,* Gen. 18. 1 [k]. R S. ſic, *Ad ventum diei,* ſcil. eum unde Sol occidit, qui eſt Occidentalis [l]. Gerundenſis ſic, Ventus qui ſpirabat in Paradiſo erat ſuavis & lenis, tunc autem violentior inhorreſcere cœpit [m]. Significatur

Marginal notes (left column):
[o] Me.
[p] He. in F.
[q] V.
[r] Ma.
[s] F.
[t] V.
[v] Pi.
[x] G.
[y] Me.
[z] F.
[a] Picher.
[b] Pi.
[c] Ga. Cin. l. 2. c. 2. p. 194.
[d] F.
[e] F.
[f] L.
[g] F. L.
[h] V.
[i] Pi. A.
[k] Pi.
[l] Picher.
[m] G.
[n] L.
[o] F.
[p] F. T.
[q] F. Me.
[r] F.

Marginal notes (right column):
[s] Ga. Cin. p. 200.
[t] Me.
[v] A.
[x] F.
[y] Pi.
[z] V. Pi.
[a] Pi. A.
[b] F.
[c] Picher.
* Me. Pi.
† Me. Bo.
‖ Pi.
[d] D.
[e] F. D. A. Q. He. in Ma.
[f] D. in obſerv. 16. 25.
[g] F. A.
[h] Ful. miſc. 3. 5.
[i] F. TJ.
[k] F.
* Pi. O.
[l] Q. in F.
[m] L.
[n] E.
[a] Ful. miſc. 3. 5. F. V.
[b] F. Me.
[c] Ful.
[d] Ful.
[e] F.
[f] D. obſ. 16. 25.
[g] Pi. ex. Jun.
[h] Picher.
[i] F.
[k] Ful. ib.
[l] Di.
[m] F.

catur

catur motus quidam insolitus, qui signum Divinæ præsentiæ [n], ut 1 Reg. 19. 12. Act. 2. 2[o]. Verto, *ad auram*, & הַיּוֹם est *post meridiem*, vel *meridie* [p]. Solet pars potissima totius nomen induere. Eo tempore visa & Græci exspectabant. Theocrit. Idyl. 1. Οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, (*Haud fas est, O pastor, jam circa meridiem, haud fas est nobis Fistulâ-canere: Veremur Pana.*) Ovid. Fastor. 4. *Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ, Nec Faunum, medio cùm premit arva die* [q]. Dicunt Hebræi, quòd horâ diei decimâ (ea nobis est quarta post meridiem [r]) hoc accidit; (sicut eâ etiam horâ rebellârunt, inquit Raschi, i. e. R S.) [s]. Fullerus sic exponit, *Vocem Dei ambulantis ad ventum* (vel *versus ventum*) *illius diei*, vel, *ad auram*, intelligo, *captandam*, ut solebant homines. Ità non tam tempus, quàm motum ad locum denotat. Ἀνθρωποπαθῶς hæc tribuuntur Christo, qui hîc humanâ formâ apparuit [t]. Theodotio vertit, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, (de quo interpretamento vide Ful. ib.) i. e. *in aura spirante ad refrigerationem illius diei* [v]. Non caret mysterio, quòd Deus revelat se per vocem cum vento, & sub vesperam, ut adumbret adventum Christi (qui est Vox cœlestis) in vespera diei, i. e. novissimis temporibus, cujus est refrigerare conscientiam. Ad vesperam quoque columba ad Noah reversa est [x]. Ità pavidi sunt, ut in clara luce metuerint à sonitu venti. Quid si in tenebris & nocte venisset? Amiserunt fiduciam in Deo [y]. Stultè fugiunt quem effugere non possunt [z], imò, ad quem confugere debuerunt [a]. ¶ *In medio ligni*, בְּתוֹךְ הָעֵץ] Quidam referunt ad *arborem* in qua deliquerat, quasi sub eadem se abdiderit [b]. Sed *arbor* ponitur pro *arbores*, per Enallagen numeri [c].

9. *Clamavit*] Non, *Dixit*, sed, *Vocavit*. Emphasin habet, juxta Hebræos, ad significandum hominem longissimè à Deo alienatum, & clamoribus vocandum [d]. ¶ *Ubi es?*] Rogat, non quòd ignoret, sed ut increpet [e]; ut eum sic ad agnitionem & confessionem peccati adigat [f]. Sunt qui Sarcasmum esse volunt, ut indè agnosceret quantâ felicitate decidisset. Sic enim adclamare solemus eos qui, res ultra vires temerè adgressi, aut pudore desistunt, aut se in periculum injiciunt [g]. S. Ambrosius lib. de Parad. cap. 14. Ubi est (inquit) tua bene tibi conscia confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebra prævaricationem. Ubi es ergó? Non in quo loco, quæro, sed in quo statu; quò te deduxerunt peccata tua, ut fugias Deum tuum, quem antè quærebas [h]? *Ubi es? Annon totus mundus manifestus est coram me, tenebræ sicut lux? Et quomodo tu cogitas — abscondere te à facie mea?* T J. Heb. est אַיֶּכָּה. Videtur compositum ex אַי *heu*, & כ *tu*; q. d. *hei tibi*, aut, *hei, ubi tu* [i]? *Ubi es tu?* Pronomen habet emphasin: *Tu*, tot & tantis à me cumulate beneficiis [k].

10. *Audivi*] Quæ patent agnoscit, sed causam supprimit, nempe peccatum, ut notant Hebræi [l]. ¶ *Et abscondi*, וָאֵחָבֵא] ו *&* pro *ideo* positum [m].

11. *Nudus*] Toto corpore, (præter sola pudenda;) quod pudorem adfert in conspectu vel viri honorati [n]. ¶ *Quis indicavit*] scil. Quòd nuditas tua est erubescibilis [o]. Non ignorabat antè se nudum esse, sed non experiebatur id quod fecit nuditatem pudendam, scil. pudendum motum membrorum genitalium [p]. ¶ *De quo præceperam*] Objicit præceptum, ut agnoscat peccatum. Nam hic usus præcepti Dei erga prævaricatores [q]. ¶ *Nè comederes*, לְבִלְתִּי אֲכָל] לְבִלְתִּי idem valet quod שֶׁלֹּא, *ut non*, quod notant Hebræi [r]. Ante condemnationem interrogat. Nemo condemnandus ante inquisitionem. Serpentem non interrogavit, quia Diabolus, qui in Serpente loquebatur, jam pro peccato damnatus fuerit [s].

12. *Mulier*] Justus in principio est accusator sui: Nobis Adam præit quærere excusationes in peccatis [t]. ¶ *Quam dedisti mihi sociam*, עִמָּדִי] *Mecum*, ο'. Ch. M. P. Mo. *Ut mecum esset*, Sy. F. O. A. Emphasin habet, à עָמַד, *stare*, (scil. ad ministrandum; quo sensu Abraham *stabat sub arbore* Gen. 16. & *coram Domino*,) q. d. ut adstaret, juvaret, obsecundaret; *coastantem mihi* [v]. De viro autem dicitur עִמָּהּ, (non עִמָּדִי) *dedit viro qui secum erat*, suprà v. 6. Aliter enim Adam uxori adesse debebat, nempe tanquam caput; aliter ipsa viro, nempe tanquam ministra & serva. Sed hunc ordinem uterque perverterunt [x]. Τὸ עִמָּדִי notat 1. comitatum & adjunctionem. Respicit matrimonii societatem & vinculum; q. d. Quam mihi matrimonio insolubili junxisti. 2. Potestatem in aliquem: ut Psal. 50. 11. est עִמָּדִי, quod paulò antè יָדַעְתִּי, *novi*; & ver. 10. לִי, *mihi est*; q. d. Omnia illa mea sunt, Potestatem in illa habeo. Sic potest verti, *Mecum* & *Coram me*, *Apud me*, tanquam respiciat vocem כְּנֶגְדּוֹ, Gen. 2. 20[y]. In Deum transfert peccatum, quasi aut malignus esset, aut parùm providus *. Non fecisses adeò pellacem conjugem: debebas prævidere [z]. Sic peccatum pondere suo semper trahit ad peccatum, ut Deum potiùs accuset peccator, quàm agnoscat peccatum [a].

13. *Dixit*] Adæ excusationem, ut frivolam & pœnâ dignam, præterit [b]. ¶ *Quare hoc fecisti?*] Sic M. P. Ti. quasi מָה pro לָמָּה, Pi. *Quid fecisti?*] Ar. *Quid hoc fecisti?* Mo. ο'. Ch. Sa. *Quid hoc est quod fecisti?* J T. Sy. suppleto pronomine אֲשֶׁר. Non rejicio [c]. Verto, *Quid est quod fecisti?* Et quare faciebas? Hoc addo, quia ad hanc partem respondet mulier, non ad illam, *Quid fecisti?* q. d. Quàm gravissimum scelus admisisti! Sed cur admittebas [d]? Quale facinus perpetrâsti! Admirativè legendum [e]. ¶ *Hoc*] Quòd & tu transgressa es Legem, & maritum pertraxisti [f]. זֹאת, *hæc*, scil. *res*, absolutè; ut Psal. 27. 4. אַחַת, *unam*, i. e. unum, petii [g]. Qu. Cur ad Evam loquitur, cùm non Eva, sed Adam Legem acceperat? Respondent Hebræi, Etiam Evæ Legem datam, quia erat *os de ossibus*, &c. Et quia eam velit agnoscere culpam, nec in alium rejicere [h]. ¶ *Serpens*] Quem tu (& quidem versutum) creâsti, & inter nos hîc degere permisisti [i]. ¶ *Decepit me*, הִשִּׁיאַנִי] *Incitavit*, *persuasit*, F. D. *Errare me fecit*, P. Onk. T J. in F. *Seduxit*, Ma. *Abduxit me*, P. scil. à vero & recto, Ma. Alii, *Sublevavit me*, in vanitatem & appetitum sciendi bonum & malum. Al. *Oppressit*, vel, *desolavit me*, qu. à שָׁאָה. Al. *Profecit in me*, obtinuit quod volebat. Al. *Illusit mihi* *. ¶ *Et comedi*, וָאֹכֵל] Participium præsens masculinum, non sine mysterio; ut doceat, 1. animum mulieris masculum & superbum ad peccandum: 2. unum idémque peccatum esse viri & mulieris, quod præcipuè masculum erat; nam si sola Heva peccâsset, non nocuisset generi [k].

14. *Dixit ad Serpentem*,] i. e. Ad Satanam. Est enim usitata Synecdoche, ut sub instrumento intelligamus authorem [l]. Per metonymiam rem alloquitur continentem, pro contenta; alloquitur enim Diabolum, qui in Serpente erat. q. d. *Diabole — maximè maledicte — verba faciens in Serpente maledicto.* Serpentem *maledictum* vocat propter Diabolum, ut in quo protoplastos decepisset. Sic *maledictæ aquæ*, Num. 5. 18, 19. propter eventum; & *maledicta terra*, propter Adamum, v. 17. & Gen. 8. 21. Diabolum *maledictum* suâ culpâ. Ità significatio maledictionis Serpentis paululùm à significatione deflectit maledictionis Diaboli; utraque maledictio est, sed non eadem, nec similis. Similes deflexiones alibi occurrunt. Job. 1. 21. *Egressus sum ex utero matris*, i. e. propriæ & peculiaris; *& revertar illuc*, nempe in uterum matris meæ, scil. communis, nempe terræ. Præterea, illud אָרוּר אַתָּה, verto per vocandi casum usque ad finem versûs, (totúmque versum sic reddo; *Quia hoc fecisti, maximè omnium animantium, etiam ferarum, maledicte, per omne vitæ tuæ tempus humi serpture, & pulverem esure:* deinde sequitur, v. 15. *Ob id inimicitias*, &c.) Sic Gen. 49. 8. יְהוּדָה אַתָּה, *Juda tu, celebrabunt*, &c. quod alii vertunt, *Juda, te laudabunt*. Ità σὺ per vocandi casum reddendum Act. 4. 24. Δέσποτα, σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας, &c. *Domine Deus, tu qui fecisti*; & Luc. 1. 28. cùm eam salutâsset, χαῖρε, κεχαριτωμένη, aliis verbis salutationem geminat, Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, *Dominus sit tecum, maximè mulierum benedicta.* Sic Psal. 2. 7. potest verti, *Fili mi, quem hodie genui, postula à me.* Nam quòd aliter citatur Act. 13. 33. & Heb. 1. 5. in eo sequuntur Græcos (interpretes,) qui

Marginal notes (left column): [n] Me. G. [o] G. [p] Vulgat. & G. [q] G. [r] D. obs. [s] Di. [t] Ful. ubi suprá. [v] Ful. simil. D. [x] F. [y] M. [z] M. F. [a] F. [b] F. [c] Me. Sic F. V. D. [d] F. [e] L. [f] F. [g] F. [h] Me. [i] O. [k] Picher. [l] F. Pi. A. [m] V. [n] Bo. [o] L. [p] E. [q] F. [r] F. [s] L. ad v. 13. [t] Me. ex La. [v] Ma.

Marginal notes (right column): [x] F. [y] Picher. * F. [z] Me. [a] M. [b] Me. [c] Pi. [d] Pich. [e] V. [f] F. [g] Pi. [h] F. [i] Me. * Ma. [k] Ma. [l] M.

addunt ἅ, es [m]. Hæc in sensu allegorico, sed præcipuè intento à Spiritu Sancto, accommodantur Dæmoni: literaliter Serpenti, quem punit, ut pius parens & judex sicam, quâ filium occîdit latro, exurit [n]; ut judex falsarium cum calamo damnat, & jumentum cum homine, Levit. 20. 15. & bovem cornupetam cum domino, Exod. 21.28,29 [o]. ¶ *Quia fecisti*] Serpenti statim maledicit, quòd malum istud ex sese per invidiam & malitiam, nemine instigante, fecerit. Hinc Hebræi colligunt מַסִּית, i.e. incitanti alios ad idololatriam non esse dandum excusationis locum, juxta Deut. 13. Dicunt Hebræi, *in venturo seculo omnia medelam & restitutionem receptura, excepto Serpente & Gabaonitis.* Per *Gabaonitas* hypocritas intelligunt, quia illi dolo se ingerebant in populum Israeliticum. Dicunt quoque, *Tres sectæ non vident faciem Dei; Hypocritæ, illusores, & mendaces seu impostores* [p]. ¶ *Maledictus*] In eo collocant Hebræi, quòd tardiùs parturit, & septem annis uterum gerere affirmant [q]. Potiùs in eo est, quòd humi repit, qui antea sublimis erat [r], *super pectus gradieris*, agilitate repressâ [s]; quòd pulveres edit, qui antè herbas [t], & arborum poma. Vide Esa. 65. 25 [v]. Ista priùs erant Serpenti naturalia, (nec enim naturalia Serpenti tolleret, qui nec hominibus nec Dæmonibus peccantibus naturalia sustulit [x];) jam autem illi in pœnam & infamiam versa [y]. Sic Iris antè naturalis, postea signum pacti [z]. Sic Adamo & Evæ pœna fiunt quæ naturalia erant; ut uxorem subdi marito, herbis vesci, terram germinare spinas, & alia [a]. Alii volunt Serpentem antea pedibus prædirum [b]. In Papho serpens bipes conspectus est; Apollon. ex Arist. [c]. Non placet, BA. Neque id satis certum est, draconem ullum esse bipedem. Aristot. lib. de Incessu animalium multis probat, neque duos, neque quatuor pedes posse serpenti sufficere, propter enormem corporis longitudinem; neque posse plures habere: unde necessarium esse concludit in serpente τὴν ἀποδίαν [d]. Serpens priùs erat pulcherrimus, & gratus homini [e]; nunc invisus &, exsecrabilis homini [f]. Hinc Hyperides dixit, *odio dignos esse serpentes omnes*; Suidas in Παρεῖαι ὄφεις· &, *odisse æquè ac angues*, proverbium est in Plauto, Mercat. Act. 4. Vide Theocritum Idyl. 15. Et Artemidor. Onirocrit. 2. *Serpens in somnis visus inimicitias adfert* [g]. Allegoricum sensum vide Mic. 7. 17. Psal. 72. 9. Esa. 49. 23 [h]. Satanam quod spectat, denotat eum consternatum & dejectum [i], & pulverem tantùm, i.e. homines terrenos, consumere [k]: terrena tantùm & humilia cogitare, non cœlestia, ut olim [l]. ¶ *Inter omnia animantia*] Ergò & alia omnia maledicta sunt, juxta Rom. 8. 23 [m]. Magna est pœna superbo, quòd inferiora & vilia ei præponantur [n]. ¶ *Super pectus*, [עַל גְּחֹנְךָ] *Super ventrem*, Caj. T. Pi. A.Ma. O. Ch. Sa. Sy. vel *pectus*, A. Pi. Ar. O. *pectus & ventrem*, ο'. in A. i. e. cum difficultate gradieris [o]. ¶ *Terram*] Heb. *pulverem*, ut priùs herbas comedit [p]. Pulverem, i.e. viles & immundos cibos: statum etiam vilissimum denotat [q], & difficultatem comparandi victûs [r], quæ tanta erit, ut cogatur famem pulvere explere. Alioquin vescitur ranis & piscibus [s]. Cibo decepit primos parentes, cibo punitur [t]. Non quòd vescatur solo pulvere; sed quia, cùm humi repat, non potest quin pulverem in os cum aliis cibis simul ingerat; (confer Psal. 102. 10.) quia pronus in cinere jacens, pane in terram projecto vescebatur. Chersydrus tamen, deficiente aquâ, aridos sulcos depascitur, teste Nicandro, Ther. ver. 372. Et serpens quidam Indiæ *solo vivit pulvere*, inquit Phile, cap. 59. Eodem cibo alia vescuntur animalia: *lumbrici*, Plaut. in Casina, Act. 1. *cicindelæ*, Algiahid. & *scorpiones*, teste Bardisane in Euseb. Præpar. l. 6 [v]. & Plin. 10. 72. & *talpa*, in Porta cœli, fol. 22. & *lupi*, teste Pisidâ in Hexamero, nempe esurientes, Aristot. Hist. 8. 5. ¶ *Cunctis diebus vitæ tuæ*] Dies vitæ Satanæ sunt tempus usque ad consummationem seculi [x].

15. *Inimicitias ponam*] Versus 14. loquitur de pœna Serpentis, instrumenti; versus hic 15. de Satana, architecto sceleris, ejúsque pœna †. Hebræi de nudo & naturali odio inter hominem & serpentem crassè intelligunt [y]. [Contra hos duo probanda suscipit *Helvicus*; 1. *Serpentem, cujus mentio hoc capite, non fuisse nudum serpentem*, sed *Diabolum per serpentem tanquam organum operatum fuisse.*] Probatur, 1. Quia Serpens hic loquitur, & exquisite ratiocinatur. Exc. Serpens initio intelligens fuit. Ita Aben Ezra. Resp. Somnia hæc sunt. Nam v. 1. & 4. *bestia agri* vocatur, & *brutum*: Intellectum autem homini proprium esse, non brutis communem, agnoverunt multi ex Rabbinis; Rabbi Saadias, Gaon, R. Moses Ben Jacob, & R. Bechai; [quorum verba vide in *Helvico.*] 2. Si Serpens hic ex insita δυνάμει sermocinatus esset, nulla fuisset proportio inter peccatum & pœnam: Nam Anima evasit inprimis; Contritio capitis, &c. Corpus tantùm respicit, & paucissimis contingit; plurimi autem nec ab homine conspiciuntur. Tunc & graviùs puniretur homo, qui deceptus peccavit, quàm Serpens, qui decepit, & ex malitia peccavit; (quod absurdum.) Nam mors æterna homini inflicta est: Quid ad hoc vel amissio rationis si Serpenti inflicta fuisset? 3. Agnoscunt hoc multi insignes Hebræi (veteres, reliquis longè sinceriores in interpretatione Scripturarum [z],) inprimis Cabalistæ, qui asserunt Serpentem hunc esse Satanam, & Angelum mortis. Ità R. Judah, R. Samuel, R. Bechai, [quorum verba vide in *Helvico*;] & R. Moses Ægyptius, qui sic scribit in More Nevochim par. 2. c. 30. *In Midrasch* (Commentariis vetustis. Intelligit haud dubiè Mosen Haddarsan) *commemorant quòd Serpens ille Gen. 3. inequitatus fuerit, quódque fuerit magnitudine Cameli; & quòd insessor is fuit qui Evam decepit, videlicet Samael, hoc est, Satanas* [a]. 2. [Probandum suscipit Helvicus, *Inimicitiam hanc, &c. non esse naturale odium inter homines & serpentes, sed ipsius Messiæ victoriam de Satana.*] Probat. 1. Aliàs Satanas, architectus sceleris, nullam reportâsset pœnam: quod absurdissimum. 2. Conterere caput (i. e. potentiam) Serpentis (i. e. Satanæ) solus Christus potest. 3. Constat hæc verba ver. 15. ad consolationem Adæ & Evæ, & vindictam Serpentis, prolata esse. At neutrum præstitisset, si in eo tantùm ponatur inimicitia, ut homo & serpens sibi invicem lædant; nec ullum tum Adæ & Evæ (sed neque eorum posteris ante Mosen) relictum fuisset solatium & remedium adversus iram Dei. 4. Ipse Deus sic exponit, & Messiam esse semen illud benedictum docet, Gen. 22. & 26. & 28. & Psal. 72. 17. 5. LXX vertunt αὐτὸς *ipse*, ad individuum referentes. Quis ille nisi Messias? 6. Pugnam hanc non corporalem fore liquet: Nam serpentem invasurus, non pedibus, sed telo aut clavâ, invadit. 7. De Remedio à Messia parando utrumque Targum accipit. [*Hæc Helvicus ubi suprà. Quæ addit, Calvinum & Paræum tantùm spectant, non causam; ideóq; lubens prætereo. Audiamus tandem Dominum* Medum *de his sic differentem:*] Quatuor (inquit) sunt sententiæ de objecto hujus maledictionis. 1. Quidam statuunt maledictionem latam in Serpentem solùm, (quia hic confertur cum aliis bestiis;) non in Diabolum, quia is antea maledictus erat. 2. Alii in Diabolum solùm; quia brutus serpens non poterat jure puniri. 3. Alii applicant v. 14. ad Serpentem, 15. ad Diabolum. At verò *Tu* & *Te* idem sunt in utroque versu. 4. Alii existimant eam in utrumque latam. Quam sententiam verissimam judico. Nam 1. Diabolus non ut nudus spiritus, sed in figura serpentis, hominem seduxit; sub eadem igitur figura pœnam accepit, & ejus stylus ad statum serpentis accommodatur: solet enim Deus pœnæ peccati notam inurere, sicut Jud. 1. 7. ut peccator sciret & *quid*, & *quare* patitur. 2. Quia Diabolus specie sagacissimi animalis mulierem fascinaverat, voluit Deus mutare exemplar, & infelicem illum characterem obliterare, & serpentem de gradu dejicere; ut, quod velum fuisset quo Diabolus nequitiam suam texisset, speculum fieret in quo homo ejus malitiam perpetuò intueretur. His de causis de utroque intelligo hanc maledictionem, ut in literali sensu serpenti applicetur, sed ità, ut Diaboli etiam maledictionem verè includat. Sed hîc ampliùs quærendum est: Qu. 1. Quomodo justum erat Deo punire Serpentem, qui fuit Instrumentum ἀπροαίρετον, quod nec scientiam rei habuit, nec voluntatem

[m] Picher in Cosmop.
[n] T.
[o] BA. 1.1. 4. 30. 40.
[p] F.
[q] F.
[r] F.M.
[s] G.
[t] F.
[v] G.
[x] T.
[y] Me. T.
[z] BA. 1.1.4. 23. Me.
[a] T.
[b] Pi.
[c] Me.
[d] BA. 1.1. 4. 23. 52.
[e] M. Pi.
[f] F.E. Me. T.
[g] BA. 1.1. 4. 30. 50.
[h] G.
[i] F.
[k] L. F.
[l] Me.
[m] F.
[n] L.
[o] A.
[p] O.
[q] A.
[r] Pi. A.
[s] Pi.
[t] Ma.
[v] BA. 1.1. 4. 27.
[x] F.
† Helvic. in Præevang. n. 64.
[y] F. Helv. ibid.
[z] F.
[a] Helvicus ibid.

tem peccandi; præsertim si Diabolus tantùm serpentis speciem assumpsit? Hoc argumentum quosdam movit ut de solo Diabolo hîc agi putarent. Sed hæc ratio non sufficit. Nam & *terræ* maledicitur, v. 17. & *bestiæ* propter hominis peccatum deletæ, Gen. 6. 5, 7. Et justa certè erat illa lex Levit. 20. 15. quâ bestia cum homine interficienda erat. Aliter ergò solvenda est difficultas. 1. Scimus omnes creaturas in usum hominis factas fuisse. 2. Iste usus creaturarum præstantior fuisset & dignior, si homo in innocentia persistisset; at peccato nostro deterior & vilior factus est. Jam igitur creaturæ homini serviunt, interdum ad pœnam, (dum eum nonnunquam invadunt & occidunt;) quin etiam in remedium miseriæ, ut sint documenta iræ Dei, (adeóque incitamenta pœnitentiæ) simul & conditionis Diaboli, ut ab eo abhorreant homines, & spem de eo vincendo concipiant. Itâ & *factus est* serpens & *punitus* in hominis usum. Qu. 2. Utrùm hæc pœna denunciata erat adversùs 1. serpentem unum, vel 2. omnes serpentes, vel 3. aliquam serpentum speciem? Primum dici nequit, quia *seminis* mentio fit, & quia hoc monumentum esse debuit omnibus Adami posteris. 2. Nec secundum, quia non minor ferè est serpentum quàm quadrupedum diversitas. Nec dubito plurimos serpentes ante lapsum super ventrem gressos esse. 3. De uno igitur serpentum genere intelligo, eóque longè nobilissimo, quod & pulchritudine & sagacitate non serpentes solùm alios, sed etiam reliqua omnia animantia, superavit, licèt jam reliquis vilius factum est. Non ergò potuit esse *basiliscus*, (ut nonnulli volunt) quem velut regem inter serpentes esse aiunt: Nam hic adhuc erectus à medio incedit, teste Plinio, Nat. hist. l. 8. cap. 21. & Solino, cap. 27. cùm de hoc serpente contrarium Scriptura disertè affirmat. Sed jam veniamus ad maledictionem. In genere maledictus est Serpens, & quidem præ reliquis, quia & inhærentium ejus perfectionum respectu vilior omnibus factus est, & externis vitæ conservandæ subsidiis maximè destitutus. In specie autem de eo dicitur, Primò, *Gradieris* עַל גְּחֹנְךָ, quod vertunt, *super ventrem*. Et ex hac interpretatione locus hic difficilis redditur. Nam si serpenti eadem fuisset quæ hodie est figura, aliter non potuit incedere, nisi super ventrem. Hinc quidam affirmârunt, eum antea quidem sic incessisse, sed jam in pœnam hoc versum esse: quod, ut à textu remotissimum, nunquam credere potui. Mallem Hieronymi aut Vulgatam versionem sequi, *Super pectus tuum gradieris.* Pectus est superior corporis pars ab umbilico ad caput: Hoc igitur erecto antea incedebant. Et hoc fortè LXX insinuare volebant, sic reddentes eam vocem, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ σου. Huic sensui favere videtur vox גחון, quod est à Chaldæo גְּחַן *incurvatus fuit*, quod denotat inclinationem capitis & pectoris ad terram, 1 Reg. 18. 42. ubi Targum habet גחן. Et Marc. 1. 7. pro κύψας, Syriaca versio habet גחן, quod idem est. Præterea, non impossibile hoc esse constat, 1. Quia serpentes sæpe se erigunt, & dum hominem petunt, & cùm in aqua natant. 2. Et basiliscus hodie ità incedit. Et fortè voluit Deus hunc unum ità incedere, ut monumentum esset veritatis hujus maledictionis. Quomodò quosdam Gigantes esse voluit post Diluvium, in testimonium majoris staturæ hominum antediluvianorum. Et hoc credibilius erit, si affirmemus cum Basilio, Ephrem Syro, Mose Bar-cepha, & aliis, serpenti olim fuisse pedes, qui certè neutiquam pertinent ad essentiam. Et qui possunt miraculosam mutationem & hominis & terræ post lapsum credere, cur hoc incredibile existiment in serpente factum, præsertim cùm Deus in eo perenne monumentum relinquere statuerat? Denique, non possibile tantùm, sed probabile hoc erit, si perpendamus, 1. Quòd in creaturis, quò quid nobilius est, eò magis sursum vergit & se erigit; quò quid ignobilius, deorsum vergit. Videmus hoc in elementis. Nam ignis ascendit, &c. Hinc *Os homini sublime dedit*, &c. Etiam heroici homines erectiores aliis gradiuntur. Ità leo ambulat erecto capite & pectore. In serpente igitur singularis calliditas corpus erexit, & mutatâ naturâ etiam gestum corporis mutari probabile est. Etiam hominem lapsus suus adeò debilitavit, ut, nisi obstaret educatio, creditur (& ab experientia confirmatur) quòd velut quadrupes super manus pedésque ambularet. Hanc ergò maledictionis partem sic intelligo, quòd Scriptura hîc, ut solet, causam insinuet ex sensibili effectu, & Serpentis lapsum ex prostratione corporis; quemadmodum detractio perfectionum humanarum *nuditas* dicitur. Secunda maledictionis pars est, *Pulverem comedes.* Hoc arguit & vilitatem naturæ, quæ tali cibo sustentari potuit, & ejus perseverantiam in eo vilissimo statu; nam cibus, prout vel melior vel deterior est, temperiem corporis sibi similem reddit. Sequitur tertia pars, *Ponam inimicitiam.* Hæc pars, sine dubio, Diabolum magis directè respicit: veruntamen & de bruto serpente exponi debet. Quod etiam testatur experientia. Felicitas est creaturæ frui favore & gratiâ domini sui, i. e. hominis. At serpens maximè exosus est homini. Horret etiam serpens hominem visum, inprimis nudum, (ut Physiologi affirmant:) quasi in memoriam ei revocaret naturalis instinctus tempus maledictionis, cùm ipse & nudus homo starent coram Deo ad accipiendam inimicitiæ sententiam. Fel serpentis homini venenum est; sicut sputum hominis serpenti. Adde quòd vehementior est hæc inimicitia in sexu fœmineo. Rupertus affirmat, si nudus mulieris pes serpentis caput vel minimè premat, eum statim moriturum. Tandem nota eventum imparem: Serpens enim non prævalet in hominem, nisi clanculùm & ex inopinato, & infimâ parte; (vide Gen. 49. 17.) at homo caput conterit. Et serpens (cùm homo eum percussurus est) statim corpus capiti circumvolvit, velut hujus maledicti memor. Sed jam videamus quomodo hæc in Diabolo impleta sunt. *Super pectus gradiri* notat abjectionem naturæ Diabolorum. *Pulverem comedere* hoc denotat, quòd, sicut bonis Angelis cibus, quo eorum vita spiritualis conservatur, est gaudium illud ex contemplatione Dei, &c. ortum; (vide Luc. 15. 7. 10.) ità Diabolis cibus est gaudium in iis quæ Deo ejúsque gloriæ contraria sunt: Hæc sunt ejus præda quam insectatur, 1 Pet. 5. 8. Per *semen Serpentis* intelligo, 1. omnes Diabolos, quos in sceleris sui societatem pellexit Satan, super quos idcirco principatum meretur; 2. impios homines, Job. 8. 44. & 1 Joh. 3. 10. Vide Joh. 6. 70. Act. 13. 10. His adversantur *mulier & ejus Semen. Mulier* nominatur, licèt homo non excludatur. Et ratio inusitati hujus tropi, quo species à deteriori sexu vocatur, est in verbis sequentibus, de *semine*, in quo continetur magnum Incarnationis mysterium. Dux enim noster futurus erat semen tantùm *mulieris*, Esa. 7. 14. Unde & quidam *semen* de solo Christo accipiunt, quia Paulus ità accipit *semen* Gal. 3. 16. At dispar est ratio. Hîc enim *semen mulieris* opponitur *semini serpentis*, quod collectivè sumitur. Semen ergò mulieris pariter est *Christus mysticus*, caput cum membris. Christus est semen mulieris κατ' φύσιν, *naturâ*; illi, κατ' ἐφάρμοσιν, i. e. *per insitionem* in eum, & modo spirituali. *Serpentis caput* est dominium Diaboli, quod vocatur *principatus mortis*, & objectivè, (quia sub eo tantùm sunt qui morti & temporali & æternæ obnoxii sunt) & effectivè. Hujus sceptrum est peccatum. At semen mulieris *destruit opera Diaboli*, 1 Joh. 3. 8. Et Michael (i. e. Christus) eum pessumdedit, Revel. 12. Sed quid intelligendum est per illud, *conteres ei calcaneum?* Possem dicere, leve vulnus inflixi, & quòd Diabolus invadat corpus Christi ex insidiis. At hoc, licèt verum, non est sufficiens. Videri posset significare hypocritas inter Christianos, adversùs quos prævalet Diabolus. Quòd si venia mihi detur, quidni, sicut animæ in cœlo sunt superior pars corporis Christi mystici, & sancti in terra pars inferior, etiam sanctorum corpora (quæ rectè ad hoc corpus pertinent, licèt ab animis separata) pro calcaneo habeantur? Hoc admisso, statim apparebit quid erat hæc calcanei contritio, postquam Diabolo caput contritum esset, (nam tunc factam esse textus insinuat.) Legito cap. 13. Apoc. Ibi post Michaelis victoriam Diabolus format novum organum Romani Imperii vulnerati, cujus auxilio,

auxilio, sub prætextu honoris reliquiis martyrum exhibiti, venenum infudit cultûs & invocationis sanctorum; quo calcanei vulnere Ecclesia adhuc claudicat. [Hæc Medus dissert. 37, 38, & 39. *Quæ placuit potiùs authoris methodo unóque intuitu exhibere, quàm in frusta divellere, & singulis textûs partibus applicare.*] ¶ *Ponam inimicitias*, וְאֵיבָה] *Et inimicitiam.* Sed quia hoc refero ad superiora, τὸ, *Quia hoc fecisti*, verto *Vau, propterea*, sicut Psal. 116. 2. & Gen. 2. 3. collat. cum Exod. 20. 11. Nisi mavis vertere *etiam*, vel *sic*, subaudito τὸ *propterea*. Placet autem hoc ad illa superiora potiùs referre; quia nunc primùm videtur propriè & commodè pœna Diabolo denunciari. q.d. Nunc bene tibi convenit cum muliere; at posthac non bene conveniet. Inimicitias inter me & mulierem excitâsti: & ego inimicitias quoque inter te & mulierem excitabo. Quòd si quis *humi serpere*, & *pulverem comedere*, ad pœnarum initium Diabolo prædictarum malit pertineant, atque hîc vertere, *Et inimicitias*, non admodum refragabor. Figuratè autem Deus Diabolum in his inimicitiis non alloquitur, sed apertè. Quomodo Paulus Rom. 9. 33. & Petrus 1. 2. 6. transeunt derepente à lapide Christum significante, ad Christum significatum; & Daniel 4. 13. ab arbore significante, ad Nebuchadn. significatum. Talis est transitus Luc. 2. 34. & cap. 9. 62 [b]. ¶ *Ponam inimicitias*] Implacabiles; πόλεμον ἄσπονδον [c]. apertas & in nocendi actum erumpentes [d]. Derogat Jehovah Diabolo jus dominii & mancipii, quod in hominem affectavit, & jam quasi adeptus triumphavit; & hominem loco mancipii constituit in hostem capitalem [e]. *Inimicitia* est perpetua pugna carnis & spiritûs, atque insidiæ Satanæ quibus nos adoritur [f]. ¶ *Inter te & mulierem*, הָאִשָּׁה] Licèt infirmum vasculum †. Fit hoc ob ægritudinem Diaboli [g]. Hebræi dicunt, מִדָּה כְּנֶגֶד מִדָּה, *Mensura pro mensura: Per quæ quis peccat, per ea & punitur*: Per mulierem ut seduxit, ità perditur [h]. Mulier ad talia viro magis meticulosa. Sensum allegoricum vide Apoc. 12 [i]. ¶ הָאִשָּׁה] Est ה demonstrationis: *Hæc ipsa mulier quâ tu abusus es* [k]. Potest referri ad Mariam Virginem [l], ex qua natus est qui conculcavit [m]. Potiùs ad Evam, non excluso tamen Adamo, nec posteritate [n]. הָאִשָּׁה, *Illa mulier*, diversa est ab illa הָאִשָּׁה quæ antè sic dicta est, quasi, ipsa Adami uxor. Maria κατ' ἐξοχὴν *mulier* dicitur Gal. 4. 4. Jucunda autem est antithesis: ut sicut per priorem הָאִשָּׁה prodiit mors, ità per alteram vita. Prædicitur autem odium adversùs mulierem, non propriè propter eam, sed propter ejus filium. Ità dicitur *Maria beata propter filium*, Luc. 11. 27 *. ¶ *Et inter semen tuum & semen illius*] Hîc ו declarat, *& semen illius*, pro, *id est semen illius* [o]. ¶ *Semen tuum*,] i. e. Omne serpentum genus. Allegoricè impios, Act. 13. 10. 1 Joh. 3. 8 [p]. Intelligit alios angelos malos, illi similes naturâ & malitiâ [q]. Progeniem Diaboli [r]. Qui Diabolo obediunt, Joh. 8. 44 [s]. Filii vocantur qui alicui addicti & obstricti sunt, quíque eum imitantur [t]. ¶ *Et semen ejus*] Semen hoc Christus & omnes credentes [v]. *Semen mulieris*, sive nati ex muliere, sunt homines extra Adamum omnes, Job. 14. 1. & 15. 14. & 25. 4. Matt. 11. 11. Luc. 7. 28. Allegoricè mulier est Ecclesia, & illius semen qui ad Ecclesiam pertinent, Gal. 4. 26 [x]. Non caret emphasi quòd singulare est *Semen*. Nam hæc verè & propriè in solum Christum competunt, qui rectè & verè *filius mulieris* erat (non *viri*) *virginis*. Serpentis autem filius est Antichristus cum omnibus membris suis [y]. *Semen mulieris* hîc accipiendum est, non collectivè & πληθυντικῶς, de omnibus hominibus, sed ἑνικῶς & μοναδικῶς, de uno Christo [z]. Nam 1. הוּא sequens (quod de solo Christo accipiendum monstrabimus,) refertur ad hoc זַרְעָהּ. Ergò idem utrobique semen est [a]. 2. Si collectivè sumitur, tum omnes homines cum illo serpente pugnabunt, (dicitur enim, *conteret tibi*, non, *semini tuo*,) ejúsque caput conterent; vel (si de Diabolo accipias) omnes homines Diabolum vincent [b]. 3. Solus Christus potuit conterere caput Serpentis, eíque soli hoc adscribitur, Psal. 2. 9. Psal. 110. 1, 6. Psal. 68. 19. 4. Hic ipse locus allegatur,

[b] Picherel. [c] Helv. [d] Me. [e] Helvic. num. 64, & 70. [f] F. † F. [g] Helv. [h] F. ex M. [i] G. [k] F. [l] L. F. [m] F. [n] Helv. * Picher. [o] V. [p] G. [q] L. [r] Helv. [s] F. [t] Helv. [v] F. [x] G. [y] F. [z] Helv. [a] Helv. n. 67. [b] Helv. n. 27, 28.

& de Messia exponitur, 2 Cor. 11. 3. 1 Tim. 2. 14. Apoc. 12. 9. & 20. 2, 3. 1 Joh. 3. 8. Rom. 5. 11, 12, 15, &c. Heb. 2. 14, 15 [c]. Inquies, Annon fideles omnes gerunt inimicitias cum semine Satanæ? Resp. 1. Sanè; sed non sequitur illas ad literam his verbis exprimi. 2. Idcirco nihil absurdi est in Eva comprehendi & Adamum & posteritatem. Sic itaque pugna prioris membri est inter Protoplastos cum posteris & Satanam cum semine suo. Posterioris membri pugna est inter Christum solum & Satanam cum universo suo regno. Nolumus tamen damnare alteram sententiam, quæ Semen mulieris priore loco collectivè accipiat, modò posteriori loco individuè de Messia accipiatur [d]. ¶ *Et illius semen*] i. e. Filium, nempe Christum. *Semen* loco priore plures, sive posteros; sign. loco posteriore unum, seu Messiam. Sic vox *filii* iis tribuitur qui filii sunt vel creatione, ut Adamo, Luc. 3. 38. vel generatione, ut reliquis; imò de genero dicitur, vers. 23. Nec novum est זֶרַע accipi pro uno filio. Sic ponitur Gen. 4. 25. & 21. 13. Et quod Deuter. 25. 5. est בֵּן, Græcis est σπέρμα, quemadmodum & Matt. 22. 24, 25. & Marc. 12. 19, 20, 22. Et Gen. 27. 29. *filii matris* dicitur de uno Esauo, ex vers. 37. & *sorores*, Hos. 2. 1. de una sorore †. ¶ *Ipsa conteret*, הוּא] Vulg. habet *Ipsa*, quasi de muliere ageretur, sensu non malo [e]. Refertur ad Evam, vel ad virginem Mariam, quòd utraque per Christum ex eis nascendum id factura sit [f]. Præcipuè Mariam designat [g]; quæ, pariendo Christum, caput contrivit [h]. At inepta est hæc palliatio: Nam hoc sensu *Eva*, *Sara*, *Rebecca*, caput conterunt, &c. cùm tamen soli Mariæ hæc accommodant, & in Antiphona blasphemè canunt, *Hæc est mulier virtutis, quæ contrivit caput Serpentis*, &c. & hinc sumunt argumentum adorationis Mariæ. At toto cœlo hæc distant, *Maria contrivit caput Serpentis*; &, *Maria peperit eum qui contrivit*. Adde quòd ה in הָאִשָּׁה digitum intendit *ad Evam*, & ad eam potiùs referretur. [Contra illam Vulgati Versionem sic disputant:] 1. Vetustissima exemplaria Latina legunt *Ipse*; sic duo exemplaria [i]. Testatur idem Rob. Stephanus. Ideóque in exemplari recentiori, quod jussu Sixti 5. & Clementis 8. editum est, restitutum est *Ipse* [k]. 2. *Ipse* legunt omnes veteres interpretes, Onk. & Jon. & Targ. Jeros. Et Hebræi reliqui [vide Helvicum] & LXX vertunt αὐτός, (licèt σπέρμα præcedat, constructione πρὸς τὸ σημαινόμενον, *sensu congruâ, non voce* [l].) Ità Hi. & Iren [m]. & Cyprianus [n]. Ità Malvenda. Fœmineæ lectioni (inquit) præfero masculinam vel neutram, ut gloria redemptionis in solidum Christo servetur [o]. Sic Leo Papa in Nativ. Dom. *Denuncians*, inquit, Serpenti *futurum semen mulieris, quod noxii capitis elationem suâ virtute contereret*. Facilis autem fuit lapsus ab *Ipse* ad *Ipsa*, maximè cùm primo intuitu non appareret quò referendum esset masc. *Ipse*, cùm fœm. *mulier* præcessisset. Sed convenientia hîc est, ut apud Græcos, cum re, non cum voce; ut apud Terentium, *Ubi est scelus, qui me perdidit?* & Matt. 28. 19. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτούς. In Hebræo nulla est difficultas. Nam & זֶרַע & הוּא sunt masculina. Quanquam & αὐτὸς, *ipse*, potest referri ad *semen*, si modò σπόρος subintelligas loco τοῦ σπέρματος. Quomodo Luc. 8. 5. è contrario, *Sator exiit ad serendum* τὸν σπόρον αὐτοῦ, *semen suum*; mox addit ὃ μὲν, quasi antè dixisset τὸ σπέρμα. & tandem v. 11. redit ad suum masculinum, ὁ σπόρος. Sic Prov. 4. 13. est נִצְּרֶהָ, *custodi eam*, pro נִצְּרוֹ, *custodi eum*: nam מוּסָר est gen. masc. Hæc P. Picherellus [& ipse Pontificius.] Alii vertunt, *Ipsum*: ità P. V. Ti. Sy. O. Ma. Sa. J T. M. A. quos sequuntur multi Pontificii, Andradius, Canus, Cajetanus, &c [p]. scil. semen mulieris, O. 3. Omnia masculina sunt; יְשׁוּפְךָ, non תְּשׁוּפְךָ, & Affixum est masculinum, תְּשׁוּפֶנּוּ. Hæc sunt ἀναμφίῤῥητα. 4. Masorethæ hîc nullam diversitatem lectionis notârunt [q]. Exc. 1. Bell. reperit in uno codice הִיא. Resp. Hoc est contra fidem & consensum omnium exemplarium quæ visa sunt. Ipse proculdubio vel alius falsarius sic corruperat [r]. Exc. 2. Frequens est enallage masc. pro fœmin. Bel. Resp. Quæ causa est ut הוּא mutem in הִיא; & deinde, יְשׁוּפְךָ in תְּשׁוּפְךָ; & deinde, תְּשׁוּפֶנּוּ in

in

[c] Helv. ib. [d] Helv. † Picher. [e] G. [f] E. [g] T. [h] T. Brugensis in Notat. in Sac. Bibl. [i] Brug. [k] Helv. [l] G. [m] Helv. [n] G. [o] Ma. [p] Helv. [q] Helv. [r] Helv.

in תְּשׁוּפֶנּוּ. Si tesseris luderet Bellarm. fortassis tolerari possent hujusmodi illusiones, non autem in Theologia, &c [s]. ¶ *Conteret*] Sic Sa. Mo. M. P. O. A. יְשׁוּפְךָ] *Conteret te*, F. V. Helvicus; τηρήσει, *servabit*, o'. vel fortè vertendum, *observabit*. At in Complutensi editione τῶν LXX est τειρήσει, *conteret*, Nobil. *Ipse afflabit te caput*, Ma. *conculcabit*, Sy. Ti. *contundet, percutiet, franget*, F. ¶ *Caput tuum*, ראשׁ] Est ellipsis τοῦ ב, pro בְּראשׁ, *in capite* [t]; sicut 2 Par. 34. 30. בֵּית pro בְּבֵית, *in domo*. Non malè. Talis est & Hab. 3. 15 [v]. Alia exempla ostendunt affixum hîc à verbo regi in casu accusativo; ut יְשׁוּפֵנִי Job. 9. 17. Psal. 139. 11. [x]. Vel, *conteret te caput*, i. e. *secundùm caput*, κατὰ κεφαλήν. Græcis hoc familiare est. Sic Hab. 3. 9. *dirupisti terram flumina*, i. e. secundùm fluvios [y]. *Caput* autem est potentia, excellentia, & authoritas [z]; Diaboli potentia, quæ in peccato & morte consistit [a]. *Caput calcare* est contemptûs nota, Ezec. 34. 18. Sic *aspidem calcare*, Psal 91. 13. sic Luc. 10. 19. In capite serpentis vis maxima mali [b]. Capite illæso raro succumbit serpens; quapropter in pugna ferè in eo totus est, ut caput à periculo eximat: Tzetzes chil. 9. c. 263. Epiphan. &c [c]. Onkelos alio planè modo exponit, *Ipse observabit tibi* (vel, *erit memor tibi*) *istius quod fecisti ei à principio, ab antiquo*: Tempus non obliterabit hoc malum. Pariter exponit quod sequitur, *& tu observabis ei in* (vel, *ad*) *finem*. Sensus duplex esse potest: vel sic, sine intermissione ad finem usque seculi, scilicet durabit odium tuum adversùs Christum ejúsque membra; vel ut referatur ad finem dierum quo Christus venit, 1. Cor. 11. Tunc enim Christum in crucem adegit [d]. Sic Targum & Jonathæ & Hierosl. *Ipsis* (i. e. filiis mulieris) *erit remedium*, (*non tibi*) *& amovebunt morsum in calcaneo, in fine dierum; scil. diebus Messiæ* [e]. *Dies Messiæ* passim appellantur *postremi*; Heb. 1. 2. 1 Joh. 2. 18 [f]. ¶ *Tu insidiaberis calcaneo ejus*, תְּשׁוּפֶנּוּ עָקֵב] *Tu conteres*, P. o' in La. A. Pi. O. (*contundes*, RS. in La. *feries*, Sy. R. Abraham in La. O. *conculcabis*, Ti.) *ei calcaneum*, P. Ti. *Tu afflabis*, vel *sufflabis*, *illum calcaneo*, sub. ב ante עָקֵב, *in calcaneo*, V. Serpens morsurus sufflat, i. e. sibilat [a]. Aiunt נָשׁוּף, ex agnatis verbis נָשַׁף & שָׁפַף, esse, *festinanter obruere afflatu*, seu *anhelitu*. Q. hoc verbo alludere Deum volunt ad nomen שְׁפִיפֹן, quod est serpentis genus virulentissimum, quòd flatu opprimat, uti basiliscus; ac proinde suspicantur hunc esse qui Evam seduxit. q. d. Tu es *Schephiphon, flatu obruens*: sed semen mulieris *afflatu obruet* tibi caput; & tu *afflatu obrues calcaneum* [b]. Aptè dicitur, *calcaneo ejus*; nam pede proculcatus serpens nihil habet proclivius quàm, si possit, ut calcaneum mordeat, & venenum, quod in dentibus habeat, parti à qua læditur effundat [c]. Significat vulnus non esse Christo & electis letale, & afflictionem non perpetuò duraturam [d]. Christi *caput* est Divinitas, *calcaneum* Humanitas, quam dum offendit & occidit Dæmon, occisus est [e]. Per *calcaneum* vel *pedem contritum* intelligit Christi *vias*, quas Satan supprimere conatur per afflictiones; & *mortem* pro nostris peccatis hîc prædictam, ut patet ex respectu quem alia Scripturæ loca habent ad hanc prophetiam, Psal. 56. 7. & 89. 52. & 49. 6. & 22. 17. 2 Cor. 13. 4. 1 Pet. 3. 18 [f]. Τὸ שׁוּף, quod hîc utrobique ponitur, (*Ipsum conteret caput, & tu contriveris calcaneum*) non eodem modo sumitur. In priori sign. *conterere*, vel *conculcare*, idque pedibus, ex Rom. 16. 20. Luc. 10. 19. At hoc secundo loco significare non potest, quòd calcaneus pedibus non conculcetur, nec supponatur. Significat autem hîc potiùs, *allidere*, vel *illidere*, & *atterere, percutere, vulnerare, mordere*; ut *pede* fiat *contritio morsibus* vel *fibilis* colubri venenatis, *attritio, illisio*. Hæc Picherellus. [Qui tandem loca similia producit, in quibus eadem verba diversimodè accipiuntur.] Sic הַכֵּלִים *vasa* geminatur, 1 Sam. 17. 22. & priore loco sign. sarcinam Davidis, quam humeris gestabat; altero, impedimenta bellica. Ità νεκροὶ *mortui*, Matt. 8. 22. & ὁ θερισμὸς *messis*, Joh. 4. 35. Imò unicum verbum non repetitum αἴρειν variè accipitur, Joh. 11. 48. *Tollent nostrum & locum & gentem*; i. e. delebunt, desolabunt *locum*, deportabunt *gentem*. Sic Hebraicum פָּתַח & Græcum ἀνοίγω Luc. 1. 64. sign. & *aperiri* & *solvi*. Unde uni surdo & muto dixit Jesus, Ἐφφαθά, (in Chaldæo אפתח) h. e. διανοίχθητι, i. e. *adaperitor*, Marc. 7. 35. Redit autem Deus his verbis ad allegoriam: q. d. Faciet tibi, Diabole, semen istud quod colubro fieri solet, ut necetur, nempe ut conculcetur caput ejus, aut amputetur: contrà autem, facies semini quod coluber, qui incauti calcaneum ex insidiis adoritur; affliges, &c. sed plaga lethalis non erit [g]. Targum Hierosl. necnon Jonathæ hæc habent: *Quum filii mulieris operam dabunt Legi, & fecerint præcepta, tunc studebunt tibi caput conterere, & occident te: & quando deserent verba Legis, operam dabis ut mordeas* (*vel percutias*) *eos in calcaneis ipsorum* [h]. *Alii aliis contritionem faciunt in calcaneo in fine dierum* [i].

16. הַרְבָּה אַרְבֶּה] Scribitur irregulariter הַרְבָּה, pro הַרְבֵּה, teste Buxt. *Multiplicabo*, &c. *Multiplicando multiplicabo*, P. V. *Admodum*, vel *valde*, *multiplicabo*, JT. Pi. Repetitio notat certitudinem & frequentiam. Ità venit Infinitivus ad fortificandam actionem, ut loquuntur Hebræi [k]. Multis vicibus afficiam te dolore, nempe quoties paries [l]. Malim vertere, *augendo augebo*; id enim & הַרְבֵּה sign. & tam *magnitudinis* quàm *multitudinis* notionem habet [m]. ¶ *Ærumnas tuas & conceptus tuos*, עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ] *Dolorem tuum & conceptum tuum*, P. *Dolorem tuum, etiam conceptûs tui*, JT. Duo substantiva copulata, quorum alterum Latinis esset genitivi casûs sine copula, sing. item pro plur. *dolores conceptuum* [n]. Est igitur ἓν διὰ δυοῖν [o]. Sic Matt. 4. 16. *in regione & umbra mortis*, i. e. in regione umbræ mortis, ex Job. 10. 20. Sic quod Gen. 2. 7. est πνοὴ ζωῆς, Act. 17. 25. legitur ζωὴ καὶ πνοή. Sic quod sæpe est *judicium & justitia*, Deut. 16. 18. est *judicium justitiæ*, i. e. justum. Sic Virgil. *In brevia & syrtes, Molémque & montes*, &c. interpretatur Servius, In brevia syrtium, Molem montium [p]. *Aurum frænósque momordit*, i. e. frænos aureos [q]. Vide quæ notavimus ad Joh. 3. 5 [r]. Cæterùm quòd τὸ הֵרוֹן *conceptum* ferè omnes vertunt, haud probo. Etenim *conceptûs dolores* quis unquam fando accepit? In conceptu lubentia magis consuevit esse, in gestatione & parturitione anxietas. Nec per Synecdochen totum uteri ferendi tempus *conceptûs* nomine intelligo, quia is est alter intervalli terminus; neque enim à conceptu statim, sed decimo pòst die, teste Plin. 7. 6. incommoda prægnantium mulieres invadunt. Sed nec *conceptûs* nomine prolem, sive rem conceptam, intelligo, licèt הֵרָיוֹן sic usurpetur Ruth 4. 13. & vox *conceptus* Latinis, unde *mortuus conceptus*, Plin. 20. 22. Neque enim conceptæ prolis, sed gestantis parientísque, dolores hi. Itaque Oleastrius haud absurdè *gravidationem* vertit: mallem *prægnationem*. τὸ הָרָה propriè est *prægnantem esse*, Gen. 16. 4, 11. Jud. 13. 3. Quod הָרָה, Esa. 7. 14. est ἐν γαστρὶ ἔξει, Matt. 1. 23. Proinde de *prægnationis* sive *gestationis* doloribus hæc accipio, qui diuturniores sunt, sed lentiores; quibus parturitionis breviores, sed acerbiores, succedunt [s]. הֵרוֹן Hebræis non tam significat *conceptum*, quàm *uteri gestationem*, h. e. angustiam illam quam experitur mulier à conceptu usque ad partum [t]. Seipsum statim declarat, cùm dicit, *in dolore paries*. Complectitur quicquid molestiæ sustinent mulieres ex quo gravidæ esse incipiunt, fastidium cibi, deliquia, lassitudines, &c. usque ad partum [v]. Prægnantium scilicet mala [x]. Tu observa עִצָּבוֹן genus esse, cujus species sunt conceptus & partus. Enutritionem verò & educationem Hebræi etiam ad parturitionem referunt. Porrò terminatio *On* [in עִצָּבוֹן] licèt formam diminutivorum constituit, aliquando tamen auxesin facit [y]. Hebræi notant has pœnas respondere voluptati in esu arboris [z]. Oleast. vertit, *multiplicabo angustias, seu compressiones*. Id עצב [a]. Inter omnia animantia mulier maximè in partu vexatur, teste Aristot. de hist. anim. 7. 9 [b]. ¶ *Sub viri potestate eris*] Heb. *Ad virum*. ¶ תְּשׁוּקָה] *Desiderium*, Ch. M. P. Mo. O. A. JT. D. G. K. in Ful. He. in D. *Accursio, excursio tua*, Ma. *Conversio*, o'. Sa. Sy. *Impetus*, Hi. in Nobil. Alii accipiunt de appetitu conjunctionis ad procreationem; Desiderabis congressum ejus, licèt doloris tibi causam. Hinc *amor mulierum* excedit reliquos amores, 2 Sam. 1. 26. Diligere eum qui tibi malum facit, est præter naturam [c]. Non placet *Vatablo*,

nec

[s] Helv. [t] Pi. Helv. F. V. AE. & K. in Helv. [v] Helv. [x] Pi. [y] Helv. [z] Helv. F. [a] Helv. [b] G. [c] BA. 1. 1. 4. 24. [d] F. [e] F. Helv. [f] Helv. [a] Ma. ex V. [b] Ma. [c] Bo. [d] Pi. [e] La. [f] A.

[g] Picher. in Cosmop. [h] F. Helv. [i] Sic F. et Targ. Jeros. [k] F. [l] V. [m] Ga. Cin. p. 207. [n] V. [o] F. V. Pi. G. La. Picher. [p] Picher. [q] La. [r] G. [s] Ga. Cin. l. 2. c. 3. [t] F. ex K. V. [v] V. simil. M. F. [x] G. [y] F. [z] F. [a] O. [b] G. [c] F.

nec *Fullero.* Cùm hic appetitus utrisque communis est, nihil vel ad virilem eminentiam attinet, vel ad muliebrem submissionem [d]. Alii de obedientia accipiunt [e]. Tibi nihil appetendum nisi quod volet maritus: ab ejus nutu pendebis, non eris tui juris [f]. ut Gen. 4. 7. *illi desiderium tuum*, supple *subditum erit* [g]. Sæpe imperabunt quæ vobis displicent, tamen parendum erit [h]. Marito vel iniquiori animo adhærebis; ejúsque imperium nolens patieris. *Erit ad virum.* Quod sub potestate alterius est, ad ipsum semper spectat, id semper exoptat [i]. Quidam sic; *Appetitus uxoris erit penes maritum, eique subditus.* Absurda (nisi fallor) sententia. Alii appetitum intelligunt quo fœmina maritale expetit dominium. Atqui non appeteret hoc jugum. Et si hæc phrasis appetitum dominii declaret, Christus Ecclesiam sibi dominam asciscere t. Nam sic Ecclesia de Christo, Cant. 7. 10. וְעָלַי תְּשׁוּקָתוֹ, *& erga me est appetitus ejus*; ubi maritale duntaxat studium & cura indicatur. Mihi ergò semper placuit versio LXX, *ad virum erit* ἀποστροφή, *recursus*, h.e. receptus aut perfugium, præsertim in periculis; in ipsius tutela latebis, ejus fidem, consilium, auxilium implorabis. *Tutela* virile est officium, ut aiunt Jurisconsulti. Huic pulchrè quadrat quod sequitur, *Ipse tibi dominabitur.* Debetur namque viro, tutelæ illius nomine, potestas hæc seu authoritas. Solent verba duplicantia & quiescentia in media sæpenumero ejusdem planè esse significatûs. Ut ergò שָׁקַק significat *jugem ambulationem* aut *discursum*, ità & שׁוּק. Hinc תְּשׁוּקָה modò *curam* significat, (cùm est validioris ad infirmiorem) modò *receptum*, (cùm est infirmioris ad validiorem) ut hoc loco [k]. Al. *Ad virum erit decursus tuus*, O. vel, *accursio tua*, Ma. Omnes discursus, negotia, actiones referes ad virum tuum, nihil sine illo ages [l]. Alii sic exponunt, *Pendebis à viro & ejus ope in omnibus* [m]. *Pendebit ex marito voluntas tua*, Heb. *Et ad maritum tuum*, supple *erit*: absque eo nihil ages [n].

17. *Quia audivisti vocem,&c.* לְקוֹל] Aliud est, *audire vocem*; aliud, *audire in vocem.* Hoc per Hebraismum est *adsentiri, obedire* [o]. ¶ *Terra maledicta in opere tuo,* בַּעֲבוּרֶךָ] *Propter te*, Ch. Aq. i. propter peccatum tuum [p]; vel, *quod ad te attinet* [q]: tibi molesta erit. Græci vertunt ἐν τοῖς ἔργοις σου [r]. Decepti erant similitudine literarum, & acceperunt pro בַּעֲבֹדֶךָ [s]. At hoc pernegat Buxtorf. & Græca sic reddit, *in operibus tuis*, i. peccatis, inquit Hieron. ad Genes. *in transgressione tua*, Th. Legebant cum *Resch*, non cum *Daleth.* עֲבִירָה est *peccatum*, à עָבַר. Ità בַּעֲבוּרֶךָ potest significare, vel, *Propter transgredi tuum*, vel, *propter te* *. Proverbium est Judæorum, *Si quis pessimus sit, maledicunt* (homines) *uberibus quæ suxit.* Meritò itaque terræ maledixit Deus, (cujus uberibus alitur homo) ob summam hominis malitiam [t]. Mundus totus tantùm propter hominem creatus est, ergò propter hominem maledictus [v]. ¶ *Comedes ex ea*, תֹּאכְלֶנָּה] *Comedes eam*, i. e. fructus ejus: Metonymia [x]. Laconismus est linguæ Hebraicæ, sicut 1 Reg. 2. 7. *comedentes mensam tuam*, i. e. cibum [y].

18. *Spinas*, וְקוֹץ] קוֹץ est *spina major*, דַּרְדַּר *spina minor*, (teste Aben Ezrâ) à דּוּר *habitando* dicta, quòd sparsim inter bonas herbas nascatur [z]. ¶ *Spinas & tribulos*] Non, ut antea, paucos & paucis locis, sed copiosè & passim [a]. Formula *Hiphil* magnam copiam notat [b]. *Spinam & carduum*, Di. Et nihil præter has protulisset terra, nisi Deus de novo benedixisset, inquit Eliezer [c]. ¶ *Et comedes herbam terræ*] Signanter dictum; cum jumentis & bestiis, ad quorum ingenium accesserat, herbas communes habet [d]; viliores herbas [e], loco fructuum Paradisi [f]. עֵשֶׂב hîc est panis qui ex frumentis conficitur [g]. עֵשֶׂב frumentum in se comprehendit [h]. Hinc videtur evinci posse homines ante diluvium non butyro, ovis, carne, &c. sed oleribus usos [i].

19. *In sudore vultûs*] Ibi copiosiùs sudor erumpit [k]. Heb. *Nasi tui sudore*, &c. *Sudorem Nasi* appellat maximum laborem, quo in fronte conceptus sudor, guttatim per nasum defluit. Vide Psal. 128. 2 [l]. ¶ בְּזֵעַת] Putant esse à יָזַע *sudare*, Ezec. 44. Alii vertunt, *in commotione* magna *faciei* & spirituum, à זוּעַ commovere [m]. ¶ *Vesceris pane*] *Panis* quemvis cibum significat [n]. Præceptum est generale, quo nemo se eximere debet qui Deum timet. Væ ergò ignavis & pigris ventribus [o]. Verùm *interminatio* hæc est, non *interdictum*. Non hîc *labor necessarius* sedulitásve *injungitur*, quæ & ante lapsum obtinebat; sed labori necessario comes jam familiaris futura, *ærumna*, *lassitudo*, tædium *adjungitur*. Quocirca qui hanc periocham intorquent in homines ignavos, censuræ justissimæ fundum infirmum substernunt *. Plerumque pœna peccato respondet. In cibo ut peccavit homo, ità punitur [p]. ¶ *Donec revertaris*] i. e. Ad mortem usque [q]. ¶ *Pulvis es*] Ità K. in F. Licèt habeat in se quatuor elementa, principalis tamen ejus pars humus est [r]. *Pulvis es*, nempe quoad *corpus*, Gen. 2. 7. non *spiritum*, Eccles. 12. 7 [s]. En, pœna peccati mors, Sap. 2. 23 [t]. Targ. J. hæc habet, *Quia pulvis es, & in pulvere suscitandus es, ut reddas judicium & rationem omnium quæ feceris, in die judicii magni.* ¶ *Pulvis es*] Gen. 18. 27. Psal. 103. 14. Eccles. 12. 7. ¶ *Et reverteris in pulverem*] Psal. 104. 29. & 146. 4. & 22. 15. Sic Euripides in Supplicibus—πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα, τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν, (*Spiritus ad æthera, corpus ad terram:*) Eadem ferè verba quæ Eccles. 12 [v].

20. *Vocavit*] Quòd Adam nomen ei imponit, docet plus ei potestatis datum [x]. ¶ *Evam* חַוָּה] Græci vertunt ζωή. Bene, quòd nomen muliebre hoc apud Græcos [y]. Alii sic dictam volunt à חָוָה, quod Chald. ast *annunciare*, quòd cum Serpente locuta est verba inutilia, indéque דברנית, i. e. *loquacem*, nominant. Sed certiùs Scriptura à vita dictam refert, quia *mater erat omnium viventium*, scil. hominum, (est enim synecdochica locutio [z].) Se & uxorem à Deo ad mortem damnatos solatur Adam, quòd per Evam gignat posteros viventes, in quibus ipsi, quasi parentes in filiis, victuri sunt perenniter [a]. Non dubium est quin ad *promissum semen* respexerit, ideóque חַוָּה vocat, q. d. *vivificatricem* [b], quòd mortuum genus hominum per ipsius partum vivificandum foret [c]. ¶ *Esset*, הָיְתָה] i. e. *Futura esset.* Præter. pro futuro [d].

21. *Fecit quoque Dominus*] Vel angelorum ministerio, vel de nihilo creavit, vel Adam detraxit animantibus [e]. Ipse Deus fecit, nempe solo nutu, has vestes [f]. ¶ *Tunicas pelliceas*, כָּתְנוֹת עוֹר] *Tunicas pellis, tunicas pelli adhærentes*, Onk. *super cutem carnis suæ.* Alii, *tunicas de pelle sumptas*, i. e. laneas, vel de pellibus factas [g]. Nempe bestiarum Dei jussu mactatarum in sacrificiis. Vide Gen. 4. 3, 4. & 8. 20 [h]. *De bestiarum pellibus.* Sic eos brutis animantibus, quorum vestiebantur exuviis, quàm divino numini, cujus imaginem jam exuerant, similiores propioresque pronunciat [i]. De pellibus animalium mortuorum, in signum suæ mortalitatis, & contra intemperiem aeris [k]. Alii vertunt, *vestes honoris*, (ità Ch.) nempe quò tegerent nuditatem, quæ jam turpis facta erat [l]. ¶ *Et induit eos*] Duo hîc consideremus. 1. Hominem tergoribus pecorum indui ad significandum quantâ felicitate exciderit, quomodóque ad brutorum indolem & naturam accesserit. 2. Immensam Dei bonitatem, quæ homini peccatori non tantùm de cibo, sed & de vestitu, prospicit. Sic providentia divina necessaria nobis vel incogitantibus in tempore tribuit [m].

22. *Et ait*] Angelis [n]. Alii, reliquis Divinitatis personis [o]. ¶ *Ecce Adam,&c.*] Homo, vir & fœmina. Superbam eorum spem increpat, ad medicinam morbi & futuri cautelam [p]. ¶ *En homo*, הָאָדָם] Appellativum est, propter articulum ה, quod & hîc & v. 24. significat *hominem* communis generis, Adamum & Evam: q. d. *En homines.* Nam & cap. 5. 2. uterque dicitur *Adam*; & ambobus hoc prædixerat Serpens, v. 5 [q]. ¶ *Factus quasi unus ex nobis,* &c.] Ironia est, quâ Deus hominem ad considerandum damnum commovet [r]. q. d. Aliter se res habet [s]. Vide quàm vera promiserit Serpens, quàm factus sis par Deo [t]. Alii interrogativè legunt, hoc sensu, scil. Quàm diversus est ejus status ab illo in quo eum condidimus [v]? Non placet, propter adverbium הֵן *ecce*, quod affirmantis est [x]. ¶ *Unus ex nobis*, מִמֶּנּוּ] Reddi potest vel, *ex eo*, (ut sit 3. pers. sing.) vel, *ex nobis*, (ut sit 1. persona plur.) [y]. Nostri

[d] Ful. Misc. 3. 15. [e] F. ex AE. V. G. [f] G. simil. O. Pi. A. [g] O. [h] G. [i] F. [k] Ful. Misc. ib. [l] Ma. [m] F. [n] Picher. [o] F. [p] L. F. Pi. M. [q] Pi. G. [r] G. [s] F. col. * Buxtorf. vind. verit. Heb. part. 2. cap. 11. p. 784. [t] Di. ex RS. [v] He. in F. [x] Pi. Bo. [y] F. [z] F. [a] Me. [b] Ma. [c] F. [d] F. La. [e] Me. [f] F. G. Pi. O. A. [g] AE. in F. [h] G. [i] M. [k] Me. [l] Picher.

[m] O. [n] F. A. Me. [o] F. * Ga. Cin. l. 2. c. 3. p. 214. [p] G. [q] F. [r] F. [s] Pi. [t] Me. [v] G. [x] F. [y] G. [z] F. [a] Me. [b] F. Pi. [c] F. [d] V. [e] Me. [f] Pi. [g] Pi. O. A. F. [h] A. [i] Ga. Cin. p. 202. [k] L. [l] F. [m] F. [n] G. [o] La. Bo. ex Aug. Pi. A. [p] Me. [q] Picher. [r] F. [s] V. [t] F. [v] Ma. [x] Pi. [y] F.

Noſtri omnes legunt, *ex nobis*; q. d. par Deo, ſciens bonum & malum [x]. Scire multa eſt divinum & Angelicum [a]. Onk. legit, *ab eo*, vel *ex ſe*, ut habet Complutenſis: Cujus verſionis ſenſus duplex eſſe poteſt. Prior ſic, *Ecce Adam ſolus eſt in mundo ex eo* (i. e. Deo) *factus ut ſciat bonum & malum*. RS. ſic, *Ut ego ſolus ſum in cœleſtibus ſciens bonum & malum, ità homo in terris ſolus ſimili cognitione præditus eſt*. Alter ſenſus eſt talis, *Ex ſe*, vel *ex eo*, ſcil. Adam, vel homine, eſt, ut ſciat bonum & malum. Hinc colligunt & ſtatuunt Hebræi liberum arbitrium, (qui & eis præcipuus locus eſt.) Quòd ſi hoc peccato acceſſiſſet, prævaricatio illi bono fuiſſet [b]. ¶ *Nunc ergò*, וְעַתָּה] Nunquam hæc vox ponitur, niſi ubi pœnitentia proponitur, inquiunt Hebræi. Probant ex Deut. 10. 12. וְעַתָּה [c]. ¶ *Nè fortè*] Hebræi quidam putant conciſum eſſe ſermonem, ſic abſolvendum, *Et nunc dignus eſt ut expellatur, nè fortè*, &c [d]. Reticentia eſt, ſicut Matt. 25. μήποτε ὐκ ἀρκέσῃ, & Rom. 11. μήπως ὐδέ σῳ φείσῃ) [e]. Apoſiopeſis properantis eſt [f]. Subintellige vel, *Cavendum nobis erit* [g]; ſic infrà 22. 12. Exod. 4. 4 [h]. vel, *Cavete, O vos Angeli, nè mittat manum*, &c [i]. vel, *Expellendus eſt ex paradiſo* [k]; vel, *Videndum*, JT. vel, *Periculum eſt*, Ti. Ca. vel, *Et modò oportet ut exeat ex horto*, &c. Ar. Ellipſis, qualis Gen. 11. 4. videamus *nè diſpergamur*, & 42. 4. Matt. 25. 9. Act. 5. 39 [l]. ¶ *Nè mittat manum, & comedat, & vivat*] Pro, *ut comedat, & vivat*. Et ſæpe ponitur pro *ut*, & finem actionis denotat. Ità 2 Sam. 21. 3. 2 Reg. 3. 11. Lam. 1. 19 [m]. Veriſimile eſt Adamum (etiam & Diabolum) adhuc ignorâſſe ubi ſita erat arbor vitæ; quâ ignoratione Deus miſericorditer illi conſuluit, nè qui miſer futurus, in æternum miſer fieret [n]. Notandum hoc eſſe verbum Dei ad Angelos [o]. ¶ *Et vivat in æternum*] Sic ο'. Ch. Sa. Sy. A. לְעוֹלָם, *in ſeculum*, Ar. M. P. O. JT. i. e. *multo tempore*. Sic Hebræi & Latini. Nam ſi non peccâſſet, per eſum ligni vitæ continuâſſet vitam in multos annos, donec ſenſim transformatus fuiſſet in immortalitatem. Sed poſt lapſum bonum erat homini citò mori. Ità miſericordia Dei erat, quòd hominem Paradiſo expulit. Hoc enim (ut aiunt Hebræi) oſtendit ei vias pœnitentiæ. Sic ademit homini occaſionem peccandi, & peccati eum admonuit, & pœnitentiæ meditandæ [p]. *Vivat in æternum*. Quam illi vim fructus arboris largiri poterant [q]. Pergit ironicè loqui: q. d. Nè videatur ſibi ſuâ ſtultâ perſuaſione in æternum ex eſu hujus ligni victurus [r]. Cùm morti illum adjudicavit, abſtulit promiſſionis vitæque immortalis ſymbolum, quod ei poterat eſſe fiduciæ materia, nè vanâ fiduciâ frueretur [s].

23. *Et emiſit*, וַיְשַׁלְּחֵהוּ] *Expulit ignominioſè*, (ità שָׁלַח ſequente מ ſignificat, teſte AE.) *& violenter* [t]; ut Jer. 15. 1. Significat *ſic emittere, ut nunquam ſis recipiendus*. Nam hoc verbo lex repudii utitur [v]. Probabile hoc factum eodem quo peccavit die. Quàm diu fuit in Paradiſo, non conſtat. Videtur opus fuiſſe aliquot dierum intervallo, ut beatum illum ſtatum nonnihil experiretur [x]. Non poſſum communi ſententiæ acquieſcere, quâ ſtatuitur hominem eodem die quo conditus erat à Deo defeciſſe, hortóque ejectum fuiſſe. Mitto quærere, an animantia alia eo die creata ſint. Ad hominem me aſtringo, de quo hæc ante ejectionem facta refert Moſes: Die ſexto conditus extra hortum, in hortum deducitur; arbor vitæ & ſcientiæ ei indicantur; Lex datur, animalia coram eo ſiſtuntur, ut de ſingulis ſeorſim diſpiceret, & pro ſpeciei cujuſque natura appellationem imponeret; Homo in ſomnum incidit, eíque dormienti coſta eximitur; Mulier conſtruitur, & ad maritum adducitur, & ab eo agnoſcitur. Hæc omnia ſexto die. Ab his, novo quaſi ſumpto exordio, narrantur quæ ad hominem deſtituendum, &c. pertinent. Mulierem adoritur Satanas, diſceptationes variæ habitæ inter mulierem & Satanam, nec non inter mulierem & virum. Adjiciantur his quæ ſecuta ſunt; perizomata confecta, latibula conquiſita, evocatio majeſtatica, quæſtio & cenſura judiciaria, amictus novitius utrique inductus, utriuſque denique expulſio. Hæc adeò me conſtringunt, ut non poſſum non hominis defectionem in tempus ab ortu primo longiùs diſſitum protollere, & moram in primævo ſtatu ſaltem quàm dieculæ unius diuturniorem adſcribere *. ¶ *Ut operaretur terram*] Ut perpetuâ cruce admoneretur peccati, & damni accepti [y]. ¶ *De qua ſumptus*] Igitur extra Paradiſum creatus, quia extra eum in terram miſſus [z].

24. *Ejecit*, וַיְגָרֶשׁ] Propriè hoc eſt *repudiare* ſicut maritus uxorem rejicit. Deus enim hominem ſibi aſſociaverat tanquam ſponſam. Ità mutat Deus æternam mortem in temporalem, & promittit liberatorem: & verè dicunt Hebræi, quòd *ſemper major & amplior eſt* מִדַּת הָרַחֲמִים, *menſura gratiæ*, quàm מִדַּת הַדִּין, *menſura judicii* [a]. Memoria hujus facti apud Gentiles conſervata eſt: Nam inter Chaldæorum oracula erat, *Quære paradiſum, glorioſam animæ patriam* [b]. ¶ *Et collocavit ante paradiſum*, מִקֶּדֶם לְגַן] Onk. ſic vertit, *priuſquam hortus Eden eſſet*. Angeli ſecundo die, Paradiſus tertio creabantur [c]. At ſimpliciſſima verſio eſt, *ad orientem horti*, F. Sic RS. & AE. in F. Mo. Ti. Sy. Ar. *è parte horti Edenis anteriore*, Targ. Jeroſ. ¶ *Cherubim*, הַכְּרוּבִים] Verto, *delectos Cherubinos*, propter articulum ה [e]. τὸ *Cherubim* Ab. Ezra dicit vocem eſſe generalem ad omnem figuram, hîc autem notos Angelos ſignificari [f]. Alii Arabicum faciunt, ex כ *ſicut*, & רביא *puer*, quòd puerorum formam habeant [g]. Sed inepta eſt hæc conjectura, neque analogiæ Grammatices quadrans [h]. RS. Cherubim exponit angelos devaſtatores [i]. Angelos intelligi nemo dubitat, inquit L. de Dieu. [At G. videtur dubitare, ut videbimus.] Hebræi omnes Cherubinis apud Moſen puerorum formam tribuunt: quod receptum apud doctos. Unde dicti ſunt, non liquet. Nobis כְּרוּב idem eſt quod רְכוּב, *vehiculum currûs*. Probo, 1. quia כְּרוּב ponitur pro *nubibus*, quatenus Deus illis ut curru utitur; ut Pſal. 18. 11. *vectus eſt ſuper* כְּרוּב; quod dicitur Pſal. 140. 30. *qui ponit nubes* רְכוּבוֹ. 2. Angeli paſſim vocantur *vehiculum Dei*, ut Pſal. 68. 18. & Ezec. 10. 1. & 5. 17. ideóque cum rotis deſcribuntur, quia ſunt currus Dei. Vide & Zac. 6. 1. 3. Quia כְּרוּב Arabibus eſt *navis vectoria*, à vehendo. 4. Ideo Ezec. 10. 14. illud animal quod bovis faciem habuit dicitur habuiſſe faciem *Cherub*: quòd inter quatuor illa animalia ſolus bos vehiculi loco eſſe poſſit [k]. כְּרוּב cum רָכַב conferunt, ut ſint quaſi *volucres, pennigeri, equitantes, vehentes* *. ¶ *Cherubim*] Angelos, à ſcientia excellenti dictos. Hos facit vindices omniſcientiæ Dei, quam Adam & Eva ambierant [l]. Per Cherubim miniſterium Verbi ſignificatur, (ut colligitur ex Ezec. 3.) quo oſtenderetur homini aditum ad arborem vitæ præcluſum eſſe, nec reditum ad eam eſſe niſi per Chriſtum [m]. ¶ *Et gladium*, &c.] Alibi quoque tales Angelis gladii tribuuntur, Num. 22. 23. & 1 Paral. 2. 16, & 27 [n]. ¶ *Et flammeum*, &c. וְאֵת לַהַט הַחֶרֶב] *Flammam* (*cuſpidem*, Sy. *aciem*, Mo. P. *coruſcationem*, Ar.) *gladii*, Ma. A. JT. (ità plerique) i. e. *gladium flammæ*, i. e. flammantem. Sic ἐν φλογὶ πυρὸς, *in flamma ignis*, Act. 7. 30. & ἐν πυρὶ φλογὸς, *in igne flammæ*, 2 Theſ. 1. 8. ignem flammantem ſignificant. Singularem autem accipio pro plurali, quia Cherubini plures erant [o]. *Gladium flammeum* vertunt Vulg. ο'. F. G. Me. T. Alii, *laminam gladii*, M. F. i. e. laminam politam quæ flammam ejicere videtur, quia לַהַט & *flamma* eſt & *lamina* [p]. Gladius ille flammeus vel, 1. propriè capiendus eſt, pro materiali gladio ex ferro, vel ære, &c [q]. Sic *enſes flammicomi* Poetis dicuntur [r]. Sic Maro Æneid. 8. *Terribilem criſtis galeam flammáſque vomentem*; & l. 4. —*vaginâque eripit enſem Fulmineum* [s]. Vel, 2. Metaphoricè, nempe pro potentia & viribus Angelicis [t]. Vel, 3. pro flamma in figuram gladii conformata [v]. ¶ *Flammeus*] Adeò ſplendens & acutus, ut vibratus flammas & fulmina vomere videatur [x]. ¶ *Cherubim & flammeus gladius*] Eſt ἓν διὰ δυοῖν, pro *Cherub*, i. e. *flammeus gladius* [y]; vel, pro *Cherub cum flamma gladii* [z]. (Mos Hebræis omnia Dei extra ordinem opera appellare *Angelos*; ut *ventos & ignem*, Pſal. 104. 4.) Heb. eſt *flamma machæra*, i. e. diviſionis; *machæra* enim Matt. 10. 34. vertitur *diviſio*, Luc. 12. 51. Senſus eſt, igne impervio obſeptam Paradiſum. Eſt in Babylonia tractus naphthæ (cui magna ignium cognatio) ſeu bituminis plenus, (de quo Plinius, *Campus eſt* (ait) *in Bab. interdiu flagrans*, &c.

Marginal notes (left column): [x] F. co. [a] G. [b] F. co. [c] F. [d] F. [e] Ca. [f] G. Pich. [g] V. Pi. G. [h] Pi. [i] V. [k] La. [l] Pi. A. [m] A. [n] Me. [o] L. [p] F. [q] Me. [r] L. Pi. [s] V. [t] F. Me. [v] F. [x] Me.

Marginal notes (right column): * Ga. Cin. cap. 2. p. 192. [y] F. [z] Me. [a] F. [b] A. [c] He. in F. [e] Picher. [f] F. [g] K. in F. V. [h] Di. [i] F. [k] Di. * Ma. [l] T. [m] F. [n] Me. [o] Picher. [p] F. M. [q] Bo. Me. [r] Bo. [s] Ma. [t] T. [v] Me. Ma. [x] Me. [y] G. [z] Pi.

l. 2. c. 109. Plutarchus in vita Alexandri, Strabo lib. 15. & Curtius.) In illis igitur locis Paradisus fuit. Estque bitumen ibi non minùs quàm apud Sodoma, ignis divinitùs immissi reliquiæ[a]. Gladius hic flammeus & acutus duplicem typum gerit Verbi Dei; *ignis*, Luc. 12. 49. & *gladii*, Heb. 4. 12. Juxta Rabbinos, adumbravit æternas impiorum pœnas[b]. Quidam putant sing. poni pro plur. & plures fuisse Angelos, qui humanâ formâ apparebant, & plures strictos enses vibrabant & agitabant, more militum custodientes[c]. Cùm enim plures fuerint *Cherubim*, probabile est singulos gladium tenuisse[d]. Hebræi tradunt summum Sacerdotem sub Lege, si non rectè administravit, flammeo gladio è medio Cherubim prodeunte absumptum fuisse, itáque periisse. Constat certè ex scriptis Hebræorum aliquot Pontifices (maximè qui ex Sadducæis erant) in Sanctuario periisse[e]. ¶ *Versatilem*, ità Caj. V. Sa. O. ὁ'. הַמִּתְהַפֶּכֶת] *Vertentem se*, Chald. quæ citissimè versaretur & celerrimè (quod forma *Hithpahel* notat) rotaretur à Cherubinis[f]. Alii, *Ancipitem*; & utramque partem acutum intelligunt[g]. Alii utrumque conjungunt, scil. *aptum verti in omnem partem, quia anceps*[h]. הַמִּתְהַפֶּכֶת non rectè construitur cum *Lahat, flamma*, quod masculeum est, sed cum *Chereb, gladius*, quod est fœm. Verte, *flammam gladii versatilis*; non, ut alii minùs aptè, *& aciem gladii versatilem*, (quomodo P.) vel, *versam*, seu *vertentem se*[i]. Gladii *vibrantis se*, J T. *vertentis*, sive *versantis se*, A. Ma. J T. *Qui gladius se vertebat*, i. e. se circumvertebat. Tribuitur instrumento, quod est instrumento utentis[k]. ¶ *Ad custodiendum*] Ad arcendum & homines & dæmones; nè hi ingressi decerperent, & homini darent; & tali amuleto & spe immortalis vitæ vecordes homines ad sui obsequium & idololatriam pellicerent[l]. Per Christum fidelibus datur facultas edendi de arbore vitæ, Apoc. 2. 7. & 22. 14[m].

a G. — b F. — c V. simil. Pi. Ma. Picher. — d Pi.] — e F. — f Ma. — g F. ex A E. M. Bo. — h Me. T. — i Ma. — k Picher. — l Bo. Me. T. — m Picher.

CAP. IV.

1. COgnovit] i. e. Concubuit. Sic dictum, vel, 1. quia coitus debet fieri animo sobrio & bene constituto[a]; vel, 2. quòd semen virile à capite descendat[b]; vel, 3. in oppositionem ad עַלְמָה, virginem, sic dictam, quasi *absconditam* sive *incognitam*[c]; vel, 4. quòd in nullo tam planè cognoscatur fœmineus sexus quàm in congressu[d]. Hanc phrasin imitati sunt alii: Plutarch. in Alex. *Neque aliam cognoscebat mulierem*; Cæsar l. 6. Belli Gallici, *Intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus*; Horatius,—*Ignara mariti*; Menander apud Hermogenem, Tom. 5. de Inventione. Vide Notas Xylandri in Plutarchi Romulum[e]. *Ex Mithridatis pellicibus neminem novit*, Plut. de Pompeio. *Pythagoras jussit hominibus, ut eas solùm mulieres cognoscerent quæ spuriæ non essent*: Iambl. de vit. Pythag. c. 9. *Turpiter illa virum cognovit adultera virgo*, Ovid. Epist. heroic. 6. Bisciolus Hor. subsecivis 10. 3. *Pudicitia est unius scientia viri*, Donat. in Ter. Phorm. *Puella quædam interrogata, quomodo vitiata esset, honestè* (σεμνῶς) *expressit rem turpem*, ἔγνω με, *cognovit me*: Hermog. de Invent. tom. 4. περὶ σεμνοῦ λόγου[f]. Lingua Hebræa honestis vocabulis res obscœnas exprimit, ideóque *sanctam linguam* appellari asserunt. R S. exponit, *cognoverat*, scil. ante prævaricationem; quod hîc per recapitulationem dici volunt[g]. Confirmant veteres Judæi, qui sic sentiunt, ex eo quòd præceptum est, *Crescite & multiplicamini*, quod intelligitur de actu generationis. Aliàs Adamus fuisset transgressor Præcepti illius, *Et adhærebit uxori*[h]. Sed hic Judaicus error est[i]. Doctores Catholici statuunt eos è Paradiso egressos virgines. Præceptum autem exspectabat determinationem Dei in specie quoad tempus debitum, &c[k]. ¶ *Quæ concepit & peperit*] תַּהַר, *concepit*, Hebræis non id tantùm quod Latinis & Græcis, verùm omnem gravidarum molestiam denotat; ut תֵּלֶד, *peperit*, non tam parturitionem, quàm fovendi educandíque curam, significat[l]. *Concepit*, scil. semen, tum mariti, tum suum, in utero[m]. ¶ *Cain, dicens, Possedi*] *Cain* est Possessio. q. d. Natus est mihi filius, qui erit *possessio* & hæreditas mea[n]. In *Cain* putabant redemptionem esse in foribus, ergò lætum ei nomen imposuerunt, & pro magno thesauro habebant, quòd esset primogenitus rex & sacerdos. De *Habel* nulla spes erat, ideo *vanum* appellabant. Sed fallitur plurimùm judicium humanum: Deus abjicit Cain, eligit Habel[o]. *Cain, Invidiam* exponit Cedrenus. Malè. קִנְאָה est *invidia*, unde קִנֵּא, non קַיִן. Verto, *lamentationem*, vel *lamentatorem*, à forma קִין, unde קִינָה, *lamentatio*, Ezec. 2. 10[p]. Hæc mystica & pia nominum impositio insinuat parentum curam ut liberos à peccato expedirent[q]. ¶ *Hominem*] i. e. Marem, ut Gen. 7. 2. Gaudebant maximè de sexu virili[r]. ¶ *Per Deum*, אֶת יְהוָה] Vocabulum אֶת variè sumitur[s]. Reddi potest, vel *virum Domini*, vel *Dominum*, vel *Domino*, vel *per Dominum*, vel *cum*, *à*, vel *coram*, *Domino*[t]. Quidam, *per Deum*, vel *Dominum*. Sic Græci, διὰ Θεὸν[v], i. e. divino munere & beneficio[x]. Dei enim beneficium singulare est fœcunditas[y]. Alii sic, *coram Domino*, i. e. qui, cùm nos moriemur, erit loco nostri ad colendum Deum. Sic, non malus author, *Nehemanides*, [qui Drusio *Gerundensis*[z].] Ipse se rectiùs geret, quàm nos in Paradiso[a]. Minùs se mihi probat illud Ge. ut sit אֶת pro לְ, quasi לַיהוָה, *Domino*[b]. Sperabat Eva Cain esse per quem, vel per cujus semen, Deus finem imponeret calamitatibus suis[c]. Alii legunt, *à Domino*, A. O. *Emi virum à Domino*, scil. precibus meis[d]. Al. *cum Domino*, Par. Pi. J T. D. V. A. i. e. auxiliante Domino, ut R S. (qui sic exponit, *Nos Deus solus creavit; verùm in condendo Cain nos adhibuit cooperatores*[e],) Domino velut duce præeunte. Deus infudit animam, nos corpus[f]. Deo volente, vel, si placet, opitulante. Græci dicerent, σὺν Θεῷ. Sic 1 Sam. 14. 45. *cum Deo fecit*, i. e. Dei ope usus[g]; favente Deo, vel, ex Dei dono[h]. אֶת pro עִם accipitur, ut in Prov. 13. 20. *Qui ambulat cum sapientibus*. Sed hoc exemplis probare, est candelam accendere in meridie. אֶת pro מִן notant Grammatici. Ego dixerim defectum esse ex pleno מֵאֵת[l]. Alii legunt *virum Dominum*, scil. quem pollicitus mihi est Deus. Quia enim credidit Eva promissioni seminis, &c. sine dubio existimavit hunc esse illud semen, &c[m]. Sic Jonathan Urielides (qui, si titulum sequimur, longè vetustior est Onkeloso[n],) in Targ. vertit, *virum Angelum Domini*[o]; i. e. Messiam, qui sic vocatur Esa. 63. 9. Mal. 3. 1. Sic Pellicanus, qui ex Cabalistis hoc confirmavit, & Lutherus[p]. Sic Marinus, Avenarius, & Schindlerus[q]. Et sanè accentus *Tiphca* non videtur obstare appositioni; nam in appositione reperitur Jon. 2. 2[r]. Et sic est validum argumentum pro divinitate Messiæ[s]. [Sed de hoc litigant Interpretes, dum nimis subtile hoc esse & infirmum, post Calvinum, asserunt Par. Pi. D. & ut solidum vindicat Helvicus.] Quæstio est, an vocula אֶת sit hîc articulus accusativi casûs. Nos affirmamus; illi negant[t]. Particula אֶת aut est δεικτικὴ ἐμφατική, & cum verbis transitivis, seu activis, constructa est articulus accusativi casûs, cum passivis verò & intransitivis, seu neutralibus, nominativi casûs; aut est præpositio *cum*. Atqui hîc non est præpositio *cum*: Quod probatur. 1. Illud, σὺν Θεῷ, Hebræa lingua nusquam effert per אֶת יְהוָה, sed per has voces, בַּיהוָה בֵּאלֹהִים, Psal. 60. ult. 108. ult. Jer. 3. 23. Hos. 1. 7. Esa. 45. 17. Deut. 33. 28. 2. Fatentur significationem illam *cum* esse extraordinariam τοῦ אֶת. Ergò ordinaria saltem valere tantisper debet, dum necessitas extraordinariæ demonstretur, quæ hîc nulla est. 3. Novies reperitur אֶת in hoc & antecedente & sequente versiculis, ubi octies significat indubitatò articulum accusativi casûs, constructa quippe cum verbis activis. 4. Sic Jonathas accipit, ut dictum. Ubivis accusativum exprimit, ut Jer. 17. 13. *reliquerunt fontem aquarum*, אֶת יְהוָה, *Jehovam*: quod exemplum planè cum præsenti congruit. Ità Helvicus, [qui 25 alia exempla profert.] Videamus jam quid ex adverso producant. 1. Ellipsis est τοῦ מ, pro מֵאֵת, & vertendum, *à Jehovah*, sicut Gen. 44. 4.

a He. in F. — b Al. in F. — c Me. — d O. Ma. — e Ma. — f Gr. — g F. — h L. — i F. — k L. — l F. — m Pi. — n Me. — o M. F. — p Di. — q T. — r D. — s F. — t Helvicus in Diatrib. ad Gen. 4. 1. — v D. — x Me. — y G. — z M. F. — a M. F. ex Onk. — b D. — c M. — d O. — e F. — f R. Juda in D. — g D. — h V. — l D. — m F. — n Helvic. num. 26. — o F. — p Helvic. n. 15. — q Ma. — r Pi. — s F. Helv. — t Helv.

44. 4. & Deut. 34. 1[v]. Resp. 1. Si ellipsis in iis locis sit, ideóne hîc deserenda est planissima significatio, & conformanda ad detortam & ellipticam? Hoc certè est ἄνω ποταμῶν[x]. Resp. 2. Nego ellipsin esse in locis citatis. Non est in Gen. 44. 4. Sed sicut Latini dicunt, *exire limen*, Terentius, *exire campum*, Statius, *egredi leges*, Tacitus: ità etiam Hebræi ibi, יָצְאוּ אֶת הָעִיר, *exierunt urbem*. Nec est ellipsis in Deut. 34. 1. & אֶת גִּלְעָד vertendum, (non, *à Gileade*, ut JT. sed) *Giléadem*. Sic interpretes cæteri, quotquot à me visi[y]. Alius allegat 1 Reg. 18. 32. Sed nec ibi ellipsis, sed geminus accusativus Hebræo more, *ædificavit* אֶת *lapides illos altare*; sicut Latini dicunt, *Celo te hanc rem*, *Rogo te veniam*[z]. 2. Sunt multa loca in quibus אֶת est nota ablativi casûs; ut Gen. 5. 22. & 6. 9. & 12. 5. & 31. 25. & Levit. 16. 15. & Exod. 1. 1. *Venerunt in Ægyptum*, אֶת, i.e. *cum Jacobo*[a]. Resp. 1. Si in his locis est extraordinaria significatio, hæc non præjudicat ordinariæ. Quæ quæso hîc necessitas? 2. Levit. 16. 15. sic reddi potest, *tractabit sanguinem ejus*. 3. Messias futurus erat semen mulieris (virginis.) An hoc ignoravit Eva[b]? At novit Cainum esse semen viri[c]. Resp. Sciebat semen hoc fore Messiam, &c. Virginitatis hîc nulla fuit consideratio apud Evam[d]. 4. Si hoc voluisset Deus, duplicâsset אֶת, & dixisset, אֶת אִישׁ אֶת יְהוָה, ut v. 2. duplicatur. Pariter Zach. 11. 10[e]. K. annotat אֶת pro אֶל sumi, & varia exempla profert. Sed 1. hæc sententia nihil juvat adversarios, (planum enim est hîc non posse accipi pro אֶל.) Levit. 13. 49. וְהָרְאָה אֶת הַכֹּהֵן, vertendum (non, ut Junius, *ostendetur sacerdoti*, sed) in Hophal, *factus est videre sacerdos*. Gen. 49. 25. מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי וִיבָרְכֶךָּ. Resp. 1. In poetico sermone multa sunt irregularia: at hîc alius planè dicendi character. 2. An anomalia supplenda est per ellipsin τοῦ מ, adhuc disquisitionis est. 3. Si est ellipsis τοῦ מ, ea suppletur ex מֵאֵל[f]. [*De reliquis locis (quæ faciliùs solvuntur) consule, si vis, Helvicum.*] Is. Karus dicit Adamum post pœnitentiam statuisse ut primus filius divino cultui, secundus rebus domesticis, quæ ad Dei cultum mera vanitas sunt, applicaretur; ideóque *Cainum* vocâsse primum, q. d. *acquisitum Deo*, (& sic vertendum, *acquisivi virum Domino*, ut Ramban accipit, qui & probat אֶת interdum pro לְ & pro אֶל usurpari) & secundum *Vanitatem*[g].

2. *Peperit*] Non dicit, *Concepit*. Ergò Cain & Abel gemelli erant[h]. ¶ *Abel*, הֶבֶל] Sign. vel, 1. *luctum*, quòd eum primùm & diu luxerunt parentes[i]. Verùm tum fuisset אֵבֶל[k]. Vel, 2. *vanitatem*[l]; sive quòd Eva nato suo celerem necem præsagiit; sive vanitatem mortalitatis, cui omnes subjecti erant, denotavit[m]; sive quòd experta esset se non in Cain possidere promissum semen, adeóque suas cogitationes esse vanitatem; sive quasi ex superabundanti datum, quia rata est se satis habere in Cain[n]. ¶ *Abel pastor, & Cain agricola*] Describit quo pacto discernit Deus pios à reprobis, & ut formet vitam eorum. Cain attentus erat ad rem & lucrum: Abel Deo liberiùs vacare voluit, (ad quod accommodatior erat vita pastoralis.) Et opiliones mitiori ingenio esse creduntur, & pascendi munere vivaciùs admonentur Dei & beneficiorum illius[o].

3. *Factum est post multos dies*, מִקֵּץ יָמִים] *In* (vel *de*, vel *à*) *fine*, sive *post finem*, *dierum*, M. P. Mo. Ma. O. A. *post dies*, ο'. *post numerum dierum*, Sa. *post aliquot dies*, Ch. Sy. Ar. Ti. *In fine*, pro *post finem*; sicut Latinis *à funere* est post funus[p]. Vel מ pro ב positum[q]. ¶ *Dies*] יָמִים sumitur pro *anno*, maximè si absolutè ponitur, inquiunt Hebræi, & inprimis A E. qui citat hos locos, Levit. 25. יָמִים, *per dies anni erit redemptio ejus*, 1 Sam. 1. מִיָּמִים, *ascendit ab anno in annum*. Sensus ergò est, post annum, revoluto anno. Et omnino mihi placet, ut certum & statutum tempus cultûs intelligatur. Fortè annua erat solennitas. קֵץ præcisum & certum finem denotat. Semper fuit ordo in Ecclesia[r]. Alii paulò aliter, *post aliquot annos*, V. *Dies* pro *annis* (non pro *anno*) hîc ponuntur, ex sententia Hebræorum[s]: sic *dies* pro *annis*, Jud. 17. *dabo tibi per annos* (Heb. יָמִים) 10 *argenteos*. *Dies* ex breviloquentia Hebraica ponuntur pro *anno dierum*, sic dicto propter certos dies qui in anno

[Margin: v Jun. — x Helv. — y Helv. — z Helv. — a Par. — b Q. in Helv. — c D. Par. — d Helv. — e D. — f Helv. — g Muis. — h RR. in A. — i Q. in L. Cedren. in D. — k Di. — l L. F. Pi. O. A. Di. Me. — m Me. — n F. — o F. — p F. — q He. in V. — r F. — s V.]

sunt, præter menses. Ità *dies*, Levit. 25. 29. est *integer annus*, v. 30. & *circuitus dierum*, 1 Sam. 1. 20. est idem quod *circuitus anni*, Exod. 34. 22. Et Num. 9. 22. *aut biduo, aut mense, aut diebus*, i. e. anno. Et in Amos 4. 4. *post tres dies*, i. e. tres annos, ut habetur Deut. 14. 28. & in Exod. 13. 10. 1 Sam. 1. 3. *à diebus ad dies*, i. e. ab anno ad annum. Et *sacrificium dierum*, 1 Sam. 2. 19. erat sacrificium annuum. Plena locutio est, *annus dierum*, Gen. 41. 1. 2 Sam. 14. 28. Quapropter in Prophetiis *dies* pro *annis* ponuntur, Rev. 11. 2, 11. In fine anni, cùm fructus collegissent, sacrificiis & laudibus Deum celebrabant & Patres ab initio, & Gentiles, Aristot. Ethic. l. 8. qui fructus terræ offerebant. Vide Homer. Iliad. 1. Plin. 18. 2. Duodecim tabulas de Religione, tit. 1. leg. 4[t]. Aliter Leifield; *In fine dierum*, i. e. die Sabbati, qui hebdomadem claudit: alia enim distinctio dierum quàm quæ septimanam concluderet nondum fuerat memorata[v]. *Post dies*, &c. Sed cur non *statim*? Primis vitæ diebus paternæ prævaricationis institutionibus tenebatur; post illos verò dies resipuit—& hostiam obtulit[x]. ¶ *Ut offerret*] Heb. *adduxit*, O. V. scil. ad locum destinatum orationi, inquit AE. Hinc colligitur eos in certo loco convenisse, & Deum coluisse. Vides semper fuisse celebres & solennes conventus piorum. Hinc Hebræi dicunt, *Qui contemnit solennes Ecclesiæ cœtus non habebit partem futuri seculi*[y]. *Adduxit*, i. e. obtulit, ut sæpe in Scripturis[z]. Sed unde habuerunt, quòd sacrificiis Deum honorarent? Resp. vel 1. à patre suo[a], qui eos instituit, & sacerdos erat, ad quem eos attulisse sacrificia Hebræorum quidam sentiunt[b]. Credibile est ex Dei instinctu aut verbo primos parentes obtulisse, &c[c]. Vel 2. non ullo Dei jussu, sed dictante ratione, honorem Deo etiam conspicuum habendum, idque optimè fieri posse datis Deo quæ homini charissima sunt[d]. ¶ *De fructibus terræ*] Secundos & viliores fructus, qui vocantur in Scriptura *fructus terræ*[e]. Obiter, & ut ad manum venerint; non de adipibus, nec de primitiis frugum, sed de reliquiis anno completo; ut colligunt Hebræi ex vocibus מִקֵּץ יָמִים & מִפְּרִי. Ità Cainum peccâsse negligentiâ, & non rectâ juxtàque legem dispositione sacrificii, Hebræi arbitrantur. At ex nostris quidam sentiunt Caini sacrificium in speciem splendidius fuisse quàm Abelis, quia erat *Mincha*, & ipse primogenitus[f]. ¶ *Munera*, מִנְחָה] De quo vide Levit. 2[g]. Ità vocatur omne munus honorificum, etiam homini oblatum[h].

4. *Obtulit de primogenitis*, מִבְּכֹרוֹת] Quidam per *primogenita* optima quæque intelligunt[i]: ea quæ eximiæ magnitudinis & formæ; ut בְּכוֹר מָוֶת est *morbus maximè lethalis*, בִּכּוּרִים *ficus maximè fructiferæ*, בִּכְרָה *camelus velocissimus*[k]. ¶ *Et de adipibus*] Non sine causa dici hoc videtur. Alius quæ offerret elegerat, alius quæ viliora habuit offerebat[l]. ¶ [מֵחֶלְבֵהֶן] *De pinguedine ejus*, sub. gregis, vel *earum ovium*. Quædam exemplaria habent מֵחֶלְבֵיהֶן, *de pinguedinibus*; q. d. etiam pinguissimas oves obtulit. Ità pro adjectivo accipiunt[m]; quasi ex pinguibus pinguiores acceperit. Ex optimis optima elegit, Chrys. Magnus Deus erat in corde Abelis, magna igitur Deo & optima obtulit[n]. Optimum cujusque rei Hebræi vocant *adipem*: Sic *adeps frumenti*, *medulla tritici*, &c. Vide Gen. 45. 18. Num. 18. 12. Psal. 147. 14[o]. Hinc colligunt Hebræi fuisse sacrificium pacificatorium. Nec obstat quòd vocatur etiam מִנְחָה. Nam in fine sacrificii fiebat libatio, sicut in Mincha[p]. Alii legunt substantivè, quasi adeps concremata esset, sicut postea sub Lege[q]. [Grotius aliter,] Cùm Deo nihil sacrari soleat nisi quod in usu sit hominum, animantibus autem vesci ante diluvium probabile est non fuisse permissum, dici posset oblatam lanam & lac pinguissimum, quæ vetustissimè oblata fuisse docent Porphyrius & Virgilius. De lana locus est Sophoclis Polyid. Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλός, &c. i. e. *Erat vellus ovis & libamentum ex vitibus*, &c. Pausanias de Cerere Phygaliensi, Ἔθυσαν τῇ Θεῷ, καὶ καθὰ οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσιν ἐθέλειν, &c. [Ità describit Grotius; sed locus ex Authore, in cujus Arcadicis, sive lib. 8. versûs finem occurrit, sic corrigendus, Ἔθυσαν τῇ Θεῷ, καθὰ καὶ οἱ ἐπιχώριοι νομίζουσιν, ἐθέλειν, &c.

[Margin: t Al. — v Ga. — x Orig. in Ge. — y F. — z V. — a F. L. — b F. — c O. — d G. — e Me. La. — f F. — g F. — h Pi. A. Ma. — i Chrysost. in F. — k G. — l E. — m V. — n F. — o Pi. — p F. — q F. Pi.]

h. e. *Deæ quidem (more apud indigenas recepto) nullam hostiam immolavi, sed è consitis arboribus, & inprimis è vite, fructus obtuli, favos præterea, & lanas*, &c.] Simile quid habet Plato, 6. de Legibus, Θύματα ἦν οὐκ ἦν τοῖς θεοῖσι ζῶα, &c. i. e. *Oblationes diis factæ non erant animalia, sed placentæ & fructus melle madefacti.* Empedocles de temporibus antiquissimis, Ταύρων δ' ἀκρίτοισι φόνοις οὐ δεύετο βωμός, (*Taurorum cæde immeritâ non ara madebat.*) At Thalmudistæ omnino illis primis temporibus, antequam homines carnibus vescerentur, holocausta in usu fuisse putant, unde nihil ad homines perveniret, & per quæ Deus rerum omnium vitæque ac necis Dominus agnosceretur. Itaq; & post Legem ab alienigenis incircumcisis victimas ad holocausta tantùm accipiebant, non ad sacra alia per Legem instituta. חלב per γάλα sæpe transferunt ό. ut Gen. 18. 8. & 49. 12. Exod. 3. 8, 17. & 23. 19. Levit. 20. 24. Num. 13. 27. & 14. 8. Deut. 6. 3. & 14. 21 [r]. Quæstio hîc movetur, An ante diluvium licuit vesci carnibus, scilicet, unâ parte sacrificii. Negant Hieron. contra Jovin. l. 2. c. 10. & Thomas, 1. 2. qu. 102. art. 6. ad 2. & ad Rom. 14. Affirmat (& bonis argumentis probat) Soto de Justitia & jure, l. 5. qu. 1. art. 1. Vide & Pererium. Nec tamen id ex hoc loco sequitur, cùm sit holocaustum, i. e. totum absumptum [s]. [*Vide de hac quæstione ad* Gen. 1. 29.] ¶ *Et respexit*, ità plerique, וישע] *Et convertit se.* Quæ grata sunt nobis, ad ea nos convertimus, eáque libenter aspicimus. q. d. Placuit Domino [t]. *Requievit in Abel* [v]. *Odoratus est*, Sa. vers. *Oblectatus est*, Sy. *Acceptavit*, Sa. *Consolatus est*, Sym. & Procop. Aq. vertit ἀπεκηλήθη, *delinitus fuit*, à κηλέομαι, *demulceor, delector*. Qui sensus verbi est in שעשע, quod à שעה. Sanè Psal. 119. 117. ואשעה. Hieron. vertit, *& oblectabor* [x]. Th. vertit ἐνεπύρισεν, *inflammavit*, i. e. igne de cœlo consumpsit, & sic grata esse probavit [y]. Sic Patres ferè omnes sentiunt [z]. Probabilis sanè interpretatio, quæ & Juliano placuit [a]. Placet & aliis [b]. Ità testari solebat Deus favorem suum; ut Lev. 9. 24. 1 Par. 21. 26. 2 Par. 7. 1. 1 Reg. 18. 38. vide Psal. 20. 4 [c]. Visibilis hæc erat approbatio, quam & Cain vidit, & Deus ei *testimonium perhibuisse* dicitur, Heb. 11 [d]. Confer Levit. 9. 24. Jud. 6. 21. 1 Reg. 18. 38. 2 Paral. 7. 1. & Heb. 11. 4. μαρτυροῦντος Θεοῦ. (Majores ignem divinum precibus eliciebant, qui incendebat altaria, ait Servius ad 12 Æneid [e].) Idem statuunt A E. & post eum Author Fasciculi myrrhæ, *Ignis à Domino consumpsit pinguedinem*. Nec desunt Hebræi qui dicunt in illo igne sacrificia absumente semper apparuisse Leonis faciem. Quod si verum, erat typus illustris Christi Leonis tribûs Judæ [f]. At ignis hic sacrificium Caini reliquit intactum [g]. Nisi hæc interpretatio vera esset, unde sciret Cain fratrem acceptum, & se repudiatum [h]? *Respexit Deus* favendo & probando, & pecora terrásque illius fœcundando [i]. ¶ *Ad Abel & munera*] Primum fuit causa secundi. Placuerunt munera, quia placuit Abel. [k] Nota quòd persona priùs respicitur, deinde sacrificium. Oportet ergò nos per fidem antè justificatos, quàm opera Deo grata sint [l]. Dio Prusæensis de pio Rege, ὅπως δῶρον δέξεται παρὰ τῶν κακῶν ἀνδρῶν· οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν, i. e. *Nec donum accipiet à viris nequam, nec Deum existimat gaudere sacrificiis impiorum.* Porphyr. de Abstinentia, l. 2. Μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος, ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος, βλέπει, h. e. *Deus magis respicit offerentis mores, quàm oblationum numerum* [m].

5. *Ad Cain*, &c.] Causam vide ad vers. 3. ¶ *Iratúsque est*, ויחר] Octo vocabula Hebræis *iram* significant, inter quæ חרה est vehementissimum [n]: sign. *inflammari*, vel *irâ*, vel *dolore* [o]. ¶ ויחר לקין] Mirabilis constructio [p]. Ellipsis est τοῦ אף, *accensa est*, sive *exarsit*, supple *ira*, vel *nasus*, (nam irati per nasum spirant) *Kaino*. Similis ellipsis Gen. 18. 30. Alibi exprimitur, ubi *accensa* dicitur *ira* Dei, Exod. 32. 11. Deut. 6. 15. Zach. 10. 3 *. Latet חרון, *ira*, in voce conjugata ויחר, sicuti sæpe in Scriptura occurrit ellipsis vocis ex voce conjugata eruendæ [q]. ¶ *Concidit vultus*] Ut solet invidis & iis quos mala conscientia lancinat [r], & ignominiâ affectis [s]. Signum pudoris [t], & mœstitiæ [v]. Huic opponitur infrà v. 7. שאת, vultus erectus, bonæ conscientiæ signum [x]. Confer Job. 11. 15. cum Job. 29. 24 [y]. At qui livore contabescunt, & malum machinantur, frontem caperant: & oculos in terram demittunt [z]. Vultus animi index: & quæ simulata, diuturna non sunt. Hinc iram signis prodidit [a].

6. *Quare*] Deus ad pœnitentiam eum invitat [b]; nec delectatur peccatis nostris [c]. ¶ *Et cur*] Cùm deberes esse hilaris fratris causâ [d].

7. *Nónne*, הלוא] Vertendum, *Certè*; nec semper est interrogantis [e]. Reliqui autem vertunt, *Nónne.* ¶ *Si bene egeris*, &c.] Ità Sa. Sy. Ar. Mo. Ch. JT. אם תיטיב, *si bene egeris*, vitámque emendaveris [f]. Docet Deus τὸ, *bene agere*, non consistere in sacrificiis, quæ Cain attulit, sed in Fide, quâ caruit [g]. q. d. Nihil moror externa illa sacrificia, si desint Fides, Pietas [h]. Alii referunt ad sacrificium [i]. Si pura & legitima fuerit oblatio tua [k]. ό. sic vertunt, Οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; ἡσύχασον· (quos ferè sequitur Julianus [l]) *Nónne si rectè offeras, non rectè autem dividas, peccâsti? quiesce.* Rectè offert, qui Deo soli offert; non rectè dividit, qui meliora sibi retinet, deteriora Deo offert [m]. Hæc versio ex eo nata, quòd pro לפתח, *ad ostium*, legerunt, לנתח [n], vel, לפתח, *ad dividendum*, nam פתח est *dividere, frangere, in frusta concidere*; sic igitur verterunt, *& si non bene egeris ad dividendum*, חטאת, *peccâsti? quiesce*, רבץ [o]. Sensisse videntur eum vel non optima obtulisse, vel minus decimâ, quæ Dei portio, Gen. 14. 20. & 28. 22. Vestigia manent etiam in Græcis & Latinis historiis passim [p]. ¶ *Recipies*, שאת] Æquivocum est [q]. Infinitivum est, ut liquet ex Deut. 1. 9. pro quo alibi dicitur לשאת, ut Gen. 36. 7. sed hîc, ut alibi passim, induit vim Nominis *. Hebraicè octo significat [r]. Hinc variant. 1. *Nónne recipies*, scil. præmium, (quia נשא est *auferre præmium* [s]:) vel, favorem meum, & benedictionem simili signo, i. e. igne, testatam, quietem & gaudium [t]? 2. *Nónne remissio erit* peccati? sic T J. Onk. P. A. J T. K. M. (Remissio peccati erat finis sacrificiorum, Levit. 6. 2, 6, 7 [v].) נשא עון, Exod. 34. 6. est, *tollens iniquitatem* [x]. Hoc non probo, quia Cain non confessus erat peccatum [y]. 3. *Nónne elevatio erit?* attolles vultum tuum, quem jam demittis [z]. 4. *Nónne acceptatio erit?* (scil. coram Deo) sic Th. V. P. *Accipiam faciem tuam*, Merc. Vel sic, Acceptior erit oblatio tua quàm fratris, nam tu es primogenitus [a]. נשא פנים, *accipere facies*, est ex favore alicui benefacere, Gen. 19. 21 [b]. 5. *Nónne superior eris?* q. d. Adhuc manebit tibi jus primogenituræ, quod adimendum metuens de fratre necando cogitas. Eo certè sensu שאת sumitur Gen. 49. 3 [c]. & Psal. 62. 5 [d]. *Excellentia tibi erit*, h. e. recuperabis jus primogeniti. נשוא פנים, *elatus facie*, Esa. 33. est excellens auctoritate [e]. 6. *Exaltatio erit*, vel *gloria*, tibi, non minùs quàm fratri [f]. *Nónne elevare*, vel *elevatio*, erit tibi? Mo. Ma. ¶ *In foribus peccatum aderit*, לפתח חטאת רובץ] Valde emphatica oratio. Non modò refellit injustam querimoniam, sed etiam ostendit nihil fore illi magis adversum quàm proprium peccatum: q. d. Nihil tuâ obstinatione proficis; peccatum enim (licèt dissimules) te persequetur, nec patietur elabi. Cùm ad exitum venies, illic peccatum tuum tibi occurret, suas excubias agens: tunc deprehendetur conscientia, quæ se priùs solutum putabat, & duplices moræ pœnas solvet [g]. Bertramus exponit חטאת, *aberrationem*, scil. à scopo, ut Jud. 20. 16. q. d. Nisi vitam emendes, aberrabis à scopo tuo, quo tibi ex primogenituræ jure populi Dei regendi dignitatem obventuram & cessuram proponis [h]. Peccatum ponitur pro pœna peccati, juxta Hebræos [i]. Ità accipitur Gen. 19. 15. Levit. 20. 20. 2 Reg. 7. 9. Zach. 14. 19 [k]. Sensus est, Prope te est punitio peccati; *Et ad te desiderium ejus*, i.e. cupit te tenere pœna peccati tui, ut solet post peccatum admissum; sed *tu*, si vis, *dominaberis illi*, i. e. potes declinare pœnam. q. d. Pœna hæc qu. canis est, qui ad ostium cubat, cupiens ingredi; sed in potestate domini est, vel claudere januam, nè ingrediatur, vel aperire, ut intret. Probatur hic sensus, 1. Prius mem-

[r] G. [s] E. [t] F. [v] O. [x] D. [y] F. L. [z] Me. T. [a] G. [b] O. Pi. A. La. Bo. BA. 1. 2. 49. [c] A. [d] A. Ma. [e] G. [f] F. [g] Me. T. [h] Hi. in D. [i] T. [k] F. simil. L, La. Me. T. [l] F. [m] Ga. [n] F. [o] A. [p] Ma. * Pi. [q] Glass. gram. pag. 711. [r] Bo. [s] F.

[t] V. G. [v] V. [x] G. sim. Me. [y] A. [z] Me. [a] F. [b] F. L. [c] F. [d] L. [e] Ca. [f] F. Bertram. Lucubrat. [g] A. [h] F. [i] F. [k] V. [l] G. [m] Bo. [n] BA. 1. 1. 33. 324. [o] Bo. [p] G. [q] F. * Pi. [r] Merc. [s] O. [t] Me. Pi. [v] A. [x] Pi. [y] Merc. [z] M. G. Merc. F. AE. [a] Q. in M. [b] Pi. [c] F. [d] Bertram. Lucub. Frankthal. cap. 1. [e] Pi. [f] V. [g] V. [h] Luc. Frankt. cap. 1. [i] F. O. La. Pi. G. D. [k] A.

membrum de præmio loquitur,—*reportabis*, ſcil. præmium: ergò poſterius loquitur de pœna. 2. Peccatum jam inerat ipſi *Cain*, punitio verò nondum, ſed ad fores erat, & ſtatim punitus erat [l]. ¶ *Ad fores*] i. e. Mox pœnas lues [o]. *Præſtò eſt* [p]. Statim enim à Domino in exſilium relegatus eſt [q]. *Ad fores* eſſe dicuntur (v. g. Viatores) qui imminent & in propinquo ſunt; Matt. 24. 23. ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις, ſic Jac. 5. 9 [r]. Adagium eſt in Plutarcho, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος, *Febri ad fores exſiſtente* [s]. *Culpam pœna premit* comes; Horatius [t]. Vel ſignificat peccatum ei inſidiari, ut feræ egredientem hominem ante fores exſpectant [v]. Noſtri ſic, *Cubat ad fores*, i. e. loco non quieto, (nam per fores ingredimur & egredimur;) q. d. Non quieſcet peccatum, ut putant impii, ſed tandem producetur in publicum. *Cubabit ad fores*, ut in nullo itinere non ſis offenſurus [x]. *Quócunque perrexeris, peccatum tuum cubans eſt*, Ar. Ità patens mihi erit, ſicut ea quæ ponuntur in oſtio [y]. Etiamſi nemo ſit qui pœnam à te ſumet, (nam nondum erat uſus gladii [z],) non impunè abibis. Erit tempus quo pœnas ſolves, nempe in die Judicii, quo peccatum, etiamſi occultum ſit, revelabitur [a]. Alii, *Ad oſtium ſepulchri*, ubi accubat peccatum ad diem Judicii [b]. *In diem judicii peccatum tuum ſervatum eſt*, Ch. R. Menahen ſic, *Ad oſtium juſtitiæ, unde judicium venit in tranſgreſſores, & Angelus mortis poteſtatem habet* [c]. Alii de ipſo peccato exponunt; q.d. Deſiderium occidendi fratrem propè eſt, & cupit ad te ingredi, ſcil. ad exſequendum homicidium. Sed alterum ſenſum præfero [d]. Al. ſic, *Ad peccati fores tu excubas*, i. e. ſervus es peccati: hoc enim ſervorum eſt, 2 Sam. 11. 9 [e]. Hoc refellit pauſarum ratio, quæ ſic diſtinguunt, *Ad fores, peccatum cubans* [f]. [Li. planè aliter vertit hunc locum,] *Si bene egeris, acceptaberis; ſin malè, nihilominus* חַטָּאת, i. e. *ſacrificium expiatorium pro peccato*, (ſic ſumitur ea vox Hoſ. 4. 8. 2 Cor. 5. 21.) *ad oſtium cubat*. Solebant enim ſacrificia poni ad oſtium Sanctuarii in Levitico. i. e. Tibi pœnitenti eſt ſpes veniæ. Hic verus ſenſus videtur. Nam, 1. ſcopus Dei eſt Cainum erigere, (non ulteriùs dejicere,) ut patet tum ex oraculo gratioſè illi exhibito, tum ex initio verborum [g]. ¶ *Sub te appetitus*, &c.] [*Vide de hac phraſi ad* Gen. 3. 16.] Hoc ad peccatum referunt quidam [h], imò ferè omnes [i]; ſed non eodem modo. Hebræi, & quidam alii, hinc colligunt libertatem arbitrii [k]. *In manum tuam tradidi poteſtatem concupiſcentiæ malæ*, T J. Invitare te poſſunt paſſiones & appetitus tui ad culpam, ſed cogere non poſſunt [l]. A te conſenſum petere & impetrare debet [m]. *Peccatum à tuo pendebit arbitrio.* Nam rectè faciendo ſuperabis, ut frater tuus, qui ab eo non læditur; pravè autem faciendo, ſuperaberis. Quare ſi vis fraternæ ſocius eſſe felicitatis, eſto & virtutis. Ut enim qui peccat eſt ſervus peccati, ità qui rectè vivit eſt peccati dominus. Hujuſmodi locutio eſt Num. 32. *peccatum vos inveniet*, i. e. pœnas dabitis [n]. Alii ſic, Admonitio eſt ad cohibendas pravas libidines; q. d. *Si peccatum inſurgit, cur non cohibes?* tuum eſt domare [o]. Appetitus peccati ad te eſt peccatum in membris; caro concupiſcit adversùs ſpiritum; ſed tu dominare ei per fidem, nè pereas [p]. *Ad te appetitus*, &c. q. d. tui vincendi deſiderio tenetur, (eleganti proſopopœiâ) ſed tuum eſt vincere [q]. Utcunque hæc mala concupiſcentia te ſolicitat ad fratricidium, cave illi des locum, reſiſte, vince [r]. Alii autem ad peccatum referri nolunt, ſed ad Abelem, quia חַטָּאת eſt fœm. & רוֹבֵץ maſc [s]. Sed hæc ſyntheſis eſt Hebræis frequens; ut cap. 2. cùm גַּן (*hortus*) præceſſit, ſequitur לְעָבְדָהּ fœm. Poteſt intelligi דְּבַר חַטָּאת *negotium peccati*, vel מַעֲשֵׂה *opus*, vel עוֹנֶשׁ *pœna* [t]. Differentiæ in generibus frequenter occurrunt. Sic pro *Jabo* & *Jabi*, 1 Par. 18. 2, 5, 6. & 21. 5. ſunt *Tabo* & *Tabi*, 2 Sam. 8. 2, 5, 6. & 24. 9. Ità pro *Labem* & *Bahem*, 1 Reg. 22. 17. ſunt *Laben* & *Baheu*, 2 Par. 18. 16. 1 Sam. 13. 7. vide & Exod. 1. 21 [v]. In Bereſith Rabba notant fœm. hîc præcedere, & ſequi maſculinum, quòd *initio peccatum ſit tanquam fœmina, cui facilè reſiſti poteſt; ſed tandem fit mas, & hominem vincit. Initio eſt ut filum pili vel aranei, tandem evadit ut velum navis. Initio tanquam viator, tandem ut* *dominus domûs* [x]. Eſſe חַטָּאת maſculini generis patet ex adjectivo רוֹבֵץ [y]. Alii ad Abelem referunt, ut Chryſoſt [z]. Non eſt quòd in fratrem infenſus ſis, quem tibi ſubjectum habes. Sed hoc frigere mihi videtur, & à ſenſu totius loci alienum eſſe. Nam Caini potiùs odium accenderet [a]. Aliter viſum aliis, & ad Abelem referunt [b]. Nulla tibi invidiæ cauſa eſt; nam licèt ejus ſacrificia tuis ſint acceptiora, remanebit tamen tibi jus primogenituræ [c]. Alii ſic, *Num Abelis deſiderium ad te erit? Num tu eris ejus dominus?* Minimé [d]. Repetendum eſt ex eo quod præceſſit, *Si bene egeris*, Abelis voluntas tuo imperio ſubjecta erit [e]; priſtinam illam tuam dignitatem recuperabis [f]. Ità illa, *ſin autem malè, ſtatim præ foribus peccatum aderit*, erunt dicta παρενθετικῶς, qualia & in his libris multa occurrunt. Vide Exod. 35. 29. Num. 4. 7. Pſal. 99. 6, 7. Primogeniti jus potuiſſe per peccatum amitti conſtat ex Gen. 49. 3, 4. 1 Paralip. 5. 1. 1 Reg. 1. 25. & ſeq [g]. Perplacent quæ Mercerus annotavit. Sed libet novam ſententiam addere. Quum indignè ferret Cain fratris ſacrificium ſuo eſſe prælatum, licèt ſuo non erat melius, nec quoad rem oblatam, nec quoad externam offerendi rationem ac ceremoniam, ſic dicit Deus, *Annon, ſive bene offeras, ſive non bene* (ſecundùm legales ritus) *offeras*, (nihil enim illud refert, nam) *ad oſtium peccatum cubat*, peccatum perpetuò circumfers, illúdque in procinctu habes? vel optima tua oblatio à peccato vitiabitur. Ità monet Deus, non eſſe hîc ipſam oblationem reſpiciendam, ſed perſonam offerentem. Non debebat appetitus tuus ferri ad peccatum, ſed peccati appetitus ad te, ſicut mulieris ad maritum cui ſubeſt, túque ei dominari. Eſt autem תֵּיטִיב שְׂאֵת phraſis ſicut מֵיטִבֵי לָכֶת, Prov. 30. 29. מֵיטִב נַגֵּן, Ezec. 33. 33. & alibi. Poſſet etiam verti, *ſive pulchrum quid adferas, ſive non pulchrum* [h], &c.

8. *Dixitque*] Verba vel *amica*, utì eum incautum opprimeret [i]; vel *dura*, ut haberet occaſionem inſurgendi in fratrem [k]: אֶל hîc eſt, *contra fratrem* [l]. Narravit ei omnes objurgationes Dei ad illum [m]. אָמַר hîc abſolutè poſitum eſt pro דַּבֵּר *loqui*, quomodo Pſal. 4. 5. & 139. 20 [n]. Alii addunt, *egrediamur foras*. Ità Jonathan filius Uzielis, (vel, ſi ità vis, Pſeudo-Jonathan, ut eum vocat Druſius) & Hieroſolymitanus; item Sy. Sa. ό. & Vulgatus. Non temeré [o]. In Hebræo eſt pauſa extraordinaria, aliquid ulteriùs innuens [p]. Hoc ferè ſemper deprehendo, ſi quando ab Hebræo diſſentit Latinus, eum vel ό. vel aliquem ex Rabbinis ſecutum fuiſſe. Non eſt ergò temerè nata Vulgata editio, ut quidam ſcioli ſtultè & impudenter clamitant *. R S. referendum putat ad ſequentia, *Et cùm eſſet in agro* [q], ſcil. ad inſtinctum ipſius Cain [r]. Targum, h. e. editio Chaldaica, dictum ait à Caino, *Non eſt judex, non judicium, neque ſeculum aliud, non merces juſtis, nec pœna improbis, nec in miſerationibus conditus eſt mundus, nec per miſerationes gubernatur, quòd oblationem tuam accipit, non meam* [s]. ¶ *Conſurrexit*] Hebræis *ſurgere* dicitur qui ad opus ſe accingit, & contra aliquem inſurgit [t]. Ità Deut. 33. 11. Pſal. 3. 2 [v]. ¶ *Interfecit*] Non, præfocavit, ut vox *ſanguinis* docet [x]; nec mandibulâ, ut fingunt pictores [y]; ſed quodam lapide aut telo [z]. *Fixit lapidem in fronte ejus*, ait Targum Jonathæ. Ruſticâ furcâ, quam de more ferre ſolebat [a]. Non opus eſt in ea quæſtione laborare, quo inſtrumento hoc fecit, cùm agriculturæ jam antè operam dediſſet Kain, quæ ſine ferramentis non potuit exerceri [b]. Interfectus videtur anno ætatis 129. Mundi 130. Nam natum anno 2. Mundi, & occiſum eodem anno quo natus eſt Seth, ex Scripturis deducunt Caj. Perer. Torniel. & alii [c].

9. *Ubi frater*] Non quòd ignoraret, ſed *ut fortè reſipiſceret, & diceret, Ego occîdi, & peccavi; & ſic miſericordiam inveniret* [d]. Adeò non vult perire hominem Deus. Sed quia impudenter negat, nec in tempore reſipiſcit, ad deſperationem adigitur. In tempore ergò deſiſtendum à malo [e]. *Frater.* Innuit & juſtitiam inquiſitionis, & atrocitatem ſceleris [f]. ¶ *Num cuſtos*] i. e. παιδαγωγός [g]. Sic Horatius, *imberbis juvenis cuſtode remoto*. Cum indignatione loquitur, & quaſi ſubſannans Deum [h]. Dicunt Hebræi Cainum, *eò quòd negârit pec-*

Marginal notes, left column: [l] O. [o] F. G. [p] V. Merc. [q] F. [r] D. Prov. 2. 3. 37, 39. [s] Bo. [t] G. [v] D. ib. [x] M. [y] L. [z] F. [a] Onk. in F. [b] M. [c] A. [d] O. [e] Leifeld in Ga. [f] Ga. [g] Li. [h] F. [i] V. [k] Ità E. Bo. Ti. [l] T. [m] Me. ſic Ca. [n] Ca. [o] F. V. [p] M. [q] Mer. [r] F. [s] F. [t] Merc. [v] A.

Marginal notes, right column: [x] Merc. [y] Ca. [z] Merc. [a] Merc. [b] Pi. Riv. A. [c] F. V. [d] F. [e] G. [f] Bertram. [g] G. [h] Di. [i] F. [k] F. V. [l] F. [m] A E. in F. M. [n] Pi. [o] F. [p] A. * F. [q] M. [r] Hi. in L. [s] F. D. [t] F. [v] Pi. [x] Me. [y] T. [z] Ti. Me. [a] T. [b] Ma. v. 22. [c] T. [d] He. in F. [e] F. [f] Pi. [g] Me. G. [h] Me. F.

catum,

catum, in duplo peccasse. Et visus est (inquiunt) *tanquam is qui negat providentiam Dei* [i]. At cultos ejus erat ex lege naturæ [k].

10. *Quid fecisti?*] Quòd admonitionem meam contempsisti, pœnam quam comminatus sum non horruisti; nec fratrem reveritus es, nec tibi dolet; quòd celas, quasi ipse ignorem [l]? ¶ *Vox sanguinis*] Ad pœnam moveor quadam quasi sanguinis querelâ. Vide Hab. 2. 12. Ezec. 24. 9 [m]. Sanguis effusus testatur te illum occidisse. Consoletur hoc pios, qui propter justitiam occiduntur, se adhuc vivere apud Deum, illíque maximè curæ esse [n]. Heb. *sanguinum*, quod homicidium usitatè sign [o]. Plurale est, vel ad majorem emphasin, & incutiendum horrorem homicidii [p]; vel propter sanguinis effusi copiam [q]. In cæde sanguis hinc indè erumpens in varias partes dissilit [r]. Vel quòd reus erat sanguinis non tantùm Abelis, sed etiam omnium quos genuisset, si vixisset [s]. [Hinc TJ. legit, *sanguis generationum* (Onk. *familiarum*, Jerosf. *justorum*) *ex Abele nasciturarum.*] Alludit ad id quòd vox *sanguinum* sign. naturalem generationem, Johan. 1. 13 [t]. ¶ *Clamat*] Non me latet, ut putabas [v].

11. *Maledictus es super terram*] E terra, O. Ma. ex parte terræ, respectu terræ [x]. q. d. Terra ipsa testabitur te maledictum esse [y]. Quomodo maledicta est terra docet; *non dabit tibi vim suam*: etiam optimè culta malignè votis respondebit [z]; ampliùs maledicta quàm priùs erat [a]. Ad Adam dixerat, *Maledicta terra propter te*: ad Cain dicit, *Maledictus tu è terra.* Longè major est hæc pœna illâ: ibi terra maledicitur relata ad hominem, hîc Cain maledictus à terra [b]. Vel potiùs est ellipsis τῶ *exsul*, & sic legendum, *Maledictus esto* exsul *ab ista terra*, &c [c]. omnes maledicent tibi ob homicidium [d]. ¶ *Maledicta terra quæ aperuit*, &c.] Sensus est, Te homicidam debebat devorare [e]. Humus, quam tu sanguine polluisti, te posthac exsecrabitur. Amplificat Caini scelus; q. d. Ipsa terra humaniorem se exhibuit ergà fratrem quàm tu, quia sanguinem, quem tu effudisti, in sinum recepit [f].

12. *Vagus & profugus*, sic Mo. P. Ti. נָע וָנָד] *Pœna homicidarum exsilium*, inquit Nehemann. Idem significant, sed נָד vehementius putant quàm נָע. Alii vertunt נָד, *luctuosus eris*, semper mœrens fratris cædem [g]. Græci vertunt σαλευόμενος (*fluctuans*) ϗ ἀκατάστατος (*instabilis, & sedis incertæ*) [h]. ό. habent *gemens & tremens*, (ità verbum sign. Esa. 7. 2 [i].) significantes Cain animo consternatum, & corpore tremulum [k]. Inquietudo hæc ad conscientiam referenda [l]: omnibus odiosus eris, & nullibi securus [m]. *Eris tremulus*, aut *commotus*, scil. intus, i. e. timidus & *vagus*, seu *motus* extrà; hinc indè discurres [n]. *Eris latitans & absconditus*, Sa. vers. *tremens & vacillans*, Sy. *perturbatus & profugus*, Ar. *movens & divagans*, sive *infestatus agitationibus*, Ma.

13. *Major*, &c. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא] *Major est iniquitas quàm ut mihi remittatur*, vel *demittatur*, M.F.Ch.Sy.Ar. P.Ti.vel, *quàm ut veniam merear*, Vulg. i. e. impetrem [o]; *quàm ut parcat*, sub. *Deus mihi* [p]; vel, *major quàm ut ferre eam*, scil. *possit Deus* [q]. Ità doctores Catholici exponunt desperativé [r]. Vox desperantis est, non pœnitentis [s]. Magna hæc est peccati confessio, sed inutilis, quia coacta & intempestiva. Dicunt Hebræi, *Cùm tempus præteriit, inutilis est oblatio.* Rectéque monent, *Resipisce uno die ante mortem tuam*, i. e. in tempore. Observa quomodo Cain ad promissiones & minas Dei primùm pervicax & ferox fuerit, consilium Dei contemnit, peccatum negat; modò ubi scelus ejus manifestatur, sentit judicium Dei, illúmque iratum, turpiter concidit & desperat [t]. Hebræi exponunt interrogativè, & negativè; q. d. *Estne peccatum meum tantum, quòd non possim mereri veniam?* Ità innuit Deum punire se ultra condignum [v]. Alii de *pœna* exponunt, (עָוֹן aliquando sumitur pro pœna peccati [x],) *Major est pœna quàm ut feram* [y]. Patet ex sequentibus, *Ecce ejicis me*, &c [z].

14. *Ejicis*, &c. גֵּרַשְׁתָּ] Notat expulsionem cum ignominia, qualem adultera à marito sustinet [a]. Heb. *Ejecisti.* Quæ mox & certè futura sunt per præteritum sæpe enunciant [b]. q. d. Meritò despero, cùm vi-

[i] F.
[k] L.
[l] F.
[m] Ca.
[n] F.
[o] A.
[p] La.
[q] O.
[r] Pi.
[s] L.
[t] A.
[v] F. L.
[x] F. V.
[y] F.
[z] F.V.Me.
[a] Me.
[b] Caj.
[c] Glas. gram. p. 700.
[d] L.
[e] M.
[f] Pi.
[g] F.
[h] D.
[i] A.
[k] Me.
[l] F. Me. in L.
[m] L.
[n] O.
[o] Me.
[p] V. Mo.
[q] Me.
[r] L.
[s] F.
[t] F.
[v] L.
[x] F.
[y] Ità A E. in F.O.Pi. Jun. A.
[z] O.
[a] F.
[b] He. in F.

deo te curam mei abjicere [c]. ¶ *A facie terræ*] Hujus, scilicet, à solo paterno, ubi Ecclesiæ conventus [d]; ubi parentum & fratrum frui possim consortio [e]: à patria mea [f], amœnissima & fertilissima; quin & à tota terra, dum nusquam consistere permittis [g]. Vel *terra* pro *hominibus* sumitur; q.d. Facis me hominum odium, ut nec illi me visu dignentur, nec ego illos ausim aspicere [h]. ¶ *A facie tua abscondar*] i. e. A loco ubi Deus gratiam & potentiam imprimis exserebat [i]. q. d. Non sentiam gratiam & favorem Dei; Deum habebo iratum, conscientiam trepidantem [k]. Sensus (& absconsio) duplex esse potest. 1. A parte Dei, *Abscondes faciem tuam à me* [l]; favore, curâ & tutelâ tuâ destituar [m]. 2. A parte Caini, quòd magis probo, *Abscondam me*, &c. Semper pavidus latebras quæram [n]: præsentiam irati judicis horrebo, & fugiam [o]. ¶ *Eróque vagus*, &c.] Non apparebo posthac in conspectu tuo offerens aliquid [p]. ¶ *Et omnis qui invenerit me occidet me*] Quidam de hominibus accipiunt [q], sive natis, (hinc colligimus multiplicatum jam fuisse humanum genus [r],) sive nascituris [s]. De hominibus agi, non feris, patet ex vindicta ejus occisori denunciata, & signo posito ut homines monerentur [t]. Alii de hominibus & feris [v]. Sic loquitur quasi petens à Deo conservari. Alii contrario sensu exponunt, quasi desideràsset mori, ut tanta miseria terminaretur. q. d. *Omnis igitur*, &c. *occidat me.* Et concordare videtur quod sequitur, *Non*, seu nequaquam, ità fiet, sed, &c [x]. [Ità & Li. accipit יְהִי, *Nunc igitur ità fiat.*] ¶ *Occidet*] Nec iram Dei, nec animæ mortem timet, sed solam vitæ hujus & corporis jacturam veretur [y]. Sentit omnem creaturam sibi adversam esse [z]. Loquitur ex naturæ dictato, Εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο, (*Æquum est ut patiatur quisque quod fecit.*) Vide quæ nos de J. B. & P. 1. 2, 5 [a]. Apud Romanos antiquos, *maledictum ob scelus* aliquod admissum impunè quisquam occidere potuit: Dion. Halicarn. l. 2. Vide Sophocl. Oedip [b]. Discamus, 1. Malos in Ecclesia non ferendos: 2. Quantis in periculis sunt qui extra Ecclesiam sunt constituti [c].

15. *Nequaquam*, לָכֵן] Variè exponitur: Quidam sic, *Non ità fiet*, ό. Th. & Sym. in D. quasi esset ex לֹא כֵן, *non sic.* Per reticentiam dictum volunt, q.d. Non sic erit ut putas, non mox peribis, ut times, sed, &c. Nullus te impunè feriet [d]. Alii vertunt, *propterea*, (quasi ex ל servili & כֵן [e].) Ità Sa. O. Mo. P. Onk. A. Pi. JT. Ar. in Di. Aq. in D. F. Constat ל in hac voce usitatissimè valere *propter*, adeóque verti, *propterea*; ad verbum, *propter sic.* Sed certum est multa dari loca ubi ea significatio non quadrat. Sed neque satis convenit (huic loco,) quia nulla antecessit causa, unde inferri queat septuplò vindicandum Cainum, si quis eum interfecerit [f]. *Propterea*, nempe ut videas quantopere detestor homicidium [g]. Alii, *profectò, utique*, Pi. F. sicut Jer. 2. 32. & 5. 2. Ose. 2. 16. Zach. 11. 7. ut idem sit quod אָכֵן [h]. *Imò*, F. *In veritate, certè*, V. Ego ל sumo pro *de*, quod usitatum: ut Gen. 20. *dic* לִי *de me*; & Psal. 91. 11. *præcipiet* לָךְ *de te.* Ità לָכֵן enarro בַּעֲבוּר כֵּן *de sic*, i. e. de ea re; quod ad hanc rem attinet. Ità ל non raró valet *quantum ad*, quod docet Drusius, citans inter alia Psal. 17. 4. לִפְעֻלּוֹת וגו׳, *Quantum ad opera hominis, per verbum labiorum tuorum ego cavi*, &c. Quum ergò Gen. 4. Cain desperabundus conquereretur se nusquam tutum fore, Deus quodammodo consolatur eum, dicens, לָכֵן, *quantum ad hoc*, si ullus occiderit Cain, septuplò vindicabitur, &c [i]. ¶ *Septuplùm punietur*, שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם] *Septupliciter*: i. e. multas & gravissimas pœnas dabit (numerus finitus pro infinito [k]; & septem pro multis usurpat Scriptura, Job. 5. 19. Psal. 12. 7. Prov. 26. 25 [l]. eò quòd omnes dies seculi in hebdomadas distribuuntur [m].) qui Cainum occiderit [n]. Graviùs autem puniendus erat, vel quia exemplo Caini deterritus non erat [o]; vel quia præcepto Dei de non occidendo, tam graviter, tam seriò iterato, rebellis [p]. Porrò Cainum diutiùs voluit Deus superesse, tum ut aliis exemplum ac terror esset [q]; tum in delicti sui pœnam [r], ut & vitam pro supplicio, & mortem pro solatio haberet [s]. Veteres Hebræi aliter exponunt; Septimâ gene-

[c] Me.
[d] F.
[e] Bo.
[f] O. Pi.
[g] T. ex La.
[h] Me.
[i] He. in F.
[k] F.
[l] Bo.
[m] Me.
[n] Bo.
[o] La. Me.
[p] F. V.
[q] O.Pi.Bo.
[r] O. [s] Pi.
[t] Pi.
[v] Ità L.
[x] L.
[y] Me.
[z] F.
[a] G.
[b] A.
[c] F.
[d] F.
[e] F.
[f] Di. ad Joh. 7. 22.
[g] Pi.
[h] Di.
[i] Di. ad Evangel. Johan. 7. 22.
[k] Pi. A. Me.
[l] A.
[m] He. in F.
[n] F. ex K. Ge. in M. V. T.
[o] Me. T.
[p] T.
[q] F. Me. T.
[r] F. Me. T.
[s] Me.

generatione ad ultionem vocabitur Cain: Et septimâ generatione Cainum à Lamech jaculo occisum esse aiunt. Quos Onk. secutus est, ait Fagius. Sed eum perperàm acceperunt Hebræi, inquit L. de Dieu. Voluit enim ille *ultionem Caini* (nempe, in occisorem Caini) per 7 generationes duraturam [t]. Observa, non licere privato parricidam occidere [v]. Quæritur, cum quo construi debet verbum יֻקַּם an cum הֹרֵג, an cum קַיִן. Prius amplectuntur plerique. Pertinere tamen ad קַיִן patet ex v. 24. *Si Cain vindicabitur*, &c. At, inquies, sic non constabit sibi constructio, quia nominativus כָּל הֹרֵג קַיִן non habebit verbum. Id scilicet viros doctos intricavit, non tamen satis justâ causâ. Solent Hebræi participium præcedente nomine ità usurpare, sicut Latini ablativos absolutos. Sic 1 Sam. 2. 13. כָּל אִישׁ זֹבֵחַ, *omni viro sacrificante*, i. e. si ullus vir sacrificaret. Sic 2 Sam. 19. 8. אֵינְךָ יוֹצֵא, *te non exeunte*, i. e. si non exieris. Ità 2 Reg. 7. 2. Sic hoc loco: *ullo occidente*, i. e. si quis occiderit Cainum, *septuplò vindicabitur*, scil. *Cainus*. Sensus non est, occisorem septuplùm puniendum. Intelligitur proculdubio pœna talionis. At is *semel* tantùm, non *septies*, occîdi poterat. Sed sensus est, Cainum septuplò vindicandum, i. e. per 7 generationes, scil. in occisoris posteris. Ità accipio Onkelum. Vox נָקַם passivè ubique tribui videbis personæ quæ injuriam accepit, (sive pro qua ultio sumitur) non personæ quæ injuriam intulit, (sive de qua sumitur ultio.) Hîc non comminationem, sed consolationem, Caino proponit Deus [x]. Verbum הֻקַּם, *vindicari*, dicitur & de eo in cujus gratiam alius punitur, ut infrà 24. Exod. 21. 20, 21. 1 Sam. 24. 13. & de eo qui in alterius gratiam punitur, Jos. 10. 13. Ità hoc loco sumitur: *Septuplò vindicator*, vel *vindicabitur* [y], sub. *Cainus* [z]; i. e. gravissimè punietur interfector Caini, ad vindicandum Cainum [a]. ¶ *Posuit signum*] R S. exponit fuisse literam de nomine (vel *Jehovæ*, vel *Caini*) fronti insculptam [b]: vel torvus erat & truculentus aspectus; vel mania, vel tremor horribilis membrorum omnium, (præcipuè capitis) cum vultûs consternatione, ut Patres communiter sentiunt [c]. Tremor corporis & mentis. Quod conjiciunt ex verbis *vagus & profugus*, quæ o'. reddiderunt, *suspirans & tremens* super terram [d]. Alii temporarium hoc signum, alii perpetuum esse volunt. Utrumque voluit Deus; hunc sceleratum agnosci, & reliquos ejus exemplo cavere. Benignitatem interim suam erga maledictos, declarat Deus [e]. ¶ *Ut non interficeret*, לְבִלְתִּי הַכּוֹת] *Ut non percuteret*, O. Ma. nedum occideret [f]. At *percutere* ponitur pro *interficere*. Hinc pro *percussit*, 2 Reg. 14. 5. est *interfecit*, 2 Par. 25. 3. Plenè dicitur, *percutere in anima*, ut Gen. 37. 21 [g].

16. *Et egressus est Cain à facie Domini*, מִלִּפְנֵי יְהוָה] Hæc vox habet duas serviles literas, *Mem elongationis*, (ut vocant) & *Lamed approximationis*. Ad verbum est, *Ab ad faciem*, vel *ab ad coràm*, i.e. à loco præsentiæ Divinæ, h.e. à loco Ecclesiæ congregatæ. *Exire* (inquit Helias Orientalis) ejus est qui à loco clauso & communito exit. Ecclesia est talis locus, adversùs quem nullæ inferorum portæ prævalebunt [*]. ¶ *Et habitavit profugus in terra* נוֹד] [Quidam נוֹד appellativè accipiunt, & vertunt] *profugus*, Vulg. *vagus & mobilis*, Ch. in M. F. *fluctuans*, *instabilis*, *& sedis incertæ*, Hi. in Nobil. Neheman. Non quasi oberrârit in toto mundo; sed quòd in ea ipsa terra jugiter ultro citróque migravit, & nullibi quietem habuerit; à quo & *Nod* dicta est terra. Quidam aiunt, quócunque venerit, terram tremuisse; quo conspecto, homines dixisse, *Fugite, is est crudelis ille homicida qui fratrem suum occidit* [†]. *In terra perfugii*, i. e. ubi erat perfugium profugis [h]: *in terra commotionis, vagationis, fugæ, exsilii* [i]. Alii *Nod* pro nomine proprio loci sumunt: Ità M. V. Mo. o'. Sy. Joseph. Ma. Pi. O. Locus à perfugio Cain sic dictus [k]. Prolepsis historica est [l]. Probatur hoc mihi, quia sequitur, *versùs orientem*. Adstipulatur Targum editionis Complutensis [m]. ¶ *Ad orientem Eden*, קִדְמַת עֵדֶן] Ante קִדְמַת deficit בְּ, vel לְ, vel מִן, ut Gen. 2. 8. [n]. Hoc non caret mysterio. Typus erat ab oriente, i. e. summo throno cœli, adventurum homicidarum, i. e. peccatorum, asylum Christum, qui *Oriens ab alto*, Luc. 1. Civitates etiam refugii pro homicidis erant ea de causa ab oriente [o]. ¶ *Eden*] In pœnam, ut indè haberet materiam doloris; quia pater indè expulsus erat, nec ipse eò accedere valebat [p]. *Ante Eden*, E. Factum hoc postquam mutavit Deus perpetuam fugam in exsilium sedentarium; sed adscriptis illi locis durioribus, qualis Arabia deserta, ubi latrocinari cœpisse primus omnium dicitur Josepho [q]. [Historiam hanc Mosis de *Caino* & *Abele* sarcasticè traducit Vir doctus, & his machinis (quamvis aliud se agere fingens,) eam subruere conatur:] *Fuit*, inquit, *Cainus agricola, Abelus pastor ovium. Qui hæc dicit, multas supponit artes, & innumeros artifices. At si nulli præter Cainum fuere tunc temporis artifices, maximus sanè fuit ardelio Cainus. Ergò sibi solus fodit ferrarias, fornaces excitavit*, &c. *molas construxit*, &c. *& solus fuit arator, messor, & pistor. Eas ergò artes solus Cain exercuit, ad quas innumeri penè & servi & artifices requirebantur, quæ non nisi longo usu reperiri potuerunt. Præterea, scriptum est Abelem fuisse pastorem ovium. Ergò eas custodiebat. Sed quare? Quos fures timere debuerat, præter patrem & matrem & fratrem, si nulli præterea fuissent homines in terris?* Postea sic pergit: *Quid est, quòd Cainus fratrem in agro occiderit? nempe illud more latronum, cautè, nè à quopiam arbitro proderetur. A quibus latronibus ensem accepit? Quos timuit Cain, cùm dixit, Omnis qui invenerit occîdet me? Nulli alii memorantur vel formati vel nati homines præter Adamum, Evam & Cainum.* Hæc ille; ex quibus colligit alios ante Adamum homines, eúmque patrem tantùm Judæorum fuisse. [Cui quæ sequuntur reponit *Maresius*, in Refutatione fabulæ Præadamiticæ.] 1. Eadem hæc argumenta contra Præadamitas tuos vetustissimos militatura sunt, à quibus semel debuerunt & Agricultura & Pastoritia incepisse. Ut hominum, sic artium ætates distinctæ fuerunt, nec in primo repertore perfectæ. Vel ergò concipias has artes, utì nunc se habent, ità fuisse exercitas ab æterno, quod nè ipse dixerit Aristoteles; cùm etiam quotidie aliquid perfectionis nanciscantur: vel concedas Agriculturæ in Adamo & Caino auspicia adhuc rudia fuisse. Imò nec opus tum fuit tot subsidiis; tunc enim & cœlum mollius erat, & necdum exhausta erat vis primævæ illius benedictionis in terram collatæ, ideóque cultura facilior. 2. Adamus multa adhuc retinuit rudera primævæ sapientiæ, unde Cainum facilè docere potuit instrumentorum fabricam & usum: Abelem item mysteria Pascuariæ. 3. Quidni sine ferro procedere potuit prima agricultura, ejus vicem subministrantibus vel cancrorum securigerorum chelis, (de quibus Bochartus Phœnic. l. 1. c. 4.) vel silicibus præacutis, quibus in usum similem plurimi populi etiam hodie utuntur, quibúsque multi volunt Circumcisionem peractam esse, Exod. 4. 25. & Jos. 5. 3. [Vide Collectanea nostra ad ea loca.] 4. Non omnis custodia ovium furibus destinatur. Nam custodiri debent adversùs feras. Obj. Ab iis plus Abeli quàm ovibus timendum erat. Resp. Non tutiores ab iis erant Moses aut David in deserto, per quod ductabant greges suos, quàm Abel. 2. Nè aberrent ab ovili. 5. Perperàm negatur jam tum plures homines exstitisse. Et elucidandæ huic controversiæ nonnulla supponimus, de quorum veritate nulla sana ratio dubitabit. 1. Supponimus Adamum & Evam liberis operam dedisse & parentes factos fuisse ipso primo anno creationis. Illico post peccatum dicitur uxorem cognovisse, Gen. 4. 1. 2. Valde probabile est quolibet partu gemellos ab Eva editos, quod ordinarium ferè apud gentes fœcundiores; & speciali benedictione concurrebat Deus iis per quos humanum genus multiplicandum erat. Idem sensêre generaliter Judæi, Mahumetani & Christiani, ut docet Seld. de Jure nat. & gent. l. 5. c. 8. 3. Indubitatum est, liberos Adami, statim ac puberes fuerunt, operam dedisse liberis, idque ex oraculo illo, *Crescite & multiplicamini*. Obj. At Moses Gen. 5. nulli Patriarcharum procreationem liberorum tribuit, nisi post annum 70. 90. 100. Resp. Credibile est eos tantùm à Mose recenseri ex

[t] Di. [v] F. [x] Di. [y] Pi. [z] Ma. [a] Pi. Ma. [b] F. [c] Bo. [d] F. E. [e] F. [f] O. [g] A. [*] F. [†] F. [h] V. [i] Q. in V. [k] M. [l] Pi. [m] F. [n] Pi. [o] F. [p] L. [q] G.

quibus per rectam lineam gentis suæ conditor Abraham descenderat: August. de Civitate Dei lib. 15. cap. 15. 6. Notandum, non contigisse cædem Abelis ante 129. annum Adami: Erat enim *post multos dies*, Gen. 4. 3. nempe ex quo facti fuerant, Cain agricola, & Abel pastor ovium. Et Sethus (quem in locum Abelis nactam se dicit Eva, adeóque recenti vulnere fratricidii matri inflicto natum oportuit) anno Adami 130. natus est, Gen. 5. 3. Non est autem verisimile Adamum & Evam per 120 annos post natalia Caini & Abelis nullos genuisse liberos. 7. Supponimus Cainum & Abelem jamdiu maritos fuisse & patresfamiliâs; siquidem Cain jam erat annorum 129, Abel circiter 128. Res enim suas seorsim à patre habebant, ille agros, hic greges; & parentes deseruerant, conjugibus adhærentes, juxta Gen. 2. 24. 8. Poterant ergò illo spatio non centuriæ, sed myriades, hominum esse. Anno Mundi 30. potuerunt esse plus quàm decem familiæ ex Adamo & Eva enatæ & constitutæ, quæ quantopere potuerint multiplicari spatio 100 annorum in illa naturæ adolescentis fœcunditate, sub qua nulla funera visa ante cædem Abelis, facilè docebit Arithmetica. Et ex 70 capitibus in Jacobi familia spatio 210 annorum orti sunt 600 armatorum millia; &, nisi multos ex iis mors demessuerat, numerum illum facilè triplicâssent. [Vide quæ nos ad Exod. 1.] Adeò non erat cur solicitè inquireret, quorum usui vel subsidio, &c. hæc Cain & Abel fecerint, vel quinam erant à quibus timeret Cain nè se occiderent, vel quibus architectis & fabris urbem illam posuit Cainus. 9. Non dicitur Cain *ense* fratrem peremisse, nec opus erat, cùm furor arma ministraret. Præterea, potuit Cain telum sibi ad id parâsse eâdem arte quâ ligones & rastros ad agriculturam jam antea sibi comparaverat. 10. Quòd dicit, *nullos alios hoc loco nominatos*; ipse sibi respondeat, cujus hæc sunt verba: *Negatur sequi illud, nullos fuisse ante Adamum homines, quia nulli ante Adamum nominatim leguntur in Genesi; constat enim neque omnia scripsisse Genesim, neque omnia negari debere quæ suppressit Genesis.* Hæc Mares. in Refut. fab. Præadam. Qu. 3. à p. 65. ad 88.

17. *Cognovit autem Cain*] Mos est Scripturæ primùm impios, dein electos, prosequi. Et eleganter hìc Moses perstringit studia hominum mundanorum, in liberis, artibus, urbibus, armis, voluptatibus[r]. Recensetur hæc genealogia, non propter septimam generationem in qua punitus est Cain, (ut Hebræi adferunt;) sed ut videamus quomodo filii hujus seculi primùm emineant[s]; & ut perveniatur ad Lamechum[t]. ¶ *Uxorem suam*] Quæ & soror ejus[v]. Initio mundi necesse fuit sorores fratribus nubere[x]. ¶ *Peperit* חֲנוֹךְ] Sic dictum, quòd paternis moribus egregiè imbutus erat[y]. ¶ *Ædificavit*] Heb. *Erat ædificans*. Hoc modo difficultatem significari volunt Hebræi[z]. Hoc fecit ex metu ferarum[a]; ad sui defensionem, quia semper erat in timore & tremore positus[b]. Sic prodidit mundanos affectus; aliter quàm Abraham, Heb. 11. 10[c]. ¶ *Vocavit Hanoch*] Non *Cain*, quia nomen ipsius omnibus invisum erat[d].

18. *Henoch genuit Irad*, וַיִּוָּלֵד לַחֲנוֹךְ אֶת עִירָד] Ellipsis pleonastica; q. d. *Et genitus est Hanocho* filius, quippe qui genuit *Hiradum*[e]. ¶ *Irad* יָלַד *genuit Mehuiael*] Hinc apparet verbum ילד in Kal *viro* tribui: sic Psal. 2. 7. sic Æthiopicus, Act. 7. 8. ולד *genuit* Isaacum[f]. ¶ מְחוּיָאֵל] Sign. *qui à Deo deletus est*; ab אֵל, *Deus*, & מָחָה, quod est, *pulverem* vel *sordes aquis abstergere*. Et hinc (& ex nomine *Methusael*) colligunt Hebræi ante generale diluvium fuisse aliud, quo tertia pars hominum absumpta est. q. d. Immundus pulvis factus est homo, & sordes ob peccata; sed ego eum aquis abstergam[g].

19. *Accepit duas uxores*] Ipse sibi accepit, neglectâ voluntate parentum[h]. Primus legem Gen. 2. 24. latam violavit[i]. Post diluvium, cùm vita brevior, & Noe solus cum suis superesset, nè nimis lentè propagarentur homines, indulsit Deus polygamiam, ut Abr. Is. &c. Eam rursus Christus sustulit[k]. At Lamech sine divina dispensatione plures simul uxores habuit. Porrò vocem נָשִׁים, *mulieres*, quidam notant factam ab אֲנָשִׁים, detractâ capitali literâ א, quòd mulier caput esse non debet. Al. à נָשָׁה, qu. *obliviosæ*; sive quòd minùs valent memoriâ quàm viri, sive quòd in illis oblivioni detur paterna familia[m]. ¶ *Adah*, & *Zillah*] Ferunt morem fuisse eo tempore, ut qui duas haberent uxores, alterâ ad progignendos liberos, alterâ ad carnis voluptatem uterentur. Illa erat *Ada*, quasi *separata*, vel *vidua*, quia cum ea, postquam gravida fuit, non haberet commercium. Hæc *Zillah*, à צֵל, *umbra*, quòd sub umbra mariti, vel penès eum, semper fuerit; unde adornabatur plurimùm, &, nè gravida fieret, potabatur poculo sterilitatis[n]. *Adah* sign. *ornamentum*; *Zillah*, *umbram ejus*[o].

20. *Pater*] Pro *Authore*, *Institutore*, & *Inventore*, accipitur[p]. ¶ *Habitantium in tentoriis, atque pastorum*] Heb. *Habitantis* (sing. pro plur[q].) *tabernaculum*. ¶ *Et peculii*, וּמִקְנֶה] Vertunt, & *pecoris*, h.e. artis curandi pecus. Metonymia subjecti[r]. Vel, & *possessionis*, Mo. supple *pecoris*. Talia verborum supplementa sæpe in ipso textu fiunt; ut *mille*, 2 Sam. 8. 4. sunt *mille currus*, 1 Paral. 18. 4. *Uzzah extendit ad arcam*, 2 Sam. 6. 6. pro, *extendit manum suam ad arcam*, 1 Par. 13. 9. Vide & Gen. 5. 3[s]. Alii vertunt, & *peculii*, M. Ti. Ma. & *jumenti*, O. & *possidentium* (*pascentium*, P. o'. *habentium*, A.) *pecora*, Ch. o'. *utentium armentis*, Ar. Hic primus habitavit in tabernaculis, ut pasceret gregem; q. d. primus adinvenit artem pastoritiam: Principio enim pastores tabernacula habitabant, & locum subindè mutabant[t]. Unde *Scenitæ* dicti[v]. Ante diluvium opes erant in pecuaria. Putant quidam Scripturam hìc indicare, quòd ex pessimis parentibus filius interdum non malus nascitur[x].

21. *Pater canentium*, &c.] Heb. *apprehendentis*, i. e. tractantis, pulsantis[y]. Al. *comprehendentis*, vel *amplexantis*, instrumentum quod pulsans complectitur[z]. Inventor Musices. Partis opibus ad deliniendas aures animum transferimus[a]. Hebræi dicunt quòd *Jabel* fecit tentoria ad ponendum idola; & *Jubal* canebat instrumentis musicis coram idolis[b]. ¶ *Citharâ & organo*] Sic Mo. Ma. כִּנּוֹר *citharam* vertunt Sy. Ar. Ti. ¶ עוּגָב] *Fides*, Sy. Ti. *Tympanum*, Ar. His duobus generibus synecdochicè comprehendi volunt omnia instrumenta musica, tum quæ fidibus extenduntur, &c. tum pneumatica[c]. *Cithara* est ἐκ τῶν ψιλαφητῶν & ἐντατῶν· *Organum*, ἐκ τῶν πνευματικῶν καὶ ἐμπνευστῶν[d].

22. *Tubal-cain*, תּוּבַל קַיִן] A תבל, quod sign. *condire*, *parare*, & *disponere*[e]. Sic dictus, quia id quod adhuc deerat paternæ ferocitati adinvenerit, nempe usum armorum. Ex divitiis & voluptatibus æmulationes & odia nascuntur[f]. ¶ *Malleator & faber*, לֹטֵשׁ כָּל חֹרֵשׁ] Variant: 1. *Acuentem* (*expolientem*, F. V. Caj. Ga.) *omne opificium*, P. O. Caj. M. Mo. Ma. V. F. At חרש non rectè vertitur *opificium*, cùm sit *Benoni*, & hìc induat naturam Nominis[g]. 2. *Acuentem*, i. e. acutè docentem; q. d. *acutorem omnis fabri*[h]. Sic שָׁנַן usurpatur Deut. 6. 7[i]. i. e. Artem (*priùs*) inventam excoluit[k]. Gentem *Thubal* in hujus nomen transiisse nemo non videt: Cujus non leve vestigium est, quòd *Arabes* gentis illius prisco nomine *Thubal* vocant *squamam ferri & æris*: Avicen. l. 2[l]. ¶ *Hujus soror Naamah*] Pulchra. Formæ studium & fœda libido martiales animos comitantur[m]. Hæc adinvenit lanificium ad vestes[n]. *Ipsa erat domina lamentationum & cantionum*, ait TJ.

23. *Uxores Lamech*] i.e. *Meæ*: Hebraismus[o]. Lamech, qui bigamiam introduxerat, in uxoribus fuit punitus, ab iis malè tractatus: quia *per quæ quis peccat, per hæc & torquetur*[p]. Scribunt Hebræi, uxores Lamech ejus consuetudinem devitâsse, vel ob interfectum Cain; vel, quòd jam instaret septima generatio, quâ semen Caini delendum erat[q]; vel, quòd primus arma adinvenit, & sic occasionem ad homicidia præbuit[r]. Quibus respondet Lamech, *Num occidi virum, ut Cainus?* &c. q. d. Gladius non est causa cædis, sine eo potest aliquis interfici; ideóque ob hanc artem inventam non sum puniendus. Hæc Bechai satis probabiliter, nisi repugnaret Sacer Textus, qui docet, non à Lamecho, sed à filiis, has artes inventas[s]. Terrebat eas mariti violentia hominibus intolerabilis, nè in

---

Margin notes (left column): [r] F. [s] F. ad v. 18. [t] L. [v] G. M. v. 16. [x] L. Me. [y] F. [z] F. [a] Me. [b] L. [c] A. [d] Me. [e] Pi. [f] Di. [g] F. [h] Pi. [i] L. Me. [k] Me. La. [l] Bo.

Margin notes (right column): [m] Ma. [n] F. [o] A. [p] F. Me. [q] V. [r] Pi. [s] A. [t] Ca. V. [v] Ca. [x] F. [y] F. V. A. [z] O. [a] F. [b] L. [c] Ma. [d] Pi. [e] He. in F. [f] F. [g] Pi. [h] Jun. Pi. A. [i] Pi. [k] Jun. Pi. [l] BP. 3. 12. 211. [m] F. [n] L. [o] F. V. [p] L. [q] F. [r] M. F. R. Bechai in Muis. [s] Muis.

in eum omnes conspirarent. Sanguinarii homines, ut aliis terrori sunt, ità passim omnibus sunt exosi: quare admonent maritum, qui adeò non mitigaretur, ut se potiùs ad crudelitatem armaret [t]. Lamech ergò, ut uxores placet, addit quæ sequuntur [v]. ¶ *Quoniam occidi virum*, [כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי] Variè exponitur. Onk. sic, (quo nemo meliùs, meo judiciò, locum hunc obscurissimum exponit [x],) *Non occîdi* (Heb. כִּי accepit interrogativè, *num?* & negativè vertit) *virum*, לְפִצְעִי, *in vulnus meum*, (i. e. ut ejus causâ portarem reatum, sive metuerem pœnam; ל effectum denotat, vel eventum, jure metuendum, ut 1 Sam. 20. 30. *in ignominiam tuam*) *neque juvenem, cujus causâ perderetur semen meum*. Heb. est לְחַבֻּרָתִי, *in livorem meum*, i. e. quo mihi jure talionis de tali vulnere vel cicatrice sit metuendum [y]. *Num occîdi?* Ar. Non est ergò quòd mihi timeatis. Non feci ut Cain, (qui Abelem interfecit.) Graviùs ergò Deus puniet occisorem mei quàm istius homicidæ [z]. כִּי interdum interrogativè sumitur, pro *quid?* vel *num?* vel *forsan?* Isa. 29. 6. & 36. 29. Interdum sign. *non, nec*, Isa. 30. 21. & 43. 22. q. d. *Nec virum vulnere, nec puerum contusione unquam occîdi* [a]. Alii sic, Jactat suum robur & violentiam [b]; q.d. Si à quoquam viro, licèt fortissimo, vulnus acciperem, illum interficerem. Ne ergò timete [c]. Hæc mihi simplicissima constructio videtur. Ità כִּי ponitur pro אִם, *si*, (ut notat P.) & præt. *occîdi* ponitur pro fut. *occidero*, (ità Pi.) & לְפִצְעִי vertendum, *in vulnere meo*. Vel כִּי verti potest *sanè, certè*, & sic explicandum; *Sanè virum occidero*, vel, *occiderim, in vulnere meo*; i. e. si conaretur mihi vulnus infligere. Qui me vel leviter attigerit, morte luet. Ità est Thrasonica virium jactatio. Et in hoc exemplo voluit Moses exhibere specimen ingenii filiorum hominum [d]. Vel, *propter vulnus meum*, i. e. si quis vulneraverit me. Vel, *in vulnus meum*, i. e. etiamsi ex ejusmodi cæde metuendum sit mihi vulnus. Est enim Mars anceps [e]. Q. vertunt, *occidero in vulnus meum*, hoc sensu, Ego in caput meum securè recipio, si quod est periculi, mihi in promptu ratio est quâ evadam [f]. Alii referunt ad homicidium à Lamecho patratum. Ab uxoribus reprehensus ob cædem Caini, &c. contemptim respondet, *Occîdi virum*, sed quid ad vos? Est in meum vulnus, non vestrum: Ego plectar, non vos [g]. Interim fingit sibi justam fuisse cædis causam, ideòque se graviùs vindicandum quàm Cain [h]. Duplex homicidium suum designat: Ità nostri [i]. Distinguuntur enim vir & adolescens [k]. Quos occiderit Scriptura non exprimit. Istud jam confitetur conscientiâ adigente, & magnitudinem peccati & pœnæ significat, quòd exemplo Cain sibi non caverit à cæde & homicidio. Posteriorum enim peccata semper graviora sunt [l]. q. d. Quo vulnere virum confodi, eodem me cruentavi, — & animo meo livorem induxi, notam, scilicet, homicidii, ac reatum. Vide 2 Sam. 12 [m]. Probabile est hæc verba esse aut pœnitentis de facto, aut metuentis, aut solantis uxores, quæ mariti cædem metuebant [n]. Hebræi hæc narrant ex traditione; Lamechum, tum cæcum, venantem feras occidisse Cainum, qui in sylvis reptabat (quia semper in timore erat) quem feram esse dixerat puer dux itineris; (eum Tubal-Cain fuisse Rasi dicit.) Cognito autem Cainum fuisse, & puerum percussit. Sic ergò dicit, & hi sic vertunt & exponunt, *Putatisne, uxores meæ, me virum occidisse eâ mente, ut vulnus illud meum diceretur, puerúmque eâ mente, ut meus livor diceretur?* nequaquam; quia per errorem commisi utramque cædem, non datâ operâ, nec vulnera mea dicenda sunt [o]. כִּי accipiendum admirativè, sive per interrogationem [p]. Vel sic, *Virum*, i. e. Cainum, *occîdi in vulnus meum*, i. e. inflicto à me ei vulnere; *& adolescentulum* (armigerum venationis comitem) *in livorem meum*, i. e. ex livore contusionis ei meo verbere illato, è quo malè curato mortuus [q]. At hi deberent exempla proferre, in quibus *vulnus suum* vocat aliquis vulnus à se inflictum: Nusquam autem activè sumitur [r]. Et hæc narratio fabulam olet [s]. Li. sic; Deus illi horrorem incussit ob peccatum polygamiæ; voluitq; eum testem fore adversùs peccatum quod introduxerat: q.d. Cain unum tantùm interfecit, & quidem corpore; ego innumeros,

[t] V. [v] L. [x] Di. [y] Di. [z] F. [a] Ma. [b] Pi. A. [c] F. V. M. Riv. [d] Riv. [e] Pi. [f] V. [g] M. Abarb. & plerique He. in Muis. [h] M. [i] F. Bo. [k] Bo. [l] F. [m] Q. in La. [n] Bo. [o] RS. in D. Tanchuma in Mu. [p] R.S. in Di. [q] Me. [r] Riv. [s] Ma.

& quidem eorum animos, pessimo exemplo, quod jam adeò in universum sequebantur, ut ruinam mundi accelerarent [b]. [Castalio planè aliter hæc omnia vertit, & vocat hoc nobile Lamechi documentum, quòd homicidium admodum nefarium habetur Deo, & sic exponit:] *Si ego* (i. e. *si quis*, ut 1 Cor. 13. *si loquerer*, &c.) *interficerem* (sic verto הָרַגְתִּי, Hebræi enim præterito utuntur pro conjunctivo) *hominem plagis, & mortalem vulneribus*; (geminata est sententia, ut sæpe solet fieri.) יֶלֶד verto, non *juvenem*, sed *mortalem*, nam hîc non habetur ratio ætatis, sed nascendi conditionis. Sic יֶלֶד accipitur Gen. 16. יְלָדִי Abr. & Num. 13. 29. & Esa. 2. 6 [c]. [Pariter accipit quod sequitur.] Cùm Cain ità vindicatur, ejúsque occisor ità punitur, וָלֶמֶךְ, *profectò* (sic ו verto, quod sæpe est concludentis) *in Lamecho*, i.e. in eo qui hominem quempiam, non homicidam, occideret, pœna longè gravior esset [d].

24. *Septuplùm ultio dabitur de Cain*, [כִּי שִׁבְעָתַיִם יֻקַּם קָיִן] *Nam septuplùm rependetur Caino*, Sy. *Si multùm animadversum est in Cain*, Ca. Alii, *Quia* (vel *si*, A. T. vel *nam*, Sa. Sy. vel *cùm*, J T.) *septempliciter vindicabitur Cain*, Mo. M. P. O. Ma. Ti. A. JT. *Septies vindicatum est de Cain*, ο'. Alii sic; Si in septimam ætatem pœna dilata est Caino, Lamecho (qui neminem interfecit) in 77. est rejicienda. Volebat iis persuadere irritum factum esse de Caino decretum [e]. Nè quis scelus Caini imitaretur, dixerat Deus septuplò puniendum qui eum occiderit. Hanc sententiam pervertens, illudit severitati Dei, sibíque impunitatem promittit, & indè arripit majorem peccandi licentiam, ac si Deus homicidas aliquo privilegio donâsset: non quòd seriò ità sentiat, sed quasi per jocum [f]. Al. sic; Magnitudinem peccati, & pœnæ homicidio suo debitæ, innuit [g]. Heb. est, *vindicabitur*, i. e. punietur ipse *Cain, & Lamech*; q. d. Si Cain ità punitus est, qui unum occîdit, quantò graviùs ego, qui duos occîdi, quíque pœnam Caini vidi, nec abstinui [h]? [Non placet Bo.] *Vindicari* dicitur etiam is cujus cædes vindicatur. Deus vindicat Martyres, &c. *Cain* ergò & *Lamech* idem sunt quod Caini & Lamechi cædes, ut patet, quòd manifestè alludit ad vers. 15. ubi loquitur de ultione ab occisore Caini repetenda [i]. Cain sponte occîdit, nec pœnituit eum facti; ego invitus & ignarus, & me pœnitet. Graviùs ergò mei occisor punietur [k]. [Hæc non placent Riveto.] Non loquitur de vindicta *à Deo*, sed *à se*, sumenda; q. d. *Si Cain septies*, &c. ego longè graviùs vindicabo, si quis me attingat. Sic solent tales homines dicere, Si quis me leviter pungat, ego eum confodiam [l].

25. *Cognovit uxorem*] Referunt Hebræi eum ob expulsionem è Paradiso, & occisum Abel, per aliquot annos in luctu fuisse, sic ut parùm rei cum uxore habuerit. Jam coit cum ea, non libidinis causâ, sed procreationis liberorum, qui in cultu Dei succedant [m]. ¶ *Et vocavit*] Scilicet, *Mater* [n]. Verbum enim וַתִּקְרָא est fœm. gen [o]. Sed cum consensu patris, qui & ipse eum sic vocâsse dicitur, Gen. 5. 3 [p]. Notate morem imponendi nomina filiis per matres, quo nescio an ullus sit antiquior [q]. ¶ *Seth*] i. e. *Fundamentum*; tum quia futurus fundamentum civitatis Dei pro *Abel*; tum quia figura Christi, qui fundamentum Ecclesiæ vocatur, Isa. 28. 16. 1 Cor. 3. 11 [r]. *Justus est fundamentum seculi* [s]. A *ponendo* dictus est, quòd datus & positus esset loco Abelis [t]. *Dare* & *ponere* se invicem explicant; ut Jos. 7. 19. Isa. 42. 12. Psal. 8. 1 [v]. Isa. 42. 1. est נָתַתִּי. Id vertunt δέδωκα. Matthæus cap. 12. 18. θήσω [x]. Ezra 10. 14. *posuerunt filios*, i. e. genuerunt [y]. Nomina imponebant, quibus se admonebant beneficiorum Dei, & fidem exercebant [z]. ¶ *Posuit*] ο'. vertunt, *suscitavit*, Sy. *substituit*, Ar. *concessit*. Non malè quidam שׁת exponunt, *reposuit*; notum enim ut simplex Hebræi pro composito usurpent: sic קָם est *surgere*, & *resurgere*; קָרָא *vocare*, & *invocare* [a]. ¶ *Semen*] Nota *semen* hîc de uno usurpari; quod robur addit Apostoli argumento, Gal. 3 [b]. Ità & Gen. 21. 13. & 38. 8 [c]. & 28. 3 *. Al. aliter; *Semen* apud Hebræos designat seriem quandam perpetuam in qua privilegium aliquod perduret, ut patet ex Esa. 59. 21. & aliunde. Ità hîc est series filiorum Dei [d].

[b] Li. [c] Ca. [d] Ca. [e] AE. in Mu. [f] V. Smil. Pi. A. [g] F. [h] La. [i] Bo. [k] Me. [l] Riv. [m] F. [n] D. G. [o] D. [p] Pi. [q] D. [r] Me. [s] D. [t] F. D. Pi. [v] D. [x] D. in quæst. Ebr. 2. 72. [y] D. [z] F. [a] D. quæst. Ebr. ib. [b] D. Pi. A. [c] Pi. * Ma. [d] Bertram. L. c. Frank.

26. Et

26. *Et vocavit* אֱנוֹשׁ] Miserum & damnatum significat. Sic vocat propter exulceratum illud seculum, quòd homines, tanquam bruta, sine Deo, & sine cultu Dei, vixerint [e]; & quòd miseram futuram noverat suorum, nempe justorum, in hac vita conditionem; & quia tunc *profanari cœptum nomen Domini*, ut sequitur [f]. ¶ *Iste cœpit invocare*, &c. אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה] Diu me torsit hic locus, & etiamnum torquet: video quos fugiam, non video quos sequar [g]. Variant. 1. Tunc cœperunt orare in nomine Domini, cultus Dei publicus restauratus est [h]. Cùm antea tantummodo in cujusque familia hoc præstiterunt [i]. *Cœptum est invocare*, vel *invocari*, *nomen*, vel *in nomine*, *Domini*; ità P. O. Caj. Lippom. Interpretatio auro contrà non cara [k]. *Cœperunt orare*, &c. Chald. edit. Complut. *Invocandi* verbum totum cultum Dei complectitur [l]. Tunc ritus certi colendi Deum instituti sunt [m]. Significat certas precandi formulas tunc conceptas fuisse [n]. לִקְרֹא passivè sumo: ut Psal. 51. 6. בְּשָׁפְטֶךָ est, *cùm tu judicaris*; & Prov. 25. 5. *bonum est dici*. Sic ἀναλῦσαι pro ἀναλύεσθαι [o]. Cœperunt commemorare Creatorem, & ad nomen seu gloriam ejus opera & orationes dirigere [p]. 2. Alii sic, *Tunc cœpit cultus Dei prostitui & profanari*. Sic Par. Chald. *Tunc cœperunt*, sive *profanati sunt*, *ut non invocarent ampliùs nomen Dei*. הוּחַל potest reddi & *profanatum est*, & *cœptum est*. Sic K. *Tunc profanatum est invocando nomen Domini*. Tunc inceperunt vocare idola nomine Dei [q]. Ità Hebræi. Quod vel hinc constat, quòd in antiquis Hebræorum commentariis *seculum Enosch* passim ut impium commemoratur [r]. *Tunc cœperunt profanè invocare nomen Domini*, vel *profanitas cœpit in invocando nomen Domini* [s]. [Drusius ipse alibi huc vergit, & vertit, *tunc profanatum est*, &c.] Hoc (inquit) mallem, quàm *invocari*, &c. 1. quia non credibile est tunc primùm institutum fuisse cultum divinum; 2. quòd dicitur, Gen. 5. 12. *ambulavit cum Deo*, innuit alios non perseverâsse in eo cultu [t]. [Hic sensus non probatur Bertramo,] qui has opponit rationes. 1. Non verisimile est Sethi posteros ex Cainitarum consuetudine cultum Dei profanâsse, cùm illi & pauci erant, & infimæ ætatis inter homines qui tunc vivebant. 2. Moses corruptionem filiorum Dei arcessit à connubiis cum impiis, Gen. 6. 3. Nec inter causas diluvii numerat Moses cultum corruptum. 4. Lamechus primus videtur pudoris omnes fines excessisse [v]. [Nec placet Pi.] חָלַל, cùm sign. *profanare*, regit post se nomen aliquod, ut Num. 30. 3. Ezech. 39. 7. At quando regit verbum infinitivum sig. *incipere*, ut Gen. 6. 1. & 41. 54. & 2 Par. 3. 1 [x]. 3. Alii sic, *Tunc inceperunt homines pii vocari nomine Domini*, h. e. *filii Dei*; i. e. *Cœperunt* Seth ejúsque posteri *vocare* se *de nomine Jehovæ*, i. e. denominare se Dei cultores, seu filios [y]. Ità exponit Bertramus, & sic confirmat. 1. In verbis illis, Gen. 4. 7. *Si bene egeris, erit tibi excellentia*, i. e. præcellens dignitas, innuitur Abelem futurum Adami successorem in Ecclesiæ ministerio. [De quo vide Annotata ad istum locum.] Sensus hujus loci est, quòd nato Enocho, Sethus à Deo & Adamo præfectus erat regendis filiis Dei & sacris ordinandis, eóque munere perfunctus erat cùm Adamus per ætatem, vel valetudinem, vel occupationes, illud obire non poterat, & post ejus mortem. Et nisi Deus hoc jus præfecturæ, &c. *Abeli* contulisset, (ut dictum) diceretur *Sethum* in locum *Caini* (non *Abelis*) constitutum fuisse. Nam jure naturæ hoc jus ad primogenitos spectabat, nisi Deus aliter prospexerit. 2. Hinc est quòd alios Adami liberos interea natos & ante Sethum prætermittit Moses, quia præfectos tantùm Ecclesiæ, & veræ & falsæ, exprimere voluit. 3. Vox קָרָא tum activè tum passivè eo sensu alibi sumitur, [eadémque phrasis quæ hoc loco;] ut Psal. 49. 12. *appellârunt in*, i. e. *de*, *nominibus suis terras*. Confer Job. 3. 14. & Num. 32. 42. & præsertim Isa. 44. 5. & Isa. 43. 7. & 65. 1. Innuit ergò Sethum & Enoschum præpositos fuisse, cùm in Ecclesiastica politia, tum in civili, illis qui *filii Dei* appellarentur. 4. *Semen* illud notat seriem quandam in qua tale privilegium perdurat, ut dictum. (Vide ad v. 25.) 5. Aliàs abruptissimè, & contra omnes & docendi & historiæ leges inseruisset Moses illa Gen. 6. 2. de filiis Dei, nisi priùs quinam fuissent indicâsset [z]. Hanc expositionem probarem, si esset in Ebraico לִקְרֹא שֵׁם יְהוָה, nempe בְּאָדָם, ut loquitur Gen. 48. 16. At verba diversa diversum sensum pariunt [a]. 4. Alii referunt ad Enoschum, sed non uno modo. ό. sic, *Hic speravit* (id יָחַל significat) *invocare nomen Dei*, i. e. speravit per invocationem à malis omnibus liberari. Verùm הוּחַל non significat unquam *sperare*, sed הוֹחִיל, à יָחַל *speravit*. Eusebius tamen vertit, *speravit* [b]. Grotius sic, *Cœpit iste appellari nomine Dei*. Sic Cyrillus. Nempe velut Dei ad homines legatus: ut Angeli solent. Favet huic sensui Irenæus, 4. 30. Aquila sic accepisse videtur, πότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι Κυρίου [c]. quem tamen Drusius de invocatione intelligit.

[e] F. [f] Li. [g] D. [h] F. La. Bo. O. Me. T. [i] Q. in Pi. [k] D. [l] V. D. [m] D. Bo. Me. [n] D. [o] D. [p] Cartwright. ex AE. & Abarb. [q] F. [r] Cartw. [s] A. [t] D. quæst. per epist. 18. [v] Bertram. [x] Pi. [y] Pi. Euseb. in D. [z] Bert. Luc. Fr. cap. 1. [a] D. [b] D. [c] G.

CAP. V.

CUM historia hujus capitis lege 1 Chron. 1. 1, 2, 3, 4. quod ejus Epitome est [a].

1. *Liber*, סֵפֶר] *Catalogus*, *Enumeratio*, vel, ut alii, *Enarratio* [b]. *Hæc est recensio*, Pi. (*numeratio*, O. vel *narratio*, O. A. vel *repetitio*, A.) *generationis*, i. e. *liberorum*, A. V. Me. *generatorum*, Pi. (Vox γενέσεων hîc passivè sumitur; at Matt. 1. ubi eadem phrasis, activè, pro eis qui genuerunt [c]) & *eventuum* qui eis acciderunt; ut Gen. 2. 4. & 6. 9. & 25. 19 [d]. ¶ *In die quâ*] Hinc Hebræi colligunt Adamum in ipso die creationis, & in Paradiso, filios genuisse: sed quia Doctores Catholici tenent contrarium, dicendum, quòd *dies* sumitur pro *diebus*, ut Gen. 2. *in die quo fecit cœlum —& omne virgultum*, &c [e]. Dies hîc pro tempore; nam uno die non potuit tot filios generare [f]. ¶ *Ad similitudinem Dei*] i. e. *suam*. Antecedens pro relativo [g]. q. d. Adam iste caruit patre & matre, sed Deus creavit eum; nullúmque habuit patrem in similitudine præter Deum solum [h].

2. *Benedixit illis*] Dedit vim procreandi [i]. ¶ *Vocavit nomen eorum Adam*] Individuam mariti & uxoris societatem commendat; q. d. erant instar unius hominis [k]. Hinc arguunt Hebræi, *Omnis homo cui non est uxor, non est* אָדָם *homo* [l]. Nomen *Adam* est appellativum [m], ità ut Evæ etiam conveniat; quod satis ostendunt relativa *eos*, *illis*, &c. Est nomen speciei, non individui [o].

3. *Vixit 130 annis*] Secundùm Methodium, & aliquos alios Doctores, hîc tacentur centum anni vitæ Adæ, quibus luxit Abel [p]. Notant שָׁנָה sing. dici quando cum numeris cardinalibus ultra denarium numerum construitur; at שָׁנִים quando cum numeris intra denarium. Prius semper obtinet, posterius plerumque [q]. ¶ *Et genuit*] Supple, *filium* [r]. Talia multa omittuntur. Sic *David posuit in Syria*, 1 Par. 18. 6. i. e. *posuit præsidia in Syria*, 2 Sam. 8. 6. Vide ad Gen. 4. 20 [s]. ¶ *Ad imaginem & similitudinem suam*] Notat peccatum originis [t]: dicit *suam*, non *Dei*. Est enim notanda antithesis inter hæc verba & illa v. 1. *in similitudinem Dei* [*]. Alii aliter: sibi per omnia similem, in natura, corpore, anima, &c [v]; perfectum in cognitione & timore Dei, sicut eum docuit Adam. (Si de peccato orig. dictum esset, magis dici debuisset *in generatione Cain* [x].) Dicitur hîc eandem similitudinem Dei (quam pater acceperat) retinuisse, quia venire poterat in mentem, primum hominem non potuisse tantum támque excellens opus efficere. Nec de Caino, nec de *Abele* hoc dicitur, qui excisi sunt, sed de Setho, ex quo constitutus est mundus [y]. *Similitudo* ad originem naturæ refertur, *Imago* notat corruptionem [z].

4. *Genuit*] Certum est fuisse ei saltem unam filiam, Caini uxorem [a]. Non omnes hîc recensiti erant primogeniti, aliàs non tanta esset in generationum annis inæqualitas: Eos autem tantummodo recensuit Scriptura ex quibus omnes post diluvium homines sunt propagati [b].

[a] Li. ad Genesin. [b] V. [c] Pi. Bo. [d] A. [e] L. [f] O. [g] V. Pi. [h] V. [i] M. O. Pi. [k] V. [l] M. [m] L. Pi. Bo. Ma. [n] Ma. [o] L. [p] L. [q] Ma. [r] Pi. A. [s] A. [t] M. V. Pi. A. [*] Pi. [v] La. Bo. Me. O. [x] L. [y] Muis ex Is. Caro. [z] V. [a] Me. [b] Bo.

5. 930 *anni*] Nugati sunt quidam (nè tantam longævitatem fateri cogerentur, Bo.) annos hos fuisse vel menstruos, sive *Ægyptios*, seu 30 dierum; vel *Arabicos*, sex mensium [c]. Sed, 1. tum Henoch genuisset anno sexto ætatis [d]. 2. Ex diluvio refutantur [e]; nam decimo anni mense apparuerunt cacumina montium [f]. 3. Reclamat Moses in Exodo & alibi. 4. Copernicus, l. 3. c. 6. ostendit annum Mathematicum apud Ægyptios item fuisse 365 dierum & 6 horarum, ut apud nos [g]. 5. Quæro, Quando desitum est per illos breves annos numerare? Nam cap. 11. decrescit paulatim annorum numerus, & *Thare* (in quo videtur Stropha illa apud o'. desinere) vixit 205, & Abraham 175 annis, hoc est, non totis 18 annis, si de brevibus illis annis accipiamus [h]. Adde quòd primi homines syderalem habuerunt scientiam, teste Jo. Antiq. 1.2. nec deerat illis scientia, ut annum ad solis cursum ordinarent [i]. De ætate primorum hominum, vide Pamelium in lib. Cypr. ad Demet [k]. Vide quos profanos auctores citat Jo. Antiq. 1. 3. in fine. Quæritur, Unde homines tam longævi tum erant? Respondeo. 1. Ex voluntate Dei, ut homines citiùs propagarentur [l], & scientias artésque citiùs perdiscerent, & posteris etiam remotissimis cognitionem & cultum Dei commodiùs inculcarent [m]. 2. Ex meliore constitutione corporis. 3. Ex sobrietate [n]. Creduntur vino & carnibus abstinuisse [o]. 4. Ex vigore terræ, cujus fructus eo tempore succulentiores [p]. Aquæ enim salsæ inducunt sterilitatem, & reddunt terræ nascentia pejora [q]. 5. Ex benigno syderum aspectu [r]. 6. Ex peritia Adami, qui optimè scivit, & posteris communicavit, rationem tuendæ valetudinis, & vires stirpium, herbarum, & metallorum [s].

9. *Cainan*] Hic magnus Rex fuisse fertur, cujus sepulchrum Alexandro M. in India monstratum esse docet Juchasin, f. 6.6 [t].

21. *Methusalem*, מְתוּשֶׁלַח] Significat, *Moriuntur ex telo*; vel, *Moritur*, & *tunc est telum*; vel, *Moritur*, & *tunc missum est* [v]: vel sign. illo mortuo futuram emissionem, scil. aquarum, &c [x]. Ità antè mille annos Enos prædixit diluvium in hujus nomine. Durante tantùm ejus vitâ duraturus erat mundus [y]. Neque hoc Ethnicos latuit, nisi quòd *Enochi* & *Methusalæ* historias permiscent. *Aunacus* enim, i. e. Enochus, (qui *Cannacas* in Erasmo, i. e. חֲנוֹךְ *Chanochus*, pro quo in Suida perperàm scribitur *Nannacus*) *antiquus rex ante Deucalionem, qui vixit supra trecentos annos*, (nempe 365,) *cùm prævidisset eventurum diluvium, convocatis omnibus ad templum, diis cum lacrymis supplicabat, ut id malum averterent. Hinc proverbium*, τὰ Καννάκε, i. e. RES aut MALA CANNACÆ; *vel de lamentis, vel de rebus vetustissimis*. Hæc Suidas, & Erasmus ex Hermogene, in Chil. 2. 8. 19. Hic erat Enochus, quem homines ad pœnitentiam & luctum invitâsse constat, ex nomine filii, & ex Judæ epistola. *Aiunt Iconium fuisse Aunaci urbem, de quo prædixit oraculum, fore ut, cùm obiisset, omnes perirent. Quo audito, Phryges magnum luctum ediderunt*: Stephanus in voce Ἰκόνιον. Quæ falsa sunt, nisi de filio ipsius intelligantur. Eupolemus, in Euseb. præpar. l. 9. Græcos ait *Atlanti tribuere inventionem Astrologiæ: Eundem autem esse Atlantem cum Enocho; Enochi porrò filium esse Methusalam, quo ab Angelis Dei omnia edocto, nos deinceps ità didicisse* [z].

24. *Ambulavit cum Deo*] i. e. Inculpatè, & consentienter voluntati divinæ [a]. Deum præsentem præ oculis ac familiarem habuit, Deíque placito se ità accommodavit, ut videretur perpetuò cum Deo ambulare, illíque tanquam summo amico & Domino ubique deferre [b]. ¶ וַיִּתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים] Potest verti, *ambulavit*, vel *ambulare se fecit*, ivit, ad Deum, ad locum illi à Deo destinatum. Al. sic, *ambulavit cum*, vel *coram*, *Deo*; i. e. fungebatur publico ministerio & sacerdotio. Confer 1 Sam. 2. 30, 35. Al. *deduxit se* (i. e. sanctè se gessit) *cum Deo*; vel, *deduxit se ad Deum*, vel *Deo*: i. e. se totum Deo tradidit; vel, cùm alii tum erant sancti & pii, sign. eum rebus divinis vacâsse, arctiùs & familiariùs Deo inhæsisse, sanctissimum & absolutissimum fuisse [c]. *Ambulavit in timore* (*obedientia*, Ar.)

[c] E. T. [d] Bo. T. [e] E. [f] T. [g] E. [h] Bo. ad v. 3. [i] Bo. [k] E. [l] L. Me. T. [m] T. [n] L. Me. T. [o] T. [p] Me. T. [q] L. v. 27. [r] Me. [s] L.; Me. T. [t] Di. [v] Li. [x] B P. 2. 13. [y] Li. [z] B P. 2. 13. 100. [a] Me. [b] T. [c] Ma.

Dei, Ch. *Ambulavit indesinenter secundùm Deum*, J T. Nè hominum corruptelis abduceretur, habuit unius Dei respectum, &c, tanquam sub ejus oculis, piè & inculpatè vixit. Simile est illi loco, Deut. 13. 5. *Post dominum ambulabitis* [d]. *Ambulare cum Deo* est vivere cum Deo. Quod Persius dixit, *vivere cum Jove*, i. e. sanctè. Qui vivit aliter, vivit cum Diabolo [e]. Al. vertunt, *Placuit Deo*: sic Græci & Sy. & Heb. 11. 5 [f]. ¶ *Et non apparuit*, ità Ch. Sa. וְאֵינֶנּוּ] *Et non ipse*, V. Mo. P. Ma. Ti. M. supple *ERAT*, A. i. e. nusquam comparuit [g]. *Non fuit*, scil. in vivis [h]: *non inveniebatur*, o'. A. Pi. non visus est amplius, Bo. Pi. *defunctus est*, Ar. Hinc colligunt Judæi Henochum adhuc vivere. Quod miror; nam esto verum, at hinc non colligitur: nam *non esse* dicitur etiam qui mortuus est. Rachel plorans, &c. quia *non sunt*; & Joseph *non est*, cùm mortuus creditur. Et *tolli* dicitur qui moritur; *Tolle animam meam à me*, ait Jonah [i]. ¶ *Tulit*, לָקַח] *Rapuit*, transtulit in cœlum [k]: exhibens nobis argumentum futuræ resurrectionis & immortalitatis [l]. *Accepit eum Angelus ejus*, Sa. *non occidit*, Onk. i. e. non passus est eum mori, Heb. 11. *translatus est in paradisum*, Ar. in A. *in cœlum*, Pi. A. ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον, (*reversus est ad Deum*) Jo. in G. *subductus est & ascendit in cœlum in sermone* (vel, *ex mandato*, ut vertit Gro.) *coram Domino*, T J. Hæc phrasis interdum intelligitur de sola receptione animæ, ut Ezec. 24. 16. Jon. 4. 3 [n]. Verùm tunc verbum *tollo* non simpliciter ponitur, sed cum adjuncto nomine *desiderii*, vel *animæ* [o]. Dicunt Judæi, quòd licèt bonus esset, habuit tamen magnas pronitates ad malum, quibus difficulter resistebat, (quòd inconstanter vixit, modò bene, modò malè) ideóque raptum citiùs esse, *nè malitia mutaret intellectum ejus*, ut habetur Sapient. 4. 10. Sic enim retulit Philo iste autor Sapient. quod Heb. 11. *nè videret mortem*. Siquidem improbi *mortui sunt dum vivunt*, scil. in peccatis. Fortè de hac morte locutus est Apostolus [p]. At exsibilandum est hoc Hebræorum mendacium; nam *Hithpahel* denotat conversationem cum Deo magnam, & intimam, & continuam; & bis de eo hoc pronunciat [q].

27. *Methusalæ 969 anni*] Præter testimonia hujus longævitatis quæ apud Josephum extant, etiam Varro ex historiis notavit antiquos ad mille annos victitâsse: sed malè ipse pro *annis* accepit menses: in quo nihil est mirandum. Vide Lactant. Instit. lib. 2. c. 13 [r]. [Quibus addi possit quod notat Is. Vossius, in *De ætate mundi*, de fabulis Chaldæorum, qui cùm de longævitate primorum hominum aliquid inaudivissent, omnia in immensum augebant, & finxerunt decem Reges ante diluvium regnâsse 432 millibus annorum.] Mortuus est *Mathusalah* sex annis ante diluvium, ait Aug. ipso anno diluvii, ut dicunt Hi. & L. D. A. Capellus, Bo. Usser. & Judæus autor libri Johasin, qui dicit eum 7 diebus ante diluvium defunctum. Confirmat illud ex Bereshit Rabba ad locum, *Et fuit post septem dies*. Docet (hic locus) Deum suspendisse illis septem dies luctûs Mathusalæ justi, quò agerent pœnitentiam [s]. Nemo Patriarcharum complevit millenarium, quia hic numerus typum habet perfectionis, ad quam in hac vita nemo pervenit [t].

29. *Noe, dicens, Iste consolabitur nos*, ità V. נֹחַ לֵאמֹר זֶה יְנַחֲמֵנוּ] Etymologia nomini non respondet. Itaque rectiùs Græci legerunt יְנִיחֵנוּ, & verterunt, διαναπαύσει. Sic & Philo citat *. Non est ratio nominis ex Etymo petita, sed allusio duntaxat [v]; quales multæ in prophetis: nam נוּחַ *quiescere*, & נָחַם *consolari*, sunt diversæ radices, etsi consolatio & quies cordis ferè idem sunt [x]. Vel ם est supervacuum, ut interdum in compositione literæ redundant [y]. In nominibus propriis sæpe litera additur, vel transponitur, neque accurata Etymologiæ Grammaticæ ratio observari solet. Sic שְׁמוּאֵל dicitur à שָׁאַל, inserto *Mem*; קַיִן à קָנָה, & יַעְבֵּץ à עָצַב, per transpositionem צ & ע. Vide R. Bechai & K. ad Jos. 5. 9. Audax ergò est Capelli κρίσις, qui vocem ait depravatam in textu Hebræo, pro יְנִיחֵנוּ. Atqui omnes codices legunt יְנַחֲמֵנוּ [z]. Hebræi sensum, non verba, observant, inquit alter Hebræorum [a]; ut apparet in יְרֻבַּעַל יְרֻבֶּשֶׁת, quòd *Baal* nihil aliud sit quàm *Boscheth* confusio [b]. Idem

[d] V. [e] D. [f] G. [g] V. L. [h] D. [i] D. [k] V. [l] M. [m] G. [n] Pi. [o] Ma. [p] D. [q] Ma. [r] G. [s] D. [t] Pi. * G. [v] Merc. simil. M. V. [x] M. [y] V. [z] Buxtorf. Vindic. veritatis Hebraicæ, p. 2. c. 8. p. 627. [a] V. [b] Merc.

Idem est *consolatio* & *requies ab opere & dolore*[c]. Porrò nomen hoc ei imposuerunt, quòd sperabant per eum liberationem à maledictionibus peccati[e]; levationem aut solatium à laboribus[f]. Vel, 1. quia inventor erat instrumentorum colendi (seu arandi) terram[g]. Sic dedit *requiem* hominibus, & laborem arandi posuit super animalia. Et indè vocatur *vir agricola*, Gen. 9. Sa. vertit, *Sustentabit opera nostra, & oppressionem manuum nostrarum*; i.e. erit ad ruris opera vicarius noster[h]. Vel, 2. quòd reparaturus erat seculum post diluvium[i]. Vel, 3. quia omnia peccata quieverunt per *Noe*, qui ea diluvio obruit. 4. Propter ejus sanctitatem, & sacrificium, *benedixit terræ*, cap. 8. 2. & 9. 1. 5. Quia invenit vinum *lætificans cor*. 6. Quia mundo Deum conciliavit; &, 7. ex eo Messias nasciturus, qui est *quies* & *consolatio nostra*[k]. 8. Quia ei, &, in eo, mundo, concederet Deus licentiam comedendæ carnis, cùm priùs victum non nisi duro labore & terræ culturâ comparâssent[l]. Chrysostomus ait hunc *Lamech* fuisse infidelem, divinitùs tamen factum ut tale nomen imponeret. Sed hîc videtur alius fuisse Lamech, quia per hunc religio vera est propagata[m]. ¶ *Et laboribus manuum*] Synecdoche, q. d. de misero nostro statu[n]: *à lassitudine*, Ch. Sic עצב sumitur Prov. 10. 22. & 14. 23[o]. ¶ *In terra, cui maledixit*, [מן האדמה אשר אררה יהוה] *De maledictione quâ maledixit Jehova terræ*, JT. Sic statuitur trajectio. Mallem, Qui exsistit (vel, provenit, A.) *ex humo, cui Deus maledixit*, Pi. A. Ante מן האדמה suppleo אשר, quod omissum erat euphoniæ gratiâ, quia mox exprimendum fuit ibi אשר אררה[p]. Vel, *propter terram, cui maledixit*. Terra enim maledicta fructus non edit sine magno labore, Gen. 3. 17, 18[q]. אררה, *maledixit ei*. Pleonasmus affixi[r].

32. *Erat filius 500 annorum*] Qu. Quare tantùm tardavit à generando? Resp. Deus sic disposuit, quia statuerat eum cum sua posteritate salvare: quòd si centesimo anno (ut reliqui) generare cœpisset, fuissent ex eo tot liberi, ut non potuissent cum necessariis competenter in arca servari; & multi ex iis mali essent, quos non esset dignum salvari[s]. Vel, alios antea genuit filios, qui mortui sunt ante diluvium. Post annum 500 *genuit*, i. e. generare cœpit, Sem, Cham, & Japhet, successivè[t]. Vel, singulari Dei providentiâ sterilis fuit (licèt maritatus) ad id tempus[v]. Qu. Noah fabricaturus arcam erat 500 annorum, Gen. 6. 3: Mundo concessi sunt anni pœnitentiæ 120: Noah tamen ingreditur arcam Anno 600. Gen. 7. 3. Quomodo concordant? Resp. 1. Quidam aiunt Deum 20 annos propter impœnitentiam eorum decurtâsse: Ità Hi. in lib. 1. in Dan. 9. & Chrysost. hom. 25. in Gen. 2. Alii meliùs respondent, Noah non completè fuisse 500, sed tantùm 480 annorum, cùm oraculum prolatum est, Gen. 5. 32. Notandus autem est Canon Augustini, qu. 47. in Exod. *Divina Scriptura solet tempora ità nuncupare, ut quod de summa perfectionis numeri paululùm excrescit, aut infrà est, non computetur*[x]. Hæc (viz. *Et fuit Noah filius 500 annor.* &c.) dicta sunt per Hysteron proteron; evenerunt enim post latam sententiam de diluvio[y]. ¶ *Genuit Sem*] h. e. Gignere cœpit, Pi. A. ut Gen. 11. 26. Primogenitus ex his erat, 1. non *Sem*; nam is erat centum annorum biennio post diluvium, (quod cœpit anno Noæ 600, Gen. 7. 6.) ideóque genitus anno Noæ 502[z]. 2. Non *Cham*, quia hic minimus dicitur, Gen. 9. 24. Ergò *Japhet* maximus est[a]. Triplex ordo est capitum numerandorum. 1. Naturalis, juxta nascendi ordinem. 2. Personalis, juxta dignitatem, ut hîc, & Gen. 48. 20. 3. Historicus, cùm is postremò ponitur à quo historia proximè inceptura est[b]. [*Nodos hîc nectunt Scripturæ hostes, &, ut fidem illi adimant, Hebræorum Græcorúmque calculos in annis antiquorum Patrum numerandis inter se committunt. De qua quæstione doctissimi etiam Chronographi & Theologi inter se digladiantur. Non meum est tantam litem dirimere; sed breviter tantùm, & velut in tabella, quæstionis statum, & argumentorum pondera hinc & indè, proponere, ut utrovis modo definiatur, constet S. Scripturæ certitudo & veritas, & impiorum ora obstruantur*] De annis primorum patrum quæritur. Hebræorum supputatio nota est, juxta quam ab ortu rerum ad Diluvium sunt anni 1656.

[c] V. [e] M. [f] V. [g] He. in V. [h] G. [i] L. Me. [k] Me. [l] Li. ad Gen. 9. [m] E. [n] V. [o] G. [p] Pi. [q] A. [r] Pi. [s] L. [t] Me. [v] Riv. [x] Walch. [y] V. Riv. [z] Pi. He. in L. A. [a] Pi. [b] Jun.

LXX autem, in sex Patriarchis antediluvianis, Gen. 5. (nimirum, *Adamo*, *Setho*, *Enoso*, *Kainane*, *Maleleele* & *Enocho*) ante παιδογονίαν (*liberorum generationem*) centum singulis annos addunt, quos etiam eis post παιδογονίαν adimunt. Pariter & Gen. 11. in sex aliis Patriarchis postdiluvianis, (nempe, *Arphaxad*, *Sala*, *Eber*, *Phaleg*, *Ragau* & *Saruch*) centum singulis annos adjiciunt. Ità in annis totius vitæ Patriarcharum antediluvianorum Græcos habemus cum Hebræis consentientes; de annis autem generationem antecedentibus tota quæstio est. Discriminis ratio est, quòd annorum non integræ vitæ, sed generationis, Patrum rationem hîc esse habendam monet Josephus Antiq. 1. 4. *Obitus eorum nemo exquirat, sed natales tantùm.* LXX ergò 600 hîc annos Hebraico calculo addunt, & ab ortu mundi ad diluvium numerant annos 2242. Et à diluvio ad Abrahamum Hebræi tantùm numerant annos 292, Græci autem 1171, juxta Prolegom. in Bib. Polyglott. vel 1072, juxta Usser. in Chronol. Nam præter 600 dictos annos, *Cainan* interserunt, [de quo alibi quærendum] & alios in aliis annos addunt. [*Atque hæc sufficiant de controversiæ statu* ex Usser. Chronol. & Prolegom. Bibl. Polyglot. 9. de vers. LXXII.] Pro Hebræorum calculo, & adversùs Græcos, has rationes proponunt. 1. Summus est Hebraicorum codicum consensus, nec ullam lectionis varietatem agnovêre Masorethæ[c]. 2. Constat ex Gen. 7. 7, 23. & 8. 16, 18. necnon ex 1 Pet. 3. 20. octo tantùm animas servatas fuisse, nimirum, *Noachum*, *Semum*, *Chamum* & *Japhetum*, cum eorum uxoribus: At secundùm Græcos Methusalem diluvio supervixit vel 14, vel saltem 8 annos[d]: qui tamen juxta calculum Hebraicum ipso diluvii anno defunctus est[e]. 3. Hanc annorum additionem & detractionem non casûs, sed industriæ fuisse, non dubitamus[f]. Consultò & deditâ operâ facta est, idque non ab ipsis LXX, sed ab exscriptore primo. Mutationis ratio duplex reddi potest à veri specie non aliena. 1. Existimare potuit Patriarchas non fuisse tam longævos, annósque eorum fuisse lunares, non solares. Hoc posito, cùm videret sibi objici posse sex illos Patriarchas, qui juxta illam computationem anno 5. 6. 7. &c. genuissent, centum alios annos adjecit, ut sic anno 14. 17. 20. &c. genuisse invenirentur. 2. Vel si anni isti solares essent, existimare potuit eandem tum fuisse proportionem annorum pubertatis ad totum vitæ curriculum quæ hodie est. Jam verò decimus quartus annus (qui primus pubertatis annus censetur, quo mares primùm apti ad gignendum existimantur) non est nisi quinta aut sexta pars longissimæ vitæ hominum curriculi, h. e. 70 vel 80 annorum. Centum ergò alios annos adjecit illis quatuor qui ante centesimum annum generâsse dicuntur, necnon Adamo & Setho, ut eadem servaretur proportio, & circa quadrantem, aut quintam aut sextam vitæ partem, genuisse dicerentur[g]. Hellenistam autem hunc, sub nomine LXX interpretum, datâ operâ à textu Originali recessisse, veritatis ratione omni insuper habitâ, ex annis Mathusalæ & Lamecho assignatis satis apparet[h]: In iis nempe aliquid mutavit, nè techna appareret[i]. Ut enim priùs Patrum ætati ante παιδογονίαν annos 100 addidit, totidem post eam eidem detraxit: ità nunc, vice versâ, Mathusalæ ætati ante Lamechum natum annos 20 detraxit, totidémque post illum natum eidem addidit: Usser. de LXX, ubi plura videre est; necnon in Capel. & in Usser. Chronolog. His & aliis argumentis freti Græcum calculum rejiciunt, & Hebraicum amplectuntur, Aug. Hieron. & Beda in Usser. de LXX cap. 2. & plerique hujus seculi Chronologi: Proleg. Bib. Aliis tamen placet Græcorum calculus; nempe Josepho Antiq. 1. 4. & 2. 7. & Historicis Græcis ante Jo. qui ex Judæis rerum illarum notitiam hauserunt, (vide Clement. Strom. 1. & Euseb.) & omnibus veteribus Patribus, exceptis Hieron. & Aug. Prolegom. in Bib. Polyglot. Eorum rationes sunt, 1. Consensus summus Græcorum codicum. 2. Et quis exscriptor auderet ἀπόγραφον pro libitu corrumpere, cùm ex aliis codicibus, qui in multorum manibus erant, falsati textûs sacri convinci posset? 3. Cùm Hebræi à diluvio ad ortum Abrahæ

[c] Prolegom. in Biblia num. 58. [d] Bo. Prolog. in Pentateuch. c. 16. sect. 2. Usser. de editione LXX Interp. c. 2. p. 15. [e] Bo. ibid. Capel. Chronolog. in Prolegom. in Bib. Polyglot. [f] Usser. de LXX. [g] Capel. ib. [h] Usser. de LXX. [i] Bo. ad Gen. 5. 3.

annos

annos tantùm 292 numerant, tot & tanta in tantillo ſpatio facta eſſe, planè incredibile videtur. Nam intra illud temporis ſpatium imperavit Ninus ad Indos uſque, conſentientibus omnibus. Diviſa erat terra anno nativitatis *Phaleg*, qui erat circiter centeſimus à Diluvio, & tunc facta illa confuſio & diſperſio Gen. 11. nec ante illud tempus multùm creverat humanum genus, cùm omnes ſimul convixerint. Abrahami tempore plures & potentes reges erant, & Noe tum ejúſque filii in vivis erant; de quibus tamen altum & in Scriptura & apud omnes exteros Hiſtoricos ſilentium. Quid autem? nulláne erat Noe authoritas, ut filios pugnantes conciliare poſſet? Nec jam mirum Iſraelitas adeò in Ægypto creviſſe, cùm multò minori ſpatio infinitæ myriades hominum orbem repleverint. Nec erat, cur Sara 90 annorum diffideret ſe liberos habituram, cùm oculis ſuis tum viderat avos & abavos annorum 200, 300, vel 400, filios generantes. Hæc omnia, niſi concedatur calculus LXX, prudentioribus ἄπορα videntur. Walton in Prolegom. Morin. Exercit. Bib. 7. 2. [*Quibus quid reponit Cl. Uſſerius, in Chronologia ſacra nuper edita, audiamus.*] 1. Non in *ortu*, ſed in *diebus* PHALEGI terram diviſam fuiſſe dicit Scriptura; & coloniarum deductio in ortu Phalegi cœpta tantummodo fuit, non autem niſi gradatim & ſucceſſivè ad exitum perducta eſt. 2. Non omnes Noachi poſteri Babylonicum opus aggreſſi ſunt, ſed tantùm *filii hominum*, Gen. 6. 2. Vide Gen. 10. 5, 32. Sap. 10. 5. 3. Singulari Dei providentiâ factum, ut ad incrementum ſobolis humanæ, & orbis vaſtitatem inſtaurandam, præcipua quædam in illis fœcunditas ineſſet, ut rectè monet Petavius de Doct. temp. 9. 14. Bis à Deo dictum, *Creſcite*, &c. Gen. 9. 1, 7. Et ſi admittatur eos ſtatim cum pubertate (quæ Romanis erat an. 14.) liberis operam dediſſe, geminóſque ſæpe & tergeminos ſuſcepiſſe, de numero hominum in colonias deducendorum non eſt quòd magnopere ſimus ſoliciti. 4. Iniquè cum Iſraelitis in Ægypto comparantur patres illi primi, qui multò diutiùs illis & vixerint & genuerint. 5. A nato Phalego ad Abrahamum, ex tot hominum myriadibus qui urbi & turri Babylonicæ exſtruendæ operam dederunt, immenſam procreari poſſe multitudinem, nemo qui Logiſticæ aliquem uſum habuerit dubitare poterit. 6. Reges illius temporis plerumque urbium, non regionum, Reguli erant. Et Abrahami tempore vel antea *ad Indos uſque omnium calculo imperaviſſe Ninum* nimis audax eſt aſſertio, quum Herodotum ad longè poſteriora tempora Nini imperium retuliſſe conſtet. De quo vide Annal. noſtros ad An. M. 2737. & Th. Lydiat. in Defenſione ſua adversùs Scaligerum, l. 1. & N. Abramum in Pharo V. T. l. 6. 7. Iniquè etiam inſtituitur comparatio inter Abrahamum Sarámque, & eorum proavos, &c. cùm poſt Phalegi ortum dimidio quàm antè breviores vitæ Patrum effectæ fuerint. Et mirum certè erat ut eâ ætate prolem haberent, quum ſexagenarius ex eadem ſexagenaria ſuſcipere non poterat. 8. Babylonici illi homines à *Noacho*, *Semo*, &c. ſeceſſionem fecerant, & in Deum conjuraverant, & in totam terram diſperſi erant. Abſentia autem parentum & diſtantia (nam remotiores, non proximi, parentes erant *Noah*, *Semus*, &c.) in poſterorum pectoribus στοργὴν & naturalem affectum plurimùm imminuit & debilitavit. Hæc Uſſer. Chronol. ſac. cap. 5. [*Utramvis ſententiam ſequatur lector, veritatem & αὐτοπιστίαν S. Scripturæ ſartam tectam eſſe, & ademptam Atheis omnem cavillandi anſam, facilè perſpiciet. Nam ſi Hebraicum calculum ſequatur, ex dictis ſatìs conſtabit & rebus geſtis (quæ referunt hiſtorici) fides & Scripturæ veritas: Si Græcum præferat, & corruptionis arguat Hebraicos codices, non idcirco vacillabit fides noſtra aut certitudo Scripturæ in rebus majoris momenti, (quibus tutandis curatiùs invigilavit Divina providentia, ut ex ſummo inter omnigenos codices in illis conſenſu ſatìs patet;) quòd in rebus minoris ponderis, chronologicis v. g. & hiſtoricis, ad exercitium fidei noſtræ paſſus ſit Deus nonnulla σφάλματα irrepere, quæ cæcutientibus noſtris animis, rerúmque primæ mundi ætatis înfandùm ignaris, adhuc inſolubilia videntur.*] De his diſcrepantiis inter Græcos & Hebræos nihil melius quod dicam habeo, quàm quæ dixit in Critico Sacro eruditiſſimus Capellus *. [*His tandem ſubjicere lubet quæ habet Iſaacus Voſſius in nupera Diſſertatione de Ætate mundi.*] Oſtendam (inquit) Græcam tranſlationem, ut innumeris aliis in locis, ità quoque in annorum ſupputatione, longè Hebraicorum voluminum calculo eſſe anteponendam. [Argumenta ejus hæc ſunt.] 1. Non leve argumentum eſt Numeros in Hebræis codicibus eſſe vitiatos, quòd nulla in iis juſta ſit proportio inter vitæ & pubertatis annos, ſed quantò diutiùs vixerint, tantò quoque tardiùs liberis operam dederunt, nec genuerunt niſi quartâ aut quintâ ætatis parte peractâ. Decreſcente hominum vitâ, eadem tamen manſit proportio, breviórque ætas maturiorem ſemper ſortita eſt pubertatem. Græca autem verſio longè juſtiùs & ordini naturæ convenientiùs Patriarcharum annos diſtribuit, ut patebit ex ſequenti Tabella.

* G. ad Gen. 5. 18.

	Anno ætatis	Supervixerunt	Vixerunt
Adam genuit Seth	230	700	930
Seth genuit Enos	205	707	912
Enos genuit Cainan	190	715	905
Cainan genuit Maleleel	170	740	910
Maleleel genuit Jared	165	730	895
Jared genuit Enoch	162	800	962
Enoch genuit Mathuſalem	165	200	365
Mathuſalem genuit Lamech	187	782	969
Lamech genuit Noah	188	565	753
Anno Noachi Diluvium	600		

Sic anni & tempora concipiuntur in melioribus libris: Sic enim habet codex ille antiquiſſimus, quem Alexandrinum vocant; ſic in ſuis exemplaribus reperit Africanus, cùm annos 2262 ad Diluvium numerat. Error tamen hîc eſt in Noachi natali. Is enim non eſt natus anno 188. Lamechi, ſed 182. Sic Hebræus & Samaritanus codices, ſic quoque Joſephus. Itaque indubiè ſic priùs fuit in ο'. Si itaque demas illos 6 annos de tota ſumma, habebis verum Diluvii tempus, annum nempe mundi 2256. ut rectè ſtatuit Joſephus. Porrò idem vitium eſt in Patriarchis poſtdiluvianis. Nimis enim brevem, pro ratione ætatis, pueritiam in iis ſtatuunt Hebræi, cùm longam vitam neceſſariò longa præcedat pueritia. Tempus pubertatis ut plurimùm tertia aut quarta pars eſt vitæ humanæ, raró quinta vel ſexta. Juxta Hebræos autem Arphaxad genuit anno 35. Sala an. 30. Heber 34. Phaleg 30. Rehu 32. Serug 30. Nahor 29. Thare 70. Ità Arphaxad, Sala & Eber potuiſſent 15. imò 20. generationem videre; quod abſurdum. Præterea, mirum iſtos anno 30. genuiſſe, cùm Iſaaci ſeculo quadrageſimus annus pro juvenili habitus fuit. Deinde, ſic Noachus vixiſſet ad annum Abrahami 58. ante quem varia regna in orbe fundata ſunt. Id ſi verum eſſet, non prætermiſiſſent, vel Moſes, vel alii Annalium ſcriptores. At Græci intervalla longè æquabiliùs ſignant. Nam juxta illos Arphaxad genuit anno 135. Cainan 130. Sala 130. Eber 134. Phaleg 130. Ragau 132. Serug 130. Nachor 79. Thara 70. Cainanem hîc abſurdè expungunt viri eruditi. [Sed de eo opportunior alibi erit, dante Deo, dicendi locus.] Voſ. Diſſert. cap. 3, 4, 5, 6. 2. Diſputat Voſſius ex authoritate Joſephi, qui annis ante diluvium elapſis cum Græcis conſpirat, [ut antè notatum.] Diſſert. cap. 3. In annis poſt diluvium Joſephus varius videtur, dum in genere ait Abrahamum natum anno poſt diluvium 292. (quod cum Hebræis convenit) at ſingulorum rationes ſubducens ſpatium hoc extendit ad annos 983. In hoc computo certum eſt Cainanem expunctum eſſe; illum ſi addideris, vera erit & manifeſta menſura temporum, & ſibi conveniens. Sic enim ſcribit in præfat. Antiquit. Hiſtoriam 5000 annorum Sacris comprehendi voluminibus. Illos annos ſic apud eum numeratos legere eſt: A principio mundi ad Diluvium anni ſunt 2256; indè ad genitum Abrahamum 1173; (Tharam enim eum genuiſſe, non 75. ſed 130. anno, ex Joſepho colligi poteſt;) indè ad Moſis obitum anni 545; indè ad Cyrum anni 1092; indè ad Alexandrum plùs minùs 200. Ità à mundi creatione uſque ad Alexandrum ſunt anni 5266. Porrò ex hac Joſephi computatione colligo Hebraicos codices

ces olim cum Græca tralatione conspirâsse. Absurdum enim maximè est, credere Josephum, sacerdotem, & legum apud Judæos interpretem, neglectis Hebræis codicibus, Græcam secutum esse versionem. Dissert. c. 8. 3. Consentit codex Samariticus cum Græcis, nisi quòd Cainan in eo expunctus est, ubi tamen apparet librariorum culpa; non enim Arphaxad, (ut jam habet Samaritanus) sed Cainan, gignere cœpit anno 130. 4. Confirmat sententiam suam Vossius ex originibus eruditarum gentium, quarum antiquitates ad evertendam Mosaicæ historiæ veritatem multi abutuntur. Dissert. c. 9. init. Cum nostra temporis mensura omnes ipsorum scriptores conveniunt: cap. 11. in fine. 1. Incipiam à Chaldæis, quos Græculi habuisse dixerunt observationes Astronomicas 470 millium annorum. Sed falsò, ut ex eo constat, quòd cùm Callisthenem rogâsset Aristoteles, ut in antiquitates Chaldæorum inquireret; respondit ille, nullas se apud Babylonios reperire potuisse observationes antiquiores annis 1903, usque ad captam ab Alexandro urbem. Refert Simplicius ex Porphyrio ad lib. 2. Aristot. de Cœlo. Annus iste 1903. juxta vulgarem supputationem, erat 60. annus à diluvio, (cùm nulli erant Chaldæi, nullus rex, non ipsa Babylon:) at juxta nostram computandi rationem erit annus ferè millesimus à diluvio. Porrò quod ad immensas illas annorum myriadas spectat, hoc sciendum, Chaldæos accuratè cognovisse ea quæ post dispersionem Gentium contigêre, (illinc namque eorum Annales incipiunt;) diluvii quoque haud levem habuisse notitiam, ut ex Beroso & aliis constat; majorem etiam quàm aliæ gentes habuisse notitiam eorum quæ ante diluvium contigisset. Nimirum primis Patriarchis & familiares erant & cognatione junctissimi. Cùm ergò nonnihil intellexissent de longævitate antediluvianorum, nec tamen eam exactè nôssent, diuturnius illis spatium tribuebant. Decem enim reges ab Aloro primo[is eis Adamus]usq; ad Xisuthrum (qui est Noachus, vel potiùs Semus, eôq; regnante supervenisse diluvium scribunt) regnâsse fabulabantur 120 Saris, i. e. annis 432000. Nam Sarum conficiunt anni 3600. Alii pro annis dies substituunt, Saro tribuentes decennium. Ità 120 Sari efficient annos 1200. Dissert. cap. 9. Chaldæi, teste Beroso, ab exordio rerum usque ad Abrahamum 20 tantùm ætates numerant, decem nempe ante, & decem post diluvium: cap. 10. in initio. 2. Veniamus ad Ægyptios, quorum certè res longè recentiores sunt quàm Chaldæorum, utpote apud quos nulla diluvii exstiterit memoria. Multa tamen finxerunt, nè Chaldæis generis antiquitate cedere viderentur. A rege Mene eorum initia petunt & Manetho & Eratosthenes & Diodorus Siculus. Hunc Menem Adamo æqualem facit Manethos, ad Psammetichum (qui Manassis & Josiæ tempore floruit) supra 5000 annis numerans. Eum numerum fortasse hausit ex translatione LXX, quæ ejus ætate facta est, quámque proculdubio vidit. Scribit se antiquitates suas hausisse è columnis in terra Seriadica à primo Mercurio exstructis. Hic igitur longam contexit regum seriem. At Manethon fallaci fundamento nixus est. Nam ab excessu Menis regis varias dynastias in Ægypto ortas, diversósque regulos in diversis nomis sive præfecturis (nomi autem circiter 12 erant) simul regnâsse, ex eo facilè colligitur, quòd cùm antiquissimæ dynastiæ suos quæque numerent reges, ad unum tamen Menem pleræque initia sua referunt: quod ex eo quoque constat, quòd in nomine Athothis filii, qui Meni successit, conveniunt Manethos & Eratosthenes. (Sequentium autem dynastiarum omnium capita præcidit Manethos, nè unum idémque principium habuisse viderentur.) Illi igitur reguli qui à Manethone memorantur non simplici ordine sibi invicem successerunt, sed plures simul in diversis nomis regnârunt. Manethos autem singulorum spatia separavit, & annos implicitos in solidos permutavit. Neglectis ergò Flaminis Heliopolitani commentis, alios duces sequamur. Eratosthenes Cyrenæus, & ferme æqualis Manethoni, seriem regum Thebanorum Ægyptiorum, ex archivis Templi depromptam, à se verò Græcè versam, Chronographiæ suæ inseruit. Ex eo descripsit Africanus, ex quo Eusebius & Syncellus. Illic à Mene rege ad Amuthantæum sunt anni 1075. Africano verò finis regni Amuthantæi incidit in annum 7. vel 8. Ahodi Judicis, h. e. annum Mundi 4000. quo Phaleg annum agebat 138. Diodorus Siculus Græcus quidem erat, quemadmodum & Eratosthenes; sed utrique secuti sunt Ægyptios. Scribit Diodorus lib. 1. Menæ regis posteros fuisse 52, iísque Busiridem successisse: A Mene autem rege ad Busiridem effluxisse annos plusquam 1040, prout habent castigatiora Diodori exemplaria. Busirides autem, ut ex Isocrate colligimus, centum annos post Josuam vixit. Ità ad unguem conspirant Eratosthenes & Diodorus, & utrisque cum nostro calculo convenit. Dissert. cap. 10. Veniamus nunc ad Seres, vulgò Sinenses dictos, genus hominum omnium longè literatissimum. Continuam 4500 annorum historiam monimentis & annalibus suis conditam servant. Scriptores habent ipso Mose antiquiores. Eorum tempus historicum incipit annis ante natum Christum 2847, quando septem simul reges habuêre, quorum posteritas per annos 640 duravit. Exin ad alias aliásque successivè familias devolutum est eorum regnum. A principio regni Serum ad annum hunc, qui est 1658. post Christum natum, colliguntur anni 4505. Si Hebræos sequamur, jam numerus hic seculis aliquot anticipabit diluvium; sed si nostram computandi rationem, exactissimè hîc habemus tempus dispersionis gentium, quam factam esse diximus ante & post nativitatem Phalegi, annis post diluvium 531. Antiquiorum temporum, quæ præcessêre & mox subsecuta sunt diluvium, meminêre quidem Seres, ipsi tamen nihil certi de iis affirmare audent, libentérque hîc suam agnoscunt ignorantiam. Voss. cap. 11. Possem his addere Persas, Arabes, Æthiopes, aliósque, qui omnes à principio creationis ad præsens tempus 7 annorum millia numerant. Sed eos mitto, quia eorum incertior est Chronologia. Quis jam non videt, ad obtundendam eorum impudentiam qui ex profanarum gentium antiquitate Sacrarum Literarum fidem impugnant, efficacissimum & unum penè esse remedium, ex ipsis gentium Annalibus veritatem Divinæ historiæ ostendisse? Et hâc solâ adsertione corruit conatus scriptoris Præadamitæ, cui falsa ista de gentium antiquitate opinio præcipua fuit scribendi causa. Vos. cap. 12. Si autem tempora subducamus juxta receptam Hebraici codicis scripturam, non gentium tantùm historiis, sed & ipsis Sacris Literis, meram noctem inferamus. Id. c. 5. Et id certè est quód improbis de Sacrorum librorum veritate præcipuam dubitandi dedit occasionem; Vos. cap. 9. p. 32. quódque illis latissimam portam aperit ad impugnandam eorum fidem, ac vel apud æquos judices de bonis & piis triumphandi. Unum hoc adjiciam, nos non hîc novam condere Chronologiam, sed veterem temerè abrogatam reducere. Vos. cap. 12. in fine. Sed adversùs nostram sententiam opponunt sinceritatem codicis Hebræi, de qua sanè opinio ità omnium animos præoccupavit, ut pro impiis habeantur quotquot ab ea vel minimùm audent recedere. Vos. cap. 5. Hebraicum codicem omnibus præferendum esse clamitant. Bene sanè, si Mosis haberemus autographum. An verò Deus semper adfuit Judæis librariis, eorúmque manus & calamos direxit? In Evangeliis & Apostolicis scriptis varietatem vident & fatentur, idque salvâ regulâ fidei fieri potuisse agnoscunt: cur negant ipsum hoc contigisse in Mosaicis & Prophetarum libris? Maximam ante Masoretarum tempus & studium in exemplaribus lectionum varietatem Rabbini ipsi fatentur: Et Masoretæ in eo plurimùm reprehendendi sunt, quòd in difficili isto opere non consulerent alias versiones, præsertim illam LXX Interpretum, quæ omnium optima & antiquissima est. Voss. Dissert. de Ætate mundi cap. 2. [*Quàm certè hæc statuat Vossius, non meum est judicium ferre. Videat, cui lubet, quid his argumentis respondent Hulsius, Hornius, aliique, & quid regerit Vossius; inter quos hæc serra prolixè satis reciprocatur. Mihi tantùm visum fuit breviter & ὡς ἐν τύπῳ sententiam istius viri docti suis nixam fulcris hîc exhibere. Quod eò lubentiùs feci, ut hodierni Athei, qui mundum ab æterno exstitisse somniant, ex congestis primarum*

marum gentium teſtimoniis diſcant, ſtultiſſimam illam ſententiam non tantùm θεοπνεύστοις, ſed (quibus illi faciliùs credunt) exoticis etiam ſcriptoribus, & communi omnium gentium primorúmque ſeculorum ſenſui, apertè repugnare.]

CAP. VI.

1. CUM *cœpiſſent homines,* הָאָדָם] *Homo.* Collectivè ponitur, ad notandum univerſum genus. Porrò per homines hîc intelliguntur vel, 1. humanum genus indiſtinctè conſideratum [a]; vel, 2. poſteri Caini [b], (à Deo & Eccleſia ejus alieni [c],) ut percipitur ex antitheſi ſequentis verſûs. *Homines* κατ' ἐξοχὴν nominantur, quòd nihil in illis eſſet præter humanam naturam, eámque corruptam; quippe qui non erant renati per Spiritum Sanctum [d]. ¶ *Cùm cœpiſſent multiplicari*] Nempe in immenſum, quocum pari paſſu nequitia gliſcebat [e]. ¶ *Et filias procreâſſent*] Nempe plures maſculis: vel quòd libidine vis generatrix debilitata; vel quòd medicamentis id curarent, ut ſinguli pluribus fœminis fruerentur; vel demum divino conſilio, ad uberiorem hominum proventum [f]. [Vel ſic dicit, ut viam ſterneret ſequenti narrationi.]

2. *Videntes,* וַיִּרְאוּ] *Conſideraverunt, contemplati ſunt* [g]. ¶ *Filii Dei,* בְנֵי הָאֱלֹהִים] Ità Sy. M. P. JT. Ti. Variè exponunt. 1. *Angeli*: vel boni, in cuſtodiam hominum delegati, ſic Lactantius [h]; vel mali, ſeu dæmones incubi [i]. At verò 1. Angeli *boni* non ducunt uxores, Matt. 22. 30 [k]. & *mali* nunquam vocantur *filii Dei* [l]. 2. Angeli ſunt incorporei, nec venereo congreſſu uti poſſunt [m]. 3. Exprimitur hoc ut cauſa Diluvii: At Diluvium erat in pœnam hominum, non dæmonum [n]. 2. *Filii judicum vel potentum*: Ità accipiunt Ch. Sa. verſ. Ar. O. RS. in L. TJ. Sym. in D. Judices enim *Elohim* dicuntur [o]. Ut ſit ſenſus, adeò increviſſe malitiam, ut honeſtas etiam apud Judices, quorum erat animadvertere in flagitia hominum, interierit, qui & ipſi facti ſunt ſcortatores, raptores, &c [p]. & *filias hominum,* i. plebeiorum, uxores duxerunt [q]. *Hominum potentiſſimi. Filii* idem quod *homines*: ut *filii Iſrael,* i. viri Iſraelitæ; & *filii hominum,* i. homines; & ἰατρῶν παῖδες, pro medicis. In Hebræo eſt *filii deorum,* pro *divinis,* i. præſtantibus; ut Job. 41. Pſal. 82 [r]. quibus plus erat ingenii ad perpetranda mala [s]. Non placet, quia ſic cauſa Diluvii particularis eſſet, quæ univerſalis erat, quòd *omnis caro corruperat viam* [t]. 3. *Gigantes*: Nam magna, fortia, præclara, nomine *Dei* ſæpe veniunt; ut *cedri Dei,* &c [v]. *Filii Dei,* i. homines proceri, eligebant ſibi ſimiles uxores, ut ex iis naſcerentur magni, qui alios ſubjicere poſſent. Dices eos elegiſſe *bonas,* non *magnas.* Reſp. טוֹב etiam *magnum* ſign. ut patet ex 1 Sam. 9. non erat Saul aliis melior, ſed altior [x]. 4. *Filii piorum,* ſive profitentes veram religionem [y]. Qui *filii Dei* ſæpe vocantur in V. & N. T [z]. Vide Deut. 14. 1. 1 Joh. 3. 1 [a]. Quales erant filii ſanctorum Patriarcharum, maximè qui orti erant ex Setho & Enoſho [b], qui ſe vocabant de nomine Jehovæ; ut habetur in fine capitis quarti, quò nimirum hîc reſpicit Moſes [c]. [Vide quæ ad illum locum congeſſimus.] Filii Seth dicti ſunt *filii Dei,* 1. ratione fœderis externi & profeſſionis Religionis veræ [d]; 2. ob ſanctitatem, aliáſque virtutes [e]; 3. quia formâ, viribus & ſtaturâ eximii erant: talia *Dei* eſſe dicuntur [f], [*ut jam notatum.*] Contrà, filii Cain vocantur *filii hominum,* 1. quia Deo nomen non dederant [g], adeóque erant extra Eccleſiam Dei; 2. quia non erant renati ex Deo, ſed manebant adhuc filii veteris Adami, & homines merè naturales [h]; 3. quia terrena tantùm ſapiebant [i]; 4. quia enervârunt corporis robur libidine & luxu. Horum filias, contra prohibitionem Sethi, ducebant [k]. ¶ *Quòd pulchræ eſſent,* ità plerique, טֹבֹת] *Bonæ,* ο'. Sa. Pi. h. e. bonâ formâ: Synecdoche generis. Vel ſubauditur מַרְאֶה, quod exprimitur Gen. 24. 16. Rebecca erat טֹבַת מַרְאֶה *bona aſpectu.* Confer Gen. 12. 11 [a]. ¶ *Acceperunt,* וַיִּקְחוּ] Oculis magìs quàm auribus de uxore judicantes [b], uxores accipiebant ex progenie

[a] Ità Merc. & alii. [b] Pi. A. [c] Jun. [d] Pi. [e] Me. [f] Me. [g] V. [h] E. [i] L. E. [k] E. D. miſc. 1. 25. [l] E. [m] D. miſc. [n] L. D. [o] F. co. [p] F. co. [q] E. [r] Ca. [s] Cl. [t] L. [v] O. F. co. [x] O. [y] JT. Riv. [z] L. [a] A. [b] Pi. ſimil. L. E. Me. T. A. La. Bo. V. E. K. in F. co. [c] Pi. [d] Riv. [e] Me. T. [f] T. [g] Riv. [h] A. [i] Me. T. Riv. [k] T. [a] Pi. [b] G.

Cain, aliiſque profanis gentibus, contra Dei præceptum [c]; item pellices quot & quas volebant [d]. At accipere uxorem ex plebe, aut diverſæ religionis, videtur leve crimen eſſe, præſertim cùm hujuſmodi matrimonia nondum prohibita eſſent. An ergò vertendum, *rapuerunt eas per vim?* Id ſignificat Gen. 34. 2. & Job. 5. 5. fortè & 1 Sam. 8. 11. Job. 40. 19. Graviſſimum crimen hoc erat, & poſtea vocatur חָמָס *violentia,* propter quam Diluvium immiſſum. Ebræi tradunt Gentes non puniri niſi ob tale crimen [e]. ¶ *Quas elegerant*] i. Amaverant & probaverant. Ità *eligere* ſumitur Pſal. 25. 12. & 119. 173. Eſa. 1. 29. & 42. 1. collat. cum Matt. 12. 28 [f]. מִכֹּל verto, *ex quibuſvis,* ſive piis, ſive impiis [g]. Horat. carm. 3. 6.

Fœcunda culpæ ſecula nuptias
Primùm inquinavêre & genus & domos:
Hoc fonte derivata clades
In patriam populúmque fluxit [h].

3. *Et dixit*] Apud ſe; i. ſtatuit ac decrevit [i]. *Dixit,* ſupple, *in corde,* ut integrè dicitur Pſal. 14. 1 [k]. ¶ *Non permanebit,* לֹא יָדוֹן] *Variè vertunt & exponunt.* 1. *De ſpiritu hominis. Non permanebit generatio hæc peſſima coram me in æternum,* Ch. *Non permanebit* [l] ſpiritus à me datus homini, non manebit diu incluſus velut in vagina, quippe nulli bono uſui, non magìs quàm enſis tectus [m]; non vivet diutiùs [n]; non vivent quamdiu majores vixêre [o]. Et *ſpiritus* eſt anima homini à Deo inſpirata, Gen. 2. 7. Eccles. 12 [p]. נָדָן eſt *vagina,* 1 Par. 21. 27. & corpus Chaldaicè ſic dicitur Dan. 7. 15. (Hinc interpretari licet illud, *ſpiritibus in carcere,* 1 Pet. 3. 19 [q].) Sic R. Joſeph Kimhi, *Spiritus meus,* i. *quem ſpiravi in homine, non diu erit in illa rixa quam habet cum corpore, cùm non delectetur voluptatibus illis quas quærit corpus* [r]. Suſpicatur Kimhi Chaldæum reddidiſſe, *non ſtabilietur,* i. non firmus manebit; quod planè eſt *non permanebit.* Cenſuit enim יָדוֹן eſſe à נָדַן. At in hoc fallitur, tunc enim fuiſſet יִדּוֹן, cùm ſit יָדוֹן. Potiùs mutuatus eſt à Syriaco דנא, quod eſt *durare* [s]. Alii putant eos יָלוֹן pro יָדוֹן legiſſe [t]. Hæc expoſitio detorta eſt [v], nec Fullero placet. 1. Quia anima hominis nuſpiam in Scriptura vocatur *ſpiritus Dei.* 2. Senſus inanis videtur, *Non permanebit perpetuò,* nam ſtatim poſt primum peccatum decretum erat ne permaneret *. 2. *De ſpiritu Dei.* Sed hîc variant. 1. *Spiritus meus non rixabitur,* M. (*contendet,* Ti. Mo. K. O. Ful. *diſceptabit,* Sa. P.) *non habitabit* (vel *permanebit,* ο'.) *ſpiritus meus,* Sy. Ar. *non tumultuabitur,* vel *commovebitur, ſpiritus meus apud me;* &c. Ful. *in ſeculum* propter hominem, utrùm perdam an ſervem [x]. i. Non anxio ſemper animo diſceptare pergam mecum, nec libet diutiùs, ut conſuevi, Thren. 3. 33. differre pœnam: tandem diſcernam quid facturus ſim. Ità doctiores ferè omnes [y]. Quaſi defeſſus mundi pervicaciâ & tædio affectus hoc dicit, *Non contendet—in æternum,* i. longo tempore; non poſſum diutiùs ferre, non litigabo ampliùs; præſentem vindictam exſequar. Quantiſper enim pœnam ſuſpendit Deus, quodammodo diſceptat cum hominibus; præſertim ſi minis, vel levium caſtigationum exemplis, ad reſipiſcentiam ſolicitet [a]. Non perpetuò digladiabitur ſpiritus meus docendo & admonendo; ſemel funditùs perdam, ídque brevi [b]. Cùm fruſtrà doceantur, non judicabuntur neque arguentur ſpiritu doctrinæ meæ; mittam famem Verbi [c]. Verbum דִּין ſign. non ſolùm *judicare,* ſed *litigare* [d], ſive *judicio experiri;* ut Prov. 15. 18. Cohel. 6. 10 [e]. 2. Alii ſic, *Non judicabit ſpiritus meus homines in ſempiternum,* Sym. in Nobil. Non ſeveritatem, ſed clementiam, hîc notari vult Hieron. *Quia caro eſt,* i. fragilis, non igitur eos ad æternos ſervabo cruciatus, ſed hîc puniam. Nam דִּין ſæpe eſt *exercere judicium;* & ב ſign. *in,* vel *adverſus,* aliquem, Pſal. 110. 6. Non placet Fullero. Quaſi verò (inquit) unum peccatum, nedum tot graviſſima, temporalibus pœnis expiari pro meritis poſſet *. 3. *Spiritus meus non judicabit,* i. Ego non judicabo; ſic, —*quem credidit eſſe meum cor,* i. quem ego credo [f]. 4. *Spiritus meus non judicabit,* ſive *non exercebit judicium in homines illos in ſempiternum,* (ſcilicet illicò, ſeu repentè, prout meriti ſunt) *quamvis ipſi ſunt caro,* ſed ſpatium reſipiſcendi dabitur, 120

[c] V. [d] M. [e] D. [f] A. [g] Pi. [h] Ga. [i] V. [k] Pi. [l] ο'. Ch. Ar. D. Me. T. [m] G. [n] V. [o] Me. [p] F. co. [q] G. [r] M. [s] Ful. miſcel. 5. 5. [t] La. [v] V. * Ful. ibi. [x] F. co. Ful. [y] Ful. [a] V. [b] F. co. Hi. in F. co. [c] M. [d] V. [e] D. * Ful. [f] D.

annorum; si tunc non resipiscent, in æternum puniam. Et sic tandem evenit, 2 Pet.2.5 [g]. ¶ *In homine*, sic ὁ'. M. בָּאָדָם] *Cum homine*, P.Ti. *In his*, vel *istis*, *hominibus*, Sy. Ar. Græci in G. Nec contendet *in eis*, internè, per Spiritum suum; nec *cum eis*, externâ prophetarum prædicatione [h]. *Pro hominibus istis*. Malim, *propter homines istos*, ut ב valeat בַּעֲבוּר. Porrò בָּאָדָם ponitur pro בְּהָאָדָם: vestigium τοῦ ה articuli est in Kametz sub ב [i]. ¶ *In æternum*] i. Longo tempore [n], ut sibi imaginantur & promittunt [o]; quamdiu majores eorum vixerunt [p]. ¶ *Quia caro est*, sic ὁ'.Ch.Sy.Ar. *& opera eorum pessima*, addit Ch. בְּשַׁגַּם בשר הוא] *In eo quòd* (vel, *Eò quòd sit*, M.P.O. vel, *In quo*, O. Ma. JT.) *etiam ipse caro*, Mo. JT.M.P.O. *Etiam isti caro sunt*, JT. הוא refertur ad אָדָם, quod hîc notat *multos*, Pi. Tacita antithesis; q.d. non Kainitæ tantùm, sed etiam filii Dei [s]. *Caro* non naturâ, sed culpâ & vitæ instituto. Perinde vivunt acsi mens illis non ut rectrix, sed pro sale, nè putrescant, data esset [t]. *Carnem* vocat rationis non capacem, Psal. 78. 39 [v]. Carni pascendæ & oblectandæ studet, sine Dei timore. Hoc de humano genere illius ætatis, paucis valde exceptis, dicitur. Vide Matt. 24. 38 *. Nimis implicatus peccatis carnalibus [x]. *Carnalis est, non habens spiritum*, Jud. v. 19. *Caro* & *spiritus* opponuntur Rom.7. & 8. Gal. 5 [y]. Ductum rationis carnalis & carnalium affectuum sequuntur, non Verbi & Spiritûs Dei [z]. ¶ *Eruntque dies illius 120 anni*] 1. Vulgò interpretantur de curtato vitæ humanæ spatio: Et hinc fama etiam inter Gentes prodita, Mosi à Deo id patefactum, neminem ultra id temporis spatium provicturum. Vide Jos. Antiq. 7. 1. & Vitam Cæsaris Claudii ejus qui post Gallienum imperavit [a]. Ità Josephus, Lactant. & Procop [b]. Castalio sic totum versum exponit: Indignum existimavit se, qui esset animus & Deus, cum hominibus, qui essent corporei & mortales, tamdiu rixari: Propterea statuit horum vitam decurtare. Dicitur autem cum hominibus contendere & pugnare Deus, cùm eorum sceleribus irritatur. Homines vita longa (cum viribus, &c.) deteriores fecerat. Agit ergò Deus sicut Civitates quæ Magistratuum suorum tyrannidem brevitate aut infirmitate potestatis impedire solent [c]. Aliis hic sensus non placet, quia plurimi post Diluvium longè diutiùs supervixerunt [d]. Resp. Loquitur de vulgari modo, sicut Psal. 90. 80 annos vitæ humanæ modum statuit, licèt multi tum eos superabant [e]. Ægyptii & Chaldæi mensem intercalabant post 120 annos, quem Persæ *magnum mensem* vocabant. Hebræis id erat seculum & spatium vitæ humanæ h. l. Jos. Scaliger Emendat. temp. 3. Habuerunt igitur Judæi suam magnam periodum, & 120 annis definiebant seculum, ut vitam humanam h. l. Hoc spatium Hebræi vocant חֶלֶד, i. durationem vitæ humanæ. Id Hebræis erat, ut Romanis seculum. Ibid. 4 [f]. 2. Alii accipiunt de spatio pœnitentiæ isti ætati concesso, quòd tot annos dilaturus erat πανωλεθρίαν *per Diluvium*. Ità Græci [g].

4. *Gigantes* הַנְּפִלִים] Quales Græcorum Gigantes aut Titanes [h]; qui reliquos excederent & staturâ, & viribus [i], & scelere [k]. Alibi scio proceritatem hâc voce notari; sed hîc eos Moses non tam corporis mole à reliquis discernit, quàm grassandi libidine [l]. Sic dicti sunt, vel quòd cæteri homines *caderent* terrore magnitudinis eorum [m]: vel quòd reliqui propter eorum proceritatem coram illis quasi *cadere* videbantur; sic doctiores Hebræi [n]: vel à tyrannide & oppressione [o], q. d. *cadere alios facientes* [p]: vel potiùs, quòd sicut labes vel tempestas violenter cadens agros vastat ac perdit, ità hi irruptionibus suis vastationem mundo intulerunt [q]: vel quasi *defectores*; sic enim נָפַל sumitur Jer. 37. 13. & 38. 19. & הַנֹּפְלִים *defectores*, 2 Reg. 25. 11 [r]. at hoc nimis generale est, nam omnes præter Noam defecerant [s]: vel ab *irruendo*; sic Aquila (qui origines addictè sequitur [t]) vertit ἐπιπίπτοντες, *irruentes*; sic Psal. 10. 10. *cadit*, i. irruit, *validis suis*. Sym. Βίαιοι [v], non malè; sic de iis Lucianus in Dea Syria, ὑβρισταὶ κάρτα ἔοντες, &c. *. ¶ *Postquam enim*, וְגַם אַחֲרֵי כֵן אֲשֶׁר] Vertunt, *Et etiam postquam*, Ch. M. Ti. O. A. vel, *Postea sic*, O. Ma. In diebus illis, *& post eos*, Ar. sive, *ac etiam in posterum*, Sy. *Atque etiam post hæc*, Sa. *Atque etiam ex quo*, P. *Ac etiam* fuerunt *postea*, JT. Pi. i. sicut priùs. q. d. Comminationes Dei illos non meliores effecerant [a]. *Quinetiam adeò*. q. d. Gigantes priùs erant, nonnulli quoque ex sobole illa promiscua [b], post illa matrimonia longè plures erant [c]. At satis hoc versu innuit Moses eos antea non fuisse, nam ut rem novam eorum originem exponit *. Sic punivit Deus humanum genus, ut nascerentur oppressores [d]. Ratio cur Gigantes geniti; Filii Seth erant integerrimis viribus, & præ ardore libidinis erga uxores natura omnem suam vim exseruit; indè homines vastissimi & validissimi prognati sunt [e]. ¶ *Postquam ingressi sunt*, אֲשֶׁר יָבֹאוּ] Vertunt, *ex quo*, P. (vel *quia*, Ar. vel *cùm*, ὁ'. Sa. vel *quando*, A: אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר, Pi.) *ingressi sunt*, Sa. ὁ'. Ar. nempe in thalamum, ut Jud. 15. 1. Ellipsis verecunda; q. d. cum illis rem habebant, A. Pi. *Quibus* diebus *congrediebantur*, JT. יָמִים *diebus* repetitur ex membro præcedente, Pi. ¶ *Illæque genuerunt*, וְיָלְדוּ לָהֶם] Variant. *Genuerunt eis*, Sa. Sy. Ar. Mo. P. vel, *ex eis*, Ch. *Illæ genuerunt eis*, M. Ti. A. *Illæ*, i. mulieres, *pariebant illis*, nempe Gigantibus, V. vel, *Illi*, i. e. homines, *genuerunt* liberos *sibi*, A. Pi. i. e. Tunc omnia plena Gigantum rapinâ, V. ¶ *Potentes*] Ità plerique: *gigantes*, ὁ. Sy. Ar. *heroes*, V. Ma. *hi* vel *illi fortes*, M. V. ¶ הַגִּבֹּרִים] Levi mutatione הַכַּבִּירִים, οἱ Κάβειροι, *dii magni* Virgilio, ut Servius notat, Græcis θεοὶ δυνατοί, (i. *dii potentes*) repertores navigationis, & ob id culti; piratæ, haud dubiè [o]. ¶ *A seculo*] Ità plerique. [Q. ad antecedentia referunt,] *Potentes, fortes*, vel *gigantes à seculo*; ità ὁ'. P. M. vel, *qui à seculo*, Ch. Sa. *gigantes æternos*, Sy. Ar. ¶ מֵעוֹלָם] i. Antiqui; q. d. primi hi exercuerunt tyrannidem [q]: ab initio mundi [r], *de olim*, q. d. quos prisca tulit ætas [s]. Proverbium est, quia posterior ætas tales non tulit [t]. Cùm post Diluvium viderent hominem vasto corpore, dicebant, *In seculis præteritis fuerunt robustiores* [v]. Al. vertunt, *coram mundo*, qui עוֹלָם dicitur †. Al. *de mundo*, vel *seculo*, i. qui in seculo vel mundo plurimum poterant [x]. [Al. conjungunt cum sequentibus,] *Qui à seculo viri nominis sunt*, Mo. O. *Qui* fuerunt *jam olim viri celeberrimi*, JT. i.e. famosi à principio mundi [y]. ¶ *Viri famosi*] Ità P. *nominati*, M. ὁ'. *nominatissimi*, Sy. Ar. *viri excellentiæ*, Sa. vers. ¶ אַנְשֵׁי הַשֵּׁם] *Viri nominis* [z], q. d. nominati, celeberrimi [a]. His contrarium *homines sine nomine*, Job. 30. 8 [b]. אֱנוֹשׁ ab ærumnis & miseriis dicitur [c].

Ver. 5. *Quòd multa malitia*] Continua, varia, vehemens [d]. ¶ *Cuncta cogitatio*, וְכָל יֵצֶר מַחְשְׁבֹת] *Et omnis formatio* (vel *imaginatio*, Mo. O.P. vel *sensus*, Ch. vel *affectus*, Sy. vel *voluntas*, Ar. vel *figmentum*, Ti.F.O. Procop. vel *desiderium*, *concupiscentia*, V.) *cogitationum*, Ma. Mo. &c. *omne secretum negotium*, Sa. vers. *figmentum ac cogitationes*, JT. Aptissimè significat cordis malitiam, quod mirabilis artifex ac figulus est varii generis ollas & varissima quæque effingens. Nota יֵצֶר accipi & in bonam partem & malam. Illud יֵצֶר הַטּוֹב hoc יֵצֶר הָרָע [a]. ¶ *Ad malum intenta*] Heb. *tantummodo mala* [b]. Q. *accipiunt de actuali malitia*. Verum est de hominibus pessimis illius ævi; vel etiam Hyperbole est, ut cùm dicimus, Hic homo nihil cogitat, nisi de ventre [c]. *Alii de peccato originali*, seu peccati fomite [d]; quia hæc erat causa Diluvii, quo perierunt & infantes, in quos actualis malitia non cadit, nec tamen sine culpa puniti sunt [e].

6. *Pœnituit eum*, ità plerique, וַיִּנָּחֶם] *Et displicuit Domino*, Sy. *aversatus est*, Sym. *Abominatus est Deus creationem filiorum Adæ*, Ar. Dicitur more hominum [f], quia instar pœnitentis voluit dissipare quod fecerat [g]. Onk. & Jon. וְתָב בְּמֵימְרֵיהּ, quod G. vertit, *reversus est ad verbum suum*, i. in sese. At D. *pœnituit eum* (nam תָּב sign. & *pœnitere*) *cum filio suo*, qui est Sermo Patris. Hoc pono, non statuo [h]. LXX, *Cogitavit & recogitavit*; quia is quem facti pœnitet sæpe illud versat & reversat, dicens, Ecce, cur hoc feci? utinam non fecissem [i]. Al. sic, *Pœnitere* non dicitur de Deo in se, sed de Spiritu Sancto in cordibus piorum gemitus excitante; sensúsque hic est, Pœnituit

Marginal notes, left column: [g] Ful. Misc. [h] A. [i] Pi. [n] V. G. [o] T. [p] Me. [s] A. Pi. [t] Me. [v] V. * G. [x] L. [y] A. [z] Pi. [a] G. [b] T. Ità Ca. [c] Ca. [d] Me. T. [e] Ca. [f] Ga. [g] In G. Ità G. V. L. Me. T. Bo. La. Pi. A. Riv. [h] G. [i] L. Me. [k] L. V. [l] V. [m] M. V. Pi. A. [n] F. [o] M. [p] E. [q] V. [r] Q. in D. A. Pi. [s] D. [t] G. [v] D. * G.

Marginal notes, right column: [a] A. Ità ferè RS. in M. [b] V. [c] La. * Ma. [d] E. [e] La. Me. [o] G. [q] V. [r] L. [s] Ma. [t] Q. in V. [v] Ge. in M. † Q. in V. [x] Q. in Ma. [y] O. [z] A. Ma. O. Mo. Ch. Pi. [a] Pi. [b] A. [c] Ma. [d] Me. [a] F. [b] Ma. [c] Me. [d] He. in Ma. Quistorpius. [e] Quist. [f] L. M. Ma. [g] L. [h] D. [i] La.

Pœnituit eum, i. Noah, qui habuit Spiritum Dei, à quo ad dolorem concitatus est. Sic Eph. 4. 10. Spiritus S. in piis contristatur propter malitiam hominum. Sic Noah dolet, & optat hominem potiùs non esse, quàm sic malum esse [k]. ¶ *Et tactus dolore*, &c. וַיִּתְעַצֵּב אֶל לִבּוֹ] *Indoluit* (*arctavit se*, Sa. vers.) *apud cor*, seu *animum*, *suum*, Mo. J T. Sa. vers. *Doluit in corde suo*, Sa. Sy. sic, *Dixit in verbo suo ut contereret fortitudinem eorum juxta beneplacitum suum.* Ch. *Et dolore sauciavit seipsum.* *Hithpahel* auget significatum [l].

7. *Ad animantia*] Quæ habitant in terra, quæque delentur ad detestationem criminis [m]. Quia propter hominem facta erant, eo deleto perire debebant [n], ejúsque peccatis vanitati fiunt obnoxia, Gen. 3. 17. Rom. 8. 20 [o]. Pisces non pereunt, quia peccata hominum non sunt facta in aquis [p].

8. *Invenit gratiam*] H'. i. Deum habuit propitium & faventem [q]. Hæ literæ פ פ פ sign. Paraschàm, sive magnam Legis Sectionem, qualem legebant in Sabbatis, Act. 15. 21. cui addebant aliam Sectionem ex Prophetis, Act. 13. 15. Sunt in Lege 54 Sectiones, quas 52 Sabbatis perlegunt, duas breviores bis conjungentes. Prima Sectio est à principio hucusque [r]. Cuique Sectioni Legis nomen dant Hebræi à primo aut rariore verbo primi versûs. Hanc hujus Libri secundam Sectionem vocant נֹחַ [s].

9. *Hæ sunt generationes*, אֵלֶּה תּוֹלְדֹת] Variant. 1. *Hæc sunt gesta*, sive *quæ contigerunt Noæ* [t]. Sic Gen. 37. 2. *generationes Jacobi*, & Prov. 27.1. *Ignoras quid* (יֵלֶד) *pariat dies*, i. e. quid eventurum sit in die [v]. 2. *Istæ sunt prosapiæ*, &c [†]. vel *generationes* [x]; [ità ferè omnes:] *Isti sunt quos genuit* [y], h.e. filii Noachi, ut exponitur versu sequenti [z]. Ità תּוֹלְדוֹת accipitur Gen. 10. 1. & 25. 12. Et hæc clausula, *Noah vir justus*, &c. per parenthesin ponitur [a]. ¶ *Justus & perfectus*, צַדִּיק תָּמִים] *Justus* (sub. *&*, Pi.) *integer*, J T. Pi. *Justitia* refertur ad actiones, *Integritas* ad animum [b]. *Justitia* respicit fidem, quâ justus vivit, Rom. 1. 17. quæque Noæ adscribitur Heb. 11. 7. *Perfectio* vitam [c]. Perfectus dicitur, perfectione viæ, non patriæ, quæ excludit mortalia peccata [d]. Perfectus opponitur perverso & impio, Job. 9. 20, 22 [e]. ¶ *In generationibus suis*, בְּדֹרֹתָיו] i. e. *In ætatibus illis* in quibus vixit, sive inter homines seculi sui corruptissimi [f]. Q. ad laudem dictum volunt. Emphaticum est. Mirabile constantiæ exemplum [g]. Martial. de Nerva, 12.6.

Nunc licet & fas est; sed tu sub Principe duro
Temporibúsque malis ausus es esse bonus.

Et Seneca Benef. 3.25. *Quanti viri est inveniri in publica perfidia fidelem!* &c [h]. Perfectus erat inter malos, qui eum nitebantur verbis & exemplis trahere ad malum [i]. Quantò magis fuisset justus, si fuisset in generatione Mosis vel Samuelis? ut rectè dixit R. Nehemiah in Bereschit Rabba, sect. 30 [k]. Alii exponunt ad diminutionem laudis; q. d. justus erat in comparatione ad homines illius ætatis [l], præ hominibus qui tunc vivebant [m]. *Generatio* hîc sumitur pro *hominibus generationis*, ut Matt. 11. 16. collat. cum Luc. 7. 31 [n]. Alii explicant *in actionibus*; hæ enim sunt quasi liberi quos parit homo totius vitæ suæ spatio [o]. ¶ *Ambulavit cum Deo*] i. e. Placuit Deo, vel administravit officium (scil. Concionatoris) ad quod illum vocavit Deus, 2 Pet. 2. 5 [p]. *Vide quæ ad Gen.* 5. 24.

11. *Corrupta est terra*] i. Incolæ terræ [q]. *Corruptio* respicit cultum Dei, cujus depravatio, & inprimis Idololatria, *corruptio* vocatur, Exod. 32. 7. Deut. 32. 5. Jud. 2. 19. 2 Par. 27. 2 [r]. ¶ *Coram Deo*] i. e. Verè [s]; per impudentiam & contemptum Dei [t], vidente & sciente Deo. Ità commendat tolerantiam Dei [v]. ¶ *Repleta est iniquitate*, ità Sy. Ar. Mo. P. O. חָמָס] *Injustitiâ*, o'. *rapinis*, Ch. *oppressione*, Sa. *violentiâ*, J T. Ti. T J. Ma. *vi*, *fraude*, *calumniis*, V. M. Me. *injuriâ violentâ*, A. *subversione*, quâ unus alium opprimebat, O. Respicit officia hominibus debita. Ità corruptionem crevisse docet in statu tum ecclesiastico, tum politico, uti cœpit in domestico. Vel, per *injuriam* sign. homines injustos, sicut per *superbiam* Jer. 50. 31, 32. superbum, per *paupertatem* Prov. 13. 6. pauperes, 2 Reg. 24. 14 [†].

[k] M. [l] Ma. [m] L. [n] O. [o] A. [p] L. [q] V. Pi. A. Me. [r] A. [s] V. [t] He. in V. A. [v] V. [†] T J. [x] Q. He. in V. [y] O. [z] Pi. [a] V. [b] Pi. [c] A. [d] La. Me. [e] A. [f] V. [g] V. [h] Ga. [i] L. [k] Cm. [l] L. [m] Me. [n] A. Pi. La. [o] L. B. [p] A. [q] V. Me. [r] A. [s] Me. Ma. [t] Ma. Pi. [v] V. Ma. [†] A.

12. *Vidisset*] *Contemplatus est*, *consideravit* [x]. ¶ *Omnis caro*] i. Omnis homo [y]; ut Isa. 40. 5. *omnis caro videbit* [z]. Alii referunt ad bruta, quæ & ipsa commiscuerant se cùm diversis speciebus [a]. ¶ *Corruperat viam suam*] i. e. Vel, 1. *viam ejus*, i. Dei, Ambros. in Bi. Vel, 2. *viam suam* [b], i.e. suam vivendi rationem [c], fœdis libidinibus [d]; vitam, consilia, studia, ut Psalm. 1 [e]. & fidem, (quæ *via* vocatur Act. 18. 25, 26. & 22. 4. 2 Pet. 2. 2.) & mores, (ut sumitur Jud. v. 11. 2 Pet. 2. 15 [f].) Vel, 3. *corruperant viam*, i. e. consuetudinem naturalem, promiscuis congressibus [g]. Sed universaliùs intelligendum est [h].

13. *Finis carnis venit*] *Caro* hîc latiùs sumitur quàm antè [i]. q. d. Instat dies decreta excidio [k]: Decrevi me deleturum [l]: Jam ante me repræsento qualiter finiam eos [m]. ¶ *Repleta iniquitate à facie eorum*, M. P. A. מִפְּנֵיהֶם] *A conspectu eorum*, Sy. Ar. *coram illis*, Ti. *ab ipsis*, o'. J T. *per eos*, i. e. iis authoribus, V. A. Pi. *propter ipsos*, Sa. i. e. operâ eorum, V. Pi. A. *à facie operum pessimorum*, Ch. Ipsi repleverunt terram rapinis, &c [o]. ¶ *Disperdam*] Heb. *Disperdo*, præsens pro futuro; i. e. paratus sum perdere [p]. *Corruptio* priùs de peccato, hîc de pœna dicitur [q]. ¶ *Cum terra*] Ità Ch. Sa. M. P. Ti. O. A. Ma. i. e. Cum ornatu terræ, arboribus, plantis, &c [s]. ¶ אֶת הָאָרֶץ] *Et terram*, o'. *Ipsam terram*, Mo. [At Pers. habet, *corrumpam eis terram*.] Ipsa terra salsedine pejorata fuit. Hebræi dicunt, quòd tres palmi de superficie terræ fuerunt labefactati, & in aquam conversi [t]. Al. vertunt, *de terra* [v], ut sit אֵת pro מִן [†], vel pro מֵאֵת, quod motum de loco sign. ut Gen. 44. 4. egressi sunt אֶת הָעִיר *ex urbe*. Confirmant ex collatione ver. 7. מֵעַל פְּנֵי הָאָרֶץ [x]. *Consumpturus sum super terram* [y]. Al. *cum* reliqua *terra* [z]; intelligunt cum posteris Caini. Sed coactum videtur, quia per *eos* jam intellexerat omnes homines [a].

14. *Fac tibi arcam*, תֵּבַת] Significatur eâ voce formam Arcæ fuisse non illam navigii, sed capsæ suprà & infrà latæ [b]. Κιβωτὸς dicitur τοῖς o'. & Matt. 24. 38. & Luc. 17.27. Josepho λάρναξ, (h.e. *arca*, *capsa*,) quod nomen eodem sensu usurpant Lucianus, Simonides, Apollodorus, & Alexander Polyhistor [c]. Beroso *navis*, sed instar Arcæ cooperta, Matt. Hostus. *Arca* erat antiquissimum navium nomen, ex similitudine ad quam factæ erant [d]. ¶ *De lignis lævigatis*, גֹפֶר] Vox alio loco non reperitur [e]. Diversimodè accipiunt: 1. Generaliter [f]. Neque enim unum genus aut debitâ copiâ suppeditari poterat ex una regione, aut satis commodè diversis Arcæ partibus, trabibus, tectis, &c. adhiberetur [g]. *De lignis bituminatis* [h]; Confundit גֹפֶר cum כֹּפֶר [i]. Intelligi possunt arbores bituminosæ & resinosæ, quales pinus & cedrus [k]. Al. *quadratis* [l], scilicet ad ædificium [m]; *lævigatis*, Vulg. i.e. dolatis ac politis ad aptiorem & firmiorem compaginem [n]. Schol. ἐκ ξύλων ἀσήπτων, i. e. *imputribilibus* [o]. 2. Particulariter; Genus est ligni levissimi, & ad fluitandum aptissimi, & quod nunquam putrescit [p]. Vel, 1. *Cedrus*; Ità Patres aliqui [q], & Ch. Firmissima enim erat, & inopiâ abietis ad classes usitata [r]. Et in Syria frequens erat, & longissimas dat tabulas, & incorruptibilis est [s]. At *Cedri* nomen est אֶרֶז tum Hebræis, tum Chaldæis, non גֹּפֶר [t]. Vel, 2. *Pinus* [v], quæ *nautica* dicitur Virgilio, quasi navibus aptissima. Vel, 3. *Buxus*, [†]. At spississima hæc est & gravissima, nec fluitat in aquis [x]. Vel, 4. *Abies* [y]: una ex quatuor speciebus abietis [z]. Vel, 5. *Cedrelate* [a]: Quod accommodatius est Heb. voci quàm *cedrus* [b]. Vel, 6. *Terebinthus*. Non tamen prorsus affirmo. Ea materie est lentâ & fideli ad vetustatem, in Syria procera, quæ sola ungi velit, meliórque oleo fiat, & ejus baccæ sunt sulphurosæ; *sulphur* autem *Gophrith* dicitur [c]. Vel, 7. *Cupressus* [d], tum ob firmitatem, (nec teredines parit, utpote amara, hinc cupressinis tabulis inscribuntur duratura;) tum ob similitudinem nominis [e]. Nam quid aliud *Cupar* vel *Cuper*, Græcis etiam Κυπάρισσος, quàm *Gopher* [f]? Nam mutationem *G* in *C*, *Ph* in *P*, *O* in *V*, nihil moror. Adde quòd Cretenses ex Cupresso & domorum trabes & naves struunt, teste Pet. Mart. Legat. Bab. l. 2.

[x] V. [y] L. Me. [z] V. A. [a] Me. [a] L. Me. [b] G. [c] Me. [d] G. [e] Pi. [f] A. [g] O. [h] Ma. [i] Pi. [k] La. Me. [l] V. B. [m] O. [o] Ma. [p] V. [q] A. [s] V. Pi. [t] L. [v] Ar. [†] V. [x] Pi. [y] Sy. [z] J T. [a] Pi. [b] Me. [c] G. [d] G. [e] He. in V. [f] Sic But. [g] But. [h] Hi. [i] D. [k] Me. [l] S. [m] But. [n] Me. [o] D. [p] V. [q] In Me. Ità R R. in M. & Ful. Onk. & Jon. D. V. [r] Ful. [s] Me. [t] Ful. misc. 4. 5. [v] Q. in V. M. O. [†] Ar. [x] Ful. [y] V. [z] M. [a] J T. [b] Ful. [c] Ca. [d] Ful. B P. 1. 4. 25. [e] Ful. [f] Ful. B P.

l. 2. p. 338. Et materie rarâ est, ait Plinius, ideóque aquis supernatat. Testatissimæ Cupressi perpetuitati competit quod refert Epiphanius Hæres. l. 1. p. 23. *Arcæ reliquias ad suam ætatem visendas perdurâsse.* Et hinc arbor illa Diti sacra; & in arcas cupressinas mortuorum corpora condebant, quia in diluvio erat velut commune omnium hominum sepulchrum [g], & διὰ τὸ ἄσηπτον εἶ, *quia est expers putredinis*, ait Scholiastes ad lib. 2. Thucydidis. *Arborum maximè diuturna est cupressus, ex qua fabricatæ Ephesini templi valvæ per 4 generationes incorruptæ durârunt*: Theophrast. Hist. plant. 5. 5. & Plin. 16. 40. *Opera ex cupresso permanent ad æternam diuturnitatem*, Vitruv. 2. 9.—*perpetuâ nunquam moritura cupresso*, Martial. Epigr. 6. 73 [h]. Vix tamen probat Fullerus hanc materiam ad navigia commodam, &c. ait Bochartus: *Qui idcirco illi succurrit, & probat* ex Plut. Sympos. l. 1. probl. 2. *Neque naupegus primò collocat—pinum, aut—cupressum*; & Veget. 4. 34. *Ex cupresso & pinu—præcipuè liburna contexitur.* Et cupressos ad naves struendas emi jubet Theodoricus Rex: Cassiod. Var. l. 5. epist. 16. Inter arbores ναυπηγῖς utiles *cupressum* nominat Plato l. 4. Legum, & Diodorus l. 19. p. 702. His adde, quòd in Assyria vel Babylonia (ubi primos homines habitâsse constat ex Paradisi descriptione, & montibus *Ararat*, ubi Arca substitit) nulla est alia materies unde fabricentur naves. Hinc classis ingens quam Babylone construxit Alexander constitit ex sola cupresso: Arrian. in Alex. l. 7. p. 161. & Strabo l. 16. p. 741. Quid si *Gopher* sit loci nomen à *cupressis* ità dicti, ut à quercubus *Elon*, &c? Fortasse erat idem locus quem Strabo *Cupressetum* vocat, quémque in Adiabene sive Assyria collocat [i]. ¶ *Mansiunculas in arca facies*, ità Ch. קִנִּים תַּעֲשֶׂה אֶת הַתֵּבָה] *Nidos facies arcam*, Mo. ο'. Ma. q.d. Totam Arcam distribues in mansiunculas [k]. *Nidus* pro *mansione*, Num. 24. 21. Obad. 4 [l]. *Nidos facies arcæ*, O. vel, *in arca*, Sa. M. A. vel, *in ea arca*, P. *Fac illam tabulatam*, Ar. *In mansiunculas compone* (vel *distingues*, Ti.) *arcam*, Sy. *Mansionum* multarum *facito arcam*, J T. ¶ *Bitumine linies*] Sive *operies*, Ch. vel, *bituminabis*. [Ità plerique.] ¶ וְכָפַרְתָּ] *Et illines*, Ma. Ar. Ambros. in Nob. *line eam*, Sy. *picato*, J T. Pi. A. sic M. כֹּפֶר *bitumen* vertunt [m]. Quod ibi erat loco picis [n], & odoriferum est; ideo opportunè adhibitum, (ut etiam *cedrus*;) nam in Arca graveolentia ex fimo animantium [o]. *Bitumen* hoc August. est *ferventissimum gluten*, quo oblita ligna nec à vermibus exeduntur, nec vel Sole, vel vento, vel aquâ fatiscunt & dissolvuntur. Vide Plin. l. 35. 5 [p]. Fortasse est ea bituminis species quæ *Kaphura* sive *Camphora* Arab. dicitur, & est resina odorata frigidissima [q]. Al. חוֹמֶר *cæmentum* exponunt [s]. Vide quæ de Arca & Diluvio congessimus ad l. 1. V. R. C [t]. ¶ *Intrinsecus*, מִבַּיִת] *A domo* [v]. H [s]. quia quæ in domo sunt intus sunt [x].

15. *Sic facies eam*, ità ο'. Ch. Sa. וְזֶה אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה אֹתָהּ] *Et hoc quod* (*quo*, Mo.) *facies eam*, Ma. *Et hoc* modo *facies*, P. O. Ti. *Hæc* forma *quâ facies*, M. J T. A. Pi. *Hæc* mensura *secundùm quam* facies, Ar. V. ex He. ¶ 300 *cubitorum*] Cubitus triplex erat juxta quosdam: 1. Communis, sesquipede definitus; 2. Sacer, qui constabat cubito communi & palmâ, ut patet ex Ezec. 43. 13. 3. Geometricus, qui continet novem usuales cubitos, inquit L. sed fallitur, vel *pedes* intelligendi sunt; constabat enim 9 pedibus. But. Host. Hîc cubitus ab Origene malè intellecto profectus est: De quo vide But. Cubitum Geometricum nonnulli hîc intelligunt. Hæc obtinuit in universum opinio, nemine, quem viderim, contradicente, ait But. At quomodo poterat tantum ædificium contignari [a]? nec navigationis onerúmque patiens fuisset. Sic & Arca suprà ducenties major esset quàm oporteat. Tali etiam mensuræ repugnat S. Scriptura. Sic Goliah 54 pedes altus, & caput novem pedum fuisset. Quomodo etiam David caput abscissum in manu tenuisset? Sic altare in Exodo *trium cubitorum* fuisset 27 pedum, cujus nullus esset usus, nisi scalis admotis; quod à ritu sacrorum abhorret omnino. But. Alii ergò intelligunt cubitos communes [b]: Sic אַמָּה vulgò sumitur. Nec distinguit Moses cubitos. Et tales cubitos abunde

[g] Ful. ib.
[h] B P. l. 4.
[i] B P. ib.
[k] V. [l] A.
[m] S. L. Mo.
[n] V. Me.
[o] Me.
[p] Host.
[q] Di.
[r] M.
[s] G.
[v] O. Ma.
[x] O.
[a] L.
[b] L. E. Me. A. But. Host. Jo. S.

sufficere omnibus in Arca continendis Geometricè docet Buteo; quod hoc ordine & modo præstat. 1. Omnia animalia ad tria genera reducit, respectu ad magnitudinem habito; *majora* ad magnitudinem *Bovis*, *minora* ad magnitudinem *Ovis*, *carnivora* ad magnitudinem *Lupi*. 2. Majora quod spectat, recenset omnia eorum genera, Elephantos, Equos, &c. & institutâ magnitudinis comparatione, reducit ad 91 Boves: Ut liberaliter agat, supponit fuisse 120 boves. 3. Minora animantia recenset, Capras, Ibices, Simias, &c. & habitâ magnitudinis ratione, reducit ad Oves 80. 4. Carnivora exhibet, Leones, Dracones, Tigrides, &c. & ea reducit ad Lupos 64; vel, si vis, sint 80. 5. Concedit singulis lupis ovem unam ad victum octidui. Ità pro 80 lupis erunt quotidie decem oves: quæ, multiplicando in anni dies 365, fiunt annuo cibatu 3650. 6. His igitur 3650 ovibus, & 80 aliis, & 120 bobus, & 80 lupis, locum sufficientem dat in ima contignatione, ubi reliquis ritè dispositis relinquitur pro dictis 3650 ovibus spatium 228 cubitorum in longitudine, & 44 in latitudine. Ità singulis eorum paribus relinquitur ferè quadratura 5 cubitorum cum semisse. 7. Victum quod attinet, licèt commeatus frugum, v. g. viciæ, hordei, &c. multò angustiùs condatur quàm fœni, demonstrat tamen etiam satis fœni in Arca potuisse reponi. 8. Supponit oves cibarias quotidie decrescere, ideóque 3650, hoc considerato, non plus impendere in annum quàm numero semper eodem oves 1820. Addit his alias oves 80: Ità oves fiunt 1900. Æquat 7 oves uni bovi, (ut calculus expeditiùs ineatur:) Ità sunt circa 390 boves; sed sint 400. 9. Concedit cubum cubitalem compressi fœni (quem curiosè dimensus invenisse se ait plus continere quàm 40 fœni pondo, vel libras unciarum 12,) singulis bobus quotidie; quod plùs quàm sufficeret, præsertim otiosis. 10. Concedit huic fœno secundam contignationem, quæ continebat 300 cubitos longitudine, 50 latitudine, 10. altitudine: Ità summa fit cubitalium cuborum 150 millium, (cùm tamen 146 millia prædicto fœno sufficerent) & tota capacitas Arcæ fuit cubitorum solidorum 450 millium. Hæc Buteo in peculiari libello de Arca Noæ inter Tractatus Criticos.

Quæ homini cordato facilè satis possent facere. Sed ad pleniorem hujus fictæ difficultatis enodationem, & ad retundendam Atheorum audaciam, subjungere placuit accuratiorem de ea dissertationem Cl. D. D. Wilkinsii, quam mecum pro humanitate sua communicavit. Ea breviter sic se habet.

Illud inprimis animadversum velim, ut rem observatu dignissimam, quantum nimirum intersit inter opiniones illas & sententias quæ oriuntur è generaliori, vago & confuso rerum intuitu, & eas quæ resultant à distinctiori & deliberata earum consideratione, cùm jam in ordinem redactæ sunt. Qui vago oculo Stellas obiter aut perfunctoriè spectabit, prout confusè hîc illîc in cœlesti solo sparguntur, eas proculdubiò illicò existimabit innumeras esse, nec summam adeò immensam humanis calculis unquam confici posse sibi facilè persuadebit. Cùm verò Stellæ hæ distinctæ fuerint in Asterismos, & suis singulæ locis, magnitudinibus, nominibus definitæ, patebit tandem, non multò plures millenis nudo oculo visibiles in toto cœlesti firmamento exsistere; nec ultra dimidiam partem istius summæ in quovis Hemisphærio simul conspici. Perinde se habet & in aliis rebus. Si quis quæreret etiam ab eruditorum vulgo, quot essent Avium, Quadrupedum, &c. in terra species; hujusmodi puto ab illis responsum auferret, tot esse earum centurias, ut non facilè possint omnes enumerari: cùm si distinctè rem arbitremur, & ad calculos revocemus, quotquot jam cognitæ, & ab authoribus fide dignis descriptæ sunt, constabit multò pauciores eas esse quàm vulgò creditur, nè centum quidem quadrupedum species observatas, nec ducentas avium. Ex hoc præjudicio, & malè concepta opinione, nonnulli tum Hæretici olim, tum Athei Religionis irrisores nuperis hisce temporibus, objectiones elicuerunt (ut sibi videbantur insolubiles) contra veritatem & authoritatem S. Scripturæ, & speciatim quoad descriptionem *Arcæ Noachi*, *Gen.* 6. 15. à

Mose

Moſe traditam; ubi ejus dimenſiones 300 cubitis longitudinis, 50 latitudinis, & 30 altitudinis, finiuntur. Quæ ſi conferantur cum rebus quibus continendis deſtinata fuit, videbitur primâ facie (& conſequenter illi magnâ fiduciâ aſſeverârunt) prorſus impoſſibile fuiſſe Arcam hanc adeò ingentem animalium multitudinem, cum commeatu qui ſingulis in annum integrum ſufficeret, capere potuiſſe. Hæc objectio tanti momenti viſa eſt nonnullis, tum ex antiquis Eccleſiæ Patribus, tum ex recentioribus Theologis, aliàs ſummæ eruditionis & judicii viris, at in Philoſophia & Diſciplinis Mathematicis minùs verſatis, ut ad incitas redacti, neſcio quas machinas, quæ commenta ei diſſolvendæ adhibuerunt. *Origenes* & S. *Auguſtinus*, aliíque authores minimè contemnendi, ad vim hujus difficultatis evitandam, affirmant *Moſen*, utpote omni *Ægyptiorum* ſapientiâ eruditum, nomine cubiti in hoc negotio, prout Arcæ applicatur, intellectum velle *cubitum Ægyptiacum Geometricum*, ſex (ut inquiunt) cubitis vulgaribus, h.e. novem pedibus, æqualem. At hoc rationi minimè conſentaneum videtur multis de cauſis. Nec enim ſatis conſtat, ejuſmodi *cubitum Geometricum* dictum in uſu unquam fuiſſe, vel inter *Ægyptios*, vel inter *Judæos*. Dato tamen quòd fuerit, nulla ratio aſſignabilis eſt, cur hoc in loco ſenſus iſte voci cubiti attribueretur potiùs quàm in aliis. De *Golia* refert Hiſtoria Sacra, altitudinem ipſius fuiſſe ſex cubitorum & unius ſpithamæ: quod ſi de *cubito Geometrico* accipiatur, quinquaginta quatuor pedes altus fuerit oportet, & proinde caput abſciſſum novem pedes altitudinis ſeu diametri habuerit; onus certè cui geſtando Davidis non duo manus, ſed vix humeri quidem, ſufficerent. Alii ergò, hâc ſolutione non contenti, commodiorem ſe inveniſſe arbitrantur, afferendo ſic; Staturam humanam primis illis & antiquiſſimis mundi ſeculis longè ampliorem fuiſſe, adeóque & cubitum pariter majorem, & fortaſſe duplum hodierni; unde & area ſeu capacitas Arcæ multùm augebitur. At neque hoc nodum ſolvit. Nam ſi homines velint tunc temporis proceriores majoréſve, idem & de aliis animalibus ſupponi æquum eſt. Quo in caſu reſponſum iſthoc in nihilum valebit. Alii Sacrum cubitum hîc intellectum volunt, cujus mentio Ezek. 43. 13. palmi unius latitudine civili longiorem. Verùm nec neceſſitas cogit, nec ratio ulla huic ſententiæ aſtipulatur. Quin & apud omnes ferè eruditos in confeſſo eſt, Sacrum cubitum Sacris duntaxat fabricis, Templo, ſcil. Tabernaculo, &c. menſurandis adhibitum fuiſſe. Imaginaria hæc difficultas multò rectiùs & meliùs ſolvitur à *Joh. Buteone*, in tractatu de *Arca Noe*, in quo, dato cubitum non majorem fuiſſe pede unico & dimidio, Mathematicè demonſtrat, ſatis fuiſſe loci ſeu ſpatii in Arca rebus omnibus quibus deſtinata fuit capiendis. At verò quoniam in Philoſophica iſtius tractatûs parte nonnullæ occurrunt juſtæ exceptioni & reprehenſioni obnoxia, & ſpeciatim in enumeratione ſpecierum animalium, quarum paucæ fabuloſæ ſunt, aliæ accidentaliter potiùs quàm ſpecificè diſtinctæ, omiſſis interim aliquibus veris ſpeciebus; nec à propoſito valde alienum, nec omnino inutile eſſe cenſeo, aliam, & commodiorem, harum rerum explicationem in medium proferre. Liquet ex deſcriptione Arcæ à Moſe exhibita, diviſam eam fuiſſe in tria tabulata, ſingula 10 cubitos, ſeu 15 pedes, alta, dempto unico cubito ad declivitatem tecti in ſuprema manſione. Convenit quoq; inter interpretes, infimam manſionem, ut commodiſſimam, Quadrupedum ſpeciebus attributam fuiſſe, mediam eorum pabulo, & ſupremam partim Avibus & eorum eſcæ, partim *Noacho* ipſiúſque familiæ & utenſilibus. Jam luculenter demonſtrari poteſt ſingulas manſiones ſatis ſpatioſas fuiſſe rebus omnibus quibus deſtinatæ fuerant excipiendis. Quod ut clariùs & diſtinctiùs pateſcat, primo in loco Tabellas quaſdam exhibebo, complectentes ſpecies omnes Quadrupedum in Arcam excipiendorum. Secundùm, diverſa ciborum genera quibus vulgò aluntur, tum numerum ſingularium ſeu individuorum in qualibet ſpecie, nimirum ex immundis binarium, ex mundis ſeptenarium. Deinde (ut calculus expeditiùs ineatur) quatenus conjecturâ aſſequi licet, adjiciam quam rationem, ſeu proportionem, eorum ſingula habeant ſeu ad bovem ſeu ad ovem, ſive ad lupum. Tandem, quantum ſpatii aſſignandum ſit ſtabulis iis excipiendis idoneis.

Beſtiæ quæ fœno veſcuntur.

Numerus.	Nomen.	Proportio ad boves.	Latitudo ſtabulorum. Pedes
2	Equus	3	20
2	Aſinus	2	12
2	Camelus	4	20
2	Elephas	8	36
7	Bos	7	40
7	Urus	7	40
7	Biſons	7	40
7	Bonaſus	7	40
7	Bubalus	7	40
7	Ovis	1	
7	Strepſiceros	1	30
7	Ovis laticauda	1	
7	Caper	1	
7	Ibex	1	30
7	Rupicapra	1	
7	Gazellus	1	
7	Alcis	7	30
7	Cervus	4	30
7	Dama	3	20
7	Rangifer	3	20
7	Caprea	2	36
2	Rhinoceros	8	
2	Camelopardalis	6	
2	Lepus		30
2	Cuniculus	3 oves	
2	Mus Alpin⁹ Ang. Marmotto		
		92	514

Beſtiæ quæ fructibus, radicibus & inſectis veſcuntur.

Numerus.	Nomen.	Proportio ad oves.	Latitudo ſtabulorum.
2	Porcus	4	
2	Papio Ang. Baboon	2	
2	Simia	2	
2	Cercopithecus		
2	Pigritia		
2	Hiſtrix		
2	Erinaceus		
2	Sciurus	7	
2	Porcellus Indicus Ang. Guinie-pig		20
2	Tamandua Ang. Ant-bear	2	
2	Tatu, *ſive* Armadillo	2	
2	Teſtudo	2	
		21	20

Carnivora animalia.

Numerus.	Nomen.	Proportio ad lupos.	Latitudo ſtabulorum.
2	Leo	4	10
2	Urſus	4	10
2	Tigris	3	8
2	Pardus	3	8
2	Lynx Ang. Ounce	2	6
2	Catus		
2	Zibetta Ang. Civetcat	2	6
2	Viverra		
2	Putorius Ang. Polecat		
2	Martes		
2	Mus Indicus Ang. Stoate	3	6
2	Muſtela		
2	Caſtor		
2	Lutra Ang. Otter		
2	Canis	2	6
2	Lupus	2	6
2	Vulpes		
2	Taxus Ang. Badger	2	6
2	Lupus Aureus Ang. Jackall		
	Caraguya	27	72

Huic Catalogo Mulum non adnumero, quia ſpuria quædam proles eſt, non diſtincta ſpecies. Et quamvis veriſimile ſit Boves illos ſylveſtres, Urum, Biſontem, Bonaſum, & Bubalum, dictos, aliáſque differentias ſub Ove & Capra recenſitas, non eſſe ſpecies à Bove, Ove, & Capra diſtinctas, (cùm major ſit inter Canes quàm inter illas diverſitas, & experientiâ conſtat, quàm inſignes in iiſdem ſpeciebus mutationes regio, victus, aliáque accidentia frequenter afferant:) Eas tamen ex abundantia, ut omnem tergiverſandi anſam præripiam, pro diſtinctis ſpeciebus admitto; & cùm omnes mundæ ſint, ex ſingulis ſpeciebus ſeptem in Arcam recipio. Quod ad *Phôcam, Morſum, Crocodilum, Senembi*, & *Teſtudinem marinam* attinet; cùm hæc probatiſſimorum Authorum teſtimonio in aquis diu durare poſſint, in Arcam non admitto; quamvis, ſi illud neceſſarium foret, ſatis inibi ſpatii ſupereſſet, ut brevi innoteſcet. *Serpentino generi, Angui, Viperæ, Cæciliæ, Lacertæ, Ranæ, Bufoni*, eorúmque victui, conveniens ſpatium reliquum erit in imo ſeu ſentina Arcæ, cùm illam ad altitudinem trium ſaltem vel quatuor pedum infra pavimentum, cui Quadrupeda inſiſtebant, verſùs carinam deſcendiſſe veriſimile ſit. Minores animantes quod ſpectat, (qualia Mus, Sorex, Talpa, & Inſectorum genera) in variis Arcæ locis ſtabulari poterant; nec opus eſt ut particularia illis habitacula aſſignentur, cùm hoc genus animalcula ſibimetipſis de loco facilè proſpiciant. Jam quamvis probabile ſit, tam Bruta quàm Homines ante diluvium ſolis Plantis victitaſſe, ut apparet ex collatione Gen. 1. 29, 30. *Et dixit Deus, Ecce dedi vobis omnes herbas ſementantes ſemen, quæ ſunt in ſuperficie totius terræ: omnéſque arbores, in quibus eſt fructus arboreus, ſementantes ſemen, veſtræ ad comedendum erunt. Omnibus autem beſtiis terræ, & omnibus volucribus cæli, omnibúſque reptantibus ſuper terram,*

in quibus est anima vivens, dedi omnes herbas virides ad comedendum; cum capitis 9. versu 31. ubi post diluvium, cùm terræ proventus minoris essent efficaciæ, proindéque corpori alendo minùs idonei, Deus Noachum alloquens sic inquit, *Fœtificate & augescite*, &c. & paulò pòst, *Omne reptile quod quidem vivum est vobis ad comedendum esto; ut viridem herbam, sic illa omnia dedi vobis.* Quoniam tamen hæc argumentatio convincendo adversario litigioso haud ità sufficit, ut in dubium vocare nequeat, rapacia ferarum & volucrum genera (quæ natura ipsa armâsse videtur unguibus, dentibus, aliísque organis corporis, ad prædam duntaxat & lanienam comparatis) herbis & fructibus victitâsse; idcirco litigii tollendi gratiâ largiar, inpræsentiarum, animalia quæ nunc sunt rapacia etiam ab initio ejusmodi fuisse; & deinde inquiram quod genus cibi illis conveniat, quantúmque sufficiat singulis toto illo temporis spatio quo in Arca manserant. Jam satìs notum est, animalia ruminantia rapacibus plerumq; in prædam & escam cedere. Ex Tabulis præcedentibus liquet, animalium rapacium carnivororum in Arcam introducendorum viginti duntaxat omnino paria fuisse, quæ ab æquis rerum æstimatoribus, quoad corporum & victûs modum, 27 Lupis æqualia censeri possunt; majoris verò certitudinis ergô, utcunque 30 Lupis æquiparentur: & supponamus porrò sex Lupos in singulos dies singulas Oves vorare integras; quas iis ad victum necessarium satìs supérque esse, omnes facilè concedent. Cui calculo si insistamus, sequetur, quinque oves dietim, per unius anni curriculum, rapacibus in escam attribuendas; quarum summa 1825. His positis & concessis, spatium abunde suppetet in inferiore Arcæ contignatione prædictis omnibus animalibus excipiendis quæ in Arca speciei propagandæ gratiâ conservanda erant; & 1825 insuper ovibus, quæ rapacibus in escam destinarentur. Et licèt nihil objici posset, si modò quadrupedibus istis angustos limites præscriberemus, quemadmodum in navigiis ad longinquas oras destinatis fieri solet; magìs tamen liberales erimus, iísque de stabulis seu cellulis amplis & commodis prospiciemus, quæ ipsis in quacunque positura, tum stantibus, tum jacentibus, tum etiam circumversantibus, fæcibúsque insuper alvinis, toto anno excipiendis cumulatè sufficiant. Arcam omnibus hisce usibus parem fuisse ex sequenti Diagrammate patebit, in quo partitio est in utraque Arcæ extremitate, designata literis *AA*, 15 pedes lata: cúmque Arca 75 pedes in latitudine obtinuerit, partitiones istæ necessariò continebunt 5 areas quindenûm pedum in quadrum; quarum singulæ 36 oves capient, (nam 4 ovibus sufficit area quadrata 5 pedum:) & proinde cùm utraque Arcæ extremitas 5 ejusmodi areas obtinuerit, quintuplum istius summæ continebit. At quoniam cochleæ seu scalæ spatium in utraque extremitate concedendum est, duas areas (in utraque nempe unam) ei attribuam: reliquæ autem octo areæ (utrinque scilicet quatuor) oves 288 continebunt. Præter has partitiones, in extremitate sunt quinque spatia signata *BB*, 7 pedes lata, per quæ ad singula stabula commodè accedi possit. Quatuor areæ in lateribus, signatæ *CC*, in stabula designatæ, sunt singulæ 18 pedes latæ, & circiter 200 pedes longæ. Mediæ duæ, notatæ literis *DD*, singulæ 25 pedes latæ sunt, & 200 itidem circiter pedes longæ. Jam medias duas areas ovibus attribuamus: cúmque area quadrata viginti quinque pedum centum ovibus excipiendis idonea sit, síntque 16 ejusmodi areæ, omnes simul excipient oves 1600; quibus si addantur priores 288, efficiant summam 1888: quæ nonnihil excedit 1825, numerum ovium quem paulò antè carnivoris in escam assignavimus. Quatuor areæ laterales, signatæ *CC*, (cùm singulæ sint 18 pedes latæ, & 200 longæ) reliquas omnes bestias facilè continebunt; quarum stabulis, in præcedentibus Tabellis, 606 tantùm pedes longitudinis assignantur: ut taceam latitudinem stabulorum singulis attributorum. Ità supererit adhuc spatium propè 200 pedum, in quo aliæ item bestiæ; sive non numeratæ, sive nondum cognitæ, locari possint. Figura carinæ strictior, quâ hodie in exstruendis navibus utimur, quâque fit ut mare expeditiùs sulcent, & fluctuum impetus commodiùs ferant, huic proposito nihil emolumenti attulisset. Nam cùm Arca aquis solummodo innatare debuerit, alvi illius laxitate & planitie pluribus animalibus excipiendis consulebatur. Et quamvis sub diluvii finem, subsidentibus jam aquis, Deus dicatur immisisse ventum, quo aquarum moles imminueretur: haud tamen verisimile est, manente etiamnum diluvio, quo tempore tota terra inundabatur, tempestatem aliquam obortam fuisse, ob quam Arca periclitaretur; cùm ejusmodi turbines è terra sicca exoriuntur. Unde liquidò constat, in inferiori Arcæ contignatione, excipiendis commodè omnibus Quadrupedibus hactenus cognitis, & verisimiliter incognitis quoque, satìs supérque spatii exstitisse. Proximo loco ostendendum, secundam contignationem alimento seu pabulo unius anni capiendo suffecisse. In quem finem observandum est, animalia quæ fœno vescuntur, æquâ comparatione institutâ, 92 bobus paria fuisse. Sint tamen (ut omnem cavillandi ansam tollamus) centum bobus æqualia, præter oves 1825 victui destinatas. Jam verò quoniam oves quotidie 5 absumendæ sunt, dimidio tantùm earum numero de pabulo providendum est, nimirum 912; vel, quod eòdem recidit, (cùm 7 oves unum bovem æquent) bobus 180; quibus si adnumeres superiores 100, habebis 280. Sed demus esse 300 boves, quibus de sufficienti fœno prospici oporteat; huic tamen satìs loci erit in secunda contignatione. Nam, ut observat (teste Buteone) Columella, in experimentis agriculturæ & rei rusticæ versatissimus, 30 vel 40 ad summum fœni pondo bovi uni in diem sufficiunt: sunt autem libræ hæ 12 tantùm unciarum. Nos verò singulis 40 libras Anglicas fœni largiemur. Asserit autem Buteo, sibi compertum esse, cubum solidum compressi fœni, quemadmodum solet esse cùm jam aliquandiu repositum fuerit, 40 pondo, vel libras unciarum 12, pendere; adeò ut 300 bobus in integrum annum reponendi sint 109500 ejusmodi cubi fœni, summâ productâ ex multiplicatione 365 in 300. Jam secunda contignatio, cùm 10 cubitos alta fuerit, 300 longa, 50 lata, continebit 150000 cubitos solidos, h. e. 40500 supra 109500 illos qui fœno compresso reponendo sufficiant. Quare satìs spatii supererit tignis, trabibus & columnis quibuscunque ad fabricam necessariis; ut & apothecis fructuum, radicum, frugum aut seminum, aliis quibuscunque animalibus, quæ fœno non vescuntur, alendis idoneorum; simul etiam ad necessarios transitus & aperturas tabulati, per quas fœnum in stabula imæ mansionis demitti debeat. Hinc & mediam contignationem rebus omnibus in ea recondendis parem fuisse constat. Jam quoad tertiam contignationem, luce clarius est, dimidiam illius partem omnibus avium speciebus abunde sufficere, (quamvis duplò plures sint quàm in præcedentibus Tabulis enumerantur) unà cum victu iis alendis necessario; quoniam maximam partem exiguæ molis sunt, & satìs commodè in privatis cellulis seu caveis (aliâ alii superimpositâ) includi possunt. Certúmque est, reliquum spatii Noacho unà cum familia & utensilibus necessariis capiendis suffecisse. Omnibus tandem ritè pensitatis, difficilius certè videtur numerum & magnitudinem rerum tantæ capacitati sufficientem, quàm spatium animalium generibus hactenus cognitis idoneum, reperire. At quoniam minimè dubitandum est, alias adhuc quadrupedum & avium species à superiùs dictis diversas in regionibus terræ nobis incognitis reperiri; quod reliquum erit spatii animalibus nondum compertis assignari potest. Quæ cùm ità sint, fidenter affirmamus; Si Philosophi & Mathematici peritissimi navigio alicui, usibus hîc traditis maximè idoneo, justas mensurarum proportiones & terminos sibi præscribendos proponerent, non posse eos, omnibus ritè expensis, alios hîc positis magìs congruos & accuratos exhibere. Ex hactenus dictis liquet mensuras Arcæ, quo argumento Athei nonnulli & profani Religionis hostes S. Scripturam impugnatum eunt, veritatem ejus maximè Divinámque authoritatem constabilire; præsertim si probè æstime-


tur

tur status primorum illorum & rudiorum temporum, cùm homines in Artibus & Philosophia minùs versati essent, & proinde magìs obnoxii vulgaribus præjudiciis quàm nunc sunt; nihilominus area & dimensiones Arcæ rebus in eadem continendis examussim aptantur. Quòd si inventum merè humanum fuisset, verisimillimum est, eam ad enormes illas ideas, quæ (ut antea dixi) naturaliter oriuntur è confuso, & generali rerum intuitu conformatam, tantò majorem justo faciendam fuisse, quantò nunc minorem factam esse falsò sibi imaginantur & contendunt hi quibuscum nobis res est. [*Si cui adhuc nimis angustum videatur recipiendis tot animantibus, tum conservandis tum comedendis, Arcæ spatium, expendat quæ hìc ex Cl. Bocharto sequuntur.*] Qu. Quo pabulo Noachus in Arca bestias carnivoras sustentavit? Resp. Non carnibus. Nam 1. unde potuerit illi tantum carnis suppetere, cùm animalium certus numerus in Arcam intromissus sit, & pleraq; bina tantúm? 2. Non est verisimile Noachum tamdiu tam assiduo & fœdo ministerio fuisse mancipatum. Proinde malim dicere, quo miraculo factum ut Leones, Pantheræ, Tigrides, &c. feritate depositâ mansuescerent, atque homini se subjicerent, eodem factum, ut, ad tempus neglectâ carne, fœnum & fruges depascerentur, contenti, scil. cibo obvio & parabili *. *Ex prædictis patet, Cubitum de quo hìc loquitur vulgarem fuisse, qui sesquipedem continebat.* Pedes autem illius temporis erant (quemadmodum homines) multò majores quàm hodie sunt [a]. אַמָּה non tam *cubitum* sign. quàm *mensuram magnam*, ex qua aliæ tanquam filiæ oriuntur; ab אֵם, quod & *matrem* sign. à qua multi filii, & *viam*, à qua multæ semitæ. Vide Ezec. 21 [b]. ¶ *Triginta cubitorum altitudo*] Vel cum tecto, vel, ut alii, præter tectum *. Longitudo decupla erat ad altitudinem [c]. Arcæ eadem proportio quæ hominis supini jacentis, ut me quidam Italus docuit [d]. Atque adeò proportione & figurâ similis erat Arcæ sive loculo funebri, longior sextuplò quàm lata, decuplò quàm alta. Accommoda hæc erat navigationi, & firma adversùs ventos, & ad significandam Christi (nostrámque cum eo) mortem & sepulturam idonea. Vide 1 Pet. 3. 20. Rom. 6. 3, 4, 6 [e].


* BA. 1. 1. 2. 9.
[a] L.
[b] O.
* L.
[c] Me.
[d] D.
[e] A.

16. Fene-

STABULA SIVE CELLULÆ QUÆ SINGULIS ANIMANTIBUS, EORUMQUE CIBO ASSIGNANTUR.



EXTERNA FACIES ARCÆ



16. *Fenestram*, ità Ch. Sa. Mo. M. P. Ti. O. A. Ma. צֹהַר] Alii vertunt, *clarum lumen*, J T. A. διαφανὲς, (*pellucidum*,) Sym. in Nob. μεσημβρινὸν, *meridianum*, Aq. & Hi. in Nob. (à צֹהַר est צָהֳרַיִם, *meridies*, Pi.) *speculas*, Sy. *lumina*, Ar. *lucernam*, O. [at ο'. habet ἐπισυνάγων ποιήσεις, *Colligens facies arcam*] seu *splendorem*, i. fenestras, vel potiùs fenestram. Meton. effecti destinati [f]. Vel erat lapis pretiosus lumine illustrans Arcam [g]. Hoc mendacium arguit quod sequitur, *& Noah aperuit fenestram* *. Vel facta est ex Crystallo [h], ut lumen reciperet & aquam prohiberet [i]; vel è speculari lapide [k], vel ex vitro [l]. Q. plures fenestras fuisse volunt, (cùm una non sufficienter illuminaret totum ædificium) sed unam majorem [m]; quod non prohibet alias minores fuisse [n]. Non placet. Magnâ rerum imperitiâ & temeritate fingunt plures fenestras, contra Domini præceptum. Pariter possent dicere plures arculas fuisse fabricatas, sed unam nominari ut maximam. Præterea, lumen tantùm eâ parte necessarium erat in qua habitabant homines. Nam feræ, reptilia & volucres tenebras non refugiunt [o]. ¶ *Consummabis summitatem ejus*, תְּכַלֶּנָּה] *Consummabis eam*, i.e. fenestram [p], cujus longitudinem hîc describit, non latitudinem, quam minimam esse oportuit [q]. Alii ad Arcam referunt: sic But. *& alii ab eo edocti* [r]. q. d. Tectum sit penè planum, ità, videlicet, ut sensim & lentè assurgat (ab extremitatibus medium versùs) ad altitudinem cubiti [s]: Ità fastigiatum sit, ut aqua ex omni parte defluat [t]. Probant. 1. תְּכַלֶּנָּה, cùm sit fœm. non convenit cum צֹהַר masc. 2. Verbum *consummabis* docet eum loqui de aliquo jam inchoato, non autem completo, quod quidem Arca est. 3. Tectum necessariò habuit propter tantam pluviam. Quod etiam indè apparet, *Aperiens tectum Arcæ*. Hinc & illud, *in Arca*, additur, nè quis putaret fenestram in tecto collocari, ut quidam opinati sunt, & nunc in domorum tegulis videre est. Cubitum ergò istum, præter cæteros omnes, intelligo de altitudine culminis per totam longitudinem ad profluvium aquæ [v]. *Buteoni autem prævivit Lyra*. Ab angulis (inquit) Arcæ superioribus tectum procedebat se constringendo, ità quòd in summitate latera non distabant nisi per cubitum; & hoc erat ut pluvia deflueret *. Vel sensus est, Mensuram cubiti semper ad manum habe, & adhibe, donec Arcam perfeceris, omnia ad præscriptum modulum & mensuram cubitorum præscriptorum exigendo †. ¶ *Deorsum, cœnacula, tristega*, תַּחְתִּיִּם שְׁנִיִּם וּשְׁלִשִׁים] *Inferiora, secunda, & tertia*, Mo. P. O.A. Ma. *Inferiora, bicamerata, & tricamerata*, ο'. Sa. *Infima, media, & suprema*, Ar. *Cum* interstitiis *inferioribus, mediis, & tertiis*, M. Ti. Alii subintelligunt *mansiones*; ità Ch. Sy. J T. ¶ *Deorsum*] Hoc cum sequentibus (non præcedentibus, ut alii malè construunt) nectendum est [x]. Vertunt, *inferiora* [y], vel *infimarum*, supple *mansionum*, facito eam [z]. Infima tabulata, quæ erat sentina & stercoraria [a], unde sordes postea per antlias vel sportas vel funes in altum reductæ per fenestram superiorem ejiciebantur [b]. Sym. vertit κάτω [*nisi fortè legendum* κάτω, *quod deorsum sign.*] δίστεγα καὶ τρίστεγα, *per duo & tria tecta*, vel *per binas ternásque contignationes* [c]. ¶ *Cœnacula*] Est hoc nomen generis. Id hîc Interpres posuit pro contignatione sub tabulato navis [d]; i. e. media tabulata [e]. ¶ *Tristega*] Tertia seu suprema tabulata [f]. At G. sumit pro infimo: Incipit enim à summo. Sed Act. 20. 9. est ab imo tertia contignatio [g]. Confusè & nullo sensu hæc vertunt, adjectiva sine substantivis, *secunda & tertia*. Verte, *duorum tabulatorum & trium tabulatorum* [h]. In infimo tabulato erat locus saburræ ad librandam Arcam, & sentina. In secundo locus animalium. In tertio annona, & dolia aquæ dulcis ad potum & lotionem. In quarto locus & hominum & avium. In singulis contignationibus erant ambulacra media, & in his scalæ. In pavimentis foramina & tubi, quibus pabulum & sordes demittebant. In latere Arcæ, à medio circiter usque ad verticem, erant passim foricæ seu foramina, tum ad respirationem, tum ad lumen, tum ad sordes egerendas [i].

[f] Pi. [g] He. in But. * But. [h] L. Me. But. [i] L. [k] Me. But. [l] Me. [m] L. [n] Me. [o] But. [p] V. O. [q] V. [r] D. Ca. La. Bo. Pi. A. [s] La. Me. [t] Pi. [v] But. * L. † Me. [x] L. [y] Ch. S. Mo. V. G. [z] Pi. A. [a] L. Me. T. [b] T. [c] D. [d] G. [e] L. Me. T. [f] L. Me. T. [g] G. [h] But. [i] T.

17. *Ego*] Heb. *Ego, ecce ego*: q. d. Quod ad me attinet, ego adducam [k]. ¶ *Diluvii*, מַבּוּל] Nomen huic Diluvio peculiare, in quo omnia marcescunt & moriuntur [l].

18. *Ponam*] Vel, *Stabiliam* pactum meum [m], nimirum Iridem [n]: vel q. d. Pacíscar tecum tuam & tuorum incolumitatem [o]; & à te vicissim stipulor ut Arcam fabrices, & ingrediaris, mihíque fidas [p]. Conservabo te ab illis qui tum dicebant, quòd si viderent eum velle intrare Arcam, ipsum interficerent. Sequitur enim, *Et ingredieris*, scil. salvus [q]. Non morieris aquis Diluvii; doctus He. Hoc autem promisisse Deum non refertur à Mose. Verùm non omnia referuntur. Quia difficillima erat Arcæ fabrica, & obstaculis exposita, confirmat servum suum Deus [r]. Vel, significat pactum promissi seminis cum Noa firmatum, ut certò statuat Christum ex se nasciturum, & Deum in tanta ira relicturum seminarium Ecclesiæ [s].

19. *Ex cunctis animantibus*] Nempe terrestribus [t]: non pisces, nec amphibia, nisi siqua terrâ diu carere non poterant [v]. Species animantium pauciores sunt quàm videri possent. Reptilium vix 30 species, animalium terrestrium sive quadrupedum 130, avium 150, recensent Zoographi. Vide Gesner. & Aldrov †. Ex animalibus terrestribus sex tantùm sunt majora equo, pauca æqualia, multa minora etiam ovibus. Omnia terrestria Pererius æquat 250 bobus. Avium paucæ majores sunt cygnis, pleræque iis minores. Potuit ergò facilè Arca omnia hæc capere [x]. ¶ *Bina*] Scil. de immundis; nam de mundis septena [y]. Aliter, *Bina*, i. e. conjugata, h. e. marem & fœminam. Non pertinet hoc ad numerum animalium [z]. ¶ *Ut vivant tecum*] Heb. *Ad vivere facere* [a], i. ut in vita conserves [b]. Verba indefinita sæpe includunt personam. Sic Eccles. 4. 17. vel 5. 1. *nesciunt facere malum*; h. e. nesciunt quòd faciant malum. Sic Zach. 12. 10. *esse in amaritudine*, pro *erunt*. Sic 1 Par. 17. 4. *ad habitandum*, in 2 Sam. 7. 5. est, *pro me ad habitandum* [c].

20. *Ingredientur tecum*] Heb. *Venient ad te* suâ sponte & jussu Divino [d], vel Angelorum impulsu [e], ut olim ad Adamum Gen. 2. 19 [f]. q. d. Non opus erit venatione aut aucupio [g].

21. *Comportabis apud te*] *Colliges* vel *recipies ad te* in Arcam. Sic אָסַף accipitur Num. 11. 30. & Jud. 19. 15 [h]. ¶ *Ex omnibus escis*] Itaque & carnes pro feris carnivoris [i]. At hoc negat Bonfrer. tunc, non *bina* tantùm vel *septem*, sed longè plura essent inducenda [k]. Tempore necessitatis bene vivunt homines & animalia de cibis quos aliàs non comederent [l].

22. *Et fecit*] Qu. Quando cœpta est construi Arca? Resp. 1. Centum annis ante Diluvium. Ità Patres. Obj. Dicitur v. 18. *Ingredieris tu, filii, & uxores*, &c. At nondum Noacho erant filii vel uxores eorum. Resp. 1. Fortè alios habuit, quos non nominat, quia perierunt. 2. Non necesse est omnia quæ hîc Noæ à Deo præscribuntur eidem tempori adscribere [m]. Resp. 2. Alii volunt Noam 120 annos in Arca faciendâ consumpsisse [n]. Probant, 1. Quia id temporis spatium erat prisco illi mundo concessum ad pœnitentiam, ver. 3. 2. Ex 1 Pet. 3. 20. ubi tempus quo *exspectabat Dei longanimitas*, & tempus quo *construebatur arca*, pro eodem habentur [o].

[k] V. Pi. [l] A. [m] V. [n] Me. [o] Me. Pi. A. [p] Pi. A. [q] L. [r] V. [s] M. [t] La. Pi. [v] La. † Bo. [x] La. & ferè Bo. [y] M. [z] Pi. Bo. [a] A. Ma. [b] A. Pi. [c] A. [d] M. T. [e] T. T J. [f] Me. T. [g] Pi. A. [h] D. [i] Me. [k] Bo. [l] L. [m] Bo. [n] Ità Mer. Wil. [o] Wil.

CAP. VII.

1. *Ingredere*] i.e. Præpara te ad ingressum, qui post septem dies futurus erat [a]. ¶ *In arcam*] Sic vocatur à figura; non *navis*, quia remis caruerit [b]. ¶ *Justum*] Retinentem veri cultûs, & viventem in timore Dei. Fuit justus, fide credens verbo Dei de mundo perdendo, & servanda sua posteritate, & de semine mulieris [c]. ¶ *Coram me*] i. e. Sincerè justum, Pi. A. tum quoad actiones externas, tum quoad animi affectum [d].

2. *Ex animantibus*, הַבְּהֵמָה] Quod vel hinc constat dici de omni terrestri quadrupede, sive fero sive

cicure.

[a] L. [b] M. [c] M. [d] Pi.

cicute. Ad verb. *Pecude* vel *Beſtiâ*; Sing. pro plur[f]. ¶ *Mundis & immundis*] Quidam *per anticipationem* ſic dicta volunt, & *materialiter*, de iis quæ poſtea in Lege habita ſunt munda & immunda [g]. At Noah non potuiſſet diſtinguere, niſi jam tunc horum diſtinctio facta fuiſſet [h]. Rectiùs dicitur, ante Legem Levit. 11. fuiſſe hoc diſcrimen [i]; maximè ad ſacrificium & oblationem [k]; (non ad eſum, quia probabile eſt pios non ediſſe carnes ante diluvium[l]:) Nam c. 8. dicitur Noah *obtuliſſe de mundis*. Et aliqua legalia obſervata ſunt ante Legem; ut *ſabbatum*, Gen. 2. *abſtinentia à ſanguine*, c. 9. *circumciſio*, c. 17[m]. Videtur hæc diſtinctio fuiſſe in lege naturæ. Adamus (ut veriſimile eſt) à Deo accepit, & poſteris tradidit [n]. A Deo hoc didicerunt ante diluvium[o]. Vel à Divino inſtinctu erat, vel à poſitiva Dei ordinatione [p]. Ad ſacrificia mundæ erant tantùm tres ſpecies inter quadrupedes, i. e. boves, oves, & capræ, Lev. 1. 2. & 22. 19. & volucrium duæ tantùm ſpecies, videlicet turtures, & pulli columbæ, Levit. 1. 14. præter aviculam, Levit. 14. 50, &c [q]. *Immunda* vocat, non ex Lege Moſis, quæ nondum data; ſed ex iis quæ carne paſci cœperant. Sic animalia fœda *profana* vocat Tacitus, Hiſt. 4[r]. ¶ *Septena & ſeptena*] Sex pro multiplicatione, ſeptimum pro oblatione [s]. Par unum ad ſpeciei conſervationem, alterum ad ſacrificium, tertium ad eſum poſt diluvium; denique ſeptimus mas pro ſacrificio offerendus ſtatim à diluvio, Gen. 8. 20[t]. At, inquit Andreas, non opus erat ſeptimo ad oblationem, ſciebat enim Noe, quòd tamdiu ſtarent in Arca animalia & aves, quòd ibi poterant prolificare, & ſic de pullis ſacrificare poterat. Reſp. In Arca non fuit coitus, neque hominum, neque beſtiarum, propter univerſalem tribulationem mundi [v]. Alii volunt 14 fuiſſe munda: Ità Orig. Juſtin. & Dionyſ [x]. Nam tollere debuit ſeptem paria; textus dicit, *virum & uxorem ejus*: at numerus ſeptenarius eſt impar. Dicit etiam, *ſeptem & ſeptem* [y]. Alii ſeptem tantùm fuiſſe ſtatuunt [z]. Alioquin Arca fuiſſet nimis occupata de tot animalibus & eorum cibis. Nec fuerunt ſervata, niſi ad multiplicationem & oblationem: Ad illud ſufficiebant ſex, cùm octo tantùm homines ſervati ſunt [a]. Ceſſavit in Arca inimicitia animalium [b].

3. *De volatilibus ſeptena*] Nulláne hîc mundorum & immundorum diſtinctio? Ità aliqui putant: alii, meliùs, fuiſſe; ità volunt ό. ſed Moſen compendio uſum, & ex præcedenti verſu id cognoſcendum reliquiſſe [c].

4. *Poſt dies ſeptem,* לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה] Variè reddunt. *Ante dies adhuc ſeptem*, JT. ſcil. deſinentes, vel finitos [d]; i. e. *Ad dies* (vel *diebus*, ό. Ma.) *adhuc ſeptem*, Ma. A. Mo. ό. Ch. Sa. i. e. *ſeptimo die* poſt hunc, ut v. 10. Sic, *adhuc tres dies*, 2 Par. 10. 5. eſt, *in tertio die*, v. 12. Ità Gen. 40. 13. Hebræum *ad* ſæpe ſumitur pro *poſt*; ut Exod. 16. 1. Num. 33. 38. Ezra 3. 8. Pſal. 19. 3. Jer. 41. 4[e]. *Secundùm*, i. e. *Poſt dies adhuc ſeptem*, ſcil. finitos & exactos; ſeptimo poſt hunc die [f]. *Poſt ſeptem dies*, Ar. *Hinc ad dies ſeptem*, Sy. Hi additi ſunt, vel pro luctu Mathuſalæ jam mortui, (quem Deus honorare voluit) ut volunt Hebræi [g]; vel ut homines pœniteret [h]; vel ut in iis animalia in Arcam induceret [i]. ¶ *Ego pluam*] q. d. Non vi ſyderum, nec ex cauſis naturalibus, ſed abſolutâ meâ potentiâ & voluntate [k]. Heb. *pluere faciens*, quaſi jam tum faceret, propter certitudinem. Sic *coacervans*, Prov. 25. 22. vertitur *coacervabis*, Rom. 12. 20 *. ¶ *Delebo*] Ex terra viventium, ſeu ſeculi futuri, He. in A. ¶ *Delebo omnem ſubſtantiam*] Ità plerique. יְקוּם ſignificat quicquid vivit [l]; nempe *ſuper terram* [m]. *Quod ſe erigit*. Græci vertunt ἀνάστημα, alibi ὑπόστασιν [n]. Quod vivit, & poteſt in pedes erigi [o]. *Corpus vivens*, JT. quod vi animæ ſeipſum huc illuc ſiſtit [p].

6. *Erat 600 annorum*] Inchoaverat, non compleverat, illum annum [q]. Hinc patet ædificationem Arcæ duraſſe per centum ferè annos, ad oſtendendum Dei patientiam, &c [r]. ¶ *Diluvii aquæ inundaverunt ſuper terram,* הָיָה מַיִם עַל הָאָרֶץ] *Et diluvium fuit; aquæ ſuper terram*, Mo. A. *Et diluvium aquæ* (vel *aquarum*, Sa.) *fuit ſuper terram*, [plerique.] Alii aliter; *Quando diluvium accidit, videlicet, aquæ ſuper terram*, Sy. *Cùm diluvium illud fuit, aquis exundantibus ſuper terram*, JT.

[f] Pi.
[g] E. L.
[h] E.
[i] He. in L. E. T.
[k] L. E. T. Pi. A. O. La.
[l] T.
[m] L. O.
[n] T.
[o] O. Pi. A.
[p] E.
[q] Pi.
[r] G.
[s] L.
[t] Me. ex La.
[v] L. ex He.
[x] La. O.
[y] O.
[z] Ità Pi. La. Bo. A. To. Caj. Jo. Antiq. 1. 3. Aug. & Hieron. in Bo.
[a] L.
[b] Li.
[c] Bo.
[d] Pi.
[e] A.
[f] Pi.
[g] L.
[h] Me.
[i] Bo.
[k] Me.
* A.
[l] A E. & K. in G.
[m] M. ex K.
[n] G.
[o] Bo.
[p] Pi.
[q] L. A.
[r] L.

7. *Et ingreſſus eſt,* וַיָּבֹא] *Acceſſit itaque*, i. e. appropinquavit Arcæ, cùm videret futurum propediem diluvium; nam eo die non eſt ingreſſus [s].

9. *Ingreſſa ſunt*] Heb. *Venerunt* ultrò. Vide ad 15[t]. [& quæ Gen. 6. 20.] Qu. Quomodo ad Arcam venerint iſta animalia, quorum quædam certum regionis tractum incolunt, nec alibi vivere commodè poſſint; alia in inſulis & locis remotiſſimis, & novo orbe, fuerant [v]? Reſp. 1. Indè venire poterant vel pedibus, per freta ſeptentrionalia, quæ tota congelaſcunt; vel enatatione; vel etiam Angelorum miniſterio [x]. [*Nec eſt quòd rideat Atheus, cùm nullum aliud huic ſententiæ incommodum impingere poſſit, quàm quòd ad miracula confugimus; qualia certè multa præteritis ſeculis patrata agnoverunt Chriſtianæ religionis & Sacræ Scripturæ hoſtes infenſiſſimi, ut impudens planè ſit vel ſtupidus qui hæc perneget.*] 2. Non neceſſe eſt ſtatuere diluvium fuiſſe univerſale reſpectu totius terræ, ſed tantùm reſpectu totius humani generis: Totam autem terram ſpatio annorum 1656 ante diluvium ab hominibus cultam fuiſſe nullo modo probabile eſt, cùm tantò longiori ſpatio à diluvio nondum occupata ſit. Si ergò ſupponamus animalia ampliùs & diffuſiùs in orbe propagata fuiſſe quàm homines, (quod mihi veriſimillimum eſt, cùm productio *animalium* eodem modo fiat quo piſcium, utriuſque productivâ ſeu prolificâ virtute & terræ & aquæ à Deo donatâ, Gen. 1. 20, 21, 24.) dici poteſt non omnia animantia deleta fuiſſe; ſed ea tantùm quæ eaſdem quas homines terræ partes incolebant. Obj. At omnia animalia periiſſe dicuntur. Reſp. Nimirum quouſque ſe porrigebat diluvium: Minimè autem opus eſt perditionem eorum ultra fines illius ſpatii terræ quod homines coluerant extendere. Cùm enim occaſio hujus diluvii fuerit peccatum hominum, qui in animalibus, ſuâ tantùm cauſâ deletis, puniti ſunt, illud ulteriùs ampliare ſupervacaneum erat. Inſt. At quorſum præciperet Deus tantâ curâ omnia animalia in Arcam introducenda, niſi omnia in diluvio interierint? Reſp. Ponamus diluvium totam Aſiam, vel etiam totum orbem olim notum & habitabilem, (non autem Americam) occupâſſe: annon hæc erat idonea ratio cur beſtiæ in Arca ſervarentur, nempe in uſum hominum tum viventium, cui nullo modo inſervirent animalia & tam procul diſſita, & effera jam facta [y]? ¶ *Duo & duo*] i. e. Per paria, ſeu bina [z]. Alii quatuor fuiſſe volunt [a]. ¶ *In arcam*] Etſi ingreſſus animalium poſteriùs narratur, ſicut & infrà v. 13, & 14. tamen probabile eſt illa priùs ingreſſa, operâ Noachi, ſpatio ſex dierum intercedentium inter mandatum Dei & ingreſſum Noachi [b].

11. *Anno ſexcenteſimo*] Vel exacto [c], vel currente [d], vel inchoato [e]. Alioquin ſi jam decurriſſet annus 601. vixiſſet poſt diluvium non tantùm 350, (ut habetur Gen. 9. ult.) ſed 351[f]. ¶ *Menſe ſecundo*] ſcil. Anni [g]. Hebræi ſtatuunt duplex initium anni. In profanis inchoant à Tiſri, in ſacris à Niſan [h]. Apud Hebræos duæ ſunt opiniones. R. Eliezer & ſequaces dicunt, quòd ſecundus menſis eſt *Marcheſuan*, ſive *Octobris*; ut primus *Tiſri*, ſive *September*, in quo mundus eſt conditus. At R. Joſua & ſequaces dicunt, quòd ſecundus menſis eſt *Jard*, (M. vocat *Jiar*,) i. e. *Aprilis*; quia Martius vocatur primus menſis Exod. 12. *Menſis primus erit*, &c. At prior ſententia eſt probabilior. Et Martius Exod. 12. nominatur *primus*, ob exitum ex Ægypto; q. d. licèt de præterito non erat *primus*, de cætero tamen erit [i]. [Secundus hîc menſis quibuſdam eſt Aprilis, vel Maius [k].] Annum ſacrum hîc intelligi probatur, quòd hîc narratur res ſacra, ſcil. miraculum conſervatæ Eccleſiæ. Sic miraculum illud tranſitûs per Jordanem refertur ad annum ſacrum. Vide Joſ. 3. 11, 19. & 5. 9[l]. Tum cœpit, 1. ut oſtenderet Deus cauſam diluvii non fuiſſe naturalem ex imbribus hyemalibus, &c. 2. ut impios perderet tempore amœniſſimo [m]. [Aliis hic menſis eſt *October* [n],] Joſ. Ità Joſ. Scaliger ad fragmenta, &c [o]. Qui annum diluvii inchoant à Martio, novum & aliud miraculum fingunt ſine Scriptura vel ratione, nempe aquas ferventi æſtate creviſſe, & frigi-

dâ

[s] V.
[t] V.
[v] Bo.
[x] Bo.
[y] Stillingfl. in Orig. ſac. 3. 4.
[z] Me.
[a] Ità O.
[b] Pi.
[c] Per. in La.
[d] Bo.
[e] La.
[f] Bo. La.
[g] V. L. A.
[h] M.
[i] L.
[k] Ità Pi. La. V. M. Bo. ad Gen. 1. 11.
[l] Pi.
[m] La.
[n] Ità O. L. Li. A. TJ. D. ex Ge.
[o] Ga.

dâ hyeme decrevisse. Rectiùs ergò alii in Septembri inchoant, & sic aquis exsiccandis inservit calor æstatis. Ità mense primo, *Tisri*, Noah sedulò collegit fructus terræ, & in Arca reposuit. Item hyeme exivit, & ex Arca, non ex terra, victum habuit [p]. ¶ *Fontes abyssi magnæ*] Intellige vel de mari *, quod *profundum* vocatur Job. 38. 16, 30. & 41. 31. Psal. 106. 9 †; vel de immensa illa & profunda aquarum copia quæ est subter terram ‖. Sub terra sunt multæ abyssi seu voragines aquarum, (vocantur autem *una abyssus*, quia aquæ illæ inter se per venas saltem aliquas communicant [q].) Fontes, &c. sunt omnia ostia voraginis illius subterraneæ profundissimæ, & aquis initio mundi in ea à Deo reconditis plenissimæ, unde & maria quædam & flumina omnia & fontes scaturiunt [r]. *Magnam vim aquarum in subterraneis occuli, & ibi amnes esse vastæ magnitudinis*, affirmat Seneca, Nat. Quæst. 3. 19 [s]. Aquas has Providentia Dei posuit in his thesauris, Deut. 8. 7. Job. 28. 4, 10. Psal. 33. 7 [t]. ¶ *Rupti sunt*] Vi aquarum [v]. Ostendit ea vox causam diluvii fuisse supernaturalem [x]. Heb. est נִבְקְעוּ. Vertunt, *diffiderunt se*, J T. Niphal significatione reciprocâ, ut sæpe [y]. Vel, *diffisi, disrupti sunt*, Pi. La. Ma. scil. à Deo, Pi. *Fontes rupti*, i.e. obturacula fontium, vel foramina fontium angustiora, disrupta, atque ità dilatata, sunt [z]. ¶ *Cataractæ cœli*; ità ο'. Sa. Sy. Ar. Mo. J T. אֲרֻבֹּת] *Fenestræ*, Ch. Aq. & Sym. in Nobil. M. P. Ti. O. Pi. A. vel, *foramina*, Ma. Pi. vel, *emissaria* sive *cataractæ cœli*, i.e. aeris, ut Gen. 1. 7. Esa. 24. 18 [a]. i.e. nubes densæ & copiosæ [b]. Cœlum dicitur *aperiri*, quando pluit; claudi, quando negat imbrem, Luc. 4. 25 [c]. Non per poros, ut priùs, sed veluti per fenestras. Deus vapores & aerem assiduè in aquam convertit, vel etiam aliquas de novo produxit [d]. [Aliqui accipiunt de cœlis supernis, quasi aquæ indè in terras delapsæ sunt. Sic Gregorius Oxoniensis accipere videtur. Vide quæ ad Gen. 1.] Sunt aquæ super nos & super cœlum, quæ, si pro natura sua descenderent, in momento extinguerent omnia. Sed verbo Dei retinentur [e]. De his accipit O. & Eugub. in La. Non est locus hîc Metaphoris. Taxandi sunt qui potiùs volunt Sacram Scripturam Philosophiæ regulis subdere, quàm, ut magis decet, Philosophiam, tanquam ancillam, illi deservire *. Propter diluvium aquas ibi repositas fuisse censent †. Non dissimilis apud Senecam διατύπωσις, Nat. quæst. q. 3. c. 27. *Sed monet me locus*, &c [f].

12. *Facta est pluvia*, הַגֶּשֶׁם] *Nimbus*, seu *pluvia vehemens*, Ma. Pi. A. ¶ *Quadraginta diebus*] In quibus solenne jejunium observârunt, comedendo semel tantùm in die. Ità invenio in traditionibus orientalibus, inquit Gregorius Oxoniensis, qui & hinc arcessit originem Jejunii quadragesimalis [g].

13. *In articulo diei*] i.e. In principio, sive aurora. Ità sumitur phrasis Hebræa Exod. 12. 41 [h]. ¶ בְּעֶצֶם הַיּוֹם] *In ipsomet die*, V. & plerique; vel, *in substantia diei*, V. Pi. i.e. hoc ipso die, V. Fecit eum ingredi die clarâ, ad ostendendum, quòd poterat illum à malis defendere [i]. *In corpore diei*, Mo. A. Pi. i.e. *in osse diei*, Ma. Pi. La. i.e. in subsistentia (quia ossa dant subsistentiam firmam corpori) diei, i.e. illo die [k]. *In robore diei*, O. A. i.e. prope meridiem, cùm lux fortior est [l]: *in essentia diei*, Ar. ¶ *Ingressus est*] Ultimatè & completé [m].

14. *Omne animal*] *Omnis bestia*, i.e. omnis generis bestiæ. חַיָּה in Scriptura ferè usurpatur ad significandum *feras bestias*; ut Gen. 37. 33. Psal. 50. 10. Esa. 40. 16 [n]. ¶ *Aves & volucres*] *Aves* sunt quæ pennas habent; *volucres*, quæ alas sive pennis instructas, sive ex membranis formatas, ut vespertilio [o]. Vel עוֹף sign. *aves grandiores*, & צִפּוֹר *aviculas*; ut Gen. 15. 9, 10. Levit. 14. 4. Psal. 104. 17 [p]. In Hebr. additur ¶ כָּל־כָּנָף] Quod vertunt, *omne alatum*, Sa. Sy. Mo. O. vel *pennatum*, M. Ti. *omnis ala*, Ma. *cujuscunque alæ*, A. Pi. J T. quomodocunque alatæ sint, membranis aut pennis [q]. Sic Ezec. 17. 23 [r].

15. *Venerunt ergò*] Suâ sponte, ità volente Deo, & velut de manu in manum Noæ porrigente [s]. ¶ *In qua spiritus vitæ*] Vide Gen. 6. 17 [t]. *Spiritus vitalis*, Pi.

[p] Li. * Sic E.A. † A. ‖ V.O. Pi.La.Bo. A.T. [q] Me. [r] T. [s] Ma. [t] A. [v] Me. [x] L. [y] Pi. [z] Pi. [a] A. [b] V.L.E. La.Bo.Pi. A. [c] T. [d] T. [e] M. * O. † La. [f] G. [g] Cap. 6. [h] Bo. [i] L. [k] La. [l] O. [m] Me. [n] Pi. [o] La. Me. [p] Pi. [q] Jun. Ità A. [r] Pi. [s] V. [t] V.

16. *Et inclusit eum*, וַיִּסְגֹּר בַּעֲדוֹ] Variè reddunt. *Inclusit eum*, A. *clausit* (vel *occlusit*, nempe *ostium*) *post eum*, V. Pi. Ma. Ti. i.e. illo ingresso, V. q. d. Noacho vixdum ingresso, & adhuc tergum vertente ostio Arcæ [v]. Al. *super eum*, A. Ma. O. Ar. Mo. ut Joel. 2. & Jer. 11. O. Al. *pro eo*, L. Me. T. Ma. Intellige, non, *loco ejus*, id esset תַּחְתּוֹ, sed, *in ejus commodum*; ut Gen. 20. 7. *orabit pro te*, בַּעַדְךָ, & Levit. 16. 17 [x]. Al. *circa eum*, Q. in F. co. O. M. Al. *ante eum*, Ma. Al. *in usque ad ipsum*, O. Ma. i.e. post ipsum: vide 2 Reg. 4. *claudens ostium* בַּעֲדוֹ [y]. Al. *adversùs eum*, Q. in Ma. Clausit ostium Deus, vel immediatè [z], vel potiùs ope Angeli [a].

17. *Diluvium*, הַמַּבּוּל] *Diluvium hoc*, i.e. imber hic, de quo v. 12. Alioquin impetus aquarum duravit 150 dies [b]. ¶ *Quadraginta diebus*] i.e. Cùm durâsset diluvium 40 diebus, elevata est Arca supra terram [c]. ¶ *A terra*, מֵעַל הָאָרֶץ] *Desuper terram*, h.e. ex eo loco qui est super terram, vel qui attingit terram [d]. Vel, *de terra*, ο'. in A. מֵעַל pro *de*; ut Exod. 10. 28. & 2 Reg. 21. 8. collat. cum 2 Par. 33. 8. Vide & Gen. 13. 9 [e].

18. *Vehementer inundaverunt*, וַיִּגְבְּרוּ] *Prævaluerunt*, V. O. *fortificaverunt se*, O. Prævaluerunt, arbores, ædificia, &c. dejicientes [f].

19. *Omnes montes*] Qu. Unde tanta aquarum copia? [*Hîc triumphant Athei, & Scripturæ fidem sugillant, summámque montium altitudinem deprædicant.*] Si dicas ex mari hos vapores evocatos esse, tantundem aquæ detraxeris mari, quantum addis nubibus [g]. Diluvium longè majus erat toto mari, quod respectu terræ exiguum est, & successit duntaxat in locum fossarum & scrobum, &c [h]. Si aerem statuas in aquam condensari, vix aeris tota regio sufficeret, cùm aeris materia in decuplum (ad aquam) assumenda erat [i]. Quid hîc dicendum? Resp. Montes quod spectat, longè subsidunt infra decantatam nonnullis altitudinem. Celebratissimus *Olympus* altus tantùm erat sesquimilliari ad perpendiculum, ut mensurando comperit Xenocrates in Plut. Æmilian. Nec altior *Pelion*, teste Dicæarcho in Plin. 2. 65. nec *Athos*, judice If. Vos. in Pomp. Melam. *Caucasus* altus tantùm duobus milliaribus, ait If. Vos. vel quatuor mil. ait Gassend. Mons iste Tenariffæ dictus *Pica de Terraria*, quo nullum in mundo altiorem existimat, est quatuor tantùm milliaribus altus, inquit Varennius. Nam quòd *Alpes* Plinius dicat 50 mil. altas, respectu obliqui ascensûs intelligendum est [k]. [*Jam videamus unde tanta aquæ moles, quæ montes tam altos contegeret.*] 1. Q. aquas petunt ex locis supercœlestibus, ubi ad hoc à Deo repositæ fuerant. Indè facilè descendere poterant, Deo earum motum accelerante, præsertim cùm cœlos non solidos, sed liquidos & fissiles, multi statuunt [l]. 2. E mari sublati sunt copiosi vapores, qui in aquam pluviam & dulcem conversi majorem occupabant locum, quòd aquâ salsâ levior est & rarior [m]. Ex terra etiam, cui immixtum est mare, copiosæ erant exhalationes [n]. Aer etiam in aquam conversus est [o]. Et pluvias potuit Deus rarefacere & extendere [p]. 3. Aquas has facilè suppeditare potuit *Abyssus illa maxima subterranearum aquarum*, (de qua vide ad Gen. 7. 9.) qualem ex Homero Plato in Phædro sic describit; εἰς τοῦτο τὸ χάσμα συῤῥέουσί τε πάντες οἱ ποταμοὶ, καὶ ἐκ τούτου πάλιν πάντες ἐκρέουσι, i.e. *In hanc cavitatem omnes fluvii confluunt, & indè rursus effluunt.* Talem abyssum dari probatur, 1. ex origine fontium & fluminum, quæ tanta sunt, ut una *Volga* existimatur tantam aquarum copiam in mare Caspium quotannis effundere, quæ totam terram facilè obtegere posset. Unde luculenter constat dari tales subterraneos meatus in mari, (in quos suas aquas mare transmittit) alioquin immensa aquarum copia quæ ex fluviis in mare influit mundum omnino inundaret & obrueret. Tantæ aquarum massæ non sufficit aut aqua pluvialis, aut aer condensatus in cavernis terræ; quibus duabus causis alii Philosophi originem fontium adscribunt, quæ potiori jure huic abysso assignatur. Atque hinc reddi potest ratio, quomodo ex aqua maris salsa evadit dulcis aqua fontium. Nam *fixum* salem auferre potest percolatio, & *volatilem*

[v] Pi. [x] Pi. [y] O. [z] Pi. [a] Pi.La.T. [b] Pi. [c] A.E. in M. [d] Pi. [e] A. [f] Ge. in M. Ma. La. [g] Bo. [h] La. [i] La. Bo. [k] Stillingfl. Orig. sac. 3. 4. sec. 5. [l] Q. in La. [m] Bo. [n] Bo. La. [o] Bo. [p] La.

tilem evaporatio quædam; ut ex eo constat, quòd ex nubibus à vaporibus marinis elevatis profluunt aquæ dulces. Insuper hi vapores cum aliis dulcibus vaporibus ex pluvia vel aliunde immixti suam perdunt acrimoniam. Salsi autem illi fontes (quales multi sunt) oriri possunt ex salsis maris aquis, quæ continuâ quadam circulatione ex Oceano transeunt in subterraneas has cavernas, indéque ad montes, unde tandem redeunt in mare, quod idcirco nunquam turget aquâ à fluviis immissâ [q]. 4. Non putandum est totum terræ globum aquis tectum fuisse. Quid opus erat illas mergere terras ubi homines non erant? Stultum est putare, ante diluvium homines ità multiplicatos fuisse, ut omnes terræ angulos pervaserint, cùm nè Syriæ quidem & Mesopotamiæ fines forsan excesserant. Absurdum autem est dicere, ubi nullæ hominum sedes, illic etiam viguisse effectus pœnæ solis hominibus inflictæ. Licèt ergò credamus nè centesimam quidem orbis partem aquis fuisse obrutam, erit nihilominus diluvium universale, quia clades totum orbem habitatum oppressit. Sic si statuerimus, jam cessabunt ineptæ istæ & futiles quæstiones quas nonnulli de diluvio moverunt, & simul improbis de Sacrarum Literarum veritate dubitandi omnis præripietur occasio [r].

20. *Quindecim cubitis*] Mensura idonea, ut nec gigantes nec ullum animal in vertice montium servari posset [s]; útque vasta Arcæ moles inoffensa in aquis fluitaret [t]. [*De diluvio clara sunt Ethnicorum testimonia.*] Factum esse diluvium inter omnes constat, inquit Lactant. l. 2. c. 10. de Ethnicis scriptoribus agens. Legitur quoque, lib. 6. Hist. Indiæ cap. 5. quòd *Rex quidam Nicaragua quærebat ex Christianis, num haberent notitiam aliquam diluvii, quo tota terra inundata fuit, & submersi homines ac bestiæ; & an exspectandum esset adhuc aliud* [v]. De diluvio multa est apud Sinicos scriptores mentio, ait Martinius, Histor. Sinicæ l. 1. p. 12. *Puoncuum* solùm cum familia sua ex diluvio evasisse narrant Chinenses, ait Is. Vossius epistolâ ad Colvium, p. 409. Inter Indos in *nova Francia* & *Peruvia*, &c. constans est de diluvio traditio, ex Lescharboto inquit Johannes de Laet, de Orig. gentium American. l. 1. p. 115. Vide plura in Grot. de V. R. C. l. 1. in Annotatis, Voss. Isagog. Chronol. dissert. 4. c. 2, & 3. Aug. de Civitate Dei, l. 18. c. 12. & ibi Lud. Viv. Euseb. Chronic. p. 5. edit. 2. Scalig [*]. [*Plura etiam occurrent in sequentibus.*]

21. *Volucrum, animantium,* בָּעוֹף וּבַבְּהֵמָה] *In volatili, & in jumento,* Mo. M. Ma. *à volatili ad jumentum,* Ar. *tam de volatili, quàm de jumento,* O. P.

22. *In terra*] Heb. *in sicco*. Ità pisces excipit, quia in humido degunt [x]. Ineptè finxerunt R R. pisces mortuos, ac proinde aquas ferventes fuisse [y].

23. *Delevit omnem substantiam,* וַיִּמַּח אֶת־כָּל־הַיְקוּם] Variant. *Et deletum est,* J T. O. A. Ti. Sy. M. *omne corpus vivens,* J T. *quod stabat,* O. *quod subsistebat,* Ti. Sy. M. Ità יִמַּח pro יִמָּחֶה *jimmaheh*. Ellipsis est pleonastica; Hebræis propria. Ad verb. *Et deletum est omnem substantiam,* pro, *Et deleta est omnis substantia ab eo qui delevit eam,* videlicet, à Deo [z]. Al. *Et delevit,* Ma. Ar. ό. supple *Deus*, pro יִמְחֶה *jimheh* in Kal [a].

24. *Centum quinquaginta diebus*] Scil. computando vel à 40 diebus, sive à fine descensûs pluviarum [b]; vel ab initio diluvii [c], includendo 40 illos dies: ut constat, quia aquæ cœperunt die 17. mensis 2. & imminutæ sunt die 17. mensis 7. Gen. 8. 3, 4. inter quos dies sunt præcisè quinque menses, sive 150 dies [d].

Margin notes: [q] Stillingfl. Orig. 3. 4. [r] Is. Voss. de Ætate mundi. [s] Me. La. Bo. [t] Me. [v] E. [*] Stillingfl. Orig. [x] Pi. [y] Pi. M. [z] Pi. [a] Pi. [b] Ità R S. in L. Jo. & To. & Caj. in La. [c] L. La. Pi. Bo. [d] Pi. La. Bo.

CAP. VIII.

1. Recordatus est] Oblivio quædam erat, quòd eum tamdiu passus est cruciari [e]. *Oblivisci* videtur, qui amicum non liberat à præsentibus (malis,) cùm possit [f]: & *recordatur*, cùm à malis liberat [g]. *Recordatus est Noachi,* i. e. promissionis ei datæ, Gen. 7. 18, &c. [h]. ¶ *Et animantium*] Deus servat etiam bestias propter justum [i]. ¶ *Adduxitque,* וַיַּעֲבֵר] *Induxit,* V. *transire fecit,* P. Pi. A. ¶ *Spiritum*] i. e. Ventum validum, & exsiccantem, & urentem; ut Exod. 14. 21 [k]. Hic ventus non tam naturali quàm Divinâ vi siccavit aquas [l].

2. *Clausi fontes*] Qui ad vindictam reclusi erant, non qui ad potum, &c [m]. ¶ *Et pluviæ de cœlo*] *Pluvia è cœlo,* i. e. *cœlestis,* ut *panis è cœlo,* i. e. aëre; vel, *è cœlo,* i. e. cœlitùs, vel divinitús. Sic dicunt, *Venit ut se mundet, adjuvant eum cœlitús.* Sic *metus à Domino,* Sirac. 19. 18. & Lucretius, *fulgur ab auro,* i. e. auri [n]. Qu. Quando cœpit hæc remotio aquarum? Resp. 1. Post 150 dies, ut seq. vers. 3 [o]. nam per illos nec pluvia cessavit, nec fontium eruptio. Obj. cap. 7. 12. dicitur, *fuit diluvium 40 diebus.* Resp. Significat tantùm inundationem tantam fuisse, ut post 40 dies Arcam elevaret; nam postea sequitur, *roboraverunt se aquæ* [p]. 2. Potiùs post 40 dies [q]; & illud, *clausi sunt,* vertendum, *clausi fuerant.* Jam antè, post illos 40 dies, pluere desierat; sed & in posterum Deus pluvias prohibuit, ut totis mensibus undecim nihil pluviæ deciderit [r]. Decrescente diluvio post 150 dies Deus omnes pluvias, etiam ordinarias, prohibuit [s]. ¶ וַיִּכָּלֵא הַגֶּשֶׁם] Vertendum, *Et cohibitus est imber ille,* de quo Gen. 7. 12 [t].

3. *Euntes & redeuntes,* sic Ch. A. Sy. הָלוֹךְ וָשׁוֹב] *Eundo & redeundo,* Mo. O. *Aquis indesinenter recedentibus,* J T. *Quò magìs ibat, recedebat,* Ar. i. e. Cœperunt decrescere [v]; notanter imminutæ sunt, dilabentes ad subterraneam abyssum [x], vel in mare, ut Eccles. 4 [y]. q. d. Continuò redeuntes [z]. Fluentes & refluentes, huc illuc vento agitatæ [a]. ¶ *Post centum quinquaginta dies*] Tot dies numerat Sp. S. à 17. die mensis 2. ad 17. mensis 7. sic cuilibet mensi tribuens 30 dies. Ità Liveley, Chronol [b]. Annus priscorum Hebræorum fuit Chaldaicus, seu Ægyptiacus, constans 365 diebus. Vocabant *annum dierum,* i. e. ὁμαλὸν, *æquabilem;* constabat enim ex æquali tributione dierum, sine scrupulis: similiter mensem æquabilem, & τριακονθήμερον, *mensem dierum,* qui perpetuò & constanter diebus 30 constaret. Jos. Scaliger Emendat. temp. 3. Gen. 29. 14. Dan. 10. 2 [c].

4. *Mense septimo*] A tempore cohibitæ pluviæ [d]: non ab initio diluvii, sed anni, ut patet ex ver. 13, & 14 [e]. ¶ *Vigesimo septimo die*] Ità ό. in Bo. & Patres omnes, La. At constanter Hebræa habent *decimo septimo die.* Ingens hîc pugna certantium pro nostro, aliis contranitentibus. Nos abstinebimus. Tantùm notabimus Hebraica cum Gen. 7. 11, 24. congruere [f]. ¶ *Super montes Ararat*] i. e. Super unum aliquem montium Ararat, (*super uno montium,* &c. Pi.) Sic, *Sepultus est in urbibus Galaad,* i. e. unâ quapiam urbe: Sic, *pullus asinarum,* i. e. asinæ unius [g]. *Ararat Armeniam* ferè omnes interpretantur [h]; sic constans semper fama fuit; & sic ό. vertunt, Isai. 37. 38 [i]. Sic Berosus & Nicolaus Damascenus, quos citat Josephus [k]. Apud Abydenum *Xisuthrus,* i. e. Noe, ut diluvium effugeret, *ex Assyria ad Armenios navigavit*: Euseb. præpar. l. 9. Et Melo, vetus author, qui scripsit contra Judæos, narrat, *post diluvium ex Armenia excessisse hominem qui cum filiis suis evaserat.* Et *Ariarathis* nomen in Armenia minori notissimum fuit [l]. *Inter Armenios & Cardyæos consedit Arca Noæ,* ait Epiphanius, *in monte quodam* Λυβὰρ *Lubar vocato* [m]. Montes hi *Gordiæi* dicti, quos memorant Strabo, Curtius, Plinius: vide ad V. R. C [n]. *Montes Cardu,* Chald. in M. קַרְדּוּ pro קַרְדּוּת, (unde *Carduchi*) ת per Apocopen abscisso, ut solet [o]. *Cordu,* Me. Stephano *Gordochi,* Xenophonti *Garduchi* [p]. Nomen ipsum *Ararat* ad sua tempora apud Armenios mansisse, ait Philostorgius [q]. Consentaneum est Scripturæ. Nam filii Sennacherib fugerunt in *Ararat,* 2 Reg. 19. 37. ubi receptus erat & expeditissimus, & tutissimus, quia montes editissimi, & gens bellicosa, jugúmque servile nunquam passa. Geographi locum depingunt longit. 79. latitud. 41. prope oppidum *Chiagri.* Satis patet montem cui Arca insedit *Barim*, vel *Imbarum,* vel *Loubarum,* (vel *Cubarum,* ut addit vir doctus apud D.) appellatum. Eodem ferme loci commemorat Strabo Baridis templum.

Margin notes: [e] V. [f] L. [g] V. [h] Pi. [i] V. [k] Me. T. L. Bo. [l] La. T. [m] Me. [n] D. [o] O. La. [p] O. [q] Bo. Pi. [r] Bo. [s] La. [t] Pi. [v] V. [x] Me. [y] E. [z] A. [a] Bo. [b] Ga. [c] Ga. [d] M. [e] Me. [f] Ma. [g] D. [h] V. Ità O. Pi. La. Bo. A. BP. 1. 3. [i] Ful. misc. 1. 4. [k] D. [l] B P. 1. 3. [m] D. [n] G. [o] Ful. ib. [p] D. [q] G.

plum. Forte mons à templo, templum à navigio dictum. Βᾶρις est navis Hesychio, & sic olim Ægyptiis dicta est, teste Herodoto in Euterpe [r]. *Hic ingens mons Baris est super Minyadem*, ait Nic. Damasc. Fallor, aut ibi *Minyas* est Hebræorum מני *Mini*, vel *Minni*, regio, quam cum *Ararat* conjungit Jeremias, c. 51. 27. Pro מני Ch. habet הרמיני *Armeniam*, non malè. Videtur enim *Armeniæ* vox conflata esse ex הר־מני, i. *Mons Mini*, seu montana Minyadis [s]. Hi montes, juxta quorundam sententiam, sunt pars montis Tauri [t]. Elmacinus, in historia Saracenica, (l. 1. c. 1. inquit BP. ibid.) describens res gestas Heraclii, vivente Muhammede, ait eum diversatum esse in pago cui nomen *Themanim*, quem Noah incoluerit cùm ex Arca exivisset, (dictus proculdubio pagus est ab octonario, Ful. ità BP. est enim Arabibus תמניה (vel תמאן, BP.) Syris תמניא, *octo*, ab Heb. שמנה) atque ascendisse Imperatorem in montem *Gordium*, ac vidisse locum Arcæ. His addantur quæ Benjamin habet in Itinerario. *In medio flumine Tigridis est insula filii Omaris ad pedes montium Ararat, unde iter est quatuor milliarium ad locum ubi quievit Arca Noæ: Sed Omar filius Alcitabi Arcam è cacumine duorum montium desumpsit, atque indè Muhammedanorum synagogam struxit.* Vides *Ararat* non procul esse à Tigride, ubi & Gordiæos montes Ptolemæus statuit [v]. Vide plura apud Jo. Antiq. 1. 4 [x]. Geographus Arabs, Clim. 4. 6. ea loca describens, ait, ibi *mons Jemanin*, (lege *Thsemanin*) idem qui *Godi*, (*Gordi*) *in quo requieverit navis illa, navis Noæ, cui pax* [y]. At Sibylla tradit montem hunc in Phrygia esse [z], prope Celænas. Erroris fons est, quòd urbs *Apamia* (in quam migrârunt Celænarum incolæ) dicta sit κιβωτὸς Strab. & Ptolemæo [a]. [*ubi plura de eo videat, cui vacat.*]

5. *Ad decimum mensem*] Non à cœpto diluvio, sed à cœpto anno 600. vitæ Noæ, (ut patet ex v. 13, 14. & ex Gen. 7. 11 [b]. vel potiùs ab anni initio, juxta modum supputandi illo mundi primordio, [de quo vide ad Gen. 1. 11 [c].] ¶ *Ibant & decrescebant*, הלוך וחסר] *Eundo & deficiendo*, i. e. euntes & deficientes. Pergebant deficere. Infinitivus pro participio sæpe ponitur [d]. ¶ *Cacumina montium*] Dices, Arca antè quievit. Resp. Arcæ moles aquas penetravit [e]; cacumen illius montis (multò magis inferiorum montium) sub aquis erat [f].

6. *Fenestram*, חלון] In Græcis aliis vertitur, θύραν, sed in vetustioribus, θυρίδα, *fenestram*, quod indubiè rectiùs; nam sic ό. transferunt Gen. 26. 8 [g].

7. *Emisit corvum*] Corvus enim cicuratus stationis suæ non facilè obliviscitur, sed eam solet repetere [h]. Vesceretur etiam cadaveribus, si qua apparerent, Prov. 30. 17 [i]. Corvum sciebat odore cadaverum allici posse ut longiùs evolaret, si jam animalibus patuisset terra [k]. ¶ *Qui egrediebatur, & non revertebatur*, ità ό. Sy. D. Ca. at Hebraica sunt, יצוא ושוב] *Egrediens & revertens*, V. *ultro citróque volitans*, F. Pi. A. Bo. *egrediendo & redeundo*, Mo. O. Sa. Ità Ar. & Jo. Antiq. 1. 4. & *Beresith Rabba* & *Agudda*, qui Hebræorum libri sunt vetustissimi; & sic legebat Hi. in Quæst. Heb. (in quo perperàm hodie est, *non revertens*) ut ex sensu constat [l]. Hîc digladiantur, utrùm Hebræi an Latini Codices præferendi. [De quo vide Brug. not.] Latina exemplaria variant. Nonnullis abest negatio [m], ut probat Bru. Nondum scimus utrùm negatio addita erat *interpretibus*, an *scribis*. Ab illis magis credo [n]. Facilè conciliantur. Revertebatur ad Arcam, non in Arcam [o]. Olim placebat, nunc displicet: Si enim non erat in Arca, quis pascebat [p]? Hæc solutio inanis est; non sic conciliantur Hebræi & Græci, cùm neutra lectio dicat corvum *in arcam* vel *super arcam rediisse*; sed una corvum rediisse ait, altera negat. Præterea, in Hebræo textu corvum in Arcam rediisse palàm subintelligitur; *Egressus est egrediendo & redeundo, donec*, &c. i. e. sæpe egressus est ex Arca, & sæpe rediit. Porrò, ut sæpe egrederetur, necesse illi fuit in eandem sæpe regredi [q]. Reversus est à cadaveribus ad Arcæ culmen, non autem ad Noe: vel, revertebatur ad loca in quibus degere priùs consueverat, jam liber revolans quò libuit [r]. Corvus modò longiùs avolavit ab Arca,

r Ful. ubi suprà.
s BP. 1. 3.
t Me.
v Di.
x D.
y BP.
z Ca.
a B.P. ib.
b La. Me.
c Bo.
d Glas. gram. p. 363.
e La.
f Bo.
g D.
h Pi. Ma.
i A.
k BA. 2. 2. 12. 209.
l BA. 2. 2. 12. 211.
m D.
n D.
o D. A. La. Bo. Ma.
p D.
q BA. ubi suprà.
r Me.

modò propiùs advolavit; sic tamen ut in Arcam non intraret [s]. In montibus cadavera reperiebat. Aliqui ad verbum ex Hebræo, *Egressus est egrediendo & recedendo*, i. e. & magis semper magisque recessit, i. (ut noster interpres) *non revertebatur*, hoc est, porrò semper recedendo pergebat [t]. שוב sæpe sign. *recedere*; ut Gen. 8. 3. Ruth 1. 16. Ezec. 18. 26 [v]. Sed nescit vim Hebraismi, Ma. nam שוב eo sensu construitur cum מ [x]. Deinde, non cohæret, recessisse *donec siccarentur aquæ*, h. e. diebus 50. An toto illo tempore corvus semper ex Arca recessit [y]? Quamvis Hebraicam lectionem ità venerari soleam, ut ab ea nunquam discedam nisi valde invitus; Græcam tamen hîc præfero, quæ perperàm errori scribarum adscribitur; cùm si negatio tollatur, verba erunt sine ullo sensu, *Egressus rediit, donec exaruissent*, &c. Græcos autem pro יצוא ושוב, conjicio legisse ולוא ישוב, *& non revertetur*, i. non reversus est, fut. pro præter. ut in Psal. 117. vigesies. י & ו, nec non ל & צ, facilè permutantur, cùm literæ similes sint, præsertim in RR. & veteribus MSS. Græcorum lectioni favet Ethnica fabula de corvo, qui ab Apolline aquatum missus non rediit, nisi post ficus maturas. De quo Ovid. Fast. Hyginus Astronom. l. 2. in Hydra, Ælian. Hist. 1. 47. Quid, quòd ex Heb. lectione non facile est se expedire? Nam, 1. illud, *Exiit exeundo*, est Ἑβραϊκώτατον. 2. *Exiit redeundo* videtur esse oppositum in apposito. 3. Quorsum corvum in Arcam semel regressum toties emitteret, per 50 dies, nullo successu, maximè postquam ex columba didicit quod scire avebat? Obj. At si non rediit corvus, quid de illo factum est? Resp. 1. Fortè mortuus est in aquis: *Aug.* & *Cyrill.* Inst. Sic periisset corvorum species. R. Poterat fœminam antè inivisse quàm emitteretur. Resp. 2. Poterat corvus adhuc vivere, & vel cadaveribus vel montium verticibus insedisse. Inst. Cur ergò columba septiduo pòst emissa pedem in iis figere non poterat? R. 1. Gratìs dicitur post septiduum emitti. Non dicunt Hebræa corvum emissum *post eum*, sed *à se*; & si post corvum emissa erat, poterat sequenti die emitti. 2. Corvus *oblectatur humidis*, ait Theon ad Arat. vers. 963, &c. utpote temperamenti siccissimi. At columba in uliginosis non libenter pedem figit [z]. ¶ *Donec siccarentur*, עד יבשת] *Usque ad siccitatem aquarum*, vel, *ad siccari*. Habet formam & infinit. & nominis; ut יכולת Num. 14. 16. *posse*, vel *potentia* *. Sed neque postea rediit. Phrasis est, qualis Matt. 1. ult. *donec peperit* [a].

8. *Columbam*] Die septimo ab emisso corvo, ut patet ex v. 10 [b]. *Columbam* elegit, quia non leviter fallit fidem conjugii, sed maturè studioséque ad nidum & communem domum revertitur [c]; & quia avis docilis est, & homini amica, quæque diu & procul volat, Psal. 5. 7. & libenter humi pascitur, & hoc habet à natura insitum, ut ad nidum redeat etiam à locis remotissimis [d]. Hujus historiæ vestigia sunt in Abydeni Chaldaicis apud Euseb. Præpar. l. 9. & Cyrill. l. 1. contra Julianum. *Tertio die postquam pluere desiit, aliquas aves dimisit Xisuthrus*, (sic ille *Noam* vocat) *visurus si terra ex aquis emergeret. Quæ quidem, excipiente semper eas immenso pelago, retrò ad eum rediêre; & post istas aliæ. Ut verò tertiis emissis successit illi, (redierant enim pedibus lutosis) Dii illum ex hominum medio sustulerunt* *. Idem ferè habet ex Beroso Alexander Polyhistor; Γενομένου δὲ κατακλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος, &c. h. e. *Facto diluvio, & statim cessante, Xisuthrus aves emisit: hæ autem nec cibum reperientes, nec locum quietis, ad navem redibant: & post paucos dies rursum emissas, pedibus lutosis rediisse*: (quod de columba dicunt Eutychius p. 40. & Jo. BA.) *tertiò autem emissas, nunquam rediisse* †. Et Plutarchus in libro de Solertia animalium; Οἱ μὲν Μυθολόγοι, &c. *Columbam ex Arcâ emissam tempestatem Deucalioni significâsse Mythologi dicunt, cùm intus remeavit; & serenitatem, cùm avolavit* *. ¶ *Si cessâssent*, ità ό. הקלו] *An mitescerent, sedarentur, minuerentur*, V. sic Sy. Ti. *an alleviatæ*, vel *levatæ, essent aquæ*, [ità ferè omnes;] vel, *an alleviarent aquæ terram*, O. *an aquis levata esset terra*, Ca.

9. *Non invenisset*, &c.] Dices, jam apparuerant cacumina montium [e]. Resp. Omnia tamen adhuc erant

s G.
t Me.
v La.
x Ma. BA.
y BA. p. 211.
z BA. 2. 2. 12.
* Ma.
a Me. L. La.
b A. Ma.
c Pi. Ma.
d BA. 2. 2. 6. 27.
* BA. 2. 2. 6.
† Ga.
* BA. 1.
e L.

f Me. g L. limo obsita f, in quo columba non libenter quiescit g.
¶ *Ubi requiesceret,* מָנוֹחַ] *Consistentiam,* Sy. *requiem,*
O. A. *quiescendi locum,* Ar. JT. ¶ *Super universam*
terram, כָּל־הָאָרֶץ] *Totius terræ illius,* nempe adjacen-
h O. tis, JT. non enim solent columbæ longè volare h. Sed
potiùs vertendum, *totius terræ,* Pi. A.

11. *Portans ramum olivæ virentibus foliis,* עֲלֵה זַיִת
טָרָף] *Frons oleæ decerpta,* Hs. i. e. quam decerpserat, V.
folium olivæ confractum, F. eo. ex Ch. vel *decerptum,*
D. misc. vel *raptum,* O. Mo. BA. Sa. Ar. JT. Potest &
sic verti, *folium olivæ frondosæ.* Quò magis cogito, ma-
gis probo. Alii dictum volunt ἐκ παραλλήλου (ut solet
S. S. duobus nominibus rem unam declarare) ut *terra*
pulveris, lutum cœni, &c. ut si dicas, *ramus olivæ termes.*
Termes autem est ramus ab arbore direptus. *Taraph*
i D. Misc. substantivè accipitur, Ezec. 17. 9 i. Potest verti, *ra-*
I. 13. *mum,* ut Neh. 8. 15 k. scil. surculum tenuiorem, quem
k A. l Me. columba rostro potuit defringere l. At *folium* ver-
tunt A. Pi. Ma. Bo. o'. Qu. Unde hic ramus viventibus
foliis, cùm arbores omnes per diluvium eradicatæ
* M. essent *? Resp. 1. Licèt diluvium straverit arbores
omnes in planitie sitas, arbores tamen quædam inter
montium petras, quæ aquarum vim refrangebant, ser-
† La. vari poterant †. 2. Sub aquis vivunt & virent oleæ
aliæque arbores. *In mari Rubro* (mirum est) *sylvæ vi-*
vunt, laurus maximè & oliva ferens baccas, ait Plin. 13.
25. ex Theophrast. Hist. plant. 4. 8. *In mari vicino*
(scil. *Gedrosiæ,* &c.) *maximæ plantæ nascuntur, & ex pro-*
fundo pullulant——oleæ, lauri—— Plut. *de Facie in orbe*
lunæ. Quod puto eum habuisse ex Agatharcide, l. 5. c.
53. Quidni ergò olea folia sua, aut saltem eorum unum
aliquod, sub aquis per aliquot menses retinuerit, cujus
folia nunquam decidunt?——*ramum semper-frondentis*
olivæ. Maximè cùm oleæ folia aquis & imbribus diu ob-
sistere ex eo colligatur, quòd his *Ichthyophagi tuguria*
sua obtegunt, teste Strab. l. 16. & Agatharcide 5. 17. &
Diodor. l. 3. p. 109. qui ex Strab. & Agath. corrigendus,
& in eo pro ἐλάτῳ, *abietes,* (cujus folia angustiora sunt
quàm ut continuam umbram possint facere) legendum
† Ba. 2. ἐλαίαις, *oleæ* †. *Olea* etiam hyeme virorem servat. 3. Quid
1. 6. si, ut dixi, etiam æstas fuit, & jam recenter enata folia,
cùm jam diu detecta essent cacumina montium? Alio-
quin, quî ramusculum defringere columba potuisset,
* Bo. nisi tenerum & recens *? 4. *Hebræa non astruunt vi-*
rorem, &c. sed solùm folium oleæ decerptum. Ex hoc
oleæ folio collegit Noachus, 1. Non montes tantùm
aquis levatos, sed & loca plana, saltem colles, quibus
oleæ maximè gaudent, teste Columel. 6. 6. & Pallad.
3. 18. 2. Terram non ità vastatam esse, quin super-
essent aliquot frugiferæ arbores quibus vescerentur.
Mysticum sensum quod attinet; Columba oleæ termi-
tem ferens referre videtur Sp. Sanctum columbæ for-
mâ descendentem, &c. Matt. 3. qui in sola Arca, i. e.
Ecclesia, requiescit. Olivæ folium, pacis, & reconcilia-
tionis, & fœderis Dei cum Noacho, symbolum. Hinc
olivarum ramos manibus gestabant, & in signum
pacis porrigebant Barbari (in Polyb. l. 3.) Hannibali
Alpes transeunti, & Locrenses Græcique apud Liv.
l. 29. & Americani Columbo, cap. 103. Navi-
* BA. ib. gat. * ¶ *Oleæ*] Olea siccum amat & humile m.
m G. in v. 7. Nugantur Hebræi, quòd hanc frondem ex Paradiso
attulit; vel ex monte olivarum: & diluvium terram
Israel non alluisse fingunt. Id si verum sit, quomodo
n M. illo indicio nosceret terram siccatam? n ¶ *Ad ve-*
speram] Toto pasta die ad comparem in hospitium no-
o Me. La. tum redit, vel nocturno frigori vitando o; vel ex ino-
pia ciborum; vel desiderio conjugis & pullorum; vel
quia quies in arborum ramis non visa est satis com-
moda p.

12. *Exspectavit,* Heb. וַיָּחֶל] Nisum denotat &
p BA. 2. anxietatem; q. d. vix moram patiebatur. Vel est
1. 6. 31. fut. Niphal q; vel Hithpahel, quod majorem vim
q Ma. habet r.

r Q. He. in Ma. 13. *Sexcentesimo primo anno*] Scil. vitæ Noæ s, Cœ-
s T. Ità Pi. pit diluvium mensis 2. die 17. finitur mensis 2. die
A. o'. in A. 27. [vel 17. vide quæ priùs.] Ità duravit annum in-
tegrum solarem; lunarem verò integrum & decem
t T. dies t. Ità egressus est eâdem die quâ intravit. Judæi
enim lunarem annum intelligunt, (quem excedit so-
laris 11 diebus:) faciunt enim Judæi menses per lu-
nationes. x ¶ *Primo mense,* בָּרִאשׁוֹן] *In primo,* Ma. x L.
A. sub. *mense.* Hebræi, brevitatem affectantes, talia
sæpe omittunt: sic, *primus festi,* Matt. 26. 17. est *primus*
dies festi, Marc. 14. 12. y ¶ *Tectum*] Non totum, y A.
sed partem, tot tabulis remotis, ut posset ex tecto
omnia latè circumspicere z; quod ex fenestra non z Me. Pi.
posset a. Forsan erat in tecto Arcæ aliquod velamen- a La.
tum ex pellibus, &c. quod fenestram Arcæ operiret, &
adversùs imbres defenderet. Nam totum tectum,
quod longissimum erat & crassissimum, & validè com-
pactum, non puto potuisse revellere. Nisi dica-
mus tectum totum non nisi unico cubito patuisse, ex
Gen. 6. 6. b ¶ *Exsiccata*] Non plenè, ut mense b Ma.
altero; sed ità ut virgulta conspici possint c. Nudata c G.
jam aquis, sed limosa adhuc, nec pedibus pervia d. d T.
Græci hîc, ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ e, (*defecit aqua.*) e G.

14. *Septimo & vigesimo die mensis, arefacta*] Per-
fectè, ad egressum animalium f. Græci, ἐξηράνθη g, f L.
(*exaruit.*) g G.

15. *Locutus est*] Ex mandato Dei, ut ingredieba-
tur, ità egreditur h. h L.

16. *Tu & uxor*] In ingressu dixit, *tu & filii,*
separando viros à mulieribus, ut ostenderet concubi-
tum tunc prohibitum, (quòd tempus esset luctûs &
pœnitentiæ i;) in exitu conjungit *uxorem cum viro* k. i La.

17. *Reptilibus quæ reptant,* וּבְכָל־הָרֶמֶשׂ הָרֹמֵשׂ] k L. Caj. in La.
Et in omni reptili reptante, Mo. V. vel, *calcatili calcante,*
Ma. O. ¶ *Crescite,* וּפָרוּ] *Et fructificabunt,* Ma.
O. A. *fœtificent,* JT. Qu. Quomodo post diluvium lupi,
vulpes, leones, tigrides, &c. de Asia, in qua Arcâ egres-
sus est Noe, ad insulas & Americam pervenire possent?
Resp. 1. Natatione. Experientia enim docet feras per
integros dies & noctes, necessitate urgente, natare &
enatare. Indicio est, quòd in insulis à continente iti-
nere quatridui dissitis (v. g. Cuba, Hispanica, &c.) ne-
quaquam reperiantur, prout in America diligenter ob-
servavit Jos. Acosta, l. 1. *de Novo orbe,* c. 21. perinde
ut ante adventum Hispanorum in iisdem insulis nulli
erant boves, equi, canes, &c. America autem vel no-
stro orbi continens est, aut ab eo non valde disjuncta,
ad quam scaphis aut parvis navigiis trajici possit; cùm
Indi isti nec magnarum navium usum, nec magnetis,
astrolabii & quadrantis peritiam habuerunt. 2. Quæ-
dam feræ (*maximè in ætate adhuc teneræ*) ab homini-
bus, vel lucri, vel novitatis, vel venationis, vel mag-
nificentiæ, vel alia de causa, eò delatæ sunt, utì huc
in caveis spectandæ deferuntur; quarum quædam ex
caveis elapsæ ad montes & sylvas fugerunt, ibíque ge-
nerando multiplicârunt. 3. Si cui hæc non sufficiant,
is ad Dei providentiam recurrat, dicátque, sicut cuncta
animalia ab Angelis in diluvio perducta sunt in Arcam,
ità post diluvium eorundem operâ per varias terras &
insulas fuisse dispersa. Ità Torniellus, Anno mundi
1931. n. 49 l. l La.

19. *Secundùm genus suum,* לְמִשְׁפְּחֹתֵיהֶם] Ad
verbum, *Secundùm familias,* i. e. genera sua, V. i. e.
speciem suam, Me. M. *Familias* hîc brutis adscribit, ut
priùs, *virum & uxorem ejus* m. *Familia* hîc sign. marem m A.
& fœminam n, cum pullis suis. Fortè animalia in Ar- n A. O.
ca multiplicata sunt o. o O.

20. *Altare*] Primum hoc est quod legitur in Scri-
ptura: sed dubium non est alia priùs exstitisse, ut illud
Abelis, cap. 4 p. p Me.

21. *Odorem suavitatis*] Vel, *quietis,* O. A. Mo. i. e.
quiescere facientem iram Dei q. *Suscepit cum benepla-* q V. M.
cito oblationem, Ch. in V. & M. Placuit Deo. Dictum
more hominum, qui delectantur nidore assarum carni-
um r. Priùs fœtore impietatis offensus, nunc recrea- r Me.
tur gratitudine Noæ, & cultu suo, ejúsque externis
indiciis s. Vel, *Odorem suavitatis,* i. e. suavem, V. A. s M.
Racanati exponit, *odorem descensûs;* (nam נָחַת est de-
scendere;) q. d. descendit Deus ad odorem, &c.
At ח hîc non habet locum radicis, sed ח in נִיחֹחַ est à נוּחַ. t M.
¶ *Et ait,* וַיֹּאמֶר אֶל־לִבּוֹ] [Variè exponitur.]
Onk. & Jon. *in sermone suo.* Quod quidam sic expli-
cant, *per Christum.* Mallem exponere, *in seipso.* Ità
alibi accipiunt: ut Gen. 9. 12. *inter me* (Jon. *sermo-*
nem meum) & *vos.* Num. 15. *dixit in sermone suo,*
i. e.

i. e. *apud se.* Sic Cohel. 1. 1. & 2. 1. Ut Sermo Dei ali-
[v] D. quando dicitur Deus, ità sermo hominis, homo [v].
Theod. vertit, *ad cor suum*, (ità & Mo.Ma.Ti.) *in cor-*
de suo, Sy. M. P. O. A. *cum animo suo*, J T. Decrevit
apud se, V. O. Bo. *ad secretum suum*, Sa. vers. Ne-
mini tunc propositum patefecit, Maimon. in G. *Dixit*
recogitans, ο'. *Locutus est ad cor suum*, i. e. ad Noe, quem
amabat tanquam cor suum. Sic quidam accipiunt
[x] Me. Cant. 5. 2. *Cor meum vigilat* [x]. [Favet huic Arab.
Dixit Prophetæ suo, nempe sibi dilectissimo.] Vel sic, *Lo-*
cutus est ad cor ejus, h. e. consolatus est Noë. Sic sumi-
[y] Me. La. tur *loqui ad cor* [y]. Vel sic, *Locutus est in corde suo*, A.
[z] La. La. vel, *ex corde suo*; q.d. seriò & ex intimo corde [z],
hoc statuens. אֶל sæpe sign. *in*; ut Gen. 6. 6. 1 Sam.
[a] A. 27. 1[a]. vel *ex* [b]. ¶ *Nequaquam ultrà maledicam*]
[b] La. i. e. Malefaciam terræ diluvio [c]; tali, scilicet, vin-
[c] Me. dictâ, quæ deleat orbem terrarum [d]. Heb. *Non addam*
[d] V. לְקַלֵּל, h. e. *despicere*, O. *vilipendere, exsecrari*, vel po-
[e] O. tiùs *alleviare*, terram, scil. hominibus & jumentis [e].
[f] Ch. V. L. Me. ¶ *Propter homines*] i. e. Propter peccata hominum [f].
¶ *Sensus enim & imaginatio*, &c.] כִּי יֵצֶר וגו׳ כִּי ver-
tunt *quia*, ο'. Sy. Caj. Mo. Ch. Ar. V. O. Ma. A. Bo.
Me. q.d. Cùm homo infirmus sit & proclivis ad malum,
si mihi toties diluvium immittendum foret, quoties
[g] Bo. homines peccabunt, nunquam finis esset diluviorum [g].
Vide Gen. 6. 5. ubi ex hominum demeritis contrari-
[h] A. um concluditur [h]. Ideo humanæ infirmitatis misere-
[i] La. Me. bor [i]. Alii sic, Non, ob id quòd corrupti sunt homines,
posthac puniam universos, sed tantùm sceleratiores.
[k] G. Bene fert hunc sensum Hebraica constructio [k]. Peccan-
tes quosque propriis pœnis castigabo; volo enim huma-
[l] La. num genus conservare & propagare [l]. Al. vertunt כִּי
quamvis, Pi. A. *Quamvis figmentum malum sit*: q.d. Etsi
ob peccatum possim, &c. tamen non faciam. Cau-
[m] Glass. philol. l. 3. tract. 7. can. 13. salis *quia* pro Adversativa sæpe ponitur [m]. Vel, si ver-
tas *quia*, possunt hæc verba ἐξηγητικὰ esse illius, *propter*
hominem: q. d. Non maledicam ampliùs terræ propter
hominem, videlicet, quia figmentum cordis malum,
[n] Glass. ib. p. 607. &c. non, inquam, propter hanc causam maledicam, &c [n].
Porrò figmentum hoc exponunt Hebræi de concupi-
scentia, sive ea bona sit, sive mala. Locus iste descri-
bit peccatum originis in omnibus; nemo excipitur.
Philosophia nescit unde hi impetus ad peccatum in
pueris, &c. exsistant, & vocat *affectus* seu *passiones*, non
[o] M. *corruptionem naturæ* [o]. Porrò יֵצֶר vertunt *figmentum*,
O. Pi. La. *formatio*, Ma. Caj. i. e. cogitationes, ut ex-
ponitur Gen. 6. 5. Pi. *imaginatio*, A. Potiùs *figmen-*
tum hîc est figulina, seu officina, cordis humani, (nem-
pe concupiscentia, vel, ut ο'. διάνοια, i. e. mens cogita-
bunda malorum) quæ prona est ad malum, ut illud
formet & effingat, tanquam figulus, &c. La. ¶ *Ab ado-*
lescentia sua, ità Sa. Ti. M. A. [מִנְּעֻרָיו] *A pueritia*, Græci in
D. Ar. Sy. Mo. Pi. O. JT. quâ & infantia comprehenditur,
ut Jud. 13. *Nazaræus Domini erit puer ab utero.* נְעוּרִים
est ætas puerorum à tempore quo primùm moventur in
[p] D. misc. 2. 67. utero, quod est נַעַר [p]. Onk. מוּעריה, *à parvitate.* R S.
[q] G. *ex quo exceptus est è visceribus matris suæ* [q]. In *Bereshit*
Rabba, quærenti cuidam, *quando hoc malum figmen-*
tum in hominem infunditur, respondet Rab. *ex porta for-*
[r] A. *mationis* [r]. *Exercetur & aperitur opere nequitia, non in-*
cipit: Senec. Benef. 5. 14. Οὐχ ἅμα γίγνεται καὶ φαίνεται
τῶν πονηρῶν ἕκαστος, &c. *Non simul fit quisquam impius,*
& patefit: habet ab initio malitiam; ostendit autem, occasi-
onem nactus & potentiam. Neque enim scorpiis ingenera-
ri aculeum cùm percutiant, aut viperis venenum cùm mor-
dent, rectè existimant, &c. Plut. de Sera vindicta. Vide
[s] Ga. Gen. 40. 23. 1 Joh. 3. 15[s]. Aliis hyperbole est; qua-
[t] G. lis Psal. 58. 3. & 71. 5. Job. 31. 18. Esa. 48. 8[t].
22. *Sementis*] Secundùm Hebræos hîc dividuntur
sex tempora, & cuilibet tempori duo menses attribu-
[v] L. M. untur [v]. Ea vocant *Floritionis, Maturationis, Caloris,*
Seminationis, Frigoris, & *Hyemis*. Frigus appellant id
[x] Cl. quod gravius est hyeme [x]; & æstum, qui gravior est in
[y] L. calore quàm æstas [y]. ¶ *Cunctis diebus terræ*] Quam-
[z] V. Jun. Ca. diu terra erit [z]. At terra stat in æternum. Potiùs
ergò, quamdiu in terra erunt generatio & corruptio, &
animalia, propter quæ hæc temporum varietas inducta
[a] Me. La. est [a]. Quamdiu in terra homines erunt [b]. Cessantibus
[b] Bo. autem diebus terræ, cessabunt omnia ista, & sequentur
dies cœli, qui erunt Sabbatum ex Sabbato, &c [c]. [c] M.
¶ *Et dies, & nox*] Indicat hoc diem & noctem cessasse.
Nox & tenebræ mundum tum involverunt, (ut in plu-
viis extraordinariis fieri videmus.) Et impii in tene-
bras mittuntur, ante extremas illas tenebras. Sic
Ægyptii, Exod. 10. & Judæi, Matt. 27. & Sodomi-
tæ, Gen. 19. 11 [d]. ¶ *Non requiescent*] Non desi- [d] Li.
nent sibi mutuò succedere [e]. [e] Me.

CAP. IX.

1. Benedixit] *Benedicere* pro fœcundos reddere po-
nitur [f]. Quid vult, declarat quod sequitur, [f] V.
Crescite, &c. Maledictio in S. Scriptura sterilitatem
significat. Quia Deus horribile iræ exemplum propter
peccatum libidinis ostenderat, necesse fuit docere,
quòd legitimam conjunctionem maris & fœminæ non
oderit, nec damnet, &c [g]. ¶ *Benedixit*] Scil. in [g] M.
spiritualibus, gratiam in iis augmentando. Deinde in
temporalibus [h]. ¶ *Crescite*, &c.] Eadem verba [h] L.
de brutis, cap. 1. & cap. 8. non habent vim præcepti,
sed imperat. est pro futuro, *Crescetis*, &c [i]. [i] Me.
2. *Et terror vester*, וְחִתְּכֶם] Activam habet signi-
ficationem, *territatio vestra*: q. d. Volo vos incutere
terrorem animantibus, licèt truculentis, & dominium
habere in illa [k]. Nam ea vobis subjeci usque ad mor- [k] V.
tem; nec ad opera tantùm, ut ante diluvium, sed eti-
am ad cibum. Ideo metuunt & fugiunt hominem ob
hanc novam ordinationem [l]. Aliquod, & quasi semiple- [l] M.
num, in bestias dominium, peccato amissum, restituit
Deus [m]. Dominium quod Adam cum amore & amicitia [m] M.
habuit, Noah obtinet cum terrore: Tantum discri-
men invexit peccatum [n]. [n] Li.
3. *Omne quod movetur*, רֶמֶשׂ] *Omne reptile*, Mo. Ar.
V. *calcatile*, Ma. O. i. e. Omne animantium genus—
Glass. Quod graditur, vel movetur, idémque vivit, il-
lud erit in cibum. q. d. Permitto vobis esum carni-
um, sicut priùs herbarum [o]. Bestias illi concedit De- [o] V.
us ad sustentationem vitæ suæ, quia ipse bestiarum vi-
tam conservaverat [p]. Reptile hîc sign. quodvis gressi- [p] L.
le [q], omnia animantia præter hominem [r]. *Omne*, scil. [q] BA. 1. 2. 4. 23.
comestibile, vel omne, i. e. quodlibet; non quidem
præcipio, sed permitto vobis edere [s]: etiam immunda, [s] Jun. Pi. Ma. La.
quæ nondum prohibita erant [t]. Addit, *quod vivit*.
Sic excipitur morticinum, & discerptum [v]. Videtur [t] Bo. RR. in A.
ostendere hic locus, & exceptio de sanguine, ante dilu- [v] Pi. M.
vium jus quidem fuisse homini in animantia, ut lanâ,
lacte, & mortuorum suo fato exuviis, uteretur; non ut
in cibum verteret [x]. Sic omnes ferè interpretes sen- [x] G.
tiunt [y]. Ante diluvium religiosiores saltem carnibus [y] V.
abstinuerunt [z]. Fuisset tum pio homini abominatio [z] Me.
vel aviculam occidere [a]. Jam carnes concedit, quæ [a] M.
pleniùs nutriunt, cùm terræ vis eluvione hebetior fa-
cta esset [b]; & abstulisset Deus bonitatem fructuum [b] Me.
& herbarum [c]; & natura humana facta est fragilior; [c] L. M.
ideóque concessus est eis victus lautior [d]. Quibusdam [d] L.
magis placet Deum hîc non plus largiri quàm dederat,
sed tantùm reddere quod fuerat ablatum [e]. [*Vide quæ* [e] V. Ita BA.
ad Gen. 1. 29.] Nam cùm priùs mactarent Deo victi-
mas, ex quarum pellibus vestes sibi & tabernacula con-
ficerent; non vident quænam eos ab esu carnium reli-
gio impedierit. Quia tamen non magni refert utrum
sentias, nihil affirmant [f]. Esum carnium nec licitum, [f] V.
nec usitatum, fuisse censent L. To. & Carthus. Et lici-
tum & usitatum, Caj. Soto, & Victoria. Licitum, sed
non usitatum, rectiùs, Chrys. Theod. Perer. & alii [g]. [g] La.
¶ *Quasi olera virentia*, כְּיֶרֶק עֵשֶׂב] *Ut viridem her-*
bam, [ità plerique,] vel *virorem herbæ*, Ma. O. *ut*
olus (*germen*, O. P.) *herbæ*, Mo. Sa. Ar. *ut herbam*,
supple, *illis*, JT. Glass. quod subintelligendum ex Gen.
1. 29. Ellipsis relativi *ille, ipse*, frequens est [h]. *Ut* [h] Glass. Gram. p. 212
viridem herbam, dedi vobis omnia. i. e. Sicut dedi vobis
viridem herbam, sic etiam dedi vobis bruta animan-
tes; nempe in cibum. Dices, sermonem hic esse non
simpliciter de עֵשֶׂב, sed de יֶרֶק עֵשֶׂב. Resp. Nomen
יֶרֶק, *jerek*, additum non obstat quò minus intelligi
possit

possit cibus hominis; quippe cùm nomine cognato יָרָק, *jarák*, significetur olus[i], 1 Reg. 21. 2.

4. *Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis*, אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ] Hunc locum explicatum videbis in Notis meis ad Sulpitium Severum[k]. Magna hîc est variatio[l]. Quidam legunt בְּנַפְשׁוֹ בְּדָמוֹ, *in* (vel *cum*, nam ב utrumque significat) *anima* & *in* (vel *cum*) *sanguine*, [ità A.] & duo prohiberi volunt; 1. esum membri rapti de animali vivo, 2. esum sanguinis pecudum[m]. q. d. Quòd vobis concessi esum carnium, &c. non debetis esse crudeles in bestias ipsas, ut comedatis membrum de vivo animali[n]. Sic Hebræi recentiores accipiunt, credo Christianorum odio. Talia olim comesta erant, (teste Arnobio) & Americanis placuisse video[o]. Sensus simplicissimus est, *Nè comeditote carnem* dum est *in anima sua*, i. e. *sanguine suo*, h. e. dum adhuc prædita est animâ & sanguine, h.e.dum adhuc vivit & palpitat. Probatur. 1.Quia hæc lex moralis est, & omnes obligans. At lex de sanguine non comedendo est ceremonialis, ut percipitur ex Levit.17.14. 2. Quia cum hac lege cohæret lex sequens, de homicidio vitando: q. d. Nè vescamini carne crudâ & cruentâ, quia sic evaderetis crudeles[p]. [Hebræi duo prohiberi volunt, ut jam dictum.] At mihi unicum præceptum videtur, nè sanguinem comedant, quia in textu nulla est conjunctio inter *animam* & *sanguinem*, sed pro eodem reputantur & hoc & sequenti versu[r]. Unum & idem per *animam* & *sanguinem* intelligi volunt per appositionem[s]. *Carnem in anima, quæ est sanguis*, vel *in sanguine, qui est anima*, Ti. J T. P. Bo. A. Pi. Ma. La. O. Sa. AE. in F. co. *Carnem in anima ejus, sanguine ejus*, Mo. *in sanguine animæ*, ο'. *cum anima sua, sanguineque suo*, Ch. M. *cum anima ejus, sanguinem ejus*, O. Aq. sic, *in anima ejus sanguinem ejus*, Sym. ità, *cujus cum anima sanguis est*, Nobil. Significat sæpe *anima* Hebræis eam vitam quæ sanguine & halitu continetur[t]: atque hæc est anima vegetativa & sensitiva[v]. *Anima, vita* & *sanguis* idem significant; sic vetustiores Hebræorum: quod satis docet Josephus, qui ait, χωρὶς αἵματος, ἐν τούτῳ γὰρ ἐστὶν ἡ ψυχή, (*sine sanguine, in eo enim anima est.*) Sic R.Sadias & alii, *carnem cum anima*, i. e. *cum sanguine*[*]. Non quòd sanguis per se anima seu vita sit; sed quia in eo præcipuè vigent spiritus vitales, quoad sensum nostrum, quasi tessera, vitam repræsentat[x]. Sanguis aut *anima* est, aut *animæ sedes*, inquit Servius. Id animæ est, quod oleum lychno. Non sinit nos de sensu dubitare Deut. 23. ubi *sanguinem comedere* explicatur *animam comedere cum carnibus*. Deut. 12. quoque apertè hoc significatur, הַדָּם הוּא הַנָּפֶשׁ[y]. Ità Virgil. Æneid.9. *Purpuream vomit ille animam*— & Aristoph. in *Nubibus*, τὴν ψυχὴν *animam* (i. e. *sanguinem*) ἐκπίνουσι *ebibunt*. Sic dicitur quòd sanguis sit animæ & alimentum proximum, quo fovetur & conservatur, & instrumentum ad functiones vitales[z]. *Anima* hîc pro *vita* sumitur, ut Job. 2. 6. Joh. 10. 15, 17[a]. Sic intellexêre Apostoli, Act. 15. 29. ubi sanguini æquant τὰ πνικτὰ (*suffocata*,) & meritò; in iis enim sanguis omnis studiosè asservabatur, & in carne elixabatur. Vide Athenæum. Sanguine simul cum lacte usi Troglodytæ, Scythæ, Concani, aliique Barbari[b]. Variis interpretationibus libet hanc addere, *Carnem, in cujus cadavere sanguis ejus est, non comedetis*. נֶפֶשׁ cadaver est, Lev. 19. 28. & 21. 1. Hag. 2. 14. Posset & sic verti, *Carnem, pro cujus vita sanguis ejus est, non comedetis*; i.e. quæ sanguinem suum, qui loco vitæ ejus est, adhuc in se habet. Id præ cæteris placet, quia sic est in loco parallelo, Levit. 17. 14. כִּי נֶפֶשׁ כָּל־בָּשָׂר דָּמוֹ בְנַפְשׁוֹ הוּא, quod Tigurini sic vertunt, *Nam anima omnis carnis sanguis ejus est, pro anima ejus est*. Ibi ego כִּי נֶפֶשׁ accipio pro nominativo absoluto, & sic verto, *Nam ad vitam omnis carnis quod attinet, sanguis ejus pro vita ejus est*, (ut idem sit quod eodem versu absque ב repetitur:) quódque me magis confirmat, est accentus distinctivus major Reviah, qui in בָּשָׂר in pausa retinet, nè cum sequentibus cohæreat. Quid si dicamus in utroque loco ב in בְּנַפְשׁוֹ facere nominativum, ut non tantùm in Arabica, sed & in Hebræa lingua sæpe fieri ostendimus ad Jud. 18. 1? Sic locus Gen. 9. 4. verteretur, *carnem, cujus anima* (vita) *sanguis ejus* (est,) *non comedetis*[c]. Causa præcepti partim physica est, partim moralis; significans vitandam ultionis cupidinem, quæ sanguine se pascit[d]. Abstinere eos voluit à sanguine bestiarum, 1.Nè gradus fieret ad hominis sanguinem sitiendum[e]. 2. Sanguinem (qui est vita) sibi vitæ auctori offerri voluit in sacrificiis, Levit. 17. 11. 3. Quia sanguis brutorum est gravis, & ægritudinum causa[f]. 4. Ut mortales tum intelligerent se dominum habere, qui pro arbitrio jubere aut vetare possit[g]. 5. Sic voluit homines ad mansuetudinem adsuefacere[h]. 6. Sic voluit Deus experiri & exercere hominis obedientiam[i]. Quæritur an hoc præceptum nos obliget, maximè cùm repetatur Act. 15. [Grotius ità sensisse videtur,] ideóque hæc citat ex Tertul. lib. de Monogamia, *In Christo omnia revocantur ad initium, ut & fides reversa sit à circumcisione ad integritatem carnis illius, sicut ab initio fuit, & libertas ciborum, & sanguinis solius abstinentia, sicut ab initio fuit*, &c. De botulis illis, i. e. de sanguine intestinis, tanquam tunicis, infarcto, vide Leonem Novellâ 58[k]. Alii aliter. Præceptum hoc non est juris naturalis, sed positivi[l]. Necessarium hoc fuit apud primos feroces illos homines, nè gustatâ acrimoniâ sanguinis bestiarum ferociores redderentur, & tandem anthropophagi, aut saltem homicidæ[m]. [Sed de hac quæstione plura suo loco, si Deus dederit.] Prohibet omnem sanguinis sumptionem; sive potabilis sit; sive farctus & coagulatus, ut in farciminibus; sive adhuc in animali exsistat, ut in morticinis & suffocatis[n].

5. *Enim*, וְאַךְ] [Variè reddunt.] *Etenim*, ο'. Sa. V. ut sit causa prioris prohibitionis[o]. q. d. Ideo vetui sanguinis esum, nè assuescendo sanguini bestiarum, sitirent etiam sanguinem humanum[p]. *Veruntamen*, O. Bo. ex Caj. *Sanè*, V. *Et profectò*, Mo. A. *Quinetiam*, Pi. ¶ *Sanguinem*, &c.] Testatur se non animalium, sed hominum, respectu vetare sanguinis usum, ut humanitatem commendet: q. d. Nec, quia animalia occidere permitto, credite vobis permitti & homines occidere[q]. ¶ *Sanguinem animarum vestrarum*, ità Ch. Sy. Ti. O. J T. A. ο'. אֶת דִּמְכֶם לְנַפְשֹׁתֵיכֶם] Q. sic legunt, *Sanguinem vestrum & animas vestras*, & duo vetari volunt: 1. nè quis suum sanguinem fundat; 2. nè quis seipsum strangulet, putans sibi id licere, cùm fiat citra sanguinis effusionem[s]. Al. sic, *Sanguinem vestrum de animabus vestris requiram*, M. Ma. Ar. Prohibet nè quis seipsum interficiat[t]. Al. sic, *Sanguinem animarum vestrarum*, i. e. vitæ vestræ. Alii, *qui est in animas vestras*, vel, *in animabus vestris*; aut, *qui vobis est in animas*, h.e. qui vos vivificat & vegetat, quantum ad corpus[v]; qui est *ad animas vestras*, scil. in corpore fovendas. Animam à sanguine distinguit: At de bruto agens appositione utitur, *In anima ejus, sanguine ejus*[x]. Sanguinem vitalem, quâ vita conservatur; vel *sanguinem animarum*, i. e. vestrum: q.d. Qui seipsum occiderit, &c[y]. Alii vertunt, *animabus vestris*, Mo. Ma. *pro animabus vestris*, Sa. *Cædem animarum vestrarum*, P. ¶ *Requiram*] Et consequenter puniam; ut Gen. 42. 22. Psal. 9. 13. *Requiram*, Deut. 18. 19. est *perdam*, Act. 3. 23[z]. ¶ *De manu bestiarum*] Quas Deus puniri jussit, Exod. 21. 28[a]. Levit. 17. 11[b]. Ità Levit. 20. *Qui cum jumento coierit*, &c[c]. Hebræi sic, Puniam eos qui homines bestiis objecêre[d], ut illum devorent[e]. q. d. Quòd si à bestiis, &c. vos igitur multò graviores pœnas daturi estis, si cædem admiseritis[f]. ¶ *De manu hominis*, &c. וּמִיַּד הָאָדָם] *Tum etiam* (al. *Quantò magìs*) *de manu hominis*, &c. V. ¶ *De manu hominis, viri, fratris*] Tria inculcat: *Hominis*, quem nomen & natura humanitatis memorem esse docet; *Viri*, quem decet iræ dominari, nec potentiâ abuti; *Fratris*, cui frater amandus, non perdendus, erat[g]. Prohibet, nè quis aut per alium aut per seipsum aliquem interficiat[h]. *De manu hominis*, (vel *viri*, ut habet L.) Quidam distinguunt, & prius hoc membrum accipiunt de eo qui temerè & datâ operâ; posterius, *de manu viri fratris*, de eo qui casu aliquem interficit[i]. De manu ejus, qui occisum diligebat tanquam fratrem[k]. Aliis posterius tantùm est prioris explicatio; q. d. Nè alter alterum interficiat[l]. מִיַּד אִישׁ אָחִיו. Q. sic, *De manu uniuscujusque requiram proximum ejus*: vel *de manu*— *etiamsi*

Marginal notes (left column): [i] Pi. [k] D. [l] F. co. [m] F. co. [n] M. [o] G. [p] Pi. A. ex He. [r] O. [s] F. co. [t] M. [v] AE. & Chrysost. in F. co. [*] G. [x] V. [y] F. co. [z] Bo. [a] A. [b] G.

Marginal notes (right column): [c] Di. [d] G. [e] Me. V. M. T. [f] Me. [g] Chrys. apud T. [h] V. [i] Bo. [k] G. [l] Me. [m] E. [n] T. [o] A. [p] La. O. [q] V. simil. AE. in M. [s] F. co. [t] M. He. in F. [v] V. [x] Pi. [y] Maimon. in A. [z] A. [a] T. Me. O. Bo. La. [b] T. [c] L. [d] G. F. [e] M. T. [f] V. [g] Me. [h] He. in M. [i] F. co. [k] L. [l] F. co.

[m] F. co. V. *amsi frater fuerit* qui interfecit [m]; cui fortè, utpote
Bo. consanguineo, parentes occisi cædem condonare ve-
[n] Bo. lint [n]. *Frater* pro *proximo*, & *vir* pro *unoquoque*, fre-
[o] F. co. quentia sunt Hebræis [o]. Voce *fratris* quemvis sign.
[p] A. quia omnes Deus ex uno sanguine fecit, Act. 17. 26 [p].
Omnes inter se fratres sunt, ergò nefas est tales occide-
[q] Ma. re [q]. Cognationem quandam inter nos Natura con-
[r] G. stituit [r]. Est repetitio Hebraica, De manu hominis re-
quiram animam hominis. Alii, *de manu hominis*, i. e.
hominum, q. d. si plures occiderint——Ch. sic, *De ma-*
[s] V. *nu viri qui effuderit sanguinem fratris sui requiram* [s].
Dicitur de eo qui conducit alios ad occidendum pro-
[t] F. ximum [t]. *De manu viri*, i. e. fortis & audacis; *fratris*,
i. e. propinqui: q. d. Non evadet Divinam ultionem,
[v] L. nec propter fortitudinem, nec propinquitatem [v].
[x] V. ¶ *Requiram*] i. e. Supplicio extremo afficiam [x].

6. *Quicunque effuderit sanguinem hominis*] Hoc He-
bræi intelligunt de eo qui per seipsum aliquem occî-
[y] F. co. dit [y]. ¶ *Fundetur*, &c. בָּאָדָם] Variè accipitur.
In homine; sic vertunt Sy. Ar. P. Mo. O. Ma. i. e. per
hominem; operâ ac testimonio hominis, si testes ad-
[z] V. fuerint [z]. *Per hominem*, vel *homines*: intelligunt Magi-
[a] F.co. A. stratum [a]. *Cum testibus, sententiâ Judicum*, Ch. in V.
Pi. Alii, *propter hominem*, scil. interfectum, F. co. ex ό'. V.
pro homine, Sa. Alii, *coram hominibus*, palàm; in exem-
[b] V. F. co. plum & terrorem aliis [b]. ב hæc omnia significat, *per*,
[c] F. co. *pro*, *propter*, *coram*, & *cum* [c]. Al. *in hominem*, i. e. in in-
[d] Ma. La. juriam hominis, vel humani generis [d]. Rectiùs alii, *in*
homine: sceleris atrocitatem exprimi volunt, quòd
quisquis hominem occîdit, sanguinem & vitam fra-
[e] V. tris haurit in ipso [e]. *In homine*, i. e. intra hominem,
[f] La. Bo. sanguinem hominis qui est in homine [f]; ut sit pleo-
[g] Bo. nasmus [g]: nempe hominem ipsum sanguine proprio
[h] Ma. perfundens & cruentans [h]. Illud, *per hominem*, intel-
lige, ut morti devotus sit & qui perpetravit homici-
[i] G. dium, & qui mandavit [i]. ¶ *Fundetur*] i. e. Æ-
[k] Me. quum est ut fundatur [k]. Mortem homicidis denunci-
at sive à Magistratu, sive aliunde à Deo misso carni-
[l] V. fice [l]. Magistratus hîc à Deo instituitur, eíque gladi-
us datur in manus. Deus, qui priùs totum judicium
sibi sumpserat, nec vel Cain ab homine occîdi voluit,
post diluvium communicat potestatem cum homine, &
[m] M. tribuit ei potestatem vitæ & necis [m]. [Sed hoc negat
Grotius.] Cùm enim lex hæc lata est, nondum con-
stituta sunt judicia. Itaque naturale jus talionis hîc
indicatur, quod aucto humano genere, & in gentes dis-
tributo, meritò solis judicibus permissum fuit, extra
casus quosdam exceptos, in quibus mansit jus illud pri-
mævum. Vide quæ nos de Jure B. & P. 1. 2. 5. & 2.
[n] G. 20. 8 [n]. ¶ *Ad imaginem Dei*] q. d. Moveat te (si non
[o] Me. La. natura communis, saltem) imago mea [o]. Imaginem
meam extinxit, & crimen læsæ majestatis admisit.
Capitale erat circa Augusti simulachrum servum cæci-
[p] Ma. *disse*: Sueton. in Tiber. cap. 58 [p]. Nomine est ἀνδρο-
φονία, *homicidium*, reverâ autem ἱεροσυλία, *sacrilegium*.
Καὶ ἱεροσυλιῶν ἡ μεγίστη, διότι τῶν ἐν κόσμῳ κτημάτων καὶ κειμη-
λίων οὐδὲν οὔτε ἱεροπρεπέστερον οὔτε θεοειδέστερόν ἐστιν ἀνθρώπου·
[q] Ga. Philo de Legibus in specie [q]. ¶ *Ad imaginem Dei*
factus est homo] *Fecit hominem*, Ma. R S. ait esse de-
fectivam lectionem, plenam sic, *fecit qui fecit*. Alii
volunt bis sumi אֱלֹהִים. Neutrum necessarium. Sen-
sus ex more linguæ simpliciter est, *Ad imaginem suam*
fecit Deus hominem; ut Psal. 10. 2. *In superbia impii*
[r] Di. *persequitur*, i. e. impius in superbia [r].

7. *Crescite*, &c.] *Procreate*, *Propagate*, scil. genus
[s] V. vestrum [s]. q. d. Videtis me hâc prohibitione velle
consulere generis humani propagationi; quin ergò
[t] Me. La. illi incumbitis [t]? ¶ *Ingredimini*, שִׁרְצוּ] *Conculcate*,
Sa. vers. *procedite in terra*, Ar. *reptilificate*, Ma. *proli-*
ficate, M. Ti. simil. Ch. *progignite abunde*, JT. *Mul-*
tiplicamini, ut quàm citissimè per universam terram in-
[v] La. Me. gredi, eámque occupare & replere, possitis [v].

9. *Statuam*, מֵקִים] Heb. *Statuo*. Paratus sum ra-
tum habere pactum quod inii vobiscum, ut servemi-
[x] V. ni [x].

10. *In volucribus*, בָּעוֹף] *In volatili*, &c. i. e. *de vo-*
[y] V. *latili*. ב pro מִן *de* [y].

11. *Nequaquam ultrà interficietur*] Heb. *Non exscin-*
detur, &c. Ma. Exscinditur propriè qui moritur an-
te tempus, quod finiunt alii 50. alii 60. anno, alii in-
ter utrumque. *Mortem excidii* hanc vocant. Ea du-
plex; animæ, & corporis. Moses de Cotsi lib. Man-
datorum 35. scribit 7 genera incestûs incurrere ex-
cisionem [z]. ¶ *Nec diluvium erit*] Scil. univer- [z] D.
sale [a]. [a] Ma.

12. *Quod do*] i. e. Pono. Ità *dare*, Esa. 42. 1. &
2 Par. 9. 8. est *ponere*, Matt. 12. 18. 1 Reg. 10. 9 [b]. [b] A.
¶ *Inter me & vos*] Ch. habet, *inter vos & Verbum me-*
um, quo nomine Christus vocatur Joh. 1. 1. in quo
omnes promissiones sunt Amen [c]. ¶ *In generationes* [c] A.
sempiternas, לְדֹרֹת] *Per ætates*, V. *Per generationes*, vel
in peregrinationes, quia vita hominis est peregrinatio
super terram [d]. [d] Me.

13. *Arcum meum*] Iris naturaliter signum est plu-
viæ, at sacramentaliter fit signum conservationis à
pluvia [e]. *Suum* vocat, vel, quia ab eo institutus in [e] Li.
signum sacramentale [f]; vel, quia Iris est pulcherrima, [f] ...
& opificis magnificentiam repræsentat. Vide Eccles.
43. 12 [g]. Etiam apud Poetas *Iris deorum nuncia*. [g] Me.
Tres in Iride colores significant Dei severitatem, cle-
mentiam, & beneficentiam [h]. ¶ *Ponam*] Heb. *Dedi*, [h] G
i. e. dare decrevi [i]. Vel, *dedi*, i. e. do, pono, non abso- [i] O.
lutè ut exsistat, (sic antea fuit,) sed ut sit signum fœ-
deris [k]. ¶ *In nubibus*] Heb. *In nube*, scil. rorida [l]. [k] La. [l] V.
Hoc signum Deus aptissimè posuit in nubibus, quia è
nubibus aquæ delapsæ fuerant, & indè rursus metu-
endum erat diluvium [m]. ¶ *Et erit*] Alii volunt [m] T.
Iridem ante diluvium non fuisse, sed neque pluviam:
quorum neutrum verisimile est, cùm utriusque causa
tum erat [n]. Antea fuit signum naturale pluviæ, nunc [n] L.
supernaturale fœderis [o]. Sicut lapis, qui antea nihil [o] L. V. E.
significabat, de novo statuitur in limitem hæredita- Me. T.
tum [p]. [p] L. E.

14. *Cùmque obduxero nubibus cœlum*, בְּעַנְנִי עָנָן] Ad
verb. *Cùm nubificabo nubem*, i. e. cùm congregabo
nubes [q]. [q] V.

15. *Et recordabor*] Recordatur Deus quando sub-
venit [r]. Par est etiam homines conspectâ Iride dilu- [r] L.
vii recordari, & causæ ejus, scilicet peccatorum [s]; & [s] Me.
pacti divini, ut gratias ei agamus [t]. Judæi cùm vi- [t] La.
dent Iridem benedicunt Deo, qui recordatur fœde-
ris, & fidelis est in promissis: Maimon. Ità Eccles. 43.
11 [v]. Per Iridem Deus quasi vivâ voce toti mundo [v] A.
concionatur de ira sua in diluvio, & in futurum con-
solatur [x]. [x] M.

18. *Canaan*] A quo Cananæi, qui destruendi [y]. Ideo [y] V.
hîc exprimitur [z]; & ut viam sibi sterneret Moses ad [z] L.
maledictionem Canaan [a]. Canaan filii Cham solius [a] La. Ma.
meminit, quia non genere tantùm erat ejus filius,
(ut reliqui erant) sed etiam moribus. Theodor. qu.
1. 57 [b]. [b] Ga.

19. *Et ab his disseminatum est*, &c. מֵאֵלֶּה נָפְצָה
כָל־הָאָרֶץ] *Ab istis dispersa* (vel *divisa*, O. vel *disse-*
minata, Ch. Sa. vel *respersa* incolis, JT.) est *omnis*
terra. [Ità ferè omnes.] *Ab his disseminati sunt super*
omnem terram, ό'. Sy. *Ab his divisi sunt homines in ter-*
ra, Ar. Sensus est, aut quòd eam invicem diviserint;
aut quòd isti divisi sunt per terram [c]. Terra hîc pro [c] O.
habitatoribus terræ; continens pro contento: q. d.
ex illis nati & geniti sunt per universam terram di-
spersi [d]. Non ergò plures quàm tres erant Noæ filii [e]. [d] V. [e] La. BP.
Cajet. tamen & Torniellus contrarium statuunt, (ità &
Berosus & Chronica Germaniæ;) sed hos tres solos no-
minari, quòd capita essent primariarum gentium [f]. [f] La.
Plures autem non fuisse suadent, 1. Ætas ipsius &
uxoris provectior. Erat supra 600 annorum. 2. Quòd
Gen. 9. 29. non attexitur solennis illa clausula, *& ge-*
nuit filios & filias, ut fit Gen. 5. 3. Saturno tres li-
beri assignati. 4. Orbis divisio in tres partes *. [Sed * B P. 4.
de his fusiùs differentem audiamus Cl. Bochartum.] 38. 342.
Cùm verum sit quodcunque primum, ut rectè mo-
net Tertull. & veritas prior sit mendacio, inter do-
ctrinæ cœlestis characteres meritò censetur illius anti-
quitas; quæ non aliunde potest meliùs adstrui, quàm
si doceamus in gentibus quicquid fuit antiquissimum,
id ex Scripturis nostris aut petitum esse aut detor-
tum. Exemplo sit prisca fabula de Saturno & tri-
bus liberis orbem inter se partientibus; in qua hanc

de Noe historiam latere docti pridem viderunt, sed nos accuratiùs ista conferemus. *Noam* esse *Saturnum* multa docent, ut vix sit dubitandi locus. Saturnus enim statuitur 1. communis omnium parens; παγγενέτωρ & γενάρχης in Orphei hymnis: & uxor ejus Rhea, *mater deorum hominúmque*. 2. Rex justissimus fuit, & *homines ex agresti vita ad humaniorem cultum traduxit, & omnes ad justitiam animique simplicitatem induxit*: Diod. l. 5. & Aurel. Victor de orig. Rom. & Virg. Æneid. 8. 3. Inter diluvium & Phalegum, per annos centum, orbe nondum diviso, Noe in omnes homines, ut pater in liberos, naturale habuit imperium. Hæc Poetarum *ætas aurea*, cùm omnia in commune possidebant; Virg. 1. Georg. *Illis summa pax, nullus labor erat*; Hesiod. quod sumptum videtur ex Gen. 5. 19. 4. Sub Noe unus erat omnibus sermo; Gen. 11. 1. Quod hi extendunt usque ad bestias, quibus cum homine communem linguam fuisse fabulatur Plato in Politico: οἱ τρόφιμοι τῶ Κρόνε, &c. 5. Noe *vir terræ* dicitur, Gen. 9. 20. Sed isti sic sumpserunt, acsi *Tellurem* (sive *Rheam*) deam duxisset in uxorem. 6. Saturno agrorum & vitium cultus tribuerunt Aur. Victor, Plutarch. in Rom. quæst. 42. Macrob. Saturnal. 1. 6. 7. Quia Noah vino semel succubuit, in Saturnalibus mero se ingurgitabant, & Saturnus ebrietati præesse credebatur. 8. Eodem Saturni festo servis suis domini ministrabant & Romæ & in Græcia & Babylone: Athen. l. 14. *Scilicet* Chami posteri (quos Græci postmodùm & Romani imitati sunt) feriam maledictionem (*Servus servorum erit*) convertere conati sunt in rem ludicram, quasi oraculum impleturi, aut elusuri veriùs, hâc servitutis imagine. 9. Quòd patris verenda aspexisset *Cham*, à Saturno latam legem ferunt, nè quis Deos nudos impunè contempletur: Callim. Hym. 10. *Saturnus* & *Rhea* ex Oceano & Thetide nati dicuntur, quia Noe cum suis ex aquis emersit. Itaque navis erat Saturni symbolum; quo significabant non navim illam quâ in Italiam advectus est, ut voluerunt Ovid. & Macrob. (quod non probat Plut. in Rom. quæst. quia multis id commune erat; quippe *Janus* & *Evander* & *Æneas* mari in Italiam appulerunt) sed Arcam Noe. 11. Saturnum volunt omnes liberos devorâsse præter tres illos, &c. Noe, nimirum, quatenus Propheta & Pastor, aliquomodo pater erat mundi prioris, quem damnâsse legitur Heb. 11. 7. Et ex Scripturæ phrasi Prophetæ dicuntur id facere quod futurum prænunciant; & Gen. 49. 7. Ezec. 43. 3. Ose. 6. 5. Ex filiis Noæ *Cham* in Africam ablegatus est, ubi cultus erat sub nomine *Jovis Ham*, seu *Hammonis*, testibus Herod. & Plut. Et Jer. 46. 25. *Amon de No*, i. e. Deum *Amon*, cujus fanum erat in urbe *No*. (Idcirco Thebæ Ægyptiæ, Græcis Διόσπολις, Hebræis dictæ sunt *Amon No*, vel *No Amon*, Ezec. 30. 15. Nah. 3. 8.) *Ammonis* nomen in tota *Africa* & *Arabia* notum fuisse docent Arabiæ fluvius *Ammon*, & *Ammonii* populi, Plin. 6. 28. *Ammonium* promontorium, Ptol. 6. 7. *Ammonis* urbs, Ptol. 4. 3. & alia urbs *Ammonia*, Strab. l. 17. & in insula *Meroe* delubrum *Ammonis*, & *Ammoniaca* regio, Ptol. 4. 5. ubi *Ammonis* oraculum celeberrimum; & Africa tota *Ammonia* dicta, Stephan. ex Alex. Polyhistore, qui in Ægypto vixit sub Ptolemæo Lathyro. A *Chamo* Ægyptus dicta *Chemia*, (Plut. in Iside) vel *Chamia*; & à Cophtitis (qui vetusta nomina pertinacissimè retinent) hodie *Chemi*. Hinc & in Ægypto pagi vel urbes (vel nomi, B P. 4. 1. 230) *Chemmis*, *Psochemmis*, *Psittachemmis*. Præterea, *Chamum* esse Poetarum *Jovem* probant; 1. Nomen *Hammon*, Jovi datum. 2. Ut חם sign. *fervidum*, ità Ζεὺς à *fervendo*. 3. Ut *Cham Noæ*, Gen. 9. 4. ità *Jupiter* erat *Saturni* filius natu minimus. 4. Fingitur esse cœli dominus, quia illi obtigit Africa, quæ inter Tropicos est, & cœlo proxima putatur. 5. Jupiter patrem exsecuit; ex Gen. 9. 22. ויגד, *& nunciavit*, quod, cùm puncta aberant, legi potuit *Vejaggod*, *& abscidit*. Et hoc factum à Jove dicunt in *Corcyra*, insula Phæacum: Lycophron in Cassand. v. 76. Ità Poetæ nominis æquivocatione delusi. Montes autem *Gordiæi*, ubi Arca substitit, *Corcyræi* dicti sunt Alex. Polyhist. in Euseb. Chron. p. 8. *Japhet* idem qui Neptunus, quem mari præfecerunt, quia ejus portio magnâ parte constat ex insulis & peninsulis, Hispan. Ital. Græcia, Asia minori, &c. De quo sic *Ennius ex antiquo authore Euhemero*; *Jupiter imperium Neptuno dat maris, ut insulis omnibus & quæ secundùm mare loca sunt omnibus regnaret*. Lactant. de Falsa relig. 1. 11. Et ut *Japhet* à dilatatione dictus, ità Ποσειδῶν (quod Africum verbum est, ait Herod. in Euterpe) est Punicum פשיטן *Pesitan*, quod *latum* & *expansum* sonat. Hinc & Neptunus εὐρύστερνος dictus [g]. Iapetum, i. e. Japhetum, Græci generis sui authorem agnoscunt, nec putant quicquam eo antiquius. Hinc decrepiti & deliri senes per convitium *Iapeti* vocitabantur, testibus Hesychio & Aristophane. Et proverbium est, *Iapeto vetustior*, pro valde sene; Lucian. *Dialog. Cupid. & Jovis* [h]. Sed illos prorsus latuit Iapetum cum Neptuno eundem esse. Quin Saturni fratrem eum faciunt. *Semum* tandem, cujus nomen (quòd cultui Dei adhæserit) Idololatris invisum, Deum quidem fecerunt, sed Inferorum, (quò & *Saturnum*, i. e. *Noam*, in odium pietatis, detruserunt) ᾍδε vel *Plutonis* nomine. שָׁמַם autem Græcè est ἀφανίζειν. Hinc & *Typhonem* (quo nomine intelligebant quicquid noxium erat) cognominabant Σμύ, (manifestâ allusione ad *Sem*) & *Seth*; ut eorum memoriam traducerent qui præcipui fuerunt divini cultûs assertores [i]. *Canaan* idem qui *Mercurius*. 1. Uterque erat *Jovis*, i. e. *Hami*, filius, & uterque à *Mercibus* & *Mercatura* dictus. 2. *Mercurius* deorum servus, ut *Canaan* fratrum. 3. Viis ideo præficitur, quia ab illo orti Cananæi seu Phœnices in remotissimas terras navigabant. 4. Ejus furacitas *Phœnicum* in commerciis vafritiem exprimit, de qua Odyss. ξ. 5. Idem eloquentiæ pater, quia literas in Græciam Phœnices invexerunt. Id ità explicat Sanchuniathon, qui Mercurium invenisse dicit τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν, (i. e. *primorum elementorum scripturam*.) 6. Eidem *lyra* tribuitur, quam *Phœnicum* esse inventum docet nomen כנור κινύρα. 7. Astronomiæ repertor est Manilio, quia ex Phœnicibus Astronomia venit ad Græcos, Strab. l. 16. per quam & navigationes suas dirigebant. 8. Quia cum *Chamo* patre creditur *Canaan* obscœno spectaculo se oblectâsse, *Mercurius* fingitur esse Jovi lasciviæ minister; &, tanquam in admissi criminis memoriam, pingebatur ὀρθὰ ἔχων τὰ αἰδοῖα, teste Herod. in *Euterpe*. 9. Adde, *Mercurio* veteres ideo libâsse lac & mel, quia illi obtigerat terra lacte & melle fluens. Et quis non videt *Nimrodum*, Gen. 10. esse *Bacchum*? 1. *Bacchus* est בַּר כּוּשׁ, (i. e. *filius Chusi*) ut idem דַּמֶּשֶׂק & דַּרְמֶשֶׂק. 2. *Jovis*, i. e. Chami, filius vel nepos fuit. 3. נִמְרָא, *Nimra*, Chaldæis *tigris* est. Hinc tigres in curru Bacchi, & amictus è pelle tigridis. 4. Alii ex nebride malunt, & *Nebrodem* Bacchum appellant, νεβρώδης Anthol. 1. 38. i. e. quasi vestitum pelle hinnuli; ignari hoc ipsissimum esse Nimrodi nomen apud Græcos. Vide ό. & Jo. &c. 5. Bacchi nomen antiquissimum ζαγρεύς, i. e. *robustus venator*. 6. Bacchus in *Arabiæ Nysa* natus, quia *Nimrod* Chusæus erat, & in ea ipsa Arabiæ parte natus, quam Homerus describit, quæ *Ægypto* propior quàm *Phœniciæ*. 7. Nec immeritò vitibus præsidere creditus, qui Babylone primus imperavit, ubi vinum optimum, nectaris nomine celebratum ab Athenæo. Bacchi porrò expeditiones in Orientem & Indiam usque non gesta Nimrodi solius, sed & successorum, continent. Videtur & *Magog* esse Prometheus. [*Vide quæ ad Gen. 10. 2.*] Non tamen sperandum est cætera omnia pari successu posse erui. Nam, 1. gentium conditores plerique Græcis ignoti erant. 2. Multos Moses non appellat vero nomine, sed nomine gentis sive regionis, cujus conditores fuerunt. Quædam non tam hominum quàm locorum sunt nomina. In genealogiis etiam loca & populi in filiorum censum veniunt. Ac si quis *Agenorem* dicat genuisse *Thebas*, quia *Cadmum* genuit, *Thebarum* conditorem [k].

20. *Cœpitque*, &c. ויחל וגו׳] *Cœpit & plantavit*, H[s]. i. e. cœpit plantare [l]. *Incepit*, A. E. Di. sic derivatur à חָלַל. *Incepit* esse *vir humi*, vel *terræ*, Sa. Pi. Mo. Ma. vel, *vir agricola*, ό. seu *operarius*, Ch. *vir cultor terræ*, M. h. e. deditus humo colendæ; ut miles est *vir belli*,

[g] BP. 1. 1.
[h] BP. 3. 1. 167.
[i] B P. 1. 1.
[k] BP. 1. 2.
[l] V.

belli[m], & paſtor *vir pecoris*, 2 Sam. 16. 7. & eloquens *vir verborum*, Exod. 4. 10. *Incepit eſſe*, i. e. fuit talis. Phraſis non neceſſariò ſign. eum antea talem non fuiſſe. Chriſtus *cœpit dicere*, Luc. 12. 1. eſt, *dixit*, Matt. 16. 6. *Cœpit ejicere*, Marc. 11. 15. eſt, *ejecit*, Matt. 21. 12[n]. Vel ſic vertendum, *Noah agricola cœpit plantare*[o]. *Cùm cœpiſſet Noah culturam terræ, plantavit vineam*, Ar. Poteſt derivari à חִיל, ac verti, *Et permanſit Noah vir terræ*; q. d. in eodem munere quod habuit ante diluvium poſtea perſtitit[p]. Non tunc primùm cœpit colere agros, ſed tunc, collecto animo, rediit, quamvìs ſenex, ad culturam agrorum[q]. R S. vertit, *prophanavit ſeipſum*, à חָלַל in eo ſenſu, quia debuerant initio occupari in plantatione alia[r]. Al. *prophanavit, violavit, communem fecit, terram.* Videtur hoc fieri, cùm primùm terra proſcinditur. Vide Deut. 20. 6[s]. ¶ *Agricola*, אִישׁ הָאֲדָמָה] *Vir terræ*, i. e. agricola; ut *vir ſanguinum* eſt effuſor ſanguinis[t]. Terra enim pejorata erat, & culturâ indigebat[v]. RS. vertit, *Dominus terræ.* A E. rectiùs, *Peritus culturæ terræ*[x]. Antea forſan ſarculo, ligone, &c. colebant terram; Noah primus aratra excogitâſſe videtur[y]. ¶ *Vineam*] Replantans quæ disjecta per diluvium[z]. Ante Noachum erant vites, ab initio creatæ[a]; ſed ſeorſim conſitæ: At Noachus ex ſurculis vitium (quos ſecum in Arcam tulerat) conſevit vineam in ordines diſpoſitam[b]. Vineta conſtituit, & ſuccum expreſſit, quod antea non factum[c]. Hinc cœptus vocari Janus, à יין vinum[d].

21. *Bibénſque vinum*, מִן הַיַּיִן] *De vino illo*, i. e. de vino illius. Sic Matt. 9. 10. ἐν τῇ οἰκίᾳ, *in domo illius*, ſcil. Matthæi; & ib. 28. τὴν οἰκίαν, i. e. *domum ſuam*, Matt. 17. 25[e]. ¶ *Inebriatus*] Quia vini vis illi ignota[f]. Ergò citra peccatum erat, ſaltem lethale[g]. Ebrietas interdum pro largiori qualibet potatione ſumitur, ut Gen. 43[h]. Non fuit lapſus malitiæ, ſed infirmitatis; veniâ, non exagitatione, dignus. Fortè labore feſſus avidiùs hauſit ad ſe refocillandum[i]. Ebrietas Noæ accidit idoneo poſt diluvium ſpatio, (ſed tempus incertum eſt;) nam *Canaan* (qui poſt diluvium natus eſt) ætatem habuit, & rerum gerendarum facultatem, & ſervituti mancipatus eſt[k]. ¶ *Nudatus*] Ut ſolent dormientes & ebrii, qui præ æſtu tegumenta disjiciunt[l].

22. *Verenda*] Heb. vocat *nuditatem*, pudicé[m]. Fortè per antiphraſin, quia illas partes natura tectas eſſe voluit[n]. Hinc patet homines nondum uſos femoralibus[o]. ¶ *Cham, pater Canaan*] Hic nominatur, ſecundùm alios, quia primus ipſe vidit, & patri indicavit; vel, ut alii, quia ſecutus eſt patris malos mores, ſcil. irreverentiam erga parentes[p]. ¶ *Nunciavit*] Ut incitaret ad deriſionem[q]. ¶ *Foras*, בַּחוּץ] *In platea*: egreſſus eſt foras ut narraret fratribus[r]. Legi poteſt, *qui in foro erant.* Palàm ac publico loco patrem traduxit[s].

23. *Sem & Japhet*] Ex vocum ordine hîc & in benedictione videtur Semus fuiſſe auctor hujus conſilii[t]. ¶ *Impoſuerunt*, &c. וַיִּקַּח] i. e. *Acceperunt.* Sing. pro plur. ¶ *Suum*, שְׁנֵיהֶם] *Amborum ipſorum*[v].

24. *Quæ fecerat illi filius minor*] Ità οʹ, νεώτερος, *minor*; non, *minimus.* Nam Cham erat ſenior Japheto[x]. Alii de *Canaan* accipiunt[y]. *Cham* enim non erat minimus[z], ſed ſemper medius in Scriptura nominatur[a]. At Canaan rectè *filius minor* dicitur, quia filius filii; ſicut Jud. 1. Othoniel dicitur *frater Caleb, minor*, ſcil. quia filius fratris[b]. Et hinc maledictus eſt *Canaan.* Exc. At v. 22. *Cham vidit.* Reſpondent Hebræi, per traditionem conſtare, quòd *Canaan* primus vidit, & patri indicavit. Vide Theodor. qu. 57[c]. Nec ulla alia fingi poteſt cauſa, cur *Canaan* hîc exprimitur, cùm Chamo plures & majores tum erant filii, ut patet cap. ſeq. Neque enim hæc contigerunt niſi diu poſt diluvium[d]. ¶ *Ex vino*] Excuſsâ crapulâ[e]. ¶ *Cùm didiciſſet*] Vidit ſe alieno pallio tectum, quid factum eſſet quæſivit, & ex filiis cognovit[f].

25. *Maledictus*, אָרוּר] At O. vertit, *contractus*, quòd ſequitur, *Dilatet Japheto*, &c. & quia *Arah* (quod ejuſdem videtur ſignificationis cum *Arar*) Cant. 5. eſt, *collegi myrrham*, &c[g]. ¶ *Canaan*] [Q. ſubaudiunt אֲבִי, *pater.*] Pater *Canaan*, V. ità Ar. (*Cham*, ut habent οʹ. in A.) quod paulò antè bis expreſſum eſt[h]. Sic *Goliah* ponitur pro *Goliæ fratre*, 2 Sam. 21. 19. coll. cum 1 Par. 20. 5[i]. [Alii accipiunt de *Canaan*,] O. La. A. Pi. Ma. Hunc populum maledictioni ſubjectum fuiſſe eventus docuit[k]. Hinc probabiliter colligitur eum fuiſſe paternæ iniquitatis ſocium[l]. Nec tamen *Cham* immunis eſt à maledictione, quia filius ejus nominatur; ſicut *Semo* benedicitur verſ. ſeq. quamvìs *Deus* nominetur; & Jacob dicitur *benedicere Joſepho*, Gen. 48. 15. quia liberis ipſius benedixit, v. 16[m]. Punitur parens in filio, ſceleris conſcio, forſan & auctore & indice, ut volunt Hebræi & Theodoretus[n]. Vel, ut alii, (quia Canaan ſolus maledicitur, licèt Chamo erant quatuor filii,) ei maledicit, non odio perſonæ, ſed ſpiritu prophetico quid futurum eſſet prænunciante[o]: nempe Cananæos ab Iſraelitis expellendos, ídque juſtè, (ut hîc docet Moſes, idcóque hæc ſcripſit[p]) quia & illi erant paternæ impietatis hæredes[q]. Q. obſervant maledixiſſe Noe poſteritati *Cham*, ſed omiſſis reliquis filiis *Cham*, ſingulariter de *Canaan* expreſſiſſe Moſen, quia tantùm ea commemorâſſe voluit quæ Iſraelitas confirmare & alacriores reddere poſſent ad capeſſendam terram promiſſam *Canaan*[r]. ¶ *Servus ſervorum*] i. e. Servus infimus & viliſſimus[s]. H[s]. Ut *Rex regum* eſt *ſummus* Rex[t]; *Sanctum ſanctorum*, pro ſanctiſſimo; & *perverſi perverſorum*, i. e. perverſiſſimi, Jer. 6. 26[v]. Servitus eſt pœna peccati[x]. Ethnicis ille ſtatus miſerabilis erat. Et S. Scriptura nomine *ſervorum* impios deſignat, Joh. 8. 34, 35. Gal. 4. 30, 31. Nomen *Canaanis* ſervitutem præſignificavit, à כָּנַע, *deprimere, humiliare*[y]. Jure naturæ ſervitus pœna peccati gravioris[z].

26. *Benedictus Deus Sem*] Prævidit enim Spiritu, quòd cultus unius Dei remanſurus erat in filiis Sem, aliis ad idololatriam declinantibus; quod non poteſt fieri ſine gratia Dei ſpeciali: ideo in benedictione Semi benedixit Domino[a]. Non tam Semum, quàm Deum ingentium illorum bonorum in Semum effundendorum auctorem, benedicit[b]. Reo in propria perſona maledixit, quia mali fomes eſt in homine: At Semi pietate delectatus, maluit Deo benedicere authori omnis boni, ſic Pſal. 115. 1. *Non nobis*, & Matt. 5. 16. *ut glorificent*; non *vos*, ſed *patrem.* Eâdem tamen operâ Noah benedicit *Semo*; & quibus verbis gratias agit pro acceptis beneficiis, etiam implorat futura; & Dei benedictiones familiæ Semi annectit, Deum appellans *Deum Semi*, ſcil. modo peculiari. Idem hoc eſt acſi Noe ſpem fecerit Semo & ſuis, fore ut cœli & terræ bona Deus illis impertiatur. Vide Gen. 17. & 26. & 28. Pſal. 133. 12. Jer. 31. 33. Matt. 22. 32. Apoc. 21. 3, 4[c]. ¶ *Grates Jovæ Deo Semi*] Semus Jovam habeat propitium ac benignum, ut ei grates agantur, Ca. Ex conſequente, h. e. benedictione Dei, intelligitur antecedens, h. e. benedictio Semi[d]. Senſus eſt, q. d. Deus adeò benedicet Semo ejúſque poſteris, ut quiſquis eos viderit, dicat, Benedictus ſit Deus, qui ſemper oſtendit ſe eſſe Deum & tutorem Semi[e]. Benedicitur his verbis & Semo; nam *beatus eſt populus cujus Jehovah eſt*, Pſal. 144. 15. Vel *Deus Sem* hîc eſt Chriſtus, ex *Semo* oriundus, Rom. 9. 5[f]. Sic etiam verti poſſet, *Benedictus à Domino Deo ſit Sem*[g]. ¶ *Sit ſervus ejus*, לָמוֹ] *Illis*, A. Pi. fratribus ſuis, Pi. Vel *illi*, A. ſing. pronómen, quod Hebræi dicunt poni pro לָהֶם, *eis*[h]. [Aliter Di.] Sciendum מו plerumque eſſe plur. interdum ſing. ut Pſalm. 13. ult. פָּנֵימוֹ, *vultus ejus*, i. e. Dei; Eſa. 53. 8. *plaga* לָמוֹ, *ei*, i. e. Chriſto. Occurrunt verba & v. 27. & utrobique verti ſolent, *ſit ſervus illis.* Malim in utroque ſingul. legi, *erit ſervus ei*, vel *ejus*, quia Noah diſtinctè agit de utroque, & diſtinctè utrique eum ſubjicit. Onkelos in utroque habet לְהוֹן, *illis*, ut & Arabs. Jonathan in 26. ſingul. in 27. plural. habet[i].

27. *Dilatet*, &c. יַפְתְּ אֱלֹהִים לְיֶפֶת] Loci hujus tres ſunt interpretationes, D. 1. *Condecoret*, qu. à יָפָה: ſic Aug. Steuchus, M. & R. Nathan. in Fuller. Miſc. l. 2. c. 4. T J. ſic, *Pulchros reddat Dominus terminos Japhet, & proſelyti fiant filii ejus, & habitent in ſchola Sem.* Quod pugnat cum Grammatica, D. Ful.

quia

Marginal notes (left column): [m] Pi. A. [n] A. [o] A. Ità Ti. [p] Buxtorf. Di. [q] V. [r] Di. [s] Ma. [t] M. [v] L. [x] Di. [y] Me. Perer. in La. [z] E. L. [a] E. [b] Abarb. & Bechai in Muis. [c] Me. [d] M. [e] Jun. [f] Me. L. [g] Me. [h] E. [i] Par. [k] Li. [l] Me. [m] M. V. [n] Ma. [o] L. [p] L. [q] L. [r] V. [s] F. [t] Jun. Pi. A. [v] V. [x] Bo. [y] E. D. ex He. [z] D. [a] E. [b] E. [c] D. miſc. 2. 39. [d] E. [e] V. Pi. [f] Me. Pi. La. [g] O.

Marginal notes (right column): [h] V. [i] A. [k] A. [l] Pi. [m] A. [n] T. ſic L. Me. [o] Me. [p] T. [q] Me. [r] Ma. [s] V. Me. T. D. [t] Pi. [v] Ma. [x] La. [y] A. [z] G. [a] L. [b] Bo. [c] BP. 2. L. [d] La. [e] Lippom. & Caj. in La. [f] A. [g] O. [h] V. [i] Di.

quia tunc esset in futuro, יִפְתּ, vel יפת, D. 2. *Alliciet*; sic J T. A. Pi. Blandè reducet Japhet suavi voce Evangelii. Prædicit dissidium fore temporale, & Japheti posteros à tabernaculis Sem (ubi Ecclesiam Deus sibi delegerat) remotos fore; sed propiùs tandem accessuros, & simul habitaturos [k]. Ità in multis Proverbiorum locis accipitur pro *persuadere* [l]. Sed hoc mihi non probatur. 1. Quia פָּתָה in Hiphil pro *allicere* insolens est [m]. Non frustrà mutavit Noah conjug. *Piel* in *Hiphil*, quod apud solos Chaldæos occurrit, quibus אַפְתִּי est *dilatare* [n]. פָּתָה, cùm *allicere* denotat, accusativum postulat: at hîc dativus est, ut patet ex ל, ejus nota. 2. Hoc non erat peculiare Japheto, nam & Chamus erat attrahendus ad Evangelium [o]. 3. Alii ergò exponunt, *dilatet*, vel *dilatabit*; i. e. det ei amplissimas regiones, vel numerosam progeniem [p]. Ità omnes ferè interpretes inquiunt, V. & Ful. sic D. Me. L. Ch. & o'. in A. Mo. Sa. Sy. M. P. Ti. O. BP. Ar. in BP. Ebraicè diceretur יַרְחִיב, sed elegit יפת, verbum Chaldaicum, ob paronomasiam [q]. Talibus paronomasiis nihil frequentius: Gen. 49. 8, 16, 19. Jer. 1. 11, 12. Sophon. 2. 4. *Accaron teaccer*, i. e. eradicabitur [r]. Utuntur verbo פתה significatione rarâ apud Hebræos, sed apud Syros (quorum lingua est Hebraicæ dialectus) usitatissimâ [s]. Subintelligitur *locum*, D. Ful. Dilatet Japh. *locum*, (vel *terminum*, ut R. Jonathan supplet:) sicut Psal. 4. 1. *Dilatâsti mihi*, scil. locum; Gen. 26. 22. *Dilatavit nobis*, scil. locum [t]. Abundè hoc præstitit Deus; nam ad Japheti portionem pertinebant tota Europa, Asia minor, Media, Iberia, Albania, pars Armeniæ, & vastissimæ illæ regiones ad Boream (quas Jornandes meritò vocat officinas gentium, & veluti vaginas nationum) quas olim Scythæ, hodie Tartari obtinent: ut de novo orbe taceam, in quem per fretum Anianis migrâsse Scythas vero non est absimile [v]. ¶ *Et habitet*] Vel, 1. *Japhetus:* sic V. E. T. A. P. Ma. La. Sic intelligi potest vel, 1. de temporali felicitate. Romani enim ex Japheto oriundi Judæam occupârunt, pulsis Judæis [x]. Græci & Romani Semi & Cananæorum portionem invaserunt. Vide Num. 24. 24 [y]. Vel, 2. spiritualiter, idque bifariàm: vel, 1. ut eos significet cum Judæis in unam Ecclesiam coalituros, juxta Eph. 2. & 3 [z]. quod per Apostolos effectum erat [a]; vel, 2. ut sign. eos in tabernacula Semi successuros, exclusis Semi posteris [b]. Sic Reubenitæ *habitare* dicuntur *in tabernaculis Hagarenorum*, 1 Par. 5. 10. post illos subjugatos [c]. Vel, 2. *Habitet* Deus, Ch. in V. Theod. & To. in La. L. *Habitet gloria ejus*, V. שְׁכִינְתֵּיהּ, *quies ejus*, (à שכן, quiescere.) *Divinitas ejus*; sic præsentiam Dei juxta Arcam appellabant Hebræi [d]: & tum ו vertendum, *sed:* q. d. *Dilatabit quidem Japheto*, &c. *sed habitabit Deus apud Sem* [e]; scil. in eorum carne patefiet Christus. Ità insignis hæc est prophetia de Incarnatione Christi. שְׁכִינָה id dicitur quo præsentiam suam peculiari modo exhibet Deus. Hoc ergò nomen humana Christi natura suo jure vendicat: In eo Deitas κατοικεῖ, (שָׁכַן) Colos. 2. 9. & Christus ἐσκήνωσεν (שכן) *inter nos*, Joh. 1. 14. i. e. inter Israelitas. Ità duplex est in Christo שְׁכִינָה; Deus per se habitat in Christo homine, per Christum verò in Israelitis: Et sic probatur Jehovam esse Deum Semi [f]. [Aliis non placet hic sensus,] quia non *Semum*, sed *Japhetum*, hoc loco benedicit [g]. Ut totus versus præcedens refertur ad *Semum*, ità hic totus ad *Japhetum:* & illa verba, *Canaan sit servus*, ad *Japhetum* spectant, (alioquin frustrà repeterentur,) ideóque ad eum referendum quod proximè præcedit [h]. ¶ *In tabernaculis*] Dictum pro ratione illorum temporum [i]. Sic significatur Ecclesia per *tentoria Judæ*, Zach. 12. 7. & *Jacobi*, Mal. 2. 12. & *Sanctorum*, Apoc. 20. 9 [k]. Voce *tabernaculi* statum Ecclesiæ rectè exprimit, quia Fideles hîc peregrini sunt [l]. Prophetiam hanc de filiis Noæ comprobavit rerum eventus. *Chamus* omni dignitate filiifamiliâs excidit, (quæ triplex erat;) & Sacerdotii, (quod Semo obtigit,) & duplæ portionis, (quæ Japheto,) & principatûs [m]. Et Semus Japhetum, & Japhetus Semum subjugavit: at neutrum Chamus; nec quisquam adhuc de filiis Chami Japheto imperitavit [n]. Nimrodi principatus cum Imperiis Assyriorum, Chald.

[k] V. [l] M. [m] Ful. [n] BP. 2. [o] Ful. ib. & ex eo BP. 3. [p] V. He. in M. [q] D. [r] BP. 3. 1. 168. [s] Ful. [t] D. sic o'. B. G. & [v] BP. 3. 1. 170. [x] Bo. [y] BP. 3. 1. 171. [z] A. Bo. [a] Bo. [b] Bo. A. L. E. [c] A. [d] F. [e] Ful. [f] Ful. ib. [g] La. [h] BP. 3. 1. 170. [i] Pi. [k] A. [l] A. BP. 3. 1. 171. [m] Ful. [n] Med. l. 1. dissert. 48.

Græc. Romanorum, neutiquam comparandus est, nec multitudine, nec amplitudine, nec diuturnitate. Deus est Deus Semi, qui non sine afflatu Divino dictus est שֵׁם, quia שָׁם הַשֵּׁם, *Ibi nomen illud*, Exod. 23. 20, 21. Japheto attributa est Europa tota & major (nempe Septentrionalior) Asiæ pars, etiam & America, quam ab illo primò occupatam fuisse credibile est. *Chamus*, à חם *calore* dictus, regionem æstuosam nactus est. Tota Africa olim Ἀμμωνὶς vel Ἀμμωνία dicta, ait Stephanus, ab *Ammone*. Hic *Ammon* erat Jupiter, nempe Sol, (Hebræis חַמָּה dictus.) Et si Assyrios Nimrodum, hominem extraneum, verisimile est consecrâsse nomine Jovis Beli, quidni & Libyes *Hamum*, suæ stirpis authorem, nomine *Jovis Hammonis* dedicarent? Ægyptus olim Χημία dicta (teste Plutarcho de Iside & Osiride) à peritissimis Sacerdotum [o].

28. *Trecentos quinquaginta annos*] Vidit ergò turrem Babel, & invalescentem idololatriam, & horrenda filiorum bella inter Ninum & Zoroastrem [p]. Vixit usque ad 58. annum vitæ Abrahæ, ut notant Hebræi [q]: quo præclaro magistro usus Abraham potuit plurimùm proficere [r]. Adverte hîc fidem & cultum Dei, ab initio mundi ad Abrahami tempora, per annos 2108, propagari & tradi potuisse per manus trium hominum, scil. *Adam*, *Methusalem*, & *Sem* [s].

29. *Et mortuus est*] Non attexitur hîc solennis clausula, *Et genuit filios & filias*; unde colligitur ei non nisi tres liberos fuisse, quot & Poetæ Saturno assignârunt. Præterea, ab his tribus totum humanum genus propagatum esse dicitur, Gen. 10. 19. His adde ætatem Noæ uxorísque ipsius provectiorem, & silentium Scripturæ [t].

[o] Ful. ib. [p] T. [q] Cl. [r] M. [s] La. [t] BP. 4. 38. 352.

CAP. X.

CUM hoc decimo capite lege 1 Chron. 1. à vers. 5. ad 24 [a].

1. *Hæ sunt generationes*, תּוֹלְדוֹת] Activè, i. e. Hi sunt quos Sem, &c. genuerunt [b]. Hinc redarguitur Ægyptiorum & Chaldæorum mendacitas, qui se vetustissimos jactant. Successu temporis omnia ferè nomina mutata sunt [c]. Difficultas est, quæ nationes nunc respondent his nominibus: sectabimur probabiliora, nam nihil certi habemus [d]. Gentium conditores plerique fuerunt Græcis prorsus ignoti: Multos eorum Moses non appellat vero nomine, sed nomine gentis cujus conditores sunt. Ut in filiis *Javan*, *Citthim*, & *Rhodanim*, & *Misraim*, &c. In *Joctanis* filiis, *Hatsarmaveth* est loci nomen, & sign. *mortis atrium*, seu regionem [e]. Putant nonnulli curiositatem in hac materia esse planè superfluam & frivolam. Utinam meminissent, sine horum cognitione complementa benedictionum & prædictionum propheticarum non posse intelligi. Quomodo enim sciamus aut Japhetum habitâsse in tentoriis Semi, aut Chamum fuisse servum servorum, aut quænam illæ naves Chittim, Num. 24. & Dan. 11. aut quis ille Gog, Ezek. 39. 1. si quinam sint, aut ubinam siti, ignoremus [f]? [Proponit Medus generales quasdam regulas ad investigandas singulorum ex Japheti posteris sedes.] Harum 5 præcipuæ (inquit) sunt hæ. 1. Quærendi sunt in *Gentium insulis*, v. 5. sive in locis à Judæa mari divisis. 2. Quærendi sunt in mediocri telluris spatio, (non per totum orbem;) quia in diebus Pelegi (cùm hæc divisio facta esset) homines pauci erant, nec ultra septem millia esse poterant, ut ex hoc capite colligere est. 3. Quærendi sunt in locis Judææ vicinis, ideo enim istorum familias Moses nominat. 4. Ubi nationes invenimus, ibi quærendæ familiæ; & 5. Ubi familia quævis, ibi tota natio quærenda est [g]. Sunt & quinque aliæ regulæ, sed minoris notæ, quæ sequuntur. 1. Ubi Prophetæ aliquos junctim nominant, illi simul quærendi sunt; ut *Meshech* & *Tubal*. Et 2. Ubi impletio prophetiarum per nationes prædicitur sub nomine fundatorum. 3. Credibile est ità prudenter distributas esse terras, ut quandocunque coloniæ deducendæ erant, non opus

[a] Li. [b] V. [c] M. [d] Me. [e] BP. 1. 2. 14. [f] Med. dissert. 47. [g] Med. ib.

opus esset aliorum sortes pervadere, sed aut mare aut terram incultam reliquisse in terminis suis. 4. Consulenda testimonia antiquorum, inprimis Judæorum. 5. Considerandæ sunt & reliquiæ antiquorum nominum[h]. De omnium nominum in hoc Capite vestigiis veteribus, vide quæ ad l. 1. de V. R. C. [*Unde decerpam quæ huc spectant.*] [i].

2. *Filii Japhet*] *Iapetos* dictus Græcis, (qui de eo multa fabulantur;) & posteri ejus *Iapetionides* Hesiodo & aliis[k]. ¶ *Gomer*] A quo *Galatæ*[l], quos *Gomeræos* dictos (sive Γομαρεῖς, G.) affirmat Josephus[m]; inter quos oppidum *Comara* Plinio, G. de V. R. C. Non placet, nisi *Galatarum* nomine *Phrygas* intellexerit, quorum sedem Galatæ invaserunt. Nam ante Galatarum invasionem in Asiam sunt Ezekieli Gomeritæ ad Aquilonem Judææ. Terra *Gomer* mihi videtur *Phrygia*, cujus portio est regio κατακεκαυμένη, i. *combusta*, testibus Hesych. & Stephano in voce κατακεκ. & Diodor. l. 3. p. 142. Ex hac parte tota regio dicta est *Gomer*. Nam Heb. גָּמַר *gamar* sign. *consumere*. Ità Chaldæus Num. 21. 1. & Syrus Psal. 37. 20. Et *Phrygia* à φρύγειν, *torrere*. Et אפריקי, quod hîc habet Chald. non puto esse *Africam*, sed Phrygiam, א initiali addito[n]; [*ut sæpe fit.*] A Gomer *Gomari*, seu *Cimbri*, vel *Cimmerii*[o], populus ultra Thraciam[p]. Siti hi erant ab Aquilonari parte Judææ, ut patet ex Ezek. 38. 6. *Gomer & Togarmah in lateribus Aquilonis*[q]; h. e. in minore Asia, quæ *Aquilo* Judæis dicitur, Dan. 11. *Reges Aquilonis.* His assignare possumus Phrygiam, Pontum, Bithyniam, & Galatiæ partem. Hic *Cimmerii*, teste Herodoto, lib. 4. Oppidum Phrygiæ est *Cimmeris* dictum Plinio, l. 5. c. 30[r]. *Cimmerii* montes super Albaniam, & *Cimmerius* Bosphorus[s]. κιμμερικός, ὁ. κιμμέριοι, Broughton in Ga. ¶ *Magog*] In Septentrione sedem habuit omnium consensu, Ezec. 38. 15. & vicinus erat *Meshech* & *Thubal*, Ezec. 38. 2, 3[t]. Ab hoc *Scythæ*[v], quos antè *Magogas* dictos scribit Jo. in Jun. nempe illi qui ab Oriente & Septentrione ponti Euxini. Argumento est, quòd Hierapolis à Scythis capta, cùm Syriam devicerint, dicta est ab iis *Magog*, teste Plinio, lib. 5. c. 23. *Cœlesyria habet*, &c[x]. Colligitur ex Ezec. 38. vers. 2. *Gog in terra Magog, principem capitis* (vel *Ros*) *Mesech & Thubal*: Cujus sensus est, *Gog* incolam terræ *Magog* in illis imperare locis unde incipit terra *Mesech* & *Tubal*, i. Moschica & Tibarenia. Sic terra *Gog* vel *Magog* erit Scythiæ pars circa Caucasum, quam Colchi & Armenii, quorum dialectus semi-Chaldæa erat, גוג חָסָן *Gog-hasan* vocaverint, i. Gogi munimentum: indè Καύκασον, sono molliore, ut pro גָּמָל, κάμηλον. Et pars Iberiæ *Gogarene* dicitur Strab. l. 11. Et ib. v. 3, 4, 15. eos equis insidentes producit, quod Scythis in more fuisse notatum, (Hippoc. de Aquis & locis) adeò ut ab equitatione arthritici facti sint. Et Ezec. 39. 3. *Excutiam arcum*, &c. Scytharum arma perpetua sagittæ & arcus, in quibus tractandis peritissimi erant, test. Herod. l. 1. c. 73. & l. 4. c. 46. & Lucian. in Toxari, & Plut. in Sympos[y]. Videtur hic *Magog Prometheus* esse, 1. quia *Prometheus* erat filius *Iapeti*; 2. & affigitur *Caucaso*, ubi sedes ipsius & *Scytharum*. 3. Fabula de aquila hepar ejus erodente videtur niti nomine *Magog*, quod est à מוג vel מָגַג, quod sign. *animâ & corde dissolvi & frangi*, Psal. 107. 26. & Ezec. 21. 15. 4. *Promethei* filius *Deucalion* Scytha urbem Hierapolin in Syria condidisse putatur, & in ea consecrâsse templum Deæ Syriæ, ait Lucian. *de Dea Syria*. Ea *Magog* dicta est vel ab ipso conditore, vel ab ejus filio, vel à Syris in conditoris memoriam[a]. Ab hoc *Magog Getæ & Massagetæ* (dicti Ptolem. Str. & Pomp.) Scythicæ gentes, & Tartari; de quibus Ezec. 38. & 39[b]. ¶ *Madai*] Medos esse apparet[c]. Apud omnes in confesso est. Quippe pro *Medis* passim habent *Madai* Dan. 5. 28. & 6. 8, 12, 15. Est. 1. 3, 14, &c[d]. Vide & 2 Reg. 17. 6. & 18. 11. Jer. 13. 17. & 21. 2[e]. [Non probat Med.] 1. Cur *Madai* tam longè à fratribus poneretur? Nam *Tiras Thraciam* habuit. An ergò *Macedonia* vacua erat? nam reliquis assignari nequit sine magna inæqualitate. 2. An *Media* pars erat Insularum gentium? 3. Quid agit filius *Japhet* inter filios *Sem*? Obj. At *Medi* Josepho & Hebræis dicuntur *Madai*, Μαδαῖοι. Resp. Non magis probat hanc fuisse originariam sedem *Madai*, quàm illam

[h] Med. dissert. 48. [i] G. [k] A. [l] L. Jo. in G. [m] Med. [n] B. P. 3. 8. [o] Me. A. Jun. & plerique apud BP. 3. 8. [p] A. [q] Jun. Med. A. [r] Med. [s] Jun. [t] Med. dissert. 48. [v] Me. G. Jun. A. BP. 3. 13. Hi. in L. [x] Med. G. [y] BP. 3. 13. [a] BP. 1. 2. [b] Mo. in Phaleg. [c] G. Mo. L. Me. A. plerique in Med. Jo. Hi. La. Bo. Pi. ex Jun. [d] BP. 3. 14. 219. [e] Jun.

Tarshish, quò Salomonis navès ibant, fuisse primam sedem hujus *Tarshish*. Fortè nomina habuerunt vel ex coloniis, (quod minùs probabile;) vel affinitate nominum, quâ Judæi tandem deflexerunt hoc nomen in aliud sibi notius, ut solenne est fieri. *Macedoniam* ergò assigno *Madai*, quæ olim *Æmathia* dicta; *Æ* autem additum, ut *Eu* in *Euphrates*, (qui *Perath* Heb.) aut *Æ* in *Ægyptus*, quam ipsi & Arabes *Cuphti* vocant. Fortè ex Heb. אִי, *regio*, Græci formârunt αἶα, & sic *Æmathia* est quasi αἶα Madai. Præterea, legimus in hoc tractu populum dictum Μαῖδοι vel Μαίδους, & χώραν Μαιδικὴν in finibus Pæoniæ apud Aristotelem περὶ θαυμασίων. Hîc & *Medus* Rex Isocrati, antequam ad Græcos devenerit[f]. ¶ *Javan*] Græcis *Prometheus* dictus, (qui erat — ἐῢς παῖς Ἰαπετοῖο, Hesiodo in Ἔργ. l. 1[g].) & *Janus*, (quasi *Javanus*, ut planissimum est) quem frustrà Munsterus *Noam* facit[h]. Certum est hunc esse patrem Græcorum, quorum regiones porriguntur ad mare Mediterraneum. Ibi invenimus unam familiam, nempe *Tarshish*, in *Cilicia*[i]. Ab hoc *Iones*[k]. *Javonus*, *Iaonas*, *Ionas*, G. Patet ex liberorum sede, v. 4[l]. יון sine punctis legi potest & *Javan* יָוָן, & *Jon* יוֹן. Iones Homero *Iaones* Iliad. N. 685[m]. Ἰάων Græcus Æschylo, Ἰάων ποτ. Dionys[n]. *Ionum* nomine non intelligo solos Athenienses, quamvis ità accipiant Herod. Aristot. Strab. Plut. & alii. Nomen illud latiùs patuit. Achæis & Bœotis tribuitur in Hesych. in Ἰάονας. Hinc in *Bœotia* campus *Ionicus* Strab. Et Delii sunt *Iaones* Homer. hym. in Apol. Et mare Macedonum *Ionium* dicitur. Neque ex solis Athenis educi potuit tam numerosa colonia, quæ in Asia 12 urbes condidit, in his Ephesum, Miletum & Phocæam, urbes maximas, præter insulas *Samum* & *Chium*. Præterea, Asiatici hi *Iones* quatuor linguæ characteres habebant, teste Herod. *Quin omnes Græcos barbari* Ἰάονας *Iaones appellabant*, ait Schol. Aristoph. in Acharn. Præcipuè tamen Hebræis sic dicti qui è Thracia habitârunt usque ad Isthmum. Hinc Alex. rex *Javan*, Dan. 8. 21. Et in columna Thesei in Isthmo quâ spectabat *Megaram* inscriptum erat, *Hæc non sunt Peloponnesus, sed Ionia*; & quâ *Peloponnesum*, *Hæc sunt Peloponnesus, non Ionia*: Plut. in Thes. Strab. l. 9[o]. In Hebræo Græcia adhuc nominatur *Javan*, & Græci *Jevanim*[p]. Sic Esa. 65. 19. Ezec. 27. 13. Dan. 8. 21. & 10. 21. & Joel. 3. 6[q]. ¶ *Tubal*] A quo *Iberi*, inquit Josephus[r], (& *Albani* & *Chalybes*, Med.) juxta Mæotidem[s], ad Pontum Euxinum[t], & quidem à parte *Australi* & *Orientali*, ait Med. p. 374. at p. 378. à parte *Boreali* & *Occidentali*, probabiliter ex Oriente Muscoviæ versùs Boream, [nescio quomodo secum conciliandus.] Olim Iberi *Thobeli* dicti, inquit Jos. Antiq. l. 1. c. 7[v]. Et hîc urbs *Thabilaca* Ptolemæo*. *Hispani* hi erant[x]. Non concedo, nisi hi ex Iberis Asiæ fuerant[y]. Hispani, Iberi tam in Europa, quàm in Asia, sive hi ex illis, sive illi ex his oriundi sint[z]. At *Caucasios Iberos* in Hispaniam venisse, & regioni dedisse nomen, meræ nugæ sunt[a]. ¶ *Mesech*] *Moschi* Pomponio, hodie *Moscovitæ*[b]. *Moschos* nominant Strabo & Mela; Plinius 6. 9. *Moschenos* & *Moschicos montes*[c]. At recepta opinio est fuisse *Cappadoces*[d]. Olim dicti *Meschini*, *Moschi*, *Mossyni*, & *Mosynæci*, testibus Jos. Antiq. 1. 7. Epiphanio, hær. 39. Plinio, 6. 4. & Argonaut. carmine, l. 2. Urbs primaria Cappadociæ dicta est *Mazaca* ad tempora Tiberii, qui eam Cæsaream vocavit. A *Mesech* & *Muscovitæ* colonia[e]. [*Tandem audiamus de his Cl. Bochartum sic disserentem:*] De *Tubal* & *Mesech* conjunctim agam, quia eos Moses & Esdras & Ezechiel ubique conjungunt, tanquam cognatos populos. Mihi *Mesech* sunt *Moschi*, & (quod miror nulli in mentem venisse) *Tubal Tibareni*, vel *Tibari*, Strab. l. 11. & Τιβαρεὶς χώρα, Diod. l. 4. p. 413. Græcis enim hi populi conjunguntur; eadem arma iidémque duces utrisque tribuuntur Herod. in Thal. c. 49. & in Polyhym. c. 78. Nec mirum ex *Thubal* eos fecisse *Tibar*, cùm scribant Φιχὼς pro *Phicol*, & Σαρὰδ pro *Saled*, & Βελιὰς pro *Belial*. *Moschi* Stukio sunt *Mossyni* vel *Mossynæci*. Hos tamen veteres omnes distinguunt. Moschi habitant montes Moschicos, qui *Iberiam* dividunt ab *Armenia*, & utramque à *Colchide*: Strab. l. 11. Vide Plin. l. 6. c. 4. & 10. Soli Ptol. & Strabo hos montes produ-

[f] Med. [g] Med. p. 371. [h] Med. p. 376. [i] Med. [k] L. Me. Jun. Mo. Bo. La. omnésque Græci, G. A. [l] Jun. [m] BP. 3. 3. 174. [n] Broughton in G. [o] BP. 3. 3. [p] L. [q] A. [r] G. Me. Mo. Med. [s] Mo. [t] Me. [v] Med. A. [x] Med. G. Jun. L. A. [y] Med. [z] Me. L. [a] BP. 3. 7. 191. [b] Mo. Me. [c] G. [d] Med. sic Jo. Antiq. l. 7. L. [e] Med.

cunt

cunt ab *Iberia* ad *Pontum Cappadocium*. Tamen nè sic quidem *Moschi Mossynœcos* attingunt, quos Xenoph. l. 5. Diod. l. 14. Plin. 6. 4. ponunt inter *Cerasuntem* & *Cotyorum*, Ptolemæo *Cytcorum*, urbes in ora *Ponti* notissimas. Indè difficultas non levis. In eo ipso intervallo, sed *Cotyoro* propiores, fuêre post *Chalybes Tibareni*, inter quos & *Moschos* (qui ad *Phasin* erant) multi fuerunt populi, iique feri admodum. Sed resp. 1. Fortè alii hi erant *Tibareni* prope Moschicam, sicut alios ibi Chalybes agnoscit Xenophon, testis αὐτόπτης, l. 4. Et hi juxta Josephum erant *Iberi Moschis* vicini. 2. Vel Hebraica nomina *Mesech* & *Tubal* latiùs patebant quàm Græca *Moschorum* & *Tibarenorum*. Hinc Moschici montes tam longè extensi, ut dictum. Et Strabo (qui, Amasiæ natus in Ponto Galatico, horum locorum apprimè gnarus fuit) Tibarenorum fines extendit ad *Pharnaciam* & *Trapezuntem*, *Moschicósque* & *Colchicos* montes, l. 7. p. 309. & l. 11. p. 527. & l. 12. p. 548 [f]. ¶ *Thiras*] A quo Thraces orti sunt, consensu omnium [g]. Parùm immutatum est nomen [h]. Græcum ξ respondet Syr. ס, quod ordo indicat [i]. *Thirax*, *Thrax* [k]. Colebant etiam Thraces Odrysum, qui non alius erat quàm hic *Tiras* [l]. Apud Thraces & vicinos multa supersunt vestigia hujus nominis: *Athyras*, portus, & sinus, & fluvius circa *Byzantium*, in Plin. Mel. & Ptol. *Thrasus*, tractus *Thraciæ*, Procop. l. 5. Ædificiorum; *Trausi*, Thraciæ populus, Herod. 5. Liv. 38. *Tyras*, Mysiæ urbs, & amnis, Herod. Strab. Plin. Ptol. *Teraus*, amnis *Thraciæ*; Θέρος (aliis Θέρης, & Θέρος) nomen Martis [m].

3. *Et filii Gomer Ascenaz*] Ar. legit *Sclavones*, Ch. *Asia*, h. e. Asia minor, Pontus, & Bithynia [n]. Phrygia minor, sive Troas, (ubi Troja [o];) pars Phrygiæ & Mysiæ, Straboni & Plinio, & *Ascanius lacus*, & *Ascanius portus* [p]. E terra *Gomer*, i. e. Phrygia majore, colonos duxit *Ascenaz* in minorem Troadémque, usque ad Pontum [q]. *Ascenaz* vertunt Græci in Ἀσκάνιος, sicut *Coresh* in Κῦρος, & *Dariavesh* in Δαρεῖος [r]. Ab hoc dictus est pontus Ἄξενος [s]; licèt Græci Græcum nomen putarent, q. d. *inhospitalis* [t], à feritate accolarum. Immeritò, nam ab hac eos & Scythas reliquos absolvunt Homer. Il. 5. & Æschyl. εὔνομοι Σκύθαι, Strabo, & alii [v]. Aliis Germania est [x]; ridiculè. Nam *Ascenaz* in Babylonem convocat Deus, Jer. 51. 27 [y]. Videntur Asiatici populi fuisse [z]. Hujus autem posteri in Europam fortè transierunt, indéque *Ascanii*, seu *Tuiscones*, i. e. Germani [a]. Hi omnes in Asia sedes primas habuerunt, unde ad Muscoviam, Germaniam, & nostras usque regiones, se contulerunt [b]. *Germani* fortè colonia erant ab Ascenaz. Nam, teste Diod. Siculo, originem habuerunt à *Cimmeriis*, (sive *Gomeræis*) unde & *Cimmerius Bosphorus*. Et *Judæi* (scilicet *Germani*) se vocant *Germen*, quasi *Gemren*, à *Gomer* [c]. Ab his pontus Ἄξενος [d]. ¶ *Riphath*] In 1 Chron. 1. 6. vocatur *Diphath*. ר interdum pro ד ponitur. Vide ad Gen. 4. 18 [f]. *Paphlagones* [g]; aliis dicti *Riphatæi*. Habitabant in Ponto & Bithynia [h]. *Riphaces* hîc ponit Mela, l. 1 [i]. *Riphæi* hîc & *Arimphæi* sunt, Plin. 6. 6. Solin. c. 27 [k]. Ab hoc *Riphæi* supra pontum Euxinum, deinde *Rutheni* (Russians,) & *Prutheni* (Prussians [l],) & *Riphæi montes* [m]. De hoc nihil postea occurrit, quia vixit ad pontum Ἄξενον dictum, quia à Græcis (pariter & Judæis) inaccessum [n]. ¶ *Thogarmah*] *Thurgæ* Melæ, [o]. *Turcæ* [p]. Sed hoc est Judaicum figmentum [q]. Junius eum collocat in *Armenia* minore, contra quartam regulam nostram. Pono in *Phrygia majore & parte Galatiæ*. Sic & Jo. Unde Phryges dicti *Tygrammenes*, inquit idem Jo [r]. Ch. reddit *Germaniam*, ob similitudinem nominum. Malè, nisi fortè indè colonia ducta [s]. Ab hoc antiqui Galli, dicti Γαλάται, & contractè Κέλται, *Cimbri*. Ità tres filii Gomer simul collocantur [t]. *Germaniam* vertunt Ch. & Talmudici; *Turcomanniam* in Tartaria & Scythia alii: sed hæc remotiora erant, nec ibi erant muli, teste Herodoto, qui à *Togarma* venerant, Ezec. 27. *Iberiam*, Ar. & *Armeniam*, Euseb. Juxta alios *Cappadoces & Galatæ* [v]. Nam *Togarma* regio erat respectu Judææ Aquilonaris, non remota à terra *Gomer*, equorum & mulorum præstantiâ nobilis, quos ad Tyriorum nundinas Thogarmæi deducebant, Ezec. 38. 6. & 27. 14. Pariter Cappadocia erat 1. vicina *Phrygiæ*; 2. & respectu Judææ Aquilonaris; 3. equis mulisque nobilissimis celebrata, testibus Solino, Dion. Perieget. v. 973. Oppian. Cyneg. l. 1. v. 197. Et Philostorgius, Cappadox Historicus vetustissimus, (quem nuper edidit doctissimus Jac. Gothofredus) *Tanta* (inquit) *Cappadocum equorum nobilitas fuit, ut Imperatorum ferme usibus servarentur; unde & divina animalia vocantur*, &c. Hîc & muli, qui ex *Heneta urbe* ait Homerus, Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος. Et Plut. περὶ φιλοπλουτίας, in divitum jumentis censet *mulos Galaticos*, quia inter *Galatas* & *Cappadocas* medii sunt *Heneti*. Et Cappadoces Persis tributum quotannis pendebant mulorum 2000. Et asinus in Apul. Metam. l. 8. gloriatur se Cappadocium esse: Muli autem ex equa & asino. Pro *Togarma* Græci habent Θόργαμα, Τόργαμα. Indè fortè *Trocmi* Strab. l. 12. qui *Trogmi* Cic. de Divin. l. 2. *Trocmeni* apud Stephanum, aliis *Trocmades*, vel *Trogmades*. Obiter nota Japheti posteros è *Cappadocia*, ut verisimile est, in Ciliciam se diffudisse. *Cilices* autem Iapetum pro conditore agnoscunt: Stephanus in Ἀγχιάλη [x]. Jeros. vertit *Barbariam*. Intellige *Phrygiam*. *Barbaricum* pro Phrygio sæpe sumi docet Turneb. Advers. 5. 15. & 9. 18 [y].

4. *Filii Javan, Elisa*] *Elis*, unde Græci Ἕλληνες dicti [z]. Αἰολεῖς [a]. At hi erant colonia Achæorum. Pono igitur eum in Achaia & parte Peloponnesi: Hîc *Ellas* tractus, fluvius *Elissus* vel *Ilissus*, *Elysii Campi*, *Eleusis urbs*, (unde Ceres *Eleusina*) *Elissus* urbs Arcadiæ, *Elis* urbs in Peloponn. & *Æoles* colonia Achæorum [b]. [Al. aliter.] *Itali*, (inquit) vel Fortunatarum Insularum incolæ, quæ *Elysiæ* dictæ sunt [c]. Mihi *Peloponnesus*. Ibi *Elis*, vetustissima regio, cujus pars Homero *Alisium*. Ibi purpuræ piscatio celebratissima, juxta Ezec. 27. 7. *ad quem locum plura vide* [d]. ¶ *Tharsis*] *Tharsenses*, Me. Ab hoc *Cilices*, Jun. L. ex Jo. Ch. & Ar. in BP. G. A. Med. Probant. 1. Ex urbe *Tarso*, (quæ in Heb. est *Tarshish*, Med.) Multis in locis evenit, ut quæ populorum fuerant, urbium fiant nomina [e]. 2. Quòd nominatur in singulis prophetiis de *Tyro*, cui Tharsish vicina erat. 3. Quòd mare illud dictum est *Tarshish*, quia filii *Tarshish* erant domini illius. Et Cilices piratas cecinit Lucanus. Totum Mediterraneum vocant *Tarshish*, (& Chaldæus vertit *Tarshish* יַמָּא, i. e. *mare*, quem sequitur Tremel [f].) Psal. 48. 8. quia in Tharsensi tantùm mari Hebræi negotiati sunt [g]. Aliis est *Carthago in Africa*. Sic LXX sæpe vertunt, Med. sic Mo. Hi. Theod. in BP. Non placet. Nam *Carthago* erat non *Cilicum*, sed *Tyriorum*, colonia. Fortè ab hoc erant *Etrusci*, quasi *Etarshishi*. Certè ab Asia erant, & Græca natio [h]. Alii ad *Venetos* & ad *Phœnices* quoque referunt, Mo. *Tarshish* existimo initio fuisse insulæ nomen; in Scriptura tamen nunquam poni pro speciali ullo loco, sed nomen commune esse omnibus insulis & locis transmarinis, &c [i]. Aliter Euseb. *Tarsis, ex quo Iberi, seu Hispani*. Rectè quidem. 1. Phœnices, Hercule Tyrio duce, in Hispaniam & usque Gades navigâsse creduntur; ut patet ex Phœnicia inscriptione in columnis Tingitanis, *Fugimus à facie Josue prædonis filii Nave*: Procop. Vandal. l. 2. Græcos (qui hoc suo Herculi tribuunt) refutat templum vetus Gadiritanum, in quo colebatur Hercules ritu *Phœnicio*, non *Græco*, test. Appian. in Ibericis, Arrian. l. 2. ἀναβάσ. & Diodoro. Et Strabo ait Phœnices pleraque *Hispaniæ* loca circa Tartessum, &c. nec non *Baleârides* insulas, tenuisse & condidisse, *Gadira*, & *Malacam*, & *Carthaginem novam*, quorum nomina merè Phœnicia sunt. *Gadira sepem* explicant Plin. Solin. &c. Id גָּדֵר Heb. גְּדִיר Syr. & Ar. *Malacæ* nomen à salsamentis, quæ ibi abundant, teste Strab. Jam מָלַח Heb. est *sale condire*. *Carthago*, Græcè Καρχηδών, de quo Solin. *Carthadam dixit, quòd Phœnicum ore exprimit novam civitatem*. Ità Eustath. & Steph. Id Ch. & Sy. est קַרְתָּא חֲדַת *Kartha-hadath*. Et *Hispaniæ* nomen, vel *Spaniæ*, Heb. est שְׁפַנִיָּה *Spanija*, à שָׁפָן *cuniculus*. Cuniculi ibi frequentissimi erant. *Iberia* item ab עֲבָרָא, Ch. עֵבֶר, *ebra* vel *ibra*, quod sign. *transitum*, & *quicquid est ulterius*: nempe terræ finis esse credebatur: Strab. l. 3. p. 169. Pindar. Olymp. 3. in fine. *Tarsis* ergò erat Gades

[f] BP. 3. 12. [g] Med. sic Jo. L. Me. A. Mo. JT. La. Bc. Ma. BP. 3. 2. [h] Hi. in Med. [i] G. [k] Mo. in Phaleg. [l] Med. [m] BP. 3. 2. [n] A. [o] Med. BP. 3. 9. [p] G. [q] BP. [r] Med. [s] Jun. BP. [t] Brought. in Ga. [v] BP. 38. [x] Sic He. in A. L. O. Me. [y] BP. 4. 38. 356. A. [z] Bo. La. La. [a] La. [b] Brought. Anglus in Ga. [c] Med. [d] A. [e] A. BP. [f] A. [g] Jo. G. Me. BP. 3. 10. Jun. [h] Med. [i] G. [k] Med. Jun. [l] Med. [m] A. [n] Med. [o] Mo. [p] Me. [q] Med. [r] Med. [s] Me. [t] Med. [v] BP. ex Græc. schol.

[x] BP. 3. 11. [y] BP. ib. [z] Mo. [a] Jo. in G. Jun. [b] Med. [c] Me. [d] BP. 3. 4. [e] G. [f] Med. [g] A. [h] Med. [i] Bo.

Gades & Tartessus, ubi argenti, ferri, &c. copia erat, Ezec. 27. 12. Hispaniam autem scatere metallis ferri, æris, argenti & auri, testantur Plin. 3. 3. & 33. 4. Strab. 3. Diod. l. 5. Phœnices autem, genus hominum callidissimum, hâc illecebrâ pellecti Hispaniam frequentabant. Tarsis potuit mutari in Tartessum, vel primâ geminatâ per pleonasmum, vel altero ש in תַּרְשִׁישׁ in ת mutato; ut אַתּוּר Aturia, pro Assyria. Atque hinc Chrysolithus Heb. תַּרְשִׁישׁ dicitur, à loco ubi eruebatur, teste Plin. 37. 9. Tandem in Polyb. lib. 3. p. 179. est Ταρσήϊον, quod Stephano est urbs ad Herculis columnas[k]. At alia fuit Tarsis in Oceano Indico, de qua 2 Par. 20. ¶ Cettim] Cretenses, Me. Mo. Cittii, Me. Cyprii, Jo. Me. Ar. A. quia in Cypro est urbs Kition[l]. Nec dubito quin Cyprios vel Citiæos intelligit Menander apud Jo. Antiq. 9. 14. Alii Chios malunt. Multi Ciliciam, ubi Cetis regio. Chald. est אכזיא, sed legendum אכויא, Achaia. Autor primi libri Maccab. haudquaquam contemnendus Scriptor, putavit esse Macedones. Est tamen cur credam Chittim potiùs esse Italos. [Italiam vertit & T J.] 1. Quòd Alex. Danieli dicitur rex Javan; non ergò erat rex Chittim, nam Javan & Chittim manifestò distinxit Moses. 2. Ex Dan. 11. 29, 30. & ex Num. 24. 24. [ad quem locum plura videsis][m]. Nomen est plur. numeri, adeóque non regionis, sed populi; (quorum fundator esset Ceth, vel Citti.) His obtigit Caria, Lycia, & pars Pamphyliæ. Probatur, 1. quia Cetis hîc regio Ptolemæo; 2. & populus Cetii Homero in Odys. δ'. à fluvio Cetio dicti. 3. Nulla alia portio in tractu Javan illis assignari potest. 4. Frequens eorum mentio in Scriptura ostendit eos non procul fuisse à Palæstina. Ab hoc coloniæ erant, 1. Creta & insulæ maris Ægæi. 2. Romani, (vel Magna Græcia, vel, quod malim, Aborigines & Latini, quos Ionicè locutos affirmat Varro; & Ionum coloniæ fuisse videntur, quia servabant inter se nomen patris Javan, quem Janum vocabant, quasi Javanum) quia naves Chittim adversùs Antiochum magnum venturæ prædicuntur, Dan. 11. 30. quod à Romanis impletum. Romanos etiam fuisse Græcos probari mihi videtur ex Rom. 10. 12. Nullum discrimen inter Judæum & Græcum, (sub quo Romani continentur.) Contendit Junius naves Romanorum vocari naves Cittim, quia ab eo littore venirent, & in Cilicum portubus residerent. At, 1. Cittim est nomen populi, non regionis. 2. Num omnes naves quæ ab eo venirent illorum erant? 3. Cilicia erat portio Tarshish, non Cittim; nam Cetii erant ab Occidente Ciliciæ, teste Strabone. 3. Alia colonia Cittim erat Macedonia, olim Μακέτια, teste Hesychio; & Macedones Macetæ olim, teste Gellio, l. 9. cap. 3. fortè ex mixtura filiorum Madai & Cittim: Legimus enim Num. 24. 24. naves venturas à littore Cittim, &c. quod ab Alexandro impletum; & Perseus rex Macedoniæ vocatur Rex Cittim, 1 Maccab. 8. 5. sic Alexander venire dicitur è Cittim, 1 Maccab. 1. 1[n]. ¶ Dodanim]. Quasi Rodanim, Me. sic scribitur 1 Chron. 1. 7. At hoc proculdubio erat error Scribæ nunquam emendatus[o]. Prisca lectio est Rhodanim, 1 Par. 1. 7. & in Pentat. Samar[p]. Rhodii, Me. Mo. (דוד idem quod ῥόδον Græcis[q].) [Hoc non probatur Medo.] 1. Quia Rhodus insula erat. At continens priùs habitata est quàm insulæ, &c. 2. Parva insula erat, & impar reliquorum portionibus. 3. Vicina erat Judæis. At de Dodanim nihil occurrit in Scriptura, quia à Judæis remoti erant iisque incogniti[r]. 4. Rhodus olim multò aliter vocitata erat, Plin. 5. 31. & Dion. v. 505. 5. Rhodum ex mari emersisse tradunt Ammian. Pindar. Plin. quia non statim nota fuit. Rhodanim igitur pono circa ostia Rhodani, quem de suo nomine nuncupaverunt. Obj. Rhodanus à Rhoda oppido dicitur, Plin. 3. 4. & Hi. præf. ad Galat. Resp. 1. Amnis à Rhoda Rhodius dictus esset. 2. Obest distantia Rhodæ (quæ in Hispania est, aiunt Strab. l. 14. Mela 2. 6. Ptol. & Liv. l. 34. hodie Roses vocant, estque in Catalonia) à Rhodano[s]. Eum potiùs in Epiro & parte Peloponnesi colloco. 1. Quia hæc loca à Judæis remota erant. 2. Hîc urbs Dodona, & Jupiter Dodonæus, qui alius non erat quàm hic quartus Javani filius. Javan erat Saturnus Græcorum, & omnes ejus filii Joves suarum familiarum[t].

[k] B P. 3. 7.
[l] A.
[m] B P. 3. 5.
[n] Med. dis. 47.
[o] Med.
[p] B P. 3. 6.
[q] Mo.
[r] Med.
[s] B P. 3. 6.
[t] Med.

5. Ab his divisæ sunt insulæ gentium, נִפְרְדוּ] Al. Divisi sunt (habitatores) insularum gentium. Alii, Ab istis dispersi sunt in insulas gentium, V. divisæ sunt regiones, &c. J T. Hoc dicitur per anticipationem, quia factum postea, cap. 11[v]. Repugnant hæc iis qui juxta Pseudo-Berosum ponunt adhuc alios Noæ filios, quos genuit post diluvium: (inter quos Nauclerus.) Sed non temerè fingendi sunt alii filii Noæ. Tempore diluvii totis centum annis cessavit à gignendis liberis. Nam Shem, Cham & Japhet geniti sunt anno ejus 500. & diluvium venit anno 600. c. 7. Nec credibile est iterum ad gignendos liberos se contulisse. Objiciunt, Gen. 9. Noe & filiis dictum, Crescite, &c. Resp. Pater censetur crescere cùm filii ejus generant[x]. Numerum nationum ex Japheto facilè discimus, nempe septem fuisse, pro numero filiorum. At difficilius est scire numerum familiarum: Nam in generationibus & Japheti & Chami Moses quasdam tantùm familias nominat, quibuscum præcipuè Judæi commercium habituri erant. Magnam hanc terræ divisionem non confusè, sed ordine, factam multa demonstrant. 1. Vox נִפְרְדוּ, quæ distinctam partitionem significat. 2. Consuetudo & veluti proprietas Dei in hujusmodi actionibus: Hîc certè, si ullibi, providentia Dei conspicua erat, cùm hæc actio erat quasi secunda humani generis propagatio. 3. Videtur Deus eo fine linguas multiplicâsse, ut in plures societates distribuerentur, nè familiæ & generationes cohabitatione confunderentur. In hunc igitur finem curavit singulas familias & nationes seorsim habitare. 4. Sapientia Patriarcharum qui tunc in vivis erant, & quasi Reges in generationibus suis. Vel igitur sorte, vel nascendi ordine, dividebant terras[y]. ¶ Insulæ gentium] Insulæ propriè dictæ, scil. Ægæi, Ionii & Carpathii maris[z]. [Alii contrà.] 1. Quia illæ paucæ erant juxta locum divisionis; nempe Creta & Cyprus, quæ familiis Japheti non sufficerent. 2. Non est credibile homines Continentem transituros, ut in Insulis sedem figerent. 3. Nec navium copia illis erat ad transvectionem. 4. Scimus aliquos ex Japheti posteris in Continente sitos. Nec Insulæ hîc dicuntur regiones multis insulis circumdatæ, nam & aliæ regiones hoc nomine appellantur[a]. Insulas ergò Hebræi vocant omnes (& solas Med.) regiones ad quas ex Judæa navibus itur, Jer. 25. 22. Sophon. 2. 11[b]. Græcia & Italia illis insulæ dicuntur, propter mare interpositum[c]. Probatur hic sensus ex multis locis. Esa. 11. 10, 11. ubi prædicit vocationem Gentium, sive Insularum gentium. Neutiquam autem omitteret loca ubi laboravit Apostolus Gentium. In his præcipuè locis, à Judæa mari divisis, est Christianismus. Sic Esa. 40. 15. Insulas tanquam rem exiguam: Itá reverà sunt Insulæ propriè dictæ. Ità Jer. 2. 10. ad insulas Chittim, i. e. Macedoniæ. Tyrus in Ezec. 27. 3. est mercatus populo multarum insularum, & 1 Maccab. 14. 5. Et Græci νῆσον impropriè usurpabant, ut videmus in Peloponneso & Chersonesis[d]. ¶ Secundùm linguam suam] Κατὰ πρόληψιν seu anticipatione hoc dictum, (ut Gen. 12. 8. & 13. 3.) Quod non animadvertens Philastrius finxit diversitatem linguarum ante conditam turrim Babel, ità tamen ut se mutuò intelligerent[e]. Videmus hîc providentiam Dei, qui linguas disposuit juxta familias & gentes. Et hinc constat confusionem linguarum nec fuisse sermonis privationem, (ut patet ex Gen. 11. 7.) nec depravationem linguæ originalis; sed Deum illis diversas linguas inspirâsse: Alioquin quomodo disponerentur linguæ secundùm familias & gentes[f]? ¶ Secundùm familias in nationibus] Hoc levamenti concessit Deus, quòd eadem lingua in unaquaque familia, vel etiam in pluribus, remanserit[g]. Familiæ sunt partes nationum. Quælibet natio, & in singulis nationibus quælibet familiæ, sortem suam seorsim habuerunt. Porrò Gens vel Natio interdum absolutè talis est, quæ nullam habet majorem generationem; interdum respectivè tantùm, quæ gens est respectu familiarum sub se comprehensarum, at familia respectu majoris generationis, cujus familia est. Hujusmodi autem gentes propriè vocantur tribus. Moses loquitur hîc de Genti-

[v] L. La. J T.
[x] E.
[y] Med. lib. 1. dissert. 27.
[z] Ma.
[a] Med. dissert. 47.
[b] Me. V. Med. La. Bo.
[c] V.
[d] Med.
[e] D. misc. 1. 31.
[f] Med.
[g] Jun.

bus abſolutis: quia diviſio hæc facta eſt nato *Pheleg*, intra centum annos à diluvio; intra quod ſpatium familiæ non ità creverant, ut *tribus* vel *nationes* vocarentur[h].

6. *Chus*] *Æthiopes*, L. Mo. Me. G. *Chuſæi* & ſibi & vicinis dicti, ut Joſephi tempore, ità nunc[i]. *Chuſh* Arabibus Æthiopibúſque nomen dedit, ut patet ex ſede poſterorum ejus[k]. Duplex in Scriptura eſt *Æthiopia*. 1. Orientalis, in *Arabia*; (vide Melam 1. 2.) & 2. Occidentalis, in Africa[l]. Qu. Quæ ſit terra *Chus*? Reſp. 1. Æthiopia. Ità He. Græci, Vulg. Ph. Jo. Hi. Euſtath. & Patres omnes. 2. *Arabia*. Ità ſolus Jonathan, quod ſciam: quod tamen verius eſt, ait BP. 4. 2. [*Cujus argumenta videſis in Collectaneis noſtris ad* Num. 12. 1.] Eſt & alia *Chus* in locis magìs Orientalibus; [ſi fides *Carvero noſtro, ex quo quæ decerpſimus vide ad* Gen. 2. 13.] In Eupolemo apud Euſeb. Præpar. 9. eſt inſigne fragmentum ex Babyloniorum monimentis depromptum: *Babylonios dicere, primum fuiſſe Belum, eúmque eſſe Saturnum*, (i. e. Noam.) *Ex illo natos eſſe Belum & Chamum*, (Belum, i. Nimrodum, conditorem ſuæ gentis, quem, ratione ὑπεροχῆς, Noæ faciunt filium primogenitum, cùm fuerit tantùm pronepos.) *Hunc autem* (Chamum) *genuiſſe Chanaanem, patrem Phœnicum*. *Ejuſdem* etiam filium eſſe Χοῦμ *Chum*, (i. e. Χοῦς, ex quo in accuſ. eſt Χοῦμ· peregrina enim nomina Græci ſolent ſic declinare) *quem Græci* Ἄσβολον *dicunt*, (ut חום ſign. *atrum*, ità ἄσβολος *fuliginem*) & *fratrem* τοῦ Μεσραεὶμ, *Metſraimi*, πατέρα (lege πατρὸς) *patris Ægyptiorum*[m]. ¶ *Miſraim*] *Ægyptii*, L. Mo. Me. G. *Ægyptus Maſra* Arabibus dicitur[n]; *Miſor* Philoni Byblio. Ægyptii *Meſori* ſibi & accolis dicuntur, & menſis apud eos Μεσορί[o]. *Miſraim* non eſt nomen hominis, (id non patitur forma dualis) ſed populi: Et *pater Miſraim* eſt pater incolarum terræ *Miſrajim*, i. e. Ægypti, cujus metropolim *Alcairo* Arabes hodiéque מצר *Meſer* vocant. Et primi menſis priſcum nomen erat Μεσορί. *Miſrajim* puto factum per compendium ex *Meſorajim*; nam ſing. eſt מָצוֹר Eſa. 19. 6. ubi K. *Maſor idem quod Miſraim*, & Mic. 7. 12. Id ſign. *locum munitum*. Talis erat Ægyptus naturali ſitu, teſt. Diod. l. 1. p. 18. & Strab. l. 16. p. 819. Vel מצור ab *anguſtia*, quia terra anguſta erat. Vox dualis docet duplicem eſſe Ægyptum, ſuperiorem, & inferiorem[p]. ¶ *Phut*] A quo *Libyes* & *Mauritani*, L. Mo. Me. G. Ibi *Phut* (*Phuth*, L. *Fut*, BP.) *fluvius* Plinio, l. 5. 1. & juxta eum regio *Phutenſis* apud Hi. Eſt non longè à Feſa, manente adhuc vocabulo[q]. Africam inter ſe diviſerunt *Put* & *Miſraim*. Huic Ægyptus obtigit, & pleraque Africæ, ad *Tritonidem* uſque paludem, quæ Africam dividit in duas partes penè æquales. Illi quicquid trans Tritonidem uſque ad Oceanum Atlanticum. Ità tamen ut Phutæorum nonnulli prope Ægyptum fuiſſe patet ex Jer. 46. 9. Ezec. 30. 5. Nahum. 3. 9. ubi Ægyptiacis bellis implicantur. Adde quòd Phutæorum *clypei* notantur Jer. 45. 9. ſcil. maximi; quæ præcipua erat Ægyptiorum armatura, Xenoph. Cyrop. l. 6. *Phut* idem quod פוץ, *ſparſus*, ט & ץ permutatis, ut ſolet fieri. *Phutæis* ergò nomen à diſperſione, quia propter ſterilitatem habitationes ibi non ſunt continuæ, ſed diſperſæ[r]. *Put* eſt *Apollo Pythius*, quem in Africa vixiſſe conſtat ex cæſo dracone; cùm dracones magni ſint tantùm in *Africa* & *India*, India verò primis ſeculis ignota fuiſſe videtur[s]. ¶ *Et Canaan*] *Cananæi*, L. Me. G. Mo. Ex *Cananæis* ortos eſſe *Phœnices*, ex *Phœniciæ* nomine & ſitu, & ex priſcorum *Phœnicum* lingua, inſtituto, moribus & artibus, facilè conſtat. Hinc *Phœnicum* & *Cananæorum* nomen promiſcuè uſurpant LXX. Filius τῆς Φοινίσσης, Exod. 6. 15. eſt τῆς Χαναανίτιδος, Gen. 46. 10. Ità Exod. 16. 35. Joſ. 5. 12. Hinc pro *Cananæa*, Matth. 15. 22. Matthæi fidus interpres Marcus habet Syrophœniſſam, Marc. 7. 26. Sed neque hoc Græcos latuit. Eupolemus enim, in Euſeb. Præp. l. 9. ait *ex Saturno Belum ortum & Canaan, hunc verò Canaan genuiſſe Phœnicum patrem*. Et Philo Byblius ibid. Sanchoniatonis interpres, Phœnicii Scriptoris longè vetuſtiſſimi, meminit cujuſdam Χνᾶ, (quod ex *Canaan* decurtato natum eſt) *qui Phœnicis cognomine inſignis* fuit. Itáque apud Stephanum Byzantinum *de Urbibus* Phœnice vocatur Χνᾶ. Obj. 1. Herod. Trog. Diod. &c. *Phœnicas* vocari aiunt à puniceo colore maris Rubri, cujus accolæ fuerunt. Reſp. 1. Mare Rubrum vel Erythræum à colore non dici jam ſciunt docti, (vide Ful. miſc. 4. 20.) ſed ab *Erythra* Rege, qui *Edom*, cujus poſteri non *Phœnices*, ſed *Idumæi*. 2. Vel ſi qui Phœnices à mari Rubro veniſſe dicendi ſunt, hi ſunt Iſraelitæ, &c. quos Phœnicas ab Herodoto dictos rectè colligit Jo. Antiq. 8. 4. quòd is ſcribit in Palæſtina circumcîdi quoſdam *Phœnicum*. Obj. 2. Cur ergò Phœnices nuſquam apud Græcos *Cananæi* vocantur? Reſp. *Cananæos* puduit ſui nominis, propter anathema in patrem ſuum; maximè cùm à Judæis bello peterentur internecino, quòd *Cananæi* eſſent. Vocari igitur maluerunt vel *Syri*, à *Tyro*, quod Heb. צור *Sor*, vel צור *Sur*, indè *Surim*, i. e. Σύριοι vel *Aſſyrii*, (qu. *Haſſurim*, præfixo ה) quo nomine *Tyrii* ſeu *Phœnices* ſæpe deſignantur. *Apud Aſſyrios ſeu Phœnicas*, &c. ait Macrob. Saturn. 1. 27; & *Aſſyrium venenum*, Virg. Georg. 2. pro purpura Tyria; & *Aſſyrium libanum*, in Nonn. Dionyſ. l. 41. pro *Phœnicio*[t].

7. *Filii Chus, Saba*] *Sabæi* Joſepho, quorum urbs *Saba* Straboni, l. 16[v]. *Sabæi*, regio thurifera[x]. Abiſſini ſive Arabes, *Sabæi*[y]. *Chuſi* filios, quos veteres in Africa ponunt, habitâſſe ſtatuo circa mare Perſicum, præter Nimrodum, qui Babylonem migravit[z]. *Saba* סְבָא Æthiopia Abiſſinorum[a]; quippe *Meroes* nomen vetus aſſerit fuiſſe *Saba*[b]. Arabia deſerta, Pſal. 71. 10. Eſa. 13. 3[c]. Ab hoc Jemamitæ, (ſic à Regina quadam celeberrima dicti) teſte Alcamo apud Giggeium. Hi ex Occidente terræ *Oman*, ait Nubienſis. Hi *Sabæi* veteribus ideo parùm noti, quia eorum nomen aboleverunt *Gerrhæi*. Sic tamen Agatharcides c. 50. *Nulli Sabæis & Gerrhæis opulentiores ſunt*: quod Diod. l. 3. p. 126. ſolis Sabæis tribuit. Hi *Sabæi* ſunt viri proceri, Eſa. 45. 14. Quod de Sabæis in genere dicit Agatharc. ib[d]. ¶ *Et Havilah*] A quo vel *Getuli*[e], in Africa; vel gentes quædam juxta ſinum Perſicum & juxta Amalecitas, 1 Reg. 15. 7[f]. *India omnis & Gangeticæ regiones*, Mo. Ora maritima Suſianes inferioris in Perſide, de qua Gen. 2. 11[g]. ¶ *Havilah*] Ab hoc *Chavelæi*, Plin. 5. 11. (quod Scribarum imperitia mutavit in *Canchleos*;) qui Eratoſtheni in Strab. l. 16. *Chaulotæi*, (à *Chavilot*) Dionyſ. v. 656. *Chablaſii*, Priſciano *Chalbaſii*, Feſto Avieno *Chaulaſii*. Felici Arabiæ adjacebant versùs Babylonem, ait Eratoſth. versùs mare Perſicum, Dionyſ. ab Oriente *Scenitarum*, (qui *Agræi* ſeu *Iſmaelitæ*) Plin. In Scriptura *Sur* deſertum prope *Ægyptum* & *Havilah* opponuntur, tanquam Arabiæ termini ab invicem remotiſſimi, Gen. 23. 18. & 1 Sam. 15. 7[h]. ¶ *Sabthah*] *Sabateni* Joſepho. Ibi urbs *Sobotale* Plinio, l. 6. c. 28. *Stabæi* Ptolemæo, & *Meſſabathi*, ex *Stabacis* oriundi ſuper ſinum Perſicum[i]. In Arabia Felici eum pono[k], in ima ejus regione[l], ad mare Perſicum[m]. Sed indè colonias tranſmiſiſſe in Perſidem argumento ſunt, 1. *Soptha*, Perſica inſula Ptolemæo. 2. *Meſſabatæ*, vel *Meſſabathæ*, Plinio. *Meſobatene* circa *Mediæ*, *Perſidis* & *Elymæorum* confinia. 3. In Perſide prope *Carmaniam* ſunt *Stabæi*, i. e. *Sabtæi*, unius literæ trajectione, quod Perſis ſolenne eſt. Sic *Cardaces* militum genus, à κάρδα, (*quod virile ſonat*) ait Strabo: At Arabibus, à quibus Perſæ vocem mutuati ſunt, *virtus* non dicitur *Karda*, ſed קדרה *Kadra*. Sic *Sagartii* dicti qui reſtibus & retibus hoſtes in pugna implicabant, pro *Saragtii*, à סָרַג vel שָׂרַג, quod Heb. Syr. Chald. & Arab. eſt *implicare*[n]. ¶ *Et Regma*, רַעְמָה] *Regema* Ptolemæo in Africa, ע in γ mutato, ut in *Gomorra*[o], & in *Gaza*[p]. In Ptol. l. 6. c. 7. ſupra oſtium Perſici maris & ſinum Ichthyophagorum eſt *Rhegama*, (ſed in Græco textu eſt Ῥέγμα,) item in Stephano. De eo Ezec. 27. 22[q]. ¶ *Sabathaca*, סַבְתְּכָא] Is ex Arabia (unde oriundus erat) navigavit per mare Perſicum in *Carmaniam*, ubi fluvius *Samydochus* (qui & *Samyraces*) Ptol. & *Samydace* urbs Stephano, & Marciano Heracleotæ Perieg. p. 31. (pro qua depravatè in Ptol. eſt *Samycade*.) *Samydace* factum ex *Sabtheca* vel *Sabithaee*, mutatione *B* in *M*, quod frequentiſſimum; ut conſtat in *Merodach* & *Berodach Baladan*. In Chald. *Baſan* redditur

[h] Med. [i] G. [k] Jun. [l] Bo. [m] BP. 4. 2. 237. [n] Mo. [o] G. [p] BP. 4. 24. [q] G. [r] BP. 33. [s] BP. 1. 2. 12.

[t] BP. 4. 34. [v] G. [x] Mo. [y] Me. [z] BP. 4. 3. [a] Ma. La. Bo. Jo. in Jun. [b] BP. 4. 3. 245. [c] Jun. [d] BP. 4. 8. [e] L. Me. Jo. & Hi. in Bo. [f] Me. La. [g] Pi. [h] BP. 4. 11. [i] Mo. [k] Jun. BP. [l] Pi. [m] BP. [n] BP. 4. 10. [o] G. [p] Jun. [q] BP. 4. 5.

tur *Bathnan* & *Mathnan*, & *Abana* amnis Damasci *Amana*; & Arab. idem *Bagdad* & *Magdad*, *Mecchâ* & *Becchâ*; & Græcis idem *Libna* & *Lemna*, *Jabne* & *Jamnia* [s]. ¶ *Saba*, שְׁבָא] Ex hoc *Sabæa*, Arabiæ Felicis regio thurifera & myrrhifera prope sinum Persicum [t]. Ibi *Sabæi* Melæ 3. 8. Sic prope illum sunt *Dedan* & *Regma*. Vestigia nominis *Saba* manent in montibus *Sabo* Arriano dictis, (qui Ptol. *Asabo*, Marc. *Pasabo*) in ostio maris Persici Carmanis proximo. Est & *Sabis* urbs Carmaniæ Ptol. & *Sabis* fluvius Plin. & *Sabæ* populi vicini *Pasargadis* Dionys. Perieg. In Carmaniam trajicere poterant per freti angustias. De hoc *Shebâ* agi puto, quoties conjungitur cum *Seba*, aut *Rhegma*, aut *Dedan*, aut alio de stirpe *Chus*: sic Psal. 72. Ezec. 27. & 38 [v]. Aliis *Seba* est Æthiopia sub Ægypto, Q. in Ma [x]. Vocabulum *Seba* & *Sabæorum* non caret homonymiâ [y]. [*Est & alius Seba v.* 28.] ¶ *Dadam*] Heb. *Dedan*. Palmyrena regio Ptol. ubi *Alsadanus*, vel *Aldadanus*, mons [z]. Haud dubiè sunt populi *Arabiæ* [a], vel *Felicis*, ut ex mercibus eorum patet, Jezec. 27. 15. & 38. 13. & ex propinquitate *Regmæ* [b]; vel *Desertæ* sive *Petreæ* [c]. In littore *Persici* maris prope *Rhegmam* fuit urbs *Dedan*, hodie *Daden*, unde regio *Daden*. Hîc Dedan pono ex Ezec. 27. 15. unde constat Ezec. loqui de urbe maritima, quæ vicinas habuit multas insulas, unde in Indiam commoda fuit navigatio. Indicæ quippe merces *ebur* & *ebenus*. Talis urbs erat *Dedan*. Hîc etiam vicinus *Shebâ*, (quem cum *Dedane* jungit Ezec. c. 38. 13.) & *Rhegma*. Distinguenda est hæc *Dedan* ab illa *Dedan*, urbe Idumææ, de qua Jer. 25. 23. & 49. 7. ubi *Dedanim*, Esa. 21. 13. quam condidit alius Dedan, Gen. 25. 3. de qua & Ezec. 27. 20. quæ *Tyrum* mittebat tantùm *segestria*. Græci pro *filiis Dedan* habent *filii Rhodiorum*, pro דְּדָן legebant רֹדָן; qui error illis frequentissimus [d]. [*De his in genere sic* Brought.] Horum nomina Ethnica monumenta ità retinent, ut vix propria nomina tam accuratè versa è lingua primogenia reperias, séque revocant ad Mosen, à quo discant, ut ab uno homine terra repleta sit: ab his tanquam diis tota Gentilium fluxit eruditio [e].

8. *Cœpit esse potens in terra*, ità JT. Pi. BP. p. 257. Heb. הֵחֵל לִהְיוֹת גִּבֹּר בָּאָרֶץ] Vertunt, *Cœpit esse gigas in terra*: ità Græci, Onk. & Baalhatturim in BP. Sy. & Ar. Non placet. 1. Quid est *gigas in terra*, aut *super terram*? 2. Nec tam corporis quàm animi vires notat. 3. Reddendum, *potens in terra*: sic גִּבּוֹר sumitur vers. seq. Nam *gigas venatione* non rectè diceretur [f]. q. d. Cœpit affectare & usurpare tyrannidem [g]. Verti potest, *Ipse profanavit (violavit, vim intulit) ad esse prævalidus (superior, herus) in terra*; i. e. omnia polluit, miscuit sacra profanis, ut imperaret. Sic חָלַל sumitur Ezec. 39. 7. Vide ad Gen. 4. 26. & 9. 20 [h].

9. *Robustus venator*, גִּבּוֹר צַיִד] Ad verbum, *fortis venatione*, sive *in rapienda præda*, nam צַיִד sæpe accipitur pro *cibo*; q. d. truculentus erat, feris propior quàm hominibus [i]. Venator erat non tam ferarum quàm hominum, i. e. *latro* [k]. Tyranni solent venatores vocari, Psal. 90. 3. Ezec. 32. 30 [l]. *Prævalidus fuit venatione*, i. e. gnarus venandi, Q. in Ma. Docet Moses quâ viâ gradum sibi fecerit ad Monarchiam; nempe venationum prætextu juvenum—manum collegit, quam talibus exercitiis ad labores induravit. Ab omni ævo creditum militiæ rudimentum & quasi præludium ferarum venationes. Xenoph. Cyrop. l. 2. in fine, Athen. 1. 19. Jul. Pollux præfat. l. 5. Notantur veteres heroes, *Nestor*, *Theseus*, *Castor*, &c. fuisse *discipuli venationum*, &c. In majori autem pretio erat venatio primis hominibus, qui pauci vagíque erant, sub dio degentes, & feris obnoxii, quibus illæ regiones, *Babylon* putà & *Arabia*, plurimùm scatebant. His se opponens Nimrod magnam apud illos gratiam iniit, quâ fretus imperium usurpavit [m]. ¶ *Coram Domino*] Ità vertunt M. P. Ti. O. A. JT. Ch. Sa. Sy. Ar. Variè accipitur. 1. In malam partem. Sic nostri omnes, & Ge. & RS. inquit F. co. *Contra dominum*, ὀ. Quasi Nimrod se eximere conatus sit è numero hominum [n]. q. d. Nec Deum reveritus est [o]. Per summam impudentiam & contemptum Dei [p]. Dicitur ad crimen augendum. Crimen gravius est (inquit Cajet.) commissum inspectante prætore. An verò hoc dictum, quòd religionem simularet, quò faciliùs populo imponeret [q]? Non voluit tantùm venator esse in terris, sed etiam *coram Domino*; voluit quoque regnare in religione; erexit novos cultus coram Domino; usurpavit sacerdotium vi & ferro, persecutor Prophetarum & sanctorum & populi Dei, lineæque ex qua Christus oriturus erat [r]. 2. Alii in bonam partem accipiunt. Sic AE. & K in F. co. Holocausta ex feris quas venatu ceperat obtulit [s]: partem prædæ Deo dabat [t]. Dicunt Hebræi primùm hunc cœpisse uti potestate humano genere datâ, in feras videlicet, & ex illis obtulisse sacrificia, &c [v]. Illa phrasis, *coram Domino*, accipitur alibi & in bonam partem, ut Gen. 27. *benedicam tibi coram Domino*; & in malam, ut Gen. 6. *corrupta coram Domino* [x]. Coram Deo fieri dicuntur aut quæ Deo pergrata sunt, aut quæ ei displicent [y]. 3. Alii quasi medio modo exponunt. *Coram Domino* est H[s]. pro *sub cœlo*, i. fortissimus erat omnium sub cœlo [z], Ge. in M. Vel, sic reverâ, & eximiè talis erat: sic Baptista *magnus coram Domino*, judicio Domini, qui falli non potest [a]. Sic, *Ninive civitas magna Deo* [b]. Hic *Nimrod* fuit Jupiter, seu Belus, Saturni filius [c]. Nam utrumque faciunt Euseb. Hi. Aug. & alii scriptores primum Assyriorum Monarcham, primum regem & conditorem *Babel*, & primum auctorem idololatriæ; & utrique 65 annos regni attribuunt [d]. ¶ *Exivit proverbium*, יֵאָמַר] *Dicitur*. q. d. Ut dicere liceat, quemlibet fortem tyrannum esse alterum *Nimrod*. Placet tamen Vulg. versio, *Ob hoc exivit proverbium*, &c. de fortibus & violentis, illos esse similes *Nimrod*. Voluit Deus authorem tyrannidis odiosè per omnium ora traduci [e]. Proverbium hoc accepit Moses ex usu vulgi, ad confirmandam veritatem suæ narrationis. Tale quid vide Num. 21. 27. & 1 Sam. 10. 12. Hoc agit Deus, quia infirmi sumus; ut omnem dubitandi ansam præcîdat [f].

10. *Principium regni ejus Babylon*] Sensus duplex: vel, quòd *caput regni erat Babel*; vel, *ab ea initium regnandi captum*, indè alia occupata [g]. Sive has urbes Nimrod condiderit, sive pulsis dominis eas occupârit [h]. Conditæ Babylonis gloriam Semiramidi tribuunt Theocr. Diod. Strab. Trogus, Mela, &c. Sed hi omnes unius *Ctesiæ* fide nituntur, quæ doctis pridem cœpit esse suspecta. Illum saltem nemo cum Beroso conferet, sacerdote Babylonio, viro magni nominis, cui statuam inauratâ linguâ Athenienses erexisse ait Plin. Sed neque cum Abydeno, qui æquè ac Berosus historiam hausit ex vetustissimis Chaldæorum archivis & monumentis. Berosus autem apud Jo. contra App. l. 1. & Abydenus in Euseb. præpar. l. 9. & Herodotus Ctesiâ, Diodoro, &c. antiquior, Belo hoc adscribunt. Hinc Curtius l. 5. *Semiramis eam condiderat, vel, ut plerique credidêre, Belus*. Doroth. item Sidon. vetustissimus Poeta, ait à Belo conditam, quamvis Belo Tyrio perperàm tribuat. Hi ergò Mosi concinunt, in quo *Nimrodum* eundem esse cum *Belo*, *Nini* patre, ratio temporum palàm arguit. Is ut à rebellione *Nimrod*, ità à dominio *Baal*, vel *Bel*, dictus est. Dices, Nebuchad. ait se condidisse, Dan. 4. 30. Resp. 1. Nempe, quia mœnia collapsa restituit, ut ait Abydenus. Id *ædificare* in 2 Reg. 14. 22. & 2 Par. 11. 6. 2. Is Babyloni veteri novam alteram adjecit, teste Beroso in Appion. l. 1. & muro triplici utramque cinxit [i]. Hinc fabula de Saturno à Jove ex regno ejecto. *Jupiter enim*, i. e. Jovis seu Chami nepos Nimrod, *Saturni*, i. e. Noachi, jugum excussit, &c. Porrò, cùm scriptores Ethnicos constet gesta Nimrodi patris referre ad Ninum filium, ejúsque uxorem Semiramidem, non temerè prætereundum est quod in Diodoro habetur l. 2. p. 64. *Ninum Arabum exercitum sibi comparâsse, & ope regis Arabiæ Babylonios subegisse*. Nempe Nimrod erat *Chusæus*, i. e. Arabs, & concivium ope evectus est; quibus proinde indulsit regionem *Transtigritanam*, quæ ex illorum nomine כּוּשׁ Heb. כּוּת Ch. Κισσία Græcis, & Persis חוזסתאן *Chuzestan*, dicta est, i. e. *provincia Chus* [k]. A Nimrodo cœpit tertia ætas, nempe ferrea, venatione & Martis amore celebrata Virgil. Ovid. Hesiod.

Marginal notes (left column): s BP. 4. 4. — t Ma. Bo. BP. — v BP. 4. 7. — x Jun. — y BP. 2. 26. 147. — z Ma. — a Bo. Ma. — b Jun. — c Ma. — d BP. 4. 6. — e Ga. — f BP. 4. 12. — g Ma. Bo. La. — h Ma. — i V. — k Me. Jun. — l Pi. Bo. — m B. P. 4. 12. — n V. — o F. — p Ma.

Marginal notes (right column): q D. Prov. 1. 1. 1. — r M. — s F. — t G. — v Cl. — x F. — y G. — z V. — a Me. T. — Bo. La. — b BP. — D. — c Me. T. — d T. — e V. — f BP. 4. 12. 258. — g Me. — h Ma. — i BP. 4. 14. — k BP. 4. 12. 257.

Hesiod. In prima seu aurea regnavit Saturnus, i. e. Noe, arvis nondum divisis; Tibul. l. 1. eleg. 3. Virg. Georg. 1 [l]. ¶ *Arach*, אֶרֶךְ] Hæc est vel, 1. *Edessa*, urbs Mesopotamiæ [m]; nempe illa ad Euphratem, non mediterranea, postea dicta Antiochia, Jun. Non placet, ea enim versùs Armeniam est, à Babylone multùm dissita. Vel, 2. *Erec*, Susianæ urbs ad Tigrim, (non probo, ait Jun.) *Arecca* Ptolem. *Areca* Ammiano l. 23. unde *campi Areccæi* (*Arectæi*, mendosè, legit Scaliger, inquit Salmasius) in Tibullo, l. 4 [n]. Sic habet Scal. in Ga. Straboni Ἀρτακηνοὶ dicuntur, mendosè, pro Ἀρχηνοί. *Erec* idem videtur locus qui Herod. l. 1. & l. 6. *Arderica*, vel *Anderica*. Uterque est, 1. pagus celebris in Cissia, i. e. Susiana; 2. ad *Euphratem*, i. e. Tigrim cum Euphrate commixtum; 3. infra Apamiam. 4. Uterque in vicinia habet puteum liquidi bituminis & fœtentis olei. Nomen habet ex ארד *Ard*, quod Persis *magnum* sonat, (ut in ארדשיר, *Artaxerxes*, *ARDWAN*, *Artabanus*. Ἄρτας, μέγας, ait Hesych. & Herod [o].) & אֶרֶךְ *ERECH*, *longum*. Oppidum ad oram Tigridis longissimo tractu protensum docet Herod. l. 1 [p]. Sapientes & philosophos Babyloniæ alios Ὀρχηνὸς, alios Βορσιππηνὸς, dictos monuit Strabo, à locis nempe; aliâ terminatione essent Ὀρχαῖοι καὶ Βορσιππαῖοι. Illi à loco ארך indubitatè dicti: sed Chaldæis videtur fuisse אַרְךָ, unde אַרְכָּיָא, non אֶרֶךְ, unde אַרְכָּיָא dicendum fuerit, Ἀρχαῖοι· quin & Ὀρχόη, non Ἀρχόη, dicitur Ptolemæo. Jos. Scal. ad fragmenta Græca [q]. ¶ *Achad*] Hæc est Nisibis, urbs Mesopotamiæ [r]. At ό. scribunt Ἀρχάδ, more Chaldæorum, qui *Dagesch* resolvunt in *Resch*, ut דַּרְמֶשֶׂק pro דַּמֶּשֶׂק. Hujus vestigium in *Argade*, fluvio Sittacenes, Ælian. anim. 16. 42. χ & γ sunt literæ permutabiles; ut pro *Chobare*, *Gobares* Plinio, & ex χαλβάνη *galbanum*. Hic autem fluvius videtur ex oppido *Archad* vel *Argad* nomen accepisse, ut moris erat, test. Herod. 1. 179. & Stephano in vocibus Κάρραι & Βόγχναι. Eadem urbs *Sitace* vel *Psittace* erat, urbs magna & populosa. Nota *Sitacenam*, licèt trans *Tigrim* esset, terræ *Sinaar* adscribi à Strab. l. 15. Et regio circa *Arbelam* Straboni dicitur *Artacena*, fortasse pro *Arcatena*, ab *Arcad*, i. e. Sitacene; nam ad hanc pertinebat *Arbelitis*. Plin. 6. 26 [s]. ¶ *Chalanne*, כַּלְנֵה] Variè scribitur. *Chalne* hîc & Amos. 6. 2. כַּלְנוֹ, Esa. 10. 9. כַּנֵּה, Ezec. 27. 23. Confertur magnis urbibus, Amos. 6. & Esa. 10. Nonne *ut Charchemis* est *Calne* [t]? Hæc est vel, 1. *Seleucia* [v]; vel, 2. *Callinisum* Ammiani [x]. Non placet. 1. Scribendum *Callinicum*, ut in Procop. & libro Notitiarum, quod ex *Chalne* nemo deduxerit, cùm vox Græca sit. 2. *Callinicum* erat prope *Carrhas* in Osroena, quousque nullus veterum produxit Babyloniam [y]. Vel, 3. *Ctesiphon*, regia Persarum [z]. Pagus erat ad Tigrim celeberrimus, tertio milliari à Seleucia Babyloniæ, caput *Chalonitidis* & *Parthorum*: Strab. l. 16. Dion. l. 40. *Chalonitidis* autem nomen (de qua Plin. 6. 27. & 16. Polyb. 5.) factum ex *Chalone*, i. e. *Chalne*, in *Ctesiphonem* mutatum à *Pacoro* Rege Persarum. Vide Ammian. l. 23 [a]. ¶ *In terra Sennaar*] Chald. vertit, *in terra Babylonis*. Additum ad discrimen ejus à *Babylone Ægypti*, quam *Cairum* hodie vocant [b]. Dictus est שִׁנְעָר (ait RS. ad Gen. 6. 17) שננערו שם, quòd *excitati & pulsi fuerint* eò versùs omnes mortui in diluvio. Diluvium enim asportâsse mortuos *Babelem*, quòd ea admodum depressa fuit & profunda [c]. [Aliter BP.] A נער *excutere*. Job. 38. 13. *impios è terra excutit*; q. d. terra, cujus incolæ judicio Dei in omnes mundi oras excussi sunt & dissipati, Gen. 11. l. 1. c. 5. Terra *Sinaar* fuit circa Babylonem [d]: ut constat ex Gen. 11. 2, 9. Dan. 1. 2. Ità Onk. & Jon [e]. Videtur complecti Mesopotamiam, (sub qua olim continebatur *Chaldæa* [f];) aliquid Arabiæ, Persidis, Syriæ [g]. Multis persuasum *Sinhar* esse *Singaram* & *Singarenam*, ע mutato in ג, *Sinhar* in *Singar*; ut עַזָּה *Gaza*, עֲמֹרָה *Gomorrha*. *Singara* urbs est in Mesopot. Plin. Ptol. Ammian. &c. mons *Singaras* Ptol. *Singarene* regio Sex. Rufo & Pomponio Læto, ad quam pertinuisse videtur, præter Babylonis agrum, omnis ora Tigridis occidentalis, usque ad montana Armeniæ [h]. Qu. Quomodo Nimrod fuit Babylonius tyrannus, quum cap. 11. incepta est turris? R. Vel est ὕστερον πρότερον, & quod de turri postea dicitur, fuit tempore prius. Hoc non improbant doctiores, quia sic solent Hebræi, quæ breviter attigerunt, postea fusiùs persequi. Addunt, quia malè cesserat turris structura, mutatum consilium, ut urbem conderent. Vel (ut alii) πρόληψις est, quia jam tunc multos fuisse ejus loci incolas probabile est, qui tantum opus aggressi sunt. Fieri etiam potest ut *Nemrod*, famæ & potentiæ suæ consulens, hoc prætextu insanam eorum cupidinem accenderit, exstruendum esse præclarum monumentum, quo æterna illorum memoria exstaret [i].

11. *Egressus est Assur*, אַשּׁוּר] Unus ex posteris Sem, ut credibile est. Per occasionem hoc narratur: vel quòd hinc violenter pulsus erat à Nimrodo; vel quia, pius cùm esset, noluit cum impio habitare [k]; & quia nolebat in Deum rebellare ædificando Babylonem [l]. Non placet. 1. Alienum hoc foret, quia agit de filiis Chami, non Semi [m]. An ejus gesta referret Moses v. 11. & nativitatem v. 22? 2. Non ipse tantùm egressus est ex terra *Sinaar*, sed omnes homines. 3. Sic hiulca erit & pendula Mosis oratio; nec poterat ex textu colligi cur Babylonem diceret *principium regni Nimrod*, cujus non alia erat causa, quàm quòd priori regno aliud adjunxit, nempe Assyriam. 4. Assyria vocatur *terra Nimrod*, Mic. 5. 6. 5. Ex *Ctesia Diodorus* & alii docent *Ninum* & *Babylonem* statim ab initio eosdem habuisse dominos [n]. Vel Ninus, filius Nimrodi, *Assur* vocatur per anticipationem, quia postea fuit Rex *Assyriorum* [o]. Non quasi id nomen ejus proprium esset, sed quia sic ipse & posteri à sede imperii vocati sunt [p]. Aliis Assur est nomen *terræ*, non *viri*; & sic vertunt, *egressus est* (scil. Nimrodus) *in Assyriam* [q], ut eam subjugaret, & imperii fines prorogaret [r]; ut sit אשור pro לְאַשּׁוּר [s]; quomodo בֵּית, 2 Sam. 6. 10. pro אֶל לְבֵית, 1 Par. 13. 13. & אֶרֶץ, 2 Sam. 10. 2. pro אֶל אֶרֶץ, 1 Par. 19. 2. Persuasissimum habeo *Assur* hîc hominis nomen non esse, sed loci, i. e. *Assyriæ*, quam, cùm jure non poterat sibi arrogare, (cùm Semi filiis obtigisset) per vim usurpavit [t]. Terra dicitur אַשּׁוּר, i. e. *beata*. Talis erat judicio Jo. Antiq. 1. 7. & Ch. qui Ezech. 27. 23. pro *Edene* habet *Assyriam*. Vide 2 Reg. 18. 20 [v]. Vel, אשור pro אַשּׁוּרָה, *Assur* est pro *Assyria*, Num. 24. 22. Porrò, *egredi* dicitur, vel, 1. ad bellum [x]; ità Jud. 2. 15. & 11. 3. 2 Sam. 11. 3. Isa. 42. 13. Zach. 14. 3. & alibi *. & Psal. 60. 12. Ea locutio Arabibus frequens [y]. Vel, 2. ad quærendas novas sedes [z]. ¶ *Et plateas civitatis*, וְאֶת רְחֹבֹת עִיר] Accipitur vel, 1. pro nomine proprio; *Rohoboth*, J. vel *Rohoboth civitatem*, V. T. JT. Græci, Onk. & Ar. in BP. 4. 21. & O. *Rohoboth* etiam Vulg. alibi retinet, & pro civitate ponit, Gen. 36. 1 Paral. 1. 48 [a]. Addit Moses *Rohoboth urbem*, ad vitandam homonymiam [b]. Vel, 2. appellativè, Me. & confirmatur, quòd vox Chaldaica רְחֹבֵי formam regiminis habet [c]. Non placet; tum dixisset רְחוֹבוֹת הָעִיר. Et impropriè dicerentur *plateæ* ædificari, (cùm *domus*, non plateæ, ædificentur,) & frustrà, (cùm plateæ simul cum urbe ædificentur [d].) Alii reddunt, *Et latitudines*, *amplitudines civitatis*, quòd Nineveh amplissima fuit [e]. Trium harum urbium memoria simul cum Ninive deleta est. Conjecturas tantùm afferre possumus [f]. ¶ *Nineveh*] Sic dicta est & Ammiano l. 18. q. d. נִין נָוֶה, *Nin-nave*, i. e. *Nini habitatio*. Ptol. & Νῖνος & Νινύη [g]. Νινύη, ό. Νινύας nomen regis à Nino tertii; eâdem formâ quâ Πανύας, quod Heb. esset פנוה [h]. De Nineves situ mira apud Authores est levitas & inconstantia: Nihil hîc certi scimus. Ἀσύσθα planè scribunt, nisi duplex dicatur fuisse, ut videtur ex Philost. 1. 13, 14 [i]. [*De his consule, si vis, & vacat*, Ful. miscel. 3. 6. & cum eo manum conserentem BP. 4. 20. *quæ non invitus omitto, cùm ad Scripturæ intelligentiam nihil conferant: si quæ autem eò spectent, in Notis ad prophetias Jonæ & Nahumi* [σὺν Θεῷ] *reperies*.] Sufficiat dicere hanc urbem ad Tigrim fuisse [k]. Ità Plin. Ptol. Herod. Arrian. Eustath. Geog. Nub. & Benj. Jud [l]. ¶ *Rehoboth*] Alia cognominis erat Gen. 36. 37. ad *Euphratem*. At hæc erat circa Niniven [m]. *Oroba* est ad Tigrim [n]. Sed cùm *plateæ*, unde *Rehoboth* dicta est, Chald. dicantur בריהא,

Marginal notes (left column): [l] Ibid. [m] Ma. Bo. La. Jun. [n] BP. 4. 16. [o] BP. 4. 10. 253. [p] BP. 4. 16. [q] Ga. [r] La. Bo. Ma. Jun. [s] BP. 4. 17. [t] BP. 4. 18. [v] La. Hi. in Jun. [x] Jun. [y] BP. ib. [z] La. Bo. Hi. in La. BP. ex Ch. & Euseb. [a] BP. 18. [b] V. La. [c] Di. [d] BP. 1. 5. La. Bo. [e] BP. [f] Jun. [g] Bo. [h] BP. 1. 5.

Marginal notes (right column): [i] V. [k] V. [l] L. in. v. 8. [m] BP. La. [n] BP. 4. 12. [o] Me. Ità La. Bo. [p] Bo. [q] V. BP. Jun. [r] V. [s] D. BP. Jun. [t] BP. 4. 12. [v] BP. 4. 19. 272. [x] D. Hi. & RS. & R. Levi in BP. [*] D. [y] BP. 4. 12. [z] D. [a] T. [b] Jun. BP. [c] F. [d] BP. 4. 21. [e] Ma. [f] BP. 4. 21. [g] BP. 4. 20. 281. [h] Scalig. in Ga. [i] BP. [k] Jun. BP. [l] BP. p. 283. [m] BP. 4. 21. [n] Jun.

בריתא, fortè erit Birtha Ptol. quæ Virta Ammiano o. ¶ Chalach, כלח] Caput fuit regionis Calachenes, (Ptol. Calacines) de qua Strabo l. 11. p. 503, & 530. & l. 16 p. Ità Jun. Eadem urbs חלח, 2 Reg. 17. 6. & 18. 11. ח & כ (ut sæpe) permutatis. Sic Arab. חנו & כנו sign. recondere. Et Ch. חלני scribunt pro כלנה q.

12. Resen] Q. Resaina Ammiani, (quæ Rhæsena Ptol r.) Est & Rhisina Ptol. Sed neutra est hæc Rhesen, quia illa in Mesopotamia, hæc in Assyria s. Al. Arsiane in Susiane. Jerosl. Thelassar, 1 Reg. 19. 12. Mallem Bessaram, aut Belcianem, quam in eo situ ponit Ptol t. Fortè est Xenophontis Larissa ad Tigrim. 1. Situs convenit. 2. Magna urbs erat, ambitu 8000 passuum, Xen. Anab. 3. 3. Vox videtur à Xenophonte interpolata. Fortasse Græcis rogantibus cujus urbis essent rudera, Assyrii responderunt לרסן, cum ל, gen. notâ, unde Larissa. Simile mendum in Vulg. 1 Par. 5. 26. Lahela pro in Hela, & Ch. ad Can. 5. 4. לחלח, i. e. in Challach, ex coll. 2 Reg. 17. 6. & 18. 11. cum 1 Par. 5. 26 v. ¶ Hæc est civitas magna] Non Resen, nec Chalah, (licèt ad illa referri possit;) sed Nineve x. Habebat in ambitu 60 mil. teste Diodoro y. Itaque est Hysteron proteron, & verba sic ordinanda sunt; Inter Chale & Niniven—hæc est, &c z. Relativum ad antecedens longinquius pertinet a. Vide Jon. 3. & 4. Sic Gen. 19. 13. 1 Sam. 7. 17. Marc. 2. 13. 2 Thes. 2. 9 b. At hoc durum est & insolens. Resen ergò, vel Larissam, magnam vocat, non comparatè respectu Ninives, &c. sed ut minùs notam hoc κειληνείῳ designaret, cùm Babylonem & Ninivem satis erat nominâsse c; q. d. etsi Resen sita est inter duas ingentes & populosas urbes, non tamen exigua est, aut infrequens d.

13. Ludim, Anamim, &c.] Hi non erant filii Misraim, sed populi ab illis denominati e. ¶ Ludim] Non quibus Crœsus imperabat, sed alii juxta Ægyptum, de quibus Esa. 46. 9. Ezec. 30. 5 f. De his septem filiis Misraim, exceptis Laabim, nihil se scire profitetur Jo. Ant. 1. 6. (& ex eo Hi. in Gen. 10.) quia sex illæ gentes bello Æthiopico deletæ sunt. Sed hoc figmentum est g. ¶ Ludim] Hi sunt Mareoticæ præfecturæ in Ægypto incolæ h. [Aliter BP.] Probavimus Chus non esse Æthiopiam. [Vide ad Num. 12. 1.] Unum objici poterat, nullum aliud nomen Æthiopiæ in Scriptura edi, nec verisimile esse gentem celeberrimam & Ægyptiis conterminam Judæis fuisse ignotam. Respondeo ergò, Æthiopiam dici לוד Lud. Probo, 1. ex nomine. לוד Arab. sign. flexuosum vel sinuosum esse, ex Heb. לוז, declinare, obliquare. Arabes sæpe inter se permutant Z & D. Sic dicta est, quòd Nilus, qui Ægyptum in rectum permeat, Æthiopiam non in rectum, &c. ait Strabo. Tortuosum ibi esse Nilum notant Herod. 2. 29. Diod. l. 1. Strab. l. 17. Confirmatur ex eo quòd לוד dicitur (vide ad v. 22.) Lydia, regio ad Mæandrum, Plin. 5. 29. Et hos fluvios sic confert Herod. Tortuosus est Nilus (in Æthiopia) sicut Mæander. 2. Ludæi arcubus insignes erant, Esa. 66. 19. Jer. 46. 9. Pariter Æthiopes, Strab. 17. Maurusii arcu utuntur instar Æthiopum, Heliod. l. 9. Arcus illis vasti erant, nempe quatuor cubitorum, Herod. l. 7. Diod. 3. Strab. 17. Ictus sagittarum certissimè destinabant, Heliod. Diod. 3. Solin. 30. Plin. 6. 30. ubi Æthiopes Nisicastes vocat, quod corruptum videtur pro משיך קשתא, tendens arcum, ut Esa. 66. 19. licèt Plin. aliò trahat. 3. Lud conjungitur cum Phul, Esa. 66. h. e. Philis, urbe ad Nilum inter Ægyptios & Æthiopes, Strab. 1. & 17. Aristid. in orat. Ægyptiaca. Ch. ibid. habet פולאי Phulae. Esa. habet Phul pro Phil, mutatis י & ו, ut sæpe. Sic Pau, Gen. 36. 39. est Pai, 1 Par. 49. & Thou, 1 Par. 18. 9. est Thoi, 2 Sam. 8. 9. Præterea, agit Esaias de gentibus vocandis; quod impletum, cùm Eunuchus ille Act. 8. tanto successu prædicavit iis, ut adhuc in fide Christi perseverent. 4. Misraim genuit Ludim. Ægyptiorum coloni erant Æthiopes. Cognati enim populi erant, & multa utrisque communia; ut Hieroglyphicæ literæ, circumcisio, cultus regum pro diis, necnon Hammonis, Herculis, Panis, Isidis, ater color, crispi capilli, & cura sepulchrorum. 5. Jerosl. ait esse ארע מריוטאי Mareotas. At legendum מרויטאי, י & ו transpositis, i. e. Meroitas,

o BP. 4. 21. p BP. 4. 22. q BP. ib. r Jun. s BP. 4. 23. t Jun. v BP. 4. 23. x F. V. Me. Jun. La. Bo. y Bo. La. z Me. a La. Jun. b Jun. c BP. 4. 23. d Q. in Ma. e V. Ma. f Me. La. Bo. g BP. 4. 25. h Jun. ex Jerosl.

i. e. incolas Meroes, quæ est insula Æthiopica. Sic in Lucan. l. 10. —ebenus quamvis Mareotica, pro qua legendum Meroitica monet doctrinæ portentum, Salmasius, in Solin. p. 387. Sic & Elias explicat, ex regione Pretegiani. 6. Baal Aruch dicit Ludæos esse Anthropophagos, quales nulli in Africa præter Æthiopes, Philost. 6. 12. Plin. 6. 30. Solin. c. 30. Ptol. 4. 9. 7. Talmudici dicunt Ludæos horâ primâ, i. e. primo quoque tempore, prandere. Ità Diod. 3. p. 107. obsoniis semper paratis indesinenter utuntur i. ¶ Anamim, ענמים] Pentapolitæ sive Cyrenæi k; vel Troglodytæ l; vel Νόβαι, Νομάδες m; vel Ammonii, seu Amonii, dicti pro Anamii, facili lapsu, (quos Ægypt. & Æthiop. colonos facit Herod.) Nomades circa Amonem. ענם puto Ægyptiis olim, ut Arabibus hodie, ovem vel pecudem significare. Sic dicti ex pastu ovium, & quòd ex his victum vestésque haberent; Herod. l. 4. & ex idolo Ammonis κριοπροσώπῳ, (arietiformi,) ibi culto. Ejusdem originis esse crediderim Nasamones, q. d. נשי אמון, Homines Amon, & Amantes Solin. & Hammanientes Plin. & Garamantes, q. d. Amantum habitatio, vel advenæ; utrumque גר sonat. Saltem ex Herod. constat Libyes usque ad Tritonidem Ægyptiis usos moribus, cùm multò aliter viverent qui trans Tritonidem degebant n. ¶ Laabim] Libyes in Africa o. Obj. At maxima pars Africæ dicitur Libya, & Libyes alibi in Scriptura sunt Phut & Lubim. Resp. Hi ergò sunt tantùm Libyes Ægyptii dicti, Mel. 1. 4. Plin. 5. 8. Ptol. 4. 5. Ægypto proximi, qui in solo arenoso & exusto degunt: indè Lebabæi, à לְהָבָה, flamma, æstus p. Libyes Cyrenaici q, & Marmarici r. ¶ Nepthuim] Indè vel Numidæ s, & Africa minor t; vel Æthiopes sub Ægypto, ubi Napata Ptol. & Plin. 6. 29 v; vel populi παραθαλάσσιοι circa Ægyptum. Νέφθυς (idem quod Nepthuah, ut Jesus pro Jesua) Ægyptiis sign. terræ extrema & montium abrupta quæ mare attingunt, teste Plut. in Iside. (Suspicor indè dictum Neptunum, qui Libycus Deus fuit, teste Herod. 2. 50.) His assignari possunt duo loca: 1. Littora maris rubri in Ichthyophagis & Troglodytis; 2. Marmarica, versùs occasum Ægyptii Delta, ad mare Mediterraneum, à qua non procul Aptuchi fanum in Ptol. servat vestigia Napthuchæorum. Et hoc, non illud, iis assigno; 1. quòd Ichthyoph. & Troglod. Scriptura vocat סכיים, 2 Chron. 12. 3. & צִיִּים, Psal. 74. 14. [Vide quæ ibi congerenda.] 2. Illæ gentes barbaræ erant, & ab Ægyptiorum genio cultúque alienæ, & Arabicæ juxta omnes veteres. Homero Erembi, ab עֲרָב, Arab, dicti. Erembi sunt Troglodytæ Arabes, ait Strab. l. 1 x.

14. Phetrusim] Vel Arabes Petræi y, ubi urbs Petra. At Petræa dicitur à Petra, quod Heb. est סלע, & Arab. הגר z. Vel Pelusiotæ a. Non placet Jun. & BP. 1. propter historiam Exodi b; 2. quia diversa loca sunt Pathros, & Sin, i. e. Pelusium, Ezec. 30. 14, 15 c. [Ut ibi docebitur bono cum Deo.] Vel Pharusii Plin. (Phaurusii Ptol d.) Brought. in Ga. ab auctore Pathros, de quo Isa. 11. 11 e. Libyæ seu Æthiopiæ populi f. Brocardo & Adrichomio Pathros (vel Patures) est villa ad ostium Nili Pathmeticum: At in Scriptura est terræ nomen, quæ mihi Thebaidem denotat. Id sic colligo. 1. Ut terra Pathros ad Ægyptum pertinet, Ezec. 29. 14. ità ab ea distinguitur, Esa. 11. 11. Jer. 44. 1, 15. Pariter Thebaidem modò Ægypto attribuunt, ut plerumque; ità Ptol. & Strabo, (qui idcirco tres partes Ægypti numerant:) modò ab illa distinguunt, Cassian. 1. 3. Plin. 18. 18. Ità Hebræis Ægyptum tantùm bipartitam fuisse docet nomen מִצְרַיִם, quod duale est. 2. Ægyptii reducendi sunt in terram Pathros, Ezec. 29. 14. i. e. in Thebaidem, quam præcipuè afflixerat Nebuchadnetsar, ut constat ex Nahum. 3. 10. ubi No-Ammon Thebas esse probabitur. 3. Ex Jer. 44. 11. ubi Propheta incipiens à locis Judææ proximis, paulatim ad ulteriora progreditur. [Vide ibi dicenda.] 4. Vestigium τῆς Pathros manet in Pathyri vico Ptol. (pro quo corruptè legitur Ταθυεις, Π & T in MSS. ut solet fieri, permutatis;) & Phaturite, (sic legendum, non Phanturite,) nomo Thebaidis Plin. Pathros Græcis est Παθύρης vel Φαθούρης g. ¶ Casluim] Vel Saraceni in Isthmo inter mare Mediterraneum & Arabicum h; vel

i BP. 4. 26. k Jerosl. in Jun. l Mo. in Bo. m Brough. in Ga. n BP. 4. 30. o La. Jo. & Hi. in Bo. A. L. Jun. p BP. 4. 28. q Mo. in Bo. Ma. r Ma. s La. Mo. in Bo. t Mo. in Bo. v Jun. x BP. y La. Mo. in Bo. plerique in Ma. z BP. a Jerosl. b Jun. c BP. d Jun. e Jun. f Ma. g BP. 4. 27. h Mo. in Bo.

vel *Cassiotidis* incolæ ad ingressum Ægypti [i]. Non placet. Nominis allusio (quæ sola eum movisse videtur) in Heb. nulla est: nam *Cassiotis* à *Cassio* monte, Syris קְצִי, *Cassi*, q.d. *terminalis*, quia Ægyptum Syriámque disterminat, teste Herod. l. 3[k]. Vel *Pentapolitani*, sive *Cyrenæi* [l]. Sed hoc divellit hos à Capthoræis. [*Vide sequentia.*] Mihi sunt *Colchi*. Nam hos ex Ægyptiis ortos esse tradunt Herod. 2. 104. Diod. 1. p. 35. Ammian. l. 22. Agathias l. 2. Dionys. Periegetes v. 689. Cujus multa indicia sunt: Quòd perinde atque Ægyptii, 1. sunt atri coloris, Herod. & Schol. ad Pind. Pyth. 4. v. 376. (unde Colchis *Æthiopia* dicitur Hieronymo in Catal. de Apost. *Matthia* & Sophronio:) 2. sunt etiam crispi capillitii, teste Herod. 3. circumciduntur, non quòd ab Abrahamo hoc acceperint, cùm ante illum in Palæstina erant *Philistini* ex his orti; sed postea, Ægyptiorum imitatione, ut patrissarent: 4. linum eodem modo elaborant, testibus Herod. & Strab. l. 11. p. 498. (qui hoc argumento quosdam persuaderi ait *Colchos Ægyptiis cognatos esse*) & lineis vestibus utuntur; Eustathius in Dionysium: 5. imò *vita omnis & lingua apud utrosque similis est*, ait Herodotus; iidem dii culti, *Sol* & *Diana* & *Isis*, (unde *Isis* ibi fluvius Arriano;) utrobique in usu Magicæ artes, (ibi *Circe* & *Medea*;) utrobique etiam floret Geographiæ studium. Obj. At Poetæ multa narrant de *Colchorum* immanitate, quæ ab Ægyptiis maximè aliena. Resp. 1. Non minùs acerbè in *Ægyptios* invehuntur. Hinc *Busiridis aræ*, Virg. Georg. 2. 2. Ut scias quanta Poetis mentiendi licentia, ut à ξενοκτονίᾳ *Busiridem* Isocrates, ità *Medeam* à τεκνοκτονίᾳ absolvit Ælianus. 3. *Phasianos* (i. e. hos qui ad *Phasin* fluvium) ab hospitalitate commendat Heraclides de Politiis; & à morum elegantia Agathias l. 3. Hæc de Casluchis, quæ robur accipient ex sequentibus [m]. ¶ *De quibus egressi sunt Philistiim & Capthorim*, אֲשֶׁר יָצְאוּ] *Unde*, i. e. ex quo, (populo, vel viro, scil. *Casluhim*,) egressi sunt, nempe *de femore* [n]; *ex quibus orti sunt*, quasi essent colonia eorum, & ab illis sponte migrâssent [o]. *Casluchos* dicit esse *Philistæorum* προγόνους, i. e. *progenitores* [p], à quibus coloni migraverunt [q]. Non significat à quibus hi orti essent, sed potiùs, quòd promiscua è pluribus filiis *Mesraim* multitudo orta se conjunxerint, & egressi fuerint ad alias terras conquirendas, noménque aliud sibi assumpserint [r]. Q. trajectionem hîc esse volunt. Istud *Philistiim* non refero ad antecedens Casluhim, sed ad subsequens Capthorim, propter Jer. 47. 4. & Amos. 9. 7. ubi *Philist. ex Capthor*, &c. esse dicuntur: i. e. *Et Capthorim, ex quibus exierunt Phelisthiim* [s]. Ità olim judicavi, sed nunc videtur esse durior, nec necessaria; hæc enim synecdochicè dicuntur, meo judicio; q. d. *Capthoræi ad Casluchæos*, i. e. Casiotas, venerunt: nam illac iter est petentibus *Palæstinam*. Indè utrique conjunctis viribus, sed principibus authoribúsque Caphtoræis, in Palæstinam proximam irruperunt [t]. [Sed considerandus de hoc loco Glassius.] *Et Pathrusim & Casluchim; ex quibus egressi sunt Pelischtim; & Capthorim.* Hæc ultima (inquit) verba, *& Capthorim*, pertinent ante ea quæ præcedunt, *ex quibus egressi sunt Pelischtim*, uti patet ex Deut. 2. 23. Jer. 47. 4. Amos. 9. 7. Est ergò hoc loco synchysis, seu verborum trajectio, & quasi commixtio. Rabbini vocant המוקדם מאוחר, *anticipatum & posterioratum*; item *textum transpositum vel inversum*: alii, verborum ἐμπλοκὴν, seu μετάθεσιν, seu ὑστέρωσιν [v]. [Ubi exemplum profert hujusmodi trajectionum, quorum nonnulla non pigebit hîc inserere, quia lucem plurimis S.S. locis non mediocrem fœnerabuntur.] Sic Exod. 22. 20. *Qui sacrificat aliis diis*, יָחֳרָם, *ut anathema perditor, præterquam Domini soli*: vox יָחֳרָם ad finem versûs pertinet. Levit. 1. 2. *Homo cùm obtulerit ex vobis*, pro, *ex vobis cùm obtulerit*. 2 Sam. 3. 27. *Et percussit eum ibi—— & mortuus est, propter sanguinem Asahel*: ubi *mortuus est* ad finem pertinet; nam illis verbis, *propter sanguinem*, ostendit causam cur percussit [x]. *Casluchi* Jon. sunt Cyrenæi, *Capthoræi* Cappadoces. Sic eos divellit, quos constat conjunctos fuisse populos, quia Philistæi hîc è *Casluchis*, alibi à *Capthoræis*, prodiisse leguntur, Jer. 47. Amos. 9[y]. *Capthoræi* sunt Sethroïtidis nomi incolæ [z]. Ea nomus erat

[i] Jun. [k] BP. [l] Jon. in BP. [m] BP. [n] D. [o] V. Ma. [p] BP. 4. 31. 323. [q] Jun. [r] Bo. [s] Ma. [t] Jun. [v] Glas. Gram. l. 4. tract. 2. p. 744. [x] Glas. p. 744, & 745. [y] BP. 4. 32. [z] Jun.

prope montem *Cassium*, ad orientem Bubastici fluminis. Non placet. 1. Mirum esset *Casluchos* & *Capthoræos*, si quidem erant tam obvii, nè semel quidem nominari cùm de Ægypto res est, maximè Ezec. 30. 2. Sic Amos. 9. 7. componerentur ἀσύγκλωστα, quod absit; aut *Philistæi* advenæ erant in *Capthor*, (ut Isr. in Ægypto, &c.) ideóque terra *Capthor* fuit extra Ægyptum; neque enim Philistæi filii Mesraim potuerunt in Ægypto haberi pro advenis [a]. *Caphtoræi* Cappadoces sunt [b]. Sic accipiunt Græci, & Euseb. & Hi. & omnes veteres, & Chaldæi tres in BP. Intellige hîc *Cappadoces Tauricos*, sive ad Taurum, vel ad *Mesech*, v. 2. i.e. Cappadocibus Ponticis, distinguantur [c]. *Cappadociam* intellige, non omnem, (quam aliis jam ex parte assignavimus) sed partem ejus *Colchis* proximam. Ibi enim urbs *Side*, (à qua *Sidene* regio) Strab. l. 12. p. 548. Ptol. 5. 6. & Plin. 6. 4. Hæc est urbs *Capthor*, velata nomine diversæ linguæ. Nam *Capthor* Heb. & *Side* Græcis sign. *malum Punicum*. Quæres, cur *Casluchi* & *Capthoræi* in loca tam remota secesserint? Resp. Multæ poterant subesse causæ, quas nostrum non est divinare. Opes illius regionis Straboni notatæ, lib. 1. p. 45. illos (non minùs quàm Phrixum, Jasonem, & Persas Medósque) pellicere potuerint. Sed post exantlatas itineris tam tædiosi molestias, seu res famæ non responderet, sive ob frigus regionis, sive ob vicinorum ferociam, eorum pars, cùm decrevisset in patriam reverti, devenerit in Palæstinam, ibíque hæserit, pulsis Auvæis, Deut. 2. 23. Hanc expeditionem Poetæ, more suo, fabulis involverunt, dum ejus ducem *Typhonem* (qui gigas Ægyptius erat, Plut. de Iside, Diod. l. 1. p. 12.) fingunt, bellum in Superos moturum, ad Caucasum usq; penetrâsse, & post multa prælia fugatum à Jove, fugisse in *Palæstinam*, ibíque exspirâsse [d].

15. *Canaan genuit Tzidonem*] Intellige vel *Sidonis* conditorem [e]; vel patrem Sidoniorum [f]. *Sidon* à piscium ubertate dicta, ait Trogus. Rectè: hodie enim dicitur *Said*, i.e. piscatio; unde *Bethsaida*, q.d. domus piscationis [g]. ¶ *Hethæum*, חֵת] Unde *Cittæi* [h], *Hittæi* [i], ab Oriente Euphratem versùs, Jos. 1. 4[k]. juxta Sidonem [l]. Hi tam terribiles erant, ut חִתָּה *pavorem* sign. Vide Num. 13. Jos. 15. 2 Reg. 7. 6 [†].

16. *Amorrhæum*] Hi Judæ montana insederant [m]; vel magis ad Austrum & mediterranea loca [n]; [*Vide quæ Num. 21. 13.*] partim cis Jordanem, partim trans Jord. [o] ¶ *Gergesæum*] Circa *Gerasa* vel *Gadara*, Matt. 8. 28 [p].

17. *Hevæum*] In Hermone monte [q], Jos. 11. 3[r]. Cum his, חִוִּים, video confundi passim הָעַוִּים etiam ab Hebræis: sed nec nomen convenit, nec sedes; quæ his Palæstina erat, Jos. 13. 3. Deut. 2. 23[s]. ¶ *Aracæum*, הָעַרְקִי] Incolam *Arcæ* vel *Arces*, urbis ad Libanum [t]. Ibi templum Veneris *Architidis*. Vide Macrob. Saturn. 1. 27 [v]. ¶ *Sinæum*] In *Caparorsa*, quæ non procul à *Jebuso* Ptolemæo [x]; vel, in deserto & monte Sina [y]. Pelusiotas intelligo, quorum urbs *Sin* dicitur. De his Sinæis agitur Esa. 49. 12 [z].

18. *Aradium*] Ab hoc *Aradus* insula (& urbs juxta Sidonem [a]) in ora Phœnices, & *Antaradus* in vicino continente [b]. Hi navali peritiâ nobiles & virtute bellicâ, Ezec. 27. 8, 11[c]. ¶ *Samaræum*, הַצְּמָרִי] Incolam *Tzemarajimæ*, Jos. 18. 22. & 2 Chron. 13. 4[d]. Poterat & *Simyram* in littore *Phœnices* prope *Orthosiam* condidisse. Huc facit illud Eusebii, *Samaræus*, ex quo *Orthositæ* [e]. ¶ *Hamathæum*] Incolam terræ *Hemath* [f]. *Hemath* duplex est; 1. major, sive *Antiochia*; 2. minor, sive *Epiphania* [g]. Antiochiam intelligit Jeros. in Jun. & R S. & Jon. & Olympiod. in BP. Sed obstat, quòd *Hemath* est septentrionalis terræ Sanctæ limes, Num. 13. 22. & 34. 8. quam *Antiochia* minimè attingit [h]. Est ergò *Epiphania*, quam *Amath* ad sua tempora vocatam testantur Jo. Hi. & Benj. in Itiner. in Ma. ità BP. & *Hama* Arabicè dicitur in Nubiensi. Ea non longè dissita erat à Judææ finibus [i]. Notandum hos omnes Canaanis filios recenseri 1 Par. 1. 15. Ex iis quidam ibi tantùm & hoc loco numerantur, nempe *Aracæus*, *Sinæus*, *Samaræus* & *Amathæus*. Fortè ex iis aliqui sine liberis decesserunt, & diversa nomina habuisse videntur. Vide Gen. 15[k]. Plures quàm undecim

[a] BP. 4. 32. [b] La. Ma. V. [c] Ma. [d] BP. 4. 32. [e] Jun. BP. 4. 35. [f] BP. [g] BP. ib. [h] Jun. [i] BP. [k] Jun. [l] Ma. [†] BP. 4. 36. [m] BP. [n] Ma. [o] Bo. [p] Bo. Jun. Ma. BP. [q] BP. 4. 36. [r] Bo. [s] BP. [t] Jun. Ma. [v] BP. [x] Jun. [y] La. Me. [z] BP. 4. 36. [a] Me. La. [b] BP. ità La. Jun. [c] Jun. BP. [d] Jun. [e] BP. 4. 36. [f] BP. Jun. [g] Me. [h] BP. [i] BP. [k] Bo.

undecim filios Canaanem habuisse non legitur. Huc ergò referendi sunt, 1. *Pherezæi*, qui habitârunt in montanis & sylvestribus locis, Jos. 11. 3. & 17. 15. q. d. *Pagani*, à פְּרָזוֹת, *pagis*, agreste hominum genus, procul ab urbibus, in solis pagis degens [l]. Vel fortè *Pherezæus* erat præcipuus *Aracæi* filius [m]. 2. *Cananæi* specialiùs sic dicti. Hi partim habitabant ad mare, partim ad ripam Jordanis, Num. 13. 30. Deut. 1. 7. & 11. 30. q. d. *Mercatores*. Vel fortè hi reliquorum principes olim fuerant. 3. *Cinæi*, & 4. *Cenizæi*, Gen. 15. 19. Horum nomen inter Abrahami & Mosis ævum deletum puto [n].

19. *Termini*] Iique intrinseci [o]. *Tzidon* & *Gaza* designant occidentales angulos à septentrione ad meridiem; *Sedom*, &c. & *Lescha*, orientales angulos à meridie ad septentrionem [p]. ¶ *A Sidone*] Intellige non urbem solùm, sed regionem Sidoniorum, quæ ab urbe ad Orientem patebat prope ad Jordanis fines [q]. ¶ *Venientibus*, &c. בֹּאֲכָה גְרָרָה] *Veniente (ingrediente*, P.) *te in Gerar*, O. Sic Aratus, Οὐχ ὁρᾷς, &c. *Nonne vides*, &c. non quòd aliquem alloquatur, sed Poetarum more secundâ personâ utitur, quomodo Homerus, Ἔνθ' οὐκ ἂν ϐρίζοντα ἴδοις, &c. Theon. ità Virg. eclog. —*videas & flumina sicca* [r]. *Gaza* est urbs notissima [s]. ¶ *Lesa*] Vel *Lasa*. Hæc est vel, 1. *Cæsarea Philippi* [t], i. e. לַיִשׁ *Lais*, qu. *Laisa*, pro *Lasa*: vel, 2. *Callirhoe* [v], trans Jordanem & lacum Asphaltitem [x], ubi aquæ calidæ, Plin. 5. 16. Est tamen cur subdubitem: nam *Lesa* fuit in termino meridionali, *Callirhoe* non item; ad cujus Austrum non pauca Judæi possederint. Vel, 3. חלוץ *Chalus*, Ar. i. e. *Elusa* Ptol. urbs *Idumææ*, Stephano olim *Arabiæ*, dein tertiæ Palæstinæ. Est & aliud אלוש, deserti locus, Num. 33. 13. Vel fortè, 4. Λύσα *Lysa*, Ptol. inter mare mortuum & Erythræum. Ea Josepho Λύσσα, Antiq. 14. 2 [y].

21. *De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Japheth majore*, וּלְשֵׁם יֻלַּד גַּם הוּא אֲבִי וגו׳] *Et ipsi Sem natus est: etiam ipse pater*, (vel, *etiam ipsi patri*, ό.) &c. Mo. P. *Natus*, pro *nati sunt*, V. *Et Semo natum est etiam*, Sa. Indefinitè, pro, nati sunt liberi, Pi. *De Sem*, vel *ipsi Semo, nati sunt*, Ch. *nati sunt filii*, Ar. M. Ti. vel, *nati sunt———Elamus*, &c. Ca. *Semo nata*, vel edita, *est proles*, J T. V. A. O. quæ postea recensetur. Vide ad Gen. 4. 20 [z]. ¶ *Eber*] Alii sumunt appellativè, pro *trans*; vel *ultrà*, Scal. & Orig. & Theodor. & Chrys [a]. Erat pater eorum qui erant ultra flumen, scil. ultra Euphratem & Tigrin. Hinc & Abraham dicitur *Hebræus*, qu. *trajector*, περάτης [b]. Non placet. 1. Quia in Scriptura Transeuphratenses non dicuntur עִבְרִים, sed אַנְשֵׁי מֵעֵבֶר נָהָר. Vide 2 Sam. 10. 16. Esd. 4. 10, 11, &c. 2. Tunc *Hebræi* nomen Abrahæ peculiare esset, qui solus erat Transeuphratensis; non commune cum posteris. 3. Hebræorum gens vocatur *Eber* Num. 24. 24. & *filii Eber* hoc loco [c]. Alii, pro nomine proprio. Erat pater *omnium filiorum Eber*, i. e. *Ebræorum* [d]. Obj. At alii ab *Eber* propagati sunt. Resp. 1. Ergò latum hoc nomen restringitur ad *Hebræos*; sicut *Israelitæ* vocantur *Isacidæ*, licèt ab Isaco & *Idumæi*. Sic Eva mater *viventium*, i. e. hominum, licèt vivant & alia [e]. 2. Reliqui filii Eber non vocantur *Ebræi*, quia linguam *Eberi* sive Hebraicam ad posteros non transmiserunt incorruptam [f]. *Hebræi* speciali modo censentur *Semi* filii, respectu fidei & promissionis, ut Rom. 9. 8. Quemadmodum *Cham* dicitur pater *Canaan*, Gen. 9. 18. licèt alios habuit filios, quia in illum cecidit maledictio, Gen. 9. 25. sicut in *Heberi posteros* Semi benedictio, Gen. 14. 13, 19 [g]. 3. Non *Sem*, sed *Heber*, hic dicitur *pater omnium filiorum Eber*, & verba sic ordinanda sunt, *Ipsi Semo—natus est ipse*, *qui fuit pater omnium filiorum, Eber*; ut illud *natus est* de abnepote dicatur, sicut v. 24. de nepote [h]. *Pater filiorum Eber*, h. e. Ecclesiæ [i]. Insigni hoc elogio illum evehit supra fratres. Neque id temerè prætereundum, quòd Semum Moses non aliunde commendat, quàm quòd pater erat *Ebræorum*, qui licèt tum despectissimi essent, & in Ægypto servi, tamen humani generis erant pars nobilissima, Rom. 3. 1. & 9. 4. Ecclesiâ nihil est melius. Alius in Semo observâsset vitam lon-

[l] BP. 4. 36.
[m] E.
[n] BP. ib.
[o] Bo.
[p] Jun.
[q] BP. 4. 3.
[r] Ga.
[s] BP.
[t] D. Q. in BP.
[v] Hi. in D. BP. ex Jon.
[x] Jo. in D.
[y] BP. 4. 37.
[z] A.
[a] BP. sic RS. in M. He. in V.
[b] Cl.
[c] BP. 214, 105.
[d] Ità V. D. A. Pi. O. Ma. BP.
[e] D.
[f] BP. 1. 15. 58. & 2. 14. 105.
[g] A.
[h] Ma.
[i] A.

gam 600 annorum, & quòd vidisset utrumque mundum, & Noæ ex triente hæredem fuisse, & ex eo tot reges, &c. At Mosi satis hoc fuit, *pater Ebræorum* [k]. Qui Gentile nomen esse negant, hoc uno loco satis superque refelluntur, V. ¶ *Fratre Japhet*] Non dicitur *frater Cham*, quia hic abdicatus fuit, sed *frater Japhet*; quia, licèt divisi erant, in se receperat Deus ut rursus coirent [l]. Respicit Moses & promissionem, v. 27 [m]. & pietatem erga patrem [n]. *Frater* dicitur morum similitudine. Vide Gen. 49. 5 [o]. ¶ *Fratre Japhet majore*, הַגָּדוֹל] *Magni*, nempe natu. Ità *major*, pro seniore, Gen. 27. 1, 15 [p]. Potest legi vel *majoris*, vel *majore*. Alii volunt *Sem* fuisse *majorem* [q]. Alii, *Japhet* [r]. Probatur. Maximus non erat *Cham*, Gen. 9. 24. Nec *Sem*: nam *Noah* cœpit gignere anno vitæ 500, Gen. 5. 31. *Sem* biennio post diluvium erat centum annorum; ergò anno Noæ 602. genitus [s]. Resp. *Noa* cœpit generare anno 500. i. e. 502; minutos numeros Scriptura subticet, ut solet [t]. Sed hæc responsio non satisfacit [v]. Ratio accentuum & fides historiæ docet legendum *majoris*, vel *maximi* [x].

22. *Ælam*] Ab hoc *Elamitæ* [y]; seu *Persæ* [z]; de quibus Act. 2. 9 [a]. Seu *Elymæi* [b], in superiore parte Persidis [c], Isa. 21. 2. Dan. 8. 2 [d]. *Elymaiticæ Media conjungitur*, ait Strab. Hinc in Scriptura *Elam* & *Madai* passim junguntur, Esa. 21. 2. Jer. 25. 25. Conveniunt mores & arma. Truces erant & bellicosi, Esa. 21. 2. & 22. 6. ità Straboni l. 11. Arma illis erant arcus & pharetra, Esa. 22. 6. Jer. 4. 9, 35. ità Strab [e]. Ab Oriente hîc incipit Moses, (ut Act. 2. 9.) & in Occidentem desiturus esset, nisi *Aram* connexurus esset cum sequentibus [f]. ¶ *Assur*] Assyria [g]. Ab hoc primo *Assures*, mox *Assyrii*, dicti, teste Eustath. in Dionys. *Assyria* sumitur, 1. Latè, tam latè quàm Imperium. Hinc *Assyria arbor* eadem quæ *Medica* & *Persica*; & *Assyrium amomum*, Virg. est *Medicum* vel *Armeniacum*. Hinc *Assyrios* & *Syros* promiscuè usurpant Herod. Musâ 7. Just. l. 1. Strab. l. 11, & 16. Virg. Georg. 2.—*Assyrio fucatur lana veneno*, i. e. Tyrio seu Phœnicio. 2. Strictè. Usus tandem voluit ut Syros ab Assyriis Euphrates distingueret, aut certè Tigris: Hesych. in Συρίοις κύβοις. Eadem quæ *Adiabene* Ammian. l. 33. & *Aturia* Ch. *S* in *T* mutato. Hinc *Thuras* (idem scil. qui *Athur* vel *Athura*) Rex Assyriorum antiquissimus, *Zamis* (i. e. Semi) *filius*, *Nini successor, qui bella gessit in Caucasum filium Iapeti*, (i. e. in Gogum, seu Magogum, Japheti filium,) *ab Assyriis pro Marte cultus, & Baal, seu Belus, dictus*, test. Suidâ, & Joh. Antiocheno apud Cl. Salmas. in Solin. p. 1235. & alio ἀνεκδότῳ, ib. Si his fides, Belus Assyriorum non fuit *Nimrod*, sed *Assur* [h]. ¶ *Arphaxad*, אַרְפַּכְשַׁד] *A quo Chaldæi* [i]: Al. *Susiani* [k]. Sunt qui existimant *Chasdim* vel *Chaldæos* ab eo denominatos, quia vocantur כַּשְׂדִּים, Gen. 15. 7. ante natum *Chesed*, Gen. 22. 22. qui aliàs nomen illis dedisse videretur [l]. Sed prolepsis hæc est, quâ nihil in Scriptura frequentius. *Ura Chaldæorum* dicitur Gen. 11. 31. quia ex ea Chaldæi erant orituri. Ab hoc potiùs Assyriæ pars *Arphaxitis*, Ptolemæo *Arrapachitis* [m]. ¶ *Lud*] A quo Lydi [n], populi Asiæ minoris, ubi imperavit Crœsus [o]. Non placet hos tam procul à fratribus sedem suam habuisse. Et Montanus eos ponit juxta Euphratis & Tigridis concursum [p]. Nec *Lydi* olim & *Lydia*, sed *Mæones* vel *Meones* & *Mæonia*, dicebantur, teste Plin. 5. 29. Herod. Strab. l. 13. à *Mæone* rege, qui ante *Lydum* regnavit, Diod. l. 3. At hos reges commentitios esse puto; & conveniunt hæc nomina: לוד Heb. & לוז Arab. (*Z* & *D*, more Syrorum Phœnicúmque, permutatis) est *declinare, obliquare, flexuosum esse*. Sic נְלוֹזִים, Prov. 2. 15. *flexuosi* vel *distorti* vertunt ό. Ch. & RS. in BP. Indè Phœnicibus *Lud* sunt duo loca ad fluvios maximè anfractuosos, Nilum [*de quo vide quæ ad* v. 13.] & Mæandrum. Ad Mæandrum sita erat *Lydia*, teste Plin. 5. 29. Dionys. Perieg. v. 837. Strab. l. 12. Eúmque fluvium maximè sinuosum fuisse notant Ovid. Met. 8. 2. Plin. Strab. &c. Quòd ergò *Lud* hîc filius Semi dicatur, *Ludi* nomine intelligit patrem eorum qui *Ludi* vel *Lydi* dicti sunt; ut 1 Par. 2. 54. *Filii Salmæ Bethlehem*, i. e. Salma pater *Bethlehemitarum*. Jam docebo

[k] BP. 2. 1. 76.
[l] V.
[m] Pi.
[n] Pi. L.
[o] A.
[p] A.
[q] Sic E. Ar. La. Bo. Sa. Sy. M. P. Ti. O.
[r] Ch. Mo. J T. V. He. in L. ό. A. Pi. Ma.
[s] Ma. ex Jun.
[t] La.
[v] Ma.
[x] Ma. ex Jun.
[y] BP. La.
[z] La. Bo.
[a] Ma. BP.
[b] BP. Jun.
[c] Jun. A.
[d] A.
[e] BP. 2. 2.
[f] BP. 2. 1. 78.
[g] Jun. La. Bo. A.
[h] BP. 2. 3.
[i] L. Jo. & Hi. in Bo.
[k] Mo. in Bo.
[l] Li. in Ham. V. T.
[m] BP. 2. 4.
[n] L. Jun. Jo. & Hi. & Euseb. & Isidor. in BP.
[o] Ma. La.
[p] Bo.

doccbo huc pertinere nomina *Mæandri* & *Mæoniæ*. לודים Hi. & alii *natos* explicant, qu. ילודים, (initiali י deficiente, ut sæpe fit, ut in לדה, *partus*, à ילד:) ילד autem sign. *parere*, & ילד *obstetricari*, quod o'. reddunt μαιοῦσθαι, Exod. 1. 16. & Gen. 35. 17. Nec veteres latuit *Mæoniæ* nomen non à rege, sed à fluvio *Mæone*, fuisse, teste Stephano. Præterea, *Lydes* rectè dici *Ludos* patet ex vocibus *Ludo*, *Ludus*, &c. quia ludorum originem ad Lydos referunt Herod. l. 1. Hesych. Dion. Halic. 2. p. 97. Gentis antiquitas ex fabulis patet; nam Attis, Tantalus, Pelops, Niobe, &c. *Lydi* erant: Amplitudo ex coloniis: Fortitudo ex rebus gestis[q]. ¶ *Aram*] Indè vel *Armenii*[r]; vel *Syri*[s]; qui *Aramæi* dicti sunt & à seipsis, Strab. l. 1. p. 42. & l. 13. p. 627, & 784. & à Græcis, Strab. l. 16. necnon *Arimi*, Hom. Il. β'. v. 783. Hesiod. Theog. v. 304. test. Strab. l. 13, & 16. & Posidonio in Strab. l. 13[t]. *Scythæ* ex Asia Syriâque reversi in suas sedes *Aramæi* dicti sunt, Plin. 6. 17[v]. Et *Syri* se hodie Aramæos vocant. Apud Chaldæos *Aramæus* ponitur pro *idololatra*, quia illi primi idololatræ, *Thare*, *Nachor*, &c. Gen. 31. 19. Jos. 24. 2. Notandum *Syros* ad *Aramum* Nachoris nepotem referri à Græc. & Vulg. Gen. 21. 22. Quod verum esse potest de Syrorum tribu, non de gente universa: Nam ante eum natum populosa erat *Syria*[x]. [*Quousque Syriæ nomen extenditur, vide in iis quæ de Assur dicta sunt.*] *Syria* ab Arabibus dicta est שאם, à patre Semo†.

23. *Filii Aram, Us*, &c.] Hi 1 Par. 1. 17. dicuntur *Semi filii*, i. e. nepotes, nempe ex Aramo: quomodo Laban *filius Nachor*, Gen. 29. 5. & Mephibosheth *filius Saul*, 2 Sam. 19. 24[y]. ¶ *Us*, עוץ] Habitator Trachonitidis[z]. Hinc *Ausanitis* regio sub *Palmyrene*[a]. Is conditor Damasci. Ità veteres magno consensu[b]. Hinc Damascena vallis hodie Arabibus dicitur עוט *Gaut*, & עוטה *Gauta*, &, articulo præfixo, אלעוטה *Algauta*, *Tzade* mutato in *Teth*: ut in *Tyro* & *Tani*, ex צור & צען, & in Syris vocibus טביא *capra*, טופר *unguis*, טלל *tegere*. Arabs Parisiis nuper editus pro *Uts* habet *Algauta*, pro quo Jerosol. habet *Gautha*, Gen. 14. 15. & Jon. *Algautha*, Num. 34. 6. *Algauta* autem, ut discimus ex Arab. Geog. clim. 3. part. 5. est, qui *campus concavus* Strab. l. 16. inter *Libanum* & *Anti-libanum*. Præter hunc *Utz*, erant alii duo: 1. filius *Nachor*, Gen. 22. 21. cujus regio *Ausitis*, Job. 1. 1. *Ausitæ*, Ptol. populus in Arabia deserta prope Chaldæam: 2. in posteris Edom, Gen. 36. 28. à quo *Idumæa* nominatur *terra Utz*, Lam. 4. 21. Hos tres Hi. & alii passim promiscuè sumunt, unde oritur mira confusio[c]. ¶ *Hul*, חול] A quo Armeni[d]. Ab hoc fortè pars Armeniæ *Cholobetene* dicta Strab. Armeniis חולבית, *Choli domus*, vocibus transpositis, ut *Tigranocerta*, pro urbe Tigranis. Sunt & in Armenia urbes aliæ in Ptol. *Cholus*, *Cholvata*, *Colsa*, *Cholimna*, *Colana*. Armeni imitabantur linguam *Phrygum*, ait Steph. vel, *Syrorum* & *Arabum*, inquit Strab. l. 1. Videntur ex utraque lingua tertiam conflavisse. At Syriacè scripsisse innuit Polyænus de Eumene[e]. At Junius huic *Hul* adscribit Palmyrenas solitudines ad Euphratem usque, ubi *Cholle* oppidum Ptolemæi[f]. ¶ *Gether*] Huic assignant vel, 1. *Bactrianam*[g], quo jure nescio, nisi *Bactra* (vel *Bagtra*, BP.) pro *Begatra* (vel *Begethera*, BP.) acceperint[h]: vel, 2. Casiotida & Seleucidem, medium, scil. Syriæ tractum, ubi *Gindarus* Ptol. & *Gindareni* Plin. 5. 23[i]. 3. An ab hoc גתרי, *Getri*, dictus est amnis inter Carduchos & Armenos medius, quem Græci *Centritem* vocant[k]? ¶ *Mas*, מש] Idem qui *Mesech*, 1 Par. 1. 17. Occupavit is Mesopotamiæ montem *Masium*[l], משי ex מש; & ex eo profluentem fluvium *Saocoram*, qui Xenophonti lib. 1. Anab. Μασκᾶς, משכא ex משך. Jo. pro *Mas* scribit *Mesan*, ut ab eo derivet *Mesanæos* circa ostia Tigridis. Nempe ignorabat *Mesanæos* eosdem esse cum *Mesenis*, seu incolis *Mesenes*, i. e. Mesopotamiæ[m]. Et nimis procul ab Aramo eum ponit[n].

24. *Arphaxad genuit Sale*, שלח] Sign. *emissionem*, scil. aquarum, ut Job. 5. 10. Hoc nomine pius Arphaxad, natus biennio post diluvium, Gen. 11. 10. refricare voluit diluvii memoriam; quomodo *Enoch*, prævidens illam cladem, vocavit filium *Methusala*[o]. [*De quo vide quæ ad Gen. 5. 21.*] *Genuit* eum per interjectum *Kainan*[p]. [*De quo vide quæ ad Lucam* (τῷ Θεῷ *congerenda sunt.*] A *Sela* vel *Sala Susiani*, Eustath. vel, (qui iidem) *Cossæi*, Euseb. Confirmatur ex eo, quòd urbs præcipua *Susianæ Sela* vocatur Ammian. l. 23. Ptol. Σέλη[q]. ¶ *De quo Heber*] A quo *Phaleg*, ab hoc *Reu*, &c. De singulis frustrà quæratur quibus populis nomen fecerint, quia omnes Ebræi fuerunt. Majorum Abrahæ duplex erat prærogativa: 1. quòd linguam Hebræam servaverunt incorruptam, cùm reliqui omnes, etiam in Eberi familia, eam mutaverint, &c. 2. quòd non, ut alii, post confusionem linguarum in remotissimas terras disjecti sunt, quin plerique circa Assyriam habitârunt[r].

25. *Phaleg*] Sign. *divisionem*. [Vide quæ ad Gen. 11[s].] ¶ *In diebus ejus divisa terra*] Linguis & habitationibus*. Qu. An hæc divisio linguarum & gentium contigerit in ortu, an in medio vel fine vitæ Phalegi? Resp. 1. In ortu Phalegi, sive quo tempore natus est[t]. Probatur. Quia aliàs nulla ratio erat, cur hoc nomen *Phalego* potiùs quàm *Joctani* fratri inditum esset, nisi quòd uno nascente id contigerit, non autem nascente altero. Nam utriusque vitæ tempore pariter accidit[v]. 2. Alii post nativitatem Phalegi divisionem hanc factam fuisse malunt[x]; voluntque nomen à patre prophetice inditum fuisse, ex eventu quem futurum esse prævidit[y]. Verùm, 1. non necesse est novas Prophetias sine fundamento fingere. 2. Nec minùs *Joctanem* sic appellâsset, ut dictum[z]. Probant autem isti sententiam suam. 1. Quòd non *in ortu*, sed *in diebus ejus*, hoc factum dicitur. Resp. Nempe, quòd in ortu cœpta, in diebus ejus gradatim ad finem perducta erat[a]. 2. Anno 101. post diluvium (quando natus est Phaleg) non videntur homines ità propagati fuisse, ut dividi possent in 70 gentes & linguas[b]. Resp. Si tres Noachi filios, similitérque posteros, 20. ætatis anno (vel fortè 14. anno, à quo pubertatem ordiebantur Romani) liberis operam dedisse, geminósque sæpe suscepisse, censeamus, (quod facilè suadet benedictio illa, *Crescite*, &c. bis repetita Gen. 9. 1, 7.) ex illis per progressionem Arithmeticam prognati tum esse poterant circa 400000 mares & totidem fœminæ[c]: [Ex quo plura decerpta vide ad Gen. 5.] 3. Si hoc in ortu Phalegi factum, non potuit Joctan 13 filios habere, & quidem grandævos[d], (quales hos esse oportet, cùm inter coloniarum duces recenseantur[e]:) vel enim minor Phalegi frater erat†, vel non multis annis senior; nam Phaleg natus est anno Heberi tantùm 34[f]. Resp. Illa coloniarum deductio in ortu Phalegi cœpta tantummodo fuit, non autem ad exitum perducta[g]. Terra enim centum annis inculta, partim putrescentibus graminibus palustris effecta, partim dumetis obsita, colonos quousque vellent currere non sinebat[h]. Nec omnes Noachi posteri illud opus Gen. 11. aggressi sunt; sed tantùm *filii hominum* dicti[i]. Etsi verò linguarum confusio gentium dispersioni initium dederit, Moses tamen coloniarum deductionem c. 10. ante linguarum confusionem c. 11. enarrans, non tantùm ab iis qui turris ædificationi interfuerant, sed & universim ab omnibus Noachi filiis ante ortum Abrami, deductas colonias traditas à se significat, v. 32[k]. 4. Regnum Nimrodi cœpit circa annum 270. à diluvio, quo tempore facta est linguarum confusio[l]. Resp. Hoc non habetur ex Scriptura; nec simul contigisse sequitur, quia eorum narratio hîc conjungitur[m]. Nimrod non videtur fuisse inter turris conditores, tunc enim ei cum cæteris aliò migrandum esset; nec diceretur *principium regni ejus Babylon*, cùm ea nondum exstructa esset. A Nimrodo autem postea resumpta est urbis ædificatio[n].

26. *Qui Joctan genuit Elmodat*, &c.] Ab his Indi & variæ Indorum gentes[o]. Aliis non placet, quia nulla ibi *Mesa*, nullus *Sephar*, de quo v. 30. nullus populus vel *Joctan*, vel uni filiorum ejus cognominis[p]. At *Mæsas* in India lego in Plin. l. 20. & in Ptol. *Saparum* locum & *Sabaram* civitatem[q]. Sunt & Σάβαι in India, in Dionys. Perieg. Resp. Legendum (ut monet Salmas.) *Sibæ*, quorum meminêre Strab.

Margin notes (left column): q BP. 2. 12. r Bo. Ar. in BP. s Jun. La. Bo. A. BP. t BP. 2. 5. v Jun. x BP. ib. † Di. y BP. 2. 7. z Jo. & Hi. in Ma. Jun. a Jun. b BP. 8. Jo. & Hi. in Ma. c BP. 2. 8. d Jun. & Hi. in Ma. e BP. 2. 9. f Jun. g Jo. in Jun. h Jun. i Jun. k BP. 2. 10. l BP. Jun. m BP. 2. 11. n Jun.

Margin notes (right column): o BP. 2. 13. 100. p Ma. q BP. 2. 13. r BP. 2. 14. 105. s Ma. * V. t Ità Jo. & Aug. in Usser. Chronol. c. 5. Perer. in La. Bo. BP. 1. 10. v Bo. x Q. in Usser. Chron. c. 5. p. 79. Ità Tornielius in Bo. L. To. Hi. & He. in La. & La. y La. z Bo. a Usser. b La. c Usser. ibi. d La. e Usser. † BP. f La. g Usser. Bp. h Usser. pag. 80. i Bo. Usser. BP. 1. 10. k Usser. l Torniel. in Bo. m Bo. n BP. 1. 10. o La. Bo. A. p BP. 2. 15. q Bo.

Strab. Diod. Arrian. &c. Nam *Sabas* in India nemo alius nominavit. Et *Ophira* regio Indica ab hoc *Ophir* nomen accepit. Alii ex eo deducunt Indos, Bactros, Arabes, Scythas, Armenos, &c. & in regiones remotissimas distrahunt unius viri familiam, quæ conjunctim habitavit, v. 30 [r]. *Elmodad*, Ἐλδιμαῖος, Ἡμιοδὸς· *Shalaph*, Σααιφοὶ, Σελήβιοι· *Hatzarmaveth*, Σαρμάτης· *Jarach*, Ἀραχῶσος· *Hadoram*, Ἰνδὸς, Ὠρεῖται, Ῥύμμιοι· *Uzal*, vel *Auxal*, Αὐξακία, Ὤξος, Ὦζος· *Diklah*, Δικλλεῖον Herod. Θῖκες Ptol. *Obal*, *Ghobal*, Οἰβαρεῖς, Καβολῖται, Ptol. *Abimael*, Ἄβος καὶ Ἰμαοί· *Sheba*, Συηβοὶ, Σάβαι· *Ophir*, Ὤφειρος πόλ. Ὠρεῖται, Plin. *Jobab*, Ἰβοὶ, Ἰωμὰν, μ pro β; & Ἰωβάρης πόλ. Hæc omnia præter Chavilam in antiquis reperi ethnicis monumentis: Indos, aut iis propinquos. Arabs Geog. habet חצרמות [s]. Mihi certum est hos Arabiæ Felicis intima insedisse. Nam, 1. nisi aliud obstet, unicuique genti suos natales referenti credi par est. Apud Arabes autem pridem invaluit opinio *Jectanem*, sive קחטאן, *Cahtanem*, (ut habetur in Arab. paraph. Parisiensi, est enim binomius) esse Arabum parentem, & repertorem linguæ Arabicæ. Vide Gab. Sionit. de Orient. cap. 1. Porrò à *Cahtane* Catanitæ, populi Arabiæ Felicis, Ptol. 2. Nomen *Jectanis* incorruptum servatur in urbe territorii Mecchensis, בישרת יקטן, *Baisath-Jektan*. 3. Ex Jectane oriundos Amanitas, sive Homeritas, populum in interiori parte Arabiæ Felicis, ad ejus πίζαν, Oceanum versùs, ab Arabico sinu ad Persicum, statuunt Theophanes Chronographus non incelebris in Bib. Pat. Græco-lat. to. 2. p. 283. & Anastasius in Chronico ibid. & Euthymius in Maomethicis suis [t]. 4. Colligitur ex v. 30. [*ubi dicenda vide.*] 5. Videbimus hoc ex speciali disquisitione de filiis Joctan.

r BP.

s Brought. in Ga.

t BP.2.15.

¶ *Almodad*] Hinc Almodæi, qui Græcis Allumæotæ, in medio Arab. Fel. Ptol. ¶ *Saleph*] Vel *Salep*. Ab hoc Σαλαπηνοὶ Ptol. pro quo in Tabulis perperàm scribunt Alapeni [v]. ¶ *Asarmoth*, חֲצַרְמָוֶת] *Hatsarmaveth*. Hoc nomen variè flectitur propter ambiguum sonum literarum ח & צ. Apud Arabes sonat *Hadhramauth*, vel *Chadramauth*: apud Patres, &c. *Asarmoth*, vel *Sarmoth*, vel *Armoth*. Regio Theophrasto Ἀδραμύτα, Dionys. *Chatramis*, Strab. *Chatramitis*. Incolæ Plin. *Chatramotitæ*, Ptol. *Chatrimmitæ* & *Chatrimmititæ*. *Hadramauth* (vel *Chatramis*) est nomen regionis (cui urbs est cognominis, ait Arabs Geogr. clim. 1. p. 6.) Arabum myrrhiferæ & thuriferæ, testibus Plin. 12. 15. & Arriano in Periplo. Indè nomen *Hatsarmaveth*, i. e. *atrium mortis*; & *Hadramauth*, i.e. *regio mortis*: vel, 1. quòd regio insalubris erat, & thurilegis sæpe lethalis; ideóque colligebatur thus à servis regiis, & ab iis qui supplicio addicti sunt, teste Arrian. Peripl. 9. 7: vel, 2. quòd in odoriferis illis locis frequentissimi sunt serpentes, quorum morsus sunt lethiferi; Agatharc. c. 50. Plin. 12. 17 [x]. ¶ *Jare*, יָרַח] *Jerach*. Hinc *Jerachæi*, qui sunt Agatharcidi, c. 49. *Alilæi*, (qui & *Casandres* eidem, Diodoro *Gasandes*, aliis *Cassanitæ*,) sic dicti ob cultum *Alilæ* vel *Alilat*, i.e. Uraniæ, Herod. l. 3. quam multis probat Scaliger esse Lunam, quæ in noviluniis hodiéque vocatur הלאל, *Hilal*, quámque Arabes impensissimè colebant. Horum reliquiæ circa Meccham בני הלאל (*filii Hilal*, q.d. filii Lunæ, quæ יָרֵחַ Hebræis) memorantur à Nubiensi, cl. 2. p. 5. Prope Cassanitas est Ἱεράκων νῆσος Ptol. dicta quasi ab accipitribus; cùm à Phœnicibus, qui hoc mare frequentabant, dicta esset Ἰεράχων vel Ἰεραχαίων, *Ierachæorum* [y].

v BP.2.16.

x BP.2.17.

y BP 2.19.

27. *Aduram*] Heb. *Hadoram*. Unde *Drimatæ* Plin. ad fretum maris Persici. Hinc & *Corodamum* ibi promontorium, ex Hadoramo, trajectis *D* & *R*. Insuper ה tanquam X vel K Persæ, &c. efferre solent [z]. ¶ *Uzal*] *Sanaa*, metropolis regni *Alieman* in Arab. Felici. Eam hodiéque Judæi vocant *Uza*; (teste Ab. Zacuth. apud Drus. ad Matt. 12. 42.) Arabibus *Ausal*, unde *Ausara* (*L* & *R*, ut sæpe, permutatis) Gebanitarum, Plin. 12. 14. & 19 [a]. ¶ *Decla*, דִּקְלָה] *Dicla*. Ea Chaldæis & Syris *palmam* aut *palmetum* sonat. Palmetum hìc intelligo, non (ut plerique) illud in Arabiæ Felicis aditu, ad Mare Rubrum, de quo Diod. l. 16. sed aliud in *Minæis*, quorum agri palmetis fertiles erant, test. Strab. l. 16. Plin. 6. 28 [b].

z BP.2.20.

a BP.2.21.

b BP.2.22.

28. *Ebal*, עוֹבָל] *Obal*. Arabicè esset *Aubal*; quemadmodum illis stella *Caucab*, pro Heb. *Cocab*; ut lilium *Sausan*, pro Heb. *Sosan*. Vel Arabes *O* in *A* mutant: Quod Hebræis *Obed serviens*, Arabicè est *Abid*. Videtur ergò hic migrâsse ex Arabia in Africæ partem Troglodyticam; & ab hoc ibi emporium, & sinus *Abalites*, Plin. 6. 29. & Arrian. sive *Aualites*, Ptol. 4. 7. ubi & populus *Aualitæ*, Ptol. 4. 8. Huic trajectioni commodè inserviit angustia freti quod patebat paulò supra 4. (non supra 3. inquit Vartomannus αὐτόπτης testis, Navigat. 2. 3.) mill. passuum. Pariter *Abasenos* (vel *Abissinos*) Æthiopiæ ex Arabia (ubi eos describit Uranius) venisse fama est. Vide Plin. 6. 29. & 3. 9. Quò facit, quòd eos Theophanes Byzantius in Photio & Stephanus *Homeritas* vocant, de Arabicæ gentis nomine [c]. ¶ *Abimael*, אֲבִימָאֵל] *Abimael*. Arabes legerent *Abimâl*, i. e. pater Mali, seu Malitarum. Sic patres sæpe à filiis nominantur; 1 Chron. 2. 49. & 4. 3. *Mali* autem una est ex quatuor provinciis Arabiæ aromatiferæ, Theophrasto Hist. Plant. 9. 4. Pro qua *Minæos* habet Eratosthenes in Strabone. Nempe à *Mali Malitæ*, & Ptol. *Manitæ*, (qui pars erant *Minæorum*) *N* & *L* permutatis; ut *Labonidus* idem qui *Nabonidus*, & לְתַי נְתַי quod נָתַן *dare*, & נִשְׁכָּה quod לִשְׁכָּה. Quid si *Mali* contractè dicatur pro *Abimali*, ut *Sittim*, Num. 25. 1. pro *Abel-Sittim*, Num. 33. 49. *Hermon*, pro *Baal-Hermon*, Jud. 3. 3. &c [d]? *Saba*, שְׁבָא] Sunt duo alii *Sebæ* שְׁבָא nomine, Gen. 10. 7. & 25. 3. & alius *Seba* סְבָא, Chusi filius, Gen. 10. 7. [*De quibus vide suis locis.*] *Sabæi* Arabici sumuntur vel latè, pro quatuor illis populis qui Arabiæ πίζαν occupaverunt, nempe *Sabæis*, *Minæis*, *Catabanis* & *Chatramotis*; vel strictè, quo sensu eos ad Maris Rubri littora ponunt, post Eratosthenem, Dionys. Priscian. & Festus Avienus; sic etiam Agatharcides, Artemid. Diod. & Strabo. Horum metropolis erat *Saba* vel *Sabas*, Agatharcid. c. 50. vel *Saba*, Diod. Eadem est quæ Eratostheni in Strab. l. 16. & Artemidoro & Plin. *Mariaba* dicitur, ut patet ex situ & descriptione. Artemidorus etiam Agatharcidem in his κατὰ πόδα sequitur; nisi quòd pro *Saba* habet Μεείαβα. Et ut *Saba* dicitur ab Arab. שבא vel שבו, quod *eminere* significat, respectu & situs urbis, & fastûs & proceritatis Sabæorum: itá מרב dicitur, i. e. sedes dominantium, i. e. Metropolis. Nomen *Mariaba* Plinius *dominos omnium* interpretatur [e].

c BP.2.23.

d BP.2.24.

e BP.2.26.

29. *Et Ophir*, אוֹפִיר] Arabicè *Auphar*; q. d. uberrimus & opulentissimus locus, auro affluens. Terra *Ophir* duplex; una in India, de qua 1 Reg. 9. & 10. alia in Arabia, prope Sabæos, de qua Job. 22. 24. & 28. 16. Nam ætate Jobi ad Indicum *Ophir* non patebat accessus. Hæc in Cassanitis, vel Gasandis, quorum nomen à חָסַן, *thesauros recondere*, & חזן, i. e. *gaza*, *Ch* & *G* permutatis; ut in *galbanum*, pro חלבנה חֶלְבְּנָה χαλβάνη. His locis aurum est magnâ copiâ, quod facilè effoditur, testibus Agatharc. Artemid. Diodor. quod & incolæ cum ære & ferro pari pondere permutabant. Indè tanta auri copia apud Sabæos, qui his confines erant, ait Strabo. Inter eos tamen Agath. & Diod. Carbos interponunt, gentem obscuram, & unico portu notam [f]. ¶ *Hevila*, Heb. *Chavilah*] Hujus sedes terra *Chaulan*, in Geog. Arab. clim. 2. part. 5. in extremis Cassanitis prope Sabæos [g]. ¶ *Et Jobab*] Ab hoc Ἰωβαρῖται Ptol. Sed legendum Ἰωβαβῖται, ait Salmasius, qui β & ρ à librariis passim confundi notat probátque [h].

f BP.2.27.

g BP.2.28.

h BP.2.29.

30. *De Messa*, &c. מֵמֵשָׁא] *Mesa*. His verbis, velut intento digito, designat Moses eam Arabiæ partem quam diximus. *Mesa* (aliis *Musa*, quomodo posset legi, si liceret per Masorethas, vel *Muza*) fuit emporium & portus celeberrimus ad Mare Rubrum, Ptol. Vide & Plin. 6. 23. Indè iter erat ad *Saphar* regiam urbem & *Sapharitas* populos, Plin. ib. & Arrian. ubi pro Ἀφαρ legendum Σάφαρ, ut liquet. Ab hac urbe hic mons *Saphar* dictus est, vel urbs à monte: ut *Nebo*, *Ziph*, *Hebron*, *Pharan*, &c. Dicitur autem *mons Orientis*, i. e. Orientalis, respectu (non Judææ, cui ad Austrum erat, sed) *Mesæ* urbis, ad cujus Orientem est montium longa series, Κλίμαξ dicta Ptol. at Mosi *Saphar*, de nomine urbis. Hæc duo loca nominat Moses, quæ Ægyptii &

& Æthiopes aromata comparaturi maximè noverant & frequentabant; *Muſam* portum in quem appellebant, & *montana Sapharitarum*, ubi urbs regia. Porrò, ſoli Jectanis poſteri pro genuinis Arabibus haberi volunt, alióſque *Arabes factos* eſſe pertendunt [i]. *Sephar* mons eſt in Arabia [k].

[i] BP.2.30. [k] O. ex Eugubino.

CAP. XI.

1. *ERat autem terra labii unius*] Omnibus unum idioma erat [n]. *Terra*, i. e. incolæ terræ; ut *terræ*, 1 Reg. 10. 24. pro *Reges terræ*, 2 Par. 9. 23 [o]. Et *labium* pro ſermone [p], ut 1 Cor. 14. 21 [q]. ſic Pſal. 12. 4. 140. 4 [r]. Ante turrim Babel conditam, agnoſcunt etiam Ethnici unam fuiſſe linguam; (ità Abydenus in Euſeb. & Sibylla in Joſepho [s]) eámque & beſtiis communem fuiſſe Saturni tempore fabulantur: Plato in Politico [t]. Eadem fuit phraſis (idem ſtylus) omnibus; non alia doctis, alia indoctis [v]. ¶ *Una erat lingua*] Eam *Hebræi* ſuam dicunt, *Syri* ſuam [x]. Hebræa fuit [y], conſenſione omnium; quod & probat Auguſtinus de Civ. Dei, 16. 11 [z]. Patet ex propriis nominibus primorum hominum [a], & aliarum rerum [b]. Sic עֵדֶן, *hortus voluptatis*; נוֹד, *terra exſilii*, &c. Sic Gen. 2. 23. אִשָּׁה, ex אִישׁ; ad quod nihil habent quod regerant Maronitæ, qui Syram vel (quod idem eſt) Chaldaicam linguam volunt eſſe omnium matricem. Illis enim *mulier* eſt אִתְּתָא, & *vir* גְּבַר vel בְּעַל, adeóque perit alluſio. Adde quòd lingua Hebræa multò purior ſit Syrâ vel Chaldæâ; quia hæ multas peregrinas voces admixtas habent. Hanc linguam ſervabant Judæi ad captivitatem uſque Babylonicam. Eadem Babylon, ubi cæteræ linguæ natæ ſunt, ſemper Hebraicæ fuit fatalis; ſemel in confuſione linguarum, & rurſus, cùm Judæi ibi captivi patrium ſermonem dedidicerunt [c]. [Alii aliter.] Hebræa lingua eſt עִבְרִים, i. e. *advenarum è Chaldæa*. Hæc enim origo nominis Hebræorum, non ab Hebero. Vide Joſ. 24. 2, 3. Hebræa illa lingua, eorum incolatu in Cananæa, ad Cananæam propiùs acceſſit; nec differt à Punica, niſi dialecto. Quare verius, primævam linguam nullibi exſtare puram, ſed reliquias ejus eſſe in linguis omnibus; nomina autem propria Adami, Evæ, &c. Hebraicè à Moſe expreſſa Hebræorum causâ. Quomodo milites quidam Perſis dicti *immortales*, ut ait Curtius; & Venus Afris *Urania*, teſte Herodiano. Ità Perſarum *Chiliarchi*, & Cilicum *Pylæ*; & plura id genus [d]. ¶ *Et ſermonum eorundem*] Vel *rerum*. Fortè ſignificatur negotiorum ſimplicitas, & morum ſimilitudo. Alii ſic, Illa una lingua nullam habebat dialectorum differentiam [e]. Sermo unus erat vinculum ſocietatis, concordiæ, religionis: ex diviſione mutati animi, mores & ſtudia; abrumpuntur commercia, odium naſcitur [f].

2. *Cùm proficiſcerentur*] Qu. Quinam? Omnéſne qui tum erant homines? Negat Caj. in La. Affirmant La. Bo. Aliàs Hebræa lingua remanſiſſet in iis qui non eſſent profecti. Porrò *Heberum*, &c. profectum eſſe conſtat, cùm poſt confuſionem linguarum in Chaldæa conſederit [g]. ¶ *De oriente*, מִקֶּדֶם] i. e. De Armenia, quæ erat in Oriente [h] reſpectu Babyloniæ [i]. At repugnat Geographia, & dici potiùs debuit *à ſeptentrione*; talis enim erat ſitus. Dicat aliquis, מִקֶּדֶם fuiſſe ſaltem reſpectu *Judææ*, vel *deſerti*, ubi Moſes ſcripſit. Sed, 1. repugnat hoc uſui Scripturæ, quæ illa loca *ſeptentrionem* appellare ſolet, Jer. 25. 9, 26, &c. 2. In deſcribendo itinere ſolent (*Scriptores*) ejuſdem terminos inter ſe conferre. Potiùs dicerem, quòd omnia ibi erant montoſa & aſpera, teſte Strabone, l. 11. Ex montibus ergò Araratæis ſeu Carduenis facilior erat deſcenſus in partes Mediæ proximas. Hinc per Aſſyriæ campos ad Tigridem pertendiſſe probabile eſt. Sic iter majori parte ab Oriente erat [k]. Ex Ararat Aſſyriam primùm petebant, unde regreſſus fuit in Babyloniam, Occidentem versùs [l]. Ex horum mente, *Orientis* nomine non intelligentur montes *Ararat*, ſed *Aſſyria* & *Suſiana*; quouſque fuiſſe progreſſos, antequam cogitarent de profectione in terram Sinhar, Propheta nobis divinandum reliquerit [m]. Sed duo obſtare videntur. 1. Quòd Nimrod יָצָא *exivit in Aſſyriam*, Gen. 10. 11: non dicit, שָׁב, *rediit*, quod oportuit, ſi locus antea notus fuit. Reſp. יָצָא dicitur de locis notis & ignotis; & expeditionem tantùm bellicam ſignificat, ut 2 Sam. 11. 1. 2. Quòd periculoſus eſſet trajectus fluminis. Reſp. At illi fabricandi navigii periti erant. Et alia tum fuêre ſubſidia trajiciendorum fluminum [n]. [De quibus conſule authorem.] Et circa Gordyæam, quæ non procul à fontibus, etiam ſine cymbis & ſcaphis Tigris trajici potuit. Nam & circa Ninum & Arbelam, ubi, multis amnibus receptis, rapidior eſt, Alexander cum toto exercitu, reperto vado, tranſivit [o]. Si cui placet illa altera ſententia, (licèt parum probabilis ob moleſtiſſimum iter) nempe illos tranſiiſſe prope fontes Tigridis, מִקֶּדֶם interpretabitur *ad orientem*. Sic certè accipiendum מִקֶּדֶם Gen. 13. 11. ut patet; (ibat enim à Canaan ad Sodomam) & J T. vertunt *Orientem verſùs*. Sic 2 Sam. 6. 2. מִבַּעֲלֵי יְהוּדָה, eſt, *ad Baalimah*, prout habetur in loco parallelo, 1 Par. 13. 6. בַּעֲלָתָה. ה autem in fine denotat motum ad locum. מִנֶּגֶב Gen. 13. 3. ό. exponunt εἰς τὴν ἔρημον. Et Arabes מִן crebrò hoc ſenſu uſurpant [p]. Sic מִצָּפוֹן, 1 Sam. 14. 5. vertit Hi. *ad aquilonem*, & מִנֶּגֶב, *ad meridiem*. [Plura vide ad Gen. 13. 3.] Contrà, קֵדְמָה, *ad orientem*, ponitur pro מִקֶּדֶם; & נֶגְבָּה eſt *à meridie* [q]. Babylonem obſervant ad meridiem montium Ararat ità ſitam, ut ad Orientem nonnihil inclinet [r]. Cui hæc non arrident, vertat, *à principio*. Sic Aq. Hi. in Ful. Onk. & Jeroſol. in BP. Sic מִקֶּדֶם ſumitur Hab. 1. 12. Frigidum tamen hoc videtur, & illud, *ab initio*, alieno loco ponitur. Rectiùs vertitur, *ab oriente*, ut duo termini profectionis ſibi mutuò opponantur [s]. Syri ἀπ' ἀρχῆς, 1 Joh. 2. 24. vertunt, מִן קְדִים, ut ſenſus ſit, *Cùm olim*, vel *initio*, proficiſcerentur homines, invenirent convallem, &c. Et locus ex hiſtoria præcedenti ſubintelligendus eſt. Sic indicatur hanc fuiſſe antiquiſſimam & celeberrimam profectionem, nempe omnium hominum [t]. Capellus in MSS. nodum ſic ſolvit; מִקֶּדֶם vertit, *ex Kedemo*, regione ità dicta à *Kedma* illo, Gen. 25. 15. cui ſedes erat prope *Kedar*, Jer. 49. 28. Ego conjecto hîc loqui ſcriptorem more recepto apud Aſſyrios, (quorum ditionem dividebat Tigris in duas partes ferè æquales) qui Orientales vocabant imperii ſui partes trans Tigrim; & partes cis Tigrim vocabant *Occidentales*. עֶרֶב, *Ereb*, Hebræis & *Occaſum* ſign. & *Arabiam*; quo nomine Meſopotamiam & quicquid erat cis Tigrim appellabant veteres: Plin. 6. 9. & 27 [v]. Veriſimile eſt, tranſacto diluvio, poſteros Noæ aliquot annos manſiſſe in Armenia; deduxerant verò colonias, cùm ſupra modum creviſſent [x]; vel, melius ſolum quærebant [y]. ¶ *Campum in terra Sennaar*, בִּקְעָה] *Convallem*, J T. Ma. O. à בָּקַע, q. d. *diſciſſa à montibus*. *Babylon ſita eſt in planitie ingenti*, ait Herod [z]. [*De Sennaar, vide Annotata ad Gen.* 10. 10.]

3. *Venite*, הָבָה] Eſt vox hortandi, K. in M. A. Hebræi utuntur imperativis pro notis adhortandi [a]. Vel adverbium eſt, *Eja*, *Agedum*, J T. Q. in Ma. Vel vertendum, *Da, cedò*, Ma. *Affer*, O. *Præbe*, (à יָהַב, *dedit*, M.) ut liquet ex Prov. 30. 15. Pi. O. Ellipſis hîc eſt, Pi. q. d. Præbe auxilium, Pi. M. F. Non placet, quia idem de Deo dicitur, v. 7 [b]. Reſp. Sermo ibi improprius eſt & ἀνθρωποπαθῶς dictus [c]. ¶ *Faciamus lateres*, נִלְבְּנָה] *Laterificemus*, Pi. Ma. Lateres ſic dicuntur ab albedine: vel quòd ibi ex argilla ſeu terra ſubalba fierent [d]; vel ex luto mixto paleis, ut Exod. 5 [e]. vel quòd lateres cocti in fornace albeſiant [f]. Babylonis muros lateritios fuiſſe tradunt omnes; Herod. l. 1. Juſt. l. 1. Ovid. Metam. 4. 4. (ubi dicitur—*altam Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem*,) Martial. 9. 77. Lucan. l. 6 [g]. ¶ *Et coquamus igni*, ità ό. Ch. P. נִשְׂרְפָה לִשְׂרֵפָה] *Comburamus ad* (vel *in*, Ma. vel *ſecundùm*, Pi.) *combuſtionem*, Mo. M. O. JT. A. i. e. penitùs, A. *Excoquamus optimè*, J T. vel, *Comburamus combuſtione*, A. Sa. vel *in combuſtione*, i. e. in *uſtrina*, Q. in Ma. vel *igne*, Sy. *Incendamus incendium*, Ti. ¶ *La-*

teres

[n] V. Me. [o] A. BP. [p] Jun. Pi. BP. [q] A. [r] BP. 1. 15. [s] BP. 1. 15. 57. [t] BP. 1. 1. 2. [v] AE. in F. [x] Ful. [y] Jun. Pi. Bo. La. Ma. BP. A. Hi. TJ. RS. & AE. in BP. [z] Jun. [a] Pi. Ma. BP. [b] Ma. [c] BP. 1. 15. [d] G. [e] Cl. [f] M. [g] Bo. [h] V. [i] Me. La. [k] Ful. miſc. 1. 4. [l] Jun.

[m] BP. 1. 7. [n] Ful. ib. [o] BP. 1. 7. [p] Ful. ib. Ità D. [q] D. [r] BP. 1. 7. [s] BP. ib. [t] Ful. [v] BP. ib. [x] V. [y] Me. [z] Ma. [a] V. Me. [b] V. [c] Pi. [d] Ma. [e] O. [f] Ma. [g] BP. 1. 11. 44.

teres pro ſaxis] Vel, 1. quòd ibi ſaxorum penuria, teſte Curtio l. 5 [h]. Iſta terra campeſtris erat, non habens lapidicinas [i]. Sic pertinacia cum inopia luctatur [k]. Vel, 2. ad firmitudinem & ſtabilitatem operis [l], quòd mundi conflagrationem jam fama vulgaverat [m]. ¶ *Et bitumen pro cæmento*] i. e. Calx naturalis, in puteis aut rivis reperta, pro artificiali [n]. חֵמָר vertunt *lutum*, Mo. O. item Jon. & Ar. & RS. & V. & K. inquit BP. quod ex arena & calce conſtabat, K. & Aquinas in BP. *Argillam*, Ti. *picem*, Ar. [*prout transfertur in Bibliis Polyglottis*] *calcem vivam*, Sy. & He. inquit Græcus Scholiaſtes in BP. Ità Diodorus Tarſenſis, magnum illud Eccleſiæ lumen [o]. *Lutum rubrum*, AE. O. Alii *bitumen*, JT. Pi. Ma. Bo. BP. Ch. Sa. ό. M.V. הַחֵמָר, *bitumen illius*, ſcil. convallis, i. e. Babylonicum, Pi. ex Jun. Ità חֵמָר ſumitur Gen. 14. 10. *puteis bituminis*; ut conſtat ex lacu, qui à bitumine Aſphaltites dicitur: & Exod. 2. 3. *Et bituminavit illam bitumine & pice*; quæ rectè junguntur, quia bitumen eſt pici ſimile, teſt. Suidâ & Avicennâ. At πίσσῃ κονιᾷν non minùs abſurdè diceretur, quàm κονίᾳ πισσῦν, *picare calce*. Si autem *Chemar* ſit calx, *Chamar* erit κονιᾷν. Ch. & Ar. non calcem, ſed bitumen, ſignificabant nomine *luti*, vel *limi*, (quia illud *calci* opponunt:) *nec immeritò*, quia ex aquis eruitur, teſte Plin. 35. 15. Hoc *lutum rubrum* meritò vocat AE. Bitumen optimum rubrum erat vel purpureum, inquiunt Avicen. Serapio & Dioſcorides. Bitumen illius regionis liquidum eſt, ait Plin. Erat etiam glutinoſum, Plin. 7. 15. Jo. Belli, 5. 5. Solin. ideóque ad Arcam uſurpatum, Gen. 6. 14. Scribunt Beroſus & Alexander Polyhiſtor, nonnullos in Gordyæo monte ex Arcæ reliquiis bitumen abraſiſſe, quo ad amuleta uterentur. At bitumen eſt ad ædificandum inutile, inquit Diodorus Tarſenſis. Reſp. Ex laterum fragmentis apparebat bitumen fuiſſe ſubſtratum; & Aſſyrii eò adacti ſunt lapidum & calcis penuriâ, quod ab iis qui indè veniebant ſe didiciſſe ait Theodor. Bitumen autem ad ædificia commendant Pollux 7. 28. maximè Babylonicum, Strab. l. 16. Dion in Trajano. Et murum ſtructum ſcribit Xenophon, Anabaſ. l. 2. lateribus coctis in bitumine ſtratis. Sed quod ad rem maximè facit, exteri ſcriptores cum Moſe mirè congruunt; Babylonis mœnia non calce, ſed bitumine, ferruminata fuiſſe. Ità Herod. l. 1.——χρεώμενοι ἀσφάλτῳ——Cteſias in Diod. l. 2. Theocritus Idyll. 16. Dion in Trajano, Trogus l. 1. Curtius l. 5. Plin. 35. 15. Vitruv. 1. 5. Et Beli templum ex bitumine & latere ſtructum referunt Arrian. l. 7. & Diod. l. 2. Quinetiam bitumen adhibebant qui poſtea muros Babylonis reparârunt; Ariſtæus in Euſeb. Præp. l. 10. & Beroſ. in Jo. Antiq. 10 [p]. *Babylonis mœnia bitumine ſtruxit*; Am. Marc, 23. 10. Oroſ. 2. 6. *Bitumen hoc cum lateribus parviſque lapidibus commiſtum quovis ferro firmius fit*; Suidas in voce Adiabene [q]. ¶ *Pro cæmento*, ità M. P. Mo. Ti. O. cap. 11. לַחוֹמֶר] *Erit illis lutum*, vel, *pro luto*, ό. Ch. Sa. Ar. Ma. vel, *pro linimento*, Sy. *intrito*, JT. חוֹמֶר ſignificat *illitum* quod fit ex *terra aquâ macerata*, vel *ex arena & calce*, i. e. *cæmentum*, aut aliquid ſimile pici *. Eſt *calx* Me. Ebræis חֵמָר eſt *lutum calcis*, חוֹמֶר *lutum terræ*, vel *pulveris*. Eſt illîc lapidum penuria, ut non poterant cæmentum ex calce parare †.

4. *Civitatem & turrim*] Vel eſt ἓν διὰ δυοῖν, q. d. urbem turritam: (in ejus muro erant turres 360, ait Cteſias in Diod [r].) vel potiùs turris ſingularis deſignatur, v. 2. & 5. quæ in ipſa urbe eſſet inſtar Acropolis; ſic Jud. 8. & 9. *turris Penuel, Sichem, & Thebes*, ſunt propugnacula [s]. ¶ *Cujus culmen pertingat ad cœlum*, וְרֹאשׁוֹ בַשָּׁמַיִם] *Et caput* (*faſtigium*, JT. *vertex*, BP.) *ejus*, Ma. A. *ad cœlum*, ſupple *pertingat*, A. Tales ellipſes, 1 Par. 17. 1. *Arca ſub cortinis*, pro, *arca manens ſub cortinis*, 2 Sam. 7. 1. *Miles noctu*, 2 Reg. 25. 4. pro, *qui fugit noctu*, Jer. 52. 7 [t]. Hyperbole hæc erat, q. d. altiſſima [v]; ut Deut. 1. 28. & 9. 1 [x]. Sic Homer. Odyſ. έ. v. 239. abies erat οὐρανομήκης, i. e. *in cœlum uſque ſublimis*: in Ariſtophane, οὐράνιόν γ' ὅσον, i. e. πολὺ καὶ μέγα [y]. *Ad cœlum exſtruxit villam*, &c. Cic. pro Domo. *It clamor cœlo*, Virg. *Sublimi feriam ſydera vertice*, Horat. Carm. 1. *Partarum rerum cumulo cœlo æquatus*, Valer. Max. 2. 4 [z]. Cauſa hujus conatûs erat, vel, 1. ut eò fugerent veniente rurſus diluvio; *nè diſpergamur*, i. e. nè diluvium diſpergat cadavera noſtra, ſicut fecit parentibus [a]. Sed obſtat, quòd pauci in cacumine poſſent ſervari; & quod ſequitur, *antequam diſpergamur*, &c. ſcil. parùm profuiſſet turris tam longè poſita [b]; nec lateres nec petræ aquarum vim ſuſtinere poterant: & ab hoc metu immunes eos præſtabat promiſſio Dei juramento, Eſa. 54. 9. & ſacramento, Gen. 9. 12. firmata; cui ſi diffidebant, quorſum, relictis montibus, in plana deſcendebant [c]? Vel, 2. ut Nimrodo eſſet arx tyrannidis atque impietatis ſuæ [d]. Vel, 3. quia *Deus illos diſcedere juſſit*. Vel, 4. ob inanem gloriam, ut nomen ſuum æternarent [e], quamvìs diſperſi forent, quod prævidebant futurum creſcente numero [f]. Ità Moſes, ut *faciamus nomen*, ſcil. *magnum*. Confer 1 Par. 17. 8. cum 2 Sam. 7. 9 [g]. Sic Eſa. 63. 12, 14. Dan. 9. 15 [h]. At He. aliter explicant, *Faciamus nomen*, i.e. Deum, qui *nomen* vocatur Lev. 24. 11. h. e. idolum. Hæc enim turris Belo conſecrata erat. Sed 1. Belus, h. e. Nimrod, vixdum natus, nec ante obitum cultus erat. 2. Nomen pro idolo nuſquam ſumitur: 3. & cùm pro Deo, eſt הַשֵּׁם [i]. Vel, 5. ut ad illam recurrerent, ſi poſtea diſpergerentur [k], ibíque certiſſimum perfugium haberent [l], Vel, 6. metu futuri orbis incendii. Sed ſic paucis conſuli poſſet, nec ſic ab igne cœlitùs delapſo tuti eſſent [m]. ¶ *Antequam dividamur*] Subaudi, nondum ullo memoriæ, nominis & gloriæ noſtræ relicto monumento [n]. Animus ſibi malè conſcius diſperſionem præſagiit [o]: quam, dum vitare volunt, accerſunt. Tam malè ſubducunt calculos qui mediis humanis potiùs quàm Deo fidunt [p]. Qu. Quodnam in hoc facto malum erat? Reſp. Vanitas & ſuperbia [q]. Malum erat hoc ſine Deo aggredi. Malum adorare opus manuum ſuarum, quod hi faciunt qui ex ſucceſſu operis non Deo gloriam quærunt, ſed ſibi famam. Malum his fidere [r]. De turri Herod. l. 1. ſic ſcribit: *In medio templi turris eſt longa & alta ſtadium*, σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος, (at εὖρος vertendum *latitudo*, non *altitudo*) *cui alia rurſus turris impoſita eſt, & huic ſubindè alia, ad octavam uſque*; in qua fuit fanum ingens Belo ſacrum. Ità alta erat 8 ſtadia, i.e. mille paſſus. At Hi. extendit ad 4 mill. paſſ [s]. Diodor. l. 1. *De templo Beli, cùm vetuſtate collapſum ſit, nihil eſt quod certò aſſeratur. Summæ tamen altitudinis fuiſſe conſtat* [t]. De eadem turri Sibylla in Jo. contra Appion. l. 1. Euſeb. Præp. l. 9. *Cùm omnes unâ linguâ loquerentur, altiſſimam turrim ædificârunt, tanquam in cœlum per eam aſcenſuri. Dii autem ventis immiſſis turrim everterunt, & linguas diviſerunt; unde Babelis nomen.* Eadem ferè habent Eupolemus & Abydenus ibid. ex Chaldæorum monumentis, in quibus multa ſunt veritatis veſtigia. 1. *Gigantes è terra editos* ſcribunt, quia Nimrod, qui גבר, i. γίγας, (ut Græci vertunt) dicitur, *è terra illa prodiit*, Gen. 10. 11. 2. Eos in Deos bella moviſſe, quia *venator* dicitur *coram Domino*, i. e. bellator contra Dominum, ait RS. 3. Deum ventis immiſſis & opus & opifices diſſipâſſe, quia Chald. diſſipati dicebantur per quatuor ventos cœlorum, Gen. 11. 8, 9. Hinc & origo fabulæ de gigantibus θεομάχοις, Ovid. Faſtorum l. 5 [v].

5. *Deſcendit*] Non loco [x], ſed effectu oſtendens ſe propinquiorem [y], quem abſentem eſſe judicabant [z]. Ut *aſcendere* dicitur Deus *ab aliquo*, quando diſparet; ità *deſcendere*, quando apparet, aut ſe verbo vel facto revelat [a]. Hoc dicit, ut inſtruat judices nè procedant ad ſententiam, antequam cauſam examinaverint [b]. *Deſcendit*, i. e. patefecit ſibi cognitum eſſe quid tentarent [c]. ¶ *Filii hominum*] i. e. *Homines*, V. Vel ſic, Filii *hominum*, non *Dei*; h. e. poſteri Cain, qui terrena tantùm ſapiunt [d]: Impii [e]. Sic inſinuat Moſes ſolos infideles iſti operi ſe mancipâſſe. Unde factum, ut fœderis participes, i.e. Abrami proavi uſque ad Noam, (Heberi familia [f]) à pœna immunes fuerint, & linguam ſuam ſartam & tectam retinuerunt [g]: aliis item diſperſis, hi priſtinas ſedes obtinebant. Nam *Ur*, Gen. 11. 28. non procul erat à Corduena, (teſte Ammian. Marcel. l. 5.) in qua Arca ſubſtitit [h]. Tunc *filii Seth* non interfuerunt [i]. Alii eos interfuiſſe volunt, & opus juvâſſe; ut eſſet in ſpeculam, & locum commercii, & commu-

nem

[h] Jun. Theod. in La. [i] L. [k] Me. [l] Ma. [m] Me. La. [n] A. [o] BP. 1. 11. [p] BP. ib. [q] Ma. * V. † M. [r] Q. in BP. [s] AB. ibid. [t] A. [v] Me. V. Jun. [x] Jun. [y] BP. 1. 13. [z] D. Pro. 2. 3. 145.

[a] L. Jo. in BP. [b] E. [c] BP. [d] Me. La. [e] Me. E. L. [f] V. G. [g] A. [h] BP. 1. 14. [i] BP. ib. [k] V. [l] Ma. [m] BP. [n] La. [o] BP. A. [p] BP. [q] La. [r] BP. 1. 14. [s] BP. ib. [t] Ma. [v] BP. 1. 13. [x] V. M. [y] Me. [z] M. [a] Ma. [b] L. [c] V. [d] Aug. in D. [e] Jun. Pi. BP. [f] Pi. [g] BP. 1. 10. Pi. [h] BP. ib. [i] D.

nem memoriam & ornatum [k]. Vel *filii Adam*, (qui ab Adama *terra* dictus:) sic perstringit eorum temeritatem, qui se Deo opponerent, h. e. *testa figulo* [l]. *Terrigenæ*, Me. La. *Imitatores Adami*, h. e. rebellantes Deo, sicut ille, &c [m].

6. *Populus unus est*] Et unâ linguâ utuntur. Quid facient si multi fuerint? Aliis ironia est, q. d. Quâ ratione frangi poterunt [n]? ¶ *Cœperúntque hoc facere*, וְזֶה הַחִלָּם לַעֲשׂוֹת] *Et hoc incipere eorum ad faciendum*, Mo. P. O. *Hoc incipiunt* (*inchoaverunt*, o'. *meditati sunt*, Sy. *proposuerunt sibi*, M.) *facere*, Sa. M. A. *Hoc enim cœperunt facere*, Ti. *Hoc est quod cœperunt facere*, Ch. JT. *Et hoc quod facere cœperunt*, V. ¶ *Non desistent*, ità Sy. לֹא יִבָּצֵר וגו'] *Non prohibebitur*, Ch. Sa. Ma. Non *deficient*, o'. nisi prohibeantur virtute superiori [o].

7. *Descendamus*] v. 5. *Descenderat ut videret*; nunc descendit ulteriùs, ut confundat [p]. Qu. Quosnam alloquitur Deus? Resp. 1. Angelos [q]. *Domum judicii sui*, i. e. septem Angelos ministrantes coram eo [r]. Non placet. 1. Sic loqueretur Deus acsi unus esset ex iis. 2. Solus Deus potuit linguam uno momento vertere in multas; & inductâ priore alias statim in animum infundere [s]. 2. Pater alloquitur Filium & Sp. Sanctum [t]. Confer Gen. 1. 26 [v]. Magno populo sapientiam suam & virtutem opponit: q. d. Non opus est alienis auxiliis [x]. LXX nunc habent *descendamus*, &c. olim habuerunt *descendam*, &c. (inquit Chronicon templi secundi) nè Gentes existimarent Judæis plures fuisse Deos. Aut ergò corrupta Græca exemplaria, aut Judæi non optimâ fide illa citant [y]. ¶ *Et confundamus*, וְנָבְלָה] *Et confundatur*. Nam aliis est præteritum Niphal, aliis fut. plur [z]. ¶ *Linguam*] Heb. *labium*, i. e. sermonem, V. Hinc homines Græcis poetis μέροπες vocantur [a]. ¶ *Ut non audiat*] i. e. Non intelligant [b]. Sic Gen. 42. 23. Esa. 36. 11. 1 Cor. 14. 2. Quamvìs potuit Deus illos surditate percutere [c]. Non quidem singuli homines, (sic enim nulla fuisset societas) sed singulæ cognationes: tot enim fuerunt linguæ quot familiæ seu cognationes [d]. Linguarum hîc natarum numerus definiri nequit. 70 fuisse, & totidem esse gentes, totidémque Angelos his præfectos, volunt He. in BP. 72 numerant Patres Græci & Latini. Idiomata certè longè plura exstant. Vide Val. Max. 8. 7. & Plin. 6. 5. Qu. Cur ergò tam paucarum linguarum meminit Moses? Resp. 1. Satis illi fuit insigniorum meminisse, maximè in Judæorum vicinia, in quorum gratiam scribebat. 2. Plerasque linguas certum est non esse primigenias. Ex Latina natæ sunt Gallica, Italica, Hispanica; & sic in cæteris. Nec momentanea erat hæc maledictio, sed hodie durat; indéque linguæ sunt in perpetuo fluxu. Non rectè colligebant Patres 72 linguas ex 72 Noæ posteris qui Gen. 10. recensentur. Excipiendi enim hîc sunt 1. *Heberi* posteri, ab hac pœna immunes; 2. *Jectan*, cum liberis 13 nondum natis; 3. consentientes in eadem lingua: in Cananæa, plerique filii *Canaan*; in Græca, *Javan* & *Elisa*; in Ægyptia, *Misraim* & *Pathrusim*; in Arabica, cum *Jectanæis* filii *Chus*; in Aramæa, *Aram*, *Hus*, *Mas*, *Nimrod*, *Assur*. Ità ut jam vix supersint 30 linguæ [e]. 70 quidem erant tum gentium capita, non autem tot linguæ; nam variis gentibus constat unam fuisse linguam, verbi gratiâ, *Chaldæam* Ashur, Arphaxad & Aram; & eandem plerisque, si non omnibus, Canaan filiis [f]. Quindecim linguæ numeratæ Act. 2. abundè sufficerent ad operarum confusionem, & bene supponi possunt constituisse integrum earum numerum: Li. in *paucis & novis observationibus in Genesin*. Cum lingua Hebræa periit vera religio in mundo, donec linguarum donum Sione confusioni linguarum Babele mederetur; & tunc Gentibus vera religio redditur, etiam ipsi Babeli: Psal. 87. 4. 1 Pet. 5. 13 [h]. Necesse est Deum illis diversas inspirâsse linguas; quomodo aliter dispositæ fuissent linguæ secundùm familias & nationes? Med. dissertat. 47. in fine. Fuit hoc miraculum simul & pœna, ut plerique subitò prioris linguæ obliviscerentur [i].

8. *Divisit*] Efficacissima hæc erat via ad expugnandum eos; nam regnum divisum stare nequit [k]. Ignoratio linguæ alterius cognationis eos diduxit, & varias regiones petere suasit [l].

9. בָּבֶל] Ex בָּא *venit*, & בָּל *confusio*, ait AE. Sed בַּל hoc significatu nusquam exstat. Chaldæis בַּלְבֵּל est quod Ebræis בָּלַל *confudit*, unde בַּלְבּוּל *confusio*: & pro *Balbel* est *Babel*, ut *Golgotha* pro *Golgoltha cranium*, extritâ literâ, (ad faciliorem prolationem [m].) Senes vertunt, Σύγχυσις [n]. Videtur hæc vox servata è lingua primitiva [o] Celebratum est Babylonis nomen [p]. Ubi autem fuerit Babylon, vide in BP. 1. 8. Numerant Hebræi à diluvio ad hanc divisionem annos 340. Ergò Noah vixit decem annos post eam, (nec potuit rebelles filios coercere [q];) & Abraham 48 annis ante eam [r]. Ità Deus nunquam deseruit Ecclesiam à principio ad finem mundi. Noah enim cum Sem & nepotibus gubernârunt Ecclesiam [s]. Græcorum fabulas, qui Babylonis fabricam Semiramidi adscribunt, bene refutat ex Beroso Josephus contra Appionem, & ex Philone Byblio & Dorotheo Sidonio Julius Firmicus †.

11. *Filios & filias*] Quos tacet, quia extra lineam Messiæ erant [t].

12. *Arphaxad genuit Sale*, שָׁלַח] Sign. *emissionem*, nempe aquarum super terram. Ità pius Arphaxad refricare voluit Diluvii memoriam. Vide ad Gen. 10. 25. [v]. Lucas interserit *Kainan*. At auctor Tarich, quem edidit Cl. Schickardus, collocat inter *Selah* & *Heber Hud* Prophetam, qui (inquit) Καϊνάν esse possit. Sed annon potiùs idem qui *Heber*, (quem Prophetam fuisse tradunt Rabbini, ut antea dictum?) Nam *Hud* Arab. est *Judæum esse*, ab הוֹדָה, unde יְהוּדָה [x].

13. *Trecentis tribus annis*] At in Hebræo est 403 annis. *Quid hîc Romanenses?* Magìs fidendum est nostris codicibus, quàm Hebræis [y]. [*Alii modestiùs.*] 403 magìs consentit cum ætate istius ævi [z]. Cur hic locus in nostris non sit restitutus, divinare nequeo [a].

18. *Et genuit Reu*, רְעוּ] *Ragau*. A quo campus magnus *Ragau*, de quo Judith. 1. 6. quo campum Nisæum in Mediæ & Armeniæ confiniis intelligo. In eo tractu est urbs *Raga* vel *Ragiæ* Straboni (i. e. רְעוּ *Ragau*) & Arrian. l. 3 [b].

20. *Sarug*] A quo nepotum aliquis *Sarug* vocavit urbem Carrhis vicinam in Arabe Geographo, clim. 4. p. 6. [c].

26. *Septuaginta annos, & genuit Abram, & Nachor, & Haran*] i. e. Unum eorum genuit; quemadmodum Gen. 5. 32. *Noah erat 500 ann. & genuit Sem, Ham & Japhet*. Et ut Haran Tharæ, ità Japhet Noæ erat filius natu maximus, licèt uterque postremus nominetur. Abraham erat 75 annorum cùm ex Haran migravit, patre jam mortuo: Ergò natus erat 130. anno patris. Res plana est, nisi quòd homines eam intricant. Deus primò vocat Abraham ex Idololatrica illa gente, Act. 7. 2. & Abram exit sub auspiciis Tharæ. Ab Ur ergò Haranem migravit. Post mortem patris secundò eum Deus vocat, & jubet eum sequi. Ità discessit ab Haran: Li. in Harmonia Vet. Testamenti. Gravissima est inter Chronologos controversia, quo patris anno natus esset Abraham, sive 70. anno, (ut sit natu maximus) sive 130. anno, (ut sit minimus.) Prius affirmant Scaliger, Pererius, Calvisius, (qui ex Scaligero sua desumpsit:) Posterius Paræus in Gen. 11. Junius, Capellus [e]. Fortè alios genuit, sed horum trium meminit propter Lot, ac uxores Isaac & Jacob [f]. *Abram* primus ponitur, non *ætatis*, sed *dignitatis*, privilegio; ut Sem [g], & ut *Moses Aaroni* præponitur [h]; & quia caput erat & stipes sequentis generationis [i]. *Abraham* non erat primogenitus [k]. Probatur. Nam *Sarah* (quæ & *Ischah*, filia Haran & uxor Abrahami) erat 90 annorum cùm Abram erat 100 ann. Gen. 17. Ergò *Haran* (si junior fuisset *Abrahamo*) eam genuisset nondum decem (imò nec octo) annos natus [l]. Haran etiam erat major natu quàm Nachor, quia Milca Haranis filia Nachori nupsit [m]. *Haran* creditur fuisse natu maximus. Abramum genitum arbitrantur ann. 130. Tharæ, ut necessariò sequitur ex Act. 7. Nam Thare vixit 205 annis, v. 32. Abram cùm egrederetur ex Haran erat annorum 75, Gen. 12. 4. Antè pater obierat, Act. 7. 4. Deme 75 de 205, remanent 130.

Sed

Marginal notes, left column: [k] Ità T. — [l] D. — [m] L. — [n] V. — [o] L. — [p] E. La. Bo. — [q] L. — [r] He. in D. — [s] BP. 1. 15. — [t] V. E. Me. La. Bo. BP. JT. Pi. — [v] E. — [x] V. — [y] D. — [z] V. ex Calv. — [a] G. in v. 9. — [b] L. Me. A. — [c] A. — [d] Me. BP. 1. 15. 69. — [e] BP. 1. 15. — [f] L. — [h] Li. ibid. — [i] E.

Marginal notes, right column: [k] M. — [l] Me. — [m] D. BP. 1. 15. 69. Onk. in BP. Pi. — [n] D. — [o] G. — [p] Ma. — [q] M. — [r] Cl. — [s] M. — † G. — [t] Me. V. — [v] BP. 1. 13. 100. — [x] Di. — [y] Bo. — [z] La. — [a] Ma. — [b] BP. 2. 14. 106. — [c] BP. 2. 14. 107. — [e] Riv. Usser. in Chronol. cap. 7. p. 105, &c. — [f] V. — [g] G. L. Ma. A. — [h] E. — [i] L. — [k] V. — [l] L. ità Pi. Bo. — [m] Pi.

Sed de hoc certant inter se Chronologi [n].

28. *Ante Thare*, עַל פְּנֵי תֶּרַח] *In facie*, vel *super faciem, patris Terah*, Mo. Sa. i. e. vivente & præsente & superstite patre [o]. *Coram Therah*, Ch. P. Ti. O. A. ο'. Sic Exod. 20. *Non tibi dii erunt coram me*, i. e. me vivente & præsente; i. e. quamdiu ego vivo [p]. Vel, *ipso vidente & procurante*. Dicunt enim Hebræi Therah idololatram fuisse, & filios Nimrodo accusâsse quòd ignem non colerent, & Haranem in ignem conjectum fuisse, ibique consumptum [q].

29. *Et patris Jeschæ*] *Jesca* alio nomine vocatur *Sarai*, fuitque binomia [r]. Sic Me. He. in A. Bo. La. Jun. plerique in Bo. & Ma. Hoc cùm Sacris Literis non sit expressum, quærendum qua de causa sic senserint. Reperitur in Scholiis Ebraicis, quæ titulum præferunt *Baal Haturim*, quia *Sarah* in numeris efficit 95, nempe per Gematriam, eam scilicet quam vocant per *Aleph Thau*, *Beth Sin*, quâ literæ ità permutantur, ut א fit pro ת, & ב pro ש, & ג pro ר, &c. Igitur pro ה ר ש sint צ ג ב, & faciunt 95, quot facit יִסְכָּה [s]. Ante conjugium vocabatur *Jescha*, postea *Sarai*, i. e. domina mea, quia uxor; ut illa Abr. vocat *dominum suum* [t]. [Aliis hæc non placent.] 1. Cur enim noluerit Moses nomen *Sara* repetere, vel suo more dicere, *patris Jescæ, illa est Sara*, ut Gen. 14. 2, 7. & 35. 6? 2. Tum eam vocâsset *filiam fratris*, non *matris suæ*, quomodo eam vocat Gen. 20. 12 [v].

31. *De Ur Chaldæorum*] Q. vertunt, *de igne Chaldæorum*, in quem injectus Abram Divino beneficio servatus est [x]. Nugæ, inquit Bo. Vulgatus noster ità vertit, 2 Esd. 9. 7. *de igne Chaldæorum*, scil. vel ex igne propriè dicto, vel *ex igne tribulationum* [y]. Aliis *Ur* est proprium nomen urbis [z]. Mansit loco nomen ad Ammiani Marcellini tempora, quem vide lib. 25 [a]. (ad cap. 26. Ma.) Propè Corduenam erat *Ur nomine Persicum castellum* Ammian [b]. *Ur Chaldæorum* vocatur per prolepsin, è qua deinceps orituri erant *Chaldæi* [c], (qui & *Chasdim* dicti, à *Chesed* Gen. 22. 22. ut ex Ὀδυσσεὺς fit *Ulysses* [d].) Ur olim *Camarine* dicta est, Eupolemus in Euseb. à כָּמַר, qu. *ustrina*, *focus*: forsan quòd in ea æditui seu sacerdotes (Hebræis & Chaldæis *Camarim*) ignem perpetuum servarent, & colerent. Chaldæi & Persæ, cùm vidissent olim, igne cœlitùs delapso Patriarcharum sacrificia consumi, putârunt esse Deum. Vide Am. Marcell. 23. 22. *Uram* locum ad Euphratem memorat Plin. 5. 24. Q. volunt esse *Orchoen* Ptol. vel *Orchen* Strab [e]. ¶ *Ut irent in Canaan*] Hæc fuit eorum intentio, sed aliquâ occasione manserunt in Charran [f]. ¶ *Haran*] *Charran* Act. 7. M. *Carræ* Romanis [g]. Arabes hodie חראן *Charan*, vel *Charran*, vocant, BP. 2. 14. 107. Non est Edessa Mesopotamiæ, sed prope Edessam. Eundem ferè situm ei tribuunt & Benjamin in Itinerario, & Geographus Nubiensis [i]. Locum nunc honorant Saraceni, quòd ab Abrahamo fuit honoratus [k]; eòque precandi causâ accedunt, ait Benjamin: at nullum ibi exstat ædificium ubi fuit domus Abrahami [l].

Cum posteriori parte hujus Capitis lege 1 Chron. 1. 24, 25, 26, 27 [m].

[n] D. [o] M. F. V. O. Ma. Sy. [p] K. in F. [q] L. [r] L. [s] D. misc. 1. 22. [t] T. in Gen. 13. [v] Pi. [x] He. in L. [y] Me. [z] Ità He. in L. Hi. E. D. G. Onk. & Jo. & Euseb. in D. [a] G. [b] BP. 1. 10. [c] BP. 2. 4. [d] La. [e] Ma. [f] L. [g] Di. ità Bo. Ma. [i] Di. [k] G. [l] Di. [m] Li.

CAP. XII.

1. Dixit, ità ο'. Ch. Sa. Sy. וַיֹּאמֶר] Scilicet post mortem Thare [n]. Qu. Quomodo hoc dicitur, cùm priùs egressus fuerat? Resp. Sensus ergò est, Vade longiùs à terra [o]. Penitus exi, ità ut ad eam nunquam sit animus redeundi [p]. Aliis prolepsis est, *dixit* pro *dixerat* [q]; nempe cùm esset in Ur Chaldæorum, ut patet ex collatione Gen. 11. 31. cum Act. 7. 3, 4 [r]. Object. At vocatus erat in *Mesopotamia*, Act. 7. 2. Resp. 1. Stephanus se exponit de *terra Chaldæorum*. 2. Mesopot. latè sumit, quomodo Plin. 6. 26. ubi Babylonem in Mesopotamia ponit [s]. [*Vide quæ ad Actor. 7. 2, 3, 4. opportuniùs dicenda sunt.*] Dixit autem Deus, ut puto, per Sem gubernatorem Ecclesiæ per quem & Rebeccam allocutus est [t]. ¶ *Egredere*, sic Sa. M. Ti. ο'. לֶךְ־לְךָ] *Vade tibi*, Mo. Pi. Ma. Belg. (Hinc incipit tertia hujus libri sectio, quam לֶךְ־לְךָ vocant [v].) Est מִשְׁפַּט הַלָּשׁוֹן, i. e. *proprietas linguæ* [x], sicut alibi, *Transite vobis torrentem* [y]. Redundat *tibi*, V. D. Pi. Sic Græci, γράψον σοι, *scribe tibi*, & Jos. 20. 2. *date vobis* [a]. Vel, *tibi*, i. e. tuo bono, ut Gen. 22. 2, 43 [b]. ¶ *De cognatione tua*, sic ο'. Ch. Sa. J T. מִמּוֹלַדְתְּךָ] *De loco ubi natus es*, Sy. Ma. vel, *ubi educatus*, Ar. *de natione tua*, M. ¶ *De domo patris*] i. e. De familia [c]. Si malint manere, desere etiam domesticos [d]. Patre mortuo, ejus domus & Nachor ad idololatriam relapsi sunt, Gen. 31. 30. Jos. 24. 2 [e]. Nimrodica Ecclesia penè absorpserat Abrahamum, sed voce Domini revocatus est [f]. Egredi eum voluit Deus, nè inficeretur idololatriâ, quæ tum in Chaldæa regnabat [g]. ¶ *Veni*] Pythagoricum dictum est, ἕπε θεῷ, (*Deum sequere*) [h]. ¶ *Quam monstrabo*] Non determinat. In eo erat obedientia Abrami & fides, Heb. 11. 8 [i]. Alii terram *Canaan* ei revelatam fuisse volunt, La. ex Perer. O. Qu. Quî factum ut in Charran constiterit? Resp. Vel, 1. de Canaan nihil revelatum est ante mortem patris. Vel, 2. Thare laborum itineris impatiens ibi substitit, permittente Deo [l].

2. *Benedicam tibi*] Congestis in te naturæ, gratiæ, externísque bonis [m]; rebus temporalibus & spiritualibus [n]: & prolem dando; quod facilè præstare potest m[illegible] benedictio, licèt uxor sterilis sit. Nè ergò desperes. Benedicere hîc est *felicem reddere*, atque etiam *prolem dare*: de quo cap. 1. 22 †. ¶ *Erisque benedictus*, sic ο'. Ch. Sy. וֶהְיֵה בְּרָכָה] *Et esto* (vel, *& eris*, P. vel, *túque sis*, Ti. vel, *ut sis*, M.) *benedictio*, Mo. Ma. P. Ti. M. Pi. vel, *esto benedictioni*, J T. vel, *esto in benedictione*, h. e. benedictus, Pi. *Eris benedictio*, Antonomasticè, & excellenter; ut valde liberalem dicimus *liberalitatem* [o], scelestum, *scelus* [p]. Hebræi sic, *Eris benedictio*, quia futurum erat ut benedictio Sacerdotum fieret secundùm hunc modum, *Deus Abr. Is. & Jac. benedicat tibi* [q]. *Tu eris benedictio illa quâ reliqui sibi benedicent, dicturi, Ponat te Deus sicut Abraham* [r]. Quomodo Romani principibus optabant felicitatem Augusti, &c [s]. Vel sic, Reddam nomen tuum tam celebre, ut tibi omnes benè precentur [t].

3. *Benedicam benedicentibus*, &c.] Mira Dei benignitas, quòd tam familiariter paciscitur cum Abrahamo: Hæc enim solennis est fœderum inter Reges & alios formula, ut communes habeant amicos & hostes [v]. ¶ *Maledicam maledicentibus*, sic ferè omnes, וּמְקַלֶּלְךָ אָאֹר] *Et levi-facientes te*, Ma. O. (vel, *malè de te loquentes cum contemptu*, A. vel, *detestatores tuos*, Ca.) exsecrabor, Ma. detestabor, Ca. vel, *contrahantur*, i. e. non extendantur in prole, nec in bonis, O. ¶ *Et benedicentur in te*, &c.] Q. activè legunt, *Benedicent sibi invicem*, vel *aliis*, *dicendo*, *Benedicat nobis*, vel *vobis*, *sicut benedixit Abrahæ* [x]. Vel sic, De hoc se benedicent, sibíque gratulabuntur. Aliis non placet. Nam 1. נִבְרְכוּ purè passivum est. 2. Passivè exponitur *benedicentur in te*, Gal. 3. 10 [y]. 3. Passivè vertunt ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. M. Ti. Ca. J T. & O. [etiam ipse Pagn. *cui, nescio quo errore, activam versionem & La. & Bo. attribuunt*.] Meliùs de Christo exponitur [z]: & sic Paulus exponit, Gal. 3. 16 [a]. *In te*, i. e. semine tuo [b]. Nam pro *in te*, Gen. 22. 18. est *in semine tuo* [c]. Semen autem est Christus, ut patet Act. 3. 25. Gal. 3. 9, 16 [d]. Sæpe alicui tribuuntur in Scriptura quæ ei tantùm ratione posterorum conveniunt: sic illæ benedictiones Gen. 49 [e]. Vel, *propter te*, i. e. propter semen tuum [f], ב pro בַּעֲבוּר. Sic Ch. *propter te*. *In te*, i. e. per te, benedicentur, i. e. summa bona accipient. Hoc idep, quia ex eo Christus futurus erat. Vide Gen. 22. 18. & 26. 4 [g]. *Per te* vertit Ar. ¶ *Cognationes*, מִשְׁפְּחֹת] *Familiæ*, Mo. Ma. Pi. & plerique; *tribus*, ο'. *nationes*, Ca. nempe, quotquot ex iis in Christum credituri sunt [h].

5. *Substantiam*, ità ο'. Mo. Ti. P. O. רְכוּשָׁם] *Possessionem*, Ch. Sy. *opes*, Sa. *facultates*, J T. sim. Ar. ¶ *Quam possederant*, ità ο'. Ch. Sy. רָכָשׁוּ] *Comparaverant*, J T. Ti. ¶ *Et animam*] ο'. Mo. Ma. i. e. animas, sing. pro plur [i]. *Animas* vertunt Ch. Sa. Sy. Ar. J T. Ang. i. e. personas, V. Me. homines, Pi. *sicut* Gen. 14. 21. *da mihi animas*, & Joh. 12. 25. *qui amat animam*, &c [k]. & Gen. 36. 6. *omnes animas*, ubi ο'. * Me. habent

[n] L. [o] L. [p] E. [q] V. Me. JT. Pi. La. Bo. [r] Belg. [s] La. [t] M. [v] V. [x] G. [y] M. [a] D. [b] Belg. [c] Pi. [d] Ma. [e] A. [f] M. [g] Bo. [h] G. [i] L. Me. Bo. [l] Bo. [m] Me. [n] Jun. Bo. † V. [o] L. [p] Ma. [q] L. [r] He. in M. & V. [s] Ma. [t] V. [v] V. [x] He. in L. O. [y] Li. [z] L. E. V. Me. La. Bo. [a] Me. Pi. [b] E. V. [c] V. Pi. Bo. [d] A. [e] Pi. [f] Pi. Ma. Bo. [g] V. Pi. Ma. [h] G. [i] Pi. [k] V. Pi. Me.

habent σώματα [l]. Servos emptitios, aut certè vernaculos, h. e. domi suæ natos [m]. Sic Apocal. 18. 13 [n]. Servi ψυχεία Græcis. Filios & servos [o], cum animantibus. ¶ *Quas fecerant*] Ca. sic Sa. Sy. Ar. M. Mo. Ma. i. e. *quas* sibi *comparaverant*, Ca. G. P. Ti. Belg. *quas possederant*, ὁ'. *quas procreaverant*, Pi. i.e. quas *genuerant*, *educârant*, vel *emerant*; Me. vel quas de idololatriâ converterant, L. F. ex Ch. quas legi subjecerant, F. quas instituerant in religione. Sic, *qui fecit Mosen & Aaronem* [p]. Tenent Hebræi Abram viros, Saram mulieres, in Dei cultu instituisse; atque ità eos Deo procreâsse [q]. Non enim alios servos habere voluerunt præter cultores Dei [r]. Hîc primùm fit servitutis mentio, V. ¶ *Egressi sunt, ut irent*, sic ferè omnes, וַיֵּצְאוּ לָלֶכֶת] *Et exiverunt ad eundum*, Mo, vel, *ut pergerent*, P.

6. *Ad locum Sichem*] i. e. Urbem *Sichemi*, ut vocatur Gen. 34. 24. & hîc per anticipationem, nam *Sichem* nondum natus. Fateor tamen & civitatem *Sichem* alibi nominari [s]. ¶ *Usque ad convallem illustrem*, אֵלוֹן] *Vallem* vertit Sa. Aliis est *planities*: sic Onk. & omnes Hebræi, F. co. M. Ca. J T. Aliis est *quercus*: sic ὁ'. Sy. Ar. Mo. Ti. P. Utroque modo verti posse ait unus A E [t]. At *quercus Allon* est; *Elon* autem *planities* [v]. Aliis est *quercetum*: sic Hi. & Masi. cap. 8. & ult. Josuæ, & Ti. ¶ *Illustris*, מוֹרֶה] Vel sumitur appellativè, nec uno modo. *Spectabilis*, Caj. proceris nempe quercubus [x]; vel, quòd hîc Deus Abrahæ apparuit [y], unde alii, *convallis ostendentis*, vel *monstratoris*; vel, quia indè Deus monstravit ei terram Canaan [z]. *Convallis timoris*, Caj. quia Deus, timendus, hîc visus est. *Vallis visionis*, Sa. Aliis est nomen proprium, vel viri Cananæi, vel loci; sic Ge. in M. F.co. Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. P. Ti. Ca. Ma. Quibusdam *idem locus est cum eo qui Mamre dicitur*, V. Ità Sy. & Ar. vertunt, *quercum Mamre*. ¶ *Cananæus tunc erat in terra*] Qu. Quorsum hoc inseritur huic loco? Et si Moses hoc scripsit, annon & eo scribente Cananæus erat in terra? Resp. 1. Ibi quidem erat, sed statim exterminandus; adeóque tanquam in terra non exsistens, more prophetarum, appositè innuitur: Non sic tempore Abrahami. 2. Notat hoc Moses ut insigne documentum fidei Abrahæ, licèt se à Deo evocatum veluti è fumo in ignem incidisse cerneret, & terram sibi à Deo promissam videret incoli ab hominibus impiissimis & idololatris, quorum cultui altare suum (v. 7.) opposuit [a].

8. *Et indè transgrediens*, וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם] *Et evulsit indè*, Mo. (*transtulit de ibi*, M. *eradicavit*, O.) vel *se*, ità D. P. Pi. Mo. vel *tentorium suum*, M. V. D. O. refigens *indè*, scil. tentorium, J T. Alii sic, *digressus est*, Sy. *recessit*, ὁ'. *ascendit indè*, Ch. Nam verbum (quorundam opinione) potest esse transitivum vel intransitivum [b]. ¶ *Habens Bethel ab occidente*, ità Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. J T. מִיָּם] *A mari*, Mo. Ma. Pi. Intelligitur mare mediterraneum [c]; quod Judææ est ab occidente [d]. *Bethel* per prolepsin dicitur [e], si eadem sit quæ Gen. 28 [f]. Ad eum locum versùs Deum orabat, ut quàm longissimè discederet à more Chaldæorum, qui Solem orientem venerabantur. Contrà, Christiani versùs Orientem orabant, tum ad exprimenda loca quædam Scripturæ de Christo agentia, tum ut à Judæis se discernerent [g]. ¶ *Altare*] Ubivis professus est (non sine gravi invidia) purum Dei cultum; tum ne communes haberet ritus cum impiis, vel Gentibus; tum ut familiam suam in pietate retineret [h]. ¶ *Invocavit nomen ejus*] Sic Sa. Sy. P. vel, *in nomine Domini*, ὁ'. Ti. A. i. e. oravit, Ch. M. ut Joel. 2. 32. A. ¶ *Et invocavit nomen ejus*, וַיִּקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה] *Et vocavit in nomine Domini*, i. e. professus est verum Dei cultum. Vide Gen. 4. 26 [i]. *Vocavit eum nomine ipsius*, Ar. Potest sic verti, *Prædicavit de nomine Jehovæ*, A. Pi. ut Esa. 40. 3, 6. *vocare*, vel *clamare*, ad Deum, est *orare*, ad homines, est *prædicare* [k].

9. *Ad meridiem*] Ità ferè omnes; sic Aq. Sym. Notant Hebræi, ה in הַנֶּגְבָּה habere vim τῆς ל. *Auster* נֶגֶב dicitur à *siccitate*, quia pars illa siccior reliquis [l]. *In meridianum tractum*, J T. scil. Cananææ, versùs Ægyptum [m]. *In deserto*, ὁ'. In Scriptura *Meridies*, *Auster*, *Desertum*, quod ad situm, idem significant [n].

[l] D. [m] V. [n] G. [o] Me. [p] D. [q] F. [r] Bo. [s] D. in Gen. 33. 18. [t] M. [v] M. F.co. [x] Me. [y] F.co. [z] Masius in La. [a] Ità ferè Par. [b] V. [c] Pi. [d] AE. M. Me. [e] Me. G. Bo. [f] Bo. [g] G. [h] V. [i] Ma. [k] A. [l] D. [m] Ma. [n] Me.

10. *Fames*] Missa ad exercendam ejus fidem: Ab ea enim terra exire cogitur in qua Deus eum multiplicare promisit, nec tamen diffidit [o]. ¶ *Descendit*] Rectè; nam terra Canaan altior Ægypto [p]. ¶ *In Ægyptum*] Quia ibi fertilitas; & quia propinqua erat [q]. Vel, quia in Mesopot. redire prohibitus est à Deo [r]. *Misraim* hîc ponitur pro *terra Misraim*, ut 2 Par. 5. 10. collat. cum 1 Reg. 8. 9 [s]. ¶ *Ut peregrinaretur ibi*] Sic ὁ'. Ch. Sa. Ang. non, *ut habitaret*; spem promissæ terræ nunquam abjecit [t]. ¶ לָגוּר] *Ut habitaret*, Sy. Ar. M. *Ad trahendum ibi* & se, & res suas, vel vitam, vel tempus [v].

11. *Cùm propè esset*, &c. כַּאֲשֶׁר הִקְרִיב] *Quum jam ingressurus erat*, V. Ità Sy. Ar. Alii, *quum admoveret*, sub. tentorium, V. Ma. *cùm appropinquare fecisset*, scil. familiam, M. ¶ *Novi quòd*, &c.] Omisit noster הִנֵּה־נָא, quæ vertunt, *jam nunc*, q. d. quum has meridianas fœminas contemplor, & te cum illis comparo [x]. At tum dixisset, זֹאת הַפַּעַם, ut Gen. 2. 23 [y]. *Jam quidem*, *sanè*, *profectò*, V. Est tantùm audientiam conciliantis. Hinc & Vulg. & Græc. omittunt. Malè ergò hinc colligunt Hebræi, Saram ante id tempus intactam Abrahamo. Rectiùs notes, molestam peregrinanti sarcinam formosam mulierem [z]. נָא est obsecrantis vel adhortantis [a]. ¶ *Quòd pulchra*] Noverat audaciam & incontinentiam illius populi. Non vana suspicio [b]. Qu. Quomodo tam pulchra tum 65 annos nata [c]? Resp. 1. Pulchra erat comparatè ad Ægyptias. Non placet; nam pulchra visa est & Palæstinis [d]. 2. Scriùs illo ævo senectus sentiebatur [e]. Major tunc erat vigor & vivacitas. 3. Ad hoc profuit & sterilitas, cùm aliorum succus nativus frequenti liberorum gestatione & lactatione exhauriatur. 4. Est quædam venustas quæ ætate & senio non tollitur. 5. His adde providentiam Dei, qui voluit eam vetulam matrem fore, & fidem interim Abrahæ hoc modo exercere [f].

12. *Interficient*] Minus crimen reputabant homicidium quàm adulterium [g].

13. *Dic quòd soror*] Non mentitus est [h], sed veritatem cautè occultavit [i]. Nam soror erat, Gen. 20 [k]. & *nepotes neptésque* Hebræis *fratres* & *sorores* vocantur, Gen. 13. 8, 11 [l]. Fortassis hoc fecit Dei instinctu, quòd graves Auctores affirmant [m]. Qu. An licuit ei exponere Saram periculo adulterii? Resp. Non licuit formaliter, & id intendendo, nec fecit; materialiter, permittendo si vis inferretur, potuit: sed fidebat Deo & castitati uxoris [n]. Periculum famis gravissimum erat, & proximum, ideóque vitari debuit: Periculum de uxore non ità propinquum erat [o]. Hoc factum Abrahæ infirmitate non videtur carere [p]. ¶ *Ut bene sit mihi propter te*, ità ὁ'. Ch. Sa. Mo. M. Sy. Ti. לְמַעַן יִיטַב לִי בַעֲבוּרֵךְ] *Propterea quòd*, vel, *ad correspondentiam*, (q. d. si huic dicto tuo, nempe quòd *soror mea es*, correspondebit *bene mihi esse*,) *bene erit mihi in transitione tua*, i. e. si hoc transigeris; vel, ad te transibit gratia hujus facti. בַּעֲבוּר vertunt *propter*, &c. Significare notant transitionem à causa ad effectum, & contrá [q]. ¶ *Vivâtque anima mea*] i. e. *Vivam ego*. Sic, *moriatur anima mea* (i. e. *moriar ego*) *morte justorum*. Sic Ennius de Hannibale, *quem credidit esse meum cor*, i. e. quem ego credidi esse. Alii, *vita mea conservetur*: *anima* pro *vita* [r]. ¶ *Ob gratiam tui*] Vel, *gratiâ tui*, Ti. Si. M. Ma. V. *tui causâ atque operâ*, Ca. ¶ בִּגְלָלֵךְ] *Propter te*, ὁ'. Sa. Ar. Mo. P. *in devolutione*, vel *revolutione*, tua, h. e. occasione tui. Occasio facilè volvitur. Vel, si devolveris in me hoc beneficium. *In involutione tua*, i. e. secreto tuo, aut *fictione tuâ*, quâ me fratrem vocabis [s].

14. *Et viderunt*] Ità V. & omnes. Ut solent aulici etiam lenocinio gratiam Regum quærere [t].

15. *Et nunciaverunt*, וַיִּרְאוּ] Alii omnes, *Et viderunt*. ¶ *Pharaoni*] Id nomen Regibus Ægypti commune mansit ad tempora Ezec [v]. Fortè hinc insula *Pharos* [x]. *Pharao* (à פָּרַע) sign. liberum & immunem esse [y] ab operibus & oneribus [z]: item *ulcisci* seu *vindicare subditos* [a]. ¶ *Et laudaverunt eam*] Ità plerique; *celebrârunt*, Ar. propriè *extulerunt*, scil. laudibus, O. Ma. ¶ *Et sublata est*, וַתֻּקַּח] *Ducta*, Sy. *abducta*, P. *capta*, J T. A. Glas. *rapta fuit*, Ar, Ti. *accepta*,

[o] L. [p] L. Me. La. [q] L. [r] Me. [s] A. [t] L. [v] Ma. [x] Jun. [y] Pi. [z] G. [a] Ma. [b] Me. [c] Me. Riv. [d] Riv. [e] Me. [f] Riv. [g] L. [h] L. E. Me. Ti. [i] L. [k] E. [l] T. [m] Me. [n] T. Me. [o] L. [p] A. [q] Ma. [r] D. [s] O. [t] G. [v] G. L. [x] G. [y] A. Me. [z] Ma. [a] A.

cepta, Ma. *accersita est*, Ca. h. e. capta, in domum perducta est. Sic לָקַח accipitur cap. 15. 9, 10. Exod. 18. 2. & 27. 20. Num. 19. 2. & Ester. 2. 16. Metalepsis hæc est, vel Synthesis, quâ brevitatis causâ unum quandoque verbum pro duobus ponitur[b]. ¶ *In domum*] Qu. Num eam cognoverit Pharao? Resp. Videtur quòd non. 1. Sic cap. 20. evênit. 2. Reges non ad se statim admittebant, nisi priùs purgatas & præparatas, ut patet ex libro Ester. 3. Plagæ immissæ ardorem ejus represserunt[c]. ¶ *In domum*] Non ad stuprum, sed ut esset uxor saltem secundaria[d].

16. *Abram bene usi sunt*] Etiam quia illos tunc docuit Astronomiam, ut ait Josephus[e]. ¶ *Fuerunt ei*, &c.] i. e. Habuit, ut Luc. 9. 13. collat. cum Matt. 14. 17[f]. Nempe ex dono Pharaonis, ut sit expositio illius quod dixerat, *benefecit*, &c[g]. ¶ *Asinæ*] Ità ferè omnes. [At o'. ἡμίονοι, *muli*.]

17. *Flagellavit plagis*, simil. omnes, וַיְנַגַּע נְגָעִים] Fecit Abraham quod poterat; & residuum, scilicet castitatem uxoris, Deo commisit, protectori omnium sperantium in se, qui eam hoc modo conservavit[h]. ¶ *Plagis*] Non ut adulterum, sed ut tyrannum, quia invitam rapuisset[i]. Qu. Quibus plagis eum affecit? Resp. Peste & seditione[k]. Morbis & cruciatibus insolentibus[l]. Fluxu seminis, ut concubitus gravis esset, vel impossibilis[m]. Conclusione vulvæ, (sic nostri, ait L.) ut parere non possent; & sterilitate (ut Gen. 20. ult.[n]) tam hominum quàm animalium[o]. ¶ *Propter Sarai*, ità Ch. Sy. Ar. M. Ti. AE. in M. עַל־דְּבַר שָׂרַי] Heb. *super verbum Sarai*, i. e. rem, seu causam[p]. *Verbum* pro Re frequens est, 1 Reg. 15. 5. Luc. 2[q]. Hebræi dicunt Sarai habuisse Angelum custodem corporis, & cùm dicebat ei ut percuteret Pharaonem, tunc percutiebat, ut eam cognoscere non poterat[r]. ¶ *Et domum ejus*] Aulicos, quorum indicio abducta Sarah; quia hi participes sceleris[s].

18. *Quòd uxor esset*] Qu. Unde hoc scivit? Resp. Vel ipse suspicatus est[t]; vel revelavit Deus[v]; vel ex ipsa Sarai[x]; vel ex plagis[y].

19. *Ut tollerem*, &c. וָאֶקַּח] *Et tuli*, vel *sumpsi*, vel *accepi*, plerique. (Et pro *nam*, ut Esa. 39. 1. coll. cùm 2 Reg. 20. 12[z].) *Ut acceperim*, Ar. *ut ducturus fuerim*, J T. *ità ut potuerim accepisse*, Belg. Ang. Posset verti, *propterea non dubitavi eam ducere*; nam plures uxores permissæ[a]. ¶ *Vade*] Non dicit, *terra coram te*, ut Gen. 20. Sciebat enim Ægyptios esse luxuriosos[b].

20. *Præcepit*] Pharao plagis affectus propter Abrahamum, qui erat pastor Hebræus, legem tulit, nè in posterum cum Hebræis vel exteris pastoribus familiariter versarentur, ità ut cum iis comederent & biberent: quod Ægyptii strictè observârunt, Gen. 42. 32. & 46. 34[c]. *Præcepit super eum*, vel *de eo*, ità plerique; i. e. commisit curam illius certis hominibus, Ar. P. ¶ *Et deduxerunt*, וַיְשַׁלְּחוּ] *Et dimiserunt*, Mo. P. Ma. *& comitati sunt*, Ch. Belg. *ut comitantes dimitterent*, o'. Sa.

[b] Glass. Gram. p. 229. [c] E. [d] La. Bo. [e] L. [f] A. [g] Ma. [h] L. [i] Me. La. [k] Jo. in T. [l] Ph. in T. [m] He. in L. [n] T. [o] Me. [p] O. Pi. [q] Ma. [r] L. [s] Me. L. [t] Me. La. [v] L. Me. Chrys. in La. [x] Me. La. [y] Ly. [z] A. [a] V. [b] L. [c] Li. in harm. vet. test.

CAP. XIII.

1. ET *omnia quæ habebat*, וְכָל־אֲשֶׁר לוֹ] *Et omne quod ei*, Mo. vel, *quicunque erant ipsi*, i. e. omnes domestici ejus. Si verò simul intelligantur facultates, tum earum respectu metaphora κατα χρηστικὴ erit in verbo *ascendendi*[d]. ¶ *Ad australem plagam*] Quomodo hoc verum, cùm ex Ægypto tenderet in Septentrionem? Resp. Locus iste *Australis* dicitur non respectu Ægypti, (sic enim ad Aquilonem erat[e],) sed respectu terræ *Israel*, vel *Canaan*[f]. Ad Judæam enim semper mundi plagas accommodat Scriptura, utpote Judæis scripta[g]. *In meridianum tractum*, J T. scil. *Cananææ*, ex quo antè descenderat in Ægyptum[h]. [At o'. vertunt, *in desertum*.]

2. *Dives*, ità o'. M. P. Sim. Sy. כָּבֵד] *Gravis*: nam divites multa secum trahunt onera & impedimenta[i]. *Gravis*, i.e. plenus opibus, licèt descenderat in Ægyptum pauper[k]. *Gravis*, 1. rebus antè partis, Gen. 12. 5[l]. 2. rebus donatis à Rege[m]. ¶ *In possessione*, &c.] Heb. *in possessione, argento, auro*. Vel Hendiadis est, pro possessione argenti, &c. vel possessio ab argento, &c. secernitur[n]. ¶ בַּמִּקְנֶה] Vertunt, *in pecore*, o'. Ch. Sa. Mo. J T. M. P.

[d] Pi. [e] Bo. La. [f] RS. in M. V. L. Me. La. Bo. [g] Me. La. [h] Pi. [i] Me.

3. *Reversus est per iter quo venerat*, לְמַסָּעָיו] *Per profectiones*, vel *mansiones*, *suas*, V. Ch. per eadem hospitia quibus usus esset cùm Ægyptum intraverat[o]; per *stationes suas*, Sy. vel *diversoria*, Ar. *Ivit suis itineribus*, i. e. sibi cognitis & commodis, ut quibus antè descenderat[p]. *Ivit ad profectiones suas*, Mo. Ti. Ma. Alii sic; *Incessit secundùm turmas suas*, h. e. prout copiæ & turmæ quas secum habebat progredi poterant, illis videlicet se accommodando. A E. sentit multitudinem turmarum cùm quibus reversus fuerat significari[q]. ¶ *Prius*, בַּתְּחִלָּה] *In principio*, Sa. Ar. Mo. vel, *in initio*, quum scilicet nuper primùm in Cananæam venisset[r]. ¶ *Bethel*] Sic omnes. [At Ar. *Inter domum Ail*, & Sa. *Beth-Hailah*.]

4. *In loco altaris*] Fortasse post discessum ejus à *Chaldæis* [diceret, opinor, à *Cananæis*] destructi; vel ab ipsomet Abram, nè idololatræ illud contaminarent[s]. ¶ *Et invocavit*] Gratias Deo agens pro conservatione[t]. *Oravit*, Ch.

6. *Nec poterat capere*, &c.] Nempe, ob penuriam pascui ad tam numerosos greges[v]. ¶ וְלֹא נָשָׂא] *Et non ferebat*, Mo. J T. i. e. non poterat ferre. Sic, *Quis judicabit?* 2 Chronic. 1. 10. pro, *Quis judicare potest?* 1 Reg. 3. 9. &, *Non exit*, Matt. 17. 21. pro, *Non potest exire*, Marc. 9. 29[x].

7. *Rixa*] Quia sibi quilibet ex aquis & pascuis optima vendicabat[y]. ¶ *Cananæus & Perezæus*] Qu. 1. Quis Cananæus? Resp. [Cananæi hi erant specialiùs sic dicti. Vide quæ ad Gen. 10. & B P. l. 4. c. 36.] Qu. 2. Quis Perizæus? Nulla enim hujus populi mentio Gen. 10. Resp. Cananæorum familia esse videtur[z]. פְּרִזִּי dicti vel quasi *villici* & *pagani*, agreste hominum genus, qui in solis pagis (Heb. פְּרָזוֹת) & procul ab urbibus degerent[a]: vel quasi *irruptores*, quòd latrociniis infames essent[b]. Qu. 3. Quorsum isti hîc memorantur? Resp. Ut gentes illi loco conterminæ; vel, ut redderet rationem cur terra illos capere non posset, quia illi populi meliorem pascuorum partem occupâssent[c]; vel, ut periculum innueret, nè efferis illis gentibus aut prædæ essent, aut scandalo[d]. ¶ *In terra illa*] Ità ferè omnes. בָּאָרֶץ, [pro בְּהָאָרֶץ. Kametz sub ב & ante א indicat ה exclusum esse.]

8. *Nè sit*, &c.] Nota modestiam Abrami, & parùm gratum Loti animum, quòd ei non reliquerit optionem[e]. *Iratus Aristippus adversus Æschinem, eum convenit, &, Memento (inquit) me seniorem te primùm compellâsse. Rectè, (ait Æschines) quia me multò melior es. Ego quidem inimicitiæ, tu amicitiæ auctor es*: Laert[f]. ¶ *Et inter pastores*] Et pro *aut*, ut Exod. 21. 17. collat. cum Matt. 15. 14. Sic Psalm. 8. 5. collat. cum Heb. 2. 6[g]. ¶ *Fratres*] Naturâ, A. cognati, La. Bo. Pi. & fide, A. Heb. *viri fratres*. Redundat *viri*, ut Matt. 13. 28. Luc. 24. 7. Confer 1 Sam. 31. 3. & 1 Chron. 10. 3. item Exod. 2. 14. cum Act. 7. 27[h].

9. *Coram te est*] Habitatores parati sunt vendere, vel locare[i]. Vel, eligere potes quamvis partem; nempe tanquam conductor, ad inhabitandum, non tanquam possessor[k]. ¶ *Si ad sinistram*] i. Septentrionem. *Dextram*, i. meridiem[l]. Sic erant Ægyptiis, teste Plutarcho in Iside. Converso enim ad Orientem vultu, tanquam præcipuam orbis partem, remanet meridies à dextris, &c[m]. *Hinc* קֶדֶם *antè* Hebræis est *oriens*, & אָחוֹר *retrò* est *occidens*. Non illi erant Aristotelici, quibus Ortus dextrum, Occasus sinistrum, &c[n]. ¶ Heb. אִם הַשְּׂמֹאל] *Si ad sinistram*, o'. Ar. Mo. Deest verbum, ut 2 Chron. 10. 11. *Ego scorpionibus*, supple ex 1 Reg. 12. 11. *castigabo*. Confer 2 Sam. 23. 8. cum 1 Chron. 11. 11[o]. Ità hîc supplendum vel, *si elegeris*, ex v. 11. Pi. A. vel, si sinistram *versus discesseris*, J T. vel, si sinistra *placuerit*. Sic, *si dextra*, scil. placuerit, Ma. [*Ità* ה *ante* dextram *&* sinistram *erit emphaticum*,

[k] V. [l] Ma. [m] Ma. Bo. [n] Bo. [o] Sic RS. M. L. [p] Jun. Pi. Belg. [q] F. [r] Pi. [s] L. F. [t] Me. [v] Jun. [x] A. [y] Me. post L. La. [z] A. [a] Ma. B P. 4. 36. 348. [b] Ma. [c] Cl. Ma. [d] Ma. Me. La. [e] E. [f] Ga. [g] A. [h] A. [i] Me. La. [k] Ma. [l] V. G. [m] Bo. La. [n] G. [o] A.

ticum, non locale, ut plerique sumunt.] *Major dividat, minor eligat*, lex vetus [p], (in herciscunda familia [q]) quam laudant Ambros. & Aug [r].

10. *Elevatis oculis*, &c.] i. Circumspexit. Confer Matt. 17. 8. cum Marc. 9. 8 [s]. ¶ *Vidit omnem circà regionem Jordanis*, ità ο'. [כִּכַּר] Vertunt *planitiem*, Ch. Sa. Mo. M. P. *pratum*, Ar. *orbem*. Al. reducunt ad כור, Ma. Et כִּכַּר sign. vel *partem, frustum*, ità O. quòd sit veluti fossa & circumcisa ex toto; vel orbicularem aliquam portionem, seu regionem, quæ sit veluti circumcisa [t]. ¶ *Universa irrigabatur*, [כֻלָּהּ מַשְׁקֶה] *Tota rigans*, Mo. quasi esset participium Hiphil. At participium masc. non convenit cum fœm. כִּכָּר. Est ergò substantivum [v]. *Totum ejus irrigatio erat*; Met. adjuncti [x]. ¶ *Sicut paradisus Domini*] i. Sicut Mesopotamia. Hæc enim & Ægyptus terræ fœcunditatis eximiæ [y]. Sicut hortus ille, Gen. 2. 8 [z]. Vel, sicut hortus vel locus amœnissimus. Omnia in suo genere excellentissima *divina*, seu *Dei*, esse dicuntur [a]. ¶ *Sicut Ægyptus venientibus in Segor*] i. Ut erat pars illa Ægypti quâ itur in Segor [b]. Non placet. 1. Quia Sodomam potiùs aut Gomorrham nominâsset, (utpote celebriores) quas non minùs quàm *Segor* hæc pars Ægypti respicit [c]. 2. *Segor* remotior erat ab Ægypto, &c [d]. Referendum ergò ad illud, *irrigua erat venientibus (veniendo) in Segor*; i. à loco in quo Abram erat [e], vel à reliqua parte Judææ [f], eundo versùs Segor [g]; seu, incipiendo à Segor, & ulteriùs deinceps ad Jordanis ripam progrediendo [h]. ¶ [בֹּאֲכָה] *Veniente (ingrediente*, Mo. P.) *te in Zoar*, M. A. *usque dum venias in Segora* [i], ο'. Notandum Jordanem exundare solitum ut Nilum, Jos. 3. 15. Eccles. 24. 36. & 1 Paral. 12. 15 [k].

11. *Elegitque*] Non sine culpa, quòd elegit locum cujus habitatores pessimi; nisi fortè aut nondum erant adeò mali, aut hoc ipse ignorâsset [l]. Permisit Deus eum decipi, ut bono exemplo Lothi Sodomitæ ad virtutem provocarentur, & promissio Abrahæ facta impleretur, & moneremur amœniora non præferre salutaribus [m]. Videtur enim punitus captivitate, &c [n]. ¶ *Recessit ab oriente*] Ità vertunt מִקֶּדֶם Mo. & ferè omnes. Ità Græci, G. Obj. At Pentapolis Loto & Betheli erat *ad orientem*. Resp. 1. Sensus est, abiit è loco qui dictus erat *Oriens* [o], (vide Gen. 12. 8. & 13. 3. La.) quique magis directè versùs Orientem respiciebatur à Palæstina, quæ Pentapolin potiùs à meridie respexit [p]. 2. Ellipsis est, *ab oriente*, pro, *in regionem sitam ab oriente*, scil. respectu terræ Canaan [q]. 3. Alii vertunt, *ad (vel versùs) orientem*, Ar. JT. Belg. Ang. BP. 1. 9. [Notandum מִן Hebræis sæpe significare *versùs*; ut suprà 2. 8. 1 Sam. 14. 15. 2 Sam. 2. 2. collat. cum 1 Par. 13. 6. ubi plura de eo annotata reperies.]

12. *In Canaan*] h. e. Ubi habitabant Cananæi strictè sic dicti [r]. ¶ *Habitavit in Sodomis*, [וַיֶּאֱהַל עַד סְדֹם] *Et tetendit* (sive *exposuit*, Sa. P. Ti.) *tabernaculum*, Mo. Ch. vel, *movit tentoria*, JT. *usque ad Sodom*, omnes: ibique tandem sedem fixit [s].

13. *Coram Domino*, [לַיהוָה] i. *Contra Jehovam*, vel *coram Jehovah*, V. A. i. eximii peccatores, non solùm judicio hominum, sed Dei, qui falli nequit [t]. Vide ad Gen. 10. 9 [v]. *In Dominum*, Sa. Ar. *Domino*, Mo. P. in injuriam Dei, Bo. vel, palàm & inverecundè, ipso Deo, & Sole inspectante [x].

14. *Dixit*] Sic approbans separationem. Rixæ erant causa perturbationis: At Divinæ revelationes solent fieri mentibus sedatis & quietis [y].

15. *Quam conspicis*] At exiguum erat quod conspicere posset. Aug. respondet, promisisse totam illam terram, sed non solam. Alii volunt è monte excelso ostensam totam terram; vel speciem totius terræ objecit Abræ, sicut Mosi Deut. 34. 1. & Christo Matt. 4. 1 [z]. ¶ *Tibi & semini tuo*] i. Tibi in semine tuo. Et est explicativum. Dabo tuis in tui gratiam [a]. *Et* pro *id est*, A. La. ut 1 Chron. 21. 12. coll. cum 2 Sam. 24. 13 [b]. ¶ *In sempiternum*] Quamdiu durabit Hebræorum respublica: vel promissio conditionem habet, nempe, si officium fecerint; vel respexit ad terram viventium, & spirituale semen Abrahæ [c]; vel

[p] G. [q] Me. [r] Me. [s] A. [t] Ma. [v] Ma. [x] Pi. [y] G. Jun. [z] Me. [a] Bo, Belg. [b] V. [c] La. [d] Bo. [e] La. [f] Bo. [g] La. Bo. [h] Bo. [i] Ma. [k] Bo. [l] E. [m] Me. [n] E. in v. 8. [o] La. Bo. [p] Bo. [q] Pi. [r] Bo. [s] Jun. [t] T. ex. Bo. [v] Me. [x] La. [y] L. [z] Me. Bo. [a] Me. [b] A. [c] Me. ex La.

עוֹלָם est *longum tempus*, i. donec Messias natus fuerit, &c [d].

17. *Perambula*] Non præcipit, sed offert: q. d. si vis scire quanta & qualis sit, perambula; miraberis, & gaudebis *. Dicis causâ possessionem sume. Possessio *ambulando* significatur, L. possideri, §. de acquis. possess †.

18. *Juxta convallem*, [בְּאֵלֹנֵי] *In quercubus*, i. in querceto, V. A. Mo. P. Ma. vel, *juxta quercum*, ο'. Sy. Ti. vel, *in planitie*, Ch. apud V. *in convalli*, M. vel *planitie* roboreis sylvis consita, (ut moris erat ante mœnia civitatum [e].) Dicta est *Mambre*, vel ab urbe Hebron, quæ *Mambre* Gen. 23. in fine, vel à viro [f]. Hæc vallis erat viri Amorrhæi Mambre [g]. *In Hebron*] Non in urbe, sed vicinia [h]. Dices, Hebronis nomen Mose posterius fuisse. Hinc conjectant quidam, (nec levis est suspicio) Pentateuchum, ut modò exstat, non esse à Mose conscriptum; putántque Esdram, aut alium divinum Scriptorem, interjectis hinc illinc clausulis opus illustrâsse, & explicatius reddidisse [i]. ¶ *Ædificavit altare*] Abraham religiosus ubique Deo erigit altaria, dicítque Domino, *A te principium, tibi desinet* [k].

[d] Belg. * Me. ex La. † G. [e] T. [f] Me. [g] T. [h] T. Me. [i] Ma. [k] Me.

CAP. XIV.

1. *Factum est*, &c.] Jo. hoc bellum vocat Assyriorum, qui & Chaldæorum dynastias sibi conjunxerunt. Et quatuor hi Reges fortè erant præfecti aut satrapæ Assyriorum [l], qui & Reges dicuntur, vide Esa. 10. 8. & sub aliis Monarchiis Reges fuerant [m]. ¶ *Rex Sennaar*, [שִׁנְעָר] *Babylonis*, Ch. in V. Me. O. La. Bo. A. ¶ *Rex Ponti*] Ità Aq. Sym. & Procop. in D. Me. Non Ponti Euxini, sed alterius vicinioris [n]. Pontum quidam volunt esse civitatem Cœlesyriæ, quæ *Hellas* dicitur [o]. Sed hæc mera est conjectura [p]. Existimant Syriam esse [q]. LXX & Oncelos retinent *Ellasar* [r]. Videntur esse *Elisari* in *Arabia* Ptolemæo nominati [s]. ¶ *Elam*] i. e. *Persarum*, Me. Vide suprà 11. 22. & V. R. C [t]. ¶ *Thadal rex Gojim*] Urbis aut provinciæ sic dictæ [v]. In Genesi magn. גוֹיִם *locus ità dictus, quòd eò convenissent plurimæ nationes, quæ Regem constituerunt super se nomine Thadal* [x]. *Terram Gentium* Hebræi putant esse provinciam in Oriente [y]. Alii sic, *Rex Gentium*, i. e. *convenarum*, nempe in Galilæa, ut puto argumento Jos. 12. 23. Adde quæ ad Matt. 4. 15 [z]. *Rex Galilææ gentium*, ità Masius in Jos. 12. 9. Me. Ea sic dicta erat, quòd à vicinis gentibus fertilitatis & mercaturæ causâ incoleretur [a]. Hoc aliquando suspicatus fui. Nam גָּלִיל, quod reddunt *Galilæa*, significat *limitem* vel *terminum*, i. e. regionem, Gentium. *Terminus* enim pro *regione* poni amat. Magis placeret, si antiquitùs sic vocata esset. Nam imbibi *Galilæam gentium* dictam (quæ inferior erat) respectu superioris, quam Israelitæ habitabant. Quidam legunt, *Rex gentium*, scil. *aliarum* à memoratis. Cave spernas; nam *alius* interdum desideratur, ut Gen. 36. 6. *ivit in terram*, i. *aliam*. Contrà, *alius* valet *Deus alius*, Psal. 16. 4 [b]. Vel *gentes* hîc accipiuntur pro erronibus ac profugis ex variis gentibus, quibus asylum dederit hic Thadal [c]. Sym. legit Rex *παμφυλίας*, q. d. *convenarum* [d]. Forte in mente habuit quòd *φύλη* est *gens*, ut Pamphylia sit regio à variis gentibus culta; expende. Vers. 9. vocat Regem Σκυθῶν. Notum ut populus ille variarum gentium multitudine semper abundaverit [e]. Vide quàm vetus sit, Reges majores minoribus negotium facere [f]. Reges hîc vocat Moses qui in oppido aliquo aut mediocri hominum cœtu primatum tenebant [g].

3. *Convenerunt*, ità plerique, [חָבְרוּ] *Conjunxerunt*, sub. *copias*, JT. V. *consenserunt*, ο'. ¶ *In vallem sylvestrem*] Vel *salsam*, ο'. vel *campestrem*, Ch. Sa. Ti. vel *Siddim*, Mo. M. P. Ti. h. e. *camporum*, M. vel *Siddimorum*, JT. vel *Sodomitarum*, Sy. vel *devastatam*, Eugubinus in M. At tunc fuisset שֵׁדִים, M. ¶ [אֶל עֵמֶק הַשִּׂדִּים] Aliis est nomen proprium, *in Emec hasiddim*, V. Alii vertunt, *in valle amœnissimorum agrorum*, M. Alii, *in planitie*

[l] Ma. Bo. [m] Bo. [n] Me. [o] La. [p] Me. [q] A. [r] D. [s] G. [t] G. ità A. [v] V. [x] D. [y] M. [z] G. [a] La. [b] D. [c] Me. ex Bo. [d] G. [e] D. [f] G. [g] V.

nitie agrorum, quæ sic appellata à multis agris ibi aratis [g]. *In prato agrorum*, Ar. AE. solus sic, *Locus ubi* סיד vel שיד, (quod *calcem* & *bitumen* significat;) quòd hîc multum bituminis [h]. ¶ *Mare salis*] Sic dictum juxta quosdam Hebræorum à sale qui mixtus erat pluviæ cœlesti [i]. Vel quia tunc salsugine & bitumine plena fuit aliquâ parte, (ut ex puteis v. 10. constat) licèt alibi regio amœnissima fuit [k]. Vel quia postea talis facta est [l]. ¶ *Mare salis*] Confer Deut. 29. 23 [m].

4. *Chedorlaomer*] Hic erat hæres *Canaanis*, juxta Noæ prophetiam: Erat enim ex *Elam*, filio natu maximo Semi, (cui hæc terra data est [n].)

5. *Raphaim*] *Gigantes*, Me. ό. Ch. Sy. Sa. Mo. Sic dicti vel à רָפָא *sanare*, q. d. *sani, validi*; vel à רָפָה *dissolvere*, quòd aspectu suo vires hominum dissolvebant [o]. [Vide Gen. 6. 4.] Erant hi homines latrocinantes, quales illi Job. 1 [p]. Habitârunt hi in Basan, quæ ideo dicta *terra gigantum*, Deut. 3. 13 [q]. Aliis est nomen urbis, vel populi, ex posteris Canaan, qui *Raphæi* Gen. 15. 20 [r]. ¶ *In Astaroth Carnaim*] Sic dicta erat, vel 1. à bicipiti monte [s]; vel 2. à situ ejus, arietis cornibus simili [t]. Nomen erat urbis in Basane, Jos. 13. 31 [v]. Vel 3. ab idolo Dianæ, seu Lunæ, (quæ bicornis pingi solebat) quod ibi colebatur [x]. Hæc est celebris illa *Astaroth*, seu *Astarte*, de qua vide Jud. 1. 15. & 1 Reg. 11. 5. Vel 4. à gregibus *ovium* (עַשְׁתְּרוֹת *oves* sign.) eximiè cornutis, quæ ibi erant [y]. ¶ *Zuzim*, ità G. D. M. P. Mo. Ti. [זוזים] Alii vertunt *robustos*, vel *fortes illos*. Sic ό. Ch. Sa. Sy. LXX legebant זוזים, ἔθνη ἰσχυρὰ [z] vel putabant מְזוּזָה *postem* & זוזים ex eadem radice ortum *robur* consignificare [a]. ¶ *Cum eis*] Ità ό. Sa. Sy. Ma. quasi esset, בָּהֶם. Quæ lectio reperitur in Genesi magn. D. obs. 15. 3. ¶ [בְּהָם] *In Ham*; sic Ch. & Sy. teste G. sic Ful. ib. Omnia exemplaria legunt בְּהָם, D. obs. ib. ¶ *Emim*, ità plerique, [הָאֵימִים] *Et accolæ*, Sy. & *horrendi*, Ch. Populus gigantum erant, Deut. 2. 10, 11 [c]. ¶ *In Save*, ità Mo. Me. ό. & plerique, [בְּשָׁוֵה] Vertunt, *in planitie*, nempe urbis Chariathaim, Ti. Sy. A. O. à שָׁוָה *æquare*, O.

6. *Chorræos*] Qui se receperant in montem suum *Seir* [d]. ¶ *In montibus Seir*, ità ό. Sa. Sy. Ar. [בְּהַרְרָם שֵׂעִיר] *In monte eorum* (vel *suo*, JT.) *Seir*, Mo. P. Ma. JT. ¶ *Usque ad campestria Paran*, ità Ti. [עַד אֵיל פָּארָן] *Ad planitiem Paran*, Ch. Sa. Mo. P. M. *Paran* nomen civitatis & montis, Num. 13. 1. Deut. 32. 2 [e]. 1 Sam. 25. 1. Hab. 3. 3. & deserti: vide Gen. 21. 21. & Num. 10. 12 [f]. *Ad arietem*, (id איל *aial* sign.) figuratè sic dictum, *frontispicium Paran*, Ma. Alii, *ad terebinthum Paran*, ό. Sy. Sedes postea Jobi fuisse creditur [g]. Ità Scholion habet. Hinc Hesychium illustrabis: Τερέβινθος, πόλις Ἰώβ [h]. Alii legunt *El-paran*, V. sic RS. Non admodum displicet [i].

7. *Ad fontem Misphat*] Sic Sa. sive *judicii*, ό. Sy. Ar. *Oculus* vel *fons judicii*: sic dictus, vel quòd ibi judicia inter vicinos exercebantur, Ch. & RS. in F. vel quòd Judæi ibi murmurarent, & veluti judicio expostularent cum Mose, & Deus miraculo litem diremit [l]; vel quòd Moses & Aaron ob incredulitatem damnati [m]. ¶ *Omnem regionem*, ità Ch. M. Ti. [שְׂדֵה] *Agrum*, Sa. Mo. P. Ma. Ager pro regione sumitur, Gen. 32. 3. & 36. 35. & Psal. 78. 12. & Hos. 12. 12 [n]. [At ό. & Sy. habent *principes*: videntur legisse שָׂרֵי *principes*.] ¶ *Amalecitarum*] Per anticipationem; nam *Amalech* nondum natus [o]. Sensus est, percusserunt incolas istius regionis, quam postea occupaverunt *Amalecitæ*, inter Ægyptum & terram Canaan, Glas. Gram. p. 799. ¶ *Asason-thamar*] Ità ό. Sa. M. P. Ti. Mo. Alii, *in urbe palmarum*, La. quæ Engaddi dicitur, Me. Ità Belg. *In densitate palmarum*, Ar. *in Engadi*, Ch. *in fonte* (vel *valle*, Sa.) *Gadi*, Sy.

10. *Habebat puteos multos*] Heb. *Putei putei*, Mo. Ch. Sy. V. i. e. scatebat puteis [q]. Sic Psal. 121. 4. *tribus tribus* denotat omnes tribus [r]. Vide Exod. 8. 10. Jud. 5. 30. Jer. 2. 13. 2 Reg. 3. 16 [s]. ¶ *Bituminis*] Indè extrahebant bitumen [t], quod est genus cæmenti fortissimi [v]. Hujus fortè meminit Moses, quasi hi putei parasceue essent futuri lacûs *Asphaltitis* [x], qui sic dictus est à bituminis glebis, quas magnâ copiâ evomit, testibus Just. l. 36. Diod. l. 19. Tac. hist. l. 5. Plin. 5. 16. & 35. 15. Galen. Simpl. l. 4. c. 20. Quinque reges elegerunt hunc locum, quòd periculosus erat hostibus ignaris locorum [y]. Sed Dei judicio secùs factum est, ut ipsi in puteos caderent [z]. ¶ *Ceciderunt ibi*] Non ipsi reges, (ut patet ex v. 17.) sed eorum milites [a]. *Ceciderunt in puteos*, Me. At hoc verisimile non est, quum locorum ignari non essent. Alii dicunt, servandæ vitæ causâ eo delapsos esse; vel præcipites se conjecerunt in foveas, itáque perierunt [b]. Ceciderunt in puteis illis [c]. Potiùs *cadere* hîc sign. occisos esse, sicut Jos. 8. 24, 35. Jud. 8. 10. & 12. 6 [d].

(Margin, left column: g F. — h F. M. — i F. — k Bo. — l M. — m G. — n Li. — o La. — p G. — q M. La. Bo. — r Jun. Belg. — s Me. — t Belg. — v Pi. — x La. Bo. Me. — y Ma. — z G. — a Ful. misc. 2. 10. — c Belg. — d V. — e Jun. — f Belg. — g G. — h D. — i D. — l Ma. — m Me. La. Bo. Pi. — n A. — o L. Me. Ma. Pi. — q V. Me. — r Me. — s Jun. Belg. — t V. — v L. — x Ma.)

12. *Et Lot*] Pœna moræ inter improbos [e].

13. *Abram Hebræo*, [עִבְרִי] Sic dictus est ab Hebero [f]. [Verùm negat hoc G.] quia tot alii parentes intercessissent. Potiùs quòd ex locis Transeuphratensibus venisset ità dictus est Cananæis. Bene ergò Græci περάτης, vel περαίτης [g]. At tunc fuisset עִבְר [h]. ¶ *Pepigerunt fœdus*, ità Sa. M. Ti. [בַּעֲלֵי בְרִית] *Viri* (*domini*, Ma. *superiores*, vel *autores*, O. *possessores*, Belg.) *fœderis*, Mo. Quamvis superiores, timebant tamen Abram [i]. Verbum בָּעַל sign. vel *superiorem esse, supergredi*, aut *conjungi* [k]: vel *esse in possessione alicujus rei*, sive *illâ uti*, vel *ad eam inclinationem habere*; ut, *dominus somniorum*, Gen. 37. 19. & *sagittarum*, Gen. 49. 23. & *crinis*, 2 Reg. 1. 8. & *caloris* vel *iræ*, Prov. 29. 22. cui multum est somniorum, sagittarum, crinis, iræ [l]. Nomen בַּעַל non solùm sign. *rei possessorem*, sed *rei subjectum*, quocunque se modo habeat. Sic *dominus iræ*, est iracundus. Ità hîc *viri*, vel *domini, fœderis*, i. confœderati. Eodem sensu Neh. 6. 18. dicuntur בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה *viri juramenti*, h. e. conjurati [m].

14. *Numeravit*, ità ό. & Ar. in D. Sy. P. [וַיָּרֶק] *Expedivit*, Me. M. Mo. Ti. ריק est *evaginare*. Malim, & *produxit*, nempe ex ædibus, hoc modo evacuatis. Sic perpetuò significat. Mal. 3. 10. הֲרִיקֹתִי, *proferam vobis benedictionem*; quasi evacuaturus meum thesaurum: Levit. 26. 33. *proferam gladium*, evacuatâ vaginâ [n]. *Armavit*, Ch. Sy. *evacuavit*, O. Ma. i. e. fecit expeditos, viz. onere, & impedimentis, & negotiis ordinariis [o]. *Fecit ut evaginarent*, Jun. Cui obstat, quòd exemplum deest & illius Synecdoches, (nam cùm sign. *evaginare*, semper additur *gladius*, &c.) & significationis transitivæ [p]. Eduxit, emisit leves, expeditos, &c. instruxit aciem levis armaturæ [q]. *Eduxit*, scil. ex domo [r]. ¶ *Expeditos suos*, [חֲנִיכָיו] *Incipientes suos*, quos domi nutrierat & docuerat [s]. *Pueros*, Ch. *fidos*, Ar. *initiatos*, Mo. *instructos*, Sa. A. Vox sign. aliquem instructum in re quavis, civili, vel militari, vel religiosâ [t]. q. d. Quos instruxerat, 1. arte bellicâ [v], (neque hoc alienum ab Abræ moribus;) 2. & Lege divinâ [x]. *Instructos à se*, cùm de jure hujus expeditionis, tum de religione, informatos [y]. ¶ *Usque Dan*] At nondum sic dicta est. Vel ergò Moses sic scripsit spiritu prophetico [z]: vel qui Mosis diaria digessit pro *Lais* substituit *Dan* [a]. Vide quæ ad Gen. 13. 18 [b]. Qu. An justum erat hoc bellum pro rebellibus? Resp. Non erat justa illorum servitus, sed per tyrannidem imposita [c].

15. *Et divisis sociis*, vel *copiis*, Ti. [וַיֵּחָלֵק] *Et divisit* (*distribuit*) *se*, Sa. Sy. Ar. Mo. JT. i. copias tum suas, tum sociorum [d]. In duas vel tres partes [e]; quia hostes à se invicem dividerentur [f]; ut undique eos adoriens magis percelleret, opinantes se à magno exercitu cingi [g]; & ut omnes effugii vias hosti præcluderet [h]. Fœderatos reliquit ad custodiendas sarcinas, & ut succurrerent, si indigeret [i]. *Divisit se*, i. subduxit se à sociis, & cum solis suis ipse hostes adortus est. Quod firmant verba illa, *ipse, & servi ejus* [k]. ¶ *Irruit in eos*] Somno vinóque sepultos [l].

17. *In valle Save, quæ est vallis regis*] Sic dicebatur, quòd apta esset & deputata regiis exercitiis [m], vel ludicris, vel etiam militaribus [n]. Alii sic dictam volunt à Melchisedeco, qui fortè ibi habitavit, vel campos habuit [o]. Vel sic dicta, quòd amœnissima & quæ excellunt *regia* vocamus; vel ob hunc occursum Regis [p]. שָׁוֵה etiam κοιλάζεσθαι vertitur [q].

18. *Melchisedek*] Hunc alii Sem faciunt. Ità Hebræorum vetustissimi & optimi [r]. Quod Hebræos in hanc

(Margin, right column: y La. Me. — z La. — a Me. E. La. — b V. — c O. — d A. — e L. — f L. D. E. Me. A. — g G. — h D. — i O. — k O. — l Belg. — m Glas. Gram. p. 128. — n Di. — o Ma. — p Pi. — q Ma. — r A. — s O. — t Belg. — v M. V. — x Me. Pi. A. — y V. A. Jun. — z Me. — a Me. Ma. — b Mi. — c E. — d Pi. — e V. — f RS. in M. — g Me. L. — h Me. — i He. in L. — k Ma. — l Me. L. — m M. ex Onk. F. simil. G. — n Bo. — o Ma. — p Me. — q G. — r A. ità f. & Genebrard. in E. Li.)

hanc traxit sententiam fuit, quòd hominem tam in Scripturis laudatum, & ipsi Abræ prælatum, nolint à suo genere extraneum facere [s]. Et concordant anni [t]. Noah constituit Sem dominum terræ Canaan, Gen. 9. speciali titulo. Huc ergò venit Sem, & urbem Salem ædificavit, & hîc regnavit [v]. [Alii contra hanc sententiam disputant his argumentis.] 1. *Sine patre & matre* dicitur; quod de Sem falsum est [x]. Respondent, eum patrem, &c. habuisse, sed non sub nomine *Melchisedek* [y]. 2. Quis credat Sem inter filios Cham Regem & Sacerdotem fuisse [z]? Fuit hic aliquis ex Regulis Cananæorum, (Divinâ providentiâ factus & fidelis, & fidelis populi Rex, &c [a].) Idem statuunt apud Hieronymum Hippolytus, Irenæus, Eusebius, & alii [b]. Qui inter impios piè & justè vixit [c]. Dubitatur an hoc nomen sit ei proprium, (ut multi Patres tenent;) an honorificum ejus epithetum, quale *Augustus* [d]. ¶ *Rex Salem*] Ipsa est Jerusalem [e]; quæ *Salem* dicta Psal. 76. 3. A. & profanis authoribus *Solyma*, Bo. At Hieron. hîc intelligit *Salim* in tribu *Ephraim* [f]. ¶ *Proferens panem & vinum*] Nempe ad sacrificium pacificum; panem sacrificavit cremando, vinum libavit, deinde reliqua militibus comedenda distribuit pro more [g]. [Alii aliter.] Alimenta dedit Abrahamo & exercitui ejus [h]. Id enim facere mos finitimis, Deut. 23. 4. Jud. 8. 5, 6, 15. Sic Epiphanius & Ambrosius, referúntque illud de Sacerdotio Melchisedeci ad sequentia, non ad præcedentia [i]. Confer Deut. 23. 3, 4. cum 25. 18. & 2 Sam. 17. 27, &c [k]. Observans Sem (seu Melchisedech) Deum singulari suâ providentiâ terram hanc devolvisse in Abrahamum & ejus posteros, (eámque non solùm ex promisso, sed etiam jure belli, ei cessisse) profert panem & vinum, optimos terræ fructus, & sic in eum transfert possessionem terræ [l]. Non exponendum est, quasi obtulit Deo, quia Sacerdos erat. Nam duo dicit quæ distinguenda sunt: ipsum fuisse, 1. *Regem*, & sic eos aluit *pane*, quo intelligit cibi omne genus; 2. *Sacerdotem*, & sic *benedixit*, &c. Vetus hic mos erat, ut Reges Sacerdotio fungerentur [m]. [Sed de his consule Polemicos authores.] Nec tamen improbabile est præcessisse sacrificium. ἐπινίκια ἔθυε, ait Philo. Nam & è simila oblatio θυσία dicitur, Levit. 2. Vide quæ nos ad Marc. 9. 49. Et *vinum libare* Deo mos erat. ¶ *Erat enim sacerdos Dei altissimi*] Virgil. 3. Æneid. *Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique sacerdos.* Ubi Servius, *Sanè majorum hæc erat consuetudo, ut Rex esset Sacerdos vel Pontifex.* Hinc domus in qua Pontifex habitabat *regia* dicebatur, docente eodem Servio ad 8. Æneid. Qui & sæpe notat à Virgilio omnia jura sacerdotalia tribui Æneæ [n]. [*Nimirum Ethnici sunt furunculi Scripturarum, & ad suos sæpe transferunt quæ de viris sacris dicuntur; & Diabolus est Dei simia, & hoc Melchisedeci exemplo idem inter suos cultores instituisse existimari potest.*]

19. *Benedictus Abraham Deo,* לְאֵל] *A Deo*, A. O. La. vel, *apud Deum*, V. La. Sic eum vocat respectu æterni fœderis, & vocationis Divinæ, quam hîc ratam facit Melchisedec [o]. ¶ *Qui creavit,* קֹנֵה] *Possessori*, Mo. Ma. ut v. 22. V. [Et sic ad sensum ferè omnes.] At οἱ. & Vulg. *qui creavit*, quod malim, vel *operatori*, Di. קָנָה propriè est *facere ut possideas*, sive pretio, tum est *emere*; sive *opere & labore*, tum est *creare* vel *facere*. In lingua Æthiopica verbum hoc *operari* sæpe declarat, ut Matt. 9. 38. & 20. 7, 12 [p]. Interpretes confundunt *possidere & creare*: Prov. 8. 22. *possedit*, LXX. ἔκτισε [q]. Ex effectu causam intelligunt: Dominium enim Dei in creaturas ex creatione nascitur [r].

20. *Quo protegente*]. Quasi מִגֵּן esset ex גָּנַן, Ma. [Reliqui aliter.] *Qui tradidit*, M. P. Caj. Mo. &c. Nam radix est מָגַן, non גָּנַן, M. *Qui conclusit, compegit*, Ma. ¶ *Et dedit ei decimas*] Quis cui? nam verba ambigua sunt [s]. Quidam volunt Melch. dedisse decimas Abrahamo. Ità Hebræi nonnulli [t]. Qui hinc refutantur, quòd negat Abram se ex recuperatis quicquam accepturum [v]. Dedit ergò Abram Melchisedeco, ut patet ex Heb. 4. 7 [x]. Qu. De quibus dedit decimas? Resp. Non de recuperatis bonis sociorum, sed spoliis hostium [y].

22. *Levo manum*] Gestus & jurantis & precantis [z].

[s] Bo. [t] L. E. [v] Li. in novis observ. [x] Me. Bo. D. misc. 1. 33. [y] L. [z] Bo. [a] Bo. [b] Ità La. Bo. Ma. [c] Me. [d] Bo. [e] Ità Ch. M. Ma. Pi. Jun. [f] D. [g] Me. ex La. sic L. E. T. [& reliqui Pontificii] [h] Ità Jo. & RS. in G. M. F. V. A. [i] G. [k] A. [l] Li. in nov. observ. [m] V. [n] G. [o] V. [p] Di. [q] D. [r] Bo. [s] Bo. [t] La. [v] L. E. [x] Bo. ex οἱ. & Jo. & Ph. [y] E. [z] D.

Onk. ad orationem refert, reliqui ad juramentum. Jurantis gestus est [a]. Vide Exod. 6. 8. Num. 14. 30. Deut. 32. 40. Ezec. 20. 5, 6. Rev. 10. 5, 6 [b]. ¶ הֲרִימֹתִי] *Levavi*, Mo. *extuli*, Ma. i. e. juravi: nempe ante pugnam Deum invocans sic juravit [c]; vel, præsente jam Melchisedeco juravit [d]. *Levavi*, pro *levo*, V. G.

23. *Quod à filo*, &c.] Elliptica jurandi formula. Plenè exprimitur 1 Sam. 14. 44. *Faciat mihi Dominus hoc, vel illud*, &c. Quò major in juramentis colatur religio, abrupta ista locutio homines admonet, ut secum reputent quid agant; perinde enim est acsi manum sibi injicerent, ac resisterent in medio sermonis cursu [e]. Sic tacitè pœnam sibi imprecantur, & ostendunt se nullum pœnæ genus excipere, sed justo Dei judicio se illud penitus relinquere [f]. *A filo*, quo sartores vestimenta consuunt, *ad corrigiam*, quæ est pellis calceamentum constringens [g]; vel, *à filo*, sive *vitta*, *capitis*, *ad corrigiam*, i. e. à capite ad pedes [h]: i. e. nè minimum quidem [i]. ¶ שְׂרוֹךְ נַעַל] Vertunt, *corrigiam* (*nodum*, Sa. *colligaturam*, Ma.) *calceamenti*, Mo. Ch. M. P. vel, *corii*, Ar. *usque ad detritionem calcei*; i. e. ad calceum detritum, O. ¶ *Nè dicas*] i. e. Ut soli Deo (non tibi) tribuatur mei ditatio, quam ipse promisit [k]. Nè jactes me ex tuis incommodis mea quæsivisse commoda, aut amore munerum tibi suppetias tulisse. Et quia nihil tale erat in muneribus Pharaonis, ea accepit [l]. Similis animus Catoni in Plutarcho, & Timoleonti, (qui censuit, οὐ τὸ λαβεῖν ἐκ τοιούτων αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ λαβεῖν κρεῖττον, *non tam turpe fuisse accipere, quàm magìs honorificum respuere*,) & Pittaco, Valer. Max. 6. 1. & Paulo Æmilio in Plut [m]. Vide de beneficiis accipiendis Senecam, l. 2. 18, 21, 22 [n].

24. *Exceptis his*, בִּלְעָדַי] Ad majorem exceptionem utitur duabus dictionibus idem significantibus [o]. Ad verbum est, *præter me*; h. e. removeo à me: sic & Gen. 41. 16. Ità Galli, *Excusez moy* [p]. Q. sic, *non erit mecum*; al. *procul à me sit* [q]. Reddunt, *præter me*. Sed cùm absolutè in oratione ponatur, & à sequentibus per accentum distinctivum *Rebbiah* sejungatur, commodiùs redditur à JT. *penes me nihil*; *tantùm quod comederunt*, &c. Videtur enim vox composita ex בַּל *non*, & עַד *usque*. Q. cum רַק *tantùm* conjungunt, ut duæ exclusivæ significationem intendant, *præter duntaxat*. Sed per accentum *Rebia* à particula ista sejungitur [r]. Non ergò in talibus erat jus postliminii. An in hominibus id jus tum fuerit, dubitari potest ob comma v. 21. suprá [s]. Non vult suam liberalitatem sociis damnosam esse [t]. Jus hoc habebant socii, etiamsi tantùm sarcinas custodirent. Et hinc accepit illud David, 1 Reg. 30. qui statuit hoc ex regia potestate [v]. ¶ *Et partibus virorum*, וְחֵלֶק הָאֲנָשִׁים] *Et partem*, vel *portionem*, *virorum*, Sa. Sy. Ar. Mo. A. [At JT. totum sic reddunt, *Quod isti pueri comederunt, & pars horum virorum qui profecti sunt mecum*, ipsorum esto.] Qu. Quomodo potuit Abraham hæc spolia sociis suis distribuere, quæ prioribus dominis, à quibus injustè erepta sunt, restituenda erant? Resp. 1. Pentapolitani hîc jure suo cesserunt. 2. Potuit pars spoliorum in compensationem sumptuum, industriæ, &c. ab illis jure postulari [x].

CAP. XV.

1. HIS *transactis*] Heb. *Post verba hæc*, i. e. post res istas. *Verbum* Hebraicè pro Re, vel Facto in sermone aut scriptura memorato. Sic Gen. 19. 22. & 24. 40. Levit. 5. 2. Deut. 17. 5 [y]. Estque metonymia adjuncti [z]. ¶ *Per visionem*] Heb. *in visione*, Mo. [ità reliqui,] sub. *nocturna*, V. οἱ. sub lucem, V. Quod confirmat ver. 5 [a]. At constat eam in vigilia accidisse [b]. Visio fiebat vel internè, mente elevatâ, ut videret & intelligeret; vel externè, repræsentando aliquid, &c [c]. Apparuit Dominus sensibili formâ [d]. Prophetia dicitur *visio*, Esa. 1. 1. vide Num. 12. 6. & Prophetæ *videntes*, 1 Sam. 9. 9. 2 Sam. 24. 11 [e]. *Visio* plus est quàm afflatus [f]. Q. vertunt, *per prophetiam*: ità Ch. Sa. Diversos revelationis modos statuunt Hebræi.

1. Pro-

[a] F. V. D. Me. G. [b] Belg. [c] F. Jun. [d] F. [e] V. [f] Belg. [g] AE. in M. [h] Q. in Cl. [i] Me. [k] L. [l] Me. [m] G. [n] Ga. [o] V. [p] Di. [q] A. [r] Glas. Gram. p. 567. [s] G. [t] V. [v] L. [x] Bo. [y] A. [z] Pi. [a] A. [b] Bo. [c] Belg. [d] O. [e] A. [f] G.

1. *Prophetiam*, quæ fit per *visiones*; ut in Jerem. & Ezek. 2. רוּחַ הַקּוֹדֶשׁ, *Spiritum Sanctum*, sic vocant revelationem quæ fit *sine spectaculis*; ut in Job. David. &c.[g] ¶ *Ego protector tuus*, מָגֵן] *Clypeus*, Ar. Ti. Ma. JT. Defensor tuus ab hostium odio & violentia[h]. *Verbum meum fortitudo erit tibi*, Ch. ¶ *Noli timere*] Nè, scil. propinqui occisorum contra te veniant cum multis legionibus, TJ. ¶ *Ego merces*] Ex victoria tam solenni timuit Abraham, nè fortè mercedem in hoc seculo recepisset: Sic ergò dicit Deus, *Ero merces tua*; victoria hæc non erit tibi merces, sed majorem tibi reservo, etiam in futuro seculo[i]. Mercedem facti egregii, quam ex præda accipere noluisti, à me habebis[k]. Fortiter te, sapienter & piè gessisti; ero merces tua[l]. In his verbis comprehenditur omnis beatitudo, quæ hîc incipit, & in futura vita complctur[m].

2. *Domine Deus*, אֲדֹנָי יֱהֹוִה] *Domine Jehovah*, P. i.e. Jehovah: sed illud patheticum est, eóque tanquam singultiens usus est Abraham. Sic Deut. 2.24. & 9.26[n]. יֱהֹוִה scribitur cum punctis אֱלֹהִים, *Elohim*, nè bis efferatur *Adonai*. Nam veteres pro *Jehovah* pronunciabant *Adonai*. Atque hinc colligo puncta non esse à Mose aut Prophetis adjecta[o]. [*Sed de hac quæstione consule hinc Capellum, illinc Buxtorfium.*] אָדוֹן *Dominus*, ab אֶדֶן, q. d. columen & sustentator familiæ, &c[p]; qui Abramum sustentabat[q]. ¶ *Quid dabis?*] q.d. Credo te multa mihi bona daturum, sed cujus tandem erunt[r]? Quid, vel quorsum, dares? quid mihi proderit[s]? Quodnam donum oblectationi aut consolationi mihi erit, quamdiu non video promissionem tuam completam de semine meo, ex quo Messias est procreandus[t]? ¶ *Ego vadam*, הוֹלֵךְ] *Ego persevero*. Alii, *Ego abeo*; i. e. consenesco, provectæ sum ætatis. Vita *stadium* est, dicit se propè ad metam pervenisse. Orbus moriar *; cùm ego incedam, vitam transigam, ad mortem properans[v]. Vel, ego abeo, i.e. morior, vel jam moriar. Ità Bo. ο'. & Targ. Jeros. in A. *Abire* pro *mori* dicunt Latini. Sic & Job. 10.21. *priusquam abeam, nec revertar*. Ità Job. 14. 20. Psal. 125. 5. Sic, *abiit ad plures, ad patres, ad locum*, Act. 1.25[x]. Sic Luc. 22. *Filius hominis vadit*[y]. Sic *vadere*, 1 Chron. 17. 11. est *dormire*, 2 Sam. 7.12[z]. ¶ *Absque liberis*, sic Mo. & plerique, עֲרִירִי] *Sterilis*, Ar. Ma. Ti. *spoliatus*, seu *nudatus*, scil. hærede, O. *solitarius*, *destructus*, Ma. ¶ *Et filius procuratoris*, וּבֶן־מֶשֶׁק] Variè vertunt. 1. *Filius discursationis domûs meæ*, vel, *itationis*, Ful. à שָׁקַק *discursare*, (ut מֶכֶס *vectigal*, à כָּסַס, מֶמֶר *amaritudo*, à מָרַר) nam is discursat per domum, dum necessariis consulit[a]: quia ad hunc etiam reliqui in familia recurrunt, rationes ei reddituri, vel aliquid petituri[b]. Deducit à שׁוּק *discurrere*[c]. Filius exiens, aut discurrens domum meam, (quod filii officium erat, patre senio confecto.) Sive radix sit *massac*, sive *sachac*, sive *suc*, significant propriè *currere*, *discurrere*[d]. 2. *Filius derelictionis meæ*, à מָשַׁךְ *derelinquere*. Is cui omnem curam rei familiaris reliqui ac commisi, *œconomus*[e]. Vel, *filius derelictus domûs meæ*, Caj. Vel hoc sensu, *filius orbitatis*, quia hoc sterilis & desertæ domûs testimonium erat, hæreditatem ad extraneum devolvi, qui locum derelictum occupet. Hæc opinio propiùs vero accedit, vertendúmque, *Et filius derelictionis meæ* (i. e. cui relinquam omnia administranda tanquam hæredi) erit Eliezer[f]. Vel sic, *filius derelictionis*, i. e. hæres non suus, sive extraneus[g]. Vel hoc sensu, *filius relictus*, *relictitius*, qui ex antiquis domûs meæ vernulis hîc superest[h]: vel, cui domum relinquam post mortem meam[i]. 3. *Filius curæ domûs meæ*, i.e. curator. Sic Arabibus משקה *curam* significat[k]. 4. *Filius procuratoris*, quasi hic filium haberet hæredem futurum. Sic Theodot. in F. co. & Vulg. Sic ferè & Aq. *filius* τοῦ ποτίζοντος *οἰκίαν*, *potum dantis familiæ*; ut sit מֶשֶׁק pro מַשְׁקֶה, ut alibi יָרֵב pro יְרִבֶה. Sed Benoni exemplo caret; futurum ità contractum frequens est[l]. At verò Hebraismus est; *filius dispensationis*, seu *procurationis*, est *dispensator*, *procurator*; sicut *filius mendacii*, *veritatis*, &c. mendax, verax, &c. Sic Onk. בר פרנסא *filius cibationis*, (*cibator*) vel *gubernationis*, (nam פרנס utrumque significat[m].) *Et filius procurator*, Mo. *gubernator*, Ar. *dispensator*, Ti. 5. *Filius*

[g] F. — [h] Jun. — [i] Ità TJ. & L. — [k] G. post JT. — [l] Me. — [m] Belg. — [n] Jun. — [o] Pi. — [p] Ma. — [q] A. — [r] Me. La. — [s] Jun. — [t] Belg. — * V. — [v] Jun. — [x] D. — [y] Bo. — [z] A. — [a] D. F. co. Ful. mis. 3. 15. — [b] Ful. Kimhi. — [c] F. co. — [d] O. — [e] V. sic R. Joseph Kimhi in F. co. — [f] V. — [g] Jun. — [h] Ma. — [i] A. — [k] Di. — [l] D. — [m] F. co.

eductionis domûs meæ, i.e. qui educit ex penu necessaria[n]. 6. Aliis מֶשֶׁק est proprium nomen (ità ο'.) vel *viri*, patris aut progenitoris Eliezeris, (ità Julianus apud Cyrillum[o];) vel *mulieris*[p]. Filius *Mesech*, quæ est ancilla mea oriunda Damasco[q]. Sic Græci sæpe vertunt, ubi Hebræa non satis manifesta fuere[r]. ¶ *Iste Damascus Eliezer*, הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר]. *Servus hic Damascus filius Eliezer*, (à quo Damascus urbs condita & dicta, ut notant Hieron. Tostatus, alii[s].) Eliezer erat procurator, & Damascus ejus filius[t]. Vel, hic Damascenus, (Eliezer,) ità Ch. Sa. Sy. Ar. M. Ti. J T. quia matre Damascenâ natus. In Hebræo litera ד videtur præfixa loco ה demonstrativæ, (quod Syri solent) & nihil aliud significare quàm *iste procurator*[v]. Hic versus exponitur dupliciter. 1. Procuratoris mei melior est conditio quàm mea; quia ille habet *filium*, ego non item. 2. Cùm dicitur, *& filius procuratoris*, &c. subintelligitur, *erit hæres meus*[x]. Sic in sequenti versu orationem perficit, quæ hîc imperfecta & abrupta est[y]. Duo conqueritur Abraham: 1. filium sibi non esse cui curam domûs demandet; & 2. quem hæredem constituat. De primo agit hic versus, *& filius dispensationis domûs meæ est Damasc.* &c. De secundo, vers. sequ. *ille hæres meus est*[z].

3. *Semen*, זֶרַע] i. e. Filium, Sy. Pi. Belg. Ar. A. Ubi nota contra Judæos, vocem זֶרַע interdum unicum hominem significare, nec semper collectivè sumi[a]. ¶ *Vernaculus meus*] Sic & ο'. בֶּן בֵּיתִי, *filius domûs meæ*, Mo. [& reliqui; etiam Sa. & Sy. *si ipsos, non interpretem, consulas.*] Vernæ vocantur *filii domûs* hîc & Eccles. 2. 7. ut distinguantur à *filiis uteri*, Job. 19. 17. Prov. 31. 2[b]. Qui præest domui meæ[c]. ¶ *Hæres meus erit*, יוֹרֵשׁ אוֹתִי] *Hæreditans me*, Mo. *hæreditabit* (*possidebit*, Ti. V.) *me*, i. e. res meas, vel bona mea[d]; (sic *hæreditare Gad*, Jer. 49.1. est urbes ejus possidere[e]) nempe ex testamento, cùm alium chariorem non habeam. Vetustissimum fuisse testandi morem, vide de J. B. & P. 2.6. ad finem[f]. Descendit *Eleazar ex Aramo*, filio natu minimo Semi; ad quem hæreditas ideo devoluta fuisset, si Abraham sine liberis mortuus esset[g].

4. *De utero tuo*, sic M. Ti. ineptè & ridiculè, ait Pi. מִמֵּעֶיךָ] De *visceribus* (*intraneis*, Ma.) *tuis*, Ma. Sa. P. JT. *è dorso tuo*, Sy. Ar. sive ex lumbis & renibus tuis. Synecdoche integri[h].

5. *Eduxit eum*] Spiritu agente, ut Matt. 4.1[i]. ¶ *Foras*] Extra tentorium[k]. Ergò visio hæc in vigilia, non in somno, facta est[l]. ¶ *Numera stellas*] Hinc patet visionem hanc noctu factam[m]. Sunt stellæ innumerabiles. Illæ 1022 quas numerant Astrologi sunt illæ tantùm quæ visu distinctè & facilè percipi possunt[n]. Dioptra longè plures ostendit[o]. ¶ *Sic semen*] Carnale, sed multò magis spirituale[p]. Erunt ut stellæ innumerabiles, æterni, famosi[q]. Non temporalia tantùm hîc promittit Abrahamo, sed principaliter beatam vitam in gloria: 1 Cor. 15. *ut stella differt*, &c. Merces enim, ut finis, melior est iis quæ ad finem. At bona temporalia sunt minora quàm justitiæ opera: Et Abraham ipse cœlestia comprehendi intellexit, Joh. 8. *vidit diem meum*[r]. Priùs promiserat semen tanquam *pulverem terræ*, hîc sicut *stellas cœli*: Illud potuit filios *naturales*, hoc *spirituales*, significare[s].

6. *Credidit Abraham Deo*, הֶאֱמִן בַּיהוָה] *Creditque Domino*, Sa. M. P. vel *in Dominum*, Ma. Pi. pro לַיהוָה, ut Exod. 14. ult[t]. *Stabilivit se in Deo*, O. *credidit in verbo* (vel potiùs *verbum*) *Domini*: Ch. dicunt, הֶאֱמִן excludere omnem hæsitationem, & cum *Beth* constructum vim majorem habere: q. d. firmiter, fideliter innixus est[v]; q. d. verba Dei certa, fidelia, stabilia judicavit. Confer 1 Par. 17. 14, & 23. cum 2 Sam. 7. 16, & 25[x]. Q. sic, *credere fecit*, &c. nempe seipsum, Ma. ¶ *Et reputatum est illi ad justitiam*] Sic Rom. 4. 3. Et solent Hebræi verba activa sine supposito posita passivè explicare[y]. ¶ וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה] *Et imputavit illud ei* (*reputavit illi*, M. Ti. *excogitavit eam ei*, Ma.) *justitiam*, Mo. Ma. vel *ad*, sive *in*, *justitiam*, M. Ti. Pi. A. (צְדָקָה pro לִצְדָקָה, Pi.) *Ad* vel *in* suppletur ex Psal. 106. 31. & Rom. 4. 3[z]. & Gal. 3.6. & Jac. 2.23[a]. Talia verba sæpe desunt.

[n] Ma. — [o] G. — [p] F. — [q] Me. — [r] F. co. — [s] T. sim. L. — [t] L. — [v] Me. ex La. — [x] L. — [y] Belg. — [z] F. co. — [a] Pi. — [b] A. — [c] F. co. — [d] V. — [e] A. — [f] G. — [g] Li. in nov. obs. — [h] Pi. — [i] G. — [k] V. — [l] Bo. — [m] L. — [n] T. La. Bc. — [o] La. — [p] Me. T. — [q] T. — [r] L. — [s] A. — [t] Pi. — [v] Ma. — [x] A. — [y] Bo. — [z] A. Belg. — [a] Belg.

Sic *beith* 2 Reg. 25. 13. pro *lebeith* Jer. 52. 17[b]. Qu. 1. Quis imputavit? Resp. 1. Abraham; q.d. Cogitavit sibi esse justitiam, aut justum esse, quòd potiùs in promissione Dei quàm in sua dispositione vel cogitatione vel opinione fideret[c]. *Cogitavit quia Dominus in justitia daret sibi semen*[d]. 2. Alii ad Deum referunt. Ità omnes Christiani[e]. Quod docent contextus & Paulus[f]. Qu. 2. Quid imputavit ei? Resp. In Heb. est, *reputavit eam*, scil. *fidem*[g]; vel *hoc*, scil. factum vel opus, nempe, *quòd credidit Deo*. Fœmineis enim pro neutris utuntur Hebræi, ut Psal. 26. 4[h]. Quòd credebat promissionibus Dei[i], de liberis ei futuris[k], & præcipuè de Christo, tanquam expiatore peccatorum & servatore æterno. De quo vide ad Rom. 4[l]. Qu. 3. Quomodo ad justitiam imputavit? Resp. 1. Reputavit pro merito ac justitia[m]: *scripsit id ei in opus bonum*, Ar. 2. Ad justitiam, majorem scil. ut coram Deo justior appareret[n]. Non enim (inquiunt) nunc Abram ex impio justus effectus est[o]. 3. Habuit illum pro justo & peccati experte, propter fidem in promissiones ejus & in promissum mediatorem[p]. Vide Rom. 4. ubi Abramum in se impium facit, eíque gloriam operum coram Deo adimit[q]. [*Sed de his consule Polemicos, & Interpretes tum nostros tum Pontificios ad Rom. 4. Nobis enim statutum est controversias Theologicas, quantum fido Interpreti fas est, aliorsum rejicere.*]

8. *Unde scire possum*] Excusatur hæc interrogatio, sicut illa Luc. 1. *quomodo fiet?* Naturale est intellectui in talibus quærere modum[r]. Non dubitat, sed rei modum scire vult; vel promissionem ità confirmari, ut nullis posterorum demeritis illam irritet: vel petit signum, non tam sibi, quàm posteris[s]. Non diffidit, sed fidem confirmari petit; sicut Jud. 6. 7. & 2 Reg. 20. 8[t].

9. *Sume mihi*] Vel, *accipe mihi*. Metalepsis est, sive ellipsis verbi affinis, pro, *sumens offer mihi*, ut Gen. 12. 12, 15[v]. *Offer coram me*, Ch. in A. *Accipere* est pro *afferre*, Exod. 25. 2. & pro *dare*, Psal. 68. 19. collat. cum Eph. 4. 8[x]. *Sume mihi*, 1. in usum fœderis; 2. ad sacrificium; 3. in symbolum rerum futurarum[y]. ¶ *Vaccam triennem*, עֶגְלָה מְשֻׁלֶּשֶׁת] Vertunt *triennem* Græci in G. Sy. Ar. Mo. L. E. Me. T. Ità Targ. Jeros. & AE. & Abarb. & K. sui oblitus, qui alibi aliter accipit *. Quia tertio ætatis anno perfectâ sunt staturâ & robore[z]. Illâ ætate maximè præstant, inquit Abarb. Hinc in Luciano Ganymedes promittit arietem triennem[a]. Obj. At cùm *triennis* est פָּרָה vocatur, non עֶגְלָה, ait K. Resp. Sæpe hæc in Prophetis confunduntur[b]. מְשֻׁלֶּשֶׁת ad verbum est *tertians*, (à שלש *tertiare*, 1 Reg. 18. 34.) vel *tertiana*, vel *tertiata*, Ma. Alii, *vitulam triplicatam*, sive *tres vaccas*. Sic Onk. RS. M. G. K. in BA. Est enim verbum *Paül* in *Piel*[c]. Et certè vox illa pro *trimo* non reperitur alibi, sed pro *triplici*; ut Eccles. 4. 12. Ezec. 5. 2[d]. Gerundensis dicit Abraham repræsentâsse tria genera sacrificiorum, nempe *holocaustum*, *oblationem pro peccato*, & *sacrificium pacificorum*; & de tribus illis speciebus unum duntaxat adductum fuisse individuum, quod *triplicatum* vocatur, quòd singula simul juncta fuerint[e]. ¶ *Turturem & columbam*] Quia ex his solis futura erant sacrificia[f]. תור dicitur vel à sono quem edit; vel à gyrando sive circumrotando; vel ab indagando & inquirendo comparem suum[g]; vel à meditando, quòd videatur intùs loqui, sicut meditantes[h]. ¶ *Columbam*, ità omnes, vel *pullum columbæ*, גוזל] *Pipionem*, Mo. גוזל significat non solùm pullum *columbæ* propriè dictæ, sed & *turturis*, & *palumbi*, & *liviæ*, & *vinaginis*, & avis aliæ, si qua est, quæ ad columbinum genus referatur. Ità enim *Gauzal* (idem quod Heb. *Gozal*) Arabibus sign[i]. Sign. & *pullum aquilæ*, Ma. גוזל dicitur, vel, 1. à גזל *rapere*[k]; vel activè, quòd rapiat, ut *pullus aquilæ*[l], quòd cibum à rostro matris rapere videatur[m]; vel passivè, quòd expositus sit rapinæ, ut *pullus columbæ*, quem hîc aptè intelligimus, cùm de sacrificio agitur †: vel, 2. à *pipiendo*; ab Arabico ALGEZEL, *pipitus*, est *gauzal* vel *gozal*[n].

10. *Divisit per medium*] In partes æquales, quas sibi respondentes altrinsecùs posuit[o]. Ritus feriendi fœ-

a A. | c He. in O. | d Ge. in M. | e O. sic Mi. A. RS. in F. co. | f O. Ma. | g A. | h Ma. | i Pi. | k Tig. nor. | l Pi. | m RS. in F. co. | n Me. La. | o Ma. | p Belg. Pi. | q A. | r E. | s Me. La. Bo. | t Jun. | v Jun. Pi. Ma. A. | x A. | y La. Bo. | * BA. 1. 2. 27. 275. | z Me. La. | a BA. 1. 2. 46, 515. 50. | b BA. p. 275 | c M. | d G. | e M. | f L. | g Ma. | h O. | i BA. 2. 1. 1. 6. | k O. Ma. | l Ma. | m O. | † Ma. | n BA. i. | o V.

deris[p]; (etiam & lustrandi exercitûs[q].) Hæc dissectio erat pro diris in fœdifragos, ut ità dividerentur[r]; dignum morte decernebant qui fœdus transgrederetur[s]. Retentus postea hic mos, Jer. 34. 18[t]. Transibant per medias partes, ut sanctiùs in unum corpus coalescerent, sacrificio simul juncti. Ostendit Abrahæ, 1. servitutem & quasi lacerationem filiorum suorum; 2. redemptionem, quam indicant partes inter se è regione coaptatæ, quia ex dissipatione rursus colligendæ erant[v]. Hinc Hebræi in precibus *Recordare* (inquiunt) *fœderis inter segmenta initi*. Et hinc Arabicum *Chaschama* significat & *partiri*, & *jurare*[x]. ¶ *Divisit*] Significat disparationem Judæorum in Canan. Arab. Ægypt. &c[y]. ¶ *Et utrasque partes contra se altrinsecùs posuit*, וַיִּתֵּן אִישׁ בִּתְרוֹ לִקְרַאת רֵעֵהוּ] *Et dedit*, Mo. Ma. Pi. (vel *posuit*, ὁ. Sy. Ch. Sa. Ar.) *unumquodque partis suæ*, Mo. *viri* (i.e. cujusque) *partem ejus*, Ma. *unamquamque partem*, Sa. *dimidiatam cujusque partem*, JT. *quamlibet partem divisionis suæ*, Ti. *viri partem*, JT. *virum partis suæ*, i. e. unamquamque partem, Belg. *virum partem suam*, A. *virum divisionem ejus*, i. e. partem alteram, O. איש ponitur pro *unoquoque*, ut Heb. 8. 11. collato cum Jer. 31. 34. Nec de hominibus tantùm dicitur, sed etiam de bestiis, & diis Ethnicorum[z]. *Ad occursum sociæ ejus*, Mo. (*ex adverso* vel *è regione alterius socii, comparis, amici*, Ch. Sa. Ti. vel *alterius*, JT. vel *partis correspondentis*, P.) Posuit humerum adversùs humerum, &c[a]. dextrum latus contra sinistrum, &c. frusta ad se invicem pertinentia[b]. ¶ *Aves non divisit*] Quia non faciebant ad fœdus, sed tantùm ad sacrificium[c]. Accommodavit se Deus mori illorum temporum, cujus vestigia seriùs mansêre. Peleus enim, occisâ uxore Acasti, διελὼν τὰ μέλη διήγαγε τὸ στρατὸν, (*dividens partes traduxit exercitum*,) ut ex veteri historia docet Apollodorus. Sic Chaldæi, ut notat Cyrill. 10. contra Julianum. Vide & 1 Sam. 11. Zenobius, Οἱ Μολοττοὶ ἐν τοῖς ὁρκωμοσίοις κατακόπτοντες εἰς μικρὰ τοὺς βοῦς τὰς συνθήκας ἐποιοῦντο, (*Molossi in fœderibus pangendis boves in frusta secabant.*) Liv. lib. 29. *Caput mediæ canis præcisæ: & prior pars ad dextram, posterior ad lævam viæ ponitur. Inter hanc divisam hostiam copiæ armatæ traducuntur.* Plutarchus Quæstionibus Romanis, Βοιωτοῖς δημοσίᾳ καθαρμός ἐστι, κυνὸς διχοτομηθέντος τὸ μέσον διεξελθεῖν, (*Bœotis modus lustrandi est, transire per partes canis in duas partes dissecti.*) Nimirum à Phœnicibus hoc hauserunt nati ab ipsis Bœoti[d].

11. *Descenderúntque volucres*] Nempe carnivoræ[e]. ¶ עיט] *Volatile*, Mo. Sy. *avis rapax*, BA. 1. 3. 12. 839. [*ubi plura de voce videre est.*] Nomen collectivum esse notant, ferarum & rapacium avium[f]. ¶ *Abigebat*] Scilicet, sufflando[g]. *Exsufflabat eas*, Mo. *proturbabat*, Ti. *difflaverat*, i. e. ventulo facto propulerat, Jun. *amovit*, Ar. Difflavit flatu oris, i. e. boatu ac voce, vel velo aut terriculo, vel sonitu, &c[i]. Al. *fecit avolare*, à נשב. Sic Abenmelech & Onk. D. At ὁ. habent συνεκάθισεν αὐτοῖς, [*consedit eis*, quasi à ישב *sedere*:] quod non improbandum, ut indicet moram Abrahamidarum in Ægypto. Auctores enim generis pro genere sumuntur[k]. *Volucres infestantes cadavera* denotant Ægyptios, & Ogum, & alios hostes: *Abraham abigens* significat Deum tutelarem, & liberatorem Judæorum[l].

12. *Cùmque Sol occumberet*] Heb. *Et fuit Sol ad ingrediendum*, (*inclinante Sole*, JT.) nempe in thalamum suum, juxta Psal. 19. 6[m]. Sol subit terras, aut oceanum, juxta vulgi opinionem[n]. ¶ *Sopor*, תַּרְדֵּמָה] Καταφορά, Aq. κάρος, Sym. ἔκστασις, ὁ. quibus consentit Maimonides, Ductore dubitantium 2. 41, & 45. Confer Act. 10. 10. & 11. 5. & 22. 17[o]. Eadem vox & res Gen. 2. 21. Sopor hic partim naturalis erat, ex labore diurno occidendi, sacrificandi, &c. partim à Deo immissus[p]. ¶ *Et horror*] Ex prævisione servitutis posterorum[q]. Significat postremam & gravissimam in Ægypto vexationem[r].

13. *In terra non sua*, לֹא לָהֶם] *Non sibi*, Mo. *non iis*, Ma. *non propria*, ὁ. i. e. in Cananæa & in Ægypto[s]. Obj. At Cananæa erat *terra sua*, h. e. illis promissa & destinata, ideóq; de Ægypto tantùm accipi debet[t]. Resp. Licet Cananæa illis promissa esset, in ea tamen peregrini erant, Gen. 17. 8. Psal. 105. 11, 12[v]. nec pedis

p V. M. | q V. | r Ma. L. | s V. M. | v V. | x Di. | y G. | z A. | a A. | b Belg. | c Me. | d G. in ver. 17. | e Pi. | f Ma. | g G. A. | i Q. in Ma. | k G. | l T. in v. 9. | m Pi. | n Ma. | o G. | p Me. | q Me. | r G. | s Ma. A. La. Jun. | t Genebrard. in E. Pi. | v A.

dis passum ibi habebant, Act. 7[x]. ¶ *Annis quadringentis*] Ab hoc tempore[y]; à nativitate Isaac[z], in quo vocatum est semen Abrahæ, cap. 21[a]; à fœdere Dei cum Abr. confirmato; ab exitu Abr. ex Ure vel Charane[b]: ab illusione Ismaelis; ea accidit 30 annis post illam promissionem, Gen. 12. 3. quæ 430 annis Legem antecessit[c]. In Ægypto tantùm erant 215 (vel 210, ut dicunt Hebræi in suis Chronicis[d],) annis[e]. Quare sentit Augustinus hyperbaton esse, quod sic aptetur; *Peregrinum erit semen tuum*, &c. 400 *annis: & subjicient*, &c[f]. Hi 400 anni partim referendi sunt ad illud, *Affligent*, partim ad illud, *Peregrinum erit*[g]. Annorum summa sic colligitur: A nativitate Isaaci ad nativitatem Jacobi anni 60, Gen. 25. 26. indè ad Jacobi adventum in Ægyptum, 130, Gen. 47. 9. indè ad mortem ejus, 17, Gen. 47. 28. indè ad mortem Josephi, 53, Gen. 50. indè ad nativitatem Mosis, 90, indè ad exitum ex Ægypto, 80, Exod. 7. 10. Summa est annorum 430, Exod. 12. 40. & 30 anni hîc prætereuntur ad numeri rotundationem[h]. [*Sed de hac quæstione consulendi sunt Chronologi*, Usserius, Vossius, &c. *Et plura vide ad* Exod. 12. 40. & Act. 13.]

14. *Ego judicabo*] h. e. Puniam, ulciscar. Synecdoche generis[i]. *Judicare* frequenter significat determinare causam alicujus, vel in damnum ejus, puniendo, ut hîc, & Psal. 51. 6. vel in commodum ejus, protegendo, ut cap. 30. 6. Psal. 7. 9. Jer. 5. 28. & 22. 16[k].

15. *Ibis*] Sic ο'. & ferè omnes vertunt τὸ תָּבוֹא, quasi fuisset תֵּלֵךְ. Sic Jonah 1. 3. *navem* בָּאָה, *venientem*, i. e. *euntem*. Et in Terentio, *Ego ad mercatum venio*, i. e. eo. Contrà, *ibam ad te*, i. e. veniebam, Terent[l]. Anima tua ad pios patres colligetur[m]. ¶ *Ibis ad patres*] Pro, *morieris ut majores tui*, H[s]. q. d. Longa tibi erit & placida senectus, cui mors læta & pacata respondeat[n]. ¶ *In pace*] Non afflictus sub alieno imperio, ut posteri[o]. ¶ *Sepultus*, תִּקָּבֵר] *Sepelieris*, plerique. [*At* ο'. τραφεὶς, *nutritus*; nisi fortè error sit scribæ, pro ταφεὶς, ut habet Græc. Schol. in D.] ¶ *In senectute bona*, בְּשֵׂיבָה] *In canitie*, Mo. & omnes. Dicitur de *senectute ultima*, ut זִקְנָה de prima & media[p]. Notat & longam & placidam ejus senectutem, V. robustam & vegetam[q].

16. *Generatione quartâ*] Nempe Amorrhæorum, quod ex sequentibus intelligendum[r]. Alii de Israelitis exponunt. Vel, 1. ut generatio sumatur pro filiorum procreatione in Ægypto[s]. Heb. *ætatem verò quartam*. Met. adjuncti, i. e. ipsos quartos ab ingredientibus in Ægyptum, prout factum est; nam Caleb quartus erat à Jehudah, & filii Mosis & Aaronis quarti à Cahath, qui cum Jehudah descenderat in Ægyptum[t]. Vel, 2. ut *ætatis* nomen referatur ad successionem temporum, sitque ætas hominis annorum 70, juxta Psal. 89. 10. Ità tribus ætatibus, h. e. 210 annis, in Ægypto erant, & quartâ desertum emensi sunt. Vel, 3. ut ætas seu seculum sit 100 annorum, (quod & profani homines tenuerunt, ut Solon in Herodoto[v].) *Ætate quartâ*, scil. *exactâ*, i. e. post ætatem quartam, h. e. post 400 annos, de quibus v. 13. Hinc apparet ætatem hominis tunc fuisse circiter centum annorum, licèt tempore Mosis numerus ille diminutus esset, Psal. 90[x]. ¶ *Nondum completæ iniquitates*] עָוֹן accipiunt vel, 1. de peccato; q. d. nondum compleverunt mensuram peccatorum[y]. Mensuram Deus cuique nationi, familiæ, forsan & capiti, priusquam insigne aliquod supplicium irroget, ab æterno præfixit: Matt. 23. *Implete mensuram patrum*[z]. Deus exspectat in talibus mensuram sui judicii[a]. Fuisse tunc pios viros docent Melchisedek, & Abimelech, & illi Gen. 23. 6[b]. Nondum tempus quo punientur ob consummatam iniquitatem, nec finem sceleribus facient, donec ultimum excidium sibi accersant[c]. Vel, 2. de pœna. Nondum tempus est pœnæ[d]. Vel, 3. de culpa & pœna simul, quod aptius[e]. ¶ *Amorrhæorum*] Horum meminit, 1. ut *maximi* inter septem populos; ut Propheta dicit—*Amorrhæum, cujus altitudo erat quasi—cedrorum, & fortis erat tanquam quercus*[f]. 2. Quòd in eorum ditione tunc habitaret Abram, nempe in querceto Mamre, suprà 13. 18. & 14. 13[g].

17. *Cùm occubuisset sol*] Occubitus Solis calamitates significat, Esa. 5. 30. & 8. 22. & 9. 1, 2[h]. ¶ *Caligo tenebrosa*, sic ferè omnes, עֲלָטָה] *Cæca nox*, J T. *Nox crepera*, crepusculum, cùm res obteguntur, à עָטָה, inserto Lamed[i]. ¶ *Et apparuit*, &c. וְהִנֵּה] Est adverbium & *loci* & *temporis*. Utroque modo ponitur hoc versu[k]. ¶ *Clibanus fumans, & lampas ignis*] Symbolum liberationis, juxta doctiores. Duæ res in speciem contrariæ. Innuit quòd *lux è tenebris emergeret*. Non potuit magis ad vivum depingi Ecclesiæ conditio, nè afflictionum caligo nos obruat[l]. Significat ardentem Dei vindictam in Ægyptios[m]. *Clibanus fumans* imago Ægyptiacæ servitutis, in luto, & lateribus, quos in fornacibus igni durabant, Deut. 4. 20†. ¶ *Lampas ignis*] i. e. Fax ardens, quæ transiit inter partes, (easque forsan incendit & consumpsit, ad sacrificium complendum.) Significat justitiam Divinam, quâ & puniti Ægyptii, & Israelitæ servati: itidem columnam ignis, Exod. 13. 21[n]. ¶ *Lampas*] Deus, cujus imago est lampas illa, per divisiones transit; transiit & Abraham. Ità fœdus firmatum[o]. Lampas Deum repræsentat, qui passim in igne apparet in Vet. Test[p]. ¶ לַפִּיד אֵשׁ] *Fax ardens*, Ti. Significat præsentiam Dei, & futuram liberationem. Vide Jud. 6. 21. Isa. 62. 1. Zach. 12. 6[q].

18. *Pepigit*, Mo. P. Ti. כָּרַת] *Scidit*, vel *cecîdit*, *fœdus*. Met. adjuncti; quia pecudem scindebant in duo segmenta. Vide ad v. 10. & Jer. 34. 18[r]. ¶ *Dabo*] Ità ο'. Sy. & Ar. M. Ti. Heb. *dedi*, h. e. decreto adjudicavi[s], & promisi[t]. Optimus acquirendi titulus, donum à Domino rerum omnium[v]. ¶ *A fluvio Ægypti*] Vel à Nilo[x]; à *fluvio*, vel *rivo*, *Nili*[y], *Pelusiaco* dicto, quia ad *Pelusium*, hodie *Damiatam*[z]: vel à Sichore fluvio, qui dividit Ægyptum à Cananæa & Arabia, & in Sirbonidem paludem influit[a]. Vide Amos. 6. ult[b]. ¶ *Ad Euphratem*] Implenda fuisset promissio nisi eorum peccata obstitissent. Eò etiam regnum se porrexit sub Davide & Salomone[c]. Heb. *flumen Euphratis*. Sic *urbs Jerosolymæ*, & *Romæ*, & *herba Lapithi* Horat. *Lex Posthumiæ jubet magistra*, Catul. i. e. Posthumia[d].

19. *Cinæos*] Aliter *Salmæos* dictos, teste Chald. *Salmæ* in Arabia tres Ptolemæo. *Salmani Arabes*, Plinio 6. 26[e]. ¶ *Cinæos, Genezæos, & Cadmonæos*] Variæ familiæ Cananæi, qui undecim habuit filios[f]. Cadmonim, i. e. *Orientales*. Hi sunt *Hevæi*, qui sic dicti sunt quòd occupâssent montem *Hermonem*, qui pars erat terræ Canaan maximè Orientalis. Unde *Hermon* pro Oriente, sicut *Tabor* pro Occidente, ponitur Psal. 87. 13. Cadmonæus idem qui Hermonæus. Hinc fabulæ & nomina Cadmi, (q. d. Cadmonæi,) & uxoris ejus Harmoniæ, vel Hermiones, à monte Hermone, ex quo erant oriundi. Et Hevæos fuisse constat, quòd utrumque fabulantur in serpentem fuisse mutatum; Nempe Hevæorum nomen serpentes sonat; חויא Syris est *serpens*[g]. Cadmonæi, q. d. *filii Orientis*, Mo. [Vide quæ ad Gen. 10. 16.] Undecim gentium hîc terra promittitur; quam tamen non possiderunt, quia leges & conditiones pacti cum Deo non servârunt[h].

CAP. XVI.

1. HAgar] Hanc fuisse *Pharaonis filiam* dicunt Hebræi[i]. Ab *Agar Agra* urbs Arabiæ Plinio, Ἀγαῖον ἔθνος Ἀγαῖοι Straboni & Stephano[k].

2. *Conclusit me*] i. e. Vulvam meam[l]. ¶ עֲצָרַנִי] *Prævaluit me* [lege *mihi*] de pariendo, vel, nè gignam; i.e. prævalidè conclusit me[m]. ¶ *Ingredere nunc*] Scil. cubiculum, nempe concumbendi causâ: q. d. Concumbe[n]. Vide ad cap. 6. 4[o]. At—נָא vertendum *quæso*[p]. ¶ *Si fortè ex illa suscipiam filios*, אִבָּנֶה] *Ædificer*. Hinc בֵּן *filius*, quia filii sunt veluti ædificium seu ædificatio patris & matris; vel quia sunt generis fulturæ[q]. Sic Plautus Mostellariâ,—*Vos homines ædium esse similes arbitremini, Primùm dum parentes fabri liberùm sunt, & fundamentum liberorum substruunt*[r]. Hagaris filium pro suo habet, quippe natum ab

Margin notes (left column): x L. — y G. E. — z L. M. Ma. La. Bo. Jun. — a L. A. — b Belg. — c A. — d L. — e Me. Cl. — f Cl. — g Me. La. — h Pi. — i Pi. — k Belg. — l D. — m Belg. — n V. — o Jun. — p D. — q Ma. — r G. — s Ità Bo. Perer. in La. — t Ma. ità A. — v Ma. ex Jun. — x Pi. — y F. co. — z T. — a L. — b Theod. in Ga. — c V. — d Sic O. K. in F. co. — e Ma. — f K. in F. co. — g Ma.

Margin notes (right column): h A. — i Ma. — k M. — l V. — m G. — † Me. T. in v. 9. — n T. — o Me. — p La. Bo. — q Belg. — r Pi. Belg. A. — s M. Bel. Jun. — t Belg. — v G. — x Sic TJ. & AE. in D. Ma. — y D. Me. — z D. — a Jun. Belg. Bo. — b Bo. — c Me. Bo. — d D. obs. 9. 21. — e G. — f M. — g BP. 4. 36. 345. & BC. 1. 19. — h Ma. La. — i L. TJ. — k G. — l V. Pi. Jun. — m Ma. — n Pi. — o Belg. — p Pi. — q V. — r Ma.

ab ancilla sua, & in domo sua. Vide Gen. 30. 3, 6, 8. & Exod. 21. 4[s]. ¶ *Cúmque acquiesceret*] Excusat hoc non consuetudo gentium, (ut vult August.) sed inspiratio Divina. Polygamia erat contra jus naturæ[t]. Dispensabat tunc Deus in jure naturæ, (sicut in occisione Isaac, & spoliatione Ægyptiorum[v].) Polygamia tum non erat illicita[x]. [Alii aliter.] Licèt communiter tum usurpata fuit, contraria tamen erat primæ Dei institutioni[y]. ¶ *Deprecanti*] Non ergò libidine motus, ut Lamech, hoc fecit[z]. Ægrè castitatis amor ad polygamiam inducitur[a].

3. *Post decem annos*] Ex quo habitare cœperat in illis locis[b]. Traditio Patrum est, *Si mulier non pepererit intra decem annos, tenetur ejus maritus ad primam, secundam ducere uxorem*[c].

4. *Despexit eam*] Tanquam à Divino promisso repudiatam[d]. Non cujusvis est meliorem bene ferre fortunam[e]. ¶ וַתֵּקַל] Hîc Tzere ponitur pro Hirek, & Dagesh in ק; est enim passivæ vocis[f], [*& despecta fuit.*]

5. *Iniquè agis contra me*, חֲמָסִי עָלֶיךָ] *Injuria mea tibi imputanda est.* Justè possum de te conqueri[g]. Mea injuria est tuum debitum, à te præstandum. Sicut Gen. 27. 13. עָלַי קִלְלָתְךָ, *mihi incumbet maledictio tua*; meum erit debitum, ego præstabo. Particula עלי apud Hebræos & Arabes solet exprimere, non tantùm quod *officii* est & *muneris*, sed etiam quod *debiti* est: sic Luc. 11. 7.—*qui nobis debet*, Arabes vertunt, *super quem nobis est*[h]. חמס, Græcis [illegible], Chald. *querela*. Cloppenburg. pro קלון accipit. Non sperno, inquit, Di[i]. *Iniquitas* (*injuria*, sive *oppressio*, *mea*, Sa. Sy. Ar. M.P. sive, *violentia mea*, Ma. i. e. quæ mihi fit, Jun. Ma. quâ ego deprimor, Ma.) *super te*, Mo. & reliqui. In te cecidit, vel veniet: vide Jer. 51. 35[k]. *Judicium habeo contra te*, Ch. vel *super te*: sign. pro te, tui gratiâ[l]. Vel, *Injuria mea* (i. e. pœna injuriæ meæ) *super te* veniat. Imprecatio qualis Matt. 27. 25[m]. Tu dabis pœnas oppressionis meæ. Vel, *Punitio mea*, i. e. mei causâ, *super te*; seu, mei gratiâ punieris[n]. ¶ *Judicet*] [Ità plerique.] Vox imprecantis & stomachantis, ut Exod. 5. 21. Jud. 11. 29[o]. Alii, *judicabit*, JT. Sic verba erunt non imprecantis, sed consolantis se spe defensionis Divinæ, ut 1 Sam. 24. 13, 16[p].

6. *In manu tua*] i. e. Sub potestate tua, à qua eam non liberavi accipiendo in uxorem secundariam[q]. ¶ *Utere ut libet*] Non permittit sævire, (maximè in gravidam[r],) sed compescere[s]. Jus vitæ & necis tum habebant domini & dominæ[t]. ¶ *Affligente*] Contumeliis, Sy. aut verberibus, Pi. A. ¶ *Fugam iniit*] Ità locum deserens, contra Eccles. 10. 4. & Abramo filium eripiens[v].

7. *Angelus*] Nempe Christus, quia Jehovah dicitur hîc, & v. 13. & v. 10. pro auctoritate loquitur[x]. Hoc loco primùm occurrit mentio Angelorum[y]. ¶ *In via Sur*] h. e. Quâ itur *Shurem*. Ea urbs erat sita ad desertum, è regione Ægypti, Gen. 25. 18. 1 Sam. 15. 7[z]. *In via regionis Mecchanæ*, Ar. Ità fugiens patriam petit[a]; ex Ægypto enim oriunda erat, Exod. 15. 22[b]. שור vocatur ab eventu, quia ibi Deus eam vidit[c].

8. *Ancilla Sarai*] Conditionis admonet, ut agnoscat errorem[d]. ¶ *Unde venis?* [Sic omnes.] אֵי מִזֶּה בָאת] *Ubi*, V. Mo. (scil. locus est, V.) *unde*, V. (à quo, Mo. *de isto*, Ma.) *venisti?* Quærit, vel ut confessionem peccati eliciat[e]; vel ut occasionem ei præbeat proponendi querelam suam, eámque instituendi & consolandi[f].

9. *Humiliare*, הִתְעַנִּי] *Humilia te*, Mo. Sa. M. P. Idem verbum quod priùs verterunt *affligente eam*, &c[g]. Patere te affligi. Vid. 1 Pet. 5. 6. Conjugatio Hithpahel magnam humiliationem significat[h]. *Subde te*, Sy. Ti.

10. *Multiplicans multiplicabo*] Et certè (vel, *& plurimum*, La. JT.) *multiplicabo*, Ar. A.

11. *Concepisti*, הָרָה] *Prægnans es*, V. Mo. Sa. M. P. Ti. ¶ *Et paries*, וְיֹלַדְתְּ] *Propediem paritura es.* Vox componitur ex duobus temporibus, nempe, participio præsenti יֹלֶדֶת *pariens*, & præterito יָלַדְתְּ *peperisti*; adeóque tempus paulò pòst futurum significat hîc & Jud. 13. 7[i]. Vel est ex conjugatione Pohel, ut certitudinem partûs firmiùs exprimeret[k].

s A. Belg. — t E. — v T. — x T. Me. — y Belg. — z L. — a Me. — b A. O. — c Ge. RS. & AE. in M. — d L. — e Me. — f M. — g F. V. G. Belg. Me. — h Di. — i Cloppenb. collat. crit. num. 11. — k Ma. — l Belg. — m Pi. — n O. — o Pi. — p Pi. — q Belg. — r L. — s Me. — t G. — v A. — x Pi. Belg. A. — y Ma. — z Jun. Pi. Belg. — a Me. La. — b Jun. — c F. — d Me. ex L. — e La. — f Pi. — g O. — h Ma. — i Jun. Pi. Ma. A. — k M.

12. *Hic erit ferus*, &c. פֶּרֶא] *Onager* (asinus sylvestris) hominum inter homines[l]. Erit ferus, & agrestis, & indomitus[m]; bellicosus, & (hostibus, V.) formidabilis[n]; solivagus, incertis sedibus errans[o]. *Erit solitarius*, Ar. Fortè à פרא Æthiopico, quod est *exivit*, Marc. 4. 3. i. e. qui tanquam onager nequit se domi continere, sed in sylvas agrósque exire amat[p]. Sylvester erit, diligens nemora & venationes[q]. Et de Ismaele hæc vera sunt, & de ejus posteris, Saracenis Arabibúsque[r]. Aliis פרא est חָפְשִׁי *liber*, qui nemini subjici dignetur[s]. ¶ *Contra omnes*, &c. בַּכֹּל] h.e. Invadet omnes, & ab omnibus invadetur[t]. ¶ *Et è regione universorum fratrum*, על פני וגו'] *Super facies*, ὁ. Mo. Sa. *juxta terminum*, Sy. *in conspectu*, Ar. [Variè exponunt. Quidam sic,] Licèt ferus, cum fratribus tamen pacem habiturus erit[v]. (In magna hostium copia non deerunt amici & fratres[x].) Alienissimum hoc est; nihil enim hîc quod ejus humanitatem commendet[y]. [Alii sic,] *E regione fratrum*, seu *contra fratres*, *habitabit*[z]; fratribus videntibus, nec impedire valentibus[a], licèt obstare conentur[b]. Tantus erit gentis & progeniei ipsius numerus & potentia, ut latissimam regionem occupent, & terminos suos ad omnium fratrum fines producant[c]. *Ex adverso fratrum*, scil. in deserto Paran, quod erat directè contra habitationes fratrum[d]. Prope fratres, & in eorum conspectu. Vide Gen. 25. 18[e]. At potiùs significat Angelus, populum hunc à reliquis separatum fore: acsi diceret, Non erit pars vel membrum unius gentis, sed totum corpus efficiet, ut habeat distinctum & speciale nomen[f]. ¶ *Figet tabernacula*] Egregiè, q. d. *tabernaculabit*, tunc enim in scenis seu tabernaculis habitabant[g]. Arabes plerumque degunt in tentoriis. Hæc sunt tabernacula Cedar Cantic. 1. 5[h].

13. *Vocavit*, וַתִּקְרָא] *Invocavit nomen Domini*, La. Bo. ità Ch. ¶ *Qui loquebatur*, הַדֹּבֵר] Differunt דבר & אמר, ut Latinis *loqui* & *dicere*. Nam דבר 1. est generalius; 2. magìs reale & externum; 3. absolutum & sine respectu ad alterum. In אמר omnia sunt contraria[i]. ¶ *Deus qui vidisti me*, אֵל רֳאִי] רֳאִי est vel participium cum affixo, *videus me*[k]: vel Thoar sive adjectivum sine affixo, *Tu Deus videns*[l]; *videns omnia*, Ch. i.e. summè providens, (sic Prophetæ vocantur *videntes*:) vel nomen substantivum, *Tu Deus visionis*, i. e. qui videri soles & te patefacere; vel, qui vides omnia, & me præcipuè; qui te ostendere soles afflictis; vel, *Tu Deus visionis*, vel *visi*, i. e. ostenti, prodigii, ut Virg. 3. Æneid. *Talibus attonitus visis & voce deorum*, & rursum, *Monstra Deûm refero.* Reputabat Hagar visum illud Angeli ostentum sive prodigium. Sic ראי capitur Nahum. 3. 6[m]. *Tu es Deus in visione*, Sy. Docti inter Hebræos sic exponunt, *quem pii homines aliquando vident*, V. Misertus es mei[n]. Hagar, antea fera & indocilis, nunc tandem Dei providentiam agnoscere incipit[o]. ¶ *Profectò hîc vidi posteriora videntis me*, הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי] [Variè reddunt.] *Num etiam hîc vidi post videntem me?* Sa. M. Mo. Ti. A. *etiámne jam video post videntem me?* JT. Pi. *Quod ecce visionem vidi, postquam vidit me*, Sy. Vidi hîc misericordiam tuam, postquam vidi tribulationem, Ar. *Nonne etiam hîc video posteriora videntis me?* O. Variæ sunt hujus loci expositiones. Vel, 1. objurgat seipsam, q. d. Nimis cæcutivi in domo Abrahæ, & contempsi providentiam Dei, quam sæpe experta sum, nec ad eum respexi, nisi coacta, quum prior me respexisset; & nunc etiam in deserto, ubi malis afflicta saltem expergefieri debueram, meo more obstupui, nec in cœlum sustulissem oculos, nisi priùs fuissem à Domino respecta. Hæc expositio vera esse videtur[p]. Sic Onk. *An utique hîc incepi* שְׁרֵיתִי, (ità enim punctatur in Veneta editione & Hanoviensi, & rectè) *videre post eum qui revelatus est mihi?* q. d. jamdudum providentiam Dei agnoscere debuissem. Miratur stuporem suum. Vel, 2. cum admiratione gratulatur sibi: vel hoc modo, (si הלום rectè vertitur à Junio per *jam*) *An huc usque vidi post videntem me?* q. d. hactenus mihi non contigit videre eum qui videt me; novum hoc est beneficium: vel (quia הלם) nusquam *tempus* signi-

l V. — m V. F. Me. — n V. Jun. Pi. — o Me. — p Di. — q L. — r Me. G. Hi. in Ma. — s AE. in M. — t Tig. not. — v M. — x V. — y F. co. — z E. — a G.[b] V. — c Jun. — d Me. — e A. — f V. sim. La. — g Ma. — h Me. La. — i Ma. — k Ma. ità M. P. — l Ma. ità Sa. — m Ma. — n Me. Sa. — o V. — p V.

ſignificat, ſed propriè *locum*, interdum & *rem*, ut Jud. 20. 7. *huc*, i.e. *ad hanc rem*, & Pſal. 73. 11. *huc*, i. e. *ad hæc verba, ut dicant, An cognovit*, &c.) potiùs hoc modo, *An etiam hucuſque?* (ut ſit apoſiopeſis, quæ frequens eſt in admiratione & elegans,) *vidi poſt videntem me*; q. d. hui! etiam hucuſque favore me complexus eſt Deus? datum mihi eſt videre eum qui me reſpicit; ingens eſt beneficium. Vel, 3. increpat ſe, quòd tamdiu ibi hæreat, & non ſtatim ſe ad familiam heri ſui conferat: *Etiam ego manſi* שָׁרִיתִי? (ſic enim punctat Buxtorfius;) vel, *an hîc maneo videns poſt eum qui revelatus eſt mihi?* Vel, 4. *Etiam ego incepi* (שָׁרִיתִי) *videre?* i. e. non aliis tantùm, (non tantùm Saræ, ait Targ. Jeroſ.) ſed mihi ancillæ viliſſimæ, hoc conceſſum, videre Deum [q]. Vel, 5. *Annon video* (h. e. *vivo*) *poſt videntem me*, i.e. poſt viſionem Divinam, vel *poſt* viſionem *videntis me* [r]? Quem genuinum ſenſum eſſe, licèt à nemine ante Junium animadverſum, non dubito: Rivet. Vitæ una functio, tanquam ſignum evidens, pro vita ſumitur: ut Exod. 24. 11. *quamvìs vidiſſent Deum, comederunt* [s]. Vide & 1 Sam. 14. 28 [t]. Ità *viſio ſolis* videtur vitam ſignificare, Eccleſ. 11. 7, 8. & 7. 13. Pſal. 35. 10. Qui Deum videbant, putârunt ſe ſtatim morituros, Jud. 13. 32. & 6. 22. Gen. 32. 30 [v]. Vel, 6. *Vidi poſteriora videntis me*: ſic Vulg. Quod omnium maximè probatur [x]; & communis eſt opinio [y]. *Vidi ea quæ ſunt poſt videntem me*, vel poſteriora, i.e. terga abeuntis, ſeu diſparentis, pro more Divinarum apparitionum, ut Jud. 13. 20 [z]. Sic vidit Moſes tantùm *poſteriora Dei*, Exod. 33 [a]. Videmus nunc per ſpeculum [b], non palàm; ſicut non perſpicuè agnoſcimus hominem à tergo [c]. Non faciem, ſed dorſum ei obvertit, quia & heram & Deum fugeret, necdum reverſa eſt [d]. Vel ſic, *Dorſum Dei* eſt ſenſus iræ; ſicut lucet facies cùm propitius eſt. q. d. Putavi me elapſam eſſe Dei ferulis, ſed hîc quoque eum mihi infenſum ſentio [e]. Vel, 7. *Num & hîc* (nempe in *deſerto* [f]) *vidi poſt videntem me*; i. e. poſtquam ego vidi, (vel videre conſueta ſum) ſcil. in domo Abrahami [g]? Vidi Angelum hîc, poſtquam videram eum in domo Abrahæ, cujus cuſtos erat, & propterea non fui territa ad viſionem Angeli, ſicut Jud. 13 [h]. Vel, 8. *Numquid hîc vidi, poſtquam fui videns?* q. d. Non cùm loqueretur, ſed poſtquam evanuit, cognovi eſſe Angelum Dei. Sic K. Vel ſic, *Vidine illum abeuntem* (ſolemus abeuntes proſequi quamdiu videre poſſumus) *qui apparuit mihi?* q. d. Non vidi, citò diſparuit; ideóque novi illum eſſe Angelum, miſſum ut me conſolaretur [i]. Alii vertunt, *An ego vidi poſt viſionem meam?* h. e. adeò tardè, ut videndo cæcutirem? Ità duplex erat viſio Hagar: prior erronea, cùm in Angelo nihil cœleſte apprehenderet; altera vera, poſtquam tacta eſt Divinitatis ſenſu [k]. Vel, 9. *Annon vidi Angelum Dei, poſtquam Deus vidit afflictionem meam* [l]? Vel, 10. *Vidi poſt videntem me* idem eſt quod *vidi videntem me*. Ità Græci omittunt illud *poſt*. Vis autem illius particulæ *poſt* hæc eſt, quòd viderit poſteriùs eum à quo prior viſa fuerit [m]. Vel, 11. *Coràm vidi eum qui apparuit mihi*, ο'. in Bo. Quo ſenſu gratiam Dei extollit, qui ei hoc indulſit, ut Deum non ſolùm audiret, ſed etiam videret, Job. 42. 5 [n]. Chaldæus ſic, *Etiam ego cœpi videre* (i. e. miſeriam meam cernere) *poſtquam apparuit mihi* [o].

14. *Appellavit*] Sub. vel *is qui nomen indidit*, (ſatis tritum eſt Hebræis, verbum ſic indefinitè accipi:) vel *ipſa Hagar*, quæ, unâ ſimplici confeſſione non contenta, teſtatam in futurum tempus voluit Dei gratiam [p]. At קָרָא maſc. non convenit cum Hagare [q]. Vel Angelus, vel Abraham [r]. Vel *vocavit quiſquis*, credens Agar affirmanti hoc nomen ab Angelo inditum [t]. Tertia perſona præteriti ſeu futuri activi Hebræis plerumque paſſivè, ſeu imperſonaliter, ſumitur; *vocavit*, pro *vocatum eſt* [v]: ſic *vocavit*, 2 Sam. 5. 20. pro *vocârunt*, 1 Chron. 14. 11. *unxerant*, 2 Sam. 15. 17. pro *unctus eſt*, 1 Chron. 14. 8. Confer etiam Marc. 10. 13. cum Matt. 19. 13 [x]. ¶ *Viventis, videntis me*, ſic ferè omnes, לַחַי רֹאִי] q. d. A Deo vivo, vel authore vitæ, reſpecta ſum [y]. *Viventis*, i.e. victuri in annum alterum [z]. חַי refertur ad *fœtum*, רֹאִי ad *Angelum* [a]. Rectiùs ſic, *puteum viventis* (i. Angeli, qui *Deum viventem* hîc refert) *vidente me*, i. quem ego vidi, Cl. vel ſic, *viventis*, i. e. Angeli qui ſemper vivit, cùm ſit immortalis [b]. Puteum *viventis* vocat reſpectu ſui, quia viva remanſit poſt conſpectum Angeli; *videntis* reſpectu Angeli, propter beneficium ſibi in ea apparitione collatum [c]. Alii utrumque ad Deum referunt, qui vivit, & videt omnia [d]. *Puteum viventi videnti meo*; cum Lamed enim conſtruuntur. Vel, *Puteum ad vivum* (i. qui vivas & ſcaturientes aquas haberet) *videntis* me, i. Dei [e]. ¶ *Inter Cades & Barad*] Onk. ſic, *inter Rekam & Petram*. Abſurdum; nam *Petra* eadem quæ *Rekam*, vel *Areceme*, & per Apocopen *Arce*, ut conſtat ex Jo. Euſeb. Hi. & Epiph. Pro *Petra* ergò ſubſtitue ex Jon. *Eluſam*, oppidum Idumææ notiſſimum [f].

15. *Peperit*] Poſtquam domum reverſa veniam à dominis impetravit [g].

[q] Di. [r] Ità Jun. Pi. Belg. [s] Riv. [t] Jun. Pi. [v] A. ſim. Jun. [x] F.co. [y] V. ità L.E. Me. [z] Ma. [a] F.co. [b] Cl. [c] V. [d] Me. [e] V. [f] F.co. [g] RS. in M. [h] L. [i] F.co. V. [k] V. [l] A E. in M. F.co. [m] Merc. [n] A. [o] A. Bo. [p] V. [q] B A. 204. [r] Q. in Ma. [t] Me. [v] Ma. [x] A. [y] V. [z] A E. in M. [a] M. [b] L. [c] Jun. [d] Belg. [e] Ma. [f] BC. 1. 44. 765. [g] Me. Ly.

CAP. XVII.

1. *Apparuit*] Nè putaret promiſſionem ſeminis in Iſmael completam [h]. ¶ *Omnipotens*, ſic ferè omnes, אֵל שַׁדַּי] *Potentiſſimus, ſufficientiſſimus*, Ar. *fortis, omnipotens*. q. d. Bona ampliſſima quæ tibi promiſſurus ſum præſtare poſſum [i]. Beatiſſimi ergò erunt qui mecum fœderati ſunt [k]. *Ego fortis, beneficus, (liberalis*, vel *exuberans.)* Vox Deum ſignificat quatenus eſt benefactor [l]. Triplex etymon eſt שַׁדַּי: 1. qu. שדדי, à שָׁדַד *vaſtavit*, q. d. qui, ut creavit omnia, ità ea poteſt annihilare: 2. qu. *mammoſus*, à שד *mamma*, quòd omnia alat: (ſic Diana *mammoſa*, quia omnium viventium nutrix; ſic Iſis, item Ceres *mammoſa*:) 3. (quæ verior eſt originatio) à שׁ *qui*, & דַי *ſufficiens* αὐτάρκης, ἀνενδεὴς Platoni [m]. Malim referre ad Arab. שָׁדַד, quod eſt *confortare, conſtringere*; q. d. παντοκράτωρ, *tenens omnia* [n]. Sanchuniatho, compoſitor hiſtoriæ Phœnicum, Deum quendam memorat, quem interpres ejus Græcus Philo Byblius ἀγρὸν & ἀγρότην nominat. Videtur mihi in mente habuiſſe hoc nomen; nam שָׂדֶה *ager*; ſed tunc eſſet *Sadai*. Sic *Dagon*, quem à piſce dictum putant, ab eo redditur Ζεὺς ἀρότριος, tanquam à דגן, quod *frumentum* denotat. Aq. vertit & ἱκανὸς, & (alibi) ἄλκιμος [o]. Fatetur Elias in Thisbi pleroſque exponere *fortem & victorem*, q. d. qui volo & poſſum [p]: poſſum te protegere. Non jactat potentiam Deus quæ penès ipſum ſuppreſſa lateat, ſed quam erga filios explicet [q]. ¶ *Ambula coram me*] Sic ferè omnes. *In obedientia mea*, Ar. Quod *ambulare coram me*, 1 Reg. 8. 25. eſt *ambulare in Lege mea*, 2 Chron. 6. 6 [r]. Ambula coram me, ut ſervus coram domino, &c. illi per omnia præſtò, obſequens, fidelis [s]: me ſemper intuere præſentem [t]: te curæ meæ committe; ac ſtatue actionum cogitationúmque omnium me eſſe arbitrum. Vide ad Gen. 5. 22 [v]. ¶ הִתְהַלֵּךְ] *Ambulare te fac*; i. e. indeſinenter ambula coram me [x]. εὐαρέστει, i. *complace coram me* [y], *ambula placenter*. Complectitur & fidem, Heb. 11. 5, 6. & obedientiam [z]. ¶ *Eſto perfectus*] Tendens ad perfectionem: Non enim erat perfectus, ſed proficiens [a]. Enitere ad culmen virtutum omnium [b]. *Eſto inculpabilis*, ο'. *ſine macula*, Sy. *integer*, Ar. Eſto ſine ſimulatione, & fiduciam ſinceram in me habeas, & perſtes in mei reverentia [c].

2. *Ponámque fœdus*] Circumciſionem, ut infrà v. 10. nempe externam κατὰ πόδας, internam μυστικῶς [d]. ¶ *Et dabo pactum meum*, &c.] Mo. P. *teſtamentum meum*, ο'. Amicitiam & fœdus tecum ſanciam [e]: fœdus ratum habebo & exſequar [f]; renovabo, & ſacramento confirmabo, vide v. 10 [g].

3. *Cecidit*] Adorans, & gratias agens [h]. Advertendum hîc eſt, quòd ſicut Natura & Ars in operibus ſuis procedunt de imperfecto ad perfectum; ità eſt in proceſſu Divinarum revelationum & promiſſionum, quæ expreſſiores indies fiunt & majores [i].

4. *Ego ſum*, אֲנִי הִנֵּה] *Ecce ego*, ſic plerique. *Ego* abſolutè ponitur; i. quod ad me attinet. Notat antitheſin, cujus ἀπόδοσις habetur verſ. 9. deſcribitur enim hîc

[h] Me. [i] Jun. [k] Belg. [l] O. [m] D. [n] Di. [o] D. [p] Me. [q] V. [r] A. [s] La. O. [t] Bo. [v] Jun. [x] Ma. [y] La. [z] A. [a] L. [b] Me. [c] Belg. [d] G. [e] La. [f] Bo. [g] Belg. [h] Me. Jun. Ma. [i] L.

hîc fœdus inter Deum & Abrahamum [k]. *Ego vice* præfationis seorsim legendum est, ut quieto animo sit Abram, & sine dubitatione fœdus suscipiat [l]. ¶ *Pater multarum gentium,* לְאַב הֲמוֹן גּוֹיִם] *In patrem multitudinis* (vel *nobilitatis*, Ar.) *gentium*, Mo. sim. omnes; vel *patrem*, &c. (nam *ero in spiritum*, 2 Chron. 18. 21. est *ero spiritus*, 1 Reg. 22. 22 [m].) i.e. pater multarum gentium: sic exponit Paulus, Rom. 4. 17. adductus verbis sequentis versûs [n]. Talis erat secundùm carnem, sed præcipuè secundùm spiritum, respectu fidelium [o]. Dicitur à tumultu, vel strepitu, quem multitudo excitat; imò pro tumultu ponitur, ut ὄχλος sign. & *turbam*, & *tumultum* [p].

5. *Abraham*] Pro *Abram hamon*, ob euphoniam [q], ה ex הָמוֹן addito [r].

6. *Reges ex te*] Hebræi, Idumæi, Africani, Saraceni, Hispani, & Messias Rex regum. Ab omni ævo nullus in hoc cum Abrahamo comparandus [s].

7. *Et semen tuum*] Sunt fœdera quædam personalia; alia, ut hoc, ad successores transeuntia [t]. ¶ *Ut sim Deus tuus*] Ut tui curam geram, & tu me adores, & à me pendeas [v]. Hæc formula comprehendit omnia beneficia salutaria [x].

8. *Terram peregrinationis*] Heb. *peregrinationum*, plur. ut sign. eum diu peregrinum fuisse & futurum esse [y]. ¶ *In possessionem æternam*] Vel *perpetuam*, [ità plerique.] Sic Esa. 60. 21. *in æternum possidebunt*, cùm tamen non diu possederunt, Esa. 63. 18 [z]. Quomodo hoc verum? Resp. 1. Secundùm spiritualem promissionem & rem sacramenti æterna erat, Aug. in Ga. Jun. 2. Æternum dicitur cujus finis non constituitur, Aug. in Ga. Possessio indefinita, donec symbolorum veritas advenerit. Nobis illud est perpetuum quod non possumus infringere. Sic Horat. *Serviet æternùm qui parvis nesciet uti*; & Terent. in Eunucho, *spero dehinc æternam inter nos gratiam fore*; & Virgil. Æneid. 11. —*æternum telorum & virginitatis amorem.* Æterna hæc dicuntur κατά τι, rerum creatarum respectu [b]. Sic Tibullus 2. 5. *Vescar, & æternùm sit mihi virginitas* [c]. [Mo. vertit, *in possessionem seculi.*]

9. *Et tu ergò*, &c.] Hactenus protasis, de promissionibus Dei: sequitur hîc apodosis, stipulatio officiorum Abrahami, quæ est altera pars fœderis [d]. ¶ *Custodies*] Retinebis & asservabis, nè amittatur vel elabatur: etiam opere complebis. Hæc שמר sign [e].

10. *Pactum*] h. e. Signum pacti vel fœderis [f]: hoc est, pignus promissionum mearum & vestri officii [g]. ¶ *Circumcidetur*, sic. ο'. Sa. הִמּוֹל] *Ut circumcidatur*, Ch. Ar. JT. O. A. *circumcidi*, Mo. Cohæret cum pronomine, *ipsum circumcidi*. τὸ περιτέμνεσθαι est fœdus, h. e. signum fœderis [h]. ¶ *Omne masculinum*] *Cur non & fœminæ*, cùm utriusque sexûs fœdus esset, ut constat ex Gen. 34. 14. Exod. 12. 3, 4. Joel. 2. 15, 16 [i]? Resp. 1. Quia vir est caput mulieris, à quo generatio pendet, eique tribuitur [k]. Viri sunt causa progeniei præcipua, ac proinde propagandi hanc impuritatem [l]. 2. Ut admonerentur peccati originalis, nempe omnes semine virili propagatos peccatores esse. Ideo parsum fœminis, quòd ex fœmina sine virili semine Christus nasciturus esset [m]. 3. Quia populi distinctio (ad quam data est circumcisio) petitur à maribus, non à fœminis [n]. 4. Effusio sanguinis marium in circumcisione respectum habuit ad sanguinem Christi, Heb. 9. 22, 23, 24 [o].

11. *Carnem præputii*] Præputium est pellis glandem tegens [p]. Ea pars delecta, 1. Quia hîc se effectus peccati primùm manifestavit. 2. Ut signum fidei quâ credebat Christum ex se nasciturum [q]. 3. Quia hoc membro transfunditur peccatum originale [r]. 4. Item in detestationem idololatriæ, quia Gentiles in Sacris Priapi partem illam honorabant [s]. עָרְלָה significat *rem quamvis superfluam* [t]; vel *obstructionem*, quæ rei alicujus operationem impedit [v]. ¶ *In signum fœderis*] Data circumcisio ut sit signum, 1. memorativum pacti Abrami cum Deo; 2. repræsentativum fidei Abrahæ, (fidei & religionis, propriæ in adultis, alienæ in infantibus [x],) & justitiæ per eam adeptæ, Rom. 4. 3. distinctivum fidelium ab infidelibus; 4. purgativum (simul & demonstrativum [y]) peccati originalis; 5. præfigurativum Baptismi [z]. Nota Cir-

k Pi. ferè ex Jun.
l V.
m A.
n Jun. Pi.
o A. Belg. O. Ma. V. Me. L.
p Ma.
q M. O.
r Jun. Pi. A. La.
s G.
t G.
v Pi.
x Belg.
y Belg.
z A.
b Jun. Pi. Ma.
c Ga.
d Pi.
e Ma.
f Jun. Belg. Me. V. A.
g Jun.
h Pi.
i Belg.
k Jun.
l Belg.
m Ma.
n La.
o A.
p Me.
q Me. La.
r La.
s L.
t M. A.
v A.
x T.
y T.
z Me. T.

cumcisionem institutam in *Hebron*, mense *Abib* vel *Nisan*, quo loco & tempore Johannes Baptista natus est, qui Circumcisioni Baptismum substituit [a]. ¶ *Inter me & vos*] Chald. habet, *inter verbum meum & vos.*

12. *Infans octo dierum*] Non antea, quia infans infirmior, nec par dolori, ut notat Maimonides [b]. Nec antea certitudo ulla est vitalem fore [c]. Τὰ πλεῖστα δ' ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης· διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη μᾶλλον τῇ σωτηρίᾳ, (*Pleraque* (scil. animalia) *ante diem septimum moriuntur; tunc igitur nomina imponunt, magìs credentes eà vitalia fore*,) ait Arist. l. 7. c. 7. de Hist. anim. Hinc & pecudum partus ante octavum diem Deo non consecrantur, Exod. 22. 30 [d]. Ante 8. diem vix in animantium censu æstimantur. Necdum spurcities diffluxit, quæ à partu credita ibi adhærescere. Ingratum autem Deo quod semiperfectum aut impurum [e]. Diebus septem omnis partus impurus erat ex sanguine. Vide Exod. 22. 30. Levit. 12. 3 [f]. *Lustricus dies quo infantes lustrantur & nomen accipiunt, maribus nonus, octavus fœminis*, Macrob. Saturn. 1. 16 [g]. Non autem ultra 8. diem differenda erat, nè supinitate hominum quotidie res in deterius iret. Nec sabbati dies exceptus erat, si octavus [h]. Fiebat de die, ut res foret notior. Præputium in pulverem projiciebatur. Poterat fieri circumcisio per Sacerdotes, per Levitas, per privatos, etiam per mulieres; non tamen per exleges. ¶ *Tam vernaculus quàm emptitius*] Incircumcisus in terra Hebræorum vivere poterat sub bonis legibus; non item in domo Hebræi, nè mores exemplo confunderentur [i]. ¶ *Circumcidetur*] Quæ. An servi emptitii ad circumcisionem cogi poterant? Affirmant multi ex hoc loco [a]. Nam, 1. Servus est possessio domini. 2. Illud τὸ *circumcidetur* præceptum est, quod elides, si subaudias *si velit*. 3. Aliàs nulla distinctio esset inter mercenarium & servum: Nam mercenariis permissa erat (non præcepta) circumcisio, Exod. 12. 44 [b]. Negant alii [c]. Existimant nullum adultum servum obligari ad circumcisionem sui aut prolis, nisi sponte consentiat [d]. Nam sic sumenti (circumcisionem) imponeretur peccandi necessitas, & juberetur hypocrisis. Nec talis circumcisio sacramentum esset Dei fœderis, quod non nisi volentes amplectimur. Denique, vera religio suaderi debet, non imperari. Adde quòd Maimonides sic explicat, de Circumcisione cap. 1. sect. 6. *Si quis* (inquit) *servum jam adultum à Cuthæis comparavit, qui circumcidi nolit*—debet Cuthæis iterum venundari [e].

13. *Pactum in carne*] Seu *fœdus*. Homerus victimas ipsas fœdera vocat, Iliad. γ'. —αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ Ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον, i. e. τὰ σφάγια, *pecudes mactandas*, Eustath. Beza ad Westfal. de Cœna Dom. Ibid. Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ, Ἄρνε δύω—i. e. *ferebant deorum fœdera*, nempe *agnos duos*. Unde & ibidem ὅρκια τάμνειν, quod Hesych. συντίθεσθαι, victimam in fœdere ineundo mactare, & ἐπὶ τομίων jurare, fœdúsque ferire: Heins. ad Sil. 1 [f].

14. *Cui præputii caro circumcisa non fuerit*, אֲשֶׁר לֹא יִמּוֹל וגו'] Q. activè reddunt, *Qui non circumciderit*, vel *circumcidi curaverit*; יִמּוֹל enim est fut. Kal, ex נָמַל, quæ habetur v. 11. Activè sumendum probat ratio addita, *Irritum fecit fœdus* [g]. Al. passivè, *Cui non circumcisa*, &c. Pi. *Cùm non circumcidetur*, Mo. ut sit fut. Niphal, ex מוּל, quæ habetur v. 13 [h]. ¶ *Delebitur*, וְנִכְרְתָה] *Exterminabitur*: non erit particeps promissionum aut beneficiorum meorum [i]; non ampliùs censebitur in populo Dei [k]; excommunicatus erit à communione populi Dei [l]; excludetur à sanctorum consortio & hîc & in futuro seculo [m]. Sensus est, morte plectitor; quomodo passim accipitur Exod. 30. 33, 38. & 31, 14. Levit. 17. 4, 9, &c. & 20. 18. Num. 9. 13. & 15. 30, 31. Metaphora ab arboribus quæ è terra exscinduntur, Deut. 20. 20. Esa. 9. 14 [n]. Sed pauciores de supplicio capitali accipere dicit Cl. Constant. l' Empereur in notis ad Bertram. de Repub. Jud. cap. 2. qui quatuor Ebræorum sententias recitat. 1. *Morietur morte immaturâ*, sive ante terminum naturalem, ait Abrabaniel. Terminus iste censetur annus 60. aliis 50. aliis 52. aliis est tempus quod quadrabat illi secundùm propriam naturam. 2. *Alte-*

a Li.
b G. ità L. Me.
c Me.
d G.
e Cunæus de repub. Heb. 3. 5.
f Jun. A.
g Ga.
h Cun. ib.
i G.
a Q. in BA. La. ex To.
b La.
c Ità Perer. Sot. Rupertus & Suarez in La.
d Me. ità BA.
e BA. 1. 2. 50. 577.
f Ga.
g Pi.
h Pi.
i V. Pi.
k Bertram. de repub. Judaica cap. 2. Ma.
l Belg.
m Jun.
n Pi.

κν@ erit, i.e. *morietur sine liberis.* (*Delebitur nomen & posteritas ejus*, M.) 3. Alii ad *mortem æternam* assurgunt: sed hoc sensu *peribit anima*, nec vivet vel subsistet ampliùs, inquit Maimonides. 4. Alii (ut Abrabaniel) rectiùs, *Pœnas post mortem luent in gehenna.* Theologi nostri ut plurimùm intelligunt ejectionem ex Ecclesia. Ego ex his minimè absurdam puto sententiam de morte præmatura; 1. ob *exscindendi* vocem, quæ isti, non verò sterilitati, optimè quadrat. 2. Infantiæ majores illas pœnas competere clementia Dei prohibere videtur. Consule quæ vir longè doctissimus, H. Ainsworth, ad Num. 15. 30, 31. Neque omittendum, *exterminium* minus esse *supplicio capitali*, Exod. 31. 14. (versu ritè intellecto) Deique opus esse, non hominum, Levit. 17. 10. & 20. 6. & confer diligenter ver. 4. cum 5[o]. Chaldæus, *Qui non præciderit*, &c. i.e. cùm adultus fuerit, anno 13. ut Hebræi volunt; quia tum ipse obligari incipit, si parentes & magistratus negligerent[p]. Si adultus circumcisionem neglexerit[q]. ¶ *Irritum fecit*] Quia adultus negligentiam *parentum* supplere debuit: vel, irritum fecit in infantia, vel casu, vel parentum vitio[r]. ¶ [הֵפַר] *Fregit*, Mo. Sa. *violavit*, Ar. *dissolvit*, M. *dissipavit*, o'. quantum in se est, privando se gratiâ promissâ[s]. הֵפַר opponitur הֵקִים לְ, *statuere, firmare*[t].

15. *Non Sarai*] Quod est, *domina mea*, sed *Sarah*; quod est *princeps* absolutè, non tantùm unius familiæ[v]. Loco י substituitur ה ex הָמוֹן, ut v. 5[x].

16. *Ex eo*, sic o'. & Sy. nempe filio, *orientur*, &c. מִמֶּנָּה] *Ex illa*, plerique, [nempe, ex Sarah.]

17. *Et risit*] Non dubitans, (licèt ità censent Hieron. & Chrys.) tunc enim reprehensus fuisset à Deo, (sicut Sara, Gen. 18. 12. Jun.) sed quasi ad rem novam obstupescens & gratulans[y]. Risus erat lætitiæ & admirationis[z]: vel potiùs dubitationis, ut liquet tum ex ipsius, tum ex Domini verbis quibus contradicit; quare promissionem Dominus cum asseveratione repetit, quo facto Abraham acquievit, juxta Rom. 4. 18[a]. Putant Christum, Joh. 8. 26. ad hunc locum respexisse[b]. ¶ *Centenario*] Non tunc erat centenarius, sed in nativitate Isaac talis futurus erat[c]. ¶ *Et Sarah*, [וְאִם שָׂרָה] Ad verbum, *Et si Sarah? an filia 90 annorum*, &c? Duæ interrogationes vice unius[d].

18. *Vivat coram te*] Honestè & sanctè vivat: hoc significat *coram te*[e]; tibi placeat & obediat[f]. Alii sic, *Utinam vita ejus conservetur tuo præsidio*[g]. Alii sic, *Utinam facias ut propagetur Ismael.* Sic *vivere* sumi patet ex responsione Dei. *Coram* aut *in conspectu* esse dicitur, quod est in potestate, & ab aliquo efficitur, efficive potest: ut Gen. 13. *terra est in conspectu tuo*, tibi patet, exposita est; item 2 Paralip. 6. *Non deerit tibi homo de meo conspectu qui sedeat*, h.e. efficiam ut nunquam desit[h]. Utinam non penitus eum rejicias, sed ei benedicas[i]; eum serves, & in promissa felicitate fratri conjungas. Hanc fuisse ipsius mentem ex Dei responso constat[k].

19. *Sarah*, [אֲבָל שָׂרָה] *Verè, certè. In veritate*, Ch. in V. *sed &*, K. in M. Non tantùm vivet Ismael, *sed etiam*, aut *imò*, Sara, &c[l]. ¶ *Isaac*] A risu Abrahæ: Nam Sarah nondum riserat[m]. ¶ *Pactum*] Nempe gentilitium, non merè personale, aut exigui temporis[n]. Quæ pacto promissi pergent ad posteros tuos per Isaac, non per Ismaelem[o].

20. *Exaudivi te*] Ex hoc dicunt Hebræi, & verum videtur, quòd Ismael finivit vitam suam in bono, quia de hoc Abraham rogaverat Deum[p]. ¶ *Benedicam ei*, [בֵּרַכְתִּי] Præt. pro fut. quia promissa Dei certa sunt[q]. ¶ *Multiplicabo eum valde*, [בִּמְאֹד מְאֹד] *In valde valde*; vel potiùs, *in vehementia vehementia*; vel, *in viribus viribus.* Nam מאד nomen esse colligitur è syntaxi, quâ regitur à præp. ב; & ipsum regit pronomen affixum personæ, Deut. 6. 5. בכל מאדך, quod Luc. 10. 27. redditur, ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου[x]. ¶ *Duodecim duces*] Ab his sunt 12 Arabum φύλαρχοι apud Strabonem. Iidem Saracenorum Phylarchi apud Menandrum Protectorem[r].

21. *Pactum verò*] Quicquid optabile est terrenæ vitæ respectu promisit Ismaeli, & tamen nihili æstimat comparatione fœderis[s]. *Pactum*, i.e. fœdus spirituale[t]; promissio Christi & salutis. Vide Rom. 9. 5, 7, 8. Luc. 1. 55, 72, &c. Gal. 3. 29[v]. ¶ *Anno altero*] i.e. Sequente; q. d. anno elapso[x].

[o] L'Empereur in Bertram. de Rep. Jud. c. 2. [p] G. [q] Jun. [r] M:. [s] Belg. [t] Ma. [v] M. Me. [x] Pi. [y] Me. L. [z] Belg. [a] Pi. [b] Ma. [c] Tig. not. [d] V. [e] L. [f] V. [g] Q. in V. [h] Ca. [i] Belg. [k] Jun. [l] V. [m] Me. L. [n] G. in v. 21. [o] Me. [p] L. [q] V. [x] Pi. [r] G.

22. *Ascendit Deus*] Sic Mo. M. P. Ti. JT. Sy. *Angelus Dei*, Ar. Sa. *fulgor* vel *gloria Dei*, Ch. in G. *Ascendit*, nempe in corpore in quo apparuit, v. 1[y]. Vel, *ascendit*, pro, ascendendo disparuit; quia res spirituales & cœlestes, cùm è conspectu nostro subducuntur, sursum ferri videntur[z].

23. *Statim in ipso die*, ità & Ch. & Sa. & plerique, [בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה]. Ad verb. *in substantia* (vel *essentia*, aut *corpore*) *ipsius diei*, i.e. ipsomet die, V. Mo. Promptè obediens Deo[a], licèt senex. Et patet hinc obedientia Ismaelis & totius familiæ[b]. In circumcisione mandant Judæi cutis retractionem: Porrò post sanatam circumcisionem aiunt etiam adhibendam in stagno mersionem[c].

24. *Tredecim annos impleverit*] Hinc Saraceni anno ætatis 13. suos circumcidunt[d].

27. *Emptitii & alienigenæ*, [וּמִקְנַת כֶּסֶף מֵאֵת בֶּן נֵכָר] *Acquisitio argenti*, vel *emptus argento à filio alienigenæ*, Sa. Mo. simil. o'. Ch. JT. [At Sy. sic punctat, —*emptus argento*; etiam *filius peregrinorum.*]

CAP. XVIII.

1. *Apparuit*, [וַיֵּרָא] Sic vocant quartam hujus libri Sectionem, quæ hìc incipit. Confirmat Deus servorum fidem, quæ adminiculis opus habet. Fortè in gratiam Saræ repetita est promissio. ¶ *In convalle Mamre*] Vide ad Gen. 13. 18[e]. ¶ *Sedenti*] More suo præstolanti peregrinos, & veluti expandenti sagenam hospitalitatis[f]. ¶ *Fervore diei*] Quando viatores languescunt, & esuriunt[g], & ad hospitia divertere solent[h]. Hoc tempus jam olim fuisse constat prandio & quieti datum. Unde *meridianari* Latinis erat, aut cibum aut somnum capere; & in Terent. Adelph. Δύσκολος ille Demea sic loquitur, *Præter hoc, meridie ipso faciam ut stipulam colligat*[i].

2. *Tres viri*] Non quòd tales erant, sed putabantur[k]. Sentiunt Hebræi unicuique Angelo suum esse ministerium, nec uni multa committi; ideóque tres missos: 1um, ut annunciaret filium nasciturum; 2um, ut eriperet Lot, (atque etiam, juxta alios, ut Abrahamum è dolore recentis circumcisionis laborantem curaret[l];) 3um, ut everteret Sodomam[m]. ¶ *Adoravit*] Civili adoratione[n].

3. *Domine*] Unum alloquitur qui honoratior videbatur[o]; (ideóque in medio ambulabat[a];) & legationis princeps[b]. Scimus Angelos ut plurimùm cum Christo apparuisse[c]. *Dominum* salutare sing. num. solent Hebræi, etsi plures sint[d]. Heb. est אֲדֹנָי cum Kametz; quod vertunt, *Domini mei*, Mo. Sa. JT. Ma. Eâdem voce duos Angelos alloquitur, Gen. 19. 2[e]. Omnes simul appellat primùm, tanquam è longinquo; tandem singulos prensat & invitat: nisi fortè speciatim eum compellaverit quem herum fuisse ex specie judicabat[f]. Videtur legendum אֲדֹנִי. Unum enim alloquitur, qui Jehovah erat, (licèt Abraham hoc nesciret, Heb. 13. 2.) ideóque qui puncta addiderunt punctabant אֲדֹנָי[g]. Quidam tamen אֲדֹנָי censent non sacrum esse, sed profanum, quasi maximum ac digniorem inter tres illos viros sit allocutus[h].

4. *Lavate pedes*] Tum ad sordes, tum ad lassitudinem, tollendum, La. post Jun. pro more loci & temporis, quia ob nimium calorem solebant ibi ambulare cum soleis tantùm pedibus alligatis, aut penitus discalceati. Vide Gen. cap. 19. 2. & 24. 32. Joh. 13. 4, 5[k]. ¶ *Et requiescite*, Sa. *refrigerate*, o'. [וְהִשָּׁעֲנוּ] *Innitimini*, Mo. JT. Ma. *reclinate*, Ma. *recumbite*, vel *incumbite*, Sy. Ar. P. Ti. ¶ *Et fulcite vos*] Baculis aut aliâ re: h.e. requiescite sub arbore[l].

5. *Buccellam panis*] Τὸ פת K. vertit *segmentum panis*, o'. ἄρτον, rectè: פת est *panis integer*, quia est pars totius massæ. Maimonides *panem* vocat פת[m]. *Panis* nomine omnes cibi in Scriptura comprehenduntur[n].

[s] V. [t] Jun. [v] A. [x] V. Men. [y] Jun. Pi. [z] Ma. [a] Me. [b] L. [c] M. [d] Me. [e] V. [f] Me. L. [g] A. [h] La. Bo. [i] Jun. [k] Jun. [l] Muis in Va. sacris. [m] F. L. TJ. [n] La. Bo. Jun. Pi. Belg. [o] Me. G. [a] L. [b] V. [c] V. [d] Ca. [e] Pi. [f] Jun. [g] Pi. Mi. [h] Ma. [k] Belg. [l] V. [m] Dr. [n] Me.

Abr. ut vir bonus paulùm pollicetur, dat multa [o]. ¶ *Et confortate cor vestrum,* וְסַעֲדוּ] *Et fulcite,* Mo. Ch. Sy. P. *reficite,* JT. Ti. *confirmate,* vel *roborate.* De hac phrasi vide Jud. 19. 58. Psal. 104. 15 [p]. ¶ *Idcirco,* כִּי עַל כֵּן] Non consultò ait venisse, sed opportunè accidisse, q. d. Dei consilio & providentiâ, ut huc venirent [q]. Ubique sumitur pro אֲשֶׁר *eò quòd,* ait RS. q. d. quia meâ causâ venistis [r]; ut scilicet honoretis me, utendo meâ hospitalitate [s]. Quando huc divertitis, æquum est ut cibum sumatis meum [t], & ut vos honore prosequar [v].

6. *Tria sata*] A סְאָה Syri סאתא; indè σάτον, quod Græcis μέτρον, Exod. 16. 36 [x]. Tres erant modii Syriaci, vel Attici, aut unum Ephah, quod semel usitatò pinsebatur, indéque ab אָפָה *pinsuit* videtur dicta. Hoc Sarah (licèt nonagenaria, nobilissima & opulentissima) depsit, sed ancillarum operâ [y]. ¶ *Similæ,* סֹלֶת] *Farinæ purgatissimæ,* V. Me. Ti. à סָלָה, quasi conculcationem seu expressionem farinæ dixeris [z]. ¶ *Commisce,* M. P. Ti. לוּשִׁי] *Consperge,* Mo. ο'. Ch. nempe aquâ; more pistorum *depsito,* Sa. JT. ¶ *Subcinericios panes*] Mo. Sa. M. P. עֻגוֹת] *Placentas,* Ch. Sy. Ar. Ti. JT. Tales nimirum quæ in foco calido super vel infra carbones, vel in cineribus calidis, coquuntur. Vide Exod. 12. 39. Num. 11. 8. 1 Reg. 17. 3. & 29. 6 [a]. Ut Hebræi olim, ità hodie Saraceni, & Mauritani penè omnes, (qui Hebræis, utì linguâ, ità habitu & ritibus, sunt similes) quotidie in fictili vase & concha farinam subigunt, indéque panem in dies singulos coquunt, vel in clibanis, vel in carbonibus, &c. tum ut recentior sit panis, tum ut extempore parabilis sit, cùm hospites adventant [b].

7. *Et coxit illum*] Heb. *ad faciendum eum,* Mo. ο'. *ut præpararet,* Sa. Ar. M. P. Ti. JT. A. Sic *facere pascha,* Exod. 12. 48. Matt. 26. 18. est *apparare.* Vel, *ut jugularet* [c].

8. *Stabat*] Ch. *& ministrabat eis.* Sic *stare* sumitur Neh. 12. 44. Jer. 52. 12 [d]. ¶ *Comedissent*] i. e. Visi sunt comedere. Ità Jo. & Talmud, & author Tobiæ c. 12. v. 23 [e]. Non comederunt actione vitali, sed cibo in corpus assumptum transmisso, & in aerem tenuissimum resoluto [f].

9. *Dixerunt*] Ità ferè omnes. *Dixit verò,* ο'. Unus ex illis loquebatur, qui Jehovah dicitur v. 13, 14. Synecdoche integri [g]. ¶ *Ubi est Sarah?*] Ut fidem Ab. & Saræ obsignent, ostendunt Angeli sibi notum esse uxoris nomen [h]. ¶ *In tabernaculo,* בָאֹהֶל] *In tentorio illo,* [בָּאֹהֶל pro בְּהָאֹהֶל] nempe Saræ, ut apparet vers. seq [i]. Hoc Abraham indigitabat. Habebant viri & mulieres separatim sua tabernacula, Gen. 23. 2. & 24. 67 [k].

10. *Revertens,* &c.] Heb. *Revertar,* non formâ visibili, sed præsentiâ efficaci [l]. Complemento promissionis [m]. ¶ *Ad te, vitâ comite,* כָּעֵת חַיָּה] [Variè reddunt.] *Secundùm tempus vitæ,* Sa. M. P. Mo. Ma. *in tempore hoc in horas,* ο'. *in tempore isto quo vos eritis vivi,* Chald. *circa tempus hoc, ipsâ superstite,* Sy. *in tempore huic simili in anno sequente,* Ar. *circiter tempus viventis,* Ti. *circa hoc tempus, & vivente,* sub. *Sarâ,* V. in Tig. not. *hoc ipso tempore vigente,* Jun. *secundùm hoc tempus vivens,* Pi. vel *vivum,* seu *cùm hoc tempus vixerit,* Ma. *cùm revisam te, anno vertente,* Ca. Variè exponitur. 1. *Vivente,* scil. Sarah, (vel etiam Abrahamo, K. in F. co.) h. e. incolumi exsistente [n]. *Quo vos eritis vivi incolumes,* Ch. RS. & Ge. in F. co. vivos vos reperiam [o]. *Te superstite.* [Ità vitam promittit, & fœtum.] 2. Alii ad *fœtum* referunt, (quod rectius [p].) q. d. Veniam justo pariendi tempore, ut Sarah mater *vitalis fœtûs* fiat [q]. Vel, adero postquam iste in lucem editus fuerit. Eadem enim loquendi formula, in eodem sensu, usurpatur 2 Reg. 4. כָּעֵת חַיָּה, *amplexaberis filium*: h. e. ut Hebræi exponunt, post certum tempus quo fœtus in utero vivificabitur, tandem & in lucem edetur. Et mox sequitur, *Et concepit, & peperit filium —juxta tempus vitæ* [r]. 3. Alii ad Angelum referunt: q. d. *vitâ comite* [s]; *si vixero* [t]. Loquitur humano more [v]: maximè cùm necdum nôsset Abr. eos esse Angelos [x]. 4. Alii sic, *cùm tempus, vel annus, reviviscat*; hoc tempore sequentis anni; ut ex completione apparet, Gen. 21. 2, 5. cùm Abram erat 100 annorum, qui nunc erat 99 annorum, Gen. 17. 24. Confirmat hunc sensum Apostolus, Rom. 9. 9. *Hoc tempore veniam.* Potest verti, hoc *tempore vitæ.* Tò *hoc* sæpe subauditur, Exod. 9. 18. 1 Sam. 9. 16. & 20. 12. Anno vertente res redeunt ad pristinum statum & vitam. Urbs *reviviscere* dicitur cùm reædificatur, 1 Chron. 11. 8. & lapides *reviviscere,* Nehem. 4. 2 [y]. Præcipuè verno tempore (quo hæc gesta videntur ex æstu, & umbrâ, & comestione sub dio) reviviscunt omnia [z]. Hæc sententia simplicissima est [a]. Confirmatur ex v. 14. ubi eam repetit, *Ad tempus revertar ad te, secundùm tempus vitæ,* i. e. ad hoc ipsum tempus quod jam viget [b]. *Anno vertente,* Heb. *tempore vitæ,* seu *vitali*: quod (ut arbitror) significat *anno proximo,* quoniam vita, i. e. ætas, annis, non diebus aut mensibus, numeratur. Nam & superiore capite dixerat, Hoc proximi anni tempore [c]. [Alii aliter.] Videtur Apostolus legisse כָּעֵת הַזֶּה, κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον *. Verùm Apostolus (ut alibi sæpe) sensum spectavit, non verba numeravit †. *In tempore huic simili, in anno sequente,* Ar. Vel sic, Circa hoc tempus vitæ hominum, vel hominum viventium [d]. ¶ *Post ostium tabernaculi,* וְהוּא אַחֲרָיו] *Et ipsum post eum,* Mo. Ch. Sy. Ar. i. e. *ostium ipsum erat post Angelum*; ad tergum Angeli loquentis [e]. Ut videas Angelum non ignorâsse ejus risum, licèt non viderit [f]. Al. sic, *Angelus erat post tabernaculum Abræ* [g]. Alii sic, *Ostium tabernaculi Saræ fuit post tabernaculum Abræ* [h]. Alii sic, *Et ipsum,* scil. ostium, erat post Abrahamum [i]: Nempe prout ibi stabat [k].

11. *Desierant Saræ fieri muliebria*] Heb. *consuetudo mulierum,* Ti. vel, *secundùm mulieres,* M. JT. אֹרַח כַּנָּשִׁים, pro כְּאֹרַח נָשִׁים, *secundùm viam mulierum*: Multoties enim transponuntur particulæ [l]. אֹרַח propriè *viam* seu *semitam* sign. Hîc autem ponitur pro more, usu, & consuetudine aliqua [m]. Desierant fluere menstrua ad conceptionem necessaria [n]. Observant medici tunc cessare partum cùm cessat fluxus menstrui [o]. Alii sic, Desiit esse moribus ineptis & juvenilibus. Alii sic, Coitûs minimè adpetens erat [p].

12. *Risit occultè*] *Intra se,* Caj. Mo. בְּקִרְבָּהּ *in intimo suo,* Ma. *in corde suo,* Jon. & Jeros. *Medium* & *cor* se invicem explicant, Isa. 16. 11. & 26. 9 [q]. Quod verbis non ausa, risu refellit. Nam quidam risus est genus confutationis [r]. ¶ *Postquam consenui, voluptati operam dabo?* הָיְתָה לִּי עֶדְנָה] Aq. ἐγένετό μοι τρυφεία, D. *erit mihi voluptas?* Mo. & plerique. Sym. sic, *facta est mihi adolescentia,* ἀκμή, *vigor ætatis,* D. Ch. sic, *erit mihi juventus*: quo nomine actum conjugalem honestè exprimit, quia juvenes ad eum magis proclives sunt. Quæ tam speciosa fuit mulier, ut Reges eam arderent, putat indecens ut voluptati operam det [s]. An ex liberis conceptis, in lucem editis, atque educatis, recrearer [t]? In Heb. præteritum est, *fuit mihi voluptas*; q. d. Jam diu nuntium voluptati remisi, quia diu est quod consenui [v].

13. *Dominus*] Qui hâc occulti risûs Saræ revelatione se prodit plusquam hominem esse [x]. יְהוָה hîc dicitur qui v. 9. *vir* [y]. ¶ *Quare,* לָמָּה זֶּה צָחֲקָה] *Quid hoc risit?* i. e. *Quid hoc* est quòd risit? τὸ זֶה pleonasticè additum τῷ מָה indignationem indicat, ut Gen. 25. 22 [z].

14. *Numquid Deo quidquam difficile?* הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָה דָּבָר] פָּלָא sign. *absconditum esse,* vel *separare,* O. Ma. (quo sensu conferunt cum פָּלָה, Ma.) *mirificum, difficile esse.* Quæ à nobis abscondita sunt, nobísque ignota, videntur mira, eadémque separata sunt à nostra vel cognitione, vel actione, & viribus [a]. Hinc variè reddunt, *An Deo aliquid difficile?* Mo. Ti. vel *impossibile?* ο'. A. (ità vertit Angelus, Luc. 1. 37. Pi.) vel *mirabile?* M. A. Ti. *An separabitur,* vel *prohibebitur, à Domino verbum?* ut scil. non posset facere, Ma. post M. F. *Verbum,* i. e. quicquid dici potest [c]; vel *verbum* pro re [d]. Non debet ex hominum censu æstimari Dei facultas [e]. Aliter, *An potest occultari?* q. d. Non potest Sarah risum suum celare Deum, licèt tantùm internus esset [f].

15. *Timore*] Hujus causæ erant, 1. Transgressio contra Deum revelata. 2. Ingratitudo erga maritum.

[o] G. [p] Belg. [q] V. Pi. [r] F. [s] La. [t] G. [v] F. [x] D. [y] Waf. Antiq. mensur. 2. 4. [z] Ma. [a] Belg. [b] La. [c] Pi. Ca. [d] A. [e] D. obs. 14. 5. [f] Me. ex La. [g] Pi. [h] Jun. [i] Jun. [k] Belg. [l] Riv. [m] Belg. A. [n] V. [o] G. [p] F. co. V. [q] V. [r] F. co. [s] V. L. Me. [t] F. co. [v] Ma. [x] Bo.

[y] A. sic Jun. [z] Wil. [a] Riv. sim. Pi. Ma. [b] Riv. [c] Ca. * Capel. † Buxt. vind. 2. 3. 445. [d] Belg. [e] Ità RS in F. co. V. Mo. Pi. [f] F. co. [g] A E. in F. co. [h] F. co. ità Jun. [i] F. co. [k] Belg. [l] Glas. p. 747. [m] Pi. Ma. Belg. [n] Me. F. V. L. Pi. Ma. [o] Bo. [p] F. co. [q] D. [r] Me. [s] F. [t] Jun. [v] Ma. [x] Me. [y] Jun. [z] Glass. [a] Ma. [c] A. [d] A. Pi. [e] V. [f] Jun. O.

tum. 3. Pudor coram hospitibus[g], quorum sermonibus irrisisse turpe habebatur[h].

16. *Contra Sodomam*] Heb. *Contra facies Sodomæ*, Mo. P. *ad id Sodomæ quod patebat*, Ar. ¶ *Deducens eos*] De quo more vide Act. 20. 38. & 21. 5. Rom. 15. 24. 1 Cor. 16. 11. Tit. 3. 13[i].

17. *Num celare potero?*] Dat ei Deus materiam exercendæ charitatis. Hoc postulat lex amicitiæ, ut secreta communicentur[k]. Tales interrogationes negationem implicant. Confer 2 Sam. 7. 5. cum 1 Chron. 17. 4. & Matt. 7. 16. cum Luc. 6. 44[l].

18. *Cùm futurus sit*, &c. וְאַבְרָהָם] *Quum Abraham*. Copulativa in causalem resolvenda est[m]. Majora hæc ei promisi; cur, quod minus est, secretum hoc tegem[n]? ¶ *In gentem magnam ac robustissimam*, עָצוּם] *Osseam*, Aq. Me. *amplam & copiosam*, Ar. *magnam & multam*, ο'. *validam & potentem*, Sym. in D. i. e. *numerosam*. עָצַם quandoque ad numerum refertur. Sic viduæ *validiores* erant arenâ maris, i. e. plures[o]. ¶ *In illo*] i. e. *Per eum*, i. e. semen ejus, Christum, ut c. 26. 4[p]. [*Vide quæ ad* Gen. 12. 3.] Ab ipso posterísque ejus discent unum esse Deum[q].

19. *Scio*, &c. כִּי יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה אֶת בָּנָיו] *Scio quoque quòd præcipiet filiis suis*, Sa. simil. ο'. Chald. Ar. *Novi eum hortaturum esse*, &c. Sy. [quasi legissent יָדַעְתִּי.] *Hoc quoque scio, quòd mandaturus sit*, &c. Ti. [quasi affixum in יְדַעְתִּיו de re, non de persona, accepisset.] Affixum nimis negligunt interpretes. Verto, *novi eum*, viz. pium & justum esse. Alii vertunt, *Notum faciam hoc quod facturus sum Abrahamo, quia præcipiet*, &c[r]. *Quia novi eum, propterea quòd præcipiet*, &c. Mo. *Sic enim novi eum, quòd præcipiet*, &c. M. *Novi enim eum*, P. Tig. not. *propterea præcipiet*, &c. P. vel, *ut præcipiat*, &c. Tig. not. Ang. to the end that he may command, A. Belg. Ità לְמַעַן אֲשֶׁר passim sign. ut Levit. 17. 5. Deut. 20. 18. & 27. 3, &c. Belg. Vel לְמַעַן idem est quod עַל, *super*, vel *de*; *quia novi eum, de eo quòd præcipiet*, &c. q. d. Super hac re me non fallet; probè de hac re eum cognitum habeo †. Q. referunt ad antecedentia. *Quia novi eum, non occultabo*, Pi. *Novi*, i. e. elegi & dilexi, *eum*; ut Psal. 1. 6. Jer. 1. 5. & 24. 5. Hos. 13. 5. Amos. 3. 2. Joh. 10. 27. 2 Tim. 2. 19[s]. ¶ *Quòd præcepturus sit*] Non celabo, quia non frustrà illi revelabo[t]. Nam quæ didicit ipse, ea docere solet suos[v]. Hoc exemplo suos abducet à sceleribus[x]: Nè scilicet eodem pœnæ genere mulctentur[y]. Vel sic, *Novi eum*, scil. esse pium, &c. *non celabo*. Et sequitur ratio, *ut præcipiat*[z]. Ratio cur hoc ei revelabat est, ut discant Abraham & posteri Deum veracem esse, & promissa servaturum[b]. ¶ *Post se*] i. e. Ipso mortuo. Solicitus erit ut post mortem suam sancti sint[c]. ¶ *Ut custodiant viam Domini*] i. e. Deum ritè colant, ejúsque mandatis pareant[d]. ¶ *Judicium & justitiam*] *Justitia* cùm à judicio distinguitur *beneficentiam* significat. His verbis comprehenditur lex illa ante Legem Mosis[e]. *Judicium & justitia* pro eodem ponuntur[f]; & utrumque significat id quod Dei sapientúmque judicio rectum est & justum[g]. *Justitiam & judicium*, h. e. officia primæ & secundæ Tabulæ[h]. Quicquid rectum sit & bonum, ad privatam vel publicam vitam spectans, (confer Psal. 119. 121[i].) & civile & spirituale[k]. ¶ *Ut adducat*] De se loquitur in tertia persona[l]. Observa *Ut*, more Scripturæ, hîc *consequentiam* magis notare quàm *causam*[m]. ¶ *Propter Abraham*, עַל אַבְרָהָם] *Super Abraham*, Mo. Ch. q. d. Abraham compos erit promissæ gratiæ, si suos erudiat, &c[n]. ¶ *Ad eum*, עָלָיו] *De eo*, i. e. ut adimpleat illi promissa[o]. Vel, *super eum*, Mo.

20. *Clamor—multiplicatus est*, צַעֲקַת סְדֹם כִּי רָבָּה] *Clamor Sodomæ*, &c. *quia multiplicatus fuit*, &c. Ma. כִּי quidam vertunt *certè*, vel *utique*, ut sæpe accipitur. Potiùs est, *Quia clamor multiplicatus est*, &c. *descendam*; & hic versus cum sequenti jungendus est[p]. ¶ *Clamor*] Est prosopopœia[q]. Clamare dicuntur, quia peccata erant patentia & manifesta[r]; propalam & impudenter commissa[s]. *Clamor*, i. e. scelera, clamoris causa. Metalepsis in hac voce frequens, ut Isa. 5. 7[t]. ¶ *Sodomæ & Gomorrhæ*] Hos tantùm nominat, quia ut opibus & nobilitate, sic flagitiis, cæteris antestabant[v]. Synecdoche, nam & reliquas urbes comprehendit[x].

[Marginal notes: g Belg. h Jun. i A. k Me. ex La. l A. m V. n Me. ex La. o D. p V. q G. r F. co. † Di. ad Evang. p. 437. s Belg. t V. v G. x Me. F. co. y F. co. z V. b F. co. c V. d Me. e G. f Bo. g Me. Bo. h Jun. i Belg. k Ma. l Me. V. m V. n V. o V. Jun. p V. q Me. r L. s Bo. t Ma. ex Jun. v Ma. x Jun.]

21. *Descendam*] Per Angelos[y]. Scil. ut certiùs cognoscam. Aptum judicibus monitum, nè priùs pronuncient quàm omnia circumspiciant[z]. ¶ *Utrùm clamorem*, הַכְּצַעֲקָתָהּ] *An juxta clamorem ejus*, scil. urbis *eorum*, Ch. Ar. ¶ *Qui ad me*] Homerus, Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει; (*Horum injuria & violentia usque ad cœlos pervenit*[a].) ¶ *Utrùm clamorem—opere compleverint*, עָשׂוּ כָּלָה] Non uno modo exponunt. 1. An perpetraverint peccata summâ & extremâ animadversione digna; ut Gen. 15. 16. *nondum completæ*, &c. Síntne prorsus deplorati[b]. Heb. *fecerint consumptionem*, i. e. scelera digna propter quæ consumantur: Met. effecti. Sic Neh. 9. 31. & Jer. 46. ult[c]. Deest nomen מַעֲשֵׂי *facta*, quod, pro more, latet in voce conjugata עָשׂוּ. *Fecerint facta consumptione digna*[d]. Vel, *num omnino faciant*, (vel *fecerint*, A.) Heb. *consummationem fecerint*. Sic Ezec. 11. 13[e]. Vel, num peccata plenè perfecerint, quod mortem parit, Jac. 1. 15[f]. 2. Videbo num *omnia* fecerint, ut כָּלָה sit idem quod כֹּל: sic ο'. & Vulg[g]. 3. An fecerint כּוּלָם *omnes*, scil. istud malum[h]. 4. Alii כָּלָה ad Deum referunt; Videbo utrùm fecerint—Si ità est, *consummationem faciam*; (vel, *consummatio*, sub. *erit eis*[i]:) Sin, cognoscam, ut misericorditer illos castigem. (Vel, novi quid facturus sim[k].) 5. *Num cessare fecerint*, i. e. pœnitentiam ostenderint. Ità Ch. non malè. כָּלָה sæpe est ἀπέχειν, παύειν, (*abstinere, cessare*.) Vide Num. 17. 10[l]. 6. An fecerint consummatum & certò deliberatum in peccatis pergendi consilium. Sic Esa. 10. 22. *Quia rem consummato consilio decretam & decisam facit Dominus*: sic 1 Sam. 20. 33. *Et cognovit quòd* כָּלָה *consummatio* (i. e. consummatum consilium) *esset à patre interficere Davidem*[m]. 7. Si extremum fecerint. Heb. *Si fecerint consummationem*, i. e. si impleverint mensuram peccatorum suorum. Vide Gen. 15. 17. & 1 Sam. 20. 7, 9[n]. Decimâ generatione diluvium, decimâ post id punita Sodoma. Signa longanimitatis[o].

22. *Converteruntque*] Nempe stipatores Angeli[p]. ¶ *Stabat*] Adhuc post duorum discessum[q]. *Stabat*, i. e. manebat. Non displicet, quia sequitur, *accessit ad Dominum*, juxta quem postea stabat[r]. Alii, *orabat*; sic Ch. Ità accipitur Jer. 15. 1[s]. *Non est statio, nisi precatio*, inquit Manachem Ricinensis, 52. 3[t]. Vide quæ nos ad Matt. 6. 5[v]. ¶ *Coram Domino*, יְהוָה] Qui majestate vultûs & auctoritate spectabilior erat reliquis[x]. *Coram Deo*, L. Non dicit eum stetisse *coram hominibus*, (licèt tales eos appellaverat in itinere,) sed *Deo*; quia tametsi oculis cernebat hominum species, fide tamen Deum intuebatur[y]. Alii de Angelo accipiunt[z]. *Apud Angelum* qui Dei personam referebat: sic v. 26, & 33. & Gen. 32. 30. Jud. 6. 14[a].

23. *Numquid perdes*, &c? הַאַף תִּסְפֶּה] *Numquid disperdes?* Mo. & plerique. *An abstrahes?* Ma. *Num deficere*, vel *finire, facies?* O. סָפָה dicunt contraria sign. 1. *addere, colligere*, &c. (—*sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum*, Horat. carm. 2. 30[b].) 2. *adimere, absumere*, &c. sed ferè est *contrahere*, seu *colligere, ad perdendum*[c].

24. *Si quinquaginta in civitate*] i. e. In civitatibus quinque; sic Exod. 8. *musca* est multitudo muscarum. Vel in Sodoma, sub qua reliquas comprehendit, quæ erant sub Rege Sodomorum, Gen. 14[d]. De Sodoma sola loquitur, quæ caput reliquarum, & magis criminosa, & ubi Lot[e]. Sub una civitate Sodom reliquas comprehendit[f]. ¶ *Non parces loco?* הֲלֹא תִשָּׂא] *Non sustinebis, tolerabis?* Ma. A. Ità Job. 21. 3. Psal. 67. (sive 68.) 8. Ma. *non remittes?* A. *non levabis*, scil. punitionem, *à loco?* Q. in Ma.

25. *Absit*, חָלִלָה] *Veta tibi facere*, Caj. Significat *rem absurdam & profanam, rem inconvenientem*[g]. *Pollutio*, supple *erit*, *tibi*; si feceris hoc, blasphemabitur & polluetur nomen tuum, quòd sis injustus[h]. *Propbanum sit tibi hoc facere*, T J. Est nomen substantivum: *Profanatio*, vel *probibitio*, *sit tibi*[i]. ¶ *Qui judicas*—*nequaquam facies judicium hoc*, לֹא יַעֲשֶׂה מִשְׁפָּט]

[Marginal notes: y Jun. z G. a Me. La. a G. b V. Riv. c Pi. d Glas. p. 711. e Jun. f A. g F. co. h Sic A E. F. co. Ar. i Ma. O. k V. ità Ch. & R S. in F. co. l G. m Di. n Belg. Ma. o G. p G. q Me. r D. s A. t D. idem & Maimonides. v G. x T. y V. z ità La. & G. a G. b Ga. c Ma. d He. in L. e Me. f A. g A E. in M. h O. i Q. in Ma.]

Non facies judicium? ο'. & Vulg. in F.co. & omnes alii, inquit M. [*In quo fallitur; nam ferè omnes vertunt,* NON FACIET JUDICIUM?] Ità Mo. Ti. Ar. Est enim tertiæ personæ[k]. Qu. An hoc semper verum, Deum non perditurum justum cum injusto? Resp. Necessariò verum est de perditione spirituali & æterna, non item de temporali, (de qua loquitur Abraham;) pios enim cum impiis non raro perire constat. Duo ergò notanda sunt. 1. Nullos homines tam justos esse, quin Deus illos justè perdere posset. 2. Deum in iisdem pœnis externis diverso fine atque effectu pios ab impiis discernere. Illis enim in laudem & emendationem cedunt, &c. Interim, quia videbat Abraham Deum præparare extraordinarium vindictæ genus, quo etiam æternâ ignominiâ notaret perditos illos, potuit in tali causa judicare, Deum non perditurum justos cum injustis [*]. [*Cui addi potest, quòd Deus in veteri illo & infantili Ecclesiæ statu præsentis seculi bona viris piis & expressiùs promisit, & uberiùs contulit, quàm sub Novo Testamento; ut rectiùs & pro genio illorum temporum accommodatiùs hoc argumento uti posset.*] Civiliter sermonem suum temperat, & juxta Rhetorum præcepta personam mutat. Durius fuisset vel coram terreno judice sic loqui, *Non justè judicabis*[l]? Mitiùs te agere oportet, cùm sis supremus judex, à quo nulla provocatio, & qui es & haberis justi judicii norma. Nimis severus videberis[m]. Nota Abrahamum personam secum colloquentem agnovisse pro Judice mundi, qui est Christus, Joh. 5. 22. 27. Act. 10. 42. & 17. 31[n].

27. *Cœpi, loquar,* [הוֹאַלְתִּי לְדַבֵּר] *Cœpi loqui,* sic plerique; *cupio* vel *gestio loqui,* JT. Ti. La. Præt. pro præs. V. *ausus fui,* M. *tentavi,* Q. in Ma. *lubenter cœpi,* ut Jos. 17. 12. Jud. 17. 11. Deut. 1. 5[o]. *Complacuit mihi;* ità RR. omnes in M. *Stultus fui loqui,* ut sit vox venerationis plena: quasi cum Deo, qui est summa Sapientia, homo non nisi stultè loqui possit[p]. *Volui loqui,* O.

28. *Quid si minùs 50 justis quinque fuerint?* [אוּלַי יַחְסְרוּן חֲמִשִּׁים הַצַּדִּיקִם חֲמִשָּׁה] *Fortè deficient 50 illos justos,* JT. vel *justis,* Sa. vel *de 50 justis 5,* Ch. vel, *deficient 50 justi in 5,* M. vel, *si 50 justis 5 defecerint,* Ti. vel, *fortè 50 illi justi carebunt 5,* Belg. *Defuerint 50,* vel *de 50, justi quinque,* Sy. Ar. A. Ma. ¶ *Propter 45,* [בַּחֲמִשָּׁה] *In* vel *propter quinque,* Mo. & omnes; i. e. propter defectum quinque, ut habet Ar. ità Pi. A. Met. subjecti, Pi. Sic *pinguedo* pro *defectu pinguedinis,* Psal. 109. 24. & *fructus,* Lam. 4. 9. pro *defectu fructuum*[q].

29. *Non percutiam*] Heb. *Non faciam,* subaudi *consumptionem,* V. [Quod exprimit Chald. *non percutiam,* ex eo quod præcessit[r].

30. *Nè indigneris,* &c. [אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי] *Nè nunc sit ira Domino meo,* Mo. *Nè displiceat,* Ar. *Nè molestum sit Domino,* Sy. *Nè succendatur* (scil. ira) *Domino,* V. *Nè accendat Dominum,* i. e. iram ejus. Vide Gen. 4. 5, 6. & 32. 36[s].

32. *Decem*] Hìc substitit, clementiam Dei admirans, & ultrà progredi veritus[t]. Et putabat decem justos facilè in Pentapoli inveniendos[v]. Qu. Cur Loti non meminit? An ut rem claram Moses prætermisit? An quòd justum nôrat, liberandum confidebat[x]? Sat sciens eum Deo cordi esse, & illius providentiæ fidens[y]. Contrà Estius: Specialiter eum pro Loto exorâsse ostendunt quæ sequuntur postea, *Et recordatus est Abrahæ, & liberavit Lot.* Maluit Moses charitatem Abrahami in eo ostendere, quòd de omnibus qui civitates illas inhabitabant tam fuerit solicitus[z].

[k] T. [*] Riv. [l] F. co. M. [m] Me. [n] Belg. [o] A. [p] Ma. [q] A. [r] G. [s] Belg. [t] Me. La. [v] La. [x] La. [y] Me. [z] Riv.

CAP. XIX.

1. DUO *Angeli*] Heb. *Duo illi Angeli,* de quibus Gen. 18. 22[a]. tertio cum Abr. remanente[b]. Peculiaris gratiæ loco concessum est (à Deo) ut cum Angelis Filium (suum) mitteret. Magìs autem obscurè patefactus est Christus mediator Loto quàm Abrahæ; ideo duo tantùm Angeli huc venerunt[c]. ¶ *Vespere*] Ejusdem diei quo cum Abrahamo pranderant[d]. Sub noctem[e]. Tardaverunt hi boni Angeli, ut viderent si parceret terræ propter preces Abrahæ[f]. ¶ *Sedente*] Ut hospitalitatis, quam ab Abrahamo didicerat, occasionem captaret. ¶ *In foribus*] Ut peregrinos primus exciperet, & nè qua vis illis inferretur; aut nè in commerciis, quæ juxta portas exercebantur, circumvenirentur[g].

2. *Domini,* [אֲדֹנַי] Aliter scribitur quàm cùm Deum significat, Gen. 18. 3[h]. ¶ *Minimè*] Videntur mentiri, quia intendebant eò declinare. Resp. Intendebant finaliter, sed non immediatè, & ad primam petitionem, (ut appareret ejus pietas & hospitalitas in exemplum[i].) Negant ad primam invitationem honestatis causâ, non negaturi si ampliùs urgeantur[k]. Hominum more civiliter agunt, non præcisè negando, sed honestè recusando[l]. ¶ *Nequaquam*] Non est prædictio rei futuræ, sed præsentis intentionis suæ significatio. Ità nullum hìc mendacium. Cùm aliquid affirmamus & negamus secundùm præsentem rei statum, si postea res mutetur, possumus ex veritate aliter de ea loqui; ut liquet ex loco parallelo, Luc. 24. 28, 29. Negatio eò tendebat, ut manifestarent cùm Sodomitarum impudentiam, cùm Loti sinceram hospitalitatem[m].

3. *Compulit*] Ità Ch. & K. in M. O. h. e. flagitavit multis precibus[n]. *Ursit vehementer,* Sy. rogando, Me. Peregrini non sunt invitandi superficialiter, sed cum magna instantia[o]. *Coegit,* ο'. ¶ *Convivium*] Heb. [מִשְׁתֶּה] dicitur, πότον (*potum*) ο'. Denominatio fit à parte principaliori, vini scil. potu[p]. Hinc vocatur *convivium vini,* Est. 5. 6[q]. ¶ *Azyma*] Ut in magna festinatione, non sufficientibus qui familiæ parati erant panibus[r]. ¶ [מַצּוֹת] *Infermentatos,* sub. vel *panes,* JT. qui citiùs parantur quàm fermentati[s]; ut scil. maturè comederent, & se ad quietem componerent[t]: vel potiùs *placentas,* quod exprimitur Exod. 12. 39[v]. E contrario, *placentæ* exprimuntur Gen. 18. 6. ubi *azymæ* subintelliguntur[x]. מַצּוֹת dicitur à מָצַץ *exprimere,* q. d. tortas ex puriore farina quasi expressa & educta è viliore[y].

4. *A puero*] Quibus necdum vires ad ista suppeterent. ¶ *Ad senem*] Quibus jam vires ad libidinem effœtæ. Sic indicat supremam corruptionem[z]. ¶ *Omnis populus simul,* [מִקָּצֶה] *Ab extremo,* Mo. Sa. Pi. *termino,* A. Belg. *ab extremitate civitatis,* M. O. Ti. JT. *unâ ad alteram,* JT. Belg. At Sy. *à primo ad ultimum.* Hebræi sæpe omittunt verborum repetitiones, ut 1 Chron. 17. 5[a]. Hoc notat, ut doceat ibi non fuisse decem justos[b].

5. *Ut cognoscamus*] Turpiter; ut coëamus. Ità ο'. Ar. Ma. ex Jun. Pi. sic Belg. A. Rem fœdissimam honestissimè exprimunt Sacræ Literæ[c]. Abominationis genus patet ex Loti responsione. Vide Levit. 18. 22. & 20. 13. Rom. 1. 26, 27. & 1 Cor. 6. 9. & Judæ v. 7[d]. Tale flagitium palàm profitentur, Ma. ex Jun. Vide Isa. 3. 9. Alii sic, Volumus scire quosnam tu hospites in urbem introducas. Alioqui petulantiùs de nefando concubitu locuti essent Sodomitæ: verùm tegendæ nequitiæ causâ expostulant cum eo, quòd ignotos receperet[f].

8. *Abutimini eis,* [עֲשׂוּ] Χρᾶσθε αὐταῖς, ο'. Sic *facere* Latinis sumitur. Erat in Loto bonitas laudabilis, sed fides tenuis. Ideo Philoni dicitur ἀβέβαιος ὑπαμφίβολος, (*instabilis*[g].) Qu. An Lot in hoc peccavit? Resp. Ità est, licèt peccatum elevet perturbatio, & hospitum cura[h]. *Non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona,* Rom. 3. 8[i]. Peccavit contra paternum ejus officium[k]. Nec Lot erat dominus filiarum suarum[l]. Loti verba sunt amolientis, ut hâc tam iniquâ oblatione civium animos emolliret, Ma. ex Jun. Nota quanta olim fuit apud bonos hospitalitatis reverentia[n]. ¶ *Sub umbra culminis mei,* [קֹרָתִי] *Tigni mei,* Mo. F. V. i. *tecti mei,* (ut habet Ar.) Pars pro toto[o]. *Venire sub umbram* alicujus, est recipere in præsidium & tutamen ejus. Confer Jud. 9. 15. Ps. 36. 8. Jer. 48. 44[p].

9. *Recede illuc,* [גֶּשׁ הָלְאָה] *Accede illuc,* vel *ultrà,* V. Mo. *Concede huc,* Ti. *Propinqua ultrà,* i. e. Recede à facie

[a] Jun. Pi. [b] La. [c] V. [d] La. [e] Me. [f] L. [g] Me. La. Bo. [h] A. [i] L. [k] Me. [l] Jun. [m] Riv. [n] Ge. in M. [o] L. [p] Pi. [q] A. [r] G. [s] Belg. A. [t] Ma. ex Jun. [v] Pi. A. [x] A. [y] Ma. [z] Bo. [a] A. [b] La. [c] V. [d] Belg. [f] V. [g] G. [h] Riv. La. Bo. A. [i] A. Jun. [k] Belg. [l] La. [n] Jun. [o] F. V. [p] Belg.

facie nostra ad alium locum [q]. Abi ab ostio, nè nos impedias [r]. ¶ *Ut judices*] Heb. *& judicando judicavit*, Mo. P. *judicem indesinenter agit*, JT. Ma. q.d. Perpetuus est morum censor.[s] Hoc verbi repetitio sign. potest [t].

11. *Percusserunt cæcitate*, בַּסַּנְוֵרִים] *Cæcitatibus*. Vox quadrata & pluralis indicat crassissimam cæcitatem [v]. Cæcitatem sign. & mentis & corporis [x]; tanquam si oculos spinæ injectæ perfoderent; à סְנֶה *rubus* [y]. i.e. Magnâ cæcitate [z], scotomate, ut 2 Reg. 6. 18. Non planè cæci facti sunt, sed effusa caligo, ut fores Lot non invenirent, imò nec suas, ut dicitur Sap. ult. v. 16 [a]. Erat hæc ἀορασία, quam ἀκυισίαν vocant, quâ quis, licèt alia videat, hæc tamen hîc & nunc non videt, aut saltem non distinctè discernit. Deus non concurrit cum oculis ad actum visionis. Ità Josephus, Ambros. Chrys. Aug [b]. Loco ostii Deus illis objecit speciem solidi parietis. Hoc facere potuit immutando vel speciem objecti, vel aerem medium, vel potentiam visivam, vel sensum communem [c]. Potuit vel aerem condensare, vel aliud corpus interjicere: vel Deus non concurrit sive cum ostio ad emissionem, sive cum oculis ad receptionem, specierum [d]. Cæcitas erat & corporalis & spiritualis. Excæcati erant præcipuè in judicio mentis, non poterant distinguere quæ viderunt [e]. [Vide quæ ad 2 Reg. 6. 17.]

12. *Habes hîc quempiam tuorum?* עֹד מִי לְךָ פֹה] *Adhuc quis tibi hîc?* Mo. & plerique. At Sy. *Quid agis hîc?* Loquuntur Angeli ut peregrini & ignari [f]. Eripiemus tui gratiâ [g].

13. *Delebimus*] Heb. *perdentes*, nempe erimus, scil. mox. Participium præsens sæpe sign. mox futurum [h]. ¶ *Clamor*] Quem scil. ipsi efficiunt in oppressis [i].

14. *Qui accepturi erant*] Sic Ch. Belg. Ti. Heb. *Accipientes*, Mo. Sy. *Qui acceperant*, ό. Sa. M. Sy. Ar. P. Vel hoc sensu, *Qui desponsârant*, Pi. Virgines erant, sed desponsatæ, quas adhuc secum domi habebat [k]. Vel hoc sensu, *Qui duxerant*, sub. *in uxores*, & ad se abduxerant [l]. Ex hoc dicunt Hebræi, quòd Lot habebat duas alias filias maritatas, (quæ perierunt [m].) Sic AE. in M. F. & Bereshith rabba sec. 48. Hoc innui videtur v. 15. Sed hoc non videtur verum, quia sequitur, Lot ivit *ad generos*, ad salvandum eos; tunc autem ivisset ad salvandum filias, &c [n]. ¶ *Egredimini*, צְאוּ] Nempe, cum festinatione, quod indicat punctum extraordinarium [o]. ¶ *Quasi ludens*] Joco, non seriò, loqui [p]. Peccant & qui Dei misericordiam ultrà quàm rectum est extendunt [q].

15. *Cogebant*, וַיָּאִיצוּ] *Et vim faciebant*, P. *cogere cæperunt*, V. *urgebant*, ό. Sa. M. Sy. Potiùs, instabant & festinabant Angeli cum Lot [r]. *Angustabant*, sive *stringebant*, ut scilic. exiret: sic Jos. 16. *Si angustus est mons* [s]. ¶ *Duas filias quas habes* הַנִּמְצָאֹת] *Quas in promptu habes*, V. non elocatas, sed quæ virgines sunt in tuo lare [t]. *Inventas*, A. Mo. i. e. præsentes, ut Ar. M. Sic sumitur vox 1 Chron. 29. 17. & 2 Chron. 5. 11. & 20. 31. & 31. 1 [v]. *Quæ inventæ sunt fideles tecum*, Ch. & Loto Angelóque crediderunt [x]. Hinc AE. non malè colligit plures ei fuisse filias, quæ perierunt [y]. Hebræi vocant id quod coràm versatur נִמְצָא *inventum*. Hinc Grammatici vocant *secundam personam* הַנִּמְצָא *. Mos est Judæis, ut salutanti peregrè adventantem his verbis, בָּרוּךְ הַבָּא, *benedictus qui venit*, respondeatur, בָּרוּךְ הַנִּמְצָא, i. *benedictus qui inventus est*, i.e. qui adhuc præsens salvus est. Discamus hinc quantum referat cum quibus consuescamus, & quibus filios filiásque elocemus. Reliquæ enim maritorum conversatione ad impietatem pertractæ erant, & patris monitum contempserant; ut patris cohabitatio illis ad pietatem occasio fuit [z]. ¶ *Nè pereas in scelere*, בַּעֲוֹן] *In iniquitate*, Mo. Sa. *in peccatis*, Ch. Sy. *propter culpam urbis*, Ar. Potiùs, *in pœna*, JT. Pi. A. V. Vide ad Gen. 4. 13. Jun.

16. *Dissimulante illo*, וַיִּתְמַהְמָהּ] *Et tardabat*, Mo. P. [sim. reliqui:] vel, ut res suas colligeret [a]; vel, ut generis suis persuaderet discessum [b]; vel, orans Deum ut urbi parceret [c]; vel, præ trepidatione, quâ homines immobiles fiunt [d]. Potest verti, *& obstupuit* (quasi à תָּמַהּ *obstupescere præ admiratione*.) Propriè, *Interturbare se fecit*. Maximam turbationem & distractionem Loti significat. Quadratura & conjugatio verbi significatum plurimùm intendit [e]. ¶ *Eò quòd parceret*, בְּחֶמְלַת] *In indulgentia Domini*, &c. Mo. *pro misericordia*, &c. JT. *ob misericordiam*, Ar. ¶ *Eduxerunt eum*, &c. sic omnes, וַיֹּצִאֻהוּ] At Sa. *eduxit eum*, [*quasi legisset* וַיֹּצִאֵהוּ, *quod sanè congruit cum verb. seq. Et dixit.*]

q Ge. in M. — r Me. — s Ma. — t A. — v Ma. — x AE. in Glass. Jun. Pi. — y Glass. Gram. p. 88. — z V. — a Me. T. — b T. — c La. — d Bo. — e Belg. — f E. — g Me. — h Jun. — i Pi. — k M. F. co. — l Tig. not. — m L. — n L. — o A. — p V. — q G. — r M. — s O. — t G. — v A. — x Me. — y F. co. — * M. — z F. co. — a Q. in Ma. — b Ambros. in La. — c To. in La. Me. — d V.

17. *Dicentes*] Heb. *Et dixit*, Ma. vel unus ex Angelis, nam alter subvertere cœpit civitates [f]; vel Jehovah, (ut constat ex Gen. 18. 24.) qui nunc Sodomam venisse videtur [g]. Eum enim appellat אֲדֹנָי, quod, cùm de persona una intelligitur, soli Deo tribuitur [h]. ¶ *Salva animam tuam*, הִמָּלֵט עַל נַפְשֶׁךָ] *Erue te* (*salvare*, imper. M.) *in anima tua*, Mo. vel, *super anima tua*, M. *pro anima tua*, P. *Eripe te ad vitam tuam attendens*, JT. q. d. domum & cætera omnia neglige [i]. Sis contentus teipsum liberare [k]. *Anima* pro vita hîc, ut Exod. 4. 19. Job. 2. 6. Matt. 2. 20 [l]. & in Juvenali, *Summum crede nefas animam præferre pudori* *. Est Met. efficientis [m]. ¶ *Noli respicere*] Nolite; nam uxori & filiabus etiam mandatum erat, ut constat ex eventu [n]. Mandatum hoc erat ad exercendam obedientiam; ad detestationem pereuntium, quibus neminem compati volebat; & nè ullum daret signum pœnitentiæ quòd indè egressus fuerit [o]; & præcipuè ad festinationem [p]. Retrospicere solent qui habitationis pristinæ recordatione desiderióque commoventur [q]. In dictis Pythagoricis, Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου, (*Peregrè proficiscens domum nè respicias*.) Eódem spectat de Orpheo fabula. Annibal quoque à spectro vetitus respicere; Cicero de Divinat. 1 [r]. ¶ *In monte*, הָהָרָה הִמָּלֵט] *Ad montem erue te*, Mo. *Ad montem illum fugâ te eripe*, JT. Simile illud Metam. 8.—*relinquite tecta, Ac nostros comitate gradus, & in ardua montis Ite simul*— [s].

18. *Domine*] Ità ό. Ti. &c. Duo erant Angeli, sed unus Loth & uxorem manu ducebat; hunc compellat Lot: alter eum sequens ponè, inter duas filias medius, eas pariter ducebat [t]. Vel Jehovam alloquitur, qui jam videtur cum duobus Angelis adfuisse [v]. Alii vertunt, *Domini mei*; ità Ch. Sy. Mo. *O duo Apostoli Dei*, Ar.

19. *Ut salvares animam*, לְהַחֲיוֹת] *Ad vivificandam animam meam*, V. Græci τῷ ζῆν. Activo utuntur, quia Hiphil non habent Græci: sic βασιλεύειν pro *facere regnare* [x]. ¶ *Nec possum in monte salvari*, הָהָרָה] Fugiendo *in montana*, V. Timebat ruinam montis, aut frigus [y]. Timebat, nè senem se & tardigradum assequeretur incendium antequam clivum superâsset [z]. Prætextus, non vera necessitas; nam postea ivit in montem [a].

20. *Modica est*] [*Plerique referunt ad oppidulum*.] Pauci incolæ, quare & pauciora & leviora crimina [b]. Non magna peto, Ca. [*Alii ad rem*.] *Nonne res hæc perexigua est?* Ità JT. Belg.

21. *Suscepi preces tuas*] Ità Ar. Heb. *suscepi* (vel *levavi*, vel *honoravi*, M.) *faciem tuam*; i. rationem habeo tui [c]. Volo tibi gratificari [d]. ¶ *Ut non subvertam*] Statuerat Deus ei parcere, quare in animum ejus immisit ut deprecaretur [e].

22. *Non potero*] Stante promisso. (Deus enim per sua promissa debitor fit [f].) Vel, juxta Divinum decretum [g].

23. *Ingressus est Segor*] Nempe territorium *Segor*, non urbem; quòd indicat uxoris Lot retrospectio, & punitio [h].

24. *Pluit Dominus à Domino*] [Variè exponunt.] 1. *A Domino*, h. e. *à seipso*, vel cœlitùs, ut Hebræi exponunt, dicentes esse לְשׁוֹן צַחוּת elegantiam linguæ, sicut Gen. 4. 23. *uxores Lamech*, i. meæ, 1 Reg. 1. 33. *servos domini vestri*, i. mei, Ester. 8. 8. *in nomine regis*, i. mei, F. V. T. Ità Ti. Pi. *A Domino* emphaticè dicitur; *à seipso* pluit, vi & potentiâ propriâ, non usitato naturæ ordine [i]. Vel ad auxesin pertinet, *Pluit pluviam* (in verbo inclusum est verbale) *à Domino*, i. magnam, copiosam; ut *flamma Domini*, i. e. luculenta [k]. 2. Al. sic, *Pluit* (*pluere fecit* est in Heb.) יְהוָה, i. Angelus personam Dei sustinens, *à Domino*, i. potestate sibi divinitùs concessâ. *De cœlo*; sic Luc. 17. 29 [l]. *de aere* [m]. 3. Nostri hinc Trinitatem colligunt, collatis Psal. 110. 1. *Dixit Dominus Domino meo*, & Psal. 45. 6, 7.

e Ma. — f RS. in M. — g A. — h Pi. — i La. — k O. — l A. — * Jun. — m Pi. — n Me. La. A. — o Me. ex La. — p Jun. La. Me. Bo. — q Jun. — r G. — s G. — t Ma. — v Belg. Jun. La. — x G. — y L. — z La. — a Me. — b Me. La. — c Jun. — d Ma. — e Me. — f L. — g Me. Pi. — h Bo. La. — i V. T. ità Caj. P. La. — k D. — l G. — m Me.

Sedes tua, Deus, in seculum; propterea unxit te Deus, Deus tuus[n]. Sic ergò exponunt; Pluit Filius (cui Pater omne judicium commisit, Joh. 5.22.) à Patre, qui per Filium operatur, Joh. 5. 19[o]. Urbes has *igne cœlesti flagrâsse*, ait Tacitus, Hist. 5. Antè dixerat, *fulminum jactu*. Fulmen habet vim sulphuris, & indè Græcis sulphur θεῖον dicitur: ὕδατα ἀσφαλτώδη καὶ θειώδη, (*aquas bituminosas & sulphureas*,) dixit Strabo[p]. ¶ *Super Sodomam & Gomorrham*] *Admah* item & *Zebojim*, Deut. 29.23. Vide Hos. 11. 5. Synecdoche membri[q]. ¶ *Sulfur & ignem*] Cur sulfur addidit igni? An quia ignem levem sulfur gravitate suâ deorsum pellit[r]? Vel potiùs, ad incrementum ignis, juxta Esa. 30. 33[s]? Æterni judicii typus quidam, Rev. 19. 20[t]. גָּפְרִית incertum an significet *sulfur*, *picem*, an *bitumen*. Vide quæ ad Gen. 6[v]. Sulphur peccati fœtorem, ignis libidinis ardorem, significat[x]. *Sulphur & ignem*, h. e. sulfur ignitum, vel ignem sulphureum[y].

26. *Respiciens*] Verbis Angeli non credens, Sap. 10.7. Relictorum desiderio, & cognoscendi studio undenam strepitus ille crepitantium flammarum, quarum, quamvis aversæ, fulgor perstrinxit oculos[z]. Ut videret quidnam futurum esset de domo patris sui: Erat enim de filiabus Sodomæ[a]. ¶ *Post se*, מֵאַחֲרָיו] *Post eum*, Mo. M. Ti. P. O. *de post eum*, F. Nam ו est relativum masculinum[b]. *Retro eum*, P. V. i. e. quæ erat à tergo illius, quum sequeretur eum, & aspexit post se[c]. ¶ *In statuam salis*, נְצִיב מֶלַח] *Acervum*, seu *massam*, *salis*, He. in V. i. e. columnam[d]; & quidem effigie muliebri[e]. Hanc columnam suo tempore exstitisse ait Jo[f]. Burchardus p. 1. c. 7. (qui ibi fuit[g],) & Adrichomius aiunt adhuc exstare inter montem Engaddi, in quem Lot confugit, & Mare mortuum[h]. Imò *duratura est usque ad tempus resurrectionis*[i]. ¶ *Salis*] Hoc dicitur, vel quòd igne perierit qui salem admixtum habuit, ut videtur ex Deut. 29.23[k]. Sal cum igne de cœlo deciderat: vide Gen. 14. 3[l]. Vel, ut alii, ad saporem non respicit, sed *statua salis* dicitur, quia incorruptibilis & perpetuò mansura; sicut *pactum salis* dicitur quod perpetuum est, Num. 18. 19. Alludit ad salem metallicum[m]. Imò sal hoc videtur fuisse metallicum[n], quod pluviæ resistit, & soliditate suâ ædificiis utile est, teste Plinio 31. 7. & ex montibus instar marmoris exscindi solitum, ut testantur etiam Solinus, Isidorus, A. Gellius, Olaus Magnus, & alii[o]. Hinc docentur posteri Dei mandatis parere, & in bene cœptis pergere, nec retrospicere[p]. Exusta sunt, secundùm Hebræos, per sulphur ossa ejus, & sic redacta in salis statuam[q].

28. *Favillam*, קִיטֹר] *Fumum*, M. Mo. Ch. Sa. Sy. Ar. P. ¶ *Quasi fornacis*] Nempe calcariæ[r].

29. *Recordatus Abrahæ*] i.e. Vel petitionis illius Abrahæ, *Nè perdas justum cum impio*[s]; vel promissionis ei factæ, *se beneficum fore in benedicentes eum*[t]. ¶ *In quibus habitaverat*, אֲשֶׁר יָשַׁב בָּהֵן] *Quibus habitabat in illis*, pro, in quarum una habitabat[v]. Vide ad Gen. 46. 23[x].

30. *Timuerat manere*] Contemplatus vim incendii. In via tantùm prohibitus est respicere[y]. Vel quòd nôsset illam sæpius terræmotu fuisse subrutam, & fortè etiam tunc urbs illa ex vicina clade contremuerat[z]. Timebat nè Deus subverteret, quia videbat eadem vitia regnare[a].

31. *Dixit primogenita*] Non simpliciter talis erat, sed natu major juniore[b]. ¶ *Nullus in terra*] Crediderant omnes mortales extinctos incendio[c]. Audiverant à patre & omnes priùs periisse diluvio, & postea perituros incendio. Ità habuerunt piam intentionem[d]. At debuissent & poterant hoc ex Lotho quærere[e]. [Al. aliter.] *In terra*, nempe Canaan, A. *in regione*, Sy. *in hac terra*, T. בְּאַרְעָא, [*pro* בָּהָאָרֶץ] viros enim alibi, nempe in Zoar, superesse noverant; sed illis, utpote impiis, nubere nolebant[f]. Hoc ergò vult, Nullus pius superest cui nubamus[g]. ¶ *Juxta morem terræ*] Incolarum terræ; q.d. viam quam terunt omnes homines[h]. Heb. *secundùm viam*, i. e. consuetudinem, quæ videtur esse instar viæ, res detrita†. *Coitum* designat hæc phrasis. Et hoc sensu RS. dixit *separare se à via terræ*, i.e. ab actu venereo. Alibi *mortem* significat. Apud Doctores est *vita civilis & politica*; item *id quo victum* *paramus*. In libro Aboth c. 2. *Pulchrum est studium Legis cum via terræ*. Nam qui Legi studet, nec habet unde vivat, miser est. Ideo antiqui sapientes cum illo studio conjungebant opificium aliquod[i].

[n] F. [o] Belg. Ma. [p] G. [q] Pi. [r] D. [s] A. [t] Belg. [v] O. [x] Me. ex L. l. 2. [y] Glass. Gram. p. 24. [z] Me. [a] TJ. in F. [b] M. [c] V. [d] G. [e] Me. [f] G. [g] G. [h] T. [i] J. T. Jeros. in Bi. [k] AE. in F. [l] G. [m] V. [n] Me. T. [o] T. [p] Me. [q] M. [r] M. Me. Jun. [s] Me. [t] Jun. [v] V. BA. [x] A. [y] Me. [z] Bo. ex Hi. [a] V. [b] Me. [c] Me. [d] L. [e] E. Me. [f] Pi. [g] A. [h] A. † D.

32. *Veni*, לְכָה] Imperativum pro adverbio, Eja, age[k]. ¶ *Vino*] Qu. Unde habuerant? Resp. Prospexerat Lotus de commeatu cibi & potûs ad illud tempus quo in spelunca futuri erant[l].

33. *Dederunt*] Lot ab ebrietate excusari nequit, (præsertim secundâ vice) quasi vim vini ignorâsset, pater, vir dives & hospitalis, quam (ut videmus) bene nôrant filiæ[m]. ¶ *Bibere vinum*] Nox & vinum nihil suadent moderabile. ¶ *Dormivit cum patre*] Licitum id arbitrata, quòd moris erat inter Persas vicinásque gentes, (ut testantur Clemens & Bardesanes) etiam inter Arabas vicinos[n]. ¶ *Non sensit*] Non, quasi concubitum commiserit dormiens, [*ut stultè fingit Clarius, hoc ferè unum è Munstero non suffuratus*;] sed ebrietate victus coivit cum præsente fœmina, quam uxorem fuisse sibi accubantem putabat, immemor illam mortuam[o]. Sic aliqui qui homicidium committunt ex ebrietate, postridie nesciunt se id fecisse. Sic Bonav. in 2. dist. 22. *Non sensit*, i. non discrevit[p]. Fuit in Loto sensus, sed confusus & perturbatus[q]. Non dicitur eum non cognovisse cùm concubuit, sed propter ebrietatem non discrevit an uxor esset, an filia[r].

37. *Moab*] Quasi מֵאָב *ex patre*, M. vel, מִן אָב. Non verita incestum manifestare, minore impudentior[s]. ¶ *Pater Moab*] i. e. Moabitarum: sic *Jacob* pro Israelitis, Gen. 34. 7. & 49. 7. *Ismael* pro Ismaelitis, Gen. 28. 9. *Edom* pro Edomitis, Gen. 36. 9. & *Aaron* pro Aaronitis, 1 Chron. 12. 27. & 27. 17[t]. Pudentiùs altera, *Ben-ammon*, vel *Ben-ammi*, *filius populi*, vel *generis mei*: i. e. non ex Sodomitis genitus est, sed ex gente mea[v]. Voluit Deus in detestationem hujus incestûs manere æternam ejus memoriam, & ut Hebræos deterreret à connubiis cum Moabitis & Ammonitis[x].

[i] D. [k] V. [l] Bo. ex Jun. [m] E. [n] G. [o] E. Me. [p] E. [q] La. [r] O. [s] M. Me. [t] A. [v] Me. L. [x] T.

CAP. XX.

1. *Profectus indè*] Vel, quia deerat hospitalitatis materia, subversis populis[y]; vel, quia advertebat virulentas Maris mortui exhalationes vicina loca sterilia & pestilentia reddituras[z]; vel, quia voluit Deus eum assiduè peregrinari, Heb. 11. 10. vel, ut variis locis & gentibus prodesset[a]. ¶ *Australem*] Respectu convallis Mambre[b]. *Australem* partem terræ Canaan[c]. ¶ *Geraris*] *Gerara* metropolis Palæstinæ erat in tribu Simeon[d].

2. *Dixit*] De more suo, interrogantibus[e]. ¶ *De Sarah*, sic o'. Ch. Sy. Ar. M.P.A. אֶל שָׂרָה] *Saræ*, Sa. *ad Saram*, Pi. A. Sa. Mo. Ma. i. e. unà cum illa, h. e. & ipse, & illa dixit; (vide v. 5[f].) vel, *præter Sarah*, h.e. præterquam quòd Sarah dicebat hunc fratrem suum esse, (*etiam ipse dixit*[g].) *De Sara*, D. ex o'. Nam Hebræi notant אֶל, *ad*, hoc loco poni pro בַּעֲבוּר, *de*, περί. Sic אִמְרִי לִי, *dic de me*. Tollit dubitationem הוּא, quod legitur quasi הִיא *ipsa*[h]. Sarah erat pulchra, licèt nonagenaria: Dominus enim cum fœcunditate pulchritudinem reddidit. Alii dicunt 90. annum tunc parem fuisse nostro 40. præterea continentiam, & quòd nunquam peperisset, juvâsse[i]. Ad finem vitæ remansit teneritudo carnis & vivacitas coloris, inquiunt Hebræi: sicut de Mose dictum Deut. ult. *non obscuratus est color*; & de Caleb Jos. 14. *adeò fortis sum*, &c[k]. [Vide quæ ad Gen. 12. 11.] ¶ *Tulit eam*] Non auso resistere Abraham[l].

3. *En morieris*] Non prædicentis est, sed monentis[m]. *Morieris*: subintellige conditionem, nisi reddas[n]. Sic Ezec. 33. 14, 15[o]. Peccavit Abimelech, ut liquet ex istis verbis, *Et orabit pro te*, &, *Induxisti peccatum*[p]; quatenus mulierem sine conjugio sibi sociare voluit, & quòd non satis diligenter inquisierit[q]: reus erat injuriæ, (tollendo invitam,) licèt non adulterii[r].

[y] L. [z] Me. [a] La. [b] Me. [c] A. [d] Me. [e] V. [f] A. [g] Jun. [h] D. [i] Me. Bo. La. [k] L. [l] Me. [m] E. [n] A. La. [o] A. [p] E. [q] L.

rii [r]. ¶ *Habet virum*, בְּעֻלַת בָּעַל] *Maritata*, vel, *juncta marito*, [ità plerique:] *ipsa enim possessio mariti*, Sa. vers. Hebræi quidam interpretantur, *concubuit cum marito*. Ità ante Legem Gentium jure nuptiæ perficiebantur [s].

4. *Non tetigerat*] Ità ο'. sive, *non appropinquaverat*, i. e. non concubuerat cum ea [t]. Sic *tangere* sumitur Prov. 6. 29. 1 Cor. 7. 1 [v]. ¶ *Gentem*] Licèt de uno. Sic Virgil. *vigilásne Deûm gens, Ænea* [x]? Vel, *gentem*, i. e. familiam meam [y]; vel etiam subditos meos, v. 9. quos ob peccatum Principis puniendum metuebat [z]. ¶ *Justam?*] Alii volunt eum tacitè se cum Sodomitis conferre. Sed hoc nimis argutum est [a].

5. *In simplicitate cordis*] Simplici ac sincero animo [b]: sic vocat ignorantiam, quæ malæ conscientiæ opponitur [c]. Non ad libidinem, sed ad matrimonium [d]. Nè cogitavi malè agere, nedum opere commisi [e]. ¶ *Et munditiâ manuum*] i. e. Non vi & injuriâ abstuli [f]; sed cum consensu amborum [g]. Nec animum habui malum, nec factum (quod synecdochicè manibus tribuitur) turpe existimavi [h]. Hæc ideo expressa sunt, nè dubia maneret Isaaci origo, de cujus conceptione jam agendum erat [i]. Heb. בְּנִקְיֹן, *in vacuitate manuum*, Ma.

6. *Custodivi te*] Morbo impedivi, ut patet ex ver. 17 [k]. [*Vide quæ ad* v. 3.]

7. *Propheta*, נָבִיא] Dictus vel à בוא *venire*, quia Deus ad talem venit afflatu suo, (sive quòd ventura prædicat [l];) vel à נוב *fari & loqui*, quòd mentem Dei aliis exponat. Is, scilicet, qui *Prædicator* dicitur [m]. q. d. Mecum familiaris est [n]; ideóque preces ejus facilè recipio [o]. Novit etiam te Saram non commaculâsse, ideóque eam recipiet [p]. *Propheta est*, ac proinde mihi charus; quem si offendas, me offendes [q]. ¶ *Et orabit*] Quod Prophetarum munus erat, Jer. 14. 11. & 15. 1 [r]. Exorabit, ut cesset plaga [s]. ¶ וְיִתְפַּלֵּל] פָּלַל signif. 1. *judicare*, 2. *orare* [t]; quia orans seipsum judicat [a]; & quia causam vel personam proponat Deo, tanquam judici [b]. ¶ *Vives*, וֶחְיֵה] *Et vive*. Cum imperio loquitur Deus, ut Amos. 5. 4. Psal. 37. 27 [c]. q. d. Mortis sententiam rescindens, remitto te in vitæ possessionem. Vel imperativus pro futuro indicativi, ut sæpe occurrit [d].

9. *Peccatum grande*] Adulterium; quod Naturæ dictato turpe erat gentibus: non sic scortari. Ideo de eo admonentur Act. 15. 29 [e]. Alii, *gravem ultionem & pœnam peccati* [f]. ¶ *Quæ non debuisti facere*, אֲשֶׁר לֹא יֵעָשׂוּ] *Quæ non fient*, i. e. non facienda [g]; quæ te pium minimè decent [h]. Verba quæ actionem seu effectum notant de jure & debito quandoque intelligenda sunt: sic Levit. 4. 2, 13. 22. 27. similiter Malac. 1. 6. *honorat*, i. e. honorare debet, & Malac. 2. 7. *custodient*, i. e. custodire debent [i].

10. *Quid vidisti?*] *Quid considerâsti?* V. Quæ signa injustitiæ aut libidinis? Me.

11. *Forsitan*, רַק] *Verè*, ità plerique in Riv. A. ἆρα, ο'. quæ dubitativa particula est [k]. *Tantummodo*; q. d. Hoc uno carere videtur. Hic locus elegantissimus [l]. ¶ *Non timor Dei*] Qui ubi non est, ibi regnant omnia vitia [m]. Verum Dei cultum denotat [n].

12. *Verè soror, filia patris, non matris*] *Soror* dicitur more Hebræorum, cùm esset ἀδελφιδῆ, (*neptis* [o].) *Neptis Tharæ* erat, & *filia Haran* [p]. *Soror* erat, sicut Lot *frater*, h. e. nepos. Hinc colligunt Hebræi *Saram* eandem fuisse quæ *Jisca*, Gen. 11. 29 [q]. Quorsum aliter post mentionem duarum uxorum Abr. & Nachoris, adderet nomen duarum filiarum Haranis, quarum una nupserat Nachoro; & post illud, *& Sara sterilis* [r]? Obj. Si hæc sententia vera sit, quomodo erat *filia patris*, non *matris* [s]? Resp. Nempe, quia Haran pater Sarai erat filius Terachi ex alia uxore [t]. Vel, Sara erat *filia Tharæ*, sed ex alia uxore. Ità plerique Hebræi [v]. At sic Abraham duxisset sororem uterinam [x]: quod quis de tam probo & prudente viro credat [y]? Nec tum Sarai nurum *Tharæ* vocâsset Moses, Gen. 11. sed *filiam* [z]. Sed utramvis sententiam eligamus recurrendum hîc ad dispensationem Divinam, Riv. ad Gen. 12. Apud Gentes in vitandis nuptiis magis attendebatur genus maternum, ut certius. Atheniensibus

[r] Me. [s] G. [t] Pi. A. [v] A. [x] Ca. [y] V. Pi. [z] Pi. A. [a] V. [b] Me. [c] V. [d] F. [e] RS. in M. [f] F. V. [g] F. [h] Jun. [i] Riv. [k] Pi. A. Me. La. [l] Ma. [m] F. [n] F. Me. [o] F. [p] L. F. Jun. [q] Jun. [r] A. [s] La. [t] O. A. [a] A. O. [b] A. [c] A. [d] Glass. Gram. p. 357. [e] G. [f] Me. [g] Jun. [h] Belg. [i] Glass. Gram. p. 247. [k] Riv. [l] V. [m] G. [n] F. [o] G. [p] L. E. Me. Jun. T. F. Ca. Pi. La. [q] A. [r] Riv. [s] Caj. [t] Riv. A. [v] G. [x] Riv. La. [y] La. [z] Riv.

licebat ὁμοπατρίους (*ex eodem patre natos*) ducere, non ὁμομητρίους (*ex eadem matre*,) testibus Philone de Specialibus legibus, & Scholiaste Aristophanis ad Nubes, & Scriptore Latino vitæ Cimonis. Vide Deut. 13. 6. Hunc morem Phœnicibus (à quibus multa ad Athenienses venêre) tribuit Achilles Tatius, lib. 1. Et moribus Noæ liberûm prohibita volunt Hebræi hæc, non ista, matrimonia [b]. Qu. An Abr. hîc excusandus? Resp. Veritatem non negavit, sed dissimulavit [c]; & errandi occasionem præbuit [d]. *Soror* erat, i. e. *agnata*; sed non sic intelligi volebat Abr. verùm *germana*, quæ, scil. non potuit esse uxor ejus: ideóque hæc non valent ad excusandum ejus mendacium [e].

13. *Postquam eduxit me Deus*, הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים] *Errare me fecit Deus*, V. Ità Græci in D. A. Mo. Sa. Pa. Ti. Ar. Quia dixit, *Egredere*—; non dicit *in hanc* vel *illam terram*, sed in terram incognitam [f]. Verbum plurale est pro sing [g]. Ità & Gen. 35. & 1 Reg. 28. *vidi divos ascendentes*, licèt de uno loquatur [h]. Nomen & verbum plur. Trinitatem indicant [i]: sic Gen. 35. 7. & 2 Sam. 7. 23. *illi etiam dii iverunt*, quod in 1 Chron. 17. 21. sic exprimitur, *ibat Deus*. Itaque pluralitas Deorum minimè significatur. Sic Josh. 24. 19. *Elohim sancti ille* [k]. Sedium frequentem mutationem meritò vocat errorem [l]. Alii de Angelis accipiunt: quod verius videtur, quia verbum est plurale. Non conqueritur de Angelis, sed conditionem suam notat [m]. Alii sic, *Cùm errare me fecerunt idola Chaldæorum*; propter quæ coactus est Ure excedere [n]. Alii sic, *Cùm errarent populi post opera manuum*, Ma. i. e. idola, F. Occasionem præbuit huic sensui, quòd הִתְעָה alicubi post alienos deos errare significat [o]. *Misericordiam*] i. e. Opus misericordiæ. Sic *amor*, 1 Joh. 3. 1. & *ira*, Mic. 7. 9. pro operibus vel effectis ipsorum [p]. ¶ *Mecum*, לִי] *Propter me*, i. e. in gratiam mei [q].

15. *Coram vobis*] Tota tibi conspicua est: ubi libet delige sedem [r]. Optioni tuæ relinquitur [s].

16. *Mille argenteos*] Scil. siclos, Ch. Nam cùm in Scriptura ponitur *argenteus* vel *aureus*, intelligitur *siclus* [t]. Ità Num. 7. 13, 85. 2 Sam. 18. 12. 2 Reg. 6. 25 [v]. Siclum communem intellige [x], qui valet circiter solidum Anglicanum [y]. Mille sicli erant 56 libræ Anglicanæ, vel 250 thaleri regii [z]. ¶ *Fratri*] Est ironia; ei quem tu vocas fratrem [a]. Sic pungit eam, notando mendacium [b]. Non dedi tibi, nè videar pretium dedisse pudoris; sed viro, qui non accepisset si te corruptam putâsset, nè suæ conjugis pudorem vendidisse putaretur [c]. ¶ *Hoc erit*, הוּא] [*Alii referunt ad ABRAHAMUM.*] *Ipse est tibi velamen oculorum*, i. e. propugnator pudoris tui: dum eum virum tuum esse noverint, oculos à te avertent. Docet maritum esse instar veli, nè sit exposita alienis. Decuit te latere sub isto velo: cur te sponte nudâsti, in mariti potestate esse dissimulans [d]? *Velamen faciei* signum erat subjectionis fœminæ, Gen. 24. 65. 1 Cor. 11. 3, 6, 7, 10 [e]. Vel, *Sit ille tibi velamen*, &c. Profitere posthac liberè eum esse maritum tuum, & faciem velato, ut sciant te nuptam esse [f]. Vult Pineda in Prov. l. 5. c. 3. n. 10. solitas virgines nudo esse capite, ac nuptas vel desponsatas velis usas. Non improbabile hoc [g]. Sponsæ, cùm nuptui dabantur, obnubebant se velo, Gen. 24. 65. Vide Alex. ab Alex. 2. 5. Hinc *Nuptiæ* dictæ à capitis opertione, ait Festus; & *nupta*, i. e. operta, quia flammeo (h. e. velo) caput nubenti obvolvatur, quod antiqui *obnubere* vocaverunt. Al. sic, Ipsum mariti nomen velabit oculos omnium [h]. [*Alii referunt ad DONUM.*] Ità Vulg. Ch. ο'. Bo. La. *Hoc erit tibi velamen*; nam operient oculos, nè te aspiciant, dicentes, Per hoc redemit Abimelech animam suam [i]. Exemplo meo discant te non aspicere, nè cogantur his aut talibus donis vitam suam redimere; nam dicent, Haud parvi stetit Abimelecho sua libido [k]. Vel, hoc argumentum est tuæ pudicitiæ [l], quòd à me tam honorificè dimissa es [m]. Vel, *hoc* velamen tibi comparabit, quo velare te potes, ut solent nuptæ & pudicæ [n]. Velabatur Rebecca, Gen. 24. *Tegumentum oculorum* dicitur, pro defensione pudoris, si quis te vituperet [o]. Vel sic, *Hoc argentum erit tibi velamen*, &c. h. e. hoc munere tegam tibi oculos, nè quid in me criminis videas;

[b] G. [c] Riv. ad Gen. 12. [d] Riv. [e] Pi. [f] F. co. [g] V. [h] Ca. [i] Jun. Pi. A. [k] A. [l] D. [m] V. [n] D. TJ. [o] F. co. [p] A. [q] V. [r] V. [s] A. [t] Me. [v] A. [x] Belg. [y] A. [z] Belg. [a] Me. [b] Pi. [c] Ca. [d] F. co. [e] A. Jun. Pi. [f] Belg. [g] Bo. [h] Ma. [i] Ge. in M. [k] Q. in Ma. [l] F. [m] Me. L. [n] Me. T. [o] Ca.

videas; q. d. Placabo te & tuos. Similis phrasis Gen. 32. 20. *Placabo* (Heb. אכפר *tegam*, &c.) *facies ejus munere*. Hanc interpretationem necessariò aliis anteferas, ait Ma. [Alii ad *utrumque* referunt, & ad *omnia quæ hîc acciderunt*.] *Hæc omnia erunt certissimum tuæ pudicitiæ signum*[p]. Quibusdam כְּסוּת עֵינַיִם est *vestis pretiosa & honorifica, quam omnes appetunt*[q]. Ità LXX. *Hæ tibi erunt in honorem* (vel *pretium*, τιμὴν) *faciei tuæ*, ut ornatior & potentior appareas, & liberè possis eloqui te conjugatam, nec quisquam audeat viro potenti uxorem eripere[r]. ¶ *Et quòcunque perrexeris*, וְאֵת כָּל] [Quidam referunt ad *præcedentia*[s].] *Erit pudicitiæ defensio apud tuos, & apud omnes*, in universum[t]. *Apud omnes*, sub. *alienos*, quia jam dixerat *tuos*. Sic, *Israel non erit inter gentes*, sub. *cæteras*; &, *ea facite hominibus*, scil. *aliis*, Matt. 7[v]. Alii reddunt, *ubique*[x]. [Alii ad *sequentia* referunt,] quod distinctio Hebraica videtur innuere, cùm in אֵתְּ sit athnach. Sed nolim me per omnia obstringere distinctionibus Hebræorum[y]. *In* (vel *cum*) *omnibus his*, vel *per*, vel *propter*, *hæc omnia, erudita fuit*, (nè se diceret sororem) vel *correpta*[z]. Sic Amama & Scindl. in Di. M. ex K. Ti. Ch. Ar. P. JT. A. ¶ *Mementóque te deprehensam*, וְנֹכָחַת] Hîc ו superfluum putant omnes qui וְאֵת כָּל huc referunt, (ut dictum[a].) Sed nimiùm audaces sunt, licèt ו pro linguæ idiomate aut *abundare* aut *deesse* passim videas[b]. Præfixum ו quandoque deest, quandoq; redundat. Utriusq; exempla vide Glass. 693. Al. hæc sunt verba Mosis[d]; *Sic erudita fuit*, scil. nè sororem se diceret, &c[e]. Sic *correpta* vel *reprehensa fuit*[f]. Sic Genuenses ו vertunt *ità, ainsi*[g]. Probat & Riv. Sic legi potest, *Et totum* hoc erat *ut reprehensa* foret; vel, *& totum* hoc est *ut reprehensa sis*, A. *Et super omnia quæ dixit reprehensa est*, Ch. *Et sic cum omnibus reprehensa est*, M. *Et in omnibus erudita fuit*, P. Videtur vertendum, *Et apud omnes: itaque correpta esto*, Pi. Aliis sunt verba Abimelechi[h]: Atque hæc omnia (quæ hactenus gesta sunt, quæque tibi dico) huc spectant, ut erudita sis, seu in posterum caveas[i]. Verba Onkeli ambigua sunt, prout variè punctantur. Fagius punctat אִתוֹכַחַתְּ, & legit, *In omni eo quod locuta es verax inventa es*. At Buxtorf. punctavit per tertiam personam, אִתוֹכַחַת, vertítque, *Et propter omnia quæ dixit reprehensa fuit*. Malim, *Et propter omnia quæ locuta es reprehensa es*. Sic וְנֹכָחַת ponitur pro וְנֹכַחַתְּ, (Kamets pro Pathach ob Silluk;) ut לָקַחַתְּ *accepisti*, 1 Reg. 14. 3. יָדַעַתְּ *nôsti*, Jer. 50. 24. Sed וְנֹכַחַת aliter velim interpretari, *Ille est tibi tegumentum oculorum, & omnibus qui tecum sunt, & apud omnes; & tu certo argumento ea de re edocta*, vel *erudita*, vel *convicta, es*, cùm me Deus increpaverit. Sic הוֹכִיחַ sumitur Gen. 24. 14. *eam argueris*, i. e. argumento demonstraveris, Isaaci esse: item ver. 44. At verò (quia ת non habet Dagesch, notam secundæ personæ fœm. præt.) malim וְנֹכַחַת accipere in Benoni, ut sit pro וְנֹכַחַת, sicut בֹּרַחַת pro בֹּרַחַת, Gen. 16. 8. ac vertere, *& id argumento constat*, vel *demonstratum est*. Ità Gen. 31. 42. *vidit*, &c. וַיּוֹכַח, *ideo redarguit*, malim vertere, *& ostendit*, vel *demonstravit*, vel *arguit*, nempe, *se vidisse*, &c. Ità nec ו per *ideo* reddere, nec pronomen *te* addere, opus est. Vide quæ nos ad 2 Reg. 19. 4. Quin & נֹכַחַת Buxtorfius substantivè accipit, Epist. Heb. 9. *in argumentum*[k]. Quibusdam *nomen* est, & vertunt, *evidens argumentum*[l]. *Evidens argumentum coram omnibus*, Ti. Chaldæus vertit נְכֹחַת *recta*, & supplet *fuisti*. LXX. verò πάντα ἀλήθευσον. Hoc malim *; *per omnia deinceps verax esto*. Sic Græci faciunt נ in נְכֹחַת radicale: Sed id durius est; nam נְכוֹחָה dixisset[m]. Vulg. sic, *Memento te deprehensam esse*, ac proinde pudefactam[n]. Quod mihi præ aliis omnibus probatur, ut quod ad Hebræa proximè accessisse videtur[o]. Addidit hic interpres illud *memento*, ad sensum explendum[p]. [Sy. totum sic vertit, *Ecce etiam tibi ipsi sunt concessi*, (nempe *argentei*,) *eò quòd velaveris oculos omnium qui tecum sunt, & super omnia me corripueris*.]

17. *Et pepererunt*, וַיֵּלֵדוּ] *Ut parerent*, scil. uxor ejus & ancillæ[q]. Rectiùs, *conceperunt*, aut *gravidæ factæ sunt*, ut Chaldæus[r].

18. *Concluserat*, עָצֹר עָצַר] *Claudendo clauserat*, ό. Ch. Sa. Sy. Mo. *Prævalescendo prævaluit*, i. e. prævalidè occlusit, Ma. *Minitatus fuerat conclusionem*, Ar. Steriles reddiderat[s], ut non potuerint eniti prolem maturam[t]; nec mulieres à viris cognosci[v]: nec fœtum concipere poterant, nec antè conceptum edere[x]. Gerundensis ait Regem in veretro percussum, quia dicitur, *Non permisi ut tangeres eam*[y]. Sed refellit hoc AE. quia plaga mulieribus tantùm inflicta est[z]. Ad sterilitatem referunt interpretes. Sed quomodo ea tam citò deprehenderetur, cùm inter conceptum & natum Isaac hæc acciderunt? Existimo plagam fuisse talem, ut viri & mulieres inhabiles essent ad concubitum, illúdque fuisse omnibus manifestum. Notum est etiam dæmones ligamine conjuges sæpe fraudâsse, ut se mutuò potiri non possent. Fortè muliebria loca obserata erant aut coarctata[a].

[Margin, left column: p Merc. — q F. co. — r E. — s Ità RS. Mo. Merc. Pi. — t Merc. — v Ca. — x F. co. — y Merc. — z V. — a Di. — b Merc. — c [illegible] — d AE. & K. in M. — e V. Merc. — f Ge. in M. — g Di. — h Ità ό: Vulg. Di. Pi. JT. RS. in Merc. A. — i Jun. — k Di. — l Q. in M. — [illegible] — * G. — m Merc. — n Me. — o F. co. — p Merc. — q Pi. ex Jun. — r G.]

[Margin, right column: s V. — t M. F. Mc. — v Me. — x La. — y M. — z F. — a Riv.]

CAP. XXI.

1. *Visitavit*, פָּקַד] *Numeravit*, nempe tempus promissum Saræ, & fecit quod & quando pollicitus est[b]. *Recordatus est*, Ch. Sy. O. *visitavit*, ό. Vulg. Mo. V. D. A. *Visitare* sumitur vel in *bonum*, ut Psal. 8. 4. Ruth 1. vel in *malum*, Exod. 20. 5. 1 Sam. 15. 1. Cùm in bonum, tribuitur personis; cùm in malum, rebus. Sed dubito an hoc perpetuum sit[c].

2. *In senectute sua*, h. e. Saræ, Hi. in Bo. לִזְקֻנָיו] *In senectute ejus*, i. e. Abrahæ, quia affixum est masc[d]. *Pro senectute sua*, i.e. solatium illi seni[e].

6. *Corridebit mihi*, sic Sa. Mo. יִצְחַק לִי] *Congaudebit mihi*, ό. *gratulabitur*, Sy. Ar. Ch. *ridebit de me*, i.e. propter me, quia peperi[f]. Plerique de risu gaudentium exponunt. Sed malim vertere, *deridebit me*. Ad verb. *ridebit ad me*, (scil. quòd adeò vetula peperissem;) צחק enim *irrisionem* sign. vel subsannationem ob rem incredibilem & absurdam; ut Gen. 17. 17. & 18. 12, 13, 15. & Ezec. 23. 32[g]. q. d. Profani deridebunt, &c. quod fecit Ismael, v. 9[h]. Risus ex gaudio שְׂחוֹק dicitur Eccles. 2. 2. & 7. 4. & Psal. 126. 2[i]. Nihilominus de risu gaudii accipiendum videtur, juxta Esa. 54. 1. & 51. 2, 3. Gal. 4. 22, &c[k]. Isaac sic dictus, quia Abraham gavisus est non solùm de filio, sed etiam de Christo, quem pariter supernaturali modo nasciturum cum gaudio prævidebat, Joh. 8. 56[l].

7. *Quis auditurus crederet*, &c? מִי מִלֵּל] *Quis dixisset*, vel *diceret*? [ità plerique.] q.d. Non habita fuisset illi fides[m]. Ità Deum solum authorem esse docet, & se ingratitudinis damnat, quòd tardè crediderit[n]. Alii, *Quis curret ad Ab. & dicet*, &c? F.co. Hebræi autem referunt ad Deum; (cui occasionem præbuit, quòd מִי interrogationem denotat non simplicem, sed cum laude, ut alibi cum vituperio, conjunctam;) q. d. Quantus ille est qui tanta & promisit & præstitit! Non displicet hic sensus; sed priorem præfero[o]. Quis prædixit hoc Abrahæ? q. d. oportet Deum fuisse, non hominem[p]. Nec in Heb. nec Chald. est verbum proprium quod *promittere* significat, sed ejus loco utuntur אָמַר vel דִּבֵּר[q]. *Verax seu fidelis fuit qui dixit Abrahæ, quòd lactaret*, &c. Ar. Ch. ¶ *Filium*] Heb. *filios*. At unum tantùm lactavit. Rectè Caius, *Non est sine liberis cui vel unus filius*. Sic Gen. 46. 15. *& filiarum ejus*, licèt Dinah illi unica erat; Gen. 36. 25. *filii Anæ, Dison*; & 46. 23. *filii Dan, Husim*[r]. Plur. pro sing. ut Num. 26. 8[s].

8. *Ablactatus est*, ità plerique, וַיִּגָּמַל] *Et retributus est*, i. e. tributus est curatricibus, solidioribus cibis nutriendus, depulsus à lacte: vel, *retributus fuit*, viz. pro lacte illi tributus est solidior cibus[t].

9. *Ludentem*, &c. מְצַחֵק] *Irridentem*, V. & plerique; *subsannantem*, Mo. *deridentem*, scil. celebritatem convivii, Ma. *facientem irridere*, Q. in Ma. Rectiùs, *irrisui exponentem*. Est enim nominis allusio[v]. Fuit maligna subsannatio, quâ fratrem præ se contempsit[x]. Apparet altercationem fuisse de hæreditate, quisnam potior hæres Abræ esset, ut patet ex sequentibus, *Non erit hæres*[y]. Videtur irrisisse pietatem Isaaci[z]. Vox *ludere*

[Margin: b O. — c D. — d La. Me. — e V. — f V. — g Pi. — h A. — i Pi. — k A. — l Li. harm. — m F. co. — n V. — o F. co. — p V. in Tig. not. — q F. — r D. — s Belg. BA. 2. 5. 3. 669. — t Ma. — v G. — x V. — y F. sic Pi. Belg. — z He. in G.]

ludere significat, nunc *idola colere*, sic Exod. 32. *Sederunt manducare——& surrexerunt ludere*; nunc *pugnare*, 2 Sam. 2. 14. nunc *coire*, Gen. 26 [a]. Hinc variè sumitur: vel, quòd eum idola colere (quasi joco [b]) doceret [c]; vel, rei turpis sermonem induceret; [*lascivientem* vertit Ti.] vel, eum vexaret, aut sibi primogenituram vendicaret [d]; tam verbis quàm verberibus malè sæpe mulctaret [e]; & Isaacum cautè occidere quæreret [f]. *Persecutionem* hoc vocat Apostolus, Gal. 4 [g]. quia ex invidia profluxit & vehementi amaritudine [h]. Potest reddi, *velitantem, insolenter se gerentem*, Ma. Hic per Ægyptiæ mulieris filium incipit afflictio illa 400 annorum, Gen. 15. 13 [i].

10. *Ejice ancillam*] Divinitùs mota hoc dixit, ut patet ex v. 12. In matrem excanduit, quòd filii petulantiam non coerceret [k]. Ismael affectavit hæreditatem non suo instinctu, sed à matre (*edoctus* [l].) Verita est Sarah, nè occasione illius jurgii, & pravo exemplo Ismaelis, efferaretur animus Isaaci, & hæreditas, saltem ex parte, ei eriperetur [m].

11. *Durè accepit*] Heb. *Et malum fuit*, i. e. ei videbatur; tum quòd eum summè diligeret, Gen. 17. 18 [n]. tum quòd promissiones Deus illi dederat [o], tum quòd ex proprio Saræ affectu hoc profluere putavit. Non ità affectus erat circa Isaac, Gen. 22. 2,3. quòd à Deo id mandatum [p]. ¶ *Pro filio suo*, עַל אוֹדֹת בְּנוֹ] *Pro causis filii*, Ch. Sa. Ar. אוֹדֹת pro דְּבַר & בַּעֲבוּר, i.e. *pro re & propter* [q]. Unde dictum nemo explicat. Credo ex Æthiopica lingua, (quæ hîc, ut alibi sæpe, succurrit) in qua אוד *obambulare*, Matt. 12. 43. & אוד *circum*, Marc. 3. 34. Ad verbum est, *ob id quod est circum* (vel, *quod obambulat*) *me & te*, i. e. mei & tui gratiâ [r].

12. *Audi vocem ejus*, שְׁמַע בְּקֹלָהּ] *Audi in voce ejus*; acquiesce voci ejus. Nam שָׁמַע cum ב constructum id significat [s]. ¶ *In Isaac vocabitur*] Paulus exponit λογίζεται, Rom. 9. *censebitur* vel *reputabitur*, V. Propagatio generis, hæreditas, religio, nomen familiæ, semen illud benedictum, ac Divinæ promissiones, per Isaac derivabuntur [t]. Isaac erit legitimus tuus hæres [v]. *In Isaaco*, i. e. per Isaacum, *vocabitur*, h. e. exsistet, *tibi semen*; nempe illud *numerosissimum* quod tibi promisi; & præcipuè Christus [x]. *Semen* tibi, h. e. semen tuum; ut *discipuli tibi*, Mar. 2. 18. pro *discipuli tui*, Matt. 9. 14 [y]. Illud, *Isaac tibi semen*, significat *morum quoque filium* [z].

13. *In gentem magnam*, ο'. Sa. Sy. לְגוֹי] *In gentem*, Mo. Ma. V. At Jon. vertit, *in populum prædatorem*. Non malè: nam גּוֹיִם de nationibus barbaris magìs dicitur, de bene moratis אֻמִּים. Sic λαὸς populus sanctus, cæteri ἔθνη, unde ἐθνικός. Ità, quod præcedit, גַּם erit adversativa [a].

14. *Et tollens panem*, &c.] Heb. *Accepit panem——& dedit Agar, & posuit super humerum ejus, & puerum*, supple, *dedit illi* [b]; non humeris portandum, (erat enim 17 vel 18 annorum [c], sed manu ducendum [d]. Hyperbaton est ac involuta oratio. Hebræa sunt ambigua, an panis, an verò puer, humeris impositus. Illud, *posuit super humerum*, debet referri ad *priora*; & cùm verba tria antecesserint, *accepit, dedit, posuit*, illud, *& puerum*, ad duo priora referendum [e]. Ebræa sic non incommodè vertes, *Accepit panem——& dedit Hagari, ponens super humerum ejus, & puerum*; ut שָׂם sit participium, non verbum præteritum [f]. Malè Græci, *Posuit puerulum super humerum ejus* [g]. ¶ *Et dimisit eam*] Facit divortium cum Agar, jussu Dei [h]. ¶ *Beersabe*] Per anticipationem ità dicitur [i]. Qu. Sed cur Abraham, vir prædives, & in exteros etiam liberalis, erga suos adeò parcus, ut nec asinum nec servum iis det? Resp. 1. Quidam volunt eum & servos & jumenta & omnia cum iis misisse; quæ omnia, *panis* & *aquæ* nomine significata, imposita aiunt *humeris* Hagaræ, i.e. ejus *curæ* & potestati commissa [k]. Sed non opus est figuris in historica narratione [l]. 2. Alii referunt ad Saræ indignationem. Sed hæc vindicta eâ indigna [m]. Hoc commerita est utriusque insolentia. Quidam Hebræi inquiunt servum illudentem hero vel heræ capite plectendum [n]. 3. Alii referunt ad promptam Abrahami obedientiam, (quod melius est [o],) quòd repentè summo manè vellet obedire Deo, & hæc illis tumultuariò dedit [p].

a Me. b Me. c L.E. Me. d Me. e T. f L.E. g E.Me. h M3. i A. k Me. l Belg. ex Jun. m T. n Pi. o Belg. p A. q M. r Di. s Ma. t Ma. sim. Me. M. v Jun. x Pi. y A. z G. a G. b La. A. c La. A. Me. Belg. d La. e Bo. f D. g La. h La. i Bo. k Caj. Belg. l Riv. m Riv. n Merc. o Riv. p Merc.

4. Alii (quod probabilissimum est) volunt eum exiguum primò dedisse commeatum, & locum illis assignâsse quò irent, & promisisse se postea curaturum, &c [q]. quod & postea fecit [r]: Sed Hagar, locorum ignara, aberravit [s]. 5. Alii dicunt hoc factum arcano Dei consilio, ut essent mysteria rerum magnarum, ut Paulus docet Gal. 4. Multa fecerunt Patres quæ tum non intellexerunt, sed postea intellecta sunt mysteria rerum futurarum acta fuisse [t]. Hanc Deus occasionem disposuit, ut ejus & filii elationem deprimeret & impetum coerceret, & eos præpararet ad agnoscendum Divinum auxilium [v].

15. *Abjecit*] De illius vita desperans, nec sustinens videre eum animam agentem [x]. *Abjecit*, non tam brachiis, quàm animo [y]; eum tanquam moribundum deserens [z]. ¶ *Subter unam arborum*, ità Ch. הַשִּׁיחִים] *Fruticum*, JT. A. *virgultorum*, Ma. Ti. nè scil. Solis ardore conficeretur, sed quietiùs vitam in umbra finiret [a].

16. *Seditque è regione*, sic Græcus, G. מִנֶּגֶד] Rectè vertas, *eminus*. Vide Psal. 38. 11. cum Matt. 26. 58. & 27. 55. Marc. 14. 54. & 15. 40. Luc. 22. 54. & 23. 49. sic & 2 Reg. 2. 7. & 4. 25 [b]. ¶ *Quantum potest arcus jacere*, sic Ch. simil. plerique, הַרְחֵק כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת] *Elongando se sicut jactatores arcûs*, M. JT. Pi. quantum distant jacientes sagittam (h. e. sagittarii) à sagitta jam emissâ; vel, quantum à scopo abesse solent [c]; vel, *quantum est unus jactuum arcûs*, i. e. quantum arcus emittere potest sagittam [d]. Quibusdam מְטַחֲוֵי est particip. constructum, aliis nomen participiale [e]. ¶ *Et flevit*, וַתֵּבְךְּ] Scil. vel Agar, (quia est fœm [f].) vel puer. Attendit Deus pœnitentiam quam nunc agit (de malis præteritis,) non malitiam quam exercuit in aliis locis [g].

17. *De loco in quo est*, בַּאֲשֶׁר הוּא שָׁם] Hebræi exponunt, בַּמָּקוֹם אֲשֶׁר הוּא שָׁם. Redundat שָׁם. Quidam vertunt, *ex eo loco in quo jacet* [h]. מָקוֹם *locus* sæpe subintelligitur. Sic Gen. 37. 17. Num. 22. 19. Jud. 17. 8. Ruth 1. 16, 17. 2 Sam. 7. 7. 1 Reg. 18. 2 [i].

18. *Et tene manum illius*, וְהַחֲזִיקִי אֶת יָדֵךְ בּוֹ] *Et fortifica manum tuam in eo*, Mo. vel, *cum eo*, O. *Apprehende manu tuâ eum*, M. Ti. JT. P. V. Ch. Sustenta eum, est enim debilis præ languore [k]. *Tene teipsam manu tuâ ad ipsum*, ut scil. robores eum fortiter [l]. Validè apprehendere fac manum tuam in eo [m].

20. *Et fuit cum eo*] Supple *Deus*. Ità Heb. Ch. & ο'. in La. ¶ *Juvenis sagittarius*, רֹבֶה קַשָּׁת] i.e. *Jaculans* (sagittans) *arcu*, L. V. Me. Mo. ut *Cassath* sit nomen substant. pro *Ceseth* [n]. Vel, *magister arcûs*, i.e. peritus sagittandi. Hinc Doctorem *Rabbi* vocant [o]. Venator erat, L. V. Me. Belg. La. Bo. & bellicosus [p]. Bellatores jaculabantur arcubus, Gen. 49. 23, 24. & 48. 22. Ità oraculum impletum, Gen. 16. 12 [q]. Vertè, *elevans arcum*, ut solent jaculatores; vel potiùs, *multiplicans arcum*, i. e. frequentans [r]. קַשָּׁת aliis Toar est, *arcitenens*, aliis nomen substantivum [s]. Hebræi dicunt, *exercens latrocinia*; quia dicitur cap. 16. *manus ejus contra omnes*. Licèt enim pœnituerit in infirmitate, posteà tamen rediit ad vomitum, ut dicunt Hebræi [t].

21. *Accepit illi mater uxorem*] Observa jus & authoritatem parentum, ídque etiam in matre sola, in disponendis liberis. Confer Gen. 24. 3,4 [v].

22. *Deus tecum*] Deus tibi favet & successum largitur, ideo amicitiam tuam expetimus [x]. Ch. vertit, *Verbum Dei tibi est in adjutorium*, te alit & defendit. Nota, ubi in Hebræo est *Deus*, vel *Dominus*, ibi ferè semper Paraphrastes Chaldæus habet *verbum Domini*. Respexit enim 1. ad hoc, quòd Deus per verbum suum omnia agit nobiscum; cui si credimus, auxilium Dei experiemur: 2. ad mysterium, i. e. Christum, quo omnia condidit & sustentat, Heb. 1. 2, 3 [y].

23. *Jura ergò per Deum*, &c. הִשָּׁבְעָה לִּי בֵאלֹהִים הֵנָּה] *Jura mihi per Deum hîc*, P. τὸ הֵנָּה vertunt *ecce*, Mo. Sa. *huc*, Ma. *hic*, plerique; *hoc loco*, priusquam hinc discedas [z]. ¶ *Nè noceas mihi*, &c. ità ο'. in Bo. אִם תִּשְׁקֹר וגו׳] *Si mentiaris mihi*: Ellipsis, q. d. Deus sit judex, & ultor perjurii [a]. *Mentiri* hîc est iniquè & fraudulenter agere [b]. Quòd nec mihi, nec meis

q Riv. Merc. r Riv. s Riv. Me. Merc. t Merc. v Riv. x Me. y La. Jun. z Jun. a Pi. ex Jun. b G. c Jun. Pi. Belg. Ma. d V. Ti. e Ma. f Bo. g L. h V. A. i BA. 1. 2. 16. 204. k V. l Q. in Ma. m M3. n O. o M. p Belg. ex Jun. q A. r O. s Ma. t L. v Belg. x Jun. Pi. y F. z V. a V. b V. Me.

meis eris inimicus: nam injuria nonnunquam *mendacium* vocatur in Scriptura[c]. *Si dolosè agas mecum*,
[c Me.] Sa. vers. Sy. Ti. *Non fraudabis me*, Ar. *Si falsus eris*
mihi, Ma. *Si mentiaris*, pro, quòd non mentieris, ut
[d A.] Psal. 89. 36[d]. Aposiopesis est, ut Gen. 14. 23[e]. Impre-
[e Jun.] catio hîc subintelligitur, at Ruth 1. 17. exprimitur[f].
[f A.] ¶ *Et posteris meis*, ità Sa. וּלְנִינִי] *Filio meo*, JT. Mo. A.
O. P. Ch. *semini meo*, ὁ. ¶ *Stirpique meæ*, וּלְנֶכְדִּי]
Nepoti meo, plerique; *nomini meo*, ὁ. *ducibus meis*, Sa.
familiæ meæ, Sy. *qui coram me*, Sa. vers. [*Videtur legisse* וּלְנֶגְדִּי.] ¶ *Juxta misericordiam*, &c.] Hebraismus,
[g Me.] pro, Sicut de te bene merui, sic tu de meis merearis[g].
Misericordiam facere Hebræis significat clementer &
benignè tractare. Neque enim supplex Abim. implo-
[h V.] rat misericordiam[h].

25. *Propter puteum*] Non debet hoc leviculum vi-
[i Jun. Pi. Ma. A.] deri in illa regione siticulosa[i]. Græcus vertit *puteos*.
Et plures certè erant, Gen. 26. 15, 18. & unum pro
[k A.] multis sæpe ponitur. Vide ad Gen. 3. 2. & 4. 20[k].

27. *Et dedit Abimelech*] Vel, in agnitionem bene-
[l Jun. Pi.] ficiorum acceptorum[l]; vel, in munerationem, quæ
[m Jun. Ma.] utrinque fieri solebat in fœderibus ineundis[m]; vel,
ad sacrificium, & ut per sectas eorum partes transi-
[n Ma.] irent. Vide ad Gen. 15. 18[n].

28. *Seorsum*, לְבַדְּהֶן] *Solas ipsas*, Mo. *Secundùm solitudinem ipsarum*, i. e. solas. Nam negotium hoc de
[o Ma.] puteo diversum erat à priore[o].

30. *Ut sint mibi*, ità Mo. & alii, בַּעֲבוּר תִּהְיֶה לִּי]
In transitione, &c. nempe per partes victimæ cæsæ,
h. e. in fœdere; vel, q. d. In hac transactione nostrâ
[p Ma.] *erit mihi*[p]. Hæc cura Abrahæ non erat frustranea.
[q Belg.] Vide Gen. 26. 15[q].

31. *Vocatus est*] Heb. *vocavit*, sub. *is qui nomen indidit*, V. vel, *quisque*, Pi. vel, *vocatus fuit*, al. in V.
¶ *Bersabee*, בְּאֵר שָׁבַע] Alii vertunt, *puteum septem*,
quas dedit, Tig. not. scil. agnarum; ità M.L. Alii, *Puteus jurisjurandi*, Jun. Pi. A. ὁ. in A. Indè Moses apertè
deducit: nec refert quòd à ratione Grammatica paulùm discedit pronunciatio, quæ in nominibus propriis
[r V.] adeò curiosè non observatur. Vide infrà, cap. 26. 33[r].
¶ *Juravit*, נִשְׁבַּע] Vox est passiva, *Juratus est*, quia
[s A.] est passio animi, & ab alio nata[s]. Deducitur à שֶׁבַע
septem, quia non debet suscipi nisi septem, i. e. mul-
[t La.] [v La. A.] tis, de causis[t]; & coram septem, i. e. multis, testibus[v].

33. *Plantavit nemus*] Quia statuerat ibi diu com-
[x Jun.] morari[x]. Aliquam quietem fesso huic peregrino Deus
[y A.] indulsit[y]. Jonathan ait hortum fuisse arbore densum,
& plenum optimis fructibus, solitúmque peregrinos in
hoc horto excipere & recreare, ac pro mercede pacisci,
[z Me.] ut creatorem cœli & terræ colerent ac timerent[z]. Hîc
[a T.] erat oratorium, ubi egit cum Deo & de Deo[a]. ¶ אֶשֶׁל]
Arborem, Ch. O. Mo. A. Ità sumitur 1 Sam. 22. 6. &
31. 13. Et unum pro multis poni solenne est. Vide ad
[b A.] Gen. 3. 2[b]. *Arbores*, M. *arboretum*, Ma. *nemus*, vel
lucum, P. JT. A. Ang. *agrum*, ὁ. *paradisum*, Sa. Vel
quia sub earum umbra in calidis regionibus se reficiebant; vel potiùs, ex verbis seq. in usum religiosum. Id
ante Legem Mosis licitum, Deut. 12. 2. postea prohibi-
[c A.] tum[c]. ¶ *Dei æterni*, עוֹלָם] *Æternitatis*, vel *mundi*, A.

34. *In terram Palæstinorum*] Heb. At ibi jam erant.
[Vide seq.] Intellige ergò, In urbem regiam Palæstinæ, nempe Geraram, (quæ non procul ab hoc loco
[d Belg.] [e Pi.] erat[d].) Suprà 20. 2. Est Synecdoche integri[e].

CAP. XXII.

1. QUÆ *postquam gesta sunt*] q. d. Post tot promissiones & benedictiones, nunc demum ei
proponitur, quòd promissiones omnes uno velut ictu
[f Jun. Pi. Belg.] rescinderet[f]. ¶ *Tentavit*] Ità ὁ. Mo. h. e. eum
[g Jun.] ejúsque fidem & obedientiam examini subjecit[g]. *Tentare* propriè est accipere experimentum de iis quæ ignoras. Non ergò propriè tentat Deus ut ipse sciat,
sed ut hominibus manifestaret, quantum Abram time-
[h L. Me.] ret Deum[h]. נִסָּה sign. *levare* instar vexilli, vel *petere*
[i A.] sive *affectare altiora*[i]: q. d. *Extulit eum ad altiora* &
majora; scilicet, insigne experimentum fidei, amoris, &c. postulavit ab eo[k]. *Elevavit*, Ma. ἐδόξασεν, *glo-* [k Ma. A.]
rificavit, Sym. in Nobil. ¶ *Adsum*, הִנֵּנִי] *Ecce ego*,
sub. *hîc sum*. Promptitudinem & attentionem maximam innuit; ut vers. 7, 11. 1 Sam. 3. 4, 6[l]. Sic so- [l Belg.]
lent respondere Hebræi accersentibus ipsos[m]. [m V.]

2. *Tolle*] נָא] est adhortantis, ut sæpe νῦν apud
Græcos[n]. Hebræa sunt valde pathetica[o]. ¶ *Uni-* [n G.] [o Me.]
genitum, יְחִידְךָ] *Unicum*, vel *unigenitum*, *tuum*, ità Aqu.
Sym. & Theod. apud D. nempe ex Sarah uxore pri-
maria[p]. LXX vertunt ἀγαπητόν, (sic & Aq. ait G.) U- [p Me.]
nici semper chariores[q]. Salomon unicus dicitur, [q D.]
i. e. dilectissimus, 1 Par. 29. 1. Vide quæ nos ad Joh. 1.
14[r]. *Unicum*, scil. non geniturâ, sed successione & [r G.]
promissione: sic Prov. 5. 3[s]. Unum legitimè ex uxore [s Ma.]
natum[t]. Unicum repromissionis filium, &, Ismaele jam [t Jun. Pi.]
expulso, unicum domi relictum[v]. Hujus versûs vox u- [v T.]
naquæque satis & nimiùm efficax ad lacerandum paternum cor[x]. 1. *Filium*; non ovem[y], non filiam[z]: [x Belg.]
2. *Unicum*[a]: 3. *Quem diligis*, scil. præ Ismaele[b]; *quem* [y La.] [z O.] [a La.]
dilexisti continuò hucusque[c]: 4. *Isaac*, tibi causa [b Jun. Pi.]
risûs, nunc luctûs, nunc *Benoni*[d]: 5. *Offeres* tuis ma- [c La.]
nibus[e]: 6. *Mihi*, qui humanas victimas detestor: [d Me. La.]
7. *In holocaustum*, ut totus in cineres redigatur, nec [e La. Belg.]
ulla corporis pars patri relinquatur: 8. *Tolle nunc*,
non cras[f]. Hujus historiæ lacinias, sed de more inter- [f La.]
polatas, Græci suis fabulis immiscuerant. Iphigeniam
narrant à patre Agamemnone Dianæ fuisse oblatam;
& cùm à Calchante jam mactanda esset, vocem è luco
emissam, *aspernari numen sacrificii genus*, &c. *itaque curarent, id quod in vicem virginis oblatum animadverterent immolari. Interim deliberantibus cunctis quidnam & ubi esset quod immolarent, cerva* (aut taurus, aut
ursus, aut anus, aut cervus, &c. ait Tzetzes in Lycoph.
p. 40.) —*ante aram intrepida constitit*—*eam igitur immolabant*. Hæc Dictys Cretensis, vel quisquis nomine illius abutitur, l. 1. sub finem. Virginem immolatam asserunt Lucret. & Propert. & Virgil. Æneid. 2.
Sanguine placâstis ventos & virgine cæsâ; sed ubi Servius, *Virgine cæsâ, non verè, sed ut videbatur. Et sciendum, in sacris simulata pro veris accipi*. Et Calchas sensit se à numine deceptum, & pro virgine cervam suppositam. Ità refert Nuntius qui huic sacro interfuerat,
in Eurip. Aulide, v. 1587. Sic in Plut. Parallelis, c.
35. similes fabulæ duæ de duabus virginibus, quæ
cùm jam immolandæ essent in remedium grassantis
pestis, arreptum gladium aquila in juvencam injecit,
&c[g]. Post loca ex Sanchoniathone profert Eusebi- [g B A. 1. 2. 49. 540.]
us Porphyrii locum ex libro de Judæis, in quo Saturnus, à Phœnicibus dictus *Israel*, (sic Abrahamum appellârunt nomine populi à se orti) ex nympha *Anobret*,
(חֵן עוּבֶרֶת, h. e. *ex gratia concipiente*, juxta Heb. 11. 11.)
scil. *Sara*, filium habuisse unigenitum, quem Ἰεοὺδ
Jeud (h. e. יָחִיד *Jehid*, Isaaci epithetum) vocabant,
sicut & hodie unigenitus à Phœnicibus ità appellatur, eúmque à patre immolatum fuisse, dicitur. Hoc
Sanchuniath. & Porphyr. scribunt. Nempe ità credi voluit Diabolus, ut res cederet in exemplum, prout evenit. Nam pravâ κακοζηλίᾳ Abrahami filios suos immolârunt[h]. ¶ *Et vade*, וְלֶךְ לְךָ] *Vade tibi*. Re- [h BC. 1. 2. 790.]
dundat *tibi*[i]. ¶ *In terram visionis*, ità Ch. Sym. [i V.]
in Nob. Sa. vers. אֶל אֶרֶץ הַמֹּרִיָּה] Ut longè eundo
posset deliberare de facto, & indè ejus constantia elu-
ceret[k]. Magno consensu tradunt Hebræi, quòd in [k L.]
hoc loco Cain & Habel & Noah sacrificabant, & tem-
plum exstructum est[l]. Sed valde timeo mendacia [l M. F.]
S. Scripturis adjungere, quod non verentur Hebræorum multi[m]. Est nomen collis ad latus mon- [m O.]
tis Sion, ubi templum fuit postea ædificatum[n]. Mons [n V.]
Moria in plures colles dissectus erat. In una parte erat Sion, in qua arx David, juxta quam templum
exstructum. Alia pars extra urbem mansit, posteáque dicta est mons Calvariæ, in quo tam Isaac quàm
Christum immolatos fuisse docet Hieron. ex traditione Hebræorum[o]. Unde hoc nomen, ambigitur. Alii, [o T.]
à מוֹר *myrrha*[p]. Indè Cant. 4. 6. *Ibo ad montem myrrhæ*, [p Ità Onk. & Ge. in M.]
quæ nempe ibi crevit[q]. Non placet. Nam sensus pa- [q M. F.]
rabolicus, quo totus Canticorum liber conscriptus est, [r Ful.]
longè distat ab historico. Imò probabilius est, הַמֹּר ibi
ænigmaticè expressum per Apocopen esse, qu. הַמֹּרִיָּה,
sedem

sedem templi, 2 Par. 3. 1. quam eo loquendi genere significari peritissimi interpretes arbitrantur [r]. Aliis idem est quod מוֹרָא, *pavor, timor*, quòd ibi Dominus timeri & coli debebat [s]. Indè Onk. & Jon. vertunt, *in terram cultûs*, h. e. religiosam [t]. At S. Scriptura aliam nobis vocis originem indicat [v]. K. sic dictam vult totam terram Israelis, qu. à יָרָה *irrigari, inebriari*, quòd terra irrigua esset. Sed 1. talis erat ante ulla gloriæ Dei symbola: 2. in eo plurimùm cedebat Ægypto, Deut. 11. 10, 11. Tractus ille Hierosolymitanus siccus erat & sterilis, teste Hi. qui ibi vixit [x]. Alii vertunt, *terram excelsam*, sic ο'. Alii, καταφανῆ, *lucidam* vel *conspicuam*, ità Aq. i. e. הַנִּרְאָה. Sic adjectivum facit, cùm substantivum sit, ut vel ipsa constructio indicat [y]. Præterea, ו sive *Holem* omnino refragatur, docétque non esse ex רָאָה. Sym. [non Aq. *ut perperàm habet* Grotius] vertit, *terram ὀπτασίας, visionis* [z]. Sic & Vulg. (Sic vocat, vel quasi *conspicuam*, vel quia Deus ibi se *videndum* præbuit [a].) Rectè. Ostendit id allusio ad id nomen infrà 14 [b]. Sic vocat per anticipationem, nam postea sic dicta, v. 14 [c]. Veteres Hebræi, teste RS. deduxerunt ex יָרָה *docere, erudire*: hinc מוֹרֶה *lex, doctrina*, quòd indè egressura esset doctrina pro Israel [d]. Ego compositum nomen existimo, quasi מַרְאֶה יָהּ, h. e. φανερωθεὶς Θεὸς, (*Deus manifestatus*,) nempe *Christus*, qui in illa regione Morijæ (quæ propriè est tractus Hierosolymitanus) natus est & exceptus, & prædicavit, & passus est, & resurrexit [e]. Al. deducit ex מָרַר, q. d. *amarum*, propter amaritudinem Abrahæ [f]. ¶ *In holocaustum*] Heb. *in ascensionem*, quia totum in igne ascendebat [g]. ¶ *Super unum montium*] Nam montosa est regio, Psal. 125. 2 [h]. ¶ *Quem monstravero tibi*] Signo columnæ ignis desuper apparituræ, inquiunt Rabbini [i].

3. *Consurgens de nocte*] Heb. *Manicavit manè*; i. e. primo vel summo manè surrexit [k]. Vide ad Gen. 19. 2. Præceptum hoc illi de nocte, tunc enim revelationes fiebant [l]. ¶ *Stravit*, וַיַּחֲבֹשׁ] *Ligavit, cinxit*, M. Ipse, non exspectavit servum, ex desiderio implendi mandatum [m]. ¶ *Asinum*] Ad portandum ligna [n]. ¶ *Duos juvenes*] Saræ nulla mentio, cui non videtur indicâsse, Me. ex Chrys. & Perer. Vel ea etiam consensit, ut volunt Aug. Nyssen. & Procop [p].

4. *Die autem tertio*] Ut esset typus Christi *die tertio perficiendi*, juxta Luc. 13. 32. Numerus ternarius in Scriptura celebratissimus. Vide Marc. 15. 25. Exod. 19. 11. Jos. 1. 11. 2 Reg. 20. 5. Hos. 6. 2. Num. 19. 12. Et de eo sic RR. in Breshit Rabba; *Multi sunt tres Dies in Scriptura, inter quos dies resurrectionis Messiæ* [q]. In Geraris degebat, (scil. in ea regione, non urbe; nam in *Beersabe* habitabat, Gen. 21. 31. & huc reversus est, c. 22. 19.) indè ad montem Moriah erat tantùm iter unius diei [r]. Distabat 20 leucis, vel circiter [s]. Lentè ergò processit: vel quia rebus ad sacrificium necessariis impeditus [t]; vel Deo sic ordinante, ut ex longa deliberatione appareret ejus obedientia [v]. Tridui itinere abfuisse testantur Jo. Hi. & Adrichomius, nempe 20 leucis horariis à Beersabe [x]. ¶ *Vidit locum*] Quem cognovit ex signo aliquo ei à Deo dato [y].

5. *Exspectate hîc*, שְׁבוּ לָכֶם] *Sedete vobis. Vobis* eleganter παρέλκει [z]; ut Jos. 20. 2. *date vobis*, & 22. 5. *ite vobis*. Deinde, *sedete* est pro *manete*; sicut Gen. 24. 55. & 34. 10. Jos. 1. 14. & 2. 22. Jud. 6. 18. & 17. 10. Cicero lib. 9. Epist. *Si venti essent, nos hîc Corcyræ consederemus*, i. e. maneremus. Alibi *sedere* est judicum, ut Exod. 18. 13, 14 [a]. Timebat nè præsentes impedirent eum [b]. ¶ *Et puer*] Vox נַעַר etiam adultis tribuitur, Gen. 14. 14. & 34. 19. & 41. 12. Exod. 33. 11. 2 Sam. 18. 29 [c]. ¶ *Revertemur*] Canus temerè ait eum mentitum fuisse [d]. Alii sic, credidit filium à Deo suscitandum, juxta Heb. 11. 19 [e]. At hoc si illi certum fuisset, non tanta fidei & obedientiæ laus fuisset, ut rectè arguit Cajet [f]. Vel de se loquitur numero plurali, more Hebræorum [g]. Solet Scriptura quod in vel ab uno factum pluribus in ejus comitatu tribuere. Dictum à Juda Joh. 12. 4. discipulis tribuitur Matt. 26. 8. & Marc. 14. 3. Dictum unius latronis Luc. 23. 39. utrique adscribitur Matt. 27. 44. Hæc syllepsis est, sub qua potuit dissimulare quod tum servis non erat retegendum [b]. Vel hoc propheticè dixit, non advertens (vel nesciens [i]) quid diceret [k]. Vel subintellexit conditionem, ut solet fieri in omnibus futuris actionibus, nempe, vitâ comite [l].

6. *Imposuit*] Cerne figuram Christi crucem suam bajulantis [m]. ¶ *Et gladium*] Ità ο'. Mo. M. P. O. & Ch. [licèt Latina versio perperàm transfert, *gladium*.] ¶ מַאֲכֶלֶת] *Cultrum*, JT. Ti. Ma. Sy. Ar. Sa. cædendis victimis comparatum [n]. Non rectè igitur pingitur Abraham cum gladio stricto [o].

7. *Pater mi*] Mirè hoc sauciavit animum Abrahæ [p]. Ostendit ejus constantiam [q]. ¶ *Ecce ignis*] Vas, intellige, in quo sit ignis [r].

8. *Providebit victimam*, הַשֶּׂה] *Pecus*, P. *agnum*, V. Quamvis modum nesciret [s]. Et Christus agnus dicitur [t]. Heb. *videbit*, i. e. prospiciet sibi de pecude [v]. Non simul & semel rem totam Isaaco patefecit [x].

9. *Venerunt ad locum*] Vide quæ ad v. 2. ¶ *Ædificavit altare*] Obiter cespite fosso, & saxis aliquot coacervatis [y]. ¶ *Cúmque alligâsset*] Non certè invitum: hoc non poterat, cùm Isaac erat 25 (vel 35 [z]) annorum [a]; & portavit ligna, quæ erant onus asini [b]. Nec enim parùm lignorum sufficeret ut eum, more holocaustorum, in cineres redigeret [c]. Parebat igitur Isaac mandato Dei quod pater declaravit [d]. Probabile est Isaacum, cujus oblatio illustris erat typus oblationis Christi, in eo etiam cum antitypo convenisse, ut circa annum 33. ætatis offerretur. In iis etiam erat typus Christi, 1. quòd in monte Moria oblatus; 2. quòd tertio die; 3. quòd primò portavit lignum, deinde lignum portavit ipsum; 4. quòd ligatus esset manibus pedibúsque [e]. *Ligavit*, non quia timeret nè fugeret, aut rebellaret; sed ut significaret ligationem Christi in cruce [f]; & quia mos erat antiquissimus ligari victimas [g]. Monet Servius ad illud Æneid. --*& vincula rupi*, & Ovid. 3. de Ponto Eleg. 2. *Protinus immitem*, &c [h]. Huic actioni tanquam benedictionum fundamento innitentes Judæi precantur, תֵּרָאֶה לְפָנֶיךָ עֲקֵידַת יָחִיד, *Aspiciatur coram te constrictio unigeniti tui* [i].

11. *Abraham, Abraham*] Vocem geminat, nè animo incitato pater præveniret [k].

12. *Nunc cognovi*] Decimo hoc, & maximo omnium, experimento [l]. Decem ejus tentationes numerant [m]. [*Verùm illæ cuilibet inter legendum spontè occurrunt.*] More hominum loquitur, qui, cujus rei periculum fecerunt, id se perfectè novisse putant [n]. Sic Psal. 139. 23. *cognosce cogitationes*, licèt v. 2. dixerat *Deum nôsse è longinquo* [o]. Vel, *cognovi*, i. e. *alios cognoscere feci* [p]: vel, *te cognoscere feci*. Ità exponunt hæc & hujusmodi Aug. de Trin. l. 1. c. 12. Ambros. Hil. & alii [q]. ¶ *Propter me*, מִמֶּנִּי] *A me*, M. [& omnes.] Hinc patet Deum ipsum ad Abrahamum locutum esse [r]. ¶ *Non pepercisti*, לֹא חָשַׂכְתָּ] ο'. Ti. P. M. Alii, *non denegâsti*, vel *subtraxisti*, Sa. Sy. Ar. *non prohibuisti*, Mo. Ch. V.

13. *Inter vepres*, ità Sa. בַּסְּבַךְ] *In perplexitate*, vel *densitate*, Mo. V. BA. Ma. JT. V. M. supple *sylvæ, fruticum*, aut *arborum*, ex Psal. 74. 5. Esa. 9. 18. & 10. 34 [s]. *In perplexo* veprium [t]. Accipitur pro ramo denso & implicato [v]. Vel, *in rete*, Sym. Vel *Sabech* erat virgulti nomen; ità ο', & Eucherius & Theod [x]. *In arbore*, Ch. *in dumo*, P. ¶ *Arietem*] A vicino grege (more ovium) aberrantem, Deóque sic dirigente, nè re infectâ discederet, & ut Abraham jam annis gravis nullo labore caperet. Dices, de suo debuit offerri, non de alieno, Prov. 3. 9. Resp. Nostra sunt quæ in loco publico inveniuntur, quamdiu ignoratur prior dominus; ut si quis crumenam in via reperiat [y]. [*Vel dici possit, Deum, rerum omnium Dominum, jus illi in hunc arietem dedisse, ut Israelitis in Ægyptiorum bona.*] In memoriam hujus observant Muhammedani magno gaudio decimum diem mensis ultimi; quem *diem*, sive *festum, sacrificiorum* vocant, quia tum plurimi oves, arietes & capræ mactantur, pauperibúsque distribuuntur. Die hunc præcedente terminatur *peregrinationis* luctus, & severa vivendi ratio [z]. ¶ *Arietem post tergum*, אַיִל אַחַר] *Arietem post*, Mo. Ma. O.

Marginal notes (left column): r Ful. — s M. F. — t D. — v Full. misc. 2. 14. — x Full. ibid. — y Full. ibid. — z D. — a F. — b G. — c Me. — d F. — e Ful. ubi suprà. — f O. — g A. — h Jun. Pi. — i T. — k Ma. Me. — l L. — m L. — n L. Jun. Pi. — p T. in v. 9. — q A. — r Me. s L. — t Me. — v L. — x Bo. — y L. — z V. D. — a D. — b L. — c Belg. — d Riv. — e Me. T. — f Riv. — g Me.

Marginal notes (right column): b Riv. — i Jun. Pi. — k L. — l Bo. — m Me. — n Jun. — o Pi. — p La. — q Jun. Pi. — r Pi. — s Me. — t Riv. v Pi. — x A. — y Me. — z L. — a Me. ad v. 3. T. — b L. — c A. — d Me. — e Li. harmon. — f L. — g G. L. — h G. — i Di. — k Me. — l G. — m F. & G. — n Me. Jun. — o Belg. — p L. — q E. — r Belg. — s BA. 1. 24. 49. 542. — t M. Jun. — v V. x D. — y BA. ubi suprà. — z D.

Ma. O. scil. *post se*, O. vel *retrò*, Ma. Ti. M. JT. Videtur enim vox Angeli à tergo Abrahæ insonuisse, ad quam cùm se convertisset, aries ille oculis ejus oblatus est [a]. Hæc versio non placet aliis. Nam, 1. *à tergo* Hebraicè esset אחור, non אחר; & אחר solitarium potiùs est *temporis* adverbium quàm *loci*. 2. Tum non *sublatis oculis* vidisset, sed *reflexis*, &c. Magis arridet quòd אחד, i. e. *Daleth* pro *Resch*, legunt, vertúntque, *arietem unum*. Ità Græci, Onk. Jon. Sa. & Sy. Signanter dictum, q. d. solus hic fuit, nec ulli gregi adjunctus. Ità locus parallelus erit Dan. 8. 3. *Ecce* איל אחד *arietem unum* [b]. ¶ *Cornibus*] In memoriam arietis hujus Judæi clangunt cornibus festo Tubarum [c].

14. *Dominus videt*, יְהוָה יִרְאֶה] *Jehovah videbit*, P. Mo. & ferè omnes; *vidit*, ό. [Fut. pro præt.] *Videre* pro *providere*, vel *curare*. Cicero Trebatio, *mea negotia videbit*. Idem ad Atticum, *ut prandium nobis videret* [d]. Alii, *providebit*, V. JT. scil. victimam [e]; quia sic filio responderat, v. 8. Et indè, non à vocabulo Moriæ, nomen montis [f]. Nam מוריה sign. *visionem Dei* [g]. Sensus est, Etiamnum, cùm montem illum significare volumus, dicimus hoc factum in monte illo cui nomen, *Dominus videt* [h]. Optimè vertas, *In monte Domini prospicietur*. --τῶν ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός, (*Res nec opinatas efficiendi viam invenit Deus*,) Eurip [i]. ¶ *Unde usque hodie dicitur*, אֲשֶׁר יֵאָמֵר] *Idcirco dicitur*, ità V. P. vel, *sicuti dicitur*, Ar. M. Ti. vel, *de quo dici solet hodie*, i. e. tempore Mosis [k]; vel, *ex quo*, Jun. apud Di. vel, *quod dici solet*, Di. *quod* (*quia*, Sy.) *hodie dicitur*, Mo. Sy. Qui (scil. locus) hodie dicetur [l]. ¶ *Dominus videbit*, יֵרָאֶה] *Videbitur*, Mo. M. P. Ti. &c. Successu temporis mutatum erat loci nomen, datâ operâ, non errore [m]; à *providebit*, in *providebitur* [n]: ut docerent Deum non tantùm suis prospicere, sed manifestum etiam auxilium illis ostendere, ut vicissim conspicuus sit [o]. Respicit templum hîc postea constructum, ubi Deus colebatur [p]. Quidam vertunt, *Jehovah apparuit*, ità ό. vel *apparebit*; tunc enim apparuit Abrahæ [q]. ¶ *In monte*] i. e. In angustiis, & extremo periculo [r]: q. d. suo tempore & loco providebitur; ut Abrahæ factum [s]. Aliqui legunt, *Dominus videbitur*; quasi sit prophetia de Christo [t]. Prius membrum, *Jehovah videbit*, refero ad Deum Patrem, qui misit Filium; posterius, *In monte Jehovæ videbitur*, scil. *Jehovah*, ad Christum incarnatum [v].

16. *Per memet*] Sic Jer. 22. Quia per majorem non poterat, Heb. 6. 13 [x]. Hinc patet Angelum hunc esse Deum, quia per seipsum jurare soli Deo convenit, Heb. 6. 13 [y]. Vide etiam Jer. 22. 5 [z]. ¶ *Dicit Dominus*, ità plerique, נְאֻם] *Dictum*, JT. *pro certo affirmat*, A. *sermo certus*, *vel fidelis*, Ma. Vox hæc soli Deo & viris θεοπνεύστοις adscribitur. Huic respondet τὸ הֶאֱמִין, quod est *fide & certâ persuasione inniti* verbo Dei [a]. ¶ *Quia fecisti*, כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ] *Quia*, *pro eo quòd*, *fecisti*, Mo. Tres particulæ causales junguntur ad exaggerandum heroicum hoc factum, &c [b]. Non autem significant causam meritoriam promissionis, (quæ jam antea facta fuit) sed fructum & finem obedientiæ, &c [c].

17. *Benedicam tibi*, כִּי בָרֵךְ וגו׳] Aut redundat כִּי, aut jungendum verbo præcedenti *juro*, *Juro quòd benedicendo*, &c [d]. ¶ *Portas*] i. e. Urbes munitissimas [e]. *Civitates*, ό. Ch. Sa. vers. Ar. Hebraismus, q. d. hostibus superiores erunt. In portis erant & propugnacula; vide Jud. 5. 8. Psal. 147. 13. Isa. 22. 7. Ezec. 22. & judicia; vide Deut. 21. 19. & 22. 15. Amos. 5. 12, 15. Zach. 18. 6 [f]. Ipsa terra vel regio sæpe dicitur *porta* synecdochicè, ob ejus ingressum, qui est veluti porta terræ. Vide Nah. 3. 13. Deut. 5. 14 [g].

18. *Benedicentur*] Cùm bona precantur alicui, dicent, *Benefaciat tibi Deus, sicut fecit Isaac* [h]. Verùm non videmus gentes omnes isto modo se benedicere in Abrahamo [i]. Meliùs de Christo exponitur [k]; *in quo beabunt se*, i. e. beatificandos se verissimè dicent [l]. Heb. *benedicere se facient*. Beatos se prædicabunt & profitebuntur, & de eo sibi gratulabuntur invicem [m]. [Vide quæ ad Gen. 12. 3.] ¶ *Quia obedisti*, עֵקֶב אֲשֶׁר וגו׳] *Eò quòd*, Ma. ità plerique; *finaliter*, *postremò*, Ma. Potest verti sic, *Merces*, supple, *erit tibi*, quòd obedîsti, O.

20. *Quòd Melcha*] Sequens genealogia texitur propter Rebeccam [n]; ut constaret meritò illam Isaaco uxorem quæsitam [o]; & ut viam muniret ad narrationem, cap. 24 [p].

21. *Patrem Syrorum*] Heb. *Aram*, à quo genus duxerunt Syri [q]: sic Græci. At Syri, qui Ἄριμοι veteribus, Homero Ἐρεμβοὶ, sunt ab Aramo vetustiore, Gen. 10. 22 [r]. filio Semi, ut docent Josephus & Hieron. de Qu. Eb. Hoc me vexabat. Non ergò *Aram* hîc *Syros* significat; sed hic erat illi *Aram* ὁμώνυμος [s], sic dictus, quòd natus inter Syros; ut Jacobus *Aram* dicitur, quòd ibi habitâsset, Deut. 26. 5. Ab hoc & *Reman*, ibidem, omisso א, (ut solent Syri רם ponere pro אֲרָם; vide Job. 32. 2. 2 Par. 26. 6. Luc. 3. 33. coll. cum Ruth 4. 19. & 1 Par. 2. 9.) & addito in fine ן, ut in Busan [t]. ¶ *Buz*] A quo *Eliud* Buzites [v]; & à quo *Busan* castellum in Ammian. Marcellino, l. 18 [x].

24. *Concubina illius*, פִּילַגְשׁוֹ] Ponitur pro פִּלֶגֶשׁ לוֹ, *concubina* erat *illi* [y].

CAP. XXIII.

1. *Vixit Sarah*, חַיֵּי שָׂרָה] Sic vocant quintam hujus libri Sectionem, quæ hîc incipit [z]. Peculiaris est hic honor Saræ matris fidelium, 1 Pet. 3. 6. quòd anni hujus unius mulieris à Deo numerantur [a].

2. *In civitate Arbee*, בְּקִרְיַת אַרְבַּע] Prior vox, Syris קַרְתָּא, *urbem* significat. Hinc *Tigranocerta*, i. e. urbs Tigranis, *Vologesocerta* apud Plinium, *Arcesicerta* apud Stephanum, *Carteia* in Hispania [b]. *Arba* dicitur, vel à 4 gigantibus, (ità Sy. vertit, *in civitate gigantum*;) vel à 4 conjugibus (nempe Adam & Eva, Abr. & Sar. Is. & Reb. Jacob & Lea) ibi sepultis [c]; vel à quatuor Regibus quos Abraham ex ea urbe egressus fudit [d]. Hos juvat articulus Gen. 35. 27. הָאַרְבַּע: non enim dicimus, הָאַבְרָהָם [e]. At sic potiùs vocatur ab *Arbe* viro qui hîc cum imperio præfuit, Jos. 14. 15 [f]. Hinc Jon. (& Onk. D.) habet *Kariatharba*. Ità Aben Ezra & Abenmelech nomen immutatum relinquunt [g]. ¶ *Quæ est Hebron*] Sic postea appellata. Potiùs dicendum propheticè hoc dictum à Mose, quàm à quoquam postea libris ejus insertum [h]. Appellari videtur à societate (id חבר sign.) quam iniit Abram cum viris illius loci [i]. ¶ *Venitque*] i. e. Accingebat se ad hoc opus, Me. *cœpit plangere* [k]. Ità verbum *venire* sæpe sumitur [*]. Hinc tamen alii colligunt eam mortuam absente Abrahamo [l]. Abr. *venit*, *sive ingressus est*, nempe in tentorium Saræ, ubi habitavit & mortua est [m]. *Venit* ad locum ubi jacebat cadaver [n]. ¶ *Ut fleret*, וְלִבְכֹּתָהּ] Τὸ כ litera parva est, ut significet luctum Abrahæ fuisse moderatum [o].

3. *Ab officio funeris*, מֵעַל פְּנֵי מֵתוֹ] *A facie* (*à conspectu*, Ch. Sa. Sy. P. *à præsentia*, Ar.) *mortui sui*, JT. ubi consedisse videtur super terram, lugentium more, Job. 2. 12, 13. Esa. 47. 1 [p].

4. *Advena*] Sinite inter vos quiescere mortuam, quam viventem non estis dedignati [q]. Non inhio vestris prædiis, mihi sufficit sepulturæ locus [r]. ¶ *Jus sepulchri*, אֲחֻזַּת] *Possessionem*, Mo. ό. Ch. JT. M. *hæreditatem*, Sy. *apprehensionem*, aliquid quod quasi proprium apprehendam [s]. ¶ *Mortuum meum*: in Hebræo additur, מִלְּפָנָי *A facie mea*, Mo. Ch. P. scil. nè posthac videam cadaver [t].

6. *Audi nos, Domine mi*] Numerum permutant Hittæi, quia & sigillatim privato nomine, & communiter publico, respondebant [v]. ¶ *Princeps Dei*] i. e. Magnus, eximius [x], more Hebræorum [y]; ut *arbores Dei*, i. e. proceræ, &c. Sic & Latini, *divini opus Alcimedontis*, Virg. Ecl. 3. & Homerus vocat Ἀχιλλῆα δῖον [z]. Sic Deo uni se adscribere testantur omnia laude digna. Vel, ut alii, Te habemus pro justo, & sancto, & dilecto unicè à Deo [a]. *Senes* vertunt, *rex à Deo*, pro *rex Dei*;

Marginal notes (col. 191): [a] Jun. Pi. [b] B A. 1. 2. 49. [c] L. [d] D. quæst. 2. 8. [e] Ma. [f] M. Me. [g] Belg. [h] Me. [i] G. [k] V. [l] Ma. [m] V. [n] V. Di. [o] V. [p] A. O. [q] V. [r] Me. D. Prov. 1. 1. 3. [s] Jun. Pi. [t] Me. ità Ambros. Lippom. [v] in La. Full. 〈 misc. 2. 14. [x] Me. [y] Pi. A. [z] Belg. [a] Ma. [b] Ma. [c] Pi. Belg. [d] V. [e] G. A. [f] Belg. V. [g] Ma. ex He. [h] He. in L. [i] O. [k] L. M. [l] M. [m] Pi.

Marginal notes (col. 192): [n] L. Me. [o] Me. [p] Jun. P. [q] V. [r] G. [s] D. misc. 2. 3. [t] G. [v] L. A. [x] G. [y] Di. [z] D. [a] A. [b] G. [c] D. [d] Q. in Me. [e] D. [f] D. Ma. [g] D. [h] Me. [i] Bo. [k] V. [*] Me. [l] V. Me. [m] A. Pi. [n] Bo. [o] He. in M. [p] A. [q] Me. ex V. O. [r] V. [s] O. [t] V. [v] Jun. [x] D. Me. [y] V. [z] D. [a] V.

Dei;

Dei, sicut *imber à Domino*, pro *imber Domini* [b]. ¶ *In electis*, &c. ״בְּמִבְחַר וגו׳] *In electione sepulchrorum*, i. e. in sepulchro electo, sive optimo [c]. Hebræi plerumque usurpant denominationem pro denominato. Ità *templum sanctitatis*, i.e. sanctum [d]. Hypallage est, ut Exod. 15.4. *electio ducum*, pro *selecti duces* [e]. Confer Jer. 22.7 [f].

7. *Adoravit populum*] i. e. Primores populi, qui cum eo agebant. Sic Levit. 20. *populus lapidabit*, i. e. majores *judicando*, minores *exsequendo* [g]. Civilem honorem notat [h].

8. *Si placet animæ vestræ*, אִם יֵשׁ אֶת־נַפְשְׁכֶם] *Si est cum anima vestra*; i.e. si sedeat animo vestro, si vobis placeat [i]. Vox *anima* sæpe significat voluntatem, consensum, &c. ut Deut. 21.14. Psal. 27.12. & 41.3. & 105.22 [k].

9. *Speluncam duplicem*, הַמַּכְפֵּלָה] Quidam vertunt, *speluncam duplicem*, vel *duplicitatis*, M. Sic dicta, vel quia spelunca erat intra speluncam [l]; vel quòd duo cadavera ibi sepeliri poterant [m]. Duplex erat concameratio & crypta; altera fortè pro viris, altera pro mulieribus [n]. Vel quòd habuerit superstructum ædificium quoddam instar conclavis, seu cœnaculi [o]. Vel quia duæ speluncæ erant mutuò sibi vicinæ. Hinc & ager ipse *duplex* vocatur, Gen. 49.29, 30 [p]. Aliis est nomen loci [q]; ut constat ex v. 17, & 19 [r]: quod apparet ex constructione Hebræa [s], [*est enim hîc & 19. cum præfixo* ה *demonstrativo*, q. d. *in spelunca illa dicta Machpelah.*] ¶ *Pecuniâ dignâ*] Heb. *argento pleno*, nempe pleni ponderis, v. 16. tunc enim appendebantur nummi [t].

10. *Habitabat Ephron*, ità Ar. M. P. Ti. וְיֹשֵׁב] *Sedebat*, Mo. ο΄. JT. item Ch. & Sy. [licèt interpres perperàm vertat:] i. e. Unus erat ex illo consessu apud quem agebat Abraham [v]; unus ex præcipuis eorum. Verbum *sedendi* passim sumitur pro statu, sive loco, quem publici consiliarii tenent, Psal. 119.23, &c [x]. ¶ *Portam*, שַׁעַר] Quia hoc actum in porta, ubi judicia & commercia exercebantur [y]. שַׁעַר non dicitur ab Heb. שָׁעַר *æstimare*, sed ab Æthiop. שער, quod est *solvere*, *liberare*, *dimittere*, Luc. 2.29. & 13.12. q.d. per quam populus, intra mœnia antè detentus & conclusus, liber ac solutus dimittitur [z]. Vel dicitur ab *horrore*, quòd porta propter amplitudinem, custodiam militarem, propugnacula, judicia & magistratus, horrenda sit & formidabilis [a].

12. *Adoravit*] Hebræis multi honoris gradus; *flectere caput*, quod est קָדַד, *flectere tibiam*, *corpus totum*, *in genua se ponere*, *prosternere se humi*. Hîc est וַיִּשְׁתַּחוּ *flexio corporis*, honor nec familiaris nimiùm, nec planè submissus. Vide infrà 33.3. Erat enim Abraham sui juris, & *Rex* dicitur Nicolao Damasc. & Justino l. 36. Nota, Regna antiquissima ejusmodi fuisse, ut *populo* aliquod jus maneret; ut notat Aristot. Pol. 3.14. Vid. Od. θ΄. de Alcinoo [b].

13. *Quæso*, &c. ״אַךְ אִם אַתָּה וגו׳] Oratio manca, & multa subaudienda. *Verùm*, vel *sed*, non accipiam gratis, *si tu* facturus es quod dicis, vel, *si tu* facis mecum bonitatem: (ità Onk. in M.) Alii sic, *si tu* mihi gratis dederis, non accipiam [c]. Al. *quoniam apud me es*, vel potiùs, *quia ades mihi*, i. e. quia adeò mihi faves [d]. Al. *si tu* vis, M. O. vel, *si tu* meus es, Sa. [*qu. pro* לִי *legisset* לוּ;] vel, *si tu*, sub. *is es*, sive *vir ille*, *de quo loquor*, Jun. A. Videtur enim quòd Abraham, etsi viri nomen audiverat, ipsum tamen neque de facie noverat, neque adesse putabat [e]. *Si tu* mihi auscultares, Ti. vel, *si tu* dabis: sic, *ecce boves*, 2 Sam. 24.22. pro, *ecce dedi boves*, 1 Chron. 21.23 [f]. Maluit emere quàm gratis accipere, nè posteri eum revendicarent. Sic David aream Araunæ maluit emere, &c [g].

15. *Quadringentis siclis*] Scil. communibus, qui erant duarum drachmarum; unde *didrachma* hîc vocantur à Senibus [h]. Siclus sacer erat 20 *gerarum*, Exod. 30.13. Ezec. 45.12. *Gera* 16 granorum hordei. Siclus ergò communis (de quo hîc agitur) continet 10 geras, i. e. 160 grana hordei, h. e. circa 160 grana, sive drachmas duas & grana 16, sive circiter quadrantem thaleri. Sic 400 sicli efficiunt circa 111 uncias [i], vel (cùm justum thaleri pondus unciale sit) aliquantò plus quàm centum thaleros [k], seu 22 libras Anglicanas [l]. [*Sed de his & reliquis nummis vide tractatum in fine addendum, si Deus vitam & vires dederit.*] ¶ *Inter me & te*] Amicos & divites [m].

[Margin: b D. — c M. Me. — d M. ad v. 9. — e Pi. — f Belg. — g E. — h Me. — i V. Me. — k Belg. — l AE. in M. Me. — m F. — n Me. — o RS. in F. — p Brug. in not. — q V. A. Pi. — r D. — s Jun. Pi. — t Pi. — v Jun. Pi. — x Belg. — y Me. — z Di. — a Ma. — b G. — c V. — d Me. — e Jun. Pi. Belg. — f A. — g E. — h D. — i Jun. Pi. — k Pi. — l Belg. — m Me.]

16. *Probatæ monetæ*, עֹבֵר לַסֹּחֵר] *Transeuntis ad* (vel *per*, P.) *mercatorem*, Mo. M. Ma. q. d. quod inter ipsos mercatores (qui in expendendo numismatum pretio sunt diligentissimi) translatitium & receptum esse possit [n].

17. *Confirmatusque est*] Ità Ch. Sa. M. P. He. in V. A. *Et stetit*, Mo. P. *cessit*, Sy. Ti. *Surgere* Hebræis sumitur pro confirmari, ut in Hiphil הָקִים est *confirmare* [o]. [Vide Gen. 17.7, 21.] Obj. In Act. 7. 16. dicitur *Abrahamus* emisse à *filiis Hemor filii Sichem*; non ergò ab *Ephron*. Resp. multi multa. Dici potest, *Ephronem*, natu maximum ex filiis *Hemor*, suo & fratrum nomine agrum vendidisse. *Hemor* autem binomium fuisse, & *Seor* etiam, ut hîc vers. 8. fuisse appellatum [p].

[Margin: n Jun. Pi. — o M. V. — p Me.]

CAP. XXIV.

2. *Ad servum seniorem*] Eliezerem [q]. ¶ *Pone manum subter femur*] Mos jurandi tum receptus, ait Josephus. Vide Gen. 47.29 [r]. Et hodie in Oriente usurpatur [s]. Vel homagii signum erat, sedenti dextram supponere, ut vult Aben Ezra: sic Romanis *possidere* à *sedendo* [t]. Significabat potestatem superioris, & promptum in inferiore obsequendi animum [v]. Vel, sub femore & genitali parte posita erat manus, quòd indè posteritas esset futura, atq; ideò velut res sacra haberetur [x]: vel, quòd illîc esset signum fœderis, nempe circumcisio [y]: quasi dicat jurans, tam firmum fore id pactum quàm circumcisionis: vel, qu. diceret, *Si fallam, ense tuo peream*; femur locus ensis, Jud. 3.16, 21. Psal. 45. 3 [z]. Hi & alii referunt ad Christum futurum ex femore Abrahæ, per quem eo tempore tacitè jurarent [a]. Et Messiam hîc agnoscit *Dominum*, *Deum cœli ac terræ* [b]. [Targ. Jon. sic legit; *Jurare faciam te in nomine Sermonis Domini, cujus habitatio est in cœlis excelsis: ille est Deus, cujus dominium est super terram.*]

3. *Ut non accipias*, &c.] Non quasi Laban non esset idololatra, aut Teraphim non fuissent idola, ut quidam hinc colligit. Sed Laban melior erat Cananæis, (quòd cultum summi Dei, licèt admixtis aliis, retinebat, infrà 31. 49, 53, 54.) & filiæ ejus sanabilioris ingenii. Cananæi etiam flagitiis multis vitam inquinaverant. De malis minimum [c]. Adde, quòd Cananæi erant expellendi de terra à filiis Israel †. Horum genus vile erat & ignobile, propter maledictionem Chami, & passim ob improbitatem malè audiebant [d].

4. *Sed ad cognationem meam*, ità Mo. P. J T. i.e. cognatos meos, Pi. וְאֶל מוֹלַדְתִּי] *Ad natalia mea*, ο΄. Sy. Ti. Non quidem ad *Ur Chaldæorum*, sed *Charan* & *Mesopotamiam* [e]. Hanc vocat *terram suam*, quia ibi multis annis moratus fuerat [f]. Ad familiam *Nachor*, quæ Deum colebat, sed cum idolis [g].

5. *Si noluerit*, &c.] Prudentissima servi interrogatio, qui, reveritus jusjurandum, claras volebat esse nuptiarum pactiones: Theod. qu. 1.73 [h].

6. *Cave nè reducas*, &c.] Qu. 1. Quomodo indè reduci poterat, ubi nunquam fuerat? Resp. Ibi erat in lumbis parentum [i]. Qu. 2. Cur non reducendus erat? Resp. 1. Quia Deus Abrahamum & suos ex Mesopotamia in perpetuum exire voluit [k]. 2. Voluit filium suo exemplo manere in terra promissa [l]. 3. Ut vitaret periculum idololatriæ [m]. Mirum hoc videri posset, quòd tam arctè servum prohibeat, quasi in illius potestate fuisset Isaacum (jam quadragenarium) ducere quò vellet. Intellige igitur de suasione & conatu servi: vel potiùs sensus est, ut caveret in contrahendo, nè Isaacum ad id obligaret, ut, si non consentiret puella venire in terram Canaan, promitteret Isaacum ad eam venturum [n]. Non hæc egit Abraham absq; consensu filii, qui res totas suas parenti commiserat [o].

7. *Angelum suum*] Etiam Hebræi credebant custodes Angelos à Deo dari hominibus [p].

8. *Sin autem*, &c.] Tanta erat veterum in juramentis religio, ut etiam quæ tacitè excepta intelligi debebant, nominatim exciperent. Vide simile in Iphigenia Taurica Euripidis [q].

9. *Domini sui*, אֲדֹנָיו] Plur. pro sing. sic sequ. cap [r].

10. *Ex omnibus bonis ejus portans secum*] Ità Græci, rectè, ut videtur ex v. 53 [s]. ¶ וְכָל טוּב] *Et omnia*

[Margin: q L. Me. — r G. — s V. — t G. — v AE. in M. F. V. — x M. F. — y RS. in M. — z G. — a Me. ità T. A. item Hi. Aug. Bern. Is. ... G. — b T. — c G. — † L. in v. 37. — d Bo. — e La. Bo. O. — f O. Bo. — g Me. — h Ga. — i Pi. Belg. — k Bo. — l A. — m Belg. — n Riv. — o Bo. — p Me. — q G. — r V. — s A.]

omnia bona domini in manu, i. e. ex omnibus aliqua, Bo. *Pretiosa quæque*, P. *omnia optima*, Ch. Ex omni genere bonorum præcipua[t]. Munera secum deferebat de pretiosissimis quibusque domini sui[v]. RS. intelligit de tota possessione Abraham, quæ erat in scheda signata[x]. Aliis est causæ redditio cur decem camelos acceperat, quia præerat rebus omnibus domini sui[y]. ¶ *In Mesopotamiam*] Heb. *in Aram* נַהֲרַיִם, h.e. inter duos fluvios, Euphratem & Tigrim, sitam[z].

11. *Fecit accumbere*, וַיַּבְרֵךְ] *Et flectere genu fecit*, Mo. ut solent cameli dum requiescere volunt[a]. ברך est *benedicere*; indè *genua flectere*, quia genua flectunt ad accipiendum benedictionem[b]. ¶ *Mulieres ad hauriendum aquam*, הַשֹּׁאֲבֹת] *Haustrices*. Nomen *mulieris* intelligitur ex forma vocis fœminina[c].

12. *Occurre mihi*] Fac ut se mihi offerat quod peto[d]. ¶ הַקְרֵה] *Occurrere fac*, Mo. P. Sy. supple vel, *puellam*, Pi. vel, *quod cupio*, O. *id quod peto, talem filiam*, &c. La. *Prosperum fac mihi occursum*, ο'. h. e. fac me voti compotem. Alii intransitivè legunt, *Occurrere quæso*, sub. *mihi*, i. e. votis meis. ¶ *Fac misericordiam*] Significat, non alio jure fretum hoc audere, nisi quia Deus gratiam suam Abrahæ pollicitus fuerat[e].

13. *Ecce ego sto*] Non tentat Deum, à cujus instinctu ad hoc motus fuerat[f]. Nec nisi devotâ ad Deum oratione hoc statuit[g]; & totus providentiæ & promissis Dei innititur[h]. Notandum etiam, cum Chrysostomo & aliis, signum quod statuit congruum fuisse; erat enim signum bonæ uxoris, & indolis affabilis, hospitalis, providæ, & strenuæ[i], qualem noverat placituram & Isaaco & Abrahamo[k].

14. *Quam præparâsti*] Ità Ch. Sy. Ar. M. P. K. D. nempe educando & castigando[l]. ¶ הֹכַחְתָּ] *Demonstraveris*, Sa. *certissimè explorâsti*, Ti. *præstitueris*, JT. *indicâsti*, O. *dignam fecisti*, Ge. in M. *evidenter vel certis argumentis designâsti*, A. *arguisti*, Mo. h. e. quam educaveris. Synecdoche membri, Pi. quam instituisti disciplinâ[m].

15. *Necdum*, ità Sy. טֶרֶם] *Antequam*, [ità plerique.] ¶ *Hydriam*] Munus id virginum eo tempore; vide Exod. 2. 16. Homerus, Κούρῃ τε ξύμβλητο πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ, (*Puellæ verò obvii facti sunt ante urbem aquam petenti*[n].) ¶ כַּד] *Cadum*, Ma.

16. *Virgo, & incognita viro*] Non quasi quædam virgines essent viro cognitæ, sed posterius explicat prius[o]. Pleonasmus est, ad commendationem virginitatis: vel virgo nomen ætatis, non integritatis, Ità Aug. locut[p]. Casta, & incorrupta corpore & mente[q]. Vox בְתוּלָה quandoque *puellam* notat, non virginem; Ezec. 23. Joel. 1. 8. Ergò meritò subdit, *& incognita viro*, D. Qu. ep. 21.

17. *Ad bibendum præbe mihi*, simil. ο'. Sy. Ar. P. Ti. A. O. הַגְמִיאִינִי] *Da mihi sorbendum*, Sa. JT. BA. Ità servus se explicat vers. 53. *fac me bibere*[s]. *Refrigera me*, Ma. *sitim restingue*, A.

20. *Effundénsque*, &c. וַתְּעַר] *Et evacuavit*, seu aquâ nudavit, hydriam, O.

21. *Contemplabatur tacitus*, &c. מִשְׁתָּאֵה לָהּ] *Stupebat in ea*, P. *admirabatur eam*, vel *propter eam*, V. à שָׁאָה *devastare*, q. d. Devastatus & attonitus erat[t].

22. *Protulit inaures*] Ità ο'. Sing. pro plurali ponitur in Hebræo[v]. ¶ וַיִּקַּח נֶזֶם] *Et accepit inaurem*, A. Ch. P. supple, vel, *imponens naso ejus*, JT. G. vel potiùs, *& dedit*, A. Pi. Sic *accipere*, Psal. 68. 19. exponitur per *dare*, Eph. 4. 8[x]. Similem ellipsin vide Gen. 12. 12. & 15. 9, 10. & 27. 11. & 43. 34. Exod. 18. 12. & 27. 20[y]. Ab. Ezræ est *ornamentum vultûs, vel aurium, suspensum per vittam in fronte*[z]. *Monile impositum naso*, G. ad v. 47. vel fronti, A. Sunt adhuc talia apud Indos[a]. ¶ *Appendentes siclos duos*] Sed cur noster (i. Vulg.) ità vertit, ipse non eruo. Nam Heb. est, בֶּקַע מִשְׁקָלוֹ, i. *dimidium sicli*, ut constat ex collatione Exod. 30. 13, 15. cum Exod. 38. 26. Quod hîc *Bekah*, illic est *dimidium sicli*[b]. ¶ *Armillas*, צְמִידִים] Sunt *ornamenta manûs*, M. q. d. quæ colligari solent ad manus; nam צָמִיד propriè *colligaturam* sign. Num. 19. 15[c]. ¶ *Siclorum decem*] Heb. *decem auri*, vel *aurei*, ο'. Sa. Sy. M. P. supple, *siclos*, Pi. A. Nam ubicunque auro & argento numeralia nomina juncta leguntur, pro

[Margin: t Me. — v F. V. — x M. F. L. — y F. V. Jun. — z Pi. A. — a V. — b Bi. — c Pi. — d Me. — e V. — f Me. T. Jun. Ma. — g L. — h Me. — i Me. T. — k T. — l A. — m Ma. — n G. — o E. — p Ga. — q Me. — s BA. 1. 2. & 143-56. — t M. — v Bo. — x A. — y Pi. — z M. — a G. — b Ma. — c Ma.]

siclis usurpantur[d]. Talia verba sæpe omittuntur. Sic *mille*, 2 Sam. 8. 4. pro *mille currus*, 1 Chron. 18. 4. Confer & 1 Chron. 11. 18. cum 2 Sam. 23. 16[e].

25. *Et fœni*, &c. מִסְפּוֹא] *Pabulum*. Id omne est quo vescuntur jumenta, præter paleam[f].

26. *Inclinavit se*, וַיִּקֹּד] *Et genua flexit*, Ch. Sy. *inclinans verticem*, JT. A. Ma.

27. *Misericordiam & veritatem*] Misericors pollicendo, verax præstando[g]. Vel est hendiadis, quia idem loquitur ad fratres Rebeccæ, v. 49. *si facitis miseric. & verit.* i. e. si vultis verum beneficium dare. Ità hîc Deus se verè misericordem & beneficum ostendit[h]. Non jactat secundam fortunam, sed clementiam Dei[i]. ¶ *Me perduxit*, &c.] Ad verbum, *Ego in via, deduxit me*, V. Mo. *ego in via*, supple, *eram*, O. Illud *ego* expletiva particula est, q. d. Me, me inquam[k]. Verto, *Ad me* quod attinet: nominativus absolutè ponitur, more Hebræorum[l]. *Me cùm essem in via*, &c. Sa. Ti. P.

28. *In domum matris*] Non dicit, *patris*, vel quia ipse mortuus erat, inquit Josephus, & Bathuel, qui postea memoratur, erat *frater* (non *pater*) *Rebeccæ*; & quidem junior, ideóque post Labanem nominatur; vel quia puellæ priùs nunciant aliquid matribus suis, ait RS[m]. vel quia tunc mulieres cum puellis habuerunt, pro more omnium orientalium, distinctas in domo habitationes[n].

30. *Cúmque vidisset*] *Viderat enim*, La. ex V.

31. *Præparavi domum*] Vel, *verti domum*, O. Ità פנה sumitur Deut. 3. *vertit se ad deos alienos*. Domus mundata veluti *versa est* in aliam, &, ut mundetur, vertuntur quæ in ea sunt[o]. *Expedivi, purgavi, removi* è conspectu obstacula omnia[p]. Sic sumitur Levit. 14. 36[q]. Ut tibi vacua & libera maneat domus, *faciavi*, i. e. faciem, seu ornatum, ei dedi[r].

33. *Et appositus est panis*, וַיּוּשַׂם] *Positum est*, Mo. *posuit*, vel *apposuit*, &c. ο'. Sa. Sy. Ar. M. Ti. *& posuerunt*, Ch. subintellige, *cibum & panem*. Sic, *posuit in Syria*, 1 Chron. 18. 6. pro, *posuit præsidia in Syria*, 2 Sam. 8. 6. vide Exod. 34. 7[s].

36. *Dedit ei omnia*] i. Constituit, vel cogitavit, vel voluit, dare; sicut Gen. 37. 21. *& liberavit eum*, i. e. nitebatur liberare, sed non successit; Exod. 12. 48. *& fecerit Pascha*, i. e. voluerit facere. Sic Aben Ezra enarrat, ut Isa. 53. 9. *dedit* cogitatione aut voto, non re[t]. Destinavit dare: notat actum inchoatum, non completum[v]. Aut *dedit*, i. e. dixit vel promisit dare; ut Jonah 1. *sacrificaverunt*, i. e. dixerunt vel decreverunt se sacrificaturos. Nam in navi quî poterant sacrificare? Sic 1 Macc. 1. 7. *divisit*, i. e. dividere cogitavit[x].

38. *Sed ad domum*, &c. אִם לֹא] *Si non*, Ma. Quidam subaudiunt, *Dira tibi imprecor* nisi, &c. D. *Deus sic tibi faciat*, vel, *Væ tibi*, Belg. Simplex sensus est, *Sed ibis*. Ità vertunt Ch. & ο'. & Hi. in D. Propriè est *nisi*. Id valet *sed etiam* Latinis. Cicero, *De re nihil possum judicare, nisi illud mihi certè persuadeo, te talem virum nihil temerè fecisse*. Pro eo suprà Moses dixerat כִּי *sed*; & pleniùs legitur כִּי אִם Psal. 1. 4. Sic εἰ μὴ pro ἀλλά, *non ex operibus, sed* (εἰ μὴ) *ex fide*[y].

40. *In cujus conspectu ambulo*] Alii ad probitatem referunt, alii ad fiduciam in Deum[z].

41. *Innocens eris à maledictione mea*, מֵאָלָתִי] Quidam vertunt, *à juramento*, vel *adjuratione*, M. ex He. V. P. TJ. *à sacramento*, Sa. Alii, *ab exsecratione*, sic AE. in M. A. *à maledicto*, &c. M. O. Me. Promiscuè usurpantur *juramentum* & *maledictio*, quia in fine jurisjurandi additur imprecatio[a]. Priùs *juramentum* vocabatur, v. 8. hîc *exsecratio*. Utrumque simul ponitur Num. 5. 2. *juramentum exsecrationis*[b].

42. *Si direxisti*] Precatio erat, ut docet v. 12. Ut juramenta, ità precationes, hâc formâ exprimebantur; ut Psal. 139. 19. Luc. 12. 49[c]. ¶ *Viam in qua nunc ambulo*, אֲשֶׁר אָנֹכִי הֹלֵךְ עָלֶיהָ] *Per quam ego ambulo*, JT. & plerique. At Sy. *pro qua venio*, vel *pergo*, Ar.

46. *Bibi*, וָאֵשְׁתְּ] Ejusdem formæ cum וַיֵּבְךְּ, *& flevit*[d].

47. *Suspendi*] Dedi ad suspendendum cùm vellet[e]. ¶ *Inaures*] *Vide quæ ad* v. 22. ¶ *Ad ornandam faciem ejus*, עַל אַפָּהּ] *Super nasum ejus*, Pi. A. BA. 1. p. 704.

[Margin: d Pi. Bo. — e A. — f V. — g L. — h T. — i V. — k Ma. ex Jun. — l Pi. — m L. — n L. Me. — o O. — p Pi. Belg. — q Belg. — r Ma. — s A. — t D. — v La. — x D. — y D. — z V. — a Me. A. — b A. — c A. — d M. — e Me.]

704. vel *faciem ejus*, Mo. A. vel *frontem*, A. ut impenderet naso, Pi.

48. *Recto itinere*, בְּדֶרֶךְ אֱמֶת] *Per viam veritatis*, ο'. Sa. Ar. P. Mo. vel *veram*, JT. V. *rectam*, Ch. V. ¶ *Filiam fratris domini*] i.e. Neptem: quomodo & Romani sæpe loquuntur, L. *Filii*, D. de verborum significatione [f]. Vel *frater* pro cognato ponitur [g].

49. *Si facitis*, &c. אִם יֶשְׁכֶם וגו'] Ad verbum, *si est vobis facere*, vel, *si estis facientes*, misericordiam, M. *Facere bonitatem & veritatem* Hebraismus est, pro, *collocare beneficium in aliquem* *; vel pro, *humanitatem præstare, & bonâ fide cum aliquo agere* [h]. Si liberaliter & ex animo daturi estis filiam [i]. [*Vide suprà ad* v. 26.] ¶ *Ut vadam*, וְאֶפְנֶה] *Et respiciam*, Mo. *ut vertam me*, Sy. A. *divertam*, Ch. *ut redeam*, ο'. Sa. *pergam*, Ar. ¶ *Ad dextram*] Ubi Ismaelitæ: *Ad sinistram*, ubi Loth cum suis [k]. Ut alio deflectam. Proverbium est, Num. 20. 17. & 22. 26. Deut. 2. 27 [l]. Vel sic, ut hinc discedens, ubi potero, aliam uxorem quæram [m]. Potuit ex aliis filiis Nachor (habuit enim undecim, c. 22. 21.) uxorem petere [n].

50. *Responderunt Laban & Bathuel*] Matris & puellæ nulla mentio. Tantum valebat jus paternum eo tempore. Vide 1 Cor. 7. 36 [o]. Præponitur *Laban*, quia prævenit promittendo. Et fortè pater senex & valetudinarius ei, utpote prudenti, ut patet ex Gen. 28. curam familiæ commiserat [p]. Vel, quia *Bathuel*, licèt priùs consenserat, postea voluit impedire. At Josepho hic Bathuel est frater junior Labanis [q]. ¶ *A Domino*] Voluntas Dei est [r]. Hoc ex signo quod Eliezer narravit colligebant [s]. Tota ista res geritur nutu Divino [t]. ¶ *Non possumus*] i. e. Non licitum est: spontè acquiescimus. Verbum potestatis non rarò pro verbo juris ac debiti accipitur [v].

51. *Coram te*] i. e. Præstò est, ac in tua potestate [x].

53. *Vasis*, כְּלֵי] Sic Hebræi vocant instrumenta artificis & militis [y]. Ità *vasa musica & vasa mortis*. Ipsa quoque corpora & eorum membra *vasa* vocantur [z]. ¶ *Dona*, ità ο'. Sy. M. מִגְדָּנֹת] *Pretiosa*, Sa. Mo. JT. scil. munera, P. Sign. pretiosos vel dulces fructus terræ [a]. (Occurrit in Deut. 33. 13, &c. Cant. 4. 13. 2 Chron. 21. 3. & 32. 23. Ezra 1. 6 [b].) At hoc non convenit cum 2 Par. 21. 3 [c]. Sign. quicquid pretiosum est & selectissimum, Ma. Belg. K. in M. Heroicis temporibus viri nuptis dotem dabant, non nuptæ viris, Notat ad Euripidis Medeam Scholiastes [e].

55. *Maneat saltem decem dies*, יָמִים אוֹ עָשׂוֹר] *Dies vel decadem*, Mo. ἡμέρας ὡσεὶ δέκα, *dies quasi decem*, ο'. *mense dierum*, Sy. aliquot *dies*, *saltem decem*, JT. P. Belg. O. Pi. Ma. *aliquo tempore, aut decem mensibus*, Ch. Particula אוֹ *aut* interdum sumitur pro *saltem* [f]. Alii aliter, *annum*, vel *decem menses*. Ità Onk. & RS. in M. F. Ar. Jo. in G. A. Scal. in Can. Isag. Chron. l. 3. Ga. *Dies* pro Anno apud Hebræos sæpe accipitur [g], quia annus est veluti orbis dierum [h]. Dicitur *annus dierum*, i. e. annus quem non æquabili tributione mensium describere possis, sed dierum tantùm numero complecti; nam præter 12 menses continet quinque dies. Sic loquitur Laban, homo Chaldæus; (Chaldæis autem eadem anni forma quæ veteribus Hebræis.) Sic Arabes annum Romanorum Julianum *dies Romanos* dicunt. Et Græci ἡμερῶν nomine periodum Solarem, aut ἔτος καθ' ἥλιον, intelligebant: sciscitantibus enim oraculum de more placandi deos, respondit Pythius, *Sacrificaretur* κατὰ μῆνας καὶ καθ' ἡμέραν, h. e. σεληνιακῶς καὶ ἡλιακῶς [i]. Sic etiam vox *dies* sumitur Levit. 25. 29. & Amos. 4. 4. & per ἔτη vertitur 2 Reg. 20. 6. Job. 38. 21 [k]. Referunt Hebræi (& inter eos RS. in F. co.) *integrum annum* vel *decem menses* datos fuisse virgini desponsatæ, ut interea temporis sese ad nuptias pararet atque adornaret [l]. Sed miror nostros tam facilè sequi mendacia Hebræorum. Quomodo enim servus Abrahæ tamdiu exspectaturus erat, qui festinabat ad dominum ire [m]?

57. *Quæramus ipsius voluntatem*, אֶת פִּיהָ] *Os ejus*, plerique; *ex ore ejus*, Sy. Ti. quid dictura sit, A. ex Ch. *Os* ponitur pro eo quod ex ore exit, h. e. sermone [n]; ut Gen. 41. 40. & 45. 21 [o]. Non de nuptiis, nam in

f G. g Pi. Bo. * F. h V. i F. V. k G. He. in F. l Jun. Pi. m Me. n La. o G. p Me. Ma. ex Jun. q L. r Me. s L. t V. La. v Glass. Gram. p. 259. x V. y L. Me. z Me. a A. Ti. b A. c Ma. e G. f Belg. g F. co. h F. i Ga. k G. l F. m O. n Pi. A. o A.

has eam consensisse colligitur ex v. 51. (& ex receptione munerum [p]:) sed de discessu subito à parentibus, & profectione ad Isaacum [q].

59. *Nutricem illius*, sic Aq. & Sym. מֵינִקְתָּהּ] A יָנַק unde יוֹנֵק Job. 20. 16. quod Aq. Sym. & Theod. transferunt μυζήσει, *suget* [r]. LXX vertunt ὑπάρχοντα, *substantiam*, sive *dotem*: videntur legisse *menaktab*, Bi.

60. *Soror nostra es*, ità V. אֲחֹתֵנוּ אַתְּ] *O soror nostra*, G. Ar. Est enim Hebræis secunda persona vice vocativi, G. *Soror* ponitur pro *consanguinea*, V. Me. L. Nam ad convivium cognati multi vocati fuerunt [t]. ¶ *Possideat portas*] Plerique. *Civitates*, ο'. Ch. Sa. vers. Ar. *terras*, Sy.

61. *Puellæ illius*] Ancillæ in dotem datæ, ut tunc moris, sicut & postea cap. 29. 24, 29 [v]. ¶ *Secutæ sunt virum*] Heb. *post virum*, Ma. A. *cum viro*, ο'. in A.

62. *Deambulabat per viam quæ ducit ad puteum*, &c. בָּא מִבּוֹא בְּאֵר] *Veniebat à veniendo* (vel *veniens veniebat*, Sy. *revertebatur à veniendo*, P.) *à puteo*, O. *ab itinere putei*, M. vel *ad puteum*, Ar. *ex ambulatione ad puteum*, JT. *veniebat eâ viâ quâ itur ad puteum*, Ti. Secessus ex more precibus quæsitus [x]. ¶ *In terra australi*] i.e. In Bersabe, quæ est pars australis terræ promissionis [y]. Ibi erat ille puteus. Hinc patet Abraham à morte Saræ rediisse rursum in Bersabe [z].

63. *Ad meditandum*, ità Mo. Sa. Ti. JT. Me. לָשׂוּחַ] Significat *loqui apud se*, V. *unà versari*, *secum loqui vel cum alio*, *cum Deo*, Psal. 77. 4. Aq. vertit ὁμιλῆσαι, *colloqui*, seu *confabulari*, Sym. λαλῆσαι [a]. Alii vertunt, *ad orandum*; sic Ch. TJ. V. P. He. in M. Hi. F. co. non malè: vide Psal. 102. 1 [b]. (Secessus precibus quæsitus [c].) Solebant Judæi circa vesperam orare [d]. Sive meditaretur, sive oraret, Dominus læto illo occursu præsentiæ suæ signum dedit [e]. Quidam per *meditationem* intelligunt contemplationem siderum, quam Hebræi tradunt Abrahamum, ut Ægyptios, sic filium, docuisse [f]. Aliqui legunt, *ad philosophandum*, Bo. Al. *aut exerceret se*, ο'. nempe meditando & orando [g]. *Ad deambulandum*, Sy. nempe, *inter virgulta*, sic AE. in M. Nam שִׂיחַ & *precatio* est, & *virgultum* [h]. ¶ *Inclinatâ jam die*, לִפְנוֹת עָרֶב] *Ad respiciendum* (vel *secundum aspicere*, vel *prospicere*, Pi.) *vesperam*, Mo. *ad* vel *sub vesperam*, ο'. Ti. (sic, *cùm prospectaret aurora*, Exod. 14. 27. A.) Cùm Sol respiceret vesperam, dum ingrederetur thalamum. Vel, *ad vertere se vesperam*; i. e. cùm vespera se verteret, & terras aspiceret. Alii ad Isaac referunt, quòd exierit ad aspiciendum cœlum & stellas sub vesperam, quia gnarus fuit astrologiæ [i].

64. *Descendit*] Honoris sponso deferendi gratiâ [k].

65. *Et ait*, וַתֹּאמֶר] Vertendum, *dixerat*; nam non descendisset, nisi hoc priùs cognovisset [l]. Non omnia scripta sunt eo ordine quo facta [m]. ¶ *Pallium*, הַצָּעִיף] *Velum, peplum*, quo faciem tegere solent mulieres [n]. Honestatis & pudoris causâ nova nupta se tegit [o]. Operuit vultum more matronarum, 1 Cor. 11. 10. Vide suprà 20. 16. & quæ Hi. ad Esa. 3. & Alcoranus Azoarâ 24. editionis Latinæ. Ex hoc more dictas *nuptas* & *nuptias* tradit apud Festum Cincius [p]. Aliis *pallium* est quo tota mulier tegitur. Genus est vestimenti quo fœminæ in Arabia & Mesopotamia corpora velabant, sive obvolvebant, inquit Hi. ad Isa. 3. & in quæst. in Gen [q]. Græci vertunt θέριστρον [r], quod in θέρει, æstate, usurpatum corpus tegebat, non calefaciebat [s].

67. *In tabernaculum Saræ*] Habebant enim fœminæ tentoria sua seorsim [t], quasi γυναικωνῖτιν. Vide suprà 18. 10. & 23. 2 [v]. ¶ *Ex morte matris*) Quæ triennio circiter antè defuncta erat [x]. Hinc patet magna affectio ejus ad matrem [y]. ¶ אַחֲרֵי אִמּוֹ] *Post matrem suam*, plerique, i. e. post obitum matris. Est metonymia subjecti, qualis Jud. 10. 1, 3. non ellipsis [z]. *De matre sua*, ο'. *loco matris suæ*, Ar. *post obitum matris suæ*, JT. Ch. in A.

p Belg. q Me. E. La. Bo. Jun. Pi. r D. t Me. v Me. x V. M. y L. z Bo. a D. b G. c V. d L. E. e V. f E. L. g A. T. h M. i M. k Me. l V. m L. n V. o Me. p G. q D. r G. s D. t Me. G. v G. x Me. L. y L. z Pi.

CAP. XXV.

1. *Duxit uxorem*] Non libidine motus, sed amore prolis[a], & ex Divino instinctu, ut ex eo semen inter gentes quoque multiplicaretur; mortuâ Sarâ, & Agar dimissâ, fortè & defunctâ[b]. ¶ *Ceturam*] Videtur fuisse ancilla Abræ: Nam si ingenua fuisset, non appellata esset *concubina*[c]. Multi ex Hebræis putant hanc fuisse *Hagar*[d]. Sed errant. Nam, 1. illam longè antè duxit[e]. 2. Mox sequitur, v. 6. *filiis concubinarum*. Ergò plures erant, nempe *Hagar* & *Ceturah*[f]. 3. Junior hæc erat, quæ de sene potuit faciliùs concipere[g]. At Agar jam erat 80 annorum[h]. 4. Hîc dicitur *aliam accepisse uxorem*. At Agar nec alia erat, nec ducenda. 5. Hoc capite recensentur filii Hagar & Ceturæ tanquam diversarum[i].

2. *Quæ peperit ei, &c.*] Miraculosum vigorem antea concessum adhuc retinuit[k]. ¶ *Zimran, &c.*] Omnes Arabiæ (Felicis nimirum) & Troglodytidos ad maris Rubri terminos[l] fuerunt incolæ, & Syriæ huic conterminæ; unde vestigia eorum extant apud Geographos, sed corruptis (*ut ferè fieri solet*) vocibus: à *Zimrane* regio *Zaaram*, at potiùs *Zamran*; à *Medane Madiama* oppidum, pro *Madania*; à *Midiane Madianitis*; à *Schuacho Saccæi* circa Batanæam; à *Scheba Sabe* in Arabia Deserta; à *Dedane Adada* in Palmyrene Syriæ: & sic deinceps[m].

3. *Saba, &c.*] Ex hoc *Scheba* erant *Sabæi* in ipso aditu Arabiæ Felicis, non procul à Syria, & Nabatæis (teste Strabone) ex Nebaioth v. 13. oriundis. De his vide Job. 1. Ab hoc *Dedan* est *Dedan* urbs Idumææ, Jer. 25. 23. & 49. 7. cujus incolæ *Dedanim*, Esai. 21. 13[n]. ¶ *Assurim & Latusim & Laommim*] Chald. sic vertit, *Filii Dedan fuerunt, in castris, in tabernaculis, in insulis*[o]: & TJ. *fuerunt mercatores, & Scenitæ, & capita populorum*. Sunt ista nomina gentium & populorum[p], vel capitum gentium[q]. Nomina hæc, etsi pluralia terminatione, numero tamen singularia, & significatione sunt propria; ut *Muppim, Chuppim, & Chushim*, infrà 46. 21, & 23[r].

4. *Opher*] A quo *Afri* & *Africa*[s]. Vide quæ nos ad lib. 1. de V. R. C[t].

5. *Dedit*] Obj. At antè *dederat*, Gen. 24. 36. Resp. Vel hîc vertendum, *dederat*[v]; vel donationem hoc loco confirmat[x]; vel ibi *dedit* ponitur pro *dixit*, aut *decrevit, dare*[y].

6. *Concubinarum*] Hagaræ & Ceturæ[z]. Concubinæ erant uxores, sed secundariæ & illegitimæ[a]. Imò legitimæ erant, & uxores vocantur c. 16. 3[b]. Concubina *uxor* vocatur Jud. 19. 24, 29[c]. *Uxor* fit cum scriptura, &c. *Concubina* sine scriptura, sine קידושים, i. e. *subarratione*, (sive *arrhis*,) sine ritibus ac legitimis ceremoniis, M. G. in v. 1. F. sed non sine pactis dotalibus[e]. Earum proles non succedit in hæreditate, sed dona tantùm accipit[f]. Quale apud Germanos matrimonium impar ad Morgangabicam. Vide quæ nos de J. B. & P. 2. 5[g]. Obj. At filii ancillarum Jacobi acceperunt possessionem. Resp. 1. Hîc specialiter dictum, *In Isaac vocabitur semen*. 2. Sara reclamavit, non sic uxores Jacobi. 3. Etsi non deberetur talibus hæreditas, tamen poterat dari[h]. Cavebatur pactis dotalibus, nè filii eorum jus haberent ad hæreditatem[i]. Manebant hæ ancillæ & servilis conditionis etiam post nuptias, nec matresfamiliâs erant[k]. פילגש *concubina* est à פלג *divisio* & איש *vir*, quia uxorem quasi dividit à viro[l]. ¶ *Separavit*] 1. Nè cum eo de possessione terræ promissæ contenderent; 2. nè idololatriâ & vitiis Isacidas inficerent eorum posteri[m]. ¶ *Ad plagam orientalem*] i. e. Arabiam utramque[n], & Asiam majorem[o]. Nota, Posteri Ismael proximè contingebant posteros Isaac, Orientem versùs: nati verò ex Ketura post Ismaelitas ulteriùs ad Orientem habitârunt; ideóque hi semper in Scriptura vocantur *filii Orientis*[p]. Vide Job. 1. 3. Videtur Job ex his oriundus[q]. ¶ *Ad orient. &c.*] i. e. In Arabiam, quam devicerat Chedorlaomer, & eo devicto Abrahamus jure belli possedit[r].

[a] L. [b] Me. [c] Me. [d] M. sic TJ. [e] E. [f] AE. in M. Bo. E. [g] L. [h] Bo. [i] Bo. [k] Belg. [l] Hi. in Ga. [m] Jun. [n] BP. 4. 6. 248. & 251. [o] F. [p] La. V. [q] L. [r] Jun. [s] G. A. La. [t] G. [v] D. [x] Me. [y] D. [z] A. La. [a] D. [b] Me. T. La. [c] D. [e] G. [f] M. F. G. [g] G. [h] E. [i] T. [k] Me. [l] Me. [m] Me. ex La. [n] Jun. Pi. Belg. [o] Belg. [p] La. [q] A. [r] Li.

8. *Et deficiens mortuus est*] Nempe, non vi, non morbo, sed humido naturali deficiente[s]. *Defecit*, (i. e. leviter moriebatur, non longâ ægritudine tabescens,) *& mortuus est*. Sic Psal. 88. *Pauper ego Vegoveah*, i. e. *deficiens*[t]. Rectè notant dici de morte sine dolore & morbo & mora[v]. Εὐθανασίᾳ usus est[x]. ¶ *In senectute bona*] Juxta promissionem, Gen. 15. 15[y]. *Bonâ*, nempe quæ aliena erat à malis senectutis[z]; sine ægritudine[a]. In Divina gratia[b]. Maturè, & tempore suo; sive spectes ætatem, sive gratiam[c]. ¶ *Et plenus dierum*] Heb. *& satur*, scil. *dierum*; quod explicandi causâ addidêre Samaritæ & Syri[d]; ut plenè occurrit c. 35. 29. 1 Paral. 23. 1[e]. & 1 Par. 29. 28. Job. 42. 17[f]. Sic, *plenus dierum*, Jer. 6. 11. Talia verba sæpe subintelliguntur; sic *plenus*, Psal. 73. 10. pro *plenus calix*. Vide Gen. 4. 20. & 5. 3[g]. Vivendi satur, & cupiens dissolvi[h]. Fatigatus laboribus hujus vitæ, & sitiens post requiem futuræ[i]. Vel *satur*, scil. bonorum hujus vitæ: q. d. obiit opulentus[k]. *Satur omni bono*, TJ. ¶ *Ad populum suum*] Variant. 1. Ad justos in limbo. [Ità Pontificii quidam.] 2. Transiit à statu viventium ad statum mortuorum[l]: q. d. mortuus est, quemadmodum & majores sui[m]. At hoc non potest intelligi de corpore[n]: 1. quia sepulturæ corporis mox distinctè fit mentio[o]: 2. ex reipsa, cùm corpus ejus non erat sepultum cum reliquis sanctis, (nec in patria sua[p],) sed in terra Canaan, ubi solius Saræ corpus situm erat[q]. Intelligendum ergò de anima, quæ post mortem superstes & immortalis[r]. Per *patres* intellige spiritus justorum perfectos, Heb. 12. 23. Vide ad v. 17[s]. Act. 13. 36. Pi. Migravit ad cœlum Patriarcharum, &c[t].

13. *Et hæc nomina filiorum ejus in vocabulis & generationibus suis*, בשמתם לתלדתם] *In nominibus suis*, (vel, *per nomina*, Ch. A.) *secundùm* (vel *ad*, Mo. Ma.) *generationes suas*, Sy. Ar. Ti. A. *de nominibus ipsorum* quæ imposita sunt *generationibus ipsorum*, JT. *secundùm nomina generationum ejus*, o'. ¶ *Nabaioth*] Hic Ναβάτης Stephani, unde *Nabathæi* Plinio & poetis[v]. Nabathæa regio notissima scriptoribus, Strab. l. 16. p. 534. Plin. Diod. & Ovid. & Ptol. lib. 6. c. 7[x]. Nebaioth & fratres ejus sedem fixerunt in Arabia, Esa. 20. 13, 14, 16. Ezec. 27. 21[y]. ¶ *Cedar*] Unde *Cedreni*, Plin. 5. 11. *Cedareni* Lampridio[z]. *Cedareni*, *Arabes*[a]. Cedræi sunt Arabes Nabathæis confines, inquit Plin. 5. 11[b].

14. *Masma, & Duma, & Massa*] Bona nomina: significant, 1. *audientiam*, 2. *silentium*, 3. *patientiam*[c]. Indè Hebræi proverbialiter usurpant, משמע ודומה ומשא, quo significare volunt *multa audienda, tacenda, & ferenda esse*. Quale Græcis ἀνέχου καὶ ἀπέχου, (*sustine & abstine*[d].) A *Duma, Dumatha*, urbs Arabiæ Stephano[e]. Indè onus *Dumæ*, Isa. 21. Vel sunt *Idumæi*, vel illis vicini[f].

15. *Thema*] Urbis nomen Ptolemæo: *Tamna* est Straboni[g]. Ab hoc civitas & regio *Theman*, ad meridiem Idumæi, cujus Rex *Eliphaz*[h]. ¶ *Jethur*] Unde Ituræi, ut apparet 1 Par. 5. 19. Meminit Strabo l. 16. Plinius 5. 23. & alii[i].

16. *Per castella*, בחצריהם] *In oppidis suis*, Mo. *tabernaculis*, o'. *habitationibus*, Sy. *villis*, Ch. Sa. M. P. Ti. JT. Per atria, vel prata, (sub dio) in quibus חציר fœnum vel gramen crescit[k]. Cùm enim hi Arabes fuêre, morabantur per prata, seu campos[l]. ¶ *Et oppida eorum*, ובטירתם] *Per castella*, M. Ti. JT. *in arcibus*, Ar. Alii, *per palatia sua*, Sa. P. Mo. Verùm Arabes non solent in palatiis morari[m]. *In mansionibus*, o'. *juxta septa sua*, Sy. *Per ordines suos*, quasi esset à *TUR ordine*; q. d. hi in campis suis tentoria ordinatè disposuêre[n]. ¶ *Duodecim principes*] Vide quæ suprà, 17. 20[o].

17. *Appositus ad populum suum*] Hinc orta Hebræorum opinio de illius pœnitentia & salute[p]. *Et conversus est per pœnitentiam*, TJ. Probabilis est Ismaelis salus ex hac phrasi, & ex oratione Abræ pro eo, Deíque responsione, Gen. 17. 18, 20. & ex computatione ætatis, & quòd Esau, ut parentes placaret, in ejus familiam nupsit[q].

18. *Habitavit*] Ità o'. Ch. Sy. *Habitaverunt*, V. P, &c. nempe posteri Ismaelis[r]. Sensus est, Occupârunt totam

[s] Me. D. ex o'. La. [t] O. [v] RR. in M. AE. & K. in G. F. [x] D. [y] Jun. Pi. [z] V. D. Pi. [a] Me. [b] L. [c] La. [d] G. [e] V. G. [f] G. [g] A. [h] Me. La. M. F. [i] Belg. [k] Ma. [l] O. Bo. La. [m] F. [n] Me. Pi. [o] Pi. [p] Me. [q] Pi. [r] Me. La. [s] A. [t] Osiand. [v] G. [x] Ma. [y] A. [z] G. [a] Me. [b] Ma. [c] G. B. [d] F. [e] G. [f] Me. [g] G. [h] Me. [i] G. [k] O. Ma. [l] O. [m] O. [n] O. Me. [o] G. [p] Me. post L. [q] Li. [r] Ma.

totam illam vastam solitudinem Arabiæ quæ Ægypto & mari Rubro vicina est[s]. ¶ *Quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios*, עַל־פְּנֵי מִצְרַיִם בֹּאֲכָה אַשּׁוּרָה] *Super facies* (vel, *ad faciem*, ο'. *è regione*, Ch. Sy. *in prospectu*, M.) *Ægypti*, Mo. (*contra*, vel *versus*; *Ægyptum*, Sa. Ar.) *ingrediente*, vel *veniente*, *te*, vel, *venienti tibi*, *in Assyriam*, Mo. M. Sa. *itinere Assur versus*, Ti. *in ingressu ad Assur*, Sy. *pertingens usque ad Assur*, Ch. *usque quod* desertum est *è regione Ægypti*, & indè *usque quà venis in Assyriam*, JT. *Quæ* (nempe solitudo *Sur*[t]) est è regione Ægypti, & eam attingit eâ parte quâ ex Ægypto itur in Assyriam. Non est autem sensus, quasi in Assyriam usque habitatione porrecti fuerint, ut visi sunt velle aliqui[v]. ¶ *Coram cunctis fratribus suis obiit*, עַל־פְּנֵי כָל־אֶחָיו נָפָל] Variè accipiunt. Vel, 1. Mortuus est superstitibus omnibus fratribus[x]. [Aliis non placet :] 1. quia jam antè eum mortuum dixerat; 2. quia sermo præcedens tractat situm terræ[y]. Vel, 2. Coram fratribus cecidit, supple גּוֹרָל *fors ejus*; i.e. non procul à fratribus habitavit: (quasi invitis fratribus sedem ibi fixit, quam vivente Abramo parare cœpit[z].) Respicit ad Gen. 16. 12[b]. Confirmant hunc sensum ex Jud. 7. *Midianitæ*, &c. נֹפְלִים, *jacebant in valle*[c]. Vide Num. 34. 2. Jos. 23. 4. Jud. 7. 12. Psal. 78. 55[d]. & 1 Sam. 29. 3[e]. Vel, 3. Violenter irruit & impetum fecit in fratres[f]. Quod durius est, F. co. Vel, 4. Contra fratres, &c. cecidit; sic est ad verbum; h.e. usque ad casum & mortem perseveravit: ut si dicas, *In hac sententia moriar*, i.e. ad mortem usque perseverabo. Alludit ad illud quod dicitur c. 16. Ismaelem in fraterna simultate perduraturum[h]. Fratribus suis adversus esse cœpit; quod non ausus fuerit vivente Abrahamo[i]. Vel, 5. נָפַל pro *deficere* accipiunt, ut in Jer. *cadis ad Chaldæos*; quasi *cadere* vel *corruere* visi fuerint filii ejus, cùm alias habitationes in diversis regionibus quærere cogerentur[k].

19. *Generationes*, תּוֹלְדֹת] Sic denominant Hebræi sextam hujus libri Sectionem, quam ab hoc versu incipiunt[l].

20. *Quadraginta annorum*] Aristoteles vult viros ad conjugium se applicare circa annum ætatis 37. Polit. 7. 16[m]. ¶ *De Mesopotamia*, מִפַּדַּן אֲרָם] *De Padan Aram*, Sa. Sy. Ar. Mo. P. sive *Syriæ*, JT. *de Mesopotamia Syriæ*, ο'. Ch. Vox *Padan* sola ponitur Gen. 48. 7. alibi semper ei adjungitur *Aram*[n]. פדן sign. vel, 1. *par*, sive *duo*[o], sive *copulam*[p]; *Paddana dethorim* Chald. est par boum[q]; q. d. Aram inter duos fluvios, Tigrin & Euphratem[r]. Vel, 2. sign. *terram* & *regionem*[s]; vel *agrum*[t]. Probatur: 1. quia quod hîc *Padan Aram*, Os. 12. 13. vocatur שְׂדֵה *Sede-Aram*, h. e. ager sativus vel consitus *Mesopotamiæ*, (nam post *Padan Aram* supplendum est *Naharajim*.) 2. פַּדָּן idem esse quod שָׂדֶה, Jo. K. AE. & RS. affirmant. 3. פדאן Arab. sign. & *agrum sativum* & *aratrum*, & פדנא Chald. & Syris *aratrum* est. 4. Mesopotamiæ duæ partes erant, una inculta & aspera, altera fertilis & culta, (testibus Strab. l. 16. Xenoph. in 1. Ἀναβάσ. Polyb. l. 5.) De hac parte loquitur[v]. Vestigium τοῦ *Paddan* est in duobus oppidis Mesopotamiæ, 1. *Aphphadana*, 2. *Appadana*, Ptol. 5. 18[x].

21. *Deprecatúsque est*, וַיֶּעְתַּר] Vox Hebræa significat precum multiplicationem[y], & vehementiam[z], & perseverantiam[a]. Chrys. notat eum toto vicennio preces continuâsse[b]. ¶ *Pro uxore*, ità ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. P. Ti. M. V. לְנֹכַח אִשְׁתּוֹ] *E regione uxoris*, Mo. vel, *præsente uxore*, simul cum uxore, cum qua communicabat preces: quo ardentiùs & efficaciùs oràsse innuatur[c]. *Directè pro & coram uxore*. Videtur solennis fuisse & conjuncta precatio[d]. *Secundùm directionem uxoris*; i.e. dirigendo preces ad uxorem, tanquam objectum pro quo precabatur[e]: vel, ut Deus uxorem rectificaret & dirigeret ad pariendum[f]. Vel, *contra uxorem*, i. e. contra sterilitatem uxoris[g]. ¶ *Quòd sterilis*, כִּי עֲקָרָה] *Quòd eradicata esset*. Et bene, quia erat sine filiis, qui sunt radices parentum[h]. Observa, 1. velle Dominum rogari etiam de iis quæ ipse sit pollicitus[i]. 2. Sanctarum mulierum (ex quibus Christus oriundus erat) pleræque diu steriles fuisse memorantur, Origen. Gen. 12. ut pateret Divinâ gratiâ, non vi naturali, propagatum hoc genus, Theodor. q. 1. 74[k].

[s] Bo. [t] V. Bo. [v] Bo. [x] Sic M. Mc. La. Bo. P. Osiand. Hi. AE. in F. co. [y] O. [z] Sic Sy. Ar. Ch. ο'. & RS. in F. co. V. O. Pi. Belg. A. Jun. [b] V. [c] F. co. [d] Belg. [e] Ma. [f] Q. in F. co. [h] Ca. [i] F. [k] M. F. co. [l] V. [m] G. [n] Ma. [o] Ma. A. [p] M. O. [q] BP. [r] Ma. ex He. [s] V. [t] M. BP. O. [v] BP. 2. 6. 86. [x] Ma. [y] Me. O. [z] Bo. [a] Belg. [b] Me. [c] Ità M. F. Me. Onk. in F. co. Belg. [d] A. [e] Pi. [f] Ma. [g] O. Me. [h] O. [i] Cl. [k] Gal.

22. *Collidebantur*] Ità Ch. *collidebant se*, Sa. Mo. M. P. V. Ti. ¶ וַיִּתְרֹצְצוּ] Ἐσκίρτων, *ludebant*, *calcitrabant*, ο'. in D. dum, scilicet, uterque nititur prior in lucem exire[l]. *Opprimebant se*—*sicut viri ineuntes prælium*, TJ. Deus futura ostendit aliquando verbis, aliquando factis; ut istâ collisione futuram contentionem[m]. Simile aliquid narrat Bibliothecæ 2. Apollodorus, Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος οὗτοι καὶ κατὰ γαστρὸς μὲν ἔτι ὄντες ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους, (*Acrisius & Prætus etiam in utero certabant invicem*[n].) ¶ *Si sic mihi futurum erat*] Ità V. ο'. *Si ità est*, Sa. nempe, *ut parvuli sese colliderent*. Si mihi abortiendum & cum parvulis moriendum. Id timebat Rebecca[o]. *Si tantus gravidæ dolor*[p]. ¶ *Quid necesse fuit concipere?* לָמָּה זֶּה אָנֹכִי] *Ad quid* (vel, *ut quid*) *hoc ego?* Mo. P. vel, *hoc mihi*, ο'. *ad quid ego concepi?* Ch. V. *quid proderit concepisse?* V. *quare hoc ego*, scil. *desideravi*, aut *volui?* cur prolem petii[q]? *cur ità sum?* Belg. JT. *cur ego hoc?* Ti. *cur ego sum?* Sa. *ad quid viva sum?* Sy. cur non potiùs morior[r]? Si gravida sum, uti nobis persuasum fuit, cur jam hoc mihi evenit, ut intus concutiar? Nam hæc mihi potiùs malè habentis uteri, quàm fœtum gestantis, videntur esse[s]. ¶ *Ut consuleret*] Dominum. Nempe, quid hoc rei esset; & quid significaret[t]. *Abiit ad quærendum miserationes à facie Domini*, TJ. *Consuluit Dominum*, vel per preces[v], vel per Prophetam aliquem[x]: sive per *Shem*, filium Noæ, qui tum Sacris præfuit[y]; (at is decennio antè mortuus erat[z]) sive per *Melchisedek*, qui tum superstes erat[a]; sive per *Heberum*, qui habebat spiritum prophetiæ[b]; (ità Maimonides, RS. & alii[c]) sive per *Abrahamum*, qui vixit 15 annos post hæc[d].

23. *Duæ gentes*] i. e. Capita duarum gentium[e]. ¶ *Populúsque*, &c.] *Et regnum regno fortius erit*, Ch. ¶ *Dividentur*] *Separabuntur*; habitatione, moribus, religione contrarii erunt, ideóque discordes[f]. ¶ *Major minori*] Idumæi Judæis. Impletum hoc, 1. sub Davide, 2 Sam. 8[g]: 2. tempore Hyrcani filii Simonis Macchabæi, ut Josephus & alii describunt[h]. 3. Perfectiùs impletum sub Christo, cui colla gentium & principum terræ subdita sunt, & maximum imperium Romanum, quod Judæi dicunt significari per Esau[i]. 4. Impletum in electis, quibus servit quicquid circa reprobos agitur, 2 Tim. 2[k]. *Major servus erit minoris, si filii minoris servaverint legem*, TJ.

25. *Rufus*] A rufo pilorum colore, ut posteà à coctione lentis rufa[l]. Ab hoc mare *Rubrum* sic dictum; ab Erythra ibi regnante, inquiunt Mela 3. 7. & Plin. 6. 23. & Strab. l. 16. p. 523. Hic Erythras, sive Erythrus, idem est qui *Esau* & *Edom*, Græcè Πυῤῥὸς sive Ἐρυθρὸς, Isa. 63. 2. Sic dictus, quòd frequenti pilo, eóque rufo, densissimus ex utero prodiret. Viro huic, quantum ad hoc seculum, summa aderant omnia, fortitudo, genus, forma, copiæ militares, Gen. 33. 1. opes; rerum gestarum gloria, amplum imperium, Gen. 36. 31. 1 Reg. 11. 14. Nec mirum si tantus vir regioni à se subactæ nomen dedit, Jer. 49. 17. Psal. 60. 10. Nomen autem *Erythræi* sive *Rubri* maris tum demum usurpari cœptum est, postquam classe in Edomæi maris portubus *Elanâ* atque *Etsione* paratâ, negotiationem Arabicam Indicámque, &c. instituisset Salomon, 1 Reg. 9. 26. 2 Par. 8. 17. Tunc unà cum mercibus, &c. nomen *maris Edom*, seu *Rubri*, divulgari cœpit*. ¶ *Hispidus*, כְּאַדֶּרֶת שֵׂעָר] *Sicut vestis pilosa*, vel *villosa*, Ar. Ch. JT. O. quomodo poetæ Satyros nobis describunt[m]. Signum fortis animi, juxta Aristotelem & physiognomos[n]. Hinc *Seir* dictus[o]. ¶ *Esau*, עֵשָׂו] Quasi *facturam*, quòd prodiit *perfectus*[p]. Quasi *factus*, *perfectus*; quia qui ad perfectam ætatem pervenerint pilis obsiti sunt[q].

26. *Plantam tenebat*] Ut eum nascendo præverteret, T. Id allegoricè patientiam significat. Protesilai umbra, ut narrat Philostratus, athletæ roganti, ὅπως πρότερον ὑπέρσχοι τῶν ἀντιπάλων, Πατούμενος, ἔφη, (*quomodo superior evaderet colluctantibus secum*, *Conculcatus*, *inquit*.) Ille ex eo dicto reperit τὸ ὑποσκελίζειν, (*supplantare*.) עָקֵב, unde יַעֲקֹב, ὁ πτερνιστής, (*supplantator*,) Philoni; qui exponit, τῶν ἀρετῶν οὐκ ἀκονιτὶ κληρονόμος, (*virtutem acquirens non sine pulvere & contentione*[r].)

[l] Me. [m] L. [n] G. [o] Me. post L. [p] RS. in F. co. TJ. [q] O. RS. in F. [r] Ità M. G. F. Ca. [s] Glass. Rhetor. pag. 539. [t] V. T. [v] Pi. A. [x] A. [y] TJ. [z] A. [a] He. in L. Me. [b] L. [c] G. A. [d] Ità AE. in F. [e] L. Me. [f] T. [g] L. E. T. Riv. [h] T. Riv. [i] L. [k] E. [l] T. * Ful. misc. 4. 20. [m] BA. 1. 634. [n] G. [o] T. [p] Ità RS. in M. [q] Mc. T. Bo. [r] G.

27. *Agricola*, איש שדה] *Vir agri*: i. e. in agro libenter versabatur, procul ab urbe [s]. *Homo campestris, sylvestris*, qui scil. per arva, montes ac sylvas vagando feras sectatur; sic RS. *otiosus erat, & venabatur feras & aves* [t]. *Vir agrestis*, ό. Sa. P. *egrediens in agrum*, Ch. Vulg. *agricola*, non rectè: tunc diceretur vel עובד אדמה, ut Gen. 4. vel איש האדמה, ut Gen. 9 [v]. ό. reddunt ἄγροικος, *agrestis*, quod etiam ad mores refertur [x]. ¶ *Simplex*, ità ό. P. תם] *Perfectus*, Mo. Ch. nempe *virtutibus*, Ar. *integer*, Sa. Sy. M. Ti. Alibi est *integer* & *sincerus*. Sed hîc spectanda antithesis: Agresti Esaui ingenio opponit Jacobi ingenium mansuetum & simplex; quia domi quietem coleret, ut potuerit ignavus videri [y]. *Perfectus & justus*, Me. *integer operibus*, TJ. ¶ *Habitabat in tabernaculis*, ישב אהלים] Rarò foras progrediens, nec venationi, ut Esau, intentus, sed rei domesticæ curam gerens [z]. Pastoralem vitam agebat, nunc huc, nunc illuc, se & sua transferens: vel domi erat, vel apud greges, ut Gen. 4. 20 [a]. Tentoria ad rem & pecuariam & domesticam erant necessaria [b]. Ingenia conveniebant vitæ generi: Jacobus bonus, ut pastor; Esavus sævus, ut venator [c]. Chald. vertit, *minister domûs doctrinæ*: sic vocant locum & scholam ubi Legi operam dabant [d]. Dicunt Hebræi quòd hæc tabernacula fuerunt Melchisedeci, ubi vigebat cultus Dei & Heberi, qui fuit Propheta, & docebat ad se venientes in Divinis [e]. Hæc si vera sunt, habes scholarum antiquitatem [f].

28. *Amabat Esau, eò quòd de venationibus illius vesceretur*, sic Ch. כי ציד בפיו] *Quia venatio in ore illius*, V. P. Mo. O. sub. *erat*, Q. in V. *quia venatio in ore ejus*, supple נעם, *dulcis*, vel *grata*, *erat*. Ellipsis verbi, quod in Sacro sermone sæpe deest. Sic Num. 16. 28. *& non ex corde meo*, scil. *confinxi ea*; 2 Sam. 4. 10. *qui* (scil. *venerat*) *ut darem ei præmium*: item 1 Reg. 14. 6. & 2 Reg. 25. 4. collat. cum Jer. 52. 7 [g]. *Quòd ferina gustui ejus*, scil. *grata esset*, Ti. sim. JT. *venatio illius cibus ei*, ό. *venationem in os ejus*, supple, *afferebat*, vel *dabat*, V. Targ. J. sic vertit, *Dilexit* (quia) *verba deceptionis in ore illius*, nempe Esaui; i.e. gratiam patris blandis verbis venabatur. Nam aliam dilectionis causam indignam putabant tanto viro. Putarem eum non tam captum dulcedine cibi, quàm ex officio judicâsse de ejus reverentia & amore erga patrem [h]. ¶ *Diligebat Jacob*] Saniore affectu, quia meliùs moratus erat, & propter promissionem Dei [i].

30. *Da mihi*, הלעיטני] *Obtege, obrue, imple me de rufo isto*. Ea vox petentis aviditatem & intemperantiam indicat [k]. ¶ *De coctione hac rufa*, מן האדם] *De rufo*: De coctione lentium, quæ vel naturâ, vel pigmentatione, rufæ erant [l]. Dicitur ver. 34. *coctio lenticularum*. Lenticula autem est naturâ rufa; quæ præterea potuit condimentis rufis, ut croco, aut similibus, misceri [m]. Heb. *De rufo rufo*: Duplicatio indicat aut summam rubedinem, aut aviditatem gulæ in Esauo [n].

31. *Vende* כיום] *Hodie*, ό. [& plerique;] *sicut hodie*, Mo. vel, *jam hodie*, JT. *juxta hunc diem*, i. e. jamjam, sine mora *. כיום pro היום, ut ver. 23. Ità 1 Sam. 2. 16. & 9. 13, 27. 2 Chron. 18. 4. Et τὸ *Caph* Heb. sæpe affirmat. Vide Gen. 27. 12 [o]. Alii sic; Tam certò & liquidò vende, &c. quàm certus & clarus est dies iste; ut כ sit כף האמתי *Caph verificativum*, quod videlicet veritatem & certitudinem rei importat [p]. ¶ *Primogenita tua*] Jus sacerdotii. Vide Job. 1. 5. & 42. 8. Num. 3. 12, 40. & 8. 16. Quòd jus tam sanctum contemnit, *profanus* dicitur Heb. 12. 16. Jus hoc amitti potuit. Vide quæ ad Gen. 4. 7 [q]. Qu. Quodnam fuit jus primogenituræ? Resp. 1. Quòd patri successit in dignitate & authoritate, ità ut fratres illi consurgerent [r]; ut patet ex Gen. 27. 2, (29. 37. V.) & 32. & 33. 2. (ubi vocavit Esau *dominum*,) & 43. 33 [s]. 2. Quòd accepit ex bonis paternis duas portiones [t]. Colligitur ex Deut. 21. 17. 1 Paral. 5. 1 [v]. 3. Peculiaris benedictio à patre morituro [x]. Patet ex Gen. 27. 4 [y]. 4. Dignitas sacerdotii [z], juxta aliquos [a]. At hoc non constat; nam & Abel secundò-genitus obtulit sacrificia [b]. Dignitas sacerdotii tamdiu primogeniti erat quamdiu fratres illi cohabitabant; sed cùm aliam conflaret familiam, erátque caput familiæ, sacerdotium illi adnexum erat [c]. In Bereshit Rabba dicitur, *Ante erectum tabernaculum licita erant excelsa, & liturgia erat penès primogenitos* [d]. 5. Moriente patre, erat reliquorum dominus ac princeps; c. 27. *dominum tuum illum constitui* [e]. 6. Primogenitura etiam ad vitam æternam spectavit [f]. Primogenitura erat res sacrosancta, & typus quidam adoptionis. Primogeniti erant Deo sacri [g]. Qu. An Jacobus hîc erat expers culpæ, qui emit rem sacram, i. e. jus sacerdotii, & pro re tantilla tantum exegit? Resp. 1. Emit Jacob quod suum erat Divinâ destinatione, & poterat pro nihilo accipere: nec intendebat emere rem sacram, sed redimere vexationem suam [h]. [Non placet:] Nam debebat Jacob exspectare executionem ab eo qui destinaverat [i]. 2. Vili emit à volente & sciente [k]. At *volenti non fit injuria*. [Neque hoc placet:] Intelligenda est illa lex comparatè, non absolutè [l]. 3. Emit jus primarium primogenituræ, cui annexum erat sacerdotium; sicuti potest vendi ager cui annexum jus patronatûs [m]. 4. Dicunt Hebræi, quòd cibus ille non fuit pretium emptionis, sed datus ultra pretium. Obj. At Heb. 12. dicitur *propter escam*. Resp. Τὸ *propter* notat tantùm causam motivam [n]. 5. Non habemus regulas communes quibus hoc defendi posset, nisi ab eventu, quia non legimus reprehensum. Sed hoc factum non debet trahi ad exemplum. Quod præcipuum est in hac historia, sufficere nobis debet, Deum hâc ratione utriusque ingenium voluisse detegere, ut omnes intelligerent Esavum tantâ prærogativâ indignum fuisse [o]. Validam fuisse hanc venditionem dubito [p]; non credo [q]. Pater Isaac non agnovit, c. 27. sed Esavum benedicturus erat [r]. Nec in rebus hujus seculi talis venditio rata haberetur [s].

32. *En morior*] Gulæ necessitatem prætexit †. Alii sic exponunt, *Moriar fame*, quam jam patior. Ità doctissimus interpres [t]. Tempus idem esse videtur in quo & Esau vendidit primogenita, & Isaac ivit ad Gerar: eadémque videtur fames quæ Esauo primogenituram extorsit, Isaacum etiam coegit alibi victum quærere. Magna videtur fuisse cibi penuria, cùm Jacobus ad tale jusculum adactus esset [v]. Sed nullo modo existimandum est ei omnem cibum defuisse in familia paterna opulentissima [x]. Quia tamen paratam viderat offam, & nidorem senserat, totus in eo est ut potiatur, reliqua non curans [y]. Alii sic; Vita mea brevis est, & variis periculis à feris objicior [z]. In eo graviter peccat, dum primogenituram nihili æstimat, nisi in hac vita prosit; ideóque *profanus* dicitur Heb. 12. 16 [a]. Itaque Targ. Jeros. inquit, *Abiit & contempsit primogenituram, & floccifecit partem futuri seculi, negavitque resurrectionem mortuorum* [b]. Ità profanum hoc fuisse factum existimabant Judæi, quemadmodum Apostolus Heb. 12. 16. Conferri potest hoc dictum cum eo 1 Cor. 15. 17. ubi brevitatem præsentis vitæ agnoscunt, de futura minimè soliciti [c].

34. *Abiit parvipendens*, &c.] Ventrem virtuti, cibum honori, gulam benedictioni præferens, & fortasse jam tum meditatus, quod jure amiserat vi & ferro retinere [d]. Ideo parvipendit, quia non habebat in animo suum contractum, juramento firmatum, servare [e]. Non cogitavit quid fecit, sed ingratitudini addit obstinationem & impœnitentiam [f].

Marginal notes, left column: s V. t F. co. v F. co. x Me. y V. z Me. a Jun. Pi. A. b Belg. c G. d F. co. e L. f Me. La. g Glass. p. 702. h Riv. i Me. k Me. l M. m Riv. n Belg. * M. F. V. O. o A. simil. Glass. gram. p. 702. p Sic RS. & Onk. in F. co. q G. r M. V. Me. s Me. t M. Me. T. v T. x Me. T. y Me. z T. a Me. b E.

Marginal notes, right column: c T. d Di. e T. f V. g Riv. h L. i Riv. k Me. l Riv. m Me. n L. o Riv. p E. q Riv. r E. s Riv. † Me. t Riv. v Li. x E. Riv. y Riv. z Riv. E. a V. b Bi. c Riv. d Me. e L. f Riv.

CAP. XXVI.

1. AD *Abimelech*] Non ille erat de quo Gen. 21. sed ejus fortè filius. Fortè nomen commune erat regibus Geraris, ut *Pharao* Ægyptiacis. Sonat, *pater meus rex*. Reges patriæ patres esse debent [g].

2. *Nè descendas in Ægyptum*] Quare, cùm pater eò perrexerat? An quòd Ægyptiis necessarius fuisset Abræ adventus, ut verâ religione eos imbueret; nunc verò id minùs necessarium? An quòd voluerit Deus ostendere, quòd etiam in rerum inopia suos alere possit [h]? An, nè locus placeret, & ampliùs reverteretur [i]? Abrahæ priùs permisit, non quòd aliter alere non posset,

Marginal notes: g Me. h Me. i O.

set, sed ut Ægyptiis viri pietas innotesceret ; filium manere jubet, ut doceat potuisse sic & patri omnia largiri : Theod. quæst. 1. 76[k]. Habuit Deus hujus prohibitionis rationes, quas nostrum non est scrutari, nec conjecturis indulgendum[l]. ¶ *Quam dixero*] Nondum enim pervenerat Gerara[m].

5. *Eò quòd*, sic ferè omnes, עֵקֶב אֲשֶׁר] *Merces quòd*, Me. O. *in retributionem pro eo*, Ar. ¶ *Et custodierit præcepta*, &c. מִשְׁמַרְתִּי] *Observationes meas*, Sa. Sy. sim. Ti. JT. *custodiam meam*, Mo. Ch. nempe *verbi mei*, Ch. Vel *stationem meam* ; q. d. militum instar suam stationem & munus suum obierit : sic sumitur Isa. 21. 8[n]. Hoc generis nomen est, cujus tres species sequuntur[o]. מִצְוֹת, *Præcepta*, ad moralem Legem spectare dicuntur[p]: חֻקּוֹת, *Statuta*, vel ad Legem ceremonialem[q], vel naturalem ; ut, colere unum Deum[r] : תּוֹרוֹת, *Leges*, vel ad doctrinam quam credere tenemur respiciunt[s] ; vel ad ceremonias[t]. His alibi adduntur מִשְׁפָּטִים *Judicia*, h. e. politicæ leges[v].

7. *Reputans nè fortè interficerent*, פֶּן־יַהַרְגֻנִי] Multa subaudienda : cujusmodi, *Dicebat enim, Non dicam esse uxorem, nè occidant me*[x]. *Nè occidant me*, supple, vel *inquiens*, &c. JT. vel *providendum*, ellipsis qualis suprà 3. 22. & 11. 4[y]. vel *cogitans*, Ti.

8. *Jocantem*, sic Sy. Ar. מְצַחֵק] *Ludentem*, o'. Ch. Sa. P. Ti. V. *colludentem*, JT. *genio indulgentem*, K. in M. *attrectantem eam liberiùs* quàm mos ferebat in alienam[z]. De coitu accipiunt salaces Judæi[a]. Sic auctor Scholii qui citatur in editione Romana[b]. Sic *ludere* canes dicimus cùm coeunt. Huc refer illud Sardanapali, Σὺ δ' ἔσθ', ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, i. e. *ede & bibe & lude*. Addit Arrianus l. 2. p. 32. illud *lude* molliore quodam lascivioréque Assyrio vocabulo expressum aiebant. Livius, vetus Poeta Latinus, *Adfatim edi, bibi, lusi* ; quod Homerus dixit, Τῶν δ' ἔφαγόν τ', ἔπιόν τε, καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα· ubi τὸ αἰδοίοις pars melior interpretum exponit ἀφροδισίοις, i. e. *rebus venereis*. Vide Gen. 39. 24[c]. *Invenit me cum fratre ludentem*, Petron. Arbiter ; *cum raptore colludentem*, Senec. Controv. 3. *Honesta periphrasis rei turpiculæ*, Schol. Petronii. *Ludite ut lubet, & brevi liberos date*, Catul. Epithal. *Ludunt formosæ, casta est quam nemo rogavit*, Ovid. Amor. 1. 8[d]. Sed quis credat Isaac publicè tam inverecundum & Cynicum fuisse[e]?

9. *Cur mentitus?*] Mendacium putabat, quia cognationem ignoravit[f]. ¶ *Timui*] Heb. *dixi*, scil. apud me, i. e. cogitavi[g].

10. *Quispiam de populo*, ità Mo. O. Caj. in Bo. אַחַד הָעָם] *Qui primarius est* (sive *unicus*) *in populo*, i. e. ego, Ch. in V. ¶ *Grande peccatum*] Gravem culpam vel pœnam*; *reatum*, Pi. Jun. *delicti pœnam*, O.

11. *Qui tetigerit*] i. e. Læserit, D. Me. sic Ch. Sy. Ar. *Tangere* pro *lædere*, &c. v. 29. & Jos. 9. 19. Ruth 2. 9. Psal. 105. 15. Zach. 2. 8[h]. Fortè hoc dicit, *qui tetigerit*, i. e. ità ut occiderit ; ut Jos. 2. 19. & 9. 19[i]. ¶ *Uxorem*] Hanc *tangere* est *comprimere* ; ut Gen. 20. 6. *non sivi te tangere*, & Prov. 6. 29. *quisquis tetigerit eam*. Indè *virgo intacta*, i. e. integra à viro. Ità *tangere* Plauto sumitur[k].

12. *Centuplum*, מֵאָה שְׁעָרִים] *Centum modios*, ità M. P. O. Ti. vel *mensuras*, i. e. *centuplum* ; h. e. centies tantum quantum seminaverat[l]. Centesimo fœnore in illis locis messes interdum reddi, suprà ex Plinio ostendimus[m]. Varro de Re rustica 1. 44. *In Syria & in Africa ad Byzacium dicunt ex modio nasci centum*. Sil. Ital. 8. l. 8. —*seu sunt Byzacia* (malè legunt *Buxentia*) *cordi Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis*. Idem de Byzacio affirmant Plin. 5. 4. & Solin. c. 27[n]. De Ægypto Ammianus, *Aliquoties jactæ sementes in liquore pinguis cespitis cum augmento ferè septuagesimo renascuntur*. Quinetiam historiæ Indicæ lib. 3. 39. *qui primi seminârunt in Hispaniola invenerint octies centuplum*[o]. At שְׁעָרִים nusquam alibi significat *mensuras*. Mallem pro בִּשְׁעָרִים poni ; q. d. *centum in portis*, i. e. ipsis judicibus, qui in portis sedent, testibus, ubi omnia mensurata erant[p]. Alii vertunt, *centum æstimationes*, i. e. centies tantum quantum æstimaverat[q]. Sic Aq. ἑκατὸν εἰκασμένον, i. e. *centuplum æstimatum* ; quod probat Hi. in D. Al. *centum mensuras*, Mo. Ma. Sa. sive *æstimationes*, Ma. *centuplum quàm æstimaverat*, Ch. Al. *centuplum hordeum*, o'. Sy. legerunt enim שְׂעֹרִים. Tum facilis esset sensus : hoc enim nomen non tantùm *hordeum*, sed etiam *mensuras hordei*, significat ; ut Ruth 3. 15[r]. ¶ *In ipso anno*] Nempe, cùm erat ingens annonæ caritas[s]. ¶ *Benedixitque*] Pro, *Nam benedixerat ei*[t].

[k] Ga. [l] Riv. [m] Me. [n] Ma. [o] A. Ma. [p] A. Belg. [q] Belg. Ma. [r] AE. in M. [s] Belg. [t] AE. in M. [v] Belg. [x] V. [y] Pi. [z] G. Me. La. [a] Riv. La. [b] Sic RS. & Caj. D. L. [c] D. [d] Ga. [e] La. [f] Me. [g] V. * Me. [h] A. [i] D. [k] D. [l] V. [m] G. [n] BC. 1. 24. 525. [o] E. [p] Di. [q] V.

14. *Et familiæ plurimum*, וַעֲבֻדָּה] *Et famulitium*, Sy. M. P. Ti. i. e. servos & ancillas. Significat & *proventum ex cultura terræ*, agros, vineas, hortos, &c. Ità docti inter Hebræos[v]. *Cultura*, Sa. *agricolationes*, o'. Ar.

16. *Recede à nobis*] Ostracismus. Vide Aristot. Polit. 3. 13[x].

17. *Habitaret*, &c. בְּנַחַל גְּרָר] *In torrente Gerar*. At in torrente non habitatur. An locus sic vocatus erat, ut Quercus Mamre? Vel verte, *ad torrentem*, ut *in Jericho*, pro *ad Jericho*. [Al. *in valle*, Mo. o'. Sy. P. JT.] Idem utrique nomen, quia torrentes per valles decurrunt[y].

18. *Quos foderant servi*, &c. בִּימֵי אַבְרָהָם אָבִיו] *In diebus Abraham, patris sui*, V. ad ver. 15. sic Mo. Alii vertunt, *servi Abraham, patris sui*. Sic Samar. Syr. sic o'. Sa. Sy. in G. ità Vulg. Isti pro בִּימֵי videntur legisse עמי, quod vel παῖδες vel δοῦλοι vertitur[z]. Maluit puteos veteres eruderare, quàm novos fodere, 1. quia certum esset ibi aquam esse ; 2. facilius & minùs invidiosum ; 3. justè utebatur paterno labore ; 4. patris memoriam renovavit[a].

19. *Aquam vivam*] Quæ jugiter scaturiunt[b]. Tales *vivæ* dicuntur, Levit. 14. 5, 50. & 15. 13. Num. 19. 17. Cant. 4. 15. Vita enim in perpetuo motu consistit[c]. At apud Maimonidem חַי etiam est *purum*, ut יַיִן חַי *vinum purum*. Ità hìc fortè *aquæ puræ & limpidæ*[d]. *Aquam dulcem* vertunt Ar. Sa. vers.

20. *Nostra est*] Quia in nostro solo. Sed hoc injustè prætexebant, cùm ipsis consentientibus foderint[e]. ¶ *Calumniam*, עֵשֶׂק] Συκοφαντίαν, *calumniam*, Schol. in Nobil. Legit עָשַׁק[f]. Apparet discrimen inter שׁ & שׂ olim non fuisse[g] ; cùm Sin sinistro semel tantùm in Scripturâ exstat[h]. Vertunt, *litigium*, Ch. Ma. Ar. A. *jurgium, rixam*, V. He. in D. *injustitiam*, o'. *occupationem*, vel *detentionem*, quia occupârunt aut detinuerunt eum[i].

23. *Ascendit*] Propriè : nam ex Palæstina, ubi Gerar, ascenditur in Judæam, cujus terminus Australis hic erat[k].

26. *Cùm venissent*] Ut specularentur, parati ad bellum, si infirmum ; ad fœdus, si validum invenirent[l]. ¶ *Ochozath*, &c. וַאֲחֻזַּת מֵרֵעֵהוּ] Quidam Hebræorum & Chald. appellativè vertunt, *& turma, comitatus, societas amicorum ejus*, sic Hi. in Nobil. (qui scilicet Regem stipârunt[m].) Sic dicta ab אָחַז *apprehendit, tenuit*, quòd comites Principis ab eo non discedunt[n]. Et מֵרֵעֵהוּ volunt esse participium Hiphil, quâ formâ invenitur Jud. 14[o]. Alii accipiunt pro *nomine proprio viri* : ità plerique. *Ochozath amicus ejus*, Sa. Sy. JT. A. vel *pronubus*, o'. vel *conviva*, Ar. Qui sic accipiunt, hos movit quòd מֵרֵעֵהוּ est sing. num. Sed non est rarum Hebræis sing. pro plur. usurpare[p]. ¶ *Phicol*] Ut alius Abimelech, ità alius hic Phicol ab eo Gen. 21[q]. Videtur esse nomen officii, (sicut etiam Abimelech) quale *tribunus, imperator, dictator*, &c[r]. Significat vel *omnis facies* ; quòd omnium militum, quorum dux erat, animi & oculi in eum conversi ; vel *os omnium*, q. d. summus consiliarius, per quem os Regis consulebant omnes[s]. Aliàs, si iidem sint qui Gen. 21. ille Rex, hic dux, fuerunt plus annis centum[t].

28. *Inter nos*] Heb. *Inter nos, inter nos*. RS. post Onk. sic explicat ; Sit, quæso, juramentum quod fuit *inter nos* à diebus patris tui, & nunc quoque *inter nos & inter te* ; ut prius *inter nos* referatur ad patres, alterum ad ipsos. Est רבוי אחר רבוי plur. post plur. quod emphaticum[v].

29. *Ut non facias nobis quidquam mali*, simil. o'. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. Ca. אִם תַּעֲשֵׂה וגו׳] *Si feceris nobiscum malum*, &c. Ch. Mo. Ma. A. Belg. *Dira tibi imprecare si facias*, JT. Difficilis versus, & variè exponitur. Fortè אִם vertendum interrogativè, & כַּאֲשֶׁר est protasis, cujus apodosis, *sic tu nunc benedictus* ; (subintellectâ כֵּן redditionis particulâ, quo nihil Hebræis frequen-

[r] Di. [s] M. [t] Me. [v] V. ità A. [x] G. [y] D. [z] G. [a] Me. et La. [b] M. AE. Di. [c] A. [d] Di. [e] Me. La. [f] D. [g] G. [h] Ma. [i] O. [k] D. [l] Me. [m] M. [n] V. [o] M. [p] F. co. [q] La. [r] Bo. [s] Ma. [t] Me. [v] AE. in F. co.

frequentius.) Ità hic sensus est, *An facies nobiscum malum? sicut nos non attigimus te*, &c. *sic tu nunc, benedicte Domini*. Aut si אִם sit jurandi formula, (quomodo accipit V.) quia jam dixerat, *sit juramentum*, subintellige, pro more, exsecrationis formulam, *sic tibi faciat Deus*: vel sic, *Si feceris nobis malum, cùm nos non tetigerimus te*, &c. *tu nunc sis maledictus Domini*. Hanc versionem omnibus præfero: Eam sensus extorquere videtur. Sic בָּרֵךְ pro *maledicere* exstat, Job. 1. 5, 10. & 2. 5, 9. 1 Reg. 21. 10, 13[x]. ¶ *Auctum benedictione Domini*] Heb. *tu nunc benedictus Domini*, Mo. ό. V. i. e. jam cognoscimus te à Deo diligi[y]; vel, *ô benedicte*, &c. vel, *quemadmodum nunc es benedictus Domini*, sic jura, &c[z]. q. d. Cùm Dominus tibi benedixerit per nos, tanquam per instrumenta, non est quòd reminiscaris damni alicujus minimè magni tibi à nobis illati[a].

31. *Surgentes manè*] In juramenti publici & solennis reverentiam, jejuni & sobrii præstant juramentum[b].

33. *Bersabee*, [בְּאֵר שֶׁבַע] Vide suprà c.21.31. V. Locus dictus vel, 1. à jurando[c]. Sic Græci, φρέαρ ὅρκυ, ut suprà 23. Sit nomen κατ' πρόληψιν. Idem nomen ex pari causa loco alteri cessit suprà 21. 33. בְּאֵר *puteus*, unde *Beryto* nomen facit Stephanus, & ex eo Hesychius[d]. Vel, 2. à septem agnis[e]. Alii exponunt, *puteus saturitatis*: sic Hi. Aq., & Sym. in D. Ma. Sy. Me. T. Legerunt שָׂבְעָה, D. ad v.23. q.d. Hîc pacificam & copiosam adaquationem habebimus[g]. Qu. Quomodo nomen hoc urbi impositum hîc dicatur, quod antè centum annos habuit? Resp. 1. Non repugnat idem nomen eidem rei vel loco sæpius imponi ob similes rerum eventus[h]. 2. Isaac nomen à patre impositum hîc iteravit & renovavit[i]. Videtur enim hoc nomen oblivioni datum, præsertim cùm puteum istum (Gen.21.30.) obstruxerant Philistæi, Gen. 26. 15*. 3. Mutavit Isaac nomen & aliquantulùm deflexit, ex שׂ in שׁ literam molliorem, ut deinceps alterutro nomine appellari posset †. 4. Aliud est quod narratur Gen. 21. Hîc enim civitatis, illîc regionis & totius tractûs agitur appellatio||. Potest hic puteus alius esse ab isto, sed in vicinia*.

35. *Offenderant animum*, &c. [מֹרַת רוּחַ] *Erant amaritudo animi*, à מָרַר, V. T. Alii, *erant rebelles animo*, qu. à מָרָה, V. Targ. Jerosl. sic, *Erant rebelles & inflato animo, colentes idola, nec recipientes doctrinam neque ab Isaaco neque à Rebecca*[k]. Offenderant malis moribus & contumaciâ[l]. *Excruciabant*, vel *irritabant*, *spiritum*, P. Sy. Ti. מֹרַת potest esse vel à מָרַר, *amarus fuit*; *amarissimæ erant—animis*, JT. vel à מָרָה, *mutare*, *rebellem esse*; *erat unaquæque mutans*, i. e. mutabilis, levis & inconstans, vel *rebellans animi*, vel *animo*[m]. *Erant contendentes*, ό. Earum patres Dynastas Hethæorum fuisse tradit Jo. quod est credibile[n]. Unde superbiâ tumidæ, & quia primogenito nupserant, spernebant & Jacobum & parentes, qui eas subindè monebant[o]. *Offenderant*, &c. quòd abhorrerent à doctrina pietatis[p].

[x] Di. [y] V. [z] A. [a] Belg. [b] Me. post L. [c] D. ità O. M. [d] G. [e] D. [g] T. [h] Q. in Bo. [i] La. A. * A. † Bo. || Jun. Pi. * Bo. [k] F. [l] Me. La. [m] Ma. [n] Me. [o] T. [p] G.

CAP. XXVII.

1. SEnuit] Annum ætatis 137. agebat[q]. ¶ *Caligaverunt*, ità Mo. Ch. M. P. [וַתִּכְהֶיןָ] *Cohibiti sunt*, Sa. *restricti*, O. *debilitati*, Ar. *contracti in rugas*, Ma. *hebetes facti*, ό. ætate & morbis[r].

3. *Sume arma tua*, ità Ch. [כֵּלֶיךָ] *Vasa tua*, i. e. instrumenta, Mo. P. JT. Qualia fuerunt, mox declarat[s]. ¶ *Pharetram*, [תֶּלְיְךָ] *Pharetram* vertunt AE. in M. V. Jon. in D. & omnes, quos viderim, interpretes, sive Græci, sive Latini[t]. Solus Chaldæus (nempe Onk. non Jon[v].) reddit, *gladium*[x]: Eum quidam sequuntur[y]. Quod forsan rectius est, licèt תְּלִי, si vocem suspicias, utrumvis significet, (quòd utrumque suspendatur è zona[z].) Sed idiomate Hebræo gladio propriè attribuitur, ut nos vocamus a Hanger, qu. *appensorium*. Ch. vocat סַיְפָּ vel סַיְפָא, Arabes *Seife*, quod nobis a Falchion, Græcis κοπίς. Hujusmodi instrumentum non minùs erat venatori necessarium quàm arcus ipse. Nam citra arcum sæpe capiebantur feræ, canibus, retibus, fossis, &c. Inter instrumenta venatoria *ensem* inprimis ponunt Pollux lib. 5. c. 3. & Oppianus de Venatione 1.92. Et est certè feras confecturo vel dilaniaturo valde necessarius. Ad hæc, כֵּלִים *instrumenta* primò in genere ponens, statim arma enumerat; non certè *pharetram*, quæ tantùm armorum theca est. Quòd si *sagittas* nomine *pharetræ* intelligi vis, cur non multò magis nomine *arcûs*, cui aptantur, ut sæpe fit in Scripturis? Dein, *pharetram* אַשְׁפָּה ubique vertunt; nec credibile est eum (si pharetram indicaret) voluisse in re notissima vocabulum inusitatum usurpare. Gladius & arcus sunt conjunctissima in S. S. in præliis humanis: quidni in ferinis, quæ belli simulachrum esse dixerunt Oppian. & Xenoph[a]? *Ensis* interpretamentum non improbant magistri Hebræorum AE. & K. uterque sic scribit, תְּלִי est *pharetra*, aut *gladius*. Sic D. [à Fullero hæc edoctus: nam in Miscellaneis *pharetram* vertit, cen. 2. c. 37.]

[q] Me. Bo. [r] La. Me. [s] V. [t] Ful. misc. 1. 17. [v] D. [x] Ful. [y] M. ità V. & Sy. [z] V.

4. *Pulmentum*, ità Sy. [מַטְעַמִּים] *Pulmenta*, *fercula* sapida scilicet[b]; *cupedias*, JT. Ma. Sa. Gr. ἐδέσματα· mallem legi ἡδύσματα, *escas suaves*; & sic scripsisse credo exquisitos interpretes, Aq. & Sym. Prov. 23. 6. Nam טָעַם est *gustare cum voluptate*, 2 Sam. 19. 35[c]. ¶ *Et benedicat tibi anima mea*] i. e. *Ego tibi benedicam*, vel, *ex animo benedicam*[d]; *ut bene precer tibi ex animo*: sic נֶפֶשׁ sumitur c.23. pro bona affectione[e]. Ergò Rebecca non revelavit illi prophetiam, *Major serviet minori*[f]. Ut paternarum benedictionum & promissionum hæreditatem in te, ut primogenitum, transmittam[g]. Qu. Cur hoc requisivit Isaac, ut ferinam pararet antequam ipsi benediceret? Resp. vel, 1. Quia mos erat, ut filius non benediceretur nisi præstito aliquo officio[h]: vel, 2. (quòd potius est) Voluit cibo aliquo delicatiori recreari, ut postea alacriori animo benedictionem enunciaret; sicut Prophetæ eodem fine instrumentum musicum petebant, 2 Reg. 3. 15[i]. vel, 3. Hoc experimento discere voluit utrùm ei benediceret necne: Nam ut defectus ferinæ (quam scil. illâ venatione non obtinuerat, Gen. 25. 29, &c.) ei occasio fuit perditæ primogenituræ; ità si iterum eam non acquireret, Isaaco signum foret, voluisse Deum & benedictione illum privare[k]. Isaac nescius movebatur à Deo ad emittendum Esavum, ut interim Jacob benedictionem præriperet; quamvis nihil minùs vel metueret Esau, vel speraret Jaacob. Adeò mirabilis est Deus in implendis promissis[l].

7. *Coram Domino*] i. e. *Annuente ac favente Domino*[m]; ut omnia felicia tibi ab eo dari precer[n]. Vel, *Domino inspectante & vidente*; in præsentia & ex authoritate Dei[o]. Vel, ex animo & verè[p]. *Coram Domino* fieri dicuntur & quæ ei displicent, c. 6. & 13. & quæ placent, ut hoc loco[q].

9. *Gregem*, [הַצֹּאן] Vox hæc generalis est *ovium* & *caprarum*[r]. ¶ *Duos hædos*] Ut eorum teneriores & delicatiores partes assumerentur[s]. Non difficile fuit Isaaco sic imponere, cui ætas, ut hebetaverat oculos, ità etiam reliquos sensus obstupefecerat. Præterea, ut capra capreæ, sic hœdus capreolo, est persimilis; neque carnes multùm differunt; maximè si condimenta accedant, quibus naturalis sapor ità alteratur, ut vix possit internosci. Memini me vidisse viros rei venatoriæ non imperitos, qui bubulam in artocrea pro cervina comederint[t]. Idem Jacobus, qui patrem per hœdum fefellerat, vicissim à filiis suis per hœdum deceptus fuit, Gen. 37[v].

12. *Nè putet me sibi voluisse illudere*, [כִּמְתַעְתֵּעַ] *Sicut illusor*, vel *illudens*, i. e. impostor, V. Ch. Sy. Ar. Sym. Sa. *quasi serpens*, ό. *videbor ei insidias struere*, Ti. *insidiari senectuti & cæcitati*[x]: *tanquam qui errare facit*, ità Mo. Ma. Sa. vers. vel impostor; כ enim Heb. *sicut* sæpe affirmat, Nehem. 7. 2. Vide & Joh. 1. 14[y]. ¶ *Maledictionem*] Sicut Cham, qui patri illusit[z]. ¶ [קְלָלָה] *Despectionem*, O. *alleviationem*, *levificationem*, scil. honoris & bonorum[a]. Non sine causa hoc metuit, nam, *maledictus qui cæcum errare facit*, Deut. 27. 18. Vide & Jer. 48. 10. Mal. 1. 14[b]. Et Plato de Legibus apud Euseb. Præpar. 12. 36. Πᾶς δ' νοῦν ἔχων φοβεῖται καὶ τιμᾷ γονέων εὐχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γεγονυίας. h. e. *Omnis qui mentis compos est & metuit & honorat patrum preces*,

[a] Ful. ubi suprà. [b] V. [c] Ful. ib. [d] V. Me. [e] F. [f] M. [g] Jun. [h] La. ex He. [i] Riv. A. [k] Li. in harm. [l] La. [m] F. Me. Bo. La. [n] F. V. [o] A. [p] Me. [q] F. [r] D. misc. 2. 33. [s] Me. in v. 14. [t] BA. 1. 2. 52. 634. [v] He. ib. [x] Me. [y] A. [z] Me. [a] Ma. [b] A.

preces, sciens eas multis & sæpissime ratas factas esse [c].

13. *In me*] In me recipio cuncta bene cessura [d]. De Divino oraculo confirmata maledictionem audacter in se derivat [e]. At Isaac oraculum illud Gen. 25.23. potuit intelligere non de personis Jacobi & Esaui, sed de eorum posteris; ideóque benedictionem existimavit Esauo debitam, A. ¶ עָלַי] *Super me*, h. e. contra me. Id עַל sæpe sign [f].

15. *Vestibus valde bonis*] Heb. *Vestes desiderabiles*. Sacerdotales erant, ideóque à primogenitis usurpatæ [g]. Quod probabile est; nam si vestes communes fuissent, cur non Esau vel uxores ipsius servâssent? At cùm sanctæ essent, eas custodivit materfamiliâs in arcis odoratis, v. 27 [h].

19. *Ego sum Esau*] Multùm laborant in excusando Jacobo. *Ego sum Esau*, scil. figuratus ac personatus, primogenitus tuus, etsi non nativitate, at decreto Divino & jure emptionis. Sic de Johanne dicitur, Matt. 11.14. *ipse est Elias* [i]. Peccâsse tamen Jacobum agnoscunt quidam Pontificii [k]. Videtur Jacob & veste & factis & verbis mentiri [l]. Tria hîc mendacia: 1. *Ego sum Esau*; 2. *Feci ut præcepisti*; 3. *De venatione mea*. Nec debemus usque adeò esse soliciti, ut omnia sanctorum facta excusemus,—quandoquidem certum sit homines sanctos absq; peccatis non vixisse [m]. ¶ *Sede*, &c.] Prisci patres sedendo primùm, non accumbendo, sumebant cibum; ut probat Athenæus, lib. Dipnosophistarum, ex Homero & aliis [n].

20. *Quomodo tam citò*, &c. מַה־זֶּה מִהַרְתָּ וגו׳] *Quid hoc? festinâsti invenire, fili mi*, V. *Quid est hoc, quòd citò invenisti?* Ch. Sy. ο'. P. O. *Quàm jam citò invenisti?* JT. ¶ *Occurreret mihi*, לְפָנָי] *Coram me*, i.e. mihi. Voluntate Divinâ occurrit quod optabam, præda ipsa [o].

21. *Utrùm tu sis*, הַאַתָּה זֶה] *An tu ipse*, vel *iste*, Ma. P. V. Aut redundat ה, aut significat *eum qui adest*; i.e. sísne iste qui loqueris [p].

23. *Benedicens*] Benedicere volens [q]. Certus animo mox benedicere [r].

24. *Tu es?*] Interrogat, vel, ut certus sit de persona [s]; vel, non ampliùs dubitans, sed ut præcipiat sibi obsequium [t].

25. *De venatione tua, fili mi*, מִצֵּיד בְּנִי] Potiùs, *de venatione filii mei*: nam צֵיד est in regimine *.

26. *Da mihi osculum*] Heb. *Osculare mihi*. Hebræus Scholiastes notat, cum dativo significare osculum manui aut humero impressum, cum accusativo, osculum oris [v].

27. *Ecce odor*, רְאֵה רֵיחַ] *Vide* (sub. *quisquis es*) *fragrantia*, V. ¶ *Sicut odor agri pleni*] Illud *pleni* addit Vulg. Ex Hebræis codicibus excidisse videtur: Est enim & in Græco & Samar. & Syriaco veteri, referente Diodoro [x]. *Pleni* floribus [y], & fructibus, quorum odorem fortasse vestes referebant. Nam in arcis (ubi vestes) rosarum folia & mala cydonia ad odorem includunt [z]. Plin. l. 17. c. 5. de terra agens, *Et cùm à siccitate continua immaduerit imbre, tunc emittit illum suum halitum divinum ex Sole conceptum, cui comparari suavitas nulla potest* [a]. Sensus est, Vestimenta hæc non redolent pædorem caulæ, in qua hæret Jacob; sed odoramenta agrorum, quos Esau perlustrare solet [b].

28. *Det Deus*] Et precatio est, & prophetia [c]. ¶ *De rore cæli*] Dicit *de rore* potiùs quàm *de pluvia*; vel, 1. quia ros minùs nocet ex terra nascentibus, & magìs nutrit ea [d]: vel, 2. quia in Palæstina bis tantùm in anno pluit; 1. in Octobri, cùm seminant, qui *imber temporaneus* dicitur in Scriptura; 2. in Aprili, ut fruges maturescant, qui dicitur *imber serotinus*. Hinc intermedio tempore agri continuo rore indigent [e]. ¶ *Et de pinguedine*, וּמִשְׁמַנֵּי] Non, *de pinguedinibus*, sed, *pinguedines*: מ non est præpositio, (tunc enim perpetuò exigit Dagesch in sequenti litera, nisi sit gutturalis) sed litera denominativa [f]. Sæpe est in Homero & Nicandro οὖθαρ ἀρούρης, i. e. *uber terræ*; h. e. pars terræ pinguissima & fertilissima, interprete Didymo. Sic Virg. Æneid. 3.—*tellus eadem vos ubere læto Accipiet reduces*: Brassicanus ad Salvian. de Prov. 7. Det tibi de cœlo rorido & terra fertili abundantiam, &c [g]. Per ista intelliguntur bona spiritualia & æterna, tanquam principaliter intenta [h].

c Ga. — d Me. — e Belg. — f Glass. gram. 551. — g He. in Ni. — h A. — i L. T. — k Riv. — l La. — m Bo. — n Jun. — o V. — p V. — q L. — r Me. — s Me. — t L. — * M. — v Me. — x G. — y V. Me. — z Me. — a G. — b Jun. — c A. — d O. — e La. — f M. — g Me. — h L.

29. *Serviant populi*] Idumæi. ¶ *Tribus*, לְאֻמִּים] *Regna*, Ch. ἄρχοντες, ο'. Regna Arabiæ & Syriæ, orta ex Agar, Cethura, Labano [i]. ¶ *Sit maledictus*] Ut Balaam. Heb. *maledicentes tibi maledictus*, i.e. quisque ex eis seorsim [k]. Est enim syntaxis distributiva, Pi. ¶ *Benedictionibus repleatur*] Heb. *benedictus*, ut Moses [l]. Impleta hæc cùm Davidi, Salomoni & Assamonæis subjecti fuerant Idumæi, Philistiim, Moabitæ [m]. Perfectiùs in Christo, cui omnia subdita sunt in cœlo & terra [n].

33. *Expavit stupore*, חֲרָדָה] *Pavore*, Sa. M. P. *tremore*, Mo. Ma. *commotione*, commotus est, O. *admiratione*, Ch. *in ecstasin incidit*, ο'. in qua Deus illi revelavit fraudem Jacob, & voluntatem suam, nè rescindere cogitaret [o]. At hoc non est verosimile, cùm sensus haberet integros, & actorum meminerit, & statim respondet, Riv. Ad iram commotus est, (erroris sui pudore confusus;) simul admiratus est, & anxius [p]. ¶ *Quis igitur ille?* ità ο'. Sy. מִי אֵפוֹא הוּא] *Quis, ubi* (vel *nunc*, vel *hîc*, Ma.) *ille?* Mo. O. Sy. M. *Quis est?* & ubi est? O. ¶ *Erit benedictus*] Qu. Annon error personæ irritam fecit hanc benedictionem? Resp. Minimé. Nam, 1. Non errabat Isaac in primaria intentione, quæ erat, ei benedicere quem Deus voluit primogenitum esse [q]. 2. Non tam benedictio hæc erat, quàm prophetia, & lingua Isaaci à Deo mota est [r]. 3. Benedictio hæc pendebat ab ordinatione Dei, non ab intentione Isaaci [s].

34. *Irrugiit*] Non tristitiam tantùm, sed ferociam, ostendens, & (ut Philo & Euseb. censent) invidentiam fraterni honoris [t]. ¶ *Benedic & mihi*, בָּרְכֵנִי גַם אָנִי] *Benedic mihi, etiam ego sum filius tuus* [v]. אָנִי pro אוֹתִי [x]. Vel *ego* est expletiva particula, & auget affectum [y]. Affixum & integrum Pronomen quandoque concurrunt cum eleganti emphasi [z].

35. *Benedictionem tuam*] Jure naturæ debitam, nisi tu indignus; vel, quam tecum *tuam* opinabar [a]; vel, *tuam* δόξασιν [b].

36. *Justè vocatum est*, &c.] *Rectè vocatum*, &c. Ch. Sa. Sy. ¶ הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ] *Num quia vocavit*, vel *vocatum est, nomen ejus?* JT. Mo. Ma. *Annon rectè parentes ejus vocârunt*, &c? Ar. Num verè vocatum est, &c? כִּי est verificativum rei [c]. *Estne hoc quia*, &c? vel, *num hoc fecit quia* [d]? ¶ *Reservâsti?* אָצַלְתָּ] *Reliquisti?* AE. in M. *separâsti?* O.

39. *In pinguedine terræ*, מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה] i. e. Terrâ pingui & fertili habitabis [e]. Pinguia & fertilia loca erant, super montem Seir, Gen. 36.6, 8. Esauo à Deo donata, Jos. 24.4 [f]. Obj. Repugnare huic videtur quod Mal. 1.3. dicitur, *disposui montes ejus desolationi*. Resp. Vel, 1. non loquitur de terra in prima constitutione, sed postquam à Babyloniis subacta esset. Vel, 2. comparatè loquitur respectu terræ promissæ [g]. Cast. vertit, *A terræ pinguetudine aberis*. Neque enim poterat Esauo dare quod jam dederat Jacobo: Et si eadem dedit, quid ille dolet? Et verba à nobis sunt. Sic enim Psal. 109. corpus tabescit מִשָּׁמֶן, *à pinguedine*, i.e. *à pinguedinis defectu*. Sic מִבֹּרַח [sed legendum מִכּוֹחַ, ut habetur in Castalionis Bibliis seorsim editis,] Jer. 48. est, *sine viribus*; & Jer. 10. מדעת, *sine cognitione*; & Lam. 4. מתְנוּבוֹת שדי est, *frugum penuriæ*. Sic Latinis *à*, aut *ab*, significat *absque* & *abesse*; ut cùm dicimus *ab re, amens, abesse*, & ἀπὸ πατρίδος [b].

40. *Gladio vives*] Fertilem terram occupabis; attamen non tam ex agricolatione, quàm ex rapina & prædatione, vives [i]. Prædicit quod nunquam impletum est in Esau, sed in posteris ejus [k]. Sic tanquam Abrahamo dictum est quod in ejus semine impletur, Gen. 12.3. & 22.18. & 15.7, 18 [l]. Porrò, Idumæi rapaces erant & bellicosi, teste Jo. de Bello l. 4 [m]. Sensus est, vel, quòd cincti hostibus militarem & inquietam vitam acturi sint [n], & fines suos armis tueri cogentur [o]: vel, quòd liberi futuri sint, & sui juris. Nullum enim jus gladii, ubi nulla libertas [p]. ¶ *Cùm excutias*, &c. כַּאֲשֶׁר תָּרִיד] Variè accipitur. *Cùm dominaberis*, (à רָדָה, F. co.) ità Abenmelech in D. K. & RS. in M. Mo. Ar. M. P. Ca. Ang. Belg. *veniet tempus in quo dominaberis ei*. Al. *quando querelam facies*, M. à רוּד. Sic RS: *Cùm Israel prævaricabitur, erit tibi occasio quiritandi super amissâ benedictione* [q]. Sunt qui sensum petunt ex Psal. 55. אָרִיד

i G. — k Jun. A. Ma. — l G. post Targ. Jer. — m Me. — n L. — o Me. post L. — p Riv. — q Perer. in La. — r La. — s Riv. — t Me. La. — v V. Ma. O. — x V. — y Q. in Ma. — z Glass. gram. pag. 220. — a Me. — b Riv. — c M. — d A. — e M. V. Mo. A. — f A. — g V. — h Ca. — i La. Me. — k V. — l A. — m La. — n V. — o Jun. A. — p V. — q F. co.

אריך בשיחו] [sed in Psalmo est בְּשִׂיחִי] quod sign. planctum super ægroto, vel super angustia [r]. *Cùm planxeris*, JT. A. (הֵרִיד sign. *planxit*: neutralis significatio interdum, licèt rarò, locum in Hiphil obtinet [s],) nempe ob duram servitutem [t]. *Cùm humiliaris*, Ti. *si pœnitentiam egeris*, Sy. *Cùm extenderis*, scil. te, (nempe, multiplicatus fueris) aut *dominium tuum* [v]. *Quando transgredientur filii ejus verbum Legis*, Ch. *Cùm deposueris*, ο'. vel *excuties*, *auferes*, quasi à ירד [x]. ¶ *Et solvas*, sic ο'. Ar. וּפָרַקְתָּ] *Et franges*, Mo. Sa. O. P. *auferes*, Ch. *abrumpes*, M. Ma. JT. *præteribit*, Sy. Implementum vide 2 Reg. 8. 20 [y]. Herodes Ascalonita ex Idumæis oriundus (cum suis) annis plus centum Judæis imperavit [z].

41. *Venient dies luctûs patris mei, & occidam*, יִקְרְבוּ וגו'] At ο'. legunt, *Appropinquent dies luctûs patris*, &c. (quam versionem Hebraica ferent) quasi patris mortem accelerandam optâsset. Quinetiam verba sic accipi possunt, ut innuat & se occisurum fratrem, & patrem ex dolore moriturum. *Luctûs patris*, pro, luctûs ob mortem patris. Vide Jer. 6. 26. Ezec. 24. 17 [a]. Patrem nolebat contristare, de matre nihil solicitus [b].

42. *Nunciata*, &c. וַיֻּגַּד דִּבְרֵי וגו'] *Et nunciata sunt verba*, ο'. Ch. Sa. M. P. *nunciatum est de sermone*, Ar. [*qu. subaudito* על *ante* דברי.] ¶ *Minatur*, sic ο'. Sy. Ar. מִתְנַחֵם] *Consolatur se*, O. Sa. M. P. Similis phrasis in Isa. 1. *Consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis* [c]. Τῇ ὀργῇ ἕπεται ἡδονή τις ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι, &c. h.e. *Iram sequitur voluptas quædam à spe ultionis*, &c. Aristot. Rhet. 2. 2 [d].

43. *Nunc ergò*] Hinc disce, quòd certitudini finis consequendæ non repugnat solicita provisio mediorum, & evitatio contrariorum: Monet enim, licèt certa de oraculo [e]. ¶ *Fuge*] Heb. *fuge tibi*. Redundat *tibi* [f], ut Gen. 12. 1. Jos. 22. 4 [g]. Nisi fortè accelerationem denotet [h].

44. *Dies paucos*, ità V. יָמִים אֲחָדִים] *Dies unos*, Mo. Ma. O. *Unum* (utpote minimum in numeris) pro *modico* sumptum [i]. Sic loquitur, ut faciliùs persuadeat [k]. Malim, *dies aliquot*: sic ο'. Sa. Sy. P. *Unus* pro *aliquis* sumitur, Jud. 12. 2. Gen. 40. 5. *nocte unâ*, i.e. quadam, Luc. 5. 12, 17. Ruth 2. 13. 2 Sam. 18. 10. AE. vertit *annos*. Valde displicet: Nam יָמִים *annus*, non *anni*. Meliùs Hiscuni, *anno uno*. Sic dicitur אֱלֹהִים אֲחֵרִים, *Deus unus*; ubi habetur ratio sensûs, non terminationis. Pariter יָמִים in terminatione plur. quando *annum* significat, sensum habet singularem [l].

45. *Cur utroque*, לָמָה וגו'] Verto, *nè fortè*, &c. Ità sæpe לָמָּה, nec semper est interrogantis, non magis quàm הֲלוֹא, 1 Reg. 20. i.e. Nè ille te interficiat; deinde vel aufugiat, vel capite pœnas det [m]. Timebat nè aut mutuis se vulneribus conficerent [n]; aut occidentem occideret sive lictor [o], ex lege, Gen. 9. 6 [p]. sive Deus, ut Gen. 4. 11, 16 [q]. Utrique consuluit: alterum immunem à periculo, alterum integrum præstat à crimine [r].

46. *Tædet me*, ità Sa. Sy. Ar. M. Ti. קַצְתִּי] *Angustiis sum affecta*, Mo. P. *compuncta fui*, Ma. *defeci*, aut *finivi me*, i.e. vitam meam, O. *pœnitet me*, Ch.

CAP. XXVIII.

2. IN *Mesopotamiam Syriæ*] *Padan Aram*: De quo vide ad Gen. 25. 20. Aug. sensit ei innotuisse conatus Esaui; quod & innuunt ο'. qui habent, *surgens fuge* [s].

4. *Semini post te*, ità ο'. Ar. אִתָּךְ] *Tecum*, Mo. Ch. Sa. Sy. M. P. *ad te*, Ma.

5. *Ad Laban filium Bathuel Syri*] Vel *Syrum*, Ma. D. Syria latè sumpta Assyriam & Chaldæam comprehendit. Unde olim *Syriacè loqui* dicuntur Chaldæi, Dan. 2. 4. & Assyrii, Isa. 36. 11. Alii volunt *Syriam* vocari qu. *Assyriam*, per aphæresin, sicut *Choniah* pro *Jechoniah*, & *Spania* pro *Hispania*. Alii, quasi à *Tyro*, (quæ Hebræis *Sor*,) unde *Sur* & *Syria* [t]. Eò pervenit, scil. postquam multa contigerunt. Prolepsis est [v].

[r] D. [s] Gloss. p. 319. [t] A. [v] O. [x] F. co. [y] G. Me. [z] T. [a] A. [b] M. [c] Ma. [d] Ga. [e] E. [f] V. [g] D. [h] V. [i] M. [k] Me. [l] D. [m] Ca. [n] Bo. O. [o] O. [p] A. [q] A. [r] Me. [s] Me. [t] D.

6. *Videns*] Fortasse culpam priorum conjugiorum initorum abolere volens, & patri rem gratam facere. Sed inconsultè accipit uxorem de ancillari stirpe, quæ in partem hæreditatis venire non poterat. Pejùs, si fecit contumaciâ, & parentum contemptu [x].

9. *Ad Ismael*] i.e. Ismaelitas. (Nomina propria pro gentilibus ferè usurpantur [y].) Nam Ismael antè 14 annos mortuus [z]. Hæc enim contigerunt anno Jacobi 77. Ismael autem mortuus est anno ætatis 137. qui fuit Isaaci 123. Jacobi 63 [a].

10. *Igitur egressus*, וַיֵּצֵא] Hîc incipit septima Sectio Legis. Quæ sectio, quando minùs completa est, *Parasha* dicitur, & tribus פ indicatur: quando plena & perfecta est, vocant *Seder*, *ordo*, & triplici ס significant, ut hoc loco factum [b].

11. *Post solis occubitum*] Heb. *quia occubuerat sol*, Mo. Ch. Sa. *venerat Sol*, seu *pervenerat*, ad terminum; vel *ingressus erat* tabernaculum, oppositum scil. hemisphærium, (è quo *egredi* dicitur Psal. 19.) subductus ab oculis hominum [c]. In campis pernoctabat, vel, quia occidente jam Sole non poterat pervenire Luzam [d]; vel, suspectos habens urbium incolas, teste Josepho [e]. ¶ *Tulit de lapidibus*, &c. מֵאַבְנֵי] At lapis unicus erat, ut patet ex ver. 18, & 22. ubi הָאֶבֶן dicitur. Resp. 1. Phrasis distributivè accipienda est, quòd tulerit de lapidibus *unum* [f]. 2. Vel *lapis* ibi pro *lapidibus*, ut Gen. 3. 2. *arbor* pro *arboribus* [g]. ¶ *Supponens capiti suo*, וַיָּשֶׂם מְרַאֲשֹׁתָיו] *Et posuit capitibus suis*, Mo. V. sing. pro plur. V. *Disposuit cervical sibi*, JT. Sy. Sa. *posuit capitalia sibi*, Ma. Delicatissimè à matre educatus lapidem habet pro pulvillo [h].

12. *Vidit scalam*] Literaliter voluit Deus mœsto & anxio Jacobo significare ejus providentiam & opem de cœlo ubique affuturam; & Angelos ipsi speciatim, tum in descensu seu abitu in Mesopotamiam, tum in ascensu seu reditu in Palæstinam, auxilio & solatio futuros; denique, Deum spectatorem & fautorem itineris fore. Ità Theodor. Gennadius, & alii [i]. Juxta Hebræos significat omnia inferiora dependere à superioribus [k]. Potiùs Christum significat, qui cœlum terræ conjungit [l]; qui se *viam* vocat [m]; vide & Joh. 3. 13 [n]. qui descendit ab Adamo per varios gradus & genitores [o]; per quem omnia bona cœlestia ad nos fluunt; qui, cùm sit caput Angelorum, efficit ut illi membris suis ministrent post manifestationem suam, & hunc honorem sibi vendicat [p]. ¶ *Angelos Dei*] Significat vel spiritus illos Heb. 1. 4 [q]. vel prædicatores Evangelii [r]. Et omnes fideles (qui erunt sicut Angeli, Matt. 22.) accessum habent ad Deum [s]. ¶ *Ascendentes & descendentes*] Mandata accipientes & exsequentes. Confer Joh. 1. 51 [t]. Judæi volunt cuique populo & provinciæ suos Angelos deputatos, qui illius curam gerunt. Ascendisse ergò eos quibus Canaan, unde Jacob deduxerant, commissa erat; descendisse verò quibus cura Mesopotamiæ, quam ingressurus erat Jacob, demandata erat [v].

13. *Et Dominum*] Insigniorem Angelum, qui Dei personam referebat [x]. ¶ *Tibi & semini tuo*] *Et*, pro *id est*, D. Me. La. sic Gen. 35. 12. Jacobo enim non erat data. Tale illud, *Judicium Paridis spretæque injuria formæ* [y].

14. *Dilataberis*, ità ο'. Sa. וּפָרַצְתָּ] *Et cresces*, Mo. Ar. *& prævalebis*, Ch. *ut erumpas*, JT. sic Ti. Ma. A. *multiplicaberis*, Sy. P. V. O. AE. in M. A. valde & citò; sic accipitur Gen. 30. 30, 43. Exod. 1. 12. 1 Chron. 4. 38 [z]. ¶ *Ad occidentem*] Ità Mo. Ch. Sa. O. P. *ad* (vel *super*) *mare*, ο'. Ma. quia mare Mediterraneum erat Canaani ad occidentem [a]. ¶ *Quasi pulvis*] Gentem Judæorum vocat Hecatæus πολυανθρωπότατον, (q.d. *multihominem*,) meritò [b]. ¶ *In te*] Onk. *propter te*. Sed cur *in te*? An *propter te* corporaliter, & in hoc seculo; propter Christum spiritualiter, & in futuro? Aut, *in te*, omnes tribus Israel; *in semine tuo*, omnes gentes [c]. *In te*, quasi in origine & parente; *in semine tuo*, i.e. per Christum, proximè & immediatè [d]. Vel, *in te*, *& semine*, pro, *in te*, *id est*, *in semine tuo*. Explicat enim priorem promissionem. Vide ad Gen. 13. 15 [e]. [*Vide quæ jam dicta ad v. 13.*]

[v] Me. [x] Me. [y] Jun. Belg. [z] Me. [a] La. [b] A. [c] M. [d] Pi. ex Jun. [e] L. [f] Walth. harm. [g] A. ed. v. 18. [h] Hi. in Ga. [i] Sic Jun. La. Bo. Me. [k] M. V. [l] F. V. L. Me. E. [m] E. [n] F. [o] L. Me. T. [p] V. [q] F. Me. [r] E. [s] T. [t] G. [v] F. [x] G. [y] D. [z] A. [a] Pi. [b] G. [c] D. [d] La. [e] A.

15. *Quæ-*

15. *Quocunque perrexeris*, בְּכֹל אֲשֶׁר תֵּלֵךְ] *In omni* (supple *via*, o'. quod exprimitur Gen. 35.3.) *quâ ambulabis*[f]. ¶ *Nisi complevero*, עַד אֲשֶׁר אִם עָשִׂיתִי] *Usquedum perfecero*, JT. o'. Ch. Sa.

16. *Dominus est*] Singulari quadam ratione hîc se esse declarat[g]. ¶ *Et ego nesciebam*] i. e. Non putavi revelationem adeò gloriosam hîc manifestari potuisse[h]. Imò videbar mihi, in hoc exsilio meo, à Deo desertus[i].

17. *Quàm terribilis!*] Quàm venerandus! quàm religiosus[k]! ¶ *Porta cœli*] Propter Dei manifestationem sic dicitur: nam quia Deo in cœlis locatur quasi regia sedes, verè prædicat Jaacob se, viso Deo, in cœlum penetrâsse. Sic Evangelii prædicatio vocatur *Regnum cœlorum*[l]: q. d. Deus hîc se præsentem & familiarem exhibet; hîc facilis per ipsum, seu ipsius opem & providentiam, (allegoricè, per Christum) quasi per apertam portam, aditus patet in cœlum[m]. *Curia cœli*, nempe propter Angelos: Nam in porta erat locus ubi judicia exercebantur, & Reges sedebant militibus suis & ministris stipati[n].

18. *In titulum*, sic o'. Ch. Sy. Ar. P. מַצֵּבָה] *Vice metæ*, V. P. *instatuam*, Mo. JT. Ti. Sa. M. O. *in signum*, Lippom. & præteritorum & futurorum[o]. Non fecit ex lapide idolum, nec lapidem venerabatur; sed tantùm erexit in monimentum & memoriam tanti beneficii, i. e. visionis[p]; ut in reditu hujus rei memoriam recoleret, quod fecit c. 35. v. 3[q]. ¶ *Erexit*] Columnæ in morem. Tales lapides erecti, vel congesti, tunc erant pro altari: Vide infrà 31. 46[r]. ¶ *Fundens oleum*] Veluti consecrationis signum[s]. Non fuit libatio aut sacrificium; nusquam enim solum oleum Deo libatum aut sacrificatum legimus[t]. Hujusmodi columnæ erant in signa religiosa, quemadmodum & altaria, Esa. 19. 19. At post Legem Mosis nec columnæ erigendæ erant, Levit. 26. 1. Hos. 10. 1. & quæ ab Ethnicis erectæ diruendæ, Deut. 7. 5. & 12. 3[v]. Hanc historiam depravârunt Ethnici. *Betul*, בֵּית־אֵל, vel Βαιτύλια, vocabant λίθους ἐμψύχους, *lapides vivos*, sive deos quos specie lapidis adorabant, ait Philo Bybliensis. Hinc Poetæ βαίτυλον vocant lapidem quem fasciis involutum pro filio Saturnus devoraverit; Jos. Scaliger ad Fragmenta vet. Græc. & Pausan. Phoc. p. 34. de Delphis. Vide Photium 557. 23[x]. Mos illorum locorum, qui & ad Græcos devenit; Clemens Strom. 7. & 1. Florid. Apuleii, & Arnob. l. 1. *Si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ordinatum, tanquam inesset vis præsens, adulabar*; Minutius. *In lapides impingere, effigiatos sanè, unctos & coronatos*[y]. *Lapis erat non magnus, super hunc oleum quotidie fundunt*, ait Pausanias Phoc. p. 34. de Delphis. *Nullas illa suis contemnet fletibus aras, Et quicunque sacer, qualis ubique, lapis*; Propert. 1. 4[z]. Ut Deo honorem exhiberet, & ei creaturam suam libaret, & lapidem, Divinæ gratiæ indicem, quodammodo honoraret[a].

19. *Bethel, quæ priùs Luza*, אוּלָם לוּז] Aliis est pars nominis, ut sit *Ulamluz*; ità o'. Sa. Ma. & alii; i. e. *porticus nucum*[b], à nucum vel amygdalarum copia †. Aliis est adverbium, *certè*, *utique*; sic D. Mo. *verùm*, Sy. *veruntamen*, M. *etenim*, Ti. *sanè*, V. P. vel *priùs*, *antè*, sic Aq. Infrà *Luza* tantùm dicitur, 35. 6[c]. Sed mirum hîc urbem poni, cùm priùs sub cœlo dormivisse ponitur. Verùm urbs nondum exstructa, nec statim hoc nomen Bethelis obtinuit. Quid si Bethel fuit locus contiguus Luzæ, imò ager Luzæ[d]?

20. *Vovit votum,—Si fuerit Deus mecum*, &c.] Quid ergò? si hæc conditio defutura esset, an Jacob Deum deseruisset[e]? Quomodo hoc vovet, quod antea debitum erat? Resp. 1. Votum fieri potest etiam de rebus præceptis; quod Greg. de Valentia aliique Pontificii nobiscum affirmant. Et in talibus votum præcepto addit novam obligationem sine primæ præjudicio. Excitat autem additio (*voti*) nostram tarditatem, & officii nostri refricat memoriam[f]. 2. Non promittit hîc cultum internum & communem, sed specialiorem, nempe, consecrationem loci, & Decimas, &c[g]. 3. Alii hæc verba referunt ad conditiones voti, non ad ipsam voti substantiam, *Si fuerit Deus mecum—denique, si fuerit mihi Jehovah in Deum, tum hæc strues lapidum*, &c[h].

[f] A. [g] Jun. Pi. [h] Belg. [i] Os. [k] T. [l] V. [m] T. [n] Med. de Ecclesiis, sive locis cultûs, l. 2. sec. 2. [o] L. [p] V. T. E. [q] E. [r] G. [s] Jun. A. To. in La. [t] La. [v] A. [x] Ga. [y] G. [z] Ga. [a] Me. [b] G. † Me. [c] G. [d] V. [e] Bo. [f] Riv. [g] L. E. La. Bo. Riv. [h] Ità Jun. & Deodatus & RS. in Merc.

Rectè: videtur enim Jacob allusisse ad illam promissionem, *Deum fore Abrahamo*, &c. *in Deum*[i]. Possunt hæc verba respicere promissiones factas v. 13, 14[k].

22. *Vocabitur Domus Dei*] Heb. *Lapis—erit domus*, i. e. locus in quo statuam erexi erit domus. Contentum pro continente & locatum pro loco sæpe ponitur[l]. Locus ubi invocabitur nomen Dei. Talia multa habebant successivè; ut *Gilgal*, *Bethel*, *Silo*, Amos. 5. Nostri *Moriah* esse volunt; [sic L.] Sed errare convincuntur ex Jos. 18. ubi in tribu Benjamin *Bethel*, & *Jebusi* (i. e. Jerusalem,) separatim describuntur[m]. Locus in quo lapis hic erit mihi sanctus; & super lapide hoc, quasi super altari, sacrificabo[n]. ¶ *Decimas offeram tibi*] Qu. Cui hoc præstitit? Resp. vel, 1. Melchisedeco, Q. in O. vel, 2. Domino in sacrificio; vel, 3. vovit danda sacerdotibus tempore Legis, O.

[i] Riv. [k] A. [l] Glass. Rhet. p. 55. [m] M. [n] Me.

CAP. XXIX.

1. PRofectus, &c.] Heb. *Levavit pedes*. Exprimit gestum ambulantis; q. d. Pedes profectus est, non eques[o]. Maturavit gressum[p]. Non invitus, ac quasi pedes trahens, sed alacris, iter confecit, Divino oraculo confirmatus[q]. Solus domo egressus, ut colligitur ex cap. 32. 10[r]. Mirum videri posset, Jacobum sine ullo apparatu vel comitatu missum, cùm Abrahamus misisset servum cum magno comitatu. Sed, 1. Dispar est ratio: Nec servus ille (*Eliezer*) notus erat iis, nec status familiæ Abræ, ut tali specimine opus esset; at Jacobus satis notus & *filius* erat. 2. Ex speciali Dei providentia hoc factum, ut curam Dei experiretur. 3. Ex consilio matris, quæ, cùm videret ipsi manendum, non judicavit è re ut famulitium secum duceret. 4. Hoc (etsi probabile est ei potestatem datam asportandi quid vellet, tamen) factum, nè fratris invidiam augeret, sed potiùs occultaret discessum, & præcaveret insidias[s]. Hebræi dicunt Jacobum à patre recessisse cum bona comitiva & copia argenti & auri; sed ab Eliphazo filio Esaui (qui cum armatis eum insecutus erat) spoliatum omnibus, sed non occisum. Et hæc erat causa fletûs v. 11[t].

2. *Adaquabantur*, יַשְׁקוּ] *Adaquabant*, scil. incolæ. Locutio impersonalis[v]. ¶ *Claudebatur*] Cautio necessaria erat, ut greges salubriùs, puriùs & copiosiùs potarentur; neque enim erant copiosi latices[x].

4. *Fratres*] Nomen amoris, officii, & societatis, ut pastor pastores alloquitur[y].

5. *Filium Nachor*] i. e. *Nepotem*. Ejus nomen celebrius erat quàm *Bathuelis*, quia caput erat & princeps familiæ[z].

6. *Sanúsne est?* ità V. Sy. הֲשָׁלוֹם לוֹ] *Num pax* (*integritas*, O.) *illi?* o'. Ch. Sa. M. P. *Recténe habet?* V. Verùm Hebræi *pacis* nomine omnia prospera complectuntur. Hinc, ut Græci in epistolis dicunt ὑγιαίνειν, εὐπράττειν, quod omnem successum bonámque fortunam significat; Hebræi scribunt שָׁלוֹם, i. e. *pacem*; unde & Christi salutatio erat, *Pax vobis*[a]. ¶ *Ecce Rachel*] Ævo illo pudicitia cum simplicitate vigebat. Puella dives, speciosa, nubilis, sine periculo & suspicione inter pastores versabatur[b].

8. *Non possumus*] Vel ob lapidis magnitudinem[c], vel propter morem[d], aut legem[e]; non jure possumus: sic verbum accipitur in Gen. 34. 14. & 43. 32. & 44. 26[f].

9. *Rachel veniebat*, &c.] Sive hoc ab ipsa ordinariè fuit factum, sive hoc tempore mandatum[g]. Ego prius verisimilius puto, consideratâ patris avaritiâ[h].

10. *Amovit*] Vel cum pastoribus[i], vel suo robore[k], quod ipse auxit continuâ castitate & temperantiâ[l]. Amovit, quia intellexerat solam exspectari, & in futuram conjugem officiosus[m].

12. *Et indicavit*, וַיַּגֵּד] Verte, *Et renuntiaverat*, scil. antequam oscularetur[n]. ¶ *Frater*] i. e. Cognatus[o], ut v. 15. & Gen. 13. 8. & 24. 27[p].

13. Cùm

[o] V. [p] F. [q] Jun. Pi. Ma. La. [r] Me. [s] Riv. in c. 28. init. [t] L. ad v. 11. [v] Pi. [x] Me. ex La. [y] Me. ex La. [z] Me. ex L. La. [a] F. [b] Me. La. [c] Jun. Ma. A. [d] Ma. [e] Walth. [f] A. [g] Ma. ex Jun. [h] Pi. [i] A. L. [k] A. [l] La. [m] Me. [n] V. [o] F. [p] Belg.

13. *Cùm audisset*, &c.] Heb. *cùm audivisset auditionem*, i. e. famam, vel rem auditam. Sic *auditio* sumitur Marc. 1. 28. Rom. 10. 16[q].

14. *Os meum*, &c.] Ex ossibus meis; ex eodem osse, & carne, ex quibus ego; nempe ex Teracho[r]. q. d. Quid multis opus est? missa fac ista, obsecro; hoc enim commune vinculum tanti est apud me, ut alia omnia de quibus videris laborare aut esse nihil, aut nihil ad me pertinere, putem[s]. Cùm ad me tutelæ atque conjugii causâ confugeris, apud me securus esto, & uxorem delige[t]. Non possum non annuere tuis desideriis[v]. ¶ *Dies mensis*, [חֹדֶשׁ יָמִים] *Mensem dierum*, ό. Ch. Sa. Sy. Mo. A. i. e. mensem integrum, vel totum[x]. (Sicut *annus dierum*, 2 Sam. 14. 28. est integer annus[y].) Hypallage est, pro, *dies mensis*[z].

15. *Num quia frater meus es, gratis servies mihi?* sic V. Jon. P. Calv. aliique, [הֲכִי אָחִי אַתָּה וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם] Sensus duplex esse potest: vel, quòd nimis absurdum sit & injurium, fraudare justâ mercede propinquum, cujus major habenda est ratio quàm extranei; vel, quòd sub colore propinquitatis nolit gratuitas operas exigere. Hæc secunda expositio meliùs quadrat, & ferè omnium consensu recepta est[a]. [At eam non probat Di.] Quæ enim causa interrogationis? An fratrem gratis servire aut mos, aut lex, aut natura suadebant? Imò mancipiorum erat gratis, non liberorum, multò minùs fratrum. Ideóque sic verto, *Annon frater meus es? & servires mihi gratis?* q. d. Cùm frater sis, adeò injurius essem, ut gratis servitium exigam? Sic ό. quoad sensum. Ità הֲכִי idem est quod הֲלֹא: כִּי verò non significat *quia*, sed est particula completiva, ut כִּי Syris, & δὴ Græcis. Vide Matt. 19. 17, & 25. Luc. 18. 8. & passim[b].

17. *Lippis oculis*, [רַכּוֹת] Teneri, P. Caj. Mo. F. V. A. Sa. Sy. M. P. i. e. debiles, F. V. molles, O. i. e. volubiles erant, ac proni ad lacrymas[c]. *Pulchri*, Ch. Ar. q. d. Lea tantùm oculis formosa erat, Rachel toto corpore[d]. Aliis רַכּוֹת est pro אֲרֻכּוֹת, quòd habuerit *longos & deformes oculos*[e]. ¶ *Decora facie*, &c. [יְפַת תֹּאַר] *Pulchra formâ*, Mo. O. M. P. A. Ar. vel *specie*, ό. vel *aspectu*, Sy. ¶ *Et venusto aspectu*, [וִיפַת מַרְאֶה] *Et pulchra aspectu*, M. P. Mo. O. A. ό. Ch. תֹּאַר notat corporis constitutionem & proportionem; מַרְאֶה coloris gratiam[f].

18. *Serviam*] More prisco uxores emebant[g]: David Michalem centum præputiis, & Hosea 15 argenteis, &c. Ità apud Græcos & Romanos, ut fusè declarat Brissonius[h]. Jacob inops erat, nec emere poterat; itaque pro pretio septennium servit[i]. ¶ *Septem annis*] Quidam servitutis tempus præcurrisse conjugio negant[k]. Ideóque septennium illud perbreve ei visum erat, cùm Rachele uxore potiretur[l]. Reliqui affirmant[m].

20. *Pauci dies*] Obj. At contrà, amantibus omnis mora longa & gravis est. Resp. *Dies* hîc accipitur pro opera & labore dierum, qui parvus videbatur[n]. Illis 7 annis operam non aliter navavit, acsi ad paucos tantùm dies se obstrinxisset. Ità Abarb. & Is. Arama & R. Bechai[o]. Quare & Jacob dicit v. 21. Impleti sunt *dies*, non, *anni*, quò extenuaret septennii laborem[p]. Videbatur sibi vili pretio illam acquirere[q]. Nihil enim durum est quod fit libenter[r]. Præterea, brevis & levis videbatur collatus cum rei comparatæ excellentia[s].

21. *Da uxorem*] Jam enim verbis de præsenti matrimonium contractum[t]. ¶ *Uxorem*] Nempe desponsatam: sic Matt. 1. 18, 19. & Luc. 2. 5[v]. ¶ *Tempus impletum*] Vel *tempus ætatis*, q. d. uxori maturus sum plùs satis; (agebat enim annum quasi 76[x]. vel 84[y].) vel *tempus servitii*[z], nempe septem anni, v. 18[a]. ¶ *Ut ingrediar*] Ut fruar illâ, sive operam dem proli[b].

23. *Vespere*] Virgines, dum nubebant, verecundiæ causâ in tenebris viri thalamum adibant[c], & quidem obvelatâ facie. Unde *nuptiæ* à *nubendo*, i. e. velando[d]. Peccavit Lia obtemperando parenti; consensit enim in stuprum, imò adulterium[e].

24. *Ancillam*] Modica dos, & pro nulla postea reputata, infrà 31. 15[f].

25. *Quare imposuisti mihi?* ità Ti. [רִמִּיתָנִי] *Decepisti* *me?* Mo. ό. Sa. Sy. M. P. A. *mentitus es mihi?* Ch. *despexisti me*, aut *projecisti?* O. *fraudâsti me?* Ar. Jacob decepit patrem, subornatâ fratris personâ; & jam deceptus est à Lia, subornatâ Rachelis personâ[g].

[q] A. [r] Pi. [s] Jun. [t] La. [v] Bo. [x] P. Ti. A. Jun. [y] A. [z] Pi. ex Jun. [a] Calv. [b] Di. [c] Me. [d] V. F. [e] M. [f] F. A. [g] Me. T. [h] T. [i] Me. [k] Ità Q. in A. & Jun. [l] Jun. [m] Ità Pi. & Pirkei Eliez. in A. Belg. &c. [n] Hi. in L. [o] Mais in Var. sac. [p] R. Bechai in Mais. [q] Ibid. [r] Ca. [s] T. post L. Ca. [t] Me. [v] Belg. [x] Jun. [y] He. in L. [z] V. A. Belg. Pi. [a] Pi. [b] V. [c] Me. [d] E. [e] Me. in v. 24. La. [f] Me.

26. *Non est—consuetudinis*, *non est mos*, Ti. [לֹא יֵעָשֶׂה כֵן] *Non fiet sic*, Mo. *non fieri solet*, JT. Ch. aut *potest*, A. Videtur fingere consuetudinem: nam si hæc obstaret, quomodo publicè nuptias celebrat, quasi daturus Rachelem, quam omnes sciebant esse natu minorem[h]?

27. *Imple hebdomadam dierum hujus*, [שַׁבַּע זֹאת] *Hebdomadam illius*, scil. *Liæ*; ità M. F. V. Dies septem nuptiali lætitiæ dicatos ex more illarum regionum, Jud. 14. 12, 15, 17[i]. ¶ *Et hanc dabo*] Sed sub lege operarum septennii[k] alterius[l]. Alii tamen sic intelligunt, quasi Jacob adhuc septem annos alios implere debeat pro Rachel, & tum eam ducere, &c. referentes זֹאת ad hebdomadam hoc sensu, *Imple septenarium istud, annorum* scilicet[m]: Sed malè[n]. Nam זֹאת est fœm. non ergò refertur ad שָׁבוּעַ, quod masc[o]. Nec anni (non plures quàm viginti) quibus mansit apud Labanem patiuntur tantas moras[p]. Vide Gen. 30. 24. & 41. 46. & 47. 9[q]. ¶ *Dabo*] Heb. *Dabimus*, ego, uxor & amici[r].

31. *Quòd despiceret Liam*] Heb. *odiosa erat*; comparatè; i. e. minùs dilecta. Sic Deut. 21. 15. Matt. 6. 24. Luc. 14. 26[s]. Ità Israel *justus* dicitur, comparatè ad Chaldæos[t]. ¶ *Aperuit*] Nota quomodo Deus dona sua distribuit, ut omnibus quidem det aliqua, sed nulli omnia[v].

32. *Reuben*] *Videte filium*, quem Deus dedit mei misertus[x]. *Filius visionis*, seu providentiæ Divinæ, quâ Deus providit mihi de filio. Ità grata in Deum mater voluit etiam in ipso nomine filii perennem beneficii Divini memoriam exstare[y].

33. *Quoniam audivit*, [כִּי שָׁמַע] *Certè*, vel, *Novi quòd*, *exaudivit* me, vel preces meas, *quòd* haberer odio[z]. *Audivit*, pro, *exaudivit*; simplex pro composito, ut moris est Ebræis. Sed tunc dixisset, *audivit me*. Potiùs expono, *intellexit*, ut Gen. 42. 23. *nesciebant Jos. audire*, i. e. intelligere; & Gen. 11. 7. *ut non audiat vir*, i. e. non intelligat; & alibi, *gens, cujus linguam non audietis*[a].

34. *Copulabitur*, [יִלָּוֶה] Ità Mo. Ch. O. M. *sociabitur*, V. i. e. *adhærebit mihi*, pro, unicè me diliget[b]. *Mutuabit se mihi*, O. *applicabitur mihi*, Aq. in D. *adjungetur*, A. Ma. *propensus erit*, Ar.

35. *Confitebor*] q. d. Planè fatebor Deum authorem esse omnium bonorum, unde eum collaudabo. Jam priùs gratias egerat; sed quia uberior laudis materia suppetit, fatetur non semel, sed sæpius, se Dei gratiâ adjutam esse[c].

CAP. XXX.

1. INvidit, ità ό. Ch. Sa. A. P. [וַתְּקַנֵּא] *Æmulata est*, M. Ti. JT. *Fœmineum* genus est ἐπίφθονον καὶ φιλόψογον, (*invidum & querulum*,) Eurip[d]. ¶ *Da liberos*] h. e. ut Hebræi exponunt, Effice & impetra filios precibus tuis, ut pater tuus impetravit Rebeccæ[e]. Verba impatientiæ, & speciem habentia blasphemiæ[f]. ¶ *Alioquin moriar*] Sensus est, vel, 1. Enecabit me, causa erit ut citiùs moriar[g]: perii, actum est de me[h]. Invidia tabescere facit ossa, Prov. 14. 30[i]. Vel, 2. Memoria mei planè morietur. Parentes in liberis quasi vivunt. Hebræi dicunt, *Cui non sunt liberi, perinde est acsi mortuus sit*[k]. Vel, 3. Vita mihi acerbior erit morte[l]. Vel, 4. Violentas manus mihi inferam[m]. Vel, 5. *Ecce sicut mortua reputor ego*[n].

2. *Num pro Deo*, &c?] Sic plerique. *Num supra Deum ego?* Ar. At Ch. *Nonne à facie Domini debuisses petere, qui prohibuit te*, &c? Pulchrè Hebræi notant Dominum sibi reservâsse tres claves, *quas nec Angelo nec Serapho tradit*, inquit Par. Jeros[o]. 1. *Vitæ*, (*fœcunditatis*[p], sive *generationis*, ut ex hoc loco patet, & ex 1 Sam. 2. 5, 6. Psal. 113. 9. & 127. 3[q].) 2. *Pluviarum*, Deut. 28. 12. 3. *Sepulchrorum*, seu *resurrectionis*, Ezec. 37. 12[r]. [His quartam addit T. nempe *alimoniæ*, Psal.

[g] Li. [h] Me. [i] G. sim. L. E. JT. sic Sy. AE. & K. & Hi. in F. co. A. La. Bo. Ma. Me. [k] G. [l] Me. [m] F. co. sic Jo. in T. [n] T. [o] M. [p] T. A. [q] A. [r] Jun. [s] A. Jun. [t] D. [v] La. [x] Me. V. [y] T. [z] V. [a] D. [b] V. [c] V. [d] Ga. [e] F. [f] Me. [g] F. [h] V. [i] A. [k] F. [l] Me. [m] Chrysost. apud Me. [n] TJ. [o] F. [p] G. [q] A. [r] T. post M. G.

144. 16.] Has quatuor claves recitat Paraph. Hierosf. in Gen. 30. 22 [s].

3. *Pariat super genua mea*] Videtur esse ellipsis; *ut pariat* liberos ponendos *super genua mea* [t]. Ut filium ex ea, utpote ancilla mea, natum, excipiam pro meo, & (ut solent matres, Isa. 66. 12.) super genua statuam [v]. Ut tanquam meum bajulem, & in sinu reponam [x]. *Ut pariat in sinu meo*, Ar. *Et ego ero nutrix*, Ch. Honchala scribit moris fuisse, ut quæ alterius prolem voluit adoptare, puerperam gremio insidentem inter pariendum genibus fulciret, & infantulum recèns natum super genua sua statueret [y]. ¶ *Et habeam ex illa filios*, ità P. JT. ο'. [אִבָּנֶה] *Ædificer*, F. O. Posteritas in filiis quodammodo ædificatur, i. e. restauratur & conservatur. Unde Hebræi dicunt, *Qui non habet liberos, non est ædificatus, sed quasi dissipatus*. Sic etiam vocant, quia, ut ædificium, ità liberorum procreatio & educatio, magnam curam & diligentiam requirit [z]. *Ædificabitur domus mea ex ipsa*, Ar. *& filiabor*, V. *& consolabor per eam*, Sy.

6. *Judicavit me*, דָּנַנִּי] *Causam meam egit* instar patroni [a]. *Adjudicavit mihi*, Ar. i. e. Pronunciavit pro me. Non tam Dei bonitatem celebrat Rachel, quàm sibi ipsa plaudit; more hypocritarum, qui, ubi prosperior afflavit fortuna, insolescunt, acsi omnibus eorum factis ac dictis faveret Deus [b].

8. *Comparavit me cum sorore Deus, & invalui*, נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי] Variè exponitur. 1. *Luctationibus Dei*, i. e. magnis & præclaris, *luctata sum*, sub. ut superarem illum [c]. Luctabatur autem precibus, inquit Chaldæus [d]. *Luctationibus Dei*, i. e. precibus Deo directis, colluctata sum, & favore ipsius superavi [e]. *Luctationes Dei* dicuntur, non tam quia vehementissimæ erant, quàm quia divinitùs perficiebantur, iisque Deus ipse intererat & præerat [f]. *Misericordiam à Deo consequuta sum*, Ar. *Summâ contentione contendi*; vel, conatibus multis conata sum, cum sorore [g]. At AE. & K. vertunt, *pervertere*, *obliquare*, scil. corpus; quod faciunt luctatores, qui quærunt alterum subvertere [h]. 2. *Conversionibus* (vel *vicissitudinibus*) *Dei conversa sum*: ità Aq. D. Quod rectius est: Nam פתל est & *versio*; ubicunque autem versio fit, ibi est vicissitudo: q. d. Rachel, Ut soror mea primò fœcunda, nunc sterilis; ità ego nunc fœcunda, & ipsa sterilis [i]. 3. *Additione*, vel *conjunctione*, vel *conjunctionibus*, *Dei conjuncta sum cum sorore mea*; non est cur quicquam sibi proprium arroget [k]. i. e. Recuperavi quod perdidi; sorori æquata sum [l]; imò excellui eam [m]. פתל enim est *addere*, vel *conjungere*; unde פָּתִיל *filum*, & *ligamen*, quo aliquid conjungitur [n]. 4. *Duplicata sum duplicationibus Dei*; quia פָּתִיל est *filum retortum* [o]. i. e. Duplici partu æquata sum cum sorore mea; vel, duplò major & superior evasi [*]. 5. *Calliditatibus Dei callidè egi cum sorore*, O. *Callidè colluctata sum*, & vici, dum pro me sterili ingeniosè & astutè ancillam meam subrogavi [p]. Vel potiùs, *Involutionibus Dei* (i. e. magnis, aut à Deo concessis [q], non à malo Spiritu [r],) *involuta sum*: q. d. Calliditatibus sorori absconditis, & mihi à Deo detectis, vici, &c [s].

11. *Feliciter*, supple, *mibi res evenit* [t], בְּגָד] ο'. vertunt ἐν τύχῃ, i. e. *cum bona fortuna*. (In al. libris ἐτύχησα, *bonâ fortunâ usus sum* [v].) Sed ב non potest esse præpositio, quia tunc sub ב esset [:] vel [-] [x]. [At ipse D. in quæst. epist. 100. notat veteres legisse בְּגָד, licèt nunc בָּגָד: de qua lectione, inquit, monent nos Masoritæ.] Alii, *Venit felicitas*, vel *prosperitas*; ità Ch. V. P. Mo. i. e. Bene mihi cessit, quòd ancillam viro tradiderim [y]. *Venit fortuna*, quasi duæ essent voces, בָּא גָד: (multa hîc exemplaria describunt cum א †:) ità Ch. quem plerique Hebræorum sequuntur. Exclamatio est, ut solet in subito aliquo prospero eventu [z]. q. d. Affulsit mihi benignius astrum [a]. *Stellam Jovis* Hebræi צדק, Cedreni Arabes גד, vocant, quòd ea felicissima ab astrologis crederetur [b]. Notat Abarbaniel: & adde Esa. 65. 11. & Rabbini sic eam vocant ex Arabismo, teste AE. Huic mirè congruunt Liæ mores gentilitii, superstitiosissimâ Chaldæorum stirpe prognati. Aq. (accuratus interpres) vertit, *Venit accinctio*. Malim, *accinctus*, (ut Hi. vertit, & Aq. alibi.) Forsan hoc natum ex Syriaco גדוד *juvenis*; sunt enim juvenes plerumque εὔζωνοι, *gnavi*, *strenui*. Fortè spectavit Aq. Jos. 1. & 4. ubi Gaditæ εὔζωνοι [c]. Alii exponunt *turmam*, (à גְּדוּד *turma*, F.) *Venit turma*, Sa. JT. Belg. vel, *cum turma*, A. vel, *in exercitum*, O. q. d. *Jam turmam filiorum nacta sum* [d]. Et huc nos ducit Moses infrà, c. 49. 19. Quæ allusio non quadraret, nisi consilium Liæ fuisset de turma sibi gratulari. Ut mirum sit quosdam pro fortuna accepisse. Alii, *Venit coactor*, sive *dux*, *copiarum*; ut idem sit quod גְּדוּד. Iste erit imperator inter fratres [e].

13. *Hoc pro beatitudine mea*, ità O. בְּאָשְׁרִי] *Ad felicitatem meam*, V. vel, *in* (sive *cum*) *beatitudine mea*, V. Ar. M. Sa. Ma. Mo. Ti. A. i. e. Mihi feliciter cessit quòd viro ancillam dederim [f]. i. e. *O me beatam!* ut rectè Græcus [g]. *Beatè est mihi*, JT. *Pro gloria mea*, Sy. *E laude mea est*, Ar. *Laus erit mihi*, Ch. *Cum beatitate mea*, sub. *natus est hic*, Pi. Quod faustum sit & felix, &c. Jun. AE. exponit ב pro בַּעֲבוּר. *Propter felicitatem meam natus est hic filius*, M. P.

14. *Mandragoras*, דוּדָאִים] Quæritur quid hoc. Resp. *Mandragoræ*, sive, ut ο'. μῆλα μανδραγορῶν. Mala autem iis inter folia sunt, ait Dioscor [h]. Hominis effigiem præ se fert; habet figuram capitis & manuum [i]. Non omnino vanum est, si rectè intelligatur. (Nam quod agyrtæ circumferunt humanâ effigie impostura est, ut notat Matthiolus.) Pythagoras eam ἀνθρωπόμορφον appellat, (q. d. *hominiformem*,) & Columella *semihominem*: credo, quia à medio ad imum bifurcata hominem repræsentat, saltem umbilicotenus [k]. Radices hujus sunt binæ vel ternæ cujuscunque caulis, eæque mutuis complexibus junguntur, non pdero dissimiles. Paucis illis locis S. S. ubi דוּדָאִים est, satis convenit. i. e. *Mandragora* φίλτροις, vel amoris illecebris, idonea habita fuit, teste Dioscoride [m], item Theophrasto, Epiphanio, & aliis: hinc *Circæa* dicta, & *pomum amoris* [n]. Dicunt eam libidinem excitare [o]; menstrua ciere [p]; conceptum promovere [q]: quod præstat, & quia ὑπνωτικὴ est, ideóque retinendo semini confert; & quia purgat [r]. (*Semen mandragoræ potum vulvam purgat*, Plin. l. 26. c. 15 [s].) Hinc Venus dicta *Mandragoritis* [t]. At objicitur 1. quòd est frigidæ qualitatis. Sic AE. Resp. Hoc non obstat; nam in calidis regionibus vulvæ constitutio frigidis temperatur [v]. Obj. 2. *Dudaim* habent odorem suavem & gratum, Cant. 7. quo caret Mandragoras. Resp. 1. Dicitur Cant. 7. tantùm *odorem dare*, non, *odorem suavem*. 2. Eam jucundè cum gravitate quadam olere testis est Dioscor. Augus. ait suaveolentem esse; quod expertum se dicit, contra Faustum Manichæum l. 22. c. 56 [x]. Idem affirmant Levinus Lemnius, de herbis medicis, & Cass. in Cant [y]. Obj. 3. Mandragoræ tum non erant maturæ. Resp. 1. Messis tritici erat post messem hordei [z]. Vide Exod. 9. 32. Mandragoræ Vere exeunte florent, Cant. 7. 13. fructum ferunt demum Autumno [a]. 2. Non dicit has fuisse maturas. 3. Citiùs fructus maturescunt in calidis regionibus [b]. Qu. Cur eas tantopere appetivit? Resp. vel, 1. ut philtrum, & ad conceptum, sed frustrà: nam tres adhuc annos sterilis mansit; postea fœcunda facta, non virtute mandragoræ, sed beneficio Dei [c]. Vel, 2. cibi causâ [d]. A pastoribus (qualis erat Jacob cum suis) esitari solita mala mandragoræ testatur Dioscorides [e]. Vel, 3. ob pulchritudinem [f]. Erant enim colore aurea, vel crocea, teste Diosc [g]. Vel, 4. ob raritatem. Vel, 5. quia præcoces erant: solent enim primi fructus gratiores esse [h]. At דוּדָאִים alii aliter vertunt: Q. *jesceminum*, (quod λευκόϊον *alba viola* est, cujus flos spectatissimus, & odor optimus [i];) ità RS. in Ful. sed nullam probabilem rationem adfert. Alii vertunt, *lilia*; sic Fanciscus Georgius Venetus, [sic & O.] At *lilia sosannim* appellantur. Tremellius & Junius (qui viri! & quales!) vertunt, *flores omnes amabiles*; [probat & Pi.] quod vel nomen suadet, ab amore ductum. At omnes qui adferre potuit? Et etymologiam testem fallacem esse quis nescit [k]? Vox exstat solùm hîc & Cant. 7. 13 [l].

15. *Dormiat tecum*] Solebat Jacob, pacis & æquitatis causâ, noctes partiri uxoribus [m].

18. *Dedit mercedem mihi*] i. e. Mercedem quam dedi Racheli abundè compensavit [n]; vel, simpliciùs, Remune-

[s] F. in Gen. 30. 22. [t] Pi. [v] La. [x] Bo. ità F. V. L. Me. [y] Me. [z] F. [a] M. [b] V. [c] Ità V. Me. F. co. D. M. ex K. & AE. P. A. JT. Sa. Mo. [d] F. co. [e] Belg. [f] Glass. gram. p. 422. [g] Q. in V. [h] M. F. co. V. [i] F. co. [k] F. co. [l] V. [m] F. co. [n] M. F. co. [o] V. [*] Ma. [p] Me. [q] O. [r] Ma. [s] O. [t] Ful. misc. 5. 17. [v] Nobil. [x] D. [y] V. [†] Ma. [z] F. co. [a] D. epist. 100. [b] G.

[c] Ful. [d] F. ità Riv. Jun. Pi. O. [e] V. [f] V. [g] A. [h] F. co. sic Ch. AE. & K. in Ful. misc. item Jo. & Aq. in D. Sy. Ar. L. E. Me. T. Sa. P. M. Mo. O. A. Ma. Ti. [i] Ge. in M. K. in D. [k] D. [l] F. co. [m] Ful. [n] T. [o] M. [p] F. [q] M. F. [r] Ful. [s] G. [t] Ful. 6. 6. [v] D. T. [x] D. [y] La. [z] D. L. Me. [a] Me. [b] D. [c] T. [d] Jo. in D. [e] Ful. [f] D. [g] Ful. [h] D. [i] Ful. [k] D. [l] Pi. [m] La. Me. [n] Jun.

Remuneratus est me, propterea quòd dedi ancillam, &c [o]. ¶ *Quia dedi*, &c. ità Pi. אֲשֶׁר נָתַתִּי] *Postquam dedi*: i. e. etiam tum filium largiens, quum, de partu desperans, ancillam meam viro exposueram [p]. ¶ *Issachar*] Sonat, *Est merces*, vel, *vir mercedis*, vel, *merces viri*, Ma.

20. *Dotavit me*] Vel, *donavit*: ità omnes, V. Duo verba זָבַד & זֶבֶד non reperiuntur nisi hîc [q]. Extraordinarium & præstantissimum donum his verbis designat [r]. Donavit mihi munus bonum [s]. ¶ *Dote bonâ*] Matrimonio quasi dirempto redintegrando, Deus mihi fœcunditatem reddidit [t].

23. *Opprobrium meum*] Scil. sterilitatis; quia scriptum Deut. 7. *Non erit sterilis* [v]. Vide etiam 1 Sam. 1. 6. Isa. 3. 28. sive 4. 1. & Luc. 1. 21 [x]. Sterilitas tunc magno dedecori erat [y]. 1. Quia fœcunditas erat ex benedictione Dei: *Crescite*, &c [z]. 2. Steriles videbantur excludi à promissionibus Dei Abrahamo factis de semine ejus multiplicando. 3. Nec Messias poterat esse ex talium posteris [a]. ¶ *Abstulit*, ità Ch. Sa. Sy. ο'. A. P. אָסַף] *Collegit*, Ar. O. A. M. Ma. Nota phrasin *colligere*, pro *adimere*; prius pro posteriore. Quæ enim ablata volumus, priùs colligimus: unde dicimus, *sarcinas collegit*, i. e. abiturus est [b]. *Colligere* est *auferre*, ait Nonius c. 4. & Lucilius l. 30 — *ruis hæc & colligis omnia furtim*. Plautus Aululariâ, *Quin ipse pridem tonsor ungues dempserat: Collegit omnia, abstulit præsegmina* [c].

24. *Addat*, יֹסֵף] Votum ejus hoc erat [d]. Alii, *Addet*; sic F. V. D. Pariam adhuc alium [e], vel plures [f]. Sic *Jareb* nomen est ex futuro ירב. Alii vertunt, *addens*. Sed hoc refellit plenior scriptura יהוסף, Psal. 81. 5. unde constat ex futuro (Hiphil, Ma.) factum nomen [g]. Nomen Joseph notat *Filium auferentis probrum, & alterum addituri* [h]. Ità ex duobus verbis cognatis, *Asaph* & *Jasaph*, nomen filio conflavit [i]. Conjugatio Hiphil hîc magnum & certum incrementum significat [k].

27. *Inveniam gratiam*] Heb. *Si inveni gratiam*; si tibi charus sim [l]. Et quæ sequuntur ad finem versûs concludi debent parenthesi [m]. Alii subaudiunt, *mane mecum, nam expertus*, &c [n]. ¶ *Experimento didici*] Ità נִחַשׁ sumitur Gen. 44. 5, 15. 1 Reg. 20. 33 [o]. Alii sic; *Compertum à me est divinatione* per Teraphim [p]. Nam נִחֵשׁ est *divinare* & *augurari* [q]. Vel sic; Non secùs mihi hoc perspectum, quàm si vaticinio, vel augurio compertum esset [r]. ¶ *Propter te*, בִּגְלָלֶךָ] *In devolutione tua*, quâ ex domo paterna ad nos devolutus es; tuo adventu. Vide Gen. 12. 13. Vel, causâ, occasione tui: tu enim es qui tot bona in me devolvisti [s].

28. *Constitue*, ità Ch. M. P. נָקְבָה] *Distingue*, ο'. i. e. distinctè pronuncia, Nobil. *Explica*, vel *declara*, O. Caj. Ar. Sa. ὅρισον, *defini*, Sym. *nomina*, A. ut ο'. sæpius vertunt, D. *Defige, præfige, transfige*, sive *perfora, excava*, &c. *mercedem tuam super me*: Tropus obscurus [t]. Impone mihi quamcunque mercedem [v].

29. *Et quanta in manibus meis fuerit possessio tua*, וְאֵת אֲשֶׁר הָיָה מִקְנְךָ אִתִּי] *Et quæ fuit acquisitio tua mecum*, Mo. Ma. & *quale fuerit pecus tuum*, JT. & *quomodo fuerit armentum tuum apud me*, Ar. & *quanta erant pecora tua mecum*, ο'. Ch.

30. *Modicum habuisti antequam venirem ad te*] Confirmant hunc sensum quæ sequuntur. *Quod erat tibi* לְפָנַי, *in conspectu meo*; i. e. quæ pecora fidei meæ commisisti [x]. *Ante me*, P. M. h. e. ante adventum meum [y]. Metonymia subjecti [z]. ¶ *Ad introitum meum*, לְרַגְלִי] *Ad pedem meum*, Mo. Ma. *ad illatum pedem meum*, JT. P. *ad adventum meum*, M. V. Me. A. Ità *pes* sumitur Hab. 3. 5 [a]. Vel, *in pede meo*, ο'. Sa. *propter me*, Ch. Sy. Ar. Ti. *per auxilium meum*, Sa. vers. Labore meo; sic pes accipitur Deut. 11. 10 [b]. *Per pedem meum*; me hinc indè discurrente [c]. Ad ministerium meum, qui pascendo greges obambulavi hàc illàc, (dies noctésque discurrens, tuásque res sedulò curans [d].) Meton. efficientis [e]. ¶ *Provideam domui meæ*, אֶעֱשֶׂה וגו'] *Faciam*, Ch. Sy. Sa. O. A. h. e. *provideam*, A. *prospiciam*, Ti. *operabor*, Ar. P. *Rem facere* est, divitias acquirere; *opus facere* est, laborare. Verbum Heb. sign. *agere* [f].

o Pi. p Jun. Belg. q Ma. r Belg. s V. t Ma. u L. x Jun. Pi. y Me. V. z F. V. a Belg. b F. c Ma. d Me. e V. f F. g D. h Jun. i Ma. k Ma. l V. F. m V. n Q. in V. sic F. o Jun. Pi. p M. F. q F. r V. s Ma. t Pi. v Belg. x V. y Jun. z Pi. a A. b A. c Ma. d Os. e Pi. Belg. f Pi.

32. *Gyra*] i. e. Coge in gyrum, ut simul lustremus [g]. ¶ אֶעֱבֹר] *Transeam* per greges tecum, V. *transibo*, P. Caj. Alii, *transeant* oves: ità ο'. ¶ *Et separa*, הָסֵר] *Removendo*, Mo. *ad auferendum*, ut separem, V. & *separabo*, Q. in V. Sy. Ar. Potest verti, *auferendo*, vel, *aufer*. Est enim vel imper. vel infinit [h]. ¶ *Oves varias*, נָקֹד] *Punctatum*, Mo. Ma. Sa. BA. 1. 2. 45. 477. M. Ti. *fuscum*, ο'. *varium*, Ch. Schol. in Nobil. ¶ *Et sparso vellere*, טָלוּא] *Maculosum*, Mo. M. Ar. Sa. Quod maculas habet aspersas, aut tanquam assutas, ut in centone assumenta. Nam טָלָא propriè est, *consuere ex multis pannis & coloribus*. Vide Ezec. 16. 16. Jos. 9. 5. Plerique veterum maculas albas intelligunt, Onk. Ar. & ο' [i]. ¶ *Furvum*, חוּם] *Nigrum*, Ch. M. Mo. O. *fuscum*, JT. A. Sa. *adustum*, Ma. *sparsum*, ο'. *rufum*, P. *fulvum*, Ti. *versicolorem*, Ar. *nigrum cum albedine*, Sy. נָקֹד est *punctatum maculis parvis*; טָלוּא est *maculosum, variegatum*, i. e. majoribus maculis diversi coloris sparsum; חוּם est *nigrum*, (quia חום *calor* gignit nigredinem [k];) i. e. subrufum: sic distinguit Abenmelech [l]. ¶ *Erit merces mea*, sic ο'. Sy. Mo. וְהָיָה שְׂכָרִי] *Istúdque erit merces mea*: ità Ch. Sa. Ar. A. Intricata est historia, & locus difficilis [m]: quia breviter & succinctè loquitur, & plurima subintelliguntur [n]. Conventum erat, ut Jacobi essent omnes maculosæ, &c. quæ pauciores erant; albæ verò, quæ plures, essent Labanis. Hunc ergò dolum adhibuit Laban: ut Jacobum fraudaret, semovit omnes mares variegatos & punctatos, filiis suis eos committens; putans nimirum sic fieri ut nullæ essent maculosæ [o]. Nam secundùm cursum naturæ fœtus nigri nascerentur ex nigris, & albi ex albis [p]. Ex his versicoloribus & fuscis nihil Jacobo in mercedem cessisse constat ex v. 34. & 37. item ex c. 31. 8, 9, 10, 11, 12 [q]. Unde Junius (in Di.) vertit וְהָיָה *ut* talium posthac *sit merces mea*. *Eritque merces*, &c. Subaudienda multa; scil. *illud quod nascetur tale* [r]. Verto, & *tum erit merces mea*, (sæpe ו redditur *tum*.) Quomodo autem erit, docet versu sequenti, *Testabitur justitia*, &c. Et mirum erat plurimas natas esse versicolores & fuscas, quum nullæ tales Jacobo relictæ essent [s].

33. *Respondebitque mihi cras justitia mea*, &c. וְעָנְתָה בִּי וגו'] *Respondebit in me*, i. e. pro me, V. F. co. *Testificabitur in me*, vel, *de me*, vel, *mihi*, Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. A. Contrarium habetur Esa. 59. 12 [t]. *Exaudiet me*, ο'. Sed quid respondebit? Vel, *justitia mea*; ità accipiunt Vu. Mo. ο'. Sy. Ar. E. T. Apparebit me justum esse [v]. q. d. Tecum facit natura pecorum, quæ alba ex albis, nigra ex nigris, procreare solet: mecum erit justitia mea, dum Deus humilitatem meam & laborem respiciet [x]. Nihil Jacobo dedit Laban, sed Deus & justitia mercedem tribuerunt [y]. Prosperum successum non nisi ex fide & integritate sua exspectat [z]. Vel sic; *Respondebit mihi cras*. Quàm fideliter tibi servierim, futura dies ostendet; spero enim ut vel præter naturæ ordinem me Deus ditet [a]. Al. aliter. Notant עָנָה interdum sign. *reddere, rependere*, ut Os. 2. 22. Sic *respondere* Latinis. Virgil. 1. Georg. *Illa seges demum votis respondet avari Agricolæ*. Servius, *Respondet, aut satisfaciet, aut consentiet*; ut, —*dictis respondent cætera matris*. Ità hîc, Justitia mea reddet mihi meritam mercedem [b]. ¶ *Quando placiti tempus advenerit*] i. e. Quando juxta placitum tuum & pacta conventa in fine anni fœtus dividendi erunt [c]. ¶ כִּי תָבוֹא עַל שְׂכָרִי לְפָנֶיךָ] תָּבוֹא potest esse vel 2. pers. fut. mascul. vel 3. pers. fut. fœm [d]. Hinc variant. 1. *Cùm venerit*, vel, *quia* (vel, *nam*) *veniet*, Mo. P. M. Sa. A. O. Ti. scil. justitia mea, A. O. E. *ad*, vel *super*, *mercedem meam*, Sa. Ti. Mo. P. vel, *pro mercede mea*, A. O. M. *Quum supervenerit mercedi meæ coram te*, i. e. te vidente & inspiciente, V. *in conspectu tuo*, Sa. 2. *Cùm (quia, quando) veneris (ingredieris*, Sy.) *ad*, vel *super*, *mercedem meam*, Ch. *ad inspiciendam mercedem meam*, JT. A. Ità עַל sumitur pro אֶל. *Ante te*, i. e. tibi præsenti, justitia testificabitur *. Videbis me nihil tuum habere [e].

34. *Gratum habeo*, &c. הֵן לוּ יְהִי כִדְבָרֶךָ] *Ecce utinam sit*, &c. Mo. A. JT. Tria sunt membra. *En* est hominis rem expendentis; *ô utinam*, apud seipsum probantis; *sit*, &c. consentientis & contrahentis [f].

35. *Et separavit — capras — & hircos — varios*, הָעֲקֻדִּים

g Me. h F. co. i BA. 1. 2. 45. 478. k M. l D. sic M. F. co. V. Me. JT. P. Ma. La. Bo. &c. m Di. n L. o F. co. p L. q Di. r V. s Di. t A. v F. co. x Hi. in Jun. T. y Di. z V. a Me. b Ma. c T. Me. d Ma. * V. F. co. ex A E. e F. co. f Jun.

הָעֲקֻדִּים] *Colligatos*, V. *fasciatos*, Mo. *sparsos*, ο'. *varios*, Sa. *coloratos*, Ar. *notis respersos*, M. *circulatos*, Ti. *lineis distinctos*, P. A. V. *circumligatos*, h. e. maculis cingentibus corpus circumdatos, Ma. Alii sic; quorum crura vel pedes diverso colore quasi revincta erant: Ità Onk. (*varii pedibus*,) Sym. (λευκόποδας, *albis pedibus*,) & uterque Ar. & K. & Pomarius, & Hebræi alii [g]. Verbum עקד (unde עָקוֹד) sign. *ligare*; non quidvis, sed *ovem tondendam* aut *mactandam*, Gen. 22. 9. 2 Reg. 10. 12. Tales autem pedibus vincire moris erat [h]. ¶ *Unicolorem*, &c.] Notat hìc Ma. versionem Vulgatam affirmare quòd unicoloria cesserint Labano, contra Hebraicam veritatem, (quæ sic se habet, *omne quod albedo in eo*) contra seipsam, v. 32, 33. contra ipsa pacta, & contra rei veritatem. Explanatores non se extricant. Ego ingenuè ignorantiam meam profiteor [i]. ¶ *Tradidit in manu filiorum*] Ex pacto [k]. Totum gregem credidit Jacobo: huic additi filii Laban, titulo tenùs ut ei subessent, eúmque juvarent; sed reverà ut inspectores & exploratores, num fideliter præstaret Jacobus quod promiserat [l].

36. *Trium dierum*] Quale spatium ambulando greges conficiunt [m]. Nè commisceret Jacob greges, & sic maculosas procuraret [n]. Nè maculosas inspiciendo similes parerent [o]. ¶ *Greges ejus*] Heb. לָבָן, h. e. vel *Labanis*, vel potiùs *pecudes albas*; ut intelligamus unicolores albas cessisse Jacobo [p].

37. *Virgas populeas*, ità V. P. M. O. Sa. Ti. Mo. מַקַּל לִבְנֶה] *Virgas candidas*, Sy. A. JT. *Populus* dicitur לִבְנֶה (Græcis λεύκη) ab albedine corticis, vel, quòd detracto cortice nimiùm sit alba. Virg. Eclog. 9. —*hìc candida populus antro Imminet* [q]. *Virgam styracinam*, ο'. ¶ *Virides*, ità ferè omnes, לַח] *Humidas*, Sy. A. Ar. ¶ *Amygdalinas*] Ità Sy. P. Schol. in Nobil. V. ¶ וְלוּז] *Corylo*, Mo. M. JT. *nuce*, ο'. Ar. *avellanâ*, Ti. ¶ *Et ex platanis*, ità Ch. Sa. ο'. A. JT. וְעַרְמוֹן] *Et castaneas*, K. in D. Mo. M. P. Ti. O. & *populeam*, Sy. Ar. Onk. (magni nominis interpres) edidit ודולוב, quod F. vertit *castaneas*. Malè; דלוב enim est *platanus*; hæc enim Arabicè dicitur *Dulb*; & in lingua Magistrorum vocatur דופלי, (teste R S.) quod literis inversis idem videtur cum דלוב, ב in פ verso [r]. ¶ *Decorticavit*, &c. וַיְפַצֵּל וגו'] *Et decorticavit illis decorticationes*, Sa. ο'. Ma. P. vel *cortices*, Sy. M. Mo. *incîdit in illis incisuras albas*, *denudationem candoris*. Per appositionem dictum. Detractâ summâ parte corticis multis in locis, ibi candor apparuit [s]. ¶ *In his quæ spoliata sunt candor apparuit*, מַחְשֹׂף הַלָּבָן וגו'] *Denudans albedinem*, Sa. M. P. Ti. *denudatione alburni*, JT. Pi. *Et deglubit eas, ut albedo appareret*, Q. in Ma.

38. *Posuit in canalibus*] Conchis vel aquæductibus [t]. *In potatoriis*, (i. e. vasis in quibus bibebant pecora [v],) Mo. Ma. P. Ar. ¶ *Cùm venissent*, הַבָּאן] *Veniebant*, *venire solebant*, vel, *venturæ erant*, V.

39. *In calore coitûs*] Heb. *incalescebant*, i. e. calore coitûs excitatæ concipiebant [x]; & pariebant maculosa, &c. Factum hoc virtute imaginativæ potentiæ [y]. Quædam hujus generis habet Hieronymus ad hunc locum [z]. Sic solebant Hispani (inquit Hi.) ponere pulchros equos ante equas tempore conceptûs. Et mulier quædam accusata adulterii, quòd Æthiopem peperisset, repertâ Æthiopis picturâ in cubiculo liberata est *. Simile de equis & columbis apud Oppianum de Venatione I. Ὦ πόσση κραδίη, πόσση μερόπεσσι τέλει φρήν! &c. Eadem habet Isidorus Etymol. l. 12. c. 1 [a]. Ad *miraculum* Græci Patres hoc referunt; ad *naturam* Latini Patres, quod rectius est; sed ità, ut Deum putemus naturalibus mediis extraordinariè benedixisse. *Uxor cujusdam, in ipso complexu formosum puerum in tabella pictum defixis intuens oculis, infantem non patri, sed picto, similem peperit.* Galen. lib. de Theriaca. Pariter & Laconum uxores, &c. Oppian. Cynegeticon l. 1. v. 357. Historia in recentiorum scriptis vulgatissima est de muliere quæ hirsutum puerum peperit, quia Johannis Baptistæ imago ei in conceptu obversabatur. *Sunt qui asinum aut equum—hujus coloris vestimento contegunt quem futuram pullationem referre volunt*, &c. Absyrtus. Et quâ ratione hæc fiunt, docet Avicenna l. 5. de Animalibus. *Fortis imaginatio spiritus aereos, & naturâ suâ mobiles, statim movet, hisque optatæ rei speciem insculpit; & spiritus sanguini, proximo fœtûs alimento, permisti eandem figuram imprimunt.* Et hæc multò magis obtinent in brutis; quia ut horum animus est humano minùs mobilis, & quasi in unum defixus, (cùm in congressu hominis animus variè afficiatur, adeóque varient fœtus, Arist. probl. 10. 12. Plin. 7. 12.) ità in embryone notas firmiùs atque altiùs imprimit [b]. Q1. An rectè hoc factum? Certè Jacobus simpliciter proposuerat, se pro mercede accepturum quod *fuscum*, &c. nasceretur. Id intellexit Laban secundùm communem naturæ ordinem. *Dolo* ergò usus est. Quæritur, num *malo*, num *bono* [c]? Astus hic licitus fuit, quia id tantùm consecutus est quod sibi jure debebatur ut merces [d]. Avarus erat Laban; deerant æqui judices; nec aliter poterat mercedem extorquere. Sed hæc non est justa excusatio coram Deo: non licet singulis ulcisci vel sarcire proprias injurias; sed oportet bonum malo vincere, Rom. 12. 12 [e]. Verior defensio est, quòd ab Angelo hæc edoctus est, c. 31. 11 [f]. Justè Deus transtulit opes Labanis in Jacobum. Huic non malè comparatur, quòd ex mandato Dei Hebræi abstulerint Ægyptiorum bona [g]. Adde quòd primus Laban pactum violavit [h].

40. *Posuit virgas*, &c.] Heb. *posuit versùs colligatum*. Dolum Labanis Jacob triplici arte propulsat. 1. Decorticat virgas. 2. Maculosos agnos jam natos in unum redegit gregem, quem antecedere fecit gregem Labanis, ut sequentes earum contemplatione parerent maculosas; (de quo hic loquitur textus.) 3. Quòd robustioribus virgas præposuit [i]. In Hebræo textu difficultas est, quia dicitur *posuisse facies pecudum ad maculosas & nigras pecudes in ovibus Laban*. Sed resp. Illud, *in ovibus Laban*, non referendum est ad illud quod immediatè præcedit, *ad maculosum & nigrum*, sed ad illud, *posuit facies pecudum* [k]. Ejusmodi hyperbata & trajectiones verborum non sunt inusitata in Sacris libris [l].

41. *Quando primo tempore*, &c.] De fœtura duplici hìc agi volunt [m]. Aliud artificium Jacobi memoratur, quòd certâ temporis discretione usus sit, & distinxerit inter eas quæ *maturiùs*, & quæ *seriùs*, concipiebant. Quæ distinctio non intelligi debet de conceptu matutino & vespertino, (ut otiosè disputat Vallesius [n];) sed de diversis anni tempestatibus [o]. Notum est, in regionibus calidioribus & fertilioribus pecudes bis in anno parere & concipere. Hinc Virgil. de Italia, *bis gravidæ pecudes* [p]. Prudens & callidus Jacob dolum cum justitia & æquitate temperavit [q]; & partes anni distribuit, unam sibi, alteram Labani [r]; nè Laban penitus spoliaretur, & nè doli suspicio foret [s]. Sibi acquisivit Jacob fœtus robustiores, &c [t]. [*Sed quæritur, quænam fœturæ erant robustiores. Nec idem statuunt interpretes.*] 1. Fortiores sunt quæ Septembri concipiebant, & pariebant mense Martio [v]. Ità Hebræi & Chaldæi [x]. Ratio est, quia tunc Vere pecudes enituntur, quando animalium natura fortior exsistit, & Solis virtus major, & pabulum succi plenum [y]. *Melior est agnus Autumnalis verno, sicut ait verissimè Celsus, quia magìs ad rem pertinet ut ante æstivum, quàm hybernum, solstitium convalescat, solúsque ex omnibus animalibus brumâ commodè nascitur*, ait Columella 8. 3. & Plin. 8. 47 [z]. 2. Fortiores sunt quæ Vere concipiebant, & in Septembri pariebant [a]. Ratio est, quia hæ propter clementiam subsequentis æstatis validiores, sicut serotinæ, quæ Septembri concipiebant, ob sequens frigus debiliores, redduntur [b]. In fine æstatis non ità validæ sunt ad generandum [c]. Verùm, ut dicam quod res est, nullum hìc fœturæ duplicis vestigium reperio, sed vertendum, *debiles oves & robustas* [d]. ¶ Heb. הַמְקֻשָּׁרוֹת Quod variè vertunt: *ligatæ*, Ma. *colligatæ*, Mo. O. h. e. maculis cinctæ, O. de quibus v. 35. Ma. *primitivæ*, Ch. Sa. Sy. *vernæ*, Ar. πρώϊμα, Aq. & πρωτότοκα, Sym. ut suspicor [e]; *robustæ*, M. P. A. Ti. F. co. BA. ib. Sic dictæ, vel, 1. quòd membra illarum robustiùs fuerint colligata & consolidata [f]; (*compactæ corpore*, JT. A.) vel, 2. quòd conspirationem inierint mares & fœminæ,

Marginal notes (left column): g BA. sic V. Jun. — h BA. r. 2. 45. 479. — i Ma. — k Me. — l Me. T. in v. 33. — m Me. — n F. co. Me. — o Me. — p Ma. — q Ma. — r D. — s V. — t Me. — v V. — x V. — y L. Riv. — z G. — * L. — a G.

Marginal notes (right column): b BA. r. 2. 49. 544. — c Riv. — d F. Me. — e Riv. ità BA. ib. — f Me. Riv. — g Riv. — h Me. — i M. F. co. — k Bo. Ma. — l Ma. — m BA. — n Riv. — o Bo. Riv. &c. — p Bo. — q Hi. in Ga. — r Riv. — s Hi. in Ga. — t Riv. — v V. Bo. — x Ma. — y Bo. — z BA. r. 2. 46. 514. — a Ità M. F. Me. Riv. A. ità K. & AE. & He. in BA. — b M. F. — c A. — d BA. ib. — e BA. r. 514. 6. — f Ge. in M.

minæ, A. ad generandum[g]; vel, 3. quòd ligari solent animalia pinguia & saginata[h]; vel, 4. quasi natæ tempore ligandi seu tondendi oves, h. e. vere[i]. *Ligandi* verbum Arabicè sign. corporis & animi vigorem. A verbo Arab. *SCADDA, ligare,* est *SCADID, robustus,* & nomen Dei שדי[k]. ¶ *Ut, in earum contemplatione conciperent,* לְיַחְמֵנָּה בַּמַּקְלוֹת] *Ut incalescerent* (vel *conciperent,* o'. A. *concipere faceret,* M.) *in virgis,* Mo. Ma. *ad virgas,* Sa. sim. JT. *ad virgarum aspectum,* P. *secundùm virgas,* o'. *ante virgas,* Ch. M. *inter virgas,* A. *per virgas,* Sy.

42. *Quando serotina admissura erant,* ità Ch. Sa. Sy. וּבְהַעֲטִיף] Variè reddunt. *In serotinando,* Mo. *Cùm serotinabant oves,* i. e. dabant operam serotino conceptui[l]: *quum serò coibant,* JT. *quum autumnum agerent,* Ar. Verbum sign. *obtegere,* A. Ma. vel *obruere,* Ma. Vel sic, Quando lanâ obtegebantur; h. e. in fine æstatis, quum debiliores sunt ad generationem[m]. Vel sic, *Cùm obrueretur grex,* i. e. in altera admissura; quòd tum fœminæ à maribus operiantur & quasi obruantur, fœtarum viribus tunc exhaustis & debilibus[n]. Al. vertunt, *In attenuatione,* seu *tenuitate, ovium;* i. e. quando tenues erant[o]. *Cùm infirmæ,* vel *debiles, essent,* A. M. Ti. V. BA. A. quia עָטַף sign. *languere & deficere**. Exempla vide Psal. 61. 3. & 77. 4. & 107. 5. & 142. 4. & 143. 4. & Thren. 2. 11, 12, 19[p].

g A. M.F. co. — h BA. ib. — i Mi. — k BA. ib. — l V. — m A. — n O. — o O. — * V. BA. — p BA. 1.2. 46.514.

CAP. XXXI.

1. *Factus est inclytus*] Heb. *fecit hanc gloriam,* [ità ferè omnes,] i. e. *divitias;* has enim sequitur gloria[q]. Accipitur vox *gloria* pro *divitiis,* Gen. 45. 13. Psal. 49. 16. Et Jes. 66. 12. *gloria gentium* vocatur, quæ Jes. 61. 6. *divitiæ gentium*[r]. Alii vertunt, *gravitatem,* Ma. Pi. quia divitiæ quasi gravant possessorem[s]. *Substantiam,* Ch. *opes,* Ar. *possessionem,* Sy.

2. *Quòd non esset erga se,* וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ] Q. sic, *non erat ipse,* &c. i. e. Laban. Alii commodiùs referunt ad פָּנִים quod præcessit, (*vultum ejus.*) Τὸ פָּנִים unum est eorum quæ terminatione plurali sensum habent singularem; qualia *Elohim, Adonim,* &c. Constructio est sensu, non voce, congrua[t]. ¶ *Sicut herì & nudiustertius*] Pars temporis pro toto[v]. Sign. *omne tempus* præteritum, quemadmodum *cras* sign. *omne tempus futurum;* Gen. 30.33. & hìc v.5. & Exod. 4. 10. & 5. 7, 14[x]. Discessûs Jacobi tres causæ: 1. Calumniæ fratrum, 2. Odium Labanis, 3. Dei jussio[y].

4. *Rachel & Lia*] Præponitur Rachel hîc, (sicut etiam Ruth 4. 11. à Liæ posteris; tales enim erant Boos & Seniores, scil. ex tribu Judæ) quòd esset fundamentum familiæ; & propter eam Labani junctus est. Et hinc Rachel sola *uxor Jacobi* nominatur, Gen. 46.19. aliæ verò nunquam[z]. ¶ *In agrum*] Ut secretiùs (& liberiùs, Pi.) loqueretur cum eis[a]; & nè gregis curam relinqueret[b].

6. *Totis viribus meis*] Vox כֹּחַ sign. succum nativum corporis animalis, quo viget; ut percipitur ex Psal. 22. *Arescit ut testa vigor meus,* & Gen. 49. 3[c].

7. *Circumvenit me,* ità Sa. M. וְהֵתֶל בִּי] *Mentitus est mihi,* Ch. P. *fefellit,* Sy. Mo. O. A. Ma. *illusit mihi,* JT. *imposuit mihi,* V. *irrisit,* O. παρελογίσατο, *decepit me,* Aq. & Sym. in Nobil. ¶ *Decem vicibus,* ità plerique, עֲשֶׂרֶת מֹנִים] *Decem partibus,* Mo. Ma. vel *numeris,* Aq. in Nobil. δέκα ἀμνῶν, *centum agnis,* o'. i. e. decem temporibus quibus agnæ nascebantur[d]; vel, *decem nummis* agni imagine signatis[e]. Sed legendum, ἑκατὸν μνῶν, i. e. *decem* (h.e. multis, La.) *minis* auri[f]. Vel numerus certus pro incerto, i.e. *pluries*[g]. Bene Eusebius, ὁ Σύρος δεκάκις, ἀντὶ τοῦ πολλάκις, i. e. *Syrus decies accipit pro pluries.* Exempla vide Levit. 26. 26. Eccles. 7. 19. Zach. 8. 23. Apoc. 2. 10[h]. Vel, verè *decem vicibus,* ut expostulat num. 41[i]. Per denos ovium partus pactum mutavit. Oves autem Mesopotamiæ bis parere docet Hieron. sicut & Italiæ; *bis gravidæ pecudes,* Virgil[k].

q F. V. D. Belg. — r D. ad v. 16. — s Pi. — t D. — v Belg. — x A. — y Me. — z Muis ex RS. — a Me. — b Pi. ex Jun. — c Pi. — d Q. in La. — e Q. in BA. — f La. BA. 1. 2. 43. 43. 466. — g ità V. M. G. BA. — h G. — i M. — L.

8. *Omnes oves*] i. e. Pleræque, ut cæterarum vix habenda ratio præ paucitate[l].

10. *Mares,* הָעַתֻּדִים] *Hirci,* Sa. Ar. M. P. Mo. Ti. At hirci non solent super oves ascendere[m]. Alii ergò vertunt, *arietes,* Ch. Sy. *hirci & arietes,* o'. A. *duces gregis,* O. עַתּוּד generale nomen est ad תַּיִשׁ & אַיִל[n]: & צֹאן *oves* comprehendit, & *capras*[o]. ¶ *Diversorum colorum,* בְּרֻדִּים] *Varii,* Ar. *maculosi,* Sy. scil. maculis albis, M. P. Ti. *grandinati,* Sa. O. Mo. Ma. V. BA. i. e. maculis albis instar grandinis aspersi, He. in V. A. BA. Hæc vox ponitur pro טְלוּאִים Gen. 30. 35, 39[p].

11. *Angelus Dei*] Nempe Filius Dei, quippe Deus ipse, ut patet ex v. 5, 13[q].

13. *Ubi unxisti,* ità o'. Ch. M. P. A. אֲשֶׁר מָשַׁחְתָּ] *Qui unxisti,* pro, *ubi unxisti.* Redundat אֲשֶׁר[r]. *Quo* (*cui,* Sa. Sy.) *unxisti,* Mo. Ma. ¶ *Votum*] Voti meminit, ut sibi illud placuisse ostendat, & ad perficiendum excitet[s].

14. *Numquid residui?*] q. d. *Non:* totum dedit fratribus[t]. Pater nos quasi exhæredes fecit: Non tam, ut pater, nos in matrimonio, attributâ dote, collocavit, quàm quasi mango vendidisse videtur[v].

15. *Nonne quasi alienas?*] Nam liberi, sui hæredes[x]. Nos tibi tradidit pro pretio, sicut traduntur ancillæ[y]; cùm homines soleant filias dotare[z]. ¶ *Vendidit nos*] Elocavit, non nostrum, sed suum, respiciens commodum[a]. ¶ *Comeditque pretium nostrum*] Pecuniam nostram, i. e. cibos comparatos pecuniâ nostrâ. Pecuniam conflavit ex pecudibus quæ ei per servitutem Jacobi, &c. natæ sunt[b]; quæ nobis debebatur pro mariti labore[c]. Alii sic, *An exederit,* vel *exederet?* q. d. cùm talem expertæ sumus, an sinemus eum pergere, donec exederit quod habemus[d]?

19. *Ierat ad tondendas oves*] Quia viris illis πολυμήλοις tonsio erat altera messis, solebant tonsionis dies solennes esse & convivales. Vide Genes. 38. 12. & 1 Sam. 25. 2[e]. ¶ *Idola,* ità Sa. Sy. O. P. הַתְּרָפִים] *Imagines,* Ch. Ar. M. Ti. μορφώματα, Aq. i. e. *figuras,* vel *imagines,* inquit Hi. in Nobil. Dei penates Labanis erant, ut patet ex v. 30[f]. Θεραφεὶν habent Græci Jud. 17. unde Ethnici Græci formârunt verbum θεραπεύειν[g]. Quærendum 1. de *nomine;* 2. de *re.* 1. Quod ad *nomen;* venit à רָפָה *dissolvere, cessare;* quia juxta harum imaginum inspectionem gentes faciebant vel omittebant opus[h]. Fortè *Teraphim* dii *qui rem familiarem abundare faciunt;* ut referatur ad תרף, quod & Arabicè & Æthiopicè significat *uberem & affluentem reddere.* תרף לב est *abundantia cordis,* Matt. 12. 34[i]. Vel, idem est quod שְׂרָפִים, mutato, ex Syrorum more, ש in ת. Hinc constat תְּרָפִים è Syria ortum ducere. Aliquis fortè referet ad Chald. תורפא *turpitudinem*[k]. Videntur autem (ut ad rem veniam) ex hoc loco, & ex 1 Sam. 19. 13. fuisse dii penates qui ad tuendam amplificandámque rem domesticam colerentur[l]. Fortè Angelorum imagines erant, vel Angelis dicatæ; unde spiritus Angelicus eas subibat, ac consultatus oracula per eas edebat[m]. Imagines erant ad certum stellarum positum factæ cum stellarum figuris, ex veteri Syrorum & Arabum superstitione[n]. Imagines erant ad similitudinem hominis factæ, ut patet ex 1 Sam. 19. 13[o]. Responsa consulentibus dabant, ut patet ex Ezec. 21. 21. & Zach. 10. 2[p]. Per has futura cognoscebant[q]. Quidam putant instrumenta ærea fuisse, quibus partes horarum cognovissent. Ex textu apparet Labanem his Divinum honorem tribuisse, nam idololatra erat[r]. Dicuntur *Dii Labanis* v. 30. τύποι θεῶν, (*imagines,* vel *typi, deorum*) Josepho[s]. Non quòd putavit Deitatem illis inclusam, sed quia in honorem deorum imagines illas colebat; vel potiùs, quòd Deo sacra facturus vertebat se ad illas imagines[t]. R. Bechai sic scribit: *Quomodo fiebat Teraphim?* & sic respondet: *Adducebatur primogenitus quispiam, jugulabatur, condiebatúrque sale & aromatibus; inscribebatur nomen spiritûs immundi in lamina aurea, quæ arte quadam magicâ ejus linguæ supponebatur; ipse autem affigebatur parieti, accensísque coram eò lucernis adora-*

k L. — l L. — m O. — n Ge. in M. — o V. — p O. BA. 1.2.45. 480.16. — q Jun. Pi. — r V. — s Me. — t L. — v Me. — x G. — y L. — z RS. in Muis. — a G. — b Pi. — c F.V.M. — d Jun. A. — e BA. 1.2. 45.480. — f Jun. Pi. — g A. — h M. — i Di. — k Muis. — l Di. Q. in F. — m Di. — n G. — o AE in F. — p Bo. A.O. — q K. in F. — r F. — s G. — t V.

admirabatur, ac tunc mussando loquebatur. Sed fides harum rerum sit penès authores[v]. Qu. Cur eas abstulit Rachel? Respond. Vel, 1. pro mercede, ad dotem compensandam. Erant enim ex auro argentóve, aut pretiosa aliqua materia[x]. Vel, 2. nè pater, illarum inspectione, per quod iter abiissent cognosceret[y], aut consilium fugæ disceret[z]. Vel, 3. ut patrem ab idololatria revocaret[a]. Sed hoc non placet: 1. quia tum defodisset, non asportâsset; 2. facilè poterat Laban similia fabricare[b]. Vel, 4. quia ipsa cum Deo colebat idola, (more & vitio gentis) quæ Jacob in Cananæa demum sustulit, cap. 35. v. 5[c]. & ex iis secum ablatis felix iter omnéque bonum speravit[d]. Vel, 5. ut perfugium haberet contra patris iram, si fortè in fuga deprehenderetur[e]. Vel, 6. ut patri daret occasionem resipiscendi; q.d. Deus non est qui furto obnoxius. Confer Jud. 6. 31. & Ezek. 28. 9. Sic Chananeel[f]. Vel, 7. ut conservaret memoriam majorum, quorum picturæ hæ erant, quibus Laban abusus est ad idololatriam[g].

20. *Noluitque confiteri*, &c. וַיִּגְנֹב אֶת־לֵב לָבָן *Furatus est cor Labanis*: inscio & ignorante Labane[h]: clanculùm aufugit, quasi *cor*, i. e. scientiam & conscientiam, Labanis secum abstulisset[i]. *Fefellit animum*, JT. *celavit Laban*, o'. Ch. Ar. *furatus est à corde*, A. Pi. Ellipsis, qualis v. 1. (*nempe* אֵת *pro* מֵאֵת *;) & 1 Reg. 8. 43. collat. cum 2 Chron. 6. 33[k]. Furtim se surripuit. Ità sumi patet ex v. 26, 27. & 2 Sam. 19. 3. Sic verbum *furandi* sumitur: Plautus in Bacchidibus, *Ædepol---fecisti furtum in ætate malum, cùm isthæc flagitia me celavisti & patrem*[l]. At o'. vertunt, *abscondit*. Seneca in Agamemn. *Germane, vultus veste furabor tuos*, i. e. abscondam[m]. *Furatus est cor Labanis*, i. e. meâ sententiâ, fefellit Labanem, subducendo se ab eo furtim. Conjecturæ huic favet v. 27. ubi pro לֵב habetur אֹתִי, *& fefellisti me*: sic Neh. 5. 7. וַיִּמָּלֵךְ לִבִּי עָלַי, *Cùmque consilium iniisset cor meum apud me*, i. e. cùm ego mecum consilium iniissem. Sic Absalom dicitur fuisse בְּלֵב אֵלָה, *in corde quercûs*; nec tamen erat in meditullio quercûs, sed tantùm à quercu pendebat. Ità hìc, *cor Labanis* est Laban. Anima enim, cujus sedes olim cor putabatur, cujusq; est quisque. [Hæc cum nonnullis aliis doctissimus Guidotius, Medicinæ Doctor inter Bathonenses, ad me transmisit.] Synecdoche hìc est partis pro toto; *cor* pro homine. Videtur autem quædam in hac phrasi esse Hypallage, *furari aliquem*, i. e. *furari se ab aliquo*, quod est, clam eo se subducere[n]. Vide quæ de hoc notavimus ad Joh. 10. 24. *Quousque αἴρεις tollis*, i. e. fallis, *nos*? Verti potest, *Et fefellit mentem Labanis*: sic κλέπτειν sæpe sumitur. Homer. Il. ξ' de cesto Veneris, ἤτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων, i. e. *quæ fefellit*, &c. Aristot. Rhet. 3. Sic κλέπτεται, *fallitur auditor*: Sophocli, *Vocémne Æmonis intelligo, an à diis κλέπτομαι, decipior?* Suidæ, *Qui, re accuratè non perspectâ*, τῇ πρώτῃ κλαπέντες ὄψει, *primo decepti aspectu*. Sic *furari* mentem usurpat Maimonides in דיעות cap. 2. par. 6. *Vetitum est fallere* (לִגְנוֹב דַּעַת) etiam *Samaritanos*[o]. Al. sic, *Furatus est cor*, i. e. eas opes quas tanquam cor amabat[p]. Abstulit, & fefellit illum in eo quod cor ipsius sperabat & affectabat, nempe, oves Jacobi labore comparandas. Ità phrasis Syriaca est, ut 2 Cor. 12. 16. ubi Syrus habet, *furatus sum vos*. Et *furari*, pro auferre, Job. 21. 18[q].

21. *Amne transmisso*] Scil. Euphrate, Ar. V. Me. qui medius est inter Mesopotamiam & Cananæam[r]. ¶ *Contra montem Gilead*, sic Ch. הַר *Montem*, Mo. *versùs* (*in*, o'. *ad*, JT. V.) *montem Gilead*, Sa. Sy. A. Mons ille post Phœniciam trans Jordanem situs erat[s]. Monti Libano conterminus erat, & ad ejus radicem ampla & fertilis regio erat, quæ *Gilead* vocatur, Deut. 34. 1. Jer. 22. 6[t].

24. *Nè asperè loquaris*] Heb. *à bono ad malum*. Variè explicatur. 1. *Nihil omnino loquaris*, M. F. V. 2. *Nihil præter bonum*; ut sit Synecdoche, utramque partem exprimens, sed alteram tantùm intelligens[v]. Vult & verbis & verberibus eum interdicere[x]. 3. Nec bonum, ut eum reducas, scil. blanditiis; nec malum, scil. minis, ut ei noceas, ut eum reverti facias[y]. Sumenda est phrasis κατά τι, h. e. respectu finis propter quem Laban eum persequebatur. Ideo de eo reducendo nullam mentionem facit Laban[z].

[v] Muis. [x] F. Me. T. [y] F. [z] G. ità AE. in F. [a] Abarb. & Ramban in Muis. [a] R. S. in F. Me. [b] AE. in Muis. [c] Me. T. La. ex Chrysost. & Rupert. & Caj. [d] La. [e] Jo. in G. [f] Muis. [g] Li. [h] Me. V. O. [i] Me. * Pi. [k] A. [l] Jun. [m] La. [n] Glass. Rhetor. p. 461. [o] Di. [p] Lippom. in La. [q] A. [r] Jun. Pi. [s] Jun. [t] A. [v] M. F. [x] F. [y] F. ex AE. [z] Jun. Pi.

25. *Cum fratribus suis, fixit tentorium*, &c. תָּקַע אֶת־אֶחָיו] *Fixit*, vel *tetendit*, (nempe *tentoria sua*, Ti.) *cum fratribus*, Mo. M. P. Ti. JT. *statuit*, vel *collocavit, fratres suos*, o'. Ch. simil. Sa. Ar.

28. *Ut oscularer*] Atque ità valedicerem. Mos Ebræis, (ut Anglis) ut congredientes & discedentes se mutuò deoscularentur[a]; Gen. 29. 21. & 31. 55. Exod. 4. 27. Ruth 1. 14[b]. Indè *osculari*, pro, *osculo valedicere*, 1 Reg. 19. 20[c]. ¶ *Stultè operatus es*, simil. o'. Ch. Sa. JT. Ti. הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ] *Stultè egisti facere*, Mo. Ma. *stultè te gessisti in eo quod egisti*, Sy. simil. Ar. *stultè fecisti faciendo sic*, A. M. vel, *faciendo hoc*, P.

29. *Valet manus mea*, ità Sy. o'. יֶשׁ־לְאֵל יָדִי] Ad verbum, *Est in facultate* (vel *potentia*) *manûs meæ*: Inversio verborum, pro, *Est potentia in manu mea*. Et ità Ch. [& A. M. Ar.] Hebraismus, possum vobis *nocere*[d]: sic Prov. 3. 27. *cùm sit* לְאֵל *in potestate manûs tuæ*. אֵל, inquit Eusebius, κατ' ἀκρίβειαν est ἰσχὺς ἢ δύναμις. Potest & sic explicari, Cum Dei auxilio manu meâ vobis nocere possum[e].

30. *Cur furatus es deos?*] Summa cæcitas; Deos vocat quos furtim auferri posse agnovit[f]. ¶ *Desiderio erat*, נִכְסֹף] Voce passivâ significat *desidero*, sicut & Psal. 48. 2. Sic Cicero, *epistolam quam eram elucubratus*, i. e. elucubravi, ad Attic. l. 7. sic in Augusto Suetonii, *punitus est*, pro, *punivit*; *spectatus est senem*, in Varrone; *peragratus est regionem*, in Velleio[g].

32. *Necetur*] Heb. *non vivat*, i. e. moriatur[h]: i. e. statim, D. immaturè, Jon. Sic, *non gaudet stulti pater*, i. e. vehementer dolet[i]. *Ego interficiam*[k]. *Necetur*, ut in sacrilegio secundùm opinionem Labanis. Multi enim eo tempore vivebant eo jure de quo Homerus, —θεμιστεύει δὲ ἕκαστος Παίδων ἠδ' ἀλόχων, (*jura dat unusquisque liberis atque uxoribus suis*[l].) [De Cyclopibus loquitur Poeta.] Magistri (ait Abarbanel) imprecationem faciunt, q. d. Interficiat illum Deus quando se ad alios deos convertat: Et hujus vi Rachelem mortuam in itinere, Gen. 35. 18. Sed hos refellit Esra, quòd Phineis uxor ex partu est mortua, 1 Sam. 4. sine tali imprecatione. Nec tamen abnuo posse imprecativè sumi[m].

33. *Tabernaculum*] Fœminarum: non vocat *tabernacula*, quia harum tabernacula patebant invicem, quò mutuis se officiis juvare possent[n].

34. *Subter stramenta*, sic o'. Ch. בְּכַר] *In clitella*, Sa. Sy. Ar. Mo. V. P. A. O. ¶ *Scrutantique*, וַיְמַשֵּׁשׁ] *Et contrectavit*, [plerique;] *scrutatus est*, o'. simil. Ar. Sa. vers.

35. *Juxta consuetudinem*, &c. דֶרֶךְ נָשִׁים] *Consuetudo mulierum*; i. e. fluunt mihi menses[o]. Sic Aristot. Hist. Animal. l. 6. c. 21. mensium in animalibus tributa τὰς συνηθείας vocat, σημνάς. Vide & suprà 18. 11 P. Ideóque præ infirmitate surgere non possum[q]. Laban destitit ampliùs inquirere, vel, quòd crederet (inquit Jo. Ant. 1. 19.) sic affectam non fuisse sacris (in quibus educata fuerat) accessuram; vel, quòd ei religio esset, illis temporibus, sic laborantem accedere[r]. Sed quid, inquit Rambam, num menses obstant mulieribus quò minùs surgere possint? Respondet, 1. In plerisque mulierum menses dolorem capitis, stomachi, &c. producere, ut decumbere cogantur in lecto, vel strato. 2. Magis abominationi erant apud illos veteres, quàm apud nos, mulieres menstruatæ, ut nec commercio nec alloquio eos dignarentur. Hinc vox נִדָּה, quod sonat *elongationem*[s]. ¶ *Sic delusa*, &c. וַיְחַפֵּשׂ] *Et nudavit*, Ma. *scrutatus est*, V. & plerique, sub. *omnia alia*, V. *prostravit*, Sa.

36. *Quam ob culpam?* מַה־פִּשְׁעִי] Quid est quod *amoverim?* Heb. *Quæ amotio mea?* Ità reddunt Exod. 22. 9[t]. Malim, *Quæ transgressio mea?* Pi. A. *iniquitas*, vel *rebellio?* O. ¶ *Sic exarsisti*, דָלַקְתָּ] *Insectatus es me fervidè*, JT. A.

37. *Et scrutatus es*, &c. כִּי מִשַּׁשְׁתָּ] *Quandoquidem contrectâsti*, JT. A. כִּי pro כַּאֲשֶׁר, He. in V. ¶ *Et judicent*, &c. וְיוֹכִיחוּ] Vel, *& disceptent*, h. e. in disceptatione nostra judicent[v]. *Increpent inter duos*, i. e. dijudicent, & reum increpent, O.

38. *Steriles non fuerunt*, לֹא שִׁכֵּלוּ] *Non fuerunt*

[a] A. D. [b] A. [c] D. misc. 1. 60. [d] V. [e] M. [f] Belg. [g] D. [h] V. D. [i] D. [k] Muis et AE. & Abarb. [l] G. [m] Muis. [n] Muis. [o] L. V. Me. [p] G. [q] Me. [r] Muis ex He. [s] Menes [t] Juni [v] V.

runt orbæ, Ma. vel *orbatæ*, Ch. non abortiverunt, Sa. JT. A. Ti. BA. Mo. Sed quid hoc ad Jacobum? Resp. 1. Hoc fuit à benedictione Dei, quam Jacobo Laban debuit, Gen. 30. 27. 2. Quia admissuram commodè adhibuit, unde pecudes utplurimùm sobolescunt[x]. ¶ *Non comedi*] More malorum pastorum, Ezec. 34. 2. 3, &c[y]. Maluit lenticulis & tenui victu contentus esse[z].

39. *Captum*] Heb. *Raptum*, sub. *à bestia*; i. e. partem ovis raptæ[a]. Dura lex, ut pro custodia non aliam recipiens mercedem quàm fœtuum partem, casus omnes præstaret[b]. Voluisti me & culpam præstare & casum: quod injustum erat, & contra legem pastoritiam[c], Exod. 22. 10, 13[d]. ¶ *Ego damnum reddebam*, [אֲחַטֶּנָּה] *Peccabam*, pro pœnas dabam, O. *expiabam*, præstando satisfactionem[e]. ¶ *Quicquid furto peribat*, [גְּנֻבְתִי] *Furto mibi sublatum*, JT. V. י non est affixum, sed otiosè superadditur, ut solet[f].

40. *Die noctúque*, &c.] Heb. *Et fui, in die comedit*, &c. *Fui*, sub. vel, *in campo*, vel, *in eo statu*, O. Ità *fui*, P. *Eâ fui conditione*, Ca. *Fui cùm interdiu*, &c. JT. *Substiti interdiu*, &c. Sa. ¶ *Æstu urebar, & gelu*] Ità Græci in BA. Ar. Ti. Qu. An frigus adurit? Respond. 1. Ità est[g]. Tacitus l. 15. Annal. *Ambusti multorum artus vi frigoris*: Lucanus, *Urebant montana nives*[h]: Cic. Tusc. l. 1. *Pernoctant venatores in nive, in montibus se uri patiuntur.* Sic *Luna adurere* dicitur in Psal. 121. 6. i. e. nocturnum frigus, cujus non minima causa est Luna[i]. 2. Aliud hîc verbum subaudiendum, *Æstu adurebar, & gelu*, supple, *obrigescebam*. Sic, *Sol non aduret, nec Luna*, supple, *refrigerabit*: sic 1 Tim. 4. 3. *prohibentium nubere, & abstinere cibis*, supple, *jubentium*[k]. *In die consumebat me æstus, & glacies super me descendebat nocte.* Sed Jacobum noctis frigus pati quid necesse fuit, aut à somno abstinere? Resp. Solebant pastores (ovibus inter crates conclusis) ἀγραυλεῖν, hoc est, *in agris pernoctare*, ut vertunt Hesych. Strabo, Xenophon, Thucyd. Hinc pastores ἄγραυλοι dicuntur Homero & Hesiodo, & Nicandro v. 403. & ἀγραυλοῦντες Luc. 2. 8[l].

42. *Deus Abram, & timor Isaac*] Est metonymia, actus potentiæ pro objecto[m]; i. e. Deus, quem timebat Isaac[n]. Patet ex v. 53. *juravit per timorem Isaac*[o]. Deus Rabbinis יראה, *timor* vocatur. Et θεὸς Græcis, quasi δέος, *timor*[p]. Non dicit, *Deus* Isaaci, quia vivebat adhuc Isaac: Non cognominatur autem Deus à quoquam mortalem adhuc agente vitam[q]; ut Sapientes Hebræorum notant. Nam Isaac in vivis erat, ideóque peccare potuit, & necesse erat ut in timore Dei viveret; juxta illud, —*dicique beatus Ante obitum nemo*[r]. Alii aliter; vult timorem & pietatem patris sibi profuisse, quò minùs à Labano læderetur[s]. ¶ *Nudum me dimisisses*] Supple, vel, nisi *respexisset*, JT. vel, sed *respexit*, Pi. *afflictionem meam*, Pi. JT. [ut sequitur in versu.] ¶ *Et arguit te*, [וַיּוֹכַח] *Et increpavit*, V. O. *& arguit*, V. P. & omnes nostri, ait Di. Sed tunc ellipsis est, (& addendum *te*, *redarguit te*;) quæ nunquam sine necessitate est statuenda. Ideo & Chald. vertit, sine ullo supplemento, ואוכח[t]. At *te* addendum est, A. Et addunt plerique, vertúntque, *reprehendit te*, ο΄. Ch. Sy. P. Ti. JT. Ar. Tales ellipses alibi sunt: *verba*, 1 Reg. 10. 7. pro, *verba illorum*, 2 Chron. 9. 6. *irritare*, 2 Reg. 21. 6. pro, *irritare eum*, 2 Chron. 33. 6. sic *calx*, Psal. 41. 10. pro, *calx ejus*, Joh. 13. 18. *horreum*, Matt. 3. 12. pro, *horreum ejus*, Luc. 8. 17. vide Gen. 2. 19[v]. Malim, *probavit*, nempe, se vidisse afflictionem meam. Vide Lexicon R. Mardochai, & quæ nos ad Gen. 20. 16. Fateor RSJ. nobis contradicere, sed nullum profert argumentum[x]. [Sic ferè Sa. *Et judicavit*.]

43. *Méa sunt*, &c.] Heb. *mihi ipsum*. [Sequitur, *Et filiabus meis quid faciam*, &c?] Hunc sensum pausæ Hebraicæ exhibent. At Græcus aliter; *mihi & filiabus meis est*[y]. ¶ *Quid possum facere?*] q. d. Non sinit jus naturæ ut lædam filias meas & nepotes[z]. Fingit charitatem, sed à Deo timebat[a].

47. *Tumulum testis*, [יְגַר שָׂהֲדוּתָא] Laban non patrio sermone, sed *Syriacè*, loquitur, cùm habitaret inter *Syros*. Voces purè *Syriacæ* sunt[c]. Usus est suâ

[x] BA. 1. 2. 44. 45. [y] A. [z] BA. [a] V. [b] G. [c] Me. [d] Jun. Pi. A. BA. [e] A. ità Pi. [f] M. [g] Me. La. Bo. [h] La. [i] Bo. [k] BA. ità ferè Ch. [l] BA. 1. 2. 44. [m] T. [n] L. M. F. V. D. Me. A. Bo. La. [o] T. [p] D. [q] G. [r] F. [s] AE. in F. [t] Di. [v] A. [x] Di. [y] A. [z] V. [a] Me. [b] M. [c] V. Di.

linguâ, quam *Aramæam* appellant, voce ambiguâ ad *Syram* & *Chaldæam*. Hodie distinguuntur hæ duæ linguæ, olim non item: nam Chaldæa *Syra* vocatur Dan. 2. 4. In Bereshit Rabba legitur, *Nè sit lingua Syriaca vilis in oculis tuis; nam invenimus in Lege, in Prophetis, in Hagiographis, Deum ei honorem tribuisse*[d]. Sahadutha Chaldaicè *testimonium*, Ghed Hebraicè *testem* magìs propriè significat[e].

49. *Intueatur*, &c.] [מִצְפָּה] *speculam* significat. Nam tumulus ille erat veluti specula[f]. A *Sapha* est *Sophe speculator*: unde fortè *Sufetes*, qui erant Ephori Carthaginensium; nisi fortè ab Ebr. *Sophetim*, quod malim[g]. ¶ *Quando recesserimus à nobis*, simil. ο΄. Ti. Ch. [כִּי נִסָּתֵר וגו'] *Quando* (vel *quia*, Mo.) *abscondemur*, &c. M. P. JT. A. *quandoquidem separandi sumus*, Sy. *nam latemus alter alteri*, Sa. *ut tutus sit unusquisque ab amico suo*, Ar. *Quando latebimus*, i. e. cùm alter alterum non videbimus[h]. Alii sic, *quia abscondimur*, h. e. quia occultè & vafrè solent agere homines inter se: q. d. Deum non possunt latere nostræ rationes & artes, quantumvis inter nos lateant[i].

50. *Nullus testis*] Si iniquus fueris, nemo est qui mihi indicet. Fortè sic dicit, quòd familia quæ aderat testimonium hero ferre non potest[k]. Nullus idoneus testis; nam qui aderant erant domestici & cognati[l]. Vel sic; Non ab hominibus, sed à Deo, cognoscitor transgressi fœderis culpa, & supplicium sumitor[m]. Vel sic; Non equidem est vir nobiscum qui sit παραδογνώστης, & agnoscat rem utrinque à nobis agi seriam; veruntamen vide, Deus testis est, &c[n]. Vel, ipsi duo soli inter sese pactum & conditiones constituerunt, absentibus arbitris[o]. Alii aliter: Pacta sine teste negari possunt: Dicit ergò, *Si filias afflixeris, hæc pacta perinde fore acsi nemo adesset*, i. e. irrita. Non absimile illud, *Quod scis nescis*, i. e. perinde age acsi nescias[p].

51. *Erexi*, [יָרִיתִי] *Jeci*, congestis lapidibus exstruxi[q].

52. *Malum*, &c. [לְרָעָה] *Ad malum*, sc. inferendum[r]. Elegans in hoc versu ellipsis; *Sive ego*, (supple *prætergrediar*,) *non prætergrediar ad te*; *sive tu*, (supple *prætergrediaris*,) *non prætergredieris ad me*,—*ad malum*[s].

53. *Deus Nachor*] בַּעַל שָׁמַיִן Sol maximo apud Syros in honore[t]. Perperàm idola vero Deo commiscet. Et nè deterior videatur sua religio, eam antiquitatis fuco colorat[v]; & defectionem Abrahæ obliquè perstringere videtur[x]. Hoc exemplo docent Theologi, licere fidelibus excipere juramentum, imò in necessitate etiam exigere, ab infidelibus, licèt sciant juraturos per falsos deos; quia non nisi permissivè id excipiunt[y].

54. *Victimis*, [זֶבַח] *Victimam*, vel *sacrificium*, Mo. ο΄. Ch. Sa. Sy. Ar. pro pace, ac fœdere cum Laban[z]. Non placet, Pi. A. nec bonâ fide potuit Jacob tales ad sacrum epulum invitare[a]. Al. vertunt, *mactationem*, A. nempe ad epulum, ut solebant in fœderibus faciendis, Gen. 26. 30[b]. זֶבַח autem sign. *mactare*, 1 Sam. 28. 24. 1 Reg. 19. 21[c]. item 1 Reg. 1. 9. & Num. 22. 40[d]. quomodo θύειν Græcorum, Matt. 22. 4. & Joh. 10. 10[e].

CAP. XXXII.

2. M*Ahanaim*] *Duo castra*, seu *duas turmas*, F. At dualis numerus sæpe ponitur pro plurali, ut in *Mitzrajim*, *Schamajim*, &c[f]. Sic dictum locum Hebræi putant, vel, 1. propter duo castra Angelorum; quorum alii erant præsides & custodes Mesopotamiæ, unde eum deduxerant; alii Cananææ, qui eum redeuntem excipiebant[g]. Cuique provinciæ & regioni suos Angelos deputatos sentiunt Hebræi[h]. Vel, 2. propter sua (i. e. Jacobi) castra, & Angelorum[i]. Ibi enim conjuncti erant ipsius & Angelorum exercitus[k]. Hîc postea civitas *Mahanaim*, Jos. 13. 26. & 21. 38[l]. Vertendum potiùs, puto, *Castra Dei*[m].

3. *Misit*, &c. [וַיִּשְׁלַח] Hæc est octava Sectio, eo nomine appellata[n]. Timebat Jacob, nè cohabitatione cum

[d] Cartw. mellif. Hebr. [e] Ma. [f] V. [g] D. [h] F. V. Ma. [i] Q. in Ma. [k] F. [l] Pi. [m] Jun. [n] Walth. [o] F. [p] Ca. D. prov. 2. 3. 14. [q] V. M. [r] Pi. [s] Jun. A. [t] G. [v] V. [x] Jun. [y] T. in vers. 42. [z] Me. [a] Pi. [b] A. [c] Pi. [d] A. [e] Jun. Pi. [f] Ma. [g] F. ità Me Ti. [h] F. [i] F. sic M. [k] Jun. Pi. Belg. [l] Belg. [m] D. [n] V.

cum idololatra Deum offendiſſet, quia Divinæ promiſſiones communiter intelligendæ ſunt ſub conditione, ſcil. ſi facias debitum tuum erga Deum[o]. ¶ *In terram Seir*] Quò migraverat Eſau,(indignatus parentum voluntatem in Jacob) non ſine providentia Dei, ut Jacobi liberis Cananæa cederet[p]. Heb. *in agrum Edom*, Mo. vel *Edomæorum*, JT. i. e. in Idumæam auſtralem, nempe terminum terræ Canaan[q]. Non placet Bo. Si enim tam remotus habitâſſet Eſau,non erat cur Jacob, rediens ex Meſopotamia, & jam deſcendens à monte Galaad, ab eo timeret; nec aut Eſau poterat tam citò venire, aut Jacob ad eum tam citò nuncios mittere. Neceſſe ergò eſt diſtinguere duplicem Idumæam & duplicem montem Seir. Sic diſtinguunt Borchardus & Adrichomius & Dominicus Marius Niger in ſuis Geographicis, & Torniellus in Annalibus. Eſt Idumæa una orientalis, (de qua hoc loco agitur,) alia auſtralis. Has regiones non ſimul, ſed viciſſim, Idumæi habitârunt: primò quidem orientalem, ubi eſt mons *Seir*, qui pars eſt montis Galaad ſeptentrionalior,& ad Libanum vergens; hîc Eſau & poſteri diu habitârunt. Tandem orientalem deſeruerunt, & auſtralem occupârunt, Horræis pulſis, ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto; ut conſtat tum ex Deut. 2. 12,22. & Num. 20. 14. & Joſ. 15. 21. tum ex eo, quòd ingreſſis Iſraelitis in terram promiſſam, non ibi erant Idumæi, ſed Sehon & Og, &c. His adde, quòd Job fuit Idumæus, & de ſtirpe Eſau, habitavítque in terra *Hus*, quæ erat trans Jordanem, non procul à monte Galaad, teſtibus Borch. Adrich. & Hieron. Ergò tum ibi habitârunt Idumæi, indéque poſtea migrârunt, ut jam probatum. Tantùm difficultas eſſe poteſt ex Thren. 4. 21. *Edom, quæ habitas in terra Hus*. Sed veriſimile eſt Idumæos, mutatâ habitatione,nomina priorum locorum multis locis indidiſſe[r].

4. *Domino meo*] Non cedit primogeniturâ, ſed blandè compellat, ut ferociam leniat[s]. Præterea, illud, *Dominum eum conſtitui*, Gen. 27. prædictum eſt non tam in perſonis Jacob & Eſau, quàm in poſteris[t]. Hâc demiſſione collatum in ſe divinitùs honorem non rejicit, ſed patienter exſpectans Divinæ voluntatis exſequutionem, intra naturæ fines ſe continet, & fratrem tanquam majorem reveretur; quod item erga Saulem fecit David, 1 Sam. 24,& 25[v]. ¶ *In præſentem diem*] Quaſi exſul & mercenarius. Miſereri te par eſt, & fratrem domo non arcere[x].

5. *Mitto legationem*, וָאֶשְׁלְחָה לְהַגִּיד] Multa ſubaudienda. q. d. *Mitto nuncios, ut annuncient—adventum, ut inveniam gratiam.* Alii ſic ſupplent, *Ut annuncient domino meo quæcunque mihi præcepit Dominus*[y]. *Miſi ad annunciandum*, ſcil. adventum meum,O. ¶ *Habeo boves*] q. d. Nec oneri tibi ero, nec dedecori, nec reditu paternas opes imminuam[z].

6. *Cum quadringentis viris*] Qui honoris causâ eum comitabantur[a]. Ut fratrem captivum duceret, ſi ſibi expedire videretur[b]: vel, ad oſtendendam ſuam potentiam[c]; vel,ut fratrem honoraret; vel,ut ſe ſecurum redderet; nam multos timet, quem multi timent[d].

8. *Alia turma ſalvabitur*] Effugio, vel cædis ſaturitate[e].

9. *Dixiſti*, ità M. הָאֹמֵר] *Qui dicens*, præſ. pro præt. V. Incertæ eſt perſonæ. Onk. legit in 3. perſ. ſed poteſt reddi in ſecunda[f].

10. *Minor ſum*] *Minora ſunt merita mea miſericordiis tuis*, &c. Ch. ¶ *In baculo meo*] Vel *paſtorali*, ſic dicto Zach. 11. 10. q. d. Nihil præter pedum paſtorale habebam, nullas ante me pecudes: vel, (quod malim) *viatorio*[g]. Alii exponunt, *ſolus*, i. e. incomitatus[h]. ¶ *Jordanem iſtum*] Quem ex edito loco à longè conſpicio, &, te favente, cogito tranſmittere[i]. Hinc apparet eum non procul à Jordane abfuiſſe[k].

11. *Matrem cum filiis*] Proverbialis locutio, i.e. internecionem faciat[l]; promiſcuè, ſine ullo ſexûs ætatiſve diſcrimine[m]. Summam crudelitatem indicat, ſicut Hoſ. 10. 14[n].

13. *De his quæ habebat*] Heb. *de eo quod veniebat ſibi ad manum*: h. e. vel, quæ in poteſtate ſua habuit[o]; vel, quæ in promptu habebat[p]; vel, *ex eo quod venerat ſibi in manum*, i. e. quod comparaverat[q]; vel,

o L. — p Me. — q Jun. Pi. Belg. — r Bo. — s Me. — t E. — v Jun. Pi. Belg. — x Me. — y V. — z Me. — a V. — b L. — c L. Me. — d Me. — e Me. L. — f M. — g D. obſ. 16. 1. — h Ch. in F. Jo. in D. obſ. — i Me. E. — k Bo. — l Jun. G. — m Jun. — n A. — o V. Jun. — p F. V. — q Belg.

quod manui occurrebat, non deligebat, &c[r]. quia nox & antevertendi fratrem ſtudium habere delectum non permittebant; vel, quod ſequebatur ipſum, dominum & ducem. Nam ductus & paſtoritia adminiſtratio interdum pede, Gen. 30. 30. interdum manu, ut infrà v. 16. & Gen. 30. 35. interdum virgâ, ut Levit. 27. 32. & Pſal. 23. 4. figurantur. Hoc poſtremum probo[s].

15. *Camelos fœtas*] Quæ recèns pepererant, & pullos lactabant[t].

16. *Sit ſpatium*, רֶוַח] Sign. *reſpirationem*, & proinde ſpatium, ſine quo nulla poteſt eſſe reſpiratio[v]; vel per quod flatus poſſit tranſire ab una in aliam partem[x]. Hoc præcepit, ut occaſione Eſauo datâ muneris recognoſcendi, ſervos interrogandi, & Jacobi ſubmiſſionem audiendi, paulatim ejus ferocia mitigaretur[y].

20. *Placabo illum*, פָּנָיו] *Faciem ejus*, vel, *iram ejus*, quæ ex facie hominis dignoſcitur[z]. ¶ *Propitiabitur mihi*, יִשָּׂא פָנָי] *Me lætâ fronte ſuſcipiet*, F. V. Hinc nata locutio, quòd qui videt ſe gratum & charum eſſe, exhilaratur quodammodo exporrectâque fronte incedit[a]. Ad verbum eſt, *ſi fortè ſuſcipiat*, vel *elevet, faciem meam*. Qui alterum offendit oculos dejicit, nec audet offenſum intueri; & cùm offenſus parcit, facit eum levare faciem[b]. Sunt autem hæc verba ſcriptoris referentis quid Jacob ſecum proloqueretur, non Jacobi aut ſervorum ejus ad Eſau[c].

22. *Vadum Jabok*] Jordanem influit, ubi Jordanes è ſtagno Genezareth erumpit[d]. Initium eſt terræ decem Tribuum. Complebantur jam promiſſiones Dei: Ingrediebatur ipſe & ſemen ejus. Ideo precatur totâ nocte, ut felix ſibi & ſuis ſit hic introitus[e].

24. *Et manſit ſolus*, וַיִּוָּתֵר] *Et relictus eſt*, nempe ultra Jordanem[f], trans Jabbok, cùm jam omnia præmiſiſſet[g]. ¶ *Luctabatur*, ità P. A. O. JT. וַיֵּאָבֵק] *Decertavit*, Sy. A. ἐκυλίετο, (i. e. *verſabat ſeſe* more luctantium,) Aq. & Sim. in Nobil. *pulverizatus eſt*, Ma. R. Menahem; q. d. in arenam cum eo deſcendit: luctantes pulverem excitare ſolent[g]. Vel אָבַק accipitur pro חָבַק, *amplexatus eſt*, ut luctatores faciunt[h]. Chriſtus cum eo luctatur, eúmque quærit occidere, (ob diffidentiam, & quia tot pecora ad Eſavum miſerat, nondum ſolutis decimis quas Deo voverat:) ſed Jacob flet & orat, & ſalvus evadit[i]. ¶ *Vir*] Φάντασμα, Joſepho[k]. Angelus ſpecie & habitu viri, ut patet Oſe. 12. 3[l]. ſed qui Deum repræſentaret, & *Deus* vocatur v. 28[m]. Quidam putant fuiſſe Angelum cuſtodem Eſaui, qui Jacobo ſe opponeret[n]. Sed Angelus ſanctus non repugnaret decreto Divino[o]. Fuit ergò Angelus cuſtos Jacobi[p]. Imò hic Angelus erat Chriſtus Angelus fœderis[q]. Ità non pauci Patres, teſte Bo. veteres RR. in A. Patet ex ſequentibus, & ex Hoſ. 12. 3,4,5[r]. Qu. 1. Cur lucta inſtituta eſt? Reſp. 1. Ut ſpem Jacob conciperet de Eſauo ſuperando[s]; nam nihil illi metuendum ab homine qui Deum ſuperare poſſet[t]. 2. Ut ſignificaret futura ſuorum adverſa, quæ tamen eſſent ſuperanda[v]. Qu. 2. Qualis erat lucta? Reſp. *Spiritualis*, inquiunt Hi. & Gloſſ. interlinearis; *imaginaria*, aiunt Thomas & Rupertus; *vera & corporalis*, ità reliqui Patres[x], & poſt eos alii[y]. Et verbum *luctandi* & *claudicatio* Jacobi evincunt[z]. Et ſpiritualis & corporalis[a].

25. *Quòd ſuperare non poſſet*] Vel victus eſt Angelus volens; vel aſſumpſit Angelus corpus cujus vires erant Jacobo inferiores[b]; vel Deus concurſum Angelo ſubtraxit[c]; vel *non poſſet*, i. e. noluit, ſicut Matt. 13. *Non poterat Chriſtus* (i. e. nolebat) *ibi virtutem facere, propter incredulitatem*[d]. ¶ *Tetigit*] Heb. *percuſſit*, ſeu læſit. 1. Ut Jacob intelligeret ſe non ſuis viribus, ſed Dei auxilio, prævaluiſſe[e]: 2. ut ipsâ læſione certus redderetur de veritate luctæ & victoriæ[f]: 3. ad puniendum ejus diffidentiam, & docendum quomodo claudicabat in confidentia[g]. ¶ *Nervum femoris ejus*, ità M. בְּכַף יְרֵכוֹ] *In curvaturam*,ſeu *in cavitate, femoris*, Mo. O. A. Ma. In vertebra, ſeu cotyle, h. e. in cavitate illa in quam os femoris ingreditur[h]. Ea כַּף dicitur, vel, quòd recurvata eſt inſtar manûs recurvatæ[i]; vel, quòd caro quæ eſt circa os cotylæ ſuperioris formam habet manûs recurvatæ[k]. Eſt cavum femoris ad inguen, ut me docuit Judæus quidam.

r O. — s Jun. — t Me. — v Belg. — x O. — y Jun. Pi. — z V. — a F. — b O. — c Bo. Aug. in Ga. — d Bo. — e Cl. — f V. — g Jun. — g K. in M. — h M. — i Li. in harm. & in nov. obſ. — k G. — l L. Me. T. La. Bo. — m Me. T. — n He. in L. — o T. — p Me. T. — q Jun. Pi. Belg. A. — r Jun. A. — s Jun. Pi. Me. T. — t T. — v Cl. — x T. — y Ità Bo. La. Me. T. — z T. — a L. in v. 30. — b E. — c Me. — d L. — e M. T. — f T. — g L. in v. 30. — h F. co. ex K. — i M. — k K. in F. co.

quidam [†]. *Ischium*, Ar. *latitudinem femoris*, ὀ'. Ch. in F.co. Intelligit latum os coxæ. Sensus est, quòd vir ille manum curvam impressit coxæ Jacob [l]. *In acetabulo*, V.Sa. JT. Pi. (i.e. commissura sive compage ossis sacri & coxendicis [m].) Vel potiùs sign. os rotundum, sive caput femoris, quod inseritur in ἰσχίον [n]; sive in acetabulum, vel cotylen, & cum ea nervo ligatur [o]. *Coxendicem femoris*, Sy. Hoc læsionis genus, cùm nullis humanorum lacertorum viribus inter luctandum fieri possit, optimè sensit Jacob Divinum aliquid esse [p]. ¶ *Emarcuit*, וַתֵּקַע] *Obtorpuit*, ὀ'. *amotum est*, vel *recessit à loco*, M. Ch. O. F. co. vel, *transtulit se*, F. co. *movit se*, Mo. P. *luxata fuit*, Sa. Sy. Ti. A. Ma. F. co. *extendit se* plus solito, O. *pendebat*, JT.

26. *Ascendit aurora*] Nolebat Angelus specie humanâ à quoquam videri [q]. In aurora Jacobus ad suos ire debuit, vel servi ad eum accedere; non debuit autem tale mysterium oculis quorumvis patere [r]. Jupiter Plautinus, *Exire ex urbe priusquam lucescat volo.* Sic Anchises, Æneid. 5. summo manè abscedit, *Jámque vale*, &c. & Achilles ad galli cantum abit, apud Philostratum vitâ Apollonii; Chrysis apud Lucianum. Et generale hoc in nocturnis visis observat Æneas Gazæus Theophrasto [s]. Alios indignos judicavit qui eum viderent in humana effigie [t]. ¶ *Nisi benedixeris*] i. e. Bene precatus fueris mihi. Cognovit Deum esse, quia ab eo benedictionem petit, quam à mortali petere non licebat [v]. Et hoc lacrymis petiit, Os. 12. 3 [x]. Et flevit cùm vidit Angelum recedentem [y].

28. *Nequaquam Jacob*] h. e. Non tantummodo *Jacob*, ait Esra ad Gen. 35. 10. nam & postea *Jacob* vocatur [z]. Simile Jer. 23. 7 [a]. & 1 Sam. 8. 7 [b]. Vel sic intelligi potest, In posteris tuis non appellaberis *Jacob*, sed *Israel* [c]. Quidam sic, *Non Jacob*, i. e. *supplantator*: Non enim insidiis, aut malis artibus, aut supplantatione, mecum egisti, ut luctantes solent; sed aperto & æquo Marte [d]. Non dicetur quòd ex supplantatione & fraude obtineas benedictiones [e]. ¶ *Israel*, יִשְׂרָאֵל] Id est, *princeps Dei*, vel, *princeps Dei fortis*, principalem potentiam à Deo consequutus [f]. Deducunt à שָׂרָה *dominari, prævalere*, & אֵל *Deo*; ut י sit formativum proprii nominis [g]. י est una ex literis Tetragrammati addita *Jaacob, Israel*, &c. ut adumbraret ex illo eum proditurum qui verus Deus & Salvator esset [h]. ¶ *Fortis fuisti*, וְשָׂרִיתָ] *Et prævaluisti*, [sic in præterito vertunt Mo. Caj. V. Sy.] *excelluisti*, Ar. Strenuus fuisti apud Deum & homines, luctando cum Angelo, qui personam hominis sustinebat [i]. [Alii in futuro ponunt,] *prævalebis*; sic ὀ'. & Ch. q. d. Cùm prævalueris Deo, quantò magis contra homines [k]? contra Esau & alios [l]? Consilium Dei erat Jacobum hâc velitatione exercere, nè fratrem metueret, néve in posterum vacillaret in variis pugnis; non enim hominum more nomen imponit, sed rem ipsam simul confert [m]. Ego שָׂרִיתָ verterem, *de principatu contendisti*; & Israel, *de principatu contendens cum Deo*, & prævalens: quod ferè addi solet [n]. Mysticè precum vis significatur. Vide Luc. 18. 6, &c [o].

29. *Cur quæris nomen?*] Noluit indicare nomen, nè Judæi illum adorarent ut Deum, quia illi ad superstitionem proclives erant [p]; vel, quia nondum maturum erat tempus plenæ revelationis, & Dominus gradatim se patefecit [q]; vel, curiositatem interdicere voluit: q. d. Contine te intra tuos limites; Dei nomen grandius est quàm ut ab homine capi possit [r]. ¶ *Et benedixit ei*] Facto, cùm nomen mutavit; nunc etiam verbo [s].

30. *Et salva facta est anima*] Dupliciter intelligi potest: vel sic, *Mortuus non sum* [t]; ex hoc enim & aliis locis colligebant Deum nulli apparere citra mortis discrimen, Exod. 33. Judic. 13. Vel sic, *Liberatus sum metu fratris*, unde Os. 12. habet, *confortatus sum* [v].

31. *Claudicabat*] Abulensis & alii passim docent Jacob illicò ab Angelo sanatum, antequam ad Esau perveniret [x].

32. *Nervum qui emarcuit*, vel, qui *obtorpuit*, ὀ'. *torporis*, Sa. *obstupefactum*, Ti. גִּיד הַנָּשֶׁה] Non uno modo accipiunt. Alii sic, *nervum contractionis*, sive *contrahentem*, P. Mo. O. Propter nervum breviorem factum femur extendere non posset [y]. Quidam ex nostris *nervum* accipiunt pro *musculo contrahente se* & movente femur [z]. Hebræi, teste Kimhi, vocant *nervum oblivionis*, quòd quasi oblitus fuerit loci, & recesserit ab eo [a]; contraxit se, & loco dimovit [b]. Aliis נָשָׁה idem est quod נשת *dissipatum*, Jer. 51. q. d. *nervum dissipatum* [c]. *Nervum muliebrem*, Sy. Ar. *nervum enervatum*, M. *nervum obrutitionis*, vel *oppressionis*, Ma. *nervum mutuationis*, h.e. nervos mutuatos, i. quos cotyla vel acetabulum ossis sacri transmittit in coxam, tanquam si mutuos illi concederet. Hanc interpretationem maximè probamus; 1. quia acetabulum ipsum præ duritie (nam osseum est) nullis lacertis lædi potest, ac nè ipsi quidem nervi, qui profundè sub acetabulo (maximè autem ad femina) in carne latent: 2. quia fieri vix potest, ut unus aliquis nervus solus in ea parte lacertorum impressione contundatur: 3. quia brevi post Jacob incolumis erat, Gen. 33. 18. 4. quia sic adhuc est Judæorum usus, qui animalium coxam gustare non solent, sed Christianis divendunt [d]. Videtur esse lex à Deo constituta; ut sicut claudicatio femoris nostras infirmitates, ità abstinentia ab ejus esu nostram mortificationem, significaret [e]. Non abstinebant à crure ovis vel bovis, &c. ubi ille nervus erat, sed tantùm à nervo, ídque tantùm honoris ergô. Hanc partem (in qua iste nervus) à Samuele Sauli servatam, 1 Sam. 9. 24. & ab Elkana Hannæ datam, verisimile est [f].

Marginal notes (left column): † Ca. — l F. co. — m Pi. — n V. — o Me. — p Jun. Pi. A. — q M. — r Riv. — s G. in ver. 31. — t L. — v V. — x Me. — y L. — z Muis. sic F. G. JT. — a G. — b Jun. — c E. — d F. co. — e L. — f Jun. Pi. — g F. co. Me. G. — h F. co. — i V. — k V. — l Me. — m V. — n D. — o G. — p Me. — q Calv. — r Merc. — s Me. — t Ità V. He. in F. Me. — v Me. — x Me.

CAP. XXXIII.

1. *Divisit*, ità Ch. Mo. M. וַיַּחַץ] *Et partitus est*; distribuit eos in tres ordines [g]: ἡμίσευσε, *dimidiavit*, Aq. in D. ¶ *Liæ*, עַל לֵאָה] *Ad*, vel *juxta*, vel *apud*, *Leam*, M. V. Jacob, quamvis Dei auxilio & promissis fretus alacer fratri occurreret, nihil tamen omittit de providentia humana, &, quos maximè dilexit, longiùs à periculo removit [h].

3. *Ipse progrediens*] Ut decebat patremfamiliâs, pro charissimis pignoribus se primùm periculo offerens. ¶ *Adoravit*] Civilem fratri, ut natu majori, honorem exhibens. ¶ *Septies*] Vel definitè, vel pro *sæpius* [i].

4. *Et osculans*, וַיִּשָּׁקֵהוּ] Vox hæc extraordinariè punctatur, ut sign. rem probè notandam [k]; q. d. diu multúmque, & ex animo, osculatus [l].

5. *Quid sibi volunt isti?* מִי אֵלֶּה לָּךְ] *Quinam sunt isti tibi?* Ch. JT. Aut *tibi* redundat, aut significat, *qui tecum sunt* [m]. *Quid hi tibi sunt?* ὀ'. *Quid hæc sunt tibi?* Sa. *Unde tibi isti?* Sy. *Qui pertinent isti ad te?* Ar. ¶ *Parvuli sunt*] Qu. Cur respondet de filiis, non de mulieribus? Abarb. ait, quia puderet eum fateri quatuor uxores, &c. At hoc certè non potuit eum celare. Et sine dubio eas indicaverat, licèt, brevitatis causâ, ut multa, taceat Scriptura. De filiis solùm respondet, quia hi Esavum propiùs cognatione attingerent [n].

6. *Et appropinquantes*, נִגַּשׁ] Vel passivè sumitur, tum verte, *adductus est*; vel activè in Piel, tum verte, *& penetravit* Joseph [o].

7. *Joseph & Rachel*] Qu. Cur Josephus matrem præcedit, cùm reliqui suas sequerentur? Resp. Fortè quia tenellus erat (7 aut 8 tantùm annorum) & unicus. Solent matres tales præmittere, nè quid mali illis à tergo contingat [p].

8. *Quænam sunt istæ turmæ?* מִי לְךָ כָּל־הַמַּחֲנֶה הַזֶּה] *Quis* est iste *ad quem* mittis *totam illam turmam?* & לְךָ redundat; vel, *Quis tibi* (Quem habes) ad quem mittis? Aut ut מִי positum sit pro לְמִי vel אֶל מִי, *ad quem mittis?* Alii, *Cujus?* tuáne universa [q]? Simplicius videtur, *Quid sibi vult* [r]? Audierat à pastoribus, sed iterum rogat, ut occasionem habeat ex fratris responso non acceptandi munus [s]. ¶ *Ut gratiam*, &c.] Ut essem tibi gratiosus & charus [t]. Ad contestandum observantiam meam, & ut præterita obliviscaris [v].

9. *Habeo plurima*] Heb. *Est mihi multum*: satis superque [x]. ¶ *Sint tua tibi*, יְהִי לְךָ] Sint tibi; nec his egeo, nec opus est ad condonationem, nam placatus sum [y].

Marginal notes (right column): y Ca. — z F. ità V. — a F. co. — b V. — c Ità Ca. apud F. co. — d Jun. — e A. — f Li. — g V. — h Me. T. — i Me. — k A. — l Jun. Pi. — m V. — n Muis. — o M. — p Muis. sim. Jun. — q V. — r F. — s Me. — t F. V. — v Me. — x V. — y Me.

10. *Noli*

10. *Noli ità obsecro,* אַל־נָא] *Nè quæso,* scil. *recuses munus meum* [z]. Ellipsis est vocis contrariæ: sic infrà, v. 15. & Gen. 49. 4. Prov. 28. 16. Jer. 8. 15. 1 Tim. 4. 3. [Ità Jun. Ma. Glass. gram. lib. 4. tract. 2. observ. 6. ubi plura exempla congesta videre est.] Alii, *nè quæso* id dicas, sed accipe [a]. ¶ *Munusculum,* מִנְחָה] Propriè significat munus quod vel Deo, vel homini superiori, ad contestandam eorum excellentiam, & offerentis subjectionem, offertur [b]. ¶ *Sic enim,* &c. עַל כֵּן] *Idcirco,* vel, *quia,* &c. A. si acceperis——tam libenter te videbo quàm Deum, adeò placebis mihi [c]. ¶ *Quasi vultum Dei,* אֱלֹהִים] *Principis, magnatis,* Ch. in V. Ar. Vox Chald. est רברביא. Sic Hebræi vocant potestates tum terrenas tum cœlestes [d]. Vel, *Angeli,* Sy. Confer suprà 32. 30. & 2 Sam. 14. 17 [e]. *Acsi aspicerem faciem Angeli tui,* TJ. vel *Dei,* ità V. Ma. L. E. Me. T. i. e. Visus est mihi vultus tuus inclytus, augustus, veneratione dignus, & quædam imago Dei [f]: speciosissimus longéque gratissimus [g]. *Homo homini DEUS dicitur,* ob beneficentiam; & Moses Pharaoni *Deus,* ob potentiam. Ità Esau Jacobo quasi *Deus,* ob benignitatem [h]. Non est adulatus Jacobus, sed ex animo hæc dicit: Nam, 1. *divinum* appellat Scriptura quod est excellens, &c [i]. 2. vidit in Esaui facie signum gratiæ & protectionis Divinæ [k]. ¶ *Esto mihi propitius,* וַתִּרְצֵנִי] *Et complacuisti mihi,* ο'. Mo. A. Ch. simil. JT. Sy. Ma. *& complacebis mihi,* Sa. *placare mihi, & accepta benedictionem,* &c. Ar. i. e. Hâc ratione deprehendam te mihi propitium esse [l].

11. *Benedictionem*] i. e. Beneficium, seu munus [m], ex benevolentia profectum, ut 1 Sam. 25. 27 [n]. vel, munus de benedictione quâ Deus mihi benedixit [o]. ¶ *Deus tribuens mihi omnia*] Heb. *Sunt mihi omnia:* [sic plerique.] *Omnia* (i. e. quamplurima) *mihi suppetunt, ut nullâ re indigeo,* V. *Est mihi tam satìs acsi haberem omnia,* He. in M. *hæc omnia mea sunt,* Sa. *& habeo plus his,* Ar. *cúmque sit mihi ex omnibus,* JT.

12. *Eróque socius,* &c.] Unà tecum iter faciam, Sym. in Nobil. Ità accipiunt Sy. Ar. F. V. Heb. *ambulabo.* ¶ לְנֶגְדֶּךָ] *E regione tui,* Ch. Mo. Ma. Schol. in Nobil. h. e. æquis passibus, F. V. *ante te,* Sa. M. P. Ti. O. A. JT. Græcus Scholiastes in D.

13. *Boves fœtas,* ità vertunt ο'. Sa. M. P. Ti. A. עָלוֹת] Variè reddunt. 1. *Prægnantes,* vel *gravidas:* ità AE. & Aq. & Sym. & multi veteres [p]; tanquam à עָלָה, *conscendere,* quia in grege mares inituri *fœminas gregis conscendunt,* ut loquitur Moses Gen. 30. 10, 12 [q]. 2. *Parientes,* vel, *nuper enixas:* ità ο'. & Jo. in BA. quasi עָלוֹת esset pro חָלוֹת, (à חול *parere,*) ע & ח permutatis, quod apud Hebræos tralatitium. Sic עוּשׁוּ pro חוּשׁוּ, *festinate,* RS. ex Menahem; & וַיִּשְׁמַע 2 Reg. 20. 13. pro וַיִּשְׂמַח Esa. 39. 2. Vide D. ad Gen. 13 [r]. 3. *Lactantes:* ità Jon. Onk. Sy. Arabs uterque in BA. item Mo. V. Me. Ma. A. & BA. & Rabbini omnes, ait M. ità RS. K. Pom. & Aq. in BA. Sic enim vox sumitur 1 Sam. 6. 7. Tales etiam Latinis *fœtæ* vocantur. Ità *fœta mater,* Stat. Theb. l. 9. *fœta lupa,* Virgil. Æneid. 8. & *fœtæ vaccæ,* 3. Georg. *fœta panthera,* Plin. 8. 17 [s]. Tales dictæ עָלוֹת, vel, quia lac in earum ubera ascendit; vel, quòd iis sive ubera, sive uteri, ascenderent, i. e. intumescerent; vel, quòd eas mares ascenderint, ut dicitur Gen. 31. 10. Quid si vertas, *ascendentes super me,* i. e. curæ & deductioni meæ impositæ? Vide Esa. 40. 11. & Luc. 15 [t]. Alii vertunt, *ascendentes:* sic Steuchus in M. & Lippom. in Bi. ¶ *Mecum,* Heb. *sunt* עָלָי] *Super me,* Mo. V. i. e. in cura mea; vel, *apud me* [v]. ¶ *Si plùs laborare fecero,* וּדְפָקוּם] *Pulsabunt eos,* Mo. Ma. *si pulsavero,* O. JT. *urgeam,* ο'. Sa. *impulero,* Sy. Ti. *vexavero,* Ar. *si fatigarent,* Ch. *impulerint,* M. P. ¶ *Morientur*] Nimiâ lassitudine, V. ex nimio labore, & lactis inopiâ indè in fœminis ortâ [x].

14. *Sequar,* אֶתְנַהֲלָה] *Incedam,* P. Sy. M. Ti. *ducam me,* Mo. A. *deducam me,* vel, *deducar,* V. *ducam,* Ch. O. ¶ *Paulatim,* ità Ch. לְאִטִּי] *Pedetentim,* P. Mo. A. *sensim,* Sa. Sy. *suaviter,* M. *leniter,* JT. A. *lentè,* Ar. A. AE. & K. in BA. 1. 2. 44. 449. *ad quietem,* seu *quietè,* O. *ad lenitatem,* vel *lentitudinem, meam,* h. e. lentè pro commoditate mea, Ma. ¶ *Sequar vestigia ejus,* לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה] *Ad pedem gregis,* &c. G. Caj. P. Ubi *pes* pro *pedato,* ut Latini veteres dicebant [y]. *Ad pedem,* vel *gressum, ipsius operis,* Sa. Mo. A. Ma. i. e. gregis ac pecudum: in iis enim occupatus erat. *Juxta passum pecudum,* V. Sy. *quatenus ferunt pecora,* Ti. מְלָאכָה & *opus* significat, & *ea quæ possidentur,* in quibus tunc præcipuum erant pecora [z]. *Opus* vocat universam familiam, præsertim greges & armenta [a]. *Juxta gressum familiæ,* Ch. M. *Opus* ponitur pro re circa quam aliquis operatur, vel occupatur: Meton. adjuncti. Sic Exod. 22. 8. & 36. 6, &c [b]. Ità includit omnia quæ erant Jacobo [c]. ¶ *Donec veniam in Seir*] Qu. Quomodo à mendacio excusetur, cùm eò venisse non legitur? Variè respondent. 1. Non est mendacium, si aliquid promittatur quod postea, ob causam justam mutato consilio, non præstetur [d]. Eò ire proponebat, sed postea mentem mutavit, Esau veritus ingenium [e]. Non placet; quia non erat cur aut Deo aut fratri diffideret. Periculum potiùs erat nè hoc modo fratrem alienâsset, qui facilè cum armata manu eum opprimere potuit [f]. 2. Hæc dicuntur ὑποθετικῶς [g]: promissio conditionata fuit [h]: subintellige, *si Deus voluerit, si commodè fieri poterit,* &c [i]. 3. Non constat eum non ivisse ad fratrem, licèt hoc taceat Scriptura [k]. Sic non memorat eum ivisse ad parentes, nisi decennio post hoc tempus: At quis credet eum tamdiu distulisse parentes visitare? Sed quia non diu apud eos hæsit, illud præterit Scriptura. Ità quòd hoc loco *Succoth* & *Sichem* memorat, id fit, quia fuerunt stationes fixæ Jacobo [l]. 4. Alii mendacium fuisse concedunt, quomodo suprà in Jacobo, c. 27. admisimus [m].

15. *Remaneant,* אַצִּיגָה] *Dimittam, statuam, stare faciam, relinquam,* V. *constituam,* JT. *ponam, collocabo,* &c. Ma. ¶ *Inveniam gratiam*] q. d. Dum gratus tibi sim, satis est mihi [n]. *Satìs est quòd inveni gratiam,* ο'. *Inveniam gratiam*——nè constituas quenquam, JT.

17. *Succoth*] Anticipatio, ut liquet ex fine versûs [o].

18. *Transivit in Salem, urbem Sichimorum,* Heb. *Et venit Jacob* שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם] Alii accipiunt pro nomine *civitatis:* Sic nostri expositores ferè omnes [p]. Nomen urbis est, quæ etiam *Sichem* & *Sychar* dicta est, Johan. 4. 5 [q]. & *Salem* dicitur Johan. 3 [r]. Mallem *Sichem* esse nomen *viri,* non *urbis.* Vide quæ ad Gen. 12. 6 *. Aliis *Salem* est nomen appellativum; *salvus* & *incolumis.* Ità omnes He. ait F. co. ità Onk. & Jon. D. L. Caj. Lipp. P. JT. A. Sed non uno modo exponunt. 1. Salvus & pacificus eò venit, quia nondum illi quicquam acciderat adversi: nunc incipit narrare casum Dinæ [s]. 2. *Sanus corpore,* quia convaluerit à claudicatione [t]. 3. *Plenus opum,* quia nihil ei deerat [v]: *Venit salvus unà cum omnibus quæ habebat,* Targ. J. *venit integer,* (id שָׁלֵם) sine alicujus rei defectu [x]. 4. Venit salvus in terram peregrinationis patris sui; nam in Succoth metuebat Esau, nec animum quietum habebat [y]. 5. *Perfectus in lege sua,* quam in domo Labanis non tradiderat oblivioni, nihil infidelitatis aut superstitionis ibi contraxit [z]. ¶ *Juxta oppidum*] Noluit intra habitare, quia erant idololatræ [a]. Habitationem suam castrorum vallo circumdedit [b].

19. *Filiis Hemor*] Sic subditi ejus vocantur, quia Princeps patriæ pater esse debet [c]. ¶ *Centum agnis*] Ità vertunt ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. P. Mo. A. Hi. AE. in La. O. Solebant illo ævo negotiationem pecudum permutatione exercere [d]. ¶ מֵאָה קְשִׂיטָה] Occurrit hæc vox tantùm hîc, & Jos. 24. 32. & Job. 42. 11. Alii vertunt, *centum nummis.* Ità He. (præter unum Onk. M. & AE. in BA.) testibus M. F. G. & BA. 1. 2. 43. & Was. Pro ἑκατὸν ἀμνῶν, in ο'. (*centum agnis,*) legendum est, ἑκατὸν μνῶν, *centum minis* [e]. Si vox *agnum* significet, non parva superest quæstio, an agni nomen propriè, an pro specie nummi sic dicta, sumendum sit [f]. *Agnus* erat nomen pecuniæ agnum valentis, & ob id agni habentis figuram [g]. Sic βοῦς, nummus *bovis* imagine signatus; & *corvus,* apud Basileenses [h]: & *Ludovici* in Gallia, & *Jacobi* in Anglia; à Regum effigie sic dicti [i]. Sic *pecunia* à *pecu* & *opes* olim *oves,* ut *opilio* pro *ovilio* [k]. Sic Corinthiorum πῶλοι, *pulli;* Peloponn.

χελῶναι,

Marginal notes (left column): [z] V. Me. E. Jun. [a] V. [b] Me. [c] V. [d] F. [e] G. [f] Me. [g] T. ex Te. A. [h] E. [i] Walth. [k] Walth. ex Jun. [l] V. [m] V. [n] Jun. [o] Me. Pi. [p] BA. sic A. [q] BA. 1. 2. 30. 297. [r] BA. ib. [s] BA. ubi suprá. [t] Ma. [v] V. [x] Jun.

Marginal notes (right column): [y] G. [z] G. [a] M. [b] Pi. [c] Ma. [d] Aug. in E. [e] La. Me. L. [f] Riv. [g] Jun. [h] Bo. [i] Walth. in harm. Bib. [k] E. Riv. [l] Riv. Bo. [m] Bo. [n] V. [o] Pi. [p] F. co. [q] Me. [r] L. [*] D. [s] AE. R. Levi in D. F. co. [t] RS. & Hi. in D. [v] RS. in D. [x] O. [y] Ge. in D. [z] RS. in D. F. co. [a] L. [b] Me. [c] Me. [d] Waser. de antiquis nummis, 2. 15. [e] Eugub. in Bo. BA. [f] Bo. [g] G. ità Waser. ib. [h] D. [i] Bi. [k] G.

χελῶναι, testudines; Athen. *κόραι, puellæ*. Solenne erat apud gentes nummos à figura quam repræsentabant cognominare; ut *templa argentea Dianæ*, Act. 19. 24. Credibile est Jacobum, pastorem, imaginem pecoris sui nummis impressisse[l]. Mihi persuasissimum קְשִׂיטָה non esse *ovem* vel *agnum*, sed nummum. 1. Quia in libris Propheticis oves vel agni nusquam sic vocantur: Nec in aliis linguis Orientis ullum exstat, quod sciam, hujus vocis vestigium. 2. Vox קְשִׂיטָה potest esse à קשט *veritas*, Psal. 60. 6. (unde קשיט pro *vero* & *sincero* sæpe habetur in Paraphrastis, & est attributum pondetum.) Ità sign. *veram*, aut *sinceram*; quod non *ovis*, sed *probæ monetæ*, attributum est, sive materiæ ratione, sive ponderis. Et potuit generale hoc monetæ attributum ad unam speciem transferri, vel, quia in illa fortè aut materia purior, aut pondus exactissimum, erat; vel peculiari aliqua de causa, quæ nos lateat, quomodo כֶּסֶף & זָהוּב sunt certæ nummi species. 3. קְשִׂיטָה est fœmin. generis, ergò non *agnum* sign. 4. Ante Jacobi ævum desierant res permutari, & nummi in usu erant; ut patet ex Gen. 17. 12, 13. & 23. 16. & 47. 16. 5. Hic ipse *ager* emptus dicitur *argenti pretio*, Act. 7. 16[m]. At ibi agitur de alia emptione, nempe ab Abrahamo facta. Respond. *Vide quæ* Riv. ad Gen. 23. & BA. *hoc loco*. [*Hunc autem nodum, si Divina benignitas filum Operis nostri ad Novum Fœdus perduxerit, in loco proprio solvendum curabo.*] Ad valorem nummi quod attinet, Ebræi omnes quos vidi exponunt, *obolos*[n]. Sed non persuadent[o]. Ridiculum videtur. Et amici Jobi minutam illi stipem contulerint, singuli nempe unum assem; quod fuerit contumeliæ genus[p]. Et quis credat adeò vili venisse agrum illum? Nam centum oboli faciunt tantùm quinque siclos[q]. Verùm hoc non est incredibile: Nam illo ævo vilissimè omnia vel emi, vel permutari, poterant[r]. Emit modum agri non ità magnum, eò quòd Sichimitæ non aliâ lege permittebant eum in suis finibus habitare, nisi quid proprium possideret[s]. Si in Græco legendum sit *ἑκατὸν μνῶν*, summa erit centum minarum: Ità Kesitarum pondus erit librarum 500. At Jon. & Jeros. vertunt, *centum margaritis*: Quod non eget refutatione[t]. Quo fundamento nituntur, nescio[v]. Respexerunt ad nomen קשוט, quod in Paraphrastis quandoque pro ornatu sumitur; margaritæ verò inter ornamenta primas tenent[x].

20. *Invocavit super illud*, וַיִּקְרָא לוֹ] *Sacrificavit super illud*, Ch. לוֹ pro עָלָיו accipit Onk[y]. *Vocavit illud*, Sa. Sy. Mo. P. A. O. scil. *altare* fortis Dei, &c ||. *Vocavit ipsi*, Caj. *invocavit super*, vel *juxta*, *illud*, V. vel *ante ipsum*, Ar. vel *ibi*, Ti. *invocavit Deum*, &c. *ὁ'*. M. Hebræi sic legunt, *vocavit ipsum*, scil. altare, fortem Deum Israel. Non quòd altare fuerit Deus Israel, ut Gerundensis locum explicat; sed quòd Deo inscriptum & dedicatum esset[z], & fuisset signum, quòd fortissimus ille fuit Deus Israelis qui eum liberavit ex cunctis necessitatibus[a]. Sic nos Lusitani dicimus, *Eamus ad S. Andream*, i. e. ad domum S. Andreæ[b]. Construxit altare quod esset memoriale perpetuum, quòd fortis Deus Israel liberâsset illum*. Videtur aliquibus inscriptio hæc aræ addita, *Ara Dei fortis Israel* †. [T] sic legit, *Et erexit ibi altare; & ibi dedit decimas*, Bi.

[l] Waf. [m] BA. 1. 2. 43. [n] D. ità RS. & K. & Mo. in Waf. [o] D. [p] BA. [q] D. [r] Waf. [s] Me. [t] D. [v] Walth. [x] BA. c. 43. p. 437. [y] M. || O. Jun. [z] La. [a] M. [b] O. * V. † Me.

CAP. XXXIV.

1. **E***gressa est Dinah*] De domo paterna, ubi tanquam verecunda juvencula deberet stare clausa. Vide Tit. 2. 8[c]. Tum fortè erat annorum 15[d], vel 14[e]. ¶ *Ut videret mulieres*] Quæ tunc ad festum convenerant, inquit Josephus Antiq. l. 1. c. 27[f].

2. *Filius Hemor Hevæi, princeps*, &c. הַחִוִּי נְשִׂיא] *Hivæus princeps*, vel, *Hivæi principis*, V. ¶ *Vi opprimens*, וַיְעַנֶּהָ] *Violavit, stupravit*, V. *humiliavit*, *ὁ'*. O. Sa. *afflixit*, P.

3. *Tristem delinivit blanditiis*] Heb. *locutus ad cor puellæ*, i. e. juxta mentem & animum, h. e. grata & placentia; q. d. verbis blandis pellexit eam in suam sententiam[g]. Ut eam ad consensum conjugii inclinaret[h]. Sic Isa. 40. *loquimini ad cor Jerusalem*, est, consolamini[i].

4. *Ad patrem suum*] Observatum erat inter Ethnicos, quòd liberi de conjugio statuere debeant secundùm consensum parentum[k].

5. *Cùm audiisset*] A comitibus Dinæ qui effugerant[l]. ¶ *Siluit*, ità V. Mo. וְהֶחֱרִשׁ] *Surduit*, O. Ità tacuit acsi nihil audivisset[m]. *Dissimulavit*, Ti. Dissimulavit prudenter quod corrigere non poterat[n]; Deo totum permittens[o].

6. *Hemor patre Sichem*] Indulget filio, qui debebat corripere[p]. ¶ *Ut loqueretur*] De futuris nuptiis[q].

7. *Irati sunt*, &c. וַיִּחַר לָהֶם] *Incaluit* (sub. furor eorum) *ipsis*, V. *indignati sunt*, *succensuerunt*, Ar. Ch. Caj. *doluerunt vehementer*, Sy. *ὁ'*. ¶ *Rem fœdam*] Ità, V. O. seu *turpem*, *ὁ'*. Sa. Ar. O. seu *absurdam*, M. ¶ נְבָלָה] *Pravitatem*, V. P. *abjectionem*, O. Mo. *flagitium*, IT. *fatuitatem*, O. A. *ignominiam*, Ch. *nefas*, Sy. Ti. Ma. נבל est *cadere*, & quia res quæ cadit fœdatur, hinc est *fœdare*[r]. ¶ *In Israel*] Contra Israel, patrem Dinæ[s]; vel, contra domum seu familiam Israelis; Met. efficientis[t]: vel, contra Ecclesiam, ad ejus ignominiam. Loquitur Moses sermone suo tempore recepto. Vide Deut. 21. 21. Jos. 7. 15. Jud. 20. 6[v]. ¶ *Rem illicitam*, וְכֵן לֹא יֵעָשֶׂה] Ad verb. *& sic non fiet*, H[s]. *quum non liceret sic fieri*, V. Ch. *non solet sic fieri*, O. Futura apud Hebræos sæpe debitum indicant ac decorum: Mal. 1. 6. *honorabit*, i. e. honorare debet; Gen. 20. 9. *quæ non fient*, i. e. non digna fieri; Mal. 2. 7. *custodient*, i. e. custodire debent: Ribera in Mal. 1. 16, 17[x].

8. *Sichem, filii mei, anima*, &c.] Ità JT. Malim sic, *Schechemus, filius meus*, &c. h. e. *Quod attinet ad Shechemum, anima ejus*, &c. Nominativus absolutè ponitur[y]. *Quod confirmari potest ex accentu distinguente, sive pausa majore Rebia, supra vocem* בְּנִי, *filius meus*. ¶ *Filiæ vestræ*] Fratres innuit, quorum tamen filia non erat, quia potior patris persona. Synecdoche qualis Gen. 35. 26[z]. *Filiam* dicunt, quia nomine parentis egerunt[a].

10. *Terra in potestate vestra*, לִפְנֵיכֶם] *Coram vobis*, *in conspectu vestro*, V. [ità plerique;] *vobis patet*, Sy. *inter manus vestras*, Ar. Hebraismus, pro, *in potestate vestra*, ut habitetis ubi libet[b]. ¶ *Est*, תִּהְיֶה] *Sit*, F. *erit*, V. ¶ *Possidete*, וְהֵאָחֲזוּ] *Possessionem capite in ea*, V. M. Date operam ut sitis possessores[c]. *Circuite*, Mo. Pi. scil. negotiandi causâ[d]. Vel sic, *Negotiamini eam*, i. e. pasturis & culturis exercete[e].

11. *Inveniam gratiam*] Sim vobis gratiosus, & annuite precibus meis[f]. ¶ *Dabo*] In compensationem injuriæ, & donationem propter nuptias[g].

12. *Augete dotem & munera*, הַרְבּוּ מֹהַר וּמַתָּן] *Multiplicate dotem & donum*, O. Ma. Vel sic, *Multiplicate festinanter*, aut *festinando*, *donum*; i. e. injungite quòd festinè solvam[h]. מוהר sign. 1. *festinationem*, 2. *dotem*: vel, quia hæc festinanter, i. e. celeriter, promittatur desponsatis, & detur nuptis; vel, quòd homines festinare facit ad nuptias[i]. Vetustissimus hic mos, & ferè omnium gentium, fuit, ut dos à viris mulieribus daretur. Vide quæ noto ad 1 Sam. 28. vel 24. & Salmas. de Modo usur. c. 4. p. 138. Uxorem de more comparabo; vos quod vultis pretium statuite[k]. ¶ *Munera postulate*] Etiam amplissima vobis dari, ut mos sponsæ fratribus dare[l].

13. *Responderunt in dolo*, &c. בְּמִרְמָה וַיְדַבֵּרוּ אֲשֶׁר טִמֵּא וגו׳] *In dolo*, & *locuti sunt*; ordo inversus, pro, *& locuti sunt in dolo*, V. sic ferè alii; *Locuti sunt sapienter*, Ch. vel, *dolosè*, Sy. Ar. *eò quòd violâssent*, &c. Alii aliter; *Responderunt per fraudem, cùm alloquerentur eos*, JT. *sic loquentes, eò quòd*, &c. Sa. *apud se loquentes*, &c. M. *expostulantes super eo quòd*, &c. Ti. Jacob filiis permisit ut responderent quod ipsis videretur: Illi capita contulerunt, &, dolum meditati, crudelitati pietatem prætexunt[m].

14. *Non incircumciso*] At nulla Scriptura hoc significat. Poterat Abraham; & ipse Jacob incircumcisi filias accepit[n]. Verisimile tamen est paulatim tanquam illicitum habitum, & postmodum per Moysen lege

[c] A. sim. L. [d] La. [e] A. [f] E. [g] V. sic Ben Ezra in M. [h] M. F. Ma. [i] O. [k] Belg. [l] Me. [m] O. [n] L. Me. [o] Me. La. [p] Me. [q] Me. [r] O. [s] Me. [t] Pi. [v] A. [x] Ga. [y] Pi. [z] Aug. in Ga. [a] Walth. [b] V. Me. F. [c] V. [d] Pi. [e] Ma. [f] F. V. Me. [g] Me. [h] O. [i] Ma. [k] Me. [l] Me. [m] Me. in V. 14. [n] E.

lege firmatum, cùm Circumcisio cœpit esse gentis Judaicæ signum & protestatio[o].

15. *In hoc valebimus fœderari,* [בְּזֹאת נֵאוֹת] *Complacebimus in hoc,* P. Mo. *acquiescemus hâc lege,* seu *conditione,* V. Sy. Sa. *hac in re consentiemus,* M. A. Ar. Vide infrà v. 22. V. *Obsignati, securi erimus,* Ti. *pulchrè conveniemus,* Ma. Ch. reddit per vocem נִיטְפֵּס, (quod est passivum Ithpeal, arbitror pro נִתְטְפֵּס, ת, suo more, abjecto ob sequens ט.) Hoc editionis Complutensis authores vertunt, *conveniemus vobiscum.* Mallem sic reddere, *formabimur,* aut *conformabimur,* (à טפס, quod Ch. & Sy. sign. *formare,* & *conformare.*) Ità τῷ ό. imitati sunt, qui vertunt, ὁμοιωθησόμεθα, i. e. *assimilabimur,* sive *conformabimur, vobis.* Proinde suspicor & ό. & Ch. censuisse נֵאוֹת non esse à אוּת, ut plerique omnes statuunt, sed ab אוֹת, i.e. *signum,* (quemadmodum ab אוֹר *lumen* est נֵאוֹר *illuminabimur.*) Ità ad verbum erit, *signabimur,* vel *consignabimur, vobis;* q. d. tanquam signo utrisque communiter impresso, similes efficiemur vobis. Vel poterit reddi, *obsignabimur,* h. e. firmum assensum pollicemur. Vide ad 2 Reg. 12. 8[p].

17. *Tollemus*] Discedentes dehonestatam abducemus, vos Deo puniendos relinquentes[q].

19. *Inclytus,* [נִכְבָּד מִכֹּל] *Clarus præ tota,* &c. i. e. *clarissimus,* V. Sic Hebræi comparativum constituunt[r].

20. *Portam*] Ubi prætorium, & judicia concionésque fiebant, forúmque venalitium[s].

21. *Pacifici sunt,* ità TJ. P. V. [שְׁלֵמִים] Hebraismus; hactenus pacificè vixerunt nobiscum[t]. Sic fert origo vocis[v]. (*Sunt concordes,* Sy. *sunt nobis confœderati,* Ar.) At Aquila, solitus alioqui origines anxiè exprimere, maluit κατηρτισμένοι, quia sæpe ea vox id quod in suo genere perfectum est significat; ideóque verti solet ὁλόκληρος, πλήρης, τέλειος, etiam δίκαιος, qui hujus loci videtur esse sensus[x]. *Integri sunt,* O. M. Plurale venit à sing. שָׁלֵם, *perfectum,* seu *integrum;* & non à שלום *pax*[y]. ¶ *Et volunt habitare,* [וְיֵשְׁבוּ] *Et habitabunt,* P. i. e. Ut habitare eis liceat in hac regione, & negotiari[z]. ¶ *Spatiosa & lata,* [רַחֲבַת יָדַיִם] *Spatiosa manibus,* i. e. locis; יָד pro מָקוֹם[a]. q. d. Regio nostra spatiosior est quàm ut eam possimus colere soli[b]. *Lata manibus,* i. e. spatiis, &c. Ma. Mar. Vel, limitibus, terminis; solebant enim in limitibus collocare manum, quæ disjungebat ditiones, ac demonstrabat quousque potestas aut ditio alicujus protendebatur[c]. *Manus* pro spatio; quòd sicut manus præbet homini omnia necessaria, sic terra, præsertim lata[d]. Triplex ad persuadendum ratio: 1. Necessitas communis terræ colendæ & inhabitandæ; 2. Conjugium cum mulieribus ex Mesopotamia, quæ Cananæis pulchriores; 3. Lucrum[e].

22. *Ritum gentis imitantes*] Meliùs coalescunt populi rituum paritate[f].

23. *Nostra erunt*] Non proprietate, sed commercio & communicatione civili[g]. Bona enim amicorum sunt communia. Sed Hebræi aliter intelligunt; *Nostra erunt,* nempe per eorum subjectionem in servitutem, quod jam molitos Hemor & Shechem aiunt; & hinc Jacobi filios excusant, & illud, *in dolo,* exponunt, *cautè, prudenter,* quasi ab eorum dolo moti essent ad tractandum de interfectione ipsorum. Et quòd eos increpat Jacob Gen. 49. accipiunt de dolo eorum contra Joseph, non contra Sichimitas. Hæc illi. Sed obstat, quòd non sic se excusant postea, sed tantùm per violentiam sorori factam[h].

25. *Quando gravissimus vulnerum dolor*] Quod verum esse confirmat Hippocrates, libro de Fracturis, (vide Valesium Sacræ philosophiæ c. 12.) quia eo die sæpe febres nascuntur ex inflammatione[i]. Dicunt Hebræi, tertio die post circumcisionem dolorem semper esse graviorem, שהוא חצי המרובע, ut inquiunt Medici. Nescio si id Hebræi referant ad quartam Lunæ, aut potiùs sextilem ejus aspectum, qui est medium quadraturæ[k]. ¶ *Duo filii*] Tanquam principes & auctores consilii[l]. Simeon 21, Lev. 20 annorum, Me. Non sine suorum comitatu[m]. Hi erant fratres Dinæ ex utroque parente, & reliquis

[o] Bo. [p] Ful. miscel. 5. 4. [q] Me. [r] M. [s] Jun. Pi. Me. [t] V. F. [v] G. [x] G. [y] M. [z] V. [a] M. ex RR. [b] Jun. [c] Ma. [d] Mar. [e] Me. [f] G. [g] Me. Bo. [h] L. [i] G. [k] M. [l] T. [m] Me. T. E. Jun.

seniores, præter Reubenem, qui mitioris ingenii erat, Gen. 37[n]. ¶ *Urbem confidenter,* ità Mo. [בֶּטַח] Alii sic, *ad urbem quæ habitabat confidenter,* securè, nihil tale exspectans[o]. ¶ *Interfectis omnibus masculis*] Obj. At v. 29. captivos duxerunt טַפָּם. Resp. 1. טַף vel *parvulas* hîc sign. 2. vel, non omnes masculi aut interfecti aut circumcisi erant, sed ii tantùm qui per portam egrediebantur, ac nubiles erant[p]. 3. טַפָּם *supellectilem* vertunt ό. Sy.

26. *Necaverunt,* &c. [לְפִי חָרֶב] *Ore gladii,* i. e. gladio, V. חוּד, aciem gladii, Heb. vocant פִּי[q]. Multiplex hîc peccatum: 1. Mendacium[r]; 2. Perfidia[s], cùm ulciscuntur injuriam jam à se condonatam, & justa satisfactione abolitam, mutuóque fœdere, quin & connubio, extersam[t]; 3. erga parentem Inobedientia, quem ista non probaturum satis intelligebant[v]; 4. Injustitia belli, cùm penès patrem, non illos, summa potestas esset[x]; 5. Sacrilegium, quòd Circumcisionis sacrâ ceremoniâ ad injustam cædem sunt abusi[y]; 6. Crudelitas, quòd ultra modum sævierint[z]; & tyrannis, cùm graviter læsos, idque ex suggestione sua, & in gratiam sui, jugulârunt[a]; 7. Temeritas[b] & Imprudentia, quòd se & suos in magnum discrimen adduxerunt[c]; quòd, adolescentes vix 20 annorum, inscio & invito patre, rem talem aggressi sunt[d]; 8. quòd innoxios cum nocentibus peremerunt[e]. ¶ *Tollentes Dinam*] Quæ à die stupri ibi remansit[f].

27. *Irruerunt super occisos,* [ità ferè omnes,] [חֲלָלִים] *Prostratos,* Ar. *violatos,* Ma. חָלָל propriè est *profanum.* Profanum autem est corpus mortuum, ex cujus contactu Judæus immunditiam contrahit[g]. ¶ *In ultionem stupri,* [אֲשֶׁר טִמְּאוּ] *Quòd polluissent,* plur. pro sing. D. Synecdoche integri, nam unus polluerat[h]. Quod unus fecit, civibus in genere imputatur; quòd hoc flagitium nec impedirent[i], nec punirent[k], sed de eo potiùs gloriati sunt[l]. Sic alibi factum unius omnibus imputatur, Jos. 7. 1, 11, 12. & 22. 20. & Exod. 2. 14. collat. cum Act. 7. 27, 35[m].

29. *Captivas*] Ex homicidis fiunt prædones, sicut David ex adultero homicida. Sic usu venit iis qui frænum laxant affectibus[n]. Cùm cædes & deprædatio fuerint injustæ, credendus Jacob, ubi rescivit, & potuit, captivos omnes liberos dimisisse, & quæ supererant bona restituisse[o].

30. *Odiosum fecistis me,* [לְהַבְאִישֵׁנִי] *Ut fœtere faceretis me,* P. H[s]. Fecistis ut abhorreant à me tanquam à re putida; reddidistis me abominabilem Cananæis[p]. Huic contrarium est illud, 2 Cor. 2. 15. *Christi bonus odor sumus,* pro, *accepti sumus Christo*[q]. Pisistratus filiis suis sævissima meditantibus in raptores sororis, *Quid,* ait, *faciemus hostibus, si hæc amatoribus facimus*[r]*?* ¶ *Pauci,* ità Ch. Sa. JT. sic RS. & AE. in M. [מְתֵי מִסְפָּר] *Viri* (*mortales,* Ma.) *numeri,* Mo. i.e. pauci, qui facilè numerantur. Sic Deut. 4. 27. & 33. 6[s]. Sic *anni numeri,* Job. 16. 22. & *reliquiæ numeri,* Isa. 21. 17[t]. Cui contrarium est, *sine numero,* 2 Chron. 12. 3[v]. Hebræi vocant מֵתִים *mortuos,* מְתִים *viros;* qu. mysterio indicetur vivos à mortuis punctulo uno tantùm distingui: tam prope mortem sumus[x]. ¶ *Percutient*] Qu. Quomodo hic metus consistebat cum fide promissionum ipsi factarum? Resp. 1. Eodem modo ut Abraham, cùm immolaturus erat filium, arbitrans quòd & à mortuis eum suscitare potuit Deus. 2. Non sunt verba metuentis, nec diffidentis, sed objurgantis filios; ut qui temeritate suâ, quantum in ipsis erat, frustrarent Divinas promissiones[y].

31. *Numquid ut scorto*] *Quasi cum vagatrice,* Ch. Sic vocant *scortum,* ab excurrendo & vagando. Mulieres sint οἰκουροί, ait Apostolus. Tales sunt probæ & castæ. Dinah quia excurrebat & vagabatur, læsa fuit ipsius pudicitia[z]. Iratorum frivola excusatio[a]. ¶ [הֲכְזוֹנָה] ז in textu est litera majuscula, fortè ut significet eorum audacia & pervicacia verba ad patrem; ut litera parva Gen. 23. 2. sign. moderationem in luctu[b].

[n] Jun. [o] V. ex Ch. sic Jun. [p] Walch. [q] M. [r] Me. [s] Me. T. [t] T. [v] T. Me. [x] E. Me. T. [y] E. Me. T. [z] Me. [a] T. [b] Me. T. [c] Me. [d] T. [e] E. T. [f] Me. [g] M. [h] Pi. [i] Belg. [k] He. in A. [l] Belg. [m] A. [n] Jun. [o] Me. [p] V. [q] V. F. [r] G. [s] Jun. A. [t] Ma. [v] A. [x] Ma. [y] E. [z] F. [a] Me. [b] A.

CAP.

CAP. XXXV.

1. *Surge, & ascende*] i.e. Citò ascende[c]. Dum Jacob pavet, Deus eum consolatur[d]. ¶ *Fac altare*] Ut promisisti, cùm lapidem erigeres[e]. At jam novennium à reditu transegerat; cur tamdiu distulit? Resp. 1. Deerat illi commoditas exsequendi tam solenne sacrificium & decimarum oblationem[f], & idololatriam expurgandi: hanc nunc captat ex metu Chananæorum, &c. 2. Totus à Divino nutu pendebat, nec dubitabat Deum illi significaturum tempus, &c[g].

2. *Deos alienos*, אֱלֹהֵי נֵכָר] *Deos alieni*, Mo. sub. *populi*, JT. Ma. *idola populorum*, Ch. Teraphim ista, quorum unum Gedalia ait multo pòst tempore erutûm cultúmque à Samaritis[h]. Qu. An Jacob talia permiserat in familia? Resp. 1. Rachel priùs furata esset idola Labani[i]; quod fortè tunc audiverat[k]. 2. Aut aliquid adhæsit de præda Sichimorum, idola fortè ex auro vel argento, quæ asportaverant[l]. Ea voluit removeri, nè illorum aspectu & pulchritudine ad colendum ea inducerentur. 3. Fortè nec uxores nec filii erant idololatriæ rei, sed servi & ancillæ ex gentibus idolorum cultoribus: Habuit enim familiam numerosissimam[m]. Potest de captivis Sichemitis intelligi[n]. ¶ *Et mundamini*, &c.] *Et mundate vos*, Jun. scil. abstinendo à concubitu conjugali, ut Exod. 19. 10, 15[o]. ¶ *Et mutate vestimenta*] Exuite sordida, induite munda; ut hoc cultu externo munditiam animi profiteamini[p]: ídque non solùm ob idololatricam pollutionem, sed præcipuè ob cædem nuper patratam[q]. Homines Deum accedentes aut *mutabant* vestes, 2 Sam. 12. 20. aut *abluebant*, Exod. 19. 10. Levit. 15. 13[r].

4. *Et inaures*, נְזָמִים] Vox generalis est, & sign. ornamenta & aurium & frontis, vide Gen. 24. 22[s]. vel nasi, vide Prov. 11. & Isa. 3[t]. Monumenta idololatriæ & superstitionis abolenda sunt, Exod. 32. Deut. 7. & 12. Jud. 8. & Hos. 2[v]. ¶ *Quæ in auribus eorum*] i.e. Vel *deorum*[x]; quibus idola, instar hominum, in auribus ornabantur[y]: deorum anathemata suspensa, (neque enim erat cur suas inaures abjicerent[z].) Vel, quæ pendebant ex auribus famulorum[a]. Illis insculptæ erant, more gentilium, effigies, vel signa idolorum[b]. Has removeri jubet, 1. nè eas ut insignia superstitionis gestarent; 2. nè ad novos deos conflandos materia essent aut irritamentum; confer Exod. 32. 2, 3, 4[c]. 3. nè quod superesset vestigium idololatriæ, útque suis ejus exsecrationem ingeneraret. Ideóque noluit eas in alium usum convertere[d]. Insignia hæc erant alicujus superstitionis[e]; dicata, scilicet, alicui fictitio numini: qui mos olim Syrorum per Syros Phœnicas in Africam venit. Ideo Aug. de Doct. Christ. l. 2. inter superstitiosa numerat *inaures in summo aurium singularum*. De quibus latiùs Epistolâ 73. *Inaures——non ad placendum hominibus, sed ad serviendum dæmonibus, adhibentur.* Erant in illis notæ quædam siderales, unde σφραγῖδες dicebantur. Luctatius ad Statium, *Licèt magis frigidas habent*; sed legendum, *licèt magi sphragidas habent.* Tales & annuli partim ad mira perpetranda (ut ille Gygis, Platone de Rep. 2. Cicer. de Offic. 2. Plin. l. 33.) memorantur; partim valere crediti dæmonibus pellendis, teste Luciano in Philopatride partim contra morbos, testibus Alexandro Tralliano, Marcello Empirico, & aliis. Sic & comas diis dicatas ex poetis discimus, & cirros in comis ex Ammiano Marcellino lib. 22[f]. ¶ *Infodit*] Totâ familiâ locum ignorante[g]. Priùs confracta & liquefacta, sicut Exod. 32. 10. & 2 Reg. 18. 4[h]. Commendatur nobis magna perfectio & zelus Jacob pro religione verâ[i]. ¶ *Subter terebinthum*, ità ό. & Ch. in A. אֵלָה] Al. *quercum* vertunt, A. Ma. Si radix spectetur, sign. arborem exsecrabilem, funestam, quales apud idolorum delubra plantari solent: & fortè hac de causa sub ea exsecrabilia idola recondidit[k]. Vel, *sub quercu*, quia quercus & tales arbores, religioni dicatæ, diu perstiterunt, nec cædebantur, Gen. 21. 33. Deut. 12. 2[l].

5. *Terror Dei*] Ingens, & à Deo missus[m]. Sic *sopor Dei*, 1 Sam. 26. 12. Humanitùs enim nihil timendum erat illis qui numero, potentiâ, &c. superiores erant[n].

6. *Luz in Canaan*] Ad differentiam alterius, Jud. 1. 26[o].

7. *Appellavit*] i.e. Appellationem suprà (c. 28. 19.) inditam confirmavit[p]. ¶ *Apparuit Deus*, נִגְלוּ אֱלֹהִים] i.e. Angeli, Onk. in M. V. G. Solet cum uno Angelo principe apparere Angelorum aliorum comitatus. Vide Luc. 2. 9, 13[q]. Alii de *Deo* accipiunt; ità A. Pi. BA. 1. 2. 34. 347. ό. in A. Docet hoc *revelandi* verbum[r]. Numerus verbi pluralis est, ad significandam Trinitatem in Unitate[s].

8. *Deborah*] Tradunt Hebræi hanc à Rebecca remissam in Haran, ut Jacobum revocaret[t]. Hoc affirmat Rasi (ex Moyse הדרשן, i. e. Concionatore,) & Abarbanel ex Cabala. Sed non est probabile tam grandem natu missam. Nachmanides existimat eam, postquam primò venisset cum Rebecca in Cananæam, rediisse ad suos lares, unde deinde cum Jacobo profecta est ad visendam dominam. Huic suffragatur Abarb. Docet etiam Nachman. non abs re esse, si quis hanc dicat non eam fuisse quæ Gen. 24. 59. (non enim ea ibi nominatur) sed aliam quandam quam secum abduxit[v]. ¶ *Ad radices Bethel*] Ad imum montis in quo Bethel[x]. ¶ *Quercus fletûs*] Qu. Cur ità flebant ob senem decrepitam? Respondet Arama, quòd erat fœmina haud parvi pretii. At inibi eum cognovisse de morte matris tradunt veteres Hebræi Doctores, & Ramban & Bechai; & probat Abarbanel, quia scriptum est Gen. 35. 27. *venit ad patrem*: dixisset, *& matrem*, cujus consilio profectus est, si superstes tunc fuisset. Et huc referunt quod sequitur, *Et benedixit*, i. e. benedictione lugentium; h. e. in luctu consolatus est[y].

9. *Benedixit*] Cum nominis novi confirmatione, gratiæ donis & virtutibus animum adauxit[z].

10. *Non Jacob*] Nempe tantummodo, V. Me. Qu. Cur hoc iteratò dicitur? Resp. Quia Jacob hîc (ut antea Gen. 32.) anxius erat, & à Cananæis undique timeret[a].

11. *Ego omnipotens*] Ut scias præstare me posse quod promisi. ¶ *Gentes & populi*] Tribus Israel, numero gentibus & nationibus pares[b].

12. *Tibi & semini*] i.e. Tibi, quia semini tuo[c].

14. *Erexit*] *Erexerat, statuerat*, V. P. Sic vertenda quæ sequuntur, *insperserat, profuderat*, &c. Pi. V. Utrùm bis fecit, an bis commemoratur? Aug. qu. Gen. 116[d]. Hoc priùs fecerat, sed jam repetit[e], aut curavit ampliùs[f]: vel potiùs, eversum ab incolis profanatúmque restituit[g]. [Vide Gen. 28. 18.] ¶ *Titulum*, ità Caj. מַצֵּבָה] *Statuam*, V. Mo. O. *metam*, V. Qui simul esset & *titulus*, i. e. monumentum apparitionis & promissionis Divinæ, & *altare*[h]. ¶ *Libans*, &c.] Scil. vinum[i], vel *Sechar*[k]. Oleo ac vino lavit[l]. ¶ *Effundens oleum*] Ad consecrationem altaris: vide Gen. 28. 18[m]. *Hunc imitati sunt Gentiles.* Vide Casaub. ad Theophrast. Charact. *de superstitione. Homo superstitiosus* πάντα λίθον λιπαρὸν *(unctum)* προσκυνεῖ. *Neque enim justiùs religiosam moram viatori objecerat aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, vel etiam colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus:* Apul. Florid. 1[n].

16. *Verno tempore*, כִּבְרַת] כ potest esse vel radicale, ut sit à כָּבַר; vel servile, quod plerique Hebræi volunt, *quasi*, vel *ferè*, בִּרַת *berath terræ*, à בָּרָה. Hinc variant interpretes[o]. 1. Aliis tempus indicat, *verno tempore*; ità Vulg. & alii, teste RS. in F. co. Nescio quid ei in mentem venerit, nisi legerit כִּפְרַת[p]. [Sed alii sic exponunt.] q. d. Juxta tempus quo terra cibum & segetem effert, à בָּרָה *cibare*, Me. Vel, secundùm procreationem terræ, à בָּרָא, h. e. quum terra incipit procreare & gignere fructus[q]. Alii derivant à כְּבָרָה *cribrum*, quòd tum terra in morem cribri scissa & excavata rimulis & cavernis apparet[r]. Hi in Qu. Eb. vertit, *in*

Marginal notes (left column): c V. d Me. e Me. f Bo. g La. h G. i L.E. Me. k Me. l E.L. Me. m E. n A. ità TJ. o Pi. p Me. Jun. q Belg. r A. s Pi. t O. v A. ex He. x P. in Bo. y Me. T. La. ex Aug. z Bo. a V. San. in La. b La. c Pi. d La. Me. e V. f G. g Jun. Ma. h Me. La. i E. k O.

Marginal notes (right column): l A. m Me. n Jun. o Me. p Me. ex L. q G. r Pi. s A. Pi. t I. M. Me. v Muis. x Me. y Muis. z Me. a Bo. La. b Me. c Me. d Ga. e A. f Jun. g Jun. A. h Me. i Me. A. k A. l V. m La. A. n Ga. o Ma. p M. q Ma. r F. co.

in electo terræ tempore, i. e. verno [s]. Videtur derivâsse à בָּרָה, vel בָּרַר, *eligere*; q. d. *secundùm*, vel *circa*, *electionem terræ* [t]. Et aliquando vertit, *tempore viriditationis* [v]. At verò, 1. non temporis, sed loci, notationem esse res clamat. 2. Tempus potiùs autumnale erat; fugit enim tonsuræ tempore, Gen.31.19. quod est cùm sudare incipiunt: nec nisi 4 mensibus commodè potuit itinerarium hoc conficere [x]. 2. Alii in genere accipiunt pro *portione & segmento terræ*; ità Meir Nethib. Sed hoc nimis vagum est [y]. *Quasi tractus* (*buccea*, Ma.) *terræ*, Sa. Mo. *planum*, vel *campus*, *terræ*, Jun. Pi. Alii, pro *magno vel amplo terræ spatio*, (à כַּבִּיר, *magnum*, *multum*;) ità Q. He. in F. co. M. Ità Oleaster, qui rationem ait reddi cur non sepelierit eam in urbe, quia scilicet nimium restabat itineris. At constat esse prope urbem, Gen. 48. 7. 1 Reg.10.2. Matt. 2. 18. Ità & Adrichom [z]. Alii, pro *exiguo spatio terræ*; ità A. nimis parcè, Ful. *Modicum terræ*, A. *exiguum spatium itineris conficiendum*. Hic sensus probatur ex 2 Regum 5. 19 [a]. 3. Aqu. sic, καθ' ὁδὸν τῆς γῆς, i. e. juxta viam (nempe regiam & publicam) quæ ducit in Ephrata. Sic ὁδὸς sumitur Luc.14. 23. & Act. 8.36. Ità כִּבְרַת Aquilæ est *iter purum & patens*, à בָּרָה *purgare*; q. d. via quam vepribus & dumetis obstructam purgârunt & aperuerunt. 4. Fortè בִּרַת deducendum à Syriaco בָּרָא, quod *rus* aut *agrum urbi circumjacentem* significat. 5. ο'. ἱππόδρομον transtulerunt, teste Hi. acsi כִּבְרַת accepissent pro רִכְבַּת, (per metathesin) quod est *spatium decursionis equestris*. Unde fortè Mun. *stadium* vertit [b]. Hippodromus autem Alexandrinus erat mille cubitorum, nempe à meta ad metam [c]. 6. Quidam vertunt, *Et erat quasi pastus terræ*; i.e. supererat tantum itineris quantum confici potest ante unum pastum, &c. (puta, à manè ad tempus prandii:) h. e. Itinere alterius partis diei distabant ab Ephrath [d]. *Circiter diætam terræ*, i. e. quantum conficit homo inter refectionem, v. g. à manè ad jentaculum, indè ad prandium, indè ad cœnam †. Hic sensus veritati non congruit: Non ultra milliare distabat à Bethl. ut docet nos αὐτόπτης Hieron [f]. 7. Alii exponunt, *milliare*; ità AE. & RS. & K. in F. co. ità Ar. P. & Schindl. & Buxt. in Ma. A. *Sic Saadias, sed sine teste, sine exemplo*, inquit is qui vulgò audit doctissimus Ebræorum [g]. Sed non tantum distat à Bethlehem, aiunt RS. & Abenmelech in D. & Rambam, qui se ea loca invisisse dicit [h]. 8. Alii ergò *jugerum* vertunt; sic Ti. Sic quidam Onkeli authoritate fretus, qui כְּבַר transtulit, tanquam per metathesin à כרבה, (כרב autem Chald. & Syr. est *arare*:) significâtque quantum terræ boves arando efficiunt. Mea conjectura hæc est, כִּבְרַת esse constructæ formæ, à בְּרָה, quod Rabbini dicunt בַּר, Targum בָּרָא, éstque idem quod שָׂדֶה: שָׂדֶה autem significat non tantùm *agros*, *rus*, in genere, sed etiam *arvum*, sive tantam agri longitudinem quantam ducendis sulcis arator efficit; ut 1 Sam. 14. 14. Sic Onk. & Targ. Jerosl. כרוב ארעא, ad verbum, *arationem terræ*, i. e. *jugerum*. In Concordantiis Hebraicis חֶבֶל *funis* interdum denotat כִּבְרַת הָאָרֶץ, *tractum terræ*, quantum unius funis dimensio absolvebat, i. e. jugerum. Et Benjamin dicit esse *prope Bethlehem ad dimidium circiter milliare*: nam מיל est bis mille cubitorum. Addam quod annotat de hoc sepulchro. Ait esse in bivio, & cippum istum factum esse ex undecim (duodecim dicendum fuerat) lapidibus, pro numero filiorum Jacobi —Judæos autem omnes qui prætereunt ibi nomina sua in cippi lapidibus exarare [i]. 9. Quidam *stadium* vertunt; ità Sy. M.

18. *Benoni*] *Filius doloris*, vel *luctus*, *mei*; sive activè, sive passivè [k]. Vel, *filius laboris*, i.e. in cujus partu laborâsset: vel, *filius roboris*, in quo supremum robur consumpsi; vel, qui matre fortior erat [l]. ¶ *Benjamin*, בִּנְיָמִין] Alii exponunt, *filium dextræ*; ità Vulg. V. aut, quia robur præcipuum in dextra; ut ostenderet se forti animo hunc casum ferre [m]: aut, quòd ostenderet virtutem generandi apud ipsum adhuc fuisse; *dextra* autem sign. robur [n]: aut, quia patri charissimus [o]; quia dextra honoratior & charior homini sinistrâ, inquit Abenmelech [p]. Sic alibi,

[Left margin notes: s Ful. — t Ma. — v Mc. — x Ful. misc. 2. 15. — y Ful. ib. — z Bo. — a Jun. — b Ful. ib. — c Bo. — d V.K.F. co. D. — † D. — f Ful. misc. ubi suprà. — g D. — h Di. — i Di. — k Jun. — l O. — m Me. post L. — n O. — o V. — p D. V.]

Sit manus tua super virum dextræ [q]. Dextrâ apprehendimus res aut homines nobis charos: Et chariores sunt filii qui postremi nascuntur [r]. Alii, *filium dierum*, sive *senectutis*, i. e. provecti diebus, vel ætate; sic AE. & Hiscuni; acsi esset בִּנְיָמִים: solet autem ן pro ם poni ex dialecto Syriaca. Grammatici numerant decem voces hujusmodi; ut חִטִּין *frumenta*, אִיִּין *insulæ*, &c. Jacobus autem *Syrus* vocatur, Deut. 26. 5. quia recèns è Syria venerat [s], & Syriaci sermonis multum adhuc retinebat. Convenit optimè cum eo quod infrà est, 44. 20 [t].

19. *In via*] Antiquitùs sepulchra extra civitates erant [v]. ¶ *Quæ ducit Ephratam*] i. e. Bethlehem: ab uxore Caleb sic denominata est, 1 Chron.4.4 [x]. Inter *Jerusalem* & *Bethlehem* [y].

20. *Titulum*, ità ο'. מַצֵּבָה] *Statuam*, Ch. Mo. *erectionem*, O. i.e. columellam, ut Cicero vocat 1. de Leg. στήλην Græci, quos ο'. hîc sequuntur [z]. Quæ esset tanquam memoriale mortis Rachel; vel potiùs secundæ vitæ [a], & ad ostendendum quòd haberent fidem resurrectionis [b]. Pyramidem perelegantem fuisse ait Borchardus [c].

21. *Turrem gregis*] Al. vertunt, *turrem Eder*, Sa. Sy. Ar. M. Ti. Mo. Al. *Migdal-eder*, P. Ma. Locus erat pascuis uberrimus, & hîc Patriarcha greges pascere solebat [d]. Mille tantùm passibus distabat à Bethlehem [e]. Hîc Angeli pastoribus apparuerunt [f].

22. *Cum Balah, concubina*] Vide de concubinis ad Gen. 25. 1 [g]. ¶ *Quod illum minimè latuit*] Etsi ad tempus dissimulavit, metuens majora mala, quia Reuben ferox erat; postea tamen eum punivit, Gen. 49 [h]. Hoc narratur, ut appareat quàm justè Reuben primogeniti jure privatus est [i]. In Hebræo spatium hîc relinquitur, cum hoc signo, ○ ,ut attentionem nostram excitet. Fortè dolor Jacobi tantus erat ut verbis exprimi non posset [k]. ¶ *Filii duodecim*] Justinus lib. 36. *Israelem felix decem filiorum proventus majoribus suis clariorem fecit* [l]. Commodè hoc subjicit, ut constaret cur primogeniti jus ad Josephum & Jehudam translatum sit, nempe tanquam ad primos præcipuarum uxorum filios [m].

26. *Qui nati sunt*, אֲשֶׁר יֻלַּד] *Qui natus est*, h. e. quorum quisque natus est, *ei* [n]. ¶ *In Mesopotamia*, &c.] Synecdoche est, quia ibi omnes nati, excepto Benjamin, qui in Canaan natus [o]. Similis synecdoche Gen. 46. 15. Exod. 12. 40. Joh.20.24 [p].

27. *In Mambre*] In planitie *Mambre*, scil. viri sic dicti [q]. ¶ *Civitatem Arbee*, קִרְיַת הָאַרְבַּע] Sic dicta, quòd vir *Arbe* ibi vel habitavit, (quomodo *civitas Nachor* dicitur ubi habitavit Nachor) vel natus est, (ut *civitas David*, ubi natus est) vel imperitavit. Præponitur ה, licèt nomen sit proprium viri, quia similitudinem habet nominis appellativi. Nam sic vocatus fuit, quoniam ipse & filii ejus erant quatuor. Ità Abenmelech [r].

29. *Consumptus ætate*] Deficiente calore naturali & humido radicali [s]. *Defecit*, scil. morbo levi [t]. ¶ *Populo suo*] Patribus in Limbo [v]. [Non placet illa interpretatio omnibus Romanensibus: Alii enim aliter exponunt.] Sepultus est cum majoribus suis [x]: h.e. mortuus est, ut cæteri [y]. Al. adjunctus est justorum animabus [z]. Vide Genes. 25. 8 [a]. De solis justis dicitur [b]. Isaaci mors (quæ diu postea contigit) hîc describitur à Mose per anticipationem, ut Jacobi historiam pleniùs persequeretur [c]; & nè historiam Josephi texendam interrumpere cogeretur [d]. ¶ *Plenus dierum*] Satur vitæ [e]. Vide suprà c. 25. 8 [f].

[Right margin notes: q D. — r V. — s D. — t G. — v L. — x Bo. La. Li. — y Me. — z G. — a V. — b L. — c Me. — d T. — e Me. T. — f Me. ità Hi. & To. in Ti. — g V. — h E. Me. — i Jun. Pi. — k A. — l G. — m Jun. — n K. in M. — o L. Jun. M. — p Ma. — q M. — r D. — s Me. — t V. — v Ità L. Me. — x Mer. V. — y V. — z Mar. A. — a A. — b To. in Mar. — c Jun. Belg. — d Bo. — e Me. — f V. — g Me.]

CAP. XXXVI.

1. G*enerationes Esau*] Hæc enumerantur, ut ostendatur benedictionem patris non irritam fuisse; & quia Idumæos, cum Judæis in unam gentem coalituros, Deus ab illis pro fratribus haberi voluit, Deut. 23. 7 [g]. & ut Israelitæ Idumæorum fines noscerent, eisq; abstinerent, exceptis eis quæ erant Ama-

lecitarum. Vide Exod. 17. 14. & Deuter. 23. 7 [h]. ¶ *Ipse est Edom*] Vel cognomento, vel alio nomine, V.

2. *Oolibama, filiam Anæ, filiæ Sebeon*] Sic Heb. & Ch. ait Bru. ità TJ. Ar. Mo. M. P. Ti. A. Sed hæc lectio minùs probanda est, Bru. intricata est, E. Constat enim Anam fuisse virum, & filium Zibeon, v. 24 [i]. At distinguendum inter hunc Zibeonem, qui erat avus Aholibamæ, pater Anæ; & Anam atque Zibeonem, qui fratres erant, v. 20 [k]. Alii sic, *filiam Anæ, filii Zibeon*: ità ο'. & 14 codices Vulg. MSS. ait Bru. Ità Sa. Sy. At in Hebræo est fœmininum, E. בַּת צִבְעוֹן. Alii sic, *filiam Anæ, filiam Zibeon*; sic Ch. Et hæc lectio præferenda est, Bru. E. Qu. At quomodo erat filia & patris, & filii? Respond. Vel erat filia Anæ *naturalis*, Zibeon *adoptiva* [l]: vel *filia* avi dicitur, pro *nepte*, sicut v. 14 [m]. Hæc Gen. 26. 34. vocatur *Judith, filia Beeri* [n]: (nam olim & viri & fœminæ erant multinomines [o].) Dices, quòd illic *Chittæus*, hìc *Chivæus*, dicitur, qui populi diversi sunt, Gen. 10. 5. Exod. 3. 8. Respond. 1. *Chittæorum* fines amplissimi erant, quibus *Chivæi* continebantur [p]: 2. vel, Hi populi contigui erant, adeóque eorum nomina facilè permutari poterant [q]: 3. vel, Avus fuit *Chivæus*, sed, cùm ad Chittæos commigrâsset, filius ejus dictus fuit *Chittæus* [r]. Mira hoc capite nominum mutatio: Quæ *Judith* c. 26. 34. hìc *Aholibamah* dicitur, ab idololatria: *Beeri Hittæus*, c. 26. 34. (sic dictus, quia habitavit inter Hittæos circa Beer-la-hai-roi) hìc est *Ana, Hivæus* origine, & v. 30. (collato cum 25.) *Horæus*, quia ibi habitavit: quæ hìc *Adah*, Gen. 26. 34. *Bashemath* vocatur; ut ostenderetur, Deo displicuisse Esaui nuptias: & quæ *Mahalath*, filia Ismael, cap. 28. 9. hìc *Bashemath* dicitur; ut significaretur, in filia Ismaelis fuisse Canaanitarum corruptelas †. Confer genealogiam hujus capitis cum 1 Chron. 1. 34. ad finem. *Timna*, quæ hìc est mulier & concubina Eliphazi, ibi v. 36. est ejus filius. Nam Scriptura compendiis utitur in rebus notis. Ibid. Nota præterea, 1. Esaui uxorem fuisse Aholibama, proneptem Seir, v. 20, 24, 25. Eliphazi (filii Esaui) uxorem, filiam immediatam Seir, v. 20, 22. 2. Fuisse postea ducem Korah ex stirpe Eliphazi, licèt Eliphaz non haberet filium immediatum illius nominis. Confer ver. 11. cum ver. 16 [t].

4. *Eliphaz*] Hic ex plurium sententia est ille *Themanites* in Jobo: & sic Hi. Sed potiùs hic est avus illius [v].

6. *Animam* נַפְשׁוֹת] i.e. Personas, seu homines [x]; ut Rom. 13. 1 [y]. Vide Gen. 12. 5. & 46. 26 [z]. ¶ *Et abiit in alteram regionem*, אֶל־אֶרֶץ] *In terram*; i.e. penetravit longiùs in regionem illam [a]. *Abiit è terra Canaan*, ο'. Ità אֶל interdum sign. Sic 1 Reg. 8. 30. אֶל־, *in habitaculo*; pro quo in 1 Chron. 6. 21. scribitur, *ab habitaculo*: sic אֶל־, *ad Sion*, Isa. 59. 20. pro quo in Rom. 11. 26. est, *ex Sione*: ità Jud. 17. 2. & 2 Chron. 1. 13 [b]. Alii legunt, *abiit in terram aliam*; ità Ch. in V. & TJ. Belg. A. nempe *in Seir*, ut habent Sy. & ο'. ità Jun. Pi. Vide quæ ad Gen. 33. 14, 16. Pi. Qu. Annon hoc repugnat c. 31. & 33. ubi priùs *in Seir* vixisse dicitur? Respond. 1. Eò jam antè abierat, propter parentum offensam [c]. Cæterùm post reditum fratris, reparatâ cum eo amicitiâ, reversus est ad parentes [d]. Sed mortuo patre, cùm pascua tam multis gregibus non sufficerent, eódem rediit [e]. 2. Verba sic vertenda in plusquam perfecto, *assumpserat*, & *abierat*, &c [f]. Patet ex collat. Gen. 32. 3. & 33. 14, 16 [g]. Arcanam Dei providentiam commendat Moses, quâ expulsus Esau in exsilium fuit, ut vacua maneret terræ (Canaan) possessio uni Jacobo [h]. ¶ *Recessítque à fratre suo Jacob*, מִפְּנֵי אָחִיו] *A facie* (vel *conspectu*, Jun.) *fratris*, Mo. Pi. *Ante adventum fratris abierat*, &c. *Facies* pro *adventu*; ut Gen. 30. 30. & 32. 3. & 46. 28 [i]. Non placet, nec exempla rectè allegantur: Ibi enim est לִפְנֵי, at hìc מִפְּנֵי [k]. Phrasis, *à facie*, non potest intelligi pro eo quod est *ante faciem*, i.e. ante adventum [l]. Verto, *propter Jacobum*, i.e. quòd sciebat terram Canaan ei ex promissione Dei cessuram [m].

7. *Terra peregrinationis*] In qua tanquam peregrini habitabant, ut Exod. 6. 4 [n]. & Chorræi domini erant: ideo illis non suffecit ea terra, quæ, reliquis expulsis, Israelitis suffecit [o].

9. *Patris Edom*] i.e. Idumæorum [p], celebris & famosi populi. Hoc ei contulit Deus in gratiam Isaaci [q].

14. *Filiæ*] i.e. Neptis, V. [*Vide quæ ad vers.* 2.]

15. *Hi duces*, אַלּוּפֵים] *Chiliarchi*, Ma. Discrimen inter *Ducem* & *Regem* hoc est, quòd Rex est coronatus, non ità Dux [r]. Idumæi primò amplexi sunt Aristocratiam, in qua Duces ex optimatum sententia rempublicam gubernabant; deinde amplexi sunt Monarchiam; tandem iterum Aristocratiam. Porrò, tam Duces quàm Reges electione, non successione, venerunt ad principatum [s]. Vel imperium à fortiori est usurpatum. Communis sententia est, 1. Duces, 2. Reges, 3. Duces fuisse, Regibus succedentes. *Duces pro Regibus*, inquit Vulgatus, 1 Chron. 1. 51. Sed nihil tale in Ebræo. Vix credibile est, usque ad Mosis tempora (h.e. annis paulò plus ducentis) tot gubernatores successisse. Et Reges illis post Mosen fuisse constat; & si in Ducatum regimen mutatum fuerit, id post Mosis tempora contigit. Scio quid dicant; vel prophetiçè hæc à Mose dicta, vel ab alio Propheta suppleta. Malim *Ducum* nomen à v. 15. ad 19. accipi tantùm pro capitibus & patriarchis familiarum, at in sequentibus pro regni proceribus & rectoribus provinciarum; ut patet ex circumstantiis vers. 40, &c. quarum nulla mentio in prima ducum enumeratione [t].

18. *Core*] Heb. *Korah*. Hic in filiorum catalogo omissus fuit, fortasse, quia nepos fuit [v]. Distinguendus hic ab alio Korah ex alia matre, v. 14. & 18 [x].

20. *Filii Seir Horæi*] Ità V. De quibus vide Gen. 14. 6. Videntur fuisse *Hivitæ*, v. 2. Nam *Zibeon*, ibi *Hivita*, vers. 24. est *Horita* [y]. Recensio horum fit ob affinitatem Esaui & Eliphazi cum iis, ex qua occasione cum iis habitârunt, & iis tandem in imperio successerunt [z].

24. *Iste est Ana*, עֲנָה] Pronunciatur *Ena*; ο'. Ἐνάν. Annon hoc didicerat Homerus, cùm scribit, Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων, (i.e. *Ex Henetis, unde mulorum genus*, &c [a]?) Qu. Quomodo hìc *Ana* vir statuatur, cùm v. 2, & 14. mulier statuitur? Bo. Respond. Hic *Ana* alius est ab *Ana* v. 2, & 14. quia hic *Horræus* erat, Ana verò ista *Hivæa* [b]: Vel, unus fuit *frater*, alter *filius*, Zibeonis [c]. ¶ *Invenit aquas calidas*, הַיֵּמִם] Variè reddunt. 1. *Maria*, Q. in Hi. O. Stagnum repererit, cujus inventio in eremo difficilis. Reperit venam aquæ salsæ [d]. Maximè omnium displicet. Nam, 1. יַמִּים, non יֵמִים, *maria* sign. 2. *Maria* non dicuntur nisi magni lacus, quales in deserto reperisse non tanti est, ut ab illorum inventione quis potuerit insigniri, cùm hi nemini non pateant [e]. 2. *Aquam*, Sy. At hoc non יֵמִים, sed מַיִם [f]. 3. *Aquas calidas*, thermas calidas & medicinales [g]. Fortè Vulgatus legebat חַמִּים *calidas*, & supplebat nomen *aquarum*. Non placet; nusquam vox *jamim*, cùm *aquas* sign. adjectivum illud *calidarum* complectitur [h]. 4. Alii vocem Hebræam Græcè exprimunt, Ἰαμείν, ut quam aliter reddi posse desperaverint: ità ο'. Aq. Sym. & Th. in BA. 242. 30. 5. Alii *mulos* vertunt: ità He. in F. K. in M. Abenmel. in D. ità TJ. & Bereshith Rabba 5. 8. & R. Juda & RS. & Pomar. Aquin. omnésque Hebræi recentiores, & Persa & Ar. & omnes ferè interpretes & lexicographi: BA. 239. Ità M. F. V. G. P. O. Ti. JT. A. Pi. i.e. Artem excogitavit, quâ ex admissura equi & asinæ muli procrearentur [i]. Probatur ex eo, quòd invenisse dicitur, &c. cùm pasceret asinos [k]. [*Non placet aliis.*] Quasi verò quicquid homo reperit inter pascendum asinos, id omne ad asinos debeat pertinere [l]. Neque ex solis asinis procreantur muli; equorum autem nulla hìc mentio [m]. Præterea, יֵמִים non significare *mulos* sic probatur. 1. Quia illa vox nusquam *mulos* sign [n]. illi autem פְּרָדִים dicuntur [o]. 2. Tum non diceretur *invenisse* mulos, quia מָצָא, licèt in Scriptura exstet locis plùs 400, nusquam sign. *excogitare id quod non est*, sed, *reperire rem jam exstantem*. 3. Probabile est mulorum usum

[h] G. [i] Bru. E. [k] A. [l] Li. [m] V. E. [n] Jun. Belg. Me. La. Riv. [o] Me. La. [p] Jun. [q] Belg. [r] Riv. † Li. in nov. observ. in Gen. [t] Li. in harm. [v] T. [x] V. [y] F. [z] A. [a] V. [b] A. [c] Me. E. [d] E. in vers. 8. [e] Me. E. [f] Jun. B. A. Riv. [g] Jun. [h] V. Me. [i] Jun. [k] Pi. [l] Riv. [m] Pi.

[n] V. [o] Walth. [p] Me. [q] V. [r] M. F. [s] Me. [t] Riv. [v] Jun. [x] Jun. A. [y] A. [z] Jun. Belg. A. [a] Di. [b] Bo. [c] BA. 1. 2. 21. 239. 40. [d] O. [e] BA. ib. 242. 33. [f] BA. [g] Me. T. La. Bo. [h] Riv. [i] Jun. Pi. Belg. [k] Q. in Bo. [l] Bo. [m] BA. 14. 12, &c. [n] O. BA. [o] Riv. BA.

usum in illis locis non fuisse tam vetustum; nam in armentis & gregibus *Ab. Is.* & *Jac.* & aliorum, Num. 31. Jos. 6. Jud. 6. & 1 Sam. 15. censentur *cameli, equi,* &c. at *muli* nusquam. Nec ante Davidis tempora leguntur mulis usi [p]. 6. Onk. vertit גבריא, quod tamen Fagius trahit ad mulos [q]; qui יֵמִים dicuntur vel ab איום *robore*, (quòd onera gravia ferunt,) vel ab אֵימָה *terror* [r]. Sed Chaldæam vocem ubique pro gigantibus usurpat [s]. [BA. vertit *gigantes*;] & eódem recidit quod Sa. reddit, *Emæos*, quia hi inter gigantes erant, Deut. 2. 10, 11. Illis itaque *jemim* iidem sunt qui *Emim*, quorum nomen Hebræi vel cum Jod, אֵימִים, scribunt, vel אֵמִים, sine *Jod*. Prius si sequamur, dicendum, in יֵמִים excidisse א; ut יָהֵל *tentorium figit*, pro יַאֲהֵל, Esa. 13. 20. תֵּזְלִי *& abibis*, pro תֵּאזְלִי, Jer. 2. 36. וַיָּרֶב *& insidiatus est*, pro וַיֶּאֱרֹב, 1 Sam. 15. 5. יֹמְרוּךָ *dicent tibi*, pro יֹאמְרוּךָ, Psal. 139. 20. & alia multa. Et, ut idem est *Aram* Matt. 1. 3. qui *Ram* Ruth 4. 19. idem locus אֶפֶס דַּמִּים 1 Sam. 17. 1. & פַּס דַּמִּים 1 Par. 11. 13. iidem populi *Aramim* & *Ramim*, 2 Par. 22. 5. ità *Emæi*, vel cum א, הָאֵימִים, vel sine א, הַיֵּמִים, dici potuisse constat. At si sequamur posterius, יֵמִים erit pro אֵמִים, י & א permutatis; ut תְּתִימָּרוּ, pro תִּתְאַמָּרוּ, Esa. 61. 6. & יָלֵף Ch. & Sy. idem quod אָלַף He. *discere*; & יָחַד idem quod אָחַד, *adunare*; & יָגַר, *acervus*, est ab אָגַר. Adde quòd הָאֵימִים hodie legitur in Hebræo exemplari qui Parisiis editus est charactere Samaritano. Si igitur sic intelligas, loci, alioqui obscuri & intricati, sensus apertus erit & percommodus. Hos Emæos *invenisse* dicitur *Ana* phrasi Hebraicâ: h. e. vel in eos incidit, vel etiam irruit in illos ex improviso. Ità verbum *inveniendi* sumitur Jud. 1. 5. 1 Sam. 31. 3. 1 Reg. 13. 24. & Psal. 21. 9. *invenies —inimicos*, & Cant. 5. 7. Esa. 10. 10. Aut igitur paratas insidias virtute suâ elusit, aut magnâ clade illos affecit. Et hoc eò fit verisimilius, quòd Emæi Horæis vicini erant, (ut constat ex Gen. 14. 5, 6. & præcipuè ex Deut. 2. 9, 10, 11, 12.) ut nihil tam proclive fuit, quàm hos illorum, aut illos horum, fines invadere [t].

30. *Qui imperaverunt*, לְאַלּוּפֵם] *In (per, vel secundùm) duces*, seu *principes, eorum*; ità V. Sy. Ar. Mo. P. A. M. Ti. i. e. juxta varios principatus quos exercebant [v]. Similis locutio est suprà, cap. 10. 31 [x]. *In millibus eorum*, O. *per ducatus eorum*, JT. *secundùm principatus eorum*, Ch. Sa. ό. Sic *Rex*, Esa. 23. 15. pro Regno Babylonis; & *quatuor Reges*, Dan. 7. 17. sunt quatuor Regna; *& thronus Regum*, 2 Chron. 11. 19. est *thronus Regni*, 2 Chron. 23. 20 [y].

31. *Antequam haberent regem filii Israel*] Alii de *Mose* enarrant, qui *Rex* dicitur Deut. 33. 5. sicut Judex vocatur *Rex* Jud. 17. 6. Q. in D. ità A. Jun. Ma. Vide Jud. 17. 6. & 1 Sam. 21. 12 [z]. q. d. Cùm Israel in Ægypto fuit, octo isti in Idumæa regnârunt [a]. Post quos videtur forma regiminis à Regno in Ducatum à Deo mutata, propter inclementiam istius Regis (qui *Hadar* esse videtur) qui Israelitis transitum negavit [b]. Alii de *Saule* intelligunt [c]. Priusquam Cananæam adepti sunt, ante quod tempus Regem illis facere non licebat, Deut. 17. 14 [d]. Hæc Moses, ut & multa alia, dicit prophetico spiritu. Alii putant addita post Mosem ab eo qui Mosis diaria digessit [e]. Hi qui sequuntur *Reges* non ab Esauo sunt, sed gentis alterius: Ità Maimonides. Horum autem Regum gravis memoria documentum erat Israelitis, nè sibi alienigenam imponerent [f].

32. *Noménque urbis ejus*] Hi omnes Reges ex diversis locis oriundi fuerunt; unde colligitur eos non jure successionis, sed vel electione vel tyrannide, ad gubernationem pervenisse, juxta Isaaci vaticinium, *Gladio tuo vives*, &c [g].

33. *Jobab*] Hic est *Job*, speculum patientiæ [h]. Ità Aug. super locum, & Ambros. ad Rom. Sed Hebræi dicunt contrarium [i], eúmque ex stirpe Nachor faciunt, Gen. 22. 21. quod mihi magis probatur [k].

34. *De terra Themanorum*, ità Ch. M. O. Ti. A. JT. מֵאֶרֶץ הַתֵּימָנִי] *E terra australi*, Ch. Sy. Sa. vers. P.

37. *De fluvio Rehoboth*, ità Sa. Sy. מֵרְחֹבוֹת הַנָּהָר] Aliis est nomen *urbis*, & sic vertitur, *De Rehoboth quæ est juxta fluvium*, scil. Euphratem; ità Targum utrumque, & ό. & Eusebius de Locis Ebraicis, ubi hanc urbem distinguit ab illa Gen. 10. 11 [l]. Vide ad Gen. 10. 11. & 1 Par. 1. 48 [m]. Hanc urbem Arabes etiam hodie vocant *Rababath--melic*, i. e. *Rababat regis*. Est paulò infrà Cercusium & ostia Chaboræ fluminis [n].

38. *Balanan*, בַּעַל חָנָן] Planè idem nomen quod *Hannibal*, sed inversum [o].

39. *Filia Matred filiæ Mezahab*, בַּת מֵי זָהָב] *Neptis Mezahab*. Alii, *filia Matred patris & Mezahab matris* [p]; vel, filia unius hominis *naturalis*, alterius *adoptiva* [q]. Pro *Mezahab* Gh. habet, *filia conflatoris auri*. Sed hoc rejicit AE. in M.

40. *In locis*] Heb. *Per loca*, nempe sibi assignata; in regionibus in quibus regnaverunt, & quas de nominibus suis appellaverunt [r]. At Jacobi liberi adhuc peregrini erant. Ità Deus priùs Esauo portionem suam assignavit in hoc seculo, quàm Israeli [s].

42. *Theman*] Unde populus *Themanæi* Herodoto [t].

CAP. XXXVII.

1. **H**Abitavit, וַיֵּשֶׁב] Sic vocant nonam Sectionem, quæ hîc incipit [v].

2. *Hæ sunt generationes*, תֹּלְדוֹת] Non tam *genealogiam* sic vocat, quàm res gestas [x]. *Eventa*, AE. in F. ità Pi. A. Ità accipitur Gen. 6. 9 [y]. & Num. 3. 1 [z]. Ità *gignendi* vox sumitur Prov. 27. 1. *Nescis quid pariat dies*; i. e. cùm multa occurrere possunt מִקְרִים *impedimenta, & eventus interrumpentes* [a]. Vel sic, *Illæ sunt generationes*, nempe quæ Gen. 35. 23,—26. expositæ sunt [b]. Jam enim prosequitur historicam narrationem stirpis Esaui interruptam [c]. ¶ *Sedecim annorum*] Heb. *septendecim annorum*; sic TJ. ό. &c. Erat tunc 17 annorum inchoatè, 16 completè [d]. *Filius anni* hujus, vel illius, esse dicitur qui eum annum agit, ut apparet Exod. 12. 5 [e]. ¶ *Pascebat*] Regimini populorum præludens. Ab hoc gradu ad familiam gubernandam perductus est, indè ad regni curam; Deo per gradus hæc disponente [f]. ¶ *Adhuc puer*] Ætate, moribus, & innocentiâ [g]. *Puer*, non tantùm ætate, sed & ministerio: sic *puer* sumitur Exod. 33. 11. & 2 Reg. 4. 12. Et patri & fratribus pro mediastino erat [h]. Non ergò educavit eum pater molliter & otiosè [i]. ¶ *Erat cum filiis*, &c.] *Educabatur, nutriebatur*, Ch. vel, *erat*, i. e. *agebat, manebat*. Alii vertunt, *& erat minister cum eis*; i. e. utebantur eo tanquam famulo, sicque eum contumeliâ afficiebant [k]. ¶ *Cum filiis Balæ & Zilphæ*] Cum his Josephum junxit, quia non tam ægrè ferebant isti minorem natu sibi præferri [l]. Reliqui eum despexerunt, & odio habuerunt [m]. Tumebant illi uxore primariâ, & superstite adhuc, & seniore, & ingenuâ, nati. Fortasse gregum curam Jacob diviserat, ità ut partem curarent sex filii Liæ, partem reliqui [n]. ¶ *Accusavit—fratres crimine pessimo*, וַיָּבֵא דִבָּתָם רָעָה] *Retulit infamiam eorum malam*, M. P. Mo. vel, *famam malam*, Sy. O. A. JT. *murmurationem*, vel *oblocutionem malam*, Ma. *accusationem*, Ch. *crimen malum*, ό. Sa. *obscœnitatem pessimam*, Ar. *sermonem malum*, V. ψόγον *vituperationem*, Aq. διαβολὴν *criminationem*, Sym. in Nobil. ¶ *Accusavit fratres*] Ut à patre moniti resipiscerent [o]. Qu. Sed cur non eos priùs corripuit? An quia videbat id sine fructu futurum, quia solus erat & junior [p]? Distinguunt Hebræi inter מוֹצִיא דִבָּה & מֵבִיא דִבָּה. Illud in malam partem sumitur, éstque *proferre infamiam*, nempe falsò & mendaciter, ut Prov. 10. 18. hoc in bonam partem, éstque *referre infamiam*, i. e. verè, studio emendandi [q]. דִבָּה nomen est μέσον, medium [r]. Exponunt per דִבּוּר, *locutionem* [s]. Quidam in genere hæc intelligunt, quòd fratres accusavit de omnibus sceleribus & tota vita [t]; ὡς ἐκ ὄντας εὐτάκτας, inquit Diodorus [v]. Alii in specie accipiunt: Q. de concubitu Reubenis cum Bala: & factum unius omnibus imputatur; sicut murmuratio Judæ Joan. 12.

M 2 omnibus

Marginal notes, left column: p BA. ib. — q Riv. — r F. co. — s Riv. — t BA. 1. 2. 21. — v V. A. — x V. — y A. — z Jun. Ma. — a Jun. A. — b A. — c D. — d G. — e Me. — f G. — g Jun. — h Me. — i L. — k Ma.

Marginal notes, right column: l D. — m T. — n BP. 4. 21. 289. — o G. — p V. — q L. — r Me. — s A. — t G. — v V. — x F. V. Me. — y F. G. — z G. — a F. — b A. Jun. — c A. — d L. Me. — e G. — f G. — g L. — h Jun. Pi. — i A. — k V. — l Me. — m F. — n Me. — o G. — p E. sim. L. — q F. sim. D. — r D. — s M. — t F. — v D.

omnibus adscribitur Matt. 26. Ità aliqui. At hoc non est credibile: nam Reuben solus eum studuit liberare[x]. Alii de rixa, contentione & odio accipiunt[y]. At Vulg. vertit, *crimine pessimo*, (ut κλινοβάτας, *concumbentes cum bestiis*[z],) contra naturam; vel Sodomitico, ut vult Rupertus; vel bestialitatis cum ovibus, ut vult Thomas, & alii[a]. Ut fraterna charitas est quid optimum, ità odium fraternum crimen pessimum nominatur[b]. At ο'. legunt κατήνεγκαν, *detulerunt*, nempe fratres Josephum, & ità legunt veteres: sed corrigendum κατήνεγκεν, ut habent ο'. in editione Regia; & hoc exigunt Hebræa, & historiæ series. Hinc Heb. Ch. Aq. Sym. & Th. habent, *accusavit*[c].

3. *Quòd in senectute genuisset eum*, בֶן זְקֻנִים] *Filius senectutis*[d]: i. e. quòd eum genuisset in senectute †. Tales parentes impensiùs diligunt, vel, quia alios post hos non sperant; vel, quia per hos parentum nomen & memoria diutiùs conservetur; vel, quia sunt indices bonæ, firmæ & viridis senectæ parentum. His adde in Josepho vitæ innocentiam[f]. Qu. Cur non diligebat Benjamin, natu adhuc juniorem? Resp. 1. Joseph tantùm cum grandioribus comparatur: Benjamin autem adhuc puer erat[g]. 2. Alii sic vertunt, *quia filius sapiens erat*[h], i. e. puer senilem prudentiam referens[i]. Huic interpretationi favet, 1. Quòd si amoris causa fuisset tantùm, quòd in senectute natus esset, tum adamâsset Zebulonem æquè ac Josephum; utriusque enim nativitas circa idem tempus incidisse videtur: tum etiam præ Josepho adamâsset Benjaminum, qui, secundùm elaboratissimum Cl. viri, D. Jo. Lightfoot, computum, post Josephum anno 16. natus est. 2. Quòd versiones Onk. & Pers. & Ar. & Sa. reddunt, בַר חַכִּים, *filius sapiens & prudens*. 3. Quòd בֶן זְקֻנִים fortean verti possit, *filius seniorum*; & vocabulum זְקֻנִים priscis temporibus innuisse videtur non tantùm viros provectæ ætatis, sed etiam ordinem virorum, insigni scilicet prudentiâ, doctrinâ & authoritate aliis præstantium, eâmque ob causam cæteris præstitutorum; quomodo apud Græcos πρεσβύτεροι, atque etiam γέροντες, (teste Eustath. in Il. β'. p. 130.) accipi solent:* unde & ο'. τὸ זְקֻנִים vertunt γερουσίαν Exod. 3. 16. Num. 22. 4. Porrò, בֶן זְקֻנִים dicitur simili phrasi ut apud Talmudicos בֶן עֲרֵל, *vir stolidus*, & alia ejusmodi. [Hæc, cum multis aliis, mecum communicavit Cl. Thomas Brograve, Baronettus nostrâs, decus sui ordinis.] Alii sic exponunt; filius quo impensiùs oblectabatur in senectute sua *. ¶ *Tunicam polymitam*, כְּתֹנֶת פַּסִּים] Variè vertunt. *Tunicam sericorum*, Mo. Ar. L. Q. He. in F. *variam*, ο'. Ti. *discolorem*, M. *versicolorem*, O. Sa. JT. K. in M. *fimbriatam*, Sy. *Tunicam varietatum*, nempe in liciis & coloribus[k]. Hujusmodi vestes orientalibus etiam nunc sunt in usu[l]. πολύμιτον, ο'. h. e. *multilicem*, sive *multorum liciorum*, La. ità F. V. פַּסִּים dicitur, vel quòd (*hæ particulæ*) in veste identidem desinant, seu deficiant, (פָּסַם autem sign. *deficere, imminui*) non autem continuentur per totam vestem †; vel à Chaldaico פַּס, quod sign. *manum, particulam*, Ma. Ad verb. *tunicam multorum frustorum*, vel *particularum*: i. e. vel, diversis confectam particulis, quæ variis tinctæ erant coloribus[m]; vel, quòd tunica multorum colorum videatur quasi constare diversis particulis[n]. Sym. vertit, *manicatam*, Aq. *talarem*; sive quòd ad talos usque descenderet, & manibus artificis mirâ esset varietate distincta; sive quòd haberet manicas[o]. Primogenituram Reubeni ademptam confert Jacobus in Josephum, & in ejus signum hanc tunicam illi dedit. Hinc in illum odium & invidia fratrum[p]. Cùm Liam amplexatus erat, existimabat se habuisse Rachelem; & sic primogenitura juxta ipsius mentem & cogitata ad Rachelis primogenitum pertinebat[q].

4. *Pacificè loqui*, ità vertunt ο'. Ch. Sa. O. לְשָׁלוֹם] *Ad pacem*, A. Ma. *cum*, vel *in*, *pace*, A. Mo. *placidè*, JT. *Non poterant salutare eum*, Ar.

5. *Somnium*] Non videtur Deus ei concessisse somniorum suorum intelligentiam[r].

7. *Ligare manipulos*] Aptè portendebat fratrum in Ægyptum profectionem pro frumento[s]. ¶ *Vestrósque manipulos circumstantes*] Honoris hoc indicium

[x] L. [y] Ità L. [z] G. [a] Me. [b] L. [c] La. [d] V. Ar. † V. [f] Me. [g] E. [h] E. [i] V. * V. [k] A. [l] Me. † Pi. [m] V. Pi. La. Bo. [n] V. [o] D. [p] Li. ad Gen. 37. [q] Ibid. ad Gen. 30. [r] E. [s] Me. ex La.

erat à circumstantibus delati. Sic gloriosam Dei præsentiam circumstare leguntur, Exod. 18. 13. Num. 2. 17. Psal. 7. 8. & 142. 8. Rev. 4. 3, 4[t].

9. *Aliud quoque*] Quod geminatione suâ præcedentis certitudinem adstruebat[v]. ¶ *Solem & Lunam & stellas*] In priore nulla mentio patris & matris, ut hoc loco. Quam diversitatem somniorum eventus comprobavit. Nam primò soli fratres, tandem & pater, &c. adorârunt[x]. Dices, Non legimus patrem adorâsse Joseph, sed contrà, cap. 46. Resp. Josephum adorârunt filii nomine patris, quem & *servum ejus* vocârunt, c. 44[y]. Pater ei munera misit, quod subjectionis & reverentiæ signum[z]. Et nihil prohibet patrem Josepho coram Ægyptiis aliquod submissionis signum edidisse. Vide quæ nos ad Gen. 47. ult[a]. Achmes Onirocriticωn cap. 168. ex Persarum & Ægyptiorum disciplina, Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐδέσποσε τῶν ἄλλων ἀστέρων πάντων, δεσπόσει πάντων λαῶν, (*Si quis* (scil. in somnio) *viderit se dominari in stellas omnes, dominabitur in omnes populos*[b].) Ph. ait ipsum vidisse venientem ad se Solem & stellas, fortè humano corpore & facie indutas, ut à pictoribus depinguntur. Nam quomodo aliàs vel phantasiâ vel mente conciperet Joseph adorationem sibi ab illis exhiberi[c]? Credibile est visum Solem, Lunam, &c. ad ejus pedes descendere, & mox ad sua se loca recipere[d].

10. *Increpavit*, וַיִּגְעַר בּוֹ] Propriè est, *Et clamavit in eum pater*: nam Æthiopicè גָּעַר est *clamare*. Vide Marc. 9. 26. & 15. 37. Hoc sensu גָּעַר construitur cum ב[e]. Hoc pacto livorem fratrum prudenter leniturus[f]. ¶ *Mater tua*] Quænam hæc, variant interpretes. Aliis est *Rachel*, & eâ vivente volunt factam fuisse hanc venditionem, licèt postea scriptam, ut solet. Et sic probant quòd factum hoc erat 13 annis ante mortem Isaaci. Nam Isaac vixit 180 annos, c. 35; genuit Jacobum 60. anno; post quem vixit cum Jacobo annos 120: Jacob descendens in Ægyptum erat 130 annorum, c. 47: Hoc præcessit 23 annis; nam Joseph erat 16 (vel 17) an. cùm venditus, 30 cùm steterit coram Pharaone; deme 16, remanent 14; his adde 7 annos fertilitatis & duos famis, sunt 23. Ergò 13 annis factum hoc ante mortem Isaaci. Sed indè non sequitur Rachelem tum vixisse; quia ex Scriptura non habetur quot annis Jacob steterit cum patre, postquam venit ad eum; nec ex alio loco Scripturæ potest concludi dictum eorum. Et constat Jacobum misisse eum ex Hebron, ubi cum patre Isaac manebat. At Rachel mortua est ante adventum ad patrem. Et v. 9. *vidit stellas* (i. e. fratres) *undecim*. Ergò Benjamin tunc natus, & mater mortua. Aliter exponitur, (etiam de Rachele;) Mater tua mortua est, & non potest te adorare, ideóque somnium frivolum est[g]. Ità arguit ἐξ ἀδυνάτου καὶ ἀτόπου, q.d. Ergò resurrectura est mater tua[h]? Hoc dicit, ut leniret fratrum odium & invidiam. Præterea, Rachel eum adoravit *in prole*, i. e. *Benjamin*, licèt non in persona propria[i]. Alii hoc intelligunt de *Bilhah*, quæ eum nutrivit & educavit[k]. Sic Plauto, *mater quæ mammam dedit*[l]. [At Castalioni hæc mater erat Lia.]

11. *Considerabat*] Suspicans à Deo immissa, eventum exspectabat[m].

12. *In Sichem*, בִּשְׁכֶם] Quidam vertunt, *apud Shechemum*: quod valde probo[n]. Vel, *in Sichem*, i. e. in agro vel territorio urbis Sichem: in ea parte agri quam Jacob emerat ab Hemore, patre Sichem, suprà 33. 19. ut possis vertere, *ad Sichem*: sic בִּירִיחוֹ valet *ad Jericho*; *in* (pro *ad*) *Kiriathjearim*. Ideo pater solicitus erat, quia locus periculosus ob cædem ibi patratam. Targum Jonathæ, *Metuo nè serpentes deleant illos ob cædem ibi patratam*. Quòd si dixeris locum hunc procul abfuisse ab Hebron, (aberat autem 60 mill. Anglic[o].) respondeo, & locum ubi Laban tondebat oves suas abfuisse ab eo loco ubi Jacob erat itinere tridui[p]. Mirum est eos in hoc loco ausos gregem pascere; sed hoc effecit Jacobi in Deum fiducia, & Dei providentia[q]. ¶ *Mittam te*] Josephum domi retinuerat pater, ut tempus & absentia invidentiæ morbo mederetur: post aliquod tempus jam ratus odia evanuisse, mittit ad eos[r].

[t] A. [v] Me. [x] L. [y] E. [z] O. [a] Bo. [b] G. [c] T. Bo. [d] Bo. [e] Di. [f] Me. [g] L. [h] Jun. [i] L. [k] Sic He. in M. & L. E. in v. 7. La. Bo. To. in La. [l] G. [m] Me. [n] D. [o] A. [p] D. [q] Bo. [r] Me. ex La.

14. *Vide*

14. *Vide si cuncta prospera sunt*, [וּרְאֵה אֶת שְׁלוֹם] *Vide pacem fratrum & gregis*, Mo. *vide salutem*, &c. Sa. *vide si valent frater & oves*, ο'. *considera sanitatem*, &c. i. e. quo pacto valeant, V. *Vide integritatem*, an omnia sint integra, an aliquid desit [s].

17. *Recesserunt de isto loco*, [מִזֶּה] *De isto*, Ma. supple, *loco*. [*Vide quæ ad* Gen. 21. 17.] ¶ *In Dothain*] De quo 2 Reg. 6. 13 [t]. Abest à Samaria 12 milliaribus contra Aquilonem [v]. Est sub monte Bethuliæ, ait Brochard [x].

18. *Procul*, [מֵרָחוֹק] Ad verb. *è remoto*, sub. *loco*, V. ¶ *Cogitaverunt*, ità Cn. [וַיִּתְנַכְּלוּ] *Machinati sunt*, Sa. Sy. Ar. P. Mo. O. A. *insidiabantur ei*, M. *dolum meditati sunt*, Schol. in Nob. *dolosè egerunt*, RS. in M. K. & ο'. & Hi. in D. *consummaverunt seipsos*, Ma. Sign. *malum consilium inire*, V. vel potiùs, *tractare faciendum* [y].

19. *Somniator*] Ità ο'. P. Sy. D. Pi. Ar. Sic *dominus cornuum*, pro *cornuto*, Dan. 8. 6. *dominus alæ*, pro *alite*, Prov. 1. 17 [z]. ¶ [בַּעַל הַחֲלֹמוֹת] Qui somniare consuevit, O. D. Al. sic, peritus somniandi, vel fingere somnia, sive *magister Somniator* [a]. Sic *magister sagittarum*, pro perito sagittario, Gen. 49. 23. & *magister iræ*, pro furioso, Prov. 22. 24 [b]. Al. sic; *qui dominus* est, non re, sed in *somnio* [c]: vel sic; *dominus* (*dictator*, M.) *somniorum*, Ch. Sa. Ti. Mo. A. Josephus relatione somniorum suorum in miseriam conjectus est; interpretatione somniorum aliorum in honorem evectus [d].

20. *Cisternam*, [בּוֹר] *Cisternam* significat hæc vox, in qua aquæ non scaturiunt, ut in puteo sive fonte, sed aliunde colliguntur. Scholiastes Hebræus ait באר significare puteum effossum tantùm; בור, adjecto ædificio, & parietibus [e]. Indè eum secretò extrahere cogitabat Reuben [f].

21. *Nitebatur liberare*] Ut amissam incestu gratiam hoc pacto recuperaret [g]. Heb. *liberavit*, Ch. Mo. A. V. scil. *à morte*, M. A. Vel, *eripuit*, i. e. eripere conatus est, ut vers. 22. exponitur. Sæpe, fieri dicitur quod fieri tentatur [h]. ¶ *Et dixit*] Scil. apud se, ut suprà, 11. 3 [i]. ¶ *Non interficiatis animam ejus*, [לֹא נַכֶּנּוּ נָפֶשׁ] *Nè percutiamus*, vel *occidamus*, *animam*, Sa. Sy. Ar. O. i. e. vitam, O. Ti. Vel, *animâ*, Mo. *in anima*, M. P. vel, *in animam*, ο'. Alii, *percussione animæ*, vel *vitæ*, vulnere lethali; h. e. plagâ quâ cogatur anima egredi è corpore [k]. Similis phrasis est Jer. 40. 14. Deut. 19. 6, 11. pro quo in Num. 35. 11, 15. est, *percutere animam*. Sic Levit. 24. 17, 18. ubi *anima* pro *vita* ponitur. *Percussio* sumitur pro *occisione* Gen. 4. 15 [l]. Tam citò de tanto scelere perpetrando concludunt, quia aliis aliorum animi ex præcedentibus colloquiis erant cogniti [m].

23. *Tunicâ talari & polymitâ*] Ità duplici tunicâ spoliatus est [n]; & penitus denudatus in foveam projectus est [o]. [Cur tunicam exuerint, vide ver. 31, &c.]

25. *Et sedentes*] Docet hic locus veteres Ebræos in mensa sedisse, non discubuisse. Idem probatur ex Gen. 27. 19. Jud. 19. 6. 1 Sam. 20. 18. & 25. 34. & 1 Reg. 13. 20 [p]. & ex Gen. 43. 33. Exod. 32. 6. Ruth 2. 14. 1 Sam. 28. 23. Nehem. 2. 6. Prov. 23. 1. Jer. 16. 8. & Ezec. 44. 3 [q]. ¶ *Ismaelitas viatores*, [אֹרְחַת] *Turma*, vel *turba*, *Ismaelitarum*, Sa. M. P. *vis Arabum*, Ch. Sy. Hi *Midianitæ* vocantur v. 28. Ità Chald. paraph. quem cæteri expositores sequuntur [r]. Qui & *Medanitæ* vocantur v. 36 [s]. At Mercerus putat eos alios fuisse: nam *Madan* & *Midian* erant diversi filii Abrahæ. Qu. Quomodo venditus dicitur & *Ismaelitis*, (qui erant ex *Agar*) & *Midianitis*, (qui ex *Ketura*?) Resp. 1. Hebræorum quidam, ut veteres, quos Rasi (h. e. RS.) sequitur, eum ter aut quater venditum aiunt, *mercatoribus*, *Ismaelitis*, *Madianitis*, *Potiphari*. Dicendum potiùs esset, ter venditum: 1. à fratribus ipsis Ismaelitis; 2. ab Ismaelitis Midianitis; 3. ab his Potiphari. At ego duplicem tantùm venditionem agnosco [t]. 2. Alii volunt eosdem fuisse *Ismaelitas* & *Midianitas*, & *Keturam* fuisse *Agar* [v]. Forsitan firmatur ex Jud. 7. & 8. de *Mid.* & *Amal* [x]. Sed hoc priùs confutatum est [y]. 3. Promiscuè appellantur, ob societatem commercii tunc initam [z]; quia in eodem comitatu tunc proficiscebantur [a]. Erat συνοδία, sive, ut nunc loquuntur, Caravana, ex variis Arabum populis. Unde mox *Madianitæ* vocantur [b]. Onk. vertit, *Saracenos*, & rectè [c]. Itaque

s O. t Jun. v Hi. & Euseb. in Ma. x Ma. y O. z Pi. a A. D. b A. c O. Me. d Li. in nov. obs. e Me. f La. g Me. h Glass. p. 250. i Jun. k V. l A. m Jun. Belg. n L. Me. o M. p D. q BA. 1. 2. 50. 598. r M. ità Jun. A. D. s A. t Merc. Riv. v Merc. sic August. x E. y Merc. z Me. Riv. ex Perer. Merc. a Me. b G. c G. ità Scaliger.

aut aliis exemplaribus usus est *Scaliger*, aut est σφάλμα μνημονικόν. nam *Onkelos* appellat eos ערבאי *Arabes*. Onkelum videtur citâsse pro Targ. Jeros. quod habet *Saracenos* [d]. In vicinis hi habitârunt locis, & communiter emerunt eum [e]. Erant mixtus populus, & Arabiam incolebant [f]. *Midianitæ* erant genere, *Ismaelitæ* habitatione, quia cum his confusè habitabant. Ideo *Ismaelitæ* vocantur hìc & Jud. 8. 24. quomodo *Cherethæi*, 2 Sam. 9. 4. Urijah *Chittæus*, 2 Sam. 11. 3. Ittai *Gittæus*, 2 Sam. 15. 19 [g]. ¶ *De Galaad*] Ubi celebre erat mercatorum emporium, Jer. 8. 22. & 22. 6 [h]. ¶ *Aromata, resinam*, &c.] Aromatica hæc fuisse colligitur ex eo, quòd iis regio Gilead abundaret, & quia horum usus fuit in medicina & in cadaveribus condiendis, quorum præcipua apud Ægyptios cura [i]. ¶ *Aromata*, [נְכֹאת] Omnes consentiunt ת esse radicale, non notam pluralis numeri, & א poni pro ו, ut docet Kimhi [k]. [Variè reddunt.] *Pretiosa quæque*, O. *resinam*, Sy. *siliquas*, Ar. *odoramenta*, ο'. *balsamum*, Sa. *opobalsamum*, V. *theriacam*, Q. in V. *Myxaria*, quæ Arabicè dicuntur *Nuketa*, voce proximè ad *Necoth* accedente [l]. Verùm *myxaria* Arabicè *Mucchait* constanter scribunt, ubi nè una literula cum *Necoth* communis est [m]. Al. *aromata* vertunt; ità Ch. Sa. M. P. Mo. Ti. A. Ma. (A contusione in usum sic dicta putant [n].) Quod vix stare posse patebit attentè legenti hunc locum & Gen. 43. 2. ubi constabit non *aromata*, &c. in genere, sed peculiare aliquid, ut *mel*, *resinam*, &c. eâ voce significari. Aq. vertit, *storacem*. Quod mihi probatur. 1. In Syria storax abundè provenit; Plin. 12. 25. Dioscor. 2. Joseph. Antiq. 15. 23. & ab Arabibus indè revehitur; Plin. 12. 17. 2. Storacem inter aromata maximè commendant medici. 3. Benè jungitur cum resina, melle, & myrrhæ stacte, cùm ad illorum naturam accedat, testibus Dioscor. & Isid. 17. 8. 4. Convenit origo, quæ mihi videtur esse ex Arab. *nachatha*, quod est, *hastâ terram verberare*. Στύραξ autem non *arborem* solùm, aut *aroma*, sed & *lanceam*, sign. testibus Polluce, Hesych. Suid. Athen. Lanceæ autem ex styrace arbore factæ sunt, ait Strabo 12 [o]. Alii, *ceram*; sic Onk. & Jon. (& Arabs Herpenianus, & Breshit Rabba in BA.) & R. Nathan Mardochai; qui tamen alibi vertunt, *rem*, seu *thesaurum*, *desiderabilem* [p]. Significare potest, vel *collectionem pretiosorum aromatum*, ut apud Esa. 39. 2 [*]. vel *speciale aroma* magni pretii [q]. Apud Arabes נכית est è numero dentifriciorum quibus quotidie utuntur; & inter ea maximè æstimantur aromata quædam, quibus non tantùm dentes mundantur, sed præcipuè fragrantia halitui oris conciliatur. Verisimile est id fuisse נכאת, quia ex Gilead regione thurifera adferebatur, & unà cum *opobalsamo* & *stacte* conjungitur [r]. Aquilæ est *styrax*, (vel *storax*,) arbor Syriæ, & lacryma ejus arboris [s]. ¶ *Et resinam*] Ità ο'. Ch. Sa. M. P. Mo. Ti. A. Ma. BA. 1. 2. 51. 628. Resina autem est humor tenax ex arbore defluens, eique adhærens [t]. *SERI* est à *Sarar*, *strinxit*, *ligavit*. *Resina* ligamen esse videtur [v]. Vulnera sanat, Jer. 8. 22. & 46. 11. & 51. 8 [x]. Al. *balsamum* vertunt; ità Jun. Pi. Di. K. in BA. Sed hoc est prorsus ἀνιστόρητον. Balsamum enim solùm cis Jordanem crevisse prope Engaddi & Hierichuntem, non trans Jordanem in terra Galaad, testes sunt Strab. 16. Diodor. p. 724. Trogus 36. Jo. Antiq. 4. 3. Hegesip. 4. 17. & ipse K. nec non R. Levi ad 2 Reg. 20. 13. Quibus adde, quòd balsamum in Judæa notum non fuit ante Salomonis tempora, quibus eò translatum est ex Arabia Felici à Regina Sabæorum: Jo. Antiq. 8. 2 [y]. *Theriacam* vertit Ar. Vide ad Jer. 8. 22. & 46. 11 [z]. *Stacten*, seu *masticen*, Q. in Di. Fortè pro quibuslibet gummis ex arboribus, sive scissis, sive spontè fluentibus, accipiendum [a]. ¶ *Et stacten*] Ità ο'. Ch. Sa. Mo. M. P. Ti. Bereshit Rabba in Di. E. Est *gutta*, vel *lacryma*, *myrrhæ*, (vel *myrti*, V.) ab ea defluens, V. Me. *Castaneas* vertunt Ar. & Q. in K. apud Di. *terebinthum*, Sy. *myrrham*, A. *ledum*, vel *ladanum*, Jun. *Lot* enim Hebræis Chaldæi *Letum*, & Arabes *Laten* vel *Laden*, nominant [b]. *Ladanum* dicitur à *lada*, frutice ex cisti generibus, quæ Vere pingue quoddam & roscidum contrahit, quod caprarum barbis adhæret, indéque

d Riv. e Riv. f Jun. A. g Jun. in vers. 28. h Jun. A. Pi. i Riv. k De. l Jun. m BA. n Ma. o BA. 2. 4. 12. 532. p Di. * RS. in M. q Riv. r Di. s D. t Me. v O. x A. y BA. 1. 2. 51. 628. z Ma. a Riv. b Jun.

que depexum colatur, cogitúrque in offas. Id *ladanum* dicitur. Quid si hic frutex sit propriè לוט? Maimonides certè refert inter ea quibus jumenta vescuntur [c].

26. *Quid nobis prodest?* מַה־בֶּצַע] *Quid lucri?* Ch. Sy. Sa. Ti. JT. *Quæ concisio, vulneratio,* hæc erit? q.d. Quàm atrox hoc parricidium [d]! *Quæ aviditas?* Ar. *Quæ impletio,* seu *satietas,* scil. voluntatis, erit fratrem occidere †? Sensus est, Sine cæde & cum lucro potestis hæc mala vitare, si venum detis, &c. Sic enim à patre, apud quem nos accusabat, & cui præ cæteris dilectus est, abstrahetur, & servitutem subibit loco sperati dominatûs [f]. ¶ *Et celaverimus sanguinem ejus*] i.e. *Cædem,* V. M. Hebraismus est [g].

27. *Melius est,* &c. לְכוּ] Heb. *Venite.* Imperat. pro adverbio hortantis, *Agite*; ut & *Da,* suprà 11. 3. V. ad v. 20.

28. *Extrahentes,* וַיַּעֲלוּ] Quidam ad *mercatores* referunt: malim ad *fratres,* (quicquid nonnulli Ebræorum velint,) ut mox sequitur, quòd vendiderint; quamvis fortè mercatores operam illis impenderint in illo extrahendo [h]. Ità accipit Jun. & sic locum vertit; *Itaque transeuntibus——Midianitis mercatoribus, extrahentes sustulerunt Josephum——vendideruntque Ismaelitis——* De hoc facto sic Justin. 36. *Joseph minimus ætate inter fratres; cujus excellens ingenium veriti fratres, clàm interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Ægyptum* [i]. ¶ *Viginti argenteis*] Scil. *siclis*; ità Ch. in V. & Me. Decem minùs quàm Christum, &c [k].

29. *Reversus Reuben*] Qui discesserat Josepho in puteum demisso, (ut narrat Josephus historicus,) nec venditioni adfuerat [l]. Deinde noctu reversus, ut fratrem subduceret [m]. Reuben abierat pascua quæsiturus [n]: vel, ut fratres elongaret à fovea, & meliùs Josephum extrahere posset [o].

30. *Puer non comparet*] Heb. *non ipse,* scil. in vivis: sic Gen. 42. 13. *non ipse,* quod ità explicatur 44. 20. *mortuus est*; Job. 7. 21. Jer. 31. 15. Ità Plautus, *Nunc me fuisse quàm esse nimio mavelim,* i. e. mori quàm vivere [p]. ¶ *Quò ibo?*] Ut eum inveniam [q]. Quò fugiam? q. d. Perii [r]. Præ aliis metuit, tum quia illi, tanquam seniori, major cura pueri incumbebat; tum nè patrem, quem jam offenderat, infensiorem redderet [s]. *Quò ivi?* scil. ut me absente aliquid de puero fieret †.

33. *Fera*] Talibus Palæstina abundabat [t].

34. *Cilicio*] Primus hoc fecit Jacob, quem Israelitæ imitati sunt [v]. *Cilicium,* i.e. vestem vilem & lugubrem: Metaphora [x]. ¶ *Multo tempore*] Nempe 22 (vel 23, Me.) annis [y]: donec ei nunciatum Josephum vivere [z].

35. *Descendam ad filium,* אֶל־בְּנִי] *Propter filium,* G. ità RS. & Hiscuni in G. & Quistorp. & Glass. gram. p. 529. Sic אֶל alibi sumitur, ut 2 Sam. 21. 2 [a]. Et 1 Sam. 1. Anna orabat אֶל הַנַּעַר, non, *ad puerum,* sed, *propter puerum* [b]. ¶ *In infernum*] Accipiunt Pontificii nonnulli de Limbo patrum [c]. Significat locum ad quem migrant animæ: neque enim ad illum cujus corpus sepulchro non condebatur, sed *à feris dilaniari* credebatur, se descensurum sperabat [d]. Regerunt alii, Sepulchra corporis dici posse loca quælibet in quæ dispersum sit. Didymus à Cyclope voratos *sepultos* dicit. Andreas Cæsar. in Apoc. 16. à canibus devoratos viva sepulchra consecutos ait. Plin. 7. 54. Sepultus dicitur quoquo modo conditus [e]. Reliqui de sepulchro intelligunt [f]. Mœrebo donec moriar [g]. Non possum ampliùs vivere [h]. Morior præ dolore; sicut illud, *Tristis est anima usque ad mortem* [i]. At hic sensus non est commodus, nisi legas, *propter filium meum* [k]. Vide quæ nos ad Luc. 16. 23 [l]. ¶ *In fletu*] Heb. *Et flevit eum pater ejus*; viz. Isaac etiam, pater Jacobi, Josephum flevit; nam à vendito Josepho quasi 12 annis vixit: vide suprà 35. 29 [m]. At simplicius mihi videtur de Jacobo hoc per epilogum dici [n].

36. *Eunucho,* סָרִיס] Talis non fuit propriè, nam habuit uxorem, & filiam, quæ postea Josepho nupsit [o]. Sed eunuchi vocantur qui officiis in aula præfici solebant [p]; quia plerique fortasse eunuchi erant [q]. Apud Orientales satrapæ sic vocati sunt [r]. ¶ *Magistro*

c Di. — d Me. — † O. — f Jun. — g F. — h Merc. — i G. — k Ma. — l Ca. simil. O. Jun. — m Ca. — n Me. L. — o L. — p D. — q Me. — r V. — s Jun. Belg. La. — † O. — t Me. — v Me. — x Pi. simil. Jun. ex K. — y L. M. — z Me. — a G. — b Q. in Ga. — c Ità L. E. La. Bo. — d Me. — e Q. in Ga. — f Ità He. in L. M. F. O. Eugub. in Bo. P. & Lippom. in La. Caj. Ferus & Jansen. in Ga. — g M. — h F. — i E. — k D. — l G. — m Jun. — n Pi. — o F. co. E. — p T. — q E. — r V.

militum, שַׂר הַטַּבָּחִים] *Princeps coquorum,* o'. Me. vel *laniorum,* P. Mo. V. M. Me. & RS. in F. co. quòd præfectus esset coquis & pecorum mactatoribus [s]. Non placet, quia *Nabuzaradan* hoc nomine vocatur 2 Reg. 24 [t]. Alii, *præfecto,* vel *principi, militum*; sic Ch. Ar. Sy. *Præfecto satellitum,* Di. post V. Colligitur ex cap. 40. Vide Jer. 39. 9 [v]. *Custodi domûs,* seu *personæ, regiæ,* O. *magistro militiæ illius,* T. Non totius, sed satellitum [x]. A *mactando* vocatur, fortè quòd supplicia sontibus irrogabat [y]. *Capitalium rerum præfecto,* Ti.

s V. — t Ca. — v V. — x V. — y Ca.

CAP. XXXVIII.

1. *Eodem tempore,* &c.] Voluit Spiritus Sanctus hæc, alioquin pudenda, chartis consignare, 1. ut institueretur Messiæ genealogia; 2. ut indicaret summam Filii Dei exinanitionem [a]. Qu. Quonam tempore hæc gesta sunt? Nonnullis videtur inextricabilis difficultas [b]. A venditione Josephi ad Jacobi adventum in Ægyptum annos tantùm 22, vel ad summum 23, fuisse patet [c]. Joseph enim venditus erat anno ætatis 16. vel 17; anno 30. stetit coram Pharaone; ex eo fluxerunt 7 anni ubertatis, & duo sterilitatis, ante Jacobi adventum: tunc ergò Joseph erat 39 annos natus. Quæritur ergò, quomodo 23 annorum spatio fieri potuerit ut Judas uxorem duceret, tres liberos susciperet, quorum duobus successivè uxorem daret, tertius etiam triennio post aliorum mortem nuptiis aptus esset, deinde Judas postea duos filios genuerit. Sed difficultatem auget maximè, quòd filii Pharez, nempe Esrom & Hamul, in Ægyptum venisse memorantur, cap. 46. 12 [d]. Resp. 1. Historiæ hujus pars aliqua accidit ante Josephi venditionem [e]. Ità hysterologiam, sive anticipationem, hîc statuunt; & quatuor illi viri, (nempe, Judas, Er, Onan & Pharez,) successivè anno ætatis suæ 14. liberis operam dabant [f]. Nec mirum tam præcoces fuisse ad generationem, quia id etiam memoriâ suâ accidisse testatur Scaliger in civitate Lactoratensi Novem-populanâ, in qua puer minor ann. 12 genuit ex puella minori ann. 10. Quam historiam habet & Laur. Joubertus, l. 2. c. 2 [g]. [*Hæc responsio aliis non placet.*] 1. Verba Mosis anticipationem non ferunt: Quomodo tunc *eodem tempore* hæc facta dicuntur [h]? [Respondet tamen vir doctissimus,] Illa verba, *eo tempore,* non sunt referenda ad proximè præcedentia de venditione Josephi, quæ diu post Judæ nuptias acciderunt, sed longiùs se extendunt; quemadmodum similis ista phrasis, *in illis diebus,* usurpari solet in S. Scriptura. Bene autem conjungit scriptor venditionem Josephi & peccata Judæ, ut ostenderetur quomodo is, qui naturam exueret adversùs fratrem, puniretur in liberis. Judæ peccatum cum nuru, & Josephi abstinentia à peccato cum hera, mutuò se illustrant [i]. 2. Quæ ratio mutati ordinis? cùm præstaret hæc ante Josephi venditionem referre, (si antea gesta fuissent,) quàm inchoatam de Josepho historiam interrumpere [k]. 3. Judas erat tantùm 4 annis Josepho provectior, non ergò diu ante ejus venditionem fieri hæc poterant [l]. 4. Constat usque ad venditionem Josephi Judam unà cum fratribus habitâsse; occasionem verò hîc narrari, quâ factum fuit ut à fratribus discederet [m]. Resp. 2. Facta hæc erant paulò post venditionem Josephi, eodem ipso anno; & intra spatium 23 annorum omnia ista peragi poterant [n]. Erat tum *Judas* 19 vel 20 annorum [o]. Tribus primis annis genuit tres filios. Potuit *Er* uxorem ducere anno 17. & *Onan* 18. & post tres annos (qui reverà *multi dies* dici possunt [p]) *Tamar* (ex *Juda*) concipere, &c. & parere, &c. anno 21. post venditionem Josephi [q]. Quod spectat ad filios Pharez, dicendum natos eos (quemadmodum & decem filios Benjaminis) in Ægypto, nempe intra annos 17 quibus Jacob in Ægypto vixit; ideóque in Ægyptum ingressi dicuntur [r]. Sed de ea difficultate vide à nobis dicenda ad Gen. 46 [s]. ¶ *Ad Odollamitem*] Contrahit cum aliis amicitiam, declinans à fratribus, quia hi

a Riv. — b Bo. — c Jun. A. Riv. — d Riv. — e Jun. ità A. Belg. He. in V. Li. harm. item Aug. & Par. & Mercer. & Jac. Capellus in Riv. — f Par. — g Riv. — h Riv. Bo. — i Li. harm. — k Bo. — l Bo. — m Riv. — n Riv. Bo. La. — o La. Bo. — p Bo. — q Riv. simil. Bo. — r Riv. — s Bo.

hi (ut dicunt Hebræi) cœperunt esse ei molesti, quòd consilium vendendi dedisset [t].

2. *Hominis Chananæi,* כְּנַעֲנִי] Alii vertunt, *mercatoris*; ità He. in L. Ch. in V. Malim, *Cananæi*; ut improbet Moses factum Judæ ducentis Canaanitidem [v]. Vide Gen. 24. 3. & 27. 46. & 28. 1 [x]. ¶ *Sue*] Non est nomen *filiæ*, sed *patris* [y], viri scil. Cananæi, ex collatione v. 12 [z]. [*Affixum etiam in hoc versu est masculinum,* שְׁמוֹ.]

3. *Et vocavit*] Nempe *Jehuda*, est enim masc. וַיִּקְרָא: at v. 4. est וַתִּקְרָא, fœm. *vocavit*, sc. mater, sive uxor, Judæ. Pater primogenito, mater duobus reliquis nomen dedit [a].

5. *Parere ultrà cessavit*, ità Sy. וְהָיָה בִכְזִיב בְּלִדְתָּהּ אֹתוֹ] *Mentiebatur in partu*, Aq. in D. כָּזַב est *mentiri*. *Mentiri*, vel *deficere*, dicitur, quod non respondet spei: sic, *mentietur opus olivæ*, i. e. fructum non feret [b]. Vide & Jer. 15. *Eris sicut Achsib.* *Erat in mentiendo*, vel, *in mendacio*, i. e. desinebat parere postquam peperisset [c]. כָּזַב, inter alia, *cessare* significat, ut Esa. 58 [d]. Quidam ex nostris sic legunt, *Nam fuit in fallendo, dum ipsa pareret eum*; h.e. parùm abfuit ut partus fefellisset, aut periclitata esset mater in partu. Fallebat puer, quia non consueto more venit, sed obliquo [e]. *Et fuit defectus*, i. e. defecit à pariendo [f]. Aliis est nomen proprium loci, *Fuit in Chesib*: ità Ch. & omnes He. in F. co. F. Sa. Ar. M. P. Ti. o'. JT. Mo. Verbum *fuit* referendum non ad uxorem, sed ad Judam, est enim verbum masc [g]. [הָיָה, non הָיְתָה.] At masc. & fœm. pro se invicem usurpari constat; & præterea, verbum hoc potest esse impersonale [h]. Locum esse apparet, Jos. 15. 44. Mich. 1. 14. ubi præponitur א, quod in nominibus propriis frequens [i]. Locus autem sic dictus per πρόληψιν, quòd ibi *Sue* parere cessaverit [k]. Sic Jonathan Uzielides & Targum Jeros. & RS [l].

7. *Nequam*, רַע] Pulchra metathesis nominis ipsius עֵר [m]. עֵר, *vigil*, per peccatum conversus est in רַע, *perversum* [n]. ¶ *In conspectu Domini*] i. e. *Insigniter, intolerabiliter, malus* [o]. Idem cum eo Onanis peccatum fuisse ferunt auctores, nempe immunditiæ; eò quòd in actu matrimonii se retraherent, & sic semine extra vas fuso generationem impedirent. Non hoc fecit ex invidia, ut Onan, sed ex libidine [p]: nè puerperio & lactatione liberorum pulchritudo uxoris minueretur [q]; & nè ejus concubitu ad tempus privaretur [r]. Quæ fuerit Er nequitia, vide 1 Par. 2. 3 [s]. ¶ *Occisus est*] Ut & frater, plagâ insolitâ, & hominibus manifestâ; fortè ab Angelo malo [t].

8. *Sociare illi,* וְיַבֵּם] Significat, *fratris defuncti sine liberis uxorem ducere* [v]. Jam jure (vel consuetudine [x]) positum, quod postea lege sancitum, Deut. 25. 5. Ruth ult. v. 10 [y].

9. *Sciens non sibi nasci*] *Quòd non nomine suo vocaretur semen*, Ch. in V. Hoc sciebat, aut quia mos erat jamdiu receptus; aut quia sic inter partes in ineundo priore conjugio convenerat [z]. ¶ *Fundebat in terram,* שִׁחֵת אַרְצָה] *Corrumpebat in* (vel *super*) *terram*, P. Mo. *corrumpebat se in* (vel *super*) *terram*, Sy. Sa. *corrumpebat* (vel *disperdidit*, M. Ti. vel *effundebat*, o'. A.) *illud in* (vel *ad*, vel *super*,) *terram*, Ar. M. Ti. A. V. o'. i. e. perdebat semen projiciendo in terram [a]. *Corrumpebat viam suam*, Ch. *Viam* vocat seminis effusionem, &c [b]. Turpissima audacia, quæ nè inter Gentes quidem facilè nominata est, sed à Gnosticis olim usurpata, teste Epiphan [c]. Idem quodammodo erat flagitium, acsi fœtum ex utero materno evulserat & interfecerat [d]. Idem Ethnicorum de eo judicium. Martial. 9. 42.—*Veneri servit amica manus. Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede; sed ingens, Quantum vix animo concipis ipse tuo.*———*Ipsam crede tibi naturam dicere rerum, Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est.* Et 11. 73.—*inguina saltem Parce——sollicitare manu. Lævibus in pueris plus hæc quàm——peccat* †. Si autem hoc seculo tam rudi, inculto & projecto, Deus ità punivit *Er* & *Onan*; quomodo puniet in luce hac & lege Evangelii Christianos qui se polluunt [f]?

10. *Faceret,* עָשָׂה] Vertendum, *faciebat*, vel, *facere solebat* [g].

[t] L. [v] Ma. [x] A. [y] L. Me. [z] Pi. [a] La. [b] Hi. in D. [c] D. [d] G. [e] F. co. [f] O. [g] Ma. [h] O. [i] G. [k] G. [l] D. [m] La. A. [n] La. [o] V. [p] Me. [q] L. Me. [r] L. [s] T. [t] Me. [v] M. F. [x] Jun. [y] Me. Jun. [z] Jun. [a] V. [b] F. [c] Jun. [d] Belg. † Ga. [f] La. [g] V.

11. *Esto vidua*] Moris fuisse videtur, ut quæ alicui familiæ nupserat, illi addicta maneret, quamdiu superesset consanguineus qui defuncto semen suscitare vellet. Non ergò licebat ei, sine soceri consensu, conditionem alibi sibi quærere [h]. ¶ *Timebat*, אָמַר] *Dicebat*, sub. *apud se*: i. e. Cogitabat non daturum, nè fortè, &c [i]. Nè Selæ simile quid ac fratribus accideret, variis promissis viduam frustrari statuerat [k].

12. *Consolatione susceptâ*] Elapso tempore luctûs, pro more patriæ [l]. ¶ *Opilio*] Vel *pastor*; ità o'. Pro רֵעֵהוּ legisse videntur רוֹעֵהוּ [m]. Alii, *socius* (vel *amicus*, V.) *ejus*, Ch. Mo.

13. *Ascenderet in Thamnas*] At Jud. 4. dicitur, *descendit in Thamna*. Resp. 1. Sita est in pendulo montis, ideóque ex una parte ascenditur, ex alia descenditur*. 2. Hebræis *ascendere* & *descendere* subindè pro *ire* ponuntur [n]. 3. Veriùs respondetur, duo oppida fuisse, *Thimna* in tribu Judæ, Jos. 15. 57. & *Thimnatha* in tribu Dan, Jos. 19. 43 [o]. Ad illud *ascendebatur*, quia monti incumbebat; ad hoc *descendebatur*, quia situm erat in valle [p].

14. *Assumpsit theristrum*, ità o'. וַתְּכַס בַּצָּעִיף] *Et operuit* (*texit, celavit*,) *in theristro*, Ma. (vide Gen. 24. 65. Ma. V.) vel *velamine*, Sa. Ar. P. Mo. Ti. V. O. A. vel *peplo*, Sy. M. JT. vel *pallio*, Ch. vel *flabello*, Schol. in Nobil. Vestis tenuis erat & linea, quâ æstate utebantur, & quâ tegebant caput & faciem [q]. Pro capitis tegmine viduis usitato sumpsit matronale [r]. ¶ *Et mutato habitu*, &c. וַתִּתְעַלָּף] *Et involvit se*, M. A. Mo. vel *involuta est*, Mo. Non placet, quia jam dixerat, *operuit se velo*. *Mutavit se*, Sa. vers. *obscuravit sese*, Ma. *adornavit se*, o'. Ch. Sy. *velavit se*, Ar. *celavit se*, Sa. Pi. *obtexit se*, i. e. faciem suam, O. Jun. Pi. nè facilè cognosceretur [t]; & *strinxit se*, supple, illo velamine, quod apud nos fœminæ faciunt cùm cognosci nollent [v]. ¶ *In bivio itineris*, ità Ch. בְּפֶתַח עֵינַיִם] Aliis est nomen proprium loci, *In porta, ostio*, vel *apertura, Enaim*; ità Sa. o'. Mo. O. P. A. Ità AE. qui ait locum dictum à duobus fontibus qui ibi fuerunt, quíque portarum similitudinem habuerunt [x]. Alii, *in propatulo*, seu *loco publico*, K. in F. co. M. Ti. in quo oculorum intuitus huc illuc variè se diffundit [y]; ubi frequens est ultrò citróque euntium transitus [z]. *In loco perspicuo*, Ar. Alii, *in bivio*; quæ receptior est expositio; quia tunc janua aperitur oculis, ut in duas partes exeant [a]. *In divisione viarum*, F. *in bivio viarum*, Sy. Extra urbem solitas se habere victimas publicæ libidinis & Hebræi notant, & Chrysippus in Isagoge bonorum & malorum, Πρῶτον μὲν ἔξω πόλεως, &c. Hinc Chaldæis meretrix *vagatrix* dicitur; & *devium scortum* Horatio [b]; & *scorta* Latinis *mœchæ semitariæ* dicta [c]. Vide Jer. 3. 2. Ezec. 16. 25 [d]. Alii vertunt, *in ostio*, seu *porta*, *oculorum*; ità Caj. F. co. M. Per *ostium* Hebræi intelligunt principium & introitum alicujus rei; per *oculos*, quod patet & publicum est [e]. *Porta oculorum* periphrasis est bivii, quo oculis quodammodo aperitur janua, ut illorum intuitus huc illuc ferri possit [f]. Probabile est locum fuisse unde conspici posset, sed cui propinquus esset recessus, nè publicè scortaretur [g]. *Sedit in apertione oculorum*, i. e. loco publico, in quo oculi versùs omnem partem poterant aperiri. Vel sic, *Sedit in ostio fontium*, i. e. in porta quâ erat ingressus ad fontem, quem claudere solebant [h]. Q. putant fuisse fontem in duos rivos diductum [i]. Chald. vertit, *in divisione oculorum*; quòd in bivio ferè dividatur aspectus noster [k]. Non absurdum erit עֵינַיִם accipere pro Mercuriali statua, vel aliquo signo quod viam monstrabat; nam alicubi sumitur pro eo qui viam monstrat, & dux est, ut Num. 10. *tu nobis pro oculis* [l].

15. *Operuerat*] Non ergò tam effrænis erat scortandi licentia quàm hodie grassatur [m]. Vidi Venetiis meretrices incedere per urbem opertâ facie nigro velo [n].

16. *Ingrediens*] Judas peccavit fornicatione, quia eam non agnoscebat; Tamar incestu & adulterio, quia erat ligata Selæ [o]. ¶ *Ad eam*] Heb. *ad eam in viam*, i. e. in viam quæ ducebat ad illam [p].

17. *Hædum de gregibus,* עִזִּים] i. e. *Capræ*, plur. pro sing. Hœdum nondum ab uberibus avulsum [q].

[h] Me. La. Bo. [i] V. [k] Me. [l] V. [m] V. * L. simil. Bo. [n] Bo. [o] BA. Belg. [p] BA. 1. 3. 4. 753. [q] Me. [r] Jun. [t] V. [v] O. [x] F. co. [y] V. [z] F. co. M. [a] V. ità RS. [b] G. [c] Me. [d] A. [e] F. co. [f] Jun. Pi. [g] V. [h] O. [i] V. [k] V. [l] F. co. [m] V. [n] O. [o] Me. [p] V. [q] M.

18. *Annulum tuum,* חוֹתָמְךָ] *Sigillum,* Mo. Me. D. Aq. in D. quia antiquitùs annulo signabant literas, Ester. 8 [r]. Annulum signatorium, G. ¶ *Armillam,* ità Sa. A. וּפְתִילֶךָ] Videtur fuisse aliquid ex auro ad modum fili contorti; id enim propriè significat, Exod. 39. 3. Jud. 16. 9. Ezec. 40. 3 [s]. ὁρμίσκον, ο'. quod est *humerorum ornamentum;* (nam ὦμος est *humerus.*) Aq. vertit, στρεπτόν [t]. Credebant Græci de collo suspensum fuisse [v]. Alii vertunt, *sudarium;* ità Ch. juxta Complut. F. co. sic A. Jun. Alii, *vestem* quâ se tegebat; ità RS. in F. co. V. *pallium,* P. Alii, *cidarin,* i.e. tegmen capitis, He. in V. K. & Targ. in M. *mitellam,* Sy. *fasciam,* Ti. *tæniam,* Mo. Significat *tortum* quid, aut *involutum;* vel pannum quo caput involvitur, vel ligamen ex tortis filis conflatum, fortè cingulum [x].

21. *Ubi—mulier?* הַקְּדֵשָׁה] *Meretrix,* πόρνη, ità ο'. & omnes; *prostituta,* Mo. Aq. in Nobil. Causa nominis, vel, quòd *præparata* sit (קָדַשׁ est *præparare,* Jer. 6.) ad prostitutionem [y]; vel, quòd *separata* erat à civitatibus, & manebat in loco semoto [z]; (separari solebant & sacra & immunda [a];) vel, quòd talia perpetrabant sub specie religionis; (vide 2 Reg. 23. 7. Hos. 4. 14 [b].) vel ex simili, ut sacra nemini sunt *propria,* usu *communia,* sic illæ fœminæ; sic Plautus, *Non ego sum polluƈta pago. Pollucere* est sacrare. Vide Festum & Macrobium [c].

23. *Habeat sibi*] Vel excusat se præstitisse fidem, ut quidam volunt; quod doctioribus non probatur [d]: vel, quod potius est, innuit se nolle rem vulgari, &c [e]. Heb. *Accipiat sibi,* h. e. jam accepta retineat. Verba inchoativa sæpe completivè intelligenda [f]. ¶ *Mendacii arguere nos non potest*] At in Hebræo aliter se habet, *Nè simus contemptui,* ob levitatem, petulantiam, & turpitudinem; & quòd talia meretrici dederim [g]; & quòd ità me deluserit [h]. Infamis erat scortatio etiam inter homines ignorantes Dei [i].

24. *Producite, ut comburatur*] Heb. *Educite,* viz. in portam ad judices [k]. Vel, ut paterfamiliâs, sententiam profert judicis authoritate; vel sic exponendum, Producite de domo in carcerem, donec pepererit, ut postea rogo tradatur non Judæ, sed legitimi judicis, sententiâ [l]. Qu. Quo jure Juda hanc sententiam pronunciat? Quidam volunt eum fuisse magistratum inter Cananæos: [ità O.] quod non est verisimile. Alii volunt unumquemque in sua familia jus habuisse vitæ & necis in domesticos. Sed obstat, quòd Tamar tunc habitavit apud parentem suum Cananæum, non socerum Judam. Vel, ut accusator, requisivit justitiam ab iis quorum intererat. Obj. At tunc non cessâsset Thamaris periculum, Judâ culpam agnoscente. Resp. Cùm is erat negotii actor & promotor, cessante ejus actione, nemo eam perageret ream. Sed nec necesse est omnia ad exactam juris regulam exigere: confusa erant omnia in istis populis, & consuetudines quædam fuerunt in quibus pro occasione consentiebant, aliquo præeunte qui polleret industriâ aut authoritate. Credo igitur hæc processisse ad nutum Judæ [m]. Judas hîc exhibet nobis personam hypocritarum, qui, propria peccata dissimulantes, in aliena graviter animadvertunt [n]. Sed cur comburatur? Ob adulterium; quia desponsata erat Selæ [o]. Illud crimen morte plectendum judicabatur, Deut. 22. 23, 24. etiam apud Ethnicos, Jer. 29. 22, 23 [p]. & diu ante Legem [q]. Multæ Mosis leges ex antiquis moribus. Alii putant legem fuisse peculiarem istius familiæ [r]. Hebræi hinc colligunt eam fuisse filiam Sacerdotis illorum locorum [s].

25. *Cujus sunt*] [Dixit Juda, ut refert Targ. J. *Mensura è regione mensuræ: dixi Jacobo, Cognosce nunc tunicam filii tui; propterea coactus sum audire in domo judicii, Cujus sunt annulus,* &c. Bi.]

26. *Justior me est*] Judas enim promissis non steterat, & injustè impedivit nè prolem ex Sela susciperet [t]. Non *castior,* quia Tamar adulterio & incestu peccavit [v]. *Adeò familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere; & invidiam rerum non ad causam, sed ad voluntatem personásque, dirigere:* Velleius. *Tibi innocens sit, quisquis est per te nocens;* Sen. Med. 3. 2 [x]. ¶ In Heb. est, צָדְקָה מִמֶּנִּי] *Justa præ me,* Mo. Alii aliter; *Justificata est,* ex me concepit, Ch. *Verè dixit,*

[r] L. [s] G. [t] D. [v] G. [x] O. [y] M. [z] O. [a] Bi. [b] A. [c] G. [d] V. [e] M. F. V. [f] Glass. 236. [g] La. [h] La. A. [i] Jun. [k] Jun. Pi. [l] Me. [m] Riv. [n] E. [o] E. L. A. [p] A. [q] Belg. [r] G. [s] G. F. L. [t] Me. [v] La. [x] Ga.

id à me fuit, Ar. ¶ *Quia,* כִּי עַל כֵּן] Inversæ dictiones, pro, עַל כֵּן כִּי, *propterea quòd* [y]. Alii sic; *Nam propterea quòd non dedi eam Sela filio meo,* supple, *fecit hoc* [z].

27. *Instante autem partu*] Heb. *tempore* לְדִתָּהּ, i.e. *partus.* Sæpe hoc modo infinitivus nominascit: דַּעַת *scire,* i. e. *scientia;* sic בִּינָה *intelligere,* h. e. *intelligentia,* Job. 34. 16. *cogitare,* Psal. 17. 3. est *cogitatio:* sic Plautus, *tuum amare,* i. e. tuas amationes [a].

28. *Protulit manum*] Heb. *& dedit manum.* Quis? *Infans,* Sy. *unus eorum,* JT. simil. ο'. Ch. Ar. O. A. ¶ *Ligavit coccinum,* ità ο'. Ch. Ar. Mo. M. P. שָׁנִי] *Duplicatum,* nempe, sive colorem, sive, quod malim, filum [b]. Sed sanè color est intelligendus [c]. *Coccineum filum,* Sy. Ti. JT. שָׁנִי, subintellige תּוֹלַעַת, quod sæpius ei adjungitur [d]; scil. quoad manum [e]. ¶ *Iste egreditur,* זֶה יָצָא] *Egressus est:* præterito utitur ob certitudinem rei futuræ: q. d. Non poterit jam hic primogenituræ jus amittere [f].

29. *Dixitque mulier, Quare divisa est propter te maceria?*] Ità ο'. *Dixit,* vel *obstetrix,* ægrè ferens se deceptam [g]; vel *mater* [h]. ¶ מַה־פָּרַצְתָּ עָלֶיךָ פָּרֶץ] *Quare rupisti super te rupturam?* V. Ti. Ma. vel, *interstitium?* i.e. Cur membranam quâ operiebaris rupisti, ut primus prodires? vel, Cur prægressus es fratrem, qui instar muri intermedii oppositus erat [i]? *Cur perrupisti? super te perruptio,* P. *Quare divisisti super te divisionem?* M. O. Aq. in Nobil. Ità transferunt, ab eo, quòd infans diviserit membranulam secundinarum [k]. Alii sic, *Quàm perrupisti! tua est eruptio,* JT. A. *Rupisti,* vel *perrupisti,* sub. *secundinas: tibi imputabitur* illa *perruptio.* Alii, *super te maneat ruptura;* ut sit imprecatio [l]. *Cur divisisti? super te sit divisio,* Mo. *Cur roborâsti tibi robur?* Q. Heb. in V. *Quàm magna fortitudo tibi, ut prævaleres?* Ch. in V. *Quantum rupta est propter te ruptura?* Sy. *Cur divisa maceria?* proverbiale, i. e. Quare prævertendo fratrem litem de primogenitura infers in domum [m]? *Quàm violenter erupisti? super te fit eruptio;* i. e. ab ea nomen habeas [n].

30. *Zarah*] i.e. *Refulgentia,* ex fulgentia coccini [o]. *Oriens,* quòd priùs oriri debuit [p].

[y] V. [z] Di. in Evang. ad Johan. 7. 22. [a] D. [b] O. [c] Ma. [d] Ma. [e] M. [f] Ma. Bo. [g] Me. V. [h] V. [i] V. [k] Hi. in Nobil. simil. Me. L. T. [l] V. [m] G. [n] BA. 1. 2. 30. 295. [o] L. [p] Me.

CAP. XXXIX.

1. Eunuchus, סָרִיס] Græci σπάδων. Fuit ergò aliquis ex exoletis Ægyptii Regis, quales promoveri solebant, &c. Vide 2 Reg. 8. 6. 1 Sam. 8. 15. & Jer. 34. 19. Ch. vertit רַבָּא, q. d. *megistana* [q]. Vide suprà c. 37. 36 [r].

3. *Ab eo dirigi,* מַצְלִיחַ] *Fortunaret,* P. *Dirigeret,* h. e. successum felicissimum dabat omnibus rebus quas agebat [s].

4. *Præpositus omnibus,* וַיַּפְקִדֵהוּ] *Præposuit eum,* Mo. Qu. Unde tam citò perdiscere potuit linguam Ægyptiacam, quæ Israelitis ignota erat, Psal. 80? Resp. A celeritate ingenii, & summa cura & studio; præsertim cùm adhuc adolescens erat; quæ ætas linguis discendis aptissima [t].

6. *Nec quidquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur,* וְלֹא יָדַע אִתּוֹ מְאוּמָה כִּי אִם הַלֶּחֶם אֲשֶׁר הוּא אוֹכֵל] *Non cognovit cum eo* (*secum,* Mo.) *quicquam,* &c. Ch. Sy. M. P. Ti. O. A. JT. *non cognoscebat quicquam suum,* &c. Sa. *nec invisebat quicquam ex iis quæ cum ipso erant,* &c. Ar. Dubitatur ad quem הוּא refertur. Alii ad *Josephum* referunt, hoc sensu; quòd nihil ex omnibus sibi concreditis *noverat,* i. e. *ad suos usus converterat,* præter panem. Sed nôsse nunquam eo sensu sumitur [v]. Alii sic exponunt; Joseph ex omnibus cibis heri nihil *cognoverit,* i. e. comederit, præter panem siccum; & nihilominus erat formâ eleganti, ut sequitur; sicut de Daniele dicitur [x]. Alii ad *herum* referunt; & certum est ità intelligendum [y]: sed non uno modo. Vel sic; Securus rerum omnium, epulis tantùm indulgebat [z]. De nulla alia re solicitus erat, sed omnia ei committebat; nec Joseph domino rationem reddebat [a]. Adagialis loquendi formula est [b]. *Non cognoscebat*

[q] G. [r] V. [s] V. [t] E. [v] Riv. [x] Sepharadi in M. [y] Riv. [z] G. [a] V. F. M. sic E. Me. T. Riv. [b] Me.

bat quicquam eorum quæ circa se erant, ο'. Nihil curabat aut quærebat, nisi an cibus ei paratus fuit[c]. Vel sic; Omnia habuit cum Josepho communia, præter panem, i. e. cibum, cùm Ægyptii horruerint à cibis Hebræorum[d]. Omnia accuratissimè providit Joseph, excepto pane, quia Hebræus erat. Vide c. 43. 32[e]. Porrò nota Hebraismum, *cognoscere cum aliquo*, pro, *communem curam habere*. Sic v. 8. *non novit quicquam mecum*, i. e. delegavit mihi omnem curam, omnia negotia[f].

9. *Nec quidquam*, &c. אֵינֶנּוּ גָדוֹל בַּבַּיִת הַזֶּה מִמֶּנִּי] Variè reddunt. *Nec ullus est major me in domo ista*, Sa. Sy. M. P. Ti. Loquitur de conservis, O. *Non est in ista domo qui plura me gerat*, Ar. *Non ipse* (scil. *dominus*) *major me in hac domo*, Ch. JT. Ca. Mo. Ma. F. *nisi in hoc, quòd tu mihi prohibita es*, F. ¶ *Præter te, quæ uxor ejus es*, בַּאֲשֶׁר] *In quo*, h. e. quatenus, *uxor ejus es*. In cæteris, sustentationem quod attinebat, ipsa etiam Josepho commissa erat[g].

10. *Per singulas dies*] Nullam occasionem colloquii pellacis malesuadi sibi elabi patiuntur[h].

11. *Quadam die*, ità Ch. Sy. Ar. כְּהַיּוֹם הַזֶּה] *Die quodam ejusmodi*, JT. *certo die*, A. ex ο'. vel, *circa hoc tempus*, A. Die quadam consimili huic ac respondente; quâ scilicet cœperat solicitare Joseph[i]. h. e. Temporis successu, cùm non desisteret solicitare[k]. Alii sic; post revolutam hebdomadam, vel lapsum annum; ut eo die quo cœpit tentare, altero anno conaretur evincere[l]. Alii legunt, *opportunâ die*, scil. cùm nemo ex familia esset domi[m]. ¶ *Et operis quippiam*, &c.] Heb. *ad faciendum opus suum*, P. *ut fungeretur officio suo*, V. Solus domi negotia domini procuravit. *Ingressus est ut investigaret scripturas rationis suæ*, inquit Ch. i. e. libellum dati & accepti[n].

12. *Egressus est foras*] Potuisset ei extorquere, sed noluit; 1. ex reverentia, nè vim heræ suæ inferret; 2. quia præsentissimum remedium contra tentationes libidinis est, non colluctatio, sed fuga; 3. nè vel mulierem tangeret, aut ab ea tangeretur[o].

13. *Cùm vidisset*] Facilis mulieri ex amore in odium migratio[p].

14. *En, introduxit*] Scil. maritus meus[q]. Indignationem adversùs maritum fingit, ac propterea nomen ejus reticet[r]. Vel, *introduxit*, pro, introductus est[s]. ¶ *Ut illuderet nobis*] Ità A. vel, *ludere nobiscum*, A. *Illudere, ludificari, ludibrio habere*, turpitudinis & obscœnitatis notam sæpe habent; ut & Græca ὑβρίζειν, ἐμπαίζειν, κ.λ. Sueton. Tiber. *Fæminarum quoque, & quidem illustrium, capitibus quantopere solitus sit illudere*. Tacitus, *Tradunt plerique, crebris ante exitium diebus illusisse pueritiæ Britannici*. Jud. 19. 25. *Adduxit concubinam suam, & eis tradidit illudendam*: καὶ ἔγνωσαν αὐτὴν, καὶ ἐνέπαιξαν αὐτῇ. Terent. Eunuch. *Quinetiam insuper postquam ludificatus est virginem*: & Hecyr. *Sed quam decrevi me non posse diutiùs habere, eam ludibrio haberi*; ubi Donatus, *Honesto verbo ac pleno pudoris usus est, & novè, pro vitiari*. Paulus D. de injuriis, *Si quis servum meum vel filium meum ludibrio habeat, licèt consentientem, talem ego injuriam videor accipere*: Muretus Observ. juris 7[t].

17. *Servus*] Ingratus tuis beneficiis, voluit vituperium tibi afferre[v]. ¶ *Hebræus*] Sic vocat cum contemptu: nam *Hebræi* abominabiles erant Ægyptiis. Vide cap. 43[x]. ¶ *Quem adduxisti*] Etiam maritum culpæ quodammodo participem facit, ut ità cogat acriùs in Josephum sævire[y].

18. *Reliquit pallium*] Excæcavit eum zelotypia, nec advertit hoc indicium potiùs fuisse violentiæ à muliere profectæ, ut notat Philo[z]. Simile in Hippolyto Senecæ, *pignus reliquit sceleris*: & Juven. sat. 10. *Erubuit nempe hæc*, &c[a].

20. *Ubi vincti regis*] i. e. Rei læsæ majestatis; q. d. in carcerem durissimum. Vide Psal. 105. 18. *Fovea* dicitur Gen. 40. 15. & 41. 14[b].

21. *Dedit ei gratiam*, sic Ch. Sy. Mo. וַיִּתֵּן חִנּוֹ] *Et dedit* (*Dominus*) *gratiam ejus*, Ma. Sa. Mo. Hypallage, Jun. Pi. Vel, *gratiam suam*, O. ¶ *Principis carceris*] Videtur hic fuisse Potipharis administer, & fideicommissarius, custos; Potiphar autem erat Commentariensis regius[c].

c O. — d M. F. — e F. ex AE. — f F. — g Glas. p. 517. — h Me. — i F. V. — k V. — l Q. in M. — m M. F. — n F. — o La. — p Me. — q Bo. — r Jun. — s Bo. — t Ga. — v L. — x E. — y Me. — z Me. in v. 19. — a G. — b Jun. Ma. Belg. — c Ma.

22. *Sub ipso erat*] Heb. *ipse fuit faciens*, i. e. ejus jussu factum. Sic Pilatus *dat corpus*, Marc. 15. 45. h. e. *jussit dari*, Matt. 27. 58. Vide Exod. 7. 17[d].

23. *Nec noverat*, &c. אֵין רֹאֶה אֶת־כָּל־מְאוּמָה בְּיָדוֹ] Ad verb. *non videns omne quicquam*, &c. Mo. *non considerabat*, vel *explorabat, quicquam in manu ejus*, Sa. simil. JT. Sy. *nihil videbat difficile ei*, Ar. *nihil curæ gerebat—manu suâ*, Ti. Nihil curabat, omnia fidei & prudentiæ Josephi committebat[e]. Non exigebat rationem à Josepho[f]. *Non explorabat* (*non considerabat*, Sa.) *quidquam in manu ejus*, Sy. Sa. Chald. sic, *Nullum delictum videbat in manu ejus: quòd verbum Domini erat in auxilium ejus*. MEVMAH accipit, quemadmodum MEVM Dan. 1. 4. pro *culpa*, &c[g].

d A. — e Me. — f V. — g A.

CAP. XL.

1. HIS *gestis*] Heb. *post verba illa*, i. e. post res illas gestas[h]. ¶ *Peccarent*] Quo crimine ignoratur[i]. ¶ *Et pistor*, ità 1 Sam. 8. 13. הָאֹפֶה] *Coquus*, JT. At *coquus* est טַבָּח 1 Sam. 9. 23[k].

3. *Joseph vinctus*] i. e. Captivus; jam enim vincula dempta[l], & præfectus erat captivis, Gen. 39. 22. Ergò hîc sign. *vinctum*, non *compedibus*, sed tantùm *carcere*, ut Esa. 22. 3[m].

4. *Custos carceris*] *Clavicularius, ergastularius*, Me. ¶ *Tradidit eos Joseph*, וַיִּפְקֹד ־יוֹסֵף אִתָּם] Variè reddunt. *Commisit*, vel, *commendavit*, (vel, *disposuit*, Q. in Ma.) *Josephum cum iis*, Mo. JT. i. e. *ut esset cum eis*, RS. in D. Sic v. 14. *memento me tecum*, i. e. ut sim tecum[n]. *Accensuit Joseph ad eos*, vel, *cum eis*; i. e. inscripsit in albo vinctorum[o]. *Visitavit Josephum cum eis*, i. e. fidei ipsius commisit[p]: vel, *visitare fecit ad eos*, i. e. *constituit visitatorem*, curatorem, *eorum*[q]. *Præfecit*, vel, *præposuit*, *Josephum illis*, Sy. Ar. M. Ti. Pi. O. Fortè legendum יַפְקֵד, ut 41. 34[r]. *Numeravit eos Josephus*, scil. vinctos: solent enim numerari quæ alterius custodiæ traduntur[s]. *Commisit*, vel, *commendavit*, *Josepho illos*, D. A. ο'. Sa. ut sit אֵת pro אֶת, (quæ enallage non insolens est,) & אִתָּם pro אוֹתָם: Nam contrà, אוֹתָם, *eos*, ponitur pro אִתָּם, *cum eis*[t]. ¶ *Aliquantulum temporis*, &c. Heb. *Et fuerunt* (ibi) *dies*, יָמִים] Alii vertunt, *per annum*. Ità Hebræi communiter יָמִים absolutè & sine adjectione scriptum accipiunt[v]. Vide suprà ad cap. 4[x]. Alii, *dies aliquot*, vel *multos*, D. sic V. Belg. Bo. &c. sic Gen. 24. 55. D. *ad tempus*, Ar.

5. *Juxta interpretationem congruam sibi*] Heb. *somnii sui*: i. e. somnium congruum functioni suæ[y]; & juxta id quod singulis eventurum erat[z]. Vel sic, somnium non vanum, sed quod futura significabat[a].

6. *Tristes*, ità Sym. in Nobil. Ch. Sy. Ar. P. JT. A. זֹעֲפִים] Vertunt, *conturbatos*, ο'. Sa. Mo. O. *consternatos*, M. Ti. *ferventes, furentes*. זַעַף vehementius est quàm זַעַם[b]. Sign. *solicitudinem maximam ab ira*, vel metu[c].

7. *Cur tristior facies?* מַדּוּעַ פְּנֵיכֶם רָעִים] *Quare facies vestræ malæ?* Ma. h. e. mœstæ, ο'. A. Ità sumitur Cohel. 7. 3. 1 Sam. 1. 8. Contrà, *bonus* pro lætus, Prov. 15. 15[d]. & Est. 1. 10. Esa. 65. 14[e]. פָּנִים unum est ex iis quæ terminatione plurali sensum habent singularem, ut Gen. 4. 7[f].

8. *Non est qui interpretetur*, וּפֹתֵר אֵין אֹתוֹ] Præposterus ordo Hebræis, & *qui interpretetur illud non est*[g]. Quia carcere conclusi sumus, non habemus copiam interpretis[h]. Aliàs Ægyptii auguriis & divinationibus insistebant[i]. ¶ *Referte mihi*] q. d. Spero id à Deo mihi concessum iri[k]. Talis notitia pertinet ad spiritum prophetiæ, quem se à Deo consecutum sciebat; ut de Daniele dicitur Dan. 1[l].

10. *Propagines*, ità V. L. Me. שָׂרִיגִם] *Palmites*, Ch. Sa. Sy. Ar. JT. Ti. *rami*, Mo. P. Tres palmites, seu tria flagella vitium in terram depressa, ad novas vires in solo colligendas, & novos pampinos fundendos[m].

13. *Post quos*] Heb. *In*, vel, *Cùm, adhuc tres dies*, JT. Ma. intra triduum. Vide Gen. 7. 4[n]. ¶ *Recordabitur*

h V. F. — i Me. — k Pi. — l Me. — m Walth. — n D. — o Q. in Ma. — p Pi. — q Ma. — r Pi. — s O. — t D. — v M. F. — x F. sic RS. & Levi in D. sic P. A. — y Me. — z M. F. V. Me. T. A. — a A. — b Ma. — c Belg. — d D. — e A. — f D. — g V. — h Jun. A. Me. — i L. — k Me. — l L. — m Me. — n A.

bitur ministerii tui] Vel, *principatûs tui*, ο'. *recordabitur tui*, Ch. Sy. Ar. ¶ יִשָּׂא אֶת רֹאשְׁךָ] Variè reddunt. *Extollet*, vel *elevabit*, *caput tuum*, Sa. Ti. Mo. M. A. Ma. P. Te jacentem levabit, & pristinæ dignitati restituet [o]. *Recensebit*, vel *numerabit*, *caput tuum*, i. e. te; sub. inter reliquos ministros [p]. Cùm familiam & servitia omnia lustrabit, te numerabit quoque in illorum catalogo [q]. Ex prisca numerandi ratione sic interpretor. Olim officiorum nomina in albo seu abaco inscripta erant; secundùm ea fiebant foramina in abaco, in quæ indebantur clavi capitati, seu paxilli, quibus solebat informari, & ante oculos haberi, expedita ratio dierum, mensium, annorum, officiorum, & servitiorum, &c. Hunc clavum Hebræi vocant *caput*, foramen abaci *basin* [r]. Unde sic locum expono; *Tuum caput*, i. e. tuum clavum, in quo nomen tuum inscriptum est, à basi sua *tollet*, ut legat; deinde *restituet te*, i. e. clavum illum *in basin tuam*, i.e. foramen clavo tuo destinatum †. Confirmatur hæc expositio ex ver. 20. *inter servos suos*; unde constat eum omnium servorum capita tulisse [t]. Vide Exod. 30.12. Num. 1.2. & 26.2 [v]. Non ergò de exaltatione accipi potest hæc phrasis, quia eodem sensu accipitur de utroque satrapa, quorum tamen alter evectus non est [x]. Al. aliter; *Subducet rationem tuam*, Sa. *Exputabit rationes tuas*. Sic רֹאשׁ sumitur Exod. 30.12. Num. 1.49. & sic Græcis κεφάλαιον. Eadem planè locutio quæ infrà v. 19. quare eodem modò utrobique rectè verteris [y]. ¶ *Restituet te in gradum pristinum*, עַל כַּנֶּךָ] *Super sedem*, vel *consistentiam*, *tuam*, Ma. *in statum tuum*, Sy. JT. *ad ministerium tuum*, Ch. *ad dignitatem tuam*, Ar. *in*, vel *ad*, *locum tuum*, M. P. A. *in gradum tuum*, V. Ti. scil. pristinum, V. ¶ *Sicut antè consueveras*, כַּמִּשְׁפָּט וגו'] *Secundùm rationem*, Mo. JT. vel *morem*, sive *consuetudinem*, Sa. Sy. Ar. P. Ti. O. M. sive *judicium primum*, Ma. *juxta principatum priorem*, ο'.

14. *Tantùm memento mei*, כִּי אִם זְכַרְתַּנִי] *Sed memento mei*, ο'. Sa. Præt. pro fut. & fut. pro optativo. Vel per modum deprecationis accipitur, ut loquuntur Hebræi [z]. כִּי אִם vertunt, *Sed*; [ità plerique:] *Quia*, vel *Quòd si*, M. JT. *Itaque*, Ar. *Tu modò*, Ti.

15. *Furto*] Non fratres, non adulteram accusat; sed suam tantùm innocentiam profitetur [a]. ¶ *De terra Hebræorum*] Sic dicta est Canaan, vel, quòd pater & fratres, Hebræi, ibi degebant [b]; vel, quia à Deo Hebræis data. Hoc malim [c].

16. *Videns*] Spe bonâ plenus [d]. ¶ *Tria canistra farinæ*, ità Sa. vel *pollinis*, Aq. *similæ*, Ar. סַלֵּי חֹרִי] *Canistra alba*, Mo. M. P. Ti. O. A. V. D. K. in F. co. i. e. facta ex virgis quæ decorticatione albæ fiunt †. Sanè חור *candidum*, unde בְּנֵי חוֹרִים, *candidis vestibus induti*, i. e. nobiles: ut vulgus Romanorum *pullati* dicebantur [f]. Al. *canistra perforata*, vel *foraminum*, Q. He. in M. O. Jun. Nam חורי Chald. *foramen* significat [g]. Inter complicationem virgarum videbantur quædam quasi foramina [h]. Al. *canistra tortarum sub prunis decoctarum* [i]. *Canistra candoris*, i. e. plena panis candidi [k]. *Canistra ciborum candidorum*, Sy. *canistra plena pane principali*, vel *nobiliori*; ità Ch. in F. co. D. q. d. canistra panis nobilis vel heroici: חורים sunt *nobiles*, *heroes*, *ingenui* [l]. In imo & medio canistro soli panes erant; in supremo omne genus cibi pistorii, pastæ, &c [m].

17. *Et in uno canistro*] Simile huic somnio augurium in Hom. Odys. ς'. —τῷ δ' αἰετὸν ὑψίποτα Ζεὺς Ὑψόθεν ἐκ κορυφῆς, &c [n].

19. *Auferet caput tuum*, יִשָּׂא הָרֹאשׁ מֵעָלֶיךָ] *Levabit* (*auferet*, Mo.) *caput desuper te*, vel *à te*, ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. Pi. M. Ti. Non placet; quia non capite truncatus, sed suspensus fuit [o]. *Tollet caput tuum*, removebitque *à te*, Pi. i. e. jubebit nomen tuum è catalogo servorum suorum expungi, & clavum eximi [p]. [*Vide quæ ad* vers. 13.] Al. *tollet caput*, i. e. vitam [q]; quia in capite maximè vivit & viget homo [r]. Non placet, propter rationem indicatam ad v. 13. quia v. 20. *tulit capita omnium servorum*, nec tamen vitam eorum abstulit [s]. [*Sed, cum pace viri tanti, non est eadem phrasis, nec dicitur reliquorum servorum* CAPITA TULISSE מֵעֲלֵיהֶם, *ut hîc* מֵעָלֶיךָ.] Eadem hîc verba quæ

[o] V. Me. [p] V. ità Jun. Pi. Belg. Walt. ex AE. [q] Jun. Belg. [r] Jun. † Pi. [t] Walth. [v] Belg. [x] Pi. [y] G. [z] V. [a] Me. [b] Me. D. [c] D. [d] Me. † V. ex He. [f] D. [g] F. [h] E. [i] TJ. in V. [k] V. [l] D. [m] Me. [n] G. [o] Jun. [p] Jun. Pi. [q] Pi. [r] La. [s] Pi.

vers. 13. sed sensu diverso; quod apparet in verbo *desuper te*, quo innuit eum in censum quidem venturum, sed ità, ut officio mulctetur [t]. ¶ מֵעָלֶיךָ] *A de te*, h.e. nè de te, scil. recensio sit deinceps. Præfixum enim מ ante nomina negationem aut privationem innuit: ut מִגּוֹי *à gente*, i. e. nè sit gens; & מֵאַחֲרֵי יְהוָה, Hos. 1.2. *de post Jehovah*, i.e. nè sequatur Jehovam [v]. ¶ *Lacerabunt*] Quod Horatius dixit, *pasces in cruce corvos* [x]. Eos de crucibus pendere sinebant Gentiles, & aves eorum carnibus se pascere [y].

20. *Dies natalitius*] Qui celebratus erat semel quotannis, ait Herodotus Calliopê, in Persarum rebus. Adde Matt. 14. 16 [z].

21. *In locum suum*, עַל מַשְׁקֵהוּ] *Ad propinationem suam*, Mo. Ma. Sa. sim. Ar. JT. A. *ad ministerium suum*, Ch. *in statum suum*, Sy. [Idem verbum מַשְׁקֵה v. 1. pincernam, hîc officium pincernatûs, sign.]

[t] Belg. [v] Glass. gram. pag. 656. [x] G. [y] Me. [z] G.

CAP. XLI.

1. POST *duos annos*] Nempe, à liberatione pincernæ [a]: vel, ex quo somnia captivis Joseph interpretatus erat [b]. ¶ וַיְהִי מִקֵּץ שְׁנָתַיִם יָמִים] Hîc decima Sectio incipit, quam מִקֵּץ dicunt [c]. i. e. *Post duos annos dierum*, i. e. annos plenos & absolutos [d]. Sic *mensis dierum* est mensis completus, Gen. 29. 14 †. Hebræi dicunt tamdiu dilatam liberationem Josephi, quòd nimis confisus esset auxilio pincernæ [f]. ¶ *Super fluvium*] Vel, *juxta flumen*, Mo. i. e. Nilum, L. Me. M. Ar. in BA. vel, *juxta rivum* ex Nilo ductum [g]; quales multi ex Nilo deducebantur [h]. Dictus est יְאֹר, vel ab אור *luce*, ab aquarum limpiditate [i]; vel, quòd irrigat olera [k]. Rectè ex Nilo ascendere dicuntur boves, quia ab eo provenit Ægypti fertilitas aut sterilitas [l].

2. *Crassæ nimis*, בְּרִיאֹת] *Pingues*; ità ferè omnes, & rectè, ut patet ex Ezec. 34. 20 [m]. *Electæ carnibus*, ο'. *separatæ*: Separari solent animalia, ut impinguentur [n]. בָּרָא quandoque est *eligere*, æquè ac בָּרָה & בָּרַר [o]. ¶ *Pascebanturque in locis palustribus*, בָּאָחוּ] *In prato*, Ch. Sy. M. Mo. A. O. *in carecto*, Sa. P. Aq. ad Job. 8. *in ulva*, JT. *in gramine*, Ar. *in loco palustri*, V. T. *in plantario tenui & herboso*, Schol. in Nob. *in carice*, BA. At ο'. vertunt, ἐν τῷ Ἄχει, quasi nomen proprium esset. Vox, haud dubiè Ægyptiaca, (in Ægypto autem ο'. scribebant,) significat campos virentes, stagnante in iis Nilo. Nam & Arabibus אגאם *stagna*—[p]. Sirach. 40. 16. ubi in Latino *viriditas*, in Græco est ἄχει [q]. Exstat & illa vox Job. 8. 11. ubi Græci vertunt πάπυρος, Lat. *scirpus*. In ripis madentibus nascebatur *papyrus*. Ità סוּף Exod. 2. 4. transfert Josephus [r]. In aliis exempl. τῷ ο'. est ὄχθη, *ripâ*. Per *vaccas* significari annos, est in Onirocritico Asaph Setha: item in Achmete, cujus hæc sunt verba, cap. 239. ex Ægyptiorum disciplina, τὰ βοΐδια πίονα εἰς χρόνους· καὶ εἰ μὲν εἰσὶ θήλεα, χρόνους εὐφόρους δηλοῦσιν· εἰ δ' ὀλίγα καὶ λεπτὰ, χρόνους δυσφόρους. i. e. *Boves pingues* [scil. in somniis visi] *tempora præsignificant*; *& læta quidem, si fœminæ sint*; *calamitosa verò, si macri sint*. Similia ex Persis habet [s].

3. *Emergebant de flumine*] *Depresso* scil. intra alveum, & non irrigante agros; quod famis signum, Plin. 18. 18. Contrà, ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐπλήμμυρεν ὁ ποταμὸς, εὑρήσει ὁ κάτοικος χαρὰν καὶ εὐφορίαν, Achmes cap. 176. Onirocritic. (*Si quis fluvium exundantem viderit, invenient incolæ gaudium & fertilitatem* [t].) ¶ *Pascebantur*] Heb. *steterunt*. ¶ אֵצֶל הַפָּרוֹת] *Juxta* (vel *apud*, Mo. *contra*, Ch.) *vaccas illas*, JT. Ti. M. P. vel *alias*, A. *ad latus illarum*, Ar. ¶ *In ipsa amnis ripa*] Non inundata scilicet [v]. Steriles anni sunt, quando flumen malignè solam vicinam irrigat. At pingues vaccæ visæ pasci remotiùs [x].

5. *Rursum dormivit*] Somnia divinitùs immissa solent rem eandem bis exprimere; ut infrà 32. sic in Dan. Sic de somnio Ptolemæi Tacitus, Hist. 5. *Eadem species terribilior jam & instantior* [y]. ¶ *Septem spicæ*] Per *spicas* anni significantur in somnio apud Josephum & Antiq.

[a] L. Me. Riv. La. [b] Jun. [c] V. [d] Merc. A. † A. [f] L. [g] Jun. [h] Ma. [i] Ma. [k] Jun. Pi. [l] Bo. [m] BA. [n] O. [o] BA. 1. 2. 31. 304. 29. [p] G. [q] G. D. [r] G. [s] G. ad v. 3. [t] G. [v] G. [x] Me. La. [y] G.

Antiq. 17. 15. & de Bello Jud. 2. 11. Apud Tacitum Annal. 11. *In somno itidem visæ spicæ retrò conversæ, gravitatem annonæ prædicere creditæ* [z]. Ut de spicis jam taceamus, in auguriis veteres per aves annos designari voluêre. Sic ex 9 passeribus à dracone devoratis Chalcas augur, Il. β'. colligit tot annis eos adversùs Trojam pugnaturos. Et ex 12 vulturibus à Romulo visis collegit Vectius augur, (ut refert Varro apud Censorinum) Romanorum imperium per 12 secula duraturum. Utrumque eventus comprobavit [a]. Nota, cùm fertilitas maximè consistat in frugibus & pecoribus, aptè illam prædici his somniis [b]. Bos agriculturæ symbolum, quia olim bobus terram subigebant [c].

6. *Percussæ uredine*, שְׁדוּפֹת קָדִים] *Arefactæ (crematæ*, Ma. *corruptæ*, vel *tostæ*, D.) *Orientali*, i.e. Euro, O. A. Ma. qui adurit fruges, Ezec. 17. 10. & 19. 12. & Hos. 13. 15 [d]. Eurus calidior est in illis regionibus [e]. Ægypto noxius est, urit, desiccat; flat enim è vasta Arabiæ solitudine [f]. Al. *Euronoto*, Q. in Ma. D. Constat Notum æstuosum esse [g].

7. *Post quietem*, וְהִנֵּה חֲלוֹם] *Et ecce somnium*, Mo. JT. [& alii;] scil. *non evanuit*, ut solent somnia naturalia. Vide suprà 40. 6. *Ecce erat somnium* [h]; i.e. intelligebatur esse somnium: Met. subjecti. Non erat res vera, ut sibi videbatur [i]. Vel sic; *Ecce hoc*, vel *tale, erat somnium*, Belg.

8. *Pavore perterritus*, וַתִּפָּעֶם] *Conturbatus est*, V. o'. Ch. Sa. *consternatus*, M. P. JT. A. *exagitatus*, Sy. *trajecta est anima*, Schol. in Nobil. *contritus*, vel *fractus*, *spiritus ejus*, Mo. Caj. *contusus*, quasi multiplicatis ictibus, O. *palpitabat cor ejus*, Ti. ¶ *Conjectores*, חַרְטֻמֵּי] *Magos*, plerique; *genethliacos*, Mo. *interpretes*, o'. χρυφιαςὰς, *occultorum cognitores*, Aq. in Nob. *magistros*, Ch. *eruditos*, Ar. *ariolos*, Ca. Vox est Ægyptiaca [k]. Scrutatores naturæ erant [l]. ¶ *Sapientes*, חֲכָמֶיהָ] *Sapientes ejus*, sub. *terræ Ægypti*, V. Mos diu in Ægypto retentus. Tacitus Hist. 4. *Ptolemæus, omine & miraculo excitus, sacerdotibus aperit* [m]. ¶ *Narravit somnium*, וַיְסַפֵּר חֲלֹמוֹ] *Et narravit somnium suum*, Mo. nempe utrumque; sequitur enim, אוֹתָם *ea* [n]. Utrumque unum fuit, v. 26. vel, unum pro multis ponit, more Hebræorum [o].

9. *Confitebor peccatum meum*, אֶת־חֲטָאַי אֲנִי מַזְכִּיר] *Recordor*; ità Onk. P. V. Quidam per fut. vertunt, *recensebo*, i.e. fatebor. Cogor fateri peccatum meum [p]. Qu. Quodnam hoc peccatum? Resp. Vel ingratitudo, & beneficii oblivio à Josepho accepti [q]; vel potiùs offensa erga Regem. Ità clementiam Regis agnoscit, & captat ejus benevolentiam, more aulicorum [r]. Noluit priùs mentionem facere, nè peccatum suum revocaret in memoriam: nunc, urgente Regis necessitate, videt non sine aliqua gratia indicium hoc fieri posse [s].

13. *Ille suspensus est*] Rectè; impersonaliter enim dicitur, ut Gen. 9. 6. Levit. 14. 11. Num. 26. 59 [t]. Heb. *suspendit*, nempe *Pharaoh*, Gen. 40. 20, &c. [v]. Vel, *Joseph suspendit*; i.e. suspendendum præsignificavit [x].

14. *De carcere*, ità P. מִן הַבּוֹר] *E lacu*, vel *fovea*, V. *de cisterna*, Mo. Carcer factus in modum foveæ, vel cisternæ [y]. ¶ *Totonderunt*] Heb. *totondit*, sub. *eum tonsor* [z]. Moris olim erat in luctu, captivitate, servitute, intonsos esse [a]. ¶ *Veste mutatâ*] Lugentes enim aut sordidati Regem adire non poterant. Vide infrà 50. 4. & Est. 4. 4 [b].

15. *Audivi te sapientissimè conjicere*] Heb. *audivi super (vel de) te dicendo*, vel *dicentem*; i.e. hæc fama de te sparsa est, Ma. ¶ תִּשְׁמַע חֲלוֹם לִפְתֹּר אֹתוֹ] *Audies somnium ad exponendum illud*, i.e. Quamprimùm somnium audis, illud interpreteris; sic Ma. Sim. o'. Sa. Sy. Ar. Ch. accipiunt, *te esse intelligentem somnii, ut interpreteris illud* [c]. *Audire* hîc pro *intelligere*, ut Gen. 11. 7. Deut. 28. 49. Jud. 14. 13 [d].

16. *Absque me Deus respondebit*, בִּלְעָדַי וגו'] Variè reddunt. *Non omnino*, Ma. *Non est penès me*, JT. A. *Sine Deo non respondebitur*; ità Græcus, puncta & distinctiones negligens [†]. *Sine me Deus non respondebit pacem*, Sa. *Numquid existimas quòd absque Deo prospera succedent?* Sa. *Absque mea scientia Deus, &c.* Ar. *Deùs vel absq; me respondebit*, Ti. *Non ego, sed Deus*, Sym. M.

Interpretandum ut illud Matt. 10. 20 [f]. Sunt verba humilitatis: Refundit in Deum authorem. Sic Paulus, 1 Cor. 15. *Non ego, sed gratia Dei* [g]. *Non tam ego, quàm Deus*, Me. *Non ex mea sapientia, sed à facie Domini*, Ch. i.e. Dei opus est, non humanæ sapientiæ. Ità eum ducit in cognitionem veri Dei [h]. q.d. Non est mirum si magi non poterant exponere, quia humanum non est, nec per me possem, &c [i]. *Præter me est Deus qui respondebit*, &c. P. q.d. Alius est qui interpretabitur, nempe Deus [k]. *Præter me est: Deus respondebit*, &c. בִּלְעָדַי esse adverbium, quo quid à nobis removemus, diximus ad Gen. 14. 24. q.d. Non mihi tribuo, à Deo exspectandum est [l]. ¶ *Deus respondebit*, אֱלֹהִים יַעֲנֶה] Vel, 1. vaticinium est [m]: *Ponet tale responsum*. Non placet, quia nondum sciret quid somnium significaret [n]. At intus ità persuasus fuit à Spiritu Dei, qui confidentiam hanc ingeneravit [o]. Vel, 2. est precandi formula; q.d. *Respondeat*: i.e. quem opto responsurum prospera, &c [p]. ¶ *Prospera Pharaoni*] Mallem, *Pharaonis*; i.e. quæ pertinent ad salutem Pharaonis [q]. Quod faustum sit & felix Pharaoni [r].

17. *Putabam me stare*] Repetuntur ipsa verba, &c. quod frequens & Sacris Literis, & Homero. Macrob. lib. 5. Saturn. c. 16. *Nescio quo modo Homerum repetitio illa unicè decet, & est genio antiqui poetæ digna.* Sic suprà 24. 37 [s].

19. *Macilentæ*, ità P. Ti. JT. A. רַקּוֹת] *Diminutæ*, Ch. *imbecillimæ*, Sy. *vacuæ*, vel *vacuatæ carne*, M. Ma. *tenues*, Mo. o'. Sa. BA. Extra Gen. 41. nusquam in usu est; at ex Arabica lingua notissimum, ubi RAKKA significat *tenuem esse*, & RAKKIK *tenuem* [t].

21. *Nullum saturitatis dedêre vestigium*] Nihilo obesiores erant. Id in fame sæpe accidit, ut homines, quamlibèt voraces, nunquam tamen exsatientur; quia Deus frangit baculum panis, i.e. sustentandi vim ei adimit [v].

23. *Tenues*, צְנֻמוֹת] Alibi non invenitur [x]. Alii vertunt, *parvæ*, K. in M. P. O. Nam est vulgare apud Hebræos, פַּת צְנוּמָה בַּקְּעָרָה, i.e. *Buccella exigua in patina, super quam funditur jus* [y]. Alii, *aridæ*; sic Mo. A. quia צְנוּמָא est *petra* apud Magistros [z]. Alii, *marcidæ*; ità TJ. Alii, *inanes*; sic AE. in M. Ch. flores tantùm habentes sine fructu, Ma. Alii, *graciles*; sic V. o'. Sa. Ar. JT. *marcidæ*, M.

25. *Unum*] Significatione [a]; licèt duplex quoad imaginariam visionem [b]. At duo erant tempore, & modo significandi [c]. ¶ *Ostendit Pharaoni*] Providentia Divina speciali modo respicit Principes, quia præsunt communitati; ut patet hîc & Dan. 2. Revelata tamen hæc illis per Joseph & Daniel, ut illi exaltarentur. At Nebuch. oblitus erat somnii sui, non ità Pharao. Ratio est, quia illa visio erat de longè pòst futuris, nec aliter Daniel exaltatus fuisset: at hæc erat de futuris in proximo, ut sufficeret pro Josephi exaltatione interpretatio somnii [d].

30. *Quos sequentur*] Heb. *surgent*; *exorientur*, *existent*. Sic, *Non surrexit major Johanne* [e]. ¶ *Ut oblivioni tradatur*] i.e. Nullum ejus vestigium apparebit, sed suâ inopiâ fertilium annorum recordationem adimet fames [†]. Potiùs, *peribit*, *abolebitur*. Neque enim ubertatis oblivio est famis tempore, sed potiùs memoria & desiderium. Vide Psal. 88. 13 [*].

32. *Quòd vidisti secundò*, וְעַל הִשָּׁנוֹת] *Et propterea iteratum est*, V. *Quòd autem iteratum est*, o'. Ch. Sa. Sy. JT. Potest verti, *secundò apparuit*, aut, *mutatum est*, in aliam scil. visionem [f]. ¶ *Firmitatis indicium est*, כִּי נָכוֹן הַדָּבָר] i.e. Quòd firmissimum sit cœleste decretum [g]. *Verbum* pro *re* sumi notissimum [h]. Ex repetitione duo colligit; certitudinem, & celeritatem: tertium verò apud Regem infidelem consultò omittit, quod erat, ut stuporem excuteret [i].

34. *Et quintam*, &c. וְחִמֵּשׁ] *Quintet*, i.e. quintam partem accipiat; ità AE. & K. & o'. in F. co. V. P. Ar. O. Nempe, justo pretio comparet [k]. Ch. vertit, *armet*, *muniat*; ut sumitur Exod. 13. 18 [l]. Sed *armare* metaphoricὼs accipit, pro, *prospicere*, *providere*; cùm enim terræ frugibus providetur, quodammodo armatur [m]. [Ar. habet, *ut cumulent frugem Ægypti.*] Qu. Cùm totidem

Marginal notes (left): z G. — a BA. 1. 241. — b T. in ver. 16. ex L. — c Bo. — d A. — e D. — f Me. — g D. — h Pi. A. — i Pi. — k D. — l M. ad ver. 24. A. — m G. — n Pi. A. — o A. — p V. — q L. Me. La. Bo. — r Merc. simil. Jun. — s Riv. — t Ga. — v A. — x Q. in Ga. — y Bi. — z V. — a Me. — b G. Jun. Pi. — c Jun. — d Ma. — † A.

Marginal notes (right): f G. — g E. — h F. — i L. — k V. — l Di. — m Ità Me. T. RS. in D. — n Merc. — o Riv. — p V. sic Merc. — q D. — r Jun. — s G. — t BA. 1. 2. 31. 304. — v BA. 1. 2. 41. 404. — x M. Ma. — y M. — z M. — a L. Me. O. — b Me. — c Me. — d Ma. — e D. — † Jun. — * D. quæst. 1. 58. — f M. — g V. — h D. — i Ma. ex Jun. — k Jun. Pi. — l F. — m F. co.

tidem sint anni fertilitatis & sterilitatis, cur *quintam*, non *medium*, reponunt? Respond. 1. Quinta suffecit, quia famis tempore parciùs vivunt[n]. 2. Tempore sterilitatis fuit aliqua aratio & messio, (nempe prope Nilum) quæ,quia valde exigua erat,reputatur pro nulla Gen. 45.6[o]. 3. De fertilioribus annis multorum horrea adhuc plena essent[p].

35. *Sub Pharaonis potestate*, תַּחַת יַד פַּרְעֹה] *Sub manu Pharaonis*, Mo.JT. i.e. in apothecas Regis[q]. Vel, mandato Phar. Ità Exod. 4. 13. & 9. 35. & Num. 7. 8, &c[r].

36. *Et præparetur*,Heb.*Et erit*, לְפִקָּדוֹן] *In depositum*,P. Mo. O. *vice depositi ipsi regioni*, i. e. ad alendam regionem[s]. Sensus potest esse,*Erit proventus ille terræ tanquam depositum*; erit *res reposita* & recondita[t]. Vel, erit *ad numerum*, seu *numerationem*, *ipsi terræ*; i.e. secundùm numerum locorum terræ[v]; aut, ut suo tempore numeretur & distribuatur terræ. Vel, erit *visitatio*, *in visitatum*, *recensitum*, *requisitum*, *procuratum*; scil. cujus cura & ratio quàm maximè habeatur[x]. Sicut in pace de bello, sic in fœcundis annis de sterilitate, cogitandum[y]. Simile apud Cassiodorum, l. 12. 25. *De veteribus frugibus prudentia tua futuram vincat inopiam*[z].

38. *Qui spiritu Dei plenus sit*] Heb. *in quo spiritus Dei*, Mo. *in quo spiritus prophetiæ à facie Dei*, Ch. vel, *deorum*; nam Pharaoh deorum cultor erat[a].

40. *Ad tui oris imperium*, &c. וְעַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל־עַמִּי] Variant interpretes. Alii sic; *Super* (vel *supra*, G. vel *ad*, Me.) *os tuum osculabitur cunctus populus*,Mo. G. JT. K. i. e. *te venerabitur*, & *dominum agnoscet*, F. co[b]. [At hoc negat Drusius: *licèt ipse hìc notet osculum dignitatis*, seu *magnitudinis*,apud Hebræos Thancumâ 23.4. ut cùm Regem osculamur,eíque quasi homagium præstamus; ut fecit Samuel Sauli 1 Sam.10. 1.] Dubitandum meritò videtur, an Principes in Oriente soleant plebeios ad osculum oris admittere: Hodie certè non faciunt. Deinde, verbum נָשַׁק semper construitur cum ל, aut cum accusativo, nunquam alibi cum עַל. His argumentis proculdubio moti LXX aliter vertunt[c]. Doctus inter Hebræos sic, *Os tuum osculabitur*, &c. ut ostendant te dominum. Non notatur solenne adorationis symbolum, sed metaphorica est locutio; q. d. Quicquid dixeris, uno populi consensu, quasi osculum omnes porrigerent, excipi volo. Amicè & obedienter excipient quicquid profectum erit ex ore tuo[d]. Oris tui præceptum exosculabitur, venerabitur, eíque libenter parebit[†]. *Ad oris tui imperium obediet*; ità Vulg. post ό'. sim. Sy. Sa. Sic עַל debet accipi pro ל[f]. עַל־פִּיךָ acceperunt ut Job.39. 30. Verùm *obediet* non convenit cum יִשַּׁק[g]. Alii sic; *Ad sermonem* (vel *os*, vel *imperium*) *tuum armabitur*; ità K. M. P. O. TJ. AE. in F. co. נָשַׁק *arma* significat[h]. Est Hebraismus, *Tu eris magister militum*; h. e. Constituo te secundum à me tempore pacis & belli[i]. Verùm Joseph ad pacis, non belli, munia Ægypto præfectus est[k]. Alii sic; *Ad os tuum*, sive *secundùm jussionem tuam*, *cibabitur populus*; sic Ti. F. Sa. vers. Onk. in F. co. RS. in M. Annona erit in tua potestate[l]. Alii sic; *Te jubente*, *osculabitur manum tuam populus*, in signum subjectionis[m]. Perpendant docti annon יִשַּׁק sit fut. Niphal à שָׁקַק, discursitare negotiorum procurandorum causâ, [vide ad Gen. 15. 2. מֶשֶׁק] ut sensus sit, *Secundùm os tuum procurabitur populus*[n]. Omnia quæ opus erunt populo meo per te fient[o]. Alii, *juxta tuum verbum gubernabitur*, F. Ch. Sa. Diversitas hinc orta, quòd נשק significat *armare*, *cibare*, *gubernare*, *osculari*[p]. Quid si, *Ad os tuum*, i. e. sermonem tuum, *osculabitur Regem qui volet è populo*[q]? Alii sic; *Ad os tuum congregabit*, *vel conjunget*, *se. populus*. ad ea quæ pacis sunt vel belli; quia vox sic sumitur Ezec. 3. *alæ Massichoth*, i. e. *conjungentes*[r]. Al. *Ad os*, vel *imperium*, *tuum osculabitur populus*, scil. manum, in signum subjectionis[s]. *Juxta os* idem valet quod juxta mandatum, Exod. 38. 21. Num. 3. 16, 39. Jos. 19. 50[t]. Vide Job. 31. 27. Hos. 13. 2[v]. *Manum ori admotam* in adoratione notant Minut. Felix in Octav. Apul. Apol. primâ, Plin. 28. 2[x].

42. *Annulum*] Signatorium, ad sancienda decreta[y]: in signum potestatis sibi concessæ[z]. ¶ *Stolâ byssinâ*] Quæ tunc satraparum & principum in Ægypto propria. *Byssus* tenuissimi lini species est[a]. Summi viri hâc usi; Prov. 31. 22. Ezec. 16. 10. Luc. 16. 19. Rev. 19. 8[b].

43. *Super currum secundum*, ità Mo. הַמִּשְׁנֶה] Vel, *secundi*, sub. *viri*, *ab illo*, V. curru quo vehi solebat secundus à Rege[c]. Regibus erant duo currus, in honorem & usum; 2 Chron. 35. 24[d]. Confer cum hoc loco Est. 6. 8. & 10. 3[e]. ¶ *Ut genu flecterent*, אַבְרֵךְ] De hac voce variant[f]. Alii vertunt, *Pater tener*; ità P. Hi. in Nob. R. Judas in M. q. d. sapientiâ pater & senex, licèt tener annis[g]. At hoc parùm congruit[h]. Alii vertunt, *Genuflectite*; ità M. JT. Ca. ut sit אַבְרֵךְ pro הַבְרֵךְ, imper. Hiphil[i]; juxta Ægyptiacum pronunciandi modum: quomodo *Egalti*, Esa. 63. 3. pro *Higgalti*; & *Ashcem*, Jerem. 25. 3. pro *Hashcem*[k]. Hæc opinio est probabilior. Vel, est signum futuri; q. d. *Omnis homo clamat ante eum*, *Genu flectam*[l]: *Ad geniculationem*, Aq. Formant à בָּרַךְ, parùm probabiliter[m]. Alii vertunt, *patrem Regis*; (Syris רִיכָא *Rex* est[n]) *Iste pater Regis est*: scil. quòd Regem, tanquam pater, consiliis juverit[o]. Sic Onk. ex Syriaco vertit. Sed alia lingua Ægyptiaca, alia Syriaca[p]. *Pater & præfectus totius terræ Ægypti*, Sy. Vox Ægyptia est, credo πυωνισμὸς quidam, ideoque omissus à LXX[q]. ¶ *Et præpositum esse scirent*, וְנָתוֹן אֹתוֹ עַל כָּל אֶרֶץ וגו'] *Et dando eum super universam terram*, Mo. *Et clamavit*, vel *clamabant*, *ante eum*, &c. & *constituit* (*posuit*, Sa. *præfecit*, Ar.) *eum*, &c. ό'. Jon. M. P. Ti. *Ut proclamarent ante eum flectenda esse genua*, *constituisse enim eum*, &c. JT. *Et clamaverunt ante eum benedicere*, (pro, Benedicite, Plaudite,) & *dari ipsum super*, &c. sub. *sciatis*. Aut hoc modo, *benedicere*, supple dicendo, quod sit pulchrum est; & *dari super omnem terram*, &c[*].

44. *Ego sum Pharaoh*] i. e. (inquit, Aug.) *Ego sum Rex*. Suadent hunc sensum, 1. quòd Gen. 47. 26. *quinta pars in hodiernum diem solvitur Pharaoni*, i.e. Regi. 2. *Pharaoh Regem* significat, testibus Ambros. & Hi. & Jo. Orig. Jud. 8. 2[r]. Per 400 annos sic dicti sunt Ægypti Reges, Me. *Ego sum Pharaoh*, qui possum dare tibi autoritatem[s]. Sensus est; Mihi quidem reservo dignitatem regiam, tibi verò tantam authoritatem tribuo, &c[t]. Aliis est forma jurandi; ità Me. Pi. Belg. A. q. d. Per majestatem meam regiam. Probatur mihi, 1. quia mos ibi jurare per Regem, Gen. 42. 15, 16. 2. Convenit cum formulis jurandi Divinis, *Vivo ego*. 3. Ad rem facit [*]. Quàm verè ego sum Pharao, tam verè & irrefragabiliter te in hanc potestatem extollo[†]. ¶ *Non movebit manum aut pedem*] i.e. Nihil momenti faciet[v]: Nihil audebit aggredi[x]. *Non manum*, i. e. arma; *non pedem*, i. e. nemo expeditionem suscipiet[y]. Nemo procedet ad bellum, &c. A te omnia administrabuntur tempore belli & pacis[z]. Quid si per *manuum pedúmve elevationem* intelligatur potestas quæ à nullius pendet imperio? Nam qui liber est, ea membra sustollere cùm vult potest: non ità qui vincti aut alterius potestati subditi. Hoc sensu eandem phrasin usurpat Gorionis filius, Hist. lib. 6. c. 61. de Archelao, *Ab hoc tempore*, inquit, *attollet manum suam & pedem suum in regno*; i. e. plenam potestatem habebit. Ità cap. 66. item cap. 73[a].

45. *Vocavit eum Salvatorem mundi*, צָפְנַת פַּעְנֵחַ] *Arcanorum interpres*, seu *revelator*; ità Onk. in M. & F. Jon. RS. Ph. & Abenmelech in D. G. Jo. & R. Levi in G. & omnes ferè Hebræi in F. P. Ar. Quare ab hac sententia non est discedendum[b]. Sic Rabbini uno consensu. Judæus quidam Commentaria sua in Pentateuchum inscribit *Tsophnat Paaneah*; alius librum suum vocat *Paaneah Razah*; i. e. *Interpretem secretorum*[c]. LXX transferunt, ψονθομφανὴχ, (sicut habetur in Pentateucho Coptico, ait Gregorius,) quod sermone Ægyptio significat *Salvatorem mundi*, (i. e. ejus plagæ mundi[d],) inquit Hieron. ut habetur in Vulg. Sed quicunque hanc glossam S. Hieronymo revelavit, satis illi imposuit. Nam ab Ægyptiis ipsis diligenter quæsivit R. Moses Ægyptius, & hanc hujus nominis notationem habuit, nempe, *Revelator secretorum*.

Marginal notes (left column): n L. Me. — o L. Me. Bo. — p Me. Bo. — q Jun. — r Belg. — s V. — t D. — v O. Ma. — x Ma. — y G. in v. 34. — z G. — a E. — b G. Jun. — c Di. in collat. cum Clop. — d V. — † Me. — f D. proverb. 2. 92. — g Di. — h Di. — i V. post F. — k Bi. — l F. — m V. — n Di. — o F. co. — p F. co. — q D. — r O. — s Pi. A. Belg. — t Pi. — v Belg. — x D. — y L. Me. — z L. Bo.

Marginal notes (right column): z L. — a Me. — b A. — c V. Me. — d T. A. — e Pi. — f V. — g Targ. Jeros. in M. — h V. — i M. F. — k A. — l V. post F. — m G. — n F. D. — o F. — p G. — q G. — * Mar. — r D. miss. 2. 92. — s L. — t Jun. Ma. Belg. — * Pi. — † V. in Pi. — v Me. — x D. — y G. — z F. — a D. prov. 3. 84. — b G. — c Gregor. in observ. — d Me.

rum. Idem affirmat Arabic. Pentateuchum: sic & Græci interpretes, Theodoretus, Zonaras, Philo, &c [e]. *Putatur esse vocabulum Ægyptiacum*, inquit Buxtorf. imò certum est ex authoritate Philonis, Rambani, & aliorum, & Pentateuchi Coptici [f]. Debuit nomen ab Ægyptio Rege imponi non aliud quàm Ægyptiacum. Credamus ergò Hieronymo, qui in Ægypto versatus est, & ibi didicit significationem [g]. Si firma esset hæc interpretatio, pulchrè faceret ad mysterium Christi, cujus Joseph typus fuit [h]. ¶ *Filiam Potipharis, sacerdotis Heliopoleos*, [פּוֹטִיפֶרַע כֹּהֵן אֹן] Qu. An hic idem qui priùs Josephi herus erat? Resp. Affirmant nonnulli, adducti tantùm hâc nominum affinitate [i]. Affirmant Hebræi & Hi. in L. Rupertus & To. in T. Rectiùs alii negant [k]. 1. Quia hic sacerdos, ille præfectus militum [l]. 2. Hic Heliopoli, ille Memphi in aula regia, degebat [m]. 3. Noluit Josephus ducere filiam mulieris impudicæ & calumniatricis [n]. Negant & Aug. Chrysost. Lippom. La. Bo. O. Perer. & alii [o]. ¶ *Sacerdotis*] Ità Sa. Mo. M. Ti. A. E. Me. T. Ma. ό. Sy. Ca. Alii vertunt, *principis*, vel *præsidis*; ità Ch. P. JT. Ma. A. V. Riv. & doctiores, ait V. Nam & filii Davidis כֹּהֲנִים sunt dicti, 2 Sam. 8. 18 [p]. Confirmatur, 1. à Josephi, ab idololatriæ communione alienissimi, pietate: 2. ab exemplo, quum & ipse minister Regis erat, Gen. 47. 11 [q]. Vel, potuit esse & princeps & sacerdos, pro more istorum temporum & locorum: vide Gen. 14. 8. Est autem *ON* eadem urbs quæ *Aven* Ezec. 30. 17. Græcè *Heliopolis*, cujus cives sapientissimos Ægyptiorum fuisse traduntur [r]. Cogebatur Josephus ob præsens ejus munus conjugium hoc accipere [s]. ¶ *Egressus est*] Sic Onk. scil. ad perficiendum Regis mandatum. Confer Job. 1. 12. & 2. 7 [t]. ¶ [וַיֵּצֵא יוֹסֵף] Emphasin habent, q. d. suâ pompâ procedebat: cum magnificentia quadam & majestate declarabatur esse princeps, &c [v]. Alii sic; *Egressa est fama Joseph*, &c. i.e. notus fuit in tota illa regione [x].

46. *Triginta annorum*] Ergò fuit in servitute & carcere ultra 13 annos [y]. 30. ætatis anno munus suum ingressi sunt Levitæ, Num. 4. 3. & Christus, Luc. 3. 23 [z]. ¶ *Quum stetit*, &c.] i.e. Quum præerat Ægypto. Alii sic, *quum eductus è carcere* interpretaretur somnium, & potentiam acciperet [a]. *Stare in conspectu* est, *servire*, *ministrare*, 1 Reg. 16. 21. Dan. 1. 19 [b]. ¶ *Et circuivit*] Ad videndum terram cui præpositus erat, & loca ubi servarentur frumenta [c]. *Peragravit*, ut frumenta colligeret [d].

47. *Venitque fertilitas*, &c. [וַתַּעַשׂ הָאָרֶץ] *Et fecit* (*produxit*, vel *protulit*, plerique) *terra abundantiam*. [At Ch. *& congregaverunt habitatores terræ*; & Sy. *collecta fuit tellus in horrea*.] ¶ *In manipulos*] Vel *pugillos*; ità ό. Sa. Mo. Ma. *manipulatim*, JT. A. i.e. abundè, manipulum ex uno grano †. ¶ [לִקְמָצִים] Alii vertunt, *in horrea*, vel *horreis*; ità Ch. Sy. Ar. Alii, *ad*, vel *in*, *acervos*; ità Ti. P. O. V. aut, *ad collectiones*, sive *congregationes*, q. d. tantum produxit ut replerentur horrea [f] manipulorum acervis [g]. Ideo etiam manipuli conditi, quia sic diutiùs conservatur triticum; & quia quotannis ex manipulis frumentum excutiendo quædam trituræ species exhibebatur [h].

48. *Omnis abundantia*] Heb. *omnem escam*, vel *cibum*: vel, 1. omnem quæ superesset, postquam incolæ habuissent satis [i]; vel, 2. omne genus granorum. Intellige de quinta parte, ut v. 34 [k].

51. *Laborum & domûs*] ἓν διὰ δυοῖν, pro, *laborum à domo patris*, i.e. à fratribus meis [l].

52. *Ephraim*] i.e. *Fructuosus effectus*, vel, *fructuosi effecti filius*, Jun. *Geminus*, vel *duplex fructus*, Pi.

54. *In universo orbe*] Ægypto circumjacente, Syriâ, Cananæâ, &c [m].

56. *Et vendebat*] Ità ferè omnes; nempe *frumentum* [n]. ¶ [וַיִּשְׁבֹּר] *Et fregit*, Mo. Ma. Metonym. effecti. Nam venditio facit ut venditor rem venditam de suo toto frangat, seu dividat, emptorique det [o].

57. *Omnes provinciæ*, scil. proximæ [p], [וְכָל־הָאָרֶץ] i.e. *Universa terra*, i.e. omnes incolæ totius orbis. Hyperbole, pro maxima hominum multitudine [q]. *Omnis terra*, nempe illis vicina: Terra Canaan, Palæstina, & Arabia, inquiunt Hebræi apud Mercerum. Vide Luc. 2. 1. *universum orbem*, scil. Romanum imperium *. *Hanc de Josepho historiam ex Ethnicis confirmatam reperies*, licèt fabulis & figmentis suis mirè depravatam [r]. Eam habet Trogus l. 36. ubi eum narrat, à fratribus venditum in Ægyptum, somnia intellexisse, sterilitatem providisse, &c. *& periisset* (inquit) *omnis Ægyptus fame, nisi monito ejus Rex fruges servari jussisset*; &c. Ubi tamen Josephum magicis artibus hoc præstitisse vult; quod in Ethnico non mirandum. Item *Philo* (non *Byblius*, nec *Alexandrinus*, sed alius vetustior) in Euseb. Præpar. l. 9. Josephum vocat *somniorum interpretem, & sceptrigerum in Ægypti soliis* [s]. Josephum hunc sub nomine *Serapidis* & *Osiridis* ab Ægyptiis cultum multi sentiunt, & verisimile est [t]. Nam, 1. *Serapis*, sive *Apis*, vixit eo tempore. Vide Aug. de Civ. 18. 4, 5. 2. Illum colebant, quòd eos fame levâsset. 3. Hinc colebant eum specie bovis, qui symbolum est fertilitatis. 4. *Serapis* pingitur quasi juvenis imberbis cophinum, scilicet frumenti & panum, capite gestans. 5. *Osiridis* nomen fuisse *Arsaphen* (quod ex *Joseph* factum, Bo. La.) docet Plutarch. de *Iside & Osiride*. 6. *Osiris* idem est quod *multi-oculus*, inquit Plut. ib. h. e. multiscius; propter sapientiam Josephi †. 7. *Osiridis* statua habuit modium in capite, testib. Suidâ, & Ruffino Eccles. hist. 2. 23. vel calathum, Macrob. Saturn. 1. 20. 8. Creditus *Osiris* agriculturam invenisse: Josephus autem eam collapsam restituisse dici potest *.

[e] Gregor. in notis & observat. cap. 16. [f] Greg. ib. [g] Bo. [h] F. [i] Riv. [k] Me. Riv. [l] Riv. Me. Bo. [m] Me. Bo. [n] Riv. [o] T. [p] Riv. [q] Jun. Pi. [r] A. [s] Belg. [t] V. ad v. 47. [v] F. [x] V. [y] L. [z] A. [a] V. [b] Me. [c] L. [d] V. † A. Jun. Pi. [f] V. [g] Me. [h] Me. [i] V. [k] Belg. [l] Pi. [m] Me. [n] A. [o] Pi. [p] Me. J. [q] V.

* Riv. [r] La. [s] BA. t. 2. 41. 405. [t] La. Bo. † La. * Bo.

CAP. XLII.

1. *Audiens*, [וַיַּרְא] *Vidit*, P. O. Dicunt Hebræi quòd vidit per revelationem Sp. Sancti [v]. *Videre* pro *audire* frequens est Hebræis; sic Exod. 20. *videbat voces*: item pro *intelligere*: estque communicatio sensuum, & translatio ab externis sensibus ad internos [x]. Ità *videre* ponitur pro *tangere*, Joh. 20. 29; pro *odorari*, Exod. 5. 21. (& Genes. 27. *vide odorem filii*, O.) pro *gustare*, Psal. 34. 9 [y]. ¶ *Quòd alimenta venderentur*, Heb. *quòd esset* [שֶׁבֶר] *Frumentum*, Sy. M. P. O. *annona*, Sa. Ar. Ti. JT. *venditio*, ό. *frumentum vendendum*, A. *fractio*, Mo. sic Pi. Met. adjuncti, Pi. Sic dicitur, vel, 1. quia frumentum molâ frangitur [z]: vel, 2. quòd in fame & venditione fiat horreorum & congesti frumenti disruptio, & fractura, & distributio †: vel, 3. quòd frangat famem *; sic *sitis frangi* dicitur Psal. 104. 11. His adde phrasin *frangendi panem*, i.e. distribuendi, Esa. 58. 7. Act. 2. 46. & 20. 7 [a]. Vide Esa. 58. 11. & Lam. 4. 4 [b]. ¶ *Quare negligitis?* [לָמָּה תִּתְרָאוּ] *Quid aspicitis vos ipsos?* ità Mo. M. P. JT. A. O. K. in M. F. V. Me. Habitus est otiosorum & desidum exspectantium dum alter rem expediat [c]. Et inopiâ consilii nemo quicquam tentare audet [d]. Sensus est, Quid differtis, & moras nectitis? Hinc LXX, *Quid pigri estis* †? *Nè pigri sitis*, Ar. *Cur desides cunctamini?* Ti. Alii, *Quid aspicitis vos ipsos tanquam saturi?* V. *Cur ostentatis vos quasi saturi sitis, ac sit vobis esca?* ità RS. & AE. & K. in F. co. F. Alii sic, *Quare consideratis vos?* Quare prospicitis vobis tantummodo? cur non & aliis? cur non & toti familiæ alendæ [f]? Alii (quia נִתְרָאֶה in 2 Reg. 14. est *contendere, pugnare*; *Veni, videamus nos facie tenus*) sic vertunt, *Quid contenditis inter vos?* q. d. Quare non uno consensu descenditis in Ægyptum [g]? Alii, ut notat RS. sic, *Cur negatis*, seu *celatis*, *famem?* vel, *cur tabescitis fame* [h]? *Nè timeatis*, Sy. (quasi ex יָרֵא.)

4. *Dixerat*] Apud se [i]. ¶ *Quidquam mali*, [אָסוֹן] *Casus*, Aq. *periculum*, Sym. Mo. *languor*, ό. Sa. Alii, *mors*; ità uterque Chaldæus, & K. in D. *Exitium*, JT. M. *pernicies*, Ti. *infortunium*, Sy. *violentia*, Ma.

6. *Erat princeps*, [הַשַּׁלִּיט] *Imperans*, vel *dominator*; ità plerique. A *Shallet* & *Shilton* fit Arabicum *Sultanus* [k].

7. *Quasi ad alienos*, &c. [וַיִּתְנַכֵּר אֲלֵיהֶם] i.e. *Quasi alienus*

[v] L. [x] V. [y] Quistorp. [z] Pi. † Ma. * M. A. [a] A. ad Gen. 41. 56. [b] Ma. [c] Me. V. [d] V. † F. [f] F. [g] V. [h] F. [i] V. [k] A. Mi.

alienus esset, alienum se exhibuit; q.d. quasi ignotus esset. ¶ *Durius loquebatur*, [קָשׁוֹת] *Dura*, sive *duris*, scil. verbis, ut extorqueret ab illis statum patris & fratris [l]; atque ut sceleris eos admoneret [m]. Tale quid eos in Benjamin perpetrâsse credebat, &c. unde postea, cùm illum superesse cognovit, omni eos humanitate excepit [n].

8. *Non est cognitus ab eis*] Quia jam ætas adultior barbam induxerat, & aliquam lineamentorum mutationem [o]. Qu. Sed cùm Ægyptus non procul distabat à Canaan, & mercatores utrinque commearent, cur non Josephus citiùs misit ad parentes [p]? Cur non totis 23 annis misit [q]? Resp. Non fuit ἄστοργος, sed imputandum speciali Dei providentiæ, & extraordinario instinctui, quo Deus eum revocavit ab hac cura. Interim ad exemplum non debet trahi [r]. Ità voluit Deus, ut virtus & Jacobi & Josephi patefactior esset orbi, & somnia implerentur, & stupenda illa opera de quibus & Gen. & Exod. narrant. Qu. Sed unde Josepho constitit de hac Dei voluntate? Resp. Partim ex circumstantiis somniorum; partim ex instinctu & revelatione interna, ut erat Propheta; partim ex remoris quæ, cùm tale quid tentaret, injici cœlitùs animadvertit †? Nota hîc, exteros in uno tantùm loco venales habuisse cibos, nempe in regia civitate, & quidem à Josepho. Quæ cura prudens erat & utilis regno; sic enim poterat multa expiscari quæ utilia forent, & multos Regi suo conciliare [t].

9. *Exploratores estis*] Ità ferè omnes vertunt מְרַגְּלִים; q.d. qui migrant de loco in locum; à רֶגֶל [v]. *Insidiatores*, Aq. in Nob. Qu. An Joseph excusari potest à mendacio? Quidam mendacium veniale agnoscunt [x]. Officiosum fortè erat [y]. Sed possunt verba sic intelligi; Nisi vos legitimè purgaveritis, habebo pro exploratoribus. Confirmatur ex v. 16. *Alioquin exploratores estis*, i. e. nisi deprehendero vos vera dicere [z]. Non *assertivè* eos *exploratores* vocat, ut notant Thomas & Bonaventura; sed solùm *tentativè*. Cujusmodi locutionum formulæ usurpantur à judicibus de crimine aliquo inquirentibus, quæ solùm vim habent interrogationum [a]. Licebat illi à reis pœnam exigere: sed quantò minorem exigit quàm commeriti essent [b]! ¶ *Ut videatis infirmiora*, sic Ch. [עֶרְוַת] *Nuditatem terræ*, ità plerique, V. i. e. quâ parte nudi ac minùs muniti sumus [c]. Alii exponunt, *arcanum terræ* [d], *secreta*. Sic dicuntur pudenda, quòd nunquam nuda sint, sed tegi soleant †. *Famam terræ*, Sy. Ar. *turpitudinem*, V. *vituperia*, Sa. vers.

11. *Pacifici*, ità ὁ. [כֵּנִים] *Recti*, Ch. Aq. in Nob. Mo. M. *veraces*, P. O. A. RS. in D. *certi*, O. non vagi, quales exploratores esse solent; ex certo loco & patre [f]. *Probi*, JT. Ti. V. simil. Sy. Ar. *simplices*, Sym. in Nob. *sinceri*, Sa.

13. *Alius non est super*] Heb. *non est*, h. e. mortuus est, ut patet ex v. 22. & ex Gen. 44. 20 [g]. Ità sumitur Matt. 2. 16, 18 [h]. & Dan. 9. 26. Jer. 31. 15. Gen. 5. 24. Sic in Homer. Il. β'. Οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἱέες ἦσαν, Οὐ γὰρ ἔτ' αὐτὸς ἔην. In Euripide Hecuba mortem filii plangens, —ὃν ἐσεῖδον Ἀμφί σ', ὦ τέκνον, οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φαεῖ [i]. Amasis Ægyptius filium amissum lugenti; *Si non dolebas cùm non esset, nec nunc doleas cùm non est*: Erasm. Apophthegm. 6 [k].

14. *Hoc est*] Ex eo, quòd fingitis vos alium fratrem habere, colligo cætera quoque falsa [l]. Qu. *Cur ità judicat?* Resp. 1. quòd priùs se *decem* fuisse dixerant, v. 11. nunc *duodecim*. 2. Quum exploratio sit capitalis, non fuisset pater eodem momento tot filios in tantum periculum conjecturus [m]. Timebat Joseph, nè machinati fuissent contra eum malum [n].

15. *Per salutem Pharaonis*, [חֵי פַרְעֹה] Ad verbum, *Vita Pharaonis*, V. חֵי plur. est, contractum ex חַיֵּי pro חַיִּים [o]. Obtestatio vehemens potiùs est quàm juramentum: Estieus ad Decal. & Perk. ad Esa. 64 [p]. *Vivat Pharao*, Mo. Non juramentum est, sed precatio pro ejus vita. Vide Levit. 25. 36 [q]. Aliis juramentum est; ità La. Bo. O. A. Belg. Vertunt, *Ità vivat Pharaoh*, JT. A. vel, *Vivat Phar.* A. *Per vitam*, Ch. Sy. Ar. *Vivit Phar.* Sa. Aq. in Nob. M. P. Ti. O. Juravit per Deum, qui erat salus Pharaonis effectivè [r]. Vel potiùs

[l] Jun. Pi. [m] Belg. [n] Th. quæst. 1. 100. [o] Me. [p] Riv. [q] T. [r] Riv. † T. in vers. 25. [t] Riv. [v] A. [x] E. [y] L. [z] E. [a] T. ex La. Bo. [b] Me. [c] F. V. Me. [d] M. † V. [f] O. [g] Jun. Pi. [h] A. [i] Livel. in Ga. [k] Ga. [l] Me. [m] Jun. Pi. [n] L. in v. 6. [o] D. ex M. [p] Ga. [q] Li. [r] L.

juramentum est exsecratorium; q. d. Adimat Deus vitam Phar. nisi vos habuero pro exploratoribus, si non fratrem adducatis [s]. Non minùs mihi chara est hac in re veritas, quàm vita Pharaonis [t]. Jurat *per vitam Pharaonis*. Ità solebant Ægyptii; sicut Hebræi, *Vivit Dominus*; quòd vita hominum ab eo pendeat. Scribunt Hebræi, adhuc moris esse in Ægypto, ut si quis juret per caput Regis, & non præstet, morte plectatur, nec vel auro vitam redimere possit [v]. Ità Abenesdra ex scriptoribus Ægyptiacis. Sic Romani per genium Principis jurabant [x]. *Non nisi per nomen Drusillæ dejeravit Caligula*; Suet. 4. 24. *Quòd nunquam per genium suum dejerâsset, punivit Caligula*; ibid. 27 [y].

17. *Tradidit illos*, [וַיֶּאֱסֹף] *Congregavit*, vel *collegit*, Mo. M. Ma. P. *posuit*, vel *conjecit*, *eos simul*, Sa. A. *conclusit*, Ar. *contraxit*, JT.

18. *Deum timeo*] Nihil injustè faciam. Scio excelso excelsiorem esse alium, cui mea dicta & facta probare debeam [z]. In Heb. est הָאֱלֹהִים, *Deum illum timeo*, scil. verum [a].

19. *Frumenta quæ emistis*, [שֶׁבֶר רַעֲבוֹן] *Fractionem famis*, Mo. *annonam famis*, Sa. M. vel, *pro fame*, A. vel, *famelicis*, Sy. vel, *alimenti*, Ar. *alimentum ad expellendam famem*, O. P.

20. *Fecerunt*] i. e. Facere promiserunt. Qu. Cur Joseph tam diu afflixit fratres, non autem statim remisit? Resp. Licèt ut persona singularis hoc facere posset, ut judex tamen non debuit; præsertim cùm injuria redundaret etiam in alterum, nempe parentem [b].

21. *Meritò hæc patimur*, [אֲבָל אֲשֵׁמִים] *Verè* (*certè*, ὁ. *imò*, JT. *profectò*, Sy. O. Ti.) *delinquentes*, Mo. O. A. *rei*, JT. Sy. *debitores*, Ch. *desolati*, i. e. soli, omníque auxilio destituti [c]. Conscientiæ judicium inevitabile. Refricatur memoria facinoris ante 22 annos admissi [d]. *Oculos quos culpa claudit, pœna aperit*, ait Gregor †.

22. *Et non audîstis me*] Sic Latinè dicimus, *Si me audias* [f]. ¶ *Sanguis exquiritur*] Nam mortuum credebant [g], præ afflictione & mœrore in tam dira servitute; nec enim per 23 annos quicquam de eo inaudiverant [h]. Vel, Certè in ea pericula conjecimus, unde non speraremus emersurum [i]. Ideo ad mortem poscimur [k].

24. *Et flevit*] Naturali affectu simulationis artificium vincente [l].

25. *Tollens Simeon*] Reubenem excipit, 1. Quia absfuerat, & factum illud improbabat, hîc v. 22. & Gen. 37. 29. 2. Ut, tanquam primogenitus, dux esset fratribus ad suos redeuntibus [m]. Simeon autem eligitur ad pœnam, vel, quia præcipuus auctor erat necis Joseph [n]: vel, quòd, cùm natu proximus erat Reubeno, si se illi adjunxisset, (quia Judas etiam in Josephum propendebat) facilè cæteros autoritate suâ coercuissent [o]: vel, *quia, cùm plures contingit peccare, natu grandiorem graviori pœnâ mulctari oportet*, inquit Esra, cui consentit Abarbanel; qui observat præterea, ex Magistrorum libris, Sim. & Levi fuisse qui dicerent, *Venite, occidamus eum*, Gen. 37. 20. Conjecturam adjuvat, quòd Sim. & Levi, tum adhuc à cæde Sichemitarum recentes, sanguinis fundendi, ut fit, avidiores essent. Addit Rasi, (quem sequitur Bechai:) quod mihi magìs se probat, studuisse Josephum Simeonem à Levi divellere, nè in suiipsius necem ambo conspirarent. ¶ *Illis præsentibus*] i. e. Videntibus & inspectantibus [p]: ut magìs illos terreret [q]. Sed in absentia eorum jussit eum à vinculis absolvi [r]. At repugnat Gen. 43. 23. fratribus redeuntibus *eduxit Simeonem*: unde eduxit eum, nisi ex carcere [s]? ¶ *Qui fecerunt ità*, [וַיַּעַשׂ לָהֶם כֵּן] *Et fecit eis sic*, [ità ferè omnes,] nempe Josephus [t]. *Curavit denique agi cum illis rectè*, Jun.

27. *Aperto unus sacco*] Ità omnes alii fecerunt, inquit Andreas, ut dicitur cap. 43. *in diversorio aperuimus, & invenimus* [v]. ¶ *In ore sacculi*] Sive pabularis [x], sive annonarii [y]. Qu. An unus aperuit saccum, an etiam alii? Resp. Nonnulli sentiunt, & in iis Abarbanel, cæteros aperuisse saccos, sed in iis non reperisse

[s] La. Bo. [t] Quist. [v] F. V. G. [x] G. [y] Ga. [z] Me. [a] Pi. [b] L. [c] La. O. [d] Th. in Ga. † Me. [f] G. [g] Me. L. [h] L. [i] V. [k] V. Me. [l] Me. [m] Jun. Belg. [n] L. ità Gennadius & He. in T. [o] Me. La. Bo. Ph. apud T. [p] Muis. [q] Me. [r] L. Rasi in Muis. [s] Muis. [t] Pi. [v] L. [x] Jun. Pi. [y] Pi.

perisse pecuniam, quia illa altiùs in saccos defossa est. At contrà, pecuniam *in ore saccorum* fuisse repertam affirmatur Gen. 43. 11, 21. Adde, si vis, Gen. 44. 8. Quod hîc dicam certè non habeo, nisi, quod uni in diversorio accidit, de omnibus affirmari, nec satis singula ut facta fuerant distingui, quòd ferè perinde esset in diversorio & domi id accidisse [z].

28. *Et obstupefacti*, &c. ità F. RS. וַיֵּצֵא לִבָּם] *Egressum est cor eorum*, Sa. Mo. P. O. A. Similis phrasis Cantic. 5. 6 [a]. *Exanimati sunt*, F. V. Ti. *contremuit cor*, Sy. Ar. *evanuit*, M. *defecit*, JT. *facti sunt quasi insani*, Ch.

29. *Narraverunt*] Ultrò & spontè, nè pater animo penderet ubi mansisset Simeon [b].

30. *Putavit nos exploratores esse*, וַיִּתֵּן אֹתָנוּ] *Et tradidit nos*, sub. *in carcerem*, V. ità ο'. in A. Oratio est concisa & elliptica. Aut exponi debet, *dedit*, seu *tradidit*, pro *habuit*, *reputavit*, (vel *tractavit*, A.) *nos tanquam exploratores* [c]. Similis phrasis 1 Sam. 1. 16 [d]. *Disposuit* nos, i. e. excepit nos, tanquam exploratores †. Verba quæ *esse* vel *facere* significant quandoque pro rei opinione ponuntur, & intelligenda φαινομένως, seu reputativè [f].

33. *Cibaria necessaria*, &c.] *Frumentum ad expellendam famem*, O. ¶ רַעֲבוֹן] *Famem*, seu *defectum*, *domorum vestrarum tollite*, h. e. alimentum quo destituuntur [g]. Vel, est defectiva locutio, pro, שֶׁבֶר רַעֲבוֹן, i. e. *Tollite frumentum quod frangit famem* [h]. *Famem*, i. e. *remedium famis*, per metonymiam subjecti [i]. *Pro fame*, hoc est, frumentum pro fame, ut Ch. habet. Tales defectus frequentes sunt; ut *Goliah*, 2 Sam. 21. 19. pro, *fratrem Goliah*, 1 Chron. 20. 5 [k].

35. *Cùm effunderent — repererunt*] Si dicendum ut priùs ad v. 27. hîc est recapitulatio; si aliter, quod allegatur in contrarium ex cap. 43. est anticipatio [l]. Simulant se hoc nescire, (quod antea scirent) nè à patre increpentur. Exterriti ergò sunt filii, i. e. simulârunt novum metum [m]. Vel exterriti sunt timore jam antè concepto [n].

36. *In me reciderunt*, עָלַי] *Super me*, Ar. P. O. *contra me*, Sa. Sy. M. JT. A. Qu. Quare Joseph adeò afflixit patrem? Resp. Fecit hoc tantùm per accidens, dum per se hoc agit, ut fratres pœnas aliquas luerent odii & crudelitatis [o].

37. *Duos filios*] *Hos duos*: Nam quatuor habuit, Gen. 46. 9 [p]. Hyperbolica locutio; significat se certò reducturum [q]. Sed quid hoc solatii fuisset Jacobo, nepotes occidere? Ideo non acquievit ei Jacob [r]. Loquitur consueto more, res charissimas oppignerando [s]. ¶ *Trade illum in manu mea*, עַל יָדִי] *Super manus*, h. e. inter manus; ut 1 Sam. 17. 22, 46. 1 Reg. 14. 27. Job. 16. 11 [t].

38. *Cum dolore*] Ego senex mœrore contabescam; mortem mihi accelerabitis [v].

[z] Muis. [a] A. [b] Me. [c] V. post F. sim. A. [d] A. † Jun. [f] Glas. p. 282. [g] M. [h] K. in M. [i] Pi. [k] A. [l] L. [m] Me. La. [n] La. [o] E. [p] Jun. Pi. [q] Me. [r] L. [s] E. [t] BA. 1. 2. 14. 196. 57. [v] Me.

CAP. XLIII.

2. Revertimini & emite, שֻׁבוּ שִׁבְרוּ] Duo Imperativa sine copula, ad majorem accelerationem significandam [x]. ¶ *Pauxillum escarum*, מְעַט אֹכֶל] Quod hujus anni inediæ depellendæ sufficiat. Nesciebat adhuc quinquennium superesse [y].

3. *Respondit Judas*] Qui inter fratres animo, facundiâ, prudentiâ & auctoritate excellebat [z]. ¶ *Denunciavit*, &c. הָעֵד הֵעִד] *Contestando contestatus est*, Mo. V. *Dixit*, vel *denunciavit*, *nobis sub attestatione jurisjurandi*, Vu. V. Juraverat enim per salutem Pharaonis [a].

5. *Non ibimus*] i. e. Non possumus sine promissi violatione & periculo descendere [b].

6. *Ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem*, הַעוֹד לָכֶם אָח] Aut הַעוֹד pro אֲשֶׁר עוֹד accipiendum, ut vertit noster interpres; aut nonnulla subaudienda, hoc pacto, *renunciando vos habere fratrem viro illi qui interrogabat vos, An adhuc frater est vobis* [c]?

7. *Juxta id quod fuerat sciscitatus*, עַל פִּי הַדְּבָרִים] *Juxta os*; i. e. עַל שְׁאֵלוֹת juxta interrogationes, *istorum verborum* [d]. *Secundùm os verborum*, i. e. juxta verba illa: Nam פִּי & פֶּה sæpe redundant †. ¶ *Adducite*, הוֹרִידוּ] *Descendere facite*. Propriè loquitur: nam Ægyptus erat Canaane depressior respectu poli Arctici [f].

8. *Puerum*] i. e. Natu minimum. Alioquin jam 24 annorum erat, & filios genuisset, c. 46. 21 [g]. imò supra 30 annorum erat [h], septennio tantùm Josepho minor [i]. Vide Genes. 30. 22. & 35. 18. & 41. 46, 56.

9. *Ego suscipio*, אֶעֶרְבֶנּוּ] *Spondeo*, vel, *fidejubebo*, *pro illo*; [ità omnes.] ¶ *Ero peccati reus*, וְחָטָאתִי לְךָ] Ad verb. *& peccabo tibi*, i. e. reus ero peccati erga te [k]. Vel, *pœnæ obnoxius ero*. Sic *peccatum* 2 Cor. 5. 21. est *pœna peccati* [l]. Quamcunque voles pœnam mihi infige [m].

11. *De optimis terræ fructibus*, ità Ch. P. מִזִּמְרַת] *De cantatione*, Mo. Ma. *carmine*, vel *melodia*, vel *psalmo*, *terræ*, Pi. *de laude*, JT. i. e. de iis quæ carmine, &c. laudari solent [n]. *De laudatissimis* (vel *nobilissimis*, Ti.) *fructibus*, JT. Sa. A. M. O. F. ¶ *Modicum resinæ*, &c.] [*De his vide quæ ad* Gen. 37. 25.] ¶ *Et terebinthi*] Ità ο'. Sa. Ar. Vox alibi non occurrit [o]. ¶ בָּטְנִים] Variè reddunt. *Nuces*, Ch. M. O. nempe *avellanas*, AE. & R. Nathan, & Pomarius, & Merc. & M. & Mo. in BC. Nec mirum ità illos reddidisse. Ebræos enim בָּטְנִים pro *avellanis* usurpare certum est, cùm aliud pro iis non habeant vocabulum [p]. Al. *pineas*, P. *juglandes*, Ti. Al. *nuces terebinthinas*, JT. A. Nam בטן & Hebraicè & Arabicè sign. *terebinthum*, & *viridem*, qualis est terebinthus arbore & fructu [q]. Al. vertunt, *pistacia*: sic Q. in K. & Rabbi Macchir (Doctor magni nominis) apud RS. & Maimonides in Talmudico tractatu Sebiith, tract. 7. Et Arabs Herpen. habet מסתק, quod *masticen* quidam esse volunt; perperàm, cùm legendum sit פסתק. Et ο'. *terebinthum* explicant, non veram, sed eam quæ fert pistacia. Terebinthos enim pro pistaciis usurpant & Hebræi & Græci. Hinc Syris nomina sunt vicina: Nam בוטנא est *pistacium*, בוטמא *BUTMA*, *terebinthus*. Vide Theoph. Hist. plant. 4. 5. Pistacii enim *arbor terebintho similis est*, inquit Dalechamp. Hist. plant. 3. 27. & Matthiolus. *Probatur hæc expositio*. 1. Ferebant *fructus laudatissimos*. Pistacia autem in nucibus facilè primas obtinent: nihil jecori aut stomacho amicius. Valent contra venena & serpentum ictus. Sapore amygdalis præfert Theoph. Persis *Regiæ nuces* dicuntur, h. e. βισάκια, (quomodo scribunt Posidon. Athen. & Suidas:) βίσαξ enim Persis *Rex*, inquit Hesychius. 2. Pistacium fructus est Judææ & Syris penè peculiaris, testibus Athen. l. 14. Dioscor. l. 1. Plin. 13. 5. Gal. l. 8. simpl. Ideo à pistaciis dicta est urbs בְּטֹנִים in tribu Gad, Jos. 13. 26. & בֶּטֶן in Aser, Jos. 19. 25. & *Batnæ* urbs prope Berrhœam. 3. Consentit origo vocis à בֶּטֶן *ventre*. *Pistacia sunt figuræ oblongæ ——— ventre protuberantes*, inquit Dalechamp. Hist. plant. 3. 27. 4. Rectè junguntur בָּטְנִים *pistacia*, & שְׁקֵדִים *amygdala*; sunt enim hi fructus congeneres. Theoph. 4. 5. scribit *illa his similia esse*; nempe solo fructu; nam *totâ facie terebintho similis est*, inquit Matthiolus [r].

12. *Pecuniam duplicem*, וְכֶסֶף מִשְׁנֶה] *Et pecuniæ duplum*. Invaluerat enim fames, & annonæ pretium auctum erat [s].

14. *Ego autem quasi orbatus*, &c. וַאֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי] Quidam alterum præt. vertunt in futurum, *Orbatus sum, orbabor*; i. e. orbus manebo, sicuti sum; q. d. nunc in totum orbus fio [t]. Alii sic; Quemadmodum orbatus sum Josepho & Simeone, sic orbabor & Benjamin [v]; q. d. ità præsagit mihi animus. Vel sic; Mortuo Joseph puto me omnibus privatum esse. Reputat nihil posse deterius sibi accidere [x]. Fortasse meliùs interpretabimur de omnibus filiis. Video quid agatur mecum: Ego sum miserrimus senex: Domum, quæ nuper populosa erat, ferè desertam video [y]. Alii sic; Dum abestis, videbor mihi prorsus esse sine filiis [z]. Alii sic; quòd reputaret se quasi orbatum, si Benjamin moreretur [a]. Verba sunt viri se & rerum suarum eventum committentis voluntati Divinæ. Simile Est. 4. 16. *Quum periero, periero* [b].

16. *Occide victimas*, ità plerique, טְבֹחַ טֶבַח] *Macta mactationem*, Ma. nempe *bestiarum*, JT. *mactando macta*,

[x] V. [y] Me. La. [z] Me. L. La. [a] Me. [b] Jun. [c] V. [d] M. O. † Glas. gram. 146.

[f] Pi. [g] Me. La. [h] A. Pi. [i] Pi. [k] V. F. [l] F. [m] Me. [n] Pi. [o] A. [p] BC. 1. 10. 422. [q] Jun. [r] BC. 1. 10. 419. [s] Jun. Pi. A. [t] V. [v] He. in V. [x] V. F. AE. in M. [y] V. [z] Me. L. [a] L. [b] Jun. Pi. A.

...macta, M. ¶ *Meridie*] Hoc priscis ordinarium prandii tempus: Athen. l. 1. Vide ad Dan. 6. 11 *. צָהֳרָיִם est formâ duali, quòd diem in duas partes æquas dividat †.

18. *Ut devolvat in nos calumniam*, ità Sa. & o'. לְהִתְגֹּלֵל עָלֵינוּ] Variè reddunt. *Ut dominetur nostri*, Ch. Sa. vers. *ut insultet nobis*, Sy. *ut volvat*, vel *devolvat, se* (*ut volutetur*, JT.) *super nos*, Mo. A. O. V. P. q.d. instar molaris lapidis, qui super aliquem jactatur *. Metaphora duplex: à corporibus magnæ molis & ponderosæ, quæ rotando devolvuntur; & à rebus aliis, quæ, quò sunt altiores, eò graviore impetu decidunt: q. d. Hunc prætextum captat, ut in nos irruat [c]. Ut nos sibi servos reddat [d]. *Ut devolvat hoc in nos*, Ti. *ut circumveniat nos*, M. ¶ *Et violenter subjiciat*, וּלְהִתְנַפֵּל] *Ad dejiciendum se super nos*, Mo. O. A. *ut irruat in nos*, M. P. JT. Ti. *ad imponendum nobis*, o'.

20. *Oramus*, ità Ch. Sy. P. O. בִּי] *Domine*, Ar. A. Ità illis est verbum *rogandi*; ut Gen. 44. 18. Exod. 4. 10. Jud. 6. 15. Jos. 7. 8 †. *Mi* Domine, O. Vel, *in me*, Mo. O. Ma. sive *ad me*, supple, *attende*, JT. Ma. vel *respice*, A. ut pleniùs exprimitur Job. 6. 28. & 7. 8 [f]. Ellipsis pathetica recepta in orationibus vehementissimis, ut infrà 44. 18. & 2 Sam. 4. 26. & quatuor præterea locis, quos annotant Masoritæ [g].

23. *Deus vester dedit*] Per me, cui, Deo inspirante, jussit Josephus [h]. Sic dicit dispensator à Josepho instructus [i]. ¶ *Thesauros*] Pecuniam arcanam, quæ vos latebat [k].

27. *Salvúsne pater?* הֲשָׁלוֹם אֲבִיכֶם] Pro לַאֲבִיכֶם, *patri vestro*, M. שָׁלוֹם est *salus, integritas*, M. *Essétne sanus, & an rectè valeret*, V.

29. *Vidit Benjamin*] Viderat priùs, sed obiter & dissimulanter; nunc ex professo intuetur, & alloquitur [l].

30. *Commota fuerant viscera*, ità Ch. נִכְמְרוּ רַחֲמָיו] *Revolvebantur*, vel *convolvebantur*, *miserationes ejus*, Mo. vel *viscera*, seu *intestina*, o'. Pi. *Incaluerunt*, vel *accendebantur*, vel *æstuabant*, *viscera*, Mo. O. Ti. A. Ma. JT. sive *miserationes*. *Concitata erat misericordia ejus*, Ar.

31. *Et continuit sese*] Ità JT. Ma. viz. à lacrymis, ut infrà Gen. 45. 1 [m].

32. *Illicitum est*, לֹא יוּכְלוּן] *Non possunt*, i. e. non solent [n]. ¶ *Profanum*, תּוֹעֵבָה] *Abominatio*, Mo. *piaculum*, Sy. Qu. Unde hoc? Resp. 1. *Quoniam pecus Ægyptii colunt, Hebræi comedunt* [o]. Vide ad Exod. 8. 26 [p]. Confer Gen. 46. 14 [q]. Oves, hirci, tauri erant eorum numina [r]. Non quidem ista nunc Hebræis apposita, sed sciebant ità vesci solitos [s]. 2. Vel hoc erat ex fastu & supercilio, quo pastores ut viles & ignobiles homines contemnerent [t]: vel etiam immundos eos quadam superstitione judicabant [v]. Quòd Abenesdra putat omni animalium esu abstinuisse Ægyptios, nullum testem habet antiquum. Ab ovillo pecore eos abstinuisse multi docent; excepto, quod Strabo addit, Nomo Nitriote. Hæc verò causa non erat satis gravis, cur Ægyptii omnem mensæ communicationem cum Hebræis defugerent. Obstitêre ergò specialia quædam Ægyptiorum in cibis parandis instituta, ob quæ Ægyptii Græcorum nec ollâ nec cultro utebantur, ut nos docet Herodotus. Erant autem illa instituta ità Ægyptiis propria, ut eadem extraneis apud se habitantibus, qualis erat Josephus, non imponerent [x].

33. *Primogenitus*, &c.] Assederunt pro ratione ætatis: majores natu, licet ex ancillis nati, ordine præcedunt minores ex ingenuis natos. ¶ *Et mirabantur nimis*, וַיִּתְמְהוּ—אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ] *Mirabantur vir ad socium suum*; i. Alter alterum admirabundi aspiciebant [y]. Brevitatis causâ sæpe unum verbum pro duobus ponitur, quando scil. verba motum non significantia nanciscuntur eum ex præpositione adjuncta, & sic duas quasi significationes accipiunt; ità ut ad eorum plenam explicationem etiam aliud verbum intelligi aut addi necessum sit. Metalepsin vocant, aut Synthesin. Sic v. 34. וישא, *& accepit fercula ad eos*, h. e. accipiens misit ad eos. Sic Exod. 18. 12. & 25. 2. & 27. 20 [z]. Duplex causa admirationis. 1. Non ipsi sic sponte suâ consederant, sed eo ordine jussu

jun. — † Mi. — * O. — c Jun. — d V. — † A. — f A. — g Jun. Pi. — h Me. — i E. in cap. 42. v. 28. — k Me. — l Me. — m Jun. Pi. — n V. — o Ch. ità L. Me. T. — p E. T. — q Jun. — r Me. — s Me. T. — t Me. Bo. — v Me. — x G. — y V. — z Glass. gram. pag. 229.

Josephi dispositi fuerant [a]. Sed cur non indè suspicabantur eum fuisse Josephum? Resp. Quia fingebat, ut dicunt Hebræi, se hoc scire per artem divinandi, L. 2. Mirabantur etiam convivatores humanitatem, & excessum erga Benjamin [b].

34. *Sumptis partibus*, וַיִּשָּׂא מַשְׂאֹת] *Et tulit fercula*, (*munera, dona*,) V. *levavit elevationes*, O. i. e. fercula, quæ sic vocantur quia elevatè (elevatis in altum manibus, Me.) ad mensam deferri soleant [c]. ¶ *Ab eo*] Heb. *à facie sua*, de paropside sua; h. e. de cibis sibi appositis [d]. ¶ *Quinque partibus*, חָמֵשׁ יָדוֹת] *Quinque manibus*, Mo. i. e. partibus, He. in M. De hujusmodi distributionibus vide 1 Reg. 9. Ità jusserat, quia & frater uterinus erat, & innocens à crimine venditionis Joseph †: & ut videret si per hoc alii fratres Benjamino inviderent, sicut ei priùs, cap. 37 [f]. ¶ *Inebriati sunt*, וַיִּשְׁכְּרוּ] i. e. Potaverunt liberaliter. Non tamen hîc notatur ulla intemperies, sed quòd vino exhilarati sunt & satiati, sed citra crapulam [g]. Ità alibi sumitur, Cant. 5. *Bibite, & inebriamini* [h]; & Psal. 64. *Visitâsti terram, & inebriâsti* *. Et Esa. 49. dicuntur *sanguine inebriari* qui sanguinem bibunt [i]. Et Hag. 1. 6. Joh. 2. 10 [k]. Idioma est linguæ Hebraicæ, ut *ebrietas* ponatur pro *satietate* [l]. *Saturati sunt*, O.

a L. Me. Jun. — b Me. — c O. Me. — d V. — † E. — f L. — g M. V. Me. T. Ca. Ti. — h L. — * E. — i Ca. — k A. Pi. — l Hi. & Aug. in Nob.

CAP. XLIV.

2. *Scyphum meum*, גְּבִיעִי] LXX, τὸ κόνδυ, quod poculi Attalici genus esse ait Athenæus; Aq. σκύφον, Sym. φιάλην [m]. Vox Hebræa significat poculum in colliculi modum elevatum [n]. Sign. poculum profundum, altum, & rotundum [o]. Simile quid Æsopo factum narrat Scholiastes ad Aristoph. Vespas; & Eumæo ab Ulysse refert Homerus [p]. ¶ *Junioris*] Duplici de causa. 1. Animi eorum explorandi erga Benjaminum; & an invidiâ afflati essent quòd honorificentiùs fuisset exceptus [q]; & utrùm illi in periculo constituto succurrerent [r]. 2. Ut Benjamin apud se retineret, dum pater adveniret [s].

5. *In quo augurari solet*, וְהוּא נַחֵשׁ יְנַחֵשׁ בּוֹ] Variant hîc interpretes. Q. sic, *Pro quo augurando auguratur*: ità M. ex He. O. ut בּוֹ sit pro בַּעֲבוּרוֹ [t]. *Inquirendo inquirit pro eo* [v]. Al. sic, *Pro quo diligentissimè inquireret*: Nam qui in tali loco est constitutus *potuit accuratissimè inquirere*, v. 15 [x]. ¶ *Auguratus est pro eo*] Vel per se; vel augures consuluit, ex quibus totum hoc didicit. Hoc dicit, ne suspicarentur dolum, & mirarentur cur ipsos (inter tot mortales qui eò confluerent) furti accusaret [y]. Alii sic, *Per hunc scyphum vos tentavit, utrùm fures essetis*: ità AE. in M. F. & Samarit. Schol. in Nob. *tentatione tentat*. [Ità & Ar. *Ipse tentavit vos per illum*.] Et בּוֹ verto, *ex quo*. Sic, *Diliges Deum ex toto corde*, quod Hebræis, *in toto corde* [z]. *Per quod*, Belg. נָחַשׁ est, *tentare, probare* [a]. Vel sic, *Ipse probando probat in eo*; i. e. probare solet, ad se venientium fidem. יְנַחֵשׁ futurum est, & notat rem quæ frequenter fieri solet [b]. Alii sic, *Ipse auguratur pro eo*, K. in F. i. e. Reputat amissionem scyphi omen malum sibi esse, eò quòd perierit ab illo vas ex quo bibebat [c]. In eo statuebat felicitatis suæ præsagium; nam ex quo eo calice uti cœpit, prosperè sibi semper fuisse autumat. Ità Is. Arama & Abarbanel [d]. Alii, *In quo auguratur*, vel, *auguria facit*: ità o'. Sa. Sy. O. Mo. Ma. *per quem divinare solet*, V. Hujusmodi κυλικομαντείας meminit Casaubonus ad Spartiani Julianum; *Quis neget* (inquit) *his verbis describi illam speciem* κατοπτρομαντείας *quæ cum aqua & cyatho perficiebatur?* Quod in speculo fiebat, idem in cyatho aut vasis aliis aquâ repletis fieri poterat, sed præsertim pellucidis. Scribit Julius Serenus, lib. 9. de Fato, c. 18. *Assyrios, Chaldæos & Ægyptios pelves aquis replere solitos, in quibus argenteas laminas, lapidésque pretiosos certis characteribus signatos, ponebant, & quibusdam verbis pronunciatis dæmonem advocabant, qui vocem instar sibili in aquis edebat, & ibi responsa reddebat* †. Qu. An ergò Joseph augur erat? Resp. 1. Non auguriis usus est more

m G. — n Me. O. — o Jun. Belg. — p G. — q Me. — r L. — s Me. — t M. ità ferè Ch. — v F. — x Li. — y Muis. — z Pi. — a F. — b Muis. — c F. — d Muis. — † Riv.

more gentilium, sed ea quæ ad præsens negotium faciant locutus fuit [f]; &, ut id opinentur, ambiguè loquitur [g]. 2. Non seriò, sed joco, hæc dicta, ac proinde non fuisse mendacia, dicunt Aug. & Thomas in 2. 2. quæst. 95. art. 7 [h]. Mendacium erat, sed jocosum; & calumnia, sed sine animo nocendi [i]. 3. Vel, ità loquitur ex opinione vulgi de Josepho. 4. Vel, de conjectatione quavis, etiam licita, accipi potest; vel per Sp. Sanctum, vel ex naturali sagacitate. Sensus ergò esse potest, quòd Josephus hoc scypho conjectare solitus est (ut erat sagacissimus) de indole, prudentia, & arcano mentis, hospitum suorum; nam in vino veritas ultrò se prodit. Et nunc conjectare volebat quis eorum animus erga Benjaminum [k]. Verbum נחש sæpe significat prudenter & diligenter aliquid observare & investigare. Ità sumitur Gen. 30. 27. 1 Reg. 20. 33 [l]. Ità hîc sumendum [m]. Vertunt, *Nonne ipse experimento certo didicerit per illum?* Heb. *experiendo experiens discet*, v. 15. i. e. Hoc demum facto innotescunt domino meo fraudes vestræ [n]. *Per quod observando observabit* aliquid; vel, *certissimè inveniet*, viz. quales viri sitis [o]. 5. Quanquam vox נחש in Lege de superstitiosis augurationibus sumitur; credam tamen olim fuisse vocem mediam, & sumi hîc, & infrà 15. pro immissis divinitùs præsagiis, ad quæ Josephus se sacrificio præparabat: In sacrificiis autem usus *phialæ*. Scholiastes notat phialam auream usurpatam in libationibus, ad illud Pacis Aristophanicæ, Δῶρον δίδωμι τήνδ᾽, ἵνα σπένδῃν ἔχῃς. In hunc sensum & σπονδεῖα Eccles. 50. 15. quæ cum phialis conjungit scriptor 1 Macc. 1. 23. & Philo in Legatione. Meminerunt σπονδείων Josephus (sæpe,) Athenæus quoque, Pollux, & Plutarchus Catone. Tale fuit Manio Curio guttum faginum quo sacrificaret; Plinius lib. 16. Statius 1. Thebaidos——*Iasides pateram——Quâ Danaus libare deis*——Crateris usum in auspiciis apud Homerum habes, & apud Clem. Alex. Strom. 6. Vide Num. 15. 5, 10. Jud. 9. 13. Joseph. Antiq. 12. 2 [p]. Nodus maximè stringit hoc loco, quòd durum videtur Josephum tali crimine gravare. Verba insinuant se posse divinare. Sed tota difficultas versatur in eo, quod illud בו, *in eo*, referunt ad instrumentum vaticinandi; unde orta est opinio de professione κατοπτρομαντείας quod non necessarium est. 1. Quia magi ad id speculis pellucidis usi sunt, non vasis argenteis. 2. Huic non convenit interrogatio œconomi, *Nonne novistis*, &c? cur igitur hoc fecistis? Nam si novissent illum per scyphum divinare, utique conveniens fuit illum surripere, nè per eum divinaret, si quid fraudulenter agerent. 3. Nullam scyphi mentionem facit. Facilis ergò est & obvia solutio, si sic vertamus, ut in Gallica editione, *de quo certò divinabit*. q. d. Putabatísne posse vestrum furtum celare herum meum? an nesciebatis eum posse divinare occulta? Hoc vel nomen ejus, *Zophnah Paaneas, Revelator occultorum*, docere vos potuit. Et notum erat populo, eum evectum fuisse quòd prædixerat futura & occulta. Ità hîc de re tantùm agitur, non de ratione quâ divinare potuit. Hanc loci sententiam indicat Rupertus Tuitiensis, l. 9. in Gen. c. 10 [q].

7. *Ut servi tui*, &c. חלילה] *Absit*, [ità omnes.] *Prophanatio*, vel, *prophana res*, vel, *turpitudo*, *sit*, sive *esset*, *servis tuis* hoc *facere* [r]. Vide Gen. 18. 25 [s].

8. *Pecuniam*] Si pecuniæ alienæ cupidi fuissemus, quod licebat clàm retinere non spontè retulissemus [t].

9. *Moriatur*] Confidentes de sua innocentia nimis obtulerant; neque enim pœna furti mors erat [v].

10. *Apud quemcunque*] Mutans pœnam mortis in servitutem, & noxios ab innoxiis separat, leniens dictum illorum [x]. ¶ *Vos autem*] i. e. Reliqui ex vobis: Synecdoche [y]. ¶ *Eritis innoxii*, נקיים] *Innocentes*, sive *mundi*, h. e. impunes [z]. Meton. efficientis, ut Exod. 20. 7. & 34. 7 [a]. Sic *peccatores* dicuntur 1 Reg. 1. 21. qui tanquam peccatores essent tractantur [b].

12. *A majore*] Hoc ordine procedit, ut meliùs lateant insidiæ structæ Benjamino [c]. ¶ *Invenit scyphum*] Quare non meminit pecuniæ? Quia jam eis suprà dixerat, quod alia pecunia erat à Deo iis da-

(Left margin: f F. V. · g Me. · h E. · i Me. · k T. La. · l A. Ma. · m Belg. · n Jun. · o Pi. · p G. · q Riv. · r O. A. Ma. · s A. · t Me. · v L. · x Me. · y Pi. · z Jun. Pi. · a Pi. · b Jun. · c Me.)

ta; & sic cum Benjamine & alios accusâsset [d].

13. *Scissis vestibus*] In signum mœroris & tristitiæ [†]. ¶ *Reversi*] Nihil Benjamin improperantes; parati vel veniam impetrare, vel simul servitutem servire [f].

14. *Primúsque Judas*] Animo & linguâ promptior, & promissi sui quo se patri obstrinxerat memor [g].

15. *Cur sic*, &c?] Heb. *Quale opus? Quantum scelus admisistis* [h]? ¶ *Quòd non similis mei in augurandi scientia?* ità F. איש אשר כמני] An ignoratis *quòd talis vir qualis ego sum scit divinare?* sub. si quippiam amiserit. Vel, *quòd homo similis mei soleat augures consulere* [i]? *Virum similem mei*, i. e. *me*. Sic Plautus, *hominem qualis ego*. Senes, οἷος ἐγώ· & auctor Targum, *qui est sicut ego*; alius, *cujusmodi ego sum* [k].

16. *Quid respondebimus?*] Subitæ calamitates etiam disertis sermonem adimunt [l]. ¶ *Deus invenit iniquitatem*, את־עון] Non agnoscunt objectum scelus [m]: sed quia fraudis aliqua suberat suspicio, quòd ipsis injustè gravandis fuisset illud excogitatum, causam in absconditum Dei judicium transcribere malunt [n]. Propter aliquod occultum nostrum crimen [o]. Respicit ad venditionem Josephi [p]. *Deus ipse invenit*; quasi exserto in cœlos digito loqueretur [q]. Deus dicitur *invenire iniquitatem*, cùm eam, quæ antè occulta erat, publicam facit, seu juris, seu facti, evidentiâ [r]. *Invenit*, i. e. ad punitionem deduxit [s]. Potest *peccatum* hîc sumi pro *pœna peccati* [t]. *Invenit mulctam peccati*, i. e. meritò nos punit propter peccata [v]. ¶ *Omnes servi*] Plus offert quàm debebat, ut oblatione tot innoxiorum, uni, qui insimulabatur, veniam obtineat [x].

17. *Absit*] Flagitiosum hoc esset & tyrannicum [y]. ¶ *Ipse servus*] Servitus pœna furti [z].

18. *Accedens*, ויגש] Hæc est undecima Sectio, ויגש dicta [a]. ¶ *Tu es post Pharaonem*, כמוך כפרעה] Ad verb. *Sicut tu, sicut Pharaoh*: i. e. Pharaoh est sicut tu, & tu sicut Pharaoh; i. e. æqualis es Pharaoni dignitate & authoritate [b]. q. d. Ergò iram tuam meritò deprecamur. Vide Prov. 19. 12 [c].

20. *In senectute natus*, ילד זקנים] *Puer senectutum*, P. V. i. e. quem genuit in senectute [d]. Sic *uxor* נעורים, *adolescentiæ*, quam adolescens duxit. Nomina ætatum ferè pluraliter efferunt [†]. ¶ *Solùm*, &c.] Heb. *solus matri*; i. e. solus relictus ex illa uxore patris [f]. ¶ לאמו] *De matre sua*: Mater enim jam tum mortua erat. Præfixum ל interdum sign. *de*; sic Gen. 20. 13. אמרי לי, *dic de me* [g].

21. *Ponam oculos meos super illum*] Nempe *in bonum*, prout addit TJ. Sic Jer. 39. 12. *pone oculos super illum*, nempe in bonum; & Jer. 40. 4. & Psal. 32. 8. *super te oculus meus*, sub. *erit*, & quidem in bonum; & Sirach. 34. 19. Quis jam ambiget de vero sensu hujus phraseos [h]? *Et ponam oculum*, Hebraismus, pro, *ut intuear illum*, scil. cum benevolentia. Hinc LXX legunt, ἐπιμελοῦμαι αὐτοῦ, i. e. *curam habebo illius* [i]: *favebo illi*, G. Me. Vel, *ponam oculum*, &c. nempe, ut vos probem [k].

22. *Morietur*, ומת] Sub. *pater*: ו tantùm convertit præter. in futurum, ut suprà v. 9 [l]. Ratio hæc est, Pater non debet culpari, cùm absens esset, & justus, quia pecuniam remisit [m].

27. *Uxor mea*] Sic vocat *Rachelem*, quia hanc solam propriâ electione duxerat [n]: Liam per deceptionem; reliquas ad petitionem Rachelis & Liæ [o].

30. *Pendeat*, &c.] Heb. *colligata, consociata, & conjuncta ei*, Abenmelech in D. *Tam dilecta quàm anima sua*, ait Ch. quem unicè diligit, V. M. F. *Anima* hîc pro *vita* ponitur; q. d. vita patris à filii vita pendet. Sic 1 Sam. 18 [p].

33. *Manebò servus tuus*] Peculiaris tibi servus sim, qui & aptior futurus; nam & robore & rerum usu potior sum [q]. Judas, se sponsorem offerens, &c. typus est Christi [r].

34. *Quæ oppressura est*, &c.] Heb. *inveniet patrem*, i. e. illi obtinget. Sic *invenire* sumitur 1 Chron. 10. 3. Psal. 116. 3. & 119. 113 [s].

(Right margin: d L. · † V. Me. · f Me. · g Me. ex L. · h V. · i F. V. · k D. · l G. · m V. Me. E. · n V. · o Me. · p L. E. F. · q Jun. · r Bo. · s L. · t Me. F. · v Q. in V. · x Me. · y Me. · z G. · a V. · b V. F. · c A. · d V. · † D. · f V. · g Glass. gram. p. 678. · h D. · i F. V. · k Jun. Belg. · l V. · m L. · n Me. · o L. · p D. · q Me. · r A. · s A.)

CAP. XLV.

1. NON poterat se cohibere, vel continere, plerique, [לְהִתְאַפֵּק] Fortificare se, O. ¶ Coram astantibus, [לְכֹל] Coram omnibus, Sa. JT. A. Vel invito coram cunctis lacrymæ erumpebant[t].

2. Elevavit vocem] Quia priùs sibi vim fecerat, ideo vox altior erupit cùm locutus est[v]. ¶ Omnis domus] Audierunt qui in proximo erant conclavi; fama ad Pharaonem & reliquos manavit[x].

4. Accedite] Confidenter & securè[y]. Jubet accedere, nè delictum fratrum, de quo verba facturus, alienus aliquis auribus acciperet[z].

5. Nec durum, &c. [אַל יִחַר] Nè sit ira in oculis vestris; q. d. Nè alter in alterum culpam hujus rei conferte. Non prohibet pœnitentiam; sed iram, & rixas, & exprobrationes, & dolorem mitigat[a]. Nè vobis ipsis irascimini propter hoc factum[b]. ¶ Pro salute, &c. [לְמִחְיָה] In salutem, Sym. in Nobil. in vivificationem, Mo. D. G. Sa. Aq. in D. Alii, in conservationem; ità F. M. Ti. i. e. ut in vita conservem[c]. Alii, ad sustentationem, F. V. Ch. Sy. h. e. ut suppeditarem vobis victum[d]. Vel, pro victu, V. victûs causâ, JT. propter vitam, O. P.

6. Nec arari, nec meti] Nisi paucissimis locis ad Nili ripam. In aliis regionibus sterilitas erat, propter pluviæ defectum†.

7. Ut reservemini] Heb. ad ponere vobis reliquiam, Ma. Vel, ut ego ponerem; vel, ut Deus poneret[f]. Ut vos & vestri in vita conservemini. ¶ Et escas ad vivendum habere possitis] Heb. Et ut vivificem vos evasione magnâ, i. e. magnâ liberatione; vel, magnâ multitudine liberandâ. Heb. evasio sumitur pro iis qui evadent; ut 2 Chron. 30. 6. Esa. 10. 20. ut captivitas est multitudo captivorum, Num. 21. 1. Deut. 21. 10[g]. Hebraismus est, pro, Ut vos eriperem à magno periculo[h].

8. Non vestro consilio] Scilicet, solùm; quia invalidum esset, nisi me Deus misisset, &c[i]. Non refert in Deum peccatum fratrum, sed transitum suum in Ægyptum[k]. ¶ Patrem] Rectorem, instructorem, consiliarium[l]. Qui viam exposui Regi hujus administrationis[m]. Et pater erat autoritate[n].

10. In terra Gessen] Est in inferiori Ægypto, terra multis fossis irrigua, prope Delta, ab ea parte quæ Arabiam & Palæstinam spectat; & regio est pascendis pecoribus idonea[o].

11. Ibique pascam, [וְכִלְכַּלְתִּי] Et alam, A. sustentabo te, Ma. Sign. hæc vox, 1. mensurare, deinde alere ad mensuram, i. e. secundùm ora comedentium. Ità hîc sumitur[p]. ¶ Nè pereas, ità Sy. [פֶּן־תִּוָּרֵשׁ] Nè depauperes, Ar. Mo. O. A. Nè in inopiam, vel penuriam, venias; ità Ch. M. P. Nè possessione expellaris; à ירש possidere. Sed in Niphal contrarium sign[q]. Nè exhæredaris, i. e. hærede priveris[r].

12. Oculi vestri vident] Vultum & vocem agnoscitis[s]. ¶ Os meum loquitur] Hebraicè, & non per interpretem[t].

16. Gavisus est Pharaoh, & familia] Non mirum de Pharaone: Nam major non invidet minori. Mirum de aulicis, quibus ingenium alienæ felicitati invidere. Sed mira omnium propensio in Joseph faciebat ut de ejus honore gauderent: vel externis saltem signis lætitiam simulabant[v].

17. Onerantes jumenta, [טַעֲנוּ] Onerate, A. [& reliqui;] pungite, stimulate, O. Ma. scil. ut citiùs gradiantur[x].

18. Bona Ægypti, [טוּב הָאָרֶץ] i. e. Optimam partem regionis, V. F. Alii sic, bona terræ, i. e. omnes opes[y]. ¶ Medullam terræ, [חֵלֶב] Pinguedinem, Mo. adipem terræ, Pi. Adeps sign. rei cujusque præstantissimam partem. Vide Psal. 63. 6. Num. 18. 12. Adipem terræ, i. e. fructuum terræ; q. d. selectissimos fructus, &c[z]. Nam hi sunt argumenta pinguedinis terræ[a]. Terram pinguem & uberem Vopiscus dixit esse sumen Italiæ[b].

19. Præcipe] Hebr. jussus es, sub. à me. Nunc tibi mando ut dicas fratribus tuis, Facite, &c[c]. Tu à me habes authoritatem & plenariam potestatem[d].

20. Nec dimittatis, &c.] Heb. Oculus nè parcat vasis. Dupliciter exponitur. Vel sic; Adducite omnem supellectilem; nihil in terra Canaan relinquite[e]. Vel sic; Nolite velle satisfacere desiderio oculorum, ut solent qui aliò migrant, omnia volentes secum vehere, & nihil post se relinquere: Vos non sic: satis vasorum satisque supellectilis est in Ægypto[f]. Parcere oculis hîc est, satisfacere oculis[g]; ut Latini dicunt, parcere iræ, parcere ingenio[h]. Nè tædeat, vel, pœniteat, propter supellectilia, JT. Ti. Nè ægritudine afficiatur oculus, Pi. A. ¶ [אַל־תָּחֹס] Nè parcat oculus, i. e. nè respiciat. Occurrit hæc phrasis Deut. 7. 16. & 19. 13, 21. Ezec. 7. 4, 9. & 16. 5[i]. Nè utatur clementiâ: Met. effecti metaphorica; nam cùm ægritudine afficimur propter alicujus miseriam, movemur ad clementiam, &c[k]. Oculis (ut signo) præcipuè tribuitur quòd parcant; quia scil. animum ad veniam pronum ostendunt, vel lacrymis, vel aliâ ratione. Nè parcat, &c. i. e. Nè tædeat vos propter supellectilia vestra; nè vos tædeat illa relinquere[l].

22. Binas stolas] Heb. mutationes vestium, i. e. vestes novas ac elegantiores. Vide Jud. 14. 12, 19[m]. Duas vestes, alteram viliorem, alteram pretiosiorem[n].

23. Tantundem, [כְּזֹאת] Alii referunt ad præcedentia; q. d. Eadem dona patri misit quæ dederat fratribus, (Benjamino[o];) i. e. quinque vestes, & 300 argenteos: præterea decem asinos, &c. P. Alii ad sequentia referunt; Misit ea quæ sequuntur, nempe, 10 asinos, &c. & כְּזֹאת est pro כְּחֶשְׁבּוֹן הַזֶּה, juxta hunc numerum[q].

24. Nè irascamini, ità o'. Sa. [אַל תִּרְגְּזוּ] Nè expavescatis, Q. in V. Nè tumultuamini, V. P. Ti. Nè contendatis, Ch. Ar. Sy. M. Me. nempe crimen in me commissum invicem improperantes[r]. Timendum erat, nè quisque, se purgando, crimen transferre in alios studeret[s]. Nè commoveamini, O. A. Ma.

26. Quasi de gravi somno evigilans, [וַיָּפָג לִבּוֹ] Variè reddunt. Debilitatum est cor ejus, Mo. P. immutatum est, Q. He. in M. remissum fuit, Ma. dissolutum est, vel elanguit, M. ex K. V. Lippom. defecit, Sa. A. JT. abreptum est, Sa. vers. vacillavit, Ti. Caj. F. co. erant verba hæc vacillantia in corde suo, Ch. hæsitavit, Ar. obstupuit mente, o'. Attonitus, stupens, ad intelligendum ineptus, & ad respondendum hebes[t]. Neglexit in corde suo, Sy. Cessavit cor ejus, scil. à motu suo, & non pulsabat, quia conturbatus erat: unde inferiùs dicitur spiritus ejus revixisse[v]. Alii, suffocatum, quòd velut ecstatico stupore correptus fuerit. Sed Moses aliam causam assignat; quòd fidem non habens filiis, inter spem & metum constrictus fuerit. Scimus autem tales torpere quasi exanimes. Fuit ergò mista quædam perturbatio quæ concussit mentem Jacobi. Ideo revixisse dicitur, ubi ad seipsum reversus, composito animo, verum esse credidit[x]. ¶ Non credebat] Nam magnis rebus rara fides solet adesse; quod verissimum in miseris[y].

27. Revixit spiritus ejus, [רוּחַ יַעֲקֹב] i. e. Cœpit esse bono animo, atque recreatus est. Vide ver. 26[z]. Recepit vires, tanquam ex mortis angustiis in vitam rediens[a]. Ch. sic, Requievit Spiritus Sanctus super Jacob. Tradunt Hebræi Jacobum, ex quo cœpit tristari de amisso Josepho, non ampliùs afflatum spiritu prophetico. Causam dant, quòd Spiritus Sanctus non agat in tristibus & ignavis, (ignavum autem reddit dolor;) sed in alacribus, strenuis & expeditis. Vulgò dicunt, Spiritus Sanctus non quiescit nisi super hominem alacrem: Quod convenit cum illo, Nescit tarda molimina Spiritûs Sancti gratia. Hinc factum dicunt, quòd omnes ferè Prophetæ juvenes fuerunt, (exceptis Mose & Aarone, in quibus peculiare quiddam erat;) quia senes plerumque sunt difficiles, morosi, pigri & ignavi[b].

28. Sufficit, [רַב] Satis est, O. V. Multum est, Mo. Q. in V. q. d. Abundans est mihi gaudium quòd, &c[c]. Superat vota & spes; nihil amplius est quod optem[d]. Magnum gaudium est mihi, Ch. Non tanti æstimo gloriam

riam

Marginal notes (left column): t Me. — v Me. — x Me. E. L. — y L. — z Me. — a E. — b Me. — c F. — d F. — † Me. — f F. — g A. — h V. — i L. — k E. — l Me. E. — m Jun. — n Bo. — o Me. Bo. — p O. — q Ma. — r O. — s T. — t V. F. Me. T. — v Me. — x O. — y F. — z Pi. — a Jun. — b D. quæst. 1. 42.

Marginal notes (right column): c V. O. — d A. — e Ità M. — f V. — g V. F. — h F. — i A. — k Pi. — l Glas. gram. p. 297. — m V. — n Me. — o Sic AE. & o'. in F. co. — p V. — q Ità M. F. co. — r Me. — s V. — t Me. — v O. — x V. — y Me. — z F. — a Jun. — b F. — c V. — d Me.

riam ejus aut munera, quanti vitam: hunc unum nuncium rebus omnibus reliquis antepono†.

† Jun.

CAP. XLVI.

1. DEO *patris*] Jam mortui. Vide Gen. 35. 29 [f]. 3. *Ait ei, &c.*] Angelus nempe, G. V. ¶ *Ego Deus*] Ubi ἔλλειψιν agnoſcit Maimonides, q. d. *Hæc Deus mandavit dicenda tibi, Ego Deus, &c* [g]. ¶ *Noli timere*] Eximit metum quo teneri poterat, 1. nè liberi idololatriâ & aliis Ægyptiorum vitiis imbuerentur: 2. nè illecti Ægypti amœnitate & fertilitate terram à Deo promiſſam negligerent: 3. nè quid adverſi pateretur in itinere: 4. nè moreretur in via antequam filium cerneret [h].

4. *Indè adducam te revertentem*] Heb. *Et aſcendere te faciam.* Obj. At Jacob in Ægypto mortuus eſt. Reſpond. Hoc dupliciter intelligi poteſt [i]. 1. Curabo ut in Terra promiſſa ſepeliaris [k]. Jacob mortuus reducebatur, Gen. 50. 5, 13 [l]. 2. Te reducam in poſteris tuis [m]. Poſteri cum progenitore iidem cenſentur [n]. ¶ *Ponet manus ſuper oculos tuos*] Tibi morienti oculos claudet [o]. Hoc præſtabant parentibus liberi [p]; & chariſſimi chariſſimis [q]. Hoc *ſuggillare oculos* dicunt Latini [r]. Vetuſtiſſimus hiç fuit ritus apud Hebræos [s]. Etiam apud Græcos & Latinos. Penelope de Telemacho, *Comprimat ille tuos, comprimat ille meos.* Plut. de Conſol. ad Apollon. *De peregrè moriente exclamant, Ah miſer! haud illi genitor venerandáque mater Compreſsêre oculos* [t]. *Ponet manum, &c.* q. d. Illîc relinques Joſeph ſuperſtitem; tu ante illum morieris, quod maximè deſideras [v].

7. *Filiæ*] Videtur eſſe enallage numeri, nam unicam habuit *Dinam* [x]. Sic v. 23. *filii*, pro *uno filio.* Alibi etiam plur. pro ſing. ponuntur. Ità, *tribus Benjamin*, 1 Sam. 9. 21. *ſepulchra*, 2 Chronic. 16. 14. *filii*, Gen. 21. 7. Num. 26. 42. 2 Chron. 24. 25. *latrones*, Matth. 27. 44. Luc. 23. 39, 43. *aſini*, Zach. 9. 9. collat. cum Matt. 21. 5. Ità Matth. 21. 7. coll. cum Marc. 11. 7 [y]. Vel *Dina* & *neptes* hîc intelliguntur [z].

8. *Hæc nomina ſunt*] Recenſentur, ut in exitu ab Ægypto manifeſtum ſit quantopere fuerint multiplicati tam paucis annis [a]. Annumerandi Jacobus, Joſephus, & filii ejus duo. Eſt ergò συνεκδοχή [b].

10. *Filii Simeon*] Exod. 6. 15. totidem, & iiſdem nominibus, recenſentur: At Num. 26. 12. & 1 Chron. 4. 24. ſunt quinque tantùm, & nomina differunt: quod nec mirum, nec novum [c]. Qui hîc *Jemuel*, ibi *Nemuel* dicitur; hîc *Jachin*, ibi *Jarib*; hîc *Sohar*, ibi, per metatheſin literarum, *Zerah* [d]. *Ohad* in illis locis omittitur, quòd abſque liberis mortuus ſit †. ¶ *Filius Canaanitidis*] Talem duxerat Simeon [f].

15. *Quos genuit in Meſopotamia*] At filii Judæ non erant ibi geniti, Gen. 38. Dici ergò poteſt eos ibi genitos fuiſſe in parente Juda ibi genito [g]. ¶ *Omnes animæ*] Animæ pro perſonis, ſive hominibus, hîc & alibi [h]. Sic Lucan. *Vos quoque qui fortes animas belloque peremptas*, i. e. viros ſtrenuos [i]. Ità Homer. Il. α΄. Πολλὰς δ' ἰφθίμας ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν· & Juven. 4. --*claras quibus abſtulit urbi Illuſtréſque animas impunè & vindice nullo* [k]. ¶ *Triginta tres*] Vel, computatis *Er* & *Onan*, non autem *Dinâ* [l]; quam tamen mirum omitti, cùm *Sarah* filia *Aſer* nominetur; (niſi ideo factum dicas, quòd *Dina* erat extra (at *Sarah* intra) numerum 12 tribuum [m]:) Vel, computatâ *Liâ*, aut potiùs Jacobo, & filiâ Dinâ, excluſis tamen *Er* & *Onan* [n]: Vel, annumeratâ Jochebed, matre Moſis, quæ in Ægypto nata [o]. Annumerandus eſt Jacob, cum filiis [p].

21. *Echi, & Ros, & Mophim,* אֵחִי וָרֹאשׁ מֻפִּים] Vetus in libris error, ut ex Græco apparet. Confer Num. 26. 38, 39. videbis olim ſcriptum fuiſſe אֲחִירָם וּשְׁפוּפָם. Faciles tales lapſus in nominibus propriis [q]. [Verùm, pace Grotii dictum ſit, nullus error ex Græca hujus loci verſione apparet, nam exemplar Græcum in Bib. Polygl. ſic habet, καὶ Ἀγχὶς, καὶ Ῥὼς, καὶ Μαμφίν. Porrò, nullum hîc errorem agnoſcunt veteres Interpretes, legunt enim, *Achi, & Ros, & Mupim*; Onk. ſic Sy. Sa. Ar. M. P. Ti. &c. Deſumpſit hoc Grotius ex Capello, quem idcirco corripit Buxtorfius.] Quòd nomina quædam aliter leguntur in locis diverſis, temerarium eſt librariorum vitio id adſcribere, cum iidem ſæpe diverſis in locis diverſimodè appellentur, quod & hîc factum notant Hebræi; *Echi* idem qui *Achiram*, Num. 26. & *Muppim* idem qui *Schephupham*, ib. teſtibus AE. & RS. & Abarb *. Numerantur hîc aliquot in Ægypto geniti: Jam enim Benj. erat tantùm 24 annorum [r]. Iſtorum trium, Judæ, Joſephi & Benjaminis, genealogia ulteriùs extenditur quàm reliquorum, quòd hæ tres tribus honoratiſſimæ fuerint, & ex iis Reges proceſſerint [s]. ¶ *Gera*] Græci hîc addunt, *Filii Balæ erant Gera*, &c. quod deſumpſiſſe videntur ex 1 Chron. 18. 3. ubi unus nomine *Gera* eſt filius *Balæ* [t].

22. *Quos genuit,* אֲשֶׁר יֻלַּד] *Qui natus eſt*, Mo. Ma. *qui nati ſunt*, Ch. Ar. A.

26. *Quæ ingreſſæ ſunt cum Jacob*, (ità ferè omnes vertunt,) לְיַעֲקֹב] *Ad Jaacob*, Me. Ar. vertit, *venientes de ſtirpe Jacob.* ¶ *Animæ egreſſæ de femore illius*] *Animæ*, i. e. homines: ut ineptè hinc deducere conentur animas eſſe ex traduce [v]. Vel, *Femur hîc ſumitur pro partibus inter femora* [x]; ex more caſtiſſimæ Scripturarum locutionis [y]. Vel, *de femore* propriè, quia verè in femore ſunt tres venæ ſeminales, quæ, ortæ ex lumborum venis, antequam in crura deſcendant, viris per femora in ſcrotum, mulieribus in uterum, recurrunt, & fœcundiorem ſeminis partem ſubminiſtrant [z]. Hinc nata fabula de Baccho *ex femore Jovis* nato; quod, juxta phraſin orientalem, (unde devenit) nihil aliud erat quàm ejus filium eſſe. Hoc non intelligentes Græci iſtam fabulam commenti ſunt [a]. יֹצְאֵי maſc. eſt: Concordat in ſenſu, non in voce [b]. ¶ *Sexaginta ſex*] In hoc numero non continentur Jacob & Joſeph, & hujus filii [c]. His numeratis, 70 dicuntur (verſ. 27.) *ingreſſæ Ægyptum* [d]. Non dicit, *ingreſſæ cum Jacobo*, ſed abſolutè, *ingreſſæ* †: vel *ante Jacobum*, vel *cum Jacobo*; vel *per ſe*, vel *in lumbis parentum* [f]. *Ingreſſi cum Jacob* dicuntur qui vivente adhuc Jacobo in Ægypto nati ſunt, & capita familiarum fuerunt [g]. Non dicitur verſ. 27. *quæ egreſſæ ſunt ex femore*, 70, quia Jacob non fuit egreſſus de ſeipſo; ſed, *quæ ingreſſæ ſunt Ægyptum* [h]. At LXX aiunt animas fuiſſe 75: ità & Lucas Act. 7. Quomodo hæc concordant? Alicubi erratum eſt: quid dicemus? Reſp. 1. Nulla eſt diſcrepantia. Nam ο΄. & Lucas addunt numero 4 uxores filiorum Jacobi nominatas in præcedentibus, nec non *Er* & *Onan*; Jacobum autem omittunt, ut familiæ principem. Ità ut deſcribant non qualis erat *cùm deſcendit* in Ægyptum; ſed qualis *quæ deſcendit*, nempe familia conſtituta ex animabus 75. Aliàs ipſi LXX tantùm numerant 70, Deut. 10. 22. ubi hæc enumeratio repetitur [i]. 2. Alii ſic conciliant: Quòd LXX addunt quinque nepotes & pronepotes Joſephi, quos & nominant verſ. 20. Filius Manaſſe, *Machir*; hic genuit *Galaad*: Filii Ephraim, *Sutalam* & *Taam*: Filii autem Sutalam, *Edom* [k]. Hos deſumpſerunt partim ex Num. 26. partim ex 1 Paral. 7 [l]. Hi autem hîc numerantur per anticipationem, propter honorem Joſephi [m]; & quia nati ſunt vivente Joſepho avo, Gen. 50. 22 [n]. Obj. At duo plures in Paral. recenſentur. Reſp. Fortè illi omittuntur, vel quia ignobiles erant, vel quia ſine liberis mortui. 3. Certum eſt τοῦ LXX nimiùm ſibi indulſiſſe in Chronologia & Genealogiis; nec in iis multum laborandum eſt: Nam & Vulg. ab iis diſſentit, & codicem Ebræum ſemper ſequitur. 4. Vel dicendum, Lucam in hoc mutatum ab exſcriptoribus, qui cum ex Bibliis Græcis (ubi 75 repererant) corrigere auſi ſunt [o]. 5. Vel dicendum, Lucam fideliter referre (ut decebat) quæ Stephanus locutus eſt: Stephanum autem aut Hebraicè neſciviſſe; aut noluiſſe verſioni adeò probatæ & receptæ contradicere; aut etiam erràſſe in recitatione. Quod non adeò periculoſum ut multi exiſtimant. Nam licèt Stephanus dicitur *plenus Spiritu Sancto*; illud & ab omnibus Diaconis requirebatur, Act. 6. 3. Non erat amanuenſis Sp. Sancti. Sed nec ipſi Apoſtoli æqualiter ſemper illuminati erant. Vide Actor. 10. 14. & Gal.

[f] G. [g] V. [h] Me. [i] Fa. [k] F. M. Me. L. [l] A. [m] F. G. [n] G. [o] F. V. Me. G. [p] G. [q] Me. [r] G. [s] F. V. AE. in D. [t] D. miſc. 2. 1. [v] F. V. [x] Me. [y] A. ad verſ. 23. [z] L. [a] Me. [b] G. [c] Bo. [d] A. † Bo. A. [f] AE. in M. [g] L. [h] V. [i] La. [k] Ga. [l] Ità E. Bo. [m] Ità E. [n] Ità Me. A. [o] Ità M. [p] O. [q] G.

* Buxt. vind. 2. 13. [r] Me. [s] Bo. [t] A. [v] E. [x] E. Riv. [y] Riv. [z] Valeſ. ſac. philoſ. cap. 13. in La. [a] Med. diſcurſ. 8. in Gen. 49. 10. [b] V. [c] Me. T. [d] T. † L. [f] T. ex L. [g] Riv. [h] L. [i] Riv. ex Jun. [k] Me. T. Riv. [l] T. [m] L. [n] Me. [o] Riv.

[p] Ang. annot. Gal. 2. 10, 11 [p]. 6. Vel scriptura τῶν LXX adulterata est, & πέντε additum. Nam & Josephus tantùm 70 [q] D. fuisse dicit, Antiq. lib. 2 [q].

28. *Misit Judam*] Qui erat reliquis honorabilior & [r] Me. rationabilior [r]. ¶ *Et occurreret in Gessen*, לְהוֹרֹת לְפָנָיו גֹּשְׁנָה] Variant. *Ad præparandum ante se ad*, vel *in*, *Goshen*, Mo. P. ità Ch. & Targ. Jerof. in A. Rogat [s] V. Jacob, ut locum paratum adveniens reperiat [s]. *Ut doceret*, vel, *præsignificaret, ante eum ad Goshen*, i. e. antequam veniret *ad Goshen*. Sic phrasis interdum sign. [t] A. ut Gen. 30. 30 [t]. Vel, לְפָנָיו *ad faciem ejus*, h. e. *ut ei* [v] A. ό. *occurreret* [v]. *Qui præmoneret* eum, *ut veniret sibi obviàm in Goshene*, JT. *ut faciem dirigeret in Goshen*, M. *ut dirigeret ante se in Goshen*, Ti. *ut doceret ante eum Goshenah*, i. e. ut doceret ubi esset Goshen; vel, ut *jace-* [x] O. *ret*, seu *mitteret, se ante eum*, &c [x]. *Ut indicaret ei*, &c. Ar. Ut indicaret adventum suum antequam veniret [y] F. V. in Goshen [y]. Verba significare possunt, vel, quòd Judas Josephum moneret de adventu patris; vel, ut Joseph [z] A. doceret ubi maneret Jacob [z]. *Ut videndum se præberet* (*ut appareret*, Sy.) *coram eo in Gosen*, Sa. [Pro *Gosen* ό. habent *urbem Heroum in terra Rameses*, & Ar. *regionem Satir*.]

29. *Flevit*] In Heb. sequitur עוֹד, *adhuc*, Mo. *aliquantisper*, V. *diu*, Ch.

32. *Viri pastores*, ità Mo. Me. אַנְשֵׁי מִקְנֶה] *Viri pe-* [a] V. *coris*, i. e. qui solent alere pecora [a]. Notanda Josephi 1. *Modestia*; quòd sciri cupit in aula se esse fratrem pastorum. 2. *Prudentia*; quia fratres in aulam non [b] Me. introduxit, nè aulicorum moribus corrumperentur [b]. Voluit eos pastores se profiteri; 1. nè ipsi à se invicem separarentur: 2. nè à Pharaone ad munia pacis vel belli cooptarentur, aliorúmque Ægyptiorum invidiam hâc ratione incurrerent; 3. ut terram Gessen, pascuis optimam, & ad reditum in Cananæam perop- [c] Bo. portunam, habitationis loco obtinere possent [c]. 3. *Simplicitas*; quia fratres ad sublimiorem statum non [d] Me. evehit, sed in arte patria ac pastoritia sinit hærere [d].

34. *Quia detestantur pastores*] Heb. *Abominatio Æ-* † M. F. G. Me. *gyptiis*. Quia mactant & comedunt animalia †, à [f] M. F. quorum esu abstinent Ægyptii [f]: vel, ut alii, quæ [g] F. Me. Ægyptii colunt, nempe ovem, sive arietem [g]; ut pa- [h] Me. tet Exod. 8. 26 [h]. Vide quæ ad Exod. 8. Ex hac diversitate vitæ inter pastores, qui *Hycsos* dicebantur, & Ægyptios alios, gravissima olim bella inter eos ex- [i] G. stitisse ex Manethone apud Josephum discas [i]. Ex Manethonis Dynastiis, quarum excerpta sunt in Africano, didici pastores Phœnices sex in Ægypto regnâsse diu ante Cadmum; quod & ipsa Regum nomina docent. 1. *Sais*, à *candore* dictus; Phœnicibus enim שֵׁשׁ *marmor Parium*, seu *candidum*, sonat. 2. *Anon*, חָנוּן, *misericors*. 3. *Pachnan*, i. e. פאה כנעני, i. e. *dux Cananæus*, &c. Pastorum item fuêre duæ sequentes Dynastiæ. Ægyptii uno verbo ὑκσὼς *hycsos* nominabant, i. e. *Reges pastores*. Porrò hi (teste Jos. in App. l. 1.) Ægypti urbes incenderunt, templa diruerunt; Ægyptiorum alios peremerunt, alios oppresserunt: nullum denique immanitatis genus ab iis prætermissum fuit. Josephi autem ævo tot scelerum memoria erat recens. Fortasse horum reliquiæ erant Phœnices Tyrii, qui circa Protei templum habitabant in urbe Memphi, teste Herod. Mus. 2. Et addit, *Vocatur ille locus* C A-S T R A T Y R I O R U M. Fortè eódem pertinet pagus *Syrus* apud Achillem Tatium, quem, ni fallor, Arabs Geographus, clim. 3. p. 3. appellat *oppidum Syrorum*, ad Nili ripam orientalem. Sic dici videtur ab [k] BC. 1. 4. incolis Syriis, qui iidem sunt cum Phœnicibus [k]. Hæc ergò odii causa, qualis Juvenalis tempore inter Copton & Tentyram. De Judæis Tacitus, ubi ipsorum instituta Ægyptiis opponit, *Cæso ariete, velut in contumeliam Ammonis. Bos quoque immolatur, quem Ægyptii Apin colunt*. Manethon de Mose, quem & *Osarphiphum* vocat, Ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῖς νόμον ἔθετο, μήτε τῶν ἐν Αἰγύπτῳ θεμιστευομένων ζώων ἀπέχεσθαι μηδενός, (i. e. *legem constituit, nè abstinerent ab esu ullius animalis lege prohibiti*.) Abstinentiam ab esu animalium juris veterum fuisse non miror. Idololatriæ tamen nulla adhuc, Josephi seculo, in Ægypto quidem, certa vestigia reperio. A Syris cœpit is morbus, paulatímque propagatus est.

Habebant autem Ægyptii pecora [l]; oves & boves, ut [l] G. patet ex cap. 47. 17. sed lanæ & lactis causâ, infrà 47. 6 [m]. Non ad esum, sed ad oblectationem, ad ster- [m] G. Me. corationem etiam agrorum, & ut aliis gentibus divenderent [n]. AE. scribit in India homines abstinere ab [n] Me. esu carnium, & ab omni eo quod ab animalibus provenit [o]. [Vide ad Gen. 12. 20.] [o] F.

CAP. XLVII.

1. NUntiavit Pharaoni] Reverentiâ in Regem, & metu nè animo mutatus esset Pharao; itaque non rectà introduxit [p]. ¶ *In Gessen*] Insinuat bo- [p] L. num esse ut remanerent illîc, quia labor esset illos aliò transferre [q]. [q] L.

2. *Extremos quoque fratrum*, ità Ch. וּמִקְצֵה אֶחָיו לָקַח] *Et partem fratrum suorum tulit*, F. G. JT. Sa. Græci rectè, ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν· nam קָצֶה Hebræis sæpe μέρος (*pars*) est [r]. *Quosdam de fratribus*, Sy. Ar. Ti. [r] G. A. M. Abutuntur Hebræi hâc voce pro *quidam*, & *quædam*; eo quòd קָצֶה *extremitas* sit pars in integro seu toto aliquo [s]. *De extremis*, vel, *de extremitate, fra-* [s] F. *trum*; ità M. P. O. Mo. Ma. i. e. aliquot ex fratribus accepit [t]. Ratio varietatis est, quòd מִקְצֵה quibusdam [t] V. est nomen, *extremum*, vel *extremitas*; aliis מ est præpositio, *de extremo*, &c. i. e. quosdam [v]. Alii sic, *De* [v] Ma. *tota summa fratrum tulit quinque*; ut sit metalepsis, *finis* pro *summa*; rationis enim finis est summa [x]. Ea- [x] F. V. dem ferè hæc sententia cum priore [y]. Alii sic, *abjectio-* [y] V. *res aspectu & personâ*; nè, si robustiores adduxisset, Pharao illos in militiam traxisset [z]; vel eos in aulam [z] M. F. V. L. Bo. O. inducere tentaret, unde mores eorum corrumperentur, & incommodis aliis paterent. Satius judicavit, ut seorsim quietè agerent. Alii contrà, *præstantiores staturâ & viribus*, quomodo מִקְצוֹתָם accipitur Jud. 18. 2 [a]. Nonnulli, quoniam Hebræis קָצֶה utramque [a] F. V. extremitatem significat, principii & finis, assumptos fuisse ex primis & ultimis arbitrantur, ut illorum intuitu de omnium ætate judicium Rex faceret [b]. Non [b] V. selegit, sed maximè obvios accepit [c]. [c] Me. ex V.

3. *Pastores*, &c. רֹעֵה צֹאן עֲבָדֶיךָ] *Pastor gregis*, sive *pecoris*, (supple, *sunt*, Pi.) *servi tui*; scil. singuli, sive unusquisque eorum [d]. Vis vocis *unusquisque* continetur [d] Pi. Jun. in forma loquendi †. ¶ *Et nos & patres nostri*, † Pi. גַּם אֲנַחְנוּ גַּם אֲבוֹתֵינוּ] *Etiam nos*, &c. H[s]. *Erant patres nostri pastores, nos quoque pastores sumus*; vel, *sicut nos*, &c. *sic illi*. Sic Gen. 44. 16. *servi domini mei sumus, etiam nos, etiam ille*. Vide Jer. 51. 12 [f]. [f] V.

4. *Non est herba*, אֵין מִרְעֶה] *Non est pascuum*, P. Citiùs Cananæam herba defecerat quàm Ægyptum, quia Cananæa altior; terra verò *Gosen* humilior est pars Ægypti, & multis fossis irrigua ex Nilo [g]. [g] Me.

6. *In conspectu tuo*] Vel, *coram te*, H[s]. *in potestate & arbitrio tuo est*: q. d. Offero tibi totam Ægyptum; elige quam partem voles [h]. ¶ *Gosen*] An huc per- [h] V. ex F. L. Me. tinet illud in Manethonis historia, τῶν τότε τῶν ποιμένων ἐρημωθεῖσαν Ἄβαριν συνεχώρησεν, (*tunc à Pastoribus relictam Abarim concessit* [i]? ¶ *Viros industrios*, אַנְשֵׁי [i] G. חַיִל] *Viros virtutis*, vel *roboris*, tum corporis, tum animi; peritos pecoris alendi [k]. ¶ *Magistros pe-* [k] F. V. *corum*, &c. שָׂרֵי מִקְנֶה עַל־אֲשֶׁר לִי] *Principes pecudis*, vel *pecuariæ*, *super quod mihi*, Mo. vel, *super illos qui sunt mihi*, JT. h. e. Vel, super illas pecudes, ut habet Græc. vel, super illos magistros sive pastores, quos jam habeo [l]. [l] A.

7. *Benedicens illi*] *Benedicere* hîc latè accipitur, pro *salutare*, *salutem imprecari*, *collaudare*, *gratias agere* Pharaoni, quòd suos tantopere diligeret & extulisset [m]. [m] F. V. E. Me. Non autem quasi ex authoritate & officio benedixit, prout major minori benedicit [n]. *Benedixit*, i. e. saluta- [n] E. vit eum precando, & gratias agendo. Sic *benedictio* sumitur pro *salutatione*, 2 Reg. 4. 29. pro *precatione*, Num. 6. 23, 24. pro *gratiarum actione*, Matt. 26. 26. collat. cum Luc. 22. 19 [o]. Vide & 1 Sam. 13. 10. & [o] A. 25. 5. & 25. 14. & 2 Sam. 8. 10 [p]. [p] Jun. Pi.

8. Quot

8. *Quot sunt dies?*] Admirabundus quærit, quia neminem unquam vidit tantæ ætatis[q].

9. *Dies peregrinationis meæ*] Jacob multùm peregrinatus est; & omnes in hac vita peregrinamur à Domino[r].

11. *Ramesses*] In regione illa provinciæ Gosen ubi postea *Ramesse* oppidum exstructum ab Israelitis[s]. Ità anticipatio est. Aliis *Rameses* est pars terræ *Gosen*, sed melior & uberior cæteris[t].

12. *Et alebat eos--præbens cibaria singulis*, [לְפִי הַטָּף] Vertunt, *secundùm*, vel *ad*, *os parvuli*, Mo. O. Ma. H. q. d. *pro ratione parvulorum*, secundùm numerum eorum, vel familiarum[v]. Ità aliis plus, aliis minus, suppeditavit[x]. *Juxta familiam uniuscujusque*, Ch. Sy. *pro numero capitum*, Ca. *juxta numerum parvulorum*, Ar. *secundùm corpus*, ὀ. Alii sic, *juxta morem puerorum*, vel *parvulorum*, M. *Cibo* quasi *in os parvulorum* indito, JT. V. q. d. In fame non magis soliciti fuerunt de comparando victu quàm pueri, qui nè manum quidem ad cibum extendunt[y]. Non minore studio aluit patrem, &c. quàm infantes ali solent[z]. Omnes, à maximo usque ad minimum, paverit[a]. *Usque ad os parvuli*, P. לְפִי, *ad os*, &c. vel לְפִי ponitur pro כְּפִי, *sicut parvulos* nutrivit eos[b]. Vel sic accipi potest q. d. saturavit eos; Tantum dedit, ut possent frequenter comedere, ut solent parvuli[c]. Vel, *dare cibum in*, vel *ad*, *os familiæ* est, dare quantum quisque vellet: *Os* enim in Scriptura sæpe ponitur pro voluntate; significat enim locutionem, quâ homines manifestant quod volunt. Ità dicere solemus, *faciam quod dixeris*, i. e. quod volueris. Indè אָמַר *dicere*, pro *jubere*, Psal. 148. 5. & Matt. 4. 3. & *os* pro *voluntate*, Gen. 24. 57. Isa. 30. 2. Hos. 10. 12. טַף sign. & *parvulum*, & *familiam*; ponitúrque pro filiis, qui sunt tota familia, vel potissima ejus pars, Gen. 47. 24. Ribera ad Hos.[d].

13. *In toto orbe*] Magnâ orbis parte. Est Hyperbole[†]. ¶ *Oppresserat*, &c. [וַתֵּלַה] Variè reddunt. *Laboravit terra*, O. Mo. h. e. populus terræ, Ch. Ar. F. *defecit*, Ch. ὀ. Sa. P. A. *defessa fuit*, Ma. R. Saadias in M. *vastata*, Sy. *in paupertatem redacta*, Ar. *contabuit*, Ti. *furebat*, JT. vel acta fuit in rabiem, præ nimia fame, V. ex K. Verbum occurrit hîc tantùm & in Prov. 26. 18[f]. Sensus est, Ægyptii tumultuabantur, mentem illis adimente fame[g].

14. *Omnem pecuniam*] Per venditionem bladi justam; quia tantum valet res quanti vendi potest[h]. Nulla hîc injuria vel tyrannis. Frumentum collegerat tempore fertilitatis pecuniâ regiâ redemptum, non ab invitis vi extortum. Unicuique liberum erat servare quod necessarium esset, vel ab aliis emere. Præsens autem necessitas fuit justa socordiæ populi pœna, qui annonam non reposuerat. Mirandum hîc, cur non tumultuarentur, & vi irrumperent in horrea singularum urbium. Sed, 1. credibile est Josephum loca munivisse. 2. Singulari Dei dispensationi tribuendum est[i].

15. *Quare morimur*, &c? [נָמוּת נֶגְדֶּךָ כִּי אָפֵס כָּסֶף] *Cur moriemur coram te? quia defecit pecunia*, Mo. Vel, Dato, *nam deficit pecunia*, JT. Vel, *Cur moreremur coram te*, (i. e. te inspectante, qui potes nos in vita conservare) *propterea quòd deficit pecunia?* i. e. Non æquum est ut sinas nos mori propter defectum pecuniæ[k]. Cur hoc permittis, cùm nobis succurrere possis[l]?

17. *Sustentavitque eos*, &c. ità Sa. M. O. P. [וַיְנַהֲלֵם וגו׳] *Alebat eos*, Ch. Sy. A. ὀ. Sa. vers. *compensabat eos cibo*, Ar. *fecit ut transigerent cum cibo isto pro pecoribus*, JT. *duxit eos pro pane*, Mo. *deduxit eos pane*, i. e. sustentavit, Pi. נָהַל propriè est *commodè*, *leniter*, *ducere*; indè metaphoricè ponitur pro *educare*; quomodo Latinis *educere*. Terent. Adelph. *eduxi à parvulo:* Tacitus de Caligula, *in contubernio legionum eductum*[m]. Imò verò נָהַל non tam propriè sign. *ducere*, quàm *sustentare*; ut patet ex Psal. 31. *Propter nomen tuum duces*, VTENAHALENI, i. e. *& sustentabis me:* ubi si vertas, *duces*, inutiliter repetitur[n].

18. *Anno secundo*] Ab adductis & venditis pecoribus, qui fuit quartus vel quintus ab inchoata fame[o]. Imò sextus erat annus famis, vel septimus iniens[p]. Non certè anno secundo famis: *Qui enim fieri potest, ut pecunia simul cum pecoribus anno uno sit exhausta?* ait R. Bechah. Etiam horrea in septem annis fertilitatis impleverant. Confirmatur ex v. 23. *En vobis semen*; cùm antea, nempe Gen. 45. 6. exacto jam famis biennio, affirmet Josephus adhuc restare *quinque annos quibus neque sementis fieret neque messis*. At RS. exponit, *anno famis secundo*; & dicit illud famis septennium à Jacobi adventu brevius factum esse. Sed sic Josephus mentitus esset, qui septem annos sterilitatis prædixerat[q]. ¶ *Deficiente pecunia*, [אִם־תַּם הַכֶּסֶף] *Verè consumptum est argentum*, P. vel, *integra pecunia*, V. Alii sic vertunt; *Non celabimus dominum meum, quòd si* (i. e. *quum*) *defecerit pecunia*, *& possessio jumentorum*, quæ tradamus *domino meo*; *nihil est relictum*, &c[r]. Particula אִם *si* hîc occurrit pro *verè*; & est particula confirmantis, tanquam si fieret ab אָמֵן, deficiente *Nun*; ut אֱמֶת, pro אֱמֶנֶת. Ità sumitur & Num. 16. 30. Job. 22. 20. Psal. 59. 16. & 63. 7. &c[s].

19. *Cur moriemur*, &c?] Variè accipiunt. *Cur moriemur? nos & terra nostra tui erimus:* ità Vulg. *Nos & terra sumus superstites:* Belg. *Nos & terram nostram eme:* Mo. *Tum nos tum agros nostros* exponimus. Alii, *Quare moreremur nos & terra nostra?* ità Ch. Sa. Sy. Ar. O. A. BA. Terra *mori* dicitur, cùm inculta jacet & desolata[t]. Hinc Martial. 13. 12.—*suburbanus nè moriatur ager*; & Horat. l. 1. epist. 12. *Verùm seu pisces, seu porrum & cæpe trucidas*; & Seneca Epist. 58. *Sata—& vivere & mori dicimus*. Confer Job. 14. 8[v]. ¶ *Eme nos*] Potest quis seipsum & liberos vendere famis vitandæ causâ[x]. ¶ *Præbe semina*] Vide ad v. 24.

21. *Et cunctos populos*, &c. [הֶעֱבִיר אֹתוֹ לֶעָרִים] Ad verb. *Et populum transire fecit ipsum ad urbes*; i. e. Transtulit populum in diversas urbes, de una urbe in aliam[y]. Singulos coegit sedes mutare, & aliò migrare; in signum quòd nihil proprii ampliùs haberent in terra[z]. Longè à natali solo eos transtulit, ac inter se cognatos notósque segregavit; ut seditionibus, quæ gravissimæ fuerant, materiam subtraheret, veterisque dominii memoriam, & ex memoria dolorem, aboleret. In Africa Vandalorum fœminæ atrocissimam seditionem commoverunt, quòd hærere permissæ essent in fundis quorum jus bello amiserant[a]. Sic seditionibus obviàm itum est, si fortè aliquæ exsisterent, dolore stimulante, quòd suis possessionibus excidissent[b]. Hoc facto non tantùm subditos, sed & servos, Regis se profitebantur; & Rex in plenam agrorum possessionem venit[c]. Tradunt autem Hebræorum Commentatores hanc populi translationem ideo à Josepho factam, ut opprobrium quoque à fratribus suis, quos Ægyptii tanquam peregrinos & exsules aspernabantur, tolleret; quum jam universus populus quasi extorris, exsul & peregrinus factus esset[d]. Quidam ex nostris *transire fecit* verbum forense faciunt, pro, *in potestatem venire*, seu *redigere*; q. d. Non solùm tellus, sed & populus, de suo jure in jus Pharaonis transivit. Quidam legunt הֶעֱבִיד, *servire fecit*, pro הֶעֱבִיר. LXX rectè vertunt κατεδουλώσατο[†].

22. *Præter terram sacerdotum*] Quæ libera erat à conditione vectigali, sive emphyteuticâ. Meminit ejus immunitatis Diodorus Siculus. *Sacerdotum* nomine comprehendebantur omnes qui astrologiæ, medicinæ, rerum naturalium cognitioni, mensoriæ, numerariæ, historiis, operam dabant. Vide Diod. & Clem. Alex[f]. Sacerdotum erat cultui Divino, & virtutum ac sapientiæ studio, unicè vacare[g]. Crediderim hoc factum voluntate potiùs Pharaonis, quàm studio Joseph[h]. Hi oneribus publicis eximebantur, & à Principe ex publico alebantur, testibus Herodoto, Hieronymo, & Diod. Quantò magis sacerdotibus N. T. hoc præstandum? inquiunt Chrys. & Theod[i]. Alii vertunt, *agros præsidum*, JT. Pi. Mar. i. e. officialium apud Regem, quibus ex Regis promptuariis prospectum fuisse docet vel Josephi exemplum. Sacerdotes tamen communi jure cum officialibus regni utebantur, teste Diod. l. 1[k]. [Verùm *terram sacerdotum* vertunt ὀ. Ch. Sa. Sy. Ar.]

23. *Dixit Joseph*] Anno famis septimo & ultimo, cùm jam spes futuræ fertilitatis affulgeret[l].

24. *Ut fruges habere possitis*, [וְהָיָה בַּתְּבוּאֹת] *Et erit in*

Margin notes (col. 281): q Li. — r Me. L. — s Me. — t Ità Caj. Walth. — v F. — x Sic K. & ὀ. in F. co. A. — y Q. in V. — z F. — a V. — b M. — c O. — d Ga. — † Me. — f Ma. — g Jun. Pi. — h L. — i Riv. — k Pi. — l F. — m Ma. — n O. — o Me. post L. — p Jun. Pi. Belg.

Margin notes (col. 282): q Mais. — r V. — s BA. 2. 24. 17. 247. 54. — t BA. O. — v BA. 14. 1. 14. — x Me. — y V. — z V. F. Me. L. A. — a G. — b Me. — c Bo. — d F. — † F. 806. — f G. in v. 26. — g T. — h Me. — i T. — k Jun. — l Me.

in proventibus,Mo.Ma.V. vel,*è frugibus*,M.P. *ex proventu verò ejus*, Ti. *Sed quod erit in proventibus*, ejus *dabitis quintam*, JT. [quasi deficeret אֲשֶׁר ante הָיָה:] simil. V. ¶ *In sementem*] Vult Philo speculatores positos, qui viderent ut sationi ea pars impenderetur [m]. *At nihil tum serebatur*, Gen. 45. 6. Resp. 1. Poterat aliquid seri juxta Nilum [n]. [2. Hæc postremo anno famis contigerunt, *ut antè notatum.*]

m Me. n Me. ad v. 19.

25. *Salus nostra*, &c. הֶחֱיִתָנוּ] i. e. *Vivificâsti*, vel Reservâsti, vel Restituisti, *nos* in vitam, V. ¶ *Respiciat nos*, &c.] Heb. *inveniamus*, &c. Hs. Reputabimus pro magno beneficio, si Pharao receperit nos in servitutem suam [o]; &, consequenter, in curam & providentiam [p]. q.d. Quòd ad locationem agrorum quam proponis, oramus ut id nostrâ causâ efficias apud Pharaonem, quò ejus *emphyteutæ*, i.e. perpetuarii coloni, esse possimus [q].

o V. La. p La. q Jun.Pi.

28. *Et vixit*, וַיְחִי] Sic vocant postremam hujus libri Sectionem, quæ hîc incipit [r].

r V.

29. *Pone manum*] [*Vide quæ ad* Gen. 24. 2. *congessimus.*] ¶ *Misericordiam & veritatem*] i. e. Beneficium certum, seu bonâ fide: *misericordiam*, promittendo; *veritatem*, in rem deducendo †.

† Me.

30. *Dormiam cum patribus*] Hoc petit, 1. non suâ, sed suorum, causâ; ut etiam mortuus doceat non esse animum eorum Ægypto affigendum, sed intendendum ad Promissam terram, ut cœlestis hæreditatis symbolum; & ut patrum sepulturam posteris allectamentum, & certum possessionis pignus, esse confirmaret. Eòdem spectavit Joseph Gen. 50. 21, 25 [t]. [*Alii has causas assignant.*] 1. Optavit in Terra sancta, in qua sola futurus Dei cultus, cum piis parentibus sepeliri. 2. Ut posteros securos faceret de reditu in Canaan, atque ità à deliciis Ægypti eorum animum averteret. 3. Ut reversi in Cananæam posteri haberent præ oculis sepulchrum suum, monumentum & incitamentum virtutis. 4. Quia non ignorabat Christum ibi versaturum, moriturum, & resurrecturum cum multis, ex quorum numero esse cupiebat [v]. ¶ *In sepulchro majorum*] In *Hebron* terræ Canaan, ubi *Abrah. Sarah, Isaac*,—— *sepulti*, &, ut verosimile est, reliqui 12 Patriarchæ; quod Josephus scribit. S. Hieron. *in Sichimis*; & hoc insinuatur Act. 7. 16 [x].

t Jun. v Me.T.La. x T.

31. *Jura mihi*] Non diffidit filio, sed præbet excusationis ansam cum Pharaone [y]. ¶ *Adoravit*—*conversus ad lectuli caput*, sim. M. V. Ch. Sa. Sym. & Aq. in Nob. Mo. O. Ma. A. [וַיִּשְׁתַּחוּ עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה] *Ad cervical lectuli*, JT. Pi. ubi scilicet sedebat [z]: quia præ infirmitate non poterat surgere, ut oraret stando, vel in genua procumbendo [a]. Quidam ad *Deum* referunt: *Adoravit Deum*, &c [b]. Gratias Deo egit pro beneficio sibi concesso [c]; pro sepultura promissa [d]: quam pro singulari beneficio accipit †. Ità jacebat Jacob ut esset capite erecto: Cùm planè assurgere non posset tam debile corpus è lecto in quo jacebat, se tamen in formam precantis prono vultu componit [f]. Idem habetur de Davide 1 Reg. 1. 47. *adoravit in lecto suo*; ubi similiter subauditur *Deum* [g]. Cùm supremi voti compos factus, Dei gratiam celebrat [h]. Quidam putant hanc adorationem factam in honorem Joseph, utpote Principis, &c [i]. Et hîc completum volunt somnium Josephi, de adoratione Solis, i.e. patris [k]. Alii, in reverentiam שְׁכִינָה, i. e. *præsentiæ Divinitatis*, quam ad caput ægroti assistere Judæorum tenet opinio. Nonnulli (quod mihi probatur) istam adorationem ob religionem juramenti à Joseph præstiti (in quo Dei contestatio ac invocatio fiebat) à Jacob factam arbitrantur [l]. At LXX planè aliter vertunt, *Adoravit ad summitatem virgæ*, (legebant מַטֵּה *matteh.*) Et Apostolus, Heb. 11. 21. sibi permisit locum citari qualis tunc erat in communi usu, nè rudes de nihilo offenderet [m]. [*Hîc etiam variant.*] Hæc versio innuit eum adorâsse *summitatem sceptri regii* Josephi [n], quod, tanquam muneris sui insigne, manu de more tenebat [o]. [Sy. vertit, *ad summitatem sceptri.*] At hoc nimis insulsum est [p]. Alii volunt quòd non virgam Josephi, sed regnum Christi, (quod intelligebat ejus sceptro designari,) adoraverit [q]. Alii utrumque conjungunt: Exteriùs potestatem ejus honoravit, sed spiritualiter simul Christi regiam potestatem in typo adoravit [r]. Alii sentiunt senem baculo suo innixum adorâsse Dominum. Ità August. qui pro αὐτοῦ, αὐτῷ, vel ἑαυτῷ, legendum putat [s]. Hæc expositio saltem tolerabilis est [t]. Nec desunt qui illud וַיִּשְׁתַּחוּ vertunt, *incurvavit*, vel *inclinavit*, *se*, hoc sensu; Quòd Jacob, jam longâ oratione cum Josepho defatigatus, morbóque degravatus, se rursum ad caput lectuli requiem capturus reclinârit [v].

y Me. z V. Pi. a Pi. b Ità L.Me. T. c L. d G. † V. ex F. f V. g G. h V. i F. co. k D. l F. co. m V. n E.Me. T. o T. p V. q F. r E. s F. co. t V. v F.

CAP. XLVIII.

1. NUnciatum est] Ità O. Ti. simil. plerique Heb. *Et dixit*; sub. *aliquis*, V. JT.

2. *Confortatus*] Gaudio quasi roboratus ob charissimi filii conspectum, & simul spiritu prophetico illum implente [x].

x Me.

4. *Faciam te*, וּנְתַתִּיךָ] *Ponámque te*, i. e. *faciam te*, *in congregationem populorum*, i. e. plurimos nepotes relinques [y]. ¶ *Dabo tibi terram*] Ità commemorat, ut præsentes intelligerent jus ipsi competere ejus dividendæ, & filios Josephi in partem adsciscendi [z]. ¶ *In possessionem sempiternam*, אֲחֻזַּת עוֹלָם] *Perpetuam*; ad verbum, *seculi*; i. e. sempiternam Israelitis, usque ad Christi adventum, quo mundus est renovatus. Et quia gratiam olim Patribus adumbratam Christus usque ad finem mundi continuat, *possessio seculi* doctiorum judicio tantundem valet atque *æterna*. Nam Israelitis ad Christi adventum promissa est: nunc, ex quo totum orbem Dominus populo suo dicavit, plenior nobis constat hæreditatis fruitio [a]. Hebraicè est, *in apprehensionem* (vel *comprehensionem*, V.) *seculi*, M. *In possessionem seculi*, vel *æternam*, i. e. ad longum tempus [b]. עוֹלָם non semper *quod æternum est* significat, sed plerumque durationem juxta subjectam materiam de qua agitur [c].

y V. z Me. post L. a V. b F. M. O. c F.

5. *Qui nati sunt antequam huc venirem*, sic ferè omnes vertunt, עַד בֹּאִי] *Usque ad veniendum me*, Mo. *usquequò venissem*, Ar. ¶ *Mei erunt*] Per adoptionem [d]. Hæredes mei erunt †. Sortem sortientur [f]. ¶ *Sicut Reuben & Simeon*] i. e. Sicut filii mei naturales [g]. Hos nominat, ut natu maximos: q. d. tantò magis etiam cæteris in eo jure æquabuntur [h]. Instituere videtur senex filios Joseph primogenitos loco Reuben [i].

d L. † F. f Me. g L. h E. i O.

6. *Quos genueris*] Si quos genueris. Nec legimus ullos postea genuisse [k]. ¶ *Nomine fratrum*] Comprehendentur sub Ephraim & Manasse; non habebunt hæreditatem sejunctam à fratribus suis [l]. Accensentor Ephraimo & Manassi, tribubúsque Ephr. & Man. quasi appendices alterutrius populi commiscentor *.

k Me. l V. * Jun.

7. *Sepelivi eam juxta viam*] Hæc dicit, nè Joseph miretur eum tantopere solicitum ut in *Mambre* seu *Hebron* sepeliatur, cùm Rachelem alibi sepeliverit: Docet se id non spontè, sed necessitate, fecisse [m]. ¶ *Erátque vernum tempus*] Quod hoc loco addit Vulg. quo tempore facilè putrescunt cadavera; ideo non potui illud deferre usque in Hebron [n]; præsertim quia, tot greges agens, iter accelerare non poteram [o]. Solicitus fuit Jacob de honore Joseph, cujus mater cùm non esset sepulta cum majoribus, &c. timuit minoris existimandam Josephi posteritatem [p]. In hoc versu duo exponuntur: 1. Causa benedictionis præsentis, viz. quòd primogenitus ex justa uxore esset; 2. Designatio primariæ hæreditatis ad Ephraimum perventuræ, quam jam olim fecisse Rachel morte & sepulturâ suâ videbatur. *Juxta viam* autem, potiùs quàm in oppido, sepelivit, cavens nè cum idololatris commisceretur [q]. [*De voce* CHIBRATH *vide quæ ad* Gen. 35. 16.]

m Me.L. La. Bo. n Me. o Me. L. p Cl. q Jun.

8. *Qui isti?*] Vidit, sed non satis discernebat, quia caligaverant oculi [r]. Præsentes non perceperat, sed de iis tanquam absentibus loquebatur [s].

r L. Me. s Jun. Pi.

9. *In hoc loco*, ità M. Ti. A. בָּזֶה] *In hoc*, Mo. *hîc*, ό. Ch. Sa. Sy. Ar. P. JT. ¶ *Adduc eos ad me*] Ità

o. Sa.

ὁ'. Sa. *Cape (applica,* Ch. *admove,*V. Sy. Ar.) *ad me*, Mo.
a A.sim. Pi. *Cape* & affer *ad me*. Vide Gen. 15. 9 a.

11. *Non sum fraudatus aspectu tuo*, ità ὁ'. לֹא פִלָּלְתִּי] *Non putabam*, Ch. Sa. M. P. A. Mo. V. *non judicavi*, vel *judicaveram*, V. O. JT. Ma. *non sperabam*, Ar. Sy. *non precabar*, Sa. vers.

12. *Cúmque tulisset*, וַיּוֹצֵא] i. e. *Removit à se filios, & patri admovit*. Alii, *Jam verò abstulerat filios suos à gremio suo*. Eos è gremio suo ad patris genua admovit, non modò honoris causâ, sed ut Dei Prophetæ benedicendos offerret b. ¶ *De gremio patris*]
b V.
Nè avum gravarent; & ut illis commodiùs benedictionem impertiretur c; & ut eos alio ordine collocaret d.
c Me. d Jun.
¶ *Adoravit*] Joseph tum patrem, tum propriè Deum; gratias agens pro hoc beneficio †.
† Me.

14. *Extendens dextram*] *Dextra manus* ubique in Scriptura prosperitatis, fortitudinis & honoris signum & typus; & apud Gentiles boni ferè ominis erant auguria à dextra, &c f. ¶ *Super caput Ephraim*] Iste
f Bo. La.
præfertur, 1. Quia ex eo Reges nasciturі, & Josue, dux Israelis, & typus Christi. 2. Quia hic tribus & gloriâ & numero superavit Manasseh g. ¶ *Commutans manus*, ità ὁ'. Ar. שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו] Variè reddunt. *Docuit manus*, Ch. *docens manibus suis*, Sa. *pervertit manus suas*, Ar. *cognoscebat* palpando *manibus suis*, JT. *prudenter dirigens*, vel *advertens*, *manus suas*, M. Ti. A. Prudenter egit manibus; sciens & prudens sic disposuit manus h. *Intelligere fecit manus suas*, Mo. O. P. Hebraismus. Non temerè, sed doctè, scitè & peritè, imposuit illis manus i. Quasi manus illæ essent conscíæ rerum futurarum k; vel *intelligerent* quod ipse facere volebat l. Nisi hoc diceret Moses, errore cæcutientis contigisse alicui videri potuisset. R. Kimhi doctè sic explicat: *R. Jonah* (inquit) *sic exponit: Intellexit Jacob ex manibus ejus, h. e. Josephi, quòd Menasse primogenitus esset, quia ad dextram suam adductus. Sed magìs convenit* שִׂכֵּל *esse activum*, q. d. Dedit prudentiam, seu intellectum, manibus suis, (*ità Chald. reddit*, Sapientificavit manus,) *quasi sapienter fecerint, quoniam spiritu prophetico vidit Menasse minorem futurum: Et hæc fuit prudentia. Nam si dextram super caput Manasseh collocâsset, quæ fuisset sapientia? cùm istud ipsum ex communi more fieri solet*. Potest & sic legi, *Et prudenter egit cum manibus suis*, ut אֶת idem sit quod עִם, ut sæpe fit in Hebraismo m. Comprobavit eventus: Nam & ager Sichemiticus, quem extra ordinem cessit Josepho, obvenit Ephraim; & ab eo Josua & Jeroboam. Allegoricè notat Gentiles Judæis præpositos, ait Rupertus. Solet Divina providentia ferè semper juniores, quia viliores in oculis hominum, præponere senioribus: verbi gratiâ, hominem Angelo, Abelum Caino, Isaacum Ismaeli, Jacobum Esau, Phares Zaræ, Josephum Reubeno, Ephraim Manasse, Mosen Aaroni, Davidem septem fratribus n.

g Me. h F. M. i V. k F. V. l AE. in F. co. m F. co. n Theodor. in T.

15. *Benedixit filiis Joseph*] Ità ὁ'. A. Heb. est, *benedixit Josepho*, nempe in filiis ejus o. Sic Chamus maledictus est in filio Canaan, Gen. 9. 25. & in 1 Chron. 4. 31. *dum regnaret David*, i. e. Davidis liberi p. ¶ *Qui pascit*, הָרֹעֶה] Præs. pro præter. ¶ *Ab adolescentia mea*, מֵעוֹדִי] *Ab adhuc me*, Mo. *à nativitate mea*, Ch. vel *pueritia*, Sy. *juventute*, ὁ'. *ex quo sum*, vel *fui*, Sa. Ar. A. V. Subaudi in fine versûs, *benedicat tibi, ô fili mi Joseph* q.

o Jun. Pi. A. p A. q V.

16. *Angelus*, הַמַּלְאָךְ] Radix est לָאַךְ Æthiopicum, quod significat *mittere* Matt. 27. 19. (in Æthiopica versione;) & תלאך est *servire*, Matt. 4. 11. & לאך *servus*, Matt. 20. 26. Est ergò מַלְאָךְ *qui ad servitium missus est*. Tales Angeli sunt, Heb. 1. 14. Æthiopicè & *Angelum* significat, & *præfectum*, sive *principem*. Sic Angelus mortis est ὁ θανάτε κράτος ἔχων, Heb. 2. 14 r. Qu. Sed quinam hic Angelus? Resp. Angelus *custos meus*, sub. *quoque*: q. d. Deus benedicat, Angelus quoque meus benedicat †. Post Deum, Angelum nominat, ut Dei ministrum. *Angelus qui eruit me*, גֹּאֵל. Sic Messias dicitur Esa. 59. 20 t. Schol. vertit, ἀγχιςεὺς· sic interpretantur & ὁ'. Ruth. 4. 8. Ἀγχιςεὺς propriè est cognatus, qui relictam à proximo cognato uxorem duxit, & hæreditatem redemit, jure propinquitatis v. Alii hunc Angelum Deum fuisse statuunt *. Probatur, 1. ex verbo communi sing. יְבָרֵךְ *benedicat*: 2. ex ה emphatico, sive notificativo, quod additur הַמַּלְאָךְ; h. e. *Angelus ille*, nempe princeps Angelorum & dominus. 3. Huic Angelo Jacobus tribuit & *honorem Divinum*, (quem Angelus creatus recipere noluisset,) & *opera Deo propria*, nempe, *liberationem ab omni malo*: quod à solo Deo petendum docet Christus Matt. 6. & auctor Sapient. c. 16. v. 18. Inter mala autem præcipuum est peccatum. Vocatur *Jacobi redemptor*, qui titulus est Dei, Psal. 19. 15. Esa. 43. 14. & 47. 4 x. x A.
4. Volebat Jacob benedicere filiis benedictione non vulgari, sed propheticâ & patriarchali: Ab eo igitur petit benedictionem, non verbalem, (quam creatura creaturæ potest impertiri) sed realem. Noverat se tantùm verba posse proferre, effectum autem ab alio pendere. Petit ergò benedictionem ab eo cujus idem est *dicere & facere*, h. e. à solo Deo. 5. Ità accipiunt Cyrillus lib. 3. Thesauri, Athanasius orat. 4. contra Arrianos, & Procopius in locum. 6. Deum appellari *Angelum* non est insuetum in Scriptura, ut agnoverunt LXX, qui Eccles. 5. 5. לִפְנֵי מַלְאָךְ, *coram Angelo*, vertunt, *in conspectu Dei*. Rectè, nam sequitur, *Ut quid irascetur Deus* y? ¶ *Invocetur super eos nomen* y Riv.
meum] Quidam hinc colligunt invocationem Sanctorum z. At hîc sensus est alius. Quanquam nepotes sint, z E.
vocabuntur filii mei, (& filii majorum a) adoptionis a F.
jure; ac perinde ut filii singulas partes ferent; in capita succedent, non stirpis nomine b. Sensus est, *Mei* b G.
erunt: sunt enim verba adoptionis c. *Dicantur filii* c Med. disc. 2. super Luc. 11. 2.
mei, &c. E. Me. V. F. *Nomen Dei vocari* dicitur *super nos*, Deut. 28. 10. 2 Chron. 7. 14. Jer. 14. 9. hoc est, *nos vocamur filii Dei*, 1 Joh. 3. 1. *Invocetur* בָּהֶם, *in iis*, vel *super eos*. Sic *BAMMEH* in 2 Chron. 7. 21. idem est cum *GNAL MEH* 1 Reg. 9. 8. Confer & Neh. 2. 12. cum Num. 13. 28 †. Phrasis innuit *censeri sub nomine*. Sic Esa. 4. 1. *invocatur nomen mariti super uxorem*, quia uxor à capite cui subest nomen † A.
mutuatur f. Magnum erat ex tribu Israel esse, & nominibus Patrum nominari. Nam hoc testamentum & promissionem Dei respicit. Vocati erant, non, *filii Joseph*, sed, *filii Israel*: At qui ex *Judah*, vocabantur *filii Judah*; ex Levi, *filii Levi*, &c. Pertinet hoc ad magnificentiam Joseph g. f V. g F.

18. *Non ità, pater*] Joseph habebat spiritum prophetiæ; sed revelatur aliquando aliquid uni Prophetæ quod celatur alteri; sicut patet in multis locis Vet. & Novi Testamenti h. h L.

19. *Semen illius crescet in gentes*, Heb. *erit* מְלֹא הַגּוֹיִם] *Erit plenitudo gentium*, vel *impletio*, [ità ferè omnes.] *Erit in multitudinem gentium*, ὁ'. JT. *implebit nationes*, M. *filii ejus erunt multi inter populos*, TJ. His favet, quòd מלא Arabicè *cætum* sign i. *Variæ gentes, sive multi populi, ex eo nascentur* k. At ex Ephraimo varias gentes ortas esse non constat ex historia Sacra vel profana l. Vel sic accipiendum; Ephraim decem tribubus imperavit, quæ singulæ quasi gentem unam conficiunt m. Vel sensus est, Ejus posteritas replebitur multis ac variis gentibus. *Gentes* autem vocat familias; ut contrà *familiæ* vocantur gentes: sic *familia Ægypti*, gens Ægyptia. Sic *plenitudo dierum* est ætas exacta; *plenitudo peccatorum* dicitur quando impleta est iniquitas peccantium n. Mallem sic; *Erit quantum*, vel *quicquid, gens ulla esse potest*; vel, *quicquid gentes continent*: Nihil deerit Ephraimo ex iis quæ gentem ullam beatam reddunt. Hæc, ni fallor, ubique est hujus phraseos vis: ut Psal. 24. 1. *Domini est terra*, וּמְלוֹאָהּ *& plenitudo ejus*, i. e. quicquid in ea est; sic Esa. 31. 4. מְלֹא רֹעִים est, *multitudo* (mallem, *plenitudo*) *pastorum*, i. e. quotquot pastores adsunt, vel convocari possunt; & מְלֹא הָעֹמֶר, Exod. 16. 33. est, *quantum capere potest Homer*; & מְלֹא בֵיתוֹ, Num. 22. est, *quantum capere potest domus* o. *Filii ejus erunt potentes in populis*, Ch. in V. Nam ex Ephraim erant qui 10 tribubus imperârunt. Huic favet, quòd מלא Arabicè significet quoque *primores*, seu *nobiliores*, *populi*. Vide Suratam Josephi v. 44. cum notis Erpenii. Neque impertinens censendum, ut per גוים Israelitæ intelligantur; nam & tota gens ista גוי dicitur Jos. 3. 17. & 4. 1. & *tribus ejus ac familiæ* גּוֹיִם, Gen. 17. 4. Ezec. 2. 2. & עַמִּים Jud. 5. 14. λαοὶ, Act. 4. 27 p.

i V. Di. k V. l Di. m Bo. n D. o Di. p Di.

r Di. † Ità Me. t G. v D. * Ità Jun. Pi. A. Riv. Cyril. & auctor Catenæ in Bo. R. Menahem in A.

20. In

20. *In te benedicetur Israel*, ità Ch. Sa. Sy. Ar. בְּךָ יְבָרֵךְ] *In te benedicet Israel*, Mo. Ma. P. A. nempe *filiis suis*, M. V. *te proposito benedicent*, JT. i. e. Dum populus Israel volet suis filiis benedicere, dicent, *Multipliceris ut multiplicatus est Ephraim & Manasseh* [q]. Hinc postea mos in Israel, (qui adhuc durat,) ut adducerentur pueri ad viros conspicuos pietate, (ut iis benedicerent ac bene precarentur.) Hinc pueri illi ad Christum adducti. Qui verò eis manus imponit & benedicit, dicit, si filius est, *Ponat te Deus sicut Ephraim & sicut Manasseh*; si filia, *Ponat te Deus sicut Saram & sicut Rebeccam* [r].

q F. V.
r F. & ex eo G.

22. *Partem unam*, ità omnes, שְׁכֶם אֶחָד] *Humerum unum*, Ma. *Humerus*, pro *parte*, quæ in humero portatur*. *Partem unam extra fratres*; i. e. *Do tibi hoc præcipuum* [t]. Aliis est nomen loci; [ità ο'. *Do tibi Sicimam.*] Sed non convenit addi *unam*, quasi duæ vel plures essent urbes Sichem. Meliùs redditur, *dedi partem*, quanquam per eam urbem Sichem intellexerit [v]. De Sichem loquitur, nam *Sychar* (quæ olim Sichima fuerat) dicitur Jacob donâsse Josepho, Joh. 4. 5. & Jos. 24. 32. dicitur venisse in possessionem duobus filiis Joseph [x]. Vox שכם שְׁכֶם simul ipsum locum ænigmaticè significat [y]. ¶ *Extra fratres*] Futuræ divisioni eximens, jam nunc tibi illam concedo ut eximiam [z]. ¶ *Quam tuli de manu Emorræi in gladio & arcu meo*] Locus hic ab interpretibus vexatissimus est. 1. Q. per anticipationem dici volunt, *quam accepi*, i. e. quam capiam per posteros meos jure bellico [a]. *Amorrhæum* nominat, ut fortissimum eorum quos devicerint [b]. Terram illam, licèt nunc abesset, pro sua habet, ac ut suam dat Josepho. Adeò certus est de terræ possessione & divisione, &c. ut jam nunc assignet [c]. Mos Prophetarum, verbis præs. aut præt. futura, tanquam non minùs certa, enunciare. Servius ad illud 2. Æneid. *Video concurrere*, pro, *concursurum esse: licèt quasi dea bene præsenti usa sit tempore, quæ etiam futura cernebat.* Dicuntur autem patres facere quod liberi faciunt, ob sanguinis nominísque communionem, suprà 46. 4. Id rectiùs quàm referre ad perfidum factum Simeonis & Levi, quod detestatus est, Gen. 34. 30. & 49. 5* [Non placet hæc expositio Fagio.] Non dubium est quin ad jam factum, non ad futurum, respexerit. F. co. [*Nec Riveto.*] Nam, 1. neque hanc gloriam Deo præriperet, quam ejus posteri ei reddunt, Psal. 43. 4. *non in gladio suo.* 2. Voluit aliquid dare Josepho quod possideret alio titulo quàm communi illo [d]. 2. Alii referunt ad facinus filiorum: *Gladio meo*, i. e. jure belli. Nota Hebraismum, *in gladio & arcu*, pro, *jure belli* †. Vide Jos. 24. 12. 2 Reg. 6. 22. Psal. 44. 4. Ità plerique nostrorum accipiunt [f]. Quod Simeon & Levi fecerunt contra Sichimitas, ad se transfert. Etsi ab eorum scelere abhorruit, quia tamen armaverant totam ejus domum, quasi sub ejus auspiciis militârunt. Quod libenter fecisset, consequi non potuit, ut salvi essent cives Sichimæ; agrum tamen, eorum interitu vacuum & desertum, ideo suum facit, quia in ejus gratiam homicidis Deus pepercerat [g]. Erant illi ministri ultionis Divinæ, licèt modum excesserint: Et illum locum possessoribus jam vacuum concessit ei Deus, in compensationem justi doloris de stupro Dinæ concepti. Hunc locum habet ut suo arcu & industriâ quæsitum, quia paratus erat defendere adversùs invasores; nec quisquam ausus est eò irruere, non filiorum, sed suâ causâ, metu Jacobi divinitùs injecto [h]. [Hoc non placet G. ut dictum; nec Riv. nec Augustino apud Riv.] Difficultatem non solvit. Nam, vel per *arcum & gladium* intelligit arma filiorum; vel, terrorem à Deo immissum, &c. Si hoc, sibi tribueret quod Scriptura soli Deo adscribit: si illud, sibi adscriberet quod ubique detestatur; illa etiam *arma iniquitatis* appellat, & eis succenset post multos elapsos annos. Et si tali bello fuisset legitimè acquisita, debebatur potiùs bellatoribus illis, quàm Josepho [i]. 3. Alii sic; Jacob agrum hunc emit, cap. 33. 19. sed cùm, post stragem Sichimitis à suis illatam, metuens nè Cananæi in se vicissim irruerent, abiisset, tunc agrum hunc Sichimensem occupârunt vicini Amorrhæi, quos rediens Jacob vi & armis expulit, suúmque agrum in gladio & arcu recepit. Hoc enim hîc clarè dicitur, licèt alibi res gesta non narretur [k]. Hanc rationem excogitavit Masius in Jos. ult [l]. Ità Perer. & alii [m]. Ità BA. Li. Quis nescit à Sacris scriptoribus obiter multa referri, loci & temporis circumstantiis planè suppressis? Ità Gen. 36. 24. Deut. 2. 9, 10, 11. Jos. 24. 11 [n]. Non improbabilis est hæc sententia; nec improbabile est remissas fuisse in urbem captivas fœminas, cum liberis & idonea parte prædæ, licèt hoc non referatur†. [Aliis non placet hæc sententia.] Multa habet incerta fundamenta, quæ si quis neget, aut in dubium revocet, ei nullâ ratione posset satisfieri [o]. 4. Alii per gladium & arcum intelligunt *preces Jacobi.* Ch. vertit, *Oratione & deprecatione meâ.* Nusquam certè legimus quòd Jacob armis & externâ vi contra hostes pugnârit; fugit enim à Laban & Esau, & hîc sibi valde timet ab hoste. Preces ergò ejus semper arma fuerunt, quibus hostes suos prostravit. Et quis dubitat eum precibus à Deo impetrâsse terrorem immissum [p]? [Non placet Riv.] Tunc enim nihil esset peculiare in hoc agro donato, quia quæcunque habebat à Deo, precibus obtinuerat. 5. Alii volunt *gladium & arcum* dici pecuniam quâ emerat ab Emor, &c. Hanc sententiam profert Hieronymus; refert Masius, nec improbat. [Probatur etiam ab Anglicis interpretibus ad Gen. 34. 30.] Ego sanè minoribus incommodis hanc sententiam esse obnoxiam judico. Convenit lenitati Jacobi, qui animo erat ab armis alieno. Jactat alibi *scipionem suum*, *arma & tela* nusquam. Non ineptè existimant eum filios perstringere; q. d. Arma mea erant quæ labore meo parta, non quibus filii usi sunt. Etiam Latini quod propriâ operâ effecerint dicere solent *meis copiis*, aut *meo Marte, partum.* Ità Cicero l. 3. de Officiis, *Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro.* Sic Plautus ait *suis copiis* factum quod nullis auxiliis adjutus peragit quispiam. Potuit distinguere inter ea quæ immediatè habebat à Deo, sive promissa sive data; & ea quæ emebat propriis impensis, nempe, eam terræ portionem quæ sola hoc tempore sua erat [q]. Non inusitatum est id vocare *arcum* aut *gladium* quod eis respondet: Jam pecunia omnibus respondet, Eccles. 10. 19. *defensio est*, Eccles. 7. 12. Argentum vocari posset *hamus ad capiendos pisces*; & qui emit, *argenteo hamo capere* dici potest [r]. Obj. At quomodo tulit de manu *Amorrhæi*, cùm Emor *Hevæus* fuerit? Resp. 1. *Amorrhæorum* (utpote potentiorum) nomen commune erat earum gentium, Gen. 15. 16. sicut Galli *Flandros* vocant omnes Belgas, & *Hollandos* omnes Fœderatarum provinciarum incolas [s]. *Amorrhæus* dicitur vocabulo latè sumpto [t]. 2. *Hevæi* cum *Amorrhæis* ità permixti erant, ut unam & eandem gentem fecerint [v]. Potuit esse Amorrhæus *origine*, Hivæus *possessione*, sive *habitatione* [x].

* M. F.
t G.
v F. co.
x V.
y G.
z Me.
a Q. in F. co. ità A. G.
b F.
c Merc.
* G.
d Riv.
† F. co.
f Riv. ità V. Merc. F.
g V.
h Ità Merc.
i Riv.
k Me.
l Riv.
m Me.
n BA. 2. 4. 13. 536.
† Ang. annotat. ad Gen. 34. 30.
o Riv.
p F. co.
q Riv.
r Angl. interp. ad Gen. 34. 30.
s Riv.
t Me.
v Riv.
x Ang. annot. ib.

CAP. XLIX.

1. *Vocavit*] More Hebræorum, ut salutaria illis monita daret, & bene precaretur, &c [y]. ¶ *Quæ ventura sunt vobis*, ità ferè omnes vertunt, אֲשֶׁר יִקְרָא] [*Quasi* א *in* יִקְרָא *pro* ה *posito.*] *Quod vobis occurret*, ο'. O. vel, *quæ vos vocant*; nam occurrentia, tam bona quàm mala, videntur nos ad se vocare [z]. ¶. *Diebus novissimis*] Futuris temporibus [a]. i. e. Vobis & nepotibus vestris [b]. Secuturis temporibus multùm remotis ab ætate mea. Ità אַחֲרִית non per ἔσχατον tantùm, sed & per ὕστερον, vertitur. Et Exod. 4. 9. alii Græcè vertunt ὕστερον, alii ἔσχατον, alii ἐπιμόνως [c]. *In novissimis*, i. e. postquam filii vestri reversi fuerint ad Terram promissionis; & quia aliqua dixit eis tunc de adventu Christi [d]. Targ. Jeros. sic, *Docebo vos finem reconditum, arcana abscondita; & præmium mercedis quod manet justos; pœnam item impiorum, atque felicitatem horti Eden, quænam illa sit.* Hæc propterea notavi, ut videas veteres illos Hebræos sensisse Jacobum etiam ad spiritualia respexisse †.

3. *Reuben—tu fortitudo mea*, כֹּחִי] *Vis mea*, i. e. primus effectus naturalium virium mearum [f]. Sive *vires*

y Me.
z O.
a Me. A. Jun. Pi.
b V.
c G.
d L.
† F.
f Jun.

vires meæ: sic Virg. *Nate, meæ vires*——i. e. proles mea prima [g]. ¶ *Principium doloris,* [וְרֵאשִׁית אוֹנִי] Sensus non unus. Alii, *principium roboris,* sive *fortitudinis;* ità Ch. Sa. Sy. M. P. O. A. F. V. Sic dictus, vel, quòd pater in eo primùm exserit masculam suam virtutem, & declarat se virum esse [h]: vel, ut alii, quòd nascitur dum adhuc pater fortis est & in florenti ætate [i]. Cùm homines in filiis quodammodo revigescant, meritò *vigoris principium* vocatur primogenitus [k]. Vel, quia est velut columen familiæ: Fortis enim & potens habebatur pater cui liberi multi, Psal. 127. 3, 4. Talis fortitudinis primogenitus est principium. *Principium temporis mei,* Sa. vers. *prima impetratio mea,* Ar. Alii vertunt, *principium doloris:* ità Vulg. L. Me. Aq. & Sym. in D. T. Sic dictum volunt, vel respectu incestûs [l]: (at quomodo hoc *principium doloris,* cùm antea factum Simeonis & Levi acciderat [m]?) vel, quia nati liberi multum anxietatis & laboris parentibus afferunt [n]. Et certè אוֹן sæpe *dolorem* vel *luctum* significat; Gen. 35. 18. Deut. 26. 14 [o]. At hìc *robur* significat, (prout alibi sumitur, ut Hos. 12. 4. & אוֹנִים *vires* reperitur Jes. 40. & Prov. 11 [p].) Probatur, 1. ex circumstantiis [q]; quia uno contextu Jaacob dignitatis elogia recenset quæ in primogenitum competunt; ea autem ponit ante oculos Reubenis, quia utile erat probè sentire, unde exciderit [r]. 2. Ex concordantibus Scripturæ locis. Deut. 21. 17. רֵאשִׁית אוֹנוֹ vertitur & à ο'. & à Vulg. *principium liberorum* †. Pariter Psal. 105. 36. *Percussit primogenitos—principium potentiæ* [t]. 3. Ex versione Chald. & LXX [v]. LXX vertunt, *principium liberorum,* ad sensum non malè: & אוֹן de *semine* aut *filio* dici notavit non nemo [x]. ¶ *Prior in donis,* [יֶתֶר שְׂאֵת] Variè reddunt. *Durus ad ferendum,* ο'. *præcipuus ferendo,* Ti. *reliquiæ oneris,* Sy. *Residuum,* seu *permanentia, elevationis,* sive *honoris mei,* esse debuisses, in quo mea dignitas remaneret [y]. *Excellentia dignitatis,* M. P. JT. A. F. co. Vel, *excellens* (nam יֶתֶר & substantivè & adjectivè reddi potest [z]) *superbiâ,* Sa. vel *nobilitate,* Ar. vel *dignitate* †. Intelligitur primogenituræ jus & sacerdotium; quòd שְׂאֵת dicitur, ab offerendis scil. sacrificiis, & expansione vel elevatione manuum, quæ Hebræis נְשִׂיאַת כַּפַּיִם dicitur, quâ populo sacerdotes benedicebant, & peccata remittebant. Nam hæc duo præcipua munia erant officii sacerdotalis [a]. Vulg. vertit, *prior in donis,* scil. fuisses, nisi deliquisses [b]. Nam duplex ejus portio [c]. ¶ *Major in imperio,* [וְיֶתֶר עָז] *Excellentia fortis,* Mo. *excellentia roboris,* vel *fortitudinis,* M. P. A. JT. F. co. *præcipuus robore,* Ti. Belg. *excellens impudentiâ,* Sa. *reliquiæ magnanimitatis,* Sy. *excellens magnificentiâ,* Ar. *major robore,* Hi. in Nob. *abundans potentiâ,* Aq. in Nob. Ad regnum hoc referunt [d]. Tria ergò notat Jacobus quæ Reuben, tanquam primogenito, jure debebantur; nempe, 1. Primogenitura, 2. Sacerdotium, 3. Regnum: quæ jam ad alios transferuntur; duplex portio ad Josephum, sacerdotium ad Levi, regnum ad Judam †, necnon ad Ephraim [f]. At simpliciùs accipiendum, ut dictum est; si in suo gradu stetisset Reuben, primatum omnis excellentiæ futurum fuisse penès eum [g]. [At Li. aliter exponit.] Hæc, (inquit) ut reliqua omnia, respiciunt futurum Tribuum statum, ut patet ex v. 1. Reperienda etiam in his est benedictio, cùm Jacob omnibus Tribubus benedixisse dicitur v. 28. Sensus ergò est, *Reuben habiturum residuum & dignitatis & roboris.* Impletum in eo, quòd hæc Tribus exercitum duxit in bellis Cananæis, Jos. 4. 12. & quòd victoriam adversùs Hagarenos reportavit, 1 Chron. 5. 10 [h]. Verùm ut hæ dicantur *benedictiones,* non necesse est id omnibus convenire, sed sufficit, 1. quòd paratus erat illos benedicere, nisi se indignos præstitissent: 2. & benedictio illis debita ex voluntate Dei ad minores natu devolvebatur [i].

4. *Effusus est sicut aqua,* [פַּחַז כַּמַּיִם] Quidam referunt ad *culpam,* alii ad *pœnam* [k]. 1. Ad *culpam.* *Fuisti tam mobilis & levis ac aqua, quæ se intra suos terminos continere non valet* [l]. Sic ferè omnes nostri commentatores: q. d. Fortis esse debebas; sed abusus es tuâ fortitudine, indulgendo pravis affectibus tuis ad libidinem te solicitantibus, quibus non restitisti, sed te ab illis vinci passus es; atque ità turpiter diffluxisti,

[g] Pi. [h] Ità F. co. [i] F. co. ità V. Me. [k] V. [l] L. Me. [m] F. co. [n] Me. [o] D. [p] D. [q] F. co. [r] V. † Riv. F. co. [t] Riv. [v] F. co. [x] D. [y] O. [z] F. co. † F. co. [a] F. co. [b] G. [c] Me. [d] F. co. † F. co. ex Chald. G. Me. T. [f] T. [g] V. [h] Li. harm. & nov. observ. [i] Bo. [k] Riv. [l] K. in M.

more aquarum erumpentium, quæ ruptis aggeribus erumpunt, atque celeriter labuntur; ità diffluentes, ut nemo eas cohibere possit [m]. Præceps in scelus ruisti [n]. Ad verbum, *Festinatio, levitas, velocitas,* sive *motus, tanquam aquarum* [o]. Ut aqua celerrimè effluit facto foramine; ità tibi ingenium leve & proclive ad libidinem [p]. Instabilis eras sicut aqua in affectatione sacerdotii & rejectione terræ, Num. 16. 1, 2. & 32. 1 [q]. *Instabilis ut aqua,* A. *Præceps,* &c. Ma. *Rapidus fuisti,* Sa. *Diffluxisti,* Sy. *Secutus es voluntatem tuam, sicut aqua effusa,* Ch. *Diffluens velut aqua,* Ti. *levis sicut aqua,* P. Ità Jud. 9. 4. פֹּחֲזִים sunt *homines leves & instabiles* [r]. *ὑπερζέσας ὡς ὕδωρ,* Symmachus, h. e. *vehementer effervescebas.* 2. Alii ad *pœnam* referunt. *Rapiditate aquarum instar ruens nè excellas,* JT. h. e. Ut aquæ in sublimi non consistunt, sed rapidè ad inferiora feruntur, & spontè diffluunt; ità tu ad inferiorem & communem sortem descendes †. Alii sic; *Effusus es sicut aqua,* h. e. Evanuisti, ad nihilum redactus es, contemptibilis factus es [t]. Sicut aquæ effunduntur tanquam inutiles, sic tu vilis & contemptibilis. Ast effusio aquæ vilitatem & contemptum notat, Psal. 78. 3. *Effuderunt sanguinem ut aquam* [v]. Prædicta bona totaliter perdes. Cùm oleum effunditur de vase in vas, manet pinguedo; cùm vinum, sapor; sed cùm aqua effunditur, nullum manet vestigium [x]. *Eris festinus sicut aquæ;* i.e. citò perdes dignitatem tuam [y]. Vel sic; Qui robore excellebas, *effusus es sicut aqua;* factus es debilis atque attenuatus, viribus destitutus. Sic Jos. 7. 5. *Cor instar aquæ liquefactum est;* & Psal. 22. 15. *Sicut aqua effusus sum:* i. e. animi corporísque vires debilitatæ, & velut dissolutæ [z]. ¶ *Non crescas*] Quia peccâsti incestu, hinc Deus te puniet sterilitate [a]. ¶ [אַל תּוֹתַר] *Non excelles,* F. P. Ti. M. *nè te excellentem existimes,* ο'. *nè excellas,* V. JT. A. Mo. *non abundabis,* Ar. *non proficies,* Ch. *non subsistes,* Sy. q. d. Privaberis excellentiâ primogenito debitâ [b]. *Non cresces:* Tribus tua erit exigua numero [c]. Hoc prædicit Moses Deut. 33. *erit numero paucus* [d]. Malim, *non cresces,* dignitate scilicet. Nam numero nonnullas ex reliquis superabat, Num. 1. 20. & 26. 7 †. Al. sic; *Nè sit in te residuum instabilitatis,* ut fit consilium patris [f]. *Non residuus eris,* scil. in honore patris: Non ages personam meam [g]. ¶ *Quia ascendisti cubile,* &c. [כִּי עָלִיתָ מִשְׁכְּבֵי] *Cubile,* plur. Heb. pro sing. V. Mo. *stratum, lectum,* V. ¶ *Maculâsti stratum*] Me, novercam, te, prosapiam universam, dehonestâsti [h]. ¶ *Et maculâsti,* &c. [אָז חִלַּלְתָּ יְצוּעִי עָלָה] Variè accipiunt. Quidam referunt ad stratum; q. d. *Ex quo contaminâsti stratum meum, ascendit,* i. e. desiit esse meum stratum: abstinui posthac à congressu cum Bilha [i]. *Stratum meum evanuit,* P. *discessit à me:* עָלָה nonnunquam est *recedere* [k]. Alii referunt ad Reubenem [l]: vel hoc sensu; ut sit Apostrophe ætiologica, causam reddens cur hæc adversùs Reubenem pronunciaret, *Stratum meum ascendit;* ut eos à similibus peccatis averteret. Frequens est mutatio ab una persona in aliam, maximè ubi agitur de aliquo indigno facto; quasi à secunda persona tanquam aversis oculis converteret se loquens ad alios auditores vel spectatores [m]. Tales personarum mutationes habemus Deut. 5. 10. *Amant me, & servant præcepta ejus;* Dan. 9. 4. & Marc. 11. 32. collat. cum Matt. 21. 26 [n]. Sy. vertit, *& ascendisti: Tunc polluisti stratum, quò ascendisti,* ο'. Ch. Sa. [At Ti. vertit, *profanâsti ascendendo,* quasi legisset עָלֹה.] Vel hoc sensu; *Ascendit,* i. e. *abiit, evanuit,* veluti fumus ascendens discutitur. Sensus est, Dilapsa est & extincta Reuben excellentia [o]. Sic *ascendere* sumitur pro *evanescere,* Exod. 14. 16. Jer. 48. 15 [p]. Credibile est Reubenem pœnitentiam egisse, quem vidimus erga fratrem moderatiùs se gessisse. Ad aliorum tamen exemplum Deus tales pœnas infligi voluit [q].

5. *Fratres*] Conjunctissimi dolo, furore, crudelitate [r]. Socii in scelere perpetrando [s]. Non tam germanitatem respicit, quàm simile ingenium [t]. Ità Horat. Serm. 2. 3. *Quinti progenies Arri, par nobile fratrum, Nequitiâ, & nugis, pravorum & amore gemellum* [v]. ¶ *Vasa iniquitatis bellantia,* [כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם] *Vasa,* vel *instrumenta,* vel *arma, furoris,* Sy. vel *iniquitatis,* P. Mo. Ti. vel *violentiæ,* JT. A. Ma. M. vel *destructionis,*

[m] F. co. Me. [o] F. co. [p] V. [q] Li. harm. [r] D. † Jun. [t] E. [v] Riv. [x] L. [y] O. [z] Riv. [a] La. [b] V. F. co. [c] Me. [d] Ca. † Riv. [f] Li. harm. [g] O. [h] Me. [i] F. co. sic AE. M. [k] M. [l] F. co. [m] Riv. [n] A. [o] V. [p] A. [q] Riv. [r] Me. [s] V. [t] Jun. [v] Ge.

onis, seu *successionis*, O. *Instrumenta*, supple, *isti erant*. Vide Rom. 6. 13[x]. Instrumentum ponitur pro causa principali[y]. [Variatio est de voce postrema.] *In terra peregrinationis suæ*; ut idem sit quod מְגוּרֹתֵיהֶם mutato ג in כ, quod frequens[z]. Ibi cùm peregrini essent, se & suos excidio objecerunt[a]. Alii vertunt, *habitacula*, vel, *in habitaculis*; deficiente scil. ב servili[b]. *Vasa rapinæ*, i. e. supellex violenter rapta, (nempe à Sichemitis) *in habitaculis* eorum; ea enim diripuerant. Nam כְּלִי est generale nomen ad omnia *vasa, instrumenta, supellectilia*. מְכוּרֹת alibi etiam *habitationem* significat, ut Ezec. 16. & 21. & 29[c]. Injusta vis penès eos habitat; quia adeò sanguinarii fuerunt[d]. *In habitaculis peregrinationis suæ*, A. Alii vertunt, *ex pactis*, ut מ sit præpositio †. *Conventiones*, seu *pactiones, eorum*, JT. aptissimè; his enim Sichemitas circumvenerunt. Vel accipi potest pro conventionibus matrimonialibus, (quibus abusi sunt:) nam Chald. מְכַר *mecar* est *spondere, despondere*; & מְכִירָא, *sponsa*[f]. *Vasa—commutationes eorum*, Ma. *Consummaverunt iniquitatem conventionum suarum*, Sa. vel, *fallaciam confœderationum*, Sa. vers. *In instrumentis tyrannidis ruptura eorum*, Ar. Alii vertunt, *machæræ eorum*; ità Mo. Ti. *Instrumenta iniquitatis erant*, nempe, ob patrata cap. 34[g]. q. d. Armis temerè abusi sunt ad rapinam & violentiam[h]. Polluti erant gladii ipsorum sanguine innoxio[i]. Maximè probabile est vocem esse Persicam, quæ à Persis in Græciam venerit, μάχαιρα· gladios enim Persicos Xenophon *machæras* vocat[k]. Citat Buxtorf. ex Pirke R. Eliezer c. 38. *quòd Jacob maledixerit gladiis filiorum Græcâ linguâ*, i. e. voce Græcâ[l]. Verti posset ex Arabico, *fraudes eorum*, (nam מכר Arab. est *fallere*) ex Æthiopico, *consilia eorum*, sunt *arma violentiæ*: i. e. *fraudibus*, vel *consiliis*, eos interemerunt[m].

6. *In consilium eorum non veniat anima mea*, בְּסֹדָם אַל־תָּבֹא נַפְשִׁי] *In secretum eorum*, vel *arcanum*, vel *consilium*: ità plerique. סוֹד à יָסַד *fundare*; q. d. fundamentum rerum agendarum. Sign. & *arcanum*, & *cœtum consiliantium*, Ma. Ità *secretum* ponitur pro *cœtu*, Psal. 64. 3. Jer. 15. 17[n]. q. d. Animus meus abhorret à consilio eorum[o]. *Secretum* hîc pro *consilio*. *Non veniat anima*, vel, *nè venias, ô anima*: nam תָּבֹא est & 2. & 3. personæ[p]. q. d. Eorum arcanum ingredi videreris, si illorum factum silentio & impunitum prætereires[q]. Al. sic; *Nolim vitam meam committere eorum arcano*, (i. e. fidei; nam quibus fidimus, in eorum arcana & penetralia intrare non dubitamus:) nam mihi facerent ut Sichemitis, quos contra datam fidem peremerunt. Loquitur autem per primam personam pro quavis; q. d. Non est tutum eis fidere. Quomodo Virgilius, *Nè mihi tum molles sub dio carpere somnos, Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbam*: i.e. Periculosum est tunc sub dio dormire aut jacere[r]. Quod ad sensum: Quidam referunt ad præteritum; q. d. Non consensi in consilium eorum; *non fuit in secreto*, &c. Sic Sy. Ar. Onk. G. F. q. d. Clam me fecerunt. Alii ad futurum; quasi Jacob, videns quomodo abusi sunt consiliis suis, significet se abhorrere à cœtu & consiliis eorum adeò, ut posthac nihil vellet cum eis habere commune †. ¶ *In cœtu illorum non sit gloria mea, non uniat se*, [ità plerique;] *non conveniat*, Ch. *non ardeat*, Sa. בִּקְהָלָם אַל־תֵּחַד כְּבֹדִי] Idem bis dicit diversis verbis *. Ut Hebræi dicunt, כָּפַל עִנְיָן בְּמִלּוֹת הַשּׁוֹנוֹת, repetitio ejusdem rei, aliis tamen verbis[t]. *Cœtus* sumitur pro *communione*: *Gloria* pro *anima* ponitur[v], quæ est pars hominis nobilissima; vel, pro *bona fama*[x]. תֵּחַד fœmininum est; referri ergò aiunt, non ad כְּבוֹדִי, expressum, sed ad aliud nomen subintellectum, nempe נֶפֶשׁ, quod per *gloriam* intelligitur hîc, & Psal. 16. 9. & 30. 13[y]. q. d. Recede longiùs à cœtu ipsorum[z]. Ch. sic; *Cùm illi inter se coirent, non descendit gloria mea*. (Legit תֵּחַת [*descendit*,] non תֵּחַד.) Sensus est, Non contaminavi famam meam consentiendo ipsorum coitioni[a]. Onk. sic, *Non descendi de gloria mea*. Cujus sensus varius esse potest: Vel sic, Non consensi, &c. nè amitterem gloriam & bonam famam quam habui: vel sic, Non reliqui Deum, qui est gloria mea, ut impium tale quoddam designarem: vel sic, Non deserui statum meum honorificum; me-

x A. — y Bo. — z Ità Ch. A. — a A. — b Sic AE. in F. co. O. P. M. A. — c F. co. — d V. — † G. — f Riv. — g G. — h F. co. V. — i V. — k G. — l Riv. — m Di. — n A. — o V. — p F. co. — q Jun. — r Ca. — † F. co. — * V. E. — t F. co. — v F. co. Pi. Belg. — x Belg. — y Glas. gram. pag. 400. — z V. — a G.

mor fui quid deceret gloriam meam, v. g. quid æquum, justum & gloriosum esset[b]. Alii *gloriam* pro *lingua* sumunt, quæ *gloria hominis* dicitur Psal. 16. 9. collat. cum Act. 2. 26[c]: & Psal. 30. 13[d]. Sic dicitur, quia gloriationis est instrumentum, & hominem gloriosum reddit, sermone scil. articulato eum discernens à brutis; &c. vel quia illâ Deum glorificamus †. Sermo (si bonus sit) est gloria hominis, Jac. 3. 5[f]. Repetitio gradatim detestationem auget: Nam *cœtus* plus est quàm *arcanum*; & *adunari*, quàm *ingredi*; & *linguâ prædicare*, quàm *animi studium dissimulare*, & impudentiæ majoris est argumentum[g]. q. d. Ex animo detestor hoc scelus, nec ullum assensum lingua præbeat[h]. Alii sic; Nolim honorem meum eorum societati concredere; h. e. Non est tutum eis fidem habere vel vitæ, (animæ) vel honoris[i]. Ità O. Cupio quòd non tractent *in consilio suo*, &c. de vita, aut gloria, sive substantia mea; quoniam sic mihi facerent quemadmodum Sichimitis[k]. Al. sic; *non sit gloria mea*: q. d. Illi in hac strage, quasi indice fortitudinis, gloriati sunt; absit à me tale decus & gloria; olim detestatus sum, & nunc detestor[l]. ¶ *Occiderunt virum*] Sing. pro plur. i. e. Sichimitas[m]. Ut Exod. 8. *venit musca*, i.e. multitudo muscarum[n]. Sic, *vir Israel fugit*, 1 Chron. 10. 1. pro *viri*, &c. 1 Sam. 31. 1. Vide & Gen. 3. 2[o]. ¶ *Et in voluntate sua suffoderunt murum*, וּבִרְצֹנָם עִקְּרוּ שׁוֹר] שׁוֹר *murum* vertunt Ch. M. P. Mo. Ti. Ar. Sy. Ca. F. co. Ità Hebræi (præter RS.) omnes, M. q. d. Nè ædificiis pepercerunt[p]. Mœnia urbis devastârunt[q]: vel *suffoderunt*, aliqua saltem ex parte. Scholiastes, *eradicârunt murum*. Fundamenta in muris sunt quod radices in arboribus. Vel, *murus* metaphoricè sumitur, pro principibus civitatis, qui suâ potentiâ illam muniebant[r]. Non placet hæc versio BA. Nam, 1. non שׁוֹר, sed שׁוּר, *murus* est. 2. *Subvertere* mœnia nec poterant sine machinis, &c. nec opus erat, cùm liberum aditum habuissent in Sichem[s]. Alii vertunt, *Enervârunt taurum*, vel *bovem*: ità οἱ ό. Sa. & Hieros. in G. K. in BA. O. A. Ma. JT. Sed diversimodè intelligunt. Alii de Dominatore; *qui Bos vocatur, ut alibi Principes vocantur Arietes & Hirci. Sic Tauri Basan*. Ità R. Jacob[t]. Sichem *taurus* dicitur, quia in fœminas ruebat, & quia in civitate potens[v]. Alii de *Josepho* accipiunt: ità Targ. Jeros. in G. RS. in M. & Judæi vulgò sic exponunt[x]. Bos erat in vexillo Ephraimi, ideo quòd Josephus agriculturam restituerat. Præterea, Ταῦρος οὐ τὸν τυχόντα σημαίνει, (*Taurus non quemlibet*, sed eximium aliquem, *significat*,) ait Artemidorus: nimirum, quia principatum habet inter mansueta animantia, ut ait Macarius. Præterea, in Hieroglyphicis Ægyptiorum virum simul fortem & temperantem, qualis eximiè fuit Josephus, *Tauri imagine* designari notat Horapollon. Et quidam Apidis venerationem apud Ægyptios hinc ortam putant. Vide Theophilum Antiochenum, & lib. 1. de Mirabilibus Scripturæ cap. 15. in operibus Augustini[y]. Simeoni & Levi præcipuè adscribunt Hebræi machinationem contra Joseph: nam Reuben nitebatur liberare, & Judas suasit ut eriperent eum, &c. Reliqui erant aut juniores, aut ancillarum filii, quos non credibile est principaliter tale negotium assumpsisse[z]. Sed hîc variant Hebræi. Quidam enim de Josepho totum accipiunt, hoc modo; *In consilio eorum*, quod inter se primò tractaverunt occultè; & *in cœtu illorum*, quia alios ad hoc induxerunt & congregaverunt—*Quia in furore occiderunt virum*, i. e. Josephum, juvenem ætate, sed virum moribus & sapientiâ;—*& subnervârunt taurum*, nempe Josephum, qui tauro comparatur Deut. 33. 6. Alii Hebræorum partem priorem (scil. *occiderunt virum*) de Sichemitis exponunt; posteriorem, (*subnervârunt taurum*) de Josepho[a]. Non probat Rivetus per *taurum* vel *Sichemum* intelligi, vel *Josephum*. Josephum non eradicârunt, etsi id tentaverint, fratres: nec certum est Simeonem & Levi fuisse hujus facti authores. Malim per *virum* Sichemitas, per *bovem* collectivè greges intelligi. Rectè Jun. & Trem. *Pro ira sua occiderunt viros, & pro arbitrio suo avulserunt boves*, vel *diripuerunt*. Ità A. Pi. *Avulserunt*, scil. à præsepibus abegerunt *. *Bos* pro *bobus*,

b F. — c A. — d Jun. — † Pi. — f A. — g Jun. — h F. — i Ca. — k O. — l Me. — m V. — n L. — o A. — p V. — q F. co. — r Me. — s BA. l. 2. 11. 179. — t D. — v Me. — x F. co. ità G. — y G. — z L. — a L. — * Pi.

bus, ut Gen. 32. 5†. Hoc facit, quòd non iræ hoc tribuit, sed cupiditati: & o'. habent, ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν, *in concupiscentia sua*. Ità eos arguit parens, quòd crudeles essent & avari raptores [b]. At Me. exponit *in voluntate sua*, in libidine sæviendi [c]. Al. sic; Usi sunt circumcisione tanquam instrumento quo homines occiderent; quasi nervos bovis inciderent, ut eum voluntati suæ subjicerent [d].

7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax,* [כִּי עָז] *Quia fortis,* o'. Mo. Ar. V. O. scil. *ad destruendum*†. ¶ *Et indignatio eorum,* [וְעֶבְרָתָם] *Et ira,* vel *furor, eorum*; [ità ferè omnes.] ¶ *Quia dura,* [קָשָׁתָה] *Difficilis,* Targ. Jerosf. & Ar. Al. sic, *& impetus,* seu *transitus, eorum, quia durus* ad retinendum: Nihil illos à malo divertere potuit [f]. Potest verti, *& transgressio,* seu *transitio,* eorum; i.e. gravissimum eorum peccatum [g]. Iram eorum eò magis detestabilem pronunciat, quia & initio violenta, & ad finem implacabilis, fuerit: quòd iracundia tenax & flecti nescia, vindictæ amor insatiabilis [h]. ¶ *Dividam*] Aptissima pœna, malos consultores disgregandi, & conspirationem disturbandi, nè rursus in aliorum perniciem capita conferant [i]. *Per quæ peccat quis, per hæc & punitur,* Sap. 11 [k]. Mala coitio divisione punitur [l]. Sunt inter alios dispergendi, ut minùs possint ad nocendum coire. Modus est loquendi, cùm quis dicitur aliquid fecisse aut facturus esse, quod factum aut futurum dicit. Ut Virgilius de Sileno, *Tunc Phaethontiadas musco circumdat amaræ Corticis, atque solo proceras erigit alnos.* Neq; enim id faciebat Silenus, sed factum canebat [m]. Eadem figura Ezec. 43. 3 [n]. & Hos. 6. 5 [o]. In Simeone hoc impletum, quando data ei sorte portio in medio tribûs Judæ, Jos. 19. 1, 2, 9. Quæ portio exigua fuit; & cùm numerosior facta est tribus, exierunt in desertum ad quærendas sibi sedes, pars in *Gador*, pars in montem *Seir*. Vide 1 Paral. 4. 27, 39, & 42 [p]. Tradunt quoque Hebræi, Scribas & pædagogos ferè omnes ex hac tribu fuisse, qui, ut haberent unde viverent, sparsim & oppidatim pueros informare cogebantur. Ità Targ. Jerosf. *Dividam tribum Simeonis, ut sint Scribæ & Doctores Legis in Jacob* [q]. Levitis autem nulla sors propria obtigit, sed per omnes tribus dispersi sunt, Jos. 18. 7 [r]. Hæc maledictio prophetica erat temporaria & conditionalis, nisi scelus novis meritis expiarent. Sublata ergò est à Levitis ob zelum, Num. 25. & Deut. 33. In Simeone verò mansit maledictio propter peccatum Zamri, ducis ejus tribûs, Num. 25. Unde solus Simeon à Mose non fuit benedictus Deut. 33 [s].

8. *Juda, te laudabunt fratres tui,* [יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ] Elegans est allusio ad nomen *Judæ*. Sic à matre vocatus est, quòd materia esset laudandi Dei. Novam etymologiam affert pater [t]; quòd tribus Juda à cæteris fratribus sit laudanda [v]. Celebre erit ejus nomen, & ab omnibus instar primogeniti coletur [x]. Hebræorum quidam sic explicant; quasi *Judah*, ubi patrem vidit fratres Reuben, Simeon & Levi duriùs alloqui, timens sibi, cœpit retrocedere. Quod pater animadvertens eum blandè compellavit, dicens, *Jehudah tu*, q. d. Non est, Jehudah, ut tu tibi timeas, sicut cæteri. AE. sic exponit; *Jehudah tu*, h. e. tu reverâ es quod præ se fert nomen tuum: Tu eris laus & gloria fratrum tuorum. Nam à *Juda* omnes *Judæi* appellati [y]. Onk. vertit, *Tu confessus es, & non erubuisti:* יָדָה enim significat & *confiteri*. Diversæ sunt expositiones. Quidam referunt ad factum cum Thamar, quod confessus est, Gen. 38. 26. Alii ad Gen. 37. 26, 27. *Quæ utilitas, si occiderimus,* &c? Alii ad illud Gen. 44. *Quid dicemus? Deus invenit iniquitatem servorum.* Alii sic, Tu *confessus es*, scil. Deum tuum, *& non te puduit*; vel, ut legatur in futuro, —*Tu confiteberis, & non confunderis.* In prophetiis enim præterita pro futuris, propter certitudinem, ponuntur. Jam eligat lector quod vero propius est. Onk. sic pergit; *In te confitebuntur fratres tui.* Potest legi, *in te*, vel *per te*, vel simpliciter *te, confitebuntur*, seu *laudabunt*, &c [z]. ¶ *Manus tua in cervicibus inimicorum*] Scil. ad dejiciendum eos. Ponimus manus super collum eorum quos prosternere volumus [a]. Vel, Tu eos vertes in fugam, &

expugnabis [b]. Impletum hoc in Davide [c]. Victoriam ei promittit, non quòd semper prævaluerit; sed hac saltem in parte superior fuit, quòd in illa tribu semper steterit Regia sedes quam Deus probabat [d]. ¶ *Adorabunt te*] In Rege vel Messia ex te nascituro†. Transfert hîc jus primogenituræ à *Reuben* ad *Juda*: nec dicit, *filii matris tuæ*, (nam diversæ illis erant matres,) sed, *patris tui*, q.d. omnes fratres [f]. Ch. sic, *Prævenientque te pacem petituri* fratres. Hæc phrasis לִשְׁאֹל בְּשָׁלוֹם significat & *salutare aliquem*, h.e. pacem; salutem, & omnia fausta, alicui precari; & *ambire pacem alicujus*, i.e. cupere cum aliquo in pace esse [g].

9. *Catulus leonis*, [ità ferè omnes,] [גּוּר אַרְיֵה] Refer ad generosum ejus animum, qui apparuit Genes. 37. 26. & alibi. Hoc initium est excellentiæ ipsius [h]. Ad posteros Judæ hoc referendum est [i]. Sicut Judas inter fratres, ità Tribus Juda inter alias erit instar leonis, impavida, fortis, bellicosa, victrix [k]; formidabilis hostibus [l]. A leonibus pulchrè similitudinem traxit, quia sicut leo per gradus quosdam crescit in robore, ità hoc regnum incrementa sumpsit [m]. ¶ *Ad prædam ascendisti*, [מִטֶּרֶף] *A præda*, [plerique.] *A discerptione*, i. e. acceptâ parte animalis [n]. *De cæde*, vel *cædibus*, Sy. Sa. vers. *Ascendere* dicitur, quia leones (ut & reliquæ feræ) in montibus degunt, ut notant Homer. Pollux, &c. Et Virgil. *Optat aprum aut fulvum descendere monte leonem.* Hi ergò, postquam in planis prædati sunt, saturi ad montes redeunt, teste Xenoph. de Venat [o]. Hoc refer ad incrementum tribûs Judæ, Jud. 1. Davidis maximè temporibus. Ità L. Me. Vide Num. 24. 17. Psal. 2. & 60. 7. 2 Sam. 8. & 10. & 12. De viris fortibus vide 2 Sam. 23 [p]. *Ex germine ascendisti*, o'. i. e. Instar germinis paulatim ac sensim altiùs succresces, & superior evades [q]. Ch. sic; *Dominium*, vel *potestas, erit in principio*, (q. d. Erit primùm magnificentia quædam, & imperium quoddam, quod tandem in justum Regnum assurget) *eò quòd à judicio occisionis, mi fili, animam tuam abstinuisti.* Referunt vel ad Thamar, vel ad Josephum, quos à morte eripuit [r]. *E nece eripuisti filium meum*, Ar. ¶ *Requiescens accubuisti ut leo*] Præt. pro fut. i. e. Si semel recubuerit, nemo audebit eum excitare; q. d. erit fortissimo audentique animo. Chald. *quiescet, habitabit in fortitudine, sicut leo & sicut leæna* [s]. Leæna catulos lactans sævior & fortior est leone [t]. Non est regnum quod commovere eum possit [v]. In Heb. non est *leæna*, sed *leo major*, quo tertius gradus excellentiæ significatur impletus [x]. Alludit ad Davidem & Salomonem, qui prædarum saturi quiescentes erant, nihilominus terrori omnibus, ut leo, etiam quiescens, est [y]. לָבִיא hîc sign. *cordatum*, vel *fortissimum, leonem*, à לֵב [z]. In ætate leonis hos assignant gradus: גּוּר *catulus*; כְּפִיר *leunculus*, *leo juvenis*; אַרְיֵה *leo major & adultior*; לָבִיא *leo annosus*; לַיִשׁ *leo decrepitus* [a]. Ex his nominibus tria hîc Judæ dantur, nempe, *Gur*, *Arieh*, & *Labi*: quibus significat tribûs Judæ 1. infantiam, sub Josua; 2. robur virile, sub Davide; 3. robur confirmatum, sub Salomone [b]. ¶ *Quis suscitabit?*] Quis eum bello audeat lacessere [c]?

10. *Non auferetur sceptrum*, ità Sa. V. Sym. in D. [לֹא יָסוּר שֵׁבֶט] *Non deficiet*, o'. Sy. G. Jon. (vel, *recedet*, M. P. A. Ti. Mq. O. V. vel, *præteribit*, Ar.) *virga*, Mo. O. (vel, *princeps*, o'. Ch. *sceptrum*, Aq. in Nob. M. P. Ti. A.) Sic Zach. 10. 11. יָסוּר שֵׁבֶט, quod o'. vertunt, καὶ σκῆπτρον Αἰγύπτου περιαιρεθήσεται, *sceptrum* (i. e. *regnum*) *Ægypti auferetur* [d]. Qui locus hunc egregiè illustrat, & Judæorum recentiorum cavillationes refellit. Chald. יָסוּר per עֲבַר bene expressit *. Aq. vertit, οὐκ ἀναστήσεται, *non exsurget*, לֹא יָקוּם. Sensus est, *Non discedet*, (sic ex Thucydide citatur, ἀνίσταμαι ἐκ Αἰγίνης, pro, *discedo ab Ægina*) vel, *non migrabit* [f]. [τὸ שֵׁבֶט non uno modo accipiunt.] Q. sic; *Non desistet tribus*; i. e. certa series gentis, ejúsque perscriptio accurata [g]. Id שֵׁבֶט sign. 1 Sam. 10. 19, 20, 21. 1 Reg. 11. 32, &c. Prædicit Judæ tribum distinctam fore usque ad Messiæ adventum, cùm reliquæ tribus dispersæ & confusæ essent. Vide 2 Reg. 17. & Esr. 1. 5 [h]. [Al. *sceptrum vertunt, ut jam dictum.*]

Margin (left column): † A. — b Riv. — c Me. — d Li. nov. obs. — † O. — f O. — g Mi. — h V. — i Me. — k F. — l G. — m Ca. — n Ca. A. — o A. — p Me. post V. — q F. — r Me. F. V. — s Me. — t V. Me. — v Me. — x V. — y F. — z F. co. — a O.

Margin (right column): b V. La. A. Me. — c L. — d V. — † Me. — f La. — g F. — h G. — i V. — k Me. — l V. — m F. — n O. — o Ba. 1. 3. 735. 70. — p G. — q F. co. — r F. — s V. — t Me. — v V. — x G. — y T. — z Ma. A. — a Ma. — b La. — c Me. — d D. — * G. — f D. — g Jun. i:d A. — h A.

ctum.] Sensus est, Et tribulis ratio, & regia atque judicialis authoritas, ibi erit,&c [i]. *Sceptrum*, scil. regium, i.e. dignitas regalis, esse non desinet usque ad Christum [k]. Inter Judæos, à Juda dictos, mansit imperium ad Christi tempora. Judæ hoc potiùs tribuitur quàm tribubus aliis; quia decem tribus abductæ à Chaldæis non rediêre, rediit *Judah* cum *Benjamine*, qui *Judæ* accessio fuit; unde terra *Judæa* dicta, gens *Judæi* [l]. Sceptrum hoc non restringendum est ad Regium dominium, sed quamlibet potestatem vel formam regiminis significat, cujus *Virga* insigne erat: unde quælibet Tribus dicitur שבט, quia unita sub una virga, sub uno regimine. Sensus ergò est, Non desinet Juda esse respublica habens jurisdictionem in se. Hinc ὁ. vertunt, ἄρχων. Neque enim tamdiu mansit regia potestas in Juda; nec Reges ibi erant maximâ parte illius temporis, nec ante Davidem, nec post Zedeciam, nisi per 80 circiter annos, cùm Maccabæi & Herodes regnabant [m]. At Judæi contendunt שבט hîc significare *virgam*, & quidem *castigationis*, (prout sumitur Prov. 22. 15.) *afflictionem, oppressionem*: Sceptrum notat, sed tyrannicum. Et sensum aiunt esse hunc, *Non desinent exactores affligere Israelem, donec veniat Messias*, qui illos liberabit [n]. At contrà, 1. Messias jam venit, à cujus tempore auctæ, non imminutæ, sunt eorum calamitates [o]. 2. Cùm hoc *sceptro* conjungit *Mechokek*, i. e. *leges scribens*, vel *sanciens*. Sic Homerus conjungit cum sceptro leges, Iliad. β'. v. 204. Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας [p]. Quid legislatori cum virga hujusmodi [q]? 3. Contradicunt omnes veteres interpretes. Aq. σκῆπτρον vertit; ὁ. ἄρχων· Sym. ἐξουσία· Chaldæi שׁלטן: sensu planè eodem [r]. *Non cessabunt Reges*, habent Jonathan & Jerosolymitanus. De principatu & dominio hunc locum explicant Talmud Massechoth Sanhedrim p. 5. col. 1. & R. Sal. Bib. Mas. fol. 53. & Bereschit Rabba f. 110. & Ramban l. ult. Jad. cap. 4. & R. Bechai in Pentateuch. fol. 73. & R D K. in voce שֵׁבֶט, & R. Salomo Urbinas [s]. 4. Confirmatur nostra interpretatio ex Deut. 33. 7. *Reduc eum* (i. e. Judam) *ad populum suum*, scil. è bello, (ut Onkelos explicat:) *manus ejus prælientur pro eo, & esto ipsi auxilium* [t]. R. Sal. hoc transfert ad Davidem & alios Reges Judæ [v]. 5. Solent Reges sceptrum gerere. Hinc eos appellant σκηπτούχους, *sceptrigeros* [x]. 6. Patriarcha non vaticinatus est de pœnis Judæ, sed de benedictionibus, ut liquet [y]. Hæc manifestissimè pugnant cum præcedentibus, in quibus Judæ promissa est victoria, & honoris inter fratres prærogativa, leonis item robur, & prædæ pacifica possessio. 7. Cùm castigationis virga erat omnibus tribubus communis, nulla esset ratio cur hîc de sola tribu Juda ageretur. 8. Falsum est, nunquam cessâsse oppressionem, &c. cùm à Davide ad Sedechiam floruerit per multas generationes [z]. ¶ *Et dux*, מְחוֹקֵק] Vertunt, *Scriba*, Ch. M. *dux*, ὁ. Sa. *expositor*, Sy. *legislator*, Ar. Mo. JT. A. חָקַק est *limitare, scribere, decreta facere*, sive scribendo, sive condendo [a]. Accipitur vel de Scribis & Doctoribus Legis; ità Talmud Babyl. Sanhed. cap. 1. fol. 1. col. 2. ità RS. & Chaldæi paraphrastæ [b]. Optimè explicant, *Scribæ*, i. e. Doctores. Tales *duces populi* rectè dicuntur, ad scientiam scilicet [c]. Vel potiùs est Dominator. Ità R. Kimhi, מְחוֹקֵק *est Dominator, quia leges sancit*: Abenmelech, *Aut Scriba, aut Rex ipse, vocatur sic, quia ponit statuta in terra* [d]. Ità Græci, ἡγούμενος [†]. Ità auctor libri Nizahon, מוֹשֵׁל, i. e. *dominator* [*]. Significat non tantùm eum qui leges condit, sed qui jus dicit, & jurisdictionem exercet; & sic à priori non multùm discrepat, si non sint planè synonyma [f]. Ità vox sæpe sumitur in Scriptura. Jud. 5. 14. *Ex Machir descenderunt Mechokekim*; i. e. *magni principes, qui subjugârunt Emorræos*, ait RS. *magnates & principes*, ait K. Targum sic ἀφορίζει, *Ex domo Ephraim surrexit Joseph* [g]. Sic Psal. 108. 9. *Juda Mechokek*; ubi Vulg. *Rex meus*; nostri, *legifer* [h]. Est titulus regiminis, datus Deo Esa. 33. 12. & gubernatoribus Num. 21. 18. Vide & Psal. 60. 9 [i]. Majoris est authoritatis quàm סֹפֵר [k]. חָקַק est *condere leges, præcipere, instituere*: Hinc מְחוֹקֵק *præceptor, Scriba, legislator, vel rerum agendarum descri-*

i Jun.
k V.Mc.T.
l G.
m Med. dissert. 8. super Gen. 49. 10.
n Helv.
o D.
p Helv.
q D.
r G.
s Helv. in explicat. & vindic. vaticinii Jacobæi.
t Helv. ib.
v Helv. in colloquio.
x Helv. vind.
y Helv. col.
z Riv.
a O.
b Helv. thes. 1. n. 5.
c G.
d D.
† G.
* M.
f Med. dissert. 8.
g Helv.
h Riv.
i A.
k M.

ptor. חָקַק Græci vertunt ἀφορίζειν, γράφειν, διαγράφειν, ἐξερευνᾶν, διατάττειν [l]. Bene conjungit sceptro legislatores, quia potentia sine prudentibus consiliariis & legibus stabilis esse non potest [m]. Aq. vertit, ἀκριβαστὴς, ait G. ἀκριβαζόμενος; ait D. i. e. vel *legislator*, ab accurata examinatione legum; vel *Scriba probatus* [n]. Significat, in adventu Messiæ ablatum iri potestatem tum *civilem*, designatam per *sceptrum*; tum *ecclesiasticam & legalem*, ritus putà & ceremonias, חֻקִּים: Lud. Capellus exerc. in librum Zohar [o]. ¶ *De femore ejus*, מִבֵּין רַגְלָיו] *De inter pedes ejus*, Mo. Ma. *è pedibus*, P. Ti. *è medio pedum*, M. JT. A. h. e. aliquis ex posteris Judæ genitus & educatus [p]. Educantur liberi *ad pedes* parentum, sicut ad *genua* Gen. 50. 23 [q]. *E medio pedum*, i. e. à progenie ejus: Sic enim τὰ αἰδοῖα, *verenda*, sive partes corporis obscœnæ, periphrasticè & modestè exprimuntur. Notandum vocem רֶגֶל passim significare *pedem*; interdum tamen *crus & femora*. Sic Ezec. 16. 25. cum respectu habito ad pudenda, *divaricans pedes tuos*, רַגְלַיִךְ. Sic Homer. Il. τ'. vers. 110. Ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικὸς, *Quisquis hoc die ceciderit intra pedes mulieris*: Euphemismo non absimili isti Moysis. Περίφρασις γονήσεως est, inquit Eustath. Sic *pedem* usurpat Martial. l. 10. ep. 81. *Promisit pariter se Phyllis utrique daturam: Et dedit: ille pedem sustulit, hic tunicam.* Imò *pedum* nomine interdum pudenda ipsa veniunt. Ità Isa. 7. 20. *abradet Dominus pilum capitis & pedum*; i. e. (ut intelligo) pubis. Etenim si pes, ut vulgò, hoc in loco accipiatur pro ima parte corporis, & sensus foret, Deum omnia à summo ad imum abradere; præterquam quòd pili in istis partibus rarissimè generentur, non opus erat illo quod sequitur, *Et barbam ipsam consumet*, quod abrasione generali comprehensum esset. Verùm *caput, barba & pubes*, ut hirsutæ corporis partes insigniores, hoc in loco memorari videntur. Sic & 2 Reg. 18. 27. urina vocatur *aqua pedum*, Heb. *Shenehem*. Legunt autem Masorethæ מֵימֵי רַגְלֵיהֶם, *aquas pedum*, & vocem שֵׁינֵיהֶם, ut obscœnam, expungunt; vocalibus tamen duarum vocum, *meme raglehem*, uni *shenehem* subjectis, duarum in modum, שֵׁינֵיהֶם. Ità etiam transtulit interpres Chaldæus. Eadem phrasis iterum occurrit Esa. 36. 12. Eandem forsan interpretationem subire possit & iste loquendi modus, Jud. 3. 24. 1 Sam. 24. 4. & alibi commemoratus, *tegendi pedes*, pro vesicam & alvum excrementis suis liberando. Cavebant enim sedulò Judæi, quum alvum exonerarent, nè pudenda ac femora in conspectum venirent. [Hæc doctissimus Guidotius antea memoratus.] Plerique referunt ad consuetudinem Principum, quorum ad pedes solent sedere Scribæ [r]. Alii rectiùs, *ex lumbis & prosapia Judæ*: ità Paraphrastæ omnes, Onk, &c. *De semine, vel filiis, ejus*: ità & K [*]. Est honesta circumlocutio genitalium, ut Deut. 28. 57 [t]. Inde *aqua pedum* [v]. Latini eandem partem *interfæmineum* vocant, & operam ipsam, *pedes tollere*, in Martiale & Cicerone. Sensus est, Doctores ex Judæ posteritate præituros populo ad tempora Messiæ, qui summus & Imperator & Doctor futurus sit Judæorum & Gentium [x]. De semine ejus, quod egreditur de inter pedes. Alludit ad situm pudendorum [y]. *Pes* significat totum crus: Sic menstrua *inter pedes fluere* dicuntur, Deut. 28 [z]. Non desunt qui רַגְלָיו pro *exercitu pedestri* accipiunt; q. d. *Non auferetur dux de exercitu ejus* [a]. [Sa. vertit, *de vexillis ejus*; & Ar. *de sub imperio ejus*.] ¶ *Donec veniat*, עַד כִּי יָבֹא] Rabbini malitiosè discerpunt illa כִּי & עַד, (de qua subtilitate tripudiat R. Bechai, eámque R. Salomoni attribuit) & sic exponunt; *Non auferetur sceptrum* עַד, i. e. *in æternum*, ut hîc sit comma: Alterum, כִּי, referunt ad sequentia, & vertunt, *postquam*, In æternum, postquam venerit Messias. Sed, 1. hoc commentum refellit doctrina accentuum, prout Elias proponit. Nam Athnachta (qui post Silluk omnium accentuum est maximus, & colon facit, sicut Silluk periodum) immediatè antegreditur voculam עַד, quæ habet Jethibh, accentum longè minoris virtutis [b]. 2. עַד constructum cum כִּי nunquam seorsum significat, sed ambæ conjunctim *donec, usque*; ut Gen. 26. 13. & 41. 49. Pro quibus aliàs עַד אֲשֶׁר. 3. Et alibi עַד Jethibh affecta post Athnach

l G.
m Helv.
n D.
o Ga.
p Jun. A.
q Jun.
r AE. in Helv, Abenm. in D.
* Helv.
t G. sic Med. BA. 1. 2. 56. 677.
v D.
x G.
y V.
z Ca.
a F.co.
b Helv. memb. 1. num. 9.

nach non potest nisi ad alterum versûs colon referri; ut Judic. 4. 24. 4. עַד כִּי conjungunt, & vertunt, *donec, usquedum*, &c. Onk. & Jon. & Jerosf. item AE. & RS. & K. Et ipse R. Bechai hanc expositionem adduxit, עַד אֲשֶׁר, *usquedum destruatur area Silo* [c]. ¶ *Qui mittendus est*, שִׁילֹה] *Silo*, M. P. Ti. Mo. O. A. Al. *qui mittendus est*; ità La. G. post Vulg. quasi legissent שִׁילוֹחַ, vel שָׁלִיחַ [d], decepti similitudine literarum *. Mihi hæc versio maximè probatur. Est ergò *Siloh*, ἀπεσταλμένος, nomen maximè Messiæ proprium, qui summa cum potestate à Deo missus est. Vide Matt. 9. 38. & 10. 16, 40. Joh. 3. 17, 34. & 5. 36. & 6. 57. & 7. 29. & 10. 36. & 11. 42. & 17. 3, 8, 18, &c. Act. 9. 17. 1 Joh. 4. 9, 10, 14. Heb. 3. 1. item Joh. 4. 34. & 5. 23, 24, 30, 37. & 6. 38, 40, 44. & 7. 16, 18, 28, 33. & 8. 16, 18, 26, 29. & 9. 4. & 12. 44, 45, 49. & 13. 20. & 14. 24. & 15. 21. & 16. 5. Rom. 8. 3. Quæ omnia loca, sed maximè illud de *Siloa*, Joh. 9. 7. hoc vaticinium respicere videntur. Quid autem facilius quàm, aut variante dialecto, aut scripturâ aberrante, mutari inter se literas tam vicinas & soni & figuræ, [nempe ה & ח [f]?] Quidam putant שִׁילוֹחַ olim fuisse, & à Judæis corruptum in שִׁילוֹה [g]. Græci vertunt, τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ alii clariùs, ᾧ ἀπόκειται, (prout codices sui temporis LXX habuisse affirmat Justinus, quod de quibusdam credo) *cui servantur*, nempe πάντα, *omnia*: *cujus est regni jus*, ut RS. post Jeros [h]. Placet hoc admodum Caninio [i]. Quasi ex שׁ, i. e. *quod*, vel *quæ*, & לוֹ, *ei*, i. e. posito ה pro ו, sunt enim literæ permutabiles [k]. Valde placeret hic sensus, si dictio posset dividi. Sic Ezec. 20. *donec veniat cui est judicium*. Judicium autem Christo datum est, Johan. 5 [l]. [Sy. vertit, *cujus illud est*.] Alii ex שַׁי *munera*, & לוֹ *ei*, scil. adferent, juxta Psal. 76. 11 [m]. Alii vertunt, *filius ejus*; ità JT. K. Galatin. in F. ut sit שִׁילֹה pro שִׁלְיָתוֹ, *secundina ejus* [n]. *Secundæ ejus*, i. e. Christus proditurus ex secundis virginis [o]. *Filius ejus qui nascetur* מִשִּׁלְיָה *ex secundina mulieris, more omnium qui nascuntur*, ait R. Bechai. Placet Luthero & nobis [p]. (Sed nimis ambiguum hoc est [q].) Innuit Messiam futurum verum hominem, & de matre sine patre nasciturum, ait Galatinus. Forma vocis Hebraicæ ἀνώμαλος est *. Mos scribendi insusitatus est [t]. Nam ה affixum ex usu linguæ fœmineum est [v]; & dicendum erat *Schilah*: at pronunciatione & punctatione masculeum est, *Schiloh* [x]; ut significet eum & ex Juda futurum, & ex Maria virgine [y]; vel, eum existimandum filium Joseph, sed reverâ filium fore duntaxat virginis [z]. Alii deducunt à שָׁלָה, *prosperè & feliciter agere*. Hæc sententia omnium simplicissima & verissima est, quòd per illum vera salus ac felicitas orbi allata est [a]. Quasi *heros felix*. Innuit prosperum successum Christi in destruenda potentia Satanæ, mortis, peccati, & inferni; conservandâque & protegendâ Ecclesiâ [b]. *Siloh*, i. e. Felicitas, seu Author felicitatis, & abundantiæ rerum omnium [c]. *Donec veniat Sospitator*, Ca. *pacificus*, Sa. O. & *quietus*. Talem Messiam futurum esse constat ex Zach. 9 [d]. Vertendum, *Pacificator*, *Salvator*. Senior Judæ filius dictus est שֵׁלָה. Annon Spiritus Sanctus, sive Jacobus, hoc nomen elegerit respectu allusionis ad eum, expendendum relinquo *. [Non probat hanc etymologiam L. de Dieu.] Ipsa vocis forma & consonantes evincunt, non tam commodè ex quiescentibus ultimâ, quàm ex quiescentibus secundâ, radicem peti. Omnes fatentur insolitum hoc esse in lingua Hebræa. Malim ex Arabica lingua petere, ubi שיל est *profluvium sanguinis*; & שִׁילֹה cum affixo (solent enim Arabes ה adhibere pro Heb. ו, quod Hebraismus sæpe imitatur) sic verto, *Donec veniat fluxus*, vel *profluvium*, *ejus*, i. e. semen quod ex eo fluxerit [f]. ¶ *Et ipse erit exspectatio gentium*, ità ο'. וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים] Diversimodè accipiunt יִקְּהַת. Bis tantùm legitur in Scriptura, hîc, & Prov. 30. 17 [g]. *Ei aggregatio*, vel *collectio*, *populorum*, *sive gentium*, *erit*: ità M. P. Ti. Ar. Sa. V. RS. in Helv. Ità Prov. 30. 17. יִקְּהַת Ch. (necnon ο'. apud D.) vertit, *senectutem matris*: quod Glossa marginalis RS. Bibl. Masor. fol. 781. exponit *collectionem*, seu *contractionem*, *rugarum*, scil. in facie matris [h]. Putant radicem esse vel יָקָה,

c Helv. memb. 2. n. 2. — d F. co. — * Helv. — f G. — g F. co. — h G. — i Helv. — k F. — l O. — m F. — n Med. — o Pi. — p Helv. — q Med. — r F. * Pi. — t A. — v Ma. Pi. — x Ma. — y A. — z Ma. — a F. — b Helv. — c V. — d O. — * Med. — f Di. — g Helv. — h Helv. — i M.

vel קָוָה [k]. Aquila vertit, σύστημα λαῶν [l]. Alii, *Ei erit obedientia*, sive *auscultatio*, *populorum*: ità Onk. K. in F. co. Helv. Mo. JT. O. A. Pi. item Aben Ezra (qui sic exponit Prov. 30. *obedientiam matris*) & R. Mardoch. in Concordantiis [m]. A יָקָה *audire*, *obtemperare*. Confirmatur hæc interpretatio ex Prov. 30. 17 [n]. Sensus est, Messiam eximium futurum & Regem & Doctorem, Judæorum & Gentium. Vide Dan. 7. 14. Esa. 11. 10. & 49. 6. & 55. 4. & 60. 3 [o]. Alii vertunt, *Exspectatio gentium*: ità Græci in Helv. & Th. in D. Confundunt יִקְהַת cum קָוָה [p]. Legerunt יִקְוַת, à קָוָה *exspectavit* [q]. Sic Agg. 2. 8. *desideratus est cunctis gentibus* [r]. Plerique statuunt literam י esse radicalem, sicut in יִפְעַת *. L. de Dieu derivat ex יקה, radice Hebræis inusitata, at Arabibus usitatissima, quod in prima conjugatione est, *custodire*, *defendere*; & sic verti posset, *Ejus erit defensio populorum*: at in quinta est, *timere*, *revereri*; hinc verto, Ipsi *reverentia*, vel *cultus*, *populorum*. Nam sic Prov. 30. 17. contemnens לִיקְּהַת *timorem matris* [t]. Alii vertunt, *debilitatio gentium*, q. d. Is gentes contundet & debilitabit; ut sit à קָהָה *obstupescere*, & *contundere* [v]. At tunc dicendum fuisset קְהִיַּת. Et procedit hoc ex somnio temporalis regni Messiæ [x]. ¶ *Gentium*, עַמִּים] R. Bechai intelligit *populum Israeliticum*: ità R. Hiskia Chaskuni [y]. Sed contrà; 1. de Gentibus accipiunt Rabbini. Ità Rabba in Gen. fol. 113. *Ad eum* (Messiam) *aggregabuntur populi*, *quia dicitur*, Esa. 11. *Ipsum inquirent gentes* [z]. Quem locum citat & R. Sal. Bibl. Masor. fol. 53. indéque explicat hunc locum [a]. Ità Jon. & Jeros. & Bereshit Rabba hoc loco, *Futurum est ut gentes seculi deferant munera Messiæ* [b]. 2. עַמִּים est vox generalissima: etiam de *cicadis*, Joel. 2. de *formicis* & *cuniculis*, Prov. 30. dicitur [c]. 3. Israelitæ non sunt עַמִּים *populi*, sed *populus* [d]. Ex hoc loco sic explicato deducitur hoc argumentum pro nostro Messia: Eo tempore quo recessurum erat sceptrum de Juda, debuit venire Messias. Atqui his annis 1600 recessit; nam Judæi non habent ampliùs Reges aut Principes. Ergò venit Messias, qui est Christus *. [*Multa ad hunc locum & hoc argumentum respondent Judæi. Non paucis eorum cavillationibus obviàm itum est in explicatione textûs. Pergam ad reliqua. Tria inprimis obtendunt.* 1. Negant de *Messia* hîc agi. 2. Negant hoc dici, *Sceptrum non auferendum ante adventum Messiæ*; & priùs ablatum aiunt. 3. *Sceptrum* apud Judæos adhuc durare fingunt. De his ordine agendum.] Primò, Negant de *Messia* hîc agi, aut hunc *Silo* esse Messiam, sed alium quemvis esse fingunt. Et inconstantiæ eorum testimonium est, & malæ fidei, quòd huc illuc se versent, incerti quid eligant [f]. 1. Fingunt *Shilo* hîc esse nomen loci; q. d. Donec veniat finis Shiloh: vel, quasi scriptum esset, עַד כִּי יָבוֹא קֵץ שִׁילוֹה [g]; vel, יָבֹא reddunt, *interire*, *destrui*; ità hunc sensum faciunt, *Donec devastetur Shiloh*. Quod impletum dicunt Arcâ reductâ à Philistæis, tunc enim *deseruit* Deus *Silo & tribum Ephraim*, *& elegit Juda*, ut dicitur Psal. 78. & tunc *David* inauguratus est. Ità AE. & R. Bechai. *Resp.* 1. Devastatio urbis Silo non potest probari. Imò post captivitatem Babyl. superfuisse colligitur ex Jer. 41. 5. 2. Non convenit cum Grammatica: tunc non sequeretur masc. יָבֹא, sed fœm. תָּבוֹא; nec esset יָבֹא masc. sed תָּבֹא [h]. 3. Ità ratione nihil decessit tribui Judæ, (de quo Jacobus dicit,) sed potiùs accessit [i]. 2. *Mosen* esse hunc *Shiloh* aiunt. Ità R. Bechai; *Nec enim credibile est* (inquit) *Mosen non meminisse primæ & proximæ redemptionis*. *Resp.* 1. De illa liberatione promissionem antea habebant, Gen. 15. repetitam à Josepho Gen. 50. 2. Apud Judam nondum fuisset Regia potestas: Quî ergò potuit à Juda ad Mosen transferri [k]? 3. Alii de *Saule* accipiunt; Donec veniat *Shiloh*, i. e. *Saul*, ungendus in Shiloh. Tunc enim sceptrum amotum fuit ex tribu Judæ ad tribum Benjamin. *Resp.* 1. *Saul* non fuit unctus in *Silo*, sed in *Cariathjearim*, (ubi erat Arca, 1 Sam. 7. in qua unctio servabatur [l].) Saul unctus erat in *Ramah*, solenniter renunciatus in *Mispah*, & denuo confirmatus in *Gilgal*; 1 Sam. 9. 10. 11. 2. Ante Saulem nondum fuit sceptrum regium in Juda [m]; imò nondum constitu-

k Riv. — l D. — m Helv. — n Pi. — o G. — p D. — q Helv. — r Me. — * Helv. — t Di. — v F. co. — x Helv. memb. 2. n. 5. — y Helv. ib. n. 6. — z Helv. ib. — a Helv. memb. 1. n. 10. — b G. — c Helv. memb. 1. n. 11. — d Helv. memb. 2. n. 6. — * Helv. — f Riv. — g F. — h Helv. — i F. — k Helv. ib. 4. — l F. Riv. — m Helv.

tum erat regnum aut regimen populi in certa aliqua tribu. 3. Saule regnante translatum est sceptrum ad Jehudam & Davidem [n]. An sceptrum ablatum dicetur, cùm ea tribus ad regni perfectionem propinquissima erat [o]? 4. An Sauli erat vel *obedientia*, vel *exspectatio, populorum* [p]? 4. Alii de *Davide* intelligunt. Hæc exceptio una est ex præcipuis, quia erat opinio Ab. Ezræ [q]. Ità hunc volunt esse sensum: Sceptrum non transferendum donec veniat Shiloh, i.e. David; tunc autem illam minorem *dignitatem, prælaturam, magnificentiam* tribûs Judæ in Regiam dignitatem transferendam esse [r]. Respond. 1. Non dicit Jacob *transferendum* tunc sceptrum, sed *auferendum* [s]. 2. Non ibi desiit sceptrum, ubi primùm incepit [t]. Nihil tum Judæ derogatum [v]. Exc. Particula עד hîc notat, non *ablationem* sceptri, sed *continuationem*: ut in illis locutionibus, *Illi non deerit victus, donec habuerit agros & vineas*; & Gen. 28. *Non deseram te, donec fecero omnia quæ dixi tibi* [x]. Respond. Dispar est ratio. Nam in priori instantia, antequam possideret agros habebat panem: Ergò & Juda habuit sceptrum ante Davidem. Atqui ubi fuit? Inst. Prærogativam aliquam habuit. Resp. Hoc nimis dilutum est: nam de sceptro Regio agit, ut probavimus [y]. In Gen. 28. est עַד אֲשֶׁר, at hîc est עַד כִּי [z]. 5. Alii exponunt de *Jeroboam*; *Donec veniat Silo*, i.e. Jeroboam, coronandus in *Silo*. Vel sic; *Donec venerit Ahia Silonites, qui discidit vestem Jeroboam in 12 partes*. Ità R. Hiskias, auctor libri Chaskuni, apud Helvicum. Resp. 1. Jeroboam unctus fuit in urbe *Sechem*, non *Silo*, 1 Reg. 12 [a]. 2. Tunc regnum minimè amotum erat à Juda, imò ibi per 492 annos continuabatur: & illi etiam soli veri Reges censebantur [b]. 3 Manifesta est & longè petita detorsio, per *Silo* primùm intelligere *Silonitem* ibi natum, deinde *Jeroboam* ibi coronatum [c]. 4. *Abiæ* non competit *obedientia populorum*. 6. Alii ad *Nebuchadnezarem* referunt: Donec veniat *Shiloh*, i.e. *mittendus*, (à שָׁלַח *mittere*;) nempe is qui propter peccata populi à Deo missus fuit ad ablationem regni & populi. Respond. 1. Impingit hoc in Grammaticam. Omnia exemplaria legunt שִׁילֹה cum ה [d]. 2. Omnia Jacobi verba in hac prophetia de Juda ad benedictionem referuntur [*]. At illa transportatio erat pœna, non benedictio [f]. 3. Falsum est sceptrum tunc amotum. Certum est multos ex primoribus in Babyloniam deportatos, & ibi Judæos juxta suas leges & mores ex Regis consensu vixisse, & suum habuisse αἰχμαλωτάρχην, אִישׁ גָלוּת, *caput*, sive *principem, captivitatis*, ex tribu Juda electum [g]. Agnoscunt hæc & Rabbini in libro Sanhedrim, in Breschit Rabba super hunc locum, item in Commentariis super Cantica, item in Targum. Et *mansurum sceptrum usque ad Messiam* affirmant Onk. & Targum Jeros. Judæi redeuntes in terram suam habuerunt *ductores* ex tribu Juda. Talis erat *Zorobabel*, Zach. 4. & Hag. 1. & alii usque ad *Macchabæos*. Imò & ipsi *Maccabæi* de tribu Judæ censebantur per matres, quia tribus regia & sacerdotalis commixtæ erant, ut patet 2 Par. 22. 11 [h]. 4. Probari non potest per [*mittendum*,] vel [*missum*,] intelligi externum aliquem Principem & populi persecutorem, maximè si attendatur ad ea quæ sequuntur de voluntaria populorum sive exspectatione, sive obedientia; cùm & *Juda* hîc vocetur *Leo fortissimus*, hostium cervicibus incubiturus [i]. Denique, hæc omnia uno ictu dissipantur [k]. Nam de Messia hunc locum accipiunt Judæi veteres. Ità Paraphrastæ Onk. Jon. & Jeros [l]. Pugnat contra Judæos auctoritas, 1. Targumica; nempe Paraphrastæ, ut dictum. 2. Talmudica: Sanhedrim cap. 12. fol. 98. col. 2. *Messiæ quid est nomen? Domus R. Shelah docet, Shiloh nomen ejus; sicut scriptum est, Donec veniat Shiloh.* 3. Rabbinica: Rabba in Gen. fol. 100. 113. *Donec veniat Schiloh; Iste est Rex Messias.* Idem habet Raschi, (i.e. R. Salomon) & R. Bechai, (qui antea de Mose exposuit. Sic solent temulenti huc illuc vacillare. Imò id artis est inter eos, varias expositiones afferre. Vulgò jactare solent שִׁבְעִים פָּנִים, 70 *modos* interpretandi Legem.) Redak, (i.e. R. D. Kimhi) *Est vaticinium*, inquit, *de Davide, aut de Messia.* Baal Turim in Bibl. Masor. fol. 53. יָבֹא שִׁילֹה *per Gematriam* מָשִׁיחַ *efficiunt numero* 358.

[n] Riv. [o] F. [p] Riv. [q] Helv. [r] F. [s] F. Riv. [t] Helv. Riv. [v] Riv. [x] AE. [y] Helv. [z] Hoornbek. contra Judæos. [a] Helv. [b] F. [c] Helv. [d] Helv. [*] Riv. [f] Helv. [g] Riv. F. [h] F. [i] Riv. [k] Helv. [l] G.

Et certè absurdum foret in tam illustri vaticinio non fieri mentionem Messiæ [m]. [Sed hoc misso, progredior ad secundam Judæorum Objectionem.] Objiciunt, Sceptrum in tribu Juda non perseveràsse usque ad Messiæ adventum. In qua præcipua difficultate explicanda multorum ingenia sudàrunt [n]. [*Multi multa respondent, quæ hîc ordine repræsentanda.*] 1. Promisit hoc Deus; ergò præstitit. Promisit, inquam, tum Gen. 49. (Quod fortiùs Judæos constringit, cùm ità ipsi accipiant, ut jam dictum. Ramban hæc habet lib. ult. Jad. c. 4. *Æchmalotarchæ Babylonii jus Regis obtinent in populum, velint nolint, quia dicitur, Non auferetur sceptrum,* &c. Et Chaskuni, *Postquam semel regnaverit Judah, non recedet regnum,* &c.) tum Jer. 33. 17, 18. *Non interibit de Davide vir qui sedeat super thronum Israel.* Quibus pondus addit, quòd *Salomon & Joram* ideo non erant rejecti, *ut David lumen haberet è filiis suis perpetuò*, 1 Reg. 11. 36. & 2 Reg. 8. 19. Quare non tantùm de regno *Messiæ*, & *spiritualiter*, hæc sunt accipienda; [sed de aliis quoque Regibus Judæ.] Si ergò ex historiis exactè hæc demonstrare non possemus, satisfacere nobis debet autoritas verbi Divini. Helvic. 2. Demonstrari potest continuatio sceptri in tribu Judæ, 1. à Davide ad captivitatem Babylonicam, per annos 470. Hoc caret omni difficultate. 2. In captivitate Babyl. Quod ostenditur 1. in *Jechonia*, cujus caput extulit *Evilmerodachus*, (i.e. eum ad illustrem dignitatis gradum evexit,) *& thronum ejus anteposuit aliorum Regum soliis.* 2. In *Daniele*, qui erat ex filiis Juda, Dan. 2. 25. & 5. 13. & 6. 13. Imò Josephus Antiq. l. 10. c. 11. facit Danielem & socios *cognatos Zedeciæ*: Ità exprimit quod in textu Danielis legitur, *è semine regio.* Si objicitur Danielem Belthazari incognitum fuisse: dicendum, aut eum Principum invidiâ depressum postea emersisse; aut (quod verius, cùm sub ipso officium gessit, Dan. 8. 27. id indè accidit, quòd latum esset imperium, nec Daniel in aula viveret. 3. In *Æchmalotarchis* Rabbini ex familia *Jechoniæ* sceptrum continuant. Affirmant enim *Sealthiel*, filium Jechoniæ, successisse patri in regimine exsulum; idque statuunt ex vaticinio Jacobæo: ut patet ex Seder Olam, tum etiam ex R. Sal. in Sanhedrim fol. 5. In glossis Talmudicis, *Non auferetur sceptrum; Ista sunt capita exsilii——qui gubernant populum indultu Regum Persiæ.* Et Ramban, *Æchmalotarchæ Regis locum obtinent, quia dicitur, Non auferetur,* &c. 3. A captivitate *Babylonica* ad *Nehemiam*, per annos 155. 1. *Zorobabel*, nepos Jechoniæ, juxta præstantissimorum Chronologorum calculum, ultra 110 annos præfuisse demonstratur. Nec desunt exempla longævorum hominum. Si objicias sterilitatem Jechoniæ, Jer. 22. 30. Resp. Sensus est, non quòd prorsus nullos haberet liberos, (cùm mentio fit *seminis illius*, Jer. 22. & 1 Paral. 3. 17.) sed nullos prosperè agentes & in regno succedentes. Inst. At dicitur Jer. 22. *Non erunt ex eo duces.* Respondet Kimhius Bibl. Mas. fol. 538. *Accipiendum sub conditione resipiscentiæ, quam egit Zorobabel.* Et affert dictum Talmudistarum, *Magnam oportuit esse pœnitentiam quæ rupit decretum judicii Divini super hominem.* 2. Duces inter *Zorobabelem* & *Nehemiam*, quorum implicita mentio fit Neh. 5. 15. *priores duces ante me.* 3. Nehemias. Probandum est hunc fuisse à tribu Judæ. Contra Judæos sufficere posset ipsorum regula, ex Gen. 49. 10. exstructa, *Principes exsulum* (ראשי גליות) *genus suum referunt ad Davidem.* Sed eum *ex tribu Juda fuisse* affirmat Eusebius in Chronico p. 156. imò & *ex familia David*, ait Cedrenus p. 14. Quòd itaque Nehemias c. 10. 1, 8. refertur ad *sacerdotes*; Scaliger statuit alium fuisse *Nehemiam*, ideoque dictum *Hattirschatha*. Et duos fuisse Nehemias liquet ex Nehemia 7, v. 5, 7. 4. A *Nehemia* ad *Herodem*, per annos 335. Hujus probatio difficilior, quia hîc Canon Scripturæ desinit. Hîc triplex iniri potest ratio demonstrationis, ut sceptrum continuetur; 1. in *Maccabæis*, 2. in *Æchmalotarchis*, 3. in *Synedrio* [o]. 1. Quidam in *Maccabæis* illud collocant. Si objiciatur eos fuisse ex tribu *Levi*: Respondent, tribus *illas* sæpe fuisse invicem permixtas, ut liquet ex 2 Par. 22. 12. Eos igitur quòd ad maternam

[m] Helv. [n] Riv. [o] Helv.

ternam stirpem fuisse ex Juda [p]. [Non placet Helv. nec Riv.] Nam *familia matris non vocatur familia*, inquiunt Judæi [q]. Et in Talmude sæpe dicitur, *In eo genus consummatum esse qui masculum non habet*. Et licet quidam extra tribum suam uxores duxerint, affirmari tamen idem non potest de omnibus [r]. Utcunque, historia *Maccabæorum* ultra 120 annos non complectitur. 2. Quidam in *Æchmalotarchis* sceptrum quærunt. Sciendum est, post captivitatem Babylonicam duplex sceptrum fuisse. Erat *Caput exsulum*, eorum nimirum qui adhuc in Babylonia remanebant; & *Princeps terræ Israel*, sive Israelitarum reducum in terram suam. Utrumque tradunt fuisse è familia regia Davidis; sed illum duntaxat ex stirpe masculina, hunc etiam è fœminis. Quæ causa est quòd dicunt, *Æchmalotarcha Babylonis excellit Principem terræ Israel.* [Non placet hoc Helv.] Nam ad vaticinium Jacobi magis accommodum est, si in Terra sancta sceptrum continuemus *. 3. Quærendum ergò est in *Synedrio* sceptrum. [De quo statim fusiùs agendum. Grotius continuationem sceptri sic deducit:] Imperii vis primùm in ductu militari, Jud. 1. quo loco Josephus, Ἰουδαίᾳ φυλῇ ἡγεμονία παρέχεται, (*tribui Judæ principatus tribuitur*,) deinde in nomine Regio; pòst Ethnarcharum; iterúmq; Regio, donec Archelao ereptum regnum, ac Judæa, provincia Romanorum facta, nunquam postea sceptrum recuperavit. Sub Asmonæis & Herode imperium penès Judam fuit, non minùs quàm penès Romam, Gallis aut Thracibus in imperium electis. Intercisiones fuêre breves, (& quod modicum est pro nihilo reputatur [t],) si ad spatium annorum propè 1500 comparentur, sub tyrannis externis in Judicum historia memoratis, sub Saule, 70 annis exsilii vix computandis, quia Prophetæ restituendi imperii Judæ spem certam fecerant. Illo autem quod diximus spatio reveriti quidem Judæi interdum magnitudinem Persicam, Macedonicam, Ægyptiam, Romanam; sed salvo ipsis manente Imperio: quod non malè ostendit Chrysostomus oratione *Christum esse Deum* [v]. Al. sic; Dicit regnum permansurum in Juda ad Christum: Nam quamvis affligeretur, servandum tamen erat, donec in manus Christi veniret, Ezec. 21. 26. & restituendum prædicitur Amos. 9. 11. Continuationem sceptri sic ostendunt docti. Post exsilium erat principatus (loco Regii sceptri) usque ad Macchabæos. Deinde regimen 70, quos ex genere Regio delectos fuisse ex historiis constat. Quamvis igitur non resplenduerit Regnum, mansit aliquis Principatus, atque ità impletum fuit oraculum. Deus enim non astringebatur visibilem Regni gloriam è sublimi semper ostendere. Tenendum autem est, dum Jaacob usque ad Messiæ adventum sustinere vult suorum animos, nè longioris moræ tædio deficiant, specimen in temporali regno proponere: q. d. non esse cur Israelitæ, collapso Davidis regno, spes suas huc illuc inclinent; quia non alia succedet mutatio quæ Dei benedictioni respondeat, donec appareat Redemptor. Quòd duriter aliquot ante Christum annis gens illa vexata fuit, mirabili Dei consilio factum fuit, ut continuis stimulis ad optandum Redemptionem pungerentur. Interea stare oportuit aliquod gentis corpus in quo vigeret promissio [x]. Probè notandum, sensum non esse, Judæ nunquam defuturum *Regem*, aut *regnum*; (neque enim *Reges* habebant ex Juda ultra tertiam partem hujus temporis à Jacobo ad Messiam) sed *potestatem regiminis*, sive *jurisdictionem*: q. d. nunquam desinet esse respublica, sive corpus politicum: unde LXX vertunt שֵׁבֶט per ἄρχων [a]. Tametsi sceptrum visum sit sublatum, semper tamen manserunt *Mechokekim*, quos repræsentavit Synedrium [b]. 3. [*Aliter* respondent Pererius & Casaubonus post Eusebium & alios veteres, *quibus quodammodo calculum adjicit* Rivetus. Eorum sententia his velut cancellis finiri potest.] Quæ hîc dicuntur de *Juda* ad universum populum Hebræorum spectant. Licèt soli *Judæ* videatur dari hoc oraculum, eventus tamen pertinet ad omnes tribus. Quod hinc probat Casaubonus, quia adventus Messiæ, vocatio Gentium, & Judaicæ politiæ cessatio, cujus tum jaciebantur fundamenta, ad omnes tribus in commune

[p] L. & T. & Galat. in Helv. [q] Helv. [r] Riv. * Helv. [t] E. [v] G. [x] V. [a] Med. [b] Helv.

spectabant. [At eum sic corrigit Rivetus:] 1. Etsi prædictio hæc spectet ad omnes tribus, id tamen intelligendum est ratione fructûs eventuri ex benedictione *Judæ*; *Judæ* autem tribum fuisse proprium benedictionis illius subjectum, & ad eam ità pertinere quod hîc dicitur, ut de aliis tribubus dici nequit. 2. De *Juda* hæc dicuntur per appropriationem quandam, & ejus nomine hæc prædicta erant multis de causis. 1. Prævidit Jacob principatum diutiùs mansuram in tribu *Judæ*: 2. & totum populum à *Juda* denominandum *Judæos*. 3. Hoc oraculo significat ex tribu *Juda* oriturum Messiam. 4. Adde quòd primogenituram in Judam hîc transfert. 5. Quia post captivitatem Babyl. regnum aut respublica fuit in tribu Juda, & ex tribu Juda; nam rediit tantùm ex captivitate tribus Judæ [c]. *Judæ* hoc potiùs tribuitur quàm tribubus aliis, quia decem tribus abductæ à Chaldæis non rediêre; rediit *Judas* cum *Benjamine*, quæ tribus *Benjamin Judæ* fuit accessio; unde terra *Judæa* dicta, gens *Judæi* [d]. Ex aliis tribubus pauci redierunt, pars major semper fuit verorum Judæorum, & qui redierunt cum ea tribu permixti erant *. Nec regno, aut loco, ut antè, distincti, sed uni regno & tribui Judæ adscripti, & quasi insiti; imperium verò in omnes uni soli tribui Judæ cessit. Unde licèt in ea Reges erant Leviticæ tribûs, quia tamen sceptrum acceperunt *à tribu Judæ & in ea*, & nomine ejusdem tribûs, verè dici poterat sceptrum teneri à *Juda* [f]. Sicut olim Romani dicebantur imperare, licet non rarò exteri, verbi gratiâ Trajanus Hispanus, regnum obtinerent. Et sceptrum Poloniæ dicitur teneri à Polonis, & gente Polonica, licèt elegerint *Stephanum Batoreum Transylvanum* [g]. His adde, quòd Cornelius à Lapide supponit, & valde probabile mihi videtur, coronam regni semper mansisse in potestate tribûs *Judæ*, & penès eam fuisse Regis aut Ducis electionem: & hinc Judæi Maccabæos elegerunt ob zelum, &c. Ità sensus loci est, Quòd regnum Judæorum, ex quo semel ex tribu Judæ Reges habere cœperit, (existimo enim sceptrum Judæ non intelligi nisi de Republica Judæorum post divisionem decem tribuum,) nunquam decisurum esset in potestatem Regum qui aliunde illud acciperent quàm à tribu Judæ, quæ semper retinere debebat suum jus ad creandum sibi Reges ac Duces, donec veniret Messias; & habitura etiam erat ex suo genere Judices & Senatores; atque adeò statum reipublicæ suæ distinctum, & propriam νομοθεσίαν, usque ad Christi adventum [h]. 4. Alii respondent, Mansisse, si non *sceptrum* Judæ, at saltem *Mechokekim*, in *Synedrio* illo, vel *Sanhedrim*, cujus descriptionem habemus Num. 11. 16. Deut. 17. 8, &c. 2 Par. 19. 8, 11. Psal. 122. 5. ubi illis committitur summum judicium graviorum causarum, ut sunt criminales. Magna certè fuit hujus Senatûs potestas [i], & summa authoritas; ut videre est apud Josephum l. 14. c. 17. & Joseph. Ben Gorion. l. 5. c. 4. Cùm enim Herodes cædis accusatus esset, & à Consistorio citatus ad dicendam causam, ità locutus est R. Sameas, Ἄνδρες σύνεδροι, καὶ βασιλεῦ· ubi observandum, quòd Regem (tum *Hyrcanum*) postponit Senatoribus [k]. Et Zemach David scribit, *Hyrcanum liberâsse Herodem à supplicio capitali Synedrii*. Idem confirmat R. Abraham in Cabala Harabad fol. 98 [l]. Huic senatorum collegio tribuitur *thronus Regius*, Psal. 122. 5. 2 Par. 19. 8. Præses ejus appellatur נָגִיד, & in Judæorum libris passim vocatur נָשִׂיא, fuítque semper ex tribu Juda, ut testatur Chronologia Judaica. Vide Zemach David fol. 35 [m]. Eúmque *Principem ex domo* vel *familia David* vocant R. Ab. in Cabala & RD. Gans in Zemach David [n]. Potestas Regis quodammodo dependet à Synedrio. Talmud Sanh. cap. 3. dicit, *bella suscepta fiunt pro nutu atque arbitrio Synedrii* [o]. Probabilis esset hæc conciliatio, si probare possent magnum illud concilium ex sola tribu *Juda* fuisse conflatum, vel ex Davidis familia; quod nunquam probabunt: cùm potiùs vel è Sacerdotibus ac Levitis, si fieri posset, vel ex omnibus tribubus, constitueretur hic Senatus [p]. *At quomodo ex omnibus tribubus constitui posset, cùm unica tantùm tribus Judæ redierit, cum accessione aliqua Benjaminis, ut antè notatum?*

[c] Riv. [d] G. * Riv. T. [f] T. [g] T. post Riv. [h] Riv. [i] Helv. Riv. [k] Helv. memb. 1. n. 5. [l] Helv. memb. 3. versus finem. [m] Helv. memb. 1. n. 5. [n] Helv. memb. 3. [o] Ibid. [p] Riv. in Gen. exerc. 178.

ideóque ex tribu Judæ, majori saltem ex parte, conflatum erat hoc concilium: quod sufficit ad veritatem hujus oraculi.] Sed adhuc instant Judæi; *Herodes* alienigena regnavit Hierosolymis ante Messiæ adventum. Resp. 1. *Herodes* non erat Rex, sed tyrannus [q]. Vivebant initio *Aristobulus* & *Hyrcanus*, legitimi regni hæredes; & his ab eo occisis, repugnabant nihilominus Herodi primores Judæorum, & suæ genti sceptrum vendicabant, & quod reapse non poterant, saltem jure retinebant; donec tædio & malis artibus victi, tandem ultimo Herodis anno manus illi dedêre, accepto fidei juramento. Ità Philo libro 2. de Tempore, & Josephus Antiq. 17. 3. Sed jam paucis antè mensibus (ferè biennio antè, ait Me.) Christus natus fuerat [r]. 2. Intelligenda prophetia de regno libero & à nemine dependente. At Herodis regnum à Romanis pendebat [*]. 3. Non uno momento abolitus est Judæ principatus: Regna, quorum fatales sunt periodi, non uno momento corruunt, sed varias priùs subeunt mutationes, ut liquet [t]. Oraculi complementum (inquit Casaubonus) non in eo articulo ponitur quo Herodes à Romanis Rex declaratus est: quia interitus Reip. Judæorum alio tempore incepit, (nempe, anno 60. ante Christum sub Pompeio;) alio promotus est, (nempe, anno post Christum 10. cùm, Archelao Viennam relegato, Judæa in provinciæ formam est redacta;) alio consummatus est, (nempe, destructo templo, & urbe dirutâ [v].) [Medus hunc locum sic vertit;] *Sceptrum non recedet à Juda*, &c. *donec Shilo venerit, & ei sit aggregatio*, vel *obedientia, populorum*, sive *Gentilium*. Ità עַד כִּי *construit* ἀπὸ κοινοῦ, *quasi commune utriusque sententiæ, Donec Shilo venerit*, & *donec Gentes ad eum aggregentur*. Ità prædictio hæc impleta nec sub Pompeio, (tunc Silo nondum venerat;) nec sub Herode, neque Archelao filio, (tunc gentes nondum aggregatæ ad eum;) sed sub Tito, in excidio reip. Judaicæ. Hanc veram esse applicationem hujus prædictionis non solùm ostendit eventus, sed docet Christus in prædictione ruinæ Judaicæ Reipublicæ, Matt. 24. 14. ubi inter signa antecedentia hoc recenset, *Evangelium prædicabitur in toto mundo*, (& Gentes prædicatione Apostolorum convertentur,) *& tunc erit finis*, nempe Reipublicæ & politiæ Judæorum [x]. Nobis non est opus disputare num Herodes fuerit Judæus vel alienigena, qua in re nonnulli valde se torquent; quia sive hoc, sive illud, certum est, Herode vivente nondum abolitam fuisse Judæorum Rempublicam: at nunc ità dissipata est, ut nec emineat illa tribus, nec discerni potest quinam sint ex illa tribu: ideóque satis liquet impletam esse hanc prophetiam [y]. [Atque hæc sufficiant de hoc gravissimo nodo, & secunda Judæorum exceptione ad argumentum nostrum. Restat tertia.] Obtendunt Judæi, Sceptrum non illis ablatum esse, sed adhuc durare; vel, 1. in Babylonia, in iis qui populo illic exsistenti præsint; vel, 2. esse ultra amnem Sabbaticum penès decem tribus, ut alii fingunt. Quibus respondetur 1. in genere. Oppono illis ipsorum Rabbinos. R. Rachmon, Talmud Hierosl. lib. Sanhedrim, *Væ nobis, quia ablatum est sceptrum de Juda, & filius David nondum venit*. Bachai in Gen. fol. 73. *Nos hodie habemus neque Regem neque Principes*. Idem dicit Kimhi ad Hos. 3. 4. & Zemach David in præfat. ad Chronologiam [z]. 2. In particulari respondetur ad primum; Ridiculum vanissimúmque cavillum est [a]. 1. Loquitur Jacob de præclaro illo regimine politico in terra Israel [b]. Itaque nullo modo spectavit aliquod regimen extra possessionem illius terræ. 2. Imaginarii sunt isti Principes, quia nulla jam est tribuum distinctio, & impossibile est scire quinam sint ex tribu *Juda* [c]. Cùm hodie per totum terrarum orbem dispersi sint Judæi, amissæ genealogiæ, confusæ familiæ, quis credat illis, si affirment illos Æchmalotarchas esse ex *tribu Judæ*? 3. Si tales sint, potestatem non habent nisi in rebus parvi momenti, in decidendis liticulis [d]. Ad secundum respondetur, 1. Si tales sint, cur non hactenus inventi à mercatoribus? Proverbium est, *Qui vult mentiri, procul ponet testes*. 2. Vaticinium hoc spectat tribum *Judæ*: Quid hæc ad decem tribus, quas & damnatas esse docet Talmud tractatu Sanhedrim cap. 11. & quarum locum incognitum fatetur Kimhi [†]?

[q] Me. [r] T. Me. [*] Me. [t] Helvic. mem. 3. [v] Riv. [x] Medus differt. 8. [y] Riv. [z] Helv. memb. 2. num. 6. [a] F. [b] Riv. F. [c] Riv. [d] Helv. in fine.

11. *Ligans ad vineam*, &c.] Vel *vitem*; [ità ferè omnes.] Quæritur de quo hæc dicantur, de *Juda*, an de *Silo* [f]. Ad *Christum* referunt Targ. J. & Patres, Ambros. Aug. &c [g]. Christus *ligavit* funiculo fidei, &c. *ad vineam*, i. e. Ecclesiam primævam ex Judæis collectam, *pullum suum*, i. e. Gentes, quæ nondum jugum Legis tulerant; & *ad vitem*, i.e. ad seipsum, (Christus enim *vitis* est, Joh. 15. 1.) *ligabit asinam suam*, i. e. Judæos, Legi assuetos & attritos. *Lavabit in vino* sanguinis sui *stolam suam*, i. e. carnem; *& in sanguine suo pallium suum*, i. e. Ecclesiam suam sanguine suo mundabit. Sed rectiùs hoc ad *Juda* referendum est [h]. Significat tantam fore in ejus sorte vitium abundantiam [i], ut passim obviæ prostent, (non secùs atque vepres vel sepes,) ad quas ligari possent asini [k]. Potest aliquis ligare asinum suum ad vitem unam, & ex ejus fructu onerare asinum [l]. Tanta etiam erit racemorum copia, ut ab eorum esu ne asini quidem prohibendi essent, ipsis vitibus alligati dum onus eorum pararetur [m]. אֹסְרִי: י finale vel est otiosum, sicut alibi [n]; vel auget significatum, q. d. validè vinciens [o]. ¶ *Pullum suum*] Ità Sy. Ar. M. P. Ti. O. Mo. ό. scil. ad onerandum illum ex ea vite [p]. Vel, *vacuum suum*, (à עָרָה *nudare, evacuare*) scil. canistrum, O. [At Sa. vertit, *Ligata est ad vitem civitas ejus*; Ch. sic, *Habitabit Israel in circuitu civitatis ejus; populus ædificavit templum, & justi circum illud habitabunt*: A.] ¶ *Et ad vitem, ô fili mi, asinam suam*, sim. Mo. [בְּנִי אֲתֹנוֹ] *Filium* [vel *pullum*, ό. V. vel *filios*, Ar. qu. legisset בְּנֵי] *asinæ suæ*, Sy. M. P. V. י in בְּנִי redundat. Non est igitur vertendum, *filius meus*, neque, *fili mi* [q]. [At Ti. vertit, *& ad Sorek filius meus asinum suum*.] Porrò τὸ שֹׂרֵקָה vertunt, *vitem optimam*, Mo. P. *generosam*, JT. Ma. *perplexam*, O. *selectissimam*, A. *palmitem*, Sy. Ar. M. *ad Sorek*, Ti. ¶ *Lavabit in vino*] Adagium, sicut Deut. 33. 24. *tingat in oleo pedes*; & Job. 29. 6. *lavabam pedes butyro* [r]. Tanta erit copia, ut promiscuè ad lotiones, perinde ut aqua, effundi queat sine magno dispendio [s]. Hyperbole [t]. Rem ità se habuisse testantur qui ea loca perlustrârunt. Nam in tribu Judæ erat Hebron, & (non procul ab ea) ager Damascenus, quem nonnulli pro *paradiso terrestri* acceperint; convallis Mambre; mons Carmeli, feracissimus & fructuum & vini, test. Hieron. & Brochardo. Si dicas, non fuit fertilior aliis tribubus: Respondeo, 1. Uberrimum erat *Judæ* solum. 2. Nec tamen necesse est hæc comparatè enarrari, sed absolutè [v]. [Ch. sic totum vertit, *Purpura optima erit vestimentum ejus, & operimentum ejus erit sericum tinctum coccino variisque coloribus*.] ¶ *Et in sanguine uvæ*] Ità succum uvæ vocârunt. Plin. 14. 5. *multi sang. uvæ*, &c. Cassiodor. 12.-- *uvarum frigidus sanguis*. Eustath. ad vocem μιλτοπάρῃος Iliad. β'. *Sanguinem autem uvæ vocârunt vinum*. Hesiod. bucol.——βοτρύων δρόσῳ αἱμαλόεντι, i.e. *uvarum benecalcatarum sanguineo rore*. Ità Sirac. 50. 16. 1 Mac. 6. 34. Sic oleum Callimachus vocat *olivæ sanguinem*: Casaub. ad Suet. 2. 67 [x].

12. *Pulchriores oculi vino*, ità ό. Ar. חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיַּיִן וגו'] *Rubicundior oculis vino*, Mo. A. *Rutilantiores oculi vino*, Sy. Al. *rubens*, vel *rubedo oculorum, ex vino*; ità M. F. V. Ca. G. O. JT. A. Vini copiam describit [a], & præstantiam [b]; ab effectu, scil. rubedine oculorum, Prov. 23. 29 [c]. ¶ *Et dentes lacte candidiores*] Ità Sa. Sy. Ar. Alii, *albus dentibus à lacte*, M. O. JT. Ti. q. d. Et vinetis & pascuis abundabunt [d]. Tanta erit lactis & vini copia [e]. [Ch. sic, *Montes rubicundiores erunt in vineis suis, destillabunt colles ejus vinum, dealbabuntur campi ejus frumento*.]

13. *Zabulon in littore maris*] Juxta Mare mediterraneum, & mare Galilææ, sive stagnum Genezareth [f]. Agnosce hîc Divinam dispensationem, quæ defixit hominibus terminos habitationis eorum, juxta Act. 17. 26. Ante tot secula prædicit & promittit quæ singulis eventura erant [g]. Regionem maritimam sorte post 200 annos adepta est [h]. ¶ *Et in statione navium*, Heb. *ipse ad portum navium*, [ità plerique,] [לְחוֹף] Verto potiùs, *ad sinum*, seu locum quo naves teguntur, à חָפַף

[†] Helv. in colloquio. [f] Riv. [g] T. ità Mo. La. Bo. [h] Riv. ità Perer. Mar. O. Jun. Pi. [i] G. V. [k] V. Jun. Pi. [l] M. F. [m] Riv. [n] M. F. [o] Ma. [p] O. [q] V. ex He. [r] Riv. [s] V. O. Jun. A. [t] Jun. [v] Riv. [x] Ga. [a] A. [b] Jun. [c] Jun. A. [d] G. [e] V. F. co. [f] Me. Li. [g] Riv. [h] V.

חָפַף *tegere*[i]. ¶ *Pertingens usque ad Sidonem*, ità Ch. Sy. simil. Ar. M. P. Ti. [וְיַרְכָתוֹ עַל צִידוֹן] *Et latus* (*femur*, Ma. *stipes*, i. e. limes, *ejus*, O.) *super Sidon*, O. Mo. *ad Sidon*, Sa. A. At eò non pervenit. In terminis *Zabulon* in libro *Joshuæ* nulla mentio *Sidonis*. Imò tribus *Aser* videtur propiùs accessisse, ut notat Masius in Jos. Respondetur, 1. *Sidon* non de urbe accipiendum, sed de terminis Phœniciæ & Sidoniæ[k]. Sumitur pro regione Phœnices. Ità LXX pro *Sidone Phœnicen* habent, Esa. 23. 2. & pro *Sidoniis Phœnicas*, Deut. 3. 9. & Hesychius *Sidonios* interpretatur *Phœnicas*[l]. 2. Innuit tantùm eos ex tractu suo maritimo facilè Sidonem adnavigare posse, ibíque commercia exercere, juxta Deut. 33. 18. *Lætare, Zabulon, in egressu tuo*[m]. Prædicit eos versaturos in portubus ac navalibus, atque mercaturam facturos apud Zidonios, mercatores celeberrimos. Hinc ait *femur*, seu *hastile*, eorum (ut alludat ad malos navium) futurum usque ad Sidonem; & quòd remigatio in navigando fiat sedendo, & nixu femoris. Vide Deut. 33. 18[n]. 3. Vertendum, *versùs Sidonem*, spectat scilicet[o].

14. *Issachar asinus fortis*, ità Sa. M. P. [חֲמוֹר גָּרֶם] *Asinus ossis*, i. e. *osseus*, Mo. Ti. Ma. Quod variè exponunt. Vel, *fortissimus*; ità V. L. *laboris patiens*, M. *asinus dorsi*, vel *dorseus*, O. *vir gigas*, Sy. *asinus peregrinationis*, Sa. vers. *dives in substantia*, Ch. *ossibus valens*, JT. A. Talis à robore firmus est[p]. Robustus ad agriculturæ opera[q]. *Robustus*, quòd in labore corporis se potissimùm exerceret[r]. R. Jonah sic, *asinus fractus*, qui se loco movere non potest. Nam גָּרַם est *ossa frangere*. Alii sic, *asinus macer*, qui tantùm ex ossibus constet, nihil carnis habeat[s]. At LXX vertunt τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν. Legisse חָמַד [pro חֲמוֹר] satìs apparet. Alteram vocem quomodo legerint, non expedio. Fortè גֶּרֶשׂ, *fructus*[t]. ¶ *Accubans*, &c. [רֹבֵץ בֵּין הַמִּשְׁפְּתָיִם] Vox bis tantùm reperitur, hîc & Jud. 5. [Variant interpretes.] *Accubans*, (*requiescens*) vel *cubans*, *inter terminos*, ità Vulg. Ch. *inter duos terminos*, vel *fines*, Mo. A. Ti. A שָׁפַת *posuit, constituit*; quòd in limitibus regionum constituerentur præsidia[v]. *Inter semitas*, Sy. *Inter duos ordines*: i. e. vel, inter duas sarcinas ordinatas; vel, *inter cacabos*, qui ordinari solent in culina, vide Psal. 68[x]. *Inter ordines*, scil. ovium, inter caulas, &c. q. d. asinus pastoritius, servitio & oneribus gregis destinatus[y]. *Inter duos choros*, Ar. *inter sortes*, ο'. in F. Sensus potest esse, Inter regiones, provincias, confinia & terminos populorum, unde affatim habere potuit necessaria. Habuit enim in circuitu Zebulun, Napthalim, Aser, Ephraim, &c. Alii sic intelligunt; Quia inter populos habitabat, timens nè continuis bellis attereretur, voluit in pace vivere[z]. *Accubans inter terminos* aliarum tribuum, ideo procul à navigationis sorte, & rure suo se pascens[a]. Alii vertunt, *inter sarcinas*, ex utroque latere sibi impositas, sive *duo onera*; ità M. He. in V. Sa. P. JT. Asinus adeò fortis, ut etiamsi jaceat inter duas sarcinas, resurget tamen cum illis[b]: & cubare & surgere valet[c]. Alii sic, *qui ultrò succumbit sarcinis*, h. e. renuit ferre sarcinam magnam; fortis, sed piger. Servili erunt ingenio, non secùs atque latera sua clitellis muli accommodant. Quieti magìs quàm cordati erunt[d]. *Inter duo onera*, i. e. hinc regnum Phœniciæ, illinc Samariæ[†].

15. *Vidi requiem*, ità plerique, [מְנֻחָה] *Partem suam*, Ch. *habitationem suam*, Sy. *Vidit*, i. e. consideravit[f]. ¶ *Quòd esset bona*, [נָעֵמָה] *Pulchra, amœna*. Bonum esse in quiete, & regionem suam esse jucundam ob fructuum suavitatem; ideo maluit ferre, &c[g]. ¶ *Et supposuit humerum*, ità ο'. [וַיֵּט שִׁכְמוֹ] *Et inclinavit humerum*, P. Targ. Jerosl. V. Alii, *& extendet*, V. Ar. ¶ *Ad portandum*] Ut asinus robustus onera rustica[h]. Ex hoc & aliis locis constat שְׁכֶם *humerum* significare. Est ab Æthiopico שכם, *imponere onera in humeros*, Matt. 23. 4[i]. *Supposuit humerum ad portandum*, i. e. ad portanda arma[k]. ¶ *Factúsque est tributis serviens*] Vel, *tributarius*, vel, *sub tributo*; ità Sa. Sy. Mo. O. JT. A. Ma. *Et fiet servus*, Ar. ¶ [וַיְהִי לְמַס עֹבֵד] Ch. sic, *Subjiciet provincias, & disperdet habitatores; & qui relicti fuerint erunt ei tributarii*. Reliquias Cananæorum sibi subegit. Hoc Hebræi præferunt, ut gloriosius. מַס potest significare *liquefactos, consumptos*[l]. Alii sic, *& factus est agricola*; ità ο'. Aq. & Sym. Ideo non habebant aliud facere cum aliis, nisi reddere censum Regi & decimas Sacerdotibus[m]. Agricolæ ferè plùs cæteris tributis gravantur, à quibus milites sunt immunes[n].

16. *Dan, judicabit populum*, [דָּן יָדִין] *Judicabit*, i. e. reget ac moderabitur. Allusio ad nomen[o]. Rachel nomen imposuerat, quòd Deum haberet causæ suæ jurísque vindicem. Nunc aliò convertit Jacob; quòd licèt *Dan* ex concubina sit natus, unum tamen fore ex judicibus Israel; quia penès ejus sobolem in communi politia pars gubernationis & imperii erit, ut tribus ista caput unum efficiat[p]. Quod de Dane dicitur, (quia primus inter eos recensetur) de reliquis ancillarum filiis intelligendum est; quia omnes spiritu prophetico natalibus restitutos volebat, discrimine sublato inter filios ancillarum & herarum[q]. De *Samsone* hæc & sequentia accipiunt Hebræi, Hieron. Procop. Tostatus, Perer. Delrio, & alii[r]. Qui dolo Philistæos aggressus est, ut patet in 300 vulpibus, & concussione columnarum[s]: quando dejecit & interfecit omnes qui sedebant super domum illam, haud secùs quàm cùm serpens morsu suo ascensorem ab equo dejicit[t]. Hoc enim est *ceraste* serpentis ingenium, calcaneum equi petere, &c[v]. *Coluber is erat in via*: Non audebant tum venire super Israel per vias & semitas quas custodiebat[x]. At verò ad unum virum hæc non sunt restringenda; sed *Dan* accipiendum pro *tribu Dan*[y]. Alii referunt ad *Antichristum*. Ità ferè omnes antiqui Patres[z]. At hanc sententiam non esse *certam* concedit Bell. Abulensis *incertam* agnoscit; Oleaster, *fabulosam*[a]. ¶ *Sicut & alia tribus*] q. d. Si quæ tribus Israeli judicem dabit, & hæc dabit; non deerit illi hoc decus[b]. Ità loquitur, quia singulis tribubus erant capita & principes, Num. 1. 4, 16. & ex multis *Judices* erant[c].

17. *Fiat coluber in via*] Pariter Ammianus de Arbilione, 15. *Ut subterraneus serpens subsidens occultiùs, adsultu subito singulos transitores observans incessit*[d]. ¶ *Cerastes*, [שְׁפִיפֹן] Variè reddunt. Græci, ἐγκαθήμενος, *sedens*, & Sa. *insidians*. Quare, non capio, BA. *Serpens*, Ar. *præcipui serpentum*, Jon. in BA. *basiliscus*, Sy. *aspis*, M. Ti. *acontias*, JT. Potiùs *cerastes* est, BA. O. P. vel *hæmorrhous*. Videtur שְׁפִיפֹן nomen esse ad utrumque commune; nam perquam similes sunt. Uterque 1. est viperæ species; 2. arenoso colore; 3. eâdem longitudine; 4. cornutus; 5. ambiguo gressu fertur: de quo postea. Probatur hæc versio, 1. quia *Sipphon*, vel *Supphon*, Arabibus est serpens arenosus, albo & nigro distinctus, qualis est hæmorrhous, teste Ætio. 2. Solet cerastes latere in arenis quibus concolor est, prope viam, ut indè viatoribus insidietur. Testis Nicand. v. 262. 3. Convenit nomen, à *claudicatione*: Nam apud Magistros שָׁפַף est *claudicare*, & שָׁפוּף *claudus*. Cùm cæteri serpentes rectà proserpant, soli cerastes & hæmorrhous dubio gressu feruntur, & quasi titubantes vel claudicantes. Causa est in dorsi spinis, quæ non sunt osseæ, sed cartilagineæ, & in utramque partem flexiles, ut in incessu nulla possit esse firmitas. Sensus loci est, Danitas potiùs astu quàm aperto Marte rem gesturos. Exemplum habemus Jud. 18. 27[†]. ¶ *Ut cadat ascensor*, [רֹכְבוֹ] *Eques*, ο'. Sa. A. *sessor*, JT. *currus*, O.

18. *Salutare tuum exspectabo*,] Heb. *Salutem tuam exspectavi*. Dissentiunt interpretes. Alii sic; Velut anhelans auxilium Divinum implorat: sic solent ægroti testamentum condentes, aut de rebus suis loquentes[f]. Non displicet[g]. Alii referunt ad *Samsonem*[h]. *Salutem*, i. e. auxilium, (ità Matt. 1. *servaturus populum*, i. e. defensurus & vindicaturus; *incipiet servare*, i. e. defendere aut vindicare, Jud. 13.) *à te exspecto, Jova*; i. e. à Samsone illo[i]. Alii dicta volunt ad *Dan*, (vel *filium*, vel *tribum*) quem prævidit cum potentioribus conflictaturum, adversùs quos astutiâ usurus esset. Indicat se non fidere his artibus, ut ab iis exspectaret posterorum suorum salutem; sed eam à Deo expetere[k]. Alii sic; Exclamatio est Jacobi prævidentis molestias, discrimina, clades suorum, iísque condolentis, & de iis soliciti. Turbatus quidem erat, sed vi-

trica

Marginal notes (left column): [i] O. [k] Bo. [l] BP. 3. 4. 34. 342. [m] Riv. ex Masio, Ma. [n] Ma. [o] Ità Jur. Me. La. Riv. [p] He. in D. [q] Me. [r] D. prov. 2. 4. 61. [s] D. [t] G. [v] Ma. [x] O. [y] Q. in Ma. [z] F. [a] Me. [b] V. [c] M. [d] V. [†] Li. [f] V. [g] V. F. [h] Me. [i] Di. [k] G.

Marginal notes (right column): [l] G. [m] L. [n] Me. [o] V. G. [p] V. Jun. [q] Jun. [r] T. ità Ch. & Targ. Jerosl. in Bi. [s] Me. [t] V. [v] Me. [x] L. [y] Riv. [z] T. [a] Riv. [b] Me. [c] A. [d] Ga. [†] BA. 2. 3. 12. [f] Ità O. [g] Riv. [h] Ità G. [i] Ca. [k] Ri.

trice constantiâ contra tentationes insurgit, & se ad Dominum transfert, qui pollicitus fuerat se illius populi fore præsidem per filium suum Messiam [l]. Testatur fidem suam de conservatione posteritatis suæ. Filios etiam exemplo suo fiduciam docet in angustiis suis [m]. Vel, indicat hanc tribum graviter opprimendam, (& ab inimicis, & à suis infirmitatibus [n],) ut non nisi divinitùs servari possit. Vide Jud. 1. 34. & 18. 1,30. & 16. 16, 17, 21. Jos. 10. 47 [o]. Alii referunt ad Christum; *Salutem tuam exspecto*, ut hæc omnia per Messiam impleantur [p]. Prævidens exiguam & temporaneam fore liberationem Israelis per Sampsonem, (*addi potest*, & per alios sequentes liberatores,) exclamat, Non Sampsonem, sed Christum, mundi Salvatorem verum & perpetuum, exspecto [q]. Ità duo Ch. Paraphrastæ, *Non exspecto salutem vel liberationem Gideonis, quæ temporanea est, nec Sampsonis, quæ brevis est; sed Christi*, &c. Vides quàm sincerius & dexteriùs veteres Hebræi Scripturas intellexerint quàm recentiores [r]. Christi typus Sampson erat Jud. 13. 5. Matt. 1. 22. Christus *salutare Dei* vocatur Luc. 2. 30 [s]. Mos est Sp. Sancti, cùm mentionem facit magni alicujus auxilii & salutis conferendæ populo Dei per aliquos, sermonem indè dirigere ad præclaram illam salutem per Christum conferendam. Postquam prædixit *Samps.* oriturum, &c. vertit sermonem ad *Christum*: q.d. Plausibilia sunt quæ de *Sampsone* prædixi, sed longè plausibiliora quæ per *Christum* efficies [t].

19. *Gad, accinctus præliabitur ante eum*] Ità Aq. εὔζωνος, *accinctus, expeditus* [v]. Valde obscurus est hic locus [x], quia concisus est [y]. ¶ [גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ] *Exercitus (turma*, Sa. JT. A. *cuneus*, M. *cuneus latronum*, Ti. λόχος, *agmen insidiatorum*, Sym. in Nob.) *superabit eum*, Mo. P. M. *turmatim superabit*, A. vel, *populabitur eum*, JT. *exercitabit*, i.e. exercitus congregabit se contra illum, O. *succidet*, P. in Bo. Id גָּדַד sign. 1 Reg. 18. O. *Cuneabit*, i.e. aciem in cunei formam instruet, Ca. *Tentatio tentabit eum*, o'. *Contemptor contemnet eum*, Sa. vers. Variè exponunt; sed omnes conspirant Gad commendari à virtute bellica [z]. Alii referunt ad historiam Num. 32. ità Vulg. *Tribus Gad*, juxta suum nomen, *accincta erit*, armata & bellicosa; idque patebit, quando armata ante Israelem ibit, quasi dux, in Cananæam, &, fratribus in sorte sua collocatis, *accingetur retrorsum*, spoliis onusta domum redibit [a]. Hoc dicitur, quia redierunt omnes, & nemo cecidit in prælio [b]. [Non placet hic sensus Riveto.] Nam quare prædicentur tanquam peculiaria tribui Gad, quæ communia erant Reub. & Manasse [c]? Alii referunt ad crebras irruptiones vicinorum suorum, scil. *Ammon* & *Moab* [d]: qua de causa bellis assueti hostes suos tandem profligaturi sunt. Vide Deut. 33. 20. 1 Chron. 5 †. & Jud. 10. 7, 8 †. Admonet pater, etiamsi nomen habeat à multitudine, tot tamen habiturum hostes, ut ad tempus opprimendus sit. Hoc prædicit, nè posteri, viribus suis confisi, superbiant, sed comparent se ad subeundas ærumnas; simul etiam erigat ad sperandam victoriam [g]. ¶ *Et ipse accingetur retrorsum*, וְהוּא יָגֻד עָקֵב] [Et hîc variant.] *Et ipse superabit*, vel *devincet*, (vel *populabitur*, Sa. JT.) *tandem*, Mo. Sa. M. P. JT. G. *demum*, vel, *in fine*, V. K. in M. AE. in F. co. *Ipse tentabit eum secùs pedes*, o'. *trahet calcaneum*, Sy. *Et ipse exercitus devincetur ab eo postea*, vel, *in fine*, vel, *à tergo*, O. *confringet posteriora*, Ar. Impletum hoc 1 Chron. 5. 18, &c [h]. Docet tribum illam & passuram simul, & illaturam, multas incursiones alternante Marte [i]. Vide Jud. 10. & 11. quò alludere videtur Jacob [k].

20. *Aser, pinguis panis ejus*, מֵאָשֵׁר שְׁמֵנָה לַחְמוֹ] *De Aser, pinguis panis illius*, M. Ti. *De Ashero*, i.e. quod attinet ad Asherum [l]. Al. sic; *Aser*, o'. Sy. Ar. *panis (esca*, Ar.) *ejus pinguis*, o'. *optima terra ejus*, Sy. Al. sic; *Ex Aser pinguedo panis*, Sa. שְׁמֵנָה est fœm. ergò non potest referri ad לֶחֶם [m]. [At contrarium sentiunt AE. in M. & Riv.] לֶחֶם masc. jungitur fœminino, ut Ebraicè reperiuntur multa nomina utriusque generis [n]. At potiùs refert אֶרֶץ fœm. quod deest, ut sit, *De terra pingui Aser erit panis ejus*, seu *cibus*: nomine *panis* omnem cibum comprehendit. Ità doctiores Hebræi. Suavissimi tritici ferax erit, nec alieno subsidio indigebit quoad victum, qui domi suppetet [o]. *Panis* (i. e. cibus) *ejus pinguis erit*, h. e. optimus. Ità

[l] V. [m] V. Riv. [n] A. [o] Jun. Pi. [p] O. [q] L1. [r] F. [s] A. [t] F. [v] D. [x] M. O. [y] F. co. [z] Bo. [a] L. L2. Me. [b] L. ità F. & Onk. [c] Riv. [d] Ità Nachmanni in F. co. Riv. † Riv. [f] A. [g] V. [h] A. [i] Ma. [k] Jun. [l] Pi. [m] M. [n] Riv. [o] V.

pingue sumitur Gen. 4. 4. & 27. 28 [p]. שֶׁמֶן propriè sign. *pinguedinem olei*. Ità sign. abundantiam olei hîc futuram, juxta Deut. 33 [q]. *Panis pinguis erit*, i. e. multo oleo mixtus [r]. ¶ *Delicias regibus*] i.e. Regias, sive dignas Regibus, i. e. exquisitas, quæ indè deportabuntur ad alias nationes [s]. Ex topographia constat fuisse terram vino, oleo, ac præsertim optimo tritico, fœcundissimam [t]. Dabit oleum ad unguenta, quibus Reges utuntur [v].

21. *Napthali cervus emissus*] Est prophetia de *Barac* ex hac tribu, qui priùs, ut cervus, pavidus, quamvis ad bellum emissus, noluit ire nisi Deborâ comite; sed post victoriam *dedit eloquia pulchritudinis*, carmen nimirum eucharisticum [x]. Hæc sententia ineptissima est [y]. Præstat ad totam tribum referre [z]. ¶ אַיָּלָה שְׁלֻחָה] Vertunt, *cerva dimissa*, ità V. Mo. P. M. Sa. A. i.e. quæ venatione capta non occiditur, sed potiùs fovetur in deliciis [a]. Vel *dimissa*, adeóque celer, tum ad periculum vitandum, tum ad hostes persequendos*. *Est animal dimissum*, scil. à jugo, ideóque *dans eloquia sonora*, quòd se liberum à jugo videat. q. d. Hæc tribus maximè gaudebit libertate †. Alii, *cerva emissa*, Ar. JT. vel, *missa*, O. Ma. sub. ad aliquem Principem, quæ solet esse pulcherrima [b]. Putant quidam laudari *celeritatem*; [ità Ti. *cerva celeris*, & Sy. *nuncius velox*.] Alii etiam *fortitudinem* [c]. At doctioribus alius sensus magis probatur, quòd humanitati, suavibus verbis & pacis artibus, magis studebunt, quàm ut se armorum præsidio muniant [d]. ¶ *Dans eloquia pulchritudinis*] Sive *verba eloquentiæ*, V. Accipitur vel effectivè, q. d. Humano blandóque sermone mulcebit etiam feroces animos †; vel objectivè, idque dupliciter: 1. Erit causa objectiva eloquiorum, adeò amœna & pulchra erit [f]: 2. Ibi priùs maturescebant fructus, unde fiebant oblationes primitivorum, & Levitæ Deo laudes reddebant [g]. [Quòd vertunt, *cerva emissa, dans eloquia pulchritudinis*, non placet BA.] Sensus difficilis est & obscurus. 1. Nihil constat de facundia sive viri, sive tribûs, Nepthali; nullæ ibi vel Scholæ celebres, vel urbs illustris, nec quisquam Prophetarum indè ortus. *At allegant* carmen illud Jud. 5. Resp. Illius auctor erat *Deborah* ex Ephraim oriunda. 2. Sic duo hemistichia non cohærent, cùm cervæ proprium non sit pulchrè eloqui. 3. Quid est *cerva emissa*? nam cerva semel capta non solet emitti. Si ergò puncta demas à Masorethis, non semper commodè addita, diversissimus posset ex iis sensus hîc erui, putà, *Nepthali est ut arbor surculosa, edens ramos pulchritudinis*. Arbor dicitur אֵלָה, vel אַיְלָה inserto *Jod*, ut in plur. אֵילִים, Esa. 1. 29. & 61. 3. Et שְׁלוּחָה est *surculus*, ut Esa. 16. 8. *arbor surculi*, i. e. surculosa. Et אִמְרֵי erunt *rami*, pro אֲמִירֵי, suppresso י quiescente; ut in שְׁלֹשִׁים pro שְׁלִישִׁים, Gen. 6. 16. גֵּרָה pro גְּוִירָה, Levit. 25. 11. פְּרָסִים pro פְּרִיסִים, Jer. 41. 16. Ità cum arbore ramosa confertur, (ut Joseph v. seq. & fideles sæpe, Psal. 1. 3. & 92. 13.) vel, 1. propter fœcunditatem, nam, cùm non nisi 4 liberos in Ægyptum deduxit, Gen. 46. 24. in exitu, post annos duntaxat 215, ex iis erant plùs 50 millia, Num. 1. 41, 42. vel, 2. propter solum fertilissimum. Vide Deut. 33. 23. & Jo. Bel. Jud. 3. 2. de Galilæa, cujus magna pars Nepthalitis obtigerat. Nec nova est hæc interpretatio; nam o'. sic vertunt, στέλεχος, &c. hoc est, juxta Hi. *virgultum resolutum, dans in generatione pulchritudinem*. Arabum unus MSS. in Suecia, *Ut arbor egregia quæ bonum fructum fert*: & Onk. *In terra optima cadet sors ejus, & possessio ejus erit fructifera* [h].

22. *Filius accrescens Joseph*, בֵּן פֹּרָת] hîc fœm. est, quod ostendit ת in פֹּרָת [i]. פֹּרָת vel est à פָּרָה *crescere*, filius *fructifer*, vel *fructificationis*; sic Mo. Sa. Ar. O. M. Ma. V. ex He. Hoc maximè convenit & nomini *Josephi*, ad quod respicere videtur, (sicut penè in omnibus benedictionibus alludit Jacob ad nomina singulorum propria, quæ olim propheticè imposita erant [k],) & sequenti similitudini arboris [l]. *Ramus crescens*, P. vel, *fœcundus*, JT. *Filius fœcundæ*, seu *fructiferæ*, scil. *vitis*, Pi. A. quod Ch. & Targ. Jeros. exprimit. Talia autem sæpe intelliguntur, ut Gen. 4. 20. & 25. 8. Ramus *filius* dicitur, quia ex arbore procedit. Sic sagittæ *filii arcûs*, Job. 41. 28. & scintillæ *filii prunæ*,

[p] A. [q] Bo. sic R.S. in M. [r] O. [s] V. [t] Riv. [v] O. [x] Me. [y] Masius. [z] Riv. [a] V. * A. † O. [b] V. [c] Riv. O. [d] V. Riv. † Ità Riv. [f] Bo. [g] Ità L. Bo. ex Ch. [h] BA. 1. 3. 18. [i] V. [k] T. [l] V.

prunæ, Job 5. 7[m]. פֹּרִיָּה pro ramo sumitur Isa. 10. & Ezec. 31[n]. *Filius fœcundæ*, scil. *arboris*, h. e. ramus fœcundus. פֹּרָת pro פֹּרִיָּה, à פָּרָה *fructuosus fuit*[o]. Filius accrescens sanè erat, nam duas tribus obtinuit, quarum una fœcundissima[p]. Quare cum bifido ramo comparatur, i. e. geminam ex se propaginem emittente[q]. Aliis est à פָּאַר *decoravit*; *filius decoris*, vel *decorus*[r]. q. d. Filius elegans & formosus Joseph; quantò magis videtur, tantò formosior & dignior apparet. In hac prophetia quædam sunt personalia, quædam communia†. Persona Joseph cum posteris miscetur[t]. Refero hæc ad Joseph, non ad posteritatem ejus. Est enim hîc initio, non futurarum rerum prædictio, sed præteritarum narratio, laúsque Josephi. Ch. tamen ad futuram multiplicationem refert[v]. ¶ *Filius accrescens, & decorus aspectu*, בֵּן פֹּרָת עֲלֵי עָיִן] Illud עֲלֵי עָיִן vertunt, *super* (vel *juxta*, vel *ad*) *oculum*; q. d. ità pulcher, ut dominaretur oculis. Indè noster, *decorus aspectu*, & o'. ζηλωτὸς, i. e. desiderabilis[x]. Videntur pro עֲלֵי עָיִן legisse עֶלְיוֹן[y]. At alii vertunt, *secus, juxta*, vel *super, fontem*; ità Mo. JT. Sa. M. O. Ar. Ti. P. A. Arbor juxta fontem plantata gratissima est[z], & meliùs crescit[a]. Vide Ezec. 19. 10[b]. Tam fructuosus erit ut arbor juxta fontem plantata[c]. Quia Josephus ramo comparatur, hanc versionem præfero[d]. [Sy. vertit, *ascende fons*.] ¶ *Filiæ discurrerunt super murum*, בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר] Ità O. M. Ad verbum, *Filiæ* (i. e. *unaquæque filiarum*) *deambulavit*, vel *incessit, super*, vel *circa, murum*; ità Mo. A. V. Aut sing. est pro plur. & præt. pro fut†. Verbum singulare sæpe in Heb. lingua ad plur. nomen adstruitur, ad includendum distributivum[f]. Q. referunt ad filias Ægyptiorum, quæ muros conscenderant (ut fieri solet cùm plenæ spectatoribus viæ sint) ut Josephi pulchritudinem contemplarentur[g]. Non probatur doctioribus[h]. Aliis ramusculi *filiæ* vocantur[i]; ut rami majores, *filii*[k]: quæ discurrere super murum dicuntur, quum altè se diffundunt[l]. i. e. Utraque Josephi tribus sese longè latéque diffundet[m]. Ità doctiores; & continuam metaphoram esse scribunt[n]. Rami ejus latè super mœnia fundebant se, ut in arboris similitudine maneatur[o]. Duobus *ramis suis procedit ultra murum*, JT. *habens radices extensas super murum*, Ar. Alii sic; *Filiæ*, i. e. urbes, *ejus*, nempe in tribu Joseph, incedunt juxta ordinem; q. d. ordinata & bene instituta ibi est politia. שׁוּר est *ordo, dispositio*[p].

23. *Jurgati sunt*, וַיְרֻבּוּ] *Et contenderunt*, Sa. Ti. RS. in M. quasi esset à רוּב[q]. *Ulti sunt in eum*, Ch. *multiplicati fuerunt*, Sy. Ma. *multiplicaverunt*, aut *se*, aut *sagittas, contra eum*, O. Alii vertunt, *jaculati sunt*; ità Mo. P. JT. A. K. in M. quod meliùs convenit cum sequentibus[r]. Sic & Græci, ἐνεῖχον, *jaculis confoderunt*. Est à רָבַב[s]. Nam Beth dagessatum defectum alterius Beth indicat[t]. ¶ *Habentes jacula*, בַּעֲלֵי חִצִּים] *Magistri sagittarum*, Mo. M. vel, *sagittarii*, Ar. P. i. e. periti sagittandi. Tam fratres quàm Potiphar & uxorem intelligit[v]. Et jacula erant irrisiones, mendacia, calumniæ[x]. Alii referunt ad tribum, quæ multos inimicos habitura est[y]. *Viri dissensionum*, Ch. *tenaces factionum*, Sa. in D. *magistri divisionum*, Sa. vers. *domini turmarum*, Sy.

24. *Sedit in forti arcus ejus*, וַתֵּשֶׁב בְּאֵיתָן] *Sedit in forti*, i. e. in Deo; vel, *in forti*, supple *loco*, V. P. *Permansit in robore*, JT. A. M. *Mansit firmus*, Ti. *Sedebat in fortitudine arcus sui*, Sa. Defendit illum locus fortis & milites fortes, ope fortis Dei[z]. Per spem in Deo quasi in arce fortissima stetit[a]. Defensio sua in Deo[b]. Constans fuit contra adversa, libidines, factiones[c]. Postquam multa perpessus fuerat, tandem Dei auxilio immobilis permansit[d]. Onk. sic legit, *Posuit fortem*, seu *fortitudinem*, (i. e. Deum) *fiduciam suam*†. Alii referunt ad arcum sagittariorum[f]. *Contriti sunt cum potentia arcus eorum*. At obstat affixum in קַשְׁתּוֹ, quod est singulare[g]. At fortè legebant קַשְׁתָּם[h]. [Sic Sy. accipere videtur, *Retortus est in robore arcus ejus*; & Ar. *Mentitus est arcus ejus cum duritie*.] ¶ *Et dissolutæ sunt vincula brachiorum*] Ità noster rectè; פָּזַז enim propriè sign. non, *roborare*, ut volunt RR. sed, *mollescere, lentescere*, & *dissolvi* instar auri optimi[i]. ¶ וַיָּפֹזּוּ וגו'] *Dissoluti sunt nervi brachiorum*, o'. Non ad Joseph, sed fratres ejus, referunt[k]. *Brachia ejus conturbabuntur*, Sa. vers. *dissipata sunt*, Sy. *tremefacta sunt*, Ar. Al. *roboraverunt se*, vel, *roborata sunt*, Mo. O. P. JT. A. Ti. *fortia fuerunt*, V. Firma, fortia, solida facta sunt, instar puri & solidi auri, quod *Phaz* vocatur Psal. 19. 11[l]. Hanc genuinam esse lectionem facilè liquet ex antecedentibus & consequentibus. Commendat enim Jacob Josephum à fortitudine & constantia[m]. Joseph similem facit strenuo jaculatori, cujus arcus non languescit, & cujus brachia non laxantur; nullis, quamlibèt duris infestísque, ictibus succubuit[n]. Al. *deaurata sunt brachia*, RS. & K. & Caj. & Ch. in Bo. i. e. auro, seu monilibus aureis, ornatus est cùm exaltaretur[o]. ¶ *Indè pastor egressus est lapis Israel*, מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל] *Indè pastor lapis Israel*, Mo. M. Ti. O. A. Illud *indè* explicant, vel, 1. à Josepho; vel, 2. ex vinculis egressus est[p]; vel, 3. ex ea tribu[q]; vel, 4. ex eo tempore[r]; vel, 5. à Deo ipso exaltatus, ut esset pastor Israelis[s]. Hinc & obscurum est quis sit ille pastor & lapis[t]. 1. Potest referri ad Deum, de quo jam dictum erat, qui est lapis & petra Ecclesiæ, à quo Josephus exaltatus est[v]: ità o'. in Bo. Ità Ch.——Dei, *cujus verbo gubernantur patres & filii tribuum Israel*: & Sa. *A manibus potentis Jacob, à nomine pascentis lapidem Israel*: & Sy. *A nomine robustissimi Jacob, & à nomine pastoris lapidis Israel*. Ità doctiores, ait V. Deus pastoris munus servo suo injunxit. Unde autem factum est ut gentem suam aleret, nisi quia Divinæ beneficentiæ erat minister[x]? 2. Potest referri ad Josephum[y]; qui erat *pastor* & pater Ægyptiis[z], & aliis gentibus*; & erat *lapis*, i. e. basis, Israel: q. d. patrem & fratres in Ægypto nutrivit[a]. *Pastor* erat, cibando; & *lapis*, i. e. fortitudo, defendendo, Israel[b]. 3. Alii ad Jacobum referunt; quòd fuerit *lapis* & *basis*, h. e. pater, Israelitarum[c]. *Indè pastor Israel*; q. d. Jacob fuit nutritius, & rupes, vel fultura, domûs suæ[d]. Alii nostrorum (quod mihi valde probatur) Prophetas, Doctores & Rectores populi Israel intelligunt, quos semper insignes & præclaros habuit Israel, quorum plerique ex tribu Joseph fuerunt. Nec te moveat quòd sing. dicitur *lapis* & *pastor*; nam sing. pro plur. poni frequens est[e]. Al. sic; *Lapidem Israel* accipio pro *lapide qui est Israel*; veluti si quis dicat, *offenderunt ad lapidem Christum*, i. e. qui est Christus. Sanè *lapidum* vox ad homines transfertur. Græci vocantur *lapides fundæ*, Zach. 9. 15. Judæi, *lapides coronæ*, ibid. v. 16. fideles, *lapides vivi*, 1 Pet. 2. 5[f].

25. *Deus patris tui erit adjutor tuus*, מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ] Vertunt, *A Deo patris tui, & adjuvabit te*, Sa. Mo. P. vel, *& adjuvit te*, o'. vel, *qui adjuvit*, M. Ti. vel, *adjuturus est te*, JT. A. Sic, *& præparabit*, Mal. 3. 1. pro, *qui præparabit*, Marc. 1. 2[g]. *A Deo*, supple vel, *factum est istud*, M. vel, *hæc omnia proveniunt*, V. vel, *erunt tibi bona quæ sequuntur*, O. Vel jungi potest cum præcedentibus, *Indè pastor*, &c. *à Deo patris tui*[h]. *Deus patris tui te adjuvet*, Sy. *Rogo Deum patris tui, ut adjuvet te*, Ar. *Verbum Dei patris tui erit adjutorium tuum*, Ch. ¶ *Benedictionibus cœli*] Pluviâ, rore, nive[i]. ¶ *Abyssi*] i. e. Terræ[k]. Fontes aquarum. Vide Gen. 7. 11. & Deut. 33. 13[l]. Terram dabit tibi irriguam & fertilem[m], ex aquis inferius ex abysso prodeuntibus[n]. Vel *abyssum* vocat mare, q. d. Dabit tibi tempestivam pluviam: Alludit ad nubes, quæ excitantur sursum è mari. ¶ *Uberum & vulvæ*] Felicem te faciet gregum & liberorum copiâ[o]. Ubera obstetricum & uteri prægnantium non sunt habitura defectum aut aborsum[p].

26. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus*, בִּרְכֹת אָבִיךָ גָּבְרוּ עַל בִּרְכֹת הוֹרַי] *Benedictiones patris tui* (o'. & Sa. addunt, *& matris tuæ*) *validæ sunt cum benedictionibus progenitorum meorum*, JT. vel, *addentur super benedictiones quibus benedixerunt me patres mei*, Ch. sim. Ar. vel, *invaluerunt*, sive *prævaluerunt, super benedictiones patrum meorum*, Pi. Mo. *fortiores fuerunt*, M. V. F. co. vel *erunt*, P. *ampliores sunt*, Ti. *benedictionibus progenitorum meorum*, O. A. M. P. Intelligendum non passivè, pro benedictionibus quibus benedicti sunt; sed activè, pro iis quibus filiis benedixerunt[q]. Sensus ergò est, Eris me felicior[r]. Ità loquitur,

m A. n M. o Glas. gram. p. 139. p Me. q Jun. Pi. r M. F. co. †Riv. t V. v Bo. x La. & o'. & Vulg. y G. z M. a V. b A. c O. d Riv. †V. f F. co. g F. co. ità Targ. Jeros. & L. Me. T. M. h V. i A. K. in F. co. k A. l V. m Jun. Pi. n V. G. o G. p F. co. q G. r G. F. co. s M. F. G. t F. co. v V. A. x Mo. La. y V. z V. a Me. b L. c Cl. d V. †F. f Riv. ità o'. g Riv. h Ba. i La.

k Bo. l A. m F. co. n V. o Bo. p Bo. q O. r Bo. s A. Jun. Pi. t Bo. v A. x V. y A. Jun. Pi. O. Me. Bo. z M. * Jun. a F. co. b O. c F. co. ità V. d V. e F. co. f D. g A. h O. i Me. A. O. k L. l A. m Me. V. n Me. o V. p K. in M. q Riv. r Me. Riv.

quitur, 1. Quia Joseph erat ipso felicior[s]. Jacobi dies *breves* erant & *mali*: At Joseph, etsi primùm afflictus, diu floruit, & amplam posteritatem in magna authoritate reliquit[t]. 2. Quia ex filiis Jacobi nullus à benedictione excludebatur, quemadmodum Ismael & Esau, &c[v]. 3. Quia hæc bona clariùs Jacobo patefacta sunt[x]; ità ut singulis suis filiis certam terræ Canaan portionem assignaverit[y]. Jacob & speciatim has benedictiones explicat, & filiis sigillatim applicat[z]. 4. Quia uberiùs communicata sunt hæc bona Jacobi posteris, &c[a]. 5. Quòd citiùs implenda hæc erant[b]; quæ Abr. & If. quasi eminus ostensa sunt[c]. Notandum ὁ. & Sa. vertere, *benedictiones montium*: pro הֹרַי, legebant הָרֵי[d]. Quanquam ab initio verax fuit Deus in promissis, effectum tamen perinde distulit, ac si verbis tantùm Abr. & If. lactaret; immensum enim illud semen non datum fuit illis, sed posteris[†]. ¶ *Donec veniret*, &c. עַד תַּאֲוַת גִּבְעֹת עוֹלָם] Radix תַּאֲוַת potest esse vel תָּאָה *definire*, vel אָוָה *desiderare*[f]. Hinc bifariàm accipiunt. 1. In sensu *desiderandi*: *Usque ad spem collium æternorum*, Sa. *ad id quod optat collis æternitatis*, Ar. Benedictiones *quas optaverunt principes qui à seculo fuerunt*, Ch. *donec veniret desiderium collium æternorum*, Vulg. & O. Me. i. e. Christus, quem & Angeli & Patriarchæ (qui hîc allegoricè per *colles* significantúr[g]) optabant[h]. Huc trahunt *exspectationem creaturæ*, Rom. 8[i]. Exc. At verò benedictiones temporales cessabant in Josephi posteris ante Christum, nempe sub Salmanasare[k]. Resp. 1. Promissio hæc erat conditionata. 2. Aliqui eorum cum Juda redierunt ex Babylone[l]. At *colles* hoc sensu sumi sine exemplo dicitur[m]. Al. sic; *ad desiderium*, i. e. ad desiderabiles fructus, *collium*, juxta Deut. 33. 15[n]. Al. sic; *usque ad desiderabiles colles qui jam olim fuerunt*, Ti. 2. Al. accipiunt in sensu *terminandi*, vertúntque, *Usque ad terminum, vel finem, collium æternorum*, (sive *mundi*:) ità P. F. co. V. Mo. M. JT. A. Pi. Ità significat, vel, 1. Amplitudinem harum benedictionum, quæ cum toto orbe communicandæ sunt; sunt enim non tantùm temporales, sed & spirituales[o], in Christo, quem Joseph & Juda præfigurabant in primogenitura & regimine[p]: vel, 2. Durationem & diuturnitatem[q]; durabunt quamdiu mundus[r]. *Montes* in Scriptura sign. durationem, ut Esa. 54. 10[†]. Durabit quousque stabunt colles seculi, qui sunt firma terræ portio[t]. Frequens est periphrasis perpetuitatis in Scriptura; ut Psal. 52. 5. *quamdiu erit Sol & Luna*[v]. Sed omnibus expensis, & collat. Deut. 33. 13, &c. ubi Moses repetit hanc benedictionem, non videtur hîc tam agi de comparatione collium respectu durationis, quàm benedictionis quæ in collibus & montibus sæpe à Deo largiùs effusa videtur; & vertendum, *usque ad desiderium collium æternorum*, i. e. tales erunt, ut etiam pretiosissima quæque quæ in collibus reperiuntur in caput Josephi, &c. liberaliter defluant. Itaque mira terræ & proventuum ejus ubertas Josepho promittitur[x]. Quidam ad locorum distantiam referunt, nec malè: q. d. Felicitas Joseph longè latéque se diffundet, ad extremos usque mundi colles[y]. ¶ *In capite Joseph*] Hoc dicit, nè putetur vota sua in aerem spargere: Nam hâc voce notatur subsistentia, ut ità loquar[z]. ¶ *Et in vertice Nazaræi inter fratres*, נְזִיר אֶחָיו] Vertunt, vel, 1. *coronati inter fratres*, ità V. Caj. in La. sive, quia princeps erat inter fratres[a]; sive, quòd sit fratrum corona, propter communem gloriam quæ ab ipso in omnes redundat[b]. *Super caput coronæ fratrum suorum*, Sy. Sa. vers. *super verticem continentissimi fratrum suorum*, Ar. Vel, 2. *separati*, ità JT. A. Ma. Ch. sive, cùm in Ægyptum venditus esset[c]; sive, quia Joseph aulæ affixus fuit, cùm fratres in Gosen essent[d]; sive, quia propter dignitatem, quâ excellit, ab omnibus sit segregatus[†]. Vel, 3. *Nazaræi*, ità Sa. Mo. M. P. Ti. O. A. i. e. *sancti* inter fratres suos[f]; vel, *eximii* inter fratres[†]. נָזִיר significat *eximium*, & *ex aliis propter excellentiam segregatum*, ut positum est Nah. 3. Totum versum sic reddo; *Quæ tui patris ubertates, quæ quidem montes ubertatis superant*, (quomodo Latinè dicimus *montes auri*,) & *voluptatem collium sempiternorum*, i. e. diutissimorum, (quæ sunt quàm abundantissimæ,) *exundabunt in caput tuum*, i. e. tibi cumulatè contingent, *qui es fratrum excellentissimus*, (ejus enim fuit ætatis prærogativa, ut est 1 Par. 5.) Æquum est enim, ut qui alios virtute superas, eosdem etiam felicitate antecedas[g]. Dices, non videri hanc de Josepho ejúsque posteritate prophetiam fuisse impletam: Non ex ejus semine Christus erat, nec cultus Divinus inter eos diu permansit, ut notum est. Resp. 1. Hæ benedictiones erant ferè conditionatæ, si, & quamdiu, in cultu Dei permanserint. 2. Temporales benedictiones habebant usque ad captivitatem sub Salmanassar, & ibi erat regia dignitas[h].

27. *Benjamin lupus rapax*, ità vertunt ὁ. Sy. vel, *diripiens*, Ti. זְאֵב יִטְרָף] *Lupus rapiet*, Sa. Mo. *qui discerpit*, JT. *rapiet*, vel *deprædabitur*, ut *lupus*, M. P. A. Ar. Hebræi exponunt de altari sacrificiorum, quod tanquam lupus rapax sacrificia devoravit manè & vesperi. Ità Chaldæi interpretes. Non placet L. E. Riv. Nihil hîc sani; nec *Benjamitarum*, sed *Levitarum*, erant hæ oblationes[i]. Alii prædici aiunt tribum fore fortem & bellicosam[k], & *venandi studiosam*[l], & ex præda victuram, ut quidam scribunt. *Rapiet*, i. e. superabit inimicos, lacerabit prædam, & omnia faciet quæ victores facere solent[m]. ¶ *Manè comedet prædam*] Ità עַד vertunt Sa. M. P. Ti. JT. A. ¶ יֹאכַל עַד] *Comedet adhuc*, ὁ. O. *comedet furtim*, Ar. ¶ *Et vespere dividet spolia*] At prædam dividere prius est quàm illâ vesci. Copula ergò *ET* hîc est ordinativa, & idem valet quod *postquam*. Nec *manè* & *vesperì* hoc loco *totam diem* sign. sed *totam noctem*: & sensus est, *Manè comedendam habet prædam, postquam illam divisit sub vesperam*. Tale Jos. 7. 25. *Combusserunt eos igni, & lapidaverunt*; i. e. postquam lapidavissent, ut habet Ch. Job. 14. 10. *Moritur vir, & debilitatur*; i. e. postquam debilitatus est. Porrò, prædam non dividunt omnes lupi: quidam soli venantur, & soli vorant. At alii ferè gemini venantur, Ælian. 15. 3. sæpe & turmatim. Tum prædam inter se dividunt. Præterea, lupi solent noctu ad prædam divagari, ut notant Poetæ, Virgil. Æneid. 9. Georg. 4. Statius Theb. lib. 3. & 8[n]. Impletum hoc in Saule maximè[o]. Alludit ad victorias & prædas Saulis, Esteris, & Mardochæi, qui ex hac tribu fuerunt[p]. *Manè*, i. e. primis temporibus: *Ehud Benjamita* erat secundus Judex, & *Saul* primus Rex. *Vespere*, i. e. ultimis temporibus: Ester & Mardochæus & suos eripuerunt, & hostes peremerunt[q]. Q. referunt ad Paulum Apostolum, qui manè lupus erat, sed vesperè escam sanæ doctrinæ Ecclesiæ distribuit: La. Bo. ex Patribus. At meliùs refertur ad ingenium tribûs, quàm ad facta quædam singularia[†]. Hæc fortitudo eminuit Jud. 19. & 20[t].

28. *In tribubus*] Heb. *tribus Israel*, i. e. auctores, seu progenitores, tribuum[*]: Met. effecti[v]. ¶ *Benedictionibus propriis*, כְּבִרְכָתוֹ] *Juxta benedictionem suam*, V. propriam & peculiarem; i. e. juxta id quod eventurum erat[x]. *Cuique prout benedictioni ipsius convenit*, JT. q. d. Non tantùm bene precatus est iis ex paterno voto, sed protulit quod Deus in ore ejus posuerat; quia tandem probavit eventus efficaces fuisse prophetias[y]. Tali benedictione quæ singulis expediebat, prout Spiritus Dei designavit[z]. Quemadmodum conveniebat benedictioni à Deo illis destinatæ[a]. Quidam putant his verbis notari additas benedictiones personales singulis filiis, quæ hîc non narrantur[b]. Verisimile est eum imprecatum iis bona spiritualia & æterna[c]. Alii tamen intelligi malunt de benedictionibus hactenus recitatis[d]. Exc. At quibusdam ex iis potiùs maledixisse videtur; quomodo ergò dicitur, *benedixit singulis*? Resp. 1. Idem est *singuli*, quod *penè singuli*. Nam exceptio tantùm est in uno pari[†]. 2. In eo benedicti erant, quòd hæreditas & habitatio eis inter fratres relicta est, & ipsi quoque in fœdere comprehensi erant[f]. 3. Deus vertit eam maledictionem in benedictionem[g]. Correctiones durioribus verbis denunciatæ cesserunt in bonum Patriarcharum, & profuerunt posterorum emendationi[h]. Temporaliter maledixit, at benedixit filiis *benedictione suâ*. Quæ est illa? De Messia[i].

29. *Sepelite me*] Scopus erat, suorum animos avertere ab Ægypto, & in iis excitare desiderium Terræ promissæ.

[s] Me. Riv. La. [t] Riv. [v] Pi. [x] Pi. L. [y] Pi. [z] A. [a] A. [b] A. Pi. [c] Pi. [d] Bo. [†] V. [f] Riv. [g] Me. [h] Me. T. [i] Riv. [k] Riv. [l] T. [m] Riv. [n] A. [o] Pi. A. [p] A. [q] F. co. A. [r] Mar. [†] A. [t] V. simil. K. & RS. in M. [v] Riv. [x] Riv. [y] V. [z] V. [a] F. co. [b] V. [c] Me. [d] Riv. [†] V. [f] L. [†] Riv.

[g] Ca. [h] Bo. [i] BA. [k] Ità L. E. Me. Ca. Riv. A. BA. [l] Ca. [m] V. [n] BA. 1. 3. 10. 825. [o] G. Aug. in L. [p] Me. [q] A. [†] Riv. [t] BA. L. Me. T. [v] Pi. [x] Riv. [y] V. [z] A. [a] Pi. [b] Riv. [c] L. [d] Ità Me. Riv. [†] E. [f] Riv. [g] E. [h] Riv. [i] Walth.

promissæ[k]. ¶ *In spelunca,* [אֶל הַמְּעָרָה] *Ad speluncam,* i. e. in spelunca. Præpositiones *ad* & *in* crebrò permutantur; Glass. Gram. 524.

32. [מִקְנֵה הַשָּׂדֶה וגו'] *Emptio agri——fuit à filiis Heth,* P. Sy. *Acquisitio est agri,* Sa. *Emptus verò est ager,* M. Ti. *In possessione,* vel *acquisitione, agri,* JT. A. ό'.

33. *Collegit pedes*] [Ità plerique vertunt.] Nam priùs in sponda lectuli sedebat, cruribus pendentibus: colligit ergò pedes in lectulum, & sensim exspirat[l]. *Recepit,* JT. *sustollens,* ό'. *extendit,* Sy. *aggregavit,* i. e. retraxit. Exprimit placidam ejus quietem: q. d. Tranquillo animi statu membra direxit quò voluit, qualiter sani & vegeti se ad somnum componere solent[m]. ¶ *Ad populum suum*] Vide quæ ad Gen. 25. 8[n]. Seneca ad Martiam, 26. *Cur in tanta veri ignorantia verseris, ut iniquè actum judices cum filio tuo, quòd, in tædium versus vitæ, ipse ad majores se recipit suos*[o]?

[k] Riv. [l] Me. [m] V. [n] A. [o] Gal.

CAP. L.

2. *MEdicis,* [הָרֹפְאִים] Eos intelligit qui funeribus curandis præerant[p]. Pollinctores, qui corpora condiunt, involvunt, humant[q]. ἐνταφιασταῖς, ό'. i. e. sepultoribus; vel potiùs curatoribus humandorum, condiendo, siccando, &c[r]. ¶ *Ut condirent aromatibus,* ità O. Sa. [לַחֲנֹט] Vide quæ ad Matt. 9. 23. Unguentis ex balsamo, myrrha, casia, & similibus, quæ apta ad prohibendam putredinem, & bonum odorem conciliandum[s]. Mos hic erat Ægyptiorum, teste Herod. l. 2. & Plin. 2. 27. Indè manavit ad Israelitas, 2 Chron. 16. 14. & 21. 16. & Joh. 19. 39, 40[t]. *Ad balsamandum,* Mo. A. Ma. *ut sepelirent,* ό'. *ut condirent,* Ch. Sy. Ar. vel, ut *aperirent*: Id חָנַט sign. Corpora aperiuntur, exenterantur, &c. & infarciuntur aromatibus[v].

3. *Transierunt quadraginta dies*] Qui conditura impendebantur[x]: ut conditura vis ad omnes cadaveris partes penetraret[y]. Hebraismus, pro, *vacaverunt* 40 *diebus in condiendo corpore*[z]. ¶ *Flevitque eum septuaginta diebus*] 70 pro 72, numero rotundo. Ità Josephum regiis honoribus prosequuntur, luctus enim Regum in Ægypto erat 72 dierum, Diod. Sic. l. 1. Vel, duos dies demunt, ut inter hunc & Regem discrimen aliquod esset[a]. Fleverunt eum decies septenario dierum numero, qui religiosus olim habebatur; ut infrà v. 10[b]. Ad dies 40 conditura alios 30 luctûs adjecerunt[c]. De luctu 30 dierum legimus etiam Num. 20. 29. & Deut. ult. Sicut Hebræi se accommodârunt mori Ægyptiorum in 40 diebus, ità hi illis in 30 diebus[d]. Judæis condituræ & luctûs simul tantùm fuisse dies 30, collegit Procopius ex Num. 20. & Deut. ult†.

4. *Loquimini in auribus Pharaonis*] Sed cur interpellat proceres, ipse secundus in regno? An hoc modestiæ adscribendum, simúlque nè præsumptione nimiæ authoritatis paternam cognationem odiosam redderet? An fortè paulatim succedente tempore, & cessante administratione cibariorum, quam tempore famis habuerat, decrevit ei potestas apud Regem & proceres, tanquam homini externo, cujus fratres pastores essent[f]? Hujus facti rationes variæ afferuntur. 1. Ut procerum animos sibi conciliaret, quorum non dedignaretur intercessionem. 2. Ut suspicionem tolleret quasi fugam & discessum meditaretur. 3. (quod magis probo) Ex more; quia pullati, & qui in luctu essent, non solebant prodire in publicum, aut coram Rege apparere: sicut Ester. 4. 2[g]. Ità Jun. Pi. Vide ad Gen. 41. 17[h].

5. *In sepulchro meo quod fodi,* [אֲשֶׁר כָּרִיתִי] *Quod fodi mihi*; sic Græci in G. & plerique, A. *Quod emi mihi*; ità unus Onk. ait D. ità A. Qu. Quomodo dicit *sibi fodisse,* cùm avus ejus Abr. *emerat*? Resp. 1. Vertendum potiùs, *quod emi mihi.* Ità כָּרָה sumitur Deut. 2. 6. & Ose. 3. 2. & indè מֶכֶר & מִכְרָה *pretium.* Sumendum autem videtur *emi* pro, *ex empto acquisivi.* Emerat enim Abrahamus ab Hemore, Act. 7. 16. Titulus auctoris est titulus hæredis[i]. An verò ut partem Esaui fratris emit[k]? 2. In spelunca illa spatiosa quam Abraham acquisierat Jacob sibi foderat & excavaverat in rupe sepulchrum pro more; 2 Chron. 16. 14. Isa. 22. 16. Matt. 27[l]. Ch. vertit, *quod præparavi mihi.* Probat & Me. Hoc dicit ad declinandam invidiam, quòd non fecit ex contemptu, vel odio terræ Ægypti[m]; sed potiùs, quòd religione familiaris sepulchri teneretur: quæ religio apud omnes ex jure gentium inviolata mansit quàm diutissimé[n].

7. *Omnes,* &c.] i. e. Plurimi; ut Matt. 3. 5. *omnis Judæa*[o].

9. *Currus & equites*] Milites & falcatos currus, qui funebri pompæ præsidio essent[p]. ¶ *Turba non modica*] Heb. *gravis valde.* Sic, *gravis populus,* 1 Reg. 3. 9. pro, *multus,* 2 Chron. 1. 10[q].

10. *Venerunt ad aream Atad,* [אָטָד] Q. sumunt appellativè, pro קוֹצִים *spinis,* [ità plerique ex Hebræis:] *ad aream rhamni,* vel *spinæ,* Ar. O. *ad aream septam cynosbatis,* JT. sic Belg. Obsidebat enim horreum illud arbor quædam spinosa, quæ locum illum insignem reddidit[r]. Vel, quia spinæ, frequentes in iis locis[s], & aream hanc circumdabant[t]. Alii propriè sumunt, *ad aream Atad,* ità ό'. Ch. Sa. Mo. M. A. ut *Atad* sit viri nomen†. Ad *Goren Atad,* P. ¶ *Quæ sita,* &c. [אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן] *Quæ sita est trans Jordanem*; ità Vulg. scil. venientibus ex Cananæa, nam venientibus ex Ægypto cis Jordanem erat[v]. Ità non rectà ex Ægypto in Canaan profecti sunt, sed longiore circuitu, & eâdem viâ quam postea Israelitæ, &c[x]. Non venerunt rectâ viâ in Hebron, nam trajiciebant Jordanem, (ut patet ex mentione transitûs & vadi.) Qu. Cur circuibant, & in area *Atad* luctum fecerunt, antequam venirent ad sepulturæ locum? Respondetur, 1. Nè, si diu hærerent in intimis Cananææ, periculum immineret, aut occasio pugnæ oriretur[y]. Verùm securi erant Ægyptii, tum potentissimi, & Cananæis necessarii. 2. Ideo ibi plangebant, quia erat ingressus regionis in quam mortuum deportabant. 3. Circuibant ad vitandas indigenarum suspiciones; ideo iter minùs frequentatum elegerunt. Fortè recta & brevior via non erat commoda curribus[z]. At עֵבֶר sign. vel *cis,* vel *trans*[a]: Ità vertendum, *cis Jordanem,* scil. respectu loci ubi Moses hæc scripsit, Deut. 1. 1[b]. *Trans Jordanem,* in interno Jordanis latere; Moses enim, dum hæc scripsit, erat in externo ejus latere, in deserto[c]. Al. *in transitu Jordanis*; ità Jun. Riv. Potiùs, *circa Jordanem,* in latere Jordanis, non procul ab Hebrone, sita erat, Jer. 22. 20[d]. ¶ *Impleverunt septem dies*] Pro more, Eccles. 22. 15†. & 1 Reg. ult[f]. Ità & Herod. l. 4. & Ammian. l. 19[g].

11. *Planctus Ægypti*] Heb. *Abel Mesraim,* à luctu. At Elias Levita vertit, *planitiem*: sic אָבֵל sumitur, ut *Abel mehola,* Jud. 7. & *Abel vinearum,* h. e. interprete Jonathâ, *planities.* c. 11[h]. Qu. Cur adeò plangebant, cùm multis antè diebus decesserat? Resp. Potest intelligi de Ægyptiorum næniis, lamentationibus solemnibus, &c. quas non potuit Josephus sistere, nè videretur eorum humanitatem contemnere[i]. ¶ *In transitu Jordanis,* sic Sa. Ar. Mo. Ma. simil. JT. Belg. [בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן] *Trans Jordanem,* [ità ferè omnes;] *cis Jordanem,* Ti.

15. *Colloquentes, Nè fortè memor injuriæ,* &c. [לוּ יִשְׂטְמֵנוּ] Vertunt, *Fortasse odio habebit nos*; [ità ferè omnes.] Al. *Si,* &c. Ma. vel, *Quid si odio,* &c? Ti. *Nonne odio,* &c? Sa. *Utinam Joseph non minitetur nobis,* Ar.

16. *Mandaverunt ei,* [וַיְצַוּוּ אֶל יוֹסֵף] Ad verbum, *Et præceperunt ad Joseph,* i. e. cum mandatis miserunt ad Joseph[k]; ut alibi, *præcepit eis ad filios Israel,* h. e. cum mandatis misit ad eos[l]. *Præceptis instruxerunt* aliquos, mittendo eos *ad Joseph,* Pi. Belg. *Præceperunt qui dicerent ad Joseph,* Ar. *Præcipere* est rem faciendam efficaciter procurare. *Præcipit Deus benedictiones suas,* eas mittendo, Lev. 25. 21. Deut. 28. 8. Psal. 133. 3[m]. Primùm mittunt, mox, v. 18. proficiscuntur[n]. ¶ *Pater*] Videntur mentiti: Nam pater, de Josephi clementia certus, nihil mandaverat[o].

17. *Servis Dei patris*] Qui eidem Deo servimus†.

[p] V. [q] Me. [r] Aug. in Nob. [s] Me. A. [t] Jun. Pi. Belg. A. [v] Ma. [x] Me. [y] Jun. Pi. [z] Riv. [a] Quistorp. [b] Jun. Pi. [c] Me. [d] E. † Me. [f] E. [g] Riv. [h] Jun.

[i] Riv. [k] G. [l] D. [l] Riv. [m] Riv. Jun. [n] Jun. [o] A. [p] Me. [q] A. [r] M. [s] Riv. [t] A. † Riv. [v] Me. ità La. Bo. [x] Walth. [y] Me. [z] Riv. [a] D. [b] Pi. [c] A. [d] Walth. † Me. [f] E. Jun. Pi. [g] Jun. [h] D. [i] Riv. [k] F. [l] Me. [m] A. [n] A. [o] Me. L. † Me.

Pœnitentiam suam innuunt, & fidem quòd Deus ipsis remitteret, & argumentum suggerunt. Vide Matt. 6. 12, 14, 15[p]. ¶ *Flevit*] Dolens fratres adeò solitos ei diffidere[q].

19. *Num Dei possumus resistere voluntati?* כִּי הֲתַחַת [אֱלֹהִים אָנִי] Ad verbum, *Quia an sub Deo?* sub. *ut sic fecerim?* כִּי causalis est particula. q. d. Hoc non factum est consilio meo, sed Divino[r]. Duobus modis præcipuè verti potest†. 1. *An sum vice Dei*, vel, *in loco Dei?* Sa. P. Ti. JT. A. h. e. Num Deus ego sum, ut possim vobis vel detrimentum vel emolumentum adferre? Penès illum, non penès me, est supplicia de hominibus sumere[t]. Significat se Deo minimè parem esse, ut, quod ille in salutem disposuit, in perniciem vertat[v]. Eadem phrasis Gen. 30. 2. *Num pro Deo ego sum?* In utroque loco docet se in providentia Dei penitus acquiescere. q. d. Non debeo à Deo dissentire; hoc enim esset pro Deo me gerere, & ad me rapere autoritatem mutandi providentiæ Dei decreta. Cùm voluit Deus vos servare, annitar adversùs ejus providentiam & bonitatem, ut vos perdam? Absit[x]. *Numquid pro Deo ego?* G. ità Mo. M. O. Aq. & Sym. in Nob. 2. *Annon sub Deo sum?* ità Ma. q. d. Quia Dei imperio subsum, non meum est præire, sed sequi. Eòdem recidit cum priore. Quasi injecto fræno compescit suos affectus; quod nihil magis præstat, quàm se Deo regendum submittere[y]. Alii sic; q. d. Tam abest ut vobis nocere cupiam, ut hactenus vobis loco Dei fuerim; h. e. benefactor, auxiliator, & liberator[z]. Alii vertunt, *Ego Deum timeo*; ità Ch. Sa. Ar. ità Scholiastæ Græci: quod non est cur displiceat[a]. (Scio me non impunè abiturum, si vobis malum rependerem[b].) Olim pro הַתַחַת fuit in codicibus Samaritanis vetustioribus quàm quos nunc habemus, חחתת, quod Græci verterunt, φοβούμενος[c].

20. *Vos cogitâstis*] Quia homines estis, nequivistis perficere: At *Deus vertit*, quia ejus velle efficax est[d]. ¶ *Deus vertit illud in bonum*, [חֲשָׁבָהּ לְטֹבָה] *Disposuit bonum*, Ar. *cogitavit illud in bonum*, Mo. Sa. Sy. supple, *vertere*, JT.

21. *Pascam vos*] Plus concedit quàm petebant†. ¶ *Leniter est locutus*] Heb. *locutus ad cor eorum*, i. e. amicè, & quod placebat iis. Sic 2 Chron. 7. 11. coll. cum 1 Regum 9. 1. Vide & ad Genes. 34. 3[f].

Margin: p A. — q Me. — r V. — † V. Riv. — t F. — v V. sim. Riv. Me. — x Riv. — y V. — z F. V. — a G. — b F. — c G. — d Me. — † L.

23. *Ad tertiam generationem*, sic ό. Sa. A. [שִׁלֵּשִׁים] *Trinepotes*, Ar. *filios tertios*, Ch. Sy. M. Ti. *tertiorum*, Mo. P. Filiorum qui tertiâ generatione nati sunt, q. d. vidit 4. generat. nepotum[g]. Natos *abnepotes*: *Tertii* enim (seu *tertiani*) filii sunt pronepotes[h]. Et hîc incipit apparere Ephraimum fore majorem fratre, juxta Gen. 48. 19[i]. ¶ *Filii Machir*] Enallage, pro *filius*; nam unicum suscepit[k]. ¶ *Nati sunt in genibus Joseph*, [עַל בִּרְכֵּי יוֹסֵף] *Super genua* (*femora*, ό.) *Joseph*; [ità ferè omnes:] *in gremio*, Ar. *Nati*, i. e. educati, A. *Excepti fuêre gremio Joseph*, ut parvuli solent, voluptatis causâ. Vide ad Gen. 3. 16. & 30. 3. & 49. 10[l]. Simil. Pi. Belg. q. d. In filium adoptavit[m]. [Ch. sic vertit, --*quos nutrivit Joseph.* At Sa. *nati sunt in diebus Joseph.*] *Excepti sunt gremio Josephi.* Videtur moris fuisse, infantes nuper natos super avi genua, aut proavi, si quis adsit, confestim ponere: quæ impositio quum statim à nativitate facta fuerit, ideo super avi, &c. genua nasci dicuntur. Exemplum occurrit in Homero, ubi *Euryclea* idem facit *Autolyco*, Homer. Odys. τ'. vers. 400. [Hæc doctissimus Guidot.]

24. *Visitabit*] Vel, reminiscetur vestri[n]. ¶ *Et ascendere faciet*, [וְהֶעֱלָה] Hîc ו pro *id est* ponitur; i. e. memor vestrî educet vos[o].

25. *Asportate*] Ut cum patre, &c. sepeliar in Canaan[p]. Docet hic locus, quorsum spectaverit tam anxia sepulchri electio; nempe, ut redemptionis sigillum foret. Ossa reliquit velut promissionis pignus. Ossa utiles erant reliquiæ, quarum aspectus clarè personabat hominum morte minimè extinctum esse æternum Dei fœdus, in quo Joseph tutò quiescere jubet posteros. Jusjurandum Dei adducit, nè de exitu dubitent[q]. Non adjuravit eos hoc statim post mortem efficere, vel, quia noverat id non tam facilè fieri posse, cùm non essent eâ autoritate quâ ille, ut necessaria ad iter obtinerent[r]; vel, ut per hoc, quòd corpus ibi remanebat, memoria beneficiorum ejus diutiùs remaneret in Ægypto, & sic suaviùs tractarent filios Israel[s].

26. *Et repositus est*, ità Sa. *positus est*, Ar. P. A. [וַיִּשֶׂם] *Et posuit*, Mo. *posuerunt eum*, ό. Ch. Sy. Ti. O.

Margin: f A. — g V. — h Pi. — i Jun. Pi. — k Me. La. — l Jun. — m Me. — n V. — o V. — p Me. — q V. — r Ità Riv. — s Ità Jo. in L.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
EXODUM.

CAP. I.

1. HÆC *sunt nomina*, &c. [וְאֵלֶּה וגו'] Hîc ו vel redundat, ut solet in principiis librorum Hebraicorum[a]; vel copulat hunc librum & historiam cum Genesi[b]. ו sæpe ornatui tantùm servit, præsertim initio sententiæ[c]. Hic liber docet quo modo Deus promissa sua facta Gen. 15. 5. præstiterit[d]. Initio texitur catalogus, ut ex comparatione virorum 70 cum tot millibus illustrior fieret veritatis Dei manifestatio†. ¶ *Cum domibus*] i. e. Filiis & nepotibus. Sic *domus* sumitur 2 Sam. 7. 11. & 1 Reg. 21. 29. & Ruth v. 4. Sic in Virg. *Cùm domus Assaraci victis dominabitur Argis*[f].

2,3. *Reuben, Simeon, &c. & Benjamin*] Non est iste ordo nativitatis, sed tori conjugalis. Primi sex sunt filii primæ uxoris, Liæ; septimus secundæ, Rachelis; 8. & 9. tertiæ, Balæ; 10. & 11. quartæ, Zelphæ[g]. Benjamin præponitur filiis ancillarum[h].

Margin: a V. — b A. La. — c Bi. — d V. — † Riv. — f La. — g Me. — h V.

5. *Egressi de femore*, [יֹצְאֵי יֶרֶךְ] Ad verb. *egressores femoris*, V. Hîc disertè excipit uxores Jacobi & filiorum[i]. Hinc nata fabula de Baccho genito ex femore Jovis, quod, juxta phrasin orientalem, (unde illa narratio devenerat,) ejus filium fuisse significabat. Hoc Græci non intelligentes fabulam inde cuderunt[k]. ¶ *Septuaginta*] [*De quo vide ad* Gen. 46. 26, 27.] ¶ *Joseph autem*, &c. [וְיוֹסֵף הָיָה בְמִצְרָיִם] Exceptio est, non ad id quod proximè præcessit, sed ad remotius, more Hebræorum, nempe ad v. 1. *Hæc sunt nomina*, &c. q. d. Inter eos non numeravi Joseph[l]. *Nam Joseph*: q. d. Causa descensûs eorum in Ægyptum fuit Joseph, ejusq; gratia apud Regem[m]. Al. vertunt, *Cum Josepho, qui erat in Ægypto*, JT. A. ex Ch. He. in V. Subaudi, & *cum filiis Josephi*: Synecdoche[n]. Ut ostendat Josephum & filios esse ex illo numero; ut Gen. 46. 20, 27[o].

6. *Cognatione illâ*, [הַדּוֹר] דור hîc non sign. *cognationem*, sed *seculum*, vel *generationem*[p]. *Universa generatio*, Hs. pro, *omnes homines illius ætatis.* Hoc dicit,

Margin: i Jun. — k Med. dissert. 8. super Gen. 49. 10. — l La. simil. Pi. — m V. — n Jun. Pi. — o A. ità BA. 1. 2. 44. 466. — p V. Pi.

dicit, ut ostendat afflictionem non accidisse vivente Joseph [q].

7. *Creverunt*, פָּרוּ] Hâc dictione significat augmentum plurimum [r]. Τὸ פָּרָה sign. *germinare & fructum facere sicut arbores* [s]. Docet neminem sterilem fuisse, sed omnes instar arboris fructiferæ, & plures quotannis fœtus tulisse [t]. ¶ *Germinantes*, וַיִּשְׁרְצוּ] Significat *producere in morem reptilium* [v]; piscium [x]. ¶ *Multiplicati sunt*, וַיִּרְבּוּ] Significat magnâ copiâ multiplicari [y]. q. d. Illa soboles non subitò moriebatur, (ut solent gemelli, debiles cùm sint,) sed ætate processit [z]. *Magni facti sunt*, seu creverunt, i. e. proceram staturam nacti sunt [a]. ¶ *Ac roborati*, וַיַּעַצְמוּ] Significat ingenti fortitudine roborari [b]. q.d. Soboles illa non infirma erat, (ut gemelli solent esse,) sed robusta [c]. ¶ *Nimis*, בִּמְאֹד מְאֹד] *Valde valde*. Nam ב redundat [d]. ¶ *Impleverunt terram*] Heb. *impleta fuit terra ad eos*, Ma. אֹתָם positum est pro מֵהֶם; ab אֵת, quando significat *ex*, & affixo †. Qu. Quomodo poterant adeò in immensum multiplicari, ex 70 ad 600000, spatio 210 vel 215 annorum? Resp. Consideranda hîc sunt, 1. fœcunditas Hebræorum [f], eáque extraordinaria, illis à Deo concessa [g]; 2. fœcunditas Ægypti prodigiosa, ubi unius partûs 4 vel 5 fœtus esse familiare erat, ut notat Aristot. Hist. animal. 7. 4. (imò septenos uno partu genitos affirmant Plinius 7. 3. & Solinus cap. 2. & Paulus jurisconsultus in Justiniani Pandectas lib. 1. tit. 4.) 3. uxorum multitudo; 4. vitæ diuturnitas. Potiùs mihi mirum videtur non plures exstitisse. Tandem demonstrat Bonfrerius hoc fieri potuisse viâ naturali. Supposito (inquit) annos tantùm fuisse 200, & 50 tantùm qui generârunt, & eos non ante 20. annum generâsse, & cuilibet tantùm tres masculos fuisse; sic exsurget numerus longè major, per decem vicenarios. 1. ex 50 fient 150; 2. ex 150 fient 450; 3. indè 1350; 4. indè 4050; 5. indè 12150; 6. indè 36450; 7. indè 109350; 8. indè 328050; 9. indè 984150; 10. indè 2952450; & quidem masculi liberi. Obj. Tempus distribuis in decem generationes, cùm quatuor tantùm erant, Gen. 15. 14. *Quartâ generatione revertentur*. Aaron erat filius Amram, hic filius Cahath, filii Levi, qui cum parente descendit in Ægyptum. Item Core, princeps seditionis, erat filius Isaar, hic filius Caath; & Naasson, qui egressus est ex Ægypto, erat filius Aminadab, filii Aram, filii Esron, filii Phares, qui puer vel infans cum Juda ingressus est Ægyptum. Resp. Gen. 15. non docet generationes non plures fuisse, neque id verisimile; sed quòd adhuc superfuturi essent aliqui qui ad quartam generationem pertinerent. Erant igitur illi jam nominati ex illis qui parentum postremis annis geniti fuissent, nam eos antea genuisse alios satis constat. Benjamin genuit circa 20. annum; & Joseph vidit posteros ad tertiam generationem: cùm tamen restarent ab ejus morte ad exitum 139 anni. Adde quòd Core & Naasson tum habebant liberos †. Frustrà ergò sunt profani & athei, qui hinc occasionem arripiunt detrahendi de authoritate Scripturarum [h].

8. *Surrexit rex novus*] Ἕτερος, ο'. Sic *dii novi*, qui alii; *canticum novum*, Davidi, i. e. aliud; *novæ linguæ*, Marc. 16. 17. quæ ἕτεραι Act. 2. 4 [i]. Rex alterius familiæ, inquit Jo. Frequens Ægyptiis regiarum familiarum mutatio, ut patet ex dynastiis [k]. Hic Rex erat Amenophis, inquiunt Perer. & Torniellus & alii [l]. Vel potiùs, ejus successor *Armesesmiamus*, sive *Ramesses*, qui regnavit annis 66. Hujus successor, Amenophis plagis percussus est. Ità Mercator, ex Manethone & Beroso apud Josephum [m]. ¶ *Qui ignorabat Joseph*] Vel ignorans, vel oblitus, ut à Dario factum, Est. 6 [n]. Id non mirum, quia *è regia stirpe* minimè fuit, ut notant Ezra, Jos. & alii [o]. Ità se gessit, acsi ipsum ignorâsset ejúsque beneficia [p]. Emphasin habet: neque enim corpore nôsse poterat aliquot seculis antea mortuum; sed taxatur hîc Regis ingratitudo & malignitas, stultitia item & imprudentia [q]. At vide porrò, qui hîc ignorat Josephum, Exod. 5. 2. ait se *nescire Dominum*. Hinc Hebræi colligunt in Midras, *Qui ingratus est erga homines, ingratus tandem erit erga Deum, & negabit beneficia à Deo accepta* [r]. Immemor

q V. r V. s M. t Abarb. in Muis. v M. x V. y M. z Abarb. in Muis. a RR. in Mu. b M. c RR. in Mu. d V. † V. f Me. g Bo. † Bo. h Riv. i D. k T. l Me. m T. n Jun. o Mu. p RS. in Mu. q V. r Muis.

erat eorum quæ præstiterat Joseph, & quæ ei promissa fuerant [s]. Non stabat pacto & fœderi inter Joseph & Regem Ægypti [t]. Verè dicitur, Φεῦ, τῆς ξενίων ὡς ταχὺ ὄλλυται χάρις; (*Heu, quàm citò pereunt*, i. e. memoriâ excidunt, *mortuorum beneficia!*) Quid mirum beneficia humana facilè excidere animis, cùm & Divinis beneficiis idem eveniat? Vide Jud. 2. 10 [v]. Ch. sic vertit, *Non servabat decretum Joseph*, i. e. quæ Joseph bene decreverat, sed novas leges fecit; juxta illud, *Novus Rex, nova lex* [x].

9. *Populus filiorum Israel*, עַם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Populus filii Israel*; per appositionem [y]. ¶ *Fortior nobis*, עָצוּם מִמֶּנּוּ] *Osseus* (*roboratus, compactus*) *præ nobis*. Sensus duplex. 1. Ex nostris substantiis (opibus) compactus (condensatus) est. 2. Opulentior (compactior) *de à nobis*, i. e. præ nobis [z].

10. *Venite*, הָבָה] *Agite*. Imperativum pro adverbio hortandi. Vide Gen. 11. 3 [a]. ¶ *Sapienter opprimamus eum*, נִתְחַכְּמָה לוֹ] Ad verbum, *sapientes nos ipsos faciamus propter ipsum*; i. e. sapienter consilium capiamus de ipso [b]: vel, *illi*. *Simus sapientes erga illum*. H[s]. Inveniamus rationem aliquam callidam & subtilem quâ opprimere possimus illum [c]. ο'. κατασοφισώμεθα αὐτοὺς, *callidè*, vel *astutè*, *circumveniamus eos*, F. co. *Sapiamus in illum*, Mo. *sapienter agamus illi*, O. vel, *contra eos*, Ch. Sa. JT. sim. Sy. Ar. ¶ *Ne fortè multiplicetur*] Triplex est metus à peregrinis, ubi multùm increscit eorum multitudo: nè conspiratione indigenas opprimant; nè hostibus se adjungant; nè vi exitum quærant [d]. Tres causæ erant cur Hebræos affligerent: 1. Metus; 2. Invidia, quòd soboles cresceret; 3. Odium ob religionem †. Deus permisit Hebræos durè affligi, 1. quia aliqui eorum in idololatriam lapsi sunt, Ezec. 23. 8. (& Ezec. 20. 5, 7, 8. Jos. 24. 14 [f].) 2. ut aversarentur Ægyptum, & de Terra promissa cogitarent; 3. ut justo titulo possent Ægyptios spoliare; 4. ut prodigia patrarentur in Dei gloriam [g]. ¶ *Si ingruerit contra nos bellum*, תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה] *Evenerit bellum*. Verbum est plur. Nomen sing. Hinc quidam vertunt, *evenerint bellum & bellum*, i. e. ingruerint crebra bella [h]. *Et erit quia vocabunt bellum*: q. d. Si externum bellum accersant, aut in nos alias gentes vocent; ut Hebræum verbum fœmineum illis tribuat ob contemptum [i]. *Si quando inciderint* occasiones *belli*, A. Ma. Similem ellipsin conjugati esse volunt Gen. 18. 21 [k]. נָה in תִקְרֶאנָה est affixum Chaldaicum, pro Hebræo נָא. Chaldaismos enim Hebraismo admisceri non inusitatum est. הוּבָאת pro הוּבָאנָה, Gen. 33. 11. Nec mirum נָה poni pro נָא, quod Chaldaicum est: notum enim est ex Dan. & Esdra, ה pro א passim usurpari in impuriori Chaldaismo [l]. ¶ *De terra*] E regione in qua nunc habitant [m]. Magnum censum Regi reddebant, & multa præclara opera faciebant [n]. Ex his verbis colligitur hanc apud Ægyptios famam fuisse vagatam, quòd Hebræi ad terram Canaan essent reversuri [o].

11. *Præposuit eis magistros operum*] Ità ο'. ἐργοδιώκτας, Schol. i. e. *qui operas urgent*, D. *præfectos angariis*, JT. *principes pessimos*, Sy. vel, *malefactores*, Ch. i.e. qui eos vexarent, F. ut vires eorum frangerent, fœcunditatémque imminuerent [p]. ¶ שָׂרֵי מִסִּים] Al. *principes contritionum*, vel *liquefactionum*, Ma. vel *dissolutionum*; i. e. qui eos cogerent terram liquefacere ad conficiendos lateres [q]. *Principes tributorum*; ità Sa. Ar. M. Mo. P. O. RS. & omnes He. in F. co. i. e. qui tributa & census ab illis exigerent. Voluit Rex eos & labore & tributis gravari, ut nec numero nec divitiis augerentur [r]. *Exactores tributorum*, non pecuniæ, sed laterum [s]. Cogebantur ergò formare lateres, Num. 14. urbes & pyramides ædificare, Nilum per fossas in prata & agros derivare [t]. ¶ *Ut affligerent eos oneribus*, בְּסִבְלֹתָם] i. e. Magnis tributis [v]. *Otiosa armatorum manus facilè lasciviunt*, ait Tacitus de Germania. Idem Annal. 1. & in vita Agricolæ. *Huic malo remedia quæsita à Principibus: Vallum, fossas, &c. fecerant*, Annal. 1. Pari de causa Tarquinius plebem Romanam in fossas cloacásque exhauriendas demersit. Vide Aristot. Polit. l. 5. c. 11. καὶ τὸ πένητας ποιεῖν, &c. Laborabant Israelitæ ἐν τῇ πλινθείᾳ, (*in lapidicinis*,) ait

s G. t F. v G. x F. y V. z Ma. a V. b F. co. c V. d G. † Me. f A. g Me. h V. ita He. in Ma. i Ma. k Ma. l Di. m V. n L. o Me. p Jun. Pa. q O. r F. s Me. La. O. t Me. v V.

ait Manethos. Pyramidum faciendarum causâ Regibus Ægypti, nè plebs esset otiosa: Plin. 36. 12[x]. ¶ *Ædificârunt*, [וַיִּבֶן] Omnes pluraliter reddunt; at sing. est, *ædificavit*, F. co. Scil. vel *populus Israel*, ut patet ex Gen. 30. 30, 43[y]. vel *Pharaoh*, i.e. Rex sibi ipsi exstruxit[z]. ¶ *Urbes tabernaculorum*, [עָרֵי מִסְכְּנוֹת] Quasi legisset, סוגרות *. *Urbes inclusionum*, i.e. muris inclusas, O. *urbes munitas*, ο'. i.e. præsidia, arces, F. Caj. Al. *urbes thesaurarias*; ità Ch. & omnes Hebræi, F. co. ità F. V. K. in M. Sa. P. Mo. O. A. i.e. urbes pro thecis & granariis frumentorum. Nam frumenta inter thesauros connumerantur. Ità vox accipitur 2 Par. 17. 12. & 32. 27. Hæc repositoria ab utilitate sic dicuntur, à סָכַן *prodesse, utile esse*[a]. Significat apothecas in quibus annona aut opes regiæ reponerentur[b]. *Civitates, horrea*, Sy. Ar. ¶ *Phitom & Ramesses*] Duæ urbes erant in regni limitibus[c]; Nè aut Israel egredi posset, aut aliquis exterorum ingredi[d]. T. Jer. habet, *Tunis* [leg. *Tanis*] *& Pelusium*. Referunt Hebræi Judæos adeò segniter laborâsse in iis exstruendis, ut in proverbium abiret de ignavis, pigris & segniter laborantibus, *Is est Pisom Veraamses* †. ¶ *Pithom*] Pathomus ad Bubastim Herodoto. Unde *Pathmeticum* ostium Ptolemæo[f]. Patumon, oppidum Arabiæ Petrææ attributum, in finibus Ægypti, per quod fossa à Nilo ad Rubrum mare ferens perducta est, quæ opus erat Israelitarum; cujus authorem Neconem fuisse falsò statuit Herodot. in Euterp. Consule locum[g].

12. *Tantò magìs crescebant*, [יִפְרֹץ] *Erumpebant*, A. La. Vide Gen. 30. 30, 43[h]. Majori vi, sicut aqua, quæ, quò magis arctatur, eò vehementiùs aggeres perfringit[i]. ¶ *Adeò ut tæderet eos propter filios Israel*] i.e. Visâ illorum prosperitate[k]. *Et spinis puncti sunt*, O. *Fuerunt tanquam spinæ in oculis eorum*. Nam קוץ *spina*, ait RS[l]. ¶ *Oderúntque*, &c. [וַיָּקֻצוּ מִפְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Et angustiabantur* (*cruciabantur*, Sa. Sy. in Nob.) *propter filios Israel*, Mo. P. O. Sa. *Tribulatio erat Ægyptiis propter filios Israel*, Ch. *Abhorrebant Ægyptii à filiis Israel*, ο'. *Fastidiebant fil. Isr.* Ar.

13. *Illudentes*, &c. [בְּפָרֶךְ] *Cum sævitia*, Sy. Ti. JT. vel, *rigore*, A. vel, *tyrannide*, M. *violentiâ*, ο'. *ferociâ*, Ma. *cum supercilio*, O. *durè*, Ch. Sa. P. *cum duritia*, Mo. O. V. citra ullam clementiam aut misericordiam[m].

14. *Omníque famulatu*, &c. [בַּשָּׂדֶה] *In agro*; i.e. agresti & rustico[n]. Indè constat eos ad omnia servitiorum opera, etiam ruralia, compulsos fuisse[o]. Compellebantur etiam fæces & immunditias ex civitatibus exportare[p]. ¶ *Quo—premebantur*, [אֲשֶׁר עָבְדוּ בָהֶם] Variè reddunt. *Opera quibus serviliter premebant eos*, ο'. simil. Ch. servitutem *quam exigebant ab eis domi*, JT. *opus quod violenter operati sunt in eos*, Sa. servitus *quam illis serviebant*, M. vel, *quâ illos premebant*, Ti. Sy. servitium *ad quod utebantur illis*, Ar. *opere in quo illos servire fecerunt*, Q. in V. *in quo operâ illorum abutebantur*, P. Similis locutio Jer. 25. 14. ubi עָבַד construitur cum בּ: quod quoties fit, significat *servitium quod exigunt domini*, (*sævitiam exercere in servum, ejus servitio abuti*, Jer. 25. 14. & 27. 7. & 30. 8. & 34. 10. Ezec. 29. 20[q].) alioqui significat *servitium impensum à servis*[r].

15. *Obstetricibus Hebræorum*, [לַמְיַלְּדֹת הָעִבְרִיֹּת] *Obstetricibus Hebræis*; ità Onk. Targ. Jeros. Muis. Nam ה emphaticum in Pathach sub ל includitur; nomina autem & participia more nominum in regimine usurpata respuunt ה emphaticum. Intelligunt qui Hebraicè sciunt †. Qu. Utrùm hæ obstetrices Hebrææ erant, an Ægyptiæ? Resp. Q. Hebræas fuisse aiunt[t]. Rationes sunt. 1. Hebrææ ante illum diem usurpatæ sunt: Non certè deerant apud illas quæ artem eam callerent[v]. Nec jam Ægyptiæ sunt illis substitutæ, quia id suspectum fuisset. At omnes consentiunt eas clàm à Rege vocatas, qui voluit crudelitatem calliditate obvelare. 2. Dicuntur *timuisse Deum*, scil. verum. 3. Apertè distinguuntur ab obstetricibus Ægyptiarum: alioquin si Ægyptiæ fuissent, communes fuissent & Hebræis & Ægyptiis mulieribus[x]. Alii censent Ægyptias fuisse[y]. (Et hinc laudabilior earum pietas[z].) Rationes sunt. 1. Non commissurus erat Pharaoh hoc negotium Hebræis, nec speraret sic sævituras[a]. Sed potuit Rex eas, licèt Hebræas, vel promissis vel

x G. — y Pi. — z F. co. — * F. V. — a V. ex F. — b Me. — c Me. — d L. — † F. — f G. — g Jun. — h A. — i La. — k V. — l D. — m V. — n V. — o Me. — p Jo. in L. — q Ma. — r V. — † Muis. — t L. ità He. in L. Riv. ex Aug. Muis. — v Muis. — x Riv. — y Ità L. Me. O. Abarb. in Muis, Me. Jo. & Plerique in Riv. — z Me. — a Ità Abarb. in Muis, O.

minis permovere[b]. 2. Quia dicunt, *Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ*[c]. Poterant tamen Hebrææ sic respondere, quasi ut plurimùm sic accideret, præsertim post auctos labores[d]. ¶ *Sephora, Phuab*] Qu. Quomodo duæ obstetrices sufficerent? Imò nec centum sufficerent †. Respondent, 1. Non de duabus modò obstetricibus hoc intelligi, sed de omnibus; quarum duo scil. essent officia. Solebant parturienti assistere obstetrices duæ; quarum una *Siphra* diceretur, (à שָׁפַר *pulchrum esse*, quòd partum adjuvaret, ejúsque membra & corpus aptaret;) altera *Puah*, (à פָּעָה *clamare*, quòd verbis, voce & precibus opem ferret[f].) Sed hoc subtilius quàm solidius[g]. 2. Has fuisse obstetrices nobilium Hebræarum. At Ægyptii nullum discrimen fecerant nobilium & ignobilium Hebræorum[h]. 3. Has fuisse *obstetricum principes*, quæ Regi vectigal penderent ex mercedula[i]. Quasi penès illas obstetricatûs summa fuerit, prout Athenis factum narrat Plutarchus[k]. Principes erant inter obstetrices[l]. [Aliis hoc non placet.] 1. Quia tunc vocatæ essent *principes obstetricum*, sicut Gen. 40. 2. *princeps pincernarum*[m]. 2. Quia non solita est inter obstetrices præsidentia[n]. 4. Valde probabile est celebriores has fuisse, quarum operâ alias pertrahere potuit[o]; & per quas mandatum Regis reliquis denunciandum esset[p]. Vel, 5. aggressus est duas, ut, si successisset, longiùs progrederetur, & promiscuè omnibus mandaret; quod statim ab initio pudor prohibebat nè faceret[q].

16. *Et partûs tempus advenerit*, Heb. *& videbitis eas* [עַל הָאָבְנָיִם] Variè reddunt. *Prope partum*, ο'. *in partu*, Ti. *ad exedram*, Sy. *in*, vel *super*, *sellas*, Sa. Mo. M. JT. O. A. על מתברא, *super sellam*, Ch. in Riv. *super sedem*, P. Intelligunt vel, 1. sedem in qua sedet pariens; vel, 2. sedem in qua recipitur infans[r]. Est locus in quem cadit infans ex utero matris; qui extra uterum esse debuit, quia Rex dicit, *Cùm videritis*[s]. Aliis est *vulva*, quam מַשְׁבֵּר vocant, ità K. in F. V. (à *frangendo*, quòd, cùm fœtus eò pervenerit, rumpantur cardines vulvæ in parturiente[t].) אָבְנַיִם videntur esse fores uteri, מַשְׁבֵּר[v]. Sign. duos cardines ventris[x]. *Vox derivatur à* בָּנִים, *fœtu vel filiis indè enascentibus*. *Numerus dualis est, ob duos vulvæ cardines*[y]. Alii sic; *Cùm videritis in procinctu esse fœtum*. אֶבֶן, inquiunt, significat *lapidem*, aut *pondus*, aut *stateram*. Sensus est, Cùm tempus partûs advenerit, h.e. dum in propinquo est, in propendendo scilicet, ut fit in librando; utpote cùm & puer exire, & mulier parere, cogitur[z]. ¶ *Si masculus, interficite*] 1. Quia ab his sibi timebant, non à fœminis, Bo. 2. Quòd à quodam vate intellexit, nasciturum apud Israelitas quendam qui Ægyptios graviter affligeret, Jo. in Bo. Ità T. Jon. ¶ *Si fæmina, reservate*] i.e. Servetur, V. quia imbelles, & his abuti volebant ad libidinem[a].

17. *Conservabant*, [וַתְּחַיֶּיןָ] *Et vivificabant*, ο'. Mo. i.e. vivos conservârunt. Latinè etiam is dicitur *vitam dare*, qui non aufert[b].

19. *Ipsæ obstetricandi habent scientiam*, [כִּי חָיוֹת הֵנָּה] Q. volunt כִּי redundare[c]. Variè reddunt. *Vividæ*, vel *vivaces*, Sa. M. P. JT. O. A. *vegetæ*, Ti. *vivacissimæ sunt* & robustissimæ, patientes sunt laborum & dolorum; ideóque præveniunt nos, nec indigent ope nostrâ[d]. Al. sic; Ipsæ sunt similes bestiis, (quia חַיָּה *animal & bestiam* significat) quæ, dum pariunt, non indigent obstetricibus †. Non displicet: sic potuerunt loqui odium & despectum Hebræorum simulantes, & illum beneficio quod in illas conferebant prætexentes[f]. *Animalia, bestiæ ipsæ*. Ità חיות sumitur Psal. 103. 25. Ezec. 1. 5[g]. Al. *Obstetrices sunt*; ità Onk. in F. co. Sy. Mo. Ità vox חיות significat in Chaldæo & in commentariis Hebræorum. Sic dictæ, quòd fœtum quasi *vivificant*, cùm juvant ut in lucem veniat[h]; fœtum fovent, animant, formant[i]. q.d. Non opus ergò habent aliis obstetricibus. *Vivificant ipsæ antequam veniat obstetrix, orant—& exaudit eos* Deus, Targ. Jeros. in V. Solertes sunt, vivaci & sagaci ingenio[k]. *Sapientes sunt*, Ch. *perspicaces*, Ar. Si verum respondent, (quod magìs probamus) Hebrææ, de mandato Regis certiores factæ, antè pariebant quàm eas vocarent; sin falsum, callidè verum tegunt[l].

21. *Ædificavit eis domos*, [וַיַּעַשׂ לָהֶם בָּתִּים] *Et fecit*

b Riv. — c L. Me. O. — d Riv. — † Riv. — f Ità Abarb. — g Muis. — h Riv. — i Ità AE. in Muis. — k Riv. — l V. La. Bo. — m Muis. — n Perer. — o Riv. — p Per. — q Riv. — r F. V. — s Riv. — t V. — v G. — x O. — y K. in F. — z V. — a Me. ex L. — b Riv. — c V. — d AE. in F. V. — † F. V. RR. in Me. — f Me. — g Ma. — h F. V. — i Ma. — k Me. — l Jun.

fecit eis domos, Mo. & plerique. Triplex hîc difficultas. 1. Quis fecit? 2. Quibus? 3. Quid? 1. Quis fecit eis domos? Q. referunt ad Israelitas, quasi illi (gratitudinis ergò [m]) domos munitas eis exstruxerint, ubi ab incursu Ægyptiorum tutæ esse possint [n]. Alii ad Pharaonem referunt, qui proprias & peculiares domos illis exstruxerit, unde exire non licebat, & ubi exspectare cogebantur Hebræas parturientes, quæ eò adducebantur ex Regis mandato, ut Ægyptii unà cum illis cognoscerent num filius aut filia nasceretur [o]. [Alii paulò aliter referunt.] Suspectam habens obstetricum Hebræarum fidem, domos certas eis assignavit, unde exire non possent quin sentirent Ægyptii, qui eas cùm irent obstetricatum comitarentur, &c [p]. [Al. sic;] Cùm obstetrices, Deum magis quàm Regem reveritæ, mares conservâssent, custodes Israelitis adhibuit, ac duas inter Israelitarum domos unam esse voluit, nè mares celare possent [q]. Alii (atque ii doctiores) ad Deum referunt, [Deum nempe ædificâsse domos.] 2. Quibus factæ sunt domus? Atq; hæc est secunda difficultas. Q. ad Israelitas referunt [s], quia לָהֶם masc. est. Ità Jun. qui vertit, *& domos* natis *illis statuebat*, nimirum Israelitis [t]. Sensus est, Ex eo obstetricum timore, &c. factum est ut *domus*, i. e. familiæ, Hebræorum in immensum auctæ sunt, juxta v. 12. Hæc lectio omnium simplicissima esse videtur [v]. Al. ad obstetrices referunt [x]: Obj. at לָהֶם est masc. Resp. Potest esse enallage generum, pro לָהֶן, (ut Exod. 15. 21 [y].) ut contrà, Ruth 1. 13. לָהֵן pro לָהֶם [z]. Ità Ruth 1. 8. עִמָּכֶם de nuribus Naomi dicitur [a]. Sic Exod. 2. 17. וַיְגָרְשׁוּם est, *ejecerunt eas*; & statim, צֹאנָם, *oves earum* [b]. Ità לָהֶם, 1 Reg. 22. 17. pro לָהֶן; 2 Chron. 18. 16. Sic 1 Chron. 10. 7. coll. cum 1 Sam. 31. 7 [c]. Similis enallage Gen. 2. 16. Exod. 11. 6. & 22. 26. & 29. 41. Jud. 19. 24. Zach. 8. 9 [d]. Præterea, R. Bechai ait masc. hîc usurpari *in præmium præcepti, cui operam dederunt conservando mares* †. Vel masc. utitur, ut innuat eas fœcundas fuisse ex viris, à quibus nomen accipiunt familiæ [f]: q. d. Fecit maritis obstetricum domos [g]. Vel, ad indicandum earum virilem & generosum animum, quo atroci Regis edicto restiterunt [h]. Ità vidimus de quibus hoc dicitur. [Tertia difficultas est, Quid fecit? Iterum variant.] 1. *Domos eis fecit*, i. e. protexit eas, abscondit eas; sicut dicitur de Jeremia & Baruch, Jer. 36. 26 [i]. 2. Dedit eis *familiam numerosam, egregiam, longævam, divitem* [k]. *Sobolem earum auxit, quòd Hebrææ soboli pepercissent*: ità Ambrosius rectè. Sic בָּנָה sumitur Gen. 16. 2. & 30. 3. ubi Græci habent τεκνοποιεῖν [l]. Ità Deut. 25. 9. *qui non ædificaverit domum fratris*, i. e. qui noluerit eam augere prole. Ità Ruth 4. 11. *quæ duæ ædificârunt domum Israel*, i. e. pepererunt multos filios [m]. *Domus* pro *familia* sæpe occurrit. Ità *domus Aaron, Juda, David*, est *familia Aaron, Juda, David* [n]. Nec mirum proles vocari *domos*, cùm בֵּן sit à בָּנָה *ædificavit* [o]. *Fecit eis domos*, i. e. ità fœcundavit, ut plures ex iis domus ortæ sint. Aliud est *domum facere*, 2 Sam. 7. 27. Ità Schol. ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν. Explicatio auro contrà non cara. Sic alibi, *Collocat solitarios in domo*. Nam solus nemo domum seu familiam constituit [p]. 3. Alii sic; *Domos construxit*, i. e. rem familiarem earum adauxit. Ità Gen. 30. 30. *Quando faciam domum meam?* i. e. prospiciam mihi de necessariis ad familiam [q]? Sic accipitur Psal. 127. *Nisi Jehovah ædificet domum*, &c [r]. 4. Hieron. *domos* exponit mansiones in cœlo [s]. Qu. Num ergò probavit Deus obstetricum mendacium? Resp. 1. *Factum ad laudem pertinet, mendacium ad veniam*: Aug. qu. ad Exod. *Non est remunerata fallacia, sed benevolentia; benignitas mentis, non iniquitas mentientis*: Aug. de mendac. 2. 15. Consentit & Greg. Moral. 18. 4 [t]. Resp. 2. Illa verba obstetricum tam procul absunt à mendacio, ut sint gloriosa fidei in Deum confessio: q.d. Videmus in eorum partu extraordinarium Dei auxilium, cui nolumus resistere [v].

22. *Quicquid natum fuerit*] Nempe Hebræis [x]. Hujus edicti vestigia hodiéque supersunt inter vicinos Arabes, qui quamvis cædem *THAGRIK*, i.e. *demersionem*, appellant, quia olim *obstetrices in aquis infantes demergebant ut occiderent*. Ità Alcamus [y].

- m Riv.
- n F. V.
- o Ità F. V.
- p Muis.
- q R. Bechai in Muis.
- s Ità F. Calv. in Riv.
- t Jun.
- v F.
- x Ità Targ. Jeros. & He. in V. Muis, Riv. G.
- y Ma.
- z D.
- a Riv.
- b Muis.
- c A.
- d Quistorp.
- † Muis.
- f V.
- g D.
- h Ma. A.
- i Ità K. in F.
- k Ità Me. T. sim. G. Riv.
- l G.
- m Riv.
- n E.
- o Me.
- p D.
- q F. V.
- r Riv.
- s E.
- t E. ità La. Bo.
- v Li. spicil. in Exod.
- x Ità Ch. & ο'. in A.
- y BA. 1. 2. 24. 341.

CAP. II.

1. **E***gressus est*, וַיֵּלֶךְ] *Perrexit*: ex sua civitate in aliam [a]. ¶ *Vir de domo Levi*] Amram hic fuit [b]. ¶ *Accepit*] Scil. *in uxorem*, Exod. 6. 20 [c]. ¶ *Stirpis suæ*, בַּת־לֵוִי] *Filiam Levi*, nempe Jochabed amitam, seu patris sui sororem [d]. Vide Exod. 6. 18. & Num. 26. 58, 59 †. Talia matrimonia postea interdicta sunt, Lev. 18. 12. [tribubus & familiis tum multiplicatis [f].] At priùs, in sancti generis paucitate, & in publica confusione, tolerata [g]. [Alii negant hanc fuisse Jochabed.] Tunc enim Jochabed fuisset 130 annorum, (quia erat inter descendentes cum Levi in Ægyptum,) ideóque non idonea conceptioni. Resp. 1. Concedunt hoc Hebræi, sed dicunt miraculosè conceptum Mosen. At verò paulò ante Mosen Aaron conceptus erat, pariter & Maria [h]. 2. Responderi potest, illud falsò supponi: nam, vel Levi generavit Jochabed anno 110. ætatis, vel etiam anno 136. (cùm & Abraham post 140 annos generavit, Gen. 25. 2.) & Jochabed Mosen concepit vel anno 70. vel 42. Ità ergò anni expleri possunt. Israelitæ in Ægypto erant 210 annis. Ex iis 80 tribuendi sunt Mosi, reliqui 130 distribuendi sunt inter Levi (qui forsitan erat 50 annorum cùm descendit) & Jochabed [i]. 3. Alii volunt eam dici *filiam Levi*, i. e. neptem; ut Elizabeth *filia Aaron*, Luc. 1. & hanc Jochabed fuisse aliam ejusdem nominis [k].

2. *Videns eum elegantem*, ità ο'. כִּי טוֹב] *Quòd pulcher*, Sa. Sy. Ar. *bonus*, Mo. Nob. i. e. bonâ formâ, ut Gen. 6. 2. Synecdoche [l]. Hanc Mosis pulchritudinem notat Justin. l. 36 [m]. ¶ *Tribus mensibus*] i.e. Quamdiu potuit, Act. 7. 20. Sunt qui dicunt edicto regio visitationem faciendam tertio quoque mense [n].

3. *Non posset celare*] Fervente rursus inquisitione & infanticidio [o]: & propter vicinos Ægyptios; mixti namque habitabant, ut infrà 3. 22 [p]. Plures tamen infantes evasisse, remittente se tyrannide, ex Aarone ejúsque coævis liquet [q]. ¶ *Fiscellam*, תֵּבַת] Significat λάρνακα· quâ voce utitur Strabo, & Simonides [r]. ¶ *Scirpeam*, גֹּמֶא] *Ex juncis*, Mo. Me. V. Kimhi exponit de ligno levissimo, quale est arundo marina [s]. Aliis (inquit idem) est *alga*, vel *canna*, ex qua fiunt naviculæ. Vide Jes. 18. 2 [t]. *Scirpeam*, Vulg. i. e. ex papyro. Lucan. l. 4. *Conseritur bibulâ Memphitis cymba papyro* [v]. Vide Plinium 7. 56. & 13. 11. & Theoph. Hist. plant. 4 [x]. Ægyptii ex papyro arbore naves & cymbas conficiunt, testibus Herodoto, Plinio, Lucano, Theophrasto [y]. ¶ *Linivit*, &c. וַתַּחְמְרָה בַחֵמָר וּבַזָּפֶת] *Et bituminavit*, &c. V. *linivit eam bitumine*, &c. M. *lutavit eam luto* (scil. intus,) *& pice* (foras [z].) [De his vocibus vide quæ ad Gen. 11.] ¶ *Incarecto*, ità Ch. Sy. M. Ti. i. e. loco ubi carices nascuntur [a]. בַּסּוּף] *In palude*, α'. Sa. *in junceto*, M. P. O. Ma. *alga*, JT. *loco algoso*, Sa. vers. סוּף idem est cum גֹּמֶא [b]. Nè nimis undis & ventis agitaretur: & juxta ripam, ut faciliùs reciperetur [c]. In stagnantis Nili parte, à qua facilè non posset defluentium aquarum impetu rapi per alveum fluminis [d]. Tunc enim eversa fuisset †. A סוּף *finire*, & *deficere*, est סוּף *juncus, juncetum*; quòd sit terminus inter aquam & terram [f]. Dicitur ab *extremitate*, quia crescit in extremitate fluminum [g]. [*Historiam Mosis referunt Ethnici in fabulis suis*, mutatis nominibus,] ut docet BA. Ex Mose Typhonem fecerunt, quem aiunt fuisse Regis Osiridis fratrem ex eadem matre, (nempe quia Mosen filia Phar. adoptavit, quæ poterat esse mater illius Pharaonis de quo agitur in Exodo;) eúmque in Regem multa machinatum, adscitis in conjurationem viris 72, (nempe, quia Mosi & Aaroni additi sunt 70 seniores,) & reginâ Æthiopiæ: (hæc est uxor Mosis, quam antiquissimæ Scripturæ versiones Æthiopissam, & Judæorum historiæ Regis Æthiopiæ filiam, fuisse asserunt.) Eum, asino vectum, perhibent (sumptum id ex Exod. 4. 20.) per septem dies fugisse: (quomodo Tacitus Hist. 5. de Judæis ex Ægypto profugis, —*Sex dierum iter emensi, septimo, pulsis cultoribus, obtinuêre terras, in quibus urbs & templum*

- a V.
- b L. M. F. V.
- c A. La. A.
- d M. Jun. A. Pi. F. V.
- † Jun.
- f A.
- g Jun. Pi. Beig.
- h L.
- i Mu's.
- k L. La.
- l Jun.
- m A.
- n V. L. in v. 3.
- o Me. La.
- p Pi.
- q Me.
- r G.
- s M.
- t V.
- v G.
- x Bo.
- y T.
- z He in M.
- a Me.
- b K. in M.
- c Jun. Pi.
- d Me.
- † T.
- f O.
- g Jun.

plum dicata sunt. Utrobique pari errore, ex lege Sabbati orto. Præterea, Typhonem faciunt Ἰσαὰκ τοῦ Ἡρακλέους, Isaaci filium, qui fuit ex stirpe Herculis; eúmque fugâ elapsum filios genuisse Hierosolymum & Judæum. Sed nihil impudentius quàm quòd Typhoni, i. e. Mosi, Regis sui scelera imputant. Nam in Plutarcho Typhon Regem Osiridem arcâ inclusum in Nilum conjicit, idque per Taniticum Nili ostium. Nempe Moses quoque creditur prope Tanim fuisse expositus, ubi tum erat regia, Psal. 78. 12. & à filia Regis ibi repertus. Huc pertinet, quòd arcam hanc in Byblum delatam fabulantur Plut. & Lucian. de Dea Syria; nempe, quia latuit בסוף, Exod. 2. 3. i.e. in alga Nilotica, quæ est papyrus; quomodo סוף reddunt Græci, vel βύβλον. Jo. habet πλέγμα βύβλινον· & Suidas, κιβωτὸν ἐκ βύβλου. Fingunt etiam Typhonem in 14 partes Osiridem discerpsisse: nempe, quia totidem populos, h. e. 13 tribus, cùm ex Josepho duæ erant, & mixtam turbam, è regni corpore avulserat. Ad eundem Typhonem referunt animalia mala & noxia; quia Moses iis in perniciem Ægypti usus est. Nec desunt qui umbram terræ, in quam Lunam illapsam deficere existimant, Typhonem vocant: quia, scilicet, Moses triduanas tenebras induxit. Præterea, sacerdotes mare exsecrantur, eósque qui mari utuntur, & salem, quem Typhonis spumam vocant: memores, nempe, ad Mosis nutum mare Regem ejúsque copias penitus obruisse. Et indè crediderim Mosen Τυφῶνα dictum, quia, ut Hebræis Tsuph, ità Syris (à quibus Ægyptii multas voces mutuati sunt) Tuph, inundationem sign. Et quisquis attentè legit Plutarchum de Iside, reperiet multa quæ ad Mosen pertinent [b]. [Plura vide in Collectaneis nostris ad Exod. 12. 12.]

b BA. 1. 34.

4. Stante procul, וַתֵּתַצַּב] Verbum irregulare, (pro וַתִּתְיַצֵּב, vel וַתִּתְיַצֵּב:) significat puellæ metum, trepidationem. Significat studiosè se statuere, vires, animum colligere, intendere [i]. Collocata autem fuerat, sub. à matre [k]. Ea erat 10 vel 12 annorum [l].

i Ma. k V. l Me.

5. Filia Pharaonis] Josephus & alii passim Thermut appellant [m]; Artapanus Merin [n]. ¶ In flumine, עַל יְאֹר] Ad flumen. Regitur à præcedenti וַתֵּרֶד. ¶ Et puellæ ejus] q. d. Sola remansit cum una ex ancillis in uno loco, ut sese lavaret; reliquæ verò exspatiabantur [o]. ¶ Per crepidinem, עַל יַד] Juxta, aut super, manum, Ma. O. i. e. diverticulum: nos vocamus brachium maris. Manus hîc est rivus aliquis fluminis [p]. ¶ Misit unam, וַתִּשְׁלַח אֶת־אֲמָתָהּ] Et misit ancillam; ità Vulg. ο'. & omnes nostri, & plerique Hebræorum [q]. Alii vertunt, extendit brachium, vel cubitum, suum, Q. in F. co. Non probat AE. quia tunc מ in אֲמָתָהּ dagessatum esset. At cùm raphatum est, (prout hoc loco) ancillam significat [r].

m Me. n T. o V. p O. q F. co. r F. co.

6. Cernénsque parvulum, וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד] Ad verb. & vidit illum, infantem. Quod Hebræi exponunt, vidit eum; quem vidit? puerum. Sic Zach. 12. 8. vide locum †. Relativum suo substantivo sæpe præponitur, licèt pleonasticè quidem, tamen ad majorem evidentiam [t]. ¶ De infantibus Hebræorum] Quod certò cognovit ex circumcisione [v].

† V. t Glas. gram. p. 217. v Me.

9. Accipe, &c. הֵילִיכִי] Vertunt, Deduc, Mo. Abduc, JT. Conserva, ο'. הֵילִיכִי pro הוֹלִיכִי; est enim verbum Hiphil. Nec semper mutatur י in Vau quiescentem. Sic à יָנַק suxit, est הֵינִיק [x]. Ecce tibi puerulus, Sy. Ar. [quasi legissent הָא לְכִי.]

x M.

10. Quem adoptavit, &c. וַיְהִי לָהּ לְבֵן] Et fuit ei filii loco, JT. Ei, nempe matri pueri [y]. Thermuthis unica erat Pharaonis hæres, & sine prole, licèt diu nupta, teste Philone. Unde Moses regio more educatus [z]. Philo ait eam finxisse se gravidam esse, & genuisse Moysen. Favet Apostolus, Heb. 11. 24. negavit se esse filium filiæ Pharaonis [a]. Adoptionem illam contempsit; maluit publicè haberi Hebræus & contemptibilis [b]. Qu. Cur ergò Pharaone extincto Moses non est vocatus ad regnum? Fortasse matris fraus & Mosis adoptatio detecta est [c]. ¶ Vocavit nomen ejus Moyses; מֹשֶׁה] Qu. Unde nominis origo? Alii Ægyptiacam vocem faciunt, ex MO (vel MOYS, L. T.) aqua, & IS, vel ISES, (vel HYSE, D.) servatus. Ità Ph. Jo. Rabanus, Clemens Alex. & Procop [d]. Aliis est vox Hebræa: ità D. Qui Mosis etymon extra Mosen quærit, frustrà quærit †. Illa dedit ei nomen in sua lingua, quod Hebræi postea verterunt in suam linguam; sicut & Græci Hebraica verterunt, Cepha in Petrus, &c [f]. Significat vox, eductum ex aquis. Et quasi prognosticè designabat, filios Israel per hunc Moysen ex aquis miseriarum Ægypti, itémque maris Rubri, olim eductum iri [g]. Orpheus hunc in mente habuisse videtur, cùm sic caneret, Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξε, (i.e. Ut sermo antiquorum, ut genitus in aqua edixit.) Nam quia ex aqua extractus, ideo in ea genitus existimabatur [h]. Quale nomen illi impositum fuit in circumcisione non constat [i]. Clemens Alex. post Numenium eum vocat Joachim, Manetho Osarsepb, Artabanus Hermen, & ab eo Hermenopolin urbem [k].

y V. z T. a Me. b L. c Me. d T.

† D. f M. g T. h D. i M. k D.

11. In diebus illis] i. e. 40. Mosis anno, inquit Stephanus Act. 7. ¶ Ad fratres] Sic vocant Hebræi omnes ejusdem familiæ & gentis [l]. ¶ Viditque afflictionem eorum, וַיַּרְא בְּסִבְלֹתָם] Vidit onera eorum, V. laborem eorum, M. Oppressiones illorum consideravit [m]. ¶ Virum Ægyptium] Unum ex præfectis qui eos opprimebant [n].

l Me. m V. n Ph. in Me.

12. Percussum, &c.] Heb. percussit, i. e. occidit, T. Quæritur an justè fecit. Resp. 1. Quidam negant, & Mosen culpant. Ità olim Aug. (licèt postea mentem mutavit,) & Hilar. apud Riv. & Quist. 1. Nondum habebat jurisdictionem, &c. nec mandatum affligendi Ægyptios, aut liberandi populum. 2. Circumspiciebat, ex mala conscientia: at Divini zeli non est metus, sed firmum animi robur & constantia. 3. Annos 40 exsulare cogebatur, ut disceret exuere immoderati animi affectum [o]. At verò nunquam Mosi hoc vitio vertitur in Scriptura. 2. Alii justè factum dicunt, ex communi officio defendendi oppressos, maximè in causa inculpatæ tutelæ. Non placet; quia ἐκδίκησις vocatur Act. 7. 24. quæ privatis non conceditur, Rom. 12. 19 [p]. 3. Alii ergò hoc factum aiunt jure Divino, & potestate jam tum Moysi à Deo collatâ, à quo vindex & liberator populi constitutus fuit [q]. Favet Stephanus, Act. 7 [r]. Factum est ex conscientia vocationis suæ [s]. Id ei satis constabat; sed incertum an externâ revelatione, an verò solâ inspiratione internâ [t]. Josephus ait Mosem Divino oraculo patri Amram reddito edoctum [v]. Referendum est hoc homicidium ad facta personalia & heroica, quæ ad imitationem non sunt abripienda [x]. Inst. At injustè ob simplicem percussionem mortem inflixit. Resp. 1. Interfecit eum non tantùm ob percussionem, sed & adulterium, quod ex iis altercantibus novit Moses. Dicunt enim Hebræi, Hebræum percussum ab Ægyptio fuisse maritum Salomith, mulieris pulcherrimæ, quam per fraudem vitiaverat [y]. 2. Posset dici, non omnia quæ acciderant hîc narrari. Fortassis Ægyptius Hebræum propè occiderat, nec aliter Moses repellere potuit: vel, Ægyptius etiam in Mosen irruit, qui vim vi repellens eum occidit [z].

o Quist. p Riv. q T. r Me. s Riv. t Ità L. Riv. Bo. Perer. La. Thom. & Rupert. & To. in T. v Me. x Walth. y L. z Perer. post To. & Aug. qu. 2. super Exod.

13. Die altero] Heb. secundo. Lucem huic loco fœneratur Act. 7. 24, 25, 26 [a]. Ità diligenter prosequitur opus sibi mandatum [b]. ¶ Rixantes] Ità ο'. Ch. Verùm נָצָה est elevare se, aut volare, Jer. 48. Indè Notzah, pluma. Quòd autem Hebræi addunt, in Hiphil & Niphal significare rixari, ratione caret. Non libenter fero hujusmodi æquivocationes, cùm propria significatio potest tolerari. Verto, elevabantur, scil. alter in alterum [c]. Involantes (inardescentes, irruentes,) more gallorum pugnacium. Hoc primariò significat [d]. Contendentes, Sy. Mo. JT. Sa.

a V. b A. c O. d Mo.

14. Num occidere me tu vis? ità ο'. Ar. vel, cogitas? Sy. הַלְהָרְגֵנִי אַתָּה אֹמֵר] Numquid ad occidendum me tu dicens, vel dicis? Mo. JT. Pi. A. Ch. supple, in corde tuo †, ut Gen. 27. 41. h. e. Num constituis, vel cogitas, vel decernis, me interficere? Ità Græcus vertit, & Stephanus allegat, Act. 7. 28. Vide 2 Sam. 21. 16 [f]. An me interfecturus loqueris? JT. ¶ Et timuit] Obj. At Heb. 11. 27. dicitur, non timuisse Regis iram. Resp. Ibi loquitur de discessu ejus cum toto populo ex Ægypto [g].

† Pi. A. f A. g L. Riv.

15. Quærebat occidere] Tum ob cædem; tum quia audiverat à sacerdote quodam (ut refert Josephus) circa

circa tempus nati Mosis, nasciturum puerum Hebræum qui populum educeret, & Regem humiliaret; & ex hoc facto judicavit eum Mosen esse [h]. ¶ *Sedit juxta puteum*, וַיֵּשֶׁב עַל הַבְּאֵר] Multa subaudienda; cujusmodi, *ubi quum aliquamdiu commoratus esset, quievit, & sedit aliquantum temporis juxta puteum*. Vel, *& profectus est in terram Midian, seditque juxta puteum* [i].

16. *Et sacerdoti*, וּלְכֹהֵן] Quidam volunt eum fuisse *Principem* [k]. Vocantur autem Magistratus כֹּהֲנִים, i. e. *sacerdotes*, tum quòd olim utrumque officium, sacerdotale & politicum, penès illos erat, etiam apud Ethnicos; tum quòd magistratus inprimis cultum & gloriam Dei promovere debet; quare & *minister Dei* dicitur, Rom. 13. 4 [l]. Alii volunt eum fuisse *Sacerdotem*, vel, 1. *idolorum* [m]; sed tum Moses cum eo minimè affinitatem contraxisset [n]: vel, 2. *veri Dei* [o]; qualis & Melchisedech; nondum enim idololatria se tam latè diffuderat [p]. Idem Monceius statuit, & probat, *De apparitione in rubo*, c. 2. Vide annot. infrà cap. 18. Dei notitiam à majoribus accepisse poterat; nam Madian Abrahæ filius ex Ketura [q]. Obj. At cùm vidit miracula, exclamat, *Nunc cognovi quòd magnus Dominus supra omnes Deos*, Exod. 18. 11. Ergò priùs erat idolorum cultor. Resp. Intelligendum hoc de nova cognitione per experientiam; sicut 1 Reg. 17. 14. *Nunc cognovi quòd vir Dei es*, & Psal. 20. 7 [r]. Alii volunt hunc fuisse & Principem & Sacerdotem; quomodo tum primarii viri, Melchisedech, Noe, & Abraham [s]. ¶ *Ad hauriendum aquam.*] Nec mirum [t]: Nobilis illo ævo ars pastoritia [v]. In gregibus nempe erant divitiæ antiquorum [x]. ¶ *Impletis canalibus*] *Canales* רְהָטִים vocantur à רָהִיט *trabs*, quia ex trabibus fieri solent [y].

17. *Ejecerunt eas*] Ad haustum à puellis paratúmque potum agentes sua pecora, fruituri inertes alienis laboribus [z]. ¶ וַיְגָרְשׁוּם] Quidam referunt ad צֹאן, quòd relativum sit masc. Alii volunt ם pro ן positum [a]. Interdum masculinum ם fœminas refert, & ן fœm. masculos, ex proprietate linguæ [b]. [Vide ad Exod. 1. 21.] Alii *eos*, nempe famulos earum pastoritios [c]. ¶ *Oves earum*, וְצֹאנָם] Et hîc ם pro ן, ad vitandum concursum duorum ן [d].

18. *Ad Raguel patrem suum*, אֲבִיהֶן] Quidam volunt Raguelem, earum *patrem*, fuisse eundem qui Jethro dicitur [†]. Alii avum faciunt earum, & *patrem Jethronis* [f]. Colligitur ex Num. 10. 29. (coll. cum Gen. 24. 48 [g].) *Dixit Mosis Hobabo, filio Raguelis, socero Mosis*; ubi quidam *soceri Mosis*: quos refellit Jud. 4. 11. *è filiis Hobab, soceri Mosis*. Omnia liquida sunt, nisi quis evicerit *Hobab* fuisse fratrem uxoris Mosis [h]. At regerit Rivetus, posse ibi suppleri vocem *filii*, ut solet, hoc modo, *è filiis Chobab, filii soceri Mosis*; vel, חֹתֵן cum Hieronymo verti posse *cognato*, & sic tollitur omnis difficultas [i]. Aiunt חֹתֵן aliquando *fratrem uxoris* denotare. At cùm eadem vox sit quæ dicitur de *Jethro*, Exod. 3. 1. & 4. 18. & de *Hobab*, Num. 10. 29. & de *Rechab*; non temerè sensus ejus immutandus est [k]. Videtur mihi *Jethro* idem qui *Raguel*, nempe pater Mosis, & *Chobab* ejus filius, & *Zephoræ* frater. Nam videtur *Jethro* ad suos rediisse, (ut videbimus) nec voluit Moses senem decrepitum per desertum ducere; *Chobab* autem, ut junior, mansit. Et certum est Kenæos ex posteritate *Chobab* inter Israelitas habitâsse [l].

19. *Vir Ægyptius*] Fortè se talem affirmaverat, & ità ex cultu corporis videbatur [m]. ¶ *Hausit*] Heb. *hauriendo hausit*. Geminatio verbi notat diligentiam, fidem, & sudorem [n].

20. *Quare dimisistis hominem?* לָמָּה זֶּה] *Ut quid hoc?* Mo. *Quamobrem jam?* nempe, hâc hora, vel hoc tempore, quum serum sit [o].

21. *Juravit*, &c. i. e. juramento obstrinxit, ità Q. He. in M. וַיּוֹאֶל] Vertunt, *Et voluit*, Ch. P. Mo. O. V. F. co. *resolvit se*, vide Gen. 18. 27. Ma. *acquievit*, JT. A. *placuit*, Sa. *consensit*, Sy. M. Ti. *cœpit*, A. Q. in F. co. Hoc verbum sæpe omittitur à Spiritu Sancto. Pro, *cœpit dicere*, Luc. 12. 1. est *dixit*, Matt. 16. 6. pro, *cœpit ejicere*, Marc. 11. 15. est *ejecit*, Matt. 21. 12. &c [p].

h L. — i V. — k Ità Onk. L. O. Sa. in Bo. — l F. V. — m Ità K. in M. — n Riv. — o Ità AE. in F. Riv. G. — p G. — q E. — r Riv. — s Me. — t L. — v Me. — x L. — y O. — z Me. ex Ph. — a V. — b F. co. — c Ma. ità JT. — d AE. in F. — † Ità L. V. O. Caj. Riv. ex Calv. Th. in D. — f Ità AE. & Jon. in D. misc. 2. 69. G. D. A. La. — g G. — h D. — i Riv. — k D. — l Riv. — m Me. — n V. — o Jun. Pi. Ma. — p A.

¶ *Accepitque Sephoram, filiam ejus, uxorem*] Patriarchæ ex cognatione sua filiis uxores capiebant, φόβῳ τοῦ μὴ ἐκλεγομένας τὰς ὑιὰς τῆς εὐσεβείας, (*ne filios à religione averterent*:) sed Moses & Joseph, illo metu liberi, ex gentilibus uxores duxerant, nec ab illis aversi sunt à religione, sed eas converterunt [q].

22. *Gersam*, גֵּרְשֹׁם] *Peregrinus ibi*. His nominibus pii se ad gratitudinem & laudem Dei excitabant [r].

23. *Post multum temporis*, בַּיָּמִים הָרַבִּים הָהֵם] *Post dies multos illos*, Hebraismus, i. e. post multos annos [s]. Heb. *in*, pro *post*, ut Num. 28. 26. Sic Marc. 13. 24. *in diebus illis*, pro, *post eos*, Matt. 24. 29. & Dan. 2. 44. *in diebus regum*, &c. i. e. post illos [t]. *Fuit autem diebus illis, qui multi fuêre*, JT. nempe 40 anni, Exod. 7. 7. & Act. 7. 30 [v]. ¶ *Mortuus est rex*] Sub quo Mosis natus & quæsitus ad cædem. Item duo alii ejusdem ingenii. ¶ *Vociferati sunt*] Ex morte tyranni aliquod levamen sperantes [x]. Afflictio sensum peccatorum excitat, inprimis idololatriæ suæ [y]. [Vide ad Exod. 1. 10.] ¶ *Ad Deum*] Quem invocare tunc plerique cœperunt, Num. 20. 16. relictis idolis, Ezec. 20. 8 [z].

25. *Et respexit Dominus*] Et eorum afflictiones, & cogitationes Ægyptiorum de illis perdendis [a]. ¶ *Et cognovit eos*, וַיֵּדַע אֱלֹהִים] *Et cognovit Deus*, Mo. J.T. &c. nempe, *dolores eorum*, Exod. 3. 7. vel, *eos in doloribus*. Notitia hæc cum misericordia juncta est: sic Psal. 1. 6. & 31. 8. Prov. 12. 20 [b]. *Et misertus est eis*, Ar. *dixit in verbo ut liberaret eos*, Ch. *innotuit illis*, οἱ. h. e. ostendit se nôsse [†]. *Et advertit Deus*, M.

q Justin. quæst. orthod. 90. in Ga. — r V. — s V. — t A. — v Jun. Pi. A. — x Me. — y Junt. — z G. — a V. — b A. — † Bo.

CAP. III.

1. *Pascebat*] Hîc creditur scripsisse librum Genesis, & Job ad suorum solatium [c]. ¶ *Jethro soceri sui, sacerdotis Madian*] Hic *Jethro* idem erat qui *Raguel* c. 2 [d]. Potiùs erat filius *Raguelis*, (Raguel autem jam mortuus videtur, cùm 40 anni præteriissent, Exod. 2. Actor. 7. 30.) Jethro hîc *præses* dicitur, quia patri in ea dignitate successit [†]. ¶ *Ad interiora deserti*, אַחַר הַמִּדְבָּר] *Post desertum*, P. i. e. in partem intimam deserti [f]. ¶ *Ad montem Dei*] Horeb sic dictus est, vel, 1. quia magnus erat & sublimis, ut Psal. 36. 7 [g]. vel, 2. propter hanc visionem [h]: vel, 3. per prolepsin, quia ibi Deus daturus erat Legem [i]. ¶ *Horeb*] Qui & *Sinai*, Act. 7. 30 [k]. Potiùs *Horeb* & *Sinai* sunt duo juga ejusdem montis [l].

2. *Dominus*] Heb. *Angelus Dei*; nempe, Christus, Angelus consilii magni [m]. Ità Th. Ambros. Chrysost. Justin. Tertul. & Hil [n]. Probant ex vers. 4, & 6. & Deut. 33. 16 [o]. Qui Angelus vocatur, quòd illa populi redemptio nostram obumbravit, ob quam Christus missus [p]. Alii aliter; Angelus erat Domini personam sustinens [q]. Ità quidam Patres & Scholastici. Filius Dei nunquam dicitur *Angelus* sine addito [r]. *Angelus* vocatur Act. 7. 30 [s]. Verùm Angelus non diceretur Jova, nec tantâ authoritate imperaret [†]. ¶ *In flamma ignis*, ità Onk. Sa. Sy. Ar. בְּלַבַּת אֵשׁ] *In corde* (i. e. medio) *ignis*. Vel לַבַּת est pro לֶהָבַת [t]. ¶ *De medio rubi*, מִתּוֹךְ הַסְּנֶה] est arbor sterilis & senticosa [v]. A rubis in eo monte frequentibus *Sinai* dictus est [x]. ¶ *Rubus arderet, & non combureretur*] Imago hæc erat & Mosis afflicti exsulis [y]; & populi Israelitici, qui illæsi & splendidiores ex igne afflictionum egressuri essent [z]. Concurrebat Deus cum hoc igne ut luceret, non ut arderet [a]; verus autem erat ignis [b]. Citantur versus ex tragœdia Græca de Deo, Οὐκ οἶδας δ' αὐτὸν [illegible] ποτὲ μὲν ὡς πῦρ φαίνεται, *Non nôsti eum: interdum specie ignis apparet*. Tale visum videnti magnam gloriam portendere gentes tum credebant, ut hîc notat Josephus [c]. Apparuit Deus in flamma, quæ non potest imagine figurari, quia Israel pronus ad idololatriam [d].

4. *Moyses, Moyses*] Ostendit Deus, se suos curare, ex

c Me. — d O. La. — † Pi. A. — f V. Riv. — g A. — h Jun. Pi. — i Bo. Me. L. Riv. — k A. — l Bo. — m Ità V. Ca. Cl. Jun. Pi. ex RR. — n Bo. — o Belg. A. — p V. — q Me. L. E. — r Bo. — s La. — † Ca. — t M. — v M. — x T. M. — y Jun. Pi. — z Me. T. — a T. — b T. Riv. — c G. — d L.

ex nomine noscere, & dirigere. Repetitione nominis acriùs Mosis aures animúmque pulsat, eúmque ad attentionem excitat. ¶ *Adsum*] Præstò sum, ut obsequar †.

5. *Solve calceamentum*] Ut totus in Dei jus & obsequium transeas [f]. Qui jus suum alteri tradidit, id significabat exuendo calceum, Deut. 25. 9. Ruth 4. 7 [g]. At hic ritus post datam Legem incepit [h]. Signum hoc erat luctûs & humiliationis, 2 Sam. 15. 30. Esa. 20. 2, 4. Ezec. 24. 17, 23. & consequenter sanctificationis coram Deo: quod & mutatio & ablutio aliarum vestium significabat, Gen. 35. 2. Exod. 19. 10. Eccles. 4. 7. Psal. 119. 101. Eph. 6. 15 [i]. In loci & Divinæ majestatis reverentiam [k]. Nimis enim audacter & curiosè accesserat Moses [l]. Idem injunctum Josuæ, c. 5 [m]. In signum reverentiæ, & obedientiæ, & humilitatis [n]. Hic ritus descendit à mancipiis, qui nudis pedibus incedebant, in signum subjectionis [o]. Docet & carnales omnes curas & cogitationes seponere, cùm ad Deum accedamus [p]. Hinc emanavit mos ad Judæos, (quorum sacerdotes excalceârunt pedes in ingressu Templi, Exod. 30. & 40 [q]. Persius de Regibus Judaicis, *Exercent ubi festa mero pede sabbata Reges* [r],) & ad Ethnicos. Indè eorum *Nudipedalia sacra*. Calceos exuebant gentes Apollinis templum ingredientes, Solin. l. 15. Ità Turcæ, & Æthiopes Christiani, non nisi nudis pedibus sacros cœtus adeunt. Indè Pythagoras apud Iamblichum, c. 24. 10. Ἀνυπόδητος θύε καὶ προσκύνει, (*Nudis pedibus sacra facito.*) Ità Proclus, apud Marinum, exutis calceis Deum venerabatur [s]. Radix τοῦ שַׁל est נָשַׁל *extraxit* [t]. Vide de hoc loco Act. 7. 33 [v].

6. *Ego sum, &c.*] Deest hoc in Hebræo, item in Marc. 12. 26. at suppletur Matt. 22. 32 [x]. ¶ *Deus Ab.-Is. &-Jac.*] i. e. Quem coluerunt illi. Hos nominat, quia auctores erant gentis Hebrææ, & his Deus plurima promisit & præstitit, & virtute hi præstabant. Ità se à fictitiis diis discernit, fœderísque cum patribus initi memoriam renovat, unde pendet Israelis liberatio [y]. Ter repetitur; quo significari volunt qualem curam Deus habeat singulorum, & quòd uniuscujusque totus est Deus [z]. ¶ *Abscondit faciem*] Ex reverentia Dei [a], & ex sensu infirmitatis suæ [b], & ex humilitate; non autem curiosè se ingessit: ideóque tum Dominus se ei revelavit [c].

7. *Vidi*] Heb. *Videndo vidi*. Geminatio significat aut vehementiam, aut certitudinem, aut celeritatem [d].

8. *Et descendi*] i. e. Per effectum †. Notat favorem & auxilium Dei: Nam omne auxilium de cœlo est [f]. ¶ *Spatiosam*] Erat tantùm 160 milliaribus longa à Dan ad Bersabe, & 46 lata à Joppe ad Bethlehem. *Spatiosa* tamen dicitur respectu, 1. terræ Gessen, ubi habitabant; 2. gentis (suæ,) quæ tunc minor terrâ; 3. ubertatis soli [g]. Hecatæus (qui æqualis erat Alexandri magni [h]) de Judæis ait, eos 300 myriadas ἀρουρῶν (i. e. *jugerum*) optimæ terræ possidere [i]. ¶ *Fluit lacte & melle*] i. e. Optimis & delicatissimis fructibus [k]. Cum parvo labore magnum facit fructum [l]. Bonitas hujus terræ multis indiciis patet. 1. Ex testimoniis authorum: Jo. Antiq. 5. 1. & Belli 3. 2. (ubi in agro Jerichuntino, nec alibi, balsamum nasci tradit; eique consentiunt Justin. Hist. l. 36. & Plin. 12. 25.) & Hieron. (qui regionis spectator erat) in Isa. 5. & Ezec. 20 [m]. item Aristææ, qui scripsit de translatione S.S. ꝑ LXX, quíque eos duxit in Ægyptum. Is sic scribit; *Regio eorum ferax est omnis generis frumenti, abundat olivis, vineis, & mellificio, & palmis*, &c [n]. 2. Ex multitudine hominum quam alebat, licèt exigua esset terræ portio, nec dimidium Belgii attigit. In una Galilæa erant 3 milliones, teste Jo. Belli 7. 17. 3. Ex variis Scripturæ locis, Deut. 8. 7, & 32. & Ezec. 20. ubi cæteris terris antefertur. [*Talia certè de illa terra nec sapientissimi hi Prophetæ, nec quisquam sanus, proferre ausi essent, nisi celebrata illa fertilitas hominibus illius ætatis comperta fuisset.*] Obj. At terra illa modò habetur sterilis. Resp. 1. Hanc persuasionem refutant Brochardus & alii oculati spectatores *. Brochardus, (inquam) qui ante

† Me. — f Q. in La. A. — g A. — h La. — i A. — k M. T. E. Bo. — l La. — m T. — n Riv. La. Bo. — o La. — p T. — q T. — r G. — s G. — t M. — v V. — x A. — y Jun. Pi. — z Me. — a Me. L. A. — b A. — c L. — d Me. — † L. — f V. — g Me. — h Perer. — i G. — k F. Me. — l L. — m Bo. — n Perer. in Exod. — * Bo.

300 annos vixit, & totum decennium consumpsit in ea regione, sic scribit; *Non est credendum quibusdam contraria nunciantibus; neque enim eam diligenter considerârunt. His oculis vidi fertilitatem mirabilem. Agri sunt velut horti, &c. Ibi bombyx affluit, &c. Ibi cedri, citri, limones, &c. & poma paradisi, vinum pretiosum valde & suave, ficus, malogranata, pepones, citrulli, &c. Denique, illic exstant omnia mundi bona, & verè terra illa fluit rivis lactis ac mellis* †. Jerosolymitanum quidem solum sterile & aridum faciunt Strabo in Per. & Hi. in Bo. quod tamen Jo. reliquis omnibus præfert. Verùm loquuntur de vicino solo ad paucula stadia [o]. *Regio sterilis est & sicca, & intra 60 stadia petrosa*, ait Strab. l. 16 [p]. 2. Quid mirum si ob peccata tum Judæorum tum Saracenorum terra illa sterilis effecta fuerit *? *Imò verò hinc elucet fides Dei, & veritas Scripturæ; siquidem ità impletum est quod prædixerat Deus, terram fertilem in sterilem convertendam esse propter peccata incolarum.* ¶ *Cananæi*, &c.] Omittuntur *Girgasæi*, vel, quòd cæteris gentibus minor fuerit [q]; vel, quòd de terra recesserunt ante ingressum Israel [r]. *Pherezæi* putantur fuisse *Sidonii*. Omnes hi *Cananæi* vocantur, quia à Cananæo propagati [s].

10. *Veni*] q.d. Sis præsens mente & voluntate, (non solùm corpore,) & promptus ad obediendum [t]. Verbum pro adverbio hortantis, de quo vide Genes. 11. 3 [v].

11. *Quis ego?*] Obj. At Moses specimen antea ediderat & propositi sui, & vocationis Divinæ. Cur jam excusat? Resp. Promptitudo illa ante annos 40 tribuenda est fervori cuidam extraordinario, in quo minùs consideravit quæ postea otio & experientiâ didicit. Meminit se à fratribus repulsum, cùm floreret in aula, à qua per multos annos jam aberat. Non ex diffidentia hæc dicit, sed ex modestia [x], & humilitate [y].

12. *Ero tecum*, כִּי אֶהְיֶה עִמָּךְ] *Profectò tecum ero.* Alii vertunt כי *quòd*, & subaudiunt, [*Scito*] *quòd ero tecum*: aut כִּי redundat [z]. ¶ *Et hoc signum*, &c.] Quidam referunt ad antecedentia, ídque dupliciter: vel, ad visionem in rubo [a]; (sic Chaldæus accepisse videtur [b];) vel, ad hoc, *Ego ero tecum*, i. e. singulari assistentiâ per varia prodigia & miracula, unde constabit te à me missum [c]. Alii referunt ad sequentia, *Coletis Deum in hoc monte*: Ità Catholici [d]. Qu. Quomodo potuit res futura signum esse vocationis præsentis? Resp. Signum erat rememorativum, quemadmodum paschalis victima †. Mosis missionem confirmat promissione: Plus autem est promittere quàm mittere [f]. Signum hoc præsens erat quoad promissionem, licèt futurum quoad exsecutionem [g], quæ pendebat à futuro eventu, quem Deus certissimè futurum prædicit & promittit [h]. Quatenus promittebatur, erat signum voluntatis Divinæ de implendo decreto suo, & vocatione Mosis. Qui enim vult consequens, vult etiam antecedens necessarium; & qui promittit triumphum, promittit victoriam [i]. [Alii sic;] Signum erat perfectæ liberationis, nempe, quòd Deus introduceret eos in Terram promissam [k]. Vel, signum fuit à posteriori missionem suam fuisse à Deo [l]. Esse autem talia signa consequentia quæ rem probant ex eventu, liquet ex 2 Reg. 19. 29. & Esa. 7. 13, 14, &c [m]. & 1 Reg. 16. 13 [n]. ¶ *Immolabis*] Heb. *servietis*. Finem hujus liberationis ostendit, viz. ut Deo serviant [o].

14. *Ego sum qui sum*] Ità ό. Sy. Ti. A. JT. Rectè. *Esse Dei non novit præteritum nec futurum*, ait Burgensis [p]. Frequens est Hebræis futurum pro præsenti poni [q]. *Qui est*, Sa. *Æternus qui non præterit*, Ar. ¶ אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה] *Ero qui ero*; it) Mo. P. O. *Qui ero*, Ch. Scribunt Hebræi (& nostri [r]) istâ locutione æternitatem Dei significari. Futurum enim tria tempora complectitur [s]. Denotat in Deo essendi necessitatem, æternitatem, immutabilitatem, atque plenitudinem [t]; & omnis essentiæ fontem [v]. q.d. Creaturarum *esse* respectu mei est potiùs *non esse* [x]. Sic instruit Mosen, ut vocationis & missionis fidem comparet, prædicando mittentis æternitatem & omnipotentiam.

† Per. — o Bo. — p Per. — * Bo. — q Ità M. — r He. in L. — s M. — t L. — v V. — x Riv. — y V. — z V. — a Ità He. in L. JT. To. in Me. A. — b Riv. — c Ità Me. T. Bo. — d L. ità Riv. Walth. — † Q. in Bo. — f La. — g Me. La. — h La. — i Riv. — k Q. in Bo. — l O. — m Walt. — n Me. — o Jun. — p D. — q V. — r F. — s F. V. — t L. — v V. — x T.

tentiam[y]. Nomen hoc exprimitur Apoc. 1. 4. Hinc & *Jehovah* deducitur; (de quo Psal. 1. 2[z].) י præposito, (ut in humanis nominibus) & י inter duo ה mutato in ו, ut sæpe, εὐφωνίας causâ[a]. R.Hiscuni locum sic explicat; *Nomen meum est*, ERO, (hoc nomen Dei) *quia* ERO *in secula seculorum; dein, quòd* ERO *etiam vobiscum, ut redimam ab Ægyptiis.* Et RS. sic; *Ero cum vobis & in præsenti tribulatione, & in futuris calamitatibus*[b]. Sic distinguit Deum ab idolis, quæ tempore & inceperunt & desinent, Deut. 32. Jer. 10. At ego sum perpetuus Deus. Aut, *Ero qui ero*, qui fui erga vos, in promissionibus implendis; non mutabor, licèt visus sum hucusque dissimulare[c]. Scribit Plutarchus de Iside & Osiride, *Quòd Saï (urbe Ægypti) est Minervæ (quam eandem cum Iside arbitrantur) fanum quod hanc habet inscriptionem, Ego sum omne quod exsistit, est, & erit; meúmque peplum nemo adhuc mortalium detexit*[d]. Docet idem inscriptum templo Apollinis Delphici, Εἶ, *Tu es.* Affirmat Plato in Timæo, id solum *esse* quod est æternum & immutabile; cætera veriùs *non esse*, quàm *esse* †. Et Numenius de Bono 2. apud Euseb. Præpar. 11. 10, &c. hæc habet; *Entis incorporei nomen proprium dico esse* οὐσίαν καὶ ὄν, *i. e. substantiam & essentiam: causa est, quòd nec fiat, nec pereat, nec mutationem ullam sive sponte, sive ab alio necessariò adactum, admittat*[f].

15. *Dominus*] Heb. *Jehovah*. Hoc nomen subjungit præcedenti, ut notius & usitatius. Denotat etiam æternitatem & efficiendi vim[g]. Ampliùs declarat nomen præcedens: q. d. Sicut *essentia* immutabilis est, sic etiam *voluntas*, sive decretum educendi vos, &c[h]. ¶ *Hoc nomen mihi est in æternum*, ità Ch. Sa. Sy. A.Ma. ο᾽. לְעֹלָם] *In seculum*, Ar. Mo. O. JT. *Erit*, Maimonides rectè: nam in benedictionibus sacerdotalibus in templo pronunciatum fuit illud יְהוָה, quod vim continet ejus quod præcessit, (ut jam dictum[i].) Cùm puncta abessent, legi poterat, *ad occultandum:* Admodum enim illud occultant Judæi[k]. In Talmud. dicunt, *Qui exprimit nomen Domini per suas literas non habet partem in futuro seculo*[l]. ¶ *Memoriale meum*] Per quod nomen homines mei recordabuntur[m]. Vel, potiùs, *memoriale mei:* quo scil. in memoriam revocor à populo meo[n].

16. *Seniores Israel*] Nempe officio[o]. Doctores & gubernatores[p]. *Seniores* tribuum, & familiarum capita. Privatam aliquam politiam inter eos continuatam fuisse ex hoc loco apparet[q]. ¶ *Visitavi*, פָּקַדְתִּי] i. e. Cognovi statum vestrum[r]. *Rationem habeo vestrî*, JT. Alii, *Recordatus sum*; ità V.Ch.He.in M.

17. *Et dixi*, וָאֹמַר] *Propterea dixi*, sub. *apud me*; i. e. decrevi †.

18. *Vocavit nos*, ità ο᾽. נִקְרָה עָלֵינוּ] *Occurrit*, vel, *obviàm factus est, nobis*, M.P. JT. Ti. O. A. V. sive, *super nos*, Mo. Ma. *apparuit nobis*, F. V. Sy. *venit ad nos*, Ar. *Occurrit*, iratus quòd eum non colimus[t]. Al. *invocatus est super nos*, Ch. Sa. [quasi legissent נקרא:] q. d. est noster Deus, ergò ei sacrificemus[v]. ¶ *Ibimus viam trium dierum*] Tantundem est, non plus, ad montem Sinai, ubi sacrificaturi erant, si rectà incedas[x]. Nè, si propiùs Ægyptum immolâssent animalia quæ Ægyptii colerent, ab iis lapidarentur[y]. *Eamus*, i. e. Per te liceat nobis ire[z]. Qu. Annon dolo malo usi sunt, qui hoc petebant, cùm aliud in animo haberent? Resp. 1. Poterant absolutè dimissionem petere, cùm jure hospitii tantùm se ad tempus Pharaoni subjecissent[a]. 2. Non est mendacium, sed silentium integræ veritatis; non dixerunt se hoc tantùm facturos[b]. Partem consilii aperit Deus tyranno, partem celat, quia est liberrimus; ut Deut. 2. 28. & 1 Sam. 16. 2, 3[c]. Et cùm de eo dubitaret Pharaoh, Exod. 8. 27. Moses mentiri noluit, sed tacuit *. 3. Nullo jure Pharaoni obstricti erant, ut sua ipsi (hosti scilicet) revelarent consilia[d]. 4. Voluerunt animum ejus experiri in re faciliori†, ut quantò petitio erat magis rationabilis, tantò Rex esset magis inexcusabilis[f].

19. *Nisi per manum validam*, וְלֹא בְּיָד חֲזָקָה] [Variant interpretes.] 1. Quidam sic; *neque in manu valida*. Etiamsi videret manum potentem, miracula,

y Jun. z V.G. a G. in v. 15. b F.V. c O. d Ma. † Perer. f Ga. g Jun. h Pi. i G. k D. l M. m V. n Pi. o Jun. Pi. p A. q Riv. r Pi. † V. t O. v O. x Bo. A. y L. z V. a Riv. b Me. c Jun. * Riv. d Walth. † Riv. f L. Riv.

&c[g]. Videtur esse sententia Chald. Paraphrastis[h]. Deus quidem eduxit eos manu forti, sed Pharao non permisit[i]. q. d. Nec precibus vestris, nec miraculis meis, movebitur obstinatus Regis animus[k]. Refellitur hic sensus ex vers. seq. ubi *dimissurus eos* dicitur, &c[l]. Resp. Hîc sermo est de maxima percussionis parte, viz. novem plagis; at vers. 20. de plaga decima & ultima[m]. Sign. eum non dimissurum illos volentem[n]. [Ar. vertit, *neque per manum unam fortem.*] Hâc prædictione præmunit eos, nè repulsam insperatò passi animum abjicerent[o]. 2. Alii sic; *nisi in manu forti*, i. e. nisi manu forti coactus fuerit[p]. Nam sequitur, *Mittam igitur manum meam*, &c[q]. *Et non in manu forti*, pro, *si non*, &c. Ità *Et* ponitur pro *Si*, Exod. 4. 23. Num. 12. 14[r]. Sic Græci, ἐὰν μή. Et sensus id exigit, ut apparet infrà 6. 1. Videtur ergò fuisse in Hebræo בְּלֹא, non וְלֹא, quod sensum faceret ab historia alienum. Manus autem valida est occisio primogenitorum, ultio maxima, c. 7. 4[s]. [Non placet D.] quia וְלֹא pro אִם לֹא non memini legere[t]. 3. Vel sic intelligi potest; *non in manu forti*, i. e. Vos non forti aut armatâ manu exibitis; nam ego ducam vos[v]. 4. Alii ad Pharaonem referunt, & ב in בְּיָד exponunt בַּעֲבוּר *propter*; q. d. Rex—non dimittet vos,—ídque propter potentiam suam: Est enim Rex fortis & potens. Ità AE. & Onk. ei videtur favere in sua Paraphrasi[x].

22. *Postulabit*, וְשָׁאֲלָה] *Mutuabitur*, V. L. ¶ *Ab hospita domûs suæ*, וּמִגָּרַת בֵּיתָהּ] i. e. *Ab hospita sua*, V. *à cohabitatrice*, M. O. *de peregrinæ domûs suæ*, Ma. Hinc patet Ægyptios fuisse permistos Hebræis in terra Gessen[y]. Hebrææ ancillæ erant, adeóque habitabant in domibus Ægyptiarum dominarum[z]. ¶ *Spoliabitis*] Justo titulo donationis Dei, qui omnium Dominus[a]. Qui hæc donavit, 1. pro pretio laborum, ut dicitur Sap. 7. 7[b]. in compensationem violentiæ, & submersionis puerorum, &c[c]. 2. ut castigaret luxum & injustitiam Ægyptiorum: 3. ut eis daret materiam quam postea in tabernaculi fabricam offerrent[d]. 4. Ipsi Ægyptii, abjectâ rerum suarum curâ, Israelitis eas permisisse videntur, cùm eos ut abirent urgebant, nihil reposcentes ab eis, quasi eo pretio vitam suam redimerent, cap. 12. 33 †. [*Plura de his vide ad* Exod. 12.]

g I. h M.O. i ... k F. l D. m V. Ma. m Pi. n A. o Jun. Me. p Ità V.G. Riv. A.P. Sa. Vulg. q V. Riv. r A. s G. t D. v V.F. co. x F. co. y Me. z O. Ma. a Me. Ma. b Me. Ma. ità L. c L. d Me. † Ma. ex Jun.

CAP. IV.

1. NON *credent*, &c. וְהֵן] *Et ecce*: ו redundat[f]. Vel, *Ecce* ponitur pro *Si*, A. ex ο᾽. sicut Jer. 3. 1[g]. *Non credent.* Videtur contradicere Deo, qui dixerat, Exod. 3. 18. *& obedient.* Resp. 1. Non simpliciter vult, eos non credituros; sed, non quamprimùm, non verbis nudis, non sine signis. Ad veritatem dicti Divini sufficiebat, si tandem manum darent. 2. Moses hîc dubium proponere videtur, non planè asserere; q. d. Ecce, ponamus quòd mihi non sint credituri[h].

2. *Quid*, &c? מַזֶּה] Idem hîc est quod מַה־זֶּה[i]. Hæc tria portenta primariò missionem Mosis probabant[k]; mysticè autem designabant triplicem statum Israelitarum. *Virga* significabat florentem statum, & Josephi dominationem; *Virga dejecta & in colubrum conversa*, dejectionem eorundem & afflictionem; *Virgæ restitutio*, redivivam libertatem & potentiam[l]. Pariter *leprosa manus* & *aqua sanguinea* hoc figurabant, quòd valetudinem & vires, adeóque & succum & sanguinem, Israelitarum exhauriebant Ægyptii[m]. Vel potiùs, docuerunt tot & tanta miracula non Mosis potentiâ & manu, (quæ impura & leprosa fuit,) sed altiori, patrata fuisse[n]. [Hæc porrò observat doctissimus Li. de his miraculis.] 1. Indicium erat Mosem hæc minimè fecisse ope Diaboli, sed in eum potiùs potestatem accepisse, quòd Serpentem (expressissimum ejus typum) pro lubito tractare potuit. 2. Caudam tantùm apprehendere jussus est, v. 9. nam caput serpentis petere ad Christum spectabat. 3. Quin hic

נָחָשׁ

f V. g A. h Riv. i M. k T. l T. Me. Li. m T. n Li. Spicil. in Exod. 1.

נָחָשׁ erat, תַּנִּין evadit c. 7. 10. i.e. *crocodilus*, ut videtur. 4. Hæc duo miracula speciali modo magnum illum Prophetam respexerunt cujus ope & Moses jam tum operatus est. Neque enim quisquam ex Prophetis à Mose ad Christum aut Diabolum ejecit, aut lepram manu suâ sanavit [o].

4. *Apprehende caudam*] Ibi periculum erat ab aculeo: Moses tamen credens non læditur [p].

5. *Ut credant*] Subintellige, vel, *Illud facies*, &c. vel, *Hoc feci*,—*ut credant*. Aut refertur ad illud, *Projice in terram* [q]. Similes ellipses sunt, Marc. 14. 49. *ut Scripturæ impleantur*, pro quo, *hoc factum ut Scripturæ impleantur*, Matt. 26. 56. ità 2 Sam. 5. 8. collat. cum 1 Chron. 11. 6 [r].

6. *Leprosam instar nivis*] i. e. Præ lepra erat alba velut nix [†]. Est enim quædam species candidæ lepræ [t]. Lepra deterrima est quæ cutem aspergit albis maculis: vide Num. 12. 10 [v].

7. *Et erat similis carni reliquæ*, simil. JT. Ar. שָׁבָה כִּבְשָׂרוֹ] *Reversa erat sicut caro ejus*, [ità plerique:] *restituta est in colorem carnis*, Ar.

8. *Neque audierint sermonem signi prioris*] Prosopopœia est. Loquitur enim nobis Deus per miracula [x]; & verbum suum signis addit, ut v. 30. Ezec. 1. 29. Job. 4. 16 [y]. i. e. Si non crediderint sermonibus quos confirmaveris priore miraculo [z]. *Vocem signi*, i. e. vocem signo confirmatam [a].

9. *Quicquid hauseris*, &c. וְהָיוּ הַמַּיִם־וְהָיוּ לְדָם] *Et erunt aquæ, erunt, inquam, sanguis*, M. Ti. *Nam convertetur ut fiat sanguis*, Ar. *Convertantur, convertantur, inquam, in sanguinem*, JT. simil. P. A. ¶ *In sanguinem*] Exprobratio infantium aquis suffocatorum, & præsignificatio mortis in mari Rubro [b].

10. *Obsecro*] Vel, *Quæso*: q. d. Parce mihi, noli me mittere [c]. Est adverbium precandi [d]. ¶ בִּי] *Domine*: ad verbum, *pro me*, Riv. vel, *in me*, vel, *mi Domine*, O. *Vide ad* Gen. 43. 20. ¶ *Non eloquens*] Heb. *non vir verborum*: Sym. οὐκ εὔλαλος, i. e. *non facundus*, D. ità V. F. Quales oportet esse ad Principes verba facturos [†]. *Non idoneus*, ο'. *Non habeo pronunciationem*, Ar. Hine Mosen βραδύγλωσσον, i. e. *tardiloquum*, vocat Lucianus in Philopatride. *Chaos erat & nox —& Deus hanc confusionem solo verbo sustulit*, ὡς ὁ βραδύγλωσσος ἐπεγράψατο, (*ut Moses scripsit* [f].) ¶ *Ab herì & nudiustertius*, &c.] i. e. Hactenus. Græci χθὲς καὶ πρώην de re tantùm recenti usurpant [g]. H[s] est, i. e. Nunquam fui eloquens [h]. Hunc esse sensum docent sequentia [i]. ¶ *Et ex quo locutus es*, &c.] i. e. Alloquio tuo non evasi facundior [k]. Licèt soles homines facundiores reddere, & necessariis ad ea ad quæ mittis instruere [l]. Alii sic exponunt; Magis impedita mihi est lingua postquam locutus es mecum; quia homo ex præsentia Divinæ majestatis debilior redditur, ut dicitur Dan. 5. Alii sic; *Ex quo locutus es*, &c. etiam ipse intelligere potuisti me non esse eloquentem [m]. ¶ *Impeditioris & tardioris linguæ*] Heb. *gravis ore*, &c. i. e. Tardus sum ad loquendum, & linguæ impeditæ, ut loquentem me non possint intelligere. Sic Ezec. 3. 5, 6. *Gravis linguæ populi* dicuntur illi quos non intelligebant [n]. Voluit Dominus Mosem linguâ impeditum ad magna opera adhibere, ut laus Deo cederet, non eloquentiæ Mosis; ut *portentorum patrator* his vitiis, quæ emendare non poterat, in humilitate contineretur [o]

11. *Quis fecit?*] Heb. *Quis posuit?* i.e. dedit? *Ponere* pro *dare* frequens Hebræis [p]. ¶ *Videntem*, [ità ferè omnes,] פִּקֵּחַ *Sensibus valentem*, JT. *auditu visúque valentem*, Pi. פִּקֵּחַ enim usurpatur de eo qui aperit vel oculos vel aures [q].

12. *Ero in ore tuo*] Reddam te facundum [r].

13. *Mitte quem missurus es*, ità Ar. שְׁלַח בְּיַד תִּשְׁלָח] *Mitte per manum mittes*, Mo. O. *per manum* illius quem *mittes*, Ti. Sa. P. *per eum quem missurus es*, Sy. JT. Deficit אֲשֶׁר, M. *Manus* hìc ponitur pro ministerio [†]. i. e. Mitte quemcunque volueris, modò nè me mittas minùs idoneum [t]. Mitte quemlibet me aptiorem [v]. Quidam volunt Mosen his verbis aliquem definitè respexisse; vel Aaronem, (ut sentiunt Hebræi,) qui tum Propheta erat in Israel; vel Messiam, (ut volunt Latini Commentatores ferè omnes [x].) q. d. Quandoquidem missurus es quem promisisti, jam eundem mitte; is idoneus est. Videmus enim veteres illos Patres in gravioribus causis & negotiis semper ad promissum Christum respexisse [y]. Ità plerique veterum Patrum, & rectè [z]. Apparet hìc modestia Mosis, prædicata infrà Num. 12. 3. *Mitte quem missurus es*: Græci meliùs, *Mitte aliquem qui idoneus sit mitti*. Nam יַד Hebræis sæpe quamvis aptitudinem significat [a].

14. *Iratus*] Sidonius in epist. 5. 20. de quodam, *Quòd defuisti primùm, modestiæ adscribitur; ad ignaviam respicit secunda dilatio* [b]. ¶ *Aaron*, &c.] Mira elegantia Hebraici sermonis, quâ exemplar iratorum & concitatorum pulchrè exprimitur; sic enim commoti loqui solent, verbum, scilicet, quod præcedere debebat postponendo. Quidam hìc *loquendo loqui* per *valde disertum esse* exponunt [c]. Sic magnæ auctoritatis Legatis addi interpretes aut oratores solent. Moses Aarone præstantior, quantum mens sermone [d]. ¶ *Eloquens*] Simil. Sy. Ar. Ti. JT. Heb. *loquendo loquetur*, [ità plerique,] vel, *eloquetur*; h. e. possit eloqui. Futurum notat potentiam, suprà v. 11. *Quis ponet mutum?* pro, quis possit ponere [*]?

15. *Pone verba in ore*] H[s], pro, Omne negotium ei mandabis [f].

16. *Et erit os*, &c. וְהָיָה הוּא יִהְיֶה־לְּךָ לְפֶה] *Et erit*, etiam *erit*, vel, *fiétque ut ipse sit, tibi vice oris*, JT. Sa. A. *erit interpres tuus*, Ch. Sy. Ar. ¶ *Tu eris ei in his quæ ad Deum pertinent*] Heb. *tu eris illi in Deum*; ità Sy. Sa. Mo. A. Dans illi verba quæ loquatur, sicut Deus Prophetis [g]. Expones ei voluntatem meam, Exod. 7. 4 [h]. *Inquires doctrinam à Deo*, Targ. Jerof. in A. Te consulet, tanquam me [i]. *Eris illi dominus*, Ar. vel, *in principem*, Ch. Te illi præficiam [k]: & tibi quasi Deo obediet [l]. Jus gladii habebis in ipsum & alios [m]. Nunquam enim hoc nomen hominibus datum, nisi ad significandum jus vitæ ac necis. Vide infrà 7. 1 [n].

18. *Vadam*] Liceat mihi per te ire & reverti ad, &c [o].

19. *Qui quærebant animam*] Scil. ad auferendum eam [p]; ut 1 Reg. 19. 10. *Animam*, i. e. vitam; ut Gen. 19. 17. Interdum *quærere animam* in bonum sumitur, ut Psalm. 142. 5 [q]. H[s]. Qui insidiabantur animæ tuæ [r]. Nota quòd sæpe judicio Dei accidit, ut qui aliis quærunt vitam eripere, suam amittunt. Ità Reges Ægypti, &c[*]. Nota, Cùm Moses nullam proprii periculi faciat mentionem, Dominus eum sponte certiorem facit de morte hostium [t]. Mirum videri poterat Mosen de fratribus nihil inaudivisse, sed revelatione opus fuisse, cùm non tam procul dissiti erant Midianitæ ab Ægyptiis, cum quibus etiam commercia habuerunt. At, 1. mos non tunc obtinuit mittendi epistolas. 2. Providentiæ Dei deputandum est, qui præcludi voluit vias ordinarias [v].

20. *Super asinum*] Non incredibile est eam cum duobus filiis uno asino esse vectam, quia alter parvulus erat, ver. 25 [x]. Vel, *asinum* ponitur pro *asinos* [y].

21. *Quæ posui in manu tua*] i. e. In facultate vel potestate tua, ut facias cùm voles; vel, quorum authoritatem tibi dedi [z]. *Quæ feci per manus tuas*, Sy. ¶ *Ego*, &c. וַאֲנִי] *Ego autem*. Alii, *ego tamen*. *Et ego* [a]. ¶ *Indurabo*, ità Ch. Sa. Ar. ο'. Mo. P. אֲחַזֵּק] *Ego fortificabo*, Onk. in M. *obfirmabo*, JT. Ca. Ma. *magnificabo*, Sy. *tenebo*, M. Ma. *retinebo*, Ti. *apprehendam*, Ma. Aq. vertit, ἐνισχύσω, *corroborabo*; Sym. θρασυνῶ, *audax*, seu *confidens*, *reddam*. Hiscuni sic exponit; *Obfirmabo*, i. e. *efficiam nè moriatur*, aut *mollescat*, *cor ejus præ timore*, *donec absolutæ fuerint plagæ*. Ità illi *durum cor* quod flecti vel exorari nequit, nec ullo metu terretur. Tales ἀκαμπεῖς dicuntur; qualis erat Achilles, *Pelidæ stomachum cedere nescium* [b]. Hoc prædicit futurum, ut non miretur Moses quando viderit effectum [c]. [*Quomodo Deus indurat, videri potest in Eristicis scriptoribus; neque enim instituti mei est controversias finire, sed Sacrum textum explicare.*]

22. *Filius primogenitus*] Tam charus & pretiosus mihi quàm primogenitus [d]. Præ cæteris populis dilectus [*]. Hunc ex omnibus peculiariter selegi [f]. Primogeni-

Marginal sigla, left column: [o] Lib. Spicil. in Exod. [p] A. [q] V. [r] A. [†] V. [t] M. [v] Jun. [x] V. A. [y] A. [z] V. F. [a] Me. [b] Me. [c] Me. La. [d] Riv. [†] F. V. [f] Gr. [g] G. [h] F. V. Me. [i] V. [k] Riv. [l] Bo. [m] E. [n] F. V. Riv. [o] Me. [p] V. [q] Pi. [r] V. [†] Pi. [t] F. V. [v] Me.

Marginal sigla, right column: [x] F. co. [y] F. V. [z] T. [a] G. [b] G3. [c] V. [d] G. [*] Pi. [f] V. [g] O. [h] Jun. [i] V. Me. [k] F. [l] T. [m] G. F. [n] G. [o] V. [p] Pi. [q] A. [r] V. [*] Riv. [t] E. [v] Riv. [x] Pi. [y] L. d. V. Riv. [z] V. [a] V. [b] D. [c] L. [d] V. [*] Me. [f] V.

mogenitus erat respectu gentium quas in populum suum adsciscere statuit [g]. Ostendit hoc & amorem Dei erga illos [h], & jus in eos [i]. Hoc opponit prætextibus Pharaonis: spectat fœdus initum cum Abrahamo. Voluit Deus singulari ratione inter eos regnare; vide 1 Sam. 8. 7. & Jud. 8. & voluit eos ab externa subjectione liberos fore [k].

23. *Dixi tibi*] Nempe, cùm imperio. Sic *dicere* in Luc. 4. 3. & 9. 54. ponitur pro *jubere*. Confer 1 Chron. 21. 19. cum 2 Sam. 24. 19 [l]. ¶ *Et noluisti*, וַתְּמָאֵן] *Et renuisti*, P. *quoniam verò renuisti*, V. Propheticè loquitur de re futura tanquam impleta [m]. Alii, *quòd si renueris*, V. ¶ *Interficiam——primogenitum tuum*, בְּכוֹרְךָ] Quidam accipiunt pro electis & pretiosis quibusque rebus [n]. Verùm primogeniti occisi postea fiet mentio, c. 11 [o]. Quæ ultima & gravissima plaga erat, quâ emollitum cor Pharaonis ut dimitteret [p]. Voluit Moses ex illa postrema suæ instructionis parte indicare, se etiam antecedentia omnia in mandatis habuisse [q]. Ultimam tantùm hoc loco ponit plagam, quâ Pharao emollitus est [r].

24. *Occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum*] 1. Quæritur, Quem occidere voluit? Quidam aiunt, Eleazarum †. At is non fuit in culpa, quia non adultus, nec puniendus. Vide ad Gen. 17 [t]. Ad Mosem ergò referendum est [v]. Nihil de infante præcessit [x]. De Mose tantùm actum erat [y]. 2. Quæritur, Quodnam fuit peccatum Mosis? [Discrepant interpretes.] 1. Quibusdam erat, *neglecta circumcisio* [z]. Nec dubium est, cùm circumciso filio discesserit Angelus [a]. Sed quærunt ulteriùs, Cur Moses eam neglexit? Justam non fuisse causam ex comminatione patet [b]. Resp. 1. Nè in offensam soceri aut uxoris incurreret [c]. [Aliis hoc non placet.] Nam 1. non verisimile est uxorem Mosis ab hoc ritu alienam fuisse, cùm Midianitæ ex Abram essent, & circumcisi; 2. quia alter ejus filius, i. e. Gersom, circumcisus fuit [d]. Ad (1.) [respondent,] Inter eos qui ab Abrahæ familia separati sunt paulatim intercidit circumcisionis ritus, cùm ejus finem non intelligerent. Ad (2.) Persuadere potuit ei nondum expertæ dolores & pericula infantis in circumcisione, ut primum circumcideret; non autem expertæ, ut secundum. Moses autem non satis fortiter se gessit (cùm mitissimus esset) ut pertinaciam uxoris vinceret, præsertim cùm illa apud suos ageret; aut exspectare voluit, donec vel illam permovere posset, vel, postquam rediisset ad Israelitas, id commodiùs exsequeretur. Hinc & eam Deus quodammodo coegit [e]. Causa 2. neglectæ circumcisionis erat, Quia filio Eliezer recèns nato timuerit ab itineris agitatione, si illum circumcidisset [f]. Vel, quia infans in itinere natus est, (nam antequam mitteretur Moses unicus tantùm ejus filius memoratur, scil. Gershom. Quid ità, si Eliezer tum natus esset [g]?) [Non placet.] Nam 1. peregrinantibus Israelitis pepercit Deus licèt incircumcisis [h]. Verùm dispar est ratio: Nam necessitas Mosis erat accersita, neque enim uxorem secum ducere necesse erat [i]. 2. Non est verisimile Mosem uxorem viæ commisisse octavum à partu diem agentem [k]. Constat eam tum puerperam fuisse, & tanto itineri imparem. 1. Aliàs Jethro, ex Abra oriundus, eum 8. die circumcidisset. 2. Patet ex nomine pueri, quod circumcisionis tempore imponi solebat. Si puer antea natus esset, aut nomine caruisset, aut Eliezer minimè vocatus esset; neque enim Moses à metu Pharaonis liberatus est, nisi cùm jam se ad iter Ægyptiacum accingeret [l]. Severiùs in Mose hoc castigavit Deus, quòd ipse futurus erat Legislator [m]; quem in Lege servanda segniorem videri dedecebat [n]: nè vel ejus tota missio ex hoc ipso facto (scil. circumcisione neglectâ) suspecta esset; vel aliis ea res occasio fuisset temerè violandi Divinas leges [o]. Indignè ferebat Deus Ecclesiam suam curari ab eo homine qui non benè præesset domui suæ, 1 Tim. 3. 5. vide & Exod. 12. 48. aut Mosem præputium inferre in Ecclesiam [p], quod scandalum dedisset Israelitis [q]. [*Atque hæc de prima sententia.*] 2. Alii peccatum Mosis in eo statuunt, quòd iter non maturaret, sed in diversorio moram traheret, nec strenuè munus suum exsequeretur [r]. 3. Alii cul-

[g] Hi. in Bo. [h] A. [i] A. Jun. Pi. [k] Riv. [l] A. [m] Riv. [n] V. [o] V. L. Me. [p] Me. L. [q] Riv. [r] La. † Ità Tertul. & Aug. in Riv. [t] L. [v] L. E. Me. M. F. V. Riv. A. O. [x] E. [y] Riv. [z] Ità K. in F. co. M. E. Me. T. F. V. [a] Riv. [b] Riv. [c] Ità Riv. post F. co. [d] Med. [e] Riv. [f] Me. He. in F. co. [g] Med. differt. 14. [h] Riv. Li. [i] Med. [k] Riv. [l] Li. spicil. [m] Me. [n] T. [o] Bo. [p] Jun. [q] Pi. [r] Ità F. co. V.

pam in hoc rejiciunt, quòd, tanquam parùm solicitus esset in commisso negotio, uxorem & filios secum duceret, qui illi impedimento esse poterant. Ità R. Abraham Sepharadi [s]. Et verum quidem est eum remisisse uxorem: Vide Exod. 18. in initio. Si eum facti pœnituit, non satis prævidit quid è re foret: At hoc sine peccato accidere poterat. Ducendo secum uxorem, communem legem secutus est, Gen. 2. *& adhærebit uxori*; nec mandatum in contrarium accepisset: sed nec obstabat Divina vocatio; nam & Apostoli circumducebant uxores. Voluit Moses consilium suum probari socero, (cui extraordinariam vocationem nondum indicaverat,) eósque secum duxit, ut tolleret suspicionem quasi familiam suam desereret. Existimabat etiam quòd apud Israelitas multùm promovere potuit negotium suum, cùm viderent eum cum universa familia advenisse, ut eandem cum iis sortem subirent [t]. Charissima pignora adduxit, ut majorem salutis fiduciam ostenderet [v]. 4. Alii Diffidentiam culpant, quæ ex his indiciis patet. 1. Ex multis ejus tergiversationibus & repetitis prætextibus. 2. Quòd uxorem & liberos secum duceret, (licèt & ipsa puerpera esset, & infans tenellus, & uterque tanto itineri planè impar:) quod nunquam fecisset si Deo fidem habuisset, qui promisit populum Israeliticum in egressu suo serviturum Deo in illo monte, Exod. 3. 12 [x]. 3. Quærendum deinceps, Quis ei occurrebat? Resp. Dominus: יְהוָה in Hebræo est, Sym. & Theod. Κύριος [y]. Alii accipiunt de Angelo [z]. Dominus per Angelum hoc fecit*. Ipse Deus *Angelus* vocatur, propter externam illam speciem per quam se manifestat [a]. ¶ Heb. *Quærebat occidere*] Volebat, scil. *voluntate signi* [b]. Absolutè Deus hoc noluit, sed tantùm minis uxorem terrebat [c]. Qu. Quomodo hoc quærebat? Resp. Vel, 1. morbo gravissimo & subitaneo immisso [d]. Sed rationes quæ id probant non audio †. [*At Kimhi hanc rationem profert,*] Quòd præcepit Moses Zipporæ ut circumcideret, cùm ipse non poterat morbo impeditus [f]. Vel, 2. quod simplicius est, terribili & minitandi specie apparuit [g]. Forte stricto gladio imminens, quemadmodum Balaamo & Davidi apparuerunt Angeli [h].

25. *Tulit Sephora, &c.*] Intellexit puerum periclitari ex defectu circumcisionis, vel Divinâ inspiratione, vel Angelo docente [i]; qui fortè designabat non circumcisum puerum [k]. ¶ *Acutissimam petram*, צֹר] Vertunt, *petram*, Ch. Sa. Aquila in Nobilio, M. Mo. O. ψῆφον *calculum*, LXX. *petram acutam*, A. *silicem*, Sy. Ar. *silicem acutum*, Ti. *acutum gladium*, A. P. *acutum cultrum*, JT. cultrum, seu gladiolum, *petræ*, h. e. acutum instar petræ. Confer Jos. 5. 2, 3. צוּר primò sign. *acumen*, sive *aciem*; deinde *petram*, sive *rupem*, per Met. adjuncti: nam acumen est ubi corpus in angustum abit; צוּר autem Verbum est *angustare* [l]. Q. volunt cultrum fuisse sic dictum, quòd petrâ seu cote acuitur [m]. Pastores destitutos fuisse cultro, tam necessario ad multa instrumento, non est verisimile: quo instructos stultum fuisset uti lapide [n]. At qui ità dicunt ignorare videntur totam antiquitatem. Herod. l. 2. num. 86. *Dehinc acutissimo lapide —circa ilia conscindunt.* Ità Plin. 35. 12. *Samiâ* (i. e. acutâ, inquit Nonius) *testâ virilitatem amputant.* Vide & Juven. Satyr. 6. & Martial. Epigram. 3. 81. Ità Ovid. de Aty, *—saxo corpus laniavit acuto.* Cultros, novaculas, gladios Mexicanorum quis nescit acutissimos & penetrantissimos [o]? Alii ergò de silice acuto accipiunt, quo pro more usa est [p]. Talis enim culter consternatæ & festinanti mulieri primus occurrit, præsertim circa Arabiam Petræam, in qua major petrarum quàm ferri est copia & usus [q]. In desertis illis locis alia instrumenta non erant parata [r]. ¶ *Tetigitque pedes ejus*, ità P. וַתַּגַּע לְרַגְלָיו] [Variant.] *Tangere fecit pedes ejus*, Mo. O. *tenuit pedes ejus*, Sy. *obtulit eum in conspectu ejus*, Ar. vel, *coram eo*, Ch. *projecit* (vel *attulit*) *ad pedes ejus*, Sa. A. *admovit*, vel *applicuit, pedibus ejus*, M. Ti. JT. Sed Quis? Cujus? Res obscura [s]. 1. Quidam, *pedes Angeli*: i. e. vel, *cecidit ad pedes Angeli*, quasi eum deprecata, nè sæviret in maritum [t]; vel, *projecit* (וַתַּגַּע, *fecit ut attinge-*

ret,

[s] M. [t] Riv. [v] Abarb. in Muis. [x] Li. spicil. [y] G. [z] Ità Onk. & o'. in F. co. * K. in M. G. Me. [a] F. co. V. [b] Riv. [c] E. Riv. [d] Riv. † He. in F. co. [f] Riv. [g] K. in F. co. [h] E. Riv. Riv. [i] Me. [k] E. [l] Pi. [m] Riv. [n] Jun. [o] Ma. [p] Riv. [q] La. [r] Riv. [s] Bo. [t] Ca. o'. in Bo.

ret, D.) præputium *ad pedes Angeli*, nempe, ut eum placaret [v]. 2. Alii, *pedes pueri*, ad cujus pedes manavit sanguis ex incisione [x]. Vel sic, *Pedes*, i. e. membrum genitale, *pueri tetigit*, detracto præputio: Illud enim *pedum* nomine sæpe intelligitur; Isa. 7. 20. *pili pedum*; & 36. 12. *urina pedum*; & Gen. 49. 10. Ità Sanchez in Isa. 6. Cave spernas [y]. Quæ expositio fortasse omnibus præferri debet [z]. נָגַע *tangere* significat, vel in bonam partem, vel in malam, pro *percutere* [a]. Tangere pro *lædere*, Gen. 26. 29. Isa. 53. 4 [b]. Per *pedes* illud membrum intelligit à quo per circumcisionem aliquid detrahitur: Quasi *Zephora* partem illam circumcisam stillantem sanguine tetigisset, ostenditque Mosi marito, inquiens, *Sponsus sanguinis mihi es*; i. e. Vide quàm carè mihi steterit connubium cum Hebræo contractum [c]. 3. Alii, *pedes Mosis* [d]: vel hoc sensu, Deprecata est maritum ut liceret illi redire, (quod & fecit *;) vel hoc sensu, *Tangere fecit pedes ejus*, i.e. mariti, i.e. projecit ad illius pedes, aspergens illos sanguine ex filii circumcisione [e], præ ira & indignatione [f]. Sic indignata Zippora (ut videtur [g]) propter vulnus filii, non ulteriùs prosequuta est virum suum, & Moses dimisit eam ad parentes [h]. Vide Exod. 18. 2, 3 [i]. Relativum *ejus* ad alium referri non potest quàm ad eum cui dicit, *Sponsus sanguinum*, &c. & postea dicitur, *discessit ab eo*, i. e. Mose [k]. Verùm alii & *pedes infantis* hîc intelligi volunt, & ad eum Zipporam dixisse, *Sponsus sanguinum es* [l]. ¶ *Sponsus sanguinum tu es mihi*] Dubitatur ad quem loquitur. 1. Alii ad *puerum* referunt [m]. Sic potest exponi, *Dixit ad filium circumcisum, complexans eum materno more, Tu mihi sponsus sanguinis* [o]. Credo eam ad puerum hæc dixisse, tanquam formulam in circumcisione usurpatam. Probatur. 1. Quia mos fœminarum erat, filium, cùm circumcisus esset, חָתָן *sponsum* vocare; quod testantur R. Levi, AE. & K. in D. & in F.co. & in Med. 2. Sic Onk. *In sanguine circumcisionis istius datus est sponsus nobis*, i.e. infans circumcisus [p]. Ἐσὴ (legendum ἔστω) τὸ αἷμα, &c. *Sit hic sanguis circumcisionis filii mei*, ό. 3. Maritus nunquam post solennia nuptiarum vocatur *sponsus*. 4. חָתָן propriè *generum* significat, non *sponsum*. 5. Unde fit quòd Arabibus *Chatan* est *circumcidere*, nisi quòd *Chathan* dicitur infans cùm circumciditur? 6. Huic concordat quod sequitur, *Et dimisit eum*, scil. Angelus, cùm audivit hæc solennia verba circumcisionis, viditque sanguinem circumcisionis; sicut præteriit Angelus vastator domos Israel, Exod. 12. 23. cùm vidit sanguinem. Dupliciter autem verba exponi possunt. 1. Sic; *Tu sponsus*, &c. q. d. *Sis mihi initiatus circumcisione*. Quemadmodum Percussus, vel dignus percussione, dicitur *filius percussionis*, Deut. 25. 2; Damnatus, *filius mortis*; Fœderatus, *filius fœderis*: quidni etiam *Gener sanguinum*, i. e. (ut Spiritus Sanctus exponit) *circumcisionis*, idem sit quod *circumcisus*? &, *Gener sanguinum es*, (prout חָתָן significat,) idem sit quod, *Pronuncio te circumcisum*? Quasi persona circumcisa, circumcisioni desponsata, fieret circumcidentis gener: q. d. Es, vel sis, mihi in generum, desponsatus circumcisioni. Vel, 2. Si *sanguis* instrumentum denotat, sic accipi possunt; *Tu factus es per me* (ità לִי, non relativè, sed efficienter, sumendum) *gener Deo per circumcisionem*. Sed priorem sensum præfero [q]. Non placet quòd ad *puerum* hoc referatur: licèt K. ait mulieres appellâsse filios, &c. *sponsos*; nullum exemplum profert, probationem nullam. Nec Ebræa mulier fuit Zipporah [r]. Alii sic; *Sponsus sanguinum es*, i. e. ferè propter te sponsus meus interfectus est †. Ad filium hæc dici volunt Rasi & Isaac Arama hoc sensu, *Sponsus sanguinum tu mihi es*, nempe, quia propter te (ferè) occisus sit vir meus. At postquam periculum desiisse animadvertisset, sententiam mutat, & dicit, *Sponsus sanguinum es ob circumcisionem*, i. e. conversi sunt illi sanguines in sanguines fœderis circumcisionis [t]. 2. Alii ad *Mosen* referunt [v]. Communiter censent eam voluisse his verbis marito indicare quantum ipsi deberet [x], q.d. Sanguine filii te redimere ac retinere cogor: aliàs actum esset de vita tua [y]. Ego te morti destinatum redemi sanguine filii [z].

[v] Ità Ch. & Jeros. in Bo. [x] L. [y] D. [z] Bo. [a] Riv. [b] Ma. [c] Glass. philol. pag. 216. [d] Me. [*] Rupert. in Bo. [e] Me. [f] Ità V. Riv. Lippom. To. Eugub. Perer. in Bo. [g] A. [h] Jun. [i] A. [k] Riv. [l] F. co. ità Med. [m] Q. in F. co. [o] Sepharadi in M. [p] D. [q] Med. differt. 14. [r] Riv. [†] L. [t] Muis. [v] Ità E. Me. T. F. co. V. [x] Riv. [y] F. co. V. [z] T. Me.

Atque ità jam secundò te mihi sponsum coemo; nam nuptiæ solebant olim coemptione fieri, tum apud Hebræos, tum apud Romanos [a]. Quidam sic accipiunt; Video me multa tecum & tui causâ passurum [b]. Quibusdam sunt verba indignantis; ità rectè Rabanus; q. d. Tu es causa cur mihi fundendus erat sanguis filii tui, unde meritò indignor, & te voco *sponsum sanguinum*. Quæ phrasis (sicut aliæ consimiles) videtur aliquid odiosi significare. *Sponsus sanguinum* est sanguinarius, quemadmodum *vir sanguinum*. Confirmat hunc sensum quòd repetit, & causam reddit, *Sponsus sanguinum propter circumcisionem*: q. d. Ritus tuæ gentis cogit me fundere sanguinem [c]. Dixit, *Sponsus sanguinum es*, ob morem circumcisionis, qui Madianitidi mirus videbatur [d]. *Parùm abfuit quin sponsus interficeretur*, Ar. Mulier impotentiâ animi ardens Deo & marito obstrepit, quòd sanguinem filii effundere cogatur †. Non placet. Non probabile est eam (quæ sat sciebat circumcidendi morem in altero filio jam usurpatum) marito, maximè in iis angustiis constituto, indignatam fuisse [f]. Alii sic; *Num fortè, ô Moses, sponsus sanguinum tu* (בַּעֲבוּרִי לִי,) *propter me*? an propter dilatam circumcisionem? At peractâ circumcisione dixit, *Tu sponsus*--ob circumcisionem [g]. Alii volunt hæc esse verba gratulandi; q. d. Te perditura eram sponsum, sed sanguine filii recuperavero [h]. [Targ. Jeros. sic; Quàm gratus est sanguis circumcisionis, qui eripuit sponsum meum de manibus Angeli mortis!]

26. *Et dimisit eum*, וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ] Vertunt, *recessit* (vel *destitit*, Sy. Ti. JT. vel *retraxit se*, Ar.) *ab eo*, Mo. P. ό. Sy. Ar. JT. Ti. —*recessit ab ea*, Sa. *cùm dimisisset eum*, Ch. Quidam referunt ad Sephoram, quæ recessit à Mose [i]; vel indignata, vel impetratâ à Mose veniâ [k]. At repugnat וַיִּרֶף, quod masc. est [l]. Hebræi sic, Mosem dimisit morbus: Alii, eum dimisit, vel, ab eo recessit, Angelus qui eum persequebatur [m]. Angelus, i. e. morbus: q. d. Illicò mortis periculo quam illi Angelus intentabat liberatus fuit; statim restituta fuit illi sanitas [n]. ¶ *Postquam dixerat*, אָז] *Tunc dicere cœpit, Sponsus*, &c. V. Bo. אָז hîc (sicut alibi) sumitur pro מֵאָז *ex tunc*, ab eo tempore, scil. postquam vidit sanguinem circumcisionis [o]. ¶ *Ob circumcisionem*, לַמּוּלֹת] *Ad* (vel *ob*, Ma. A.) *circumcisiones*, Sy. Mo. A. Ma. *Factus est sponsus occidendus circumcisus*, Ar. *Nisi propter sanguinem circumcisionis hujus, condemnatus erat ad mortem sponsus meus*, Ch.

27. *Dixit ad Aaron*] Hinc patet Aaronem tanquam Prophetam habuisse revelationem; quod etiam patet ex 1 Reg. 2. *Revelatus sum domui patris tui in Ægypto*. Heli autem descendit ex Aaron [p].

28. *Verba Domini quibus miserat eum*, אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ] *Qui miserit eum*, Sa. Sy. M. P. Ti. A. vel, *pro quo* Ar. (*pro quibus*, Ch.) *misit*, Ch. Ar. *omnia negotia* ad quæ *mittebat se*, JT. vel, *quos misit*, ό. [Referunt ad *sermones Domini*.]

29. *Seniores*] Numero 70. Exod. 24. 1, 9. Num. 11. 16 [q].

30. *Locutus Aaron*] Qui jam Mosis interpretem agere cœpit [r]. ¶ *Et fecit signa*] Moses scilicet [s], vel Aaron, non tamen per seipsum, sed per Mosem [t].

31. *Audieruntque*, וַיִּשְׁמְעוּ] i.e. *Postquam audiverunt*, i. e. intellexerunt *: *cùm audivissent*, Ar.

CAP. V.

1. *Moses & Aaron*] Pro Senioribus, quos initio Mosi timido addiderat Deus, Aaronem substituit [v]. Vel, cum Mose & Aarone ingressi sunt Seniores, (licèt hîc principales tantùm nominentur [x].) ¶ *Ut sacrificet*, וְיָחֹגּוּ] *Ut festa celebrent*: Synecdoche est; per partem enim totum intelligunt; nam *festum celebrare* sacrificium complectitur [y].

3. *Vocavit nos*, נִקְרָא עָלֵינוּ] [Vide quæ ad c. 3. 18. Variè reddunt.] *Occurrit nobis*, M. P. A. JT. quasi נִקְרָא idem esset quod נִקְרָה c. 3. cum ה & א facilè inter se

[a] Ità Tert. & Rupert. Isidor. To. Caj. Perer. in T. [b] F. co. V. [c] Riv. [d] G. [†] V. [f] Bo. [g] Muis. [h] Bo. [i] Ità G. [k] Ità L E. [l] Riv. Bo. O. [m] Ità To. Caj. Lippom. O. Aug. in Bo. Riv. V. [n] V. [o] Med. [p] L. [q] G. [r] Me. [s] Me. [t] L. [*] He. in V. [v] Me. [x] L. [y] V. [z] Mar. [a] Ma.

se permutentur[z]. *Et hanc ipsam ob causam* illud נִקְרָה c. 3. 18. verti, *invocatus est*, &c. O. Verùm radices non sunt confundendæ[a]. Alii vertunt, *invocatus est super nos*; Sa. Ch. Mo. O. Ma. i. e. eum colimus, ideóque ei sacrificare opus est[b]. *Apparuit nobis*, Sy. *Dei pervenit ad nos imperium*, Ar. ¶ *Trium dierum*] Ut petitio non videretur immoderata, & iniquitas Regis patefieret, qui paulum negando, longius iter non concessisset[c]. [Vide ad 3. 18.] q. d. In eum deserti locum qui itinere tantùm tridui abest[d]. Hinc apparet quòd mons Sina non ulteriùs distaret ab Ægypto†. ¶ *Nè accidat nobis pestis*, פֶּן־יִפְגָּעֵנוּ בַּדֶּבֶר] *Nè occurrat nobis cum pestilentia*, Mo. Sa. *nè occurrens nos* cædat *peste*, JT. nimirum, si ei non pareamus[f]. Hebræi de Ægyptiis accipiunt, quos peste perituros significant si non dimitterent; in se tamen hæc transtulisse modestiæ causâ[g]. Quod verum esse posset si indirectè intelligatur, ut Rex consequenter colligeret, Si Israelitæ plecterentur, &c. multò magis Ægyptii[h].

4. *Quare solicitatis?* תַּפְרִיעוּ] Vertunt, *cessare* (vel *feriare*) *facitis*, seu *facietis?* Ch. Sy. Mo. P. A. V. *abstrahitis?* V. Mo. JT. Ti. *pervertitis?* ο'. *avertitis?* Sa. *distrahitis?* Ar. *denudatis*, vel *spoliatis*, populum ab operibus suis? O.

5. *Populus multus*] Hinc patet infanticidii legem, ut exsecrabilem, jampridem fuisse abrogatam[i]. ¶ *Si dederitis requiem*, וְהִשְׁבַּתֶּם] *Propterea cessare facitis*; i. e. avertitis ab operibus suis. q. d. Freti multitudine intermittitis opus, & cogitatis de rebellando[k].

6. *Præfectis operum*, הַנֹּגְשִׂים] *Exactoribus*. Hi Ægyptii fuerunt[l]. ¶ *Populi*, בָּעָם] *In populo*: non quasi populares fuerint Israelitarum, sed quòd in populo illo versarentur[m]. ¶ *Exactoribus*, ità Ch. Ar. שֹׁטְרָיו] *Præfectis ejus*, Sa. Mo. M. P. Ti. O. A. *scribis*, ο'. Sa. vers. Sy. *statoribus*, Ma. *moderatoribus*, JT. Hi Israelitæ erant; vide v. 14[n].

7. *Non dabitis paleas*] Qu. Quis hîc palearum usus? Resp. 1. Concisæ luto admiscebantur, ut lateres solidiores essent; paleæ enim lutum continent, astringunt, & uniunt[o]. Quod verum est, si lateribus usi sint non igne excoctis, sed Sole induratis & exsiccatis[p]; ut Barradius factum vult. Imò verò compertum est multis locis etiam paleas admisceri lateribus qui igne excoquuntur, nempe si fiant ex terra pinguiori miniméque porosa; tunc enim adduntur paleæ comminutæ, ut his per ignem exustis, laterum materia porosior fiat, & vim ignis ferre possit; aliter dissilirent lateres[q]. 2. Cùm lateres coctiles fuisse liquet[r], dicendum, 1. solitos fuisse lateres efformatos & nondum siccos operire paleis, nè Solis ardor eos nimiùm siccaret, & rimosos redderet. 2. Vel, ad coquendos lateres usurpari poterant, ubi non erat lignorum aut cespitum copia. In multis locis culmo furnos incendunt. Adde quòd palea abundabat in Ægypto, fertilissima regione[s].

8. *Vacant enim*] Otio lasciviunt. Vide quæ initio hujus libri[t]. ¶ נִרְפִּים] *Remissi sunt*, vel, *animo remisso*, V. *dissoluti*, seu *laxati ab opere*, M. *otiosi*, V.

9. *Et expleant eam*, וְיַעֲשׂוּ בָהּ] *Faciant*, vel *operentur*, *in eo*, scilicet opere; vel, *in ea*, viz. servitute[v]. ¶ *Non acquiescant*, אַל יִשְׁעוּ] *Nè confidant*, Mo. O. P. *non ponant curam*, ο'. *non occupentur*, Ch. Ar. *nè attendant*, Sa. JT. *non respiciant*, M. Ti. A. *nè sint soliciti*, Sa. vers. [Notandum quòd Ch. Sa. Sy. Ar. ο'. eodem verbo reddunt יִשְׁעוּ & præcedens יַעֲשׂוּ, *quasi per metathesin facta existimâssent*.]

12. *Ad colligendas paleas*, לְקֹשֵׁשׁ קַשׁ לַתֶּבֶן] *Ut colligeret stipulam pro palea*. Ad verb. *ad stipulandam stipulam*, si Latinè dici posset; quâ, scilicet, uterentur vice paleæ[x].

13. *Instabant*, ità Ch. Ar. ut sit intransitivum, V. אָצִים] *Urgebant*, ο'. Sa. Sy. Mo. JT. O. sub. populum, V.

14. *Sicut priùs*, &c. גַּם תְּמוֹל גַּם הַיּוֹם] Posterius præcedenti jungendum est; *laterificando sicut herì & nudiustertius, etiam herì, etiam hodie? Cur non perfecistis, etiam herì, etiam hodie?* i. e. Cur non reddidistis numerum laterum[y]?

16. *Et injustè agitur contra populum tuum*, sim. ο'. Sa. וְחַטָּאת עַמֶּךָ] Variè exponitur. 1. Quidam intelligunt de Israelitis, quos *populum Regis* vocant, ut eum ad misericordiam flectant, *Peccatur in populum tuum*[z]. *Et peccas in populum tuum*, Sy. *Peccatur in populum tuum*, M. *Et peccatum* est *in populo tuo*, O. *Et peccat*, (וְחָטָאת, præt. pro præs.) i. e. *dicitur peccare*, aut, *imputatur peccatum populo tuo*, quasi rebelles sint, & nolint parere mandato: ת ponitur pro ה, & א quiescit[a]. Nos Israelitæ, qui populus tuus sumus, tanquam peccatores habemur[b]. Vel sic, *Punitur populus tuus*. Notum ἁμαρτίαν poni pro pœna peccati[c]. *Peccatum imputatur populo tuo*. Alii sic; Nos quidem præfecti cædimur; at *peccatum*, i. e. culpa, *populi* est, i. e. tametsi populus absolvere opus non potest[d]. Ità חַטָּאת est nomen†. 2. Alii de Ægyptiis accipiunt: vel sic; *Peccatur in populum tuum*, h. e. Hæc crudelitas malè cedet populo tuo, qui dabit pœnas istius tyrannidis[f]. Vel sic; *Peccati se reum faciet populus tuus*; ità F. He. in V. Injuriam nobis faciunt Ægyptii tui. Χαριεντισμός est[g]. Civilitate quadam, de populo loquentes, de Pharaone intelligunt[h]. q. d. Tu es causa hujus mali atque peccati, tuâ culpâ fit[i]. Sic solemus loqui, ubi de Regibus conquerimur[k]. Injuriæ invidiam in præfectos derivant[l]. [At Sa. vers. habet, *Crimen apud te est*, quasi legissent עִמָּךְ] חָטָאת præt. est loco fut[m]. Vel sic; *Peccatum*, sive *culpa*, *est populi tui*, JT. A. *Peccat populus tuus*, Mo. P. Ch. *Ob id in quo peccavit adversùs eos populus tuus*, Ar.

19. *Videbant—se in malo*, וַיִּרְאוּ—אֹתָם בְּרָע] [Variant.] 1. *Viderunt* præfecti, vel scribæ, *se in malo*, ο'. Sa. Mo. vel, *in* loco *malo*, JT. Deprehenderunt malè secum agi[n]: se ad magnas angustias redactos[o]. 2. *Intuiti sunt* præfecti *filios Israel cum mœrore*, vel, *malo aspectu*, M. *ægrè*, Sy. *vultu tristi*, Ca. Exactores operis malo & torvo vultu aspexerint filios Israel, ut demensum extorquerent[p]. ¶ *Eò quòd diceretur eis*, ità Ch. P. Ti. לֵאמֹר וגו'] *Dicendo*, Mo. *dicentes*, ο'. Intellige, *scribæ*, sive *præfecti*, ex v. 13, & 18[q]. *Dicente Rege*, JT. A. *cùm diceretur*, Belg. *hoc dicto*, Sa. *& dixerunt*, Sy. Ar. *vultu tristi Israelitis renunciaverunt*, Ca.

20. *Qui stabant ex adverso*] Heb. *in occursum* (vel, *è regione*, V.) *eorum*, P. Apparet Mosen & Aaronem se in aliquo loco statuisse, ut dum præfecti filiorum Israel à Pharaone exîssent, intelligerent quidnam cum illis actum esset[r].

21. *Fœtere fecistis*] Viles & abominabiles nos reddidistis†. Ità ab ingratis populis excipi solent libertatis auctores, ubi successus non sunt pro voto. Vide c. 14. 11[t]. Nota, cùm Deus aliquid prædicit aut promittit futurum, ferè solet quædam mox subjungere contraria, quæ spem futuri videantur quasi tollere; ídque ut nostram probet constantiam, & acuat fiduciam[v].

22. *Ad Dominum*] Odiosè in se jactata tacitus transmittit, quia exasperati animi monitorum capaces non erant. Itaque ad Deum per orationem confugit. ¶ *Cur afflixisti?*] i. e. Cur ei occasionem afflictionis dedisti[x]? ¶ *Quare misisti?*] Hæc non contumaciæ verba sunt, vel indignationis, sed inquisitionis & orationis, ait Aug. quæst. 14. in Exod. Et rectè: ità tamen ut Moses aliquid humani hîc passus fuit[y]. ¶ לָמָּה זֶּה] *Quare?* Sy. Ar. M. *ut quid?* ο'. Ch. P. *ut quid hoc?* Mo. *quare hoc?* Sa. *quamobrem jam?* JT.

Marginal notes (left column): z Mar. — a Ma. — b Mar. — c Riv. — d Bo. — † E. — f Me. — g F. — h Riv. — i Me. L. — k V. — l M. A. JT. Pi. — m Riv. — n Pi. Riv. Jun. A. — o Me. ità Ph. & To. & O. in Bo. — p Riv. — q Bo. — r Riv. Bo. — s Riv. — t G. — v Jun. — x V. — y V.

Marginal notes (right column): z Riv. & V. — a V. — b Riv. — c D. — d F. † V. — f RS. in F. co. — g G. — h AE. in F. — i F. V. — k G. — l Me. — m AE. in F. — n Ità V. Me. — o Me. — p F. — q A. — r V. — † F. V. Me. — t G. — v T. — x Me. — y Riv.

CAP. VI.

1. PER *manum fortem*] Coactus virtute meâ forti[z].

3. *Apparui*, וָאֵרָא] Sic appellant Hebræi Sectionem secundam Exodi, quam incipiunt à præcedenti versu[a]. ¶ *In Deo omnipotente*, בְּאֵל שַׁדָּי] אֵל robur & potentiam Dei significat: שַׁדָּי copiam & sufficientiam Dei denotat; q. d. שֶׁ דַּי, vel אֲשֶׁר דַּי, i. e. *cui sufficit & satis* est. Vel potiùs, ut alii volunt, denotat potentiam Dei ultricem in hostes, à שָׁדַד *contundere, devastare*; & י est loco alterius ד. ο'. vertunt alibi, παντοκράτωρ, alibi, ἱκανός[b]. ¶ *Et nomen meum Adonai non indicavi eis*, וּשְׁמִי יְהוָה לֹא נוֹדַעְתִּי לָהֶם]

Marginal notes: z V. F. — a V. — b V. post F.

Non dicit, *Per nomen Jehovah cognitus fui*, nec, *Nomen meum Jehovah cognitum fuit*; sed, *Nomen meum Jehovah notus fui*; ut doceret Deum & ejus nomen idem esse[c]. וְשְׁמִי pro וּבִשְׁמִי. ב supplendum ex præcedenti membro[d]. [Locum hunc diversimodè exponunt.] 1. Quidam volunt nomen יְהוָה fuisse priùs inauditum. Exc. At hoc nomen priùs occurrit in libro Geneseos. Respondent, illum librum à Mose scriptum; sed nomen illud non sic ab Abraham fuisse pronunciatum, ut patet ex punctis†; sed *Elohim*, vel *Adonai*. Sed contrà, 1. Est hæc superstitio Judaica. 2. Si hic esset genuinus Mosis sensus, illud nomen antea minimè introduxisset[f]. 2. Alii exponunt de clariori cognitione Dei. Nulli Patrum ostendit essentiam suam clarè, sicut Mosi, qui vidit Deum palàm, Num. 12[g]. Nomen Tetragrammaton sign. *ipsum esse subsistens, independens, immutabile, æternum*, &c. Hoc tibi clarè revelavi, cùm è rubo dixi tibi, *Sum qui sum*; quod non revelavi Ab. If. & Jac[h]. Non ità distinctè explicata est Patribus vis istius nominis[i]. Familiariùs me tibi aperui, cùm nomen mihi maximè proprium tibi manifestum feci. Debes ergò mihi fidere, & certò credere me magis te & populum curæ & cordi habere quàm antè[k]. 3. Al. sic; Apparui Patribus tanquam Deus diffundens se, & ubertatem conferens: sed nunc ostendi me *Jehovah*, i. e. sub nomine *conterentis* regna & nationes propter eos. *Jehovah* enim derivatur non ab *havah*, *esse*; sed ab *hovah*, quod sign. *contritionem*, Isa. 47. Ezec. 7[l]. 4. Alii sic; Omnipotentem me ostendi, sed opere non complevi quod pollicitus sum, nempe, me terram Canaan illis daturum[m]. Id ipsum dicit Deus, quòd ex complemento sive promissionum, sive comminationum, cognoscent *se esse Jehovah*, Esa. 49. 23. & 52. 6. & 60. 16. Ezec. 28. 22, &c. & 30. 19, 25, 26. Et Christus, in quo omnia promissa Dei sunt impleta, 2 Cor. 1. 20. hoc nomine (quoad sensum) se patefecit, Rev. 1. 8, 17, 18[n]. Unicum objiciunt leviculum argumentum, nempe, יְהוָה significare essentiam Dei, non fidelitatem. At verò יְהוָה dicitur non tantùm quòd ipse à seipso exsistat, sed quòd omnibus creaturis suum esse largitur[o]. Significat enim exsistentem per se, ex quo, in quo, per quem, & propter quem, sunt quæcunque sunt[p]; consistentem, constantem, firmum & veracem in promissionibus suis[q]. Hanc sententiam confirmat quod sequitur, *Pepigi fœdus ut darem Canaan*[r]. *Jehovah* denotat collationem essentiæ creaturis à Deo factam: Idcirco Deus non antè vocatus est *Jehovah* quàm opera perfecta essent, Gen. 2. 4. Et in libro Jobi semel tantùm sic dicitur, nempe Job. 12. 10. ubi agitur de creaturis exsistentiam recipientibus. *Jehovah* vertitur *Amen, verax & fidelis*: Et in hoc sensu & præponitur singulis mandatis, Exod. 20. & multis postponitur. Recubuerunt antea Israelitæ in omnipotentiam Divinam, credentes quod promiserat eum potuisse præstare, sicut Rom. 4. 11. At nunc veracitatem demonstrat[s]. 5. Alii sic exponunt; *Et non nomine Jehovah* (sub. *tantummodo*) *innotueram eis*; sed etiam illo nomine, *El Shaddai*. Ità R. Saadias, cui calculum addunt Esdraides (qui firmat ex loco parili, Gen. 32. 28.) & Abarbanel. Ità sensus esse potest, Non in sola *essentiæ* meæ notione Patribus me patefeci, sed & in *omnipotentiæ & omnisufficientiæ* notione, &c. 6. Al. sic; τὸ לֹא poni possit pro הֲלֹא, ut alibi sæpe fit, Exod. 8. 26. Job. 3. 21. Thren. 1. 12. Ità sensus erit, Apparui Patriarchis in nomine Dei *fortis*, &c. & in nomine meo *Jehova* non [vel, nonne] sum cognitus eis? Certissimum est, utroque nomine Deum cognitum eis fuisse, & promissionum ex illis nominibus dependentium vim maximam eos satis intellexisse. Si de eventu sermo sit, nondum plenè cognoverant Patres abdita atque intima ἐνεργήματα & majores recessus sive nominis *El Shaddai*, sive nominis *Jehovah*. Eædem nimirum promissiones quæ alligantur nomini יְהוָה, Gen. 15. alligantur pariter Gen. 17. 1. &c. nomini אֵל שַׁדַּי, & utrovis nomine veritas & constantia Dei in servandis promissis satis indicatur. Est porrò hîc nervosissima ἔκβασις ἐπεξηγητική. q. d. Ego ad contestationem infallibilitatis meæ Patriarchis allegavi nomina אֵל שַׁדַּי, &c.

c Li. in Spicil.
d Glas. p. 674.
† D.
f Riv.
g L. T.
h Perer.
i Bo.
k T. Me. La.
l O.
m Ità RS. in L. F. V. G. Riv. Li. A. Jun. Pi.
n A.
o F.
p Jun. Riv.
q T. V.
r V.
s Li.

quid? ut nihil deesset, &c. nomen meum proprium & incommunicabile nonne etiam ipsorum animis impressi? ut intelligerent, tam non futurum me falsum in rebus promissis, quàm mutare nomen meum incommunicabile nequeo. Adhæc, consilium Dei hîc fuisse videtur, enumerare, non quid non præstiterit Patribus, sed quid præstiterit in revelationibus promissionum suarum. Præterea, cumulativè, non oppositivè, versus 4. cum 3. cohæret, quod & particula וְגַם innuit. Denique, ea quæ vers. 4. repetuntur è promissionibus Divinis Patriarchis factis, illa cum ipsa manifestatione nominis *Jehovah* in ipsa primaria revelatione, Gen. 15. 7. conjuncta sunt. Hæc Cl. Jo. Georg. Dorsheus, in *Dissertatione de Nomine Jehovah*. Cujus interpretationi tot & tam validis rationibus suffultæ lubentissimè accedo & acquiesco*. [Huic sententiæ aliquantisper favere videntur Græci,] qui sic legunt, καὶ τὸ ὄνομά μου Κύριος ἐδήλωσα αὐτοῖς. Quam tamen Græcorum interpretationem apertè falsam esse censet Drusius *in additam.* ad Tetragram. Et Philo sic habet, ὄνομά μου τὸ κύριον οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς†.

4. *Pepigique*, &c. וְגַם וגו'] *Etenim*, P. V. i. e. Nam interposito fœdere promisi, &c. Ad verb. *Et etiam*; alii, *Præterea*[t]. ¶ *Ut darem iis*] i. e. Posteritati. Communicant inter se nomina parentes & liberi: præsertim cùm his benefit ob illos[v].

6. *De ergastulo*, מִתַּחַת סִבְלֹת] Ad verb. *de sub oneribus*, vel *sarcinis*, V. ¶ *Brachio excelso*] Vel, *extenso*. Metaphora ab iratis, qui, ut potentiùs percutiant, brachium altiùs elevant. ¶ *Et judiciis*] Signis & factis memorabilibus; i. e. vindictis, pœnis[x]. Plagis: sic *judicia*, Prov. 19. 29. & *judicare* est *punire*, 2 Par. 20. 12. & Joel. 3[y].

7. *Deus vester*, אֱלֹהֵיכֶם] i. e. *Judex vester*, pro vobis sententiam ferens[z].

8. *Levavi manum*] i. e. Juravi[a]. [Vide ad Gen. 14. 22.]

9. *Propter angustiam spiritûs*, מִקֹּצֶר רוּחַ] q. d. Adeo laboribus gravati sunt, ut vix spiritum trahere & respirare poterant[b]. *Decurtatione spiritûs*, quasi curtum seu demessum spiritum haberent[c]. Videtur esse metaphora à segetibus, quæ demessæ viribus suis planè privantur[d]: vel, ab his qui concitato cursu currentes, aut aliàs strenuè laborantes, abbreviati quasi sunt spiritûs†. Phrasis occurrit Num. 21. 4. Jud. 10. 16[f]. Significat *iram*, (ut Prov. 14. 29.) & *dolorem*, &c. Job. 21. 4[g]. *Anxietatem* significat, ut sequentia indicant[h]. *Præ pusillanimitate, &c.* Adeò malis premebantur, ut non auderent, nec liceret eis, aliud aliquid cogitare, sperare, aut machinari[i]. *Angustias pectoris* Cicero explicat egestatem animi[k].

12. *Incircumcisus labiis*] [Ità plerique reddunt.] Alii aliter; *tardi sermonis*, Hi. *non purus locutione*, Sym. in Nob. *balba est lingua mea*, Sy. Ar. sim. Jun. Pi. Balbis multæ syllabæ excidunt, quæ, velut præputium, essent amputandæ, ut purus efficeretur sermo[l]. Multa mihi verba sunt *superflua*, aut *polluta*[m]. i. e. Impeditæ sum linguæ, loquendo rudis & rusticus, infacundus[n]. Incircumcisus corde, mente, aut linguâ, dicitur, qui horum vitio aliquo laborat[o]. Nescio aulicè loqui[p]. RS. exponit אָטוּם, *clausus*. Sanè *præputiatus* dicitur qui extremam colis partem tectam sive clausam habet. Sic *clausus labiis*, i. e. ἄλαλος[q]. Græci, ἄλογος, *desunt verba*: quasi balbus sum, & labia mea sunt pinguia; non est caro exsecta quæ orationem impedit[r]. ἄλογος *ineloquens*, Ph. in Nob. Rectiùs Onk. *qui graviter* (Jon. *qui difficulter*) *loquitur*[s]. Hebræi Gentiles, profanos, barbaros, & alterius linguæ homines, incircumcisos per contemptum appellabant: Hinc etiam homines viles, & ad aliquam rem inepti, incircumcisi eâ parte vocantur[t].

13. *Et dedit mandatum*] De monendo & consolando eos. Non destitit à negotio incepto ex hoc, quòd populus non acquiescebat eis[v].

14. *Isti sunt principes*, &c.] Hæc dicta sunt, ut appareat unde nati sint isti per quos ingens hoc negotium Deus perfecerit[x].

14, 15, &c. *Filii Reuben*, &c.—*Filii Simeon*, &c. *Filii Levi*, &c.] Scopus ejus fuit texere genealogiam Levitarum. Præmittit autem *Reuben* & *Simeonem*, qui

* Ga. Advers. misc. cap. 18. p. 180.
† Ga. ibid. p. 178.
t V.
v G.
x V. F.
y D. misc. 1. 18.
z Me.
a L. Me D.
b F. M.
c Ma.
d Pi.
† Quist.
f Pi.
g A.
h G.
i Me.
k G.
l Jun.
m A.
n F. V. T. La.
o Me.
p F.
q D.
r F.
s D.
t Bo.
v L.
x V.

qui priùs geniti erant quàm *Levi* [y], 1. Modestiæ causâ, ait Aug. nè suam tribum aliis anteponere videretur: 2. Mysterii causâ, quòd, cùm præcederent *Reuben* & *Simeon*, ex *Levi* tamen elegisset Deus & ductorem populi, & sacerdotem, &c [z]. Porrò, tribus *Reub.* & *Sim.* hîc cum *Levi* conjungit, nè quis eas tribus rejectas putaret, tanquam maledictas, Gen. 49. 3, 5 [a]. Pessimas ex 12 tribubus recitat, ut ostenderet & earum conversionem, & Dei misericordiam. Et hoc proponit omnibus pœnitentibus, jam Ecclesiæ fundamina ponens; sicut quatuor mulieres simili fine in Matt. 1. nominantur [b].

20. *Amram accepit Jochabed patruelem,* [דודתו] Voces דודה & דוד sumuntur vel *specialiter, propriè, & strictè,* quo modo illa *patruum*; hæc *amitam* sign. vel *generaliter,* & denotant quemvis *cognatum,* Esa. 5. 1. vel etiam *amicum,* Cant. 2. 16. & 5. 1. & 6. 3 [c]. [*Hinc varietas in versione.*] Vertunt, *amitam,* JT. O. M. G. Riv. Ca. Ti. A. *materteram,* Ar. *sororem patris,* P. Ità Chald. ut noster vertit, V. Multi vertunt, *patruelem,* sive *filiam patrui*: ità Sa. Sy. o'. Mo. Ma. Walth. Sic Jer. 32. 12. Canameel vocatur Jeremiæ דוד *patruus,* cùm tamen fuerit filius *patrui,* h. e. *patruelis,* ut apparet ex v. 8, 9. Obj. At dicitur Jochebed *filia Levi,* Exod. 2. 1 [d]. Resp. Etiam neptes *filiæ* vocantur 2 Par. 1. 18. Vide & Luc. 1. 5 [†]. Mutârunt nempe *amitam* in *patruelem* qui quod Lege vetitum est semper putârunt nefas fuisse. Vide quæ de J. B. & P. l. 2. c. 4. sect. 14 [f]. Conjugium illud non fuit ad regulas Divinarum legum exactum; sed illo tempore, rebus perturbatis, etiam viri sancti abrepti erant communi Gentium more [g]. Nondum illa lex lata Lev. 18. 12. Et *ubi nulla lex, nulla transgressio,* Rom. 4. 5 [h]. Verùm cùm lex illa non est merè positiva, sed declaratio honestatis naturalis, ut ex loci circumstantiis patet, nec probabile est Mosen & Aaron. ex incestu natos; tutius est credere eam fuisse amitæ filiam [i].

23. *Accepit Aaron Elisabeth*] Speciali privilegio miscebantur tribus Levitica & Regia, ut intelligeretur Christum, qui indè nasciturus erat, & Regem futurum & Sacerdotem [k]. Notanda Mosis modestia, qui Aaronis fratris genealogiam studiosè pertexit, suam penè tacitus præterit [l].

25. *De filiabus Phutiel,* [פוטיאל] Eam duxit in Ægypto, & nomen Ægyptium videtur. Solebant autem Ægyptii nominibus addere syllabas; vel, 1. in fine. Sic addebant *Phar, Pharah, Pharaoh*: (quarum prima minorem nobilitatem designabat, ut in *Potiphar*; secunda majorem, ut in *Potipherah*; tertia majestatem.) Vel, 2. in principio, *Poti,* vel *Puti*; sive in memoriam avunculi sui *Put,* Gen. 10. 6. sive reverentiâ alicujus numinis cognominis. Hinc videtur *Putiel,* qui fortè Proselyta Ægyptius erat, (& potuit ex Potipheræ posteris esse, in quibus Josephus pietatis semina jecerat,) qui cum religione nomen mutavit, & loco finalis *Pherah* posuit *El,* nomen Dei quem profitebatur [m].

28. *In die,* &c. [ביום דבר] Hic versus quibusdam negotium facit. Aut enim videtur concisus sermo esse, aut non bene cohærere [n]. Sed nihil difficultatis est si sic legas, *Accidit autem* quo (ut subaudiatur אשר, V.) *die locutus est,* &c. Fa. Ità sequenti versui jungitur [o].

30. *Incircumcisus,* [ערל] Sym. *non purus,* i. e. incircumcisus: nam tales impuri in vet. Lege [p]. Vide suprà v. 12 [q].

Margin: y L. — z Riv. — a Me. L. Riv. — b Li. in harmon. — c Walth. in harmonia Biblica. — d A. — † Walth. — f G. — g Riv. — h Q. in Walth. — i Walth. — k E. — l Me. — m Li. — n F. — o V. — p D. — q V.

CAP. VII.

1. Ecce *constitui te,* &c.] Heb. *Vide, dedi te*: i. e. Attende diligenter quæ tibi dico [r]. ¶ *Deum Pharaonis,* [אלהים לפרעה] i. e. *Judicem,* M. ità RS. in G. optimè; scil. Dei mandatu prodigiis testato [s]. *Deum,* i. e. unum ad quem perveniet verbum Dei, vide Joh. 10. 35. & per eum ad *Aaronem* & ad *Pharaoh* [t]. *Constitui te principem,* Ch. *dominum in negotio Pharaonis,* Ar. Judicia Divina in eum exercebis, velut Rex Regis. Vox *Elohim,* ut notant Hebræi, sive de Deo sumatur, sive de hominibus, sive de Angelis, judiciariam potestatem significat [v]. Jonathan vertit, *timorem Pharaonis,* quem timebit punientem, & demissè obsecrabit ut plagas sistat [x]. Ampliùs timendus eris quàm ejus dii. Hinc *Elohim* ponitur in plurali. Potens eris in eum plagis [y]. Tu eris ei vice Dei; h. e. dices nomine meo & verbis meis Pharaoni quid ego velim fieri [†]. Onk. vertit רב, i. e. *principem,* G. D. vel, *magistrum & dominum,* M. R. Abraham sic, Reputaberis ab eo tanquam Angelus [z]. Dominus eris vitæ & necis Pharaonis & populi. Sic Isa. 41. proprietas Dei est *bene vel malè facere* [a]. q. d. Tantum abest ut tibi metuendus sit Pharao, ut te tanquam Deum metuet [b]. ¶ *Aaron erit propheta,* &c.] i. e. *Interpres tuus*; ità M. V. L. Me. T. Sic 1 Cor. 14. *prophetare* est, interpretari & prædicare verbum Dei [c]. Ut majori apud eum sis auctoritate, nolo per te multa illi loquaris, sed per interpretem. *Et—propheta erit,* nempe, Ei tu revelabis quæ ex me cognoveris [d].

Margin: r V. — s G. — t A. — v G. — x Me. — y L. — † V. — z M. — a E. — b T. — c T. — d Me.

2. *Ut dimittat,* [וישלח] *Et dimittet*; i. e. etiam invitus, velit nolit, amandabit [†].

3. *Indurabo,* [ità ferè omnes,] [אקשה] *Perplexum* (*difficile,* Ar.) *reddam,* Ma.

6. *Ità egerunt*] Hoc redundare videtur: Sed notat eorum studium & diligentiam, quòd omnia fecerint, &c [f].

9. *Ostendite,* &c. [תנו לכם] *Date vobis,* Mo. Sa. i. e. vestro bono, ad probandum vos esse legatos à Jehovah; vel, *pro vobis* [g]. [At o'. habet *nobis,* Sy. & Ar. *mihi.*] ¶ *Dices ad Aaron*] Nam si Moses hoc fecisset, credere possent Ægyptii eum (qui diu absens fuerat) magicis artibus fuisse imbutum, & iis hoc factum imputare [h]. ¶ *Virgam tuam*] Dicitur virga & *Dei,* & *Mosis,* & *Aaronis*; quia omnium instrumentum erat [i]. Vide an hinc ad finitimas primùm gentes, deinde ad Græcos Romanósque, mos venit legatis ferendi caduceum [k]. ¶ *Colubrum,* ità Ch. [תנין] *Draconem,* o'. Sa. Sy. Ar. P. Mo. JT. O. A. V. Et pro *dracone* in Apocalypsi, Paraphrastæ Sy. & Ar. constanter habent תנין [l]. Alii, *serpentem,* M. Ti. Ità explicat ipse Moses Exod. 4. 3. ubi habet לנחש, pro quo hîc לתנין. Et ità *Nasrius,* scriptor Arabs [m]. Alii, *crocodilum,* quem Ægyptii adorabant, & cujus faucibus Hebræos infantes objecerant [n].

11. *Sapientes,* ità Ch. Sa. Sym. Ar. M. [חכמים] *Philosophos,* L. *astrologos,* M. Riv. vel, occultæ sapientiæ professores [o]. *Sophistas,* o'. κρυφιαστὰς, *occultorum cognitores,* vel *patratores,* Aq. in Nob. *magos,* Sam. vers. ¶ *Maleficos,* sic Ch. P. O. [מכשפים] Vertunt, *magos,* Sy. Ar. *incantatores,* M. Ti. *divinos,* Sa. vers. *veneficos,* o'. *præstigiatores,* Sa. Mo. JT. Ma. i. e. qui rem sub oculis intuentium mutant [p]. ¶ *Magi,* [חרטמי] *Genethliaci,* Ar. i. e. qui ex secretis naturæ mira agere possunt [q]. Est vox Ægyptia [r]. [Vide quæ ad Gen. 41. 8.] ¶ *Per incantationes,* [בלהטיהם] Ità vertunt Sa. Sy. P. Mo. M. JT. O. A. Alii vertunt, *susurrationibus suis,* Onk. in M. Mo. Simil. Apul. lib. 1. Asini; *Magico susurramine amnes reverti* [s]. *Veneficiis,* o'. *per arcana sua,* Ar. Ma. Potest reddi, *involucris suis*; quòd tales celeritate manuum omnia involvant & misceant [t]. Vox deducitur vel à להט, (quæ *flamma,* & subindè *fulgor gladii & lanceæ,* est [v],) fortè quia fulgore gladii fiebant incantationes: vel à לאט *occultare,* (quod ex eo fit probabile, quia postea scribitur sine ה) ut sit לאט *arcanum absconditum,* quod incantatores tantùm nôrunt [x]. Præcipui magorum duces erant Jannes & Jambres, 2 Tim. 3. 8 [y].

12. *Projecerunt singuli virgas suas*] Virgis usi sunt Magi. Virg. 4. Æneid. de Mercurio, *Tum virgam capit: hâc animas ille evocat Orco.* Circes virga etiam proverbio nota. Permisit Deus illis hæc facere, (ut discrimen patefieret:) virgas in serpentes mutare, sed ut à Mosaica vorarentur; aquam in sanguinem mutare, non sanguinem in aquam reducere; ranas producere, non amovere; ut & ipsi Ægyptios castigarent, non ultionem sedarent. ¶ *Quæ versæ sunt in dracones*] Qu. Quomodo hoc factum? Resp. Variant hîc interpretes. Vel, 1. ministerio dæmonum sensus aspicientium ludificabantur, ut videre se putarent quòd non viderent: Inanes serpentum formas pro virgis repræsentabant. Ità Tertul. Justin. Ambros. Hieron. Greg. Nyssen. Rupert. Prosper, &c. & Jos. Antiquit. 2. 5 [z]. Sed objicitur contra hanc sententiam, 1. Dicuntur Magi fecisse *sic.* Resp. Illud *sic* est similitudinis, non veritatis: ve-

Margin: † V. — f F. — g Pi. — h L. — i Me. — k G. — l BA. 2. 3. 14. 429. — m BA. ib. — n Li. — o Riv. — p M. — q M. — r AE. in Muis. — s Ma. — t Ma. — v M. — x Riv. — y Me. — z Bo. sic Me. Riv. A.

rum non fuisse miraculum omnes fatentur. Obj. 2. Cur igitur Moses fraudem non detexit? Resp. Detexit effectu, licèt non verbis, quibus Ægyptii non adhibuissent fidem. Obj. 3. Cur Magi non poterant sciniphes producere? Resp. Deus cohibuit eos, nè imagines eorum oculis hominum objicerent. Obj. 4. Quomodo serpens Mosis alios devoravit, si essent mera spectra? Resp. Ex virgis efformabant vera corpora, similia serpentibus, licèt non animata: at Dæmon ea movebat acsi serpentes fuissent. Ità nec meræ illusiones erant, nec veri serpentes. Et hanc mediam sententiam existimo esse veram, quia non excedit facultatem Dæmonis[a]. Poterant Dæmones commovere humores, & sic ad organa sensuum formas serpentum non minùs vigilantibus quàm dormientibus reducere; & sic dracones illis visi sunt[b]. 2. Alii statuunt hoc factum per motum localem. Poterant Dæmones virgas subitò auferre, & in earum locum serpentes aliunde acceptos substituere. Quibusdam hoc mirè probatur[c]. 3. Alii statuunt veram fuisse conversionem virgarum in veros serpentes, factam applicando activa passivis. Ità Thomas, Cajetan. Delrio[d]. Poterant Dæmones materiam proximè dispositam ad formam serpentis supponere proprio activo, ut sic generarentur†. ¶ *Sed devoravit virga*] Postquam redierat ad formam virgæ, inquiunt Hebræi: Quod certè Divinâ virtute fieri potuit. Vel (ut Catholici Doctores exponunt) cùm in forma serpentis erat[f]. Serpens in quem virga conversa est devoravit virgas, i. e. serpentes, eorum[g]. Baculus Mosis in serpentem verè conversus vocatur *baculus*, quia talis & antea fuit, & mox futurus erat[h].

14. *Ingravatum est*] Præcessit, *obfirmavit se*. Hoc ipsum quod Pharaoh intra se fecerat, Deus patefacit Mosi. Vide mox 22[i]. *Aggravatum est*, JT. *Grave est*; q. d. non potest se attollere ad obediendum mandato meo. Metaphora à manibus vel pedibus[k].

15. *Vade ad eum manè*] Tunc maximè dispositi sunt homines ad accipiendum quæ rationabiliter dicuntur, ut minùs excusabilis sit Pharaonis inobedientia[l]. ¶ *Ecce egredietur ad aquas*] Nili: vel, animi causâ; vel, ut coleret *Nilum*, quo nihil est in majori honore, inquit Plut. de Iside; vel, quia Magus fuerit, & ὑδρόμαντις, ut Hebræi sibi fingunt. Jubetur Moses captare hanc occasionem, quia ad Regis palatium non satìs liber erat accessus[m].

17. *In hoc scies quòd sim Dominus*] Hæc verba satisfaciunt quæstioni Pharaonis, *Quis est Jehovah*[n]? ¶ *Ecce percutiam*] Heb. *percutio*. At Aaron percussit, v. 19. Deus autem per Mosem jussit. Sic, *vocavit*, Matt. 20. 32. pro, *jussit vocari*, Marc. 10. 49; *dedit*, Marc. 15. 45. pro, *jussit dari*, Matt. 27. 58[o]. ¶ *Virgâ quæ in manu mea est*] Verba sunt Dei, at virga erat in manu Mosis. Sed Deus & Moses quasi unus censentur, quemadmodum causa principalis & instrumentum vocantur una causa efficiens[p]. Qu. Cùm Moses hîc jubetur dicere, *Ego percutiam*, quomodo dicit, v. 19. *Dic Aaroni, Extende manum cum baculo*, &c? Resp. 1. Hæc actio ascribitur Deo, Mosi, & Aaroni: *Præceptio* fuit penès Deum, *directio* penès Mosem, *exsecutio* penès Aaronem[q]. 2. Uterque baculo percussit, (ideóque in hoc opere conjunguntur, ver. 20.) sed Moses percussit aquas *in flumine* Nili, Aaron in reliquis *omnibus*[r]. ¶ *Aquam fluminis*] Nilus, summus eorum deus, primò percutitur[s]. Gravior erat hæc plaga, quia hanc aquam bibebant, Jer. 2. 18. (nec illis erat pluvia, Deut. 11. 10, 11.) & pisces erant illis communis cibus, Num. 11. 5. Bestiis multis per superstitionem nolebant vesci, Exod. 8. 26[t].

18. *Pisces morientur*] Qui extra aquam vivere non possunt, maximè in sanguine, qui, crassus & calidus, repugnat piscium complexioni[v]. ¶ *Et affligentur*] *Delassabuntur bibendo aquas*, &c. i. e. abhorrebunt à potu aquæ amnis. Vide de his plagis Psal. 78. & 105[x].

19. *Extende manum tuam super aquas*] *Manum tuam operaturam super aquas*, JT. ¶ *Paludes*, [אַגְמֵיהֶם] *Rivos eorum*, stagna, V. ¶ *Et lacus*, [מִקְוֵה] Vide ad Gen. 1. 10[y]. ¶ *Tam in ligneis vasis quàm in saxeis*] Ità Ch. Heb. *in lignis & lapidibus*. Illud *vasis* necessariò subintelligitur. Sic *mille*, 2 Sam. 8. 4. ponitur pro *mille currus*; 1 Chron. 18. 4. *primus*, Matt. 26. 17. pro, *primus dies*, Marc. 14. 12[z]. Sub his vasis cætera omnia synecdochicè intellexit[a]. Qu. Quæ causa specialis hujus plagæ? Resp. 1. Quia Pharao aquas Ebræorum sanguine infecerat[b]. 2. Nilum pro deo habebant, quia fœcundabat terram: Ità docuit Deus eos frustrà in Nilo spem collocare[c]. 3. Hebræi hoc addunt, quòd prohibuerunt Judæis baptizari in aquis Ægypti[d].

22. *Fecerunt similiter*] Qu. 1. Quomodo hoc facere poterant? Resp. Vel, sensus spectantium decepti sunt; sufficiebat enim aquam tingere, (quod non est difficile factu,) ità ut colorem sanguinis inducerent: vel, sanguis latenter allatus est à Dæmone, & loco aquæ substitutus†. Quæritur 2. Unde habuerint aquam, cùm tota versa esset in sanguinem? Resp. Vel, 1. à mari, (quòd solùm dulces & potabiles aquæ in sanguinem conversæ sunt.) Vel, 2. ex terra Gessen petita est[f]. Sed non est probabile Regem expectâsse donec aqua indè afferretur ad urbem regiam, ubi hæc sunt gesta[g]. Vel, 3. aliquid aquæ providentiâ Divinâ in hoc reservatum est[h]. Vel, 4. ope Dæmonum allata est[i]. Vel, 5. aquæ quidem omnes mutatæ sunt in sanguinem, sed successivè; (neque enim Scriptura dicit hoc semel factum, nec determinat Philo,) primò flumen, inspectante Rege; tandem reliqua, postquam Magi hoc tentâssent in rivulo[k]. Vel, 6. ex fossis puteisve postea excavatis: v. 24. *foderunt*, וַיַּחְפְּרוּ; vertendum, *foderant*[l]. Probari potest ex v. 24[m]. Et has duas solutiones maximè probabiles duco[n], præsertim priorem. Obj. At illi putei etiam sanguine repleti sunt, ut ait Josephus. Resp. Hoc non videtur convenire cum verbis historiæ. Aquæ tantùm quæ super terram erant in sanguinem conversæ sunt[o]. Vel, 7. aqua à Mose Magis oblata est[p]. Vel, 8. ex Israelitarum hîc illîc habitantium sedibus[q]. ¶ *Incantationibus*] Et hîc vox Ægyptia est, לָטֵי; quam o'. in Ægypto versati transferunt, ταῖς φαρμακείαις, alii, ἐν ἠρεμαίοις, alii, διὰ τῶν ἀποκρύφων, *arcanis artibus*, quales Magorum esse solebant. Fortè λιταὶ Græcum ab Ægypto venit[r].

23. *Nec apposuit*, &c.] Hebraismus: Nec movebat eum tantum periculum; aut, non curavit[s].

24. *Foderunt*] Irrito conatu, nam sanguinem invenerunt quasi percolatum, & quasi aqueum: at sic aliquo modo sitim solati sunt[t]. Qu. Quomodo tamdiu ferre possent Ægyptii sitim sine omnium interitu? Resp. 1. Multos ex ea interiisse refert Philo. 2. Sitim sedare poterant aliis liquoribus, herbis, &c. 3. Sitis diutiùs sustineri potest quàm fames[v]. 4. Sanguis fluminis terrâ (in qua foderant) percolatus fiebat liquidior & potabilior, & quasi sanguis aqueus: sicut nautæ per vas cereum percolant & dulcorant aquam marinam, ut eam bibant[x].

CAP. VIII.

2. PErcutiam, [נֹגֵף] *Percutio*: Paratus sum percutere. Minatur Deus antè quàm feriat, ut sciat Pharao hæc casu non accidere, sed certo Dei consilio, & saltem fiat ἀναπολόγητος[y]. ¶ *Terminos*] i. e. Regiones tuas usque ad ultimos terminos[z].

3. *Et ebulliet*, [וְשָׁרַץ] [*De hac voce vide ad* Gen. 1. 20.] ¶ *Fluvius tuus*] De quo tu dicis, *Mihi est fluvius meus*, Ezec. 29. 3. Hoc naturale erat, ranæ enim ex limosis aquis; Ovid. Metamorph. l. 15. v. 375. Ælian. Histor. 2. 56. Nilus inprimis fœcundissimus erat, Ovid. Metam. 1. 422. Sed in eo fuit miraculum, quòd ranas produxit, 1. tantâ copiâ; 2. eo ipso momento, &c. Fluvii nomine sign. etiam rivos, & stagna, & paludes, ut constat ex v. 5. Hebræi etiam extendunt ad aquam in vasis. Obj. At Psal. 105. 30. *terra produxit ranas*, non, ut hîc, *aqua*. Resp. 1. Terra produxit, sed limosa & uliginosa, qualis in Nili ripa, aut fundo. 2. Potiùs terra ibi idem est cum regione, i. e. Ægypto. Regionum autem portiones sunt flumina. Jotbata est *terra fluminum*, Deut. 10. 7. Salomon

Marginal notes (left column): [a] Riv. [b] L. [c] Bo. ità E. L. To. & Perer. in Riv. [d] Riv. † L. [f] L. [g] Me. V. [h] Glas. gra. p. 8. [i] G. [k] Pi. ad v. 17. [l] L. [m] BA. 2. 4. 15. 557. [n] Riv. [o] A. [p] Me. [q] Q. in Walth. [r] Walth. [s] Li. [t] A. [v] Me. [x] V. [y] Ma.

Marginal notes (right column): [z] A. [a] Ma. [b] Ità Theod. in Riv. La. [c] Riv. [d] M. † Riv. [f] Me. [g] Riv. [h] Me. [i] L. [k] Riv. [l] Qu. ità Pi. Walth. [m] Walth. [n] Riv. [o] Walth. [p] Me. [q] Pi. [r] G. [s] F. V. [t] Ma. [v] Bo. [x] La. [y] BA. 2. 5. 2. 655. [z] La. sim. Pi.

mon classem instruxit *in terra Edom*, 1 Reg. 9. 26: i. e. in mari vicino. Exod. 15. 12. *Deglutivit eos terra*, quos mare absorpserat. *Terræ vectes*, Jon. 2. 7. quia mare est in abyssis terræ [a]. ¶ *Ranas*, צְפַרְדְּעִים] Correspondebat hæc plaga culpæ puerorum ibidem submersorum, ut minore strepitu extinguerentur [b]. Vox Ægyptia est: genus est ranarum, aut ranis simile, Ægypto proprium, ut alibi rubetæ. Manet nomen apud Arabas extritâ *r* literâ [c]. Pariter in Chald. Sy. & Sa. manifesta sunt priscæ appellationis vestigia [d]. Durior erat hæc plaga quàm plaga sanguinis: nam in illa reliqui liquores relicti erant; at ranæ omnia occupabant, inficiebant, coaxatione obtundebant, & fœtore complebant; sedentibus, ambulantibus, cubantibus infestæ [†]. Omnes sensus graviter afflixerunt: *visum*, multitudine & deformitate; *auditum*, coaxatione; *odoratum*, fœtore, vel vivarum, vel morientium; *gustum*, ciborum conspurcatione; *tactum*, contactu, & ejusdem lecti concubitu [f]. Nocturnam quoque quietem interturbabant tam importunæ σύγκοιτοι [g]. Plures etiam earum noxiæ erant & venenatæ [h]. ¶ *Quæ ascendent*] Nempe, ex flumine [i]; quod semper est urbe demissius [k]. ¶ *Ingredientur domum tuam*] Instinctu divinitùs insito, aut ab Angelis actæ [l]. Qu. Quomodo potuerunt in ædium intima, clausis ostiis & fenestris, penetrare? 1. Q. volunt fores & fenestras Angelorum ministerio patuisse. 2. Potiùs ingrediebantur per parietum rimas, vel per ostia, quæ semper clausa esse non possunt, cùm variis de causis necesse sit è domo quandoque egredi, atque in eam rursus ingredi [m]. ¶ *Et in reliquias ciborum tuorum*] Ità M. O. Ità sumitur Deut. 28 [n]. ¶ וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ] *In cibos tuos*, M. *in conspersiones tuas*, Sa. P. Mo. *in farinam tuam aquis conspersam*, Ti. *in massas* (seu *pastas*) *tuas*, o'. in Me. Sy. K. in M. A. Id significat Exod. 12. 34 [o]. *In panariis tuis*, Ch. i. e. locis ubi panes asservantur [p]. *In mactras tuas*, A. JT. *vasa pastoria*, Ar. Propriè significat locum in quo subigitur massa ad conficiendum panem [q].

4. *Ad te & ad populum*, &c.] q. d. In Israelitas non item [r]. Docet hoc plagarum omnium analogia infrà 21, 22 [s]. *In te* primùm, quòd tu primus peccâsti [t]. Sed verisimilius est, in utrosque simul animadversum; Pharao autem primò nominatur, quia dignior. Significat fore ut ranæ, non contentæ domos ingredi, ipsos homines impetant [v]. ¶ *Intrabunt*] Non loca tantùm, sed etiam corpora eorum, ut v. 8. quando dormiebant ore aperto [x].

5. *Dixit*] Scil. arcanâ inspiratione, nam secùs coram Rege non fuit commodum [y].

6. *Super aquas*, עַל־מֵימֵי] i. e. Versùs, vel contra, aquas, eminùs ex aula regia [z]. Non singulos adiit fluvios, sed solùm in genere notavit, & virgâ eminùs in eos intentâ designavit [a].

7. *Fecerunt malefici*] [Vide quæ priùs dicta.] Sed non adeò difficile erat Dæmoni ranas è putri materia producere [b]. ¶ חַרְטֻמִּים] *Præstigiatores magici*: propriè genethliaci [c]. Conantur impii fidem Scripturarum elevare, cùm ea legunt quæ communem ordinem excedunt. Ineptè; cùm exempla his similia occurrant in prophanis historiis; de Abderitis, (in Orosio l. 3. hist. c. 23.) de incolis Pæoniæ & Dardaniæ, (in Athen. Dipnos. l. 8. c. 2.) de civitate Gallorum, (in Plin. l. 8. c. 29.) Qui omnes ex multitudine ranarum patriam deserere, & novas sedes quærere, cogebantur [d].

8. *Orate*] Hinc patet hanc plagam priori graviorem fuisse [†]. In illa habebat saltem Rex alios liquores ad potum aptos: At hîc nemo eximebatur [f]. Ideo cogitur eos orare [g]. Quod fuit magna pœna, cùm superbissimus esset [h]. Mosem vocavit, quia Magos plagæ addidisse vidit, sed illam minuere non potuisse [i]. Pastoribus Evangelii potestas data *in ædificationem, non destructionem*; at potestas Dæmonis tota est in destructionem: neque enim medicus est, sed carnifex [k].

9. *Constitue mihi*, ità o'. הִתְפָּאֵר עָלַי] Variant. Plerique veteres non tam verborum quàm sensûs rationem habent [l]. *Pete tibi portentum, & constitue mihi tempus*, Onk. *Condicito mihi*, Sa. *Pete tibi tempus*, Sy.

[a] BA. 2. 5. 3. [b] L. [c] G. [d] BA. ib. [†] Me. [f] Bo. La. Perer. [g] BA. ib. [h] Perer. [i] RS. [k] AE. in BA. [l] Me. [m] BA. ib. [n] O. [o] A. [p] M. [q] V. sim. Me. Ma. [r] BA. ex AE. Jun. Pi. [s] Jun. [t] He. in BA. [v] BA. 658. [x] He. in L. [y] Pi. [z] Me. [a] BA. ex AE. [b] Riv. [c] V. [d] Riv. [†] Me. [f] Riv. L. [g] Me. [h] L. [i] BA. ex AE. [k] BA. 663. [l] BA.

Elige super me, Ar. *Judicem fac te super me*, Sa. vers. *Gloriare super*, vel *supra*, *me*, P. Mo. M. O. A. vel, *de me*, Ti. vel, *contra me*, Pi. *Gloriam assume supra me*, JT. Ità phrasis sign. Jud. 7. 2. & Esa. 10. 15 [m]. Pungit Pharaonem, qui frustrà in Magis suis gloriatus erat [n]. *Gloriare supra me*, (supple, *dicendo*) *quando intercedam*, &c [o]. Variè exponunt. 1. Quidam sic; Hoc honoris tibi sume, vel, tibi tribuo, ut præfigas mihi tempus quando orem pro te, vel, quando Deus plagam auferet [p]. Rectè. Potest dici *gloriari super aliquem* qui sibi in eum jus sumit imperandi: q. d. Etsi mihi possem hanc gloriam reservare, ut preces fundam quando commodum videbitur; eam tamen tibi defero [q]. *Gloriare super me*, quasi obtinueris quod vis, & quo tempore vis. Vel, *Gratificare super me*, h. e. quod tibi gratum est mihi explica. Utrobique idem sensus, Orabo cùm volueris [r]. 2. Alii sic; Gloriari potes quòd me orante, morituræ sunt ranæ; vel, Tunc gloriari poteris atque bono animo esse, cùm me orante auferentur ranæ: Hanc spem de Magis tuis habere non potes [s]. 3. Alii volunt esse concessionem conditionalem; q. d. Si non amoverim ranas, illude & insulta mihi [t]. Vel, Tunc poteris contra me gloriari quòd Magiâ utar, (quod jam suspicaris,) adeóque me ranas producere, non autem auferre, posse [v]. 4. Alii sic; Pharaoh ironicè jussit Mosen experiri quid Deus posset ad tollendas ranas: cui Moses respondet, *Gloriare super me*, exprobra mihi Jehovam; interim constitue diem, &c [x]. 5. Alii; *Indica mihi*; Dic clarè & apertè [y]. ¶ *Quando*] Qu. Annon peccavit Moses tempus determinando? Resp. Minimè. Novit enim se constitutum Deum Pharaonis; itaque Dei vices fungebatur: Noverat Deum non denegaturum quod ad suam gloriam faceret: Habuit fidem miraculorum, & spiritum dirigentem, à quo agebatur [z]. Jubet eum tempus constituere, nè postea causari posset causarum naturalium efficientiâ ranas sublatas [a]; vel artibus magicis, vel virtute alicujus constellationis determinatæ [b]. Astrologia definita quædam tempora observare & expectare cogitur [c].

10. *Cras*] Qu. Cur adeò distulit? Resp. 1. Voluit experiri an naturaliter & ex se deficerent [d]: An casu illatæ essent, & num præstigium esset [†]. *Sentiebat Pharaoh stellarum constitutionem ranas induxisse, atque id Mosi fuisse perspectum*, (utpote insigni Astrologo;) *& idem credebat jam instare tempus quo ranæ debebant amoveri*. Ità R. Samuel, Chophni filius [f]. 2. Tempus orandi dare voluit [g]. Existimavit concedendum esse Mosi aliquid tempus, quo negotium illud apud Deum perageret [h].

12. *Et clamavit*] Hinc disce quòd certitudo de effectu non repugnat orationi [i]. Clamavit desiderio & affectu [k]. ¶ *Pro sponsione ranarum quam condixerat*] Ità ferè Græci, *pro finitione ranarum, sicut constituerat Pharao*. Quasi hoc petierit, ut ratum haberet verbum quo se Pharaoni obstrinxit, dicens, *Fiat juxta verbum suum* [l]. Non displicet hæc versio [m]. ¶ עַל־דְּבַר הַצְפַרְדְּעִים אֲשֶׁר שָׂם לְפַרְעֹה] *Super verbum*, vel, *propter negotium*, *ranarum*, (seu, *de ranis*) *quod proposuerat Pharaoni*, BA. 665. ità M. F. V. h. e. pro ranis tollendis, quod se facturum pollicitus erat Pharaoni [n]. Huic sensui favent verba sequentia [o]. Verbum שׂם passim sign. *proponere*; sic Exod. 15. 25. שָׂם, *posuit ei statutum*, h. e. proposuit [p]. [Al. aliter vertunt.] *Propter verbum ranarum* (*propter ranas*, P. Ti. Sy. Ar. vel, *pro negotio ranarum*, Sa. Ch. דָּבָר enim Hebræis non solùm *verbum*, sed & *rem*, *negotium*, *causam*, significat [q],) *quas posuit*, vel *posuerat*, *Pharaoni*, (sive, *propter Pharaonem*,) P. Mo. Ti. M. BA. *quas imposuerat Pharaoni*, Ch. *quas immisit*, Ar. vel *induxerat*, *super Phar.* Sy. Ar. *Ponere* hîc pro *immittere*, vel *edere*; quomodo Psal. 105. 27. & Jer. 32. 20 [r].

13. *Et de villis*, ità A. Sa. מִן הַחֲצֵרֹת] *De habitationibus*, JT. *Ex vivariis*, i. e. tum ex agris seclusis, ubi aluntur bestiæ, tum ex patentibus campis [s]. *Ex atriis*, Mo. Ch. Ar. Sy. O. P. Ità & Græci, ἐκ τῶν ἐπαύλεων, Pi.

14. *In aggeres*] Heb. *acervos acervos*, i. e. plurimos acervos [t]. Vide ad Gen. 14. 10 [v]. *Coros coros*, Sa. vers. Non

[m] Jun. Pi. BA. 663. [n] Jun. [o] BA. 664. [p] Ità AE. in F. [q] Riv. [r] Mar. [s] Q. in F. [t] Riv. [v] F. to. [x] Li. in spicil. [y] F. [z] Riv. [a] Me. [b] Riv. [c] Riv. Perer. La. [d] Me. L. [†] Riv. [f] BA. 664. [g] Me. [h] Riv. [i] E. [k] Me. [l] AE. in BA. [m] BA. [n] F. V. [o] A. [p] BA. [q] BA. [r] BA. 2. 5. 2. 665. [s] Jun. [t] M. F. [v] Ma.

Non sunt statim ab oculis sublatæ, nè præstigiæ putarentur [x].

15. *Quòd data esset requies,* הָרְוָחָה] Opponitur τῷ צְעָקָה, [de quo priùs [y].] ¶ *Ingravavit cor,* וְהַכְבֵּד] *Et ingravando cor suum,* Buxtorf. in Lexico; *& aggravavit,* Mo. *aggravare,* Ma. Infinitivus pro præterito: ut Psal. 8. 2. *qui* תְּנָה *dare,* &c. i. e. dedisti, &c. Jer. 14. 5. *Cerva*—יָלְדָה וְעָזוֹב, *peperit & relinquere,* h. e. reliquit [z]. Vel, est ellipsis verbi finiti; ut Ezec. 1. 14. וְהַחַיּוֹת רָצוֹא, *& animalia currere,* pro רָצוּ רָצוֹא [a].

16. *Extende virgam*] Qu. Quare non de hac plaga præmonitus esset Pharao? Resp. 1. Quia sic meruit [b]. At priùs indignus erat. 2. Rectiùs ergò alii præmonitum volunt, licèt hoc non dicitur, quemadmodum & in plaga tenebrarum [c]. ¶ *Sint sciniphes,* כִּנִּם] Qu. Quid sunt? Resp. Genus quoddam exiguarum bestiolarum quæ infensissimæ esse solent, lædentes cutem, & penetrantes per aures atque nares [d]. Quibusdam sunt vermiculi alati similes culicibus †. Græci vocant σκνῖπας. Culicis speciem putabant [f]. Culicum genus arboribus infestum [g]. Animal minutissimum, volitans, & acerbissimè terebrans cùm insederit, ait Orig [h]. Aliis sunt *pediculi*. Ità veteres Hebræi [i]: ut cùm dicunt, *Qui necat pediculum* (כִּנָּה) *in sabbato* [k]. Ità vertunt Chaldæi, Jon. & Onk. & Sy. & Sa. & Arabes quatuor, & Hebræi omnes, nullo excepto, & Jon. in BA. 2. 4. 18. 575. Ità P. M. Mo. Ti. JT. O. A. Riv. BA. Schol. in Nobil. Consentit vox, כִּנִּים à כּוּן *stabile & firmum esse*; est enim stabile hoc animalculum, & δυσαφαίρετον, &c. *quod à corpore non facilè eximitur,* Aristot. Hist. 5. 31. Et cùm v. 17. dicuntur *cinnim* fuisse *in hominibus & jumentis,* pediculis convenit multò magìs quàm culicibus, qui nullibi constanter manent, nec hominibus inesse dicuntur [l]. In memoriam hujus plagæ crediderim sacerdotes Ægyptios *tertio quoque die corpus eradere, nè deos colentibus pediculus aut quid aliud insit immundum,* ut refert Herod. l. 2. c. 37. Et eosdem lineis indui vestibus tradit Plutarchus in Iside, quia linum minimè pediculos gignit [m]. [Al. aliter.] Per ea punivit ipsos Deus quæ superstitiosè aversati sunt [n]. Pediculi inguinales fuisse videntur [o]. Non erant communes pediculi, quia non homines tantùm, sed & reliqua animalia, infestarent [p]. Fortè in his partibus tales non inveniuntur [q].

17. *Pulverem terræ, & facti sunt sciniphes*] At ex pulvere non nascuntur כִּנִּים. Fuit ergò hæc non productio naturalis, sed Divina creatio, qualis hominis ex pulvere, &c [r].

18. *Fecerunt similiter*] i. e. Ità facere conati sunt. Sic Matt. 7. 13. *Intrate,* &c. h. e. ut Luc. 13. 24. *Intrare contendite* [s]. ¶ *Non potuerunt*] Deo illos impediente, ut impotentiæ & mendacii arguerentur [t]; & ut se ostenderet *maximum in minimis* [v].

19. *Digitus Dei est*] *Digitus* pro *digiti,* ut Exod. 31. 18.—*scriptas digito Dei,* i. e. digitis; neque enim uno digito scribimus: Et *digiti* pro *manu,* ut Psal. 8. 4. & 144. 1. Fatentur hoc, ut famæ suæ consulant, nè putentur Moses aut Aaron illis esse superiores virtute aut scientiâ [x]. Agnoscunt Divinam virtutem [y]. Sic *digitus Dei,* Luc. 11. 20. est virtus Divina, Matt. 12. 27, 28 [z]. [*Non placet aliis*;] quia tum adhuc non resisterent [a]. Verùm & agnoscunt Deum, & nihilominus obnituntur; quod & Dæmones faciunt [b]. *Viderunt meliora,* cum Medea, & *deteriora sequebantur* [c]. Sunt qui Synecdochen esse volunt; q. d. Tam potens est Deus, ut solo digito omnem aliorum potentiam superet [d]. [*Alii aliter.*] Dicunt hanc esse virtutem alicujus Dæmonis superioris impedientis per artem magicam operationem inferioris; sicut dicebant Luc. 11. *Ejicit dæmonas per Beelzebub.* Et sic non confitebantur Mosem Dei servum, sed Magum fuisse innuunt †. Sensus est, q. d. Hic non est digitus *Jehovæ,* (quem Deum inferiorem esse credebant, qualem singulæ gentes habebant;) sed *Elohim,* supremi Dei, (quem in minoribus diis colebant Ægyptii.) Hoc indè colligebant, 1. Quòd de hac plaga Moses non admonuit illos, quod verum est. 2. Quòd hæc plaga non minùs Israelitas infestavit quàm Ægyptios; quod etiam verum est, nam separatio Gosen & Ægypti incipit

[x] Me. BA.
[y] M. Riv.
[z] Glas. phil. 3. 3. can. 44. p. 636.
[a] Buxtorf. in Glas. ib.
[b] L.
[c] E.
[d] Ità M. F. ex Ph. V.
† F. V.
[f] Riv.
[g] G.
[h] V.
[i] F. V.
[k] D.
[l] BA. 574.
[m] BA. ib. 579.
[n] A.
[o] F. in D.
[p] Riv.
[q] M.
[r] BA.
[s] A. BA.
[t] Me.
[v] Li. spicil.
[x] BA. 582.
[y] E. Me. M. F. V. Riv.
[z] F. V.
[a] L.
[b] Me.
[c] BA.
[d] F. V.
† L.

ver. 22. justúmq; erat ut, sicut scelerum participes fuerant, ità & pœnas aliquas ferrent. Hinc inter plagas Ægypti Psal. 78. hæc non recensetur, utpote Ægyptiis non peculiaris. *Sanguis* autem & *ranæ* in Gosen non erant reales, nec pœna Israelitis [f].

20. *Egredietur ad aquas*] Quare toties? Resp. vel, causâ spectandi; vel, (ut Hebræi volunt) idololatrandi, (quia Nilum colebat, & Apim, qui ibi aliquando apparebat specie tauri de flumine consurgentis;) vel, purgandi peccata [g].

21. *Omne genus muscarum,* אֶת־הֶעָרֹב] [Variè reddunt.] *Mistionem,* Mo. O. Ma. *mixtam colluviem,* A. *insecta,* M. Ti. nempe *varii generis,* Ti. *omne insectorum noxiorum genus,* P. *sciniphem omnis generis,* Sy. Vox significat turbam, misturam, collectam ex multis speciebus bestiolarum, sive insectorum [h]. [Non placet;] nam speciale aliquod animal significari constat ex ver. 31. *& amovit* עָרוֹב—*nè unus quidem remansit,* i. e. *nè unus quidem Arob.* At nemo dixerit, *Sic amovit colluviem, ut nè una quidem superfuerit* [i]. Alii intelligunt serpentes & scorpiones, atque alia venenata animalia [k]. Homines & animalia domestica eos interfecisse volunt [l]. Alii etiam leones, pardos, lupos, serpentes, &c [m]. [JT. vertunt, *colluvies animalium.*] Non placet. 1. Ægyptii moniti facilè poterant eos ex urbibus & domibus arcere, portis aut foribus occlusis; aut si per vim irrupissent, horrendam stragem incolarum edidissent, & pauci superfuissent. 2. His feris inter se non ità convenit, ut in unum agmen coire possint [n]. 3. Domos eorum illis plenas fore dicit. Mallem ergò de animalculis accipere [o]. Alii, κυνόμυιαν, i. e. *caninam muscam,* sic dictam ab insigni audacia & insolentia [p]. Dicitur κυνόμυια, quia canibus maximè infesta est, teste Plin. 11. 34. (& idcirco magìs odiosa erat Ægyptiis, qui canem colebant [q].) Potuit עָרוֹב dici vel à עֶרֶב *vespera,* quia tunc maximè volat; vel à עֲרַב *Arabia,* ubi scatet; vel à עוֹרֵב *corvus,* quia nigri sunt, teste Muffeto; vel ab Arabico *araba, comedit,* seu *consumpsit,* q. d. animalium voracissimum [r]. Muscarum multitudo Megarenses à sedibus suis pepulit; Ælian. 11. 28. pariter apud Eleos pestilentiam afferebat; Plin. 10. 28 [s]. Alii legendum volunt in ο'. κοινόμυιαν· ità Hi. Aq. habet πάμμυιαν, i. e. *omnimodam muscam,* Nob. Quarum aliqui habebant aculeos venenosos [t].

22. *Faciámque mirabilem,* וְהִפְלֵיתִי] [Variè reddunt.] *Et separabo,* Sa. Ar. P. Mo. Ti. O. *dividam,* Ch. *distinguam,* Sy. *excipiam,* JT. *mirabilem reddam,* M. *mirabiliter separabo,* A. sive *distinguam,* Aug. in Nob. BA. c. 16. παραδοξάσω, ο'. *illustrem & mirabilem reddam.* ¶ *Ego Dominus in medio terræ*] *Omnis terræ,* ο'. *princeps terræ,* Ar. Metaphora à Regibus, qui sedes suas ferè habent in mediis provinciis, ut ex æquo illis prospicere possint. Hac de causa, inquiunt, Deus sedem habuit Hierosolymis, quæ in meditullio terræ, [*Judææ,* addit F. *sed perperàm, quia & falsum est respectu Judææ latè sumptæ, de qua loquitur; & ab aliis idem dicitur respectu totius terræ*] ut ex æquo omnibus ad istum locum, ubi cultus Dei erat, aditus pateret [v]. Vel, referendum ad terram Gosen, in cujus medio erat Deus, quia ibi erat Ecclesia; Matt. 18. 20. Quin speciali modo Deus *in medio eorum* esse dicitur quos tuetur, Deut. 7. 21. & 23. 14. Jos. 3. 10. Psal. 46. 6. Contrà, Deus *non esse in medio* aliorum dicitur, Num. 14. 42. Deut. 1. 42. & 31. 17. Confer Exod. 33. 2. cum 34. 9 [x]. *In medio hujus terræ,* JT.

23. *Ponámque divisionem,* פְּדֻת] *Distinctionem,* Sy. *interstitium,* ο'. *libertatem,* Ar. *redemptionis indicium,* JT. *redemptionem,* Ch. Sa. M. P. Mo. Ti. O. A. Ma. *Ponam redemptionem,* vel *liberationem*; i. e. liberabo eos, nè à feris lædantur [y]. Nec immeritò *redemptio* appellatur hæc distinctio, cùm per eam liberati sunt Israelitæ [z]. Unà cum causa effectum intelligit; nam redemptio illa discrimen hoc fecit [a]. Notat Baal Hatturim, פְּדֻת hìc defectivè scribi, at plenè פְּדוּת Psal. 111. 9. & 130. 7. quia hìc agitur de redemptione particulari, at in Psalmis de generali ab omni malo †.

24. *Venit musca gravissima,* כָּבֵד] *Gravis,* vel *gravissima,* P. Ch. i. e. plurima, ut Psal. 34. 18 [b]. Sic *gravis populus,* Num. 11. 14. est multus; & *gravis pecore,* Gen. 13. est, cui multæ sunt pecudes [c]; *exercitus gravis,*

[f] Li. spicil.
[g] L.
[h] Ità M. F. V. K. in F.
[i] BA. 2. 4. 15.
[k] RS. in F.
[l] He. & Jo. in L.
[m] F. ità AE. & Sepharadi in M. & RS. in A. ità Philo in Sapient. 11. 15, 17, 18.
[n] BA. 2. 4. 15. 555.
[o] A. Pi.
[p] La. Bo. ità ο'. Ph. & alii in G. BA. 2. 4. 15.
[q] BA. c. 16.
[r] BA. 15.
[s] BA. 16.
[t] L.
[v] F.
[x] BA. 2. 4. 15. 558.
[y] F. V. Me.
[z] BA. 16.
[a] Pi.
† BA. ib.
[b] Me.
[c] D.

vis, Gen. 50. 9. i.e. numerosus; *populus gravis*, 1 Reg. 3. 9. i.e. *multus*, aut *magnus*, 2 Par. 1. 10. Ità Latinis
d BA. ib. *grave* multum sign. & *graviter* multùm, teste Nonio [d].
† Me. Vel, *gravissima*, i.e. molestissima†. Alibi *gravis* est *magnus*; ut, *gravis fames*, Gen. 41. 31. & *gravis petra*, i.e. ingens,
f D. Jes. 32. 2 [f]. Quartam hanc plagam sine extensione virgæ à se solo inflixit Deus, nè quis suspicaretur aliquid numinis virgæ inesse, aut non esse Deum qui hoc patra-
* Me. ret *. ¶ *Et corrupta est terra*] i. e. Perdebantur
† V. omnia quæ erant in terra †. *Terra*, id est, homines & animantes. Hi corrupti, & mirè afflicti, imò & occisi, (hoc תִּשָּׁחֵת significat, multóque magis illud τῶν ο'. ἐξωλοθρεύεσθαι,) venenatis è tergo aculeis, &c. adeò
g Bo. ut videretur tota Ægyptus vastanda [g]. Incolas terræ perdebant, teste Psalm. 78. 45. & Sap. 16. 9. eorum
h BA. ib. sanguinem exsugendo, &c [h].

26. *Non potest*, ità ο'. Sa. Ar. [לֹא נָכוֹן] *Non decet*, Ch. *Non convenit*, Sy. M. Ti. JT. *Non rectum*, Mo. P. O. Ma. *Non securum*, O. ¶ *Abominationes Ægyptiorum*] Oves & boves, quorum cædem Ægyptii abominandam pu-
i L. E. Me. T. tant, quia eos ut deos colunt [i]. Quæ occîdi, ac proinde Deo sacrari, nefas habent Ægyptii. Vide Gen. 43.
k G. 32 [k]. Colebant arietem [l]: Colebant & Apim in spe-
l M. F. V. m L. cie tauri, & Jovem in specie arietis [m]. De iis sic Juvenal. Satyr. 15.——*lanatis animalibus abstinet omnis Mensa, nefas illis fœtum jugulare capellæ*. Et, ut Cicero lib. 5. Tuscul. refert, *quamvis carnificinam priùs subierint, quàm Ibin, aut aspidem, aut felem, aut canem, violent*. Et Diodor. lib. 1. refert, quòd *cùm Romanus quidam (licèt imprudens) felem occidisset, facto à plebe concursu ad illius domum, nec Principes à Ptolemæo missi, nec Romani nominis timor, hominem poterat à pœna exime-*
n BA. c. 16. *re*. Non ergò immeritò hoc metuit Moses [n]. Græci βδελύγματα. Nolo interpretari *Idola*; is sermo neque
o G. loco huic nec tempori conveniret [o]. Non verisimile est Mosem cum Rege agentem ejus deos appellâsse con-
p BA. 2. 4. 16. 561. tumelioso nomine [p]. ¶ *Quòd si mactaverimus*, &c.] *Fortassis sacrificaturi sumus*. Verbum dubitantis esse
q Jun. apparet ex v. 27 [q].

CAP. IX.

2. **R**Etines eos, vel, *detines*, Sy. Ar. [מַחֲזִיק בָּם] *Roboras te in eos*, aut, *cum iis*, ut scil. non
a O. dimittas [a].

3. *Manus mea*] Non dicit, *Manus Mosis*, quia hæc pla-
b L. Jun. ga facta à solo Deo [b]. Flagellum pestis [c]. ¶ *Boves & oves*]
c Me. Eos nutriebant propter servitia & lanam, licèt non
d M. ità Me. comedebant, ut dicit sapiens R. Abraham [d].

6. *Omnia animantia*, [כֹּל מִקְנֵה] Obj. Repugnare videtur, quòd jumenta occurrunt v. 19. item c. 14. *equitatus Pharaonis*. Resp. 1. Ad ea tantùm pervenit
† E. plaga quæ in agris erant, vers. 3†. 2. Vel, *omnia* hîc sunt *plurima*: sic Gen. 24. *omnia bona domini sui*; &
f Ca. Act. 10. *omnia terrestria quadrupeda* [f].

7. *Et misit Pharaoh*] Qu. Cur non idem antea fecit? Resp. Vel, 1. viæ ob ranas, sciniphes, &c. erant im-
g Me. L. pervíæ [g]. Vel, 2. non subiit illum hæc cura [h].
h Me.

8. *Cineris de camino*, [פִּיחַ הַכִּבְשָׁן] *Favillæ fornacis*, V. Significat vel cinerem tenuissimum quo ope-
i V. riuntur carbones exstincti [i]; vel, albam illam favillam
k Me. quæ necdum planè versa est in cinerem [k]. *Inflationem*, vel *sufflationem*, *fornacis*; i.e. favillam quæ sufflantibus
l Ma. follibus flatu excitatur è fornace [l]. *Piach* est, quod flatu
m O. aut vento pellatur è fornace [m]. Appositè ardentes pustulas demonstrat, quæ instar cineris fiunt ex calo-
n Me. re [n]. Aptè, qui Hebræos fornace lateritiâ torserant,
o Me. L. acerbissimè eâdem torquentur. Vide Deuter. 4. 2 [o]. ¶ *Et spargat Moses*] Aaron ranas, &c. evocârat; Moysi majora signa reservantur; qui spargit cinerem
p Me. in cœlum, quia cœlitùs immittebatur plaga [p]. Sed hoc solidum non est. Quæ ab Aarone facta, jussu Mosis directa erant. Cùm autem uterque jussus sit cineres accipere, utrumque sparsisse dicendum est, etsi Mosis
q Riv. tantùm mentio fiat [q].

9. *Et jumentis*] Priùs interierunt ea tantùm quæ in agris erant [r]. Super jumenta plurima, non omnia; r M.
nam reliqua grandine perierunt [s]. ¶ *Erunt ulce-* s Me.
ra & vesicæ turgentes, [לִשְׁחִין פֹּרֵחַ אֲבַעְבֻּעֹת] *In ulcus germinans inflationes*, Mo. P. O. *ulcus tumorum plurimorum*, Sy. *ulcus erumpens, ebulliens*, Ar. *ulcus producens pustulas*, Sa. V. sive *inflammationes*, M. *erumpens multis pustulis*, JT. *apostema germinans inflationes*, Ti. *ulcera, vesicæ effervescentes*, ο'. (qu. à בָּעָה fervere, Mar.) vel, *erumpentes*, Sym. vel, *extensæ*, Ar. in Bo. Scabies urens erat, (ut liquet ex Job. 2. 7, 8.) cum qua & ulcera conjuncta erant; ut scabere se & maximè vellent, & non poterant [t]. Non plus pulveris sparsit quàm manu
comprehendisset; sed illum Deus sparsum in aere in t Li.
morem densæ nivis multiplicavit, & in Ægyptios detulit: indè ulcera [v]. Sed non necessarium est eò recur- v Me. M.
rere. Sufficiebat pulverem illum habuisse rationem signi, quo sparso Deus alium pulverem excitavit in aere, cui vim igneam & adustivam indidit [x]. Valdè x Riv.
probabile est, hinc ortam calumniam Ægyptiorum adversùs Judæos, quos tùm scabie tum leprâ immundos ejectos fuisse ex Ægypto calumniabantur: Judæis suam scabiem impudenter affricârunt [y]. Hâc ulcerum & y Riv.
tumoris plagâ vindicata Ægyptiorum superbia [z]. z Me.

11. *Nec malefici*] Qui adhuc, licèt victi, calumniis, & ut poterant, Moysi obnitebantur [a]. a Me.

12. *Induravit Dominus*] In quinque præcedentibus plagis obduratio Pharaoni tribuitur, in quinque sequentibus Deo. Justè toties obduratur cor ejus in pœnam, quoties ipse cor suum obduravit [b]. b Li. spicil.

14. *Mittam omnes plagas meas*] Scil. omnes à me decretas [c]. Si non dimittas populum meum, omni ge- c L.
nere suppliciorum te puniam [d]. Alii plagam grandi- d Riv.
nis intelligunt, eò quòd multæ plagæ simul fuerunt, grando, tonitrua, fulgura, ignis, & pluvia, ut AE. dicit; unde ab ea plaga plus timuerunt †. ¶ *Super* † F.
cor tuum, [אֶל־לִבְּךָ] Quæ cor tuum saucient [f], summo f Me.
dolore & timore [g]. Hactenus enim confidenter se ges- g F. Riv.
serat [h]. Potentiam meam & senties & agnosces, quam h Riv.
& ferre cogêris, quantumvis resistas [i]. q. d. Non le- i F.
ves tantùm erunt miseriæ, quæ latera tantùm feriant, sed quæ lethales futuræ sunt, & cor penetraturæ; q. d. præcedentia te non pupugerunt, &c [k]. Aut, si mavis, k Riv.
in cor, i. e. in medium tui. Ità *cor* nonnunquam sumitur [l]. l M.

15. *Nunc enim extendens manum percutiam te*, &c. [כִּי עַתָּה שָׁלַחְתִּי אֶת־יָדִי וָאַךְ וגו׳] Plerique accipiunt pro comminatione futuri mali [m]. q. d. Ità certò te m F. ità Vulg. L.
perdere decrevi, ac si jam percussissem te, & jam pe- Me. La. Bo.
rîsses [n]. Solet præteritum poni pro futuro, cùm præ- n La.
nunciatur res certò futura [o]. Ità Græc. & Ch. *Mit-* o Bo.
tam, &c. nempe, *nisi te humilies* [p]. Si dicas illos peste p A.
non periisse; respondent, *pestis* nomine omne excidium denotari, sicut Hos. 13. 14 [q]. q. d. Plagas plagis q Me. Riv.
addam, donec exscindaris è terra [r]. [Alii aliter,] præ- r Me.
terita verba per imperfecta & plusquam perfecta vertunt. Indicat Deus sibi non defuisse potentiam delendi ipsum, si voluisset, sed eum reservâsse majoribus malis, &c. Sic ergò vertendum; *Si nunc extendissem manum meam, & percussissem te & populum tuum peste illâ*, (scilicet, quâ perdidi animantia [s],) *deletus esses* s Riv.
de terra [t]. Hoc dicit, nè putarent Ægyptii quòd tan- t Ità F. ex RS. G. Riv.
tùm minis secum ageret, nec posset mortem eis infer- ex Onk. A. M. JT. Pi.
re [v]. [Alii sic;] *Modò enim cùm extendi manum meam,* v F. co.
percussissem (non tantùm pecus, sed etiam) *te & populum*, &c. *veruntamen feci ut restares*, &c. JT. *Si voluissem, potuissem te occidere*. Suadet hanc versionem id quod proximè sequitur, *ideo autem posui te*, [וְאוּלָם] *veruntamen*; quod indicat hanc sententiam pendere ex præcedenti [x]. x Walth. Peter.

16. *Posui te*, [הֶעֱמַדְתִּיךָ] *Conservatus es*, ο'. *feci ut restares*, JT. *sustinui te*, Ch. *subsistere feci*, Sa. *constitui*, Sy. P. Ti. τὸ *stare* sæpe indicat constitutionem, seu exsistentiam, rei. Confer 1 Chron. 21. 15. & 2 Sam. 24. 16 [y]. y A.
Conservavi, M. *reservavi*, Ar. *excitavi te*, A. ità Paulus, Rom. 9. Riv. *Stare te feci*, Mo. Ma. O. V. vel, *manere*, nolens te illicò exterminare [a]. Ideo te susten- a M. V. O.
tavi †. Excitavi te ad vitam & regnum *. Te Re- † G.
gem constitui, sustinui, conservavi, permisique ut in * Bi.
populum meum tyrannus insurgeres; ut ego vicissim in

in te insurgerem, tandémque te mergerem: ut omnes meam justitiam ac potentiam agnoscant ac vereantur||. ¶ *Ut ostendam in te,* הַרְאֹתְךָ] *Ut videre faciam te,* Mo. Ma. *ut ostenderem tibi,* Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. O. *ut ostendam in te,* ό. O. JT. A. Pi. Belg. Ità Paulus explicat, Rom. 9. 17 *. Ità ellipsis est ב in הַרְאֹתְךָ, pro הַרְאוֹת בְּךָ, ut Psal. 5. 5. יְגֻרְךָ, pro יָגוּר עִמְּךָ †. In verbis compositis ellipses frequenter occurrunt; ut Gen. 30. 20. *habitâ mecum,* Psal. 5. 5. cum *te,* Psal. 42. 5. cum *illis*; *peccant* contra *me,* Prov. 8. 36 †. ¶ *Et narretur,* לְמַעַן סַפֵּר] *Propter enarrare.* In verbis activis quibusdam infinitivi modi passivè significant; sic לִקְרֹא, Gen. 4. 26 *.

17. *Adhuc retines populum,* &c.? עוֹדְךָ מִסְתּוֹלֵל וגו׳] *Adhuc te elevas?* vel, *extollis?* ità M. P. Mo. F. V. O. JT. A. K. & AE. in M. vel, *extolleris?* V. *adhuc insultas?* ό. *sternis teipsum?* Ma. *insurgis?* Sa. *detines?* Sy. *subjectum retines?* Ch. *retardas?* Ar. *dolosè agis?* Sa. vers. *Adhuc teris?* vel, *conteris?* vel, *conculcare facis?* Id סָלַל sign. O. Sepharadi in M. Q. in F. *Adhuc tu aggerem ponis?* ità Ti. Q. in F. ut sit Metaphora ab his qui irrumpentium aquarum impetum opposito aggere cohibent *.

18. *Cras*] Tempus determinat, ad ostendendum providentiæ certitudinem †. ¶ *A die quâ fundata*] Quâ habitari cœpit [a]: quâ gens condita, h. e. à 627 (vel 751 [b]) annis [c].

19. *Congrega jumenta,* ità Mo. M. P. A. הָעֵז] *Corrobora,* Ma. *tuere,* Ar. *festina congregare,* ό. *mitte, congrega,* Ch. Sa. scil. *citò,* A. *coge,* Sy. Ti. Iram clementia diluit, eáque pœnam temperat, Aug. qu. 33 [d].

20. *Qui timuit*] Timore servili †.

23. *Et fulgura*] Ad percutiendum ea quæ grandinem evadebant [f]. ¶ *Discurrentia super terram*] Quod formidabile erat, & pecora consumebat; Psal. 78. 47, 48. & 105. 32, 33 [g].

24. *Et grando & ignis mista,* אֵשׁ מִתְלַקַּחַת בְּתוֹךְ הַבָּרָד] *Ignis mistus* (vel, *recipiens se,* seu *receptus,* Ti. O. vel, *comprehendens se,* Mo. A. *discurrens*—Ch. *flagrans,* ό. *inflammans se,* Ch. in A. sim. Sa. JT. *exardescebat,* Sy.) *in medio grandinis,* V. P. JT. Sa. Ar. Ità Sap. 16. 17. pro re memorabili commemoratur, quòd ignis invalesceret in aqua, & quòd grando igne non liquesceret; nempe, mole & crassitie suâ igni resistebat [h]. Dominum se docet esse omnium elementorum: nam alioqui tam Ægyptii quàm Græci alios deos putabant cœlestes, alios terrestres, subterraneos alios; & hos terræ imperare, illos mari, hos montibus, illos agris, 1 Reg. 20. 23. Th. qu. 2. 21 [i]. ¶ *Quanta nunquam in Ægypto*] At in Ægypto nullas pluvias vel grandines decidere testantur Claudianus de Nilo, Plin. Joseph. & Philo. Resp. 1. In Ægypto pluere & grandinare, testis est oculatus Andreas Thevetus in Cosmographia, nempe in locis maritimis; item eâ parte quâ in Æthiopiam vergit, Seneca Præfat. in l. 4. Nat. quæst. 2. Raræ admodum ibi sunt pluviæ & grandines, eóque res hæc admirabilior visa est [k].

26. *In terra Gessen*] Nempe in illa ejus parte quæ ad Hebræos pertinebat; nam Ægyptii in ea habitantes plagam communem cum cæteris non evaserunt [l].

28. *Ut desinant tonitrua,* &c. ità ό. Ar. וְרַב מִהְיֹת קֹלֹת] [Variè reddunt.] *Et multùm, nè sint voces,* Mo. & *multùm, de esse voces,* Ma. *multùm fuerunt tonitrua,* O. *multum est, ut fuerint tonitrua,* M. *abundè sat, si non fuerint tonitrua,* Ti. & *sufficiat illi, ità ut non sint posthac tonitrua,* P. *Est enim dilatio,* vel *longanimitas, plurima apud eum; non sint fragores,* Sy. Ch. sic, *Multa est coram eo* רְוַח; quod dupliciter vertitur: vel, *respiratio,* sive *dilatatio*; q. d. Licèt hæc plaga magna sit & vehemens, Deus eam auferre potest, quò dilatationem habeamus [m]: vel, *lucrum*; q. d. *Magnum lucrum est, quòd non sint super nos voces illæ exsecrandæ* [n]: q. d. Satìs lucratus sum, si effeceris precibus tuis ut desinat grando, &c [o]. vel potiùs sic, Satìs lucratus est Dominus his plagis, satis humiliati sumus, agnovimus quid possit [p]. Alii sic, *Nam satìs est, nè pergant esse soni*; JT. A. Belg. vel, ut alii, Multum jam pœnarum dedi, ut sit parenthesis [q]. *Plus tonitruorum est quàm hactenus esse convenit:* q. d. *Abundè sat est: si non fuerint*

Me. Bo. — * A. — † Pi. — † A. — * Gloss. gram. pag. 304. — * F. — † L. — a V. Me. — b Bo. — c Me. — d Me. — † L. — f L. — g A. — h T. — i Ga. — k Bo. T. — l Me. — m Ità F. — n M. — o F. — p F. — q Riv.

tonitrua, dimittam vos [r]. [*Accentus distinguens est in* רַב.] Alii sic, *Orate Dominum, ut sit satìs coram ipso, neque ultrà sint tonitrua*; TJ. in Bi. Quid si ad orationem referamus? q. d. *Multùm orate,* vel, quantum sufficiet [s]. ¶ *Tonitrua Dei*] i. e. Soni vehementes, ut, *montes, cedri,* &c. *Dei* [t].

29. *Cùm egressus fuero de urbe,* אֶת־הָעִיר] Pro מֵאֵת; deficit præpos. מִן. Quæ exempla ellipseos notanda sunt propter sententiam Gen. 4. 1 [v]. ¶ *Extendam palmas*] Mos orantium apud omnes fermè gentes. Lucretius,—*& pandere palmas Ante deûm delubra*— Seneca Oedipode. Confer 1 Tim. 2. 8. Ità Tertull [x].

30. *Needum timeatis,* טֶרֶם תִּירְאוּן] [Variant.] Q. vertunt, *nondum,* vel *necdum, timetis,* vel *timebitis*; ità JT. A. O. M. Riv. *nondum timuistis,* ό. Sa. Sy. Hoc sign. טֶרֶם cum futuro [y]. *Adhuc non humiliamini,* Ch. [Alii vertunt per *antequam.*] *Antequam timeatis,* vel *timebitis,* Mo. Ma. [Sic Arabs, qui refert ad sequentia hoc modo, *Scitote quòd antequam timeretis Deum, linum & hordeum perierant.* Pariter Ti. *Scio quòd priusquam—timeretis, & linum & hordeum percussa sunt.*] [Al. sic; *Scio quòd—antequam* orem *timeatis*; at postea iterum peccabitis [z]. Oratio imperfecta est, quam sic supplent ut dictum [a]. Oratio imperfecta est, quam doctus inter Hebræos sic exponit; *Novi quòd tu & servi tui, antequam orarem pro vobis, timebatis à facie Domini Dei: at postquam oravi, iterum peccatis,* vel *peccâstis,* V.

31. *Linum & hordeum*] Quæ minùs necessaria erant: At pepercit Deus tritico & zeæ in messem futuram [b]. ¶ *Hordeum virens,* ità Ch. Sa. P. Mo. הַשְּׂעֹרָה אָבִיב] *Hordeum ad vigorem venerat,* ό. *hordeum spica erat,* O. vel, *in spica,* V. A. i. e. assurrexit in culmum cum spica [c]. *Hordeo spica erat* mutica, JT. *Spica mutica dicitur quæ non habet aristam,* ait Varro [d]. *Hordeum procrescentia,* Ma. *hordeum maturescebat,* M. Ti. sim. Ar. vel, *ediderat firmam basin,* Sy. *Abib* sign. *spicam cum culmo,* (i. e. calamo, Ma.) Levit. 2. 14 [e]. ¶ *Et linum jam folliculos germinaret,* ità Ch. Ar. וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל] *Linum calamus,* O. vel, *in calamo,* Mo. P. vel, *in calamum crescebat,* M. *lino culmus erat,* JT. Ful. *linum semen faciebat,* ό. Sa. vel, *grana protulerat,* Sy.

32. *Far,* ità ό. Ch. Sa. Ti. הַכֻּסֶּמֶת] *Zea,* O. P. JT. *spelta,* Mo. Ma. K. in D. He. in M. Nec multum interest, quia hæc omnia ad unum genus referuntur [f]. Th. ὄλυρα· alii, *vicia.* Lexicon vetus, *Far,* ζεά, σῖτος, ὄλυρα. Hesych. ζεὰς exponit ὀλύρας [g]. *Panicum,* Sy. *frumentum,* M. Est tritici genus, He. in A. ¶ *Quia serotina erant,* כִּי אֲפִילֹת] [Variant.] 1. Q. vertunt, *caliginosa,* sive *latentia, erant, tenebrosa, & abscondita sub terra*; ità K. in Ful. AE. in D. Mo. O. Ma. JT. Ti. A. V. Lippom. in D. [Aliis non placet.] Quomodo sub terra latere potuit triticum instante messe hordei? Nam inter triticeam messem & hordeaceam intervallum erat duntaxat unius mensis [h]. *In Ægypto,* inquit Plinius, l. 18. c. 7. *hordeum sexto à satu mense, frumenta septimo, metuntur.* Demus plagam grandinis accidisse mense primo Abib; ità sanè fateamur oportet. In eum & exitus Israelitarum ex Ægypto incidit. Quare instabat jam messis hordeacea, quam *paulò ante calendas Apriles cœpisse* Plinius ait, 18. 18. Et constat universam messem Ægyptiacam mense Maio fuisse peractam, testib. Plinio, & Leone Afr. descript. Afr. l. 8. c. 4 [i]. Mense Nisan, seu primo Vere, messem in Ægypto & Judæa inchoari multa probant. 1. Quia is dicitur *mensis novarum frugum,* Exod. 13. 4. 2. Postridie Paschatis offerebantur novæ fruges, Levit. 23. Deut. 16. Confer Jos. 3. 15. & 5. 11. 3. Idem testantur auctores, Cassianus, Aristophanes, &c [k]. 2. Alii vertunt, *serotina erant*; ità Vulg. & ό. Onk. & Jon. & RS. in D. Sa. Sy. Ar. M. P. Ut *præcocia* dicunt חרפי, ità *serotina* אפלי. Ità Lexicon Munsteri, & David Pomarius, & Baal Aruch, h. e. auctor Lexici Talmudici [l]. ὀψία, vel *serum diei,* nihil aliud est quàm ipsius diei אֲפֵלָה *caligo,* seu *obscuritas.* Hinc patet sensus; Hordeo læso incolume mansit triticum: quippe cùm hordei culmus aliquantum arefactus, adeóque induratus, non cederet grandini, sed obniteretur, itáque frangeretur; triticum autem, tenerum adhuc & in herba velut abditum, (licèt non sub terra [m],) lentâ flexilíque suâ

r M. — s Riv. — t Pi. A. — v Pi. — x G. — y Riv. — z Riv. sim. He. in V. — a V. — b Riv. — c Ful. misc. — d Ma. — e A. He. in Ma. — f Riv. — g D. — h D. Ful. misc. 3. 11. — i Ful. ib. — k Bo. — l D. ità Ful. — m D.

suâ

suâ mollitiâ procellæ impetum devitavit. Obj. At agricolæ nostrates serunt hordeum mense Martio, (adeóque messis hordeacea posterior est triticeâ.) Resp. Ità facere coguntur, quia infirmum cùm sit hordei granum tenerúmque, hyemis asperitatem ferre nequit. At Ægypti & Australium alia est ratio: ibi omnia læta & florentia etiam mediâ hyeme se conspexisse testatur Pet. Martyr, Legat. Bab. l.2. Consentit vetus Historicus Callixenus. Hanc ob causam quæ nos & separatim & seriùs, illi & simul & ocyùs ferunt. In Cananæa, sicut in Ægypto, priorem fuisse messem hordeaceam triticeâ res ipsa loquitur, & patet ex 2 Sam. 21.9. *Diebus messis, in principio messis hordeaceæ*; q. d. ineunte messe, quando hordeum incipit meti. Obj. At *festum Pentecostes* vocatur *festum messis*. Resp. Est quidem *festum messis*, sed *absolutæ*, non *inchoatæ*: Messis enim duobus festis, tanquam terminis, conclusa erat. Unde illud *manipulus frugum* significat, velut inchoatum quiddam & tumultuarium; hoc *panes* indicabant, tanquam re tunc perfectâ. Obj. At Hieronymus, αὐτόπτης, in Amos. 4.7. ait, *ab Aprilis fine ad messem frumenti tres menses superesse, idque in Palæstina*. Resp. Quoniam fidem illi non derogabo, omnino statuendum, à civibus Romanis cuncta illic possidentibus antiquatam fuisse jampridem veteris culturæ rationem [n].

[n] Ful. misc. l.3. c.11.

33. *Ex urbe*] Quòd plena esset idolis; ità Hebræi. Potiùs secessum quæsivit, ut cum Deo familiariùs ageret [o].

[o] Riv.

35. *Per manum Moysi*, בְּיַד מֹשֶׁה] *Manu Mosis*, i. e. ministerio: manus enim est organum organorum [p]. Vide Hag. 1. 1. & Mal. 1. 1 [q].

[p] Riv. [q] A.

CAP. X.

1. INgredere, בֹּא] Sic vocant hanc secundam Sectionem, quæ hîc incipit. ¶ *Ut faciam*] i.e. Ut edam in regno ejus, ipso spectante, hæc signa [r]. ¶ *In eo*, בְּקִרְבּוֹ] *In interioribus ejus*, Mo. *in medio ejus*, Pi. h.e. *eorum*, Ch. *inter eos*, Sy. *in* (vel *super*, ὁ.) *eos*, Ar.

[r] V.

2. *Quoties contriverim*, אֲשֶׁר הִתְעַלַּלְתִּי] *Quæ feci*, Ch. Sy. P. Mo. M. A. *quæ tentaveram*, Ti. *quæ præclarè gessero*, JT. *quomodo imposui*, Sa. vers. *quàm durè tractaverim*, Ar. *quæ ludicrè egi*, vel, *pro libito molitus fui*, Q. in Ma. *quæ illusi*, ὁ. Sa. Riv. ex Caj. & Forst. Quia Deus illos ludibrio habuit, retudit superbiam, eósque ignominiæ exposuit [†]. *Quòd vindemiavi*, seu *racemavi*, Ægyptios; scil. in terræ nascentibus, jumentis, &c. usque ad novissima destruxi, aut collegi tanquam racemans [t].

[†] Riv. [t] O.

4. *Inducam locustam*, אַרְבֶּה] *Locustas*, vel *cicadas*, A. A רבה dictæ sunt, quòd locustæ in immensum multiplicantur [v].

[v] M.

5. *Quæ operiat superficiem terræ*] Heb. *oculum terræ*. Met. adjuncti [x]; potentia pro objecto. H[s] est [y]. ¶ *Nè quidquam ejus appareat*, וְלֹא יוּכַל לִרְאֹת אֶת־הָאָרֶץ] *Et non poterit* (supple, *quisquam*, JT. Ar. vel *homo*, Sy.) *videre terram*, Mo. JT. *non poteris*, &c. ὁ. *& non poterit videri terra*, Sa. *& ut Solis radii non possint ad eam penetrare*, Ch. ¶ *Residuum*, &c. יֶתֶר הַפְּלֵטָה] Ad verb. *residuum evasionis*, Mo. V. i. e. quicquid remansit intactum à grandine, V. *residuum* (vel *reliquum*) *quod evasit*, O. JT. Sa. A. *reliqua quæ reservata*, Ch. ¶ *In agris*, מִן הַשָּׂדֶה] *Ex* (vel *de*, Mo.) *agro*, JT. A. Sa. Mo. *super terram*, ὁ. *in agro*, Ch. Sy. Ar. M. P. Ti. V. Hîc מִן pro ב positum est [z].

[x] Jun. Pi. [y] O. [z] V.

6. *Non viderunt*] Referendum hoc ad multitudinem & damnum, non ad speciem vel formam. Non erat novum in regionibus orientalibus segetes à locustis absumi. Vide Plin. l. 11. c. 19 [a]. ¶ *Avertitque se*, ità Ch. JT. A. וַיִּפֶן] *Vertitque se*, Mo. *respexit*, Ma. *declinans*, ὁ.

[a] Riv.

7. *Patiemur scandalum?* ità ὁ. Ch. Mo. מוֹקֵשׁ] *Offendiculum?* Sy. M. Ti. V. Aq. in D. Ità Psal. 69. 22. D. *In laqueum?* Ar. P. O. JT. *in noxas*, vel *damna?* Sa. in D. Quamdiu contra illos impingentes nos ipsos lædemus [b]? ¶ *Nonne vides?* הֲטֶרֶם תֵּדַע] *An nondum scis?* ità M. G. Sy. Aq. in G. Sa. JT. *nondum vides periisse Ægyptum?* nempe, si ità agitur. *An hucusque non nôsti?* Onk. & Jon. in D. *num adhuc ignoras?* O. *num antè vis scire?* P. Mo. vel, *nonne priùs scies?* *Priùs*, i.e. antequam dimittas populum [c]. *Visne priùs experiri?* Ti. *Antequam videamus Ægyptum eversam?* Ar. *Numquid antequam cognoscas quoniam periit Ægyptus, peribit?* q. d. priùs peribit quàm tu advertas [d].

[b] Riv. [c] V. ità Riv. [d] O.

9. *Cum parvulis*] Causa subditur, quia est solennitas, scilicet generalis, in qua omnes interesse debent [†]. Nescimus quoties sacrificaturi sumus, id enim ex Dei jubentis pendet arbitrio [f].

[†] L. Me. [f] Me.

10. *Sic Dominus vobiscum sit*, &c.] Vel μυκτηρισμὸς est, sermo cum sanna [g], & Dei contemptu [h]: vel est formula imprecatoria cum quadam irrisione [i]; Sic Deus vos adjuvet, sicut ego dimittam [k]. H[s]. Vellem Dominum non meliori animo esse erga vos, quàm sum ut vos dimittam; q. d. nunquam sum dimissurus [l]. Vel sic, q. d. Sicut ego vos non dimittam, ità nec Dominus erit vobiscum [m]. ¶ *Et parvulos vestros*, וְטַפְּכֶם] Et *supellectilem vestram*, ὁ. *familiam*, P. ¶ *Cui dubium est quòd pessimè cogitetis?* רְאוּ כִּי רָעָה נֶגֶד פְּנֵיכֶם] *Videte quia* (vel *quòd*, Sa. P. vel *quomodo*, Ch.) *malum est contra* (vel *ante*, JT.) *facies vestras*, Sa. P. Mo. vel, *coram vobis*, M. A. *Videte nè fortè malum occurrat faciebus vestris*, Sy. De *malo pœnæ* accipiunt; q. d. Videtis quòd malitia quam cogitatis revertetur in vos; vel, quòd malum vobis est proximum. Imper. est loco indicativi [n]. Per me licebit abire; sed advertite malum hoc vobis esse: quo intelligit incommoda & pericula itineris [o]. Verba sunt comminatio mali ipsis à Pharaöne inferendi, si abire moliantur. Colligo, 1. ex verbo *Videte*, quo monentur ut sibi caveant à periculo: 2. ex scopo Pharaonis, qui erat ipsos detinere [p]. [Alii de *malo culpæ*, seu de malitia, exponunt.] *Videte annon malum moliamini*, Ti. *Videte quia malignitas proposita est vobis*, ὁ. q. d. *Videte* (i. e. quivis videre potest) quòd malum vobis propositum est; quòd aliquid mali moliamini [q]; aut seditionem [r], aut fugam [s]. Et hoc ex vultu vestro apparet. Ità Hebræi quidam, (Abraham Hispanus [t],) qui illum primò abitum concessisse aiunt, quando dixit, *Sit ità, sit Dominus vobiscum*; sed intuens Mosen & Aaron, & suspicatus dolum subesse, ideo subjecit, *Videte, malum ex facie vestra dignoscitur*—*non fiet*—*fugam meditamini* [v]. Non placet; tum non dixisset, *malum est ante conspectum vestrum*, sed, *malum in vobis latet* [x].

[g] F. [h] Riv. [i] Me. [k] Me. F. [l] V. [m] F. co. [n] F. V. [o] Q. in Ma. [p] Pi. [q] F. V. [r] L. Me. [s] Me. [t] F. M. [v] F. V. [x] O.

11. *Hoc enim petîstis*] Hîc Pharao mentitur [y]; sed regiâ potestate, cui nemo contradicere ausit [z]. Illi indefinitè, & absque ulla restrictione, dimitti petierant [a]. Collegit autem Pharao ex iis verbis, *Ibimus ad sacrificandum*, opus fuisse tantùm viris; quia mulieres & pueri non solebant in offerendis sacrificiis adhiberi [b]. ¶ *Ejecti sunt*, וַיְגָרֶשׁ] *Ejecit eos*, scil. *ejector*. Vocatur hæc *locutio truncata*, לָשׁוֹן קָצָר [c]. Activum pro passivo positum est, more Hebraico [d].

[y] L. [z] Me. [a] Pi. [b] Riv. [c] M. [d] Pi.

12. *Extende manum ad locustam*, בָּאַרְבֶּה] *In locusta*, Mo. *in locustam*, Sa. *locustarum causâ*, Ar. *pro locusta*, Sy. Ti. Pi. viz. adducenda, Pi. *ut veniat locusta*, Ch. Experiuntur indies Africani & Arabes quàm grave sit hoc malum, cùm jam paratis messibus, &c. incumbunt locustarum mille myriades, & paucis horis absumunt omnia. Nec solo morsu nocent (*locustæ*,) sed & contactu adurunt: *saliva earum virus est herbis*, inquit Damir. Mortuæ item tetro odore aërem inficiunt, unde lues gravissima sequitur. *Nullum est animal perniciosius*, ait Damir [†]. ¶ *Et devoret omnem herbam*] Sive quæ tempore grandinis superfuerat, sive quæ post grandinem novo germine erat exorta [f]. Intercessit aliquod tempus inter hanc & illam plagam, ut quæ occulta erant germinarent [g].

[†] BA. 2. 4. 6. 461. [f] Me. [g] Riv. in v. 15.

13. *Induxit ventum urentem*, קָדִים] Quidam vertunt, *Austrum*; ità ὁ. & Ph. & Eugub. in Bo. non malè [h]. Ità קָדִים interdum sumi, probatum vide ad Num. 11. Est ventus orientalis, sed vergens ad Austrum. Sic ventus qui advexit coturnices, Psal. 78. 26. vocatur simul *orientalis & australis*, quia inter utrumque medius. At Num. 11. 31. *ventus avulsit coturnices à mari*. Resp. Intelligendum hoc non de ... mari

[h] Di. BA. 463.

mari Rubro, quod illis occidentale erat; sed de mari Arabico, seu Persico, quod illis erat partim orientale, partim australe[i]. Ventus orientalis non nisi ex Arabia locustas potuit advehere, sed Australis ex Æthiopia, quæ hac peste multò fœcundior; in qua nonnullæ gentes ex solis locustis vixerunt, indè dictæ Acridophagi. A Deo creatæ non dicuntur, sed à vento advectæ[k]. Alii reddunt, *ventum orientalem*; ità O. Caj. P. Forst. in Bo. item Bo. M. F. V. D. Riv. Probatur. 1. Quia sic omnes Hebræi accipiunt. 2. Quia קדם est *oriens*, sic dictus, quòd qui Solem respicit ante se habet orientem; unde & occidens אחור dicitur, quòd idem eum habeat post se. 3. Quia locustæ ascenderunt ex mari Rubro[l]. Ventus hic validus & siccus erat[m]; adeóque aptus generationi locustarum[n]. Locustas innumeras à vento & advectas & expulsas referunt Agatharc. de mari Rubro, 5. 27. Diod. l. 3. num. 113. Strabo lib. 16[o]. ¶ *Totâ die & nocte*] Ut calore suo fotúque locustas produceret, & productas in Ægyptum inferret. ¶ *Manè facto*] Tunc, quæ nocte torpuerant, Solis calore excitatæ, naturali instinctu avolare solent[p].

14. *Innumerabiles*, כבד] *Gravis*, sing. pro plur. V. *Graves* dicuntur vel damno, seu noxiâ[q]; vel copiâ, seu numero[r]. ¶ *Quales nec antè, nec postea*] Obj. Idem alibi dicitur, Joel. 1. 2. & 2. 2. Resp. 1. Locustæ Joelis sunt allegoricè accipiendæ de Chaldæis: ità facilè se expediunt*. 2. Moses loquitur relatè ad terram Ægypti, Joel ad terram Judææ†. 3. Vel circumstantiæ utrobique singulares erant. Nunquam tot, & tales, & tam noxiæ, visæ||. Hæ (Mosis) graviores erant intensè, sed modico durârunt; illæ diutiùs, nempe 4 annis continuis†.

15. *Operuerunt superficiem terræ*] Cultæ scil. & germine vestitæ[s]. Heb. *Obscurata est terra.* Chald. refert ad solare lumen, *cooperuerunt terram ità ut Solis radii non possint ad eam penetrare*, nempe volatu. Rectiùs alii de terra accipiunt, quam totam obtegebant[t]. ¶ *Et quicquid pomorum*, &c. את כל פרי העץ] Qu. Unde fructus illi in arboribus, cùm dictum fuit, omnes arbores à grandine fuisse quasi confractas & imminutas? Resp. Plerique, ut hunc nodum solvant, sibi fingunt multos menses, aut annum, intercessisse inter plagam grandinis, & locustarum, & interea crevisse novas segetes, &c. Non placet. Nam, 1. Grando non dici possit id *reliquum fecisse* quod nondum exstabat. 2. Ab eo tempore quo cœpit Moses patrare miracula, usque ad ejus obitum, fluxerunt anni præcisè 40, collatis Exod. 7. 7. Deut. 34. 1, 5. Jos. 5. 6[v]. Potiùs ergò Hyperbole est, quod sequens exceptio apertè docet. Vel, omnes læsit, non prorsus corrupit[x]. *Omnes arbores* ibi maximam earum partem significant. Reliqua locustis exposita sunt[y]. *Omnem fructum*, sive maturum, sive in flore vel germine[z].

16. *Festinus Pharao*] Qu. Quomodo tam gravis potuerit esse hæc pœna? Resp. 1. Locustæ maximam perniciem inferre solent; Plin. 8. 29. & 11. 29[a]. Sæpe vastant integras ditiones, difficulter etiam delentur. [De quo consule, si vis, Auctorem.] 2. Præterea, ex prædictione in v. 6. liquet has locustas non agros tantùm, sed etiam homines, infestâsse; domos, lectos, cibos invasisse; in viis quoque conculcatas, & in saniem conversas, horrorem & fœtorem excitâsse[b]. 3. Adde quòd Sap. 16. 9. dicitur, *locustarum morsus occiderunt eos*, i. e. homines: nisi hoc mediante famè factum intelligitur[c]. Fortè hæ, adurenti veneno armatæ, illud in ipsos homines ejaculatæ sunt[d].

17. *Etiam hâc vice*, אך הפעם] Tantùm hâc vice parcat, ampliùs non offendam†. ¶ *Mortem istam*] *Perniciem*, i. e. multitudinem locustarum[f]. Hanc mortiferam plagam; ut 2 Reg. 4. 40. *mors in olla*[g]. Quia nempe famem inducebant[h]: vel, etiam homines occidebant, ut jam dictum. Rectè *mors* dicitur: nam, 1. Mors est arborum & herbarum, Psal. 78. 47. 2. Locustæ homines & bruta occidunt, saltem *ex consequenti*, consumptis vitæ subsidiis†.

19. *Flare fecit*, ויהפך] *Et convertit*, &c. i. e. ventum orientalem, qui adduxerat locustas, vertit Dominus in ventum ab occidente flantem[i]. Alii vertunt, *flare fecit ex contraria parte cœli*, F. V. ¶ *Ventum ab occidente*, ים] Ad verb. *maris*. *Mare* mediterraneum pro Occidente accipiunt Heb. quòd illis sit ab Occidente[k]. Steuchus vertit, *Boream*. Non placet. 1. Quia *mare*, i.e. mediterraneum, pro *Occidente* passim sumitur. 2. Quomodo Boreas pelleret locustas, quæ in Ægypto, in mare Rubrum, quum sit ventus adversus[l]? [*Hæc tamen non satisfaciunt* Di.] Respondet ad (1.) *Mare* ità sumitur respectu Canaan, quæ illi orientalis erat; non respectu Ægypti, quæ Australis. Ad (2.) Boreas, quâ Occidentem spectat, rectà repulit eas in mare Rubrum[m]. Sic solent regiones hujusmodi plagâ liberari, locustis à ventis in mare dejectis[n]. [Vide Authorem.] ¶ *Projecit*, ità ό. Ch. Sy. ויתקעהו] *Et submersit*, Sa. M. *dejecit*, P. V. scil. cum magna collisione & fragore, V. *percussit eis* mare Rubrum, Ar. *elongavit*, (i.e. longè exterminavit, Ma.) id *Tacha* sign. O. *fixit*, Mo. *defixit*, Ti. JT. A. Ma. *Impressit*, i. e. magno impetu dejecit, ut ibi suffocarentur, & non emergerent[o]; ut cùm tentorium figitur[p]. ¶ *In mare rubrum*, ים סוף] [Variè exponunt.] *Mare termini*, (סוף est *terminus*;) q. d. quod terminos habet non procul à se distantes, cùm Oceanus non videtur habere terminum*. Alii, *mare caricosum*, seu *papyrosum*, (vel *fruticosum*;) ità Hebræi; quia ad ejus littora sunt plurima carecta & papyriones||. Alii, *in mare procellosum*: סוף etiam *procellam* significat[q].

21. *Ut palpari queant*, וימש חושך] potest esse vel à מוש *recedere, removere*; vel à משש *palpare*[r]. מש sign. vel *tangere*, (seu *palpare*, Judic. 16. 26.) vel *auferre*, ut Exod. 13. 22[s]. [Hinc varietas.] *Et palpabit tenebras*, P. Mo. Ti. JT. sub. *Ægyptius*, V. vel, *quivis*, Ti. JT. *Palpabit palpans*, idem est quod *palpabitur*; quemadmodum *vocabit*, Esa. 9. 6. pro *vocabitur*: Riv. *Palpabuntur*, Sa. i. e. oborientur tenebræ densæ *palpabiles*[t]. Ità vertit ό. Vel Hyperbole est[v]: vel aer, humidis & crassis vaporibus condensatus, palpari potuit, aut saltem sentiri[x]. Alii vertunt, *& expellent tenebras*; ità Sa. vers. q. d. Posteriores illæ tenebræ expellent priores, i. e. erunt densiores tenebris nocturnis[y]. Sic Ch. & post eum multi alii. Et *auferat tenebras*, M. *Sint tenebræ etiam postquam recesserit caligo noctis*, ait Ch. i. e. sint his densiores, eásque expellant[a]. *Eruntque tenebræ post discessum tenebrarum noctis*, Ar. *Obscurabitur caligo*, Sy. Aptè hæc plaga immissa iis qui Hebræos ergastulorum tenebris vexaverant[b]. Gravissima erat hæc plaga, ideóque primo loco ponitur Psal. 105. Illorum etiam mentes & conscientias attigit[c]. Ex mala conscientia omnia pavebant[d]. Horrifica tum spectra Dæmonum viderunt; quod idcirco memoratur Psal. 78. 49. loco plagæ tenebrarum, quæ ibi nec nominantur. Hinc Pharaonem plurimùm commovit hæc plaga, qui ad priora obduruit†. In hoc triduo tenebroso circumcisi erant Israelitæ in Ægypto. Hoc indicatur Psal. 105. 28. *Non rebellârunt*, scil. Israelitæ: Innuit eos specialem aliquam obedientiæ partem præstitisse, quæ erat Circumcisio; plurimi enim eorum in Ægypto incircumcisi fuerant, Jos. 5. 9. at nemo incircumcisus ad Pascha admissus est, Exod. 12. 48. Præterea, populus *circumcidi* dicitur secundò; Jos. 5. Antecedebat ergò alia generalis circumcisio, non certè in deserto, ut ibi affirmatur; ergò in Ægypto. Et Ægyptios Deus tenebris triduanis involvit, cùm dolor circumcisionis illos urgeret[f]. Nota has tenebras omnem lucem, etiam ignis & facularum, exclusisse[g], Sapient. 17. 5. ubi etiam addit, *horribiles sonitus circumstrepuisse serpentum, ventorum*, &c[h].

22. *Tenebræ horribiles*, חשך אפלה] *Obscuritas caliginis*, Mo. *tenebræ caligo*, ό. *tenebræ & caligo*, Sy. *tenebræ obscuræ*, Ch. vel, *caliginosæ*, Sa. P. JT. vel, *obscuritatis*, A. vel, *obscurissimæ*, M. Ti. *densissimæ*, Ar.

23. *Non movit se de loco*, מתחתיו] *De sub se.* Attoniti omnia formidabant, ità ut non auderent se loco movere[i]. Ex tam insolitis tenebris putabant totum mundi ordinem perverti & dissolvi[k]. Timore quasi

Margin notes (left column): i Di. — k BA. ib. — l D. — m V. Bo. — n Bo. — o Ma. — p Me. — q Bo. Ma. A. — r A. BA. 2. 4. 458. — * Riv. — † Riv. D. BA. 2. 4. 4. 465. — || Riv. — † D. — s Me. — t Bo. — v BA. 2. 4. 3. 462. — x BA. ib. — y Riv. — z Mo. — a Bo. — b Riv. — c Bo. — d Riv. — † Me. — f V. — g Pi. — h Riv. — † BA. 463.

Margin notes (right column): i M. F. V. — k V. M. Aug. — l D. — m Di. — n Bo. — o Ma. A. — p A. — * Ma. — || V. — q M. — r La. — s A. M. — t V. — v E. T. — x L. E. Me. — y V. — a F. — b Me. — c Li. — d La. — † Li. in Exod. — f Li. ibid. — g Ità T. Bo. Riv. — h T. — i Riv. — k La.

quasi exanimati, & stupore immobiles, extremum in horas exitum præstolabantur; quo tempore nec edere, nec bibere, nec dormire poterant [l]. Non placet. 1. Nam hæc tridui fames fuisset insignis plaga, quam Moses nequaquam tacuisset. Alii laxiùs accipiunt; q. d. Nemo longiùs abiit negotia curaturus [m]. Non egressi sunt foras ad opus [n]. Sic Exod. 16. die Sabbati *nemo egredietur de loco suo*, i. e. nè longiùs abeat ad negotia [o]. ¶ *Ubicunque habitabant filii Israel, lux erat*] h. e. Non tantùm in vicis & plateis, sed etiam in eadem domo, in cubiculis suis luce gaudebant [p]. Deo concursum suum, quem Ægyptiis subtrahebat, non denegante oculis Hebræorum [q]. Facile erat Deo separationem efficere, & aerem ità in uno loco condensare, ut alibi lumini non obstaret. Addunt quidam, & oculos eorum cohibitos fuisse instar Sodomitarum [r]. At L. dicit illos Ægyptios qui in Gosen habitabant, ex beneficio illo cohabitationis filiorum Israel, à plagis fuisse immunes, (exceptâ illâ primogenitorum,) ut subintelligere videntur verba illa cap. 9 [s]. Inter has tenebras poterant Israelitæ facilè effugere, sed Deus eos palàm educere voluit [t]. Hebræi dicunt, in hoc triduo percussos esse à Deo Judæos incredulos, (qui de Ægypto recedere noluerunt,) & tunc sepultos, nè Ægyptii videntes dicerent, Percussi sunt illi sicut & nos [v].

24. *Vocavitque Pharao*] Qu. Quomodo poterat, cùm nemo loco suo moveret? Resp. Vel, cum facibus & lucernis [x]; vel, hoc fecit triduo tenebrarum expleto [y]; ut patet, quia Pharao non petit tolli tenebras [z]. Fortè tenebræ tantùm ex parte ablatæ sunt [a]. ¶ *Res remaneant*] Pignoris loco, nè fugiatis, & non redeatis [b]. ¶ *Parvuli vestri*, ità plerique, טַפְּכֶם] *Familia vestra*, Ch. Sy. Mo. *apparatus vester*, ο'. *pubes vestra*, Ti.

25. *Holocausta dabis*] Permittes quòd ducamus animalia ad sacrificia [c].

29. *Non videbo faciem*] Spontè ad te non accedam, non urgebo; tu potiùs me videre desiderabis, quando in primogenitorum plaga nos exire compelles, cap. 12. 31 [d]. [Al. sic;] Moses, antequam exivit à facie Pharaonis, prædicit illi occisionem primogenitorum eâ nocte futuram, c. 11. 4 †. unde constat tenebras exspirâsse manè diei Paschatis [f].

[l] T. [m] E. [n] Riv. [o] E. [p] Me. [q] T. [r] Riv. [s] L. [t] Riv. [v] L. in v. 24. [x] Q. in Bo. [y] Me. L. E. Bo. To. Per. in Bo. [z] E. [a] Riv. [b] Me. Jun. [c] Me. [d] Me. La. † Li. A. [f] Li. spicil. in Exod.

CAP. XI.

1. DIxit] Ità plerique, nempe, antequam recederet à Pharaone [g]; ut patet ex cap. 10. 29 [h]. Bene enim fiunt revelationes Divinæ Prophetis etiam coram hominibus malis. Ità factum 1 Reg. 22. Al. *dixerat*, JT. Pi. A. nempe antequam Moses adiret Pharaonem [i], scil. in rubo. Hi enim tres versus legi debent per parenthesin [k]. ¶ *Pharaonem & Ægyptum*] Regem principaliter, quia principalis erat in peccando; & populum secundariò, quia peccavit Regi consentiendo [l]. ¶ *Dimittet vos, & exire compellet*, כְּשַׁלְּחוֹ כָּלָה גָּרֵשׁ וגו׳] [Illud כָּלָה quidam referunt ad præcedens כְּשַׁלְּחוֹ, vertúntque,] *cùm dimiserit ipse omnino*, Mo. P. Sa. vel, *perfectè*, O. Ma. V. M. vel, *plenè*, Ti. vel, *simul*, Ar. vel, ἐν παντὶ, ο'. *cum omni re vestra*, Nob. *cùm dimisero vos omnes*, Sy. [Al. referunt ad sequens גָּרֵשׁ.] *Quum dimittet, omnino projiciet, vos*, Ch. vel, *expellet*, A. *ad unum celeriter expellet*, JT. *consummatìm, sive, in universum, repellet*, F. *ejiciendo ejiciet vos*, F. V. Vi expellet, non permittet vobis moram nectere [m]. Perfectè dimittet, non partem aliquam duntaxat, retinendo vel parvulos vel pecora, ut antè cupiebat [n].

2. *Ut postulet*, &c. וְיִשְׁאֲלוּ] *Et mutuentur*, i. e. ut mutuentur [o]. ¶ *A vicina*] Atqui non simul habitârunt. Resp. 1. In terra Gessen habitabant Ægyptii, etiam ante Jacobi adventum [p]. Habitabant Ægyptii Hebræis permixti [q]. 2. Saltèm regiones erant vicinæ [r]. ¶ *Vasa argentea & aurea*] Quasi ad sacrificium necessaria [s].

[g] La. L. Me. [h] Me. [i] L. [k] A. Pi. [l] F. V. [m] F. [n] Q. in V. [o] V. [p] E. [q] Me.

3. *Moses magnus*] q. d. Ideo eum tam liberè loquentem violare non est ausus Pharaoh: Rursus, Ideo faciliùs Ægyptii vasa sua commodârunt Hebræis [t].

4. *Et ait*] Scilicet, antequam recederet à Pharaone [v]. Non enim postea reversus erat, cùm ei dixerat Pharao, *Cave nè ultrà videas faciem meam*. Observa verò, tum demum impios consequi supremum interitum, cùm à se viros sanctos ejecerint [x]. Redit ad interruptam historiam quæ est in fine cap. 10 [y]. ¶ *Mediâ nocte*, בַּחֲצֹת הַלַּיְלָה] *Cùm mediaverit nox*, M. *circa divisionem noctis*, F. *circa medium noctis*, V. simil. sapiens R. Abraham in M. Proximâ nocte, quæ scil. secuta est 14. diem mensis. Hæc loquitur Moses. Manè decimæ quartæ diei Nisan, in cujus vespera celebrârunt Pascha. ¶ *Egrediar*] Non locum mutans, sed actionem [z].

5. *Qui sedet in solio*, יֹשֵׁב עַל כִּסְאוֹ] *Qui sedet*, i. e. jam cum patre regnans [a]; vel, qui *sessurus*, sive regnaturus, est [b], ex jure gentium [c]. Vide de J. B. & P. 2. 7. 13 [d]. ¶ *Quæ est ad molam*, אֲשֶׁר אַחַר הָרֵחָיִם] *Quæ est post molas*, V. Me. i. e. quæ in pistrino circumagit molam versatilem †. *Molas* intellige trusatiles, quas qui circumagunt, non præcedunt, sed sequuntur, brachiis & toto corpore obnixè trudentes [f]. Cap. 12. v. 29. habetur, *quæ est in carcere*: vel, quia pistrina erant carceres [g], vide Exod. 12. 21. Esa. 47. 1, 2 [h]; vel, quia quos interdiu molere cogebant, eos noctu, nè diffugerent, in carcerem compingebant *. Horum miserrima erat conditio. Vide Jud. 16. 21. & Matt. 24. 4 [i]. Alii vertunt, *qui* (scil. primogenitus) *ad molam*; Q. in Ma.

6. *Clamor--qualis nec antè fuit*, צְעָקָה אֲשֶׁר כָּמֹהוּ וגו׳] *Clamor cujusmodi non fuit*, JT. At affixum הוּ est masc. & convenit cum subintellecto קוֹל. Nam discrepantia generis inter antecedens & relativum per conveniens synonymum concilianda. Vel, est enallage generis [k].

7. *Non mutiet canis*, ità ο'. Ti. לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ] Variè exponunt. Vel, *non movebit*; sic K. in M. Mo. O. P. Sa. A. JT. Vel, *non acuet linguam*; sic RS. in M. Ma. Vel, *non nocebit*, ità Ch. in F. M. Sy. Vel, *non latrabit*, Ar. V. Non latrando exterrebit, AE. in F. *Non dividet linguam*, i. e. os; non aperiet os, O. Proverbiale *: ut Jos. 10. 24. *Nè canis*, &c. qui minimo alioqui strepitu excitari solet. Tanta erit quies & tranquillitas. Græcus, οὐ γρύξει, (à γρῦ, unde οὐδὲ γρῦ) nè hiscere, aut mutire, audet [l]. Sensus est, Erit summa pax & tranquillitas [m].

8. *Qui subjectus est tibi*, אֲשֶׁר בְּרַגְלֶיךָ] *Qui in pedibus tuis*, Mo. Ma. *qui tecum sunt*, Ch. Sy. Ar. *quem tu ducis*, ο'. Subjectionem simul innuit Jud. 8. 5. 1 Reg. 20. 10. —*populi qui est in pedibus meis*, i. e. qui sequitur me [n]. *Qui tua vestigia sequitur*. *Pes* pro *vestigio*, μετωνυμικῶς, ut Jud. 4. 10 [o]. *Esse sub pedibus* est, subjici, Psal. 8 [p]. Agrætius, *Circùm pedes sunt officia servorum*. Nisi fortè hîc fuerit, ante literæ unius valde similis factam mutationem, בִּדְגָלֶיךָ, *sub vexillis tuis* [q]. ¶ *Exivit iratus*] Moses erat Deus Pharaoni. Jam ergò testabatur iram Dei exacerbatam adversùs Pharaonem [r].

[r] E. [s] Me. [t] Me. [v] L. Me. M. F. V. [x] Cl. [y] V. [z] Me. [a] Me. L. [b] Me. [c] G. V. [d] G. † Me. V. [f] Jun. [g] Riv. Bo. [h] A. * Riv. [i] Bo. [k] Glass. gra. p. 203. * J[illegible] G. [l] [illegible] verb. 2. 5. 123. [m] Me. L. [n] Riv. [o] Jun. [p] O. [q] G. [r] Riv.

CAP. XII.

1. DIxit Dominus] Ante primogenitorum cladem [a]; imò ante decimum mensis diem, v. 3 [b]. Ante triduanas tenebras; aliter non intercessisset quatriduum illud; v. 6. collat. cum vers. 3. Vertendum ergò, *dixerat* [c]; nempe, antequam exivisset de Phar. & cædem primogenitorum interminatus esset [d]. Imò primo mensis die, ut probabile est †. Hîc autem narratur, quia narrationem plagarum simul pertexere voluit [f]; pariter & narrationem Paschatis [g].

[a] Me. [b] Li. [c] A. Jun. [d] A. † Li. [f] Me. [g] Li.

2. *Mensis*

2. *Mensis iste*] Qui plerumque respondet Martio nostro [h]: vel, partim Martio, partim Aprili [i]. ¶ *Erit vobis principium mensium*, ראש חדשים] i.e. *Præcipuus inter menses*, Q. in F. O. Explicat quod subobscurè dixerat, ut *esse primum* sit *esse caput* mensium [k]. Alii, *primus erit*, V. F. L. Me. *Principium anni erit*, nempe *sacri*, ad festa, &c. non autem *civilis*, respectu Jubilæi, &c [l]. Hic enim annus adhuc cœpit in Septembri, ut apparet Exod. 23. vers. 16. & 34. 22. & Levit. 25. 9 [m]. Antea annum auspicabantur in Septembri [n]. Itaque *Thisri* Chaldæis *initium* significat, à שרה *incipere*, & ת est servilis litera [o]: sive quòd ab Ægyptiis hanc computandi rationem acceperint [p]; sive quòd mundus tum conditus esset [q]. Quod sic probatur. 1. Ab Exod. 23. 16. *festum collectionis in fine anni*. 2. A Joel. 2. 23. *pluvia serotina in primo mense*. 3. In Autumno fructus parati erant Adamo, non sic in Martio. 4. Si à Martio initium computationis fieret, incideret diluvii incrementum in calorem æstatis. 5. Superfluum fuisset hoc præceptum, si ità ab initio esset [r]. Jam verò *Nisan* sit primus mensis ex hoc notabili beneficio*; quo etiam Redemptio per Christum significabatur [t]; per quem renovatus est mundus, quique hoc mense passurus erat, Joh. 18. 28. Sic igitur monebatur Ecclesia, ut speraret annum illum Domini gratiosum, Luc. 4. 19 [v]. Hoc tempore voluit Deus educere populum, quòd, ob temperiem, valde commodum esset iter facturis *.

3. *Decimâ die mensis hujus*] Heb. *decimâ*, nempe *die*. Ità *primâ*, Matt. 26. 17. h. e. *primâ die*, Marc. 14. 12 †. Factum hoc quinque de causis, juxta Hebræos. 1. Ne forte negotiorum turbâ, quibus se ad profectionem præparabant, impediti, oblivioni traderent. 2. Ut eò meliùs defectus (si qui essent) in agno observarent. 3. Ut ex ejus aspectu occasionem haberent colloquendi, ac disputandi de redemptione ex Ægypto. Unde tradunt Hebræi, eum in hypocausto ad fulcrum spondæ alligatum fuisse. 4. Ut se ad opus accingerent & præpararent. Dicunt enim Hebræi, מורי למצוה [forte legendum est, מאורו] לעושה למצוה, i.e. *Qui strenuè parat se ad præceptum, seu bonum opus, perinde est atque cùm facit* ‖. 5. Quia die 14. ad exitum se comparantes non habuissent otium conquirendi [x]. Christus etiam decimâ die mensis Nisan venit Hierosolymam, Joh. 12. 1, 12 [y]. Censent plerique hoc præceptum ad primum tantùm Pascha pertinere [z]: tum quia ejus causa erat specialis, nè occupati in parando discessu oblivioni traderent†; tum quia ubi de celebratione Paschatis alibi in Scriptura dicitur, & hoc omittitur, & illa dicuntur quæ ei contraria videntur: Nec Christus misit discipulos quatriduo ante Pascha *. Alii tamen volunt hoc perpetuum fuisse ‖. ¶ *Tollat*, ויקחו] *Tollant*: Redundat ו, V. ¶ *Agnum*, שה] Significat fœtum & ovis, & capræ †. *Agnum* tamen frequentiùs & libentiùs pii obtulerunt quàm hœdum. 1. Ità Græci reddiderunt 40 locis, semel tantùm *hœdum*; & Chaldæi vix uspiam aliter reddunt. 2. Christus proponitur sub typo *agni*, non *hœdi* [a]. *Qui ovem habet, eam immolet; & qui ove caret, hœdum* [b]. *Agnum* selegit Deus, ad detestationem idololatriæ Ægyptiorum, qui Jovem colebant in specie arietis, vel agni [c]. Ità Tacitus de Judæis, *Cæso ariete, velut in contumeliam Hammonis* [d]. ¶ *Per familias*, לבית־אבות] *Per domum patrum*, i.e. per singulas familias †. Populus divisus erat in *tribus*, hæ in *familias*, & illæ in *domos*; quarum præcipui *patres* vocati [f]. ¶ *Secundùm familiam*] i.e. Familias, ut patet ex addita voce *patrum*; nam unaquæque familia à certo patre denominabatur. Et hæ ipsæ familiæ distributæ erant in minores. Vide Num. 3. *Pro quaque familia*; nempe minore, & in una domo degente, v. 4 [g]. *Domus patris* accipitur pro patre domûs [h], sive, pro domo in qua est paterfamiliâs *. Et quoniam potuit esse domus viduarum, aut cœlibum, addit in universum, *pecudem per domum* †.

4. *Si minor*] Sub. *numero*. Alii, *paucior fuerit*, V. *Ut sufficere possit ad vescendum agnum*; ità Ch. ¶ מהיות משה] Variè vertunt. *Quàm esse* (vel, *ut sit*, V. vel, *ab esse*, V. Ma.) *de agno*, Mo. V. A. O. *ut non sint idonei ad pecus*, ό. *quàm ut sit pecudi*, Sa. *quàm ut insumatur in ea agnus*, Sy. *quam ut sit par edendæ parvæ pecudi*, JT. Si minor—*ipso agno*, M. *quàm esse super agnum*, A. *quàm ut sit præ pecude*, &c. h. e. superior eâ. Ut eam vincere nequeant absumendo †. Metaphora ‖. Ratio præcepti est, ut tota victima Paschalis consumi posset [i]. Tradunt Rabbini, & Josephus de Bello Jud. l. 7. c. 17. non pauciores quàm decem ad esum unius agni fuisse adhibitos [k]. Extra horum numerum fœminæ & pueri erant, qui plerumque totidem, vel plures [l]. ¶ *Assumet vicinum suum*, ולקח הוא ושכנו] *Et assumet*, vel *accipiet*, *ipse etiam vicinum suum*, Mo. Sa. P. M. simil. ό. *sumatur & vicinus ejus*, Ti. *tollat ipse* (*paterfamiliâs*, JT. Ar.) *& vicinus ejus*, Ch. Sy. A. JT. Ar. ¶ *Juxta numerum animarum*] i.e. Hominum: q. d. Prout numerosa fuerit familia, ità sibi magnam vel parvam familiam adjunget [m]. ¶ *Quæ sufficere possunt*, לפי אכלו] Vertunt, *secundùm*, vel *ad*, *os comedere ejus*, Mo. O. *quod sufficiat sibi*, ό. simil. Ch. Sy. *ad mensuram* (vel, *pro ratione*, JT.) *cibi sui*, Ar. JT. *ad rationem comedentium*, Sa. ¶ *Ad esum agni*, תכסו על השה] *Numerabitis super agno*, Mo. vel, *ad pecudem*, Ti. supple, *comedendum*, JT. Ch. *numerabit pecudem*, Sa. *numerabitis animas pro agno*, M. P. simil. A. *secundùm comestionem suam*, V. P. M. i. e. habitâ ratione cibi quem edere possint [n].

5. *Absque macula*] Ità Ch. Sa. Sy. *Maculam* intellige, non coloris, sed deformitatis; v. g. claudicationis, scabiei, &c [o]. *Maculam* vocat corporis vitium, aut morbum; ut in ædilitio erat edicto. 50 vitia recensent quæ bestias ad sacrificia ineptas redderent [p]. [De quibus consule Auctores.] ¶ תמים] Τέλειον, ό. at alii, ἄμωμον. Ἐντελῆ θυσίαν, dixit Lucianus. Explicationem hujus vocis habes Levit. 22. 22, &c. Deut. 15. 21. & 17. 1. Ægyptii, teste Chæremone, non admittebant ὅσα δίδυμα, ἢ κατάστικτα, ἢ ἑτερόχροα, ἢ παρηλλάσσοντα τῇ μορφῇ, (i.e. *quæ gemina, aut maculosa, aut colore seu formâ variantia.*) Sic Suidas, ex Aristophanis Scholiaste ad Acharnenses; —Καθόλου ὅπερ ἂν μὴ τέλειον καὶ ὑγιὲς, οὐ θύεται τοῖς θεοῖς, (*in universum quod non est perfectum & sanum diis non offertur.*) Similia habent Porphyrius 2. de Abstinentia, & Lucianus de Sacrificiis: & Athenæus ex Aristotelico Symposio, Οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀλλὰ πάντα τέλεια καὶ ὅλα. Hinc mos probandi victimas apud Philonem, Aristotelem, laudante Athenæo lib. 15. apud Ciceronem 2. contra Rullum [q]. Sic Achilles in Homero Apollini offert—ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων· ubi Eustathius, *Diis, tanquam perfectis, perfecta sunt offerenda*. Et in Ægypto sacerdos ad id constitutus *singula scrutabatur, pecude tam erectâ & stante, quàm resupinatâ*. Perfectam autem obsignabat; & pecudem ἀσφράγιστον (h. e. *sigillo non munitam*) immolare, nefas credebant morte piandum. Notatum & Plinio, *non litare vitulum claudicantem, nec alienâ hostiâ deos placari* [r]. ¶ *Masculus*, זכר] Quia præstantior fœmellâ †, (ideo *mas corrupto* opponitur, Mal. 1. 14 [t].) & perfectior [v]: vel etiam, quia typus Christi [x]. Ideo in holocaustis, quæ erant sacrificia perfectissima, soli mares offerebantur, Levit. 1. 3, 10 [y]. ¶ *Anniculus*] Annum non excedat, quantumvis minor poterat immolari [z]: etiam ab octavo die, Exod. 23. 19 [a]. Agnus *anniculus*, vel primum annum assequutus, incipit esse in pleno vigore. Tum etiam oblatus meliùs expressit vim & vigorem sacrificii Christi [b]. ¶ *Et hœdum*, ומן העזים] Duo distincta hîc præcipi sacrificia, *agni & hœdi*, multi volunt [c]: sed perperàm. *Et* pro *Aut* ponitur [d]; ut Gen. 13. 8. Exod. 21. 17. collat. cum Matt. 15. 4. Psalm. 8. 5. collat. cum Heb. 2. 6 †. Vel, sensus est, *Ex agnis & capris accipietis*, id est, ex communi grege: fuisse enim ovium & caprarum gregem promiscuè junctum, patet ex Gen. 30. 32. & 31. 38, &c [f]. Vulgatus habet, *juxta quem ritum tolletis & hœdum*, scilicet, si agnus desit; non enim utrumque, sed alterutrum, jubet immolari [g].

6. Et

[h] M. F. V. Me. [i] Me. [k] O. [l] Jun. Ma. La. Bo. A. [m] Jun. [n] F. V. La. Bo. Li. A. [o] BA. [p] Bo. [q] He. in F. Li. BA. 1. 2. 50. 558. [r] Li. spicil. * L. [t] Li. [v] A. Bo. * V. ex F. † A. ‖ F. [x] La. [y] BA. 1. 2. 50. 614. [z] Bo. ità L. ex He. Riv. ex Perer. To. † L. * Riv. Ità Bo. † M. F. ex K. V. L. Me. G. BA. Riv. La. Bo. JT. A. [a] BA. 1. 2. 50. 582. [b] Th. in Exod. qu. 24. BA. ib. ità L. [c] L. [d] BA. p. 583. † V. [f] F. [g] Pi. [h] O. * O. Mar. † Mar.

† A. Pi. ‖ Pi. [i] Bo. [k] Riv. Me. [l] Me. [m] V. [n] V. [o] Me. L. [p] A. BA. 1. 2. 50. 584. [q] G. [r] BA. 1. 2. 33. 322. † Me. [t] BA. p. 585. [v] L. [x] Me. [y] BA. 584. [z] Me. BA. 585. Jun. [a] Jun. [b] BA. 1. 2. 50. 614. 25. [c] Walth. [d] V. BA. † BA. 1. 3. 4. 755. [f] Walth. [g] Me. T. E.

6. *Et servabitis eum*, ità Ti.Sa. [וְהָיָה לָכֶם לְמִשְׁמֶרֶת] *Erit vobis ad*, vel *in*, *custodiam*, P. Mo. Ch. *in custodia*, O. M. JT. *Erit apud vos repositus*, Ar. *Servabitur*, Sy. ὁ'. *Custodietis autem illum*, V. ut ejus aspectus ho-
b G. mines sacris pararet [h]. ¶ *Immolabit eum universa multitudo*] Moraliter hoc dictum, quia unus no-
i Bo. mine omnium domesticorum hoc faciebat [i]. Quod dicitur, *mactabit eum multitudo*, impletum erat in
* BA.614. Christo, Luc. 23. 18 *. Qu. An sacerdotes hoc facerent, an patresfamiliâs? Resp. Videri possit quòd sacerdotes, (nempe in sequentibus, non autem in hoc Paschate,) ex 2 Reg. 23. & 2 Par. 30. & Esræ 3. 1.
k E. Adde Exod. 23. & 24. item Deut. 16 [k]. *Jugulent*, i.e. jugulari curanto, nempe, per sacerdotes; nam pecus illa erat sacrificanda, infrà v. 27. Vide 2 Chron.
l Pi. 35. Sacerdotes tunc erant primogeniti [l]. Q. senti-
m E.ità Me.T. Bo. unt agnum à patrefamiliâs domi immolatum [m]: Dixit enim Moses ad omnes Seniores, *Ite, immolate Pascha*; ubi nulla sacerdotum mentio. Adde quòd sa-
n E. cerdotes necdum instituti erant [n]. Paschæ mactatio tam ad populum quàm ad sacerdotes pertinebat, ait
o BA. 1.2. 50.586. 20. Philo [o]. Idem concessum plebeiis in aliis sacrificiis, Levit. 1. 3, 4, 5. & 3. 2. & 4. 24. Consentit Maimon. Ità Talmudici in Zebachin cap. 5. Proinde Abarbanel res decem in sacrificio numerat: quarum quinque (scil. 1. impositio manuum in caput victimæ, 2. mactatio, 3. excoriatio, 4. dissectio, 5. extorum ablutio,) ad offerentes attinent; quinque ad sacerdotes, (scil. 1. sanguinem in pelvi excipere, 2. eundem aspergere, 3. ignem super altare accendere, 4. ligna digerere, & 5. partes carnium quæ adolentur.) Hæc pluribus refert egregius scriptor *Anglicanus* ignoti nominis, quem hîc me sequi ingenuè profiteor. Quòd agni non sunt à populo oblati 2 Par. 30. 17. extra-
p BA. 576. ordinarium fuit, *propter populi immunditiem* [p]. A patrefamiliâs hoc factum testatur Philo, testis ocula-
q T.E. tus [q]. Manebant patresfamiliâs *sacerdotes* diminutè quoad hoc unum sacrificium, quod domesticum erat
r T. & privatum [r]. ¶ *Ad vesperam*, ità ὁ'. Ch. [בֵּין הָעַרְבָּיִם] *Inter duas vesperas*, Mo. Ma. JT. A. BA. *inter duos occasus*, Ar. *ad occasus Solis*, Sy. Dupliciter exponunt. 1. *Inter vesperam primam*, nempe, cùm incipit Sol inclinare, i. e. mox à meridie; *& vesperam secun-*
* K. in F. *dam*, nempe, postquam Sol occidit *. *Inter duos Soles*, i. e. declinantem in puncto meridiei, & occiden-
t Ch.in F. tem [t]. 2. *Prima vespera* est, cùm Sol occidit & absorbetur sub terram: *secunda vespera* est, quando radii solares post Solis occasum ampliùs in nubibus videri ne-
v Ità doctiores He. in F. co. AE.in M. F. queunt [v]. *Inter vesperas duas*, i.e. inter initium & finem, circa horam diei decimam [x]. Aliquantum temporis ante & post Solis occasum complectebatur. Porrò,
x G. vespera hæc fuit vespera diei 14. desinentis, & 15. inchoantis: immolatio agni fiebat die 14. comestio 15. ità utriusque diei limes fuit. Itaque Judæi & Christus
y Me. nunc 14. nunc 15. die Pascha immolâsse dicuntur [y]. Ut Deus ab initio diem fecit ex vespera & manè; sic postea apud Judæos (ut apud nos) antemeridianum tempus *manè*, pomeridianum *vespera*, habetur. Posterior vespera cœpit ad occasum Solis, Jos. 10. 26, 27. Hora nona, (quæ nobis tertia post meridiem) erat hora *precationis*, Act. 3. 1. quia *sacrificii vespertini*, post quod Pascha mactabant. Hoc Christum indigitabat passurum in vespera temporum, Heb. 1. 2. 1 Pet. 1. 19,
z A. 20. & quidem horâ nonâ, Matt. 27. 46,—50 [z]. Marc. 15. 25, 33, 34, 37. Juxta veteres duplex erat vespera; *matura*, cujus initium à meridie; & *sera*, circa Solis occasum. Ità Hesych. Eustath. ad lib. 17. Odys. Hinc illud Varronis, *Nescis quid vesper serus vehat*, i. e. δείλη
a BA.1.2. 50.559. ὀψία, cui πρωΐα opponitur [a]. Incipit עֶרֶב à nona hora, & desinit in undecima, ut nos docet Josephus; cujus finis ὀψία dicitur: quod tempus Lex non vocat בִּיאַת הַשֶּׁמֶשׁ, i. e. δύσιν ἡλίου, sed כְּבֹא הַשֶּׁמֶשׁ, h. e. περὶ ἡλίου δυσμάς. *Parasceue* festorum propriè à nona hora incepit, nempe ab oblatione *Mincha*, ut habent Canones Hebræorum; licèt ἰδιωτικῶς vel καταχρηστικῶς tota dies Veneris παρασκευὴ dicitur, saltem ab hora 6. Joan. 19. 14. Augusti decretum in Josepho concedit Judæis ἐγγύας μὴ ὁμολογεῖν vel in Sabbato, vel in Parasceue
b Ga. ab hora nona: Jos. Scalig. Emendat. temp. 6 [b].

7. *Et sument*] Heb. *dabunt*, h. e. aspergent, sive illinent, fasciculo hyssopi. Vide v. 22 [c]. ¶ *Et in superliminaribus*, [מַשְׁקוֹף] [At Ar. vertit, *in prominentiis*.] ¶ *Domorum in quibus comedent*] Itaq; quicunq; se alteri domui junxerunt ut comederent agnum, ii pernoctârunt in eadem domo [d]. c Pi.A.

8. *Assas igni*] Quia citiùs assatur caro quàm elixatur; Hebræis autem festinandum erat. Potissima ratio videtur petenda à mysterio; nam agnus Christus sacrificabatur amoris igne assatus †. Significat iræ Divinæ ardorem in peccatores, (vide Jer. 4. 4. Thren. 1. 2. & 2. 4.) quo Christum torreri oportuit [f]. Veru mali Punicæ, quæ frequens Ægypto, (Plin. l. 13. c. 19.) in hujus sacri usu mansit [g]. ¶ *Et azymos panes*] Heb. *& azymas*, sub. *placentas*, ex v. 39 [h]. Quia tales expeditiùs fierent [i]; nec tam suaves essent atque fermentati [k]. מַצּוֹת à מָצַץ, *comprimendo*, deducunt. Perperàm: nam nec מָצַץ est *comprimere*, sed *exprimere*; & panis azymus non comprimitur, sed manet in naturali statu, cùm fermentatus intumescat [l]. Potiùs Arabicæ est originis, & significat *purum*, *sincerum*, expurgatum ab omni fermento; quod corruptionis genus esse voluerunt multi veteres. Hunc panem putavit Tacitus Judæis fuisse perpetuum. *Raptarum* (inquit) *frugum argumentum*, *panis Judaicus nullo fermento detinetur*. Quin septem his diebus fermentato pane vesci fuit nefas: sed *azymum* edere nonnisi primo fuit necessarium; sex reliquis liberum. Itaque pro azymis per 6 illos dies *oryzam* edere licuit, aut *panicum*, aut *fruges tostas*, aut *fructus* [m]. ¶ *Cum lactucis agrestibus*, [עַל־מְרֹרִים] *Super amaritudines*, O. Mo. Ma. vel, *cum amaritudinibus*, scil. cordis, seu *animo amaro*, O. vel, *cùm amaris herbis*, Ch. O. M. Ti. JT. V. A. BA. Hæ minùs notæ sunt. At paucis conveniunt hæ notæ, in iis requisitæ: 1. ut sint amaræ; 2. edules; 3. vernæ, quia edebantur mense primo; 4. ut sint obviæ, & in usu promiscuo in Ægypto & Judæa; aliàs nec facilè occurrissent, nec tantæ multitudini sufficere potuissent. Herbæ hæ amaræ à Judæis nominantur quinque. 1. חזרת חזרת *chazareth*, quod *lactucam* esse omnibus in confesso est. 2. עולשין *ulsin*, quod *intuba* plerique reddunt, & rectè. 3. מרור *meror*: Hæc πικρὶς est; *Picris* autem vocatur tam in *intubis*, quàm in *lactucis*, quæ reliquis est amarior. *CHAZARETH* propriè est *lactuca sativa*; *ULSIN*, *sativa intuba*; at *MEROR* sign. *sylvestrem lactucam*, vel *sylvestre intubum*. 4. תמכה *thamca*. 5. חרחבינין *charcabinin*. Quæ quid sign. incertum est *. [Consule de his Auctorem, si placet.] LXX vertunt, ἐπὶ πικρίδων, *cum amarulentis*, seu *subacerbis herbis*. Hebræi exponunt de omnibus herbis quæ acres sint & aspero succo. Præcepti ratio erat, ut se eo argumento ab acerba & amarulenta servitute redemptos cognoscerent †. Significabant vitam amaram quam in Ægypto egerant; Exod. 1. 14 [n]. Alii endiviam esse putârunt, alii *cichorium* [o]. Vulg. *cum lactucis*. At hæ amaræ non sunt, & plurimùm nutriunt [p].

d Me.Riv. La.
† Me.
f BA.615. 16.
g G.
h Pi.A.
i L. k F.
l BA.603. 38.
m BA.ib.
* BA.1. 2.50.602
† F. M.
n BA.p. 612.ex Maim.
o Me.
p F.

9. *Non comedetis ex eo crudum quid*, [נָא] Quid hoc? Est ἅπαξ λεγόμενον. Sy. habet, *adhuc vivum*, (*crudum*;) reliqui, *crudum*. Non placet; jam enim Judæi noverant carnem crudam non esse comedendam [q]. At נָא non sign. *planè crudum*, sed *imperfectè coctum* [r]. Hoc sonat Arabicum נִאָּא, vel נִי †. Sic Avicenna vocat carnem in stomacho imperfectè digestam vel concoctam. Caro semicocta sæpe comeditur, vel coquorum injuriâ, vel helluonum ingluvie, 1 Sam. 2. 13 [t]. Unus O. vertit, *fractum*, seu *dissectum*, à נוא *frangere & dissecare*: q. d. Non in frusta dividendus est, sed integer assandus, & sic comedendus [v]. ¶ *Caput cum pedibus*, &c. ità ὁ'. Ar. [עַל כְּרָעָיו] *Super genua*, Mo. vel *crura*, O. Ma. vel, *cum cruribus*, Ch. Sa. Sy. JT. Ti. M. P. Id exprimit Deus, quia caput, intestina & pedes, utpote ossea & cartilaginosa, vulgò assari non solent [x]. *Caput ejus*, sub. *comedite*: q. d. erit devorandus omnino [y].

q O.
r BA.1.2. 50.594. ità Me. Maimon. & K. & Pomarius, & RS. & AE. in BA.
† RS. & AE. in F. BA.
t BA.ib.
v O.
x Me.
y V.

10. *Nec remanebit usque ad manè*] Quia festini summo manè discedetis; nè ergò à profanis profanè comedi contingat, planè absumite [z]. Pascha est διαβατήριον Philoni. Id rectè Latinè vertas, *propter viam*, i. e. proficiscendi gratiâ, Festo interprete. In sacris autem *propter viam* etiam gentibus usurpatum, quod hîc dicitur. Macrobius Saturnal. l. 2. c. 2. *Sacrifici-* z Me.

um apud veteres fuit, quod vocabatur propter viam. *In eo mos erat, ut si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis jocus est: nam Q. Albidium quendam, qui sua bona comedisset, & novissimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset,* propter viam *fecisse dicebat; quod comesse non potuerat, id combussisse.* Apparet hinc Pascha naturam habere εὐχαριστικοῦ, cujus lex est, nè quid manè sit reliquum, Levit. 7. 15. De aliis victimis comburitur, si quid superest non comesum die tertiâ, Levit. 7. 17[a]. ¶ *Nec ad manè,* &c.] Eadem lex in reliquis sacrificiis, Exod. 16. 19. Levit. 22. 30. & Levit. 7. 15. Sed versibus 16, & 17. excipiuntur votiva & voluntaria[b]. Imprudentes huic Legi obsequuti sunt Judæi, cùm Christum è cruce exemerunt propter instans Sabbatum[c]. Ratio legis erat, nè corrumperentur tales cibi, aut in profanos usus cederent. In agno inprimis, nè aut ejus λείψανα Israelitas onerarent, aut Ægyptiis ludibrio essent, aut canibus prædæ; vel, ad vitandam idololatriam, cùm agnus non minora patrâsset quàm serpens æneus[d].

11. *Sic comedetis*] Quæ hîc exprimuntur festinationem indicant, súntque viatorum ad iter longum & laboriosum se accingentium †. Eadem tantùm pro illo tempore imperata sunt, sicut etiam sanguinis aspersio; ideóque in legibus anniversariis Paschatis non repetuntur[f]. Observant sex ritus huic primo Paschati peculiares & proprios, qui temporarium tantùm mandatum & causam habuerunt: 1. Tinctionem sanguinis in postibus, v. 7. 2. ut accincti, & 3. calceati, & 4. cum baculis, &c. & 5. cum festinatione, comederent; & 6. ut ante manè pedem domo non efferrent, ver. 22[g]. Christus enim & Apostoli, non *stantes,* sed *discumbentes,* in signum quietis quam habebant, comederunt[h]; & post esum exiverunt in hortum[i]. [*Istis ritibus alios alii addunt primo Paschati proprios;*] 1. ut stantes comederent[k]; 2. ut agnum decimo die seponerent, nè inter infensos Ægyptios non facilè extremo tempore reperirent. In Judæa id non timebatur: nec facile fuit tantò ante festum sibi de agno prospicere. Plerique non venerunt Hierosolymam nisi festi παρασκευῇ, aut ad summum προπαρασκευῇ: itaque tum demum agnos à vendentibus comparabant, Joh. 2. 13, 14[l]. In sola Ægypto postes sanguine aspergebantur; 1. quia mandati ratio Ægyptum solam respicit, v. 12, 13. 2. Agni in atrio templi cæsi sunt, ibíque fusus sanguis, cujus partem in privatas domos delatam non constat[m]. ¶ *Renes accingetis*] Heb. *lumbi succincti;* viatorum habitus, & eorum qui operosum aliquid moliuntur[n]; ut 2 Reg. 4. 29. Jerem. 1. 17. Luc. 12. 35, 36[o]. Orientalium enim vestes, cùm longæ & fluxæ fuerint, impedimento essent[p]. An stantes ederent, lex non dicit; sed multa suadent. 1. Non sedissent calceati, baculis innixi, &c. 2. Ità affirmat Philo lib. de Sacrificio Abel & Cain. 3. Huc respicere videtur Apostolus, Eph. 6. 15[q]. ¶ *Calceamenta in pedibus*] Properè comedendum erat, ut paratiores ad iter essent. Morem calceos exuendi in mensa observat R. Levi. Certè pedes lavari non poterant, nisi exutis calceis. Unde Luc. 7. *non dedisti aquam pedibus,* scil. lavandis. Martialis lib. 5. *Deposui soleas, adfertur protinus ingens, Inter lactucas,* &c. Terentius, in Seipsum cruciante; *Accurrunt servi, soleas detrahunt. Video alios festinare, lectos sternere, cænam parare.* Qui à mensa recedebat poscebat soleas: unde Horatius, *Et soleas poscit* —Plin. lib. 8. epistol. 7. *Quàm multi, cùm lector aut lyristes aut comædus inductus est,* (scilicet, ad cœnam) *calceos poscunt?* Christus quoque in ultima cœna lavit pedes Apostolorum. Tunc accumbebant ad mensam. An etiam cùm sederent ad mensam, ut antiquitùs mos erat, nudis pedibus sedebant? Nam pedes iis quoque lavabantur. Patet ex historia Abrahami. Ergò exuti erant calcei[r]. Quæst. Cur jubentur calceati comedere? Resp. 1. Q. referunt ad morem deponendi calceos inter edendum, nè lectos inquinarent in quibus discumbebant. Sed mos *accumbendi* mensæ non tam vetustus erat quàm *sedendi.* Athenæus 1. 14. Gen. 27. 19. & 37. 25. & 43. 33. Resp. 2. Quia Judæorum plurimi in Ægypto excalceati erant. Quod

[a] G. [b] BA. 609. [c] BA. 615. 50. [d] BA. 610. † Me. L. [f] G. Jun. Pi. A. [g] M. [h] A. [i] Jun. Pi. [k] Jun. Pi. A. [l] BA. 611. [m] BA. ib. [n] BA. 597. A. [o] A. [p] BA. ib. [q] BA. 601. [r] D.

non mirabitur qui perpendet, 1. quàm vulgaris erat apud veteres ἀνυποδησία. Lycurgus hanc præcepit Lacedæmoniis. Sine calceis Nero interdum, teste Suetonio; Cato crebrò, & Phocion semper, incedebant, teste Plutarcho. Etiam David, 1 Sam. 15. Esaias, c. 20. Ezechiel, c. 24. nudipedes ibant. 2. Ægyptum fuisse in fervida plaga. 3. Judæos sub jugo miseræ servitutis oppressos fuisse*. Resp. 3. Signum hoc erat, 1. quòd parati essent ad iter[t]; Esa. 5. 27. Act. 12. 8[v]. 2. Libertatis; mancipia enim nudis pedibus ibant[x], Esa. 20. 4. 3. Gaudii; in luctu ibant discalceati, 2 Sam. 15. 30. 4. Evangelii pacis, quo pedes nostri muniendi, Eph. 6. 15[y]. Nota Hypallagen, *calceamenta in pedibus,* pro, *pedes in calceamentis*[z]. ¶ *Festinanter,* [בְּחִפָּזוֹן] *Cum festinatione,* Mo. sic JT. Pi. A. BA. *In pavore,* Aq. Non placet. 1. Pavor non jubetur, nec percellit nisi invitos. 2. Præcedentia, viz. *lumbi accincti,* &c. festinationem indicant, non pavorem. 3. Ex collatione cum Deut. 16. 3. & Esa. 52. 12[a]. ¶ *Est enim Phase,* &c. [פֶּסַח הוּא וגו'] Nam *Pesah est Jehovæ;* i. e. Nam imminet, vel instat, hora quâ Jehovah (vel Angelus[b]) transiturus, sive præteriturus, est vos, percussis Ægyptiis. Sensus loci petendus est ex v. 13. *& transibo,* &c[c]. Jubentur ergò Hebræi comedere festinanter, quia est Phase, h. e. quia hic esus agni significat celerem & properum transitum Angeli ad feriendos Ægyptios[d]. Dicitur etiam *Phase transitus,* quia tunc filii Israel recesserunt de Ægypto, ut transirent ad Terram promissionis †. *Pesach* propriè *saltus* est[f]; vel, *transcensio*[g]. Tunc Dominus quasi saltavit ab una domo Ægyptiorum ad aliam, prætereundo domos Judæorum[h].

12. *Et in cunctis diis judicia faciam*] i. e. Pœnas sumam. *Judicium Dei* sæpe ponitur pro *ultione,* quæ judicium consequitur. Hominum *judicia* sæpe ab effectu sunt separata; Dei autem judicio & decreto conjunctus est eventus rei. Sic בָּרַךְ de hominibus dictum significat *benevelle,* aut *precari;* at cùm de Deo, significat *fortunare & fæcundare;* quoniam cum Dei voluntate res ipsa conjuncta est[i]. Per *deos* hîc quidam intelligunt magnates, quorum primogeniti occisi fuerunt: Alii, *idola*[k]; ità Onk. & reliqui interpretes[l]. De his pœnas sumpsit, vel, cùm Ægyptios, qui erant in eorum tutela, ipsis invitis occîdit[m]: Ità ostendit quàm vani & fallaces essent[n]. Vel, interficiendo primogenita omnium animalium, quorum plurima colebant. Vel, Divinâ virtute prostrata sunt, sicut Dagoni factum[o]. Ità fert traditio Hebræorum[p]. Similia habet Eusebius de Præpar. Evang. l. 9. c. ult. ex Artapano[q]. Dicunt Hebræi, nocte illâ idola lignea subitò putrefacta, & metallica resoluta, & lapidea comminuta: ideo subditur, *Ego Dominus*[r]. Artapanus apud Euseb. l. 9. Præpar. dicit, *motu terræ concidisse pleraque templa.* Hinc petitum crediderim illud Trogi, l. 36. *Dux exsulum factus Moses, sacra Ægyptiorum furto abstulit; quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus compulsi sunt.* In multas ætates duravit pœnæ hujus (*in deos*) memoria, quamvis portentosis fabulis obruta, [*ex solenni more Ethnicorum.*] Huc pertinet, quòd Typhonis metu deos in variis animalium formis aliquando latuisse fabulantur; Apollod. l. 1. Plutarch. de Iside, Antonius Liberalis ex Nicandro, Ovid. lib. 10. Metamorph. Diod. l. 1. Quâ fabulâ, si quid video, significatur *Ægyptios* idola sua è templis detracta in pecorum stabulis, &c. Mosis & Israelitarum ex Ægypto turmatim excedentium metu, abscondisse, ut tutiùs laterent. Vide Genes. 31. 34. Esa. 2. 20. Utut sit, Ægyptii à Typhone, seu Mose, tot malis mulctati, tamen eum, servili metu adacti, aliquo modo colebant; sed quomodo Romani *Febrim,* & Græci *Furias,* nè scil. nocerent. Hinc in cultu ejus valde varii erant. *Quandoque cum sacrificiis deliniunt & demulcent; quibusdam autem festis eum deprimunt & contumeliis afficiunt,* inquit Plutarch*.

13. *Erit vobis*] i. e. In vestram utilitatem. ¶ *In signum*] Sub. Angelo percutienti[t]. Quo viso, Angelus vobis parcet. Per hunc ritum implicitè profitebantur Hebræi se liberandos ab æterna morte per Messiæ sanguinem[v]. Vestræ salutis signum erit & tessera.

* BA. 598. [t] Ma. A. [v] A. [x] La. A. [y] A. [z] La. [a] BA. 601. [b] Me. [c] V. [d] Me. † L. [f] O. M. [g] M. [h] O. [i] Ca. [k] Sic L. V. Ca. Riv. [l] M. [m] Ca. [n] Riv. [o] Riv. [p] M. [q] Riv. [r] L. * BA. 1. 2. 34 344. [t] V. [v] Me.

sera [x]. Ut vos promissi mei admonitos in fide corroboret; & mihi testetur, vos promissiones meas fide amplexos esse [y]. ¶ *Nec erit plaga disperdens*, לְמַשְׁחִית] *Ad perditionem*, Sa. P. Mo. A. Pi. vel, *exitialis*, Ar. JT. mors *disperdens*, Ch. *ad vastationem*, Sy. Vel, *plaga interfectoris*; nam MASCHITH significat & *corrumpentem*, ut vers. 23. & *corruptionem*, Pi.

14. *Habebitis hunc diem*] Hoc die & multa alia præclarissima accidisse commemorant Hebræi; &, inprimis, redemptionem per Messiam tunc exspectant. Cabalistarum verba sunt; ובו ביום בחמשה עשר בניסן עתידים ישראל לגאול בימות המשיח בשם שנגאל ואותו יום שנאמר בימי צאתך מארץ מצרים אראנו נפלאות: h.e. *Et in eadem die, videlicet quintadecima die mensis Nisan, (scil. Martii,) redimendus est Israel in diebus Messiæ; quemadmodum redempti sunt eo die de quo scribitur, In diebus egressionis tuæ ex Ægypto ostendam mirabilia.* Noster autem Messias eâ die redemit orbem [z]. ¶ *In monimentum*, לְזִכָּרוֹן] *In memoriam*, seu *monumentum*, scilicet tanti beneficii [a]. ¶ *Cultu sempiterno*, חֻקַּת עוֹלָם] *Statuto seculi*, Mo. vel *mundi*, i. e. sempiterno [b]. Quamdiu, scilicet, Lex duraverit [c]. Absque determinatione temporis [d]. Usque dum Christus factus est Pascha nostrum; in cujus memoriam adhuc observatur, 1 Cor. 5. & 11 [†].

15. *Septem diebus azyma comedetis*] Hoc præceptum non habuit locum in prima celebratione Phase [f]. Azymis tunc usi sunt, non autem ex præcepto, sed necessitate ad id cogente [g]. *Septem diebus*, nempe post diem Paschalem. Est enim distinctum hoc festum & præceptum [h]. *Flamines farinam fermentatam contingere non licebat*, Servius ad Æn. 1. Nimirum *azyma* significant & puritatem, 1 Cor. 5. 7. & animum submissum; nam fermentum est ἔπαρσις (*elatio* [i].) Fatentur omnes medici panes azymos sanitati minùs convenire. Quæritur igitur cur præcepti. Resp. 1. Tacitus (falsò existimans fuisse ordinarium Judæorum panem, l. 5 [k].) vult esse *argumentum raptarum frugum* [l]. 2. Primo festo abstinuerunt à fermento, non ex præcepto, sed necessitate adacti [m]. Sic ergò ostendit Deus opus esse festinatione [n]. Postea autem præcepit, ut celeritatis in egressu ex Ægypto, penuriæ, & panis noxii atque insipidi usûs, postmodum meminissent; maximè, quòd beneficiorum essent obliviosi Judæi. Efficacior autem est memoria quæ sensu & experimento efficitur [o]. 3. Addo, voluisse nos docere Deum, in ejus cultu nihil omittendum esse quod ipse exigit, etiamsi valetudo nocumentum esset acceptura, aut vita ipsa ponenda [p]. 4. Erat præterea signum quod Judæos monere debuit Divinæ liberationis, quæ eripuerat eos ab omni amaritudine spiritûs [q]. ¶ *Peribit*] Heb. *excidetur*, i.e. delebitur de catalogo Israelitarum [r]. Mortem immaturam significat [*]. Occidetur [t], vel à Deo [v], vel à magistratu [x]. Quòd si severior sanctio videtur quàm res postulat, sciendum, 1. Nihil leve est quod fit adversùs authoritatem Divinam. 2. *Interpretativè* hæc transgressio erat apostasia à vera Religione, & Fœderis initi rejectio: Renunciabat beneficio liberationis præteritæ, & promissioni futuræ de Messia [y]. [*De hac pœna excidii vide Collectanea nostra ad* Gen. 17. 14.] Quibus addendum, quod AE. notat, Deum comminari כָּרֵת, i. e. *excidium*, viginti tribus locis his qui transgrediuntur præcepta negativa, (seu vetantia, ut G. vocat;) bis tantùm iis qui transgrediuntur præcepta affirmativa, nempe, circa præceptum Circumcisionis, Gen. 17. & Paschatis. Nimirum, ut innueret Deus quo loco istas ceremonias haberi vellet, & quanto studio ab omnibus observari. Hinc dictum illud sapientum Hebræorum, *Qui contemnit solennia festa, vel cœtus ecclesiasticos, quique irritum facit fœdus Abrahami patris nostri, non habebit partem futuri seculi* [z]. ¶ *Peribit*, sive *excidetur*, *anima illa—à die primo, &c.*] Ordo verborum hîc inversus est, pro, *Quicunque comederit* fermentatum *à die primo, &c. excidetur*, &c [a].

16. *Sancta atque solennis*, מִקְרָא קֹדֶשׁ] *Convocatio sancta*, Ch. i. e. dies solennis in quo convocari jubetur populus [b]. *Indictio sanctitatis*, i. e. dies solennis & sancta [c]. q. d. Populus à reliquis hujus vitæ negotiis vacans convenito, ut sacris incumbat [d]. ¶ *Et dies septima*] *Prima* quidem, quòd tunc interfecit primogenita Ægyptiorum; & *septima*, quia tum submersit Ægyptios [†]. Inter ista facinora 7 dies intercessisse Hebræi uno ore tradunt. Et convenit hoc cum itinerum ratione. Nam *Succothas* venerunt 15. die, *Ethan* 17. ad fauces *Chirotharum* 18. (ubi jussu Dei substiterunt exspectantes adventum Pharaonis;) die 20. occurrit Pharao, & nocte sequente submersus est [f]. ¶ *Nihil operis*, מְלָאכָה] ο'. vertunt, ἔργον λατρευτὸν, ex Levit. 23. 7. ubi additur עֲבוֹדָה. Id vetus Romanorum Jus Pontificium vocabat *opus famulum*: Cicero de Legibus 2. *Feriis jurgia amovento, eáque in famulis operibus patratis habento. Opus servile* vertunt Tertull. & Hieron. Vide Servium ad 1. Georg [g]. ¶ *Facietis*, יֵעָשֶׂה] *Fiet*, *parabitur*. i. e. Nullum opus illis diebus fiet, præterquam parare cibum necessarium [h]; & quæ ad hoc necessaria, sicut accendere ignem, &c. Et quantum ad hoc, Sabbatum strictiùs servabatur quàm alia festa [i]. Vide Exod. 16. 5, 23, 29. & 35. 2, 3 [k].

17. *Eâdem ipsâ die*, בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה] Ad verb. *in corpore diei hujus*. Vide Gen. 7. 11 [l].

19. *Fermentum*] Duo verba hoc significant: 1. שְׂאֹר, sive *vetus fermentum*, ut 1 Cor. 5. 7. q. d. *quod relictum est*: 2. חָמֵץ, (*infectum acedine*, Ma.) nomen habens ab *acerbitate saporis*. Significabant hæc duo spiritualis fermenti genera; unum quidem occultum, viz. *hypocrisin*, Luc. 12. 1. alterum apertum, nempe, pravam doctrinam & malos mores, Matt. 16. 6. 1 Cor. 5. 8 [m]. ¶ *Tam de advenis quàm de indigenis terræ*] Ad verb. *in advena*, &c. i. e. sive sit advena, sive indigena [n]. Per *advenas* intellige proselytos [o]. Hebræi vocant uno modo *peregrinum* qui est מְכוֹפָּר, *ex obscura & ignota progenie*; & è contrà אֶזְרָח est *indigena* qui est מְגוּלֶּה, *clarus ex sua prosapia*, cujus antecessores longo tempore urbem aliquam incoluerunt: Alio modo accipitur גֵּר *peregrinus*, seu *advena*, pro eo qui ex Paganismo ad Judaismum est conversus [p]. *Terram* intelligunt Canaan, quam possidebunt, & in qua nascentur iis liberi [q]. Præcipitur hoc ad confusionem vitandam, ut alienigenæ quoad externam vivendi rationem seipsos populo Dei accommodent; quare nec Sabbato operari eis licebat [r].

21. *Ite*, &c. מִשְׁכוּ] *Trahite*, P. Mo. O. Ma. *extrahite*, M. JT. *Ite & accipite vobis ovem*. De hoc usu verbi מָשַׁךְ vide quæ ad Jer. 5. 8 [*]. Nempe è grege, à quo non spontè separabatur [†]. *Capite*, Ch. *abducite*, Sa. *citò sumite*, Sy. *abeuntes sumite*, ο'. *surgite & sumite*, Ar. *ducite ad mactandum*, M.

22. *Fasciculúmque hyssopi*] Qui fiebat ex tribus caulibus conjunctis [t]. Sed quid hîc אֵזוֹב? Resp. Variè reddunt. *Origanum*, Ar. & K in Di. quod hyssopo non multùm dissimile, teste Dioscoride. Alii, *parietariam*, vel *rutam murariam*, moti loco 1 Reg. 4. 32. In lingua Æthiopica אזוב *mentham* sign. ponitur enim pro ἡδύοσμον, Matt. 22. 23. Quæ sanè herba cum loco 1 Reg. 4. 32. meliùs quadrat quàm hyssopus: cùm enim non fruticescat neque lignescat, quorum utrumque contingit hyssopo, rectiùs opponitur cedro, tanquam minima planta altissimæ arbori. Eadem adspergillis est aptissima. Verti solet *hyssopus* ob affinitatem literarum; est tamen *hyssopus* potiùs Syrorum & Arabum זופא [v]. *Muscum* vertunt JT. *adiantum* Schindl. ex Levin. Lemn. *libanotidem*, seu *rorem marinum*, Pi. ex Ochino. [Quod sic probat.] 1. Hic ad aspersionis usum inprimis idoneus est. 2. Hic etiam in Terra sancta arborescit, ut authores fide digni testantur; cedróque opponitur, tanquam arborum minima. Hic locis saxosis gaudet, quare nasci dicitur *in pariete*, 1 Reg. 4. 32. 3. Pro ὑσσώπῳ Joh. 19. 29. est κάλαμος *arundo* Matt. 27. 48; quo nomine ipsa stirps libanotidis significari videtur, ramusculis undiquaque resectis [x]. Alii *hyssopum* reddunt; ità BA. ex Jo. & Sy. Quod mihi multa persuadent. 1. Vocum similitudo. 2. Hyssopus Chaldaicè dicitur *ezoba*, & Æthiopicè *ezob*, planè ut Hebraicè. 3. ὕσσωπον vertunt ο'. quos, cùm stante

R 2 republicâ

Marginal notes (left column): x La. y Jur. z F. a V. b V. c Me. d L.E. † A. f RS. in L.La.Bo. g Bo. h A. i G. k Riv. l Riv.G. m Riv. post L. n Riv. o Riv. Bo. p Bo. q V.Me. He.in G. & in M. r V. * G. t Bo. v O. x La.O.Pi. Riv. y Riv. z F. a V.

Marginal notes (right column): b F. c V. d Jun. Pi. † Jun. BA. I.602.20. f Ma. ex Jun. g G. h V.L. i L. k A. l V. m A. n V. o Me. p M. q Jun.Pi. r Jun. * Di. † O. t F.& Di. ex He. v Di. x Pi.

republicâ scripserint, in qua τοῦ אזוב quotidianus erat usus, latere non potuit quid fuerit. Nec Josephum, eandem ob causam, latebat. Sed nec in errore tam crasso sequutus esset Paulus, qui πολυγλωττίαν suam jactabat. 4. Huic favent qui *origanum* vertunt, quod Talmudici numerant inter hyssopi genera. Marum quoque & sampsuchum, majoranæ species, sunt herbæ hyssopo congeneres, & Talmudicis, & aliis rei herbariæ peritissimis, Dioscor. Plin. Penæ: [quorum verba vide in Auctore.] Videntur ergò veteres *majoranam* intellexisse, quæ sanè ad aspersiones percommoda erat. Et hactenus omnia bellè procedunt: Sed omnia hæc subvertere videntur duo Scripturæ loca, 1 Reg. 4. 33. & Johan. 19. 29. collat. cum Matt. 27. 48 [y]. [De quibus suo loco & tempore σὺν Θεῷ dicendum est: interim, cui placet vel opus est, consulat Auctorem.] ¶ *Tingite in sanguine qui est in limine*] At quomodo sanguis de limine sumeretur, in quo nondum erat? בַּסַּף ergò vertunt *in vase*, vel *pelvi*: ità Hebræi omnes [z]. Non humi fusus est, sed, tanquam quid pretiosum, pelvi exceptus [a]. At ο'. reddunt, *juxta ostium*. ¶ *Superliminare*] Ità Ch. Sa. Ar. &c. vertunt τοῦ מַשְׁקוֹף. Vox extra hoc caput non reperitur. A prospectu sic dici puto, propter cancellos summis foribus apponi solitos, ut per eos prospicerentur qui fores pulsaverant. Potest & vestibulum intelligi, ex quo in viam patet prospectus. Græcè πρόθυρον, & προπύλαιον. Græci hîc φλιὰν habent; φλιὰ autem Hesychio πρόθυρον. Porrò, aspergebant *superliminare*, non *limen*, ob reverentiam sanguinis Christi minimè conculcandi, Heb. 10. 29 [c]. Nè sanguinem sacrum transeuntes pedibus conculcarent. Quidni enim in illis vera Religio præstiterit quod in aliis superstitio, 1 Sam. 5. 5. Sophon. 1. 9 [d]? ¶ *Et utrumque postem*, מְזוּזֹת] Ità dicuntur, non quòd ipsi moverentur, sed à valvarum motu quæ illis innituntur. At Græcis fortasse meliùs σταθμοὶ, & παραστάδες, quia ipsi sunt inmobiles. Arabs quoque, *super stantes* (partes) *ostii*. At alius MS. *super brachia ostii*: & Herpenianus, *super duas maxillas* †.

23. *Transcendet*, &c. וּפָסַח] *Et transiliet*, &c. i.e. relinquet domum intactam [f]. ¶ *Et non sinet percussorem ingredi*, וְלֹא יִתֵּן הַמַּשְׁחִית לָבֹא] *Non dabit*, scil. ordinem, vel ordinationem; non ordinabit, vel præscribet [g]. Plus est quàm *permittere*: sign. enim manum providentiámque Dei in omnibus [h]. Hinc patet percussionem factam à Deo per Angelum. Quæritur, an bonus fuit, an malus. Q. malum fuisse putant [i]. Probatur, 1. ex Psal. 77. *immisit Angelos malos*. 2. Ex his verbis, *non sinet ingredi*; quibus innuit, quòd libenter intrâsset, si fuisset à Deo permissus [k]. Alii bonum Angelum fuisse existimant [l]. Probatur; Quia qui submersit Ægyptios bonus erat, ut constat cap. 14. Ergò & qui percussit primogenitos; nam est par ratio [m].

24. *Custodi verbum istud*, הַדָּבָר] *Rem hanc*: Met. adjuncti [n]. Referendum hoc non ad ceremonias illas Paschatis in Ægypto peculiares, de quibus v. 7, 11, & 22. sed ad reliquam institutionem [o]. At La. statuit illas etiam ceremonias postea observandas præscribi: licèt alibi earum expressa mentio non fit, hîc tamen fit, ídque sufficit [p]. [*Vide quæ ad* v. 11.]

26. *Et cùm dixerint vobis filii vestri*] Anno 12. filii à parentibus ad Templum ducebantur, Luc. 2. 42. Ab eo tempore incipiebant de Paschate & aliis sacris vesci. Confer quæ infrà c. 13. 8, 14. Hyrcanus apud Josephum, l. 12. c. 4. νόμος ἐστὶ, &c. *Lex prohibet natum comedere de sacrificio, priusquam ad Templum veniat, & Deo offerat* [q]. ¶ *Quæ est ista religio?* מָה הָעֲבֹדָה הַזֹּאת] *Quid sibi vult hic ritus?* V. M. i. e. hæ ceremoniæ, & hæc religio? *hic cultus?* Ch. Sy. Ar. Hinc colligit AE. solùm in terra Israel mactandum agnum paschalem, & non extra *. Sacræ actioni doctrinam annectit, ut cap. 13; nam sine ea actio vana & inutilis esset [t].

27. *Victima transitus*, זֶבַח פֶּסַח] *Sacrificium Pesah*; i. e. victima est transilitionis, seu præteritionis [v]. *Immolatio*, vel *sacrificium*, *Paschæ*, [ità plerique.] *Sacrificium propitiationis*, Ar. sive, *pro misericordia coram Domino*, Ch. Pascha nimirum erat sacrificium

y BA.1.2. 50, 587. — z F.co. — a BA.p. 615. — b BA.P. 593. — c A.ad v. 7. — d BA.ib. — † BA. 593. — f V. — g La. — h A. — i Aug. & Rupert. & Tostat. E. L. — k L. — l Ità E. — m E. — n Pi. — o Jun. Pi. — p La. ad v. 13. — q G. — r V. — * M. — t Jun. — v V.

propriè dictum, Exod. 23. 18. & 34. 25. [*Ad quæ vide annotata.*] Hinc Pascha θύεσθαι dicitur, Marc. 14. 22. Sed præcipuum est, quòd sanguis agni à sacerdote spargebatur, 2 Par. 30. 16. & 35. 11. in quo *radix*, seu *essentia*, *sacrificii* est, inquit Canon Judæorum notissimus. Adde quòd in Ægypto, ubi nullum erat altare ad quod spargeretur sanguis, huic tamen analogum fuit, quòd postes illinebant sanguine agni. Deinde, Pascha in loco sacro mactari oportuit, Deut. 16. 5 [x]. ¶ *Victima transitûs Domini*, פֶּסַח הוּא לַיהוָה] Potiùs *Domino*, i. e. in honorem Domini; ut patet ex הוּא interjecto, quod non refertur ad עֲבֹדָה *cultum*, quia hæc fœm. est, sed ad שֶׂה, quod mascul. est. Nec *cultus* commodè diceretur victima [y]. ¶ *Quando transivit*, ità Sa. אֲשֶׁר פָּסַח] *Qui transiens*, JT. vel, *transivit*, A. *sicut protexit*, ο'. *quòd misertus est*, Ch. vel, *propitiatus*, Sy. Ar.

29. *In noctis medio*] Cùm homines securi quiescunt, 1 Thess. 5. 2, 3. Confer Job. 34. 20. Matt. 25. 5, 6 [z]. Eò terribilior hæc plaga; tunc *ipsa silentia terrent* [a]. ¶ *Omne primogenitum*] Sed quid si plures primogeniti erant in una domo? nam & paterfamiliâs, & filius, & privignus, fortè primogeniti erant omnes. Resp. In hoc casu omnes occisi sunt [b]. Pharao vel primogenitus non fuit, vel sequenti plagæ reservatus [c]. [Alii hoc negant.] Quia, more Scripturæ, *primogenitus* alicujus familiæ vocatur qui in ea est primogenitus, (nempe filius:) Non sic dicuntur vel pater, vel privignus [d]; nec qui jam in aliam familiam commigrâssent †. ¶ *A primogenito Pharaonis qui in solio sedebat*, הַיֹּשֵׁב עַל כִּסְאוֹ] Quidam ad filium referunt, & vertunt, *sedente*, i. e. *sessuro*: Vide c. 11. 5 [f]. Alii ad Pharaonem: nam Pharaonem ancillis opponit; & Pharaonis opus, quod est, *in solio sedere*, ancillarum operi, quod est, *molam trudere*: Nec *sedens* pro *sessuro* aptè poneretur [g]. ¶ *Primogenitum captivæ*] Ità Græci. Heb. *captivitatis*: quod rectè intelligas de servis pessimæ conditionis, i. e. in pistrinum datis. Confer suprà 11. 5 [h].

30. *Neque erat domus*] Nempe in qua erat primogenitus [i]. Aliqua potest hîc esse hyperbole. Modica exceptio pro nulla habetur [k]. Deus sic ordinavit, quòd in qualibet domo Ægyptiorum erat aliquis primogenitus [l]. In omnibus vel primogenitus mortuus est, vel primarius loco primogeniti [m]; sive, qui mortuo primogenito in ejus jura successit [n]. Ità nullus pater alii posset esse solatio, cùm clades omnibus communis esset [o].

31. *Vocatisque*, &c.] Videtur Pharao Mosen adiisse, vel per se [p], vel saltem per nuncios [q]. ¶ *Egredimini*, צְאוּ] Nempe, festinanter, quod innuit punctum extraordinarium. Vide etiam Gen. 19. 14 [r].

32. *Benedicite mihi*] i.e. Orate pro me *, nè peream in hac peste [t].

33. *Urgebántque*, וַתֶּחֱזַק] *Et invaluit*, Mo. Pi. i. e. Magno numero se congregavit ad urgendum [v]. *Cogebant*, ο'. nempe precibus, Exod. 11. 8 [x]. *Institerunt*, Sy. Ti. *coarctârunt*, Ar. *prævalescebant*, Ch. Hinc fabulæ & calumniæ Gentilium, Hebræos ob scabiem oraculi monitu ab Ægyptiis Ægypto pulsos fuisse; Tac. Hist. l. 5 [y].

34. *Conspersam farinam*, בְּצֵקוֹ] *Conspersionem suam*, Mo. V. O. P. *farinam*, ο'. *massam infermentatam*, Ch. Sy. Ar. JT. Ca. *cibos circumvolutos*, V. *pastam subactam*, K. in M. *reliquias ciborum*, M. ex RS. O. vel, *reliquias pastæ*, O. ¶ *Et ligans in palliis*, מִשְׁאֲרֹתָם צְרֻרֹת בְּשִׂמְלֹתָם] *Cibos suos* (vel, *reliquias*, Ti. *conspersiones*, P. Mo. ο'. *escas alias*, Q. in Mar. à שְׁאֵר *carne*, Mar. *massas eorum*, plerique in Mar.) *circumvolutos*, &c. V. vel, *ligatos in vestibus*, seu *palliis*; sim. ο'. Ch. Sa. M. Ti. Mo. Alii, *panaria sua involuta vestibus*, i. e. vasa in quibus servabatur massa illa: ut tamen sit continens pro contento; q. d. conspersiones suas conspersas. Alii subaudiunt præpositionem *in*, vertúntque, *in panariis suis* [ità Ch. vel, *in mactris*, Ca.] *involutis vestibus* [z]. Verti potest, Tulit populus *pastam pro cibis suis*, M. ¶ *Antequam fermentaretur*] טֶרֶם pro בְּטֶרֶם. Ellipsis τοῦ ב, quod exprimitur Gen. 37. 18 [a].

36. *Dedit gratiam*] Fecit ut populus gratiâ valeret apud Ægyptios [b]. Non timore inducti, sed spontè, commodârunt [c]. Solebant idololatræ in colendis idolis se gemmis & inauribus decorare. Credebant autem

Ægyptii

x BA.1.2. 50.573. — y Pi. — z A. — a La. — b Me.La. — c Me.Q. in Bo. — d E. — † Bo. — f Ità V. — g D. — h G. — i E. — k Bo. — l L. — m Jun. — n Bo. ad ver. 29. — o BA. 594. 10. — p Mo. — q Me.L. — r A. — * L. — t L. — v Pi. — x A. — y La. — z V. — a Pi. — b V. — c Me.

Ægyptii hoc petentes Iſraelitas ſuis diis ſacrificaturos, (prout antea fecerant,) ideóque nec abituros è terra. Nam Moſes hactenus itineris tantùm tridui mentionem fecerat[d]. ¶ *Ut commodarent eis*, ità Sa. וַיַּשְׁאִלוּם] Vertunt, *commodaverunt* (*mutuò dederunt*, Sy.) *eis*, ο'. Ch. P. Mo. O. *dederunt illis*, Ar. *petita dederunt*, A. Ti. M. Pi. *dederint eis petentibus*, JT. vel, *adeò ut illa utenda eis dederint*. וַיַּשְׁאִלוּם pro וַיַּשְׁאִילוּ לָהֶם; Ellipſis præpoſ. ל. Sic 1 Sam. 1. ult. הִשְׁאַלְתִּיהוּ, *petitum dedi eum* Jehovæ, h. e. utendum dedi, uſibus ejus conſecravi, Pi. ¶ *Et ſpoliaverunt*, ità Sa. Mo. JT. A. וַיְנַצְּלוּ] *Prædati ſunt*, ο'. *denudârunt*, Sa. verſ. *eradicaverunt*, Ar. *vacuos reliquerunt*, Ch. Promiſſum hoc antea fuit à Deo, Gen. 15. 4. & Exod. 3. 23. Jun. Gerſon, converſus Judæus, in ſuo Germanico Talmud annotat, quòd demum tempore Alexandri Magni hæc ſpolia per juridicum proceſſum repetere conati fuerint Ægyptii: Quiſtorp. Qu. Quando hoc factum? Reſp. Videtur factum ante decimam plagam, & hîc hyſterologiam eſſe †: Et illa, *fecerunt*, *petierunt*, vertenda ſunt, *fecerant*, *petierant*[f]. Unicum eſt quod obſtat, quòd tum non habebant diſcedendi facultatem. Verùm de dimiſſione jam actum fuit, & rumor ſparſus tanquam de re conceſſa, & ſervi Pharaonis de ea cum Rege egerunt. Sed præcipua difficultas eſt de jure. Hinc Manichæi Vet. Teſt. Deo detraxerunt tanquam fautori fraudum & furtorum. Duo ſunt quæ in dubium vocari poſſunt, nempe res, & modus. De utroque notandum, quòd agnoſcere debemus juſtum eſſe & æquum quicquid Deus facit. Quod ad primum, nempe Alienæ rei uſurpationem, dicendum, 1. Jus conditoris in omnia creata infinitum eſſe, nec in quenquam transferri poſſe. 2. Juſtam fuiſſe rationem hujus translationis, tum reſpectu Hebræorum, quibus Deus dare voluit mercedem ſervitutis & injuriarum; tum reſpectu Ægyptiorum, ut puniret Deus eorum ſcelera, idololatriam & contumaciam. Rectè Aug. *Digni erant Ebræi quibus talia juberentur; & Ægyptii, qui talia paterentur*[g]. Quidam aiunt eos pro mercede laborum ſuorum prædam hanc juſtè aſportâſſe[h]. Quæ excuſatio opportuna eſſet, ſi Pharaonis ipſius ac præfectorum bona abſtuliſſent; cùm autem ab amicis & vicinis hæc accepiſſent, non ſufficit iſte prætextus ſine Divina juſſione[i]. Hæc ſibi vendicabant Iſraelitæ titulo juſti belli, quo Ægyptios, hoſtes ſuos & tyrannos, invadere poſſent & ſpoliare[k]. *Qui hoc exprobrant Iſraelitis, cogitent quòd Ægyptii erant debitores, non ſolùm rerum, ſed & vitæ ſuæ, propter Joſephi benignitatem. Quid injuſtum, ſi illi, qui, licèt non ſerviſſent eis, multa auferre poterant, & divites abire, pro magnâ durâque ſervitute pauca accipiunt?* Iren. contra hæreſ. l. 4[l]. Sed altera quæſtio plus habere videtur difficultatis, nempe, quòd commodatò peterent; licèt hoc non tam colligatur ex verbis v. 35. & 36. (nam שאל eſt ſimpliciter *petere* vel *poſtulare*, ideóque negant nonnulli eos *commodatò petiiſſe*,) quam ex loci circumſtantiis: Non enim alius erat prætextus quo peterent, niſi ad celebrationem feſti, ideóque pecuniam non petebant. Dicendum ergò, 1. Iſraelitas hîc (ut antea Moſes fecit, cùm peteret iter tridui) petiiſſe ab Ægyptiis, ut concederent ſibi vaſa, &c. ad ſacrificium; quod Ægyptii reſtrictè acciperent, intelligeréntque ſibi reſtituenda eſſe poſt ſacrificium, etſi Ebræi non dicerent ſe reverſuros. In utroque facto fuit diſſimulatio, ſed tamen nihil dictum fuit contra veritatem[m]. 2. Non mentiti ſunt Hebræi, cùm petierunt commodatò, animo non reſtituendi; nam hæc conſiſtere poſſunt, ut ſcilicet quis commodati contractum ineat, & ſimul reſtituendi animum habeat tantùm conditionatum, Si tenebor reſtituere, aut, Niſi alio titulo res mea fiat[n]. Qui aliquid commodatò accipit animo non reſtituendi, non ſemper peccat mendacio: v. g. ſi ſibi perſuaderet, ſe facilè effecturum ut dominus illud poſtea donaret; pariter, ſi rem ſuam (quam alius poſſideret, nec ſciret eſſe alienam) commodatò peteret: nam tacita ineſt conditio, Reſtituam, nempe, niſi mea ſit, ſi obliger. Iſraelitis autem donata hæc erant, vel donanda, à ſupremo Domino[o].

37. *Profectique ſunt de Rameſſe*, מֵרַעְמְסֵס] *Raam-ſes, Rame-ſes.* Videtur nomen habuiſſe ex celebratiſſima illorum dea, quæ *Iſis* dicta aliis, Ægyptiis *Ses*, vel *Sis*. Solebant aliæ linguæ vocalem addere in initio verborum: Sic, quod ipſi *Cophti*, exteri vocabant *Ecophti*, indéque *Egypti*. Ità quod *mare Goiim* Hebræis erat, alii appellabant *Egoiim*, vel *Ægæum*. Plena ſunt omnia id genus exemplorum[p]. ¶ *De Rameſe*] Et regio ejus nominis erat, & urbs. Eò convenerant ex omnibus locis; nam probabile eſt ſparſos fuiſſe latiùs per Ægyptum[q]. ¶ *In Socoth*] Sic dicta eſt, quòd prima ibi Hebræi, exeuntes ex Ægypto, fixerunt tabernacula[r]: vel potiùs, à nube gloriæ quæ hîc ſupervenit eis, iiſque tegumentum erat, Pſal. 105. 39. & cum iis manſit ad Moſis mortem[s]. ¶ *Sexcenta ferè millia*] Non numerantur qui vigeſimum ætatis annum nondum expleverant, nec mulieres, nec ſenes, nec vulgus Ægyptiorum qui Hebræis adhæſerant; quos omnes aliqui putant attigiſſe tricies centena millia[t]. Minùs mirabitur duobus ſeculis ſic auctam Jacobi progeniem, ſi quis conſideret in Ægypto mulieres eſſe valde εὐεκφόρους (*fertiles*,) ut Ariſtot. affirmat, Hiſt. anim. l. 7. c. 4. ità ut multæ uno partu ſeptenos edant, ut teſtatur Paulus, L. *Antiqui*, D. *Si pars hæreditatis petatur.* Adde Gellium l. 10. c. 2. [*Sed de his vide quæ ad* Exod. 1. *congeſſimus*. Valde autem hic numerus convenit cum eo qui eſt in loco Chæremonis apud Joſephum. Is enim priùs ponit 250 millia, deinde 380 millia[v]. ¶ *Abſque parvulis*, [ità plerique,] לְבַד מִטָּף] *Tantùm præter familias*, Mo. *præter apparatum*, ο'.

38. *Vulgus promiſcuum*, ità Sa. עֵרֶב רַב] *Miſtio multa*, Sy. P. Mo. O. *promiſcua turba*, *copioſa*, Ar. *extranei multi*, Ch.

39. *Coxeruntque*, &c.] Heb. *Coxerunt maſſam illam in placentas*. Ellipſis לְ[x]. Senſus eſt, Quia placentæ ob feſtinationem exitûs fermento mixtæ non fuerant, ideo eas non coxerant Hebræi in exitu; ſed ubi Succothas venerunt, addito quod ſecum attulerant fermento, coxêre eas, ut & cibos alios[y]. ¶ *Farinam dudum conſperſam*] Rectè; nam plùs quàm uno die integro conſperſa fuerat, nec fermentata[z]. ¶ בָּצֵק] *Paſtam*, Onk. M. *conſperſionem*, V. P. in G. ¶ *Subcinericios panes*] Eſt עוּגָה *panis ſubcinericius*, i. e. ſuper carbones, non in fornace, coctus[a]. ¶ עֻגֹּות] *Placentulas*, Ch. Sy. Ar. Mo. O. M. *ſubcinericia*, ο'. Sa. ¶ *Neque poterat fermentari*] Heb. *non erat fermentata*, ſub. *illa conſperſio*, V. ¶ *Cogentibus exire Ægyptiis*] Hinc fingebant calumniatores, Appion & alii, Judæos Ægypto pulſos tanquam leproſos & morbidos. Cui calumniæ obviàm ire voluit Pſaltes, Pſal. 105. 37. *nec infirmus in tribubus*[b]. ¶ *Nec pulmenti quidquam*, &c. צֵדָה לֹא עָשׂוּ] *Eſcam ſibi non fecerant*, P. V.

40. *Habitatio autem-- in Ægypto fuit quadringentorum triginta annorum*] At certum eſt toto illo tempore non habitâſſe in Ægypto. Quod patet, 1. ex genealogia Moſis: Nam *Caath*, qui deſcendit in Ægyptum cum *Levi*, Gen. 46. vixit annis tantùm 133; *Amramus*, ejus filius, annis tantùm 137; *Moſes*, ejus filius, erat 80 tantùm annorum in exitu. Ex his demendi ſunt & anni quos *Caath* vixit poſt natum *Amramum*, & quos *Amramus* vixit poſt natum *Moſen*[c]. 2. Ex Gal. 3. ubi Apoſtolus à promiſſione Abrahamo facta uſque ad Legem datam numerat tantùm 430 annos[d]. Ultra 210 annos in Ægypto non erant †. Ità Seder Olam, & Chronicon R. Abrahami Levitæ, qui ſic ait: *A deſcenſu Jacobi in Ægyptum fluxerunt anni* 17; *hinc ad mortem Joſeph*, 53; *hinc uſque ad tempus quo ſurrexerunt falſi prophetæ de filiis Ephraim & Gilead, qui ſeduxerunt filios Iſrael, & ob id occiſi fuerunt, anni* 110; *hinc ad exitum*, 30 *anni*[f]. Qu. At quomodo hæc concordant cum textu? Reſp. Aliquid hîc interpretamenti vice addendum cenſuêre interpretes. LXX hîc variant ab Heb. (quod in utroque Talmude notatum) & addunt poſt, ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν τῇ γῇ Χαναάν. (Sic & Sa. in G.) Quod probabile eſt ex Hebræo codice excidiſſe[g]. Non placet; neque enim tot annis in his duabus terris habitârunt. Nam *Carris* habitavit Abraham, ut doctiſſimis Ebræorum videtur, 5 annis: illinc venit in terram Canaan, ubi vixit 25 annis ante natum Iſaacum: indè ad exitum 400 anni[h]. Alii ergò dicunt

d Li. ſpicil. † Riv. ex Aug. Bo. f Bo. g Riv. h Ità T. i E. k T. l Lippom. m Riv. n Me. Bo. o Bo.

p Li. in ſpicil. q Riv. r Me. s Li. ſpicil. t Me. v G. x Pi. y G. z Me. a M. b Riv. c L. Riv. d E. Riv. † G. F. He. in M. & F. f M. g Bo. h D.

dicunt Senes hoc addidiſſe, *& in reliquis terris*, (quod etiam RS. ſubintelligit [i].) Rectè ſanè. Teſtantur id AE. ad h. l. & liber continens res geſtas Regum ac Ducum Templi ſecundi [k]. In quibuſdam libris additur etiam poſt κατῴκησαν, (*habitaverunt*,) καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, (*& patres eorum* [l].) Sic edit. Rom. libri antiqui. Hoc additamentum probum eſt [m]. Senſus non eſt malus, ſi intelligas exſilium illud Ægyptiacum duràſſe ad annum uſque 430. ex eo tempore, Gen. 15. 13 [n]. Tota manſio denominatur à terrà Ægyptiaca, quòd ea reliquis diuturnior & poſterior fuerit [o]; & magnis calamitatibus inſignis [p]. Illius habitationis & finis, (ut hîc dicitur,) & principium, (ut patet ex Gen. 12. 10.) fuit in Ægypto [q]. Major eorum pars in Ægypto conſumpta eſt. Hæc habitatio, &c. nobilitata eſt & imperio Joſephi, & Hebræorum tum multiplicatione, tum afflictione, in Ægypto, & ſtupendâ eorum liberatione ex illa [r]. Inchoandus eſt numerus à tempore vocationis Abrahæ ex Chaldæa, & promiſſionis ei factæ, Gen. 15 [s]. Eugubinus quidem & Genebrardus volunt captivitatem duràſſe 430 annos; ſed nullis rationibus firmis nituntur [t]. Egreſſi ſunt 25. die Martii, nempe eodem menſis & hebdomadæ die quo ante annos 2543 creatus fuerat mundus, & poſt annos 1457 incarnatus eſt Chriſtus, & quo 34 poſt annis reſurrexit à mortuis, & quo putatur in fine mundi venturus ad Judicium extremum; nempe 25. Martii, die Dominicâ [v].

41. *Eâdem die*] Vel, *hoc ipſo die*; ità vertunt Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. A. In explicatione variant. 1. Eâdem die quâ ante 430 annos Abraham cœpit peregrinari in Ægyptum [x]. 2. *Eâdem die*, ſcil. Paſchæ, de qua v. 17 [y]. 3. Omnes ſimul, licèt eſſent tanto numero, eâdem die egreſſi ſunt [z]. Hoc enim miraculi inſtar fuit [a]. Alii vertunt [בְּעֶצֶם הַיּוֹם] *in oſſe* (vel, *corpore*, A. Mo. vel, *robore*, O. A.) *diei*, Pi. Ma. Habente adhuc die robur ſuum [b]. Vide de hac phraſi v. 17. & Gen. 7. 11 [c]. h. e. Medio die; quemadmodum percuſſit Ægyptios mediâ nocte [d]. Factum enim hoc videntibus Ægyptiis, Num. 33. 3 †. Summo manè & diluculo [f]. Alibi noctu exiviſſe dicuntur, Deut. 16. 1. reſpectu initii [g], & præparationis, & liberæ abitionis à Pharaone conceſſæ [h].

42. *Nox obſervabilis*, ità Ch. Sa. O. [לֵיל שִׁמֻּרִים] *Nox cuſtodiarum*, Mo. F. vel, *obſervantiarum*, M. F. V. Ma. A. *Nox obſervationis*, Aq. Schol. Samar. in Nob. vel, *obſervata*, Sym. i. e. *obſervabilis*. Sic in N. Fœdere, κατεγνωσμένος, *condemnabilis* [i]. Ità dicitur, vel, quòd Dominus eâ nocte cuſtodiverit filios Iſrael, nè læderentur [k]; vel, quòd illi omnibus ſeculis obſervare deberent, &c [l]. Noctu ad omnes Hebræos miſſi ſunt nuncii ut egrederentur, ad quod comparârunt ſe [m].

43. *Hæc eſt religio Phaſe*] i. e. Talis debet eſſe ritus, ſeu obſervantia, edendi agni Paſchalis [n]. ¶ *Alienigena*, ità P. [בֶּן־נֵכָר] *Filius ignoti*, O. Qui eſt alterius gentis [o]. Extraneus à gente Judæorum & religione [p]. Vel, qui eſt extra ritum Judæorum, ſive Gentilis, ſive Judæus baptizatus [q]. *Omnis filius Iſrael qui fuerit apoſtata*, Ch. ¶ *Non comedet*] Niſi circumciſus fuerit [r].

44. *Omnis ſervus circumcidetur*] Qu. An inviti circumcidi poterant? Reſp. [Affirmant quidam.] 1. Id diſertè exprimitur Gen. 17. 12. 2. Aliàs nulla eſſet differentia inter ſervum & mercenarium; nam & hic, ſi voluit, circumcidi potuit [s]. Nota illis invitis impreſſa erat, (nec hoc injuſtum reſpectu doloris, cùm ſervi ſint poſſeſſio dominorum:) at in iis non erat ſignum profitendæ Judaicæ Legis, ſed tantùm politica nota [t]. [*Bocharti mentem & verba videre eſt in Annotatis ad* Gen. 17. 12.] [Negant alii [v].] Quia cùm circumciſio dicatur *Fœdus Domini*, Deus non vult fœderatos invitos, ſed obedientes [x]. Sed hic ſenſus eſt; Judæis cavendum, nè ſervos emerent qui non eſſent parati ſuſcipere Religionem Judaicam & Circumciſionem; deinde, nè Phaſe comederent antequam circumciſi eſſent [y]. Lex de ſervis circumcidendis intelligi debet ſub conditione, *ſi vellent*: addo etiam, dominum debuiſſe omnem operam adhibere ut eos volentes adduceret [z]. ¶ *Et ſic comedet*] Dupliciter

[i] G.
[k] D. qu. epiſt. 51.
[l] G.
[m] D. ibid.
[n] G. E.
[o] F.
[p] Me.
[q] Walth. La.
[r] Walth.
[s] Ità L. E. Me. T. ex To. & Caj.
[t] F. ex RS. D. G. Riv. Be. ex Jo. & Euſeb.
[v] Riv.
[v] T.
[x] Q. in La.
[y] La.
[z] L. To. in La.
[a] La.
[b] O.
[c] V.
[d] He. in A.
† A.
[f] Bo.
[g] A.
[h] Riv.
[i] D.
[k] F. V. Bo.
[l] F. V. L. Me. T. M. A.
[m] La.
[n] V.
[o] Me.
[p] V.
[q] RS. in L.
[r] Me.
[s] La.
[t] Caj.
[v] Ità Be. Riv. BA. 1. 2. 50. 577.
[x] Riv.
[y] Bo.
[z] Riv.

intelligitur ab Hebræis. 1. Ut domino non liceat edere donec ſervus ſit circumciſus; quia, cùm ſit quædam res domini ſui, ei imputari debet defectus Circumciſionis. 2. Ut ſervo non liceat; q. d. quanquam ſit res domini Hebræi, non tamen propterea admittendus eſt ad comeſtionem agni Paſchalis, niſi fuerit circumciſus [a].

45. *Advena*, [תּוֹשָׁב] Gentilis [b]. Verbi gr. Mercator qui inter vos commoratur [c]. ¶ [תּוֹשָׁב וְשָׂכִיר] h. e. *Gentilis, & incircumciſus*. Ità exponunt Hebræi. Alioquin תּוֹשָׁב capitur pro ſubulato, & qui acquiſitus eſt ad עוֹלָם, i. e. *uſque ad jubilæum*. At שָׂכִיר eſt, qui emptus eſt ad 6 tantùm annos [d]. ¶ *Non edent*] Nempe niſi ſpontè velint circumcidi, neque enim eos cogendi jus erat. Intelligitur id tum ex præcedentibus verbis, tum ex Num. 9. 14 †.

46. *In una domo*] In memoriam quòd in Ægypto adeò ſoliciti erant de exitu, quòd non vacabat eis diſcurrere de domo in domum [f]. ¶ *Nec efferetis*] Ex præcedentibus hoc conſequitur, quia ſtare in domo juſſi ſunt [g]. ¶ *Nec os confringetis*] Quippe raptim edere juſſi ſunt: Neque enim qui properant in emedullandis oſſibus tempus terunt [h]. Oſſa cum reliquiis carnis agni combuſta ſunt [i].

48. *Quòd ſi quis peregrinorum*, &c. [וְכִי יָגוּר אִתְּךָ גֵּר וְעָשָׂה פֶסַח לַיהוָה] Ἐὰν δέ τις προσέλθῃ πρὸς ὑμᾶς προσήλυτος ποιῆσαι τὸ πάσχα Κυρίῳ, (*Si quis proſelytus accedat vobis ut faciat paſcha Domino*,) ο′. in G. *Cùm peregrinatus fuit tecum peregrinus, & fecerit tranſitum Domino*, i. e. Divinæ Legi ſe ſubjecerit, factus ſit גר צדק, i. e. *proſelyta juſtitiæ* [k]. *Quando tranſierit ad veſtram Religionem*, Ch. ¶ *Et tunc celebrabit*] Nempe, ſi omnes maſculi ad eum pertinentes circumcidentur. Sic Gen. 17 [l]. ¶ [וְעָשָׂה] *Et fecerit*: hîc ſign. *& facere voluerit*. Nam verbum actionem notans de voluntate & voto agendi non rarò intelligendum [m].

[a] L.
[b] L. Me.
[c] Me.
[d] M.
† G.
[f] L.
[g] BA. 610. 38.
[h] BA. 609.
[i] He. in A.
[k] G.
[l] L.
[m] Glaſ. gram. p. 248.

CAP. XIII.

2. SAnctifica mihi omne primogenitum, [קַדֶּשׁ־לִי וגו'] At huic loco apertè repugnat alter locus, Lev. 27. 26. *Primogenitum ex beſtiis—nè quis ſanctificato* (לֹא יַקְדִּישׁ) *illud; Domini eſt*. Reſp. Conciliatio facilis eſt, ſi poſterior locus de *conſecratione* loquatur, (non enim iterum conſecrandum quod Deus ſemel ſibi conſecraverat;) prior de *ſancto uſu*, ſanctè enim uſurpandum quod Deus ſemel ſibi conſecraverat. Si bene obſervavi, הִקְדִּישׁ eſt, *Deo addicere*, & *conſecrare*; קַדֵּשׁ, *ſanctè habere*, vel *uti*. Differentia hæc inſignis eſt, ut minùs ſit perpetua; & tamen ex iis quæ haud putares ad eam flectas multa [n]. ¶ *Sanctifica mihi*, [קַדֶּשׁ לִי] h. e. Indica meo nomine populo ut ſanctificet, prout Moſes feciſſe legitur, v. 11, 12. Nam voces reales (ſcil. realem actionem ſignificantes) pro verbalibus ſæpe uſurpantur, h. e. pro rei indicatione, quæ ut plurimùm fit verbis [o]. Sanctifica, nempe per oblationem, i. e. *immola*. Et quia hominem immolari nefas eſſet, jubet pretio redimere [p]. A communi uſu ſeparate, ut mihi dicentur & offerantur [q]. Offer mihi, & homines quidem in perpetuum mei ſervitium: nihilominus Deus Levitas eorum loco ſuffecit [r]. *Conſecra*, ſcil. mandato: Jubeto mihi conſecrari [s]. ¶ *Quod aperit vulvam*, [פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם] Ad verb. *apertionem omnis vulvæ*, V. Quod ſic intelligendum eſt: 1. Si mas ſit, v. 12. Nec fœmina offerebatur; nec mas qui poſt partum fœminæ natus erat, quia non aperuit vulvam. 2. Non omne paternum primogenitum erat Deo offerendum; nempe, ſi ex vidua quæ antè pepererat ſuſceptus filius; aut ex non vidua, ſed quæ fœmellam antè pepererat. 3. Omne maternum primogenitum Deo offerendum: ſi plures quis haberet uxores, ſingularum primogenitus offerendus erat [t]. *Quod aperit*, ſcil. primò, idque erumpendo [v]. At פֶּטֶר *PATAR* nunquam ſign. *aperire*, ſed *diſcedere*, vel *dimittere*. Fortè ex Arabiſmo eſt, ubi *PHATARA* eſt *incipere*, & *ALPHATRO initium*, & פֶּטֶר poteſt eſſe *initium* vulvæ, i. e. fœtus quem vulva primùm efformavit, &c. Hinc

[n] Med. de Sanctitate relativa.
[o] Glaſ. gram. p. 266.
[p] E.
[q] Me. O. ità La. Bo. A.
[r] T. ex Bo.
[s] Pi.
[t] Bo. T.
[v] Pi.

Hinc Ar. *primum ventris*[x]. ¶ *Mea sunt*, לִי הוּא] *Meum enim est*, V. Alii generaliter exponunt; q.d. Meritò possum primogenita exigere, cùm omnia sint mea. Alii specialiter; Primogenita mihi obligata sunt[y]. *Mea sunt*, quia illa à strage exemi[z]. Mea esse volo, & hâc lege constituo[a]. In memoriam tanti beneficii[b].

3. *Mementote*, זָכוֹר] Infin. pro imperat[c]. Sic הָלוֹךְ *ire*, 2 Sam. 24. 12. pro, *ito*, 1 Chron. 21. 10; *edere*, Esa. 22. 13. pro, *edamus*, 1 Cor. 15. 32[d]. Vel indefinitum est, quia perpetuò recordari jubemur[†]. ¶ *Ut non comedatis fermentatum*] Ut memores sitis quàm festinanter ejecti estis[f]. Præceptum non obligat ad comedendum azyma nisi primâ die, quando comedebatur agnus; sed sufficit in aliis diebus abstinere à fermento & fermentato[g].

4. *Mense novarum frugum*, ità Ch. Sa. Mo. אָבִיב] *Spicæ*, pro *spicarum*, V. h. e. mense quo spicæ exeunt calamis. Nam אָבִיב propriè est *calamus in cujus summitate est spica*[h]. Est *spica recens*[i], vel *viridis*, Exod. 9. 31[k]. Hoc sensu omnes Hebræi accipiunt[l]. *In mense maturescentis fructûs*, F. M. vel, *granescentis segetis*, Ar. vel, *spicæ viridis*, O. Alii אָבִיב accipiunt pro *tempore florido ac virenti*, quo nempe egressi sunt[m]. *In mense florum*, Sy. & Arab. MSS. in BA. Mensis hic *Nisan* est[n]. נִיסָן autem scribitur pro נִסָּן, ut Josephus vocat *Nissin*, Antiq. 3. 10. vocali longâ supplente defectum τῷ Dages; ut sæpe in נִיסִין pro נִסִּין *Nissin*, i. e. *vexilla*. Ità *Nisan* dicitur à vexillis, quæ illo mense primùm educuntur, 2 Sam. 11. 1[o]. Eduxit eos Deus tempore ad iter peropportuno, cùm nec æstus nec frigus viget[p].

5. *Cùm introduxerit*, &c.] Hinc patet has leges de Phase & azymis & primogenitis non obligâsse eos in deserto. Pariter de sacrificiis. Vide Deut. 12. 1, 9[q].

8. *In die illo*] Quo, scilicet, comedes azyma[r]. ¶ *Hoc est quod fecit*, בַּעֲבוּר זֶה עָשָׂה] *Propter hoc quod fecit*, A. Pi. P. i. e. Propter ea signa quæ fecit Dominus celebramus Paschæ festum[†]. Alii sic, *Propterea hoc fecit*, Sa. Sy. M. Ti. *mihi Jehovah*, sub. *ut essemus memores accepti beneficii*[t]. *Propter hoc fecit*, ὁ. Ch. Mo. JT. *Propter hoc facit*, i. e. præcepit mihi hoc[v]. *Propter hoc*, sub. *facio hoc*, Pi. *Istud est* (vel, *hoc factum est*, Ang.) *propter id quod fecit*, Ar. Belg. *Propter hoc fecit Jehovah mihi ista*. Ellipsis est relativi; h. e. In hunc finem omnia hæc beneficia præstitit, ut ipsum tam beneficum grato animo colam & celebrem[x].

9. *Et erit quasi signum in manu tua*, &c.] Quidnam erit signum? nempe id de quo immediatè egerat, solennitas diei illius & azymorum, ut postea v. 16. *Erit signum*, nempe id, quòd primogenita consecrantur. Ubi notandum est, verba esse non Dei, nec Mosis, sed parentum filios ex præscripto Divino sic instituentium, (ut patet ex alio loco sequente:) q.d. Hic ritus tibi, ô fili mi, *erit in signum*. Proverbialis est loquendi modus, cùm voluerint rei memoriam commendare, *signum in manu*, vel, *ad manum*, i.e. quod semper in promptu habeas. Sic Jer. 22. 24. *Si quasi annulus*, scil. cui signaculum insculptum. Confer Cant. 8. 6. Esa. 49. 16. Agg. 2. 24[y]. Quod in promptu habeas, quasi manu palpandum, manibus, oculis continenter spectandum, & ad omnes usus recolendum[z]. Sensus est, Studebis perpetuò beneficii hujus reminisci, perinde ac si signum posuisses digito, &c[a]. Alludit ad eos qui filum digito alligant, aut signum aliquod sibi faciunt, nè obliviscantur[b]. i.e. Externæ istæ ceremoniæ sint tibi quasi signum, habeas in manu, aut monumentum ante oculos, quod te perpetuò admoneat beneficii accepti. Signa in hoc prosunt, ut spiritualium cœlestiúmque rerum aspectum terreno quodam modo nobis exhibeant; ut sensus nostros exerceant, moneant, ac solentur. Dicit ergò Deus, Ego præcepi tibi hanc ceremoniam observari, ut potentiam ac beneficentiam meam, quâ te liberavi, quasi in oculos & manum dem; nè unquam tibi desit quod carnis infirmitatem adjuvet, & te admoneat potentiæ meæ & gratiæ, &c. & sic cor tuum calefiat, & me benefactorem ames, timeas, colas, &c. & studeas voluntati meæ obtemperare: sicque fiet ut Lex Dei semper sit in ore tuo, ut semper eum laudes, & totâ vitâ Dei virtutem testeris[c]. Pharisæi, qui hæc carnaliter & crasso modo intelligebant, alligabant brachiis & fronti sua phylacteria[d]. Quæ carpit Christus, Matt. 23. 5[†]. Quæque tanti faciunt miseri Judæi, ut apud eos est hæc sententia, כל המקיים מצות תפילין מעלה עליו כתוב כאשר למד יומם ולילה, h. e. *Quicunque servat præcepta de ponendis Tephillim, huic tribuit Scriptura quasi discat dies & noctes*. In iis quatuor domunculos faciunt, ubi totidem lectiones reponunt. Si plures vel pauciores sint, gravissimum illis delictum est contra Deut. 12. *Non addes*, &c. Numerum colligunt ex voce טֹטָפֹת. *TOT* enim RS. alicubi in *Caspia duo* significare contendit; similiter & פות in alio quodam loco, nempe *Africa*. Quatuor lectiones sunt hæ: Deut. 6. à 4, ad 9. Exod. 13. à 1. ad 10. tertia ibidem sequitur, *Et futurum est quòd introducet*, &c. quarta, Deut. 11. 13, &c[f]. [*Qui plura de his næniis videre avet*, adeat P. Fagium in v. 16. *Ea lubens prætereo tanquam extra oleas nostri instituti*.]

10. *A diebus in dies*, ità ὁ. O. Mo. Ma. M. V. i. e. omnibus diebus, O. *jugiter*, Ti. מִיָּמִים יָמִימָה] *A tempore in* (vel, *ad*) *tempus*, Ch. Sy. *quotannis in tempore suo*, Sa. *quotannis*, vel, *ab anno in annum*, Ar. P. JT. A. La. Bo. M. F. V. יָמִים *dies* in plurali significat *annum*[g]; quia annus diebus constat[h]. Vide ad Gen. 4. 3[i].

11. *In terram Cananæi*] Sub quo cæteras gentes comprehendit; harum enim omnium pater erat Canaan[k].

12. *Separabis*] Ità ὁ. Sa. Sy. Ar. F. V. Ità hoc verbum ubique significat[l]. ¶ וְהַעֲבַרְתָּ] *Ut emancipes*, JT. *mancupi facies*, Ti. *adduces*, M. *transferes*, P. AE. in F. ad Dominum, ut non commisceatur cum aliis, AE. *Et transire facies*, Ch. O. Mo. Ma. A. scil. *à te*, O. vel, *ad Jehovam*, A. Vel, *transire per ignem*; ut explicatur hæc phrasis Deut. 18. 10. 2 Reg. 16. 3. Vide Exod. 13. 15. & Num. 18. 17. Vel, *transire sub virga*, Levit. 27. 32. & ità Deo consecrare[m]. ¶ *Primitivum in pecoribus*, וּפֶטֶר שֶׁגֶר בְּהֵמָה] Vox prior Hebræa per Chaldæam alteram explicatur[n]. Hoc membrum præcedenti subjicitur declarandi & amplificandi causâ, nè quis illud intelligat de solis hominibus[o]. *Et omne*, &c. sub. *mundum*; quod docet exceptio *asini* & *hominis* versu seq. Ergò *Et* ponitur pro *Etiam*, vel, *Id est*[p]. Vertunt, *Aperiens ex jumentis*, Sy. *primogenitum fœtûs jumenti*, Ti. *primum partum jumentorum*, Ar. *apertionem fœtûs animalis*, Ma. F. *adaperiens vulvam de armentis*, ὁ. *aperiens vulvam fœtûs bestiæ*, A. *apertionem, emissionem* (*apertionem vel emissionem*, O.) *animalis*, P. Mo. O. *Apertionem*, sub. *vulvæ*; appositivè, *emissionem jumenti*: h. e. quod aperit vulvam bestiæ, & emittit bestiam. Primogenitum innuit[q]. Exponunt Hebræi שֶׁגֶר pro שָׁלוּחַ, *emisso fœtu*[r]. Per *fœtum* hîc intelligi volunt *ejectitium*, h. e. qui ante tempus emittitur; & hunc quoque, si masculus sit, Domino adducendum[s]. *Omnem apertionem & fœtum* (nempe ejectitium) *jumenti*, Ch. in V. Fœtus שֶׁגֶר *Seger* dicitur, quia per partum emittitur; Chaldæis enim שגר est *emittere*: Targum ad Jer. 13. 17. Et *Sagiara* Arab. est *emissio aquæ*. Quâ ratione שָׁלַח etiam ad partum referunt, Job. 21. 11. *Emittunt* (i.e. pariunt) *ut oves parvulos suos*[t].

13. *Primogenitum asini mutabis*] Asini tantùm meminit ove redimendi, quia major eorum copia ibi fuit[v]. Jud. 10. 4. & 12. 14[x]. Confer Num. 18. 15[y]. Et hinc occasionem nonnulli ceperunt affirmandi, exclusa fuisse primogenita aliorum jumentorum præter asinum[z]. Hinc Gentilium fabulæ, asinos in deserto Judæis aquam ostendisse, & Judæos asinum adorare. Stupidum hoc animal indignum erat quod Deo immolaretur[a]. At quod hîc dicitur de asino, existimo de equo, camelo, & quovis jumento, intelligendum[b]. Solius asini meminit, tanquam animalis inter immunda maximi usûs, & ordinarii; ex cujus analogia de aliis voluit judicium fieri[c]. Nam, 1. Id evincit causa, v. 15. *Quia occidit Jehovah in Ægypto primogenitum* בְּהֵמָה, i. e. *jumenti*. 2. In Num. 18. 15. *primogenitum jumenti immundi* redimi jubet. Riv. Quanquam nonnulli Judæi *immundum*, Num. 18. explicant per *asinum* hoc loco[d]. 3. Cùm exceperit Deus *pretium canis*, quod noluerit deferri in sanctuarium, indicavit solum illud animal immundum fuisse exceptum, quod noluerit redimi[†]. Omnia primogenita etiam jumentorum,

Margin notes (col. 373): x BA. 1. 2. 30. 297. — y L. — z Me. L. Riv. — a Bo. V. — b V. — c V. — d A. — † A. — f V. — g RS. in L. — h F. — i BA. — k A. — l F. V. — m V. F. — n E. Me. — o BA. 1. 2. 50. 557. — p O. — q La. — r V. — † F. V. — t V. — v O. — x Glass. gram. p. 211. — y Riv. — z Jun. Riv. — a Bo. L. — b Bo. V. — c V.

Margin notes (col. 374): d Bo. — † Me. — f F. — g Me. M. V. — i A. — k Me. La. — l RS. in F. — m A. — n G. — o Pi. — p A. — q V. — r M. — s M. F. — t BA. 1. 2. 30. 296. — v Jun. Pi. Ma. — x Ma. — y Pi. — z Riv. — a La. — b Bo. Riv. — c Riv. ità Jun. Pi. Ma. A. — d A. — † Riv.

rum, equorum, &c. cæsa sunt in Ægypto: In hujus tamen memoriam pecora tantùm offerri voluit Deus, ut dictum ad vers. 12 [f]. ¶ *Interficies*, ità Ch. Sy. וַעֲרַפְתּוֹ] *Et decervicabis eum*, Mo. O. M. Ma. *decollabis*, Sa. Ar. JT, malim, *decollato*, Pi. *cervicem*, vel *collum*, *frangas*, P. Ti. Belg. A. Vel, *incides*, seu *dissecabis*, quomodo transfertur Deut. 21. 4. & Esa. 66. 3 [g].

14. *Cras*] i.e. In posterum [h]. Vide Matt. 6. 34 [i]. ¶ *Eduxit nos*] Quæ *patribus* facta, commemoranda sunt tanquam *liberis* præstita essent; ut notant RR. ex Deut. 15. 5. Ità Psalm. 66. 6. Hos. 12. 4. Vide 1 Cor. 10. 6 [k].

15. *Cùm induratus esset*, &c. כִּי הִקְשָׁה] *Cùm difficilem se redderet*, M. *quum induràsset*, V. K. in M. i.e. quum obfirmâsset vultum suum, se non dimissurum nos [l]. ¶ הִקְשָׁה לְשַׁלְּחֵנוּ] *Quum durum se præbuisset in dimittendis nobis*, Jun. Pi. *durus fuit* (h. e. pervicax) renuens *dimittere*; vel, *induravit se contra dimissionem*, vel, *à dimittendo*. *Ad* interdum sumitur pro *à* vel *ab*. Vide ad Gen. 36. 6. Sic, *reversi sunt ad eundum*, 1 Reg. 12. 24. pro, *ab eundo*, 2 Chron. 11. 4 [m]. ¶ *Redimo*, אֶפְדֶּה] *Redimere soleo*; futur. pro præsenti [n].

16. *Quasi appensum quid*] *In appensum*, Ch. εἰς ἐγεκτὰ, i.e. *in appensa quædam*, Aq. in Nob. ¶ לְטוֹטָפוֹת] *In frontalia*, P. Mo. JT. Ca. Belg. Potiùs, *in ocularia*, seu *specilla*, O. *in monumentum*, Sa. O. M. Ti. *expansum*, Ar. *memoriam*, Sy. sic vocantur v. 9. *in typica monumenta*. Græci habent ἀσάλευτον, *immobile* monumentum. RR. vocant *Tephillin*, i.e. *oratoria*, seu *precatoria*, quia precaturi ea induebant. Verto, *in phylacteria*, quia conservabant memoriam Legis, Deut. 6. 8. & 11. 18 [o]. Judæi crassè accipiunt [p]. [Vide ad v. 9.] Quomodo intelligenda sunt docet nos Hieron. ad Matt. 23. *Præcepta*, inquit, *erunt in manu tua, ut compleantur; erunt ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis* [q]. Vocem quod spectat, Scaliger putat esse Ægyptiacam, quæ *amuletum* significet; ut certè significat, prout astruit & nominis notatio, & gentium superstitio. Certum est apud veteres in amuletis fuisse præcipuè γελοῖά τινα, (*ridicula quædam*,) atque inter ea maximè pudenda, quæ variis è rebus efformata appensa gestabant ἐπὶ φθόνῳ ἀπολεγπῇ, (*ad avertendam invidiam*:) unde factum est ut *fascinum* de *pudendis* dicitur. Hujusmodi Gentium & Ægyptiacis amuletis, quibus assueverant, noluit eos uti, sed eorum loco Decalogum in membranulis descriptum gestare. Sunt ergò טוֹטָפוֹת *pudenda è luto efformata*; à טוט, unde טיט *lutum, limus*, & פוֹת *pudendum*. Et quia talia usitata erant, pro *omnibus amuletis* vox accipitur [r].

17. *Cùm emisisset*, בְּשַׁלַּח] Hîc tertia Sectio incipit, à secunda voce sic dicta †. ¶ *Non per viam Philisthiim*] Philistæi erant inter Cananæos ferocissimi & bellicosissimi [t]. Hi antea occiderant quosdam Israelitas, dum in Ægypto habitâssent, 1 Chron. 7. 21 [v]. Hoc iter ex Ægypto in Canaan, per Philistinos, erat paucorum dierum [x]. Communiter dicitur esse decem dierum [y]. Philo ait esse trium dierum [z]. Juxta Itinerarium Antonini, à Pelusio ad Ascalonem sunt 152 millia passuum: iter septem dierum plùs minùs Tacit. Hist. 5 [a]. ¶ *Ne fortè pœniteret eum*, &c.] Supple, *Videndum*, nè pœniteret, &c. Jun. Pi. Longa enim servitus frangit animos [b]. Noverat Deus meticulosum eorum animum, noluítque eos initio hostibus exponere. Exercendi priùs erant viæ laboribus, & aliquandiu confirmandi: Abducendi præterea longiùs ab eo cui assueverant solo [c]. Etiam aliâ viâ pugnandum fuit cum Amalec, c. 17. Sed illud prælium unicum fuit, & post 40 dies ab exitu, & Divino auxilio facilè confectum [d]. Et experti antea essent Divinam protectionem in submersione Pharaonis †. Si autem transivissent per Philistæos, statim & assiduè eis pugnandum fuisset cum bellicosissimis [f]. Erant & aliæ causæ cur eos circumduceret, (plures enim unius rei causas esse nihil prohibet:) nempe, Ægyptii submergendi erant; Israelitæ tentandi, & fides eorum in deserto multis miraculis confirmanda; & Cananæis πλήρωμα iniquitatum concedendum. Dices, At

[f] Mo.
[g] A.
[h] F. V. G.
[i] G.
[k] A.
[l] V.
[m] A.
[n] V.
[o] A.
[p] Me. La. Bo.
[q] Me. ad v. 9.
[r] Petit. var. lect. c. 20.
† V.
[t] Riv. L.
[v] A.
[x] Bo.
[y] M. ità AE. in F.
[z] Me.
[a] Riv.
[b] G. F.
[c] Riv.
[d] Me.
† Riv.
[f] Me. Riv.

Dominus poterat eos solo nutu defendere, & Philistæos delere. Resp. 1. Illos servare voluit Deus, ut populum suum exercerent. 2. Deus sæpe vult ordinariis uti mediis, & instrumentis utitur pro sua conditione. Indè non abstulit ab Israelitis omnem timidatem, nè quis fortitudini eorum tribueret quæ postea gesta sunt. ¶ *Et reverteretur in Ægyptum*] Quod facturi erant Num. 14. sed multò fortiùs fecissent territi à Philistæis [g].

18. *Ascenderunt armati*] Ità Ch. Sy. F. ex He. sic M. Ti. A. M. ex K. V. Me. Ità sumitur Jos. 1. 14. & 4. 12. Jud. 7. 11 [h]. ¶ חֲמֻשִׁים] *Accincti*, scil. *armis*, à חוֹמֶשׁ *quintâ costâ*, (2 Sam. 2. 23. G.) quòd circa eum arma ferè adhiberi solent [i]. Καθωπλισμένοι, quomodo ipsi ό, Jos. 1. 14. εὔζωνοι, & Jos. 4. 12. διεσκευασμένοι [k]: q. d. Non egressi sunt ut servi fugitivi, sed palàm & armatâ manu [l]. Non placet. Primò, Unde arma illis tam miseris servis [m]? Respondent alii, Honestiores jam antea arma domi suæ habuerant; alii, præmoniti, ante egressum sibi comparârant [n]. Ægyptii iis commodârant, ut se & pretiosa sua à prædonibus (vel feris) defenderent [o]. [*Regerit* Ful.] Non tutum hoc erat, & violenti atrocísque incepti suspicionem maximam commovisset; nec usquam apparatum bellicum illis objecit Pharaoh, qui vel levissimas causas quæreret nè eos dimitteret. [*Sed instat* Me.] Eos arma habuisse patet ex bello cum Amalec gesto [p]. [*Respondet* Ful.] Illa arma fuisse ejectamenta maris Rubri, Ægyptiis submersis, prout testatur Josephus Antiq. l. 2. c. ult [q]. Et Josephus & Philo scribunt eos oppressos fuisse inermes, quod etiam verisimile est [r]. Deinde; Quorsum arma nunquam pugnaturis, sed tantùm spectaturis gloriam Dei [s]? Neque illos permitterent Ægyptii arma habere [t]. Adde, quòd apertè hoc pugnat cum revertendi proposito, cujus spem aliquam Pharaoni semper facere videri voluit Deus. Denique, inserviit hoc occulto Dei consilio in Pharaonem, ut hâc illecebrâ (quòd inermes essent) eum in imum maris alveum pertraheret [v]. Alii sic, *Militari ordine*, JT, Pi. *quini*, Pi. O. quomodo plerumque procedebant milites [x], quinque & quinque. Sic 2 Sam. 2. quod vertunt nostri, *super quintam costam*, posset verti, *super* (vel *ad*) *quinquies*, O. *Ordinati per quinque in uno ordine*, A. *quintati*, Mo. Ma. Th. Belg. *Ordinato agmine*; q. d. non tumultuario modo atque confuso, non diffidenter & trepidè, fugitivorum instar, sed animis celsis & alacribus. Mihi egressus hic simillimus videtur pompæ vel nuptiarum, vel sacrorum, causâ institutæ. Ordinatus istiusmodi processus maxima solet esse securitatis demonstratio. Ità accipio versionem Theodotionis, πεμπτάζοντες, i. e. πεμπάζοντες, h.e. *per quinos numerantes* se; numerantes se diligentissimè, ad ipsas usque πεμπάδας vel *quiniones*. q.d. Nè unus quidem ex iis desideratus est. Cum hac expositione consentit posterior (eáque, ni fallor, appositior) Kimchii in Lexico suo interpretatio, nempe, ut חֲמֻשִׁים sint *ii qui ex ordine collocati procedunt, ordine*, inquam, *quinionum* [y]. *Quini ascenderunt*, i.e. quinque & quinque, O. ità A. Bo. Riv. in quincurias dispositi, Riv. *quintati*, Mo. Ma. LXX sic, *Quintâ generatione ascenderunt*; i.e. quinto seculo, quod jam agi videbatur, quòd jam excurrissent 30 supra 400 annos [z]. At dicitur, Gen. 15. 16. *generatione quartâ revertentur* [a]. Resp. In Gen. 15. soli ingressi in Ægyptum filii indicantur, hîc etiam patres annumerantur [b]. Alii sic, *Accincti quinque armorum generibus*, M. Notat & K. in D. *Accincti*, P. Q. in Nob. h.e. instructi & muniti, propter supellectilem quâ spoliaverant Ægyptios [c]. Gestus est itinerantium & abeuntium. *Expediti, festinabundi, soliciti, circumspecti, alacres, parati, robusti, fortes*, Q. in Ma. *instructi*, Ar. *procincti*, Ca. Sepharadi sic; Quinque turmis ascenderunt sub quatuor vexillis: Nam *Moses cum Senioribus Israel in medio quatuor turmarum manebat* [d].

19. *Ossa Joseph*] Quin & cæterorum Patriarcharum. Patet ex Act. 7. 16. *translati sunt in Sichem* †. ¶ *Eò quòd adjurâsset*] Licèt hi nondum nati erant,

in

[g] Riv.
[h] A.
[i] M. ex K. F. V. L. Me. sic Aq. & Sym.
[k] G.
[l] F. V.
[m] Ful. O.
[n] Me.
[o] L.
[p] Me.
[q] Ful.
[r] Riv.
[s] Ful. misc. 5. 2.
[t] O.
[v] Ful. ib. 2.
[x] Jun. Pi.
[y] Ful.
[z] V. Riv.
[a] A.
[b] Ful.
[c] Hi. in Ma.
[d] M.
† Me. Pi. Hi. in E.

in juramento patrum suorum fuerunt obligati [f].

21. *Ad ostendendam viam*] In illis desertis nulla exstant viarum vestigia, ob arenas levi ventorum flabello mobiles & delebiles: ideóque viatores in illis, ut nautæ in mari, instrumentis quibusdam dirigunt profectiones suas [g]. ¶ *In columna nubis--& columna ignis*] Una eadémque erat columna [h]. Patet ex Num. 9. 15, 16. [Al. aliter.] Duplex fuit; una per diem, quæ in vespere recedebat peracto officio; & tunc columna ignis successit [i]. Hæc columna & iter monstrabat, & æstum defendebat [k]. Num. 10. 34. *nubes fuit obumbrans*, Me. In trajectione Jordanis defecit hæc columna, ut patet, quòd non jubeantur (ut priùs) columnam viæ ducem aspicere, sed Arcam [l].

22. *Nunquam defuit columna*, לֹא יָמִישׁ עַמּוּד] *Non recedebat* (*defecit*, o'. Ch. *discedet*, Ma.) *columna*, Sa. Sy. Ar. Alii sic, *Non amovit* (*amovebit*, Mo.) *columnam*, JT. A.

f L. g La. h Me. T. i L. ex He. k L. Me. l T.

CAP. XIV.

2. *Reversi*] Ut Pharaoh credat eos errare in itinere [m]. ¶ *E regione Phihahiroth*, ità Ch. Sa. Mo. M. P. Ti. לִפְנֵי פִּי הַחִירֹת] Ad verb. *super os Hiratha*, F. A. Nam in Num. 33. 8. פִּי omittitur [n]. *Ante fauces* (h. e. angustias) montium *Chirothorum*, Jun. Pi. A. Per *os* quidam intelligunt vallem inter duas rupes excelsas. Aben Ezræ *super os* idem est quod *super faciem*, i. e. coram, ante [o]. Quidam significare dicunt *os libertatis*. Néscio unde deducunt [p]. At RS. ait חירת *libertatem* significare, & locum sic dictum, quòd ibi Israelitæ liberi facti sunt [q]. Hebræa vox sonat *os foraminum*; erat quippe ingressus inter montes qui erant ab utroque latere [r]. Posset & verti, *os siccitatum*, quòd illîc à mari Rubro esset aditus quà ibatur ad solitudinem Etham, siccam nempe & aridam [s]. *Ad ostium fossati*, Sy. *contra ostium Gebelath*, Ar. ἀπέναντι τῆς ἐπαύλεως, i. e. *è regione suburbii*, vel *villæ*, o'. quasi legissent עירות, Hi. in Bo. Quarta hæc erat mansio peregrinantis populi [t]. ¶ *Inter Magdalum*, [nomen proprium est omnibus,] בֵּין מִגְדֹּל] *Turrim* significat [v]. Fortasse fuit arx monti imposita [x]. ¶ *Contra Beel-sephon*, לִפְנֵי בַּעַל צְפֹן] Idolum erat (arte magorum comparatum [y]) finibus custodiendis, & ad impediendam fugam (servorum [z]) è regno [a]. Ideo nominatur, ut appareat quàm nihil contra Israelitas potuerit [b]. Sed hæc propiùs accedunt ad figmenta [c]. Hebraicè est, *dominus speculæ*; quod ostendit loca illa edita fuisse & prærupta [d]. ¶ *Super mare*] i. e. *Juxta*, vel *versùs*, *mare*, Me.

3. *Coarctati sunt*, ità Ch. נְבֻכִים] *Perplexi*, JT. Ti. A. *irretiti*, M. *dubii*, Ar. *extranei*, Sy. *confusi*, vel potiùs *conclusi*, *sunt*, vel *suspensi*, O. *perplexi animo*, M. F. AE. in M. A. *errant*, o'. *perplexi errant*, Sa. ¶ *Conclusit eos desertum*, מִדְבָּר] Scil. montibus suis. מִדְבָּר non tam à Chald. *ducendi* significatione, quòd in desertum pecora pastum abducantur, ut hactenus docti senserunt; sed ab Æthiopico דבר, *mons*, deductum puto; nam montosa loca inculta esse solent. Hinc Johannes dicitur fuisse *in desertis*, Luc. 1. 80. quia parentes habitabant in montosa regione Judæ, v. 39 †.

5. *Nunciatum est quòd fugisset*] Magnis itineribus pergebant. Id fugam interpretabantur [f]. Hactenus rectà ibant versùs Horeb, quemadmodum petierant iter tridui ad sacrificandum: sed cùm eos aliorsum deflexisse ad mare Rubrum intellexerat, ad eos insequendum se parat [g]. Quia viderunt exploratores quòd ultra trium dierum viam procedebant, cognoverunt eos totaliter recedere [h]. ¶ *Immutatum cor*] i. e. Sententia, voluntas Pharaonis [i].

7. *Tulit sexcentos currus electos*] Qu. Unde habuerunt equos? hi enim peste consumpti erant. Responsionem vide ad Exod. 9. 6 [k]. Mortalitas illa fuit tantùm in campis [l]. Olim curribus falcatis & in curribus depugnabant: currus enim suis falcibus demetebant homines & equos; milites verò de illis bellantes ferebantur in hostem [m]. Distinctio hîc est inter *currus electos*, qui bellici erant, & currus alios, qui erant sarcinarii [n]. ¶ *Duces*, ità K. in M. RS. in D. Riv. Ar. Mo. JT. A. שָׁלִשִׁם] *Tribuni*, Sa. *Dynastæ & principes*, sive *potentes*: ità R. Levi & Onk. & Jon. & Jeros. in D. *Salisim* præerant toti exercitui [o]: vel potiùs, tertiæ parti populi, sive exercitûs [p]. o'. vertunt, τριστάτας· τριστάτης est *tertius à Rege*; ut מִשְׁנֶה *Mischne* vocatur qui post Regem est in dignitate secunda [q].

m L. n A. o F. p Bo. q F. r Me. Bo. s Me. t Riv. Me. v Me. Riv. x Me. y F. z F. a G. He. in F. b G. c Riv. d Me. † Di. f Jun. Pi. g Li. harm. h L. i Me. V. k E. l L. m Me. n BA. 1. 2. 9. 156. o AE. in D. p O. q D.

8. *Egressi erant in manu excelsa*, בְּיָד רָמָה] *Sublatâ manu*, i. e. securè; non, ut fugitivi, trepidi, manibus remissis [r]. Potenter, palàm, & confidenter [s]. Quo modo *peccaret manu elatâ*, Num. 15. 30 [t]. *Manu elevatâ*, ad quam nemo potest attingere, ut ab ea quod tenet auferat [v]. Magnâ audaciâ, & animo alacri. Qui læti sunt manus elevant, altiúsque incedunt [x]. Chald. vertit, *capite aperto*: i. e. vel palàm, non clàm, ut fugitivi; vel animosè, alacriter, nihil timentes. Tales erecto capite apertáque facie incedunt [y]. Quasi nullius facinoris sibi conscii, & qui jugum Ægyptiorum à se depulerant. Qui clàm fugit caput velat, nè agnoscatur. Non tam metum quàm pudorem sign. Erat signum subjectionis [z].

9. *Equitatus & currus*] Heb. *equus currus*. Deficit conjunctio [a]. Vel, *equus currûs*, pro, *equites curruum* [b]. ¶ *Et universus exercitus*, חֵילוֹ] *Copiæ ejus*: nè intelligas pedestres, quia celerrimè festinabat Pharaoh; sed membris subjicitur integrum, ut liquet ex v. 17, 18 [c].

10. *Cúmque appropinquâsset*, הִקְרִיב] *Admovit*, JT. *propiùs adduxisset*, supple, exercitum suum [d]. ¶ *Timuerunt valde*] Non armis assueti & bello, sed oneribus & jugo †. Inermes, & imperiti, &, ut gravi servitute pressi, animo abjecto & timido; impedimentis præterea multis intricati, uxorum, &c. Accedebat locus iniquus, labor viæ, & lassitudo, &c [f]. ¶ *Clamaverunt*] Orantes, & expostulantes [g].

11. *Forsitan non*, הַמִבְּלִי אֵין קְבָרִים] *An quòd non?* Mo. *Eò quòd non?* o'. Sa. *Nunquid quia non?* Ch. Sy. M. V. הַמִבְּלִי pro הֲלֹא, M. Ad verb. *An à non esse nullitatem* sepulchrorum? Gemina negatio fortiùs negans [h]. *Quòd nulla prorsus*, &c? JT. A. *Anne præ defectu sepulchrorum?* Ar. O. Duæ dictiones idem significantes [i]. Non rarum est apud Hebræos, ut duæ negationes mox se consequantur, & tamen non efficiant unam affirmationem. Hæc dixerunt impii; sed prudentiores Deum invocârunt [k].

12. *Nonne iste est sermo?* דָּבָר] *Verbum?* V. res quam loquebamur tecum? Ut locuti sumus, ità nunc accidit. *Verbum*, pro *re*, *causa*, *negotio*, frequens est. Sic Luc. 2. 15. *Videamus verbum hoc*, i. e. rem istam [l]. ¶ *Recede à nobis*, חֲדַל מִמֶּנּוּ] *Discede à nobis*, i. e. Permitte nobis servire, V.

13. *State*, הִתְיַצְּבוּ] *Sistite gradum*, *consistite*, V. ¶ לָכֶם] *Vobis*: capitur pro בַּעֲבוּרְכֶם, *pro vobis* [m]. ¶ *Quos nunc videtis*, ità vertunt Mo. JT. P. Ti. A. כִּי אֲשֶׁר רְאִיתֶם] Non placet; nam illud trajectionis genus in sermone Hebræo videtur insolens, & omnino respuere eam videtur את post verbum רְאִיתֶם [n]. *Qui vidistis*, M. *sicut vidistis*, o'. Ch. Sa. Sy. Ar. Pi. A. אשר pro כַּאֲשֶׁר. Græci, ὃν τρόπον. Erant quidem eos visuri iterum, sed alio modo, nempe, non ut persequentes, sed ut mortuos, vel certè morientes, v. 30 [o]. q. d. Non ampliùs videbitis eos armatos, & imminentes vobis [p].

14. *Tacebitis*, ità o'. Ch. Sa. Mo. A. תַּחֲרִשׁוּן] *Quiescite*, JT. *tranquilli & quieti eritis*, F. V. *silebitis*, i. e. silete, Pi. *nè murmurate*, A. *cessabitis*, Ma. A. à loquendo, & agendo in prælio. Interdum vox sign. cessationem ab actione, ut 2 Sam. 19. 11. Psalm. 50. 3. & 83. 2. Esa. 42. 14, 15 [q].

15. *Quid clamas ad me?*] Intelligendum hoc de cordis desiderio [r]. Non reprehendit Deus, sed se adesse ostendit, & ad miraculum excitat [s]. Moses, etsi securus de auxilio Dei, non prætermittit orationem [t]. Hîc Moses (ut nonnullis placet) populi personam sustinet; q. d. Quare populus, cui præes, clamat ad me [v]?

r Jun. Pi. s A. Riv. t A. v O. x V. F. y F. z D. obs. 16. 2. a Pi. b V. c Pi. d Pi. Ma. † Me. f Riv. g Me. h Pi. i V. k M. l F. m M. n Pi. o Pi. p F. q A. r E. Me. Pi. s Me. t E. v V.

16. Per

16. *Per siccum*, ità ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. P. Ti. D. i. e. siccis pedibus, V. בַּיַּבָּשָׁה] Al. *in siccum*, M. Græc. Schol. in D. *in ipsa arida*, JT. *in aridam*, Pi. *super aridam* terram, A.

17. *Ut persequantur*] Adimam illis omnem timorem [x].

19. *Angelus*] h. e. Christus, seu Michael; vel, ut alii, Shechinah, seu præsentia, vel majestas, Dei [y]. In hoc versu 19. & 20. & 21. in singulis sunt 72 literæ: unde colligunt Hebræi tot angelos concurrisse in hoc opere [z].

20. *Et erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem,* הֶעָנָן וְהַחֹשֶׁךְ וַיָּאֶר אֶת־הַלָּיְלָה] [Diversimodè reddunt.] *Et factæ sunt tenebræ & caligo, & venit nox*, ο'. *Fueruntque tenebræ & nubes, velàruntque noctem*, Ar. *Et fuit nubes & obscuritas*, (*nubes illa atque tenebræ*, M. *nubes & tenebræ*, P. Schol. Samarit. in Nobil.) *& illuminavit noctem*, Mo. O. P. (*illuminans noctem*, M. *& apparebat nocte*, Schol. Sa.) *Et nubes facta est tenebræ, & illustravit*, Aq. in D. Illis *quidem fuit tenebræ nubes illa*, his *verò illustravit noctem*, JT. *Et fuit nubes & tenebræ, illuxit autem filiis Israel*, Sy. *Et erat nubes & obscuritas Ægyptiis, Israelitis autem erat lux*, Ch. simil. Ti. Eadem nubes illuminabat Hebræos, Ægyptiis tenebras offundebat [a]. *Illuminavit*, nempe, vel *nubes*, F. co. vel *Angelus*, V. Alii sic explicant; non quòd eadem nubes & tenebrosa esset & lucida, sed quòd tenebræ fuerint Ægyptiis, nubes verò Hebræis [b]. Vel sic; Illa nubes, quæ antè obscura erat, in flammam ignis versa illuminavit noctem [c]. Hujus lucis beneficio iter suum Hebræi prosequebantur per mare Rubrum transeuntes [d]. Ebræi enim semper processerunt versùs mare [†].

21. *Abstulit*, ità Ch. וַיּוֹלֶךְ] *Subduxit*, ο'. *abduxit*, Sy. *abigens*, JT. *abire fecit*, Sa. Mo. M. Pi. ¶ *Vento*, בְּרוּחַ] Ventus hic immissus est vel, ad alveum maris lutosum exsiccandum [f]; vel, ad exsiccandum mare; quod præstitit, tum propellendo & extrudendo aquas, tum absumendo [g]. At potiùs divisio & suspensio aquarum Angeli ministerio facta est [h]. ¶ *Divisáque est aqua*] Ità ut aquæ à dextra & sinistra consisterent, v. 22. Falsum ergò est quod finxit Porphyrius, nempe, Mosen, peritissimum naturæ, observâsse fluxum & refluxum maris, & refluente illo suos traduxisse; Ægyptios autem, ignorantes, fluctu maris obrutos periisse. Præterea, non est credibile Ægyptios hæc ignorâsse, quorum imperium ad mare Rubrum extendebatur [i]. Traditio est Hebræorum, fuisse 12 divisiones, seu vias, in mari [k]. Hoc colligunt ex Psal. 136. 13. *divisit mare* לִגְזָרִים *in divisiones.* At *divisiones* ibi accipiuntur pro *partibus*, quia mare in duas partes divisum est. Sic Gen. 15. 17. *Lampas transibat inter divisiones*, i. e. duas illas partes dissectarum carnium [l].

22. *Ingressi sunt per medium sicci maris*, בְּתוֹךְ הַיָּם] Simile quid Alexandro Magno accidisse refert Josephus Antiq. l. 2. c. ult. cùm per eum Persarum imperium destrueret Deus. Quod si verum, docere voluit Deus non stultè hæc credi de mari Rubro [m]. Sed fabula hæc est, ut docet Strabo l. 14. Non mare pervadebat, sed littus obliquavit, & cum suis transivit umbilico tenus [n]. *Medium maris* hîc non mathematicè sumitur, sed pro, *intra mare*. Sic Tyrus est *in corde maris*, i. e. intra mare, licèt non procul à continente; Christus *in corde terræ*, i. e. sepulchro [o]. Ità *promiscuum vulgus* in medio Israelis esse dicitur, h. e. intra castra, cùm tamen non fuerit in medio loco castrorum [p]. Quæritur hîc, an rectâ pertransierint per mare Rubrum ex littore Ægypti ad Arabicum; an viâ semicirculari in medio mari factâ, (eatenus tantùm ut Pharao submergeretur) in idem littus redierunt. Prius verum sentiunt nostri Commentatores [q]. Constans est omnium nostrorum interpretum sententia [r]. Probatur. 1. Quia ubique transivisse dicuntur: At is, quem dicunt, non fuisset transitus, sed circuitus [*]. Num. 33. *Transierunt per medium maris in solitudinem.* Ità Psal. 77. *Interrupit mare, & perduxit eos. Transierunt per mare*, 1 Cor. 10. & Heb. 11. Item Jos. 4. *Per Jordanem transivit,*

[x] Me. — [y] RR. in A. — [z] A. — [a] Me. T. Riv. O. Ma. — [b] F. co. — [c] O. — [d] Me. T. — [†] Riv. — [f] Me. — [g] Riv. — [h] Men. — [i] Riv. — [k] La. Me. E. — [l] Riv. — [m] E. — [n] La. — [o] F. D. ex He. — [p] D. — [q] F. ità Bo. Riv. Jo. Antiq. 3. 2. Ph. & Caj. in Bo. — [r] Riv. — [*] Riv.

sicut priùs in mari Rubro [t]. 2. Per mare Rubrum transeundum erat ad montem Sinai. Est quidem alia via, sed rupibus undique obsepta atque prærupta [v]. Alii contrarium tenent, nempe, eos in idem littus rediisse, &c [x]. Ità Hebræi, testibus F. & Quistorp. ex Calixto. Eorum rationes sunt hæ. Prima & præcipua, quòd ex deserto *Etham* in mare, indéque iterum in desertum *Etham*, venisse dicuntur, Num. 33. 8 [y]. 2. Quòd non videntur potuisse tam paucis horis in ripam oppositam pertingere [z]. 3. Quòd mare solet cadavera ejicere in propinquius littus, quod submersis illis fuit Ægyptium [a]. Sed hæc non suadent. Respondetur ad (1.) Desertum *Etham* potuit comprehendere totam illam partem solitudinis quæ utrinque erat, sub extremam partem sinûs Arabici; idémque vocatum *Etham* Num. 33. quod Hebræis & Cananæis dictum erat *Sur*, (prout vocatur Exod. 15. 22 [b].) Vel, hoc *Etham* aliud fuit ab illo, licèt ejusdem nominis, ut sæpe fit [c]. Ad (2.) Eâ parte quâ transiverunt Israelitæ mare non est latius quàm trium leucarum horariarum, ait Adrichomius, (si scalam milliariorum ejus attendas:) novem duntaxat millia passuum continet, inquit Joannes de Barros, in suis de Asia Historiis, decad. 2. lib. 8. c. 1 [d]. Præterea, 5 vel 6 horæ dantur iis ad transitum, nempe, à media nocte ad Auroram. Nec mirum si, inter tot alia, miraculum etiam fuit in celeritate transitûs, Angelo eos roborante & incitante; *non enim erat in tribubus infirmus*, Psal. 104. 37 [†]. Ad (3.) Non constat cui littori propinquiores erant cùm submergerentur [f]. Miraculi autem instar erat, quòd populus, nuper adeò meticulosus, non horruerit tam prodigiosum iter: oportuit enim Deum avertisse ab iis omnem periculi metum, & eorum corda obfirmâsse [g]. Hebræi dicunt tribum Juda, cæteris trepidantibus, primùm iniisse, ideóque primatum postea meruisse [h]. Sed ratio omnis docet Mosem primùm ingressum fuisse, quod Josephus enarrat [i].

23. *Persequentésque Ægyptii*] Cæco impetu ducti, & Deo corda eorum obfirmante. In tenebris ingressi sunt mare, initio putantes (ut videtur) sese littus premere ordinariè exsiccatum per recessum maris, nec videntes montes illos aqueos ab utraque parte. Ità sensim in nassam pertrahebantur [k].

24. *Vigilia matutina*] Quarta & ultima noctis vigilia, quæ Auroram advehebat [l]. Erant & Hebræis & Romanis quatuor in nocte vigiliæ, quarum singulæ erant ternarum horarum [m]. ¶ *Respiciens Dominus*] Angelus, v. 19. Dei personam referens [n]. *Adspicere* indicat vel punitionem, vel præparationem ad puniendum; ut Psal. 24. 19. & 103. 32. Amos. 9. 4. Hab. 3. 6 [o]. Fulgura, tonitrua & ignes in illos immisit Deus. Ità Artapanus apud Euseb. Præp. 9. 4. Vide infrà 15. 10. & Psal. 77. 18, 19 [p]. ¶ *Per columnam*] Emicabant è nube fulmina, fulgura, tonitrua [q]. Et lapides & tela ignita vibrabantur, quibus & rotæ curruum confractæ, & equi dejecti [r]. ¶ *Interfecit*, וַיָּהָם] *Perterruit*, Ar. *excanduit*, Sa. [*quasi legisset* ויחם] *summo dolore affecit*, Sa. vers. *tumultuari fecit*, M. A. *fudit*, JT. *cum impetu dejecit*, sic Jud. 4. 15. Pi. *contrivit*, Mo. P. Riv. *Sonando contrivit*, frangebat rotas curruum cum strepitu: הָמַם & הָמָה mihi videntur ejusdem esse significationis [s]. *Conturbavit*, ο'. Ch. Sy. Ti. A. Ma. Riv. Quidam non malè referunt ad consternationem animi [t].

25. *Et subvertit*, וַיָּסַר] *Et removit*, Mo. Riv. Ma. *transtulit, pervertit*, Sym. in Nob. *recedere fecit*, O. *abstulit*, Ch. JT. P. A. Ma. Alii, *colligavit*, [*quasi ab* אסר;] ità Sa. ο'. Sy. *Constrinxit*, Ti. *impedivit*, Aq. *luxavit cochleas*, Ar. ¶ *Ferebanturque in profundum*, וַיְנַהֲגֵהוּ בִּכְבֵדֻת] Variè reddunt. *Deturbavit* (*cum difficultate ursit*, Sa. vers.) *eos in profundum*, Sa. *Deduxit in gravitatem*, i. e. profundum, quò gravia tendunt: est Metalepsis [v]. Vel, in aquas profundiores [x]; in quas deprimebantur currus, rotis jam excussis [y]. *Duxit eum* (aut currum, aut Ægyptium [z],) *cum gravitate*, O. vel, *graviter*, Ch. P. A. vel, *tardè*, JT. vel, *difficulter*, Ti. V. Fecit ut tardè incederent [a]: nimirum, cùm immissis jam aquis terra fermentesceret [b]. *Duxit* (vel *egit* eos, ο'.) *violenter*, Ar. M. vel, cum

[t] F. co. — [v] Riv. — [x] Ità He. in F. & V. To. & Burg. in Bo. G. — [y] Riv. — [z] Bo. — [a] Riv. Bo. — [b] Bo. Riv. ex Hi. — [c] L. — [d] Bo. — [†] La. — [f] Riv. Bo. — [g] Riv. — [h] T. — [i] Riv. — [k] Riv. — [l] Me. T. — [m] Me. — [n] G. — [o] Bo. — [p] Jun. ità Pi. Jo. & To. in Bo. — [q] T. L. — [r] T. Jo. in Riv. — [s] O. — [t] Riv. ità F. co. — [v] La. — [x] F. co. — [y] Me. — [z] O. — [a] Riv. ità He. & Ch. in F. co. — [b] Jun. Ma.

cum impetu, Sy. vel, *cum violentia*, o'. *magno cum impetu jactavit*, Ca. Currus elati per rotas, jam rotis excussis, simul cum rotis deprimebantur in profundum[c]. ¶ *Dominus*, יְהוָה] Ex quo apparet id nomen notum & usitatum fuisse Ægyptiis[d].

27. *Primo diluculo*, לִפְנוֹת בֹּקֶר] [De hac phrasi vide quæ ad Gen. 24. 63.] Potest explicari vel activè, Cùm manè respiceret, & quasi inciperet aperire oculos; vel passivè, Cùm jam dilucesceret, & lux respiceretur, vel, inciperet apparere †. ¶ *Reversum est ad priorem locum*] *Super locum*, o'. *ad locum suum*, Sy. *in alveum suum*, Ti. ¶ לְאֵיתָנוֹ] *Ad cursum suum*, ab אתה *currere*, & *velociter venire*, O. *ad difficultatem suam*, Ar. *ad vigorem*, Ch. V. Me. *ad vim*, JT. *ad profunditatem suam*, Sa. vers. *cum violentia*, Sa. *ad robur*, vel *fortitudinem suam*, Mo. A. F. co. Ità Ch. & omnes He. in M. [At M. hoc refert ad lucem, & sic vertit locum, *cùm lux matutina juxta vim suam luceret*.] ¶ *Fugientibus occurrerunt*, נָסִים לִקְרָאתוֹ] *Fugientes in occursum illius*, scil. maris. Adeò attoniti erant, ut in ipsas aquas occurrentes fugerent[f]. ¶ *Et involvit eos*, וַיְנַעֵר] *Exagitavit*, Sy. *suffocavit*, Ch. *submersit*, Ar. *impulit*, M. *præcipitavit*, Ti. ἀνέβρασσεν, *coxit*, *suffocavit*, Aq. in Nob. *excussit*, Mo. o'. Sa. P. A. aut à sinu currum, aut ab equis, in profundum[g]. *Excussit*, h. e. perdidit. Id vox sign. Nehem. 5. 13. Job. 38. 13[h]. Fama hujus miraculi ad Gentiles pervenit. Hoc tamen peritiæ Mosis (qui refluxum maris observavit) adscripserunt Memphitæ, ut refert Artapanus in Euseb. Præp. 9. 4[i]. Diodor. l. 3. p. 122. hæc habet; *Apud vicinos Ichthyophagos veteri famâ, quam à majoribus acceptam tradunt, fertur, magno quodam maris recessu, omnibus locis ejus sinûs arefactis, & mari in oppositas partes relabente, fundum coloris viridis apparuisse; & rursus immenso æstu mare refluum, in priorem locum esse restitutum.* Quibus verbis nemo non videt describi hoc miraculum, Exod. 14. 21[k].

28. *Currus & equites*] Refert Orosius, lib. 1. Hist. c. 10. remansisse tractus rotarum & curruum (& divinitùs semper reparari[l]) non tantùm in littore, sed etiam in ipso mari, quæ ab omnibus videri possent quousque fundum maris visum admitteret[m]. ¶ *Nec unus*] Ergò & Pharao submersus, & fallit Manethon, dicens eum postea regnâsse. Perierunt (ait Josephus) 50 millia equitum & 200 millia peditum armatorum[n].

29. *Filii autem Israel*] Heb. *Et filii Isr.* Ma. Pi. *Interea filii Isr.* JT. nondum enim omnes transierant, ut docet Exod. 15. 19. Pars ergò aquarum constitit secundùm filios Isr. hoc versu, & pars altera irrupit in Ægyptios, v. 28. quod auget miraculum[o].

31. *Viderunt mortuos*] Et cum iis multa impedimenta, quæ usui illis futura erant, quæque vi Divinâ (tempestate fortè excitatâ) promptiùs ad littus ejecta fuerunt quàm fieri aliàs solet[p]. ¶ *Manum magnam*] i. e. Virtutem (potentiam) magnam: ità Ch. V. Opus manuum, ut Psal. 109. 27[q]. ¶ *Et crediderunt*] i. e. Pleniùs crediderunt; sicut Joh. 2. *Crediderunt in eum discipuli*[r]. ¶ *Crediderunt Moysi*] Distinctio recepta est, *credere Deum, Deo, & in Deum*. At in Ebraismo idem est *credere Deo* & *credere in Deum* †. Non posuerunt fiduciam in Mose; (quod esset contra Jer. 17. 5.) sed ei, ut servo Dei, crediderunt[t]. *Crediderunt in verbum Domini, & prophetiæ Mosi*, Ch.

c Me. d Me. † Bo. f F. co. g O. h A. i Ma. k BP. 4. 29. 319. l La. m Bo. n Bo. o Jun. Pi. p Riv. q A. r E. † D. obs. 3. 1. Walth. harm. t Walth.

CAP. XV.

1. TUNC *cecinit Moyses*, אָז יָשִׁיר מֹשֶׁה] Ponuntur ferè omnia verba hujus Cantici in futuro tempore, loco præteriti[v]. יָשִׁיר fut. est; quod, præter sensum, indicat etiam particula אָז[x]; quæ particula hanc vim habet apud Arabas, ut fut. convertat in præt. quod & Hebræi interdum sequuntur, ut Deut. 4. 41. Jos. 10. 12[y]. *Cecinit* sing. est, quòd solus Moses composuit Canticum. Alii, *accinuerunt*, V. Me. ¶ *Domino*, לַיהוָה] i. e. In laudem Jehovæ[z]. ¶ *Gloriosè magnificatus est*, גָאֹה גָּאָה] Vertunt, *gloriosè glorificatus est*, o'. Sa. *extollendo se prævaluit*, Sa. vers. *gloriosè* (vel *admodum*, JT.) *excelluit*, A. *elevando elevavit se*, O. *superbire superbivit*, Ma. *magnificando magnificatus est*, P. Mo. *Mirè magnificatus est*, magnum & fortem strenuúmque se esse ostendit, V. ¶ *Dejecit*, רָמָה] *Dolosè dejecit*, quia latenter abstulit rotas curruum[a].

v V. x V. G. y G. ex AE. z V.

2. *Fortitudo mea*] q. d. Non nostræ fortitudini, sed Divinæ, hanc victoriam ascribimus[b]. ¶ *Laus mea*] Argumentum & materia laudis meæ[c]. ¶ *Et factus est*] Illud *Et* pro *Nam* ponitur[d]. Sic Esa. 39. 1. collat. cum 2 Reg. 20. 12. & 2 Sam. 22. 28. coll. cum Psal. 18. 28 †. ¶ *Iste Deus meus*, אֵלִי] *Deus fortis*, & verus; cæteri dii infirmi sunt[f]. ¶ *Glorificabo eum*] Sic o'. Confirmatur hæc expositio ex collatione membri sequentis, ubi est, *exaltabo*[g]. ¶ וְאַנְוֵהוּ] Vertunt, *decorabo*, M. Ti. Ma. *laudabo*, Sa. Sy. *celebro eum*, Ca. *ad eum me recipio*, Ar. *ædificabo ei sanctuarium*, Ch. *habitaculum decorum ponam*, JT. Belg. *tabernaculum* (*habitaculum*, A. Ang. *tugurium*, O.) *faciam ei*, P. Mo. O. Ang. A. V. K. & AE. in M. in quo (scilicet) eum colam[h]. Indignum videbatur populo, Deum habitare in columna illa nubis & ignis; quemadmodum Davidi indignum visum est eum habitare sub pellibus[i]. *Amœnum, decorum, pulchrum*, *gratiosum faciam*, i. e. prædicabo eum, Ma.

3. *Vir pugnator*, אִישׁ מִלְחָמָה] *Vir belli*, i. e. fortis & gnarus bellator. *Virum* dici Hebræis ferè laudi tribuitur, pro eo quod est, *insignem ac præclarum esse*[k]. Quòd *virum* vocat, ostendit *Jovam* esse Jesum Christum; & *belli*, pro *bellicosus*, ut *vectis ferri*, i. e. ferrea: Hebræi enim adjectiva à substantivis non habent[l].

4. *Projecit*, יָרָה] *Ejaculatus est*, q. d. tam facilè quàm sagittarius sagittam emittit[m]. ¶ *Electi principes*, וּמִבְחַר שָׁלִשָׁיו] Ad verbum, *& electio principum ejus*, i. e. optimi quique principes ejus[n]. Hypallage, qualis Gen. 23. 6[o].

6. *Magnificata est in fortitudine*, simil. o'. M. Sa. נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ] *Magnificat se mihi*, &c. JT. A. quasi esset pro נֶאְדָּרָה לִי P. Alii *Toar* esse volunt cum י paragogico, quod significatum intendit; q. d. *præamplissima*[q]. י finale pro ה ponitur, & verto, *magnificam*, vel *illustrem*, *se præbuit*[r]. Vel, נֶאְדָּרִי pro נֶאְדָּרִית, per apocopen, ת, Chald. *magnifica est*, scil. *dextera tua* †. H[s]. insignis robore admodum[t]. *Fortissima in virtute*, Ch. ¶ *Percussit inimicum*, תִּרְעַץ] *Confregit*, [ità plerique;] *vastavit*, Sa. vers. *tremefecit*, Ar.

7. *In multitudine gloriæ tuæ*, בְּרֹב גְּאוֹנְךָ] *In multitudine* (vel *magnitudine*, P.) *magnificentiæ tuæ*; i. e. magnificentiâ tuâ insigni & multâ, sive excellenti tuâ fortitudine[v]: quâ gloriam consequutus es[x]. ¶ *Deposuisti*, תַּהֲרֹס] *Subvertisti*, *dissipâsti*, Me. ¶ *Adversarios tuos*, ità o'. Ar. P. קָמֶיךָ] *Osores tuos*, Sy. *consurgentes tuos*, Mo. *insurgentes* contra *te*, M. Ti. JT. A. Sa. vel, *contra populum tuum*, Ch. ¶ *Misisti*, &c.] Heb. *mittes*, fut. pro præt. Refer ad recentem deletionem Ægyptiorum[y].

8. *Et in spiritu furoris tui*, ità o'. Sa. בְּרוּחַ אַפֶּיךָ] *Flatu* (vel *spiritu*, Pi. P. Mo. V.) *narium tuarum*, M. JT. Ti. A. *vento iræ tuæ*, Ar. A. אף & *iram*, & *nares*, significat[z]. *Vento vultûs tui*, Sy. *verbo oris tui*, Ch. *vento*, V. Euro vehemente, v. 10. & cap. 14. 21. Pi. ¶ *Congregatæ sunt*, נֶעֶרְמוּ] *Coacervatæ*, [ità ferè omnes:] *sapienter congregatæ sunt*, Ch. (עָרוּם nimirum *callidum* sign.) *intumuerunt*, Sy. *divisa est aqua*, o'. *Involutæ sunt*. Solet ventus aquas revolvere in mari[a]. ¶ *Stetit unda fluens*, כְמוֹ נֵד] *Sicut acervus*, vel *cumulus*, P. Mo. M. JT. Ti. A. Ma. F. co. *constiterunt quasi in utribus*, Sy. At *uter* est נאד non נֵד[b]. *Tanquam murus*, o'. Ch. Sa. *ut montes*, Ar. ¶ *Congregatæ sunt*, קָפְאוּ] *Coagulatæ sunt*, V. Ar. Ma. *Concreverunt*, i. e. ut aquæ congelatæ constiterunt[c]. *Compactæ sunt*, o'. *condensatæ*, O. Sy. non secùs quàm caseus, ut Job. 10[d]. Potest intelligi de limoso fundo maris, qui induratus est. Alii, de aquis †.

9. *Persequar, & comprehendam*] Heb. *Persequar, assequar*: ἀσύνδετον serviens celeritati sermonis; qualis esse solet iratorum & festinantium[f]. ¶ *Implebitur anima*, תִּמְלָאֵמוֹ נַפְשִׁי] *Explebitur eis anima mea*; i. e. satiabitur divitiis eorum desiderium meum[g]. *Ulciscetur*

a O. b Me. V. c Me. L. d La. A. † A. f Me. g Pi. h O. i O. k F. l Ca. m Me. n V. o Pi. p Pi. q Ma. r Pi. † Glas. gram. pag. 406. t V. sim. Ar. v V. x Me. y Pi. z A. a O. b F. co. c Jun. Pi. d O. † A. f Pi. g V.

scetur in eos anima mea, Ar. *Anima* pro *desiderio*, vel *concupiscentia*[h]; ut Psal. 27.12. & 41.3. & 78.18[i]. Hæc cogitabat Pharao; sed vulgariter dicitur, *Multum remanet de cogitatione fatui*[k]. ¶ *Evaginabo gladium*, [ità plerique,] [אָרִיק] *Evacuabo*, Mo. Ma. *exteram*, Sy. JT. ¶ *Interficiet*, ità Sa. Sy. vel, *perdet*, M. P. A. Ti. vel, *consumet*, Ch. Ar. [תּוֹרִישֵׁמוֹ] *Depauperabit*, Mo. Belg. *dominabitur*, o'. *exterminabit*, Sa. vers. *hæreditate accipiet* eos & bona eorum, O. *asseret in hæreditatem*, JT. Pi. shall repossess, A. Ang. Ità sumitur Num. 14. 24. Vel, *hæreditate pellet*[l]. Sic Num. 14.12 †.

10. *Flavit*, [נָשַׁפְתָּ] *Flavisti*, [ità ferè omnes;] נשף pro נשב, h. e. פ pro ב: hæ enim literæ inter se permutantur. Sic גף & גב, item בור & פור[m]. *Misisti spiritum*, o'. *Reversus es cum spiritu*, Sa. vers. *Dixisti in verbo tuo*, Ch. ¶ *Submersi sunt*, ità o'. Ch. Sa. Sy. Ar. [צָלְלוּ] *Demersi*, vel *absorpti*, *sunt*, V. P. Mo. *profunda petierunt*, JT. *Adumbrari fecisti eos, seu obscurari, sicut plumbum*: Est enim plumbum obscurum, & obscuratur cùm mergitur[n].

11. *In fortibus*, [בָּאֵלִם] Ellipsis est, pro אֵלִים, ut י sæpe excidit ex plurali[o]. Vertunt, *in diis*, [ità plerique;] *inter fortissimos*, JT. Malim, *potentes*, ut Psal. 29.1. & Ezec. 32.21[p]. ¶ *Magnificus in sanctitate*, ità Sy. Mo. JT. A. [נֶאְדָּר בַּקֹּדֶשׁ] *Magnificatus est*, &c. i. e. præditus insigni sanctitate. A secunda ad tertiam personam fit transitus[q]. *Sanctitatem* accipio pro attributo quo Deus purus est ab omni imperfectione, tum morali, tum naturali. LXX habent, *glorificatus in sanctis*, nempe, vel locis, vel hominibus[r]. *Magnificus in justitia*, Sa. *gloriosus, sanctus*, Ar. *roboratus* (*fortis*, Ch.) *in sanctitate*; quia robur ejus separatum est à diis aliis, vel à robore eorum. Aliorum robur est ad mala perpetranda; sed robur Domini est sanctum, i. e. separatum ab injuria, vel oppressione aliorum †. ¶ *Terribilis atque laudabilis*, ità Sy. Ar. [נוֹרָא תְהִלֹּת] *Terribilis laudibus*, M. F. V. Me. Mo. Ch. Sa. A. Hebraismus; qui cum summo timore & reverentia laudandus est[t]. Et mortales & Angeli ejus laudes exsequi formidant;[v] cùm sciant se non posse pro merito laudare[x]. ¶ *Faciens mirabilia*, [עֹשֵׂה פֶלֶא] Sunt velut expositio præcedentium: q. d. Opera tua laudanda vulgaria non sunt, sed admiranda; ideo *terribilis*, i. e. reverendus, es *laudibus*[y].

12. *Devoravit eos terra*, [תִּבְלָעֵמוֹ אָרֶץ] Variè accipitur. 1. Non solùm obruti sunt aquis, sed & *terra* aperuit os suum, & eos absorpsit[z]. Ità explicat textus quod non antea explicârat[a]. Sed hoc verum non est, quia ejecti erant in littus[b]. Verùm fortassis pauci eorum fuerunt arenæ cumulis, quos secum mare impetu influens advexit, cooperti & obruti. Hæc explicatio mihi videtur verisimillima[c]. 2. Alii sic; *Devoravit eos terra*, i. e. alveus maris[d]. Sic Jon. 2. 6. Jun. Aliquamdiu hæserunt in limo adhærente fundo maris †. Quid si in genere tantùm interitum eorum significat? q. d. Nunc depascit eos terra, (in cujus fossas conjectos fuisse credibile est, nè fœtore aerem inficerent,) & in pulverem rediguntur[f].

13. *Dux fuisti*, [נָחִיתָ] *Duxisti*, Mo. M. Ti. Sa. *deduxisti*, o'. Ch. Sy. *deducis*, JT. *duces*, P. ¶ *Populo quem redemisti*, [עַם זוּ גָּאָלְתָּ] Ad verb. *Populum hunc redemisti*. *Hunc* vertunt omnes in *quem*[g]. Præt. pro fut[h]. ob certitudinem[i]. Est enim prophetia[k]. ¶ *Et portâsti*, [נֵהַלְתָּ] *Duxisti*, Ar. Sy. Mo. O. *adduxisti*, Ma. *ducis commodè*, JT. vel, *lentè & quietè*, A. ut pastor gregem, Psal. 77.21. Pi. *advocâsti*, o'. ¶ *Ad habitaculum sanctum*, [אֶל־נְוֵה קָדְשֶׁךָ] *Ad habitaculum sanctitatis tuæ*, Sy. Mo. O. *ad diversorium sanctum*, o'. Quidam intelligunt Terram sanctam[l]. Alii, montem Sion, ubi Templum[m]. Orig. sic totum legit; *Consolatus es in virtute tua, in requie sancta tua*[n]. Al. sic; *Possedisti in fortitudine tua habitaculum sanctitatis*, Sa. vel, *potentiam laudatissimam*, Sa. v. Primò ponitur beneficium, quod erat ultimum in exsecutione, sed primum in intentione[o].

14. *Ascenderunt*] Ità Vulg. sed scriptoris magis quàm authoris vitium esse credo[p]. ¶ [שָׁמְעוּ] *Audierunt*, i. e. audient[q]. ¶ *Irati sunt*, ità o'. P. [יִרְגָּזוּן] *Commovebantur*, V. Ch. Sa. Aq. in Nobil. O. JT. A. Ma.

h La. A. Pi. — i A. — k Me. — l Pi. A. — † A. — m M. C. — n O. — o BA. 2. 1. 3. 18. — p Pi. — q V. — r Riv. — † O. — t V. F. — v Me. — x Me. M. F. — y Riv. — z V. — a O. — b Riv. — c Bo. — d Me. L. Riv. Jun. Pi. A. — † Riv. — f Riv. — g Riv. — h V. Me. T. — i L. Riv. — k T. — l L. ità E. Me. T. Riv. — m L. ità V. — n Nobil. — o L. — p F. co. — q V.

conturbati sunt, Schol. in Nob. *ægrè tulerunt*, Sa. vers. *perterriti sunt*, Sy. Ar. Mo. M. Ti. ¶ *Dolores*, [חִיל] *Dolores partûs*, Ar. ità Pi.

15. *Obriguerunt*, similes stupentibus facti præ timore[r]; [נָמֹגוּ] *Tabuerunt*, o'. *fluctuârunt*, Ar. *contriti sunt*, Ch. *confracti*, Sy. *attenuati*, Sa. vers. *diffluent*, JT. *liquefacti sunt*, Sa. Ma. vel, *dissoluti*, M. Mo. P. *dissolventur*, V. Riv. Erunt animo dissoluto & remisso*. Impletum erat Jos. 2. & 5[t].

16. *In magnitudine brachii tui*, [בִּגְדֹל זְרוֹעֲךָ] *Ad magnitudinem brachii tui*, i. e. fortitudinem quam brachio ostendes. Aliis inversio est, pro, *per brachium forte*[v]. ¶ *Fiant immobiles*, ità A. ut se defendere nequeant[x], [יִדְּמוּ] *Taceant*, Ch. Sa. Ar. P. Mo. M. *obstupescant*, Ti. *demergantur*, Sy. *conticescent, immoti tanquam lapis*, JT. Mosis votum superavit Deus; eos enim & vicerunt, & penè ad internecionem ceciderunt[y].

17. *Et plantabis*] i. e. Habitationem illis stabilem concedes, quasi naturalem, instar plantarum[z]. ¶ *Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es*, [מָכוֹן לְשִׁבְתְּךָ פָּעַלְתָּ] Ad verbum, *loco ad habitandum te præparâsti*. Ordo dictionum inversus, pro, *in basi quam fecisti ut illic sedeas*, i. e. in qua proposuisti habitare, sive quam delegisti tibi[a]. *Loco habitationis tuæ*, O. Sa. *loco firmissimo habitationis tuæ*, Sa. *pro mansione tua*, Sy. *locum præparatum habitationi tuæ*, Ar. ¶ *Firmaverunt manus*, [כּוֹנְנוּ יָדֶיךָ] *Firmabunt*, i. e. ædificabunt & exstruent. q. d. Nam præcipies tibi ibi ædificari Templum[b]. Qu. Quid intelligitur per *montem hæreditatis*, *locum habitationis*, & *sanctuarium*? Resp. Q. intelligunt de terra Canaan; quæ *sanctuarium* dicitur, quemadmodum & *terra sancta*, quia ibi sancti habitârunt, Ab. If. &c[c]. Quæ insuper erat regio montosa[d]. Alii de *monte Sion* exponunt †. Ità tamen, ut tota terra synecdochicè includatur[f]. Sub hac promissione terræ Canaan & Templi, intelligitur principaliter promissa domus cœlestis[g].

18. *Dominus regnabit*] Semper dicetur Rex & Dominus[h]: i. e. pro Rege agnoscetur & coletur[i]. ¶ *In æternum & ultrà*, [לְעוֹלָם וָעֶד] An igitur quicquam ultra æternum? Resp. עוֹלָם per se (& sine עַד addito) non significat æternitatem, sed longum temporis spatium[k]. Potest denotare durationem Templi Jerosolymitani; & *ultrà*, tempus quo postea permansura est Ecclesia & hîc & in cœlo[l]. Vertunt, *in seculum & perpetuò*, M. P. Mo. Ti. *in seculum seculorum*, Sy. *in seculum & in secula seculorum*, Ch. Rex *seculi sempiterni*, Ar. *in omnia secula*, JT. *in seculum & usque*, O. (*usque ad*, Ma.) *in seculum & adhuc*, in hoc mundo & futuro, A.

19. *Eques*, [סוּס] *Equus*, Pi. ità o'. scil. quo Pharao vectus est. Secùs committeretur ἀδολεσχία in seq. *cum curribus & equitibus*. Vel potiùs, ex collatione Exod. 14. 23. vertendum, *equitatus Pharaonis* positus *in curribus & equitibus ejus*, ut nomen generale declaretur distributione[m]. *Equitatus Phar. cum* (vel *in*, JT.) *curribus & equitibus*, Ch. Sa. JT. Aliter, *equi Phar. & currus & equites*, Ch. Sa. JT.

20. *Maria prophetissa, soror Aaron*] Qu. 1. Cur *prophetissa* vocatur? Resp. Vel, quia habuit spiritum prophetiæ, quod patet ex Num. 12.2. *Nobis sicut Mosi locutus est Deus*[n]. Vel, quia doctrix & magistra[o]. Quia alias mulieres exemplo & hortatu ad laudes Dei celebrandas invitavit[p]. Vel, quia præcentrix[q]. Erat una ex tribus populi ducibus, Mic. 6. 4[r]. Qu. 2. Cur dicitur *soror Aaron*, non *Mosis*? Resp. Hebræi duplicem causam assignant. 1. Quòd ante Mosen natum prophetavit matri, quòd paritura esset filium qui liberaret Israel. 2. Quia Aaron pro ea multùm zelavit, Num. 12*. Alii sic; Vel, quia Aaron erat major natu[t]: Priùs Aaronis soror fuit quàm Mosis[v]. Vel, quia cum illo conjunctiùs vixit[x], in paternis ædibus, à quibus separatus erat Moses[y]. Aaron populo notus erat quòd esset Miriam frater[z]. Fortè ex altera matre erant Aaron & Maria. Ex illa autem phrasi non rectè colligitur eam fuisse virginem; Alioquin (inquiunt) à marito potiùs cognominata esset. At fortè is obscurior erat[a]. [Vide de hac quæstione Bo. & Serar.] Hebræi dicunt fuisse uxorem Hur[b]. ¶ *Et choris*] Ità vertunt o'. Ch. Sa. M. P. Ti.

r Me. — * V. — t A. — v V. — x L. — y Me. — z Me. Riv. — a V. — b V. — c Me. ad v. 13. — d L. item T. ad v. 13. Pi. A. — † Ità Me. Riv. AE. — f Riv. — g Ità RS. in L. R. Menachem in A. — h V. — i Bo. — k E. Me. Riv. Bo. — l Bo. — m Pi. — n L. Me. T. ità Bo. Riv. O. — o Me. — p Riv. — q Me. — r A. — * L. — t Bo. Riv. — v O. — x Bo. Riv. — y Riv. — z Pi. — a Riv. — b E. Jo. in T.

Tr. Mo. Vide Jud. 21. 21. Jer. 31. 4, 14 [c]. ¶ [ובמחולת] *Et sistris*, Sy. Ar. *fistulis*, JT. Ità sign. Psal. 149. 3. & 150. 4 [d].

21. *Quibus præcinebat*, [ותען להם] *Et respondit eis*, nempe Mosi & aliis viris præcinentibus †. Mulieres vel eosdem versus quos cecinerant viri repetebant; vel primum illum versum, *Cantemus Domino*, tanquam intercalarem [f]. Alii volunt להם poni pro להן; *præcinebat illis*, i. e. mulieribus. Ponitur hîc initium Cantici; verisimile tamen est totum cecinisse [g].

22. *Tulit*, [ויסע] *Tulit* Israelitas, abduxit [h]. Importunitate quadam, quia nimis intenti erant ad spolia Ægyptiorum colligenda [l]. ¶ *Desertum Sur*] Idem quod *Etham*, ut patet ex collat. Num. 33. 8 [m]. ¶ *Et non inveniebant aquam*] Hinc illud Taciti, Hist. 5. & Plutarchi, nempe, asinos aut onagros Judæis (jam ex siti perituris) indicâsse fontes aquarum [n]. Nempe, quòd locus *Elim* [אילים] dicitur, q. d. *campos*: Josepho autem, Antiq. 3. 1. אילי *Ilin*, quod Syris sign. *asinorum pullos* [o].

23. *Venerunt in Mara*] Dicta ab aquis amaris: Est prolepsis [p]. Hæc quinta mansio [q]. Locus est quem *fontes amaros* vocat Plin. 6. 29 [r]. Non placet: Iste locus est inter Nilum & Rubrum mare, Strab. l. 17. p. 804. Agatharc. de Mari rubro 5. 42. At hi erant in deserto Arabiæ *.

25. *Qui ostendit ei lignum*, ità o'. Ch. Sa. Sy. vel, *arborem*, Ar. Sa. vers. [ויורהו] *Docuit eum*, Mo. V. O. aut ostendendo, aut revelando †. Docuit eum vim & naturam ligni [t]. Quidam volunt lignum hoc amarum fuisse, quò magis in effectu contrario virtus Dei appareret [v]. Alii dicunt lignum hoc naturali vi suâ valuisse ad tollendam ex aquis amaritudinem [x]. Quod colligitur ex Ecclesiastic. 38. 5 [y]. Hoc modo potiùs quàm solo verbo sanavit, nè res naturales frustrà fecisse videretur [z]. Hoc exemplo commendare voluit aut comprobare res medicas naturales [a]. Adumbravit virtutem ligni crucis Christi [b]; quod etiam tribulationes piorum dulces & jucundas facit [c]. ¶ *In dulcedinem versæ*] Ad præsentem populi necessitatem; non quòd postea dulces remanserint, ut patet ex loco citato Plinii [d]. Sed putaverim mansisse dulces, cùm Dei opera perfecta sint & permanentia †. ¶ *Ibi constituit ei præcepta atque judicia*, [שם שם לו חק ומשפט] *Ibi posuit ei statutum & judicium*. Sing. pro plur. *statuta* [f]. *Ibi posuit ei* (h. e. proposuit, BA. 2. 665. 50. *imposuit*, JT. *fecit ei*, Ar. *docuit eum*) *statutum*, Mo. A. (*pactum*, Ch. *legem*, Sa. *leges*, Sy. *constitutiones*, Ar. *justificationes*, o'.) *& judicium*, Mo. A. Ch. Sa. vel *judicia*, o'. Sy. Ar. Variè accipitur. 1. Exponunt Hebræi communiter de illis statutis quæ non habent ullam rationem quare Deus præcepit; ut est esus suillæ carnis [g]. 2. Juxta alios, Hebræi accipiunt de otio Sabbati [h], & de parentum honore, (idque ob verba illa, *sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus*, quæ bis reperiuntur Deut. 5. com. 12. & 16 [i].) & de vaccæ rufæ cineribus [k]. 3. Alii etiam judicia tunc aiunt fuisse instituta [l]. Dedit aliquas leges ceremoniales & judiciales [m]. 4. Alii sic; novam quandam politiæ formam constituit, & generalioribus & facilioribus (simul & maximè necessariis) quibusdam legibus, tanquam rudimentis, ad reliqua mandata accipienda populum præparavit. Quidam Decalogum & Septem præcepta data filiis Noachi intelligunt [n]. Verisimile est, fuisse quædam Legis postea datæ præcepta [o]. Non hîc statuta scripta dedit Deus, sed pactum refricavit cum patribus factum, ut bene & rectè cum Deo & proximo viverent. Apparet & istud, ante Legem ferè servâsse Israelitas moribus & consuetudine quæ per Mosen postea sunt scripta [p]. 5. Statutum hoc non est tota Lex, sed specialis admonitio quæ sequitur v. 26. *Si obedieris*, &c [q]. 6. Hoc non est *statutum* secundùm quod Israelem ambulare voluit, sed *decretum* (quomodo חוק sumitur Psal. 2. 7.) juxta quod ipse Deus cum iis ageret pro operibus suis, nempe, quòd *si audierint vocem*, &c. Et hunc sensum verba sequentia ferunt, *ibi enim eos tentaverat* †. ¶ *Ibi tentavit eum*] Scil. Deus populum, leges ferendo quibus obedientiam experiretur [r]. Vide Deut. 8. 2, 15, 16 *. Vel, populus Deum tentavit [s].

[Margin: c A. | d A. | † V. ità T. Riv. M. | f T. | g V. | h Me. | l L. | m Jun. Pi. A. V. Me. | n BA. Ms. | o BA. 1. 2. 18. 228. 2. | p Me. L. Pi. | q Me. | r Jun. | * Ma. | † O. | t He. in M. | v L. ità He. in F. G. | x Ità Me. T. | y T. | z E. | a T. | b T. E. F. | c F. | d Jun. | † Ma. | f V. | g Ità M. | h Ità RS. & L. in E. | i G. | k RS. in L. | l G. L. | m Me. | n Riv. | o E. | p V. | q Calv. | † Li. spicil. in Exod. | r Riv. Jun. Pi. A. | * A. | s Q. in O.]

26. *Quod rectum est feceris*] Quod per se & ubiquè rectum ipsa docet sana ratio [v]. ¶ *Et obedieris mandatis ejus*] Datis Noe, Abr. Is. Jac. In quibus non erat lex de Sacrificiis quæ suâ sponte homines invenêre [x]. Respicit huc Jer. 7. 22, 23. *Non præcepi eis in die quâ eduxi*, (interpretare, *cùm primùm eduxissem*.) Lex de Sacrificiis (excepto Paschate, quod convivium magis est commemorativum quàm sacrificium legale) data non est, nisi ex occasione idololatriæ à populo commissæ. Non poterat is morbus sanari nisi multo rituum, ad victimas maximè pertinentium, onere [y].

27. *Venerunt in Elim*] Sexta mansio [z]. ¶ *Duodecim fontes*] Pro numero Tribuum, (si Josephi posteros in unum conjungas [a]: nè ex haustu communi inter Tribus dissensio oriretur [b],) & Apostolorum [c]. ¶ *Septuaginta palmæ*] Pro numero Seniorum [d], & Discipulorum Christi †. Palmetum hoc & fontes aquarum, locúmque amœnum & fertilem, describunt Agatharcides Gnidius de Rubro mari 5. 44. & Diodorus l. 3. num. 123. & Strabo lib. 16. p. 776 [f].

[Margin: v G. | x G. | y G. | z Me. | a G. | b L. | c Hi. in Riv. | d G. | † G. Hi. in Riv. | f Ma.]

CAP. XVI.

1. IN *desertum Sin*] Inter mare Rubrum & montem Sinai. Diversum est ab illo deserto *Sin* quod *Cades* dicitur, de quo Num. 20. & diverso modo scribitur. Est hæc octava mansio: Septima, quæ fuit ad mare Rubrum, Num. 33. 10. omittitur hîc [g], quia nihil peculiare in ea contigit [h]. Statio hæc rectè dicitur octava, si inter stationes numeretur *Raemses*, unde primùm profecti sunt: eâ exclusâ, erit septima [i]. ¶ *Quintodecimo die mensis secundi*] i. e. *Jiar* [k]. 30. die ab egressu ex Ægypto [l]. ¶ *Postquam egressi sunt*, ità Ch. Sa. [לצאתם] *A discessu*, pro מצאתם. Sic Exod. 19. 1. Num. 33. 38. Ezr. 3. 8. Sic *Laleketh*, 1 Reg. 12. 24. pro *Milleketh*, 2 Chron. 11. 4 [m]. *Cùm ipsi exivissent*, o'. *ab exitu eorum*, Ar. sim. Sy.

2. *Et murmuravit*] Cùm jam farina subacta, quam ex Ægypto tulerant, deficeret [n].

3. *Utinam mortui essemus*, [מי יתן מותנו] Ad verb. *Quis dabit mortuos nos esse?* vel, *nos mori?* H[s] [o]. ¶ *Super ollas carnium*] Qu. Unde carnium inopia? multa enim illis erant pecora: nisi pepercisse dicantur, vel, quia minùs fœcunda, ob inopiam pascuorum; vel, quòd in sacrificia servarent [p]. Sed verisimile est alios eos carnes desiderâsse; (quales in Ægypto habere poterant [q].) Unde Deus noscens quid desiderarent, eo genere carnium eos satiavit: Aug. quæst. Exod. 62 [r].

4. *Pluam*, [ממטיר] i. e. Paratus sum depluere †. ¶ *Panes*, [לחם] *Panem*: impropriè dictum; (vide Deut. 8.) sed ejus locum supplebat [t]. *Panem*, i. e. cibum [v]. Manna, ex quo contuso fiebant tortulæ panis, ut patet Num. 11. 8. pro carne verò & ollis dedit eis coturnices, Num. 8. & 13 [x]. ¶ *De cœlo*] Infimo, seu aere [y]. ¶ *Per singulos dies*, [דבר יום ביומו] Ad verb. *rem diei in die suo*: *quantum satis erit in singulos dies*, V. Voluit dare illis cibos non per menses, sed per singulos dies, tum ut probaret an crederent verbis ejus, nec plus colligerent quàm illis opus esset per singulos dies; tum ut nullus præteriret dies in quo circa se non sentirent ipsius beneficium, atque ob id semper essent illius memores [z]. Ob hanc causam Christus docuit nos orare pro pane quotidiano [a]. ¶ *Ut tentem eum*] An crederent verbis ejus, ut jam dictum [b].

5. *Die sexto parent*] Colligant, condant, molant, coquant in diem Sabbati. Hinc Parasceue dicta, à præparatione ciborum pro Sabbato [c]. ¶ *Sit duplum*, [והיה משנה] i. e. Die sexto colligent duplo amplius [d].

6. *Vespere scietis*, [ערב וידעתם] Ad verb. *Vespera*, (supple, *veniet*, V. vel, *erit*, O.) *& scietis*, V. In *vespere*, *tum scietis*, A.

7. *Et manè videbitis*, [ובקר וראיתם] Ad verb. *Et manè* appetet, *& videbitis*, V. ¶ *Gloriam Domini*] i. e. Gloriosam ejus potentiam & providentiam †. ¶ *Audivit enim*, [בשמעו] Ad verb. *in audiendo cum*,

[Margin: g Jun. Pi. Ma. A. | h Me. | i Pi. | k M. | l L. | m A. | n Me. L. | o V. | p Wil. | q Wil. | r G. | † V. | t E. | v L. | x Me. | y Pi. | z M. V. F. | a F. | b V. | c Me. | d V. | † Me.]

Mo. ό. i.e. *cùm audierit*, V. ità Sa. Ar. Vel, *eò quòd*
(sive quoniam) audierit, V. ità Ch. M. Ti. A. *quia au-*
dit, JT. vers. 9. dicit, *quia audivit*, V. ¶ *Contra Do-*
minum, [עַל יְהֹוָה] i.e. Contra se: Antecedens pro
f V. relativo[f].
8. *Et ait, Dabit vobis*, &c.] Heb. *Dixit—Cùm de-*
g V. *derit Deus*. Concisa oratio[g]. Subaudiendum ex
h M.F.V. versibus 6. & 7. *videbitis gloriam Jehovæ*[h]. Vel,
Hoc erit *quum dederit*, &c. A. vel, Atque hoc qui-
dem, *quia dedit*, Sa. vel, Cognoscetis *cùm dederit*, JT.
A. vel, *Cognoscetis quòd Deus eduxerit vos*, F. V. ¶ *In*
saturitate, [לִשְׂבֹּעַ] Ad *explendum*, sub. *desiderium ve-*
k V. *strum*; i.e. quo saturemini[k]. ¶ *Nec contra nos*]
Principaliter: sic negari solet quod minoris est mo-
l L. menti, ut Matt. 9. 13. & 12. 7[l].
m Me.L. 9. *Coram Domino*] *Ad columnam nubis*[m]. Vel, co-
n L. T. ram tabernaculo parvo[n]. Nam tale factum fuisse an-
tequam majus illud exstrueretur, patet ex Exod. 33.
o T. 7, &c[o].
10. *Gloria Domini*] Splendor, & augustum radi-
ánsque jubar, quo se quasi spectandam exhibebat ma-
p Me. jestas Divina[p].
11. *Locutus est—ad Mosen*] Solum: nam Aaron po-
pulum alloquente, Moses ad columnam nubis oratu-
q Me. rus accesserat[q]. ¶ [וַיְדַבֵּר] *Dixerat*, nempe v. 4.
licèt illîc non ponuntur verba ista, *Audivi murmurati-*
ónes; sed tamen dicta fuisse apparet ex v. 7. ubi dici-
r V. tur, *Audivit enim murmurationes vestras*[r].
12. *Murmurationes*, [תְּלוּנֹּת] *Expostulationes, que-*
relas, V. ¶ *Vespere*] Hebr. *Inter vesperas*: vide
ad cap. 12. 6. ¶ *Et scietis*] i.e. Ut hâc ratione *cog-*
† V. *noscatis*†.
13. *Vespere coturnix*] Qu. Cur hoc ordine datæ sunt?
Resp. Quia coturnices volatu diurno defatigatæ con-
venienter vespere descendunt ad terram quasi ad re-
quiem: & manè convenientius erat descensui roris. Præ-
terea, querebantur primò de defectu carnium, secundò
t L. de defectu panum[t]. ¶ *Et ascendens*, [וַתַּעַל] *Et ascen-*
dit, nempe, in aerem de terra deserto opposita; & hîc
v L. descenderunt[v]. Advolavit, agente illum vento, Psal.
x Me. 77. 26. Hæ datæ sunt hoc tantùm vespere[x]. ¶ [שְׂלָו]
Sing. pro plur. i.e. earum multitudo. Sed quæri-
tur quænam avis fuit. *Coturnicem* habent Vulg. & O.
& Græci ὀρτυγομήτρα, G. ità L. Me. P. & K. Est ge-
nus avis pinguiusculæ quam vulgò *Qualeam* vocant,
[*si Fagio referenti credimus*; *aliter, si Grotio.*] Non
exploratum satìs an ea avis fuerit. Salomo & Kimhi
contenti sunt dicere *avem pinguem*. At Jonathan hîc,
& Psal. 105. 40. *phasianos* interpretatur. Tales au-
tem aves quales hîc describuntur nullas visi ad Arabi-
y G. cum sinum, notat Josephus, in signum miraculi[y]. [*Plu-*
ra de coturnicibus, & an hæ bis datæ, vide ad Num. 11.
31.] ¶ *Ros jacuit*, ità M. [שִׁכְבַת הַטָּל] Fuit
stratum roris, Sa. A. vel, *effusio*, A. *expansio*, Ar. *descen-*
sio, Ch. in A. P. *cubatio roris*, Mo. *conquiescente rore*,
ό. *projectus (stratus*, JT.) *fuit ros*, Ti. Habuit autem
z RS. in L. manna illud rorem (congelatum[z]) suprà & infrà[a].
a He. in M. Ità manna mundè custoditum erat, quasi inter duo
b RS. in L. ad v. 14. stramenta[b]. Et manna absconditum erat; quò allu-
c A. ditur Rev. 2. 17[c].
14. *Cùmque operuisset*, &c. [וַתַּעַל] *Et evanuit*, vel
d A. *disparuit*, V. Sic *ascendere* Jer. 48. 15. pro evanescere[d].
¶ *In solitudine*] Non in castris, quia sordida, nec ibi
* Me. commodè colligi poterat*. ¶ *Et quasi pilo tusum*,
[מְחֻסְפָּס] Variant interpretes. Vox alibi non occurrit,
† O. est ignotæ significationis†. *Rotundum*; ità AE. & K.
in F. O. P. Sa. Ar. A. Ma. JT. Probatur ex v. 31. ubi
f V.F. dicitur fuisse *tanquam semen coriandri*[f]. *Orbiculare*,
M. Ti. Ità RR. pyxidem מְחֻסְפָּס à rotunditate ap-
g Merc. RS. & P. in D. obs. 14. 19. pellant[g]. Alii, *decorticatum*, seu *denudatum*, vel *dis-*
coopertum; ità Ch. in F. L. Ma. RS. in F. co. *decortica-*
bile, Sy. Hi radicem statuunt חָשַׂף (ש autem & ס sunt
h F. co. literæ permutabiles) *denudare*, Jer. 30[h]. *Splendescens*,
Sa. vers. *multiplicatum*, vel *extensum*, O. ¶ *Prui-*
næ, ità Mo. ό. Sa. Ar. JT. O. M. [כְּפוֹר] *Gelu*, Onk. &
Jon. & RS. in D. sicut *favilla*, Sa. vers. *glacies*, Sy.
15. *Manhu*, [מָן הוּא] Discrepant interpretes.
Q. significat, *Quid est hoc?* ità Vulg. Mo. ό. Ch. Sa.
Sy. Ar. Pi. sic Jon. & Josephus, κατὰ τὴν ἡμετέραν διά-
λεκτον, i.e. *secundùm nostram dialectum*, nempe Hiero-
solymitanam sui temporis, quæ multum à vicinis gen-
tibus iterum traxerat[i]. Huic lectioni valde conve- i G.
nit quod sequitur, *ignorabant quid esset*: quasi hæc im-
patientiæ ac contemptûs verba fuerint, quum vide-
rent sibi non pistum panem (ut fortè exspectaverant)
advenire[k]. [Non placet hæc versio O. & F.] quia k V. ex F.
non מָן, sed מַה, Hebræis est *quid*. At מָן pro מַה
Ægyptiacum est, ut notat Hiskuni[l]. Nihil absurdi l G. ex D.
erit, si dicamus Israelitas, qui tot annos in Ægypto tri-
verant, usos fuisse particulâ ejus linguæ[m]. Alii ver- m D.
tunt, *Donum* Dei hoc est, à מָנָה *pars, donum*. *Donum*
quod pollicitus erat; vel *pars*, seu *portio*, quam dedit,
V. He. in F. K. in F. co. Al. *Man est*, M. P. Ti. *Man*
ipsum, O. Alii, *Præparatum*, à מִנָּה *præparare*. *Cibus*
præparatus, Jun. A.V. *Præparatum hoc*, scil. à Deo, L.
Quòd cibus in seipso præparatus fuerit, non indigens
aliâ præparatione: fuit enim in seipso bonus & e-
sui aptus[n]. Tametsi propter honorem Sabbati in ali- n V. ità Sepharadi in F.
um usum atque gustum transmutari potuit[o]. Sic RS. o M.F.
& moderni Hebræi[p]. Al. *Numerosum ipsum*, à מָנָה *nu-* p L.
merare, O. Qu. An Manna hoc ejusdem fuit speciei
cum nostro vulgari? Difficultatem facit, quòd nostrum
purgat, & conficeret illum qui eo continuè uteretur.
Resp. Affirmant Conimbric. Vales. & Lemn. Purgat
tantùm leniter: & initio potuit omnem malum hu-
morem qui ex vitiosis Ægypti cibis, cucumeribus, pe-
ponibus, &c. collectus esset, expurgare; tandémque
etiam paulatim assuetudine naturalis omnino & ido-
neus cibus fieri. Quidam enim ex consuetudine ve-
nenis impunè usi sunt. Adde quòd, cùm Angelorum
ministerio generaretur, vulgari longè excellentius fuit
sapore, puritate, &c. Testatur Fuchsius Manna in
Libano monte depluere, eóque indigenas impunè ve-
sci, etiamsi in copia ab iis sumatur[q]. Constat Manna q Ro.
hoc fuisse cibum levissimum, Num. 21. 5. Referunt,
ante paucos annos Polonos pretiosius ac dulcius quod-
dam Mannæ genus invenisse, sacchato simile, quod,
butyro modicóque saccharo decoctum, cum delica-
tissimis ferculis & jusculis facilè posset certare. Ad-
de, quòd in locis calidioribus magis coctum, videri
posset ad alendum aptius fieri[r]. ¶ *Ignorabant* r Mey. in sacra physiologia.
quid esset] Mirabantur ו literam ei inscriptam; sic
Hebræi. Auxit postea miraculum multiplicatio colle-
cti ad satietatem pro quaque familia, corruptio asser-
vati, deliquium ejus in Sabbato, sapor minimè vulga-
ris; Dei haud dubiè opera. Alioqui Manna in Ara-
bia reperiri omnes testantur. Id Isidorus vocat *mel*
*coagulatum ramis inhærens in similitudinem salis**. *●.
16. *Præcepit*, [צִוָּה] Vel, *præcipit*, Q. in V. ¶ *Quan-*
tum sufficit, &c. [לְפִי אָכְלוֹ] Ad verb. *secundùm edere*
suum, V. *Secundùm os cibi*. *Os* pro postulato sive
jussu, i.e. prout cibus ejus postulat[t]. ¶ *Gomer per* t Pi.
singula capita, [עֹמֶר לַגֻּלְגֹּלֶת] Quæritur quid sit *Go-*
mer. Resp. Constat fuisse decimam partem Ephæ[v]. v Bo.
Respondet chœnici Græcorum[x]. [Aliter F.] Gomer x Me.
sunt tres chœnices Atticæ[y]. Continebat supra cabum y F. ex Hi.
& semis, sive quantum capiunt testæ ovorum 43, ait
Waserus, qui reducit ad novem libras Romanas; unde
colligit quàm liberaliter Deus egerit cum eis, cùm
constet chœnicem (quæ *bilibris* & erat & diceba-
tur) olim opilionibus Romanis fuisse demensum diur-
num[z]. [*Sed de Mensuris curatiùs agendum in calce O-* z Riv.
peris, si Deus vitam & vires subministraverit.] Sunt qui
עֹמֶר *usualem* vertunt, à עָמַר *uti alicujus ministerio*.
Pro capite. Per se constat intelligendum hoc de iis
qui pane & solido cibo vescuntur, neque enim lacten-
tes & ubera sugentes manna comedebant[a]. גֻּלְגֹּלֶת a Riv.
est *cranium*, seu *caput, hominis*, à volubilitate sive ro-
tunditate dictum. Capitur hîc synecdochicùs pro *toto*
homine. Alii accipiunt pro *summa*; unde sic legunt,
Gomer pro summa numeri animarum vestrarum[b]. b F.
17. *Alius plus, alius minus*, ità Ch. Sy. [הַמַּרְבֶּה וְהַמַּמְעִיט]
Ad verb. *multiplicans & minuens*, vel, *qui plus &*
qui minus: i.e. alius parùm, alius multum, collegit,
prout familiam habuit copiosam vel parvam[c]. *Hic* c AE. in F.
multum, ille minus, Sa. Ar. Potiùs vertendum, *& qui*
plus collegerat & qui minus; ità 2 Cor. 8. 15[d]. RS. mi- d A.
raculum hîc facit, quòd, quicquid collegissent, cùm
postea

postea mensi fuerint, non amplius invenerint quàm Gomer in quemlibet hominem familiæ suæ †. Unusquisque, prout illi promptum erat, vase aliquo, sive majore sive minore, colligebat Manna, quod domi mensuram Gomer implebat [f].

18. *Et mensi sunt*] Qu. An ergò una eadémque mensura viro & puero, valido & infirmiori? Resp. Q. affirmant [g]: & hoc Divino miraculo factum, ut & uni sufficeret, & ab alio consumi posset [h]. Alii negant [i]. Censeo talem mensuram cuique concessam fuisse quæ etiam edacioribus sufficere poterat, non tamen singulos debuisse eam totam consumere. Imò aliquid superfuisse indè colligitur, quòd Moses jubet nihil relinqui *ex eo* (utique ex eo quod supererat è mensura eo die collecta) usque ad mané. Quod autem reliquum erat, liberum fuit vel sub noctem abjicere, (atque ità profiteri fidem in Deum,) vel etiam animalibus dare [k]. Quæ collecta fuerant ab omnibus ejusdem familiæ in unum acervum congesta fuisse videntur, ex quo paterfamiliâs unicuique suum Gomer impertiit [l]. ¶ *Nec qui plus*, &c. לֹא הֶעְדִּיף] *Non abundare fecit*, Mo. Ma. *non abundavit*, Sa. *non superfuit ei*, o'. Ch. Sy. A. Ar. *Non superabundavit* ei qui *plus*, & ei qui *minus* collegerat (quod ex præcedentibus & subsequentibus subaudiendum fuit) *non defuit.* q. d. Tametsi alii aliis fuissent agiliores, & plus collegissent, nemo tamen in privatum usum plus sumpsit quàm Omer præscriptum. Confer 2 Cor. 8. 15 [m].

19. *Nullus relinquat*] Ità præceptum, ad cohibendam incredulam & importunam eorum providentiam [n].

20. *Scatere cœpit vermibus*, ità P. Ch. וַיָּרֻם תּוֹלָעִים] *Et vermiculavit*, (*ebullivit*, o'. Sa. Ar. *elevavit*, O. Ma. *produxit*, Sy. M. JT. Ti. A.) *vermes*, Mo, רָם est *vermiculor*, i. e. vermes gigno, à רִמָּה *vermis* [o]. Radix hujus est רמם [p]. Miraculo hoc non caruit, patet enim Manna naturâ suâ servari potuisse in sequentem diem [q].

21. *Cùm incaluisset Sol, liquefiebat*] Ità voluit Deus, ne putresceret aut calcaretur, atque ità vilipenderetur [r]. Ad ignem tamen indurabatur †. Etiam pilo & molâ tundebatur: Quod mirum [t]. At multa sunt mollia in loco proprio, quæ, ubi aerem non habent, indurantur extra locum suum; sicut ovum, quamdiu est in gallina (inquit Cajet.) tenerum habet corticem, qui statim genito ovo exsiccatur & fit durus. Sic lapides quos *ardosias* appellamus, & quibus utimur in ædium tectis: nam in sua fodina ità molles sunt, ut possint scindi & efformari pro libitu; postea tamen aeri expositi indurescunt [v].

22. *Et narraverunt Mosi*] Nempe, se fecisse ex præcepto, v. 5. vel, Deum duplam mensuram eo die dedisse [x]. Et ut ex eo cognoscerent quorsum hoc fuisset jussum; neque enim adhuc Dominus declaraverat se ob Sabbati religionem id præscripsisse, quod statim Moses explicat [y]. *Narrârunt*, putantes populum peccâsse. Hinc apparet Mosem præceptum illud v. 5. nondum populo proposuisse, sed populum (Sabbato assuetum) ipsâ ratione ductum collegisse duplum. Rectè tamen faciunt, quòd cupiunt aliquid certi hac de re cognoscere [z].

23. *Requies sabbati sanctificata est*, ità Ch. שַׁבָּתוֹן שַׁבַּת קֹדֶשׁ] *Sabbata, requies sancta*, o'. *Sabbatum requies est, sanctitas*, Sy. *Cessatio* (*quies*, JT.) est, *sabbatum sacrum*, Ar. *Cessatiuncula, cessatio*, inquam, *sancta*, P. *Sabbatismus, Sabbatum sanctitatis*, A. Geminatio magnitudinem & majorem celebritatem indicat: nim. Sabbatum in quod & festum aliquod incidit [a]. *Quies sabbati sanctitatis*, Mo. vel, *sancti*, M. O. Ti. vel, *sancta*, Sa. i. e. Die crastino cessandum est vobis in honorem Domini [b]. Requies Sabbati hinc in legem ivit. Antea observatum sine otio [c]. Observatio Sabbati vel tum instituta fuit [d]; vel potiùs innovata, & sancita, & miraculo confirmata †. Sabbatum hîc renovatum; sed institutum erat Gen. 2. ut ibi probavimus [f]. Verisimile est apud Patres in usu fuisse, sicut & Sacrificia [g]. Philo asserit Hebræos ignoratum à suis majoribus mundi natalem didicisse hoc miraculo [h]. Sabbatum nunc primò memoratum, licèt non primò tum institutum; in Ægypto neglectui habitum, nunc observationi manda-

(Margin: † F. — f Me. — g Ità L. Me. — h L. — i Ità Riv. Bo. — k Riv. — l Riv. ex Calv. — m Riv. — n Me. — o D. — p M. — q L. Me. — r Me. — † L. — t Riv. Lipom. — v Riv. — x Bo. — y Me. La. — z Pi. — a Ma. — b V. — c G. — d Q. in Riv. — † Riv. — f La. — g Riv. — h La.)

tum [i]. ¶ *Cras: quodcumque*] Illud quod cras velletis facere, facite hodie [k]. ¶ *Reliquum reponite*, הָעֹדֵף הַנִּיחוּ לְמִשְׁמֶרֶת] *Superabundans* (*reliquum*, vel *residuum*) *reponite* (ad verbum, *requiescere facite*, V.) *in custodia*, Ch. Sa. *dimittite in custodiam*, Mo. *relinquite in apotheca*, o'. *relinquite illud vobis servatum*, Ar.

25. *Comedite illud*] Sub. *ad satietatem*, ut sequatur, *Quicquid supererit*, &c. V.

26. *Sex diebus colligite*, &c.] Hinc illud in Gemara, *Qui parat in diebus profestis, comedet Sabbato* [l].

27. *Egressi*] Gulositate & curiositate ducti [m].

28. *Dixit Dominus ad Mosen*] [Hîc Ar. supplet, *Dic eis——Usquequò*, &c?] *Dixit Domi.*——& Moses populo: Synecdoche membri [n].

29. *Maneat apud semetipsum*, תַּחְתָּיו] *Sub se*, Mo. *apud se*, M. P. *in domibus vestris*, o'. *in loco suo*, Ch. Sa. Sy. Ar. Ti. A. JT. ¶ *Nullus egrediatur de loco*] Scil. ad labores & opera servilia [o]; non ad colligendum Manna [p]. Alioquin exibant ad convocationem sanctam [q], sive ad synagogas, Levit. 23. 3. Act. 15. 21. *Locus* ergò hic cui illos alligat non sunt tentoria privata, sed castra Israelis [r].

31. *Quasi semen coriandri*, ità He. in M. K. & RS. & Chaldæi interpretes in D. כְּזֶרַע גַּד] AE. fatetur se ignorare quid sit גד. Quidam *sinapi* exponunt †. Ità simile erat coriandro, non colore, (cùm hoc nigrum sit, at Mannæ color sicut color unionis vel margaritæ, Num. 11. 7 [t].) sed quantitate & figurâ [v]. ¶ *Gustus quasi similæ cum melle*, כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ] *Sicut lagani*, vel *similæ frixæ*, V. *quasi placenta mellita*, K. in M. Talis erat sapor ejus *crudi*; *cocti* autem erat qualis olei, &c. Num. 11. 8 [x]. *Ut favi mellis*, Sy. vel, *artolagani in melle*, Ar. ὡς ἐγκρὶς ἐν μέλιτι, o'. Sunt autem ἐγκρίδες, teste Athenæo l. 14. πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, i. e. *placenta cocta oleo*. Aquil. צפיחת vertit ἄμυλον. *Oryzam* malunt alii, quæ vox Arabica, ארוז. Succi est optimi, ut notat Abenesdra, & nôrunt qui Orientem lustrârunt [y]. Hic sapor ipsi Mannæ erat congenitus & naturalis; ac præterea, si quisquam aliud quid desideraret, mox id Manna sapiebat, (ut disertè dicitur Sap. 16. 20.) nempe piis, ait L. etiam impiis, ait Me. [De hoc commento consule Riv. in locum.]

32. *Dixit*] Omnia hæc usque ad finem capitis dicuntur per anticipationem, quasi dicerentur post conditum Templum & Tabernaculum [z]. ¶ *Imple Gomer*, &c. מְלֹא הָעֹמֶר וגו׳] Ad verbum, *plenitudo Omer ex eo erit ad custodiam*; i. e. reponetur ad futuram rei memoriam. Quantum Omer capere potest [a]. *Plenitudo Omer*, pro, *Omer plenitudinis*, i. e. pleno [b].

33. *Vas unum*, צִנְצֶנֶת] *Urnam*, Sa. P. JT. Ma. nempe *auream*, o'. A. ità Heb. 9. 4 [c]. *Cadum*, Ar. *urceum*, Sy. *phialam*, O. M. *pateram*, Mo. *vasculum*, Ti. Vas testaceum erat, RS. AE. vel æreum, AE. in F. ¶ *Repone coram Domino*] i. e. In tabernaculo parvo, de quo prædictum [d]. Coram tabernaculo, & arca, cùm fuerit ædificata †.

34. *Posuitque illud*] Per prolepsin hoc dicitur [f]. ¶ *In tabernaculo*, לִפְנֵי הָעֵדֻת] *Coram testimonio*, [ità plerique;] i.e. arcâ testimonii *. *Coram Domino*, Ch. Sa. [At Sy. *in testimonium*, qu. dixisset, *propter testimonium*.]

35. *Usquequò tangerent fines Canaan*] Obj. Quomodo hoc scriberet Moses, cùm non venerit in terram Canaan? Resp. 1. Quidam volunt eum propheticè scripsisse, & ex Spiritûs Sancti revelatione [g]. 2. Alii rectiùs statuunt hoc à Josua, vel alio Propheta, adjectum, quomodo illud Deut. 34. 5 [h]. Neque Scripturæ authoritati exinde quicquam decedit, quandoquidem omnes qui scripserunt erant θεόπνευστοι, 2 Pet. 1. 21 [i].

(Margin: i Li. — k L. — l D. prov. 1. 5. 5. — m L. — n Pi. — o Bo. Jun. — p Ma. Jun. Pi. — q Ma. Jun. Pi. — r A. — † M. — t V. — v L. Me. M. V. ità Pi. A. — x A. — y G. — z V. — a V. — b Pi. — c A. — d L. — † Me. E. — f L. — * V. — g Aug. in Wil. — h Riv. Wil. Walt. — i Walth.)

CAP. XVII.

1. PER *mansiones suas*, לְמַסְעֵיהֶם] *Per* (vel *juxta*, Sa. A.) *profectiones suas*, Sy. M. Mo. Ti. O. vel, *itinera*, Sa. A. *castra*, o'. *diversoria*, Ar. *motionibus suis*, Ma. Per stationes quas hîc enumerare animus non

non fuit [k]. Habentur Num. 33 [l]. *A Sin in Dophea, indè in Alus, indè in Rephidim* [m]. ¶ *Juxta sermonem,* עַל־פִּי] *Ad os,* i. e. de mandato, Jehovæ [n]. *Juxta,* vel *ad, præceptum,* Sa. Ar. M. P. Ti. sive columnæ motione, sive ore, prolatum [o].

2. *Jurgatus*] Ἐλοιδορεῖτο, (*maledixit* Mosi, sive *conviciatus est,*) ό. ¶ *Cur tentatis?* תְּנַסּוּן] *Quid elevatis Dominum?* vel, *Quid majora & altiora exigitis?* Ma. Miraculo discere volebant an adesset illis Dominus, ut patet v. 7 [p].

3. *Præ aquæ penuria,* לַמַּיִם] *Propter aquas,* P. Ad verb. *ab aquis,* i. e. penuriâ aquarum [q].

4. *Adhuc paululum*] H[s]. Si res paulò magis processerit, lapidabunt me [r]. Parùm abest, &c †.

5. *Antecede populum*] Nec time nè populus lapidet te [t]. Tutò ac securè præcede [v]. ¶ *Virgam*] RS. dicit quosdam Israelitas dixisse, ministerium virgæ se tantùm extendisse ad mala infligenda, non pariter ad conferendum bona [x]. ¶ *Quâ percussisti fluvium*] Id est, vel Nilum; vel mare Rubrum, juxta quosdam. Sic Homerus, Odyss. μ'. initio, mare *flumen* vocat [y]. Obj. Aaron eum percussit. Resp. Verùm, sed authoritate & mandato Mosis [z]. ¶ *Et vade,* vel, *Et ibis,* וְהָלָכְתָּ] *Quum eris abiturus,* JT.

6. *Ego stabo ibi coram te*] Vel, *ante te,* Ch. Sa. Sy. M. Ti. O. A. *Ego sto priusquam,* vel *antequam,* tu venias, ό. Paratus implere petitionem tuam [a]. Ut tibi cooperer in productione aquæ [b]. ¶ *Supra petram Horeb*] Obj. At populus nondum eò venerat, sed sequenti mansione ad montem Sinai, c. 19 [c]. Resp. Locus hic est alius (à Sinai, sed) ejusdem nominis [d]. Vel, sensus est, Stabo in columna nubis, quam defigam supra petram Horeb, & ex ea aquam educam †. Signum extraordinarium præsentiæ Dei ibi visum notat [f]. *Horeb* est Sinai. Erat petra in deserto Sinai, vicinior tamen Rephidim quàm monti Sinai [g]. Dici potest, vel, eos ab hac undecima mansione non longè provectos mansione duodecima; vel, hîc ad unam extremitatem montis & deserti advenisse, postmodum verò ulteriùs per desertum progressos esse, legendo ferè semper radices montis Sinai, qui longus erat, teste Adrichomio: vel, si Horeb & Sinai erant diversa juga & capita ejusdem montis & radicis, rectè dici possunt ex Horeb venisse ad montem Sinai [h].

7. *Annon?* אִם לֹא] *Si non?* Ma. Græca enallage, *Si* pro *An. Estne ea intus? si fit rogas? Idem, Visam si domi est.* Columella; *Animadvertat an pulli rostellis ova procuderint, & auscultetur si pipiant.* Aristoph. Plut. Πευσόμενος εἰ χρὴ—εἶναι πανοῦργον. Linacer Struct. emend. 6 [i].

8. *Venit Amalek*] Qui, ex Esau prognati, odium parentis fovebant [k]. Timebant jam implendam benedictionem Jacobi [l]. Permisit hoc Deus, ut ex victoria audaciores essent, & ut de spoliis essent muniti armis aliisque necessariis [m].

9. *Ad Josue*] Quem ducem fecit, spiritu prophetico prævidens ipsum fore ducem in Israel. ¶ *Egressus*] Voluit iis ire obviàm, nè terrerent mulieres, &c [n]. Prævertendi hostium conatus, priusquam invalescant [o].

10. *Et pugnavit,* ità ό. לְהִלָּחֵם] *Pugnare.* Vide ad Gen. 2. 3. Similis phrasis Num. 18. 22. Deuter. 2. 16. 1 Regum 12. 33. Sic, *ædificare,* 1 Chron. 14. 1. pro, *ædificarunt,* 2 Sam. 5. 11. *dicere,* 1 Chron. 13. 12. pro, *dixit,* 2 Sam. 6. 9. Ità 1 Chron. 34. 16. collat. cum 2 Reg. 22. 9 [p]. ¶ *Et Hur*] Vir antiquus, sapiens, & expertus [q]; & maritus Mariæ, ut dicunt antiqui Doctores, & Jo. Antiq. l. 5 [r].

11. *Cùm levaret manus*] Plerique hoc referunt ad gestum precantis †. Per hoc ostenditur orationis efficacia [t]. Non placet: *Attollebat manum,* scil. cum baculo. Gestus hic est, non precantis, sed vexilliferi [v]. Potuit vehementior affectus esse, cùm gestus remissior fuit. Elevavit manus suas baculo Dei protenso, quomodo solent vexilliferi, ut cogitaret populus de potentia Divina, & mirabilibus quæ protenso baculo operatus esset Deus [x]. Hoc symbolo protestabatur Moyses, se non ab imbelli suorum turba, sed cœlitùs à Deo, sperare & orare victoriam [y].

12. *Ex utraque parte*] Ad verb. *unus hinc, & indè unus.*

Marg.: k Me. l L. m AE. in F. V. n V. o V. p Me. q V. r V. † Ma. t L. v Me. x L. y Me. z L. a L. b M. c Bo. d L. † Me. f Riv. g Me. h Bo. i Ga. k Me. l M. m L. n L. o G. p A. q L. r L. ità G. † Riv. ità L. T. t L. v Pi. x Riv. y T. Me.

Ità vulgò intelligunt, acsi Moses junctis manibus precatus esset. Potiùs existimo Mosen mutâsse baculum ex una manu in aliam, & hi alternis ejus manus sustentabant [z]. ¶ *Manus illius non lassarentur,* וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה] *Et fuit manibus suis fidelitas,* vel *firmitas,* Mo. vel *stabilitas,* O. i. e. Fuerunt manus ejus fideliter & firmiter extensæ, M. ex AE. *Fuerunt manus ejus stabiles,* ό. Sa. vel, *in fidelitate,* Sy. vel, *suffultæ,* Ar. *fuit firmus* (*fidelis,* M.) *manibus,* Ti. *fuerunt manus ejus extentæ in oratione,* Ch. Hinc discimus אֱמוּנָה, *fidem,* esse firmam persuasionem in promissis Dei [a].

13. *Fugavitque,* ità ό. A. וַיַּחֲלֹשׁ] *Debilitavit,* Mo. M. Ti. Pi. ut Joel. 3. 10. Pi. *contrivit,* Ch. Sy. P. *fregit,* Sa. JT. *divisit,* Sa. vers. *præscidit,* Ar. *succidit,* ut Job. 14. & Isa. 14 [b]. ¶ *In ore gladii*] i. e. Acie [c]. Unde gladius biceps δίστομος vocatur, quasi habens duo ora quibus vulneratos absumebat [d].

14. *Scribe in libro*] In quo libro? *In libro bellorum Domini:* Per anticipationem dictum †. Potiùs, in hoc ipso libro Legis, ubi tam expressè scribitur [f]. ¶ *Scribe in libro, & trade auribus*] [At quæ scribuntur in libro non auribus, sed oculis, objiciuntur, Ar. Ergò sic vertit, *Scribe in libro, & lege in auribus Josuæ.*] ¶ *Delebo*] Qu. Cur tam severam sententiam fert? Resp. Quia immani bello appetierant innoxios & vacillantes Hebræos, (& in sua vocatione novitios [g];) & à Dei ductu in Canaan, quantum in ipsis erat, absterruissent: quódque, ut dicitur Deut. 25. 18. extremos agminis lassos, & fame laboréque confectos, cecidissent [h]. ¶ *Memoriam*] Non quidem absolutè, sed memoriam, sive mentionem, populi tanquam florentis & subsistentis [i]. Implevit Saul, 1 Sam. 15. & David, c. 30. & Mardochæus in Hamane [k].

15. *Et vocavit,—Dominus exaltatio mea,* יְהוָה נִסִּי] Variè exponitur. *Dominus vexillum meum,* Sa. Ar. P. Me. V. Riv. q. d. Dux meus & vexillum: ipsum secutus victoriam reportavi [l]. Vel, *Domini vexilli mei,* JT. i. e. Hæc ara est Jehovæ, qui per me populo suo in conflictu isto vexillum erexit, & perpetuò eriget; ut alludat ad sublatam virgam instar vexilli [m]. *Miraculum meum,* M. q. d. Miraculo & misericordiâ Domini factum est istud [n]. Quia in nostrî gratiam tot miracula patravit [o]. *Coram Domino, qui fecit sibi miracula,* Ch. *Trophæum meum;* quasi statueret altare in trophæum victoriæ [p]. *Exaltatio mea,* ità Vulg. quia illo prælio extulit eorum nomen, al. in Ma. *Elevatio mea,* Mo. O. *Dominus triumphans,* Sa. vers. *Refugium meum,* ό.

16. *Quia manus solii Domini,* כִּי יָד עַל כֵּס יָהּ] [Variant interpretes.] 1. Q. hîc nudam prophetiam agnoscunt. Ità sensisse videntur Jo. & ό. qui vertunt, *in manu occulta pugnat,* &c. vel, *bellaturus est;* nempe, quia eos adortus est quo tempore nihil minùs cogitarent [q]. 2. Al. *Quia manus* Amalec *fuit contra solium Domini,* JT. Pi. *Quia voluit ponere manum suam super Jerusalem, quæ est solium Dei, nè exstrueretur,* AE. in M. Quia tam impiè protervéque se gessit, tanquam solium populúmque Dei subruiturus violentiâ suâ [r]; & quidem eo tempore quo populus ad spectandam Dei gloriam erat convocatus †. Plana esset ista sententia, si constaret *Amalec* intelligendum esse [t]. 3. Al. *Quia manus cum vexillo erit extenta super solium Domini, ut faciat bellum cum Amalec,* &c. Dilucidiùs; Deus, in solio sedens, manum exsertam habet, erectúmque vexillum, ad pugnandum contra *Amalecitas* in sempiternum [v]. 4. Vel sic; *Quia manus versùs* (id עַל sæpe significat) *solium Domini,* (i. e. cœlum,) *bellum est Domini contra Amalek à generatione in generat.* Sensus ergò mihi videtur esse, Quod nuper elatâ manu meâ cum baculo cœlum versùs victoriam concessit, id deinceps fiet,—donec exstirpentur; & in hujus rei signum erexi hoc altare [x]. 5. Al. *Quia Jovæ manus signo admota est,* nempe ad Amalecitas delendos. Ad verb. *Quia manus ad signum Jovæ,* &c. Et pro כֵּס legendum נֵס, (ubi facilis erat lapsus;) quia rationem reddit nominis aræ נִסִּי. Adde quòd כֵּס nihil significat [y]. Sed cùm omnia exemplaria legant כֵּס, audacius est quàm ut probem [z]. 6. Al. *Manus solii Domini,* i. e. Divinæ potentiæ. Sic כִּסֵּא sumitur

Marg.: z Riv. a A. b O. c Me. V. d Me. † V. f Riv. g Riv. h Me. Riv. i Riv. Bo. k G. l Me. V. m Ma. n V. Ma. o Me. p Ma. q Bo. r Jun. Ma. † Ma. t Bo. v Ma. x Riv. y Ca. z Riv.

mitur Thren. 5. 19 [a]. Quia potentia Divina & *bellum Domini*, h. e. bellum crudelissimum, & per homines Dei jussu & ope gerendum, erit *contra Amal. à gen. ad gen.* Ità עַד superfluit [b]. 7. Alii juramentum esse volunt [c]. Esset quidem hæc, fateor, omnibus præferenda explicatio, si, quod putat Serarius, nostræ versioni adaptari posset [d]. Verba sunt periphrasis juramenti per ejus modum, nempe manûs levationem; sicut Gen. 14. *Levo manum* †. Juravit per thronum suum, nimirum rem sempiternam & immutabilem [f]. *Manus super thronum Jah*, Hebraismus, pro, *Manus Jah super thronum ejus*. Ordo inversus; &, *bellum Jehovæ*, pro, *bellum sibi* [g]. Juramentum autem est, aut Mosis [h]; aut potiùs Dei [i]. [Porrò locum hunc variè reddunt.] *Manus super thronum Domini*, Mo. P. A. *Manus* (scil. *Domini*) *super solium Dei*, Belg. O. *Quia manus super thronum, bellum Domino*, Sa. *Ecce manus super sedem, bellum Domini*, &c. Sy. *Nunc est mihi quòd jurem per solium—quòd erit Deo bellum*, Ar. *Cum juramento dictum est hoc, A facie terribilis, cujus majestas est super solium gloriæ, fore*, &c. Ch. *Sublatâ manu super solium Dei, juro*, Ti. *Jehovah juravit*, Ang.

[a] G. ità I. & Carthus. in Bo. [b] Sic Bo. [c] ItàBo.V. F. ex Ch. Ti. O. Caj. Mo. RS. Ser. Bo. ex AE. [d] Bo. † F. co. [f] F. V. [g] V. [h] Mar. [i] Bo.

CAP. XVIII.

1. *Cumque audisset Jethro*] Dat nobis egregium exemplum Moses nominandi eos per quos profecimus [k]. ¶ יִתְרוֹ] Sic appellant quintam libri Sectionem, quæ hîc incipit [l]. Qu. Quando venit Jethro? Respondent quidam, ante Legem datam, & primo anno [m]. Non placet. Constat historiam esse transpositam: quia v. 12. dicitur *Jethro sacrificia Deo obtulisse*; & v. 16. *populus audit statuta Dei*: nondum autem vel Tabernaculum, vel Altare sacrificiis, exstructum erat, nec Statuta Dei Mosi cognita. Præterea, Moses refert electionem judicum ex Jethronis consilio præstitam post discessionem à Sinai factam, Deut. 1. 7, ad 19. Interserenda autem est hæc historia in 10. Num. inter versum 10. & 11 [n]. Alii ergò censent eum venisse anno secundo post Legem datam, & hîc dictum per anticipationem [o]. Qu. Cur igitur hoc loco ponitur? Resp. Ut scirent omnes eum à maledictione Amalecitarum immunem fuisse, licet promiscuè habitarent Midianitæ cum Amalecitis, & fuerunt quasi unus populus, & inter eos Kenitæ, seu familia Jethronis. Sed quis credet Mosem tam inhumanum, qui totius ferè anni spatio uxorem, &c. non accerseret ei, cùm terra ista non longè erat à monte Sinai, Exod. 3 [p]? Resp. Non inhumanitatis, sed pietatis, hoc erat, eum antè Legem accipere, & Tabernaculum exstruere, quàm hoc faceret. Interea literarum commercium habuisse eos constat ex v. 6, 7. & utriusque consensu hoc factum [q]. ¶ *Sacerdos Madian*] Vide quæ ad c. 2. 16 [r].

2. *Quam remiserat*, אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ] *Post dimissionem ejus*, ο'. Sa. P. *postquam remiserat eam*, Ch. Ti. M. JT. A. sub. *ex diversorio*. Vide c. 4. 25 [s]. RS. refert hoc factum ex consilio Aaronis. Moses cum Pharaone decertaturus uxori & liberis vacare non potuit, itaque eam, sibi à Pharaone timentem, libentem & volentem cum filiis remisit [t]. Alii autem vertunt, *post munera ejus*. Ità שִׁלּוּחִים interdum significat [v]. Sed hîc variant, & intelligunt, vel munera à Mose missa, ut socer uxorem faciliùs adduceret [x]; vel munera ad Mosen missa [y]. Alii sic, *post*, vel *postea*, *dotem ejus*, i. e. eam cum bonis dotalibus. שִׁלּוּחִים enim *dotem* reddidit noster, 1 Reg. 9. 16. Vel potest verti, *post missos, emissarios, ejus*, (sic Mich. 1. 14. vertit, *emissarios*,) per quos vel reductionem impetravit, vel eum de reditu suo certiorem faceret [z].

5. *Juxta montem Dei*] Heb. *montem Dei*, pro, *ad montem*. Deficit ב [a].

6. *Et mandavit*, &c. וַיֹּאמֶר] *Dixit*, Ch. Sa. JT. A. V. nempe per nuncios, A. V. (sic centurio *dixit*, Matt. 8. 6, 8. nempe per nuncios, Luc. 7. 3, 6 [b].) vel per epistolas [c]. *Dictum* (vel *nunciatum*, ο'.) *est Mosi*, Sa. ο'. [quasi legissent וַיֵּאָמֵר] *Et misit qui diceret Mosi*, Ar.

[k] G. [l] V. [m] Sic L. ad v. 5. [n] Li. spicil. [o] Ità Li. & He. in L. [p] L. [q] Li. [r] V. [s] V. ità K. & RS. & plerique He. ait F. [t] Me. [v] F. [x] F. V. [y] V. [z] Ma. [a] Pi. [b] A. [c] Li.

7. *Salutaverunt se*, &c.] Heb. *interrogârunt* לְשָׁלוֹם *de pace*, i. e. quomodo valerent [d]. *An pax*, i. e. an salva & prospera essent omnia. Hoc enim significat salutatio, *Pax tecum* †. *Bene precati sunt alter alteri*; Q. in V. *Interrogare* non tantùm quæstionem de salute sign. sed etiam votum pro ea, ut Psal. 122. 6. Vide 1 Sam. 25. 5. & 10. 4 [f]. Alii, *salutaverunt se mutuò pacificè*, V.

8. *Propter Israel*, [ità plerique,] עַל אוֹדֹת יִשְׂרָאֵל] *Propter* (*super*, Ma. *circa*, Sy.) *occasiones* (vel *negotium*, Sy. *causas*, O.) *Israel*, Mo. *Israelis causâ*, A. ¶ *Laborem qui accidisset eis*] Heb. *invenisset eos*. H[s]. Molestiam quam sustinuissent [g].

9. *Lætatúsque est*, [ità ferè omnes,] וַיִּחַדְּ] חָדָה significat *lucere*, aut *lucidum*, *politum*, vel *tersum*, *esse*, Job. 41. Ezec. 21. Prov. 27. & ex consequenti *lætari*, quòd lætus videatur habere faciem lucidam & tersam [h]. ἐξέστη, (*obstupuit*,) ο'.

11. *Nunc cognovi*] Clariùs scil. quàm antea, (ideóque Gentium diis neglectis, vero Deo adhæreo:) clarâ & certâ experientiâ, ut Gen. 22. *Nunc cognovi*, &c [i]. & 1 Reg. 17. *Nunc cognovi quoniam vir Dei es* [k]. Nec satis solidè hinc colligunt K. & To. & Perer. hucusque eum fuisse sacerdotem idolorum [l]. ¶ *Eò quòd superbè egerunt contra illos*, כִּי בַדָּבָר אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם] Concisa est oratio [m], & variè expletur. Dubitatur ad quos referendum pronomen *eos*, an ad deos, an ad Ægyptios, an ad Israelitas [n]. [Variant.] 1. *In re quâ superbierunt* (vel, *insolenter egerunt*) *contra illos*, supple, *perierunt*, M. Ti. ità Ma. vel, *puniti sunt*, Mar. Ar. vel, *judicati sunt*, Ch. in V. i. e. In aquis suffocati sunt, sicut aquis Hebræorum infantes submerserunt [o]. Vel, *comparavit sibi nomen*, ex collatione Nehem. 9. 10. Abrumpitur ejus sermo ex læto stupore. Vide ad Exod. 4. 5 [p]. 2. *Quoniam non sustinuit rem quam Ægyptii superbè egerunt contra eos*, i. e. Israelitas: ità O. [Neutrum placet.] Nam sic nec perspicua erit ratio dicti illius, *Nunc cognovi*, &c. quæ hîc redditur; & multa adduntur, nempe, *Ægyptii*, *Hebræos*, & *punivit*, &c [q]. 3. Alii ad *deos* referunt; ità JT. Pi. Riv. *Magnus est præ omnibus diis, in eo quod superbè egerunt adversùs eos*, Sa. *In re in qua superbiunt* (vel *superbierunt*, Mo. A.) *superior est illis*, Pi. ex Jun. *supra eos est*, vel *erat*, Pi. A. Riv. Ma. Sed quænam est illa res in qua Jehova superat eos? Nempe defensio populi sui, &c [r]. Vel, super eos erat, nempe, in præstigiis suis, quibus se maximè efferebant Dæmones in Ægypto, & Divinitatis opinionem sibi conciliabant. Hîc nulla trajectio, nec magno supplemento opus est, & relativum ad proximum antecedens refertur; ideóque hæc interpretatio aliis est præferenda †. ¶ זָדוּ] Origo *alienationem* significat, sensus, *hostilem animum*: Infrà 21. 14. LXX vertunt ἐπέθεντο [t].

12. *Obtulit Jethro*] Nemini dubium est Jethronem ipsum, tanquam sacerdotem, obtulisse sacrificia illa: Unde constat necdum vel Tabernaculum constructum, vel Sacerdotium constitutum, fuisse [v]. Potiùs obtulit Jethro, non immediatè, sed per Seniores, vel primogenitos, quibus tunc illa cura demandata fuit; unde etiam, pro more in sacrificiis postea usurpato, reliquias sacrificiorum cum Aaron & Senioribus comedit, hoc versu. Sic *David* sacrificâsse fertur, 2 Sam. 24. 25. & *Salomo*, 1 Reg. 8. 63. nempe, mediantibus sacerdotibus [x]. ¶ *Obtulit*] Vero Deo, non, ut antè, idolis [y]. ¶ *Obtulit Deo*, Ch. Sa. Sy. Ar. וַיִּקַּח לֵאלֹהִים] *Et accepit pro Deo*, M. A. vel, *Deo*, Mo. P. Ti. O. ο'. Compendio dictum, pro, *Accepit & obtulit* [z]. Sic, *accepit dona*, Psalm. 68. 19. vertit Apostolus, *dedit dona*, Ephes. 4. 8. sic Exod. 25. 2. Amant Hebræi, uno posito verbo, aliud subintelligere; ut Prov. 25. 22. *capies carbones*, &c. i. e. *capies & pones* [a]. ¶ *Hostias*, &c.] Nempe, pacificas, & gratiarum actionis [b]; prout suppletur interdum, Exod. 24. 5 [c]. Ex quibus pars (maxima [d]) cedebat offerentibus, Levit. 7. 15. (cùm de holocaustis nemo ederet, Levit. 1. 9 †.) Hinc illi apparabant sacrum convivium [f]. ¶ *Coram Deo*] Variè exponunt. 1. Ante tabernaculum fœderis, non longè à tabernaculo Mosis. Sed hoc dicitur per anticipationem, quia illud nondum erat [g]. 2. Coram illo parvu-

[d] V. F. M. † Me. [f] A. [g] V. [h] O. [i] T. [k] L. [l] T. [m] V. F. Ma. [n] Riv. [o] M. ex AE. F. V. [p] A. [q] Riv. [r] Pi. † Riv. [t] G. [v] Riv. [x] Walth. [y] Me. [z] D. misc. ità A. Jun. [a] D. misc. 2. 70. [b] Riv. T. A. [c] A. [d] Riv. T. † A. [f] Pi. [g] V. ex F.

S 3

parvulo tabernaculo de quo dictum ad cap. 16[h]. 3. Coram altari, ubi obtulerat holocausta[i]; quod erexerant ante columnam nubis & ignis[k]. 4. *Coram Deo*, i. e. in honorem Dei[l]: vel, cùm gratiarum actione Deo: nam & epulum & sacrificium sacra erant & eucharistica. Simile habes Gen. 31. 54. 5. *Coram Deo*, i. e. tantâ vitæ sanctimoniâ & pietate, quasi in conspectu Dei epulati sunt[m]. 6. Alii *coram Domino* dici sentiunt, propter sanctos & divinos homines ibi præsentes; juxta illud Hebræorum, *Qui fruitur convivio in quo sapientes accumbunt, perinde est acsi fruatur gloriâ Divinæ majestatis*[n].

h L. i L. Mi. k Mi. l V. F. m V. F. n F.

13. *Alterâ die*, ממחרת] Ad verb. *in crastinum*. מ pro ב positum. Nempe, post adventum Jethro[o]. ¶ *Sedit Moses*] Nempe, pro tribunali. Sedere est signum authoritatis[p].

o V. p Riv.

14. *Quæ agebat*] i. e. Summum illum laborem quem sustinebat. ¶ לעם] i. e. Propter populum, seu, populi causâ[q].

q V.

15. *Quærens sententiam Dei*, לדרוש אלהים] *Ut consulat Deum*, V. M. JT. vel, *ut postulent verbum à Deo*, Sy. *ut petant negotium Dei*, Ar. vel, *ut requirat sententiam Dei*, V. vel, *ad quærendum Deum*, P. Sa. *quærens judicium à Deo*, Me. ο'. *Ut quærat doctrinam à facie Domini*, Ch. in V. Non displicet. Consulebant de rebus publicis cùm ad religionem & cultum Dei, tum ad res civiles, pertinentibus. Sic 1 Sam. 9. 9[r]. Sed cùm nondum Lex scripta fuisset data, jure quærit August. quomodo sic dixerit Moses. Respondet, Mosen & *ad Legem æternam sapienter attendisse*, & *Deum suæ menti præsentem consuluisse* †. [Aliter responderet Li. nempe Legem tum datam fuisse: vide ad v. 1.]

r Ma. † Riv.

16. *Cùmque acciderit eis aliqua disceptatio*, [*altercatio*, ο', A.] דבר] *Verbum*, Mo. i. e. *lis*, Pi. Ar. Synecd. generis[t]. *Causa*, M. Ti. *judicium*, Ch. *negotium*, Sa. Sy. JT. P. A.

t Pi.

17. *Non bonam rem*] Non rectè facis[v].

v V.

18. *Stulto labore consumeris*] Quasi verbum נבל deductum sit à נבל *stultus*, F. co. ¶ נבול תבול] *Cadendo cades*, i. e. deficies[x], sub hoc onere[y]. *Marcescendo marcesces*, A. Mo. Ti. M. instar arboris cùm amittit virorem[z]. *Fatigatione fatigaberis*, Ch. Sa. vers. Ar. M. *deficies*, M. V. sim. Sa. *succumbendo succumbes*, P. *proculdubiò dedecore afficieris*, Sy. ¶ *Non poteris sustinere*, עשהו] *Facere eam*, P. *satisfacere illi*, V.

x O. y V. z F. co.

19. *Audi verba atque consilia*, איעצך] *Consilium dabo tibi*, [ità plerique.] Ad verb. *sternam tibi*, vel *te*, i. e. disponam, sternam tibi viam, &c. Q. vertunt, *consulam tibi*, quòd consilium sit quasi stratum cui incumbunt actiones nostræ. Pari analogiâ à יסד *fundavit* est סוד *consilium*, quòd sit actionum fundamentum[a]. ¶ *Et erit Deus tecum*] i. e. Tibi feret opem[b]: i. e. & prosperè ages. Vide Geneseos 19. 2[c]. Bene tibi succedet, Deo juvante[d]. ¶ *Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent*, ità LXX, היה אתה לעם מול האלהים] *Esto tu populo*, ο'. Ch. Ar. (vel, *pro populo*, Sa. A. *pro hoc populo*, JT.) *à parte Dei*, Ar. Ità sapiens Abraham in M. *Erga* (*circa*, Ma.) *Deum*, JT. A. *ante Deum*, Sa. *quærens doctrinam à facie Dei*, Ch. *coram Domino*, Mo. P. Ti. Non prohibeo. Sic infrà 26. 28. 34. & 39†. *Esto tu doctor populi à Deo*, Sy. *Esto tu divisio ad Deum*, i. e. intermedius inter populum & Deum[f]. Esto advocatus & internuncius populi apud Deum[g].

a Ma. b V. c Riv. d Me. † O. f O. g Me.

20. *Ostendásque populo*, והזהרתה אתהם] *Docebis*, (vel *doce*, P. Ti. vel *monebis*, Ch. Mo. JT. A.) *eos*, M. *Explicabis*, vel *elucidabis*, *eis*, Sa. Ma. *Hortaberis eos*, Sy. Ar. *Testaberis illis*, ο'. *Distingues, explicabis*, Aq. in Nob. Sis populi advocatus apud Deum, & vicissim Dei interpres apud populum[h].

h Me.

21. *Provide*, ità ο'. JT. A. תחזה] *Despicies*, Ma. *prospicies*, Sy. *providebis*, Sa. M. Ma. *considera*, P. Ar. ¶ *Viros potentes*, אנשי חיל] Variant; quia חיל æquivocum est[i]. *Viros fortes*, qui labores ferre possint[k]. Al. *divites*, vel *opulentos* *; (& *constantes*, qui in judicio nec minis nec muneribus à recto deflecti possint[l].) Tales & dignitatem tuentur meliùs, & longiùs absunt ab inhonesti quæstûs suspicione[m]. *Quibus non necesse est ut adulentur*[n]. Al. *viros roboris*, i. e. constantes & magnanimos, qui solo Dei timore feruntur. Alii, *viros valoris: valentes* nempe ingenio. Hæc autem nuncupatio communis est valentibus vel ingenio, vel viribus, vel armis, vel divitiis[o]. ¶ *In quibus veritas*] Vitæ, justitiæ, doctrinæ[p]. *Homines fidei*, &c. opponitur fuco & hypocrisi[q]. ¶ *Et qui oderint avaritiam*, [ità plerique,] בצע] *Superbiam*, ο'. *prædam*, Sa. vers. *munus & fraudem*, Sy. *accipere pecuniam*, Ch. *Impletionem*: i. e. qui nolint se divitiis & bonis impleri, sed contenti sunt necessariis[r].

i F. k F. M. V. * G. l Rs. in M. F. V. m G. n RS. in Fa. o Ma. p L. Me. q Ma. r O.

22. *Referant ad te*] Ut Romani præsides de rebus gravioribus referebant ad Imperatorem †. ¶ *Leviúsque sit tibi*, והקל מעליך] *Et allevia*, vel *exonera*, *teipsum*, Sa. Sy. Ar. vel, *desuper te*, Mo. Ma. *alleviabunt à te*, ο'. Ch. scil. *onus*, Ch. *Ad alleviandum desuper te*: Infin. pro fut[t]. ¶ *Partito in alios onere*, ונשאו אתך] *Et ferent*, vel *portabunt*, *tecum*, Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. M. V. [Totum sic vertit Ti. *Levabúntque te, cùm ferent tecum*: sim. P. V.]

† G. t V.

23. *Implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris sustentare*] *Implebis*, i. e. implere poteris. Satisfacere poteris Dei præceptis circa populi regimen[v]. Vel, gratum habebit Deus[x]. ¶ וצוך אלהים ויכלת עמד] Vertunt, *in his quæ Deus præcipiet subsistere* (vel, *perseverare*, Ar. vel, *sustinere*, M.) *potes*, Sa. Ar. Ti. M. *Et præcipiet tibi Deus, & poteris stare*, O. Ca. vel, *consistere*, JT. Poteris audire præcepta Dei, i. e. habebis tempus ad audienda & explicanda præcepta Dei[y]. Al. sic, *Si præceperit*, &c. Ch. Sa. P. A. JT. Belg. Bonus senex consilium suum subjicit approbationi Dei[z]. i. e. Idque mandato Dei, poteris sufficere huic labori[a]. Tria erant præpostera: Populus totâ die manebat prope Mosem, responsum exspectans: deinde, ipse labore consumebatur: tertiò, tempus non supererat ad consulendum Deum. Quæ tria incommoda converso ordine amoventur: Deus præcipiet, h. e. respondebit consultationi tuæ: tu poteris laborem sustinere: populus tempestivè domum revertetur[b]. Tum tibi Deus præcipiet quæ populo relaturus es[c]. ¶ Heb. *Et poteris stare*] *Cadendo non cades*, ut priùs dictum[d]. ¶ *Revertetur ad loca sua cum pace*] i. e. Ad domos suas, compositis rixis ac litibus †. Domus cujusquam vocatur *locus ejus*, Jud. 7. 7. & 9. 55. & 19. 28, 29. Vel, *locus* hîc est terra Canaan, quò jam proficiscebantur, ut Num. 10. 29[f]. Et sic poterunt omnes finiri lites, quibus sopiendis unus non sufficit[g]. Al. Maturè domum redibunt, non coacti exspectare à mane ad vesperam, ut suprà v. 14[h]. Nec procul eundum, nec diu exspectandum[i].

v La. x Ma. y O. z Riv. a V. F. co. b Me. Ma. c F. co. d O. † V. f A. g Bo. h Ma. Riv. i Riv.

25. *Et electis*, &c.] Heb. *delegit Moses*, nempe, cùm consensu populi, Deut. 1. 13, 14, &c[k].

k A.

26. *Omni tempore*] Nempe, quo interpellati à popularibus fuerint. Al. sic, Etiam cùm Moses apud Deum occupatus fuerit[l]. ¶ *Quicquid gravius*, הדבר הקשה] *Rem duram*, Mo. vel, *difficilem*, JT. Ar. *verbum grave*, ο'. vel, *magnum*, Sa. vel, *perplexum*, Ma. *negotium grave*, ο'. *ardnum*, Sy. *difficile*, Ar.

l Ma.

27. *Dimisit*] Honoris causâ aliquousque deduxit abeuntem. ¶ *Abiit*, וילך לו] *Abiit sibi*, Mo. Pi. Redundat *sibi*, V. *Abiit ipse*, M. A. ut Gen. 12. 1[m].

m A.

CAP. XIX.

1. *Mense tertio egressionis*, ità ο'. Ch. Sa. לצאת] *Ad exire*, Ma. *post egressum*, Sy. Ar. A. ¶ *In die hac*] Quid sibi vult? 1. Q. sic; ipso die quo recesserunt ex Raphidim. Hoc autem dicit, quòd esset magna distantia ex Raphidim ad Sinai: q. d. Plus itineris eo die confecerunt quàm aliis diebus[n]. Al. *In die hac*, i. e. eâdem, sive ejusdem numeri, cum mense; i. e. tertiâ die tertii mensis[o]. Al. sic; Præmiserat, *in novilunio tertio*, subdit, *ipsâ die*, quâ nimirum incipit novilunium, nempe, primâ mensis tertii[p]. Confirmatur, quia non exprimitur hîc dies certus, ut aliàs fieri solet[q]. חודש (quod vulgò *mensem* vertunt) propriè est *novilunium*, ab innovatione Lunæ sic dictum; & ex eo *mensis*

n F. V. o Me. T. A. p Ma. ità JT. Pi. Riv. Q. in V. He. in M. q Pi.

mensis חודש dicitur; sicut tota hebdomada Sabbatum dicitur (in primo Sabbati, &c.) à primo ejus die[r]. Fuit hic dies à Paschate 47. Nam dies Paschatis erat 15. Abib; indè ad finem ejus dies sedecim, (nam singuli menses constabant 30 diebus;) dies 2. mensis erant 30; his annumeratur dies primus mensis tertii†. Confirmatur, quòd tertio die pòst lata fuit Lex, infrà v. 30. Is autem dies fuit quinquagesimus à Paschate, πεντηκοστὴ, scil. ἡμέρα[t]. Hinc & ex v. 11. colligitur Legem Judæis datam 50 diebus post egressum ex Ægypto[v]. Non repugno[x]. In cujus memoriam celebrabant Judæi festum Pentecostes[y]. [De quo vide Riv.]

¶ *Sinai*] *Montem Synan occupat*, Justinus ex Trogo de Mose. Σιναῖον vocat Strabo l. 16. Appion Mosem, εἰς τὸ μεταξὺ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀραβίας ὄρος, ὃ καλεῖται Σιναῖον, ἀναβάντα, φησὶν ἡμέρας τεσσαράκοντα κρυφθῶναι· (i. e. *dixit Mosem ascendisse in montem cui Sinæus vocatur, inter Ægyptum & Arabiam, ibique dies quadraginta latuisse.* Leges Dei discendæ in deserto, i. e. animo purgato ab iis affectibus quos turba gignit ac nutrit; ut Ph. notavit[z].

2. *De Rephidim in Sinai*] Obj. *Rephidim* & *Sinai* (qui & *Horeb*) idem erant: At cùm in Rephidim essent, erant etiam apud Horeb, Exod. 17:1,2. Resp. Unus mons erat *Horeb* & *Sinai*; sed duo erant ejus cacumina & latera, quorum unum *Horeb* dicebatur, à *siccitate*, alterum *Sinai*, à *rubis* eâ parte crescentibus. *Rephidim* autem erat à latere *Horeb* dicto; ibi petra percussa est, & aqua miraculosè eos sequebatur (1 Cor. 10. 4.) indè per transversum montem, sive ad alterum montis latus, nempe *Sinai*[a].

3. *Ad Deum*] Hebræi subaudiunt *montem*, & legunt, *ad montem Dei*[b].

4. *Ægyptiis*, ità Græci & Sa. in G. למצרים] Hoc melius quàm quod in aliis libris, במצרים[c]. ¶ *Quomodo portaverim vos super alas aquilarum*] Ch. *tanquam super alas aquil.* V. Subaudi similitudinis particulam, quam Hebræi sæpe omittunt, *instar aquilæ*[d]. Ea supplenda est ex Deut. 32.11. *ut aquila excitat nidum*, &c†. Nube vos non minùs obtegebam, quàm aquila alis suam pullitiem*. Notat hæc phrasis vel facilitatem quâ Deus eos eduxit, nempe, sine labore & fatigatione: vel celeritatem summam: vel amorem, curam, & defensionem; Ut aquila eum persequitur & lacerat qui nidum suum incendit, ità Deus punivit Ægyptios[f]: vel securitatem; Aquila pullos altissimè & securissimè vectat[g], extra omnis teli jactum[h]. Nec pullos suos transfert unguibus aut pedibus, (sicut reliquæ aves, quòd sibi timeant ab avibus supervolitantibus;) sed super alas & dorsum; ut citiùs se penetret jaculum quàm pullos suos: Ità Deus posuit se in columna inter Ægyptios & Hebræos[i]. Et, ut aquila portat pullos de loco in locum; ità ego vos ex Ægypto transtuli[k]. Dictum hoc Moses ipse exponit Deut. 32.11. *Ut aquila excitat nidum*, &c. Aquila pullos, in nidi sui sordibus torpentes, clangore suo excitat, ut ad volatum provocet: ità Deus, &c. [*Vide annotata ad illum locum.*]

¶ *Et assumpserim mibi*, ואביא אתכם אלי] *Et adduxi vos ad me*, ό. Sa. Sy. Mo. vel, *ad montem meum hunc*, Ar. *applicavi vos ad servitutem meam*, Ch.

5. *Eritis mihi in peculium*, ità Sa. Mo. M. JT. Ti. סגלה] *Populus peculiaris*, ό. vel, *electus*, Th. in Nob. *proprietas*, Ar. *thesaurus peculiaris*, A. sive *dilectus*, O. P. F. V. *dilecti*, Ch. *chari*, Sy. Significat *rem charam & pretiosam, quæ ab omnibus expetitur*[l]. Ità Eccles. 2. Psal. 135. 1 Paral. 29[m]. ¶ *Mea est omnis terra*] q. d. Etsi meo jure possem alium populum deligere, vos tamen seligam[n]. Tametsi mei sunt omnes populi, diligam tamen vos unicè[o].

6. *In regnum sacerdotale*] Variè accipiunt. 1. In regnum inclytum & eximium; ut *sacerdotii* nomen eminentiam significet[p]. Apud omnes populos Reges & Sacerdotes sunt cæteris honoratiores[q]. 2. Regnum non profanum, quod ex opibus & armis, sed quod ex sacerdotibus, rebus sacris ac Divinis, constat[r]. Nemo dubitet Christum hîc respici, qui est verus Rex & Sacerdos ex Judæis proditurus[s]. 3. Populus eritis in quo mihi constituam regnum & sacerdotium[t]. Nec alium Regem habebitis præter me,

[r] D. † Pi. Jun. [t] Pi. [v] T. [x] Riv. [y] T. [z] G. [a] Li. spicil. [b] V. [c] G. [d] T. BA. † Riv. * G. [f] Riv. [g] T. [h] Me. [i] L.F.V. ex RS. [k] O. [l] F.V. [m] O. [n] Ma. [o] V. ex F. [p] Ità F. Caj. in Me. [q] F. [r] F.V. [s] F. [t] Me.

1 Sam. 8. 7[v]. 4. Omnes Israelitæ *Reges* aliquatenus ante Reges constitutos; *Sacerdotes* autem *in Paschate*, ait Philo[x]. Omnes quadam animorum colligatione quodammodo Reges sunt in uno Rege, & Sacerdotes in uno Sacerdote. Hinc totus populus sacrificium offerre dicitur, Sacerdote sacrificante[y]. Vos omnes habebo loco sacerdotum, quibus ex meo ærario sumptus exhibebo[z]. Quilibet vestrûm erit quasi Rex, quia Cananæis, &c. dominabitur[a]. Christiani Reges, quòd devicerint carnem, mundum, &c. Sacerdotes, precibus, eleemosynis, martyrio, in re aut proposito[b]. 5. Regnum sacrum, meo cultui & sacrificiis dicatum[c]. 6. Ex vobis erunt & Reges & Sacerdotes[d]. 7. Eritis regnum mundissimum & purissimum, quales Sacerdotes esse volo†. ό. vertunt, *regale sacerdotium*, ut 1 Pet. 2. 9. Ch. *Reges & Sacerdotes*, ut Apoc. 1. 6. & 5. 10[f]. ¶ *Gens sancta*] Separata ab aliis gentibus[g]; & Divino cultui deputata[h]; pura etiam & munda[i].

7. *Exposuit*, ità ό. Ch. וישם] *Et posuit*, Mo. M.A. *proposuit*, JT. Sa. *retulit*, Sy.

9. *Veniam*, בא] *Venio*: præs. pro fut. Mox venturus sum[k]. ¶ *Ad te*] Ut te legislatorem Hebræorum constituam[l]. ¶ *In caligine nubis*, ità Ch. Sa. Sy. בעב הענן] *In densitate nubis*, P. Mo. vel, *nubium*, Ar. *in densa nube*, M. Ti. *in columna nubis*, ό. Itaque עב idem quod עמוד. A qua interpretatione non longè abeunt Hebræi, cùm עב *trabem* exponunt Ezec. 41. 25*. ¶ *Ad Dominum*] i. e. *Dixerat* Moses Domino, quòd populus non crederet eum à Deo missum ut eos liberaret[m].

10. *Laventque vestimenta*] Ad spiritualia per corporea manuducit: Hinc colligebant longè magis expurgandum animum: Theod. qu. 1. 36. Vide Porphyr. Abstin. l. 2. δεῖ τοίνυν καθηράμενος τὸ ἦθος, &c[n].

11. *Sint parati in diem tertium*] Ingens quæstio, unde hic dies tertius computandus. Q. à primo die mensis tertii, quo venerunt in Sinai. Alii, quod verosimilius, hæc verba dicta volunt quarto ejusdem mensis, postquam triduo mansissent in Sinai[o].

12. *Constituésque terminos*] [Ità ferè omnes.] At Sy. *Adhibe obtestationem populo.* ¶ *Cavete nè ascendatis*, [ità omnes,] עלות pro מעלות. Vide quæ ad 1 Sam. 6. 19[p]. Quasi curiosi scrutatores præsentiæ & majestatis Divinæ[q].

13. *Non tanget eum manus*] i. e. Abominandus erit tanquam anathema; nulla manus ipsum attingat, nè polluatur[r]. Vel sic; Nemo consequetur eum qui tetigerit montem, ut eripiat eum, nè lapidetur[s]. ¶ *Jaculis confodietur*, ירה יירה] *Jaculando jaculabitur*, Mo. Ma. aut, *jaciendo jacietur*, i. e. præceps ex alto dejiciatur. Sed prior sensus præferendus est[t]. ¶ *Cùm cœperit clangere buccina*, במשך היבל] *Cùm buccina protraxerit*, O. P. ità Mc. Ma. Ti. A. Pi. sub. *vocem*, vel *sonum*, V. O. Pi. i. e. quum prolixiùs insonuerit[v]. *Quum tractim sonuerit*, i. e. quum audietur διάτονος, sive continens unius toni sonus; quod in extremis ferè cantionibus observatur[x]: & sic desinet tuba clangere[y]. Et tunc religio illius loci esset desitura, discedente Domino, & sacram hanc actionem terminante per signum ejusmodi[z]. Prolixior sonus signum erat Deum deseruisse montem[a]. *Cùm cornu siluerit*, Sy. sive *subtractum fuerit*, Ch. *cùm voces & tubæ & nubes discesserint à monte*, ό. *Jobel* cornu est, aut buccina, aut sonus ipse[b]. יובל propriè *arietem*, deinde *cornu arietinum*, significat[c]. ¶ *Ascendant in montem*] Difficultas hæc est non modica, quomodo hîc permittitur, quod antea universim vetitum esset. Respondetur. 1. Non veto ut in perpetuum (sed tantùm nè præsente Domino) ascendatis: dum ergò sonitus cornu cessaverit, poteritis ascendere[d]. 2. *In montem* hîc est versùs montem, usque ad terminos à Mose Dei jussu præfixos†. Illi autem termini erant aliquantulùm in ascensu montis[f]: nempe ad radices montis, minimè ad cacumen: (hoc soli Mosi permissum[g].)

15. *Nè appropinquetis uxoribus*] *In casto esse* dicerent Romani. Pars hæc sanctificationis, 1 Sam. 21. 5. (sunt tamen qui & hunc & illum locum non de uxoribus, sed mulieribus menstruatis, accipiunt; quod

[v] Ma. [x] G. [y] Me. [z] Ma. [a] T. [b] G. [c] T. Ma. [d] T. † O. Ma. [f] G. V. [g] T. [h] Me. T. [i] Ma. [k] V. [l] Mo. * BC. 2. 9.8.813. [m] V. [n] Ga. [o] Ma. [p] BA. 1. 2. 36. [q] Ma. [r] Ma. Riv. [s] V. [t] O. Ma. [v] V. Sa. M. [x] Jun. [y] A. [z] Jun. [a] M.F.V. [b] V. [c] Pi. [d] F.V. † L.E. Me. [f] L. [g] T. Riv. Bo.

mihi non placet[h]:) 1 Cor. 7. 5. Chæremon Stoicus de Ægyptiis sacerdotibus, ἀπείχοντο καὶ ὁμιλίας γυναικείας, (*abstinebant à congressu cum uxoribus.*) Vide & Servium in Ecl. 3. Porphyr. de Abstin. 2*. Actus matrimonialis licitus est, hîc tamen prohibetur[i]. Cujus causa duplex. 1. Quòd in eo potuit esse pollutio quædam legalis[k]. Vide ad Levit. 15. 18[l]. 2. Extraordinaria erat Dei patefactio, ad quam necessaria erat exutio omnium affectuum carnis, alioquin licitorum, ut mentes magìs erigerentur in Deum. Huc refer 1 Cor. 7. *ad tempus*, &c[m]. Lampridius de Alex. Severo, *Usus vivendi hic fuit, ut, si facultas esset, i. e. si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in lazario suo rem Divinam faciebat.* Sic Ovid. Fast. 4. *Usus abest Veneris*, &c. & Tibullus 2. 1. *Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris, Queîs tulit hesternâ gaudia nocte Venus. Casta placent Superis*—& Juvenal. 6. *Illa petit veniam quoties non abstinet uxor Concubitu sacris observandisque diebus*[n].

17. *In occursum Dei*] Ut, scilicet, veluti sponsam, populum illum Domino copularet[o].

18. *In igne*] Hinc *Lex ignea* dicta, Deut. 33[p]. ¶ *Erátque mons terribilis*, [ויחרד ההר] *Contremuit*, V. Ch. Sa. Sy. M. Ti. *commotus est*, P. nempe terræ motu, ut patet ex Psal. 68. 9. & 104. 32[q]. Al. sic vertunt, *Populus*, sive *cœtus*, *tremuit*, O. Ar. sive *obstupuit*, ο'. [quasi pro ההר legissent העם.]

19. *Paulatim crescebat in majus*, [הולך וחזק] *Ibat* (*crescebat*, Sa. *intendebatur*, Sy. Ti. *procedens*, P. ο'.) & *convalescebat nimis*, Ch. sim. Sa. *invalescebat*, Sy. *fortificans se*, Mo. *vehemens fuit*, Ti. *Quò magìs procedebat, eò magìs invalescebat*, Ar. Strepitus tubæ promovebatur, seu augebatur[r]. ¶ *Moses loquebatur*] Quid loquutus sit habetur Heb. 12. 21. *Expavefactus sum*†. ¶ *Respondebat ei*] Heb. *respondebat ei in voce*, sub. *clara & exaudibili*, V.

21. *Contestare populum*, ità Ch. Sy. M. P. [העד בעם] *Commone plebem*, Ar. *denuncia populo quasi testibus adhibitis*, V. ¶ *Nè fortè velit transcendere*, &c. [פן יהרסו אל יהוה] *Nè fortè destruant* (*diruant*, Ma. *irrumpant*, Sa. Ar. *prorumpant*, Ti.) *ad Dominum*, Mo. V. (*ad lucem Dei*, Ar.) *nè dissipent* terminum, (*nè transgrediantur*, Ch.) *ut videant Dominum*, M. Ch. *nè perrumpant* terminum, ascendendo *ad Jehovam*, JT. *nè animum efferant*, Sa. vers. *nè deserant stationem, ut ascendant*, P. Tò *ascendere* subintelligitur ex v. 24. ubi exprimitur. Nè destructis ordinibus ascendant[t]. Fortasse mons Sinai sepe aut ramis ex opposito castrorum interclusus erat: hîc prohibet diruptionem[v].

22. *Sacerdotes quoque*] At Sacerdotes nondum constituti. Quinam ergò hi? Resp. Vel primogeniti; vide Num. 3. 12[x]. hos enim Deus sibi consecraverat, Exod. 13. 2. Num. 8. 16, &c. & hi sacra administrârunt, Exod. 24. 5[y]. Vel Levitæ, qui sic vocantur per anticipationem[z]. Vel, ut alii, jam tunc à Deo designati fuerunt aliqui sacerdotes sacris operandis; nam ante hæc jam aliquot sacrificia oblata constat[a]. ¶ *Nè percutiat eos*, [פן יפרץ בהם] *Nè dividat* (*divisionem faciat*, O.) *in eis*, Mo. O. *nè irrumpat in eos*, JT. A. Sa. vers. *nè confringat ex ipsis*, Ar. *nè interimat de iis*, ο'. *nè disperdat* (*interficiat*, Ch. *invadat*, Sy. *dissipet*, M. P. Ti.) *eos*, Sa.

23. *Non poterit ascendere*] Tò לא, *non*, pro, *An non poterit populus* (quisquam ex populo) *ascendere?* Est enim locus ille unus ex sedecim locis in quibus Avenarius tradit ה interrogativum deesse. Nam cùm purè interdixisset Deus, *nè ullus—ad montem accederet*, quærit Moseh, an se, vel aliquem alium, exceptum velit: cui respondens Deus vers. 24. ipsum cum fratre ex interdicto excipit[b]. ¶ *Dicens, Pone terminos circa montem*, [הגבל את ההר וקדשתו] Ad verbum, *Defini montem, eúmque lustra.* Atqui non montem Deus definiri & lustrari jusserat paulò antè, sed populum: itaque non ההר, sed העם, legendum videtur[c]. [Verùm omnes veteres aliique legunt ההר.] Videtur hic hujus versûs sensus, Non metuo nè ascendat, cùm tu eis fueris interminatus[d]. Existimavit Moses superfluum esse hoc toties populo inculcare; Deus tamen iterum urget vers. 24. Quo docuit, Legem (ratione peccatorum) excludere potiùs à Deo, quàm vitam dare†.

[h] Riv. * G. [i] L. [k] Riv. A. [l] A. [m] Riv. A. [n] Ga. [o] M. [p] E. [q] Riv. [r] V. sic RS. in M. † Jun. [t] V. [v] M. Ma. [x] Ità RS. in L. Me. G. Bo. He. & plerique in Ma. [y] Mo. [z] E. [a] Ma. [b] Glas. gram. p. 645. [c] Ca. [d] Cl. † A.

24. *Ne transeant terminos, nec ascendant*] Græci, μὴ βιαζέσθωσαν ἀναβῆναι, optimè. Et huc respicit quod legimus Matth. 11. 12. Luc. 16. 16. Quod olim in montem non licuit, id nunc in cœlum licet. הרס est *perrumpere*[f]. ¶ *Nè interficiat illos*, [פן יפרץ בם] *Nè dividat in eis* Mo. [*Vide ad ver. 22.*] Hs: est *dividere*, pro *occidere*; quia in morte dividitur homo, & separantur partes antea conjunctæ. Sic 2 Sam. 6. 8. *divisisset divisionem in Uzza*, i. e. animam ejus separâsset: & Matt. 24. 51. διχοτομήσει, i. e. interficiet[g].

25. *Et omnia narravit eis*, ità Ch. [ויאמר אלהם] *Et dixit iis*, sive, *ad eos*, ο'. Sy. Mo. *dixit eis hoc*, Ar. vel *illud*, A. *hæc retulit eis*, JT. & *locutus est cum eis*, M. P. Ti.

CAP. XX.

1. L*ocutus est Dominus*] Quæritur, utrùm Deus immediatè locutus est, an per Angelum. Deum per Angelum hæc locutum statuunt Pontificii plerique omnes, ait Gerhardus ad Deut. 5. & cum iis Sociniani, ait Riv. ad Exod. 20. ità G. Pi. [*Non est nostri instituti controversias Theologicas huic Operi inserere. Videri possunt hinc Grotius ad Decalogum, illinc Rivet. ad 20. Exod. & ad Hoseæ 12. 5. & Gerhard. ad Deut. 5.*] Locutus est per Angelum, Act. 7. 38. cui alii minores Angeli aderant: unde *per Angelos data Lex* dicitur Josepho, & Heb. 1. 1. & 2. 2[h]. Locutus est Angelus personam Dei referens*. Non placet Riv. nec Ger. quia Angelo non communicaretur nomen Jehovæ; nec solet legatus sibi tribuere nomen legantis[i]. Hâc præfatione authoritatem Legi conciliat. Varii legislatores leges suas Numini alicui acceptas ferebant. ¶ *Sermones hos*] Heb. *hæc verba*, i. e. mandata. Sic *verbum* accipitur à LXX Deut. 15. 19. & 17. 19. Sic Esth. 1. 12. *renuit venire in verbo* (i. e. mandato) *Regis*[k].

2. *Ego sum Dominus*, &c.] Non sunt hæc verba primum mandatum, (ut nonnullis visum est,) sed præfatio ad omnia mandata[l]. De hoc convenit inter Patres & Doctores[m]. Non Lex est, sed Legis præfatio. Seneca non probat Legem cum prologo; quòd imperare ea nata sit, non suadere. At aliter censuêre Philosophi, Zaleucus, Charondas, Plato, Philo. Media via optima est; ut breve sit quod præmittitur, auctoritatem, non disputationem, præferens[n]. Procemium hoc est juris Divini in imperando fundamentum, nostríque officii[o]. Ideóque, ut hîc præmittitur primo præcepto, ità alibi reliquis. Vide Lev. 18. & 19[p]. ¶ *Dominus*] Unus ac verus ille Deus, creator cœli & terræ[q]. ¶ *Deus tuus*] Ad differentiam deorum fictitiorum aliarum gentium[r]. *Tuus*, per specialem appropriationem†. Per fœdus cum majoribus initum[t]. Dicit Lex, σὺ *tuus*, & deinceps imperans ac vetans unitatis numero singulos alloquitur; ut ostendat non aliam hîc esse viri principis quàm minimi de plebe Hebræi conditionem. ¶ *Eduxi te*] Magna beneficia auctoritatem conciliare debent præcipienti[v]. Meminit eorum quæ Jacobi posteros propriè spectabant, & quidem maximè recentium; quorum memoria firmiùs & efficaciùs animis inhæret. Confer Deut. 6. 20[x]. ¶ *De domo servitutis*] i. e. Loco in quo eras servus[y]. *Domus* ponitur pro quovis loco. Jud. 16. 21. *domus vinctorum*, est carcer: *domus luctûs*, Eccles. 7. 3[z]. Quidam respici volunt ad maledictum Canaanis, *Servus servorum erit*; quod Chamum attigit, à quo Ægyptus *Ham* dicta[a]. Vide cap. 13. 3[b].

3. *Non habebis*] Ità Riv. Heb. *Non erit tibi.* Sic pro, οὐκ εἰσὶν ἡμῖν, Luc. 9. 13. est, οὐκ ἔχομεν, Matt. 14. 17. *Non erit tibi*, quomodo aliis, *deus alius*; saltem opinione vel æstimatione[c]. οἱ λεγόμενοι θεοὶ, 1 Cor. 8. 5[d]. Solet Scriptura ἐνδόξως loqui atque humanitùs. Vide Deut. 32. 21. 1 Sam. 12. 21. & 1 Cor. 8. 4, 5†. ¶ *Deos alienos*, [אלהים אחרים] Potiùs, *Deus alius*, vel, *dii alii*; ità Riv. ο'. Ch. O. Pi. *Nè sint tibi alii*, Sy. *Nè sit tibi adorandum aliud*, Ar. *Nè esto tibi ullus deorum aliorum*, JT. *Alienus* Hebraicè est זר, vel נכרי[f]. ¶ *Coram*

[f] G. [g] Riv. ad v. 22. [h] G. * Me. [i] Ger. ad Deut. 5. [k] Riv. [l] Riv. Gerh. ità L. [m] Bo. [n] G. [o] Jun. A. [p] A. [q] Gerh. [r] Riv. † L. [t] Riv. Gerh. [v] G. [x] G in decal. [y] O. Riv. [z] Gerh. [a] D. [b] V. [c] Riv. [d] G. † Jun. [f] Riv.

ram me, [על פני] *Præter me,* o'. Ch. Sy. Ar. Rectè. Quomodo [כי אם לפני], 2 Sam. 3. 13, 35. est, *extra quàm, nisi.* [פנה] [lege פנים] est *persona,* פני circumlocutio, pro quo simpliciter diceremus *me,* על פני *super me.* Sic Lat. *super* pro *præter.* (Sic Marc. 12. 32. Scriba exponit, πλὴν αὐτοῦ [g].) Est & pleonasmus, *alius præter me;* nam suffecerat, *præter me.* Similis locutio, ἕτερος, εἰ μὴ, 1 Cor. 8. 4. &; ἄλλον παρὰ, *aliud præter,* 1 Cor. 3. 11 [h]. Sensus est, Non modò non pro vero Deo substituendi alii, sed nec assumendi ad eum alii, quod multi faciebant; ut 2 Reg. 17. 33 [i]. Alii, *coram facie mea,* Sa. JT. A. Riv. O. Emphaticῶs dictum. Gravius est & contumeliosius alicui coràm, & velut ante oculos, honorem suum detrahere, & in alium transferre [k]. Ostendit etiam se ubique præsentem, nè putarent in abscondito hoc facere [l]. Vel sic; *Non—super faciem meam,* i. e. non in præsentia mea, seu mecum; i. e. nullibi, quia sum ubique præsens. Vel sic; *juxta faciem meam,* i. e. mecum, seu in templo meo [m]. Alii, q. d. *præsente,* vel *vivente, me;* i. e. quamdiu ego sum, vel vivo; h. e. in æternum. Ità doctiores Hebræorum exponunt. Confirmant ex Gen. 11. *Mortuus est Haran super faciem Therah,* i. e. vivente & præsente Therah [n]. Includere potest & locum & tempus universum. Tempus, ut Psal. 72. 17. *coram Sole,* i. e. quamdiu Sol durat. Ità hîc, *coram me,* i. e. quamdiu vivo. Et locum, Psalm. 139. 7 [o]. Vel sic, *è regione mei,* La. Nec sine me, nec mecum, ut v. 23. Nam si facto vel cogitatione adhibetur deus, ante faciem ejus est, cui intima cordium sunt explicata [p]. Vel sic, *contra me,* sive *faciem meam,* A.

g Riv. — h G. — i G. Riv. — k Riv. — l O. Riv. K. in F.co. — m O. — n K. in F.co. — o A. — p Jun.

4. *Non facies tibi*] Redundat vox *Tibi,* ut alibi לך לך, *I tibi,* i. e. *I.* Sic *mihi* in Horat. *Quid mihi Celsus agit?* Cicero pro S. Roscio, *Alter tibi descendit de palatio* [q]. *Tibi;* sed neque aliis, Exod. 32. 1, &c. *Non facies,* sive manu, sive corde, Act. 17. 29. nempe, injussu meo. Vide Exod. 25. & Num. 21 *. ¶ *Sculptile, neque similitudinem,* [פסל וכל־תמונה] Quidam duo præcepta faciunt, quasi prohibeantur & *sculptura* & *pictura.* Ità Philo accipit. Aliis (& eò ivit consensus Hebræorum,) ו [in וכל] non est novum præceptum, sed explicationis causâ additum: ut intelligatur non omnia sculptilia prohiberi, ut vitem auream quæ in templo fuit; sed quæ similitudinem animantis alicujus referrent [r]. Nam in Deut. 5. sine conjunctione legitur, פסל כל־תמונה, *Nè facito tibi simulachrum ullius figuræ,* sive *rei adspectabilis* †. Præterea, ו abest in Chaldæo hoc loco [t]. ¶ [פסל] LXX vertunt, εἴδωλον. Et versioni Pontificii mordicùs adhærent [v], & verti volunt, *idolum,* non, *imaginem;* i. e. imaginem dei falsi & ficti. Tales solùm imagines hîc prohibentur [x]. Sed alii Græci reddunt γλυπτὸν [y]. *Sculptile* vertunt Schol. in Nobil. Ar. Mo. M. P. *simulachrum,* Sy. *imaginem,* Ch. פסל est *dolare,* & פסל, *pesel,* est *dolatum,* vel *sculptum* [z]. Veteres interpretes פסל *imaginem* verterunt, Esa. 40. 18, 20. Hieron. Esa. 14. vertit, *idolum,* deinde, *sculptile,* deinde, *imaginem* [o]. [*Sed de his consulendi authores polemici.*] *Sculptile* Hebræis notat *imaginem eminentibus figuris expressam* [p]. Non *fusile* solùm, sed etiam *sculptile* & *tornatile,* &c. synecdochicè hîc intelliguntur, ut subjecta ἐξήγησις testatur [q]. Locus totus appositè sic verti potest; *Non facies tibi sculptam, nec ullam aliam, cujuscunque generis aut artificii, imaginem* [r]. *Non facies sculptile,* sive ad me, sive ad falsos deos repræsentandos *. Sed hîc quærendum, an simpliciter prohibitum Judæis eas facere. Q. affirmant †. Nempe, ut longiùs ἀπὸ τῆς πολυθεΐας arcerentur. Probatur ex Deut. 4. 16. Insuper, simulachra abolere jubentur, Exod. 34. 13. Non ferebant Judæi *effigies,* vel *vultus, Cæsarum;* nec *aquilam auream* super portam Templi ab Herode positam [t]. Alii negant. Non absolutè prohibentur facere, sed facere eo fine ut colantur & adorentur [v]. Non εἰκονοποιΐα, sed εἰκονολατρεία, hîc prohibetur: sic enim statim sequitur, *Non adorabis.* Propositio autem posterior est prioris ἐξηγητικὴ, quod patet ex Deut. 4. 15. Patet etiam ex collatione Levit. 26. 1, 2. Quomodo Exod. 20. prohibitum est fieri—*sculptile,* sic Lev. 26. *statuam erigere,* ac *ponere lapidem.* At hæc non simpliciter prohiberi liquet ex Gen. 28. 18. & 31. 14. Jos. 24. 26. sed tantùm ad usum idololatricum [x]. Sic, *imagines quæ fecistis,* Amos. 5. 26. exponitur, *quæ fecistis ut coleretis,* Act. 7. 43 [y]. ¶ [וכל] *Et omnem imaginem:* vertere potes, *aut ullam imaginem,* V. Præter cautionem idololatriæ, est & alius egregius usus imaginum interdicti, ut moneamur Deum esse à visu sensibúsque nostris remotissimum. Idcirco Numa simulachra de templis sustulit, inquiunt Halicarnassensis & Plutarchus, *quòd non sanctum ratus assimulare meliora pejoribus; neque ad Deum aliter accedi posse quàm cogitatu.* Scribit Varro, Romanos plùs quàm annos 170 deos sine simulachro coluisse; addens, quòd si adhuc mansisset, castiùs dii observarentur: testem etiam proferens sententiæ suæ gentem Judæam; atque ità eum locum concludens, ut diceret, Qui prima simulachra deorum populis posuerunt, eos civitatibus suis & metum dempsisse, & errorem addidisse [z]. ¶ *Quæ in cœlo*] Ejus exemplum, *astrum Veneris;* item aves, vultur, accipiter [a]. Primos quos homines pro diis venerati sunt Ignes fuisse cœlestes sentiunt doctissimi Hebræorum. Favent eis Job. 30. 26, &c. & Deut. 4. 19. & 17. 3 [b]. ¶ *In terra*] Nempe masculum, & fœminam, & bestiam [c]. Exemplum figuræ terrestris, vitulus, ichneumon, ovis, canis [d]. ¶ *In aquis sub terra*] Ut pisces †. Exempla figuræ aquaticæ, Dagon, phagrus, mœotes, oxyrynchus; de quibus vide Clem. Alex. orat. ad Gentes. Dicuntur aquæ *sub terra,* quia, cùm naturâ suâ aquæ leviores sint terrâ, eique supernatare debuissent, Deus in usum hominis terram excavavit, ut ibi aquæ continerentur, Psal. 104. 6 [f].

q Ca. — * A. — r G. — † Ca. — t G. — v Riv. — x Ità Me. T. — y Riv. G. — z O. — o G. — p G. — q Ger. — r Riv. — * Pi. — † Ità G. — t G. — v Ità E. Cl. Gerh. Riv. O. Vasquez in Riv. A. — x Ger. ad Deut. 5. — y A. — z G. — a G. — b G. ad decal. ad v. 3. — c Riv. — d G. — † Riv. — f G.

5. *Non adorabis ea,* ità o'. Ch. Sy. Sa. Ar. M. [לא תשתחוה להם] *Non incurvabis te eis,* Mo. P. Pi. O. *Non procumbere facies,* Ma. Sub hoc gestu reliquos reverentiam indicantes prohibet; ut, *flectere genu,* 1 Reg. 19. 18. *osculari,* Hos. 13. 2, &c. *Non eis,* sed neque *coram eis,* 2 Chron. 25. 14. Idem est *orare coram Domino,* 1 Chr. 17. 25. &, *Domino,* 2 Sam. 7. 27: *procumbere Diabolo,* Mat. 4. 9. &, *coram Diab.* Luc. 4. 7 [g]. Cautio hæc est in posterum Hebræis qui extra populum suum peregrinaturi erant, ubi impedire non poterant quò minùs exstarent sculptæ imagines. Vox Hebræa gestum honoris indicem significat [h]. Non animi actum designat, sed corporis. Imaginibus ullum signum honoris, quocunque tandem animo id fieret, exhibere prohibentur [i]. ¶ *Non adorabis*] Inclinando, genuflectendo, &c [k]. תשתחוה autem construitur vel cum להם, ut hoc loco; vel cum על *ad, coram,* ut Lev. 26. 1 [l]; vel cum לפני *ad faciem,* i. e. coram [m], ut 2 Par. 25. 14. ¶ *Neque coles,* [לא תעבדם] i. e. Sacrificiis, libamine, suffitu. ¶ *Deus—zelotes,* [אל קנא] *Zelotes,* consortis impatiens, ut mariti, ut Num. 5 [n]. Populus Dei *sponsa* dicitur, fœdus *conjugium,* idololatria *scortatio* [o]. Non fert corrivalem: q. d. Non possum ferre ut alius ametur colatúrve quàm ego. Notat præterea hæc vox commotionem & ardorem animi, ut Num. 25. 11 [p]. אל *fortis, validus,* appositè; quia vindictæ sequitur mentio [q]. *Fortis sum,* qui possim & velim injuriam mihi illatam ulcisci [r]. ¶ *Visitans iniquitatem patrum in filios,* &c. ità Ch. Sa. [פוקד וגו'] *Examinans delicta patrum cum fil.* Ar. *reddens peccata patrum in filios,* o'. Sy. Sensu vindicandi solet accipi [s]. Vel, *in memoriam reducens,* V. O. Memor puniri: obliviosus videtur, cùm non punit [t]. Qu. Annon hoc injustum, & aliis Scripturæ locis contrarium, nempe Jer. 31. & Ezek. 18. & Deut. 24? Resp. Minimé. 1. Deus filios punit, nempe, si parentum vitia imitantur [v]. Hoc autem non est severitatis, sed clementiæ, pœnam quam quis meretur differre [x]. 2. Quoniam Deus punit etiam filios innocentes, ut patet in filiis Achanis, Jos. 7. & Davidis filio infante, (vide & 2 Reg. 21.) dicendum, tales temporali tantùm & corporali pœnâ puniri, in exemplum cæterorum [y]. Neque hoc injustum, cùm nullus per se apud Deum sit innocens, Exod. 34. 7 [z]. Et in talibus posteris non habent rationem pœnæ, sed potiùs sunt materia virtutis exercendæ; eásque afflictiones in justis Deus abundè compensabit [a]. Al. sic; In posteris vindicabit, nempe tradendo illos in miseram servitutem, quod ipse, jure dominii, quod in omnes homines habet, facere sine ulla injustitia

g A. — h G. — i G. Riv. — k Me. ad Deut. 5. — l G. — m Riv. G. — n G. — o Riv. — r V. — q G. — r V. — s G. — t O. — v Ter Ch. & Hi. & Aug. ità Me. Bo. A. — x Bo. T. — y Me. ad Deut. 5. Bo. in Exod. 20. — z E. — a Bo.

justitia potest. Sic exponitur Levit. 26. 39. Vide exemplum Thren. 5. 6 [b]. [Audiamus tandem Cl. *Gatakerum* de hac quæstione sic disserentem.] Punit Deus sæpenumerò liberos propter peccata parentum, ut constat exemplis, & sanctionibus S. Scripturæ. Vide Exod. 4. 22, 23. & 12. 29. & 34. 7. Num. 14. 18. 2 Sam. 12. 14. 1 Reg. 13. 33. & 14. 1, 17. Rationes hujus facti sunt; 1. Quòd liberi sint *res* atque *possessiones parentum*, teste Thomâ 2. 2. qu. 108. Unde potestas Satanæ data in possessiones Jobi liberos attigit, Job. 1. 12, 18. 2. Liberi præterea sunt partes, sive membra, parentum, & sunt quasi una persona cum parentibus; ut rectè Althus. Dicæolog. l. 1. Punitur ergò pater in malis quæ familiæ suæ obtingunt. Vide Gen. 20. 7, 18. & Matt. 15. 22. Quòd ad loca in contrarium prolata, Deut. 24. Jer. 31. Ezec. 18. sic respondeo. 1. Debent omnes mortem Deo, quocumque loco vel tempore eam postulaverit. 2. Non sunt hæc apud homines semper injusta. Ponamus filium viri nobilis ob crimen aliquod ad mortem damnatum, cui (ob bonam indolem & aliorum intercessionem) Princeps vitam donare decreverat: Interea pater ipsius perduellionis reus fit: quo nunciato, Rex sententiam mutat, filiúmque mulctat coram patre, paterni criminis causâ, & quidem sine ulla injustitiæ labe. 3. In eo errabant impii Judæi, quòd se immerentes ob parentum peccata punitos conquererentur, licèt reverâ æquè mali essent, vel etiam deteriores. 4. Pœnæ interdum habent rationem medicinæ; & nihil est quod non bonis prodesse possit, inquit Seneca de Provid. c. 3. Cùm ergò Deus punit impium parentem in bono filio, quod pœna erat & maledictum patri, filio medicina fit, eíque cedit in bonum. [Hæc Gatak. in Concione habita de illo loco 1 Reg. 14. 17.] 5. Duritia populi ad talia remedia compulerat, ut vel posteritatibus suis prospicientes Legi Divinæ obedirent: quis enim non magis filiorum salutem quàm suam curet? Sed & si benedictio patrum semini quoque eorum destinabatur sine ullo adhuc merito ejus, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret [c]? ¶ *In tertiam & quartam generationem*] Heb. *in tertianos & quartanos*, nimirum ab ipsis patribus, generationis ordine [d]. *Nepotes & abnepotes*, JT. Imò potiùs *in pronepotes & abnepotes* †. Ad abnepotes usque: Est proverbialis locutio. Etiam Plato, εἰς τετάρτην γενεὰν διαβιβάζει τὴν τιμωρίαν, i. e. *ad quartam generationem pœnam transmittit.* Sic Poeta, *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis* [f]. Quousque se ferè patrum extendit vita & memoria [g]. Imitatio non potest ulteriùs procedere. Parentes interdum eousque vivunt, & filiorum calamitates vident [h]. Vel, numerus definitus ponitur pro indefinito; *in tertiam*, &c. h. e. in multas generationes. Ternarius numerus sæpe copiam significat; *ter felix*, i. e. maximè felix. Ità perfecta antithesis est pœnarum & præmiorum [i]. ¶ *Eorum qui oderunt me*, לְשֹׂנְאָי] Q. referunt ad filios; *In eos (bis, Ch. eis, o'.) qui me oderunt*, Sa. JT. *osoribus meis*, Sy. Ar. sive, *odientibus me*, Mo. P. Ti. O. A. Ma. At alii, *eorum qui oderunt me*; ità M. Pi. A. Neque enim hîc est עַל, ut in membris præcedentibus; sed לְ, quæ valet genitivum casum quando regitur à nomine præcedente. Ellipsis hîc est verborum עַל בְּנֵי, ut integra oratio sit, *visitans—in filios, in pronepotes*—in filios, inquam, *eorum qui oderunt me*: Agit enim de visitatione iniquitatis patrum [k]. *Deum odisse* in Sacris Literis peculiariter (imò unicè, ait Maimonides,) illi dicuntur, qui falsos deos colunt [l]. Ità hoc loco sumitur. Manet in similitudine amoris conjugalis. Quemadmodum amoris signum est fidelitas conjugalis; sic fidei violatio odii testimonium est [m].

6. *In millia*] Non tantùm *mille* dixit, sed *multa millia* [n]: i. e. usque in perpetuum [o]. Ostendit quantò sit in benefaciendo quàm in puniendo largior. Hoc est quod significant Hebræi, cùm aiunt *Michaelem unâ alâ volare, Gabrielem duabus.* Confer Psal. 103. 17. ¶ *Qui me diligunt*] Colunt, & ob id vocantur חֲסִידִים *pii* [p]. Dilectio primùm nominatur, tanquam fons obedientiæ, Joh. 14. 15 [q]. *Non sufficit Deo servire ex amore præmii in vitâ futura, vel metu supplicii; sed ex*

[b] G. [c] Tertul. in Ga. MSS. [d] Jun. Pi. † Pi. [f] G. [g] La. ad Deut. 5. [h] Bo. [i] La. in Deut. 5. [k] Pi. [l] G. [m] Riv. [n] G. [o] V. [p] G. [q] A.

amore Dei hoc faciendum. Id fecit Abraham, idcirco dictus Amicus Dei, Esa. 41. 8 [r]. ¶ *Et custodiunt præcepta mea*] Omnia; sed illa præcipuè quæ ad arcendas pravas superstitiones pertinent. Hi vocantur צַדִּיקִים *justi* [s]. Hoc additum est, nè quis seducens se dicat, *Diligo Deum*, & non custodiat mandata ejus [t].

7. *Non assumes*, לֹא תִשָּׂא] Heb. *Non feres*, G. Mo. nempe, in ore tuo [v]: ut Psal. 16. 4. & 50. 16 [x]. & Job. 4. 2 [y]. Sic, *assumere proverbium*, Esa. 14. 4. & *lamentationem*, Ezec. 26. 17. est, ea effari [z]. *Non accipies*, Sa. Metaphora est à rebus vel gloriosis, vel necessariis, quas, licèt graves, libenter tollimus; Gen. 29. 7, 8. Exod. 28. 37. Andr. in Decalog. נָשָׂא sign. *efferre*; quasi jurantes nomen Dei super juramento extollant; in eo enim Deum majorem & præstantiorem fatemur, Heb. 6. Martyr ad Gen. 21. 23 [a]. *Non levabis nomen*; quia juramentum apud Judæos fieri solebat levando manum, ut patet Gen. 14 [b]. ¶ *Nomen Domini*] Pro, *nomen meum*; quod frequens Hebræis. Id autem fit non tantùm proprio Dei nomine expresso, sed etiam quovis vocabulo quo Deus intelligitur [c]. ¶ *In vanum*, ità o'. Sa. O. M. P. JT. vel, *vanè*, Ti. לַשָּׁוְא] *Incassum*, Aq. in Nobil. *frustrà*, Ch. *falsò*, Ar. *cum mendacio*, Sy. *præcipitantiæ*, seu *temeritati*, Ma. Q. restringunt ad mendacia [d]. Socinus & qui eum sequuntur volunt Israelitis solum perjurium fuisse prohibitum †. [Sic probat G.] Nam in præcepto nono שָׁוְא in Deuteron. est שֶׁקֶר in Exod. sic explicant Philo & Aben Esdra. Sic Psalm. 12. 2. Græcè μάταια ἐλάλησεν, i. e. *mentiti sunt*; sequitur enim, χείλη δόλια, *labia dolosa*. Zach. 10. 2. Psa. 24. 4 [f]. [Concedit & Riv. שָׁוְא sæpe accipi pro mendacio.] At aliud est jurare לַשֶּׁקֶר, aliud לַשָּׁוְא, Aboth. *Juramentum vanum est, quando quis jurat non necessaria de causa; falsum, quando quis pejerat* [g]. Alii generaliter accipiunt שָׁוְא, pro *re vana* aut *nihili*, q. d. gratis, frustrà: non frustrà jurandum, nedum falsò [h]. Sic Chald. *frustrà*, h. e. in re non necessaria [i]. Temere, sine necessitate, jurando; aut irrisoriè de Deo loquendo [k]. Omnis Divini nominis usurpatio quæ sine reverentia fit potest censeri hîc prohibita, (ut cùm juramus nos illicita facturos, aut sine necessitate;) sed præcipuè perjurium [l]. Vetamur usurpare, &c. vel pejerando, vel quocunque alio modo sancto nomine Dei abutendo irreverenter [m]. Prohibet juramentum temerarium, & quemvis nominis Divini abusum & irreverentiam [n]. שָׁוְא sæpe sumitur pro *frustrà*, & pro *re vana*; Job. 7. 3. & 15. 31. & 35. 13. Psal. 60. 13. & 89. 48. & 115. 37. Esa. 1. 13. & 5. 18. & 30. 29. & 59. 4 [o]. Item Jer. 18. 15. & Mal. 3. 16 [p]. Credibile non est Deum in V. T. levitatem in jurando permisisse: Aliter docet sanctus Sirachides, cap. 23. v. 10, 15, 16, 17 [q]. Ità Plato de Legibus 11. Πάντως γὰρ δὴ καλὸν ἐπιτήδευμα, θεῶν ὀνόματα μὴ χραίνειν ῥᾳδίως, (*Pium*, vel *probum, omnino institutum est, Deorum nomina non facilè*, sive *temerè, usurpare* *.) Alii dicunt, hîc prohiberi nè nomen Dei tribuatur idolis, (quæ in Scripturis dicuntur *vanitas* [r];) aut nè per falsos deos juretur [s]. ¶ *Nec habebit insontem*, לֹא יְנַקֶּה] *Non mundificabit*, Mo. o'. *non justificabit*, Ch. ità Sy. Ar. *non insontem faciet*, M. vel, *habebit*, P. *non impunem*, vel *impunitum, dimittet*, vel *sinet*, Sa. Ti. Ca. G. *non vacuum pœnâ faciet*, Ma. Non tanquam insontem tractabit. Verba in Hiphil sæpe significant, non, facere talem, sed, tractare quasi talem: sic הִצְדִּיק, *tractare ut justum*; הִרְשִׁיעַ, *tractare ut impium* [t]. *Non innocentem habebit in die Judicii magni*, Targ. J. in Bi. Est μείωσις seu liptote; plus intelligitur quàm dicitur [v]. q. d. Gravissimè punietur [x]. Sic 1 Reg. 12. 21. *quæ non proderunt*, i. e. maximè oberunt [y]. Sic exponitur & Deut. 5. 11. Sic Psal. 18. 37. *Non sunt infirmata vestigia mea*, i. e. validissimè sunt confirmata; Psal. 25. 3.—*non confundentur*, i. e. certissimè ac gloriosè liberabuntur; & Prov. 10. 2. Verbum judiciale est, ac in forensi significatione usurpatur 1 Reg. 2. 9 [z]. Phrasis est Scripturæ; Ea fieri dicit quæ declarantur [a]. Hoc & gentibus creditum, severè à Deo vindicari perjuria. Hesiod. Ὅρκον θ' ὃς, &c. Herod. Tibul. &c. Quare etiam, ubi excusatio speciosa afferri poterat, veteres omnino religionis suæ duxêre, quæ jurati promiserant implere.

[r] He. in A. [s] G. [t] O. [v] G. Riv. [x] A. Riv. [y] Pi. [z] A. [a] Ga. [b] O. [c] G. [d] Ità E. Maldon. in Riv. † Riv. ità & G. [f] G. [g] Q. in Spicil. [h] Riv. [i] Mar. [k] M. [l] Bo. ità Me. ad Deut. 5. [m] Ità Ger. ad Deut. 5. [n] L. [o] Riv. [p] Ger. [q] Riv. * Ga. [r] Ità Tertul. in Mar. & Clemens Alex. & Cyril. in Ger. [s] Mar. Bo. [t] G. [v] Ità Riv. Gerh. Me. G. [x] G. Me. [y] Me. [z] Ger. ad Deut. 5. [a] Riv.

plere. Vide Jud. 21.1. 1 Sam. 14. 24, 26, 27,39. Jos. 9. 15, 19, 20. 2 Sam. 21. 2, 6, 7, 8. Psal. 15. 4 [b].

8. *Memento*, זָכוֹר] Ad verb. *Recordando*, A. Riv. sub. זָכַר *recordare*; i. e. omnino & solicitè recordare [c]. De qua phrasi vide Exod. 13. 3 [d]. Vel, infinitivus ponitur pro imperativo, per Hebraismum; Jos. 1. 13. Job. 32. 10. Jer. 2. 2 [†]. Hâc voce utitur, 1. ut nos remittat ad primævam Sabbati institutionem, Gen. 2. cujus memoriam renovare voluit [f]. Ergò additur in Deut 5.—*sicut præcepit tibi Dominus*, nimirum, jam olim ab orbis initio, nempe Gen. 2. Distinguitur enim præceptum pii cultûs à præcepto otii & causis & temporibus. Illud causam habuit mundum conditum, & à conditu rerum fuit; hoc Ægyptiacam servitutem, & post eam incepit: Illud ad genus humanum pertinet; hoc ad Hebræos solos, Exod. 31. 13. Ità & Iren [g]. 2. Accusatur hoc verbo naturæ nostræ corruptio, propter quam pietatis & cultûs Divini oblivio sæpius animis nostris obrepit [h]. 3. Quia, aliàs, lucri cupidus, & suis ministeriis impeditus, vix Sabbatum servabit, nisi ejus antè recordetur [i]. In suis operibus solent homines cupidè immorari, omnibus, licèt potioribus, neglectis. 4. Quòd præceptum hoc sit veluti nervus intelligentiæ & obedientiæ cæterorum præceptorum, & hoc neglecto, cætera omnia excidissent; tunc enim Lex debebat legi & exponi. Nota, verba *memoriæ* connotare affectus, & ex eis officia præstanda [k]. ¶ *Diem Sabbati*, יוֹם הַשַּׁבָּת] Cognitionem aliquam venerationémque Sabbati ad alias etiam pervenisse gentes, & per secula aliqua mansisse, ostendit Clem. Alex. Strom. 5. & in Præp. Eusebius, ex Hesiodi versibus, in quibus ἑβδόμον ἱερὸν ἦμαρ dicitur: súntque Josephi, Philonis, Theophili Antiocheni, ac Lucani, eódem pertinentes loci [l]. ¶ *Ut sanctifices*, לְקַדְּשׁוֹ] *Ad sanctificandum illum*, sub. *diem*, vel, *illud*, sub. *Sabbatum*. Ut cesses ab operibus tuis, &c [m]. [Bo. licèt fatetur Divinum cultum fuisse finem præcepti de cessatione ab operibus, & solitos Judæos totum Sabbatum valde religiosè Divino cultui tribuere; contendit tamen totam sanctificationem Sabbati Judæis præceptam fuisse cessationem ab operibus servilibus; quæ cessatio, inquit, apud Judæos habebat rationem cultûs. *Aliter ferè omnes interpretes, tum nostri, tum Pontificii.*] *Ut sanctifices*, i. e. Divino cultui totaliter applices [n]. Ut celebres, habens pro sancto, & consecrato cultui Dei [o]. Ut separes illum ab aliis diebus profanis, abstinendo ab operibus, (vel, ut separes te in eo ab operibus) &c. & cultui Divino applices. Hæc enim duo importat *Chadas* קָדַשׁ [p]. Ut sanctè colas. Id fit lætâ gratâque recordatione mundi à Deo conditi [q]. Sanctis operibus vult transigi; & cùm dicit, *Memento ut sanctifices*, insinuat veram Sabbati celebrationem non consistere præcipuè in externa quiete, &c. sed in meditatione sanctificationis, &c [r]. *Ut sanctifices*, vacando ab opere servili, ut otium tibi sit Divinis rebus operam dandi [†]. Agnoverunt hoc & Judæi. *Sabbatum datum est ad considerandum Dei opera, & meditandum in Lege ejus*, ait Ab. Ezra. Et Kimhi ad Psal. 92. *Dies*, inquit, *Sabbati gratus est Deo præ reliquis septimanæ diebus, quia homo in eo conversus est à negotiis hujus mundi, & anima illius pura est ab occupationibus corporis, & sese exercet in sapientia & servitio Dei.* Certum ergò est Sabbatum non ad otium, sed ad pietatis exercitia, institutum esse. Tunc enim convenire soliti ad legendas & audiendas Scripturas, Luc. 4. 16. Act. 13. 5, 14. Quod à Mose institutum fuisse ex Philonis lib. 1. *de Egressu Jud. ex Ægypto* refert Eusebius de Præpar. Evang. l. 8. cap. 2. (vel, secundùm novam edit. Paris. c. 7.) *Septimis, inquit, diebus, &c.* Agnoscunt & Judæi hoc tempore. Sic Manasseh Conciliator, quæst. 35. in Exod. *Notabilis error est, putare otii ergò Sabbatum institutum fuisse. Etenim cùm otium mater sit omnium vitiorum, plus sanè ex Sabbato mali quàm boni proveniret. Quare omnino statuere oportet, Sabbatum institutum esse, ut homo expeditus, ac sepositis tam animi quàm corporis curis, semet totum Legis studio applicaret, Synagogas, Academias adiret, de gravibus locis S. Scripturæ, de arduis quas ignorat quæstionibus, suos interrogaret. Unde disertim in Thalmud. Hieros. dicitur, Sabbata &*

[b] G. [c] Riv. [d] A. [†] Ger. ad Deut. 5. [f] Ger. [g] G. [h] Ger. [i] O. [k] Riv. [l] G. [m] V. [n] L. [o] Ma. [p] O. [q] G. [r] Ger. in Deut. [†] Mi. ad Deut. 5.

dies festos Israelitis non nisi ad meditandum in Lege datos esse, &c [t].

9. *Sex diebus operaberis*] Vel, *servies*, nempe Deo, & simul *facies opera tua*, Q. in A. Sed nostra potiùs opera respicit, Exod. 34. 21 [v]. Qu. Utrùm hæc verba *præceptivè*, an *permissivè*, accipienda? Resp. *Permissivè* [x]. Qualia, *I, sequere Italiam ventis*, in Virg. & illud in Terentio, *Si placuerit, facitote: Ubi nos laverimus, si voles, lavato*. Sic in tragœdiâ vetere, Πίμπρη, &c. (*Ure hæc cremáque membra* [y].) Mandatum de operibus servilibus faciendis continetur præcepto octavo [z]. Si præceptum hoc esset, nunquam liceret sex illis diebus otiari [a]. Alii, *præceptivè* [b]. *Operaberis*, i. e. operari debes. Nam, 1. eadem loquendi forma quæ in reliquis præceptis. 2. Labores vocationis cuique impositi sunt, Gen. 3. 19. 2 Thess. 3. 10. 3. Deus, ut quietem septimæ diei, ità labores sex dierum, nobis commendavit, & suo exemplo sanctificavit [c].

10. *Septimo autem die Sabbatum*] Ità Pi. Subaudi præpositionem בְּ, [*in die*, &c.] Alii, *dies septimus*. Verùm dies septimus non erat propriè Sabbatum, seu quies, Jehovæ, sed signum & symbolum ejus [d]. ¶ *Sabbatum Domini tui*, לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ] *Sabbatum erit Domino Deo tuo*; i.e. ei consecrabitur, qui sibi reservavit [†]. *Jehovæ*, i. e. in honorem Jehovæ [f]. Dies est Deo ab initio dicatus [g]. *Deo tuo*, scil. celebrandum; in ipsius honorem & cultum impendendum [h]. Sic Exod. 32. 5. *Cras solennitas erit Domini*, i. e. solennis dies Domino consecratus. Hoc sensu *Sabbata sua* dixit Deus, Levit. 26. 2. Esa. 56. 4 [i]. quia & à Deo præcepta sunt, ejúsque exemplo commendata [k]. Quies autem hæc non fuit ignavum otium, ut dictum: quod non intelligens Seneca, *iniquè*, ut notat Aug. de Civ. Dei l. 6. c. 11. *reprehendit sacramenta Judæorum, maximè Sabbata; inutiliter id eos facere affirmans, quòd per illos singulos septimos interpositos dies septimam ferè partem ætatis suæ vacando perderent, & multa in tempore urgentia non agendo læderentur* [l]. Optimè distinguunt Hebræi causam cur quies imperata sit, & cur hoc die. Prior causa est liberatio ex Ægypto, &c. posterior, exemplum Dei. ¶ *Non facies omne opus*, כָּל־מְלָאכָה] Ἔργον λατρευτὸν, (quomodo Græci vertunt Num. 28. 18.) Cicero dixit, *famula opera*: Tertul. *opus servile*; & explicat, quod quisque ex artificio vel negotio suo exsequitur [m]. *Non omne*, hîc, est *nullum*: ut Deut. 27. 11. *cum omni bestia*, i. e. cum ulla; Psal. 43. 2. *non omnis vivens*, i. e. nullus; Exod. 22. 22 [n]. Multis verbis hoc præceptum inculcat Deus, ut perpetuâ ejus observatione imprimeretur omnium animis firma notitia mundum non ab æterno fuisse, (quæ ad impietatem via est,) sed à Deo conditum [o]. ¶ *Et filius, & filia*] Subauditur in singulis negatio præcedens; aut ו convertendum in אוֹ, *aut*; *tu, aut filius*, &c [p]. Intelligit eos qui ob ætatem Legis intellectum nondum habent, quos arcere ab operis debent parentes. Nam qui provectioris sunt ætatis pro seipsis Lege tenentur. Idem in Lege circumcisionis [q]. ¶ *Filius*] In ea ætate quæ parentum imperiis gubernatur. ¶ *Servus tuus*] Nec labores illis injungas, nec eos laborare patiaris [r]. Intelligitur hoc de iis qui non erant Judæi: nam qui Judæi per præcedentia erant prohibiti [†]. ¶ *Jumentum*] Sic Tibullus, 2. 1. *Luce sacrâ requiescat humus, requiescat arator; Et grave suspenso vomere cesset opus* [t]. Qu. Quorsum hoc? Resp. 1. Lex aliquam bonitatem in muta animantia voluit exerceri, quò longiùs homines à sævitia in homines amoveret [v]. Vide simile Deut. 5. 14 [x]. 2. Non potuissent Israelitæ à laboribus cessare, occupati regendis jumentis [y]. 3. In exemplum, nè ipsi attentarent laborem, quem bestiis tum non permitti cernerent [z]. 4. Quia non erat licitum accommodare Gentili, ad opus suum faciendum [a]. ¶ *Et advena*, וְגֵרְךָ] Græcè, ὁ προσήλυτος; nempe, גֵּר תּוֹשָׁב, Levit. 25. 47. ubi Chald. *incola incircumcisus*, qui suscepit præcepta filiorum Noæ. (Ità Maimonides interpretatur Idolol. cap. 10.) Qu. Cur hîc tenebatur, non item aliis legibus, ut patet Deut. 14. 21? Resp. Causa est, quòd si quo die Hebræi otiabantur, extraneis licuisset sua agere negotia, quæstum avertissent ab indigenis; quod iniquum erat [b]. Cla-

rum

[t] Riv. in decalogus. [v] A. [x] Ità G. Riv. Pi. [y] G. [z] Pi. [a] Riv. [b] Ità Ger. [c] Gerh. [d] Pi. [†] Riv. [f] V. Pi. [g] G. [h] Ger. in Deut. 5. [i] Riv. [k] Gerh. in Deut. [l] Riv. [m] G. [n] Riv. [o] G. [p] V. [q] G. ità L. [r] G. [†] L. [t] Ga. [v] G. Riv. [x] G. [y] Riv. [z] Riv. [a] L. [b] G.

tum est inquilinos subjici debuisse legibus populi cum quo habitabant [c]. ¶ *Intra portas tuas*] i.e. Qui habitat in urbibus & oppidis tuis; intra mœnia & portas eorum [d]. Quod 2 Sam. 10. 8. *in introitu portæ*, in 1 Chron. 19. 9. est, *in introitu urbis* †. In tota ditione tua; ut Gen. 22. 17. & 24. 60. & Deut. 24. 14 [f].

11. *Et requievit*] Irridebant Ethnici hanc historiam. Rutilius in Itinerario, *Septima quæque dies turpi damnata veterno, Ut delassati mollis imago Dei.* Cui Judæi apposite respondebant ex Esa. 40. 29. *Deum non fatigari*, & שָׁבַת sumi ἐλλειπτικῶς, ut alibi fit, cùm significetur aliquis finem imponere huic vel illi actioni; ut Job. 32. 1. 1 Sam. 25. 9. Significatur ergò Deus ab actu illo condendi mundi versus ad operis pulcherrimi contemplationem, ut Philo hîc observat [g]. Alioqui nunquam à providentia destitit [h]. ¶ *Benedixit, & sanctificavit*] [De his vide Gen. 2. 3.] Voluit nobis esse sacrum [i]. Quidam hîc distinguunt; *Benedixit*, i. e. multas prærogativas illi diei contulit [k]. Illo die beneficentiam suam exercuit; sicut benedicit annis, & *coronat annum*. Quidam referunt ad Exod. 16. quòd tum primùm Manna eorum usibus inserviit, licet pluisset sexto die. At illo sensu potiùs benedixit diei sextæ, quàm septimæ [l]. Alii posteriorem vocem faciunt prioris exegeticam; *benedixit*, i.e. *sanctificavit*, h. e. sanctificando benedixit. Voluit Deus solennem esse hunc diem, & suo cultui separatum [m].

12. *Honora*, כַּבֵּד] Potiùs vertendum, *onera*, scil. donis & muneribus [n]. Est totius propè humanæ societatis coagulum hæc Lex. Qua ergò de causâ in Romanis legibus crimen majestatis ante cætera crimina ponitur, ob eandem & hæc præceptio cæteris edictis humanam societatem spectantibus præponitur [o]. *Honor* hic comprehendit, 1. reverentiam [p], 2. amorem [q], 3. obedientiam [r], 4. sustentationem [s]. Patet ex Matt. 15 [t]. Sic τιμᾶν sumitur 1 Tim. 5. 17 [v]. Aiunt Hebræi vel in pistrino laborare filium debere, ut subveniat parentibus [x]. *Honorandus est deus, si habeas; honorandi parentes, etiamsi non habeas; pro iis enim vel mendicandum est* [y]. ¶ *Patrem & matrem*] In Levit. 19. 3. *mater* præponitur *patri* [z]. Leges à viris (Romanis, Græcis, &c.) factæ ferme solis consulunt patribus: At Deus & patri & matri [a]. ¶ *Ut sis longævus*, לְמַעַן יַאֲרִכוּן] Ut diutissimè vivas [b]. *Ut prolongent*: Vox est activa [c]. Sic ergò exponunt: vel, *ut prolongent dies tuos*, scil. mandata Dei [d]; vel, *ut prolongent*, scil. parentes, favore & precibus apud Deum, & benedictionibus suis †. Quomodo alii alios dicuntur *servare*, Jac. 5. 20. & *recipere in æterna habitacula*, Luc. 16. 9 [f]. Sed vereor nè hoc nimis subtile sit. Vox formæ activæ sæpe sumitur sensu passivo, vel reciproco, nim. *ut prolongentur* [g]; ità vertunt Ch. Sa. vel, *ut multiplicentur*, Sy. Et hoc simplicius credo, ut verbum accipiatur impersonaliter, ut Job. 7. 3, &c [h]. Vide exempla ad Luc. 12. 10. Ità *prolongent* referendum ad tres Personas Trinitatis [i]. Sic Latinè sumi solent verba *augere, geminare, movere, pascere*, &c. Riv. Sic Prov. 9. 11. *adjicient tibi annos*, i. e. adjicientur [k]. Ab Ethnicis observatum fuit, iis breve ævum contigisse qui parentes neglexerint. Homer. 4. Iliad. de Simoïsio—οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε· μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών. Sensus est, *Quia parentes non honoravit, erat brevis ævi.* ¶ *Ut prolongentur dies tui*] i. e. *Dies vitæ tuæ*. Sic ubique in S. S. licèt *vitæ* nomen subticeatur [l]. ¶ *Super terram*] Vita in exsilio vitalis non est. Vide Ezec. 22. 7. ¶ *Quam dabit*, נֹתֵן] Græci, δίδωσι præsens pro futuro, ut Matt. 3. 11. Marc. 9. 31 [m].

13. *Non occides*] At Græci huic præponunt prohibitionem Adulterii, quomodo ponitur in Deut. Matrimonium totius civilis societatis fundamentum est [n]. Variatio illa non est magni momenti: In Matthæo illud præponitur, in Marco hoc [o]. ¶ תִּרְצָח] Etiámne suffuratum [-] post [ר]? Altum silentium hac de re Grammaticis. In Deut. 5. 17. תִּרְצָח; hîc [ר] sub Heth. Esset תִּרְצָחָה, si plenè scriberetur, & cum accentu in ultima [p]. ¶ *Non occides*] Nempe, illicitè [q]. Vetat item verbera, rixas, iram, &c [r]. *Non occides*, vel opere; vel corde, (irâ, odio, invidiâ;) vel linguâ, ut imprecationibus, &c. In hoc præcepto agitur de omnibus

c Riv. — d Ma. V. — † A. — f Riv. — g G. Riv. — h Riv. — i V. — k Bo. — l Riv. — m Riv. — n O. — o G. — p L. E. Me. G. — q Me. — r E. G. — s L. E. G. Riv. — t E. — v E. G. — x G. — y Hiscuni in A. — z A. — a G. — b He. in V. — c Mar. F. — d AE. in M. — † Ità F. Ch. in V. A. Jun. — f Pi. — g G. — h Jun. — i Pi. — k Pi. in Riv. — l Riv. — m G. — n G. — o Riv. — p D. in parall. fac. ad Matt. 5. 21. — q G. Me. — r Me.

iis quæ sub homicidii nomine in Scriptura veniunt. Nec putandum, non aliter Theologiam agere de homicidio quàm Jurisprudentiam †. RATSACH propriè sign. *occisionem injustam*, at HARAG sæpe & *justam* [t]. Vetat occisionem hominis, (cui soli competit רָצַח;) non bruti, aut plantæ, uti intelligebant *Manichæi* [v].

14. *Non mœchaberis*, לֹא תִנְאָף] Eâ voce putat AE. omnem Venerem illicitam significari [x]. Sed נָאַף propriè est *adulterari* [y]. Prohibentur quidem postea in Lege Mosis scortatio, incestus, &c. Sed nihil necesse fuit in tam brevi Decalogo omnia crimina memorari, cùm satis esset attingi ea quæ aut pietatem aut humanam societatem maximè læderent [z]. Synecdochicè autem ponitur pro omni illicitarum libidinum specie [a]. Q. volunt נָאַף dici de quovis illicito coitu. Probant ex Job. 24. 15. & Jer. 3. 9 [b]. Non placet; semper enim redditur per μοιχεύειν in N. T. Et Job. 24. נוֹאֵף est *adulter*, non *scortator*, quia observat crepusculum, &c. sine quo scortator scorto potiri potest; at adulter non item. Et Jer. 3. tantum abest ut נָאַף significet *scortationem*, ut זְנוּת, quod propriè est *scortatio*, ibi significet *adulterium* [c].

15. *Non furtum facies*, לֹא תִגְנֹב] גָּנַב propriè est, *clàm surripere*, 1 Sam. 1. 6. 2 Sam. 19. 3. Gen. 31. 26 [d]. Hoc nomine comprehenditur alieni subductio, sive ea vi, sive dolo, fiat †. *Furtum & adulterium naturâ turpe est*, ait Ulpianus [f]. Multi Hebræorum hoc intelligunt de furto hominum seu plagio, cùm infrà proprium præceptum detur de furto rerum aliarum [g]. Sed verbum גָּנַב generale est, Gen. 31. 30, 39 *.

16. *Non loquêris contra proximum*, לֹא תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ] i. e. *Non respondebis in proximum*, interrogatus in judicio nempe. Vide Levit. 19. 16 [h]. Solebant enim testes à Judice ὁρκίζεσθαι, *adjurari*, (religione per Dei nomen injectâ,) deinde ei respondere, Lev. 5. 1. Solebant *adjurari* & rei, Jos. 7. 19. & Matt. 26. 63. Vide 1 Reg. 22. 16 [i]. עָנָה sæpe est, *quovis modo eloqui* [k]. *Nè proferto*, &c. JT. *Non loquêris*, P. At cum ב constructum, ut hoc loco, est, *testimonium dicere* adversùs aliquem [l]. Vertunt, *Non testificaberis*, Ch. Sa. Sy. Ar. *Non falsa testaberis*, ο'. Quæritur, quis hic *Proximus*. Resp. 1. Est popularis Israelita, ut apparet expensis locis, Exod. 2. 13. & Levit. 19. 18. cui opponitur ἐχθρὸς Matt. 5. 43. In Evangelio *proximus* est homo quivis, Luc. 10. 29, &c. quomodo & ante Mosis Legem, Gen. 11. 3 [m]. [Aliis non placet.] Etsi Judæi restrinxerunt ad notos & familiares, Christus exponit de omnibus hominibus. Et Mercerus notat passim reddi per *alterum* [n]. Sic Matt. 5. 44. & Luc. 10. 36 [o]. *Proximus* generatim accipitur pro quolibet, Gen. 11. 3. Ester. 1. 19. & Prov. 18. 17. Nam *ex uno sanguine omnes fecit* Deus, Act. 17. 26 [p]. Secundùm naturam omnes *propinqui* sumus [q]. ¶ *Testimonium falsum*] Ità V. Sy. Ar. JT. Ch. Sa. Vel, *mendax*, Mo. O. Ma. *Nè respondeas falso testimonio*, Ti. At testimonium est עֵדָה, vel עֵדוּת [r]. ¶ עֵד שָׁקֶר] Non respondebis, *ô testis falsitatis*, &c. Ità alter ex doctioribus Hebræorum †; & Hebræi communiter [t]. Alii vertunt, *testis falsus*, Riv. Ger. A. Est autem constructio *per appositionem*, ubi ὢν subauditur, frequens & Græcis & Latinis [v]. Verto, tanquam *testis falsus*, Pi. Q. putant hîc falsum tantùm testimonium prohiberi [x]. Aliter Doctores nostri [y]. Sub principaliori crimine falsi testimonii, cætera quæque minora ei affinia intellige; verbi gratiâ, detractionem, contumeliam, irrisionem, &c [z]. Dicitur, *contra proximum*, non quòd liceat *pro proximo* falsum dicere; sed quòd utplurimùm in proximi nocumentum comparatum est [a].

17. *Non concupisces*, &c. וְלֹא תַחְמֹד] [Sic habetur in Deuteron: licèt in Exodo sit tantùm לֹא, sine ו.] Hoc præceptum in duo dividunt Pontificii [b], & Lutherani [c]. Sed unum & idem esse præceptum alii statuunt [d]. Probatur. 1. Præceptum hoc uno verbo comprehendit Paulus, Rom. 7. 7. 2. Patet ex transpositione exemplorum, Deut. 5. ubi, sicut septimum Præceptum præponitur octavo, ità primo loco ponitur *uxor*, tanquam pertinens ad septimum, cùm sequentia exempla ad octavum pertineant: At hîc præponitur *domus*, tanquam subjectum generale reliquorum exem-

† Riv. — t A. — v Le. — x G. — y G. Riv. Ger. Pi. — z G. — a Ger. Pi. E. ex Aug. Me. La. Riv. — b Ma. ex Jun. — c Pi. — d Riv. Ger. — † G. — f G. — g M. — * Ger. — h Riv. — i G. — k Riv. — l Riv. Ger. — m G. — n Riv. — o Ger. ad Deut. 5. — p A. — q To. in Wil. — r Riv. Ger. — † V. — t M. — v G. — x RS. in Wil. — y L. — z Me. post L. E. — a L. — b L. E. — c Ità Ger. — d Ità V. O. Jun. Pi.

exemplorum. Jam verò, si hoc præceptum in duo dividas, non constat quodnam sit nonum, quod decimum. Obj. At Deut. 5. in duos versus distinctum est. Resp. Id fit propter diversas concupiscentiæ species, quarum prima ad septimum, reliquæ ad octavum, præceptum pertinent †. ו in וְלֹא conjungit cum præcedentibus; q.d. Non solùm non mœchaberis, sed non concupisces uxorem,&c [f]. Hæc copula *Et*, conjungens quinque posteriora præcepta, [hoc facit in Deuter. non item in Exodo,] monet nos, ut ea observemus tum sigillatim, tum conjunctim, Jac. 2. 10, 11. Quò referendi & duplices accentus in plerisque ex decem Præceptis, qui alibi non occurrunt in Sacro Codice [g]. Peculiari præcepto vetatur concupiscentia uxoris & rei alienæ, quia ex duobus præceptis, de non mœchando, & non furando, in eum errorem quis labi potuisset, ut crederet actus tantùm externos prohiberi [h]. Verbum istud, *Non concupisces*, repetivit Moses, ut magis seipsum exponeret [i]. Quæst. Quidnam hoc Præcepto prohibetur? 1. Judæi dicunt, concupiscentiam non prohiberi, nisi quatenus prorumpat in actus exteriores. Lex prohibebat manum, & non animum [k]. Negant Hebræi plerique, teste AE. peccari solâ voluntate, (nisi ubi de falso deorum cultu agitur.) Eos sequitur Kimhi ad Psal. 66. 18. Et Josephus, de Antiochi cogitato sacrilegio, (Antiq. l. 12.) *Non erat*, inquit, *pœnæ obnoxium consilium sine effectu*. Sub talibus magistris institutus Paulus non credidit peccari concupiscendo, Rom. 7. 7, 13. Contrà, 1. Voces חָמַד & הִתְאַוָּה significant & actus dolosos quibus alienum intervertitur, &, sensu sublimiore, appetitus etiam. 2. Quia hunc sensum ferme negligebant Hebræi, ideo Christus ostendit talem appetitum gehennæ obnoxium. 3. Plus vidêre hac in parte Philosophi quàm isti Judæi. [*De quo vide quæ jam sequuntur.*] 2. Alii dicunt consilium, & voluntatis deliberatæ propositum, hîc prohiberi. Ità Grotius: Senserunt hoc meliores Philosophi. Ælianus; Non solùm ὁ ἀδικήσας, i.e. *qui injuriam fecit, malus est*, sed & ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι, *qui facere voluit*. Seneca pater; *Incesta est, etiam sine stupro, quæ cupit stuprum*. [Seneca] filius; *Non immeritò in numerum peccantium refertur quæ pudicitiam timori præstitit, non sibi*: & alibi, *Fecit quisque quantum voluit*. Dion Prusæensis orat. 67. οὐχ ἧττον, &c. *Etiam ille rerum fur est, qui non odio furti, sed metu aliquo, à furto abstinet*. Porphyrius libro de Abstinentia 1. —μετὰ τῶν ἔργων, ἀποστατέον καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ πεπαθείας καὶ τοῦ πάθους, &c. *Postquam autem factis abstinueris, abstinendum & motibus, ac maximè ipsis animi morbis*: *Quid enim prodest factis absistere, si causis unde ea procedunt adstrictius maneas* [l]? 3. Aliis ista non sufficiunt; cùm prohibentur in aliis Legis præceptis, quæ [omnia] spiritualia sunt [m]. Prohibetur hoc Præcepto concupiscentia titillans & alliciens sine consensu voluntatis. Cogitatio sive motio cordis ad malum triplex est. 1. Quæ injecta est animis nostris, sed citò prætervolat, nec recipitur. Hæc non est propriè concupiscentia, quia erat in Christo. 2. Quæ permanet, & pectus interno gaudio titillat tantùm & inescat, cui tamen non accedit consensus voluntatis ad ejus effectionem. Hæc est peccatum hoc loco prohibitum. 3. Quæ voluntatis plenum consensum elicit. Hoc peccatum est, sed aliis præceptis prohibitum, ut jam dictum [n]. At Scholastici hoc tantùm, non secundum, hîc prohiberi contendunt [o]. [Vide auctorem. His favet G.] Video, inquit, in Vet. Fœdere חָמַד & הִתְאַוָּה plerumque non motus solos, sed permanens studium propositúmque, significare. Vide Mich. 2. Quare hoc Præceptum exponit Marcus per ἀποστερήσῃς (*nè fraudes*,) 10. 19. quod & ordo legum ibi memoratarum ostendit, & quia μὴ κλέψῃς (*nè fureris*) jam præcesserat [p]. [Alii aliter sentiunt.] Etiam Ethnici damnabant impiam voluntatem: at Lex Dei perfectior est & magis spiritualis quàm leges humanæ. Nec credibile est Paulum ignorâsse peccatum fuisse, velle hominem occidere [q]. Prohibetur hîc avaritia, & desiderium alienorum bonorum, etiam citra ejus injuriam, v. g. emendo, &c. ut 1 Reg. 21. 2. Et jubemur sorte nostrâ contentos esse. Antecedentia autem præcepta prohibent desiderium alienorum bonorum cum proximi injuria conjunctum [r]. Decimum præceptum est declaratio præcedentium præceptorum, nè quis Pharisaicè illa intelligat de sola obedientia membrorum externorum. Levissimi animi motus, cogitationes & desideria, quæ felicitati proximi adversantur, hîc prohibentur †. Peccatum autem originis non directè hîc prohibetur, quia quod in nobis & ex natura est vetari non potest; sed prohibetur ejus approbatio & fomentum. His Legis verbis maximè stabilitur *dominium* & *proprietas* rerum quas nè concupiscere licet; *servitus* præterea & herilis potestas [t]. Qu. Cur non datur simile præceptum de prohibendis primis *iræ* (sicut hîc *concupiscentiæ*) motibus? Resp. 1. Quia concupiscentiæ resistere est difficilius, cujus objectum est bonum aliquod apparens; cùm ira moveat ad aliquid triste [v]. Non placet; quia iræ non minùs difficile est resistere quàm cupiditati. 2. Potiùs dicendum, concupiscentiam hîc prohibitam esse involuntariam, & sine assensu voluntatis: At nulla datur ira sine consensu voluntatis, & proposito vindictæ; ideóque non eget speciali mandato [x].

18. *Videbat voces*] i. e. Audiebat. Est communicatio sensuum; alter pro altero usurpatur; quòd sensus conjuncti sunt quodammodo in uno loco [y]. Et sensus visûs certior est auditu [z]. De omni sensu usurpatur vox *videndi* [a]; quia visus inter sensus præcipuus est [b]. Sic Gen. 42. 1. *Vidit Jacob*, pro quo, Act. 7. 12. est, *Audivit Jacob* [c]. Sic Lucret. 4. *Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces, Unam cùm jaceres*. Nicand. Theriac. Ἀλλ' ὅταν—αὐδὴν Ἀθρήσῃ· ubi Schol. Sensus pro sensu ponitur; ut in eo, ὁρῶ οἷα λέγεις, *video qualia loqueris*. Et H. Stephanus ad Xenophontem; ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε τὴν μορφὴν βροτῶν ὄψει, Æschyl. Prometh. *ubi sub sensu oculorum includitur aurium sensus*. Sic Joan. 20. *videre* ponitur; pro *tangere* [d]. ¶ *Voces*] Tonitru, quod Ethnicis dicebatur *vox Jovis*. Sic Job. 37. 5. Psal. 29 †. ¶ *Et lampades*, הַלַּפִּידִם] *Et faces & flammas*, V. fulgura & fulgetra in aere [f]. ¶ *Et perterriti*] Ità, ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. Hi ad animum referunt [g]. [Alii ad locum.] וַיָּנֻעוּ, *commoti* (vel *amoti*, M.) *sunt*, P. Ma. JT. Pi. *loco*, JT. Pi. *moverunt se*, Mo. A. Recesserant à monte (ad cujus imum accesserant [h]:) vel, ad tabernacula [i]. *Vacillabant*, Ti.

19. *Non loquatur nobis*] Vide quid faciat servilis timor; aversatur id quod summum est bonorum omnium: At qui in libertatem filiorum Dei vindicatus est dicit, *Loquere, Domine*, &c. *Audiam quid loquatur Dominus*, &c [k].

20. *Terror esset in vobis*, עַל פְּנֵיכֶם] *Ante facies vestras*: Hebraismus, pro, *in vobis*, vel, *inter vos* [l].

22, 23. *Vos vidistis quòd è cœlo loquutus sim vobis. Non facietis deos argenteos*] E cœlo, nempe infimo, seu aere, vel, eâ cœli parte quæ erat in vertice montis: Nehem. 9. 13. Deut. 4. 36 [m]. Qu. Quænam est vis argumenti? 1. Quidam sic; Cùm Deus non absit à vobis, sed eum vobiscum audivistis loquentem, &c. q. d. Non opus est per imagines repræsentare eos quos præsentes habemus. 2. Alii sic; Prævenire voluit Deus hujusmodi cogitationes, se nempe bene facturos si liberatorem colerent statuis aureis, &c. Sed hæc non satis explicant ἀκολουθίαν. 3. Dicendum ergò, Mosen hîc breviter perstringere quæ fusiùs explicat in Deuteron. 4. 14, &c. nempe, illos vidisse quòd è cœlo loquutus fuit sine ulla figura aut forma: Nè ergò imaginem mihi faciatis [n]. Vel, q. d. Quia ego exhibui vobis verè Divinam majestatem, qualem nullus aliorum deorum exhibuit, vel exhibere potest, consequens est, ut me solum pro vero Deo agnoscatis, repudiatis cæteris omnibus [o].

23. *Deos argenteos, nec aureos*] Nedum alios ex viliori materia [p]. Synecdoche est; quia nobilissimis materiis rejectis, aliæ omnes repudiatæ intelliguntur. Sic Psalm. 113. 12. & 134. 15 [q]. ¶ *Mecum*, אִתִּי] *Ad me*, Ma. Ut unà mecum colatis [r]. Volo ut me unicum colatis, nolo habere socium †. Vel potiùs, *mecum*, pro *mihi*; Non facies mihi imagines, &c. Nolo in imagine ulla coli [r]. *Mecum valet apud me*. Sic alibi, *cum vultu tuo*, i. e. apud te. Alibi dixit, *coram me*; & sic Chaldæi hîc vertunt [v]. Ità *mecum*

T

† Pi. [f] Ger. [g] A. [h] Ma. Ger. [i] V. [k] L. [l] G. ad decalogum. [m] Riv. [n] Riv. ità Wil. [o] Riv. [p] G. ad decal. [q] Wil. ex Calv.

[r] A. † Pi. [t] Riv. [v] Wil. ex To. [x] Wil. [y] F. V. [z] L. [a] G. [b] Mar. [c] A. [d] Ge. † Riv. [f] Riv. [g] Ma. [h] Jun. Ma. [i] Riv. [k] Cl. [l] V. [m] Pi. [n] Riv. [o] Pi. [p] Riv. [q] Ma. Jun. Pi. [r] V. Me. † V. [r] Riv. [v] D.

mecum sumitur Esth.7.8. Et, *cum arca*, 2 Sam.6.7. est, *coram Deo*, 1 Paral. 13. 10[x]. Quidam explicant, *Non facietis mecum*, i. e. in æde mea, *nec vobis*, i. e. in ædibus vestris, simulacra *deorum*, h. e. principum ac magnatum; qualia gentes ornatûs causâ ponebant in templis, & in ædibus privatis[y]. De voce *Elohim* versûs finem. ¶ *Deos*] i. e. Imagines, quibus nomen Dei imponant[z]. Refricat memoriam primi Præcepti, quod sæpius inculcandum fuit genti ad idololatriam propensæ[a].

24. *Altare de terra*, מִזְבַּח אֲדָמָה] *Altare terrâ*, sub. מ, *ex terra*; sive, *altare terreum*, ex cespitibus nempe constructum[b]. Ità Romanis *Numæ tempore nulla* (erant) *Capitolia cælo certantia, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & Deus ipse nusquam*, inquit Tertull. in Apolog[c]. Quidam intelligunt *altare lateritium*, quia אֲדָמָה est *terra rubra & argillosa*, è qua fiunt lateres[d]. Qu. Cur Deus altare terreum, vel ex insectis lapidibus, fieri præceperit? Respondent. 1. Hoc præcepit in detestationem idololatriæ, quia idololatræ faciebant altaria valde solennia de marmoribus & metallis†; vel, ex lapidibus cæsis. Sic Maimonides in Moreh Nevoc. c. 45. Noluit Deus Israelitas idololatris assimilari. Confer Levit. 26. 1. & Deut. 12. 30[f]. 2. Voluit Deus Hebræis ad idololatriam pronis omnem occasionem figuras aut idola sculpendi, quæ postea superstitiosè colerent, subtrahere[g]. 3. Ut, post temporarium illius usum, aut laberetur per se, aut destrueretur in deserto; &, nè elegantiæ aut religionis nomine conservatum, gentibus illorum locorum idololatriæ occasio esset[h]. Ut temerè accumulatæ moles potiùs quàm altaria viderentur; nè religionum confusio ex diversis aris oriretur apud posteritatem, unoquoque sibi aliquam deligente, ubi majores sacrificâssent[i]. 4. Ut se victimas potiùs quàm altaria intueri, magísque illarum sanctitate quàm horum pretio aut arte oblectari, monstraret Dominus[k]. 5. Ut altare Christum significavit, Heb. 13. 10. ità quòd *ex terra* factum sit terrestrem seu humanam ejus naturam innuebat[l]. 6. Ut subitò & ubique, cùm voluisset Deus, occasio esset altare ipsi erigendi, cùm minimè operosum artificiosúmque postularet[m]. *Altare de terra: Cespite de viridi*, ut Poetæ loquuntur. Tales aras, utpote subitarias, struere mos iter facientibus[n]. Sed hoc mandatum temporarium tantùm fuit, donec Tabernaculum, & postea Templum, esset ædificatum[o]. Refertur ad aras quæ in peregrinatione sua aut alibi extra ordinem opere tumultuario erigebantur[p]. Quod indicant verba illa, *In omni loco*, &c. nam in deserto subindè mutârunt varia loca. Postea verò, constructo Templo, altare sacrificiorum fuit æneum, 1 Reg. 8. 64. q. d. His tantùm abjectis & vilibus mediis utitor, quócunque vos deducam, donec fixum cultui meo locum designavero[q]. ¶ *Et pacifica vestra*, שְׁלָמֶיךָ] Ea sunt *sacrificia quæ pro pace & incolumitate offeruntur*[r]: pro aliquo beneficio Dei obtento, vel obtinendo†. ¶ *In omni loco in quo memoria fuerit nominis mei*, בְּכָל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר אַזְכִּיר אֶת־שְׁמִי] Vulg. sic transfert, [ut dictum] quasi Deus gratum habere velit ubicunque locorum illi pro suo arbitrio sibi cultum instituerent. At hoc tum prohibitum, & Deus in certo loco adorari, sibíque cultum prout ipse præscripserat exhiberi, volebat[s]. *In omni loco in quo recordari faciam nomen meum*, Pi. Mo. vel, *ubi faciam ut vos recordemini nominis mei*, A. Pi. vel, *ubi recordaberis nominis mei*, Sy. Ar. vel, *ubi jubebo celebrari memoriam nominis mei*, JT. *ubi monimentum constituam nominis mei*, Pi. *ubicunque* ἐπονομάσω *annominavero nomen meum*, ο'. *ubi habitare fecero gloriam meam*, Ch. i. e. non ubi vos pro vestra libidine mihi cultum institueritis, sed ego vobis cultum præscripsero[v]: putà, in Tabernaculo, Templo, Arca, Altari[x]. In omni loco denominato à nomine meo; i. e. in domo Dei, quæ dicitur *memoria nominis Dei*, quia in ea homines Dei recordantur[y]. Istud jungendum est cum sequentibus: q. d. In quocunque loco ego fecero memoriam nomini meo, veniam ad te, h. e. exaudiam te, & felicem reddam[z]. Præsentiam meam tibi aliquo testimonio exhibebo*. Ubi memoriale meum, (i. e. in loco cultui meo desti-

[x] A. [y] R. Levi in D. [z] Riv. [a] Me. ex L. [b] Riv. [c] La. [d] Ma. † L. [f] Riv. [g] Me. La. [h] Ma. ex Jun. [i] Riv. [k] La. [l] A. [m] Riv. [n] G. [o] Jun. Pi. [p] Riv. [q] Ma. ex Jun. [r] M. Me. † L. Riv. [s] F. [v] F. [x] Me. [y] O. [z] V. * Riv.

nato) erit Shecinah, vel δόξα. Gentiles præsentiam deorum suorum locis ubi imagines erectæ & consecratæ sunt adscribunt. Tales similitudines prohibet Deus, præsentiam tamen promittit, non in locis quos homines constituunt, sed quos ipse præscribit: sic enim textus per Antithesin construendus est, *Non facies mecum deos aureos*, &c. *nam in omni loco——veniam ad te*. Observa ob hanc causam Tabernaculum Dei dictum esse *Tabernaculum conventus*; non quia homines ibi conveniunt, (ut vulgò autumant,) sed à Dei congressu cum hominibus. Illam enim rationem Deus ipse exhibet Exod. 29. 42. & 30. 36. Num. 17. 4. & Masius in Jos. c. 18[a].

25. *Si lapideum*] Hoc permittit, fortè in locis petrosis, & ubi non commodè reperiebantur cespites[b]. ¶ *Non ædificabis illud de sectis lapidibus*, ità Sy. Ar. A. *ex cæsis lapidibus*, ut exprimitur 1 Reg. 5. 17[c]. ¶ גָּזִית] *Sectione*, Pi. Riv. *excisione*, Mo. *cum excisione*, V. *attonsione*, O. Ante גָּזִית deficit præpositio ב[d]. *Sectos*, ο'. *cæduos*, Sa. *concinnos*, Ar. non *ex politis lapidibus*, Onk. M. Ti. *Non ex cæsis*, sive figuratis, sive dolatis; quorum alterum ad superstitionem solùm, alterum etiam ad ornatum, utrumque ad durationem, pertinet†. *Non ex iis* lapide *exciso*, Q. in V. Deducunt ferè omnes à גזז, vel גָּזַז, *avellere, tondere*. Vel, sic potes accipere, *non cæsos*, extractos, avulsos, è lapidicina; sed obvios quosque rudes & jacentes[f]. Tumultuarios tantùm, rudes & incultos lapides comportari voluit Deus[g]. ¶ *Si levaveris cultrum*, ità vertunt ο'. Sa. חַרְבְּךָ] *Gladium tuum*, sic Ch. Aq. & Sym. in Nob. *ferrum*, Sy. Ar. sic Deut. 27. 5. A. Kimhi notat generale esse nomen ad omnem rem exscindentem. Hîc est *cælum*[h], aut aliud instrumentum ferreum, &c[i]. ¶ הֵנַפְתָּ] *Agitâsti gladium*, Ma. נוף est *levare, elevare*, O. ¶ *Polluetur*, וַתְּחַלְלֶהָ] *Et profanâsti, violâsti, fœdâsti, eum*, Ma. Et profanabis illud, nempe, si ex cæsis lapidibus fiat. Cujus ratio nulla dari potest à natura rei desumpta, sed tantùm ex ordinatione Dei, contra quam si quis eat, etiam in levissimis & per se indifferentibus, ea profana fiunt[k]. Deo *pollutio est* quod humanæ sapientiæ ornamentum esset. Confer 1 Cor. 1. 17. & 2. 4, 5[l]. [Al. aliter;] q. d. Si ad immolandam victimam cultrum levaveris super illud, scil. altare, pollues illud, sc. sanguine jugulatæ victimæ: quoniam altare ex politis lapidibus, cùm sit mundum, facilè fœdatur & maculas sanguinis contrahit; at in altari terreo, aut impolito, maculæ sanguinis non apparebant[m]. Ferrum à sacris amoveri vetus lex est, quam sequitur in suis legibus Cicero. Hecatæus de templo Hierosolymitano, ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος, οὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος· i. e. *in quo altare quadratum, non ex sectis, sed ex incultis*, sive impolitis, *lapidibus compositus*[n].

26. *Non ascendes per gradus*] Ascensus non erit intercisus per gradus longè distantes, ut cogaris magnos facere passus; sed acclivis & æqualis erit ascensus[o]. ¶ *Nè reveletur turpitudo*] Nè nudentur verenda tua: usus enim femoralium nondum introductus est[p]. Mos tum erat Orientalium, (quod & hodie illis in usu est,) talaribus vestibus uti, sive femoralibus[q]. Aut saltem, nè ipsa subligacula linea sacerdotum conspiciantur[r]. Institutum hoc in detestationem idololatriæ, quia in sacris Priapi exsecrandi illi *Ityphalli* pudenda sua coram populo denudabant†. Et Idolum illud sub nomine Baal Phegor colebatur apud Moabitas, per quos erant transituri[t]. Præceptum hoc fuit temporale, & accommodatum peregrinationi; nam Salomon, 2 Paral. 4. 1. altare fecit decem cubitos altum, quò nullus homo attingere potuit sine gradibus. Qui volunt non fuisse gradus, sed continuum ascensum è terra, non habent unde probent[v]. [*At alii aliter sentiunt. Vide tractatum de Templo ex variis authoribus* σὺν Θεῷ *consarcinandum, & in fine Operis addendum.*] Alii observant legem hanc honestatis & decentiæ perpetuam fuisse. Sic Flaminicis, sive sacerdotissis dialibus, *scalas—ascendere plùs tribus gradibus religiosum est*, ait Gellius l. 10. c. 15[x]. *Nè ulla pars pedum ejus crurúmve subter conspiceretur*, ut habet Servius ad 4. Æneid[y].

[a] Med. de reverentia erga domum Dei, sect. 1. [b] Riv. [c] A. [d] Pi. † Jun. [f] Ma. [g] Jun. [h] Pi. [i] Riv. Ma. Me. [k] Riv. [l] A. [m] O. [n] G. [o] F. simil. Jun. Pi. [p] L. [q] Riv. [r] Me. † Riv. post L. [t] Riv. ex Thoma & Villalp. [v] Riv. [x] Ma. [y] G. Ma.

CAP.

CAP. XXI.

1. HÆC *sunt judicia*] Præcepta judicialia ad populum justè & pacificè gubernandum [z]. Hæc sexta libri partitio, הַמִּשְׁפָּטִים dicta. *Judicia*, i. e. leges quibus lites dirimerent [a].

2. *Si emeris servum Hebræum*] Non famulum, sed mancipium [b]; causâ furti addictum [c]. Præterea, paupertate constrictus poterat se vendere, Levit. 25. Et Hebræus potuit servum suum alteri vendere. Exponit Andreas de Hebræo qui jam erat servus hominis Gentilis, à quo eum emerat [d]. ¶ *In septimo*] Septimus hic annus erat ille publicus & sacer, non autem septimus ab inchoata servitute †. Tunc enim debitorum cæterorum & obligationum realium facta est remissio, Deut. 15. Obj. At Deut. 15. 12. dicitur, *serviet tibi sex annis*. Resp. Sensus est, Serviet toto tempore quod de sex annis superest; quod prout majus vel minus fuerat, ità majori vel minori pretio æstimabatur [f]. ¶ *Egredietur liber*; ità vertunt ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. He. in V. לַחָפְשִׁי] Notant ל redundare. Alii vertunt, *ad liberum*, sub. locum, i. e. locum in quo sit liber; q. d. egredietur è domo domini ad domum suam [h]. Ibit quò volet [i]. Alii volunt ו redundare, vertentes, *ad libertatem*; & sic exponit magni nominis vir apud illos [k]. Vide Deut. 15. 12 [l]. *In libertatem*, JT. Alii, *libero*, vel, *pro libero*; ità Ma. *in liberum*, Mo. חָפְשִׁי significat & *solitarium*, 2 Reg. 15. Liberi solent manere in domo seorsim & per se, servi in domibus dominorum [m].

3. *Cum quali veste*, אִם בְּגַפּוֹ] Quidam de veste exponunt. Si *in ala*, vel, *cum ala, sua*, (i. e. cum ala vestimenti sui) *venit solus* [n]. גַּף pro כָּנָף, *alâ*, seu *veste* [o]. Talis nihil habet proprii præter vestes & uxorem [p]. Vestis illi exeunti tam honesta detur quàm habuit cùm intraret [q]. Alii de corpore accipiunt. *Si in*, vel *cum, corpore suo*, Sa. M. P. O. Mo. A. Ma. solus *corpore suo*, JT. *solus*, ο'. Ch. Sy. *cœlebs*, Ar. Ca. *solutus*, Ti. non habens uxorem, ità V.G.Riv. Sic fateor videri membra hujus sententiæ meliùs opponi [r]. De *corpore*, non de *veste*, accipiendum, quòd statim sequatur, *Si verò uxorem habuerit* [*]. ¶ *Si habens uxorem*, sim. V. אִם בַּעַל אִשָּׁה] *Si potiens viræ*, Ma.

4. *Si dominus*, אִם אֲדֹנָיו] Ad verb. *Si domini ejus*, Ma. ¶ *Mulier & liberi erunt domini*] Quia partus sequitur ventrem [t]. Qu. Annon hoc repugnabat vinculo matrimonii? Resp. 1. Minimè, quia poterat ab ea recedere quoad habitationem, salvo matrimonii jure & usu corporis [v]. 2. In talibus solutum erat matrimonium [x]. Fuisset enim nimis grave, si factâ separatione, & viro libertati reddito, matrimonium constitisset [y]. Serviles nuptiæ voluntate domini solvebantur [z]. In Lege veteri non ità indissolubile est matrimonii vinculum atque in nova [a]. Permissus tunc libellus repudii [b]. At difficile videtur jus heri præferri juri mariti, (contra Gen. 2. ult.) quamvis non invito herò contractum esset matrimonium, (nam tunc potuisset illegitimum esse.) Dicendum autem hunc morem, ut & divortii permissionem, locum habuisse apud Judæos civili jure, propter duritiem cordis, qui alioqui non erat consentaneus Legi morali [c]. Præterea, hæc uxor erat ex ancillis extraneis [d], non ex Hebræis, quæ non minùs quàm Hebræi exire debebant, Deut. 15. 12. Tale matrimonium nec legitimum erat, nec Deo gratum; nec mirum si tale conjugium solvebatur †. Vide Deut. 21. 10. Neh. 13. Esræ 10 *. Hebræi restringunt præterea ad servos à Magistratu venditos [f].

6. *Offeret*, וְהִגִּישׁוֹ] *Adducet, appropinquare faciet, admovebit*, V. ¶ *Diis*, אֶל הָאֱלֹהִים] *Ad deos*, Aq. & Sym. in Nob. Ti. Mo. A. i. e. ad judices & magistratus †. *Necesse fuit ut eos consuleret* de retinendo servo *à quibus ipsum emerat*, ait Rasi. Hîc enim agitur de eo quem Senatus ob furtum vendidit: Exod. 22. 3 [g]. Porrò Judices *dii* dicuntur, quia Divinâ vice Legis judicia exercent. Et qui pecuniâ dignitatem emissent vocantur dicterio *dii aurei & argentei* [h]. Vo-

z Me. — a V. — b Me. La. — c G. post L. — d L. — † Bo. La. — f Bo. — h V. — i Ma. — k V. — l Ma. — m O. — n Ma. — o K. in M. — p M. — q Me. La. — r Bo. — * V. — t L. Me. — v E. — x O. ità To. Bo. La. Riv. Wil. G. Me. ex Caj. — y Me. — z G. — a O. — b Bo. — c Riv. — d Riv. G. A. — † Riv. Wil. Jun. Pi. — * Riv. — f A. — † Ità Ch. in E. ità L. E. Sa. Sy. Ar. Me. T. O. G. Jun. Pi. A. M. P. Riv. — g Muis. G.

luit Deus coram *diis* fieri, cavendæ fraudis causâ [i]. *Ut herus palàm faceret apud judices, se nec dolo nec fraude istum adversùs Divinam Legem retinere* [k]. Noluit rem tantam inconsultò fieri [l]. *Ad tribunal Dei*, ο'. Forsan jubet ut servus sistatur Deo, in loco præsentiæ Divinæ, ubi tunc erat altare [m]. ¶ *Ad ostium & postes*] Scil. *domûs heri* [n]; ut exprimitur Deut. 15. 17 [o]. Nam, 1. porta urbis שַׁעַר dicitur, non דֶּלֶת. 2. Docet hoc ceremoniæ finis, quâ scil. significabatur, servum illum deinceps domui domini sui quasi affixum fore [p]. Alii, *ad portam publicam*, Q. in Ma. Ità To. V. & Eman. Sà in Bo. ¶ *Perforabit*, וְרָצַע] Scilicet dominus, L. Muis. Observant רָצַע esse *prævalere imprimendo*, aut, *prævalidè imprimere*; ut notetur eo verbo tacitè prævalescentia & dominium heri in servos [q]. Moris hujus vestigia in Syria superfuerunt usque ad Juvenalis ævum; Satyr. 1. *Cur timeam dubitémve locum defendere, quamvìs Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ Arguerint, licèt ipse negem?*--- i.e. Pristinam servi conditionem & genus ex Syria frustrà dissimularem, cùm id palàm doceant aures, quæ mihi pertusæ sunt dum in Syria serviebam. Unde vetus Scholiastes, *Pertusis auribus signa libertinorum celare non poterant*. Petronius in Satyrico, *Circumcide nos, ut Judæi videamur; & pertunde aures, ut imitemur Arabes*, supple, *servos*, de quibus ibi agitur [r]. Quidam volunt hoc factum in pœnam & ignominiam neglectæ libertatis *. Dicunt quòd Israelitici generis vir præter Deum dominum haberet neminem, Levit. 25. 55. Hic autem (qui liber esse poterat) Dei dominium ex parte abdicavit. Scribunt in Midras, *Ego, dicebat Deus, recluseram illi ostium domûs, quod ipse sibi clausit. Idcirco plectatur in ostio.* Voluit præterea Deus talem servum ab hero (quem tam impensè diligebat) plecti: etiam herum plecti voluit, (qui eum in servum admittit qui unius Domini servus esset.) Herum parùm decebat publicè carnificis fungi officio, & supplicium ab amante servo exigere [t]. Hebræi strictè tenent ab ipso domino hoc faciendum [v]. Et perforatur auris, quia per illam intellexit, vel intelligere debuit, legem de libertate [x]. Alii volunt esse notam discretivam: fuit & symbolum rei accommodatum [y]. Signum erat servitutis & renunciationis juris sui [z]. Designavit perpetuam sub domino obedientiam, cúmque ità posti domûs affixum, ut nè extra limen domini pedem proferre posset [a]. ¶ *In seculum*, לְעוֹלָם] i. e. Usque ad jubilæum [b]. *In semiseculum*, Latinè, i. e. annos 50 [c]. Vox hæc non semper significat *æternum tempus*, sed aliquando longum & determinatum tempus [d]. Durationem sign. quantam fert materia subjecti †. Horatius, *Serviet æternùm qui parvo nesciet uti*; h. e. quamdiu vivet [f]. Αἰών dicitur tempus quo quisque vivit; Tzetzes ad Lycoph [g]. Liberari præterea poterat servus talis instrumento manumissionis, aut redemptione: Liberabatur & morte domini, quamvìs dominus filium reliquisset [h]. Notat Hieron. עולם cum ו æternitatem sign. at עלם sine ו, 50 ann. At hoc falsum: Nam Deut. 15. 17. est עולם; at Exod. 3. 15. ubi *æternitatem* sign. est עלם [i].

7. *Si quis vendiderit filiam*] Paupertate scil. aut aliâ causâ coactus [k]. Patri id concessum in summa necessitate; & intelligitur hoc de filia adhuc impubere [l]. Ipsa pubertas, non minùs quàm jubilæus, hanc servitutem solvebat: neque auris perforatio ad hanc pertinebat [m]. Eâ autem lege vendebant, ut domini qui eas emerent desponsarent [n]. Ad hoc vendebatur, ut dominus experiretur ejus mores, & sic in uxorem acciperet; vel filio daret, si placerent mores [o]. Hæ utplurimùm non coemptæ sunt ob nudum famulatum, sed ut essent uxores secundariæ; aliàs eadem erat ancillæ ratio quæ servi Hebræi, ut patet ex Deut. 15. & Jer. 34 [p]. ¶ *Non egredietur sicut ancillæ*, ità ο', nempe alienigenæ [q], כְּצֵאת הָעֲבָדִים] *Secundùm egressionem servorum*, F. Mo. Ch. & Th. in Bo. Eódem redit utraque lectio, si comparetur cum servis vel ancillis extraneis; hi enim nisi à se vel aliis redempti à servitute non eximebantur [r]. At si cum servis Judæis fiat comparatio, in eo pono, quòd Servi non ante septimum annum, interdum non ante jubilæum, exibant;

i Riv. — k Abarb. in Muis. — l T. — m Ma. — n Me. T. Ma. Riv. — o T. Ma. ità Bo. Caj. Lip. Pi. — p Pi. — q Ma. — r BA. T. 3. 6. 781. — * Ità L. Thom. Caj. To. in T. Me. Muis ex RS. & Abarb. &c. — t Muis. — v Maimon. in L. — x L. — y Riv. — z Ità Bo. Th. Rupert. & Lippom. in T. — a T. — b D. F. — c G. — d F. V. — † G. M. — f D. — g Ga. — h G. — i D. obs. 32. — k F. — l G. ità RS. in L. He. in A. — m G. — n Ità F. O. Me. Riv. — o L. — p Bo. — q Me. L. — r Bo.

Puellæ verò semper locus se redimendi patebat, inprimis si, minorennis vendita, jam nubilis esse inciperet*. Servi, quando libertate donabantur, nudi & sine præmio egrediebantur; Filiæ autem cum mercede[t]. Non utetur dominus ejus operâ extra domum, ut servis fieri solet; sed domi eam honestè pudicéque continebit. Ità scriptor Hiscuni[v].

8. *Cui tradita fuerit,* [אֲשֶׁר לֹא יְעָדָהּ] [Variè & legunt, & reddunt. Q. negativè legunt.] *Qui* (vel *si*, G.) *non desponsavit eam*; ità Sa. Mo. M. Sym. Th. in D. G. Bo. (nempe, *sibi*, JT. A. G. vel *filio*, G.) *ut non ducat eam*, Sy. *quod non despondet*, Ti. ità Caj. Forst. Marin. Avenar. in Ma. *Si displicuerit domino ducere eam in uxorem*, Ar. Si יעד reddimus *desponsare*, probo lectionem negantem; at si, *constituere, condicere, designare*, affirmantem præfero[x]. Alii legunt affirmativè. *Quam adnominavit sibi*, ο'. *quam sibi despondit*, Ch. *qui eam sibi desponderat*, P. ità F. ex Ch. & Riv. & Vatablus, [*quem pro negante sensu perperàm allegant* Bo. & Ma.] Eâ enim conditione tales emebant, ut sibi matrimonio copularent[y]. Et probatur ex sequentibus, בְּבִגְדוֹ בָהּ, *quia perfidè egit cum ea*; nempe, postquam sibi desponsatam, eam rejecit[z]. *Si displicebit —postquam desponsaverit eam sibi.* Scribitur לא, & (à Masoretis, Riv.) legitur לו; ut in quindecim locis factum notant, quorum hic est unus[a]. Differentia est legenti, non audienti. Ità Moses, ex Deo utrumque audiens, utrumque scripsit Spiritûs ductu. Chald. hîc & alibi sequitur eam lectionem quæ est in margine; quod evidens documentum est varias has lectiones non additas fuisse à Masorethis, quia hi illo posteriores erant. Alii tamen negativè legunt; & sensus videtur esse, Si ei displicuerit vel ante vel post desponsationem[b]. ¶ *Dimittet eam,* [וְהֶפְדָּהּ] *Redimet eam,* ο'. Sy. M. Ch. *Liberam faciet eam,* h. e. redimendi se potestatem faciat[c]. *Redimi curabit,* Sa. Ar. *redimere faciet eam,* V. Riv. Ma. Mo. O. P. i. e. Dabit pecuniam quâ redimatur; aut saltem remittet illi pecuniam servitii[d]. *Sinet redimi eam,* Ti. Pi. scilicet à suis cognatis †. Alii negationem repetunt; *Nec curet eam redimi*, JT. Si nec desponsavit eam, *nec redimi eam fecit*. Et enim post *Non* Hebræis pro *Nec* ponitur[f]. Non displicet[g]. Puellæ semper jus erat se redimendi, si facultas esset[h]. Redemptio autem ità se habuit; Si pro sex libris eam emisset herus, discessurâ, tot de ista summa decedebant libræ quot servierat annis; quot verò anni usq; ad septimum annum adhuc reliqui erant, tot libras hero numerabat[i]. Tot sextæ de pretio deducebantur quot annos servierat[k]. ¶ *Populo alieno*] Ità Sa. Sy. Mo. O. A. vel, *externo*, Ar. *extraneo*, Pi. L. O. Bo. *genti exteræ*, ο'. alicui *è populo extero*, JT. nempe ob periculum idololatriæ[l]. Non placet. Nam aliis gentibus nè servus quidem Hebræus vendi poterat, ut notat Josephus Antiq. lib. 16[m]. ¶ [לְעַם נָכְרִי] *Viro alii*, ità Ch. etiam Israelitæ[n]. *Populus alienus*, vel *extraneus*, pro re subjecta diversas habet significationes. Hîc est, qui non sit de domo emptoris. Ità vox *populi* sumitur Deut. 17. 16[o]. Qui non esset ex puellæ familia, nec jus haberet redimendi[p]. Sic absolutè prohibita erat illius venditio: & nisi ità intelligi deberet, non fuisset dictum absolutè, *dimittet eam*; sed, *vel dimittet*, *vel alteri è sua gente vendet*. Est hoc utcumque probabile, prius tamen præfero. 1. Quia potuit contingere ut venditione non fieret pejor puellæ conditio. 2. Non æquum erat ut dominus pretio suo fraudaretur, neque ut compelleretur eam retinere, postquam expertus esset eam suis vel filii moribus non convenire[q]. ¶ *Vendendi non habebit potestatem*, ità Ch. Sa. Sy. Ar. O. [לֹא יִמְשֹׁל לְמָכְרָהּ] *Non est dominus* (seu, *non dominabitur*, Mo. Ma.) *vendere eam*, ο'. *non dimittet, ut vendat*, Sa. vers. ¶ *Si spreverit eam*, [בְּבִגְדוֹ בָהּ] Variè reddunt. *Quum spernat eam*, V. *quia* (vel *cùm*) *spreverit eam*, O. ο'. simil. M. Ti. *decepit eam*, Sy. *cùm fraudaverit*, Ar. *cùm dominatus fuerit ei*, Ch. in A. Alii, *quum prævaricatus fuerit in eam*, i. e. si corruperit eam[r]. Alii, *quia perfidè egit cum ea*, A. Pi. nempe, violando fidem patri datam de illa in uxorem ducenda *; non respondens exspectationi[t]. Fuit enim pecunia quam pro ipsa ex-

- * F.
- t V.
- v G.
- x Ma.
- y V.
- z Riv. Ma. ità Pi.
- a F.V.
- b A.
- c F.
- d V.
- † Ma. Pi.
- f G. g Ma.
- h G.
- i F.V. sim. Riv. RS. in L.
- k G.
- l Bo.
- m G.]
- n F.
- o G.
- p Riv. Maimon. in A.
- q Bo.
- r V.
- * Pi.
- t A.

posuit quasi *subarratio*, atque ideo despondere eam sibi debuit[v]. At alii referunt ad venditionem; *Non poterit vendere, perfidè agendo contra eam*, Sa. sive, *cum ea*, JT. vel, *in prævaricando in eam*, Mo. i. e. legem Dei violando, quâ hoc disertè cavetur[x].

9. *Si in filio desponderit*] Verti posset, *Si filio constituerit eam*, i. e. tempus desponsandi certum dederit[y]. Hoc enim patri licebat, si ipse nollet ducere eam[z]. ¶ *Juxta morem*, ità Sy. M. P. Ch. Sa. Ar. [כְּמִשְׁפַּט] Δικαίωμα *jus*, ο'. sic Ti. JT. *justum morem*, A. h. e. Dotem ei det, ut moris erat in Israel; nihil (videlicet) causans quòd serva sit, quódque filio suo desponsata[a]. Ut ingenuam puellam nuptui det, cum veste, & dote, & consuetudine conjugali observatâ[b]. Al. sic; *Secundùm tempus filiarum faciet ei*. Ità משפט sæpe sumitur. Despondebit eam filio suo eâ ætate quâ patres filiabus de nuptiis prospicere solent; ut nec sit ἄωρος, (*immatura*,) nec ὑπέρακμος, (i. e. *ætatis florem egressa*[c].)

10. *Si alteram ei acceperit*] Ità לו vertunt, *illi*, M. P. Ma. O. A. nempe filio[d]. At alii vertunt, *sibi*; ità ο'. Ch. Sa. Sy. Mo. JT. O. A. & ad patrem referunt †: quia ad eum omnia relativa referuntur[f]. Quidam divortium hîc innui volunt: Ità Vulg. *Si alteram acceperit*, servâ abire jussâ[g]. Favet huic V. & Forst. in Bo. Si alteram uxorem, non autem hanc, duxerit. Hunc sensum præfero, quia alterum conjugium iniri non potuit, quin de maritali consuetudine detrahatur; quod prohibetur sequente versu[h]. Verùm de privatione, non diminutione, istarum rerum sermo est, (ut videbimus[i].) Alii sic, Si alteram præterea uxorem duxerit[k]. ¶ *Providebit puellæ nuptias*, [שְׁאֵרָהּ] *Carnem ejus*, Mo. Ma. i. e. maritum, qui est una caro cum uxore[l]. *Alimenta*, G. ità Chald. & Græci, τὰ δέοντα, G. ità M. F. *Victum*, seu *alimentum*, *ejus*, Sa. Sy. Ar. M. P. JT. Ti. A. Antequam amittat eam à se, provideat illi de victu, &c[m]. *Residuum ejus*, i. e. id quod à principali uxore relictum erat, sive cibus esset, sive tempus congressûs. At *victum* hîc intelligo, quia sequitur, *tegumentum ejus*[n]. ¶ *Pretium pudicitiæ*] *Mercedem pudicitiæ*, i. e. *virginitatis corruptæ*. Nam עונה est concubitus, vel tempus concubitûs[o]. Mercedem dandam secundùm arbitrium judicum. Ità explicant Doctores nostri[p]. ¶ [עֹנָתָהּ] Vox alibi non legitur[q]. Vertunt, *conversationem*, ο'. *compressionem ejus*, Ma. Pi. i. e. concubitum[r]. *Vitæ ejus necessaria*, Sa. vers. *tempus*, (vel, *tempora*, Ar.) *ejus*, P. AE. in BC. עת *tempus*, in plur. עתות, *Nun* latente in *Dages*: Nam Chaldæi dicunt ענתא, Ezræ 4. 10. Indè עונה est tempus statutum quo fit quæque res. Ità apud Talmudicos *. *Concubitum*, sive *debitum conjugale*; ità RS. in L. AE. R. Levi, K. & Moses de Kotzi in G. item M. F. co. Ch. Sy. Ti. A. Græci rectè, τὴν ὁμιλίαν αὐτῆς. Quidam Hebræorum addunt, *suis temporibus*, quod consuetudo interpretata est; ut in Solonis postea lege positum, τρὶς ἑκάστε μηνός, (*ter in mense*.) Ad quam legem Plutarchus, Καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα, καὶ φιλοφροσύνη, &c. Quod huic φιλοφροσύνη, 1 Cor. 7. 3. est εὔνοια[t]. *Habitationem* (seu *habitaculum*, O.) *ejus*, Sa. Mo. JT. O. *non diminuet*; i. e. locum ad habitandum dabit: aut, *non diminuet cohabitationem*, i. e. tenebitur cum ea ad aliquod tempus habitare ad concubitum[v]. ¶ *Non negabit*, [לֹא יִגְרָע] *Non diminuet*, Sy. Ar. Mo. M. P. Ti. JT. Non placet. De privatione eorum, non diminutione, agi docet versus sequens, ubi huic verbo opponitur verbum faciendi. גרע in genere sign. *trahere*; in specie, plerumque *subtrahere*, vel, *detrahere*; interdum verò *attrahere*, seu *contrahere*, ut Job. 15. 8[x]. Al. reddunt, *non adimet*, Sa. vers. A. Pi. οὐκ ἀποστερήσει, *non fraudabit*, ο'. *non prohibebit*, Ch.

11. *Si tria ista non fecerit*] i. e. Si eam non desponderit sibi, nec filio, nec redimi sit passus[y]. Alii referunt ad proximè dicta ver. 10. Mo. Bo. To. A. Pi. Jun. ¶ *Egredietur*, [וְיָצְאָה] At ו non est vertendum, quòd tantùm convertat præt. in fut. i. e. donabitur libertate[z]. ¶ *Egredietur*] Tempore pubertatis, & cum donis ex Lege, Deut. 15. 14[a]. ¶ *Absque pecunia*, [אֵין כָּסֶף] Pro בְּאֵין, *in non argento*, vel, sine argento[b].

- v Ma.
- x Jun.
- y O.
- z F.
- a V. ex F.
- b Riv. Ma.
- c G.
- d G. Mo. ità He. Græci in G.
- † Ità Riv. Pi.
- f Riv.
- g Me.
- h Jun.
- i Pi.
- k G. sim. F. He. & Græci in G. Riv. Ca. Pi.
- l Ma.
- m V.
- n O.
- o V. Bo.
- p L.
- q Ma.
- r Pi.
- * BC. 2. II. 821.
- t G.
- v O.
- x Pi.
- y G. post F.V.A. Maim. in A.
- z V.
- a G.
- b V.

12. *Qui*

12. *Qui percusserit*,&c.] Nempe, sciens prudens, ut docet v. 13[c]. Ità scil. ut moriatur[d]. *Percutere* in libris historicis accipitur in actu consummato†. Cæterùm Lex & mos & æquitas exceptiones legi addidêre. Si vulneratus medicorum potiùs negligentiâ mortuus credi possit quàm ex vulnere[f]. ¶ *Morte moriatur*] Verbum duplicatur, ut juris exsequendi necessitas inviolabilis ostendatur, veniæque dandæ interdictum[g]. Vide Num. 35. 31[h].

13. *Qui non est insidiatus*, לא צָדָה] צָדָה propriè est, *venari pro feris*[i]. ¶ *Sed Deus*, &c.] *Deus ipse*, scil. solus, absque concursu voluntatis humanæ. Ellipsis qualis suprà v. 3[k]. ¶ *Tradidit in manus ejus*, ità ο'. Ch. Sa. Sy. M. אִנָּה] *Occurrere fecit*, M. O. vel, *objecit*, JT. *causavit*, Ar. *exitio dedit*, Sa. vers. *fuit causa ut veniret*, P. *ex occasione* eum *tradidit*, A. *Occasionavit in manum ejus*, i. e. causam, seu occasionem, præbuit ut incideret in manus ejus[l]. *Impulerit*, sicut scil. navis impellitur, Pi. *destinavit*, Ti. *Fato tradidit*: i.e. Cùm Deus, ob latentem aliquam causam, aliquem tradit ut occidatur[m]. Quod ferè fieri dicunt Hebræi, dum aliquis peccatum seu flagitium perpetravit propter quod non est punitus à magistratu, licèt כָּרֵת *excisionem* meritus fuerit[n]. Castalio vertit, *in eum fortè fortunâ incurrerit*. Sed *Deus* pro fortuna Hebraicè dicitur; quòd, quæ putant homines casu fieri, providentiâ Dei fiunt. Græci δαίμονα pro *fortuna* dicunt; indè εὐδαίμων *felix*. Et Cicero testatur Deum Fortunam vocari[o]. ¶ *Constituam locum*, i. e. asylum[p], וְשַׂמְתִּי] *Tunc ponam*, i. e. designabo[q]. Ubi est levis culpa. Fugere non tenetur magistratuum apparitor qui reum resistentem, nec magister qui discipulum, aut pater qui filium, castigans occiderit; nec si quis eum qui monitus ad locum, quò accedere ipsi non licebat, accesserit. Incircumcisus advena si quid tale per levem culpam admisisset, à judicibus ad mortem non damnabatur, sed cavendus ei erat vindex sanguinis: asyla enim ei non patebant, nempe si Hebræum occidisset[r].

14. *Si per industriam occiderit*, כִּי יָזִד] *Si superbè egerit*, vel, *superbierit*, P. Ar. Mo. *arrogaverit*, JT. i. e. per superbiam & arrogantiam interfecerit, V. *Quum superbè insurrexerit*, Pi. *quia intumescet*, Ma. post O. *ausus fuerit*, Sy. *insidiatus fuerit*, ο'. *impiè egerit*, Ch. *præsumptuosè venerit*, A. *machinetur*, M. *si volens machinetur*, Ti. *cùm præparaverit quis*, Sa. vers. ¶ *Proximum*] i. e. Judæum; non ità Gentilem*. ¶ *Et per insidias*, ità Ch. בְעָרְמָה] *In dolo*, vel *astutia*, [ità omnes.] ¶ *Ab altari*] i. e. A loco sacro. q. d. Nusquam erit tutus[t]. Sic 1 Reg. c. 2. & c. 11[v]. Ex contrario, intelligunt Hebræi altare pro perfugio fuisse iis qui cædem involuntariam commisissent, ut ferme apud omnes gentes. Verùm apud Hebræos ibi morari non poterant, sed deducendi erant ad urbem perfugii[x]. *Etiamsi sacerdos fuerit & ministrans apud altare meum, indè accipietis eum, & interficietis cum gladio*: Targ. J. in Pi.

15. *Qui percusserit patrem*] Etiamsi non sequatur mors[y], aut grave corporis damnum[z]. Morietur tamen ob atrocem impietatem[a]. Non autem propter percussionem levem, inquiunt Doctores nostri & Hebræi; nisi ex percussione fiat effusio sanguinis, aut livor[b]. ¶ *Aut matrem*] Heb. *& matrem*, Ma. *Et* pro *Aut*, Pi. Ità Matt. 15. 4. BA. 1. 755. ¶ *Moriatur*] Sententiâ judicum[c]. Strangulatione[d].

16. *Qui furatus fuerit——& vendiderit*, ità vertunt ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. O. A. וְגֹנֵב אִישׁ וּמְכָרוֹ] Quidam conjunctim accipiunt, ut ad pœnam requiratur & furtum & venditio: Ità nostri. Juxta alios solum furtum suffecit ad pœnam†. ¶ *Et vendiderit eum, convictus noxæ*, וּמְכָרוֹ וְנִמְצָא בְיָדוֹ] *Et vendiderit, aut inventus fuerit*, &c. Ca. A. *sive vendiderit eum, sive apud eum inventus fuerit*, G. ità JT. Pi. Belg. Sic ו sæpe sumitur. i. e. Sive subreptum alienaverit, sive non[f]. Alii legunt, *& vendens & inventus*, &c. ità Ch. Sy. Ar. Mo. M. P. Ti. O. ο'. Ma. Dupliciter intelligi potest: vel, 1. *furans & vendens*, i. e. ut vendat, & adhuc *in manu ejus est*, nondum traditus emptori; vel, 2. (quod germanius,) *vendens, & invenitur in manu ejus*, i. e. emptoris. Sed quid si non fuerit inventus in manibus illius, sed alteri traditus? Credo tunc maximè occidendum, quia magis elongatur à restitutione[g]. [Al. aliter.] *Et inventus*, &c. Hebraismus, Si convincatur hujus facti[h]. Si inventum sit per testes[i]. ¶ *Hominem*] Nempe Israelitam[k]. Patet ex Deut. 24. 7[l]. Quem Judæus aliquis vi vel fraude pertrahere posset in servitutem, & Gentilibus divendere. Infantes eorum inprimis rapere poterant, &c[m]. ¶ *Moriatur*, מוֹת יוּמָת] *Mori mori faciet*, Ma. i. e. strangulationis pœnâ afficiatur. Mortem, ubi sine additamento dicitur, intellige strangulationem; ubi additur, *sanguis ejus super ipsum*, lapidationem[n]. [*Hic ex Hebræorum scriptis nonnulla refert Fagius de quatuor generibus mortis quibus olim flagitiosi in Israele puniebantur. Ea erant, Lapidatio, Combustio, Decollatio, & Strangulatio. Ubi docet & quinam quoque mortis genere puniti sunt, & quomodo peracta hæc erant. De quibus consule Authorem.*]

17. *Qui maledixerit*, [ità plerique,] וּמְקַלֵּל] *Levifaciens*, O. Ma. Vide Gen. 8. 21[o]. *Qui injuriis* (vel *contumeliis*, Sy.) *affecerit*, Ar.

18. *Pugno*] Ità ο'. Ch. JT. O. A. M. ex Ge. Ma. *baculo*, Sy. *instrumento frangente*, Ar. ¶ בְּאֶגְרֹף] *Glebâ*, O. Q. in M. Sic dicitur à גָּרַף *devolvere*, quòd in aratione revolvatur. Potest & *pugnum* significare; quia *pugnus* nihil aliud est quàm manûs revolutio[p]. *Lapide, vel pugno*, (quia ferè rixantes lapide, quem obvium habent, vel pugno, feriunt;) vel, quocunque telo[q]. ¶ *Sed jacuerit in lectulo*, וְנָפַל לְמִשְׁכָּב] *Sed decubuerit lecto*, V. *decidat in morbo*, Sy. Chald. vertit, *& reciderit in vacationem*, sive *cessationem*, scil. operis; i. e. laboribus vacare cogatur[r].

19. *Innocens erit*, וְנִקָּה] Sub. *à cæde*. Alii, *tunc insons reputabitur**. *Vacuus erit*, vel *vacabit*, *pœnâ*, Ma. Causa duplex. 1. Videtur quòd non habebat intentionem interficiendi, cùm percusserit non gladio, sed lapide, &c[t]. 2. Quia eo indicio (nempe, quòd surrexerit, &c.) præsumitur mors illi non ex percussione[v], sed ex negligentia sua, vel aliunde, obvenisse[x]. ¶ *Operas ejus*, שִׁבְתּוֹ] *Cessationem ejus dabit*; ità ο'. Mo. P. JT. O. A. Ma. sub. *ab opere*; i.e. jacturam operis quam fecit cessando[y]. *Sedere*, vel *sessionem, ejus*, Me. M. *otium ejus*, Sy. simil. Ch. *mulctam pro otio*, Ar. ¶ *Impensas in medicos restituat*] Vel *solvet*, M. V. O. *sanandum curabit*, Sa. Injuriarum in hominem quinq; ab Hebræis genera referuntur; Amissio membri, Decubitus, Dolor, Medicatio, Contumelia[z].

20. *Qui percusserit servum*] Nempe alienigenam[a]. Nam cum Hebræis fratribus mitiùs agendum erat, Levit. 25. 39[b]. De Israelitis vix dici poterat, *pecunia ejus sunt*; quia hîc non absolutè vendebantur, nec propriè mancipabantur. ¶ *Virgâ*] Scil. castigandi causâ: præsumitur non eo animo percussisse ut occideret. At si telo vel gladio interfecisset, habitus fuisset homicida[c]. ¶ *Mortui fuerint in manibus ejus*] Hs, pro, *interfecerit percutiendo manu suâ*[d]. *In manibus*, i. e. in ipso plagarum ictu†. ¶ *Criminis reus erit*, יִנָּקֵם] *Vindicando vindicabitur*, Mo. O. *punietur*, ο'. Ar. M. *judicando judicabitur*, Ch. Sy. Punietur prout judicaverint judices[f]. *Morte moriatur*, Sa. Sed non constat mortis pœnam decretam[g].

21. *Quia pecunia illius est*] Possessio[h]. Comparatus est pecuniâ ejus[i]. Ergò jure moderatè castigare poterat[k]. Consequentia duplex est. Non debet puniri dominus, 1. quia amisit quod suum erat, & in eo satis punitus est, quòd pecuniæ suæ jacturam fecit. 2. Ex eo liquet illum servum suum non occidisse datâ operâ, quòd pecuniæ jacturam nemo libenter facit[l].

22. *Si rixati fuerint viri*, [ità plerique,] כִּי יִנָּצוּ] *Cùm elevati fuerint*, scil. *in se invicem*. Id נָצָה. Sic Exod. 2. *duo viri insurgentes*, &c[m]. *Quia involabunt*, Ma. ¶ *Et percusserit*] Heb. *percusserint*, scil. sive ambo, sive unus illorum: Nam indefinitè accipiendum est[n]. ¶ *Mulierem prægnantem*] Quæ inter rixantes intercedere, vel maritum suum adjuvare, voluit[o]. ¶ *Et abortivum quidem fecerit*, וְיָצְאוּ יְלָדֶיהָ] *Et exibunt nati*, Ma. *& egressi fuerint*, &c. i. e. & fecerit abortivum[p]. ¶ *Sed ipsa vixerit*, וְלֹא יִהְיֶה אָסוֹן] *Non fuerit*

Left margin notes: c Pi.A. — d Me.G. — † Me.La. — f G. — g Jun. A. — h A. — i M. — k Pi. — l Ma. — m M. — n F.V. — o Ca. — p V.Ma. — q V. — r G. — * RS. in L. — t V. — v Ma. — x G. — y Me.Ma. — z Ma. — a Me. Ma. — b RS. in L. — c V. — d G. post Targ. J. in Bi. — † Ità RS. in L. — f G.

Right margin notes: g O. — h V. — i RS. in L. — k Bo. A. Ch. & Græc. in A. — l A. — m Bo. — n G. RS. in F. Hiscuni in D. — o Ma. — p O. — q Ma. — r F. — * V. — t L. — v Me. — x Me. L. — y V. Ma. ità Ti. Sa. — z G. — a L. Bo. Riv. ex He. Jun. A. — b Jun. — c Riv. — d V. — † Ma. — f F.V. Riv. — g Riv. Me. — h G. — i V. — k Me. — l Riv. — m O. — n Pi. ex Jun. — o Me. — p V.

fuerit mors, G. *violentia, exitium*, Ma. mulieris aut prolis [q]. Ambiguum est ad quam refertur; & ità videtur cavisse Legislator, ut de utraque accipiatur, aut de alterutra [r]. De matre tantùm exponunt Hebræorum Magistri *. De infante Græci, qui vertunt, —*ἐξεικονισμένον*, (*formatum* [t].) Videntur legisse, vel, אישון, i. e. *si virunculus excussus fuerit* [v]; vel, אסמון [x]. De voce אָסוֹן vide Genes. 42. 4 [y]. Distinguunt inter abortum partûs humanam jam figuram habentis, & non habentis; ut ille capital faciat, non hic; secuti ea in re Græcorum leges, quæ tunc in Ægypto vigebant. Abortum, antequam sentiret & viveret embryo, procurare licere sensit Hippocrates, & Aristot. Polit. l. 7. c. 16. At Christianis etiam *conceptum utero —dissolvere non licet: Homicidii festinatio est prohibere nasci*; Tertull. in Apolog [z]. *Milesia mulier, quòd partum medicamentis abegisset, rei capitalis est damnata; neque injuriâ, quia spem parentis, memoriam nominis, —designatum reipublicæ civem, sustulisset*: Cic. pro Cluentio. Pariter Ovid. Amor. 2. 14. *Quæ prima instituit teneros avellere fœtus, Militiâ fuerat digna perire suâ. —Hæc neque in Armeniis tigres fecêre latebris; Perdere nec fœtus ausa leæna suos. At teneræ faciunt, sed non impunè, puellæ. Sæpe, suos utero quæ necat, ipsa perit.* Ga.

¶ *Quantum maritus*, &c. —*& arbitri judicaverint*, וְנָתַן בִּפְלִלִים] *Et dabit in judicibus*, Mo. Ma. *secundùm*, vel *per*, *judices*, P. JT. A. At Sa. vers. habet, *cum precibus*; ο'. *μετὰ ἀξιώματος*, i. e. *cum postulatione*, vel, *cum honore*, ut habet interpres Origenis; Nobil. *Det illi ad rigorem*, Ar. *dabit ex sententia judicum*, vel *arbitrorum*, Ch. Sa. sic O. M. Ti. V. Ma. G. *quantum decernent judices*, Ar. q. d. Mulctabitur eâ mulctâ quam imposuerit maritus sententiâ judicum: i. e. dabit quantum arbitri censuerint [a]. q. d. Mulctam proponet maritus, sed statuent judices [b]. Maritus erit judex; sed non solus arbitrabitur, sed cum judicibus. Alii sic; Pecuniam solvet pro arbitrio mariti, pœnam corporis pro arbitrio judicum. Sed prius præfero [c]. Et hoc quidem pro fœtu solvendum; sed mulieri insuper faciendum erat satis pro damno & dolore, ut colligunt He. ex prioribus legibus [d].

23. *Sin fuerit mors*, יִהְיֶה] *Supervenerit*, V. ¶ *Reddet*] *Dabit*, ο'. Ch. Sa. Sy. ¶ וְנָתַתָּה] *Dabis*, Mo. O. Ma. A. scil. vel, *tu transgressor*, A. vel, *tu judex*; ad quem Apostrophe fit †. ¶ *Animam pro anima*] Durum videtur mortem ei infligere qui imprudens & aliud agens hoc fecit. Hîc succurrunt Ebræorum interpretes, qui ex praxi apud suos nôrunt quâ ratione id exsecutioni mandaretur. Docent ergò pœnam mortis in quibusdam casibus potuisse redimi, qualis iste fuit [f]. Per *animam* quidam *vitam* intelligunt; alii, pœnam tantùm pecuniariam ereptâ animâ, seu vitâ, dignam scilicet. Horum argumentum est, quòd non videtur consentaneum eandem fuisse pœnam & illius qui sciens, & illius qui imprudens, alium occidisset [g]. [Alii aliter.] Etsi imprudens fecit, habenda tamen est ratio consilii ejus, quod erat, vitam proximi petere: quâ occasione vitâ privavit istam [h]. [*Vide plura ad versum sequentem.*]

24, 25. *Oculum pro oculo*, &c.] Qu. Utrùm secundùm literam hæc sunt accipienda? Resp. Sic Sadducæi existimabant [i]. 1. Quia prima ejus clausula literaliter intelligitur, *animam pro anima*. 2. Sic & aliæ Gentium leges ex Mose [k]. Ità in 12 Tab. *Si membrum rupit meum, è pacto talio esto.* Vide Arist. 5. Eth. c. 8 [l]. Alii hoc negant. Ità Hebræi, freti Cabalæ authoritate, *Oculum pro oculo* interpretantur, *pretium*, sive *æstimationem pecuniariam, oculi* [m]. Alioqui immanissimum foret [n]. Nec si privatus Consulem percussit, solùm repercutiendus est. Et si infirmiori idem vulnus infligeretur quod robustiori, id ferre non posset sine dispendio vitæ. Et gravior esset monoculi pœna, qui ob erutum alterius oculum suum perderet [o]. Et quî fieri (ait R. Bechai) adeò rigidè potuit talio? Quomodo vulnus ab alio acceptum posset aliquis eâdem longitudine, latitudine & altitudine redhibere? Quòd si majus fuerit, ab eo qui exegit aliquid pœnæ exigi debet longo & ridiculo circuitu, dum tandem res ad æquilibrium revocetur. Quid si in exsequenda talione pro vulnere

q G. Ma.
☞ Jun. Pi. A.
r Riv.
* G. post F. co.
t G.
v Me.
x G.
y Ma.
z G.
a V.
b Ma.
c O.
d A.
† Jun. Pi.
f Riv.
g Muis.
h Jun. Pi.
i A. sic Wil.
k Wil.
l Ma.
m Muis; sic A.
n Ma.
o Riv.

mors inferretur? justáne hæc est talio? Obj. At dicitur Levit. 24. *sicut fecit, sic fiet ei.* Resp. Significat, quòd sicuti damnum intulit, ità damno afficiendus est. Sic Jud. 15. 11. *sicut fecerunt mihi, sic feci illis*: i. e. mali quid illis faciam; licèt simile non fuit Philistæorum facto factum Samsonis. Sic Obadiæ v. 15, 16. Ezra tamen censet talioni fuisse locum, si quis eam pœnam pecuniâ nollet redimere. Assentior profectò Ezræ, & minacem existimo fuisse duntaxat talionis legem, si quis scilicet pacisci de redimenda talione nollet. De talione vide Gellium Noct. Attic. l. 20. c. 1 [p]. Hanc talionem non esse Pythagoricam, sed tantùm compensationem damni juxta arbitrium judicis, probant Hebræi, 1. ex vers. 22. ubi percutienti (licèt mors subsequatur) mulcta tantùm à judice imponitur [q]: 2. ex collatione v. 18. & 24, 25. Hîc, *livor pro livore*, &c. at vers. 18. percussor cum lapide aut pugno (quod certè sine vulnere aut livore esse non potuit) non tenetur nisi ad compensationem cessationis & τὰ ἰατρεῖα· ergò *livor* vers. 25. tantùm pro *pretio livoris* accipi potest; alioquin illæ duæ leges non possunt conciliari [r]. 1. Si enim insuper idem pateretur ex lege talionis, sic plus fieret ei quàm fecit *. 2. Cùm Deus districtè prohibet, Num. 35. nè accipiant pretium pro *anima homicidæ*, nempe *superbi*; hinc colligunt & pro homicida leviore, & pro corpus alterius lædente seu mutilante, redemptionis pretium accipi posse [t]. Rationes hæ sunt plùs quàm verosimiles; quibus aliæ addi possunt quæ mihi id planè persuadere videntur; ut, quòd Reip. admodum noxia fuisset istiusmodi talio, quia mutilis, cæcis, claudis cicatricosísque, & infamiæ injuriæque illatæ notas circumferentibus, plena esset. Hæc Episcopius, Institut. Theol. l. 3. sect. 2. c. 12. num. 5. [ubi alias addit rationes, sed quæ priùs allegatæ sunt. Existimat idem Episcop. legem hanc judices non obstrinxisse ad vindictam, nisi à læso compellatos; & cum læso rem transigi posse, & ab eo condonari: Ibid.] Hebræi analogicè hanc talionis legem interpretantur, fieri debere compensationem per bona externa, & lædentem teneri ad quinque, ut compenset, 1. Damnum, 2. Sessionem, (vide ad vers. 19.) 3. Dolorem, 4. Medicinam, 5. Confusionem [v]. [*Vide quæ ad* Deut. 19. *de hac lege.*] Licèt literaliter hoc intelligendum puto, commutari tamen potuisse fateor in mulctam pecuniariam, vel pro arbitrio partis læsæ, (ità Josephus) vel (quod verius) judicis [x]. ¶ *Livorem*] Ità omnes. At Sy. *colaphum.*

26. *Dimittet eos liberos*] Intelligitur de servo Gentili; quia si mutilaret servum Hebræum, incurreret pœnam talionis, ex Levitic. 24. 19 [y]. [Alii aliter.] Hæc lex servis circumcisis proderat, non aliis: Alii ex Gentibus non nisi pretio dato, aut per instrumentum manumissionis, liberabantur [z].

28. *Cornu percusserit*] Vel etiam pede, aut dente: sed cornu meminit, quia eo frequentiùs lædunt [a]. Quibusdam Synecdoche est; Si quadrupes quodvis damnum intulerit [b]. ¶ *Lapidibus obruetur*] Non quòd peccare possunt bruta, ut stultè ex his pœnis collegit Socinus [c]; sed propter horrorem facti [d]. Bruta propter hominem creata sunt, & propter hominem destrui possunt; nempe, vel ad hominis pœnam, vel ad emendationem, vel ad præcautionem in futurum. Sic & dominum bovis mulctari voluit, & homines monere se non parciturum homicidis *. Hæc lex explicat obscurum locum Gen. 9. *de manu bestiæ requiram*; & modum requirendi manifestat †. ¶ *Non comedentur carnes*] Hoc jubetur in detestationem [f]. Qu. Sed quomodo posset comedi bos lapidatus? Resp. Latâ sententiâ hoc vetitum est; etiamsi quis, hanc sententiam præveniens, illum legitimè mactet, &c [g]. ¶ *Innocens erit*] i. e. Impunitus, ut v. 19 [h]. nempe, si vitium non præsciverat, ex vers. seq *.

29. *Ab heri*, &c.] Heb. pro, à multo tempore, vel antea [i]. ¶ *Et contestati sunt*] Ità ο'. Ch. Illi qui viderint [k] dominum bovis periculi admonuerint [l]. ¶ וְהוּעַד בִּבְעָלָיו] *Et contestatum fuerit* (*obtestatum*, Ar. *notificatum*, Sa. *denunciatum*, Ti.) *domino*, Sa. Sy. Ar. vel, *in dominum, ejus*, Mo. *& adhibitis testibus denunciatum*

p Muis.
q Buxt. in decal.
r Episcopius.
* Buxt.
t Episc. & Buxt. in decal.
v M.
x Wil.
y Jun. Pi. A. Ma.
z G.
a M. ad v. 31.
b Ma.
c Riv.
d L.
* Riv. simil. BA.
† O.
f A. Jun. Pi.
g Maimon. in A.
h A.
* Jun. Pi.
i V.
k L.
l Ms.

tum

tum fuerit, V. JT. Contestatio autem hæc facienda erat tribus vicibus; item coram dominis, & coram magistratu[m]. ¶ *Occideritque*] Aliud, si dente aut pede nocuerit; quæ insolita[n]. ¶ *Virum*] Israelitam putâ, etiam servum, aut etiam liberum alienigenam, ex antithesi v. 32[o]. ¶ *Dominum occîdent*, יוּמָת] *Morietur*. Non dicit, *moriendo morietur*, i. e. omnino morietur; nam, si hæredes velint, permittitur redemptio[p]. *Interimetur*, à Deo scil. inquit Maim. Pessimè, cùm Lex pœnam judiciariam exigit, hic rem soli Deo committit[q].

30. *Si pretium*, כֹּפֶר] *Expiatio*, Mo. Ma. O. *opertorium*, O. Ma. *redemptio*, V. i. e. *pretium redemptionis*, ο'. Sa. JT. V. כָּפַר propriè est *linire*, *operire*; & indè (quia postquam peccatum opertum est, non videtur ad punitionem,) significat *parcere*, *expiare*[r]. ¶ *Si pretium impositum*] A judice†; qui, causâ cognitâ, ob levem ejus culpam pecuniâ mulctare satis habuerit[t]. v. g. Si servus negligens (cui hoc mandaverat) non vinxisset; si ruptis vinculis profugisset; si alius provocâsset[v]. In his casibus, permisit Deus judicibus capitalem pœnam in judiciariam commutare[x].

31. *Filium quoque.*] Hoc addit, nè restringatur ad patres, &c. quorum ut jactura major, ità vita pretiosior est[y]. q. d. Hæc lex intelligitur tam de parvulis quàm de magnis; eidem omnes subjacebunt sententiæ, sive legi[z].

32. *Triginta siclos*] Dimidium æstimationis hominis liberi. Vide quæ ad Matt. 26. 15[a]. ¶ כֶּסֶף שְׁלֹשִׁים שְׁקָלִים] *Argentum*, nempe 30 *siclos*, V.

33. *Si quis aperuerit cisternam*] Rectè supplent, *in vico*, aut *plateâ publicâ*, Jon. *in loco communi*, Maimon. RS. in L. At in proprio fundo hoc licebat[b]. Intelligit de cisterna priùs effossa, quam repletam quis emundaverit, & rursum aperuerit[c]. ¶ *Et foderit*] Aut foderit de novo[d].

34. *Reddet*, ità ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. יְשַׁלֵּם] *Pacificabit*, *redintegrabit*, *rependet*, Ma. i. e. resarciet damnum summâ quadam pecuniæ†. *Integrabit*, i. e. integrum restituet[f].

35. *Si vulneraverit*, יִגֹּף] *Consternabit*, *cædet*, *percutiet cum læsione*, Ma. ¶ *Divident pretium*] Nempe, si boves æquales sint in valore; aliter, dominus bovis interficientis lucrum indè reportaret[g]. Idem de ariete, equo, &c. dicendum. At si bos vitulum vel ovem occidisset, non æquum esset dividere, sed judices mulctam decernebant[h].

36. *Et cadaver*] Heb. *& mortuus*. Pro quo Jon. *ejusque cadaver & pellis erit illius*; BA. 393. At Sy. *pretium mortui*, Ch. *pecunia mortui*.

[m] Maimon. in BA. p. 390. [n] G. [o] Jun. [p] G. [q] BA. 390. [r] O. † Me. V. [t] Me. [v] Riv. BA. [x] BA. ib. [y] BA. 390. [z] V. [a] G. [b] BA. 1. 2. 40. 391. [c] V. M. O. [d] M. V. O. † V. [f] O. [g] RS. in L. [h] Me. La.

CAP. XXII.

1. SI *bovem aut ovem*] Non ità mulctabantur ob furtum aliorum animalium[i]. Propter insignem eorum usum tum hominibus, tum Deo in sacrificium[k]. Verùm Jo. extendit legem ad alia, &c[l]. ¶ *Quinque boves pro bove, & quatuor oves pro ove*] Qu. 1. Quæ ratio discriminis? Resp. Vel, quòd bos, cùm major sit ove, non facilè possit abscondi, nisi à fure furtis assueto[m]. Vel, quia bos etiam agriculturæ servit, non ità ovis[n]. In *bove* damnum majus, & audacia major[o]. Vel, fortasse majorem pronitatem ad furandos boves voluit coercere[p]. Vel, quia difficilior fuit eorum custodia[q]. Qu. 2. Quare præcipitur tanta restitutio, cùm in aliis sufficiat duplum reddere? Resp. Vel, ad pronitatem hominum ad talia furta reprimendam: quia faciliùs subtrahi possent quæ pascuntur in campis, quàm ea quæ servantur in domo[r]. Vel, quia boves & oves per se ad multa utiles sunt, aurum tantùm ad commutationem†. Qu. 3. Quid si fur non esset solvendo? Resp. In pelle luebat, aut vendebatur[t].

2. *Si effringens*, בַּמַּחְתֶּרֶת] Vertunt, *in perfossione*, vel *effossione*, ο'. Sa. Sy. Ar. Mo. V. A. scil. *nocturnâ*, ex antithesi v. 3[v]. *Suffodiens domum*, Ch. vel, *in foramine effosso*, A. vel, *cum instrumento perfossorio*, Ti. O. Buxtorf. in Concord. Ma. Bis tantùm in Scriptura legitur, hîc, & Jer. 2. 24[x]. ¶ *Non reus sanguinis*, ità Ch. Sa. JT. אֵין לוֹ דָּמִים] *Non illi sanguines*, V. Mo. Ma. Referri potest vel ad percussorem, vel ad furem. 1. Sic; *Non illi*, scil. *percussori*, imputabuntur sanguines percussi. 2. Sic; *Non illi* (scil. *furi*) *sanguines*, (scil. occidentis dabuntur[y].) *Non fundetur sanguis percussoris* propter furem[z]. *Sanguis ejus erit impunitus*, Ar. *Non est ei cædes*, ο'. *non habebit actionem capitalem*, Sy. Ti.

3. *Quòd si orto Sole*] Ch. sic habet, *Si oculus testium ceciderit super eum*; si præsentes fuerint testes[a]. Si testes adsint, jam diurno furi æquiparatur, ut notat Maimonides. Vide quæ nos de J.B. & P. 2. 1, 12[b]. Nocturnum furem licebat occidere, non diurnum: 1. Quia illius incerta vis & intentio, an ad furandum tantùm, an etiam ad occidendum, veniat. 2. Quia nocturnus non agnoscitur, atque ideo non potest res ablata judicio repeti. 3. Quia fur nocturnus non potest tam securè apprehendi, aut repelli[c]. Concordat lex 12 Tabularum, *Si nox furtum faxit, & si quis occîdit, jure cæsus esto*[d]. Idem statuit Solon apud Demosthenem in Timocrat. μεῖζον τὸ ἔγκλημα τῆς νυκτὸς, &c. Ulpian. Leges antiquæ. *Nocturnum furem occidere quoquo modo licet; diurnum, si cum telo fuerit*: Cic. pro Milone†. ¶ *Si non habuerit—venundabitur*] Intellige, si furtum esset alicujus pretii[f]. *Fur non venditur nisi pro summa capitali. Si furto ablatum æstimetur nummis centum, & fur æstimetur centum & uno, non venditur, quia dicitur*, pro furto suo vendatur; *nempe ità ut pretium ejus furti pretio totum absorbeatur.* Sic emolliunt Hebræi legis severitatem, ut eam propè antiquent[g]. [Aliter alii.] Quid si pretium venditionis excederet furti æstimationem? Resp. Reliquum ei cessit qui vendebatur[h]. Qu. Quomodo restituere potest, aut venundari, qui interfectus est? Resp. 1. Hæc pars cohæret cum versu primo, versus autem secundus & primum hemistichium tertii interseruntur per parenthesin: quomodo Psal. 51. 6. *ut justificeris*, connectitur cum v. 1. *miserere*[i]. 2. *Reddet*, nempe, quando non occidetur. Et hoc simplicissimum est[k]. ¶ *Venundabitur*] Ad servitutem non longiorem sexennio; contractiorem verò, si antè operæ ejus tantum valuissent quantum res furto sublata. De maribus hoc intelligendum; fœminæ enim ob furtum non addicebantur. Jo. Antiq. 16[l].

4. *Si inventum fuerit, duplum*] Platonis lex erat, Duplum à fure solvendum: si non habuit unde rependat, in carcerem mandari, donec solvat: Euseb. Præp. 12. 40[m]. Non amplius, vel, quia præsumitur quòd vellet restituere, quòd apud se reservabat[n]: vel, quia faciliùs dominus quod suum est recipit, nec fur, rem distrahendo aut occidendo, eò se redegit, ut restituere non possit[o]. Si autem se defert voluntariâ confessione, neque occîdit aut vendidit quòd furatus est, non tenetur duplione[p]. ¶ *Vivens,—duplum restituet*, חַיִּים שְׁנַיִם יְשַׁלֵּם] [Illud חַיִּים quidam referunt ad antecedentia, sive rem in manu furti deprehensam, & sic vertunt,] *Si fuerint vivi, duplum restituet*, Ch. simil. Sy. Sa. Ar. M. Ti. JT. A. Alii ad sequentia, & sic reddunt, *Vivos duos reddet*, Mo. Ma. simil. ο'. O. P.

5. *Si læserit quispiam*, &c. כִּי יַבְעֶר אִישׁ שָׂדֶה אוֹ כֶרֶם וְשִׁלַּח אֶת בְּעִירֹה וּבִעֵר בִּשְׂדֵה אַחֵר] *Quum depasci* (vel, *pasci*) *fecerit quispiam agrum & vineam, & dimiserit jumentum suum, & pastum fuerit* (sive *pauperiem fecerit*, Sa.) *in agro alterius*, Mo. simil. ο'. Ch. Sa. Sy. A. Ma. *Si quis depascens agrum aut vineam immiserit pecus suum, quòd pascat in agro alterius*, JT. *Cùm pasci fecerit quispiam agrum vel vineam*; & explicans qualiter hoc fiat, addit, *& miserit jumentum suum, ut depascatur agrum alterius*, O. Puto ו [in וְשִׁלַּח] positum pro, *id est*, hoc modo; *Si depasci fecerit aliquis agrum & vineam, id est, immiserit jumentum suum & depaverit agrum alterius*, V. At A. [fortassis optimè] sic vertit; *Quum pasci fecerit aliquis agrum, aut vineam*

[i] He. in A. [k] A. [l] L. [m] He. in M. [n] Ità Th. & Thom. in T. M. ità E. Me. T. [o] Jun. [p] Me. [q] BA. 1. 2. 40. 394. [r] L. † E. [t] E.

[v] Jun. [x] Ma. [y] O. [z] M. V. [a] F. [b] G. [c] Me. [d] E. † Ga. [f] Bo. [g] BA. 397. [h] Bo. [i] F. V. O. Ma. [k] F. V. Ma. [l] G. [m] Ga. [n] L. [o] Me. [p] G.

neam suam, ac tum demiserit jumentum suum, ut pascatur in agro alterius. יַבְעֶר ad verbum, *jumentaverit*, à בְּעִיר *jumento*, i. e. deduxerit jumentum; Q. in V. ¶ *Optimum*, מֵיטַב] *Bonum agri:* Nam מ non est præpositio, sed heemantica litera [q]. Alii legunt, *de bono*. Parvi refert utrum legas [r].

6. *Si egressus ignis*] Proserpendo usque ad spinas aut segetes †, etiam præter intentionem accendentis [t]. In crimine est qui non observavit nè ignis longiùs procederet, L. *Qui occidit*, Sect. *In hac*, D. ad L. Aquiliam [v]. ¶ *Qui ignem succenderit*, Heb. *comburens combustionem*, Ma. אֶת־הַבְּעֵרָה] *Succensionem*, i.e. quod igni consumptum fuerit [x].

7. *Si commendaverit*, כִּי יִתֵּן] *Cùm dederit*, Ar. ό. scil. mutuò, vel commodatò; vel, *deposuerit* [y].

8. *Ad deos*] *Ad Deum*, Sa. *coram Deo*, ό. *ad judicem*, Sy. Ar. *coram judicibus*, Ch. L. Me. Ità vocantur summi judices, qualis Moses, &c, eo absente, Aaron & Hur. Postea Senatores Synedrii; tandem, sed seriùs, tres, quibus impositæ à Synedrio manus, de his causis judicabant [z]. ¶ *Quòd non extenderit manum*] i. e. *Non surripuit, furatus est*. Idiotismus Heb [a]. Aliquid subaudiendum est: vel, *ut sciatur quòd non*, &c. F. Pi. vel, (ut Vulg.) *& jurabit quòd non*, &c. Alii אִם interrogativè legunt, *ut sciatur annon extenderit*, &c [b]. *Miserit manum*, i. e. contrectaverit; h. e. annon apud se retineat [c]. אִם Hebræorum & εἰ *(Si)* Græcum sæpe usurpatur pro *An* [d]. Juramento purgabit se, probabítque suam innocentiam †. ¶ *In rem*, Sa. Sy. M. Ti. JT. Pi. בִּמְלֶאכֶת] *In opus*, Mo. Meton. adjuncti, Pi. *ad dominium*, Ar. *in toto deposito*, ό.

9. *Ad perpetrandam fraudem*, עַל־כָּל־דְּבַר פֶּשַׁע] *Super omni verbo* (seu, *negotio*, V. vel, *re*, Ch. Sy. P. vel, *genere*, Sa.) *transgressionis*, vel, *prævaricationis*, Mo. Sa. *De omni re in qua deliquerit*, Sy. vel, *quam denegavit*, Ar. vel, in qua *quis infideliter agit*; id פֶּשַׁע sign. O. i. e. quodcunque crimen, V. Ma. Q. reddunt, de omni negotio rerum amotarum [f]; quæ quocunque pacto interversæ fuerint, & proprio domino perierint. Sic פֶּשַׁע sumitur Gen. 31. 36 [g]. ¶ *Et quicquid damnum*, &c. אֲשֶׁר יֹאמַר כִּי הוּא זֶה] Variè reddunt. Et omni jacturâ—*quicquid igitur illud sit*, ό. *qui dixerit quòd hæc est*, Ch. scil. res perdita: sic Mo. Ma. *Hoc esse*, P. V. scil. *quod perdiderit*, V. *De qua dixerit, quoniam illud ipsum est*, Sa. *quam dixerit, hæc est*, Sy. *de quo dixerit, hoc est meum*, Ar. *Cùm quispiam dixerit hoc sic esse*, Ti. *De qua quis dixerit, quòd apud illum sit*, M. nempe, quod perditum fuit, F. V. *Perditum quod dixerit, quoniam ipse hoc*, scil. *amisit*, O. Al. *quòd ipsius sit hoc*, vel *istud*, F. *Quum dixerit* ejus dominus *illum ipsum* (scil. *depositarium*, Pi.) *esse*, JT. scil. reum amotarum, Pi. Q. in F. & V. *Si dixerit* testis eum reum esse, V. Ma. ¶ *Duplum restituet proximo*] Nempè *depositarius*, si dolus adfuerit; *depositor*, si iniquam actionem intenderit [h]; *testis*, si falsus [i]. De mero autem casu teneri depositarium iniquum est [k]. Apud omnes gentes depositi religio maxima fuerit habita. Vide Juvenal. Satyr. 13 [l].

10. *Si quis commendaverit proximo suo asinum—ad custodiam*, אִם יִתֵּן] *Si dederit*. Versu 7, 8. loquitur de deposito simplici [m]. Hìc autem agit de iis quæ ad custodiam dantur, non gratis, sed pro mercede [n]: quæ dantur *ex conducto* [o]. Diversam hanc esse legem à præcedente ostendunt pœna, (vide ad v. 12.) & factum Jacobi, Gen. 31. 39 [p]. & Gen. 30. 31, —36 [q]. & Hebræorum testimonium [r]. ¶ *Et mortuum fuerit, aut debilitatum*] Sub his alii casus violenti continentur; ut, si naufragio periissent, &c †. ¶ *Vel captum*, אוֹ־נִשְׁבָּה] *Aut captivum ductum*, in prædam scilicet [t]. Hostium incursus non præstat is qui rem commodatam accipit; nempe, si re commodatâ ex præscripto fuerit usus; quod hìc addunt Hebræi. Ità & Caius—& Instit [v]. ¶ *Nullúsque hoc viderit*] Periisse nimirum animal sine custodientis culpa [x].

11. *Jusjurandum erit in medio*] Heb. *Juramentum —inter ambos*, pro, Jurabit uterque per Jehovam [y]. ¶ *Quòd non extenderit manum ad rem proximi*, בִּמְלֶאכֶת]

[q] M. O. [r] O. † Me. [t] L. [v] G. [x] V. [y] M. [z] G. [a] F. V. [b] F. [c] V. [d] Pi. † Me. [f] Jun. [g] Ma. [h] G. [i] RS. in F. Q. in V. [k] G. [l] Riv. [m] Riv. ad v. 7, &c. [n] A. [o] Ità Jun. Wil. Riv. Ma. A. L. He. in A. [p] Jun. Riv. [q] A. [r] Jun. † A. [t] V. [v] G. [x] Me. [y] V.

In substantiam, P. *in illud quòd tradidit ei proximus*, Chald. לְאַךְ est *legavit*, vel *ablegavit*; unde מְלָאכָה, *opus, ministerium, functio delegata:* quod nomen postea sumitur pro quolibet opere, functione, artificio, vel arte; deinde pro re & substantia quavis circa quam opera & industria collocatur, ut hoc loco [z]. ¶ *Suscipiétque dominus* (nempe, rei perditæ [a]) *juramentum*] *Admittet, recipiet*, vel *acceptabit, illud*, h. e. juramentum. [Ità omnes.] *Juramento ipsius contentus esto*, O. & sic controversiam finiet, Heb. 6. 16 [b]. Vel sic; *Accipiet*, nempe, jumentum confractum, vel, cadaver jumenti; & *non restituet*, scil. custos [c].

12. *Quòd si furto ablatum fuerit*, אִם גָּנֹב יִגָּנֵב מֵעִמּוֹ] *Si furando furto ablatum fuerit illi*, JT. P. Ti. vel, *ab eo*, ό. Ch. Sa. Sy. Ar. M. O. A. vel, *de cum ipso*, Mo. Ma. La. Lippom. vel, *per eum*, Belg. Itaque depositarius hìc præstat negligentiæ culpam, quam præstare non debuit v. 7, 8 [d]. Quæritur discriminis ratio. 1. Quidam sic, Quia hoc de deposito vivo intelligendum est †. Hæc lex de animalibus agit, illa altera v. 7,8. de pecunia aut vasis, &c. Non placet, quia in priori lege generali v. 9. mentio fit *bovis*, &c [f]. Pecunia & supellex deponuntur apud aliquem tantùm ut in ejus domo tuta sint; hæc verò de quibus hìc agitur talis sunt naturæ, ut custodiâ & diligentiâ opus sit, ideo si furto pereant, lata culpa est [g]. 2. Quia hìc depositum animal abactum fuerit clàm, salvis animalibus depositarii [h]. Nam de hoc casu tantùm hæc lex loquitur; est enim in Hebræo, *Si ablatum fuerit* מֵעִמּוֹ, *de cum ipso*, h. e. proculdubio, *depositario, ex eo quod apud ipsum erat*, i. e. rebus propriis depositarii salvis [i]. *Si de cum ipso*, i. e. si ipso sciente vel vidente; vel, cùm ipse facilè scire aut videre, & cavere, posset, (sic enim omnes accipiunt τὸ *cum ipso* v. 15.) Opponitur huic illud v. 10. *nullúsque viderit* [k]. In quo casu bona fides abesse præsumitur. At si simul cum illo animalia propria depositarii furto sublata essent, non tenebatur restituere [l]. 3. Quia ibi gratis custodiebantur; hìc autem erat pactio mercedis [m], *(ut dictum.)* ¶ *Restituet*] Nempe, si lata culpa adfuerit, quæ à dolo non longè abest [n]. *Restituet:* Ratio est, quia tenebatur illud custodire [o].

13. *Si comestum—deferat ad eum quod occisum est*, יְבִאֵהוּ עֵד] *Adducet eum testem*, Riv. Mo. Ma. Ti. *Venire faciet eum* (vel, *illud*, vel, aliquid *illius*, JT.) *testem*, vel, *in testimonium*, Ma. Sy. A. Belg. JT. vel, *in testem*, Pi. *Illud*, i. e. partem animalis dilacerati. Nam est Pronomen affixum pro separato [p]. *Afferat quod dilaceratum est* [q]. Vide Amos. 3. 11, 12 [r]. Non placet. Potest enim fieri quòd lupus ovem absque ullis reliquiis asportaverit †. *Afferat testes*, Ch. *adducet testem raptûs*, Sa. *adducet ipse* (nempe *custos*, O.) *testem*, O. M. Ch. in F. co. *afferet illi testem*, P. [At ό. vertit, *ducet illud ad ostium*.] ¶ *Non restituet*] Nempe, si eam eripere nitatur [t].

14. *Qui à proximo quidquam mutuò postulaverit*] Ità M. sim. Sy. Ti. Ma. *Qui petierit*, Mo. scil. mutuò, O. A. L. Wil. &c, ex consequenti, *acceperit* [v]. *Qui acceperit mutuò*, seu *commodatò*, Ch. Sa. Ar. P. JT. A. Mihi tamen videtur, propter additam causam, legem loqui de rebus conductis, non mutuò traditis [x]. In hac lege conjunguntur duæ actiones, commodati, sive mutuò accepti, & locati; & utriusque par habetur ratio. ¶ *Reddere compelletur*] Obj. At durum hoc videtur & iniquum, eum ad restitutionem teneri qui nullo dolo usus est. Mors item aut debilitatio in animali nullâ humanâ industriâ arceri potest. Resp. Imperatum hoc ad cavendos dolos & acuendam diligentiam in alienis rebus custodiendis. Deinde, cùm utilitas redeat ad commodatarium, æquum est eum damnum quoque præstare, nè commodans propter beneficentiam aut officium præstitum detrimentum patiatur [y]. Tum, ut libentiùs & faciliùs sibi invicem in necessitatibus subvenirent, & ea quibus opus erat commodarent, hanc curam in mutuum accipiente exigit [z].

15. *Si dominus impræsentiarum fuerit*, עִמּוֹ] *Cum eo*, Lippom. Ma. Præsumit lex conducentem non posse malè animali uti, præsente domino [a]. Damnum enim vel

[z] Riv. [a] La. [b] A. [c] O. [d] Riv. † Ità Riv. Gallas. & Lippom. in Wil. [f] Wil. [g] Riv. [h] Q. in Riv. [i] Lippom. [k] La. [l] Lippom. [m] Wil. Riv. [n] G. [o] O. [p] V. Riv. ità Chald. [q] Riv. [r] A. Ma. † M. F. co. [t] A. [v] A. Pi. [x] O. [y] Riv. [z] Wil. Lippom. [a] O.

vel non potuit caveri, (& id dominus ipse videt, adeóque culpam & dolum abesse;) aut averti po-
b Riv. Wil. tuit operâ domini præsentis [b]. At Hebræi hoc in-
telligunt, ut dominus sit *cum eo* tempore commoda-
c A. tionis, non tempore usûs, & damni accepti [c]. ¶ *Maximè, si conductum venerat pro mercede operis sui*, ità P.
אם שכיר הוא בא בשכרו] Quibusdam hæc est
eadem lex cum priore, & hæc verba sunt ratio cur
d Ità Simler.& Lippom. in Wil. domino præsente non tenetur ad restituendum [d]. Præ-
sertim si non tam commodatum fuerit, quàm loca-
† Me. tum †. *Quoniam mercenarium est*, (scil. jumentum)
& venit pro mercede sua, O. M. Ejus usum mercede
conduxerat, cujus abusum præsens dominus poterat
f Riv. Ma. interdicere [f]. Chald. sic vertit, *præsertim si conductitium sit*, (hoc dixisse satis fuit, sed addit) *& venerit pro mercede :* q. d. Si pro mercede ei locatum
g F. V. Ma. est, ultra mercedem nihil dabit [g]. Potest & sic in-
telligi; *Si conductitium* (vel *mercenarium*) *sit*, *venit*
h Ità JT. A. Belg. Ti. *pro mercede sua* [h]; i.e. ut reciperet mercedem suam [i]:
i F. vel, *abibit pro mercede sua*, Ar. vel, *veniat pro mercede*
sua, h. e. solvatur merces pro qua conductum est,
k F. V. & nihil ultrà [k]. *Si mercenarius fuerit, erit ei pro mercede ejus*, ο'. vel, *mulctabitur in mercede sua*, Sy. & sic
l A. solam mercedem solvet [l]. Pagn. ב in בשכרו inter-
pretatur *propter*, ut ad dominum præsentem refera-
tur, qui propter mercedem suam, & ipse mercena-
m Riv. rius, cum jumento suo venerat [m]. Vulgata ver-
sio non placet Grotio. Alia hîc (inquit) senten-
tia in Hebræo, *Si mercenarius ipse venit propter mercedem suam :* Græcè, Ἐὰν ὁ μισθωτὸς ᾖ, ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ· i.e. Si is qui custodit rem pro custodia merce-
dem sit stipulatus, jam in damnum veniet propter
illam mercedem: tenebitur enim de casu, sive do-
minus adfuerit, sive non adfuerit. Vide L. 1. Sect.
n G. *Sæpe evenit*, D. *Depositi* [n]. Alii faciunt hanc legem à
o Ità L. priore diversam [o]. De commissione rei traditæ per
p Ità To. L. Jun. Wil. ex Gallas. *modum mutui* agit v. 14. per *modum locationis*, v. 15 [p].
Minùs tenetur de custodia animalis ille cui locatur,
quia locans reportat mercedem [q]. Bene Cajetanus,
q L. Absque distinctione præsentiæ vel absentiæ domini,
r Wil. non tenebitur conductor ad solvendum animal, casu
confractum [r].

16. *Si seduxerit*, וכי יפתה] Si pellexerit sine vi.
ο'. ἐὰν ἀπατήσῃ, (*si fallat*,) G. *Si declinare fecerit vir virginem*, scil. à proposito suo, O. ¶ *Dotabit eam, & habebit uxorem*] Q. utrumque hîc decretum vo-
lunt, nempe dotis constitutionem, & matrimoni-
† Q. in Bo. sic JT. Ti. V. um †. ¶ מהור ימהרנה לו לאשה] *Dotabit eam sibi in uxorem*, ο'. Sa. Ar. M. P. O. A. Alii negare
t Q. in Bo. videntur de dote hîc agi [t]. Vertunt, *desponsabit eam sibi in uxorem*, Ch. *omnino ducet eam sibi uxorem*, Sy.
accelerando accelerabit (vel, *festinando festinabit*, O.
Ma.) *eam sibi in uxorem*, Mo. Ma. O. sub. *ducere*,
O. Ma. Quod Latini *dotare* dicunt, id Hebræi verbo
festinandi efferunt; quòd dos & festinanter promit-
v Ma. tatur desponsatis, & detur nuptis [v].

17. *Juxta modum dotis*, &c.] Id est, 50 siclos ar-
x L. Pi. genti, Deut. 22. 29 [x]. Alii sic, juxta earum statum
y Wil. La. Bo. & conditionem [y]. Differt hæc facti species ab illa
z G. Riv. A. quæ est Deut. 22. 28, 29 [z]. Ibi matrimonium cum
mulcta imponitur; (quæ non puellæ, sed parenti,
a La. pendebatur [a]: hîc patri virginis optio datur mulctæ
b G. aut matrimonii [b]. Hîc agitur de virgine quam ju-
venis pellexerat obtentu futurarum nuptiarum: in
Deut. de ea cui quis, occasione arreptâ, vitium intu-
lerit. Qu. 1. Quid si stuprator fuerit conjugatus, &
cum libera concubuit? Resp. Vel duxit, polygamiâ
tum locum habente; vel aliter, simpliciter dotavit.
Qu. 2. Cur pœna tam levis, cùm stuprum sit flagi-
tium furto gravius? Resp. 1. Non hîc agitur de cri-
minum & pœnarum exæquatione, nec opus est in le-
gibus politicis eam rigidè observari. 2. Non leve
erat, quòd cogebatur eam ducere quam corruperat,
eámque domi perpetuò habere. 3. Consulebatur præ-
terea stupratæ, nè se prostitueret, quæ maritum non
facilè potuisset invenire. Athenis in usu fuit, ut si
quis virginem, civem Atticam, stuprâsset, eam in ux-
orem duceret. Qu. 3. Cur solus vir punitur, cùm
puella consensit? Resp. 1. Non levis pœna erat vir-
ginitas amissa. 2. Ætas & muliebris sexus infirmior
excusabatur, præsertim in pellecta. 3. Cùm esset in
parentis potestate, non posset mulctari in bonis. Ex
hoc loco sequitur, adversùs commune Pontificiorum
dogma, Matrimonium à filiis clàm contractum patris
authoritate irritum fieri posse, proinde illegitimum
esse, & nullum. Non est credibile puellam aliter pel-
lectam quàm matrimonii pactis; aut, non id quæsiisse,
ut ei nuberet. Id tamen pater impedire potuit. At
idem certè jus habuit in integram, quod in corru-
ptam [c].

18. *Maleficos*, מכשפה] *Maleficam*, P. Ch. M. Ti. c Riv.
O. Me. *veneficam*, Sa. sic Sy. *Pythonissam*, Sa. vers. *incantatorem*, Ar. *præstigiatricem*, Mo. JT. Ma. A. LXX ver-
tunt, φαρμακοὺς, G. i. e. *veneficos*, Riv. Hoc arripiunt
sagarum patroni, illúdque exponunt de iis quæ pro-
pinato veneno aliquem occîdunt [d]. Contrà, 1. LXX d Riv.
ubique מכשף vertunt φαρμακὸν, etiam Exod. 7. At
Magi non erant venefici, sed præstigiatores; nec ve-
nenis, sed præstigiis, pugnârunt. 2. Alibi sumitur
pro, *uti auspiciis, & curiosè inquirere*, ut 2 Paral. 33. 6.
& alibi. Vocavit Nebuchadnezar מכשפים, non certè
veneficos, sed *incantatores*. 3. Non opus esset novâ
lege adversùs veneficos, quos inclusit lex de Cæde.
4. De ariolis, &c. exponitur 1 Sam. 28. 9. & Deut. 18.
10. (Vide quæ ad Exod. 7. 11 †.) Vox φαρμακὸς, & † O. A.
φάρμακα, de *præstigiis*, &c. accipitur apud Græcos au-
thores. Dioscor. cap. de Rhamno ait, ejus ramos, si
pro foribus ponantur, ἀποκρούειν τὰς τῶν φαρμακῶν κακουργίας,
i. e. *pellere maleficia pharmacorum*, i. e. incantatorum,
non certè veneficorum [f]. In Heb. vox est fœm. quia f Riv.
mulieres ad id vitium proniores sunt [g]. Hebræi sic g V. M. L. Jun. ità Me. G.
dicunt, דבר הכתוב על ההוה, *Exprimit Scriptura id
quod ferè exsistit*, quod communius est, reliquis simul
subintellectis [h]. Vide Pharmaceutriam Theocr. Virg. h F. co. G.
& quæ de Medea & Circe [i]. Porrò, sic visum Deo
ostendere, nè infirmiori quidem sexui in hac causa
(utcunque ab hominibus extenuari soleat) parcen-
dum esse ||. ¶ *Non patieris vivere*] Ità Sa. Sy. JT. || Jun. Riv. Ma.
A. sim. Ch. Heb. *non vivificabis*, Mo. O. i. e. nè finas
vivere: sic 1 Reg. 27 [k]. *Nè reserves*, Ar. *non sinetis* k E.
incolumes, ο'. Non tantùm si maleficiis læserint, &c.
& ob læsam rempublicam; sed absolutè, quia scil. est
crimen apostasiæ à Deo, & transfugii ad Diabolum [l]. l E.
Ponitur hæc lex post illam de seducendis virginibus,
1. Quia solent maleficæ virgines decipere, & ad con-
cubitum trahere [m]. Et in eum finem sæpe apud Po- m O.
etas introducuntur præstigiatrices. Vel, 2. quia hæc
species est stupri spiritualis [n]. n Riv.

19. *Qui coierit*, כל שכב] *Cubans*, Mo. Ch. vel,
jacens, Ma. Congressum *jacentiam* vocant Hebræi, quia
jacentibus mare & fœminâ fieri solet [o]. o O.

20. *Qui immolat diis*, זבח לאלהים] *Immolans*, vel
sacrificans, diis, ο'. Sy. Mo. Ma. Mallem, *deo*, scil. *alio*, (quod
sæpe desideratur, Gen. 14. 1. & 36. 6.) nam sequitur, *præterquam Domino soli*. Sic, pro *dii Moab*, *Ammon*, &c. le-
gerem, *deus Moab*, *Ammon*; quia unus erat eorum Deus [p]. p D.
Aben-Ezra latè exponit אלהים, ut Angelos includat:
Quibus addi possent Reges [q]. Hîc sumitur pro omni q Riv. D. de voce Elohim.
creatura quæ Divino honore colitur [r]. ¶ *Occidetur*, ità Ch. P. יחרם] *Anathematizabitur*, Ma. Schol. r Riv.
in Nobil. D. A. *ut anathema perditor*, JT. *pereat*, Sy.
Ar. *exterminetur*, Sa. M. *succidatur*, O. Anathema
sæpe *occisionem* significat. Vide LXX ad Jud. 1. 17.
Zach. 14. 11 [s]. Vide Act. 23. 12, 14 *. *Interficietur* s D. * Ma.
gladio, & opes ejus consumentur, Targ. J. Hanc inter-
pretationem colligit ex Deut. 13. 15, &c. Quidam
hoc intelligunt de iis qui scientes & volentes idolola-
triam committunt. Vide Num. 15. 27, 30 [t]. Ità qui- t A.
dam (non autem omnes) Ebræorum Magistri. Non
autem de idololatris ex amore aut timore hominis.
Verùm Lex Dei istas exceptiones non patitur [v]. v Riv.

21. *Advenam*, גר] *Peregrinum*, V. Hebræi de Pro-
selyto exponunt [y]. ¶ *Non contristabis*, לא תונה] y F. V.
Non opprimes, V. O. *vim nè facito*, JT. *non decipies*, Ch.
non deprædaberis, Ma. *non vexabitis*, ο'. Ar. A. *nè lædatis*, Sy. *non affligetis*, Sa. Hebræi ferè תונו referunt ad
verba; Nè verbis vexate & exprobrate. *Non dicat aliquis peregrino, Memento operum tuorum priorum*, &c [z]. z F.

Ut

Ut לחץ ad *rem* referunt[a]. ינה Hebræis est, aliquem vel verbis vel rebus affligere[b]. *Non expiles*, Heb. *denudes*, seu *extrahas*, h. e. prives bonis suis[c]. ¶ *Neque affliges*, ità V. ולא תלחצנו] *Non coarctabis eum*, O. Ma. *non premes, urgebis*, Malv. *non fueris ei molestus*, Q. in V.

22. *Viduæ*, כל־אלמנה] *Omnem viduam*, V. Ma. אלם est *ligare*; indè אלמנה *vidua*, q. d. ligata, seu muta, quòd nihil loqui vel facere audeat[d]. Nec aliis nocendum; sed viduæ exprimuntur, quia frequentiùs affliguntur†. ¶ *Non nocebitis*, לא תענון] *Non vexabitis*, ο'. *non affligetis*, Mo. V. Ma. *non humiliabis*, O.

23. *Si læseritis*] Aposiopesis, sive reticentia, est; sub. *te postea affligam*[f]. Simile Luc. 13. 9[g]. Vel, dicitur comminatoriè; sub. *puniam gravissimè*[h]. ¶ כי אם צעוק יצעק] *Quia si clamabit*, Ma. vel, *certè si*, A. vel, *& si*. כי ponitur pro ו. Confer 2 Sam. 22. 28. cum Psal. 18. 28. & Esa. 39. 1. cum 2 Reg. 20. 12†.

25. *Si pecuniam mutuam dederis*, אם תלוה] *Si mutuaveris*, O. *si mutuum dederis*, ο'. Ar. לוה est, *mutuò accipere*, &, in Hiphil, *mutuò dare*. Significat primariò, *addi, adjungi*. Qui mutuò accipit & se devincit & fidem alteri[i]. *Si argentum*, vel *argento, obligaveris*, vel *obstrinxeris, populum meum*, Ma. ¶ *Populo meo*] Non Ethnico, sed Judæo[k]. Nam à Gentilibus poterant usuram accipere, Deut. 23. 20[l]. [Alii aliter.] Gentilem non excludit, sed Judæum præfert[m]. ¶ *Populo meo, pauperi*] Per expositionem positum *pauperi*; exponit, quem vocet populum suum, nempe pauperes[n]. *Pauperes* vocantur populus Dei, quia Deus peculiarem eorum curam gerit; aut quia pii ferè pauperes sunt, de opibus comparandis non admodum soliciti[o]. Vox *pauperis* hîc non restringit legem, sed exempli causâ est posita, quia plerumq; ità accidit, ut illi magis egeant opis alienæ[p]. ¶ *Qui habitat tecum*] i.e. Primariò, vicino. Sed non excluditur qui habitat in alia civitate[q]. ¶ *Non urgebis eum quasi exactor*, sic Sa. vers. M. Ti. A. לא תהיה לו כנשה] *Nec morsum pones super eum*, L. *non eris ei sicut usurarius*, sive *fænerator*, Ch. P. O. JT. Mo. He. in F. *non quasi creditor*, Ar. vel, *dominus debiti*, Sy. *princeps*, Sa. *urgens*, ο'. *Non vi extorqueas ab illo, si non potest restituere; neque exhibeas te erga illum quasi ethnico accommodatò dederis*; q. d. Non ignominiâ afficias eum. נושה ab *elevando* & *extollendo* dictus, ait AE. q. d. Si mutuum illi dederis, nè extollas te supra illum, ut cogatur propter beneficium à te acceptum tibi supplicare, te venerari & colere, &c. Sic & Nehemanides, *Nè sis illi tanquam usurarius, qui dominium usurpat in eum qui mutuum accipit*, juxta illud Prov. 22. 7. *Quin potiùs exhibeas te erga illum in omni re quasi nihil unquam à te mutuò acceperit: neque ponas super eum usuram nec pecuniæ, nec cibi; sed commodatò illi des ex pietate, non accipiens ab illo utilitatem gloriæ, nec substantiæ*[r]. נושה & activè sumitur, pro eo *qui mutuum dat*, (& tunc plerumque construitur cum præpos. ב, ut Esa. 24. כנושה כנשא בו, *sicut debitor, ità & creditor*, sive *exactor, ejus*;) & passivè, pro eo *qui mutuum accipit*. Distinguit aut constructio, aut circumstantia†. ¶ *Nec usuris opprimes*, לא תשימון עליו נשך] *Non ponetis super eum usuram*; [ità ferè omnes:] *duplicationem*, Sa. vers. *morsum*, Ti. Ma. Usura נשך *morsus* dicitur, quia, ut morsus serpentis, ab initio exiguo in immensum procedit[t]: vel, quia mordet & rodit pauperes[v]. Chald. חבוליא *Habuliah* dicitur, q. d. *corruptio, perditio*, quòd perdit ac devastat hominem[x]. *Majores nostri sic habuerunt, & ità in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli; tantò pejorem civem existimantes fœneratorem quàm furem*: Cato Rust. Præfat[y]. Dicitur, *nè ponatis*, in plur. ad innuendum quòd non unus tantùm, sed plures peccent & transgrediantur, scil. creditor, scriba, & testes[z]. Sed hoc subtilius quàm solidius[a]. [Al. paulò aliter.] Hoc præceptum non creditorem tantùm, sed & scribam, & fidejussores, & testes contractûs, obligat[b]. Frequens est in Ebraismo mutatio personæ & numeri[c].

26. *Si pignus acceperis*, ità ο'. Sa. Sy. Ar. אם חבול תחבול] Vide Deut. 24. 10[d]. Ad verb. *Si in pignus accipiendo acceperis in pignus*, V. O. *Si pignore ullo acceperis*, &c. Ch. JT. A. Ma. vel, *Si obligando obligaveris*, O. *Si colligando colligabis*. Pignus enim datur tanquam

[Margin: a F. V. — b F. — c M. — d O. — † L. — f F. V. — g A. — h V. — † A. — i Riv. — k L. A. He. in F. — l A. — m L. — † — n V. sim. He. in F. — o D. — p G. — q L. — r V. ex F. — † F. — t G. post RS. in F. — v Me. — x F. — y Ga. — z AE. in F. — a Riv. — b G. — c Riv. — d G.]

vinculum datæ fidei, vel debiti†. ¶ *Vestimentum*] Heb. *vestem sodalis*, Ma. *socii*, O. *vicini*, A. nempe pauperis, ex v. 27. & Deut. 24. 12, 13[f]. Supple, *non habentis aliud quo se operiat*[g]. ¶ *Ante Solis occasum*] Ità ο'. in F. co. A. Sic עד sumitur Gen. 48. 5[h]. ¶ עד בא השמש] *Ad* (vel *sub*, Ti.) *occasum Solis*, Sy. Ar. *in occasu*, M. *dum inclinat*, JT. vel, *ingreditur*, nempe in thalamum*. *Sole occidente*, Deut. 24. 13. Alii vertunt, *usque ad occasum Solis*; ità P. Ch. RS. in F. Mo. O. Ma. *Ad occumbere*, V. [Cum versione variatur sensus.] Q. sic exponunt, quòd noctu creditor vestem oppignoratam ad se recipere queat, quam interdiu debitori relinquere debeat, ut eâ se tegere possit, præsertim cùm aliam non habeat[i]. Alii sic; Vestem pro pignore acceptam interdiu apud se retinere possit, ad noctem verò rursum restituere ei debeat, ut eâ se tegere possit[k]. Videtur lex loqui de cooperculis nocturnis[l]. Quod mihi magis probatur, quia textus disertè loquitur de veste in qua dormit[m]. Si quæras, cur tam frequenter accipiebatur pignus, & restituebatur: Resp. Ad imprimendum cordibus hominum Dei misericordiam, qui quotidie peccantibus relaxat[n]. Vel, nè debitor daret oblivioni, & fieret negligens in solutione debiti[o]. Sed meliùs dici potest, legem non præcipere ut creditor quotidie posset vestem auferre & restituere, ut omnes ferè exponunt; sed statuere, quòd si contingat creditorem vestem talem auferre, statim restituat, nunquam ampliùs accepturus[p]. [Alii aliter.] Sermo non est de pignore ad securitatem dato, (quorsum enim pactionem faceret de pignore dando, simúlque id traderet, quod ante Solis occasum reddere deberes?) sed de captione quæ, pro more Orientalium, fiebat in ipsa exactione, nisi solutio repræsentaretur[q]. Ex analogia vestimenti necessarii de aliis judicandum. Deut. 24. 6. *Nè accipias pignori metam vel catillum*. Abstinendum erat ab instrumentis rustici aut artificis[r].

27. *Ipsum est, &c. solum quo operitur indumentum*, כי היא כסותה לבדה] *Quia est* (vel, *si fuerit*, Ar.) *operimentum ejus ipsum solum*, V. P. simil. Sa. Sy. Ar. vel, *unicum*, M. Ti. vel, *tantùm*, Mo. Ordo inversus, i. e. nihil aliud habet quo se operiat[s]. *Cooperimentum ejus solitario ei*, Ma. ¶ *Exaudiam*] i. e. Querelas eorum, & de exactoribus pœnas sumam[t].

28. *Diis*] Ità ο'. Sa. Mo. M. Ti. A. Belg. Nec diis falsò creditis convitiari licebat. Ità accipiunt Jo. contra Appion. 2. & Antiq. 4. 8. Ph. lib. *de Monarchia*, Cyrill. super Johan. l. 12. cap. 19[v]. ¶ אלהים] *Judices* vertunt L. Me. M. O. Ma. Ch. Sy. Ar. P. Bo. A. Pi. Ca. JT. Ità Th. & Ebræi ad unum omnes[x]. [Ità Drusius, *qui tamen postea mentem mutavit, in tractatu de Voce Elohim*, & vertit hîc & Levit. 24. 15. *Deo suo*, i.e. θεὸν αὑτοῦ.] Quidam legunt, *blasphemaverit Deum suum*. Posset etiam reddi, *Deo non maledices*; q. d. neque Deo, neque Principi: D. de voce Elohim. At *magistratus* intelligi probant sequentia, quæ verba priora videntur planè explicare, cùm additur, *& principi non maledices*[z]. Hebræi *Sacerdotes* hîc significari putant. At hi non erant meri Sacerdotes, sed Judices[a]. *Judices & Sacerdotes*, M. Ma. Me. ¶ *Non detrahes*, לא תקלל] *Non maledices*, ο'. *non blasphemetis*, M. *non contemnes*, vel *vilipendes*, ità Targ. J. O. Ma. קלל est, *levem esse*: quæ levia reputamus, contemnimus[b]. *Non levificabis*. Vide Gen. 8. 21[c].

29. *Decimas tuas*] Clarè expressit noster quod Heb. generatim & confusè dicitur: non enim omnes fruges, sed tantùm earum decimæ & primitiæ, offerendæ erant[d]. ¶ מלאתך] *Primitias*, Ch. nempe *areæ*, ο'. in A. Sa. Sy. Sic exponitur Exod. 23. 19†. *Fruges*, Ca. *plenitudinem tuam*, Mo. O. M. P. Ti. Ma. F. V. seu, *abundantiam*, V. *fructus plenè maturos*, A. *frugum maturarum primitias*, JT. G. Plenitudo hîc significat omnes fructus aridos, cùm impletæ fuerint fruges, seu ad maturitatem pervenerint[f]: cùm spicæ impletæ sunt granis[g]: quando manum comprehendentem implent[h]. Aliis, *mustum*, V. ità Ar. Sic dictum, quòd magnâ copiâ è torcularibus defluere solet[i]. ¶ *Et primitias tuas*, nempe *torcularium*, Sy. ο'. Sa. ודמעך] *Liquorem*, A. Ca. *liquores tuos*, Ch. *stillam tuam*, Ar. *lacrymam*

[Margin: † Ma. — f A. — g O. — h A. — * Pi. — i RS. in F. co. — k Ità ο'. & Vulg. in F. co. — l La. — m F. co. Riv. O. — n Ità RS. — o Ità Jo. in L. — p O. — q Quistorp. — r Riv. — s V. O. — t Riv. — v Bo. — x D. — z Bo. — a D. — b O. — c Ma. — d La. — † A. — f K. in F. — g Pi. — h Bo. — i V. He. in F.]

crymam tuam, M. P. Ti. Mo. O. Ma. Lacryma hîc significat liquores omnes, vinum & oleum [k]: vel potiùs, eorum primitias [l]. Sign. oleum, quod guttatim defluit ex lacu [m]. ¶ *Non tardabis*, תְאַחֵר] *Non posteriorabis, differes, moraberis*, Ma. Interdum ſumitur pro dilatione ad extremum, adeóque pro neglectu, Deut. 7. 10. & 23. 21. Habak. 2. 3 [n].

30. *De bobus quoque*] i. e. Dabis eorum primogenita [o]. ¶ *Et ovibus*] Heb. *ovibus*, pro, *& ovibus*. Ità ſæpe ſuppletur copula: ſic, *contra parvum, contra magnum*, 2 Par. 18. 30. pro, *contra parvum & contra magnum*, 1 Reg. 22. 31 [p]. *Sol, luna*, Hab. 3. 11. pro, *Sol & luna* [q]. ¶ *Die octavo*] Non quòd diutiùs non poterat differri, ſed quòd antea non poterat offerri [r]. Ab octavo die offerri potuit agnus uſque ad primum annum impletum; at ſecundo anno non accepit Deus, quia tunc demum puri & intacti eſſe deſinunt, & agnorum libido tum accendi ſolet: Ariſt. Animal. 5. 14 [s]. Sed cur die octavo? Reſp. 1. Quia ante hunc diem nimis tener, & quaſi immaturus & imperfectus, nec ſatis plenè formatus [t]. Et talia non debent offerri Deo [v]. Septem diebus animal mundari poterat à materno ſanguine, &c [x]. Incertum adhuc eſt, an vita illis vitalis ſit; ante octavum diem vix in cenſu animantium æſtimantur [y]. 2. Quia oportuit ut Sabbatum ſuper pecus tranſiret, quia Sabbatum omni rei quæ in mundo eſt affert perfectionem & robur [z]. Vide ad Gen. 17. 12 [a]. Similes ritus obſervârunt Gentiles, (quod mirabere.) *Suis fœtus ſacrificio die quinto purus eſt; pecoris, die octavo*: Plin. 8. 51 [b].

31. *Viri ſancti*] Sanctè quæ præcipio ſervantes; ſic cavendo ab omni inquinamento, etiam carnis à beſtiis devoratæ, de qua ſequitur [c]. ¶ *Carnem*] Heb. *& carnem*. *Et* pro *ideo*: copulativa vim habens illativæ [d]. ¶ *Quæ à beſtiis*, &c. טְרֵפָה] *Raptam*, Mo. P. *captam*, ο'. Ar. nempe *prædâ*, Ar. *quæ ſit rapina*, i. e. à fera laniata, V. *dilaceratam*, Sa. A. *dilaceratam à beſtia viva*, Ch. *avulſam ex animali vivo*, Sy. carnem *lacerati*, M. Ti. ſive de ea aliquid comederit beſtia, ſive non; vel, ſi animal ex vulnere à beſtia accepto mortuum fuerit †. Talis caro ceremonialiter polluta cenſebatur multas ob cauſas. 1. Quia ſanguis hîc non erat expreſſus, nec animal legitimè mactatum. 2. Munda animalia ab immundis, à quibus devorata erant, immunditiem aliquam contrahebant. 3. Propter ſignificationem, quia talium eſus videbatur aliquam crudelitatem & voracitatem ſignificare [f]. Voluit Deus ſuos docere, ut vitam ex ratione degerent, quæ nihil feritatis aut barbariei præ ſe ferat, ait Th. Tandem, ut illos à cæde & furto longiùs arceat [g]. ¶ *Canibus*] Vendere poterant Gentilibus, ait RS. quos Judæi reputant ſicut canes [h]. Quod morticinum peregrinis extraneíſque dari aut vendi poterat; caro autem beſtiæ à fera diſcerptæ non, ſed jubebatur ad canes projici. Hoc indè factum autumo, quòd ruri, ubi potiſſimùm beſtias à feris dilaniari contingit, ſemper ad manum ſint canes, quibus promptum eſſet ejuſmodi carnem projicere [i]. Canibus & cæteris impuris animalibus devoranda permittite [k]. Intellige, potiùs quàm comedetis; ſi vendere non poteritis Gentibus [l].

[k] K. in F. [l] G. A. [m] F. [n] A. [o] L. V. Riv. [p] A. [q] BA. 1. 854. [r] Bo. [s] BA. 1. 2. 50. 585. [t] Me. ex L. [v] L. [x] Riv. [y] BA. p. 585. [z] Q. in Riv. A. ex R. Menahem. [a] A. [b] BA. 585. [c] Me. [d] Pi. † Me. [f] Riv. [g] Ità Caj. in Me. Riv. [h] L. [i] Muis. [k] Lippom. [l] Caj. in Lippom.

CAP. XXIII.

1. NON *ſuſcipies vocem mendacii*, לֹא תִשָּׂא שֵׁמַע שָׁוְא] [Variant. 1. Q. exponunt de ejus authore.] *Nè efferto*, JT. (ſcil. in ore, Pi.) vel, *Non aſſumes*, M. P. *auditionem* (i. e. *famam*, Matt. 1. 18. collat. cum Luc. 4. 37 [m].) *mendacii*, Mo. vel, *rumorem vanum*, Sa. A. vel, *falſum*, Sy. Ar. *Vanitas* & *falſitas* promiſcuè uſurpantur. Vide ad Exod. 20. 16 [n]. Nè ſis author, vel adjutor, falſi rumoris contra proximum [o]. נָשָׂא propriè eſt *levare*, & *portare*, maximè *levando* [p]. Sic *levare parabolam* eſt, ejus authorem eſſe [q]. *Aſſumere*, Exod. 20. 7. eſt *loqui*, aut *quovis modo uſurpare* [r]. [Alii accipiunt de ſuſceptore, vel fautore.] Οὐ παραδέξῃ, i. e. *Non ſuſcipies*, ο'. Ch. in Riv. *Non feres*, Mo. O. F. V. ſive *ſuſtinebis*, F. V. *Nè confirmes*, Sy. *Nè recipias*, A. *Nè acceptes*, Ar. q. d. Nedum non credes; ſed, nè admiſeris audire, mendacium contra proximum*. Nè fidem eis adhibeas. Sic omnes ferè interpretes [t]. Sed prior interpretatio probabilior eſt; quia de falſitate rumoris non ità conſtat audienti, ut efferenti [v]. Hebræi dicunt, *Omnis qui malignè traducit aliquem, & quicunque recipit delatorem, omniſque qui falſum teſtimonium dicit contra proximum ſuum, dignus eſt ut canibus projiciatur*, &c [x]. *Negavit ſe Calig. delatoribus aures habere*, Suet. 4. 15. Levit. 19. 16 [y]. *Non portabis rumorem mendacii*, i. e. nè ſpargas, nè ſis falſus delator [z]. ¶ *Nec junges manum tuam, ut pro impio dicas falſum teſtimonium*, אַל תָּשֶׁת יָדְךָ עִם רָשָׁע לִהְיוֹת עֵד חָמָס] *Nè ponas* (vel *extendas*, Sy.) *manum tuam*, &c. Ch. Sa. Mo. M. P. JT. A. F. V. Riv. *Nè tractes penitus cum injuſto*, Ar. οὐ συγκαταθήσῃ, ο'. i. e. *non diſpones pactum*. At in Complut. eſt, οὐ συγκαθίσῃ, *non ſimul ſedebis*, Nobil. Senſus eſt, vel, 1. *Non adjuvabis cauſam* (id *ponere manum* ſignificat) *improbi falſo tuo teſtimonio* [a]. Nè conſociator cum improbo, juvando eum ad malum [b]. Non præſtabis auxilium impio, ut ſis teſtis, &c [c]. Vel, 2. *Nè paciſcaris cum improbo, ut ſis teſtis iniquus* [d]. Non facies pactum, vel promiſſum; (in pactis jungebantur manus ad confirmationem,) te pro eo falſum teſtificari. Et ſic accipit tranſlatio noſtra. Vel, referri poteſt ad impium, (ut rectè RS.) & refertur ad Judices; q. d. Non aſſecurabis eum donis vel promiſſis, ut ſit teſtis falſitatis, ſicut fecerunt illi 1 Reg. 21 †. Vel, 3. *Non jurabis cum impio, ut ſit teſtis iniquus*. *Ponere manum* accipi poteſt pro *jurare*, quòd juraturi olim Judæi ſuper librum Legis manum ponebant. Et Judæi hodie nullum juramentum alicujus momenti faciunt, niſi hoc quod fit impoſitâ manu ſuper librum Legis, quem habent in Synagogis ſuis [f]. Non hîc de quovis mendacio in genere agitur, ſed de eo quo jus pervertitur in judicio; reſpicítque hæc prima lex accuſatores, teſtes, & Judices [g]. Illud, *non ſuſcipies vocem mendacii*, reſpicit Judices [h]. *Non ſuſcipies*, audiendo calumniatorem conantem te tranſverſum agere, & aut Judicem iniquum facere, aut teſtem falſum [i]. Et quod ſequitur, *non junges manum*, &c. regulat Teſtes [k]. *Teſtis* חָמָס, i. e. *conculcationis*, aut *deſtructionis*, ſcil. proximi. Id חָמָס ſignificat. Vide ad Gen. 6 [l]. *Teſtis injuriæ*, ſeu *injuſtitiæ*, ſeu *injurius*, Ma.

2. *Non ſequêris turbam ad faciendum malum*, לֹא תִהְיֶה אַחֲרֵי רַבִּים לְרָעֹת] *Non ſequêris plures*, Sa. (vel *multos*, Ch. Sy. Ar. vel, *non eris poſt multos*, Mo. M. P. Ti. O. A. Ma. Pi. *non cum pluribus*, ο'.) *ad malefaciendum*, Ch. Sy. Ti. *ad mala*, Mo. P. JT. A. Pi. *in malo*, Sa. M. vel, *malitiâ*, ο'. Al. רַבִּים vertunt, *potentiores*, JT. Riv. Non placet, quia רַבִּים non habet articulum præfixum [m]. רַבִּים in prima parte verſûs *multos* ſignificat; in poſteriori, eos *qui majoris ſunt authoritatis*. Ità Hebræi. Et propter hoc ſtatuerunt ſapientes Judæorum, ut ſententiam primò dicant qui ſunt minoris authoritatis, nè formident declinare à ſententia majorum, ſi hi primi dicerent [n]. ¶ *Nec in judicio plurimorum acquieſces*, ità ο'. *non apponêris cum multitudine*, לֹא תַעֲנֶה עַל רִיב] *Non reſpondebis* (*nè loquitor*, JT.) *de*, vel *ſuper*, vel *in*, *lite*, ſeu *cauſa*, Sa. Sy. Ar. M. P. O. Mo. Ma. *non affliges aliquem de lite*, Sa. verſ. [Legiſſe videtur תְעַנֶּה.] ¶ *Ut à vero devies*, לִנְטֹת] *Ad declinandum*, O. P. Ma. *ad pervertendum*, Mo. A. ſcil. *judicium*, M. P. A. *ad deflectendum*, ſcil. *jus*, Pi. Poteſt hic verſus vel *judices* tantùm inſtruere [o], vel *omnes*; vel, prior pars *omnes*, ſecunda *judices* [p].

3. *Non miſereberis*, ità ο'. Ch. לֹא תֶהְדַּר] *Non decorabis*, Mo. O. *honorabis*, Sym. P. O. Sa. JT. *ornabis*, M. Ti. Non ornabis cauſam ejus phaleratis verbis, ut fieri ſolet [q]. *Nè adjuves*, Sy. *non accipies*, Sa. verſ. Bona eſt miſericordia, ità tamen ut judicium non evertat. Vide Pſal. 71. 2 [r]. Imponit multis ſpecies miſericordiæ, aut etiam famæ talis aucupatio. Vide Quintil. l. 12. cap. 7. Non pauci judices (ait Terentius) *propter miſericordiam addunt pauperi**. Propterea Philo ait hîc requiri τὸ ἀνένδοτον πρὸς ἱκεσίας καὶ οἴκτους, (*rigorem quendam inflexibilem ad ſupplicationes & ejulatus*.) *In omni certamine, qui opulentior, etiamſi accipit injuriam*,

[m] A. [n] A. [o] V. ex F. ità M. Jun. [p] O. [q] Riv. [r] A. * F. V. Ma. [t] Riv. [v] Pi. [x] F. [y] Ga. [z] I à O. Ma. [a] F. V. Riv. [b] Ma. [c] O. [d] Ma. Ti. † L. [f] V. F. [g] Riv. [h] L. [i] Me. [k] L. [l] O. [m] Pi. [n] L. [o] Ità Riv. [p] O. [q] O. [r] Me. V. * G.

injuriam, tamen quia plus potest, facere videtur: Salust. Bell. Jugurth[t].

4. *Reduc ad eum*] Qu. Quomodo hoc inseritur inter leges de Judicibus? Resp. q. d. Si misereri vis, non miserere in judicio, sed extra judicium, ubi quispiam, licèt inimicus, tuâ operâ indiget[v]. Hoc præcipitur duplici de causa. 1. Nè animal errans à feris devoretur: Ità eos inducere voluit ad pietatem circa bruta animalia, multò magis circa homines. 2. Quia per talem reductionem inducebatur ad amicitiam reducentis[x].

5. *Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis,* וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ] Locus obscurus, quia Hebræi carent notis interrogationis; nec facilè sciri possit utrùm interrogativè, an assertivè, legendum[y]. Variè reddunt. 1. Quidam interrogativè legunt. *Desines? derelinques illi?* O. *& desines auxiliari ei?* P. *num desines sublevare* (vel, *juvare*) *eum?* V. RS. in F. co. q. d. Minimè, F. co. Vel sic; *Num desines,* scil. auxilio illi esse? *reliquendo illi,* nempe osori tuo, onus sublevandi? O. Ma. *An desineres relinquere negotium tuum propter ipsum?* Pi. *Num cessabis, & derelinques eum?* Ti. *Num aversaberis derelinquere eum?* Sa. vers. 2. Al. assertivè. *Abstine,* vel *cave, nè relinquas eum,* supple, *sub onere*; vel, *illi,* supple, *onus sub quo jacet:* vel, *desine relinquere id ipsi,* ità Onk[z]. *Desines deserere,* sive *derelinquere, eum,* V. Sensus apertus est; *Cessabis dimittere,* h. e. si hactenus deseruisti eum, jam ab hoc cessabis. Deut. 22. 4. clarior est sententia[a]. *Cessabis à deserendo ei,* Mo. Ma. *Abstine à derelinquendo eum in illo statu,* Ar. Al. *Et velles cessare ab auxiliando ei,* A. Ang. *velles non sublevare cum eo,* Sy. Vel sic, *& velles cessare relinquere negotium tuum propter ipsum,* Ang. *Dum abstines à deponendo* onere *illius,* i. e. dum cessas, aut aliud agis[b]. Vel, *& cessaveris à relinquere ipsi,* h. e. & cessaveris à ferendo ipsi opem; vel, non deponendo onus ab ipso[c]. Alii (nempe qui solam *relinquendi* significationem in עָזַב agnoscunt[d],) passivè accipiunt. *Desines relinqui cum eo?* Riv. vel, *quò minùs relinquaris illi?* i. e. ad opitulandum illi, Ma. At תַּעֲזֹב est *relinques,* non, *relinquêris*†. ¶ *Sed sublevabis cum eo,* עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ] Hîc etiam variant. Quidam interrogativè legunt. *Relinquendo relinques eum,* i. e. proximum solum, *cum eo,* i. e. asino? vel, *relinques ei,* scil. onus sublevandi? Minimè; O. Ma. Licèt multoties literam hanc revolverim, nullus mihi sensus isto germanior occurrit[f]. Sic posset verti, *Relinquendóne relinqueres cum ipso?* Di. *num desertum deseres?* Ti. Alii sic, *Omnino relinquito,* supple, *rem tuam:* [ità] T. A. Ang. in quo omnes conveniunt, ait Riv.] Relictis aliis negotiis sis cum eo[g]. Vel sic, *Relinque* quod in corde tuo est *contra eum.* עִמּוֹ accipio pro אֲשֶׁר עִמּוֹ, *quod contra ipsum:* relinque litem quæ cum ipso tibi est[h]. Paulò aliter Chald. Relinquas id quod in corde habes contra eum, & solvas cum eo[i]. Vel sic, *Relinquendo* relinque apud ipsum, vel, *cum ipso:* i. e. operam da ut sublevetur; sed ubi sublevatus fuerit, nè tu onus illud tibi auferas, quia inimici tui est, sed relinque apud asinum[k]. Non relinquas ei onus jacenti, sed relinques ei onus erecto jam in pedes; ut jubeat lex nedum sublevare onus jumento, sed etiam, exonerato ut surgat, rursus imponere onus[l]. Alii sic, *Auxiliando auxiliaberis ei,* Sa. vel, *cum eo,* P. עָזַב non solùm est *deserere,* sed contrariam habet significationem*, & pro עָזַר *auxiliari* sumitur[m]. Ità vox sumitur Neh. 3. 8. & 4. 2. pro *roborare*[n], seu *reparare,* &c. A. *Roboraverunt—ad murum*[o]. Q. τὸ עָזַב sumunt in sensu *sublevandi,* seu *erigendi:* [*Sublevando sublevabis cum eo,* Sy. V. Ma. A.] Quod firmari videtur ex Deut. 22. 4. Ità vocem sumi Hebræi volunt Nehem. 3. 8. וַיַּעַזְבוּ, *& erexerunt,* seu *exstruxerunt, Jerusalem usque ad murum latum;* quod Græci & O. & Jun. perperàm vertunt, *reliquerunt.* [De quo plura vide ad illum locum.] Cui addi potest ex K. Nehem. 4. 2. *Quid facient, &c?* הֲיַעַזְבוּ לָהֶם, *num sibi exstructuri sunt?* (τὸ מעזיבה est *suprema in ædificiis contignationis pars,* apud Talmudistas, teste K.) Vel verti potest, *num munient sibi?* ut עָזַב sit idem quod מָעַז, *munire, roborare;* unde מָעוֹז *munitio, arx.* Sic ergò totum hunc locum

[t] Ge.
[v] Bo.
[x] L.
[y] Bo. O.
[z] Di. sim. AE. et F. co.
[a] M.
[b] Jun.
[c] Ma.
[d] Riv.
† BA.
[f] O.
[g] Ma.
[h] Di.
[i] V.
[k] Di. post D. in quæst. per epist. 100.
[l] Ma.
* A.
[m] Ità K. in M. F. co. A.
[n] F. co. A.
[o] F. co.

verto; *Num erigere,* sive *opem ferre, cessares?* inimicitiæ ratione, &c. adeóne durus & inhumanus exsisteres? *omnino eriges* (jumentum scilicet,) *cum illo,* jumenti scil. domino, licèt hoste tuo[p]. *Bajulando bajulabis cum eo,* Sa. vers. Alii, *dimittendo dimittas cum illo;* i. e. nullo modo deseres eum, sed exonerabis asinum cum eo[q]. Ligamina *solvendo solves cum eo,* ut cadat onus, & surgat asinus[r]. *Omnino deponito cum eo* onus, JT. *omnino relinquito illud,* (nempe, negotium tuum,) & *cum eo* asinum erigito, Pi. Constat in magnis hîc angustiis viros doctos versari; nec puto ullum ex recepta lectione commodum sensum posse elici[s]. Fortè pro לוֹ legendum, לֹא[t]; distinctione Masoretharum neglectâ. לוֹ & לֹא pro se mutuò poni multis exemplis probat Capell. Crit. 3. 10. Sic ergò vertendum; *A relinquendo* (supple, *illo*) *abstinebis: Cum eo* (supple, *inimico illum*) *relinquendo non relinques,* nempe, ut solus asinum erigat, quasi hoc ad te nihil attineret. Ità hæc duo commata idem dicunt: Sed mandatum nostris affectibus tam oppositum ingeminare necesse fuit. Vel, fortè legendum לוֹ לֹא, (ex quibus posterior facilè potuit à Scribis præteriri, quia sunt sono planè similes,) & sic vertendum; *A relinquendo illi* (supple, *asinum sub onere jacentem*) *abstinebis: Relinquendo,* inquam, *non relinques eum eo.* Vel, pro עָזֹב legendum עָזוֹר, ב & ר permutatis, ut fit 1 Reg. 22. 32. וַיָּסֻרוּ *& declinaverunt,* pro quo 2 Paral. 18. 31. est וַיָּסֹבּוּ *& circumdederunt.* Quomodo utrobique Græcos legisse constat, quòd utrobique reddunt, ἐκύκλωσαν[v].

6. *Non declinabis,* לֹא תַטֶּה] *Non pervertes,* P. *Non declinare facies,* V. O. Ma. i. e. Non facies causâ cadere pauperem, quòd pauper sit[x]. Priùs præceperat non honorandum eum in lite; nunc oppositum præcipit[y]. Neq; faveas, neq; adverseris, pauperi in causa[z]. ¶ *Pauperis,* אֶבְיֹנְךָ] *Mendici tui,* i. e. apud te[a].

7. *Mendacium*] Heb. *A verbo mendacii,* i. e. à judicio falso[b]. Videtur enim Judices alloqui[c]. Verbum falsi nec admittas, nec pronuncies[d]. ¶ *Insontem & justum non occîdes*] i. e. Nè sententiâ tuâ morti adjudicaveris†. Chald. sic intelligit, *Eum qui justus exierit à judicio non occîdes.* Sed quorsum hoc? neque enim potestatem habuit Judex innocentem pronunciatum occidere. Meliùs ergò sentiunt qui ex his concludunt, Judicem non posse occidere eum quem scit innocentem, qui tamen in judicio per falsos testes nocens probaretur. Sed præstat in genere interpretari, Nec damnate innocentem, nec reum absolvite[f]. ¶ *Quia impium aversor*] *Non justificabo,* i. e. absolvam, habebo pro justo[g]. Vides hîc significationem forensem τῆς הִצְדִּיק[h]. q. d. Non sinam talem Judicem inultum qui innocentem morti adjudicaverit[i]. Alii sic; Licèt manum tuam exeat talis, (de quo jam dictum) remanet tamen in manu mea ad puniendum[k]. Alii sic; *Ego non justifico impium:* Ergò nec justum condemno. Uno prohibito alterum prohibitum intelligitur; Prov. 17. 15. Et quod ego non facio, Judex non debet facere nomine meo[l].

8. *Excæcant,* יְעַוֵּר] *Excæcabit,* O. Ma. Mo. Vel sic, *evigilare facit,* scil. ad causam ob quam munera accipiunt, quærentes mille vias ad eam evincendam[m]. ¶ *Prudentes,* פִּקְחִים] *Videntes,* O. Aq. P. M. *apertos,* Mo. Ma. *oculatos,* JT. Ti. *sapientes,* Onk. & Aq. in D. Sy. Ità ipse Moses, Deut. 16. 19. ubi hanc legem repetit, & pro פִּקְחִים habet τὸ חֲכָמִים[n]. *Sagaces,* Ar. in BC. ib. Sapiens dicitur habere oculos in capite, cùm stultus in tenebris ambulat, Cohel. 2. 14. In libro Musar 97. 32. vulpes dicitur פקח *aperta inter animantes,* quia versutissima. Et lib. 113. 1. *Cur capita Babyloniorum rotunda sunt? Respondet Hillel senex, Quia non habent obstetrices apertas,* i. e. sapientes. Item 114. 1. *Judices Israel sunt apertiores cane,* i. e. prudentiores; &, *Inter omnes animantes non est apertior cane,* i. e. prudentior. In Michlol *cæci* & *aperti* opponuntur, fol. 16. col. 3[o]. ¶ *Et subvertunt,* וִיסַלֵּף] *Pervertet,* [ità plerique;] *corrumpunt,* Sa. *perturbant,* Sa. vers. ¶ *Verba justorum*] [Ità ferè omnes.] Scil. judicum; ità ut falsam sententiam dicant[p]. *Verba justa,* O. *negotia recta,* Ar. *res,* sive *causas, justorum,* vel *justa,* F. V. Justi dicuntur qui tales antea erant, O. vel, qui tales se profitentur;

[p] Ga. adversaria misc. c. 18. p. 182.
[q] V.
[r] Ma.
[s] BA.
[t] La. BA.
[v] BA. 1. 2. 40.
[x] V.
[y] O.
[z] V. Me.
[a] V.
[b] F. V.
[c] V.
[d] Ma. ex Jun.
† V.
[f] Riv.
[g] V.
[h] Riv.
[i] V. Jun.
[k] L.
[l] Riv.
[m] O.
[n] BC. 1. 16. 470.
[o] D.
[p] Pi.

fitentur; vel, qui tales ex officio esse deberent; ut Pharisæi *videre* dicuntur, & *sani*, qui lethaliter laborabant [q].

9. *Peregrino*] Hîc magistratibus fert leges, alibi privatis, Exod. 22. 21 [r]. ¶ *Scitis animas*, הַנֶּפֶשׁ] i. e. *Animum, voluntatem, & affectum*; quibus satis est id pœnarum, quòd peregrini sunt [s]. Qui, scil. à suis destituti, dejecto sunt animo; quibus proinde afflictio non est addenda [t].

11. *Anno septimo*] Nota, sicut septima hebdomadæ dies erat Sabbatum hominum, ità septimus annus erat Sabbatum terræ. Hic annus *sabbaticus* dicebatur [v]. ¶ *Dimittes eam*, sic O. Ch. תִּשְׁמְטֶנָּה] *Intermittito eam*, Jun. Pi. i. e. culturam ejus. Metonymia subjecti [x]. *Remissionem facies*, (vel, *intermissionem*, Sa.) *& requiem dabis illi*, ο'. Sa. *dimitte & destitue*, Ar. *arabis eam*, *& deseres*, Sy. *requiescat*, A. *relinques eam*, Mo. P. Ti. שָׁמַט & in Hebraismo & in Chald. est *derelinquere*, *deserere*, & *negligere* [y]. *Liberam dimittes eam*, M. Ch. in F. Ma. Qu. Utrùm solùm collectio fructuum prohibetur, an etiam aratio & satio? Resp. Prius putavit August. at posterius verius est [z]. Non coles, nec seminabis eam, sed deseres [a]. Expressum hoc Levit. 25. 4. *Septimo anno agrum non seres, & vineam non putabis* [b]. Obj. Quid ergò à pauperibus colligi potuit? Resp. 1. Vitis, oliva, & aliæ arbores, etiam non cultæ, fructum ferunt. 2. Multa terra sponte protulit [c]. Verùm illa vix quidquam profert præter lolium & inutiles herbas. 3. Multa sparsim & temerè per agros delapsa semina radices agebant. Aliquas fruges tum natas probat manipuli & panum primitiarum oblatio isto anno usurpata [d]. 4. Deus sexto anno promiserat proventum trium annorum, Levit. 25. 20 †. Qua de causa nec sacerdotes (quamvis decimas non accepissent) habuerunt quod conquererentur [f]. Qu. Cur Deus talem legem sancivit? Resp. 1. Ut Ebræi à nimia hujus vitæ cura abducerentur, & discerent à providentia Dei pendere, & in eo spes suas defigere, dum viderent Deum sibi, etiam non serentibus & metentibus, prospicere potuisse [g]. Hæc ratio indicatur Levit. 25. 20 [h]. 2. Ut pauperibus consuleret. Vide Deut. 15 [i]. Consuluit etiam servis & animalibus, ut tum quiescerent [k]. Et sic clementiæ eos admonuit [l]. 3. Nè agros assiduè exercendo exsugerent & steriles redderent. 4. Ut esset creationis symbolum & memoriale; redderetur etiam merces pro habitatione, aut potiùs redemptio ei cujus est terra [m].

12. *Septimo die cessabis*] Hoc præceptum hîc repetitur, nè fortè crederet aliquis 7. diem non esse observandam, quia totus ille septimus annus quieti designabatur [n]. Cùm tria fuerint Sabbata, 1. Dierum, 2. Annorum, 3. Septimanarum annorum; ille ordo & quasi gradus quietis adumbravit progressus spiritualis Sabbati [o]. ¶ *Ut requiescat bos & asinus*] Cato *mulis, equis, asinis, nullas esse ferias dixit*: Colum. Rust. 2. 22 [p]. ¶ *Et refrigeretur*, sic ο'. וְיִנָּפֵשׁ] *Ut respiret*, M. P. O. Ti. *recreetur*, JT. A. *quiescat*, Ch. Sa. Sy. Ar.

13. *Custodite*, תִּשָּׁמֵרוּ] *Cauti estote*, Mo. M. P. A. i. e. magnâ attentione servate [q]. *Observabitis*, Sa. *Cavete vobis*, scil. à transgressione [r]. *Continete (observate*, Ma.) *vos*, JT. Ma. ¶ *Non jurabitis*] Quod nimis restrictum est †. Heb. est, לֹא תַזְכִּירוּ, *non recordabimini*, Ch. Sa. Ar. O. JT. Ma. scil. ad invocandum eos, O. *nè commemorate*, Pi. *non memorabitis*, Mo. ο'. ¶ *Neque audietur*] Nec in juramentis, nec in sermone familiari. Vide Psalm. 16. 4. Ose. 2. 17 [t]. Nec dicas nec facias ea cum Gentilibus propter quæ illi jurant per nomen idolorum [v]. Omnem commemorationem deorum alienorum hîc prohibitam sentiunt [x]. q. d. Non tantùm non colatis, sed nè ullam eorum mentionem faciatis [y]. Nè nomen quidem falsorum deorum pronunciare ipsis permissum, quò longiùs à veneratione abessent. Itaque pro בַּעַל שָׁמַיִן, dicebant בַּעַל זְבוּב; pro בֵּית אֵל, dicebant בֵּית אָוֶן; & ità in cæteris [z]. Hinc Israelitæ mutârunt nomina locorum idololatricorum, Num. 32. 38. Jos. 23. 7. Confer Zach. 13. 2. Hos. 2. 17. Psal. 16. 4 [a]. Non tamen putandum nullatenus licere idola nominare, (quod sæpe fit in Scriptura;) sed non cum honore, non cum desiderio & delectatione. Vide Eph. 5. 3. Non nisi inhonestè & cum detestatione nominandi [b].

q Riv. — r Jun. — s F. V. — t Me. — v T. — x Pi. — y F. V. — z Riv. — a M. F. V. He. in L. Jo. & Ph. in Bo. — b Me. Riv. — c Riv. — d Bo. — † Bo. Riv. — f Riv. — g Riv. Bo. T. — h Bo. — i Bo. Riv. T. — k Riv. — l T. — m Riv. — n Riv. ex L. — o Riv. — p Ga. — q V. simil. Sy. — r Pi. — † Riv. — t Jun. Pi. — v RS. in L. — x F. — y F. V. — z G. — a A. — b Wil. Riv.

Ex hoc loco colligunt Judæi non pronunciandum nomen יֵשׁוּעַ *Jesu*; & sic fortè faciunt, seipsos mulctant, &c [c]. dicúntque יֵשׁוּ, quod sic blasphemè exponunt, יִמַּח שְׁמוֹ וְזִכְרוֹ, i. e. *Deleatur nomen ejus & memoria ejus* [d].

14. *Tribus vicibus*, sic plerique, רְגָלִים] *Tribus temporibus*, Ch. ο'. A. *tribus ambulationibus*, q. d. ter movendo pedes, O. *Tribus pedibus*, i. e. triplici, sive ter repetitâ, pedum motione, h. e. profectione Hierosolymam †. Tribus itineribus pedestribus [f]. Plures enim pedestri itinere profecti sunt [g]. *Pascha* memoria exitûs ab Ægypto; *Pentecoste*, ingressûs in Canaan; *Scenopegia*, commorationis in deserto. Th. Qu. 2. 54 *.

15. *Tempore mensis novorum*] i. e. Novarum frugum [h]. *Tempore mensis spicæ*, O. ¶ *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, sic ο'. Ch. simil. Sa. Sy. JT. לֹא יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם] Ad verb. *Non videbuntur facies meæ inanes*, V. vel, *vacuè*, Mo. vel, *in vacuitate*, Ma. i. e. non sine muneribus [i]; tum ad cultum Divinum, tum ad Levitarum sustentationem [k]. Ut suam fidem animíque gratitudinem erga Deum testarentur [l]. Alii sic exponunt, q. d. Nè pigeat vos toties ire Hierosolymam, quia nunquam frustrà venietis; semper aliquid gratiæ reportabitur; non dimittam vos vacuos [m]. Arca fœderis hîc vocatur *facies Dei* [n]. *Nè adfueritis sanctuario meo vacui*, Ar.

16. *Et solennitatem messis primitivorum*] Sic ο'. Ch. Sa. M. P. Mo. O. Riv. *festum messis primitiarum*, Ar. JT. *festum messis, initium frumenti vestri*, Sy. *festum messis præcocium fructuum*, Ti. ¶ *Operis tui*, מַעֲשֶׂיךָ] *Operum*, vel *laborum, tuorum*; tunc enim colligebant quæ seminaverant [o]. Festum hoc Pentecostes, quo incipiebat segetum messis, Deut. 16. 9 [p]. Imò (*festum*) messis peractæ, ut Pascha inchoatæ. Pascha principium, Pentecoste finis: illius indicium manipulus frugum, hujus panes fermentati, Levit. 23. 10, 17 [q]. Qu. Quomodo hoc festum dicitur *primitivorum*, cùm in festo Paschatis spicæ offerebantur? Resp. 1. Quia primi panes tum offerebantur, ut antea primæ spicæ. 2. Tunc omnes primitias omnium laborum attulerunt, antea pauculas tantùm [r]. ¶ *In exitu anni*] i. e. Circa exitum. Sic loqui maluit quàm, *in principio anni*, ut causam festi indicaret, quæ erat gratiarum actio pro frugibus anni elapsi [s]. *In reversione anni*, nempe, cùm annus redibat ad principium [t]. ¶ חַג הָאָסִף] *Festum*, vel *solemnitas, collectionis*, [ità ferè omnes;] συγκομιδῆς, *comportationis*, Sym. in D. συνεισφορᾶς, Sa. i. e. quando fruges simul inferuntur in horrea [v]. Hinc constat Hebræis duplex fuisse anni initium; 1. in Martio, 2. in Autumno [x]. Et hic erat vulgaris & civilis annus [y]. ¶ *Quando congregaveris*] *Festum Tabernaculorum*, cùm colligebantur omnes fructus totius anni [z]. Dicitur σκηνοπηγία. Vide Levitic. 23. 34. Num. 29. 12. Deut. 16. 13, &c. & quæ ibi notata [a].

17. *Omne masculinum*, כָּל־זְכוּר] *Omnis mas*: nempe, qui sui juris erant, adulti, valentes [b]; quíque iter facere possent [c]: imò etiam liberi, Luc. 2. 42, 43. Vide Matt. 21. 15. Ità Esteius [d].

18. *Non immolabis super fermento*] Ità ο'. Ch. M. vel, *fermentato*, Sy. Ma. O. *cum fermento*, Sa. P. Ti. vel, *fermentato*, JT. A. Sequitur, *Sanguinem sacrificii mei*, i. e. Paschatis, per Synecd. generis. Ità habent Onk. Jon. item Saadias, & RS. & AE. & omnes He. quod quidem sciam †. Probant ex loco parallelo, Exod. 34. 25. ubi legem Paschatis disertè meminit [f]. *Non mactabis*, i. e. Non mactando fundes, (unum verbum sæpe ponitur pro duobus,) sanguinem sacrificii mei [g]. i. e. Antequam immoles victimam Paschalem, removebis fermentum [h]. Ego accipio de omni victima, quòd scil. non juguletur simul cum pane fermentato [i]. At verò in aliis sacrificiis Ebræi, agitantes convivia ex carnibus sacrificiorum, poterant uti pane fermentato. Dicitur Levit. 2. *omnis oblatio* (scil. ex rebus inanimatis, ea propriè מִנְחָה erat,) *absque fermento fiet*. Fermentum symbolum corruptionis etiam Ethnicis. Plutarchus Quæst. Rom. 109. scribit, non licuisse Flamini Diali fermentum tangere; quòd & ipsum natum ex corruptione, & farinam cui admiscetur

c F. — d La. — † Pi. — f A. — g AE. in F. — * Ga. — h Riv. — i V. Pi. L. F. — k Me. — l F. — m F. co. — n D. sim. V. — o Riv. — p Jun. — q Ful. misc. 3. 11. — r Wil. — s La. — t O. — v D. — x O. La. — y Ma. — z V. Pi. — a G. — b A. — c Pi. — d Ga. — † BA. 1. 2. 50. 573. — f BA. Riv. — g Glas. gram. p. 229. — h V. F. M. L. Me. Jun. Pi. A. Bo. — i O.

admiscetur corrumpat [k]. ¶ *Necremanebit*] Heb. *nè pernoctato*; scil. vel apud offerentem, vel apud Sacerdotem [l]. ¶ *Adeps solennitatis meæ*, חגי] *Festi mei*, Pi. Jun. A. BA. nempe *Paschæ*, ex Exod. 34. 25 [m]. *Victimæ meæ*, V. O. i. e. hostiarum quæ mihi occiduntur [n]. Adeps recens statim adolendus erat, tum quia faciliùs corrumpitur; tum etiam ut promptitudinem suam & alacritatem testarentur; & nè carnes sacrificiorum cum communibus miscerentur [o]. Quia carnes, cùm in alteram diem servantur coctæ, vel assæ, insipidæ sunt & despectæ. Et nè Sacerdotes sibi servarent & comederent quod Dei erat [p]. Multi (ex his etiam qui priorem partem de Paschali victima accipiunt) hanc posteriorem partem de aliis sacrificiis exponunt. Sed meliùs totum refertur ad Pascha, quod *festum* dicitur κατ' ἐξοχήν [q]. Omnis adeps Deo sacer erat, Levit. 3. 16. 2 Chron. 35. 12, &c [r]. De agno autem Paschali nihil præter adipem Deo offerebatur, quippe quum is totus (excepto adipe) ab offerentibus esset comedendus. Vide 2 Chron. cap. 35. 12, 14 [s].

19. *Primitias frugum*] Sed quid erant hæ primitiæ? Resp. Nusquam Moses indicat. Dico fuisse primam partem frugum & fructuum annuorum. Vide Num. 5. & 18 [t]. Hîc repetitur, ut doceret etiam septimo anno hoc præstandum, licèt nec seminarent nec colligerent [v]. Idem fecisse Ægyptios docet nos Diodorus. Plinius de antiquis, *Nè degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libâssent*; l. 18. c. 2. Tantâ autem religione hoc servatum ab Judæis, ait Josephus, ut etiam in fame illa quæ fuit Claudio Romæ imperante, hæ fruges aliæque Deo dicatæ intactæ ab omnibus in Templum pervenerint [x]. ¶ *Non coques hœdum in lacte matris suæ*] Ità vertunt o'. Sa. Sy. Ar. Dicunt Hebræi, hoc intelligendum nedum de hœdo, verùm & de ove & vitulo [y]. Ità Isaacus Arama & alii [z]. Quidam propriè & ad literam accipiunt. Nè coquas pecudem in lacte matris vice aquæ [a]. Hoc (reliquis expositionibus) simplicius videtur [b]. Ità multi interpretes & Judæi [c]. Hoc autem prohibitum volunt, 1. in detestationem idololatriæ, quia aliqui idololatræ sic coquebant carnes idolis immolatas [d]. Id fieri à vicinis solebat *. Ità Rambam, teste R. Bechai, & Abarbanel, (qui ait eos id obtulisse tempore collectionis frugum, sperantes ob id largiorem proventum †. Ità Karraita in Gregor. Notis & observat.)& Maimonides in Gregor. qui refert ad vias Amoritarum; licèt fatetur se nondum hoc in libris Zabiorum (i. e. orientalium idololatrarum) invenisse. At ibi potuit esse, licèt Maimonidem latuerit [f]. Certum est hoc referri ad ritum aliquem idololatrarum: qui aliter sentiunt, locum non interpretantur, sed eludunt. Verùm in hoc inveniendo multum operæ deperditum [g]. Dicit Tostatus, Gentiles solitos fuisse sacrificare hœdum in lacte matris coctum deo agrorum, ad fertilitatem obtinendam: Sed hoc certum esse ipse negat [h]. Verum est, Sylvano, deo sylvarum & agrorum, lac præcipuè oblatum: pariter hœdum & lac oblata in sacrificiis Bacchi. Notat quidem Simlerus Hebræorum aliquos dicere, Ismaelitas solitos hœdum in lacte coquere. Abarbanel quidem ità dicit, eósque hoc facere in hunc usque diem. Sed vide Ab. Ez. ad locum [i]. Hic sensus mihi probaretur, si morem illum probarent; de quo nihil uspiam legitur, quod sciam [k]. Ejus moris vix exemplum dari poterit [l]. Nec verisimile est hunc illis fuisse morem [m]. Incerta hæc esse fateor; sed & æquè incertum est, nihil tale tum in usu fuisse. Et quid mirum in tanta vetustate vestigia talis ritûs non superesse, cùm profani omnes scriptores quos habemus Mose posteriores sunt multis seculis? De solo hœdo vetatur, non de agno; quia vicini populi solùm hœdum ità coquebant. Nec deerant rationes. Nonnisi carnem tenerrimam in lacte posse coqui planum est; quia nisi esset tenerrima, non coqueretur tam citò quàm ipsum lac, quod ferè momento coquitur. Porrò, caro tenerrima non est nisi in animalibus recèns natis. Ex talibus solus hœdus ad cibum est idoneus, quia siccior. At pessimè sibi consuleret qui agnos comederet in lacte coctos, quia humidissimo humidissimum sic ad-

[k] Riv. [l] Pi. [m] Ma. [n] V. [o] Riv. [p] O. [q] Bo. ità Pi. A. [r] A. [s] Pi. [t] Bo. [v] L. [x] G. [y] M. [z] Muis. [a] Riv. [b] Ma. BA. 1. 2-52. [c] Riv. [d] L. * G. † Muis. [f] Greg. obs. c. 19. [g] Greg. ib. [h] Wil. [i] Greg. obs. ib. [k] Muis in var. sacr. [l] Riv. [m] Greg.

moveret [n]. Docet Maimonides, præcepta hujus generis respicere ad ritus Ethnicos non solùm idololatricos, sed præcipuè magicos & superstitiosos [o]. 2. Alii prohibitum hoc volunt, quia crudele hoc erat, *ut fieret interempti condimentum quod est viventis nutrimentum*, ut ait Clemens Alex. 2. Strom [p]. Ut illud hœdo aut agno in supplicium vertatur, quod erat ad delectationem. Hic sensus germanior & simplicior cæteris videtur [q]. Et quamvis hœdus occisus hoc non sentiat, tamen in decoquentis animo crudelitatis speciem habet, ut rectè Thomas [r]. Docere voluit Deus mansuetudinem etiam erga bruta animantia, multò magis erga homines †. 3. Alii prohibitum volunt hîc luxum; novámque hanc condiendæ carnis rationem luxum & delicias indicare; proinde jure prohiberi. At nusquam consuetudo hæc fuit. Alii sic exponunt; *in lacte matris*, i. e. *quamdiu lac sugit*, i. e. recentem nimis à partu, (cùm sub ubere matris est, ità Levit. 23. 18.) Tunc substantia magis est lactea quàm carnea [r]. *De Tiburtino veniet pinguissimus agro Hœdulus, & toto grege mollior, inscius herbæ, Qui plus lactis habet quàm sanguinis*, ait Juven. 11. Et Prudentius, de puerulo carnificis manu lacerato, Coron. 10. *Tenerúmque duris ictibus tergum secant, Plus unde lactis quàm cruoris defluat* [v]. Hæc interpretatio aptissima videtur [x]. [Sed hîc etiam variatum est.] Q. sic; Nè offeras mihi hœdum, postea coquendum ministerio sacerdotum, dum matris lac sugit [y]. At hoc exsibilat, quòd Samuel, c. 1. 7. obtulit agnum lactentem [z]. Et octavo die poterat offerri, Exod. 22. 30. Levit. 22. 27 [a]. Respondetur, 1. Si ad Paschalem agnum vel hœdum refertur, (ut videri posset ex Exod. 34. ubi repetuntur hæ duæ leges, expressâ mentione Paschatis factâ,) cessat omnis difficultas, & intelligendum hoc de præscripta ætate agni vel hœdi, qui certè ablactatus esse debuit [b]; imò anniculus [c]. 2. Agitur hîc de usu in cibo ordinario, non de usu sacro, (tum enim necessitas religionis à crudelitate excusabat.) Licuit Deo offerre post 7 dies, non licuit comedere nisi ablactatum [d]. [Non placet Bo. Ma. BA.] Quia quicquid per Legem sacrificare licuit, licuit & comedere. Nihil interdictum (*vel ad sacrificium, vel ad usum*) nisi quod legaliter immundum erat † Alii sic; Ne sacrificiis primitiarúmve nomine offerto ullam pecudem cùm adhuc est lactea & recèns nata, i. e. ante 7 dies: Exod. 22. 30. & 34. 26. Levit. 22. 28 [f]. Qui sic exponunt hoc potissimùm fundamento niti videntur, quòd, ut Exod. 22. 30. legi de primitiis Deo offerendis subjicitur lex de pecore ante 8. diem non offerendo; ità Exod. 23. 19. & 34. 26. eandem legem de primitiis inibi repetitam sequitur lex de *hœdo non coquendo*, &c. Quod Deut. 14. 21. ideo rursus volunt interdici, ut non sacer solùm, sed & privatus, talis hœdi usus prohibeatur [g]. Non placet hic sensus, quia hœdus tam est in lacte matris quamdiu lactatur, quàm primâ hebdomade [h]. Rationes hujus legis hæ erant. 1. Sic consultum munditiei ciborum, & hominum sanitati [i]. Agni lactentes pessimum dant sanguinem, ait Is. Ben Salomon de Diætis [k]. 2. Sic admonuit Deus parcendum infirmis, & patienter ferendas esse eorum infirmitates [l]. 3. Vult hæc lex, ut in animantibus brutis discamus humanitatem quam debemus proximo exhibere. Nam mater hœdi toleravit duros dolores in partu, post quos nondum à partu confirmata est. Crudele igitur, si mox calamitatem calamitati adderes [m]. Qui sævi sunt in animalia plerumque in homines crudeles sunt: ideóque qui puer Athenis cornicum oculos configebat, judicum sententiâ damnatus fuit; & crudelissimus fuit Domitianus, muscarum interfector [n]. Alii sic intelligunt; *in lacte matris*, i. e. cum matre lactante. Nolo simul coquas hœdum & ejus matrem. Id crudele esset [o]. Sic Deut. 22. 6, 7. pulli tantùm comprehendendi erant, dimissâ matre [p]. Interpretatio hæc dura videtur [q]. Alii sic; *Non comedes carnes cum lacte*. (Per *hœdum* generaliter carnem intelligunt.) Ità Par. Chald. quem Judæi omnes sequuntur [r]. *Popule mi, domus Israel, non potestis coquere nec comedere carnem & lac permixta simul* †. Si illicitum est simul coquere, multò magis simul comedere,

[n] BA. ut suprà. [o] Greg. ubi suprà. [p] Men. [q] O. Muis. BA. [r] BA. † Muis. [r] Riv. [v] Ga. [x] Riv. [y] V. [z] O. [a] Ma. [b] Riv. [c] F. [d] Riv. † BA. 636. [f] Jun. Ma. Wil. [g] BA. ib. 635. [h] BA. p. 636. [i] M.F.Riv. [k] Gregor. not. & obs. c. 19. [l] Riv. post M. F. [m] F. Riv. [n] Riv. [o] E. [p] F. [q] O. Wil. [r] F. co. ità Targ. J. † Bi.

dere, inquiunt Thalmudistæ[t]. Et sensum hunc praxi suâ universali ultra memoriam confirmârunt Judæi[v]. [Non multùm displicet hic sensus Greg. nec A.] Vel, prohibetur hoc loco mixtura *ciborum*, ut alibi *vestium & seminum*, Levit. 19. 19[x]. vel, crudelitas, qualis Deut. 22. 6, 7[y]. Eò superstitionis venerunt Judæi, ut carnes & lac in eadem olla non coquant; lac vel caseum post carnes non edant, nisi os antea abluerint; carnes & lac cum eodem cultro non scindant, sed diversos habent[z]. Et habent hac de re justos libros, præsertim librum אִסּוּר וְהֶתֵּר *Issur vehether*, in quo nihil aliud tractatur. Et pro his omnibus huic loco obscuro nituntur[a]. Sunt qui sentiunt hujusmodi præceptorum non esse nimis anxiè indagandam rationem; multa quippe sapienter à Deo esse instituta, quorum causæ vel sapientissimos mortalium latent: Nam quid humanæ mentis acies ad immortalis atque æternæ mentis consilium[b]? Qu. Cur oblationi primarum frugum statim subjungitur hæc lex? Resp. Quòd tempore primarum frugum augescant ac recrescant hœdi[c].

[t] A. [v] Greg. in notis & observ. [x] A. Greg. [y] A. [z] F. co. [a] F. [b] Muis. [c] Muis.

20. *Mittam angelum*] Per hunc alii intelligunt *Mosen*[d]; alii *Josuen*†; alii *Michaelem*, Synagogæ præsidem[f]. Hunc, ut docet Nehemanides, Deus post cultum vituli ab Israelitis abstulit, & minorem Angelum illis dedit cum potestate merè Angelica. Vide infrà 33. 2, 3[g]. Non placet. Quod Jesuitæ volunt, cum Socinianis, fuisse Angelum creatum, nobiscum negant plerique Patres; Athanasius de Communi essent. Pat. & Fil. Hesych. l. 7. in Levit. c. 26. Rupertus in h. l. & alii. Ità Masius in Jos. 5. qui hoc ex Gerundensi citat; *Iste Angelus* (qui in rubo visus est) *idem est qui est Dei facies, ille de quo Vates* Mal. 3. 1. *Angelus fœderis*: quem locum omnes de Messia accipiunt[h]. Et R. Menahem ad hunc locum ex veteribus Rabbinis docet, hunc Angelum esse Angelum Redemptorem, Gen. 48. 16[i]. Sic & alii statuunt[k]. Christus erat quem Israelitæ tentârunt in deserto, 1 Cor. 10. 9. Vide ad Exod. 14. 19[l]. Et constat ex eo, quòd judicium occultorum illi tribuitur, *Non parciturus est*; & ex sequente clausula[m].

[d] Ità Caj. in O. † L. To. in Bo. [f] Me. [g] G. [h] Riv. [i] A. [k] Ità A. Wil. Riv. [l] A. [m] Wil.

21. *Nec contemnendum putes*, אַל־תַּמֵּר בּוֹ] *Nè exacerbes eum*, JT. *nè contradicas ei*, Ar. *nè contendas adversus eum*, Sy. *nè amaricari facies*, Ma. *nec eum ad amaritudinem provoces*, Me. *nè irrita eum*, G. Est enim à מָרַר, Ma. Alii, *nè rebellis sis in eum*, Sa. Mo. M. Ti. simil. Ch. ut sit à מָרָה[n]. *Nè sis incredulus ei*, οʹ. in G. *acquiesce verbo ejus*, Ch. *non prævaricaberis in eo*, Caj. in Bi. ¶ *Non dimittet cùm peccaveris*, לֹא יִשָּׂא לְפִשְׁעֲכֶם] *Non parcet prævaricationi* (*delicto*, Ar. *iniquitati*, Sa. M.) *vestræ*, Mo. P. Sa. Ar. *Non dimittet peccata vestra*, Ch. A. simil. JT. nempe, cùm peccaveris contumaciter: qualia nec Deus condonat, Jos. 24. 19[o]. *Non auferet transgressioni vestræ*, subintellige, *reatum*: quæ phrasis passim occurrit, ut Gen. 50. 17. Exod. 34. 7. Num. 14. 19, &c. Quum נָשָׂא sign. *ferre*, non regit præp. ל, sed art. אֶת[p]. *Nè fortè non remittat delicta*, Sy. *non feret* (*portabit*) *defectionem vestram*, JT. sim. O. *non impunè feret prævaricationes*, Ti. ¶ *Et est nomen meum in illo*] Ità οʹ. JT. Quod nostri sic exponunt, Divina planè ac æqualis cum Patre authoritas[q]. *Nomen meum cum ipso*, Ar. vel, *super ipsum*, Sy. *Nomen meum in intimo ejus*, ut v. 25[r]. Pater in ipso, 2 Cor. 5. 19. & ipse in Patre, Joh. 10. 38. Nomen ejus est, *Jehova justitia nostra*, Jer. 23. 6. Vel, *Nomen*, i. e. Lex, vel Doctrina, (confer Esa. 42. 4. cum Matt. 12. 21.) *mea est in eo*[s]. Nomen meum, personam, auctoritatem & voluntatem, præfert[t]. Est legatus meus; & quæ dicet, nomine meo dicet[v], & in potestate mea[x]. Ch. sic, *In nomine meo est verbum ejus*, i. e. loquetur in nomine meo; sensu non incommodo[y]. Non aget propriâ authoritate, sed secundùm voluntatem mittentis[z]. Refertur ad præcedentia, *Cave à facie ejus*; i.e. Cave tibi ab eo, nè coram eo aliquid iniquum designes[a]. Habebit in se, non longè petendam, vindictæ potestatem: nam nomen sæpe ἐξουσίαν significat[b].

[n] Ma. [o] G. [p] Pi. [q] Riv. [r] Ma. Mo. [s] A. [t] Me. [v] F. V. G. [x] G. [y] Riv. [z] L. [a] V. [b] G.

22. *Si audieris*] Schemo Rabba hîc rectè, *Si ab illo acceperitis, à me accipietis*. Vide simile Joh. 5. 23[c]. *Qui obedit ei, obedit & mihi*, Luc. 10[d].

[c] G. [d] L.

23. *Quos ego conteram*, וְהִכְחַדְתִּיו] *Succîdam*, V. Mo. P. O. *disperdam*, Ch. simil. Sa. Sy. Ar. V. *exterminabo*, M. *auferre faciam eum*, Ma. Propriè est *occultare*; q. d. Ità succîdam, ut nullum eorum vestigium appareat: quod tandem factum, licèt ad aliquod tempus superfuerint†.

† O.

24. *Non adorabis*, לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה] Notat exteriorem actum cultûs[f]; incurvationem corporis[g]. *Non procumbere te facies*, Ma. ¶ *Nec coles*, לֹא תָעָבְדֵם] Notat interiorem actum cultûs[h]. Potiùs notat corporis ministeria circa idola, qualia, offerre sacrificia, donaria, &c[i]. ¶ *Non facies opera eorum*] Idola colendo[k]. Neque hoc solùm, sed ad alia eorum opera naturæ adversantia refertur[l]. ¶ *Statuas*] [Ità plerique.] *Altaria*, Ar. *columnas*, A.

[f] L. [g] O. ità P. [h] L. [i] O. [k] Me. L. [l] O.

25. *Ut benedicam panibus tuis & aquis*] i. e. Cibo & potui[m]. *Omnem speciem cibi vocant panem, & omnem speciem potûs vocant aquam*[n]. i. e. Hæc dabit tibi magnâ abundantiâ[o]. Vel, vilissimus cibus potúsque intelligitur, qui ex benedictione Dei te nutriet; ut Dan. 1. 12, 15[p].

[m] G. post F. V. Me. L. [n] He. in F. [o] F. [p] A.

26. *Non erit infœcunda, non orbata*, Ch. Sy. Ar. מְשַׁכֵּלָה] *Abortiens*, Sa. Mo. P. Ti. JT. O. Ma. A. *abortivum faciens*, M. F. sim. O. Ma. Ità dicitur quæ vel abortivum parit; vel, cujus filii ipsâ superstite moriuntur[q]. At שָׁכַל potiùs est *orbare*, ut Gen. 27. & 43. indéque (quia aborsus orbat parentes) *abortiri*. Sensus est, Non erit qui filios conceptos & natos perdat, sive vulva abortiens, sive pestis, sive hostis[r]. ¶ *Nec sterilis*, וַעֲקָרָה] *Eradicata*, O. Ma. Filii videntur parentum radices. Ut succisâ arbore manent radices, quæ iterum gignunt: ità parentes manere videntur in filiis†. ¶ *Numerum dierum implebo*] Longævus eris[t]. Ad eos annos pervenies quos fert corporis temperatura; quod multum est[v]. Confer Psal. 55. 24[x].

[q] F. [r] O. † O. [t] Me. [v] G. simil. A. Pi. [x] A.

27. *Terrorem meum mittam*] i. Terrebo omnes advenientes te[y]. Impletum Jos. 5[z]. ¶ *Et occîdam*, ità Sa. Pi. וְהַמֹּתִי] *Destruam*, Sy. *perdam*, O. *frangam*, Mo. O. *conturbabo*, Ch. *obstupefaciam*, Ar. *amentes faciam*, οʹ. *tumultuari faciam*, M. Ti. Ut sit ab הָמַם[a]. ¶ *Cunctorúmque inimicorum*, &c. וְנָתַתִּי אֶת־כָּל־אֹיְבֶיךָ אֵלֶיךָ עֹרֶף] *Et dabo* (vel *ponam*, Ch.) *omnes inimicos tuos ad te cervicem*, Mo. *dabo inimicos—tibi*, vel, *ad te*, (vel, *coram te*, Ch. Ar.) *in cervicem*, Ti. vel, *cervicem*, vel, *terga* vertentes, P. Ar. sim. Ti. M. Sy. *dabo—fugitivos*, οʹ. *omnium inimicorum exponam tibi cervicem*, JT. *dabo tibi cervicem inimicorum tuorum*, Sa.

[y] V. [z] L. [a] Ma.

28. *Emittens crabrones*, הַצִּרְעָה] Vertunt, *plagam debilitantem*, AE. quia צָרַעַת *lepra* sign. *morbum, perniciem, calamitatem*, ità Ar. Non placet: Morbus enim Cananæos potiùs detinuisset, quàm è sedibus pepulisset[b]. Alii, *crabrones*, sive *vespas*; ità Hebræi recentiores, excepto AE. Utrumque hâc voce significari puto[c]. *Vespas*, Ch. Sy. οʹ. *crabrones*, Sa. Mo. M. P. Ti. O. A. צִרְעָה dici puto per metathesin, pro רְצָעָה, à רָצַע *perforare*; vel, pro עֲצָרָה, qu. *pressa & constricta*, quia mirè constricta habet ilia[d]. Quidam figuratè accipiunt, pro timoris aculeis†. Sed *terrorem* propriis verbis dixerat; cur ergò figuratis repetit[f]? Non explicantur propriè dicta per metaphoram, eámque inusitatam: Et convellentur omnes historiæ, si liceat sic ad libitum metaphoras fingere in simplici narratione[g]. Alii propriè, *crabrones*, sive *vespas*. Ità Theod. & Procop. & He. omnes, & plures alii, in BA. p. 536. Hebræi dicunt esse genus reptilis volatilis, quod percutiebat oculos eorum, immittens venenum mortiferum[h]. De his agitur Deut. 7. 20[i]. ubi vespa eos in angulos pellit, ibique latentes fodicat; quod de terrore animi dici non potest[k]. Impletum hoc Jos. 24. 12. & Sap. 12. 8[l]. Quamvis Historia Sacra non meminit quo loco & tempore factum[m]. Non dubito fuisse veros crabrones, & hanc plagam similem ei Ægyptiacæ, Exod. 8. 21[n]. Si ad literam interpreteris, nihil momenti objici potest. Obj. 1. Nusquam narratur quando hoc factum. Resp. 1. In genere impletum narratur, quod satis erat; cùm fortasse in singulis pugnis hoc factum. 2. Quis nescit multa obiter referri, loci temporísque circumstantiis planè suppressis?

[b] BA. [c] BA. 2. p. 544. [d] BA. 2. 4. 13. † Ità Aug. in E. A. Pi. Jun. [f] Riv. [g] BA. [h] F. sim. Ge. in M [i] Riv. [k] BA. [l] Me. [m] Riv. [n] Ma.

sis? ut Gen. 36. 24. & 48. 22. Deut. 2. 9, 10, 11. 1 Sam. 6. 5. Obj. 2. At quis credat vespas Cananæos à sedibus suis fugâsse? Resp. Similia in aliis historiis occurrunt. Sic enim varios populos sedibus suis pulsos legimus: *à ranis* populos circa *Pæoniam* & *Dardaniam*, testibus Athen. l. 8. Agatharcide l. 5. Diod. l. 3. Ælian. 17. 41. Plin. 8. 29. Justin. l. 15; *à muribus Chalcidenses* & alios, testibus Heraclid. de Politiis, Plin. 8. 29. Theoph. cap. 57. (qui auctor est mures, cùm incolas fugâssent, rosisse ferrum;) *à scorpionibus Æthiopas* quosdam, Diod. 3. Strabo 16. Plin. 8. 29. Ælian. 17. 40 *à culicibus Myusios*, in Pausaniæ Achaicis. Sed ut pressiùs agamus, non paucis infestæ erant *vespæ*. Sic Herod. *Terpsich.* inquit, *Apes loca trans Istrum obtinent, nec propter illas ulteriùs progredi licet.* Et Iamblichus in *Babylonicis*, *Fugiunt* (inquit) *Babyloniorum copiæ apum insultu divexatæ. In Creta Rhaucios*, (Ælian. 17. 37.) & (quod maximè ad rem facit) *Phaselitas sedibus pepulerunt vespæ*, Ælian. 11. 28. Hos (*Phaselitas*) verosimile est ex eorum fuisse numero quos vespæ tempore Josuæ è patrio solo migrare coegerant, quíque in montana Phaselidis coloniam deduxerunt. Suadet hoc, quòd Josuâ non multò recentior Bellerophontes in hos dimicâsse legitur in Homero, (Il. ζ'. vers. 184. & 204. BC. p. 389.) *Phaselitæ* hi, id est *Solymi*, (qui Solymos montes occupabant Phaselidi urbi imminentes, teste Strab. l. 14.) Phœniciæ erant originis. Proinde eorum regionem Φοινίκην vocant Plut. in Alex. & Smyrnæus (l. 3. vers. 233. BC.) Et ad tempora Xerxis incolæ Phœnicium sermonem incorruptum servârunt, teste Chœrilo apud Jo. l. 1. contra App.[o] *Solymi* quondam appellati sunt & *Pisidæ*, Plin. 5. 27. & *Cabalenses* in Strabone, & *Termissenses*, (sed lege *Telmissenses*,) Strab. l. 13. in Caria; & *Milyæ*, (qui prope Termessum) Herod. l. 1. Adde quòd *vicini Lyciorum Solymi Saturnum inprimis colebant*, teste Plut. de Defectu oraculorum. Saturnus autem apud Phœnices & Pœnos in maximo fuit cultu[p]. Dicunt Hebræi crabrones pugnantibus Cananæis occurrisse, ac oculos eorum, nè pugnare possent, percussisse[q]. Numerantur hîc tantùm tres gentes, quia hæ solùm videntur hoc incommodum sensisse[r]. צִרְעָה est *lepra*; cum qua hæc musca convenire poterat vel colore, vel fœtore; vel fortè leprosis infesta erat†.

29. *Nè in solitudinem*] Fertilis ergò & ampla Cananæa, cujus fruges tres milliones hominum absumere non poterant[t].

31. *A deserto*] Nempe, Libano & Antilibano; uterque enim mons plenus feris & sylvis, & paucos habet incolas[v]. At *desertum* potiùs est terminus Australis Libano oppositus[x]. Desertum Ægypti[y], vel Arabiæ[z], proculdubio *Sur*. Vide Exod. 15. 22. Gen. 16. 7[a]. ¶ *Ad fluvium*] Sic Ch. Sa. Sy. Euphratem omnes intelligunt, Ma. ità o'. Ar. A. M. V. D. [De hoc loco & terminis hujus terræ plura vide ad Jos. 1. 4.]

32. *Non inibis fœdus*, לֹא תִכְרֹת] *Non percuties eis*, P. O. Victimas feriebant cùm fœdus inirent[b]. [Vide quæ ad Gen. 15. 18.]

33. *Nè peccare te faciant in me*, ità Sa. לִי] *Mihi*, Mo. *ad me*, o'. *coram me*, Ch. Sy. Peculiariter *peccare* dicuntur qui falsos deos colunt. *Jeroboam*, *qui fecit Israel peccare*. Confer Sirach. 49. 1. & Thren. 1. 8[c]. *Nè reum te peragant apud me*, Sa. vers. ¶ *Si servieris*, &c.] Ità A. vel, *quia servies*, Ma. A. ut accidit Jud. 1. & 2[d].

o BA. 2. 4. 13. — p BC. 1. 6. — q O. — r Riv. — † O. — t Me. L. La. — v Quistorp. — x Bo. — y L. Jun. — z Me. — a Ma. Jun. Pi. — b O. — c D. — d A.

CAP. XXIV.

1. *Moysi quoque dixit*] Verte, *Ad Moysen autem dixit*, Pi. JT. q. d. Quæ hactenus recitata sunt ad totum populum pertinent; id autem quod sequitur ad Mosen in specie†. ¶ *Ascende*] Nempe, postquam superiora jura populo proposueris, & cum eis fœdus pepigeris: hoc enim mandatum repetitur vers. 12[f]. Præceptum *ascendendi* ante datas Leges fuit[g]. At nostri, contrà, post data decem Præcepta hoc factum volunt[h]. ¶ *Et septuaginta*] Qu. Quinam erant hi 70? Resp. 1. Arbitrio Mosis electi erant[i]. 2. Eosdem illos fuisse qui Num. 11. prophetârunt, quidam volunt[k]. Hi, ex consilio Jethronis electi, Exod. 18. hîc confirmantur in officio revelatione cœlesti[l]. Obj. At illi electi sunt post discessum à monte Sinai, Num. 11. Resp. Imò verò illos jam antea pro Senioribus habitos liquet ex Num. 11. v. 16[m].

2. *Solúsque Moses*] Nempe, cum Josua[n], qui erat minister ejus. Cum domino & artifice semper admittitur minister & instrumentum[o]. Tres hîc gradus notandi: 1. Populus subsistit ad montis radicem; 2. Aaron & reliqui veniunt ad partem medianam; 3. Moses cum famulo accedit ad summum montis[p]. Commendat hoc distinctionem graduum & officiorum in Ecclesia[q].

3. *Venit Moses*] Credo hæc ponenda in principio capitis; frequentissimum autem est in S. S. sententias transponi, & rei gestæ ordinem negligi. ¶ *Et narravit plebi*] סִפֵּר sign. *numerare*, & indè, (quia narrans unum post aliud narrat, acsi numerâsset) *narrare*[r]. Ut illi assensum præstarent, & Legem admissam firmiùs retinerent†. ¶ *Judicia*] Jura 4 prioribus capitibus explicata[t]. ¶ *Faciemus*] Nondum enim noverant τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, Rom. 8. 3[v].

4. *Scripsit universos sermones*] Mirum valde quòd hæc omnia mente retineret, & postea scriberet[x]. Decalogum scripsit Deus in Tabulis lapideis, Exod. 31. 18. Reliqua scripsit Moses in libro, Hebr. 9. 19[y]. ¶ *Duodecim titulos*, ità Sy. מַצֵּבָה] *Statuas*, O. Ma. V. Mo. *monumenta*, Ar. *stationes*, V. Ma. *columnas*, Ti. V. Ma. G. *lapides*, o'. Erant 12 lapides erecti[z]; (ad ostendendam pacti perpetuitatem, quum lapides diu durant[a].) Alii sic; ex 12 illis saxis unum altare constructum est[b]. Alii 12 altaria faciunt[c]. ¶ *Per duodecim tribus*] Vel, *secundùm* (*in*, o'.) *duodecim tribus*, Sy. Ar. Mo. A. *Pro 12 tribubus*, i. e. ut essent 12 tribuum symbolum[d].

5. *Misitque juvenes*] Vel *pueros*, [ità plerique,] quibus administris Moses in sacrificio uteretur, cùm solus omnia præstare non poterat†. *Primogenitos*, vertunt Onk. & Jon. & Ar. & AE. & RS. in BA. 1. 2. 50. 575. ità L. Me. Jun. A. Hi ante sacerdotium institutum erant sacrorum administri, Exod. 13. 2[f]. Vide Num. 3. 41[g]. ¶ *Vitulos*] Per appositionem dictum[h]. Hæc ut præcipua nominantur, sed oblata erant & alia, boves & hirci, ut docet Apostolus, Heb. 9. 19*. & colligitur ex versu 5. hujus capitis, ubi *holocausta offerunt*, in quibus hirci solebant offerri, Levit. 1. 10. Num. 7. 27[i].

6. *Fudit super altare*] Quod Deum repræsentabat fœdus cum populo ineuntem[k]. Atque adeò *super librum*, juxta Heb. 9. 19[l]. quem deposuit vel in altari, vel circa altare[m], ut ex eo sanctificaretur[n]. Pariter *Lucianus*, in libro de *Sacrificiis*, *Sacerdos*, inquit, *sanguinem aræ circumfundens*[o]. Ità Deus more prisco fœdus sancit sanguine, & ostendit se cum illis quàm humanissimè agere, ut parem cum pari, nec nisi consentientibus Legem dare velle[p].

7. *Volumen fœderis*] Heb. *librum*, &c. Sed quem librum? nam Tabulam & Legem nondum de monte attulerat. Resp. 1. Librum qui scriptus erat de creatione mundi usque ad dationem Legis[q]. 2. In hoc libro non erant scripta decem Præcepta, sed tantùm illa 57 præcepta priùs memorata: Et hæc quidem dedit Deus, quia ista populus recipere & observare non poterat. Nec credibile est Deum voluisse illos jurare se præstituros eam Legem, quam nec audire ferrent; Nec opus erat ea populo prælegi, quæ ex ore Dei audiverant; nec scribi in Tabulis lapideis, quæ hîc inscripta erant. Perpendant hoc qui existimant Sabbatum (prout in Decalogo habetur) Judaicum esse & ceremoniale[r]. 3. Præcepta Legis intellige quæ Exod. 20. 21. 22. & 23. habentur†. Librum in quo continebantur promissiones Dei, & stipulationes, sive leges, per quas populus officii sui erga Deum ex fœdere monebatur[t]. ¶ *Legit audiente*

† Pi. — f Jun. Pi. O. — g O. He. in L. — h L. — i To. in Bo. La. — k Ità Bo. Riv. Walth. — l Walth. — m Bo. Riv. — n Riv. ad v. 13. — o Bo. ad v. 13. — p Riv. A. — q Riv. — r O. — † Me. — t Ma. sic Bo. — v Jun. A. — x O. — y A. — z O. Me. — a O. — b L. Me. — c L. — d Pi. — † O. — f Jun. Pi. A. — g A. — h V. — * A. — i Walth. — k Jun. Pi. — l A. — m Walth. — n A. — o BA. 1. 2. 33. 324. — p T. — q RS. in M. — r Li. spicil. in Exod. — † Walth. — t Jun. Pi.

diente populo, [וַיִּקְרָא] *Altè, seu magnâ voce, legit*, O. *clamavit*, O. Ma. Nec sine miraculo potuit à toto populo audiri: sed crediderim eum sæpius in diversis locis, aut eadem diversis auditoribus, le-
[v] O. gisse [v].

8. *Respersit in populum*] i. e. Super 12 columnas,
[x] Pi. Jun. quæ populum repræsentabant [x]: etiam super duode-
A. T. Li. cim juvenes è primogenitis [y]: vel, super Seniores po-
spicil. puli, qui manus loco populi imponunt, Levit. 4. 15.
[y] T.
[z] Jun. Deut. 21. 2 [z]: vel, super totum populum qui ac-
[a] Riv. cesserat [a]. At Ch. habet, *aspersit super altare, ut pro-*
Walth. *pitiaretur pro populo.* Effusio & aspersio sanguinis significat, 1. Fœdus stabile fore & firmum, etiam
[b] Me. cum vitæ discrimine [b]: 2. Transgressorum Legis
[c] L. sanguinem debere effundi [c].

10. *Et viderunt Deum Israel*] *Viderunt gloriam Dei*, Ch. vel, *angelum Dei*, Ar. *locum ubi steterat Deus*, ό. [At Sa. vers. habet, *metuerunt Deum Israel*; quasi
[d] O. à יָרֵא *metuit.*] i. e. Quandam ejus similitudinem [d],
† T.L. Me. humanâ & augustâ specie †. Sed id incertum [f]: &
[f] Ma. multa obstant. 1. Quòd Deum nemo vidit, 1 Tim.
[g] A. 6. 16 [g]. 2. Noluit se Mosi ostendere effigie huma-
[h] O. nâ [h]. 3. Quòd dicitur Deut. 4. 15. *Non vidistis ul-*
[i] To. in *lam similitudinem*, &c [i]. At notat T. non plebem vi-
Riv. disse, nè idolum fingeret, sed tantùm Seniores. Respondetur; Si principes vidissent, non potuit Deus
[k] Riv. ità loqui [k]. Alii exponunt, *Deum*, i. e. signa præsen-
[l] Jun. Pi. tiæ Divinæ [l], nempe, nubem splendidam, è v. 15 [m].
A. Riv.
[m] Ma. ità Viderunt solùm pedes [n]. Formam quandam val-
Riv. de lucidam, velut hominis tergum obvertentis [o].
[n] O. ¶ *Quasi opus lapidis sapphirini*, [כְּמַעֲשֵׂה לִבְנַת הַסַּפִּיר]
[o] G. *Velut opus lateris* (vel *lateritium*, Sa.) *sapphiri*, sive *sapphirini*, Sy. M. P. Sa. O. Mo. Ma. V. L. Dicunt Hebræi, Deum voluisse illis in memoriam revocare molestias Ægypti in conficiendis lateribus, & quòd ex populo servili liber ac Divinus factus esset; ut lutum illud jam in pretiosissimum lapidem mutatum vi-
[p] F. V.L. deretur [p]. *Quasi opus lapidis pretiosi*, Ch. Sapphirus
O. cærulei coloris est, & aureis punctis collucet [q]. Alii
[q] F. V. legunt, *quasi opus albæ sapphiri*, & sapphirum candidi
[r] V. ex F. coloris esse dicunt [r]. *Simile quid candori adamantis*, Ar. Alii, *velut opus mensæ sapphirinæ*; i. e. ex sap-
† V. phiro lata & complanata in modum mensæ †. ¶ *Et quasi cœlum*, &c. [כְּעֶצֶם הַשָּׁמַיִם לָטֹהַר] *Quasi color* (*aspectus*, Ch. P.) *cœli cùm serenum est*, Sy. Ch. P. *sicut ipsummet cœlum in serenitate*, Sa. Ar. *velut substantia* (vel *essentia*, vel *corpus*) *cœli in puritate*, vel, *præ puritate & munditia*, V. *quasi robur cœli*, i. e. cœ-
[t] O. lum robustum & forte [t]. Cœlum serenum favorem Dei significavit (observantibus mandata sua;) quemadmodum cœlum nubilum iratum Deum exhibet,
[v] A. Jer. 4. 23, 28. Zeph. 1. 15 [v].

11. *Nec super eos qui procul recesserant*] Seniores, qui à plebe recesserant, & cum Mose in montem
[x] Me. ascenderant [x]. ¶ [וְאֶל־אֲצִילֵי וגו׳] Vertunt, *ad* (*adversùs*, Ar.) *principes*, M. P. Ch. Ar. *ad nobiles*, A. *in laterales*, Sa. vers. *adversùs Seniores*, Sy. *ad separatos*, Mo. O. qu. separatos & segregatos à reliqua
[y] F. co. turba, q.d. egregios [y]. Optimates [z]. *Super separatos*,
sim. Ma.
[z] Ma. i. e. *electos*: ut rectè Græci, Ezec. 42. 6. נֶאֱצַל ver-
[a] G. tunt ἐξείχοντο [a]. Vel, *ad propinquos*; q. d. quamvis appropinquâssent, non læsit illos. Vide Isa. 41. 9. אֵצֶל
[b] O. est *apud, juxta*, Gen. 41. Nehem. 2 [b]. ¶ *Misit manum*] [Ità plerique: sed variè intelligunt.] 1. Q. intelligunt afflatum spiritûs prophetici; q. d. Deus illos non tam largiter afflavit sicut Mosen, qui tantam vim Dei in se sentiebat, ut per 40 dies & noctes nihil ederet ac biberet; illi verò *comederunt*, &c.
[c] F. M. i. e. opus habebant cibo corporali [c]. 2. Non occultavit se eis, sed revelavit. Ità Exod. 33. *Tollam manum, & videbis*, &c. Positio manûs designat occulta-
[d] L. tionem sui; & subtractio manûs, revelationem [d].
† F. V. 3. Non læsit †. *Non intulit manum*, Ti. *non extendit manum*, Sy. *non misit plagam suam*, Ar. non occîdit, aut
[f] Ma. affecit eos ullo malo [f]. Cùm alioquin recepta erat opinio, eos qui vidissent Deum statim morituros;
[g] Ma. O. infrà 33. 20. Gen. 16. 13. & 32. 30 [g]. & Jud. 13. 22. *Nihil illis nocuit.* Sic sumitur *mittere manum*, Ester.
[h] G.
[i] A. 2. 21 [h]. item Nehem. 13. 21. Psal. 55. 21 [i]; & Gen.

37. 22. 1 Sam. 24. 7. Psal. 138. 7 [k]. *Et nullum illis* [k] Riv.
incommodum fuit, Ch. in V. Neque enim temerè, sed Dei jussu, ascenderunt [l]. Et eos non fuisse læsos ar- [l] A.
gumentum est quod sequitur [m]. In Græco est, οὐ διεφώνησεν, *non dissonuit nè unus*: [Ità vertit F. co. At G. [m] V. O. Ma.
vertit, *nemo desideratus est*, ex Num. 31. 49. & Ezec. 37. 11. ¶ *Comederunt ac biberunt*] i. e. Vixerunt, sani, incolumes manserunt, quod synecdochicè
hîc exprimitur [n]. Subaudiri potest nonnihil, sic, *Et* [n] Ma.
viderunt Deum, sed non sunt mortui, imò postea comederunt, ut antea [o]; & alias vitæ functiones exercue- [o] V.
runt [p]. [Ar. habet, *& vixerunt, & comederunt & bi-* [p] Ma.
berunt.] Edebant & bibebant, præ se ferentes signa
lætitiæ & gaudii [q]. Post visionem illæsi convivium [q] F. V.
agitabant [r]. Alii sic; Non edebant, sed tanto gau- [r] Riv.
dio affecti fuissent perinde ac si lautissimo convivio
quodam refecti fuissent †. Sic in *Elle Shemoth Rabbah* † F. ex
dicunt, *pascebant oculos gloriâ Dei.* Vide Luc. cap. Ch.
22. vers. 30 [t]. [t] A.

12. *Esto ibi*] i. e. Mane ibi. Sic 1 Timoth. 4. 15. *in*
his esto, i. e. mane [v]. ¶ *Dabo tabulas*] Hæ erant [v] A.
de sapphiro [x]. ¶ *Et legem*, [תּוֹרָה] A יָרָה *doce-* [x] He. in L.
re, & *descendere*; Doctrina à docente in audientem descendit, ut pluvia, Deuter. 32. vel, à תור *explorare, scrutari*; quòd jugiter sit exploranda & meditanda. Dubium est, an Deus cuncta scripsit, an (quod
potius crederem) decem tantùm Præcepta [y]. [y] O.

13. *Et Josue*] Qui ivit usque ad terminos montis, & ibi fixit tabernaculum, ibíque mansit ad Mo-
sis reditum [z]. Quod patet ex Exod. 32. 17. Quæ- [z] L.
ritur ergò quid fecit; an jejunus mansit, ut Moses? Abulensis censet eum contemplationi vacâsse, ità tamen ut se sustentaret Mannâ cadente, & fonte, Deuter. 9. 21 [a]. ¶ *Ascendénsque*] i. e. A- [a] Riv. ad
scendere volens. ¶ *In montem*] In altiora mon- v. 18.
tis [b]. [b] Me.

14. *Exspectate hîc*] Ad verb. *Exspectate nos hîc*, Ch.
Sy. M. Ti. V. JT. scil. me & Jehovam [c]; vel, me & [c] Ma.
Josuam [d]. *Hîc*, nimirum, vel in castris, vel in infe- [d] O.
riori parte montis, versamini: non autem illos exspectare voluit in declivi montis, tunc enim frustrà
suam illis potestatem delegâsset †. *Sedete*, vel *manete*, † Bo.
nobis hîc, Ar. A. vel, *pro nobis*, A. vel redundat *nobis*, O. ¶ *Si quid natum fuerit quæstionis*, [מִי בַעַל דְּבָרִים] *Quis dominus* (*possessor*, Sa.) *verborum*, Mo. O. V. Ma. מִי pro מִי שֶׁיִּהְיֶה, *is qui fuerit dominus verborum*, i. e. qui causas habuerit loquendi, h. e. qui
habuerit lites [f]. *Qui habuerit judicium*, Ch. ό. vel, [f] V. sim.
negotium, Sa. Sy. Ar. vel, *causas*, O. M. P. Ti. Nomen Ma.
בַּעַל, inter alia, possessionem indicat; & דָּבָר sæpe
pro *negotio*, aut *re*, usurpatur [g]. Alii, *quis superior* [g] Riv.
verborum, i. e. qui fuerit in lite actor; hic enim reo
superior videtur [h]. [h] O.

16. *Et habitavit gloria*, &c.] *Quievit*, Ar. *resedit*, Sa. *descendit gloria Dei*, ό. ¶ *Tegens illum nube*] Tanquam ministrum Dei, ut exponit Maimonides. Solent enim in Synagoga operiri החזנים, qui Epiphanio Ἀζανῖται quibus respondent in Ecclesia Diaconi, ferentes orarium. Nubes hîc significat imbe-
cillitatem intellectûs nostri circa Divina [i]. ¶ *Septi-* [i] G.
mo die] Non statim: voluit Dominus ostendere gra-
vitatem suam [k]; & Mosen præparavit ad Leges re- [k] O.
cipiendas [l]. [l] A. Riv.

17. *Species gloriæ Domini*, ità ό. JT. [מַרְאֵה כְּבוֹד וגו׳] *Aspectus* (*visio*, Ch. M. Ma.) *gloriæ*, Mo. P. Ti. *Visa est gloria*, O. *Vidit gloriam*, Sy. *Aspectus angeli Dei*, Ar. ¶ *Quasi ignis*] *Quasi* non similitudinem, sed rei veritatem, significat; ut Joh. 1. 14.
quasi unigenitum [m]. [m] Me. Riv.

18. *Ingressus medium nebulæ*, [בְּתוֹךְ הֶעָנָן] Vocat Hebraismus esse intra aliquid, *esse in medio*: In Evangelio, *erat navis in medio maris*, i. e. intra mare; in Psalm. *surgebam mediâ nocte*, i. e. intra noctem; Jos. 3. *in medio Jarden*, i. e. intra Jarden, nam solos
pedes intinctos habebant [n]. Dices, Mosen non po- [n] O.
tuisse ingredi, Exod. 40. 35. Resp. Ibi relictus erat naturalibus suis viribus, hîc autem peculiaris voca-
tio, v. 16 [o]. ¶ *Quadraginta diebus*] In quibus nec [o] Walth.
comedit nec bibit, Deut. 9. 9 [p]. In his tamen 40 nu- [p] Me. Ma.

 merantur

merantur sex illi, v. 16 [q]. Dum colloquio & præsentiâ Dei frueretur, non indigebat aliis cibis [r].

q Me. Li. — r Riv.

CAP. XXV.

1. *Locutus est*] Hîc septima est hujus libri Partitio, dicta תְּרוּמָה †.

2. *Ut tollant mihi*, וְיִקְחוּ לִי] *Ut* (vel, *&*) *accipiant mihi*, &c. Ma. Ti. ὀ. Ar. Sa. P. i. e. ut accipientes offerant mihi oblationem, Ma. A. Notant esse Ellipsin verbi conjugati, quam peregrina constructio indicat. Sic Exod. 18. 12. & 27. 20. Gen. 12. 12. & 43. 33 [t]. ¶ *Ut separent mihi*, Sy. vel, *coram me*, Ch. ¶ *Primitias*, ità ὀ. & Ch. *separationem primitiarum*, תְּרוּמָה] *Elevationem*, Mo. M. O. Ma. i. e. oblationem; sic dictam, vel quia, cùm Deo offerebatur, elevabatur sursum; vel, (quod meliùs) quia ex aliis bonis levabatur & separabatur [v]. Alii, *separationem*, ità Sy. M. F. Ar. i. e. de bonis suis separata [x]. Alii, *oblationem*, P. M. Sa. O. JT. A. nempe, spontè factam [y]. ¶ *Qui offeret ultroneus*, אֲשֶׁר יִדְּבֶנּוּ לִבּוֹ] *Cujus sponte offeret cor ejus*, O. P. A. *quibus visum fuerit cordi*, ὀ. *quem spontaneum faciet eum cor ejus*, Mo. Ma. A. *qui cor suum ex munificentia appulerit*, Ti. *quod spontè voluerit cor ejus*, Sa. *cujus animus liberalis est*, Ar. *qui voluerit ex corde suo*, Ch. *quod cogitaverit in corde suo*, Sy.

† V. — t Ma. ex Jun. — v Ma. sim. V. — x F. — y G. He. in M.

4. *Hyacinthum, & purpuram, coccúmque bis tinctum, & byssum*] Quatuor colores in velis quatuor elementorum imagines; coccinum ignis, hyacinthus aeris, purpura maris, byssus telluris. Ut enim intimum adytum mundi supercœlestis, ità Templi pars maxima mundi aspectabilis, ferebat imaginem: Septem lychni, Planetarum; 12 panes, Zodiaci, symbola. Vide quæ ad Matt. 27. 51 [z]. Ità monebantur ministri tabernaculi continuè pro toto mundo, quem repræsentabant, Deo supplicare [a]. Hebræi omnium istorum nominum proprias significationes ignorant; unde constat quàm parùm in hujusmodi rebus eis fidendum sit [b]. ¶ *Hyacinthum*, תְּכֵלֶת] Vel *hyacinthina*: [ità omnes vertunt, præter Sy. qui *flavum sericum*.] Licèt hîc colores tantùm memorentur, non autem materia illis imbuta, *lanam* tamen fuisse sic tinctam docet Paulus, Heb. 9. 19 [c]. docent & Hebræi [d]. *Fila*, seu *lanea*, seu *linea* [f]. Constat hyacinthum fuisse *lanam*, aut *sericum*, quia filari seu neri poterat. Vide Exod. 35 [g]. Hyacinthinum autem colorem vel rubrum purpureum, vel ei simillimum, plerique faciunt. Quod falsum esse, & hyacinthum cæruleum esse cœlóque concolorem, sic probo. 1. Quia hic color est tum floris hyacinthi, (unde *hyacinthos cæruleos* vocat Columella de Horto;) tum *lapidis*, quem *flucticolorem* vocat Martianus Capella: & sic asserunt Ambros. Andreas Cæsar. Hi. & Aq. & Sym. & Th [h]. 2. Hyacinthum cum cœlo in colore conferunt Ph. Jo. Antiq. 3. 8. Orig. Hi. Nec credibile est veteres illos ejus colorem ignorâsse. 3. Hyacinthinum colorem à purpureo distinguunt & Xenophon, (qui Abradatæ tribuit *tunicam purpuream & conum hyacinthini coloris*,) & Democritus Ephesius, (*Calasires*, inquit, αἱ μὲν πορφυραῖ,—αἱ δ' ὑακίνθιναι,) & Exod. 26. 31. ubi תְּכֵלֶת distinguitur ab אַרְגָּמָן, quod *purpuram* esse certissimum est. Et sic constanter vertunt Græci, Chaldæi, Syri & Arabes [i]. Notandum præterea est, plura esse concharum genera ex quibus purpura elicitur, purpuram propriè dictam, conchylium; & muricem, seu buccinum: Et licèt hæc nomina promiscuè usurpantur, & conchylium pro purpura sumunt Lucret. lib. 6. vers. 1072. & Vitruv. 7. 13. aliique; hæc tamen distinguunt Plin. l. 9. cap. 36, 37, 38, 39. & Dioscor. l. 2. cap. *de onyche*. Et conchyliis glaucum colorem, marique similem, tribuit Plin. 9. 36. תְּכֵלֶת ergò ex *conchylii*, & אַרְגָּמָן ex *purpuræ* propriè dictæ, sanie factam existimo [k]. [Plura, si lubet, vide in Auctore.] Hebræi (Judæi Germani hodie, ait V.) interpretantur *lanam blavam*, h. e. cærulei coloris [l]. Nonnihil confirmatur ex Num. 15. 38. ubi vittæ color cæruleus, sive aereus, eos admonuit (ut notant Hebræi) hæc præcepta cœlitùs à Deo profecta esse [m]. Alii ex Hebræis *lanam viridem* interpretantur, M. F. ità RS. *Viridem marinum*, sive *cæsium*, intelligo [n]. Alii Hebræorum *flavum* vertunt, Ma. ità K. in F. Hic color tinctus est sanguine cujusdam vermiculi [o]. Quibusdam est *genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ* [p]. Colore convenit cum hyacintho lapillo pretioso, & cum hyacintho flore. Color est violaceus, vel cæruleus [q]. ¶ *Et purpuram*, [ità omnes reddunt,] וְאַרְגָּמָן] Aiunt esse *colorem rubeum*, sive *igneum*, *scarlatam*: alii, *colorem carmesinum* [r]. ¶ *Coccúmque bis tinctum*, תּוֹלַעַת שָׁנִי] *Colorem lucidum*, Ch. in F. *colorem pulchrum*, K. in M. q. d. rubricatam rubedinem; significat enim tam תּוֹלַעַת quàm שָׁנִי *colorem rubeum* †. Notant *Tolaghat* esse *vermiculum qui ex grano cujusdam fruticis, figurâ lentis aut pisi, nascitur* [t]. Asserit hoc magnus Salmasius in Solinum. Hinc κόκκος (qui *frutex* est Dioscor. l. 4.) in Glossis nostris est *vermiculus*; & in iisdem, *fucus, vermiculus* [v]. Apud nos, in regno Valentino, pauperes his vermibus colligendis & divendendis vitam tolerant. Specie pediculum refert. Ab hoc grano pannos *granam, scarlatam*, seu *cochininam*, dicimus [x]. Colorem *carmesinum* vocant [y], seu *scarlatium*. Lucidior est purpurâ [z]. Vermem rubri coloris significari constat ex Esa. 14. *si rubra—tanquam vermiculus*; & Thren. 4. *qui alebantur super* תולע [a]. De voce שָׁנִי vide quæ ad Gen. 38. 28. ¶ *TOLAGHATH SHANI.*] Variè reddunt. *Vermiculum cocci*, Mo. Pi. *vermiculum secundarium*, Ma. *coccum*, Sy. *coccinum*, Ch. M. *coccinum dibaphum*, Ma. JT. Ti. seu *duplex*, ὀ. Sa. dicitur שָׁנִי à duplicatione vel intensione coloris [b]: vel, à duplicitate filorum [c]. ¶ *Byssum*, ità Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. P. Ti. Ma. שֵׁשׁ] Est lini genus subtilissimum & candidissimum. Ità Hebræi omnes [d]. Quidam *gossipium* vertunt, vel, *linum xylinum* †. Et verò admodum probabiliter. Hoc *linum* est Plinio 19. 1. at *lanam* vocat Pollux 7. 17. Fortè medium, quid est inter linum & lanam. Verùm cùm sacerdotis Ephodem lino & lanâ constitisse, eíque soli hoc concessum esse, disertè affirmat Jo. Antiq. 4. 8. mallem materiam hanc laneam fuisse, sed subtilissimam & mollissimam [f]. *Ex hoc vestes factæ gratissimæ erant sacerdotibus Ægypti*, ait Plin. l. 19. c. 1. At *in ædibus sacris vestes laneas gestare illis profanum erat*, Herod. l. 2. num. 81 [g]. ¶ *Pilos caprarum*, [ità ferè omnes reddunt,] וְעִזִּים] *Et capras*. Sed omnes intelligunt *pilos*, vel *lanam*, *caprarum* [h]. Vide Gen. 42. 33. Additur in Græco [i]. *Molliores pili caprarum*, Ar.

z G. — a T. — b O. — c A. — d A. ità L. M. T. F. — f T. — g O. — h BA. — i BA. 2. 5. 10. — k BA. 2. 5. — l M. F. ità He. & Græci & Arabes in BA. 2. 5. 10. 731. — m F. — n BA. 731. — o Ità He. in F. — p Mi. — q T. — r Ma. — † M. BA. — t Ma. — v BA. 2. 4. 27. 624. — x Ma. — y M. F. T. — z M. F. — a O. — b Ma. — c O. — d T. ità L. Me. T. O. Mo. — † Ità Jun. Pi. Villalp. & Prudo in Bo. — f Bo. — g Ma. — h Ma. ità L. Me. O. A. — i A.

5. *Pelles ianthinas*] *Hyacinthinas*, ὀ. Inter hos colores vel nullum, vel exiguum, est discrimen [k]. ¶ וְעֹרֹת תְּחָשִׁים] *Pelles melium*, sive *taxorum*, *thasorum* [l]. Congruit sonus vocis. Eorum pellis arcendis injuriis idonea, Plin. 8. 38 [m]. Duo de his pellibus ex Scripturis venatus sum. 1. Esse grossas & duras, quæque imbres propulsarent, Exod. 39. 2. Ex eis calceos fieri, Ezec. 16 [n]. Hebræorum alii dicunt fuisse hoc animal tantùm in diebus Mosis, & varii coloris fuisse [o]. Aliis *bos* erat: ità AE. in F. תַּחַשׁ *animal* est Hebræis, viverræ nimirum, aut martis, aliquod genus; quod docet BA. ex He. & Arab. Aliis (quorum princeps est RS.) *taxus* est. Non placet: Quia taxonis in pelliciis nullus, aut rarus, usus, nihil in ejus pelle magnificum; quod tamen in calceis תַּחַשׁ esse constat, Ezec. 16. 9, &c. At calceis ex pelle taxonum nec lixæ libenter uterentur. Existimo igitur תַּחַשׁ non esse *animalis*, sed *coloris*, nomen. Ità veteres Scripturæ interpretes quotquot fuerunt. ὑακίνθινα reddunt ὀ; ἰάνθινα, Aq. & Sym. Nonnulli, πυρρωπά, tanquam *ignei coloris*; nisi malis, πυῤῥωπά, *pelles nigras*, Ar. & Sa. *Pelles coloris cœlestis*, Ar. MSS. At Sy. & Chald. habent *sasgona*, quod nomen est non *animalis*, (ut Hebræi volunt) sed *coloris*; quod sciunt hodierni Syri, & patet ex Exod. cap. 26. 14. & 39. 4. ubi Sy. distinguit inter *pelles arietum rubras*, & *pelles arietum* SOSGANNA. At quis color sit, non liquet. Alii *ianthinum* vertunt, alii *cæruleum*, alii *subnigrum*: mihi videtur esse color *hysginus*, qui color *ianthino* aut *hyacinthino* proximus. (Plin. 20. 26. Nicand. vers. 511. Salmas. ad Solin.

k Bo. — l Ità Ti. M. F. V. Ch. Mo. P. JT. A. — m A. — n O. — o F. ex RS. & K. V.

Solin. p. 272.) Et hi tres colores ità inter se differunt, ut ad purpuram proximè accedant. In Ezec. 16. ergò וָאֶנְעָלֵךְ תָּחַשׁ rectè redditur, *& calceavi te purpurâ*, i. e. purpureis calceis; quod Regum vel Nobilium gestamen erat. Procop. l. 3. Virgil. &c [p]. ¶ *Et ligna Setim*, sic Ch. Sa. וַעֲצֵי שִׁטִּים] Occurrit tantùm Esa. 41. 19. & in historia Tabernaculi [q]. *Ligna cedrorum*, K. in M. A. Ca. Ma. JT. *ligna imputribilia*, ἄσηπτα, ο'. Jo. in Ca. Quod cedro maximè convenit [r]. Alii, *piceam*, F. Ma. vel, *abietem*, Ma. Alii, *buxum*, F. *ligna ebeni*, Sy. *lignum sanctum*, Ar. Alii, *spinam*: ità & Hi. in Ma. *Est* (inquit Hieron. in Ma.) *genus arboris nascentis in eremo, similis spinæ albæ*, (nempe colore & foliis, non magnitudine; alioqui *grandes hæ arbores sunt*, ut alibi Hieron. ad Joel. 3. 23 †.) Lignum hoc fortissimum, solidissimum & pulcherrimum, esse dicitur *. Erat hoc genus ligni quod in deserto circa montem Sinai crevit [t]. Q. sic dictum volunt à loco, Num. 25. 1. ubi maxima horum lignorum copia [v].

[p] BA. 1. 3. 31. [q] A. [r] Cast. † Ma. * Me. [t] F. ex AE. & ex Hiscuni. [v] Ma.

6. *Oleum ad luminaria*, [sic plerique,] לַמָּאֹר] *Ad accendendum*, Sy. *in illuminationem*, ο'. Ar. ¶ *Aromata in unguentum*, בְּשָׂמִים לְשֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה] *Aromata ad oleum unctionis*. Alii, *unguentum odoriferum*, V. Significat בְּשָׂמִים *species odoriferas in hortis crescentes* [x]. ¶ *Et thymiamata boni odoris*, וְלִקְטֹרֶת הַסַּמִּים] Vertunt, *ad suffitum* (vel, *incensum*, Ch. *pro incenso*, M. vel, *thymiamate*, P.) *aromatum*, P. V. sic Sa. Mo. O. (sive *suavium odorum*, V. M. sive *odoratum*, V.) Al. *Aromata (odoramenta*, Ma.) *ad suffitum*, Ti. Ma. סַמִּים Hebræis significant *aroma* in genere; sed posset esse *species aromatis* [y].

[x] Ma. [y] O.

7. *Onychinos*, שֹׁהַם] Omnes ferè *Onycham* vertunt, Ma. *Sardonyches*, JT. Lapis est pretiosus candorem habens unguis humani [z]. Alii vertunt, *lapides Sardii*, ο'. *Crystalli*, Sy. Ar. *Berylli*, A. ¶ *Et gemmas ad ornandum*, אַבְנֵי מִלֻּאִים] *Lapides in sculpturam*, ο'. vel, *ut impleant cælaturas*, Ch. *connexionis*, Ar. *pretiosos*, Sy. *integros*, Sa. vers. O. *non cavatos*, O. *insititios*, Sa. JT. *qui intrudantur*, M. vel, *includantur*, Ti. *Lapides plenitudinum*, seu *impletionum*: ità P. Mo. O. Ma. Sic vocant, vel, quòd implent *palas* [a]; capsulas & loca (in auro & argento) pro ipsis includendis fabrefacta [b]: vel, quibus impleri, perfici, ornari debebant Ephod & Rationale [c]. [*De Ephod & Pectorali* vide ad Exod. 28.]

[z] V. [a] V. Ma. [b] M. F. V. O. A. [c] Ma.

8. *Habitabo in medio eorum*] Indè responsa dabo, infrà v. 22 [d]. q. d. Habebunt me semper præsentem. Hæc præcepit Deus, ut eos averteret ab idololatria †.

[d] G. † V.

9. *Juxta omnem*, &c. כְּכֹל אֲשֶׁר אֲנִי מַרְאֶה אוֹתְךָ אֵת תַּבְנִית וגו'] Ad verb. *Secundùm omnia quæ videre faciam te*, &c. Ar. V. Ma. vel, *ad te*, Ma. תַּבְנִית *similitudinem* vertunt Ar. Ch. *exemplar*, M. V. *ædificium*, O. vel, *structuram*, Ma.

10. *Arcam*, &c. אֲרוֹן עֲצֵי שִׁטִּים] *Arcam ligna* (vel, *lignorum*, vel, *de lignis*) *Shittim*, Ma. אָרוֹן *arca*, in quam res colliguntur asservandæ, est ab Æthiopico אָרָה *colligere*, Matt. 13. 28, 30 [f]. Imitati hoc Gentiles deorum mysteria in capsulis portabant: Apul. Asin. aur. 11. & Tibull [g].

[f] Di. [g] A.

11. *Et deaurabis*, ità ο'. וְצִפִּיתָ] *Speculabilem reddes*, tersam, politam, pulchram, Ma. Alii, *operies eam*, Ch. Sy. Ar. JT. O. Sa. Mo. צָפָה in Kal est *speculari*; in Pihel contrà, *obtegere aliquid nè appareat* [h]. ¶ *Intus & foris*, מִבַּיִת וּמִחוּץ] Ad verb. *ex domo*, seu *à domo, & extrà*. H[s]: quòd ea quæ domi sunt intrà esse videntur [i]. ¶ *Coronam*, ità plerique, זֵר] *Circulum*, Ch. *limbum*, JT. limbum prominentem quadratum [k]. Notant fuisse ab exteriore parte Arcæ, quo tegebatur Propitiatorii cum Arca commissura; ut apparet ex comparatione v. 17 [l].

[h] Q. in Ma. [i] O. [k] Me. L. Jun. [l] Ma. ex Jun.

12. *Quos pones per quatuor arcæ angulos*, פַּעֲמֹתָיו] [Plerique *angulos* reddunt;] *impages*, JT. *pedaturas, percussuras*, Ma. Nempe, vel pedes aut bases arcæ, quibus arca sustentabatur [m]: vel commissuras ipsas tabularum ab utroque latere arcæ; ut annuli seu circuli non essent in basi arcæ, sed in medio superné. Vide 1 Reg. 7. 30 [n].

[m] O. [n] Ma.

15. *Semper erunt*] Vide 1 Reg. 8. 8 [o].

[o] Ma.

16. *Ponésque in arca*] Sic Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. JT. *Dabis ad arcam*, Mo. *Injicies* (*repones*, Ti.) *in arcam*, ο'. ¶ *Testificationem*, הָעֵדֻת] *Testimonium*, Mo. ο'. Ma. *testamentum*, Ch. Tabulas Legis [p]. Decalogum [q]. Vide suprà 16. 34 [r]. Sic dicebatur, vel, quia attestationem continet Divinæ voluntatis †; quomodo Deus coli voluit [t]: vel, quia erat publicum instrumentum, seu testimonium, pacti fœderis [v] inter Deum & populum [x]: vel, quòd testimonium esset adversùs eos, si prævaricati essent [y]. Arca autem vicem præstitit omnium imaginum quas habebant gentes [z]. Verto, *oraculum*; quod est, Dei monitum: עד autem non solùm est *testari*, sed & *monere*, Exod. 19. Vid. 2 Tim. 2. διαμαρτύρομαι [a].

[p] Me. F. [q] G. F. V. D. [r] G. † Ità M. T. La. [t] Jun. Pi. [v] Ma. [x] T. ità AE. in D. La. L. [y] A. [z] G. [a] Ca.

17. *Facies & propitiatorium*, כַּפֹּרֶת] Q. vertunt, *tegmen*, vel *operimentum*; ità Ar. O. Mo. Tabula quæ superponebatur arcæ [b]. *De hac voce vide quæ ad* Gen. 32 [c]. Alii, *propitiatorium*; ità Ch. Sa. Sy. ο'. M. P. Ti. O. Qui sic vertunt, potiùs habent rationem verbi à quo deducitur, quàm rei: nam כִּפֶּר est *placare* [d]. כָּפַר est *tegere*, indéque metaphoricè *tegere peccata* †. Quia כָּפַר sign. & *expiare*, & *linimento tegere*, verto, *operculum propitiatorium* [f]. Propitiatorium fuisse operculum arcæ, nec arcam aliud habuisse, multi volunt [g]. Rationes sunt. 1. Scriptura non meminit alterius operculi. 2. Ejusdem est longitudinis & latitudinis cum arca [h]. 3. Alioqui arca operta fuisset atque hiásset; quod absurdum [i]. Ut hoc operculum tegebat Legem, ità Christus tegit peccata nostra, nè Lex damnet nos. Vide Rom. 3. 25 [k]. Alii contendunt Propitiatorium non fuisse arcæ contiguum, sed supra arcam elevatum [l]; & sustentatum fuisse vel alis vel manibus Cherubinorum. Priores autem Propitiatorium faciunt Dei scabellum; sedem verò ejus, alas Cherubin sibi invicem junctas [m].

[b] F. co. V. Mi. [c] O. [d] F. V. † F. co. [f] Jun. [g] Ità RS. & He. in L. La. E. Jo. & To. in La. Riv. Ca. Bo. &c. [h] L. [i] La. [k] Ma. [l] Ità O. & V. & Caj. & Vasquez, aliíque in Bo. [m] Bo.

18. *Duos Cherubim*] Ambigitur de horum forma, & verbi significatione. 1. Quibusdam est nomen universale ad omnem figuram [n]. 2. Aliis erant formâ avium quarundam, quas nullus unquam viderit, sed Moses earum imagines vidit in monte [o]. 3. Aliis erant formâ humanâ, sed augustiore [p]. Habebant formam puerorum [q]. Erant quasi juvenes alati [r]. Ità Hebræi alii, & Christiani †. Probant, 1. ex vocis compositione, כְּרוּב à כְּמוֹ רַבְיָא, *quasi puer* [t]. Argumentum admodum infirmum [v]. 2. Angeli nusquam aliâ specie apparuisse leguntur [x]. [Aliis non placet.] 1. Nusquam legimus talem eorum formam, sicut alias formas habemus in Ezeciele. 2. Tum brachia impedivissent alarum extensionem. 3. *Facies Cherub* Ezec. 10. condividitur *faciei hominis* [y]. 4. Aliis erant μοσχόμορφοι, (*formâ vitulorum* [z].) Sterilitatis & fœcunditatis præsides, ídque in Josephi memoriam. Probatur ex Ezec. Quod שׁוֹר est Ezec. 1. 10. est כְּרוּב Ezec. 10. 14. [Vide quæ ad Exo. 32.] Hæc præcipua forma [a]. Sed videtur ei fuisse species 4 animalium [b]. Vultus hominis, alæ aquilinæ, leonis jubæ: quæ sunt quatuor פָּנִים φάσεις Ezec. qui compositam illam formam modò חַיּוֹת [vocat,] ut c. 1. 5. modò חַיָּה, ut 10. 15. Hæ quatuor formæ significant id quod Deus explicat Exod. 34. 6. Deum nimirum esse celerem ad benefacta, tardum ad vindictam. Homo bonitatis symbolum; aquila, celeritatis; leo, vindictæ; pedes bovini, tarditatis; unde Græcum βοέῳ ποδί, (*pede bovino* [c].) Vide quæ ad Gen. 3. 24 [d]. ¶ *Et productiles*, מִקְשָׁה] Vertunt, *tornatiles*, ο'. *fusiles*, Sy. *conflatiles*, Ar. *ex auro ductili*, Sa. *Opere ductili*; ità Ch. V. non fusorio; V. Me. Ma. Alii, *opere integro & solido*, M. Ti. ut, scilicet, tam operculum quàm Cherubim fuerint opus unum absque ulla junctura factum †. *Duro & gravi*: q. d. aurum non vacuum erat, sed plenum [f]. *Continenti opere*, i. e. partibus firmiter cohærentibus, non exemptibilibus mobilibúsve [g]. Alii sic, *perplexitatem, crispitudinem facies eos*, i. e. opere duro, firmo & denso. Vox significat quidquid est naturâ vel arte perplexum. Sic Jer. 10. 5. Isa. 1. 8. & 3. 24 [h]. ¶ *Ex utraque parte*, מִשְּׁנֵי קְצוֹת וגו'] *De duabus extremitatibus*, Ma. *In duabus*, &c. non, *à duabus*, &c. מ pro ב positum; ut in fine v. 19. על ponitur pro מ, & noster vertit *in duabus* [i]. Qu. Quisnam erat Cherubinorum situs? Resp. Stabant supra propitiatorium, illúdque totum, partim alis, partim corpore, tegebant; juxta longi-

[n] Ità AE. in O. [o] Jo. in L. [p] Ità Jun. A. Pi. Ma. [q] M. [r] Me. E. Jun. Pi. † E. [t] M. [v] D. [x] E. [y] O. [z] Ità G. [a] G. [b] Me. [c] G. [d] Ma. † V. M. F. co. [f] O. [g] Jun. [h] Ma. [i] V.

longitudinem cum alis, juxta latitudinem cum corpore. Et prætere alis ſuis ſedem præbebant Deo. Ità Jo. Antiq. 3. 6. qui erat ſacerdos doctiſſimus, &c. Atque hinc ſedere dicitur Deus, non in Propitiatorio, ſed ſuper Cherubim, Pſal. 79. 2. Et Arca vocatur *ſcabellum pedum Dei*, Pſal. 98. 5 [k].

19. מִן הַכַּפֹּרֶת] *Ex*, vel *de*, *propitiatorio* : i. e. ex eadem materia quâ tectum erat Propitiatorium [l]. Alii vertunt, *in propitiatorio* : volunt מִן pro ב poſitum [m]. Poteſt & ſenſus eſſe, *à propitiatorio*, quod ſtatim explicat, i. e. *à duabus extremitatibus* ejus, i. e. indè procedant [n].

20. *In propitiatorium*] עַל alii vertunt, *versùs* ; ſic Sa. JT. A. *ad*, Ar. Mo. O. *contra*, Ch. *ſuper*, Sy. i. e. Erant vultu operculum versùs demiſſo, ob reverentiam Dei [o].

21. *In qua pones*, &c.] Heb. *& ad aram pones*, &c. Ma. *poſtquam in arca poſueris teſtimonium illud*, JT. Non enim poſtea licebat ei aperire ; ideóque antequam operculum fieri juberet, Teſtimonium in arca poni juſſit, ſuprà v. 16 [p].

22. *Indè præcipiam*, וְנוֹעַדְתִּי לְךָ] *Et teſtificabor tibi*, M. Ma. q. d. Voluntatem meam verbis & factis teſtabor [q]. *Et conveniam tibi*, vel, *tecum*, P. O. Sy. Mo. JT. Ti. A. Pacta conventa ſolenniter tranſigam [r]. *Conſtituam tibi*, Nob. i. e. conſtitutiones edam [†]. *Adero tibi*, Ar. *ſtatuam tibi verbum meum*, Ch. *Et innoteſcam tibi*, ο'. *cognoſcar tibi*, Procop. ¶ *Qui ſuper arcam*] Ità Mo. Ch. Sa. Sy. Ma. Tò אֲשֶׁר referunt ad Cherubim [t]. [Alii vertunt, *quod*, ità P. Ar. referentes ad *operculum*.] ¶ *Mandabo per te filiis Iſrael*, ità Sa. אוֹתְךָ אֶל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Tibi* (vel, *ad te*) *ad filios*, [plerique ;] vel, *de filiis*, Sy. *pro filiis*, Ar. *Tibi* (ſupple *referenda*, ſeu *dicenda*) *filiis Iſrael*, JT. P.

24. *Labium*, זֵר] *Cincturam*, Ma. vide v. 11. *Coronam*, Ar. M. F. co. V. Erat hæc ſupra menſam, ejúſque tabulam ambiebat. Infrà item alius erat ambitus, *clauſura* dictus. Et ſub illa in quatuor pedibus menſæ erant quatuor circuli [v].

25. *Coronam interraſilem*] Ità Ch. nempe in qua quædam plana, quædam exſculpta [x]. ¶ מִסְגֶּרֶת] *Coronam*, ο'. *cingulum*, Sa. *tæniam*, Sa. verſ. *limbum*, Ti. *labium*, Ar. *clauſuram*, Mo. M. O. Ma. P. Nè quid à menſa decideret [y]. *Clauſuram* accipio cui includebatur tabula menſæ, in ſuperiori parte pedum ejus ; quò, amotâ menſâ, pedes cohærerent & ſubſiſterent [z]. ¶ *Alteram coronam*] Sub menſa, ad labia ejus infernè, nè vacillaret ea, aut de trapezophoro dilaberetur, aut depelleretur [a].

26. *Per ſingulos pedes*] Heb. *ad*, vel *ſuper*, *quatuor pedes*, Ch. Sa. Sy. A. *in quatuor pedibus*, JT. Ti. *ex adverſo quatuor pedum*, Ar.

27. *Subter coronam*, ità Ti. לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת] *Contra*, (vel *ante*, Ar.) *clauſuram*, Ch. Sy. O. vel, *è regione*, &c. Sa. Mo. P. JT. A. V. *ad conjunctionem*, &c. Ma. Alii, *circa*, *juxta*, *clauſuram* ; ità O. Ma. i. e. proximè infra faſciam tæniámve illam. Sic exiſtimant annulos ſeu circulos illos fuiſſe in tænia ſeu faſcia illa trapezophoris, ut menſa ſimul cum trapezophoro portari poſſet [b]. ¶ *Ut mittantur vectes per eos*, לְבָתִּים לְבַדִּים] *In loca* (*domos*, *ſedes*, *thecas*) *vectibus* ; [ità omnes.]

29. *Et acetabula*, Ch. Ti. קְעָרֹתָיו] *Scutellas ejus*, M. P. Ca. Sa. verſ. F. co. O. *pollubra*, Sy. Ar. *patinas*, Ma. A. *catinos*, ο'. Ma. Sa. Vaſa quædam erant concava admodum, in quibus ponebantur panes [c]. ¶ *Ac phialas*, Ch. Sa. verſ. וְכַפֹּתָיו] *Et cochlearia ejus*, Sa. Mo. Ti. P. M. F. co. Ang. Ma. O. *& thuribula ejus*, ο'. in quibus ponebatur thus [d]. Dicta à כַּף, quòd volæ cavitatem imitarentur [†]. *Acerras*, JT. *calices*, Sy. Ar. A. vel, *diſcos*, Ca. A. In quibus incenſum poneretur, ut liquet ex Num. 7, 14. & incenſum fuit cum panibus propoſitionis, Levit. 24. 7 [f]. ¶ *Thuribula*, ità Ch. קְשׂוֹתָיו] Vertunt, *opercula*, P. A. Ang. Belg. *& crateres quibus tegebatur*, ſub. *thus & panes*, V. ità F. co. A. Ità ſumitur verbum Num. 4. 7. & Exod. 37. 16. Moſes hoc referens verborum ordinem mutat [g]. Alii, *dimidiatas fiſtulas*, M. Ti. *medios calamos*, Mo. O. Calamos per medium ſectos, qui inſerebantur inter ſingulos panes, ut aer inter eos mearet, nè ſitu aut mucore

[k] La. — [l] V. O. Ma. — [m] V. — [n] O. — [o] Ma. — [p] Jun. — [q] Ma. — [r] Ma. — [†] O. — [t] Ità Ma. ο'. — [v] F. co. K. in Ma. — [x] Me. — [y] Bo. — [z] Ma. ex Jun. A. — [a] Ma. ex Jun. — [b] Ma. — [c] V. Pi. — [d] V. Ma. — [†] F. co. V. — [f] A. — [g] A.

obducerentur [h]. *Libatoria*, ο'. *emundatoria*, Sa. verſ. *vaſa unguentaria*, Ar. *ſcutellas*, Sy. JT. ¶ *Et cyathos*, ità ο'. Ch. Sa. M. Mo. O. Ma. מְנַקִּיֹּתָיו] A *vacuitate* dicta volunt, quòd ea vaſa intus cava erant & vacua [i]. *Mundatoria*, O. Ma. *ſcopulas ejus*, JT. *libatoria*, Sy. *cochlearia*, Ar. *crateres*, P. A. Ang. V. Hebræi *furculas* faciunt ad ſuſtinendos panes propoſitionis [k]. *Furculæ* & fulcra erant, quæ קְעָרוֹת *dimidiatas fiſtulas*, (quibus ſuſtentabantur panes, & à putrefactione ſervabantur,) utpote menſâ longiores, ſuſtinebant [l] ; nè pondere panum frangerentur [m]. ¶ *In quibus offerenda*, אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֵן] Variè vertunt. 1. *Quibus libabitur*, vel *fundetur*, *in eis*, Mo. Ti. Ch. Sy. ο'. Sa. Ca. Ma. RS. in M. ut ſit à נָסַךְ *libare* [n]. 2. *Quibus tegetur*, V. O. JT. Ar. nempe *panis* [o] ; ut ſit à סָכַךְ *tegere* [p].

30. *Panes propoſitionis*, ità Ch. Sa. Sym. in Nob. לֶחֶם פָּנִים] *Panem facierum*, Sy. Aq. in Nob. Ti. P. M. Mo. O. Ma. Sic dicitur, vel, quòd ſemper eſſet hic panis in facie & conſpectu Domini, unde mox additur, לְפָנַי *coram me* [q] : vel, quòd quatuor angulis eſſet expreſſus, quos illi *facies* vocant [r]. Per hos panes 12 Tribus pulchrè ſignificabant ſe à Deo continuò ali, & gratitudinis ergô perpetuum quaſi ſacrificium illi offerre, & vicem referre : Nam & thus panibus iſtis imponebant, Levit. 24. & à ſolis ſacerdotibus edendi erant hi panes [†]. Al. *panes præſentes*, ο'. *panem appoſitum*, Ar. qui præſens ſemper & præſtò erat, & Jovæ appoſitus. פָּנִים *præſentiam* aliquando ſignificat, ut 2 Reg. 17. & Exod. 32 [t].

31. *Facies*, וְעָשִׂיתָ] Sic & Græci, ſubaudito אֶת ante nomen *candelabri* : item Ch. Sy. ο'. Ergò ו abundat. Puto id natum ex duabus lectionibus, quarum altera habebat תַּעֲשֶׂה, velut ad Moſen loquente Deo ; alia יֵעָשֶׂה, velut de fabro, quomodo infrà v. 39. & 26. 31. Nam facit & qui jubet fieri, & qui juſſa exſequitur. Candelabri in Templo Hieroſ. meminit Hecatæus apud Joſephum contra Appionem [v]. ¶ *Candelabrum ductile*] Ex auro ſcil. non fuſo, ſed malleo ducto & efformato [x]. [Vide v. 18.] ¶ *Haſtile ejus*, ità ο'. Ch. Sa. P. O. יְרֵכָהּ] *Baſis ejus*, Sy. *latus*, M. *femur*, Mo. Ma. *ſcapus*, Ti. JT. Ma. i. e. truncus & craſſus ſtipes, Ma. poſt V. ¶ *Calamos*, [ità plerique,] וְקָנָהּ] *Canna*, Ma. *rami*, JT. A. Ang. *ſcapi*, Ca. *medius ſtipes*, M. *ſcyphi*, Ma. ¶ *Scyphos*, ità Ch. Sa. M. P. גְּבִיעֶיהָ] *Calices ejus*, Sy. Ar. Mo. Ti. *crateres*, ο'. A. Ang. Belg. Partes quædam extenſæ in ſpeciem calicis vel ſcyphi [y]. ¶ *Sphærulas*, ità ο'. Ch. Sa. M. P. Ti. O. כַּפְתֹּרֶיהָ] *Poma ejus*, Ar. Ma. O. Mo. Sy. V. *globuli ejus*, V. Ca. in modum malogranati [z]. **Knops**, A. Ang. Belg. ¶ *Lilia*, ità ο'. Ch. Sy. Ar. Ca. פְּרָחֶיהָ] *Flores*, Sa. M. P. Ti. Mo. O. A. Ma. *calyculi*, JT. ¶ *Ex ipſo*] i. e. Ex eadem materia, malleo formata ex ipſo trunco [a]. *Ex ipſo fient*, M. Ti. ſim. P. JT. *ex ipſo exſtabunt*, Sa.

33. *In nucis modum*, ità ο'. מְשֻׁקָּדִים] *Amygdalati*, Sa. Mo. i. e. inſtar amygdalæ, Ar. A. M. JT. Ti. *inſerti*, Sy. *figurati*, Ch. ¶ *Hoc erit opus ſex*, &c.] Heb. *ſic de ſex*, ſub. *dicendum eſt*. Alii ſic ; *in ſex illis*, ſupple, *fiet* [b].

34. *In candelabro*] i. e. In parte inferiore haſtilis, ſive trunci, candelabri [c].

35. *Sphærulæ*, &c. וְכַפְתֹּר תַּחַת שְׁנֵי הַקָּנִים מִמֶּנָּה] *Sub duabus cannis*, vel *calamis*, *ipſius*, Ch. Ar. ſive, *ex ipſo*, Mo. Ma. ο'. Sa. *qui ex eo emergunt*, Sy. Sub ſingulis duobus calamis erit ſphærula una [d]. Inter duos ſcyphos erat unus pomellus, & unus flos [†].

37. *Pones ſuper*, &c. וְהֶעֱלָה] *Et aſcendere facies* (vel *faciet*, Ma.) *lucernas*. Pones in cacumine calamorum [f]. Al. *& incendes*, Ch. Sa. Sy. *accendat ſacerdos*, JT. Quia flamma aſcendit [g]. ¶ *Ut luceant ex adverſo*, וְהֵאִיר עַל עֵבֶר פָּנֶיהָ] *Et lucere faciet contra faciem ejus*, Ch. O. *versùs faciem*, Ar. *è regione faciei ejus*, P. ſive *lateris ſui*, Ti. O. *ſuper latus* (*plagam*, Caj.) *faciei*, Mo. Notant faciem candelabri verſam fuiſſe, & lumen fudiſſe, versùs menſam, nec (ut lampades) æquè diffudiſſe lumen circumquaque [h]. Alii, *ad tranſitum faciei ejus*, i. e. ultrà citráque, ad lucem præbendam ex omni parte [i].

38. *Emunctoria*] [ità omnes,] vel, *forcipes*. ¶ *Et ubi*—

[h] V. Ma. — [i] Ma. — [k] Ma. ſic K. & RS. in M. — [l] M. F. co. — [m] O. — [n] Q. in F. co. — [o] O. — [p] F. co. — [q] F. co. V. — [r] E. Me. T. — [r] F. co. — [†] T. — [t] Caj. — [v] G. — [x] Me. — [y] V. Ma. — [z] Ma. — [a] V. Ma. — [b] V. — [c] V. — [d] V. — [†] L. — [f] V. Ma. — [g] A. — [h] Ma. — [i] Ma.

ubi—emuncta, &c. [מַחְתֹּתֶיהָ] *Receptacula ejus*, Mo. V. P. O. *vasa emunctoria*, Sy. M. i. e. vasa in quibus reponuntur quæ emuncta sunt [k]. *Suppositoria*, ο'. Sa. *exceptoria*, Ma. *acerras*, V. Ma. *thuribula*, Ch. Ar. in quibus prunæ recipiuntur, ut super illa foveantur, & in eis suffitus fiat [l].

k V. l Ma.

39. *Talentum*] Continebat 120 libras [m]. Talentum Templi duplum erat ad profanum, quod continebat 60 libras [n]. Sed non habetur hujus rei certitudo, quia pondera auri & argenti multùm variantur secundùm tempora & regiones [o]. Continebat 3000 siclorum; 12 aureorum millia appendebat [p]. [*Sed de his consule Tractatum de Nummis, in calce Operis* σὺν Θεῷ *addendum.*]

m RS. in L. n V. o L. p Me.

40. *Secundùm exemplar*, ità Sa. Sy. [בְּתַבְנִיתָם] *Juxta* (vel *in*, Mo.) *similitudinem eorum*, Ch. M. P. O. *formam*, Ar. *exemplar*, Ti. *typum*, ο'. Hinc colligitur hæc omnia fuisse typos & exemplaria cœlestium, Heb. 8. 5 [q]. *In structura eorum*, Ma. *ex structura istorum*, JT.

q A.

CAP. XXVI.

1. DE *bysso retorta*, [ità plerique,] [שֵׁשׁ מָשְׁזָר] *Byssum complicatam, conduplicatam, contortam*; i.e. duobus aut pluribus filis in modum chordæ contortis [r]. *De bysso sexies retorta*, i. e. in sex fila contorta. Nam שֵׁשׁ & *byssum*, & *sex*, significat †. *E xylino internexo*, JT. ¶ [כְּרֻבִים] *Cherubim*, [plerique;] cum *Cherubinis*, A. *Cherubinis* referta, JT. *figuras*, vel *picturas*, *Cherubini*, Ch. Sa. vers. Ar. M. sic O. F. Me. ¶ *Variatas opere plumario*, [מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב] *Opere Phrygionico*, Pi. Qualia vel acu, vel texturâ, faciunt Phrygiones [t]. De quo vide Salmas. in notis ad Carinum Fl. Vopisci, p. 511 [v]. *Opere textorio*, ο'. Ti. i. e. sicut vestes de serico fiunt [x]. *Opere artificis*, Ch. Sy. M. *opere excogitato*, O. vel, *excogitationis*, vel, *artificii*; i. e. opere artificis peritissimi [y]. Vel, *excogitantis*, Ma. Me. *Picturam artis sagacissimæ*, Ar. Bysso quasi stamini supertexebantur fila varia, hyacinthina, purpurea, &c [z].

r Jun. Ma. Me. † Ma. ex O. t M. V. v Ma. x G. ex AE. y V. z Me.

3. *Sibi jungentur mutuò*, [אִשָּׁה אֶל אֲחֹתָהּ] Ad verb. *mulier cum sorore*, i. e. altera cum altera; Hebraismus, V. Omnia paria vocabant *fratres* aut *sorores*. Martial. ep. 14. 148. *lodices sorores*. Plautus Pœn. 1. 3. *Hanc per dexteram, perque hanc sororem lævam.* Montes septem à similitudine *fratres* appellati: Gruter. & Taubman. in Plautum [a].

a Ga.

4. *Ansulas*] Ità Ch. Sy. Ar. Ti. vel, *ansas*, ο'. Sa. Fuerunt (hi) nexus quidam prominentes, per quos, mediantibus uncinis, seu fibulis, duo magna aulæa conjungebantur [b]. ¶ [לֻלְאֹת] *Laqueolos*, Mo. P. M. O. Ma. *fibulas*, Sa. vers. *portulas, ocellos*, V. ¶ *In summitatibus*, [מִקָּצָה] *In extremo*, vel *extremitate*, P. V. *In labro*, מ pro ב [c]. *Ex una parte*, ο'. *ab extremo*, O. Ma. ¶ [בַּחֹבָרֶת] *In conjunctione*, V. O. *in consociatione*, Ma. *in commissuram*, ο'. Sa. *in commissura*, Ma. i. e. in ea extremitate quæ conjungenda est alterius cortinæ extremitati [d]. ¶ [הַקִּיצוֹנָה] *Extremæ*, V. Ma. i. e. alterius, sive secundæ, ut habet Ch. Videtur tamen positum pro בִּקְצֵה v. 5. ut idem bis dicat ad majorem expressionem; In ora cortinæ, in extremo, *inquam*, ipsius cortinæ, quæ secundo loco præcedenti conjungenda est. Et ità de hac secunda cortina idem dicet quod de priore dixerat in principio istius versûs, quódque etiam dicit sequenti versu †. ¶ [בַּמַּחְבֶּרֶת הַשֵּׁנִית] *In conjunctione secunda*, V. Ma. i. e. quæ fit cum altera cortina [f].

b M. c V. d V. † V. f V.

5. *Cortina*] Heb. *in cortina una*. Subintelligendum ex ver. 4. *in extremo, in conjunctione* [g]. ¶ *In utraque parte*, [אֲשֶׁר בַּמַּחְבֶּרֶת שֵׁנִית] *Quæ est in conjunctione secunda*, V. vel, *secundæ*, Ar. i. e. quæ secundo loco conjungitur priori: sic v. 10 [h]. ¶ *Ut ansa contra ansam*, &c. [מַקְבִּילֹת] *Excipientes*, vel, *ut excipiant, se mutuò*, M. Ti. Alii, *oppositæ*, Sa. Ar. P. *alter è regione alterius*, A. sim. ο'. in G. Alii, *recipientes erunt*, Mo. O. (ità קבל sumitur Ester. 4 [i].) vel, *suscipientes*, vel, *accipientes*, Ma. Nimirum, quòd laqueoli primæ cortinarum commissuræ recto ordine corresponderent laqueolis secundæ commissuræ, quasi eos suscipientes, & respicientes; ut in cortinis lectorum apud nos [k]. *Respiciant se mutuò*, V. *rectà se respicient*, Sy. *concurrentes ad invicem*, ο'. *aptatis mutuò ansulis*, Ch. Al. sic, *continentia hæc loramenta*, (*unum* aulæum *cum altero*,) JT. Istas autem ansas non receperunt aliæ *ansæ*, sed *uncini*. Potest meliùs dici, unum uncinum ingressum fuisse ansas duas, unam ex altera parte, alteram ex alia [l]. Exponit quomodo cortinæ illæ quinæ, ubi ab itinere cessabatur, connecti debuerint. In Samaritano vetere fuit, ut Græci referunt, διαδεχόμεναι συμβολαὶ, μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως, κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις, (*Commissuræ, sive ansulæ, excipientes se, una alteram, adversis frontibus, quò possint sibi invicem applicari*,) satìs perspicué *.

g V. h V. i O. k Mi. l O. * G.

6. *Circulos*, ità Sa. ο'. [קַרְסֵי] Fibulas circulares, quibus vela conjungi, & rursum solvi ac disjungi, possint [m]. Alii vertunt, *uncinos*; ità Mo. Ma. P. M. O. nempe, recurvos & repandos; propriè *hamos* [n]. Alii, *fibulas*; V. Ti. Ch. Facilè crediderim hos *mares* fuisse, qui *lulaoth*, fœminis, inserebantur ad conjungendas cortinas [o]. *Globulos*, Sy. *orbiculos*, Ar. *ansulas*, JT.

m Me. n O. Ma. o Ma.

7. *Tectum*, [לְאֹהֶל] *In tentorium*, Ar. i. e. *Facies tectorium*, seu *tentorium*, *tabernaculo*. Hs P[p]. ¶ *Saga cilicina*] Ità dicuntur vestes è pilis caprarum [q].

p V. q Me.

9. *In fronte tecti*, [אֶל מוּל פְּנֵי הָאֹהֶל] *E regione facierum tentorii*, Mo. O. Ma. *in facie*, vel *ante faciem*, *tabernaculi*, V. *versùs anteriorem ejus partem*, Sy. Ar. V. simil. JT. *è regione prospectûs*, &c. Ti. *juxta faciem*, seu *introitum*, *tabernaculi*, M. ¶ *Duplices*] i. e. Extremitatem pendentem reducas in tectum, vertendo, ut solent, quæ duplicantur [r].

r Me.

10. *Ansas*] *Loramenta*; non xylina, ut illa ver. 4. sed è lana caprina, ut patet ex ansularum analogia *. ¶ *In ora sagi unius*, [הַקִּיצֹנָה] *In extremo*. Videtur positum pro בִּקְצֵה. Vide ad ver. 4. & 5 [t]. *Ad oram aulæi primi ulteriorem.* Citerior enim, sive prior, quâ tabernaculum terminabatur, nullo opus habebat loramento, quia cum nullo erat committenda. Vide suprà ad ver. 3 [v].

* Jun. ex August. t V. v Jun.

12. *Quod superfuerit*, ità ο'. Ch. Ar. Sy. [סֶרַח הָעֹדֵף] *Superfluitas abundans*, Mo. P. *redundans quod superfluum*, JT. *quod excedit abundátque*, Ti. ¶ *Ex medietate*, [חֲצִי הַיְרִיעָה הָעֹדֶפֶת] *Dimidium cortinæ redundantis*, P. i. e. dimidiam partem latitudinis cortinarum. Sic vocat duos illos cubitos quibus hæ excedebant longitudinem cortinarum Cherubinorum, V. Vide Torniellum tom. 1. An. M. 2544. num. 63 [x]. ¶ *Operies*, [תִּסְרַח] *Superfluet*, Mo. P. JT. *excedet*, M. Ti. *extendes*, Ch. *dimittes pendulum*, Ar. *rejice*, Sy.

x Me.

13. *Utrumque latus*, [עַל צִדֵּי וגו'] *Super*, vel *ad*, vel *per*, *latera*: [ità omnes.]

14. *De pellibus arietum*, &c.] An duo hæc operimenta tectum tabernaculi tantùm texerint, an verò etiam latera, non constat [y]. Prius probabilius est, quia eadem militat ratio, ut scilicet cortinas delicatiores ab imbribus protegerent [z].

y Me. z Me. L.

15. *Tabulas*]Vel *asseres*; [ità omnes. At ο'. *columnas* vertunt.] ¶ *Stantes*, Ch. Pi. Mo. [עֹמְדִים] *Erectas*, Sa. Sy. Ar. *quæ erectæ stent*, M.

17. *In lateribus tabulæ duæ incastraturæ fient*, &c. [שְׁתֵּי יָדוֹת לַקֶּרֶשׁ מְשֻׁלָּבֹת] Locus difficilis [a]. Variè reddunt. *Duæ manus asseri dispositæ*, Mo. (vel, *conjunctæ*, O. *transmissæ*, Ar.) *Duo cardines directè oppositi*, Sy. vel, *sibi mutuò cohærentes*, Ca. vel, *incastraturis conjunctæ*, Ch. vel, *scalari formâ compositi*, JT. simil. P. Belg. i. e. æqualiter distantes, sicut scalarum gradus, Jun. *Incastraturæ correspondentes*, Sa. *Exteri limbi lingulati*, Ar. *Duo pedes—distinguentúrque*, M. *Duo denticuli fient incisi*, Ti. Sym. vertit, κατοχεῖς, *retinacula*; Nob. [Ang. two tenons set in order one against another.] ο'. habent, ἀγκωνίσκους, ut ἀγκῶνας 2 Par. 9. 18 [b]. Manus hîc *ansulas* exponunt [c]. *Manus*: i. e. De tabula ipsa eminebant duo *denticuli*, seu duæ partes in serratura relictæ, quæ basibus immissæ tabulam erectam continebant [d]. Patet ex ver. 19 †. Duos cardines habebit unaquæque tabula, nempe in extremitate inferiori, qui erunt velut duo parvi vectes qui præ se ferent figuram graduum scalarum [f]. Alii volunt *in lateribus* has

a O. Ma. b G. c Ma. d M. ità Wil. † Wil. f V.

has fuisse [g]. *Duæ manus*, i. e. dua frusta quibus altera alteram ingrediebatur ab utraque parte [h]. Utraque tabula incidebatur ad medium crassitudinis (idque) per totam longitudinem, & sic incastrabantur: sic hodie fabri lignarii tabulas committunt [i]. [Aliis non placet.] 1. Illud, *in lateribus*, non est in Hebræo. 2. Sic viginti asseres fecissent tantùm 29 cubitos, nec Tabernaculo (quod 30 cubitorum erat) suffecissent; siquidem in quolibet assere dempta est pollicis latitudo [k]. Q. sic; *Duo clavi*, seu *denticuli*, erunt *unicuique asseri incisi, infixi, insculpti*. Aiunt שָׁלַב propriè esse *infigere paxillum per transmissuram*, seu *commissuram*; quemadmodum scalis insculpuntur ligna transversim inducta per quæ scanditur; vel, cùm duæ tabulæ conjunguntur per immissum paxillum [l].

18. *In latere meridiano quod vergit ad Austrum*, לִפְאַת נֶגְבָּה תֵימָנָה] *Ad angulum* (vel *latus*, Ch. Sy. Sa. P. A.) *meridiei* (*meridianum*, Ch. Sa. Sy. P. A.) *ad*, vel *in*, *Austrum*, Mo. P. Ma. A. (*venti Australis*, Sy.) *versùs plagam unde flat Auster*, Ar. i. e. quod opponitur Austro, vel, quod spectabit Austrum [m]. Nomen est à יָמִין *dextra*; qui enim Orientem respicit, is Austrum habet in dextra [n]. [At o'. habet, *quod respicit ad Aquilonem*.]

19. *Singulis tabulis*, תַּחַת הַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד] *Sub tabula una*. Subaudiendum hîc aliquid, cujusmodi, *& sic de singulis dicendum est*: alioqui progrediendum esset usque ad quadraginta: sic v. 21 [o]. ¶ *Per duos angulos*, לִשְׁתֵּי יְדֹתָיו] *Duabus manibus ejus*, Mo. Ma. *pro duabus incastraturis*, o'. *pro limbis*, Ar. *pedibus*, M. *denticulis*, Ti. *cardinibus*, Ch. Sy. P. *ad duos cardines ejus*, scil. excipiendos: nam singuli stylobatæ singula habuerunt cava in quæ cardines asserum immitterentur [p]. *In ambas partes ejus*, o'.

21. *Quadraginta bases*, אַדְנֵיהֶם] אֶדֶן *basis*, ab אָדוֹן *dominus*; quia sicut domino populus innititur & sustentatur, sic domus basibus [q]. Bases hæ acutæ erant inferiùs & oblongæ, ut figerentur intra terram [r]. Non placet: quia, cùm argenteæ essent, frequenti impactione in terram attritæ fuissent. Potiùs quadratæ erant & planæ *.

22. *Ad plagam*, &c. וּלְיַרְכְּתֵי וגו'] Vertunt, *ad oras*, Sy. *ad partem posteriorem*, Ch. *in parte posteriori*, Ar. *retrò tabernaculum*, o'. *angulis ipsis*, JT. i. e. lateri toto ab uno angulo ad alterum [t]. *In latere*, M. P. T. vel, *lateribus*; i. e. in uno ex lateribus: ità vers. 23 [v]. *Ad latera*, P. Ma.

23. *Duas in angulis*, &c. וּשְׁנֵי קְרָשִׁים תַּעֲשֶׂה לִמְקֻצְעֹת וגו'] *Duos asseres facies angulis*, Ma. vel, *in angulis*, O. vel, *ad angulos*, Ch. Sa. Sy. A. o'. M. P. Mo. Ma. O. vel, *in antas angulares*, JT. Ma. *In duabus pylis habitaculi, in duobus angulis*, Ar. Sensus hic esse potest, volebat tabulas angulares duplicari, ut angulus fortior esset [x]. Probabile hoc id facit, quòd sic columnæ duplicabantur, & binæ in angulis stabant. Vide quæ ad Exod. 27. 10. Verisimile est hos asseres ex uno factos in binas partes secto, & has partes compactas, unámque alteri additam, ad duplicationem & corroborationem [y].

24. *Eruntque conjunctæ*, sic Ch. M. תוֹאֲמִם] *Æquales*, o'. Sy. Ar. *æqualiter junctæ*, A. *geminæ*, Ti. *geminatæ*, Sa. Mo. O. *quasi gemellæ*, P. *gemellipares*, JT. i. e. quasi matres tabulæ. Geminos ex se tabulatorum ordines consocianto, nempe in longitudinem latitudinémq; Tabernaculi. Continebant enim asseres arrectarios Tabernaculi, utrinque summitate transtillorum in annulos suos transmissâ; totúmque aulæorum pondus sustinebant [z]. Sex scilicet tabulæ æquales; nam de duabus reliquis statim [a]. [Al. aliter.] Hoc non intelligendum de omnibus tabulis, sed tantùm de angularibus [b]. Potest sic accipi; *Erunt geminatæ infernè —& super caput*, &c. q. d. Et suprà & infrà geminatæ erunt, & totæ duplicatæ erunt, nempe, ut anguli crassiores essent & abstrusiores [c]. Potest & sic sumi; Quòd illæ tabulæ haberent partes alterius tabulæ suprà & infrà assutas, ut hujusmodi frusta essent quasi capita & bases angulorum [d]. *Quasi gemellæ*, V. i. e. tam aptè conjungentur inter se asseres parte unâ, ut videantur gemelli, & ex duobus asseribus unus esse

[g] Ità Vulg. & Ch. To. in Wil. Ma. O. [h] O. [i] Ma. [k] Wil. [l] Ma. [m] V. [n] D. [o] V. [p] Jun. [q] O. [r] L. ad v. 21. * Wil. [t] Jun. [v] V. [x] O. [y] Wil. [z] Jun. [a] Mc. [b] Wil. [c] O. [d] O.

videatur, qui in summitate jungetur circulo uno. תַּמִּים sequens pro תוֹאֲמִם positum notat Hebræus †. ¶ *Una omnes compago retinebit*; Heb. *erunt*, vel *sint*, תַמִּים] Variant. *Gemellæ*, [ut priùs:] ità Sa. P. Ti. O. Ma. (*qu. pro* תוֹאֲמִם.) *Æquales*, o'. Ar. *conjunctæ*, Ch. M. *perfectæ*, Mo. *perfectè junctæ*, JT. *simul erumpentes*, Sy. ¶ *Usque sursum*, עַל־רֹאשׁוֹ] *Super caput ejus*, Mo. O. Ma. *ad verticem illius*, JT. nimirum, anguli [f]. Imò potiùs, *scenæ*, non *anguli*; nam masculeum est, & *angulus* est fœm [g]. [Sequitur in Hebræo, אֶל־הַטַּבַּעַת הָאֶחָת, *ad annulum unum*, Ma. A.] *Inditi annulo uno*, JT. Uno infernè, & uno supernè, in quem insertis suis denticulis, tabulæ antariæ constringebantur [h].

26. *Facies & vectes*, ità Ch. Sa. Sy. Mo. O. בְרִיחִם] Propriè *transcursoria, transfugitoria*, quòd motu transfugiant & transcurrant ab una extremitate in aliam [i]. Quòd vectis videatur, dum aperitur ostium, fugere, dum clauditur, accedere [k]. *Seras*, o'. *transtilla*, Ma. JT. *transversa*, Ar. Quidam existimant hos quinque vectes in eadem linea positos, unum post alium. Non placet: quia unus ordo vectium non potuit simul continere tabulas decem cubitos altas [l]. Alii dicunt, quòd per *quinque vectes* intelliguntur *quinque vectium ordines* [m]. Et Josephus ait vectes fuisse quinque cubitos longos. Ità quatuor erant vectes in uno ordine in latere viginti cubitos longo, & (cùm quinque ordines fuerint) unicuiq; lateri erant 20 vectes, & in occidentali parte (quæ erat tantùm 10 cubitos longa) erant 10 vectes: Sic completur numerus 50 vectium [n]. Hi vectes totam continebant Tabernaculi fabricam, ut moveri suo loco tabulæ non possent [o].

27. *Ad occidentalem plagam*, לְיַרְכָתַיִם יָמָּה] Q. pluraliter exponunt; *ad*, vel *versùs*, *duo latera* (vel, *in oris*, Sy. *in angulis*, Ar.) *ad mare*, Mo. o'. *ab*, vel *in*, *occidente*, Sy. Ar. Alii singulariter; *posteriori lateri*, vel *parti*, o'. Ch. *ad occidentem*, Ch. *in latere angulorum occidentis*, M. Ti. *pro latere*, inquam, vergente *ad occidentem*, P. *Pro latere*: Duale pro singulari, ut versu 23 †.

28. *Qui mittentur*, ità Ch. מַבְרִחַ] *Penetrans*, Sy. Ar. Mo. *pertransiens*, o'. Sa. *transcurrens*, JT. *transiens continget*, Ti. ¶ *Per medias tabulas*, sic Ch. Sy. בְּתוֹךְ הַקְּרָשִׁים] Vertunt, *per concavum tabularum*, Ar. *inter medias columnas*, o'. *in medio* (vel, *per medium*, Sa. P. Ti.) *tabularum*, Mo. M. Q. sic; Per crassitiem tabularum, per totam illam compagem [p]. Ità Hebræi constanter [q]. Non placet. 1. Quia omnes vectes per annulos transibant; at sic non opus esset annulo pro hoc vecte [r]. 2. Tunc aut nimiùm spissi erant asseres, (quod non credibile est, cùm gestatorium & ambulatorium hoc tabernaculum fuerit, cujus tota compages ab 8 bobus & 4 plaustris vehebatur, Num. 3. 36. & 7. 8.) aut mirè debilitati. 3. Nec opus fuisset istud transtillum inaurari, juxta v. 29. cùm intus occultaretur *. In medio ergò dicitur esse, non respectu *crassitiei*, sed *longitudinis* [t]. Ex reliquis quatuor ordinibus duo suprà erant, & duo infrà, & hic in medio [v].

29. *Per quos*, &c. בָּתִּים] *Domos*, Mo. *sedes*, JT. *locum*, Sy. Ar. *Ut sint loca vectibus*, Ch.

30. *Quod monstratum est tibi*] Ad verb. *quam videre factus es*, ut cap. 25. 40 [x]. sive externo adspectu, sive (quod malim) internâ tantùm & imaginariâ visione [y].

31. *Velum*, vel *velamen*, [omnes;] at Sy. *operculum*: פָּרֹכֶת] *Aulæum*, Ma. Significat *velum durum & forte*, quale ex spisso serico. Venit à פֶּרֶךְ *duritia*, Levit. 25. & Ezec. 34 [z]. Hebræorum magistri tradunt fuisse quatuor digitos spissum, ut nemini potuerit esse perspicuum [a]. ¶ יַעֲשֶׂה] *Faciet*, sub. *artifex*, V. JT.

32. *Capita*, o'. Ch. M. וָוֵיהֶם] *Capitella*, Sy. Ar. Ma. *uncinos*, Sa. Mo. Ti. A. P. V. O. Ma. Wil. Qui erant formâ literæ ו [b]. Confer v. 33 [c]. item Exod. 27. *Columnas*, וָוֵיהֶם, i. e. *& uncinos earum* [d]. Existimant fuisse clavos, seu paxillos, affixos capitibus columnarum, ex quibus cortinæ pendebant †.

33. *Per circulos*, תַּחַת הַקְּרָסִים] Pones velum *sub uncinis*, V. M. i. e. appendes velum *uncinis*. קְרָסִים nihil aliud significat [f]. *Sub fibulis*, Ch. ¶ *Dividentur*] Con-

† V. [f] Jun. [g] Ma. [h] Ma. ex Jun. [i] Ma. ex M. [k] O. [l] Wil. [m] L. ità Wil. ex To. & Mo. [n] Wil. [o] Me. † Ma. [p] V. [q] Ma. sic Vulg. L. Mo. Simler. & Pelarg. in Wil. [r] Wil. * Ma. & Wil. ex Jun. [t] Wil. Ma. [v] Wil. [x] V. [y] E. [z] O. [a] Ma. [b] Wil. Ma. [c] V. [d] O. † Ma. [f] V.

Confer Hebr. 9. 2, 3. & quæ ad Matth. 27. 51 [g].

35. *Contra mensam,* עֵבֶר הַשֻּׁלְחָן] *E regione mensæ,* O. M. *rectitudinem mensæ, rectà, directè ante.* Vide infrà 40. 24. Ma.

36. *Tentorium,* מָסָךְ] Vertunt, *adductorium,* o'. *velum,* Ch. Sy. Ti. P. *velamen,* Ar. *tegumentum,* JT. simil. O. Mo. Hoc velum erat oppansum primæ parti Tabernaculi, quæ Sanctum dicebatur; sicut prius velum, de quo Num. 31. erat oppansum Sancto sanctorum [h]. Hoc velum sacrarium sacerdotum ab atrio populi separabat, Ma. Et respectu hujus primi veli Paulus vocavit PAROCHETH *velum secundum,* Heb. 9. Nec erat cur Forsterus impiè lapsum in epistola ad Hebræos coargueret, quod facit in radice כָּפַר, p. 393 [i]. PAROCHETH & MASACH *materiâ, formâ & quantitate* conveniebant: differebant, quòd *hoc* à quinque columnis pendebat, *illud* à quatuor; *hujus* bases æreæ, *illius* argenteæ, erant; ut rectè Forsterus, & ex eo Merc. Fuit & tertium velum, de quo Exod. 27. 16. & 38. 18 [k]. ¶ *Opere plumarii,* ità Ar. רֹקֵם] *Recamantis,* Mo. Ma. *acupictoris,* Sa. O. P. Ti. M. *opere picturarum,* Sy. *polymitarii,* Ch. Hujus opus est diversorum filorum, seu liciorum [l]. *Variatoris,* o'. nempe, qui varias formas & figuras multis coloribus effigiare novit [m]. *Opere Phrygionico,* JT. quia hæc ars in Phrygia inventa est, teste Plinio [n]. *Plumarii,* i. e. illius qui novit acupingere, seu intexere varia fila diversorúmque colorum [o].

g G. h Me. i Ma. k Ma. l O. m Ma. n O. o V.

CAP. XXVII.

1. *Facies & altare*] Duo altaria celebria erant inter Ebræos; 1. *Thymiamatis,* in Sancto; 2. *Holocaustorum,* in Atrio. De posteriori hîc agitur [p].

2. *Cornua autem*] Habebant Gentiles & altaria cornuta. Martialis, *Cornibus ara frequens* [q]. Qu. 1. Quæ forma horum cornuum? Resp. 1. Quidam angulos tantùm altaris intelligunt decenter prominentes sine ulla supereminentia [r]. At contrarium constat ex Ezec. 43. 15. nempe ea eminuisse supra altare*. 2. Aliis *cornua* erant radii quidam elegantes sursum erecti [†]; in modum pyramidum, vel obeliscorum [v]. Sed cur tum *cornua* dicerentur [x]? 3. Alii volunt ea cornubus *bovis,* &c. similia fuisse. Non necesse est hîc recedere à propria significatione [y]. 4. Alii volunt hæc cornua à solo altaris extrinsecùs altitudine pari cum altari assurrexisse [z]. Qu. 2. Quis usus horum cornuum? Resp. 1. Ornatûs causâ [a]. 2. Ut ibi alligarentur animalia mactanda, Psal. 118. 27 [b]. 3. Ad sustinendum rete, de quo statim [c]. ¶ *Ex ipso erunt*] i. e. Ex eadem materia [d]: non aliunde assuta †. Cum ipso compacta, non exemptilia [f]. Ipsi solidè hærento sursum versùs, Ezec. 43. 16 [g]. ¶ *Operies ære*] Extrinsecùs [h], (tum ad ornatum, tum nè ab igne fortè decidente læderentur ligna Setim, ex quibus altare compactum est [i];) & intrinsecùs, ut nihil lignorum cernatur [k].

3. *Lebetes,* vel *ollas,* [ità omnes,] סִירֹתָיו] [*At o'. coronam altari.*] ¶ *Ad suscipiendos cineres,* לְדַשְּׁנוֹ] *Ad excinerandum illud,* Mo. *pro cinere ejus,* Ar. *ad excipiendos* (*colligendos,* Ch. *tollendum,* M. AE. in Riv. *repurgandum,* M.) *cineres,* Ti. Bene conveniunt: Excipiuntur cineres ut auferantur [l]. ¶ *Et forcipes,* ità V. וְיָעָיו] Instrumenta sunt quibus removebatur *cinis* [m]: quibus aliquid accipimus, vel removemus [n]. *Scopas,* Mo. P. Caj. Ti. O. Non placet; quia hæc instrumenta omnia ex ære facta, quod de scopis non est verisimile [o]. Alii, *palas ejus*; ità M. Ma. Os. Sa. Ar. JT. Wil. Ang. Fire-shovells. Ità RS. qui sic ejus formam describit, *Simile est operculo lebetis ex ære fusili tenui, habenti manubrium.* Assentior: Nam יָעָה (quod Æthiopicè est וְעָ) sign. *urere, comburere,* Matt. 3. 12. & 13. 40 [p]. *Batilla,* Ch. *radulas,* Sy. ¶ *Fuscinulas*] Ità o'. V. Caj. Harum usus non erat ad extrahendas carnes ex ollis, (neque enim in altari holocaustorum ollæ erant, aut elixabantur carnes, cùm in Templo etiam culinæ erant ad eam rem destinatæ;) sed ad ligna in altari vel carbones componendos, aut extrahendos [q]. ¶ וּמִזְרְקֹתָיו] Alii vertunt, *acetabula,* Ch. *crateres,* Sa. O. P. JT. *scutellas,* Sa. vers. *ahena,* Sy. *forcipes,* Ar. *pelves,* M. *pelves sparsorios,* Ti. *aspersoria,* Mo. Ma. ¶ וּמִזְלְגֹתָיו] [Deest hoc in Vulg. & o'.] Vertunt, *fuscinulas,* [ità ferè omnes;] *tridentes,* Mo. P. O. Vasa in quibus, vel, ex quibus, aliquid spargitur, seu funditur [r]. Instrumentum erat dentes recurvos habens, quo caro ex olla trahitur*. ¶ *Et ignium receptacula,* ità Sa. Ti. וּמַחְתֹּתָיו] Vertunt, *receptacula,* Mo. O. P. *focum,* o'. Ar. *thuribula,* Ch. Sy. *pateras,* M. *forcipes,* JT. *exceptoria ejus,* vide 25. 38. Ma. Vasa erant in quibus de altari holocausti vivos carbones accipiebant, ut deferrent ad altare incensi ad cremandum thymiama manè & vesperi [t]. Est instrumentum quo prunas ex igne capiebant [v]; vel cineres [x]. *Acerram,* O. sicut Num. 16. Non placet; quia acerræ (censers) non pertinebant ad altare æreum [y]. ¶ *Omnia ex ære*] Vel, *ænea* facies. [Ità omnes.] Abundat ergò ל in, לְכָל־, aut in scriptura, aut in sensu, ut v. 19 [z]. ¶ לְכָל־כֵּלָיו תַּעֲשֶׂה נְחֹשֶׁת] *Omnibus vasis ejus facies æs,* Mo. Ma. [Fortè מ deficit ante נְחֹשֶׁת, & sic plerique vertunt, *ex ære,* &c.]

4. *Craticulámque,* ità V. מִכְבָּר] *Cribrum,* Mo. O. Ma. (vide 25. 38. Ma.) A foraminum multitudine dictum. כָּבַר sign. *multum esse* [a]. Q. putant hoc fuisse cancellos æreos circum altare externè ornatûs causâ [b]. Non placet. 1. Quia hoc in medio altaris esse dicitur. 2. Nec foramina ejus isti loco congruunt [c]. Alii aptiùs existimant expansum super cavum ipsum altaris depressum deorsum versùs ad medium usque altaris internè, super quod imponerentur carnes cremandæ & ligna [d]. Hoc modo nullum erat periculum ab igne, asseribus ære inclusis; nam hi parietes altaris intacti erant †. Hæc crates faculæ loco erat, inquit Josephus. Probat hunc sensum, 1. Quòd aliter focus deerit. 2. Sic altare cavum erit, ut v. 8. 3. Sic crates in medio erit [f]. Tegebat hæc superiorem altaris partem [g]. ¶ *In modum retis*] Erat lamina ærea pertusa parvis foraminibus, quibus cinis tantùm & sanguis decideret [h]. ¶ *Quatuor annuli—per quatuor angulos,* עַל אַרְבַּע קְצוֹתָיו] Arbitror hos annulos retis, cornibus altaris innixos, hoc cribrum, seu rete, sustentâsse [i]. Inserviebant vehendo altari, Exod. 38. 5. Hi annuli non erant appositi ad craticulam, sed altari inditi [k]. Extrinsecùs affixi erant [l]; paululùm infra æneum rete. In hos vectes immittebantur, ut craticulam cum altari unà circumferrent [m]. Extrà erant annuli, & intrà eorum fines, sive uncini, ad sustentandam craticulam [n]. עַל hîc non vertendum *super,* sed *secundùm,* reticulum, h. e. ad illam altaris altitudinem [o]; vel, *ad* rete, V. in Wil. Sic sumitur v. 21. עַל עֵדֻת, i. e. *versùs testimonium* [p].

5. *Quos pones subter arulam altaris*] Variè sudant Explanatores [q]. Lyra agnoscit difficultatem, nec potest se expedire, manente hâc versione [r]. Quidam volunt *subter* pro *super* dici †. In Heb. est וְנָתַתָּה אֹתָהּ תַּחַת כַּרְכֹּב *Et pones—subter ambitum,* Sa. Mo. M. P. JT. Ti. A. (*circulum,* Ch. *craticulam,* o'.) h. e. intra quadratum illum altaris ambitum, v. 1 [t]. *Sub longitudine,* Ar. *ad margines,* Sy. *subter vecturam,* Ma. *In loco prominentiæ,* i. e. ubi inferior altaris pars intùs prominebat, ut vehere posset cribrum; parte superiore eò usque excisâ. Huic expositioni favet vox כַּרְכֹּב, à כָּרָה *excidit,* & רָכַב *vectus est.* Nisi potiùs est statuere, cribrum illud vectum ac sustentatum fuisse anconibus annulorum æreorum in altare inditis, & per densitatem laterum illius impactis, ut Jun. annotat ad v. 7 [v]. Relativum אֹתָהּ *illud* referendum ad רֶשֶׁת *rete* ejusdem generis, nempe fœm. non ad *annulos,* ut malè Vulgatus [x]. *Arulam* hanc Lyra dicit esse vas in quo ponitur ignis [y]. Ex craticula per catenulas seu laminas appensa pendebat arula ænea, sive foculus, in medio altaris super lapidum impositorum structuram; in qua arula ponebantur ligna & ignis ad cremandas carnes, quæ in superiori craticula ponebantur [z]. Ego *arulam* pro ambitu ipso superno quadrato altaris simplicissimè accipio [a]. ¶ *Usque ad medium altaris*] Craticula non sola, sed cum arula appensa, ad medium

p Me. T. Riv. La. q E. r Riv. ità Mo. in Wil. * Wil. Bo. Ma. † Ità Lippom. in Riv. RS. & Os. in Wil. v Ità To. & Caj. & Villalp. in Bo. item Ma. x Wil. y Wil. z Q. in Ma. a Ma. A. b Wil. Ma. Jun. c O. d V. † M. O. f Ma. g Jun. h Jun. Bo. i Bo. k Jun. l Riv. m M. F. n Me. o Wil. p Di.

q Bo. r Ma. * M. F. t L. Me. v Me. O. x V. y Wil. z G. a O. b Ma. c Wil. d Ma. ità Wil. Bo. Me. V. † Riv. f Wil. g Me. h Ma. ex Jun. i O. ità Jun. k Wil. l Wil. Riv. m Riv. n Wil. o Jun. p Wil. q Ma. r Riv. † L. t Jun. v Pi. x Riv. sim. O. y Riv. z Me. a Ma.

um usque altaris perveniebat: inter craticulam enim & arulam ferè spatium erat cubiti unius cum dimidio, quod est medium altaris, quod trium cubitorum altitudinem habebat [b]. Ità manebat utrinque cubitus cum dimidio; suprà, superponendis carnibus, infrà, ad ignem supponendum [c].

6. *Vectes altaris*] Ut craticula, sic altare, suos habebat vectes, ut seorsim portari posset [d].

7. *Induces*, &c. וְהוּבָא אֶת־בַּדָּיו] *Inducet*, &c. Ch. *Inducentur vectes*, Mo. P. JT. A. *immitte*, &c. Sy. Ar.

8. *Non solidum, sed inane & cavum*, ità V. Ma. q.d. Spatium inter tabulas concavum erit †; נְבוּב לֻחֹת] Vertunt, *Cavum*, Mo. Ch. P. A. (vel, *Vacuum*, Ma. M. *cum vacuo*, O.) *tabularum*, Mo. (vel, *ex tabulis*, Ch. Sy. JT. *tabulatum*, ό. Sa. *intra tabulas*, M. O. *cum tabulis*, A.) *Ex tabulis concavis*, Ar. *Ex tabulis, ut sit intus inanis & vacua*, Ti. *Tabulato cavato*, V. & *farcturâ vacuâ*, Jun. ut levius esset ad ferendum, Malv. Alii, *Vacuum tabulis*, P. V. i. e. carens tabulis; ut quatuor latera non essent constructa ex continuis tabulis compactis, sed ex transversis quatuor lignis cum pedibus, sine tabulis [f].

9. *Facies & atrium*] Ut ambiret tabernaculum & altare, tum ornatûs, tum reverentiæ, causâ [g]; tum ut sacerdotes liberiùs facerent officia circa altare, populo exteriùs exsistente [h]. ¶ *Tentoria*, ità ό. i. e. vela, vel aulæa, quæ erant instar parietum atrio [i], קְלָעִים לֶחָצֵר] *Ordines atrii*, Sy. *vela tentorii*, Ar. *tapetes*, Sa. Ti. A. *ocellati atrio*, Sa. *cortinæ* (vel *fundæ*, Mo. Ma.) *atrio*, Ch. M. P. O. i. e. Atrium fiet ex cortinis, seu aulæis aut tapetibus, factis ex bysso retorta [k]. קֶלַע *funda*, à קָלַע *fundâ jacere*: vel, quòd fundarum imagines depictas haberent [l]; vel, quòd in modum fundarum opere reticulato contexta essent [m]. *Fundæ*, i. e. cortinæ foraminibus distinctæ, quæ aditum arcerent, non aspectum [n]. Quidam *rotas rotationes* reddunt, nempe à rotulis illis intextis; vel, quòd in profectionibus à Levitis involverentur & circumrotarentur [o]. ¶ *Centum cubitos*, בָּאַמָּה] *In cubito*, V. Mo. Di. i. e. in mensura cubitali, sive in ratione metiendi per cubitos [p]. In Exodo sæpe intervenit ב; at sæpe construitur sine ב, ut 1 Reg. 7. 2. Ezec. 40 [q]. ¶ *Unum latus*, &c. אֹרֶךְ לִפְאַה הָאֶחָת] *Longitudo* (sub. *illorum*, V.) *lateri uni*, V. Ma. i. e. in latere uno ac primo [r].

10. *Et columnas*] De quibus vela sive tentoria suspenderentur †. *Statuas*, Ma. ¶ *Capita*, ità ό. וָוֵי] *Capitella*, Lippom. Ma. *epistylia*, V. Ma. *uncini*, Mo. Vide ad cap. 26. ¶ *Cum cælaturis*, ità Ch. וַחֲשֻׁקֵיהֶם] *Et circuli earum*, Mo. vel, *cincturæ*, M. Ti. *amplexus, ambitus*, Ma. *fasciæ*, JT. *arcus*, ό. Sa. *linimentum*, Sy. Ar. & *fila earum*, V. P. *Fila eas cingentia*, ut sunt circuli doliares [t]. *Et zonæ earum*, V. Lippom. i. e. cælaturæ circulares, sive fila cingentia [v]. Erant laminæ tenues, vel fila, quæ ambiebant capita columnarum [x]. Et ornatui inserviebant & usui, ut iis tapetes affigerentur [y]. Circuli erant & alia ornamenta, quæ per gyrum ambiebant columnas. AE. exponit, *res columnis adhærentes* [z].

11. *In latere Aquilonis*] [At ό. *quod ad Subsolanum*.]

13. *Ad orientem*, simil. Ch. Sy. Ar. M. Ti. לִפְאַת קֵדְמָה מִזְרָחָה] *Ad angulum*, (*latus*, P. *partem*, Sa.) *anteriorem* (*orientalem*, Sa. P.) *ad*, vel *versùs*, *orientem*, Sa. Mo. P. JT. [At ό. *ad Austrum*.]

14. *Lateri uno*] Vel, *in uno latere*, [plerique:] sub. *frontis & ingressûs atrii*, V.

16. *Tentorium*, ità Ch. מָסָךְ] *Velum*, Sy. Ar. M. Ti. A. *operimentum*, Mo. simil. ό. JT. *aulæum*, Sa. O. P. Quod portæ atrii oppansum quasi januæ vicem impleret [a]. Hinc & indè relinquebatur spatium quindecim cubitorum, quod suas habebat columnas, & tentoria, sive vela [b].

18. *In latitudine quinquaginta*] Heb. & *latitudo quinquaginta in quinquaginta*; i.e. latitudo erit per omnia æqualis in utroque latere [c]. *Quinquaginta ex omni parte*, JT. tam in parte occidentali, quàm orientali [d]. Et idem de longitudine intelligendum; centum ex omni parte, ut Græcus exprimit †. Vel, duplicatio vocis indicat justam latitudinem fuisse 50 cubitorum [f].

[b] Mo. [c] O. [d] Mo. † Ma. [f] Ma. [g] Mo. [h] L. [i] Me. [k] V. [l] O. [m] Ma. O. [n] G. ex Chald. F. [o] Ma. [p] V. [q] Di. [r] V. † Me. [t] O. Ma. [v] V. [x] Mo. [y] A. [z] M. [a] Me. [b] Me. ad v. 14. [c] F. V. Ma. [d] O. A. † A. [f] Ma.

19. *Et ceremonias*, לְכָל־עֲבֹדָתוֹ] *In*, vel *ad*, *omne ministerium ejus*, Ch. Sa. JT. A. *Per omnem cultum ejus*, i. e. ad quemcunque cultum ejus necessaria sint. ¶ *Paxillos*, יְתֵדֹת] Erant veluti quidam clavi, quibus extremitates cortinarum affigebantur, nè à vento dispellerentur [g]. Erant columnis infixi, ad cortinas sustinendas [h].

20. *Præcipe*, תְּצַוֶּה] Sic vocant octavam libri Sectionem, quæ hîc incipit [i]. ¶ *Ut afferant*; *ut offerant tibi*, Ch. וְיִקְחוּ] *Et acceperunt*, Ma. *ut accipiant*, (vel *sumant*, ό.) V. Ma. i.e. ut capiendo afferant, V. A. Sic Levit. 24. 2. ubi hæc lex repetitur [k]. Ut Psal. 68. *accepit dona*, i. e. *dedit*, Eph. 4. 8. Accepit igitur danda. Phrasis Ebræa est [l]. ¶ *Oleum*, &c. שֶׁמֶן זַיִת] *Oleum oleæ*, vel, *olivæ*, P. Mo. V. Ma. Quidam volunt *olivæ*, pro *olivarum*, V. *Oleum ex olivis*, ό. Ch. *unguentum olei*, Sy. ¶ *Contusum*] Ità ό. Sa. Mo. JT. Tudiculâ, ut sit purius [m]. *De olivis contusis*, Ch. Oleum vel fit sponte fluens ex olivis, vel pilo contusum; non prælo aut molâ expressum, quòd amurcâ & fæcibus plenum est [n]. ¶ *Ut ardeat lucerna*, &c. לְמָאוֹר] *Pro luminari*, P. *ad lumen*, sub. *fovendum*, vel *accendendum*, vel, *luminis causâ*, V. Per *lucernam* hîc intelligunt candelabrum instructum lucernis suis [o]. Vel, sing. pro plur. ponitur [p]. ¶ *Semper*] Quidam strictè intelligunt, quasi nunquam exstinguerentur [q]. Probatur, 1. ex Jos. Antiqu. 3. 9. ubi refert tres ex 7 lucernas de die arsisse. Is autem Sacerdos erat, & hæc vidisset; nec erat cur mentiretur. 2. Idem affirmat Hecatæus Abderita in Euseb. Præpar. 2. & Philo lib. *de Victimas offerentibus*. 3. Interdiu nullum, vel exiguum, lumen erat in Tabernaculo: nec ullæ fenestræ erant. Indecens autem erat Deum vel ibi habitare, vel continuè quasi convivari, in tenebris. 4. Sic videtur ex Exod. 30. 7 [r]. Talis fuit lychnus in templo Ammonis, teste Plutarcho †. Aliis *semper* idem valet quod singulis noctibus [t]. Probant ex versu seq [v]. & ex Levit. 24. 3. *Ponétque eas à vespere usque ad manè*; & ex 1 Sam. 3. 3. *Lucerna Dei antequam exstingueretur*; & 2 Paral. 13. 11.——*ut accendatur semper ad vesperam* [x]. Sed hæc sic conciliari possunt, nempe, omnes lucernas noctu arsisse, interdiu aliquas exstinctas fuisse, ut dicit Jo [y]. *Jugiter* hîc est, statis temporibus, ut declaratur Exod. 30. 8. Sic panes apponebantur *jugiter*, Exod. 25. 30. & agni offerebantur *jugiter*, Exod. 29. 38. nec tamen continenter, sed statis temporibus [z]. Et Aaron *portat jus fil. Israel super cor JUGITER*, scil. quoties ingreditur tabernaculum. Ità hoc loco *jugiter* est quotidie: Constat enim lucernas à vespera tantùm ad manè accensas mansisse, ut patet ex Exod. 27. 21. & 30. 8. & Levit. 24. 3 [a].

21. *In tabernaculo testimonii*, בְּאֹהֶל מוֹעֵד] *In tabernaculo Ecclesiæ*, P. vel, *conventûs*, Ar. Mo. JT. vel, *congregationis*, vel, *conventionis*, (à יָעַד *convenire*,) quòd Israel illuc conveniret; vel, quòd illuc conveniret Deus, ut loqueretur Mosi, ut cap. 25. 22. & Num. 17. 4 [b]. Alii, *In tabernaculo*, vel *tentorio*, *testimonii*; ità Vulg. ό. Sa. O. M. vel, *fœderis*, ut Ch. & quòd in eo Deus de sua voluntate (& fœdere, E.) testari vellet [c]; & quòd in ea Lex erat, quæ *testimonium* dicta [d], quòd justis testimonium sit ad vitam æternam, impiis ad mortem †. יָעַד significat & *convenire*, & *testari* [f]. Al. *In tentorio stationis*, vel, *constitutionis*, Ma. ubi fiebant stationes militiæ ecclesiasticæ, sacra stata, festa, &c. Tabernaculi ministerium *statio* & *militia* vocatur Num. 8. & alibi sæpe. Nobis hoc videtur aptissimum. Al. *In tentorio indictionis*, vel, *condictionis*, ubi indicebantur ritus sacri. *In tabernaculo temporis*, Sy. scil. *statuti*, certi temporis: quòd in eo statuto tempore populus conveniret [h]. *In tentorio constituto* extra velum, Ti. Quidam notant *Moghed* specificare, & quasi discernere, hoc tentorium ab aliis omnibus; q.d. *Illud tent. certum, speciale*, &c. Al. *In tentorio concilii*, vel, *adunationis*, quòd illîc adunaretur Israel [i]. ¶ *Extra velum*, מִחוּץ וגו׳] Ad verb. *deforis*, i. e. citrà, V. ¶ *Quod oppansum est testimonio*, sive, *arcæ testimonii*, V. עַל־הָעֵדֻת] *Super testimonium*, Mo. Ma. ¶ *Collocabunt eam*, אֹתוֹ] *Illas*, sub. *lucernas*: nam אֹתוֹ singulare refert נֵר sing. pro plur. ut dictum v. 20 [k]. ¶ *Usque*

[g] V. [h] Me. [i] V. [k] A. [l] Riv. [m] Jun. L. Ma. [n] Me. [o] Ma. [p] V. [q] Ità Caj. Simler. & Ribera in Wil. Bo. [r] Bo. † G. [t] Ità Wil. L. O. To. in Bo. La. Jun. Pi. G. [v] O. [x] La. O. [y] Bo. [z] Pi. [a] Glass. gram. pag. 439. [b] F. V. [c] Ma. [d] F. V. Ma. † F. ex M. F. [f] F. [h] Ma. [i] Ma. [k] V.

que manè] Heb. *à vesperâ ad manè.* Supple, ut luceat *à vesperâ ad manè*, JT. At potiùs illa verba, *à vesperâ ad manè*, pendent à verbo *aptato*, seu *dispones*; [ità accipiunt Ch. Sa. Sy. Ar.] *Disponet à vesperâ ad manè.* Nam per totam noctem debuerunt occupari in lucernis aptandis, ut rectè lucerent: cui usui serviebant forcipes quibus lucernas emungebant, & trullæ in quas sordes emunctæ indebantur[l]. ¶ *A filiis Israel*] Sub. *observandum*, V. JT. *à parte filiorum*, &c. A. *filiis*; Ti.

l Pi.

CAP. XXVIII.

1. APplica, הַקְרֵב] *Accedere*, vel *appropinquare*, *fac*, V. M.

2. *In gloriam & decorem*] Sacerdotum & sacerdotalium munerum[m]. Ad ornamentum, aut, quibus ornabitur[n]. Significabant puram Jesu Christi administrationem[o].

3. *Sapientibus corde*] H[s], pro, *peritissimis artificibus*, V. Tales *sapientes* sæpe vocantur: ut, *architectus sapiens*, 1 Cor. 3. *sapiens nauta*, Psal. 107. 27. Et Homerus fabrum lignarium *sapientem* vocat. *Apud priscum seculum sapientes appellari consueverunt etiam qui sellularias quasdam callebant artes*, ait Politianus[p]. Vide Aristot. Ethic. l. 6. c. 7[q]. ¶ *Corde*] Non ore tantùm, qui tales dicuntur[r]. Judæi (cum Platone) sapientiam collocant in corde, non in cerebro. Quibus non tam *pectus*, quàm *cor*, sapit. Nam pectus sapit perditis. Comicus, *Mulier cui pectus sapit: nam cor non potest, quòd nulla habet.* Improbi *corde carere* dicuntur†. ¶ *Quos replevi*, ità P. & Ch. in V. אֲשֶׁר מִלֵּאתִיו] Ad verb. *quem replevi eum*, i. e. *quemlibet eorum*; *quorum unumquemque*, &c. ut sit constructio sensu congrua, non voce[t]. *Quorum cor replevi*, V. Ma. vel, *quod implevi*, scil. cor, D. Ità He. in V. ¶ *Replevi*] Videtur eis plenè infudisse artes fabriles[v]. Quod tum necessarium erat: Nam in Ægypto vix operam dare poterant artibus ad ornatum factis; nec desertum commodum erat ad opera illa delicata & subtilia[x].

4. *Hæc vestimenta*] Primò enumerat specialia summo Sacerdoti[y]. ¶ *Rationale*] Ità Ch. Ma. Sic dicitur, quòd per illud, tanquam esset ratione præditum, oracula redderentur[z]. ¶ חֹשֶׁן] *Thoracem*, Ar. *Pectorale*, ο'. Sa. Ti. A. M. V. O. JT. quòd supra pectus Sacerdotis ponebatur[a]. Q. deducunt à חָשָׁה *silere*; quia in eo Dei mysteria & tacita voluntas comprehenderentur[b]: vel, quasi dicat, *oraculum tacitum*. Videndum potiùs in Sacerdotis pectore, quàm audiendum[c]. Vel, à חוש *sentire, intelligere*; quòd indè Pontifex intellexit quid sciscitantibus respondendum esset[d]. Affinitatem habet cum חָזָה *videre, contemplari*; indicans quâ curâ & consideratione Sacerdos interrogantibus responderet†. ¶ *Et superhumerale*, ità ο'. Ch. Mo. O. *humerale*, Ti. אֵפוֹד] *Ephod*, Sa. Sy. M. P. A. Ma. *pectorale*, Ar. Propriè est *superindumentum cinctum*, Ma. Est *cinctorium*, seu *pallium*, V. אָפַד est *cingere*, V. Riv. aut *constringere*, V. aut *superinduere*, Riv. Fuit, in modum thoracis[f], brevis[g], cum manicis[h]. Ità Jo. & Ribera in Wil. Sed contrarium receptum est[i]. Vestis erat extima brevissima, sine manicis, quæ arctabat laxitatem interiorum vestium[k]. Q. aiunt eam ad pedes pertigisse à parte postica[l]. Ποδήρη, i. e. *talarem*, vertunt ο'. Malè, inquit F. co. Ephod duplex erat: 1. Generale, *lineum*, quo in sacris usi & Levitæ & alii; 1 Sam. 2. 18. & 22. 18. & 2 Sam. 6. 14. 2. Particulare, de quo hîc loquitur. Ità doctus Hebræus[m]. Pertingebat Ephod à lumbis ad summos humeros. Quatuor alas in quatuor extremitatibus habuit: quarum superiores, super humeros flexæ, Pectorale catenulis aureis sustinebant: inferiores verò, ad latera Sacerdotis flexæ, per annulos inferiori Pectoralis parti conjungebantur. Confer hæc cum cap. 39. infrà[n]. ¶ *Tunicam*, מְעִיל] *Pallium*, P. Mo. & plerique; *talare*, ο'. *thoracem*, Sy. *pluviale*, Ar. *interulam*, V. M. *interulam sinuosiorem*, JT. Aiunt esse *summam & extimam vestem*, quæ Romanis *toga*, Græ-

m Me. n V. o A. p D. q Riv. r O. † D. t D. v O. x Riv. y L. z T. a M. V. b Riv. c A. ad v. 15. d F. co. ad Exod. 25. 7. † A. ad v. 15. f O. Ma. g Q. in A. h Ma. i Lippom. in Wil. k V. F. co. l He. in A. m V. n Jun.

cis *pallium*, dicitur; & eâ non superinduti nudi dicuntur. Deducunt à מָעַר *transcendere*, quòd transcenderet alias vestes, & eis superinduceretur[o]. ¶ *Et lineam strictam*, וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ] כְּתֹנֶת *tunica*. Indè, sine dubio, χιτὼν, Ma. Di. Vestis interior est, Luc. 6. 29. q. d. Tecta & latens; ab Æthiopico כרן, (mutato ת in ד,) *claudere, tegere*[p]. Variè vertunt. *Tunicam ocellatam*, vel, *ocellationis*, Aq. F. V. P. Mo. i. e. opere Phrygionico quibusdam velut ocellis intextam[q]. *Tunicam inclusionis*; vel, *inclusos habentem lapides*, M. O. Fulgebat variis ornamentis, & præsertim inclusis lapidibus & margaritis, quas sepiebant rosulæ, specula, & ornamenta aureis facta filis. Et hæc interior erat vestis, quam tegebat interula, alia vestis linea: & hanc rursus cingebat Ephod[r]. *Tunicam strictam*, Ch. Ti. ο'. in Ma. i. e. constringentem corpus, Ma. *Tunicam circulati operis*, i. e. textam cum circulis, seu locis cavis, instar oculorum. Hinc idem verbum v. 11. sign. cavitates quibus lapides insiti erant†. *Tunicam tessellatam*, Sa. JT. veluti tessellis seu quadriculis distinctam, Ma. *Tunicam byssinam*, Sy. *vestem duplicatam acupictam*, Ar. ¶ *Cidarin*, [ità plerique,] מִצְנֶפֶת] *Pileum*, Sa. in Nobil. *tiaram*, Sy. Ti. *galerum*, M. *mitram*, P. Aiunt fuisse pileolum rotundum, non acuminatum. Alii volunt fuisse diadematis genus, h. e. vittam, fasciam, vel tæniam, quâ caput redimiretur[t]. *Pileolum*, Hieron. ad Zachariam. Sic, *Flamines in capite pileum habebant, in quo erat brevis virga, desuper habens lanæ aliquid; quod cùm per æstus portare non possent, filo tantùm capita religare cæperunt: nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas fuerat.* Ità Servius ad 8. Æneid[v]. ¶ *Et balteum*, [ità plerique,] וְאַבְנֵט] *Zonam*, ο'. Sy. Ti. *cingulum*, Ar. Ut expeditior esset in ministrando, accinctus quasi in militia sua Ecclesiastica[x]. Notandum verò Pontificis maximi ornamenta fuisse σύστοιχα Templi ornamentis. Colores quatuor iidem; septem vestimenta, si laminam annumeres, pro septem lychnis; duodecim gemmæ, pro duodecim panibus[y]. ¶ *Vestimenta sancta*, בִּגְדֵי קֹדֶשׁ] *Vestes* (per quas intellige quæcunque ad vestitum quâcunque ratione pertinere videntur) *sanctitatis*, i. e. *sacras*[z].

7. *Duas oras junctas*, שְׁתֵּי כְתֵפֹת חֹבְרֹת] *Duo humeri*, Sy. Ti. M. (*humeruli*, Ch. *scapulæ*, Sa. Mo. Ma. *superhumeralia*, ο'. *humeralia*, JT. A. *oræ*, P. M.) *conjuncti*, Sy. M. Sa. Mo. P. *illi*, M. vel, *cum eo*, Sy. vel, *consuti*, M. *Erunt ei continentia alterum alterum*, ο'. *sibi cohærentes*, Ti. *consociati*, Ma. *conjungentia sunto*, JT. A. Ut per eas commodiùs posset Pontifex caput inserere, & Ephod induere; quo cùm erat indutus, tunc oræ illæ fibulâ nectebantur[a]. ¶ *In utroque latere summitatum*] Quia non sub axillis, sed in summo Ephod super humeros, erant[b]. *Latera* dicuntur, (inquit doctus Hebr.) quòd dependeant ex humeris, vel subjaceant illis: i. e. In parte anteriore superhumerale erit apertum; latera tamen illa conjungi poterunt, & ità claudetur[c]. *In duabus extremitatibus*, JT. Ma. dextrâ & sinistrâ, JT.

8. *Ipsa quoque textura*, &c. חֵשֶׁב אֲפֻדָּתוֹ] Vertunt, *artificium superhumeralis ejus*, Mo. Riv. (vel, *cincturæ*, M.) *excogitatum Ephod*, Ma. (vel *balthei*, O.) *cingulum sui Ephod*, Sa. P. *vitta* (*zona*, Sy.) *pectoralis*, Ar. *cingula amictûs*, JT. *polymita limbi ejus*, Ti. *balteus ornatûs ejus*, Ch. Intelligunt texturam quandam super vestem Ephodi circumcirca firmiorem, ad hoc, ut vestis accommodaretur corpori[d]. Al. *cingulum*, vel *cingulam*, *ipsius Ephod*: quo intelligunt duas alas *inferiores* Ephod; sicut *superiores* scapulas vocabant†. ¶ *Quod est super illud*, vel *ipsum*, Mo. O. Ch. Sa. Sy. אֲשֶׁר עָלָיו] *Supernè in eo*, Ti. *in summitate ejusdem*, M. Alii, *quod in eo*, vel *ipso*, JT. ο'. *est*, ο'. seu, *erit*, P. Discretionis causâ, nè hæ cingulæ pro baltheo accipiantur. Erat enim baltheus separatus, istæ verò amiculo continentes[f]. ¶ *Operis varietas*, כְּמַעֲשֵׂהוּ] *Secundùm factionem*, ποίησιν, ο'. O. *sicut* (*secundùm*, V. *tanquam*, Sa.) *opus ipsius*, Mo. Ch. O. Sa. sim. Ti. JT. A. Supple, *Ephod*, V. *Ejusdem artificii*, Sy. sim. Ar. *Simile erit texturæ ipsius*, P. ¶ *Erit*, מִמֶּנּוּ יִהְיֶה] *Ex ipso erit*, Ch. Mo. Q. P. Ti. JT. Sy. *Erit sicut ipsum*, Ar. *ab ipso ex-*

o Ma. p D. q V. ex F. O. r M. F. V. † A. t Ma. v G. x Ma. y G. z V. a Me. b Me. c V. d Q. in Ma. † Ma. f Jun.

stans, Sa. Erit ex eadem materia[g], & eodem opere. Sic intelligo; quòd sicut textura Ephodi erit ex auro,&c. ità ejus variegatio; utraque unum erit & idem opus ejusdem artificis. Non autem vestis primò texta erat, & post variegata; sed in textura plumarius diversos colores acu pertexuerat, nec variegatio extra corpus vestis eminebat[h].

9. *Lapides Onychinos*, שֹׁהַם] *Sardonychas*, Aq. Jo. in Bi. Ma. Vide ad Gen. 2. 12. Me. ¶ *Et sculpes*, וּפִתַּחְתָּ] *Et aperies*, M. Mo. O. Quòd sculptura nihil aliud sit quàm apertura ejus in quo fit[i].

10. *Sex—& sex*] Qu. An hîc Levi inscriptus fuit? 1. Q. negant[k]. Sacerdos enim per se suam tribum repræsentabat[l]. Et sui ipsius non poterat non meminisse inter sacrificandum[m]. Hi ergò, Levi relicto, Ephraim & Manasse pro Josepho substituunt[n]. 2. Alii affirmant[o]. Nam sequitur, *juxta ordinem nativitatis*; ut nulla hîc vel specialium privilegiorum, vel sortitionis, videatur habita fuisse ratio[p].

11. *Opere sculptoris*, מַעֲשֵׂה חָרַשׁ אֶבֶן] *Opere sculptoris gemmarii*, Ar. vel, *artificis lapidum*, P. *artis lapidariæ*, ό. Sic vocat gemmarium, V. λίθ@ sumitur pro lapide pretioso, & διάλιθ@ est *gemmatus*[q]. ¶ *Et cælaturâ*, &c. פִּתּוּחֵי חוֹתָם] *Sculpturis (apertionibus*, Mo. *cælaturâ*, Sy.) *annuli*, vel, *sigilli*, Ch. Sa. Ar. ό. V. quibus uti solent in annulis[r]: eo modo quo gemmæ annulorum signatoriorum sculpi solent. *Cælare* propriè ἐκλύπτειν, *scalpere* γλύπτειν: sed solent ista confundi[†]. ¶ *Sculpes eos nominibus*, ità M. P. Ti. עַל שְׁמוֹת] *In*, vel *super*, *nominibus*, ό. Mo. *per*, vel *juxta*, *nomina*, Ch. Sa. Sy. *Super nomina*: Hypallage, pro, *insculpes lapidibus nomina*, JT. ¶ *Inclusos auro atque circumdatos*, ità Ch. מֻסַבֹּת מִשְׁבְּצוֹת] *Circumdatos*, vel *inclusos*, *inclusoriis*, O. *ocellaturis*, Mo. sim. Ar. *palis*, P. *fundis*, Ma. *cælaturis*, Ch. *auri*. *Inclusos & fixos in auro*, Sy. i.e. Constringes illos lapillos palis aureis; q. d. Curabis affigendas duas palas aureas[t].

12. *Memoriale filiis Israel*, אַבְנֵי זִכָּרֹן] *Lapides (gemmæ*, Ti.) *recordationis*, Mo. Ma. simil. plerique; vel, *monimenti*, Sy. JT. Ti. Hoc μνημόσυνον referri potest, 1. ad Deum[v]. Confer v.29[x]. & Levit.2.2. Hoc præcipuum. Obj. Dicitur *memoriale filiis Israel*. Resp. Nempe, quòd Deus eorum recordabatur. Sic Iris erat quasi *memoriale* Dei, Gen. 9.13[*]. 2. Ad Pontificem[y]: 1. Ut meminisset Pontifex & populus fidei & probæ vitæ Patriarcharum, ut imitarentur. 2. Ut recordaretur Pontifex in orationibus 12 Tribuum. 3. Ut meminisset populum à se portandum & pectore, (per amorem,) & humeris, (per tolerantiam molestiarum[z].) 3. Ad ipsos Israelitas: Ut memores essent se quasi coram Deo sisti, ac proinde ad sacra illa essent attenti, &c. Possunt hæc omnia simul consistere[a].

13. *Et uncinos*, ità Ch. מִשְׁבְּצוֹת] *Ocellaturas*, Mo. Ar. *fundas*, JT. *palas*, Sa. O. P. aut meliùs, *inclusoria*, O. *aspidiscas*, ό. *fibulas*, Sy. M. *spintra*, Ti. Referri hoc potest vel ad præcedentia, ut *inclusoria* sint *palæ* pro lapillis, unde sic vertunt, *facies palas*: vel ad sequentia, & tum vertendum, *facies fibulas*, vel *uncinos*[b], quibus nimirum *catenulæ* (quæ sequuntur) affigi debent[c]. Ut per eos & catenulas *rationale* alligaretur *superhumerali*, ipsi nimirum Ephod[d].

14. *Et catenulas*, vel *catenas*, [ità omnes,] *sibi cohærentes*, מִגְבָּלֹת] Variè reddunt. *Duplicatas*, Sy. *admistas in floribus*, ό. *æquabiles*, JT. *æquales*, Ar. *in extremitatibus*, Ti. *conterminas*, Sa. Mo. *terminos*, O. *terminatas*, sive *terminationis*, Ch. P. F. V. Sic vocantur, quòd breves essent, certæ, æqualis & præfinitæ magnitudinis ac longitudinis; vel, (ut alii) quòd conjunctæ essent termino & extremitate Pectoralis. Vide v. 22[†]. *Quæ terminentur ad pectorale*, M. *sibi cohærentes*, Vulg. Cujus scilicet circuli, sive annuli, ex quibus catenula constatur, invicem innexi cohæreant[f]. ¶ *Facies eas*, Ma. אוֹתָם] *Eos*. Redundat pronomen, & ם pro ן positum[g]. ¶ מַעֲשֵׂה עֲבֹת] *Opere fimbriarum*, Ch. *plicaturæ*, ό. *continuato*, Sa. vers. *connexionis*, Ar. *plectili*, O. Sa. P. V. *tortili*, JT. *intricato*, M. *complicato*, Ti. *opere funis*, Mo. V. Ma. i. e. intorto instar funis[h]. ¶ *Quibus inseres*, וְנָתַתָּה] *Et dabis*, Mo. O. i. e. infiges. Sic *dare*, 1 Chron. 17. 22. idem est quod *confirmare*, 2 Sam. 7. 24. Ità hîc vers. 25[i]. *Appones*, JT.

15. *Rationale judicii*, sic Ch. Ma. Sa. חֹשֶׁן מִשְׁפָּט] Ar. sic, *Fac thoracem cujus qualitas sit artificii peritissimi*. Reliqui vertunt, *Pectorale judicii*, P. O. Ma. M. F. Mo. Ti. A. vel, *juris*, JT. Sic dicebatur, 1. Quòd nunquam sine eo sacerdos Deum consulebat[k]; aut jus dicebat in re gravi. Vel, 2. Quòd contineret judicium & sententiam Dei, nempe, quòd Pontifex esset & doctrinâ & moribus ornatissimus[l]. Vel, 3. Quia admonebat & sacerdotem & populum *judicii*, nempe *humani*, h. e. officii & debiti sui[m]. Vel, 4. Quia judicium & sententiam Dei in rebus agendis continebat[n]. Vel, 5. Quia *judicium*, h. e. *judicia*, i. e. causas, filiorum Israel super cor suum portavit Aaron[o]. Vel, 6. Quòd eos docuit quo pacto se gerere deberent tam in bello quàm in republica. Confer infrà ver. 30. מִשְׁפָּט significat administrationem rei quà publicæ, quà privatæ[p]. Vel, 7. Quòd esset peculiare insigne dignitatis & officii pontificatûs. Vide v. 30. מִשְׁפָּט sumi notant pro *officio*, *ordinatione*, *administratione*, &c. ut Psal. 71. 2. 1 Sam. 2. 13[q]. Vel, 8. Quòd in eo esset *judicium* (i.e. ordo, dispositio, specimen, monumentum, exemplar,) *filiorum Israel*; nempe, nomina & memoriæ, infrà v. 29, 30[r]. Vel, 9. Quòd huic insculpta nomina admonuerunt eos sui juris quod habebant in promissionibus Dei[†]. Sunt qui *judicium* hîc interpretantur *jus*[t].

16. *Quadrangulum erit & duplex*] Vel, *quadratum duplicatum*: [ità omnes.] At ό. sic, *quadrangulum*: *duplex spithamæ longitudo ejus*. [τὸ *duplex* referunt ad sequentia.] Ex duplici tela constans, ad hoc, ut sustinere possit gemmas in eo collocandas[v].

17. *Ponésque in*, &c. וּמִלֵּאתָ בוֹ מִלֻּאַת אֶבֶן] *Et implebis*, vel, *complebis*, *in eo plenitudinem*, (vel, *impletionem*, Ma. Ch. *impletione*, P.) *lapidis*, Mo. vel, *incisiones lapidum*, Sa. *Implebis impositione lapidis*, M. *gemmarum insitione*, Ti. simil. JT. *Apta (compone*, Ar.) *in illo ordines gemmarum*, Ar. *consertum lapidum*, Sy. ¶ *Quatuor ordines lapidum*, אַרְבָּעָה טוּרִים אֶבֶן טוּר וגו'] *Quatuor ordinibus lapidis*: *Ordo*, Mo. *quadriordinem*, *ordo lapidum erit*, ό. *lapides ordinibus quatuor*: *Ordo*, —*hic ordo primus*, JT. vel *unus*, Ti. *quatuor ordinibus*, (vel, *ordines lapidum*, P.) *ordo hic est*, Sa. vel, *talis erit*, P. Hebræi ignorant significationes nominum lapidum, animalium, avium, imò periisse dicunt apud illos; quare eis nihil hîc fidendum[x]. ¶ *Sardius*] Ità ό. Ch. Sa. Sy. Mo. M. P. O. Di. Sic dictus à *Sardibus*, urbe Asiæ, ubi erant[y]. At *Sardium* rubere negat Danæus; sed affirmat Fr. Rueus de Gemmis l. 2. c. 6. *Color ruber*, (ait) *sed subobscurus*, qualis terræ rubricæ. Convenit cum Rubenis conditione, ubi aliquid rubens & splendidum; sed & obscurum, & terrenis cupiditatibus fœdatum[z]. Significabat bellicosum istius Tribûs statum. Vide Jos. 4. 12. 1 Chron. 5. 10[a]. Quidam vertunt, *Rubinum*[b]; (quem *Sardium* esse affirmat Mont.) Etymo mirè convenit: אֹדֶם ab אָדַם *rubere*[c]. Est lapis rubei coloris, quicunque ille sit[d]. Alii *Sardonychem* vertunt; ità Ti. Ca. Hic lapis est ex Sardii & ὄνυχ@, i. e. unguis, colore mixtus[†]. Alii, *Pyropum*; Ar. JT. Alii, *Carneolum*; ità Riv. ¶ *Topazium*, [ità ferè omnes;] ità Apocal. 21. 20. A. פִּטְדָה] Sic dictum, quòd in Topazo (insula Troglodytarum in mari Rubro) inventum, teste Plinio[f]. Est *gemma virens*, Plin. l. 37. c. 8[g]. Ità K. & Ch. qui vertunt ירקן à ירקא *viror*. Favent Ar. & Sy. in Di. Sola hæc nobilium gemmarum limam sentit, & usu atteritur. Convenit Simeoni, cujus gloria multùm quasi limâ attrita fuit patris maledictione, Gen. 49. 7[h]. Ex פִּטְדָה per metathesin fit *Topad*, vel *Topaz*[i]. At alii *Smaragdum* vertunt; ità R. Jonah, Mercer. & Cevallerius, citantes Job. 28. 19[k]. sic & Ar. ¶ *Smaragdus*, [ità plerique,] בָּרֶקֶת] Alii vertunt, *Carbunculum*; ità Sy. P. He. in F. V. Di. Ità Merc. & Cevall. & Danæus in Di. Respondet nomen, à *fulgore* dictum, quòd ut aurum splendeat & fulgeat[l]. Lucem tanquam fulgetri procul jaculatur, & in tenebris lucet. Convenit τῷ Levi, in qua tribu splendor maximus Israelis[m]. *Topazium*, Ar. ¶ הַטּוּר הָאֶחָד] *Ordo unus*, i. e. primus, O.

18. *Car-*

Marginal notes, left column: g F. V. O. Ma. — h Ma. — i O. — k Ità Torn. & Ribera in Bo. E. La. — l La. — m F. — n Bo. — o Ità Bo. To. & Mo. & Sa. & Barrad & Ch. in Bo. — p Bo. — q Riv. — r V. — † G. — t V. — v F. V. Riv. — x V. — * Riv. — y F. V. Riv. ità Me. O. — z Me. ex La. — a Riv. — b F. — c Ità M. F. Me. — d Me. — † V. ex F. — f Me. — g V. — h V.

Marginal notes, right column: i A. — k O. Riv. — l F. V. — m Me. — n Ma. sim. Me. — o O. — p D. — q Ma. — r Ma. O. — † Ma. — t D. — v Me. post L. — x O. — y A. — z Di. — a A. — b Ità He. & Ch. in F. — c V. Ma. A. — d O. — † Di. — f Di. ità V. — g F. V. Me. He. in A. — h Di. — i A. — k Di. — l He. in F. V. — m Danæus in Di. A.

18. *Carbunculus*, ità ο'. Sa. Mo. M. Ti. Ca. Jo. & Genevens. in Di. He. in F. [נֹפֶךְ] *Chrysoprasus*, JT. Ma. *Hyacinthus*, Sy. Ar. *Rubinus*, Q. in Di. Rubini species est Carbunculus [n]. Lapis niger est [o]. Carbunculus igniti carbonis speciem refert [p]. Alii vertunt, *Smaragdum*; ità P. Onk. & Jon. & Schindl. & Hutter. & Danæus. Nihil viridiùs micat; & splendorem egregiè retinet, & oculos mirè recreat. Judæ hæc, ob Christum in ea tribu natum, optimè quadrant. Si præcedentem lapidem vertas, *Smaragdum*, hunc verte, *Carbunculum*: sin præcedentem *Carbunculum*, hunc *Smaragdum*. ¶ [נֹפֶךְ] Referunt ad פּוּךְ *fucus*. At פּוּךְ ponitur pro lapide pretioso, 1 Paral. 29. 2. & Esa. 54. 11 [q]. ¶ *Sapphirus*] Ità ferè omnes; item Jo. Genev. Schindl. & Buxt. in Di. Gemma cærulei ac cœlestis coloris, sed & aureis punctis collucet, vel etiam purpurascit. Vide Plin. l. 27. (vel 37. ut L. de Dieu habet,) c. 9 [r]. Confer Job. 28. 6. Thren. 4. 7 †. ¶ [סַפִּיר] *Iaspis*, O. *Adamas*, Ar. Ma. Q. He. in O. Quidam *crystallum* vertunt. De colore hujus gemmæ variant, qui aliis *aereus*, aliis *ruber*, (ità AE. in Di.) aliis *candidus* [t]. ¶ *Iaspis*] Ità ο'. Ch. P. item Jo. & Hi. & M. in Dictionario. At *Iaspis* meliùs convenit יָשְׁפֵה [v]. *Iaspis* virens est, affinisque Smaragdo [x]. ¶ [יַהֲלֹם] *Adamas*, (vel, *Diamas*, Di. Diamond, A.) Ità Sa. Mo. M. Ti. JT. Ca. Ma. Di. O. F. AE. in F. Ang. & Merc. Schindl. Buxt. in Di. Convenit, 1. Nomini, ab הלם *frangere, conterere, contundere*; quòd lapides omnes frangit [y], & frangi non potest. 2. Tribui Napthali. Hic à lucta datus est, Gen. 34. Adamas, si luctetur cum reliquis lapidibus, semper prævalet. Vel *Iaspis* est, vel *Adamas*, inquiunt Genevens. & Pagn. in Thesauro [z]. *Lyncurium*, Sy. *Sardonychem*, Ar.

19. *Ligurius*] Vel, *Lyncurius*. Ità ferè omnes; item Jo. & Hi. & Genev. & Danæus, & Schindl [a]. Q. putant esse genus Carbunculi: Alii, (quod malim,) *succinum*, seu *electrum*, test. Theophrasto, Plin. l. 37. c. 2. & Strab. l. 4. p. 202 [b]. Non placet; quia hæc erat gemma magni pretii [c]. ¶ [לֶשֶׁם] *Cyanus*, JT. quem lapidem *Azur*, vel *Lazuli*, vocat Rueus de Gemmis, l. 2. c. 21. Iaspidi non absimilis est, (inquit) colore cæruleo, aureo pulvere conspersus. Videtur ergò *Cyanus* non multùm differre à *Lyncurio* [d]. [Sy. habet, *Achatem*.] Alii *Thurquesam* existimant: ità recentiores Hebræi †. Onk. vertit קנכירי, κυγχίτην, de quo Plin. l. 37. c. 11 [f]. Lapidi *Leshem* insculptus erat Dan, quod significat urbem *Leshem* illi obventuram. Vide Jos. 19. 47 [g]. ¶ *Achates*] Ità omnes; item Di. Riv. Jo. Hi. Genev. Dan. Schindl. Buxt. & Belg. in Di. Dictus ab Achate fluvio Siciliæ, in quo primùm inventus. Gemma est satis vulgaris, & mira in coloribus varietas. Vide Plin. l. 27. c. 10 [h]. ¶ [שְׁבוֹ] Sic dictus à שָׁבָה *captivari* [i]: fortè quòd Achates sub manu artificis facilè captivatur, & aliis faciliùs sculpturas admittit [k]. Al. *Turcicum*, Di. Onk. in F. *Amethystum*, Sy. ¶ *Et Amethystus*] Ità omnes; item Genev. Jo. Di. Hi. Dan. & Lexica in Di. Purpurea vel violacea gemma, vel potiùs, mixtam habens violam purpuræ. Vide Plin. l. 27. c. 9 [l]. Rubicunda erat. Signum hoc bellicosum erat, & Gadi accommodum, de cujus bellis vide Gen. 49. 19. 1 Paral. 5. 18, &c [m]. ¶ [אַחְלָמָה] Sic dicitur à חָלַם *somniare, valere, sanum & fortem esse* [n]: Vel, quia qui hunc gestat semper videat somnia [o]; vel, quòd lemurum timorem & vana insomnia depellere credatur [p]; vel, quòd confortat cor [q]. [Ar. vertit, *Sardonychem*.]

20. *Chrysolithus*] Ità plerique; item Jo. Hi. Aq. Genev. Schindl. in Di. Lapis aurei coloris [r]. ¶ [תַּרְשִׁישׁ] *Hyacinthus*, Ti. K. & Sym. & Hutter. in Di. *Beryllus thalassius*; ità JT. Buxt. Dan. in Di. Alii *Turcoidem* reddunt; ità Belg. & Ma. Tres hi lapides referunt vim vocis Hebrææ, & marinum colorem; תַּרְשִׁישׁ enim pro mari sæpe sumitur †. Vide ad Ezec. 1. 16 [t]. Huic insculptus est *Aser*, qui propè mare habitabat [v]. K. dicit esse coloris cærulei. Nomen à *mari*, unde provenit [x]. ¶ *Onychinus*] Vel *Onyx*; ità plerique, item Jo. Hi. Genev. Reuchlin. & Schindl. in Di. item F. V. Di. Gemma humani unguis coloris & candoris [y]. Hebræi dicunt esse candidum lapidem [z]. [Vide ad

[n] Di. [o] K. in O. Di. He. in F. [p] Me. [q] Di. [r] Me. † Di. [t] V. ex F. [v] Di. [x] Ma. [y] F. V. [z] Di. [a] Di. [b] Ma. ità Me. [c] Riv. [d] Di. † Ma. post F. V. [f] Di. [g] A. [h] Me. [i] O. Di. [k] Di. [l] Me. ità V. [m] A. [n] Di. [o] Ità He. in O. [p] Ità Danæus in Di. [q] Ità Schindler. in Di. [r] Me. † Di. [t] Ma. [v] A. [x] F. V. [y] Me. F. V. [z] Di.

Gen. 2. 12, 21.] ¶ [שֹׁהַם] *Sardium* vertit JT. *Beryllium*, ο'. Sy. Ar. A. item Onk. & Jon. בּוּרְלָא, i. e. *Beryllus*, ut vocum convenientia indicat [a]. *Sardonychem*, Hutter. & Buxtorf. in Di. ¶ *Beryllus*] Ità Ch. P. O. item ο'. in F. & Jo. Hi. Genev. in Di. ¶ [יָשְׁפֵה] *Iaspis*: ità Sa. Sy. Ar. Mo. M. Ti. JT. Ca. A. Ma. Di. item Dan. Buxt. Schindl. (qui addit Arabicè dici יַשְׁף.) Ergò indubiè est *Iaspis* *. Constat ex sono vocis [b]. ¶ *Inclusi per ordines suos*, מְשֻׁבָּצִים [בְּמִלּוּאֹתָם] *Constricti in plenitudinibus suis*, Mo. P. *inclusi*, Ch. Sy. Ar. Ti. ut *ocelli*, Ar. *fundis*, (*palis*, Ti.) nempe *aureis*, quod supplent JT. Sa. simil. ο'. Ar. *Impacti—sunto insitionibus suis*, JT. (*per ordines suos*, Ar. ο'. *in cælaturis*, Ch.) *Septi in suis impositionibus*, M. *in plenitudinibus*, vel *repletionibus*, *suis*, i. e. in palis quas replent, & quibus continentur [c]. Non dubium est istas gemmas præclaram significationem secundùm virtutes suas habuisse; sed de eo nihil est apud Hebræos certi [d].

21. *Nomina*] In singulis lapillis erunt singula nomina filiorum Israel †.

22. *Catenas sibi invicem cohærentes*, ità Ch. [גַּבְלֻת] *Termini, vel terminales*, &c. [plerique;] *connexas*, Aq. in Nobil. *catenam mediocrem*, Ar. [Vide quæ ad v. 14.]

25. *Quod rationale respicit*, [אֶל־מוּל פָּנָיו] *Ex adverso*, vel, *è regione, facierum ejus*, Mo. O. Ma. M. *ad*, vel *contra, faciem ejus*, Sa. Ch. *à fronte ipsius*, P. sic v. 27. Ma. *E regione faciei ejus*, quam scil. respiciebat Pectorale [f]. *Versùs anteriorem partem ejus*, Sy. Ti. JT. simil. Ar. nempe, summi Sacerdotis, cujus tegebat pectus. Alii, *ejus*, i. e. *Ephodi*; nempe, anterioris partis ejus [g].

26. *In summitatibus*] Heb. *super duas extremitates*, nempe inferiores; nam de superioribus dixit v. 23, 24, 25 [h]. ¶ *In oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora ejus aspiciunt*] *Posteriora*, i.e. interiora: pars anterior exterior erat, & visui patens; posterior verò interior, abscondita [i]. ¶ [עַל־שְׂפָתוֹ אֲשֶׁר אֶל־עֵבֶר הָאֵפוֹד בָּיְתָה] *Super*, vel *in, labio ejus*, Mo. O. Ma. M. (vel, *in ora ejus*, P. Sa. JT. Ma. seu *margine*, Ar.) *quod ad latus*, vel, *in latere*, Mo. Ar. P. A. (vel, *ad transitum*, O. Ma. *è regione*, Ch. M. *ad oram*, Sy.) *Ephod*, Sy. &c. *intrinsecùs*, P. Ch. Sy. simil. M. Ti. O. Ma. *Ex parte interiori*, Ar. V. quæ, scilicet, contingit Ephod [k]. In posteriore Pectoralis parte, ut commissura annulorum lateret sub angulis ejus, & Pectorale sacrum insideret cingulis seu alis amiculi, vel Ephodi, quoties constringeretur, vers. 28 [l]. Vers. 26. 27, & 28. describitur ligamen Rationalis cum Ephod per quatuor annulos qui erant in extremitatibus Rationalis, per quos trajecta vitta hyacinthina adstringebat Rationale cum Ephod, in quo Ephod pariter aptè respondentes annuli erant inserti [m].

27. *Et facies* [וְעָשִׂיתָ] *Et dabis*, Ar. O. Versus subobscurus [n]. ¶ *In utroque latere superhumeralis*, [עַל־שְׁתֵּי כִתְפוֹת] *Super duas scapulas*, Ma. *humeros*, aut *latera*, O. *Duobus humeralibus*, nempe *subaxillaribus*, i.e. duabus cingulis, seu alis inferioribus; quæ etiam *humerales* dicuntur †. ¶ *Deorsum*, ità Ar. M. V. [מִלְּמַטָּה] In parte illa quæ subest Pectorali [o]. *Infrà*, vel *infernè*, P. Ti. Ch. O. Mo. Sa. Sy. JT. Ma. ¶ *Quod respicit contra faciem*, [מִמּוּל פָּנָיו] *Contra faciem*, M. Ch. sim. V. *à fronte*, P. *in anteriori ejus parte*, Ar. V. *versùs partem anteriorem*, Sy. JT. ¶ *Juncturæ inferioris*, [לְעֻמַּת מַחְבַּרְתּוֹ] *Prope* (*ante*, Ar. *contra*, Mo. *ad*, O.) *juncturam*, seu *conjunctionem*, *ejus*, Sa. Mo. O. Ar. *juxta commissuras ejus*, Ti. i.e. è regione utriusque juncturæ ejus, Ma. *ex opposito comparis sui*, M. Alii, *è regione commissuræ ejus*, Sy. vel, alterius *commissuræ*, JT. vel, *conjunctionis ejus*, P. vel, *juncturæ ejus*, quæ, scilicet, erit in medio [p]. ¶ *Ut aptari possit cum superhumerali*, [מִמַּעַל לְחֵשֶׁב הָאֵפוֹד] *Supra*, vel *super, baltheum*, P. Ch. (vel *cingulum*, V. Ma.) *Ephod*, A. *Superiore parte cingulæ ipsius*; nam ità commodiùs sub interiori parte Pectoralis vitta constringebatur, cùm extremitas cingulæ ei subjiceretur, ut versu præcedenti [q].

28. *Et stringatur Rationale*, [וְיִרְכְּסוּ] *Et stringent*, M. *constringent*, Sa. vers. Ar. A. *Et jungent*, vel, *conjungent*, Onk. P. *connectant*, Sa. Ti. *attollunto*, Sa. JT. *le-*

[a] Di. F. V. * Di. [b] Ma. [c] V. [d] F. † F. [f] O. [g] Ma. [h] Ma. [i] Me. [k] V. [l] Q. in Ma. [m] Me. [n] Ma. † Jun. [o] V. [p] V. [q] Ma. ex Jun.

vabunt, Mo. O. ex annulis ipsius ad annulos superhumeralis [r]. ¶ *Ut nequeant separari*, [וְלֹא יִזַּח] Vertunt, *nè solvatur*, A. *ità ut nulla pars Ephod excurrat*, Sy. *non tollatur*, Mo. seu, *auferatur*, Ch. *& non* (vel *neque*, JT. P.) *separetur*, Sa. Ar. Ti. *& dimoveri non queat*, M.

29. *Super pectus suum*] Ità ο'. in A. Ità *pectus* pro *corde*, Apoc. 15. 6. *Super cor*, ità plerique. ¶ *Memoriale*] Heb. *in memoriam*; ut duodecim Patriarcharum memor sit aut Deus, aut ipse Aaron. At hoc ridiculum quibusdam videtur, nec tam obliviosi erant, &c. Referunt ergò ad Christum, ejúsque curam pro Ecclesia. Ostendit autem his gemmis quòd, sicut Aharon gestat in humeris horum nomina, ità ipse potentiâ suâ, quæ per humeros significatur, universam Ecclesiam defendat atque conservet†.

30. *Pones in rationali—Doctrinam & Veritatem*] Ità ferè Græci & Talmudici. Nec simpliciter rejiciendum [t]. ¶ [אֶת־הָאוּרִים וְאֶת־הַתֻּמִּים] *Urim & Thummim*: [ità plerique.] Qu. 1. Quid voces significant? Respond. *Illuminationes* (*inflammationes*, Ma. *demonstrationem*, ο'. *lucidum*, Sy. *claritatem*, Ca. *luces*, seu *splendores*, O. *elucidationes*, Ar. & Sa. in Buxt.) *& perfectiones*, Sa. vers. He. in E. Aq. & Sa. in Buxt. F. V. O. Ma. Riv. Me. Ti. (*perfectum*, Sy. *veritatem*, ο'. *certitudines*, Ar. *integritatem*, Ca.) Sic dicuntur, vel, 1. ut *Urim* denotaret doctrinæ lucem quâ verus Sacerdos Christus fideles irradiat; & *Thummim*, integram solidámque puritatem, quæ in solo Christo quærenda est [v]. Vel, 2. ut significarent in Doctore duo requiri, scientiam, & vitæ puritatem [x]. Hinc Ægyptii sumpsêre morem summo Judici appendendi monile, quod vocabant ἀλήθειαν. Vide ad l. 1. de V. R. C [y]. Vel, 3. à natura sua, quòd lucida fuerint & perfecta [z]. Lapides integri erant, nec ullo vitio notati [a]. Per *splendores* nihil aliud intelligo, quàm pretiosos lapides fulgentes & rutilantes; & per *perfectiones*, sive *completiones*, completos aut perfectos lapides. Hinc vocantur Exod. 25. *lapides completionum*, quòd implerent totum Pectorale [b]. Vel, 4. ab effecto, quòd consulentes se illuminârint in rebus dubiis, perfectáque, vera & certa responsa Sacerdoti summo suggesserint & dederint. Ità Talmudici. R. Asarias in Meor Enajim, c. 50. sic; Lapides illi vocabantur *Urim*, tum propter lucem naturalem ex illis emicantem, tum propter lucem Divinam quæ ex illis effulsit tempore beneplaciti; *Thummim* autem, quasi תּוֹמִים *THOMIM*, *gemelli*, quia æquales erant & quantitate & pretio, & inscriptis æqualiter nominibus Tribuum [c]. *Urim, quæ illustrant res ipsorum, & manifestant abscondita domûs Israel; & Tummim, quo perficiantur opera eorum à Sacerdote magno, qui quærit doctrinam à facie Domini per illa*: Targ. J. in Bi. Per *Urim*, *luces*, revelat Deus consilium & voluntatem suam quid faciendum; per *Thummim*, effectionem & consummationem voluntatis suæ: q. d. *consilium & effectionem* [d]. Qu. 2. Quid erant Urim & Thummim? Resp. 1. Ignotum hoc esse fatetur K. in libro Radicum; *Non constat nobis quid fuerint Urim & Thummim*. R. Abraham Seba in Tseror hammor sic scribit, אֲנַחְנוּ לֹא יָדַעְנוּ מָה הֵם, *Nescimus quid fuerint*. Eadem verba habet AE. Quid fuerint Scriptura proculdubiò non sine certo consilio reticuit †. Resp. 2. Q. sentiunt Urim & Thummim nihil aliud fuisse quàm *lapides*, 12 Pectoralis. Ità R. Asarias in Meor Enajim, c. 50. (cujus verba vide in Buxt [f]. In hac sententia olim fui [g].) Ità Josephus, Antiq. 3. 8. cujus eò major est authoritas, quòd vixit stante Templo secundo, & hæc coràm videre potuerit, sectâ Pharisæus, professione Sacerdos, stirpe Regiâ [h]. Rationes hæ sunt. 1. Quòd Moses Exod. 39. accuratè omnia vestimenta describens *Pectoralis* quidem meminit, sed *Urim & Thummim* nullam mentionem facit [i]. [Alii tamen respondent, ideo ibi non memorari, quòd ab artificibus non esset confectum, sed à Deo inditum [k].] Contrà, (unde confirmatur argumentum,) Levit. 8. 8. ubi *Urim & Thummim* meminit, nihil de 12 *illis lapidibus* dicit [l]. Causa utriusque est, quòd eadem res fuit, variis nominibus significata, ob differentiam materiæ, formæ & usûs [m]. Minimè omisisset Moses *Urim & Thummim* in Exod. 39. imò verò pluribus ea descripsisset, si aliud quàm 12 lapides intellexisset, cùm alia longè minora & abjectiora diligentissimè recenseat [n]. 2. Quòd lapides illi (12) inditi fuerint intra Pectorale, & illius duplicationem repleverint: Et ob hanc causam vocantur *lapides impletionum*, non autem quia palas impleverint, (ut vult RS.) nam faciebant hoc lapides *Schoham*, quæ etiam poni dicuntur עַל *super humeralibus*, ad docendum, quòd exteriùs positi fuerint; at cùm de lapidibus Pectoralis sermo est, semper adhibetur præpositio בְּ, vel אֶל, ut Exod. 28. 17, 30. & 39. 10. Confer Exod. 25. 21. 3. In hac sententia erat Maimon. qui mihi est instar multorum. 4. Omnes fatentur Responsum per *Urim & Thummim* datum è lapidibus illis 12 egressum esse. 5. ה Hajediah docet agi de re nota, & jam memorata [o]. Nullius autem vestimenti aut instrumenti meminit cum He Hajedia sive emphatico, cujus antea non aliqua fuit facta mentio, sed dicit simpliciter, *facies* שֻׁלְחָן, אָרוֹן, *mensam*, *arcam*, &c. at de Tabernaculo dicit, הַמִּשְׁכָּן, quia jam antè mentionem illius fecerat [p]. [Aliis hæc sententia non placet; & adversùs eam sic disputant.] 1. Si idem per duo illa nomina significaret, superfluè adderetur quod jam fuit mandatum [q]. Resp. 1. Est ἀνακεφαλαίωσις, sive repetitio, ac inculcatio, ut quod minimè negligendum erat bis aut ter inculcaretur [r]. 2. In hac repetitione usus indicabatur, & speciale nomen indebatur huic gemmarum ità dispositarum ordini, nempe, quòd futuræ essent *Urim & Thummim* [s]. 2. Non jussisset Dominus poni gemmas in Pectorali, quæ jam in palis ipsius Pectoralis inclusæ erant, & à quo non separabantur, & sine quibus non erat Pectorale [t]. 3. Non abs re duplex fuisse dicit, ut intra eam duplicitatem poneretur *Urim & Thummim* [v]. 4. Artifices inserebant lapides, Exod. 39. 10. At Moses Pectorali jam facto inseruit *Urim & Thummim*, Levit. 8. 8. Hoc inprimis argumento motus sententiam mutavi [x]. Resp. 3. Alii censent *Urim & Thummim* non factum fuisse manu artificis, sed opus Divinum, in hunc usum antea apparatum, Mosíque divinitùs datum, vel in monte cum Lege & Tabulis, vel cùm perfectum est opus; vel ab ipso Mose elaboratum, quemadmodum de eo in monte à Domino edoctus fuerat [y]. Et ideo Pectorale duplicatum erat, ut *Urim & Thummim* intus reponeretur, & ab utraque parte lateret [z]. Hoc ex eo colligunt, quòd in parandis vasis Tabernaculi nihil de illo præcipitur [a]; sed soli Mosi à Deo datum, & ab eo Pectorali inditum, Lev. 8. 8 [b]. In omnibus aliis dicitur, *Et facies*, *Facient*, *Fecerunt*, *Et sculpes*, &c. de his tantùm, *Et pones* [c]. Quæ autem eorum materia, non magìs divinari potest, quàm ex quo lapide Tabulæ factæ, &c [d]. Cujuscunque naturæ fuerit, multiplici ea figurâ fuisse distincta, clara, lucida, speculíque instar tersa, existimant †. Resp. 4. Alii statuunt fuisse nomen Tetragrammaton, sive *Schem Hamphorasch*, à Mose in duplicatura pectoralis positum [f]. *Major pars sapientum Cabalistarum consentiunt, quòd fuerint nomina sancta*, inquit R. Abraham Seba; i. e. nomen יְהוָֹה, cum certis quibusdam ejus per alia itidem nomina Divina expositionibus. Et hæc nomina Divina volunt ab interiore parte gemmarum scripta fuisse, sicut ab exteriori parte nomina Tribuum. Resp. 5. Alii censent has duas voces, *Urim & Thumm.* fuisse inscriptas Rationali, quemadmodum Tiaræ Pontificis inscripta erat *Sanctitas Domino* [h]. Non placet; quòd ubi agitur de nominibus in ornamentis pontificalibus, Sp. Sanctus semper jubet ut *insculpantur opere sigilli*. At hîc nulla mentio sculpturæ, nec lapidum in quibus verba illa sculpta fuerunt; quod à Mose (in tali ἀκριβείᾳ) omissum fuisse mirum esset. Frustrà opponit La. ea tantùm referri quæ à Bezaleel adornanda erant, non quæ à Phrygione contexenda; nam & hæc fuisse Mosi præscripta patet [i]. Qu. 3. Quomodo Deus respondit per *Urim & Thummim*? Resp. 1. Quidam putant factum per extraordinariam aliquam gemmarum coruscationem: alii, per eminentiam aut scintillationem literarum quæ responsum componebant [k]. Hæc communis est sententia [l]: Ità Buxt. Literæ per quas respondendum erat fuêre בּוֹלְטוֹת *Boletoth*, h. e. ex

[r] O. † V. [t] Buxt. [v] Ità Riv. [x] G. Me. E. [y] G. [z] Buxt. [a] Q. in F. [b] O. [c] Buxt. exercit. de Urim & Thummim. [d] Forst. in Ma. † Buxt. exercit. ca. 2. [f] Ità Q. in F. O. Riv. Os. in Wil. Lippom. [g] Wil. [h] Buxt. p. 275. [i] R. Asarias, Brent. Riv. [k] Ità Wil. [l] R. Asar. in Buxt. Riv. [m] Riv.

[n] Brent. in F. [o] Asar. in Buxt. [p] Nehemanides in Buxtorf. c. 2. p. 282. [q] Wil. [r] Brentius in F. Riv. [s] Riv. [t] V. [v] V. [x] Wil. [y] Ità RS. & Nehemanides in F. Mo. in Riv. Jun. A. [z] Jun. [a] F. [b] Jun. A. [c] Ma. [d] Wil. † Riv. [f] Ità plerique, He. in F. [g] Buxtorf. [h] La. in Riv. [i] Riv. [k] Riv. [l] F.

ex locis suis prominebant. Alii dicunt istas literas בִּצְטַרְפּוּת Miztarphoth fuisse, h. e. coivisse in dictiones [l]. Atqui Tzade non aderat, (in literis scil. 12 Tribuum, atque ità omnes voces non poterant exprimi.) Propterea R. Sam. dixit, Ascriptæ erant nomina אַבְרָהָם, יִצְחָק, יַעֲקֹב. Atqui sic aberat Teth. Raf Acha—dixit, scriptum illic erat insuper שִׁבְטֵי יְשׁוּרוּן, Jalkut: item Talm. Babyl. Joma fol. 73. col. 2. Abarbanel ait unam literam primò luxisse, mox (prioris luce cessante) aliam luxisse, &c. donec perfectum fuit responsum [m]. Sed hæc omnia satis otiosè dicuntur, nec solvunt nodum de literarum illarum dispositione ad efformandas dictiones. Resp. 2. Respondit Deus invocatus à Sacerdote certo ritu, gemmas illas gestante, per illuminationem intellectûs illius, & certam persuasionem inditam menti ipsius de veritate responsi. Postquam hæc scripsissem, incidi in Annales Saliani tom. 2. ad an. 2544. sect. 550, & 551. ubi eandem sententiam amplectitur, laudátque ex suis idem sentientes Delrionem, Serarium, & Riberam [n]. Resp. 3. Alii volunt responsum factum per vocem editam, & à Sacerdote auditam. Sic quidam Doctores in Talmud. Hierosf. Joma cap. 7. sicut de Mose dicitur, Et audivit vocem, Num. 7. 89. Verùm ista sententia non est recepta, quod ego sciam, ab authoribus [o]. At mihi verisimillima est, licèt in Scriptura non determinata. Vide 1 Sam. 30. 8. Solus fulgor tot támque minuta declarare non poterat [p]. Non præter rem fuerit & hîc annotare, Ephod & Theraphim fuisse contraria, illud Dei, hoc idolorum, ut ex Os. 3. 4. apparet [q]. Ferunt Urim & Thummim desiisse, vel 200 annis antequam Josephus Historiam suam commentaretur; ità Jo. Antiq. 3. 9. Josephus autem natus est A. C. 39: vel (quod verius puto,) eo tempore quo Haggæus prophetabat; ità K. & RS. & Elias ex tractatu Talmudico. Firmat hoc, quòd Jaddus (Hananeel dictus Gorionidi 5. 17. 4.) Alexandro M. sciscitanti, &c. respondit, A die quo domus ista deportata est in Babyloniam, abscondita fuerunt [r]. ¶ Judicium] [Ità plerique.] i. e. Pectorale judicii †; ut Arca dicitur testimonium, i. e. Arca testimonii; metonymicè & synecdochicè [t]. Vel, Memoriale [v]; sive nomina filiorum Israel, tanquam memoriale & monumentum, è versu 29 [x]. Quo negotia Israelitarum revocabantur Deo in memoriam: non tamen quòd obliviosus esset, aut illos minùs curaret; sed sic voluit quodammodo excitari; vel potiùs populum suum, ut ad se converterentur [y]. Nonnulli, Judicium, i. e. causas & negotia, Israelitarum, ut ad Deum referret. Ego existimo Judicium hîc dici plenam scientiam & auctoritatem juris Divini (explicandi,) & humani (statuendi,) quam Sacerdos in pectore gestare debuit [z]. ¶ מִשְׁפָּט] Judicia, Sy. ο'. repræsentationem, Ar.

31. Tunicam superhumeralis] Heb. Ephod. Græcus habet ποδήρη, i. e. ad pedes pertingens. Quomodo apparet Christus Apoc. 1. 13. tanquam Ecclesiæ Pontifex [a]. ¶ Totam, [ità plerique,] כְּלִיל] Perfectam, Sy. Ma. vel, consummationem, Ma.

32. Erit capitium, פִּי רֹאשׁוֹ] Os capitis ejus, V. os transmittendo capiti ejus, JT. h. e. foramen per quod caput immittitur [b]. Os summarium, i. e. foramen in summitate pallii [c]. Apertura capitis, Sy. os ejus, nempe caput, Ar. Erit capitium duplicatum intrinsecùs, Ch. ¶ In medio ejus] Summæ scil. illius partis; i. e. in parte summa habebit foramen, &c [d]. ¶ Sicut fieri solet, &c. כְּפִי תַחְרָא לוֹ] Sicut os (vel, in formam, Sa.) loricæ. [Ità plerique.] At ο'. habet, commissuram contextam ex ipso.]

33. Ad pedes, עַל שׁוּלָיו] In, vel super, fimbriis ejus, Sy. Ar. JT. Mo. O. Ma. ad marginem ejus, Sa. sub margine tunicæ deorsum, ο'. in inferiori parte, Ch. ¶ Tintinnabulis, ità M. O. פַּעֲמֹנִים] Vertunt, nolas, aut campanulas. Vide Ecclesiastic. 45. 11. Ma. Dictæ à פָּעַם, frequentibus ictibus contundere †.

34. Ut tintinnabulum sit aureum & malum punicum] Quorum illud sono, hoc colore, tonitrua & fulmen referrent [f].

36. Facies & laminam, ità F. V. [& plerique,] צִיץ] Florem, O. Ma. Mo. bracteam, JT. vittam, Ar. coronam, Sy. Cap. 29. 6. coronam, vel diadema, dicitur. Figebatur ad cidarim, pertingebátque ab aure ad aurem, & id quidem in parte capitis anteriore [g]. Significabat remissionem eorum peccatorum quæ inverecundâ committebantur fronte [h]. ¶ Sanctum Domino, ità Ch. קֹדֶשׁ לַיהוָה] Sanctitas Domino, Mo. V. vel, Domini, F. Sanctificatio Domini, ο'. Sensus est, vel, 1. Sanctitas decet Dominum; q. d. procul este profani; sanctè colendus est [i]. Vel, 2. Deus sanctissimus est [k]. Sit Dominus sanctus & mundus, & separatus ab omni immunditia. Aut, munditia tribuatur ei, qui solus mundus est [l]. Vel, 3. Sacerdos est consecratus Domino [m]. Meminerit Sacerdos, ut sit Domino sanctus: Aliter (ut sequitur) portabit pœnam [n].

37. Super tiaram, ità Ch. Sy. Ti. הַמִּצְנֶפֶת] Cidarin, Sa. Ar. Aq. & Th. in Nob. P. Mo. JT. mitram, ο'. galerum, M. Significat rem capiti circumvolutam, qualem hodie Orientales gerunt [o].

38. Portabitque Aaron iniquitates eorum quæ obtulerunt & sanctificaverunt] Q. vertunt, auferet iniquitates, &c. Ch. JT. Pi. Tollet iniquitatem quam admittere possent Israelitæ in sanctificationibus suis. h. e. In oblationibus suis sanctis, & in omnibus aliis donis, si quid peccent non ritè offerendo, aut ea offerendo quæ offerri non debent, (vel, propter non oblata munera,) condonabitur eis propter summum Sacerdotem, qui Christum repræsentabat [p]. Auferet, sacramentaliter, tanquam typus Christi [q]. Cùm indulgentiam implorabit pro delictis sacrorum, Ar. [Al. aliter.] Portabit iniquitatem sanctificationum, i. e. pœnam immunditiæ, vel defectûs, si quis esset in rebus Domino sanctificatis; quia muneris sui est dispicere nè quid immundum Deo offeratur [r].

39. Stringésque, ità Mo. וְשִׁבַּצְתָּ] Includes stringendo, ut lapides in annulis, O. Circumconcludes, Ma. Ocellabis, multi ex Hebræis; i. e. Includes, tanquam oculos in foraminibus suis †. Facies intertextis veluti ocellis [t]. Fac tunicam, Sy. Acupinge, Ar. ¶ Tunicam bysso] Vel, byssi, Mo. Ma. A. ex bysso, Onk. byssinam, Sa. Sy. Ar. O. Jo. in Me.

40. Filiis Aaron] Horum vestes quatuor erant, feminalia, tunica linea, zona, tiara. Carebant ergò tunicâ hyacinthinâ, Ephod, Rationali, & laminâ aureâ [v]. ¶ Tiaras, ità Sa. Ti. מִגְבָּעוֹת] Mitras, Ch. Mo. M. pileos, Sy. P. Ti. O. Ma. cidaras, ο'. cucullos, Ar.

41. Consecrabis manus, ità Sa. וּמִלֵּאתָ אֶת־יָדָם] Implebis manum eorum, [plerique;] perficies manus, Sy. Sa. vers. comple debitum eorum, Ar. offeres oblationes eorum, Ch. q. d. Suppeditabis illis victimas, ut eas offerant [x]. Alii sic, Tu mittes eos in possessionem sacerdotii; nam quum aliquis mittitur in possessionem alicujus rei, traditur ea in manum ejus [y]. Alii, consecrabis; ità Ca. JT. A. Hoc fiebat oblatione & impletione pugillorum [z]. Verùm mox sequitur, & sanctificabis eos, i. e. consecrabis [a].

43. Tabernaculum] Vide c. 27. 21 [b]. ¶ Ut ministrent in sanctuario, ità ο'. בַּקֹּדֶשׁ] In sanctitate, Mo. Ma. aut, sanctè, V. ¶ Nè iniquitatis rei moriantur, וְלֹא יִשְׂאוּ עָוֹן וָמֵתוּ] i. e. Non erunt rei iniquitatis, propterea non morientur, V. Nihil dignum morte committent [c]. Alii, nec ferent, &c. nec morientur. Alii, nè ferant, &c. & morientur; i. e. Nè, si aliter faciant, peccent, & moriantur [d].

CAP. XXIX.

1. Vitulum, בֶּן־בָּקָר] Filium bovis; q. d. adhuc juvenem, non adultum †.

2. Lagana, וּרְקִיקֵי חַלּוֹת] Et collyræ, Q. in Ma. panis tenuis, M. placentæ tenues, F.

4. Aquâ] Non quavis, sed ex labro sancto, Ex. 30. 18 [f].

5. Et superhumerali, &c. וְאֵת מְעִיל הָאֵפֹד] Et pallium Ephod, V. Ma. i. e. quod subest ipsi Ephod: supra quod ponitur Ephod [g]. Et superinjectum humerali; quod sic exprimit Theodotion, τὸ ἐπενδύτην τῆς ἐπωμίδος [h]. Hos ritus imitati sunt Ethnici. Vide Apul.

Marginal notes: l F. — m Buxtorf. ibi. — n Riv. — o Buxt. — p Wil. — q V. — r D. obs. 15. 12. — † V. O. — t Ma. — v V. O. — x Ma. — y V. — z Ma. — a A. — b M. O. Me. — c Pi. — d V. — † O. — f Jo. in G. — g V. ex M. F. — h F. ex M. — i V. F. — k V. F. — l O. — m Ma. — n O. — o A. — p V. ex F. — q Pi. — r O. — † O. — t V. — v Me. — x F. V. — y V. — z M. Me. O. — a V. — b V. — c Ma. — d V. Ma. — † V. F. — f Jun. A. — g V. — h O.

i A. Apul. Asin. aur. l. 11 [i]. ¶ *Quod constringes baltheo*, vel, *cinges cum cingulo*, [plerique,] בְּחֵשֶׁב] *Texturâ* (vel, ingenioso opere, M.) *quæ est in Ephod*, Ti. *in artificio*, Mo. Cingebant eum circa pectus, non circa lumbos; quomodo cincti sunt & Christus, Apoc. 1. 13. & ministri ejus, Apocal. 15. 16. Docuit hoc sacerdotum corda veritate accingenda esse,
k A. Eph. 6. 14 [k].

6. *Et tiaram*] Lanam capiti circumplicatam. Plutarchus habitum summi apud Judæos Sacerdotis sic describit; ὁ ἱερεὺς μιτρηφόρος, νεβρίδα χρυσόπαστον ἐνημμένος, χιτῶνα τὸ ποδήρη φέρων καὶ κοθόρνους· κώδωνες τὸ πολλοὶ κατακρέμανται τῆς ἐσθῆτος, (*Sacerdos indutus mitrâ*, *pelle hinnuli auro conspersâ*, *veste talari & cothurnis*; *& multa tintinnabula*
l G. *de veste pendebant* [l].) ¶ *Et laminam*, ità o'. אֶת־נֵזֶר]
m A. *Coronam*, Ch. Sa. Sy. V. Bracteam auream intelligit, Exod. 28. 36. Levit. 8. 9 [m]. *Diadema*, Mo. O. Ma. Sic vocant, quòd Regi & Sacerdoti consecrata & dedicata esset; vel, quòd eâ hi ab aliis separarentur,
n Ma. q. d. *separationem* [n]: i.e. eximium illud insigne, Sym. in Nob. *Tiaram sanctitatis*, Ar.

7. *Oleum unctionis*] Quo scilicet ungebantur Re-
o V. ges & Sacerdotes [o]. Hoc peculiare fuit summo Sacer-
p Me. doti [p]. ¶ *Super caput*] Super frontem, faciendo
q G. decussim, sive χιασμόν. Ità Rabbini omnes [q].

9. *Eis*] Filiis Aaronis; nam pater loco tiaræ ha-
r Jun. bebat cidarin, v. 6. Vide Exod. 28. 40 [r]. ¶ *Religione perpetuâ*, לְחֻקַּת עוֹלָם] *In statutum perpetuum*, V. Qu. Quomodo hoc verum? Resp. 1. Æternum dicitur, quòd non erat illi terminus aliquis præfixus. 2. Sacerdotium æternum erat (sicut & regnum David, Luc. 1.) non in se, sed in re significata, i. e.
† E. Christo †. 3. Referri hoc debet ad perpetuitatem Legi illi competentem, quâ mutatâ, mutatio etiam
t Riv. sacerdotii fieri debuit [t]. Desierunt jam sacrificia,
v Wil. nec ea offerre audent Judæi extra terram Canaan [v].

10. *Imponent manus*] Quasi se ipsi sisterent & sa-
x Jun. crificarent Jehovæ [x]. Ut hoc ritu contestentur se
y L. peccatores, (& morte dignos [y],) & peccata sua vitulo imponere, seque illam victimam pro suis peccatis offerre; ut sic emundati digni reddantur qui pro aliorum peccatis intercedant atque sa-
z Me. crificent [z].

11. *Mactabis*] Tu Moses; sacerdos enim erat,
a Me. Psal. 98. 6. *Moses & Aaron in sacerdotibus ejus* [a].

13. *Sumes & adipem*, &c.] Hîc monent Hebræi, (R. Menahem, M.) Dominum potissimùm exigere pro suo sacrificio animalia illa & membra quæ concupiscentiis subjiciuntur, renes, hepar, adipes, instrumenta libidinis: Non quòd hæc delectent Deum, sed quòd significent mortificanda esse membra
b M. F. V. nostra super terram [b]. Pinguedo, quia sensum sive tactum impedit, significat hominis corruptionem; *cor & renes* significant intimos affectus: hos morti-
c A. ficandos monet [c]. *Adeps intestina operiens* hoc loco videtur esse omentum, cujus in sacris plurimus erat usus etiam apud Romanos & Græcos, qui Judæos æmulati sunt. Pers. Sat. 2. *Tot tibi cùm in flammis junicum omenta liquescant*. Sic Persæ ex toto sacrificio solùm omentum diis servabant; Strab. l. 15. Ca-
d BA. 1. 2. 45. 503. tullus in Gellium [d]. ¶ *Et reticulum jecoris*, הַיֹּתֶרֶת עַל־הַכָּבֵד] *Reticulum hepatis*, Sa. vel, quod est *super* (vel *juxta*, M. *circa*, Ti.) *jecur*, Ch. P. JT. A. Mo. *septum* (*pennam*, o'. *superfluitatem*, Ar.) *jecoris*, Sy. *fibram cum hepate*, O. *residuum* (scil. adipis) *quod est*
f O. *super grave*, i. e. super jecur [f]: quod omnium viscerum gravissimum est, teste Galen. de Usu partium,
g Ma. 6. 17 [g]. Sed quærendum ulteriùs, quæ pars jecoris sit יֹתֶרֶת. 1. Q. legentes יֹתֶרֶת esse עַל הַכָּבֵד, *super jecur*, putaverunt hoc esse *diaphragma*, sive *septum transversum*, à quo jecur immediatè dependet. Ità
h BA. 1. 2. 45. 501. Sy. & Ar [h]. [De quo plura videsis in Auctore.] 2. יֹתֶרֶת est *membrana illa tenuissima quâ jecur integitur*; estque id ipsum quod Hieron. *reticulum jecoris*, & Græci λοβὸν τοῦ ἥπατος, vocant, voce satis aptâ, cùm λοβὸν vocent *siliquam*, aut *folliculum*, quo semen con-
i Ful. miscel. 5. 14. tinetur [i]. Sed frustrà se fatigavit vir doctissimus, & in his rebus valde accuratus; nec vel minima apparet in his veri species. Nam, 1. Deus in sacrificiis partes optimas & pinguissimas delegit, v. g. quicquid adiposum est in ventre & extis. At cuticula tegens jecur macra est & exilis; quam qui Deo assignant, idem faciunt acsi ex nuce solùm putamen, vel ex ovo tantùm testam, consecrarent. 2. Cuticula illa jecoris substantiæ tam arctè nexa est, ut vix ab ea possit divelli. Saltem id plenum otium requireret, & lentam operam, qualem ad altare adhibere non potuerunt sacerdotes, qui quandoque paucis horis plura pecudum millia immolabant. 3. Quis nescit lobum non esse cuticulam, sed substantiæ jecoris partem [k]? 4. יֹתֶרֶת est maximus ille loborum hepa- k BA. ib. p. 493.
tis, in quem incumbit vesica fellis: idem est quod Arabibus *Zaida*, vel *Ziada*, quod (Avicennâ teste) est maximum augmentorum, sive exuberantiarum, sive loborum, hepatis. Et sicut ex Hebræo יָתַר *jathar*, quod sign. *abundare & superesse*, fit יוֹתֵר *jother*, *quod abundat*, vel *superfluit*; indéque יוֹתֶרֶת *jothereth*, solùm additâ fœmininâ terminatione: ità ex Arabico *zada*, quod sign. *excedere & redundare*, fit *ziada*, *augmentum*, &c. Unde est, quòd cùm in quatuor inciderim Pentateuchi versiones Arabicas, quæ in multis differunt, quia una Hebræum textum, alia Chaldæum Onkelosi, alia Syram, alia denique Græcam Seniorum editionem exprimit, tamen omnes hoc commune habent, quòd יוֹתֶרֶת reddunt *ziada*. Frustrà objicitur à Fullero lobos subesse jecori, cùm יוֹתֶרֶת sit עַל הַכָּבֵד; neque enim hoc reddendum est *super*, sed *ad*, *jecur*. Neque aliud Græcè, ἐπὶ τοῦ ἥπατος. Sic rectè dixeris, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, *ad viam*, ἐπὶ θυρῶν, *ad fores*, aut, *pro foribus*, non, *super fores*. Porrò, Hebræi nobis concinunt. יוֹתֶרֶת est jecoris τράπεζα, inquiunt RS. & K. & Mardochæus in Concordantiis. τράπεζαν autem in jecore fuisse χολῆς ἐγγὺς, *prope fel*, docet Nicander in Theriacis v. 559. ubi Scholiastes, *Trapeza* (aut *mensa*) *& porta sunt partes quædam hepati adhærentes* [l]. l BA. ubi suprà, p. 499.
¶ *Duos renes*, שְׁתֵּי הַכְּלָיֹת] Vel à כָּלָה *desiderare*, quòd iis insit appetitus coitûs [m]: vel à כָּלָה *perficere*, quia ibi m He. in O.
vis consultandi & consummandi consilii. Rectiùs aliià כְּלִי, quòd sint vasa seminaria [n]. ¶ *Offeres* n Ma.
incensum, וְהִקְטַרְתָּ] *Et incendes*, Ch. non incensum aliud, i. e. thus, sed hostiæ partes [o]. *Incensum vocat* victimam incensam. Hæc omnia instar thuris o Mar.
accendes & adolebis, ut evaporent in fumum [p]. p Me.

14. *Combures foris extra castra*] In detestationem; ut significet magnitudinem peccati sacerdotum [q]. q L.
¶ *Eò quòd pro peccato sit*] Nempe summi Sacerdotis, ideòque comburi debuit, ex Levit. 4. Non autem omnis hostia pro peccato comburebatur [r]; sed ea r Be.
tantùm cujus sanguis in Tabernaculum illatus est, Levit. 6. 30. Quòd si eò non esset illatus, comedi debuit, non comburi, Levit. 10. 18. At hæc hostia comburebatur, licèt sanguis non inferebatur in Tabernaculum. Ratio est, quòd sacerdotes non comederent suas ipsorum hostias pro peccato, Levit. 4. 3. 12. Peccata sua nec poterant ferre, nec auferre †. † A.
¶ *Pro peccato*, חַטָּאת הוּא] *Peccatum hoc*, Mo. *sacrificium pro peccato*, seu *expiatorium*, ut 2 Cor. 5. 21 [t]. t V. ità P. Ch. O. Ma.

16. *Fundes circa altare*] Non in parte superiori, sed magìs circa basim [v]; vel potiùs, super ipsum altare, per circuitum [x]. Sanguinem in ara fundi ait Serv. ad 2. Georg. & Lucian. de Sacrif. Vide Levit. 1. 5. & 17. 6 [y]. v L. x Me. y G.

18. *Oblatio est*, עֹלָה] *Holocaustum est*, P. Mo. M. F. V. O. Ma. Dictum à עָלָה *ascendit*, quòd totum in fumum ascenderet [z]. ¶ *Odor suavissimus*, vel, *suavitatis*, o'. Sa. M. P. רֵיחַ נִיחוֹחַ] *Odor* (*flatus*, O.) *quietis*, Mo. O. *in odorem placabilem*, Sy. *ut suscipiatur cum beneplacito*, Ch. ¶ *Victimæ*, אִשֶּׁה] *Ignitio*, Mo. *oblatio ignita*, Sa. M. P. nempe, igne absumenda [a]. z V. O. a Jun.
Vide ad Levit. 1. & 3. & alibi [b]. In hac consecratione Sacerdotum oblatum fuit omne genus sacrificiorum, quia ad illa omnia offerenda ordinabantur: nempe, 1. holocaustum, nempe aries unus, licèt & comitanter pro peccatis offerretur; 2. pacificum, alter aries; 3. pro peccato, vitulus [c]. b V. c Me.

19. *Arietem alterum*] Qui offertur in victimam pacificam; ut prosperè & tibi & populo sacerdotium susciperent [d]. Offerebant hoc (pro more pacificorum) d Me.

rum) tum pro gratiarum actione, (ob promotionem,) tum pro impetratione gratiæ, (dignè exercendi officium †.)

20. *Cùm immolaveris*] Cùm jugulando sacrificaveris Deo. Nam postea comburendus erat [f]. ¶ *Super extremum auriculæ*, עַל תְּנוּךְ אֹזֶן] *Super tenerum*, vel *teneritudinem, auris*, Sa. Mo. P. M. Tenerum illud quod מוֹל vocant, K. in F. *Pennam (cartilaginem*, Ma.) *auris*, ο'. *super auriculas aurium*, Sy. Ar. *super auriculam molliorem auris*, T. vel, *infimam auriculam*, JT. *in superiori parte auris*, Ch. *super auriculam*, vel, *super ultimam auriculam*, i.e. in ima parte auris, V. Aliis est *maceries* quæ in media aure est [g]. Denotabat aures eorum debere apertas esse ad præcepta Domini [h]. Ut audirent à Deo quæ populum docerent, Ezec. 3. 17. Esa. 50. 5 †. ¶ *Et super pollices*] Nempe, dextros [i]. Ad denotandum quòd debebant esse prompti & expediti in oblatione sacrificiorum [k]. Ut eorum opera & administratio accepta foret [l]. Hoc ritu significatum fuit, à sanguine Christi ministrorum sufficientiam dimanare, qui tum aures verbo percipiendo, tum pollices actionibus sacris, præparat. In *dextris* partibus fiebat unctio, quia vigor major est in illis *. ¶ *Ac pedis*] Ut conversatio eorum sancta esset [m].

21. *Asperges*] Oleo scil. & sanguine, vel seorsim acceptis, vel potiùs simul mixtis [n]. ¶ *Eorum*, בָּנָיו אִתּוֹ] *Filiorum ejus cum eo*, Ma. JT.

22. *Et caudam*] Cùm pacificum esset ex ovina specie: In cæteris victimis non cremabatur cauda [o]. ¶ *Armúmque dextrum*, שׁוֹק הַיָּמִין] *Coxam dextri*, sub. *lateris*; seu, *pedem totum à coxendice ad talos, tibiam, crus*, Ma. ¶ *Aries consecrationis*, ità M. מִלֻּאִים] *Aries impletionum*, Mo. M. V. vel, *impletionis*, Sy. Ti. A. (scil. manûs, A.) *perfectionis*, Ar. *perfectionum*, Sa. vers. *oblationum*, Ch. *consecrationum*, Sa. JT. P. V. Riv. Qui immolabatur in consecratione summi Sacerdotis [p]. Redditur ratio cur armus dexter comburendus, qui alioquin cedebat in partem Sacerdotis, Levit. 17. 10. Peculiare hoc erat huic victimæ [q].

23. *Tortam*, ità Ch. Sa. Mo. M. P. כִּכַּר] *Orbem*, Ma. *globum*, Ti. *frustum*, O. *placentam*, Sy. *panem*, ο'. Ar.

24. *Sanctificabis eos elevans*, &c. וְהֵנַפְתָּ אֹתָם תְּנוּפָה] *Agitabis ea* (non, *eos*; sic Græci, αὐτά, *oblata* scilicet [r].) *agitationem*, Mo. vel, *agitatione*, Ar. JT. *Ventilabis* (*ventilando offeres*, Sa.) *ea in oblationem*, M. *separabis separationem*, ο'. Sy. *elevabis* (*exaltabis*, P.) *elevatione*, Ch. O. Distinguunt hîc Hebræi: Duplex erat in sacrificiis elevatio; 1. תְּרוּמָה, quæ fiebat, vel sursum & deorsum †, vel prorsum & retrorsum [t]. 2. תְּנוּפָה, quæ fiebat *dextrorsum & sinistrorsum* [v], antrorsum & retrorsum [x]. In sublime porrectum hinc inde ad quatuor mundi plagas movebatur [y]; quo significabant Deum esse totius terræ Dominum [z]: vel, ad ostendendum sacrificia Deo offerri debere in 4 mundi partibus. Ità veteres Hebræi [a]. Hæc elevatio significabat munera illa ad Deum pertinere, ac deinceps alia [b]. Rectè quidam agitatione pectoris & armi exaltatione monitos nos volunt, toto pectore & opere invigilandum esse Divinis, excitato semper animo [c].

27. *Sanctificabísque*] Ità M. Ma. i.e. *separabis*, V. O. Reservabis, sepones illis. Alii, *& consecrabis*, i.e. sacerdotibus separabis: vulgus non vescetur [d]. ¶ *Et armum quem separâsti*, שׁוֹק הַתְּרוּמָה] *Armum separationis*, V. i.e. separatum, exemptum, ab ariete; vel, separatum in usum sacerdotum. Alii, *elevationis*. Vide ad v. 24. & cap. 25. 2. Alii, *elationis*, i.e. elatum, selectum, optimum †.

28. *Quo initiatus est Aaron*, &c. מֵאֲשֶׁר לְאַהֲרֹן וּמֵאֲשֶׁר לְבָנָיו] *De quo ipsi Aaron, & de quo filiis ejus*, V. Ma. sub. *fuit consecratio*; i.e. de ariete immolato pro eorum consecratione [f]. Ex eo *qui* fuerit *pro Aharone, & ex iis qui* fuerint *pro filiis ejus*, JT. [Sic accipiunt omnes.] Quod vel sic intelligi potest, quòd aries ille immolatus fuerit pro consecratione Aharon & filiorum; vel sic, de quo pectore & de qua coxa erit Aharoni & filiis, i.e. hæc cedent in partem Aharonis, ut v. 28. magis explicatur [g]. ¶ *Cedéntque in partem Aharon*] Ità sacerdotes constituit Deus suo loco. Hæ partes, cùm sint optimæ, monebant eos officii sui esse, ut pectus sint & humeri populi, qui ei provideant, fortitérque sustineant vocationis sua onera [h]. ¶ *Quia primitiva sunt*: quia hæ sunt partes primæ, quæ initio à victima pacifica separantur [i]. כִּי תְרוּמָה הוּא] *Quia elevatio ipsa*, Ma. O. quam elevare, seu elevando præsentare, Domino debent filii Israel. Subindicat hanc elevationem esse separationem eorum quæ Domino offerebantur, & quæ dabantur sacerdotibus [k]. q. d. Quum pacifica sacrificia sua offerent, pars illa offeretur Domino, & propterea sacerdotes habebunt illam, h. e. armum dextrum cum pectore. Expositio petenda est ex v. 31 [l].

Margin notes (left column): † L. — f Me. — g Ità RS. in F. — h L. — † A. — i Me. — k L. — l A. — * Riv. — m A. — n Me. — o Me. — p V. — q Me. — r G. — † F. Jun. — t G. — v G. Jun. — x F. — y M. F. V. O. — z F. V. O. — a Ma. — b Me. — c Riv. — d Ma. V. — † Ma. — f V. — g Ma.

29. *Ut ungantur*, sim. A. לְמָשְׁחָה] *Ad ungendum*, i.e. ut illis vestiti ungantur & consecrentur [m]. Talia autem verba passivè sæpe usurpantur, ut notatum ad Gen. 2. 20. & 6. 20 [n]. Fiebant hæc ab aliquo è minoribus sacerdotibus, neque enim major aliquis erat qui eum consecraret [o].

30. *In sanctuario*, ità Ch. Sa. Ar. בַּקֹּדֶשׁ] *In sanctitate*, Mo. i.e. cum omni sanctimonia [p]. *In sanctis*, ο'. *in sancto*, Sy. JT. A. nempe *loco*, A.

31. *In loco sancto*] In atrio ante tabernaculum, igne ex altari sumpto [q].

32. *Qui sunt in canistro*] h.e. Qui reliqui sunt; neque enim omnes impositi erant sacerdotum manibus [r].

33. *Ut sit placabile sacrificium, & sanctificentur*, &c.] i.e. Ut completo & consumpto sacrificio, sacerdotum etiam consecratio compleatur, quæ absque illa sacrificii completione non censetur perfecta †. Verùm hoc sensum turbat; & sacerdotes antea potiùs sanctificati erant per sacrificium, unde etiam de sacrificio isto participabant [t]. ¶ אֲשֶׁר כֻּפַּר בָּהֶם] *Quia expiavit cum eis*, Sa. *quia expiantur per illa*, Sy. *eò quòd propitiatio per ea facta sit*, M. Ti. *quod pro eorum propitiatione oblatum est*, Ar. *pro quibus expiatio facta*, JT. *quibus expiatus fuit in illis*, V. sim. P. sub. *Aaron & filii ejus*, V. *quibus propitiatus est eis*, O. *quibus expiatum fuit in iis*, Mo. Ma. A. ¶ *Alienigena*] Qui non est de filiis Aaron, sive de genere sacerdotali [v]. Sic infrà 30. 33 [x]. ¶ *Quia sancti sunt*, כִּי קֹדֶשׁ הֵם] *Quia sanctitas ea*, Mo. V. O. Ma. i.e. res sunt sacrosanctæ [y]. *Quia sancta*, ο'. Sa. Sy. M. Ti. A. *ea sunt*, A. *sanctificata sunt*, Ch.

35. *Septem diebus*] Quotidie per illos 7 dies præcepit, 1. ungi manus sacerdotum; 2. vitulum offerri; 3. altare mundari; & 4. ungi [z].

36. *Ad expiandum*, scil. altare, V. עַל הַכִּפֻּרִים] *Super propitiationibus*, O. *ad*, vel *super, expiationes*, JT. A. Ma. *pro expiationibus*, P. ¶ *Cùm immolaveris*, &c. בְּכַפֶּרְךָ עָלָיו] Ad verb. *in expiando te illud*, i.e. dum expiabis illud [a]. Vel, *super illud*; i.e. quando reconciliaveris illud Domino [b]. ¶ *In sanctificationem*, לְקַדְּשׁוֹ] i.e. Ut sanctum sit. Omnia ista intelliguntur de altari holocausti: postea de altari suffimenti loquetur [c].

37. *Erit sanctum sanctorum*, קֹדֶשׁ קָדָשִׁים] *Sanctitas sanctitatum*, V. O. Ma. i.e. erit sanctissimum, V. Ma. Vide cap. 26. vers. 33. Ma. ut *vanitas vanitatum* est vanissimum [d]. ¶ *Qui tetigerit—sanctificabitur*, כָּל־הַנֹּגֵעַ־יִקְדָּשׁ] Variant interpretes. 1. Q. referunt ad ministros altaris, nè profanus res sacras tangat †. Sensus est, quòd immundi non debent accedere [f]. Adhortatio est facta sacerdotibus ad sanctitatem procurandam †. 2. Alii restringunt particulam *omne* ad ea quæ altare respiciunt, nempe oblationes instituto Divino congruentes: (neque enim si leprosus, vel porcus, &c. illud contingeret, eo contactu sanctificabatur.) Has altare ex instituto Divino sanctificabat. Cum hac limitatione commoda est explicatio [g]. Itaque commendatur ab effectu altaris sanctitas, quia sanctificat hostias. Hanc interpretationem suggerit Christus, Matt. 23. 19 [h]. Quicunque obtulerit aliquid super illud, fiat sanctum. Vide cap. 30. 29 [i]. 3. Q. sic; Mundari debet, quòd rem illicitam perpetraverit tangendo altare [k]. 4. Mihi significare videtur, neminem ad altare accedere de-

Margin notes (right column): h Riv. — i Me. — k O. — l V. — m V. — n A. — o Me. — p V. — q Me. — r Me. — † Bo. — t Riv. — v L. AE. in F. Bo. G. — x M. F. A. O. G. — y V. Jun. — z Me. — a V. — b Ma. — c V. — d O. — † Riv. sim. L. — f M. F. — † Ità To. & Lippom. in Bo. — g Bo. — h Riv. — i V. — k Ma. O.

bere qui non sit sacerdos consecratus; nec tam adhortatio est, quàm constitutio quid fieri debeat. Sunt enim hæc verba explicatio priorum, *erit sanctum sanctorum*; h. e. (ut ubique illa phrasis sign.) à solis sacerdotibus contingetur, & comedetur [l].

38. *Hoc facies*] q. d. In hunc maximè usum volo altare erigi, ut juge sacrificium offeratur [m]. ¶ *In altari*, ità Ch. JT. [עַל הַמִּזְבֵּחַ] *Super altare*, [plerique;] *altari*, P. *propter altare*, V.

39. *Manè, &—vespere*] Ut agnoscatur Deus noctis & diei creator [n].

40. *Decimam partem*] Sub. *Ephi*, V. Me. A. Riv. ex Num. 28. 5. i. e. *Gomor*. Continebat ova 43 [o]. Ova autem Palæstinæ majora erant quàm nostra [p]. [*Sed de his & aliis Mensuris postea (bono cum Deo) fusiùs agendum.*] ¶ *Oleo tuso*] Tundendo expresso, non torculari [q]. Non attritu molæ expresso, sed pilo bene contuso †. ¶ *Hin*] Continebat Hin quantum ova 72 [r]. *Heminam* hîc habent Sy. & Ar. ¶ *Vinum ad libandum*] i. e. Effundendum super altare. Nota quòd *sacrificium* propriè dicitur de viventibus; *oblatio*, de non viventibus aridis; *libatio*, de liquidis †. Sacrificia Dei sunt quasi ejus convivia, ideóque Deo ministrabant quæ homines in prandio vel cœna habere solent [t]. Libatio hæc facta est, non ad basin altaris, sed supra altare: vide Exod. cap. 30. vers. 9. Sacrificium enim hoc speciem convivii referebat [v].

42. *Ad ostium*, vel, *portam*, ità ο'. Sa. Mo. P. Ti. [פֶּתַח] *In ostio*, Ch. Sy. *prope portam*, Ar. *intra ostium*, JT. *ante ostium*, Pi. M. Ibi erat altare holocausti, Exod. 40. 29 [x]. ¶ *Ubi constituam*, [אֲשֶׁר אִוָּעֵד לָכֶם שָׁמָּה] *In quibus innotescam tibi*, ο'. *qui* [nempe *Dominus*] *se recepit pro vobis illuc*, Sy. *ubi constituam verbum meum vobis*, ut loquatur tecum, Ch. *in quo* (vel *ubi*, JT. Ti. vel *quia*, Sa.) *conveniam vobiscum illuc*, Mo. O. JT. Ti. Et hinc dictum אֹהֶל מוֹעֵד, non quia homines ibi conveniunt, (ut vulgò existimant,) sed quia Deus cum hominibus conveniat, ut ipse Deus hoc loco nos docet: Med. tit. *de Templis* in Ecclesf. 5. 1. *Ibi morabor vobiscum*, *ubi*, vel *quo*, *testificabor* vobis, M. Ma. *Testificari* hîc sumitur (ut alibi) pro *apparere*, *loqui*, *exhortari*, aut, *convenire aliquem*, *cum quo loquaris* [z].

43. *Ibique præcipiam*, ità ο'. [וְנֹעַדְתִּי] *Adhortabor*, Ar. *consular*, Sa. *supplicabor*, Sa. vers. *pacifcar*, Ti. *illuc me recipiam*, Sy. ¶ *Sanctificabitur altare in gloria mea*, [וְנִקְדַּשׁ בִּכְבֹדִי] Vertunt, *sanctificabitur* (vel, *consecrabitur*, Ti.) *in* (vel *à*, Sa.) *gloria mea*, Mo. sive, *per gloriam*, Ar. *Ut sanctificetur*, JT. supple, vel *ille*, A. *unusquisque Israelitarum*, Jun. vel *locus*, P. Ti. *tabernaculum*, M. O. Ti. *Sanctificabor in gloria mea*, ο'. Ch. *Sanctificabo illud gloriâ meâ*, Sa. vers. ¶ *In gloria mea*] i. e. Præsentiâ meâ gloriosâ [a]. Cùm gloria mea apparuerit, ut Levit. 9. 24 [b]. q. d. Sanctificabitur per me, non per unctionem, aspersionem, sacrificia; nam externa illa omnia adhibebantur ut veræ sanctificationis symbola [c].

45. *Habitabo*] LXX habent, *invocabor*: Ch. sic, *Ponam præsentiam Divinitatis meæ*. שְׁכִינָה à שָׁכַן *quiescendo*, quòd ibi videretur quasi quietem & sedem suam habere Deus [d]. Deus habitat in nobis & per *Spiritum*, & per *Sermonem*. Uterque ergò *Shecinah* dicitur. Sermo *Shecinah* dictus, vel, quia habitabat inter nos; vel, quia plenitudo Divinitatis in ipso habitat. In scriptis Ebræorum frequenter occurrit, *Dominus & Divinitas ejus*; item, *Stetit Divinitas coram Deo*. Manahemus in Mosen 135. 2. *Non pervenitur ad Deum absque Divinitate*. Alibi vocatur *Metatron*, & *Angelus Dei*, & *Angelus faciei*, & *Angelus* simpliciter, & *princeps mundi* †.

[l] Bo. [m] Me. [n] G. [o] Riv. [p] Me. [q] Me. † Riv. [r] Jun. † L. [t] O. [v] Bo. [x] Pi. [z] M. [a] F. [b] Me. [c] Q. in Ma. [d] F. † D.

CAP. XXX.

1. AD *adolendum thymiama*, [מִקְטַר קְטֹרֶת] *Suffitorium suffitûs*, Ma. *incensi*, ο'. *emittens suffitum*, Sy. *ad adolendum incensum*, M. Ch. *aromatum*, Ch. *ad adolendum thus*, M. *ad incendendum suffimentum*, Ti. Ad verb. *suffimenti suffitûs*, V. P. Mo. i. e. in quo incendes thymiamata, h. e. aromata, v. 7 [f]. Hujus quoque altaris aurati meminit Hecatæus. Suffitum autem adhibere Sacris mos gentium ferme omnium; ut solebant cuncta hominibus grata in Divino honore usurpari. Ob id ἀρώματα dicta, παρὰ τὸ ἀρᾶσθαι: & θύειν primo significatu fuisse *suffire*, notavit Porphyrius; & indè *thus* Latinum. Sed & usus aderat aliquis ad discutiendum nidorem ex animantibus, purgandúmque aerem. Mystica significatio est, Sursum habenda corda [g].

2. *Cornua*] [Ità omnes; sed Ar. *pinnæ ejus*.] Ex tigillis quatuor angularibus, officio pedum fungentibus, surgebant in obelisci, aut, ut alii volunt, in pomi, modum [h]. Erant pomelli in angulis [i]. ¶ *Ex ipso*] i. e. Ex eodem ligno; non aliunde affixa & compacta [k].

3. *Craticulam ejus*] Græci ἐσχάραν, G. Craticula hæc erat reticulata, ut per eam incensorum cinis dilaberetur [l]. Non tamen immediatè superponebatur craticulæ thymiama incendendum, alioqui auream craticulam vis ignis solvisset, sed in æreo thuribulo craticulæ imposito, Levit. 10. 1 [m]. ¶ [גַּגּוֹ] *Tectum ejus*, Ch. Sy. Mo. JT. A. O. V. G. i. e. κεράτιον. Altare autem holocautomatum sine tecto erat [n]. Similitudo ab ædificio sumpta est [o]. Summam partem altaris; q. d. tectum planum, non fastigiatum, aut acuminatum [p]. *Solarium*, Ma. *tabulam illam superiorem*, V. Ma. *superficiem ejus*, Ar. mensam, seu superiorem partem altaris, O.

4. *Per singula latera*, [עַל שְׁתֵּי צַלְעֹתָיו] *Duabus costis*, Mo. *juxta duas costas*, A. *super duo latera ejus*, Ma. *in duobus angulis ejus*, Sy. vel, *partibus ejus*, Ar.

6. *Contra velum*] Quod dirimit Sanctum à Sancto sanctorum [q]. Non interiùs, à parte Sancti sanctorum, (ut malè August.) sed exteriùs, in Sancto [r]. ¶ *Quo tegitur testimonium*, [אֲשֶׁר עַל הָעֵדֻת] *Quod est super testimonium*, V. vel, *arcam testimonii*, ο'. Ma. h. e. juxta eam, O. quod ei oppansum est. Vide ad 7. 21 †.

7. *Manè*, [בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר] *In manè in manè*, V. Geminatio substantivi aut multitudinem significat, ut Gen. 14. *putei putei*, Exod. 8. 14. *ranas acervos acervos* [t]; aut distributivum includit, ut אִישׁ אִישׁ *vir vir*, i. e. singuli viri, unusquisque [v]; sic בְּשָׁנָה בְשָׁנָה, *in anno in anno*, i. e. *per singulos annos* [x]. ¶ *Quando componet*, [בְּהֵיטִיבוֹ] Ad verb. *in bonificando*, V. O. Mo. i. e. Cùm quicquid immunditiarum oleum & ellychnium contraxerint noctu removerit & repurgârit [y]. *Quando instaurabit*, ο'. *aptabit*, Sy. Ar. P. *instruxerit*, Ti.

8. *Sempiternum*] Non quòd totum diem perduraret suffitus, sed quòd singulis diebus adolendus esset. Ità tria quotidiana erant sacerdotum officia; 1. oblatio thymiamatis, 2. juge sacrificium, 3. accensio lucernarum [z].

9. *Compositionis alterius*; [זָרָה] *Incensum aromatum exterorum*, Ch. *thus extraneum*, Ar. *alienum*, P. V. Ma. O. i. e. aliud quàm quod postea describetur [a]. Aliunde prolatum, aut quocunque modo diversum [b]. ¶ *Et victimam*, [וּמִנְחָה] Alii *munus*, alii *oblationem*, alii *sacrificium*, vertunt [c]. Sic vocat juge sacrificium, à נָחָה *adduxit*. Juxta Hebræos fiebat in vespera: unde tempus vespertinum vocant מִנְחָה [d].

10. *In sanguine*, &c. [מִדַּם חַטַּאת הַכִּפֻּרִים] *E sanguine peccati* (i. e. sacrificii pro peccato) *expiationum*, (i. e. quo fiunt expiationes,) Pi. At JT. habet, *die expiationum*. Quod supplementum respuit syntaxis Hebræa, quâ τὸ *expiationum* à τῷ *peccati* regitur †. ¶ *Sanctum sanctiorum erit*] i. e. Res sanctissima [f]. Tanquam res Deo dicata [g]. Alii sic, tanquam unum ex rebus sacrosanctis erit [h]. Hæc res, hæc ceremonia expiationum, erit sacratissima in cultum Domini; vel, ipsum altare erit sacratissimum. Vide c. 29. 37 [i].

12. *Quando tuleris summam*, simil. Ar. JT. M. P. [כִּי תִשָּׂא אֶת רֹאשׁ וגו׳] Hîc nona libri Partitio, תשא dicta [k]. *Cùm levabis* (vel, *sumes*, Sa.) *caput*, Mo. O. V. i. e. capita, V. La. Sa. i. e. summam, La. *Quum recensere*,

[f] V. [g] G. [h] Me. [i] He. in L. [k] F. V. [l] Me. La. [m] Me. [n] G. [o] A. [p] Ma. [q] Me. [r] L. † V. [t] O. [v] F. V. [x] F. [y] M F. V. [z] T. [a] V. [b] Ma. ex Jun. [c] V. [d] F. V. † Pi. [f] O. F. [g] F. V. [h] F. [i] Ma. [k] V.

censere voles, sic Sy. *Cùm censum egeris secundùm capita*, Ti. *Levare capita* Hebræis est numerare, quòd numeratio fiebat vel per capita [l], vel, numeratis capita elevantibus [m]. ¶ *Filiorum Israel*] Nempe, qui veniunt in numerum. 1. Non enim omnes numerabantur [n], sed mares tantùm [o]. 2. Non numerabantur qui vicesimum annum nondum attigerant [p]. 3. Nec quinquagesimum egressi [q]. ¶ *Juxta numerum*, sic Ch. Ar. Sy. לִפְקֻדֵיהֶם] Ad verb. *visitatis*, vel, *ad*, sive *per*, *visitatos*, *recensitos*, *eorum*, Ma. Mo. *in visitatione*, o'. vel, *recensione*, *eorum*, Sa. *Super visitationes*, i. e. recensiones; quia visitando recensebantur [r]. *Per numeratos*, P. vel, *numerandos*, *eorum*, JT. *juxta censum eorum*, Ti. ¶ *Pretium pro animabus*] i. e. Pro animæ, seu vitæ, suæ redemptione; nè, scilicet, (ut sequitur) *plagâ percutiantur* †. Eâ capitatione testabantur se à Deo redemptos [t]. ¶ *Non erit plaga*] Qualis erat tempore Davidis ob neglectum hoc tributum, 2 Reg. ult [v]. [Plura vide ad illum locum.]

13. *Omnis qui transit ad nomen* (supple, *recensitorum*, i. refertur in catalog. jam recensitorum [x],) כָּל־הָעֹבֵר עַל הַפְּקֻדִים] *Omnis transiens ad*, vel *in*, *numeratos*, V. JT. P. i. e. omnis qui numerabitur [y]. Al. *sub*, vel *ad*, vel *in*, *numerum*, Ch. Sy. M. Alii hîc *visitatos* exponunt, *præfectos*, *censores*, qui numerum excipiebant. Vide infrà 38. 25. Quidam sic; Omnis transiens à cœtu numerandorum ad cœtum numeratorum [z]. ¶ *Dimidium sicli*, *juxta mensuram templi*, מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל בְּשֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ] *Dimidium sicli*, *in siclo* (vel, *juxta siclum*, O.) *sanctuarii*, Ma. nempe, quo utebantur in templo, seu sanctuario [a]. *Ad pondus sacrum*. שֶׁקֶל à שָׁקַל *appendere*, *ponderare*; eò quòd olim appendebatur argentum, ut hodie numeratur [b]. *Siclus* (qui & *Stater*) hîc (& Num. 3. 47. & Ezec. 45. 12.) dicitur continere 20 גֵּרָה, quod Græci interpretantur ὀβολούς. *Obolus* autem habet pondus 16 granorum hordeaceorum [c]. Ea apud Hebræos & omnes ferè nostros invaluit opinio, ut Siclus Sanctuarii (i. e. cujus usus in Sanctuario & rebus sacris erat) esset duplò major vulgari & profano; ut hic duas drachmas, ille quatuor, continebat [d]. Alii autem hoc negant, quorum agmen ducit Villalpandus, 3. parte comment. in Ezec. l. 2. de Pond. & nummis, disp. 4. c. 28, 29. & unum eundémque Siclum esse contendunt †, eúmq; tetradrachmum fuisse [f]. Dicitur autem *siclus*, vel *pondus*, *sanctuarii*, quòd in Sanctuario asservaretur Siclus justissimi ponderis, ad cujus normam reliqui omnes examinarentur [g], qui facilè usu aut nequitiâ atteruntur atq; diminuuntur [h]. Idem apud Romanos factitatum, testis est Fannius, & probant Villalp. & Mariana. Jubebátque in templis Christianorum primariis pondera & mensuras adservari imperator Justinianus †. Pariter fecit Valentinianus in civitatibus Rom. imperii [i]. Vide Casaub. in notis ad Maximinos J. Capitolini [k]. Probant hanc sententiam, 1. Quòd Levit. 27. 25. jubet Deus ut *omnis æstimatio siclo sanctuarii penderetur*, i. e. ut omnes contractus, &c. juxta pondera in Sanctuario asservata fiant [l]. 2. Quia Siclus in Scriptura semper definitur 20 obolis. Sic Ezec. 45. ubi loquitur de communi pondere. 3. Numismata perantiqua quæ reperiuntur idem pondus referunt. Hæ rationes alicujus ponderis mihi videntur, quamvis hanc nolim dirimere litem [m]. Dimidium tantùm Sicli offerendum erat, ad significandum, quòd duplex homo cùm sit, alter, atque ità dimidius, tantùm instauratur [n]: vel, quòd fides & charitas in hac vita imperfectæ sunt [o]; vel, nè pauperibus hoc tributum nimis grave esset [p]. Qu. Num hoc mandatum capitationis temporarium, an perpetuum? Resp. Hebræi ferè omnes ac nostri perpetuum putant, nempe ad comparanda sacrificia [q]. Alii temporarium esse volunt, & semel tantùm Mosi mandatum, ut nunc fieret [r]. Rationes has proferunt. 1. Quia nusquam legitur in Scriptura de anniversaria hujusmodi & perpetua collecta. 2. Institutum hoc erat ad expiationem populi recèns ex Ægypto educti. 3. Erat in ministerium tabernaculi, quod manebat; non autem in res quæ consumuntur, (qualia erant sacrificia.) 4. Moses nec *statutum* hoc *perpetuum* vocat, (ut cætera omnia,) nec repetit in recensione populi, Num. 1. & 26. 5. Nec successores ulli hoc exegisse leguntur †. 6. Nehemias non ex lege, sed ex æquitate, trientem Sicli indixit, Nehem. 10. 32. Illud 2 Chron. 24. erat aliud collectæ genus, quia Joiada cunctabatur illud colligere, &c [t]. Cæterùm, sive ex mandato Dei, sive ex pietate, certissimum est Hebræos hoc quotannis Templo pendisse [v]; & hoc fuisse didrachmum illud Matt. 17. 24. magni interpretes affirmant [x]. Existimo hoc faciendum prout & occasio se daret, & necessitas exigeret. Id prudentiæ ductorum populi fuit commissum. *Quando tuleris*, i. e. quando censebis eos, nempe, vel, me jubente, vel, te necessarium pro communi bono judicante [y]. Faciendum hoc quoties census agebatur populi: quod à Davide omissum magno ei stetit, 2 Sam. 24 [z]. At potiùs castigabatur ejus vanitas & superbia, ut ex tota historia liquet [a].

15. *Dives non addet*, *& pauper non minuet*] Pretium erat æquale, 1. ut ex Siclis constet populi numerus [b]: 2. ad testandam obedientiam æqualiter ab omnibus Deo debitam: 3. ad notandam Christi redempturam pro omnibus æqualem [c]; apud quem nullus est respectus personarum [d]: 4. nè dives præ se pauperem, quòd minus dederit, despiciat *: 5. quia æquè pretiosa apud Deum pauperis vita ac divitis, & pro illius accepto beneficio pares gratias omnes referre debemus †: 6. ad commendandam concordiam, & vitanda jurgia, nè divites sibi sacra, tanquam suis sumptibus parata, sibi vendicarent [f]. Pariter Manna æqualiter omnibus distribuebatur, Exod. 16. 18 [g].

16. *Ut sit monimentum*, לְזִכָּרוֹן] *In memoriale*, V. i. e. Ut causa sit quamobrem recordetur (scil. *Deus*) filiorum Israel [h].

18. *Labrum*, ità o'. Sa. M. JT. V. כִּיּוֹר] *Concham*, Sy. Mo. P. Ma. V. Me. *lavacrum*, M. *lacum*, Ar. Fistulas multas habebat, per quas emittebatur aqua [i]. ¶ *Ad lavandum*] Et sacerdotes & partes victimarum [k]. *Ad sanctificandum*, Ch. in F. Etiam gentibus mos lavandi ante sacrum. Meminêre Hesiodus, Homerus, Plautus Rudente. In id posita labra ante Templum: de quibus Vitruvius l. 2. Cincius dicebat *delubrum* esse locum ante Templum ubi aqua currit, à *diluendo*; ut nos docet Servius ad 2. Æneid [l].

19. *Manus & pedes*] Hinc censent sacerdotes nudis pedibus in tabernaculo ministrâsse Caj. & Lippom. & Ribera; quod probabile est [m].

23. *Sume tibi*, וְאַתָּה קַח לְךָ] *Tu sume tibi*. Non sufficiebat dicere, *unges*, nec, *sume tibi*, sed, *tu sume tibi*: q. d. nullus quispiam alius audeat hoc facere. Probat hoc Sapientes rectè dicere, oleum unctionis semel tantùm confectum, ídque ipsis Mosis manibus. Et hoc oleum (non sine magno miraculo) duraturum dicitur in posterum; *sanctum erit mihi in generationes*, v. 31. Non dicitur, (ut de vestibus,) *sanctum erit Aharoni & filiis*, &c. sed, *erit mihi*. Deinde, prohibet Deus nè quisquam tale componat, v. 33. non dicit, *non facietis vobis*, aut, *in usum vestrum*, (ut de suffitu dictum;) sed absolutè prohibetur; q. d. nec Deo nec vobis aliud esse concinnandum [n]. ¶ *Aromata*, *primæ myrrhæ*] [Illud *primæ* ראשׁ Vulg. conjungit cum sequenti voce, *myrrhæ*; ità & Sa. & Bochartus, qui vertit, *caput myrrhæ*, & o'. *flos myrrhæ*.] Sic, *capita aromatum* sunt præstantissima aromata, Cant. 4. 14. & *oleum capitis* est præstantissimum, Psal. 141. 5 [o]. Verùm hoc est contra rationem accentûs [p]. [Reliqui ergò conjungunt cum antecedente voce *aromata*.] ¶ בְּשָׂמִים רֹאשׁ] *Aromata capitis*, Mo. F. V. i. e. *capitalia*, V. *aromata prima*, Ch. vel *præcipua*, M. P. Ti. O. Ar. F. V. G. Ma. A. ità Cantic. 4. 14. Ezec. 27. 22 [q]. Item Psal. 141. 4. & Amos. 6. 6 [r]. *Aroma* (*aromatum*, JT.) *præstantissimum*, Sy. JT. Quod alii generaliter intelligunt, q. d. uniuscujusque generis quod subjungitur quicquid est præstantissimum. Alii specialiter *balsamum* intelligunt, quod Arabibus *Belsamin*, q. d. dominium obtinens inter aromata. Magìs placeret, si huic (ut sequentibus) certum pondus adscriptum esset; aut si in

Cananæa

Marginal notes, col. 473: [l] Riv. O. [m] O. [n] F. V. [o] Wal. [p] F. Wal. V. [q] Wal. de numeris Hebræorum, l. 2. c. 6. [r] Riv. † T. Me. F. V. [t] G. [v] L. Me. T. F. V. G. [x] T. [y] V. [z] Ma. [a] F. V. [b] V. ex F. [c] V. [d] Riv. ità L. F. V. O. A. Jun. Pi. He. & Jo. in Ma. † Ità La. Riv. [f] Ma. [g] Me. T. [h] Ma. † T. [i] Riv. [k] Ma. [l] T. [m] Riv. [n] Wal. [o] Cl. [p] Wal. de antiq. num. ubi suprà. [q] Wal. Ma. [r] Ità Jun. Wal.

Marginal notes, col. 474: † Jun. Wal. [t] Jun. [v] Jo. antiq. 18. 12. & Belli 7. 26. [x] Ma. [y] Riv. [z] G. [a] Riv. [b] Me. Riv. [c] Wal. Riv. [d] Wal. * Riv. † Me. [f] Wal. [g] A. [h] V. [i] M. F. [k] L. [l] G. [m] La. [n] Abarb. in Muis. [o] BC. 1. 9. 415. [p] Riv. [q] A. [r] Riv.

Cananæa fuissent Israelitæ; nam balsamum (inquit Plin.) uni Judææ concessum †. ¶ *Primæ myrrhæ & electæ*] *Primæ*, i.e. præstantissimæ [t]. Quæ prima defluit à cortice stacte dicta, à σάζειν *stillando* [v], per modum sudationis. Alia est per incisionem corticis, & vocatur myrrha secunda [x]. [Verùm alii *myrrham* non cum præcedente, sed subsequente, voce conjungunt.] ¶ [מָר־דְּרוֹר] *Myrrhæ libertatis*, Mo. V. Ma. vel, *ingenuæ*, JT. vel, *liberæ*, F. i.e. *liberè* (seu *sponte*, Ti.) *fluentis*, O. P. Ti. Me. Quæ sponte erumpit & defluit, & est veluti myrrhæ flos [y]. Alii, *liberam* à mixtura, scil. ἐπεσχγνίων [z]. *Non adulteratam*, ut sæpe fit, F. V. *Myrrhæ puræ*, Sy. vel, *purissimæ*, Ch. in V. M. vel, *exquisitæ*, K. in M. ¶ *Quingentos*] Optimè Vulg. addit *siclos*, (ex vers. præcedenti, Pi. Ma.) i. e. semuncias. Siclus erat & pondus & moneta [a]. ¶ *Et cinnamomi*, [וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם] Vertunt, *cinnamomi bene olentis*, ὁ. vel, *odorati*, Sa. JT. vel, *aromatis*, Mo. *aromatici*, Ch. Sy. M. P. Ti. O. Ma. A. *de ligno odorifero*, Ar. Alii *aloen* reddunt; ità K. & RS. qui additum ait בֶּשֶׂם, ut notetur aloe non illa medica, sed aromatica, εὐώδης Oribasio. At *aloe* distinguitur à קִנָּמוֹן, Cant. 4. 14. Quare non est quòd serioribus illis Rabbinis in gemmarum, herbarum, arborum interpretamentis nimiùm fidamus. Quæ ad Jus pertinent librorum quadam successione satis bene servata sunt: de Physicis intercidit per tot secula traditio, ideóque conjecturas sequuntur; non mirum si interdum aberrantes [b]. ¶ *Medium*] *Dimidium*, i. e. 250 siclos [c]. ¶ *Calami*, [קְנֵה בֹשֶׂם] *Calami odorati*, JT. *bene olentis*, ὁ. *aromatis*, Mo. *aromatici*, Ch. Sy. M. P. Ti. *ex calamis cinnamomi*, Ar. *canellæ*, O. Ma. A. consentiente voce, Ma. A. Arundo dulcis erat, Esa. 43. 24. Jer. 6. 20 [d]. quæ & *acorus*: cortex aromaticus arboris, nulli non notus, in modum cannæ †.

24. *Casiæ*, ità ferè omnes vertunt, [קִדָּה] Intelligit, non illam purgativam, quæ nullius est odoris; sed alteram, de qua Plinius l. 12. c. 19. & in eum Dalechampius, qui ex Diosc. Theoph. &c. septem casiæ genera memorat. Sed de his fusè agit Salmas. ad Solinum. Pleraque nomina Ebræa aromatum (ut & gemmarum) variè accipiuntur ab interpretibus, & ferè per analogiam eorum quæ nobis sunt cognita, & ad talem usum apta [f]. Hieronymo illa est quæ *fistula casiæ* dicitur, quòd fistularum vel cannarum speciem referat. Italicè *cannella*. Vide Dioscor. 1. 12 [g]. Alii *costum* vertunt, A. Q. He. in Ma. alii, *iridem*, ὁ. Ca. Jo. in Ma. Hîc tantùm occurrit vox, & Ezec. 27. 19 [h]. ¶ *Pondere sanctuarii*] Non quòd diversa essent pondera, alia Sanctuarii, alia publica, nempe hæc dimidio minora, ut quidam volunt; sed quòd pondera omnia ad primi illius quod in Sanctuario asservabatur normam reducerentur. Probatur ex Lev. 27. 15. *omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur*. Adde quòd sacerdotes ponderibus & mensuris præfuerunt, 1 Paral. 23. 29 [i].

25. *Faciésque*, &c.] Ad verb. *Et facies illud*, V. JT. Ma. i. e. ex toto illo, h. e. ex omnibus illis aromatibus [k]: vel, ex oleo, cujus proximè facta est mentio [l]. ¶ *Unguentum compositum*, &c. [רֹקַח מִרְקַחַת] *Unguentum unguentarium*, ὁ. vel, *unguentariæ*, JT. *unguentum unguenti*, P. O. i. e. suavissimum & optimum, V. O. *Unguentum conditum*, Sa. vel, *suavè paratum*, Sa. vers. *aromatizans* (*aroma compositum*, Ar.) *opere aromatarii*, Ch. Ar. *condituram conditura*, Ma. vel, *pigmentum pigmenti*, sive *pigmentationis*, Ma. Mo. O. sive, *confectum opere apothecarii*, vel, *unguentarii*, M. Ti. *aroma odoratissimum*, Sy. Duplicatio vocis indicat mirabile artificium & præstantiam unguenti [m].

28. *Et supellectilem*, [וְאֶת־כָּל־כֵּלָיו] *Et vasa ejus*, P. Ma. i. e. utensilia, V. Vasa hæc ungebantur in quolibet loco, quia singulæ partes paris erant dignitatis: At Reges & Sacerdotes capite ungebantur, quia hoc sedes intelligentiæ est & fons dignitatis [n]. ¶ [כַּנּוֹ] *Basin* vertunt P. ὁ. hîc & 1 Reg. 7. 29. *fulcrum*, Jun. Malim, *tegmen*, *operculum*: nam 1 Reg. 7. 27. basis מְכוֹנָה dicitur, quòd infrà fuit; at כֵּן aliud est, ut inspicienti liquet, & fuit suprá [o].

29. *Qui tetigerit ea sanctificabitur*, [יִקְדָּשׁ] Quod tetigerit ea *erit sanctum*, ut c. 29. 37. q. d. Eâ re quæ tetigerit sanctificatâ non licebit uti in rebus privatis, sed tantùm in sacris [p]. Al. sic; Qui ea tangere voluerit, priùs sanctificetur [q]. Al. sic; Fortassis hîc *sanctificetur* ponitur pro, *culpam contrahet*, *polluetur*; (sic *sanctificari* accipitur Deut. 22. 9. Agg. 2. 13.) nempe, si quis non initiatus tetigit [r]. Sanctificatione indigebit, aut purificabitur, quoniam indignus & prophanus sancta tetigit †.

30. *Aaron & filios*] Hanc unctionem præcepit Deus duabus de causis: 1. ut esset signum Divinæ electionis ad dignitatem, opus, &c. 2. ut idonei efficerentur ad recipiendum Divinum influxum [t]. Q. notant, tantùm videlicet ungendos esse Aharonem & filios ejus, qui erant summi sacerdotes: nam inferiores omnes sacerdotes, & qui post illud tempus sequuti sunt, aiunt non ampliùs fuisse unctos, sed horum unctione totum ordinem fuisse consecratum. Vide cap. 29. 29. & 40. 15 [v]. Vi primæ hujus inunctionis (patrum suorum) sanctitatem adepti sunt, & sufficienter secreti manebant; neque enim vulgaribus sacerdotibus aliquid novæ dignitatis ad eam in qua nati erant accessit. Quæres, Cur ergò Sacerdoti summo non sufficeret, quòd in parente ungebatur? Resp. Causa est, quòd unctionis beneficio Sacerdotes (pariter & Reges) officio suo addicerentur, præque aliis secernerentur. Jam verò summum sacerdotium non adipiscebatur summus Sacerdos jure hæreditatis paternæ, quæ natu grandiori filio deberetur, (velut regnum;) sed illud fratrum sacerdotum suffragiis assequebatur, merito perfectionis & virtutis suæ. Et hoc sensu dicitur Pontifex *sacerdos maximus inter fratres suos*, Levit. 21. 10. nec non à Sapientibus nostris μακαρίταις *major pulchritudine, major opibus, major robore*. Ideóque par erat illum oleo perfundi, ut palàm fieret ejus electio. Et eandem ob causam non omnes Reges Regum filii ungebantur, sed ii tantùm qui non sine dissensione & contentione regnum obtinebant, quales *Salomon*, & *Joas*, & *Joachaz*, propter *Joacimum* biennio grandiorem. In iis opus erat unctione, quæ commonefaceret rebelles, illos esse delectos ad regnum, neque esse ipsis obsistendum [x]. Dicunt quidam Aaronem ungendum in capite & manibus, filios autem ejus in manibus tantùm. Alii, probabiliùs, dicunt sacerdotes minores non unctos fuisse, sed tantùm aspersos mistione factâ de oleo unctionis & sanguine, &c [y].

31. *Sanctum erit mihi*] i. e. In usus solùm sanctos ad mei cultum assumetur [z]. Ad sancta mea ungenda [a]. *Sanctum vobis*, ὁ. *Mihi* sæpe redundat; ut, *Ito mihi*, pro, *Ito*: *Quis ibit nobis?* Isa. 6 [b].

32. *Caro hominis non ungetur*, [לֹא יִיסָךְ] *Non linietur*, Mo. M. *Non unget*, P. V. sub. *is qui ungit corpora*: ungens carnem suam. Oratio defectiva, ut annotat doctus inter Hebræos [c]. *Hominis*, putà cum exceptione sacerdotum, ad quorum consecrationem erat compositum †. Quidam excipiunt Reges; sed hi ungebantur oleo communi [d]. ¶ *Juxta compositionem ejus*, [וּבְמַתְכֻּנְתּוֹ] *Juxta compositionem hanc*, ὁ. sim. Sa. M. P. Ti. A. *in illa summa vel proportione*, M. *ad*, vel *juxta*, *similitudinem ejus*, Ch. Sy. sim. Ar. *in pondere*, Mo. (*demenso, mensurâ, formâ, dispositione, dimensione, ejus*, Ma.) *secundùm confecturam ejus*, JT. *secundùm numerum ejus*, scil. in quo tot sunt species. תָּכַן est *metiri*, *rectificare*, indéque *mensurare*. Vel, *secundùm mensuram ejus* †.

33. *Alieno*, [עַל זָר] *Alienigenæ*, ὁ. M. *super alienum*, vel *extraneum*, V. Ma. Variè intelligunt. 1. De rebus; q. d. Nec ad homines tantùm non adhibeatur hæc unctio, sed nè ad alias quidem res [f]. Unde reddunt, *Quisquis imponet ex eo rei exteræ*, Ma. Qui illud dederit super rem non sanctam [g]. 2. Alii de personis accipiunt. *Alienus* dicitur, qui non est de filiis Israel [h]. Vel potiùs, qui non est de familia Aaronis, vel, de genere sacerdotali [i]. Qui non est aut Rex, aut Sacerdos [k].

34. *Sume tibi aromata*] [Ità ferè omnes: at Ar. *gummi stacten*; & ὁ. *suavitates*.] ¶ *Guttam*, ità Sy. Mo. M. [נָטָף] *Stacten*; ità ὁ. Ch. Sa. P. O. JT. Sic dictam à נָטַף *stillare*. Est myrrhæ recenter incisæ pinguedo, Dioscorides lib. 1 [l]. Est liquor ex myrrha sudans,

Margin notes, left column: † Ma. Jun. · [t] L. Me. · [v] Me. · [x] L. · [y] Me. · [z] G. · [a] Ma. · [b] G. · [c] A. · [d] A. · † Ma. · [f] Riv. · [g] Me. · [h] A. · [i] Bo. · [k] V. Pi. · [l] Pi. · [m] Ma. · [n] Abarb. in Muis c. 4. · [o] Di.

Margin notes, right column: [p] V. Pi. · [q] E. · [r] Me. · † O. · [t] Abarb. in Muis c. 1. · [v] Ma. · [x] Abarb. ex RR. in Muis c. 7, 8. · [y] L. · [z] Me. · [a] O. · [b] Me. · [c] V. · † Riv. · [d] E. · † O. · [f] V. ex F. · [g] O. · [h] F. V. · [i] F. V. AE. in F. · [k] A. ex Maim. · [l] F. V.

dans, Plin. l. 12. c. 15. vel expressus, Euthym. &
[m Ma.] Theodor. in Psal. 44 [m]. Fortassis est *balsamum*; ità O.F.
Ti.Sa.vers.K. in M. vel *resina*, RS. in M.Maim. &Targ.
Jeros. in A. Gummi *stactæ*, Ar. ¶ *Et onycha*, ità
plerique, שְׁחֵלֶת] Alibi non legitur in Scriptura. Hebræi
& nostri constanter affirmant esse speciem *aromaticam*,
odoriferam, levem, & lucentem in modum unguis, quæ abra-
[n Ma.] *ditur & uritur in odores* [n]. In Mischnah vocant צִפּוֹרֶן
[o Ità RS. F. V.] *Zipporen*, i.e. *unguem*. Chald. est *Tuphra*, i.e. Onyx [o].
[p M.] Radix est tersa & candens sicut unguis [p]. *Ungulam*,
Sy. Ti. nempe *caballinam*, Ti. *ladanum*, Ar. *unguem*
odoratum, Q. in Ma. BA. Riv. שְׁחֵלֶת vocatur quasi
שְׁחוֹרֶת, quia unguis hic, saltem Babylonicus, (qui
notior Judæis quàm Persicus, quia propior,) niger est,
testibus Dioscor. & Avicen. Quomodo leones Syriæ
שְׁחָלִים vocantur, quia שְׁחוֹרִים nigri erant. Porrò,
ut nigros leones, ità conchas videre nigras, valde in-
suetum est. Proinde utrisque fecit nomen color inusi-
[q BA. l. 3. 1. 718.] tatus [q]. Alii reddunt, *catum indomitum*, (hoc enim שַׁחַל
significare, non *leonem*, credo;) seu ejus stercus, sive
[r O.] sudorem [r]. ¶ *Galbanum*] Sic consentienter om-
nes exponunt חֶלְבְּנָה. Aiunt esse speciem *resinæ*, seu
pinguedinis aromaticæ. De eo Plin. 12. 25. & 24. 5.
Hebræi notant odoris mali ac tetri fuisse, sed hîc im-
mistum fuisse; ut admonerentur, patienter esse in-
[† Ma.] firmos & peccatores Israelis inter pios tolerandos †.
[t M. ità K. in F.] Est mali odoris, simile melli nigro [t]. Est liquor fe-
[v V.] rulæ in Syria nascentis, Dioscor. l. 3. c. 97 [v]. Vulg.
habet, *Galbanum boni odoris*; rectè, cùm inter *aromata*
sit. Tale non est, sed odoris gravis & fœtentis, quod
nunc in officinis venditur. Ergò purum non est: nisi
dicamus odorem illum, etsi per se non gratum, cum
aliis tamen temperatum, gratissimum fuisse. Dubium
[x Riv.] non est nihil hîc fuisse non gratum & salubre [x].
¶ *Boni odoris*, סַמִּים] [Q. referunt ad *galbanum*.]
חֶלְבְּנָה סַמִּים vertunt, *galbanum aromaticum*, Sy. seu,
odoratum, Ca. *onychen & galbanum odorifera*, Sa. *gal-*
banum gummi, Ar. [Alii per se ponunt, vertúntque,]
galbanum, aromata, Ch. P. A. *galbanum*, *aromata*
ista, &c. Ti. M. vel *nardi folia*, Jun. Synecdoche ge-
[y Pi.] neris, propter excellentiam odoris [y]. Nardus præ-
[z Ma.] cipua est in unguentis odoratis, Plin. 12.12 [z]. ¶ *Thus*
lucidissimum, vel, *pellucidum*, ο'. זַכָּה] *Purum, mun-*
dum; [ità reliqui omnes.] ¶ *Æqualis ponderis erunt*
omnia, בַּד בְּבַד יִהְיֶה] Variè reddunt. *Pondus in* (vel
[a F. V.] *cum*) *pondere erit*; i. e. æqualis ponderis erunt [a]. Ità
Chald. & communis est sententia, nec causam video
[b Riv.] recedendi ab ea [b]. Alii, *solum cum solo erit*, V.O. Unum-
quodque *solum cum* altero *solo esto*, JT. *quodque seorsim*
& æquali pondere, Ti. Est enim בַּד idem quod לְבַד.
[c Ma.] i. e. Singula seorsum contundantur [c], & redigantur in
pulverem. Vel, ut alii, Singula seorsum sua pondera
habebunt; vel, Pondus istius erit sicut pondus hujus.
Dicunt Hebræi uniuscujusque horum aromatum li-
[d F. V.] bras 70 Moysen accepisse [d]. *Solum solum erit*, scil.
[† O.] thus: q.d. purum purum erit †. Al. *tantum in*, vel
cum, tanto erit, Mo. O. Riv. Ma. i.e. tantum de uno
[f Ma.] quantum de altero [f]. *Æquale æquali*, ο'. *partes æqua-*
les erunt, Ar. *sicli pondere erit unumquodque*, Sy. Hunc
ritum incendendi suaves odores usurpârunt Ethnici in
cultu suorum deorum. *Urantur pia thura focis, uran-*
[g A.] *tur odores*, Tibul. l. 2 [g].
[h Maim. in A.] 35. *Faciésque*] Tu Moses; postea alii [h]. ¶ *Mix-*
tum diligenter, מְמֻלָּח] *Mistum*, ο'. Ch. Sa. O. simil. M.
P. Ti. *compositum*, Ar. *salitum*, Mo.JT. Ma.A. Nihil sine
sale oblatum fuit, Levit. 2. 13. præter vinum libami-
num, & sanguinem, & lignum. Incenso addebant 6
[i Maim. in A.] ova salis [i]. Hebræorum nonnulli putant sal Sodomi-
[k Ma.] ticum hîc adhibitum, sicut ab Ægyptiis in condituris [k].
[l Ma.] Alii *salitum* figuratè accipiunt [l]. Saliendo unam spe-
[m O. Riv.] ciem cum alia, acsi sal misceres, aut sale salires [m].
36. *Cúmque contuderis*, &c. וְשָׁחַקְתָּ מִמֶּנָּה הָדֵק] *Et*
contundes ex eo comminuendo, Ar. vel, *contundendo*, O.
Et levifacies (contundes) de ex eo (vel, *ex ea*, scil. con-
ditura, vel, confectione,) *tenue*, seu *minutum*, vel, (ut sit
infinitivum,) *attenuare*, seu, *attenuando*; i. e. friabis
[n Ma.] in tenuem & levem pulverem, ut sequitur [n]. ¶ הָדֵק]
Quidam vertunt, *& comminues*, V. alii, *comminuere*, seu,
comminuendo; quidam, *minutum*, seu *minutatim*. Aliis

nomen est cum præfixo articulo; *tenuem, minutum*,
nempe pulverem, ut noster accipit [o]. [o Ma.]

CAP. XXXI.

2. ECCE] Considera, ut scias cui hoc opus com-
mittendum erit [p]. ¶ *Ex nomine*, בְשֵׁם] *De* [p Jun.]
nomine, i.e. nominatim: q.d. præ omnibus delegi.
Vide Esa. 43. 1. & 45. 1 [q]. ¶ *Beseleel, filium Uri,* [q V.]
filii Hur] *Hur* iste videtur fuisse idem de quo c. 17. 14.
& 24. 14. ideóque non processit ulteriùs Moses in ejus
genealogia [r]. Hujus progenitor *Caleb* dicitur, & *Ca-* [r Me.]
lubi, 1. Paral. 2. Sed diversus is erat ab exploratore
terræ; quia hic Jos. 14. vix erat quinquagenarius, &
fuit filius *Jephoneh*, Num. 13. Jos. 14. 1 Par. 4. at iste
filius *Hesron* †. Frustrà ergò fingit RS. Calebum 88 an- [† Me.]
norum generâsse [t]. [t L.]
3. *Spiritu Dei*] i. e. Meo [v]: vel, spiritu excellenti [x]. [v V.Me.L.]
Mox declarat quid vocet Spiritum Dei, nempe *sapi-* [x Me.]
entiam, &c [y]. Sic distinguit: *Sapientia* est quod quis ab [y V. RS.]
aliis discit; *Prudentia*, cùm ex suo pectore excogitat;
Scientia, quæ afflatu Spiritûs addiscuntur [z]. [z F.]
4. *Ad excogitandum*, &c.] Hæc duo habuit à Deo,
quæ in artifice requiruntur; 1. sapienter excogitare,
2. quæ excogitavit operari [a]. [a O.]
5. *Gemmis*, אֶבֶן לְמַלֹּאת] Ad verb. *lapidis ad re-*
plendum, nempe palas; lapillis pretiosis [b]. Vide Exod. [b V.]
28. 21 [c]. [c A.]
6. *In corde eruditi posui sapientiam*] Perfectiore im-
plevi scientiâ, addens quod illis deerat [d]. [d T. Bo.]
8. *Candelabrum purissimum*, הַטְּהֹרָה] *Mundum*. Ità
dicitur, vel, quòd ex auro purissimo factum †; vel, [† Ità V.]
quia mundum à sanguine [f]. Hoc autem ἐπίθετον & ad [f G. O. Hisk. in F.]
mensam, & ad vasa utriusque, pertinet, quòd nihil
sanguinis in illis fundebatur [g]. Vel, candelabrum sic [g G. ex Hisc.]
dicitur, quia illud mundum semper servare deberent:
nam propter oleum & lumen facilè poterat immun-
ditiem contrahere [h]. Quia curâ sacerdotum mane- [h O.]
bat mundum [i]. [i Ma.]
10. *Et vestes sanctas in ministerio Aaron*] Simil. alii.
Stolas ministratorias (*vestes sanctuarii*, Ar.) *Aaron*, ο'.
Ar. At Hebræa distinctè ponunt *. ¶ וְאֶת־בִּגְדֵי [* Ma.]
הַשְּׂרָד וְאֶת־בִּגְדֵי הַקֹּדֶשׁ לְאַהֲרֹן] Vertunt, *vestes mi-*
nisterii, & vestes sanctas Aharon, (seu, *sanctuarii pro*
Aharone,) Mo. Ch. Sa. Sy. P. JT. A. *tum vestes super-*
vacaneas, & vestes sacras Aharonis, Ca. Per *vestes mini-*
sterii ea vestimenta significat quibus Arca—& omnia
vasa involvebantur [k]. Vide 35. 19. & Num. 4 [l]. *Vesti-* [k M.F.V. ità Jun. Pi. A. He. & plerique in Ma.] [l Ma.]
menta quibus quæ supersunt involvuntur, Ti. Q. ver-
tunt, *vestes residui*, vel *residuas*; ità O. Ma. i.e. vestes
sacerdotum vulgares, quibus quotidie utebantur in
ministeriis, quæ exutis pontificalibus residuæ erant &
reliquæ [m]. שְׂרָד omnes ferè *ministerium* reddunt. Non- [m O. Ma.]
nulli Heb. putant pro שֵׁרַת positum, ex שָׁרַת *mini-*
stravit [n]. [n Ma.]
13. *Videte ut sabbatum*, &c. אַךְ וגו׳] *Veruntamen*,
V. O. Ma. *profectò, certè*, Ma. Est ellipsis. q. d. Faci-
ent quidem omnia illa quæ jussi: nolo tamen ea fieri
diebus festis [o]. Alii potiùs volunt universè hîc incul- [o F. V. L. O. Me. Jun. Pi. A. Bo.]
cari mandatum Sabbati, quòd hoc sacrosanctissimum
erat & sæpius præcipiendum [p]. ¶ *Signum inter* [p Ma.]
me & vos] Quidam sic; Documentum commune in-
ter nos; mei, ut creatoris, Domini, & sanctificantis;
vestri autem, ut qui creati estis, & populus meus, &
sanctificati: ideo subjungit, *ut sciatis quia ego Domi-*
nus qui sanctifico vos. q. d. Quod observari jubeo, ut
totum illum diem impendatis recognoscendo benefi-
cium creationis, (me esse creatorem & Dominum,)
& illum transfigendo in cultu Divino, auditu verbi,
precibus & sacrificiis; ut hâc ratione remittam vobis
peccata, & sanctificem vos [q]. Suprà de Sabbato præce- [q Ma.]
perat; hîc iterum illius meminit, ut authoritatem
ejus confirmet, & ut exponat Sabbatum eâdem sacra-
menti ratione institutum esse quâ Tabernaculum, &
totus Divinus cultus qui jam commemoratus est: ni-
mirum, ut hæc instituta sunt, non ut operibus horum
cultuum

cultuum expiarent peccata, & favorem Dei mererentur, sed ut essent sacramenta quibus certò cognoscerent Deum Israelitis favere, qui his signis Christum adumbrabat; ità institutum est Sabbatum, non ut Israelitæ externo otio mererentur favorem Dei, sed ut sacramentum esset quo agnoscerent Deum velle eos sanctificare per verbum suum, quod Sabbato ut publicè, ità maximè omnium, tractandum erat. Quapropter non abs re otium Sabbati tantâ severitate exigit, ut conservet authoritatem ecclesiastici ministerii, ut ostendat quanta sit necessitas audiendi verbi Dei, & quàm necessarium sit ut à solo Deo in Christo suo per verbum sanctificationem & justitiam exspectemus[r]. ¶ *Qui sanctifico vos*] Qui, scilicet, vos ad cultum meum applico, mihique quasi dico & consecro per hanc festivitatem meam Sabbati, ut in ea sanctè me colatis†.

[r] V. † Me.

14. *Sanctum est vobis*, קֹדֶשׁ] *Sanctitas*, Ma. Ar. i.e. sacrosanctum *, i. e. sanctè colendum[t]. Vel, *sanctificatio vobis*, i. e. signum est sanctificationis, seu munditiæ, vestræ; aut, impollutum erit vobis, non polluetis[v]. ¶ *Morietur*, יוּמָת] Nempe, sententiâ Judicis. Hoc enim significare ⁊ מות notant quidam in conjug. *Hophal*[x]. ¶ *Qui fecerit opus*] Hinc Romanorum Flamines festis diebus opera servilia vetabant, exceptis iis quæ misericordiæ erant, ut, *bovem ex fovea attollere*: Macrob. Saturnal. 1. 16[y].

* V. [t] Me. [v] O. [x] Ma. [y] A.

15. *Sabbatum est, requies sancta Domino*, vel, *sancta coram Domino*, Ch. vel, *res sancta Jehovæ*, JT. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן קֹדֶשׁ לַיהוה [Variant reliqui.] *Sabbatum est*, vel *erit*, *requies sanctitatis*, vel *sancta*, *Domino*, Sa. Ti. *Sabbatum est, quies sacra Domino*, Sy. *Cessatio est, ipsáque est sabbatum sanctum Deo*, Ar. *Sabbatum quietis*, vel *cessationis*, vel *sabbatismi*, *est*, *sanctum*, vel *sanctitas*, *Domino*, M. P. Mo. A. *Jovæ sacra sabbati feriatio est*, Ca. *Sabbatum sabbaton sanctificatio Domini*, O. *Sabbatum sabbati*, vel, *quies quietis*, V. Repetitio vocis emphasin habet. Innuit die septimo maximè Sabbatum esse. q. d. In die septimo omnino vobis cessandum est. Est frequens in Hebraismo, ut quæ maximè & studiosè fieri volumus per vocum repetitionem efferantur[z]. q. d. *Maximum sabbatum*; quod aliàs Hebræi vocant השבת החמורה *sabbatum grave*, ut alia sabbata leve quid præ hoc videantur[a]. Major requies erit vobis in die Sabbati quàm in quocunque alio festo[b]. Quidam Hebræorum sic distinguunt, ut שַׁבָּת sit quies à vespera ad vesperam, שַׁבָּתוֹן *sabbatulum*, (ut ab איש est אישון *virunculus*,) nempe, illud modicum quod Judæi de suo ad Sabbatum adjiciunt, h. e. (ut loquuntur) מחול אֶל־הַקֹּדֶשׁ, i. e. *à profano ad sacrum*. Nam quia nesciunt momentum quo Sabbatum incipit, quò illi satisfaciant, horam unam citiùs illud auspicantur, & horam unam tardiùs desinunt[c].

[z] F. V. [a] Di. [b] O. [c] F. O.

16. *Custodiant—sabbatum, & celebrent illud—pactum est sempiternum*, וְשָׁמְרוּ אֶת הַשַּׁבָּת לַעֲשׂוֹת אֶת־הַשַּׁבָּת — בְּרִית עוֹלָם] Difficultatem parit illud לַעֲשׂוֹת[d]. Sic vertunt; *Observabunt*, vel *custodient*, *sabbatum ipsum ad faciendum cessationem*, Mo. vel, *ut faciant* (vel, *faciatis*, Sy. ut *celebrent*, Ch. Sa.) *sabbatum*, M. O. Ti. vel, *ad observandum sabbatum*, vide ad Exod. 34. 22. A. Al. *celebrando*, JT. *observando ipsum*, P. *Pactum*] *fœdus*, Sa. *testamentum*, ό.) *seculi*, Mo. *æternum*, ό. Ch. Sa. *perpetuum*, P. scil. erit inter me & vos de observando Sabbato†. Alii, *fœdere perpetuo*, Sy. M. Ti. JT. *in fœdus æternum*, A. בְּרִית sumunt pro לִבְרִית[f]. Sabbatum vocat *pactum*, i. e. conditionem pacti[g], seu partem pacti, vel, unam è legibus datis[h]. *Sempiternum erit*, i. e. dum status veteris Legis durabit[i]. Nos sic vertimus, *faciendo sabbatum in generationibus suis esse fœdus perpetuum*; i. e. faciendo ut nunquam interrumpatur[k].

[d] Di. † O. [f] Di. [g] La. [h] Bo. [i] Me. [k] Di.

17. *Inter me & filios Israel*] Inter alia pacta etiam de hoc convenit, & nonnisi hâc lege promisi me fore illis protectorem. Sic & vos ostendetis vos esse populum meum, & me Deum vestrum: Nam Sabbati observatione, non minùs quàm Circumcisione, palàm dignoscebantur Judæi à cæteris nationibus. Plures quidem aliæ gentes religioso etiam cultu diem Sabbati, uti & Circumcisionem, servârunt, test. Philone & Eusebio: sed hos ritus à Judæis acceperunt[l]. [Ch. habet, *Inter verbum meum & inter filios Israel.*] Illud *Verbum* est Christus, per quem Sabbatum verè sanctificatur Ecclesiæ, Heb. 4[m]. ¶ *Cessavit*, וַיִּנָּפַשׁ] *Recreavit se*, JT. *requievit*, Ch. Sa. Sy. P. O. *quievit animo*, V. *respiravit*, Mo. Sa. vers. *refocillatus*, vel *recreatus*, *fuit*, Ti. Ma. M. A. דִּבְּרָה תּוֹרָה כִּלְשׁוֹן בְּנֵי אָדָם, *Loquitur Lex more filiorum hominum, ut audientes quod scribitur faciliùs capiant*, inquit AE. in M. [Ar. vertit, *cessationem & requietem dederit eis.*]

[l] Me. [m] A.

18. *Completis sermonibus*, כְּכַלֹּתוֹ לְדַבֵּר] *Secundùm consummare eum ad loqui ad eum*, vel, *cum eo*, Ma. Præceptum de fabricatione Tabernaculi, & aliis prædictis, Mosi datum fuisse ante fabricationem vituli statuunt nostri Doctores, & propter peccatum vituli impeditum fuisse opus. At RS. datum vult post fabricationem vituli, in signum quòd Mosis precibus placatus esset[o]. ¶ *Digito Dei*] Operâ Dei, aut Angeli Deum referentis[p]. *Digito Dei*, i. e. Spiritu Dei. Quod *digitus Dei* Luc. 11. 20. est *Spiritus Dei* Matt. 12. 28[q]. *Digito*, i. e. digitis: Enallage numeri; neque enim uno digito scribimus. Et *digiti* sæpe pro manu; ut Psal. 8. 4. & 144. 1[r].

[o] L. [p] Me. [q] A. [r] BA. 2. 4. 18. 582.

CAP. XXXII.

1. Quòd moram faceret, vel, tardaret, ità ό. Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. M. P. Ti. כִּי בֹשֵׁשׁ] *Quòd confusionem faceret*, O. M. F. V. Confusio est in populo quando destituitur gubernatore†. *Quòd pudefaceret*, quasi populum reliquisset, eísque illusisset. Aliter, *quòd erubescens de monte descendere*, quasi non posset præstare promissa de introducendis iis in Canaan[t]. *Quòd confunderet eos*, nempe, in exspectatione sua, promittens se venturum, cùm non venisset: Putavit populus se ab eo delusum[v]. ¶ *Adversùs Aaron*, sic Sa. Sy. P. עַל אַהֲרֹן] *Super Aharon*, O. Ma. *ad* (vel *in*, ό.) *Aaron*, Ch. Ar. M. Ti. JT. A. Ad eum confluxit, ut petitionem proponerent. Quidam existimant seditiosam fuisse coitionem; quod non rejicio[x]. Mirus est omnium consensus, populum iracundè & minaciter hoc petiisse, & Aaronem pusillanimiter annuisse. At ex Scripturæ verbis hoc non habetur, inquit Monc. l. 2. c. 14. [*An hoc probet*, (*statim videbimus.*] ¶ *Fac nobis Deos*] i. e. Deum. Unum enim tantùm petierunt, & Aaron unum dando eorum satisfecit postulato[y]. Simulacra *deos* vocant, ut illo ævo receptum[z]. ¶ *Qui nos præcedant*] Obj. At habebant columnam. Resp. 1. Mose in monte moras trahente, columna steterat[a]. At ipsi in Terram promissam festini tendere, & castra movere, cupiebant[b]. Imò, columna defuit[c]. Resp. 2. Credere possent nubem jam immotam illis non ampliùs ducem futuram, & alium ducem cupiunt[d]. ¶ *Mosi—huic viro*] Contemptim loquuntur†. Putârunt eum mortuum[f]; sive sponte, sive à flammis devoratum; sive aliò vi numinis delatum[g]. Qu. Cur non hîc fit mentio de Hur, cui cum Aarone regimen commissum erat, Exod. 24? Respond. Quòd populus eum interfecerat ipsos arguentem[h]. Non placet; nam hoc minimè omissum fuisset[i]. Non Aaronem tantùm, sed & ipsos Israelitas, Rabbini ab idololatria excusant. 1. Q. culpam conjiciunt in promiscuam & vilem turbam, qui ex Ægypto eos comitabantur. At refelluntur ex v. 6. & 8. 2. Non dicunt, (inquiunt Rabbini) *Fac nobis deos quos colamus*, sed, *qui nos præcedant*: rectorem & ducem tantùm, non Deum, petierunt. In vicem absentis Mosis petebant quicquid petebant: At Mosem nunquam pro Deo habuerunt[k].

† M. F. V. [t] Ma. [v] O. [x] Riv. [y] Me. La. Monc. l. 1. cap. 2. [z] Monc. ib. [a] Me. La. [b] La. [c] O. [d] Wil. † Me. [f] RS. in L. [g] Muis. [h] RS. in L. [i] Wil. [k] Muis.

2. *Tollite*, ità Ch. Sa. ό. פָּרְקוּ] *Refigite*, Sy. *Solvite*, Ar. *Separate*, Mo. O. P. *Abrumpite*, A. Ti. *Rumpentes detrahite*, JT. ¶ *Inaures*] Eas in Oriente & viri & fœminæ gestant: Plin. 11. 37[l]. Nullum non movet lapidem Aharon, quò differret negotium in adventum Mosis. Postulat inaures, quas viros à mulieribus ægrè impetraturos sperabat, ut sic à malesano proposito avertat[m]. Dein sculpit in metallo cum stylo;

[l] F. O. [m] L. M. F.

stylo; tum totam massam auri in ignem projicit: ut videntes auri sui dispendium, pœnitudine moti, à proposito desisterent [n].

3. *Fecitque populus*, &c.] Repagula non habet superstitio semel inflammata, nullis opibus & sumptibus parcit [o]. ¶ [וַיִּתְפָּרְקוּ] In Hithpahel, ut indicaret eorum magnum & promptum animum, ut rectè notant Hebræi. Nota immanem rabiem idololatriæ [p]. ¶ *Inaures*] Heb. *monilia quæ in auribus eorum*, Ma. Muis. Non dicit, *earum*: unde apparet minimè mulieres fuisse, sed viros, qui inaures ab auribus detractas Aaroni obtulerint [q]. Monilibus (quæ ab Ægyptiis abstulerunt, Exod. 12. 35, 36.) abutuntur ad idololatriam. De quo conqueritur Deus Ezec. 16. 11, 12, 17 [r].

4. *Formavit*] Non immediatè & per se, sed per aurifabros, quos conduxit & hortatus est †. ¶ *Formavit opere fusorio*, [וַיָּצַר אֹתוֹ בַּחֶרֶט] Duæ sunt versiones quæ ab invicem maximè distant; ambæ tamen magnos auctores habent, & Hebræa videntur utramque admittere [t]. *Et finxit*, vel *formavit, illud* (i. e. illas omnes inaures [v]) *in stylo*, Mo. M. P. F. O. ό. Ti. Ma. L. Ar. Pi. Onk. in BA. vel, *cælo*, JT. Riv. vel, *scalpello*, V. Conflârunt enim totum aurum in igne in unam massam, & eam rudem materiam scalpello postea formârunt, expresserúntque vituli imaginem: quod fit ab iis qui sigilla & aurea vasa exsculpunt. Ità He. & Chald [x]. Nec Hebræa abnuunt hanc versionem: nam צוּר, unde וַיָּצַר, quandoque *formare* est, ut יָצַר; sic 1 Reg. 7. 15. Psal. 139. 5. Esa. 44. 12. & חֶרֶט *stylum*, seu *cælum*, sign. ut Esa. 8. 1. unde plurale חֲרִטִים Esa. 3. 22. i. e. *mulierum acus crinales*. Veruntamen hæc non satis cohærent. 1. Quomodo *fusile* dicatur quod *cælo formatum* est? Dices, Primò fudit, deinde expolivit. Sed 1. Cur *formâsse* dicitur quod tantùm *expolivit*? 2. Cur ergò ordine præpostero dicitur, *Et formavit—& fecit*, &c? 3. Quis Aaronem edocuit artem auri cælo expoliendi, ídque tantillo tempore? 4. Si moris erat Hebræis statuas igne fusas stylo lævigare, cur Scriptura nè semel illius meminit? 2. *Styli*, vel *cæli*, sculpere & cælare proprium est, non lævigare, vel expolire; hoc enim limâ & scalpro fit [y]. Alii vertunt, *in formula*, vel *typo*, sive *modulo*, in quem scilicet aurum projecit, quod fusum expressit vituli similitudinem. Gallicè dicimus, *Il le jetta en mosle*. Sequitur enim, *Fecit ex eo vitulum conflatilem* [z]. Altera versio est, *Et ligavit* (seu, *recondidit*) *illud in marsupio*, vel *sudario*. Ità Jon. Hanc Hebræa admittunt; nam צור sign. *ligare & recondere*, planè ut צָרַר. Sic Deut. 14. 15. 2 Reg. 5. 23. & 12. 11. Sic חָרִט pro *marsupio* poni palàm est ex 2 Reg. 5. 23. & ex usu Arabum, qui sic usurpant. Vide Lexica, & Arab. paraph. ad Deut. 25. 13. Verè enim observat Kimhi Arabicam esse vocem. Nec mirum *stylo* & *marsupio* nomen esse commune; figura enim utrique est *conica*; & conus Arabicè dicitur נחרוט. Hanc porrò interpretationem firmant duo loci similes: unus, quoad res; alter, quoad verba. Prior Jud. 8. 24. ubi Gideon dicitur inaures in similem usum petitas *veste super terram expansâ excepisse*, atque Ephod ex iis fecisse. Alter locus, antè citatus, utramque vocem habet, nempe וַיָּצַר & חָרִט, & in eadem constructione: unde verisimile fit has voces utroque loco eodem modo esse explicandas. Sy. & Ar. hîc vertunt, *typum*, sim. AE. Coacti sunt voci חֶרֶט novam & inauditam notionem affingere, nè in ea incommoda inciderent de quibus suprá [a]. [Plerique tamen, ut dictum, vertunt, *finxit stylo*;] nempe, vitulum noluit ex proplasmate effingere, quo lentiùs opus procederet. Notant Rabbini, Aaronem in elaborando hoc opere nihil artis vel industriæ omisisse, ut eò magis Israelitarum stupiditas coargui possit, postquam cernerent in tali imagine virtutis inesse nihil; adeò ut culpa non in authorem, sed in ipsammet imaginem, conferenda esset [b]. [Contrà, Monceius de Vitulo aureo.] Noluit (inquit) Aaron exquisiti artificis manu nec arte fusoriâ efficere, sed scalpello (ut dictum) & negligenter; ut nihil esset ab artificii præstantia admirandum suspiciendúmve quod pellicere quenquam in superstitionem posset; sed esset contrà artis penuriâ despectabile & contemnendum. Hinc non *fudisse*, sed, *in ignem projecisse*, se dicit [c]. ¶ *Et fecit ex eo vitulum*] *Quum fecisset*, &c. JT. Pi. Inversus est ordo [d]. Priùs enim fudit vitulum, deinde formavit cælo, vel scalpro, resecando scil. redundantias & expoliendo. Vel, servato rectò ordine, sic exponi potest; Illud, i. e. imaginem ex auro faciendam, formavit, seu descripsit, stylo; ut, scilicet, ad similitudinem illius figuræ conficeretur modulus in quem aurum infunderetur: & ità deinde fecit ex illo auro vitulum fusilem †. ¶ *Vitulum conflatilem*, sic ό. Ch. M. V. [עֵגֶל מַסֵּכָה] *Vitulum fusilem*, vel, *fusionis*, Sa. Sy. Ar. Mo. P. V. O. JT. A. Aliqui Patres putant tantùm vituli caput effictum: ità Cyp. Ambros. epist. 62. Lactant. l. 4. 10 [f]. Hoc indè haustum videtur, quòd Ethnici dicerent Judæos adorâsse *caput asini*. *Asinum* autem pro *vitulo* eos substituisse putabant [g]. Contrà, Scriptura ubique *vitulum* vocat [h]. Animalia illa cœlestia & Aaroni & Ezec. & Johanni integra visa sunt, præsertim cùm alata repræsentari oportuit [i]. Vitulus hic erat Apis Ægyptius bos, alio nomine Serapis dictus [k]; quem Ægyptii ut Deum summâ religione colebant, atque nunc Israelitæ pessimâ eorum æmulatione [l]. Ex monilibus Ægyptiis conficiunt Idolum Ægyptiacum; existimantes enim Mosen periisse, reditum in Ægyptum meditantur [n]. Rectè Philo ex Ægypto arcessit hanc superstitionem. Ad probationem tria sunt observanda. 1. Brutorum cultum jam tum apud Ægyptios obtinuisse, Exod. 8. 26. 2. Ægyptios eorum animalium quæ viva coluerunt statuas passim in templis erexisse. Ità Mela 1. 9. Strabo lib. 17. 3. Judæos in Ægypto eorum diis serviisse, Jos. 24. 14. Ezec. 20. 7, 8. & 23. 3. & Act. 7. 39. Sic ergò Patres accipiunt, qui (ut hoc obiter notem) pro *bove* vel *vitulo*, habent, *caput bovis* vel *vituli*, quod illis idem est, quomodo *boum capita* pro *boves* in Homer. Iliad ψ. vers. 260. & Virgil. Æneid. l. 5. *Bina boum—capita* [o]. Asserit Philo, (quod miror ab aliis non observatum, cùm id sæpe repetat,) eos hoc fecisse in imitationem *Typhi*, seu *Typhonis*, quem colebant Ægyptii [p]. [De quo plura vide in Authore. At hoc strenuè negat Monceius, in lib. *de Vitulo aureo*.] Non magis (inquit) de Api cogitavit Aaron quàm Moses de Serapi [q]. Nec aliud fuit Aaronis in hoc vitulo effingendo consilium, quàm quod postea Mosis in Cherubis duobus, (quos fuisse vituli figurâ statuo;) nempe, ut coram vitulo Deum religiosè adoraret populus [r]. Sic adeò quam fabricandis Cherubis duobus cum Arca rationem, modum & ordinem, secutus postea est Moses, jam tum prior in uno effingendo occupâsse Aaron observatur: ut imitatus hac in re quodammodo Aaronem, sic adeò vestigiis ejus inhærens credi Moses possit *. [*Hæc ut probata det Monc. gradatim procedit. Quæ in diffuso illo Tractatu de Vitulo aureo prolixè disserit, breviter sic se habent.*] 1. Supponit promissionem à Deo Mosi factam, & pluries repetitam, & à Mose ad populum cum interpretatione relatam, (ut consentaneum est,) ut *Angelus Domini*, (qui *Deus* erat, & quidem Filius Dei,) præcederet populum, & introduceret in Terram promissam, Exod. 23. 2, 14, 20, &c. 2. Supponit hanc promissionem in signo visibili (aliquo) & materiali exsecutionem habere debuisse, Deúmque ità se præsentem testaturum. Hoc ex eo probat, quòd in arca fœderis impleta esset hæc promissio, Num. 10. 33. Jos. 3. 10, &c. (Arcam autem *Deum* & *Jehovam* hîc, ut alibi sæpe, vocitatum.) 3. Supponit populum sperâsse promissionem illam brevi (postquam Moses de monte revertisset) debere effectam reddi, & Mosem cum promisso signo venturum, eósque à deserto illo sterili in Terram promissam deducturum: & cùm Mosem mortuum crederent, ad Aaron convenisse, ut signum illud, qualicumque tandem formâ fuisse illud Mosen conflaturum sciret, educeret, & illos in terram istam deduceret: nec aliud ab Aarone petiisse, quàm quod à Mose exspectârunt, & quod Aaron sciret fuisse acceptum [t]. 4. Supponit Aaronem, cùm ad radices montis esset cum Mose, Hure & aliis, vidisse Deum in majestatis throno, & in ea visione figuras Cheruborum, qui in Arca effingendi erant. 5. Sumit Cherubos fuisse formâ non humanâ, (ut vulgò creditum,)

Marginal notes (left column): n F. O. — o Riv. — p Ma. — q Muis ex RR. — r A. — † Riv. — t BA. 1. 2. 34. 334. — v V. — x V. — y BA. ubi suprá. — z V. — a BA. — b Muis.

Marginal notes (right column): c Monc. l. 1. c. 21. — d Pi. Bo. — † Fi. — f Me. — g Bo. Me. — h Bo. — i Monc. 1. 21. — k Me. — l Ma. ità L. E. Riv. & Patres omnes in Bo. — n Li. in Spicil. — o BA. 1. 2. 34. 345. — p BA. ibi. — q Monc. 1. 3. — r Monc. in præfat. — * Monc. 1. 3. — t Monc. 1. 1.

sed vitulinâ, (volucri etiam:) quod probare aggreditur his inprimis argumentis. 1. Quòd Cherubim dicuntur habuisse vultus in Propitiatorium, h. e. deorsum versos, & quidem cùm se mutuò respicerent; Exod. 25. 20. & 37. 9. At hic status est quadrupedum, cùm sit è diverso hominis vultus sublimis. 2. Dicuntur *expansis alis operuisse Oraculum*: At quînam hoc facerent humanâ specie, erecto vultu, & se mutuò respicientes, & alas à tergo habentes? 3. Quod *vituli* nomen habet Ezec. 1. vocatur *Cherub* Ezec. 10. 14. (reliquis animalibus nomina sua servantibus:) quod satis docet unicam Cherubinorum formam, eámque vitulinam, tunc cognitam [v]. 4. Præcipuum Cheruborum ministerium ad vectionem erat, ut equorum vice Deo fungerentur: At figura humana minimè vectioni idonea erat [x]. 5. Atque hæc est ratio cur, cùm cæteros omnes errores Israelis amplexus fuerit & Juda, à solo vitulorum errore temperaverit, quia archetypa domi habentibus supervacaneum fuit aliorum exempla sectari. Et confirmat argumentum, quòd, sicut Israelitæ, quamdiu in Juda erat Cheruborum usus, pseudo-Cherubos, seu vitulos, sibi etiam habendos putaverunt; ità qui in eorum locum, religionem & mores, postea suffecti sunt, Samaritani, cùm templum in monte Garizim, novo à Judæis post captivitatem Jerosolymis reparato æmulum, condidissent, dictis Judæis Cherubos veteres minimè requirentibus, aut novos comparantibus, nec ipsi pseudo-Cherubos vitulósve reparare, novósque sibi asciscere, curaverunt; facturi haud dubiè, si & Judæi fecissent [y]. 6. Probat ex vitulis Jeroboamicis, quos Cheruborum æmulos fecit; non autem duos Apes aut duo Apidis simulacra facere consilium erat. Hoc insuper probat Monceius, 1. Ex facti & consilii hujus ratione, quæ erat, ut populum in officio retineret, eósque à frequentandis Jerosolymis arceret. In hunc finem religionem patriam & sacrorum usum ad ejus formam qui in Juda servabatur domi instituit; easdem solennitates instituendas, (tametsi Scriptura unius tantùm meminit, 3 Reg. 12. 32.) instrumentum omne sacrum, maximè verò Cherubos, in vitulis illis ut materiâ, ità & formâ, exprimendos, necessarium duxerit, 1 Reg. 12. 26, 27. Quòd si Jeroboamus pro notis & domesticis Cherubis (si specie humanâ fuerint) tam absurdas & deformes similitudines ingereret, num populus talia recepisset? Annon verò talia audentem lapidâssent? Nec à Juda & Jerosf. sed ab Ægypto & Memphi populum avertisset, si duos Apes fecisset [z]. 2. Ex formula ista, (*Ecce Deus tuus qui te eduxit ex Ægypto*,) quâ certum est non Apim designari, sed verum Deum, qui eâ formâ se ab aliis passim distinguit, Psal. 80. 9 [a]. 3. Ex Prophetis, sacerdotibus & populo partium Jeroboami, qui Jehovam adhuc colebant. Ità ille, 1 Reg. 13. 11, 20. & illi, 1 Reg. 22. 6, 24. & 2 Par. 18. 4, 23. *Consule, obsecro, sermonem Domini* (Jehovæ.) Eum minimè consuluissent, si fuissent prophetæ *Baal*. *Per quam viam transivit spiritus Domini à me ad te?* Sacerdotes etiam ultimis & pessimis temporibus solum Deum Israel colebant, ut liquet ex 2 Reg. 17. 26, 27, 28. Certè comparatione sacerdotum Baal *sacerdotes Domini* vocantur 2 Reg. 10. 21. item 1 Reg. 22. 6. sub Achabo Rege. [Sed adversùs hæc quædam objiciuntur.] Exc. 1. Hi vituli *dii ab eo facti*, 2 Par. 13. 8. & *dii alieni*, vocantur à Propheta, 1 Reg. 14. 9. Sacerdotes Jeroboami vocantur *sacerdotes excelsorum & dæmoniorum*; & ibidem accusatur Jerob. quòd *Deum post tergum suum projecisset* [b]. Resp. 1. Hoc eo sensu dictum, quo quicquid à Dei cultu legitimo dissentaneum & anorme erat *dii alieni* dicebatur. 2. Non significatur eum deos peregrinos induxisse: Quos enim? Erat Apidis, inquies, simulacrum. Resp. 1. Tum non simulacrum, sed vivum Apim, produxisset: Hunc enim colebant Ægyptii. 2. Cur vitulos duos facit, cùm unicum Apim perpetuò Ægyptus coleret [c]? 3. Non mirum aut hostem, (Regem Abiam, 2 Par. 13. 8.) aut Prophetas in vitia destomachantes, peccata populi in majus attollere, modísque omnibus exaggerare [d]. 4. Existimem igitur Jeroboamum, cùm religionem patriam traducere de Juda in Ephraim

[v] Monc. 1. 6.
[x] Monc. 1. 4.
[y] Monc. 1. 15.
[z] Monc. 1. 7, 8.
[a] Ibid. c. 8.
[b] Monc. 7. & 10.
[c] Monc. 7.
[d] Monc. c. 8.

constituisset, & tamen desperatione duceretur posse Jehovam de Sion educere, inauditam hæresin commentum esse, nempe, duos esse Deos, quorum unum Israeli, alterum Judæ, præsidere & tutelarem esse voluit. Et hoc populo persuasisse videtur. Nec deerant rationes populares; nempe, quòd vicinæ gentes singulæ deum proprium haberent; quòd Scriptura saltem duos Deos agnosceret, dum *Elohim* vocaret numero plurali, & *Dominum* à *Domino* distingueret, Psal. 110. 1. Illustre hæresis hujus documentum dedit, quòd ad Prophetam loquens, *Deum* non jam *suum* vocat, sed *tuum*, 1 Reg. 13. 6 [*]. Exc. 2. Jeroboam dicitur *abjecisse sacerdotes, nè sacerdotio Domini fungerentur*, 2 Par. 11. 13, 14. Resp. Causa abjiciendorum sacerdotum non erat quòd sacrificare eos prohiberet, (nec enim Deus permisit sacrificare nisi in Jerusalem;) sed quia in Jerusalem hebdomadatim ex officio ascendendum eis esset, Levit. 16. 18. Illud igitur, *nè sacerdotio Domini fungerentur*, hoc vult, nè sacrificiorum causâ in Jerusalem ascenderent, suóque exemplo populo ascendendi occasionem darent [f]. Exc. 3. Si vitulos effingeret ut Cherubos imitaretur, nonne Arcam Arcæ similem fabricaturus esset? Resp. Necesse hoc non fuit, quia Arca erat Tabulis lapideis includendis specialiter comparata, aliàs supervacua, ut constat Deut. 10. 5. Exc. 4. At cur non duos, ut Moses, effinxit? Respond. 1. Unicum ad usum religionis sufficere judicavit. 2. Conflavit etiam duos, sed locis duobus posuit, populi sui compendio & commodo [g]. [*Ex his omnibus infert Monceius, & vitulos Jeroboami factos fuisse ut Cherubos exprimerent, & Jeroboamum non idololatram, sed tantùm schismaticum, fuisse; & in genere, Cherubos fuisse formâ vitulinâ, quod probandum susceperat. Atque hæc de quinto membro.*] 6. Addit Monceius, quòd licèt parùm differrent inter se consilia Mosis & Aaronis in similitudinibus effingendis, longè tamen dispar erat eventus [h]: &, ut quidam ex populo, nempe pii, coram throni cœlestis similitudine procidebant, & Dominum Jehovam in dicta solennitate adorabant, non vitulum; ità alii erant idololatræ, & nihil nisi vitulum, animalem, fœnique comestorem, in signo illo agnoscebant: Quorum omnium una eadémque cùm esset externa adorationis forma, non poterat Aaron idololatras discernere à piis [i]. Et iis explorandis potus ille exhibitus est ver. 20 [k]. [De quo plura postea dicenda sunt.] Atque ità Aaronem (& populum quodammodo) de idololatria purgavi, inquit Monc. l. 1. c. 3. Dices, At eos idololatriæ accusant David, Psal. 105. 20. & Stephanus, Act. 7. 41. Resp. 1. Vides Aaronem reatui eximi, eo in populum solùm rejecto: Ità Exod. 32. 35. & Deut. 9. 21. 2. Populus in prima postulatione nihil à religione sua dissentaneum cogitavit, sed proposito simulacro multi ex iis in idololatriam lapsi sunt; ideóque Moses dicit, quòd Aaron peccatum hoc maximum induxit primùm super populum, ver. 21. nempe, producto simulacro: unde necessariò consequitur, antequam id fecisset, non fuisse peccato illi obnoxium populum [l]. Hactenus Monceius; cujus sententia nova est, & Romæ censurâ notata, ejúsque liber prohibitus [m]. Pseudo-Cherubum etiam ejus destruxit, libello in eam rem edito, R. Visorius, Theologus Sorbonicus, Paris. 1629 [n]. [Adversùs hanc Monceii sententiam sic disputant viri docti.] Nihil falsius quàm quod sibi fingit Monceius, Deum vitulo vectum se præbuisse conspiciendum, contra Deut. 4. 15. Quâ tamen assertione nititur tota libri moles *De Vitulo aureo* [o]. Hic totus discursus nec Scripturâ nec Patribus, &c. nititur, sed levibus duntaxat conjecturis; non ergò operæ pretium est multis refellere. 1. Non Arcam, sed alium ductorem, Angelum, promisit Deus; Arca non tam ducebat, quàm ducebatur & portabatur. Et ante Arcam exstructam Deus, vel Angelus, eos antecessisse dicitur, Exod. 13. 21. & 14. 19. Veriùs ergò antecessit in columna nubis. 2. Ante reditum Mosis de monte non poterat vel Aaron vel populus scire Arcam vel Cherubinos faciendos, vel quâ formâ, nec ulla horum adhuc mentio facta. Gratis fingitur hæc vidisse Aaronem in monte, cùm Scriptura Cherubinorum non meminerit;

[*] Ib. c. 10.
[f] Ib. c. 9.
[g] Monc. cap. 16.
[h] Monc. 1. 21.
[i] Monc. 2. 7.
[k] Ibid. c. 8.
[l] Monc. 1. 3.
[m] La.
[n] Riv.
[o] BA. 1. 34. 337.

minerit; nec necesse sit in singulis visionibus quibus Deus videtur omnia eadem concurrere. 3. Quis unquam audivit Cherubinos Arcæ *Deos* vocari? Quis nescit Cherubinos in Arca, saltem ratione sui, non fuisse propositos ad adorandum? Sed nec propalàm adspiciendi erant, nè idololatriæ occasionem præberent. 4. Rectè quidem Cherubinos legimus similitudinem habuisse vituli: at *vitulos* dictos nemo vel legit vel audivit. 5. Nec licuit Judæis sub imagine ulla Deum colere. 6. Quòd Aaronem peccato eximit, Scripturæ repugnat, vers. 21 [p]. Rectè Visorius inquit, fol. 34. Duo mala fecit Aaron, propter quæ peccatum super populum induxisse dicitur: Fecit nimirum, 1. ut populus scelus animo tantùm conceptum reipsâ perpetrarent; 2. ut quod privato errore facturi videbantur, publicâ authoritate facerent. Quidam volunt Israelitas adeò crassos fuisse, ut vitulum *Deum* putarent propriè. Alii hoc negant [q]. ¶ *Dii tui*] Verum Deum colebant sub imagine bovis vel vituli [r]. *Dii*, i.e. signum seu symbolum Deorum, sive Dei tui [†]: quemadmodum imago vituli dicebatur antea *vitulus* [t]. Plurale pro singulari usurpant, (quod sæpe fit cùm de Deo res est, ut Gen. 20. 13. & 35. 7.) sic enim exprimitur Nehem. 9. 18. *Dixerunt, Hic est Deus tuus*, &c. Et hoc palàm faciunt verba sequentia, *qui te eduxit ex Ægypto* [v].

p Bo. q Riv. r D. de Tetragrammato. † Pi. A. t A. v BA. t. 2. 34. 347.

5. *Cùm vidisset*] Heb. *Et vidit*, nempe, hoc idolum à populo tanto plausu exceptum: ideo consecravit, &c. Vel, fortasse, notat Aaronem visu ad cultum incitatum fuisse [x]: At RR. addunt, *Et Hurem coram se jugulatum* vidit. Verùm refellit hoc Mosis silentium, qui nepotis martyrium haudquaquam dissimulâsset [y]. Nolebant (inquiunt RR.) hoc profectò, vitulum ex inauribus suis conflatum Deum illum esse qui est causa causarum; sed ità sentiebant, non Jehovam fuisse, qui tot ac tanta perpetrâsset, sed Mosen ipsum, beneficio similis cujusdam signi aut imaginis. Hoc ergò volunt, q. d. Hæc figura est, aut similis aliqua, cujus beneficio Moses nos ex Ægypto eduxit. Ægyptii arte quadam imagines seu figuras (טלסמאות *Talismanas* vocabant) ità effingebant, mira agendi vis iis ut inesset, ex influxa scilicet è superioribus corporibus virtute: Horum superstitionibus imbuti erant Israelitæ [z]. ¶ *Coram eo*, [לְפָנָיו] Sub vitulo, V. ¶ *Cras*] Non hodie, ut retardaret immolationem, si fortè interim veniret Moses [a]. ¶ *Solennitas Domini*, [לַיהוָה] Nomen soli Deo debitum Aaron, jam peccato lapsus, idolo tribuit [b]. Sic inculcare vellet populo, eum Deum qui *eos eduxit*, &c. fuisse *Jehovam* [c]. Nomen autem *Jehovæ*, quod à Deo addi solet, (Exod. 6. 6, 7. & 20. 2. & Psal. 80. 9, 10, 11. & Deut. 2. 12.) & à populo hoc loco & à Jeroboamo 1 Reg. 12. 28. prætermissum est: quod occultum erat indicium eos Deum deseruisse [d]. Sperabant Dei, quem colebant, spiritum in eam imaginem venturum; sicut de astrorum spiritibus Gentes aliæ sentiebant [†]. Nè viderentur idololatræ, suis ἐθελοθρησκείαις veri Dei cultum obtendunt [f].

x BA. ib. y BA. p. 333. z Muis. a L. E. b Me. c Riv. d Monc. 2. 2. † G. f BA. p. 347. & 348.

6. *Obtulerunt holocausta, & hostias pacificas*] Hoc idolum eodem modo colunt quo Deum verum; nisi quòd omittuntur sacrificia pro peccatis, quibus tamen maximè egebant [†]. ¶ *Manducare & bibere*] Accessorium hoc erat sacrificii, & pars ejus postrema. Sic Exod. 18. 12. & 24. 11. & 1 Reg. 9. 13. *Comedere* sumitur pro *immolare*, Deut. 15. 19. Ezec. 18. 6 [g]. Solebant & Gentes in festis idolorum comedere de immolatis victimis [h]. ¶ *Et surrexerunt ludere*, [לְצַחֵק] *Ad ludendum*, L. Me. F. G. O. Ma. vel, *ad ridendum*, Riv. O. Ma. Mo. *Ludere* hìc est *saltare*. Virgilius Sileno, *Tum verò in numerum Faunósque ferásque videres Ludere*—[i]. Seu, *psallere* & *cantare*, F. L. Me. Monc. Ità 2 Sam. 6. 5.—*ludebant*—*citharis*—Et Virgil. eclog. 1. *Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.* Sic solebant in solennitatibus, Psal. 67. 28 [k]. Item *choros agere*, L. Me. Monc. Ità mos erat, Jud. 21. 19, 20, 21. Hoc sensu dicitur 1 Reg. 18. 26. *Transiliebant* (sacerdotes) *altare quod fecerant*. Hinc Heb. חַג & *solennitatem* significat & *tripudium*, à חגג *saltare, commoveri* [l]. Sic solebant Gentes in festis idolorum saltare & choros ducere [m]. Idem testantur Lucianus Dial. de Saltat. de Delo, &c. & Virgil. Æneid. 8. *Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis*; & Æneid. 6. de Helena, *Illa, chorum simulans, euantes Orgia circum Ducebat Phrygias*—[n]. Ità fieri in Ægypto viderant [o]. Est autem quod hìc describitur πανδαισία, (i. e. *convivium commune & opiparum*,) qualem actam Ægyptiis in Apidis honorem Suidas nos docet. Vide infrà ver. 18 [p]. Alii vertunt, *ad illudendum*, ità Caj. in Ei. vel, *irridendum*, Ma. Ità צחק in *Pihel* significat. Utitur eo verbo, ut totam illam novi Dei scenam nón nisi illusionem, irrisionem, & merum ludibrium, fuisse significaret [q]. Quia verbum צחק alicubi dicitur de idololatria, item de scortatione & de homicidiis, ideo Q. He. omnia hæc significari volunt ab iis perpetrata, eósque & scortatos fuisse, & Hurem interfecisse, quòd ab idololatria illos avocare contenderit [r].

† BA. p. 348. g Monc. 2. 6. h Q. sim. La. i G. O. Monc. Me. k Monc. 2. 6. l Monc. ib. m O. n Monc. c. 6. o O. p G. q Ma. r F.

7. *Peccavit*, [שִׁחֵת] *Corrupit*, P. O. Riv. Muis; sub. vel, *viam suam*, M. P. Ti. O. Riv. Muis; vel, *se*, Sa. JT. O. A. Riv. Ma. i. e. exitium sibi comparavit, Deut. 32. 5 [†]. Alii reddunt, *corruptè, perditè egit*. (Vide Deut. 4. 16.) Verbum enim שחת aiunt absolutè positum & sine accusativo intransitivè sumi [t]. *Corruptus est*, Ch. Ar. ¶ *Populus tuus*] Non jam *meus*, quia me abnegavit [v].

† Jun. t Ma. v L. Mo.

8. *Recesserunt citò*, ità Mo. Ch. [סָרוּ מַהֵר] *Deflexerunt*, Sy. Ti. (*defecerunt*, Ar. *declinaverunt*, TJ.) *citò*, Sy. Sa. Ar. *Transgressi sunt*, ο'. Vel, *recesserunt festinare*, vel *festinando*; ut sit hypallage, *festinârunt recedere*. Vel, *recesserunt, festina*; q. d. Festina descendere, nam recesserunt [x]. ¶ *Isti sunt dii*] In Chald. *Isti sunt timor tuus*, i. e. quos timere debes [y].

x Ma. y F.

9. *Cerno*, [רָאִיתִי] *Vidi, consideravi*, V. ¶ *Et ecce*, [וְהִנֵּה] *Et certè*, vel *sanè*, V.

10. *Dimitte me*, sic Sa. Mo. M. P. O. [הַנִּיחָה לִּי] *Sine me*, ο'. JT. *permitte mihi*, Sy. *adquiesce mihi*, Ti. i. e. Non resistas mihi precibus tuis: nè te objicias mihi aut furori meo [z]. *Dimitte deprecationem tuam*, Ch. in V. quæ, scilicet, prohibet me. Vel, hoc modo rogandi occasionem præbet, ut ait S. Gregorius [a]. Sic pater, tenens gladium quasi ad jugulandum filium, dicit astanti, Nè retineas me à percussione; per hoc magis insinuans contrarium, scil. quòd velit retineri [b]. Noverat decretum suum, sed hoc schemate voluit Deus charitatem Mosis excitare, ut intercederet pro populo [c]. Al. sic, *Et nunc relinque mihi*, scil. hanc curam, seu provinciam. Magna dignatio Dei—nonnisi Mosis permissu irasci velit. Tanti Deus facit amicos suos [d]. Al. sic, *Dimitte me*; q. d. Desine (*illos*) diligere, dilectio enim tua impedit nè deleam [†]. Potest verti, *Quiescere fac me*, i. e. Sine me vindictam sumere, ut quiescam [f]. ¶ *Contra eos*] Idololatras, adeóque ipsum Aharonem, Deut. 9. 20 [g]. ¶ *In gentem magnam*] i. e. Vel, Efficiam ut ex te gens orietur magna [h]; sic Gen. 12 [i]. vel, Præficiam te genti multò majori [k]. Nam Num. 14. 12. iteratur promissio, *Te faciam principem super gentem magnam* [l].

z O. Riv. a Me. b L. Riv. c Riv. d Ma. † Me. f O. g Ma. h F. V. sim. O. Riv. i Riv. k F. V. Mo. l Me.

11. *Orabat*, &c. [וַיְחַל אֶת־פְּנֵי יְהוָה] *Oravit*, vel, *precatus est, faciem Domini*, Sa. M. P. Mo. *Oravit coram Domino*, ο'. Ch. Sy. Ti. *Deprecatus fuit faciem iratam Jehovæ*, JT. *Et enixè deprecatus fuit*; Ma. חָלָה est *ægrotavit*, O. Riv. vel, *languit, debilitatus est*, O. Hinc sign. *precari*, O. Riv. vel, quia orans se debilem ostendit ad eum quem orat [m]; vel, quia morbos suos & defectus exponit, suámque testatur infirmitatem [n]; vel, quia ejus animum debilitat, & flectit rigorem [o]. חלה in *Pihel* junctum cum פָּנִים est, *placare faciem*, quasi *ægrotare facere, & infirmare furorem, retundere & debilitare acrimoniam*; nam irascentium facies vivaciores & acriores redduntur: undè hìc vertunt, *Et ægrotare fecit Moseh facies Domini.* Alii, *Enixè, seu cum animi ægritudine & dolore, deprecari*, exponunt [p].

m O. n Riv. o O. p Ma.

12. *Nè quæso dicant*] Nè committas ut dicant [q]. ¶ *Callidè*, [בְּרָעָה] *In malo*, Ma. vel *in*, vel *cum, malitia*, Riv. Ma. Me. seu *malitiosè*; μετὰ πονηρίας, ο'. *cum malignitate*, Ch. in Riv. Quidam, *malo animo*: alii, *ad malum*, nempe, ut interficiat [r]. Quidam sic, *malo sidere*: Ægyptii enim omnia tribuebant sideribus [*]. ¶ *Esto placabilis*, &c. seu *propitius*, ità ο'. Sa. Sy.

q V. r Ma. * F. V.

הִנָּחֵם עַל־הָרָעָה] *Pœniteat te super malo*, vel *malum*, JT.M.P.A. O. Ma. exponunt de malo culpæ. Ità Vulg. *super nequitia: propitius esto super malitia*, ό. *Condoleas (ignosce, miserere) super malo*, i. e. culpæ, Ma. Alii de malo pœnæ. *Convertere à malo quod cogitâsti*, Ch. *dimitte calamitatem populi*, Ar.

14. *Placatus*] Nè, scilicet, deleret populum, sed ut aliâ plagâ castigaret [r].

15. *Reversus est*, ità Sa. Ar. וַיִּפֶן] *Vertit se*, Mo. Ma. O. TJ. *conversus est*, ό. V. i. e. avertit faciem suam à Deo [s]. ¶ *Respexit*, Ch. *revertens descendit*, JT. ¶ *Scriptas ex utraque parte*, מִשְּׁנֵי עֶבְרֵיהֶם מִזֶּה וּמִזֶּה] *A duobus*, vel, *ex utrisque, lateribus suis*, [ità plerique,] vel, *partibus*, ό. Ch. Sa. *superficiebus*, M. *paginis*, JT. *transitibus*, Ma. *hinc & hinc*, [plerique;] *intus & foris*, Ar. *ab utraque facie*, Ti. *in hoc* latere *& illo*. Sic scribebantur & alii libri mystici, Ezec. 2. 10. Apoc. 5. 1. Respectu Legis significabat, 1. ejus & literam externam, & sensum spiritualem: 2. eam inscribendam externè, in actionibus, coram hominibus; internè, in cordibus, coram Deo *. Q. volunt utroque in latere totum Decalogum descriptum, ut legi posset ab utraq; parte consistentibus & Mosen circumdantibus Hebræis [x]. Non placet. Hæ Tabulæ non datæ erant ut publicè prostarent ab omnibus legendæ, sed in Arca debuerunt asservari [y]. Alii volunt Tabulas ex utraque parte repletas fuisse scripturâ decem Præceptorum [z]: Et, vel Præcepta quinque erant in utraque Tabula [a]; vel, tria in prima, & septem in secunda Tabula [b]. Alii neque hoc concedunt. Non utrinque scriptum, sed tantùm *ab anterioribus*, (sic enim vertendum, & עֵבֶר non est *latus*, sed *antè*,) à parte anteriori. Tabulæ claudebantur ad modum tabularum libri. Adde quòd Tabulæ clausæ Præcepta reverentiùs & diutiùs asservabant [c]. Et *hinc & indè* non ad duo latera referendum, sed ad duas manus, scilicet dextram & sinistram [d].

16. *Et factas opere Dei*] *Ex creatione Dei*, Ar. Non solùm scriptura erat opus Dei, sed dolatio ipsa Tabularum †.

17. *Vociferantis*, בְּרֵעֹה] Chetib בְּרֵעוֹ. *In vociferatione ejus*, Mo. P. simil. Ch. Sa. JT. A. *agonizantis*, Sy. Ma. *perstrepentis*, O. *jubilantis*, M. *in jubilo*, Ti. *in triumpho*, vocem qualem triumphantium, Ma. *in clangore*, Ar.

18. *Non—adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam*, אֵין קוֹל עֲנוֹת גְּבוּרָה וְאֵין קוֹל עֲנוֹת חֲלוּשָׁה] H[s]. Non est strepitus qualis vincentium, neque eorum qui vincuntur. In bello audiuntur duæ diversæ voces. 1. Eorum qui victi sunt. Hæc vox est calamitosa, & tristitiæ plena. 2. Vincentium: & illi jubilant pro fortitudine sua [f]. Priorem partem vertunt, *Non est vox*, vel *sonus, clamandi (respondendi*, O.*) fortitudinem*, Mo. O. i. e. respondens ac præ se ferens fortitudinem [g]. *Qui respondeant fortiter*, Ti. *quo strenui clamant*, JT. *canentium victoriam*, Sa. *clamantium præ victoria*, A. *fortium prævalescentium in pugna*, Ch. *præcinentium secundùm fortitudinem suam*, ό. Posteriorem partem sic reddunt, *Clamandi debilitatem*, Mo. *respondentium debilitatem*, vel, *succisionem*, i. e. se esse succisos, O. vel, *dejectionem*, Ma. *responsionis cladis*, Schol. Sa. in Nob. *canentium* (vel, *indicans*, Ar.) *fugam*, Sa. ό. clamantium *præ fuga*, A. *cœtûs victi*, Sa. vers. *nec vox quâ clamant debiles*, JT. Pi. Heb. viri *debilitatis*, Pi. *nec vocem debilium*, Sy. *quæ resonet debilitatem*, M. *Non est clamantium Victoria, victoria; nec vociferantium Væ, væ, aut*, Fugite, *fugite*, RS. ¶ *Sed cantantium*] Ità M. JT. sim. Mo. P. Rectè ex Hebræo. Minùs rectè Samaritani codices, עונות; quod Græci Scholiastæ vertunt, φωνὴν ἁμαρτιῶν, *vocem peccatorum* [h]. ¶ עַנּוֹת] Vertunt, *ludentium*, Ch. *deliciorum*, Schol. Sa. in Nob. *præcinentium vinum*, ό. Puto Græcorum aliquos קוֹל עַנּוֹת reddidisse, φωνὴν ὀνεθ, (illis enim tralatitium erat voces ignotas nudè exscribere;) pro quo semidoctus aliquis scripsit οἴνου [i]. *Tumultûs*, Ar. *peccati*, Sy. *peccatorum*, Sa. (de quo vide BA. p. 152. & p. 350.) *cantantium vicissim*, Ti. *alternis canentium*, BA. p. 350. seu, *responsantium*, ut fit in choris, Ma. Hoc Moses meliùs cognovit quàm Josua, tum ob excellentiam sensûs,

r Me. L.
s V.
* A.
x Ità L. Lippom. Dionys. Carthus. in T.
y Riv.
z Ità F.
a Sic He. & Jo. & O.
b F. L.
c O. sim. Riv.
d O.
† O. T.
f M. F. V.
g Schol. Sa. in Nob.
h G.
i BA. p. 350.

Deut. ult. *non caligavit oculus*, &c. (& idem intelligitur de reliquis sensibus;) tum quia idololatria eorum illi revelata erat [k].

19. *Vidit vitulum*] Magìs movent animum visa quàm audita [l]. ¶ *Et choros*] Ità Mo. ό. Ch. Sa. & *cymbala*, Sy. & *tympana*, Ar. ¶ *Projecit de manu*, מִיָּדָו] In margine est מִיָּדָיו, *de manu*, vel, *de manibus, ejus*. Utramque enim lectionem Hebræus habet [m]. Zelo adversùs publicam impietatem [n]. Non humano affectu, sed Divino instinctu [o]. Quòd eos tanto Dei munere indignos reputaret [p]. Et ut eos commoveret & confunderet, videntes tales Tabulas ob sua scelera confractas [q]. Nè, si cum solita mansuetudine illos reprehendisset, existimarent leve esse peccatum. Hâc itaque irâ suâ aliquo modo adumbravit accensam Dei iram, ut prævaricatores terreret [r]. Indignum existimavit populum legislatione Divinâ. Tabulæ enim cùm dotalium instrumentorum formam haberent, sponsa verò in limine ipso thalami nuptialis ad committendum adulterium declinâsset, jure dotales literas effregit: Theod. qu. 2. 68. *Quas Tabulas accepit jejunium* (nempe Mosis) *confregit ebrietas* (populi:) Basil. Cæsar. homil. 1 †. ¶ *Ad radicem montis*] Vel, *sub monte*, [plerique;] *in humilioribus locis montis*, Ar.

20. *Combussit*] Igne liquefaciens [t]. ¶ *Et contrivit usque ad pulverem*, sic Sa. M. P. וַיִּטְחַן עַד אֲשֶׁר דַּק] *Molivit donec in pulverem redegit*, P. O. *donec fuit comminutum*, Ch. vel, *usquequò tenue, aut pulvis*, scil. esset, O. *contudit (moluit) usquequò comminuit*, Mo. sive, *usquequò attenuavit*, Ma. *contrivit minutim*, ό. Quærunt, Quomodo hoc factum? Non satìs obvium quî id fieri potuit [v]. Negant metallici aurum aut comburi, aut in pulverem redigi, posse [x]. Alchymistæ jactant se virtute ignis aurum in pulverem redigere posse [y]. Et hoc se vidisse fieri refert Emanuel Sà [z]. Alii volunt, herbæ cujusdam vel medicaminis vi aurum in ignem conjectum solutum, & in cineres redactum, fuisse: Q. in BA. Non placet: Quid igitur post combustionem opus fuerit illud molere & conterere? *Comburere* hîc sumitur pro *igne liquefacere* [a]. Probabile est, postquam igni in massam vitulum conflâsset, molâ aut limâ per vehementem affrictum in pulverem redegisse [b]. Nec ars illa aurum elimandi ignota fuit Hebræis, ut patet ex Jo. Antiq. 8. 2. *Scobem auream quotidie* (inquit) *capillis insperserunt* [c]. [*Non est quòd quenquam moveat, si hodie hæc ars ignota sit, cùm inter alia vetera deperdita (quæ notant eruditi) reponi possit. Quòd si hominibus veteris ævi comperta fuisset, eam indubiè calluit Moses, quem in omni doctrinarum genere eruditum fuisse referunt & Sacri & exotici scriptores.*] ¶ *Sparsit*] Nempe, ut cum aqua absorberent cineres dei sui [d]: & nè ullæ idoli reliquiæ superessent †. *Projecit in torrentem*, Deut. 9. 21. Quod Apide fieri solebat per superstitionem, id comminuto fecit in pœnam. Papinius Propemptico Metii Celeris, —*aut quo se gurgite Nili Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis* [f]. ¶ *Et dedit potum*, וַיַּשְׁק] *Et adaquavit*, Mo. Riv. *potavit*, ό. O. *potare fecit*, Ma. Hoc fecit, ut eis idololatriæ nauseam induceret [g]: ut disceret populus contemnere quod consumi videbat, & in secessum projici: Hieron. Epist. 128. ad Fab [h]. Adeóque, ut hoc velut symbolo palàm agnosceret à se maledictionem jure epotandam, juxta illud Num. 5 [i]. Vel, significare voluit Moses, eos maximas pro scelere pœnas degustaturos [k]: vel, peccatum hoc non cuti solùm adhærere, sed in visceribus esse defixum [l]. Vel, modo bibendi significavit & traduxit eorum præcipitem temeritatem, quâ in hoc scelus ruebant, ut Job. 15. 16 [m]. Potabant aquas quæ ex petra Horeb defluxerant, Exod. 17. 6. Deut. 9. 21. *Petra autem erat Christus*. Ità docuit eos viam salutis, dum Moses adigit eos ad Christum, à quo fluunt aquæ vitæ [n]. Non unicuique ex populo aquam illam propinavit; sed hâc periphrasi voluit indicare à se planè destructum idolum [o]. [Alii aliter.] Moses hanc scobem in amnem ex monte Horeb fluentem projecit, Deut. 9. 21. ex quo bibere coacti sunt omnes Israelitæ, quia potus alius non suppetebat [p]. Istæ aquæ potatæ nocivæ erant culpabilibus, causando in eis inflationem & languorem,

k L.
l L. Riv.
m A.
n Me. Ma.
o Riv.
p O. post L. ità Me.
q M.
r Riv.
† Ga.
t Ma. Me.
v Bo.
x BA.
y T. ex Bo.
z Bo.
a BA.
b Riv. T. Bo. BA. ità Ch. Sy. & Ar. in BA.
c BA. 1. 2. 34. 351.
d V.
† T. O.
f G.
g O.
h Ma. Me. Jun.
i Jun.
k Q. in Ma.
l BA. 1. 2. 34. 353.
m Q. in Ma.
n A.
o Riv.
p BA. pag. 354.

rem, (per quem poterant ab aliis discerni,) sicut in sacrificio zelotypiæ [q]. [*Monceius, cùm priùs dixisset non posse ab Aarone distingui idololatras ab iis qui Deum in vitulo piè colebant, (ut ipse loquitur stylo Romano,) contendit*] aquam hanc explorandis idololatris designatam, (sicut Num. 5.) & hos omnes post eam epotam percussos fuisse ignominiosis ulceribus, ut in eos Moses posset sine insontium periculo animadvertere [r]: Hæc sententia non est refutatione digna, ait Visorius. Nec certè Scriptura hoc tacuisset, quæ unius Mariæ lepram commemorat. Et post eos interfectos, (quos unicè reos fingit Monceius) superstitem populum fatetur Moses reum peccati maximi [†]. Generalis fuit hæc defectio, nec (*fideles*) in tanto numero conspicui erant. Itaque cùm vers. 28. Moses ad se vocat qui Deo adhærebant, præter Levitas nulli adfuerunt. Peto igitur an omnes μοσχολάτραι à Levitis occisi fuerant. Ità ferè statuunt qui visibile aliquod signum idololatris affingunt. Jam verò cùm occisa essent tantùm 3 millia, quis affirmare ausit plures non fuisse reos, &c[†]?

21. *Quid fecit tibi?*] Sacerdoti adscribitur peccatum populi, quòd non omni conatu restiterit. Neque ait, *Quid fecisti?* sed, *Quid tibi fecit populus?* perinde quasi in hoc facto se ultus fuerit; atque maximum genus ulciscendi sit, non prohibere subjectos nè peccent [t]. In eum culpam derivat frater nomine Dei causam agens; ut mirum sit reperiri qui Aaronem absolvere velint. Et cur non usus est Aaron apologiâ, quam ei nunc parat Monceius, nempe, se tantùm id fecisse quod postea Moses, nempe, Deum hâc formâ repræsentare, populum autem signo abusum esse, &c[v]?

22. *Pronus ad malum*, ità Ch. בְרַע] *In malo*, P. M. F. V. Mo. JT. *jacet*, JT. (sic 1 Joh. 5. 19. ἐν πονηρῷ[†],) i. e. omnino malus[*]. *Quòd malus sit.* Simpliciter hîc nominativum designat, quod, ut in Arabismo, ità in Ebraismo, usitatissimum esse, multis locis alibi probamus. Vide Exod. 33. 19. Deut. 28.62. Job.18. 8. Psal. 55. 19. & 68. 5. Eccles. 7. 12. Esa. 26. 4. & alibi [x]. *In malo*, i. e. pessimus. Sic opera Dei sunt *in fide*, Psal. 33. 4. i. e. fidelissima; & mulier *in transgressione*, i. e. peccatrix [y]. *Quòd in molestia fuerit*, Ti. i. e. mihi molestus & importunus fuerit, desperatus in malum [z]. *Quòd nudatus esset*, Sa. [qui habet פרוע.] Al. *pronus ad malum*, peccatúmque illud maximum, scil. idololatriam [a]. Ità dum se excusat, fit accusator sui. Cur ergò per se nimis pronum præcipitâsti? cur non obstitisti [b]?

24. *Tulerunt*, הִתְפָּרָקוּ] *Rumpentes detraxerunt*, JT. Mallem, *Detrahite*, in imper. ità ο'. Ma. ¶ *Egressúsque est hic vitulus*] Mentitur timore perterritus [c]. Fingunt Rabbini, vitulum non Aaronis opere, aut ignis virtute, sed magicis proselytorum quorundam (Ægyptiorum) artibus, præter omnium exspectationem, prodiisse [d]. Quod abunde refellunt & præcedentia & subsequentia [†]. Pudore suffusus verbis rem extenuat [f], quasi non consilio & animi destinatione, sed casu quodammodo, formatus esset vitulus [g].

25. *Quòd nudatus esset*, [ità plerique,] כִי פָרֻעַ הוּא] *Quòd dissipatus*, ο'. *otiosus*, Ch. *detectus*, Ar. *peccâsset*, Sy. Tribuunt Hebræi verbo פָּרַע octo significata. (Ità hæc & alia verba distrahunt, prout locus exigere videtur, nullâ consideratione habitâ an propria seu communior conveniat: & hinc tota ferè difficultas in diversis Bibliæ locis.) At propriè significat *nudare* [h]. פָּרַע est etiam *abjicere*, & *rejicere*. Quid si dicamus *abjectum fuisse populum, quia fecerat Aaron ut Deus eum à se abjiceret* [i]? Qu. Quomodo denudavit? Resp. 1. Denudavit armis [k]. 2. Divitiis, quas in idolo prodegerant [l]: ornamentis suis aureis [m]. Sed hoc dilutum est nimis. An ob inaures sublatas Moses voluit animadvertere [n]? 3. Famâ, quâ dicebantur unius Dei cultores, nunc idololatræ facti [o]. 4. Ope atque auxilio Divino [p]. 5. Alii exponunt de sceleris manifestatione [q]. *Denudavit*, &c. quia innotescere fecerit universo mundo qualem habuerint animum, quàm futilem, & levem, & impium [r]. Cùm vidisset Moses quòd detecta & nota facta esset malitia populi, &c[†]. [Monceius planè aliter:] Nempe, Cùm ex aqua epota (ut dictum) in reis erat tumor inguinum, vel ulcera, vel tabes, jussit

Margin notes: [q] RS. & AE. in L. — [r] Monc. 2. 8. — [†] Riv. — [†] BA. 1. 2. 34. — [t] Ci. — [v] Riv. — [†] G. F. — [*] F. V. — [x] Di. — [y] A. — [z] Ma. — [a] Monc. 2. 14. — [b] Riv. — [c] O. — [d] M. F. Riv. — [†] Riv. — [f] Riv. Me. — [g] Me. — [h] O. — [i] Riv. — [k] G. — [l] O. — [m] F. V. — [n] Riv. — [o] O. Me. — [p] Me. Riv. Ma. — [q] I. — [r] Ma. — [†] M. F. V.

Aaron eos nudari vestibus; vel, 1. ad levamentum tabis, nè illuvies vestibus implexa infectiores eos redderet; vel, 2. (quod malim) in eorum ignominiam, ut morbum suum, & cum eo peccatum, publicè testarentur ac proderent; quomodo à leprosis factum Levit. 13 [t]; 3. ut reos separaret, & postea de iis supplicium sumeret [v]. Sed hujus commenti vanitas ex prioris rejectione patet. Præterea, nec coram hostibus hoc erat factum, qui tum præsentes non erant; nec temporis angustiæ tot hominum millium nudationem paterentur, cùm eodem die sumptum supplicium constet [x]; *Quòd otiosus esset*, vel *inutilis*, &c. Ch. ¶ *Propter ignominiam sordis*] Propter idolum, quod Hebræi *stercus* & *sordes* appellant, Deut. 7. ult [y]. Sic Deut. 29. 16; 17. 1 Reg. 15. 12 [z]. ¶ לְשִׁמְצָה] Variè reddunt: *Ad infamiam*, vel *ignominiam*, M. F. V. Caj. Mo. P. Ti. JT. *ad ludibrium*, vel *gaudium*, ο'. Sa. Erat enim dedecus & magna confusio Israelitis coram hostibus eorum, ut, deserto Deo cœli, qui tot & tanta miracula coram eis & pro eis fecerat, jam eligerent alium deum cum magno dispendio auri & argenti sui [p]. *Ad susurrum*, vel *rumorem*, &c. O. Ma. Incipiebat ejus crimen divulgari inter hostes, qui in eos Dei protectione destitutos insurgerent. Al. *ad minimum*. Spoliaverat eos divitiis suis *ad minimum*; i. e. usquequò parùm divitiarum in eis esset, inter hostes, & eos qui nihil gratis illis darent [q]. שמץ ter tantùm legitur in Scriptura, hoc loco, & Job. 4. 12. & 26. 14. Consentiunt omnes esse *modicum, tantillum, pauxillum*; unde exponunt, *quia nudaverat eos tantillùm*, vel, *ad modicum, inter hostes*; i. e. tantùm non eos objecerat hostibus inermes [r]. ¶ *Inter hostes*, [sim. omnes,] בְּקָמֵיהֶם] *In insurgentibus eis*, Mo. vel, *eorum*, Ma. vel, *contra eos*, Ti. JT. Qu. Quomodo *inter hostes*, qui tum nulli erant, & populus in castris erat loco ab hostibus maximè securo? Resp. 1. Hoc vult; hostes, sicunde ingruissent, inermes eos deprehendissent. 2. Vel, ipsi fratres, zelo Dei, illis loco hostium erant, mox hostiliter in eos irruituri [†]. 3. Alii aliter vertunt:] *inter surgentes* (vel, *insurgentes*) *eorum*, non, *contra eos*, D. i. e. insurgentibus pro eis, nimirum inter illos qui eis succedent, aut posteriùs exorientur. Sic verbum *surgendi* sumitur Exod. 1. 8. & Num. 32. 14. *surrexistis pro patribus vestris*, i. e. in locum eorum, *successistis eis*. Sic, *Non surrexit major Johanne* [t]. [*His concinere videtur* Ch. *inter generationes suas*; & Sy. & TJ. *in novissimis suis*.]

26. *Stans in porta*] Ordinario judiciorum loco [v]. In ingressu castrorum [x]. ¶ *Si quis—Domini*, &c. מִי לַיהוָה אֵלָי] *Quis (est) Domino?* Mo. M. Sy. (*Domini?* Sa. JT. Ti. *ex Domino?* Sy. M. *pro Domino?* A. *Qui timent Dominum*, Ch.) *ad me*, Mo. Ma. supple, *veniat*, ο'. Ch. Sy. M. P. ¶ *Omnes filii Levi*] Obj. At aliqui eorum cum Aarone lapsi sunt [y]; ut patet ex v. 29. & ex Deut. 33. 9 [z]. Resp. Vel per *omnes* intellige *plerosque* [a]; vel, quòd omnes qui aggregati sunt fuissent Levitæ, videlicet, qui domi manentes non interfuerant vitulolatriæ [b].

27. *Per medium castrorum*, בְּמַחֲנֶה] *Per castra*, JT. &c. ¶ *Et occidat*, &c.] Obvium quemque sine discrimine [c]; (sicut in aliis punitionibus accidit [d].) Nempe, per vias publicas: non autem mandatum est ut ingrediantur tentoria, ut Caj. rectè notat [†]. Moses habebat jus gladii, & accessit jussio Dei [f]; vel tacitâ suggestione, vel apertâ revelatione [g]. Dices, Potuit insons fortè occurrere & occidi. Resp. 1. Levitas minimè latuit quinam primi essent perversi consilii duces [h]. 2. Totus populus reus erat. 3. Pœnitentes credibile est domi mansisse, dolentes de peccato, dum rei socordes plateas obambularent & occisi sunt [i]. 4. Quidam volunt reos à Deo notatos; ut priùs dictum [k]. Eandem spiritualis fornicationis probationem instituit Deus quam corporalis, Num. 5. 24. ventres enim eorum inflati signum reatûs Levitis exhibuerunt [l]. 5. Deus providentiâ suâ omnia rectè disposuit, nè quis innocens periret [m]. Usitatæ erant apud Romanos decimationes, ubi totus exercitus deliquit [n].

28. *Viginti tria millia*, ità Vulg. at Heb. כִּשְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי אִישׁ] Quidam volunt Hebraicum textum cor-

Margin notes: [t] Monc. 2. 9 — [v] Monc. in Riv. — [x] Riv. — [y] Me. L. — [z] Monc. 2. — [p] M. F. V. — [q] O. — [r] Ma. — [†] Monc. 2. 9. — [t] D. Ma. — [v] Riv. L. — [x] Me. — [y] L. Mos. Me. — [z] Ma. — [a] Me. — [b] Ma. — [c] O. Riv. — [d] O. — [†] Riv. — [f] Me. — [g] Riv. — [h] Calv. in Wil. — [i] Wil. — [k] Riv. — [l] Li. Spicil. in Exod. — [m] Wil. — [n] Riv.

ruptum [o]. Nam viginti tria legerunt S. Gregor. Rupert. Damianus, & omnes penè post Hieronymum veteres Commentatores, & Paulus 1 Cor. 10. ubi hujus stragis fit mentio, Bi. At illud 1 Cor. 10. non pertinet ad cultores vituli, sed fornicatores, Num. 25 [p]. Absurdum videtur tam paucos à tam multis occisos [q]. At alii Vulgatum corruptum dicunt. 1. Agnoscunt hoc multi Pontificii [r]. 2. *Tria millia* legunt Ch. ό. Sa. Sy. Ar. P. & omnes versiones præter Vulgatam †. 3. Latina exemplaria differunt, & quædam habent 33 millia [t]. Alii sic conciliant, quòd in Hebræo numerantur tantùm qui principales erant, in Vulgato omnes [v].

[o] Ità To. in Wil. [p] BA. pag. 353. [q] Monc. 2. 9. [r] Ità Me. Caj. V. in Wil. † BA. 353. [t] Wil. [v] L.

29. *Et ait, Consecrâstis*, &c. מִלְאוּ יֶדְכֶם] [Q. in præterito reddunt:] *Consecrâstis manus*, Sa. P. Q. He. in V. *Implevistis (Perfecistis*, Sa. vers.) *manus*, ό. O. *Obtulistis manum vestram oblationem coram Domino*, Ch. Variè redditur. Reputatur vobis occisio illorum perinde ac si obtulissetis oblationem Domino [x]. [Alii per imperativum vertunt:] *Consecrate manus*, Ti. vel, *ministerium*, JT. *Complete debitum vestrum*, Ar. *Expiate*. Talis expiatio facta est Num. 31 [y]. Alii vertunt per præter. imperfectum & per imperativum, sic; *Jam antè dixerat, Consecrate*, &c.—*Nam quisque in filio— & fratre*—scilicet, *consecrabit manus*. Debebat hic versus præcedere, nam priùs hoc dixerat [z]. Ut sit ætiologia alacritatis Levitarum, quòd à Mose didicerant rem fore Deo gratissimam, sibique ac toti populo salutarem. Ego simpliciter acceperim hoc à Mose dictum post stragem; q.d. Hoc factum vestrum præclarum consecrate hodie Domino, & postibus Tabernaculi tanquam trophæum vestræ pietatis de impietate erectum affigite [a]. Insigne specimen exhibuerunt & fidei, & zeli, & fortitudinis [b]. ¶ *Unusquisque in filio*, ità ό. Ch. Sa. Sy. Ti. A. Pi. supple, *consecrabit manum*, P. כִּי אִישׁ בִּבְנוֹ] *Cùm quis filio* aderat, JT. *quia vir in filium*, Mo. O. *irruit*, O. *quilibet irruat in filium*, Ar. *unusquisque pro filio*, M.

[x] He. in V. O. [y] Ca. [z] V. Lip. Riv. [a] Ma. [b] Riv.

30. *Si quivero*, אוּלַי] *Fortasse*. Utitur sancto æquilibrio, & spem veniæ facit, & solicitudinem ingenerat: vel, dubitanter loquitur respectu temporalium pœnarum [c]. Qu. Quomodo iterum orat, cùm jam antè placatum fuisse testatus est? Resp. Tunc placatus fuit in hoc, ut non deleret totum populum, & simul; at potuit delere per partes [d]. Orat nè ampliùs vindicet Deus, nec exauditur, v. 34 †.

[c] Riv. [d] L. † Me.

31. *Fecerunt sibi deos aureos*] *Deos* vocat unum vitulum; plur. pro singulari, ut Matt. 2. 20. & 27. 44 [f]. *Vide quæ ad v.* 4. Ex hoc exemplo colligunt Hebræi, teneri peccatorem peccata sua particularia confiteri [g].

[f] Aug. in Ga. [g] A.

32. *Aut dimitte*, &c. אִם תִּשָּׂא חַטָּאתָם] *Si remittas peccatum eorum*. Oratio defectiva [h]. Supplendum, *bene est*, [ità Sy.] aut aliquid tale [i]. q. d. *Quid sentient de te gentes?* quibus laudibus efferent misericordiam tuam [k]? *Si quidem remittes, remitte*, ό. Sa. *An condonaturus es?* JT. ¶ *Dele me de libro tuo*] [Variant.] 1. Dele de libro in quo omnes justi numerantur; de quo Jos. 10. & 2 Sam. 1. 2. Dele de libro, i. e. mei obliviscaris perpetuò; sicut, *Scribe me in libro*, est, Sis mei memor [l]. 3. Alii exponunt de libro hujus vitæ: q. d. Exscinde me, scil. morte immaturâ: Ità Hieron. (qui sic etiam intelligit illud ἀνάθεμα, Rom. 9. i. e. חֵרֶם, *rem devotam*, quæ nullo usui humano ampliùs inserviat.) Ità Gregor. 10. Moral. c. 7 [m]. Hic sensus eruitur ex similibus verbis Mosis, Num. 11. *Sin aliter—obsecro ut interficias me*; q. d. Deleto hoc populo, nolo ampliùs vivere [n]. Non placet; quia respondet Deus, *Qui peccat, eum delebo*. At justi moriuntur morte temporali [o]. 4. Alii exponunt de libro vitæ æternæ, sive prædestinationis [p]. Dele me de libro (vel, de numero) prædestinatorum, vel, amicorum tuorum [q]. Qu. Sed quomodo hoc dicere potuit? Respondetur, 1. Mosen hoc dixisse ex impetu passionis, non ex deliberatione rationis [r]. 2. Hoc vult, q. d. Non me delebis, dimitte ergò †. 3. Q. hyperbolen esse volunt, & expressionem maximi affectûs, qualis illa Gen. 30. 1 [t]. Sic filius patri charissimus culpam fratris immorigeri deprecatur hoc modo, Vel fratri ignosce, vel occide me; scit enim parentem postremum minimè facturum [v]. 4. Non hoc Moses (sic neque Paulus, Rom. 9.) efficaciter voluit & deliberatè, quòd sciebat (uterque) impossibile; sed solùm hypotheticè, si quo modo citra culpam ullam illud posset utile medium esse ad veniam populo obtinendam. Quòd si unum sine altero obtineri non posset, maluit se jacturam beatitudinis facere, quàm ut totus populus abjiceretur [x]. 5. Præfert Moses saluti suæ gloriam Dei, quæ cum salute Israelis conjuncta erat, respectu promissionum Patribus factarum, & blasphemiarum quæ Ægyptii & alii adversùs Deum evomere parati erant [y]. Advertendum est quantum malum in illo peccato Moses perspexerit, quod tantâ cæde credidit expiandum [z]. Moses hîc Mediatorem egit, & typus erat Christi, qui pro nobis morti se & maledictioni subjecit [a].

[h] V. [i] Riv. [k] V. [l] O. [m] Me. ità E. [n] E. [o] Wil. [p] Ità L. Me. Riv. Wil. V. [q] Me. T. [r] Q. in L. † Me. [t] Me. L. [v] T. [x] Riv. T. [y] Wil. ex Simler. Gallas. sic Ma. [z] Ma. [a] A.

33. *Qui peccaverit mihi*] *Mihi*, i. e. adversùm me, me contempto, ἐνώπιόν μου [b]. ¶ *Delebo eum*] Si, ut dicis, aliquis mihi delendus esset, peccantem delerem, non innocentem [c]. Vel, hoc accipi potest de hac vita, ut dictum [d].

[b] G. [c] Riv. Wil. [d] Riv.

34. *Angelus meus*] *Non Angelus fœderis: jam enim Sanctus Benedictus Deus præsentiam suam Divinam abstulerat* †. ¶ *In die ultionis visitabo*, &c.] 1. Q. referunt ad omnes sequentes visitationes in deserto [f]. 2. Alii ampliùs extendunt etiam ad captivitatem Babylonicam, &c. Dicit Gerundensis, *Non accidit tibi, ô Israel, ultio aliqua in qua non sit vel uncia de peccato vituli* [g]. Non placet; nam Exod. 20. vindicta ad quartam tantùm generationem extenditur [h]. 3. Potest dici, quòd *dies ultionis* sit dies futuri judicii [i]. Non placet; quia loquitur de judicio Israelitarum peculiari [k]. 4. Alii referunt ad punitionem sequentem, ver. 35 [l].

† R. Menachem in A. [f] Ità Riv. [g] O. [h] L. [i] L. [k] Wil. [l] Me. L.

35. *Percussit ergò*] Vel peste, vel aliâ plagâ, quam Scriptura non exprimit [m]. ¶ *Pro reatu vituli quem fecerat Aaron*, עַל אֲשֶׁר עָשׂוּ אֶת הָעֵגֶל אֲשֶׁר עָשָׂה אַהֲרֹן] *Eò quòd fecerint vitulum quem fecit Aaron*, M. P. A. Ti. *propter vitulum quem illi per Aaronem fecerunt*, Ca. *propter id quod fecerat illi vitulo*, &c. JT. *propter facturam vituli quem fecit Aaron*, ό. *eò quòd coluerint vitulum* (vel, *sacrificaverunt vitulo*, Sa.) *quem fecit Aharon*, Ch. Sy. Sa. Ar. *Illi fecerunt*, i. e. faciendum curârunt. Sic Judas dicitur *acquisivisse agrum*, Act. 1. 18. suâ pecuniâ emptum, Matt. 25. 3, 7 [n].

[m] L. [n] A.

CAP. XXXIII.

1. AD *Mosen*] Qui jam ascenderat secundò in montem [o].

3. *Lacte & melle*] Omnibus bonis suavibus & necessariis [p]. ¶ *Non ascendam tecum*] Non ero ductor tui per meipsum: Angelus ductor erit, non Dominus cum ipso [q]. Angelus qui te comitatur jam non Dei, ut hactenus fecit, sed suam, personam repræsentabit [r]. Non adero per miraculorum patrationem †. Vel sensus est, Volo à vobis separari & divertere, & tabernaculum illud meum, quale quale sit, aliò transferre, ut factum v. 7 [t]. ¶ *Duræ cervicis*] Instar juvenci refractarii & indomiti, qui jugum respuit [v]. Pertinax, morosus. Latini contumaces & intractabiles vocant *cervicosos* [x]. ¶ *Nè fortè disperdam*] Humano more loquitur: Nè fortè coràm intuens mores tuos, commotus aliquo scelere tuo, gravi aliquo malo mulctem [y]. Non quòd Angelus ductor esset Deo misericordior; sed quòd ex Dei præsentia tali rebellio populi esset gravior [z].

4. *Nullus—indutus*, וְלֹא שָׁתוּ אִישׁ עֶדְיוֹ עָלָיו] *Non posuit super se ornamentum suum*, vel, *ornatum*, Ch. Mo. sim. omnes. Ornatum solitum, i. e. vestes pretiosas, torques, &c [a]. *Luxit in lugubribus*, ό. in signum pœnitentiæ [b]. [At Sy. *nec assumpsit ullus arma sua*.]

5. *Semel ascendam—& delebo*] Hoc dictum est, vel conditionatè, (si pergas impius esse;) vel comminatoriè; vel etiam propheticé: vel sensus est, Si semel in te irruam, delebo te [c]. ¶ רֶגַע אֶחָד] *Momento uno*, P. & plerique; *horâ unâ*, Ch. Sy. i. e. *unico ictu oculi*, Ar. *brevi tempore*. Alii, *uno impetu*, V. F. Ma. severitate & implacabilitate continenti, Ma. i. e. si minimùm temporis ascendero tecum [d]. ό. sic, *Cave te nè plagam alteram infligam vobis*. Legisse videntur

[o] Me. [p] F. V. [q] L. [r] Me. † L. Me. [t] Me. [v] O. Ma. [x] Ma. [y] Me. [z] L. [a] V. [b] F. V. [c] Me. [d] V.

נגע אחר †. ¶ *Depone ornatum*] Chald. intelligit *arma bellica*; ut faciliùs præcipites in hostilem impetum ruant [f]. Non formidantes etiam mortem, modò perfidiæ crimen diluant [g]. Instar domini irati, servum exui jubet, ut deliberet utrùm verberet [h]. More irati ducis, qui, postea quàm ponere arma milites jusserit, decernit quid eis pœnæ infligat [i]. Dices, At ornatum jam deposuerant. Resp. 1. *Depone*, q. d. Pergite ut cœpistis. Vel, 2. illud v. 4. dictum est per anticipationem [k]. Deus illos priùs monuit v. 5. quàm hoc facerent v. 4 [l]. וַיֹּאמֶר vertendum, *jam dixerat*. Ordo historiæ non est requirendus in Scriptura [m]. ¶ *Ut sciam quid faciam tibi*, וְאֵדְעָה וגו'] *Et ostendam*, Sa. *ut significem*, Ar. *quid faciam vobis*, Sa. Ar. *Notum est coram me quid facturus sum tibi*, Ch.

6. *Deposuerunt*, ità ό. Ch. Sa. Sy. וַיִּתְנַצְּלוּ] *Et spoliaverunt se*, JT. P. Ti. *detraxerunt*, Mo. *liberaverunt se*, Sa. vers. *continuârunt depositionem*, Ar. ¶ *A monte Horeb*] Ità in Heb. Subaudi, *& ultrà*, M. i.e. *Ad montem Horeb*, consistentes juxta montem Horeb. Enallage præpositionis [n]. Præfixum מ aliquando significat *apud*, ut Num. 32.22. *& eritis innocentes* מֵיְהוָה, *apud Dominum & apud Israelem*: & Psal. 31.12. מִכָּל צֹרְרַי, *apud omnes hostes meos sum probro* [o]. Alii, procul *à monte Horeb*, quasi publicè profitentes se indignos præsentiâ Dei [p].

7. *Tollens tabernaculum*, יִקַּח אֶת־הָאֹהֶל] Qu. De quo Tabernaculo loquitur? Resp. 1. Quidam accipiunt de eo c. 26. & c. 40. sed non uno modo. 1. Alii, quasi hoc jam factum esset [q]. Fortè factum erat; sed quo modo factum sit Moses non dixit [r]. Non placet: Sic turbatur totus historiæ ordo; nec adhuc suppetebat tempus; jam enim tum à monte descenderat, &c. Neque tùnc primùm *Ohel Mogbed* vocatum esset †. 2. Alii per occupationem hoc dictum volunt; Tabernaculum enim nondum factum erat [t]. Hebræa per futurum reddenda sunt & hoc versu & seq. וְיִקַּח *& accipiet*, &c. *& erit omnis quærens*, &c. Sic v. 8. *Et erit secundùm exire*, &c. & v. 9. *& erit*, & v. 10. *& videbit*, &c. & v. 11. *& loquetur*, &c. Sic omnia de vero Dei tabernaculo rectè cohærent, quod postea constituendum erat: sed ista opportunè Moses inseruit, occasione familiaritatis & consortii Divini, quo fretus Divinam visionem postulavit †. [Alii aliter.] Illud Tabernaculum non erat, quippe quod in medio castrorum collocabatur, neque unquam extra castra positum fuit [v]. Resp. 2. Alii accipiunt de Tabernaculo Mosis privato & domestico [x]. Tentorium Mosis intellige, quod vice fuit sacri tentorii nondum facti [y]. [Non placet Riv. nec Wil.] Nam, 1. Moses adhuc in castris habitabat. 2. Ibi fuissent uxor & liberi Mosis, nec opus erat Joshuâ custode [z]. 3. Sequitur v. 8. *cùm egrederetur ad tabernaculum* [a]. Resp. 3. Erat potiùs parvum quoddam Tabernaculum (quod suppleret defectum majoris Tabernaculi) quò convenirent Moses & cæteri orationis causâ [b], & Dei consulendi; ubi etiam conventus & concilia cogerentur [c]. Quasi sacellum quoddam erat [d]. Verius tamen esse videtur, hoc Tabernaculum non fuisse constructum ad cultum, sed veluti prætorium, ubi solebat Moses conveniri, & de rebus dubiis respondere †. ¶ *Extra castra procul*] Ultra mille cubitos. Vide Numer. 35. 5 [f]. Imò duobus millibus cubitis, ait RS [g]. ¶ הַרְחֵק] Ad verb. *elongando*, sub. illud, V. Hujus causa erat, vel, 1. (si hoc erat Tabernaculum Mosis,) ut commodiùs versaretur cum Deo, procul multitudine, quæ solet esse impedimento [h]. Vel, 2. nè si in populo maneat, privetur colloquio Dei, (qui se à castris abduxerat, v. 3.) & plenæ reconciliationis actio abrumpatur [i]. Vel, 3. ad humiliationem populi [k]: ut cùm suam ipsius, ut servi fidelis, tum Domini indignationem eo secessu ac symbolo exprimeret [l]. Ut monerentur Deum ab iis abalienatum [m]. ¶ *Vocavitque—Tabernaculum fœderis*, אֹהֶל מוֹעֵד] *Tabernaculum temporis*, Sy. *Tentorium stationis*, Ma. vel, *constitutionis*, Ti. vel, *conventus*, Ar. O. JT. Ti. *ecclesiæ*, P. i.e. Promulgavit omnibus qui Deum consulerent, eò esse conveniendum, (יָעַד est, *congregare, convenire* [n];) quia ibi decreverat cum Mose solo colligi & loqui [o]. Al. *tabernaculum testimonii*, ό. Sa. M.

† F. co. — f V. F. ad v. 4. — g F. — h O. — i Cl. — k Me. — l Riv. ità O. — m V. — n La. — o Glass. gram. pag. 662. — p Ma. — q Ità Calv. Rupert. — r F. — † Wil. — t F. ità plerique in Ma. — † Ma. — v Wil. — x Q. in Riv. Gallas. Jun. Bor. in Wil. — y G. — z Wil. — a Ma. — b Me. — c Riv. Wil. — d Ma. ad v. 8. — † Riv. — f Ma. — g L. — h Ità Q. in Ma. Cl. & Lip. in Riv. — i Ma. ex Jun. — k L. sim. Jun. Ma. Ferus in Wil. — l Ma. Jun. — m Simler. in Wil. — n O. — o O. M.

quia radix עוד est, *testificare*;) nè filii Israel videntes iram Dei negarent pactum [p]. Ch. *Tabernaculum domûs doctrinæ*; quòd ibi à Deo docerentur in causis & negotiis suis [q]. ¶ *Egrediebatur*] Tametsi Deus testaretur aliquam alienationem, non præscindebat tamen spem veniæ [r].

8. *Surgebat*] Reverentiam exhibens Moysi rectori suo †. ¶ יָקוּמוּ] *Surgent*, Ma. Honorant eum quem priùs contempserant [t]. Hoc primum indicium pœnitentiæ [v]. ¶ *Et stabat*] Gestus exspectantium & expetentium Mosis interventum [x]; & signa gratiæ Divinæ circa præsens negotium [y].

9. *Columna nubis*] Sic Deus authoritatem Mosis asserit [z].

10. *Et adorabant*] Non Mosem, sed Deum [a].

11. *Loquebatur facie ad faciem*] i. e. Familiarissimè [b]; & benignè, non terribili modo [c]. *Verbum ad verbum*, Ch. *sine medio*, Ar. Cum aliis Prophetis egit Deus per Angelos interpretes; cum Mose per seipsum, ut amicus. Obj. Idem dicitur de Israele, Deut. 5. 4. Resp. Hoc semel illis concessum, at Moysi quotidie; & præterea Moses prophetico spiritu afflatus est. Obj. Dicitur v. 20. *Nemo poterit videre faciem meam*. Resp. Non dicitur Moses faciem Dei vidisse, tunc enim hoc non postea peteret; sed, *Deum locutum esse facie*, &c [d]. Q. volunt, apparuisse Angelum specie corporeâ & humanâ †. At hunc, si uspiam, certè in monte vidisset Moses; quod tamen negat Deut. 4. 15 [f]. Non potest intelligi Deum posuisse Mosi ob oculos essentiam suam corporali specie: sed intelligendum est de familiaritate colloquii. *Facies Dei* hîc est favor & gratia Dei [g]. ¶ *Puer*, נַעַר] Joshua tum erat supra 50 annorum [h]. Sed sic solent *famuli* vocari [i]; ut Gen. 37. 2. & 41. 12 [k]. ¶ *Non recedebat de tabernaculo*] Scil. Joshua [l], qui ibi manebat ad custodiam illius [m]. Non tam æditu us erat, quàm præfectus vigilum, nè quis damnum loco sacro, aut corpori Moysis, inferret [n]. Simul vacabat orationi & contemplationi [o]. Q. addunt, Aaronem sacerdotio pro tempore privatum fuisse, & Joshuæ munus custodiendi Tabernaculi demandatum fuisse [p]. Alii referunt ad *Dominum* [q], (qui planè denunciaverat se non futurum in medio populi, suprà vers. 3 †.) ut sensus sit, *Quando Moses revertebatur ad castra, & Joshua puer, ille* (h. e. Deus) *non recedebat*, sed ibi semper manebat præsentia Dei, ad quam Moses recurreret [r]. Probant. 1. Quia punctum *Rebiah* super נַעַר distinguit & dividit eum à sequentibus. 2. Quomodo Joshua hîc semper maneret, cùm nec Moses potuit Tabernaculum ingredi nube præsente, c. 40 †? 3. Mosen solum & incomitatum ad castra rediisse inconveniens videtur. 4. Non video cur Josue solus ibi manere debuerit [t]: Custode non opus erat [v]. Nemo impunè posset eò accedere non vocatus [x].

12. *Præcipis*] Heb. *Vide, tu dicens*, Ma. *Vide*, i. e. Attende ad ea quæ dicturus sum [y]. ¶ *Quem missurus es mecum*] h. e. Non ostendisti mihi auxilia quibus vincam, & populum meum servem [z]. Dixisti, *Angelus præcedet*, sed certum aliquem non designâsti [a]. Quisnam ille est? Ità paulatim omnes alios duces abnuit, solúmque Deum ductorem velit [b]. Non acceptaverat Angeli ducatum [c]. q. d. Nihil dicis de columna ignis & nubis, quibus hactenus duxeras nos; aut de Tabernaculo, ubi promiseras habitaturam gloriam tuam: sed hîc consistens, omnino à castris abstines, vers. 11 [d]. ¶ *Novi te ex nomine*, ità Sa. Sy. יְדַעְתִּיךָ בְשֵׁם] *Scio te præ omnibus*, ό. *Vocavi te ex nomine*, Ch. [At Ar. *Nobilitavi nomen tuum*.] Præ cæteris te elegi *. Melius, Utor te familiariter. Plus hoc est quàm *nôsse ex facie*. Novi te ex nomine; i. e. quasi ministrum quo frequenter utor, & quem per nomen sæpe vocare oportet †. *Novi te nominatim*, i. e. eximiè [f].

13. *Ostende faciem tuam*, אֶת־דְּרָכֶךָ] *Viam tuam*, M. V. L. Me. vel, *vias tuas*, JT. Hisc. in D. *viam bonitatis tuæ*, Ch. *vias beneplaciti tui*, Ar. Ostende te fore ducem nostrum [g]. Per *vias* Rabbini intelligunt *proprietates Dei*, quas מִדּוֹת vocant [h]. Sic מִדַּת סְדוֹם *mos Sodomitanus*. Sic Psal. 103. 7. *vias*, i. e. propri-

p O. — q F. — r Riv. — † Ma. La. — t Gallas. — v Wil. — x Riv. — y A. — z Riv. — a Ità L. Me. O. Riv. — b Me. L. E. O. Riv. — c Riv. — d Abarb. in Muis. — † L. à Me. — f Wil. — g V. — h D. T. Riv. — i M. Me. Riv. — l Me. T. O. & plerique in Wil. — m O. Me. T. — o Me. — p Simlers Pelarg. in Wil. — q Jun. Wil. Riv. — † Jun. — r Riv. Wil. — † Wil. — t Riv. — v Wil. — x Riv. — y V. — z V. — a O. Me. — b Me. — c O. — d Jun. — * V. F. — † O. — f G. — g Me. Mu. — h D. G.

proprietates, ut se explicat, subjiciens, *Miserator Dominus, tardus ad iram,* &c [i]. Al. *viam,* i. e. modum quo Deum placare possum: *viam,* i. e. conditionem & mores Dei & voluntates [k]. Al. *viam,* i. e. modum & rationem quâ velis populum tuum inter tot discrimina servare [l]; & promissa tua implere de iis introducendis in terram Canaan [m]. *Viam* per quam ducam populum tuum [n]. *Viam,* i. e. modum quo cuncta gubernas: hunc imitari volebat Moses [o]. ¶ *Ut sciam te*] Mihi & populo placatum & præsentem [p]. ¶ *Respice,* sic Ar. וּרְאֵה] *Vide,* Sa. Mo. O. Ma. *considera,* Sy. JT. A.

14. *Facies mea præcedet te*] Ad verb. *Facies meæ ibunt,* V. q. d. Ego ipse te præcedam; vobiscum ibo [q]. Non mittam Angelum, ut decreveram [r]. q. d. Visne ità fieri? statui tibi gratificari †. *Præsentia,* vel *facies, mea*; i. e. egomet ibo [t]. *Ipse antecedam te,* ο'. Ità sumitur 2 Sam. 17. 11. Angelus præsentiæ meæ, Esa. 63. 9. seu, fœderis, Mal. 3. 1 [v]. *Majestas mea (Beneplacitum,* Sa. vers.) *ibit,* Sa. vers. *Lux mea ambulabit tecum,* Ar. [At Sy. *Coram me vade.*] ¶ *Et requiem tibi dabo*] i. e. Tibi adero, atque ità efficiam ut sis bono, tranquillo & securo animo [x]. Inter medios hostes, meâ nixus præsentiâ & ope, securus quiesces [y]. Vel sic; *Quiescere te feci* à solicitudine & precibus, concedendo postulata [z]. Non ampliùs hærebis anxius, faciem meam non denegabo [a]. Vel sic; *Requiem dabo,* i. e. dare decrevi, (nempe, ad me vocando ad vitam æternam,) priusquam populum inducas ad Promissam terram *. Sed prius præfero [b]. ¶ וַהֲנִחֹתִי] i. e. *Requiescere feci.* Sed omnes nostri in futurum vertunt [c].

15. *Ne educas nos*] Priùs dixit, *Ostende MIHI faciem*; sed hîc ponit populum secum [d].

16. *In quo,* &c. וּבַמֶּה יִוָּדַע אֵפוֹא] *In quo cognoscetur nunc,* vel, *hîc,* Ma. vel, *ubi,* scil. *fuerimus,* quòd inveni gratiam in oculis tuis †? ¶ *Ut glorificemur,* וְנִפְלִינוּ] *Divisi erimus,* P. Mo. Ch. O. vel, *separati erimus,* Caj. scil. in dignitate, O. *Ardui (excellentes, excelsi, mirabiles) erimus,* Ma. *eximii,* Ti. *mirificemur,* M. *& glorificabor ego & populus,* ο'.

17. *Et novi te ex nomine*] i. e. Tu mihi curæ es, ut te conservem in ea vocatione [f].

18. *Ostende mihi gloriam tuam*] *Teipsum,* ο'. *lumen tuum,* Ar. i. e. splendorem vultûs tui: cui opponitur mox *tergum* [g]. Petit ut, discussâ caligine, seu nebulâ, quâ tectus locutus est ad eum usque hodie, gloriam faciei suæ ostendat [h]. *Gloriam,* i. e. teipsum sicut videris in gloria [i]. Petiisse eum facialem visionem responsio Domini ostendit [k]. Non petiit essentiam Dei videndam exhiberi, sed corpoream aliquam excellentem formam quam Deus (vel Angelus, T.) induerat quando loquebatur secum [l]. Senserat sanctus vir Deum propitium, ideóque novam addit petitionem [m]. Cùm non potuerit impetrare à Deo revelationem rerum futurarum de *via Dei,* (vers. 13.) expetit nunc revelationem præsentis majestatis Dei; q. d. Rogo *gloriam,* i. e. majestatem, tuam & mihi & populo visibilem & palpabilem exhibeas. Nam ideo videtur Israel defecisse, quòd hactenus non viderunt substantiam tuam externâ & manifestâ majestate. Tanta est eorum cæcitas, ut, quia te non videant ac palpent, ut subditus Regem, aut filius parentem, existimant vanissima esse quæ de te prædicantur. Quod hîc Moses vocat *gloriam Dei,* respondens Dominus v. 20. vocat *faciem suam* [n]. Q. sic; Promissionem tuam confirma hoc signo aspectabili. Nubem sæpe viderat Moses & splendorem; sed personam visibilem & externam secum loquentem de nube non cernebat: hanc igitur videre postulabat [o].

19. *Ostendam tibi omne bonum,* כָּל־טוּבִי] *Omne bonum meum,* O. Ma. *beatitudinem meam,* Sy. *lumen meum,* Ar. Ostendam tibi vestigia aliqua bonorum meorum, (quæ infinita sunt;) h. e. quantum mens humana capere potest [p]. Alii clariùs; Revelabo tibi omnem bonam meam voluntatem quâ erga homines afficior. Et manifestabo tibi cognomina mea, (quod c. 34. 5, 6. facit,) ex quibus perspicuè intelliges quem animum, quos affectus, erga vos homines geram [q]. *Omne bo-*

[Margin: i D. · k O. · l V. · m Riv. · n M. · o G. · p Me. · q V. O. Ma. · r O. · † Ma. ex Jun. · t A. Ca. · v R. Menachem in A. · x V. F. · y Me. · z O. · a Riv. · * O. · b O. Riv. · c O. · d L. · † O. · f V. · g G. · h Me. · i L. · k O. · l Riv. T. ad v. 13. · m O. · n V. · o Ma. · p F. V. · q V.]

num, i. e. meipsum, in quo sunt omnia bona, quæ explicabuntur voce; nempe, quòd Deus sit *misericors, clemens,* &c [r]. *Ostendam bonum,* i. e. bona quæ populo Israelis facturus sum †. *Bonitatem,* i. e. gloriam, ex v. 18. & 22 [t]. ¶ *Vocabo in nomine Domini,* וְקָרָאתִי בְשֵׁם יְהוָה לְפָנֶיךָ] *Invocabo in,* vel *ex, nomine Domini coram te,* P. Mo. *Et vocabo nomine meo, Dominus ante te,* ο'. *Vocabo,* vel *prædicabo, nomen Dei ante te,* Sa. Ar. A. *Clamabo nominatim,* (scil. dum præteribo,) *Jehovah,* sub. *præterit* [v]. Ut scias me eum esse qui ante te transibit [x]. Ut Moses attentus esset dum transiret Dominus, clamavit, *Transit,* aut *Adest, Dominus*; item, *Miserebor cujus miserebor* [y]. Locutio est Hebræa, pro qua dicere liceat, *Clamabo nomen meum* יְהוָה *pronunciando,* quò magis, scilicet, certus sis constantem me fore in promissis implendis; quod nomine יְהוָה significatur. Vide suprà 6. 3 [z]. Hâc formâ loquendi significat Deus Mosi se recitaturum cognomina sua, è quibus intelligere possit quæ ad salutem bona & necessaria sunt: *Vocabo* (inquit) *ex nomine Jehovæ,* i. e. nomine meo. q. d. Ego ipse dicam tibi quodnam sit illud bonum quod volo te rescire. Illud indicat c. 34. 6. Similis loquendi forma suprà 31. 2. & infrà 35. 30. sic Esa. 43. 1. & 45. 1 [a]. Al. sic; *Et clamabo,* (i. e. nè te non animadvertentem transeam, monebo te clamore meo,) *Nomen Jehovæ est ante te.* Est autem hîc Beth in בְשֵׁם nota nominativi casûs, ut suprà 32. 22 [b]. ¶ *Et miserebor,* וְחַנֹּתִי] ו *Et* pro *Sed* accipiunt, *Sed miserebor.* q. d. Non omnibus ego speciem meam utcunque visendam exhibebo, sed tibi, cui in hoc gratificari volò [c]. חָנַן vertunt vel, *misereri,* ità Vu. P. Caj. ο'. vel, *gratificari,* Ma. vel, *beneficum esse*; vel, *in gratiam recipere,* Q. in Ma. Exponit quodnam sit illud bonum suum omne; q. d. Revelabo tibi omnem bonam meam voluntatem erga homines, quæ est, (ut summatim dicam,) *Miserebor*; h. e. Sum ipsa misericordia & clementia, quâ etiam complector quemcunque visum mihi fuerit: Salus hominis ex sola mea misericordia pendet: Nemini mortalium sum debitor; gratuitæ beneficentiæ est quicquid illis benefacio [d]. Significare voluit Dominus, non aliam suæ misericordiæ hominibus præstitæ rationem quærendam esse quàm in ipso Deo ejúsque misericordia, quæ prævenit omne meritum humanum, & liberi arbitrii bonum motum †. Explicant, *Gratiosus ero,* scil. opere & communicatione mei; non omnino, neque omnibus, sed quibus, quando & quantum æterno meo decreto statui gratiosus esse [e]. Ostendam tibi omne bonum, non ob tua merita, sed ex misericordia mea [f]. Ego vituli adoratores, quos volo, mactabo; aliis, quibus volo, parcam [g]. Ego & clemens & misericors sum, sed liberrimè; misereor cui voluero [h]. Significat Deum beneficia in eos quos vult conferre citra ullum meritum, ex sola gratia; ut nemo debeat vel possit conqueri, quòd erga aliquos præ aliis tam eximia dilectionis signa exhibeat [i]. His verbis respondet ad verba Mosis, v. 16. ubi gratiam Dei confirmari petiverat, non solùm erga se, sed & populum. Significat igitur se non singulos è populo gratiâ suâ dignari [k]. Quod Moses petiit pro toto populo restringit Deus ad beneplacitum suum [l]. Peccata quædam condonabo, quædam non condonabo; & eadem peccata his condonabo, non illis; ob causas latentes hominibus, mihi cognitas. Bene autem Latinus transtulit, *Miserebor cujus miserebor,* pro, *Miserebor cui voluero.* Nam, *Quotiescunque ratio vel judicium non apparet,* Sic visum *interponitur,* ait Serv. ad 3. Æneid. Et Abarb. ad Esa. 53. dicit חָפֵץ hoc significare. Proverbium est Hebræorum, *Non est curiosè quærendum post opera Dei: omnia enim sapienter fecit, tametsi abscondita sunt ab oculis sapientum.* Origenes contra Celsum, Εἰσὶ γάρ τινες εἱρμοὶ καὶ ἀκολουθίαι ἄφατοι καὶ ἀνεκδιήγητοι περὶ τῆς κατὰ τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς διαφόρου οἰκονομίας, (*Sunt quidam inexplicabiles nexus & consequentiæ de diversa Dei dispensatione circa hominum animas.*) Arnobius l. 2. *Neque enim promptum est cuiquam Dei videre mentem; nec quibus modis ordinarit res suas, homo, animal cæcum, & ipse se nesciens, ullis potest rationibus consequi.* Salvianus; *Non ideo non justum est quod Divinitas agit, quia capere vim Divinæ justitiæ*

[Margin: r O. · † G. · t Ma. · v V. F. Ma. · x Ma. · y O. · z G. · a V. · b Di. · c Ma. · d V. · † E. · e Ma. · f To. & Lippom. in La. · g Chrys. Theoph. Theod. & Oecum. in La. · h La. · i Bo. · k Pi. · l A.]

justitiæ homo non valet. Sicut plus est Deus quàm humana ratio; sic mihi plus esse debet quàm ratio, quòd à Deo cuncta
† G. *agi cognosco* †. Est & alter sensus, qui mihi germanior videtur; *Vocabo nomen Domini*, &c. i.e. Dicam me eum esse qui miseretur; volens per hoc summatim ostendere Mosi omne bonum suum, quod maximè in misericordia consistit: *Clamabo* etiam, *Miserebor*, i.e. Sum qui miserebor. Inclamabo nomen Domini, dicendo, *Dominator Domine*, aliáque Dei epitheta; sed maximè hoc, *Miserebor cui voluero*, h.e. *Misericors, cle-*
* Riv. O. *mens*, &c*. ¶ *Et miserebor*, [וְרִחַמְתִּי] *Et invisc erabo*; q.d. Intra viscera introcludam, summo & intimo commiserationis affectu amplectar: qu. à רֶחֶם *vulva*, quæ fœtum tenerrimo affectu concipit, fovet, alit, &c.
* Ma. Vel, *eviscerabo*, seu viscera in eum effundam*. רחם est, *intus commoveri super mala hominum*: ità Psal. 103. Indè RECHEM, i.e. *vulva, viscera*, quòd commo-
† O. veantur visâ alicujus miseriâ †.

20. *Faciem meam*] i.e. Imperscrutabilem Dei essen-
m V. tiam & majestatem. Vocat *gloriam Dei* v. 18 [m]. Lo-
n Me. quitur de facie corporea & assumpta [n]. ¶ *Non videbit, & vivet*] Negativum adverbium quandoque priori propositionis connexæ membro additur, cùm posteriori addi deberet; & in priori simul ellipsis est particulæ *Si*: q.d. *Si videbit, non vivet*. Non potest videre dum
o Glass. gram. p. 492. vivit, scil. in hac vita [o]. Hebraismus; i.e. Nemo vivens videbit [p]. Sensus duplex. 1. In hac vita ne-
p F. mo potest assequi meam essentiam, quid sim ego [q]. Sed
q L. F. M. Ma. in futuro seculo cognoscetur [r]. 2. Fulgor majestatis faciei meæ tantus est, ut mortalis oculus illum ferre
r M. non possit †. Ex hoc loco colligunt Hebræi, Deum
† Me. nulli mortalium apparere citra mortis discrimen [t].
t M. F. Confer Jud. 6. 23. & 13. 22. [Eadem persuasio Ethnicis.] Pausanias Phocide; Τὸ ἔπος ἐν ἀληθέσιν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, Σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι. (*Apprimè verum esse videtur Homeri dictum, Cum nulla faustitate deos humano generi manifestè conspici.*) Callimachus, —Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι, Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται, Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ. (*Verùm Saturni legibus hæc rata sunt, Ut quicunque Deum aspiciat, nisi jusserit ipse, Mercede ingenti*
v G. *scilicet aspiciat* [v].)

21. *Locus apud me*] Sic Ar. JT. Locus propinquus
x G. viso [x]. ¶ אִתִּי *Mecum*, Mo. Sa. *ante* (*juxta*, A.) *me*, Sy. A. Habeo locum paratum in hac rupe, (seu,
y V. L. monte Sinai,) in qua soleo tibi apparere [y]. *Locus paratus est in conspectu meo*, Ch.

22. *Cùmque transibit gloria mea*] i.e. Species glori-
z L. osa [z]. Pars prior ejus quod apparet. Credunt autem Hebræi eandem formam apparuisse, hîc Mosi, Esaiæ,
a G. cap. 6. Ezechieli, cap. 1. & 10 [a]. ¶ *Protegam te dextrâ*] *Obumbrabo te nube meâ*, Ar. Nubes vocantur
b A. *manus* Job. 36. 32 [b]. Dexterâ meâ nubem opponam cavernæ in qua latebis, nè videas faciem meam, &
c Me. vibrantibus ejus radiis exanimeris [c].

23. *Posteriora mea*] i.e. Concedam tibi cognitionem mei, sed imperfectam, qualis videntis hominem ex
d L. dorso, (non ex facie,) quem non agnoscit [d]. Al. sic; *partem posteriorem*, h.e. manifesta & visibilia Dei opera. Unde & vulgus cognitionem ab effectibus vocat *cognitionem à posteriori*. Vide Rom. 1. 20. & Act. 14.
† V. 17 †. Significant *vultus* & *partes priores* causas ac rationes secundùm quas Deus beneficia sua dispensat; *tergum*, ipsa beneficia. Hæc sentimus, illas magna ex parte ignoramus: Rom. 11. 33, 34, 35. Multò pauciora autem nôrant veteres; Rom. 16. 25, 26. Hunc
f G. ad v. 18. sensum monstrant quæ sequuntur [f]. ¶ *Faciem videre non poteris*] Persuasum id gentibus cunctis. Homer. Il. ν'. Ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων Ῥεῖ' ἔγνων ἀπιόντος, (*Namque pedum crurúmque simul vestigia ponè Perfacilè agnovi, remeante auráque secante.*) Servius ad illud 10. Æneid. *Ponè sequens*: *Hoc quidam ideo dictum tradunt, quòd adversâ videri nolunt*: unde Eclogâ 8. *Nè respexeris*. Idem in Fuldensi codice ad 2. Æneid. *Abscessu plerumque numina demonstrantur fuisse, cùm*
g G. *subitò apparere desierint* [g].

CAP. XXXIV.

1. PRæcide tibi, [פְּסָל־לְךָ] *Dola*, Mo. O. Ma. *Tibi*, ait R S. i.e. ad utilitatem tuam. Ineptè. Est phrasis linguæ; ut, *Vade tibi*, *Ibo mihi*, & vers. 2. *Stabis mihi*; non certè ad ejus utilitatem [h]. ¶ *Duas* h O.
tabulas] [De quibus etiam Ethnici loquuti sunt.] — ὡς ὑδογενὴς (i.e. *aquâ genitus*, nempe Moses) ἐδίδαξε, Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν, Onomacritus Orphaicis*. ¶ *Et scribam*] Deus ergò scripsit, * Ga.
non Moses. Except. At vers. 27, 28. Moses scripsisse dicitur. Resp. Illud, *& scripsit in tabulis*, non referendum est ad Mosem, quamvis id primâ fronte videatur, sed ad Deum. Vide Deut. 10. 4. Quomodo Moses sine instrumentis lapidibus insculpere potuerit [i]? i E.

2. *Esto paratus*, [נָכוֹן] Vel, *esto firmus*, *certus*, non mentiaris, non mutes sententiam [k]. ¶ *Stabisque* k O.
mecum, [וְנִצַּבְתָּ לִי] *Stabísque mihi*, ὁ'. Mo. V. O. Ma. i.e. propter me, V. *coram me*, Ch. Exspecta me, Ar. V.

3. *Boves & oves*] E regione montis. Voluit Deus hæc omnia fieri, ut duro & rudi populo sui timorem & reverentiam incuteret [l]. l Me. ex La.

5. *Invocans nomen Domini*] Ità Mo. Non satìs constat quis vocaverit, Moseh, an Deus [m]. Potest de m G.
Mose intelligi, & verti, *invocavit nomen*, &c. Sic phrasis sumitur Gen. 12. 8 [n]. Crediderim Moseh n A.
primò Deum invocâsse, dicendo, *Domine*. Verba autem sequentia sunt verba Dei, non Moseh [o]. Alii ad o O.
Deum referunt. Ità M. F. V. G. *Et clamavit nominatim, Jehovah est*, ut 33. 19 †. *Et stetit cum eo*, [quod † V.
Vulg. etiam ad Mosen refert,] *& clamavit*, &c. de Deo dicuntur, congruenter eis quæ suprà 33. 19 [p]. p G.

6. *Quo transeunte coram eo*] *Coram* hîc non conspectum, sed sensum, significat. Sic עַל פְּנֵי etiam de auditu dicitur, Gen. 19. 13. & de olfactu, Exod. 30. 8 [q]. q G.
¶ *Ait, Dominator Domine*, &c.] Hîc exprimitur forma orationis Mosis [r]. Sic omnes ferè nostri *. Habet r L. * O.
Vulgatus adstipulatorem Targ. Jeros. *Oravit Moses, & dixit, Domine*, &c. Nè ergò temerè damnemus Vulgatam editionem; habet enim quos secuta est, si quando ab Heb. discrepat [t]. *Invocavit* (Sa. *clama-* t F. sic Ch.
vit,) *Domine, Domine*, Ch. Sa. Aliis sunt verba Dei, non Mosis [v]. *Clamavit*, vel, *vocavit*, *Dominus Domi-* v Ità M. F. V. La. A. Pi. G. ex O. R. Menachem in A. ità & plerique in Ma.
nus, P. Mo. JT. A. Ma. vel *Dominus Deus*, ὁ'. *Exclamavit Dominus dicens*, *Dominus est*, &c. Sy. *Vocavit illum Deus*, &c. Ar. Deum hæc verba dixisse refert Moses Num. 14. 17, 18 [x]. ¶ *Dominator Domine Deus*, x A.
"יְהוָה יְהוָה אֵל וגו] Rectiùs, *Dominus*, *Dominus Deus*, scil. *transit*, O. *transivit*, Ma. aut, *ego sum*, O. V. ¶ *Deus*, [אֵל] *Deus fortis*, M. F. *potentissimus*, Ma. ¶ *Misericors*, [רַחוּם] Soli hoc Deo tribuitur in Scriptura: pariter [חַנּוּן], quod sequitur [y]. *Misericors* est, y Ma.
præservans à lapsu; & *clemens*, quia erigit lapsum [z]. z M. F. ex He.
¶ *Patiens*] Longanimis. Duo ejus argumenta sunt, quòd patienter exspectat delinquentem, & clementer recipit pœnitentem: Bernard. Cant. 9 [a]. ¶ *Pa-* a Ga.
tiens, [אֶרֶךְ אַפַּיִם] *Longus narium*, seu *irarum*, i.e. tardus ad irascendum & ad pœnam [b]. *Latis naribus*. b Ma.
Tales faciliùs ferventem in præcordiis iræ spiritum efflant, & placantur [c]. In ira sanguis circa cor effer- c Me.
vescit, & cor ipsum supra modum calet. Qui autem angustis naribus sunt, & minus frigidi aeris ad refrigerationem arripiunt, & fumos ex corde ascendentes citiùs concipiunt, & tardiùs efflant, ob meatuum angustiam. Hinc Hispanicè dicimus *inflari nares irascentium*; Angl. take pepper in the nose: Ribera ad Nahum. 1. 9. ex Montan. ad Joel. 2 [d]. ¶ *Et multæ* d Ga.
miserationis, [רַב חֶסֶד] *Multus misericordiâ*, P. O. *multæ pietatis*, M. F. Super justum & impium †. Erga † M.
eos qui indigent, & non habent merita [f]. *Multus* (seu f F.
magnus) *benignitate*, vel, *beneficentiâ*, *charitate*, *pietate*, *sanctitate*, *bonitate*:) Hæc omnia complectitur חֶסֶד ¶ *Ac verax*, [וֶאֱמֶת] *Et veritate*, *fide*, *certitudine*, *sinceritate*, *constantiâ* [g]. g Ma.

7. *Qui custodis misericordiam in millia*, &c. [ità plerique:] i.e. *in mille generationes*, Ch. Sa. Targ. Jeros. Ca.
¶ [נֹצֵר] Nun est magnum præter morem, (& est quarta litera magna quæ in sacris Bibliis Hebraicis occurrit:) fortè ut significet immensam vim thesaurorum Divi-

vinæ benignitatis, pietatis, &c. Vide Gen. 50. 23 [h]. Notant hic Hebræi, מרובה מדה טובה ממדה פורענות, *Major est proprietas bonitatis Dei quàm proprietas ultionis* [i]. Multis verbis exprimuntur proprietates Dei beneficæ, quòd illæ in Deo multùm prævaleant, Jac. 2. 13. Ideo dicunt Hebræi, מדות sive *proprietates Dei* [nempe hoc loco, ut docet, eásque numerat, Munst.] esse 13, in quibus una tantùm sit vindicativa [k]. ¶ *Qui aufers iniquitatem*, &c. ità Sa. [נשׂא] *Remittens*, vel *condonans*, V. Ar. JT. *levans*, O. Ma. *ferens*, Mo. P. O. ¶ *Iniquitatem*] [ità ferè omnes,] [עון] *Delictum*, Ar. *vitia*, Ca. *curvitatem*, seu *perversitatem*, seu *iniquitatem*, O. Ma. h. e. ea peccata quæ temerè & cum quadam præsumptione admittuntur [l]: vel, peccata commissa in proximum [m]. ¶ *Et scelera*, [וָפֶשַׁע] *Injustitias*, ὀ. *impietatem*, M. *defectionem*, F. JT. & *apostasiam*, F. *transgressionem*, Ti. *reatum*, Ar. *peccata*, Ca. *prævaricationem*, O. Ma. P. Mo. Vide 2 Reg. 7. Prov. 18 †. Peccata contra Deum facta [n]. ¶ *Atque peccata*, [ità ferè omnes,] [וְחַטָּאָה] *Delicta*, Ca. Ma. Manifesta & publica peccata. Quidam חטאות dici volunt peccata quæ in pueritia maximè, non pleno rationis usu, fiunt [o]. ¶ *Nullúsque apud te per se innocens est*, [וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה] Ad verb. *innocentem faciendo non innocentem faciet*, V. O. *vacuando non vacuabit*, Ma. Variant. *Nullúsque apud te per se innocens*, Vu. Rectè; nam in Heb. est *mundando non mundabit*; h. e. Neminem per se pro mundo & innocente habet, sed quos mundat & justificat, mundat ex sola sua gratia [p]. Omnes egent Dei misericordiâ [q]. *Per se*, i. e. si vita ejus & opera exactè examinentur; juxta illud Psal. 129. & 142 [r]. Idcirco justè reddit Deus iniquitatem patrum filiis, quia omnes illi obnoxii *. *Et vacando nemo erit vacuus*, scil. à peccatis. נקה est, *vacuum esse culpâ*, vel *pœnâ*, Ma. Neminem in hac vita ità purificat, qui non dicere posset, *Invenio aliam legem in membris* [t]. [Alii referunt ad Justitiam Dei.] Sic vertunt; *Purificando non purificabit*, Mo. simil. ὀ. *justificando non justificans*, Sy. *absolvendo non absolvet*, P. simil. Ch. JT. *innocentem non faciens*, M. Supplent, *sontem*, vel *reum*, ὀ. Jun. M. A. vel, *eos qui non resipiscunt*, Ch. & veteres Hebræi in F. Tales ellipses sunt, Num. 14. 18. Nahum. 1. 3. Vide & Levit. 19. 18 [v]. Non parcet contumaci [x]. q. d. Ità misericors, ut maneat justus & sanctus [y]. Hæc tamen justitia adversùs impios est pars bonitatis ejus erga pios, juxta Psal. 58. 11. *Justus gaudebit*, &c [z]. [Aliis hæc interpretatio non placet.] Malim referre ad Bonitatem Dei, sive illud *omne bonum* quod transiturum erat, c. 33. 19. נקה significat in genere, *vacuum esse*; vel *à crimine*, vel *à pœna*, vel *à damno*, ut Num. 5. 19. vel *ab obligatione*, Gen. 20. 5. vel *à malitia*, ut Deut. 24. 5. vel *à cibo*, ut Amos. 4. 6. Significat etiam vacuum esse *à viris*, *incolis*, *opibus*, *vitâ*, *omnique bono*, i. e. vastari & succîdi, ut Jes. 3. 26. וְנִקָּתָה לָאָרֶץ תֵּשֵׁב, *& vacua in terris sedebit*, i. e. prorsus desolata. Sic Zach. 5. 3. *omnis furans*—*& omnis jurans* נקה, *evacuabitur*, i. e. prorsus succidetur. Ità hîc accipio; *evacuando non evacuabit*, *visitans peccata patrum*, &c. i. e. etiam quando succenset & punit, non tamen prorsus succîdit, sed in 3. tantùm aut 4. progeniem. Quæ interpretatio tantò magis allubescit, quia Num. 14. 18. hæc ipsa verba Moses irato Deo & internecionem minanti opponit, ut eum bonitatis suæ commonefaceret. Confirmatur ex Jer. 30. 11. & 46. 28. *Castigabo te ad judicium*, i. e. moderatè; וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ, quæ Pagnin. vertit, *& succidendo non succîdam te*, i. e. inquit Vat. *non tollam te prorsus è medio*: sic & Jonathan, *perdendo non perdam te*. Sed verto, *evacuando non evacuabo te*. Illam autem interpretationem, *nequaquam te habebo impunem*, Mercerus meritò rejicit; quia manifesta hîc est oppositio inter clementiam, quâ erga suos, & severitatem, quâ erga hostes, usurus esset [a]. Al. sic; *Non absolvit hominem ab iniquitate in universum, tametsi remittat iniquitatem; sed punit hominem paulatim in hoc, ut castiget eum, & reducat in viam bonam* [b]. Al. sic; *Qui mundus exsistit non mundabit*: i. e. Innocentem sic aliquando tractabis flagellis tuis, acsi innocentes non essent [c]. Sa. sic; *Cui innocens, innocens erit*. ¶ *Qui reddit iniquitatem filiis*] Nempe, *peccantibus*, Ar. *sceleratis*, Ch. ¶ *In tertiam & quartam*] Non in omnibus criminibus, sed in iis quæ in Dei majestatem directè feruntur; qualia sunt inprimis Defectio à Deo, & Cultus falsorum deorum. In iis enim puniendis Deus non illo tantùm judiciali, sed & Dominico in posteros jure utitur. Vide quæ suprà 20. 5. & quæ de J. B. & P. 2. 13. 1. & 21. 14. Adde Plutarchum in Pericle, non longè à fine [d].

h Ma. — i F. — k G. — l F. — m L. — † Ma. — n L. — o F. — p F. co. — q Me. — r E. — * L. — t M. — v A. — x G. — y Ma. ex Jun. — z A. — a Di. — b He. in F. — c O. — d G.

9. *Ait, Si inveni*] Hinc constat præcedentia verba non fuisse Mosis, quoniam nunc adorat & precatur †. ¶ *Ut gradiaris*] *Majestas* (seu, *præsentia*) *Dei gradiatur*, Ch. h. e. *Shecinah*; quâ Christum intelligere possumus: hanc enim à Deo Patre distinguunt Hebræi, qui dicunt, *neminem posse coram benedicto & summo Rege comparere sine Shecinah*: R. Menachem super Levit. 10 [f]. ¶ *Nobiscum*] In medio nostrî, ut consueveras. Nam præceperat Deus Tabernaculum suum à castris separari [g]. ¶ *Populus enim duræ cervicis est*] q. d. Cùm durus sit populus, tali moderatore eget [h]. Verto, *quamvis durus sit*: sic כי accipitur Exod. 5. 11. Esa. 54. 6 [i]. ¶ *Et auferas*, [וְסָלַחְתָּ] Fut. Heb. pro imperativo. *Et parce*, V. & *condonabis*, Ma. ¶ *Possideas*] Accipias nos in hæreditatem; ut Deut. 32 [l].

10. *Inibo pactum*, [כֹּרֵת בְּרִית] *Ferio fœdus*. Sic exprimit, quòd victimæ tunc jugulabantur [m]. *Exscindens* (vel, *iciens*) *fœdus*, Ma. ¶ *Quæ nunquam visa*, [לֹא נִבְרְאוּ] *Quæ non creata sunt*. Miracula enim Divina velut creationes quædam sunt †. ¶ *In cujus medio*, &c.] i. e. Quem ducis. Hs [n]. ¶ *Quod facturus sum*] Heb. *quod facio tecum*, h. e. tibi, i. e. Israeli; ut verba sequentia indicant [o]. Vel, *tecum*, i. e. tuo ministerio. Sic 1 Cor. 3. 9. & 18. 10 [p].

11. *Amorrhæum*, &c.] Non nominat hîc *Gergezæum*, quia recessit de terra ante adventum Israel [q].

12. *Tibi*] O. popule mi. Alloquitur Moysen tanquam internuncium populi [r]. ¶ *In ruinam*] Heb. *in laqueum*. Nè tibi sint causæ ruinæ *.

13. *Destrue*, [תִּתֹּצוּן] Nempe, in vestra ditione, ut Moses de Kotzi explicat, & Aug. ad Deut. 7. 5 [t]. Hebraicè in hoc versu ponuntur tria futura cum Nun paragogico, ad auxesin, ut sciant hæc funditus destruenda esse [v]. ¶ *Lucos*] Hi erant Ethnicis deorum templa; Plin. 12. 1. Vide legem Duodecim tabularum [x]. In his Gentiles templa & aras exstruebant [y]. [At Sy. habet, *deos eorum concidito*; & Ar. *scindite arbores eorum proceras*.]

14. *Deum alienum*, [אַחֵר] Cum ר majusculo ponitur, ut indicet gravitatem peccati [z]. ¶ *Zelotes*] Non patitur ut alius Deus (quasi amasius [a]) secum colatur [b].

15. *Nè ineas pactum*] Sub. *Hoc jubeo*, *nè ineas*, &c [c]. *Pactum*, scil. connubii [d]. ¶ *Illarum regionum*] i. e. Cum Cananæis. De his solis loquitur, quòd ab his propter viciniam plus periculi Judæis immineret. Interim extendit se ad omnes alienigenas hæc lex, tam ex intentione Dei, quàm ex recepta apud Judæos opinione, ut Ph. & Jo. testes sunt. Unde & Salomon, quòd *Moabitas*, &c. duxerit, reprehenditur quasi transgressor Legis Divinæ; non certè alterius quàm quæ hîc & Exod. 23. & Deut. 7. lata. Et Esdras ejusmodi connubia vocat *abominationes*, &c †. ¶ *Cùm fornicati*] i. e. Idola coluerint. Sic Jer. 2. & 3. ità Ezec. 16 [f]. ¶ *Vocet te*] Confusio numerorum à pluralibus ad sing. ut & vers. 16. Hinc esus idolothytorum reprehensus 1 Cor. 8. 10 [g].

17. *Deos conflatiles*] Qualem jam fecerant [h]. ¶ [מַסֵּכָה] *Fusionis*, vel, *fusos*, Ma. An ergò reliquos permisit? Minimè, sed à parte totum significat [i]. Species pro genere, sumptâ occasione à vitulo, &c [k].

18. *Sicut præcepi tibi*] Sic A. ex. ὀ. אֲשֶׁר ponitur pro כַּאֲשֶׁר, ut Exod. 23. 15 [l].

19. *Omne quod aperit*, &c. [כָּל־פֶּטֶר רֶחֶם לִי] *Omnis apertio matricis mihi*, Ma. Constat voce פֶּטֶר significari primogenitum. Sed quare? Verbum פטר nusquam est *aperire*, sed *discedere*, 1 Sam. 19. 10. vel *dimittere*, 2 Par. 23. 18. & in Hiphil de labiis, *movere*, vel *distorquere*, Psal. 22. 8. Alibi non exstat in S. S. Fortassis est ab Arabico PHATARA *incipere*. Unde primogenitus *initium roboris*, Gen. 49. 3 [m]. ¶ *Generis masculini meum erit*, [תִּזָּכָר וְכָל־מִקְנְךָ] Variè reddunt.

† O. — f A. — g O. — h Jun. — i Pi. Glass. — l O. — m O. — † G. — n V. — o A. — p Jun. — q L. — r Me. — * V. — t G. — v Ma. — x A. — y Bo. — z Quistorp. annot. Bibl. — a Me. — b V. — c V. — d T. — † T. ex Bo. — f Me. — g V. — h L. — i Aug. l. 2. in D. misc. 2. 59. — k Jun. — l A. — m BA. r. 2. 30. 297.

Possessi-

Possessio tua (*peculium*, Ma.) *memorabitur*, Mo. Ma. nempe, ut separetur, & Deo offeratur: *in memoria erit*, O. *Omne pecus tuum* quod *memorabitur* inter *primogenita boum*, &c. P. Alii sic, *Omne pecus tuum quod peperit masculum*, Sa. [supplevisse videtur אֲשֶׁר ;] *quod est masculum*, A. *quod masculum nascitur*, O. *Pecus tuum masculum meum est*, Ti. *mihi masculina*, σ'. *masculinum separator*, JT. *masculos—in pecoribus tuis sanctificabis*, Ch. [Totum sic vertit Ar. *Primum quodque genitum meum est ex iis quæ commemoravi.*] *Omne pecus tuum recensebitur*, V.

20. *Asini*] Utpote animalis vilissimi [o O.]. [At Sy. habet, *jumenti*; & σ'. *subjugalis.*] ¶ *Vacuus*] Sensus duplex: vel, 1. sine munere; vel, 2. sine fructu, i.e. multum commoditatis habebitis cùm me videritis. Sed prior sensus germanior est [p O.].

21. *Arare & metere*] q.d. Etiam opera utilissima & maximè necessaria [q Ma. F. V.].

22. *Solennitatem hebdomadarum*] i.e. Pentecosten; suprà 23. 16. Vide & Levit. 23. 15. & 25. 8 [r V. Ma.]. Post hebdomadam hebdomadarum, i.e. post septem hebdomadas, putà post 49 dies à Paschate [† Me.]. ¶ *Facies tibi*] i.e. Observabis. Sic dicitur, *facere Sabbatum*, Exod. 31. 16. & *Pascha*, Deuter. 16. 1 [s A.]. ¶ *In primitiis frugum messis*, [בִּכּוּרֵי קְצִיר חִטִּים] *Primitias* (vel, *principium*, σ'.) *messis triticorum*, Mo. Sa. Ar. A. O. *initio* (*in primitiis*, Ch. P. *cum primitiis*, M.) *messis tritici*, Sy. Ch. P. M. Vide 23. 16. Ma. ¶ *Quando cuncta conduntur*, [וְחַג הָאָסִיף] *Et festum collectionis*, [plerique;] i.e. tabernaculorum, quia celebrabatur quo tempore omnia bona terræ condebantur, mense Septembri. Vide suprà 23. 16. & Levit. 23. 34 [v V.]. Alii dictum volunt, quia colligebatur tum pecunia ad sacrificia & alia Templo necessaria [x O.]. ¶ *Redeunte anni tempore*, [תְּקוּפַת הַשָּׁנָה] *In revolutione* (vel *revolutionem*, JT.) *anni*, Sa. Mo. M. P. O. A. *anno mediante*, σ'. vel, *vertente*, Ti. *exspirante*, Sy. *in fine anni*, Ar. i.e. Quando redeunte anno omnia conduntur [y V.]. Quando finitur annus respectu proventuum, Jubilæi, civilium contractuum. Vide ad c. 12. 2. & c. 23 [z Ma.]. Mosen Deus primum mensem constituere jussit æquinoctio proximum. Habebant autem Hebræi epocham suam capitis anni in Libra. Patet hinc, *anno vertente*; & alibi, בְּצֵאת, *in exitu anni*: eum ponit in Libra, post quem jubet σκηνοπηγίαν celebrari. Jos. Scalig. Emend. temp. 3. Quòd in dierum anno intercalatione uterentur, testis vox תְּקוּפָה, quæ *annum vertentem* significat, ut Græcis ἐτησία· hoc autem non vagum, sed certum & ἐμπερόδεσμον, (*tempus præstitutum*,) significat. Ità accipiendum h. l. quod Samuel. 1. 1. 20. dicitur תְּקוּפַת יָמִים, ἐτησία ἡμερῶν, aut, περίοδος ἡμερῶν. In anno igitur æquabili non posuerunt fines epochæ, ut tempus civile ad illam dirigeretur, nisi officio intercalationis. A Chaldæis autem ut annum, ità intercalationem, retinuerunt. Ib. 4. Gen. 1. 11. & 6. 3. & 24. 55 [a Ga.].

23. *Omne masculinum*, [כָּל־זְכוּרְךָ] Ad verb. (si Latinè posset) *masculinitas tua*, i. omnes mares tui. Vide 23. 17 [b V.].

24. *Nullus insidiabitur*] Heb. *Nullus concupiscet*. Ego illos frænabo & divertam, ut eam nec concupiscant, nec cogitent [c To. in La.]. Ità frangam vicinos corpore & animo [d Jun.].

25. *Sanguinem hostiæ meæ*] [Ità plerique; at σ'. *incensorum meorum*; Ch. & Sy. *Phase mei.*] ¶ *Super fermento*, [עַל־חָמֵץ] *Super fermentatum*, Mo. V. O. Ma. i.e. cum fermento [† La.]. Antè removebis fermentatum quàm immoles Pascha [f V. O.]. Vide 23. 18 [g Ma.].

26. *Primitias*, [רֵאשִׁית] *Principium*, V. O. Ma. ¶ *Offeres*, [תָּבִיא] *Feres* in ædem sacram succollando, in memoriam servitutis Ægypt. Ità factum notat Maimonides. Adde Deut. 26. 2 [h G.].

27. *Scribe*] Obj. At Dominus dixit, *Scribam*, v. 1. Resp. 1. Dicunt aliqui, Dominum scripsisse authoritativè & dictando, Moysen figuraliter & ministeriando [i Q. in L.]. Non placet. Non est verisimile quòd Moyses, ascendens in montem ad orandum & contemplandum, portaret secum instrumenta ad sculpendum. Literæ autem sculptæ erant, quia Tabulæ lapideæ. 2. *Scribe* hîc dicitur, scil. in libro, non in Tabulis lapideis. 3. Vel, Moyses manum ad Tabulas apposuit, sed Dominus formavit [k L.]. 4. *Scribe*, nempe hæc ceremonialia præcepta [l Me.]. Deus scripsit decem, Moses reliqua, Præcepta [m O.]. Τὸ HÆC demonstrat verba illa & præcepta quæ paulò antè Deus repetierat, quæ suprà relata sunt, cap. 20. 21. 22. 23. quæque scripta erant in illo volumine quod lectum fuit cap. 24. quod volumen verisimiliter à Mose jussu Dei disruptum, utì & fractæ Tabulæ, &c. Itaque jubet Deus, fœdus restituens, eadem nunc rescribi [n Bo.]. Sed potiùs *decem verba* intelligit, ut patet ex v. 28 [o V.]. ¶ *Verba hæc*, [עַל־פִּי הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה] *Super os verborum istorum*, Mo. Ma. *propter hos sermones*, Sy. Ar. *per sermonem horum verborum*, Ch. *juxta formam verborum istorum*, Sa. *secundùm verba ista*, i.e. hâc ratione & conditione [p V.]. [Alii aliter accipiunt, & sic vertunt,] *Causâ verborum istorum*, P. O. *secundùm os*, &c. (i.e. juxta verba hæc, i.e. præcepta,) *pepigi fœdus* [q O. sic V. P. Ma.].

28. *Quadraginta dies*, &c.] Alios, scilicet, à præcedentibus [r L. Me.]. Hoc à Mose ter factum nonnulli volunt, quia ter ejus mentio fit, Deut. 9. 9, 18, 25 [† Bor. in Wil.]. Hoc non tam frequenter observatur, quàm facilè concluditur ex ipsius verbis. Primum jejunium est in Exod. 24. 18; secundum, Exod. 32. 30, 31. & Deut. 9. 18. tertium, quando cum novis Tabulis ascendit, Exod. 34. 28. Quibus omnibus computatis à septimo die mensis Sivan, (quo data sunt Decem verba,) constabit ultimum jejunium desinere die decimo Tisri, quo descendit nuncius reconciliationis; in cujus memoriam iste dies postea semper observatus erat [t Li. spicil. in Exod.]. [Aliis non placet.] Jejunium hoc *ter* (imò verò *quater*, nempe & Deut. 10. 10.) memoratur: nec tamen quater jejunavit; sed v. 25. secundum tantùm jejunium repetitur. Nec potuit Moses tantillo spatio (scilicet unius diei, quæ sola inter secundum & hoc tertium jejunium illi relinquitur) illa omnia præstare, cap. 35. 5. ad 12 [v Wil.]. Tertiæ Moysis Quadragesimæ, quam Hebræi fingunt, & Cajet. L. & Salianus probare videntur, nullum illo temporis intervallo reperire spatium possumus [x T. in Exod. 40. 2.]. [Vide plura ad Deut. 9. 25.] ¶ *Et scripsit*] Quis? Subintelligendum, *Deus*, quod est suppositum remotius [y Ità To. Caj. Lipp. & Sa. in La. sic JT.]. Patet ex vers. 1 [z Pi. A. V.] & ex Deut. 10 [a Bo.]. ¶ *Verba*] i.e. Præcepta. Sic Gal. 5. 14 [b A.].

29. *Quòd cornuta esset facies sua*] Hinc error natus, quòd Moses in templis cornutus pingitur [c F. co. O. E. T.]. Nihil vetat credere radios surrexisse in cornuum speciem, indéque factum ut Mneues, qui apud Ægyptios cum cornibus colebatur, ipsi AE. ad Exod. 2. credatur esse non alius à Mose: sicut & Justinus Martyr, aut quisquis est scriptor Admonitionis ad Græcos, ubi in Diodoro Siculo est Μνεύην, posuit *Mosen*. Nimirum Moses alter erat Josephus, populi pastor. Josephus autem, ut diximus, Bovis nomine ac figurâ significatus. Videtur autem Deus, cùm in Mose hoc præstitit, respexisse ad Vituli cultum; q.d. Vultis aliquid ταυρόμορφον, (i.e. *formâ vitulinâ?*) Habete, & experimini an ferre possitis. Apud Macrobium 1. Saturn. c. 21. *Apud Heliopolin taurum Soli consecratum, quem Neton cognominant*, lege, *Mneüim* [d G.]. ¶ [כִּי קָרַן] *Quòd radiaret*, vel, *resplenderet*, V. M. F. V. Sa. simil. Sy. Ar. Mo. JT. Ch. Emisit radios, qui spargerentur instar cornuum [† L. E. Me. O. M. ità RS. & K. in M.]: קרן & *cornu*, & *radios*, *gloriam*, *jubar*, significat [f Ma.]. A *Keren*, *cornu*, est *Karan*, *splendere*; quòd, scilicet, cùm homo (ait K.) Solem aut aliam lucem intuetur, videtur illi quodammodo cornuum instar splendorem ac radios emittere [g F. V.]. Ammon (qui *Jupiter* erat Ægyptiis, idémque *Sol*, teste Macrob. Saturn. l. 1. c. 24.) capite arietino & corniger fingebatur: Diodor. Sicul. Hist. l. 3. Cornua autem sunt hinc indè è corpore Solari emicantes radii; Macrob. expos. in Somnium Scip. l. 1. c. 20 [h Full. misc. 2. 4.]. In Bacchi fabula notat Vossius multa ex historia Mosis palàm descripta. Putà, quòd à nonnullis fingitur in Ægypto natus, & statim arcæ inclusus, & aquis impositus, & διμήτωρ (*bimatris*,) & formâ præstans, & in Arabia educatus, & bellis clarus, & fœminas habuisse in exercitu, & Μίσης Orpheo dictus, item θεσμοφόρος· qui eidem tribuit & δίπλακα θεσμὸν, quasi duplices Tabulas Legis. Addit, vocari *bicornem*, quomodo Mosen pingunt. Et in Euripide, Bacchas aquam è petra thyrso percussa educere; & terram, quácunque illis est iter, lacte, vino & melle fluere, qualis

erat

erat terra Canaan. Quibus addi potest, ex Nonni Dionysiacis, Bacchum Orontem & Hydaspen fluvios thyrso tactos & exsiccatos trajecisse; & baculum hederaceum à Baccha in terram projectum draconis instar reptâsse, &c. & Indos in tenebris fuisse dum Bacchæ luce fruebantur. Ex mirabili illo concentu vel cæcis apparebit, priscos Fabularum architectos à Scriptoribus Sacris multa esse mutuatos [i]. Rectè Græci, δεδόξασται, *quòd glorificatus esset*. Ità Apostolus, 2 Cor. 3. 7 [k]. Sic in historia Saracenica Elmacini, ut & passim alibi, Alexander Magn. cognominatur *habens duo cornua*, i. e. duplicem gloriam, ob imperium Orientis & Occidentis [l]. Qu. Cur hâc secundâ (non primâ) vice radiavit? Resp. 1. Deus ex ingenti illa luce quâ, *ante foramen petræ* transiens, plùs solito fulgebat particulam aliquam vibrabat in faciem Mosis [m]. 2. Factum hoc, ut populus (nuper idololatricus) magìs eum timeret [n]. Ut majorem haberet apud populum auctoritatem [o]. 3. Ut testaretur amorem suum in Mosen; necnon vim & fructum orationis, seu colloquii cum Deo; insuper, se esse Legislatorem. 4. Ut terrorem Hebræis incuteret, nè Legem iterum violare auderent [p]. Hos radios totâ vitâ Mosi adhæsisse docet Ambros. in Psal. 118 [q].

33. *Impletísque sermonibus, posuit velamen*, [וַיִּתֵּן] *Et dedit*, ο'. Fortè pro, *dederat*. Sic ergò versum reddunt, *Donec absolvisset loqui cum eis—imposuit—velamen*. Confirmant ex verbis sequentibus, & ex 2 Cor. 3. 7. & quorundam Hebræorum observatione [r]. Primò locutus est facie non velatâ, ob majestatem, reverentiam & testimonium Legis: deinde velo injecto, ut liberiùs cum eo loquerentur [†].

[i] BC. v. 18. 485. [k] F. V. Di. [l] Di. [m] T. post Me. O. [n] L. [o] Me. T. [p] T. [q] To. in Me. [r] Ma. [†] Me. La.

CAP. XXXV.

1. *Congregatâ*, &c. [וַיַּקְהֵל] Sic denominant decimam libri Sectionem [t].

2. *Sabbatum, & requies Domini*, [שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן] *Sabbatum quietis*, JT. Dicitur hyperbolicè, ut ἑορτὴ ἑορτῶν, *festum festorum*: sic ἀθλιωτάτη ἀθλιωτάτων, Schol. in Sophoc. *Hoc ego miserior sum quàm tu, qui es miserrimus*, Cicero [v]. ¶ *Occidetur*] Nempe, sententiâ Judicis [x].

3. *Non succendetis ignem*] 1. Nè quidem frigoris causâ, ad se calefaciendum [y]. Non placet Wil. La. Riv. 2. Non ad opera quævis manualia, licèt circa Tabernaculum [z]. Nam cibum parare licere suprà docuit [a]. Ità videtur Exod. 12. Sed resp. De Paschate loquitur, non de Sabbato [b]. 3. Non unde lucrum aliquod sperari possit; ut ex fornace, in qua lateres, vel ollæ, aut calx, decoquuntur; aut si succenderetur fornax ad coquendos panes [c]. Ità nostri [d]. 4. Nec ad coquendum cibos, nempe, extra casum necessitatis [†]. Nè cibum quidem eo die præparabitis [f]. *Nè accendite*, &c. id est, Nè coquite cibos [g]. Vide Exod. 16. 23. Quamvìs hoc licitum erat aliis festis, Exod. 12. 16 [h]. Sabbatum autem fuit strictioris observantiæ quàm alia quæcunque solennitas, ut rectè notant Judæi [i]. Videtur hæc lex temporaria fuisse, (durante nimirum extraordinario providentiæ Divinæ ductu super eos in deserto,) & alio fine quàm ad coquendos cibos. Nam, 1. ignis necessarius interdum erat tum respectu frigidæ tempestatis, tum puerorum & ægrotorum causâ: aliter Deus vel tenebatur miracula quotidie efficere, (nè quid ægris vel pueris ex defectu ignis incommodi accideret, quod si factum esset, non tacuisset S.S.) vel, sacrificium misericordiæ anteponeret. 2. Expendi vellem, an idem sit *ignem accendere*, & *ignem habere*; vel, an ex uno prohibito alterum prohibitum intelligitur. 3. Lex hæc cùm sit judicialis, non necesse est eam omnes pariter obligare: nec si illi (quibus regio calidior erat, adeóque poterant & diutiùs jejunare, & cibis calidis carere,) tenebantur, indè sequetur & nos teneri. 4. Aliqua ciborum coctio non videtur quieti Sabbati magìs officere, quàm lotio, & cultus, & pastus corporis. 5. Varia Sabbati opera non minorem corporis reficiendi curam postulant quàm quotidiana opera. 6. Comestionem die Sabbati non minùs quàm aliis diebus Israelitis Deus concedit, adeóque convenientem coctionem & præparationem. 7. Sabbatum ex natura sua dies festus est, & lætitiæ, non jejunio, dicatus. 8. Cœna Domini diebus Dominicis exhibita est, & ei *agapæ* annexæ erant, (quas non sine coctione factas credibile est.) Nec tempus earum, sed locum tantùm, improbat Apostolus, 1 Cor. 11 [k]. 5. Nec ad pœnas publicas, quas in Sabbatis non exercendas hinc collegerunt Judæi [l]. Judæi hoc præceptum ad literam servant; ideo conductitiis Christianis utuntur Sabbato, qui illis ignem foveant [m].

[t] V. [v] Ga. [x] V. [y] Ità RR. [z] Angl. A. Ca. [a] Ca. [b] E. [c] V. M. [d] O. [†] Wil. [f] V. E. Me. T. Wil. Riv. A. Ma. La. Caj. in Wil. [g] Pi. [h] Me. [i] E. T.

5. *Apud vos*, [מֵאִתְּכֶם] *A vobis*, i. e. de facultatibus vestris; de his quæ apud vos sunt. Vide de hoc & seq. Exod. 25. 2 [n]. ¶ *Voluntarius*, &c. [נְדִיב לִבּוֹ] *Spontaneus corde*, O. A. simil. JT. Mo. Ch. Sa. *liberalis*, Ar. *qui excogitavit in corde*, Sy. *suscipiens corde*, ο'.

10. *Sapiens*] Qu. Quid opus sapientiâ, cùm omnia ex præscripto facienda erant? Resp. Ut & faciliùs caperent à Moyse præscripta, aliísque sibi subordinatis opificibus traderent, & præciperent facienda [o].

11. *Tabernaculum*, [מִשְׁכָּן] Sic vocat parietes Tabernaculi, qui erant de tabulis [†]. Compaginem tabularum & vectium [p]. Inferiores cortinas, quæ intra Tabernaculum videri poterant [q]. Cortinas interiores [r]. *Scenam*, Ma. ¶ *Et tectum*, [אָהֳלוֹ] *Tentorium*, Ma. Cortinas (medias [†]) ex pilis caprarum [t]. Cortinas quæ erant immediatè super tabulas [v]. ¶ *Operimentum*, [מִכְסֵהוּ] Pelles arietum rubricatas, quæ supremum erant tegumentum [x]. Per *tegmen* cortinas omnes intelligit [y]. [Vide cap. 26. vers. 1.]

12. *Et velum quod ante illud oppanditur*, [וְאֵת פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ] *Et velum tegumenti*, JT. A. simil. Sa. M. Mo. vel, *tentorii*, P. vel, *ostii tentorii*, Sy. *velum quod extenditur*, Ch. *& velum & tentoria atrii*, ο'.

13. *Mensam*] Exod. 25. 23. ¶ *Et propositionis panibus*, ità Ch. Sa. Ar. [לֶחֶם פָּנִים] *Panem facierum*. [Ità plerique; at JT. *panis faciei instrumenta*.] Est metonymia subjecti. Intellige scutulas, in quibus panes reponebantur [z]. [Id innuere videntur ο'. dum versum sic reddunt, *Mensam & omnia vasa ejus*: De *pane* nihil dicunt.]

14. *Candelabrum*] Cap. 25. 31.

15. *Altare*] Cap. 30. 1.

17. *Cortinas*] Vide 27. 9.

19. *Vestimenta*] *Ministerii*. Significat indumenta quibus candelabrum, altare & arca involvebant [a]. ¶ *Vestes*] Heb. *vestes sanctitatis*. Vel appositivè; q. d. *nempe vestes sanctitatis*: vel, aliàs, intelligit quas continuè Sacerdotes gestabant [b].

21. *Mente promptissimâ atque devotâ*] In Hebræo duo sunt membra. ¶ [אֲשֶׁר נְשָׂאוֹ לִבּוֹ] [Q. accipiunt de personis offerentibus.] *Quem extulit* (vel *incitavit*, M. A.) *cor*, vel *animus*, *ejus*, JT. Mo. simil. P. Ti. *quorum ferebat cor eorum*, ο'. *qui levavit ipse cor suum*, O. *qui ex corde suo obtulerunt*, Ch. [Alii, de rebus oblatis.] *Quod cogitavit in corde suo*, Sy. *quod tulerat cor suum*, Sa. *quod incidit in animum suum*, Ar. ¶ [אֲשֶׁר נָדְבָה רוּחוֹ אֹתוֹ] [Q. iterum de personis intelligunt.] *Quem spontaneum*, vel *voluntarium*, *fecit spiritus ejus eum*, Mo. M. JT. A. *cujus spontaneus erat spiritus secum*, O. P. *corde spontaneo*, Schol. in Nob. simil. Ti. *cujus anima liberalis erat*, Ar. *qui habuit spiritum perfectum*, Ch. *quem implevit spiritus ejus*, G. Celsi corde & pleni spiritu dicuntur liberales [c]. [Alii de rebus.] *Et quod meditatus est in spiritu suo*, Sy. *id ad quod voluntariè commoverit eum spiritus ejus*, Sa.

22. *Viri cum mulieribus*, [ità plerique,] [עַל־הַנָּשִׁים] *Super mulieres*, O. Ma. i. e. post mulieres [d]. *Tam viri quàm mulieres*, Sy. M. [At ο'. *attulerunt viri ab uxoribus*.] ¶ *Armillas*, [חָח] *Fibulas*, P. sim. plerique. Significat fibulam seu acum cum circulo in altera cinguli extremitate, ad ligandum [†]. Aiunt esse instrumentum, vel ornamentum, instar spinæ, quo vestis configitur [f]. Alii *uncinum* exponunt, quo nectunt duas

[k] Bradsh. in Ga. [l] G. A. [m] M. [n] V. [o] E. [†] L. [p] O. [q] M. [r] He. in O. [†] He. in O. [t] M. O. [v] L. [x] M. [y] O. [z] Pi. [a] M. ità He. in O. [b] O. [c] G. [d] O. [†] O. [f] Mi.

duas oras vestis sub gutture: alii, *spinulam*, sive *aciculam*. Ornamentum hoc erat cinguli ad vestem subligandam. Gallicè, *a grafe*, vel *boucle*. Singul. sunt omnia Hebraica, pro plur[g]. Ornamentum aurium est †. *Monile*, Ar. *sigilla*, ό. ¶ *Inaures*, ità Ma. P. נֶזֶם] *Monile*, Ma. monile narium, AE. in M. ¶ *Et dextralia*] Ità O. P. Ma. περιδέξια, ό. in F. Puto esse dextrale, & ornamentum brachiorum[h]. ¶ וְכוּמָז] *Armilla brachii* est AE. in M. F. ità V. Aliis, *ornamentum muliebre circa pudenda*. Ità RS. & K. in F. *Torques*, Sa. *murænulas*, Sy. M. *subligaculum*, Mo. Ch. in F. Aliis, femorale auro gemmísque redimitum. *Cingulas pendulas*, JT. seu *fascias bullatas*, *& earum appendices*, Ma. *Ornamentum* in genere reddit Ar. in BC. Erat pectoralis fascia, quâ mulieres mammas suas comprimebant, ut ità viderentur formosiores. Sic Chald. intelligit, judice Eliâ. Quod verum esse colligo ex Arab. כמז *comz*, (unde כּוּמָז *cumaz*,) quod est rei laxioris collectio & compressio ut rotunda fiat[i].

g V. † AE. in M. h O. i BC. 2. 5. 798.

26. *Spontè*, &c. אֲשֶׁר נָשָׂא לִבָּן אֹתָנָה בְּחָכְמָה] *Quas* (vel, *quarum*) *levavit cor eorum in sapientia, neverunt*, &c. V. Ma. &c. Alii sic, *in sapientia neverunt*; sic O. M. Sy. Quibus repugnat Athnach sub חָכְמָה[k].

k V.

29. *Voluntaria*, נְדָבָה] *Voluntaria munera*, Sa. simil. JT. A. *demptionem*, ό. *separationem*, Sy. *spontè*, Ar. *voluntariè*, Ch.

30, &c. *Filium Uri—implevitque—*] *Tum animo ejus indidit ut docere possit. Vocavit*, inquam, *ipsum & Aholiabum*: Sic JT. Hos versus hyperbaticè accipi oportere, docent distinctiones vers. 30. & 31. cap. cum hoc loco comparatæ[l].

l Jun.

34. *Dedit in corde ejus*, וּלְהוֹרֹת נָתַן בְּלִבּוֹ] *Et ad docendum* (*ut docere possit*, Sy. JT.) *dedit in corde ipsius*, Mo. Ch. Sa. O. יָרָה est *descendere*, & *docere*. Qui docet, descendere facit doctrinam in corda discipulorum, Deut. 32[m]. ¶ *Ipsum*] Nempe, Besaleel, v. 30. Cætera interjecta sunt per parenthesin[n].

m O. n Ma.

35. *Polymitarii*] Qui texturâ ingeniosâ varia intexit, ut fit in tapetibus Atrebatensibus, vulgò *panni d'Arras*[o]. ¶ וְחֹשֵׁב] *Opus cogitatum*, scil. quod ex magna cogitatione fit; aut, *reputatum*, i. e. quod inter homines magnum reputatur[p]. *Opus excogitantis*, vel, *ingeniosi*, vel, *industrii*, Ma. Exod. 26. 1, 36[q].

o Me. p O. q V.

CAP. XXXVI.

EAdem hîc omnia sunt quæ antè dicta sunt: Nec verba nec res variant[r]. Vide c. 26. Ibi mandatum, hîc exsecutio †.

r M. † Ma.

3. *Tradidit eis*, &c. וַיִּקְחוּ מִלִּפְנֵי מֹשֶׁה וגו׳—וְהֵם הֵבִיאוּ אֵלָיו עוֹד] *Tulerunt*, vel *acceperunt*, *à facie Moseh*, (*à Mose*, ό. Ar. *è*, vel *à*, *conspectu Mosis*, Ch. *præsente Mose*,) *—& ipsi attulerunt ad eum adhuc*, Sa. Sy. Mo. P. O. Ma. simil. Ti. M. Sub. *plura*, M. *Et adhuc plebs afferebant ei*, Ar. *Qui cùm accepissent à conspectu Mosis omnem illam oblationem quam attulerant filii Isr.——tamen adhuc* illi *afferebant*, JT.

4. *Unde artifices*, &c. אִישׁ אִישׁ מִמְּלַאכְתּוֹ] *Vir vir* (*quisque*, JT.) *à functione sua*, Mo. *ab* (vel *ex*, Sy.) *opere suo*, Ch. Sa. M. P. JT. A. *juxta opus suum*, ό. *secundùm speciem artis suæ*, Ar.

5. *Plus quàm necessarium est*, ità Ch. simil. Sa. Ar. מַרְבִּים—מִדֵּי הָעֲבֹדָה] *Multiplicantes—præ sufficientia servitii*, Mo. *ultra sufficientiam ministerii*, O. *Excedit populus in offerendo*, vel, *afferendo*, Sy. M. JT. *Satìs habetur operis*, Sy. *Plus satìs est hujus administrationis*, JT. i. e. hujus materiæ subministratæ. Meton. adjuncti[t].

t Pi.

6. *Nec vir*, &c.] Fecit Moses quod sapientis erat Principis, modum imponendo rerum consecrationi[v].

v G.

7. *Oblata sufficerent*, וְהַמְּלָאכָה הָיְתָה דַיָּם] *Et substantia erat sufficientia* (vel, *sufficiens*) *ipsorum*: i. e. materia suffecit operi[x]. *Opus fuit sufficiens eorum*, O. *Et ministeriale fuit sufficientia eorum*, vel, *satìs illis*, Ma.

x V.

8. *Fecerunt—de bysso*, שֵׁשׁ] Pro מִשֵּׁשׁ: Ellipsis præpos[y].

y BA. 1. 2. 36. 370. 39.

14. *Ad operiendum tectum tabernaculi*, לְאֹהֶל עַל הַמִּשְׁכָּן] *Tentorio* (vel, *pro tentorio*) *super tabernaculum*, Mo. Ma. JT. M. A. Sa. P. *Ad expandendum*, vel, *extendendum*, *super tabernaculum*, Ch. Ar.

18. *Et fibulas*, &c. וַיַּעַשׂ] *Et fecit*. Refertur ad Mosen ut architectum, licèt plures artifices operi incumberent[z].

z M.

28. *Per angulos retrò*, לִמְקֻצְעֹת בַּיַּרְכָתָיִם] *In angulis* (*costis*, Mo.) *in lateribus*, A. Mo. Sa. *in angulis tabernaculi extremis*, Ch. *ad antas angulares*, JT. *angulo*, *in extremitatibus eorum*, Sy. *in angulis*, *à tergo ad occidentem*, Ar.

38. *Operuit auro*] Nihil præter aurum apparebat; ideo capitella hæc *aurea* dicuntur Exod. 26. At columnæ zonis tantùm, seu spiris aut emblematis, aureis circumcingebantur, & ornabantur magìs quàm tegebantur; nam inter has lignum columnarum passim apparebat[a].

a T.

CAP. XXXVII.

1. FEcit] Ab hoc versu ad 25. confer cum c. 25. à v. 10. ad finem[b].

b Ma.

9. *Séque mutuò & illud respicientes*, וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל־אָחִיו אֶל הַכַּפֹּרֶת] *Et facies eorum vir ad fratrem suum*, Mo. (*unius ad alterum*, Sa. *è regione alterius*, Ch. simil. Sy. M. P. A.) *ad* (*contra*, Ch. *super*, Sy. *versùs*, JT. A.) *propitiatorium*, Mo. M. P. Supple, *directæ*, P. vel, *versis faciebus*, Ti.

25. *Fecit & altare*] Hinc ad 29. confer cum cap. 30. à vers. 1. ad 6[c].

c Ma.

29. *Et oleum*] Vide 30. 23. & 25. 34[d]. ¶ *Thymiama*, &c. קְטֹרֶת טָהוֹר] Fœm. cum masc. Sic Gen. 4. 7. חַטָּאת רֹבֵץ. Oratio sensu congrua, non voce. Sic אָבוֹת, *patres*, terminatione fœmin. & נָשִׁים, *fœminæ*, term. masc. junctum etiam cum רַבּוֹת, Jud. 8. 30 †.

d Ma. † D.

CAP. XXXVIII.

1. FEcit & altare] Hinc ad vers. 8. explanata vide c. 27. 1. ad 7[f].

f Ma.

8. *De speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi*, בְּמַרְאֹת הַצֹּבְאֹת אֲשֶׁר צָבְאוּ פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד] Vox *mulierum* non est in Hebræo: sed quia צֹבְאֹת est fœm. compulsi sunt interpretes eam addere[g]. ¶ בְּמַרְאֹת] Vertunt, *ex speculis*; ità Ch. P. sic Caj. M. F. V. O. Ma. ב pro מ ponitur, ut alibi sæpe. Itaque hîc innuit causam materialem[h]. Specula hæc ænea fuisse testatur Philo l. 3. de Vita Mosis. Idem affirmat & AE. Ut hodie ex polito chalybe, ità olim ex ære fiebant inter Gentes. Testes sunt Plinius, l. 33. c. 9. *Optima apud majores fuerant Brundusina*, *stanno & ære mixtis*; Vitruv. de Archit. l. 7. c. 3. Speculis concavis æneis ab Archimede hostium naves præustas refert Galen. l. 3. de Constitutionibus. Idem & Proclum fecisse docet Zonaras, Annal. 3[i]. Vel legendum, *cum speculis*. Specula conchæ affixa erant, ut sacerdotes loti respicerent ad specula, an maculæ remanerent. Concha non erat de speculis, sed ex ære[k]. Alii, *in speculis*, seu *visionibus*, mulierum: i. e. tam tersum & politum, ut in eo faciem suam videre possent. Alii, *in aspectu militantium*, &c. q. d. in prospectu omnium positum[l]. ¶ הַצֹּבְאֹת] Reddunt, *convenientium*, P. O. K. in M. *exercentium*, Mo. *agminatim convenientium*, JT. *militantium*, Ma. νηστευουσῶν, (*jejunantium*, sive *vigilantium*, ut quidam legunt,) ό. *quæ veniebant ut orarent*, &c. Ch. F. Alii, *choros*, seu *choreas*, *ducentium* circa Tabernaculum more & ritu Judaico. Rectiùs alii, quæ ex devotione ad

g O. h Glas. gram. p. 667. i Riv. T. Ma. k O. l Ma.

Tabernaculum jejuniis, precationibus, &c. Deo militabant; quasi in statione die noctúque ibi in cellulis manentes; sicut 1 Sam. 2. 22 [m]. Non placet; cùm Tabernaculum nondum esset exstructum. Rectiùs Philo, *quæ mirâ alacritate certatim contulerant*, turmatim accurrentes ad offerendum Deo, quasi ad modum cohortium militarium [n]. ¶ *Quæ excubabant*] Nempe, per vices, ut & viri, Num. 3. 25. Vide quæ ad Luc. 2. 37 [o]. *Spretâ mundi vanitate Deo offerebant* [p]. Abdicatâ cultûs sui curâ [q]. Probabile est has fuisse primarias, & cultui externo magis deditas, quæ ea quæ habebant antea vanitatis instrumenta usibus sacris consecrabant [r].

m Ma. n Riv. o G. p AE. in M. F. q G. r Riv.

9. *In australi plaga*, נֶגֶב תֵּימָנָה] *Meridiana ad Austrum*, V. ¶ *Cubitorum centum*, ità omnes, *nempe in longitudine*, Ar. מֵאָה בָּאַמָּה] *Centum in cubito*, Mo. Ma. *ad centum cubitorum*, Ti.

10. *Capita columnarum*, וָוֵי הָעַמּוּדִים] *Capitella*: i. e. clavi & uncini columnis infixi, unde suspendebantur pecudes offerendæ postquam excoriatæ fuerant †. Unci ad quos pecudibus cutis detrahebatur; dicti וָוִים à figura literæ ו [t].

† M. F. ex K. t M. G.

14. *Unum tenebant latus*, אֶל־הַכָּתֵף] *Ad scapulam*, Mo. Ma. vel, *latus*, Sa. Sy. Ti. A. *ab*, vel *in*, vel *ex*, *uno latere*, Ch. JT. M. P. *introitus*, M.

17. *Capita earum cum——cælaturis argentea*, וְצִפּוּי רָאשֵׁיהֶם כָּסֶף] *Et operimentum* (*tectum*, Mo. *operculum*, Sa. *obductio*, A. Ma. *linimenta*, Sy.) *capitum eorum*, (vel, *capitellorum*, Sy. P. vel, *epistyliorum earum* JT.) *erat argenteum*, Ch. Ar. M. P.

21. *Hæc sunt instrumenta*, &c. אֵלֶּה פְקוּדֵי הַמִּשְׁכָּן] *Isti sunt numeri*, L. O. Sy. (*numerata*, Caj. Ma. JT. P. *numerationes*, Ch. in Riv. *supplicationes*, M. ex He. *visitata*, Mo. *clavi*, Ma.) *tabernaculi*: i. e. rerum ad Tabernaculum necessariarum [v]. ¶ *Quæ enumerata sunt——in ceremoniis Levitarum*, אֲשֶׁר פֻּקַּד — עֲבֹדַת הַלְוִיִּם] *Quia numerata sunt*, &c. i. e. Nihil utensilium defuit, quia Moseh omnia numeravit, O. *Quia visitatum fuit——servitium Levitarum*, Ma. Mo. *quæ* (vel *ut*, M. A.) *enumerata sunt*, JT. Ma. Ar. P. *ministerium Levitarum*, Ti. sub. *ut esset* ministerium, &c. Tig. not. Ti. Ma. vel, *pro ministerio Levitarum*, M. A. simil. JT. P. Sa. vel, *& ministerium Levitarum*, P. & *quorum gestatio spectat ad Levitas*, Ar. Sensus est, Summa subjunctarum summarum auri, argenti & æris instituta est, supputatione factâ, per ministerium Levitarum. Præfatio est ad sequentia [x]. i. e. Hæ sunt partes & instrumenta Tabernaculi quæ numerata sunt, & numero tradita ac commissa Levitis. Hæc per anticipationem dicuntur, quod ex principio libri Numerorum intelligitur. Hîc incipit undecima Sectio, dicta פְּקוּדֵי [y]. Auri pretium superavit 560450 daleros imperiales; argentum autem 920887 daleros [z]. Quæ ostendunt & quàm magnifica fuit Tabernaculi istius portatilis structura, & quanta promptitudo & alacritas populi, simúlque Divina in eum benedictio in mediis angustiis Ægyptiacis [a].

v O. x Riv. y V. z Riv. ex Jun. a Riv.

24. *Quod expensum est in opere*, simil. M. P. הֶעָשׂוּי לַמְּלָאכָה] *Factum ad opus*, Mo. JT. Ti. *quod factum est in omni opere*, Ch. *adhibitum operi*, Sy. Ar. simil. A. *quod elaboratum est pro omni opere*, Sa. ¶ *Talentorum*] Talentum erat, 1. aureum, 2. argenteum, 3. æreum. Omnia hæc æqualis erant ponderis, sed disparis pretii [b]. Talentum continebat *tria millia siclorum* [c]. Aliter non constare aiunt summam hîc traditam. At juxta alios continet *sex millia* [d].

b Ma. c Mo. Ma. d Ma.

25. *Oblatum est*, &c. וְכֶסֶף פְּקוּדֵי הָעֵדָה] *Et argentum numerationis populi*, V. vel, *numeratorum*, Ch. Sa. i. e. eorum qui in censum & numerum venerant †. Totum hunc versum omittit Vulg. quòd exstaret cap. 30. 13 [f].

† V. Ma. f Ma.

26. בֶּקַע] *Dimidium sicli*, Ma. *dimidium*, Ar. Sa. *didrachma*, JT. *Siclus pro capite, nempe dimidium sicli Sanctuarii*, Sy.

28. *De mille septingentis*] Quæ supererant, &c. Non quòd hæc summa ad capita illa columnarum facienda, & auro vestienda, sufficeret; sed quòd in hoc opus fuerit contributa [g]. ¶ *Vestivit argento*, וְחִשַּׁק] Vox *argento* non est Hebraicè [h]. Vertunt, *& cinxit*, Sa. Mo. P. V. sub. *cælaturis argenteis*, V. *Et fecit cælaturas earum*, Ch. *redimivit fasciis*, JT. *obduxit*, Sa. vers. *texit argento*, Sy. *fecit cincturas earum*, Ti. vel, *pro eis*, M.

g Mo. h Ma.

CAP. XXXIX.

1. DE *hyacintho*] Conferendum hoc caput cum cap. 28 [i].

i Ma.

3. *Opere*, &c. וַיְרַקְּעוּ אֶת־פַּחֵי הַזָּהָב] *Et extenderunt*, V. O. Ma. Ch. Sa. Montan. (*continuârunt*, Ma. *attenuârunt*, Ar. *extenuaverunt*, V. Sy. alii, *deduxerunt*, Ma.) *bracteas aureas*, Ch. Sa. Sy. *laminas*, &c. Ar. alii, *laqueos*, seu *retia*, O. Mo. ¶ *Et incidit*, &c. וְקִצֵּץ וגו'] Ad verb. *& incidit fila ut facerent*, i. e. ut intexerent aurum illud, vel fila illa, hyacintho †. *Et præciderunt fila ad faciendum*, O.

† V.

4. *Oras*, כְּתֵפֹת] *Latera*, V. *humerulos*, Ch. sim. Ma. Vide 28. 6. V.

6. *Sculptos—nominibus*, עַל שְׁמוֹת] *Per*, *secundum*, vel *juxta*, *nomina*, Ch. Sa. Sy. *cum* (*pro*, M. *de*, JT.) *nominibus*, P. Ti. M. JT.

22. *Ac bysso retortâ*, מָשְׁזָר] Vox *byssi* non est in Heb. Unde quidam vertunt, *complicatum*, *internexum*, nimirum opus. Vide c. 26. 1. Hinc aliqui exponunt, *filis internexis* [k].

k Ma.

26. *Et mitras*, &c. וְאֶת־פַּאֲרֵי הַמִּגְבָּעֹת] *Et decora*, seu *ornamenta*, *galerorum*, (*pileorum*, Ma. Ch. *tiararum*, Ma.) i. e. galeros elegantes ac pulchros in formam galeæ [l]. Quidam Hypallagen esse volunt, *ornamenta tiararum*, pro, *tiaras ornamentorum*, i. e. ornatas. Vide 28. 40 [m]. Aliis ornamenta erant tiaris applicata [n]. Mallem sic resolvere, Ornamenta illa quæ nominantur tiaræ; ut Rom. 4. 11. *signum circumcisionis*, i. e. signum illud quod nominatur Circumcisio [o].

l V. m Ma. ex Jun. n Ma. o Pi.

32. *Et obtulerunt*, &c.] Heb. *Et fecerunt secundum omne*. Idcirco repetuntur singula, ut curam & fidelitatem Mosis omnes cernerent [p].

p A.

37. נֵרֹת הַמַּעֲרָכָה] Vertunt, *lucernas ordinationis*, Mo. P. Ar. Ma. vel, *ordinum*, Sy. *ordinis*, i. e. ordinatas, O. *quæ ordinantur*, Ch. *ordinandas*, M. P. *ordine dispositas*, Sa. à sacerdote quotidie. Vide ad Exod. 27. 21 [q]. *Ordinarias*, Ca.

q A.

43. *Benedixit eis*] Nempe, populo offerenti [r].

r E. Riv.

CAP. XL.

2. MEnse *primo*, בְּיוֹם הַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן] *In die mensis primi*, Mo. *Tempore mensis primi*, JT. *In die uno*, ο'. i. e. primo, A. *In primo die mensis primi*, Ar. A. Menses Judæorum Lunares erant, ut anni Solares †. *In die*, &c. Pleonasmus est, ut Exod. 39. ult. *Die mensis primi*, *die*, inquam, *primo* [t]; nempe, anni secundi ab egressu. Ratio temporis hæc est. A 15. die mensis primi, quo egressi sunt, ad Legis promulgationem effluxerunt dies 50. Indè Moses 6 diebus in monte fuit, sed extra nubem: cùm aliis mox 40 diebus jejunus intra nubem mansit cùm Deo. Tum descendens, Exod. 32. ob idololatriam populi, 36 dies impendit populo instruendo & castigando, Tabulas dolando, &c. Tum alios 40 dies jejunavit, usque ad diem 10. mensis 7. Indè ad primum mensem anni secundi erant quinque menses cum dimidio, quibus occupati erant in constructione Tabernaculi, &c [v].

† A. t Pi. v Riv. T.

4. *Pones super eam quæ ritè præcepta sunt*, וְעָרַכְתָּ אֶת־עֶרְכּוֹ] *Et ordinabis* (*dispones*, Sa.) *ordinationem ejus*, Mo. P. *ordinem*, Ch. A. Ar. *ordines*, Sy. *juxta dispositionem suam*, M. Ti. *quæ ordinari oportet*, JT. *Propones* (*appones*, in Complut.) *propositionem ejus*, ο'. i. e. panem. Vide Exod. 25. 30 †.

† A.

5. *Tabernaculi tentorii*] Sic dictum est, quòd Tabernaculum tentorio opertum esset, ut vers. 19. & Exod. 26. 7 [x].

x A.

13. *Unctio*

13. *Unctio eorum in ſacerdotium ſempiternum*] Opus non eſt & poſteros ungi; ſufficiebat, eſſe ab unctis: 2 Macc. 1. 10 [y]. Excipe ſummos Sacerdotes, & eum qui caſtra comitabatur, hortator ad virtutem: Hi enim ungebantur. Deſierunt hæ unctiones ſub Templo ſecundo, (teſte Joſepho;) quia oleum illud primitivum, unde unctio fieri debebat, interciderat [z].

15. *Et erit*, &c. וְהָיְתָה לִהְיוֹת לָהֶם וגו׳] *Et erit*, vel, *ſic fiet*, ut ſit illis hæc unctio, &c. P. ſimil. Mo. JT. Ti. P. *Permanebit in iis unctio*, &c. Sa. vel, *excellentia*, Sa. verſ.

24. *Contra velum*] Gravis hîc eſt quæſtio, ubinam ſitum fuit altare hoc aureum, an intra Sanctum ſanctorum, an extra illud [a]. [Plura vide in auctore, ſi lubet.]

33. *Nec poterat Moſes ingredi*] 1. Ob reverentiam majeſtatis Divinæ ibi præſentis [b]. Non audebat præ ſacro quodam horrore *. 2. Quia nondum eò vocatus erat; ſicut neque in montem aſcendere auſus eſt non vocatus, Exod. 24. 16 [c]. 3. Quia nubes tam ſpiſſitudine quàm fulgore oculos perſtrinxit, & aditum prohibuit [d]. Habetur ſimile 1 Reg. 7 †.

36. *Et ignis in nocte*] Eadem nubes nocte igneſcebat [f]. ¶ *Per cunctas manſiones ſuas*, בְּכֹל־מַסְעֵיהֶם] *Per omnes profectiones ſuas*, Ch. in F. P. ‡ Alii, *per omnes turmas*, i. e. per univerſa caſtra, F. V. *in omnibus motionibus eorum*, Ma.

[y] G. poſt Jun. A. — [z] G. — [a] La. — [b] L. Me. T. — * Bo. — [c] Wil. ex Gallaſ. — [d] Riv. Me. T. — † L. — [f] G. ſic F. V. He. in F.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

LEVITICUM.

CAP. I.

1. *Vocavit*, וַיִּקְרָא] Ex hac prima voce Librum vocant *Vajikra*. Hebræi vocant תּוֹרַת כֹּהֲנִים, i. e. *Legem ſacerdotum* [a]. *Et revocavit*, οʹ. *Et inclamavit*, nempe foris manentem; nam non potuit ingredi, Exod. 40. 34 [b]. *Inclamavit*, ſupple, *Jehovah*, ex membro ſequente. Confer Oſe. 13. 9. *Perdidit te*, (ſcil. *rex*, v. 10.) ô *Iſrael* [c]: & Exod. 24. 1 [d]. Docet hæc Sacrificia à Deo inſtituta eſſe †. ¶ *De tabernaculo*] Ex proprio domicilio, quod magnæ dignationis eſt: antea, *de cælo*, &c [f].

2. *Homo qui obtulerit*] Hs, pro, *Cùm quiſpiam privatus offerre voluit* [g]. Sacrificia Judæis præcepta erant, 1. Ut populus in idololatriam pronus ab idolis averteretur, & in cultu unius Dei retineretur [h]. Ut multitudine ſacrificiorum onerati, eis non vacaret idolis immolare [i]. 2. Ut typos haberent ſacrificii Chriſti [k]. 3. Ut admonerentur gravitatis peccatorum ſuorum, pro quibus mactanda eſſent innoxia animalia. Sacrificiorum Legis duo genera erant. 1. Pro peccato, ſatisfactionis ſpecie. 2. Symbolum Divini cultûs, religioníſque teſtificatio: ídque vel, 1. vice ſupplicationis; vel, 2. gratiarum actionis; vel, 3. pro ſimplici pietatis exercitatione, ad renovandam fœderis ſanctionem. Ad quod poſterius membrum Holocauſta & Libamenta, Oblationes, Primitiæ & Pacificæ victimæ pertinebant [l]. Supputant Hebræi ſex ſacrificiorum ſpecies in hoc libro. 1. עֹלָה, *holocauſtum*: 2. מִנְחָה, *munus cibarium*: 3. חַטָּאת, *oblationem pro peccato*, (ſcil. graviori, quod quis ſciens & prudens commiſit [m]:) 4. אָשָׁם, *oblationem pro delicto*, (ſeu, peccato contra præcepta negativa ex ignorantia commiſſo:) 5. מִלּוּאִים, *ſacrificium conſecrationis*, (nempe ſacerdotis:) 6. זֶבַח הַשְּׁלָמִים, *ſacrificium pacificorum* [n]. Perfectum Chriſti ſacrificium non potuit per unum vel pauca imperfecta ſufficienter repræſentari, ideóque per multa figurabatur: ſicut perfectio Divina, unica exſiſtens, in perfectionibus creaturarum variè & multipliciter repræſentatur [o]. ¶ *Qui obtulerit*,] Vel, *cùm obtulerit*. ¶ *Hoſtiam*, קָרְבָּן] Sic dicitur, quia per illud ad Deum accedimus [p]. Hæc vox ſignificat quodvis munus, vel oblationem Deo factam [q]. Hîc ſign. *oblationem voluntariam* [r], ex v. 3 †. Vide Deut. 23. 22 [t]. ¶ *De pecoribus*, מִן הַבְּהֵמָה] Τὸ בְּהֵמָה, abſolutè poſitum ſine חַיָּה, *generale nomen eſſe volunt ad feras & animalia quæ non volant, nec reptant, nec in aquis vivunt* [v]. Piſces & ſerpentes excludit [x]. Vide Gen. 1. 24 [y]. Q. vertunt, *de greſſilibus* [z]. ¶ *De bobus & ovibus*] צֹאן, *ovis*, generale nomen eſt, *capras* comprehendens [a]. Vide Gen. 4. 2 [b]. Selegit ſibi Dominus in ſacrificium, ex animalibus terreſtribus, bovem, ovem & capram; ex volucribus, columbam & turturem [c]. Quæritur de cauſa. Reſp. Cùm ſacrificia offerantur in agnitionem ſummi dominii, ea maximè offerenda ſunt quæ maximos præſtant uſus humano generi, ut ea cuncta nos ab illo accepiſſe fateamur [d]. Offerri voluit quæ in communiore erant hominum uſu †. Videas Deum contentum eſſe animantibus valde parabilibus [f]. Thomas addit, quòd idololatræ non boves & oves, ſed alia, diis ſuis offerebant. Quod verum eſt de Ægyptiis, ſed non de aliis [g]. Denique, hæc maximè apta erant Chriſto repræſentando. Bos fortitudinem & labores Chriſti, Ovis innocentiam, Caper peccata noſtra, Columba manſuetudinem, Turtur contemplationem, ſignificant [h]. Populum etiam Dei aptè ſignificant: Innocua enim erant & mitia hæc animantia [i].

3. *Si holocauſtum*] Græcis ὁλοκαύτωμα, necnon ὁλοκάρπωσις· quòd totum eſſet fructus ſeu eſca ignis præter pellem [k]. Significabat hominem ſe totum debere Deo offerre in hoſtiam viventem [l]. Holocauſta etiam Ethnici immolabant. Xenophon de Cyro & Perſis, lib. 8. Strab. de Gallis, l. 4. Plutarch. Sympoſ. l. 6. Probl. 8 [m]. עֹלָה à עָלָה *aſcendere*: 1. quòd totum aſcenderet ſuper altare [n]; 2. quòd totum in fumum aſcenderet & abiret [o]. *Aſcendere* uſurpatur pro evaneſcere & abſumi; ut Gen. 19. *cùm aurora aſcendiſſet*, i. e. abſumpta eſſet & abiiſſet [p]. עָלָה, inter alia, *conſumere* ſignificat; unde & κάρπωμα vocatur hoc ſacrificium [q]. ¶ *Maſculum*] Utpote perfectiſſimum [r]. Ægyptii quoque ſacerdotes, teſte Chæremone, τῶν βοῶν τὰς θηλείας παρῃτοῦντο, (*boves fœminas reſpuebant* †.) De avibus idem non dicitur, v. 14. Ex illis ergò fœmellæ offerri poterant [t]. ¶ *Immaculatum*, תָּמִים] *Integrum*, ſeu *perfectum*, Ch. Ar. O. Ma. Vide Exod. 29. 1 [v]. & Levit. 22. 22 [x]. ¶ *Ad oſtium tabernaculi*] Ad oſtium atrii, ſeu tentorii [y]. Sic tenebantur Ethnici ſacrificare per ſacerdotes, & ad publica templa. Plato de Legibus, circa finem lib. 10 [z]. Vide Levit. 17. 3, 4 [a]. ¶ *Ad placandum ſibi Dominum*, ità Sy. ſim. οʹ. Ch. Ar. Ca. לִרְצֹנוֹ] *Ad acceptationem ejus*, A. *ut acceptus ſit*, Ti. Confirmatur hæc verſio ex v. 4. & ex Lev. 23. 11. ubi omnes ſic exponunt. Confer Jer. 6. 20 [b]. Al. *ſecundùm voluntatem ſuam*; i. e. ultrò, non coactus [c]: i. e. quandocunq; voluerit ad Deum accedere [d].

[a] F. — [b] Jun. — [c] Pi. — [d] A. — † V. — [f] O. — [g] F. — [h] F. V. L. — [i] L. — [k] F. V. — [l] V. — [m] O. — [n] M. O. — [o] L. — [p] A. — [q] Me. — [r] Jun. Pi. L. Me. G. — † Pi. — [t] G. — [v] Ma.

[x] V. Ma. — [y] Ma. — [z] V. — [a] V. Me. L. T. Ma. — [b] Ma. — [c] Me. L. T. — [d] L. — † Ph. in T. La. A. — [f] G. Ph. in T. — [g] T. — [h] T. — [i] A. — [k] Q. in F. — [l] E. — [m] BA. 1. 2. 33. 321. — [n] K. in F. — [o] F. V. O. — [p] Q. in F. — [q] G. ad v. 9. — [r] L. — † G. — [t] He. in A. — [v] Ma. — [x] Me. — [y] Me. L. — [z] EA. 1. 2. 33. 323. — [a] A. — [b] A. — [c] F. V. O. Ma. P. M. JT. — [d] G.

4. Po-

4. *Ponitque manum*] 1. Significans se victimam à sua manu & potestate in Dei jus transferre †. Sic Romani servum in libertatem asserentes eum manu tenebant, &c. & hinc *manumissio* dicta [f]. 2. Et oblationem suam esse spontaneam, seque omnia quæ in manu sua erant à Deo accepisse [g]. 3. Et se scelera sua (& pœnam iis debitam) conjicere in caput victimæ [h]. Notum illud Cælii, *Quod illorum capiti sit*; ut Græcis, εἰς τὴν αὐτῷ κεφαλὴν, i. e. *in caput ipsius*, genus est imprecationis, quo in alium malum retorquemus. David, *Redeat in caput ejus* [i]. Pariter Ægyptii exsecrabantur (victimarum) capita in hæc verba, ut, *si quid mali ipsis, aut Ægypto, futurum sit, id in hoc caput convertatur.* Et hinc nemo Ægyptiorum de ullius animantis capite gustabat: Herod. 2. 39 [k]. 4. Manu se conjungebat cum ea, ut ostenderet seipsum offerre se cum hostia [l]. 5. Protestabatur se dignum qui pro peccato jugularetur [m]. *Manum* dicitur pro *manus* [n]: ut exprimitur, Levit. 16. 21 [o]. & Lev. 8. 14, 18. Jonathan tamen manum dextram intelligit [p]. ¶ *Et acceptabilis*, &c. [וְנִרְצָה לוֹ לְכַפֵּר עָלָיו] *Et grata erit ei*, nempe Deo, V. Ma. vel, *ei*, i. e. pro ipso, Ma. A. Jun. Pi. *ut expietur ipse*, V. Al. *ad placandum* [vel, *reconciliandum*] *illum*, sub. *Deum*, V. כִּפֵּר *expiare* hîc est *Deo aliquem commendare* [q].

5. *Immolabit*] Nempe, *sacerdos* [r], ex Exod. 29. 11 †. vel, *Levita*, ex Num. 8. 19. 2 Par. 30. 17 [t]. ¶ *Vitulum*] Quia tenerior & delicatior; & Deo optima sunt offerenda. * ¶ *Sanguinem*] Quasi petentes à Deo, ut illum loco sanguinis ejus qui offerebat acciperet [v]. ¶ *Per altaris circuitum*, [עַל הַמִּזְבֵּחַ סָבִיב] *Super* (ad, ο'. vel *apud*, Ar.) *altare circum*, Mo. A. JT. simil. Ch. Sa. Sy. Notandus hîc mos duplex fundendi sanguinem ad basin: 1. Immediatè ad basin; nempe, in sacrificiis pro peccato & delicto. Vide Levit. 5. 9. 2. Mediatè, cùm per altaris parietes fundebatur, indéque decurrebat ad basin, nempe, in holocaustis & pacificis [x].

6. *Detracta pelle*] 1. Ob munditiam sacrificii [y]. 2. Quia sacrificium erat quasi cibus Dei [z], & quasi *convivium*. Hinc altare *mensa Domini*. Quæ ergò ab hominibus edi non consueverunt, debebant etiam à victimis separari; ut pellis, plumæ, vesica, &c [a]. 3. Ut significet Deo omnia nuda, τετραχηλισμένα, Heb. 4. 13. A collo enim incipiebat pellis detractio [b]. ¶ *Artus in frusta concident*, [לִנְתָחֶיהָ] *In membra sua*, V. JT. i. e. membratim [c]: i. e. caput, adipem, intestina, & crura. Vide v. 8 [d]. Sed quia ibi *membra* à capite & intestinis distinguuntur, *membra* hîc sunt femora & armi, ut Ezec. 24. 4 †.

7. *Subjicient ignem*, [וְנָתְנוּ אֵשׁ] *Dabunt (ponent*, M. P. Ti. Ch. Sa.) *ignem*, Mo. Sy. Ma. Ignis hic de cœlo erat, Lev. 9. 24 [f]. *Componentes ignem*, JT. q. d. Sufflabunt prunas, &c. Vide Levit. 6. 13 [g]. *Accendant ignem*, Ar. Hinc colligunt ignem communem afferendum [h].

8. *Et cuncta quæ adhærent jecori*, [הַפָּדֶר] Q. vertunt, *corpus*, seu *truncum corporis*: ità veteres Hebræi in F. ità V. G. Ma. Merc. in BA. quòd alioqui præcipuè ejus non erat prætermittenda mentio [i]. *Jecur*, Ar. *exta*, Ti. simil. JT. *sebum*, Ca. Al. *adipem* & *pinguedinem*: ità Hebræi recentiores in F. V. item K. in F. ο'. Ch. Sa. Sy. Mo. M. P. A. BA. Sic Talmudici sæpe usurpant פֶּדֶר. Vocatur à פָּרַד *separare*, per metathesin, (ut in כֶּבֶשׂ & כֶּשֶׂב, חָשַׁל & חָלַשׁ;) & significat *adipem* (non simpliciter, sed) *à carne sejunctum*, Lev. 3. 9. & 4. 35. Ut in unum collectus, & in ignem conjectus, alat flammam, quâ victimæ reliquæ partes citiùs absumantur. Et idcirco (ut notant K. & RS.) adeps tegebat locum decollationis, nè sanguis diffluens flammam extingueret [k]. Per *adipem* (Hebræi illi) intelligunt reticulum super hepar positum impositum fuisse loco decollationis, ad tegendum ipsum, quando caput igni imponebatur [l]. Non placet. 1. *Adeps* aliter vocatur in S. S. F. 2. In holocausto non adeps tantùm, sed totum corpus igni impositum fuit; cui etiam imponebantur crura priùs à corpore recisa, & intestina †.

9. *In holocaustum*, ità Pi. simil. Ar. M. [עֹלָה] *Holocaustum* est, ο'. Ch. Sy. P. Sa. A. Pi. Rectè hoc suppletur ex v. 13. & 17*. De holocaustis Judæorum vide Porphyrium 2. de Abstinentia, Eusebium in *Præparatione*. Integras interdum victimas immolari ait Servius ad 2. Georg. Holocausta erant apud Gentes, (apud Cyprios, teste Porphyr. & Ægyptios, teste Herod.) sed ea diis inferis, ut cuncta absumentibus, sacrabant. Hebræi cuncta ad unum referebant Deum, ut vitæ necísque dominum, in holocaustis; in cæteris, ut ad bonorum datorem, vitiis infestum, laude dignissimum. Ad hæc enim capita videbis sacrificia referri. Simil. Porphyr. 2. de Abstinentia. Vide Arnob. & Iamblich. & Macrob. 3. Saturn. ex Trebatio. Ritus aut ab Hebræis ad gentes alias venêre; aut, quod credibilius est, à Syris & Ægyptiis usurpati, correcti sunt ab Hebræis, & ab aliis gentibus sine ea emendatione usurpati. Mirum est quàm vetustissima sacra inter se congruant. Omnibus autem sacris Hebræorum suæ aderant formulæ laudum, precum, benedictionum [m]. ¶ *Oblatio ignita*, [אִשֵּׁה] Vertunt, *igne absumptum*, JT. simil. Ti. Malim, *igne absumendum*, Pi. Alii, *sacrificium*, vel *oblatio*; sic ο'. Orig. in Nob. Sy. Ch. Ar. *ustum*, vel *ustulatum*. Vide Exod. 29. 18. V. *Ignitio*, Mo. *sacrificium ignitum*, Ma. Sa. A. simil. P. Monebat hoc peccatorem, exurendas in eo animales quasque concupiscentias, quæ ex sanguine & adipe originem ducunt [n]. *Igni comburere* Græcorum sapientibus significabat ipsas vitiorum quasi radices evellere: finxerunt enim Hydram illam, cui si ferro quis caput auferret, pro uno tria capita nascerentur; sin verò inurendo tolleret, id interiret omnino [o]. ¶ *Suavem odorem*] Loquitur humano more, quasi scil. Deus assatæ carnis nidore delectaretur [p]. ¶ [רֵיחַ נִיחוֹחַ] *In odorem quietis*, Ma. O. V. i. e. gratissimum, quo placatur Dominus [q]: qui Deum peccatis provocatum quiescere faciebat [r].

10. *De pecoribus*, [מִן הַצֹּאן] *E pecudibus*, Pi. *è grege*, JT. A. צֹאן & *oves* & *capras* sign. Vide Gen. 27. 9. & 38. 17 †.

11. *Sanguinem*] Vide Exod. 29. 16 [t]. ¶ *Super altare*, sic M. P. [עַל יֶרֶךְ הַמִּזְבֵּחַ] *Ad* (vel *super*, O. Sy.) *latus* (vel *margines*, Sy.) *altaris*, plerique.

14. *Si de avibus—de turturibus*, &c.] Qu. Cur non de aliis avibus, gallinis, perdicibus, &c? Resp. Cæteræ aves vel sunt magìs sylvestres; vel, si sunt domesticæ, vescuntur immundo nutrimento, ut gallinæ, anates, &c [v]. *E turturibus etiam magnis; quia turtur compare mortuâ non jungitur alteri: aliter columbæ, ideo minores tantùm aptæ* [x]. Vel, quia turtures in matura, columbæ in tenera, ætate maximè præstant [y]. *Quia verò ambas istas aves aliæ persequuntur, ideo elegit eas Deus* [z]. Turtur significat Christi castitatem; Columba, quæ felle caret, ejus dulcedinem, sive mansuetudinem [a]. Hæc est tertia species holocausti, quod erat pauperum, Levit. 12. 8. Quare Num. 7. ubi principum victimæ numerantur, nullæ memorantur aves [b]. ¶ *Holocausti oblatio*, [עֹלָה קָרְבָּנוֹ] *Holocaustum, oblatio*, P. A. JT. (vel, *munus*, ο'. vel, *sacrificium*, Sy.) vel, *oblationis*, Ch. vel, *pro sacrificio*, M.

15. *Retorto ad collum capite*, &c. [מָלַק] *Ungue secabit*, P. TJ. A. JT. L. Me. *abrumpet*, M. F. V. Ch. vel, *avellet*, sub. *à reliquo corpore*, V. *Contorquebit*, Mo. Sy. Ti. *retorquebit*, ο'. Ch. *secet*, Ar. O. Non instrumento, sed digitis discerpet [c]. Bis tantùm occurrit מָלַק, hîc, & infrà 5. 8. ubi est, *emulgere sanguinem ungue secando cervicem volueris*. Caput à corpore penitus abrumpi & separari quidam volunt, alii negant [d]. ¶ *Super crepidinem altaris*, [עַל קִיר] *Super* (vel *juxta*, M. Ti. vel *ad*, JT.) *parietem altaris*, [plerique;] *ad basin*, ο'. *ad latus*, A.

16. *Vesiculam*, ità ο'. & omnes Hebræi, V. F. Ch. O. Mo. M. P. A. [מֻרְאָתוֹ] *Ventriculum* qui est in gutture avis †. *Ingluviem*, JT. Sa. Ca. A. מֻרְאָתוֹ dicitur à ראה *vidit*; vel, quòd prostet ad conspectum, appareat ac promineat; vel, per antiphrasin, quòd non sit videnda. Alii, à רוֹאִי (vel רְאִי, V.) *sordibus*, quòd sit sordium receptaculum [f]. ¶ *Et plumas*, vel, *cum pluma*, [plerique,] [בְּנֹצָתָהּ] *Cum cibo in ventriculo*, Ch. in F. Sy. *cum sordibus*, JT. simil. RS. in F. *Cum sordibus ejus*, nempe ingluviei: nam affixum est fœmin. non autem refertur ad vocem *volucris*, quæ est masc [g]. ¶ *Ad orientalem plagam*] h. e. Longissimè à Sacrario sacratissimo [h]. Ob reverentiam majestatis Divinæ [i].

17. *Con-*

Marginal notes (left column): † Me. L. BA. 1. 2. 54. 657. [f] BA. [g] F. V. [h] D. Me. [i] D. [k] BA. ib. [l] O. [m] O. [n] Hi. AE. Ge. in D. He. in V. A. [o] A. [p] D. [q] G. [r] JT. † Pi. sic V. Me. [t] A. [v] Me. [x] Bo. [y] Me. [z] Me. [a] T. in v. 2. ex Bo. [b] G. [c] V. [d] Jun. † Pi. [f] G. [g] Pi. sic A. [h] He. in A. [i] Ma. [k] BA. 1. 2. 45. 472. [l] F. † V. ex F. * A.

Marginal notes (right column): [m] G. * A. [n] Muis. [o] Cl. [p] Me. [q] V. [r] O. † BA. 1. 2. 43. 420. [t] G. [v] L. ad v. 16. E. [x] Hisc. in D. [y] BA. 2. 1. 5. 25. [z] Hisc. uni in D. [a] L. in v. 16. [b] Me. [c] M. F. V. [d] Ma. † F. V. Ma. Ti. [f] Ma. [g] Pi. [h] Ma. V. Bo. [i] Ma.

17. *Confringet*, ità Ch. ο'. [וְשִׁסַּע] *Findet*, [plerique;] *secet*, Ar. *divellito*, Ca. *discerpet*, M. Ma. *lacerabit*, K. in M. ¶ *Ascellas*, [בִּכְנָפָיו] *Per alas*, Ch. *inter alas*, Sy. *ab alis*, ο'. Ar. *cum alis*, Mo. P. Ti. JT. A. M. O. *in alis*, Sa. Ma. i. e. *cum alis*; i.e. remanentibus ei alis: q. d. Alæ ejus nè resecantor [k]. Sic repræsentabat mortem Christi, cujus os non confringebatur [l].

k Ma. A. l A.

CAP. II.

1. ANima] i.e. Homo. *Et anima--quum offeret*: Nominativus absolutè positus [m]. ¶ *Sacrificii*, [מִנְחָה] *Muneris*, Ch. Mo. Deducunt vel ab הִנְחָה *adducere*, *offerre*; vel, potiùs, ab הֵנִיחַ *recreare*, *placare* [n]. Est sacrificium rerum inanimatarum [o]. Sacrificium erat cibarium [p]. Poterit dici *oblatio triticea*; nam ex tritico plerumque fuit, Exod. 29. 2. 1 Chron. 21. 23. Ezec. 45. 13, 15 [q]. Hujus sacrificii species tres erant: 1. ex farina cruda; 2. ex farina cocta; 3. ex spicis, sive granulis, primitiarum [r]. *Donum de frumento*, Aq. Institutum est hoc sacrificium, 1. pro pauperibus, nè illos offerendi facultas deficeret: 2. in panem sacerdotum: 3. ut etiam terræ frugibus Deus coleretur: 4. quia sacrificium erat quasi convivium Deo instructum; in omni ergò sacrificio erat panis, vinum, & sal, (ut patet ex Num. 15. 4, 7, 10. & hoc cap. v. 13.) ut plenum & perfectum esset convivium †. Quid Minchah, vide ad Gen. 4. 3 [t]. ¶ *Simila*] Nempe pura, sine furfuribus †. ¶ *Oleum*] Quasi quoddam condimentum. Lectissima Deo offerenda [v]. ¶ *Thus*] Ut non tantùm gratus sapor, sed etiam suavis odor, adsit. Deinde, quia ex communi sensu thus Deo, eíque penè soli, adoleri solet [x]. Virgil. in 6. Æneid. —*congesta cremantur Thurea dona, dapes, fuso crateres olivo*. Pontifex maximus quotidie offerebat Μαναὰ [y].

2. *Memoriale*] Ità L. F. & plerique. i. e. Incendat id quod Deo in memoriam reducet, vel, fœdus, seu promissiones suas [z]; vel, ipsum offerentem [a]; ut Deus ei placaretur [b]. Vel, in memoriam, totam similam ad Deum pertinere *: &, quòd totum quod habet offerens habet à Deo [c]. ¶ [אַזְכָּרָתָהּ] *Odorem*, vel *incensum*, vel *suffimentum*, ità V. Ma. vel *fragrantiam*, Ar. Non placet. זִכְרוֹ, Hos. 14. 8. (quod allegant) verti potest, Memoria Israelis non minùs grata quàm vinum Libani. Mallem vertere, *in cultum*, & *commemorationem*, seu *celebrationem*, *nominis Divini*: reliqua enim pars non in cultum, sed in usum sacerdotum, cedebat; sic v. 9. Vide 24. 7. ubi *thus* dicitur fore לְאַזְכָּרָה, *in celebrationem Dei*, cui adolebatur; cùm panes sacerdotibus cederent. Confirmat, quòd הִזְכִּיר est *celebrare*, 1 Chron. 16. 4. Et Psal. 38. & 70. dicuntur facti לְהַזְכִּיר, *ad commemorandum*, nempe, solum Deum esse perfugium [d].

3. *Erit Aaron*] Nempe, ad comedendum, Levit. 6. 16. Intellige de Minchah solitario; nam quod aliis sacrificiis adjunctum erat cremabatur. Vide Levit. 23. 13 †. ¶ *Sanctum sanctorum*] Ideóque non comedendum nisi à sanctis, h. e. sacerdotibus [f].

4. *Coctum*] Tripliciter fiebat; vel clibano, vel sartagine, vel craticulâ [g]. ¶ [מַאֲפֵה תַנּוּר] *Coctionem clibani*: per appositionem dictum [h]: Coctum in clibano [i]. *Mola*, *far tostum*; Festus. Plin. l. 18. c. 2. *à Numa statutum*, ait, *non esse far purum ad rem Divinam, nisi tostum* [k]. ¶ *De simila*] Supple, *sunto*, JT. A. ¶ *Panes absque fermento*, [חַלּוֹת מַצּוֹת] *Placentas massarum*, Ma. מַצּוֹת est substantivum, & construitur cum חַלּוֹת, non per syntaxin convenientiæ, sed regiminis; ut patet ex verbis seq. & ex Num. 6. 15. Sonat q. d. ἀζυμίαν, *infermenteïtatem* [l]. ¶ *Conspersos oleo*, [בְּלוּלֹת] *Versatas in oleo*, V. *mixtas*, O. Ma. *confusas*, vel, *perfusas*, Ma. ¶ *Oleo lita*, [מְשֻׁחִים] *Uncta*, O. Mo. Non mixta, (ut placentæ [m],) sed desuper inuncta & delibuta [n]. Hæc lagana erant panes grossi, licèt parvi; placentæ verò tenues [o]. [Al. aliter.] Lagana sunt liba non crassa, sed tenuia & extensa [p].

m Pi. n F. O. o Me. A. p Pi. A. q A. r F. M. † Me. t Ma. † Me. L. T. La. v Me. La. x Me. y G. z Pi. A. a F. Me. O. b Me. * O. c L. d Di. † A. f V. g Me. h V. i V. G. k G. l Pi. m O. n Me. o O. p Me. ex La.

5. *De sartagine*, [sic ferè omnes,] [עַל־הַמַּחֲבַת] *Super sartaginem*, V. O. Ma. עַל pro מִן, *de sartagine* [q]. Erat instrumentum frixorium, non profundum, neque concavum, sed planum, teste RS. & K [r]. Dictum à CHABAH *abscondere*, quia id quod coquitur in eo absconditur †.

6. *Minutatim*] Ut partes oleum imbibant [t].

7. *De craticula*, sic ο'. Ch. Sa. M. P. O. [מַרְחֶשֶׁת] Hebræis *sartago* est, sed *profundior* [v]. Aiunt esse *patinam*, Ma. *Frixorium* vertunt Ar. Mo. A. Ti. *cacabum*, JT. *craterem perforatum*, Sy. Notant esse vas profundum, in quo propriè ebulliuntur, non friguntur [x]. MARCHESHETH, *sartago*, limbum habet, vel labium, nè quid decidat: at MACHABATH, *patina*, nullum habet limbum: ideóque massa illi *mollis*, huic *dura*, imponitur [y].

11. *Absque fermento*] Id intelligi volunt de *Minchah hac spontanea* [z]. Nam in Eucharisticis erat fermentatum, infrà 7. 13 [a]. & in primitiis, 23. 17. & v. 12. hujus capitis [b]. Vide quæ ad Exod. 12. 15 [c]. Azymus panis purior [d]. Fermentum corruptionem significat †, & hypocrisin [f]. ¶ *Ac mellis*] Quare? 1. Quia Gentiles adhibebant in sacrificiis, (quos Deus noluit Hebræos imitari [g]:) in sacris Mithræ, sive λεοντικοῖς, teste Porphyrio ad Antrum Nympharum [h]. Deus mel pro impuro habuit, quòd in Dæmonum sacris ejus usus penè perpetuus fuerit. Deorum vix ullus est cui melle non sit libatum. In quinquaginta aris singulis diis erectis melle libatum notat Pausanias in Eliacis prioribus. Vide & Strab. de Persis l. 15. Frequens ejus usus in inferiis. Vide Homer. Iliad. ψ'. & Odyss. σ' [i]. 2. Quòd mel deliciarum symbolum erat [k]: dulcedinem & voluptatem carnis significat [l]. Mysticus sensus, displicere Deo nimias voluptates [m]. Quòd mellitis panibus delectentur pueri, non viri graves [n]. Ideo etiam cerâ contemptâ, quia mellis hospitium est, Dominus sibi accendi jussit oleum, quod de amaritudine exprimitur olivarum [o]. Mel blanditias & adulationem significat; quæ Divino cultui non intermiscenda [p]. 3. Quòd in conviviis neque homines melle utuntur [q]. 4. Quòd vim fermentati habet, ut notant quidam Hebræi [r]. 5. Quia combustum nullum emittit odorem, sed fœtorem potiùs †. Per *mel* Hebræi intelligunt omnes dulces fructus, ut sunt ficus, dactyli, &c. teste etiam RS [t]. Malè Theophrastus mel sacris Hebræorum admixtum putat; quod rectiùs Plutarchus negat [v].

12. *Primitias tantùm eorum offeretis ac munera*, [קָרְבַּן רֵאשִׁית תַּקְרִיבוּ אֹתָם] Variè accipiunt. *Munus*, vel *sacrificium*, *primitiarum* (vel, *in oblationem*, sive *oblatione*, *primitiarum*, Ch. P. vel, *oblationes & primitias*, Sy.) *offeretis ea*, Sa. Ch. P. ο'. Ma. (vel, *ex iis*, M. vel, *utrumque*, Ar.) *Ea*, i. e. fermentum & mel, quæ, licèt super altare non offerenda essent, tamen cum primitiis venerunt, & unà cum iis occurrunt Levit. 23. 17. 2 Chron. 31. 5 [x]. *Illa*, i. e. fermentatum & mel, h. e. fructus mellei saporis [y]. Hebræi intelligunt per *mel* significari omnes dulces fructus, ut sunt ficus, dactyli, & similia: Et de his nihil comburebatur, sed duntaxat coram Domino offerebantur [z]. Alioquin per *ea* intellige unum ex eis, nempe fermentum; ut *latrones* Matt. 27. 44. pro *uno latrone*, Luc. 23. 39 [a]. [Sic JT. vertunt, In *oblatione primitiarum offeretis ea* fermentata.] Alii vertunt, *eas*, nempe primitias; q. d. Tempore novarum frugum offeretis primitias. [Sic Ti. *Ex primitivis quidem* fructibus *afferetis munus*.] Hebraismus, de oblatione enim primitivarum frugum hîc loquitur, non tamen de qualibet [earum] oblatione. Fuerunt enim varia genera primitiarum frumenti. 1. Novalium, de quo Deut. 26. 2. 2. Manipuli die Paschatis offerendi, de quo infrà 23. 10. 3. Est & genus primitiarum generale, sicut & Decimarum; de quo scribitur Exod. 22. 29. & 23. 19. & Deut. 12. 17. 4. Duorum panum fermentatorum, in festo Pentecostes, infrà 23. 17. 5. Est & oblatio placentæ ex nova massa, quam oportebat quemque patremfamiliâs offerre priusquam vesceretur panibus è novo frumento confectis: de qua vide Numer. 15. 20. 6. Alia est granulorum novarum frugum, quæ nondum erant in

q V. r F. † O. Ma. t Me. v V. F. x Ma. y Maimon. in A. z Ma. a G. Me. b Ma. ex Jun. c G. d Me. † L. f Cl. g Me. La. h G. i BA. 4. 12. k Me. l E. m G. n Me. o E. p Cl. q O. r Ma. † O. t F. M. V. v G. x A. y V. z F. V. a A.

 farinam

farinam contrita aut commolita, sed tantùm è recentibus spicis igni parumper adustis excussa. Et hujus tantùm oblationis ritus hoc loco describitur. Solebant autem confricatione manuum grana è tunicis aut paleis suis excutere. ¶ *Super altare non imponentur*] Nempe ut incendantur; quia debent quidem offerri Deo primitiæ, sed non debent adoleri, quòd cedant in cibum sacerdotum[b].

13. *Sale condies*] Quare? 1. Ut cibi sapidi sint. Sacrificia erant convivia Dei, ut dictum[c]. 2. Ut depingant Christum unicum sacrificium, qui verus ac cœlestis sal est, quo tam homines quàm eorum opera redduntur Deo, tanquam cibus sapidus, grati ac jucundi, qui propter peccatum facti sunt insulsi & insipidi; quo etiam credentes (quamvis mortui) à putrefactione conservantur, ut resurgant ad vitam, Joh. 3. 16[d]. Tradunt Ægyptios mortuos suos sale condivisse, ut durarent. Sal admonet nos resurrectionis. Apostoli dicuntur *sal* respectu doctrinæ suæ, quæ sola (non ulla doctrina philosophorum) ab æterno interitu conservat[†]. 3. Quia sal à corruptione præservat, quæ longè abesse debet à Dei sacrificiis[f]. Carnem servat nè putrescat; vinum, nè stupescat, aut in acetum degeneret. Dictum est, *Totis corporibus nihil est utilius sale & Sole*. 4. Sal prudentiam & discretionem significat, Col. 4[g]. Nulla sacra (Ethnicis) conficiebantur sine mola salsa, ait Plin. l. 31. c. 7. Vide Serv. ad 8. Eclog. & 2. Æneid. ¶ *Sal fœderis*] Sic vocatur, 1. ob diuturnitatem. Philosophi per *salem* Animam intelligunt corporis conservatricem; Varro, Philo, Porphyrius[h]. *Sal* fœdus significat, 2 Par. 13. 5. Sal adumbrabat pacti incorruptibilitatem & firmitatem[i]. Hinc pacta inviolabilia vocantur *pacta salis*, ut Num. 18. 2 Par. 13[k]. 2. q. d. Quem adhiberi jussit Deus in omnibus oblationibus, quas populo suo ordinaverat tanquam fœdus & statutum aliquod; vel, quem velut fœdere adstringebantur adhibere, &c. Vide Ezec. 43. 24[l]. q. d. *Sal Legis hujus*; *Lex* enim *fœdus* sæpe dicitur[m].

14. *Primarum frugum*, בִּכּוּרִים] *Primitiarum*, Ch. V. O. *primorum*, vel *præcocium*, *fructuum*, D. Ma. Pi. ut Mic. 7. 1. D. Vide Exod. 23. 16. Ma. Primitiæ ter in anno reddebantur: 1. in Paschate, de spicis virentibus; 2. in Pentecoste, de novis panibus; 3. in festo Tabernaculorum, de collectis frugibus[n]. De hoc Minchah vide quæ ad Levit. 23. 10[o]. ¶ *De spicis*. Tertia species Minchæ[p]. אָבִיב] Vertunt, *spicam*, M. P. O. aristas *teneras*, vel *recentes*, ὁ. Sa. Mo. JT. A. Subaudi præpos. *de* spicis, & de tritico, Q. in V. ¶ *Confringes in morem farris*] Grana ex spicis illis excussa contundes, pistrino aut molâ comminuens[q]. ¶ גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל] Vertunt, *spicam virentem comminutam*, Sa. (seu, *absque gluma*, Sa. vers.) *spicas frictas purgatas*, Sy. *triticum contusum spicæ viridis*, vel *plenæ*, Mo. O. P. A. K. & RS. in M. V. D. simil. JT. גֶּרֶשׂ à גרס *frangere*, *contundere*, V. *De spicis confractis ac teneris*, Ch. *quas profudit fertilissimus ager*, Ti. *Expulsionem frumenti*, i. e. frumentum expulsum è follibus, Q. in Ma. *Contusionem spicæ virentis*, Pi. כַּרְמֶל est mons feracissimus, vel, cui adjuncta erat vallis feracissima. Hinc ponitur pro qualibet terra feraci, ut Isa. 32. 15, 16. & strictiùs, pro segete, seu frugibus, aut frumento recenti seu pingui, ut hîc & infrà 23. 14[r].

[Margin: b V. — c Me. O. — d Q. in F. V. Ma. — † Q. in F. — f L. E. — g L. E. — h G. — i O. — k E. — l V. — m Me. — n L. — o A. — p Me. — q Me. — r Ma.]

CAP. III.

SI *hostia*, &c. זֶבַח שְׁלָמִים] Variè vertunt & exponunt. 1. *Hostia*, vel *sacrificium*, *pacificorum*, Vulg. ità Sa. M. P. Mo. A. Ma. G. ità Reuchlin. Caj. Merc. in Ma. simil. Sy. & Ar. Vel, *pacium*, i. e. pacis summæ, V. quòd pacem faceret inter offerentes, Deum, & sacerdotem. In eo enim suum cuique tribuebatur[†]. Secùs quàm fieret in aliis sacrificiis[t]. (Similem ob causam dicitur *sacrificium* מִלּוּאִים *plenitudinum*, quòd repleret voluntatem omnium; nam omnes de eo edebant[v].) Vel, quòd per ipsum pax mundo obtineretur; ità Judæi & Forsterus[x]. Vel, (quod maximè probârim,) quia pro pace & incolumitate, seu salute, offerretur, & pro aliquo beneficio obtento, vel obtinendo, à Domino; non delicti aut peccati causâ[y]. Pax Hebræis salutem & omne bonum comprehendit[z]. *Hostia salutaris*, (vel *salutis*,) θυσία σωτηρίου, ὁ. 2. *Sacrificium eucharisticum*, vel, *gratiarum actionis*, JT. Ti. Buxtorf. in Ma. vel, *retributionum*, sive *compensationum*, Forst. & Schind. in Ma. A. Oblatum volunt cùm quis Deum laudare vellet super beneficio aliquo, &c. ut si ex vinculis liberatus esset, &c. Confirmant ex Levit. 7. 11[a]. 3. Hostia *sanctitatum*, vel, *sanctificationum*, Ch. in A. Vel, quòd Deus per eam sanctificabatur[b]; vel, quòd solis mundis & sanctis licebat de ea edere[c]. Infrà 7. 20[d]. 4. *Sacrificium integritatum*; quòd pro domûs integritate & incolumitate offerebatur[†]. Offerebatur aut pro beneficio obtento, tum vocatur *sacrificium gratiarum actionis*; vel, pro obtinendo, & tum, *sacrif. postulationis*[f]. 5. *Sacrificium teleticum*, i.e. expiatorium, ἀπὸ τῆς τελετῆς[g]. Hebræis alio nomine מְלֵא, i.e. τελείωσις. Erant autem hæc trium generum: תּוֹדָה, αἴνεσις, (*gratiarum actio*,) ob acceptum beneficium; voti solutio; aut meræ liberalitatis: Lev. 7. 12. De his licebat privatis qui obtulerant, eorúmque uxoribus & liberis, epulari, in signum amicitiæ cum Deo. Id in oblatione similæ non licebat, quia id inter privilegia erat sacerdotalia; nec in victimis pro peccato & delicto, nè de culpa lætarentur. Eadem de causa Pontificis victima comburitur, infrà 4. 12[h]. ¶ *Marem sive fœminam*] At in holocausto tantùm mas. Ratio differentiæ est, quòd holocaustum erat perfectius sacrificium[i]. Holocausta primariò spectabant honorem Dei, qui optima meritò vult: pacifica verò primariò spectabant utilitatem offerentium: quare hoc arbitrio offerentium relinquebatur. Erat & alia differentia: In pacificis tantùm boves, oves & capræ, offerebantur; in holocaustis præterea columbæ & turtures. Ratio est, quòd cùm hostiæ pacificæ in tres partes dividerentur, ut dictum, factâ hâc triplici divisione in exiguis volucribus, præter molestiam, jejuna admodum fuisset epulatio: In holocaustis verò, cùm igni omnia absumerentur, cessabat hæc & omnis alia molestia[k].

2. *In introitu tabernaculi*] Apud altare holocaustorum[l], ad latus altaris Aquilonare[m]. Non placet. Nam, 1. introitus Tabernaculi erat à parte Orientali, Exod. 27. 16. & 28. 15. 2. Hostia pro delicto & pro peccato disertè dicitur immolanda in loco quo immolabatur holocaustum, i.e. (in loco sancto, seu parte Atrii sacratiore;) & ratio additur, cap. 14. 13. quæ non convenit hostiæ pacificæ, neque hæc immolanda dicitur in loco holocausti. Immolabatur ergò ad partem Orientalem atrii, quæ pars erat minùs sancta, (in quam altaris cineres conjiciebantur.) Holocausta & hostiæ pro peccato & delicto pacificis longè sanctiora erant, utpote quæ passim *sancta sanctorum* appellantur[n]. Ibi autem immolabatur, quia hujus pars, nempe adeps & pectusculum, debebat imponi manibus illius qui venerat oblaturus, & ab ipso Deo offerri, & ex ipsius manibus à sacerdote desumi; infrà 7. 30. Atqui non licebat laicis intrare atrium sacerdotum. Ergò ad ingressum atrii, quò accedere licitum eis erat, immolatio ista fieri debebat. Omnia autem holocausta, & etiam victimæ pro peccato, ad latus atrii *dextrum*, seu respiciens ad Aquilonem, immolabantur[o]. ¶ *Per altaris circuitum*, עַל־הַמִּזְבֵּחַ] *Super altare*, i.e. supra extrema altaris. Alii, *circa*, vel *juxta*[p].

3. *Adipem qui operit vitalia*, *& quidquid pinguedinis est intrinsecus*] De duplici loquitur adipe, sive pinguedine: nempe, 1. de eo *qui operit intestina*, quíque à carne separatur, & חֵלֶב dicitur; *axungiam* appellare possumus: & 2. de eo qui adhæret intestinis, quem שׁוּמָן dici volunt, carníque conjungitur. Notandum etiam est *adipem* Chaldaicè dictum תַּרְבָּא *Tharba*, à *præstantia*: Et hinc optima in Scripturis veniunt appellatione *adipis*; optima *decimarum*, Num. 18. 17. & *frumenti*, Psal. 81. 16. Item potentes & divites per adipem intelliguntur[q]. Adeps interdum signific. *optima*; interdum *stuporem* & *duritiem cordis*, ut Psalm. 119. 70. Actor. 28. 27. Si prius, docet

[Margin: † K. in F. & L. & Merc. in Ma. — t V. — v K. in F. — x Ma. — y Merc. in Ma. ità Me. E. L. — z E. Me. — a F. — b A. — c F. V. A. — d V. — † O. — f E. — g V. — h G. — i L. — k T. ferè ex L. — l Me. La. — m Q. in T. — n Bo. — o T. ex Bo. — p V. — q V. ex F.]

cet optima Deo offerenda esse: Si posterius, adeps in igne consumptus monet corruptionem nostram à Spiritu Dei tollendam [r]. ¶ *Vitalia*; cor & præcordia*: הַקֶּרֶב] Vertunt, *intestina*, Ch. Sy. JT. Mo. P. M. Sa. O. V. (i.e. exta, vitalia, V.) *ventrem*, A. Ti. ο'. ¶ *Intrinsecus*, עַל הַקֶּרֶב] *Super intestina*, Ch. Sa. Mo. P. A. *super ventrem*, Ar. ο'. *circa ventrem*; Q. in Ma. *circa* (alii, *inter*) *intestina*, M. *qui adhæret extis*, JT.

4. *Cum adipe quo teguntur ilia*, אֲשֶׁר עַל הַכְּסָלִים] [Hoc אֲשֶׁר quidam ad renes referunt.] *Qui* (i.e. renes) *sunt juxta ilia*, V. Habent ilia, secundùm Hebræos, locum prope renes, sub lumbis, pubi inservientia, sicut & renes [t]. [Alii omnes referunt ad adipem.] *Qui est super* (vel *ad*, JT.) *ilia*, Ch. Sa. M. P. Mo. O. *super omentum iliorum*, Ti. *super femora*, ο'. *super intestina*, Ar. *Latera* reddunt Onk. & Sy. λαγόνας, Aq. ψόας, partes lumborum musculosas, Sym. in BA. Hæ versiones docent veteres hîc in meris tenebris versari. Ut lux inferatur, observandum הַכְּסָלִים esse, 1. partes renibus proximas, ut patet ex phrasi sæpe repetita in Levit. *Renes cum adipe qui est super ipsos, qui* (inquam) *est ad* הַכְּסָלִים. 2. Partes adiposas, ex hoc loco & illo Jobi, *Adipe operuit—super* כֶּסֶל. 3. Partes quæ facilè incalescunt, Psal. 38. 8. Quæ omnia in lumbos cadunt. Ex כֶּסֶל factum puto ἰξύς· nam כ & ס latent in ξ; & Lamed finale de more mutatum in *S*, ut in *Annibas*, ex חני־בעל, &c. Et ἰξὺς & כֶּסֶל ambiguum est: utrumque puto significare, primò, *lumbum*; deinde, partes vicinas, putà *ilia*, & *ossa ilii* [v]. Monet K. conjunctionem copulativam subintelligendam juxta præpositionem עַל. Vide ad Lev. 7. 4 [x]. ¶ *Et reticulum jecoris*, vel, *reticulum super jecur*, Sa. Ch. JT. Ti. A. הַיֹּתֶרֶת עַל הַכָּבֵד] i.e. Pinguedinem quæ instar retis hepar circumdat. Vide vers. 15 [y]. *Omentum*, Q. in V. *fibram super hepate*, Mo. *redundantiam jecoris*, Ar. *septum jecinoris*, Sy. *augmentum super jecur*, M. *residuum* (scil. adipis) *super grave*, i.e. *epar*, O. Ma. Hebræi dicunt esse rubeam carnem hepar complectentem, quæ quasi hepatis abundantia est, juxta nominis interpretationem, speciem habens pinguedinis [z]. [*Vide quæ ad* Exod. 29. 13, 22.] Illud עַל הַכָּבֵד alii vertunt, *cum jecore*; ut עַל habeat vim τοῦ עִם, & innuatur quòd parum de hepate unà cum reticulo auferre debeat sacerdos [a]. *Fibram cum jecore* habent P. O.

5. *In holocaustum*, sic Ch. עַל הָעֹלָה] *Cum holocausto*, Sa. P. A. *secundùm holocaustum*, Pi. *pro ratione holocausti*, JT. *super holocaustum*, M. F. Sy. Ti. ο'. V. O. Ma. Interpretantur, unà cum holocausto, sub. præcedente, quia sine illo non fiebant alia sacrificia; vel, *post holocaustum*, nempe, juge illud quod quotidie offerebatur: ut innuat holocaustum illud juge omnia alia sacrificia antecedere debere [b].

9. *Caudam*, אַלְיָה] Ab אָלָה *exsecrari*, quòd sit pars quodammodo exsecrabilis [c]. Hæc *offa penita* Festo [d]. Signatè jubet caudam offerri, quòd Syriæ & Arabiæ ovibus ingentes essent caudæ, nempe *cubitales*. Testantur Arist. Hist. animal. 8. 28. (aliàs 33.) Plin. 8. 48. Herod. l. 3. cap. 113. & ex eo Ælianus de Animalibus, 10. 4. Et Ludovicus Romanus, in Peregrinationibus suis, author est, se in Arabia vidisse verveces quorum caudæ essent 44 (& plerumque 11) librarum †. Vide etiam Golium in Lexico, pag. 1723. & Paulum Venetum, l. 1. c. 22. & Busbequium Epist. 1. & Olearium, Muscovitici & Persici itineris l. 5. p. 548. ubi harum ovium meminit tanquam in Syria, &c. vulgarium. Non est ergò quòd miretur aliquis Mosen de ovilla cauda tam solicitum esse, quæ apud nos nè teruncium valet [f]. *Caudam agni*, non *bovis*, aut *capræ*, adoleri voluit; quòd in agno vel ove sit plena pinguedinis & delicatissima, qualia Deus sibi adoleri vult [g]. ¶ *Caudam totam*] Sic תְּמִימָה alibi sign. *totam*, vel *perfectam*; Levit. 23. 15. Ezec. 15. 5. Malè ergò Græci reddunt, *immaculatam* [h]. ¶ לְעֻמַּת הֶעָצֶה] *E regione* (vel, *juxta*, Sa. A. vel, *contra*, Ch. vel, *ad conjunctionem*, Ma.) *dorsi*, O. M. A. vel, *spinæ dorsi*, Mo. P. V. Di. Ma. vel potiùs, *clausuræ dorsi*, O. vel, *arboris dorsi*, Ma. עָצָה *dorsum*, vel *spina dorsi*. Sic dicitur vel à יָעַץ *consulere*, quòd ibi *renes*, sedes consiliorum dicti [i]: vel à עֵץ, i.e. *arbor*, quòd arboris figuram re-

r A. * Mc. t F. ex M. v BA. 1. 2. 45. 506, &c. x M. y Mc. z F. V. a V. ex F. sic K. in F. b Ità RS. in F. c O. d G. † Ma. f BA. 1. 2. 45. 495. g Bo. h BA. ib. i F.

ferat [k]: vel, quasi costarum & totius trunci clausura [l], à עָצָה *claudere* [m]; quod semel in Hebræis significat, nempe Prov. 16. 30. sæpe autem apud Æthiopicum N. Test. Interpretem, ut Matt. cap. 6. v. 6. & 23. 14 [n]. Illic debuit cauda abscindi è regione renum [o]. *Ad orthopygium*, sic JT. Sa. vers. Intelligitur extremitas spinæ dorsi [p]. Sed scribendum *orropygium*, est enim illa pars quæ est inter ὄῤῥον, i.e. *sacri ossis extremum*, & πυγὴν, i.e. *nates* seu *clunes* [q]. Verbum עָצָה est ἅπαξ λεγόμενον, unde variè reddunt. Hieron. *renes*, Sy. *dorsi crepidinem*, (at ego *lumbos* expono,) Sa. *vertebram*. Potiùs verterem, *coccygem*, cum Arabe Parisiis edito. Et hoc voluerunt K. & Sa. Nam, 1. constat partem hanc esse caudæ proximam; quod de *lumbis*, vel *renibus*, vel *dorso*, &c. dici non potest. 2. *Coccygem* sign. Arabicum עצעץ, (quod idem est cum עָצָה, à quo differt tantùm radicalium geminatione,) ut constat ex descriptione ejus in Avicenna, lib. 1. Fen. 1. Doct. 5. Sum. 1. cap. 12. collata cum Galeni descriptione, lib. de Ossibus [r]. Quæ autem hîc non jubentur adoleri, ea cedebant sacerdoti, infrà 7. 31. Sic apud Græcos, Νόμος ἦν, τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν, ait Scholiastes ad Plutum, (*Lex erat, partes sacrificii relictas sacerdoti cedere*:) mox, τὸ δέρμα καὶ τὰ κῶλα, (*pellis & membra*, seu *artus*:) quas idem Scholiastes ad Pacem vocat ἀπαρχάς. Apud Hebræos cedebant sacerdoti, de capite, maxilla, de pedibus, armus dexter, de corpore, stomachus. Ea redimere non licebat. Significatur sacrandos Deo sermones, actus, appetitus †.

16. *Adolebit*] Mysticus sensus est, Interimendas in Dei honorem cupidines, quarum instrumenta adeps, renes, jecur [t].

16, 17. *Omnis adeps Domini erit*, &c.—*nec adipem comedetis*] Qu. 1. Cur adeps prohibitus? Resp. 1. Quia idololatræ *de victimis comedebant adipes*, ut dictum est Deut. 32 [v]. 2. Ad protestandum à Deo nobis esse & vitam, & omnis boni sufficientiam; adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat. 3. Ut doceat nos lasciviam fugere [x]. 4. Quia adeps aptissimus ad comburendum in altari [y]. 5. Adeps est optima hostiæ portio: hunc ergò Deo cedere par erat [z]. Qu. 2. Quisnam adeps erat prohibitus? num omnis? Resp. Non is qui carni adhæret, & ei immixtus est; sed qui seorsim in intestinis confertus & condensatus est [a]. *Omnis* ergò *adeps* hoc loco referri debet ad superiora, q.d. omnis adeps supradictus [b]. Adeps hîc non quodvis pingue, sed musculorum extremitatibus aut membranis hærens; qui frigore concretus durus & fragilis est [c]. Qu. 3. Quorum adeps prohibitus erat? Resp. Plerique restringunt ad animalia immolatitia, ad adipem scil. bovis, ovis, & capræ [d]. Quidam etiam ad ea quæ actu immolabantur. Id inferunt ex cap. 7. 25 †. Non placet Bo. T. La. Illud cap. 7. 25. *qui offerri debet*, explicandum est per modum potentialem, quomodo futurum Hebræum sæpe accipitur, ut significet, *qui offerri potest*, vel *solet* [f]. Intellige ergò adipem hostiæ immolatæ, aut quæ poterat immolari [g]. Frustrà adderetur, *in omnibus habitaculis*, si tantùm adeps victimæ immolatæ in Templo esset futurus Dei [h]. Alii volunt esum adipis non minùs quàm sanguinis in universum prohibitum fuisse: & ità accipiunt moderni Judæi [i]. Contrà, 1. In Deut. 17. captum venatione poterat comedi absque esu duntaxat sanguinis: Ergò adipis esus concessus est. (Quanquam dici posset, pari jure sequi, quia Deut. 12. dicitur de immolatitiis, *Sicut comeditur capra & cervus*, ità *vesceris eis*, absque esu duntaxat sanguinis, etiam adipem immolatitiorum posse comedi.) 2. Infrà c. 7. dicitur, *Adipem ovis & bovis & capræ non comedetis*: Ergò aliorum adipes videntur concessi ad esum [k]. 3. Quid ergò fieret de adipe mundorum in domibus suis mactatorum, siquidem nec edere poterant, nec gentibus vendere? Num canibus vel porcis projiciendus erat [l]? Poterant comedere adipem capræ, cervi, &c. ut patebit c. 7. Judæi tamen, ut exactiùs hanc legem servarent, omni adipe abstinebant [m].

k Pi. l Di. m O. Di. n Di. o M. p Pi. ità K. in BA. q Pi. r BA. 1. 2. 45. 497. † G. t G. v L. E. x E. y Mc. z Bo. a T. Mc. La. Bo. Maimon. in BA. p. 471. b Bo. c Jun. d L. ità A. E. T. La. & Jo. in T. & Ma. † Ità Me. Aug. in Wil. f Bo. g La. h Bo. i L. Wil. k L. l Wil. m La.

CAP. IV.

HIC & in sequentibus differitur *de peccato*, & *delicto*; & *de hostia pro peccato*, & *hostia pro delicto*. Qu. Quid inter ea intersit? In hoc omnes hærent [a]. Quibusdam, *Peccatum* est culpa commissionis; *Delictum*, culpa omissionis [b]. Hebræis, *Peccatum* est contra præcepta affirmativa; *Delictum*, contra negativa. Verùm dico, *peccatum*, cùm à delicto distinguitur, (sæpe enim pro eodem accipiuntur, ut patet c. 4. 5. 6.) esse illud quod prudenter & scienter committitur; *delictum*, quod ignoranter fit, (putà, per imprudentiam, oblivionem, vel etiam inscientiam, maximè juris.) Sic Procopius hîc, & Hieron. in Ezechiel. 40. 39. & o'. ibid. *delictum* vertunt, ἄγνοιαν, *ignorantiam*; alibi, πλημμέλειαν, *negligentiam* [c]. Obj. Hostia pro culpa Pontificis & populi (quæ *ignorantia* vocatur Levit. 4. 2, 3, 13.) *peccatum* dicitur. Resp. Hoc fit ut ostendat gravitatem peccati ignorantiæ in talibus [d]. [Al. aliter.] Dicerem, *peccatum* esse quod *per ignorantiam* committitur; *delictum*, quod *scienter*. Ità Sigon. lib. 4. de Rep. Heb. c. 7. & Josephus Antiq. 3. 10. & Philo lib. *de Victimis*. *Peccatum* tunc incipit vocari *delictum*, cùm homo intelligit peccatum suum, vers. 13, 22, 27. ut notant P. O. & ante eos K. Hoc tamen non est universè verum, cùm inter *peccata* ponuntur quæ *scienter* commissa sunt, Levit. 5. 1, &c. & inter *delicta*, quæ *ignoranter*, Levit. 5. 14. Dicerem ergò *peccata* dici, quæ vel ex genere suo, vel ex circumstantiis, *minora* sunt; v. g. quæ ignoranter admissa, & quæ in proximum, &c. *delicta*, quæ *majora* vel ex genere suo, vel ex circumstantia; quæ circa Deum & res Divinas peccantur. Hinc ad *delicta* expianda requiritur melior victima, nempe aries masculus; cùm *peccata* expientur caprâ vel agnâ. Et hoc etiam Philo sensisse videtur, qui ait peccatum circa res Divinas ignoranter & involuntariè commissum à Lege æquari peccato in hominem voluntario. Hæc mihi ita perspicua videntur, ut nullus sit dubitandi locus †.

2. *Per ignorantiam*, ità M. F. A. Mo. Ch. Aq. in G. בִּשְׁגָגָה] *Per ignorantiam*, sive legis & juris, sive facti [f]: eámque crassam & culpabilem [g]. De tali peccato intelligendum videtur, ex v. 13. &, quia peccata sponte facta à magistratu puniebantur [h]. LXX minùs propriè, ἀκουσίως, (*involuntariè.*) Est quidem omne δι' ἀγνοίας ἀκούσιον, at non contrà [i]. Al. *per errorem*: ità Sa. Sy. Ar. Ti. JT. P. O. A. i. e. errando, seu declinando, à legibus Divinis. שגג videtur significare *errorem* potiùs quàm *ignorantiam*, Gen. 43. Deut. 27. Ezec. 34 [k]. Cùm quis peccaverit errore vel ignorantiâ. Significat peccatum in quod incogitantiâ, imprudentiâ & errore (impellente, scilicet, affectuum mole ac impetu,) animus perplexus præcipitatur, quò minùs rationis ac spiritûs judicium audiat [l]. *In inconsideratione*, Ma. A. vel, *ex oblivione*, A. ¶ *Et de universis*, מִכֹּל] Subaudiendum nonnihil: *in aliquo ex omnibus*, V. ¶ *De mandatis*]. [Ità plerique.] i. e. Mandato aliquo prohibitis. Ut Hebræis actus sæpe ponitur pro objecto, amor pro re amata: ità lex, pro re quæ lege vetatur [m]. *Ex interdictis*: sic vertunt Sy. Ar. Ti. מִצְוֹת, *præceptum*, hîc valet interdictum, per synecdochen generis. Et sic צִוָּה accipitur pro *vetare*, Deut. 4. 23 [n]. ¶ *Quæ præcepit ut non fierent*, sic A. אֲשֶׁר לֹא תֵעָשֶׂינָה] Ad verb. *quæ non fient*, V. La. Mo. *quæ fieri non decent*, Ch. vel, *non debebunt*, Ti. *quæ non facienda sunt*, Sa. Sy. Ma. Idem loquendi genus v. 13, 22, 27 [o]. *Peccatis quæ non sunt facienda*, JT. Glass. Latet hæc vox חַטָּאת, *peccatis*, in præcedenti verbo יֶחֱטָא. Est ellipsis vocis ex voce conjugata eruendæ. Sic Num. 11. 14. *Non possum ferre populi hujus*, scil. *onus*. Deest מַשָּׂא *onus*, quod in verbo נָשָׂא, *portare*, latet. Psal. 76. 12. *Vovete & peddite Jehovæ*, scil. *vota*; quæ vox in verbo *vovete* latet [p]. Contra præcepta vetantia, vel negativa [q]; quæ לֹא תַעֲשֶׂה Hebræis. Nam si quid per errorem merum omissum esset eorum quæ jubentur, id adhuc impleri poterat [r]. Præcepta Dei, juxta Hebræos, duplicia sunt. 1. *Affirmativa*, מִצְוֹת עֲשֵׂה. Hæc tot faciunt quot sunt membra in corpore humano, nempe 248. 2. *Negativa*, מִצְוֹת לֹא תַעֲשֶׂה. Horum tot constituunt quot sunt dies anni, h. e. 365. Summam omnium præceptorum vocant מִצְוֹת תַּרְיַ״ג *Thariag*, quia eâ voce omnium numerus (nempe 613) continetur †. Hinc etiam ponuntur duo ordines peccatorum, *Omissionis*, & *Commissionis*: Ad quæ expianda, duo genera sacrificiorum instituta sunt; unum pro *peccato*, alterum pro *delicto* [t]. Alii exponunt de omnibus mandatis [v]; naturalibus, ceremonialibus, judicialibus [x]. Hîc deest enunciati instituti consequens, nempe, sententia hæc, *Tunc offerto*, &c [y].

3. *Si sacerdos qui unctus*] Nempe summus, sive Pontifex [z]. Is enim solus unctus est solenni unctione [a]. Reliqui tantùm quadam commistione aspergebantur [b]. Hujus mentio fit, quia ejus peccatum, ob personæ dignitatem, erat maximum [c]. ¶ *Delinquere faciens populum*, יֶחֱטָא לְאַשְׁמַת הָעָם] Variant. 1. *Secundùm*, vel *ad*, *delictum populi*, Onk. in F. Mo. M. P. Ti. O. simil. Sy. i. e. admittendo tale delictum quale plebs admittere solet [d]: cùm cæteris circumspectior esse debuit †. Potuit sacerdos peccare dupliciter: 1. in his quæ ad sacerdotium pertinebant, v. g. *si immundus ministraret*, &c. 2. in his quæ erant ei cum populo communia, ut *superbiâ*, &c. Potuit etiam sacerdos immunditiam aliquam contrahere, quemadmodum aliquis de populo pollui solet [f]. Ad verb. *in delicto populi*, V. *in piaculo populi*, Ma. 2. *In delictum populi*, i. e. faciendo delinquere populum [g]. Suo peccato illi quoque occasionem peccandi præbet [h]. *In*, vel *ad*, *reatum populi*, JT. Pi. Sa. i. e. inducens eos in reatum [i], sive errorem [k]. Vel doctrinâ suâ [l]. Qui ignorans docet populum aliquid licitum esse quod illicitum est [m]. Vel exemplo [n]. Vide 1 Par. 21. 3 [o]. 3. *In populi noxiam*, Ca. vel *præjudicium*, M. (cùm illius mediator esse debeat [p].) i. e. Cujus delicto etiam populus teneatur; ut Achanis & Davidis peccatum toti populo nocuit [q]. 4. *Propter delictum populi*, i. e. Si culpâ sacerdotis peccaverit populus [r]. 5. *Si peccaverit dum offeret oblationem delicti pro populo non secundùm ritum* †. ¶ *Pro peccato*, ità Ch. O. P. Sa. o'. *pro peccato suo*, Sy. עַל חַטָּאתוֹ] *In peccatum*, i. e. hostiam pro peccato. Vide Exod. 29. 14. & Lev. 26. 25 [t]. ¶ *Vitulum*] In gravibus peccatis levis victima, nè sumptus magnus impetrâsse veniam crederetur: Quam opinionem in Græcia Plato reprehendit, Confer quod infrà 9. 8 [v].

6. *Asperget septies*] Ad denotandam perfectam expiationem [x] per sanguinem Christi; & ut doceat peccata nostra indigere plurimâ purgatione [y]. Videtur hic numerus à Deo probatus præ cæteris; *septimus*, *dierum*, & *annorum*. Vocatur *numerus plenitudinis*, & *perfectionis*: item *numerus mysticus*. Sunt septem dies partûs, & luctûs, & immunditiæ: *septem columnæ*, Prov. 9. 1. & *pastores*, Mich. 5. 4. & *oculi Domini*, Zach. 4. 10 [z]. Observârunt hoc & Ethnici. Apuleius de Asino aureo lib. 11. *Ad meipsum purificandum septies caput lavo: Hic enim numerus secundùm Pythagoram in religione aptissimus est* [a]. [Plura exempla videsis in Auctore.] Vel *septem*, i. e. pluribus vicibus, V. ¶ *Contra velum*, ità o'. Ch. אֶת־פְּנֵי פָּרֹכֶת] *Ante* (*versùs*, Sy.) *velum*, M. P. Ti. JT. O. A. Non velum primum in aditu, sed illud quod dividit Sanctum sanctorum à Sancto [b]. Hoc enim *Parocheth* passim vocatur, Exod. 26. 36. 40. & Levit. 16. cùm aliud *Masach* dicitur [c]. [Conjungit hæc Sa. cùm præcedenti voce—*asperget anteriora veli*.]

7. *Omnem reliquum sanguinem*, כָּל־דָּם] Vox *reliquum* non est in Heb. sed eam subaudiendam esse liquet ex oratione integra, quæ habetur infrà 5. 9 [d]. Sic infrà v. 18, 25, 30, 34 †.

12. *Efferet extra castra*] Hujus ceremoniæ causa literalis erat, 1. ad excitandum ingens peccati odium & horrorem: Peccatum enim & peccator sic cremandi essent. 2. Tacita erat oratio, ut peccata sua, quasi extra castra efferrentur, cremarentur & abolerentur †. Causa ejus allegorica erat, quòd Christus *extra castra*, i. e. portam urbis, torquendus erat, Heb. 13. 12 [f]. Alia causa erat, quia de hostia pro peccato

a Bo. — b Ità Aug. & Greg. & L. & To. in La. ad Levit. 7. 1. — c La. sic E. & Me. ad Lev. 7. 1. — d La. ad Levit. 7. 1. — † Bo. — f Me. E. — g Me. — h O. — i G. — k O. — l V. ex M. — m Caj. in La. — n Pi. — o G. — p Glass. gram. lib. 4. tract. 2. obs. 5. p. 7. 11. — q G. F. V. O. He. in L. — r G.

† F. O. — t F. — v Ità La. Ma. — x Me. — y Pi. — z Ità L. F. V. Ch. o'. T. ex Caj. AE. in D. — a L. F. T. — b L. — c La. — d V. — † M. — f O. — g V. — h Ità Me. L. — i Ma. — k G. — l K. in F. G. V. Ma. — m He. in L. — n G. V. Ma. — o G. — p M. — q Ca. — r V. — † TJ. in Bi. — t Ma. ità M. Ti. Ar. A. Pi. — v G. — x L. La. — y A. — z D. — a A. — b Me. L. V. — c Me. — d Ma. ex V. — † Ma. — † La. Me. — f La.

peccato nemo participabat nisi sacerdos; neque (hoc loco) ipse sacerdos, quia hostia erat pro ipsius peccato. Ergò tota consumenda erat[g].

13. *Si omnis turba,* עֲדַת] *Congregatio*, vel *cœtus*, [ità ferè omnes:] *synagoga*, ο'. P. Si totus populus, aut maxima ejus pars[h]. Nota eandem hostiam esse in peccato *Pontificis* & *populi*[i]. Quia Pontifex erat persona communis, & princeps populi[k]. Indicium hoc erat, ὅτι ὅσῳ μεῖζον τὸ ἀξίωμα, τοσούτῳ χαλεπωτέρα ἡ κόλασις ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν· (*quò dignitas peccantis illustrior, eò pœna gravior,*) Chrys. in Psal. 6[l]. Alii exponunt de Judicibus Sanhedrim, qui totum populum repræsentabant; (sicut illud, *Dic Ecclesiæ*, quidam enarrant de cœtu ecclesiastico[m].) Nam si *cœtus* hîc sint omnes Israelitæ, quinam vers. 27. *populus terræ*[n]? Græci, συναγωγὴ, populus omnis dum is congregari solebat. Ejus locum implevit postea Senatus 70 virûm, ac propterea hâc lege tenetur. Excusatur autem error in Synedrio, quia neminem alium ducem habet quem sequatur; in singulis autem non, quia acquiescere debent judicio Synedrii, pacis causâ, Deut. 17. 8. Quia verò in Pontificem maximum & Senatum non putantur cadere posse peccata graviora, ideo sola pro illis expiatio fit ignorantiæ[o]. ¶ *Ignoraverit*, יִשְׁגּוּ] *Erraverint*. Concordia est in sensu, non in voce[p]. Ut in illis, *Turba ruunt; Pars in frusta secant*[q].

14. *Peccatum suum,* אֲשֶׁר חָטְאוּ עָלֶיהָ] *Quod peccaverunt super ipsum*, V. Ma. i. e. contra ipsum præceptum[r]. *In quo peccaverunt*, V. Ch. Sy. M. *Peccatum quod perpetraverunt*, Sa. Ar. vel, *quod peccaverunt*, V. Ma. *ipsum peccatum*, Ma. Sic vers. 23. Ma. & Thren. 1. 8. D.

17. *De sanguine,* מִן הַדָּם] *In sanguine.* מִן pro ב †.

21. *Quia est pro peccato multitudinis*] q. d. Si hæc victima oblata fuisset pro Principe aut privata persona, non cremaretur extra castra, sed, de more, in altari holocaustorum: rursum, non inferretur ejus sanguis in Tabernaculum, ut eo aspergeretur altare thymiamatis. Hæc enim duo tantùm fiebant in peccato Pontificis & totius populi. Vide v. 12[t].

22. *Si peccaverit*, sic ο'. Ch. Sy. Ar. P. Ti. אֲשֶׁר יֶחֱטָא] *Quòd si errabit*, Ma. *Quum*, vel *quando, peccaverit*, Sa. JT. M. Pi. A. אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר[v]. ¶ *Princeps,* נָשִׂיא] *Elevatus* dignitate, ut patet Num. 1. 4. & 7. 2[x]. Sic vocant magnum quemque virum. Unde Onk. vertit, רַבָּא *magnus*, vel *dominus*. *Princeps* hîc vocatur dux, caput & primus in familia, aut tribu, aut exercitu[z]. ὁ ἄρχων· nim. Rex, Interrex, vel Ethnarcha: in bello putà, ubi Synedrii consulendi non est copia[a].

23. *Et postea intellexerit*, sim. Ar. אוֹ הוֹדַע אֵלָיו חַטָּאתוֹ] [Variè reddunt τὸ אוֹ, per *si*, sive *&*, sive *vel*, sive *ubi*.] 1. *Si* cognoverit, &c. ità Ch. Sy. Ti. Ma. F. V. 2. *Et fecerit—& innotuerit*, &c. V. ex F. ο'. Glass. Conjunctio disjunctiva, *aut*, non semper separandi, sed sæpius distinguendi, imò & conjungendi, vim habet[b]. 3. *Vel innotuerit sibi peccatum.* [Sic ferè, Sa. Mo. P.] h. e. *Recordatur hoc à semetipso, vel alii notum fecerint ei*[c]. 4. *Ubi innotuerit*, Ca. simil. JT. הוֹדַע quidam activè exponunt, *Si cognoverit à seipso*, vel, *si alius indicaverit*[d]. *Si indicaverit ei* quispiam, P. Alii passivè, pro נוֹדַע *notum factum est* †. [Ità plerique.] ¶ *Offeret*, sic V. וְהֵבִיא] Vel, *afferet*, vel, *inferet*, aut, *adducet*, V.

24. *Holocaustum*] Scil. juge, de quo Exod. 29. 38. Per excellentiam sic vocatur. Infrà 33[f]. ¶ *Quia pro peccato est*] i. e. Victima pro peccato. Potest hæc ratio esse, vel, 1. sequentium: q. d. Quia *peccatum* est, idcirco hi ritus servabuntur; *Tinget*, &c. Sic ו hîc (ut alibi) reddendum per *enim*, *idcirco*, *itaque*, &c. Vel, 2. præcedentium: q. d. Hostia pro peccato est, ergò immolanda in loco holocaustorum, &c. Confer Levit. 6. 25. & 7. 1, 2. Ad differentiam pacificorum, quæ alibi immolabantur, nempe, in anteriore atrii parte[g].

26. *Et dimittetur ei*] Scil. pro devotione & oratione sacerdotis & offerentis, quæ fiebant in fide Christi venturi: non autem dimittebatur virtute ipsius sacrificii[h]. Sacerdos oratione suâ à Deo obtinebit ut illi peccatum condonetur[i]. Alii sic; *dimittet*, i. e. non puniet in hac vita[k]. *Peccatum dimitti* apud Judæos erat, non imputari ad pœnam[l]. Videtur tantùm intelligi remissio, seu expiatio, legalis, quia nulla hîc mentio veræ pœnitentiæ[m].

27. *Si anima*] i. e. Si homo; quia peccati culpa (& labes, teste Ge.) potissimùm in anima[n]. ¶ *De populo terræ*] i. e. *Plebeius*, *vulgaris*, Me. F. Illiteratum Judæi vocant עַם הָאָרֶץ[o].

28. *Capram,* שְׂעִירַת] *Hircam caprarum*, M. D. Non marem, quia populus erat principe vilior & inferior[p].

35. *Cremabit*] Heb. *adolebit eos*, nempe *adipes*. Pronomen plurale refertur ad nomen singulare ratione sensûs; nam adeps ille erat varius, ut patet ex v. 8, 9[q]. ¶ *In incensum*, &c. עַל אִשֵּׁי יְהוָה] *Super oblationes* (*ignitiones*, Mo. *sacrificia ignita*, Ma.) *Domini*, Ch. Sy. F. simil. Ar. *super holocaustum*, ο'. i. e. unà cum aliis oblationibus, quo, scilicet, tempore & alia incensa adoleri solent. Vel sic; *post* (non, *ante*) incensum illud quod quotidie offerri solebat[r]. Alii, *secundùm ignit.* Q. in Ma. i. e. *prout igne consumenda adolentur Jehovæ* †. Alii, *in sacrificium ignitum*, Sa. P. simil. M. Ti. ut sint holocausta. Nam sacrificiis pro peccato semper adjungebantur holocausta; sive partes ejusdem sacrificii ad holocaustum adhiberentur exceptæ, sive aliud quid in holocaustum offerretur. Sic suprà 3. 5. & infrà 5. 12[t]. Alii, *super incensa Domini*; i. e. ultra, præter holocausta[v].

Marginal notes: g E. h Me. i Me. ex La. k La. l Ch. m D. ità RS. in L. n D. ad v. 27. o G. p V. q Pi. r Ma. † V. t La. v Pi. x Me. y M. z Me. a G. b Glass. gram. p. 601. c K. in F. d F. V. † F. V. f Ma. g Bo. h L. i F. k E. ad vers. 35. l O. m E. ibi n D. o F. p D. q Pi. r F. † JT. Pi. t Ma. ex Jun. v Ma.

CAP. V.

HOC capite & initio sequentis agitur de quibusdam casibus circa peccata aliena; nè quis putet propria duntaxat esse sacrificio expianda[a].

1. *Si peccaverit,* וְנֶפֶשׁ כִּי תֶחֱטָא] Peccatum חֵטְא, *culpa*, in omittendo; אָשָׁם, *delictum*, in committendo. Quod dolo fit est פֶּשַׁע. Tenebatur autem hâc lege etiam qui dubitabat an peccâsset. In dubiis enim sumenda pars tutior: neque nocet abundans cautio[b]. ¶ *Et*] ו ponitur pro *id est*[c]: declarat enim quodnam sit peccatum hoc[d]. Conjunctio vim habet exempli, & bene redderetur per *putà*. Nam judex, si crimen vidisset, judicatu abstinebat, ut testimonium diceret †. ¶ *Vocem jurantis,* אָלָה] *Adjurantis*, Ch. in V. ο'. in A. doctiores Hebræi in F. A. L. E. O. T. M. G. vel, *adjurationis*, Ma. Vide Prov. 29. 24. & quæ ad Matt. 26. 63. ubi latè hac de re*. Vide Jud. 17. 2. 1 Reg. 8. 31. 1 Thess. 5. 27[f]. Per *jurantem* plerique hîc intelligunt Judicem adjurantem[g]. Non placet. 1. Quia adjunctæ leges omnes de peccante per ignorantiam & de privatis peccatis loquuntur, communísque omnibus imperatur oblatio. 2. Quia falsitatis illius cùm in judicio tum extra judicium pronunciatæ lex ponitur c. 6. 1, &c[h]. Alii sic, *Qui audiverit vocem blasphemiæ*, JT. vel, *exsecrationis*, Ti. Pi. item *imprecationis*; Meton. subjecti: Nam qui alteri ex cupiditate vindictæ imprecatur, nomen Dei profanat, atque ità Deum blasphemat. Exemplum vide cap. 24. 10. Videtur agere de correctione proximi (ut cap. 19. 17.) blasphemantis[i]. Qui audit alium exsecrantem, maledicentem, & abutentem nomine Dei[k]. Alii vertunt, *exsecrantis*, hoc sensu; Qui viderit aliquem facere iniquitatem quam audivit in Lege exsecrationi seu maledictioni obnoxiam esse, ut, *transferre terminos*, &c[l]. Al. *juramenti*, Sy. Ar. M. P. O. Alii sic; Si audiverit aliquem juramento aliquid confirmantem vel promittentem[m]. Alii sic; Qui audiverit aliquem pejerantem[n]. ¶ *Testisque*, &c. וְהוּא עֵד] *Et ipse sit testis*, i. e. testificari possit[o], vocatus in testem[p]. ¶ *Aut vidit*] i. e. Audiverit, dum eum aspiceret[q]. ¶ *Aut conscius est,* אוֹ יָדָע] *Aut scivit*, Ma. vel, *agnoverit*; i. e. aliâ ratione rem perspectam habuerit[r]. ¶ *Nisi indicaverit*] Nempe, *Judici* requirenti †. [Ità plerique.] Si quis monitus verum suppresserit[t]; seu metu, seu amore,

Marginal notes: a Me. b G. c L. V. d V. † V. * G. f A. g Bo. JT. ità F. V. h Jun. i Jun. k Q. in F. & in V. l Q. in F. m Me. O. n Ità Aug. in E. o F. V. p L. q Pi. r V. † L. t G.

amore[v], seu odio[x]. Alii, *si non indicet* ei qui peccavit, fraternè eum admonendo[y]. ¶ *Iniquitatem*] i.e. Pœnam[z]. Dabit pœnas apud Deum, etiamsi lateat homines[a]. Alii, Culpæ & pœnæ reus erit[b].

2. *Anima quæ tetigit*] אשר pro כַּאֲשֶׁר, ut c.42.2[c]. ¶ *Reptile*, [שֶׁרֶץ טָמֵא] *Reptilis immundi*, Ch. O. Ma. D. At omnia reptilia erant ex Lege immunda, Lev. 11. 42[d]. Epitheton hujusmodi Grammatici *perpetuum* vocant. Sic c. 13. 24. *adustio ignis*; at nulla adustio est quam non facit ignis †. ¶ *Et deliquit*, [ità ferè omnes,] [אָשֵׁם] *Ashem*. Hinc sacrificium illi præstitutum vocatur Asham, v. 6. Qu. Cùm tales immundi tantùm fuerint ad vesperam, & ablutione purgati sint, cap. 11. & Num. 19. cur hîc confessio & sacrificium requiruntur? Resp. Hîc agit de eo qui, immundus existens, vel in Sanctuarium venit, vel de rebus sanctis comedit, nempe ignoranter. Cùm enim lex scienter hoc agentem excisione mulctat, satis innuit sacrificium ab eo offerendum qui hoc ignorans fecerit, A. ex Maimon. & ex RS. Significabant etiam hæc pollutionem nostram ex peccatis alienis; 1 Tim. 5. 22[g]. *Et deliquit*, h. e. cognovit se deliquisse; sic *delinquere* sumitur v. seq. ità ut per notitiam quodammodo habeat rationem delicti[h].

3. *Oblitáque*, [וְנֶעְלַם מִמֶּנּוּ] *Et absconditum fuerit ab eo*, Mo. A. Ma. Ch. M. simil. ο'. Sa. Ar. Ti. P. Ca. i. e. etiam ignorans & imprudens contactu horum pollutur[i]. ¶ *Cognoverit postea, subjacebit delicto*, [וְהוּא יָדַע וְאָשֵׁם] *Et ipse scivit, & deliquit*, Mo. vel, *reus sit*, A. *posthac autem cognoverit, etiam deliquerit*, ο'. simil. A. *& postea ipse sciret quòd peccavit*, Ch. *& deliquerit sciens quid egit*, Ar. *& cognoverit quòd deliquit*, M. *postea quàm ei constiterit, delictum incurrit*, Ti. [Totum sic vertunt JT. *Sive abditum fuerit ab eo, sive ipse noverit, reus tamen est*: ità & Pi.] Sy. sic, *Eámque* (nempe, immunditiem) *contempserit*, (sic vertit וְנֶעְלַם מִמֶּנּוּ, q. d. *oculos volens clauserit, nè videat*, &c.) *cùm tamen ipse novit se peccâsse*. Differt ab eo casu v. 17. ubi ignoravit quod hîc nôsse dicitur. Ideóque in sacrificiis discrimen erat[k]. Sacrificium hîc non determinatur. Vel ergò relinquebatur arbitrio sacerdotis[l]; vel ad sacrificium v. 6. præscriptum tenebatur[m].

4. *Protulerit labiis*] Aliter non censebatur obligare jusjurandum[n]. ¶ [כִּי תִשָּׁבַע לְבַטֵּא בִשְׂפָתַיִם] *Cùm* (vel *qui*, Ch. vel *quia*, Ma.) *juraverit ad proferendum* (*proferens*, Ch. *effutiendo*, JT. Ti. *distinguens*, ο'. *ad distinctè pronunciare*, Ma.) *labiis suis*, Mo. *juraverit sermone stulto*, Ar. vel, *temerè pronunciando*, Sa. *Juramentum pronunciationis* hoc vocant Hebræi, ejúsque quatuor species faciunt: duas de præteritis, quum jurat se vel fecisse, vel non fecisse; duas de futuris, cùm jurat se vel facturum, vel non facturum[o]. Et huc refert TJ. illud v. 5. *unius ex istis*, nempe, ex his quatuor[p]. ¶ *Vel malè quid faceret*, [לְהָרַע] *Ad malefacere*, Ma. O. ο'. *se malefacturum*, V. [Variant interpretes.] 1. Se afflicturum, sub. seipsum, jejuniis aut hujusmodi[q]. 2. Se malum aliquod pœnæ irrogaturum; ut, si parens se castigaturum filios juraverit[r]. Intellige de nocumento lege permisso, ut de postulatione talionis, vindicta in homicidam †. 3. Alii de malo culpæ exponunt: ut, si quis juraverit damnificare proximum, hic ità jurando peccavit[t]. Exemplum vide 1 Sam. 25. 22[v]. Quidam intelligunt de promissionibus quæ temerè, subitò, vel falso corde, effutiuntur. Peccat & qui mala se facturum juraverit[x]. 4. Posset referri ad juramentum ejúsque formam; i. e. *Deus mihi malefaciat*, vel *benefaciat*, &c[y]. 5. Si juraverit ad suum damnum vel incommodum, ut Psal. 15. 4. ubi idem verbum[z]. ¶ *Intellexerit delictum*, [וְאָשֵׁם] [Plerique sensum continuant cum sequentibus, vertúntque, *& deliquit*, vel, *reus sit*, ο'. Ch. Mo. JT. A. Ma. *& tamen ipse novit se peccâsse*, &c. Sy. *ipséque resciret se deliquisse*, &c. Ti. Alii hîc terminant; *Tum reus est*, Sa. *tunc deliquit*, P.]

5. *Agat pœnitentiam*] Illud agnoscat, & conteratur; alioqui sacrificium parùm illi proderit. Hoc autem in aliis sacrificiis pro peccato intelligendum est, etiamsi non exprimatur[a]. ¶ [וְהִתְוַדָּה] [Quidam conjungunt cum præcedentibus. *Cùm peccaverit, &* (vel *deinde*, Ar.) *confessus fuerit*, Sa. Sy. P. Mo. O. Alii distinguunt, vertúntque, *Confitebitur*, Ch. M. simil. P. JT. A.] *Confitebitur*, nempe, quòd *peccaverit in eo*, i. e. contra illud[b]; vel, *in ea re*: vel, *id confiteatur in quo peccavit*, JT. Coram sacerdote[c]: vel, coram Domino in loco sacro[d]. Manus imponebat inter cornua hostiæ immolandæ, & dicebat, "אָנָּה הַשֵּׁם וגו׳, *Obsecro, ô Domine, peccavi, iniquè egi, & prævaricatus sum coram te; sic & sic feci: Ecce pœnitet me, & pudet me operum meorum; nunquam revertar ad istam rem*. Hæc erat forma confessionis, quam Hebræi vocant וִידּוּי שֶׁל דְּבָרִים, *confessio verborum*, quòd fieret more solenni & certis verbis †. Sed nescio an hic confitendi modus à modernis Hebræis confictus sit, an habuerint ex traditione[f]. Scribunt quoque Hebræi, nihil profuisse sacrificia per se, neque expiâsse peccata, *sine pœnitentia & confessione*, juxta Num. 5. 6, 7[g].

7. *Si non potuerit*, &c. [אִם לֹא תַגִּיעַ יָדוֹ דֵּי שֶׂה] Ad verb. *Si non attingat*, V. O. (vel, *attingere faciet*, Ma. vel, *adipiscatur*, JT.) *manus ejus sufficientiam agni*, V. O. vel, *valorem ovis*, Ar. *quod sufficit pro pecude comparanda*, JT. i. e. Si non suppetat ovis quam offerat[h]. Ex hoc loco & Exod. 12. 5. colligitur שה significare & *ovem*, (sive marem, sive fœmellam,) & *hædum* vel *capram*[i]. Sacrificium hoc vocant Hebræi *Gnoleh vajored*; quòd *ascendebat*, vel major erat, diviti; & *descendebat*, vel minor fuit, pauperi[k]. *Manus* accipitur pro *facultate*[l]. Hinc discimus Deum non tam respicere sacrificia, quàm animum offerentis[m]. ¶ *Unum pro peccato*] Cujus carnes cedebant totæ sacerdoti, nihil Deo, uti fiebat in aliis sacrificiis pro peccato; ut patet cap. 6. 26[n].

8. *Retorquebit*] [De voce מלק vide cap. 1. 15.] ¶ *Non penitus abrumpatur*, [לֹא יַבְדִּיל] *Non separet*, vel, *non dividet*, [plerique,] sub. *caput à reliquo corpore*. Cujus mysterium hoc est, Christum, caput nostrum, à corpore suo, quod est Ecclesia, nunquam avelli; eúmque non periisse in morte, sed caput sustulisse è morte in vitam perpetuam[o].

10. *Ut fieri solet*, [כַּמִּשְׁפָּט] *Pro more*, vel *ritu ejus*, Sa. Sy. Ar. JT. Pi. Id sign. מִשְׁפָּט, Exod. 21. 9. Num. 9. 14. & 29. 6. 2 Reg. 17. 34[p]. *Sicut decet*, ο'. Ch. ¶ *Dimittetur ei*] Quòd si jurâsset de pecunia, vel alia re quæ pecuniâ potest mensurari, v. g. se daturum alteri centum solidos, non tenebatur his sacrificiis, sed implere juramentum[q].

11. *Si non quiverit*] Vide ad v. 7. Deus non tam respicit θυομένων πλῆθος, (*multitudinem sacrificiorum*,) quàm τὸ θυόντων ἦθος, (*mores sacrificantium*;) Porphyr. 2. de Abstinentia. Persius Sat. 2. *Compositum jus fásque animi—& farre litabis*[r]. ¶ *Partem Ephi decimam*] AE. dicit tantum esse quantum viro uni sufficit in cibum per diem unum[s]. ¶ *Non oleum, nec thus*] Ut in luctu, ornamentis & odoramentis abstinebit. Confer Num. 5. 15[t]. *Oleum* decorat quantum ad *colorem*, *thus* quantum ad *odorem*[v]. Ut ostenderet peccatorem expertem esse (& esse debere[x]) lætitiæ[y], (quam oleum significat[z],) & lucis[a]; & Deum non eâdem hilaritate suscipere eorum sacrificia, quâ justorum[b]; & peccatum esse rem insulsam, & fatuam, & pessimè olentem[c]; & peccatorem debere semper timere[d].

12. *In monimentum ejus*] Sic Sy. Ch. *memoriale ejus*, ο'. Mo. A. *in suffimentum memoriale*, JT. Ut qui obtulit, hujus memor, in posterum sibi caveat †. ¶ [אַזְכָּרָתָהּ] *De suffitu ejus*, Ar. *suffitum*, Pi. Propriè sign. *memoriam*, hîc & cap. 2. 2. quòd Deo in memoriam revocaret promissiones, &c[f].

13. *Partem habebit*, &c. [כַּמִּנְחָה] *Secundùm minchah*. i. e. Reliquum erit sacerdotis, ut in Minchah, suprà 2, 3[g]. *Sicut munus*, Ch. Mo. *sicut muneris reliquum*, JT. *ut reliqua dona*, Ar. *sicut minchah*, P. O. simil. Ti. A. ο'. Sa.

15. *Si prævaricans ceremonias*] Agitur hîc de peccato contra legem jubentem, ut ostendit oppositio commatis 17[i]. Hactenus de sacrificio *pro peccato*; nunc de sacrificio *pro delicto*[k]. ¶ [כִּי תִמְעֹל מַעַל] *Cùm prævaricata fuerit prævaricatione*, [ità plerique.] *Cùm fefellerit falsitate*, imprudens, videlicet, & deceptus,

[v] T. [x] T. ex L. [y] Jun. [z] P. F. [a] V. ex F. [b] Ma. [c] Pi. [d] Ma. D. † D. [g] A. [h] Bo. [i] Ma. [k] A. [l] L. [m] Me. L. [n] G. [o] A. [p] A. ad v. 5. [q] E. V. sic He. in V. O. Bo. [r] Me. La. † G. [t] L. [v] Pi. Jun. [x] V. [y] O. [z] Wil. [a] Me.

[b] V. [c] V. Ma. [d] Ma. † F. [f] O. [g] F. [h] V. [i] Pi. [k] A. [l] M. [m] F. [n] Me. [o] F. [p] Pi. [q] RS. in L. [r] G. [s] M. [t] G. ità RS. in L. [v] RS. in L. [x] O. [y] Me. [z] O. [a] Me. [b] O. [c] Me. Ma. [d] L. † G. [f] Pi. ad Lev. 2.2. [g] Ma. [i] G. [k] Bo.

ceptus, quasi obducto pallio [l]. מָעַל est *occultare*, vel, *occultè malum facere*, à מְעִיל *pallium*, à tegendo [m]. Sensus est, Cùm prævaricabitur, scil. furando aliquid de sanctificatis Domino, ignorans esse sanctificata. At מָעַל hîc largiore significatu sumitur, ut & culpam sine dolo comprehendat: Itaque LXX vertunt alibi, παραβαίνειν, alibi, πλημμελεῖν [n]. Aliter; *Anima cùm mentita fuerit mendacium*, scil. mentiendo quæ Domino pollicita est, *& peccaverit*, scil. non reddendo devotum Domino. מָעַל significat *mentiri* [o]. *Cùm profanationem commiserit*, Ar. ¶ *Per errorem*] Nam si scienter, morte luet, Num. 15.30 [p]. Vide v. 18 [q]. ¶ בִּשְׁגָגָה] Vide ad cap. 4. 22 [r]. ¶ *In his quæ Domino sunt sanctificata*, מִקָּדְשֵׁי יְהוָה] *De sanctis Domini*, M. *ex sanctificatis*, &c. F. simil. V. O. P. Sy. Ar. i. e. in aliqua re quæ consecrata fuerit Jehovæ †. Minuens *è rebus sacris*, JT. *in sanctitates Domini*, Sa. Erant tria genera rerum sanctarum quibus abuti possent: 1. sacra vasa & instrumenta; 2. sanctum thymiama, & oleum unctionis; 3. decimæ, & oblationes pro cultu Templi & sustentatione Sacerdotum [t]. Et de his ultimis hîc loquitur: nam sequitur, *Ipsum—restituet, & —quintam partem*, &c [v]. Præcipuè autem de sacrificiis; si partes Deo dicatas comedissent, aut si pecuniam quæ ad sacrificia comparanda & reparationem Templi consecrata fuit in alios usus converterent [x]. Si laicus comedisset de carnibus Deo immolatis, cap. 22. 14 [y]. Multis modis in his peccari potuit. v. g. Si quis comederet *primitias*, Exod. 34. 26. Jer. 2. 3. vel *decimas*, intra privatas portas, Deut. 12. 17, 18. Aut, si primogenitum bovem, &c. usurparet, Deut. 15. 19. aut, ex Deo dicatis quicquam reservaret, Act. 5. 1, 2 [z]. Per *sanctificata* carnes & partes sacrificiorum pacificorum, quæ cedebant sacerdotibus, intelligi manifestè patet ex cap. 22. v. 14. & toto contextu [a]. ¶ *Qui emi potest duobus siclis*, simil. Ch. M. בְּעֶרְכְּךָ כֶּסֶף שְׁקָלִים] *Secundùm æstimationem* (vel, *ordinationem*, Mo. Ma.) *tuam*, (nempe Mosis, ex cap. 27. 3 [b].) *argentum* (vel, *argenti*, P.) *siclorum*, Sa. Mo. Pi. *pretio argenti siclorum*, ο'. (Hypallage, pro, *siclis argenti* [c]; ut *viriditas herbæ*, pro, *herba viridis* [d]:) vel, *argenti ponderosi*, Ti. vel, *pecuniæ siclorum*, G. *Ad minimum duorum*, AE. in G. Pluralis numerus duorum significatione contentus est. Sic, *post annos liber esse jussus* post biennium liber fit Romano jure; L. *Libertas*, in fine: &, datâ conditione, *Illud facito in diebus*, si nihil præterea fuisset adjectum, in biduo conditionem impleri oportet; L. *Inter*, D. De verb. signif †. Plerique cum nostro vocem *duorum* intelligunt, quòd numerus pluralis minor esse non possit [f]. Locus intelligendus est, non de duobus siclis præcisè, sed ità ut minimùm duobus æstimetur [g]. Quidam vertunt, *cum æstimatione tua*, &c. i. e. cum tanta pecunia quantâ tu sacerdos damnum æstimaveris; ut explicatur v. 16, 18. & cap. 6. 6. Vide plura ad 22. 14. & 27. 2, 3 [h]. Potest hæc æstimatio referri vel ad arietem, (ut sit immaculatus secundùm æstimationem sacerdotis;) vel ad argenti sive qualitatem, sive (quod melius) quantitatem [i].

17. *Si peccaverit*] Distinguitur hæc lex à priori, v. 15. quòd illa agat de sanctificatis Deo; hæc (v. 17.) de ipsis sacris & ceremoniis [k]. Illa v. 15. cavit, nè quid de sanctificatis minueretur [l]; hæc agit de omissione in sacris ceremoniæ alicujus nulli damnosa [m]; (etiamsi nihil interversum fuerit [n].) Qui non minuit, ut in superiore lege, sed in rem sacram aliâ ratione peccavit [o]. Patet ex eo, *deliquit in Dominum*; & quòd peccans, juxta mensuram peccati, jubetur arietem majoris vel minoris pretii offerre [p]. Distinguitur etiam ab illa cap. 4. 27. (ut satis indicat hostiarum discrimen [q],) quòd ea generalis est, hæc specialis [r]. Ea agit de præceptis moralibus circa proximum; hæc, de ceremonialibus circa res Divinas †. Illa agit de peccatis ex simplici ignorantia; hæc, de peccatis ex negligentia vel infirmitate [t]. ¶ כִּי תֶחֱטָא] Particula כִּי difficilem satis efficit versûs hujus constructionem: sic reddo; *Si quis sit, quum peccaret, & faceret—qui id ignoravit, reus erit*, &c. vel sic, *Et si quis, quia peccaverit, —& nesciverit, reus sit—Adducet arietem*, &c [v]. ¶ וְלֹא יָדַע]

[Margin: l Jun. — m O. — n G. — o O. — p Me. La. — q La. — r Ma. — † V.F.M. — t Wil. — v Wil. post L. — x Wil. ex Maimon. — y Me. post La. — z A. — a Bo. — b V. — c Pi. Jun. D. — d D. — † G. — f Ma. — g R. Levi in D. — h Ma. — i O. — k La. — l Wil. — m La. Me. — n Wil. Jun. — o Jun. — p Caj. in La. — q Bo. — r La. — † Bo. — t Wil. — v Di.]

Et nescivit, JT. Ma. *etsi non noverit*, JT. A. nempe certè, A. Si dubitavit an peccâsset: v. g. Si quis opus servile quodam die fecisset, nesciens utrùm Sabbatum fuit an alius dies [x]. Differt hoc ab illo casu v. 4. & 15. quia ibi erat notitia peccati, saltem in fine. Tunc vocabant *ASHAM VADDAI*, i. e. *certum*, vel *manifestum*, *sacrificium pro delicto*: At cùm nescivit, *ASHAM TALVI*, i. e. *dubium sacrificium pro delicto* [y]. ¶ *Feceritque*, וְעָשְׂתָה] ו pro *id est* positum [z]. ¶ *Ex his quæ—prohibentur*, אַחַת מִכָּל־מִצְוֹת יְהוָה אֲשֶׁר לֹא תֵעָשֶׂינָה] *Unum ex præceptis Domini quæ non sunt facienda.* Præceptum hîc non sumitur pro ipsa præceptione, quæ semper facienda est; sed pro re præcepto comprehensa, quæ aut mandata est, & tum facienda, aut prohibita, ac tum *nequaquam* facienda, ut hoc loco [a]. [Vide ad cap. 4. 2.] ¶ *Peccati rea*, וְאָשֵׁם] *Et deliquerit*, ο'. V. i. e. postea fateatur se deliquisse [b]. ¶ *Portaverit scelus*] Ità Ar. vel, *iniquitatem*, Ch. V. i. e. cognoverit se gravatum esse peccato suo, h. e. senserit se reum esse illius peccati [c].

18. *Juxta æstimationem peccati*] q. d. Pro majori peccato meliorem & pretiosiorem offeret arietem; pro minori verò, minorem & vilioris pretii [d]. Æstimabit sacerdos cujus ætatis & valoris aries esset †.

[Margin: x A. ex Me. ex v. 18. — y A. — z V. — a Di. — b V. — c V. — d La. Me. — † O.]

CAP. VI.

1. *Locutus est*] Plerique caput hîc incipiunt. Non viderunt hîc quoque de privato peccato agi. Ego, cùm veteres Hebræos tum argumentum secutus, incipio ad illa verba vers. 8. *Locutúsque est.* Ibi enim præcepta generalia de sacrificiorum ritu [a].

2. *Contempto Domino*] Societatis humanæ auctore & præside. Vide Num. 5. 6 [b]. Quem, scilicet, non latet, & qui peccatorum vindex est [c]. Qui unus ad hæc contractuum bonæ fidei genera testis adhiberi solet, & peculiariter deposita curat, 2 Mac. 3. 15. & cujus nomen hîc pejeratur, v. 3 [d]. Agitur hîc de oblatione pro peccato ex certa malitia facto †. Non placet: Contemptus hîc non est formalis, (qualis ille Num. 15. qui huic loco aliàs repugnare videtur;) sed interpretativus, qualis est, cùm præceptis non paremus, &c [f]. ¶ *Negaverit*, ità V. Sy. Ar. M. Ti. וְכִחֵשׁ] Masc. est; congruit cum נֶפֶשׁ sensu, non voce. Sic Psal. 3. 2. *de anima—non est salus* לוֹ *ei*; & Jes. 32. 6. נֶפֶשׁ רָעֵב [g]. *Mentitus fuerit*, V. Ch. Mo. P. JT. *falsò negaverit*, A. ¶ *Proximo suo*, בַּעֲמִיתוֹ] *Contra proximum*, Ch. JT. à עֻמַּת *juxta, è regione, conjunctim*; vel, *populari*, à עַם *populo* [h]. ¶ *Depositum*, בְּפִקָּדוֹן] *In deposito*, Ch. P. ο'. Ar. Sy. scil. pecuniæ, O. ¶ *Quod fidei creditum*, אוֹ בִתְשׂוּמֶת יָד] Vertunt, *in possessione manûs*, Ma. D. G. Ma. vel, *in datione manûs*. Notum ut *dare* & *ponere* se invicem explicant [i]. *Aut datum in manum*, M. Ti. i. e. quamcunq; aliam rem (præter pecuniam) positam in manu ejus [k]. *Aut in depositione manûs*, P. i. e. quod in manu ejus posuit [l]. Sub. *mentitus fuerit*, V. Vel, *in commercio*, Ch. Ar. *aut negotiationis societate*, Sa. simil. Sy. Si negaverit datam sibi fuisse pecuniam negotiationis communis causâ [m]. Vide Prov. 1. 14 [n]. Quidam Græci, ἐν πιστώσει χειρὸς, (*in eo quod creditum est manui*, vel potiùs, *in confirmatione manûs*; quando manum damus alteri, atq; ità contractum confirmamus [o].) ἢ περὶ κοινωνίας, ο'. i. e. *de communi societate*, D. sic Ar. sic & K. ad Exod. 23. 1. rectè. Vide Jer. 50. 15. Gal. 2. 9 [p]. *De compositione manûs*; viz. cujusque societatem cum altero ineuntis, cujus symbolum dexteras jungere, Jer. 50. 15. Gal. 2. 9. Quanquam possit latiùs accipi, pro omni negotiorum gestione, vel procuratione, ubi quis manum apponit ad rem proximi [q]. Verto, *de re ad curandum tradita*. Heb. *de positione manûs*; i. e. de re quæ quasi in manum illius fuit posita ut eam curaret. Confer Gen. 30. 35 [r]. Alii de mutuò dato intelligunt: Ità Hebræorum aliqui †. Q. *aut accommodatum in manum*: quod non displicet [t]. ¶ *Vel vi extorserit*, בְּגָזֵל] *In rapina*, Ch. ο'. O. Ma. D. *de rapto*, Pi. JT. *Aut rapinam*, sub. *admiscerit*; i. e. pecuniam vi ac

[Margin: a Jun. — b O. — c Ma. — d Ma. — † La. — f B. — g D. — h Ma. — i D. — k O. — l Ma. — m Jon. & RS. in D. V. Ch. & K. in F. — n D. — o D. — p Q. — q Jun. Ma. — r Pi. — † Ma. ità R. Levi, & RS. in D. — t Ma.]

ac violentiâ extorserit[v]. Alii subaudiunt *negaverit*, i.e. aut negaverit se vi pecuniam extorsisse[x]. ¶ *Aut calumniam fecerit*, עָשַׁק] *Aut vim fecerit*, Ch. V. *aut occultè rapuerit* (vel, *calumniâ occupârit*) bona proximi, V. Aq. Th. & Symmachus, ἐσυκοφάντησεν, *calumniatus est aliquid.* Per sycophantiam ablatum, ut ἀδίκημα, *injustè alicui extortum*[y]. *Aut defraudavit*, Ma. *aut* de dolo quo *fraudavit*, JT. *aut* quum *fraudaverit*. Illud כִּי repeto ex principio versûs[z]. *Extorsit*, O. Vox עָשַׁק ἀναγκασμὸς (*coactio*) est, ubi quis cogitur solvere quod non debet. Distinguitur à גָּזַל hîc & Eccles. 5. 7. ità ut Latinis *concussio* à *vi bonorum raptorum*. Vide quæ dicta ad Luc. 3. 14[a].

3. *Et inficians*, וְכִחֶשׁ בָּהּ] *Et negaverit illud*, V. O. i. e. negaverit se invenisse[b]. ¶ *Et inficians pejeraverit*, וְנִשְׁבַּע עַל שָׁקֶר] *Et juraverit super falsum*, Mo. vel, *falsò*, Ch. M. P. Ti. vel, *de*, sive *cum*, *mendacio*, Ch. M. P. Ti. עַל valet *cum*; nam versu 5. pro hoc dicitur לַשָּׁקֶר[c]. Alii, *aut juraverit*, &c. P. JT. Hîc ו, positum pro אוֹ, *vel*, declarat principium 5. versûs, ubi istud repetitur. i. e. Aut juraverit falsò in uno ex omnibus quæ fieri non possunt ab homine sine peccato[d]. ¶ *Quodlibet aliud*] Quod alteri damnosum est & noxium†.

4. *Convicta delicti*] q. d. Ubi judicio Sacerdotis, cui detegit, constiterit fuisse delictum[f]. Hoc non habetur in Hebræo; & videtur malè additum, quia si convictus esset de tali fraude, duplum reddere debuit, ut Exod. 22. 9[g].

5. *Integra*, וְשִׁלַּם אֹתוֹ בְּרֹאשׁוֹ] *Rependat*, vel *reddat*, *illud integrum*, Ch. *ipsum caput*, ο'. *illudmet ipsum*, Ar. V. *in solidum*, P. *reddat sortem*, Ti. *reddet illud in capite ejus*, Sa. Mo. Ma. *in*, vel *cum*, *sorte* vel *parte principali*, Sy. O. A. Videtur ב scriptum pro כ[h]. ¶ *Quintam partem*] Pro expiatione; Maimonides. Qu. Cur non amplius, cùm pro furto quadruplum restituebatur, Exod. 22. 4? Resp. 1. Quia fur peccavit fraudulenter, & ex professo; at hæc lex agit de mendacio imprudenter & ex humana infirmitate commisso[k]. 2. Distingue inter forum illud *humanum*, de quo Exod. 22. & *Divinum*[l]. Hîc loquitur de eo qui pœnitens de peccato voluntariè reddit damnum[m]. De eo qui pungente conscientiâ confitetur. Vide Num. 5. 7[n]. ¶ בְּיוֹם אַשְׁמָתוֹ] *In die delicti sui*, Mo. Ch. A. vel, *oblationis*, Sa. Sy. M. P. *pro delicto*, P. O. Ma. Alii, *quo die convictus fuerit*, ο'. G. vel, *confitebitur culpam suam*, Ar. *quo die reus peractus est*, JT. i. e. Restitutionem nè differto, sed cùm reconciliaberis proximo, satisfacito Deo. Sic Matt. 5. 23[o].

6. *Arietem*] Pro peccato ex ignorantia offertur capra; pro peccato scienter admisso, quod est gravius, aries, qui est majoris pretii[p]. Notandum pro *peccato* juvencum oblatum fuisse, Levit. 4. pro *delicto*, quod gravius erat, tantùm arietem. Ità peccatum gravius leviore mulctâ expiatur. Qu. Quî fit? Resp. Contraria contrariis curanda esse; & peccato אָשָׁם, quod superbiam & proterviam habet adjunctam, meliùs opponi ovium placidum & mitem animum, quem offerentes moribus suis referre monebantur[q].

8. *Locutúsque*, &c.] Suprà de sacrificiis quæ fiebant interpolatè, hîc de eo qui fiebat omni die[r].

9. *Præcipe*, צַו] Hîc secunda hujus libri Sectio, צַו dicta*. ¶ *Lex holocausti*] Scil. jugis & quotidiani[t]. [Ità plerique.] Nempe illius, Exod. 29. 38, 39. & Numer. 28. 3. Alii universè intelligunt[v]; sive jugis, sive privati ac voluntarii, Levit. 1. sive lege imperati[x]. Holocaustum designabat futuram oblationem totius Christi. Hinc Ethnici etiam homines sacrificârunt, quòd à Patriarchis audiverant hominis oblatione peccata expianda[y]. ¶ *Cremabitur in altari*, ità Ch. הִוא הָעֹלָה עַל מוֹקְדָה] [Q. conjungunt cum præcedentibus.] *Ità est lex holocausti*, *ejus holocausti quod ardebit super aram*, Sy. simil. Ar. [Alii distinguunt, vertúntque,] *Illud holocaustum* est (i. e. dicitur, V. vel, esto, Ma.) *propter* (vel *super*, ο'. Mo.) *incensionem*, vel *ustionem*, Sa. A. Ang. V. simil. P. O. i. e. quod aduratur, V. Ostendit Moses notationem nominis עוֹלָה[z]. Alii sic; *Id est* (vel, *ipsum* est *id*, Pi.) *quod ascendit* (scil. in fumum redactum, Pi. A.) *per adustionem*, A. Ang. Belg. *Ipsum offertur in adustionem*, JT. *holocaustum* sit *in pyra aræ*,

v V.
x V. ità O.
y D.
z Pi.
a G.
b V.
c Pi.
d V.
† Me.
f Me.
g L. Wil.
h Pi.
i G.
k Wil. sim. Jun.
l Wil.
m L. ad v. 4. ità La.
n La. ex Jo. & Ph.
o Ma. ex Jun.
p Me.
q BA. t. 2. 33. 319.
r L.
* V.
t M. T. La.
v Ma.
x Jun.
y F.
z Jun. Pi.

Ti. simil. Ca. *super ustrinam*, vel *focum*, Ma. *Incendium* ponitur pro lignis incensis; Tig. Not. *Erit holocaustum in incendio altaris*, M. ¶ *Cremabitur totâ nocte*] Nempe, *vespertinum* holocaustum[a]. Atque ideo ejus partes successivè imponebantur à sacerdote in hoc excubante[b]. Qu. An sic & matutinum totâ die? Resp. Matutinum non lento, sed celeri ac ferventi, igne absumendum erat, ut locus fieret aliis sacrificiis in eadem ara ustulandis[c]. Alii intelligunt etiam de matutino, ut lento igne usque ad vespertinum——cremaretur, nempe, nisi alia holocausta illi jugi succederent: Idque congruum videtur, ut semper coleretur Deus, & altare fumaret[d]. ¶ *Ignis ex eodem altari erit*] Non assumetur ad cremationem, &c. alienus, extraneus, profanus†: sed ibi ardens erit, supple, perpetuò & continuò[f]. ¶ וְהָאֵשׁ הַמִּזְבֵּחַ תּוּקַד בּוֹ] Vertunt, *Quo* (nempe holocausto) *ignis altaris aletur*, Belg. *ubi ignis altaris alendus est*, JT. *&* (*tum*, Sy. *& verò*, Ar.) *ignis altaris accensus erit in eo*, Ch. Sa. Mo. P. A. Sy. Ar. simil. M. Ti. i. e. Perpetuò ardebit, qui semel divinitùs accensus erat[g]. Hæc debent legi per parenthesin. Alii sine parenthesi; *Ignis enim erit in altari*[h]. Hoc Gentiles imitati sunt[i]. Ferunt ignem cœlitùs lapsum apud Magos sempiternis foculis custodiri: Ammianus 23[k].

10. *Vestietur*, וְלָבַשׁ] Hîc ו solummodo convertit præt. in fut. neque est vertendum[l]. ¶ *Tunicâ*, מִדּוֹ] Inusitata vox est. ו potest esse paragogicum, ut in בְּנוֹ *filius*, 2 Sam. 20. [potiùs Num. 24. 3.] Appellatio à *metiendo*: Nam vestis aptatur ad mensuram corporis[m]. [Ma. vertit, *vestem commensuratam*.] ¶ עַל־בְּשָׂרוֹ] *Super carnem suam*, Ch. Mo. i. e. super pudendum suum. *Caro* sæpe est viri natura: *Caro asinorum caro eorum*; &, *fluens è carne sua*; & Ezec. 16. 26. Sic *σκέλος* Græcis; ὁ βολβὸς τὰ σκέλος ἀνορθοῖ, *Bulbi rationibus Veneris conducunt*[n]. ¶ *Tollétque cineres quos vorans*, &c. וְהֵרִים אֶת־הַדֶּשֶׁן אֲשֶׁר תֹּאכַל הָאֵשׁ אֶת־הָעֹלָה] *Tollet cinerem ubi*, vel *quum*, *consumpserit ignis holocaustum*, JT. P. אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר, V. *Cinerem quem voravit ignis*, *nempe holocaustum*, Sy. simil. Ar. *cineres in quos ignis absumpserit holocaustum*, M. *cinerem quem exussit*, vel *absumpsit*, *ignis holocausti*, Ch. Ti. sive, *cum holocausto*, Sa. A. Qu. An ignis comedit cinerem? Minimè, sed consumit ligna quæ in cinerem rediguntur. Sic, *mole farinam*, Jes. 37. 2. i. e. frumentum; &, *detrahere vestes nudo*, Job. 22. 6; &, *pervertere lances dolosas*, Amos. 8. 5[o]. ¶ *Juxta altare*, ità V. in parte orientali, procul à tentorio fœderis: עַל הַמִּזְבֵּחַ] עַל hîc pro מֵעַל, *desuper*[p].

11. *Spoliabitur*] Quia elatio cinerum extra castra non est sacra functio, ad quas comparata illa vestimenta erant[q].

12. *Semper ardebit*] Virg. Æneid. 2. *Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.* Ubi Servius, *Vestæ ignis æternus est.* Vide quæ nos ad Marc. 9. 49[r]. ¶ *Desuper adolebit*] Adipes hostiarum pacificarum (si quæ offerendæ sunt) accipe, & pone super juge holocaustum, ut simul cum eo (non seorsim) crementur*.

14. *Hæc est lex*, &c.] Agitur hîc de sacrificio similæ (non accessorio jugi holocausto, sed) solitario, de quo suprà c. 2. Qu. Cur ergò hîc repetitur? Resp. Ut indicaret differentiam, cùm à quopiam è populo offerretur, (tunc enim pars sacerdotibus cedebat in cibum,) & cùm à sacerdote, (tum totum in altari cremabatur[t].)

15. *Tollet*, &c. מִמֶּנּוּ] *Ex eo*, scilic. מִנְחָה. *Utitur genere masc. de voce fæm.* ait Hiscuni. Frequens hoc in Sacris Literis[v].

16. *Absque fermento*, מַצּוֹת] Subaudiendum ב. In *azymis* panibus comedetur simila[x].

17. *Non fermentabitur*] Quia hæc etiam pars est sacrificii Domino oblati, (sine fermento, Lev. 2. 11.) & censetur illi oblata per sui partem, vel pugillum[y]. i. e. Ex ea non fiet panis fermentatus, qui postea coquatur in clibano. ¶ *Pars ejus*, &c.] Heb. *partem eorum dedi illam*, אוֹתָהּ. *Illam*, nempe, similam reliquam[z]. ¶ *Sanctum sanctorum*] Sic vocat Lex quæ soli sacerdotes comedere poterant*. Quæ à profanis comedi poterant *sancta* tantùm dicuntur, & Hebræis קֳדָשִׁים

a T.
b Me. La.
c T.
† T. La.
f T.
g F.
h Tig. not.
i La.
k Ga.
l V.
m D.
n D.
o D.
p V.
q Me.
r G.
* Me.
t Bo.
v D.
x V.
y L. La.
z V.
* M. F.

קָדָשִׁים קַלִּים, *Sancta levia*; quale agnus paschalis [a].

18. *Mares tantùm*] Quælibet enim simila habebatur admodum sancta [b]. ¶ *Sanctificabitur*] Variant. 1. Sanctificari debet & mundari, nè immundus sacra contingat [c]. Sanctificetur [d]. Futurum imperativè, non indicativè, sumitur; aliàs falsa esset sententia, ut patet Hagg. 2. 14 [†]. 2. Reddetur sanctus; ut non liceat aliis quàm sanctis comedere illa [f]. 3. *Sanctificabitur*, i. e. sanctificatione indigebit [g]. 4. *Quicquid tangit illa sanctificabitur*. De quo vide v. 28, &c. De rebus intelligendum est, non de personis [h].

20. *Hæc oblatio Aaron & filiorum*] *Aaron* hîc (ut sæpe inferiùs) appellativè sumitur, pro quovis Pontifice [i]. Nam Aaron antea consecratus est. Vide Levit. 8. 1. Ità aliqui [k]. Sic *filii ejus* sunt minores sacerdotes [l]. Vel, simpliciter accipi potest *Aaron* pro ipso Aarone, & *filii*, pro ejus successoribus. Dico ergò hysterologiam hîc esse, & legem antea latam hîc reponi, quia Moses hæc simul pertractare voluit [m]. ¶ *In die unctionis suæ*, ità vertunt ο'. Ch. Sa. Sy. M. P. A. "בְּיוֹם וגו] Al. *à die*, &c. Ar. Ti. A. *quo tempore*, &c. JT. Hoc referri debet ad summum Sacerdotem; nam ille solus oleo puro ungebatur, alii autem oleo misto sanguine [n]. [Al. aliter;] Minores sacerdotes hîc includendi sunt [o]. Sensus est, Quòd vulgares & minores sacerdotes illo die quo consecrabantur tenebantur hoc offerre; summus autem Sacerdos tenebatur oblationem illam jugiter facere, manè & vespere [p]. Hîc *dies unctionis* erat octava dies consecrationis [q]. Non prima, ut malè To. in Bo. quia non poterant hoc obire nisi plenè consecrati [r]. At Caj. vertit, *à die unctionis*, (ב sæpe redditur *à*;) vel, *in die unctionis*, & deinceps, A. Accipit de munere quotidie adjungendo jugi sacrificio [†]. Placet Bo. nam additur, *sacrificium sempiternum*: unde patet juge fuisse, imò ipsi jugi holocausto quotidie conjungendum esse; ideóque adjungitur iis quæ præscripta sunt de jugi sacrificio. Adde quòd Josephus affirmat oblationem hanc quotidianam fuisse, Antiq. 3. 10. *Sacrificat verò sacerdos*, &c. Et hinc patet discrimen inter hanc oblationem, & illam holocausto accessoriam. 1. Illa (nempe *accessoria*) necessariò comitabatur omne holocaustum, atque adeò juge agni holocaustum; hæc verò non item, sed per accidens comitabatur matut. & vespert. holocaustum. 2. Illius sumptus erat ex publico, teste Jo. hujus, à sacerdote. 3. In illa *Gomor integer* offerebatur; in hac, *dimidius Gomor* [t]. Non placet Wil. Superflua esset hæc oblatio. Erat enim *Minchah* alia instituta ut ei adjungeretur, Exod. 29. 40. Et dicitur בְּיוֹם, *in die*, non, *à die* [v]. Obj. At nulla mentio hujus Minchæ postea fit inter ceremonias consecrationis Aaronis, c. 8, & 9 [x]. Resp. Sufficit quòd hîc memoratur; quemadmodum in Evangelistis, quod ab uno omittitur ex alio suppletur [y]. Obj. At *perpetuum* vocatur. Resp. Hoc est, quotiescunque ipse vel filii ungerentur [z].

21. *Frigetur*, מֻרְבֶּכֶת] Vertunt, *conspersam*, ο'. *teneram*, Ch. *frictam*, Sa. Mo. M. P. O. Ma. *recentem*, Sy. *maceratam*, Ti. alii, *oleatam*, Ma. al. *bullatam*, JT. i. e. ità coctam ut in bullas tumuerit [a]. *Largam facies placentam*, Ar. ¶ *Offeret calidam*, &c. תֻּפִינֵי מִנְחַת פִּתִּים] *Coctiones muneris buccellarum*, Mo. simil. V. Ma. O. P. *coctas oblationes frustorum*, P. *decocta oblationis frustatim*, Sa. sim. M. *cocta muneris frusta*, JT. sim. Ti. Ch. i. e. Minchah totam divisam in frusta, O. Ma.

22. *Qui—successerit*; nempe, filius ejus primogenitus, nisi obstaret deformitas, c. 21 [b]. תַּחְתָּיו] i. e. Qui sufficietur *in locum ejus*. ¶ יַעֲשֶׂה] *Faciet*; *præparabit illam*, nempe similam [c].

23. *Consumetur*, כָּלִיל תִּהְיֶה] *Omne Mincha sacerdotis totum erit*, Mo. O. Ma. *Consummatio erit*, i. e. consummabitur, consumetur in igne. Totum erit Domino, nulla pars cedet sacerdoti [†]. *Oblatio integra erit*, Sa. Ar. Aq. in Nob. vel, *integrè fiet*, Sy. *totum incensum erit*, T. M. sim. Pi. *holocaustum erit*, ο'. A. vel, *erit quasi holocaustum*, O. כָּלִיל dicitur de holocausto quod penitus concremabatur [f]. De pacificis autem poterant comedere, Exod. 29. 28 [g]. ו in וְכָל verto, *Sic esto*, &c [h].

a M. — b Me. L. — c La. O. — d Me. — † La. — f V. — g O. — h Wil. — i Me. — k La. — l Me. — m La. — n F. — o Bo. — p M. — q L. Bo. Wil. — r Bo. Wil. — † Caj. in Wil. — t Bo. — v Wil. — x Caj. — y Wil. — z Wil. ex Jun. & V. — a Jun. — b Me. Wil. La. — c V. — † Ma. — f Ma. — g Me. — h Pi.

25. *Ista est lex hostiæ*] Notant Mosen disertè distinxisse hæc sacrificia (animalium) pro peccato in duo genera: In quorum uno animalium sanguis inferebatur in Tabernaculum, & adeps cremabatur,—& pelles, carnes, caput, crura, intestina & stercus extra castra cremabantur; nec licebat sacerdotibus de iis comedere quicquam. De hoc suprà cap. 4. & Heb. 13. 11. In altero sanguis non inferebatur in Tabernaculum, & carnes edebantur. De hoc agere Mosen à vers. hoc 25. ad finem [i]. ¶ *In loco ubi offertur*] Vide c. 4. 24, 33 [k]. Non est intelligendum de oblatione holocausti ad incendendum, quæ fiebat super altare; sed de oblatione holocausti ad immolandum, quæ fiebat in atrio ante altare [l]. *In loco*, &c. nempe à latere altaris Septentrionali. Vide cap. 1. 11. Significat Christum in Hierosolyma & monte Sionis occidendum, qui erat *in lateribus Aquilonis*, Psal. 48. 2. Et mons Calvariæ (ubi Christus crucifixus est) erat à parte Hierosolymæ versùs Septentrionem & Occidentem [m].

28. *Confringetur*] Quia vas fictile, cùm sit porosum, humorem aliquem carnium sanctificatarum imbibit, qui elui facilè non potest [n].

30. *Cujus sanguis*, &c.] Quod fiebat in hostia pro peccato Pontificis & totius populi, ut dictum cap. 4. 5, 16 [o].

i Ma. — k Ma. — l L. — m A. — n Me. — o A.

CAP. VII.

2. *Mactabitur*] Describit hîc ritus *delicti* priùs omissos [p].

4. *Et pinguedinem quæ juxta ilia*, וְאֶת־הַחֵלֶב אֲשֶׁר עֲלֵיהֶן אֲשֶׁר עַל־הַכְּסָלִים] *Et adipem qui super eos*, (vel, *in eis*, O.) *qui super* (vel *juxta*, Ch. Sa. P. Ang.) *ilia*, Ma. Mo. A. Belg. (*femora*, ο'. *intestina*, Ar.) vel, *qui in iliis*, O. *qui supra lumbos adhæret*, Ca. Alii sic; *& adipem qui erit super illos, & qui ad*, vel *super, ilia*, JT. M. Ti. A. Distinguuntur enim hi adipes. Ità Hebræi. Vide ad Levit. 3. 4. Similis phrasis Psal. 133. 3. *Ros Hermonis qui descendit*, &c. pro, *Ros Hermonis, & qui descendit super montes Sion* [q].

6. *Vescetur*] Vesci poterit. Poterat tamen ejus partem aliis sacerdotibus masculis dare [r].

7. *Ad sacerdotem*] Nihil cedebat offerentibus ex hostiis pro peccato & delicto [†]; ad denotandum, quòd debebant elongari à peccato perpetrato, cavendo à recidivo [t].

10. *Cunctis filiis Aaron mensura æqua*—אִישׁ כְּאָחִיו] *Vir ut frater suus erit*; h. e. æqualiter dividatur inter eos [v]. Qu. Quomodo hoc factum? Et quomodo concordat cum v. 9. quòd *Minchah erat offerentis* [x]? Resp. 1. Quidam distinguunt inter *crudum* & *coctum*; ut *hoc* esset sacerdotis offerentis, *illud* omnibus sacerdotibus commune [y]. Ità videntur sonare Hebræa, maximè si ו in וְכָל vertas, *At omne munus*, &c [z]. Discriminis ratio est, quòd crudum erat in majori copia quàm coctum [a]. Quòd faciliùs cruda dividi possent, unâ communi massâ conflatâ ex multorum oblationibus; cùm coctum exiguo pane constaret [b]. 2. Alii sic; Ut cuique suus dies, suæ vices obtingant, quibus ministrans oblata sibi vendicet, perinde ut faciunt alii sacerdotes suis vicibus [c].

11. *Hæc est lex hostiæ*] Hîc caput septimum inchoant JT. M. & He. in JT. Nam leges de reatu & de peccato cohærere ostendit versus 25. hujus capitis & 30. versus præcedentis cap [d].

12. *Si pro gratiarum actione*, ità He. in A. [sim. plerique,] אִם עַל־תּוֹדָה] Alii, *Si super confessione*, Mo. Ma. Q. exponunt de confessione peccati in genere, (non in specie, tunc enim *peccatum* vel *delictum* offerre debebat [†].) *At licèt offerretur pro peccatis, habuit tamen ritum pacificorum, non hostiæ peccati & delicti, quòd hæc offerebatur pro singulari aliquo peccato* [f]. At potiùs loquitur de confessione laudis [g]. ¶ עַל זֶבַח] *Pro* (vel *cum*, vel *in*) *sacrificio*, V. ¶ *Panes*, &c.] Vide quæ de his ad Exod. 29 [h].

13. *Panes quoque fermentatos*, עַל חַלֹּת לֶחֶם חָמֵץ יַקְרִיב

p M. — q A. — r Me. — † M. L. — t L. — v F. V. M. — x La. — y O. ità Bo. ex Caj. & Sa. — z Bo. — a O. — b Bo. — c Me. La. Wil. — d Jun. — † Ità K. in F. He. in Ma. — f K. in F. — g O. — h O.

יַקְרִיב קָרְבָּנוֹ] *Super* (vel *cum*, Ch. Ti. A.) *placentis panis fermentati offeret oblationem*,&c. [Ità ferè omnes.] Alii, *Præter collyras*, (vel, *cum placentis*, nempe azymis; A. ex o'. de quibus vers. 12. Ma.) *panem fermentatum* JT. Belg. (vel, *fermentatas placentas panis*, A.) *offeret ad*, vel *in*, *oblationem*, JT. Belg. A. Qu. Cur fermentati panes, &c? Resp. Ut doceret, vel, 1. præparationem ad preces & gratiarum actiones adhibendam: (ità fermentum sumitur in bonam partem, Matt. 13. 33.) vel, 2. gaudia nostra cum dolore miscenda; Psal. 73. 21. *cor fermentatum erat*: vel, 3. se accepturum nostras oblationes, licèt infirmitatibus permixtas[i]. Vel, tanquam indices præcogitatæ oblationis, non tumultuarii & repentini consilii. Vide Lev. 2. 11[k]. Obj. At fermentum prohibetur c. 2. 11. Resp. Panis hic non erat altari imponendus, (quod ibi vetatur[l],) sed paratus ad esum sacerdotum[m], & aliorum qui vescebantur reliquiis hujus sacrificii[n]. ¶ *Cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis*, עַל זֶבַח תּוֹדַת שְׁלָמָיו] *Pro* (vel *cum*, Ar. Belg. JT. vel *super*, Mo. O.) *hostia*, vel *sacrificio*, *gratiarum actionis pacificorum suorum*; [ità plerique:] *super sacrificio laudationis salutaris*, o'. *cum sacrificio gratiarum actionis, eucharistico suo*, JT.

14. *Ex quibus unus*, &c. *pro primitiis*—— מִמֶּנּוּ אֶחָד מִכָּל־קָרְבָּן] Et offeret *ex ea* (vel, *ex eis*, Ar. A. Pi. Belg.) *unum* (supple panem, P. JT. Pi.) *ex omni*, vel *tota*, *oblatione*, Ch. sim. Sa. Ar. O. P. JT. Pi. Ex singulis quatuor modis panum prædictis unum[o]. Alii restringunt ad panes fermentatos, v. 13. *ex iis unum*[p]. Et כָּל verti potest, *totum*, *ex toto munere*[q]. Ut cedat, non Deo in sacrificium, sed sacerdoti in cibum[r].

16. *Si voto vel sponte*, וְאִם נֶדֶר אוֹ נְדָבָה] i. e. Si vel vovit sacrificium in exspectatione beneficii accipiendi; vel sponte adducit sacrificium, ut excitet ac confirmet fidem suam in invocatione nominis Dei pro optata & sperata salute†. נְדָבָה (à נדב *donare*) δῶμα vertitur Deut. 23. 23. 2 Par. 31. 14[t]. ¶ *Eâdem—die*] Nè quid sacri cibi corrumpatur & putrescat, & vilescat religio victimarum[v]. ¶ *Si quid in crastinum*, &c. וּמִמָּחֳרָת וְהַנּוֹתָר מִמֶּנּוּ יֵאָכֵל] *Et à crastino, & residuum ex eo comedetur*, Mo. Ma. *& in die quoque crastino, si quid remanserit ex eo, comedetur*, Ch. simil. Sy. Sa. Ar. P. A. JT. Non sic in victima gratiarum actionis. Quæ discriminis ratio? Resp. Quia illa gratiarum actionis dignior erat, quia ex animo grato, liberali & pio, &c[x]. Pro accepto beneficio plùs tenebatur homo quàm pro sperato[y].

17. *Quicquid autem tertius invenerit—ignis absumet*] Quæ ratio? Resp. 1. Quia in calidis illis regionibus tertio die facilè putrescere potuit. 2. Ut præsignificaret tempus Christi, qui, die tertio resurgens, legalia Sacrificia abolevit. Vide ad Gen. 22. 4[z].

18. *Nec proderit*, &c. פִּגּוּל יִהְיֶה] *Res abominabilis esto*, JT. A. sim. O. vel, *inquinatio*, Ma. *res rejicula*, A. ex Aq. Sign. carnem quæ vetustate deterior fit[a].

19. *Caro quæ—tetigerit immundum non comedetur*] Q. accipiunt de omni carne. Non placet; nam consecratæ tantùm carnes comburendæ erant. Et hoc extra rem fuisset & totius sententiæ contextum[b]. Alii, de carne pacificorum[c]. Caro oblata Deo[d]. Nam aliâ carne, non sacrâ, etiamsi quid immundi tetigerit, licebat vesci, Deut. 12. 15, 22†. ¶ *Mundus vescetur ex ea*, וְהַבָּשָׂר כָּל־טָהוֹר יֹאכַל בָּשָׂר] Vox בָּשָׂר repetitur more Hebraico[f]. [Prius בָּשָׂר quidam conjungunt cum præcedentibus,] *sed igne comburetur caro illa*, Sy. Sa. [quasi ו non ל בָּשָׂר, sed ל בָּאֵשׁ, præfixum esset.] JT. sic, *quod autem ad reliquam carnem*. Heb. *& caro*; Nominativus absolutè positus[g]. *At carnes illas omnis mundus comedet*, P. q. d. non tantùm offerens, ut credi posset, sed quilibet homo, modò mundus[h]. Al. sic, *Munda sit omnis caro, & qui carnem comederit*, Ti. *Et carnem, omnis mundus comedet carnem.* Antecedens loco relativi, pro, *omnis mundus comedet carnes illas*, nempe pacificorum[i].

20. *Anima polluta*, &c. וְטֻמְאָתוֹ עָלָיו] *Et immunditia ejus super ipsum*; i. e. cùm impurus sit impuritate internâ[k].

21. *Immunditiam hominis*] i. e. Hominem impu-

(Margin: i A. — k Ma. ex Jun. — l L. Me. T. F. — m Me. L. — n F. — o L. — p Ità Me. Bo. A. — q Bo. — r Me. La. — † V. ex F. — t G. — v Me. — x Me. La. — y Wil. — z A. — a Jun. — b Bo. — c Ità M. L. Bo. — d Me. ex La. — † La. — f M. — g Pi. — h L. — i V. — k V.)

rum[l]: ut sit Hypallage[m]. Alii, fæces & stercora humana*. ¶ *Interibit*, וְנִכְרְתָה] *Et exscindetur.* Ejicietur de congregatione populi[n]. Q. de Judicis sententia intelligunt. Non placet. Talia judicia nunquam facta legimus, nec facta esse verisimile est; v. g. in casu fermenti inventi tempore Paschatis[o]. Al. de ultione Divina exponunt[p]. [Vide quæ ad Gen. 17.]

23. *Adipem ovis*, &c.] Prohibitionem adipis (quæ generalis videbatur) moderatur & restringit ad tres species animalium[q]. [*Vide quæ ad* Lev. 3. 17.] *Adipem*: Quia nocet stomacho[r].

24. *Habebitis in varios usus*, יֵעָשֶׂה לְכָל־מְלָאכָה] *Fiet in* (vel, *adhibebitur ad*) *omne opus.* [Ità omnes.]

26. *Quàm de pecoribus*] At vox בְּהֵמָה latiùs patet; significat omnia quæ super terram incedunt. Et hinc intellexêre Hebræi piscium sanguinem non esse vetitum. Vide Mosem de Kotzi Præcepto vetante 137. Causa naturalis subest, quia non æquè inflammat piscium sanguis. Vide Plut. de Carnium esu 2. οἱ δ' ὕδασι, &c†.

29. *Offerat simul & sacrificium, id est, libamenta ejus*] Cum sacrificio offerat Minchah[t]; ut ità Deo plenum exhibeat convivium[v]. ¶ Heb. יָבִיא אֶת־קָרְבָּנוֹ] Al. *adducet corban*, vel *munus*, *suum*; viz. offerat Deo portionem debitam ex sacrificio pacificorum[x], scil. adipem, &c. Vel potiùs, cum carnibus offerat mensuram similæ, olei ac vini[y]. q. d. Nè putet licere sibi totum comedere[z]. Al. *adducet*; ipse per se, non per alium, offerendum curabit[a].

30. *Tenebit manibus*] Sacerdotes supponebant manus suas manibus offerentis, & movebant sursum & deorsum, &c[b]. Vide quæ ad Exod. 29. Loquitur de laico offerente[c].

34. *Pectusculum enim*, &c.] Qu. Cur pectus & armus dexter cedebant sacerdotibus? Resp. *Pectus* significabat fidem, sanam doctrinam, & cordatam sapientiam; *armus*, sive *brachium dextrum*, constantem secundùm fidem & virtutem operationem[d]. *Pectus* sapientiam, *armus* potentiam, significat: Utrumque ad Christum, Pontificem nostrum, relatum docet eum esse *& sapientiam & potentiam Dei*, 1 Cor. 1. 24†.

35. *Hæc est unctio*, [ità plerique,] וְזֹאת מִשְׁחַת] *Hæc est pars unctionis Ahar.* JT. Hæc ellipsis utut videatur duriuscula, tamen omnino postulare eam videntur verba illa, *ex igne absumendis*; item verba versûs sequentis, *quam præcepit dari*[f]. *Hæc est portio Aharonis*, Ar. Merces unctionis Aaron[g]. h. e. Privilegium & jus ipsorum ob unctionem suam, sive sacerdotium[h]. Ex unctione debitum[i]. Al. *Illa est oblatio in die unctionis*, L. O. ¶ *Die quâ*, בְּיוֹם] *In die*, o'. Ch. Sa. Sy. alii, *à die*, Ar. Ti. V. Hîc ב pro מִן positum est[k]. A die unctionis[l].

37. *Ista lex*, &c.] Ex hoco loco enumerant Hebræi sex sacrificiorum species: & malè Latini tres tantùm enumerant; scil. *holocaustum*, *pro peccato*, & *pacificorum*[m].

(Margin: l V. — m Ma. Jun. A. — * Me. La. — n V. F. — o L. — p Ità Me. L. He. in T. — q M. A. — r Maimon. in G. — † G. — t Q. in Ma. — v Me. La. — x Ma. — y O. — z O. — a Ma. — b L. T. — c T. Me. — d La. — † Wil. — f Pi. — g F. V. — h He. in V. — i Wil. ex Caj. — k V. — l Ma. — m O.)

CAP. VIII.

Conferendum hoc caput cum Exod. 29. Ibi mandatum, hîc exsecutio mandati, narratur[n].

3. *Congregabis cœtum*] Ut videat omnis populus quòd Aaron non se ingesserit ad sacerdotium[o].

14. *Vitulum*] Vitulos. Nam Exod. 29. 35, 36. quotidie per 7 dies vitulus offerendus erat; quod etiam satis innuitur v. 34[p].

15. לְכַפֵּר עָלָיו] *Ad expiandum illud*, M. V. O. Ch. Sy. P. nempe altare, Ma. *Ad expiandum pro eo*, Ar. Ti. Alii, *ad expiandum* (i. e. homines, Ma.) *super illud*, Mo. Ma. A. sim. Sa. vel, *in eo*, JT.

17. *Sicut præceperat*] Nempe Exod. 29. 18[q].

23. *Auriculæ,—manus,—pedis*] Ut scirent se ad hoc principaliter inunctos, ut audirent mandata Dei, & opere complerent[r].

26. *Collyridam*, &c. חַלַּת לֶחֶם שֶׁמֶן] *Placentam panis olei*, Mo. vel, *cum oleo*, Sa. JT. vel, *oleati*, Ch. M. P. A.

(Margin: n Ma. — o L. — p Me. — q Pi. — r O.)

28. *Ado-*

28. *Adolevit ſuper altare holocauſti*, וְהִקְטִיר הַמִּזְבֵּחָה עַל־הָעֹלָה]. *Et adolevit* (*ſuffire fecit*, Mo. Ma.) *in altari ſuper holocauſtum*, JT. Ch. Ti. ità plerique: (ut ſuper holocauſtum poſita ſimul cum eo abſumerentur †.) Vel, *in holocauſtum*, P. *cum holocauſto*, Sa. Ar. *poſt* (*ultra, præter*, Q. in Ma.) *holocauſtum*, M.

32. *Reliquum — ignis abſumet*] Quia oblatio erat pacifica pro gratiarum actione, eò quòd Deus promoverat Aaron [t].

34. *Sicut factum eſt*] Ità A. Heb. *fecit*, Ma. Mo. Pi. ſcil. per me, Pi. Sic, *narravit*, pro, *narratum eſt*, 2 Sam. 15. 31. *adduxerunt*, Marc. 10. 13. pro, *adducti ſunt*, Matt. 19. 13 [v]. *Sicut feci*, Sy. Tertia perſona hîc ponitur pro prima: i.e. Sicut ego Moſes feci, ſic præceperat Dominus ut facerem, &c †.

35. *Die ac nocte manebitis*, תֵּשְׁבוּ] *Sedere*, pro *manere*. *Non exibitis*, ſub. *niſi neceſſaria aliqua de cauſa*; v. g. ad alvum exonerandum. (Sic, *Fleverunt Moſen 30 diebus*, commodè exponendum eſt; non enim perpetuò flebant.) Alii hoc negant, volúntque eos fodiſſe locum in atrio ubi alvum exonerârint [x]. Vel potiùs, vaſa illi operi deſtinata erant in atrio exteriori [y].

† Ma. — t L. — v A. — † Q. in V. — x Di. — y Wil. ex To.

CAP. IX.

1. *Octavo*, הַשְּׁמִינִי] Tertia Sectio hîc incipit, ab ea voce denominata [z]. ¶ *Octavo die*] Scil. à conſecratione Aaronis [a]; ut apparet ex Exod. 29. 30, &c [b]. & Levit. 8. 33, 35. & Ezec. 43. 27 [c]. Animantia pleraque in immunditia & imperfecto ſtatu erant per ſeptem dies, & in octavo perfecta: ut infantes, Levit. 12. 2, 3; beſtiæ, Levit. 22. 27; immundi ex lepra, fluxu, &c. Levit. 14. 8, 9, 10. & 15. 13, 14. Num. 6. 9, 10. Pariter ſacerdotes ante octavum diem non erant admiſſi ad miniſtrandum: Quo adumbratus eſt dies Chriſti, qui, reſurgendo poſtridie Sabbati, ſanctificavit Eccleſiam & miniſterium, &c [d].

2. *Vitulum*] In memoriam cultûs vituli †.

3. *Hircum*] Animal fœtidum, ad denotandum gravitatem peccati [f]. Qu. Quomodo hircus hîc offertur pro peccato populi, cùm ſuprà, c. 4. vitulus, &c? Reſp. 1. Cùm populus ſeparatim à ſacerdote ſumebatur, hircus offerebatur; at cùm ſacerdos in communitate includebatur, ut cap. 4. vitulus offerebatur. 2. Vel dicendum, vitulum oblatum fuiſſe pro peccato certo & determinato; hircum, pro peccatis incertis & indeterminatis [g].

7. *Pro peccato tuo*] Notatur hoc ad Hebr. 7 [h]. ¶ בַּעַדְךָ] בְּעַד hoc loco, ut & 2 Par. 30. 18. pro eo quod plerumque עַל; ut ſuprà 4. 20, 26, 31 [i].

10. *Adolevit*] i. e. Altari impoſuit adolenda & cremanda igne cœleſti, v. 24 [k]. Anticipatio eſt; quemadmodum & v. 13, 17, 20. ut patet ex v. 24 [l].

12. *Obtulerunt*, &c. וַיַּמְצִאוּ אֵלָיו] *Invenire fecerunt ad eum*, Mo. Ma. H[s], pro, *ei ad manum porrexerunt*: vel, *admoverunt*, ut citò inveniret. Sic v. 15, 18 [m]. *Tradiderunt ei*, Sa. ſim. Sy. JT. A.

17. *Abſque ceremoniis holocauſti*, מִלְּבַד עֹלַת] *Præter holocauſtum*, [ſic omnes:] i. e. quod ſingulis diebus offerri ſolebat [n]. q. d. Omnia hæc Aaronis ſacrificia non impediebant oblationem holocauſti jugis [o]. Præter munus quod jam obtulerat cum holocauſto [p].

19. *Renunculóſque cum adipibus*, וְהַמְכַסֶּה וְהַכְּלָיֹת] Ad verb. *& operiens & renes*, Mo. *& quod operit renes*, Sa. ſim. Ar. (quaſi redundaret poſterius ו.) *Quod operit exta* (vel ventrem, ό.) *& renes*, Ch. M. A. *Adipem operientem inteſtina & renes*, JT. BA. i. e. omentum, cujus in ſacris plurimus uſus, etiam apud Ethnicos. Perſ. Satyr. 2. Homer. Il. 6'. Strab. l. 15. Catul. in Gellium [q].

22. *Manum*, יָדָו] Legitur & יָדָיו *manus*. Pluralis lectio congruit cum more benedicendi, Luc. 24. 50 [r]. Vel, *manum*, ſcil. dextram, quæ plùs elevabatur quàm ſiniſtra †.

23. *Moyſes*] Cur Moſes intravit? Reſpond. 1. Ut Aaronem doceret modum thymiamatis offerendi [t]. 2. Ut cum Aarone oraret pro datione ignis [v]. ¶ *Apparuit gloria Domini*] h. e. Vel, ignis à Deo miſſus [x]: vel, præſentia Dei [y]: vel, nubes illa cum eximia claritate. Vide Exod. 40. 34, 35 [z]. Sic teſtatus eſt Deus ſe approbare hunc ritum ſacrificandi, & miniſterium Aaronis [a]: docuítque majorem erga ſacra reverentiam concipere [b].

24. *Ignis*] Ignis deſcendens ſignum erat Divinæ acceptationis. Sic Gen. 4. 4. 1 Par. 21. 26. & 2 Par. 7. 1. & 1 Reg. 18. 38 [c]. & Jud. 6. & 13 [d]. Hoc igne cœleſti ſemper deinceps uſi ſunt Hebræi, eúmque lignis injectis continuò nutrire juſſi, Levit. 6. 12 †. Duravit hic ignis uſque ad tempora Manaſſeh [f]. Abſconſum à Jeremia, & repertum à viris Synagogæ, dicit Abben Gorion. Mentio hujus 2 Macc. 1. & in Hiſt. Heb. fol. 13. p. 2. Ab. Zachuth in Johaſin 24. 2. *R. Hanina vidit ignem in domo ſecunda cubantem inſtar canis, cùm in domo prima cubâſſet inſtar leonis.* Contrà, K. in Hagg. 1. 8. in וְאֶכָּבְדָה (ſine ה,) notat defectum rerum quinque: In iis, ignis ſupremus [g]. Diabolus in ſacris Dei ſimia. Servius ad illud 12. Æneid. —— *qui fœdera fulmine ſancit*, hæc annotat, *Confirmat, ſancta eſſe facit: quia cùm fiunt fœdera, ſi coruſcatio fuerit, confirmantur: vel certè, quia apud majores aræ non incendebantur, ſed ignem divinum precibus eliciebant qui incendebat altaria* [h]. Fama erat *Argis* ignem cœlo decidiſſe. Romani ignem ſub Veſtæ nomine & colebant, & ſtudioſiſſimè ſervabant [i]. ¶ *A Domino*] Heb. *à faciebus Domini*. i. e. Vel de cœlo, ut 1 Reg. 18. 38 [k]: vel à Sanctuario, ſeu Propitiatorio, ubi tunc primùm Deus ſtatuit aſpectabile præſentiæ ſuæ documentum, nube oblatâ, & immiſſo igne. Quem ſenſum firmat Levit. 10. 2 [l].

z V. — a O. Jun. Pi. A. — b Jun. — c Pi. — d A. — † G. poſt L. — f L. — g Bo. — h E. — i G. — k Me. L. — l Me. ad verſ. 22. ſic Pi. La. — m Ma. — n V. — o T. L. Me. — p Pi. — q BA. 1. 2. 45. 503. — r Ma. — † RR. in A. — t L. T. — v L. — x Me. O. La. T. — y O. — z Ma. — a F. & V. ad v. 24. T. ad v. 24. — b Me. — c F. O. Ma. T. — d O. — † T. Me. — f F. D. — g D. — h Ma. — i Bo. — k Pi. — l Ma. Jun.

CAP. X.

1. *Ignem alienum*] i. e. Non è cœlo miſſum [a]: non ſumptum ex altari [b]. Cauſa hujus facti, vel, 1. Temulentia [c]. Probant ex eo, quòd poſt hoc factum vinum prohibetur, v. 8 [d]. Vel, 2. Inconſideratio & perturbatio, quia nondum exercitati erant in miniſterio †. Vel, 3. quòd ad ignem cœleſtem accedere non auderent [f]. Vel, 4. Lætitia nimia [g]. Vel, 5. quòd manus & pedes non laverint; quòd non omnes ſacras veſtes induerint [h]. ¶ *Offerentes*] Heb. *& obtulerunt*. Intellige, quantum in ipſis fuit; nam mox in ingreſſu Tabernaculi extincti fuerunt, v. 2, 4 [i]. Hæc ſacerdotum tranſgreſſio, in principio adminiſtrationis ſuæ, oſtendit imperfectionem & imbecillitatem ſacerdotii, Heb. 7. 18, &c. Sic ſtatim poſt latam Legem moralem populus peccavit, Exod. 32 [k]. ¶ *Quod præceptum non erat*] Vel *à Moſe*, vel *à Deo* [l]. Liptote eſt, pro, *quod vetitum eſt* [m]: ſicut Jer. 32. *filios immolârunt Moloch, quod non mandavi eis*, i. e. quod prohibui †. Sed quando, vel ubi, vetitum eſt? Reſp. Implicitè vetitum eſt Levit. 1. 7. & 6. 12. collat. cum Lev. 16. 12 [n]. Vel, cùm miſſus eſt ignis ille Divinus, ut veriſimile eſt [o].

2. *A Domino*] i. e. Vel è cœlo, vel ex oraculo, vel ex altari holocauſti [p], vel ab altari thymiamatis [q]. ¶ *Devoravit*, וַתֹּאכַל] *Comedit*, Ma. *conſumpſit*, F. V. O. i. e. exanimavit, ità V. E. מבענים לא מבחוץ, *intrinſecùs, & non extrinſecùs* [r]. Nam corpora manſêre, & ablata ſunt †; etiam cum veſtibus [r]. Neque enim in favillam redacti ſunt [v]. Eos inſtar fulminis afflavit [x]. Neque hoc mirum. Sic enim Franekeræ ignis ex aere occîdit excubitorem, corpore & veſte illæſis [y]. Hinc Hebræi morem ſumpsêre, ut ubi pœna ignis eſt in Lege, plumbum fervens damnato in os funderent [z].

3. *Hoc eſt quod locutus eſt Dominus*] Qu. Ubi hoc dixit? Reſp. 1. Dictum eſt, ſed non ſcriptum [a]: ut Joh. 20. 30 [b]. 2. Dictum eſt, vel Exod. 29. 43. *Sanctificabitur tabernaculum* [c]; vel Exod. 19. 22. *Sacerdotes ſanctificent ſe, nè moriantur* [d]; vel Levit. 8. 35 †. ¶ *Sanctificabor*] i. e. Sanctus apparebo, i. e. ſumam pœnas;

a F. V. Me. — b F. V. — c Me. ità He. in L. & Cartwr. mellif. — d E. L. — † Me. — f Me. T. — g To. in T. — h He. in Me. — i Pi. poſt Jun. — k A. — l F. — m L. E. Me. — † E. — n A. — o E. — p Ma. — q Me. — r F. ex He. G. — † G. — r F. E. — v V. — x Me. — y D. — z O. — a Caj. Lorin. Wil. A. Pi. — b A. — c He. in F. — d F. L. — † Wil. Pi.

pœnas [f]; quibus declarabo me sanctum, & constantem in mandatis meis, quibus jussi sacra mea legitimè & juxta verbum meum fieri: nè Pontifici quidem peccanti parcam, nedum aliis [g]. *Cùm Deus judicium facit in justis, timetur & laudatur: Nam si in illis hoc facit, quantò magìs in impiis* [h]? Justum se ostendit Deus, quòd à domo sua judicium incipit, & ministros suos castigat; secùs quàm Principes seculi faciunt [i]. ¶ *In iis qui appropinquant mihi*] Sic Pi. A. *in propinquis meis*, Mo. JT. Periphrasis sacerdotum, ut Ezec. 42. 13. Nomen ponitur loco participii, & ב notat objectum [k]. ¶ *In conspectu populi*] Nè populus speret me sibi, si peccet, parciturum; cùm videt me non sacerdotibus, non majoribus, non propinquis, ignoscere [l]. ¶ *Tacuit*, וַיִּדֹּם] Καὶ κατενύχθη, o'. *Et compunctus*, seu *perculsus, est*; sive, præ dolore & ægritudine animi obmutuit [m]. Summum dolorem Scriptura per *silentium* exprimit, Lam. 2. 10. Esa. 47. 5 [n]. Q. *Obstupuit, immobilis factus est*, nempe, præ mœrore; ut Exod. 15. 16. Vulg. vertit [o]. Non est questus de severitate Dei, &c [p]. Divinæ voluntati acquievit: nihil habuit quod judicio Divino opponeret [q]. Confer Psal. 39. 10. Ezec. 24. 17 [r]. Justum hoc erat eos sic puniri. Nam, 1. Peccatum erat directè in Deum, (vel ex contemptu, vel negligentia, (Jer. 48. 10.) quam nec Principes in suis negotiis patiuntur, Prov. 18. 9. vel crassa ignorantia,) & in ejus cultum, in quo præcipuus Dei honor consistit, 1 Sam. 2. 30. 2. Prima peccata in qualibet lege graviter puniuntur, nempe, ut sequentes terreantur. Vide Num. 15. 36. Hæc causa diluvii veteris mundi †.

4. *Patrui Aaron*] Vide Exod. 6. 17. Num. 3. 19 [t]. Non mandatum hoc fratribus eorum sacerdotibus, nè à ministerio suo avocarentur. Vide cap. 21. 1, &c †. ¶ *Extra castra*] Judæi sepulchra ab hominum habitationibus semovebant, (Gen. 23. Matt. 8. & 27.) Cujus una causa erat, quòd immunda haberentur, & immunditiam tangentibus aspergerent [v].

5. *Vestitos*] Ex hoc colligunt eos salvatos fuisse. Confer 2 Reg. 13 [x].

6. *Nolite nudare*, אַל־תִּפְרָעוּ] Variant. Q. reddunt, *Capita non redditis vacua, libera*, vel, 1. à pileo, vel, 2. à capillis [y]. Cidarim, vel tiaram, nè detrahite *. Erat hoc signum luctûs, infrà 13. 45 [z]. Al. Nolite nutrire comam [a]. Promittere autem is dicitur qui per 30 dies comam alit [b]. Indicium hoc erat luctûs, 2 Sam. 19. 24. Vide ad Gen. 41. 14 [c]. Id פֶּרַע potest significare, à פֶּרַע *peragh, coma*. In luctu capillos nutriebant Ægyptii, (teste Herod. l. 2. n. 36.) & Romani [d]. Al. Nè radatis capillos, ut in luctu factum, Job. 1. 20. Jer. 7. 29. Mich. 1. 16 †. Rasio barbæ signum luctûs, Jer. 41. 5. Ezec. 44. 20 [f]. Ratio hujus legis erat, ut nullum humanum officium præferretur mandato Divino, néve propter illud negligeret quis vocationem suam [g]. Dominus non vult eos tristes esse propter mortem impiorum; neque vult præceptum ejus violari [h]. Fortè, nè deflerent eos quorum pœnâ Deus sanctificatus: Aug. qu. 32 [i]. Sicut Romano jure non solent lugeri hostes, vel perduellionis damnati, L. *Liberorum*, Sect. 3. ità Hebræo jure ii quos Deus interfecerat [k]. ¶ *Fratres plangant*] i. e. Quamvìs illi lugeant, vos eorum exemplar nè sequimini [l]. ¶ *Et super cœtum*, וְעַל כָּל־הָעֵדָה וגו'] Neque *in totam*, &c. Negatio præcedens repeti debet [m]. Quod clarum est ex Psal. 9. 18. & ex Prov. 30. 3 [o]. Aut verte, *alioqui irasceetur*, V. Alii simpliciter exponunt, *ut non moriamini, & contra cœtum totum effervescat*, Ma.

7. *Oleum quippe*, &c.] q. d. Recens adhuc est oleum in vobis, & in ipsa sacra actione versamini [p]. i. e. Nè tamen cessate ab officio vestro [q].

9. *Vinum & —— quod inebriare potest*, ità Ch. V. sim. Ma. A. JT. וְשֵׁכָר] Alii vertunt, *& siceram*; sic o'. Sa. Sy. Mo. M. P. Ti. Aiunt sic dici omnem potum factitium qui inebriat. Voluit Deus suos longè summovere ab Ægyptiorum moribus, quos *vinolentos* fuisse ait Athen. l. 1. c. 25 [r]. Similè Dæmon, Dei simius, in sacris à suis sacerdotibus exegit *. Ægyptios sacerdotes vino & carnibus semper abstinuisse, testis est Chæremon Stoicus apud Hi. in Reg. Monach. Ampharaus vates jussit sacerdotes, qui responsa clara accipere & reddere vellent, integrum diem à cibo, à vino autem triduo, abstinere. Romani (ait Plut.) Jovis sacerdotem sub vitem ingredi noluêre, quòd eum ebrium fieri non deceret [t]. Hecatæus Abderita, in Judaicis, notat sacerdotes (eorum) τὸ παράπαν οἶνον οὐ πίνοντες ἐν τῷ ἱερῷ, (*omnino abstinuisse à vino in templo* [v].) Carthaginensis lex erat, Μηδέποτε μηδένα ἐπὶ στρατοπέδου οἴνου γεύεσθαι, ἀλλ' ὑδροποσίᾳ συγγίνεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον ἅπαντα, (i. e. *Neminem in castris vinum bibere, sed aquam tantùm*:) Plato Leg. 2 *. Causa vini eo tempore interdicti, ut & rationis usus constet, & absint libidinis incitamenta. Quas causas & Chæremon adfert in Porphyr. de Abst. 4 [x].

10. *Ut habeatis scientiam*, &c.] q. d. Interdixi vinum, 1. ut rectè discernere & judicare possitis, & vobis ipsis in administratione constare: 2. nè, mente turbatâ, secùs doceatis populum quàm oportet [y]. ¶ *Sanctum & profanum*] De quibus cautum in libro Exodi. ¶ *Mundum & immundum*] De quibus Levit. 11, &c [z].

11. *Legitima*] Quæ ad ceremonias pertinebant. Hæc enim cura propriè erat sacerdotum. ¶ *Per manum Moysi*] i. e. Meam. Frequens Hebræis, nomen ponere pro pronomine [a].

12. *Comedite illud absque fermento*] Heb. *comedite eam massas*, Ma. i. e. factam in *massas infermentatas*. Vide cap. 6. 16. & 2. 10. Legem antè datam Moses hîc repetit, nè sacerdotes præsenti dolore perculsi mandata Dei oblivìscerentur, aut negligerent [b].

13. *Datum tibi*, חָקְךָ] *Statutum*, vel *jus, tuum*, V. *constitutum*, Ma. *portio tua*: i. e. quia ex jure sacerdotali hoc ad te & filios tuos pertinet [c]. Vide cap. 2. 3. & 6. 16, 17. *Demensum tuum*, Ma.

14. *In loco mundissimo*] Heb. *mundo*, Ma. per antithesin ad *locum sanctum* [d]. In castris †: quia non tantùm mares, sed etiam fœminæ, ex iis comedebant: suprà 7. vers. 4, 9, 21 [f]. In atrio Tabernaculi, cap. 6. 16 [g].

16. *Hircum*] Nempe, oblatum pro peccato populi, juxta c. 9. 15 [h]. Nam v. 17. datus dicitur, *ut portent iniquitatem multitudinis* [i]. [Aliter Quist.] Hircum hunc pro peccato Principis oblatum, rectè colligitur ex loco parallelo, Num. 7. 87, 88. ubi inter oblationes Principum semper fit mentio hirci pro peccato [k]. ¶ *Iratus contra Eleazar*] Parentem omittit, utpote mœrore absorptum [l]. Nec eum redarguere voluit coram filiis [m].

17. *Cur non comedistis?*] Hircum hunc comedere debebant, Levit. 6. 16. quod cùm præ mœrore non possent, comburendum censebant [n]. ¶ *Ut portetis*, &c. לָשֵׂאת] *Ad remittendum*; i. e. ut *remissam* declaretis [o]. *Ferre* hîc sumitur pro *auferre* [p].

18. *Non sit illatum intra sancta*, אֶל־הַקֹּדֶשׁ פְּנִימָה] *In sanctuarium* (vel, *sanctitatem*) *intrinsecùs*, Mo. JT. A. Ch. Sa. P. vel, *ante faciem*, o'. *Anteriùs*, i. e. interiùs; quòd introrsum pergenti interiora sunt antè, & exteriora retrò [q]. *In sanctuarium interius*, sive *internum*, Sy. Ar. M. Ti. Sensus est, Talis hostia comedi debebat; illa verò cujus sanguis inferebatur non comedebatur, sed comburebatur, Levit. 6. 30 [r]. q. d. Si sanguis illatus esset, &c. hircus comburendus erat, quanquam non in altari, sed extra castra. Vide Levit. 4. 5, 12, 16, 21 *.

19. *Respondit Aaron*] Non filii, quia hi noluerunt respondere in præsentia patris [t]. Aaron etiam reprehendi videbatur [v]. ¶ *Mihi accidit quod vides*, כָּאֵלֶּה] *Talia*. Ad verb. *sicut hæc*, V. *secundùm ista*, Ma. i. e. tales tribulationes. q. d. Agnosco quidem comedendum fuisse, & quidem cum lætitia; sed quî potui lætari? Malui igitur convivium negligere, quàm mœstus inire [x]. ¶ *Quomodo potui comedere*, &c? וְאָכַלְתִּי] *Si* (vel *etsi*, Ma.) *comedissem*, M. La. *& comedam*, Caj. in Bi. Ma. q. d. Non ergò dignus vel aptus fui qui comederem. Vide Deut. 12. 7. & 26. 14. & Hos. 9. 4 [y]. Ideóque comburendum erat, ut reliquiis factum erat [z]. Tempus mihi erat mœroris, non lætitiæ & epuli [a]. Al. sic; q. d. Gratúmne foret, si ego in peccato hærens, (ejusdem negligentiæ & perturbationis reus

Marginal notes (left column): f V. Ma. — g F. — h RS. in F. — i O. — k Pi. — l T. L. — m F. — n A. — o Ma. — p Pi. — q Ma. ità A. — r A. — † Wil. — t Ma. — † A. Wil. — v Bo. — x L. — y Ma. — * Me. T. o'. Ph. in T. K. in F. ità plerique in Ma. — z Ma. — a Ch. in F. ità Talmudici ex Ezec. 44. 20. — b G. — c A. — d Ma. — † Ma. ex D. — f A. — g F. — h V. — i Ca. — k G. — l G. — m V. D. — o D. — p Ma. — q V. — r Ma. — * T.

Marginal notes (right column): t T. ex Bo. — v G. — * Ga. — x G. — y Ma. ex Jun. L. — z Ma. — a G. — b A. — c V. Ma. M. — d Pi. — † Jun. Pi. — f Jun. — g Ma. — h Me. ex La. Bo. La. — i Wil. — k Quist. — l Me. La. L. — m Wil. — n La. — o V. — p A. ità o'. in A. — q Ma. — r La. A. Me. L. Bo. — * Pi. — t L. Wil. — v Wil. — x V. — y A. — z Bo. — a La.

reus cum filiis,) peccatum populi in me expiandum transtulissem[b]? Q. volunt Aaronem se justificare[c]. Non placet; quia Moses hoc reprehendit. Potius erat mitigatio criminis, quàm justa defensio[d].

20. *Recepit satisfactionem*] Heb. *bonum fuit*, &c. Excusationem ut justam acceptavit Moses[†]. Sæpe enim litera Legis necessitatibus cedit: 2 Chron.30.18, &c. Matth. 12. 3, 4[f]. [Alii hoc negant:] Potius humanâ commiseratione tolerat Aaronis infirmitates[g]. Quia Aaron recognoverat defectum, & quia noluit afflictionem addere afflicto[h]; & minus malum fuisse deprehendit[i]. Ex hoc loco colligas, (etsi nec suprà, ubi lex traditur hostiæ pro peccato, nec alibi, explicetur,) carnes victimæ pro peccato eâdem die quâ fuerat oblata fuisse comedendas, & reliquias concremandas; aliàs non fuisset ratio cur vel Aaron eâdem die quâ fuerant immolatæ carnes illas combussisset, aut se ab iis comedendis excusâsset, si comestio in alterum diem potuisset differri[k].

b Ma. c Ità La. Bo. d Wil. † Me.La. A. f A. g Wil. ex Borrh. h L. i Wil.ex Calv. k Bo.

CAP. XI.

1. AD *Moysen & Aaron*] Qu. Cur ad utrumque? Resp. 1. Quia horum cognitio spectabat tum ad Magistratum, quoad civilem usum, tum ad Sacerdotem, quoad sacrificia. 2. Ut authoritatem novo Sacerdoti daret[l].

2. *Hæc sunt animalia*] Qu. 1. Quomodo ulla animalia immunda, cùm *omnia bona*, Gen. 1? Resp. 1. Mala, sive immunda, non erant naturâ, sed tantùm significatione[m], & quoad usum[n]. 2. Ante Lapsum nulla animalia vel noxia erant, vel ad cibum necessaria[o]. Qu. 2. Cur has leges dedit Deus? Resp. 1. Ut rudis illius populi temperantiam, obedientiam & religionem exerceret[p]. Ad compescendam gastrimargiam[q]. 2. Ut corporali munditiei assueti assurgerent ad spiritûs etiam munditiem[r]. 3. Ut avocarentur ab immunditiis idololatrarum, & immundis eorum epulis[*]. Idola Gentilibus erant quædam Judæis immunda; ut *porcus, leo, asinus*[t]. Quibusdam ex his Idololatræ utebantur in sacrificiis, vel aliis maleficiis[v]. Vide ad v.13. 4. Propter usum corporalem. Cibi prohibiti plerumque sunt pravi succi[x]. Immunda generant ægritudines, ut anima nihil præclari agere queat; tanquam lucerna splendida in deformi lampade[y]. Hinc Pythagoras fabam suis interdixit, quòd inflat, & mentem turbat[z]. Dices, Cur ergò talia non sub Evangelio prohibentur? Respond. Naturali instinctu talia vitari possunt, prout ante Legem factum; at sub Lege annexa iis erat legalis quoque immunditia[a]. 5. Propter significationem spiritualem[b]. Hæc immunda, vitia significant[c]; v. g. porcus luxuriam, camelus superbiam[d], lepus timiditatem[†]. Contrà, bos mansuetudinem significat, agnus innocentiam[f]. 6. Voluit Deus hunc populum (ex quo Christus oriturus erat) purum servari, & ab aliis gentibus distinctum[g]. Vide Lev.20.26. Et libertas Petro data de immundis comedendi docuit communionem inter Judæos & Gentes futuram fuisse[h]. Multa horum ab Ægyptiis translata causas habent naturales ex bono vel malo alimento, ut notat Maimonid[i].

3. *Quod divisam*, &c.] Referunt hoc, 1. ad usum corporalem; quia fissio ungulæ docet carnes nec nimis humidas, nec nimis siccas, esse: & in ruminantibus cibus bene digeritur. Non placet; neque enim Deus rem medicam in Sacris curavit[l], aut sanam valetudinem[m]: nam tunc non prohiberetur cuniculus[n]. 2. Ad spiritualem significationem. *Divisione ungulæ* significatur discretio boni & mali; *ruminatione* verò, applicatio boni cogniti ad operationem[o]. At cùm incertum sit quænam animalia sunt his Hebræis nominibus significata, quomodo naturales eorum proprietates dignosceremus, & ad mores applicaremus[p]? Chæremon apud Porphyrium, de sacerdotibus Ægyptiis, *Piscibus omnibus abstinebant; & ex quadrupedibus*, ὅσα μώνυχα, *(quibus ungulæ solidæ,)* ἢ πολυχιδῆ, *(multifida,)* ἢ μὴ κερασφόρα, *(non cornigera,)* quod idem valet quod *solidungula*: nam *solidas habent ungulas quæ non sunt*

l Wil. m Aug.in BA. p.700. n E. Wil. o Wil. p Me.F. q Wil. r Me. La. * La. t Wil. ex Aquin. v L. x Me. La. L.Wil.ex O. y M. z La. a Wil. b E. c Me. d E. L. † L. f E. g Wil.ex To. h Wil. i G. k E L. l Jun.in Wil. m Calv.in Wil. n Wil. o E. p Wil.

cornigera, teste Plinio l. 11. c. 45. qui & addit, c. 26. *solidâ ungulâ & bicorne nullum*. Idem notat coitum totâ die esse tantùm iis omnibus quibus solida ungula, & fœtus minùs numerosos, l. 10. Porphyrius vetitum ait Judæis vesci τῶ τῶν μωνύχων ζώων, (*ullo ex solidipedibus animalibus*[q].) ¶ *Quod habet divisam ungulam*, vel *scissam*, JT. vel *fissam*, Sy. [מַפְרֶסֶת פַּרְסָה] Quod *dividit* (vel *separat*, Ti. A.) *ungulam*. [Ità omnes.] Habens ungulam bisulcam[r]. Q. accipiunt de ungula divisa, sed non per totum, ut quum est supernè divisa, infernè verò connexa; ut camelus, ursus, canis, felis[†]. Probatur ex v. 26. Sic canum pedes suprà dividuntur, & infrà per pelliculam conjunguntur[t]. At פרס de plena fissura ungularum supernè & infernè dicitur, v. 4, 5, 6[v]. Castalio vertit, *quod divisis est pedibus in duas fissuras, sive in plures*. Confer Deut. 14. Vide Esa. 58. Ezec. 21[x]. ¶ [שֹׁסַעַת שֶׁסַע פְּרָסוֹת] *Et findens fissuram ungularum*, ο'. Sa. Mo. P. O. A. vel, *in ungulis*, M. *& ungulas fissurâ findit*, Ti. sim. JT. *quod bisulcum est*, Ca. τὸ שֶׁסַע Q. distinguunt à פַּרְסָה, & accipiunt de ungulis per totum fissis[y]. Alii complexim accipiunt, i. e. omne animal quod ità divisit ungulam, ut penitus supernè & infernè diffissam habeat[z]. Hoc pertinet ad majorem declarationem[a]. ¶ *Et ruminat*, ità Ch. Sy. P. [מַעֲלַת גֵּרָה] *Revocans*, M. Ti. JT. *sursum*, Ti. (*ascendere faciens*, Mo. Ma. *reducens*, ο'. Sa.) *ruminationem*, ο'. Sa. Mo. Ti. Pi. i. e. cibum ruminandum, Pi. *ruminis* cibum, JT. Non placet: Ellipsis nulla hîc, sed tropus[b]. גֵּרָה *ruminatio* est, sive cibus in stomachum demissus[c]. Pabulum præmansum, quod animal ex œsophago, seu rumine, aut ventriculo, attrahens in os, denuò ruminat, i. e. remandit ac remasticat[d]. Dicta vel à גָּרַר *attrahere*, (sive *deglutire*, O.) quia est attractio (vel revocatio) cibi ex visceribus in guttur & os[†]; indè גָּרוֹן *guttur*, per quod cibus & potus trahuntur[f], vel deglutiuntur[g]: vel à נָגַר *fluere*, quòd cibus refluat ad os ruminante animali[h]. Divisio ungulæ significat rectam verbi & voluntatis Dei discretionem, & incessum recto pede, Gal. 2. 12, 14. Ruminatio sign. meditationem in verbo Dei, quod est cibus animæ[i].

4. *Quicquid ruminat, & habet ungulam*, &c.] Sub. *tantùm*, vel *solùm*, V. ¶ *Non dividit, sicut camelus*] Οὐ διχηλεῖ, ο'. Obj. At Aristoteli camelus est δίχηλος (*bifidus*.) Resp. Nempe parùm, ut se explicat, ἐκ τῶ ὄπισθεν μικρὸν ἐσχίσθαι Hist. anim. 1. 2[k]. Moses non negat simpliciter, ut primâ fronte videtur, cameli ungulam esse divisam; sed divisam & fissam simul esse negat, quod ex præcedenti versu repetendum est[l]. Camelo *bisulcus pes discrimine exiguo*, Plin. l. 11. c. 45[m]. *Camelus* cibus est insalubris, Galen. de Aliment. facult. In Arabia tamen usitatus, Diodor. 3. 12. etiam vernis Turcicis datus[n].

5. *Chærogryllus*] Hebræi nihil certi habent de nominibus horum animalium, idcirco hîc eorum non innitemur significationibus, sed ad radices confugiemus[o]. ¶ [שָׁפָן] Qu. Quid שָׁפָן? Resp. 1. *Cuniculus*; ità Sy. Sa. Ar. Mo. M. P. Ti. A. Belg. ità He. in F. & in O. item L. O. Wil. Ca. To. & Forst. in Bo. Cui in speciem multa favent. 1. Quòd cum lepore jungitur, tanquam animal congener. 2. Quòd סָפַן *tegere* & צָפַן *abscondere* sign. Cuniculi autem in latebris delitescunt. 3. Certum est Hebræos cuniculum abhinc aliquot seculis sic appellâsse[p]. 4. Quòd in Arabico Giggeii Lexico SAPHAN redditur *cuniculus*. Quod tamen alibi nusquam reperi. At quædam objici possunt. 1. Quòd cuniculus & lepus non ruminant; *Porta Cœli* fol. 20. Gesnerus tamen affirmat se mandentes cuniculos deprehendisse post cibum eis ante horæ dimidium exhibitum. Et Moses leporem ruminare asserit. 2. Quòd cuniculus in petris non habitat; (quomodo שָׁפָן, Prov. 30. 26.) sed in terreno solo, quod facilè perfodiatur. 3. Cuniculus animal erat Hispaniæ peculiare; Varro Rustic. 3. 12. Plin. 8. 55. Ælian. de Animalibus 13. 15. & Judæis ignotum; nec erat cur iis prohiberetur. Dubito igitur an שָׁפָן sit *cuniculus*[q]. 4. Cuniculus est in leporino genere, de quo versu sequenti[r]. Resp. 2. *Chærogryllus*, vel χοιρογρύλλιος, ο'. Ch. ità Aq. & Symmach. & Theod. & Æthiops in BA. Verùm ignotum penè dixerim sic

q G. r V.O. † He. in O. K. in F. & V. sic A. t A. v Ma. x Ca. y He. in O. K. in F. & V. ità Bo. z Ma. a V. b Pi. c V. d Ma. Pi. O. † K. in F. & V. M. f M. O. g O. h Ità RS. in F. V. i A. k Wil. l BA. 1. 1. 2. 6. 26. m G. n Wil. o O. p BA. 1. 3. 33. 1002. q BA. 1. p. 1003. r Jun.

explicari per ignotius. Chœrogryllus enim quibusdam est *hericius*, aut *hystrix*: ità Hesych. & Suidas in BA. sic Me. Si ità est, שָׁפָן non est chœrogryllus; hericius enim nec ruminat, nec in petris habitat *. [* BA. 1008.] Aliis, *porcus spinosus*, F. V. Respond. 3. *Mus montanus*, JT. ità Q. in M. & Q. in Gesn. apud BA. & BA. qui & ἀρκτόμυς dicitur in Palæstina, ubi abundant, & in cavernis petrarum & terræ foveis habitant. Animal est non majus ericio, similitudinem habens muris & ursi [t]. [t Jun.] ἀρκτόμυς dicebatur ab Hellenistis, quòd incederet bipes, & prioribus pedibus tanquam manibus uteretur. Id enim ursorum proprium, teste Oppian. lib. 3 [v]. [v BA. 1010. 40.] Arabum unus vertit *alwebro*, qui est mus montanus sive Alpinus [x]; [x BA. 1004.] alius, *alphenec*, qui mus Ponticus esse videtur, i. e. muris aut sciuri species. Mures autem Ponticos ruminare affirmat Arist. de Animal. l. 9. ferè in fine [y]. [y BA. 1009. 2.] Eundem esse statuo & שָׁפָן, ἀρκτόμυν, & χοιρογρύλλιον, (quomodo dictus est mus iste à porci sagina, vel specie; nam & γρύλλος porcum significat) & Arabum *aliarbuo*, (quod Lexicographi perperàm reddunt *talpam*.) Concurrunt enim omnes notæ, nullâ exceptâ. Omnes enim, 1. bisulci sunt: 2. ruminant: 3. edules sunt, (& hic solus in murium genere apud Arabes edulis est *:) [* BA. 1015. 16.] 4. gregarii, (non solitarii :) 5. infirmi: 6. domum habent in petra, Prov. 30. 26. 7. sunt animalia Ægyptia, (Aristot. Plin.) & Arabica, (testis αὐτόπτης Teixira,) & Palæst. (teste Hi [z].) [z BA. 1016. 16.] Mures hi bipedes sunt, habéntque priora crura brevia, posteriora longa. Staturâ maximi sunt, & multi numero. Prioribus pedibus tanquam manibus utuntur; & si quis eos insequitur, saliunt. Hæc testantur Arist. Hist. 6. in fine, Ælian. Hist. 15. 26. Plin. 8. 37 [a]. [a BA. 1010.] Et de *aliarbuo* eadem referunt Arabes. Vide BA. 1010... Hic mus שָׁפָן dicitur, vel à סָפַן, quia latibuli sui foramina terrâ obtegit [b]; [b BA. 1016.] (quod de *aliarbuo* narrant *Alcamus*, *Damir*, aliíque Arabes [c]:) [c BA. 1012.] vel à צָפַן, quia ibi sub terra latet. Hic mus Chaldaicè טַפְזָא *taphza* dicitur, à saltu, (de quo diximus [d];) [d BA. 1016.] quia טְפַז *tephaz* Chald. & Syr. est *salire* †. [† BA. 1004. 50.]

6. *Lepus*] [Ità omnes,] rectè. 1. Sic He. omnes in BA. 2. Arabicum *Arneb* (à quo *Arnebeth*) leporem significare certissimum est. 3. Aut hîc, aut nullibi, leporis esus interdicitur; à quo tamen Judæos semper abhorruisse constat ex Plutarch. Sympos. 4. 5. & Clem. Alex. Pædag. 2. 10 [f]. [f BA. 1. 3. 32. 994.] ¶ [אַרְנֶבֶת] Gen. fœm. (cùm reliqua animalia sunt masc [g].) [g M.] vel, 1. quòd existimabatur lepores esse tantùm unius sexûs, ob frequentes partus †. [† Wil.] *Archelaus author est, utramque vim singulis inesse, ac sine mare æquè gignere*; Plin. l. 2. cap. 55 [h]. [h Me.] Vel, 2. quòd sexûs differentias in leporibus secernere difficillimum est [i]. [i K. in BA. 1. 3. 32. 997. 2.] Nomen ei ab אָרַב *insidiari*, (inserto נ per epenthesin,) quòd obnoxius sit insidiis hominum [k]. [k Ma.] Vel, ex אָרָה & נִיב, à carpendo terræ proventu, cui summam perniciem creat, ut exemplis docent Pollux 5. 12. 1. Hesychius in voce Καρπόδι⊘, & alii [l]. [l BA. ib. 995.] Sub *lepore* cuniculus comprehenditur, qui parvus lepus est: Plin. lib. 8. cap. 53 [m]. [m Me.] ό. vertunt, δασύποδα, (quòd Ptolemæi Regis uxor *Lepus* vocaretur, ait Chronicon Templi secundi [n],) [n D.] q. d. *hirsutipedem* [o]. [o D. Bo.] Quem *leporem* esse affirmant Plut. de Solert. an. Athen. 5. 12. Hesychius, Eustathius in Odys. Budæus, Pollux, Suidas, Aristot. Hist. animal. l. 8. 28 [p]. [p Bo.] Aristoteles ubique ea *dasypodi* tribuit quæ *leporis* sunt propria [q]. [q BA. 998. 1.] (Instantias vide in BA.) Eadémque Plinius *lepori* adscribit [r]. [r BA. 1000. 48.] Græcorum proverbium, Δασύπους ὢν κρέως ἐπιθυμεῖς. Terentius reddit, *Tute lepus es, & pulpamentum quæris*. Et *leporem* cœlestem Græci appellant *dasypodem*; BA. 999. ubi plura videre est eódem pertinentia. Et falluntur omnes Lexicographi à quibus λαγὼς & δασύπους distinguuntur [t]. [t BA. 997. 61.] Et quòd in Aristot. l. 1. c. 1. est λαγὼς καὶ δασύπους, meritò suspectus est locus, & καὶ abest à codicibus nonnullis. Quidam tamen pro *lepore* vel *cuniculo* indiscriminatim usurpare censentur, ut Veget. & Strabo [v]. [v Bo.] Leporem vetitum volunt Patres, quòd animal est valde proclive in libidinem [x]. [x BA. 997.] ¶ *Ipse ruminat*] At leporem ruminare, præter Mosen, nemo scripsit. (Tantùm observat Philosophus, illi cum ruminantibus commune id esse, quòd habet coagulum, Hist. 3. 22.) Itaque pro ὅτι ἀνάγει μηρυκισμὸν in ό. hoc loco, corruptores perperàm scripserunt οὐκ ἀνάγει. Sed negatione carent exemplaria *Vaticanum*, *Complutense*, & *Parisiense* nuperum, Orig. item & Theod. & locus parallelus Deut. 14. 7. & Hebræa reliquæque versiones [y]. [y BA. ib.] ¶ *Ungulam non dividit*] Intelligendum hoc est, non ut ungula *divisa continuæ*, sed ut *multifidæ*, opponitur: lepus enim est πολυσχιδὴς, (i. e. *multifidus*.) *Divisa* igitur eo loco (Deut. 14. 7.) eadem quæ *bifida*, aut *bisulca*. Atque id est propriè מַפְרִים [z]. [z BA. ib.]

7. *Et sus*, [ità ferè omnes,] [וְהַחֲזִיר] *Et porcus*, Ma. A. Sa. *Chazir* dictum volunt, vel à *Chazar*, quod Chald. & Syr. *redire* & *volvere* significat, quia sus lota redit ad volutabrum [a]; ità A. vel ab Arab. *CHAZARA*, *angustos oculos habere* [b]. [a BA. 1. 2. 57. 696.] [b BA. ib.] Causæ hujus legis sunt, vel, 1. Physicæ: nempe, 1. *Porcorum sordities*. *Lex omnem immunditiam prohibet. Quòd si permissum esset porcos comedere, plateæ & domus omnes sordidissimæ essent* [c]. [c Maimon. in BA. 698.] 2. Metus à lepra. Ità Plut. & Manetho in Ælian. 10. 16. & R. Bechai ex libris Medicinalibus. Vel, 2. Morales. Ità Patres: Docuit vitandos impuros homines; & à peccatis atque immunditiis abstinendum [d]. [d BA. ex Clem. Alex. & Lactant.] Animalia ab Ægyptiis culta Deus comedi voluit, ut ea contemnere discerent: illa verò quæ Ægyptii avidiùs lurcabantur prohibuit. Addit non nemo, ut Judæorum pietas & docilitas elucesceret; dum a carne suavissima, &c. propter Deum abstinerent. At Legislator hanc solam interdicti sui rationem affert, quia non ruminat †. [† BA. 699.] Notandum, nonnullos è vicinis populis, Judæorum æmulos, etiam à sue abstinuisse. In his *Arabes*, in Solino de Arabia, & Hi. in Jovin. 2. 6; & *Phœnices*, in Herodiano de Heliogabalo; *Ægyptii*, in Herod. 2. 47. (vel, quia, præ voracitate, nec propriis fœtibus nec humano corpori parcit, Ælian. 10. 16. vel, quia impurum animal esse æstimant, Plut. in Iside;) & *Barcææ mulieres in Africa*, in Herod. l. 4. cap. 186; & *Æthiopes*, in Porphyrio; & *Indi*, in Ctesia apud Philosophum, Hist. 8. 28. & Ælian. 16. 37 [f]. [f BA. ib.] Hoc animal tantopere exsecrantur Judæi, ut, & à nomine abhorrentes, illud דָּבָר אַחֵר, *rem aliam*, vocent [g]. [g Di. BA.] Dicunt Talmudici, *Qui incidit in rem aliam* (i. e. suem) *periclitatur de re alia*, (i. e. à lepra [h].) [h BA. 1. 699. Di.] (Hinc fortè ortum, quòd Æthiopicè porci אחרו dicantur, Matt. 7. 6. & 8. 30.) Causæ cur ab hoc nomine abstinerent sunt, vel, nè pueri, audito nomine porci, ejus carnes concupiscerent; quam ob causam abstinent à nominando pane in Paschate. Ità Elias [i]. [i D. quæst. 1. 40.] Vel potiùs, quia δυσφημίαν ponebant in mentione porci, nec vel ejus aspectum ferrent. Fortè *res alia* hîc est res extranea, non munda; ut *dii alii*, ignoti, peregrini [k]. [k D. ib.] Sue abstinebant Ægyptii, test. Herodoto & Anaxandride. Moris hujus Judaici mentio apud Juvenalem, & Macrobium, & Porphyrium de Abstin. 2. in fine, & 4. Causam putat Tacitus, quòd scabiei obnoxium id animal [l]. [l G.] At Aristoteles inter morbos Suis hunc non recenset [m]. [m Wil.] Verius puto, quòd illis in locis multa comesta caro suilla, quam suavissimam esse dixit Plato comicus; & Caius princeps apud Philonem, abundantia alimenti scabiem facit. Nam & Plutarchus, in causam hujus abstinentiæ inquirens, ait, iis qui lac suillum bibunt ἐξανθεῖν τὰ σώματα λέπραν καὶ ψωρικὰς τραχύτητας, (*lepram & scabies ex eorum corporibus erumpere* [n].) [n G.]

8. *Nec cadavera contingetis*] Unde nec adipem eorum eximere, eóve uti, poterant [o]. [o Me. La.] Non placet. Cùm immundorum animalium pelles, adeps, &c. medicis atque aliis usibus inservirent, non credibile est Deum hæc illis interdixisse. Vel, igitur, voluntarius tantùm, & citra necessitatem, contactus prohibetur; vel, immunditia indè contracta facilè eluebatur. Non tangere vetantur, nè comederent. Sic Col. 2. 21. *Nè tangas, nè gustes*. Vide & Gen. 3. 3 [p]. [p Wil.]

9. *Pinnulas & squamas*] Conjunctim intelligunt, ut vers. 4 [q]. [q Ma. Jun.] At Bo. intelligit disjunctivè, *pinnulas*, vel *squamas*. *Squamæ* sunt velut *indumentum*, *pinnæ* quasi *remus*, piscium †. [† M.] *SQUAMÆ adhærent toti corpori*; *PINNÆ excrescunt ex corpore* [r]. [r He. in A.] *Pinnæ* tanquam alæ viam dirigunt; *squamæ* tegunt & ornant corpus.

corpus *. ¶ [סְנַפִּיר] *Pinnas*, vel *pinnulas*, ferè omnes vertunt. Alii, *alas*, ο'. Sy. Ar. Quod alæ avibus, id pinnulæ piscibus; nempe ad motionem, vel directam,(ità pinnulæ laterales piscium;) vel,quâ convertunt se, (ità pinnulæ in cauda t.) Certum est pisces quibus pinnulæ & scalæ sunt saluberrimos esse. Sic *lucius*, *perca*, *carpio*, salubriores sunt quàm *anguilla*, *lampetra*, &c. Sunt enim minùs humidi, ut apparet tum ex contactu, tum ex albedine v. *Pisces qui squamosi non essent nè pollucerentur*, Lex Numæ apud Plin. 32. 2 *. *Polluctum* vocabant sacrificium, vel sacrum epulum, in Deorum honorem institutum x. In Festo quoque, inter merces quas pollucere liceat, *pisces quibus est squama, præter scarum.* Porphyrius de Judæis, Ἀπηγορεύετο ὗς ἐσθίειν, ἢ ἰχθύων τῶν ἀφολιδώτων, ἃ σελάχια καλοῦσιν Ἕλληνες. (*Vetitum fuit carnem porcinam comedere, aut pisces qui squamis carent, quos cartilagineos vocant Græci.*) Judæos tamen garum fecisse ex *piscibus squamâ carentibus*, disco ex eodem Plin. 31. 8 †. Qu. Cur pisces non nominantur, quemadmodum bestiæ & aves? Resp. Hebræi non habent particularia piscium nomina. 1. Pisces non venerant ad Adamum, Gen. 2. 2. Major pars piscium Judæis ignota: Pauci erant fluvii in terra Canaan. 3. Eorum usus tantùm erat in cibum, non in sacrificium y.

10. *Quæ moventur*] Per *reptilia* intelligit parvos pisces, qui gignuntur in aquis; per *animantia*, majores pisces, qui procreantur ex commixtione maris & fœminæ z. *REPTILIA sunt minora animantia, ut vermes & hirudines: ANIMANTIA sunt feræ maris, & in universum quicquid non habet formam piscium, &c. ut canes (MARINI,) ranæ, &c* a. Aliis *reptilia* sunt pisces in genere; *animantia*, omnes aquatilium species b, quæ multæ sunt, ut testaceæ, cartilagineæ, pedibus præditæ, &c c.

10, 11. *Abominabile vobis*, v. 11. *Exsecrandúmque erit*, [שֶׁקֶץ הֵם לָכֶם וְשֶׁקֶץ יִהְיוּ לָכֶם] [Prius vertunt,] *Abominatio ipsa sunt*, vel *erunt*, *vobis*: [ità omnes. Posterius sic,] *Etiam abominatio*, A. vel, *Abominatio, inquam*, M. P. Ti. *Et abominatio erunt vobis*, Mo. Ma. simil. ο'. [At Ar. sic totum reddit, *Est abominabile vobis. Quòd autem ea sunt vobis abominanda, est, ut non comedatis de carne, & cadavera eorum horreatis*, ut sequitur in vers. 11.]

12. *Polluta erunt*] Insinuat non esse immunda naturâ suâ, aut aliis nationibus d.

13. *Hæc sunt quæ de avibus*] Qu. 1. Cur aves sequentes prohibentur? Resp. Ratio hujus erat, 1. Naturalis, quòd mali essent nutrimenti, ut *aquila*, &c. aut in impuris locis habitabant, &c. 2. Civilis, (etiam Typica,) ut Judæos distinguat à Gentilibus, qui has comedebant. 3. Moralis, à pravis earum qualitatibus. 4. Ecclesiastica, quòd his Gentiles abusi sint in sacrificiis & auguriis †. Quoniam Ægyptii omnia animalia, excepto porco, ἐθεοποίευν (*tanquam deos colebant*,) ostendere voluit Deus ea omnia indigna esse & appellatione Dei, & cultu: τὰ μὲν, διὰ τὸ θύεσθαι καὶ ἐσθίεσθαι, τάδε, διὰ τὸ καλεῖσθαι αὐτὰ ἀκάθαρτα. (i. e. *hæc quidem, quòd mactarentur & comederentur, illa verò, quòd impura haberentur.*) Justin. quæst. orthod. 35. Gen. 7. 2 f. Qu. 2. Quænam aves prohibentur? Resp. Q. He. omnes mundas existimant præter eas quæ hîc numerantur g. Q. 24 genera mundarum faciunt, (reliqua immunda judicant h.) [Alii contrà:) Sunt 24 species immundarum avium, præter quas cæteræ mundæ sunt i. Viginti numerantur; &, quia illa verba, *secundùm species suas*, quater repetuntur, quatuor addunt k. Ad cognoscendas aves immundas Hebræi tria signa ponunt. 1. Rapacitatem, (quæ etiam constitutionem malam, scilicet, nimis calidam & siccam, indicat.) 2. Digitum excessivum & redundantem. 3. Strumam l. [At M. duo posteriora indicia facit munditiæ.] Omnes aves vetitæ & rapaces sunt & aliarum avium voratrices m. In genere loquitur Dominus de iis quæ facile in hominum usum venire possunt n. Hebræi significationes horum nominum ignorant, quia hujusmodi aves non sunt fortè apud eos o. Mirum in modum in his nominibus variant interpretes, ità ut

* A. — t Wil. — v Wil. — * G. — x BA. 1. 1. 6. 42. 30. — † G. — y Wil. — z V. — a Maim. in A. — b Ma. — c Ma. ex Jun. — d O. — † Wil. qu. 69. — f G1. — g Wil. qu. 37. — h Ità Wil. ib. & O. — i M. A. — k A. Wil. qu. 69. — l O. — m G. — n O. ad v. 13. — o O.

pauca sint de quorum significatu conveniat p. *Neque octo reptilia, neque etiam aves, verè nôsse possumus, nisi ex traditionis verbis.* Sed hæc traditio nusquam exstat. Et traditionum auctores aliò nos amandant, nempe, ad peritos aucupes. In captivitate Babylonica periit vera significatio vocum aliquot, quarum rarior erat usus. Harum prohibitionum ratio tota videtur fuisse mystica. Prohibuit Deus aves 1. rapaces, ut à rapina Judæos averteret; 2. nocturnas, ut abjicerent opera tenebrarum; 3. lacustres & riparias, quarum victus est impurissimus, ut ab immunditia arceret; 4. struthionem, qui à terra non attollitur, ut, terrenis relictis, ad ea tenderent quæ sursum sunt q. ¶ *Aquilam*] [Ità omnes vertunt.] Aquilam genuinam significat †. ¶ [נֶשֶׁר] Dicta vel à שׁוּר *rectà intendere*, quòd recto intuitu Solem aspiciat, Plin. 10. 3. Ælian. 2. 26; vel à ישׁר *rectificare*, quòd volatum rectà in prædam dirigat r; vel à *defluvio pennarum*, quia נשׁר *nesar* RR. est *defluere* †; vel potiùs, ab Arab. *nasara*, quod sign. *rostro vellicare*, quod, licet aliis avibus rapacibus commune, earum principi jure tribuitur, quia rostro est magis adunco, eóque carpit fortiús s. ¶ *Gryphem*, [פֶּרֶס] Deducunt à פָּרַס *frangere, scindere*, quòd divisas habet ungulas & magnas; vel, quòd ejus ungues maximè scindunt v. Vertunt, *gryphem*, vel *gryphum*; ità Mo. P. Ch. Sa. & ο'. τὸν γρύπα, F. Animal quadrupes auritum, pennatum, &c x. Sed fabula hæc sunt y. Per γρύπα intelligunt γρυπαίετον, *gryphaquilam*, sic dictum, quia rostrum habet maximè aduncum, quod γρυπότης significat z. *Milvum* vertit Sy. *anatariam*, Ca. quæ est aquilæ species. Et aquilæ speciem hanc esse volunt Ch. & Ar. & Græci, & Hi. & plerique recentiorum a: nempe, *ossifragam*; quomodo vertunt Ar. JT. A. Ang. BA. Sic dictam Romanis (pariter & Arabibus, vide BA.) à *frangendis ossibus*. פֶּרֶס significat *fractionem*, Esa. 58. 7. imò *fractionem ossium*, Mic. 3. 3 b. Hæc aquilâ major est c. Alii, *accipitrem*; Q. in O. ità Ma. Sa. vers. M. Ti. Belg. Schindler. & Sa. in BA. 2. 2. 5. 185. 68. *Gryphalcum*, vel gryphifalconem, ex accipitrum genere omnium generosissimum d. Est magna avis habitans in deserto †. *Falconem* in Italica, & *Girofalcum* in Gallica, versione reddit Diodatus f. Alii, *haliæetum*. Sic vertunt ο'. Ch. Sa. JT. P. Ca. Vel, *aquilam marinam*, Mo. Ti. Belg. V. quæ piscatur pisces in mari g. Sic M. & Hi. & Deod. in BA. & Angli Ospray, quod idem est h. ¶ [עָזְנִיָּה] Sic dicitur pro עזיה, *Nun* enim est epentheticum i. Nomen habet à robore; unde colligo potiùs esse μελαναίετον, seu *nigram aquilam*, quæ, utut aquilarum minima, tamen est robustissima, idcirco *valeria* dicta: Aristot. de Animal. 9. 32. Homer. Il. φ'. vers. 252 k. Dicitur עָזְנִיָּה à firmitate visûs l; (quia intuetur adversùs Solem m,) & volatûs n. Non est verisimile inter aquilarum species omissam fuisse earum ἀξιομνημονευτατον o. [At Sy. *corvum* reddit.]

14. *Milvum*] Sic vertunt Ch. Ar. JT. Ca. He. in F. Bo. Wil. & plerique veterum & recentiorum in BA. Anglicè a Kite or Gleed, Wil. דָּאָה dicitur à דָּאָה *volare*, quia volatu præstat p. Volat altissimè & diutissimè, & alis propè immotis diu in aere libratur. In Deuteron. 14. 13. dicitur רָאָה, à visûs excellentia q; quam ei tribuit Apuleius Metamorph. 6. sed nullus scriptor (alius,) inquit illustris Commentator *Philippus Beroaldus*: BA. Malim ergò דָּאָה scribi, (sic Sa. & in Levit. & in Deut.) à *volatu* ducto nomine, quàm רָאָה, ut Deut. 14. à *visu*. Sed literæ *Daleth* & *Resh* sæpe confunduntur. Sic iidem sunt רִיפַת, Gen. 10. 3. & דִּיפַת, 1 Par. 1. 6; הֲדַר, Gen. 36. 39. & הֲדַד, 1 Par. 1. 46. Et de Deo dicitur, 2 Sam. 22. 11. וַיֵּרָא, *& apparuit*, pro, וַיֵּדֶא, *& volavit*, Psal. 18. 10 r. Alii *vulturem* vertunt; ità ο'. Sa. M. P. Ti. V. A. Ang. ¶ *Vulturem*] Ità nostri interpretes vertunt τὸ אַיָּה, ait F. Ità M. & P. & Ang. inquit BA. [Sed fallitur; hi enim *milvum* reddunt.] At *vulturem* vertunt Ch. Ca. Wil. Hi. in BA. Hanc versionem probant, 1. à Job. 28. *Oculus vulturis*, אַיָּה γυπὸς, *non vidit*. 2. Quia sequitur, *secundùm genus suum*, quod, ubicunque ponitur, docet eas inter se specie differre r. Plures autem species

p G. — q BA. 2. 2. 33. — † BA. 2. 186. 66. — r Ma. — † Q. in BA. — s BA. 2. 1. 164. — v O. — x Q. in T. — y T. F. Wil. BA. — z BA. 2. 6. 2. 812. — a BA. ib. — b BA. 2. 2. 5. 186. — c A. — d Ma. — † K. in F. — f BA. ib. — g V. — h BA. 2. 2. 6. 188. — i BA. ex He. — k BA. 2. 2. 6. — l Jun. A. Ma. — m Jun. — n A. — o BA. — p O. Ma. — q Ma. — r BA. 2. 2. 7. — r O.

cies *vulturum* sunt, non item *milvorum*[v]. At milvorum etiam plures species sunt[x]. 1. *Milvus rubeus*, qui major, notus in Anglia[y]. 2. *Milvus minor, & niger*, in Germania[z]. Sed notandum, Mosen non dicere, *juxta species suas*, sed, *juxta speciem suam*, ut significet totam speciem prohiberi. Non sequitur autem diversas illarum esse species. Et quod in quibusdam diserte dicit, in aliis supplere satis habuit, ut vitaret tædium perpetuæ repetitionis[a]. Ch. vertit, טַרְפִיתָא *Taraphitha*, à *rapacitate*: nam *Taraph rapere*[b]. *Vulturem nigrum* reddunt Jon. & Jeros. in BA. In Hebræo est אַיָּה, quod alii *milvum* vertunt; sic ο'. Sa. M. P. Ti. A. Ang. item Schindler. & Genev. & Ar. in Jobo, inquit BA. 2. 2. 8. 193. Angl. a Kite, vel Glede, vel Puttock, A. *milvum rubeum*, He. in F. Alii, *picam*; ità K. in O. JT. Mo. (qui tamen ad Deut. 14. *vulturem* habet.) Ei sanè convenit incertus volatus[c]. Est autem in hoc genere *cornix*, Job. 28. 7. cujus oculi Latinis celebrati[d]. *Accipitrem tinnunculum*, vel *cenchrin*, Ma. Hi ineunte Vere insulas אִיִּים desertas petunt, Ælian. Hist. anim. libro 2. cap. 45 †. Puto אַיָּה esse quæ Arab. *aljuju*, vel *juju*, (à clamore dicta,) veteribus *æsalon*, Gallis *smirlus*, vel *smerillon*, Anglis *merlina*, (ut ex descriptionibus patet: vide BA.) Censetur inter accipitrum & falconum species. אַיָּה oculatissima est; Job. 28. 7. Sic *juju* Arab. & *smerillon* à Gallis, ab oculorum perspicacia plurimùm commendatur[f].

15. *Omne corvini generis*, [ità omnes,] [עֹרֵב] A עָרַב *miscere*, quòd sit *fusci coloris*, i. e. mixti ex albo & nigro[g]. Omnes aves similes corvo[h]. Ang. a Raven, A. Belg. Wil. Quomodo corvus immundus, cùm à Deo per ministerium corvi Elias victum accepit, 1 Reg. 17? Resp. Corvi immundi erant hominibus, nè adhiberentur vel ad edulium, vel ad sacrificium; Deo autem uti illis licuit ad ministerium. Corvi esus prohibitus, non usus[i].

16. *Struthionem*, [וְאֵת בַּת הַיַּעֲנָה] Dicta est ab *ululatu* (עָנָה sign. *ululare*, vel *respondere*,) ob defectum cibi, Mic. 1. 8. Thren. 4. 3[k]. Qu. Quid hîc בַּת הַיַּעֲנָה? Resp. 1. *Sirenes* reddunt Græci ad Mich. & Jerem. At fabulosa hæc sunt[l]. Verùm Sirenum nomine intelligebant aves canendi peritas, nempe *alcyones*, quas suavissimè canere narrant *Lucian.* in *Imagin.* & *Plutarch.* in libro *Utra anim.* eásque ut aves θρηνητικὰς describunt veteres Poetæ, Homer. Il. 9. v. 559. Eurip. in *Tauris*, v. 1089. Ovid. Met. 11. 10[m]. 2. Alii, *passerem*. Ità solus è veteribus Novatianus in BA. p. 221. 18. Hoc priore longè probabilius est; passerem impurum habitum, tum ob summam salacitatem, tum ob garrulitatem; unde à עָנָה *resonare* habet nomen יַעֲנָה. Veruntamen neque hæc interpretatio satis congruit, quia passeres nec solivagi sunt, nec loca deserta (sed culta) frequentant; quæ tamen τῇ יַעֲנָה tribuuntur[n]. 3. Alii, *ululam*, vel, *filiam ululæ*; ità Mo. JT. A. Ang. Full. misc. Wil. item Schindl. Buxt. & Bibliorum vernaculi interpretes in BA. Hæc & lugubris est, (à mœsto ululatu ὀλολυγὼν dicta, ut hîc יַעֲנָה à עָנָה *clamando*, seu *resonando*;) & deserta incolens, idcirco ἐρημαίη dicta Arato[o]. 4. Alii, *struthionem*, vel, *filiam struthionis*; ità Ch. Sa. Ar. M. P. Ti. O. Ca. Belg. A. sic L. Me. F. post Ch. Forst. & To. in Bo. ità ο'. στρουθὸν, vel στρούθιον. Object. At στρουθὸς per se positus *passerem* sign[p]. Resp. 1. Contrarium constat ex Theoph. Hist. plant. 4. 5. *Galeæ ornantur pennis* στρουθῶν, i. e. *struthionum*, non certè *passerum*; & Athen. 5. 7. & ex Eustath. in Iliad. β'. ubi refert Cleocritum vocatum fuisse στρουθόποδα, h. e. *magnipedem*; & ex Polluce 1. 1. 7. ubi Arabes narrat pellibus στρουθῶν in bello contegi. 2. *Struthionem*, vel, quod idem est, *struthocamelum*, constanter reddunt Aq. Sym. & Th. item Hi. & Theodor. Procop. Euseb. Chrysost. in BA. Chaldæi tres & Sy. & Ar. vertunt, *naamah*, vel, *naamitha*; quod *struthionem* significare certissimum est[q]: q. d. *filia jucunditatis*, per antiphrasin, à ferali clamore[r]. In Talmude, *ovum* NAAMITH in vasorum censu ponitur. Hebræi omnes יַעֲנָה *struthionem* reddunt. Vide BA. Et Judæis semper persuasum fuit, *struthionis* esum illis prohibitum, (ut eorum perpetua praxis docet:) & meritò quidem, nam humi nidificat, & sola avium nunquam à terra attollitur, & sine delectu vorat, &c. & difficulter digeritur, ut ex Medicis probat BA. Struthiones tamen comederunt Afri & Arabes; imò in deliciis habuerunt *Struthophagi Æthiopes*, & Reges Persarum, Athen. 4. 9. & Heliogabalus, in Lampridio. Denique, יַעֲנָה & struthionis ingenium idem. Struthio, 1. φιλέρημος est, i. e. *deserti amans*, Theoph. Hist. plant. 4. 4. 2. crudelis. [*Vide quæ ad* Job. 39. 17. *dicenda* †.] Obj. 1. At struthionum lugubres querelas nemo Græcorum observavit[t]. Resp. 1. Græcos scriptores multa fugerunt, etiam in illis animalibus quæ in Græcia nascuntur. Quid mirum si idem accidat in ignotis & peregrinis? Alioquin sequeretur *struthionem* esse ἄφωνον, quia de illius voce nihil Græci scripserunt. Vocalem tamen esse docent & ratio, & Arabum monumenta. *Alcamus*, RAGHA, *aut Raghia, de camelo, hyæna, & struthione; clamavit, ejulavit: & rursus*, RAGHA, *de puero*, i. e. *acriter flevit*. Et Johannes de Laët, *Struthiones tam altùm clamant, ut ad dimidiam leucam audiantur*[v]. Obj. 2. Nihil causæ fuit cur struthionis esus Judæis prohiberetur, cùm aut incognita illis, aut rara fuit; erat enim avis *Africana*, vel *Æthiopica*, Plin. 10. 1[x]. Resp. 1. Esto: At Judæi ætate Mosis detenti fuerant in Ægypto, quæ Æthiopiæ contermina. 2. Verùm struthionum copia magna erat in Arabia, testibus Xenophonte, Polluce & Diodoro[y]. Obj. 3. Struthioni aliud est nomen in Job. 39. 13, 14[z]. [De quo vide ad illum locum σὺν Θεῷ annotanda.] Sed cur vocat *filiam struthionis*? Resp. Vel, 1. pro *struthionem*; sicut *filius hominis* est *homo*, & *filia Jerusalem* est *Jerusalem*[a]. Apud *Chaldæos* & *Arabes* quædam animalia dicuntur *filii* & *filiæ*, sine respectu ad ætatem. Sic *gryphus*, Levit. 11. 13. in Jon. & Jeros. dicitur בַּר נוּא, i. e. *filius roboris*; non quòd ex robore natus sit, sed quia robore valet. Sic *anas* filius aquæ, quia aquis gaudet. Ità hîc BATH JAANAH, i. e. *filius clamoris*, quia clamosum est animal[b]. Vel, 2. quòd hæc inter aves una ex minima in maximam crescat; Ælian. 9. 58[c]. Vel, 3. *filias* vocat juniores & teneriores. Non erat cur vetulas prohiberet, quas nemo comederet[d]. Caro struthionis maris arida est, ut lignum; at filia, dum parva, humoris nonnihil habet †. Usum fœminæ Moses nominatim prohibuit, tum quia ejus nomen multò usitatius est, (ex duobus enim ejus nominibus apud Arabes, quorum primum, DTALIM, *marem*, secundum, NAAM, *fœminam* significat, posterius multò receptius est, & in Geogr. & Histor. vix aliud occurrit;) tum quia fœminæ sæpius & faciliùs capiuntur, sive sint ovis graves, sive pullis incubent, cùm mares velocissimi sint; tum quia fœmina mari præfertur propter ova, quæ sunt magni pretii, & ad esum usúmque exquiruntur. Nè quis tamen, solâ fœminâ prohibitâ, concessum esse maris esum sibi fingeret, rem ignotam hactenus jam probare contendam, nempe Mosen, postquam à fœmina, tanquam notiore, fecit initium, marem etiam prohibuisse, eúmque significari voce תַּחְמָס, quæ mox sequitur[f]. Q. Per *filiam* hujus avis ova intelligunt[g]. Sed nugantur; *filiæ* enim *struthionis* dicuntur in Prophetis *habitare, pasci, luctum edere*; quæ de ovis dici nequeunt[h]. ¶ *Noctuam*, ità ο'. Ch. Sa. P. Ti. Belg. V. Hi. in BA. Full. misc. 6. 9. [תַּחְמָס] Ità dicitur, quòd rapiat alias aves[i], & ab iisdem rapitur; cæteris in eam certatim involantibus[k]. Alii, *nycticoracem*; M. O. A. F. V. Alii, *accipitrem*; Mo. A. nempe *nocturnum*, A. Angl. sive *cymindin*, ut vocat Plin. 10. 8. Ma. Alii, *harpen*, vel *harpyjam*, Q. in A. Alii, *hirundinem*, JT. R. Juda in Wil. Ch. in BA. [*De quo vide quæ statim sequentur.*] Hoc plerosque in errorem egit, quòd תַּחְמָס à rapina dictam putârunt, & חָמַס & חָטַף idem prorsus significare, nimirum *rapere*: cùm חָמַס potiùs sign. *iniquè agere*, Exod. 23. 1. Deuter. 19. 16. Prov. 8. 36. Jer. 22. 3. Itaque quæcunque avis iniqua est & impia, licèt non rapax, satis huic nomini respondebit. Talem esse struthionem, planéque immanem, patet ex Job. 39. 17, 18, 19. & Thren. 4. 3. Porrò, struthio

mas

[v] Wil. [x] A. Me. [y] A. ità F. [z] F. [a] BA. 2. 2. [b] F. [c] Ma. [d] Jun. † Ma. [f] BA. 2. 2. 8. [g] O. [h] Me. [i] Q. [k] F. V. simil. Ma. [l] Ful. miscel. 6. 7. [m] BA. 2. 2. 14. 218. [n] Ful. misc. 6. 7. BA. ib. [o] Ful. ib. [p] Ful. [q] BA. 223. 20. [r] A.

† BA. ib. [t] Ful. [v] BA. 227. [x] Ful. [y] BA. 228. [z] A. [a] O. [b] BA. 2. 2. 14. 229. [c] Ma. [d] Chasscuni in A. † AE. in BA. 2. p. 226. [f] BA. 2. 2. 14. 231. [g] He. in A. [h] BA. [i] F. V. [k] Ful. ib.

mas Arabibus vocatur *DTALIM* (Avicennæ, Damiri, Alcamo, aliisque, quorum verba profert BA.) i. e. *impius, iniquus.* Et cùm Arabicum *DTALIMA* idem planè sit cum Heb. *CHAMAS*, (& hoc per illud vertunt Arabum Paraphrastæ in Gen. 6. 11. & 49. 5. & alibi sæpe, vide BA.) indè valde probabili conjecturâ elicitur idem esse *DTALIM* quod *TACHMAS.* Qu. Sed cur Moses sexum hîc distinguit, non item in aquila, corvo, &c? Resp. 1. Sic Avicenna & Abenbitar distinctis capitibus agunt de struthione, mare & fœmina. 2. Struthionis nomen genericum nullum Hebræi habent. Itaque nè, fœminas prohibens, videretur marem concedere, necesse habuit utrumque disertè prohibere. Interim nè mireris interpretes hîc in diversa abiisse, ecce exemplum simile in voce חטפיתא, quâ Chaldæi תַּחְמָס reddunt. Eam omnes Lexicographi vertunt, *avem rapacem*, à חֲטַף *rapere*, quasi avis γαμψώνυχος esset; cùm reverà *hirundinem* sign. Sic enim Arabibus *Chottaph* sign. in Avicen. & Abenb. Obj. Quid hirundini commune est cum rapacibus? Resp. 1. Hirundinem carnivoram esse docent Arist. Hist. 6. 5. Plin. 10. 24. Plut. Sympos. 8. 7. 2. In omnibus linguis *rapiendi* verba ad celeritatem pertinent. *Mors rapta* dicitur, quæ celer est: *Raptim* pro *celeriter* dicunt Latini. Et hoc sensu, à celeri volatu hoc nomen habere poterat[l]. ¶ *Larum*, שַׁחַף] Sic dicitur à morbo quo laborat, שַׁחֶפֶת dicto: qui vel est morbus attenuans corpus[m], *tabes*, Q. in Ma. Wil. ut Levit. 26. 16[n]; vel *tumor, tuber* qui eminet[o]; vel *tremor*, Levit. 26[p]. Vertunt *larum* λάρον. (Ang. Gavin, Sea-mew; Wil. Sea-gull, vel, Sea-cob[q].) Larus è milvorum genere est, pisciculis, quos prædatur, victitans[r]. *Larus* est, vel *cepphus*. Hæ enim aves sunt aut congeneres, aut valde similes. Utrique convenit nomen שַׁחַף, à *tabe*, quæ שַׁחֶפֶת dicitur, Levit. 26. 16. [*De qua vide ibi dicta.*] Utraque molis ratione levissima est, test. Bellon. 3. 13. & Aristoph. Hesych. aliisque; quos vide in BA. Cepphus plumæ plurimum habet, sed carnis minimum†. Alii vertunt, *æsalonem*, sic JT. *phthiticam*, Mo. tanquam à *phthisi*, BA. Al. *cuculum*, Ma. Ti. Belg. Ang. Wil. Hebræi nostrates, ait F. Forster. & Kirch. in Bo. A *scabie & tuberibus* dictum[t]. Proverbium est, *Scabiosior cuculo*[v]. ¶ *Accipitrem*, נֵץ] Aiunt esse nomen generale avium summo nisu ad prædam evolantium[x]. Est avis calidam regionem amans, Job. 39. 29[y]. AE. dictam vult à נֵץ, *radius Solis*; quòd pennas versùs meridiem, causâ recipiendi caloris, expandere soleat[z]. Nomen habet à volatu, quo præstat; נָצָה signif. *volare*[a]. Vertunt, *accipitrem*, ο'. Ch. Sa. JT. P. O. Ca. Ang. A. Wil. Ità omnes summo consensu, ait BA. Vel, *majorem*, seu *asturem*, [ut Mo.] vel, *minorem*, seu *nisum*, [sic Ma. Ar. Ti.] Bo. Me. Secundùm omnes Judæos est avis quâ aliæ capiuntur aves, quam aucupes super manum portare solent[b]. Alii, *bubonem*, Ch. in F. M.

17. *Bubonem*, כּוֹס] *Bubonem*, vel *noctuam*, vertunt Ar. JT. O. F. A. Wil. L. Me. Ab his parùm dissident Ch. & Sy. & Sa. & He. recentiores; & aut idem, aut illi congener, animal faciunt. Alii, *nycticoracem*, [sic ο'. Sa. P. Ti. item Aq. & Th. in BA. 272.] qui à bubone non multùm differt[c]. Dicta vel à כּוֹס *calice*, (sive poculo rotundo in modum rosæ[d];) fortè quòd (stans, Ma.) speciem calicis habet†: vel à כָּסָה *occultare*, quòd oculos hominum refugiat[f]. Alii, *falconem*; M. Mo. David de Pomis in BA. & RS. inquit K. sed fallitur, ut docet BA. 274. Falco est avis domestica, at כּוֹס solitudinem amat, Psal. 102. 7[g]. Sym. reddit, *upupam*, teste Hi. in BA. Sed fortassis legendum *ululam*, BA. 274. *Cuculum*, Ca. Suspicabar olim *onocrotalum* esse, sic dictum à maximo sive ventre, sive sacco, qui ab inferiori rostri parte dependet in morem τοῦ כּוֹס, i.e. *vasis*, seu *poculi*. Cui favet Psal. 102. 7. *similis* לִקְאַת *pelicano*,—& כְּכוֹס, *ut onocrotalus*, &c. Hi adeò congeneres sunt, ut promiscuè sumantur. *Onocrotalo* competit quod de כּוֹס dicitur. 1. Habitat in locis desertis, testibus Hi. & Isidor. 2. Vox ejus *valde absona* est; Ælian. 16. 4. ὀνοκρόταλος dicitur, quia rudit instar asini; *horribilem vocem emittit*, testibus Alberto & Olao. Nec Judæis ignota erat hæc avis, quæ in Ægypto frequens

l BA. 2. 2. 15. m F. n Wil. o Ma. p O. q O. F. r Bo. † BA. 2. 2. 18. t Ma. v Wil. x Ma. ità Forst. & Kirch. in Bo. y Ma. z M. a BA. 2. 2. 19. 226. b M. ità K. in F. c BA. 274. 38. d Ma. † O. Ma. f F. O. g RS. in F. O. Ma.

est[h]. ¶ *Mergulum*, שָׁלָךְ] Sic dicitur à שָׁלַךְ *projiciendo*, quòd se ad capiendum pisces in mare projicit[i], & extrahit pisces[k]. Vertunt, *mergum*, vel *mergulum*; [ità plerique.] Non probo, cùm hic non soleat ex alto se in aquas dejicere[l]. Rectiùs ο'. καταῤῥάκτην, de qua ave Arist. Hist. an. 2. 17. & 9. 12. quæ, ubi pisces viderit, *tanquam supernè* καταῤῥάκτης *irruens, in mare quovis telo celeriùs fertur*, testibus Eustath. & Gesn[m]. [Angli reddunt Cormorant, i.e. *corvum marinum*; Ar. *vulturem*; Sa. vers. *milvum.*] Alii, *ardeam*; V. F. M. Dictam volunt, quòd stercus ex ano sæpissime dejiciat uno tempore. Indè porta שַׁלֶּכֶת, quòd per illam projicerentur sordes, 1 Paral. 26. 16[n]. ¶ *Ibin*, יַנְשׁוּף] Avis nocturna est: ità omnes He. in F. A נֶשֶׁף *crepusculo*, quòd volet in crepusculo[o]. Videtur *solitariam* significare Isa. 34[p]. Vertunt, *ibin*: (est hæc Ægypti avis serpentibus infesta[q]:) ità ο'. Sa. O. P. Caj. To. & Lor. in Wil. Non placet: Ciconia non deserta incolit, sed in ædibus ædificat[r]. Et Ibis avis *Ægyptia* est, יַנְשׁוּף autem *Idumæa*. Alii *accipitris* speciem faciunt; sic Ar†. Alii, *otidem*, seu *tardam*: de qua vide BA. *Noctivagam*, Ma. Alii, *vespertilionem*, Ma. A. vel, *parvum bubonem*, A. Bubonis speciem esse docent & ipsa vox, & Esa. 34. 11[t]. *Bubonem*, vel *noctuam*, reddunt Ti. Ca. BA. 2. 2. 22. M. JT. item Ch. & Sy. in BA. [Angli reddunt, the great owle, & כּוֹס the little owle. At. A. contrà, hanc *majorem*, illam *minorem*, facit.]

18. *Cygnum*, תִּנְשֶׁמֶת] Dictum volunt vel à שׁוּם *stupere*, quòd eum videns obstupescit & admiratur[v]; vel à *flatu*, q. d. avem magni flatûs, aut frequenter flantem[x]; vel à sibilo & halitu quem edit[y]. Vertunt, *cygnum*; sic Ch. Ang. Wil. ità P. ad Deut. 14. Bo. Hic flando sibilat[z]. Alii, *porphyrionem*; sic ο'. Sa. M. O. P. Ti. Ma. (Red-shank, A.) Dicta à flatu quem edit in bibendo, nam morsu bibit: Arist. Hist. animal. 8. 9[a]. Alii, *vespertilionem*; He. in F. RS. in BA. Congruit nomen[b]: & quòd postea inter repentia numeratur, v. 30[c]. *Falconem*, Ar. *civettam*, Mo. *monedulam*, JT. Jackdaw, Belg. *Noctuam* esse puto; BA. ità Ca. & Schind. in BA. Sic Ch. & Sy. quod docet BA. תִּנְשֶׁמֶת dicitur à שָׁמֵם *mirari*, sive *obstupescere*, quòd aviculas stupore perculsas ad se convertit. At forma nominis docet ad נָשַׁם pertinere. Resp. In illa lingua fieri potest ut idem verbum duas origines habeat, unam ratione formæ, alteram ratione significationis. Ità נְחִילוֹת, *tibiæ species*, formam habet à נָחַל *possidere*, significationem à חָלַל *perforare*[d]. [Exempla vide in Auctore.] ¶ *Onocrotalum*, קָאַת] Avem solitariam esse constat ex Isa. 34. Psal. 102†. Vertunt, *upupam*, M. *ibin*, Ti. Ca. *cygnum*, Ar. *cuculum*, Mo. He. in Ma. Bitterne Belg. *onocrotalum*, L. Me. Hi. in BA. Avis hæc olori non dissimilis[f], teste Plin. 10. 47[g]. Nomen habet ab incondita voce, quam (collum in aquam mergens, spiránsque[h]) emittit, quasi ruditum asini: ab ὄνος *asinus*, & κρόταλον *crepitaculum*[i]. Cygnis nostratibus duplò major est. Duos ex iis ipse vidi, quorum unus æquiparabat sanè mole suâ agnum anniculum[k]. Alii, *pelicanum*, (Ang. Shovelard, or Pelican, A. Wil.) ο'. Sa. P. O. BA. A. Ang. sive *plateam*, JT. Ma. (quæ eadem est avis, Ælian. 3. 20[l].) Sic Arabes & Talmudici, qui קיק vertunt, eámque describunt avem esse aquaticam, & longo collo[m]. Dicitur à קָאָה *evomere*, quòd cibum suum evomat[n]: quòd conchas jam absorptas revomat, postquam calore ventris apertæ sunt, ut ex iis esculenta legat. Hoc de pelicano veteres summo consensu asserunt; Arist. Hist. 9. 10. Plin. 10. 40. Ælian. 3. 20. Idem tamen de ardeis & ciconiis scribunt Plutarchus & Ælianus. Quidni ergò nomen קָאַת ardeæ cum pelicano commune sit, cùm sint aves congeneres, & solo rostro differunt? quod pelicano latius est, teste Gesner. (Et *ardearum* nomine pelicanos intellexisse Plutarchum putaverim.) Quo dato, planiora sunt verba Psal. 102. 7. ubi vocem gemitûs sui similem facit voci τῆς קָאַת. De pelicani voce nihil reperitur. At ardeæ vox clara est; Homer. Il. κ'. Plin. 1. 60. *Ardea stellaris*, sive *butaurus*, (quomodo Beza reddit) mugitus edit horribiles. Plura vide ad Psal. 102. 7[o]. ¶ *Porphyrionem*, רָחָם] Pro quo Deut. 14: est רַחֲמָה, ubi ה non est paragogicum, sed pertinet ad genus.

h BA. 2. 2. 20. i M. F. V. O. k M. l BA. 280. m BA. n Ma. o V. p O. q Me. r Wil. † BA. t Wil. v F. V. x O. Ma. y Ma. z Wil. a Ma. b F. c A. d BA. 2. 2. 23. † O. f O. g Bo. h F. V. i Bo. Me. k Nebrissensis in quinquagen. cap. 35. l Ma. Wil. m BA. n F. ex AE. O. o BA. 2. 2. 24.

Sic Arabicè fœmin. *rachama* longè sæpius occurrit quàm masc. *racham*. Et, quod mirere, cùm Græcè dicatur ὁ γὺψ, tamen in versione Græca *Hori Apollinis* est ἡ γὺψ, ut respondeat voci Ægyptiæ *rachama*, aut alteri huic analogæ, quæ fœminina erat. Quod ex errore vulgi natum, quia creditum illo vultures omnes esse fœminas, nec aliter concipere quàm vento obversas, ut ex multis doceri potest:[de quibus vide in auctore [p].] Vertunt, *struthionem*, Sa. in BA. Quo nihil absurdius. Eum prohibuerat v. 16 [q]. *Picam*, M. ità Judæi nostrates, M. *cygnum*, ο'. O. P. Wil. Non placet; hæ enim immites sunt, & mutuò se vorant, Plin. 10. 23. *Philostorgum*, Mo. simil. AE. K. Pomarius & Aquinas in BA. Sed hoc est Etymologias interpretari, non verba, quod alicubi Aquilæ objicit Hieron [r]. Al. *meropem*, (Ang. Wood-pecker,) JT. Ma. Wil. ab amore; nam genitores suos reconditos pascit, Plin. 10. 33 †. At sic *merops* non tam φιλότεκνος esset (quod רָחַם significat, ut Psal. 103. 13. Esa. 63. 15.) quàm φιλοπάτωρ [t]. Al. *pelicanum*, Ti. Ca. Belg. sic Mo. ad Deut. 14. Fertur hæc avis prolem suam interfectam lugere, & sanguine suo vivificare. Sed fabulæ hæc sunt [v]. *Anates sylvestres*, Ar. *ululam*, Sa. vers. *porphyrionem*, Vulg. Me. P. ad Deut. 14. Ch. Avis hæc rubras habet alas [x]. In hac interpretum hæsitatione Arabes consulere tutissimum est, quibus *racham* & *rachama* est avis etiam hodie notissima, quam & *Anuk* vocant. Estque iis vulturis species, ut ex descriptione patet. Quæ enim de vulture dicuntur, v. g. 1. quòd *ejus stercus suffitu (suo) fœtus pellit*, Dioscor. l. 2. cap. *de stercore*; 2. quòd *penna vulturina pedibus subjecta parturientes adjuvat*, Plin. 29. 4; 3. quòd *fel vulturis medetur albugini*, Plin. 29. 6. simil. Galen. Euporiston 1. 44; 4. quòd *jecur vulturis adversùs comitialem morbum prædicatur*: eadem planè narrant Arabes de *stercore, penna, felle & jecore* τῶ *racham*, ut ipsorum verbis demonstrat BA. In locis inaccessis nidificare, (ideóque ova ejus rarissima esse,) *Rachamæ* tribuunt Arabes; & *vulturi*, Arist. Hist. 6. 5. & 9. 11. *Rachama* post castra volat, ut cadaveribus vescatur; quod vulturibus adscribunt Ælian. Plin. aliíque in BA. At quædam adversùs hanc sententiam objici possunt. Obj. 1. Arabes dicunt *Racham* esse *aquilam*, seu aquilini generis; & lapis ex eo sumptus ἀετίτης, seu *aquilinus*, dicitur Plin. 10. 3. & 30. 14. Resp. 1. Non ità omnes Arabes. Damir sic; *Est avis varia, ad aquilæ naturam accedens.* Talis vultur est. Maximè in aquilarum genere *percnopteri* vulturinam habent speciem, unde vocantur γυπαίετοι, *vultur-aquilæ*. Alii *ægypios* vocant, qui inter vultures & aquilas medii sunt, Ælian. Hist. 2. 46. *Vultures & aquilæ* sæpe à scriptoribus confunduntur, dum Promethei jecur ab *aquila* exesum tradunt Hesiod. Æschyl. &c. à *vulture*, Fulgent. Mythol. l. 2. & Valerius Flaccus Argonaut. l. 7. v. 357. Arabes vocem *neser*, quæ propriè *aquilam* sonat, ad vulturem extendunt, & τῷ *neser* tribuunt quæ *vulturi* propria sunt; qualia, *castra sequi ut occisorum carne vescatur, odoratûs vim habere summam, ab unguentorum odore exanimari.* Resp. 2. Quod de lapide dicitur, veteres quidem soli aquilæ, at illis recentiores vulturi, tribuunt, *Eustathius* in *Hexaëmer.* & *Harpocratio*. Obj. 2. דַּיָּה *vulturem* sign. ut probatum: At noluit Moses eandem avem bis interdicere. Resp. Sunt hæ vulturum species diversæ. דַּיָּה (quæ Arabicè *anuk* dicitur) est *vultur niger*, ut suprà probavimus; cùm רָחָם sit *avis varia*, quæ solis alis nigricat, cætera alba. Est hæc *vultur-aquila*, sive Gier-eagle, [sic A. Angl.] Quibusdam Arabibus *RACHAMA* est *ossifraga*. Obj. 3. Nomen רָחָם ἀπὸ τῆς φιλοστοργίας ductum parùm convenit vulturi, cùm sit avis immanissima. Resp. Ità vulgus sentit; sed longè aliter Græci & Ægyptii, qui ejus naturam penitiùs introspexerunt. Vulturem justissimum esse & minimè noxium probat quidam in Plut. Romulo, & de Romanis Quæstionibus, *quòd nihil vivum attingit, sed morticinis tantùm utitur; nullum mansuetum animal, nec fruges, nec plantas, lædit.* Hinc vultur Junoni sacer apud Ægyptios, & pro fausta alite habebatur à Romanis. Et Horus Apollo auctor est, *Ægyptios* in Hieroglyphicis *Misericordem* picto *vulture* significâsse:

[p] BA.
[q] BA. 300.
[r] BA.
† Jun.
[t] BA. 2. 2. 25.
[v] BA. 301.
[x] Nebriss. quinquag. cap. 36.

quia per 120 dies, quibus fœtus suos educat, ferè nunquam evolat:—*& cùm quo eos sustentet nihil suppetit, proprio exsecto femore, pullis suis sanguinem suum exsugendum præbet.* Quæ eadem refert *Pisidas* vers. 1064. Hinc Homerus Odys. π'. v. 216. *Ulyssem*, &c. uberiùs flevisse refert quàm ossifragæ aut vultures, pullis ademptis. Rectè *ossifragas* addit, quibus eandem pietatem tribuunt Oppian. Halieutic. l. 1. Aristot. Hist. 9. 34. Et ossifragam inter vulturum species recensent Gesner. & Dalecchamp [y].

19. *Herodionem*, חֲסִידָה] A pietate dicta est. Variè reddunt. *Herodium*, vel, *herodionem*; (quæ & *ardea* dicitur, BA.) ità ο'. Aq. Sym. & Th. & Æthiop. & Arab. Psalterium in BA. ut patet ex ejus descriptione, quam vide in BA. Alii, *fulicam*. Sed hæc aut *ardea* est, aut ei simillima. Hebræi vetustiores דַּיָּה לְבָנָה; quod *milvum* (cùm Hi.) non interpretor, sed *vulturem album* [z]. [*Vide quæ priùs de* דַּיָּה *dicta.*] *Sacrum* accipitrem, Ar. in BA. At plerique *ciconiam* vertunt: sic Mo. M. P. JT. Ti. O. Ca. A. Belg. Ang. & BA. sic Sy. & Ar. ut docet BA. item Schindl. & Buxt. in BA. 333. RS. in M. Rectè, ut patet, 1. ex nomine, q. d. *pia & benigna*. Meritò vocatur *Pietati-cultrix* in Petronio. Mutuas parentibus vices eam rependere testantur Arist. Hist. 9. 13. Plin. 10. 23. Ælian. 3. 23. aliíque omnes. 2. Ex iis Scripturæ locis in quibus de *hasida* agitur. Et quicquid ei tribuitur, ciconiæ maximè convenit. [Vide quæ ad Job. 39. 14. & Psal. 104. 17. (al. 103. 19.) & Jer. 8. 7. & Zach. 5. 9. dicenda sunt.] Et hoc loco ejus esus jure prohibetur, quia serpentibus & venenosis animalibus vescitur. Quocirca & Mahumetani plerique prohibent [a]. *Herodionem* eandem cum *ciconia* esse putat Suidas [b]. At Aristot. 8. 3. has distinguit [c]. ¶ *Charadrion*, אֲנָפָה] Nomen ab אָנַף *irasci*. Est avis facilè irritabilis [d]. Vertunt, *ardeam*, (Ang. Heron,) JT. Ca. A. Ang. Belg. RS. in A. Wil. *Si quis eam servam appellat, irascitur*, &c. inquit Ælian. Hist. 5. 36. Verùm ardeæ vana est & sine viribus ira, præ ira avium rapacium †. Χαράδριον, seu *Charadrium*, vertunt ο'. Ch. P. O. (de quo Arist. Hist. 7. 7. Ælian. 15. 26 [f].) q. d. *hiaticolam*, ait Gaza; in hiatibus enim (qui χαράδραι dicuntur) propè amnes & torrentes nidificant. Credo Græcos legisse אגפה, quod sign. *ripam amnis*. *Psittacum* habet Ar. quasi legisset עֲנָפָה, à עָנָף *ramo*, quia nidum suum suspendit è ramis arborum. At vix crediderim hanc avem (quæ Indica est) Judæis notam fuisse. *Graculum* reddunt M. Ti. F. ex Ch. *Milvi genus est*, inquiunt veteres Hebræi in F. & V. RS. in BA. Al. *picum*; al. *upupam* [g]. Fortassis est *falco montanus*, quo nullum animal iracundius est, ut describit Albertus apud Gesn. Nisi quòd dubitatur, utrùm in Oriente nota fuit illa avis. Vel potiùs est Arabum *ZUMMAG*, quæ species est Aquilæ, Græcè φιλάδελφος dicta, quia consorte delectatur, neque solus venatur, sed comite sibi adjuncto, cùm aliæ aquilæ solitudinem amant, & omnis consortii impatientes sunt. Conveniunt nomine: Nam sicut אֲנָפָה ab אָנַף Hebræis, ità *ZUMMAG* à *zamigia*, quod Arab. est *irasci*, & *ZAMAG ira* [h]. ¶ *Upupam*, דּוּכִיפַת] Nomen habet à duplici crista; q. d. duas habens כְּפוֹת, i. e. *cristas* [i]. Et similes verborum compositiones occurrunt quidem in RR. non autem in Prophetis. Sed neque ulla avis est δίλοφος. nec crista Heb. est כִּיפָה, sed כַּרְבֹּלֶת. Quin aliud sonant verba RS. *Dicitur*, inquit, *DUCIPHATH*, quia *eminentia*, i. e. crista, *ejus alligata est*, supple, *capiti*. Nec tam RS. sunt verba, quàm Talmudicorum in *Cholin*, cap. 3. fol. 63. Sed alia esse videtur, eáque vera, verbi originatio. Arab. *DIK* est *gallus*, & *DIKA*, *gallina*. Indè Hebræis & Syris דִּיךְ, vel דּוּךְ, *gallum* sign. & דּוּךְ כֵּפָא *gallum rupis*. Confirmat conjecturam meam, quòd *gallum agrestem*, aut *sylvestrem*, aut *montanum*, explicant ferè omnes recentiores. Sic Chaldæi tres & Sy. & K. & Aquin. & Pomar. & Elias Levita †. *Gallinam vulgarem* intelligunt Sadducæi in BA. *Attagenen* vertunt JT. At *gallina* & *attagen* Judæis concessæ fuerant, nec erat cur prohiberentur. *Upupam* (Lapwing, Ang.) vertunt ο'. Ch. Sa. P. Ti. O. A. Belg. Ang. Wil. ità Arabes quatuor, duo editi, & duo MSS. Et quidni

upupam

[y] BA. 2. 2. 27.
[z] BA.
[a] BA. 2. 2. 29.
[b] F.
[c] Wil.
[d] M. F. O. A.
† BA. 339.
[f] Ma.
[g] BA. 2. 2. 30.
[h] BA. ibid.
[i] RS. in F.
† BA. 344. ità Mo. M. Ma.

upupam Moses gallum saxatilem, Chaldaei gallum montanum, RR. gallum sylvestrem, appellaverint, cùm & à Graecis videam idem factitatum? Vide BA. *Upupa* autem meritò prohibetur ad esum, cùm sit avis spurcissima, quae ex stercore nidum sibi comparat, & rebus foetidissimis vescitur, testibus Arist. Hist. 9. 15. Ælian. 3. 26 [k]. ¶ *Vespertilionem,* [עֲטַלֵּף] A עָטַף & עָלַף *operire* [l]; quòd in obscuro volitet [m]. Vel potiùs, עֲטַלֵּף dictum puto pro עִפְטַלֵל, i. e. *ave tenebrarum.* Nam עוֹף est *avis,* & Heb. צֵל, vel צְלָל, *tenebrae.* Chaldaicè scribitur טוּל *tul,* & טְלָל *telal.* Ut ab aquila incepit Moses, quae regina est avium, ità in vespertilione desiit, qui naturae est ambiguae inter aves & quadrupedes [n]. [*Vespertilionem* ferè omnes vertunt.] Vespertiliones esitatos esse, & esui aptos, testantur Strabo l. 16. Scal. exerc. 236. & alii [o]. *Hirundinem* vertunt Judaei moderni in O. *cuculum,* Hispanica versio, Ma. *noctuam,* Ma. Ità 20 aves prohibentur, quibus si addas haec verba quater repetita, *juxta speciem tuam,* sunt 24, quot numerant Hebraei [p].

20. *Omne de volucribus,* [כֹּל שֶׁרֶץ הָעוֹף] *Omne reptile volatile,* Ma. Sing. pro plur. *Omnia reptilia alata,* sive, *volatilia,* vel, *de volucribus.* [Ità omnes.] De avibus loquitur [q]. Potiùs de insectis volatilibus agit, quod sequentia indicant [r]. De reptilibus volatilibus hîc agit, quae non habent collum extentum, & caput elevatum, ut aves bipedes [†]. Sub hac prohibitione Judaei intelligunt etiam *muscas, apes, crabrones, formicas,* & similia [t]. Obj. At haec in censu reptilium quadrupedum ab Hebraeis perperàm ponuntur, cùm muscarum genus non sit τετράπους, sed ἑξάπους. Resp. Duo pedes anteriores non habentur pro pedibus, (neque enim iis incedunt) sed manuum vicem gerunt; iis enim oculos pulvere obsitos abstergunt, cibos sumunt, &c. testibus Lucian. de musca, & Arist. *de Partibus,* 4. 6. & Plin. 11. 48. Nec sine causa prohibita est musca, cùm sit animal foedum ac foetidum, quódque ex immunditia nascitur, atque in immundis libenter haeret, contactúque suo dapes & omnia foedat [v]. ¶ *Super quatuor pedes,* [עַל אַרְבַּע] Vox *pedes* suppletur ex v. 23 [x]. ¶ *Abominabile*] Ratio est, Quia quatuor pedes signum sunt illud non tam esse volucre, quàm in terrestre animal degenerare [y].

21. *Sed habet longiora retrò crura,* [אֲשֶׁר לֹא כְרָעַיִם מִמַּעַל לְרַגְלָיו] [Quaeritur de lectione. 1. Q. legunt, לֹא: sic JT. Ca. A. Belg. *quod non habet crura super pedes.*] Quod verum esse potest, vel hoc sensu, *non habent crura,* scil. elevata, ut galli, gallinae, aliaeque aves [z]: vel sic, quodammodo non habent crura, quia retrò vertuntur eorum crura, nec cum iis gradiuntur, more aliorum animalium [a]. Cujus crura sunt obversa, & pedes varicati; huic enim generi pedes non subsunt cruribus [b]. Vel potiùs, quia nascuntur sine cruribus, Plin. 11. 29. Sic Hebraeorum canones, *Quibus nondum sunt (licèt tandem erunt) alae vel crura, jam tum comedi possunt* [c]. [Verùm haec lectio non placet Wil. nec BA.] Affirmativam mutat in negativam, contra mentem Legis apertissimam. Nam vers. 20. prohibetur esus omnis insecti volucris & quadrupedis; sed v. 21. excipiuntur insecta volucria quae praeter quatuor pedes habent duo crura saltatoria, qualia sunt locustae, v. 22. Ac sic agit iste interpres, [Tremellium & Junium intelligit,] quasi ex id genus reptilibus Lex solùm illa concederet quae non habent crura illa saltatoria. Quo posito, cur statim addit, *comedetis locustam,* quam majora illa crura habere nemo nescit [d]? Repugnant huic lectioni verba sequentia, *ad saliendum super terram.* De iis loquitur quae crura habent super pedes quibus saliunt. Incongruè ergò diceretur, *cui non sunt crura ad saliendum* [†]. [2. Alii legunt, לוֹ] *Quae habet crura* (vel *genua,* Ch. A. Belg. Ang. vel *suffragines,* Ti. V. Shanks, Angl. nempe, partes illas à sura ad genu, Wil.) *desuper pedes ejus;* ità o'. Ch. Mo. M. P. JT. O. Ti. Ca. Ma. Belg. Ang. He. in M. sic Sy. & Arabes quatuor: & Hebraicum Samaritanorum exemplar habet לוֹ in textu. Huic lectioni standum constat ex tota textûs serie [f]. Hic unus est ex iis locis ubi לֹא accipitur pro לוֹ [g]. Sic לֹא 1 Chron. 11. 20. ponitur pro לוֹ 2 Sam. 23. 18. aliàs manifesta esset contradictio [h]. א ponitur loco ו, secundùm proprietatem literarum *Ehevi* [i]. Ex his locis colligo utramque lectionem esse à Deo [k]. At unus locus contrarias lectiones non admittit [l]. ¶ *Per quae salit,* [לְנַתֵּר בָּהֵן] *Ad saltandum in eis,* V. Quia tale non omnino terreum est, sed ignei aliquid se habere per saltum ostendit: Unde mundum censeri volo [m].

Left margin notes: k BA. 2. 3. 31. — l Wil. Ma. — m Wil. Ma. — n BA. 2. 2. 32. — o Bo. — p A. — q O. — r Me. Bo. — † M. — t TJ. in A. — v BA. 2. 4. 9. 497. — x A. — y La. — z O. — a A. — b Jun. — c A. — d BA. 2. 4. 1. 451. — † Wil. — f BA. 2. 4. 1. 451. — g O. M.

22. *Ut est bruchus,* ità o'. Sa. M. [אַרְבֶּה] *Locusta:* [ità ferè omnes.] Qu. Utrùm quatuor sequentia sint in genere locustarum? Resp. 1. Q. locustas esse statuunt [n]. Q. autem volunt illa *specie,* ut Isidorus, alii gradu tantùm & aetate, differre. *Bruchus* est cùm nascitur, *attacus* cùm incipit habere alas, *locusta* cùm jam omnino perficitur [o]. Alii totidem faciunt reptilium volatilium genera. Nam, 1. de singulis dicitur, *secundùm genus suum.* 2. Ità Aristoteles Hist. 1. 28. ἀκρίδες, ἀττέλαβοι, τέττιγες, (*cicadae,*) & κάνθαροι, (*scarabaeorum genus:*) Wil. Incertum tamen est, quaenam sint animantia hujus loci [p]. Et nobis & Judaeis incognita sunt [q]. ¶ *Bruchum*] Vox אַרְבֶּה venit à רָבָה *multiplicari,* quòd in immensum multiplicantur [r]. Porrò, εἰδικῶς sumitur, pro *certa locustae specie,* cùm reliquis opponitur, ut hoc loco; plerumque tamen γενικῶς usurpatur, pro *toto genere locustarum* [†]. *Communem locustam,* vel *cicadam,* vertunt A. Belg. Locustas comederunt Æthiopes, Libyes, Parthi, aliíque Orientales, indè ἀκριδοφάγοι *locustivori* dicti, testibus Diod. l. 3. (vel 4.) c. 3. & Plin. 6. 30. (& 7. 2. & 11. 29. Bo.) & Hieron. l. 2. contra Jovin [t]. [Plura vide in BA. 2. 4. 7. *quae alibi convenientiùs notabimus.*] ¶ *Attacus,* ità o'. Ch. Sa. Mo. O. P. (sed lege *Astacum,* ex Plin. 9. 31. inquit Ma.) [סָלְעָם] Vertunt, *bruchum,* Ar. *attelabum,* Ca. Ma. locustarum minimam, Plin. 29. 4. Ma. *scarabaeum,* M. *bombycem,* JT. At *scarabaeus* & *bombyx* nec sunt quadrupedes, nec in cibis ab ulla gente adhibiti. A tam foedis & foetidis cibis natura hominum semper abhorruit. Et bombyx, quamdiu talis est, non volat [v]. **Bald locust,** Ang. Vox hîc tantùm reperitur [x]. Dicitur à סֶלַע *petra, lapis;* quòd iis insideat [y]: quòd in rupibus & scissuris petrarum habitet [z]. Sed sic ם addititium esset in fine vocis, cujus formae nullum nomen ab illis profertur. Ut taceam, nullam esse *locustae* speciem quae petris sit addictior. Potiùs dicitur à voce Chaldaica סְלַעַם *vorare,* & *absumere* [a]. ¶ *Ophiomachus,* sic o'. Ch. Sa. Mo. P. O. Ca. [הַחַרְגֹּל] Nomen habet à *longa serie.* CHARGALA Arabicè sign. *longâ serie produci;* & CHARGAL, vel CHORGOLA, *de equis, agmen* sign. & *de locustis, gregem.* Quem quandoq; patere per quaedam milliaria docent Aldrovandus, de Insectis l. 4. pag. 423. & Surius ad An. 1541 [b]. Est genus locustae [c]. Locustae autem sunt quae serpentes enecant, ait Plin. 11. 29 [d]. & Aristot. Hist. 9. 6 [†]. qui addit, locustas in India esse ternûm pedum [f]. *Gryllum* vertit Ma. *cicadam,* Ar. Aliis est genus volucris, aut lacertae, cum serpente pugnans [g]. Forsan est genus *cantharidis,* Ma. *Scarabaeum,* sive *cantharum,* reddunt JT. Ang. Sed hic nec quadrupes est, nec ab ullis esitatus, [*ut jam dictum.*] ¶ *Locusta,* ità o'. Sa. & plerique, ait V. [וְהֶחָגָב] Nomen habet ab Arab. CHAGABA *velare;* quia, cùm turmatim volant, Solis lumini velum videntur obtendere. Vide ad Joel. 2. 10 [h]. Speciem locustae omnes fatentur [i]. *Cicadam,* JT. Ca. Ma. Ang. *attacum,* M. *bruchum,* Ch. Mo. P. O.

23. *Quicquid ex volucribus,* [וְכֹל שֶׁרֶץ הָעוֹף] *Et omne reptile volucris,* sive *volans,* Mo. Sa. JT. sive *avium,* Ch. simil. o'. [At Sy. sic, *Omnia verò* (alia) *proles volucris;* & Ar. *Reliqua verò reptilia volantia.*] ¶ *Quatuor tantùm pedes*] Rectè additur *tantùm;* nam praecedentes locustarum species sex pedes habent, computatis longioribus illis retrò cruribus [k]. Non placet: Etiam sexipedes prohibentur: omnes enim locustae & cicadae habent saltem sex pedes [l]. [Al. sic;] *Pedes,* intellige *aequales,* (nam si posteriores habet longiores, mundum est [m].) Non placet. Intelligendum autem hoc cum exceptione praedictarum; q. d. omnes aliae immundae sunt [n].

24. *Polluetur,* [לְאֵלֶּה תִּטַּמָּאוּ] *His* (vel, *ad ista,* Mo. vel, *in his,* o'. Sa. Sy. vel, *propter haec,* Ch. A.) *polluetis*

Right margin notes: h Wil. — i M. — k A. — l Wil. — m La. — n He. in Wil. Bo. ità RR. & Catholici in La. — o To. in La. — p Wil. — q M. F. — r O. F. BA. 2. 4. 1. 442. — † BA. 2. 4. 4. 465. — t La. — v BA. 2. 4. 1. 452. — x Bo. Me. — y Hi. cuni in FA. — z Ma. — a BA. 2. 4. 1. 446. — b BA. p. 445. — c F. ex Ka. V. — d A. — † Bo. — f F. — g F. — h BA. 2. 4. 1. 444. 30. & c. — i Ma. — k Bo. — l Wil. — m La. ità To. — n Wil. A.

luetis vos, Mo. Ma. sim. JT. vel, *polluemini*, ο'. Sa. Sy. *Ab iis abhorrebitis*, Ar. ¶ *Immundus*] i. e. Non poterit versari cum aliis, nec ingredi atrium, nec vesci oblatis[o].

25. *Portet*, [הַנּוֹשֵׂא] *Levans*, Ma. *Qui portaverit*, nempe, extra castra[p]; vel, ex urbe; vel, qui amoverit à via, nè aerem inficiat[q]. ¶ *Mortuum*, [מִנִּבְלָתָם] *De cadavere eorum*, Ma. Morticinum, sive mortuum per se. Immundius hoc quàm interfectum[r]. ¶ *Lavabit—& immundus—ad occasum solis*] i. e. Ad finem illius diei & initium novi. Vide Gen. 1. 5. Significat pollutionem hominis, donec veniret novus dies salutis per Christum, & fieret nova creatura; 2 Cor. 5. 17. & 6. 2†. Lotio ergò non statim mundabat, sed erat tantùm præparatio sanctificationis in diem sequentem[t].

26. *Omne animal—immundum erit*] In Hebræo substantivum singulare (בְּהֵמָה) collectivè positum construitur cum adjectivo plurali (טְמֵאִים) per synesin[v].

27. *Quod ambulat super manus*] Vel, volas; [ità plerique:] *super marculos*, JT. Pi. i. e. Quod pedes digitatos habet instar manuum[x]. Quales simia, & ursus[y]; & canis, cattus, leo, &c. qui non habent ungulas, sed digitos ungulatos, sive in plures partes distinctos[z].

29. *Mustela*] Ità omnes; ità He. in F. Ang. Weasell, Wil. A. חֹלֶד dicta à חֶלֶד *tempus*, quòd citò senescit[a]. Est animal βραχύβιον, i. e. *brevis ævi*[b]. Quòd festinanter currit de loco in locum[c]. Vel, à brevitate mansionis, quòd in arctis locis habitet[d]. Græcè est γαλῆ†. *Mustelam* reddunt Jon. & Sy. & He. omnes, & recentiores in BA. Veruntamen *talpam* esse malo quàm *mustelam*. Nam 1. Syrum *CHULDO talpam* sign. 2. *CHULD*, vel *CHOLD*, Arabibus est *talpa*, ut ex ejus descriptione patet. 3. In Talmude Hieros. *CHULDA talpam* sign. 4. חוֹלֶד hîc est ex iis quæ שֶׁרֶץ vocantur. Horum duo propria sunt: 1. repere, propter pedum exiguitatem; 2. in immensum sobolescere. Utrumque *mustelis* multò minùs convenit quàm *talpis*. 5. Sic rectè jungit Moses חוֹלֶד & עַכְבָּר. Talpa enim est muri congener, ait Scal. sic & Arabes & Hesych. saltem muri similis. 6. Verbum חָלַד sign. *penetrare & suffodere*, inprimis *terram*; quod talpis maximè proprium. *Talpa* autem meritò immunda habetur, cùm neque bisulca sit, neque ruminet. Præterea, cæca est, & in terra fodienda jugiter occupatur[f]. ¶ *Mus*, [עַכְבָּר] Ità omnes, Ma. Me. A עָכַר *turbare*, quòd fodiendo ac rodendo omnia in domo & in agro turbat[g]. *Murem agrestem* verto. Id significat Arabibus, nempe *aliarbuo* marem; ut patet ex Esa. 66. 17. ubi iis exprobrat esum τοῦ עַכְבָּר. *Aliarbuo* autem solùm comedi tradunt Arabes. Eòdem spectat, quòd 1 Sam. 5. Philistæorum agros devastat, quod agrestium murium proprium est. Unde & nomen עַכְבָּר, pro עַכַלְבָּר, (eliso ל, ut in *Babel*, pro *Balbel*, & *Samuel*, pro שָׁאוּל מֵאֵל *Saül-meel*, q. d. *petitum à Deo*,) à Chald. עֲכַל *consumere*, & בָּר *agrum*[h]. Ovipararum quadrupedum sex species hîc recensentur: eæque ad lacertorum species aliquo modo pertinent. Nec facile erat eas inter se distinguere, quia hîc ab Hebræis prorsus destituimur: sed longè plus affulsit lucis ex monimentis Arabum, in quorum solo hæ pestes nascuntur & educantur[i]. ¶ *Crocodilus*, [צָב] Vox *plaustrum* significat, Ma. Vertunt, *crocodilum*, Ch. Sa. Sy. Ti. L. Me. To. in Wil. Non placet aliis: Non convenit ut hic adjungatur *muri* & *mustelæ*, ut qui sit planè dissimillimus[k]. Nec tam ipsum comedebant homines, quàm ipse illos[l]. At צָב sign. *crocodilum terrestrem*; ità ο'. BA. (non Ægyptium:) qui *crocodilus minor* vocatur *Stephano* in voce Ζάβυλα, & *Antigono Mirabilium* cap. 162. *Magnitudine similis est chamæleonti*, ut ex Democrito habet Plin. 8. 33. & 28. 8. Crocodilos hos, i. e. *lacertas aquaticas*, descripserunt veteres. Utriusque *crocodili*, tam *terrestris* quàm *aquatici*, meminit Arist. Hist. 2. 17. & 5. 33. simil. Hesych. Hunc *crocodilum terrestrem* pro *scinco* accipiunt Gesn. Rondelet. & alii. Non placet[m]. Alii cum Ægyptia illa ingenti bellua confundunt. Mihi persuasissimum

[o] V. [p] V. [q] Me. [r] L. † A. [t] E. [v] Pi. [x] Ma. Me. L. [y] L. Me. [z] M. [a] Wil. [b] Merc. in BA. [c] A. [d] Ma. † Wil. [f] BA. 2. 3. 35. [g] Ma. [h] BA. 2. 3. 34. [i] BA. 1. 4. 1. 1043. Wil. O. [k] F. V. Wil. O. [l] Wil. [m] BA. 2. 4. 1.

est, idem animal esse Heb. *Tsab* quod Arabibus *Dhab*[n]. Hoc tam multa docent, ut de eo dubitare sit nefas. 1. Nomen. Utut enim *tsab* & *dhab* sono differant, utrobiq; tamen litera initialis est *Tsade*, quæ Arabibus aliter sonat propter punctum adscriptum. Quâ mutatione nihil frequentius. Sic *TSON*, *ovis*, Arabibus est *DHAN*; *TSELA*, *costa*, Hebræis, Arab. est *DHILA*; *TSEBUA*, *hyæna*, Arab. est *DHEBU*. 2. Planum hoc facit series homogeneorum animalium quæ sequuntur. Neque hoc omitti debuit, cùm in Arabia & nascatur, & edule sit. 3. Huc accedit veterum auctoritas. Ità quatuor Arabes vertunt. Jon. habet *chardona*, Sy. *chadrona*, Sa. *adrona*: quæ tria eòdem recidunt. Significatur scil. Arabum *chardaun*, quod idem esse cum *dhab* asserit Avicenna. 4. His addo veteres Hebræos, qui *tsab* vel *chardon* apertè ponunt inter lacertorum species. Patet hoc ex duobus locis Talmud. de quibus plura vide in auctore[o]. 5. Patet ex ejus natura & viribus: Nam sicut *crocodili terrestris*, 1. *sanguis* visum acuit, Galen. Simpl. 10. 16. Plin. 28. 8; 2. *stercus* & valet contra suffusiones vel caligines oculorum, Plin. simil. Trallian. 2. 5. & tollit maculas & lentigines, & faciei nitorem conciliat, Plin. Dioscor. l. 2. cap. *de fimo animalium*; valet etiam contra alphos, vitiligines & elephantiasin, Æt. 13. 122. Galen. ubi suprà[p]: Ità eadem planè de sanguine & stercore τοῦ *Dhab* Avicenna, Damir, aliíque Arabes docent[q]. Præterea, tradunt *Dhab*, cùm è latibulo exit, hebetiore esse visu; sed pupillâ ad Solem abstersâ clariùs videre. Idem ferè de *lacerta solari* refert Epiphan[r]. De *Dhab* insuper perhibent, quòd *caudam habet mirè nodosam, dentes ejus in unum cohærent, ad aquas nunquam descendit*, ideóque *semel tantùm in 40 diebus mingit*; quòd *inter eum & scorpiones mutuus amor intercedit*†. Alii צָב vertunt, *bufonem*, M. F. ex Ch. V. Ma. O. vel, *rubetam*, Mo. P. qui tumet & inflatur, & ad modum plaustri camerati graditur, Ma. Non placet Wil. Cautio superflua erat nè hunc comederent. Alii, *testudinem*, (Ang. Tortoise, A.) JT. Ang. Belg. A. Wil. quia putaminibus suis tectum repræsentat camerati plaustri, Ma. *Testaceorum genera*, Ca. Alii, *ranam campestrem*; al. *limacem*, Ma.

30. *Mygale*, [אֲנָקָה] Nomen ei à gemitu vel fremitu quem edit†. Hinc Chaldaicè ילא nominatur, à ילל *ululare, clamare**. Vertunt, *mygalen*, ο'. Ch. P. i. e. murem araneum; (the Shrew, Ang. A.) Ità Q. in F. BA. Deod. in BA. Ma. quasi ἐκ μυὸς καὶ γαλῆς, i. e. *ex mure & mustela*; quia *muris* magnitudinem (vel potiùs speciem) habet, & *mustelæ* colorem[t]. Hujus morsus venenatus est[v]. Alii, *viverram*, Mo. A. Wil. a Ferret, Ang. *fibrum*, seu *castorem*, Ca. *ericium*, M. Ti. Belg. RS. in M. & nostrates Judæi, ait F. Non placet aliis; quia tunc inter reptilia (terræ, addit BA.) non numeraretur[x]. Est hoc animal amphibium, & præcipuè aquaticum[y]. *Attelabum* vertunt JT. *Lacertæ* genus esse puto; adeóque *stellionem*, de quo Prov. 30. 28. Præcesserat enim crocodilus terrestris, & sequuntur 4 lacertorum species. Syrus vertit, *amaktha*, vel *amkatha*, (quod *lacertam* exposuit Maronitarum doctissimus Gabriel Sionita ὁ μακαρίτης,) voce ex Heb. *anaka* ortâ, mutato tantùm *Nun* in *Mem*, quod Syris & Chaldæis solenne est. Sic fortis dicitur *chasin*, vel *chasim*; terebinthus *butem*, quæ Hebraicè *boten*; sic *dasama*, *pinguescere*, pro Heb. *dasan*. Ch. habet *akmetha*, quod per literarum metathesin idem est quod *amaktha*: *stellionem* sign. Sa. habet *semamitha*, i. e. *stellionem*. Dices *stellionem* mutum animal esse, cùm אֲנָקָה *gemitum & acutum clamorem* sonat. Resp. Stellio stridorem acerbum habet, Plin. 29. 4[z]. ¶ *Chamæleon*, [הַכֹּחַ] Nomen à viribus, vel fortitudine[a]. Dictio etiam *viriditatem* significat[b]. In lacertorum genere ponunt veteres ferè quotquot sunt[c]. Vertunt, *chamæleontem*, ο'. Ch. Sa. M. P. O. Ca. A. Ang. Wil. L. Me. *lacertam*, RS. in F. O. Mo. JT. Est idem qui Arabum *alwarlo*, seu *guaril*, lacertorum in Arabia maximus & validissimus, qui serpentum lustra invadit, eósque ex latibulis pellit, & occidit[d]. *Talpam* reddunt Sy. & Arabes MSS. magno errore†. *Cercopithecum*, sive *simiam caudatam*, vertunt Judæi Germani[f]. *Crocodilum*,

[n] BA. 1061. 29. [o] BA. p. 1053. [p] BA. 1061. [q] BA. 1053. [r] BA. 1048. 8. † BA. 1047. † Ma. K. in F. * V. [t] BA. 1064. [v] Me. [x] F. V. Wil. BA. [y] BA. [z] BA. 1. 4. 3. [a] Ma. O. A. [b] O. [c] BA. 1. 4. 3. [d] BA. 1. 4. 3. † BA. [f] F.

lum, Belg. nempe *terrestrem*, vel ejus speciem [g]. ¶ *Stellio*, הַלְּטָאָה] A לאט *abscondere*, literarum transpositione, quòd latebras amet; vel, à tardo incessu; vel, à susurratione [h]. Alii ab Arab. *Lataa*, vel *Latia*, quod sign. *adhærere terræ*. Ideóque Arabum *alwacra* hunc esse existimo, quem, 1. *stellioni similem*, 2. terræ maximè adhærentem, 3. veneno ejus cibos inficientem quoscunque calcat, describunt Arabes. Quæ tria *letaæ* convenire probant. 1. Id lacertæ genus esse stellioni simile, aut etiam ejus speciem, suadet, quòd *Græci*, *Chaldæi* & *Romani* interpretes *stellionem* explicant. 2. Terræ adhærere colligitur ex nomine *lataa*, vel *latia*, quod Arabicè sign. *terræ adhærere*. 3. Venenatissimum esse animal, à quo maximè cavendum, docet majusculum ל initio nominis, teste Buxtorf. in Commentario Masoretico [i]. Litera ל magna est præter morem, (& hæc est quinta litera magna in Bib. Heb.) ad indicandum aliquod secretum quod in eo animali latet [k]. Al. vertunt, *salamandram*, Sy. In lacertorum speciebus numerant veteres [l]. Alii, *stellionem*; ità ferè omnes; Bo. Ma. ità Ch. Sa. Mo. JT. P. Ti. Ca. ἀσκαλαβώτης, o'. quod *stellionem* vertunt Gaza in Hist. animal. Arist. 9. 1. & Plin. 29. 4 [m]. *Stellio* autem est lacertæ genus [n]. Lacertæ similis est [o]. *Lacertum* vertunt M. A. Belg. Ang. Ma. Serpentis venenati genus [p]. Prompta est originatio; nam לָאַט, sive לוט, est *involvere, tegere*. —*virides occultant spineta lacertos*, Virgil [q]. ¶ *Lacerta*, חֹמֶט] Videtur esse in lacertorum specie. Ità veteres. *Chamæleontem* vertunt JT. & Arabes editi; *stellionem*, Ar. MSS. & Sy. *lacertum* reddunt o'. Ch. Sa. P. Ti. Ca. Et ut חומטון *chometon* Talmudicis est *arena*, sic חֹמֶט est lacerti genus, quod in arenis degit. Videtur intelligi Arabum *chulca* vel *lucha*, de quo sic Arabes; Est species lacertæ, aut ei similis, in arenis degens [r]. Alii *limacem* reddunt: sic Mo. M. Ma. Belg. Ang. A. Hebræi omnes in V. F. O. Wil. Potest esse per metathesin à חָטַם, sive חָתַם, *obstruere, obsignare*; limax enim in concham quasi obstructus & obsignatus conditur †. ¶ *Talpa*, תִּנְשֶׁמֶת] *Talpam* vertunt o'. Ch. Sa. Mo. M. P. Belg. Ang. A. & Hebræi recentis ævi. Non placet. 1. Quia de talpa priùs actum est, quam חֹלֶד esse probavimus. 2. Nomen hoc, ab halitu & aspiratione ductum, non video quomodo in talpam quadret, cui tam tenuis est spiratio, ut totos dies sub terra degat [t]. *Glirem* reddunt JT. *bufonem*, Ca. *mustelam*, Sa. in BA. 1. 4. 6. 1079. 13. *multipedam*, vel *centipedam*, Sy. & Ar. MSS. quo nomine *scolopendram* intelligunt [v]. *Salamandram*, TJ. in BA. Ut quinque illis quæ præcesserunt, ità hoc quoque nomine, aliquam lacerti speciem contineri puto, nempe *chamæleontem* [x], qui à *spiratione* sic vocari potest; *hianti enim semper ore aerem ducit*, Plin. 8. 3 [y]. [*Notandum hoc esse immundæ avis nomen suprà v. 18. cum hoc tantùm discrimine, quòd ibi sit* תִּנְשֶׁמֶת, *at hoc versu*, תִּנְשָׁמֶת, *nempe, propter majorem pausam.*]

31. *Qui tetigerit morticina eorum*, בְּמֹתָם] *In morte eorum*, Mo. Ma. Sa. *tangens ea mortua*, o'. Ti. vel, *post mortem illorum*, P. JT. simil. Sy. Ar. A. M.

32. *Cilicia*, שָׂק] i. e. Vestes è pilis duris, quales rusticorum, mendicorum, pœnitentium [z]. ¶ *In quo fit opus*] i. e. Omnia vasa quibus ars aliqua exerceri solet [a].

34. *Super eum aqua*] Q. intelligunt de aqua quavis quæ in cibum cadens eum aptum facit ad immunditiam suscipiendam [b]. Quemadmodum semen non fit immundum nisi aquâ perfusum [c]. Non placet; quia non agitur hîc de aptitudine ad immunditiam, sed de actuali immunditia [d]. Alii restrictiùs sumunt. *Aqua*, nempe immunda †, quæ immundo cibo contacta fuerit [f]; vel, quæ venit de vase immundo [g]. *Super quem venerit aqua* hujusmodi, Ca. M. Ti. ¶ *Omne liquens*] Unde videtur quòd sicca, v. g. panis in vase immundo positus, non fuerint polluta: Nempe, sicca non tam facilè sordes recipiunt quàm humida [h]. ¶ כָּל־מַשְׁקֶה] *Omnis potus*, Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. JT. A.

35. *Sive clibani*] Quibus panes coquuntur [i]. ¶ *Sive chytropodes*] i. e. Ollarum sustentacula fictilia [k]; vel potiùs, ipsæ ollæ pedes habentes [l]. ¶ תַּנּוּר וְכִירַיִם] Vertunt, *clibanus & chytropodes*, o'. Ch. Sa. Mo. P. *clibanus & focus*, Ar. M. seu *fornax*, O. *furnus & focus*, G. vel, *olla*, Ti. vel, *conchæ*, Ma. vel, *& testus*, JT. Testus est vas fictile in quo placentas, liba, &c. coquebant, cui operculum erat; ideóque quasi duplum censebatur, & formâ duali ponitur [m]. A majori ad minus collegerunt interpretes, frangenda vasa fictilia in quæ ceciderit animal immundum, ut in quibus minus damni [n].

Left margin notes:
- g Itâ R. Jonas & K. in BA. 1069.
- h Ma.
- i BA. 1. 4. 4.
- k He. in Ma.
- l BA. 1073.
- m Bo.
- n Wil.
- o O. A.
- p Ma.
- q Ful. misc. 6. 9.
- r BA. 1. 4. 5.
- † Ful. misc. 6. 9.
- t BA. 1. 4. 6. 1079. 3.
- v BA. ib.
- x BA. ità Ti.
- y BA. 1. 4. 6.
- z Me.
- a V.
- b He. in A.
- c A.
- d Wil.
- † Me. La.
- f G.
- g Aug. in Wil. ità Jun. To. Wil. Me. O. L. Bo. La. Pi. Belg.
- h La.
- i Me. La.
- k Me.
- l D. La.

36. *Fontes*, &c.] Ratio, 1. Ob earum rerum in illis locis infrequentiam [o]. Propter aquarum necessitatem [p]. 2. Unde ablutio omnis petenda est, ibi non facilè opinio impuritatis est concipienda [q]. Cùm enim omnia impura aquâ mundarentur, quid ipsam, si impura esset, mundaret? 3. Immunditia in fontibus recepta facilè discussa erat [r]. ¶ *Cisternæ*, בור] בְּאֵר & בּוֹר distinguuntur: בְּאֵר *puteus* aquas habet perpetuas, & de vivo fonte manantes; בּוֹר *cisterna* aquas externas & adventitias: Hi. in Hos. 1. & Amos. 4. Aliis בור est *cisterna*, בְּאֵר *puteus effossus absque ædificio*. Et בור non habet aquam scaturientem, ait Kimhi †. ¶ *Qui tetigerit*] Scil. extrahendo cadaver ex fonte vel cisterna, &c [t].

37. *Super sementem*, עַל־כָּל־זֶרַע זֵרוּעַ אֲשֶׁר יִזָּרֵעַ] *Super omne semen seminatum*, Mo. Ch. *quod seminabitur*, Ma. vel, *quod seminari solet*, Ch. JT. P. vel, *quod radices egerit in terra*, Hiskuni in A. *Quod semen censetur*, h. e. quod jam mutatum est in naturam aliam, aut proximè mutandum [v]. Semen jam satum, O. Verùm non agitur hîc de semine in terram jacto [x], sed de jaciendo, quia additur, *quod seminabitur*. Vertendum, *omne semen seminabile* (זֵרוּעַ, sic non rarò participia passiva apud Hebræos redduntur,) *quod seminabitur*. Ità non omne triticum eximitur ab immunditia contrahenda, sed illud duntaxat quod assumendum est ad sationem [y]. *Semen satum*, i. e. serendum; *quod seminabitur*, i. e. seminandum est [z]. Eadem ratio quæ de fonte, nempe, seminis necessitas [a]. Fortè differri non posset satio, cùm tamen musculus reperiretur in tritico mortuus [b].

38. *Si aquâ sementem perfuderit*] Ratio discriminis, quòd semen humidum faciliùs sordes contrahebat [c]. Vel potiùs, quòd tale semen non poterat citò adhiberi ad sationem, sed exsiccandum erat, adeóque nullum indè accidit incommodum [d]. Immundum semen dandum erat bestiis, quia nulla expiationis hîc fit mentio †.

39. *Si mortuum fuerit animal quod licet comedere*] *Mortuum*, scil. vel naturali morte, vel suffocatum sanguine non effuso, vel à bestiis [f]. At quæ ad cibum vel ad sacrificium mactabantur non polluebant [g].

40. *Qui comederit*] Scil. nesciens; nam si sciens, supplicio dignus fuisset [h].

41. *Omne quod reptat*] Quia terrestre, fœdum & venenosum est [i]. Potest accipi, vel de iis quæ propriè repunt, cùm pedes non habeant; vel de iis quorum incessus speciem habet reptationis, ut explicatur versu sequenti [k]. *Omne reptans*, præter illa octo reptantia, v. 29, 30 [l]. Non prohibentur hîc muscæ, & vermiculi in leguminibus decoctis inventi, cùm super terram adhuc non reptârint [m].

42. *Super pectus*, ità Ar. P. Mo. M. Ti. Ma. גָּחוֹן] ו grandiuscula est in Textu. (Hæc sexta litera Heb. majuscula.) Mysterium fortè est, pœna serpentis, quasi in ejus detestationem vetentur serpentia [n]. Vox hîc tantùm occurrit, & Gen. 3. 14 [o]. Alii, *super ventrem*, o'. Ch. Sa. Sy. JT. A. Notant prohiberi humi serpentia, quæ ventrem per terram trahunt [p].

43. *Nolite contaminare animas*] i. e. Vos ipsos [q]. *Animæ* etiam eorum polluebantur faciendo quod prohibitum est [r]. ¶ *Nec tangatis*] Alia polluebant esu; hæc etiam contactu †. ¶ לֹא תִטַּמְּאוּ] *Non contaminare facietis*, Ma.

45. *Ego Dominus*, &c.] Non ergò grave vobis esse debet obedire mihi in his & aliis [t]. ¶ *Qui eduxi*, הַמַּעֲלֶה] *Ascendere faciens* (*ducens*) *vos*. q. d. Jam indè ab eductione ex Ægypto in incepto erga vos beneficio pergo [v].

Right margin notes:
- m Ma.
- n G.
- o G.
- p La. Me.
- q Cl.
- r Wil.
- † D.
- t Pi.
- v Cl.
- x Bo. Wil.
- y Bo.
- z V.
- a La.
- b Bo.
- c La. L. Me. Wil.
- d Bo. Vide ad v. 37.
- † La.
- f Bo. T.
- g Bo.
- h Me.
- i La. L.
- k Bo. L.
- l A.
- m M.
- n Ma.
- o Wil.
- p Ma.
- q O. Me. Wil.
- r L. Wil.
- † A.
- t L.
- v Bo.

CAP. XII.

2. SI suscepto semine pepererit] Si conceperit semine viri recepto. Et hinc virginem hâc lege non comprehendi docent[a]. At contrarium constat ex Luc. 2. 22[b]. ¶ [כִּי תַזְרִיעַ] *Quando conceperit*, Ch. Sy. Ar. ο'. *semen*, ο'. *si semen fecerit*, M. *cum edit semen*,]T. *Seminare fecerit*. Hinc confutantur qui negant mulieres semen habere. *Semen* quibusdam est proles, aliis materia geniturae[c]. ¶ *Immunda erit septem diebus*] Habet & hoc causam naturalem illis in locis, unde ad alias etiam gentes pervenit. Meminit Euripides, Iphigeniâ in Tauris. Fuit & in Chrysippi libris ejus mentio[d]. Tempus fluxionis menstruae & purgationis tres sunt dies; plerisque earum duplum: At quae septem dies excedit symptomatica est, & morbi soboles†. ¶ *Juxta dies separationis menstruae*, כִּימֵי נִדַּת דְּוֺתָהּ] *Secundùm dies separationis* (vel, *secessionis*, ο'. vel, *remotionis*, Ma. vel, *recessûs*, Ar.) *menstrui sui*, Ch. Mo. Ti. M. O. Ar. (vel, *morbi sui*, P. vel, *languoris*, Sa. Ma. vel, pro *infirmitate sua*, A.) *quibus separatur languore suo*, JT. דְּוֺת quibusdam est infinitivus, & sign. *languere, debilitari, eam*; Ma. aliis nomen, sign. *languorem*, vel *fluxum*, *ejus*. Nam דָּוָה est *fluere*, Thren. 1. & 5. Levit. 2. Job. 6[f]. Referunt, 1. ad gradum immunditiae. Tam immunda erit quàm mulier menstruata[g]. Sicut tempore quo secedere solet propter menses[h]. i. e. Ità ut alios contactu suo impuret[i]. Ut nemini cum ea versari licet, nè marito quidem[k]. Reliquis 30 diebus versari cum ea licebat, sed non cum ea rem habere[l]: & à Sanctuario arcebatur[m]. Haec immunditiae diversitas constituta est ex diversitate vacuationis & purgationis. Nam purgatio à partu est sanguinis ferè, ut in menstruis: Altera est aliorum excrementorum cum modico sanguine paulatim defluentium. Porrò notandum, non omnes Legis immunditias fuisse pares, sed alias aliis graviores: De quibus hanc regulam tradunt, Quòd quae per se, seu ratione sui, immunda erant tangentes polluebant; non ità per aliorum contactum immunda facta. Sed fallunt; nam immunditiam suam in alios transfundebat, 1. pollutus ex contactu mortui, Num. 19. ult. 2. aqua ab alio polluta, Levit. 11. 34. 3. lectus gonorrhoei, Levit. 15. Vera ergò regula est, Immunditia quae plurium erat dierum, & nonnisi extraordinariis ceremoniis tollebatur, ea transfundebatur in tangentes; non ità quae unius diei erat, & communi ritu tollebatur[n]. 2. Alii hoc referunt ad tempus immunditiae. Totidem dies immunda erit propter partum quot propter menstrua, i. e. septem, Levit. 15. 19[o]. Non placet; quia vers. 5. dies 14 dicuntur esse juxta ritum fluxûs menstrui[p]. Hâc re consulebat lex earum sanitati[q]. Hunc morem observârunt Ethnici. Puerperas tanquam immundas ab altari suo arcebat Diana, Euripid. Iphig. in Tauris[r].

3. *Die octavo circumcidetur*] Lex antè lata, sed hîc memorata, ut ejus rationem doceat†. Propter septiduum, quo impura est mater, & impurat partum[t]. Et tum non imperfectus foetus, sed homo vitalis esse cognoscebatur. Solent enim recèns nati intra septem dies perire[v]. Infans antea imbellis erat, &, impar dolori[x]. ¶ *Infantulus*, בְּשַׂר עָרְלָתוֹ] *Caro praeputii ejus*, nempe infantuli. Relativum sine antecedente[y]. *Caro* est pudendum[z]: ut in eo, *caro asinorum*, & *magna caro*, Ezec. 16. Vel *caro* est corpus: ut, *Erunt una caro*, i. e. corpus unum. *Caro praeputii*, pro, *praeputium carnis*; ut *viriditas herbae*, pro *herba viriditatis*, i. e. viridi*; *argentum siclorum*, Lev. 5. 15. pro, *sicli argenti*; &, *immunditia hominis*, Lev. 7. 21. pro *homine immunditiae*[a].

4. *Triginta tribus diebus*] Censorinus aliquot dies adjicit: *Praegnans ante diem 40. non prodit in fanum.* Causam addit, *Et post partum pleraeque foetae graviores sunt, nec sanguinem interdum continent*[b]. His diebus, post septem illos primos, puerpera tantùm à Sanctuario abstinet[c], non ab hominum consortio[d]. ¶ *Manebit*, תֵּשֵׁב] *Sedebit*, V. O. Ma. i. e. domi se contine-

[a] L. E. Me. T. [b] Wil. [c] Ma. [d] G. † Valesl. de sac. philos. c. 18. [f] O. [g] Me. La. Bo. [h] V. [i] G. [k] V. Me. La. [l] V. Me. [m] Me. La. [n] Bo. [o] Jun. O. [p] Bo. [q] V. [r] A. † Wil. [t] Ma. ex Jun. [v] Valesl. de sac. philos. c. 18. [x] Wil. [y] V. [z] D. A. * D. [a] A. [b] G. [c] G. Jun. [d] Jun.

bit†; non adibit Sanctuarium[f]. *Sedere* pro *manere*. Sic Gen. 22. 5. & 34. 10. & Jud. 6. 11. Cicero l. 9. Epist. *Si venti essent, nos hîc Corcyrae non sederemus.* Huc referunt ex Livio, *Poenis sedentibus ad Trebiam**. Sic Levit. 8. 35[g]. ¶ *In sanguine purificationis suae*, [sic plerique,] בִּדְמֵי טָהֳרָה]. Hypallage, pro, *in purificatione sanguinis*[h]: q. d. donec se perfectè sanguine & sordibus partûs liberaverit[i]. *In sangu. puritatis suae*, i. e. dum pura reddetur à sanguinis fluxu; q. d. Ante 30 dies mundari non poterit[k]. ο'. in quibusdam codicibus habent, *in sanguine suo immundo*; in aliis, *in sanguine puro*. Quod exponitur in TJ. *Et 33 diebus sequentibus universus sanguis ejus erit purus:* maxima enim ejus immunditia septimo die desiit, v. 2[l]. *Manebit super sanguinem suum purum*, Sy. Alii, *in sanguine*, i. e. ob fluxum sanguinis quo assiduè purgatur[m]: *propter sanguines*. Vox *sanguines* communiter aut reatum significat, ut Gen. 4. 10. aut immunditiam, ut hoc loco[n].

5. *Sexaginta sex diebus*] Duplicatur numerus dierum, &c. Non sine causa[o]. Nam minùs calent αἱ θηλυτόκοι, (*quae foemellas pariunt*,) eóque & tardiùs purgantur[p]. Eadem causa est cur in utero foemellae seriùs perficiantur, teste Arist. Hist. anim. 6. 22. & 7. 3. Unde & Hippocrates, lib. de Natura pueri, *Purgatio fit à partu, ut plurimùm, in foemellis quidem diebus* 42. οὕτως ἡ χρονιωτάτη, &c. *sic se habet quae tardissima est purgatio; in masculo fit diebus* 30, *quae etiam tardissima est*[q]. Paucioribus autem diebus fieri potuit[r]. Sed Scriptura longissima spatia accipit quibus haec perfici possent, tum ut perfectè purgata esset mulier, tum ut à partu interquiesceret paulò diutiús†. In partu foemellarum major erat humorum fluxus[t]. Imperfectior erat purgatio ab imperfectiore partu[v]. ¶ *Juxta ritum fluxûs menstrui*, simil. Ch. כְּנִדָּתָהּ] *Juxta separationem suam*, Mo. P. Ti. Sa. vel, *purgationem*, ο'. vel, *impuritatem separationis suae*, JT. *Juxta secessionem suam.* Hoc non refertur ad numerum dierum, sed ad impuritatem[x].

6. *Dies purificationis pro filio*, &c. לְבֵן] *Pro filio*, ο'. Ch. Sy. Ar. A. *à filio*, JT. i. e. à partu filii, Pi. *filio*, Mo. Ma. *filii*, Sa. Q. volunt agnum, &c. *pro filio*, offerri pro peccato pueri[y]. At illud, *pro filio*, connectendum cum praecedentibus, non cum sequentibus[z]. Obtulit haec mulier pro purificatione non prolis, sed sui, ut patet ex v. 7, & 8[a]. ¶ *Anniculum*, בֶּן שְׁנָתוֹ] *Filium anni sui*, V. Vide de hac phrasi quae ad Gen. 5. 32. & Exod. 12. 5[b].

8. *Pro peccato*] Quaerunt quodnam esset peccatum hîc expiandum[c]. Q. Libido in conceptu[d]: Al. Culpa originalis pueri†. Verùm haec sacrificia respiciebant foeminam, non infantem, qui circumcisionem signum purificationis habuit octavo die[f]. Potiùs est immunditia & irregularitas legalis in partu contracta. Sic immunditia ex lepra contracta *peccatum* vocatur, Levit. 14. 12, 21, 31[g]. Intelligendum ergò hîc sacrificii quoddam genus quod *peccatum*, seu *peccatorium*, dicebatur[h].

† V. A. Bo. [f] A. * D. [g] A. [h] Jun. [i] Bo. La. [k] V. [l] A. [m] Me. [n] A. [o] G. [p] G. L. Me. [q] G. [r] G. Valesl. Bo. † Bo. [t] O. [v] Wil. ex Jun. [x] V. [y] Lor. & Aug. in Wil. [z] E. Bo. La. [a] La. A. [b] A. [c] Ma. [d] L. † L. Cl. [f] A. [g] Q. [h] Ma.

CAP. XIII.

ÆGyptiorum fabulas de Mose ob lepram exacto refutat Josephus ex his legibus à Mose latis, contra App. 1. & Hist. ant. 3. 1[a]. Praevidit nempe Deus has calumnias[b]. Qu. Utrùm haec lepra eadem sit cum lepra nostrarum regionum? [Q. affirmant[c]. Alii negant.] Negat Valesius, aitque non esse unum morbum, sed varia vitia cutis & turpitudinis; h. e. vitiliginem, scabiem sive impetiginem, elephantiasin, achorem, alopeciam, vel ophiasin[d]. Eandem non esse lepram quae nostra, docet, quòd illorum lepra, 1. erat in cute; 2. in vestibus, &c. 3. curabilis fuit; nostra, 1. in carne; 2. non in vestibus, &c. 3. incurabilis. Lepra Judaeorum similis fuit leprae Graecorum, quae erat *turpitudo magis quàm morbus*, ait Hippoc. lib. de Affect. Erátque vitium cutis levissimum, & scabiei simil-

[a] G. [b] F. ad Lev. 14. 34. [c] To. in La. [d] Me.

simillimum, ut Mainardus ex Galeno probat Epist. lib. 6. Hinc leprosi à Christo non tam sanati, quàm mundati, dicuntur †. Erat hic morbus Ægypto familiaris, teste Lucretio l. 6. *Est elephas morbus qui propter flumina Nili Gignitur, Ægypto in media, neque præterea usquam.* Est autem inter Mauros & Abissinos [f]. Theodoretus vult lepram peculiari Dei providentiâ Judæis peccantibus immissam. In Syria multis pòst seculis lepras fuisse patet ex Bello sacro, à quo multi redeuntes lepram retulerunt; & plurima in Europa leprosotrophia construebantur [g]. Qu. Cur inter tot morbos sola lepra prohibetur, non item pestis? Resp. Cùm legislatoris mens erat corporales immunditias prohibere, illos morbos prohibuit qui quandam præ se ferunt corporalem fœditatem [h].

2. *Diversus color*, sic Ch. [שְׂאֵת] *Elevatio*, Ma. *nævus*, Ar. *cicatrix*, Sy. *tumor*, Sa. He. in F. M. P. Mo. Ti. O. Ma. JT. A. De hoc agit Moses v. 9, 10. & de ultimo, nempe *Bahereth*, primo loco agit [i]. ¶ *Pustula*, ità Ch. [סַפַּחַת] *Inhærentia*, Mo. à ספח *adhærere*; quia cuti adhæret†. *Accidens*, Ar. *abscessus*, JT. *elephantiasis*, Sy. *aggregatio* humoris, vel, *suppuratio*, Ma. *scabies*, Sa. M. P. F. V. O. A. *scabies serpens*, Ti. Ea duplex est; una quæ adjungitur לשְׂאֵת, altera לבַּהֶרֶת sequenti [k]. Quidam deducunt à סְפִיחַ *spontè decidunum*. Aiunt esse plagam quæ suâ sponte incidit in carnem [l]. ¶ *Aut quasi lucens quippiam*, sic Ch. [אוֹ בַהֶרֶת] *Vel macula alba*, V. O. M. P. Ti. Sa. aut *candor quidam nitens*, V. simil. A. *candor*, Mo. *papula*, JT. *macula*, Sy. Ar. aut *emicantia*, (*eminentia*,) Ma. Hæc dictio aliquando sola ponitur, ut hîc, & v. 36. pro *macula alba* ut nix, & *nitente*; aliquando adjungitur illi לְבָנָה *alba*, ut infrà 4. & 19. ¶ *Plaga lepræ*, [לְנֶגַע] *In plagam*, &c. i. e. ut videatur esse lepræ simile [m]. ¶ *Ad sacerdotem*] Qu. Cur ad hunc potiùs quàm ad medicum? Resp. 1. Quia Sacerdotis erat judicare quis mundus, & aptus ingredi Sanctuarium [n]. Leprosi erant irregulares & legaliter immundi: hanc autem irregularitatem non poterat tollere medicus, sed sacerdos [o]. Ad sacerdotem pertinebat lepra, non ut morbus, sed ut immunditia [p]. 2. Sacerdotis erat curare ut ritus & ceremoniæ à mundatis præstarentur, ideóque etiam de morbo judicare. 3. Ejus erat eum solvere & ligare, ideóque & discernere [q]. 4. Ut agnosceret lepram à Deo immissam [r]. Lepra non tam fuit morbus naturalis, quàm plaga Divina. Vide quæ ad vers. 47. notabimus *.

3. *Qui cùm viderit*, &c.] Eadem signa habet Avicenna cap. 9. tract. 2. fen. 7. lib. 5 [t]. ¶ *In album*] Albor pilorum carnis (ex qua nascuntur) corruptionem indicat. Hæc est prima species lepræ, quæ vocatur *lichen*, vel *impetigo*, vel *lepra volatilis* [v]. Candor est à copia vitiosæ pituitæ [x]. Docet etiam carnis imbecillitatem, ut in senectute & ægritudine [y]. Notant hanc esse speciem lepræ omnium deterrimam. Vide Exod. 4. 6. & Num. 12. 10 [z]. Tenebantur pilos in ulcere relinquere, ut dignosci possit incrementum aut decrementum mali [a]. ¶ *Humiliorem cute*, [וּמַרְאֵה הַנֶּגַע עָמֹק מֵעוֹר] *Et aspectus*, V. Ma. O. (vel *species*, V. Ma. vel *visio*, Ma.) *plagæ*, i. e. plaga aspecta, O. *demissior*, &c. vel, *& ipsa superficies loci affecti demissior fuerit*, &c. quòd lepra & cutem & carnem exedit & arrodit [b]. Confer Num. 12. 14 [c]. Observant id esse alterum indicium deterrimæ lepræ, quòd cutem contrahit & inæquabilem facit elephantiasis, tanquam si frigeretur ex sanguine inflammato adusta cutis [d]. Hoc fit ex humore salso, qui cutem ac partem exsiccat & corrodit, contrahit & deprimit †. ¶ *Separabitur*, [וְטִמֵּא] *Taminabit*, Ma. *immundum pronunciabit*, JT. A. Sic Ezechiel dicitur *perdere*, quod perdendum prædixit, cap. 43. vers. 3. & ministri, *ligare* & *solvere*, Matt. 16. 19. cùm peccata certò remissa declarant [f].

4. *Sin lucens candor fuerit*, [וְאִם בַּהֶרֶת לְבָנָה] *Si macula alba*, F. ex Ch. Meliùs, *si splendor albus*, aut, *album splendens*, O. ¶ *Recludet eum*, [אֶת הַנֶּגַע] *Plagam*, i. e. hominem plagâ affectum [g]; ut apparet ex collatione vers. 12. Sic *superbia*, Jer. 50. 31. pro *superbo*: *somnia*, Jerem. v. 27. c. 9. pro *insomniatoribus*. Vide etiam Ezec. 44. 11. & Prov. cap. 13. vers. 6 [h].

† La. | f Wil. | g T. ad v. 6. | h O. ad v. ult. | i A. | † F. | k He. in A. | l Ma. | m V. | n Me. La. | o La. | p O. | q Wil. | r A. | * La. | t Vales. c. 19. | v Me. | x Bo. Vales. | y Wil. A. | z Ma. | a G. | b Ma. | c Wil. | d Ma. | † Bo. Vales. | f A. | g V. O. A. JT. Ch. | h A.

5. *Ultrà non creverit*, [עָמַד בְּעֵינָיו] *Si steterit in oculis ejus*, Sa. M. P. A. i. e. si judicio suo videtur stetisse, sive perseveràsse [i]. Al. *steterit in colore suo*, quia oculis percipitur color [k]; vel, *steterit in loco suo*, Sy. Al. *Si steterit specie sua*, Ti. i. e. aspectu, colore, specie, Ma. *si perstiterit eadem*, Ar. vel, *sicut erat*, Ch. in V. *Si eadem morbi species manserit*, Ca.

6. *Si obscurior*, M. Ti. [כֵּהָה] *Subobscura est*, Sa. A. Mo. Ma. *subnigra*, V. O. P. *obscura*, ο'. Ch. Ma. Al. *restrinxit se*, i. e. non crevit, O. *Si contracta*, JT. *contraxerit sese*, qu. d. corrugaverit, V. *si extincta est*, Sy. *si desederit*, Ar. ¶ *Mundabit*] i. e. Mundum pronunciabit [l]. Sic vers. 11. *Contaminabit*, T. ¶ *Scabies*, [מִסְפַּחַת] Σημασία *significatio*, ο'. *impetigo*, Ar. *scabiosa concretio*, M. *scabies serpens*, Ti. Th. ἐκβρασμα ejectamentum, vel *ebullitio*, D. G. ¶ *Lavabitque vestimenta*] Et corpus multò magis [m]. Licèt à lepra immunis esset. Quo docebatur, nec justos esse perfectè mundos, sed purgatione indigere [n].

10. *Cùmque color albus*] Hæc est secunda species lepræ, ex tumore orta. Intellige hoc de albedine non naturali & vivida, sed pallida tanquam nivis [o]. ¶ *Ipsa quoque caro viva apparuerit*, &c. [וּמִחְיַת בָּשָׂר חַי בַּשְׂאֵת] Variè reddunt. Etiamsi aliqua *sanitas carnis vivæ* sit *in tumore*, JT. *& nutrimentum carnis recentis fuerit in tumore*, M. *aut pars carnis mundata est in nævo*, Ar. *Et vivacitas* (vel *vivificatio*, Ma.) *carnis* (vel *cutis*, Ma.) *vivæ* (vel *recentis*, Ti.) *in tumore*, Mo. Ti. A. V. O. i. e. sanitas ejus, aut instauratio, sicut vers. 24 [p]. *Caro viva* est sana: *Non est vivere, sed valere, vita* [q]. Aliis etiam locis etiam illi quorum vulnera sanata sunt dicuntur *vivere*, i. e. sanitatem recuperare; ut Jos. 5. 8. 2 Reg. 20. 7 [r]. Ch. vertit, *signum vivæ carnis fuerit in macula*; sim. Sy. Ratio est, quòd lepra mortificare dicitur, Num. 12. 12 *. Cùm tumor ille habet in se carnem vivam, i. e. non opertam cute [t]. *Si caro viva apparuerit*, i. e. si ulcus cutem ità erodit, ut caro appareat in plaga [v]. Cùm aliquid albedinis in tumore vertitur in similitudinem carnis vivæ, immunditiæ signum est [x]. Hæc lepra *inolita* dicitur Vulg. seu *inveterata*, Ch. Ma. quia in viva carne est; prior in cute & capillis [y]. Qu. Quomodo hîc est *caro viva*, i. e. sine cute, cùm tamen *capilli* sint in cute? Resp. 1. *Capilli* & *caro viva* sunt in diversis, licèt proximis, vulneris partibus [z]. 2. He. *Et* pro *Vel* accipiunt: Non scribitur, *albedo capillorum cum carne viva*; alterutrum enim est signum immunditiæ: Maimon. de Lep. c. 3. sect. 4 [a].

12. *Sin effloruerit lepra*] Alia hæc species lepræ, quæ mundissima dicitur, i. e. minimè contagiosa scabies [b]. *Lepra* æquivocè dicitur, quòd talis videtur [c]. *Florere* hîc accipitur pro *sese diffundere*, seu *serpere* [d]. Hoc sensu accipiunt Ch. A. Ar. *Si germinaverit*, Sa. O. ¶ *Cutem*] Heb. *cutem plagæ*, i. e. plagâ affecti *. ¶ *Quicquid sub aspectum cadit*, [לְכָל־מַרְאֵה עֵינֵי הַכֹּהֵן] *Omni visioni oculorum sacerdotis*, Ma. *Per omnem aspectum*; i. e. omne quod sub conspectum sacerdotis cadit; vel in omni eo quod potest, vel solet, videri à sacerdote †: ubicunque sacerdos diligentissimè inspexerit. Ex hoc loco colligebant, non noctu (sed die tantùm clarâ) inspiciendam esse lepram; nec à sacerdote vel monoculo, vel lusco [f].

13. *Mundissimâ*, [וְטִהַר] *Mundabit*. Ratio est, quia cùm alicubi tantùm erumpit, impotentiam expultricis significat; cùm in toto corpore, robur indicat [g]. Lepra non diffluens pertinacior; ut flumina arcta sunt profundiora [h].

14. *Quando caro vivens*] i. e. Cruda [i]. Caro viva intermista illi carni quæ mutata fuerat in albam. Nam varietas colorum indicium est lepræ; ut, contrà, unus color, sanitatis, passim hoc capite [k]. *Caro vivens* leprâ aspersa [l]. ο'. legunt, χρὼς ὑγιὴς, *caro sana*. Nihil hoc mirabilius est in tota hac lege, quàm sanam carnem *lepram* judicari, & eum cujus totam carnem lepra obtegebat mundari. Quo docere velle videtur Deus quòd, si peccata nostra fateamur, & nosmet judicemus, Deus nobis remittet peccata, &c. 1 Cor. 11. 31. 1 Joh. 1. 9. At si justitiam aut sanitatem nobis aut operibus nostris adscribamus, pro immundis nos habet Deus; Gal. 2. 16. Rom.

i V. O. Ma. | k V. | l Me. T. | m Hisc. in A. | n A. | o Wil. | p A. D. | q D. | r A. | * A. | t O. | v O. | x RS. in A. | y Me. La. | z Wil. | a A. | b Me. La. | c L. | d M. | * A. | † V. | f He. in A. | g Wil. ex Val. A. | h G. post He. in M. | i Wil. | k Jun. Ma. Wil. | l Me. La.

Rom. 11. 6. Vide Psal. 38. 4, 8 [m]. Verùm ο'. non bene vertunt τὸ חַי per ὑγιὴς [n].

18. *Vlcus*, [sic plerique,] [שְׁחִין] Est *ulcus*, seu plaga, ex inflammatione [o].

19. *Alba—sive subrufa*] Sic ο'. Ch. Sy. O. Sed hi divellunt quæ Deus conjunxit & hîc, & vers. 24, 42 [p]. ¶ [לְבָנָה אֲדַמְדָּמֶת] Alii vertunt, *alba rubescens*, Sa. sim. Ar. *alba subrubida*, JT. A. P. sim. Ti. *albo rubicans*, Ca. Colorem intelligunt ex albo & rubro mixtum, ut si lacti misceatur sanguis [q]. Sic accipiunt RS. & AE. & K. & Maimon. & Talmud, & Jon. in BA. Non placet; nam geminatas radicales certum est significationem non *minuere*, sed *intendere*. Sic יְרַקְרַק est *summè flavum*, Psal. 68. 14. quale aurum est, ideo *fulvum* dictum: שְׁחַרְחֹרֶת, Cant. 1. 6. est *valde fusca*: פְּתַלְתֹּל, Deut. 32. 5. est *valde contorta*. Vide etiam Psal. 125. 6. Prov. 21. 8. Jer. 23. 12. Pariter si אָדֹם sit *rubrum*, אֲדַמְדָּם erit *maximè rubrum* [r]: & sic vertunt Mo. Ma. Quæ cùm sint ἀσύστατα, ut quod album est sit idem summè rubrum, hæc verba necesse est aliter interpretari. Verto igitur, *alba maximè lucida*. Nam 1. אָדַם, etsi propriè *rubere* sign. potest tamen sumi (quomodo *rutilare* apud Latinos) pro *splendere*. Sic *rutilare* dicuntur Luna & stellæ, splendoris ratione, non rubedinis. 2. אדם Arabicè *candere* sign. 3. Vox בַּהֶרֶת, quæ hîc usurpatur, propriè sonat *maculam lucidam*, vel, *instar nivis candidam*, atque ideo *lucentem*. Qui verus lepræ color est, Exod. 4. 6. Num. 12. 10. 2 Reg. 5. 27. Qualis albedo omnem rubedinem excludit. *BAHARA* Arab. est *lucere*, & *BAHIR* est *lucidus* tum Chald. tum Hebr. Job. 37. 21 *.

23. *Si steterit in loco suo*, [ità plerique,] [תַּחְתֶּיהָ] *Si pro ea steterit splendor*, Mo. *si sub ea*, Ma. Sa. *si in se steterit*, M. Ti. ¶ *Vlceris est cicatrix*, [ità plerique,] [צָרֶבֶת הַשְּׁחִין] *Combustio inflammationis*, Mo. *stigma* ex apostemate vel pustula relictum [t]. *Adustulatio* (vel, *adustio*, P. vel, *inflammatio*, A.) *ulceris*; i. e. crusta illa quæ ex pure induruit [v]. *Est ex vestigio ulceris*, Ar.

24. *Et sanata albam seu rufam habuerit cicatricem*, [וְהָיְתָה מִחְיַת הַמִּכְוָה לְבָנָה אֲדַמְדֶּמֶת אוֹ לְבָנָה] *Et erit vivacitas adustionis* (vel, *si erit sanitas illius adustionis*, i. e. pars sanata ab illa adustione, &c. JT. sim. ο'. Sa.) *alba rubra*, Sy. Ar. Sa. (sive *subrubra*, Ma. A. JT. M. P.) *aut alba*, A. Sa. simil. Sy. (*aut totaliter alba*, Ch. *aut alba tantùm*, Ar. JT. V.) *Et fuerit in sanitate adustionis macula alba*, &c. P. i. e. in parte ambusta, quæ postea sanata fuerit, macula partim candida & partim rubicunda, (h. e. cujus candor vergat ad ruborem,) aut tantummodo alba [x]. *Et vivum illud adustionis habuerit*, &c. Ti. Si hæc macula esset ex combustione, nigra esset; ergò cùm sit alba, vel subrufa, suspicio est lepram esse [y].

26. *Subobscura*, [כֵהָה] i. e. Subnigra. Alii, *contracta, astricta*; i. e. non serpens [z].

28. *Plaga combustionis*] i. e. Hæc plaga nata est ex ambustione [a]. ¶ *Cicatrix est combusturæ*, [צָרֶבֶת הַמִּכְוָה הִוא] *Adustulatio* (vel, *inustio*) *adustionis ipsa*, Ma. *Adustio ambusti est*; i. e. nascitur ex humoribus calore externo ambustis [b]. Al. *quia crusta, cortex combustionis est*, Ma.

30. *Capillus flavus*, sic ο'. Mo. A. [צָהֹב] *Fulvus*, JT. *aureus*, Ma. K. in M. In reliquis partibus lepra pilos in albos commutat, in barba verò & capite in flavos *. Causa est flava bilis, quæ salsæ ac vitiosæ pituitæ admiscetur [c]. ¶ *Subtilior*] Quàm in aliis partibus †. Hoc etiam ex calore flavæ bilis, quæ capillos rarefacit & attenuat [d]. ¶ [נֶתֶק הוּא] Variè vertunt. *Convulsio est*, Mo. *porrigo*, Sa. JT. a skall, Ang. *pustula*, Ar. *macula nigra*, P. He. in F. *ruptura ipsa*, Ma. *corrosio*, à נָתַק *evellere*, M. F. O. Al. *eruptio, extractio, prurigo, avulsio*, Ma. *psora fœda*, Ti. ¶ *Lepra capitis*, &c.] i. e. Quæ nasci solet in capite †. Alii conjungunt cum sequentibus. *Plaga est lepræ capitis*, &c. Sy. *Cùm corrosio illa indicium sit lepræ*, &c. M.

31. *Capillum nigrum*] Heb. *pilus niger non in eo*. Præcedenti versu *flavum* vocavit, quia flavum magis accedit ad nigrum [f]. [Alii longè aliter.] *Niger pilus*

[m] A. [n] Wil. [o] Wil. K. in F. [p] BA. [q] BA. A. [r] BA. * BA. 2. 5. 6. 688. [t] RS. in M. [v] Ma. He. in M. [x] V. [y] Me. ex Ja. [z] V. [a] V. [b] V. * Me. [c] Bo. ex Vales. † V. [d] Bo. † V. [f] V.

indicium sanitatis, vers. 37 [g]. (ut contrà, *aureus*, morbi, vers. 30 [h].) Lepra pilos fecit albos; ergò niger pilus signum est, non esse lepram [i]. Niger pilus robur naturæ indicat, & temperiem non calidam esse, sed frigidam. *Aqua calida capillos albos facit, frigida nigros*, ait Arist. de Gener. animal. 6. 6 [k].

33. *Radetur*, [וְהִתְגַּלָּח] Cum ג majusculo: ut clariùs appareat an serpserit lepra [l]. Hæc est septima litera magna. Mysterium divinare nequeo [m].

36. *Non quæret*] i. e. Non curabit de pilo flavo [n].

37. *Steterit*, &c.] Vide quæ ad v. 5. Ma. ¶ *Noverit sanatum esse*, &c. [טָהוֹר הוּא וְטִהֲרוֹ הַכֹּהֵן] *Mundus ipse, & mundabit*, &c. *Ecce, immundus, quem sacerdos mundum declarat, non est mundus* [o]. Veritas ergò rei hominem mundum vel immundum fecit; non sententia sacerdotis, si à lege deviaverit [p].

39. *Maculam coloris candidi*, [ità Ch.] [בֹּהַק] *Splendor*, Mo. *elephantiasis*, Sy. *phlyzacium*, JT. *albugines extensæ*, Ar. a freckled spot, vel, white morphew, A. Græcis ἀλφὸς est, Corn. Cels. l. 5. c. ult [q]. *Vitiligo*, V. *lentigo*, F. O. M. Ti. Species est plagæ albæ, cui multa est claritas, sed minor quàm in בַּהֶרֶת, & in שְׂאֵת, & in סַפַּחַת, (de quibus vers. 2. Ma.) A splendore nomen habet [r]. Bullam talem esse volunt quæ intus vacua est à purulentia *.

42. *In calvitio seu recalvatione*, [בְקָרַחַת אוֹ בְגַבַּחַת] קֵרֵחַ, *calvus* in posteriore parte capitis; (vel, cùm totus calvus [t]:) גִּבֵּחַ, *recalvaster*, qui contra frontem calvus est [v]. Hæc differentia ex textu colligitur [x]. [Alii aliter:] ut קֵרֵחַ sit vel, 1. qui habuit capillos, sed defluxerunt; vel, 2. cui totum caput depilatum: Tum גִּבֵּחַ est vel, 1. cui nulli unquam capilli fuêre; vel, 2. cui frons depilata est [y].

43. *Et hoc viderit*] Heb. *si ecce tumor*, &c. Hoc nominando reliqua duo includit; de quibus vers. 2 [z].

45. *Vestimenta dissuta*] 1. Ut internosci possent, & ab aliis vitari [a]. 2. Ut corrupti humores faciliùs evaporarent [b]. 3. Ut vestes sine læsione induerent [c]. ¶ *Caput nudum*] Propter easdem rationes [d]. Signa hæc erant lugentium apud Judæos †. ¶ [רֹאשׁוֹ פָרוּעַ] *Caput feriatum, (vacuatum, liberum)* vel, à capillis; (quos promittere erat signum luctûs, Gen. 41. 14. & Levit. 10. 6.) vel, à pileo, [ut ο'. vertunt, *caput revelatum*.] Ità sumitur Num. 5. 18. Veruntamen pallio caput tegebant, more lugentium, 2 Sam. 15. 30 [f]. ¶ *Os veste contectum*] Sim. Ch. *Os ejus involvetur panno, sicut lugens*, Ch. in F. Alia Chald. lectio, *Labia sua instar lugentis involvat*, V. ¶ [וְעַל שָׂפָם יַעְטֶה] *Et super mystacem involvet*, Mo. *mystacem obvelato*, JT. vel, *operiat*, P. Rejectâ, scilicet, in humerum veste [g]. שָׂפָם vertunt, *labia*, Sy. Sa. *pilos labiorum*, Ar. *mentum superum*, Ti. *os*, Ch. & ο'. in Bi. *pilum superioris labri*, K. & AE. in F. RS. in A. ità V. *Mystacem*, cujus obvelatio (cum linteo seu sudario) signum luctûs, Mic. 3. 7. Ezec. 24. 17 [h]. Quo innuebatur, eum neminem salutare debere [i]. *Super labritium*, Ma. Barbam utriusque labri, Ma. V. Nè anhelitu suo cæteros inficiat [k]. ¶ *Clamabit*, &c. [טָמֵא טָמֵא] i. e. *Contaminatissimus*. Geminatio auget significatum [l]. q. d. Cavete vobis à me impuro [m]. *Clamabit, Nè contaminemini*, &c. Ch. in F. Gr. ἀκάθαρτος ἀκάθαρτος κεκλήσεται, *Immundus immundus vocabitur*, i. e. erit [n]. Κεκλῆσθαι, *vocari*, Poetis aliisque scriptoribus sæpe significat τὸ ὄντι εἶναι, *reverâ esse*; sic etiam τὸ βοᾶσθαι sumitur. ἐκ τοῦ ἑπομένου τὸ προηγούμενον νοεῖται, i. e. *ex consequente antecedens intelligitur*, ait Æmylius Porta. Ἢ ἀγαθοῖς γνωμαῖς ἐλεύθερίαν τε ὑπάρχειν, καὶ Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις κεκλῆσθαι, (*vocari*, i. e. esse;) ἢ Ἀθηναίων τε δούλοις, καὶ δουλείαν χαλεπωτέραν ἢ πρὶν ἔχειν. Brasidas ad Peloponnes. apud Thucyd. 5 [o].

46. *Solus*] Excludit societatem, non leprosorum, sed sanorum [p]. *Solus*, 1. nè alios inficeret: 2. ut in libero aere recreetur, & sensim curetur: 3. ut in hac solitudine ab omnibus destitutus disceret ad Deum recurrere [q]. *Si leprosus venerit in Synagogam, distinctum ei locum assignârunt; & primus ingressus est, & postremus egressus* [r]. ¶ *Extra castra*, [מִחוּץ לַמַּחֲנֶה] *Deforis desidentiæ*, vel, *castrametationi*, Ma. *Extra tria castra*, (quorum frequens mentio in Hebræis;) nempe, 1.

[g] A. Ma. [h] Ma. [i] O. [k] Wil. [l] Me. L. [m] Ma. [n] V. [o] RS. in A. [p] A. [q] A. [r] V. K. in F. Ma. * Ma. [t] F. [v] F. ità A. ex He. Mi. [x] F. [y] F. [z] A. [a] Me. E. [b] Me. [c] L. [d] Me. † F. [f] A. [g] F. V. [h] Ma. A. [i] He. in A. [k] M. Me. [l] Ma. [m] F. V. [n] D. misc. 2. 16. [o] Gr. [p] M. D. [q] La. ad v. 44. & 46. [r] He. in A.

pe, 1. Dei, 2. Levitarum, 3. Israel *. Et postea extra urbes, quæ castrorum loco successerant [t].

*L. D. / t G. Me.

47. *Vestis*] Qu. Quænam hæc lepra, & unde orta? Resp. 1. Non tam naturalis erat, quàm plaga à Deo immissa [v]. Judæis propria erat, ut videtur [x]; aliísque gentibus incognita [y]. Nec mirum: sic olim elephantiasis propria fuit Ægypti, teste Plin. 26. 1. Nonnulli morbi veteres jam evanuerunt, & novi prodierunt [z]. Talem lepram non videmus, nec lepra se diffundit à leproso in ejus vestes & domum, ut experimur [a]. *Lepra per æquivocationem vocatur, nec accidebat juxta consuetum naturæ ordinem, sed signum & miraculum erat in Israele* [b]. 2. Aliis hæc lepra erat naturalis. Ut pestis, ità lepræ, semina adhærebant vestibus, domibus, &c [c]. Non placet. Pestis non interimit aut consumit vestem, domum, &c. Lepram non videmus solidos lapides erodere, (ut hîc factum, Levit. 14. 44.) Erat ergò à Deo, & vindicta Divina. Interim ex causis naturalibus provenire potuit tinea aliqua vestium, vel caries lignorum & lapidum: Atque hæc ipsa lepra hîc quoque intelligitur, magìs tamen lepra perfecta [d]. ¶ *Lanea seu linea*] Harum tantùm meminit, (non vestium ex serico aut gossipio,) aut synecdochicωs, pro quavis materia; sicut *asinus*, Exod. c. 23. v. 5. *equum*, &c. includit: aut quòd lanæ tantùm aut lino (utpote forsan mollioris materiæ) possit lepra accidere †.

v Th. qu. 17. in La. / x La. ità He. in M. ità Ramban, Bechai, Is. Arama, & alii in Muis. / y La. / z Bo. / a La. / b Maim. in A. / c Vales. in La. / d La. / † Muis ex AE.

48. *In stamine*, [ità ferè omnes;] *filo ductili*, Mo. Ang. the warp; בִּשְׁתִי] A שות *ponere*, unde שתות *fundamenta*: Est enim stamen quasi fundamentum totius operis textorii [f]. ἐν στήμονι, ο'. in D. Filum hoc rectum, quod vadit in longitudinem vestis [g]. ¶ *Atque subtegmine*, [ità ferè omnes,] בָּעֵרֶב] *In intertexto*, Mo. Ang. the woof. עֵרֶב dicitur, quia miscetur cum stamine [h]. [Utrumque sic vertunt JT. *in trama, aut licio*. At Pi. contrà, *in licio, aut trama*.] שְׁתִי (inquit) sign. *licium*, seu *stamen*, à שָׁתָה *bibit*, quòd stamen quasi imbibit *subtegmen*; vel, à שות *ponere*, quòd circumponitur liciatorio: עֵרֶב verò sign. *tramam*, sive *subtegmen*. Verùm hæ versiones non placent; nam cùm stamen & subtegmen inter se mixta sint, quomodo alterum sine altero infici possit non video. Verte potiùs, *sive in exteriore parte, sive in interiore* [i].

f O.D. / g D. / h O.K. in D. / i Ca.

49. *Alba vel rufa*, יְרַקְרַק] Dubitant an geminatis literis intenditur significatio, an minuitur. Minui ait AE. intendi K. & RS. & Moses de Kotsi, & R. Levi, & auctor Pheschitæ, & veteres Hebræi [k]: [Vide suprà ad vers. 19.] Hinc vertunt, vel, *subviridis*, vel, *viridissima*, O. D. Ma. *viridis*, Onk. *virescens*, Sa. χλωρίζουσα, i.e. ο'. *virens*, seu *pallens*, qui color vicinus *flavo*, qualis auri; unde יְרַקְרַק חָרוּץ, Psal. 68. 14. τὸ χλωρὸν τοῦ χρυσίου, *flavedo auri*, i. e. aurum flavum; ut *viriditas herbæ*, pro *herba viridi*. יְרַקְרַק est *color croceus*, ait K [l].

k D. / l D.

51. *Lepra perseverans est*, sic ο'. Sa. מַמְאֶרֶת] *Dolorifica est*, JT. i.e. corrodens. Metaphora κατάχρηστική, Pi. Dolorem inferens, V. nempe iis qui utuntur illis [m]. *Amara*, Sy. *corrumpens*, Ar. *corrodens*, Mo. A. Ti. P. M. Ch. Verte potiùs, ex Arabismo, *lepra exasperata*, i.e. aspera & acerba. Ità מָאַר idem est cum הַמְּרָה Psal. 78. 56 [n]. Alii, ex vetere Samaritano, φιλόνεικος (*contentiosa*;) *dominans*, Arabibus, G.

m Ma. Belg. / n BA. 1. 2. 45. 493.

55. *Faciem pristinam non reversam*] *Pristinam*, i. e. quam habebat vestis ante lepram [o]. ¶ לֹא הָפַךְ הַנֶּגַע אֶת עֵינוֹ] *Non mutavit plaga oculum suum*, O. i.e. *faciem, aspectum*, V. D. Utuntur enim Hebræi potentiâ pro objecto, ut Num. 11. *color mannæ* [p]. *Species*, sive *colores*, עֵינַיִם appellant AE. RS. & R. Levi [q]. ¶ *Eò quòd infusa sit*, פְּחֶתֶת הִוא] *Corrodens*, vel *corrosio, est*, Sy. Ti. Belg. O. Ma. M. *macula est*, Sa. vers. *pernicies*, Ar. *fixit se*, ο'. *penitus insedit*, Ca. *res est diminuens*, JT. vel, *deficiens*, M. K. in D. ἀφανίζουσα *rara*, Q. in D. *infossio est*, V. Significat corrosionem & labem quæ introrsum radices agit, quæ grassatur in imum [r]. *Fossa ipsa*, vel, *depressio*, à פתח transposito. Exponunt, *apertionem*, i.e. foveam apertam & patentem, hiatum, voraginem plenam spurcitie *. Ch. תַּבְרָא, *fractura*; sive *contritio, est*; תְּבַר enim est *frangere* [r]. ¶ *In superficie, vel per totum*, בְּקָרַחְתּוֹ אוֹ בְגַבַּחְתּוֹ] *In calvitie, aut recalvatione ejus*, Mo. P. M. F. Ma. *in depilatione sua, in calvitio suo*. *Calvitium* est omnimoda corrosio; *Depilatio* non omnimoda, O. *In calvitio occipitis, aut in recalvastri loco*, Ti. *In exteriore* (quæ nobis anterior est, Ma. Belg.) *aut interiore* (quæ posterior, Ma. Belg.) *parte ejus*, scilicet vestis, Q. in Ma. BA. 1. 2. 45. 493. RS. in M. & F. JT. *In interiore aut exteriore glabreto*, Ca. *in detrita parte interiori, vel detrita parte exteriori*, A. *in rasa, vel in recta, ipsius panni superficie*, Ar. alii, *in vetustate, vel in novitate, sua*, Sy. Ch. in V. Kimhi *calvitium* accipit pro veste quæ ob nimiam vetustatem amisit pilos, & tandem leprâ corrumpitur; *recalvationem*, pro veste quam lepra privat pilis [v].

o Me. / p O. / q D. / r V. F. / * Ma. / r F. / v V.F.

57. *Lepra volatilis & vaga*, פֹּרַחַת הִוא] *Repullulascens*, Ti. *crescens*, sive *germinans*, quæ scilicet subindè repullulat, M. *Efflorescens ipsa*, ο'. Ma. Sa. *multiplicata est*, Ch. *reflorescens*, JT. *Est plaga erumpens*, A. *est lepra excurrens*, Ar.

CAP. XIV.

1. Locutúsque est, וַיְדַבֵּר] Hîc quinta libri Sectio, dicta מְצֹרָע [a].

2. *Hic ritus*] Ceremonia, cùm expiandus est leprosus [b]. Non ineptæ sunt Abarbanelis, viri semper ingeniosi, de toto hoc ritu conjecturæ [c].

3. *Egressus de castris*] Nam intra castra ad sacerdotem intrare leproso non licebat [d].

4. *Ut offerat*, &c. וְלָקַח לַמִּטַּהֵר] *Et accipiet purificanti se*, Mo. Ma. P. O. vel, *pro mundando*, A. O. *ut accipiat is qui mundandus*, M. P. *ut accipiat* quispiam (*ut accipiant*, Sa. simil. Sy.) *pro mundando*, Sa. Sy. JT. sim. V. *Sument* (nempe, vel *leprosus*, vel *amici ipsius*, A.) *ei qui mundatur*, ο'. Ex quatuor (hoc versu) recitatis dabatur intelligi, leprosi quatuor illa quibus antea laborabat vitia curata esse; membráque, humores, colorem, odorémque, quæ iis designabantur, nihil pati detrimenti, nedum corrumpi, ex contactu; siquidem res eæ sanguine avis mactatæ, quæ leprosum designabat, intinctæ, non corrumperentur *. ¶ *Duos passeres*] Ità He. in Jun. Ch. Sa. Mo. P. Ma. Ar. in BA. Non placet; quia dicitur, *duas TSIPPORIM mundas*; quod in *passerem* non quadrat, sive *immundus* fuisse statuatur, (tunc enim *mundus* dici non potuit,) sive *mundus*, (tunc enim incassùm hoc additur †.) ¶ צִפֳּרִים] Alii vertunt, *aviculas*, Sy. M. Ti. JT. A. BA. O. V. ο'. & AE. & K. in F. Ge. in M. & plerique Lexicographi *: prout accipitur Gen. 15. 10 †. Sic dictas à צפר *manè*, quia solenne est avibus summo manè surgere. Nec tantùm *aviculam*, sed omnem *avem*, τὸ צִפּוֹר significare, constat ex Deut. 4. 17. & 22. 6. Psal. 8. 8, 9. Ezec. 17. 23. & 39. 4, 17 *. *Duas aviculas*, sive *turtures*, &c. sive alias †. *Duas* autem, quia non potuit una avis Christum (plenè) exhibere. Harum una Christum mortuum, ejúsque humanam naturam, altera Christum resurgentem, ejúsque Divinam naturam, adumbrabat *. ¶ *Vivos*] Symbolum vigoris & vitæ ei restitutæ †; & vivacitatis sensuum, quam lepra abstulerat [f]. ¶ *Quibus vesci licitum*] Additum hoc, vel, quia passeres inter immundas non sunt numerati [g]; vel, quia animali mundo interdum vesci non licebat ex aliquo casu contingente [h]. ¶ *Et lignum*, &c.] Aspergillum hoc tale erat; Virgæ cedrinæ alligabantur hyssopus & passer cum filo coccineo [i]. Cauda passeris eminebat in extremo, & cum alis mergebatur in aqua; caput verò ad manubrium aspergilli obversum erat [k]. *Cedrus* vel superbiam significabat, cujus pœna lepra erat, ut apparet in Mariamne Mosis sorore, Giezi, & Ozia [l], & Joabi familia [m]; vel, putrefactionem curatam, quam lepra attulit [n]. ¶ *Vermiculum*] i. e. Filum coccineum [o]: vel, lanam coccineam, ut Heb. 9. 19 [p]. Significabat vel peccatum [q], vel Christi sanguinem [r]. Color hic vivacissimus & gratissimus, cùm lepræ color erat lividus ac horridus *. Significabat purgatum sanguinem, unde rediturus esset verus faciei color [t].

a V. / b Me. V. / c Muis. / d L. / * Muis ex Abarb. / † BA. 1. 1. 22. 149. / * BA. 2. p. 145. / † Jun. / * BA. 21. 145. / † A. BA. / * BA. 2. 151. A. / † T. L. / f L. Muis ex Abarb. / g Me. / h L. / i T. 1d v. 4. L. & Me. ad v. 6. / k Me. / l G. post He. in F. / m F. / n T. L. Muis. / o T. L. / p A. / q G. / r A. / * F. / t Muis.

¶ *Hyssopum*] [*Quid sit* אזוב, *vide quæ fusè annotata sunt ad* Exod. 12. 22.] Herbam odoriferam[v]. Ad designandum, quòd aberat jam lepræ fœtor[x]. Humilitatem significat & commendat[y]. Humi enim nascitur, & vim habet purgatricem, ut Ægyptiis creditum ex Chæremone docet Porphyrius de Abst. 4[z].

5. *Unum*] Alterum verò servari voluit. Quo innuebat, quòd unus morbo corripiatur, &c. alius bellè se habeat, voluntati Dei totum adscribendum esse[a]. ¶ *Immolari jubebit*] Heb. *mactabit*, V. Ma. sub. *alius sacerdos*, V. vel *alius*; Chascuni in A. tantùm ut ejus sanguis exciperetur. Non erat sacrificium, cùm extra castra fieret longè ab altari[b]. ¶ *Super aquas viventes*] Fontales scilicet & fluviales[c]: quæ in se habent principium motûs[d]. Sic vocant, quia viva à mortuis motu & sensu discernimus†. Designabat hoc ejus vivacitatem[f]. Sanguis aquâ mixtus significat, vel, judicium cum misericordia mixtum[g]; vel, Christi adventum *per aquam & sanguinem*, 1 Joh. c. 5. v. 6[h].

7. *Septies*] Significabat perfectam expiationem[i]. Numerus hic perfectioni sacer. Vide infrà 51[k]. Passim in hisce lustrationibus septies fiebat aspersio; ità cap. 4. vers. 17. & hoc capite vers. 7, 15, 16. & c. 16. v. 14, 19[l]. ¶ *In agrum*, על פני השדה] *Super faciem agri*, V. Ma. O. i. e. ut eat quò volet[m]. Ut designet purgatum restitui cohabitationi hominum, sicut passer cohabitationi passerum[n]; & leprosum à morbo liberum esse[o].

8. *Cùm laverit, radet pilos*] Inter pilos enim lepra facilè adhærescit[p]. Exacta munditiæ cura ad lepram sanandam plurimùm juvat[q]. Subobscurè innuere voluit Deus, pristinos mores, propter quos lepra immissa fuit, esse corrigendos resecandósque[r]. ¶ *Aquâ*] Quò intelligeret sibi non opus esse unguentis ac medicamentis. Hinc fortè mutuatus est ille quod dicit, 2 Reg. 5. 10*. ¶ *Extra tabernaculum*] Vel domum suam, ne fortè, si quid lepræ lateat, transmittat in domesticos, & maximè in uxorem[t]. Actus matrimonialis hîc interdicitur[v].

9. *Capillos*, &c.] Heb. *omnes pilos*. Additur hoc, propter *locum corporis secretiorem*[x]. ¶ *Et supercilia*, גבת עיניו] *Eminentias*, vel *prominentias*, *oculorum*; i. e. supercilia[y].

10. *Oleo*] Designabat *oleum* tum gratiam & misericordiam Dei, quâ sanabatur; tum ipsam sanationem, quia oleum vim habet sanativam pustularum[z]. ¶ *Sextarium*, [ità plerique,] לוג] *Cotylam*, ο'. *libatorium*, Sy. Minima liquidorum mensura, Ma. continens 12. partem hin, & 6 ova[a].

12. *Pro delicto*] i. e. Ritu elevationis, de quo Exod. 29. 24[b].

13. *Sancta sanctorum*] Sensus est, In loco sancto immolabit, quia sancta sanctorum est; eúmque, uti hostiam pro peccato, à sacerdotibus absumi volo[c].

14. *Super extremum auriculæ*, על תנוך אזן] *Super cartilaginem*, Mo. O. (vel, *teneritudinem*, O.) *auris*. Vide Exod. 29. 20[d]. ¶ *Et pollicem manûs*] Significabant hæc, vel, eum liberum ad audienda & tacienda Divina, cùm antea non poterat loca sacra adire†: vel, sanguine Christi sanctificari & aurem & manum, &c[f]. Qu. Cur hæ partes inunctæ sanguine & oleo? Resp. 1. Quòd efflorescat primùm lepra in iis membris, ut quæ minus adipis & carnis habent. Lepræ principium aut à cerebro est, aut à corde, aut à jecore: Horum verò præcipuorum membrorum emissaria sunt *auris*, *manus*, *pes*. 2. Ut constet lepram divinitùs tantùm curari, non arte medicâ, quæ docet lepram sanguinis missione levari, at hîc sanguis addendus erat[g]. Oleum addebatur, quò doceretur, post datas pœnas actámque pœnitentiam, membris illis oleum intellectûs & sapientiæ nunquam defuturum fuisse[h].

17. *Et super sanguinem*, [ità plerique,] על דם] *Super locum sanguinis*, ο'. Sy. A. ubi sanguis positus est, ut explicatur vers. 28[i]. Qu. Quid fieret de reliquo oleo? Resp. Verisimile est reliquum sacerdoti cessisse cum hostia, &c[k]. *Super sanguinem*: qui, scilicet, adhæret, seu, quo tinctæ sunt aures & pollices[l]. Vide

[Margin: v T. — x L. Muis. — y G. — z G. — a Muis. — b Me. sim. Bo. — c Me. L. D. — d L. — † O. — f L. — g R. Menachem in A. — h Q. — i Me. — k G. — l Me. — m F. V. — n L. Muis. — o O. — p Bo. — q Me. — r Muis ex Abarb. — * Muis. — t Me. — v RS. in L. — x He. in M. — y D. — z L. — a M. Me. — b Me. — c Me. — d Ma. — † O. — f A. — g Abarb. in Muis. — h Muis ex Abarb. & Isaaco Karo. — i A. Bo. — k Bo. — l Me.]

vers. 14. & clariùs v. 28†. Al. *ultra*, vel *præter*, *sanguinem* hostiæ, &c. Sa. P. q. d. Partes illæ non solùm sanguine, sed etiam oleo, tingentur[m]. Al. *cum sanguine hostiæ*, V.

19. *Rogabitque*, &c. וכפר על המטהר מטמאתו] *Emundabitque*, vel *expiabit*, *eum* (vel, *rogabit pro eo*) *qui emundatur*, V. (vel, *mundandum*, O.) *ab immunditia sua*, O. vel, *ab iniquitate*, V. ¶ *Pro peccato*] Ità O. Sicut primum pro *delicto*. Quomodo distinguantur delictum & peccatum, vide c. 7. 1[n]. Qu. Cur leproso præscribitur sacrificium pro peccato, cùm lepra non sit peccatum? Resp. 1. Quamvis lepra non sit peccatum, sæpe tamen infligitur pro peccato. 2. *Peccatum* hîc sumitur pro immunditia legali, ut cap. 12. de puerpera[o].

21. *Non potest manus invenire*] *Manus* pro *facultate* sumitur: i. e. si non habeat unde possit illa comparare[p].

22. *Turtures*, תורים] Hîc ex adjuncto est fœmin. at v. 30. masc. ad indicandum, utrumque sexum oblationi aptum[q].

28. *In loco sanguinis*] i. e. Eâ parte quæ tincta fuit sanguine hostiæ mactatæ[r].

31. *Alterum in holocaustum*, עולה על המנחה] *In holocaustum*, ο'. JT. *super munus*, Ch. sim. Sy. M. P. Ti. A. *cum munere*, JT. sim. ο'. *præter oblationem similæ*, Sa.

34. *Si fuerit plaga*] Heb. *& dedero*, Ch. vel, *posuero*, M. Hæc ergò lepra non erat ex natura, sed ex Dei immissione†. ¶ *In ædibus*] Ædes non habebant ante ingressum in Canaan[t]. Notandum, lepram (cùm morbus sit) non propriè in domo aut in inanimatis esse posse; sed locutio est figurata; (*causa pro effectu*,) ut cùm potionem dicimus *sanam*, quia sanitatem efficit: ità hæc lepra dicitur in domo aut veste, quia utentes poterat lepra inficere[v]. Erat hæc vitiosa qualitas eas arrodens ut lepra, orta vel ex aeris infecti vitio, vel ex anhelitu & contagio leprosorum; ut peste afflati etiam vestes, &c. inficiunt[x]. Hæc erat labes parieti hærens, speciem lepræ referens[y]. Haud absurdum judico potuisse lapides ex contactu, halitu, aut sputo, veneno ac maculis ità affici, ut iis periculum hominibus creari possit. Hanc lepram & vestium & domorum non naturæ, sed Dei providentiæ & voluntati, tribuunt; volúntque eo fine incussam, ut ab his veluti admoniti resipiscerent[z].

36. *Ut efferant universa de domo*, ופנו את הבית] *Avertent*, *removebunt*, *domum*, i. e. quæ sunt in domo. Vide Gen. 24. 31*. *Expediant*, JT. *evacuent*, Sa. Sy. A. sim. ο'. Ar. *expurgabunt*, O. P. Ti. פנה est, *vertere se*, Deut. 31. indè, *verrere*, quod nihil aliud est quàm vertere id quod mundatur[a]. Rectiùs, *& faciabunt domum*, i. e. faciem ei dabunt, sive reddent conspicuam[b].

37. *Quasi valliculas*, שקערורת] Alibi non occurrit. Q. adjectivè sumunt, vertúntque, *atri*, sive *nigri*, scil. *parietes*, He. in F. V. Mo. Alii substantivum esse volunt[c]. Vertunt, *nigredines*, O. P. K. in M. *foveæ*, scil. *luridæ*, Ti. *Foveolas* habent Onk. & RS. in M. h. e. corrosas profunditates[d]: *cavitates*, ο'. Sa. Belg. Hæc vox *situm* dicit, & sequentes duæ *colorem*†. *Profundæ nigredines*, ex שקע, & שער *niger fuit*[f]. Alii, *parietes profundiores*, M. *Profundas denudationes*, seu parietis erosiones, à שקע *profundum esse*, & עור *denudare*: h. e. superficiei inæqualitatem, erosione hinc indè factâ, ut quasi colliculi eminere, & parvæ valles deprimi, videantur[g]. *Si domus* constat *fossulis*, JT. Al. *profunditates albuminosæ*, à שקע, & דור vel ריר *albumen*[h]. Al. *profunditates fædæ*, vel *salivantes*, (*defluentes*,) vel *horribiles*, vel *apertæ*, (sive *aperturæ profundæ*,) vel *flavæ*. Credo vocem exoticam esse, & genus hoc lepræ nobis ignotum, quod illis Orientalibus & Austrinis familiare erat[i]. ¶ *Pallore sive rubore*] Heb. *subvirides aut subrubræ*, [ità plerique;] *flavedines vel rubedines*, P.

38. *Claudet*] Ut citiùs pateat corruptio. Domus non habitatæ citiùs pejorantur[k].

40. *Jubebit erui*, וחלצו] *Et eruent*, [plerique;] *ut evellantur*, Ar. *extrahent*, *removebunt*, *expedient*, Ma. Propriè significat *separare*, *dividere*, *dissolvere*, O.

41. *Jubebit radi*] Sim. P. V. Heb. *radet*, V. [& plerique;] *nudabit tectorio*, JT. ¶ *Pulverem rasuræ*,

אשר

[Margin: † Ma. — m F. — n Me. — o E. — p V. Q. — q He. in Ma. — r V. — † F. — t L. — v E. L. — x Me. — y V. — z Muis ex RR. — * Ma. — a O. — b Ma. — c Q. in V. — d M. — † M. — f F. — g Be. — h Ma. — i Ma. — k R.]

[אֲשֶׁר הִקְצוּ] Ad verb. *quem extremaverunt*, vel, *extremare fecerunt*, i. e. in extremitate, seu superficie, præraserunt, Ma. Significat *supremam superficiem parietis tollere*, h. e. radere lituram ejus [l]. ¶ *Quem abraserint*] [Ità ferè omnes:] i. e. quem derasum conjecerint in angulum domûs, ut postea ejiciant [m]. Al. *quem detraxerunt*, JT. vel, *exciderunt*, Mo. Sa.

49. *In purificationem ejus*] Qu. Cur domus eodem ritu purificatur quo leprosus? Resp. Ut intelligeret leprosus ad se pertinere & incussionem lepræ, (ob sua peccata,) & curationem; ideóque se potiùs curatum quàm domum, aut conservatum saltem [n].

54. *Et percussuræ*, [וְלַנָּתֶק] *Et maculæ nigræ*, P. V. Q. in O. quæ scil. nascitur in barba aut capite. Vide suprà 13. 30 [o]. Alii, *rupturæ*, Ma. ο'. *Maculæ evulsionis*, aut *ruptionis*, i. e. in qua cutis aut caro rupta est [p]. Alii, *scabiei capitis & barbæ*: ità Interpres Chaldaicæ Paraphrasis & Mo. Sic vocatur, quòd capillos evellat [q]. Al. *percussuræ*. Quando scil. in percussuram, vel, ex percussura, aut convulsione, lepra irrepserit [r]. [*Vide quæ ad* Lev. 13. 30.]

57. *Ut possit sciri quo tempore—immundum*, &c. [לְהוֹרֹת בְּיוֹם הַטָּמֵא וגו׳] *Ad docendum* (vel *declarandum*, ο'. Ch. Sa. JT.) *quâ die res immunda*, vel, *quis immundus*, *sit*, JT. Sa. sim. O. Ch. Ar. *Ad docendum quid agendum quo die immundus*, &c. P.

[l] M. ad v. 43. [m] He. in V. [n] Muis ex Abarb. [o] V. [p] O. [q] Bo. T. [r] Ms.

CAP. XV.

Sciendum in Syriæ locis & vicinis non minùs gonorrhœam quàm menstrua habere aliquid contagie nocens, unde ista legibus constringuntur [a]. Sunt autem hîc duo immunditiæ genera. 1. Levis immunditia, (de qua infrà, M.) קְרִי dicta; profluvium scil. seminis nocturni. 2. Gravior immunditia, (de qua in principio capitis agitur, M.) טִפְּה, *stillatio*, scil. innaturalis. Fit dupliciter: 1. per modum רִיר *salivæ*, seu *spumæ*, jugiter stillantis; 2. per modum עָב, h. e. crassiori viâ, ut os penis obstruat [b]. [Al. paulò aliter.] Tria sunt genera; 1. per modum stillæ, 2. per modum salivæ, 3. per crassius coagulum: quæ Rabbinis, טִפְּה, רִיר, עָב [c].

2. *Qui patitur fluxum seminis immundus est*, [כִּי יִהְיֶה זָב מִבְּשָׂרוֹ זוֹבוֹ טָמֵא הוּא] *Cùm*, vel *Quia*, *fuerit fluens de carne fluxum suum, immundus ipse*, Mo. Ma. Sa. sim. Sy. Ch. *Qui fluxum habuerit*, &c. (qui est *gonorrhœâ affectus*, JT.) *fluxu suo* (vel, *profluvio suo*, JT. i. e. propter profluvium: deficit ב:) *immundus erit*, Ti. JT. vel, *fluxus illius immundus*. ¶ *Qui patitur fluxum seminis*] Scil. perpetuum [d]: per modum gonorrhœæ †. ¶ [מִבְּשָׂרוֹ] *De carne ejus*. Caro pro *pudendis* accipitur [f]; ut Ezec. 23. 20 *. & Levit. 6. 10 [g]. Est enim לָשׁוֹן נְקִיָּה, *honesta locutio de re obscœna* [h].

3. *Carni adhæserit*, [רָר בְּשָׂרוֹ אֶת־זוֹבוֹ] *Si spuerit* (*spumat*, Mo. Ma. sim. Sa. M. Ti. *salivavit*, JT.) *caro ejus fluxum* (vel, *profluvium*, JT.) *suum*, Mo. Ma. Sa. M. Ti. *si caro fluat cum fluxu suo*, A. *Si salivaverit*, i. e. tanquam salivam ejecerit [i]. Si penis despuat semen aqueum [k]. Quum è laxis vasis per tenuitatem seminis, aut laxitatem vasorum, profunditur, quamvis nullâ ratione (ut magis in somno accidit) proritatum. Sic caro salivare dicitur profluvium viri [l]. Aliis gonorrhœa est quæ somniantibus accidit nullâ ratione proritata [m]. ¶ *Atque concreverit fœdus humor*, אוֹ הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מִזּוֹבוֹ] *Vel claudere fecit*, seu *clauserit*, *carnem suam à*, vel *cum*, *fluxu suo*, Mo. P. *aut obstruxerit se caro ejus à profluvio ejus*, JT. *aut cohibita est caro ejus à fluxu*, Sa. simil. M. Ti. *aut quando densus adhæret carni ejus*, Ch. *vel signum impressit carni suæ*, Q. in Ma. Variè exponunt. 1. Cùm semen crassitie suâ obturet meatus seminarios, neque exire potest: cùm è vasis seminariis exit quidem, sed foras non erumpit [n]. Quum semen, in quasdam angustias compressum, exsudat abundantiâ suâ cum vehementia, per obstructionem irritatum. Hoc metaleptice innuit Moseh, dicens, *si obstruxerit se*, &c [o]. 2. Cùm quasi sigillo confirmata est gonorrhœa, ut non semel aut bis effluat semen, sed morbus sit continens & declaratus [p]. 3. Si postquam cœperit fluere, iterum cessaverit, immundus tamen est [q]. [Ità Ang. or be stopped from his issue.] Si vel minimum ejus cernitur, immundum facit [r].

[a] G. [b] M. F. O. [c] G. [d] G. Me. † Me. [f] M. F. V. Ma. Pi. * V. [g] Ma. [h] F. [i] Pi. [k] F. [l] Jun. [m] Ma. [n] F. M. V. RS. in A. [o] Jun. [p] Ma. [q] A. [r] He. in A.

7. *Qui tetigerit carnem*] i. e. Quamlibet corporis partem, præterquam lotas manus infrà v. 11 †.

8. *Si salivam jecerit*] *Quum despuerit in aliquem mundum*, JT. Sub nomine *sputi* omnia narium & oris excrementa (excepto sanguine) continentur [t]. Alii per *sputum* hîc semen intelligunt, per modum spumæ stillans [v]. Sed cùm verba propriè sumi possunt sine ullo incommodo, non opus est ad tam absonas metaphoras confugere [x].

9. *Sagma*] i. e. Ephippium, seu quidquid equo vel jumento insternitur ad equitandum [y]. ¶ [מֶרְכָּב] *Equitatura*, Ch. in F. V. Ma. *vectura*, *vehiculum*, *sedile*, Ma. Q. *sella*, *currus*, &c. Al. *jumentum* super quo equitatur, F.

11. *Quem tetigerit qui talis est*, *non lotis antè manibus*; [ità quoad sensum omnes, & intelligunt de seminiflui illotis manibus:] [כֹל אֲשֶׁר יִגַּע בּוֹ הַזָּב וגו׳] At Sy. aliter, *Quicunque tetigerit eum qui fluxum patitur*, *necdum laverat manus suas aquis*, *abluet vestimenta sua*, *& lavabit se aquis*. Manus synecdochicè ponuntur pro toto corpore; hîc enim ut totus homo pollutus erat, ità totus ablutus fuit [z].

13. *Post emundationem sui*; à tempore receptæ sanitatis [a]; [לְטָהֳרָתוֹ] *Ad mundationem suam*, O. Ma. i. e. ad hoc ut mundus judicetur [b]. Ut experiatur utrùm perfectè sanatus fuerit, nécne [c].

16. *Semen coitûs*, [שִׁכְבַת זֶרַע] *Cubatio seminis*, Mo. Sa. Ma. *effusio* (*projectio*, Ti.) *seminis*, O. P. vel, *genitale* (*somniale*, M.) *semen*, Ca. *semen strati*, M. F. *Accubitûs semen*, i. e. quod accumbentibus accidere solet [d]. *Concubitus* (vel, *accubitus*, D.) *seminis*, ο'. i. e. *semen concubitûs*, per hypallagen †; ut, *viriditas herbæ* [f]. 1. Q. putant agi de pollutione in somno [g]. Vide Deut. 23. 10. Levit. 22. 4 [h]. Probatur ex voce *exeundi*. *Quum exibit*, scil. extra concubitum, in somno, ex imaginatione libidinosa; ex collatione v. 3. (ubi agit de fluxu ex morbo,) & v. 18. (ubi de fluxu seminis in vigilante cum muliere.) Et nisi sic exponas, hoc genus pollutionis hîc fuerit neglectum: id quod absurdum est [i]. Hebræi vocant קְרִי *eventum*, quòd præter voluntatem occurrat [k]. Sin solicitatione procuretur, pro crimine homicidii judicant [l]. Hominem detestabilem Deo reddebat [m]. Dicitur קְרִי, cujus species ὀνειρωγμός, (i. e. *libidinosa imaginatio in somniis.*) Chæremon de Ægyptiorum sacerdotibus; *Si contingat eis ὀνειρώττειν*, (*semen in somno profundere*,) *statim lavacro corpus purgabant* [n]. 2. Alii hoc accipiunt de actu conjugali [o], ut v. 18. indicatur [p]. Semen quale solet in coitu, vel legitimo, (sive in matrimonio,) vel illicito [q]. Al. sic; *Ex quo genitale semen effluxerit*, scilicet, ex concubitu, aut aliter [r].

18. *Mulier cum qua*, &c. sic Ch. Ar. M. A. [אִשָּׁה אֲשֶׁר] *Mulier quam*, &c. Sa. JT. Pi. אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר †. *Cum qua coierit*: nempe, *eo die is cui tale quid evenit*, quod repetendum ex præcedentibus [t]. i. e. Si vir imprudens, veluti noctu dormiens, passus est fluxum seminis, & sub auroram, ejus rei non recordatus, cum uxore congreditur, polluitur uterque [v]. Q. accipiunt non de concubitu seminali, sed quòd accubet vir in eodem strato cum muliere. Q. de legitimo tantùm concubitu accipiunt; alii, etiam de illegitimo [x]. Innuit in legitimo etiam congressu fuisse legalem immunditiam [y]. Vide Exod. 19. 15. & 1 Sam. 21. 4 [z]. Græcis & Romanis fœminis mos aquam sumere post qualemcunque Venerem; quò & hanc legem vult trahere Josephus. Rectiùs Theano, quæ fœminam à mariti sui congressu statim puram esse dicebat [a]. Sancit hoc Deus modestiæ & continentiæ causâ, ut assiduitatem congrediendi etiam in conjugibus cohiberet sui purificandi molestiâ [b]. Inter Ethnicos erant monumenta hujus religionis. —*Discedat ab aris*, *Cui tulit hesternâ gaudia nocte Venus*, Tibul. l. 2. eleg. 1. *Ille petit veniam*, *quoties non abstinet uxor Concubitu sacris observandisque diebus*,

[p] Ma. [q] A. [r] He. in A. † Jun. [t] He. in A. [v] Sic O. & Eugub. in Bo. [x] Bo. [y] T. L. [z] A. [a] V. [b] O. [c] A. [d] O. † Jun. Bo. A. D. Ma. [f] D. [g] Ità M. F. A. He. in O. Pi. [h] A. [i] Pi. [k] F. M. [l] M. [m] T. ad v. 9. [n] G. [o] Ità Jun. L. Bo. [p] Bo. [q] Me. [r] Ca. † Pi. [t] G. ità O. Q. in A. [v] V. [x] Ma. [y] A. Me. [z] A. [a] G. [b] Theodor. in Lz.

bus, Juvenal. Satyr. 6 *.—*& noctem flumine purgas*, Perſ. Satyr. 2. i. e. nocturnum concubitum. Sueton. in Aug. c. 94. de Accia refert, cùm in templo obdormiſſet, & ad eam draco irrepſiſſet, expergefactam quaſi à concubitu mariti ſeſe purificâſſe c.

19. *Quæ redeunte menſe patitur fluxum ſeminis*, [כִּי תִהְיֶה זָבָה דָּם יִהְיֶה זֹבָהּ בִּבְשָׂרָהּ] *Cùm erit fluens ſanguinem*, (*ſanguine*, P. O.) *eritque fluxus ejus in carne ejus*, vel, *per carnem ejus*, O. P. Ma. ſim. o'. Al. ſic; *Si fluxum fuerit paſſa, fueritque fluxus ejus ſanguis de carne ejus*, M. ſim. Ti. A. vel, *profluvium ſanguinis erit in carne*, JT. *Quum fluxum patietur, & fluxus ejus erit ſanguis*, i. e. ſanguineus: h. e. quæ patitur menſtrua d. *Caro* hîc verenda ſignificat †. ¶ *Septem diebus ſeparabitur*, [תִּהְיֶה בְנִדָּתָהּ] *Erit in menſtruo ſuo*, O. *in remotione ſua*; vide Levit. 12. 2. Ma. *In elongatione*, vel *ſeparatione*, *ſua*, O. V. Sic vocat tempus menſtrui; vel, à ſanguine immundo, qui tum à muliere ſeparatur; vel, quòd tum ſeparata eſſe debebat à commercio hominum & mariti, maximè ab ingreſſu Tabernaculi, atque contactu rerum mundarum f. Separabitur, non quidem extra caſtra, (nulla hîc talis ſeparationis mentio g,) ſed à conſortio hominum h. *Ancunulentæ* (i. e. inquinatæ) *fœminæ menſtruo tempore appellantur: unde trahitur inquinamentum* i. Separatio hæc ex rei natura petita; 7 enim diebus durat fluxus menſtrui, cùm diutiſſimè durat k. Non potuit mundari ante diem ſeptimum, licèt prius ceſſaverat fluxus l.

20. *Omnis*] Nempe grandior. Infantes excuſat ætas, neceſſitas, & naturæ pietas m.

23. *Omne vas ſuper quo illa ſederit*, [וְאִם עַל הַמִּשְׁכָּב הוּא וגו׳] Q. accipiunt de *perſonis*. *Si quiſpiam ſtratum tetigerit*, M. Ti. *Et ſi cubile tetigerit*, Sy. *Et ſi cubuerit ille in ſtrato*, &c. Ch. Alii, de *rebus*. *Etiamſi illud* quod quis tanget erit *ſuper cubile*, &c. JT. *Et ſi illud* ſit *ſuper lectum*, A. *Quòd ſi inſtrumentum aliquod fuerit ſuper ſtratum ipſum,—cùm tetigerit illud* aliquis, *immundus erit*, P.

24. *Si coierit cum ea vir*] Cauſa prohibitionis, 1. immunditia & fœditas n; 2. nocumentum prolis, quæ ſæpe ex tali concubitu monſtroſa, leproſa, debilis naſcitur o. ¶ *Tempore ſanguinis menſtrualis*, [וּתְהִי נִדָּתָהּ עָלָיו] *Et fuerit menſtruum ejus ſuper*, vel *in*, *eo*. [Ità ferè omnes.] *Separatio ejus ſit ſuper eum*; i. e. id cujus causâ ſeparatur; aut, id quod natura ejicit & ſeparat ab ea p. i. e. Ut ex concubitu polluatur ſanguine menſtruo q. Et ſupervenerint menſes mulieri, dum homo dormit cum ea, V. [Ar. planè aliter reddit, *Jam incurret judicium menſtrui illius*.] ¶ *Immundus*] Ità Lev. 18. 19. ſine graviori pœna r. Qu. Quomodo hoc concordat cum Levit. 20. 18. *interficientur ambo?* Reſp. 1. De ſimul jacentibus ſine concubitu hoc accipiendum eſt, (ſi aliquid menſtrui ipſum tetigiſſet †.) שָׁכַב ſignificat & *cubare, dormire*, & *coire*. Sed de coitu exponit Vulg. à quo non eſt nobis fas recedere t. 2. Vel hîc agitur de coitu intra illud ſeptiduum, at ceſſante jam fluxu menſtrui v. 3. Vel de imprudenti coitu hîc loquitur: Si ignoranter coierit; ut, ſi mulier fluxum diſſimularet. At c. 20. agit de eo qui ſciens prudens hoc fecerit x. Graviſſimum hoc erat peccatum, Ezec. 18 y. 4. Si res lateat, tunc enim occultè expiari poterat, (nec enim tenebatur ſeipſum accuſare z;) quòd ſi accuſetur & convincatur, occidendus erat, Lev. 20 a.

25. *Fluxum ſanguinis*, [כִּי יָזוּב זוֹב דָּמָהּ] *Cùm fluxerit fluxum ſanguinis*, O. *quia fluet fluxus ſanguinis ejus*, Ma. Hunc vocant He. [דָּם זִיבָה] *ſanguinem fluxûs*, (non *ſeparationis*,) ſi extra ſeptem dies ſanguis ſtillaverit b. *Fluxum*, i. e. hæmorrhoides c. ¶ *Multis diebus*] i. e. Tribus ad minimum d. ¶ *Poſt menſtruum*, ſic Ch. [עַל נִדָּתָהּ] *Ultra* (vel *poſt*, Sa. vel *ſupra*, Ti.) *ſeparationem ſuam*, Sa. JT. vel *purgationem*, o'. *In fine ipſius*, (ſcil. menſtrui,) Ar. i. e. poſt fluxum menſium naturalem †.

28. *Numerabit ſeptem dies*] Nimirum, ab initio profluvii ſui ordinarii f: à ceſſatione fluxûs g.

29. *Turtures*, &c.] Q. hanc purificationem ad fluxum extraordinarium referunt h. Nimis enim gravis eſſet hæc oblatio ſingulis menſibus i. [Alii aliter ſentiunt.] Hæc

Marginal notes: a A. — c Bo. — d V. — † V. Me. — f V. ex F. — g La. — h Me. poſt La. — i Feſtus in Ma. — k Bo. — l O. — m Me. ex La. — n E. — o E. L. — p Jun. — q Pi. — r E. — † Caj. O. — t Bo. — v Bo. ex Caj. — x E. L. Bo. Pi. Jun. — y E. — z E. — a Me. ex La. — b M. ad v. 19. — c Me. La. — d D. A. — † V. — f Ma. M. — g O. — h Ità To. Wil. — i Wil.

oblatio exigua erat, nec nimis gravis. Refero ad fluxum menſtruum. 1. Graviores immunditiæ difficiliorem purificandi ritum habebant, ſuis locis deſcriptum. 2. Etiam leviores immunditiæ ſine aliqua leviori purificatione non eluebantur. 3. Puerpera, ob ſimilem planè immunditiam, hoſtiam, ſed præſtantiorem, offerebat k.

30. *Pro peccato*] Non quòd peccatum ſit, ſed legalis immunditia l.

31. *Docebitis—ut caveant immunditiem*, ſimil. Sy. [וְהִזַּרְתֶּם מִטֻּמְאָתָם] *Separabitis ab immunditiis ſuis*; [ità plerique.] Sa. verò ſic, *Admonebitis* [quaſi legiſſet, וְהִזְהַרְתֶּם] *de immunditiis*. Forma Hiphil ſignificatum intendit; q. d. Curabitis ut quàm maximè ſeparentur ab omni immunditia m. *Religiosè prohibeatis ab immunditiis*, Ti. *religiosè ſeparabitis*, A. eos inſtruendo à quibus cavere debeant, & quomodo emundentur. o'. εὐλαβεῖς ποιήσετε, *religioſos, cautos, facietis*, quod ſolâ inſtructione fit n. Docebitis eos & intelligere hæc mandata, & diligenter ſervare o.

CAP. XVI.

1. LOcutúſque, &c.] Notant quidam regreſſionem hîc eſſe, quâ reſpondetur ad quæſtionem Levit. 10. 19 a. Crediderim hoc caput ſtatim poſt decimum locandum eſſe b. ¶ *Poſt mortem*, [אַחֲרֵי מוֹת] Sic dicta ſexta Sectio libri, quæ hîc incipit c. Hæc feſti occaſio. Vide quæ ad v. 29.

2. *Sanctuarium*] i. e. Sanctum ſanctorum d. ¶ *Quia in nube*] i. e. Aſpectabili ſpecie in ſplendida nube reſideo ſuper Propitiatorium; ac proinde non debet ſacerdos ullus, niſi rarò ac trepidè, (idque vocatus,) accedere, & cum reverentia †. Intelligit nubem gloriæ quæ erit ſuper Propitiatorium f. Poteſt intelligi de nube incenſi, v. 13 g.

3. *Vitulum*] Heb. *in juvenco*, vel, *cum juvenco*, JT. Pi. i. e. cum ſanguine juvenci, ex v. 14. Synecd. integri †. ¶ *Pro peccato*] Pro ſuis & familiæ ſuæ peccatis: Nam pro peccatis populi hircum offerebat, Num. 7. & 15 h. ¶ *Offeret*] i. e. Offerendum præparabit de ſuo i.

4. *Tunicâ lineâ*] Variant. 1. Q. volunt eum tunc uſum quatuor tantùm lineis veſtimentis, non autem quatuor aureis k. Iis tantùm uſus eſt quæ habebant reliqui ſacerdotes l. Volunt abſtinuiſſe Pontificem à pretioſioribus ac ſacratioribus veſtibus m, vel, 1. quòd feſtum eſſet luctûs & mœſtitiæ n; vel, 2. ob reverentiam præſentiæ Divinæ, cui eâ moderatione deferebat o. 2. Aliis ſynecdoche hîc eſt, ex lege Exod. 28. 43. ità v. 23 p. Ità Joſephus, ἀλώσ. 5. 15. Quod ex Maimonide, atque hoc loco, refellit, & veſtibus albis duntaxat indutum, probat Cunæus Repub. Heb. 2. 1 q. [De Joſephi loco vide Bo.] Niveus color ſacris proprius apud omnes gentes. Plato de Leg. 12. Cicer. de Leg. 2. Ammonis ſacerdotes apud Silium,—*velantur corpora lino* r. ¶ *Imponet capiti*, ità Ch. Sy. [יִצְנֹף] *Tegitor*, JT. *involvet* (vel, *amiciet*, vel, *obvolvet*) *ſe*, Mo. M. Ti. P. Di. O. A. Reciproca hîc eſt ſignificatio, (licèt propriè activa ſit, Eſa. 22. 18.) Sic יַחְגֹּר præcedens, *accinget ſe* †. ¶ *Verenda*, [עַל בְּשָׂרוֹ] *Super carnem ejus*, i. e. verenda, V. Me. *corpus*, o'.

6. *Obtulerit*, &c. [אֲשֶׁר לוֹ] *Quod ſibi*, Mo. *ſuum*, Sy. *pro ſe*, JT. *pro peccato ſuo*, o'. Sa. ſim. Ch.

7. *Hircos*, [הַשְּׂעִירִם] Verto, *capros caprinos*. Pariter, *volucres aereæ*, & *piſces aquatiles*, pro, *volucres* & *piſces*. Sic Poetæ *nivem albam*, & *glaciem frigidam*, vocant t.

9. *Cujus exierit ſors*, [אֲשֶׁר עָלָה עָלָיו הַגּוֹרָל] *Quem aſcendit ſuper eum ſors*, Ma. *Aſcendit*, nempe, ex vaſculo. Sic Joſ. 18. 11. & 19. 1. & Num. 33. 54. Interdum *cadere* dicitur ſors, Jon. 1. 7. Act. 1. 26. Primò elevabatur è vaſculo; tum ponebatur ſuper beſtiam v.

10. *In caprum emiſſarium*, [לַעֲזָאזֵל] *Ghazazel*, dativus, ut verſ. 8 x. Variant. 1. Appellativè ſumunt noſtri: *Caprum emiſſarium*, vel abeuntem, Me. Pi. M. Sa.

Marginal notes: k Bo. — l Me. — m Ma. Bo. — n Bo. — o A. — a Ma. — b O. — c V. — d L. Me. V. Ma. — † Ma. ex Jun. — f R. Menachem in A. — g A. L. — † Pi. — h Me. — i L. — k A. — l G. Me. — m Ma. — n Ma. Me. G. — o Ma. — p Pi. ex Jun. — q Ga. — r G. — † Di. — t Ca. — v A. — x Ma.

Sa. Ti. Ca. ἀποπομπαίῳ, ο'. in G. ἀπερχόμενον *discedentem*,
Sym. ἀπολελυμένον *dimissum*, Aq. in D. Ex עֵז *capra* & אָזַל
y M. G. F. V. Me. *abire* [y]. Non placet. Nec genere conveniunt עֵז
(quod fœmin. eſt, nec *caprum* aut *hircum*, ſed *capram*,
z BA. 1. 651. ſignificat,) & אָזַל [z]. Al. *ablatum*, Me. Ma. vel, *abrep-
tum*, *aberrantem* liberè ſine cuſtode. Græci ἄφετον ζῶον,
i. e. *dimiſſum*, *liberum animal*, dixerunt. Sueton. in Jul.
Cæſare c. 18. *conſecratum & vagum*, *& ſine cuſtode*. De
talibus conſule H. Steph. Theſaur. tom. 1. pag. 1661.
a Ma. & Caſaub. ad Suet [a]. Græci ἀποπομπαῖον, i. e. *malorum
depulſorem*, quòd peccata, malorum omnium cauſam,
auferret. Sic deos qui depellebant mala vocârunt
b F. ἀποπομπαίους, ἢ ἀποδιοπομπαίους, aut etiam ἀλεξικάκους [b]. 2. Aliis
c Ità He. in F. O. RS. & K. & AE. & omnes RR. in M. & Arabes in BA. 653. 30. eſt nomen proprium montis [c], (ſic dicti, quòd caper
illic abiret [d].) Sic interpreteris, *ſortem alteram pro
Hazazel*, i. e. monte; vel, pro capro in montem *Ha-
zazel* mittendo †. Apparet *Hazazel* v. 26. eſſe nomen
loci, ſive montis, ſive deſerti [f]. Sign. vox *montem aſperum
& confragoſum*, RS. & Jon. in BA. Non placet. 1. Si *Aza-
zel* ſit nomen montis, cur hoc tacuiſſet Moſes? Quid-
d F. ni dixiſſet *montem Azazel*, ut alibi *montem Abarim*,
† O. *Ararat*, &c? 2. Inter tot regionis deſcriptores nemo
f M. ad v. 26. meminit *montis Azazel*. Mallem deducere ex Ara-
bico AZALA *removere*, ſeu *ſeparare*, Et hic hir-
cus ſervatus dicitur ad AZAZEL, πρὸς ἀναχώρησεις,
i. e. ut in locum deſerti remotum & ſeparatum dedu-
g BA. 1. 2. 56. 653. catur. Vide v. 22 [g].

11. *Vitulum*] Non erat hæc vitula illa rufa, Num. 19.
quia ea extra caſtra pro peccato populi, hic verò in
h Me. Tabernaculo pro peccatis ſacerdotum, immolabatur [h].

12. *In incenſum*, [קְטֹרֶת סַמִּים דַּקָּה] *Suffitum odo-
ramentorum aromatum gracilem*, i. e. *tenuem*, *comminu-
tum*. Q. דַּקָּה vertunt, *comminuito*. Sic totum red-
dunt; *Plenos pugillos ſuos ſuffitu aromatum comminui-
i Ma. to* [i]. Inter juvencum mactatum & ſanguinem ejus
ſparſum interceſſit incenſi oblatio, quaſi ad præpa-
randam viam in locum ſanctum, per nubem incenſi,
k A. v. 13, 14 [k]. ¶ *Ultra velum*] Nempe, ſecundum,
l G. in Sancta ſanctorum [l].

m F. V. Me. 13. *Teſtimonium*] i. e. *Arcam teſtimonii* [m].

14. *Septies*] Docet hoc, per ſanguinem Chriſti
noſmet plenè & perfectè purgari. Quia ſeptem diebus
Deus creavit omnia, habetur hic numerus pro ſymbo-
n BA. 1. 1. 22. 151. 62. lo perfectionis [n]. ¶ *Contra propitiatorium ad Ori-
entem*, [עַל פְּנֵי הַכַּפֹּרֶת קֵדְמָה] q. d. Non ſolùm ver-
sùs Propitiatorium, quod erat versùs Occidentem,
ſed versùs Orientem; quia omnia erant ſanguine ex-
pianda: unde meliùs hìc vertas, *è regione propit.
versùs Orientem*; aut, *ſtans ad Orientem propit. ſan-
guinem versùs faciem propit. mittere*: vel, meliùs, *ſuper
o O. faciem propit. quæ reſpiciebat Orientem* [o]. *Ad*, vel *contra*,
Orientem, non *mundi*, ſed *propitiatorii*; i. e. *contra*, vel
versùs, *partem anteriorem propitiatorii*: Hæc enim re-
ſpectu poſterioris erat ad Orientem, ut per conſequens
p La. L. Ma. Me. Caj. To. V. in La. Sanctum ſanctorum ad Occidentem [p]. *Ipſum propit.
ſemel* tantùm inſpergebatur, hoc & ſequente verſu:
at *locus ſanctus* intra velum & ante Propit. *ſepties* [q].

q Ma. ex Jun. 16. *Ab immunditiis*] Quòd morali æſtimatione pol-
lui cenſebatur [r], licèt populus non intraret. En hor-
r Bo. rendam peccati fœditatem †!

† A. 17. *Nullus*] Nè ex ſacerdotibus ac Levitis [t]. ¶ *In
t G. Ma. tabernaculo*] i. e. In loco ſancto [v]. Ob reverentiam
v Me. Divinæ majeſtatis tum manifeſtiùs apparentis [x]; &
x Ma. quia ſacerdos tunc deberet eſſe maximè elevatus [y].
y L. Valde anxii erant Judæi, nè in hoc feſto Pontifici קֶרִי,
i. e. *malus aliquis caſus*, accideret; & nè in miniſte-
rio iſtius diei erraret. Idcirco pridie per totam noctem
vigilabat, & cum eo præcipui ſacerdotes confere-
bant de ratione ſacrificiorum, &c. & quo ordine ſin-
gula ſacrificia (quæ jam tum in conſpectum ejus pro-
z F. ducta ſunt) offerre vellet, interrogabant [z].

18. *Ad altare*] Nempe, *thymiamatis*. Vide v. 20.
a Ma. ità La. Me. L. Bo. item Lev. 4. 4 [a]. Patet ex Exod. 30. 1, &c. Et nomen
altaris coram Domino huic maximè congruit, utpote
b Bo. Arcæ viciniori [b]. Alii tamen altare holocauſti intelli-
c Ità Pi. Caj. in Bo. gunt [c]. Id colligo ex verbo proximè præcedenti [d].
Hoc altare erat extra Sanctum ſanctorum, Ex-
d Pi. od. 30. quo expiato, exivit ad expiandam aliam par-
† Me. tem Tabernaculi, in qua erat altare thymiamatis †.

20. *Tunc offerat*] Non immolando, ſed coram Deo
vivum ſiſtendo [f]. f T.

21. *Utrâque manu*] De hoc ritu vide ad Exod. 29.
10 [g]. ¶ *Et confiteatur*, &c. [וְהִתְוַדָּה עָלָיו אֶת־כָּל עֲוֹנוֹת] g Ma.
Confitebitur ſuper ipſum omnem ſtultitiam, &c. Sy. *Con-
fiteri ſe faciet ſuper eum omnes pravitates*; (*perverſi-
tates*, *diſtortiones*;) h. e. ſe reum confeſſum ſtatuat
nomine populi [h]. [Al. aliter.] *Projicere faciet ſuper* h Ma.
ipſum pœnam iniquitatum, O. Ma. Probatur, 1. Quòd
יָדָה eſt *projicere*, Jer. 50. Zach. 1. 2. Cùm ſign. *confi-
teri*, propriè ſignificat confeſſionem *laudis*, non *peccati*.
3. Convenit hoc intentioni Dei, quæ erat, pœnas in
hircum transferre. Non peccata, ſed pœnas tantùm,
portare potuit hic hircus. Et pœnas tantùm noſtras
portavit Chriſtus, Iſa. 53. 4. Alter hircus pro pec-
cato immolabatur [i]. ¶ *Iniquitates*, ità F. [עֲוֹנֹת] i O.
Ea ſunt peccata temerè, præſumptuosè & ſcienter
admiſſa [k]: vel, peccata deliberata contra leges vetan- k F.
tes [l]. ¶ *Delicta*, [פִּשְׁעֵיהֶם] *Prævaricationes*, F. No- l G.
tat *peccata ſcienter commiſſa* [m]. Rebellionem ac defe- m M.
ctionem à Deo [n]. Peccata deliberata contra leges ju- n F.
bentes, ſed ità ut non comprehendat ea quibus pœna
mortis vel ἐξολοθρεύσεως appoſita eſt [o]. ¶ *Peccata*, ſic o G. ad v. 21. & ad v. 8.
F. M. [חַטֹּאתָם] Quæ per ignorantiam committun-
tur [p]. Quæ non deliberatò fiunt [q]. ¶ *Per hominem* p F. M.
paratum, ſic Ar. [בְּיַד אִישׁ עִתִּי] *In manu viri parati*, ο'. q G.
Ch. Sa. P. vel, *parati ad hoc*, Sy. *Viri temporis*, aut, *tem-
poris mei*; i. e. vel hominis diu in deſerto verſati, vel
ſenis, (*temporarii*, ſive multi temporis [r];) ut *vir ter-* r Ma.
ræ eſt agricola †. *Viri tempeſtivi*, Ti. Ma. vel, *opportu-* † O.
ni, Ma. Mo. A. M. *commodi*, JT. pridie ad id deſigna-
ti, RS. in A. *Viri temporis*, i.e. hoc tempore ad id pa-
rati [t]. t La.

22. *In terram ſolitariam*, ità Sa. [אֶל־אֶרֶץ גְּזֵרָה]
In terram inhabitabilem, Ch. M. JT. O. P. *incultam*,
Sy. *ſeparatam*, Ti. A. V. *ſejunctionis*, Ar. i.e. remotam,
Ma. *ſeparatam* à commercio hominum [v]. *Sejunctam*, v V.
vel, *deciſionis*; i. e. quæ ab aliis erat determinata:
extra terminos & fines regionis [x]. Vel, *deciſam* à par- x Ma.
te habitabili, abſciſſam ab hominum habitatione [y]. For- y Ma. ex Jun.
tè hic hircus in deſertum miſſus adumbravit ſalutem
Chriſti cum Gentibus & populis (quos *deſertum* inter-
dum ſignificat, ut Ezec. 20. 35.) communicandam [z]. z A.
¶ *Et dimiſſus*, &c. [וְשִׁלַּח] *Dimittet*, ut liberè quòcun-
que velit abeat [a]. Quo ſignificabatur libertas Iſrae- a V. ità O. & Ma. ad v. 8.
litarum à peccatis & pœnis ſuis: ut emiſſione paſſeris
vivi ſignificabatur libertas leproſi [b]. [Alii aliter;] b O.
Hircus hic ex monte (*Azazel*) præcipitabatur [c]; te- c G. He. in F.
nente interim eo qui abduxerat manu ſuâ filum rubi-
cundum, quod ad cornu ejus alligatum fuit. Quod,
ſi Deus placatus erat, tradunt in albedinem verſum
eſſe: & tunc cornibus ſonabant convenientibus locis
hinc indè diſpoſitis, ut intra horam ferè in tota terra
Iſrael ſonus audiretur; ut omnes ad laudandum De-
um excitarentur. Sin verò filum rubicundum mane-
bat, irati Dei ſignum erat, ſilebant cornua, & popu-
lus per totum annum triſtari, pœnitentiam agere, &c.
tenebatur [d]. Talmudici ſcribunt in Joma cap. 4. fol. d F.
39. 6. *Magiſtri docuerunt*, 40 *annis ante Templi deſola-
tionem* (quo tempore Chriſtus paſſus eſt) *non aſcendiſ-
ſe ampliùs ſortem in manum dextram*, *neque linguam
coccineam exalbuiſſe*, *neque lucernam veſpertinam ampliùs
arſiſſe*, *& Templi fores per ſe patuiſſe*. Nimirum morte
Chriſti legalibus Sacrificiis omnis virtus adempta, lu-
men cognitionis in ea gente extinctum, nec Tem-
plum ſolùm, ſed & cœlum, hactenus clauſum Genti-
bus, tum demum patere cœpit; tunc & velum Tem-
pli ſciſſum eſt †. In deſerto hic caper devoratus eſt à † BA. 1. 2. 54. 657.
feris, ut pœnas populi lueret [f]. Simile fecit Dæmon, f M. T.
ſimius Dei. Solebant Ægyptii, teſte Herodoto, impre-
cationes congerere in caput victimæ ad id delectæ, ut ſi
quid ſibi adverſi impenderet, in caput victimæ conver-
teretur. Tum illam vel in Nilum demergendam præ-
cipitabant; vel Græco ſeu profano alicui homini in fo-
ro venalem proponebant, credo ut in illius ventrem
omnia illa maledicta derivarent [g]. g T. ad v. 20.

24. *Veſtibus ſuis*] *Solitis*, V. ſcil. propriis, Pontifi-
calibus. (Veſtes lineæ, in quibus priùs miniſtraverat,
communes erant inferioribus ſacerdotibus [h].) Nam h L.
deinceps

deinceps solennitas hæc erat læta, & cum expiatione transierant signa luctûs [i].

25. *Super altare*] Holocausti: Nam de altero interdictum exstat Exod. 30. 9[k].

26. *Asasel*] Vide quæ ad v. 10.

27. *In sanctuarium*, &c. לְכַפֵּר בַּקֹּדֶשׁ] *Ad expiandum (exorandum, ο'.) in Sanctuario*, Mo. Ch. JT. Alii, *ad expiandum Sanctuarium*, M. Ti. vel, *in Sanctuarium*, Sa. Sy. Ar. ¶ *Et comburent*] Significabat, omnem memoriam illorum criminum à Deo longè projectam[l].

28. *Lavabit*] Simile Num. 19. 21. Sic & apud Gentes victimæ ἀπολεόπομοι polluere credebantur qui eas attigissent, ut testatur Porphyr. de Abstin. 2. πάντες γὰρ ἐν τούτῳ ὁμολογοῦσι, &c. (*Pro confesso habent Theologi, victimas ἀπολεπομένας (auruncas, sive averruncas) non esse tangendas; nec, si quis eas attigisset, antè urbem vel domum suam ingredi debere, quàm vestem & corpus aquâ fluviali sive fontanâ abluerit*, &c[m].)

29. *Legitimum sempiternum*, לְחֻקַּת עוֹלָם] *Constituto seculi*, vel, *statutum æterni*, sive *olim*, Ma. ¶ *Die decimâ*, &c.] Quando, scilicet, Judæi, frugibus jam collectis, otium habebant Deo vacandi, se expiandi, Deóque gratias agendi [n]. Obj. At Lev. 23. 32. est, *die nono*. Resp. Jejunium hoc inchoabatur ad vesperam diei nonæ, & totam diem decimam occupabat [o]. Qu. Cur institutum hoc festum? Resp. 1. In memoriam remissionis idololatriæ, cujus lætum nuncium attulit Moses de monte descendens die decimo post tres quadragenas [p]. [Non placet aliis.] Hæc omnia admodum incerta sunt [q]. Nec ter, sed bis tantùm, 40 diebus erat Moses in monte. Vide ad Exod. 34. 28. & Deut. 9. 25[r]. 2. Occasio festi erat peccatum irreverentiæ filiorum Aaron: & finis festi erat, ut sanciretur reverentia sacrorum, & Tabernaculi nominatim †. 3. Ut fieret generalis expiatio omnium totius anni peccatorum, tum sacerdotis, tum populi [t]. ¶ *Affligetis animas*] Ità O. Ma. i. e. Vos ipsos; Synecdoche membri: & *vos*, i. e. corpora vestra; Synecdoche integri. Sic Psal. 16. 10[v]. ¶ תְּעַנּוּ] Per hoc intelligitur subtractio omnium rerum quæ corpori delectabiles sunt [x], cibi, potûs, lotionis, coitûs, &c. Hæc phrasis semper significat jejunium [y]. i. e. *Jejunabitis* [z]. Vide Isa. 58. 3, 10. *Anima* vocatur facultas appetendi: ea affligitur jejunando [a].

30. *Expiatio erit*, יְכַפֵּר] *Expiabit*, i. e. Sacerdos summus, ex v. 32. Al. tertiam activam pro passiva seu impersonali, more Hebraico, capiunt; *expiabitur*, expiatio fiet [b].

31. *Sabbatum*, &c. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן] i. e. Potissimum Sabbatum, O. *Quies quietis*, vel, *quies*, *quies ipsa*, i. e. summa quies est: q. d. animo & corpore vobis cessandum & quiescendum est. Vide Exod. 16. 23. & 35. 2[c]. Cessandum ab his quæ festis diebus licent [d].

32. *Qui unctus fuerit*, sic Ch. M. Ti. O. sim. Sy. vel, *ungetur*, Ar. אֲשֶׁר יִמְשַׁח אֹתוֹ] *Quem unxerint*, ο'. *quem unget eum*, Mo. Ma. vel, *unxerit*, Sa. sub. *ungens*, P. vel *Deus*, JT. A. Talia verba sæpe usurpantur sine designatione personæ. Vide quæ ad Gen. 16. 14 †. Summus scilicet sacerdos: Exod. 40. 13[f]. Vide Levit. 4. 3[g].

34. *Ut oretis*] Vos Pontifices [h]. ¶ *Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi*, וַיַּעַשׂ וגו׳] *Et fecit*, Mo. Quis? *Quod fecit Aharon*; ità JT. Ar. Alii, *& fecit Moseh*; P. Pi. ex fine versûs. Trajectio vocis *Moyses*. i. e. Retulit ad Aharonem & populum mandata Dei; ex collatione vers. 2. & 29 [i]. At ο'. referunt ad præcedentia verba, *Semel in anno fiet*. *Fecerunt*, Sy. *Et facta sunt*, Ca.

[i] Me. ex La. [k] Jun. [l] G. [m] G. [n] La. Me. [o] Bo. [p] Ità He. & Ribera in La. ad v. 1. & La. ad v. 1. [q] Bo. [r] La. Bo. † Me. La. ad v. 1. [t] La. L. [v] Pi. [x] M. [y] AE. in F. [z] V. [a] D. [b] Ma. [c] V. Ma. [d] O. † A. [f] G. Ma. [g] Ma. [h] Me. La. [i] Pi.

CAP. XVII.

3. SI *occiderit*] Loquitur de occisione, non profana ad esum, (quæ ubivis fieri potuit,) sed de sacra, nempe, ad sacrificium [a]. *Occiderit*, nempe, *oblationem Domino*; quod ex v. seq. hîc subintelligitur καθ' ἀπόδογμα, aut per trajectionem [b]. Ratio inhibitionis erat, 1. Nè, si permitteretur ipsis in quovis loco sacrificare, occasionem haberent colendi idola [c]. 2. Nè quis laicus sacrificandi munus sibi arrogaret [d]. Deo tamen inspirante alibi immolârunt Manue & Samuel & David & Elias †.

4. *Ad ostium tabernaculi*] At Ethnicis licebat in omni loco offerre oblationes Domino [f]. ¶ *Sanguinis reus*] Cædis reus, acsi homicidium perpetrâsset [g]. Ob hanc legem Israelitæ bellum apparabant Jos. 22. 12 [h]. Hinc probare quidam nituntur Pascha mactandum fuisse operâ Levitarum ad ostium Tabernaculi. Vide Exod. 12 [i].

5. *Sacerdoti offerre debent*, &c. — לְמַעַן אֲשֶׁר יָבִיאוּ — וֶהֱבִיאֻם וגו׳] *Ut cùm adducent*, — *adducant Jehovæ*, JT. sim. Ti. *ut adducant* — *etiam ut adducant ad Jehovah*, A. *ut afferant* — *ut afferant*, *inquam*, P. ¶ *Quas occident in agro*, אֲשֶׁר הֵם זֹבְחִים עַל פְּנֵי הַשָּׂדֶה] *Quæ mactaturi sunt* (vel, *fortè sacrificabunt*, Ar. vel, *sacrificare volunt*, Ti. vel, *quæ ii sacrificantes*, Ma.) *in agro*, P. i. e. ubivis locorum [k]. Illud *ii* refertur vel ad Ægyptios, aut alias gentes idololatricas, quæ immolare solebant in agris, (& aliis locis pro sua voluntate [l];) idque dæmonibus [m]: vel ad Israelitas; q. d. non ubivis sacrificabunt, ut ante erectum Tabernaculum fecerunt, & adhuc facerent, nisi Lex prohiberet [n]. Vide ad Levit. 14. 7 [o]. ¶ *Pacificas*] Harum meminit, quia tales ferè dæmonibus immolabant [p]; ut ab iis aliquid impetrent [q]. At sub his *holocausta* & *victimas pro peccato* intellige [r]. q. d. Ac multò magis sacrificent reliqua sanctiora sacrificia coram Deo. Vide Jos. 22. 26 †.

7. *Dæmonibus*, לַשְּׂעִירִם] *Pilosis*, Mo. Ma. Me. O. Aq. in BA. 643. *Satyris*, Ti. Ca. Me. *villosis*, *hirsutis*, Q. in Ma. *hircis*, Ma. Caj. in Bi. *capris*, O. *horridis*, vel *horrificis*, Q. in Ma. *dæmoniis*, Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Qu. De quibus hoc intelligendum? Resp. Vel, 1. de hircis, quos colebant Ægyptii, testibus Herod. 2. 46. Diod. l. 1. p. 55. Strab. l. 17. aliísque [t]. Vide quæ ad Exod. 8. 26. *Imò, in hirci cultum tanto furore ferebantur, ut oporteret sacerdotes qui paterna sacerdotia per Ægyptum susciepiebant huic deo primùm initiari*, ait Diod. lib. 1. Bibliothecæ [v]. Vel, 2. de hircorum & animalium imaginibus, quas in hirci forma colebant [x]. Complures dii Gentium, ut *Pan Mendesius*, *Faunorúmque* & *Satyrorum* omne genus, aut hircinâ specie, aut hirco proximâ, culti sunt [y]. *Panem pingebant caprinâ facie hircinísque cruribus*, ait Herod. & Jovem κριοπρόσωπον. ο'. hîc habent τοῖς ματαίοις, *vanis*, i. e. idolis, quibus nihil vanius est, 1 Cor. 8. 4. Et in 2 Par. 11. 15. שְׂעִירִים *idola* esse, suadent quæ sequuntur, *& vitulis*, qui idola erant [z]. Vel, 3. *de Dæmonibus*: Ità Hebræi omnes [a]. *Dæmonibus*, nempe *birciformibus* [b]. Sic dicuntur, quòd hircorum specie suis cultoribus apparent [c]. Ideóque in Maimonide *Tsabii*, i. e. *Ethnici* apud *Arabes*, & *Chaldæi* Dæmonas existimabant hircorum habere formam. In Iamblichi Babylonicis — *hirci spectrum aliquod deperit Sinonidem*; i. e. Diabolus hirci specie. Et in Philostr. de Vita Apollonii, 6. 3. est *Satyri spectrum*, i. e. Diabolus Satyri specie, &c [d]. Et ut Ægyptios superstitioni atq; idololatriæ addictissimos fuisse constat ex Exod. 5. 2. & 12. 12: ità Israelitas in Ægypto eâ imbutos liquet ex Jos. 24. 14. Ezec. 20. 5. & 23. 2, 3 †. Fortè dicuntur שְׂעִירִים quòd horripilationem iis incutiunt quibus apparent [f]. ¶ *Cum quibus fornicati sunt*] Heb. *post quos ipsi scortati sunt*, vel, *fornicantur*, V. videlicet Ægyptii & gentes [g]. i. e. *Quorum cultui hactenus dediti fuerunt* [h]. Haud dubiè *fornicandi* verbum ad *idololatriam* refertur: ità tamen ut simul alludat ad Ægyptiorum impurissimas libidines. In parte hircini cultûs id fuit, quòd quædam mulieres, tanquam religioni addictæ, sacris hircis fœdè se submittebant. Ità Ælian. 7. 19. ex Pindaro, & Herod. & Plutarch. in libro, *Quòd bruta ratione utuntur* [i].

10. *Et de advenis*, הַגֵּר הַגָּר] *De peregrino peregrinante*, Ma. Est enim hoc præceptum inter ea quæ Noæ liberis data sunt. Vide ad Gen. 9. 4 [k]. ¶ *Obfirmabo faciem*] Irascar illi vehementer. Sic Levit. 20. 3 [l]. Hoc significat *ponere*, vel *dare*, *faciem*. *Facies* pro *ira*, quia ira in facie maximè relucet [m]. Vel, *ponam faciem*, i. e. torvo vultu aspiciam [n].

[a] T. L. V. Ma. A. [b] G. [c] F. ad v. 7. V. T. M. L. ad v. 9. [d] T. † M. T. L. ad v. 9. [f] He. in A. [g] F. V. Ma. Me. [h] Me. [i] E. [k] V. Ma. [l] L. [m] Me. Ma. [n] Ma. Me. [o] A. [p] Me. Bo. [q] Bo. [r] Me. † Ma. ex Jun. [t] BA. 1. 2. 53. 641. [v] BA. 2. 6. 7. 828. [x] BA. 1. 642. [y] BA. 2. 828. [z] BA. 1. 642. [a] BA. [b] G. [c] K. in M. V. [d] BA. 2. 6. 7. † BA. 1. 2. 53. 644. [f] Ma. V. A. [g] Ma. [h] V. [i] BA. 1. 2. 53. 642. [k] G. [l] G. [m] F. O. [n] V. O.

11. *Ani-*

11. *Anima est in sanguine*] Putà, tanquam in sede sua [o]. Et præcipuè è sanguine pendet; sine ipso enim perit animal, Me. (Vide Gen. 9. 4. G.) ut ignis ellychnii sine oleo [p]. Hinc David, *Quæ utilitas in sanguine meo?* i. e. in vita? Psal. 30. 10 [q]. De animalibus irrationalibus loquitur [r]. Quinetiam de homine, ait Aug. Anima etiam humana potissimùm sanguinis præsentiâ in corpore continetur †. Anima carnalis, sive animalis, habet sedem in sanguine *. Vita temporalis sanguine continetur in corpore [t]. Hebræorum mos est, id quo corpus viget ac sentit vocare נֶפֶשׁ; quo intelligimus, רוּחַ. Philo, αἷμα τῆς ψυχῆς οὐσία ζωτικῆς, καὶ πνεῦμα τῆς ψυχῆς οὐσία λογικῆς· (*Sanguis est essentia animæ vitalis, spiritus est essentia animæ rationalis* †.) Sanguis præ aliis humoribus calorem naturalem & humidum radicale ministrat & fovet, & spiritus vitales format & suggerit [v]; & est instrumentum necessarium ad omnes actiones vitales [x]. Ratio hæc est prohibiti sanguinis, quòd species crudelitatis est vitam cum animali comedere, & quasi vivum animal devorare [y]. Cavit Deus nè esu belluini sanguinis humanum sitirent [z]. Et, ut reverentiam fidémque conciliaret sanguini Christi [a]. —*animâque litandum*, i. e. animali hostiâ, teste Servio [b]. ¶ *Ut super altare*] Hæc est altera ratio, quòd sanguis Deo speciatim dicatus sit [c]. Quòd res est sanctissima [d]. Et sanguis animalis supplet vicem hominis qui mortem promeritus fuit †. Et sanguinem Christi adumbrabat, illiúsque verum usum. Sanguine ergò non vescendum, ut expiationem, quæ soli sanguini Christi accepta ferenda est, nostris operibus aut meritis non adscribamus [f]. Quinetiam, ut cum summa reverentia sanguinem Christi fundendum crederent & exspectarent [g]. Receptissimum erat apud Gentes sanguine fieri expiationes. *Sanguine placâstis ventos*—Æneid. 2. & 3. *Sanguinis & sacri pateras*——[h]. *Sanguine quærendi reditus, animâque litandum Argolicâ*——Ovid. Fast. 6. *Hanc animam vobis pro meliore damus* [i].

13. *Operiat illum terrâ*] Nè bestiæ sanguinem lamberent [k]. Quòd Gentiles, præsertim Magi, sanguinem Dæmonibus offerre consueverunt [l]. Sic docuit Deus, 1. etiam bestiæ vitam animámque in pretio habendam; ideóque cum honore quodam sepeliri voluit: 2. licuisse bestias occidere, & eorum sanguinem tectum non imputandum fore; ut constat ex contrario, Job. 16. 18. Ezec. 24. 7, 8 [m].

14. *Anima omnis carnis*, &c. כִּי נֶפֶשׁ כָּל־בָּשָׂר דָּמוֹ בְנַפְשׁוֹ הוּא] *Quia anima omnis carnis sanguis ejus, in anima ejus ipse*, Ma. Mo. vel, *pro anima ejus ipse*, O. M. Ti. A. Belg. Ca. vice animæ, RS. in A. Notant intelligi de animabus brutorum, Ma. *In* vice *Pro* sæpe usurpatur [n]. Q. sic; *Quia anima cujuscunque carnis est sanguis ejus*, qui est *in anima ipsa*, P. vel, qui est *conjunctus animæ ipsi*, Q. in Ma. vel, qui est *una cum anima ipsa*, Ma. ità V. Belg. At בְנַפְשׁוֹ vertendum, *in anima ipsius*, non, *ipsa*. Et בְּנַפְשׁוֹ accipio pro nominativo absoluto, & sic verto, *Nam ad vitam omnis carnis quod attinet, sanguis ejus pro vita ejus est*. Confirmat accentus distinctivus major Reviah, qui in בָּשָׂר in pausa retinet, nè cum sequentibus cohæreat. Quid si dicamus ב in בְנַפְשׁוֹ facere nominativum, ut & in Arab. & Heb. lingua sæpe fit? Vide quæ ad Jud. 18. 1. Sic verteretur, *Sanguis ejus vita ejus est*; ut idem sit quod absque ב eodem versu repetitur [o]. [Alii sic,] Est *enim anima cujusque carnis, sanguis ejus pro anima ejus est*; JT. Belg. A. Ang. *Anima—sanguis est*, scil. consecutivè; quia vita consequitur sanguinem [p].

15. *Quæ comederit*] Imprudens. Si prudens, contra legem Deut. 14. 21. venit [q]. ¶ *Morticinum*, נְבֵלָה] *Cadaver*, Sy. Ma. vel, spontè mortuum, A. G. vel, ab alio occisum; & non ritu debito mactatum [r]. Causam medicam dat Maimonides, quòd morticina difficulter concoquantur. A morticinis abstinuerunt & Pythagoras, test. Laert. & Iamblich. & qui Eleusiniis initiabantur, & alii in Porphyr. l. 3. & 4. Flaminicæ non licebat soleas morticinas habere †. ¶ *Vel captum à bestia*, וּטְרֵפָה] *Et raptum*, Mo. Ma. ו *Et* pro *Aut* ponitur, more Hebraico [t]. [Ità omnes.] (*Raptum*, intellige non planè mortuum, tunc enim cadaver fuisset [v].) [Al. aliter.] He. notant dici, *& raptum*, non, *aut raptum*, quia raptum non est immundum, nisi fuerit morticinum. Certè mactatio non polluit: Ideo debet esse morticinum & raptum simul [x]. Idem est *raptum à bestia* quod *à bestia discerptum ac prægustatum*; quia, ordinariè, id quod rapiunt feræ, hoc discerpunt & comedunt [y]. *A fera*, seu *bestia*, *raptum*, ο'. Sa. M. (sive, *confractum*, Ch. vel, *discerptum*, Sy. JT. A. Ti.) *aut feris ereptum*, Ca.

[Margin, col. 1:] o F. V. E. — p F. — q A. — r F. — † E. — * V. La. — t Aug. in E. — † G. — v La. — x T. — y T. E. — z F. La. — a A. — b G. — c T. — d F. — † T. — f F. A. — g A. — h Ma. — i G. — k Me. Bo. — l M. F. — m A. — n A. — o Di. ad Gen. 9. 4. — p O. — q Ma. — r A. ità He. ex Deut. 12. 15. — † G. — t V. — [Margin, col. 2:] v A. ex He. — x D. — y La.

CAP. XVIII.

2. EGO *Dominus*] Cujus legem ferendi. Ubi loquitur Lex Divina, sileant mores humani [a].

3. *Ægypti——& Canaan*] Neque aliarum gentium: sed has nominat, quia ibi vel habitârunt, vel habitaturi erant; & quia illæ in sequentibus vitiosæ erant [b]. ¶ *In legitimis*] i. e. Ritibus & ceremoniis quibus idola colunt [c].

4. *Judicia mea*, מִשְׁפָּטַי] Præcepta judicialia [d]. ¶ *Præcepta mea*] i. e. Mea sola; confer Deut. 6. 13. cum Matt. 4. 10. &c, mea omnia; confer Deut. 27. 26. & Gal. 3. 10 †. ¶ חֻקֹּתַי] Moralia [f], al. ceremonialia, præcepta [g].

5. *Vivet*] Chald. בְּחַיֵּי עָלְמָא, *vitâ seculi*; quod vel ad præsens, vel ad futurum, seculum referri potest [h]. Vitam diuturnam & prosperam hîc [i]; & tranquillam: non punietur à Magistratu, Rom. 13. 3 [k]. *Vitam longam*, Ch. in G. Al. *vivet vitâ æternâ*; sic RS. in F. V. Ma. A. L. Ar. Ità optimus interpres Christus, Matt. 9. 19. [lege 19. 17.] & Paulus, Rom. 10. 5. Qui perfectè Legem impleverit adipiscetur vitam æternam [l]. At quis hoc præstat? Solus Christus. Non ergò vitam possumus consequi justitiâ operum, seu Legis, sed fidei [m].

6. *Ad proximam sanguinis*, אֶל־כָּל־שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ] *Ad proximam (propinquam*, P. D. vel, *propinquum*, M. JT. A. Nomen שְׁאֵר utriusque generis est, & uterque hîc intelligitur, quia est par ratio [n]:) *carnis suæ*, Ch. Sa. *ad omnem propinquitatem carnis*, V. *ad omnes reliquias carnis suæ*, Mo. Ti. q. d. ad partem suæ carnis. Hebræis una cognatio est *una caro*; & quisque illius cognationis, residuum illius carnis [o]. שְׁאֵר ferè idem quod בָּשָׂר [p]. ¶ *Non accedet*, לֹא תִקְרְבוּ] *Non appropinquabunt*, Ma. Nullo accessu propinquo, non amplectendo, osculando, &c [q]. Sed nugatoria hæc est explicatio. Non debet hoc divelli à seq. לְגַלּוֹת תִקְרַב idem est quod תְּגַלֶּה, ait R. Joses Thalmudista [r]. Vox de *congressu* sumitur Gen. 20. 4. Isa. 8. 3. Ezec. 20. 4 †. Non hoc generaliter sumendum, (cum Græcis Christianis, de quibus Basilius ad Diodorum;) sed de iis fœminis quæ comprehensæ sunt verbis sequentibus [t]. Limitationes sequentes videntur communem legem interpretari [v]. Ratio hujus legis, 1. Jus naturale [x]; 2. Jus humanitatis, ut amicitia propagetur [y]. *Habita est ratio rectissima charitatis, ut non in paucitate coarctaretur, sed latiùs atque numerosiùs propinquitatibus crebris vinculum sociale diffunderetur*: Aug. de Civit. 15. 16 †. Ut pax & amor ultra naturales consanguineorum fines extenderetur: Plutarch. in 101. Rom. Quæst [z]. Incestos hos congressus damnârunt Ethnici, ut ex iis docet Cl. Gatakerus. In Calig. *stuprum cum sororibus*, Suet. 4. 24. *Matrimonia contraxerit turpiùs, an tenuerit, an dimiserit, non est facile discernere*; ib. 25. In Nerone, Suet. 6. 5. In Claudio, *Habita incesta talia conjugia ad Cl. tempora,——& vix reperti qui ejus exemplum sequerentur*; Suet. 5. 26. *Omnia impudica, sed non impunita, matrimonia*; Suet. 5. 43. In Agrippina, *Exercita ad omne flagitium patrui nuptiis*; Tacitus Annal. 14. Sic Catullus, *Quid facit is, Gelli, qui cum matre atque sorore Prurit, & abjectis pervigilat tunicis? Quid facit is patruum qui non sinit esse maritum? Ecquid scis quantum suscipiat sceleris?—Nam nihil est quicquam sceleris quod prodeat ultrà, Non si demisso se ipse voret capite*. Sotades ad Ptolemæum Arsinoem sororem ducentem; Εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς, Athen. 14. De his gradibus multa Phocylides,

[Margin, col. 2:] a G. — b L. — c Me. — d Me. L. — † A. — f L. — g Me. — h F. — i Me. E. O. — k Q. in V. — l V. Ma. — m V. F. — n Pi. — o O. — p M. D. — q RR. in Hottingero, juris Heb. lege 188. — r Hotting. ib. — † A. — t G. — v O. ità M. Ma. — x Ma. — y Ma. — † Ga. — z Hammond. in solutione 6 quæst. p. 55.

des, Μὴ περιαγωγὰς ἄλοχον, σὸ τέκνα μιαίνων, &c. Et vestri poetæ (ait Clemens, Pædag. 2. 10.) probra in urbes & domos conjiciunt in quibus libidini indulgent: Μοιχεῖαι παρά σοί τε καὶ ἀνδρῶν μῖξις ἄθεσμος, &c. Laudant item temperantes [a]. Quòd pauca producuntur exempla eorum qui talibus nupserant, non est mirum: Imò verò probabile facit ejusmodi nuptias illicitas habitas fuisse, cùm hæc facta in illis tanquam singularia notata sunt [b]. Apud Barbaros tamen magis frequentia hæc erant quàm apud Gentes politiores. Unde apud Euripidem Hermione Andromachæ, --τοιοῦτον (inquit) πᾶν τὸ βάρβαρον γένος, Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ, μίγνυται, Κόρη τ' ἀδελφῷ· διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι Χωροῦσι· καὶ τῶνδ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος. Ἃ μὴ παρ' ἡμᾶς εἴσφερ'· οὐδὲ γὰρ καλὸν, Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἕν' ἡνίας ἔχειν. Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν Στέργουσιν, ὅστις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει. *Persæ, Medi, Indi, Æthiopes cum matribus & aviis, cum filiabus & neptibus, copulantur.* Hi. ad Jovin. 2. 2 [c]. ¶ *Turpitudinem ejus,* עֶרְוָה] *Nuditatem,* i.e. pudendas partes [d]. Per euphemismum, (vide quæ ad Gen. 9. 22 †.) vel, per antiphrasin [f]. Partes quæ nudæ dedecent [g]. Ideo ἀσχήμονα 1 Cor. 12. 23. ο'. hîc ἀσχημοσύνην [h]. Meton. adjuncti; nam nuditas æstimatur ex aspectu membri genitalis; unde parentes primi subligaculis nuditatem suam tegebant [i].

7. *Patris tui*] Activè accipiunt *nuditatem*; q. d. cum ea quam nudavit pater, i. e. *cum matre*, quod additur expositionis gratiâ: *& matris,* pro, *id est, matris* [k]. Vide v. 8. & 14 †. Al. distinguunt: Neque tu, filia, cum patre tuo concumbas, neque tu, fili, cum matre [l]. Notant esse ellipsin relati, ut Lev. 21. 24. per antithesin statuendam. Lata est lex adversùs nefandos gentium mores. Vide Hi. ad Jovin. 2. 2. & Brisson. de regno Pers. 2 [m]. Persæ matribus & filiabus nubunt; Theodor. qu. 24. Barbaris *pater cum filia, filius cum matre,* miscetur [n]. [Ut suprà ex Gatak. ostendi ad v. 6.] At Gentes non barbaræ hæc damnabant. Catullus *nefanda & impia* hæc conjugia vocat, in Gellium: Ovid. 7. Metamorph. *belluina.* Sed nec camelus vi adigi potest ut matrem ineat [o]. [De quo plura videsis in Auctore.]

8. *Turpitudo patris tui est*] Heb. *Nuditas patris tui ipsa,* Mo. i. e. Eam nudavit & cognovit pater tuus, adeóque indecens est ut tu cognoscas [p]. Ad eum pertinet nuditatem ejus retegere [q]. De noverca intellige [r]. Quia redundat ad ignominiam patris †. Phocylides, Μητρυιῆς μὴ ψαῦε τὰ δεύτερα λέκτρα γονῆος, (i. e. *Cum noverca nè misecaris* [t].)

9. *Sororis*] Tales nuptiæ Romanis morte mulctatæ: Plut. Parall. c. 52 [v]. ¶ *Ex patre, sive ex matre*] Ex altero parente tantùm [x]. ¶ *Domi vel foris genita*] [Ità plerique.] Ex legitimo matrimonio nata, vel extra matrimonium [y]. *Ex patre tuo, aut ex alio viro,* Sy. Sive mater eam genuerit ex tuo patre, sive ex alio matrimonio [z]. *Cognationis domesticæ, aut exteræ,* JT. Domesticæ cognationis sunt liberi ex eodem patre; exteræ verò, ex altero patre nati: nam liberi patris familiam sequuntur [a]. *Quæ genita est à patre tuo ex alia uxore, aut à matre tua ex alio viro,* Ch. Poterat filius putare eam non esse sororem quæ nata esset ex matre antequam facta esset uxor, & domi recepta [b].

10. *Filiæ filii*] Et sic in infinitum in linea recta [c]. Alii tantùm ad quartum gradum extendi volunt. Ità Isidor. Lorin. Caj [d]. ¶ *Turpitudo tua*] i.e. Sunt filiæ ejus cum qua rem habuisti †. Tecum quasi una censetur, quia à te rectâ lineâ descendit [f]. *Nuditas tua,* i. e. ex nuditate tua ortæ sunt [g].

11. *Filiæ uxoris patris tui,* מוֹלֶדֶת אָבִיךָ] *Natæ,* vel *genitæ, patris tui,* Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. Ma. *Cognata patris tui,* JT. Verto, *cognatæ,* &c. Heb. *cognatio patris tui.* Eâdem significatione vox hæc usurpatur v. 9. ubi dicitur *cognatio extera* [h]. Qu. Quomodo differt hæc lex ab illa quæ v. 9? Resp. 1. Eadem est lex, aut certè pars ejus [i]. Vers. 9. omnes sorores comprehendit; v. 11. sorores ex patre & noverca [k]. Vers. 9. agit de sorore ex utroque parente; v. 11. ex alterutro [l]. Repeti volunt ad retundendam licentiam & pronitatem hominum ad connubia cum so-

a Ga.
b Hammondus in 6 quæst.
c Ga.
d Ma. V. G. Me. Pi.
† Ma.
f V. F.
g G. F. V.
h G.
i Pi.
k V. F. O. L. A. Bo.
† A.
l Ità O. Ma. Caj. in Bo.
m Ma.
n La.
o Bo.
p Me.
q A.
r V. F. Wil.
† Wil. ex Caj.
t Ga.
v Wil.
x Ma. Me. L. G. ex Ch.
y V. F. Æ. & veteres He. in F. Di.
z G.
a Jun.
b O.
c T. ad v. 16. Wil. Bo.
d Wil.
† V. Ma.
f Me.
g Pi.
h Pi.
i Q. in Ma.
k Bo.
l L.

roribus non uterinis ineunda. Vide Gen. 20. 18. 2 Sam. 13. 13. Tunc non penitus censebantur illicita [m]. Filiam novercæ intellige v. 11: quæ est quasi soror agnata [n]. 2. Sadducæi vocem מוֹלֶדֶת hîc sumebant de patris privigna, quam pater adoptâsset, quomodo & ילד γεννᾶν sumi vide ad Luc. 3. Sanè & Romano jure vetamur sorores per adoptionem factas ducere, quamdiu manet adoptio: Instit. *de Nuptiis* [o]. Non placet Di. nec Wil. מוֹלֶדֶת proculdubio accipiendum v. 11. sicut v. 9. 3. Vers. 9. conjugium prohibetur filio secundarum nuptiarum cum dimidia sorore ex primis nuptiis: at v. 11. filio primarum nuptiarum cum dimidia sorore ex secundis nuptiis; *cum filia uxoris patris tui,* i. e. novercæ; nam *uxor patris* apud Hebræos descriptio est novercæ. Obj. At hoc ipsum vetabatur v. 9. Ergò ταυτολογία est. Resp. Licèt unum ex altero sequatur, non tamen est prorsus idem. Quia filius secundarum nuptiarum dicere potuit, hæc est filia ejus quam nullâ lege matrem vel novercam agnovi, quippe ante me defunctam: ergò licet ducere. Hoc ergò vetat v. 9. Et quia filius primarum nuptiarum regerere potuisset, filio quidem secundarum nuptiarum non licere eam ducere, quòd hæc illum necessariò ætate vinceret, se verò eam ætate superare; ideo & hoc vetat Deus v. 11 [p]. 4. Videtur hîc Moses dicere, alicujus patris filium non posse ducere in uxorem filiam mulieris illius quam pater ipse in uxorem acceperit ex levirationis vel redemptionis jure; adeò ut filia illa dicatur esse ejusdem cum patre cognationis, & filii illius soror ex illo jure levirationis [q].

12. *Sororis patris*] Objicitur Amrami exemplum: de quo vide ad Exod. 6 [r]. ¶ *Caro patris*] Est consanguinea patris tui, & ab uno parente eâdémque carne decisa †.

13. *Matris*] q.d. Non minus virium maternæ cognationi quàm paternæ agnationi inest [t].

14. *Turpitudinem patrui,* &c.] i. e. Uxorem patrui tui nè ducas [v]. Qu. An ex pari vetatur matrimonium neptis cum patruo vel avunculo? 1. Q. negant [x]. Patet ex praxi Hebræorum & hodie & ante Legem. Nachor duxit Melcham, Abram Sarai, Amram matrem Mosis; singuli neptem ex fratre [y]. Item Othoniel Axam, Jud. 1. 13 [z]. Non prohibetur, quia non exprimitur, cùm cætera omnia tam exactè & minutim describantur [a]. Causa discriminis est, quòd, cùm vir sit caput uxoris, si nepos duceret amitam, subesset nepoti, quod indecens est; decentius autem patruo subesse neptem [b]. [Verùm hæc aliis non satisfaciunt.] 1. Respectus hîc ad propinquitatem tantùm habetur, non ad superioritatem. Non minùs domina potuit servo nubere, quàm dominus servam ducere. 2. Pleraque illa exempla ante Legem erant. Hodie autem Judæi à Lege defecerunt [c]. 3. Ad illud Jos. 15. 17. & Jud. 1. 13. ubi Othoniel dicitur frater *Caleb,* dico; 1. *Frater* erat, i. e. cognatus; maximè cùm *Caleb* ubique filius *Jephone,* non *Cenez,* dicatur. 2. Vel fratres tantùm erant uterini. 3. *Frater* fortè ad *Cenez* referendum, & positum pro *fratris,* vel, *qui erat frater* [d]. 2. Affirmant alii †. 1. Uno prohibito, censentur omnes prohibiti qui sunt in eodem gradu *. Distinctio sexûs non variat casum [f]. 2. Hoc multò magis prohibitum censetur, cùm longè major sit indecentia in consanguineis quàm affinibus ejusdem gradûs; præterquam quòd tota ratio prohibitionis accessûs ad uxorem patrui sit ipse patruus, qui cum ea effectus sit una caro [g]. Claudius nupsit Agrippinæ nepti; &, ad vitandam infamiam, decretum sanxit, licitum cuiquam fore idem facere: nec tamen, præter unum, quisquam illius exemplum secutus est [h].

15. *Nurus,* כַּלָּתְךָ] *Sponsam* sign. à perfectione ornatûs, &c. *Nurum* autem sign. per meton. efficientis: nam, quia virgo aliqua filii mei sponsa fit, nurus mea fit [i]. Pari modo vetantur nuptiæ generi cum socru. Quod etiam Romanis turpe visum, teste Tiraquello [k].

16. *Uxoris fratris*] Ità Phocylides, Μηδὲ κασιγνήτων ἄλοχον ἐπὶ δέμνια βαίνειν, (i. e. *Nè ascendas lectum uxoris*

m Ma. Bo.
n Me. Ang.
o G.
p Di.
q Nebriss. lucub. Frankcal. cap. 6.
r Wil.
† Me.
t Ma. Jun.
v F.
x Ità La. T. ex Caj. & San. &c. Me.
y T.
z La.
a Caj. in La.
b Me. La.
c Ang.
d Bo.
† Ità L. Bo. ex To. Ang.
* Bo.
f Ang.
g Bo.
h Calv. in Wil.
i Pi.
k T.

ris

ris fratris[l].) Excipe, nisi frater moriatur sine liberis[m]. Qu. An licet viro sororem uxoris defunctæ ducere? Resp. 1. Q. affirmant[n]. Probant, 1. ex Deut. 25. 5. Regerunt contrà sententes: 1. Hic casus exceptus ex Lege fuit[o]. Potest Deus cum lege qualibet positiva dispensare, Ham. Solut. sex quæst. qu. 2. Concessit Deus nuptias filiis Adami cum sororibus urgente necessitate[q]. 2. Exceptio firmat regulam in non exceptis. 3. Dispar etiam est ratio. Illud enim Deut. 25. necessarium erat, ut nomen & familia fratris sustentaretur: In nuptiis cum sorore uxoris nullum ejusmodi commodum erat[r]. 2. Urgent Levit. 18. 18. [De quo loco statim.] 3. Aiunt judicialem hanc legem fuisse, nec Christianos obligare. Respondent alii, has leges à v. 6. fuisse inter præcepta filiis Adæ vel Noæ data, ut referunt Hebræi, vocantes hoc præceptum, על גלוי ערוות, *De revelandis nuditatibus*: Et in genere appellant, *De incestu & illicito concubitu.* Tenent He. peregrinos & proselytos his præceptis obligari, quos præcepta tantùm Noæ obligabant. Nuptiæ cum noverca inauditæ inter gentes, 1 Cor. 5. 1.——*thalamos ausum incestare novercæ*, Virgil. Et Charondas hoc infame fecit. Cùm Seleucus voluisset uxorem suam Stratonicem filio Antiocho nubere, verebatur nè offenderetur injustitiâ facti. Lysias de alio, Συνῴκησ ὁ πάντων σχετλιώτατος τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρὶ, (*Duxit miserrimus hominum & matrem & filiam.*) De simili exclamat Cicero pro Cluentio, *O scelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* De eo qui subagitaverat sororem cum detestatione sic loquitur Aristophanes, ——ὡς ἐκίνει Ἀδελφὸς, ὦ Ἀλεξίκακε, τὴν ὁμομήτριαν ἀδελφήν! *Qui ignorans tale quid committeret, cùm compertum esset, voluptatem istam fastidiret*, inquit Aristot. in Polit †. *Turpissimum eorum quæ faciebant (Arabes tempore ignorantiæ) erat hoc, quòd vir duas sorores, & patris sui uxorem, velut successor, assumeret*, ait scriptor Arabicus à Pococho citatus[t]. 2. [Alii has nuptias licere negant.] Quorum rationes sunt hæ. 1. Absolutè hîc prohibitæ leguntur non minùs quàm nuptiæ cum noverca. 2. Et ratio additur, quia *est fratris nuditas*; est una caro cum fratre, nec magis eam ducere quàm sorori licet fratri nubere. 3. Unica ratio horum interdictorum omnium est propinquitas[v]. 4. Concedunt Judæi, etiam Karæi, (qui literam Scripturæ strictissimè sequuntur,) argumentationes in hac materia à pari, vel à fortiori. Ità *matris frater* intelligitur v. 14. & *sororis filia*, licèt non exprimantur. Eadem est propinquitas inter *maritum* & *uxoris sororem* quæ inter *uxorem* & *mariti fratrem*, (cum quo nuptiæ hîc prohibentur.) Rursus, *Sororis maritus* non minùs propinquus est alteri *sorori*, quàm *fratris uxor* alteri *fratri*. Ità utroque modo æstimandi eadem est propinquitas[x]. 5. Conjunctiones hîc æquè prohibentur cum propinquis *affinitate & nuptiis* atque cum propinquis *sanguine*, teste etiam Maimonide[y]. 6. Prohibitio est universalis v. 6. omnium incestarum nuptiarum, quarum quæ sequuntur sunt tantùm quædam exempla. Obj. Restringenda est universalis nota ad principalia hujus loci capita, nempe conjunctiones *cum maribus, bestiis, parentibus, sororibus, & alienis uxoribus*; quibus reliqua adduntur εἰς περιφυλακήν[z]. Resp. Periculosæ sunt hujusmodi restrictiones, ubi lex non restringit, sed verba sæpe repetuntur formâ maximè universali & interminatâ, v. 24, &c. Levit. 20. 23[a]. 7. Improbatæ hæ nuptiæ Ethnicis Arabibus, (de quibus jam dictum[b].) 8. Prohibentur jure civili & ecclesiastico[c].

17. *Et filium filiæ*] Et pro *Aut*, ut alibi sæpe. Vide ad Gen. 13. 8[d].

18. *Sororem uxoris non accipies*, [וְאִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ] *Et uxorem ad* (vel *super*, ο'. Sy. vel *ac*, Ti.) *sororem*, Mo. Ti. A. vel, *cum sorore*, Ch. Sa. M. P. *mulierem cum sorore*, Ar. Q. *sororem* propriè intelligunt †. Jacobo id malè cesserat[f]. *Uxoris sororem eâ vivente nè ducito*, Ca. Sicut acerrima dicuntur esse fratrum odia, sic & æmulationes sororum[g]. Non placet. 1. Cùm dicitur *fratrum gratiam raram esse*, non hoc intelligitur, amicitiam inter eos rariorem esse quàm inter alios; neque hoc voluit Christus, docens Christianos à parentibus & fratribus prodendos, Luc. 21. 16. Imò verò hoc indicium erat charitatem admodum refrigescere, juxta Matth. 24. 12. nec tam significat proximos ad has proditiones aliis proniores esse, quàm contrarium præsumit. 2. Si polygamia licita fuisset, nullàque esset injuria quæ contentionem accenderet, propinquitas amicitiam potiùs firmaret, quàm inimicitias sine causâ induceret[h]. Alii *sororem* exponunt, *aliam quamvis*; *Mulierem* unam ad *alteram nè assumito*, JT. Et polygamiam hîc prohibitam volunt[i]. Ità *Karæi*, sive Judæi *Scripturarii*, oppositi *Thalmudistis*, sive *Traditionariis*[k]. Probant: 1. Quòd vox *sororis* (pariter & *fratris*) ità sæpe sumitur; ut Gen. 26. 31. Exod. 26. 3. Ezec. 1. 9. & 23. & 3. 13. Joel. 2. 8[l]. Ezec. 16. 45, 48, 49. Exod. 16. 3, 15. & 32. 27, 29. Isa. 3. 5. & 19. 2[m]. 2. Connubium cum sorore uxoris suprà v. 16. per analogiam prohibetur[n]. 3. Coactum est & violentum planè; si eas causas quæ hîc exprimuntur aliter interpreteris[o]. Non minùs uxorem affligeret si aliam quamvis, quàm si sororem ipsius, assumeret[p]. Vide 1 Sam. 1. 6. & quæ ad Gen. 4[q]. 4. Nusquam in Lege Dei (nisi hoc loco[r]) polygamia cuiquam interdicitur, nisi Regi, Deut. 17. 17. quam tamen prohibitam statuunt Christus, Matth. 19. 5. Paulus, 1 Cor. 6. 16. & 7. 2. & Chald. paraphrastes ad Ruth 4. 6 †. 5. Polygamia Ethnicis improbata est. Phocylides, Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα. & Euripides, οὐκ ἐπιγαμεῖ πόσει πόσιν, (nempe, *Ulyssis conjux*,) Μένει δ' ἐν οἴκοις ὑμὸς εὐναστήριον. (i.e. *maritum novum priori marito viventi non addidit*[t].) [Aliis autem hæc non placent.] Hanc Caraitarum sententiam reprehendit Peschita[v]: nec immeritò[x]. Quorsum lex illa lata de liberis uxoris amatæ & odiosæ, si non licet duas habere[y]? Lex in Deuteronomio satìs clara est, plures uxores permittens. Accedit optima legis interpres, consuetudo[z]. Vide quæ nos de J.B. & P. 2. 5. 9[a]. In Lege Mosis polygamia concessa fuit*. [Contrà Drusius, jam dubius.] Semper existimavi polygamiam Lege vetitam, sed consuetudine concessam; in qua sententia dubius adhuc animi pendeo & fluctuo: Quæ si recipitur, corruunt quæ scripsi de sorore uxoris[b]. Interdicta erat à mundi exordio (& *jure Divino* & *naturæ*[c];) sed multis Patribus Divinâ dispensatione permissa[d]. Ità optimi quique Theologi †; & ità Caraitæ[f]. Non simpliciter interdictum duas simul habere uxores; sed vetatur, nè qui habet uxorem hoc fine aliam ducat, ut priori ægrè faciat[g]. ¶ *In pellicatum*, sic οἱ ο'. pellicem, [לִצְרֹר] *Ad lacessendum*, Mo. Ti. A. V. *in æmulationem*, M. *ut sit ipsius rivalis*, Ar. *ut sit ei in tribulationem*, Ch. vel, *in afflictionem*, Sa. sim. P. Sy. *quæ res uxori dolorem faciat*, Ca. Hactenus de mulieribus in Lege prohibitis; quibus Scribæ viginti plures addiderunt, [*quas ex iis recitant* F. O. A. *sed quæ ad octo reduci possunt.*] 1. *Avia* est; 2. *Abavia*; 3. *Uxor abavi*; 4. *Uxor avunculi*, aut *patrui*; 5. *Nurus filii*, vel *filiæ*, & *nurus filii filii*; 6. *Abneptis*; 7. *Abneptis uxoris*; 8. *Uxoris abavia*[h]. Personæ quæ hîc contrahere prohibentur his versiculis includuntur.

Nata, soror, neptis, matertera, fratris & uxor,
Et patrui conjux, mater, privigna, noverca,
Uxorisque soror, privigni nata, nurúsque,
Atque soror patris, conjungi Lege vetantur.

Vide Plutarch. in quæstion. Roman. quæst. 6. Conjunge cum hoc capite Institut. *de Nuptiis*, sect. 1. & seq. Vide & Alex. ab Alex. Genial. dierum l. 1. cap. 24[i]. Qu. An hæc connubia sunt jure naturali prohibita? Resp. Q. negant[k]. Al. affirmant[l]. 1. Accedere ad propriam carnem est jure naturali prohibitum. 2. Committere irreverentiam erga illum cui debetur reverentia est contra jus naturale. 3. Gentes non debebant puniri pro eo quòd non est contra jus naturale, quia non tenebantur lege positivâ. Obj. Si ità esset, Cain & Abel non duxissent sorores. Resp. Ibi dispensabat author *naturæ*[m], factum hoc compellente necessitate[n]. Obj. Non peccâssent Abr. & Jacob in legem naturæ. Resp. Lex naturæ tunc temporis non ità explicata erat[o]. Ex comparatione (horum graduum) tres regulæ

Marginal notes (left column): l Ga. — m L. E. Mo. T. Ma. — n Ità L. Mo. F. O. Bo. ad v. 18. — o Wil. — q Ham. sect. 5. — r Ham. sect. 31. — † Ham. ib. sect. 34, 35, 36. — t Ham. sect. 39. — v Ham. sect. 13. — x Ham. sect. 16. — y Ham. sect. 26. — z G. in Ham. — a Ham. ib. sect. 38. — b Ib. sect. 39. — c Ib. sect. 42, 43, 44. — d A. — † Ità L. M. F. O. G. To. Lorin in Wil. — f G. post M. F. V. — g G.

Marginal notes (right column): h Ham. sect. 24. — i Ità A. Ang. Wil. Jun. — k Ham. — l Jun. — m Ham. sect. 18. — n Jun. Wil. — o Jun. — p Ham. sect. 17. — q Wil. Jun. — r Wil. — † Wil. ex Jun. — t Ga. — v D. — x G. — y D. — z G. D. — a G. — * F. V. — b D. — c Ma. — d Ità Ham. sect. 19. & sect. 26. — † Ma. — f Ham. — g Quistorp. — h F. — i Quist. — k Ità Lor. in Wil. — l Ità Wil. O. — m O. — n Wil. ex Aug. — o Wil. O.

regulæ nascuntur. 1. Collateralium inter se conjugia ad quartum usque gradum prohiberi: ascendentium verò rectâ lineâ, vel descendentium, ipso naturæ ordine impediri, ac proinde opus non fuisse ut prohiberentur. 2. Eosdem gradus ascendentium ac descendentium per analogiam prohiberi. 3. Iisdem gradibus viro ac mulieri per analogiam interdici [p]. 4. In quo gradu consanguinitatis distat maritus, in eodem affinitatis gradu uxor removetur; quia vir & uxor sunt una caro. 5. Persona personæ addita per carnis copulam mutat genus, non gradum. 6. Inter consanguineos mariti & consanguineos uxoris nulla est affinitas quæ prohibet matrimonium [q].

19. *Ad mulierem, &c.*] Causæ legis sunt: 1. Ut mulier, quæ fluxu illo jam satis molestiæ & fatigationis habet, libera esset à nova illa mariti molestia. 2. Quòd menstrua vim habent ad inficiendam & tabem inducendam. Vide ad Levit. 15. 7. Ex hoc concubitu proles aut nulla procedit, (semen enim matrice nimis humidâ receptum facilè diffluit,) aut debilis, leprosa, menstruosa [r]. Hinc lex apud Ebræos (inquit Æneas Gazæus) quæ mutili nati patrem lapidibus obrui præcipit, quòd à muliere dum munda esset abstinere se non potuisset †. Qu. An hoc sub Evangelio peccatum est? Resp. Est, sed minus quàm sub Lege, cùm morte mulctabatur, Levit. 20. 10 [t]. & eatenus ceremoniale erat: Jam autem est peccatum veniale [v]. An, quia tum separatur ex lege Levit. 15. 25. hîc ponitur inter ea quæ non cessant, ut umbræ, in N.T? unde numeratur inter ea peccata quæ non figuratæ, sed manifestæ, iniquitates sunt, Ezec. 18. 6 [x].

20. *Nec seminis commistione maculaberis*, לֹא תִתֵּן שְׁכָבְתְּךָ לְזָרַע] *Non dabis accubitum tuum* (vel, *cubationem tuam*, Ma.) *ad semen*, O. Ang. A. (i. e. vel polluendo eam semine tuo; vel, ad semen suscitandum ex ea [y],) vel, *seminis*, Lev. 19. 20. Ità Græci, A. *Nè committito ut concumbas ad semen*, JT. Quòd si hunc actum cœperit tantùm, (retegendo ejus nuditatem,) non autem perfecerit, nec semen effuderit, reus tamen est mortis, & exscindendus à magistratu, juxta Hebræorum canones [z].

21. *De semine tuo*] Ità ο'. Mo. P. 1. Quidam propriè exponunt [a]. Ut sanguine suo sacrificabant idolis, 1 Reg. 18. ità etiam semine [b]. Modus nescitur, nisi forsan immanis aliqua spurcities esset similis ei Gnosticorum, Epiph. hæres. 79 [c]. 2. Alii impropriè sumunt. *Semen*, i. e. liberos. Ità accipiunt Ch. Sa. Sy. Ar. M. Ti. JT. Ca. A. F. V. D. O. Ità exponitur Lev. 20. 2. Deut. 18. 10 [d]. 2 Reg. 16. 3. & 23. 10. & 2 Paral. 28. 3 †. ¶ *Moloch*] A מָלַךְ *regnavit*. ο'. vertunt, ἄρχοντι, q. d. *Regi, Imperatori*. Idolum summum erat & maximum [f]. Erat hic deus Ammonitarum [g]. Patet ex 1 Reg. 11. 7 [h]. & ex 2 Reg. 23. 13. & Jer. 49. 1, 3. & Amos. 1. 15. Non alius fuit quàm *Saturnus*, cui uni ferè inter deos humanas victimas sacrificabant. Euseb. Præpar. 4. 7. Aug. 7. de Civ. Plutarch. in Imperatorum Apophthegmatis, Plato de Legibus. Consentiunt Poetarum fabulæ, quæ referunt Saturnum vorâsse filios, &, nè vagitus puerorum exaudirentur, cymbala & tympanos quati solita [i]. Aliis erat *Jupiter*, aliis *Priapus*, aliis *Mercurius* [k]. Fortè intentio erat *Martem* colere, qui dominatur in ignem [l]. In nominibus septem Planetarum inter Ægyptios Mars dicebatur *Moloch* [m]. ¶ לְהַעֲבִיר לַמֹּלֶךְ] *Ad traducendum Molocho*, JT. sim. M. Ti. V. Ch. O. Ma. Variè accipiunt. [1. Q. sic,] *Nè traducas à Lege Dei ad statutum Moloch* [n]: *ad serviendum Moloch*, Sa. [2. Alii sic,] *Nè traducas per ignem* [o]. Vide quæ ad Deut. 18. 10 [p]. [Modum quo id fieret variè concipiunt.] Q. volunt, infantes combustos. Fuit Moloch imago concava ænea formâ hominis, sed capite vitulino, regiis insignibus in throno sedens, manus protendens, quibus pueros oblatos exciperet, quos etiam adstringebat, donec pyrâ intus accensâ concremabantur [q]. Et, nè vagitus puerorum audiretur, tympana quatiebant [r]. Similem per omnia puerorum carnificinam in insula *Carolena* factitatam docet L. Vives. Dæmon sui similis manet, & semper sitiens humani sanguinis †. Hi impii hypocritæ factum Abrahæ in exemplum trahebant [t].

[p] Jun. [q] VVil. [r] Bo. † D. obs. 3. 20. [t] Bo. Wil. [v] Bo. [x] Aug. in Ga. [y] O. [z] A. [a] L. Caj. in Bo. Q. in Ma. [b] L. [c] Ma. [d] A. † Ma. [f] F. V. [g] Me. F. ex He. V. [h] F. V. [i] Bo. [k] Ma. [l] D. [m] Di. ad Lev. 20. 2. [n] AE. in D. [o] Ità L. Me. T. M. F. V. O. G. A. [p] G. [q] He. in F. & in V. sic L. O. To. [r] Bo. L. † Bo. [t] V.

Credebant propter hoc sacrificium & reliquos liberos à morte servandos, & sibi prospera omnia futura [v]. Al. volunt, pueros non crematos, sed tantùm lustratos & expiatos, & Deo quasi consecratos, transeundo inter duos rogos succensos [x]. Traducebantur per ignem in honorem Moloch [y]. [Al. sic,] Transire faciebant pueros ab uno latere ad alterum (& pater ipse erat qui traduxit) per mediam flammam, donec comburerentur [z]. [De his plura vide ad Deut. 18. 10.] ¶ *Nec pollues*] q. d. Hoc mihi dedecori esset, si, me relicto, coleres idola, &c [a]. ¶ וְלֹא תְחַלֵּל] *Non profanabis, violabis, fistulabis* nomen Dei tui; quasi illatis vulneribus, seu ulceribus, fistulato & perfosso eo. Emphatica significatio [b].

22. *Cum masculo*] Phocylides, Μὴ παρβῆς εὐνὰς φύσεως εἰς κύπριν ἄθεσμον· Οὐδ' αὐτοῖς θήρεσσ' ἄρσην συνευνάδεν εὐνή· Μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο· (i. e. *Nè utaris Venere illegitima; Nec mas cum bestia concumbat; Nec mulieres imitentur concubitum virorum* [c].)

23. *Non succumbet jumento*, לִרְבְעָה] *Ad ei accumbendum*, Mo. *ut succumbat* (vel, *prostituat se*, M. Ti.) *illi*, Ch. A. *ut incubet sibi*, Sa. JT. Propriè, *ad quadrandum se ei*, quadrupedem agendo, ad modum quadrupedis se disponendo, ut brutum, quadrupedem esse existimans, cum ea coeat [d]. Ut de Pasiphae canunt Poetæ. Plerique ad mulierem, sed Hebræi ad animal, referunt. *Ad quadrare (quadrupedare) eam*, vel, *quaternare ei*, scil. mulieri; i. e. ut quadrupes eam ineat †. Phocylides, Μηδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήιον ἐς λέχος ἐλθεῖν [f]. [Exemplum nefandi hujus sceleris vide ad Lev. 17. 7.] ¶ *Scelus est*, תֶּבֶל] *Confusio*, Sa. Ma. G. optimè. Non abominatio tantùm est, ut quæ præcessêre, sed in uterum humanum effusio γονῆς ἀλλογενοῦς, unde portenta nascuntur [g]. Divinæ ordinationis & naturæ confusio & perturbatio est, & facinus confusione dignum [h]. *Nefanda res est*, Sy. *pernicies æterna*, Ar.

24. *Contaminatæ sunt—gentes*] Hoc refer ad postrema illa; aut, si vis, adde & incestus juris gentium. Sunt enim & incestus juris civilis ideo vetiti, nè nimia licitorum vicinitas ad illicita duceret. Vide quæ nos de J. B. & P. 2. 5. 9 [i].

25. *Ut evomat*] Ut stomachus corruptos cibos ferre nequit, sed evomit [k]. Eadem phrasis in Sidonio, Epist. 1. 7. *usque ad inimicorum dolorem devenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exsputus* [l].

28. *Sicut evomuit*] i. e. Certè ac brevi evomet. Loquitur de futuro quasi de præterito propheticé [m].

30. *Custodite mandata mea*, וּשְׁמַרְתֶּם אֶת־מִשְׁמַרְתִּי] *Custodite custodiam meam*; ut Levit. 22. 9. Trahunt hoc Hebræi ad receptas in Lege interpretanda sententias, nè quis ab eis privatæ opinionis amore discedat. Ego potiùs putem hoc innui, non modò servanda quæ juris sunt naturalis, sed & ea quæ, velut antemuralia, interjectu suo jus naturale longiùs à contemptu semovent. Sic apud Christianos Canones προφυλακαὶ vocantur τῶν θείων νόμων, (*munitiones legum Divinarum* [n].)

[v] A. [x] V. [y] Me. [z] K. & RS. in F. [a] Me. [b] Ma. [c] Ga. [d] O. Q. in Ma. † Ma. [f] Ga. [g] G. [h] Ma. [i] G. [k] V. O. [l] Ga. [m] Me. [n] G.

CAP. XIX.

1. LOcutus, &c.] Septima Sectio libri, ab octava voce dicta קְדֹשִׁים [o]. Caput hoc omnia ferme officia hominis comprehendit [p].

2. *Sancti*, קְדֹשִׁים] Segregati ab immunditiis prædictis [q]; & ab omni peccato [r]. קָדַשׁ propriè est *separare*. *Sanctificare bellum*, Mic. 3. nihil aliud est quàm separare homines mactandos, tanquam pecudes ad sacrificium Domini paratas, ut habetur Jer. 12. *Sanctificare jejunium* est, homines separare à cibis †.

3. *Patrem & matrem*] Heb. *matrem & patrem*. Qu. Cur *mater* præmittitur? Resp. 1. Quia naturaliter *pater* magis timetur. Et quia naturaliter mater amatur magis, ideo in *honore*, (Exod. 20. O.) i. e. amore, pater priore loco ponitur [t]. 2. Quòd *matrem* priùs agnoscit infans, ideóque illam priùs vereri tenetur [v]. Quòd puer primum timorem matri impertiatur [x].

¶ *Sabbata*]

[o] V. [p] G. ad v. 2. [q] M. F. [r] Me. † O. [t] G. RS. in F. O. ità R. Bechai, & Rasi. [v] AE. in Muis. [x] Abarb. in Muis.

¶ *Sabbata*] Qu. Cur hoc additum? Resp. 1. q. d. *Etsi moneo ut parentes verearis, si tamen jubeant ut profanes Sabbatum, non audies illos: Nam ego Dominus vester, i. e. tuus & parentum Deus.* Ità Rasi & Bechai & Baal Hatturim[y]. 2. Quòd nisi post parentes puer Sabbatum non cognoscat. 3. Quòd Sabbatum servare dum puer est tenetur, non item alia festa[z]. ¶ *Ego Dominus*] Quorsum hîc additur? Resp. q. d. Vobis faciendum quod ego feci, i. e. cessandum ab omni opere in Sabbato[a].

4. *Nolite converti,* אַל תִּפְנוּ] *Nè vertatis vos.* Postquam, relictis idolis, me Deum secuti estis, nè revertamini ad idola[b]. *Nè convertamini,* Sy, *Nè respicite,* Ch. Mo. ¶ *Ad idola,* אֶל הָאֱלִילִם] Deducunt ex אַל *al, non,* & אֵל *el, Deus;* q. d. *qui non sunt Dii*[c]. Vel, ab *al* geminato, q. d. *omnimodæ—nullitates,* 1 Cor. 8. 4[d]. (Al. *deiculos, deastros,* per contemptum, Q. in Ma.) Vel, est ab *alal vanum esse,* quia res vanæ sunt†. Vel, ab אָלָה *exsecrari,* q. d. *exsecrabilia*[f]. Hoc additur, ut doceat *perinde esse qui libat vinum idolis, & qui violat Sabbatum,* ut habet Talmud[g]. ¶ *Conflatiles*] Synecdoche est, pro omnibus idolis[h].

5. *Ut sit placabilis,* לִרְצֹנְכֶם] Accipiunt, 1. Activè. *Secundùm beneplacitum vestrum,* vel *arbitrium,* vel *voluntatem,* Sa. Mo. JT. P. O. Ma. i. e. voluntariè, ultro, V. sponte vestrâ, F. Ch. AE. in F. 2 Passivè; *ad acceptationem, gratiam,* &c. *vestri.* Ut sint accepta & grata Deo, & vos per ea, &c[i]. Ità accipiunt Sy. Ar. M. Ti. A. Probatur hic sensus ex v. 7. & ex Levit. 1. 3[k].

7. *Profanus,* פִּגּוּל] Rectiùs, *profanum* erit, ut ο'. ἄθυτον, optimè. Irritum erit: nihil tibi proderit. Opposita hæc lex mori gentium, quæ de victimis faciebant περικόμματα, (*edulia minutatim concisa*[l].)

9. *Non tondebis ad solum,* לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לִקְצֹר] *Non consummabis* (vel *finies,* O.) *angulum* (sive *extremitatem,* O. Ca.) *agri metendo,* Mo. Sa. M. G. *Nè prorsus demetito latus* (*margines,* Sy.) *agri,* JT. Non exactè metes terminos agri tui, sed spicas relinques[m], in extremitatibus campi, ubi messis partim conculcatur à transeuntibus, partim à bestiis corroditur; ideóque non est magni valoris[n]. Angulum aliquem relinques indemessum. Is angulus ex moribus erat pars sexagesima[o]. ¶ *Nec remanentes spicas colliges,* ità Ch. וְלֶקֶט קְצִירְךָ לֹא תְלַקֵּט] *Et spicilegium* (*quæ de messione tua deciderint,* ο'.) *messis tuæ non colliges,* Mo. Sa. Sy. sim. P. Alii vertunt, *& collectionem,* &c. F. V. O. Ma. Sic vocant Hebræi spicas remanentes, quòd postea à pauperibus colligantur[q]. *Collectionem,* scil. *totam,* seu fructum, messis tuæ non colliges[r]. Sententia est Hebr. *Qui non relinquit pauperibus collectionem, perinde est acsi vi pauperibus sua diripiat*†.

10. *Neque in vinea—congregabis,* וְכַרְמְךָ לֹא תְעוֹלֵל] *Vineam tuam non racemabis,* Sa. Sy. Mo. M. P. Ti. JT. O. i. e. Vel, *non racemabis omnino,* vel, *non racemabis ad extremitates,* O. *Nec colliges racemos post vindemiam remanentes,* Ch. *Non revindemiabis,* ο'. *nè exactè perquiras,* Ar. *Non dehonestabis,* (*defraudabis;*) aut, *non afficies contemptu,* ornatu suo spolians: quasi injuriâ afficiatur vinea, dum pauperes fraudantur[t]. עוֹלְלִים sunt parvi botri instar infantum[v]. Sunt uvæ singulares, Esa. 24. 13. Obad. 5. à *racemis,* Mic. 7. 1. differentes[x]. ¶ *Et grana decidentia*] Ità Ch. M. nempe, *uvarum,* M. vel *olivarum,* Sy. ¶ פֶּרֶט] *Granum,* Mo. Sa. *grana,* ο'. P. *acinos deciduos,* JT. Ar. *baccas,* O. *acinorum reliquias,* Ti. Sign. singulares baccas avulsas, vel decidentes[y]. Singulare est, sed collectivè sumitur[z]. A *frangendo, cadendo,* dictum[a]. Existimo esse parvos & residuos botros, seu racemos, relictos, uti assolet, post vindemiam[b]. In hac lege comprehenduntur alii fructus in cibum apti, ut *oliva,* Deut. 24. 20[c].

11. *Non furtum*] Furatur non tantùm qui bona suffuratur; sed *qui videt, & tacet, etiam ipse fur est*[d]. ¶ *Non mentiemini,* ità Sa. Sy. Ar. ο'. JT. Ti. לֹא תְכַחֲשׁוּ] *Non denegabitis,* Mo. P. O. Ma. nempe, depositum, G. V. F. M. He. in A. Belg. vel, *veritatem* in deposito, credito, aut quovis debito, Me. *Non falsò negabitis,* A. *nè fallitote,* Ca. Vel, *non deficietis,* (ut Psal. 109.) nempe, à veritate promissa: vel, *non attenuabitis vos* proximo, dicentes vos nihil habere ad subveniendum illi†.

y Muis. z AE. in Muis. a Muis. b O. c M. F. d Ma. † O. ex K. f O. g RR. in Muis. h Me. i Ma. k A. l G. m V. F. n L. o G. q F. V. Ma. r O. † F. t Ma. v F. Ma. x A. y A. Ma. z Ma. a A. b Ma. c A. d He. in F. ità G. † O.

¶ *Nec decipiet,* וְלֹא תְשַׁקְּרוּ] *Nec mentiemini,* O. V. Ma. Ch. *non falletis,* Ma. nempe, poscendo non debitum[f].

12. *Nè polluës,* וְחִלַּלְתָּ] *Et profanabis,* Ma. Vel, לֹא negativa particula repetenda est ex præcedenti membro[g]. Vertunt ergò, *non profanabitis,* ο'. Ch. Sa. M. A. Vel, subaudiendum *ità; & ità polluas,* V. sim. JT. jurando pollues nomen Dei[h]. Hebraismus est, *Nè jurate—& pollues,* i. e. *nè polluas.* Sic in Arabismo, *Nè verbera Zeidum, & irascetur,* i. e. nè irascatur. *Nè nata in aqua frigida, & peribis,* i. e. nè pereas[i].

13. *Non calumniam facies,* ità V. Nihil ab eo exiges per calumniam[k]: לֹא תַעֲשֹׁק] *Non defraudabis,* Ma. Propriè, *Non retinebis quod alteri debes*[l]. עָשַׁק est, nolle reddere rem proximi quæ pervenit ad manus cujuspiam[m]. Non occupabis socium tuum invitum in ministerio, nec detinebis bona ejus[n]. *Non per fraudem opprimes,* A. ¶ *Nec vi opprimes,* ità A. O. Ch. Ar. לֹא תִגְזֹל] *Non rapies,* Ma. Sa. Romani *vim bonorum raptorum* vocant[o]. Non vi alicui sua auferes[p]. ¶ *Opus*] i. e. Merces, vel pretium operis[q]. Ità exponitur Deut. 24. 15. Sic Psal. 108. 20[r]. ità Job. 7. 2. Jer. 22. 13†.

14. *Surdo*] Quia valde inhumanum est, ei qui se defendere nequit injuriam irrogare[r]. ¶ לֹא תְקַלֵּל חֵרֵשׁ] *Non levifacies* (*vilipendes*) *surdum,* Ma. post O. *Nè afficias injuriis,* Ar. vel *contumeliis,* Sy. ¶ *Cæco*] Comprehendit hæc lex omnes qui mala dant consilia, præsertim simplicioribus[v].

15. *Non facies iniquum,* לֹא תַעֲשׂוּ עָוֶל] *Non facietis injustitiam,* Ma. *iniquitatem, stultitiam,* O. sive testes, sive judices, in ullius causa. Vide infrà v. 35[x]. ¶ *Nec injustè judicabis*] Ità ut sententia per errorem juris non controversi à judice lata revocari ab ipso posset[y].

16. *Non eris criminator,* לֹא תֵלֵךְ רָכִיל בְּעַמֶּיךָ] *Non ibis,* vel *incedes,* (vel *eris,* Ch.) *detractor* (*calumnians,* Ar. *dolo,* ο'. *veluti fraudulentus,* M. *mercator,* Ti. *criminator,* Ch. *delator,* vel *explorator,* Ma.) *in populos tuos,* Mo. Ch. A. sim. Sy. JT. (*per populares tuos,* JT. *in gente tua,* ο'. *in populo tuo,* Ch.) רָכִיל propriè est *mercator*; indè *delator,* vel *detractor*: Quia, ut ille merces huc illuc defert lucri causâ, ità hic levitate aut curiositate[z] omnia explorat, ut habeat quod aliis dicat. Delator distrahit verba, ut mercator merces. Q. רָכִיל exponunt qu. רָגִיל, (mutato ג in כ,) à רָגַל *cursitare, explorare*[a]. *Mercator* pro impostore ponitur, quia illi frequenter technis homines circumveniunt[b]. De hac voce vide ad Jer. 9. 4[c]. Ch. sic legit, *Non comedas placentas in populo tuo.* Sensus est, Non parasiteris. Non agas adulatorem & delatorem ventris causâ. Vel sic, (ut alii,) *Non comedas accusationes,* i. e. Non fruaris, vel delecteris, iis[d]. ¶ *Non stabis contra sanguinem proximi*] Ità Sa. M. P. O. *nè insurgas,* Ar. *non instabis,* JT. ο'. ἐπιστήσῃ, (vel, ut alii codices, ἐπισυστήσῃ, non *conjurabis,* Nobil.) *contra sanguinem socii tui,* Ch. Mo. i. e. Nè fueris causa cædis illius†. Nè junge te sanguinariis hominibus[f]. Nè patieris innocentem per vim (à latronibus, vel bestiis, vel aqua[g], aut judicii specie[h]) interimi, si eum liberare auxilio (aut testimonio[i]) possis[k]. Ità Moses de Kotzi, Maimonides, & alii[l]. Hebræi dicunt, *Quicunque liberare potest proximum suum aliquo membrorum suorum, & non facit, perinde est acsi sanguinem fundat*[m]. Dicitur, *Non stabis,* quoniam qui aliquem ad mortem damnabant stantes primos lapides in reum mittebant[n].

17. *Non oderis fratrem*] Hæc lex sequitur eam de cæde, quoniam *qui oderit fratrem est homicida,* 1 Joh. 3. 15[o]. *Non oderis*; ut ultioni privatæ studeas extra casus permissos[p]. *Fratrem,* i. e. quemvis, Matt. 5. 44. ¶ *In corde*] i. e. In mente, aut *cogitatione,* ο'. in A. quæ est effectus cordis, Luc. 1. 51. Sic Col. 1. 21. *inimici in eorum mentibus.* Et *cor,* Jer. 31. 33. pro *mente,* Heb. 10. 16[q]. ¶ *Sed publicè argue,* הוֹכֵחַ תּוֹכִיחַ] *Arguens* (*arguendo,* V.) *argues,* Ch. Ma. V. *corripiendo corripies,* Sa. Quia odium ex offensis nascitur, jubet eas arguere, non propter eas odio habere[r]. Hinc patet præceptum dilectionis inimicorum fuisse in veteri Lege; nempe, correptio fraterna est actus dilectionis, sive

f G. V. g P. in Di. V. O. h O. i Di. k V. l G. m F. ex He. n O. o G. p F. ex He. q V. O. & Ma. ità ο'. in A. r Ma. † A. r Me. v G. RS. in L. x Ma. ex Jun. y G. z Ma. a F. ex He. b Q. in Ma. M. c V. d F. † V. Ma. f He. in F. g M. F. h G. i G. k G. M. F. ità He. in M. l G. m F. n Q. o A. p G. q A. r A.

sive charitatis †. Nè odium foveas occultum, sed, si in aliquo læsus es, & jus tuum prosequi velis, palàm per Judices cura ut tibi satisfiat[t]. הוכח est, *coràm arguere, argumentis contradicere, disceptare*[v]. Ità Job. 13. 3. & Esa. 1. 18. Opponitur & *adulationi*, Prov. 28. 23. & *odio* per silentium enutrito, hîc, & 2 Sam. 13. 22[x]. ¶ *Nè habeas super illo peccatum,* ולא תשא עליו חטא] Variant. 1. *Non levabis* (seu *portabis*, O. seu *feras*, Sa. Mo.) *super illum peccatum*, O. Ma. i.e. Non impingas illi falsum crimen; vel, non peccabis contra ipsum[y]. 2. *Non suscipies* (vel *accipies*, ό. vel *portes*, Ar. M. Ti.) *propter illum*, vel, *pro eo, peccatum*, ό. Ch. Sy. Ar. M. Ti. A. Pi. *nè hinc peccatum luas*, Ca. *Peccatum*, i. e. pœnam peccati, quòd officium neglexisti, &c. Ità Chazkuni, qui confirmat ex Psal. 44. עליך, *propter te occidimur*. Hoc propriè & usitatè verba significant, ut postea Lev. 22. 9. Num. 18. 32[z]. 3. *Non feres* (*sufferes*) *super eum* (vel, *in eo*, JT. Belg.) *peccatum*; i. e. non patieris ut maneat super ipsum peccatum, sed correptione amovebis[a]. Fit hoc, vel, non corripiendo; vel, non rectè & amanter, sed amarulenter & ad probrum, corripiendo: Et sic He. accipiunt[b]. Non argues eum verbis duris usque ad confusionem faciei suæ; licet tamen ad pallorem vultûs publicè confundere, si secretò admonitus noluerit resipiscere: RR. Præcept. neg. 6. Plutarchus de fraterno amore, οὔτε ἐφιέναι δεῖ τοῖς ἀδελφοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὔτε πάλιν ἐπεμβαίνειν· τὸ μὲν γὰρ ἐπιχαιρεκάκου ἐστὶν, ἐκεῖνο δὲ συναμαρτάνοντος· (*Neque indulgendum fratribus peccantibus, quod esset gaudentis de ejus malis; nec insultandum, quod esset peccatum adjuvantis:*) ἀλλὰ κηδομένῳ καὶ συναχθομένῳ χρῆσθαι τῷ νουθετεῖν· (*corripiat cum solicitudine, & tanquam ferens partem oneris*[c].) *Nè dissimulato in eo ullum peccatum, quod non corripias*, Q. in Ma. 4. *Non elevabis super eum peccatum.* Sensus triplex. Vel, 1. non morâ tuâ, aut cessatione redarguendi, crescere aut augeri facies ejus peccatum. Vel, 2. *non elevabis*, i. e. non extenuabis, sed justè & seriò gravitatem peccati illius expendes, ut agnitâ culpâ faciliùs resipiscat[d]. 3. Privatim corripies, non publicè, ut pudefacias; i. e. *inter te & ipsum*, ut Matt. 18. 15. Tum enim peccatum proximi *deprimitur* & tegitur: at quum palàm fit, elevatur quasi super ipsum. Ità R. Mikotsi ad Præcept. neg. 5 †.

18. *Non quæras ultionem,* לא תקום] *Non ulciscêris*, Sa. Ma. *Non vindicabis*, Ma. נקם est, beneficium, sive rem petitam, negare alicui, vel quia is prior negavit[f], vel ob injuriam acceptam[g]: נטר est, præstare officium, sive beneficium, sed cum improperatione quadam[h]. ¶ *Nec memor eris injuriæ*, ità V. Ti. לא תטור] *Non observabis*, Sa. Ma. Mo. i. e. non curiosè inquires in vitam & mores eorum[i]. *Neque observabis* (vel *servaveris*, Sy.) *inimicitias*, Ch. Sy. *non irascêris*, ό. *nè observes* injuriam, M. *Nè asservato*, sub. *odium*, Ar. P. O. vel, *iram*, JT. A. Notant נטר *servare* sumi plerumque in malum; *observare ad vindictam*[k]. נטר est *servare* iram, Nahum 1. 2. Jer. 3. 12. Videtur de iis dici qui videri volunt remittere injurias, sed non oblivisci[l]. ¶ *Civium,* את בני עמך] *Filios populi tui*; Ma. Eorum qui Legi subjecti vivunt[m]. ¶ *Diliges amicum,* לרעך] *Proximum*, P. in E. *socium*, Mo. in E. Qu. Quis proximus? Resp. 1. De Legi subjectis in Lege sumi solet; ante Legem, de quovis homine, ut Gen. 11. 3. Exod. 2. 13. & 11. 2. Nimirum, crescente hominum multitudine & malitiâ, leges scriptæ sunt quæ civibus saltem consulerent; interdum & iis gentibus quibuscum necessaria erant commercia. Vide quæ Hermachus apud Porphyrium l. 1. de Abstin. ab animalibus[n]. 2. [Alii largiùs sumunt.] *Proximus* (*propinquus, socius*) est quivis alius[o]; etiam inimicus. Quod patet, 1. Quia in hoc capite de advena quoque dicitur, *diligetis eum quasi vos*. 2. Ex Lev. 20. *Si mœchatus—cum uxore alterius, & cum conjuge proximi*. 3. Ex Exod. 23. *Si occurreris bovi inimici*. 4. Ex parabola Luc. 10. de eo qui incidit in latrones[p]. 5. *Proximum* hujus loci, & πλησίον Matt. 22. 39. exponit Paulus τὸν ἕτερον, Rom. 13. 8. 6. Ità K. ad Ps. 15. *non fecit proximo; Proximus* (ait) *est quibuscum nobis res est*. 7. *Sociæ ejus*, Est. 1. 19. Jo. vertit ἑτέρᾳ. 8. Huc refer, *vir ad socium*, passim, pro, *alter ad alterum*. 9. Ità

[Margin: † E. — t Me. — v Ma. A. — x A. — y O. — z A. — a Q. in Ma. ità Ang. — b A. — c Ga. — d Ma. — † Di. — f F. ex M. — g G. — h He. F. M. D. G. — i Ma. — k Ma. — l A. — m G. — n G. — o D. Bo. — p E.]

Patres. *Proximus est omnis homo homini*; Aug. quæst. 3. 73. *Proximum omne genus hominum accipimus*; Hi. in Zac. 8. 16[q]. Vide ad Matt. 5. 43. Levit. 20. 10. Eph. 4. 25[r]. ¶ *Sicut teipsum*] Non æqualitatem, sed similitudinem, notat †.

19. *Leges omnes custodite*] Præmittitur hoc, nè sequentia mandata, quæ exigua videri possent, neglectui essent. Vel, ut *statutum*, sive *decretum*, quandoque sign. constitutionem Dei in natura rerum, quâ eas intra terminos & limites suos coercet, Job. 26. 10. & 38. 33. Psal. 148. 6. Prov. 8. 29. idem hîc significare potest, nè naturalia Dei instituta de distinguendis rerum speciebus perverterentur[t]. ¶ *Jumentum tuum*, &c.] Q. volunt has tres leges non literaliter, sed symbolicè, intelligendas, nempe, ad prohibendum novitates & discordias[v]. Probant; quòd mulos Judæi habuerint, qui ex equa & asino generantur[x]. Resp. Muli isti vel casu geniti, vel aliunde adducti[y]. Mulos gignere, & mulas parere, maximè in Syria, testantur Aristot. Hist. anim. 6. 24, & 36. Plin. 8. 44. & alii *. Præterea, quamvis heterogenea copulare nefas fuit, fœtus tamen qui ex eis nascebatur ad usum (vel etiam ad esum) concessus fuit[z]. ¶ *Jumentum*, &c. בהמתך לא תרביע כלאים] *Animal tuum non facies coire* (vel, *accumbere*, Mo. vel, *quadrare*, O. Ma. nam super quatuor pedes se disponunt ad coitum[a],) *mixtim*, O. Sy. Ti. vel, *promiscuè*, M. vel, *promiscuis*, Mo. *ex duabus heterogeneis*, vel *diversis, speciebus*, Ar. Sa. BA. Vox כלאים Æthiopicæ est originis, & in illa lingua sign. *duplicem, geminum, duos*[b]. Ratio legis: 1. Congressus animalium Deus honestè fieri voluit, non contra naturam[c]. 2. Nolebat Deus animalium species confundi[d], sed ordinem in quo creata sunt servari †. 3. Nè Hebræi, talia curantes & spectantes, similia discerent & imitarentur[f]. Hinc traditio seu præceptum erat apud Judæos, (inquit R. Moses,) ut homines avertant oculos ab animalibus coeuntibus[g]. ¶ *Agrum*, &c.] Ità & *vineam*, Deut. 22. 9[h]. Notandum, talium non esum, sed tantùm seminationem, prohiberi[i]. Ratio legis: 1. Utrâque mixturâ usos ad multa magica Ægyptios notat Maimonides[k]. 2. Ut commendaret Deus simplicitatem in victu & vestitu[l]. Hæc & sequens lex commendant ἀκίβδηλον, (*sinceritatem*[m].) 3. Ut novitatis & confusionis ansam præcideret[n]. 4. Ad detestandam omnem avaritiam, ex nimis crudeli plurium simul fructuum exactione[o]. 5. Ad vetandum schismata[p], discordias & hæreses[q]; *simultates & odia, ut inter eos sit unitas perfecta & charitas*[r]. Et egregiè conjunxit duo interdicta, nè commisceantur ἑτερογενέα, nè dividantur ὁμογενέα †. 6. Quia unum semen alterum impedit & suffocat. Hanc rationem dat Deus Deut. 22. de vinea non alio semine serenda, *Nè & sementis——& quæ nascuntur——sanctificentur*; i. e. nè polluantur, non tam *legaliter*, quàm *physicè*; i. e. nè corrumpantur & perdantur: sic etiam ab iis abstinendum erat tanquam à rebus sanctificatis[t]. ¶ *Veste ex duobus textâ,* ובגד כלאים שעטנז] *Et vestis intermixturarum* (sive, *ex commixtione*, Ch. *mixta*, Sy. *ex diversis speciebus*, Sa. *duorum generum*, JT.) *lanæ & lini*, Mo. Ch. sim. Ar. P. Ti. O. A. vel, *adulteratum*, ό. Sa. sive, *variegatum*, Sa. vers. sive, *variè commixtum*, JT. *vestes mixtas & diversas*, Sy. כלא est *prohibere*, F. O. vel *claudere*, O. Hinc כלאים significat vel, propriè, *prohibitiones*[v], *diversa genera prohibita* seminum, vestium, animalium[x]; vel, *mixta*, quia in mixto unum alteri inclusum sit[y]. Significat hæc vox duas diversas species inter se mixtas[z]. Aiunt duale esse[a]. ¶ שעטנז] Hæc vox per appositionem addita significat vestem ex lana & lino[b]. Sic explicatur Deut. 22. 11[c]. [Plura videsis in auctore.] Sic Romani credidere, si Flaminica inventa esset tunicam laneam lino habuisse consutam, ob eam causam piaculum esse commissum: Serv. ad ult. Æn. Commendat τὸ ἀκίβδηλον[d]. Componitur ex שוע, O. V. F. vel שעע, ut alii, M. Ma. voce Chaldæâ, Ma. quod est *lenire*, (& *polire*, F. M. vel, *lævigare*, vel, *pexere*, Ma.) & טוה *filare*, F. Ma. O. vel, *nere*, V. M. & נוז *torquere* (vel, *inteterxere*, Ma.) *fila*, V. O. sive *texere*, M. F. sive *retorquere*, M. Unde exponunt, *vestis in mixtura, pectinata, neta,*

[Margin: q D. obs. 7. 12. — r Ga. — † Wil. Bo. Me. — t A. — v Caj. in Bo. He. in La. — x La. Bo. — y Me. — * Bo. T. — z He. in BA. 1. 2. 22. 246. — a O. — b BA. 1. 2. 22. 244. — c Me. ex La. — d La. Me. Wil. T. — † A. — f Me. La. ex Th. T. ex Ph. — g La. — h G. — i M. — k G. — l Me. La. — m G. — n La. — o T. — p He. in G. — q T. — r F. & M. ex He. — † G. — t Bo. — v M. — x F. — y O. — z Di. M. — a Ma. — b V. M. F. He. in G. — c BA. 1. 486. 70. — d G.]

neta, torta, vel *intertexta,* &c. Aliis est vox exotica †. Ni fallor, Ægyptiaca [f]. Nomen vestis Ægyptiacæ, vel alterius gentis, cum quibus Judæos nè vestibus communicare Deus voluit [g].

20. *Coitu seminis*] i.e. Coitu quo fit seminis commixtio, ut excludat modos innaturales [h]. ¶ *Nubilis,* נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ] *Desponsata* (vel *addicta,* M. vel *reservata,* ο'.) *viro,* Mo. Ch. Sa. Ar. P. Ti. A. He. in M. V. G. Quæ non est libera uxor, sed concubina [i]. Quæ partim serva est, partim ingenua. Confer Exod. 21. 8 [k]. *Destinata viro,* Ca. *empta ab ipso viro,* Sy. *despecta cuique,* JT. *probris affecta,* aut *despecta, à viro:* חָרַף est *probris afficere* [l]. *A viro corrupta & vitiata,* F. Quæ violata est, nec tamen ducta in uxorem [m]. Al. *suspectæ pudicitiæ;* à חֶרְפָּה, quod *opprobrium & ignominiam* significat [n]. i.e. Quæ sit in potestate alterius cum jactura famæ [o]. ¶ *Non redempta*] De quo vide ad Exod. 21. ¶ *Nec libertate donata,* אוֹ חֻפְשָׁה לֹא נִתַּן לָהּ] *Aut libertas* (*manumissio,* O. Ma.) *non data ei,* O. Ma. V. i.e. libellus libertatis ejus [p]. [Sic Onk. *neque libellus libertatis datus est ei.* Ità subintelligit סֵפֶר, quod genere congruit cum נִתַּן.] Al. sic; *nec libertate donata,* (ut חֻפְשָׁה sit particip.) *non detur ei,* scilicet *libertas* [q]. [Quibusdam ה in חֻפְשָׁה est affixum, vertúntque, *libertas ejus non data est ei,* deficiente Mappik, ut sæpe. Ità Buxtorf. in Lexico.] ¶ *Vapulabunt ambo,* ità Hi. P. בִּקֹּרֶת תִּהְיֶה] *Flagellatio adhibetor,* vel *erit,* JT. A. *vapulatio,* aut *verberatio, erit;* nempe, loris bubulis, (quod בָּקָר indicat [r].) Sed quis verberandus? Resp. Q. ad utrumque referunt; *Animadversio,* vel *inquisitio, erit eis,* ο'. Mo. Ti. Ma. sim. Sy. Ca. D. Sequitur enim, *Non mulctabuntur morte* *. Aliter alii; *puniatur ad exemplum,* Ar. *vapulabit ipsa,* Ch. O. non *ipse* [t]. Quam interpretationem in praxi sequuntur Judæi [v]. *Ipsa,* &c. nam vir victimâ expietur, ut jam dicetur [x]. Alii vertunt, *discretio erit,* O. i.e. *discernetur causa* apud Judices; unde ο'. ἐπισκοπὴ, *consideratio,* Ma. *Inquisitio* (*inspectio, visitatio,*) *erit,* Ma. nempe à magistratu [y]. Alii, *dimissio* (*libertas, liberatio*) *erit,* V. Ma. ut בִּקֹּרֶת sit pro הֶפְקֵר (ב pro פ posito) *dimissio* Rabbinis [z]. Exponunt, vel, 1. *Libera est, cuivis eam ducere volenti exposita est* [a]: vel, 2. q.d. Dimittantur, non occidantur [b]. ¶ *Quia non libera*] Et ideo non habebat unde offerret pro peccato suo, quia quicquid habet est domini sui [c]. Ancillarum nuptiæ non plenè nuptiæ sunt, nec sponsalia plenè sponsalia; Maimonides [d].

23. *Auferetis præputia*] Ità P. Non placet. עָרֵל non est *præputium auferre,* sed potiùs, *habere, facere* †. ¶ וַעֲרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ אֶת־פִּרְיוֹ] *Et præputiabitis* (*amputabitis,* Sa. *habebitis pro præputiato,* A. *circumcidetis*) *præputium ejus, fructum ejus,* Mo. Ma. P. vel, *&* (vel *nempe,* F. D.) *fructum ejus,* O. *Omnino putabitis præputium ejus, præputium fructûs ejus,* JT. *Fructus ejus erit vobis prohibitus,* Ch. simil. Ar. *fructum profanum habeto,* Ca. vel, *censebitis acsi præputium haberet,* Ti. Alii τὸ *fructum* sequentibus annectunt: *Fructus ejus 3 annis immundus erit;* ità ο'. Exponunt, 1. Non decerpatis, nec colligatis, sed crescere sinatis & relinquatis [f]. *Obturabitis obturationem, præputium, fructum, ejus;* i.e. arborem obturatam & præputiatam habebitis; i.e. immundam censebitis & fructus, ut immunda præputia, in arbore relinquetis [g]. Quicquid superfluum est & auferri dignum He. *præputium* vocant [h]. *Præputiatum* hîc est abominabile & reprobatum, quale præputium erat [i]. Hunc sensum sequuntur RS. M. Cl. Ti. Aven. & Buxt [k]. 2. *Præputiabitis,* h.e. decerpatis & abjiciatis fructum ejus, tanquam hominis præputium excisum [l]. Fructus, ceu impuros, decutietis [m]. Hunc sensum amplexi sunt ο'. Ch. P. V. JT. & alii [n]. Ch. ad verbum, *elongando,* vel *removendo, removebitis fructum ejus* à vobis, ut rem immundam; non colligatis, nec vescamini [o]. Ratio legis erat, 1. Proderat hominibus [p]. Fructus trium primorum annorum erant noxii & insalubres [q], aquosi & indigesti [r]. Multa præcepta valetudini consulunt †. 2. Proderat & ipsis arbusculis. 3. Et Deo, cui primitiæ fructuum debentur, non decebat offerri quod intempestivum at-

† Ma. — f G. — g Ma. — h O. — i F.V. — k Q. in Ma. — l O. — m Ma. — n V. — o Ma. — p V. — q Ma. — r F.V.G. D. — * D. — t RS. Onk. & Jon. in D.G.O. — v D. — x G. — y V. — z F. — a Ma. — b F. — c L. — d G. — † O. — f F. — g Ma. — h F.G. — i O. — k Ma. — l F. — m Ma. — n Ma. — o F. — p Ph. in T. — q AE. in F. G. — r Me. — † G.

que imperfectum adhuc esset [t]. 4. Oppositum hoc moribus idololatrarum [v]. Hi tales fructus tanquam primitivos diis suis, ut gratissimos, offerebant [x]. ¶ *Immunda,* יִהְיֶה לָכֶם עֲרֵלִים] *Erit vobis præputiati,* (singulæ arbores erunt præputiatæ;) vel, *præputium,* ut collectivè sumatur, sicut בְּתוּלִים *virginitas,* נְעוּרִים *juventus* [y]. *Erit præputia,* O.

24. *Sanctificabitur laudabilis Domino,* קֹדֶשׁ הִלּוּלִים לַיהוָה] *Sanctitas laudum Domino,* Mo. P. A. O. Ma. V. *sanctitas & laus Domino,* Sy. *sanctus laudabilis Domino,* ο'. M. O. *sancta res laudationum,* JT. i.e. separatio ad laudes Domini, O. Consecrabitur Domino in laudem ejus, V. Ma. Me. F. Laudabatur Deus tali munere [z]. *Sanctificatus laudantibus coram Domino,* Ch. nempe, quia cedebat sacerdotibus [a]. Non placet Bo. Dabatur hoc in epulum orphanis & viduis & amicis [b].

25. *Congregantes,* לְהוֹסִיף לָכֶם] *Et licebit vobis congregare* fructum, F. vel potiùs, *ad addere faciendum vobis,* V. F. Ma. O. i.e. ut multiplicet proventum [c].

26. *Non comedetis cum sanguine,* עַל הַדָּם] *Super sanguinem,* Ch. Sa. Mo. Ma. i.e. carnes quarum sanguis non est effusus; nempe, suffocata [d]. In hoc peccârunt Israelitæ 1 Sam. 14. 32 †. Hoc antea disertè non erat prohibitum, sed tantùm nè sanguine vescerentur [f]. [Al. sic,] Victimæ vetantur edi quamdiu sanguis è pelvibus effusus ablatúsque non est. Ità Jonathan & Maimon. (& Thalmudici in D.) Causa vetandi, quòd profanæ nationes apud sanguinem epularentur, eum pro alimento dæmonibus esse putantes. Qua de re vide Νεκύιαν Homeri [g]. Scribunt quidam Israel. in Ægypto sacrificia obtulisse dæmonibus שֵׂדִים, & eorum reliquias juxta effusum sanguinem comedisse, ut dæmonas placarent [h]. [Al. sic;] Non comedatis de carnibus sanctificatis, antequam sanguis earum sparsus & fusus sit super altare [i]. ο'. vertunt, ἐπὶ τῶν ὀρέων, D. Pro הַדָּם, legebant הֶהָרִים [k]. Alii Græci, ἐπὶ τοῦ δώματος, *super domum.* Mos sacrificandi & victimas edendi in locis excelsis antiquissimus est, ut & Abrahami historia nos docet, & Strabo: Vetitus autem lege, ad impedienda schismata †. Sed fortè legendum τοῦ αἵματος [l]. [Al. sic;] Non comedetis in loco ubi de sanguine fundendo tractatur [m]. ¶ *Non augurabimini,* ità ο'. Ch. Sa. Ma. Sy. *per animal alatum,* Sy. ¶ לֹא תְנַחֲשׁוּ] *Non exercebitis magiam,* aut, *magicam divinationem,* Me. L. Ti. Significat vox Hebræa, & Græca οἰωνίζεσθαι, (ut ο'. reddunt,) & Lat. *augurari,* non ex origine, sed ex usu, omen qualecunque captare, putà ex sternutatione, ex oculi subsultu, ex corrigia rupta, ex nomine hominis qui nobis occurrit [n]. Q. volunt superstitionem aliquam prohiberi, vel per *serpentes,* (vide ad Gen. 3. 1.) vel per *pelves.* (De *Divinatione ex pelvibus* vide Plin. 30. 2. Buleng. de Divinat. 3. 5.) נַחַשׁ est & *serpens,* & *æs* [o]. Non video cur נָחַשׁ (quod à serpentibus duci palàm est) ad ὀρνιθομαντείαν referant interpretes potiùs quàm ad ὀφιομαντείαν, cujus plurima exempla exstant, Homer. Il. 2. Virgil. Æneid. 2. Valer. Max. 1. 6. Cicer. l. 1. de Divinat. Horat. Od. 3. 27. Unde & serpentes οἰωνοὶ dicuntur Hesychio [p]. Q. vertunt, *non ominabimini,* Mo. *nè utemini conjectationibus,* JT. Al. *non curiosè observabitis,* Ma. *non experimentum sumatis.* Hoc fit, juxta Hebræos, cùm aliquis sibi constituit signum, ut Gen. 24. & 1 Sam. 14. Jonathan dicit, *Si sic dixerint—ascendamus.* RR. vocant eos augures qui observant *mustelam, aves, stellas,* &c [q]. qui divinant *ex buccella ex ore cadente, ex baculo è manu cadente, ex filio retrorsum eum vocante, ex corvo clamante ad illum, ex servo transeunte, ex serpente à dextris ejus, ex vulpe à sinistris ejus;* quíque dicit, *Nè auspiceris hodie, est Novilunium, est finis Sabbati* [r]. ¶ *Nec observabitis somnia,* לֹא תְעוֹנֵנוּ] Vox deducta vel à עַיִן *oculus,* vel à עָנָה *respondere,* vel à עָנָן *nubes* †. Vertunt, *Non divinabitis,* aut *prædicetis, futura,* nempe ex aspectu rerum cœlestium [t]. *Nè ominemini,* Ar. *nè vaticinemini,* Sy. *nè utamini divinatione,* Ca. *neque ex nubibus conjicite,* Jun. Al. *& non obnubilabitis* oculos intuentium præstigiis [v]. *Non præstigiabimini,* Mo. sim. JT. *Non temporabitis,* vel, *non observabitis tempora,* vel *horas,* Ch. M. à עוֹנָה *tempus, hora;* de quo Exod.

t Ph. in T. — v Maimon. in G. — x L. — y Ma. — z O. — a L. ità AE. in A. — b T. Jo. in Bo. — c F. ex AE. V. — d F.V.O. — † F.O.Bo. — f Bo. — g G. — h F. — i F. — k Bo. — † G. — l Nobil. — m M.F. — n G. — o Ma. — p BA. 1. 11. 3. 21. — q F. — r K. in F. — † F. — t V. — v Ma. ità O.

Exod. 12. 10. Non placet [x]. Dictio hæc tempus nusquam significat [y]. *Non oculabitis, oculis observabitis*, horas, dies, tempora negotiis agendis idonea, ut faciunt genethliaci; de quibus Paulus Gal. 4. 10 [z]. Non hunc diem pro *fausto*, illum pro *infausto*, habebitis [a]. Vide ad Deut. 18. 10, 11 [b]. Forsan *oculare* est, aspectu oculorum nocere, *fascinare* [c]. ο'. vertunt, ὀρνιθοσκοπεῖν, quod ad *auspicia* pertinet. Deus per *somnia* voluntatem suam sæpe significavit; non autem per illa omina, aut per auspicia [d].

27. *Neque in rotundum attondebitis comam*, sic Ch. לא תקפו פאת ראשכם] *Non rotundabitis (circumdabitis*, Sa. A. Pi. scil. novaculâ vel forfice, ad tondendum, Pi. *attondebitis*, M. nempe, *in circuitu*, P. Ti.) *angulum (regionem*, Aq. in Nob.) *capitis vestri*, Sa. Mo. A. BC. 1. 16. 389. i. e. angulos, BC. *Nè circumcidite pilos ad latus capitis*, JT. *Neque abjiciatis duos angulos capitis*, Ar. *Nè nutriatis comam capitis*, Sy. Exponunt, 1. Non attondebitis in rotundum comam, finem capillorum vestrorum †. *Angulos capitis* Hebræi vocant tempora, quæ sentiunt non ità tondenda esse post aures, ut eorum rasura fronti æquetur, & caput sphæræ (vel hemisphæræ [f]) habeat figuram [g]. Faciebant hoc Gentiles, ut patet Jer. 9. 26. & 25. 23. & 49. 32 [h]. præsertim Ægyptii. Radulphus asserit Gentiles, cùm se Dæmonibus consecrabant, capita sua in rotundum totondisse: censebant enim deos gaudere figurâ rotundâ, utpote perfectissimâ. Hinc diis templa rotunda exstruebant; Numa Vestæ, Augustus diis omnibus [i]. De Arabibus sic Herodotus in Thalia; *Eodem modo quo tonsus est Bacchus, tonderi se aiunt: porrò in orbem tondentur.* Unde est quòd Jer. 9. 26. Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, cæterique Arabiæ desertæ incolæ, appellantur *circumcisi*, seu *circumtonsi, angulis*, nempe *capitis* [k]. Capillos etiam suos diis, i. e. dæmonibus, dedicabant [l]. Sinebant puerorum cæsariem scere, & tandem dæmonibus offerrebant [m]. Non simplex detonsio hîc prohibetur, sed quæ fit in honorem Dæmonum. Adolescentum comas consecrabant præcipuè fluminibus, ut patet ex Homer. Il. ψ'. & ex Eustathio & Julio Pol. Etiam & diis aliis: Hippolyto, teste Lucian. in Dea Syria; Apollini, teste Plutarcho; Æsculapio, Martial. Epigr. 9. 17. & 18. Festus Pompeius testis capillarem arborem Romæ appellatam, in qua tonsum capillum deo consecratum suspendebant adolescentes [n]. Anteriorem capitis partem radebant *Amorrhæi* [o]; & *Saraceni*, testibus Theodoro Mopsuesteno & Scholiis Græcis, sive *Arabes*, testibus Plut. in Theseo & Herodoto in Thalia, (cum quibus eorum vicinos, *Judæos*, (perperàm) confundit Chœrilus, ut homo Græcus, eos τροχοκουράδας vocans [p].) ο'. sic, *Non facietis σισόην (rotunditatem) ex coma vestra.* Etiamnum aliquæ gentes totum caput tondent vel radunt, particulâ duntaxat intonsâ relictâ, vel in vertice, vel in sincipite [q]. Quod hîc in Græco nomen est comæ rotundatæ σισόη, Phaselitis usitatum fuisse docet nos Hesychius [r]. [De voce σισόη vide Bo. & Nobil.] *Sisoe* est ציצית *cincinnus* qui solus in occipitio supererat, reliquâ capillitie in orbem circumtonsâ. Cypr. *cirrum* vocat †. Sensus est, q. d. Nolo vos, ô Judæi, sequi Gentiles, sed naturam potiùs & dispositionem vultûs, in capitis attonsione [t]. Monentur contenti esse naturalibus ornamentis, nè videantur Creatorem accusare, tanquam imperfectum opus fecerit [v]. 2. Alii, *Non circumgyrabitis*, sive, *non calamistrabitis*; ità Eugub. in Bi. Non cincinnos facietis; sic Clemens Romanus & Cyprian. & Th. *Non contorquebitis in orbem.* Crispatuli semper molles habiti [x]. Non placet; non enim tam videtur hîc agi de rebus ad mollitiem spectantibus, quàm ad superstitionem [y]. 3. Alii, *Non gyrabitis capita*, serta capiti imponentes. Coronati circulo vel serto hederæ sacra Bacchi celebrabant, 2 Macc. 6. 7. Testes Poetæ passim [z]. Verùm Textui vulgato accommodari non potest [a]. 4. *Non circumcidetis pilos ad latus capitis*, nempe, ob luctum immoderatum, ut solebant Gentes in funeribus. Vide Had. Jun. de Coma c. 5. Confirmant ex Lev. 21. 5 [b]. Sic Ca. *Nè vobis in funere verticem deraditote.* [Illud, *in funere*, mutuatur ex versu sequenti.] 5. Forsan interdicit nè capita

x Q. in Ma.
y O.
z Ma.
a A.
b A.
c Ma.
d G.
† V.
f Ma. A.
g F. M.
h Bo. A.
i La. Bo.
k BC. 1. 6. 389.
l La.
m Th. in Bo.
n Bo.
o He. in G.
p G.
q Me.
r G.
† BC. 389. D.
t La.
v E.
x Q. in Bo.
y Bo.
z Bo. ità Caj.
a Bo.
b Q. in Ma.

radant ad cutem, more Ægyptiorum. Herod. 2. 36. *Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in Ægypto derasi.* Vide plura ad Jer. 9. 26 [c]. ¶ *Nec radetis barbam*, ולא תשחית את פאת זקנך] *Et non corrumpes (vities*, Ti. *eradices*, Ar.) *angulum (latus*, JT. *aspectum*, ο'. *comam*, Ch. *extremitatem*, P. O. Me. G.) *barbæ tuæ*, Sa. Mo. A. G. *Nè vitietis imi labii pilos in barbis*, Sy. q. d. Tondere permitto, sed non radere ad extremam cutem [d]. Sic & Phesichta, & Hesychius, & Cyprian. l. 3. testim †. *Corrumpere extremitatem barbæ* est, ità destruere, ut nè quidem extremitas aut pars aliqua pilorum remaneat. Confer versum 9. suprà. Qu. Quorsum autem prohibetur? 1. Quòd mollitiem argueret [f]. [De quo consule authorem.] Voluit Deus barbam apparere, quæ est virilitatis insigne [g]. Non placet; quia non tam mollities, quàm superstitio, hîc prohibetur [h]. 2. Quia fiebat hoc in idolorum honorem, Baruch 6 [i]. Barbam & primam lanuginem diis suis consecrabant Ethnici. Vide Sueton. de Neron. c. 12 [k]. Sacrificuli Ægyptii & alii nonnisi barbâ abrasâ sacra faciebant. Vide Levit. 21. 5 [l]. Non placet; tunc solis sacerdotibus hoc præceptum esset, nè istos sacerdotes imitarentur [m]. 3. Quia factum hoc ab Ethnicis in funeribus; vide Jun. de Coma 5. Odyss. 8. Job. 1. (& signum erat immoderati luctûs [n].) Nam versu seq. vetatur *incisio pro mortuo*, quæ ubicunque prohibetur, semper mentio fit vel *calvitii*, ut Deut. 14. 1. (ubi de *barbæ abrasione* siletur;) vel *abrasionis barbæ*, ut hoc loco, (ubi de *calvitio* siletur [o].) *Angulum* hîc pro *angulos* ponitur [p]. Quinam sint anguli barbæ, variant. 1. Quibusdam sunt gena superior & inferior in dextro & sinistro latere; & *finis barbæ*, ipsum mentum [q]. q. d. Nè pilos tollas à genis, & in solo mento nutrias [r]. 2. Aliis sunt duæ extremitates (duo anguli, F. V.) utriusque labii, vel rictûs *: ut interdicat Deus mystacem demoliri aut dissipari. 3. Aliis sunt supremæ partes barbæ quæ junguntur temporibus. Hos angulos usque hodie Hebræi pilosos servant, quamvis reliquum barbæ radant [t].

28. *Et super mortuo non incidetis carnem*, ושרט לנפש לא תתנו בבשרכם] *Et incisionem (concisionem*, Ma. *cæsuram*, JT. *laniatum*, Ar. *lacerationem*, Caj. Ma. *læsionem, perditionem*, vel *dissipationem*, חבול, Ch. in F. quomodo Levit. 21. 5. Deut. 14. 1. Jer. 48. 37 [v].) *animæ*, Mo. (vel, *pro anima*, V. M. O. A. Sa. Sy. *aliqua*, Sy.) *super mortuum*, vel, *pro mortuo*, Ch. Ar. sim. Ti. F. A. ut Num. 6. 6. Ità Virg. —*animámque sepulchro Condimus*, Æneid. 3. i. e. *Pro cadavere*; vel, pro anima, seu vita, excisa & extincta [y]; vel, ut alii, in honorem animæ defuncti [z], & in mœroris argumentum [a]; vel, pro anima propriè, quia id prodesse animæ è corpore abeunti crediderunt. *Varro dicit mulieres in exsequiis & luctu ideo solitas ora lacerare, ut sanguine ostenso inferis satisfaciant*, ait Servius 3. Æneid. *Quidam barbarorum etiam corpora sua naribus, auribus, aliisve partibus, amputandis fœdant, gratificari se aliquo modo defunctis putantes*; Plut. in Consol. ad Apollon. Ità Scythæ, teste Herod. l. 4. num. 71 [b]. Possis sumere נפש pro *sanguine*, ut vetetur incisio sanguinem eliciens. Vide de hoc more 1 Reg. 18. 28. & Jer. 16. 6, 7 [c]. & Deut. 14. 1 [d]. & Levit. 21. 5 *. Amorrhæi lugebant mortuos inciso corpore †. Mos & nunc manet apud barbaras quasdam gentes. Alii hîc aiunt agi de laceratione per ungues [f]. Id שרט significat [g]. Anna Didonis mortem plorans, *Unguibus ora soror fœdans & pectora pugnis*, Virg. 4. Æneid. Cicero Tusc. 3. *Hinc detestabilia illa genera lugendi—lacerationes genarum*— [h]. ¶ *Aut stigmata*, &c. וכתבת קעקע] *Et scripturam* (vel *inscriptionem*, JT. A.) *notæ*, O. P. V. (vel, *impressionis*, vel, *impressam*, M. Ma. ο'. Ch. in F. *stigmatis*, JT. A. *inustionis*, Ar.) *scripturæ notam*, Ti. *scripturas punctorum*, Sy. Hæc est incisura quæ fiebat scalpro [i]. Sculpebant Gentiles in carne sua literarum figuras, easque aliquo colore opplebant, ut cicatrices illæ semper viderentur [k]. Sic se ad idololatriam signabant [l]. Atramento aut stibio id fieri solitum notat *Thalmud*, titulo *de Synedrio*. Talibus autem punctis in fronte aut manu scribebantur nomina deorum, aut numerus nominum, aut hieroglyphicæ deorum

c M.
d Ma. ità Bo. & Ti. La.
† G.
f Q. in Bo.
g Ma. La.
h Bo.
i L.
k Bo.
l Sà.
m Bo.
n Ità Bo. ex Th.
o Bo. p A.
q F.
r Ma.
* Ma. ità M.
t Ma.
v A.
x A.
y Ma.
z Ma. Me.
a Me.
b Ma.
c G. d Me.
* Ma.
† G. R S. in F.
f G.
g Di.
h La.
i Di.
k F. M.
l Maim. in A.

deorum notæ. Vide Apoc. 13. in fine. Idem & ferro ignito fiebat, teste Philone[m]. Lucianus de cultoribus Deæ Syriæ, *Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in vola manûs, alii autem in cervice; & indè est quòd cuncti Assyrii notas inustas habent.* Qui locus mirificè hunc illustrat[n]. Malim capi de stigmatis inustis causâ funeris, etsi nulla hujus moris mentio est apud scriptores Græcos vel Latinos, quòd hi omnes his temporibus dudum posteriores fuerint[o].

29. *Nè prostituas,* אַל תְּחַלֵּל] *Non pollues,* O. Sa. in Bi. Mo. *Non profanabis,* Ma. Ch. (vel, *communem facies,* Ma. O.) Vetat lenocinium, & nè magistratus toleret scortationem, seu lupanaria[p]. *Nè prostituas.* Quod in honorem deorum factum à Babyloniis & vicinis discas ex Herod. l. 1. Strab. l. 16. & Epistolâ illâ quæ Jeremiæ adscribitur, ubi funes sunt signa votivæ obligationis, sicut alibi deditionis, 1 Reg. 20. 31. Hic mos à Phœnicibus ad Cyprios devenit: ideo hîc additur, *Nè contaminetur terra, & impleatur piaculo*[q]. Q. exponunt de spirituali fornicatione cum idolis, ad quam fœminæ sunt proniores. Favere videtur Ch. *Non profanes filiam tuam, ut eam idola colere facias*[r].

30. *Sanctuarium*] Nec accedentes immundi, nec curiosè scrutantes, nec illud ingredientes cùm fas non est*. Hæc sanctitas non ad Templum tantùm, sed & ob Templum ad totam urbem Hirosolymorum, pertinuit[t]: in qua nemo sepultus præter Davidem; non manebat per noctem corpus mortui; non transferebantur per eam ossa; non habitabat quisquam nisi qui Legem suscepisset; nulli erant paradisi hortíve[v]. Nomine *Sanctuarii* intelligit eos qui in Templo versabantur; q. d. Vos Sacerdotes, tam majores quàm minores, qui ministratis mihi in Templo, metuite me, & nè lugeatis mortuos, & reliqua omnia nè faciatis quæ solent facere Ægyptii, idolorum cultores[x].

31. *Non declinetis,* ità Ch. Sy. Ar. Sa. אַל תִּפְנוּ] *Non respicietis,* M. P. Ti. JT. O. Ma. *Non vertetis vos,* O. JT. ¶ *Ad magos,* ità Ch. Sy. Ar. אֶל הָאֹבֹת] *Ad pythones,* M. P. Mo. Ti. JT. O. Pleniùs אוֹבוֹת, ab אוֹב *utre,* vel *lagunculа,* Job. 32. 19[y]. *OBOTH* hîc ponitur pro *BAALE-OBOTH,* prout exprimitur 1 Sam. 28. 7. Sic *spiritus,* pro *spiritualibus donis,* & pro *habentibus illa,* 1 Cor. 14. 12, 32. 1 Joh. 4. 1[z]. *OBOTH* vocantur, vel, quòd obtusâ voce, (ore clauso, Ma.) ex ventre, tanquam ex utre aut lagena, loqui viderentur[a]: vel, quòd spiritus malus eos replens turgidos & tumentes, tanquam utres, redderet[b]. ο'. vertunt, ἐγγαστριμύθους, (*ventriloquos*[c];) στερνομάντεις, (q. d. *pectoreos vates,*) Sophocles[d]. Talis erat Pythica vates Delphici oraculi, quæ *insidens tripodi, & diducens femora, malum infernè spiritum per verenda naturæ excipiebat, & capillo soluto spumam ex ore exspuens & furens vaticinabatur,* ait Scholiastes Aristoph. in Pluto. Vide Orig. in Celsum 7. Chrysost. in 1 Cor. homil. 29†. ¶ *Nec ab ariolis,* ità Ch. Sa. Sy. Ar. Ti. JT. Pi. וְאֶל הַיִּדְּעֹנִים] *Et ad aruspices,* O. P. ἐπαοιδοὺς, G. ex ο'. Eos intelligit qui carminibus se posse morbos immittere ac depellere pollicebantur. Meminêre Homerus, Sophocles, Polyb. medici[f]. γνώστας, qu. *sciolas*[g]. Nomen ab insigni scientia quam venditabant[h]: aut à scientia rerum abditarum[i]. *Gnostas,* Ma. At RR. ab animali (quod *Jadduah* vocant[k]) id deducunt, cujus ossibus inter dentes sumptis, divinaculos illos futura prædixisse volunt. Idem videtur cum *Boramet* Scytharum, (quod *plant-animal erat agniforme*[l].)

32. *Coram cano capite*] Sic Phocylides, Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, &c. *Reverere canos,* &c[m]. Tradunt Hebræi, surgendum esse propter senem, cùm adhuc abest spatio 4 cubitorum; mox autem rursum consedendum esse, quamprimùm præteriit; ut appareat istud factum esse in ipsius honorem. Ch. sic transfert, *A facie ejus qui doctus est in Lege surgas:* qu. Scriptura loquatur non tantùm de eo qui annis, sed & qui sapientiâ, senex est[n]. *Senex non est senex, (nec ut senex honorandus,) nisi sapiens:* in Kiddushin Jos. 32. Ità R. Josi Galilæus, & R. Levi Ben Gersom. Alii aliter; Præcipit de omni canitie, etiam insipiente: Isi filius Judæ, & R. Jochanan[o].

[Margin: m G. — n Ma. — o Bo. — p F. V. — q G. — r V. ex F. — * Me. — t G. He. in F. & V. — v G. F. — x V. ex F. — y G. F. Ma. — z A. — a F. Ma. — b Ma. — c F. G. — d G. — † Ma. — f G. — g D. Mo. Ma. — h G. D. — i D. — k F. — l G. — m Ga. — n F. — o Cartw. mellif.]

33. *Non exprobretis ei*] Nec peregrinitatem[p], nec cultum idolorum[q]. Hebræi dicunt, *Ethnicum hominem coram proselyto non esse contemnendum in decem usque generationes.* Vide ad Exod. 22. 21[r].

35. *In judicio*] Q. *in functione publica,* Ma. ¶ *In regula,* ità Ch. Sa. Pi. בַּמִּדָּה] *In mensione,* vel *dimensione,* Ar. M. JT. Ti. Mo. Ca. sub. *agrorum,* V. F. RS. in M. *in statera,* Sy. *in mensuris,* ο'. *in mensura* magna, P. K. in O. Id מִדּוֹת sign. 1 Paralip. 11. *virum MIDDAH,* i. e. *mensuræ,* scil. magnæ; ut Gen. 6. *viri nominis,* scil. magni †. Aiunt propriè esse mensuram continuorum[t]. Al. *in quantitate,* i. e. in rebus quæ ad quantitatem quandam vendi solent[v]. ¶ *In pondere,* בַּמִּשְׁקָל] *In libratione,* Ma. Referunt ad trutinam & pondera[x]. ¶ *In mensura,* [ità ferè omnes,] בַּמְּשׂוּרָה] *In stateris,* ο'. *in mensura* parva, P. Ità sumitur 1 Paral. 23. & Ezec. 4[y]. Notant propriè esse mensuram discretorum, seu quantitatis discretæ[z]; tam aridorum quàm liquidorum[a].

36. *Pondera æqua,* אַבְנֵי צֶדֶק] *Lapides justitiæ,* V. Ma. Lapidibus vice ponderum olim utebantur[b]. Vide Prov. 11. 1. & 16. 11. & 20. 10, 23[c]. ¶ *Modius & sextarius*] Heb. *Epha & Hin.* De his vide Exod. 29. 40. Esa. 5. 10. Ezec. 45. 10, 11[d].

[Margin: p D. — q D. RS. in F. — r F. — † O. — t V. — v V. — x V. F. in omnes. — y O. — z Ma. — a Ma. V. — b V. O. — c V. — d V.]

CAP. XX.

1. *Locutúsque*] Repetuntur hîc præcepta, cum determinatione pœnæ[a].

2. *Et de advenis*] Proselytis[b], & circumcisis. Hi enim per circumcisionem transierant in Legem & Ecclesiam Judæorum, & his præceptis obligabantur[c]. ¶ *Si quis dederit de semine suo Moloch*] [Ità ferè omnes. At Sy. hîc & in Lev. 18. vertit, *Si quis projecerit ex semine suo in mulierem alienigenam.* Fortè *Moloch* pro cultrice Moloch poni existimabat.] ¶ *Moriatur*] Vide quæ ad Levit. 18. 21. Rectè videtur de combustione accipi, quia mortis pœna additur[d].

3. *Et ego*] i.e. Si res ad Judices non devenerit, vel hi neglexerint †. ¶ *Ponam faciem meam*] *Dabo iram meam,* Ch. in F. vel, opponam me illi tanquam inimicus, vel, tanquam vindicaturus; nam qui aliquem punire nolunt ab eo desistunt[f]. ¶ *Succidámque*] Hebræi numerant 36 peccata excidio punienda*. [De quibus vide Authorem.] ¶ *Et contaminaverit sanctuarium meum,* לְמַעַן טַמֵּא אֶת מִקְדָּשִׁי] *Ut pollueret sanctuarium meum*[g]. Vilem reputando Deum, ejúsque domum[h]. Quasi contaminatum judicavit, religiones meas negligendo, & idola eis præferendo[i]. *Contaminat,* i. e. contemnit[k], qui in alio loco sacrificat[l]. ¶ *Ac polluerit nomen*] Hoc facit, vel, quia Deo honorem debitum non præstat; vel, alium colit, Deo spreto[m]; vel potiùs, quia pluris facit *idolum,* cui *filium* offert, quàm *Deum,* cui *pecudem;* & quia idolo dat semen suum, quod etiam *semen Dei* erat. Vide Hos. 1. & 2[n]. Profanat nomen Dei qui aliquid committit unde homines Deo & verbo & Legi ejus maledicendi occasionem habent & accipiunt. Hoc peccatum solâ morte expiatur. *Qui violat nomen Dei in occulto, de illo pœna sumetur in propatulo*[o]. In Talmud dicunt Hebræi, *Qui transgreditur præceptum affirmativum, & pœnitentiam facit, non relinquitur à Domino: Qui negativum—pœnitentia suspendit* peccatum, *& dies expiationis expiat: Qui designat prævaricationes quæ merentur excisionem, pœnitentia & dies expiationis suspendunt* peccatum, *& castigationes delent: At violationem nominis Divini pœnitentia & dies expiationis & castigationes suspendunt, mors autem expurgat, juxta illud,* Si expietur—donec moriamini[p].

4. *Si negligens,* &c. אִם הַעְלֵם יַעְלִימוּ וגו'] *Si abscondérunt* (vel, *averterint,* Ch. Sy.) *oculos,* Mo. Sa. M. P. *Si conniveant,* &c. ο'. in A. i. e. punire negligant. Confer Act. 17. 30[q]. *Si dissimulaverint,* Ar.

5. *Cognationem ejus,* בְּמִשְׁפַּחְתּוֹ] *In familiam ejus,* vel, *familiæ ejus;* i. e. populo illius terræ qui scelus dissimulabit. Sic accipitur *familia* Jer. 8. 3. Mic. 2. 3. & πατριαὶ, Act. 3. 25. & *genus,* Marc. 7. 26. Populares

[Margin: a I. — b Me. — c To. in La. — d G. ad Deut. 18. 10. — † G. sim. A. — f O. — * A. — g O. Ma. — h O. — i T. — k G. — l G. V. — m F. V. O. — n O. — o He. in F. — p F. — q A.]

pulares enim familiæ uni accensebantur olim, tanquam si ex illius propagatione singuli descendissent; ut Gen.10. Vide Arist. Polit. l. 1 [r]. *Contra auxiliatores ejus*, Ch. in F. Qui sunt hi? Illi penès quos est punire, & ipsi connivent ac consentiunt. Facientem & consentientem eadem lex constringit †. Qui non punit, dicitur *obfirmator* impii in impietate [t]. ¶ *Qui consenserunt ei*, ità ο'. in A. [הַזֹּנִים אַחֲרָיו] *Fornicantes post ipsum*, Mo. Sa.

6. *Ad magos*, &c.] Vide Levit. 19. 31 [v].

8. *Qui sanctifico vos*] Separans ab immunditiis [x]. Qui jubeo & volo vos esse sanctos [y]. Ponitur hîc verbum reale, pro mentali [z]. Qui gratiâ meâ vos sanctos facio [a].

9. *Qui maledixerit*] Heb. *Nam vir qui*, &c. i. e. Si enim non observabitis statuta mea, neque rationem habebitis sanctificationis quâ sanctifico vos, sed ista scelera facietis quæ sequuntur, erunt quoq; istæ pœnæ vobis subeundæ [b]. ¶ *Morte moriatur*] Hæc phrasis *suffocationem* seu *strangulationem* significat [c]. Quod levissimum genus mortis erat [d]. At cùm additur, *sanguis super eum*, *lapidationem* intelligunt †. Ità Hiscuni & author *Phesictæ* [f]. Ea corpus contundit, ut sanguis ferè totus in eo maneat [g]. ¶ *Sanguis super eum*] i. e. Reatus & pœna sanguinis, i. e. mortis; q. d. suâ culpâ pereat [h]. Sic 2 Sam. 1. *sanguis super te*, i. e. tuâ culpâ peris [i]. *Cædis suæ causa est in ipso*, JT. Metonymia duplex: 1. subjecti, sanguis, pro effusione sanguinis; 2. efficientis, effusio sanguinis, pro culpa indè contracta [k]. Vel sic, *Sanguis*, i.e. mors, ejus non vindicabitur. Sanguis innocentis occisi erat super occisorem [l].

10. *Alterius—& proximi*] Quibusdam *alter* est quivis homo, *proximus* est Israelita. Inepté: Sic posterius membrum continetur in priori. Sed more Heb. repetitur, ut discamus proximum esse quemvis hominem [m]. *Viri*, i. e. cum uxore proximi. *Et* pro *Id est*, ut sæpe [n]. Proximus est omnis homo homini [o].

11. *Ignominiam patris*] Heb. *Nuditatem patris*, i.e. pudendum mulieris quæ est in potestate patris. ¶ *Moriantur*] Non omnes incestus morte puniebantur, sed ii quibus id hîc aut alibi additur [q]. Lapidibus obruantur, ut patet Deut. 22. 23, 24. Pœna enim lapidationis, quæ statuitur in dantes semen Moloch, ad sequentes casus referri videtur [r].

12. *Scelus operati sunt*, [תֶּבֶל] *Confusionem*, [plerique:] *indignationem concitârunt*, Sa. vers. *commiserunt perniciem æternam*, Ar.

13. *Cum masculo*] Apud Indos pœna hujus criminis capitalis erat; *In rebus Indiæ novæ Occid.* lib. 2. cap. 87 †.

14. *Vivus ardebit cum eis*] Heb. *eum & eas*, si consciæ sunt ambæ; vel alteram earum, viz. adulteram: Synecdoche Hebræis frequentissima [t]. Disjunctivè intelligitur, *hunc vel illam*: ità alter ex doctioribus Hebræorum. Alii contrà [v].

15. *Pecus quoque*] In detestationem criminis [x]. Et, nè ex ejus aspectu aliqui inclinarentur ad idem vitium †. Nè sceleris memoriam refricet [y].

17. *Et viderit turpitudinem ejus*] Q. de sola visione strictè accipiunt [z]. Quia illa demonstratio membrorum inhonestissima est, & præludium ac incitamentum ad copulam [a]. Non placet; tunc enim in hanc legem non peccarent cæci, nec noctu fornicantes [b]. Aliis, *videre* est tangere & concumbere. Ità Aug. quæst. 72. Levit [c]. 1. Præcedit enim, *Qui acceperit*. 2. Sequitur, *turpitudinem revelavit*, quod *congressum* passim significat, Levit. 18. Vide Exod. 20. 18 [d]. 3. *Videre* sæpe ponitur pro *consequi*, aut *sentire*; ut, *videre corruptionem*, *videre terram à Deo promissam* †. 4. Ità sumitur *cognoscere*; Gen. 4. 1. *cognovit*, i. e. mixtus est ei; Aug. qu. Levit. 75. ἀκούσας τὴν ἀδελφὴν ἐγνωκέναι τινά, Plut. Pol. præc [f]. ¶ *Nefariam rem*, &c. [חֶסֶד] Significat & *pietatem*, & *impietatem*; sed utramque insignem [g]. *Opprobrium*, vel *probrum*, vel *dedecus*; [ità omnes.] *Res illicita*, *fœditas est*; q. d. incestum admiserunt [h]. *Misericordia est*; q. d. res digna misericordiâ, i. e. miseria magna [i]; res miserabilis [k].

18. *Qui coierit*] Scienter [l]. Vide Levit. 15. 24 [m].

r Mo. ex Ja. — † F. — t F. sim. G. — v Me. — x O. — y Me. La. — z La. — a Wil. — b Jun. — c Ità AE. & RS. & R. Levi in D. — d M. D. — Mo. — † Ma. — f D. — g Ma. — h Me. — i O. — k Pi. — l O. — m F. — n Q. — o Aug. in Ga. — p Pi. — q G. — r Me. — † E. — t Jun. — v V. — x L. Bo. — † L. — y Me. Jun. — z Ità To. & RS. in Wil. — a La. — b Wil. — c La. ità V. Me. Ca. La. Ga. — d La. — † Ga. — f Ga. — g F. ex He. — h V. — i O. — k Mo. — l L. — m E.

& 18. 19. ¶ *Fontem* (vel *venam*, Mo. Ma. vel *fluxum*, ο'. sive *profluvium*, Sy. JT.) *sanguinis sui*] Ità Sa. Ar. M. P. A. Vocatur מְקוֹר *fons* figuratè, propter fluxum. Quod *fons sanguinis* Marc. 5. 29. est *fluxus sanguinis* Luc. 8. 44 [n]. i. e. Qui genitalia (ex quibus tanquam ex fonte profluvium sanguinis manat) aperuerit, scil. ad concubitum voluntarium [o].

20. *Absque liberis*, [עֲרִירִים] Gr. ἄτεκνοι· rectè, ut apparet Gen. 15. 2. At Sadducæi legêre, עריים, *nudi morientur*; ut pœna culpæ respondeat †. Non sinentur in hoc scelere permanere donec liberos habere possint, sed occidentur [p]. Nati ex iis spurii reputentur, non filii, & nullo jure parenti succedant [q].

21. *Rem facit illicitam*, [נִדָּה הִוא] Ad verb. *Separatio* (*remotio*, Ma.) *ipsa*, Mo. i. e. res separatione digna [r]. *Immunditia est*, ο'. Sa. M. A. Pi. *res exterminanda*, JT. vel, *abominanda*, Ti. *scelus*, Sy. *opprobrium*, P. *quasi menstruata est*, Ch. *obscœnitas est*, Ca. [At Ar. refert ad antecedentia, & sic vertit, *Qui acceperit uxorem fratris sui, quæ est remota ab ipso*.]

25. *Quæ vobis ostendi esse polluta*, [אֲשֶׁר הִבְדַּלְתִּי לָכֶם לְטַמֵּא] *Quæ* (vel *quod*, Sa. Mo. Ma.) *separavi*, vel *distinxi*, *vobis in immundum*, sive *in* (vel *ad*, Sy. P. V. vel *ob*, Ar.) *immunditiam*, ο'. Sy. Ar. P. V. *veluti immundum*, M. Ti. Judicando illa impura, vel, ut judicetis illa impura †.

27. *In quibus pythonicus, vel divinationis fuerit spiritus*, [כִּי יִהְיֶה בָהֶם אוֹב אוֹ יִדְּעֹנִי] *Cùm fuerit in iis* (vel, *ex eis*, JT. vel, *apud eos*, Sa.) *pytho*, (*spiritus familiaris*, A.) vel *divinus*, Mo. (*hariolandi spiritus*, M. Ti. vel, qui est *divinus*, A.) Nempe, qui cooperantur, & certis ceremoniis Dæmonem provocant: Non sic qui tantùm patiuntur, sive ἐνεργούμενοι, qualis illa Act. 16 [t].

CAP. XXI.

1. DIxit quoque, [וַיֹּאמֶר] Hîc incipit octava Sectio, quam vocant אֱמֹר [a]. Post legem contra *pythones*, &c. latam, Levit. 20. 27. succedit lex de Sacerdotibus, à quibus populus quæreret per *Urim*, &c. nec opus erat ut ad magos confugerent †. Sic Deut. 18. postquam illis interdixisset inquisitionem per magos, &c. Prophetam excitandum prædicit, à quo voluntatem ipsius haurirent, v. 10, 11, 15 [*]. ¶ *Nè contaminetur—in mortibus*, [לְנֶפֶשׁ לֹא יִטַּמָּא] *Nullus contaminet se*, &c. F. M. Est enim de conjug. Hithpael, seu retransitiva. Repræsentat enim Dagesh primum literam Thau; alterum est de essentia conjugationis [b]. *Non taminabit se animæ*, vel, *in* (seu *ad*) *animam*, vel, *pro* (vel *super*) *anima*, Ma. *Anima* ponitur pro *cadavere* [c]. Sic capi volunt Levitic. 19. 28. Num. 5. 2. & 6. 6, 9, 11. *Nomen rectricis animæ etiam corpus accepit animâ destitutum*; Aug. qu. 78 [d]. *Anima* vocatur corpus quod animam continebat, ut *Ecclesia* dicitur locus ille etiam absente populo; Aug. Epist. 157. Gen. 46. 26. Virgil. Æneid. 3--*animámque sepulchro Condimus*, i. e. cadaver †. Aut accipitur *anima* pro vita, cujus causa est anima [f]. Nullus reddat se impurum tangendo cadaver, aut curando funus [g]. In sepulchretis quoque residere ei non licebit [h]. ¶ *Sacerdos*] Nempe, inferior, Me. Ma. G. Cl. Rationes præcepti duæ sunt. 1. Quia sic contrahebant immunditiam impedientem eos à ministerio Tabernaculi. 2. Quia hos non decebat ità lugere mortuos, utpote resurrectionem cognoscentes [i]. ¶ *In mortibus civium suorum*, [בְּעַמָּיו] *In populis suis*, Mo. Ti. Ch. i. e. *in quocunque suorum popularium*, AE. & Abarb. in Muis. Abarbanel tamen & hoc perinde esse vult q. d. *Nè contaminetur*——dum ille mortuus est inter populares suos, adsúntque qui funus adjuvent. Hi enim si desint, tenebatur Sacerdos mortuum sepelire, nè mortuus homo, qui Dei imago est, quasi stercus, turpiter jaceret in terra. Idem & Rasi, sed breviùs, suo more [k].

3. *Et sororem*, &c.] In Hebræo additur, *propinqua sibi*;

n A. — o T. Me. — † G. — p Me. La. — q Aug. in Me. — r Jun. — † V. sim. JT. — t E. — a V. — † He. in A. — * A. — b M. — c V. D. vers. 11. Ma. Ga. Me. — d Ma. — † Ga. — f O. — g F. V. — h G. — i La. — k Muis.

sibi: i. e. sororem ex utroque parente [l]. ¶ *Pro ea polluet se*] Non permissio hæc est, sed præceptum [m].

4. *Non in principe——contaminabitur,* לֹא יִטַּמָּא בַּעַל בְּעַמָּיו] *Non contaminabit se in principe,* vel, *magnate,* P. sic Sy. Ar. M. Ca. *super domino,* O. i. e. Nè funeri quidem Principis intererit [n]. בַּעַל pro לְבַעַל [o]. Vel litera transposita, & legendum est, בְּבַעַל עַמָּיו [p]. Al. sic, *Nè polluat se princeps* (vel, *dominus,* Mo. Ma. vel, cùm sit *præcipuus,* A.) *in populo,* Ch. i. e. Nullius funeri intersit. Non placet; quia Sacerdotibus hîc præcipitur, non Principi [q]. Alii, *Nè polluat se princeps,* i. e. sacerdos, qui (vel, quia) est princeps in populis. Aliis בַּעַל est pro אִישׁ *vir, aliquis*; *Non contaminetur quisquam,* &c. Al. בַּעַל est *maritus*; *Nè polluito se maritus* pro uxore ducta *in populis suis* [r]. Est ellipsis nominis relati Scripturæ frequens; ut 1 Reg. 13. 11. Prov. 5. 19. Isa. 31. 5. & alibi †. Non placet; quia Ezecieli sacerdoti imperatur, tanquam res insolita, ut omitteret luctum *uxoris suæ,* cap. 24. vers. 16 [s]. ο΄. vertunt, *non inquinabitur subitò*; quasi scriptum esset *babal* [v].

5. *Non radent,* לֹא יִקְרְחָה קָרְחָה] *Non decalvabunt calvitium,* O. Ma. קָרְחָה est *calvitium,* manu scil. aut forcipe factum in signum luctûs: At קָרַחַת est *calvities,* nempe naturalis, vel fortuita ex morbo [x]. In luctu calvos se fecerunt & Gentiles, Baruch 6. 30, 31. & Judæi, ut constat ex Jer. 16. 6. Ezec. 7. 18. Amos. 8. 10 [y]. ¶ *Nec barbam*] Heb. *angulum barbæ,* Mo. vel, *latus,* JT. i. e. latera, seu angulos †.

6. *Sancti erunt*] i. e. In summa sanctimonia servient Deo suo [z]. ¶ *Et panes*] Nempe, propositionis [a]. Heb. קֹדֶשׁ, *sanctitas,* i. e. sanctissimi [b]. Al. *cibum*; al. *carnem,* i. e. victimas, &c [c].

7. *Scortum,* אִשָּׁה זֹנָה] *Viram meretricem,* Ma. O. Quibusdam est quæ se prostituit [d]. Aliis, quæ fornicata est sub marito, non suâ sponte, (quia tunc lapidanda erat,) sed quæ vim passa est †. Aliis est omnis externa fœmina, & quæ concumbit cum his quibus nuptiæ interdictæ sunt [f]. ¶ *Et vile prostibulum,* חֲלָלָה] *Profanam,* [plerique;] *profanatam,* JT. *violatam,* Ch. Ar. *pollutam,* O. *Constupratam,* sive *contaminatam:* scortum non publicum intelligit [g]. Quæ casu quodam violata est [h]; vel vi [i]. Aliis *profana* est quæ prognata est ex his quæ prohibitæ sunt sacerdotibus [k]. Quæ nata est ex repudiata à sacerdote, aut quæ ex Paganismo conversa est ad Judaismum, aut quæ errore ab alio quàm à marito cognita est, aut quæ libertate donata est [l]. Scortum, non publicum, (id jam prohibitum sub nomine זֹנָה [m],) sed privatum [n].

8. *Et sanctificabis eum*] q.d. Tu, ô popule, quod in te est, adniti debes ut eum impollutum serves, nec permittas eum, etiam volentem, pollui [o]. Al. sic; Habebis illum pro sancto, h. e. in honore [p].

9. *Sacerdotis*] Heb. *viri sacerdotis. Vir* hîc vel significat quemvis, ut Gen. 23. 6. & 24. 16. Levit. 21. 17. vel ejus dignitatem innuit, ut Psal. 49. 3 [q]. ¶ *Sacerdotis filia*] Nupta aut desponsata alicui [r]. Non placet. 1. Nulla est exceptio in textu. 2. Tum lex hæc superflua esset, nec differentia esset inter filiam sacerdotis & alterius, quæ (si talis) lapidanda erat, Exod. 22. Deut. 22 †. ¶ *Si deprehensa fuerit in stupro,* כִּי תֵחֵל לִזְנוֹת] *Cùm cœperit fornicari,* Mo. O. Sy. Ma. Citò occurrendum erat fornicationi filiæ sacerdotis, nè patrem suum fœdaret [t]. *Si,* vel *Quum, profanaverit se ad fornicandum,* Sa. ο΄. A. vel, *scortando,* JT. ¶ *Flammis*] Nempe, in corpus immissis. Vide suprá [v]. *Adulterii reos vivos semper simul incendit, junctis corporibus:* Capitol. Macrino. *Ignis pœna gravissima:* Petronius Satyr. *Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio,* &c. Paulus Sent. l. 5. & Callistratus lib. Capitalium. *Magi vivi exuruntur*; Paul. Sent. 5. Joan. à Wouveren ad Petronium [x].

10. *Caput non discooperiet,* לֹא יִפְרָע] *Non nudabit,* Sa. Mo. sim. Sy. JT. *non nudabit cidari,* ο΄. *nè incultum sinat caput suum,* Ar. *comam non nutriet,* Ch. more lugentium [y]. ¶ *Vestimenta non scindet*] In funere. Vide ad Matth. 26. 65 [z].

11. *Ad omnem mortuum,* &c.] i. e. Ad nullum [a]. Sacerdos Cretensis, apud Euripidem suos ritus describens, ait, καὶ νεκροθήκης οὐ χριμπτόμενος, (*non appropinquans ad sepulchrum.*) Porphyr. de Abstinentia, καὶ οἱ τῶν τῇδε ἱερεῖς καὶ ἱεροσκόποι καὶ τάφων ἀπέχεσθαι κελεύουσιν αὐτοῖς, καὶ ἀνδρῶν ἀνοσίων, καὶ ἐμμήνων, καὶ συνουσιῶν, καὶ θέας ἤδη αἰσχρᾶς καὶ πενθικῆς. (*Antistites horum sacrorum & aruspices præcipiunt iis, ut cùm à sepulchris, tum ab hominibus nefariis, menstruatis, & concubitu, atque ab omni turpi ac lugubri spectaculo, abstineant.*) Sic Flamen Dialis *locum in quo bustum esset nunquam ingrediebatur, mortuum nunquam attingebat:* Gellius 10. 15. Servius ad 3. Æneid. *Moris Romani fuerat, ramum cupressi ante domum funestam poni, nè quisquam Pontifex per ignorantiam pollueretur ingressus.* Lib. 6. de Ænea, *Funestatus fuerat morte Palinuri.* Idem in Manuscripto Fuldensi ad 1. Æneid. *Cautum est nè sacerdos domum ejus ingrediatur in qua ante quintum diem funus fuerit:* & ad 11. Æneid. *Consuetudo Romana fuit, ut polluti funere minimè sacrificarent.* Tacit. Annal. 1. *Neque imperatorem auguratu & vetustissimis ceremoniis præditum attrectare feralia debuisse.* Exceptionem addunt Hebræi: Si quem Pontifex Max. in via inhumatum reperisset, eum humare poterat: (vide ad v. 2.) Moses de Kotzi præcepto vetante 238. Ità Romani. Servius ad 6. Æneid. *Cùm Pontificibus nefas esset cadaver videre, tamen magìs nefas fuerit, si insepultum relinquerent* [b]. Sacerdos semper paratus esse debet ministrare coram Domino [c].

12. *Nè polluat sanctuarium*] Nempe, si illud à funere intraverat [d]. ¶ *Oleum sanctæ unctionis,* &c. נֵזֶר שֶׁמֶן מִשְׁחַת וגו׳] Variant. *Sanctum oleum, unctio* (τὸ χριστὸν) *Dei,* ο΄. in G. נֵזֶר ἁγίασμα vertitur Lev. 25. 5. 2 Reg. 11. 12. Psal. 89. 39. & 132. 18. Zach. 7. 3 †. Alii, *Corona* (*diadema,* Ar. Ma. *dignitas,* Ma.) *olei unctionis,* Mo. Ch. Sa. Sy. M. P. Ti. V. Ma. O. Unctus est oleo, quod illi est vice coronæ & diadematis quibus Reges insigniuntur [f]. Aut, corona uncta oleo erat super eum †. Al. *diadema,* (sive *coronamentum,* JT. h. e. aurea illa lamina quæ *corona* vocatur Exod. 29. 6.) *& oleum unctionis,* O. A. JT. Ang. *Separatio* (*consecratio,* Ma.) *olei unctionis,* O. Ma. Quia oleum erat signum separationis; vel, ratione olei separatus est ab aliis hominibus, & ab aliis sacerdotibus [g]. נֵזֶר propriè ἀφόρισμα (*separatio,*) Exod. 39. 30 [h]. *Nazar* est *separare, dividere* [i].

13. *Virginem*] Ob honestatem & dignitatem summi sacerdotii †. Ut Sacerdos summus typus fuit Christi, ità ejus uxor *virgo* typus Ecclesiæ, 2 Cor. 11. 2. Vide Apoc. 14. 4 [k]. Hæc non intelligenda esse (ut plerique sentiunt) de Pontif. Max. sed de quovis sacerdote, docet nos Ezec. 44. 22. Quare connectenda hæc cum initio capitis, ut quæ de Pontif. Max. dici cœperunt commate 10. sumantur παρενθετικῶς, redeátque unde digressa erat oratio. Demosthenes, in Neæram, post Thesei tempora Regem Athenis factum ait sacrorum causâ tantùm, addítque legem latam quòd Rex uxorem duceret ἀστὴν (*civem,*) καὶ παρθένον (*& virginem.*) Ubi nota ἀστὴν, quod hîc sequitur, *de populo suo:* ut omnino jus id Atticum, ut multa alia, ad Athenienses à Phœnicibus, ad hos ab Hebræis, venerit [l].

15. *Nè commisceat stirpem——vulgo——* וְלֹא יְחַלֵּל זַרְעוֹ בְּעַמָּיו] *Non prophanabit semen suum in populis,* O. Mo. ducendo extraneam [m], vel quamvis prohibitam [n]; quamvis de vulgo: q. d. accipiat nobilem [o]. Idque, 1. ob dignitatem sacerdotii [p]: quæ redundabat in honorem cultûs Divini [q]. 2. Ut Reges & Principes sibi affines liberiùs & meliùs cultum Dei edoceat [r]. Filii sacerdoti nati ex prohibita muliere non poterant sacerdotale munus exsequi †.

17. *Qui——maculam,* sic O. Ma. מוּם] i. e. *Defectum,* O. V. *labem,* Ma. conspicuum corporis vitium [t]. Hircanum monuerunt Judæi, ut se Pontificatu abdicaret, 1. ob mutilatum ab Antigono corpus, Joseph. Antiq. 15. 2. 2. quia mater ejus captiva fuit, Antiq. 13. 18 [v]. Numerant Hebræi 140 maculas quæ hominem inhabilem reddunt ad sacerdotium [x]. De quibus vide libellum Præceptorum, Præcept. neg. 308 [y]. Harum paucas textus commemorat [z]. Hæc referuntur ad animæ vitia: *voluntas*

enim

[l] V. Ma. [m] A. [n] V. F. ex K. [o] V. [p] Ca. [q] F. V. [r] Ma. † Jun. [s] Pi. [v] A. † Pi. [x] Ma. [y] A. † Pi. [z] V. [a] Me. [b] Ma. E. L. Me. [c] Ma. ex He. [d] Ità F. & Jo. in G. † M. Q. in F. [f] He. in G. [g] V. [h] F. [i] Jun. [k] F. He. in G. RS. in D. [l] M. [m] A. [n] Q. in Ma. [o] O. M. F. [p] V. [q] A. [r] RR. in G. RS. in L. † L. [t] O. [v] G. [x] Ga. [y] F. M. ex K. [z] G. [a] Me.

[b] G. [c] L. [d] V. Ma. † G. [f] V. † O. [g] A. [h] G. [i] O. † Me. [k] A. [l] G. [m] O. [n] A. F. [o] Me. L. [p] Me. L. [q] L. [r] Me. † A. [t] Me. L. [v] D. obs. 5. 2. [x] M. F. O. [y] F. [z] M.

enim in homine, non natura, damnatur, ait Hieron. ad Fabiol. de veste sacerd *.

18. *Si parvo vel grandi naso*, [חָרוּם] Vox hîc tantùm reperitur in S.S. Variè reddunt & exponunt. Nasum habens *simum*, sive depressum in radice oculorum [a]: ità ut supercilium utrumque cohærere videatur [b]; & uterque oculus tanquam unus appareat [c]. q. d. *Disperditus*, seu *vastatus*; utpote orbatus decorâ oculorum conformatione [d]. *Desolatus naso*, Ma. Al. *parvo*, vel *torto*, *naso*, i. e. recurvato, ideóque brevi. Ità ο'. κολοβόρριν h. e. cui *curtus est nasus*, vel *diminutus*, nec ad justam longitudinem productus supernè, vel *mutilatus*. Et fortè ο'. sic transtulerunt חָרוּם, i. e. *devotum*, *eradicationi* scilicet, (ut Ezr. 7. 26.) quoniam Ægyptii nasos præcidebant devotis exterminationi, ut patet ex calamitate Rhinocolourensi, [de qua vide authorem misc. 2. 8.] ῥινοκόλουρος idem est atque κολοβόρριν †. *Qui percussus est naribus suis*, Jon. i. e. cujus nares quasi ex percussione depressæ sunt [f]. Alii, *excisus*, *succisus*, *naso*; i. e. si divisionem habeat in naso [g]. Prohibet alias omnes nasi deformitates [h]; quæ novem esse possent [i]. Ut, si esset *aquilus*, *detortus*, *major*, &c [k]. Al. *curtus*, JT. *mutilus membris*, Sa. Cui aliquod membrum succisum est. Nulla in Heb. *nasi* mentio [l]. ¶ *Si torto naso*, [שָׂרוּעַ] *Superfluus*, Ch. A. P. O. sic Isa. 28. O. i. e. cui aliquod membrum superfluit; sicut *succisus* dicitur cui deest [m]. *Excretus*, Ma. vel, *excrescens*, Mo. Sa. *Enormis*, scil. membris, Q. in Ma. *Prælongus* (*distentus*, *auctus*, *redundans*, He. in Ma.) *membra*, JT. Aiunt eum esse cujus femur luxatâ coxendice distensum est, ideóque trahit pedem alterum [n]. *Monstrosus*, Ti. *Membra habens improportionata*, vel, *excessivus*, M. Qui habet membrum aliquod excessivum [o]; vel nimis parvum, vel nimis magnum [p]. *Claudus*, Ar. *scissam habens aurem*, Sy.

20. *Si gibbus*, vel, *gibbosus*; [ità ferè omnes;] at Sy. *curvus*: [גִבֵּן] Certum est, vocem significare *celsitudinem*, *tumorem* [q]. Alii exponunt de deformitate *palpebrarum*, sive *superciliorum*; si aut majora sint, (quæ oculos obnubunt [r],) aut plura, aut diversa colore vel longitudine; aut si supercilium unicum sit, aut sine pilis †. Verto, *nulla* (alii, *coeuntia*) *habens supercilia*, M. ¶ *Si lippus*, ità Ch. Sa. P. [דַק] *Lusciosus*, Ar. Qui habet *maculam parvam*, A. Cujus oculus panniculo, vel tenuissimâ membranâ, tegitur [t]. A דוק *aulæo*, *velo*, Esa. 40. 22. Aliis est punctum (album, M.) intra nigredinem oculi [v]. Cui oculi sunt tenues [x], vel molles; ex quibus indefessè fluit humor [y]. *Minutus*, Mo. Ti. *gracilis*, JT. Non placet. Cur gracilitas potiùs impediret quàm obesitas? An qui ob gracilitatem arceretur à sacerdotio admissus fuit cùm habitior fieret, & remotus denuo si gracilis redderetur [z]? Q. *phthisicum*, Ma. ο'. ἔφηλος ὀφθαλμὸς, i. e. *maculam instar clavi in oculis habens*. Sed incerta sunt hæc omnia [a]. Aliis est *nanus*, Sa. vers. AE. in Di. Targ. Jeros. in D. Di. sim. Sy. Optimé. Sic Exod. 16. 14. דַק est *minutum & parvum quid*; & Æthiopicè דק *puer* est, Matth. 19. 13 [b]. ¶ *Albuginem in oculo*, ità Ch. Ar. Mo. Sy. [תְּבַלֻּל בְּעֵינוֹ] *Suffusio* (*confusio*, Ma.) *in oculo ejus*, JT. Sa. *Mixtus*, seu *confusus*, *oculis*, O. *maculosus oculos*, ο'. *Qui habet pellem*, M. vel *maculam*, M. P. O. F. V. scil. *albam*, *quæ nigredinem oculi turbat atque confundit* [c]. ¶ *Si jugem scabiem*, ità Sa. [גָרָב] *Scabies*, Sy. Ar. P. O. V. nempe, vel *agrestis*, ο'. vel *purulenta*, Mo. Ti. *extrinsecùs humida*, He. in Ma. vel *sicca*, M. *scabies grossa*, O. *foris & intus sicca* [d]. Prurigo, sive porrigo, inter pilos †. ¶ *Si impetiginem*, ità ο'. Ch. Sa. Ar. P. O. [יַלֶּפֶת] *Scabies fluens*, M. vel *saniosa*, JT. *Scabies foris humida & intus sicca* [f]. *Purulenta & fœtida Ægyptiaca* [g]. Vel, *scabies perpetua*, JT. à לָפַת, quòd apprehendat & adhæreat usque ad mortem [h]. Est scabies sicca per cutem cum pruritu proserpens [i]. Nihil certi est, quia dictio est rara in Scripturis [k]. ¶ *Herniosus*, ità Ar. [מְרוֹחַ אָשֶׁךְ] *Compressus*, vel *contusus*, vel *contritus*, *testiculo*, Mo. Sa. Ch. P. M. Me. O. Ma. *unum habens testiculum*, Sy. ο'. Cujus testiculi sunt compressi, & facti tanquam unus; vel, sunt inflati [l]. *Testiculo obligato*, Ti. O. vel, *operto*: ità מְרוֹחַ sumitur Isa. 38. i. e. Qui generare nequit; vel, cujus testiculi herniâ operti sunt [m].

Marginalia: * G2. — a He. in F. ità Sy. Mo. — b O. Ful. — c BC. 1. 33. — d Ful. 655. Ar. in BC. ib. — sic M. Ti. — b RR. in Ful. — c Ma. — d Ful. — † Ful. misc. 6. 20. — f BC. ib. — g Ma. — h M. A. — i He. in A. — k M. — l O. — m O. — n Ma. — o F. — p F. V. — q O. ità K. in F. — r Ità TJ. & He. in Forst. — † M. F. V. — t V. F. M. Raschi in Di. — v V. F. M. — x O. Me. — y O. — z Di. — a Di. — b Di. — c Q. in V. F. — d M. F. V. — † Q. in Ma. — f M. F. V. — g He. in Ma. — h Ma. — i Me. — k O. — l He. in Ma. — m O.

21. *Qui maculam*] Hoc universale additur, ut doceat alias, licèt non nominatas, maculas eum inhabilem reddere, &c. Pariter pro maculatis habiti sunt qui idolis ministraverant [n]. Vide 2 Reg. 23. 9. Ezec. 44. 10,—13 [o].

22. *Vescetur panibus*] Heb. *panem Domini*. [At Ar. *demensum Domini*; & ο'. *munera Dei*.] ¶ *Qui offeruntur in sanctuario*, [מִקָּדְשֵׁי הַקֳּדָשִׁים וּמִן הַקֳּדָשִׁים] *De sanctitatibus sanctitatum*, & *de sanctitatibus*, Mo. & *rebus sanctis sanctarum*, (sive sanctioribus, Jun. quales erant *panes faciei*, *reatus*, *peccatum*;) & *è rebus sanctis*, JT. (i. e. minùs sanctis, quales erant *eucharistica*, *primitiæ*, *decimæ* [p].) [Sy. vertit, *In sancto sanctiorum è sacris comedet*: & Ar. *tam ex privatis sacrorum*, *quàm ex communibus*.]

23. *Intra velum*, [אֶל הַפָּרֹכֶת] *Ad velum*, nempe, quod discriminabat Sancta sanctorum à Sancto, Exod. 26. 13. & 36 [q]. Eò necesse erat venire sacra facientes [r]. i. e. Munere sacerdotis nè fungitor †. Al. rectiùs, *intra velum*: i. e. Non poterit in summum evehi sacerdotium. Aut *velum*, intellige, ad ostium Tabernaculi [t]. ¶ *Non ingrediatur*] Ut adoleat thymiama, accendat lucernas, & ponat panes in mensa [v]. ¶ *Nec accedat ad altare*] Holocaustorum [x], & thymiamatis [y].

Marginalia: n A. ex He. — o A. — p Jun. F. V. Ma. — q O. Ma. — r Ma. — † Pi. — t O. — v Me. — x Me. O. — y O.

CAP. XXII.

2. UT *caveant*, &c. [וְיִנָּזְרוּ וגו׳] *Et separati fuerunt*; ו conversivum est. Certitudo præteriti vim sententiæ intendit. q. d. Quum primùm nôrint, certissimè jussa faciant, sine ulla mora aut tergiversatione. נָזַר hîc est *separari*, *abstinere ex reverentia & religione*. Quidam exponunt, *ut separent se* [a]. Vertunt, *Et* (vel *ut*, O.) *separentur* (*abstineant*, Sy. Ar. Ti.) *à sanctitatibus*, Ch. Sa. M. P. Mo. A. *à sacris*, vel *consecratis*, Sy. Ar. Ti. nempe, cùm sint immundi, ut declaratur v. 3 [b]. *Ut separent se* inepti *à rebus sanctis*, JT. Verùm nulla hîc ellipsis, sed Synecdoche integri [c]. ¶ *Non contaminent nomen*] Nè iis notam impuritatis aspergant [d]; & vilescere faciant †.

3. *Qui accesserit*, [יִקְרַב] *Appropinquabit*, Ma. *Accessio ista est ad edendum. Nam solus tactus non facit reum excidii*, ait R. Levi. *Tangere* sæpe idem est quod *edere*, Gen. 3. 3. Huc referri possunt 2 Cor. 6. 17. *Immundum nè tangite*, & Col. 2. 21. *Nè tetigeritis* [f].

4. *Qui tetigerit immundum super mortuo*, [בְּכָל־טְמֵא נֶפֶשׁ] *In omni contaminato animæ*, Ma. vel, *super animam*, i. e. mortuum, O. Propter tactum mortui [g]: aut, quia curavit funus, vel ei interfuit [h]. Non agitur de eo qui immundus fit immediatè ex contactu mortui, sepulchri, &c. sed mediatè, per contactum ità immundi [i]. Patet de minore hac immunditia hîc agi, cùm huic unus tantùm dies præscribatur [k].

8. *Morticinum*, [נְבֵלָה] *Cadaver*, Ma. Animal spontè mortuum [l].

9. *Custodiant præcepta*, simil. Sy. V. Ch. [וְשָׁמְרוּ אֶת־מִשְׁמַרְתִּי] *Custodiant custodiam meam*, O. V. *observationem meam*, Ti. *Custodia*, pro *re custodita*: H [a]. Alii intelligunt Sanctuarium, sive Templum [b]. Sic observabunt custodiam & observantiam loci sancti. Hunc sensum probant verba seq [c]. ¶ *Ut non subjaceant peccato*, [וְלֹא יִשְׂאוּ עָלָיו חֵטְא] *Et non portabunt* (vel, *ut nè recipiant*, Sy.) *super se peccatum*, Mo. O. vel, *peccata*, Sy. Alii sic; *ut non suscipiant propter illud* (vel, *pro eo*, Ch.) *peccatum*, Sa. Ar. M. P. A. ¶ *Cùm polluerint illud*] Sim. Ar. M. i. e. Sanctuarium, Ma. Vel, *illam*, JT. P. i. e. vel *custodiam*, i. e. leges, V. vel *rem sanctam*, JT. Pi. A. [At Sy. habet, eò quòd *polluerint animas suas*.] ¶ *Qui sanctifico eos*] [Ità ferè omnes.] i. e. Sacerdotes, Pi. Alii, *eas*, JT. i. e. res sacras, Pi. Res eas à profanatione vindicans, quia oblatas mihi pro sanctis habeo [d]. Sed hoc mihi videtur alienius. Confer Levit. 20. 8. & 21. 8, 15, 23 †. *Qui sanctifico illud*, Ar.

Marginalia: a Ma. — b Pi. V. O. — c Pi. — d Me. — † L. — f D. — g Ma. — h V. Ma. — i Bo. La. — k Bo. — l V. M. — a O. — b Ità He. in V. — c Ma. — d Ma. — † Pi.

10. *Alieni-*

10. *Alienigena*] Vel, *extraneus*; [ità vertunt plerique:] *advena*, Ar. *alienus*, JT. *profanus*, Ch. in F. Qui non est de genere sacerdotali [f]. ¶ *Inquilinus sacerdotis*] [Ità ferè omnes.] *Inquilinus*, sive advena, sive civis [g]. Significat servum perforatum [h]; Inquilinus dicitur, quòd diu apud dominum habitârit [i]. Opponitur servo nonnisi ad sexennium obligato, qui hîc dicitur שָׂכִיר, quia parùm distat à mercenario. Sic Heracleotæ servos appellabant δωροφόρους, (*dona ferentes*,) ἀφαιρέντες τὸ πικρὸν τῆς προσηγορίας, (*tollentes acerbitatem appellationis*:) Athenæus lib. 6. cap. 7 [k]. [Aliis תושב est *hospes* sacerdotis; ità Sy. Ar. A.] Ut denotet eum qui moratur cum sacerdote tanquam hospes, mercenarius, aut peregrinus [l]. Qui in eadem domo, vel ejus parte, tanquam in conducto, habitat, ut sæpe fit [m]. ¶ *Mercenarius*] Servus conductitius saltem ad sex annos [n]. ¶ *Non vescentur ex eis*, לֹא יֹאכַל קֹדֶשׁ] *Non comedent sanctitatem*, Ma. vel, *sanctificationem*, O. i. e. partes quæ sacerdoti cedebant, putà armum dextrum & pectusculum [o]. Prohibitum hoc prædictis, quia sunt sui juris [p]: nec sunt de familia sacerdotis [q].

11. *Quem emerit*] Quia tales toti sunt sui domini & heri [r].

12. *Si nupta fuerit*, sic Ch. כִּי תִהְיֶה וגו'] *Si fuerit viro*, &c. Mo. *Esse* sumitur pro *nubere*: sic Ruth 1. *Senior sum quàm ut sim viro* †. Per nuptias jam in aliam familiam commigravit [t]. ¶ *De his quæ sanctificata sunt & de primitiis*, בִּתְרוּמַת הַקֳּדָשִׁים] *De primitiis sancti*, ο'. *de separatione*, vel *oblatione*, *sanctorum*, vel *consecratorum*, Sy. Ti. sim. M. P. *de his quæ sanctificata & separata sunt*, Ch.

14. *Addet*, &c.] Debebat etiam dare arietem Deo in sacrificium, ut dictum c. 5. 15 [v]. ¶ *Dabit sacerdoti in sanctuarium*, אֶת־הַקֹּדֶשׁ] Variè reddunt. *Cum sanctificato*, M. simil. P. Ti. *Cum æquivalente* illius quod comedit [x]. Al. *sanctitatem*, Mo. vel, *sanctum*, ο'. Sy. Sa. *pro sacro*, Ar. *ad sanctitatem*, Q. in Ma. Alii, *ut inferatur in sanctuarium*: vel ad usus sacerdotis, si partem ejus comedisset; vel sanctuarii, si partem quæ Deo cedebat [y].

15. *Nec contaminabunt*] Nè contaminent, vel, sacerdotes, polluti comedendo; vel, (quod malim) populus, oblata Deo comedendo [z]. ¶ *Quæ offerunt*, אֵת אֲשֶׁר יָרִימוּ] Q. subaudiunt &, *Et id quod obtulerint*, V. ità Ar.

16. *Nè fortè sustineant*, וְהִשִּׂיאוּ אוֹתָם] *Et levare* (vel *portare*, O.) *facient eos*, Ma. O. i. e. *Neque portare facient* (subaudienda negatio ex v. 15 [a]. sic Psal. 1. 5 [b].) *eos*, Pi. *neque sinent eos ferre*, JT. *eos*, i. e. plebem. Non erunt in causa ut plebs peccet exemplo eorum [c]. Vel, *seipsos*. (Ità אותם vertunt Q. He. in V. ità RS. & R. Levi in D.) ¶ *Iniquitatem delicii*] Sic ο'. Sa. P. A. sim. M. Mo. Ma. i. e. *pœnam reatûs*, JT. sic R. Levi in D. ¶ עֲוֹן אַשְׁמָה] *Iniquitates & peccata*, Ch. sim. Sy. Ar.

18. *De advenis*] Proselytis [d].

18, 19. *In holocaustum——masculus*, &c.] Utpote dignior †. *Pacifica* vel *pro peccato* ex fœmellis offerri poterant [f]. Holocaustum, quia totum incendebatur in honorem Divinum, dignius erat aliis sacrificiis [g].

19. *Ut offeratur*, &c. לִרְצֹנְכֶם] *In placationem*, i. e. ut sit Deo gratum; vel *acceptabile erit*: vel, *ultro offeretur* [h]. Lev. 19. 5 [i]. ¶ *Et ovibus*] Heb. *ex agnis*. Sed כְּשָׂבִים complectitur & oves & agnos [k].

21. *Vel vota solvens*, &c. לְפַלֵּא נֶדֶר וגו'] *Ad separandum* (vel, *solvendum*, P. vel, *segregando*, JT. A. vel, *& separaverit*, Sy. vel, *secundùm quod destinaverat*, M.) *votum*, &c. Mo. A. ¶ *Tam de bobus quàm de ovibus*] In his enim potiùs quàm in avibus notandæ erant maculæ. Vide quæ ad Levit. 1. 14 [l]. ¶ *Macula non erit*, &c.] Porphyr. de Abst. l. 2. τὰ ἀνάπηρα οὐ θυτέον, (*mutila non sacrificanda* [m].)

22. *Si cæcum*] Vel planè, vel oculo altero: quod & Ægyptiis observatum notat Chæremon apud Porphyr. de Abstin. l. 4 [n]. *Si monoculum*, Ar. ¶ *Si fractum*] Fractos habens pedes, G. O. Me. La. vel manus, O. vel lumbos, vel oculum, Me. La. vel fractum corpus, O. *Fractum osse*, Jon. putà femoris vel cruris,

f F. V. D. Me. Ma. Jun. Pi. A. — g Jun. — h G. post M. F. V. — i F. — k G. — l Me. ex La. Ma. — m Bo. — n M. F. — o T. — p L. — q T. — r Me. — † D. misc. 2. 64. — t Me. — v Me. La. — x F. ex Ch. M. — y La. — z Mo. — a V. Ma. Pi. — b Pi. — c V. Ma. — d Ma. — † L. — f Me. — g L. — h V. — i Ma. — k Ma. — l A. — m G. — n G.

BA. *Vitulos ad aram humeris hominis allatos non litare; sicut nec claudicante nec alienâ hostiâ deos placari*: Plin. 8. 45 [o]. ¶ *Si cicatricem habens*, חָרוּץ] Vertunt, *succisum*, Ch. *concisum*, Ma. O. V. Mo. Sa. vel *scissum*, Ar. M. *concisum labiis*, P. O. Ti. in Bo. At in Hebræo nulla *labiorum* mentio [p]. Hebræi exponunt de scissuram habente in labio, vel palpebris [q], sive superciliis [r], vel auribus, vel naribus *. [Sy. vertit, *impetigine laborans*.] Aliis est animal habens membrum loco suo *dimotum*, vel *divisum*; nam חָרַץ est *dividere*, *removere* †. LXX habent, γλωσσότμητον· i. e. nè *linguam fissam haberent* victimæ: quod observatum (Romanis) notat Servius ad Æn. 6 [t]. ¶ *Si papulas*, sic Ch. יַבֶּלֶת] *Verrucam*, Ma. Me. O. eleganti Hebraismo, pro animali pleno verrucis [v]. Ità Hebræi omnes & Græci, BA. 1. 2. 46. 522. *Tuberculum*, i. e. concretam & confusam carnem; à בָּלַל. Possis reddere, *marcorem*, *flacciditatem*, à בּוֹל, vel נָבַל. Alii, *inflationem* [x]. Hoc propriè significat, sive *elevationem* [y]. Alii à יָבַל deducunt; q. d. *productionem & excrescentiam carnis* [z]. *Aut fluxu affectum*, JT. *verrucis conspurcatum*, V. ¶ *Aut scabiem*, &c.] Vide ad Lev. 21. 20.

23. *Aure & caudâ amputatis*, sim. ο'. Sy. שָׂרוּעַ וְקָלוּט] Noster sic accipit, q. d. *cui excrescentia*, seu *superfluitas*, scil. aurium & caudæ, *decurtata* [a]. [Reliqui aliter.] ¶ שָׂרוּעַ] Vertunt, *superfluum*, O. Ch. P. *prælongum membra*, JT. *auctum*, i. e. habens coxam aut pedem nimis protractum, V. *Excrescentem*, ità Mo. Sa. *membris*, Sa. *enormibus membris*, Ti. ¶ קָלוּט] Vertunt, *mutilum*, Sa. *nanum*, Ar. *diminutum*, Ch. P. *contractum*, Mo. V. *pede*, V. He. in F. M. vel *membris*, Ti. Ma. Cujus ungulæ contractæ & collectæ sunt instar ungulæ equi [b]. שָׂרוּעַ dicitur animal, cùm ex partibus quæ geminæ sunt una est alterâ longior & extensior; contrà, קָלוּט, cùm una pars justo brevior est & contractior. Ità He. omnes, & Arabes excusi duo, & Sa. & Onk. & Jon. Confirmatur ex Esa. 28. 20. Deinde, שָׂרוּעַ, vel סָרוּעַ, (scribitur enim per *Sin* cum puncto sinistro, quasi dicas per *Samech*,) idem est quod סְרוּחַ *superfluum*, *Cheth* & *Ajin* permutatis; quod in illis linguis frequens [c]. ¶ *Voluntariè offerre potes*, &c.] Nempe, sacerdoti, qui id vel in suos usus convertere possit, vel vendere, & pretium in usum Templi vel sacrificiorum impendere: non autem ut votum ex eo solvatur, i. e. ut Deo in sacrificium offeratur. Et sic conciliatur cum v. 21. ubi talia nec spontè offerenda erant †.

24. *Contritis————testiculis*] *Testiculis* non est Hebraicè, sed rectè intelligitur [d]. [Eósque in his quatuor subintelligunt ο'. Ch. Ca. BA. ib.] ¶ מָעוּךְ] *Compressum*, [ità plerique;] *contusum*, Sy. Ar. *concussum*, P. *impulsu fractum*, Ti. ¶ *Vel tusis*, &c. כָּתוּת] Vertunt, *contusum*; [ità omnes:] *contritum*, Ar. ¶ *Sectisque*, &c. נָתוּק] *Avulsum*, Sa. Mo. JT. *ruptum*, Sy. P. Ti. O. Ma. *enervatum*, M. *mutilatum cornibus*, Ar. ¶ *Ablatis testiculis*, כָּרוּת] *Excisum*, vel, *exsectum*; [ità omnes.] His quatuor modis castratur agnus, testiculis vel, 1. *compressis*; vel, 2. *contusis*; vel, 3. *avulsis*; vel, 4. *excisis*. Græcis quatuor sunt vocabula quæ Hebræis ad amussim respondent. Nam מָעוּךְ *compressus* est θλιβίας· כָּתוּת *contusus*, θλαδίας, vel θλασίας· נָתוּק *avulsus*, σπάδων· כָּרוּת *excisus*, τομίας, vel ἐκτομίας. At hîc Seniores non servant verum ordinem. His vitiis addi potest *claudicatio*, ex Deut. 15. 21. Hoc etiam observârunt *Romani & Græci* in sacris suis, nè hostiæ claudæ essent, aut vitiosæ. Vide Alex. ab Alex. Genial. 3. 12. & Scholiasten ad *Aristophanem* in Acharn. act. 3. scen. 3. & Suidam in κόλουρ. †. ¶ *Nè faciatis*] *Nè faciatis* tales, A. i. e. Nè castretis hominem, aut animal ullum [f]. Alii, *nè sacrificetis*, Sy. A.

25. *De manu alienigenæ non offeretis panes*, &c.] Q. restringunt ad victimas vitiosas, nè tum quidem accipiendas ubi ab alienigena offeruntur: Ità Thalmudici [g]. Victimam *Dei cibum* vocari non caret exemplo [h]. Omnia subterfugia peccandi præcludit eis. Putarent illud sibi licitum fuisse [i]. Alii *panes* propriè intelligunt, nempe, τῆς προθέσεως (*propositionis*,) quos Hebræi ipsi serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere, debebant.

o G. — p C. — q O. Ma. G. — r F. ità M. — * G. — † O. ex He. — t G. — v Ma. — x Ma. — y O. — z Ma. — a Ma. — b F. — c BA. 1. 2. 46. 523. — d Ma. O. — † E. L. — d Ma. O. — † BA. ib. — f He. in G. — g G. in M. F. O. RS. — h in L. G. — i O.

debebant [k]. Alii generaliter exponunt [l]. *Panes*, i. e. sacrificia [m]: q.d. cibum Dei [n]. *Alienigenæ*, h. e. Gentilis manentis in sua superstitione [o]: ut patet ex vers. 18 [p]. Non circumcisi [q]. Prorsus repelluntur ab omni oblatione facienda, (etiamsi immaculata offerre vellent, quales erant alioqui panes [r]:) nempe per se †, vel immediatè [r]. (Interim mediatè id licuisse docent Jo. & Ph. nimirum, pecuniâ à Gentilibus acceptâ victimas coemebant pro ipsis Gentilibus in Templo offerendas; ut pro Seleuco, Augusto, &c [v].) Ratio prohibitionis, 1. Quia offerentes intrabant atrium Tabernaculi, ubi erat altare holocaustorum [x]; quò soli Judæi admittebantur. Vide Thren. c. 1. *ingressus sanctuarium*, &c. Ezec. 44. *induxitis incircumcisos*, &c. Act. 21 [y]. 2. *Quia corrupta sunt omnia*, ut sequitur, eò quòd offerentes corrupti sunt, quia idololatræ [z]: vel saltem incircumcisi [a]. ¶ *Quia corrupta & maculata sunt*, מָשְׁחָתָם בָּהֶם מוּם בָּם] *Quia corruptio eorum in eis*, (*est*, Ch. A.) *macula in eis*, Sa. Mo. A. vel sic, *eorum corruptio in eis est macula in eis*. Infidelitas est eorum corruptio, & tanquam macula in sacrificiis [b]. Tum qui offerunt corrupti sunt ipsi infidelitate suâ, tum oblationes vitiosæ & illegitimæ. Proinde utroque nomine aversamini, ô Sacerdotes, istas oblationes [c].

27. *Die octavo*, &c.] Rationes duas adferunt Hebræi. 1. Propter Sabbatum, quod præstat rebus omnibus robur & perfectionem. 2. Quòd creatura tunc perfecta sit, nam septem diebus Deus creavit omnia [d]. Vide quæ ad Exod. 22. 30 †. 3. Mysticè innuebat Christum non passurum mortem in infantia, aut pueritia, (quod tamen Herodes facere maximè cogitavit,) sed in perfecta virili ætate [f]. Plin. 8. 51. *pecoris fœtum sacrificio purum* dicit *die septimo* [g].

28. *Non immolabuntur*, לֹא תִשְׁחֲטוּ] *Non mactabitis, jugulabitis*, viz. ad sacrificium; nam ad esum non prohibebantur [h]. *Non occidentur: nam* שחט de quavis occisione sumitur. Græci, οὐ σφάξεις. Causa legis, quia & στοργὴ & vis imaginatrix etiam in illis est [i]. Quia crudele hoc videbatur [k]. Porphyrius de Mose, τὰ δὲ νεοττοὺς ἐπέτρεψεν ὁ νομοθέτης τὰς γονέας συνεξαιρεῖν, (*vetuit pullos unà cum matribus tollere*.) Attamen hæc lex neque de feris neque de avibus loquitur. Est lex alia de pullis quibus incubatur, Deut. 22. 6 [l].

32. *Ut sanctificer*] i. e. Sanctus habear, ut Matt. 6. 9 [m]. Ut, in gloriam nominis mei, compleam promissiones quas avertit hominum perfidia. Vide suprà 10. 3 [n].

k G. et Hi. ad Mal. 1. l Ità L. T. Me. E. m Me. V. n Me. o Me. Jun. Pi. p Pi. q E.L. r E. † E. t T. v T. Bo. x E. y L. z Me. E. L. a L. E. b A. c Jun. d F. M. † Me. f F. g G. h Ma. i G. k Me. l G. m Aug. in Ga. n Ma.

CAP. XXIII.

2. HÆ *feriæ*, מוֹעֲדִים] *Solennitates*, Ch. in F. ità M. D. *congregationes*, vel *constituta*, O. *conventus*, Mo. *statæ feriæ*, Ti. *Stationes*, *sacra stata*: sic dictæ, quòd statis & certis anni temporibus recurrerent & celebrarentur. Vide 1 Par. 23. 31 [a]. מוֹעֵד est à יָעַד *contestari*, & *convenire*: q. d. *conventio*, (unde אֹהֶל מוֹעֵד est *tabernaculum conventionis*,) quòd tum populus conveniret ad cultum Dei [b]: ad constitutum & contestatum tempus [c]. Vel, *contestatio*; quia aliquid signabant [d]. φιλέορτοι φύσει Σύροι, (*Syri sunt amatores festorum*;) Herodian. 2. in Juliano. Dies festi triplicis generis: 1. Sabbata cujusque septimanæ; 2. Neomeniæ; 3. Solennitates semel quotannis redeuntes: Lyd. an. form. 5 †. [De festis Judæorum vide P. Fagium ad v. 40. hujus capitis.] ¶ *Quas vocabitis*, ità Sa. Sy. O. Ma. אֲשֶׁר תִּקְרְאוּ] *Quas celebrabitis*, V. Q. in Ma. Al. *quibus estis convocaturi eos*, nempe Israelitas, ô vos sacerdotes; juxta Num. 10. 10 [f]. ¶ *Sanctas*, מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ] *Convocationes (celebritates) sanctæ*. Per appositionem dictum; q.d. quas celebrabitis. Vide v. 7 [g]. Tunc convocabatur populus ad cultum Dei [h]. 3. *Sabbati requies*] Heb. *quies quietis*, i. e. summa quies [i]. Vel, *cessatio quietis*, sive *quieta*: i. e. cessabitis prorsus [k]. ¶ *Vocabitur sanctus*] i. e. Erit. Sic *vocari* pro *esse*, Isa. 9. 6. *vocabitur admirabilis*, i. e. *erit* [l]. Exponit qualisnam *quies Sabbati* esse debet; non ad voluptates & carnis delicias, sed sancta ad gloriam Dei. Quod nimirum fit, dum illa propter quæ maximè Sabbatum institutum est observantur. 1. Ut renovetur memoria creationis. 2. Ut otio Sabbati non tam pristinæ vires exhaustæ recuperentur, quàm ut homines ab aliis negotiis liberi solùm audiendo verbo Dei & discendæ veræ Religioni studeant. Hinc Hebræi dicunt, שַׁבָּת נִתְּנָה לְהָבִין מַעֲשֵׂי הַשֵּׁם וּלְהָגוֹת בְּתוֹרָתוֹ, *Sabbatum datum est ut advertas opera Dei, & mediteris in Lege ejus*. Atque hac de causa בָּתֵּי מִדְרָשׁוֹת & בָּתֵּי כְנֵסִיּוֹת, i. e. *Synagogæ & ædes concionatoriæ*, ut illi vocant, olim passim in Israel institutæ sunt. Confer Act. 15. 21. & 2 Reg. 4. 22. unde patet pios in Sabbatis solitos fuisse ad Prophetas contendere, audituri ab illis expositionem Legis. Ampliùs quoque referunt Hebræi, Hierosolymis olim tantum fuisse studium Legis Divinæ, ut ultra 400 publicas Scholas & Synagogas habuerint in quibus Lex Dei docebatur [m]. ¶ *Sabbatum Domini*] Domino dicatum; vel, in quo Dominus requievit; vel, in quo quiescendum in honorem Domini [n]. ¶ *In cunctis habitationibus*] i. e. Domi, foris, ubivis gentium vel locorum [o]. [Alii aliter.] Domibus vestris privatis. Nam in Templo *sacerdotes Sabbatum violant*, Matt. 12. 5. (nempe materialiter, non formaliter,) sacrificiis intenti [p].

4. *Quas celebrare debetis*, ità Sy. אֲשֶׁר תִּקְרְאוּ] *Quas vocabitis*, ο'. Ch. Mo. Ma. *proclamabitis*, A, *quibus convocabitis eos*, JT. ¶ *Temporibus suis*, בְּמוֹעֲדָם] *In stationibus suis*, i. e. statis temporibus. Ità capitur Gen. 1. 14. Psal. 104. 19 [q].

10. *Cùm ingressi*] Hinc patet festa & leges has ceremoniales non obligâsse eos in deserto [r]. ¶ *Et messueritis*] i. e. Volueritis, sive cœperitis, metere, ut explicatur Deuteronom. 16. 9. Ante hanc oblationem illicitum erat vel messem demetere, (teste Jo. Antiquit. 3. 10.) vel segetem comedere, v. 14 †. Q. messem *hordeaceam* intelligunt, quæ maturescere incipit ante triticeam, nempe Martio aut Aprili [t]. Vide Exod. 9. 31, 32. & 34. 22. & Ruth 2. 23 [v]. Alii, *triticeam*; propter teporem regionis. Vide Jos. c. 3. v. 15. Ma. Manipulus hic ex hordeacea segete plerumque erat: at potuit esse ex triticea, si triticum maturum esset [x]. ¶ *Manipulos*, עֹמֶר] Variè reddunt. 1. *Manipulum*; ità ο'. Ph. Jo. in Bo. Sic dictus est, vel, quòd fasciculus spicarum unus tot grana contineret quæ *Gomer* implerent: vel à עָמַר *merere*, forsan quòd operâ mercenariorum demetatur [y]. עָמַר est *negotiari*, tanquam mercatores facientes contractus seu obligationes. Hinc *Homer*, i. e. manipulus, qu. spicarum colligatio. Indè *Homer* mensura, quia ex granis manipuli impleri solebat. Et mallem *manipulum*, quàm *mensuram*, vertere, quia illum communiùs significat [z]. Pro manipulo accipitur Deut. 24. 19 [a]. & Ruth 2. 15 [b]. 2. Alii pro mensura *Homer* accipiunt [c]. Et adjiciunt haud contemnendam rationem: Lev. 2. 14, 15, 16. præcipitur, ut in hac primitiarum oblatione torrerentur spicæ, excussáque aut tusa grana superfuso oleo ac thure adolerentur: Unde potiùs ad mensuram Homer granorum excussorum, &c. quàm ad fasciculum spicarum, hoc pertinere videtur [d]. Manipulus hîc non offerebatur ad altare cum spicis & paleis & furfuribus, sed siccatus, tusus & purgatus, teste Jo †. Ubique in Scriptura simila jubetur offerri, nec aliter ibi frumentum adoleri solet nisi commolitum & in farinam redactum; etsi hæc farina subindè arida, subindè macerata & subacta, subindè in panes excocta, offerretur. Non ineptè ergò pro mensura accipi potest [f]. Non singuli singulos offerebant manipulos, sed omnes unum [g], è publico vel vicinia [h], nomine totius populi [i]. Hujus oblationis causæ erant; 1. Ut admonerentur de Divino frugum beneficio, & orarent Dominum pro benedictione super messem. 2. Causa politica erat, ut istâ ordinatione cogerentur legitimum tempus messis expectare. 3. Ut ab eo die numeraretur festum Pentecostes [k].

11. *Qui elevabit*, offerendo, Me. וְהֵנִיף] *Agitabit, ventilabit*. Vide de hoc ritu quæ ad Exod. 29. 24 [l]. ¶ *Ut acceptabile*, &c. לִרְצֹנְכֶם] Pro לְרָצוֹן לָכֶם positum est [m]. *Beneplacito vestro*; vel in, sive ad, *beneplacitum*

a Ma. b F. M. c F. d M. † G. f Ma. ex Jun. g V. h Ma. Me. i Me. k V. l Me.

m F. n Me. o Ma. p Me. q Ma. r Me. † Bo. t Ma. ità Me. T. ex Jo. La. A. v A. x Bo. y Ma. z O. a V. Ma. b Ma. c Ità He. in F. & in V. d Ma. † Bo. T. La. f Bo. g T. h Bo. i T. ità A. k F. ad v. 15. l Ma. m V.

neplacitam vestrum. Q. *in*, vel *ad*, *acceptationem vestri*. Vide Lev. 22. 19[n]. ¶ *Altero die Sabbati*, ממחרת השבת] *De*, vel *à*, *crastino Sabbati*, Ma. Mo. *in crastino*, Ar. P. A. מ pro ב positum, V. *Post diem alterum*, Sy. Ch. reddit, *postridie diei boni*; sic vocant Hebræi diem festum[o]. Etiam & diem convivii & gaudii absque solennitate; ut 1 Sam. 25. 8[p]. *Crastinâ die à prima*, o'. nempe, die Sabbatorum: primus enim & septimus dies Sabbata erant, vers. 7, 8. *Post diem festivitatis*, Ch. Non intelligitur hoc loco Sabbatum ordinarium, sed Sabbatum Paschæ, quod semper decimaquintâ die Nisan obtigit; adeóque crastinum Sabbati erat decimasexta dies Nisan[q], sive secunda dies azymorum[r]. Primus dies azymorum vocabatur *festum*, Num. 28. 17. & illis diebus erant Sabbatismi, Levit. 23. 32, 39[†].

[n] Ma. [o] F. [p] D. [q] A. [r] Me. [†] A.

13. *Duæ decimæ*] Vide ad v. 17. ¶ *Conspersæ*, ità V. בלולה] *Permistæ*, V. Ma. *versatæ* in oleo, V. ¶ *Liba quoque*, ונסכו] *Et fusionem (libamen) ejus*, Ma. [Keri, ונסכו.] Libamenta addita erant omnibus holocaustis, ut patet ex Num. 15[t]. ¶ *Quarta pars*] Mensura agno præscripta, Num. 15. 5[v].

[t] Bo. [v] A.

14. *Polentam*, וקלי] *Tostum*, sive *assum*, *exustum*, aut *frixum*, K. in M. Ità ferè omnes in Ma. *Tosta aut cocta grana*, M. Ch. ut clarè dicitur Lev. 2. 14. *Tostas aristas*, JT. sim. Sa. *placentas frixas*, Sy. Q. He. farinam ex spicis factam, quam in furno siccabant[x]. ¶ *Pultes*, וכרמל] *Spicam teneram & virentem*, M. F. V. Sy. Ti. JT. Sa. *spicam plenam*, P. O. quales producebat Carmelus[y]. *Spicam absque gluma*, Sa. vers. *frumentum perfricatum*, Ar. ¶ *Usque ad diem*, עד עצם היום] *Ad illum ipsum diem*. [*Vide quæ ad* Gen. 7. 13.] ¶ *Cunctisque habitaculis*] i. e Extra Canaan. Id speciale huic præcepto, comitante prece pro futura messe[z].

[x] Ma. [y] O. [z] G.

15. *Ab altero die Sabbati*, ממחרת השבת] *A crastino Sabbati*, O. Ma. Qu. A quo die incipienda numeratio? Resp. Variant. 1. A secundo die azymorum, & *Sabbatum* hîc est primus dies azymorum[a]. (Hebræi Hellenistæ vocabant δευτέραν τῷ Πάσχα, i. e. *secundam, alteram, postridie Paschatis*.) Consentit practica Hebræorum[b]. 2. A crastino illius Sabbati hebdomadarii quod in diebus Paschæ incidebat. 3. Ab octavo die Paschæ; & *Sabbatum* est totum tempus Paschæ[d]. De his sentiat quisque quid volet[†]. ¶ *Septem hebdomadas*, שבתות] *Sabbata*, Ma. *Sabbatum* hîc (ut alibi) significat hebdomadam[f]. Ità vertunt o'. Ch. Ar. P. JT. Rectè, sic enim declaratur in fine versûs. Sic, *Jejuno bis in sabbato*[g]. Hinc *prima*, *secunda*, &c. *Sabbati*, i. e. hebdomadis[h].

[a] Ità Jo. in La. O. Ma. Me. L. Q. in F. [b] O. [d] Q. in F. [†] V. [f] M. D. Ma. O. [g] D. [h] D. M. ex He.

17. *Ex omnibus habitaculis*] i. e. Non ex fructibus exteris, sed ex terra Canaan[i]. Alii notant præcipi ut quælibet domus offerret duos panes[k]. Secùs erat de manipulo spicarum[l]. ¶ *Panes primitiarum*, לחם תנופה] *Panem elevationis*, O. Mo. vel, *agitationis*, Ma. Vide ad v. 11. ¶ *Panes—similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domino*] [Simil. ferè omnes. At o'. —*coquentur de primis frugibus*.] Qu. Quæ ratio hujus festi & oblationis? Resp. 1. In gratiarum actionem pro messe[m]. 2. In memoriam libertatis quam eo die consecuti sunt, dum Lege latâ instituta fuit inter eos nova politia, cùm antea servi erant, & tenerentur alienis legibus. Confer Deut. 16. 10. 3. Monuit eos & omnem panem jam sanctificatum esse, si cum gratiarum actione sumatur; & ut fructibus messis sanctè uterentur. 4. Vaticinium hoc erat venturæ illius Pentecostes, Act. 2[n]. ¶ *De duabus decimis*] Heb. *duæ decimæ*, Ma. Duplicatur hoc munus; (nam uni agno una decima præscribitur, Num. 15. 4.) At libamentum non duplicatur, quod etiam notat RS. Jarchi[o]. An duæ decimæ erant tantùm in duobus panibus, an in singulis, obscurum est. Crediderim posterius, ex Jo. Ant. 3. 10[p].

[i] Ma. [k] Ma. ità La. Bo. [l] La. [m] G. F. [n] F. ad v. 15. [o] A. ad v. 13. [p] Bo.

18. *Cum libamentis*] *Libamenta* vocatur quidquid cum victima offerebatur; ut oleum, vinum, farina, thus, sal[q].

[q] Me.

19. *Facietis*] i. e. Sacrificabitis: sic vers. 12. Vide quæ ad Exod. c. 29. v. 36[r]. ¶ *Hircum*] Heb. *hircum caprarum*, i. e. hircum novellum, vel, qui matrem sequitur[†].

[r] Ma. [†] Me.

20. *Coram Domino*; *cedent in usum ejus*, ליהוה לכהן] *Domino*, *sacerdoti*, Mo. vel, *pro sacerdote*, Sa. JT. Sy. vel. *detur sacerdoti*, Ar. sim. o'. *Domino & sacerdoti*, Ch.

21. *Et vocabitis*, &c. וקראתם בעצם היום הזה] Variè reddunt. *Vocabitis hunc diem* celeberrimum, &c. Vulg. La. Bo. Sy. *Vocabitis eundem diem nomine sancto*, Ar. Al. *Proclamabitis in robore illius diei*; q. d. Illo die clamandum & gaudendum[t]. Al. *Convocabitis in illo die*, Jun. Sa. nempe, *omnes*, JT. Al. *Et celebrabitis hoc ipso die* celebritatem, P. *Vocabitis hunc eundem diem*, ut sit vobis convocatio, M. Ti.

[t] O.

22. *Postquam messueritis*, &c.] Vide ad Levit. cap. 19. vers. 9[v].

[v] Ma.

24. *Memoriale, clangentibus tubis*, זכרון תרועה] *Memoriale* (vel *monimentum*, JT.) *clangoris*, Ch. Sa. Sy. JT. O. (*tubarum*, o'. A. *inflatarum*, A.) תרועה idem quod רעה Exod. 32. 17. vide. Aiunt significare concitatum fractúmque strepitum buccinarum. Q. *memoriale jubili, gratulationis*, ut felix faustúsque esset annus novus qui tunc inciperet[x]. Institutum hoc festum, vel, 1. in memoriam Isaac à morte liberati[y]. Unde & eo die cornu canunt arietino, quòd aries pro Isaac immolatus est[z]. Non placet. 1. Scriptura non dat hanc causam. 2. Nec ob unius liberationem publicum festum instituisset Deus[a]. In ea autem (Isaaci) liberatione intelligebatur liberatio per Messiam futura, Zach. 9. 14[b]. Vel, 2. in memoriam Jericho, cujus mœnia clangore cornuum sponte corruerunt. Et hoc, licèt nondum factum, prævidit Legislator[c]. Vel, 3. isto clangore excitare voluit Israelitas, ut hunc mensem præ aliis observarent, & quòd in eo plurima erant festa, (omnibus frugibus tunc collectis;) & propter numerationem anni septimi ac jubilæi, quæ ab hoc mense inchoatur[d]. Indè incepisse aiunt annum civilem, emptionum, venditionum, servitutis, remissionis terræ, jubilæi[†].

[x] Ma. [y] L. E. Me. RS. in M. He. in F. G. [z] F. [a] F. V. [b] G. [c] T. ad v. 10. [d] V. ex F. [†] Ma.

27. *Expiationum*] Vide quæ ad Levit. 16[f]. ¶ *Affligetis animas*] *Jejunio*, Ar. L. aliísque dolendi indiciis[g]. *Anima* pro homine[h]. Eo tempore crimen Vituli remissum[i]. Ad avertendum morbos qui in autumno frequentes[k]. Civilis tantùm erat hæc expiatio, & pædagogia, quâ admonebantur de vera expiatione per Christum ventura[l].

[f] F. [g] G. [h] Ga. [i] G. He. in F. [k] G. [l] V.

29. *Peribit*] Difficillimum erat in tanto præceptorum numero non alicubi impegisse. Præterea etiam alii aliorum crimina lugebant, ut Dan. 9. 5[m].

[m] G.

32. *A vespera ad vesperam celebrabitis sabbata vestra*] i. e. Omnes dies festos[n]. q. d. Nè miremini quòd dixi, *Affligetis animas die nono*, &c. cùm alibi dixi hoc faciendum *die decimo*; quia jejunium inchoandum est die nono secundùm vulgarem & civilem supputationem, etsi juxta legem ac ritum Festorum velim illam vesperam antecedentem ad sequentem diem pertinere[o]. Nè afflictio hujus diei quasi ingrata differenda putetur in ipsum diem decimum, jubeo ut eam inchoetis à vesperâ noni diei[p]. Hebræi à Sole occaso diem incipiunt; ab ea re dictum ערב בקר, q. d. ἑσπερόπρωϊον. Indè & νυχθήμερον. Scal. canon. Isagog. l. 3[q]. In N. T. ut dies Sabbati mutatus est, ità & inchoatio diei, quæ manè fit, non vesperi; quia Christus tunc resurrexit[r].

[n] Bo. La. [o] Bo. [p] La. [q] Ga. [r] Argi.

34. *Feriæ tabernaculorum*, חג הסכות] *Festum umbraculorum*, Ch. *tegumentorum*, Mo. *absconsionum*, Ma. (סכות propriè *absconsoria*, *cooperimenta*, *tectoria*, *tuguria*, *umbracula*: vide Gen. 33. 17[†].) Sic & Romæ festum diem fuisse quo tentoria è fronde casæ ponerentur, vides Ovid. Fastor. 3[t]. *Plebs venit, ac virides passim disjecta per herbas*, &c. Festi hujus Judaici meminit Plutarchus, (l. 4. Sympos. problem. 5.) vera falsis immiscens: *Maximæ (inquit) & perfectissimæ Judæorum solennitatis & tempus & modus cum Bacchi sacris congruit. Quod enim ipsi vocant jejunium, id sic celebrant, ut maximè fervente vindemiâ proponant mensas, in quibus expositæ sunt omnis generis fruges; & sub tabernaculis desident, potissimùm è palmitibus & hedera quæ contexuntur; & diem quæ festum antecedit Tabernaculariam nominant*[v]. Idem festum Joh. 7. 2. dicitur *Scenopegia*, i. e. *fixio*, seu *compactio*, *Tabernaculorum*[x]. Hujus causa, vel, 1. Gratiarum actio pro nubis ductu[y], & Divina protectione per nubem exhibita[z].

[†] Ma. [t] G. Ma. [v] Me. [x] Me. V. [y] G. [z] He. & Ch. in F. La. Me.

2. Ut recordarentur habitationis suæ in Tabernaculis, ut dicitur v. 43. & sic admonerentur de miserrima vita majorum suorum in deserto, in quo errârunt exsules sine domo, sine agro, omnium direptioni expositi, (cùm tamen Deus illos miraculosè servavit;) & cum ea conferrent præsentem felicitatem, cùm domos, agros, ædes, urbes, regna possiderent, omnibus formidabiles[a]. 3. Ad gratias Deo agendas pro frugibus toto anno collectis. Vide Exod. 23. 16. Num. 29. 12[b]. ¶ *Septem diebus*] Nam octavus dies immunis erat ab illa ceremonia habitandi in tabernaculis[c].

36. *Est cœtus atque collectæ*] Duplici voce explicant Hebræam עֲצֶרֶת[d]. Variè reddunt. *Concio erit* hoc die, Ti. *cœtus est*, O. *solennis conventus*, A. *Cœtus & collectæ* Vulgato dicitur, non tam pecuniarum aut eleemosynarum, (ut volunt To. L. Caj. O. in La.) quàm populi tunc congregati ut gratias agerent, quòd post longam in deserto peregrinationem Tribus Israeliticæ in Terram promissam pervenissent †. Alii, *Retentio est*, He. in M. ità O. M. Mo. vel, *festum prohibitionis*, vel *retentionis*, Q. in Ma. Vel, quòd transactis septem diebus populus adhuc uno die retineretur[f]; vel, quòd eo die nè quid operis fieret prohibebatur[g]; vel, quòd populus in eo ad collectam pecuniæ pro sacrificiis faciendam retinebatur[h]: aut, quia pro retinendis & parandis per totum annum necessariis pro usu Tabernaculi instituta erat hæc dies octava[i]. *Prævalescentia est*, Ma. i. e. magna & valida festivitas; sex intermediis diebus prævalebit, & æquabit primum. Dicitur *magnus dies festi*, Joh. 7. 37[k]. Al. *Interdictio*, vel, Dies *interdicti*, JT. sim. Sa. i. e. quo servili opere interdicebatur[l]. Al. *Conclusio est*, i. e. finis & terminus ejus solennitatis. Non alienum est. Unde ό. est ἐξόδιον, i. e. exitus & finis festi. Vide ad Joh. 7. 37[m]. Vel, dies egressionis è tabernaculis. Al. *constrictionem*, *inclusionem*; quasi ad celebrationem festorum constringatur retineatúrque populus, atque in unum colligatur. Hinc quidam dies vocati sunt *Ghatzereth*, quòd in illis populus cogeretur in Templo. Al. *Congregatio valida*, ut fit in solennitate, aut festo[n].

37. *Juxta ritum uniuscujusque diei*, ità V. Ch. Sa. *pro jure debito cuicunque diei*, Sy. דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ] *Rem diei in die suo*, i. e. unumquodque sacrificium (vel, munus) in die suo[o]. *Verbum (ordinarium, demensum, constitutum*, vide Ex. 5. 13.) *diei*, &c[p]. Hujus Hebraismi varius est usus, ut vides ex hoc loco, & Ex. 5. 13, 19. & 16. 4[q].

38. *Exceptis sabbatis*] h. e. Sacrificiis Sabbato offerendis[r].

40. *Fructus arboris pulcherrimæ*, ità V. Sy. פְּרִי עֵץ הָדָר] Vertunt, *fructum* (vel *termites*, JT. i. e. ramos ex arbore decerptos cum fructu †, ut *fructus* sumitur Ezec. 19. 12[t]. aut, *surculos*, *germina*, ut 2 Reg. 19. 30[v].) *ligni* (vel *arboris*, Ch. Sy. Ar.) *decoris*, Mo. Ma. *fructum ligni speciosum*, ό. Sa. vel, *fructum ligni speciosi*, T. vel, *magnifici*, M. *fructum arborum speciosarum*, JT. quales sunt ferè omnes oleosæ; idcirco Nehem. 8. ponuntur *frondes olivarum*, *myrti*, & *oleosarum arborum*[x]. Fructus maximè obvios in illa terra, & qui virorem diu conservent; Maimonides. Jo. ἐκ φοινίκων καὶ ἰτεῶν[y]. *Citrum* intelligunt He. & Ch. (juxta editionem Complutensem *.) Ità RR. cum Jo. in T. Quia speciosissimus hic fructus est[z]. *Malorum aureorum*, Ar. Sy. ¶ *Spatulásque palmarum*, sic ό. Ch. Sa. JT. i. e. ramos palmarum[a]; כַּפֹּת] *Curvitates (cavitates*, Ma. *frondes*, M. A. *ramos*, P. Ti. *medullas*, Sy. Ar.) *palmarum*, Mo. Ma. Sunt כַּפּוֹת *extremitates arboris*, ut in homine manus sunt extremitates[b]. Hebræi dicunt esse frondes palmarum quando folia adhuc in surculo delitescunt, & surculus ipse sceptri præ se fert formam[c]. ¶ *Et ramos ligni densarum frondium*, sic Sa. vers. JT. P. Ti. וַעֲנַף עֵץ עָבֹת] *Ramum arboris densæ*, sive *perplexæ*; ità ό. in F. *Densitatem ligni intricati*, Ma. *ramum ligni complicati*, Mo. *de ramis ligni textili artificio consertis*, Ar. *Myrtum*, Ch. Sy. Onc. & Jon. & RS. in D. & Jo. & alii. 2 Esd. 8[d]. Non convenit Nehem. 8. 15. ubi *arbor densa* distinguitur à *myrto* †. ¶ *Et salices de torrente*, [ità ferè omnes; at Ar. *de populo fluviali*;] וְעַרְבֵי נָחַל] *Salices*, O. Ma. *Mixtiones torrentis*, quæ torrentibus mixtæ sunt[f]. Ex his vimina

a V. ex F. b Me. c Ma. d Ma. † La. Me. f He. in M. & in F. O. g F. V. O. A. h F. O. i Ma. k Ma. l Ma. m A. n Ma. o M. F. O. p Ma. q V. r Bo. † Ma. A. t A. v Ma. x Ma. y G. * F. O. z F. ad v. 10. a Me. La. b M. c M. F. V. Ma. d Me. † Ma. A. f O.

fiebant ad colligandos ramos[g]. Docetur hoc loco ex qua materia umbræ illæ exstruendæ essent[h]. Et negari non potest hoc vehementer confirmari ex Neh. 8. 15. Sed refragatur Hebræorum (& nostrorum) summa consensio, qui hoc versu 40. præcipi volunt novum & peculiarem ritum præter confectionem Tabernaculorum[i]. Ritus autem talis erat: Faciebant Judæi fasciculum ex istis quatuor[k], (potiùs, ex tribus, nempe ex *ramis palmæ, myrti, & salicis*; nam pomum citrinum sinistrâ manu gestârunt[l],) quem manè gestabant per septem dies. Nec quidquam comedunt priusquam circumgestaverint[n]. Sed quicquid hîc Hebræi somnient de nova ceremonia, planè explicatio est mandatæ ceremoniæ tuguriorum: docetur enim ex qua materia paranda sint, & quomodo vincienda. Vide Nehem. 1. 8[o]. Plutarch. de hoc ritu, 4. Sympos. problem. 5. *Est etiam solenne apud eos festum cradephoria, à palmitibus gestandis, & thyrsophoria, ubi thyrsos gestantes in templum intrant: quid intus faciant ignoro.* Jo. 3. 10. *Gestantes ramos myrti, salicis & palmæ, ex quibus mala Persea dependent.* Græca Josephi habent, *Adest & malum Perseum*. Intelligunt *citrinum*[p]. [Vide de isto Jo. loco Bo.] Similis apud Athenienses ὀσχοφορία. Meminêre interpres Nicandri, Aristodemus apud Athenæum, & alii. Ipse ramus talis εἰρεσιώνη Græcis; quâ voce & hîc Jo. utitur[q].

44. *Locutúsque est Moses super solennitatibus*, &c. אֶת מוֹעֲדֵי וגו׳] *Solennitates*, ό. *Edixit Mose solennitates*, Sa. JT. A. *Locutúsque est Moses ordinem solennitatum*, Ch. *Retulit——festa*, Sy.

g Q. in Ma. h Jun. i Ma. k M. l Ma. n Ma. M. o Jun. p Ma. q G.

CAP. XXIV.

2. *Ut afferant*] Cùm enim sacrificia, &c. oblata essent nomine populi, hujus erat suppeditare sumptus. Ad sumptus Templi erat gazophylacium, Luc. 21. 1. & quotannis offerebant, Exod. 23. 15. etiam dimidium siclum, Exod. 30. 13[a]. Vide hunc versum Exod. 27. 21[b].

3. *Extra velum*] Quod dividebat Sanctum à Sancto sanctorum[c]. Vide Exod 27. 21[d].

4. *Mundissimum*] Aut, quia ex auro, &c. aut, quia mundandum antequam accenderentur lucernæ †.

7. *Ut sit panis in monimentum oblationis*, וְהָיְתָה לַלֶּחֶם לְאַזְכָּרָה אִשֶּׁה] *Eritque* (vel, *ut sit*, A. M. Ti.) *pro pane*, Sa. Sy. A. (vel, *super panem*, Ar.) *in memoriale*, Mo. M. T. (*suffimentum*, JT. *odorem*, P. *ad monimentum*, Ti.) *ignitio*, Mo. (*igne absumendum*, JT.) *In memoriale sacrificiorum ignitorum*, Sa. *in odorem oblatum Deo*, Ar. *in monimentum panis oblationis*, Ch. *in odorem & incensum*, P. *monimento atque sacrificio*, Sy. Sensus est, Vice panis cremabitur[f]; eritque memoriale pro pane, quomodo pugillus Minchæ *ejus memoriale* dicitur Levit. 2. 2[g]. Quia non poterat adoleri panis. Super panes erat thus per totam hebdomadam: die Sabbati panis edebatur, & vice panis thus adolebatur[h]. Tam gratus Domino acsi esset holocaustum[i], q. d. Impones thus, ut significet panem hunc Deo jugiter offerri; thus enim soli Deo per ignem adoletur[k].

8. *Suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno*, מֵאֵת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וגו׳] *A filiis Israel*, V. O. sub. *acceptum*, V. A. vel, *offerentur*, O. Tales ellipses alibi sunt. Sic, *in area*, 1 Reg. 22. 10. pro, *sedentes in area*, ut 2 Paral. 18. 9. Sic, *onera*, 2 Paral. 2. 18. pro, *ferentes onera*, 1 Reg. 5. 15. Acceptum autem erat à filiis Israel, quia emptum pecuniâ ab illis datâ. Nehem. 10. 32, 33[l]. Materia data ab his, panes verò confecti à Levitis[m]. *Ex dono fil. Israel*, Sy. Quos sacerdos acceperit ab iis fœdere perpetuo[n]. [Sa. aliter, *Cum filiis Israel est fœdus sempiternum.*]

10. *Egressus*] Egredi sæpe est *aggredi* & *accipere*, (lege, *incipere*.) Sic Exod. 2. 1. Deut. 13. 13[o]. ¶ *De viro Ægyptio*] Proselyto, ut existimant[p].

11. *Cúmque blasphemâsset nomen Domini & maledixisset ei*, וַיִּקֹּב הַשֵּׁם וַיְקַלֵּל] *Et nuncupavit* (*explanavit*, Ch. *exsecrans*, JT. *expressit*, P. Sy. Ti. *disertè*, Ti.) *nomen, & maledixit*, Mo. Sa. P. (vel, *despexit*, O. Ti. vel, *blasphemavit*, Ch. Sy. Ar. JT.) נָקַב est propriè *perforavit*, O. A.

a Me. b Ma. c L. V. d Ma. † O. Jun. A. f V. A. g A. h V. i O. k La. l A. m Me. n V. o Me. p Ma. T.

O. A. Esa. 36. 6. Habak. 3. 14. Indè, *maledixit*, Num. 23. 13, 25. quod est, malis verbis aliquem perforare [q]. Latini dicunt, *configere aliquem maledictis* [r]. Hebræi omnes vertunt, *explicavit*, *disertè expressit*, M. Expressit nomen Dei suis literis, *Jehovah*, non *Adonai* †. Id gravat culpam. Itaque infrà, ejus qui quoquo modo Deo maledicit pœna est arbitraria, pro modo culpæ; qui illo Nomine pronunciato, pœna mortis, v. 15, 16 [t]. At hoc non probat Maim. *Si Adonai nominaverit, lapidandus est.* Judæi tamen illicitum judicant pronunciare nomen *Jehovæ*. Verùm sanctificatio nominis Divini non consistit in literis & syllabis, sed in fide & obedientia, Num. 15. 31. & 20. 12 *. Regula est Judæorum, *Nullus maledicus reus est lapidationis, donec expresserit nomen Dei proprium in scriptura sua* [v]. *Nomen*, nempe *Jehovæ*, subaudiendum ex v. 16 [x]. Quod omitti volunt ob summam reverentiam [y]. Quomodo, *dextra potestatis*, Marc. 14. 62. pro, *dextra potestatis Dei*, Luc. 22. 69. & Judæi dicere solebant *benedictum*, pro, *benedictum Deum*, Matt. 26. 63. Marc. 14. 61 [z]. Vocatur *nomen* per excellentiam & antonomasiam [a]. Hebræi Deum sæpe appellant השם *Nomen*, ut השם יתברך, i. e. *nomen Dei benedictum*; & nomen *Jehova* vocant שם המפורש, *nomen Dei expositum*; & sine artic. שם, v. 16 [b]. Est defecta locutio, *nomen*, pro *nomen Dei*, ut *verbum*, pro *verbo Dei*. Aut *nomen* ponitur κατ' ἐξοχὴν, pro nomine Dei *Jehovah*. *Solent homines primaria in quolibet genere generis nomine appellare.* Πολλῶν γὰρ ὄντων ὀνομάτων τοῦ Θεοῦ, ἐν τὸ κρεῖττον ἐξαιρέτως ὄνομα καλεῖται· i. e. *Cùm multa sint Dei nomina, præcipuum vocatur NOMEN per eminentiam* [c]. Ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν Ἀττικῶν ἔθος, (*Defectivè jurare Atticum est*;) Pauſ. Corinth. 74. Μὰ τὸν ἐγὼ μὰ, &c. Aristoph. *Ranis*. Ad quæ Scholiastes, ἐλλειπτικῶς ὀμνύει, καὶ οὕτως ἔθος ἦν τοῖς ἀρχαίοις, ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν, εὐλαβείας χάριν, &c. i. e. *Solebant antiqui defectivè jurare, nec addere nomen Dei, reverentiæ ergò. Et sic* (inquit) *Plato juravit.* Οὐ μὰ τὸν, ὦ 'γαθὲ Λύκωνα, &c. Laert. 4. Anthol. 3. 6. & alibi, Steph. ad Corinth. Sophoc. Elect. Οὐ χρὴ τὸ, μὰ, ἐντὸς τοῦ κώλου γράφειν· ἀττικὸν γάρ. νοεῖν δὲ χρὴ τοῦτο ἔξωθεν Ἀττικῶς· ἔστι γὰρ οὐ μόνον τὸ, μὰ, λαμβάνειν ἔξωθεν, ὡς τὸ, οὐ τὰν, ἀλλὰ καὶ, μὰ, πάντες, τὸ τοῦ θεοῦ παραλείπουσιν ὄνομα, (i. e. *nomen Dei omittunt*.) Triclin. Ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, Pindar. Εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν οἱ ἀρχαῖοι παρελίμπανον τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν· Schol [d]. ¶ *Adductus est ad Moysen*] Heb. *adduxerunt* judices, JT. nempe inferiores, juxta Exod. 18. 22, 26. vel, testes †.

12. *Donec nôssent quid juberet Dominus*, לפרש להם על פי יהוה] *Ut exponeret eis*, JT. P. A. V. Ti. supple, vel *ipse*, A. vel *Mose*, *quid faciendum*, JT. vel, *ut exponeretur eis*. Utroque modo exprimere licet. Qu. Cur non morte mulctavit, juxta legem in maledicentes patribus latam, argumento sumpto à minori? Resp. Moses zelo gloriæ Dei putavit pœnam communem non sufficere. At eâ Deus contentus erat, ut doceret Reges, &c. clementiam, neque proprias injurias velut graviores vindicare [f].

14. *Ponant manus super caput*] Vel, 1. tanquam testes [g]; & quasi protestantes velle se, si falsa testarentur, ut sanguis innocentis in ipsorum caput redundaret [h]. Testabantur se audivisse blasphemantem, & impio deberi pœnam [i]. Vel, 2. hoc ritu precabantur ut Deus in eum omnem peccati pœnam devolveret, nec populum propter ejus scelus attereret [k]. 3. Ut profiterentur illum tanquam hostiam piacularem mactandum, ut cœtum & terram, tantâ blasphemiâ impiatam, piaret [l]. Quia populus ejus morte tanquam victimâ expiatur [m]. 4. Ut exprimerent sanguinem ejus super caput ipsius futurum, seque justissimam suæ cædis causam esse [n].

15. *Deo suo*] Magistratui [o]. Non placet; cùm planum sit, occasione istius blasphemi hanc statui legem. At Philo accipit de Gentilium diis, quibus eos maledicere noluit. Neque illud placet: Quorsum hoc, cùm Deus eorum animis tantopere volebat impressam idololatriæ detestationem [p]?

16. *Qui blasphemaverit*, ונקב] Vide ad v. 11. *Pronunciaverit*, Ch. & Gr. ut suprà. Sed ex eo quod præcedit intellige *maledicendo*. In eos qui maledixissent, non illo Nomine expresso, pœna erat verberum [q]. ¶ *Sive*

[q] A. [r] Mc. † F. [t] G. * A. ad verſ. 16. [v] Di. [x] V. [y] F. [z] A. [a] Ma. [b] Di. D. [c] D. quæſt. 2. 69. [d] Gas. † A. † A. [f] F. [g] L. E Me. [h] T. ex Bo. [i] Me. [k] Mc. [l] Ma. [m] G. [n] Ma. [o] D. misc. 2. 65. Caj. [p] Bo. ad v. 16. [q] G.

peregrinus] Etiam homo Gentilis & incircumcisus [r].

18. *Reddet vicarium*, ישלמנה] *Restituat ipsum*: non numero, sed æquivalens †: paris generis animal. In Hebræo est tantùm quod sequitur, *animam pro anima*. Sed mos erat pro animali dare pretium. Nota verò redimi animal mutum, ut rem possessam; Hominem verò, qui omnia possidet, non redimi, sed cæde in cæde pensari. Tantò, etiam Deo judice, pluris est homo [t].

19. *Maculam*, מום] Indè μῶμος. Ità vocant quicquid est quo corpus hominis deterius redditur. Vide quæ ad Exod. 12. 5 [v]. De his vide Exod. 21. 12 [x].

[r] Me. E. † M. F. V. [t] G. [v] G. [x] Ma.

CAP. XXV.

1. IN *monte*, בהר] Nona libri Sectio hîc incipit, בהר dicta *. Q. reddunt, *ad montem Sinai*, viz. è tentorio conventûs. Non enim credibile est Mosen hoc in loco rerum ordinem conturbâsse, cujus commentarii hactenus fuerunt ephemerides accuratissimæ [a]. *Juxta montem*. Sic Manasses sepultus dicitur *in domo sua*, 2 Chronic. 33. 20. hoc est, *in horto domus suæ*, 2 Reg. 21. 18 [b].

2. *Sabbatizet sabbatum Domino*, ושבתה הארץ שבת ליהוה] *Sabbatizabit terra Domino*, Sa. sim. Sy. *dimittetur quiescere coram Domino*, Ch. *quiescet terra Sabbato Jehovæ*, JT. i. e. cessatione à cultura, prout Jehova præcipit [c]. *Quiescet terra, & habebit Sabbatum Domini*, M. Ti. Non arabitur, neque seminabitur [d]. Idque Jehovæ, i. e. in honorem Jehovæ †.

4. *Sabbatum—requietionis*, שבת שבתון] *Sabbatum sabbatismi*, A. *cessatio cessationis*, O. i. e. maxima cessatio, O. A. Sequitur, *Sabbatum Jehovæ*, appositivè dictum [f]. Celebrabitur in honorem (non idolorum, V. sed) Domini [g]. Tanquam homagium Deo debitum. *Dies sabbaticus* (in quo homines quiescebant) docuit ipsos fuisse Jehovæ; & *annus sabbaticus* (in quo quievit terra) docuit terram fuisse Jehovæ. *Die Sabbati* homo cessavit à labore, quem peccatum invexit, Gen. 3. 19. & *anno sabbatico* terra quievit à maledictione indè orta, Gen. 3. 17 [h]. Eo anno etiam remissa aiunt debita, nisi de quibus convenisset ut ad Jubilæum duraret obligatio: id ipsum autem pro convento haberi, si pignus redditum esset ex lege, Exod. 22. 26. Alexander Magn. cùm Judæis concessit suis uti legibus, addit, τὸ ἕβδομον ἔτος ἀνείσφορον εἶναι; (*septimum annum à tributis immunem fore* [i].)

5. *Quæ sponte gignet humus*, sim. ο'. P. ספיח קצירך] *Spontè nascens messis tuæ*, Mo. sim. Ch. Sa. M. JT. A. K. in F. V. Sine satione & cultura hominis, ex granis quæ deciderunt inter metendum [k]. *Cadiva grana messis*, O. *Quod ex decidua messis tuæ spontè nascitur*, Ti. sim. Ma. Vel, *conjunctum messis*, (ספח est *conjungere*, *aggregare*:) i. e. vel, conjunctum ipsi terræ, non multùm ascendens in culmum; vel, id quod loco messis succedit, vel quod præcedentem messem sequitur [l]. *Succedaneum sementis*, Ar. ¶ *Uvas primitiarum*, ענבי נזירך] *Primitias* vocat, quas dominus primo loco colligebat, priusquam vineam pauperibus concessit [m]. Vertunt, *uvas derelictionis tuæ*, vel, *à te derelictas*, M. ex Ch. i. e. uvas natas è vineis non putatis & cultis [n]. Al. *Uvas separationis tuæ*, P. A. V. O. vel, *separationum tuarum*, F. Ma. Mo. i. e. Vel, quas separâsti & consecrâsti Deo [o]; vel, quas separâsti pauperibus [p]; vel, *quas tibi separare volebas*, Ti. sive *solebas*, Ma. vel, à quibus te separâsti, & non laborâsti colendo eas [q]; vel, uvas vinearum quæ sepibus separabantur. Al. *Uvas desertionum tuarum*, i. e. vineæ tuæ desertæ & incultæ eo anno. Al. *Uvas Nazaræorum*, i. e. vitium tuarum intonsarum & imputatarum [r]. ¶ *Non colliges*, &c. לא תבצר] *Non vindemiabis*, Ch. Ma. *decerpes*, *præcides*, Ma. Potiùs, *non includes*, sive *munies*, scil. sepe, (ut solebas,) sed omnibus communes facies †. Ratio legis, ut divites, cùm in septimo anno querantur, Quid edemus? aut, quid bibemus? cogitarent necessitates pauperum, qui semper sunt in illa anxietate, qui nunquam

* V. [a] Ma. ex Jun. [b] A. [c] Jun. [d] He. in L. E. F. V. Ma. † Ma. [f] V. [g] V. O. A. [h] A. [i] G. [k] F. V. [l] O. [m] T. Me. [n] Q. in V. [o] V. ex He. Ma. [p] Ma. [q] He. in V. Jun. [r] Ma. † O.

quam serunt aut metunt[r]. Ostendere voluit Deus quanta esset Sabbati sanctitas, cùm etiam terram ad ejus observantiam obstringeret[v].

6. *Erunt in cibum—tibi*, &c.] Non singulis jure communi, sed populo omni, & iis qui cum populo habitant[x]. Heb. *& erit Sabbatum in escam*; i.e. fructus illius anni Sabbatici[y]. *Quod pullulabit in terra otiante*, Ar. Ex hoc loco colligunt Hebræi mundum tantùm sex millibus annis duraturum, & septimum futurum Sabbatum Domini, M. [In quo plura videre est.]

8. *Septem hebdomadas annorum*, שֶׁבַע שַׁבְּתוֹת וגו'] *Septem Sabbata annorum*, O. Mo. *Sabbata* pro *hebdomadis* ponuntur[a]. Et quia poterant hebdomadæ non esse integræ, additur, *septies septem annos*, & *49 annos*[b]. [Sy. habet, *septem annos repetitos septem vicibus*.] Annos hos solares fuisse necesse est, nam lunares anni abscidissent annum unum cum dimidio, quia eorum ultimus hyeme desiisset. Jubilæus primus fuit annus Exodi. Jubet enim Deus ut annum Sabbaticum agant in fine anni septimi, h. e. in principio octavi, Deut. 15. 1. deinde, ut Jubilæum inchoent in principio anni quinquagesimi, v. 10. Loquitur enim Deus non de anno octavo & quinquagesimo simpliciter, sed ab Exodo. Nam, simpliciter loquendo, inchoandus est ille in principio anni septimi, hic quadragesimi noni, ut Exod. 23. 10. at si comparentur ad Exodum, cadunt in annum octavum, & quinquagesimum. Nam à Sabbatico ad Sabbaticum sunt anni solidi 7; à Jubil. ad Jub. anni pleni 49. Lansberg. chron[c].

9. *Et clanges buccinâ*, וְהַעֲבַרְתָּ שׁוֹפַר] *Et transire facies tubam*, V. O. Ma. i.e. facies ut ubique personet, Q. in Ma. Ut recordarentur diei quo omnes ad clangorem tubæ resurgent[d]. שׁוֹפָר est *tuba* seu *buccina cornea*†. Ità o'. qui passim vertunt κερατίνη, è cornu arietino facta[f]. Clangor hic adumbravit prædicationem Evangelii, & libertatem per Christum, verum arietem pro nobis immolatum[g]. ¶ תְּרוּעָה] (*Tubam*) *jubilationis*, V. *fragoris*, O. *Tubam clangoris*, pro, *clangorem tubæ*: Hypallage[h]. ¶ *Mense septimo*, &c.] Qu. An illa tuba significatio erat Jubilæi jam tum inchoandi, an Vere proximo, cùm annus apud Judæos initium sumebat? Resp. Incipiebat annus Jubilæi simul ac buccinis fuisset indictus[i]. Patet, 1. ex toto contextu. 2. Aliàs periisset unoquoque anno seu Sabbatico, seu Jubilæo, duplex messis, viz. Jubil. & anni sequentis. 3. Idem statuit Ph. lib. *de Charitate*. ¶ *Propitiationis tempore*] Convenienter institutum, ut quo die Hebræi peccatorum suorum veniam flagitarent, eodem etiam fratrum debita solverent; atque adeò dies ille mœroris miseris in lætitiam converteretur. Alii volunt Jubilæum inchoari post octo dies festi Scenopegiæ[k].

10. *Sanctificabis*] i. e. Sanctum denunciabis; vel, populum præparabis[l]. Sacrum & dicatum Deo pronunciabitis[m]. ¶ *Annum quinquagesimum*] Errant Judæi, sicut in Christo, (ad quem Sabbata & Jubilæa eos tanquam manuducebant,) sic etiam in computandis Jubilæis. Initium hujus computationis ponunt in decimo quarto anno post ingressum in terram Canaan: At reverâ inchoanda est hæc computatio in octavo anno Josuæ, sive à morte Mosis, ut patet ex Jos. 14. 1, 2, 7, 10, &c*. Qu. Utrùm annus Jubilæi fuit reipsâ quadragesimus nonus, an quinquagesimus? Resp. Prius statuunt Ger. Mercator, & J. Scaliger, & Hugo Cardinalis in Bo. & in La. & A. Huic opinioni potest litera applicari[n]. Posterius statuunt Bo. & La. Euseb. Beda, Serar. Salian. Torniel. in Bo. Probant. 1. Disertè vocatur annus *quinquagesimus*[o]. Exc. Ità est, si computes Jubilæum præcedentem. Resp. Sic iste annus bis numeraretur, siquidem & ultimus esset prioris Jubilæi, & primus sequentis[p]. 2. Sicut septimus dies hebdomadæ, excluso priore Sabbato, non octavus, eo incluso, dicitur in Scriptura celebrandus; & septimus annus, priore anno Sabbatico excluso, non octavus, eo incluso; ità annus quinquagesimus, prioris Jubilæi anno excluso, non incluso, assumendus est. 3. Aliàs frustrà repeteretur v. 11. *omittendam sementem*, &c. si Jubilæus semper in annum Sabbaticum incideret[q]. 4. Aliàs confusio summa induceretur in

[r] He. in M. [v] Ga. ex Lansb. [x] V. [y] Ma. post Jun. A. [a] F. V. Jun. [b] Ma. [c] Ga. [d] He. in Ma. † He. in Ma. Bo. [f] Bo. [g] F. [h] Ma. [i] Ma. ità L. Bo. & ferè omnes in Bo. [k] Bo. [l] Ma. [m] V. * A. ad v. 2. [n] L. [o] Bo. [p] Bo. La. [q] Bo.

Chronica Judæorum, qui 50 annos completos pro Jubilæo habent[r]. Unicum obstat, (quod illos videtur in contrariam sententiam pertraxisse,) nempe, annonæ difficultas, quæ nasceretur, si annus Sabbaticus & Jubilæus sibi continenter succederent. Resp. Facilè potuit Deus illi incommodo mederi, si tunc benedictionem impertiret *quatuor* annorum, (ut *trium* promiserat, v. 21 †.) ¶ *Et vocabis remissionem*, וּקְרָאתֶם דְּרוֹר] *Vocabis*, &c. h. e. Erit remissio, i. e. debitorum & obligationum[t]. *Vocabitis* (*proclamabitis*, O.) *libertatem*, V. O. Ch. Ma. vel, *remissionem*, o'. *manumissionem*, M. servorum, V. in memoriam liberationis ex Ægypto †. Σεισάχθειαν medicam inæqualitatis quam mala fortuna induxerat[v]. ¶ *Est Jubilæus*, יוֹבֵל הִוא] *Jubilæus*, vel *Jobel*, *erit*, Ch. Sa. M. Ti. A. Mo. P. O. *Jubilæi* annus, JT. *reversio sit vobis*, Sy. vel, *remissio*, Ar. sive *annus remissionis*, o'. Qu. Quid יוֹבֵל? & unde? Q. *arietem* vertunt. Id sign. Jos. 6. 4. ubi nominantur שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים, *buccinæ arietum*, i. e. arietinæ. Verto hîc, *arietis* annus est; aries pro cornu arietino, & hoc pro buccina indè facta, & buccina pro clangore buccinæ[x]. יוֹבֵל sign. 1. arietem; 2. buccinam ex cornu arietino; 3. annum quinquagesimum[y]. At alii negant יוֹבֵל sign. arietem. Totum hoc nititur unius Rabbi testimonio, qui dicit se in Arabia audivisse *arietem* vocari יובלא †. Nec placet Ful. nec BA. 1. Veterum buccinæ ex boum, non arietum, cornibus erant. Halicarn. lib. 2. Varro de Lingua Lat. lib. 4. &c[z]. 2. Arietum cornu solidum est, non cavum, ut inflatum recipere possit[a]. 3. Nusquam, quod sciam, arietem sic vocant Arabes, sed aliis nominibus[b]. Alii sic; Quidni יוֹבֵל sign. *diductionem* soni, (ut יִבְלֵי מַיִם sunt *diductiones aquarum*, rivi, videlicet, in quos flumina diduci solent,) quòd anno 50. solenni ritu *diduceretur*, i. e. in diversas partes & per totam terram quasi duceretur, tubæ sonitus, juxta Levit. 25. 9? Sed cùm hoc aliis, & præsertim bellicis, temporibus factum esset, mallem aliter accipere. Ut igitur יָבַל sign. *ducere*, *deducere*, aut etiam ἀνάγειν, *reducere*, ut Jer. 31. 9. ità יוֹבֵל sign. ἀναγωγὴν, h. e. *reductionem*, vel *restitutionem*; reducebat namque hic annus omnes ad vetustas sedes agrósque, & à servitute ad libertatem *. Alii sic dictum volunt, quia adducit libertatem, & יָבַל sign. *afferre cum gaudio*[c]. Sed הוֹבִיל est simpliciter *afferre*, vel *reducere*, sive *cum gaudio*, ut Psal. 45. 16. sive *cum mærore*, ut Job. 10. 19. & 21. 30, 32[d]. Masius vult *jobel* à *Jubal*, inventore Musices, Gen. 4. 21. deductum, indéque etiam Latinam vocem *jubilare*, i. e. clamorem lætum tollere; quæ vox est rusticorum, qui tenacissimi plerumque solent esse verborum antiquorum †. Hæc sententia verisimilis est[f].

¶ *Revertetur*] Erant enim Israelitæ usufructuarii, sive feudatarii; Deus, sive Lex ejus, Dominus: infrà v. 23, 38, 42, 55. Diod. l. 40. de Judæis ità dicit, *non licuisse eis* τοὺς ἰδίους κλήρους πωλεῖν, (i. e. *possessiones suas vendere*[g].) Hunc regressum bonorum sanxit Deus, 1. nè confunderentur Tribus, idque propter Messiam. 2. Ut familiæ honestæ & nobiles in sua honestate conservarentur, nè quis prodigus familiam evertere posset. 3. Ut ponerent modum avaritiæ. 4. Ut servaretur quædam æqualitas inter Hebræos. 5. Ut scirent Judæi se terræ suæ non tam dominium, quàm usum, habere[h].

12. *Statim oblata comedetis*] Heb. *de agro*, &c. Ma. vel, *ex quovis agro*, JT. nempe, carpendo tantùm, non fructus agri tibi soli demetendo[i]. *Ex agro*, non, *ex area*. Vide ad vers. 5. & ad Exod. 23. 11. Ità docuit illos Deus à se pendere pro pane quotidiano[k].

14. *Quando vendes quippiam*, מִמְכָּר] *Venditionem*, Ch. Ma. V. i. e. aliquid venale[l].

15. *Et juxta supputationem*] Heb. *ad numerum annorum proventuum*, i. e. quibus capies fructum rei venditæ[m].

16. *Tempus enim frugum vendet tibi*, כִּי מִסְפַּר תְּבוּאֹת הוּא מֹכֵר לָךְ] *Nam numerum* (vel, secundùm *numerum*, A.) *proventuum* (i. e. *pro numero* annorum *proventûs*, A. Sy.) *vendit tibi*. [Ità ferè omnes.] Sub. *& non fundum*: tantùm vendit fructum[n].

17. *Nolite affligere*] Pertinet hoc ad servandam æqualita-

[r] Wil. † Bo. [t] Bo. † M. [v] G. [x] Pi. [y] V. † BA. [z] BA. 1. 2. 43. 426. [a] Ful. ex Mas. [b] BA. ib. * Ful. misc. 4. 8. sic O. [c] La. Bo. ex Ser. [d] BA. 426. † Ful. BA. [f] BA. [g] G. [h] Ma. ex La. [i] La. simil. Jun. A. [k] A. [l] V. [m] V. [n] V. G.

æqualitatem inter rem venditam & pretium rei. Vide quæ nos de J.B.& P.12.11. Æqualitas autem ità spectari solita est, ut quod infra sextam partem erat pretij justi insuper haberetur. ¶ *Contribules*] Jus hoc advenæ non proderat [o].

22. *Edetis vetera,* [יָשָׁן] *Vetus,* sub. פְּרִי; *fruges antiquas,* Q. in V.

23. *Non in perpetuum,* ità Sy. Ar. Ca. A. [לִצְמִתֻת] Alibi vox non reperitur, nisi v. 30 [p]. Reddunt, *in exterminationem,* M. F. V. vel, *excisionem,* F. V. Mo. vel, *abdicationem,* V. Quæ absolutè venduntur exterminari quodammodo, perire, & planè abdicari, à venditore videntur [q]. Al. *cum præcisione* redempturæ: Supplementum petitum ex vers. 24 [r]. Al. *lege mancipii,* JT. Heb. *in decisionem,* i. e. præcisâ ratione redimendi †. *Ad confirmationem,* ό. i. e. ut firmum sit ementi in æternum [t]. *Ad depulsionem,* Ti. ut omnino depellatur à vendente [v]. Al. *absolutè,* sive *propriè,* Ch. in A. ut proprietas sit ementis. Vide 1 Reg. 21. 3. Ezec. 48. 14 [x]. *Ad constrictionem,* vel, *coarctationem*; quasi sic sit constricta dominio ementis, ut indè respirare aut evadere non possit [y]. Qu. An nulla venditio posset fieri in perpetuum? Respondeo negando. At quædam exempla obstare videntur. Obj. 1. Jeremias, cap. 32. emit agrum in perpetuum, ut videtur, ideóq; instrumenta jubentur reponi, ut diu conserventur. Resp. Factum hoc in futuræ rei symbolum: At pretium perexiguum satis docet non translatum dominium in perpetuum. Obj. 2. Emptus erat & mons Moria à Davide, & ager figuli & horti à Regibus. Resp. Hæc in urbe erant, vel in loco suburbano, ideóque vendi poterant [z]. ¶ *Mea est*] Illis à Deo acquisita erat magnis miraculis. q. d. Capietis fructum ex ea, sed meus est fundus [a]. ¶ *Et vos coloni mei estis,* [עִמָּדִי] *Mihi,* Sy. *apud* (*ante,* vel *coram,* ό. Ch.) *me,* Sy. M. Ti. Mo. Vide 1 Par. 29. 15. & Psal. 39. 13. Sicut Ethnici, licèt Proselyti, peregrini erant, &c. ità fuêre Israelitæ coram Deo. Ità docuit eos sperare sedes meliores, Heb. 11. Alii sic, *mecum*; quasi Dominus ipse, & populus Dei cum illo, peregrinaretur in hoc mundo. *Sufficit* (inquiunt RR.) *ut servus sit qualis dominus fuit.* Ità referri potest ad Christum, ejúsque peregrinationem in carne [b].

24. *Sub redemptionis conditione vendetur,* ità V. [גְּאֻלָּה תִּתְּנוּ לָאָרֶץ] *Dabitis redemptionem terræ,* [ità ferè omnes.] *Dabitis,* i. e. permittetis. Vide ad Gen. 20. 6 [c]. Q. Redemptionem, sive jus redimendi, permittetis venditori; Ma. Al. *Redempturæ* legem *relinquite ipsi terræ*; JT.

25. *Si attenuatus*] Non fuit potestas alicui vendendi bona sua, nisi ad summam paupertatem redactus fuerit [d].

26. *Non—proximum,* [גּוֹאֵל] *Vindicem,* JT. *redemptorem,* A. [At Ar. semper *curatorem* reddit.] ¶ *Ipse —potuerit invenire*] Heb. *attinget* (*assequatur,* V.) *manus ejus,* Ma. V. sub. *pretium quo redimere possit.* Si manu vel operâ suâ hoc comparaverit. ¶ [כְּדֵי גְאֻלָּתוֹ] *Juxta sufficientiam redemptionis suæ,* sic v. 28 †.

28. *Venditio redibit*] Heb. *egredietur in Jobel, & revertetur* (*ille,* Sy. sim. Ar. A.) *ad possessionem,* Ch. Sa. M. P. Mo. Ma. Nempe, ager venditus egredietur de possessione ementis, & revertetur ad possessionem vendentis. Al. sic, *discedet* emptor *in ipso Jubilæo, & revertetur* venditor *in possessionem suam,* JT. i. e. ad recuperandum illum agrum quem priùs possidebat [f].

29. *Intra urbis muros*] Ità statutum in domibus urbanis, 1. Ut frequentiores redderentur urbes. Libentiùs enim domum emet qui stabilem sibi fore possessionem illius sciat. 2. Ut à vendendo deterrerentur, cùm scirent se domos in perpetuum amissuros. 3. Nullum hîc erat confusionis periculum: nam per domos urbanas non distinguebantur domus atq; familiæ [g]. 4. Quia facilius est habitationem alicubi reperire quàm alimenta [h]; & facilius erat invenire quo domum redimeret quàm quo agrum. 5. Domus videbatur esse emptoris; non sic terra, quam non suâ industriâ acquisierat [i]. ¶ *Donec unus impleatur annus,* [עַד תֹּם שְׁנַת מִמְכָּרוֹ יָמִים תִּהְיֶה גְאֻלָּתוֹ] *Donec compleatur annus dierum, erit redemptio ejus,* ό. [At reliqui יָמִים ab antecedentibus divellunt, & cum sequentibus connectunt.] *Diebus* (vel, *dierum,* Sa.) *erit redemptio ejus,* Mo. sim. O. *Per dies anni* (vel, *anno uno,* P. vel, *anno pleno,* JT. Belg. sim. Ar. vel, *ad annuam diem,* Ca.) *erit redemptio ejus,* M. P. i. e. jus redempturæ [k]. *Dies* pro anno, ut Gen. 24. 55 [l]. qui alibi vocatur *annus dierum,* Gen. 41. 1 [m]. Al. sic, *tanto tempore erit redemptio ejus,* Ch. Al. *à certo tempore ad certum tempus erit facultas redimendi,* Sy. *isti sunt dies redemptionis ejus,* Ti.

Margin notes (left column): o G. — p Ma. — q M. F. V. — r Pi. — † Jun. — t A. — v Ma. — x A. — y Ma. — z Bo. — a V. — b A. — c A. — d F. — † V. — f Ma. — g Me. ex La. — h G. — i O.

30. *Domus quæ est in civitate cui est murus*: at in Heb. [אֲשֶׁר לֹא חוֹמָה] *Quæ non habet murum*: quod intelligi potest de urbe cui olim erant muri, qui jam eversi sunt, vel labefactati, qualis erat *Jerusalem,* 2 Reg. 25. 10 [n]. Sed pro לֹא legendum est לוֹ [o], ut habetur in margine codicum Hebræorum [p]: vel לוֹ [q], ut constat ex verbis antecedentibus [r]. Vide ad Exod. 21. 8. Levit. 11. 21. Et sic vertunt, *in civitate habente murum,* ό. Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. Ca. JT. A. Ma. ¶ *In perpetuum,* [לַצְּמִיתֻת] Vide quæ ad v. 23.

31. *Agrorum jure vendetur,* [עַל שְׂדֵה הָאָרֶץ יֵחָשֵׁב] *Super,* vel *ad, agrum terræ reputabitur,* Mo. Ma. *Cum agro terræ reputabitur,* sub. *unaquæque earum.* Nam *domus,* quod præcessit, est plur †. *Sicut ager terræ æstimabitur,* [ità ferè omnes.]

33. *Si redemptæ non fuerint, in Jubilæo revertentur ad dominos,* [וַאֲשֶׁר יִגְאַל מִן הַלְוִיִּם וְיָצָא מִמְכַּר בַּיִת וְעִיר אֲחֻזָּתוֹ בַּיֹּבֵל] Variant. *Et qui redimet, de Levitis,* (supple, *erit,* vel *esto,* JT. Ang. A. q. d. ab Israelitis aliis non redimetur [t],) *& vendita domus—exibit in Jobel,* A. vel sic, *aut discedet* emptor *à vendita domo—in Jubilæo,* JT. Alii sic; *Et qui de Levitis redemerit, egredietur venditio,* (seu, *vendita domus,* M.) Ch. P. Ti. O. vel, *egredietur de vendita domo,* Sa. *Si quis ex Levitis redimat redemptionem, exibit emptor ab emptione domûs,* &c. Sy. Jus redimendi erit non solùm Levitæ qui vendiderit, sed alteri cuivis Levitæ [v]. Vel sic verti potest; *Quod redimendum fuerit à Levitis,* nec redemerint, egredietur tamen in Jobel [x]. Hic casus meritò in quæstionem vocari poterat [y]. Aliis גָּאַל, *redimere,* ponitur pro קָנָה, *emere* [z]. *Qui emerit,* sub. *domum aliquam,* &c. He. in V. sic Ar. ¶ *Pro possessionibus*] Ideóq; sicut aliorum possessiones, redeunt ad dominos [a].

34. *Suburbana,* [וּשְׂדֵה מִגְרַשׁ] *Et ager suburbii,* Sa. Mo. V. O. Ma. *agri in civitatibus,* Ar. *agri segregati,* ό. מִגְרָשׁ est *ejectio, expulsio,* q. d. ex urbe expulsa, Ma. *Et ager spatii,* Ch. Sa. vers. Loca spatiosa ubi pecora asservabant [b].

35. *Attenuatus,* [יָמוּךְ] *Oppressus paupertate,* Ma. ¶ *Infirmus manu,* [וּמָטָה יָדוֹ עִמָּךְ] Variè reddunt. *Et nutaverit* (vel, *vacillaverit,* Sa. JT.) *manus ejus tecum,* vel, *apud te,* Sa. Ar. Mo. Ti. P. F. ex Ch. V. O. Hs: Facultates ejus ità attritæ fuerint, ut cogatur petere opem à te [c]. Aut non magis rem suam administrare, quàm vir morbo confectus manu uti, potest [d]. Al. exponunt, *si opes ejus fuerint infirmæ,* V. Alii, *& inclinabit manum suam tecum,* Sy. i. e. operam suam sub te ponet, ministrum tuum se exhibebit. Al. *& movebit manum suam apud te*; i. e. extendet manum suam, ut eam apprehendas, eíque auxilieris †. *Si ad vos se receperit,* Ca. ¶ *Et susceperis eum,* [וְהֶחֱזַקְתָּ בּוֹ] *Apprehendes eum,* P. F. ex Ch. *firmabis,* vel *confirmabis,* vel *sustentabis, illum,* F. V. M. JT. A. Belg. i. e. juvabis illum pecuniâ tuâ, &c [f]. Nec patieris ut ad extremam veniat paupertatem: in tempore illi succurre, dum adhuc aliquid habet. Metaphora sumpta est ab his qui labascunt, quos apprehendimus & tenemus nè planè concidant [g]. ¶ *Quasi advenam & peregrinum, & vixerit,* &c. [גֵּר וְתוֹשָׁב וָחַי עִמָּךְ] Juxta Vulg. ו in וָחַי tantùm vertit præt. in fut [h]. Al. *sive peregrinus sive advena fuerit, & vivet apud te*; q. d. non solùm fratrem Israelitam, sed etiam peregrinum, &c. juvabis [i]. *Confirmabis illum, etiam peregrinum aut inquilinum,* JT. Verto, *opitulare ei, ut & peregrino & incolæ qui tecum vivet.* Hîc & infrà 47. ו in וְתוֹשָׁב est ἐξηγητικόν, quod manifestum fit infrà v. 45. Significatur autem is qui, idololatriâ & pravis moribus abdicatis, Deum colebat, quamvis non cum ritibus Judaicis, ut hîc ostendit Ch. Si advenæ misereri debes, multò magis tui popularis. Talibus advenis debebatur stipis aliquid, non item decimæ pars, racematio, & alia [k].

Margin notes (right column): k Belg. et Jun. — l M. F. — m A. — n A. — o M. — p A. — q Pi. — r A. — t A. — † V. — v Q. in Ma. ità Caj. in O. — x O. — y Bo. — z Ità M. F. V. — a Me. — b V. Ma. — c V. — d Ma. ex Jun. — † Ma. — f V. F. — g F. V. — h V. — i V. sim. Ti. M. — k O.

Alii referunt ad fratrem: *Sicut peregrinus & advena vivet tecum*, P. *Corrobora eum per hoc, ut sit tibi cohabitator & hospes, vivàtque tecum*, Ar. *Nè teneas eum quasi incolam, &c. sed vivat tecum*, Sy. *Quasi peregrinus*, &c. i.e. Non interiore loco eum habebis ac peregrinum atque hospitem, erga quem humanitatem exhibes [l].

36. *Usuras*, נֶשֶׁךְ] *Usuram*, [plerique;) *fœnus*, Sa. *duplum*, Sa. vers. Hic accipitur de usura pecuniæ [m]: at Deut. 23. 19. generaliùs [n]. Vide Salmas. de Usuris p. 615 [o]. ¶ *Nec amplius*, &c. וְתַרְבִּית] *Et multiplicationem*, O. Ma. *augmentum, incrementum*, Sa. V. Ma. Mo. M. A. Al. *superabundantiam*; al. *amplius*. Vide Prov. 28. 8. Ezec. 18. 8, 13. & 22. 12 [p]. Hoc ad fructus datos mutuos sub augmento pertinet, ut ostendit comma sequens, & Deut. 23. 19 [q]. Usuram fructuum & ciborum [r].

37. *Et superabundantiam*, וּבְמַרְבִּית] *Et in multitudine (multiplicatione) non dabis escam, neque plus æquo*, Ti. Al. nec *cum augmento*, vel, *in fœnus*, dabis cibum: q. d. Non dabis illi modium unum, ut duos aut plures tibi reddat †. Non exiges pro usura plures fruges ab eo quàm ei dederis mutuó [t].

39. *Si paupertate*] Aliter enim non licebat; & ad mares hoc pertinet: Fœminæ non nisi à parente vendi poterant [v]. ¶ *Vendiderit se*] In servum [x]. ¶ *Non—servitute famulorum*] [Sic ferè omnes.] Vel, *mancipiorum*, Ar. vel, *servili*, JT. O. V. Non tractabis eum tanquam servum, sed tanquam mercenarium & colonum [y]. De hac phrasi vide quæ ad Gen. 15. 13. Exod. 1. 14 [z]. De hoc verbo עָבַד quando construitur cum ב vide Exod. 1. 14. & Jer. 25. 14. & 27. 7 [a]. *Non uteris eo in turpi aut vili ministerio, quo agnoscatur servus; v. g. non calceos tibi induet, nec instrumenta in balneum deferet; sed in colendis agris, &c.* Ità Rasi. Porrò dicunt Hebræi, *Quisquis Hebræum servum acquirit, sibi dominum acquirit: illum siquidem suæ adhibebit mensæ*, &c. Ità Is. Arama [b].

40. *Quasi mercenarius*] *Servus est perpetuus mercenarius*: Chrysippi dictum laudatum Senecæ de Benef. 3. 22. Vide suprà 22. 10 [c]. ¶ *Et colonus*, תּוֹשָׁב] Significat eum qui diu habitavit in loco aliquo [d].

43. *Non affliges per potentiam*, לֹא תִרְדֶּה בוֹ בְּפָרֶךְ] *Non dominaberis ei cum sævitia*, Sa. Ma. *in ferocia*, Ma. *cum depressione*, Ar. *in duritia*, i. e. durè & rigidè, V. *Non distendes eum in labore*, ὁ. in G. *Non premes (comprimes) eum ad extenuationem.* Velum פָּרֹכֶת dicitur ratione tenuitatis †. Vide quæ nos de J.B. & P. 3. 14. 4 [f].

44. *Quæ in circuitu vestro*] Nempe, *ex Ammonitis, Moabitis*, &c. Non dicit, *quæ in medio terræ vestræ*, quòd jussi essent illas omnes delere [g]. [Aliter alii.] Nam v. 45. habetur, *qui apud vos*; i.e. etiam Cananæi, qui deditione tempestivâ consulebant vitæ suæ, ex lege Deut. 20. Sic factum Jos. 9. & 1 Reg. 9. 20 [h].

45. *De advenis*] Nempe, incircumcisis, sed præcepta Adamo & Noæ data observantibus: ii enim dicuntur תּוֹשָׁבִים. Vide Ch. hîc, & quæ nos de J. B. & P. 1. 1. 16 [i].

46. *Et hæreditario jure transmittetis ad posteros*, וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם לִבְנֵיכֶם] *Et hæreditabis illos (vel, possessores constituetis vos eorum*, Q. in Ma.) *filiis vestris*, O. Ma. Scil. in hæreditatem relinquetis [k] etiam filiis vestris post vos. Alii, *cum filiis vestris* [l]. ¶ *In æternum*, לְעֹלָם] *Seculo*, Ma. Quædam dicuntur æterna ex hypothesi, quòd si res æternæ essent, id quod de iis dicitur æternum esset. Ut Exod. 21. 6. si nunquam moreretur, semper maneret servus. Ità, *Qui parvo nesciat uti, æternùm serviat*, si æternùm viveret. Et Penelope Odys. 18. ἵνα μηκέτ' ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν Αἰῶνα φθινύθω. Si æternùm viveret, æternùm cruciaretur. Ribera ad Mic. 5. Sic Psal. 132. 14. Αἰών, sive *seculum*, sæpe non æternitatem significat, sed tempus longissimum. Sic Exod. 21. 6. vide & Rom. 16. 25. & Heb. 1. 2. Accipitur & *seculum* pro hominis vita. Sarpedon Hectori apud Homerum, Πριαμίδη, μὴ δή με ἕλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς Κεῖσθ', ἀλλ' ἐπάμυνον, ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν Ἐν πόλει ὑμετέρῃ [m].

47. *Si invaluerit manus*, &c. כִּי תַשִּׂיג יַד] *Si adepta fuerit*, O. Ma. (*si assecuta sit*, G.) *manus*, &c. nempe divitias, Ma. O. Si opes creverint [n]. ¶ *Cuiquam*

[Margin: l Ma. · m Di. G. · n G. · o Di. · p V. · q G. · r Di. · † Ma. · t Me. · v G. · x V. · y V. Ma. · z Ma. · a V. · b Muis. · d V. · † O. · f G. · g Rasi in Muis. · h Jun. ad v. 45. · i G. · k O. · l Ma. · m G. · n G.]

de stirpe ejus, לְעֵקֶר] *Radici*, V. Ma. vel *stirpi*, Sa. M. P. Mo. O. A. Ma. Pi. i. e. orto ex radice, Pi. *alicui nato ex stirpe peregrini*, Sy. Viro primario, vel advenæ converso ad Judaismum, cujus radix erat ex familia advenæ [o]. *Indigenæ*, &c. JT. *Radicato* è familia peregrini; i. e. qui, etsi originem habeat aliunde, natus tamen est, & quasi radices egit, in populo Dei [p]. Al. reddunt; *eradicato, evulso*. Ethnicum intelligunt, qui nunquam factus est proselytus, sed ex familia proselyti ortus, & quasi radices egit in populo Dei. Ità Chaldæi interpretes [q]. Qu. Cur hîc siletur pater? Respondet Abarbanel, Vix fieri posset ut patiatur pater filium venire, si posset eum redimere. Non est cogendus lege qui spontè facturus est. Sed quid si inscio parente filius veniisset? Resp. Vix fieri posset ut tantam rem inconsulto patre agat filius. Ideo de eo lex non cavit. Sicut Lycurgus, vel Solon, in parricidas nullam pœnam statuit, quòd nullum parricidam fore crederet [r].

50. *Pecuniâ quâ venditus erat*] Ità V. In Heb. *pecunia venditionis*, V. Ma. ¶ *Juxta—rationem mercenarii*, כִּימֵי שָׂכִיר] *Secundùm dies mercenarii erit*, vel *fiet, cum eo*, V. Ma. O. Merces operæ ejus tanti æstimabitur quanti opera mercenarii æstimari solet; ex æquo & bono æstimabitur. Pretium autem & merces operæ deducebantur de pretio redemptionis: & quod æstimatâ operâ emptitii Israelitæ reliquum erat, persolvebatur ab eo emptori †.

51. *Secundùm hos*, לְפִיהֶן] i. e. Secundùm numerum illorum. ¶ *Et pretium*, גְּאֻלָּתוֹ מִכֶּסֶף מִקְנָתוֹ] *Pretium redemptionis suæ de pecunia*, scil. *quâ emptus fuerit*. Ut si 40 aureis venditus sit, cùm superessent ad annum Jubilæi 20 anni, & se redimet cùm 10 anni supersint, restituet de pretio 20 aureos, proportione scilicet pretii & temporis servatâ, cùm mercenarium magis egerit quàm servum. Non enim ipse, sed opera & labor ejus, venditus fuit domino [t].

52. בְּשָׁנִים] *In annis*, Ma. Mo. *ex* (vel, *de*) *annis*, V. ὁ. ב pro מִן ponitur [v].

53. *Non affliget*, &c. לֹא יִרְדֶּנּוּ] Pro ירד לו, [fortè legendum יִרְדֶּה.] Affixum pronomen pro separato. i. e. Non sines eum duriter dominari [x].

54. *Per hæc*, ità ὁ. Ch. Sa. בְּאֵלֶּה] *In istis*, Ma. V. nempe, annis: vel, *per illa*, subaudi, *quæ diximus*, V. sim. M. *Hisce modis*, Sy. *ad hunc modum*, Ti. *his rebus*, Ar. *uno ex his*, Pi. JT. nempe, vel per cognatum, vel per seipsum [y].

[Margin: o V. · p Jun. · q Ma. · r Muis. · † V. Gen. Jun. · t V. · v V. · x V. · y Pi.]

CAP. XXVI.

1. NEC *titulos*, וּמַצֵּבָה] *Et statuam*, M. F. O. Ma. *titulum*, vel *columnam*, in qua scil. collocetur sculptile. Vide eadem expressa Exod. 20. 4 [a]. Al. lapidem, super quo fiunt sacrificia. Licèt enim Patriarchæ id fecerint, tamen quia Cananæi idem facere cœperunt pro diis suis, ideo prohibuit Deus id Judæis [b]. ¶ *Nec insignem lapidem*, וְאֶבֶן מַשְׂכִּית] Variè vertunt. *Lapidem pictum*, seu *figuratum*, AE. & K. in M. P. M. Ti. JT. O. Nam שָׂכָה est *imaginari*, & *ex imaginatione aliquid figurare* [c]. Al. *lapidem imaginis*, vel *effigiei*, V. Lapidem effigiatum, vel imaginem lapideam, ut sit hypallage [d]. Al. *lapidem adorationis*, Ch. Sy. i. e. super quo adoretis †. Aiunt tales lapides poni solitos ante imagines deorum, super quos adoraturi procumberent. Al. *lapidem cogitationis*, sive *ingeniosum, ingeniosè cælatum* [f]; *elaboratum*, Ar. *lapidem speculationis*, Mo. *lapidem erroris*, TJ. in Bi. *Lapidem scopum*, ὁ. & ex iis Tertul. scil. eminentem, quem assiduè instar scopi intueamini [g]. *Lapidem ad dirigendum*, Sa. vers. At verbum SACHAH sign. *claudere*, &c. Verto itaque, *lapidem clausum*, sive *inclusum*. Solebant Gentiles includere in muris parietum statuas & imagines suas [h]. *Insignem lapidem*, Vulg. nempe, *picturis*, quod Hebræa vox indicat. Vetitum id etiam extra columnas, non ut per se malum, sed ut à Cananæis in idolorum cultu usurpatum [i]. Lapidem in idoli

[Margin: a V. · b M. F. · c M. F. · d Q. in Ma. · † F. V. · f Ma. · g Me. · h O. · i G.]

idoli speciem conformatum; Heb. *directum*, seu *figuratum* [k]. ¶ *Ut adoretis*] Hinc clarissimè constat hæc non simpliciter prohiberi, sed tantùm nè adorentur. Confer quæ ad Exod. 20 [l]. Non prohibet ponere terminos agrorum, qui plerumque sunt lapides maximi; nec columnas in rerum monumenta. Vide Jos. 4. & 22 [m].

3. *Si in præceptis*, &c. אִם בְּחֻקֹּתַי] Incipit hîc decima libri Sectio, dicta בְּחֻקֹּתַי [n]. חֻקִּים *statuta* sunt, quæ nullam habent rationem faciendi præter solam Dei voluntatem; at מִצְוֹת, *præcepta*, rationem aliquam habent [o].

4. *Germen*, יְבוּלָהּ] *Productionem suam*, quidquid terra producit, Ma. *Elevationem terræ*, i. e. quidquid è terra nascendo crescit, & elevatur super eam [p]. Sed hoc frigidum est [q].

5. *Tritura vindemiam*] Messis tam copiosa erit, ut tritura ejus (quæ fiebat bobus calcantibus aristas) perduret usque ad tempus vindemiæ; & collectio botrorum in vindemia, usque ad sementem. Al. sic; Post messem statim succedet tritura, &c. q. d. Nullus hostis impedimento erit, nulla calamitas, nullæ tempestates vel grandines [r].

8. *Decem millia*] Ità vertunt Ch. & omnes nostri. At רְבָבָה nullibi in Scriptura hoc significat. Verto, *multitudinem* †.

10. *Vetustissima*] Fructus tam boni erunt, ut possint diu servari [t]. ¶ *Projicietis*, תּוֹצִיאוּ] *Efferetis*, *educetis* ex horreis, ut pro illis inducantur nova [v]. Abundabitis annonâ, quam absumere totam non poteritis, sed illam diutissimè servare, aut etiam abjicere, cogamini, novis fructibus supervenientibus [x].

11. *Non abjiciet*, לֹא תִגְעַל] *Non abominabitur*, *nauseabit*, *exsecrabitur*; *reprobabit*, Mo.

12. *Ambulabo*] q. d. Si vertatis solum, ego quoque vertam, ut sim vobiscum [y]. *Continenter vobiscum versabor*; curâ meâ adero [z].

13. *Catenas cervicum vestrarum*, מֹטֹת עֻלְּכֶם] Variè reddunt. *Vectes* (*temones*, JT. *catenas*, M. *lora*, Ti. P. V. *virgas*, O. Sa. vers. A. *vinculum*, ο'.) *jugi vestri*, Sa. Mo. JT. A. Vincula quibus alligantur juga collo boum [a]. MOT propriè sign. *virgam*, Num. 13. 24. Indè *virgas*, seu *vectes*, *jugorum*; indè ipsa *juga*, Jer. 27. 2 [b]. ¶ *Erecti*, ità JT. M. A. Ti. קוֹמְמִיּוּת] *Staturâ* (vel *facie*, P.) *erectâ*, M. F. He. in V. *rectè*, O. *firmiter*, Mo. Non depressi sub onere, sed liberati à jugo [c]. Persistit in metaphora jugi [d]. *Mecum fæderati*, Sa. vers. *in libertate*, Ch. *Duxi vos cum fiducia*, ο'. sim. Sa. *feci vos liberos*, Ar. *Erecti*, ut homines liberi, non assueti jugo. Græcum proverbium est, Οὔποτε δουλεία κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν, Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ καὶ αὐχένα λοξὸν ἔχει· (*Servorum capita nunquam erecta sunt, sed flexuosa & obliqua* †.) Alii, *erectâ fronte*, ut hilares; nam tristes vultum demittunt [f].

15. *Spreveritis*, תִּמְאָסוּ] *Abominati fueritis*, V. ¶ *Ad irritum*, &c. לְהַפְרְכֶם] *Ad irritum faciendum vos*. *Et dissipetis*, frangatis, V. *Ad labefactare vos*. Vide Gen. 17. 14 [g].

16. *Ego quoque*] Heb. *Etiam ego*. אַף flatum & impetum animi loquentis ostendit. Vide vers. 24 [h]. ¶ *Visitabo velociter*, וְהִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה] *Visitare faciam super vos*, Ma. O. (alii, *constituam*, *præficiam*, *super vos*; al. *inducam super vos*, Ma.) *terrorem*, O. *subitum terrorem*, Ma. *celeritatem*, *præcipitantiam*, *turbationem*, Q. in Ma. Al. *stuporem*, Ma. *perturbationem*, V. Al. vertunt, *cum festinatione*, h. e. citò, *tabem*, &c [i]. ¶ *Egestate*, אֶת הַשַּׁחֶפֶת] Significat infirmitatem quâ corpus efficitur macilentum & debile [k]. Vertunt, *tabem*, vel *phthisin*; ità V. Sy. Mo. *febrim phthisicam*, Ar. *tumorem*, O. *inflationem*, Ma. Est ista infirmitas unde ampullæ & tumores in corpore nascuntur [l]. Al. *impetiginem*, vel *scabiem*, ο'. in F. Ego facilè contulerim cum transposito סַפַּחַת, de quo Lev. 13. 2. Vide de hac voce ad Deut. 28. 22 [m]. ¶ *Et consumat animas*, מְדִיבֹת וגו'] *Liquefacientes*, ο'. Sy. *exspirare facientes*, Ch. *cruciantes*, JT. *dolore afficientes*, Ma. Est vox anomala, pro מַדְאִיבוֹת, à דָּאַב [n].

17. *Coram hostibus*] Hs, pro, *ab hostibus*, qui vos cædent [o].

[k] Me. [l] E. T. [m] E. [n] V. [o] He. in M. [p] O. [q] Ma. [r] F. V. Ma. † O. Ma. [t] L. [v] Ma. M. [x] Me. L. [y] V. [z] Ma. [a] V. [b] A. [c] M. F. [d] Ma. † G. [f] V. [g] Ma. [h] Ma. [i] V. [k] V. F. [l] Ità M. [m] Ma. [n] Pi. [o] V.

18. *Sin—nec sic*, אִם עַד אֵלֶּה] *Si usque ad hæc*, O. Ma. i. e. Si mihi eousque in vobis flagellandis progresso non auscultaveritis [p]: aut, Si permittatis me vos usque ad hæc punire [q]. *Per hæc*, q. d. his flagellis admoniti. Vers. 23. est בְּאֵלֶּה, vers. 27. בְּזֹאת [r].

19. *Superbiam duritiæ vestræ*, אֶת גְּאוֹן עֻזְּכֶם] *Superbiam* (*gloriam*, Ch. *magnificentiam*, M.) *fortitudinis* (vel, *obfirmationis*, Sa. Ma.) *vestræ*, O. M. F. V. i. e. vires vestras quibus superbitis *. *Excellentiam* (*fastum*, Sy.) *roboris vestri*, JT. A. i. e. excellens robur vestrum. Notant עֹז interdum capi pro *regno*, ut Psal. 27. 1. & 98. 4. & 1 Sam. 2. 10. quod hîc non malè convenit [t]. Al. intelligunt domum Sanctuarii [v]. Al. sic; Tollam fructus terræ quibus fidebatis, *fulcimentum panis: faciam enim cælum æs*, &c [x]. *Superbiam obfirmationis vestræ*, Ma. Sa. *fastum roboris vestri*, Sy. ¶ *Cælum sicut ferrum*, &c.] i. e. Pluvias supernè continebo, & fructus terræ infernè [y].

20. *Consumetur incassùm labor vester*, וְתַם לָרִיק כֹּחֲכֶם] *Consumetur in vanum* (*Et consummabitur vacuitati*, ut v. 16. Ma.) *fortitudo vestra*, O. *virius*, Ma. (q. d. Licèt ad absumptionem virium laboretis in colenda terra, inanis erit labor [z].) Al. *vires*, i. e. opes vestræ, ut Gen. 4. 12. Ma. Vel, *vires vestræ*, nempe, succus corporis vestri vitalis. Id כֹּחַ sign. Psal. 22. 16 [a].

21. *Si ambulaveritis ex adverso*, קֶרִי קְרִי pro בְּקֶרִי, ut patet ex vers. 24 [b]. Sic רֶגַע *momento*, Psal. 6. 11. Job. 34. 20. quod בְּרֶגַע Job. 21. 13 [c]. Vertunt, *cum* (vel *in*, P.) *casu*; i. e. Si quæ vobis accidant fortunæ adscribatis & casui [d]; non providentiæ meæ †, & peccatis vestris [f]: *Ego etiam ambulabo cum casu*, i. e. res vestras non curabo, sed ità agam ut videantur omnes res vestræ casu accidere. קֶרִי est *casus*, seu *occursus*, à קָרָה *accidere* [g]. Al. *contrariè*, *ex adverso*, Q. He. in F. Sa. O. A. Ità Ch. בְּקַשְׁיוּ, i. e. *in*, sive *cum*, *duritia*, vel *difficultate*. Si difficiles & immorigeri erga me sitis [h]. *Contumaciter*, Sy. Ti. *pervicaciter*, Ar. *protervè*, Sa. vers. *obliqui*, ο'. i. e. obliquè; ut, *matutinus agebat*, i. e. mané [i]. *In occursu*, Mo. *contravenientes mihi*, Cast. Belg. Al. *temerè*, JT. *per accidens*: sine discrimine quicquid acciderit, sive utut accidat, modò fueritis sequuti studia vestra, non voluntatem meam [k]. Si negligenter ambulaveritis, parùm curantes quid vobis accidat [l].

22. *Desertæ fiant*, וְנָשַׁמּוּ] *Desolabuntur*, V. O. Sy. Al. *obstupescent*, *stupendè desolabuntur*, Ma. i. e. Vias publicas metu ferarum terere non audebitis [m].

23. *Si nec volueritis recipere disciplinam*, אִם לֹא תִוָּסְרוּ לִי] Q. sic; *Si non eritis castigati*, ο'. Sa. vel, *si non erudiamini*, Sy. Ar. [quasi redundaret לִי.] Alii sic; *Si non eritis castigati* (vel, *eruditi*, vel, *emendati*, V.) *mihi*, A. V. O. i. e. ut me colatis [n]; vel, *à me*, Pi. vel, *per me*, A. *Si non correpti verbo meo*, Ch. in V. *Si non erudiemini* ut redeatis *ad me* [o]. Sed hoc supplementum videtur mihi audacius [p].

24. *Incedam* בְּקֶרִי] Vide ad vers. 21. *In occursu*, Ma. Q. *in casu*, i. e. Permittam vos casui, vos non curabo. Al. *temerè*, sine ullo personarum discrimine, & non adhibitâ plagis moderatione. Humanitùs dictum [q].

25. *Fæderis mei*] A vobis rupti [r]. ¶ *Pestilentiam*] *Mortem*, Ch. Quoniam pestis est præsentissima mors *.

26. *Baculum panis*, מַטֵּה לֶחֶם] *Virgam panis*, V. Ma. Mo. *sustentationem* (*subsidium*, Ar.) *cibi*, Ch. in F. Tollam panem, quo tanquam scipione innitimini. Vide Ezec. 4. 16. & 5. 16 [t]. Similis phrasis Psal. 104. 16. Isa. 3. 1. *Baculus* dicitur, quia est fulcimentum vitæ [v]. *Scipio panis* hîc est vis alendi in pane [x]. Potiùs est panis ipse, quia in sequentibus paucitas panum notatur, Pi. ¶ *In clibano uno*] Decem familiis sufficiet unus clibanus, idémque exiguus. ¶ *Ad pondus*] Tanta erit panis inopia [z], ut panem pondere exigant, nè aliquid desit [a]. Vide Ezec. 4. 16 [b]. Ità ut quantum vultis comedere non possitis, nec quantum fames exigit [c]. Alii sic; Cùm ex corrupto frumento integri panes fieri non poterunt, fragmenta pistor pondere magìs quàm numero restituet [d].

27. *Per hæc*, בְּזֹאת] *Per hoc*, i. e. per hanc inopiam

[p] Ma. O. [q] O. [r] V. * V. F. [t] Ma. [v] M. [x] O. [y] Ma. [z] O. [a] Pi. [b] V. D. Pi. [c] D. [d] D. V. † V. He. in F. [f] Ma. [g] F. V. [h] F. [i] D. [k] Ma. ex Jun. [l] A. [m] V. [n] O. [o] Jun. [p] Pi. [q] Ma. [r] Ma. * F. [t] V. [v] Me. Jun. & alii in Pi. [x] V. T. [z] V. [a] Ma. [b] V. [c] Me. [d] Ma.

Alii referunt ad fratrem: *Sicut peregrinus & advena vivet tecum*, P. *Corrobora eum per hoc, ut sit tibi cohabitator & hospes, vivátque tecum*, Ar. *Nè teneas eum quasi incolam*, &c. *sed vivat tecum*, Sy. *Quasi peregrinus*, &c. i.e. Non interiore loco eum habebis ac peregrinum atque hospitem, erga quem humanitatem exhibes [l].

36. *Usuras*, נֶשֶׁךְ] *Usuram*, [plerique;) *fœnus*, Sa. *duplum*, Sa. vers. Hîc accipitur de usura pecuniæ [m]: at Deut. 23. 19. generaliùs [n]. Vide Salmas. de Usuris p. 615 [o]. ¶ *Nec amplius*, &c. וְתַרְבִּית] *Et multiplicationem*, O. Ma. *augmentum*, *incrementum*, Sa. V. Ma. Mo. M. A. Al. *superabundantiam*; al. *amplius*. Vide Prov. 28. 8. Ezec. 18. 8, 13. & 22. 12 [p]. Hoc ad fructus datos mutuos sub augmento pertinet, ut ostendit comma sequens, & Deut. 23. 19 [q]. Usuram fructuum & ciborum [r].

37. *Et superabundantiam*, וּבְמַרְבִּית] *Et in multitudine (multiplicatione) non dabis escam, neque plus æquo*, Ti. Al. nec *cum augmento*, vel, *in fœnus*, dabis cibum: q. d. Non dabis illi modium unum, ut duos aut plures tibi reddat †. Non exiges pro usura plures fruges ab eo quàm ei dederis mutuó [t].

39. *Si paupertate*] Aliter enim non licebat; & ad mares hoc pertinet: Fœminæ non nisi à parente vendi poterant [v]. ¶ *Vendiderit se*] In servum [x]. ¶ *Non—servitute famulorum*] [Sic ferè omnes.] Vel, *mancipiorum*, Ar. vel, *servili*, JT. O. V. Non tractabis eum tanquam servum, sed tanquam mercenarium & colonum [y]. De hac phrasi vide quæ ad Gen. 15. 13. Exod. 1. 14 [z]. De hoc verbo עָבַד quando construitur cum ב vide Exod. 1. 14. & Jer. 25. 14. & 27. 7 [a]. *Non uteris eo in turpi aut vili ministerio, quo agnoscatur servus; v. g. non calceos tibi induet, nec instrumenta in balneum deferet; sed in colendis agris*, &c. Ità Rasi. Porrò dicunt Hebræi, *Quisquis Hebræum servum acquirit, sibi dominum acquirit: illum siquidem suæ adhibebit mensæ*, &c. Ità If. Arama [b].

40. *Quasi mercenarius*] *Servus est perpetuus mercenarius*: Chrysippi dictum laudatum Senecæ de Benef. 3. 22. Vide suprà 22. 10 [c]. ¶ *Et colonus*, תּוֹשָׁב] Significat eum qui diu habitavit in loco aliquo [d].

43. *Non affliges per potentiam*, לֹא תִרְדֶּה בוֹ בְּפָרֶךְ] *Non dominaberis ei cum sævitia*, Sa. Ma. *in ferocia*, Ma. *cum depressione*, Ar. *in duritia*, i. e. durè & rigidè, V. *Non distendes eum in labore*, ο'. in G. *Non premes (comprimes) eum ad extenuationem*. Velum פָּרֹכֶת dicitur ratione tenuitatis †. Vide quæ nos de J.B. & P. 3. 14. 4 [f].

44. *Quæ in circuitu vestro*] Nempe, *ex Ammonitis, Moabitis*, &c. Non dicit, *quæ in medio terræ vestræ*, quòd jussi essent illas omnes delere [g]. [Aliter alii.] Nam v. 45. habetur, *qui apud vos*; i.e. etiam Cananæi, qui deditione tempestivâ consulebant vitæ suæ, ex lege Deut. 20. Sic factum Jos. 9. & 1 Reg. 9. 20 [h].

45. *De advenis*] Nempe, incircumcisis, sed præcepta Adamo & Noæ data observantibus: ii enim dicuntur תּוֹשָׁבִים. Vide Ch. hîc, & quæ nos de J. B. & P. 1. 1. 16 [i].

46. *Et hæreditario jure transmittetis ad posteros*, וְהִתְנַחַלְתֶּם אֹתָם לִבְנֵיכֶם] *Et hæreditabis illos* (vel, *possessores constituetis vos eorum*, Q. in Ma.) *filiis vestris*, O. Ma. Scil. in hæreditatem relinquetis [k] etiam filiis vestris post vos. Alii, *cum filiis vestris* [l]. ¶ *In æternum*, לְעֹלָם] *Seculo*, Ma. Quædam dicuntur æterna ex hypothesi, quòd si res æternæ essent, id quod de iis dicitur æternum esset. Ut Exod. 21. 6. si nunquam moreretur, semper maneret servus. Ità, *Qui parvo nesciat uti, æternùm serviat*, si æternùm viveret. Et Penelope Odys. 18. ἵνα μηκέτ' ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν Αἰῶνα φθινύθω· Si æternùm viveret, æternùm cruciaretur. Ribera ad Mic. 5. Sic Psal. 132. 14. Αἰών, sive *seculum*, sæpe non æternitatem significat, sed tempus longissimum. Sic Exod. 21. 6. vide & Rom. 16. 25. & Heb. 1. 2. Accipitur & *seculum* pro hominis vita. Sarpedon Hectori apud Homerum, Πριαμίδη, μὴ δή με ἕλωρ Δαναοῖσιν ἐάσῃς Κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον, ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν Ἐν πόλει ὑμετέρῃ [m].

47. *Si invaluerit manus*, &c. כִּי תַשִּׂיג יַד] *Si adepta fuerit*, O. Ma. (*si assecuta sit*, G.) *manus*, &c. nempe divitias, Ma. O. Si opes creverint [n]. ¶ *Cuiquam de stirpe ejus*, לְעֵקֶר] *Radici*, V. Ma. vel *stirpi*, Sa. M. P. Mo. O. A. Ma. Pi. i. e. orto ex radice, Pi. *alicui nato ex stirpe peregrini*, Sy. Viro primario, vel advenæ converso ad Judaismum, cujus radix erat ex familia advenæ [o]. *Indigenæ*, &c. JT. *Radicato* è familia peregrini; i. e. qui, etsi originem habeat aliunde, natus tamen est, & quasi radices egit, in populo Dei [p]. Al. reddunt, *eradicato, evulso*. Ethnicum intelligunt, qui nunquam factus est proselytus, sed ex familia proselyti ortus, & quasi radices egit in populo Dei. Ità Chaldæi interpretes [q]. Qu. Cur hîc siletur pater? Respondet Abarbanel, Vix fieri posset ut patiatur pater filium venire, si posset eum redimere. Non est cogendus lege qui sponte facturus est. Sed quid si inscio parente filius veniisset? Resp. Vix fieri posset ut tantam rem inconsulto patre agat filius. Ideo de eo lex non cavit. Sicut Lycurgus, vel Solon, in parricidas nullam pœnam statuit, quòd nullum parricidam fore crederet [r].

50. *Pecuniâ quâ venditus erat*] Ità V. In Heb. *pecunia venditionis*, V. Ma. ¶ *Juxta—rationem mercenarii*, כִּימֵי שָׂכִיר] *Secundùm dies mercenarii erit*, vel *fiet, cum eo*, V. Ma. O. Merces operæ ejus tanti æstimabitur quanti opera mercenarii æstimari solet; ex æquo & bono æstimabitur. Pretium autem & merces operæ deducebantur de pretio redemptionis: & quod æstimatâ operâ emptitii Israelitæ reliquum erat, persolvebatur ab eo emptori †.

51. *Secundùm hos*, לְפִיהֶן] i. e. Secundùm numerum illorum. ¶ *Et pretium*, וּגְאֻלָּתוֹ מִכֶּסֶף מִקְנָתוֹ] *Pretium redemptionis suæ de pecunia*, scil. *quâ emptus fuerit*. Ut si 40 aureis venditus sit, cùm superessent ad annum Jubilæi 20 anni, & se redimet cùm 10 anni supersint, restituet de pretio 20 aureos, proportione scilicet pretii & temporis servatâ, cùm mercenarium magìs egerit quàm servum. Non enim ipse, sed opera & labor ejus, venditus fuit domino [t].

52. בְּשָׁנִים] *In annis*, Ma. Mo. *ex* (vel, *de*) *annis*, V. ο'. ב pro מִן ponitur [v].

53. *Non affliget*, &c. לֹא יִרְדֶּנּוּ] Pro ירד לו, [fortè legendum יִרְדֶּה.] Affixum pronomen pro separato. i. e. Non sines eum duriter dominari [x].

54. *Per hæc*, ità ο'. Ch. Sa. בְּאֵלֶּה] *In istis*, Ma. V. nempe, annis: vel, *per illa*, subaudi, *quæ diximus*, V. sim. M. *Hisce modis*, Sy. *ad hunc modum*, Ti. *his rebus*, Ar. *uno ex his*, Pi. JT. nempe, vel per cognatum, vel per seipsum [y].

Margin notes (left column): [l] Ma. — [m] Di. G. — [n] G. — [o] Di. — [p] V. — [q] G. — [r] Di. — † Ma. — [t] Me. — [v] G. — [x] V. — [y] V. Ma. — [z] Ma. — [a] V. — [b] Muis. — [c] G. — [d] He. in V. — † O. — [f] G. — [g] Rasi in Muis. — [h] Jun. ad v. 45. — [i] G. — [k] O. — [l] Ma. — [m] G. — [n] G.

Margin notes (right column): [o] V. — [p] Jun. — [q] Ma. — [r] Muis. — † V. Gm. Jun. — [t] V. — [v] V. — [x] V. — [y] Pi.

CAP. XXVI.

1. NEC *titulos*, וּמַצֵּבָה] *Et statuam*, M. F. O. Ma. *titulum*, vel *columnam*, in qua scil. collocetur sculptile. Vide eadem expressa Exod. 20. 4 [a]. Al. lapidem, super quo fiunt sacrificia. Licèt enim Patriarchæ id fecerint, tamen quia Cananæi idem facere cœperunt pro diis suis, ideo prohibuit Deus id Judæis [b]. ¶ *Nec insignem lapidem*, וְאֶבֶן מַשְׂכִּית] Variè vertunt. *Lapidem pictum*, seu *figuratum*, AE. & K. in M. P. M. Ti. JT. O. Nam שָׂכָה est *imaginari*, & *ex imaginatione aliquid figurare* [c]. Al. *lapidem imaginis*, vel *effigiei*, V. Lapidem effigiatum, vel imaginem lapideam, ut sit hypallage [d]. Al. *lapidem adorationis*, Ch. Sy. i. e. super quo adoretis †. Aiunt tales lapides poni solitos ante imagines deorum, super quos adoraturi procumberent. Al. *lapidem cogitationis*, sive *ingeniosum*, *ingeniosè cælatum* [f]; *elaboratum*, Ar. *lapidem speculationis*, Mo. *lapidem erroris*, TJ. in Bi. *Lapidem scopum*, ο'. & ex iis Tertul. scil. eminentem, quem assiduè instar scopi intueamini [g]. *Lapidem ad dirigendum*, Sa. vers. At verbum SACHAH sign. *claudere*, &c. Verto itaque, *lapidem clausum*, sive *inclusum*. Solebant Gentiles includere in muris parietum statuas & imagines suas [h]. *Insignem lapidem*, Vulg. nempe, *picturis*, quod Hebræa vox indicat. Vetitum id etiam extra columnas, non ut per se malum, sed ut à Cananæis in idolorum cultu usurpatum [i]. Lapidem in idoli

Margin notes: [a] V. — [b] M. F. — [c] M. F. — [d] Q. in Ma. — † F. V. — [f] Ma. — [g] Me. — [h] O. — [i] G.

idoli speciem conformatum; Heb. *directum*, seu *figuratum* [k]. ¶ *Ut adoretis*] Hinc clarissimè constat hæc non simpliciter prohiberi, sed tantùm nè adorentur. Confer quæ ad Exod. 20 [l]. Non prohibet ponere terminos agrorum, qui plerumque sunt lapides maximi; nec columnas in rerum monumenta. Vide Jos. 4. & 22 [m].

[k] Me. [l] E. T. [m] E.

3. *Si in præceptis*, &c. אִם בְּחֻקֹּתַי] Incipit hîc decima libri Sectio, dicta בְּחֻקֹּתַי [n]. חֻקִּים *statuta* sunt, quæ nullam habent rationem faciendi præter solam Dei voluntatem; at מִצְוֹת, *præcepta*, rationem aliquam habent [o].

[n] V. [o] He. in M.

4. *Germen*, יְבוּלָהּ] *Productionem suam*, quidquid terra producit, Ma. *Elevationem terræ*, i. e. quidquid è terra nascendo crescit, & elevatur super eam [p]. Sed hoc frigidum est [q].

[p] O. [q] Ma.

5. *Tritura vindemiam*] Messis tam copiosa erit, ut tritura ejus (quæ fiebat bobus calcantibus aristas) perduret usque ad tempus vindemiæ; & collectio botrorum in vindemia, usque ad sementem. Al. sic; Post messem statim succedet tritura, &c. q. d. Nullus hostis impedimento erit, nulla calamitas, nullæ tempestates vel grandines [r].

[r] F. V. Ma.

8. *Decem millia*] Ità vertunt Ch. & omnes nostri. At רְבָבָה nullibi in Scriptura hoc significat. Verto, *multitudinem* †.

† O. Ma.

10. *Vetustissima*] Fructus tam boni erunt, ut possint diu servari [t]. ¶ *Projicietis*, תּוֹצִיאוּ] *Efferetis*, *educetis* ex horreis, ut pro illis inducantur nova [v]. Abundabitis annonâ, quam absumere totam non poteritis, sed illam diutissimè servare, aut etiam abjicere, cogamini, novis fructibus supervenientibus [x].

[t] L. [v] Ma. M. [x] Me. L.

11. *Non abjiciet*, לֹא תִגְעַל] *Non abominabitur*, *nauseabit*, *exsecrabitur*; *reprobabit*, Mo.

12. *Ambulabo*] q. d. Si vertatis solum, ego quoque vertam, ut sim vobiscum [y]. *Continenter vobiscum versabor*; curâ meâ adero [z].

[y] V. [z] Ma.

13. *Catenas cervicum vestrarum*, מֹטֹת עֻלְּכֶם] Variè reddunt. *Vectes* (*temones*, JT. *catenas*, M. *lora*, Ti. P. V. *virgas*, O. Sa. vers. A. *vinculum*, ό.) *jugi vestri*, Sa. Mo. JT. A. Vincula quibus alligantur juga collo boum [a]. *MOT* propriè sign. *virgam*, Num. 13. 24. Indè *virgas*, seu *vectes*, *jugorum*; indè ipsa *juga*, Jer. 27. 2 [b]. ¶ *Erecti*, ità JT. M. A. Ti. קוֹמְמִיּוּת] *Staturâ* (vel *facie*, P.) *erectâ*, M. F. He. in V. *rectè*, O. *firmiter*, Mo. Non depressi sub onere, sed liberati à jugo [c]. Persistit in metaphora jugi [d]. *Mecum fœderati*, Sa. vers. *in libertate*, Ch. *Duxi vos cum fiducia*, ό. sim. Sa. *feci vos liberos*, Ar. Erecti, ut homines liberi, non assueti jugo. Græcum proverbium est, Οὔποτε δουλεία κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν, Ἀλλ' αἰεὶ σκολιὴ καὶ αὐχένα λοξὸν ἔχει· (*Servorum capita nunquam erecta sunt, sed flexuosa & obliqua* †.) Alii, *erectâ fronte*, ut hilares; nam tristes vultum demittunt [f].

[a] V. [b] A. [c] M. F. [d] Ma. † G. [f] V.

15. *Spreveritis*, תִּמְאָסוּ] *Abominati fueritis*, V. ¶ *Ad irritum*, &c. לְהַפְרְכֶם] *Ad irritum faciendum vos*. Et *dissipetis*, frangatis, V. *Ad labefactare vos*. Vide Gen. 17. 14 [g].

[g] Ma.

16. *Ego quoque*] Heb. *Etiam ego*. אַף flatum & impetum animi loquentis ostendit. Vide vers. 24 [h]. ¶ *Visitabo velociter*, וְהִפְקַדְתִּי עֲלֵיכֶם בֶּהָלָה] *Visitare faciam super vos*, Ma. O. (alii, *constituam*, *præficiam*, *super vos*; al. *inducam super vos*, Ma.) *terrorem*, O. *subitum terrorem*, Ma. *celeritatem*, *præcipitantiam*, *turbationem*, Q. in Ma. Al. *stuporem*, Ma. *perturbationem*, V. Al. vertunt, *cum festinatione*, h. e. citò, *tabem*, &c [i]. ¶ *Egestate*, אֶת־הַשַּׁחֶפֶת] Significat infirmitatem quâ corpus efficitur macilentum & debile [k]. Vertunt, *tabem*, vel *phthisin*; ità V. Sy. Mo. *febrim phthisicam*, Ar. *tumorem*, O. *inflationem*, Ma. Est ista infirmitas unde ampullæ & tumores in corpore nascuntur [l]. Al. *impetiginem*, vel *scabiem*, ό. in F. Ego facilè contulerim cum transposito סַפַּחַת, de quo Lev. 13. 2. Vide de hac voce ad Deut. 28. 22 [m]. ¶ *Et consumat animas*, מְדִיבֹת וגו'] *Liquefacientes*, ό. Sy. *exspirare facientes*, Ch. *cruciantes*, JT. *dolore afficientes*, Ma. Est vox anomala, pro מַדְאִיבוֹת, à דָּאַב [n].

[h] Ma. [i] V. [k] V. F. [l] Ità M. [m] Ma. [n] Pi.

17. *Coram hostibus*] Hs, pro, *ab hostibus*, qui vos cædent [o].

[o] V.

18. *Sin—nec sic*, אִם עַד אֵלֶּה] *Si usque ad hæc*, O. Ma. i. e. Si mihi eousque in vobis flagellandis progresso non auscultaveritis [p]: aut, Si permittatis me vos usque ad hæc punire [q]. *Per hæc*, q. d. his flagellis admoniti. Vers. 23. est בְּאֵלֶּה, vers. 27. בְּזֹאת [r].

[p] Ma. O. [q] O. [r] V.

19. *Superbiam duritiæ vestræ*, אֶת־גְּאוֹן עֻזְּכֶם] *Superbiam* (*gloriam*, Ch. *magnificentiam*, M.) *fortitudinis* (vel, *obfirmationis*, Sa. Ma.) *vestræ*, O. M. F. V. i. e. vires vestras quibus superbitis *. *Excellentiam* (*fastum*, Sy.) *roboris vestri*, JT. A. i. e. excellens robur vestrum. Notant עֹז interdum capi pro *regno*, ut Psal. 27. 1. & 98. 4. & 1 Sam. 2. 10. quod hîc non malè convenit [t]. Al. intelligunt domum Sanctuarii [v]. Al. sic; Tollam fructus terræ quibus fidebatis, *fulcimentum panis*: *faciam enim cœlum æs*, &c [x]. *Superbiam obfirmationis vestræ*, Ma. Sa. *fastum roboris vestri*, Sy. ¶ *Cœlum sicut ferrum*, &c.] i. e. Pluvias supernè continebo, & fructus terræ infernè [y].

* V. F. [t] Ma. [v] M. [x] O. [y] Ma.

20. *Consumetur incassum labor vester*, וְתַם לָרִיק כֹּחֲכֶם] *Consumetur in vanum* (*Et consummabitur vacuitati*, ut v. 16. Ma.) *fortitudo vestra*, O. *virius*, Ma. (q. d. Licèt ad absumptionem virium laboretis in colenda terra, inanis erit labor [z].) Al. *vires*, i. e. opes vestræ, ut Gen. 4. 12. Ma. Vel, *vires vestræ*, nempe, succus corporis vestri vitalis. Id כֹּחַ sign. Psal. 22. 16 [a].

[z] O. [a] Pi.

21. *Si ambulaveritis ex adverso*, קֶרִי] קֶרִי pro בְּקֶרִי, ut patet ex vers. 24 [b]. Sic רֶגַע *momento*, Psal. 6. 11. Job. 34. 20. quod בְּרֶגַע Job. 21. 13 [c]. Vertunt, *cum* (vel *in*, P.) *casu*; i. e. Si quæ vobis accidant fortunæ adscribatis & casui [d]; non providentiæ meæ †, & peccatis vestris [f]: *Ego etiam ambulabo cum casu*, i. e. res vestras non curabo, sed ità agam ut videantur omnes res vestræ casu accidere. קֶרִי est *casus*, seu *occursus*, à קָרָה *accidere* [g]. Al. *contrariè*, *ex adverso*, Q. He. in F. Sa. O. A. Ità Ch. בְּקַשְׁיוּ, i. e. *in*, sive *cum*, *duritia*, vel *difficultate*. Si difficiles & immorigeri erga me sitis [h]. *Contumaciter*, Sy. Ti. *pervicaciter*, Ar. *protervè*, Sa. vers. *obliqui*, ό. i. e. obliquè; ut, *matutinus agebat*, i. e. manè [i]. *In occursu*, Mo. *contravenientes mihi*, Ca. sim. Belg. Al. *temerè*, JT. *per accidens*: sine discrimine quicquid acciderit, sive utut accidat, modò fueritis sequuti studia vestra, non voluntatem meam [k]. Si negligenter ambulaveritis, parùm curantes quid vobis accidat [l].

[b] V. D. P. [c] D. [d] D. V. † V. He. in F. [f] Ma. [g] F. V. [h] F. [i] D. [k] Ma. e Jun. [l] A.

22. *Desertæ fiant*, וְנָשַׁמּוּ] *Desolabuntur*, V. O. Sy. Al. *obstupescent*, *stupendè desolabuntur*, Ma. i. e. Vias publicas metu ferarum terere non audebitis [m].

[m] V.

23. *Si nec volueritis recipere disciplinam*, אִם לֹא תִוָּסְרוּ לִי] Q. sic; *Si non eritis castigati*, ό. Sa. vel, *si non erudiamini*, Sy. Ar. [quasi redundaret לִי.] Alii sic; *Si non eritis castigati* (vel, *eruditi*, vel, *emendati*, V.) *mihi*, A. V. O. i. e. ut me colatis [n]; vel, *à me*, Pi. vel, *per me*, A. *Si non correpti verbo meo*, Ch. in V. *Si non erudiemini* ut redeatis *ad me* [o]. Sed hoc supplementum videtur mihi audacius [p].

[n] O. [o] Jun. [p] Pi.

24. *Incedam* בְּקֶרִי] Vide ad vers. 21. *In occursu*, Ma. Q. *in casu*, i. e. Permittam vos casui, vos non curabo. Al. *temerè*, sine ullo personarum discrimine, & non adhibitâ plagis moderatione. Humanitùs dictum [q].

[q] Ma.

25. *Fœderis mei*] A vobis rupti [r]. ¶ *Pestilentiam*] *Mortem*, Ch. Quoniam pestis est præsentissima mors *.

[r] Ma. * F.

26. *Baculum panis*, מַטֵּה־לֶחֶם] *Virgam panis*, V. Ma. Mo. *sustentationem* (*subsidium*, Ar.) *cibi*, Ch. in F. Tollam panem, quo tanquam scipione innitimini. Vide Ezec. 4. 16. & 5. 16 [t]. Similis phrasis Psal. 104. 16. Isa. 3. 1. *Baculus* dicitur, quia est fulcimentum vitæ [v]. *Scipio panis* hîc est vis alendi in pane [x]. Potiùs est panis ipse, quia in sequentibus paucitas panum notatur, Pi. ¶ *In clibano uno*] Decem familiis sufficiet unus clibanus, idémque exiguus. ¶ *Ad pondus*] Tanta erit panis inopia [z], ut panem pondere exigant, nè aliquid desit [a]. Vide Ezec. 4. 16 [b]. Ità ut quantum vultis comedere non possitis, nec quantum fames exigit [c]. Alii sic; Cùm ex corrupto frumento integri panes fieri non poterunt, fragmenta pistor pondere magis quàm numero restituet [d].

[t] V. [v] Me. [x] Jun. & alii in Pi. [y] V. T. [z] V. [a] Ma. [b] V. [c] Me. [d] Ma.

27. *Per hæc*, בְּזֹאת] *Per hoc*, i. e. per hanc inopiam

am [†]. אֵרת fœmin. est, at hîc ponitur neutraliter, seu absolutè [f].

28. *In furore contrario,* בַּחֲמַת קֶרִי] Vertunt, *in ira casûs,* P. vel, *fortunæ,* V. Puniam vos irâ gravissimâ, quæ non videbitur proficisci à me, sed à casu, & fortuna quam colitis [g]. Al. *In ardore* (vel *fervore,* Mo.) *occursûs,* Ma. Mo. *in æstu pertinaciæ,* Sa. vers. *in ira contumaciæ,* i. e. contumaci, Ma. cum furore & contumacia, Sy. *In ira temeritatis,* seu, *temerè excandescens,* JT. i. e. omnia promiscuè pervadens, Ma. *contrà iracundè veniens,* Ca. *cum supplicio pervicaciæ,* Ar. *in ira furoris,* Ch. Vox *furoris* hîc addita ostendit incrementum, ut peccatorum populi, ità judiciorum Dei [h].

30. *Excelsa,* בָּמוֹת] Variè exponunt. Sublimiora ædificia, ut sunt turres & castra [i]. Al. loca editiora in quibus sacrificabant [k], gentilium ritu [l]. Testis Herod. Clio. Vide ad Lev. 19. 26. & Num. 33. 52 [m]. Templa idolorum [n]. *Sacella,* aut *altaria;* sic dicta, vel, quòd alta & sublimia essent, vel, quòd in locis sublimibus exstructa [o]. ¶ *Et simulacra,* sic Ch. Ar. Ca. vel *idola,* Sy. Ti. sim. O. P. חַמָּנִים] Variè accipiunt. Amœna ædificia super tecta [p]. Al. *solaria,* M. Ti. Simulacra quibus Solem colebant [q]. Lignea fuerunt [r], ut patet ex 2 Par. 34. 7 [*]. Simulacra Solis, Sa. Mo. A. Me. Ad similitudinem Solis facta [t]: vel, ad similitudinem currûs Solis [v]. *Subdiales statuas,* JT. i. e. statuæ quæ Soli expositæ colorem adustum habent, ut 2 Chron. 14. 5 [x]. Ità auctor Pesichtæ [y]. Ponebant eas super tecta [z]. *Simulacra Hammonis,* Q. in Ma. Jovis Hammonis, La. qui & Sol, teste Macrob. Saturnal. 1. 21. cujus templum & simulacrum celebre erat in Libya, testibus Strab. Curt. & aliis [a]. Hunc præcipuè respicit Deus, quem Judæi in Ægypto coli viderant, & coluerant. At per synecdochen capitur pro quolibet simulacro [b]. Al. loca in honorem Solis dedicata [c]. Non tam simulacra, quàm loca, fuisse videntur, (ex Esa. 17. 8. Ezec. 6. 4.) nempe, in quibus sacri ignes facti; quod origo videtur significare: πυραιθεῖα Straboni l. 15. πυρεῖα aliis. Ab Ammone, qui חָם Hebræis, venisse & nomen & institutum putant quidam. Cogitemus an ab hac voce dictus Deus *Omanus,* & Rex *Achæmenes.* Ait R. Bechai primos istos ignes non fuisse idololatricos, sed institutos ad Deo gratias agendas pro Sole: mox ex malo usu secuto vetitos, ut multa alia. Πυρείε talis descriptio in Procop. libro primo Persicorum; plenius in codice Vaticano: τὸ μέγα πυρεῖον ἐνταῦθά ἐστιν, ὃ σέβονται Πέρσαι θεῶν μάλιστα· οὗ δὴ τὸ πῦρ ἄσβεστον φυλάσσοντες μάγοι, τά τε ἄλλα ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀφοσιεύνται, καὶ μαντείῳ ἐς τῶν πραγμάτων τὰ μέγιστα χρῶνται· (*Est ibi* [nempe, in *Pers-armenia*] *ingens ignis receptaculum, quod præ aliis diis maximè colunt Persæ; ubi Magi quidem ignem perennem ac inextinctum custodientes, tum alia accuratè consecrant, tum in rebus maximi momenti oraculo responsa reddunt.*) Alteram πυρείε descriptionem habes in Benjamine [d]; scil. in Benjamine Tudelensi, in Itinerario suo: *Colitur* (inquit) *Sol aris frequentibus & magnis, & in iis simulacra Solis figurâ magicis artibus constructâ. Exoriente autem Sole orbes illi incendi videntur, magnóque strepitu sonant* [†]. Vide & Theodor. l. 10. c. 29. 30. & Hist. l. 5. c. 38. Teixera etiam suo tempore hunc morem Persis quibusdam ait mansisse [f]. ¶ *Idolorum,* ità plerique, גִּלּוּלֵיכֶם] *Stercorum vestrorum,* Ma. *deorum stercoreorum,* JT. Ma. Ca. (vel, *turpium,* A.) per contemptum sic dictorum [g], quòd sordibus pleni sint, & colentes inquinent [h]. Vel, *contaminationum vestrarum,* Mo. Al. *tornatilium,* quòd torno ex ligno fiant [i].

31. *Sanctuaria vestra*] Nunc *vestra,* quæ priùs mea erant [k]. Qu. Quomodo *sanctuaria* vocat, cùm Sanctuarium unicum erat? Resp. 1. Templum cum atriis [l]; à quibus pluraliter vocatur *sanctuaria,* Psal. 73. 17. & 74. 7. Jer. 51. 51 [m]. 2. Vel intellige idolis dicata [n]. Sive mihi, sive idolis, dicata [o]. 3. An est heterosis numeri? Sic *sacrarium* Græcis τὰ ἅγια, & *dextera* αἱ δεξιαί, & *flumina Nili,* & *excelsa,* pro excelso [p]. 4. Ad synagogas etiam extendunt Hebræi [q]. ¶ *Odorem*] Non placabor odoribus sacrificiorum incensorum [r]. Vide Exod. 29. 18. & Levit. 4. 31 [*].

[Margin: † V. — f Pi. — g V. — h A. — i M. RS. in F. — k AE. in F. — l Me. — m G. — n Me. — o Ma. — p M. — q K. in F. — r Ità F. V. — t K. in F. — v V. — x Q. in Ma. — y Hi. in D. — z Pi. ex Jun. — D. — a Q. He. in Ma. — Ma. — b La. — c Q. in Ma. — d G. — † Ma. — f G. — g D. Ma. — h Ma. — i Ma. — k D. — l O. — m A. — n O. — o Me. — p D. — q A. — r V. Ma. — * Ma.]

32. *Stupebunt super ea*] [Simil. plerique; at Ch. *deserti erunt super ea,* & Ar. *horrebunt ipsam.*]

34. *Placebunt terræ sabbata sua*] Metaphoricè tribuit rei inanimatæ sensum & gaudium suum: q. d. Si vos terræ quietem negetis, eam illi dabo [t]. *Perficiet Sabbata,* P. O. *in Sabbatis acquiescet,* JT. *Sabbatis fruetur,* Sy. M. Ti. Ca. A. [At Ar. *ulciscetur otium suum.*] Res observatione dignissima. 31 Jobel absoluta numerantur ab anno κληρουχίας (i. e. *primæ possessionis terræ Canaan*) ad annum ἐρημώσεως ναοῦ, (i. e. *desolationis Templi:*) annus enim Judaicus 3829. qui fuit stantis Templi penultimus, inivit Autumno Anni Christi 68. isque fuit non solùm Sabbaticus, sed etiam ultimus 31. Jobel, à quo Judæi annos putant quos מִנְיַן חֻרְבָּן, h. e. *æram desolationis,* vocant. Anno Sabbatico regnum Samariæ, anno etiam Sabbatico regnum Judæ, eversum est. Denique, anno ultimo Jobel absoluto, inivit annus in quo posterius Templum deletum. Quòd Nebuch. anno Sabbatico Jeros. delevit, propterea dictum est *urbem complevisse Sabbata sua, quamdiu desolata fuit.* Quantò justiùs hoc dici nunc potest, quum finis 31. Jobel illum annum attigerat in quo perpetuò desolatum fuit Templum, &c? Scaliger. Canon. Isagog. 3 [v]. [*Verùm an Scalig. rectè tempora computet, disquisitionem meretur, cùm 49 tantùm annos Jubilæo assignet. Vide quæ ad* Levitic. 25. 10. *antè congessimus.*]

35. *In sabbatis vestris*] Nempe, anno Sabbatico & Jubilæo [x]: item in Sabbato ordinario [y].

36. *Pavorem,* ità Ch. Sy. Ar. מֹרֶךְ] *Animi consternationem,* Ti. *teneritudinem,* M. O. *mollitiem,* Sa. Mo. JT. V. Ma. i. e. Reddam eos effœminatos & molles [z]; (opponitur גְּבוּרָה *animositati* [a];) ut non audeant resistere persequentibus. Ità vox sumitur Deut. 20. 3. 2 Chron. 13. 7. Esa. 7. 4 [b]. ¶ *Sonitus folii*] Lucan. l. 8. de Pompeio fugiente, *—pavet ille fragorem Motorum ventis nemorum* [c].

37. *Corruent singuli super fratres*] i. e. Super populares. Solet id fieri in præliis, ubi turbati sunt ordines, ut commilites à commilitibus obruantur. At RR. בְּאָחִיו interpretantur, *fraterno crimine;* i. e. unius partis delictum omnibus imputabitur, qui non obstiterint secundùm mutuas jurationes factas in montibus Garizim & Hebal. Vide quæ nos de J.B. & P. 2. 21. 11 [d]. ¶ *Nemo audebit resistere,* וְלֹא תִהְיֶה תְקוּמָה] *Neque erit vobis resistentia,* vel *consistentia,* V. *resurrectio,* Ma. *erectio,* Mo. O. Non stabitis coram inimicis; post casum non surgetis [†].

40. *Donec confiteantur,* וְהִתְוַדּוּ] *Et confitebuntur,* V. O. *Et si confitebuntur.* Sic particula *Si* subintelligitur Exod. 4. 23. Mal. 1. 2. & 3. 8 [f]. Qu. Cur ergò subjicit, *Et ego incedam adversùs eos?* Resp. Quia solùm ore pœnitebat eos, non corde [g]. Repetit hîc pœnas quas suprà minatus fuerit, ità tamen ut in spem veniæ resipiscentes erigat [h].

41. *Ambulabo igitur & ego contra eos,* אַף אֲנִי אֵלֵךְ וגו'] [Quæritur de versione & connexione horum verborum. Q. sic,] *Ego quoque* (vel *hinc,* sive *unde, & ego,* M. Ti.) *incedam cum iis,* &c. Ch. Sy. Ar. sim. Sa. Mo. [*Unde etiam ego ambulabam* (vel, *ambulaverim,* V.) *cum eis,* &c. Sic Pi. qui totum hunc versum parenthesi includit. Alii sic,] *Quòd etiam ambulaverim cum illis,* &c. P. A. Belg. Subauditur verbum præcedens, *confitebuntur,* V. sim. JT. ¶ *Orabunt pro impietatibus suis,* יִרְצוּ אֶת עֲוֹנָם] *Et tunc placabunt* (vel, *rogabunt,* O.) *pro iniquitatibus,* Ch. *culpæ veniam petent,* Ca. Al. *expiabunt iniquitatem,* Sa. M. Ti. *bene sentient peccata sua,* ο'. *acquiescant in pœna iniquitatis,* JT. Belg. *Donec ulciscantur scelera eorum,* Ar. *placebit illis pœna,* O. *acceptabunt pravitatem suam,* A. Ma. i. e. ejus pœnam [i]. Agnoscent se justè punitos. Hinc Esaias desumpsit illud c. 40. 2 [k]. Patiente ac volente animo pœnam ferent, quò citiùs impetrent veniam [l].

43. *Eò quòd abjecerint,* יַעַן וּבְיַעַן] *Propterea quòd & in propterea quòd.* Al. *vice ejus quòd,* &c. Geminatio vocis & incrementum sententiæ, & vivum loquentis affectum, indicat: q. d. quia multis modis judicia mea spreverunt. Simile Ezec. 13. 10. & 36. 3 [m].

44. *Et tamen etiam cùm essent in terra hostili non abjeci*

[Margin: t T. — v Ga. — x Ma. T. — y Ma. — z V. — a M. — b A. — c G. — d G. — † O. — f A. — g M. — h V. — i Ma. V. G. — k V. — l G. — m Ma.]

jeci eos, [וְאַף גַּם זֹאת בִּהְיוֹתָם בְּאֶרֶץ אֹיְבֵיהֶם לֹא מְאַסְתִּים] Q. per præteritum vertunt: *Veruntamen neque cùm essent in terra inimicorum despexi eos*, ο'. sim. Ch. Sy. *Et tamen etiam hoc modo cùm ipsi fuerint——non reprobavi eos*, P. *Et etiam, etiam hoc*, i. e. etiamsi hoc modo expulerim eos, ——non tamen penitus reprobavi, V. *Et etiam hoc quoque* fuit, vel contigit, *cùm ipsi essent*, &c. V. *Sed insuper hujus etiam* recordabor (i. e. renovati fœderis in Lege, Ma.) *quum erunt (quum essent*, Pi.) *in terra —me non sprevisse eos*, &c. JT. i. e. spem misericordiæ resipiscentibus fecisse, quam re ipsâ præstiturus sum, Ma. Alii per futurum reddunt: *Atque hoc insuper*, (vel, *sed & hoc*, Ti. vel, *licèt & hoc futurum sit*, M. vel, *& tamen nihilominus*, A. Ang. vel, *& præterea etiam illud est*, Belg.) *dum erunt*, vel, *quum fuerint, in terra inimicorum, non spernam*, vel *negligam*, vel *aversabor, eos*, Sa. Ar. M. Ti. A. Ang. Belg. וְאַף גַּם vertunt, *& etiam quoque*, &c. vel, *certè etiam*, aut, *etiam etiam*. Cùm hîc iratus & minabundus loquitur Deus, sermo ipse abundat affectibus [n]. Schema est ἐκ παραλλήλου, ubi duo synonyma simul sunt elegantiæ causâ. Sic in Latio, *etiam quoque*, Plaut. Epidic. אַף אֲפִילוּ idem in RS. Talia sunt, מִבְּלִי אֵין, οὐ μή· רַק אַךְ, *tantùm solùm*; פֶּתַע פִּתְאוֹם, *repentè subitò*, Num. 6. 9; *rursum denuo*, Plaut. Casinâ; πάλιν ἐκ δευτέρου, Matt. 26. 42; *citò celeriter*, קַל מְהֵרָה; *ergò igitur, quamvis licèt, nunc jam*, Cicero; *properè ocyùs*, Plaut. Cistel. Sic, *terra pulveris, lutum cœni, coma crinis*, Num. 6. 5. *vires roboris*, Job. 36. 19. *parùm modicum*, Jes. 29. 17. Sic Græci, πάλιν αὖθις, (vel ἐξαῦθις,) *rursum denuo*; πάλιν δεύτερον, *iterum secundò*; σχεδὸν ἐγγύς· Hesiod. νόσφιν ἄτερ· Terent. *nunc jam*; Plaut. *herclè certè* [o]. ¶ *Non penitus abjeci*] Vel, *rejeci*, G. i. e. Non abjiciam: præt. pro futuro [p]. Cætera decreta sunt conditionata, hoc absolutum; quò respicit Paulus, Rom. 11. 29 [q]. Q. sic; *Hujus recordabor*, (i. e. renovati fœderis in Lege,) *quum erunt in terra inimicorum——me non sprevisse eos*; i. e. spem misericordiæ resipiscentibus fecisse, quam reipsâ præstiturus sum ex fœdere. Al. *Quum fuerint in terra hostium*, בִּהְיוֹתָם, i. e. in Ægypto, ubi, fœderis mei recordatus, illos servavi [r]. Mirum est quantum se Judæi hodie consolentur ex hoc loco, pollicentes sibi certam ex præsenti servitute liberationem: Et, quia prima dictio est אַף, Germanis autem aff est *simia*, hanc periodum vocant *auream simiam*, eámq; legunt summo cum gaudio & voce elevata *.

[n] Ma. [o] D. [p] Me. G. [q] G. [r] Ma. * F.

CAP. XXVII.

2. QUI *votum fecerit*, [כִּי יַפְלִא נֶדֶר] *Cùm mirificabit votum*, F. V. *Si quis mirabile votum fecerit*, vovendo se, vel pecora, vel agros, Domino; hoc enim difficile videtur, nec caret admiratione [a]. Admirabile erat se totum Deo offerre [b]. *Qui voverit votum*, ο'. Ch. JT. *Qui eximium aliquod votum nuncupaverit*, T. *Quum votum singulare fecerit*, Ang. *Quia*, vel *quum, arduum faciet votum*. Formula Hiphil significatum auget, i. e. *Cùm arduè, magnificè, &c. voverit*. Vide Levit. 22. 21 [c]. *Cùm separaverit votum*, F. V. Sy. Mo. O. P. i. e. Cùm quis nuncupaverit votum aliquod Deo, ità ut disertè illud ore suo exprimat [d]. *Cùm separaverit à se votum*, i. e. rem devotam: q. d. *cùm voverit*; quia *vovere Domino* nihil aliud est quàm à se rem devotam abdicare †. *Quum quis separaverit* aliquid per *votum*, nempe, à rebus vel personis suis [f]. ¶ *Et spoponderit Deo animam, sub æstimatione dabit pretium*, [בְּעֶרְכְּךָ נְפָשֹׁת לַיהוָה] Q. putant ךָ in בְּעֶרְכְּךָ esse otiosam paragogen: Ità Grammatici [g]. Lectio pronominis locum obscurum reddit [h]. At aliis est pronominis signum [i]. [Q. sine pronomine vertunt.] *Cùm* (vel, *qui*) *separaverit*, vel *voverit, votum pretio animarum Domino*, Ch. (vel, *in æstimatione animarum coram Domino*, Ch.) *Qui segregaverit votum Domino pro æstimatione animarum*, M. *Cùm separaverit votum secundùm æstimationem animarum Jehovæ*, P. i. e. Qui votum fecerit, non quodcunque, sed ut det æstimationem *animarum*, h. e. personarum; quas voverit Domino [k]. *Votum animarum* vocat quo quis *animam*, i. e. personam, (sive seipsum [l],) Deo voverit [m]. Vox עֵרֶךְ hîc *æstimationem* significat, ut & Job. 28. 17. & 36. 19 [n]. [Sensum autem complent duobus modis.] 1. *Secundùm æstimationem animarum* (quam sacerdos faciet) supple, *dabit*, O. ο'. in Bo. vel *solvet, Domino*, Bo. i. e. juxta certam æstimationem & conditionem animarum solvet: q. d. Non omnium animarum æqualis erit solutio, sed attendendæ sunt circumstantiæ [o]. 2. Hic versus sequenti jungitur; *Quum vir separaverit*, &c. v. 2. *Tua erit æstimatio*, &c P. [Alii autem pronomen vertunt.] *Quum separaverit votum in ordinatione tua*, Mo. vel, *juxta æstimationem tuam*, Ti. P. Sa. supple, *fiet*, Ti. vel, *id faciet*, Sa. *Cùm separaverit votum, æstimatione tuâ, animarum Jehovæ*, A. *pro æstimatione tua personæ sunto Jehovæ*, JT. sim. Ang. *animæ erunt Domino secundùm æstimationem tuam*, P. *Juxta æstimationem tuam æstimabitur votum animarum quod factum est Domino*, F. Sacerdotem alloquitur †. Non placet: Sacerdotem alloquitur v. 12. de iis quibus nullum pretium constitutum est: hîc autem sermo dirigi videtur ad unumquemque, cùm lex data sit toti Israeli *. Per *æstimationem* intelligit *pecuniam æstimationis*, (vovit dare Deo pecuniam quâ quisquam æstimatur,) ut exprimitur vers. 15. Ità ο'. vertunt, (εὐχὴν ὥστε, vel εἰς τιμὴν, vel, ὥστε δοῦναι τιμὴν τῆς ψυχῆς· *Qui voverit ut det pretium animæ Jehovæ* [q].) Sic Jarchi, *dare æstimationem*, aut *pretium, animæ*. Et AE. clariùs, *Si Deus hoc fecerit, redimam animam vel meam, vel filii mei, vel animalis, juxta æstimationem*. Confer 2 Reg. 12. 4 [r]. Quod aliquis Deo voverat, si immolatitium erat, immolandum erat: at cùm hominem immolari noluerit Deus, qui se aut filium Deo devovit, censebatur eos ministerio Templi & sacerdotum devovere & consecrare *; ad infima ministeria [t], v. g. portare aquas & ligna, sordes everrere, &c [v]. & alia laicorum propria: Nam munus Sacerdotum & Levitarum nemo vel obire, vel vovere, potuit. Deus tamen hujus voti reos permisit, imò jussit, pecuniâ redimi. Id fecit, 1. Quia nolebat Deus suos Hebræos ad illa ministeria servorum (quæ Gabaonitarum erant, Jos. 9. 21.) deputari *. Noluit eos perpetuâ servitute esse mancipatos. 2. Nè hujusmodi voventium templóque ministrantium turba nimiùm excresceret [y]. Nè hæc vota oneri essent Sanctuario, quod voventes alere debebat. Volebat autem Deus Levitis, &c. de vitæ necessariis prospicere [z].

3. *Erit æstimatio tua*] Sic JT. A. sub. ô *sacerdos*, ut patet ex vers. 12. ubi integra ponitur locutio: i. e. Pretium constitues, &c. ו in וְהָיָה non debet verti, quod tantùm convertat præt. in fut [a]. *Illius æstimatio*, Ch. *æstimatio*, ο'. ¶ *Siclos*] De Siclis vide ad Ex. 30. 13 [b].

5. *A quinto anno*] Puer quinquennis, cùm careat usu rationis, vovere non potest: At tales obligari poterant voto parentum [c]: ut patet ex 1 Reg. 1 [d].

6. *Ab uno mense*] Non antea, ut transiret *Novilunium*, quod illis solenne festum erat, & signum sanctificationis. Sic pecus non ante octavum diem offerendum erat, ut à transeunte super illud Sabbato sanctificaretur †.

7. *Masculus quindecim siclos, fœmina decem*] Majus pretium imponitur viris quàm fœminis aut pueris, quia pluris valet vir quàm fœmina aut puer, tum per se, tum ad operas & labores *. Æstimatio viri duplò major est quàm fœminæ in juventa: Quòd si mulier senuerit, æstimatio ejus proximè accedit ad virum. Quæ causa? Resp. Fœmina senex proxima est ut reputetur pro viro. Hinc dictitant, *Anus in domo thesaurus bonus in domo, & signum bonum in domo* [f].

8. *Si pauper*, &c. [וְאִם מָךְ הוּא מֵעֶרְכֶּךָ] *Si tenuior sit facultatibus quàm pro æstimatione tua*; JT. Al. *Si pauperior est æstimatione tuâ*, O. A. i. e. Si nequit dare quod voverat [g]. ¶ *Stabit*, [וְהֶעֱמִידוֹ] *Statuit*, V. *Stare faciet eum*, sub. *aliquis alius sacerdos*, V. vel, *is qui votum nuncupavit*, al. in Ma. Aut est personæ mutatio, pro, *statues illum coram te* [h].

9. *Animal autem*, &c. [וְאִם בְּהֵמָה וגו'] *Sed si bestiam* vovit, &c. JT. P. *Si id sit bestia*, A. *Si pecus*, vel *animal, fuerit*, Sa. Sy. M. Ti. O. ¶ *Sanctum erit*] i. e. Non poterit redimi, sed immolandum est [i]. Extra usum

[a] Q. in F. [b] La. [c] Ma. [d] F. V. † V. [f] Pi. [g] V. ità RS. in M. Ch. in F. ο'. in Bo. & Bo. [h] Bo. [i] Ità K. in M. A. Ma.

[k] Ità He. in F. R Moses de Cozi in M. [l] La. [m] P. [n] G. ad v. 14. [o] Bo. [p] V. A. † F. O. * A. [q] Bo. [r] A. * Bo. [t] T. [v] T. Me. * La. [y] Bo. [z] La. [a] V. [b] V. [c] L. Me. E. [d] L. E. † La. * La. [f] D. RS. in Muis. [g] A. [h] V. Ma. [i] O.

usum communem nulli operi adhibebitur à voti tempore[k]. Prophanari non potest ad alios usus convertendo[l].

10. *Mutari non poterit*, לֹא יַחֲלִיפֶנּוּ] *Non mutabit illud*, nempe, animali generis alterius. ¶ וְלֹא יָמִיר] *Neque mutabit illud*, nempe, animali generis ejusdem. Ità distinguit Abarb[m]. Duo hîc sunt verba idem significantia, ut ostenderet Deus gravitatem hujus legis, quâ prohibet & coercet Deus hominum in sacris levitatem[n]. ¶ *Nec pejus bono*] Qu. Quidni in melius mutaret? Resp. 1. *Quia re sacrâ non convenit abuti ad usus profanos*. Ità Abarb. 2. *Si hoc liceret, futurum est ut quis permutet bonum malo, ac dicat, Hoc bonum est*. Ità Bechai[o].

11. *Immundum*] Non secundùm speciem, sed secundùm individuum tantùm[p]. Potest generaliter accipi pro quolibet immundo: At He. exponunt de bove, ove, capra, cui maculæ sunt[q].

13. *Addet—quintam partem*] Ad exemplum legis suprà positæ, 6. 5. Nè facilè permutatio fieret[r]. Nè faciles essent voventes ad redimendum†. Ut compensetur sacerdotis onus in revendendo[t]. Item, levitatis ac temeritatis suæ nomine[v]. Aliàs facilè contingeret ut justum pretium minueretur, sacerdote vel non cognoscente, vel præ verecundia non audente debitum pretium constituere[x].

14. *Et sanctificaverit*, יַקְדִּישׁ קֹדֶשׁ] *Sanctificabit sanctitatem*, Ma. [*Kodesh*] per appositionem dictum; *consecrare consecrationem Jehovæ*, pro, *aliquid consecrare Jehovæ*[y]. Cùm voverit ut sit sancta, &c. Ma.

15. *Qui voverat*, הַמַּקְדִּישׁ] *Sanctificans*, Ma. *Sanctificare* pro *vovere* ponitur[z].

16. *Si agrum possessionis suæ*] Quod illius est hæreditate, non emptione[a]. Quem ut suum & proprium possidet[b]. ¶ וְאִם מִשְּׂדֵה] *Si quippiam de agro*. Noluit autem totam voveri, ut haberet unde viveret[c]. ¶ *Juxta mensuram sementis*, לְפִי זַרְעוֹ] *Secundùm semen ejus*, V. i. e. prout ager sementem exegerit, O. Al. *juxta mensuram proventûs ejus*, i. e. juxta fertilitatem ejus[d]. ¶ *Triginta modiis*, חֹמֶר] Convenit חֹמֶר (&, quod idem est, כֹּר) esse mensuram quæ capit decem *Ephim* & 30 *Seim*†. ¶ *Quinquaginta siclis*] Qu. An hi sicli quotannis persolvendi, an semel? Difficultas est non exigua[f]. Resp. 1. Q. volunt semel tantùm persolvi[g]. Obj. At pretium illud nimis vile esset[h]. Quis credat pro tanto agro unum tantùm siclum quotannis pendi[i]? Sed contrà, 1. Pretium hoc agris pessimis sufficiens esse potuit. 2. Æstimabatur in favorem possessoris[k]. 3. Q. *triginta modios* exponunt, non qui in semen expenderentur, sed qui demeterentur. Ità Robertus Cenalis in Bo. Sed non placet; quia illud זֶרַע *semen*, vel *sementis*, nullibi dicitur in Scriptura, nec in communi modo loquendi, de messe recens collecta vel colligenda[l]. 2. Alii quotannis solutos aiunt[m]. Talis enim ager facilè quotannis dat ultra 50 siclos: Si unus modius proferat decem, ex 30 fiunt 300 modii, qui valebunt 60 florenis sive siclis*. Vide Bo.

19. *Addet quintam*] Vendebatur sibi cariùs quàm alteri; 1. Quia per hoc damnificabantur sacerdotes: quia cùm alteri vendebatur, in Jubilæo revertebatur ad sacerdotes, & erat consecrata Domino; cùm voventi, non revertebatur[n]. Quanquam probabile est sacerdotes utrumque venum exponere debuisse. 2. Quia pluris valebat illi quàm cuivis alteri[o]. ¶ *Et possidebit eum*, וְקָם לוֹ] Et *stabilietur* (vel *stabit*, V. vel *surget*) *ei*, V. Ma.

20. *Venundatus fuerit*, וְאִם מָכַר] *Si vendiderit*, V. O. Ma. sub. vel *sacerdos*, V. He. in A. (ad eum enim potest referri, etsi aliud suppositum immediatè præcesserit, ut fit subindè;) vel *vovens*; & tunc *vendiderit* ponitur pro *vendi permiserit*[p]. *Aut* (i. e. Et, A. ex He.) *si vendiderit*, nempe, non prior dominus, (qui cùm sanctificâsset illud non poterat vendere,) sed *thesaurarius* qui in Sanctuario talia curaret[q]. Sensus est, Si alteri venditus fuerit præterquam voventi, is qui voverat deinceps redimere non poterat. Ratio legis erat, 1. Ut fundi dominos semper ad redemptionem fundorum suorum quodammodo cogeret, nè à tribubus

k G. l O. m Muis. n A. o Muis. p L. q A. r G. † Me. Bo. t La. v Ma. x Bo. y V. z M. a A. b Me. c O. d V. † Ma. f La. g Ità L. h A. ex He. h La. i Bo. k Wil. l Bo. m Ità To. Bo. La. Me. * La. n L. Wil. o Wil. p Bo. q A.

& familiis alienarentur. 2. Ut Deus sacerdotum rebus & proventibus consuleret, qui plus domino (quàm alio) redimente accepturi erant. Verùm hæc intelligi debent de agro per simplex votum Deo promisso: nam si anathematis votum esset, redimi non potuit[r].

21. *Cùm Jubilæi venerit dies*, בְּצֵאתוֹ בַיֹּבֵל] *In exeundo eum in Jobel*, Mo. O. M. *Cùm egredietur*, sub. è *manu* (*dominio & possessione*, V.) *ementis*, Ar. [Al. sic;] *Est enim ager ille, postquam exiit à jure ejus, in Jubilæo, res sancta*, JT. Al. sic; *Sed esto ager ille, postquam exierit* (nempe, ex agro suo; confer Levit. 25. 28, 30, 31.) *iste*, nempe, emptor, cujus facta mentio versu præcedente,) *in Jubilæo, res sancta Jehovæ*†. ¶ *Sanctificatus erit*, &c. כִּשְׂדֵה הַחֵרֶם] *Sicut ager anathematis*, F. V. Ma. vel, *succisionis*, O. Sicut ager devotus Deo ex manubiis, aut pro redimenda culpa. q. d. Sic consecratus erit Domino, ut ad profanos usus nunquam applicari possit. Est genus voti quo rem à se abdicat, quam nec redimere potest, nec per æstimationem recuperare. Hoc votum ferè concipiebatur ab Israelitis, cùm ex pacto internecionis aut eversionis alicujus urbis homines aut spolia devovebantur Deo: ut vides Num. 21. 32. Deut. 13. 15, 16, 17. Jos. 6. 17, 18[t]. Bene o'. ὥσπερ ἡ γῆ ἀφωρισμένη, tanquam terra de hostibus capta, Deóque devota, & sic extra commercium posita. Vide v. 28[v]. חֵרֶם *Cherem* est à חָרַם *Charam occidere, evertere, delere, perdere, ac nullum de re sic perdita percipere commodum*[x]. Talia consecrabantur Deo, sive ad occisionem, sive ad perpetuum usum sacrum: eáque excîdi, destrui censebantur; priora quidem absolutè & simpliciter per mortem, &c. posteriora civiliter moriebantur, atque ità laicis dominis peribant. Notandum autem quòd anathema tantùm in fundum cadebat, non autem in fructus, quos laicis licebat comedere[y].

22. *Si ager emptus est*, מִקְנָתוֹ] *Emptionis suæ*, V. Sententia est, Si quis emit agrum, & antequam à venditione redimatur vovet illum Domino, adveniente Jubilæo ad priorem dominum qui vendiderat redibit; quia qui vovit non potuit aliud per votum offerre quàm jus quod habebat possidendi usque ad annum illum, quo omnia ad proprios dominos revertuntur[z].

23. *Supputabit*, &c. וְחִשַּׁב מִכְסַת הָעֶרְכְּךָ] *Æstimabit summam pretii*, Ch. *Supputabit summam* (vel *numerum*, Sa.) *æstimationis tuæ*, D. JT. M. In הָעֶרְכְּךָ anomalia est, qualis in הָאָהֳלִי *tentorium meum*, quod explicant הָאֹהֶל שֶׁלִּי, *tentorium quod mihi est*, i. e. meum[a].

24. *Ad priorem dominum qui vendiderat eum*] Prior dominus hîc non est emptor, sed primus hæres & possessor[b]. ¶ לַאֲשֶׁר קָנָהוּ מֵאִתּוֹ] *Ad eum à quo emerat*, Sy. JT. sim. Ch. Ar. A. Sa. *ad eum*, inquam, cujus est fundi possessio, Ma.

26. *Primogenita*, &c. אֲשֶׁר יְבֻכַּר] *Quod primùm gignitur*, JT. *quod ad Dominum pertinet*, Ch. *quod offertur Domino*, Sa. Ar. *quod primogenitabitur*, A. Ma. *quod primitiabitur*, Mo. ità plerique. *Quod jure primogenituræ dicatur* (vel, *offertur*) *Domino*, Sy. Ti. P. ex lege Exod. 13. 2. Ma. Ità V. Ratio est, quia nullus potest facere votum Deo, nisi de hoc quod suum est: At primogenita erant Dei, ut patet Exod. 13[c]. & Num. 18. 17[d]. Jam antea Domini est: non ergò poterit secundariò Domino consecrari†. Qu. Cur primogenita illa voveri non poterant, cùm nihil vetet ex duplici obligatione aliquid deberi & offerri? Licitum est votum non furandi, non fornicandi, &c[f]. Vide & Gen. 28. 21. Resp. 1. Fuit hæc peculiaris sanctio Dei, nè votum hoc derogaret priori consecrationi, quasi non esset perfecta & plena[g]. 2. Votum reale debet esse de re sua, non aliena. Jam verò primogenita erant *Dei*, non tantùm generali dominio, sed etiam quasi particulari, & sublata erat omnis potestas hominibus vendicandi in illa jus aliquod sive dominium[h]. ¶ *Nemo sanctificare poterit*] Heb. *non sanctificabit*, Mo. At cum hoc pugnare videtur Exod. 13. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum*. Sed facilè conciliantur ex conjugationum discrimine. Nam (si rectè observavi) קִדֵּשׁ in *Pihel* est *sanctè habere*, seu *sanctè uti*. Hoc præcipitur Exod. 13. At hîc est הִקְדִּישׁ in *Hiphil*, quod sign. ex

r Bo. † Pi. t V. ex F. v G. x F. V. y Bo. z Me. a D. b La. c L. d Me. † F. f Bo. g La. h Bo.

nat

non sancto sanctum facere, i. e. Deo consecrare, quod hoc loco prohibetur, (non enim iterum consecrandum quod Deus semel sibi consecravit. Differentia hæc insignis est, ut minùs sit perpetua *.

27. *Quod si immundum est animal*] De animali primogenito loquitur [i], ut patet ex versu 26. quod nec voveri poterat, quia primogenitum, nec immolari, quia immundum; redimi ergò illud jubet Deus, aut vendi [k]. Non placet L. nec Bo. Non agit de primogenito animalium immundorum, sed de voto animalis immundi, & oblatione facta ex voto. Nam, 1. totum caput est de votis. 2. Primogenita talia non pecuniâ, sed ove, redimebantur, Exod. 13. 13. 3. Quintæ partis pretii additio tantùm locum habet in votis; de primogenitis nihil tale legitur. Præcedens sententia (v. 26.) non est hîc inserta nisi in quantum ad materiam voti pertinet, & dubitari de iis poterat, possentne voveri nécne. Itaque hæc sententia non differt ab ea quæ habetur v. 11 [l]. Loquitur hîc de immundis secundùm speciem, quæ offerri Deo poterant, non quidem ut super altari ponerentur, sed ut venderentur, & pretium in usus Templi converteretur [m]. ¶ *Addet quintam*] Nempe, si modò volet redimere †. ¶ *Vendetur alteri*] Vendi poterit: nam si is qui obtulit noluisset redimere, nihil vetabat quò minùs animal illud sibi sacerdos retineret [n].

28. *Quod consecratur*, חֵרֶם] Hæc est peculiaris hujus voti natura, ut quod per illud vovetur absolutè & irrevocabiliter Deo consecretur [o]. ¶ *Sanctum sanctorum*] i. e. Omnino sanctum & consecratum [p]; respectu devoventis. At sacerdotes iis tanquam bonis communibus utebantur [q]. Penès sacerdotes in perpetuum maneto [r]. Q. sic; ab omni usu profano subtractum erit, sed ità, ut iis sacerdotum filiæ & domestici vesci poterant. Non placet: Sic nihil peculiare esset anathematizatis, & ex simplici voto debitis; nec plus esset *sanctum sanctorum*, quod de his asseritur, quàm *sanctum*, quod de votivis illis victimis asseritur.

* Med. conc. ad Cler. de sanct. Dei, ad Levit. 19. 30.
[i] La. Me.
[k] La.
[l] Bo. ità RS. in A.
[m] L.
† Ma.
[n] Me.
[o] Me.
[p] La.
[q] A.
[r] Ma.

Videtur ergò significare, has res tantùm à sacerdote contrectandas & usurpandas esse, non à domesticis †.

29. *Morietur*] Quomodo hoc fit, cùm *homo* & *ager* inter consecrata numerentur? Resp. 1. Q. sic legunt; *Omnis bestia devota*, &c. Ma. At potiùs de hominibus loquitur, sicut in versu priore [t]. 2. Etiam homines erant morti addicti [v]; tum à Deo [x], ut Deut. 25. 19. Jos. 6. 17. 1 Sam. 15. 3; tum etiam ab hominibus, sicut in specialibus votis, Num. 21. 2, 3. aut cùm ob peccata morti damnati essent, ut Exod. 22. 20. Et ad postremum referunt Hebræi hanc legem [y]. De hostibus, aut militiæ desertoribus, agit: nam in aliis hæc lex locum non habet. Vide Num. 21. Jos. 6 [z]. 3. Morietur, morte scil. vel naturali, vel civili, (quâ abdicatur à negotiis secularibus, & cultui Dei deputatur;) juxta diversam materiam & conditionem rei [a].

30. *Omnes decimæ—Domini sunt*] Nempe, ex moribus antiquissimis, quorum nullum apparet initium [b]. Hâc lege Domino debentur [c].

31. *Quintam*] Pro mulcta; quia decimæ nec vendi possunt, nec redimi [d].

32. *Quæ sub pastoris virga transeunt*] Alludere videtur Scriptura ad morem Hebræorum †; *Transibant agni per ostium caulæ, (quod parvum erat, ut duo non possent simul egredi [f]:) Constituuntur matres eorum extra ostium, ut cùm agni illas mugientes audiant, egrediantur: Decimum autem quemque signabat decimator* [g] virgâ, quam rubro colore tinctam notant [h]. Al. *transeuntia sub virga*, exponunt, quæ à pastore reguntur [i]. [Al. aliter.] De virga pastoris, non decimatoris, hîc agi puto. Nempe, sub virga pastoris transibant armenta & greges, quoties illorum numerus subducebatur. Hoc factum manè & vesperi [k]. [Plura vide in authore.]

33. *Non eligetur*, לֹא יְבַקֵּר] *Non disquiret*, Sy. JT. A. sim. Ar. Mo. *non discernet*, Sa. *non considerabit*, V. an bonus sit, vel malus, &c. sed quod forte contigerit, dabit [l].

34. *Ad filios*] Heb. *pro filiis Isr.* i. e. ut illis ea exponeret; אֶל pro עַל [m].

† Bo.
[t] A.
[v] L. Me.
La.
[x] La. Me.
[y] A.
[z] G.
[a] Bo. La. B.
[b] G.
[c] Me.
[d] G.
† F. V. G.
[f] F.
[g] F. V. M. A. G. ex. He.
[h] Ma.
[i] V.
[k] BA. 1. 21. 44. 459.
[l] Ma. V.
[m] V.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
NUMEROS.

CAP. I.

Loquutúsque est, וַיְדַבֵּר] Sic vocant Hebræi hunc librum; item בְּמִדְבַּר, à quinta dictione [a]. Græci, Ἀριθμοὶ, *Numeros*, quòd in fronte ejus initur numerus populi Israelitici [b]. *ET* copulat hunc librum cum præcedenti [c]. ו non copulat, sed tantùm futurum vertit in præter [d]. ut sæpe fit in principiis librorum †. ¶ *Mensis secundi*] אייר *Jiar*, qui respondet nostro Aprili [f]. ¶ *Anno altero egressionis eorum*, לְצֵאתָם] *Egressis ipsis*, ό. *ab egressu*, Sy. Ar. JT. ¶ *Dicens*] Ex Verbis, *Dico* peculiariter sæpe redundat, præsertim apud Ciceronem: ut in illo, *Cui cùm familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem suam suspendisse se de ficu: idem, Gregaléſque eum, cùm non venisset in campum, requirerent, excusavit Vespa Terentius, quòd eum brachium fregisse diceret:* Ubi in utroque omitti poterat *Diceret*. Linac. Emend. struct [g].

2. *Tollite summam*, שְׂאוּ אֶת־רֹאשׁ] *Recensete capita*, JT. *Levate caput*, O. Ma. V. h. e. summam, quòd ipsa sit *caput numeri*; q. d. summum, sive ultimum, numerum [h]. Sic Exod. 30. 12 [i]. ¶ לְגֻלְגְּלֹתָם] *In*, vel *secundùm*, *capita* (*crania*, Ma.) *eorum*; [ità plerique:] i. e. per singula capita, viritim [k]. Vide v. 20 †. Propriè significat *rotunditatem capitis*, à גלל *volvere*, & *volutare*: indè גַּלְגַּל *rota*, *orbis*; & גֻּלְגֹּלֶת *cranium capitis* [l]. Vide ad Matt. 27. 33 [m]. Accipitur hîc pro *numero* vel *summa* [n]. ψυχὴν ἢ κεφαλὴν τὸν ἄνθρωπον εἰώθαμεν ἀπὸ τῶν κυριωτάτων ὑποκορίζεσθαι, (i. e. *Solemus hominem à maximè propriis ANIMAM & CAPUT blandè appellare*,) Plut. Probl. sympos. 6. 7. *Pro capitibus singulis tributi nomine vicenos quinos aureos reperit flagitari*; Ammianus 16. *Septem millia capitum remisisti, quartam ampliùs partem nostrorum censuum*; Panegyristes Constantio. *Cùm possessio ab his recesserit, Capitatio non recedit*; Salvian. Provid. 5 [o]. Alius erat hic census ab eo Exod. 38 [p]. (Ut patet, quia illa numeratio præcessit fabricam Tabernaculi; nam hujus bases factæ sunt ex argento illius numerationis, Exod. 30 [q].) Quanquam in numero recensitorum conveniant; nempe, quia nullus eorum perierat, cùm non diu unum post alterum lustrum factum est [r]. Qu. Cur ergò census iteratur? Resp. 1. Ad castra meliùs & ordinatiùs instruenda †; quæ brevi ex Sina movenda essent [t]. 2. Ut numerus multitudinis cujusque Tribûs certò & exactè constaret, quod in priore lustro ad censum non attineret [v]. ¶ *Quidquid sexus est masculini*] Non fœminas, nec pueros ad bella ineptos [x]; neque Ægyptios.

[a] F. A.
[b] F. M.
[c] L.
[d] Q. in V.
† V.
[f] F. V.
[g] Ga.
[h] V.
[i] Ma. D.
[k] F. V.
† V.
[l] F. M.
[m] M.
[n] F.
[o] Ga.
[p] L. Me. La. Bo.
[q] L. Bo.
[r] Bo.
† Me. La.
[t] La.
[v] Bo. Me. La.

3. *Fortium*] Omnes numerati erant; sed *non erat infirmus in tribubus*, Psal. 105 [y]. In Heb. est, *exeuntem ad militiam*, Sy. JT. vel, *ad exercitum*, Ch. Ar. Q. *aptos ad egrediendum*, &c. quos nec ætas nec valetudinis gravitas impedivit [z]. ¶ *Numerabitis*, תִּפְקְדוּ] *Visitabitis*. Q. *facietis delectus*, Ma.

[y] M. [z] Ma. ex Jun.

4. *Eruntque vobiscum*, אִתְּכֶם] *Ad vos*: i.e. Adsint vobis in faciendo delectu unus ex Tribu, &c [a]. ¶ *Principes*] Tales erant primogeniti [b]. Non primogenituræ jure, sed electione secundùm merita & res fortiter gestas. Probatur. 1. Naason, Princeps Juda, non fuit natus ex *Judæ* primogenito *Sela*, (qui tamen filios reliquit, Num. 26. 20.) sed ex *Phares*, juniore ejus fratre. 2. Aliter Principes illi, Num. 34. fuissent horum filii: Jam verò diversi sunt omnes; ut patet in *Caleb*, Principe *Judæ*, filio, non *Naassonis*, sed *Jephone* [c].

[a] Ma. [b] L. La. [c] Bo.

5. *De Reuben*, לִרְאוּבֵן] *De Reuben*: sub. vel *tribu*, V. vel *filiis*, ex vers. 10. A. Tribus, &c. ordine tori numerantur; 1. filii Liæ, &c [d]. ¶ *Filius Sedeur*] Hinc notandum Hebræos cognominis loco uti *Filii* & *Patris* nomine: vel, nomen *patris* cum nomine *filii* usurpatum vim habet nominis patronymici †.

[d] Me. † V.

16. *Hi nobilissimi*, &c. קְרִיאֵי הָעֵדָה] [Keri, קְרוּאֵי.] *Vocati*, (sive *nominati*, M. F. V. sive *convocati*, Mo.) *cœtûs*, vel *conventûs*, O. Ma. Sic dicuntur, 1. quasi famosi, præcipui, nobiles. Ità ο'. ἐπίκλητοι· sicut Paulus κλητὸς, i.e. *insignis*, *Apostolus* dicitur, Rom. 1. 1 [f]. 2. Quòd convocari soliti ad capienda consilia [g]. 3. Quòd vocati à Deo & Mose [h]. [At Sa. vertit, *Hi fuerunt deputati à congregatione*.]

[f] F. V. M. O. La. [g] Ma. O. [h] La.

17. *Quos tulerunt*, &c. אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת] *Qui expressi sunt nominibus suis*, V. M. sim. Sy. JT. Ar. Ch. נָקַב est *perforare*, indè *scribere*; quia olim scribebant in cæreis tabulis, quas quasi perforabant [i].

[i] O.

18. *Recensentes eos*, וַיִּתְיַלְדוּ] *Et natales suos professi sunt*, V. Sa. JT. Al. *ostenderunt nativitatem suam*, P. O. vel, *genealogiam*; i.e. ostenderunt cognationem suam, & tribum, & parentes [k]. *Nati sunt*, aut, *nasci fecerunt se*, O. *aggenuerunt se*, Ma. sim. Mo. *Fecerunt eos generari*; i.e. in tabulas publicas retulerunt eorum origines. ο'. ἐπηξονοῦσαν, voce Atticâ [l], i.e. *Visitati*, vel *recensiti*, *sunt* [m]. *Desumptaque fuit genealogia eorum*, &c. Ar.

[k] V. [l] G. [m] A.

20. *Per generationes*, תּוֹלְדֹתָם] Hîc & in seq. v. 26, 28, &c. deest לְ, (quod mox sequentibus duabus dictionibus præponitur [n].) Unde legi posset, *Fuerunt filii Reuben,—nempe, generationes eorum, per familias*, &c [o]. A genere ad speciem progreditur Moses. *Generationes* ponit, quia initium ab uniuscujusque Tribu fieri oportuit. Deinde ad *familias* (quas & *domos patrum* appellat, tanquam synonyma,) descendit. In familiis deinde censebantur *capita*. Quia verò *numerus nominum* expressus erat, definit Moses quomodo numerandi essent homines, nempe, juxta capita; ut qui familiæ præest nomen unum faciat [p]. *Generatio*, vel *gens*, plures familias, vel domos, complectitur [q].

[n] V. [o] O. [p] V. [q] Me.

22. *Recensiti*, פְּקֻדָיו] *Numerati ejus*, sub. Tribûs. Est enim hîc *Simeon* nomen Tribûs, ut & in cæteris Tribubus, quarum hîc numerus recensetur [r].

[r] V.

42. *De filiis Nepthali*, בְּנֵי נַפְתָּלִי] *Filii Napthali*. De reliquis omnibus dicitur, *De filiis*; de hoc, *Filii*: Quare? Baal hatturim sic dictum vult, quòd ei plures *filiæ* quàm *filii* erant †.

† A.

47. *Levitæ non sunt numerati*] Quia circa Tabernaculum versabantur, obsequiis Dei dicati, & à reliquis secreti [t]. Hæc Tribus erat quasi legio quæ stipat Regem [v]. A militia exempti erant, teste Josepho: non quòd arcerentur, si vel necessitas postularet, vel spontè militare vellent, (ut patet in Macchabæis & Josepho;) sed quòd cogi non possent [x].

[t] Me. [v] M. [x] T.

50. *Super tabernaculum*, &c.] Ut, scilicet, ea portent ac custodiant; non ut iis ad sacrum aliquod ministerium utantur. Vide Num. 8. v. ult [y].

[y] Bo.

51. *Externorum*] i.e. Qui non de Tribu Levi [z].

[z] E. Ma. La. A.

52. *Per cuneos*, עַל־דִּגְלוֹ] *Super vexillum suum*, Mo. *secundùm ipsius principatum*, ο'. sic Ch. JT. *juxta latus suum*, Sa. vel, *locum suum*, Sa. vers.

CAP. II.

2. *Singuli per turmas*, אִישׁ עַל־דִּגְלוֹ] *Vir super* (vel *juxta*, Ch. O.) *vexillum*, Ma. O. Ch. Caj. Sa. Posset verti, *juxta ordinem* (vel *aciem*) *suum*, O. ità Ch. & ο'. in A. JT. *in agmine suo*, Sy. ¶ *Signa atque vexilla & domos*, בְּאֹתֹת לְבֵית אֲבֹתָם] *In*, vel *cum*, *signis domûs patrum*, Mo. O. *cum*, vel *sub*, *signis*, *juxta domum patrum*, JT. A. sim. ο'. *per signa*, & *per domus*, &c. Ch. *juxta signa domûs*, &c. P. Quatuor erant vexilla primaria; minora autem ferè innumera [a]: ideo mox dicitur, *juxta signa domûs patrum*, &c [b]. Multa scribunt Hebræi de his vexillis. 1. Vexillum cujuslibet Tribûs simile fuisse in colore lapidi (suo) posito in Rationali. 2. In quolibet vexillo fuisse certum signum; *Hominis* in Reuben, *Leonis* in Jehuda, *Bovis* in Ephraim, *Aquilæ* in Dan [c]. ¶ *Per gyrum tabernaculi*, מִנֶּגֶד סָבִיב לְאֹהֶל] vertunt, *è regione*, Sy. Mo. Ti. M. O. *de præsentia*, Ma. vel, *de coram eo*, A. i.e. *eminus*, A. V. vel procul, P. ut Psal. 38. 12. A. *Ex adverso procul*, JT. Nam propè castra habebant Levitæ, Num. 1. 53 [d]. Distabant autem bis mille cubitis, sive uno milliari †, vide Jos. 3. 4. ob reverentiam loci [f]. סָבִיב לְאֹהֶל reddunt, *circum tabernaculum*, Sy. Mo. Ti. JT. Ità Deus erat in medio populi sui, & tentoria populi præsidio erant circa Sanctuarium [g].

[a] T. V. [b] V. [c] M. T. V. D. [d] Pi. † A. V. He. in F. [f] A. [g] A.

3. *Ad orientem*, קֵדְמָה מִזְרָחָה] *In orientem* (vel, *ab anteriore parte*, JT. A. Ma.) *in ortum*, Ma. O. Gaudent He. hujusmodi repetitionibus [h]. *Oriens* dicitur esse *antè*, & *Occidens ponè*, Esa. 12. *Auster* à dextra, Psalm. 89. 13. & *Septentrio* à sinistra. Vide Job. 23. 8, 9 †. *Primi ad orientem*, ο'. sim. Sy.

[h] O. † A.

7. *In tribu Zabulon*, &c.] Heb. *Tribus Zebulon*. *De tribu Zabulon*, Ch. *Et tribus* Zeb. &c. Sa. Sy. JT. *Et ad latus ejus tribûs*, *tribus Zebulon*, Ar.

9. *Primi egredientur*] Nec mirum, siquidem ut plurimùm Orientem versùs ibunt [i]. Qui primi & ultimi procedebant maximos exercitus habuerunt, in tutelam Sanctuarii [k].

[i] Me. [k] A.

14. *Duel*] Heb. *Reguel*. Idem *Deguel* Num. 1. 14. quòd ר & ד sunt similes literæ *, & frequenter permutantur. Vide ad Gen. 4. 18 [l].

* Ma. [l] A.

17. *Levabitur autem tabernaculum*, &c. וְנָסַע אֹהֶל מוֹעֵד מַחֲנֵה הַלְוִיִּם בְּתוֹךְ הַמַּחֲנֹת] Variè reddunt, & supplent. *Et proficiscatur tentorium—& castra Levitarum*, &c. Ch. *Cùm proficiscetur castrum Levitarum, erit*, &c. Sa. *Proficiscebatur autem tabernaculum temporis, exercitus* (viz.) *Levitarum, in medio castrorum*, Sy. *Tum proficiscetur tentorium conventûs cum castris Levitarum in medio reliquorum castrorum*, JT. *Castra Levitarum in medio castrorum*, O. Ma. G. Illud, *castra Levitarum*, vice expositionis positum est; q. d. mox ut locum mutabit Tabernaculum ecclesiæ, i.e. turma deferens Tabernaculum, castra, scilicet, Levitarum [m]. Al. *in castris Levitarum*: & videtur simplicior sensus. Deficit tamen præpositio in Hebræo [n]. Castra erant quadrata: in horum medio sacra, ut apud Romanos [o]. ¶ *Singuli*, &c. אִישׁ עַל־יָדוֹ] *Vir* (*quisque*) *super* (vel *ad*, O.) *manum suam*, O. Ma. *quisque in loco suo*, Ch. Ar. sim. Sa. vel, *ad latus suum*, Sa. *ad latus illius*, nempe, tentorii, JT. q. d. Omnes ad latus Levitarum procedant, faciántque castra [p]. ¶ לְדִגְלֵיהֶם] *Vexillis eorum*, Ma. *Per vexilla sua*, scil. minora & particularia. Vide ad v. 2 [q].

[m] V. [n] O. [o] G. [p] Ma. [q] V.

CAP. III.

1. *Generationes Aaron & Moysi*] Atqui nihil hîc de Mosis sobole; nam Gerson ille v. 17. ante Mosem fuit, Exod. 6. 16 [a]. Omnibus ferè locis (quod mirum) de his siletur [b]. Dices, Ergò malè additur *Moysi*. Resp. 1. *Generationes* hîc sunt *Res gestæ*; Quæ iis acciderunt [c]: Gen. 6. 9. Vide ad Gen. 5. 1 [d]. Non placet; quia non facta & eventa, sed familiæ, Levitarum

[a] G. [b] F. V. [c] Ità Pi. F. V. Æ. in F. [d] A.

tarum hîc recensentur †. 2. *Filii Aaron* naturâ fuerunt, & dicuntur *filii Mosis*, quòd eos Moses Legem docuisset [f]; eósque velut sibi adoptaverat, & instituerat, &c [g]. Solent discipuli *filii* vocari, 2 Reg. 2. 5, 12 [h]. Illos, ut Abrahamidas ex utroque sanguine, aptiores sacerdotio judicavit quàm quos ipse ex Æthiopissa genuerat. Vox תולדות hucusque porrigitur, ut dictum alibi. Vide Gemaram ad tit. de Synedrio [i]. 3. Peculiaris mentio fit filiorum Aaron, quia hi sacerdotium adepti sunt, (ad quod describendum præsens narratio potissimùm suscepta est [k]:) posteri verò Mosis cum inferioribus Levitis (in quorum gradu hæserunt) numerati sunt, nempe, v. 27, 28. Vide 1 Par. 23. 13, & 14. Et hinc Aaron Mosi præponitur [m]. 4. Cùm fratres germani essent, cognatio utriusque eadem est [n]: & quicquid de Aarone scribitur, de Mose quoque narratur [o]. 5. Nomen *generationis* non tantùm passivè sumitur, pro genitis vel posteris, sed etiam activè, pro majoribus. Sumitur item pro collateralibus, &c [p].

3. *Quorum repletæ manus*] Heb. *quorum implevit manus*, Ma. [Plerique impersonaliter sumunt:] *Quorum debitum expletum est*, Ar. *Quos consecraverat*, ὁ. in A. nempe, *Mose*, JT. *Vide ad* Exod. 29. 9.

4. *Coram Aaron*, [על פני אהרן] *Super facies Aharon*, Ma. *juxta*, i. e. ante, *faciem*, O. Aarone adhuc superstite [q]. Sic sumitur phrasis Gen. 11. 28 [r]. &, *coram luna*, &c. Psal. 72. 5, 17. i. e. *dum luceat* †. Al. tanquam ministri, aut vicarii, patris [t]: sicut minores ante summum Sacerdotem [v]. *Cum Aarone*, ὁ. in A. Alibi, *per manum Aaronis*, 1 Chron. 24. 19 [x].

7. *Et observent*, &c. [ושמרו את־משמרתו] *Custodient custodiam ejus*, F. O. Mo. M. i. e. Aaronis, Bo. La. O. L. Ea quæ Aaron observare tenetur, i. e. *custodiam Tabernaculi*, & Templi cultum, & quicquid sacerdotibus Deus mandaverat. Vult eos esse quasi nomophylacas tam juris sacerdotalis quàm publici [y]. Pro Aarone servient Tabernaculo, illúdque custodient [z]. Tabernaculi autem supellex dicitur *Custodia ejus*, quia ejus erat, ut summi Sacerdotis, ea custodire, & vigilare nè reliqui officio deessent [a]. Al. sic; Obtemperabunt illi in jussis ejus, & abstinebunt ab his quæ sunt officii ejus; arcentes etiam populum, nè sancta contingant [b]. Vide hanc phrasin Levit. 18. 30 [c]. ¶ *Quidquid ad cultum pertinet multitudinis*] Heb. *custodiam* cœtûs, O. Ma. Variant. 1. Eadem dicuntur *custodia Aaronis* & *populi*; tum quia Aaron populi vice ea custodiebat; tum quia populus corporis objectu & vitæ periculo ea custodire debebat, si quis profanus temerare vellet [d]. 2. Fecerunt Levitæ quæ totus cœtus facere debebat †. Totius cœtûs erat ministrare Domino: sed horum vices primùm gerebant primogeniti, (Exod. 19. 22. & 24. 5.) jam Levitæ [f]. 3. Debebant populum in officio continere *, eúmque arcere à sacris [g]; & docere quo ritu, quibus ceremoniis, Deus venerandus esset [h]. Curabunt populum in sacris reverenter se gerere [i]. 4. Administrabunt cœtui in oblationibus suis [k]. ¶ *Tabernaculo*, [לעבוד את־עבודת המשכן] *Ad serviendam servitutem Tabernaculi*, O. portando scil. *cortinas*, &c. Aut, ad ministrandum omne ministerium in Tabernaculo. Ità tria hîc recensuit munera Levitarum [l]. At aliis, *custodia Aharonis* & *Tabernaculi* idem valent: quia intelligit Moses Templi cultum & quicquid sacerdotibus Deus mandaverat [m].

8. *Custodiámque filiorum Israel*] i. e. Ea quæ alioqui deberent custodire filii Israel [v].

9. *Traditi*, [נתונים נתונים] *Dati, dati*, V. i. e. *dono dati*, Sy. vel, omnino, sive certissimè, dati [o]. *Donum datum*, Num. 18. 6. Ità Ministri Evangelii vocantur *dona*, Eph. 4. 8, 11 [p]. *Addicti atque donati*, Ar.

10. *Constitues super cultum sacerdotii*] In sacrificiorum oblatione & thurificatione, &c [q]. ¶ תפקד [ושמרו וגו׳] *Visitabis*, (*constitues*, Ch. A. *institues*, M. *præficies*, Sa. P. O. Ti. *præcipe*, Sy.) *& custodient*, Mo. A. (*ut custodiant*, Ch. Ti. Sy.) *committe curam custodiendi*, Ar. *Præficies*, sub. *tribui Levitarum*, V. Al. *præficito, ut observent*, JT. ut ad se attendant, & ad Levitas, & ad populum [r].

[Margin: †Bo. · f Rasi & Bechai in Muis. · g G. · h Muis. · i G. · k Ma. · l Me. · m La. · n Ma. F. V. · o F. V. · p Bo. · q V. D. A. Ma. · r D. A. · † A. · t Ma. · v O. · x A. · y V. Ma. · z La. · a Bo. · b F. ex M. · c A. · d Bo. L. · † O. La. · f Q. in Ma. · * V. · g F. O. · h Q. in F. La. · i La. · k O. · l O. · m V. · v V. Ma. · o V. Ma. A. · p A. · q Me. · r Ma.]

12. *Levitas—pro primogenito*, &c.] Quia noluit Deus ministerium per omnes Tribus diffundi, ad vitandam occasionem idololatriæ †. Sed cur Levitas? Resp. 1. Quia illi soli non adorârunt vitulum [t]. Non placet; quia ipse Aaron vitulum coluerat [v]. 2. Quia vindictam exercuerunt in idololatras, Exod. 32 [x]. 3. Quia hæc Tribus cæteris minor erat, & facilè ali potuit [y]. Primogeniti rejecti, quia hæreditatem adibant, nec poterant sacerdotibus inservire: Populus vacabat aliis rebus, agriculturæ, &c [z].

13. *Meum est*] Et peculiari liberatione, & justo hoc præcepto [a].

15. *Ab uno mense*] Quid ità, cùm nondum apti essent ad ministerium? Resp. 1. Quòd primogeniti post unum mensem redimendi erant, Num. 18. 16 [b]. 2. Tunc primùm purgabantur infantes ab impuritate partûs, offerebantúrque Deo primogenitorum nomine, Levit. 12. 4. Sic infrà 22, 28, 34, 40 [c]. 3. Ut numerus major habeatur Levitarum, qui penè respondeat illi primogenitorum [d]. 4. Levitæ à pueris erant in ministerio Domini edocendi †.

17. *Inventi sunt*] Non in vita, nam pridem obierat, sed in hoc censu & numero [f].

25. *Habebunt excubias in tabernaculo*] i. e. Super Tabernaculum & res ipsius: Nam neque in ipso excubare, sed nec illud ingredi, Levitis licebat [g]. *Custodia in tentorio*, Mo. vel, *circa Tabernaculum*, Ar. i. e. Isti excubabunt ad tentorium [h].

26. *Tabernaculum*, [המשכן] *Habitaculum*, M. F. O. Non tabulas, columnas aut bases, nam hæc ferebant Meraritæ: sed velum interius, sive infimum, quod ex decem cortinis constabat [i]. Vide Exod. 26. 1 [k]. Cortinas inferiores [l]. ¶ *Operimentum*, [אהל] *Tentorium*, M. F. O. Mo. Cortinas superiores, ex pilis caprarum [m]. ¶ *Operimentum ejus*, ità M. F. [מכסהו] *Tectum*, O. Sunt pelles rubricatæ, quæ veluti tectum erant Tabernaculi [n]. Pelles taxorum, O. Sagum cilicinum, & ex pellibus rubricatis arietum; & sagum ex pellibus ianthinis [o]. ¶ *Tentorium quod trahitur ante fores*, [ומסך פתח] *Velum* (*tegumentum*, *tentorium*) *januæ*, Ma. De quo vide Exod. 26. 36 [p]. ¶ *Et cortinas atrii*, [וקלעי החצר] *Et fundas atrii*: De quibus vide Exod. 27. 9 [q]. ¶ *Quod—in introitu—* [על המשכן ועל המזבח] *Quod est juxta tabernaculum & altare*. Intelligitur de atrio quod cingebat tam Tabernaculum quàm altare holocausti, quod erat extra Tabernaculum [r].

27. *Cognatio Caath*] Ità hi dignitate primi erant, quibus commissa sunt sanctissima. Ratio est, quòd Moses & Aaron ex illa familia prognati essent †.

31. *Et custodient*] Heb. *custodia eorum*. Hs: Munus eorum erat custodire [t]. ¶ *Et velum*] Quod oppanditur Sancto sanctorum; huic enim involvenda erat Arca portanda à Caathitis. Alia vela omnia à Gersonitis portabantur [v].

32. *Princeps—Levit. Eleazar*] *Præerit Eleazar*, A. Hæc dignitas *secundarii*, vel *secundani*, (nempe, à Sacerdote summo) appellatur, 2 Reg. 25. 18. Jun. ¶ *Erit super excubitores*, [פקדת שמרי משמרת] *Visitatio* (vel *functio*, vel *præfectura*, *numeratio*, *recordatio*) *custodientium*, &c. O. Sa. Mo. P. *illius erit*, Sa. *erit ei*, Q. in Ma. i. e. Qui in cultu Divino fungetur aliquo officio erit sub eo, vel, pertinebit ad eum [x]. פקדת pro פקודתו; i. e. *officium ejus erit super custodes* [y]. Erit Episcopus, sive Superintendens [z]. *Eleazar habens inspectionem custodientium*, A.

36. *Erunt sub custodia*, [פקדת] Rectè reddunt Græci, ἐπίσκεψιν, alibi, ἐπισκοπὴν *.

37. *Paxilli*] Qui figebantur ad funes intendendos, & firmandas columnas & vela atrii [a].

38. *In medio fil. Isr.* [למשמרת בני ישראל] *In custodiam* (vel, *pro custodia*, V.) *filiorum Israel*; i. e. eorum vice [b].

39. *Omnes Levitæ——fuerunt viginti duo millia*] Obj. At si considerentur numeri partiales Levitarum, faciunt 22300: Cur ergò hi trecenti omittuntur? Resp. Hi trecenti erant primogeniti, qui ratione suâmet jam erant proprii Dei, nec poterant venire in numerum aliorum Levitarum qui pro primogenitis commutandi erant [c]. Vera hæc, ut puto, responsio, non tamen planè sublata omnis difficultas [d]. Cur enim

[Margin: † E. · t M. ex He. · v O. · x E. O. · y La. · z Q. · a Me. · b Me. L. Bo. A. · c Ma. · d O. La. · † O. · f Me. · g T. · h V. · i Me. · k A. · l M. F. O. L. · m M. F. · n M. F. · o Me. · p A. · q Ma. A. · r M. F. · † F. · t V. · v Me. · x V. · y M. · z F. · * G. · a Me. · b V. Ga. · c T. L. M. O. A. Muis. To. & Caj. in T. He. in O. · d Bo.]

numerantur in singularum familiarum censu, non in universali summa? Et cur Deus jussit mares omnes recenseri, neque primogenitos excepit? Quis credat, non plures fuisse ex 22000 Levitis quàm 300 primogenitos? Ità duntaxat septuagesimus quartus quisque esset primogenitus †. Cùm tamen singulæ familiæ, quæ 4, 5, 6, vel 10, fortè, capitibus constent, suum habeant primogenitum. [*Hìc* Muis *hæret*; In re tanta, inquit, nondum audeo pronunciare. At Bonfrerius respondet;] 1. Tales primogenitos non recensitos fuisse qui jam effecti sunt familiæ alicujus caput; (sicut diximus de primogenitis Ægyptiis.) 2. Ubi prima proles non erat mascula, nullum fuisse primogenitum. 3. Verisimile esse eos tantùm primogenitos & in hac Tribu & reliquis fuisse computatos, qui nati erant ab illa Ægyptiorum primogenitorum cæde, à quo die jus in illos Deus retinuit. Probatur. 1. Adulti ex omnibus Tribubus à 20. anno & suprà ad 50. erant 603550. 2. Si his addas pueros ab uno mense ad annum 20. (qui in Levitica Tribu numerati sunt,) totidem, vel fortè duplò plures, addendi sunt; & sic mares Israelitarum erunt vel 1207100, vel etiam 1810650. Si prius, tantùm quinquagesimus quartus quisque, si posterius, tantùm octuagesimus primus quisque, Israelitarum fuerit primogenitus. Primogeniti enim omnes tantùm erant 22273, vers. 43. Non ergò omnes primogeniti numerati sunt, sed prædicti tantùm. Dices; Tum ex Levitis uno anno 300 collecti sunt primogeniti. Resp. Non mirum tot fuisse ex 8, 9, vel 10 millibus Levitarum, qui verisimiliter erant conjugati, & juvenes, & non polygami. Certè ex 22000 Levitis inventa sunt 8000 à 30. anno ad 50. annum [f].

41. *Et pecora eorum*, &c.] q.d. Separabis ab aliorum pecoribus pecora Levitarum [g]. Non ut illa immolentur, aut ab iis auferantur; sed ut mihi cum ipsis Levitis dedicentur [h].

43. לִפְקֻדֵיהֶם] *Juxta numerum ipsorum*. Repetitio est; nam præcessit, *secundùm numerum nominum* [i]. ¶ *Viginti duo millia ducenti septuaginta tres*] Specialis hæc erat providentia Dei, ut hic numerus cum numero Levitarum concordaret [k]. Similem instantiam vide Deut. 32. 8 [l].

46. *In pretio autem*, &c. וְאֵת פְּדוּיֵ וגו'] *Quod autem attinet ad redimendos*, JT. A. *Porrò, pro redemptione*, V. Sa. vel, *in redemptione*, V. sive *redemptiones*, P. *Et redemptiones*, ο'. Ma. Mo. *Et à redimendis*, Ch.

47. *Accipies*, וְלָקַחְתָּ] *Et accipies*, ο'. *Etiam accipies*, A. ¶ *Quinque siclos*] Quia ista fuerit æstimatio pueri à mense ad 5 annos, Levit. 27. 6 [m]. De Siclo vide Exod. c. 30. v. 13 [n]. Qu. Quinam hos solvebant? Resp. Sortitione schedularum determinatum hoc erat, inquiunt Rasi & Abarb [o].

48. *Aaron*] Ad hunc enim ut Levitæ, ità hoc argentum, pertinebat [p]. ¶ *Pretium*, פְּדוּיֵ וגו'] *Redemptiones*, ο'. Mo. Ma. Per appositionem dictum; i. e. ut sint redemptio primogenitorum exsuperantium [q]. *Pro redemptione*, Ar. sim. M. *Pecuniam*, vel *argentum, redemptorum*, JT. sive *redimendorum*, Ch. *redemptitios scilicet*, Ti.

49. *Qui fuerant amplius*] Qui fortè facta restabant [r]. ¶ *Et quos redemerant à Levitis*, עַל פְּדוּיֵ הַלְוִיִּם] *Super redemptiones Levitarum*. Al. *ultra* (vel, *præter*) *redemptos Levitarum*, i. e. à Levitis, vel, *per Levitas*, vel, *Levitis*, i. e. commutatione Levitarum †.

† Bo. Muis. — f Bo. — g La. — h La. Bo. — i V. — k A. Bo. — l A. — m Abarb. in Muis. — n V. — o Muis. — p Abarb. in Muis. — q V. — r G. — † Q. in Ma.

CAP. IV.

3. *A Trigesimo anno*] Est enim hæc ætas maturi judicii & justæ auctoritatis. Eo anno & Johannes & Christus cœperunt prædicare: Et apud Hebræos nemo citiùs docere potuit [a]. *Villicum fundo familiæque præponi convenit ætatis nec primæ, nec ultimæ. Nam servitia sic tirunculum contemnunt ut senem; quoniam ille nondum novit opera ruris, hic exsequi jam non potest*: Columel. Rustic. 11. 1 [b]. Object. At alibi est, à 25. anno, Num. 8. 24 [c]. & alibi, à 20. anno, tempore *Davidis*, 1 Chron. 23. 24. & *Ezeciæ*, 2 Chron. 31. 17. & *Ezræ*, c. 3. 8 [d]. Resp. 1. Ab anno 25. cœperunt *addiscere* ministerium suum, anno autem 30. *exercere* †. 25. anno *ad doctrinam*, 30 *ad ministerium*, ait Pesichta [f]. 2. Locus hic agit de Tabernaculi rebus bajulandis [g]; quod ætatem firmiorem ac robustiorem deposcebat [h]. Anno 30. perficitur robur hominis tam corpore quàm mente [i]. Tunc graviora onera & partes Tabernaculi ferre potuerunt [k]. At Num. 8. recensentur omnes qui in Tabernaculo ministrare possent [l]. Minores operas quasdam videntur præstitisse ab anno 20. 1 Par. 23. 24, 27. Deinde paulò majores ab anno 25. Num. 8. 24 [m]. Dicunt *ministerium tentorii* cœpisse anno 25. (quale erat custodire Tabernaculum, nè alienus intraret, & canere;) *ministerium oneris*, 30 [n]. 3. Ad illud Davidis dici potest, 1. Illud præceptum, Num. 8. temporarium tantùm fuisse, manente scil. Tabernaculo. 2. Eos anno 20. non Sacerdotibus sacrificantibus adfuisse, sed alia quædam leviora officia præstitisse, prout indicatur 1 Paralip. 23. 3, 4, 5, 27, 28. 3. Aliquid à Davide mutatum fuisse, Deo id volente & inspirante, (1 Chron. 28. 13, 19 [o]:) etiam necessitate id exigente, ob multitudinem supellectilis sacræ in Templo, (item sacrificiorum [p];) vel, ad majorem Templi magnificentiam. LXX pro 30. anno posuerunt 25. consultò, nè Ethnicis repugnare videretur: Num. 8. 24 [q]. ¶ *Qui ingrediuntur ut stent*, כָּל־בָּא לִצְבָא] *Omnem venientem militiæ*, vel, *ad militiam*, Ma. Sy. vel, *ad bellum*, Sa. vel, *ad exercitum*, Ar. vel, *ad pugnam*, O. Q. *aptum bello*, Ma. Quotquot obire possunt militiam, tum ætate, tum corporis viribus [r]. Apti ad obeundum hanc militiam, i. e. portandis oneribus Tabernaculi †. Ministerium Templi vocat *militiam*, propter ordinem ministrantium, qui ordinati erant veluti acies in bello [t]; & omnia certo tempore & ordine decenter administrârunt [v]. Sic *forensis militia* in Jure, & *militia urbana* Ciceroni pro Muræna dicitur [x]. *Profana militia* incipiebat ab anno 20; *Sacra* à 30 [y]. Quoniam major discretio & sapientia exigitur ad ministerium Dei quàm ad pugnam adversùs hostes, & fortè majus robur corporis [z]. Alii vertunt, *Qui ingrediuntur in cœtum*, vel *congregationem*, vel *turmam*, nempe, ministrantium in Tabernaculo, *ut operentur in Tabernaculo* [a].

4. *Cultus*, עֲבוֹדַת] *Ministerium*, V. Me. *functio*, Me. *officium, munus*, V. *servitium*, Mo. Ma. Caj. ¶ *Sanctum sanctorum*] i. e. Res sacratissimæ [b]. Omnia quæ dicuntur sanctissima [c]. *Arca*, (quæ in Sancto sanctorum est;) continens pro contento: ut, *cœlum*, pro *Deo & cœlitibus*; *terra*, pro *incolis terræ* [d]:) & *Altare* †, utrumque, thymiamatis & holocaustorum: *candelabrum*, & *mensa propos* [f]. & *vasa Sanctuarii* [g]. Hæc enim appellantur in præcedentibus *Sancta sanctorum* [h]. Vide v. 5, 7, 9, 11, 15. Hæc in genere nominantur *Sanctuarium*, Num. 10. 21. & 3. 28 [i]. *Res sanctæ*, i. e. rerum illarum gestatio, ex vers. 15 [k].

5. *Ingredientur Aaron & filii*] Nempe, in deserto, urgente necessitate [l]. Quando dissolvendum erat Sanctum sanctorum; aliàs solus Pontifex semel tantùm ingressus est, quando fixa erant castra & Tabernaculum [m]. ¶ *Quando movenda sunt castra*, בִּנְסֹעַ הַמַּחֲנֶה] *In transferendo castra*, V. ¶ *Velum quod pendet ante fores*, sim. Sy. פָּרֹכֶת הַמָּסָךְ] *Velum operimenti*, Mo. Sa. sim. JT. *velum obumbrans*, ο'. Quod dividet Sanctum sanctorum à Sancto [n].

6. *Et inducent vectes*, וְשָׂמוּ בַדָּיו] *Et imponent vectes ejus*, sub. *in annulos*, V. Obj. At vectes nunquam extrahebantur ex Arca, Exod. 25. 15. Resp. 1. Licet vectes non abstraherentur absolutè, abstrahebantur tamen cùm onera aptabantur & operiebantur, ut portarentur [o]. 2. Al. sic; *Inducent & imponent*, non in Arcam, sed in humeros portantium [p]. 3. שָׂם *ponere* hìc accipitur pro *aptari*: Aptabantur taliter vectes, nè se invicem impedirent dum Arca portaretur [q]. שָׂם hìc (ut alibi non rarò) est, *componere* intra velamina [r]. 4. Fortè erant alii vectes lignei, qui ponebantur post involutionem: sed primam solutionem præfero †. Vide quæ ad Exod. 25. 14, 15 [t].

7. *Mensam*,

a La. — b Gl. — c L. E. — d A. — † L. E. Maimon. in A. RS. in D. ad Num. 8. 24. — f D. ib. — g Bo. — h T. — i E. L. — k E. Bo. — l Bo. — m G. — n AE. in D. ad Num. 8. 24. — o A. — p A. — q Bo. Scal. in Quist. — r F. — † Ma. F. — t O. — v Ma. — x Ma. ex Jun. — y D. ad v. 23. O. — z O. — a Q. in F. ità V. — b Ma. — c O. A. — d D. — † O. D. Pi. — f Pi. O. — g Pi. — h O. — i A. — k Pi. — l T. — m La. T. — n Me. Bo. — o O. — p La. — q O. — r Bo. — † O. — t A.

7. *Mensam*, &c. [שֻׁלְחַן הַפָּנִים] *Mensam facierum*, pro *mensa panis facierum*, ut habent Onc. & TJ. Sic, *mons Domini*, i. e. *mons domûs Domini* [v]. Vide de his & reliquis Exod. 25. 29, 30 [x]. ¶ *Crateras ad liba fundenda*, [וְאֵת קְשׂוֹת הַנָּסֶךְ] *Cyathos* (*medios calamos*, Mo. *dimidiatas fistulas*, Ti. *pateras*, Ca.) *libationis*, Sa. M. vel, *quibus libatur*, Ca. sim. ό. sive *funditur*, Ti. *Opercula operimenti*, sive, *ad tegendum*, A. *scutellas tegmenti*, JT. ¶ *Panes semper in ea erunt*] Etiam cùm deportatur [y]. Farinam panibus conficiendis non difficile fuit à vicinis populis comparare. Et hinc etiam verisimile fit, Tabernaculum Sabbatis fuisse fixum, nec ullam ambulationem ultra hebdomadam protensam fuisse [z]. Alii intelligunt hoc faciendum in Terra promissa [a].

10. *Inducent vectes*] Quibus vel alligabatur candelabri sarcina, vel super eos imponebatur; quod indicant ό [b]. Vel, ponebantur vectes in superficie operimenti [c]. ¶ Heb. *dabunt* [עַל הַמּוֹט] *Super perticam*, Mo. *super vectem*, Ch. Sa. Sy. Ar. vel, *palangam*, JT.

13. *Purpureo*] Quid ità, cùm alia *hyacinthinis* tegumentis operirentur? Resp. Id factum ad designandum quòd ignis sub eo lateret [d]. Is semel divinitus datus semper asservandus erat †. De quo vide ad finem Levit. 9 [f]. Vel ità significabat ejus dignitatem, per sanguinem Christi. Quare & tabula *coccino* tegebatur. *Coccineum* autem & *purpureum* pro eodem ponuntur, Matth. 27. 28. collato cum Marc. 15. 17. & Joh. 19. 2 [g].

14. *Et inducent vectes*] Omnino videtur hîc ab exscriptoribus illis quos secuti sunt Masoretæ omissum aliquid, nempe, quod est in ό. secundùm quasdam editiones, Καὶ λήψονται ἱμάτιον πορφυροῦν, καὶ συγκαλύψουσι τὸν λουτῆρα καὶ βάσιν αὐτοῦ, καὶ ἐμβαλοῦσιν αὐτὸ εἰς κάλυμμα δερμάτινον ὑακίνθινον, καὶ ἐπιθήσουσιν ἐπὶ ἀναφορεῖς· (i. e. *Et accipient indumentum purpureum, & contegent lavacrum ejusque basin, & injicient in tegumentum pelliceum hyacinthinum, & ponent super vectes.*) Vetus esse hoc apparet tum ex Samaritano antiquo, tum ex Origene, Homiliâ quartâ ad Num [h].

15. *Et non tangent—nè moriantur*, [וְלֹא יִגְּעוּ וָמֵתוּ] Ad verb. *Et non tangent, & morientur*, i. e. ut non moriantur; Ch. & ό. in A. τοῦ *non* subintellecto, quemadmodum Deut. 7. 26. Job. 30. 20. & 31. 20. Psal. 9. 19. Prov. 30. 3. item 2 Chron. 9. 20. collato cum 1 Reg. 10. 21 [i]. ¶ *Ista sunt onera*, [אֵלֶּה מַשָּׂא] (*Istud est*) *onus*, V. quod levatur & imponitur alicui; q. d. *levatio*, *elevatio*: i. e. ista sunt quæ levare seu portare debent, (vide v. 19 [k].) nempe, *super humeros suos*, ό. in A. Num. 7. 9. non in plaustris, 1 Chron. 13. 7 [l]. Q. annotant Kehathitas etiam portâsse Arcam, donec sacerdotes numero aucti eam deportare possent, Deut. 31. 9. Nam sacerdotes postea portâsse liquet ex libris Jos. Jud. Sam. & Reg [m]. Q. pro *officio*, seu *ministerio*, sumunt, quod levatur & imponitur super aliquo; ut etiam 1 Paral. 15. 22 [n].

16. *Super quos erit Eleazar*] Nempe, super Caathitas. Obj. At hic præerat omnibus Levitis, Num. 3. 32 [o]. Resp. Ità quidem, sed mediatè [p], per fratrem Ithamar [q]. At his præerat immediatè [r], & in particulari †. [*At Hebræa non personas, sed res, respicere videntur.*] ¶ [וּפְקֻדַּת וגו'] *Et visitatio Eleazar—oleum*, &c. *Præfecturæ Eleazaris esto oleum*, &c. JT. vel, *ad Eleazaris præfecturam* pertinet *oleum*, &c. A. ¶ *Sacrificium*, &c. [מִנְחַת הַתָּמִיד] *Mincha jugis*, D. Ma. (sub. *sacrificii*, D.)

18. *Nolite perdere*, [אַל תַּכְרִיתוּ] *Nè exterminetis*, ό. Sa. Sy. V. *nè exscindatis*, Mo. Ma. q. d. Cavete nè incuriâ & negligentiâ vestrâ pereant: sed Aharon & filii diligenter omnia involvant, nè nuda à filiis Caath tractentur, & propterea moriantur [t]. *Nè committite ut exscindatur*, JT. ¶ *Populum Caath*, [אֶת שֵׁבֶט מִשְׁפְּחֹת] *Tribum familiæ*, vel, *familiarum*, Sa. Sy. Mo. O. A. Ma. vel, *cognationum*, Ch. *De tribu populum*, ό. *tribum* aut ullam *familiarum Kohath*, JT.

19. *Vivant, & non morientur*] Familiare est Ebræis, quod affirmant, contrariâ negatione illustrare; ut Deut. 33. 6. 1 Sam. 1. 11. Prov. 30. 11. ità Joh. 20. 27 [v]. *Vivent*, i. e. addent vitam; *& non morientur* per excisionem [x]. *Vivent in vita justorum; & non morientur igne flammante* [y].

[v] D. [x] V. Bo. [y] Me. La. Bo. [z] Bo. [a] La. [b] Me. Bo. [c] L. [d] E. L. † E. [f] Bo. [g] A. [h] G. [i] A. [k] Ma. [l] A. [m] Ma. ex Jun. [n] Ma. [o] Bo. [p] L. [q] Me. Bo. [r] L. † Bo. [t] M. F. V. [v] D. [x] AE. in D. [y] TJ. in D.

20. *Priusquam involvantur*, [כְּבַלַּע אֶת הַקֹּדֶשׁ] בָּלַע est *absorbere*, *deglutire*, *præcipitare* [z], *destruere*, & *abolere*, Num. 16. 30, 32. Jonæ 1. 17. Esa. 9. 16. & 3. 12 [a]. Vertunt, *secundùm* (vel, *juxtà*) *absorbere sanctitatem*, Ma. Mo. *Quando operient*, vel *tegent*, &c. ità Ch. Sy. Sa. Ar. JT. V. sim. M. P. Ti. A. Forsan metaphora est, quòd res illæ sacræ absorberentur & deglutirentur à thecis seu opertoriis suis [b]: vel, quòd celeriter absconderentur [c]. בָּלַע signific. 1. *deglutire*, indèque 2. *abscondere*, quoniam id quod deglutitur absconditur [d]. *Quando involvuntur sancta*, Q. in Ma. Aliter alii; *Et non ingredientur videre confestim sancta*, ό. *Nè si fortè ad aspiciendum sacrum temerè accesserint*, &c. Ca. Al. *secundùm præcipitare sanctum*; i. e. Non ingrediantur ad videndum Sanctum ex præcipitantia seu temeritate, i. e. temerè. Metaphora ab his qui præcipitanter & temerè deglutiunt †.

22. *Tolle*, [נָשֹׂא] A præcedenti versu secundam hujus libri Sectionem incipiunt Hebræi, quam hinc נָשֹׂא denominant [f].

25. *Velamen*, [מִכְסֵה] Quod κάλυμμα solet verti, i. e. *operculum*. At vetusti codices habuêre מסכה, pro מָסָךְ, quod est *oppansum*, ἐπίσπαστρον. Et sic Græci quidam codices ex Samaritano. Sic & quos nunc habemus codices Hebræi Samaritanâ literâ [g].

26. *Quod*] Nempe, atrium [h]. ¶ [וְאֵת כָּל אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה לָהֶם וְעָבָדוּ] Variè reddunt. *Et omne quod fiet eis* (*quod fiet*, vel *fit*, vel *paratur*, *pro illis*, A. P. Ang. Belg. *quicquid facient*, Sy. vel, *faciendum illis erit*, Sa.) *& facient*, Mo. (*servient*, A. Ma. *ità servient*, Ang. *facient & ministrabunt*, Sa. Sy. *ità ministrabunt*, P. *ut ministrent*, Belg.) *Et quicquid fit pro eis, dum serviunt*, M. *Omnia quibus utentur in functione*, Ca. *Omnia denique quæ illis obvenient, exsequentur*, Ti. *Quæcunque fient ad illa, ut subserviant illis*, JT. Quæ facta sunt, vel fieri solent, pro illis, V. ex P.

27. *Jubente Aaron*, [עַל פִּי אַהֲרֹן] *Super os*, i. e. *juxta ejus sermonem*, aut *præstitutum* [i]. ¶ *Et scient*, &c. [וּפְקַדְתֶּם עֲלֵיהֶם בְּמִשְׁמֶרֶת אֵת כָּל מַשָּׂאָם] *Et commendabitis*, vel, *constituetis*, *super eos in custodia*, Mo. Ch. (*committetis ipsorum custodiæ*, Sa. sim. P. *numerabitis eis ad custodiam*, M. *recognosces eis ex nomine*, ό.) *omne onus eorum*, Mo. *Et recensete eis custodiam omnium quæ portare debent*, Ar. *recensebitis eis omnia onera eorum quæ observent*, Ti. *Committetis illis*, Q. in Ma. Breviarium conficietis omnium eorum quæ illis custodienda & deferenda tradatis, nè aliquid amittatur. Vel, Et exactè distribuetis super eos onera, &c [k].

28. *Sub manu Ithamar*, [בְּיַד] *In manu*, D. Ma. i. e. in cura. Sic, *excisus sum à manu tua*, i. e. curâ. Et Hest. 2. 3. *in manum Hege*, i. e. in curam ac tutelam [l]. *In manu*, i. e. Omnia hæc facient mandante Ithamar. Al. *quorum observatio esto in manu Ithamar*; q. d. Ithamar curato ut exsequantur ministeria sua. Sic infrà v. 33 [m]. Quid si, *per manum* [n]? Nam hæc omnia per eum administrabantur [o].

31. *Hæc sunt onera*, [וְזֹאת מִשְׁמֶרֶת מַשָּׂאָם לְכָל עֲבֹדָתָם] *Et hæc custodia* (*functio*, Sa.) *oneris eorum juxta* (vel *ad*, Mo. Ti.) *omne ministerium suum*, Ch. A. Al. *& universi eorum ministerii*, Sy. *& omnium operum*, Ar. *secundùm omnia opera eorum*, ό. Al. *pro* (vel *in*, Sa.) *omni ministerio eorum*, M. P. *Præter omne ministerium eorum in tentorio conventûs*, JT. *ut portent* (quod è v. 25. analogicè subaudiunt) *asseres*, &c. al. in Ma.

32. *Ad numerum*, &c. [וּבְשֵׁמֹת תִּפְקְדוּ] *Et in nominibus* (*nominatim*, Sy. Ar. JT. A. Ti. *per nomina*, Ch. P.) *visitabitis*, vel, *numerabitis*, vel, *recensebitis*; [ità ferè omnes:] i. e. descripta habebitis, Ma. in inventario [p]; in indice & breviario; eísque ex antigrapho committite [q].

35. *Ad ministerium*] Sub. *peragendum*, ex v. 47 [r].

37. *Per manum Mosis*] i. e. Ejus operâ, numerante Mose †. Al. *ministerio Mosis*, Ma.

44. *Tria millia ducenti*] Ità ex 6200 Meraritis, Num. 3. 34. plus quàm pars dimidia robusti erant, & apti ad hoc Ministerium. In quo singularis Dei elucet providentia, quia his maxima onera imponenda essent [t].

47. *Ad ministerium tabernaculi, & onera portanda*, לַעֲבֹד

[z] Ma. [a] A. [b] Ma. O. [c] A. [d] O. † Ma. [f] V. [g] G. [h] V. [i] Ma. [k] Ma. [l] D. [m] Ma. [n] D. [o] O. [p] G. [q] Ma. [r] V. † V. F. M. [t] A.

לַעֲבֹד עֲבֹדַת עֲבֹדָה וַעֲבֹדַת מַשָּׂא] *Ad servire servitutem servitii*, (vel, *ad peragendum*, sive *exercendum, ministerium cultûs*,) *& servitutem oneris*, (vel, *ad peragendum opus oneris*.) Duo hæc erant Levitarum ministerii genera, nempe, serviendi sacerdotibus in Tabernaculo erecto, &, quum proficiscendum esset,
v Ma. ipsum deportandi[v].

49. *Recensuit eos Moses*, פָּקַד אוֹתָם בְּיַד מֹשֶׁה] *Numeravit*, vel *constituit, eos in manu*, sive *per manum, Mosis*; [ità plerique.] *Numerati sunt*, &c. Ang. Belg. *Per Mosen recensuit eos*, JT. ¶ *Sicut præceperat ei Dominus*, וּפְקֻדָיו אֲשֶׁר וגו'] *Et numeratos eorum (numerati ab eo* fuerunt, JT.) *quos præceperat*, Mo. (*hi quos præceperat*, Belg.) *Numerati sunt ab illo sicut præceperat*, [ità plerique.]

CAP. V.

2. *Ejiciant de castris*] Tria secundùm Hebræos castra erant; *castra* nempe *Dei*, i. e. Tabernaculum, *castra Levitarum*, & *castra Israel*. Leprosi ab omnibus arcebantur; impuri per fluxum à primis duobus excludebantur; pollutus verò propter cadaver
a M. F. V. solùm à Tabernaculo Ecclesiæ arcebatur[a]. [Non
L. ex RS. placet La. nec Bo.] Per *castra* hîc cœtus populi intelligitur, à quo non minùs quàm à Tabernaculo hi ex-
b La. cludebantur[b]. Duplex erat immunditia legalis: levior una, quæ tantùm arcebat à Templo, non autem ab hominum convictu, neque in alios derivabatur per contagionem; alia gravior, & quæ alios inficiebat. Tales erant qui hîc numerantur, quíque
c Me. ex Bo. propterea extra castra agere jubebantur[c]. ¶ *Pollutus super mortuo*, טָמֵא לָנָפֶשׁ] *Immundum animæ*, Mo. vel, *propter*, sive *super, animam*, [plerique.] *Anima* hîc
d D. cadaver denotat[d]; per antiphrasin †. Sic Num. 6. 6[f].
† Bo. ità Ch. & TJ. in D. A. Vide quæ ad Levit. 21. 1[g]. *Pollutum mortuo*, Ar.

3. *Cùm habitaverim vobiscum*, אֲשֶׁר אֲנִי שׁוֹכֵן בְּתוֹכָם]
O. Ἐν οἷς ἐγὼ καταγίνομαι ἐν αὐτοῖς, ο'. (*in quibus ego versor*.)
f A. Heb. *in quorum medio ego*, &c. Ubi pro *ego* Ch. posuit
g Ma. V. A. שכינתי, ἡ ἐμὴ Σκήνωσις. Significat hæc vox curam Dei
h G. specialem & permanentem[h].

6. *Cùm fecerint ex omnibus peccatis*] Agitur hîc de
i La. Me. Bo. delictis sive injuriis in proximum[i]; res ejus fraudulenter & scienter usurpando, ut satis patet ex v. 7, & 8[k].
k Bo. Proculdubio agitur hîc de peccato usurpationis alieni,
l Ma. ut patet ex v. 7[l]. Vide Levit. 6. 2, &c[m]. ubi hæc
m Bo. A. Ma. lex planiùs explicatur[n]. Sensus est, Qui aliquid
n A. surripuerit, aut vi extorserit, & suâ sponte id reddiderit, non cogetur nisi ad simplicem restitutionem: Quòd si falsò juraverit, & convictus fuerit quòd rem abstulit, restituet rem, & quintam partem addet, quia
o M. F. pejeravit[o]. ¶ *Peccatis quæ solent hominibus accidere*, מִכָּל־חַטֹּאת הָאָדָם] *De erratis hominis*, Ma. τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἀνθρωπίνων, ο'. in G. ¶ *Transgressi fuerint mandatum Domini*, לִמְעֹל מַעַל בַּיהוָה] Vertunt, *ad prævaricandum* (vel, *prævaricando*, M. P.) *prævaricationem in Dominum*, Sa. Mo. A. vel, *coram Domino*, Ch. *& fecerint iniquitatem coram Domino*, Sy. *solverítque aliquatenus pactum Dei*, Ar. *fallendo falsitate contra Jehovam*, JT. i. e. Cùm admiserint peccatum aliquod ex his quæ solent homines admittere præva-
p V. ricando in Dominum[p]. Ch. de mendacio intellexit, quomodo sæpe מַעַל sumi solet. Et sic sumit Chald. Jos. 22. 20. Ezec. 17. 20. Intellige autem mendacium juratum: nam in furto & rapina simplum restituebatur. Si autem in sacris peccatum esset, accedebat quinta, Levit. 5. 16. Juramentum autem res sa-
q G. cra est[q]. מָעַל est *prævaricari*, aut *mentiri pactum* vel *juramentum*; ut patet ex Prov. 16. & Ezec. 17. Et licèt prioribus clausulæ verbis videatur loqui de omnibus peccatis, ex ultimis tamen verbis constat loqui de peccato furti, cui pejeratio adjuncta est; scil. cùm quis jurat per Dominum se non surripuisse rem proxi-
r O. mi[r]. ¶ *Atque deliquerint*, וְאָשְׁמָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא] *Et deliquerit anima illa*, O. *& rea fuerit*, A. sive *piacularis*, Ma.

7. *Confitebuntur*, וְהִתְוַדּוּ] *Confiteri-se-facient*. Conjugatio Hithpahel magnam hîc vim ostendit; q. d. seriò, ex animo, &c. Ma. Hanc confessionem Hebræi vocant *confessionem super peccato singulari*; quia in aliis sacrificiis fiebat confessio generalis †. ¶ *Et* † F. V.
reddent ipsum caput, וְהֵשִׁיב אֶת־אֲשָׁמוֹ בְּרֹאשׁוֹ] *Et restituet reatum* (vel, *delictum*, Sa. V. Mo. A.) *suum* (i. e. rem ob quam reus fit[t],) *in capite ejus*, vel, *suo*, t A.
Ma. A. Sa. Mo. i. e. in summa capitali, Ma. D. Græcis κεφάλαιον est, Act. 22. 28[v]. *In capitali suo*, O. M. v D.
Mulctæ summam reddito, Ca. *Sortem cum summa*. אָשָׁם propriè *delictum*, sed hîc Moses usurpat pro *sorte*[x]. x D.
In solidum, P. *in sorte sua*, Ti. i. e. reddat sortem, Ma. *Quanti est*, JT. *quanta quanta est*, D. [Sy. planè aliter vertit, *Et recidat peccatum ejus in caput suum*.] Hebræi sic dicunt, *Transgressio quæ inter hominem & socium suum non condonatur ei in æternum, nisi restituerit id quod ei debet. Opus est etiam ut sibi eum reconciliet, & petat ab eo condonari. Si moritur socius ejus antequam impetraverit ab eo veniam, adducit decem homines ad sepulchrum, dicitque, Peccavi Domino——& in N. hunc, cui feci sic & sic. Quòd si debet ei pecuniam, restituit hæredibus ejus: si non novit quis ei hæres sit, relinquit in domo judicii*[y]. Vide Levit. 6. 3. Me. & 5. y D. ex F.
Ma. A. ¶ *Quintámque partem*] Vide ad v. 6.

8. *Si non fuerit qui recipiat*, וְאִם אֵין לָאִישׁ גֹּאֵל] *Quòd si non erit viro illi vindex*, JT. Ti. vel, *redimens*, M. O. *curator*, Ar. *propinquus*, vel *consanguineus*, vel *proximus*, ο'. Sa. Sy. A. Alii aliter vertunt; *Et si vir ille non exstiterit*, (vel, *vixerit*, Ch.) *nec fuerit ei propinquus*, M. Ch. *Si nullus sit propinquus cui restituatur*[z]: i. e. nec hæredes habet: quod intellige de z G.
Proselytis; nam Israelitæ hæres deesse non poterat[a]. a G. A. ex He.
¶ לְהָשִׁיב הָאָשָׁם] *Ad restituendum reatum*, Ma. vel, *delictum*, V. Sa. i. e. damnum quod illatum est[b]; sive b V.
rem restituendam[c]. ¶ *Dabunt Domino, & erit sacerdotis*, הַמּוּשָׁב לַיהוָה לַכֹּהֵן] *Redditum* (*restituetur*, A.) *Domino, sacerdoti*, A. Mo. vel, *sacerdoti videlicet*, Ti. sim. Ar. vel, *sacerdotis erit*, ο'. Sa. sim. M. P. V. *Reddetur coram Domino, ad sacerdotem pertinet*, Ch. *Reatus qui restituitur Jehovæ, sacerdotis esto*, JT. Providè constitutum, nè quis ullo casu quid ex delictis c F.
lucretur[d]. ¶ *Excepto ariete*] Delicti, scilicet †. d G.
De quo vide Levit. 6. 6[f]. Peccaverat & in Deum & † Bo.
in hominem: Per restitutionem satisfactio fiebat ho- f A. Bo.
mini, per arietem, Deo[g]. g L.

9. *Omnes primitiæ*] Dixerat in Exodo eas Deo offerendas, sed non determinaverat cujus essent: ideo hîc expressit quòd sunt sacerdotis; unde si aliquid fuerit retentum de eis, debet ei restitui[h]. Alii ali- h L.
ter. ¶ In Heb. est, וְכָל־תְּרוּמָה לְכָל־קָדְשֵׁי וגו'] Variè reddunt. *Omnes primitiæ omnium sanctificatorum*, Ch. *Omnis elevatio* (*oblatio*, Ar.) *omnium sanctificatorum*, O. A. sim. P. JT. (*quæ fit de sanctis*, M. sim. Ti. *ex omnibus sacris*, Ar. *inter omnes sanctificationes*, Sa.) quæ sanctificantur à filiis Israel, V. Sensus est, Sacrificia fore sacerdotis offerentis[i]. Alii, *cum omnibus* i O.
sanctificatis, quomodo Græci vertunt, *Et omnia sanctificata*: sic Ezec. 44. 30[k]. Tota hæc sententia k A.
hujus & seq. versûs obscura intelligenda est de sacerdotum juribus & proventibus; necdum tamen satis liquidum quid sint *elevationes*, quid *sanctificata*. Per *elevationem* intellige inprimis *primitias*, & præterea *pectus & armum pacificorum*, quæ etiam sacerdoti cedebant, quæque vocantur non rarò *Therumah*. Per *sanctitates*, vel *sanctificata*, Chald. *decimas* intelligit. At eæ erant Levitarum, non sacerdotum. Potiùs res votivas intellige, quæ Levit. 27. dicuntur *Deo sanctificata*, & in sacerdotum jus transiisse[l]. Tripli- l Bo.
citer quis poterat sacerdoti dare. 1. Offerendo Domino sacrificia: De hoc dicit v. 9. *Omnis elevatio*, &c. 2. Se aut sua vovendo Domino: De hoc v. 10. *Vir & sanctitates*, &c. 3. Quasi amico, aut privatæ personæ: De hoc etiam v. 10. *Qui dederit*, &c[m]. m O.

10. *Et quicquid in sanctuarium offertur*, וְאִישׁ אֶת־קֳדָשָׁיו לוֹ יִהְיוּ] *Et vir* (scil. cùm se devovit) *& sanctitates ejus* (quas, scilicet, Deo devovet) *illi* (sub. sacerdoti) *erunt*[n]. *Et viro sanctitates ejus, ipsi erunt*, n O.
Mo. *Cujusque sanctificata sua sunt*, V. Sa. Hoc vult, In potestate sua erit dare illa cuicunque sacerdoti voluerit: at quando quis dederit illa sacerdoti, ad eum

eum pertinebunt [o]. *Quæ vir sanctificavit* (vel lege, ut primitiæ, vel voto,) erunt sacerdotis, L. *Cujusque sanctificata ipsius erunt*, o'. A. sim. Sa. Sy. JT. Alii aliter; Cujusque viri *sanctitates*, h. e. sacrificia, iisque annexa, non erunt sacerdotis, sed ipsius offerentis; portio enim sacerdotis comprehenditur sub *elevatione*[p]. Sed videtur hæc expositio literam torquere[q].

12. *Erraverit*, ità Ch. Ar. [כִּי תִשְׂטֶה] *Cùm declinaverit*, Mo. sub. *à via pudicitiæ* [r]. A recto tramite. Sic Prov. 7. 25 †. Quæ, scilicet, tempore aliquanto cum viro non suo sola fuerit [t]. *Cùm desipuerit*, Sy.

13. *Dormierit*] Pro, *vel dormierit*, i. e. ubi vel suspicio est, vel crimen[v]. ¶ *Sed latet*, [וְנִסְתְּרָה] *Et latebit*, Ma. O. *dissimulabit se*, *occultavit se*, aut, *abdita fuit*, vel, *in occulto fuit*. Sensus est, vel, quòd in loco secreto fuisset cum viro non suo [x]; vel, quòd peccatum suum dissimulâsset[y].

14. *Si spiritus zelotypiæ*] i. e. Talis motio, sive animi affectio. Sic, *spiritus sapientiæ*, Esa. 11. 2. *fornicationis*, Hos. 4. 12. *timoris*, 2 Tim. 1. 7. *soporis*, Rom. 11. 8 [z]. Hoc loquendi genere significatur motus in animis nostris vi quadam intrinsecùs impellente concitatus, putà vel à spiritu Dei, vel à Satana [a]. Q. *Si invaserit eum vehemens zelus*, V. ¶ *Concitaverit virum*, [וְעָבַר עָלָיו] *Transibit super eum*, Ma. A. *superveniat ei*, o'. in A. i. e. si tali animo affectus sit. Sic ventus dicitur *transire super gramen*, cùm illud percutit, vel urit, Psal. 103. 16 [b]. Permissa hæc lex viris, non fœminis [c]. Qu. Quare? 1. Nè authoritas viri imminueretur. 2. Mulieres ad tales suspiciones nimis pronæ sunt. 3. Quia magis læditur conjugium per adulterium fœminæ quàm viri, nam aliena proles substituitur. Et hinc vir uxoratus cum soluta rem habens non est lapidatus; at mulier habens virum cum soluto fornicata lapidata erat; Levit. 20. Deuter. 22 [d]. Lata autem fuit hæc lex, 1. nè mariti sævirent in uxores suspectas: 2. ut uxores continerentur in officio, & ab impudicitia coercerentur †.

15. *Ad sacerdotem*] Quia illius erat pacem inter dissidentes virum & uxorem conciliare. Ità Is. Karus [f]. ¶ *Oblationem pro illa*, nempe, *examinanda* [g]; [עָלֶיהָ] *Munus ejus* (scil. *uxoris*) *cum ea*, V. ¶ *Farinæ hordeaceæ*] *Farinæ*, (quæ vilis erat,) non *similæ*, (quæ delicatissima & purgatissima;) & *hordei*, non *tritici*. Pabulum hoc jumenti, cui se assimilaverat [h]. *Egit quod bestiæ, quæ uni non sunt alligatæ* [i]. ¶ *Non oleum——nec thus*] Ut in mœrore [k]. Ab omni sacrificio pro peccato aberant [l]. Vide Levit. 5. 11 [m]. & 2. 2 [n]. *Oleum* typus est misericordiæ, (à qua zelotypus hic alienus est [o],) & symbolum gaudii Esa. 61. 3 [p]. & formæ adminiculum [q], & figura gratiæ, (quæ ipsius actionibus deerat [r],) & boni nominis symbolum, Eccles. 7. 2 †. *Thus* symbolum erat bonæ famæ [t], & devotionem significabat, Exod. cap. 21. hoc autem sacrificium offertur non ex devotione, sed ex suspicione [v]; & suavem emittebat odorem, quo ejus opera carebant [x]. Symbolum etiam erat dealbationis scelerum, à candore dictum [לְבוֹנָה]; q. d. amissum candorem nunquam recipiet [y]. Addunt He. *eam indutam fuisse nigris vestibus, & ablata fuisse ornamenta; & ad eam congregatas multas mulieres, ut eam viderent*, juxta Ezec. 23. 48 [z]. ¶ *Oblatio investigans*, [זִכָּרוֹן] *Minchah recordationis*. Sic vocabatur, quòd non expiaret iniquitatem, sed illam potiùs in memoriam reduceret, (æmulationem Dei & mariti excitando [a].)

16. *Offeret eam*] Nempe, mulierem [b]. Non placet; quia id jam dicetur v. 18. Al. *eam*, i. e. oblationem: ità Vulg. & plerique [c].

17. *Aquam sanctam*] Ad usus sanctos deputatam [d]; quâ aspergebantur immundi †. Haustam ex sacro labro [f]. Al. *aquam mundam ex fonte*, Ph. & o'. in Bo. ¶ *In vase fictili*] Significabat, confringendam eam mulierem instar vasis testacei [g]. ¶ *Et pauxillum terræ*, &c. [מִן הֶעָפָר] *De pulvere*. Signum hoc *turpitudinis & miseriæ* [h]; eámque vilem fuisse [i]. Erat cibus serpentis ei idoneus quæ serpentis tentationibus pellecta esset [k]. ¶ *De pavimento tabernaculi*] Ut metueret judicium à Domino [l]. [*Quæ G. hìc habet vide ad v. 27. ubi convenientiùs reponentur.*]

18. *Discooperiet* (scil. *sacerdos*, Bo.) *caput ejus*] 1. Ad majorem confusionem, & ut ex hoc stupefacta confiteretur [m]. Probrosum hoc erat, 1 Cor. 11. 5, 6 [n]. 2. Ut

(Margin: o F. V. — p Q. in V. — q O. — r V. RS. in Muis. — † A. AE. in Muis. — t G. — v G. — x Ità He. in A. — y A. — z A. — a D. ad v. 30. — b A. — c AE. — d E. — † F. V. E. — f Muis. — g L. — h L. & A. ex He. — i Abarb. in Muis. — k G. Muis. — l G. — m A. G. — n A. — o Me. — p Muis. — q G. — r A. — † Muis. — t Me. — v L. — x A. — y Muis. — z F. A. — a V. F. — b A. — c Ma. — d Me. — † Ma. — f L. ex RS. Ch. in A. — g Abarb. in Muis. — h A. — i Me. — k A. — l A. — m L. Q. in Bo. — n A.)

intelligat omnia nuda & aperta esse coram Deo [o]. 3. Cùm judicium esset de pudicitia, non decebat eam habere pudoris insignia. In causis capitalibus denudabantur reorum capita [p]. 4. Signum hoc doloris, Levit. 21. 10. 5. Indicium erat, in sua potestate esse seipsam aut condemnare aut absolvere. *Opertum caput* subjectionis erat indicium, 1 Cor. 11. 5, 6, 7, 10 [q]. ¶ *Aquas amarissimas*, [מֵי הַמָּרִים] *Aquæ amaritudinum*, Ma. D. i. e. amarissimæ, D. Sic dicitur, vel, 1. à sapore: nam in ea, secundùm Doctores, res amaræ ponebantur, ut absinthium [r]. Sonat, *aqua amararum*, sub. *rerum*, D. Vel, 2. ab effectu, quòd amaritudinum sive dolorum causa †. *Amaras* vocat quæ postea fiebant amaræ [t]. Q. *aqua amarorum*, i. e. eorum qui *amari*, h. e. exacerbati zelotypiâ [v]. *Aqua convictionis*, o'. in A. vel, *probationis*, Sa. vers. ¶ *In quibus*, &c. [הַמְאָרְרִים] *Maledicentes*, Ma. Ar. *maledictæ*, Ch. Ti. Ab effectu, quòd eas *maledictas*, h. e. infelices, reddant [x]. *Aqua maledictionem importans*, D. JT. A. *Aquæ pungentes & perdentes*, RS. in M. *exsecrandæ*, M. *exsecrantes*, Mo. *Aquarum* maledictiones diversæ sunt à maledictionibus *mulieris* quæ sequuntur. Ipsis aquis ritu memorato conferebatur vis quædam non physica, sed moralis, eas maledictiones efferendi [y]. *Scrutatrices*, Sy. *declaratrices*, Sa. vers.

19. *Si non dormivit vir alienus*, [אִישׁ] *Vir*, pro, *vir alius*. Sic Gen. 36. 6. *ivit in terram*, i. e. aliam [z]. Vide quæ ad Gen. 14. 1. Sic Exod. 22. 20 [a]. ¶ *Si non polluta es deserto mariti thoro*, [וְאִם לֹא שָׂטִית טֻמְאָה תַּחַת אִישֵׁךְ] *Et si non declinâsti ad immunditiam sub viro tuo*, M. P. A. vel, *alterius quàm mariti tui*, Ar. vel, *ut contaminata esses, excepto viro tuo*, Ch. *Si non declinâsti* ad eum (nempe, adulterum, Ma.) *immunditie*, *loco mariti*, JT. *Sub viro*, h. e. contempto marito tuo [b]: vel, postquam nupta fueris; nam nupta *sub marito* esse dicitur, Rom. 7. 2 [c]. ¶ *Non nocebunt*, [הִנָּקִי וגו׳] *Innocens esto*, pro, *eris*; imper. pro fut. Qualia, *Ascende in montem, & morere*; *Hoc fac, & vive*; *Habita terram*: & in Latio, *Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto* [d]. *Vacuata eris*, *libera*, immunis, extra culpam & pœnam, Ma. Immunis esto ab infelicitate quam aquæ istæ afferunt †.

20. *Et concubuisti*, [וַיִּתֵּן אִישׁ בָּךְ אֶת־שְׁכָבְתּוֹ] *Et dedit* (al. *si indiderit*) vir *in te cubationem suam*, vel concubitum, Mo. A. al. semen *concubitûs*, Ma. al. *descensionem*, nempe, seminis. Integra locutio est Levit. cap. 15. ver. 17 [f].

21. *Maledictionibus*, &c. [וְהִשְׁבִּיעַ הַכֹּהֵן אֶת־הָאִשָּׁה בִּשְׁבֻעַת הָאָלָה] *Et adjurabit—juramento* ei imposito; ut Jos. 6. 26. 1 Sam. 14. 24 [g]. *Jurare faciet—in juramento* (vel, *adjuratione*, JT. Ma.) *exsecrationis*, Ma. V. A. vel, *imprecationis*, O. vel, *dirarum*, JT. Mos idem Ethnicis: *Facturum imperanda jurandi exsecratione promisit*; de Hortario Rege Ammianus, 17. *Jussi universi in ejus nomen jurare solenniter, gladiis cervicibus suis admotis, sub exsecrationibus diris verbis juravêre conceptis*, &c. milites Juliani; id. 21. *Sub exsecrationibus diris in verba juravêre Procopii*; idem 26. *Sub timenda exsecratione jurisjurandi obstrictus Athanaricus*, idem 27 [h]. ¶ *Det te in maledictionem*, &c. [יִתֵּן יְהוָה אוֹתָךְ לְאָלָה וְלִשְׁבֻעָה] *Dabit te JHVH exsecrationi & juramento*, Ma. *Det te in exsecrationem*, i. e. faciat te miseram, ut te exsecrentur omnes [i]; *& adjurationem*, q. d. Sis tam misera & infelix ut publica & vulgata imprecatio sit, Contingat tibi quod mulieri illi contigit [k]. *Ponat te in formulam dirarum*, JT. Contrariam planè precationem habes Ruth 4. 11, 12 [l]. ¶ *Putrescere faciat femur tuum*, [בְּתֵת יְהוָה אֶת־יְרֵכֵךְ נֹפֶלֶת] *Ad dare—femur tuum cadens*, vel *cadivum*, Ch. Ar. JT. O. *femur collapsum*, Sa. D. Femora debilia, (ut vix possent te sustentare [m].) *Femur putrescens*, Sa. vers. sim. Sy. O. à quo caro cadat [n]. Alii per *femur* intelligunt pudenda [o], (& partes iis vicinas [p].) Ità sumitur Gen. 46. 26 [q]. item Exod. 1. 5. Ità Histor. Tripart. l. 10. c. 33. de Benjamine Martyre, *Alium rursus calamum acutum in ejus FEMVR, unde humana origo descendit, jussit immitti.* Pro femore Theodoretus 5. 38. habet, παιδογόνον μόριον [r]. *Cadere* sæpe est *mori*, ut 1 Chron. 21. 14. collato cum 2 Sam. 24. 15. *Moriatur*,

(Margin: o Me. ex Bo. Th. in T. ad v. 15. — p Bo. — q A. — r D. A. ex He. — † Bo. A. — t V. — v Ma. — x F. V. — y Bo. — z D. A. — a D. — b V. — c A. — d V. — † V. — f V. Ma. — g A. — h Ga. — i F. V. — k V. Me. O. A. Bo. Ma. — l G. — m O. — n O. — o Ità V. Me. D. A. Bo. L. BA. — p Me. — q A. — r BA. 2. 5. 15.)

tur, vel, *putrescat, femur*; vel, *loco suo excidat*, unde impar generationi fit†. ¶ *Et tumens uterus tuus disrumpatur*, וְאֶת בִּטְנֵךְ צָבָה] *Et viscera tumentia*, Ch. *& uterum tuum tumidum*, Ar. JT. Sa. Ma. O. A. *disruptum*, ο'. in A. Ità v. 27. A. Ut scil. per quæ ipsa peccavit ipsa & puniatur[t]. Tradunt Judæi, ventres eorum ruptos fuisse qui aquam illam potaverant, Exod. 32. 20[v].

22. *Amen, Amen*, אָמֵן] i.e. Ità mihi contingat ut dicis, si peccaverim, &c[x]. Geminatum, ut hîc, superlativè significat; i. e. firmissimum, ratissimum esto[y]. אָמֵן est imperat. syncopatum passivum, pro הֵאָמֵן, i. e. *credatur*. ο'. vertunt, γένοιτο, *fiat*[z]. [*De hac voce vide* Psal. 41. 14.]

23. *Scribet in libello*, בַּסֵּפֶר] *In libro*, Ma. i.e. *in membrana*, ait Jo. *in chartula*, ait Ph. in Bo. *in scheda*, O. Non opus fuit libello; sed He. quicquid inscribitur סֵפֶר *librum* appellant[a]. Ità Deut. 24. 1. 2 Sam. 11. 14. Esa. 39. 1[b]. Qu. Quid inscriptum erat? Resp. 1. Execrationes prædictæ[c]. 2. Nomen mulieris, & omnia verba quibus eam adjuravit, excepto *Amen*[*]. 3. Nomen *Dei*, teste Jo. à quo erat maledictionum vis[d]. ¶ *Et delebit ea aquis*, &c. וּמָחָה אֶל־מֵי וגו'] *Et delebit* (*eradet*, Ma. O. *absterget*, Ma. Ch.) *ad aquas*, Mo. O. vel, *aquis*, Ma. Vel, schedam discerptam in aquas projecit, Q. in Ma. vel, literas inscriptas erasit, & abstersit, & rasuram ipsam in aquam misit, ut mulier maledicta hauriret†. Significavit, nomen ejus (si rea esset) de Israele delendum cum infamia; si autem fuisset innocens, maledicta delenda[f].

24. *Dabit ei bibere*, &c. וּבָאוּ בָהּ מַיִם—לְמָרִים] *Venient in ea aquæ—in amaritudines*, A. Ma. ut v. 22. sim. Sa. Ar. Mo. JT. *In amaras*, supple, *& vertentur*, Ar. i.e. Posteaquam illa biberit, fient amaræ[g].

26. *Pugillum sacrificii tollat*, &c. וְקָמַץ הַכֹּהֵן מִן הַמִּנְחָה אֶת־אַזְכָּרָתָהּ] *Et comprehendet sacerdos de munere cum memoria ejus*, Mo. *tollet pugillo—de sacrificio memoriale ejus*, ο'. *tollet pugillum plenum de oblatione illa suffitum ejus*, P. i. e. id ex quo debet fieri suffitus, portiunculam quæ de ea oblatione incendatur[h]. *Tollet pugillum*, &c. *pro memoriali*, M. *Et pugillo acceptum —de munere illo suffimentum memoriale ejus adolebit*, JT. *Apprehendat volam plenam ad monumentum ejus*, Ti.

27. *Computrescet femur*] Et paulò pòst extincta erat[i]: Et adulter ipsius eâdem horâ moriebatur; accidebántque ei quæ mulieri acciderant, nempe, ut venter adeò intumesceret, ut tandem disrumperetur, &c[k]. Consimilem ritum explorandæ pudicitiæ uxoris in Stygio fonte habet Achilles Tatius l. 8. de *Amoribus Clitophontis*, &c. Dæmon semper simia Dei[l]. Mirari non debemus si Deus in suo populo in gravissimo & difficillimo probationis genere miri aliquid effecerit, cùm & apud alias gentes quæ ut plurimùm innocenter vivebant similia apparuerunt. Polemon, in libro de *Miris Siciliæ*, ubi de crateribus Palicorum, οἱ δ' ὁρκωτοῦ γραμμάτιον, &c. h. e. *Juramentum exigentes formulam jurandi pronunciant, quam jurans* (*craterem attingens, & virgam vibrans*, &c.) *repetit. Quòd si vera juràsset, illæsus abit; si falsa*, (ἐμποδὼν) *statim moritur*. In Mirabilibus quæ Aristotelis nomen circumferunt eadem de re sic legimus; Ἔστι δ' ὅρκος ὃς ἅγιος, &c. *Est juramentum quod sanctum esse videtur: Quæ enim quis jurando affirmat, scribens in tabella, in aquam projicit: si rectè juraverit*, (εὐορκῇ,) *tabella supernatat*, (ἐπιπολάζει) *si perperàm, subsidere aiunt, & hominem uri*. Adde Diodorum Siculum. Simile, sed alibi, habet Plinius 31. 2. *Amnis Olachas in Bithynia Brietium alluit*, (*hoc est & templo & deo nomen*,) *cujus gurgite perjuri notantur pati veluti flammam urentem*. Porphyrius de Styge idem prodidit, libro ejus argumenti, *Omnes dicunt eum ulcisci* (ἀμύνεσθαι) *per ipsum falsò jurantes*. Solinus de veteris Sardiniæ fontibus; *Coarguendis valent furibus. Nam quisquis sacramento raptum negat, lumina aquis attrectat: Ubi perjurium non est, cernit clarius; si perfidiâ abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admissum tenebris fatetur*. Imitati hæc vera in fabulis suis Achilles Tatius 7. 20. & Eustathius l. 7. & 11[m].

28. *Faciet liberos*] Heb. *& seminabitur semine*, F. O. Ma. i.e. concipiet pariétque liberos[n]. q.d. Si antea sterilis fuit, maximè nunc fœcunda erit[o]. Addunt Hebræi,

Marginal notes: † A. — t Bo. — v A. — x V. F. — y Ma. — z A. — a Me. A. — b A. — c Ità Ch. ο'. He. Vulg. Ph. in Bo. — * A. ex Maim. F. ex He. — d Bo. — † Ma. O. — f A. — g V. — h V. — i Jo. in T. ad v. 15. — k F. ex He. — l Ma. — m G. ad v. 17. — n F. O. — o F.

& masculum pariet infallibiliter decimo mense proximo[p]. Et, *si morbo aliquo laborabat, ab eo liberabatur*; *&, si difficulter antea pariebat, facilem assequebatur partum*[q].

30. *Maritúsque*, אוֹ אִישׁ] *Aut viri*, Ma. אוֹ pro אִם; *Si quis sit*, &c. Q. in V.

31. *Absque culpa*, וְנִקָּה הָאִישׁ מֵעָוֹן] *Et innocens erit ab iniquitate*, O. Q. in Ma. i. e. Nullâ pœnâ afficietur vir propter hujusmodi explorationem[r]. An verò careat culpâ hîc non dicitur, nec utrùm licitum hoc fuit; an verò (quod magis videtur) tantùm ob duritiam cordis eorum permissum, quomodo lex Repudii, &c†. Impunè illud faciet[t]. *Insons erit*, faciendo quod in se erat ut peccatum uxoris & dignosceret & expurgaret. At *reus* fuisset si contra Legem Dei tantum vitium in uxore dissimularet, aut suspicionem in animo aleret[v]. ¶ *Recipiet iniquitatem suam*, תִּשָּׂא אֶת־עֲוֹנָהּ] *Portabit iniquitatem*, i. e. *pœnam*, O. V. Ma. vel, *levabit pravitatem*, i. e. auferet à se noxam, i. e. infamiam culpæ & pœnam; nempe, si pudica fuit. Ità geminum sensum hæc verba hîc ferre possunt[x].

Marginal notes: p T. ad v. 15. — q He. in F. — r O. — † E. — t V. — v Ma. — x Ma.

CAP. VI.

1. LOcutúsque, &c.] Qu. 1. Cur locum de Nazaræis mox subjicit ei de adultera? Resp. 1. Qui gesta cum adultera vidissent facilè adducerentur in votum Nazaræatûs, ut à vino, libidinis incitamento, abstinerent: Ose. 4. 11[a]. Vide Proverb. 23. 31, 33[b]. 2. Mulier Nazaræatum professa, abstinens à vino, comæque ornandæ minimè studens, opponitur ei quæ alterius amore implicata fuerat[c]. Priùs leges dederat Deus de mundatione castrorum in rebus necessariis & præceptis, hîc etiam in voluntariis[d]. Notandum, votum Naziræi duplex fuisse: 1. *perpetuum*, quod vocant *votum seculi*, sive ad vitam; 2. *temporale*, sive *votum dierum*. Hinc Naziræus duplex; 1. *seculi*, 2. *dierum*†. Perpetui tales facti sunt vel jussu Dei, vel voto (seu proprio[f], seu) parentum[g]. Tales erant Sampson, J. Baptista, &c[h]. De temporalibus autem hîc agitur[i]. Sed Sampsonis & J. Baptistæ vota alterius erant generis, perpetua ex præcepto singulari, multa tamen trahentes à Nazaræatu[k].

2. *Vir sive mulier*] Non poterat vovere mas ante annum 13. nec mulier ante initium 11. anni. Vota libera erant. Pater potuit rescindere votum, filii, & maritus uxoris[l]. ¶ *Cùm fecerint votum*, כִּי יַפְלִא לִנְדֹּר נֶדֶר] *Cùm separaverit se ad vovendum*, &c. V. Sa. O. vel, *vovendo*, O. *cùm mirificaverit*, &c. Mo. O. *si mirandum aliquid fecerit*, M. F. Mirandum est, deliciis assuetum ab iis se subtrahere, & abstinentiam vovere[m]. *PALA* primò & propriè significat *separare*; indè *absconditum* & *mirabile esse*, quia talia ab hominum notitia separantur[n]. ¶ *Ut sanctificentur*, &c. נָזִיר לְהַזִּיר לַיהוָה] *Nazaræi*, Sa. V. O. Ma. JT. (sive *separati*, Ma. Mo.) *ad separandum se*, Mo. Ti. A. vel, *se Naziræum fore*, JT. נָזִיר dicitur à נָזַר *separavit*, quòd à communi usu hominum vivendi ad tempus separati essent, ut liberiùs vacarent Legi discendæ[o]: vel, à נֵזֶר *corona*, quòd talis *Rex sit cupiditatibus imperans*[p]; q. d. *diadematus, coronatus, eximius*†.

3. *A vino*, &c.] Plutarchus quod votivum erat pœnale esse retulit, Sympos. 4[q]. Ratio præcepti, 1. quia vinum incitat ad luxuriam[r]; 2. corrumpit rationem, & ineptum reddit ad cultum Dei†. ¶ *Et omni quod inebriare potest*, וְשֵׁכָר] [*De quo vide à nobis collecta ad* Levit. 10. 9.] ¶ *Abstinebunt*, יַזִּיר] *Separabit*, sub עַצְמוֹ *seipsum*; Abenmelech[t]. *Separabit se*, Ma. Mo. ¶ *Acetum*, חֹמֶץ] *Infecturam acedinis vini*, Ma. ¶ *Et quicquid de uva exprimitur*, וְכָל־מִשְׁרַת עֲנָבִים] Variè reddunt. *Omnem macerationem uvarum*, Sy. JT. sive, *solutionem, dissolutionem*, i. e. potum ex uvis maceratis, Ma. Alii, *liquorem*, seu *madefactionem*, F. V. A. Ca. Bo. Mo. M. à שָׁרָה *humectare*, & *madefacere*, cujus frequens usus est in Talmud. Et, teste AE. *non est ei socius*, i. e. non ampliùs exstat, *in Bibliis*: & secundùm illum sign. *quicquid uvis dissolvitur*, vel *liquefit*. Q. intelligunt *vinum secundarium*, factum quando uvæ pressæ

Marginal notes: a Rasi & Bechai in Muis, A. — b A. — c AE. in Muis. — d A. — † D. — f T. — g T. Bo. — h Bo. — i Bo. T. — k G. ad v. 18. — l D. — m M. T. R. Bechai in Muis. — n O. — o F. V. — p Bechai in Muis. — † Ma. — q G. — r He. in F. — † AE. in F. — t D. ad v. 2.

pressæ aquâ macerantur [v]: quod ex uvis aquâ dilutis, vino antè expresso, exprimitur [x]. Al. *omne residuum*, seu *reliquias uvarum*, O. Sic Ti. [*quasi* מִשְׁרַת *defectivè scriptum esset pro* מִשְׁאֶרֶת.] Aliis est *potus coctus*, F.

4. *Ex vinea*] Heb. *de vite vini*, i. e. vinifera, D. V. Quia est & *vitis vacua* [y]. ¶ *Ab uva passa ad acinum*, מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג] Duæ hæ voces alibi non occurrunt [z]. Variè reddunt. *Ab acinis* (*granis*, *nucleis*, Ma.) *ad folliculum*, seu *pelliculam exteriorem*, F. V. O. Forsterus, RS. & K. in Di. sic Ch. Sa. M. P. Ma. *à nucleis acinorum usque ad cutem*, JT. *ab acinis ad vinacea*, Ar. sim. Ti. Aliis, contrà, *CHARTZANNIM* est *exterius*, & *ZAG interius*, uvarum. Ità Thalmudici, teste AE. in Ma. Ità L. *à cortice usque ad granula*. Non repudio. Puto זָג idem quod Æthiop. ጸግ *corpus*, *caro*. Verto, *à pelliculis ad carnem*; Di. ό. ἀπὸ στεμφύλων ἕως γιγάρτου, *à vinaceis usque ad acinum*, Bo. sic Sy. Prohibitum hoc *ad sepem & custodiam rei*, ut magis ab ejus potu arceretur [a]. Hinc Nazaræo dictum, *Circum vineam nè accedito* [b].

5. *Crescente cæsarie capitis ejus*, גַּדֵּל פֶּרַע שְׂעַר רֹאשׁוֹ] *Crescere faciet cæsariem capilli*; [ità ferè omnes.] Al. *nuditatem cæsariei*, &c. O. V. M. i. e. Si contingat caput denudatum, seu attonsum, habere, aut rasum, sinet capillos crescere [c]. *Nuditas*, dicitur coma oblonga, quòd non tegatur [d]. [Q. גַּדֵּל gerundivè reddunt, hoc modo, *Sanctus erit magnificando*, vel *nutriendo*, *comam*, &c. Mo. Ti.] Qu. Cur hoc præscriptum? Resp. 1. Ritum Ethnicorum impium consecrandi capillos suos dæmoniis (de quo vide ad Levit. 19. 27.) voluit Deus ad sui cultum transferre †. Sed cur non potiùs credamus Dæmonem hunc ritum (ut alia multa) ad sua sacra impia transtulisse, cùm non constet hunc ritum apud Gentiles ità antiquum fuisse [f]? 2. Quòd rasura homini venustatem adferat, unde superbire posset. Ità Midras [g]. Gen. 41. 14. Ut ostenderet eum à cultu & deliciis corporis separatum esse. 3. Ut eos in termino voti sui Domino daret [h]. Comam alere voti signum. *Votivum obligatúmque virtuti oris habitum* dixit Tacitus, in Germania. Ratio similitudinis in eo, quòd sicut coma longa onus est, sic & votum. Ità & funes voti signa, quia utrumque ligat [i].

7. *Nec patris*, &c.] Planè ut Pontifex Maximus, cui Nazaræus tempore castûs sui æquatur [k]. ¶ *Quia consecratio*, &c.] Sic Sa. i. e. In capite suo gestat crinem quem non curat tondendum in honorem Dei [l]. ¶ [כִּי נֵזֶר וגו'] *Quia separatio*, i. e. signum separationis suæ, *super caput ejus est*, h. e. cæsaries intonsa [m]. *Naziræatum Dei* gerit *in capite suo*, JT. Al. *quia corona Dei sui*, &c. ità K. in F. i. e. crines in capite non radendi [n]. Votum hoc quasi corona est, quâ coronatur & ornatur is qui domat cupiditates suas. Vide AE [o].

8. *Omnibus diebus*] Ità ut si qua intervenisset pollutio, repetendi essent voti vi dies [p].

9. *Sin mortuus fuerit*, וְכִי יָמוּת מֵת] *Et cùm morietur mortuus*, Ma. D. P. A. (sive *quispiam*, ό. Ch.) *Si is qui mortuus est mortuus fuerit juxta eum*, JT. *Mortuus mori* dicitur à fine, ut *mole farinam* [q]. *Si mortuus fuerit mortalis*, Sa. ¶ *Subitò*, בְּפֶתַע פִּתְאֹם] *Subitò repentè*, *statim mox*, P. *subitò*, *ipso ignorante*, Ch. *in momento subitò*, Mo. Concursus ferè synonymorum rem maximè improvisam denotat [r]. *Repentè ac subitò*, V. Prius dicitur de morte violenta, posterius de fortuita †. *Subitò*, *aut ex improviso*, Ar. (sive *repentino casu*, Ti.) [At ό. פִּתְאֹם referunt ad sequentia, & sic vertunt, *repentè*, *statim inquinabitur*.] ¶ *Polluetur*] Quare? Resp. 1. Quòd non habet debitam diligentiam subtrahendi se. 2. Quia debet imputare peccatis suis tale impedimentum [t]. 3. Quia talis debuit immunis esse ab omnibus pollutionibus, quarum hæc maxima [v]. 4. Videtur ad mysterium spectare, monétque, eos qui se totos Deo consecrant, debere inprimis ab operibus mortuis & peccatis gravioribus remotos esse [x]. At hoc de *Naziræo temporali* intelligendum, non de *perpetuo*. Nam *perpetuus* nunquam radebatur, quomodocunque pollueretur [y]. ¶ *Caput consecrationis*] Caput Deo consecratum, D. *caput separationis*, Ma. *caput Nazaræatûs*, pro *Nazaræatu capitis*; Hypallage, JT. Pi.

[v] F. [x] Bo. [y] V. [z] Ma. Di. [a] Abarb. in Muis. [b] Muis. [c] O. [d] Ma. † F. O. [f] Bo. [g] Muis. [h] La. [i] G. [k] G. Bo. [l] V. [m] O. [n] F. ità Ch. in A. Sa. vers. Sy. [o] D. [p] G. [q] D. [r] Ma. † M. F. V. ex He. [t] L. [v] La. post To. [x] Bo. [y] Me.

Caput coronæ, i. e. coronam capitis. Sic, *viriditas herbæ*, pro *herba viridi* [z]. ¶ *Et rursum septimâ*] Ità bis eum radi putavit noster [a]. Rectè subaudivit copulam *Et* [b]. Alii volunt semel tantùm radi. Astipulantur Hebræa, *In die septima radet*: Est exegesis superiorum [c]. Nam impuri erant ex cadavere usque ad diem septimum, Levit. 15. 13. Num. 12. 14 [d]. & 19. 11, 12 †.

11. *Faciétque*] Sacrificabit, V. parabit, aut mactabit. Ità, *facere juvencum*, Exod. 29. 36. & *boves*, Psal. 66. 15. Pro *coquere* sumitur, Gen. 18. 7. & 27. 17. Exod. 12. 47. *Facere vitulam* est parare, &c. At *facere vitulâ* est sacrificare [f]. Quod in 1 Chron. 21. 23. est *facere*, id in 2 Sam. 24. 22. est *offerre* [g].

12. *Consecrabit*] De integro [h]. ¶ *Irriti fiant*] Ità Ch. Sa. Sy. JT. &c. Heb. *cadent*. *In terram cadere* dicitur res quæ irrita fit [i]. *Non numerabuntur*, V. ό. in D. ἄλογοι, *innumerati*, ό. in D. *Dies antecedentes subtrahentur*, Ar. *abolebuntur*, Ch. & TJ.

13. *Adducet eum*] Quis quem? Resp. 1. Nazaræus agnum, quia sequitur, *& offerre faciet agnum* [k]. Sed hoc contortum est [l]. [Q. sic vertunt, *adducet illud*, Ma. JT. vel, *ea*, Ar.] 2. Nazaræus seipsum [m]. *Adducet seipsum*, Mo. M. O. Ma. sim. Ti. P. Ca. 3. Sacerdos Nazaræum [n]; quia sequitur, *Offeret*, &c. quod ad sacerdotem necessariò referendum est [o]. *Sistet*, vel *adducet*, *eum*, Sa. Sy. A.

14. *Agnum—& ovem*, &c.] Ità offert omne, i. e. triplex, sacrificii genus [p]. Ad ostendendum quòd Nazaræus paratus esse debet in omnibus quæ sunt ad honorem Divinum [q].

15. *Panem azymorum*, מַצּוֹת סֹלֶת חַלֹּת] *Azymorum*, vel, *massarum similæ*, *placentas*, Ma. Al. *similam placentarum*, per Hypallagen, pro, *placentas similæ*, vel, *ex simila* [r].

18. *Ante ostium*] Stante Templo, & in Palæstina viventibus, in Templo complendum erat votum, Act. 21. 26 †. ¶ *Capillos*] i. e. Pilos hactenus intonsos [t]. Etiam Græci comas diis sacrabant; ut Achilles Sperchio, Earinus Æsculapio, alii aliis. Vide Poetas [v]. [*Vide quæ ad Levit. 19. 27.*] ¶ *Ponet super ignem*] Comburentur in honorem Dei, tanquam illi antè consecrati [x]. Ignem, vel *altaris* [y]; vel, potiùs, *culinæ* [z], in qua pacificorum carnes coquebantur. [Vide Bo.]

19. *Et armum coctum*] Nempe, sinistrum; quod huic sacrificio peculiare erat. (In omnibus autem Pacificis dexter armus crudus sacerdotis erat.) Docebat hoc, ut gratiam specialem illis à Deo datam esse, ità speciales gratiarum actiones ab illis exigi [a].

20. *Et femur*, וְעַל שׁוֹק] *Cum femore*, Ch. *& super coxam*, Ma. vel *armum*, Me. Sa. Ar. V. O. vel *brachium*, ό. in Me.

21. *Exceptis his quæ invenerit manus ejus*] Sensus est, Hæc faciat ad minimum, quantumlibèt pauper [b]. Nisi plura facere possit [c]; vel spontè voluerit [d]. Poterat quisque addere † quantum potuit & voluit. *Manus* Hebræis est *potentia*, facultas; & *manum apprehendere*, vel *invenire*, est *attingere*, *suppetere*, *habere unde aliquid possis erogare* [f].

23. *Sic benedicetis*] Stando expansis manibus, clarâ voce [g].

24. *Benedicat tibi*] *Tibi*, ô popule; huic enim benedicendum erat. Non autem diriget benedictionem ad singulos, vel ad unum aliquem: sic enim cæteri excluderentur [h]. *Benedicat tibi*, det tibi copiam omnium bonorum [i], temporalium & spiritualium [k]. ¶ *Dominus*] Heb. *Jehovah*. Notant He. nomen Jehovæ ter hîc repeti cum diversis accentibus; quo mysterium innuitur. Ità Menahem. Mysterium nempe Trinitatis [l]. ¶ *Et custodiat te*] *Custodiat*, nempe, ea bona quæ largitus est, nè ab hoste auferantur [m]. Custodiat te à peccati recidivo, & gratiam datam continuando [n].

25. *Ostendat faciem*, יָאֵר] *Illustret*, V. *Lucere faciet*, *illuminabit*, *ad te*, vel *tibi*, Ma. i. e. Respiciat te vultu hilari [o]. Sunt enim lucida læta & amicabilia. Vel potiùs, Dirigat te in via sua: Lucerna enim dirigit in tenebris. Ità accipitur Psal. 66 [p]. ¶ *Et misereatur tui*, in tempore tribulationis; vel, det tibi quod petis [q]: וִיחֻנֶּךָּ] *Et gratificavit te*, gratiâ & favore te ornavit. Utitur præterito ad indicandam certitudinem gratiæ Divinæ [r].

[z] D. [a] Ma. [b] La. [c] Ma. [d] Ma. † A. [f] D. [g] A. [h] Ma. [i] D. [k] O. [l] Bo. [m] RS. in L. [n] Me. Bo. La. [o] Bo. [p] La. L. [q] L. [r] Ma. ex Pi. † G. [t] V. [v] G. [x] Me. ex La. [y] To. in Me. [z] L. Me. Bo. [a] A. [b] F. [c] M. F. V. O. [d] Me. L. Bo. † Bo. [f] F. [g] G. [h] Pi. [i] V. [k] F. Ma. [l] A. [m] He. in F. [n] L. [o] F. Ma. O. [p] O. [q] F. [r] Ma.

26. *Convertat vultum ad te*] Heb. *Levabit facies ad te*, Ma. Sit tibi favens †. Respiciat te semper [t]. Eum invenias, & præsentem habeas, quócunque te vertis [v]. Consoletur, adjuvet, protegat te: hæc enim facit Dominus ad nos conversus; contraria his, aversus [x]. ¶ *Et det tibi pacem*] Heb. *& posuit*: i.e. Quum primùm Deus vultum suum ad te attollet, existima te jam beatum factum [y]. *Pax* Hebræis omnem prosperitatem significat *. *Summum est & præcipuum bonum*, ideóque postremò ejus mentio fit [z]. ¶ וְיָשֵׂם] *Ponat in te pacem, ut nihil tibi mali accidat ab hoste vel bestia*, &c [a]. Sunt qui istas benedictiones sic explicant, quasi semper in qualibet benedictione postrema clausula sit expositio antecedentis; ut cùm dicit, *Benedicat tibi Dominus*, mox explicet quid sit hæc benedictio, nempe, *custodiri ab omni malo*: Ità, *lucere facies* ejus dicitur, cùm scilicet *propitius est*, & remittit peccata: *Attollere* verò *faciem suam*, cùm *pacem largitur* [b]. Ad hanc benedictionem requiruntur sex: 1. ut proferatur linguâ sanctâ; 2. stando; 3. manus attollendo; 4. elevatâ voce; 5. facie ad populum versâ; 6. ut fiat in nomine tetragrammato [c].

27. *Invocabúntque*, &c. וְשָׂמוּ אֶת־שְׁמִי עַל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Ponent* (vel, *imponent*, Ma. vel, *ponant*, F. vel, *recitabunt*, Ar.) *nomen meum super filios Israel*, ό. Sa. Sy. O. Mo. F. V. Pi. i.e. Cùm benedicent eis, adjungent nomen meum [d], tetragrammaton †; quod singulis benedictionibus addi debet, He. in F. *Ponent benedictionem nominis mei*, &c. Ch. in A. Invocent me, ut benedicam eis. Alii sic; Curabunt ut Israelitæ vocentur de nomine meo, populus sanctus, selectus Jehovæ [g]. Alii; *Et imponentes manus filiis Israelis invocabunt nomen meum*, JT. Dum nomen meum pronunciant, attollant versùs populum manus, acsi imponere vellent [h]. i.e. Duobus signis (solitis, Gen. 48. 14, &c.) testatam facient populo gratiam meam, nominis mei invocatione, & manuum suarum impositione publicâ & solenni; quæ duo elegantissimè consecutione quadam ellipticâ hoc loco innuuntur [i]. Alii; Curabunt ut re ipsâ, nedum voce & invocatione, nomen meum inseratur mentibus populi, ut illud reverà ament, venerentur, & in eo fidant [k]. ¶ *Et ego benedicam eis*] i.e. Vel sacerdotibus, nempe, si fideliter munus suum exsequantur [l]; vel populo; vel utrisque [m]. Simplex sensus est, Dicit Deus se ratam habiturum benedictionem sacerdotum, si fiat juxta verbum & voluntatem suam. Commendatur ergò hîc ministerium Verbi & Ecclesiæ, per quod Deus benedicere vult populo suo [n].

† G. [t] V. [v] F. [x] Me. [y] Ma. * Bo. Ma. D. [z] He. in F. [a] V. AE. in F. [b] V. ex F. [c] He. in F. [d] V. F. † F. [g] Q. in Ma. [h] Pi. [i] Ma. ex Jun. [k] Ma. [l] Q. in F. [m] Al. in F. [n] F. V.

CAP. VII.

1. *Factum est*, &c.] Periphrases istæ redundantiam quandam præ se ferunt. Terent. Hecyr. *Si est ut velit redimere uxorem, licet*, pro, *si velit*; idem, *Si est ut dicat velle se, redde: si est ut nolit, rectè consuluit gnatæ meæ*: Linac. Emend. struct. 6 [a]. ¶ *In die quâ complevit*] Obj. Quomodo nunc erectio ejus completa dicitur, cùm Exod. 40. Tabernaculum esset erectum [b]? Resp. 1. Patet hîc esse Hysteron-proteron: Nec tam historiæ, quàm materiæ, spectatur ordo. Juxta ordinem historiæ hoc caput, cum c. 8. & 9. (& 10. & 11. O.) proximè subnectendum fuisset Exodo [c]. Non est dubium hîc rerum ordinem fuisse inversum, & pleraque tum quæ libro hoc antecesserunt, tum etiam quæ in Levitico, his quæ hoc capite habentur posteriora fuisse [d]. Probatur. Erectio Tabernaculi erat 1. die 1. mensis anni 2. Exod. 40. 17, 18 †. Eâdémque die facta est consecratio Aaronis & filiorum. Vide Exod. 40. Tum & cœpit oblatio Principum, ut hîc dicitur. Hæc autem oblatio erat ante censum populi cap. 1 [f]. [Al. aliter;] Hæc oblatio erat in 2. mense 2. anni post censum illum, Num. 1. 1, 2. & post dispositionem Tribuum circa Tabernaculum, Num. 2. juxta quem ordinem hîc oblationes afferunt [g]. Resp. 2. *Dies* pro tempore indeterminatè accipi potest; q. d. *eo tempore*, vel, *sub illud tempus* [h]. Alii negant inversum esse ordinem historiæ [i]; exponúntque, *quo die*, i.e. secundo die 2. mensis 2. anni: Nam primo die primi mensis erectum fuit Tabernaculum, Exod. 40. 2. postea verò mense eodem reliquo consecratum, ut docetur in libro Levitici: hoc autem Altare, nempe holocaustorum, postremo loco & suo ordine restabat consecrandum cum toto ministerio suo; cujus bona pars cùm Levitæ fuerint, optimè horum deditio & assumptio antecessit hujus Altaris consecrationem [k].

[a] Ga. [b] O. [c] La. O. T. [d] Bo. † La. sim. A. [f] La. [g] A. [h] Bo. [i] Ma. [k] Ità Jun.

2. *Præfecti—numerati*, הֵם הָעֹמְדִים עַל הַפְּקֻדִים] *Hi stabant* (vel, *astabant*) *super numeratos*; i.e. qui præerant numeratis, M. F. V. qui adstabant (cum Mose & Aarone [l]) dum populus numeraretur [m]. Vel, qui stabant juxta numeros suos [n]. Hîc nihil obtulit Tribus Levi, quia horum erat accipere offerenda [o].

3. *Plaustra tecta*] Vel, *operta*: ità vertunt Ch. Aq. in D. RS. & K. in F. M. F. sim. Ar. Ti. P. Mo. i.e. in modum lecticarum facta. Quidam *lecticas* vertunt [p]. ¶ עֶגְלוֹת צָב] Al. *Plaustra tumoris*, Ma. i.e. tumida, tecta supernè, quasi inflatus uterus [q]. ό. ἁμάξας λαμπηνικὰς· λαμπήνη autem (Suidæ est λαπήνη, D.) est apud Pollucem *vehiculi genus*; Suidæ, *currus regius & tectus* [r]. Græci vertunt, *rhedas*, Coaches: & sic צָב accipitur Isa. 66. 20. Al. *plaustra testudinis*, (illa צָב dicitur Levit. 11. 29.) h.e. instar testudinis tecta †. Al. *plaustra militaria*, Sa. vers. i.e. quæ adhibentur in militia sacra Tabernaculi; ut sit צָב decurtatum pro צָבָא, (quemadmodum כֵּס pro כִּסֵּא.) Cui firmando facit codex Samariticus, *plaustra* δυνάμεως, i.e. *exercitûs* [t]. Al. *plaustra bijuga*, Targ. Jeros. in F. q.d. Unicuique plaustro erat par boum trahens illud [v]. Al. *plaustra camerata*, Sa. JT. alii, *plaustra instructa*, Sy. Parata hæc erant, ut in iis utensilia, &c. mundiùs veherentur [x], atque à cœli injuriis defenderentur [y]. ¶ *Plaustrum*, עֲגָלָה] Pro, *plaustrum unum*. Sic Exod. 21. 21. *die*, pro, *die uno*; & 22. 1. *pro bove*, *pro ove*, i.e. *pro bove uno*, *& ove una*; & 27. 14. *lateri*, pro, *lateri uno* [z].

5. *Juxta ordinem ministerii*, vel, *juxta ministerium*, ό. Ar. M. Ti. Pi. sim. Sa. Sy. כְּפִי עֲבֹדָתוֹ] *Secundùm os servitii* (*cultûs*, *ministerii*, *operis*) *ejus*, Ma. Mo. i.e. prout exegerit ministerium ejus, aut, prout dixerit ministerium suum exigere [a]. *Juxta id quod unicuique opus est ad ministerium*, Ch.

9. *In sanctuario serviunt*] Heb. *ministerium sanctitatis* (i.e. Sanctuarii, sive rerum sacrarum,) *erat super eos* [b]. [Vide Num. 4. 5, 15.] ¶ *Humeris*] Ob ipsorum sanctitatem & reverentiam [c].

10. *Obtulerunt*, &c.] Heb. *obtulerunt——obtulerunt*. Repetitio Hebræis usitata elegantiam habet. Ità, *Et dixit Is. Abramo——& dixit, Mi Pater*, &c. *Et dixit Ahash.——& dixit reginæ* [d]. ¶ *In dedicationem*, ità Sa. אֶת־חֲנֻכַּת] *Dedicationem*, vel *initiationem*, altaris, Ma. Mo. *oblationem renovationis altaris*, Sy. *pro dedicatione* altaris, O. Sa. M. P. Ti. *cum dedicatione*, JT. i.e. die secundo, quo sanctificabatur altare, ut sequentia verba docent exegeticé †. ¶ *Die quâ unctum est*] Nempe, die quâ completè unctum fuit & dedicatum [f]. Perfectum hoc erat septem diebus, ut patet ex Exod. 29. & Levit. 27. Itaque dies hæc videtur fuisse octava mensis primi anni secundi [g].

11. *Dixit ad Moysen*] Solum, non audiente, quod interdum fiebat, populo. Vox autem sonabat è Propitiatorio inter duos Cherubinos [h]. ¶ *Singuli*] Juxta ordinem vexillorum, &c. non nativitatis suæ [i]. ¶ *In dedicationem*] i.e. Ad dedicandum altare; nam paulò aliter sumitur quàm versu præcedenti [k]. ¶ *Altaris*] Nempe, *holocaustorum* [l]; atque *incensi* [m].

13. *Acetabulum*, קְעָרָה] *Scutella*, O. Ma. magna & lata, liquidarum rerum receptaculum [n]. *Patina*, Ma. τρυβλίον, ό. quod Vulg. vertit *paropsida* Matt. 26. 23 [o]. [*De eo vide* Exod. 25. 29.] ¶ *Argenteum*] Ergò hæc non fuerunt in usum Sanctuarii, (cùm hujus omnia vasa fuerunt aurea,) sed in usum atrii & altaris holocausti [p]. ¶ *Centum triginta siclorum*] *Siclorum* addit Ch. & rectè, ut verba sequentia monstrant [q]. ¶ *Phiala*, מִזְרָק] *Pelvis*, M. F. seu *phiala*, F. O. Vas parvum quo sanguis effundebatur, & quo homo bibere posset,

[l] RS. in F. [m] V. RS. in F. [n] M. [o] E. [p] V. [q] Ma. [r] D. † A. [t] D. ità Chaskuni in A. [v] F. M. ità AE. in F. [x] M. F. Ma. [y] Ma. [z] D. [a] O. sic V. Ma. [b] V. Ma. [c] Me. [d] D. † Ma. ex Jun. [f] Bo. [g] Bo. ad v. 1. [h] G. [i] Me. [k] Bo. [l] Me. La. ό. in Bo. & Bo. [m] Bo. [n] F. V. [o] D. [p] Me. ex Bo. [q] A.

posset, ut patet ex Amos. 6 [r]. *Aspersorium*. Vide Exod. cap. 27. v. 3†.

r O. † Ma. s Me.

14. *Mortariolum*, q. d. parva phiala [s]; כַּף] *Cochlear*, Sa. M. Ti. P. A. V. O. L. à curvitate vel cavitate dictum, O. *Vola*, Mo. Ma. à volæ similitudine, Ma. *Acerra*, JT. *calix*, Sy. A. *capsella*, Ar. Vas erat patulum parvum, & concavum instar cochlearis, in quo thus, &c. ponebantur †. Vas aureum erat, sed ejus pondus argenteis siclis æstimabatur. Incensum autem pertinuit ad aureum altare, non ad æneum, sive holocaustorum [v].

† M. F. V. v A.

18. *Dux*, &c.] Singulis hic titulus adscribitur, excepto primo Naasson. Illis adscribitur, quia ei se submiserunt, & post eum obtulerunt; huic non datur, ne superbiret, quia primus obtulit [x].

x Chazkuni in A.

48. *Die septimo*] Extraordinarium hoc notant Hebræi, quòd Sabbato non interrupta sit oblatio [y].

y A.

72. *Die*] Heb. *Die undecimo die*. Repetitur *dies* ex linguæ proprietate. Ità v. 78 [z].

z D.

84. *In die quâ consecratum*] i. e. Quâ completa est consecratio [a]. Vel, *in die* sumitur pro, *in tempore* [b].

a Bo. b Bo. Me.

86. *Denos siclos*] Heb. *Decem decem cochleare*; i. e. singula cochlearia pendebant 10 siclos [c].

c Ma.

87. *Cum munere suo*] *Minchah*, quod, licèt antea non memoratum, offerendum tamen intelligebatur ex lege, quæ *Minchah* cuilibet holocausto adjungi præcepit [d].

d A.

89. *Cùm ingrederetur*] Concessum Mosi ut ingrederetur Sanctum sanctorum, velut Dei internuncius †. Vel, Moses extra velum positus audiebat, &c [f]. ¶ *Ut consuleret oraculum*, לְדַבֵּר אִתּוֹ] *Ad loquendum ei*, o'. vel, *secum*, Mo. vel, *ad eum*, Ma. vel, *cum eo*, Ch. Sa. A. *ut loqueretur cum* Deo ipso, JT. ¶ *Audiebat vocem loquentis*, מִדַּבֵּר] Pro מִתְדַּבֵּר, particip. præs. F. ¶ *De propitiatorio*] Obj. Loquitur Deus *de Tabernaculo conventûs*, Levit. 1. 1. Resp. Vox exibat de Propitiatorio ad Mosen qui erat in tentorio [g]. Hæc imitatus est Diabolus, qui reddebat oracula nescio quâ editâ voce è cortina & ab intimis adytis. Finxit Numa colloquium cum Ægeria. Non sic Moses, (cui idem imputant quidam,) quia sæpe cum Mose populus exaudiebat [h]. Loquitur cum eo Deus ut promiserat, Exod. 25. 22. ante consecrationem aliter loquebatur [i].

† Q. in Ma. f He. in Ma. g T. & D. ex He. h F. i Ma.

CAP. VIII.

2. CUM posueris, &c. בְּהַעֲלֹתְךָ אֶת־הַנֵּרֹת] (Hîc incipit tertia libri Sectio, quam vocant בְּהַעֲלֹתְךָ [a].) *Cùm accenderis lucernas*, Ch. P. Caj. in Bi. At עָלָה non est *accendere* [b]. *Quando ascendere facies lucernas*, O. Ma. Mo. Lucernæ enim superiores erant à candelabro divisæ †; ut septem calamis & imponi possent, & eximi †. Aut Aaron ipse ascendebat, cùm accenderet eas [c]. *Cùm aptaveris*, Ar. ¶ *Contra eam partem*, &c. אֶל־מוּל פְּנֵי הַמְּנוֹרָה יָאִירוּ שִׁבְעַת הַנֵּרוֹת] *Ad è regione facierum candelabri lucebunt septem lucernæ*, Mo. Ma. vel, *lucere facient lucernas*, &c. [simil. plerique.] Sensus est, Illuminabunt partem eam quæ est coram candelabro [d]: ultrà, citrà, & ex omni parte quâ lychnuchus videri potest. Vide ad Exod. 25. 37 †. *Candelabrum* hîc vocatur medius candelabri stipes, sive calamus [f]. Ità Exod. 25. 34, 35. Sensus est, omnes lampades ab ea parte accendendas quæ versùs medium erat, tanquam illud respicientes unde & ortum habuerunt & lumen: Mediam enim lampada igne altaris accendebant, & ex illa reliquæ lampades accensæ erant. Vide ad Exod. 27. 21. Dederat hanc legem Deus, Exod. 25. 37 [g]. In Tabernaculo nullæ erant fenestræ, itaque lucernæ accenduntur [h].

a V. b O. † O. † La. ità plerique in Ma. c O. d O. † Ma. f Q. in Ma. RS. in M. g A. h Me.

4. *Ex auro ductili*, מִקְשָׁה זָהָב] *Ductile aureum*, o'. vel, *ex auro ductili*, M. F. V. Ch. Sa. Mo. in Bi. Opere ductili facta, h. e. ex una massa diducta, non per fragmenta & membra composita [i]. Malleatum ex una massa [k]. *Solidum aureum*, o'. i. e. non concavum, A. *Perplexitas (crispitudo) auri*. Vide Exod. 25. 18 [l]. & 25. 31, &c. & 37. 17, &c [m].

i M. F. V. k A. l Ma. m Me.

7. *Aquâ lustrationis*, מֵי חַטָּאת] *Aquas peccati*, Sy. in Bi. O. Ma. A. i. e. quæ peccatum expiabant [n]. Quæ mixtæ erant cineribus vitulæ rufæ, Num. 19 [o]. ¶ *Radant pilos*] Sicut in mundatione leprosi, Levit. 14. 8, 9. & Nazaræi polluti, Num. 6. 9. Significabant hi ritus summam puritatem (tum externam, tum internam,) in Ministris requisitam [p]. Abrasio pilorum designat resecandas esse omnium rerum secularium superfluitates, omniáque mortua & malè-olentia opera [q]; & passiones atque appetitus inordinatos [r].

n Ma. A. o L. E. Me. A. p A. q Th. in T. r Bo.

8. *Bovem*, פַּר] *Juvencum*, Ma. agentem annum tertium. Medius est inter שׁוֹר *bovem*, & עֵגֶל *vitulum* †.

† D.

10. *Ponent manus*] Testantes eos à se abdicare Levitas, & Domino quasi munus & sacrificium offerre [t]. Simul significari potest consensus populi in designandis Verbi, &c. Ministris, non quidem necessarius, sed convenienter requisitus, nisi quid obstet [v]. ¶ *Filii Israel*] Non omnes, sed omnium nomine Principes [x]. Vel, fortè, primogeniti, in quorum loco erant Levitæ, & pro iis expiationem fecerunt [y].

t Me. E. v E. x Bo. y A.

11. *Et offeret*, וְהֵנִיף] *Et elevabit*, Ma. V. Ritum habes Exod. 29. 24 [z].

z Ma.

12. *Facies*, ità o'. in A. וַעֲשֵׂה] Alii, *faciet*, Caj. O. in Bi. nempe, *Aaron*, P. *Fac*, A. Bo. ex Ch. An Moses per se, an per Aaronem, fecit, dubium est [a]. [*Vide authorem, si lubet.*]

a Bo.

14. *Ut sint mei*] Nempe, ut sint liberi ab oneribus bellíque muniis, custodes Sanctuarii, janitores, cantores. Hæc enim Levitarum officia. Expiare solis sacerdotibus datum [b].

b G.

15. *Ingredientur ut serviant*] Videlicet, ut portent, nec enim aliud erat officium Levitarum [c].

c Mo.

17. *Ex die quo*, בְּיוֹם הַכֹּתִי] *Quâ die percussi*. (Dico *quâ*, non *quo*, *die*; nam in Latio, cùm tempus denotat, fœmin. est.) Nempe, die non Solari, sive 12 horarum, (nocte enim percussi sunt,) sed die civili, qui est 24 horarum [d].

d D.

19. *Ut serviant mihi*, &c. לַעֲבֹד אֶת־עֲבֹדַת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Ad ministrandum ministerium filiorum Israel*, O. i. e. quo ipsi ministraturi erant †. Vide quæ ad Num. 3. 7, 8. & Exod. 19. 22. & 24. 5 [f]. Vel, ut cum sacerdotibus pro populo peragant sacrificia †. ¶ *In tabernaculo fœderis*] Nempe, in atrio: nam Sanctum non ingrediebantur [g]. ¶ *Et orent pro iis*, וּלְכַפֵּר] *Et ad expiandum*, Sy. Caj. in Bi. O. Ma. A. sive, *propitiandum*, Ch. Aut, quia pro expiatione populi à Domino accipiebantur; aut, quia ministrabant in sacrificiis Domini, per quæ fiebat populi expiatio [h]; aut, quia aliis eorum ministeriis juxta voluntatem Dei præstitis placatus esset Deus [i]. Alii reddunt, *ut sint pretium redemptionis*, JT. (Id כֹּפֶר & כּוֹפֶר sign. Vide Exod. 21. 30.) *pro filiis Israel*: i. e. ut suis personis & ministeriis eos liberent ac redimant, exsolventes quæ illorum erant præstare [k].

† Bo. Ma. f Ma. † Bo. g Ma. h Ma. i A. k Ma. ex Jun.

20. *Super Levitis*, לַלְוִיִּם] *De Levitis*. Vers. 22. scripsit עַל הַלְוִיִּם, *super*, vel *de*, *Levitis* [l].

l V.

24. *Hæc est lex Levitarum*] Heb. *Istud quod Levitis*, Ma. *Ista est lex*, sive *constitutio*, *Levitarum*, Ch. Sy. Ar. *Hoc est quod ad Levitas pertinet*, JT. ¶ *A viginti quinque annis*] Vide ad Num. 4. 3 [m].

m E.

26. *Eruntque ministri fratrum*, וְשֵׁרֵת אֶת־אֶחָיו] *Sed*, vel *Et*, *serviet cum fratribus suis*, Ti. P. sim. Mo. Ch. vel, *fratribus*, Sa. M. Sy. JT. *docebit fratres suos*, Sa. vers. *Erunt iis* consiliarii [n]: vel, Adjuvabunt eos in claudendis portis, in cantu, in onerandis plaustris, &c. sed non in ferendis oneribus [o]. [At Ar. vertit, *Servient ei fratres ejus*.]

n G. F. o RS. in F.

CAP. IX.

1. LOquutus est] Rectiùs, *loquutus fuerat*, nimirum, ante censum illum cap. 1. 1. (ut patet ex collatione istius loci cum præsenti loco:) sed transfertur huc narratio propter Pascha immundorum [a]. Jubet eos Pascha facere in deserto, quod sine speciali mandato non fecissent antequam in terram Canaan venissent. Vide Exod. 12. 25 [b].

a Ma. b A.

3. Juxta

3. *Juxta omnes ceremonias,* [חֻקֹּתָיו] *Statuta ejus,* O. Ma. i. e. ritus cultúsque præscriptos [c]. Per hoc intellige conditiones agni [d]. ¶ *Et justificationes*] Sic vocat, quòd fine illis rectè, justè & legitimè quidpiam non fiat †. ¶ [מִשְׁפָּטָיו] *Judicia ejus,* O. Ma. Mores, rationes, normas, qualitates statûs ejus [f]. Intellige de modo comedendi cum azymis, &c [g]. Qu. Unde habuerint farinam ad azymos panes? Resp. Farinam ad hos & ad varia sacrificia habuerunt ex vicina Midianitide. Exiguus panis azymus singulis familiis sufficeret; nam satis erat si singuli frustulum panis cum agno comederent, cæteráque ex manna supplerent [h].

7. *Quare fraudamur?* simil. ὁ'. [לָמָּה נִגָּרַע] *Quid minuemur?* Mo. O. Ma. *resecamur?* Sa. *subtrahemur?* JT. nempe, à numero celebrantium Pascha [i]? *Quare prohibemur?* Hinc patet immunditiam aliquam legalem sine culpa fuisse; v. g. cùm mortuum sepelirent, &c [k]. ¶ *Oblationem Domino*] Sic vocat, non quòd aliquid ex ea sacrificarent atque comburerent; sed quòd illam in honorem Dei & jugulabant & edebant [l].

10. *Immundus super anima*] Qu. An eadem ratio aliarum immunditiarum aut impedimentorum, v.g. ex morbo, peste, bello; vel puerperiis, menstruatis, seminifluis, vel contactu morticini bestiæ immundæ pollutis? Negat Serarius: Sed affirmativa verosimilior est, quia eadem omnium ratio. Ità Ph. statuit. Ità factum & 2 Paralipom. 30 [m]. Unum genus immunditiæ pro reliquis id genus hîc nominari videtur [n]. ¶ *Sive in via procul in gente vestra*] Illud, *in gente*, conjungendum est cum *homo*, *Homo in* (h. e. *de*) *gente vestra* [o]. ¶ [אוֹ בְדֶרֶךְ רְחֹקָה לָכֶם אוֹ לְדֹרֹתֵיכֶם] *Aut in via longinqua (fuerit,* O.) *vobis aut generationibus vestris,* Ma. O. h. e. *Si quis ex vobis, aut ex generationibus* (i. e. posteris) *vestris,* (subintelligenda enim est præpositio, Bo.) *fuerit immundus,* &c [p]. *Aut in via longinqua, sive ex vobis, sive ex generationibus vestris,* &c. Pi. [simil. reliqui.] *Vel in via est longinqua, aut in habitaculis vestris,* Sy. Vel illud, *ex generationibus vestris*, notat immundos ob fluxum, vel ob menstrua, vel ob puerperium [q]. Qu. Quænam est *via remota?* Resp. Quindecim milliaria extra mœnia Hierosolym [r]. Quo videntur Doctores negligentibus pulvillos consuisse. At saniùs Ph. accipit de peregrinatione in regionem à Judæa longè dissitam *. Romani id vocabant *stultorum ferias*, quo die sacrificabant ii qui solenni die aut non potuerant rem divinam facere, aut ignorârant: Docet Festus [t].

11. *Et lactucis agrestibus*] Ità D. & ὁ'. καὶ πικρίδων. Plinius de lactucæ generibus, *Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavêre* πικρίδα. Sic & Gaza exponit πικρίδα in Arist. Hist. anim. 9. 6 [v]. ¶ [וּמְרֹרִים] Ad verb. *& amaroribus,* V. i. e. *herbis amaris.* Vide Exod. 12. 8 [x].

13. *Et in itinere,* [וּבְדֶרֶךְ] *Et* (pro *Aut*) *in via,* V. ¶ *De populis suis*] i. e. De tribubus Israel: Exod. 12. 15, 19. Num. 19. 13, 20. Tribus vocantur *populi*, Act. 4. 27 [y].

14. *Advena*] Incola non cogitur paschatizare: sed si velit id facere, debet id facere secundùm Legem, ac proinde & circumcidi. Vide quæ ad Exod. 12. 45 [z].

15. *Operuit illud nubes,* [כִּסָּה הֶעָנָן אֶת־הַמִּשְׁכָּן לְאֹהֶל הָעֵדֻת] *Operuit nubes Tabernaculum tentorio* (*tentorii,* Ti.) *testimonii,* Mo. Ma. Al. *Tabernaculum, domum* (alii codices, *& domum,* Nob.) *testimonii,* ὁ'. Intelligunt Sanctum sanctorum [a]. *Tabernaculum,* nempe *tentorium testimonii,* Ang. A. *Tabernaculum temporis & velum januæ testimonii,* Sy. *Habitaculum, quod velut Tabernaculum fuit testimonii,* M. *ædem oracularis Tabernaculi,* Ca. *Tabernaculum quod factum erat ut esset tentorium tabulis testimonii,* RS. in A. Ità alibi præpos. ל sign. tantùm rem tectum, ut Esa. 11. 9. Alibi vertitur per *&*, ut Exod. 17. 10. Lev. 16. 21 [b]. Al. *Tabernaculum supra tectum* (vel *tentorium,* Belg.) *testimonii,* V. P. q. d. Nubes illa erat super Tabernaculum, sed præcipuè super eam partem in qua erat Arca [c]. Al. *operuit nubes Tabernaculum* interdiu *versùs tentorium testimonii,* JT. Ità ut rectà immineret tentorio [d].

16. *Per diem*] Non habetur in Hebræo; sed suppletur ex altero hemistichio †, & ex Exod. 40. 38 [f]. *Nubes illud tegebat* (interdiu,) *& species ignis noctu.* Ità solent Hebræi verba supplere; ut Psal. 91. 7. *Cadent à latere tuo* (supple, *sinistro*) *mille, & à dextra decies mille* [g]. ¶ *Quasi species ignis*] In testimonium Divinæ majestatis. Esse autem ignem Deo similem opinati sunt Gentiles, qui propter hoc ignem in templis asservari jubebant, ut Divinæ naturæ quasi symbolum esset; ut scribit Porphyrius. Propterea capitale erat si sacerdotes ignem exstingui permitterent, quasi Divinitas ex loco pelleretur, & quasi exstingueretur [h].

17. *Cùm ablata nubes,* [וּלְפִי הֵעָלוֹת הֶעָנָן] *Et ad os ascensûs nubis,* O. sim. Mo. Videbatur nubes illa habere os ad præcipiendum, O. *Et cùm elevata fuisset nubes,* Ch. sim. ὁ'. Sa. *secundùm elevationem nubium,* Ar. *prout offerens se nubes illa supra tentorium proficiscebatur,* JT.

19. *Et si evenisset ut multo tempore maneret super illud,* [וּבְהַאֲרִיךְ וגו׳] *Et in prolongando nubem—multis diebus,* Mo. *Et cùm pertraxerit dies plures,* ὁ'. *Cùm longo tempore manebat & diebus multis,* Ch. *Cùm moram fecit,* M. Sy. sim. Ti. P. *Cùm prolongabat,* sub. vel *se,* V. vel *tempus,* Pi. ¶ *Erant in excubiis Domini*] Heb. *observabant observationem Jehovæ,* Ma. Sistebant, quasi excubantes & advigilantes, & nubem, an moveretur, observantes. Vel sensus est, Erant in stationibus & mansionibus eisdem quas Dei injussu relinquere non audebant [i]. Non movebant nisi ex imperio Domini, ut jam dixerat, *super os Domini*; ut idem bis dictum indicet quanto in his studio & diligentiâ curâque uterentur Israelitæ. Qui sensus firmari videtur ex v. 23 [k]. Aut, custodiebant custodiam, i. e. præceptum de non proficiscendo; aut, observabant interim quæ Deus disponeret. Sed prius præfero [l]. Alii sic, Tunc vacabant cultui Domini in erecto Tabernaculo [m].

20. *Quot diebus fuisset nubes,* [וְיֵשׁ אֲשֶׁר יִהְיֶה] *Et erat* (vel, Sic erat, Ang.) *cùm esset,* &c. Mo. *Cùmque maneret,* Ti. sim. M. *Nunc cùm erat ut esset,* Belg. sive, *acciderat ut esset,* JT. *Sed fiebat, ut cùm esset,* Sa. *Aliquando erat,* F. RS. in M. sive, *manebat,* Sy. Ar. Ad verb. *Et erat quòd esset,* i. e. *aliquando fuit,* Onk. At Jon. pleniùs, Et erat tempus quòd esset [n]. ¶ [יָמִים מִסְפָּר] *Dies numeri,* Ma. O. *dies numero,* ὁ'. *diebus numerosis,* Sy. *certis aliquot diebus,* Ti. *paucis diebus,* Ch. Sa. JT. A. Pi. M. F. O. Ma. G. qui brevi & facilè numerari possunt [o]: oppositi *multis* commate præcedenti. Ostendit id collatio locorum, Gen. 34. 30. Deut. 4. 27. Ezec. 12. 16. & Job. 15. 20 [p]. & Deut. 33. 6 [q]. [Hæc sententia non placet Di.] Nam in ea constructione in locis citatis antecedens nomen formam regiminis habet; ut מְתֵי מִסְפָּר *viri pauci*, Gen. 34. At hîc alia constructio aliud denotat, & יָמִים hîc *annum* denotat, ut absque ullo dubio infrà vers. 22. Similis constructio est שְׁנָתַיִם יָמִים, 2 Sam. 14. pro בְּיָמִים, *duos annos in,* vel *cum, diebus,* i. e. duos annos integros, omnibus suis diebus constantes. Ità hîc יָמִים מִסְפָּר, pro במספר, *annum in* (vel, *cum*) *numero,* i. e. annum integrum, toto suo numero constantem. Jonathan per *dies numeri* intelligit tot dies quot simplici numero perfecto continentur, h. e. septem, sive septimanam [r].

22. *Biduo,* [יוֹמַיִם] *Duobus diebus:* Duale est *. ¶ *Aut longiori tempore,* [אוֹ יָמִים] *Aut dies protrahebat,* Sa. *de momento ad momentum,* Sy. *per dies,* M. *sive annum,* Ar. P. Ti. JT. A. M. *aut* anno *dierum,* A. Vide quæ ad Lev. 25. 29. & Gen. 4. 3 [r]. Non placet; solent enim Hebræi per numerum pluralem indistinctè multitudinem quamlibet significare. Vide quæ ad Gen. 40. 4 [v]. Ch. habet, *à tempore ad tempus:* sic circumloquitur annum. At alii istâ locutione significari volunt *tempus longum & incertum* [x].

Marginal notes: c Ma. d L. ex RS. † Me. T. f Ma. g L. h T. ex Bo. i O. k T. l Pi. m T. n A. ex He. o Bo. Me. T. p V. F. Bo. q O. in F. ità M. r Ità He. in A. * BA. 1. 2. 50. t G. v D. x Ma. y A. z G. a A. b A. c V. ex F. d Pi. † BA. f A. g BA. 1. 2. 25. h F. i Me. k Ma. l O. m Ma. n Di. o F. V. Ma. p G. q Ma. r Di. * Ma. r A. v Be. x F.

CAP. X.

2. DUAS *tubas,* [חֲצוֹצְרֹת] Vel, *buccinas.* Deducunt à חָצַץ, sive קָצַץ, à sono acuto & conciso [y]. Erant parvæ Judæorum tubæ, quod & Plutarchus

y Ma.

chus notavit in Sympos[z]. Harum usus erat ad convocandum populum, 1. ad movendum castra, 2. ad festa, 3. ad sacrificia, 4. ad bella[a], 5. ad concionem[b]. ¶ *Argenteas*] Ut sint magis sonoræ[c]. ¶ *Ductiles*] Non ex fragmentis concinnatas, sed ex solida massa diductas[d].

3. *Cùmque increpueris*, &c. וְתָקְעוּ] *Et clangent*, Ch. M.O.Ma. Propriè est *figere, infigere, imprimere*†; & indè, *clangere*: nam qui tubâ canunt, eam in ore quasi figunt[f]. Aliis est, *clangere sono æquabili ac fixo*[g]. Al. *inflare*, Ma. ¶ *Tubis*] Heb. *in eis*, i.e. ambabus simul[h]; ut ex collatione vers. 4. apparet[i].

4. *Si semel—principes*] Principes alacriores semper esse debent, neque repetita monita exspectare[k]. Heb. *Si unâ tubâ*. Ità Ch. & ο΄. in Me.

5. *Si prolixior & concisus clangor*, וּתְקַעְתֶּם תְּרוּעָה] רוע sign. & *frangere*, & *jubilare*. Hinc variatio. *Clangetis ululatione*, Ch. vel, *jubilatione*, M. F. V. Onk. in M. *fragore*, O. *ovatione*, Mo. *flatu vario*, Ar. *fracto sono*, JT. A. Id sign. 1 Sam. 4. 5. Heb. *fractione*, seu *contritione*: Meton. formæ & synecd. gen. Pi. *Sono conciso*, Sa. vel *inciso*, Sa. Ti. [At Sy. *tubâ canent*.] *Sono prolixiore, sed interciso*. Erat quidam clangor ab aliis differens, ut apparet vers. 7[l]. nobis ignotus[m]. *Et clangetis taratantara*, subaudi *primùm*, ut ex comparatione seq. versûs intelligitur[n]. Romanis alius erat tubæ sonus ad pugnam, alius ad receptum[o].

9. *Si exieritis ad bellum*, וְכִי תָבֹאוּ מִלְחָמָה] *Quum procedetis ad bellum*, JT. *cùm ibitis*: alii, *cùm venietis*. Sed בּוֹא sign. *ire*, Jonæ 1. 3. Contrà לְכוּ *venite*, i.e. בּאוּ. Duo igitur hæc verba sibi mutuò cedunt, & se invicem explicant. Hiscuni novè interpretatur, *cùm venerint bella*. Videtur illi מִלְחָמָה nomen esse collectivum cum plur. junctum, (ut, *Turba ruunt*.) Firmat ex eo loco, (Exod. 1.) *cùm acciderint* (תִקְרֶאנָה) *bella*[p]. ¶ *Contra hostes*, עַל־הַצַּר הַצֹּרֵר אֶתְכֶם] *Super coangustatorem coangustantem vos*, Ma. vel, *oppugnatorem*, &c. JT.

10. *Epulum*] וּבְיוֹם שִׂמְחַתְכֶם] *Et in die lætitiæ vestræ*, Mo. O. Vel, 1. festis diebus. Ità *gaudium* sumitur Hos. 2. 11. pro, *dies gaudii*, i.e. *festi*, ut se explicat. In Sabbatis, Pesictha; in solennitatibus, Hiscuni[q]. Vel, 2. die convivii[r]. Tunc gaudebant*. Vel, 3. cùm rediistis ab hoste victores, & diem gaudii decrevistis[t].

13. *Primi*, [simil. plerique,] בָּרִאשֹׁנָה] *In prima*, Ma. *primâ vice*, M. F. *initio*, V. Ponitur pro מַסַּע הָרִאשׁוֹן, i.e. *primâ castrorum motione*, sive *profectione*[v]. Quam factam innuit ex imperio Dei[x]. *Hæc fuit profectio prima* quâ profecti sunt filii Israel, Q. in O. sim. Ar. Ti. Vel potiùs, *Isti sunt primi qui profecti sunt*; qui sensus sequenti sententiâ videtur explicari[y].

15. *In tribu*, עַל־צְבָא מַטֵּה] *Super militiam tribûs*, Ma. *exercitui tribûs*, JT. Exercitus Israelitarum in 4 agmina partitus fuit. Agmen quodque trium erat Tribuum. Ductum primi agminis obtinebat Tribus Juda cum vexillo figuram habente Leonis: secundi agminis Reuben, vexillo Hominis: tertii Ephraim, vexillo Bovis: quarti Dan, vexillo Aquilæ. Hæc quatuor magna vexilla dicuntur hîc דִּגְלֵי מַחֲנֶה *vexilla castrensia*, τάγματα παρεμβολῆς Græcè, respondentia Aquilis Romanorum. Præterea, sicut cohortes Romanæ sua propria haberent signa, ità & hîc Tribus illæ quæ ductum agminis non habebant. Ea signa vocantur hîc מַטֶּה, qu. *baculum* dicas; & ex iis signis ipsis Tribubus idem nomen adhæsit. ο΄. hæc signa vocant δυνάμεις[z].

21. —*Donec venirent*, &c. וְהֵקִימוּ אֶת־הַמִּשְׁכָּן עַד בֹּאָם] *Et erexerunt (ut erigerent illi*, JT.) *Tabernaculum donec venirent hi*, vel *isti*, vel *ipsi*, M. Ti. JT. P. Sy. *Et jam erectum erat ad adventum ipsorum*, Ar. *Erigebant autem*, V. nempe, Gersonitæ & Meraritæ, in loco ubi nubes resedit, interim dum venirent Caathitæ[a]. Et idcirco Gersonitæ & Meraritæ non cum Caathitis in medio castrorum incedebant, sed præibant, ut interea, dum hi adventarent cum sacratiore supellectile, tempus illis suppeteret erigendi Tabernaculum, in quod illa inferretur†. Videtur dicere textus Hebræus, sed locutione inversâ, à Caathitis portatum tamdiu Sanctuarium, donec venirent

z G. — a E.Me. — b Me. — c E.Me. — d M.F. — † Ma.O. — f O. — g Ità M.v.5 — h Ma.M. — i Ma. — k Cl. — l V. — m V.F. — n Ma. — o G. — p D. — q D. — r Hi. in D. — * D. — t AE. in D. — v M. — x F.& V. ex M. — y O. — z G. — a V. post M.F. — † T.

illi quorum erat erigere Tabernaculum, Gersonitæ scilicet & Meraritæ; quorum id fuisse munus apparet suprà 3. 20—26. & 4. 22—33. hoc capite vers. 17. Sanctuarium autem statui non poterat nisi statuto Tabernaculo, Exod. 26. 33[b]. Alii aliter; *Stare fecerunt* (i.e. non deposuerunt) *Tabernaculum donec venirent ipsi*, h.e. sacerdotes, ad deponendum, sicut præceperat Deus[c].

25. *Novissimi castrorum*, ità LXX, simil. JT. מְאַסֵּף לְכָל־הַמַּחֲנֹת] *Colligens*, vel *cogens*, *omnia castra*, vel *agmina*, V. Ch. Sa. M. Ti. Ma. Hebraismus est, pro, Erat postremum omnium, secum trahens reliquam partem castrorum[d]. Alii Dan *collectorem castrorum* vocari volunt, quòd recipiebat omnia impedimenta, Jos. 6. 9, 13†. quòd omnes qui, vel defatigatione vel morbo, &c. impediti, castra sua sequi non poterant, ad se colligeret ac reciperet. Sic quoque intelligunt Jos. 6. 9. *Cœtus collectus* (seu *collector*) *ibat post arcam*, nempe tribûs Dan[f]. Ad hunc ordinem alluditur Esa. 52. 12. & Psalm. 27. 10[g]. ¶ *Per turmas*] Heb. *per exercitus suos*. Sic dicit, quia in ejus vexillo præter ipsius exercitum erant duo alii exercitus[h].

29. *Hobab*] Qu. Quisnam hic fuit? Num Mosis socer, i.e. *Jethro*? num uxoris Mosis frater & *Jethronis* filius? 1. Q. eundem esse cum *Jethro* affirmant[i]. (Ità quatuor ei erant nomina; 1. *Hobab*, 2. *Jethro*, 3. *Raguel*, 4. *Cinæus*, Jud. 1. 16[k].) Probant; quia Hobab dicitur hoc loco בֶּן־רְעוּאֵל—חֹתֵן מֹשֶׁה, i.e. *filius Reguel*—*socer Mosis*. Respond. 1. Illa verba sic reddi possunt, *filius Reguel*—*soceri Mosis*. 2. חֹתֵן non tantùm est *socer*, sed etiam *cognatus*[l]. Vide ad Exod. 3. 1[m]. & quæ nos ad Exod. 18[n]. Ità & γαμβρὸς apud ο΄[o]. 2. Alii eum Jethronis filium faciunt[p]. Probant: 1. Quia hîc dicitur *filius Raguel*, qui idem cum *Jethro*, ut patet ex Exod. 2, & 3[q]. & Exod. 18[r]. Resp. *Raguel* nomen erat & patris, & filii, h.e. *Jethronis**. 2. *Jethro*, socer Mosis, reversus est in terram suam, Exod. 18. hic ergò, qui cum Mose remansit, alter fuit[t]. Resp. Abiit Jethro, ut domo suâ dispositâ familiam secum adduceret[v]. At hoc gratis fingitur[x]. 3. Quorsum idem homo trinomius, sine aliqua evidenti causa[y]?

30. *Non vadam tecum, sed revertar*] Q. sic; *Non jam ibo, sed cùm ad terram meam ivero*, JT. כִּי אִם vertunt, *sed quum*, ut Gen. 32. 26. (*Non dimittam te, sed quàm quum benedixeris mihi*.) Addunt *jam*, quia certum est genus Jethronis inter Israelitas habitâsse[z]. Sed istud argumentum infirmum est: Nam fieri potest ut Hobab non redierit, sed posteri ejus ad eos se postea contulerint[a].

31. *Et eris ductor noster*, וְהָיִיתָ לָּנוּ לְעֵינָיִם] [Variant. Q. per præteritum vertunt:] Futurum per ו convertitur in præteritum†. *Fuisti nobis pro oculis*, Sa. M. F. O. vel, *in necessariis*, Sa. vers. q.d. Tu nôsti quomodo vixerimus in hoc deserto squalido, —& profuit nobis auxilium & consilium tuum: quantò magis nunc egemus prudentiâ tuâ, cùm Terram promissionis ingressuri simus[b]? Ch. sic, *& magnalia quæ facta sunt nobis vidisti oculis tuis*. [Alii per futurum reddunt:] *Et eris nobis pro oculis*. Sensus duplex. 1. *Tam charus quàm oculi*, Sy. Unde *oculitùs amare*. Plautus Mostellariâ, *Euge oculus meus*, i.e. unicè charus. Idem, *Salve, ocellissime homo*, i.e. charissime. *Esse in oculos* est, *esse loco oculorum*: sic, *esse in uxorem*, est, *esse pro uxore*. *Erunt in carnem unam*, qu. una caro; ל enim & similitudinem notat, & rei veritatem[c]. 2. *Eris nobis oculorum loco*, JT. Ti. sim. Mo. P. A. *Eris ductor noster*, ut Vulg. bene sensum vertit. Vide Job. 29. 15[d]. Tu deserti itinera nôsti & hanc multitudinem, poterísque mecum regere hunc populum, ut tuo quasi lumine omnes videant†. Eris nobis explorator locorum[f]. Sapientia est Imperatoris, habere secum gnaros itinerum, & magno eos redimere[g]. Qu. Quomodo hunc ductorem petit, cùm nubem ducem habuit, & in iis locis versatus fuerit per annos 40[h]? Resp. 1. Non ductore eguit, sed hâc arte eum optavit veræ Religioni adjungere[i]. 2. Ex motu columnæ tantùm discebant quò iter esset dirigendum, reliqua ex locorum peritis cognoscenda erant. Ex Hobab peculiaria discere potuit, quæ vel Moses oblitus fuerat, vel decursu tem-

b G. — c O. — d Hc in V. — † Jun. — f F.V.O. A.D. — g A. — h D. — i Ità L. M. F.A ex RS. He.To. & Scal.& ο΄. in Bo. — k La. — l Bo.La.O. — m Bo. — n O. — o Bo. — p Ità O. E. Me.Ma. Bo.La.Th. & Caj. in Bo. — q Bo. — r Bo. — * L. — t Bo. — v L. — x Bo. — y E. — z Jun.A. — a Pi. — † V. — b M.F.V. — c D. — d Ità F. Ma. — † F.V. — f Ma. — g G. — h Me. — i Q. in Me.

temporis mutata[k]; item quæ pars regionis castris (quæ in immensum extendebantur, cùm nubes soli Tabernaculo certum locum designabat) accommodatior esset vel ob propinquitatem fontium, vel pascuorum, vel quæ securior ab hostibus[l]. 3. Deus, qui Mosen nubis signo instruxit, non vult humana subsidia respui[m]. 4. Non petit illum habere ducem viæ, sed ducem consiliorum in variis & anxiis dubiis quæ per viam occurrere solent; v. g. ubinam fontes, &c[n].

33. *Arca præcedebat eos*, נֹסֵעַ לִפְנֵיהֶם] *Profecta est ante eos*, Sy. Ar. Qu. Quomodo *ante eos*, cùm Arca ibat in medio, ut constat vers. 14, 21[o]? Resp. 1. Arca hâc vice tantùm antecessit[p]. Cùm timebatur ab adversariis in medio erat; sed pro tunc ab iis longè positi sunt, ideóque antecessit[q]. 2. Arcam semper tota castra præcessisse mihi certè persuadeo ex vers. 35, & 36[r]. 3. Alii sic vertunt, *profecta est in conspectu eorum*, JT. Arca in mediis castris à sacerdotibus gestata versabatur in oculis omnium, Num. 2. 17. & 9. 17*. ¶ *Providens castrorum locum*, לָתוּר לָהֶם מְנוּחָה] *Ad explorandam illis requiem*, V. Me. Sa. i. e. sedes quietas[t]. Confer Deut. 1. 33. & Ezec. 20. 6[v]. Obj. Id non Arcæ, sed columnæ nubis, officium videtur. Resp. Pro uno hîc reputantur Arca & columna, cùm Arca semper sub columna procederet[x].

34. *Nubes quoque*] Extensa hæc erat super totum exercitum, ad refrigerium æstûs; at speciali modo, per modum cujusdam columnæ, erat super Arcam[y].

35. [ ] Quod hîc & initio cap. seq. est נ inversum, nihil aliud quàm rem eximiè notandam, ac memoriæ infigendam, significat. Sic & literæ in textu grandiusculæ sæpe[z]. Primum נ inversum significat, vel, amicam & salutarem Domini conversionem ad populum suum ad preces Mosis[a]; vel, vim & efficacitatem potentiæ Divinæ, quæ tum se in hostes verteret[b]. Secundum נ inversum denotat impietatem, perversitatem & aversionem populi à Domino[c]. ¶ *Surge*; *Revelare*, Ch. קוּמָה] *Exsurge*, F. V. Sy. ό. Alludit ad morem militarem, ubi auditâ tubâ ad arma exsurgere solet miles strenuus. Vide Psal. 35. 2[d]. Vel, *Sta*, *Domine*, D. q. d. *Sta*, *& exspecta nos*, *& non recedas longiùs*; *quia eos anteverterat itinere trium dierum*†. Vel, *Sta more hominum ad pugnandum*[f]. Qui vertunt, *surge*, referunt ad nubem, quæ se attollebat, &c[g]. *Surge*, quasi hactenus Arcæ insidens quievisset[h]. ¶ *Et dissipentur*, וְיָפֻצוּ] i. e. *Ut dissipentur*[i]. ¶ *Inimici tui*] h. e. Inimici populi tui. Nam Deum odit qui odit populum ejus[k].

36. *Revertere ad multitudinem*, שׁוּבָה יְהוָה רִבְבוֹת] *Revertere*, *Domine*, *myriades*, Sa. Mo. *Revertere*, *habita cum gloria tua in medio multitudinis*, Ch. *Revertere* (vel, *Convertere*, Sy. Ar.) ad *myriades*, Sy. Belg. Ar. *ad multa millia*, M. *ad decies millia*, Ti. P. Cæterùm *ad* non est in fonte. *Revertere* respondet τῷ *surge*: Nam qui surgit, quasi abiturus surgit. Certè nubes, cùm se attolleret, abire videbatur[l]. Al. *Reduc myriadas*. Sic alibi, שָׁב *Reduxit* Dominus *captivitatem tuam*[m]. Ità verbum sumitur Deut. 30. 3. Psal. 14. 7. & 126. 1. At priorem sensum præfero, quia, ut Arcâ movente dixit, *Surge*, ita eâ quiescente, *Revertere*[n]. Al. *Da quietem myriadibus*, &c. JT. RS. AE. in D. i. e. sedes quietas[o] ab hostibus[p].

[Margin notes: k Me. — l F. Bo. — m Ma. — n T. — o A. — p Q. in Ma. — q L. — r Bo. — * Ma. simil. A. — t V. — v A. — x Bo. Me. — y Me. — z G. — a He. in F. V. — b He. in F. Ma. — c He. in F. & in V. — d F. V. — † RS. in D. — f AE. in D. — g D. — h Ma. — i V. — k D. — l D. — m Hisc. in D. & Joseph. K. & Targum. — n A. — o Ma. — p AE. in D.]

CAP. XI.

1. *Quasi dolentium pro labore*; fatigatione, scilicet, itineris triduani[a], ut probabile est[b]: *sicut dolentes*, O. כְּמִתְאֹנְנִים] [Variè reddunt.] *Sicut injustè conquerentes*, vel, *iniquè agentes*, F. V. Mo. K. in F. sim. P. *Cùm essent querulantes & murmurantes*, vel, *quasi murmurantes*, A. Ch. sim. Sy. JT. ut sit ab אָוֶן *dolor & labor*. Ità Thren. 3. 39[c]. *Sicut queritantes*, i. e. cùm populus planè queribundi essent; nam similitudinis particulis quandoque non similitudo, sed res ipsa, notatur. Emphaticè verò participium Hithpahel ponitur, quod significationis reciprocæ est; q. d. ipsi se injustis querimoniis dederunt[d]. Al. *quasi occasionem quærentes*, nempe, quomodo recederent à Domino †. Ut sit à תֹּאֲנָה אָנָה *occasio*, *causa*, quod ab אָנָה, *causam præbuit*[f]. *Cùm molestiam & dolorem quendam causaretur*, Ti. Al. *sicut concupiscere se facientes*: ab אָוֶן *concupiscentia mala*. Firmatur ex vers. 4. ubi hoc fuisse eorum peccatum narratur[g]. Al. *sicut nauseantes*, vel, *mœrore affecti*, Q. in F. Al. *sicut interno dolore gementes*. Tales dicuntur אוֹנְנִין, sicut qui externis signis luctum produnt מִתְאַבְּלִין, ut distinguit Misnah Sanhedrim cap. 6. sect. 6[h]. ¶ *Contra Dominum*, רַע בְּאָזְנֵי יְהוָה] *Malum fuit in auribus Jehovæ*, Ma. O. Mo. P. *Displicuit coram Domino*, Sy. sim. Ti. *Malus fuit* (nempe, *populus cùm murmuraret*,) *in auribus Jehovæ*, A. sim. Pi. Alii τὸ רַע connectunt cum antecedentibus: *Conquerens* (vel *vociferans*, Sa. vers.) *de malis*, Sa. *murmurans mala*, ό. sim. Ch. *Erat populus quasi intentus malo*, &c. Ar. ¶ *Ignis Domini*] i. e. Vel, ingens[i]; vel, *missus à facie Domini*[k]. Cœlitùs delapsus, ut tradunt Hebræi[l]. ¶ *Devoravit extremam castrorum partem*, בִּקְצֵה הַמַּחֲנֶה] *In extremitate castrorum*, Mo. M. F. V. i. e. partem quandam castrorum, V. Ch. Sa. *extremitatem castrorum*, [plerique.] Promiscuam multitudinem, h. e. Ægyptios in finibus castrorum, (ubi vulgus collocari solet[m].) Illi enim primùm murmurare cœperunt, & Israel. imitati sunt[n]. In extremis castris videtur cœpisse murmur inter defatigatos[o]. Bochartus legit, [*nescio an per errorem*,] מִקְצֵה, *ab extremitate castrorum*, & exponit, *per universa castra*; ut Esa. c. 56. v. 11. מִקָּצֵהוּ *ab extremo ejus*, i. e. ad unum omnes[p].

2. *Oravit*] Christi hac in re imago. Vide mox 12, 13, 14, 18. & alibi[q]. ¶ *Absorptus est*] Ità Ch. Sa. Ar. Mo. Terrâ unde prodierat, Me. Ma. Consimile exemplum de igne erumpente è terra & compresso narrat Corn. Tacitus Annal. 13[r]. ¶ וַתִּשְׁקַע] *Et submersus est ignis*, O. *in profundum depressus*, Q. in Me. *compressus est*, JT. *sedatus est*, Sy. *resedit*, Ti. *cessavit*, ό. *extinctus est*, Sa. vers. L. V. Me.

3. *Vocavitque*] Scilicet *Moses**: vel, *is qui vocavit*. He. per activum hoc dicendi genus sæpissimè exprimunt, quod Latini per impersonale verbum *vocatum est*[t].

4. *Vulgus quippe*] Non est recapitulatio præcedentium, (ut Hi. sensit,) sed novæ rei narratio. Nam pœnæ differunt, & nomina locis indita[v]. Idcirco non rectè vertit Vulg[x]. ¶ *Vulgus promiscuum*, וְהָאסַפְסֻף] *Plebs*, vel *turba*, vel *collectio promiscua*, Sy. Ar. Mo. *promiscui*, ό. Ch. *aggregatio*, V. nempe Ægyptii, & si qui fortè alii[y]. Multi ex Ægypto, multi in itinere, se Hebræis aggregaverant. Vide Ægyptios scriptores apud Jo. cont. App[z]. ¶ *Flagravit desiderio*] Heb. *concupiverunt concupiscentiam*, Sa. Mo. Ma. i. e. ardenter concupiverunt: habet enim emphasin geminatio verbi[a]. *Concupiscentiâ exarserant*, Ti. sim. Ar. *petierunt petitionem*, Ch. ¶ *Sedens & flens*, וַיָּשֻׁבוּ וַיִּבְכּוּ] *Redierunt & fleverunt*, D. Ma. i. e. denuo fleverunt[b]. Vide de hac phrasi Gen. 26. 18[c]. A convenis exemplo & sermone provocati[d]. Alii, *& aversi sunt*, (*defecerunt*,) sub. *à Deo*, V. Alii, *& aversi sunt & fleverunt*, i. e. aversi fleverunt: tum hîc distinguendum est †. Al. *conversi fleverunt*; h. e. postquam murmuraverunt——convertunt se quoque ad fletum[f]. ό. *sedentes fleverunt*: legerunt וַיֵּשְׁבוּ[g]. ¶ *Carnes*] At adduxerant secum animalia, Exod. 12. quæ nondum consumpta fuisse patet ex Num. 32. Sed propter avaritiam parcebant, & desiderabant carnes magis delicatas: quare Deus satisfaciens eorum desiderio misit coturnices[h]. Ovibus parcebant, ut in Terram promissam adducerent. Et greges illi Hebræorum erant, non Ægyptiorum[i].

5. *Piscium quos——gratis——*] Vili pretio, quasi gratis[k]. *Nihil* ponitur pro *parùm*, Joh. 18. 20. Act. 27. 33. & *nulli*, pro *paucis*, Jer. 8. 6. 1 Cor. 2. 8[l]. Vel, planè gratis: Nam piscatio ibi libera erat; aut Nilus, postquam exundaverat, pisces reliquit[m]. Nec mirum Israelitas gratis comedisse pisces, *de quibus gustare nefas erat Ægyptiis*; Herod. 2. 37[n]. ¶ *Cucumeres*, הַקִּשֻּׁאִים] Fortè à קָשָׁה *durum esse*, quòd duræ concoctionis essent[o]. ¶ *Pepones*] Angl. Melons. ¶ *Porri*,

[Margin notes: a Me. RS. in L. — b A. — c F. V. — d Glass. gram. p. 505. — † M. F. V. — f F. V. ita RS. in M. & Ch. in V. — g Ma. — h Di. — i Me. F. — k Ch. in F. — l F. — m T. ad v. 14. — n F. Me. — o A. Me. — p BA. l. 1. 2. 34. 357. — q G. — r Ma. — * Ma. — t F. V. Ma. — v E. sim. Pi. — x Pi. — y T. post F. V. — z G. — a F. V. — b D. A. — c Ma. — d Ma. ex Jun. — † He. in V. — f F. — g D. — h L. — i Me. — k V. Me. — l A. — m D. — n Ma. — o D.]

¶ *Porri*, חָצִיר] Ità *porrum* dicitur, quod sæpius est nomen generis, & quamvis herbam denotat [p]. Ego *virorem* exposuerim [q]. Ang. Leeks. ¶ *Et cepe & allia*] Ab his, ut diis, abstinebant Ægyptii, Plin. 19.6. Plut. de Isid. & Osir. Gellius 20. 7. Juven. Satyr. 15. *Porrum & cepe nefas violare*, &c [r]. Hæc esculenta erant pauperiorum in Ægypto & vernarum, quæ tamen Mannæ anteferunt †.

6. *Anima nostra arida*] Appetitus languet, nauseat, & quasi exarescit [t]. Esurimus, F.V. *Anima arida* etiam quæ esurit; arescit cupiditas sine eo quod concupiscit [v]. *Anima* sæpe ponitur pro corpore, vel toto homine, & pro appetitu cibi, &c [x]. ¶ *Nihil aliud*, &c. אֵין כֹּל בִּלְתִּי אֶל־הַמָּן עֵינֵינוּ] *Non omne præterquam ad Man* (vel, *tantummodo ad Man sunt*, V.) *oculi nostri*, Mo. Ma. Sa. *Nihil præter Man oculi nostri vident*, P. Ti. O. *Nihil quicquam* est, (scil. nobis quod edamus, Pi.) *tantùm Man ob oculos nostros*, JT. A. vel, *tantùm ad Man oculi nostri*, (supple, *respiciunt*,) Pi. A. D. misc. vel, *non respiciunt*, subaudito τῷ *non* ex præcedentibus, ut Psal. 9. 19 [y]. q. d. Omnibus rebus quæ dictæ sunt caremus, & fame perimus; tantummodo Man exspectamus [z]. *Oculi ad alium* spem denotant, Psal. 25. 15. & 141. 8. q. d. Alium cibum nec videmus, nec exspectamus [a].

7. *Quasi semen coriandri*] Nempe, in figura & quantitate; non in colore, quia illud nigrum est [b]. ¶ *Coloris bdellii*, וְעֵינוֹ כְּעֵין הַבְּדֹלַח] *Et oculus ejus (nempe fulgor) similis oculo crystalli*, Sy. *Oculus*, i. e. color, [ità plerique:] *color*, Ar. *species*, ὁ. Hebraismus utitur potentiâ pro objecto [c]. Illud כְּעֵין solùm usurpatur de re inanima, ut Ezec. 1. 4, 7, 16, 22. at de re viva dicitur דְּמוּת, Ezec. 1. 5, 10, 13 [d]. Sed quid בְּדֹלַח? Resp. 1. *Piper*, aut *garyophyllum*, ut haud spernendis conjecturis ostendimus in *Paradiso nostro*, c. 43. & 44 †. 2. Gummi arboris bdellii, quod est translucidum simile ceræ, Plin. 12. 10 [f]. *Bdellium* unguis colorem refert, éstque & candidum & lucidum, Plin. 12. 9 [g]. *Bdellium aromaticum* post Jo. Aq. Sym. & Th. reddidisse innuit Scholium Græcum. Ità vertunt Sa. Mo. JT. Ch. item Hi. & novi interpretes magno consensu, ait BA. qui tamen iis non accedit: 1. quia hoc ferè nigrum est; 2. nec in grana rotundatur, sed concrescit in grumos [h]. 3. *Crystallum* esse dicunt [i]. Non placet: Lacteum colorem habet Manna, non crystalli vel adamantis [k]. 4. *Margarita alba* [l]. Probatur. 1. Terra *Havilah* (in qua בְּדֹלַח, Gen. 2.) est ea pars Arabiæ ex qua margaritæ eruuntur, ut plenè probavimus in *Paradiso*. [Vide annotata ad illum locum.] 2. Manna album erat, Exod. 16. 14. (ut omnes scribunt, & ex αὐτοψία patet,) & rotundum; quæ duo in margarita maximè insignia. 3. Ità veteres. Sic *Talmudici* explicant in *Joma*, c. 8. fol. 73. a. כְּמַרְגָּלִית, i. e. *ut margaritam*. Et *Baal haturim* ad Gen. 2. dicit Mannæ speciem *bedolach* tribui, Num. 11. *quia pretiosi lapides & margaritæ cum manna descendebant*. Ità Arabum variæ versiones. Ità Saadias, & K. in Lexico, & Benjamin, & Autor historiæ Templi secundi passim. 5. Convenit ratio nominis, בדולח pro בְּדוּלָה, (ut solet ח pro ה poni.) Hoc si dederis, aut ח finale esse paragogicum, erit à בָּדַל *separare & segregare*; q. d. *eximium* [m]. *Bdolach* est nomen lapidis albi. Ità Hebræi omnes. Nomen est gemmæ, ait K. vel, lapidis pretiosi, ait RS [n].

8. *Circuibàtque*, sic Sy. שָׁטוּ] *Diffundebat se*, vel *declinabat*, *populus*, O. P. *dispergebatur*, Ch. *perambulabat*, ὁ. Sa. *discurrebat*, Mo. *itantes* colligebant, JT. ¶ *Molâ*, בָּרֵחַיִם] [*Vide* Exod. 11. 5.] ¶ *Coquens in olla*] Tam coctum quàm incoctum comedi potuit [o]. ¶ *Faciens ex ea tortulas*, עֻגוֹת] *Placentas*, Ch. Sy. O. Ma. *carbonibus*, seu *prunis*, *tostas*. Vide Gen. 18. 6 [p]. ¶ *Saporis quasi panis oleati*, כְּטַעַם לְשַׁד הַשָּׁמֶן] *Sicut sapor viroris olei*, Mo. *viridis* (vel *recentis*, O.P.) *olei*, V. O. *humoris præstantissimi olei*, JT. A. Q. in V. Sic optimus humor corporis humani לְשַׁד dicitur Psal. 32. 4 [q]. Al. *pastæ oleatæ*, M. ex Ch. *lagani ex oleo*, ὁ. Sa. *placentæ subactæ*, vel *delibutæ*, *oleo*, Sy. Ti. Vel ל est litera superaddita, & שַׁד *pinguedo*; q. d. gustum habuit panis pinguedine perfusi [r]. Non pugnat quòd Exod. 16. 31. sapor *mellitus* dicitur, nam & oleum & mel referebat †. Vide quæ nos ad Exod. 16. 14 [t]. *Erat sapor ejus dulcedo cum suavitate*, Ar. Ex hoc infirmatur quod dicit L. (ex He.) nempe, quòd Manna bonis sapiebat prout volebant, vel pisces, vel carnes, &c [v].

9. *Descenderet pariter*, עָלָיו] *Unà cum illo*, V. JT. Ti. *super eum*, Ch. [Ità veteres omnes.]

10. *Per ostia tentorii sui*, אָהֳלוֹ] Al. *tentorii ejus*, i.e. Mosis; ut solent seditiosi concurrere ad tabernaculum imperatoris. Vide Tacit. Annal. 1 [x].

11. *Quare non invenio gratiam?*] Heb. *non inveni?* Cur non exaudîsti preces meas? Respicit ad deprecationem vocationis suæ, Exod. 3. 11. & 4. 10 [y].

12. *Sicut nutrix*] Ità P. Potiùs est *nutritor*, D. *nutritius*, vel, *fidelis*, Ma. Dispensator, procurator, cujus fidei & curæ infans commissus est [z].

14. *Solus sustinere*] Obj. At jam alios sibi junctos habuit, Exod. 18. Resp. Isti eum in civilibus tantùm ac forensibus negotiis juvabant, at non in spiritualibus; uti Deum consulere, & à Deo responsa dare, & Legis difficultates explanare, vide Exod. 18. & populum docere ac instruere. Et patet huc referri horum electionem; siquidem ad res spirituales, non item ad civiles, opus erat spiritu prophetico: & defectui instructionis videtur Moses populi murmurationem adscribere [a]. In Exod. 18. ad Mosem semper referebantur & majores causæ, & quæ Deum Deíque cultum spectabant, & ad eum semper ultima erat appellatio. At septuaginta hi viri hæc tria (æquè ut Moses) præstabant, ideóque spiritum propheticum æquè acceperant, ut Deum consulerent, &c. Et hi continuos habebant successores, in terra Canaan. Ex illis Exod. 18. & aliis hi delecti erant [b]. RS. vult priores 70 jam mortuos & igne absorptos fuisse, quòd populi murmurationem non repressèrint, & fortè cum populo murmuraverint [c]. Occisi hi erant vel ob negotium vituli, vel ob murmurationes eorum [d].

15. *Sin aliter tibi videtur*, &c. וְאִם כָּכָה אַתְּ] *Et si sic tu faciens*, Ma. אַתְּ fœmin. de Deo dictum perturbationem Mosis indicat. Simile vide Deut. 5. 27 †. ¶ *Nè——afficiar malis*, וְאַל אֶרְאֶה בְּרָעָתִי] *Et non videbo malum meum*, O. Ma. vel, *in malo meo*, Ma. vel, *afflictionem meam*, ὁ. in D. Nè subeam tantam calamitatem & infelicitatem regendi populum tam rebellem [f]. *Malum in quo nunc ego sum* [g]. *Videt bonum* qui fruitur; *videt malum* qui patitur [h]. Sic *videre mortem* ponitur pro *mori*, Psal. 89. 49. Luc. 2. 26. *Videre salutem Dei* est, eâ frui, Psal. 50. 23. & 91. 16. Confer cum hoc loco 1 Reg. 19. 4 [i]. Alii legunt בְּרָעָתָם *malum eorum*. Ità TJ. & RS. Sequuntur *correctionem Scribarum*, [quam tamen hîc rejicit AE. in D.] *Nè videam calamitates populi*. Volunt Deum Mosi ostendisse omnia mala quæ super eos immittere vellet [k]. Olim fuit בְּרָעָתֶךָ, κάκωσίν σου, *te malè tractari*. Sed quia id de Deo sonabat duriùs, ideo à posterioribus mutatum est, ut & alia quædam [l]. Sed sunt ista mera nugamenta Judæorum. De quibus vide Galat. de Arcanis Cath. &c. 1. 8 [m].

16. *Septuaginta viros*] Inspectionem quandam in populum jam in Ægypto habuerant, Exod. 24. 1, 9. collatis locis, Exod. 1. 11. & 3. 16. & 5. 6 [n]. Hi cùm condolerent populo presso, nec severè summam laterum exegissent, ideóque verberati sunt, ideo meruerunt ut ad regimen populi adlegerentur [o]. Placuerat is numerus, quòd totidem Jacobi liberi in Ægyptum venissent, ex eóque exstitit etiam apud exsules Hebræos in Ægypto, & alibi paris numeri, collegium. Hi autem de quibus hoc loco agitur consilio hactenus præerant, non judicandi potestate, quam mox accipiunt, fiúntque אֱלֹהִים, i. e. dii [p]. Sed de his vide ad v. 14. & ad Exod. 18. 21 [q]. ¶ *Quos tu nôsti quòd senes populi sint*] Non tam ætate, (quæ æquè omnibus conspicua erat,) quàm *prudentiâ & moribus*, tales à populo habitos [r]. Quos reverâ scis esse senes, & dignos qui præsint aliis *. Vel, scis esse tales re & opere quales nomine & vocatione sunt †. Nomen est non tam ætatis, quàm dignitatis [t]. ¶ *Ac magistri*, וְשֹׁטְרָיו] *Et præfecti ejus*, O. Ch. *Scribæ*, Sy. *ac principaliores*, Ar. Al. *moderatores*. Vide quæ ad Exo. 5. 6. Ma.

Marginal references (left column): p D. — q Ma. — r Ma. — † A. — t Me. — v D. — x A. — y D. misc. 2. 57. — z V. F. — a A. — b D. F. — c O. — d BA. 2. 6. 16. 877. — † Ma. — f Jun. Pi. Ma. — g Me. — h BA. 2. 5. 674. — i Q. in M. ità RS. Elias & Pomarius in BA. ὁ. Sy. — k BA. — l Q. in M. & in F. & in V. ità O. P. BA. ex Merc. — m BA. 2. 5. — n D. — o F. V. — p Ma. — q A. — r K. in M.

Marginal references (right column): † Ma. A. — t Bo. — v D. — x Ma. — y V. ex F. — z Q. in Ma. — a T. ex Bo. — b La. — c L. ad v. 12. — d D. ad v. 16. — † Q. in A. — f F. V. — g AE. & Hiscuni in D. — h D. — i A. — k F. V. — l G. — m Ma. — n G. — o F. — p G. — q Ma. — r La. — * V. Ma. — † Ma. ex Jun. — t D.

Hinc satis patet jam antea hos præfecturâ aliquâ immunes non fuisse[v]. Al. *partem magistratûs*, h. e. qui exsequuntur jussa & decreta magistratûs in populo, quos *Præfectos* & *Lictores* appellamus. ὁ'. γραμματεῖς. Et Q. hinc desumptum putant, quòd in Evangelio magistratus & principes populi *Scribæ* appellentur[x].

17. *Auferam de spiritu tuo*, sic ὁ'. similiter Sy. וְאָצַלְתִּי [מִן הָרוּחַ] *Et separabo*, sive *segregabo*, &c. V. F. M. Ti. P. O. *reservabo*, vel *asservabo*, Mo. Ma. *seponam*, Sa. JT. *Et capiam*, vel *tollam*, V. Ch. vertit, *augebo*: ità Complutensis. Sed Ch. verbum est רבי, reddique potest, vel, *magnificabo*, sive *elevabo*; ut innuat se per spiritum illum evecturum eos ad similem quodammodo cum Mose præstantiam[y]; vel, *multiplicabo*, *accipiam*, Me. Nec tamen minuebatur spiritus Mosis; sicut à lumine unius candelæ illuminantur plures absque sui luminis diminutione[z]. *Spiritus* hoc loco propheticus est[a], ut satis patet ex v. 25. quo & populum regere scias, & dubia explicare, & occulta cognoscere, & futura prævidere, & Dei laudes eodem spiritu dictante exsequi[b]. *Prophetia* & alia ejus dona. *Spiritus* hîc pro spiritualibus donis, ut 1 Cor. 14. 12, 32. Joh. 7. 39. Act. 19. 2, 6[c]. ¶ *Ut sustentent tecum*, [אִתָּךְ] i. e. *Exemplo tuo, ità ut tu fecisti*. Ità R. Juda[d].

18. *Sanctificamini*] Heb. *Sanctificate vos*, Ma. h. e. *Præparate vos* ad recipiendum quod petiistis†. Sic, *sanctificare bellum*, est *præparare*, Jer. 6. 4. & 51. 28*. Præparamini, scil. mundando & lustrando vos quasi ad epulum cœleste[f]: vel, commissi peccati pœnitentiâ[g]. Date operam ut puri sitis & incontaminati[h]. Vel, præparate vos ad recipiendam punitionem. Ità Jer. 12. 3. *Sanctifica (i. e. præpara) eos in diem occisionis*[i]. Hoc posse includi docet v. 20[k].

20. *Usque ad mensem dierum*] i. e. Mensem exactum†, sive integrum, constantem suis diebus[l]. Sic *annus dierum* est integer annus, Gen. 29. 14. & 2 Sam. 14. 28[m]. & 1 Macc. 1. 30[n]. ¶ *Donec exeat per nares*, [מֵאַפְּכֶם] *De naso vestro*, Mo. [simil. ferè omnes.] Quia vomitus egrediens per os frequenter fœdat nares[o]. *Per nares exire*, pro *fastidire*; H[s]. Alii *narem* pro *ore* accipiunt; h. e. donec evomatis præ saturitate[p]. Ch. hîc habet, *donec in fastidium eam habeatis*. ¶ *Et vertatur in nauseam*, ità La. Sa. Ti. [וְהָיָה לָכֶם לְזָרָא] *Et erit vobis in dispersionem*, M. Mo. F. O. Caj. in Bi. q. d. Ex naribus spargetis & flabitis carnes devoratas†. Vel, eam, tanquam rem abominandam, abjicietis, & à vobis longissimè remotam cupietis[q]. זרא pro זָרָה, *ventilare**. א pro ה, ad majorem detestationem. Nam *omnis dictio scribenda per* ה, *si habeat* א, *majus quiddam notat*, inquit R. Bechai. Exemplis probat: Ruth 1. 20. *Vocate me* מָרָא *Mara*, (non מָרָה,) q. d. amarissimam; Dan. 11. 44. *egredietúrque* בְּחֵמָא *cum ira*, nempe *magna*, ut sequitur. His addo Psal. 127. 2. שֵׁנָא *somnus* est, non quilibet, sed suavissimus[r]. Al. vertunt, *erit fastidio*, vel, *abalienationi*, Ma. A. Al. *in choleram*, ὁ'. Sic זר πνεῖαν vertunt, Esa. 28. 21. Derivant à זור *abalienare*†. Quod est rectius quàm à זָרָה[t]. Al. εἰς ἀπώλειαν, *in cruditatem*, Sym. in D. Sy. Quæ nimiam voracitatem consequi solet, cibíque malè cocti reliquias per corpus diffundere: unde & illud sequitur quod dixêre Græci & Latinus *bilis* ac *nausea*. Al. *in ejectamentum*, JT. quod tanquam alienum fastidimus†. Al. *in offendiculum*, Ch. in M. Al. *in gladium*, sive *excidium*, teste R. S. in F. ità Q. He. Ma. q. d. Hæc res vobis erit excidio*. *In squalorem*, Ar. *in abominationem*, P. ¶ *Quare egressi sumus?* [לָמָּה זֶּה יָצָאנוּ] *Quare jam exivimus?* JT. *Quare eduxit nos?* Ar. *Cur, heu! egressi sumus?* Sy. *Quare huc*, &c? Ad locum significat זה, ut infrà 22. 19. *Manete quæso* בָזֶה *hîc*, sive, *in loco isto*†.

21. *Sexcenta millia*] Pedituni, scil. armatorum: nam fœminarum, puerorum, servorum, & Ægyptiorum, numerus facilè excrescebat ad trigesies centena millia[v]. Qu. An hæc sunt verba dubitantis? Resp. Q. affirmant. Ità R. *Aquiba* in L. ità La. Favet Muis. Probat Akiba ex responsione Domini, *Numquid manus Domini invalida est?* Obj. Cur igitur non hîc notatus & punitus est, sicut Num. 20? Resp. 1. Quia illa Num. 20. dixit palàm, coram Israelitis, hæc autem secretò[x]. Aliter sunt punienda peccata publica, aliter

v Bo. — x F. — y F. — z L. He. in F. E. T. M. O. Ma. — a O. La. Me. — b Me. ex La. — c A. — d G. — † L. Me. ex To. & Ch. Ma. A. Bo. — * A. — f La. — g Caj. in Bo. — h V. — i RS. in A. & L. — k A. — † G. — l V. — m A. — n G. — o L. — p F. — † M. F. V. — q F. V. — * M. — r Muis. — † G. — t Ma. — † Q. in Ma. — * V. — † V. — v Me. ex La. — x R. Akiba in Muis.

secreta[y]. 2. Ob perturbationem & inconsiderationem non graviter peccavit[z]. Alii Mosem dubitâsse negant. Ità O. Ma. Bo. Rambam & R. Simeon in Muis. Probant. 1. Quia Moses dicitur *fidelis in omni domo*[a]. 2. Tum punitus fuisset. Sunt verba admirantis[b]. Non dubitavit, sed hæsit in modo, ac perquisivit[c]. Confer cum illis, *Quomodo fiet istud?* Luc. 1[d]. Quærentis potiùs sunt quàm diffidentis; Aug. quæst. Num. 19†.

22. *Ut possit sufficere*, [וּמָצָא לָהֶם] *Et sufficiet* (vel, *nunquid sufficient?* Ch. vel, *qui sufficient*, M. P. Ti.) *illis*, O. ὁ'. *ut sufficiat eis*, A. ità M. V. sim. Sa. JT. Alii, *& inveniet eis?* Mo. vel, *invenientur*, seu *occurrunt*, *eis?* Poterúntne tot greges, &c. inveniri qui *satis esse possint*[f]? *Invenire* pro *sufficere*[g], hîc, item Jos. 17. 16. Jud. 21. 14[h]. Videtur esse phrasis elliptica: q. d. *Ut inveniat* (h. e. ut obtineat) *sibi* id quod expetit, nempe carnem[i]. Ità accipitur Jos. 17. 16. Jud. 21. 14[k]. Simil. constructio Psal. 20. 9. Notántque מָצָא, præsertim cum dativo constructum, significare *sufficientiam*, *copiam*, *facultatem*; Ma. Al. *& inveniet eis?* Q. passivè exponunt, *& invenietur eis?* Poterúntne tot greges & armenta inveniri quæ eis satis esse possint[l]? ¶ *Ovium & boum multitudo,—vel—pisces*] *Aves* non numerat, ex quibus eos saturandos minimè sperabat[m].

23. *Nunquid manus Domini invalida est?* [תִּקְצָר] *Abbreviabitur?* [ità plerique;] vel, *stringetur?* ità O. h. e. num minuetur[n]? Num minor est quàm cùm omnia creavi ex nihilo[o]? *Manus* pro *potentia*, quæ in brachiis ac manibus ferè consistit[p], & iis ostenditur; Deut. 32. 36. Jos. 4. 24. & 8. 20[q]. Al. aliter: Mosen non redarguit diffidentiæ[r]; sed sensus est, De modo ne sis solicitus, mihi rationes non desunt id exsequendi, (cùm potentia mea sit infinita†;) neque necesse est ut ego tibi dicam, ipse facto videbis[t]. Ideo addit, *Jam nunc videbis*, &c[v]. ¶ *Utrùm compleatur*, [הֲיִקְרְךָ] *Utrùm eveniat* (vel *accidat*, Sa.) *tibi*; [ità omnes.] A קרה *evenire*[x].

24. *Venit*] Heb. *Exivit*, de Tabernaculo Ecclesiæ[y]. ¶ *Congregans*, [וַיֶּאֱסֹף] *Et collegit*, Ma. *congregavit*, Q. in Ma. i. e. jussit convenire & se sistere; nam duo aberant, v. 26[z].

25. *Prophetaverunt*] Significat hæc vox, 1. Divino instinctu in Divinas laudes erumpere[a]. Probant ex 1 Sam. 10. 5, 10. ubi Chaldæi ità exponunt[b]. Sic cantores *Prophetæ* dicuntur, & *prophetare*, 1 Chron. 16. Hîc enim spiritus signum erat prophetiæ, & pars generalis. Vide ad v. 17[c]. 2. Sign. etiam abdita enunciare[d]. Orationis modo & habitu apparuit eos Divino spiritu agi†. ¶ *Nec cessaverunt*, ità Ch. [וְלֹא יָסָפוּ] [Variant.] 1. *Non addiderunt*, (scil. *prophetare*;) ità ὁ'. & He. omnes, ac recentiores nostri, Ma. ità Theod. in La. P. in O. K. in M. veteres He. in F. V. A. Ma. Sa. (*non perrexerunt*, Sy.) q. d. Tantùm hoc die prophetârunt, & non ampliùs[f]. Post id tempus non habuêre spiritum propheticum, quem semel tantùm illis Deus dederat, ut auctoritatem novæ potestati necessariam ipsis adderet. Vide simile 1 Sam. 10. 10. Nimirum, ut notat Maimonides, alii plerumque habuêre spir. propheticum, alii ex longis intervallis, alii semel[g]. 2. Alii, *Non cessaverunt*, vel *defecerunt*; [ità Vulg. & illius translationis hyperaspistæ, La. Bo. Me.] ità Ch. M. Ti. Forsterus in Bo. Ut sit vel à יָסַף, quod non solùm *addere*, sed etiam *cessare*, significat[i], contrariâ significatione, (ut sæpe fit in Heb[k].) præsertim in fine sententiæ absolutè positum[l]. Vel, ut sit à סוּף, & legatur יָסֻפוּ. Vel, ut sit ab אָסַף *cessare, desinere*, יַאַסְפוּ[m]. Sensus est, Nec eos ampliùs spiritus ille propheticus, quem ad populi regimen acceperant, destituit[n]. Semper habuerunt spiritum propheticum in actu primo, (quasi in habitu sibi paratum,) non autem actu semper prophetabant[o]. Semper habebant quoad actus ordinarios ad judicandum & instruendum populum; non semper habebant quoad actus illos extraordinarios, & insolentem prophetandi modum primi diei[p]. Et sic conciliari possunt duæ versiones[q]. Vel fortè Ch. sic intelligit, *Non cessabant*, nempe, illo die, (ut de Saule dicitur, 1 Sam. 19. 24.) non verò, in perpetuum. Nam sic vertitur Deut. 5. 22. Dominus *non cessavit*, nempe, donec decem verba finita essent[r].

Al.

y L. — z La. — a L. — b Bo. — c Ma. — d Ma. F. — † Jun. — f Mo. — g M. Jun. Pi. A. — h Jun. Pi. A. — i Pi. — k A. — l Ma. — m A. — n A. Ma. — o F. V. — p F. V. D. — q A. — r Ma. — † Me. — t Bo. — v Me. — x M. Bo. — y V. — z Ma. — a He. in F. Me. La. ex To. & Bo. — b F. Ma. — c La. — d Bo. T. — † Bo. Ma. — f V. ex He. — g G. — i F. T. — k A. — l Bo. — m La. Bo. — n La. Me. — o La. Bo. — p T. ex Bo. — q Bo. — r A.

Al. ſic, *Sine intermiſſione vaticinabantur.* Ad verb. *Ità vaticinabantur ut nihil adderent*; h. e. id unum continenter agerent †. *Et non eguerunt iterationis*, Ar.

26. *Super quos requievit ſpiritus*] [Ità plerique: at Ch. *ſpiritus prophetiæ*; & Ar. *prophetia.*] ¶ *Deſcripti*, בַּכְּתֻבִים] *Inter ſcriptos*, M. F. *In conſcriptis*, vel *deſcriptis*, [plerique:] nempe, in albo LXX Seniorum [t]: in libro, vel in chartulis [v]. Hebræi aiunt Moſen accepiſſe 72 ſchedulas, h. e. ſenas ex qualibet Tribu, (ad vitandam offenſionem;) & ſcripſiſſe ſuper ſeptuaginta, *Senex*, ſuper duas, *Pars.* Qui priores tulerunt, ſanctificati ſunt [x]. ¶ *Non exierant*] Ex humilitate, dum ſe honore indignos arbitrarentur [y]. Nolebant hoc munus ſuſcipere. Sic 1 Sam. 10. 22 [z].

27. *Prophetarent in caſtris*] Abſente & inſcio Moſe. Verebatur ergò nè auctoritatem Moſis imminuerent. Reliqui in Tabernaculo prophetabant, Moſi quaſi conjuncti & ſubjecti [a].

28. *Electus è pluribus*, מִבְּחֻרָיו] *Ex electis ejus*, Sa. Mo. ſub. *miniſtris.* Cave ſpernas [b]. *De diſcipulis ejus*, Ar. *ex electis juvenibus*, A. *electus ille*, vel (ut plerique cod.) *illius*, ό. in Nob. *A pueritia*, vel *adoleſcentia*, vel *juventute ſua*, Ch. Sy. JT. K. in F. *De juvenibus ejus*, AE. in F. Ti. V. M. P. Quos ſcil. delegerat ut ſibi miniſtrarent [c]. ¶ *Probibe eos*, [ità plerique:] ſimile vide Luc. verſ. 9. cap. 49 [d]. כְּלָאֵם] Ch. vertit, *Mitte eos in carcerem.*

29. *Æmularis pro me.*] [Simil. ferè omnes.] Nunquid tu invides aliis benedictionem mei causâ, quibus tamen ego non invideo, cùm meum ſit potiùs quàm tuum æmulari †? ¶ *Quis tribuat*, &c?] Non hoc abſolutè optat; vide 1 Cor. 12. ſed ſignificat nihil dignitati ſuæ obeſſe, &c [f]. Ab omni vacat invidia, Dei totus & populi [g].

30. *Reverſúſque eſt*, ויאסף וגו׳] *Et collegit* (vel *recepit*, ſic Sa. Ar. JT.) *ſe*, Mo. A. *ingreſſus eſt*, Sy. *abiit*, ό.

31. *Ventus autem*, &c.] Fuit hæc alia miſſio coturnicum ab ea de qua Exod. 16 [h]. Quod planè perſuadent ſequentia. Nam illa Exod. 16. fuit primo anno, in octava manſione, in deſerto *Sin*, die 15. menſis ſecundi, antequam veniſſent in Sinai, ut ibi conſtat [i]; & cum iis datur Manna [k]. Hæc verò contigit poſt Manna exhibitum, 2. anno, in 13. manſione, in *Sepulchris concupiſcentiæ* †; quò venerunt poſt exceſſum è monte Sinai, Num. 33. 16. E *Sinai* autem diſceſſerant anno 2. die 20. menſis 2. Num. 10. 11. Qu. Unde hæ coturnices venerint? Reſpondet Moſes, *è mari:* non quaſi in ipſo mari ortæ ſunt, (ut ſenſerunt quidam Arabum, & AE. ad Exod. 16. 13. & è Græcis Phanodemus;) ſed quo ſenſu Plin. 10. 29. dixit, *In agrum Volaterranum palumbium vim è mari quotannis advolare.* Ventus igitur illas, Arabico mari traducto, ex Ægypto vexerat in caſtra Iſraelitarum. Quò pertinent hæc Jo. Antiq. 3. 1. *Coturnices alit Arabicus ſinus.* Nec procul indè Rhinocolura, ubi *coturnices, quæ per magnos greges ex mari eò ſe conferunt, capientes, colligunt quantum ad victum ſufficit*, ut tradit Diodorus lib. 1. pag. 38. Qu. Sed quis hæc conciliet cum Davide, Pſal. 78. 26, 27. *Eurum è cœlo excitavit & Auſtrum—& depluit—carnem—& volucres—?* Quorſum *Eurus?* Non *Eurus*, ſed *Favonius*, ex *Ægypto* in *Arabiam* eos deveheret. Vide Exod. 10. 19. Reſp. 1. Q. vertunt, *Abſtulit Eurum de cœlo*, & *induxit—Africum:* quaſi uno ſublato, alter fuit inductus. Ità Hi. & Græci & Vulg. qui יַסַּע reddunt ἀπῆρεν, *tranſtulit*, vel *abſtulit*; quo ſenſu הִסִּיעַ paſſim occurrit. Non placet, propter cauſas ſonticas. Nam, 1. illud יַסַּע Pſaltes mutuatus eſt ab hoc Moſis נָסַע, quod certè non *recedere*, ſed *progredi*, ſign. 2. Non dicitur in Pſalte, יַסַּע מִן הַשָּׁמַיִם, *abſtulit è cœlo*, ſed בַּשָּׁמַיִם, *in cœlo.* 3. Quorſum diceretur, *Abſtulit Eurum, & induxit Africum*, cùm hi venti non ſunt contrarii? *Unà Eurúſque Notúſque ruunt*——4. In Poeticis libris duo hemiſtichia ferè parallela ſunt, & ſe explicant; itaque יַסַּע idem erit quod וַיְנַהֵג. 5. יַסַּע aliter vertunt Ch. Sy. uterque Arabs & He. omnes, & recentiores, quotquot videre licuit, qui omnes *Eurum* immiſſum intelligunt. Reſp. 2. Quamvis רוּחַ הַקָּדִים propriè *ventum Orientalem* ſonet, (ut patet ex Ezec 47. 16, &c.) Hebræos tamen puto has voces *Kadim* & *Theman* promiſcuè uſurpâſſe. 1. Quædam habent inter ſe communia. 2. קָדִים à Græcis paſſim redditur Νότος, ut Exod. 10. 13. & 14. 21. Num. 34. 15. Job. 38. 24. Ezec. 27. 26. & hoc ipſo Pſalmi loco. 3. Vento *Kadim* ea tribuuntur quæ Auſtralis venti videntur eſſe propria. Is exurit fruges & fructus, Gen. 41. 6. Ezec. 17. 10. & 19. 12; aquas exſiccat, Exod. 14. 21. Oſe. 13. 15; naves & omnia conterit, Job. 27. 21. Pſal. 48. 8. Jer. 18. 17. Ezec. 27. 26. 4. Antiqui Medici & Philoſophi, quamvìs ventos cardinales quatuor conſtituunt, ad deſignandas tamen tempeſtatum & aeris conſtitutiones, quas venti faciunt, τὰ βόρεια ſolùm & τὰ νότια nominant, nuſquam τὰ ἑσπέρια aut τὰ ἑῷα. Vide Salmaſ. in Solin. 1240. Ariſtot. l. 2. Meteorol. c. 6. poſtquam omnes ventos nominavit, ὅλως δέ, &c. *Univerſaliter* (inquit) *horum alii Boreales, alii Auſtrales.* Προστίθενται δὲ τὰ μὲν ζεφυρικὰ τῷ βορέᾳ, ψυχρότερα γάρ—τῷ δὲ νότῳ ἀπηλιωτικά, θερμότερα γάρ· (h. e. *Apponuntur Occidentales* venti *Boreæ, utpote frigidiores; Auſtro autem Orientales, utpote calidiores.*) Et in Politicis, l. 4. c. 3. *Quomodo* (inquit) *in ventis alii Boreales, alii dicuntur Auſtrales, & reliqui ſunt horum exceſſus*, παρεκβάσεις. Unde eſt, ait, quòd *Zephyrum Boreæ, Auſtri* verò *Eurum* eſſe dicunt. Eurus ergò ad Auſtralem ventum referri poteſt. Obj. At Auſtro flante, non volant coturnices, (vento quippe humido & gravi,) teſt. Ariſtot. Hiſt. 8. 12. Plin. 10. 23. Et venti *Ornithiæ* dicti, quòd aves adducant, ab *Aquilone* vel *Occaſu* flare dicuntur. Reſp. 1. Hinc Q. augent miraculum, quòd *Auſter* eas advexit. Sed non opus eſt eò recurrere. 2. Ariſtot. ibi tantùm aſſerit eas tum & volare difficiliùs, & faciliùs capi: quod ipſum hîc momentum habet: Nam ab Auſtro & advectæ & dejectæ dicuntur & hîc, & Pſ. 78 [l]. Reſp. 3. [*Si liceat ſymbolum meum conferre; Quidni & Eurus & Auſter ſubindè & ſucceſſivè flarent, ut non ex Ægypto ſolùm, ſed etiam ex aliis, vel Arabiæ, vel etiam ultra ſinum Perſicum, terræ partibus coturnices hinc indè adveherent, & quaſi corraderent; præſertim cùm tam immensâ copiâ mitterentur? Quemadmodum aves à variis cœli plagis nonnunquam advocare ſolet Deus in ſacra Scriptura ad ſolennes occiſorum epulas*, ut Ezec. 39. 17. Apoc. 19. 17.] ¶ *Coturnices*, שַׂלְוִים] *Avis eſt pinguiſſima*, inquit K. in Lexico, & RS. ad Exod. 16 [m]. quæ vulgò *Koliah*, vel *Qualea*, vocatur [n]. שְׂלָו à שָׁלָה, quod & *pacatè vivere*, & *abundare*, ſign [o]. Græci vertunt, ὀρτυγομήτραν, q. d. *grandiorem coturnicem*, qu. ducem coturnicum. (Ità Heſychius accipit.) Sic *echinometra* eſt *echinus grandior*, Plin. 9. 21. *leonimetra* eſt leo grandior [p]. Sic μητρόπολις, &c [q]. Qu. Sed cur Deus illis coturnices dederit, non columbas, &c. Reſp. 1. Quia illæ in copia erant ad manum: Abundant enim in ſinu Arabico. 2. Illarum caro excellens & delicata eſt [r]. Obj. At coturnices damnantur menſis, quia & comitialem morbum ſolæ præter hominem ſentiunt †, & venenis veſcuntur [t], ut apud omnes in confeſſo eſt. *Elleborus coturnicum cibus*, ait Ariſt. de Plant. 1. 5. Galen. ad Piſonem & alibi. Hinc ut inſalubres damnat Plin. 10. 23. & Solinus ex eo [v]. Reſp. Coturnices Judæis in deliciis fuiſſe teſtis eſt Ph. & Athenæus inter lautiora menſæ fercula recenſet: Ariſtoteles perdicibus comparat; & noſtri ſeculi mores idem probant [x]. *Coturnicem eſſe boni ſucci & egregii ſaporis* (*& valentibus utilem*) teſtantur *Raſis* tract. 3. lib. 10. *de Carnibus volatilium*; & Ibnozohar l. *de Alimentis*, cap. *de Coturnicibus.* Et Nicolaus Maſſa, in Epiſtolis Medicinalibus apud Geſnerum, Averroes (inquit) *mirificè coturnicum carnem laudat.* Nec ſolùm coturnix morbi, quo laborat, contagione hominem non inficit, ſed adverſùs illum potens eſt amuletum coturnicis cerebrum, teſte Gal. l. 3. *Paratu facilium*, c. 155. Sic & Alce epilepſiæ obnoxia eſt, ejus tamen ungulis curantur epileptici. Quòd ſi eſus coturnicum eſſet minùs ſalubris, ſciendum, 1. non fuiſſe cibum ordinarium; 2. facilè Deum potuiſſe per miraculum quicquid erat noxium eximere [y]. Obſervat Abarbanel, à Deo

Margin notes, left column: † Ca. — t M. F. — v He. in A. — x D. — y L. Me. A. — z A. — a L. — b D. — c V. — d G. — † V. & F. — f E. — g G. — h La. Me. BA. — i La. BA. — k BA. — † La.

Margin notes, right column: l BA. 2. 1. 15. — m BA. 1. 14. — n F. — o BA. ib. — p La. — q BA. 2. 1. 14. — r La. — † Bo. — t Bo. BA. — v BA. ib. — x T. ex Bo. — y BA. 2. 1. 15.

à Deo selectas coturnices, ad impotentis populi contumaciam castigandam, quòd perniciosus esset illarum esus[z]. ¶ *Arreptas detulit*, וַיָּגָז] Variè reddunt. *Avulsit*, V. Ma. vel, *amovit*, i. e. arreptas transtulit, V. *volare fecit*, Ch. V. *transtulit*, o'. Sa. Ar. *abripuit*, Mo. JT. sim. Ti. ¶ *Et demisit*, ità Mo. P. וַיִּטֹּשׁ] *Projecit*, Ch. Sy. Ar. M. *injecit*, o'. *diffudit*, Sa. *dissevit*, JT. *dimisit*, Ma. *disjecit*, Ti. ¶ *Volabántque in aere duobus cubitis altitudine super terram*] Ità intelligunt Hi. & Jon. & RS. & Ph. Et huic convenit coturnicis natura, quæ *cùm ad nos venit*, inquit Plinius, *terrestris potiùs quàm sublimis est*. Itaque ab hac interpretatione non sum alienus, quanquam alteram præferam[a]. At textus Hebræus nihil de volatu dicit, sed tantùm missas hinc indè in circuitu castrorum *secundùm* (vel, *circiter*) *viam diei huc*, (vel *sic*, vel *hinc*,) *& viam diei illuc*, (vel *sic*, vel *illinc*,) *& ferè duobus cubitis super facies terræ*. Quod ità intelligi potest, coturnices mortuas aut vivas jacuisse continuis acervis[b]. Bifariàm intelligi potest: 1. ut sonet eas in toto illo spatio coacervatas; 2. ut coturnicum bicubitales acervos significet hinc indè ità fuisse dispersos, ut vacua subindè spatia remanserint, per quæ populus iter faceret. Et hoc secundo sensu potiùs intelligo quàm de volatu; 1. quòd David dicit, *eas cecidisse in medio castrorum*, & Moses, *fusas fuisse super terram*: 2. ex voce *pluendi*. 3. Volantes vix potuissent tam multæ capi[c].

32. *Toto die illo*, כָּל־הַיּוֹם] *Omni die illâ*, Ma. i. e. *omni tempore*, semper: aut, *die toto*; nam כֹּל tam ὅλος *totus*, quàm πᾶς *omnis*[d]. ¶ *Qui parùm*, הַמַּמְעִיט] *Diminuens*, i. e. qui minus collegerat †. *Parùm faciens*, Ma. ¶ *Decem coros*, עֲשָׂרָה חֳמָרִים] Vertunt, *decem Homer*, vel *coros*, o'. Sa. L. Me. Ti. La. Bo. M. F. V. D. Ma. *Chomer* est quantum asinus ferre potest, à חֲמוֹר *asinus*[f]. Sed aliis, veriùs, erat duplò gravius onus, nempe cameli[g]. *Corus* continebat 30 *modios*, sive *sata*[h]. Ità cuilibet obtigerunt 300 modii[i]. At verò in cibum menstruum hominis triens *cori* suffecisset. Nam singulis *Gomor Mannæ* datur, Exod. 16. 16. i. e. *Ephæ pars decima*, v. 36. Et *Epha* est decima pars *Cori*, Ezec. 45. 11. Itaque in *Coro* sunt *centum Gomor*. Ideóque *Corus* suffecisset in centum dies, i. e. ultra tres menses. Ergò singuli Israelitæ collegerunt plus trigesies quàm Deus promiserat: Quod superat omnem fidem. Dico igitur, 1. Fortasse, *qui collegerant*, &c. ad familiarum capita referendum. 2. Aliter vertendus locus, *Decem acervos*, (i. e. multos, phrasi Hebræis familiari. Vide Gen. 31. 7. Lev. 26. 26. Num. 14. 22. Job. 19. 3. Eccles. 7. 19. Zach. 8. 23.) Ità חֹמֶר sumitur Exod. 8. 14. Jud. 15. 16. Habak. 3. 15. [Sic etiam vertunt Sy. Mo. P. Jon. & Ar. in BA.] Deinde, כּוֹר, seu חוֹמֶר, granorum est mensura, non carnium. At saltem numerus coturnicum infinitus ferè est. Respondeo, hanc avem, licèt nobis rariorem, in calidis regionibus frequentissimam esse, ut in Græcia. Aristophanes Comicus apud Athenæum, l. 14. *Pavonum* (inquit) *solùm par unum quispiam adduxerat, rem illo ævo raram: nunc verò plures sunt quàm coturnices*; (ὄρτυγες.) Ex Flavio Blondo narrat Gesnerus, in Antiatum littore (in Italia) primo Vere, intra quinque millia passuum, nonnunquam indies capi centies mille coturnices; & hoc aucupium ferè per mensem continuari. De eodem Varro, *Turtures*, inquit, *ac COTURNICES IMMANI NUMERO*. Unde est, quòd volando fessæ quandoque in naves incidunt tantâ copiâ, ut illas pondere suo demergant, test. Plin. & Solino. Aloysius Mundeda, in Epistolis, *Circa Pisaurum*, inquit, *ingens coturnicum copia adventare consuevit——verno tempore*. Bellonius Observat. l. 2. c. 17. *Coturnices* ait *aves esse migratorias verno tempore*. Ità Gesnerus; *Ad nos medio ferè Aprilis veniunt*——Quod ideo hîc observo, quia illo ipso tempore coturnices advexit Auster in Israelitarum castra. Et à coturnicum copia *Ortygia* dicta est & *Delus*, & *Ephesus*, & universa *Libya*, teste Stephano. Sed coturnicum maxima copia in Ægypto & locis vicinis. Adeò abundabat Ægyptus *Chenniis*, (coturnicis specie Ægypto peculiari, ait Athenæus,)

- z Mois.
- a BA.
- b Ma.
- c BA. 2. 1. 15.
- d D.
- † V.
- f M. F. V.
- g BA.
- h D.
- i La.

ut cùm omnes absumere non possent, eas in posterum sale condire cogerentur. Testis est *Athenæus*, l. 9. c. 11. *de Coturnicibus*, in fine; & *Hipparchus* ibidem, in *Iliade Ægyptia*; & *Anthologia*, l. 2. c. 47. Quod maximè notandum in regione tam populosa, ut Theocritus in ea censeat oppidorum plus triginta millia, Idyl. 17. v. 82. & Josephus, hominum septingentas & quinquaginta myriades, absque incolis Alexandriæ, Bel. Jud. 2. 16. Non est ergò opus fingere Deum illas creavisse, aut multiplicavisse, (quomodo Christus panes.) Nostrum est Sacro Textui mordicùs adhærere, ubi non *creatæ* dicuntur, sed à ventis *advectæ*[k]. ¶ *Et siccaverunt eas*, וַיִּשְׁטְחוּ] *Expanderunt*, sive *extenderunt*, [ità ferè omnes:] nempe, ad siccandum[l]. Alii sic, vivas captas expanderunt in scirpeis caveis, in mensem nutrientes, &c[m]. [At Sa. vertit, *mactaverunt*, quasi legisset וַיִּשְׁחֲטוּ.]

33. *Nec defecerat—cibus*, טֶרֶם יִכָּרֵת] *Antequam concisa esset*, Sa. Mo. P. vel, *confecta*, V. *digesta*, vel, meliùs, *succisa*, O. ità M. A. nempe, dentibus comedentium[n]. *Præmansa*, A. sim. Ar. JT. *necdum contrita*, Ti. vel, *excisa*, nempe, ab ore eorum; (explicatur Joel. 1. 5.) i. e. ablata[o]. *Nondum transiisset*, Sy. *antequam deficerent*, o'. Ch. (nempe, carnes.) ¶ *Plaga magna*] Qu. Quænam erat? Resp. 1. Nusquam proditur[p]. 2. *Pestilentia* fuit[q]. 3. *Macies*, vel *phthisis*, ut colligunt ex Psal. 106. 15[r]. 4. *Ignis* iste de quo in initio, ubi breviter narrantur per πρόληψιν quæ in reliquo capite uberiùs explicantur †. Probatur, 1. Non est verisimile, aut Hebræos ob solum murmur punitos esse igne; aut post hanc pœnam statim iterum murmurâsse ob desiderium carnium[t]. 2. Murmur de pane igne punitum fuisse patet ex Psal. 78. 21[v]. *Nunquid panem*, &c. i. e. cibum? Et eidem loco duplex nomen inditum; *Tabera*, ab incendio, v. 3. & *Kibroth taava*, à sepultura concupiscentium, v. 34. Simile murmur erat Exod. 16. 2. Sed dispar judicium. Cur in posterioribus graviter puniverit quod prioribus benignè remiserat, multæ possint afferri causæ. 1. Quia illa peccata graviora sunt, & adversùs Dei misericordiam. 2. Priores fame premebantur: His Manna erat pro cibo, nec carnes ex necessitate, sed ex libidine, expetebant. 3. Priores adhuc rudes erant, necdum datâ Lege: At hi edocti murmurant, & post Legem acceptam[y].

34. *Sepulchra concupiscentiæ*, [ità ferè omnes,] קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה] i. e. *Sepulchra* virorum concupiscentiæ. Sic, *Non torrebit ignavia* (i. e. ignavus) *venationem suam*[z]. Ch. habet, *sepulchra desiderantium*. Hinc patet innoxios nihil incommodi passos †. [Aliis est nomen proprium;] *Kibroth hattaavah*, Mo. &c.

- k BA. 2. 1. 15.
- l La. O.
- m Ma.
- n O. Belg. Ang.
- o A.
- p Bo.
- q AE. in A.
- r Q. in A.
- † BA. La.
- t La.
- v BA. La.
- x La.
- y BA. 2. 1. 15.
- z D.
- † Bo.

CAP. XII.

1. MAria & Aaron] Maria præponitur, quia peccati auctor[a]. ¶ *Contra Mosem*, בְּמֹשֶׁה] דִּבֶּר cum ב constructum hîc in vitio ponitur, alibi in laude; *Spiritus Domini loquutus est in me*[b]. ¶ *Propter uxorem ejus*, עַל־אוֹדוֹת הָאִשָּׁה] *Super*, vel *propter*, *causas*, *sive occasiones*, *mulieris*, &c. Pi. [sim. reliqui.] ¶ *Æthiopissam*] Ità Me. o'. Sa. Sy. Ar. O. *Cushitam*, Ti. A. JT. Belg. Madianitas autem *Cushitas*, i. e. כֻּשִׁית, appellat, non quòd ex Cuscho progeniti essent, sed quia obtinebant partem regionis Cushi[c]. Qu. 1. Quænam erat? Resp. 1. Tharba, filia Regis Æthiopum, à Mose ducta[d]. Sed fabellam hoc olet †. 2. *Sephora*: Ità Aug. qu. 20. & Theodor. qu. 22. & alii ferè omnes[f]. Pro *Madianitide*, eam contumeliosè appellant *Æthiopissam*, malè: nam cùm ea Legi se subjecisset, habenda erat pro Israelitide, ut Rahab & Ruth[g]. Sed quomodo Sephora erat Æthiopissa? Resp. Duplex ergò est Æthiopia; 1. Occidentalis, in Africa; 2. Orientalis, quæ Arabia[h]. Madianitæ vocantur *Chusitæ*, seu *Æthiopes*, quia obtinebant partem regionis *Chus*[i]. Gen. 10. 7. & 25. 2[k]. Vel, quia ejusdem coloris erant[l]. כּוּשׁ in Scriptura, non *Æthiopiam*, (ut volunt He. Græci, Ph. Jo. & Patres omnes, sed)

- a Ma. ex Jun.
- b D.
- c Jun. Pi.
- d Jo. in M.
- † Bo.
- f Ità He. in M. E. Me. T. Bo. G. Jun. Pi. A.
- g G.
- h T. ex Bo. La.
- i A. Ma.
- k Ma.
- l A.

ſed) *Arabiam* eſſe probat Bochartus; 1. Ex Habak. 3. 7. ubi *Chus* & *Midian* ponuntur ut ἰσοδύναμα. 2. Ex Job. 28. 19. *Topazius* כוש, nempe *Arabiæ*, quæ notiſſima erat, teſte Plin. cùm *Æthiopicæ* nullus veterum meminit. 3. Ex Ezec. 29. 10. *Deſolabo terram Ægypti à turri Syenes* (is terminus erat Ægypti versùs Æthiopiam, inquiunt Plin. 5. 9. & Solinus 35. & Strabo l. 17. p. 817. & Jo. Bel. Jud. 5. 1.) *uſque ad terminum Chus*, i. e. Arabiæ, quâ terminatur Ægypti pars ab Æthiopia remotiſſima. 4. Ex Ezec. 30. 8, 9. *Poſtquam immiſero ignem in Ægyptum*, &c. *Prodibunt nuncii—navibus—ad Chus*, i. e. ad Arabiam, in quam Ægyptii navibus per mare Rubrum ſæpe commeant; ad Æthiopiam nequaquam, in quam nè per Nilum quidem adverſum navigatur propter cataractas prope Syenem. 5. Ex 2 Reg. 19. 9. ubi Tirhaca Rex improvisò venit, non certè ex Æthiopia, unde ſe conferre non potuit niſi ſubactâ Ægypto; & ex 2 Par. 14. 9. & ex 2 Par. 21. 16.—*& Arabum qui finitimi ſunt Cuſæis.* 6. Quòd Ægyptus deſcribitur *trans flumina Chus*, Sophon. 3. 10. & Eſa. 18. 1. i. e. trans *Arabiæ Chuſææ* flumina, (quæ erant *Beſor*, *Rhinocorura*, *Trajanus*, *&* *Corys*;) non certè trans *Æthiopiæ* flumina: nam Eſaiæ in Judæa ſcribenti Ægyptus non erat trans *Æthiopiam*, ſed citra eam. 7. Jonathan in Paraphraſi ad Gen. 10. 6. vertit, *Arabiam.* Unum eſt quod opponi poteſt, Jer. 13. 23. *Numquid mutabit* כושי *cutem ſuam?* Reſp. Etiam Arabes nigricantes ſunt & coloris ſubfuſci, ut teſtis eſt αὐτόπτης Lud. Vartomannus, Navigat. l. 1. c. 8. Patet ex Cant. 1. 5. *Nigra ſum ut tentoria Kedar.* Indè קודר Job. 30. 28. eſt *ater.* καὶ ἐξεθνισμὸν Sephoram vocant *Chuſitin* potiùs quàm *Madianitidem.* Sic Amoſ. 9. 7. *Nonne ut filii Chuſæorum*—? i. e. viliſſimi & abjectiſſimi? Et id Judæi volunt cùm *Cuthæos* (quod idem cum *Cuſæos*, ut probavimus,) vocant Samaritanos [m]. Qu. 2. Quæ cauſa hujus murmuris? Reſp. 1. Quòd alienigenam duxiſſet [n]: videtur enim textus eam cauſam exprimere [o]. Voluerunt eum, dimiſsâ extraneâ, maritum Iſraelitidis alicujus fieri [p]. 2. Quòd ab uxore ſe ſeparavit, (quantum ad torum [q],) ut fideliùs in domo Domini miniſtraret [r]. Nè legalem pollutionem contraheret, & à Sanctuario arceretur, Lev. 15. 16—31. Exod. 19. 15 †. Sic Ch. *Quoniam uxorem pulchram*, (fortè per antiphraſin ſic vocat [t],) *quam accepit, repulit.* Ità Ar. *Propter mulierem Æthiopiſſam, cum qua conjugatus fuerat, quia ſeparavit ſe ab ea.* Dicunt Sancti, quòd ſpiritus prophetiæ non tangebat corda Prophetarum cùm erant depreſſa ex actu matrimoniali [v]. 3. Vel Sephora, uxor Moſis, voluit præferri Mariæ [x].

2. *Num per ſolum Moyſen?* [הֲרַק אַךְ־בְּמֹשֶׁה] *An duntaxat tantùm*, &c? duæ dictiones idem ſignificantes [y]. *An tantummodo certè*, (*equidem, profectò?*) Ma. ¶ *In Moſe*, ità Mo. [בְּמֹשֶׁה] Phraſis internam revelationem ſign [z]. *Per Moſen*, Sa. M. Ti. JT. A. *Moſi*, ο'. Ar. *cum Moſe*, Ch. Sy. O. ¶ *Nonne & nobis* &c] Qu. Quomodo cohæret cum verſ. priori? Reſp. 1. [Q. ſic;] q. d. Moſen non eſſe tantùm Prophetam, (vel, non ſolum [a],) quia alienigenam duxiſſet, quod dedecet Prophetam Dei [b]. q. d. Contra morem duxit alienam, cùm alii Hebræas ducant. At forſan ſuperbiet quòd cum eo locutus eſt Dominus; ſed nunquid & nobis [c]? Vel, hæc incidenter dicta ſunt, ut fit in jurgiis, ubi ex uno ad aliud probrum facilè veniatur. Credi poteſt, cùm Sephoram dimitti poſtularent, reſpondiſſe Moſem, ſe non licitè poſſe dimittere, & hoc ex revelatione ſe ſcire. Hinc fortè regerunt, ſe prophetas eſſe, & ſibi revelatum eſſe hoc licere [d]. 2. [Alii ſic;] Non eſt quòd conſortium maritale rejiciat propter crebra cum Deo colloquia: nam & nos Prophetæ ſumus, &c †. *Etiam in nobis locutus eſt Deus, nec tamen ſeparavimus nos à via terræ*, i. e. coitu lecti [f].

3. *Mitiſſimus*, [עָנָו מְאֹד] Vulg. legit עָנָו, non עָנִי, ut Hebræi quidam; & cum ipſo Græci hîc & Sa. Bemidbar Rabba and AE. & K [g]. Vertunt, *humilis*, ſeu *modeſtus*, ſeu *manſuetus*, [omnes.] q. d. Licèt Dominus loqueretur cum eo, &c. non idcirco ſuperbiebat [h]. Oſtendit nullam illis detrahendi fuiſſe occaſionem, cùm non ſuperbiret, &c [i]. (vox עָנָו affinitatem habet cum עֳנִי *afflictione*, quia per hanc promovetur, Lam. 3. 27, &c [a].) q. d. Oblocutio Mariæ & Aaronis non latebat Moſen: verùm ipſe tacebat, quòd eſſet manſuetiſſimus, qui nullâ re offenderetur [b]. Cauſa redditur cur Deus injuriam Moſis ulciſcendam crediderit, quia ipſe in ſuis injuriis ferendis erat leniſſimus [c]. Qu. Quomodo Moſes hoc de ſe ſcribit? indecens hoc erat. Reſp. 1. Moſes ſcripſit inſtinctu Divino, (ſicut & propria peccata [d];) nam ſine revelatione aliorum corda ſcire non potuit, inquit Rickelius †. Et laudem ſuam & peccata in monumenta ſua retulit, ſicut veritatis ſtudioſus, & ab omni fuco alienus [f]. Sic Apoſtolus ſeipſum commendat, 2 Cor. 11. 5, &c. & 12. 11, 12 [g]. & Joannes, 21. 20 [h]. Reſp. 2. Hoc additum erat vel, 1. ab Eſdra [i]; vel, 2. ab alio ſcriptore hagiographo, qui hæc Diaria Moſis digeſſit [k]; vel, 3. à Deo, Rupertus, l. 1. in Num. c. 34 [l]. Moſen commendat Deus à manſuetudine, licèt ſæpe iraſceretur; Exod. 11. 8. & 16. 20. & 32. 19. Levit. 10. 16. Num. 16. 15. & 20. 10, 11. (collat. cum Pſal. 106. 32, 33.) & 31. 14 [m].

4. *Egredimini*] Sub. *de tabernaculis veſtris*, V. vel, *ex caſtris.* Nam extra caſtra erat Tabernaculum [n]. Nolebat fatuitatem Aaron coram populo oſtendere, propter ſcandalum [o].

6. *Si quis fuerit inter vos propheta Domini*, ità Ch. Ti. A. M. [אִם יִהְיֶה נְבִיאֲכֶם יְהוָה וגו'] [Variè reddunt. Tò יְהוָה Q. connectunt cum antecedentibus:] *Si fuerit vobiſcum* (vel, *ex vobis*, ο'. V. ex He. vel, *inter vos*, Ti. vel, *veſtrûm*, Sa.) *propheta Domini*, M. Ti. Sa. vel, *Domino*, ο'. Propheta, inquam, *Jehovæ*, V. נְבִיאֲכֶם pro נָבִיא לָכֶם; Pronomen affixum pro ſeparato [p]. [Alii cum ſequentibus jungunt:] *Si fuerit propheta vobis*, ego *Jehovah*, &c. P. *Si eſt propheta ex vobis—me ipſum Jehovam notum facio ei*, JT. ſim. Onk. *Si fuerit propheta alteruter veſtrûm, ego Deus notificavi me illi*, Ar. *Si fiat prophetia veſtra, ego Dominus appareo vobis*, Sy. ¶ *In viſione*, [ità omnes,] [בַּמַּרְאָה] i. e. In imaginaria, vel intellectuali, repræſentatione & raptu [q]. Revelatione factâ per imagines & formas rerum ſenſibilium in phantaſia repræſentatas; vel etiam ſenſui externo objectas [r]. *Viſione*, ut Abrahamo, Gen. 15, & 20, &c †. *Viſione*, nempe, ænigmaticâ, ubi aliud videtur, aliud ſignificatur: ut *Currus* & *Oſſa* in Ezec [t]. *Per viſiones*, ſcil. nocturnas; i. e. in extaſi [v]. Dominus aliquando apparet Prophetis in ecſtaſi, aliquando per ſomnium & dormientibus, aliquando vigilantibus [x]. Vide v. 8 †. *In viſione:* in aliqua ſimilitudine, ſed ſine locutione; ut Jer. Ezec [y]. ¶ *Per ſomnium*, [בַּחֲלוֹם] Si loquar ei, erit in ſomnio; aut, viſionem rerum illi oſtendam, ſed ſine locutione [z]. Somnia plerumque erant *ænigmatica*; ut *Scala Jacobi*, &c [a]. At cum Moſe interdiu tantùm loquebatur, ait R. Menahem [b].

7. *Fideliſſimus*, [נֶאֱמָן] *Fidelis*, *procurator*, *œconomus*; à fidelitate dictus. Vide Num. 11. 12. & Heb. 3 [c].

8. *Ore ad os loquor ei*] [Ità plerique. At Ch. *verbo ad verbum*; & Ar. *ſine medio*; & JT. *in os*; & Ca. *præſens præſentem affabor.*] *Loquor*, i. e. loqui ſoleo. q. d. Coràm alloquor illum: Eſt mihi familiariſſimus [d]. Apertè mea decreta ipſi ſignifico, ut amicus amico ſolet †. Familiariter, abſque intermedio, & nullâ interpoſitâ perſonâ [f]. Confer Gen. 45. 12. & 2 Johan. v. 12. & 3 Joh. 14 [g]. ¶ *Et palàm*, [וּמַרְאֶה] [Variè reddunt.] *In viſione*, Sa. M. Mo. Ti. P. Quomodo ſic, cùm de aliis Prophetis dixerat, *in viſione innoteſcam eis* [h]? Reſp. *Viſione*, apertâ ſcilicet [i]; opponitur ænigmatibus [k]. Ἐν εἴδει Græcè, ut diſtinguatur ab eo quod præceſſit [l]. Talis illa viſio, Exod. 34. 4 [m]. Al. *& viſiones*, Ar. *per viſionem*, Ch. Sy. Belg. Per *viſionem* hîc non intelligit ſpectra illa de quibus locutus eſt, ſed figuras & formas rerum ut in ſe ſunt [n]. Al. *Sed viſio*, ſcil. Moſis, non eſt per ænigmata [o]. Alii, *Et oſtendo* me ipſum, aut poſteriora mea, non per ænigmata, &c. ſed ità ut ſum. Non diſplicet [p]. Al. *in ſpecie*, &c. vel, idque per *ſpeciem*, non per ænigmata, Pi. vel, *adeò ut ſpeciem ſimilitudinémque Jehovæ intueatur, ac non per ænigmata*, JT. Speciem aliquam, putà ſingularem & aliqua-

aliquatenus, Exod. 33. & 34. Deut. 34. 10 [q]. ¶ *Non per ænigmata*, [ità ferè omnes,] [וְלֹא בְחִידֹת] *Ænigma* vocat, cùm unum videtur, aliud intelligitur [r]. חידות sign. propriè *acumina*, *acutè dicta*, *ænigmata*; quæ requirunt acumen ingenii ad eorum & compositionem & intelligentiam †. ¶ *Et figuras Dominum videt*, [וּתְמֻנַת יְהוָה יַבִּיט] [Variè vertunt.] [Q. negationem repetunt ex præcedentibus, more Hebræorum :] Ità V. ex He. G. *Neque per figuram vel similitudinem*, V. *neque per similitudinem*, &c. P. *Sine ænigmatis aut simulachro Jovam aspiciet*, Ca. sim. Ti. i. e. ut ex superioribus apparet, per ὀπτασίας aut somnia aliud exhibentia, aliud occultantia [t]. Aliis Prophetis significabat Deus quæ voluit per similitudines; v. g. per *ollam succensam* Jeremiæ, per *currum* Ezechieli: At Mosi loquitur per se [v]. [Alii hæc verba ab antecedentibus separant, & affirmativè vertunt :] *Et similitudinem* (vel *gloriam*, ο'. Sy. vel *ideam*, Mo. vel *elucidationem*, Sa. vers.) *Domini contemplabitur*, Ang. JT. (vel, *respexit*, Belg. *vidit*, ο'. Sy.) *similitudinem gloriæ Domini*, Ch. *Et similitudine videt* (*conspiciet*, La.) *Dominum*, M. *Sed per similitudinem Jehovæ videre solet*, i.e. quâ apparere possum & volo. Tum *in visione*, & *per similitudinem*, idem erit [x]. *Similitudinem*, i. e. gloriam, Dei, ο'. in A. Posteriora Dei, RS. in A. De quo vide Exod. 33. 23. Deum in specie corporali videbit, per angelicum ministerium, quæ species (ut verisimillimum est) erat humana Christi venturi imago [y]. Privilegium autem de quo hîc agitur datum Mosi aiunt Hebræi, pro eo quòd præ reverentia Deum in Angelo sibi apparentem videre defugerit, Exod. 3. 6 [z]. Judæi asserunt Mosen præcelluisse aliis Prophetis in his quæ sequuntur. 1. Quòd Deus Mosi per se, aliis per Angelum, loqueretur. 2. Aliis noctu, Mosi interdiu. 3. Alii audientes horrore concutiebantur, ut Dan. 10. 8. Moses nihil tale patiebatur. 4. Moses prophetabat quando volebat; cæteri, cùm afflaret eos Spiritus [a]. 5. Reliqui prophetabant per somnia aut visiones; Moses, vigilans & stans [b]. Verùm hæc partim falsa vel futilia, quædam tamen vera de more iis permista sunt [c]. ¶ *Servo meo Moysi*] Omnia hîc verba emphasin habent [d]; cum gradatione †. Sermo est & vehemens & elegans. Simile Gen. 21. 10. 2 Sam. 7. 23 [f].

10. *Recessit*] Unde? & quò [g]? Resp. 1. Ab ostio Tabernaculi, nam semper erat supra Tabernaculum [h]. 2. Vel, recessit omnino à Tabernaculo, & ad tempus disparuit [i]. 3. Vel potiùs, in aere altiùs fuit elevata [k]; ut testaretur Deus indignationem suam [l]. Recedebat propter lepram Mariæ, quæ immunda. Hiscuni, *Non est via terræ ut Sanctitas stet aut maneat in loco immundo* [m]. ¶ *Ecce Maria*] Cur non & Aaron? Resp. 1. Quia Maria videtur Aaronem concitâsse [n]. 2. Gravis infamia fuisset in cultu Dei, si ejus Pontifex leprosus fuisset [o]. Quià initium erat Sacerdotii, noluit Deus *contumeliâ proœmium afficere, nè cederet in opprobrium totius generis* [p]. 3. Oportuit Sacerdotem continuò præstò esse ad Tabernaculi ministeria, quod leproso non licuit [q]. ¶ *Candens lepra*, [מְצֹרַעַת כַּשָּׁלֶג] *Leprosa* erat, alba *sicut nix*, JT. sim. F. V. Onk. in M. Pessimum hoc lepræ genus & incurabile; Exod. 4. 6. 2 Reg. 5. 27 [r]. *Lepra* pœna propria superbiæ & maledicentiæ, ut alibi dicemus †.

11. *Obsecro, Domine mi*, [בִּי אֲדֹנִי] *Eheu, Domine, ad me*, supple, respice. Vide Gen. 43. 20 [t]. ¶ *Nè imponas peccatum*] Vel, nè imputes hoc in peccatum; vel, nè imponi sinas hanc peccati pœnam [v]. ¶ *Quod stultè commisimus*, [אֲשֶׁר נוֹאַלְנוּ] Peccatum *quod stultè egimus*, Sa. Sy. Ar. P. M. pro quo *insipienter egimus*, Ch. Ar. *quod imprudenter ausi sumus*, Ti. *quia egimus stultè*, Mo.

12. *Quasi mortua & ut abortivum*] Et abundat. Nè sit similis fœtui putrefacto, qui dimidiâ sui parte consumptus ex utero exit [x]. Ordo verborum (in Heb.) est inversus [y]. ¶ [כַּמֵּת] *Sicut mortuus*, Mo. sim. O. Ma. Me. leprâ carnes illius exedente [z]. Vel, mortua morte civili, ob separationem à cœtu [a]. Similis abortivo [b]; *similis mortuo*, JT. In antiquis codicibus pro אמו erat אמנו; *matris nostræ*, & pro בשרו erat בשרנו, *carnis nostræ*; non malè: quia ut mater Mariæ eadem

[q] Jun. [r] F. V. † Ma. A. [t] G. [v] O. [x] V. [y] Me. [z] G. [a] La. ex Genebrardo, A. ex He. [b] A. [c] La. [d] O. † Ma. [f] A. [g] Bo. [h] F. V. [i] Bo. [k] Me. Bo. [l] Bo. [m] D. A. [n] La. ad v. 1. [o] La. [p] Q. in Ga. [q] O. ad v. 12. [r] A. † G. [t] A. [v] Ma. [x] G. V. [y] V. [z] Me. A. [a] Me. A. M. F. [b] V.

quæ Mosi & Aaroni, ità & caro quodammodo: sed meliùs fluit quod nunc legitur comparativè [c].

14. *Si spuisset*, [וְאָבִיהָ יָרֹק יָרַק] *Si pater ejus exspuendo exspuisset*, Sa. [sim. omnes.] ירק significat viridem & virulentam exscreationem [d]. Rectè aiunt viri eruditi convenire cum רקק, alioqui non invenitur ampliùs in Scriptura, sed Æthiop. ורק pro *spuit* usitatum, ut Matt. 27. 30. י pro more mutato in ו, ut ירח pro ורח *luna* †. *Spuere in faciem* signum contemptûs & indignationis [f]; Job. 30. 10. Esa. 50. 6 [g]. Allegoricum est, pro, *graviter increpare* [h]. ¶ *Rubore suffundi?* [הֲלֹא תִכָּלֵם] *Nonne erubesceret?* Ch. O. V. *annon ignominiâ affecta erit?* Ma. Non auderet accedere ad patrem ejus ante septem dies; quantò minùs debet illa accedere ad me [i]? ¶ *Separetur*] Ad hoc exemplum instituti ἀφορισμοὶ à Synagoga, & inter Christianos ab Ecclesia [k]. ¶ *Septem diebus*] Justum id erat purgationis tempus. Vide quæ ad Num. 6. 9. & 31. 19 [l]. ¶ *Revocabitur*, [תֵּאָסֵף] *Colligetur*, Ma. *Congregabitur*, i. e. adjungetur Ecclesiæ: solebant enim leprosi recludi extra castra [m]: i. e. recipietur in cœtum [n]. Sic *colligere* sign. *recipere eum qui derelictus fuerat* vel *neglectus*, Jos. 20. 4. Jud. 19. 15. Psal. 27. 10 [o]. In ejus revocatione non sunt observatæ ceremoniæ illæ Levit. 14. nam ipsa Dei sanatio per miraculum & revocatio erat sufficiens lustratio & expiatio [p].

[c] G. [d] O. † Di. [f] L. A. [g] A. [h] G. [i] F. V. sim. Pi. Jun. [k] G. [l] Ma. ex Jun. [m] V. [n] Ma. A. [o] A. [p] Me.

CAP. XIII.

1. IN *deserto Paran*] Nimirum per stationes descriptas Num. 33. ad ver. 36 [a]. nam eo versu ponitur statio in deserto *Tzin*, unde mittuntur exploratores hîc infrà, v. 22 [b]. Pergendo figere tentoria in deserto Paran [c]. Missi autem sunt à *Cadesbarne*, Deut. 1. 19. Quam mansionem cum *Cades* perperàm confundit Tostatus, à qua apertè distinguitur. 1. Ea mansio in *Cades* fuit 33. mansio, & anno ab egressu 40. at hæc ante comminationem pœnæ 40 annorum, &c. 2. Illud *Cades* fuit in deserto *Sin*, Num. 20. 1. & 27. 14. & 33. 36. & Deut. 32. 51. (in quod non venerunt ante 32. stationem, Num. 33. 36.) hoc in *Paran*, (quò venerunt statim à monte Sinai.) 3. *Cadesbarne* erat terminus immediatus Judææ, Num. 34. 4. at inter alterum *Cades* & *Judæam* intercedebat *Idumæa*, Num. 20 [d]. Qu. Cur ergò Num. 33. *Cadesbarne* inter stationes non recenseatur? Resp. Recensetur, sed alio nomine, (quod minimè mirum,) dicitúrque *Rethma*, ut patet Num. 33. 48 †. Ità Adrichom. Torniel. & O. ad Num. 33 [f].

3. *Mitte*] Heb. *Mitte tibi*, i.e. in tuam utilitatem [g]. Potiùs est idiotismus linguæ [h]. Quarta hîc Sectio libri incipit, à prima voce שְׁלַח dicta [i]. ¶ *Mitte viros*] *Vir* nomen ἀρετῆς. *Esto in virum*; *In loco ubi non sunt viri, virum te præsta*. אֲנָשִׁים sunt viri in aliqua existimatione [k]. ¶ *Qui considerent*, ità ο'. [וְיָתֻרוּ] *Qui explorent*, JT. Ch. Sa. Sy. Propriè aiunt esse, *investigare per gyrum seu circulum*; (vel, *circumeundo*, vel, *per ordinem* [l].) Propriè est *meditari* [m]. ¶ *Ex principibus*] Non summis, (nam illi aliis nominibus vocantur, c. 10. 14.) sed ex aliis primariis viris [n]. Chiliarchi erant, ait Hiscuni [o].

4. *Quod Dominus imperaverat*, [עַל פִּי יְהוָה] *Juxta os* (i. e. mandatum) *Jehovæ*, V. Non præcepit Deus, sed permisit [p]. Petiit primùm populus, ut patet Deut. 1. 22. Ex Pesictha descripsi, 47. 2. *Quare permisit Deus?* Resp. *Ad explendum desiderium eorum, & ad reddendum eis retributionem eorum. Hoc est quod tradiderunt, Omnia prævisa, & potestas data; & rete expansum super omnes viventes—Venit ut se mundet; adjuvant eum* (cœlitùs :) *venit ut se polluat; aperiunt ei, juxta Ezec. Ego decepi prophetam, & dedi scandalum eis. Idem Balaamo factum : In principio dicitur, Non ibis; & in fine, Surge, ito* [q]. Humani, non Divini, consilii hoc erat; & populum in eo peccâsse liquet ex Deuter. 9. 2[r].

[a] Ma. ex Jun. [b] Ma. [c] Me. [d] Bo. † Ba. Me. [f] Bo. [g] M. F. V. [h] O. [i] V. [k] RS. in D. [l] Ma. [m] O. [n] Me. ex Bo. [o] A. [p] L. RS. in A. D. Bo. [q] D. [r] Bo.

12. De

12. *De tribu Joseph, sceptri Manasseh*] Heb. *De tribu Joseph, de tribu Manasseh*: h. e. de tribu Joseph in familia & tribu Manasseh †; seu, quoad tribum Manasse[t]. Interdum *Joseph* nominatur pro *Ephraim*, Ezec. 37. 16, 19. Apoc. 7. 8. hîc pro *Manasseh*[v]: quia hic primogenitus Josephi erat[x]; vel, quia princeps Manasseh terram infamavit, non ità Hosea princeps Ephraim. Ità Hiscuni[y].

17. *Ad considerandam terram*] De exploratoribus vide quæ de J. B. & P. 3. 4. 18. Formam autem eorum quæ mandari exploratoribus solent egregiam hîc habes[z]. ¶ *Vocavitque Osee—Josue*] הושע vocavit יהושע. Ità addita est י, litera prima ex יהוה[a], quæ subindè solet pro toto nomine poni; ut in aliis, C. pro Caius, P. pro Publius, &c[b]. *Osea* sign. *Salva*[c]; vel, *Salvatorem*[d]: *Jehoshua*, *Qui salvabit* †; vel, *Salvator Domini*, (vel, *Dei salus*[f];) nempe, à Deo destinatus ad salvandum populum: ut & rebus & nomine *Jesum* referret[g]; útque simul doceret à Deo expectandum bonum bellorum exitum[h]. Vel, *Osea ipsius Dei*, i. e. timens Dei[i]: vel, orat Deum Moses, ut eum servet[k]. Qu. Quando mutatum nomen? Resp. 1. Hoc tempore, quòd à Deo destinatus ut eos in Canaan introduceret, nunc primùm seriò munus suum auspicari videbatur[l]. 2. [Al. aliter;] Non modò, (cùm nulla jam adesset occasio id honoris illi exhibendi[m], & nihil ab eo in hac expeditione salutis adferretur[n],) sed paucis antè mensibus, cùm Amalecitas debellaret; Exod. 17[o]. Ità ויקרא vertendum, *& vocaverat* Moseh, scil. jam antea[p].

18. *Per meridianam plagam*] Ea proxima & pessima pars terræ, quippe deserta & sicca. Vide Jud. 1. 15. & Psal. 126. 4. Jos. 15. 1, 3[q]. Sic solent mercatores primùm deteriora, tandem meliora, monstrare[r]. ¶ *Ad montes*, ההר] i. e. Regionem montosam †.

19. *Considerate terram, qualis sit*] Repetitur hoc v. 20. & rursus v. 21. quæ sic distingui possunt: *Terra*, v. 19. sign. populum terræ; (quommodo Psal. 66. 4. & 96. 1. & 110. 1.) ver. 20. sign. cœlum ejus, & urbes, villas, &c. vers. 21. solum & fructus terræ. ¶ *Et populum*] *Et* ponitur pro *Id est*. Vide quæ ad Gen. 13. 15[t].

20. *Muratæ, an absque muris*] Eundem ordinem servant ο'. At Ch. contrarium, *si absque muris, an muratæ*. ¶ הבמחנים אם במבצרים] *Num in castris*, (*tentoriis*, M.) *an in munitionibus*, Sa. Mo. P. A. sim. M. Ti. JT. i. e. Videte an *populus* habitet *in castris*[v]: num *in pagis*, Ch. in F. in tabernaculis, ut Kedaræi[x]; in locis non inclusis muro, ut solent castrametantes, qui scil. sub tentoriis habitant[y]. *In oppidis* ἀτειχίστοις, (i. e. *non muratis*,) BC. 1. 28. 590. E. *An in fortalitiis*, F. ex Ch. Al. collectivè accipiunt, *Num urbes sint castris & munitionibus firmatæ*, Ma.

21. *An sterilis*, אם רזה] *Si tenuis*, vel *macra*, O. D. Ma. Ch. vertit, *pauper*. *Pingues* vocantur qui divites sunt[z].

22. *Sin*, צין] Scribe *Tzin*. Notant Masoretæ צן semper deficere, [at Onk. & Jon. plenè scribunt צין,] & סין semper plenum esse[a]. צין dictum qu. desertum plenum spinis, צנים[b]. Differt à *Sin* deserto, Exod. 16. 1[c]. quod prope Ægyptum erat, cùm hoc juxta terram Canaan[d]. ¶ *Usque Rohob, intrantibus Emath*, עד רחוב לבא חמת] *Usque ad Rechob, ad introitum*, vel *aditum*, *Chamath*, Ma. O. nempe, juxta Hemath †. Ità Num. 34. 8. Jos. 13. 5. Jud. 3. 3. Amos. 6. 14[f]. Notant *Rechob* & *Hamath* civitates conterminas fuisse Promissæ terræ, ad radices Libani; priorem Occidentem versùs ad Sidonem, posteriorem ab Oriente: q. d. Ingressi à parte meridiana, pervenerunt usque ad terminos Aquilonares[g]: non tamen rectà, nè suspicionem moverent, sed deflectendo ad Orientem[h]. Ità notatur eos totam terram perlustrâsse à merid. ad sept. & ab occid. ad orientem[i]. *Rehob* erat in tribu *Aser*, Jos. 19. 28. Jud. 1. 31[k]. *Hemath* erat in tribu *Nephtali*, Jos. 19. 35. Aquilonaris hic terræ terminus. Vide Ezec. 47. 17[l]. Dicitur *Hemath magna*, Amos. 6. 2. *Antiochia* dicitur apud Targ. Jon[m]. De *Hemath* vide Gen. 10. 15. & Num. 34. 8[n]. Q. putant esse unum proprium nomen, לבאחמת; quasi dicas, *Introitum*, vel *Aditum*, *Emath*, seu Epiphaniæ Cœlesyriæ[o].

23. *Et venerunt*, ità Ch. Sa. Sy. P. Ca. Belg. ויבוא] *Et venit*, Mo. JT. Ti. A. nempe, *Caleb*, M. JT. quod specialiter memoratur Jos. 14. 9, 12, 14[p]. Volunt exploratores non omnes simul exploràsse terram, sed vel singulos, vel binos, singula loca[q]. Vide infrà v. 26 †. [Alii sic;] *Venit*, pro *venerunt*, Chazk. in A. Puto literam ו excidisse, & pro ויבא legendum ויבאו[r]. ¶ *Filii Enac*] Famosi gigantis: subindè tamen appellativè ponitur pro quovis gigante, & sic ferè usurpant ο'. & Chald. Hujus parens *Arbe*, à quo Hebron dicta *Cariatharbe*, i. e. *civitas Arbe*, Jos. 14. v. ult †. *Filii gigantis*, Ch. in A. Græcis *Inachidæ*: Eos enim antiquissimis temporibus ab Oriente in Græciam venisse constat[t]. ¶ *Ante Tanim*, לפני צען] *Zoan Tanim* vertunt ο'. Ch. in F. M. nempe צ modò per *S*, modò per *T*, vertitur; ut צין *Sina*, צור *Sarra* & *Tyrus*. Gutturalis autem omissio in pronunciatione perfrequens. Vide quæ ad Matth. 1. 21*. *Tanis* maxima urbs, ait Strabo, lib. 17. *Tanitic.* & præfecturæ & ostii meminit Plin. l. 5. c. 9, 10[v]. Famosæ urbis vetustatem hoc loco celebrat; vel, 1. quòd Ægyptii ventosè nimis vetustatem suæ metropolis jactarent[x]: vel, 2. ut rationem ejus quod præcessit, nempe, gigantes morari & residuos esse in Hebron, quod innuit non mirum esse, cùm civitas illa antiquissima esset, ac vicina temporibus diluvii, (gigantes autem ut ante diluvium, ità etiam statim post, exstitêre[y]:) vel, 3. ut bonitatem terræ innueret, quam nimirum gigantes, qui super omnes regnârunt, sibi in sedem delegerant[z].

24. *Ad torrentem botri*] Anticipatio nominis pòst dati; (vide Deut. 1. 24[a].) נחל & *torrentem* & *vallem* sign[b]. ¶ *Palmitem cum uva*, זמורה ואשכול] ענבים *Sarmentum* (*ramum*, O. *palmitem*, V. ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. JT.) *& botrum uvarum*, Ma. Mo. Hîc ו pro *id est* positum est: q. d. *palmitem, id est, botrum uvarum*, h. e. palmitem plenum uvis[c]. *Grana* seu *Uvæ* vocantur ענבים; ipse *ramusculus*, in quo grana pendent, אשכול[d]. ¶ *Quem portaverunt in vecte duo viri*, בשנים] *Inter duos*, Sy. Ar. *cum*, vel *in*, *duobus*, O. Ma. Non facilè discerni potest, an vicissim ejus oneri gestando successerunt, (ut voluit Ph. de vita Mosis,) an iidem semper gestârunt †. Hi duo fortè erant *Josue* & *Caleb*, teste Ambrof[f]. Reliqui parùm propensi erant ad regionis fertilitatem verbis deprædicandam; quantò minùs ad tanto labore comprobandam[g]? Huic similia Plin. 14. 1. *In interiore* (inquit) *Asia nascuntur uvæ magnitudine uberis vaccini, ollæ, imò pueri infantis.* Botros bipedali longitudine commemorat Strabo l. 2. imò bicubitali longitudine, Id. l. 11, & 15[h]. *Vitis in Carmania sæpe bicubitalem racemum facit magnis acinis ac densis*, Strabo 15. *In Margiana vitis truncus sæpe invenitur quantum duo viri complecti queunt, racemus 2 cubitorum*, Id. 11. Idem de Mauritania affirmat, 17. *In Hyrcania vitem vini metretam ferre dicunt*, Ibid. 2[i].

27. *Cades*] i. e. *Cadesbarne*[k]; unde missi fuerant. Vide Deut. 1. 19, &c[l]. De *Cades* diximus Gen. 14. 7. & 16. 7. Quibusdam urbs est; (infrà 20. 16.) At in urbem non venerunt, nisi post annos 30, Num. 20. 1, 16. De tractu ergò intelligendum est[m]. [*Vide quæ ad Num. 12. ult.*] ¶ *Loquutique eis*, וישיבו אותם דבר] *Et redire fecerunt eis verbum*, V. Ma. i. e. rem, negotium, nuncium †. Q. *& converterunt eis verbum*: Fortassis indicat eos relationem & rem totam invertisse, multò aliter de terra referentes quàm erat, vel quàm Israelitæ speraverant[n]. Attulerunt eis responsum. Hîc אותם pro להם positum[o].

28. *Fluit lacte & melle*] Vide Exod. 33. 3[p]. Sophocles Elect. Πηγὰς γάλακτος, (*fontes lactis*,) pro, πολὺ γάλα, (*multum lactis*,) inquit Scholiastes: sicut *fontes lacrymarum*, pro *plurimis lacrymis*[q]. Observa גם pro *certè*[r]. More detractorum & mendacium, sermonem incipiunt à veris, quò sic faciliùs etiam falsa persuadeant †.

29. *Sed fortissimos*, &c. אפס כי עז] [Variè reddunt.] *Nisi quòd fortis*, V. sim. ο'. JT. A. Deesse nonnihil videtur; q. d. Res ità se habet, nisi quòd, &c. V. ità A. Sic אפס sequente כי communiter redditur[r]. *Sed*, Ch. *tantummodo*, Sa. *veruntamen*, Sy. Ar. A. *Exceptiò*

Marginal notes, left column: † Bo. — [t] La. — [v] A. — [x] A. O. — [y] A. — [z] G. — [a] F. T. Me. — [b] T. [c] Me. — [d] T. † Mc. — [f] Me. — [g] T. — [h] Me. — [i] Abarb. in Muis. — [k] RS. in A. — [l] F. — [m] T. — [n] Bo. — [o] T. — [p] Ma. — [q] A. — [r] RS. in A. — † V. — [t] A. — [v] O. — [x] F. — [y] O. — [z] D. — [a] D. — [b] A. — [c] D. — [d] A. — † Bo. [f] A. — [g] Ma. ex Jun. — [h] Bo. — [i] A. — [k] A. Bo. — [l] Bo. — [m] D. — [n] Bo.

Marginal notes, right column: [o] Ma. — [p] A ità RS. in A. He. in Ma. — [q] Ma. A. Jun. — † Ma. — [r] Pi. — † Me. — [t] G. — * G. — [v] Ma. — [x] Ità Ma. — [y] Ità E. post L. — [z] Ità A. — [a] G. post F. V. — [b] A. — [c] V. — [d] K. in M. — † Bo. — [f] Me. T. — [g] T. — [h] La. — [i] Ga. — [k] V. Bo. — [l] Bo. — [m] Ma. ex Jun. — † Plerique in Ma. — [n] Ma. — [o] V. — [p] V. — [q] Ga. — [r] V. — † E. post L. — [r] Ma.

ceptiò quia, &c. Mo. *Finis*, vel *tandem*: q.d. Tandem, seu, ut finem faciam, terra est optima; *sed fortis*, &c[v].

30. *Amalec in meridie*] Ad meridiem terræ Canaan[x]. Non quòd è Cananæis essent, sed quòd vicini[y]; qui ingressum in Cananæam prohibere possent *; & illis metuendi, utpote hostes professi[z]. ¶ *Cananæus—juxta mare & circa fluenta Jordanis*] *Mare* hîc non est *mediterraneum*, (pro quo ferè sumitur cùm absolutè ponitur,) sed *mortuum*, vel *Genezareth*, vel utrumque: tum quòd conjungantur hîc fluenta Jordanis, qui in ista maria defluit; tum quòd hoc voluerunt dicere, omnem aditum in eas terras esse præclusum. Adde quòd Cananæi nunquam ad mare Mediterraneum ponuntur. Vide Num. 21. & Jud. 1[a].

31. *Caleb*] Annon & Joshua? Ità sanè; sed hîc tacitum, quòd de hoc dubitari non deberet. Non omnia semper & ubique Scriptura exprimit. Vide Num. 14. 8, & 30. & Jos. 14. 8[b]. ¶ *Compescens*, [וַיַּהַס] *Et silere fecit*, M. Ch. in F. O. Ma. ab הָסָה, M. Defectivum est, pro וַיְּהַסֶּה. ס est octava litera magna in Bibliis. Fortè indicat atrocitatem tumultûs, & invictum Calebi animum[c]. *Quiescere fecit, sedavit*, Ma. ¶ *Contra Moysen*] Ità P. V. Sa. אֶל pro עַל, i. e. jam obstrepentem Mosi, vel, dum loqueretur Moses[d]. ¶ אֶל [מֹשֶׁה] *Propter Mosen*, Ch. vel, *ad Mosen*, Mo. ὁ. supple, venientem *ad Mosen*, & concitatum, ut fieri solet in seditionibus. Vide suprà 11. 10†. *Erga Mosen*, ὁ. Ti. *à Mose*, Sy. *coram Mose*, M. A. *Acquiescere fecit populum sermoni Musæ*, Ar.

32. *Nequaquam*, [לֹא נוּכַל לַעֲלוֹת] *Non poterimus ascendere*, Pi. *Non prævalebimus ascendendo*, JT.

33. *Detraxeruntque terræ*, sic Ch. וַיּוֹצִיאוּ דִּבַּת [הָאָרֶץ] *Et protulerunt* (*exire fecerunt*, Mo. O. *evulgaverunt*, Sa.) *infamiam* (vel *murmurationem*, Ma.) *terræ*, M. F. V. O. vel, *probrum* (ὄνειδος) *contra terram*, Sa. in D. Sic חֲמַס אָחִיךָ ὁ. bene vertunt, ἀδικία τῆς ἀδελφοῦ σου, *contra fratrem tuum*. דִּבָּה vocabulum medium, ut ὄνειδος Græcis[f]. Cum מֵבִיא junctum, *veram famam* sign. ut Gen. 37. cum מוֹצִיא, *falsam*[g]. ¶ *Devorat habitatores suos*] Quo rictu[h]? 1. Mutuis cædibus & bellis civilibus[i]. Tyrannide gigantum qui reliquos opprimunt[k]. Vide Num. 21. 28, 29. & Deut. 2. 23. Cùm Ethnici Israelitas delevissent, dictum est, *Tu* (terra) *comedis homines*, Ezec. 36. 13[l]. 2. Aere noxio & pestilenti[m]. Hoc colligebant, *quòd in qualibet loco viderunt homines sepelientes mortuos. Quod Dominus faciebat ad bonum eorum, ut pauci remanerent ad pugnandum contra eos*, (&, ut exploratores non observati liberiùs omnia lustrare possent, ut ex Magistris suis refert Bechai in Muis,) *hi retulerunt ad malum*[n]. Fortè pestis tum immissa à Deo, ut impleret promissum, Levit. 18. 24. quod ipsi terræ attribuebant[o]. Innuunt illud cœlum infestum esse indigenis; quantò magis advenis, eique non assuetis[p]? ¶ *Proceræ staturæ*, [אַנְשֵׁי מִדּוֹת] *Viri* (*homines*) *mensionum*, vel, *dimensionum*, Ma. *mensurarum*, F. V. O. h. e. *multarum mensurarum*, AE. in F. q. d. Quorum statura si mensuranda sit, non unus paucive cubiti, vel ulnæ, satis sint, sed pluribus opus sit[q]. Vel, quorum mensura ut eximia notatur[r]. Sic *viri cordis*, pro, *cordati & magnanimi*†: *vir terræ*, agricola[t]. Sic *domus mensurarum* est ampla domus, Jer. 22. 14[v]. Significat magnitudinem & vastam proceritatem[x]. *Proceri erant ut cedri*, Amos. 2. 9[y]. Vide Levit. 19. 35. & 1 Paral. 20. 6[z]. & Deut. 1. 28[a].

34. *Monstra filiorum Enac*, [הַנְּפִלִים] *Gigantes*, O. Ma. Ergò falluntur qui נְפִלִים, Gen. 6. 4. nolunt esse *gigantes*, sed *spiritus immundos*[b]. Hîc enim *filii Anac* ità dicuntur. Dicti sunt *filii Anak*, quia is seculis illis ob proceritatem nominatissimus erat[c]. Alii appellativè sumunt, vel qu. *torquatos*; viri celebres torque ornabantur; vel, qu. *tortores* & oppressores humani generis: vel, qu. *duces*, *reges*, quòd Græcis ἄναξ sit *Rex*. Hinc putant esse *Anactis* nomen, quem *terræ filium fuisse tradunt, & cujus filii Asterii cadaver nihilo est decem cubitis brevius*, ait Pausanias in Atticis p. 34[d]. ¶ *Quasi locustæ*] Hyperbole nimia, & mendax, ad populum deterrendum†.

Margin: v O. x Bo. y Bo. * Me. z Bo. L. a Bo. b Bo. c Ma. d V. † Ma. f D. g K. in F. h T. i Q. in Ma. A. k Q. in Me. l A. m Q. in Ma. AE. in Muis, La. Bo. T. n RS. in F. o La. p Abarb. in Muis. q Bo. r Rasi in in Muis. † AE. in F. t O. v A. x F. M. V. Ma. y A. z Ma. a V. b F. c F. M. d Ma. † Me.

CAP. XIV.

1. *Vociferans*, ità Sy. [וַתִּשָּׂא] *Et levavit*, [ità ferè omnes.] Supple, *vocem*, quod sequitur[a]. Phrasis plena reperitur Gen. 21. 16. & 29. 11. Jud. 2. 4[b]. Vel, *assumpserunt*, h. e. receperunt, nempe, malam famam de terra. Sic usurpatur phrasis Exod. 23. 1. Huic favet Græca versio[c]. [Sic JT. *Quâ famâ acceptâ*.]

3. *Utinam mortui*] Voti compotes facti sunt, vers. 28, &c[d].

4. *Constituamus ducem*] Qui nos reducat loco Mosis†. Heb. *Dabimus caput*. q. d. Cum capitis & vitæ periculo statutum est redire in Ægyptum[f]. Mala verba & consilia eorum pro factis reputantur, Nehem. 9. 16, 17[g]. ¶ *In Ægyptum*] En stoliditatem[h]! Quis revertentibus præbuisset annonam? An rebellibus Dominus pluisset manna? quando mare Rubrum transmisissent[i]? nec gentes hostiles eos per suos fines transire permisissent[k].

5. *Ceciderunt proni*] Supplicantes vel *populo*, ut desisterent à proposito; vel *Deo*, ut populum à proposito isto averteret†. Sed prius præfero, propter verba illa, *coram tota congregatione*, &c*.

6. *Sciderunt vestimenta*] Mos hic veterum, 1. in blasphemia; 2. in luctu[l]; 3. in seditione populi. Ità testabantur cor suum dolore lacerari. Hujus ritûs meminêre Homer. Virgil. & Herod[m]. Fiebat scissio in veste exteriori, (sed valde cavent Judæi nè in pretiosiore,) quæ deorsum aliquousque rumpebatur, ità ut pars illa rupta ad aliquot dies pendula relinqueretur[n].

7. *Locuti sunt*] Restringendum videtur ad Calebum, qui solus de ista re potuerit testari. Interim adjungitur ei Joshua, quòd approbaret testimonium illius*. ¶ *Valde bona*, מְאֹד [מְאֹד] *Valde valde*, vel, *nimis nimis*. Geminatio pertinet ad auxesin & rem intendendam. Ovidius—*Ausus es, ô nimiùm nimiùmque oblite tuorum*. Catullus, *Et magis magis in diésque & horas Irascor tibi*[o].

8. *Si propitius*, &c. [אִם חָפֵץ בָּנוּ] *Si favet nobis*, V. vel, *complacuit in nobis*, Ma. חָפֵץ cum ב constructum sign. *velle alicui*, i.e. favere. Et hæc elegans & antiquæ notæ dictio est[p]. Rectiùs alii vertunt אִם per *quia*, vel per *certè*; nam id vult populo esse persuasum[q].

9. *Sicut panem*, [לַחְמֵנוּ] *Panis noster*, Ma. Sa. A nobis consumentur, ut panis à comedente[r]. Vide Num. 24. 8. & Psal. 14. 4†. *In manum nostram traditi sunt*, Ch. ¶ *Recessit præsidium*, [צִלָּם] *Umbra eorum*, Sa. Ar. V. G. O. *Umbra* pro præsidio[t], (vide Luc. 1. 35[v].) sive protectione; quia umbra homines ab æstu protegit[x]. Ità sumitur vox *umbræ* Psal. 91. 1. & 121. 5. Esa. 30. 2. & 49. 2. & 51. 16[y]. Sic Virgil. 11. Æneid. —*& magnum reginæ nomen obumbrat*, i.e. tuetur, defendit, ut Servius exponit, translatione ab arboribus factâ[z]. *Recessit* (*recedet*, Sy.) *fortitudo*, vel *robur*, *eorum*, Ch. Sy. *abscessit tempus ab iis*, ὁ. *Umbra* hîc sunt, vel, 1. Duces & Principes, qui erant inter eos mortui. Job præsertim, qui fuerat eorum defensor[a], & habitavit juxta Jordanem[b]. Vel, 2. Consilia & virtus & audacia resistendi, quæ Dominus ab iis abstulerit[c], ut legimus Jos. 2[d]. Vel, 3. Deus†; nam sequitur, *Dominus nobiscum*: q. d. Illi Deo protectore carent[f]. Qui hactenus eos conservaverat[g], dum iniquitates eorum nondum completæ essent[h], nunc subducebat eis suam protectionem, ut caderent coram Hebræis[i].

10. *Clamaret*, &c. [וַיֹּאמְרוּ וגו׳] *Et dixit apud se ut lapidarent*, P. sim. S. *Et dixerunt*, i. e. statuerunt, decreverunt. Ità capitur אָמַר Gen. 4. 8. Exod. 2. 14[k]. *Tunc pronunciârunt*, V. Ma. i. e. sententiam in eos tulerunt[l].

11. *Detrahet mihi*, [יְנַאֲצֻנִי] *Contemnet me*, Sa. Mo. *reprobabit*, O. *irritabunt*, ὁ. P. A. sim. Ch. Sy. M. JT. Ma. *resistent*, Ar. *blasphemat*, Ti. *exsecrabitur*, Q. in Ma. Aiunt נָאַץ propriè esse *contumeliis incessere*, & conjugat. *Pihel* augere significationem[m].

Margin: a A. Pi. b Pi. c A. d Me. † Plerique in Ma. f Ma. g A. h La. i Me. ex La. k La. † Pi. A. * Pi. l D. F. m D. n F. * Pi. o D. p D. q V. r D. A. † A. t V. v G. x O. y A. z Ma. a Q. in F. b He. in Me. c Q. in F. d O. † Q. in F. ità La. Bo. A. f Bo. g La. h Bo. i La. Bo. k Ma. l Ma. m Ma.

13. *Ut audiant Ægyptii*] Trunca oratio per aposiopesin, ad exprimendum pathos; q. d. *Si hoc facis*, &c [n]. Subaudiendum, *Tu percuties*, vel, *Si percuties*, &c. Alii, *Ut audiant*; q. d. Malè audies apud Ægyptios [o]. Non tam difficilis est hujus & 14, & 15. vers. sensus, quàm dispositio & constructio [p]. ¶ [וְשָׁמְעוּ וגו'] *Et* (vel *atqui*, Sa. JT. sim. M. P. Ti. Ma. vel *tunc*, A. Belg. Ang.) *audient*, ο'. Mo. Ma. (vel, *audirent*, Sa. JT. vel, *audient* hoc, Ar. Ti.) *Audient Ægyptii*, [sequitur] *nam ascendere fecisti populum è medio illorum*, Pi. sim. Di. & plerique. Et hæc verba includenda sunt parenthesi [q]. *Audient Ægyptii, de quorum medio eduxisti*, Vulg. sim. Ch. Sy. Ar. *Audient Ægyptii quòd ascendere fecisti*, vel *eduxisti, populum*, &c. Mo. M. ο'.

14. *Et habitatores terræ hujus*, וְאָמְרוּ אֶל־יוֹשֵׁב הָאָרֶץ הַזֹּאת] *Et dicent ad habitatores terræ hujus*, O. Di. A. Mo. sim. Ch. Sa. M. Ti. vel, *cum habitatoribus*, &c. A. sim. Ar. אֶל sive ל sign. *cum*, 1 Sam. 23. 23. Ezr. 2. 63 [r]. Cum his talia colloquia miscebunt†. *Dicent*, nempe quæ sequuntur vers. 16 [s]. [Alii aliter;] *Dicent de incolis terræ hujus*, i. e. sanctæ; h. e. de *Israele* (quem introducturus eras in terram istam) malè loquentur, nempe, propter nequitiam suam eos à te perdi [v]. [Alii sic;] *Dicéntque habitatores qui audierunt quòd tu*, &c. Sy. ¶ *Audierunt*, שָׁמְעוּ] [Referunt hoc ad terræ habitatores.] *Qui audiverunt*, Ch. Sa. Sy. Ar. P. vel, *audiverunt enim*, Ti. JT. A. Ang. *quòd tu Jehova es*, &c. A. sim. JT. O. &c. [Et hæc verba cum sequentibus usque ad finem versûs parenthesi includunt.] וְאָמְרוּ שָׁמְעוּ, *dicent, audiverunt*, pro, *dicent audivisse*, phrasi non insolenti, nec admodum obscurâ [x]. ¶ *Et videaris*, נִרְאָה] Vel est *Benoni*, (sive, participium præsens [y],) pro נִרְאֶה [z]; vel, tertia persona pro secunda; vel, subintelligitur כְּבוֹדְךָ *gloria tua* [a]. Sed nihil horum necesse est: Locus sic verti potest, *Dicent audivisse se, te Dominum in medio populi hujus eum fuisse qui* (אֲשֶׁר) *oculo ad oculum conspectus fuit, te Dominum & nubem tuam stetisse*—v. 15. *& interfecisse te populum*. Hanc interpretationem præcedens אֲשֶׁר latis arguit [b]. Sensus est, Credunt te non potuisse eos introducere in terram, quantumlibet sciant quòd in virtute magna eduxeris ex Ægypto: Et illud ipsum dicent habitatoribus terræ, quantumlibet sciant quòd tu sis in medio eorum, &c [c].

15. *Quasi unum hominem*] i. e. Simul & subitò [d]. Latini, *omnes ad unum*†. Videtur simile illud C. Cæsaris in Sueton. c. 30. *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet* [f]. ¶ *Et dicant*, וְאָמְרוּ] *Dicent*, Ch. ο'. Mo. Ma. *dicent*, inquam, Sa. *Et cùm interfeceris dicent*, Sy. Ar. Al. *Et quòd interfeceris, dicéntque*, &c. M. *Cùm, inquam, audiverint Gentes——te delevisse, dictitabunt Jovam*, &c. Ca.

16. *Non poterat*, מִבִּלְתִּי יְכֹלֶת] *Propter non posse*. מִן valet *propter*. Sic Deut. 9. 28 [g]. *Propterea quòd non poterat*, JT. sim. ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. ¶ *Pro qua juraverat*] Sed notandum juràsse hoc Deum Israelitico populo, qui semper idem censetur; non his vel illis de populo. Quare juramentum hoc plenè implevit Deus Josuæ temporibus. Vide infrà 30. & quæ notata nobis de J.B. ac P. 2.13.4 [h]. ¶ *Occidit*] Violentâ morte, velut pecudes. Id שָׁחַט sign [i].

17. *Magnificetur*, יִגְדַּל] י hîc est nona litera magna: Fortè ad emphasin omnipotentiæ Dei [k]. Magna appareat, iram vincendo, & difficultates ex hostibus, ex itinere, ex ingenio duro Hebræorum, superando [l]. ¶ *Sicut juràsti*] Heb. *loquutus fuisti*, Ma. i. e. firmiter affirmâsti. Dei dicere est implicitè jurare [m].

18. *Qui visitas*, &c.] Qu. Cur ad veniam deprecandam hæc de *visitatione peccatorum*, &c. adferat? Resp. 1. Non quòd Moses hoc optet, cùm contrarium postulet. Sed quia Deus, Exod. 34. 6. hæc sibi epitheta tribuerat, iísque, cùm invocaretur, nominari voluit [n]. 2. Attendendus hîc Mosis scopus, qui non erat, ut peccatum maneret impunitum, quod nec sperabat, nec fortè expedire judicabat, sed nè Deus totum populum deleret; (q. d. Tu tardè & invitè punire soles, nec nisi post 3. vel 4. generationem, nec ultra eam.) Patet ex iis verbis, *sicut propitius fuisti*, &c. Constat autem Deum sæpe eos punivisse, at nunquam populum delevisse, licèt hoc sæpe commeritum. Hinc

[n] Me. post La. [o] V. [p] Di. [q] Pi. [r] A. † O. [s] A. [v] V. [x] Di. [y] V. [z] K. in Di. & in V. [a] Al. in V. [b] Di. [c] M. [d] A. † V. [f] Ma. [g] Pi. [h] G. [i] Ma. [k] Ma. [l] Me. [m] La. [n] Me. ex La.

etiam liquet cur Deus, qui hîc se dimittere dicat, postea puniat murmuratores, & decem inprimis exploratores [o]. Non [*illam enim particulam nescio quomodo in Authore elisam fidenter restituo, sine qua non constat sensus*] petit Moses remissionem absolutam omnibus, sed, ut Deus, in justitia puniens præcipuos sceleris auctores, misericordiæ suæ reminisceretur [p]. 3. Argumentum hoc sensu planè incongruum est, ideóque aliter verba sunt vertenda [q]. [*Vide ad Exod. 34. 6, 7. ubi totus hîc versus explicatur.*]

20. *Dimisi, juxta verbum tuum*] Ut petiisti [r], nempe, nè perderem illos, tanquam unum hominem, peste†. Non autem totaliter dimisit [s]. *Dimitto*, ο'. in A. *Dimisi*, nempe, semel post factum vitulum; at nunc non dimittam [v].

21. *Vivo ego*, &c. וְאוּלָם חַי אָנִי וְיִמָּלֵא כְבוֹד יְהוָה אֶת כָּל־הָאָרֶץ וגו'] Formula jurandi Scripturis usitata: q. d. *Quàm certum est me vivere, & gloriam meam implere terram*, tam certum est hos non visuros terram, &c [x]. [Hunc versum cum sequentibus variè reddunt.] *Nè vivam ego, aut impleatur gloriâ Jehovæ tota terra*, Q. in Ma. Alii, *Et profectò vivens ego*, vel, *veruntamen*, sive *sed, vivo ego*, [ità plerique,] *& implebitur terra*, &c. Ch. Sa. M. Sy. (vel, *certè, ut vivo, implebitur*, &c. A.) *quia* (vel *nam*, Ti. A. vel *sed*, M.) *omnes homines*, &c. *si viderint*, &c. Mo. M. Ch. Sa. A. (*non videbunt*, Ti. ο'.) [Al. sic;] *Veruntamen ità vivam, ut replebitur*, &c. *nec ullus hominum qui*, &c.—*videbit*, &c. Ca. [Al. sic;] *Per durationem meam sempiternam, & per splendorem meum qui replet totam terram, omnes viri qui viderunt*, &c. *non videbunt*, Ar. [Al. sic;] *Vivo ego, & implebitur*; i. e. Quàm certum est me vivere, tam certum est terram impletum iri gloriâ meâ. Sequentes duos versus sic connecto, *Omnes isti viri* (nominativus absolutè ponitur; q. d. Quod attinet ad omnes istos viros) *qui viderunt gloriam meam——si videbunt terram*——non ero Deus: *nulli, inquam*, &c [y]. i.e. Per vitam meam, ut efficiam quòd tota terra impleatur gloriâ meâ, gloriosâ & magnificâ ostensione judiciorum meorum, & videant omnes quàm justè illos defectores puniverim [z]. Alii referunt ad admiranda opera quæ facturus erat Deus in ingressu Terræ promissæ; huc enim & oratio Mosis refertur, & Dei condonatio, & juramentum: q. d. Dimisi, ut petis; & ulteriùs juro, ut in perficiendo quod cœpi admiranda opera edam, &c [a]. Gloria mea (quæ hactenus apparuit vobis) non minuetur, sed perseverabit vobiscum usque ad ingressum Terræ promissæ [b].

22. *Per decem vices*] i. e. Multis vicibus [c]. Numerus finitus pro infinito [d]. Q. præcisum numerum indicari volunt, & decem illas vices recensent; 1. Ad mare Rubrum, 2. in *Marah*, Exod. 15. 3. in deserto *Sin*, Exod. 16. 4, & 5. bis circa Manna, 6. in *Rephidim*, Exod. 17. 7. in *Horeb*, 8. in *Taberah*, Num. 11. 9. *In Kibroth hattavah*, 10. nunc in *Paran*†. Sed supervacanea est hæc diligentia; fortè plures vices reperiantur, nec omnes qui hîc peccârunt decem illis vicibus peccârunt†.

23. *Non videbunt*, אִם יִרְאוּ] *Si viderint*. Quando אִם sequitur dictionem significantem juramentum, vertendum est per *non*. Vide Deut. 1. 35 [f].

24. *Caleb, qui*, עֵקֶב] *Quia*, vel *quoniam*, ο'. Sa. *eò quòd*, Ch. Sy. Ar. O. P. Propriè est *calx, vestigium*; & (quia calcaneus est extremum in animalibus) indè, *finis, extremum*, & adverbialiter, *postremò* [g]. Sumitur item pro *fructu, mercede*, quia is est finis & extremum operis. Q. reddunt, *Calebum merces*, sub. *manet*; vel, *mercede fuit*, sive *ad mercedem, spiritus alius*, i. e. meus, *in eo* [h]. Videtur esse duplex ellipsis; 1. ל ante עֵקֶב i. e. *in mercedem*; 2. אֲשֶׁר post illud, quod expressum habemus Gen. 22. 18 [i]. ¶ *Plenus alio spiritu secutus est me*, וַיְמַלֵּא אַחֲרָי] *Et implevit post me*, F. O. G. Ma. Mo. Ti. *implevit ut iret post me*, M. P. *perfecit post me*, Sy. *sectatus est obedientiam meam*, Ar. pleno & perfecto corde secutus est me [k]. Alii, *implevit*, supple, *verbum meum*, vel *voluntatem meam*, M. *Perfectè secutus est timorem meum*, Ch. in F. i.e. religionem in Deum [l]. Munere suo attentè & gnaviter defunctus est; fecit quod in se erat [m]. ¶ *Et semen ejus possidebit eam*]

[o] Bo. [p] A. [q] Di. [r] Me. A. † A. [s] L. E. [v] Hiscuni in A. [x] V. [y] Pi. [z] Q. in Ma. [a] Bo. [b] La. [c] Me. [d] E. Me. Bo. † A. F. † Bo. [f] V. [g] Ma. [h] Ma. [i] Pi. [k] F. [l] G. [m] Q. in Ma.

Vel

Vel *hæreditabit*. Sic omnes interpretes, etiam Onk. & TJ. Probarem si esset יִרָשֶׁנָּה; nunc verò est יוֹרִשֶׁנָּה. Verto, *semini suo hæreditare faciet eam*, i.e. faciat ut filii possideant. Ità Abenmelech [n]. Alii, *hæreditate pellet eam*, i.e. incolas ejus; ità Jos. 8. 7. & convenit cum sermone Calebi, Jos. 14. 12. *hæreditate pellam eos* [o]. *Expellet eam*, RS. i.e. populum in ea. הוריש ex iis est quæ contraria significant; est enim & *hæreditate donare*, & *privare* [p].

25. *Quoniam Amalecites & Cananæus habitant in vallibus*] [Duplex lectio & sensus.] 1. Q. jungunt præcedentibus [q]: *Possidebit*, sive *hæreditabit*, *illam*, i.e. terram, *nec non* (vel, *sed &*) *Amalecitas & Cananæos degentes in monte*, Sy. ità M. Ti. Ca. Non placet E. Bo. Sic duplices necesse est fingere *Amalec.* & *Canan.* alios in monte, alios in valle [r]. [2. Alii à præcedentibus divellunt, ità plerique:] *Amalecitæ & Cananæi habitant in valle*, propterea *cras revertimini*, &c. nè *occidant vos* *. Ità cum sequentibus jungendum [t]. Obj. At v. 45. dicuntur *habitare in monte*. Resp. V. 45. agitur de habitatione firma & stabili, hîc de habitatione ad tempus, &c. de habitatione castrensi ad præpediendum Israelitas [v]. ¶ יוֹשֵׁב] *Sedens. Sedet in insidiis* [x]. Ità Psal. 10. 8. *Sedet in insidiis pagorum* [y]. *Sedent*, i.e. delitescunt, ut vobis insidientur [z]. Hunc sensum confirmavit eventus [a]. Vide benignitatem Dei; quamvis iratus curat nè incidant in manus hostium, Ma. *Sedere* verbum interdum militare [b]. Cato, *Hostium magnæ copiæ contra me sedebant*. Valer. Max. 7. 4. *Apud mœnia armato sedendum foret* [c]. Q. *Consistit in ista valle*, i.e. ab altera parte montis: q.d. eo monte occupato vos invadent [d]. Proximè aberant à Terra promissa, tantùm enim intererant montes Idumææ †. *Plerique Amalecitarum sedebant in valle, pauci in monte; & hi pauci in eos pugnabant: vel fortè audientes Israelitas adventare, qui in valle habitabant ascendebant in montem, ibique insidias struebant* [f]. Terra Amalec secundùm longitudinem extenditur à terra Canaan versùs mare Rubrum. Hinc Hebræi sæpius in Amalecitas incurrebant. Vide Exod. 17 [g]. Alii sic; q.d. Jam Terra promissa, & ejus habitatores, quos ejecturi eratis, in proximo sunt: nam trans montes istos in locis planis habitant: Retrocedite tamen, &c [h]. Qu. Quomodo *Cananæus* habitat in valle, qui ad mare habitabat [i]? Resp. *Cananæus* synecdochicè ponitur pro cunctis incolis terræ. Vide Gen. 10. 18, 19 [k]. Non displicet [l]: & fortè hîc Amorrhæus intelligitur, è cap. 13. vers. 30 [m]. ¶ *Cras movete*] At post hæc in Cades manserunt *multis diebus*, Deut. 1. 46. & 2. 1. Resp. *Cras* ponitur pro *Posthæc*, sicut Exod. 13. 14. *Cùm filius cras interrogaverit* [n]. ¶ מָחָר פְּנוּ] *Cras vertite vos*, O. *vertite faciem*, Mo. *revertimini*, ο'. Ch. Sa. JT. P. *convertimini*, Sy. Ar. *respicite*, M. *versi proficiscemini*, Ti. ¶ וּסְעוּ לָכֶם] *Movete*, vel *proficiscimini*, *vobis*, i.e. vestro bono; quod eventus docuit, v. 45. Potiùs credo ejusmodi ל & ejusmodi dativum curam, celeritatem & diligentiam indicare [o]. ¶ *Per viam maris rubri*] i.e. Versùs mare [p].

27. *Usquequò multitudo hæc*, &c?] עַד מָתַי לָעֵדָה וגו' *Usquequò congregatio hæc mala murmurabunt?* Ch. M. sim. Sy. *Usque quando conventui isti malo?* Aposiopesis irati [q]. Qualis Psalm. 6. 4. & 90. 13. & Exod. 32. 32 [r]. Supple, *parcam?* V. A. Ma. (ut vers. 19, 20. A.) vel, *feram?* V. A. Ti. P. vel, *condonabo?* Pi. Ma. A. *Quousque adero huic cœtui?* Belg. *quousque conservabo?* Ar. Alii sententiam continuant, & construunt cum verbo *audivi* in fine versûs; *Quousque cœtum istum malum eorum qui sunt murmuratores adversùm me, obmurmurationes filiorum Israelis quibus murmurant contra me, audivero?* JT. Trina hæc iteratio murmurationum auget sensum. Vide similem phrasim Gen. 4. 17 *. ¶ *Murmurat*, מַלִּינִים] *Querulantes*, Ma. *Facientes murmurare*, (ut in vers. 36. A.) & עֵדָה exponunt de decem exploratoribus [t].

29. *Numerati à viginti annis*] Levitæ ergò non includuntur, qui non ab anno 20. sed ab uno mense, numerati sunt [v]. Certè Eleazarum habemus & Num. 3. & Jos. 14 [x].

30. *Ut habitare vos facerem*] *Vos* ad totum populum referendum est sine temporis restrictione. Loca similia vide de Jure Belli ac Pacis 2. 9. 3 [y].

[n] D. [o] A. [p] D. [q] V. [r] Bo. * F.V. [t] Sic E. T. Bo. [v] Bo. T. [x] D. [y] A.D. [z] V. [a] E. [b] Ma. [c] D. [d] Ma. † Me. [f] Chizzcuni in A. [g] Li. [h] Ma. [i] D. [k] Ma. [l] D. [m] Ma. [n] A. [o] Ma. [p] A. [q] Ma. [r] A. * Ma. [t] He. in M. ità D. [v] I. [x] E.

31. *Ut videant*, וְיָדְעוּ] *Et cognoscent*, i.e. approbabunt. Sic יָדַע sumitur, & congruit cum sequenti membro, *quæ vobis displicuit*. Al. & *sentient*, *experientur*. Al. *ut fruantur* [z].

32. *Vestra cadavera*, וּפִגְרֵיכֶם אַתֶּם] *Et cadavera vestra vos*, O. Ma. vel, *vobiscum*, Ma. Vestra ipsorum cadavera [a]. Et cadavera quæ vobis sunt: sic filios excludit [b]. Al. *ad vos*, nempe pertinentia; vel, *ad vos cadent*. Fortè indicat magnam stragem & acervum cadaverum, ubi corpora super corpora cadunt [c]. Al. *vestra, vestra, inquam*, Sy. JT. Ma. Sunt qui invertunt, *vos*, h.e. corpora vestra [d]. Al. sic; *Quod ad vos*, vestra cadavera, &c †.

33. *Erunt vagi*, יִהְיוּ רֹעִים] *Erunt pascentes*, O. Ma. *Pascentur*, sive *pastores* erunt; h.e. vagabuntur more pastorum [f], qui semper quærunt loca pascua, nec in uno loco manent [g]. Erunt veluti Nomades [h]. Vel, errabunt, instar pecudum in deserto pascentium [i]. Confer Hos. 4. 16. Sic *errare* ponitur pro *pascere*. Virgil. Bucol. *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ* [k]. Onk. exponit, *morabuntur*; at Jon. *vagabuntur* [l]. ¶ *Annis quadraginta*] Includendo tempus præteritum, annum primum & partem secundi. Vide Num. 10. 11 [m]. Favet versus seq. Vel potiùs, (quia filii non portârunt iniquitatem patrum illis duobus annis præteritis, cùm necdum esset commissum peccatum) 40 ponitur pro *ferè* 40, numero rotundo. Ità Amos. 5. 25. At sacrificia obtulerant sine anni primi [n]. Nec plures quàm 40 annos fuisse in deserto constat ex Deut. 2. 14. & Num. 33. 39. collat. cum Exod. 7. 7 [o]. Imò nec 40 anni erant integri: Nam ex Ægypto egressi sunt 15. die mensis 1. ut patet Num. 33. 3. ingressi sunt Canaan 10. die mensis 1. anni 41. ab egressu, ut patet Jos. 4. 19. Ergò desunt quinque dies ad explendum 40 annos [p]. Ob peccata parentum exsulant liberi [q]. ¶ *Portabunt fornicationem vestram*] i.e. Ejus pœnam [r].

34. *Juxta numerum quadraginta dierum*] Ergò videntur 42 annis fuisse in deserto. Resp. Voluit Deus annos 40 supplicii constituere, qui diebus 40 responderent, sed ex misericordia contraxit, & tempus præteritum supputavit: q.d. Volo annum diei respondere, sic ut peregrinatio ante annos 40 non finiatur. Adde quòd etiam tempore præterito filii moras traxerant in deserto ob patrum rebelliones *. ¶ *Annus pro die*, יוֹם לַשָּׁנָה] *Die anno*, vel, *in*, vel *ad*, *annum*, Ma. vel, *pro anno*, A. Ma. Sic Ezec. 4. 6 [t]. Singulis diebus in singulos annos versis [v]. ¶ *Et scietis ultionem meam*, וִידַעְתֶּם אֶת־תְּנוּאָתִי] [Variè reddunt.] *Cognoscetis irritationem meam*, M. F. i.e. an verba mea irrita futura sint & cassa [x]. Vel hoc sensu, quomodo irritos faciam conatus vestros [y]. Al. *inanitionem meam*, P. an verba mea inania sunt [z]. Al. *frustrationem*, Mo. sim. Ma. an frustrà hæc à me pronunciata [a]. Vel hoc sensu, quâ vos frustravi spe potiundæ Terræ promissæ [b]. Al. *prohibitionem meam*, Ti. Q. in F. quâ scil. prohibebo vos, nè ad terram meam perveniatis [c]. Al. *compensationem*, Sa. vers. Al. *furorem iræ meæ*, ο'. Al. *cassationem meam*, i.e. cassationem fœderis mei vobiscum & promissionum mearum [d]. Illæ enim conditionales erant. Al. *confractionem*, *rupturam*, *avulsionem*, *meam*, Q. in Ma. *Meam*, i.e. à me; ut *mea ruptura*, sit, pro *vestra ruptura mecum*, (ut, *qui comedit panem meum*, Psal. 41. 10. exponitur per *mecum*, Joh. 13. 18.) Vel, *à me*, q.d. Ex pœna cognoscetis quantum erat peccatum vestrum, quòd promissa vestra irrita fecistis †. Al. *abruptionem meam*, JT. Belg. ut cognoscatis quantum malum sit quum quis se abrumpit à me, aut cùm ego me abrumpo ab aliquo [f]. [Al. sic;] Scietis me quasi fractum esse peccatis vestris, & abruptum à fœdere vobiscum [g]: vel, me à vobis separatum esse, A. Al. *discessionem*, *amotionem*, *meam*, i.e. quòd à vobis discessi & me amovi [h]. Al. *contritionem*, seu *fractionem* quâ frangam vos [i]. *Discetisque quid sit in me esse contumacem*, Ca.

35. *Quæ consurrexit adversùm me*, הַנּוֹעָדִים] *Convenientibus*, *conspirantibus*, *congregantibus*, Ma.

37. *Mortui sunt*, וַיָּמֻתוּ] Hic ו non copulat, sed tantùm

[y] G. [z] Ma. [a] V. [b] A.D.Ma. [c] Ma. [d] D. † A.Belg. [f] F.V. [g] D. [h] Ma. [i] D.Ma. ità A. [k] A. [l] A. [m] A. [n] Bo. [o] Bo.La. [p] Me. & La. [q] G. [r] F.V.Ma. * Bo. [t] G. [v] V. [x] F.V. [y] Q. in Ma. [z] V. [a] V. [b] Q. in Ma. [c] F.V. [d] Ma. † A. [f] Pi. [g] Q. in Ma. [h] Ma. [i] O.

tantùm fut. vertit in præt. quod tamen per futurum reddendum est; hæc enim dicuntur per anticipationem [k].

40. *Ascenderunt*] i.e. Voluerunt ascendere, ut patet ex sequentibus [l], & ex Deut. 1.41 [m]. Facta dicuntur quæ conati sumus facere; ut Reuben *eripuisse Josephum*, Gen. 37.21,22. Vide ad Exod. 8.18 [n]. ¶ *Verticem montis*] Idumææ, ut sic statim penetrarent in Canaan [o]. ¶ *Parati sumus*, הִנֶּנּוּ] *Ecce nos*, Ma. Vox exhortandi [p]. Ecce stulti dum fugiunt vitia in contraria currunt: utrobique inobedientes, utrobique meritò mulctati [q]. *Porrigis irato puero cùm poma, recusat. Sume, catelle: negat. Si non des, optat*; Horat. Serm. 2.3 [r].

44. *At contenebrati ascenderunt*, וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת] [Variè reddunt.] *Præsumpserunt pertinaciter*, (impudenter, sine ratione,) M. sim. A. Belg. *sceleratè*, sive *impiè*, *ausi sunt*, Ch. in F. *Elato animo præsumpserunt*; ità explicat Moses Deut. 1.43. עָפַל (unde עוֹפֶל *arx*) sign. *attolli*, Abac. 2.4 *. *Audacter contenderunt*, Sa. al. Elevaverunt cor, K. in F. *& corroboraverunt (sub. cor suum) ad ascendendum*; i.e. recepto animo ascenderunt [t]. RS. *Roborati & confortati sunt*, séque mutuò solati [v]. Al. *Invaluerunt, conati sunt, quasi arx munierunt se ad ascendendum*, Ma. Al. *Contenderunt in altum ut ascenderent*, JT. vel, contenderunt quis primus ascenderet; vel, *impetuosi fuerunt*; vel, *vim fecerunt*, Ma. Al. *Connisi fuerunt (per fauces, vel angusta) ad ascendere ad verticem montis*; ità Ma. Al. *Contenebrati*, Vulg. i.e. cæco furore ascenderunt [x]: quasi עפל esset pro אפל [y]. *In tenebris ante matutinum tempus expediverunt se*, TJ. Ibant in tenebris, quia sine nutu Dei. Ità Hebraicus commentarius *Tanchuma* dictus [z]. Al. *At neglexistis* (nempe, monitum suprà vobis datum) *ascendendo in verticem montis*. Idem prorsus quod Deut. 1.41. & Habac. 2.4. (*ad quæ loca vide observationes nostras.*) עפל enim Arabicè sign. *mentem à re aliqua aut persona avertere & subducere*; hinc, negligere, contemnere [a].

45. *Qui habitabat in monte*] Heb. *sedens in monte*; i.e. qui priùs ante Israelitas montem illum insederat & occupaverat, è vers. 43 [b]. ¶ *Usque Horma*, עַד הַחָרְמָה] Ad locum postea ità dictum à strage ibi edita ab Hebræis, Num. 21.3. Vel etiam ab hac clade nomen habuit [c]. Fortè à mutuis illis exercituum concisionibus. Alii diversum locum esse volunt; quod verisimilius [d]. *Horma* anathema significat †. Aliis est appellativum propter præfixum articulum, (qui non solet propriis nominibus præponi,) *usque ad excisionem, internecionem*; q.d. ingenti clade eos concîdit [f].

k V. — l Bo. — m A. — n A. — o Me. ex La. — p M. — q La. Me. — r Ga. — * A. — t V. K. in F. sic Ti. — v F. — x Ma. Me. — y M.F. — z A. — a Di. — b Ma. — c Me. — d Ma. — † Me. Pi. — f Ma.

CAP. XV.

1. LOcutus est] Post comminationes adversùs immorigeros Israelitas, Deus repetit & amplificat legem sacrificiorum, quâ reconciliationem eorum & gratiam suam in Christo significabat. Idem facit Deus Num. 28. & 29. post illam cladem Num. 25 [a]. Quando hæc dicta sunt, incertum est. Probabile est ea antea præcepta fuisse, scilicet in monte Sinai, & hîc extra ordinem narrari [b]. Nam cinere vacuæ rufæ, de quo cap. 19. non diu caruisse videntur, ob crebras purificationes eo faciendas [c].

3. *Et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam*, וַעֲשִׂיתֶם אִשֶּׁה לַיהוָה עֹלָה אוֹ זֶבַח] [Variant. Q. sic;] *Et feceritis sacrificium ignitum (ignitionem*, Mo. *oblationem*, Sy.) *holocaustum*, aut *sacrificium*, Sa. Sy. M. P. Ti. Pi. [Al. sic;] *Si facietis igne absumendum Jehovæ holocaustum*, aut *sacrificium*, JT. זֶבַח vertunt *sacrificium* plerique; *hostiam sanctificatam*, Ch. *victimam gratuitam*, Ar. *mactatum*, O. i.e. quodcunque aliud mactatum: quod ponit ad discrimen *Minchah* olei & vini, quæ cùm victima offerebatur [d]. *Sacrificium*, nempe pacificum †; (ex voto, vel spontaneâ oblatione [f].) Ità sæpe accipitur vox *sacrificii* absolutè posita, ut Exod. 18.12. Levit. 17.5, 8. & 23. 37. Deut. 12.27 [g]. Hinc colligunt Hebræi, in sacrificiis pro peccato & delicto *Mincha* & *libamen* non requiri [h]. Rationem vide ad Levit. 4 [i]. ¶ *Vota solventes*, לְפַלֵּא נֶדֶר] *Ad separandum* (vel, *in separando*, A.) *votum*, O. A. V. i.e. ut adimpleatis. *Separare* pro *solvere*, sive *adimplere*, ponitur: quòd pecudes quæ quis vovisset—à communi usu separarentur, cùm adimplendum esset votum. Vide Levit. 22.21 [k]. *Pro solutione voti*, Ch. *secundùm separationem voti*, Pi. *nuncupando votum*, JT. *singulare quoddam votum*, Ti. At M. conjungit cum זֶבַח hoc modo, *sacrificium segregatum ex voto*.] ¶ *Vel spontè offerentes*, אוֹ בִנְדָבָה] *Vel spontaneum*, O. sim. V. Ma. vel *in devotione*, Mo. Ma. Quomodo hæc differunt, vide ad Levit. 7.16. Postea vers. 8. vocatur *sacrificium pacificum* [l]. ¶ *Aut in solennitatibus vestris*] Ità V. O. h.e. Etiam ea sacrificia quæ facere debetis in solennitatibus, facietis eo ordine quem nunc dicam [m]. Idem intellige in holocausto quotidiano. Vide Exod. 29.40 [n]. ¶ *Adolentes odorem suavitatis*] Scilicet, cremantes victimam; quod Deo acceptum & gratum erat [o].

a A. — b Bo. La. — c La. — d O. — † A. Bo. ità Ch. in A. — f Bo. — g A.

4. *Similæ*] Nullum sacrificium fieri debet sine oblatione Minchæ ex simila, & *libamine* ex vino, M. F. *Sacrificium* voco quod ex animalibus fiebat; *Oblationem*, quæ ex *simila*; *Libamen*, quod ex vino [p]. Nulla victima sine mola salsa & vino: sic & apud Græcos [q]. Est enim sacrificium quasi *convivium*, vocatúrque *cibus Domini* infrà 28.2 [r]. Ut ad refectionem hominis requiruntur caro, panis, pinguedo & vinum; sic Dominus in cibo suo hæc habere voluit *. Cum hac tamen exceptione, nisi ex turturibus vel columbis fiat holocaustum. ¶ *Conspersæ oleo*] In quo hoc sacrificium accessorium differebat ab eo quod non erat accessorium & per se stabat, (de quo Levit. 2. & Levit. 6.) cui superfusum tantùm erat oleum [t]. בָּלוּל, *confusam (permistam, maceratam)* oleo †. ¶ *Decimam partem Ephi*, עִשָּׂרוֹן] *Decimam*, O. Ma. A. scil. *Ephæ*, quod exprimitur Num. 28.5. & hîc à Græco [v].

5. *Et vinum*] Nota quinque fuisse genera libaminum; putà *similam, oleum, vinum, sal, & thus* [x]. Hæc libamenta omnia solebant tota in Dei honorem vel libari vel cremari, teste Josepho. At cùm aliquid horum non per modum libaminis aut accessorii, sed per se solitarium, & in modum principalis hostiæ seu oblationis, Deo offerretur, ut sæpe simila offerebatur, tunc, parte duntaxat modicâ in altari crematâ, reliquum sacerdoti cedebat [y].

5, 6. *In holocaustum sive in victimam. Per agnos singulos*, v. 6. *Et arietes erit*, &c. אוֹ לַזָּבַח לַכֶּבֶשׂ הָאֶחָד אוֹ לָאַיִל] Vel *in sacrificium*, sive pro *sacrificio*, (*in sacrificio*, JT. Ca. *ultra sacrificium*. P. *cum victima*, Ar. Ti. *super mactatum*, O.) *Pro agno uno*, (*unoquoque*, JT.) *vel pro ariete*, O. P. JT. A. Belg. Sa. Ar. (*Pro ariete verò offer*, Ar. *Aut si fuerit aries*, &c. M. *Et pro ariete*; או ponitur pro ו *Et* †.

9. *Dabis*, וְהִקְרִיב] *Offeret*, Ch. Mutatio personæ, pro *offeres* [z].

12. *Juxta numerum*] Sensus duplex. 1. Erit proportio sacrificiorum & munerum & libaminum. 2. Tot Minchæ & libamina erunt quot sacrificia pecorum [a].

13. *Peregrini*] Nempe, qui Legi se subjecerant [b]. Nam aliis holocausta tantùm permissa, & quidem sine libamine [c].

15. הַקָּהָל] *O congregatio*. [Ità Mo. & ferè omnes.] ה hîc est litera *vocativa*, non *demonstrativa*, cùm textus loquatur in secunda persona [d]: Vel, *Quod attinet ad congregationem*, ut sit nominativus absolutè positus: q.d. Quod attinet ad jus vestrum in sacris congregationibus †. [At. Ch. habet, Una congregatio & unus ritus erit vobis.] ¶ *Unum præceptum*, &c. חֻקָּה אַחַת] *Lex una*, O. Ma. *ritus idem*, V. Alii, *norma, mos, ratio*, Ma. ¶ *Tam vobis*, &c.] Heb. *sicut vos, sicut* (pro *sic*) *advenæ*. Purus putus Ebraismus [f]. ¶ *Advenis*] Qui verum cultum amplexi sunt [g]. ¶ *Coram Jehova*] i.e. In cultu Dei; non ità in rebus civilibus. Vide Levit. 25 [h].

19. *De panibus*] Nova hæc lex alibi non memorata [i]. ¶ מִלֶּחֶם הָאָרֶץ] *De pane terræ*, O. Ma. *Panis videtur esse proventus terræ*, non tamen omnis. Hebræi excipiunt

h Ma. — i T. — k V. — l A. — m M.F.V. — n Bo. — o La. — p M.F. — q G. — r G. post M.F.O. — † M.F. — t Bo. — † Ma. — v A. — x T. — y T. ex B. — † V. — z V. Pi. — a F.V.O. — b He. in G. — c G. — d M. O. — † Pi. — f D. — g Ma. — h Pi. — i A. ad v. 17. — k D.

cipiunt *oryzam, milium,* & *legumina*[k]. Simpliciter *panis* pro *frumento* ponitur[l]; ut Job. 28. 5. Psal. 104. 14. Esa. 28. 28[m]. & alibi, *qui dat panem è terra,* & Gen. 42. *panem esse in Ægypto,* & Ruth 1[n].

20. *De cibis,* &c. ראשית עריסתיכם] *Principium* (vel *primitias,* ο'. Sy. JT. A. *primam ac præcipuam partem,* Ti. vel, *de primitiis,* V. P. ראשית pro מראשית, ut patet ex v. seq. V.) *massarum,* Pi. vel *pastarum, vestrarum,* Ma. Sy. Loquitur de prima farina in pastam subacta[o]. Al. *farinæ vestræ subactæ,* V. *conspersionum vestrarum,* Sa. Sy. Mo. P. *ex farina vestra aquis conspersa,* Ti. K. exponit per בצק, M. φύραμα sign*. ¶ חלה] *Placentam,* Ma. K. in M. & F. G. Hanc tenebatur offerre, priusquam ipse vel sui novum gustârunt frumentum: Erátque quasi census Dei[p]. Non offerebatur super Altare vel in Sanctuario, sed sacerdotibus exhibebatur[q], qui permixtim in omnibus civitatibus habitârunt[r]. ¶ *Sicut de areis,* כתרומת גרן] *Secundùm elevationem areæ,* Ma. i. e. quemadmodum offerre soletis jam collectis frugibus †, & cùm triticum est repurgatum in area[r]. Offeres pro quantitate massæ tuæ, ut fit in segetibus[v]: i. e. minimùm sexagesimam partem *, & eodem ritu ut præcipitur Lev. 2. 14. Vide ibi[x]. Monet, quòd sicut primitiæ illæ sacerdotibus offerebantur, nec quicquam earum (ut alia nonnulla) super altare cremaretur, ità & hæ, &c[y]. *De areis,* i. e. de frumento in areis[z]. Ità sumitur Deut. 16. 13[a]. *Non secùs ac elevationem sementis,* Ar. Idem judicium de torcularibus[b]. De tritico, hordeo, vineto, ficubus, malis punicis, olivis, dactylis[c].

21. *Dabitis Domino*] Ei enim datum erat, quamvìs sacerdoti cesserit. Repetitio hujus præcepti ostendit ejus momentum & pondus[d].

22. *Præterieritis,* Heb. *& non feceritis omnia,* &c.] Qu. Quomodo differt hæc lex ab ea Levit. 4. 2, 13? Resp. 1. Hîc loquitur de errore cœtûs in externo Dei cultu: Levit. 4. de errore extra res sacras & Divinas †. 2. Hîc agit de iis qui *non faciunt quæ fecisse oportuit:* At in Levit. de iis qui *faciunt quæ non fecisse oportuit*[f].

24. *Oblitáque fuerit facere multitudo,* והיה אם מעיני העדה נעשתה לשגגה] *Et erit si ab oculis cœtûs factum fuerit in errorem,* Mo. (vel, *non spontè,* ο'.) *Si clam congregatione factum fuerit per errorem,* P. *Si cœtu non animadvertente commissum est istud per errorem,* JT. *Si cæco errore* (vel, *per incogitantiam,* Ti. sive, *per imprudentiam,* Ca.) *à congregatione aliquid fiat,* M. P. *Si quid factum fuerit per ignorantiam ab oculis cœtûs,* intellige *absconditum,* A. Belg. prout exprimitur Levit. 4. 13[g]. *Ità ut res remota sit ab oculis cœtûs,* Pi. vel, *sine cognitione cœtûs,* Ang. *Si ab oculis cœtûs aliquid latuerit,* &c. Ch. & sic explicatur in Levitico. *Si ab oculis,* i. e. Si ex defectu oculorum. Potest & sic intelligi; *Si ab oculis,* i. e. rectoribus, multitudinis factum fuerit, &c. Rectores dicuntur *oculi.* Job fuit *cæco oculus*[h]. ¶ *Vitulum—hircúmque*] At Levit. 4. vitulus tantùm pro *peccato,* v. 14. comburendus extra castra; hîc autem vitulus *in holocaustum,* & hircus pro peccato[i]. Quæ ratio discriminis? Resp. 1. Quia alia est hæc lex ab illa in Levit[k]. 2. An à discrimine inter leges *jubentes* bona & *prohibentes* mala? 3. An hoc respicit peccatum idololatriæ, ut volunt Hebræi[l]? 4. An illud Levit. 4. est pro *omnibus* tribubus, hoc pro *singulis*[m]? Ità He. intelligunt; & probabile videtur ex Ezr. 8. 35. ubi populus redux offert duodecim juvencos pro numero tribuum[n]: necnon ex verbis hoc loco sequentibus, nempe vers. 25. *pro unoquoque cœtu,* nempe, particulari, quales futuri erant in terra Canaan, distincti scil. habitationibus. At lex illa Levit. 4. 13. agit de toto cœtu[o]. 5. In Levit. tantùm agebatur de hostiis ad expiationem delicti; ibique de holocausto agere fuisset extra propositum: hîc tamen id additur, ut solet Scriptura uno in loco addere quæ alibi omissa sunt. Et verò licet animadvertere in Scriptura, quotiescunq; præscribitur populo hostia pro peccato, semper etiam adjici hostiam in holocaust. Cur autem hæc victima non comburitur extra castra vide quæ ad Lev. 9. 3[p].

25. *Incensum*] *Oblationem igne consumendam,* JT. i. e. Duplicem illam victimam, quæ vel tota, vel ex parte, in altari incendebatur[q].

k D. — l D. A. — m A. — n D. — o V. O. — * G. — p M. F. V. — q A. Bo. T. — r T. ex Bo. — † O. — r V. ex F. O. — v Ma. ex Jun. — * Bo. T. — x Ma. — y Bo. — z L. A. Pi. — a A. — b Me. — c G. — d A. — † Ma. ex Jun. — † Bo. T. — f A. — g A. — h O. — i Me. — k La. — l A. — m A. ad ver. 22. — n A. ad v. 24. — o Pi. — p Bo. — q Bo. Me.

26. *Quoniam culpa,* &c. כי לכל העם בשגגה] *Cùm totus populus in errore fuerit,* M. sim. Ti. A. *Ignorantia est omnis populi,* Ch. *Universo populo per errorem,* supple, *id accidit,* Sa. vel, *accidet,* JT.

30. *Quæ commiserit aliquid per superbiam,* ביד רמה] *Per manum excelsam,* M. F. V. vel, *superbam,* M. *Per manum* sæpe ponitur pro præpos. *per*[r]. Sic, *in manu eunuchorum,* i. e. per eunuchos †. *Peccare in manu elata* est, scienter & contumaciter peccare[t]. Superbè, & absque ullo metu[v]. Totis conatibus & viribus, & cum audacia atque arrogantia, ac qu. per contemptum[x]. *Contemptum* intellige, non formalem, (rarus est qui sic peccat,) sed interpretativum[y]; & cùm quis monitus in legem committere pergit[z]. Protervè, neque Deum neque homines metuens aut curans: non clàm aut recondità manu, sed apertè exsertâque manu, contravenerit; tanquam vexillare impietatis & blasphemiæ signum Deo infestum efferens, ut omnes in eandem audaciam pertrahat, & palàm illudat Deo[a]. Ch. vertit, בריש גלי, i. e. *capite aperto,* h. e. palàm & publicè; vel, (ut alii) arroganter & superbè, cum fiducia & fronte perfricta. Eadem locutio Exod. 14. 8[b]. Pudore suffusi tegebant capita, Jer. 14. 4[c]. Vel, *capitosè, cerebrosè.* Intellige de eo qui præfractè negat esse Deum, aut Legem à Deo datam; quod indicant sequentia[d]. *Qui volens fecerit,* crimen alioquin capitale commiserit †. Qualia delicta morte plectenda docet exemplum contemptûs in violatore Sabbati[f]. ¶ *Rebellis,* את יהוה הוא מגדף] *Dominum ipse blasphemat,* O. A. (q. d. talis peccator blasphemus & Dei contemptor judicandus[g],) vel *irritat,* Ch. ο'. in A. *probris afficit,* Sa. Mo. A. Ma. non quidem verbis, sed factis, ut Ezec. 20. 27. ¶ *Peribit*] Heb. *exscindetur,* vel manu Dei, vel (si testes adfuerint) à Magistratu[h]. Ea locutio alibi interitum à Deo infligendum indicat. Cæterùm hîc, ex collatione loci Deut. 13. 15. Jos. 22. 31, 33. intelligenda hoc modo, ut non ducatur ad Judices, sed occidatur ab iis qui eum in crimine deprehendunt, ut à Phinea *Zambris.* Bona autem ejus fiant ἀνάθεμα. Sic Maimonides, *Duce dubitantium* 3. 41. Adde de J. B. & P. 2. 20. 9[i]. Obj. At peccans *contempto Domino,* Levit. 6. jubetur tantùm sacrificium offerre: Quomodo ergò hîc mors est pœna? Resp. Levit. 6. agitur de eo qui peccatum spontè confitetur: Hîc de eo qui per testes convictus est, quòd sciens & volens & monitus peccâsset[k].

31. *Præceptum fecit irritum*] Nempe, quantum in ipso est[l]. Non quoad obligationem, sed quoad ejus finem & usum, scil. obedire Deo[m]. ¶ *Portabit iniquitatem*] Heb. *Iniquitas ejus in ea* (nempe, anima) *est;* vel, *cum ea,* vel, *super eam,* A. Iniquitatem intelligunt vel propriè, quia pœnitentiâ non ducitur, ità RS. vel impropriè, pro pœna, ut Gen. 19. 15[n].

32. *Colligentem ligna,* מקשש] *In fasces complicantem,* vel, *laqueis constringentem, ligna.* De voce קשש vide Exod. 5. 7[o].

34. *Nescientes,* &c. לא פורש] *Non erat explicatum,* Sa. Ar. M. *declaratum,* Sy. JT. A. *decretum,* Ch. sim. ο'. Vide Levit. 24. 12. V. Obj. Atqui Exod. 31. dictum erat, *morte morietur.* Resp. 1. Nesciebant quo mortis genere mori debuit[p]. 2. Nesciebant an pro tantillo opere mori debuit[q]. 3. Nesciebant utrùm sciens & prudens fecisset[r].

35. *Obruat lapidibus*] Quid ità, cùm blasphemus non majori pœnâ punitur? Resp. Vide Lev. 24 †. Prudens est Cajetani observatio, Severiùs semper Deum animadvertisse in primos legum suarum transgressores: In peccatum gulæ primorum parentum; in homicidium Kain; in libidinem sub diluvio; in Sodomiam in Sodomis; in idololatriam vituli; in sacrilegium Nadab; in peccatum Achanis; in inobedientiam Saulis; in primum mendacium Ananiæ, &c[t]. ὅτι πολλῆς παρανομίας ἦν, &c. h. e. *Magnæ pravitatis erat, in ipsis initiis legem transgredi, & metum reliquis incutere oportuit:* Chrys. Ps. 6[v].

38. *Faciant sibi fimbrias,* ציצת] *Fimbriam,* Sy. Ar. Mo. M. F. V. O. (i. e. *fimbrias,* V. A. ο'. & Ch. in A. ut in Deut. 22. 12.) *florem,* Ma. *tænias,* Ar. *peniculamentum.* Vulgus *frangiam* nominat; Jun. Videtur significare quodlibet ornamentum quod florem aliquomodo

r M. ità E. — † D. misc. 2. 24. — t M. F. V. — v Pi. — x F. V. — y Bo. — z G. L. ex RS. — a Jun. — b F. V. — c A. — d G. — † Ca. — f Bo. — g M. F. V. — h A. — i G. — k E. — l Pi. — m Me. ex La. — n A. — o Ma. — p L. Me. — q La. Bo. RS. in A. Ph. in Bo. — r La. Q. in Me. — † Me. — t Ma. — v Ga.

do

do refert. In Ezec. 8. 3. est cincinnus capitis quem crispabant, &c [x]. Hebræi vocant עָנָף, *ramum*, quia pendet tanquam ramus ex arbore [y]. צִיצִית hîc sunt *fila retorta, vel extremitas vestis, h. e. id quod relinquitur post texturam in panno; quódque pendet ab illo vocatur Zizith* [z]. Fila illa quæ relinquuntur in ultimo telæ non texta [a]. Fila assuta in ora vestimenti quæ non sunt texta vocantur גְדִלִים, Deut. 22. 12 [b]. [Al. aliter:] *Gedilim* erant extremitates panni texti; *Tsitsith* erant fila illis extremitatibus alligata nodis [c]. *Tsitsith* erant *phylacteria*, Matt. 23. 5 [d]. *Tsitsith* sunt fasciculi illi parvi in quos *Gedilim* desinunt, h. e. caudulæ in extremitate vestis pendentes †. ¶ *Per angulos palliorum,* עַל־כַּנְפֵי בִגְדֵיהֶם] *Per* (*super*, ό. Ar. Mo. Ma.) *alas vestimentorum*, ό. Ar. Mo. M. F. V. O. Ma. Per *alas* intelligunt, vel, 1. oras & extremitates, M. F. O. Bo. A. Sy. JT. Sa. vers. Ar. Ità accipitur Ruth 3. 9. 1 Sam. 15. 27. & 24. 5, 12. Deut. 22. 30. Zach. 8. 23. Ezec. 5. 3. Hag. 2. 13. Sic 4 fines terræ vocantur 4 *alæ*, Job. 37. 3. & 38. 13. Esa. 11. 12. Ezec. 7. 2 [f]. Vel, 2. quædam pendula, quæ sunt loco manicarum in veste superiori [g]. Deut. 22. est, *per quatuor angulos pallii*. Unde colligitur non absimilis formæ fuisse à pallio Græcorum & Philosophorum, nempe, formâ quadratâ [h]. Quia dicitur *vestimentorum*, quidam colligunt hoc referri debere ad omnes vestes, etiam interiores [i]. ¶ *Ponentes in eis vittas hyacinthinas*, ità ό.] פְּתִיל תְּכֵלֶת *Filum* (vel *intortum*, Ma. *filum retortum*, seu *duplicatum*, F. Bo. *vittam*, V. vel *tæniam*, A. M. Ang. a ribband, vel a lace, A.) *hyacinthi*, Ch. Sa. Sy. Mo. JT. O. A. Nostri *hyacinthinum*, Judæi *cæruleum*, colorem interpretantur [k]. *Purpuram* esse Magistri constanter docent; Jonathan, & Baal Aruch, & K. & RS. & Maimonides [l]. Obscurum est quid hoc sit, & an hæ vittæ à fimbriis distinctæ, quod difficilè est concipere [m]. [Distinguunt A. & Ang.] *Super fimbriam*, vel, *cum fimbria*, *ponent tæniam*. [Distinguit & Bochartus, sic scribens,]—*Maimon. in tractatu* צִיצִית, *seu de Judæorum fimbriis, quibus vittam* תְּכֵלֶת *jubebantur assuere*, Num. 15. 38 [n]. [Distinguit & O.] Filum (inquit) ligabatur ad extremitatem fimbriæ [o]. Crediderim has vittas fuisse fimbriarum vel partem, vel materiam, h. e. fila illa quæ dependebant. Ità Hi. in Matt. 23. ubi fimbrias has dicit *hyacinthinas*, nempe, quòd ex vittis hyacinthinis componerentur. Obj. At hæ vittæ dicuntur poni in fimbriis. Resp. Sensus est, conficient has fimbrias ex vittis. [*Vide quæ ad versum sequ.*] Per totam vestimenti oram fimbria hyacinthina seu cærulea se porrigebat, quæ *Tsitsith* vocatur [p]. Nota has fimbrias fuisse signum, 1. distinctivum à cæteris gentibus; 2. memorativum, tum mandatorum Dei, tum beneficii illius quo electi erant in Dei populum. Hinc & Christus fimbrias in veste habuit, Matt. 9. & 14 [q]. De fimbriis vide Deut. 22. 12. & ad Matt. 9. 20 [r].

39. *Et erit vobis instar fimbriarum*, וְהָיָה לָכֶם לְצִיצִת] [Variè reddunt.] *Et erit vobis in fimbriam*, Mo. A. Ti. Ang. sive, *peniculamentum*, JT. vel, *in fimbriis*, Sa. vel, *instar fimbriarum*, P. *Eruntque vobis fimbriæ*, Ch. Sy. *Et ponant in fimbria*, O. *Erit autem vitta in fimbria vestra*, M. *Et erit* (nempe, filum illud) *vobis super vittas*, Belg. *Quæ in fimbriis vestris hæreant*, Ca. *Eritque hoc vobis tæniæ patentes*, Ar. *Et erit* (nempe, *vitta*, vel *filum*,) *vobis in fimbriam*, V. A. Sing. pro plur. *Et erit* (sub. *ea res*, i. e. fimbriæ cum vitta) *vobis fimbria*; h. e. tales erunt fimbriæ vestræ †. ¶ *Nec sequantur cogitationes & oculos*, וְלֹא תָתֻרוּ וגו'] *Et non explorabitis*, vel, *inquiretis*, Sa. O. G. A. Ma. sim. Mo. F. V. (*non aspiciatis*, F. V. A. P. *non fornicemini*, Ch. non *seducamini*, Sy. *non pervertemini*, ό. *non velitis*, Sa. vers.) *post cor vestrum & post oculos vestros*. H[s] est, pro, sequi cogitationes cordis & concupiscentias oculorum [t]. *Non studeatis sequi*, &c. Ar. *Non attentâ observatione sequamini animum vestrum*, JT. Maximè idololatriam intelligit [v]. Errant qui hæc restringunt ad idololatriam: Idololatræ *scortantur post deos suos*, non *post cor* aut *oculos* [x]. *Cor* & *oculi* sign. animi lubitum [y]. *Cor* & *oculi* sunt proxenetæ peccati [z]. Vide Eccles. 11. 9 [a]. *Inquirere* hîc est διακρίνειν, curiosè & audacter disputare de ratione legis, neque nisi eâ intellectâ velle obedire. Quæ res Solomonem, ut aiunt, per gradus quosdam in gravia induxit peccata; cùm, ductis uxoribus externis, facilè tamen se causam legis, i. e. idololatriam, vitaturum credidisset. Philo ait, etiam quæ minima videntur Legis solicitè servanda. Benè Tacitus Hist. 1. *Sin, ubi jubeantur, quærere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit.* Idem Hist. l. 2. culpat milites qui *jussa ducum interpretari quàm exsequi mallent*. Exemplum habebimus cap. seq [b]. Vox Ch. הִרְהוּר *cogitationem* sign. non simpliciter, sed *ex impia curiositate ortam*, ubi non credimus, sed curiosè inquirimus & disputamus. Dicunt Hebræi, *Non est curiosius cogitandum post opera Dei: omnia siquidem sapienter fecit; tametsi abscondita sint ab oculis sapientum.* Et aliter, *Non est inquirenda ratio causarum cur Deus hoc vel illud faciat.* Abraham οὐ διεκρίθη, Rom. 4. non *dijudicavit* aut *disquisivit*; quod est diffidentis [c]. Avocat Deus homines à propria sapientia & suis inventis ad Legem Dei [d]. ¶ *Fornicantes*] i. e. Deficiendo à Deo. Idololatriam notat †: quinetiam alia peccata ad quæ homines rapiunt eorum corda & oculi cum consensu & delectatione. Vide Levit. 20. 5, 6. Psal. 106. 39. Jac. 4. 4 [f].

41. *Deus vester*] Talis maneo; non sum vobis infensus, etiamsi patres vestros à Terra promissa excluserim [g].

Marginal notes (left column): x Bo. — y A. — z F. & V. ex He. — a Ma. ex He. — b F. & V. ex He. — c A. — d Q. in F. — † M. — f A. — g O. — h T. Bo. — i F. — k F. — l BA. 2. 4. 726. — m Bo. — n BA. 2. 4. 727. 11. — o O. — p F. V. — q Bo. — r Bo. — † Q. in V. — t F. V. — v F. V. — x D. — y G. — z RS. in A. — a A.

Marginal notes (right column): b G. — c F. — d A. — † V. ex Ch. — f A. — g Ma. et Jun.

CAP. XVI.

1. *Ecce autem Core*, &c. וַיִּקַּח] Quinta hæc libri Sectio, קֹרַח dicta [a]. *Et accepit*, O. Ma. F. *tulit*, M. F. V. Quid? [Variant.] *Tulit* seipsum seorsum, P. vel, *ut surgeret ac discederet à Mose* [b]. *Tulit se in partem*, (aliam addit RS. in F.) ut divisionem faceret [c]. Ità Ch. *divisus est*, sive, *seipsum divisit*; nempe, suo motu, & animo seditioso, non Dei jussu [d]. *Dissedit*, Sy. Al. sic; *Accepit*, vel *assumpsit*, supple, *homines*, A. JT. Ang. *Accepit* & *assumpsit* secum consortes, nempe, 250 *viros*, ut sequitur †. *Accepit* (scil. *ad partem suam*) *Dathan*, &c. *filios* [f]. Sed obstat ו in וְדָתָן. Resp. 1. Conjunctio illa hîc redundat [g]; sæpe otiosè ponitur [h]. Vide ad Gen. 8. 6 [i]. Hîc ex usu linguæ tantummodo servit annexioni consequentis in Enunciato, ut ostendit proximè præcedens accentus Athnach [k]. 2. Vel sic exponi possit; *Accepit & Dathan & Abiram*, A. Belg. Pi. Vide ad Gen. 36. 24 [l]. Hæc versio comprobatur ex collat. vers. 22. (ubi seditio huic tanquam unico authori adscribitur;) item vers. 5, 6, 11 [m]. Confer etiam Num. 27. 3. & Judæ epist. vers. 11. Græcus vertit, *Locutus est*, nempe, ut alios ad factionem suam pelliceret [n]. Non placet; repugnat enim accentus Athnach [o]. [*At alii notant accentus sæpe neglectui habitos esse in versionibus, ut alibi dicitur.*] ¶ *Core*] Hic, ut primogenitus, veteri jure sacrificandi jus sibi vendicabat. Vide infrà 3 [p]. Fuit hic consobrinus Mosis & Aaronis, erant enim duorum fratrum (nempe, *Amram* & *Izhar*) filii. Vide Exod. 6. 18 [q]. Exasperabat eum, quòd non ipse, qui filius erat *Izhar*, secundi filii *Caath*, sed *Elizaphan*, (filius *Oziel*, quarti filii Caath,) factus esset Princeps super filios *Caath*, (Num. 3. 30. A.) sub *Eleazar* [r]. ¶ *De filiis Reuben*] Primogeniti Israelis. (Per *filios* intellige nepotes vel pronepotes †.) Vel ergò, 1. Principatum ambiebat [t]. Vel, 2. potiùs Sacerdotium sibi ablatum concoquere non potuit [v]. Id patet ex v. 10. ubi *Moses* eum ambitûs sacerdotii arguit, & litem thuribulis dirimit [x]. *Corah* & *Reuben* habebant tentoria propinqua, uterque ad meridiem; ideóque facilè poterant talia tractare [y]. Hîc observat RS. *Væ impio, & væ vicino ejus* [z].

2. *Surrexerunt contra Mosem*, לִפְנֵי מֹשֶׁה] *In conspectu Moseh*, Ch. sim. Mo. *coram Mose*, Ar. A. M. P. O. i. e. præsente Mose, AE. in M. F. Non in absentia detraxerunt, sed palàm [a], & non *in abscondito*. *Insurgentes steterunt se coram Mose*, JT. Alii, *contra Mosen*, ό. Sa. Sy. Ti. ¶ *Ducenti*, &c.] Heb. & *homines ducenti*, &c. Ma. (supple, *Korah*) & *homines*, &c. JT. Pi. A. Hoc supplendum docent, 1. Quòd Moses solum *Korah* alloquitur ver. 5. 2. Quòd accersivit *Dathan* & *Abiram*, ver-

Marginal notes (Cap. XVI): a V. — b F. V. — c M. — d F. V. — † M. F. G. — f O. A. ex Chazk. — g Chazk. in A. — h O. A. — i A. — k Pi. — l A. — m Pi. — n A. — o Ma. — p O. — q Me. ex La. — r T. post L. RS. in A. — † Pi. — t Ità L. T. — v G. post Me. ex La. — x La. — y L. AE. in F. A. — z A. — a O. sim. AE. in M.

ver. 12. 3. Quòd aliter τὸ *surrexerunt* referendum erit
ad Dathan & Abiram, &c. de quibus vers. 1. At hoc
b Pi. cum vers. 12. pugnat [b]. ¶ *Proceres synagogæ*, נְשִׂיאֵי
עֵדָה] *Principes cœtûs*, vel *synagogæ*, Græc. *Cœtus* hîc
est numerus hominum mille, vel centum. Vide Ex-
od. 18. Sic etiam dicuntur eximii inter suos, Num. 1.
16. Nam nè de Synedrio LXX virûm intelligi hic
locus posset, satis impedit numerus 250. *Core* partim
collegit eos qui capita erant cohortium, partim eos qui
auctoritate apud suos plurimùm valebant. Illud pri-
oribus, (ἐπικλητοί,) hoc posterioribus, (ἄνδρες ὀνομαστοί,) in-
c G. dicatur [c]. ¶ *Et qui tempore concilii per nomina vo-*
cabantur, ità Ch. קְרִאֵי מוֹעֵד] *Vocati & reputati in con-*
cilio, vel, *magni in congregatione*, M. *Nobilissimi congrega-*
d V. *tionis*, i.e. qui semper vocabantur ad concionem [d]. מוֹעֵד
referri potest vel, ad conventum & comitia Senato-
rum, sive Principum; vel, ad Tabernaculum fœderis,
†F. V. quò vocabantur consilii causâ †. *Vocati* (vel *deputati*,
Sa.) *conventûs*, Mo. A. Ma. *vocati ad tempus*, Sa. vers.
Sy. *qui vocabantur tempore concilii*, F. V. *majores* (vel
senatores, ὁ'. vel *præclariores*, Ar.) *concilii*, O. P. *Vocati*
stationis; forsan præfecti *castrorum*, vel *agminum*. Sic
f Ma. מוֹעֵד sumitur Jer. 46.17 [f]. ¶ *Per nomina*, אַנְשֵׁי שֵׁם]
Viri nominis, i.e. celebres, ὀνομαστοὶ *nominati*, D. ob di-
g A. ex He. vitias & sapientiam [g]. Vide Gen. 6.4 [h].
h A. 3. *Sufficiat vobis*, רַב לָכֶם] *Multum vobis*, M. O.
Ma. scil. *arrogatis*. Debueratis sorte vestrâ esse con-
i Ma. post V. tenti [i]. Nimium, & plus quàm æquum est [k]. Satis
diu jam gubernâstis rempublicam, alter politicam,
k M. F. alter ecclesiasticam [l]. *Satìs sit vobis*, V. *Sufficiat vo-*
l Pi. *bis*, ὁ'. Ch. Sa. Ità Deut. 3. 26. A. *Nonne satìs domina-*
ti estis? Sy. Ar. quòd hactenus sacerdotium usurpâstis?
date aliis locum qui æquè atque vos illa præstare pos-
m F. sunt [m]. Vel potest referri ad utrumque: Ad sacer-
dotium illis verbis, *Omnes sancti sunt*; q.d. non ergò
egent sacerdote intermedio, quasi sanctiori: Ad princi-
patum illis, *In medio est Dominus*; q.d. non ergò opus
n O. est alio duce [n].
4. *Cecidit*] Humiliter orans Dominum ut seditio-
o Me. ex La. nem discuteret [o].
5. *Manè*, בֹּקֶר] *Crastinâ die*, V. בּוֹקֶר pro בְּבֹקֶר,
Pi. *Cras*, scil. *erit*, aut *veniet*, O. Differtur judicium, si
p A. post L. forte resipiscerent [p]. *Manè* tempus juris reddendi;
q D. Jer. 21. 12 [q]. Psalm. 101. 8: etiam Deo, Psal. 73. 14.
r A. Zeph. 3. 5. Esa. 47. 11. Gen. 19. Exod. 7. & 8, &c [r].
Manè consilium, vespere convivium, Socrates. Eccles. 10.
† D. 16.—*cujus principes manè comedunt*, i.e. epulantur †.
¶ *Notum faciet*, &c.] Sive *ostendet*. [Ità omnes, præter
s Me. A. ὁ'. qui, *novit*.] Huc allusum 2 Tim. 2. 19 [s]. ¶ *Et*
sanctos applicabit sibi, וְאֶת הַקָּדוֹשׁ וְהִקְרִיב אֵלָיו] [Va-
riè reddunt.] *Et sanctum & appropinquare faciet ad se*,
Mo. *Et quis sanctus, & ut accedat ad se*, P. *Et qui sanctus*
fuerit accedet ad eum, Sy. Al. & *qui*, vel *quisnam*, *sanctus*
sit, & quem admovit (vel *admovebit*, A.) *ad se*, JT. sim. M.
Ti. vel, *admovebitque eum ad se*, Ar. *Et sanctum*, i.e.
v O. sacerdotem [v]; nempe summum, ut patet ex v. 10 [x].
x V. sanctificatum ad hoc munus. Sic Psal. 106. 16. Da-
vid de hac rebellione loquens vocat *Aaronem sanctum*
Jehovæ; & is gestabat laminam sic inscriptam, *Sanctitas*
y A. *Jehovæ*, Exod. 28. 36 [y]. Vel, *sanctiorem*: Quis sit
z O. sanctus, vel sanctior, qualem te jactâsti [z].
6. *Tollat—thuribula*] Quia ipsi jactaverant se di-
a O. gnos sacerdotio. Sacerdotum hoc erat, non Levitarum [a].
7. *Ponite thymiama*] Coram Sancto sanctorum, in al-
b Me. ex La. tari thymiamatis [b]. Hoc experimentum selegit, quia pe-
c A. culiare erat sacerdotis munus, & peccata in eo admis-
d D. sa morte luebantur, ut docet Lev. 10 [c]. ¶ *Erit sanctus*]
† La. i.e. Summus sacerdos [d]: segregatus ad sacerdotium †.
9. *Ut serviretis*] Heb. *Et staretis*. Statio signum ser-
vitii, & pro eo ponitur Jer. 52. 12. collat. cum 2 Reg. 25.
f A. 8. Nehem. 12. 44. Deut. 10. 8 [f]. ¶ *Et ministrare-*
tis ei? ità Sa. לְשָׁרְתָם] *Ad ministrandum eis*, ὁ'. Mo.
g V. A. sim. Sy. Ar. M. P. Ti. i.e. vice multitudinis [g]. Vi-
h Ma. de ad Num. 3. 7 [h]. *Pro ministerio eorum*, JT. Ità servi
i A. erant & *Dei*, & *ecclesiæ*. Vide 2 Paral. 35. 3. Ezec. 44. 11 [i].
11. *Quid est Aaron?* ità Sa. Sy. Mo. JT. Ch. A.
וְאַהֲרֹן מַה־הוּא] i.e. Quid fecit Aharon? cur mur-
k V. muratis [k]? Alii, *Quis est?* ὁ'. Ar.
12. *Misit*] Nuncium ad absentes *Dathan* & *Abiron*

& *Hon*; nam *Core* solus præsens erat Mosi [l]. ¶ *Non* l La. Me.
veniemus] Subaud. *ad Mosen in monte* [m]. *Ascendere* di- m V.
cuntur homines ad loca judicii phrasi Scripturæ,
Deut. 25. 7. Ruth 4. 1. Ezræ 10. 7, 8 [n]. Rectè dicunt, *non* n A.
ascendemus, quia *descensuri erant* vivi in infernum, v. 33 [o].
14. *Reverà induxisti nos*] Egregiè præstitisti quod o RS. in A.
promiseras. Ironia & sarcasmus [p]. Alii subaudiunt p T. post
negationem ex præcedenti parte; *& dedisti*, pro, *& non* Me. L.
dedisti [q]. ¶ *An & oculos nostros vis eruere?* הַעֵינֵי q Ma.
הָאֲנָשִׁים הָהֵם תְּנַקֵּר] *Num oculos virorum istorum effo-*
dies? O. Ma. F. ex Ch. A. JT. vel, *erues?* Sa. vel, *evelles?*
JT. Accipi potest vel, 1. de physica evulsione. An
usque eò ascendet tua tyrannis, ut oculos tibi minùs
obsequentibus effodias [r]? Pœnam hanc fuisse ino- r Bo. T.O.
bedientiæ & rebellionis aiunt. Non improbo. *Num* F.
oculos horum, &c. i.e. qui locuti sunt contra te, *erues* †?
Alii sic; *Etiamsi oculos virorum istorum* (vel, *oculos* † F.
nostros, Sy.) *excæcaveris, non ascendemus*, Ch. sim. Ar.
Vel 2. de morali effossione; de fascinatione oculorum
& præstigiis [s]. Præstigiis utendo in thuribulis [v]. An
nobis præstringes, vel excæcabis, oculos, ut non videa- s F.
mus tuas imposturas [x]? *Nunquid oculos virorum istorum* v G.
adimere vis? Quorum? Vel, 1. multitudinis; q.d. An x La. Me.
existimas eam cæcam esse, V. F. ut non sentiat nequi-
tiam tuam? q.d. manifesta & nota hæc mala sunt. Vel,
2. Seniorum quos tecum habes, nè intelligant illusio-
nes tuas. Vel, 3. exploratorum, nè improbarent quæ
improbanda essent: Eorum oculi hoc didicerunt. Tu
nolles eos vidisse illius deformitatem [y]. *Num hos ex-* y F.
cæcabis? Ità Ch. Ità Jud. 16. 21. & 1 Sam. 11. 2 [z]. z A.
Nonne nobis tanquam cæcis abuteris, ut ducas quò vis,
& regas pro libidine [a]? a Ma.
15. *Nè respicias*] Ità F. V. Nè sint tibi grata. q.d.
Nè exaudias eos, etiamsi obtulerint munus [b]. *Nè con-* b V.
vertas te ad oblationem eorum. Fecit hoc Deus igne
cœlitùs veniente, & sacrificium absumente [c]. ¶ *Nè* c F.
asellum quidem, לֹא חֲמוֹר] i.e. Nè rem minimam [d]. d L.
Nihil vilius asino †. Confer 1 Samuel. 12. 3. Græci † D.
verterunt, ἐπιθύμημα, (& Sa. eos, ut sæpe, secutus:) le-
gerunt, חָמוּד [h]; decepti similitudine literarum, ut h G.
sæpe illis accidit [i]. i D. quæs. epist. 87.
16. *Coram Domino*] Ubinam? Num in Tabernacu-
lo? Non credo. 1. Obstat loci angustia: Erat enim 20
tantùm cubitos longus, 10 latus; ideóque 200 tantùm
erant cubiti quadrati; nec cuique ex 250 relinquitur
vel cubitus unus quadratus, ut stare possit. Videntur
autem omnes simul obtulisse, quia simul interfecti sunt,
v. 35. 2. Tum non potuisset à populo videri vel in-
censi oblatio, vel factiosorum punitio [k]. Obj. At Aaron k Bo.
(qui cum iis obtulit) non posset extra Tabernaculum,
nec nisi supra Altare, adolere [l]. Resp. Id intelligen- l To.
dum est extra particulares casus necessitatis. Vide
v. 46. Potuit Deus dispensare [m].
18. *Quod cùm fecissent*] Illi 250. Non *Core, Dathan,* m Bo.
Abiron & *Hon*: hi enim venire noluerunt, ex superbia
& contumacia: fortè etiam quia timebant ultionem
Dei, quam viderant in Nadab, &c [n]. n La. Me.
21. *Separamini*] Bonorum subditorum est, segre-
gare se à seditiosis [o]. ¶ *Repentè*, כְּרֶגַע] *Quasi mo-* o G.
mento, Thren. 4. 6. *Puncto temporis* [p]. p A.
22. *Fortissime Deus spirituum*, אֵל אֱלֹהֵי הָרוּחֹת]
Deus (i.e. O Deus, Pi.) *Deus spirituum*, ὁ'. Ch. A.
Al. *fortis*, vel *fortissime*, Deus, &c. Sa. Sy. O. JT. sim. Ar.
Qu. Cur Deum hîc vocat *patrem spirituum*? Resp. 1.
q.d. Non est tuum, qui es dator spirituum, seu vitæ,
eam tam facilè tollere [q]. 2. q.d. Tu cognoscis corda, q O.
(ità phrasis eadem sumitur Num. 27. 16.) & populum
non ex malitia, sed à *Core* deceptum, peccâsse. Con-
veniens ergò est, ut inter peccantes & non peccantes
discernas; vel inter eos qui graviùs deliquissent, & eos
qui leviùs [r]. Nôsti populum indirectè tantùm peccâsse, r Bo. Me. post L.
novitate ductum & curiositate †. ¶ *Universæ carnis*] † La. Me.
Animam, quæ carnem animat, condidisti; vel, intima
carnis scrutaris [s]. Aliis *caro* ponitur pro *hominibus*, ità s Me.
Pi. A. Sic Gen. 6. 13. Job. 12. 10. Esa. 40. 5, 6. Ezec. 20.
48. & 21. 4, 5. Joel. 2. 28 [v]. v A.
26. *Nè involvamini*] *Nè consumamini*, JT. A. *nè*
deficere efficiamini, Pi. Est enim תִּסָּפוּ fut. Niphal, à
סָפָה *deficere* [x]. ¶ *In peccatis eorum*] i.e. Pro- x Pi.
pter

pter tot peccata eorum; vel, unà cum illis qui tot peccata admiserunt [y].

27. *Egressi stabant*] Heb. *Exiverant stantes*, i.e. exibant & stabant, A. ex o'. Sic, *frangens dedit*, Matt. 14. 19. idem est quod *fregit & dedit*, Luc. 9. 16. Hic gestus ostendit audaciam, &c. ut 1 Sam. 17. 8, 9, 16. Job. 33. 5. & cap. 41. Ità superbia præcessit eorum exitium, ut Prov. 16. 18 [z].

29. *Si consuetâ morte*] i.e. Si morte naturali [a]. Si, ut alii relinquant post se liberos [b]. ¶ *Et visitaverit*, &c. וּפְקֻדַּת כָּל־הָאָדָם יִפָּקֵד] *Et visitatio omnis hominis visitabitur super eos*, Ma. Si, ut alii, benedictione Dei visitantur in morte, M. F. V. Si tantùm fame, peste, aut bello, perierint, quæ sæpe à Deo mittuntur [c].

30. *Sin novam rem*, וְאִם־בְּרִיאָה יִבְרָא] *Si creationem creaverit*; Hs: Si rem hactenus non visam produxerit [d]. Si novum quiddam & mirandum effecerit †. Quæ talia sunt, à Deo creari dicuntur, sive bona sint, Esa. 65. 18. sive mala, ut Esa. 45. 7 [f]. ¶ *Quòd blasphemaverint Dominum*] Opus Dei, putà Aaronis sacerdotium, calumniati sunt, & Mosi, non Deo, tribuerunt. Blasphemia est, cùm opus Dei tribuitur Dæmoni vel homini; ut patet Matt. 12. 31 [g].

32. *Devoravit illos*] Nempe, *Dathan* & *Abiron*, Psal. 106. 17 [h]. ¶ *Cum tabernaculis*] Heb. *Et domos*, i.e. familias, A. ex Ch. tuguria, O. Horum familiares, uxores, filii, &c. peccati participes erant. In *parvulis* autem puniti parentes [i]. ¶ וְאֵת כָּל־הָאָדָם אֲשֶׁר לְקֹרַח] *Et omnem hominem qui Koracho erat*, Ma. Excipiuntur tamen filii, ex Num. 26. 11 [k]. Servati hi potiùs quàm filii *Dathan* aut *Abiram*; vel, 1. quia patris rebellioni aut non consentiebant [l], aut eum deseruerunt [m]: vel, 2. quòd Moyses specialiter pro illorum salute oravit: vel, 3. quòd Deus Levitas, qui numero pauci erant, potiùs servare voluerit quàm alios [n]: vel, 4. quòd illi fortè tunc ministrarent in Tabernaculo [o]. Filii Core inter Levitas numerantur c. 26. 58. & sancti habiti, & Psalmos vel composuerunt, vel decantârunt [p]. ¶ *Et substantia eorum*, רְכוּשׁ] *Divitias*, V. *pecora*, o'. in A. Ità vox sign. ut in 1 Chron. 27. 31. 2 Chron. 31. 3. & 35. 7. Vide ad Gen. 12. 5 [q]. Qu. Cur nulla mentio *On*, de quo versu 1? Resp. vel, 1. Quia illum facti pœnituit [r]; & quidem uxoris consilio admonitum †. Vel, 2. Includitur inter reliquos, licèt non exprimatur [t].

33. *Descenderunt vivi in infernum*, [ità Mo. & plerique,] שְׁאֹלָה] Εἰς ᾅδου, supple, *loca* [v]. Qu. Quid sign? Resp. 1. Inferiores partes terræ [x]; ad sepulchrum [y]; *in pulverem*, Ar. 2. Infernum propriè dictum [z]: quia in flagranti delicto mortui sunt [a]. Non tamen quòd *vivi*, & sine morte media, descenderunt in infernum [b]. Nam, 1. Morituri erant ex lege communi, Heb. 9. 27. 2. Et hîc interire dicuntur, sed morte non consuetâ, v. 29. 3. Hi (ut reliqui omnes) resurgent: Ergò mortui sunt [c]. Hiatu facto, & occlusâ rursum terrâ, vivi excepti sunt, indéque mortui, tum demum animæ ad inferos delapsæ [d]. *Vivi*, i. e. valentes: aut hoc dicit, quia communiter non descendunt nisi mortui †. Vox Hebræa (שְׁאוֹל) & Græca de corpore propriè dicitur, & loca sign. intra terram, & plerumq; sepulchra visui hominum subducta, unde nomen ᾅδης: indè ad animum humanum factâ translatione, ut solemus à rebus notis vocabula sumere ad significandas res ignotas, pro ea regione ponitur quæ, Deo cognita, incognita nobis, spiritus humanos ad tempus Judicii servat, tum eorum qui bene, tum eorum qui malè, vixerunt. Nullum enim in hac voce est ejus rei discrimen: quod manifestius fiet ei qui nostra legerit ad Matt. 11. 23. Luc. 16. 23. & 23. 43 [f].

34. *Dicens, Nè fortè*, &c.] Sermo mancus præ timore, ut Psal. 38. 17. Rom. 11. 21 [g].

35. *Ignis—à Domino*] Vel, 1. ex altari holocaustorum, unde ignem petebant [h]: vel, 2. ex thuribulis suis [i]: vel 3. potiùs, ex nube splendida [k]. ¶ *Qui offerebant*] i. e. Qui offerre volebant & attentabant. Similis phrasis v. 33 [l]. Qu. An Core terrâ absorptus, an verò igne consumptus, fuit? Resp. Non parùm obscura est hæc quæstio. Dico eum terrâ absorptum [m]. Nam, 1. Separare se jubentur à tabernac. Core, Dath.

Marginal notes: y V. — z A. — a O. — b M. F. — c Me. La. — d M. F. V. — † A. sim. Pi. — f A. — g Me. ex La. — h A. — i Me. — k A. Ma. — l La. A. Bo. Pi. — m A. — n Bo. — o Pi. — p La. — q A. — r Ità Pi. Bechai ex RR. — † Muis. — t A. — v G. — x L. E. — y D. ad v. 30. A. — z La. Me. — a La. — b La. E. Me. Bo. — c La. — d T. ex Bo. — † D. ad v. 30. — f G. — g A. — h Me. — i F. — k Bo. — l La. — m La. sic Bo. E. To. in Bo.

& Ab. v. 24. quod & factum dicitur, v. 27. 2. Terra absorpsit *omnes qui ipsi Core*, versu 32. i. e. cum Core existentes, ut habent o'. 3. Dicitur expressè terra *devorâsse Core*, Num. 26. 10 [n]. Alii volunt eum igne periisse [o]. Rationes sunt. 1. Soli *Dathan* & *Abiram* leguntur noluisse venire ad Mosen, v. 12. soli illi stetisse in ostio tabern. sui, v. 27. ad solos illos Moyses abiisse dicitur, v. 25. Illi soli absorpti dicuntur, Psal. 105. 17. De Core omnino siletur. Resp. 1. Evocatio illa v. 12. pridie facta non docet quid postridie factum sit. 2. Si ibi nulla mentio *Core*, sufficit quòd alibi indicetur. Fortè *Core* ab iis aberat inter Levitas: fortè hi soli vel ad ostia tentorii sui processerunt, vel cum liberis perierunt. 2. Jussus est venire Core cum suis, v. 16. & v. 18. sic fecisse dicuntur. Resp. Multis tamen placet ipsum vel non venisse, vel statim abiisse, fortè quòd vim pararet, &c. 3. Thuribula fixa erant altari, v. 39. *ut monerentur omnes nè offerrent incensum, nè patiantur sicut passus est Core & omnis congregatio ejus*, v. 40. Resp. Indicat omnes hos mortem passos, non simili morte defunctos. 4. Si Core terrâ absorptus esset, periissent ejus filii. Resp. Negatur ex Num. 26. 10. Q. volunt filios ejus, subsidente ac dehiscente terrâ, in aere pendulos Divinâ virtute sustentatos fuisse donec hiatus iterum se occluderet [p].

37. *Præcipe Eleazaro*] Cur huic potiùs quàm Aaroni? Resp. 1. Ut ei successionem sacerdotii confirmaret [q]. 2. Nè pollueretur Aaron (eundo inter mortuos,) quòd unus fuit ex offerentibus, v. 17 [r]. ¶ *In incendio*, מִבֵּין הַשְּׂרֵפָה] *E medio incendii*, JT. i. e. corporum incensorum †: *de inter combustionem*, Ma. *Combustio* pro iis *qui combusti sunt*, ut habent o'. Sic *captivitas* pro captivis, Num. 21. 1. & *paupertas* pro pauperibus, 2 Reg. 24. 14 [t]. In loco incendii [v]. ¶ *Et* וְאֶת־הָאֵשׁ זְרֵה־הָלְאָה] *Et ignem huc illúcque dispergat*, sic Ch. *Et ignem dispergat ultrà*, Sa. Mo. Ma. O. V. sub. *altare*, V. vel *longè*, à se, O. vel *illuc*, Ar. JT. A. *ibi*, o'. vel *procul*, Sy. nempe, à Sanctuario, inter immunda *. Sic ostendit ipsorum cultum rejectaneum esse †. Alii sic; *Tollat ignem extraneum* [id זרה aliis punctis notatum significat,] *ultrà*, Sa. sim. o'. *Ignem eorum*, i.e. cinerem quo repleta sunt. Meton. efficientis †. ¶ *Sanctificata sunt*] Qu. Quomodo? Resp. 1. Quia Deo oblata sunt per ignem sacrum & thymiama, ex horum contactu sanctificantur. 2. Per vindictam quam in eos exercuit Deus. 3. *Sanctificata sunt*, i. e. jussa offerri & servari in monumentum sceleris & ultionis [x]. 4. *Sanctificata* dicuntur, quia ex deputatione Dei debent servire deinceps Divinæ gloriæ illustrandæ [y]. 5. Non minùs isto crimine Deo consecratæ sunt res istorum quàm vita [z].

37, 38. *Sanctificata sunt In mortibus peccatorum*, קָדֵשׁוּ: אֵת מַחְתּוֹת הַחַטָּאִים הָאֵלֶּה בְּנַפְשֹׁתָם] [Illud קָדֵשׁוּ pleriq; separant à sequentibus.] *Sancta sunt*, JT. Pi. *Thuribula*, vel *acerræ*, (sive, *ex thuribulis*, JT.) *peccatorum istorum in animabus suis*, o'. Ch. vel, *in animas*, Sa. Ar. P. JT. A. *sanctificata sunt*. *Thuribula peccatorum istorum sunt* (vel, *sint*, Ti.) *pro animabus eorum*, M. sim. Ti. [At Sy. conjungit cum sequentibus; *Nam sanctificata sunt thuribula*, &c. *per animas ipsorum*.] ¶ *Peccatorum*] Heb. *Peccatorum—in animas suas*, i. e. in vitas suas, Ma. Hs, pro, qui seipsos perdiderunt; qui sibi exitii (seu mortis) causa erant [a]. Qui capitali culpâ se reos mortis fecerunt; ut 1 Reg. 2. 23 [b].

38. *Producat ea in laminas*, & *affigat altari*, וְעָשׂוּ אֹתָם רִקֻּעֵי פַחִים צִפּוּי לַמִּזְבֵּחַ] *Et facient ea extensiones laqueorum* (vel, *laminas extensas*, O. seu *ductiles*, o'. sive *tenues*, Sy.) *opertorium* (vel *circumpositionem*, o'. vel *linimentum*, Sy.) *altari*, Mo. sim. Ch. Sa. Ar. JT. A. scil. altari holocaustorum [c]. Vide Exod. 39. 3 [d]. A parte anteriori altaris ponebantur, ut à populo conspici possent †. Vel, *speculationem altari*; i. e. ut laminæ illæ æreæ, splendentes, politæ, essent instar speculi, altaréque velut speculum aut speculabile redderent [f]. ¶ *Quòd oblatum sit*, כִּי הִקְרִיבֻם] Affixum pro separato, pro הִקְרִיבוּ בָהֶם [g].

40. *Loquente Domino ad Mosen*] Heb. *in manu Mosis ei*, scil. *Elezazaro*, v. 36, 37 [h]. Transpositâ particulâ, ut clarior esset sensus [i].

Marginal notes: n Bo. — o Ità Caj. & Jo. in Bo. — p Bo. — q Bo. — r Chazk. in A. — † Pi. — t A. — v La. — * Ma. ex Jun. — † A. — † Pi. — x La. Me. — y Bo. — z G. — a M. V. Ma. A. — b G. — c O. — d Ma. — † O. — f Ma. — g V. — h Ma. — i V.

43. *Fugerunt,* וַיִּפְנוּ] *Verterunt se,* O. *verterunt faciem,* V. Ma. i.e. fugerunt, V. nempe, *Moses* & *Aaron*[k], ut illuc properarent in tutum[l]. *Aspexerunt,* Ma. Potest referri ad seditiosos; *Respexerunt, verterunt ad tentorium conventûs,* tanquam ituri illuc, & Mosen & Aharonem ibidem aggressuri[m]. Hoc ipsi fatentur infrà[n].

45. *Recedite,* ità Sy. JT. הֵרֹמּוּ] *Elevate vos,* O. Ma. *tollite vos,* Mo. Sa. *ascendite,* O. *discedite,* ο'. *separamini,* Ch. Sign. propriè *sublevari.* Ponitur Zere sub He loco Hirec Dages[o]. *Si recesseritis, consumam eos,* Ar.

46. *Pergens citò,* &c. וְהוֹלֵךְ מְהֵרָה אֶל־הָעֵדָה] *Et ambulans festinantiâ (celeriter, citò) ad conventum,* Ma. Q. reddunt, *Fac ut citò percurras cœtum, & expia pro eis;* i.e. totum cœtum perlustra. Hinc fortè exercituum lustrationes inter Gentiles: Curtius, Rerum Alex. 10. 9[p]. ¶ *Et plaga desævit,* הֵחֵל הַנָּגֶף] *Cœpit,* &c. F. Ch. Sa. Sy. ο'. V. JT. O. A. Possis vertere, *profanavit, communis-fuit, violavit, plaga,* vel *percussio,* ità Q. in V. vel *consternatio, clades, strages,* Ma. *Cœpit confringere* (i.e. perdere) populum, ο'. in A.

47. *Obtulit*] Extra Tabern. Deo ità inspirante: Aliàs licebat tantùm offerre in Tabernaculo, in altari thymiamatis[q]. Incensum in manu sacerdotis dat vitam; extra eam, mortem intulit[r].

48. *Et plaga cessavit,* וַתֵּעָצַר] *Cohibita est,* Mo. Ti. sim. JT. *prohibita est,* P.

[k] A. V. [l] Ma. [m] Ma. ità Jun. [n] Jun. [o] M. [p] Ma. [q] Me. [r] Chazkuni in A.

CAP. XVII.

2. NOmen superscribes] Cujus? 1. Tribûs[a]. Non placet; nam nomen Aaronis inscriptum est, v. 3[b]. At in reliquis scriptum erat nomen Tribûs, in hac Aaronis; quia contentio inter Leviticas familias finita erat per interitum *Core,* &c[c]. 2. Principis[d]. Patet ex Hebræo textu†. Obj. Non tantùm hi contendere possent de sacerdotio, sed quivis alius. Resp. Sufficiebat hoc ad omnem litem dirimendam[f]. Nam, 1. Princeps Tribum suam repræsentavit, & eo repudiato, tota Tribus à sacerdotio repellebatur[g]. 2. Ad eos (si quos omnino) jus sacerdotii spectare videbatur, quia primogeniti erant & populi & suarum tribuum[h]. Hæ singulæ virgæ ab una & eadem fuerunt amygdalina arbore[i]. *De more ejus gentis, qui ex ea potissimùm arbore scipionibus utebantur*[k]. Tribus מַטֶּה dicitur, vel ab hac inscriptione; vel quòd 12 Tribus tanquam tot rami ex radice Israelis pullulârunt*.

4. *Coram testimonio*] i.e. Arcâ, in qua erat testimonium, i.e. liber fœderis. Vide Exod. 25. 16[l]. ¶ *Ubi loquar ad te*] Non tam ore, quàm signo, quo palàm faciam voluntatem meam[m]. ¶ אֲשֶׁר אִוָּעֵד לָכֶם שָׁמָּה] *Ubi vos convenio,* M. P. in O. *ubi conveniam vobiscum,* i.e. convenire soleo[n]; vel, *ubi vobis testificabor,* Bo. sive *paciscar,* T. *in quibus agnoscar tibi illic,* ο'.

5. *Et cohibebo à me,* וַהֲשִׁכֹּתִי מֵעָלַי] *Et quiescere,* vel *cessare, faciam desuper me,* sive, *à me,* Ch. Sa. Mo. M. A. *sic sedando avertam à me,* JT. *Auferam à me,* ο'. Sy. (At in quibusdam codicibus ἀπὸ ο'. est, *à te,* Nobil.) Usurpatur hoc verbum de cessatione *iræ,* Esth. 2. 1. & *aquarum,* Gen. 8. 1. Populus murmurans similis erat aquis tumultuantibus[o].

6. *Absque virga Aaron*] Sed malè-fidâ est hæc vulgata versio[p]. Horum autem verborum loco ponenda sunt hæc, *in medio earum virga Aharon,* F. sic ο'. Sa. Onk. Sy. Ar. 12 tantùm virgæ erant. Ità He. constanter & rectè[q].

8. *Et turgentibus gemmis,* &c. וַיֹּצֵא פֶרַח] *Et protulit germen,* ο'. Sa. Ti. M. O. Ma. JT. vel, *gemmam,* Mo. ità F. V. (*gemmavit,* G.) vel, *frondes,* Ar. vel, *ramos,* Ch. ¶ *Eruperant flores,* ità Ch. וַיָּצֵץ צִיץ] *Et emiserat florem,* JT. sim. M. Ti. Ar. *effloruit flores,* ο'. Sa. צִיץ est *flos*[r]; vel, *nascens fructus*†. Nota amygdalum priùs florem quàm folia producere[t]. ¶ *In amygdalas,* &c. וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים] [Variè reddunt.] *Amygdalas reddidit,* vel, *retribuit,* M. Ti. La. O. Ma. vel, *tribuerat,* Mo. vel, *tulerat,* Sa. Al. *ablactavit,* i.e. perductas habuit ad maturitatem[v]; translatione ab infantibus sumptâ[x]. Al. *festinavit,* i.e. citò protulit: *educabat,* JT. *& concreverat in amygdalas,* Ar. *& formatæ sunt amygdalæ,* Ch. Triplex fuit miraculum; quòd, scilicet, arida virga gemmas protulerit; quòd hæ conversæ statim in flores, & hi in fructus[y]. Qu. Cur amygdalas? Resp. 1. Quia is fructus celeriùs quàm reliqui erumpit: hinc ei nomen à שָׁקַד, *evigilare,* & *festinare*[z]. 2. Ut significet *vigilantiam* (etiam hoc sign.) in sacerdote requiri[a]. 3. Quòd virga illa ex hoc ligno constaret[b], ut hinc satis liquet. Virga amygdalina appositè sign. jus primogenituræ, i.e. sacerdotium; quia prima inter arbores floret[c].

10. *Rebellium filiorum,* לִבְנֵי מֶרִי] *Filiis rebellionis,* V. A. Mo. Sa. M. vel, *rebellibus,* Ar. sim. Ch. i.e. *inobedientes,* ο'. in A. Ità Eph. 2. 2. Vide 1 Pet. 1. 14[d]. Vel, *inobedientium,* ο'. vel, *irritatoribus,* Sy. vel, *amaritudinis,* sive *amaris,* i.e. rebellibus, quales patribus amari sunt†; vel, *filiis mutationis, (mutabilitatis, contumaciæ, contradictionis,)* vide Gen. 26. 35[f]. ¶ *Et quiescant,* וּתְכַל] *Et finies,* Mo. querimonias illorum†; *ut cessare facias,* Sa. sim. P. Vel, *finiet,* scil. *virga,* vel *signum.* Potest esse 3. pers. fœm. sing[g]. *Et cesset,* ο'. *ut cesset,* Ch. Sy.

12. *Consumpti sumus,* &c. הֵן גָּוַעְנוּ וגו'] *Sanè defecimus,* V. q. d. Nos omnes interibimus, si ampliùs ausi fuerimus accedere ad sancta. Præt. pro fut[h]. *Ecce mortui jam sunt quidam ex nobis, & perierunt alii; omnes ergò peribimus,* Ar. Verba sunt *querela,* vel *injusta,* de pœnis & præteritis & futuris[i]; vel, potiùs, *seria,* de propria miseria[k]: q. d. Quid ergò consilii nè moriamur? Respondet Dominus, Num. 18. 1[l]. Optant malum, si quod impendeat, precibus Mosis averti[m]. Culpam deprecantur[n].

13. *Num ad internecionem,* &c? הַאִם תַּמְנוּ לִגְוֹעַ] *An verò omnes ad unum exspirabimus?* JT. *Numquid consumimur ad internecionem?* M. *Numquid consumendi sumus ut deficiamus?* O. *Anne consumpti sumus deficiendo,* vel, *ad moriendum?* V. *Anne (Itâne) absumemur (absolvemus) exspirando?* Al. *Num finem facimus exspirandi?* Ti. q. d. Nunquam mori cessabimus[o]. Q. volunt הַאִם poni pro הֲלֹא *annon?* Al. pro *an* capiunt. Verto, *An an,* &c? Iteratur interrogatio, ut Job. 6. 13. Vel potiùs, אִם hìc valet *certè,* ut alibi sæpe. Vide quæ nos ad Jer. 31. 20[p].

[a] Ità Jo. I. Caj. Adrichom. in Bo. [b] Bo. [c] E. post L. [d] La. Bo. ità Ph. To. Procop. in Bo. † La. ex Bo. & ex ο'. [f] La. [g] Bo. [h] La. [i] M. F. He. in La. [k] Cyril. in La. * A. [l] V. F. Ma. [m] T. [n] V. A. sic Sy. [o] A. [p] F. [q] F. [r] G. † RS. in M. [t] Ma. La. [v] F. V. M. La. P. [x] G. [y] Me. ex La. [z] F. V. [a] G. [b] Bo. ex Jo. [c] La. [d] A. † O. [f] Ma. † V. A. [g] Ma. [h] M. [i] Ità Ch. & TJ. in A. [k] A. [l] La. [m] Me. [n] Jun. [o] Ma. [p] Di.

CAP. XVIII.

1. POrtabitis iniquitatem Sanctuarii] Dabitis pœnas, si quid peccatum fuerit in ceremoniis Sanctuarii[a]; si quis externus sacris se immiscuerit[b]: quia vestrum erat arcere laicos[c]; & jura vestra fortiter tueri[d]. Vos eritis custodes Sanctuarii†. Sic Deus liberat Israelitas metu quo premebantur, Num. 17. vers. ultimo[f]. ¶ *Sacerdotii*] Cavebitis nè Levitæ hoc usurpent[g].

2. *Præstóque sint,* וְיִלָּווּ] *Ut adhæreant,* Ch. *& adjungantur,* ο'. Ar. V. *copulent se,* O. Allusum ad nomen Levi[h], ei datum insigni præsagio hujus adjunctionis[i]. Sunt enim *adjuncti Sacerdotibus*[k]. ¶ *Et ministrent tibi*] Ministrare dicuntur & *Aaroni,* hoc loco, & *Ecclesiæ,* Num. 16. 9. & *Deo,* Deut. 10. 8[l]. ¶ *Tu & filii tui*] Supplent, vel, *ministrabitis,* Vulg. sim. JT. vel, *soli eritis,* Ar.

3. *Ad præcepta tua*] Heb. *Custodiant custodiam tuam,* i.e. præcepta tua[m]. ¶ *Et ad cuncta opera tabernaculi*] i.e. Res custodiendas in Tabernaculo, vasa & omnia instrumenta bellica[n]. Ceremonias totius Tabernaculi peragent[o].

5. *Super filios Israel*] Nempe, cùm temere usurpant illud munus. Alii simile illi faciunt, *Delirant Reges, plectuntur Achivi.* Animadvertet in populum ob Sacerdotum peccata. Alii longiùs, nè socordiâ Sacerdotum populus incitatus ad Divina ipse accedat[p].

6. *Dedi vobis—& tradidi donum Domino,* לָכֶם מַתָּנָה נְתֻנִים לַיהוָה] *Vobis donum, datos Domino,* Mo. P. Belg.

[a] F. V. G. [b] E. M. F. [c] T. [d] E. † M. F. V. [f] Jun. Pi. [g] M. F. V. [h] A. Ma. [i] Ma. [k] A. [l] A. [m] F. V. O. [n] O. Ma. [o] F. V. [p] Mi.

P. Belg. *Vobis dati sunt tanquam donum* (vel, *dono dantur*, JT. Sa.) *à Domino*, vel, *pro Jehovah*, JT. A.Ang. *Qui donum vobis sint, dedititii Domino*, Ti. *qui veluti donum vestrum dati sunt Domino*, M. *vobis dono donati Domino*, i. e. à Domino, vel, pro ministerio Domini, O. *Jovæque addictos vobis attribuo*, Belg. *Et dedi eos donum vobis coram Domino*, Ch. Eos qui priùs donati fuêre Deo, dono vobis sacerdotibus[q]: ut eos vobis darem, oblatos Jehovæ[r].

7. *Et intra velum*, וּלְמִבֵּית לַפָּרֹכֶת] *Et ad intra velum*, O. Ch. Sa. h. e. ea quæ in Sanctuario fiunt. פרכת, quod ubique est *velum interius*, hîc (quod mirum) necessariò est *velum exterius*, (alibi מסך dictum;) nisi vertatur, (ut potest verti,) *in domo ad*, seu *juxta*, *velum*[†]. ¶ *Per sacerdotes*, &c. וַעֲבַדְתֶּם עֲבֹדַת מַתָּנָה אֶתֵּן אֶת־כְּהֻנַּתְכֶם] [Illud עבודת Q. connectunt cum sequentibus:] *Et ministrabitis ministeria, dationem sacerdotii vestri*, ο΄. *Fungemini ministerio, munere, scilicet, quod dedi sacerdotio vestro*, Sy. *Præstabitis ministerium istud: nam dono dedi sacerdotium vestrum*, Sa. [At plerique à sequentibus disjungunt:] *Et servietis: Servitium* (*veluti servitium*, Ang. *ministerium*, Ch. *ministrationem*, P. A.) *doni dabo* (vel, *dedi*, M. Ti. vel, *posui*, P. A.) *sacerdotium vestrum*, Mo. Ang. Ch. *Servietis illi: jam enim constitui sacerdotium vestrum, ministerium dono datum*, Ar. *Nam veluti munus dedi vobis officium sacerdotale*, M. *Et operamini: nam vobis sacerdotii munus assigno*, Ca. *Ut ministretis: dativo ministerio* (sive *ministerio doni*) *dono sacerdotium vestrum*, JT. *Et servietis: servitus est doni, quod dabo pro sacerdotio vestro*, O. *Dabo*, pro *dedi*. Hæc forma loquendi denotat continuationem muneris[t]. Variè accipiunt. 1. Functionem gratuitam dedi sacerdotium vestrum, i.e. gratis dedi[v]; ut nemo vobis usurpationem impingere queat[x]. 2. Sacerdotium erat *servitus doni*, quia versabatur circa *dona*, sacrificia, & oblationes quascunque; cùm Levitarum servitus erat Tabernaculi[y]. 3. *Servitus est*, i. e. præmium servitutis, & *donum quod dabo pro sacerdotio vestro*. 4. *Servietis servitutem, dono dabo sacerdotium vestrum*; i. e. servietis servitutem sacerdotii dono dati vobis. 5. *Et servietis servitutem doni*; i. e. propter donum, vel dona; i. e. oblationes quas vobis tradidi jure sacerdotii. Et istæ duæ extremæ expositiones mihi magìs arrident[z].

8. *Dedi tibi custodiam primitiarum*] Non nudam, sed cum jure utendi & consumendi[a]. ¶ אֶת־מִשְׁמֶרֶת תְּרוּמֹתָי] *Do tibi custodiam elevationum mearum*, V. O. Ma. (*primitiarum*, ο΄. Ch. *separationum*, Sy. *oblationum*, JT. *oblationum elevatarum*, Sa. *levationis meæ*, M.F.) i.e. omnia quæ Deo quoquo modo offerebantur[b]. (Est enim hæc generalis propositio eorum quæ deinceps dicenda sunt[c].) Quæ ab Israel. offerendo elevantur; ut sunt *primitiæ, primogenita, & decimæ*[d]. *Omnes TERUMAS*. De quibus vide Exod. 29. 24[†]. Sacrificia & oblationes, O. ¶ *Omnia quæ sanctificantur*, ità Ch. לְכָל־קָדְשֵׁי] *Omnes sanctificationes*, O. Ma. Sy. *omnes quoque sanctificationes*, P. vel, *de omnibus sanctificatis*, Mo. Sa. Ar. ο΄. sim. M. Ti. vel, *cum omnibus sanctificatis*, Chazkuni. Vide Num. 5. 9[f]. Explicationis causâ additur: *Dedi tibi custodiam oblationum*, putà, *omnium sanctitatum*, i. e. sanctificatorum, ut ea custodias, nempe, ut inter filios tuos dividas[g]: *elevationum mearum*, quæ sanctificantur, separantur, ut mihi offerantur; tibi eas tradidi. Cave nè immundus ea comedas[h]. ¶ *Pro officio*, לְמָשְׁחָה] *Propter unctionem*, Sa. JT. Sy. M. P. nempe, sacerdotalem, O. A. quia sacerdos es, F. V. *ad ungendum*, Ma. Mo. vel, *pro unctione*, Ch. A. *ad unctionem*, Ar. Ti. *in honorem*, ο΄. Ex dictis collige quàm ampli erant Levitarum, & inprimis Sacerdotum, proventus annui. Erat ea Tribus quâvis aliâ Tribu triplò vel quadruplò minor. Ea tamen decimam partem proventuum totius terræ accepit, reliquis novem partibus in 12 Tribus (licèt quævis Tribus longè illâ numerosior esset) distribuendis. Aaroni & duobus ejus filiis dabatur centesima pars omnium fructuum: Et crescente numero sacerdotum, crescebat pariter numerus Israelitarum, & copia proventuum. Sacerdotibus etiam dabantur primitiæ proventuum annuorum, quæ (si fides Hieronymo) erant pars sex-

[q] Q. in Ma. [r] V. [†] Bo. [t] A. [v] V.A.RS. & Chazk. in A. [x] A. [y] Ma. [z] O. [a] T. ex Bo. [b] Bo. T. [c] Bo. [d] F. V. M. [†] Ma. [f] A. [g] La. ità F. V. [h] V.

agesima omnium proventuum. Et, præter dicta, eorum erant oblationes votivæ & spontaneæ, primogenita & victimæ, & propriæ præterea civitates; nempe, ut tantò servirent alacriùs Deo, & ab omni cura rerum terrenarum remotiores essent[i].

9. *Quæ sanctificantur*, מִקֹּדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים מִן הָאֵשׁ] [Variant.] *De sancto sanctorum ex igne* altaris, M. *Hoc erit tuum ex præcipuis sanctorum post sublatum holocaustum*, Ar. *de sanctitate sanctitatum, ex oblatione*, Sa. vers. (vel, nempe, *de igne*, seu *ignitis*, O.) [Al. sic;] *Horum autem sanctitas sanctificabitur ab igne*, Sy. *Hæc tu quæ ex igne sacrosancto erunt* (i. e. sacrificio quod igne fit,) *habeto*, Ca. *de omnibus quæ oblata sunt in igne*, Ch. *de sanctitate sanctitatum de*, vel *ex*, *igne*, Sa. Mo. P. Ti. O. Ma. Istud habebis de oblatione sacratiore quæ remanserit ex igne, h. e. quæ igne consumpta non fuerit[k]; vel, de iis quorum pars aliqua cremanda est igne altaris. Hîc jam incipit recensere species oblationum, &c[l]. Quædam oblationes vocantur *sanctæ*; quædam, *sanctæ sanctarum*, i. e. sanctissimæ; de quo discrimine vide ad Levit. 6. 17. quædam *communes*, quæ à quibusvis comedi poterant; & in quolibet loco. De quibus singulis hîc agit, à v. 10. ad 14. &c[m]. Q. E *rebus sanctis servatis ab igne*; i.e. quæ neque holocausta sunt, neque igne cremanda[n]. *Sancta sanctorum* sunt quæ à solis sacerdotibus tangenda & comedenda erant, & quidem in Sanctuario, v. 10[o]. Vide ad Levit. 6. 17[p]. ¶ *Omnis oblatio*, ità JT. A. Sy. כָּל־קָרְבָּנָם] *Omne munus*, O. Sa. Intelligunt, vel, 1. munera in genere, ut species illius sint quæ sequuntur[q]; vel, 2. Mincha è farina, Levit. 2. cujus pars igne adolebatur, &c. reliquúmque sacerdotibus cedebat, & cap. 6. sanctum sanctorum erat[r]; vel, 3. pacifica cœtûs, Levit. 23. 17,—20[†]; vel, 4. duos panes, Levit. 23. 17. & *panes facierum*, ait Chazkuni. Hi *sanctissimi* erant. Vide ad Levit. 23. 20. & 24. 9[t]. *Quid enim aliud munus esse potuit? PECCATUM & DELICTUM sequuntur; HOLOCAUSTUM non comedebatur; PACIFICA non erant SANCTISSIMA*[v]. ¶ *Et sacrificium*, לְכָל־מִנְחָתָם] *Omne Minchah*, O. *in omni Mincha*, V. *sive sit Mincha*, &c. P. *ex omni Mincha*, seu *munere*, JT. A. ל pro מן, V. Idem est cum priore, nempe, *oblatione*[x]: farina, seu munus, eorum[y]. [At A. à priore distinguit;] Et hoc est *Mincha* (Ang. *Meat-offering*) quod erat *sanctissimum*, Levit. 6. 16, 17. ¶ *Pro peccato*] Et hoc in loco sancto comedendum, Levit. 6. 26. ¶ *Pro delicto*] Quod etiam *sanctissimum* erat, Levit. 7. 1,—6[z]. ¶ *Redditur mihi*, אֲשֶׁר יָשִׁיבוּ לִי] *Quod reddent mihi*, F. V. A. O. Ostendunt hæc verba locum intelligendum esse de *delicto* non quovis, sed speciali illo quod restitui debet, cap. 5. 7[a]. nempe, Domino, juxta Num. 5. 8. collat. cum Levit. 6. 2,—6. ubi aries pro delicto offerendus erat, de quo specialiter hic locus intelligi potest. Ità RS. & Chazk. Iste aries *sanctissimus* erat, licèt res ablata quæ restituebatur communis fuit[b].

10. *In sanctuario*, בְּקֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים] *In sanctitate sanctitatum*, V. O. Ma. sic ο΄. Ch. Sa. Sy. *in sacrosancto loco*, Ti. Non sign. partem Sanctuarii sacratiorem, ubi erat Arca; sed secundam partem, nempe, *Sanctum*[c]; sive partem illam Templi Sacerdotum officiis dicatam[d]. In atrio Tabernaculi juxta Sanctuarium[†]. Ibi enim debebant comedi, Levit. 6. 17, 26. & c. 7. 6[f]. Vide Levit. 6. 16. & Nehem. 13. 5, 9. & Ezec. 42. 13[g]. Dicitur autem *Sanctum sanctorum* comparativè[h]; ut tertiâ parte, scil. *atrio*, (sive externâ parte Templi[i],) sanctius[k]: quia nullus sanctior locus comestioni deputatus erat[l]; in eum locum non licebat aliis ingredi[m]. ¶ *Mares tantùm*] At ex pacifica fœminæ comedebant, Levit. 10. 14. Deut. 12. 18[n].

10. *Primitias*, &c.] *Hæ primitiæ munerum*, Ch. תְּרוּמַת מַתָּנָם] Hoc tibi erit *elevatio doni eorum*, O. Caj. A. Mo. sim. Sa. Ti. JT. vel, Hoc tuum erit *de oblatione doni*, P. *Hæc igitur est separatio donorum vestrorum*, Sy. [Variè exponunt.] 1. Istud capies ex eo quod dabunt tibi dono filii Israel[o]. 2. Loquitur de oblationibus quæ non comburebantur[p]. At sic includeret primogenita, &c. de quibus agit versu seq. 3. Alii de primitiis annuis exponunt: sed de his etiam agit versu seq[q]. 4. Respicit portiones quæ redibant ad sacerdotes ex

[i] T. ferè ex Bo. ad v. 20. [k] F. V. ità A. ex Ch. [l] Bo. [m] A. [n] Ma. ex Jun. [o] Bo. A. [p] A. [q] A. [r] Bo. [†] RS. in A. [t] A. [v] Chazk. in A. [x] Bo. [y] O. [z] A. [a] V. ex F. [b] A. [c] F. V. [d] G. [†] Me. ex La. A. Bo. [f] Bo. [g] A. [h] Bo. [i] G. [k] F. V. G. [l] Bo. Ma. [m] O. [n] Me. [o] V. [p] O. [q] Bo.

pacificis, nempe, pectusculum & armum dextrum r. Probatur. 1. Quia verisimile est scriptorem, post ea quæ ex aliis sacrificiis proveniebant sacerdotibus, voluisse attingere ea quæ ex pacificis provenirent. At, nisi hîc, nusquam toto capite de iis agitur. 2. Quod hîc habetur de filiis & filiabus, idem habetur cùm de pectore & armo pacificorum sermo est, Levit. 7. 34. & 10. 14. 3. Reliqua omnia, præter pacifica, in specie versibus sequentibus commemorantur†. Respicit *elevationes*, (Ang. Heave-offerings,) quales erant *sacrificium confessionis, & pacificum, & Nazaræi aries*; de quibus vide Levit. 7. 11, 12, 14, 32, 34. & Num. 6. 17,—20 t. 5. Loquitur de victimis spontè oblatis; Quicquid ad immolandum dono dederint v. ¶ לְכָל־תְּנוּפֹת] *Omnibus agitationibus*, Ma. Bo. seu *ventilationibus*, Ma. Sa. Wave-offerings, Ang. Intelligit pectus pacificorum, Levit. 7. 30, 31, 34. quod *agitabatur*, sicut armus *elevabatur*. ¶ *Filiabus*] Nisi nuptæ sint alienis, Levit. 22. 12, 13. ¶ *Qui in domo*] Licèt verna. Peregrinus autem & mercenarius non comedebant, Lev. 22. 10, 11 x.

12. *Medullam olei*, &c. חֵלֶב יִצְהָר] *Pinguedinem olei*, &c. i. e. optimum oleum & mustum y. *Pretiosum olei*, O. Sic *pinguedo tritici* sumitur Deut. 32. 14. Psal. 81. 17. & 147. 14 z. ¶ *Primitiarum*] Harum quantitas erat pars fructuum nec minor sexagesimâ, nec amplior quadragesimâ a. *Hæc erit elevatio—sexta pars Ephæ*, Ezec. 45. 13. i. e. pars sexagesima; nam in Homer erant decem Ephæ b. Quadruplices primitias pendebant: 1. spicarum, Levit. 23. 10; 2. panum in Pentecoste, Lev. 23. 17; 3. panum quos hebdomadatim pinsebant, Num. 15. 21; 4. in festo Tabernaculorum, collectis frugibus c.

13. *Frugum initia*, בִּכּוּרִים] *Primitiva*, O. Ma. πρωτογεννήματα, (*primogenita*,) o'. in A. ità Ar. *præcocia*, Ti. *Maturitates*, i. e. ficus, malogranata, & reliqui fructus d. Q. de iisdem primitiis sumunt de quibus versu præcedenti. Sed aliud hoc membrum est†, & aliud donum f. Sign. ea quæ primò nascuntur: nempe, vel, 1. absolutè, ut fructus *primos*, vel, *primi anni*, ex arbore, agro, &c. vel, 2. comparatione ejusdem anni, & frugum ejusdem generis eodem anno postmodum provenientium. De utrisque sumi hîc potest, sic tamen, ut oblatio tota libera sit & spontanea. Nam illa Levit. 19. 23, &c. non sacerdotibus cedebant, sed viduis, pupillis vel amicis donabantur; hæc autem in h. l. sacerdotibus dantur: Ergò alia est hîc, atque illîc, consecratio. Si de prioribus accipias, intelligi debet de fructibus quinti anni, quos dominus colligere potuit; quos si spontè Deo consecravit, ii sacerdotibus cedebant. Sed nec de posterioribus præceptum datur, nisi quòd manipulum spicarum offerre jubebantur: sed hic ad primum genus oblationum, ad Mincha scil. referendus est, quia pars illius igne cremabatur: deinde, præceptum illud sacerdotes, vel totum populum, non privatum aliquem, spectabat g. ¶ *Quas gignit humus*, בְּאַרְצָם] *In terra eorum*, sub. *creverunt*, V. ¶ *Mundus in domo vescetur*] Si Deo immolatæ fuerint; nam si solis sacerdotibus fuissent oblatæ, poterant à quibusvis etiam immundis consumi h. Qu. Num poterant sacerdotes oblationes spontaneas, primitias, aliósque proventus, laicis externis mundis donare vel vendere? Resp. Ità videri posset. 1. Aliàs interdictus esset horum usus in eleemosynas & pia opera. 2. Quid si horum nimius proventus esset? an perirent potiùs quàm in externos distribuerentur? Contrarium tamen ex hoc loco probari videtur. Adde quòd his, ab aliis ad alios transeuntibus, facilè immundus vesceretur. Hæc fateor rem ambiguam faciunt. Dicam tamen quæ mihi videntur probabiliora. 1. Non poterant vendere, (nè sordidum lucrum indè captarent,) sed neque passim externis laicis donare. 2. Poterant vel aliis sacerdotum familiis communicare, vel alios laicos mundos ad mensam suam advocare, vel etiam indigentibus mundis dare. Illud ergò, *mundus in domo*, censeo potiùs excludere domesticos immundos, quàm externos laicos i.

14. *Ex voto*] Si, scilicet, voverint illud non ad immolationem, sed ad oblationem k. ¶ כָּל־חֵרֶם] *Omne*

r Bo. ex Caj. † Bo. t A. v La. x A. y V. ità Ch. in A. z A. a Me. A. b A. c Me. ex La. d M. † Bo. f A. g Bo. h Me. ex La. i Bo. k Me. La.

anathema, V. Ma. Ch. *omnis consecratio*, Mo. Sa. Sy. *omne consecratum*, o'. *omne spontaneum*, Ar. *omne devotum*, JT. A. *omnis succisio*, O. Id in bello fit l. Quid *Cherem* vide Lev. 27. 21, 28. Nec omne votum erat *Cherem*, nec omne *Cherem* votum, (nam nonnulla Dei jussu *cherem* fiebant.) De solis anathematis rerum usu consumptibilium hîc agitur. Alia enim, v. g. *patinæ*, &c. quomodo sacerdotum esse poterant? Nam *sancta sanctorum* domum deportari non poterant. Ergò in Templo servarentur, adeóque *templi* erant, non *sacerdotum* m.

16. *Cujus redemptio*, וּפְדוּיָו] *Et redemptiones ejus*, V. O. Ma. i. e. primogeniti, V. *Redimendi*, vel *redempti*, *illorum*, A. Q. in Ma. vel, *illius*, A. ex o'. Illud, *cujus*, O. refert ad hominem, vel animal: verùm non est referendum ad proximum, *animal* scil. *immundum*, (quod quasi inclusum parenthesi & obiter insertum est;) sed ad suppositum, & antecedens remotius, nempe, *hominis primogenitum* n. Probatur. Homini solùm convenit & tempus redemptionis, (*post mensem*,) & pretium, (*quinque sicli*,) Num. 3. 47 o. Cætera primogenita post octo dies redimebantur, nec tanto pretio, (vix tanti erat asinus adultus p,) sed ove, Exod. 13. 13 q. ¶ בְּעֶרְכְּךָ] *Secundùm æstimationem tuam*, V. O. Sa. i. e. pretio quod tu sacerdos constitues, ut patet ex Levit. 27. 3 r. Sed hoc frustraneum erat, cùm pretium hîc esset constitutum†. Al. *in ordinatione tua*, Bo. Ma. Refero ad illud, *post mensem*; q. d. constitues diem quando velles eum redimi t. Hic dies communi usu erat 40. à partu; ut eâdem operâ & mater purificaretur, & filius redimeretur v.

18. *Sicut pectusculum*, &c.] i. e. Quivis mundus ex familia tua iis vesci potest x.

19. *Pactum salis*] q. d. Incorruptum, stabile, & perpetuum y. Quod sic dicitur, vel, 1. quòd pactum de sale ponendo in sacrificiis erat perpetuum, Lev. 2 z; vel, 2. quòd *sal* putrefactionem arcet a, juxta illud, *Sole & sale omnia conservantur* b. *Sal* symbolum incorruptionis; ideóque in fœderibus sanciendis usurpatum, ad indicandum ea incorruptè & inviolatè servanda esse c. Deus externo quoque symbolo sancivit, nè unquam evanescat, sed semper vigeat d. Eadem phrasis 2 Paral. 13. 5†. [Notat hîc A. 24 genera donorum quæ Deus Sacerdotibus dedit; de quibus ipsum videsis.]

20. *Nihil possidebitis*] Nempe, non habebitis portionem separatam à reliquis partibus. (Habebant autem urbes & agros suburbanos. Quinetiam ex peculio collecto, vel ex donato seu legato, creduntur potuisse habere agros, &c. Hinc *Jeremias* & *Barnabas Levita* habuerunt agros, quos vendiderunt f.) Ratio legis, 1. Hæc non necessaria erant; abunde sufficiebant quæ Deus illis assignaverat. 2. Eos totos voluit Divinis ministeriis se dare, nec culturâ agrorum, &c. implicari g. 3. In partem venire cum cæteris tribubus parùm æquum fuisset h. 4. Voluit & charitatem reliquarum tribuum, & Levitarum diligentiam in salute aliorum procuranda, excitare. Hinc effecit, ut in sacris omnes penderent à sacerdotibus, & hi ab illis in corporalibus vitæ subsidiis. 5. Voluit Ministros populo dare speciem vitæ cœlestis, non rebus terrenis inhiare i. ¶ *Ego pars—tua*] Nempe, quia oblata Deo cedebant sacerdotibus k.

21. *Dedi decimas*] *Omnes Judæorum sacerdotes* (ἱερεῖς) *decimas accipiunt*, ait Hecatæus l. ¶ *Pro ministerio*, חֵלֶף עֲבֹדָתָם] *Pro opere*, vel *ministerio*, *eorum*, P. M. Ti. JT. O. A. *commutationem servitii*, Ma. Caj. in Pi. *Pro transitu servitutis*, i. e. pro ministerio quod hinc indè discurrentes faciunt m. *Mercedem ministerii*, Sa. vers. Tig. not. ¶ *Quo serviunt*, אֲשֶׁר הֵם עֹבְדִים] *Quod*, vel *quo*, *ii servientes*, Mo. Ma. *eò quòd fungantur ministerio*, Sy. V. Ità sub. ב ante אֲשֶׁר, V. Alii, *qui*, scilicet, *exsequuntur cultum*, V.

22. *Peccatum mortiferum*, לָמוּת] *Ad moriendum*, i. e. mortale; ut, *canes ad venandum*, i. e. venatici n.

23. *Portantibus peccata populi*] Nempe, si per negligentiam alienos accedere permiserint o. [Vide ad vers. 1.]

27. *Ut reputetur*, וְנֶחְשַׁב לָכֶם] *Et reputabitur vobis*, V. O. Ma. *imputabitur*, Ma. i. e. Tam grata erit oblatio

vestra,

l G. m Bo. n Bo. ità La. Me. A. o Bo. p Bo. q Bo. La. r V. † Bo. t Bo. v Bo. La. x Me. La. y V. F. O. A. Bo. T. z O. a F. M. T. Bo. b F. c Bo. d V. † Ma. f Me. g La. Bo. h Bo. i La. k Bo. l G. m O. n D. o M.

vestra, acsi esset ex propriis prædiis[p]. *Decimæ* enim erat possessio Levitarum[*]. Eodem modo proderat ipsis quo decimæ primæ privatis, nempe, ut, soluti eo nexu, reliquo vesci utique liberè possint, infrà 31. Sic vox נֶחְשַׁב & infrà ponitur, & significat sæpe adæquationem rei unius cum re altera[q]. ¶ *De torcularibus*, [וְכַמְּלֵאָה מִן הַיָּקֶב] *Et sicut plenitudo* (vel *copia*, A.) *torcularis*, F. V. O. Quid hoc vide Exod. 22. 29, 30[r]. *Et sicut maturus liquor ex torcularis lacu*, JT. ità A. BC. ex RS. מְלֵאָה, cùm de frugibus agitur, maturitatem sonat: sic Exod. 22. 29. & Deut. 22. 9[†]. Sic vocat vinum de torculari pleno. Vel potiùs, vocat *decimam* plenitudinem, quia ex pleno acervo dabatur, antequam ab eo quidquam auferretur[t]. יֶקֶב *vas, lacus, dolium*, in quo uvæ calcantur. Conferunt cum verbo נָקַב, & à cavitate dictum putant[v].

28. *Date Aaron*] Aut liberis ejus, qui iidem cum ipso censentur[x]. Non sibi soli, sed ut ille inter sacerdotes distribuat[y]. Dicunt autem Hebræi, Sacerdoti qui compertæ sit in sacris ceremoniisque negligentiæ non dandam decimam, nè ipsi exitialis fiat, ex lege Levit. 22. 9[z].

29. *Omnia*, &c. [מִכֹּל מַתְּנֹתֵיכֶם] *Ex omnibus donis*, O. vel *donariis vestris*, Ma. Quæ scilicet receperitis à filiis Israel[a]. q. d. Decimam dabitis non solùm decimæ, sed agrorum vestrorum; Num. 35. 4[b]. ¶ *Et optima & electa erunt*, [מִכָּל חֶלְבּוֹ אֶת מִקְדְּשׁוֹ מִמֶּנּוּ] *Ex omni adipe*, vel *pinguedine*, (*liquore*, Sa. vers. *de omnibus primitiis*, ο'.) *sanctificationem ejus* (vel, *& sanctificatum*, Ch. ο'. *nempe sanctitatem ejus*, Sy.) *de*, vel *ex*, *eo*, sive *ea*, P. Mo. O. Ma. ο'. Ch. Sa. Ti. *de ea* dabitis, M. *Ex singulorum opimo, ex eo* offerte *sacram partem ejus*, JT. Notent hoc qui Deo vilissima offerunt[c].

31. *In omnibus locis*] Ad distinctionem eorum quæ in *Sancto* duntaxat comedebantur[d]. [Vide ad v. 21.]

32. *Non peccabitis super hoc*, [עָלָיו] *Super illo*, V. Ma. *Propter illas*: ו in עָלָיו est masc. & refertur ad nomen מַעֲשֵׂר[†]. Non puniemini ob id quòd deteriora obtuleritis[f]. ¶ *Nè polluatis oblationes*] Quod faceretis, si, dantibus illis optima, vos daretis sacerdotibus deterrima[g]. Heb. est, *Et sanctitates—non profanabatis*. Q. sacras oblationes intelligunt: al. sacras res. q. d. Et vos ipsos servabitis, & eos pro quibus ministratis; ut 1 Tim. 4. 16. Sancta persanctè tractatote[h].

Margin: p F. V. M. Bo. — * M. — q G. — r V. — † BC. 1. 14. 452. — t O. — v Ma. — x G. — y Me. La. — z Gad v. 7. — a V. — b A. — c La. — d Bo. — † Pi. — f V. — g Me. La. — h Ma.

CAP. XIX.

2. ISTA *est religio*, &c. [וְזֹאת חֻקַּת] Hîc incipit septima libri Sectio, חֻקַּת dicta[a]. *Hoc est decretum legis*, (*constitutio*, G.) Ch. sim. Mo. V. vel *legale*, D. Hanc legem fero de vacca rufa[b]. חֻקּוֹת (Gr. δικαιώματα, ἐντολαὶ, ἐντάλματα) *statuta* ea dicuntur, quæ non ex evidenti ratione naturali, sed ex Dei voluntate, ortum habent, ut diximus De J.B. ac P. 1. 1[c]. Talia sunt omnia de sacrificiis, præsertim hoc de vacca rufa[d]. ¶ *Ut adducant ad te*, [וְיִקְחוּ אֵלֶיךָ] Ad verbum, *& acceperunt*, &c. Ma. pro *&*, vel *ut*, *accipiant*, *ad te*, O. D. i. e. accipiant & adducant; Aug. in Locutionibus. Rectissimé. Nam verbum לָקַח (sequente אֶל) alterum in se includit. Sic Matt. 4. *accepit*, i. e. acceptum transtulit, in pinnaculum templi. Sic לָקַח *accipere*, Psal. 68. vertitur *dare*, Eph. 4. Ità חֹתֶה Prov. 25. 22. *Capies carbones ignis*, i. e. capies & pones[†]. Eadem phrasis Gen. 15. 9. & Exod. 25. 2. & Levit. 24. 2[f]. Item Esa. 38. 17. *Desiderâsti* (i. e. cum voluptate eruisti) *animam*, &c. & v. 21. *contundant*, i. e. contusam ponant[g]. ¶ *Vaccam*, [פָּרָה] *Juvencam*, Ma. D. nempe, anni tertii[h]. ¶ *Rufam*] Qu. Cur tantùm rufam? Resp. 1. Hoc nè Salomoni quidem patuisse dicunt He[i]. 2. Significabat peccatum, (juxta Esa. 1. *si fuerint peccata ut coccinum*[k];) vel, quòd peccati pœna sanguine sumitur[l]; vel, quòd effusio sanguinis sit maximum peccatum[m]. 3. Vel potiùs, ut rubedine suâ adumbraret sanguinem, & quasi tota sanguis esse videretur. Sanguis autem erat præcipuum sacrificium[n]. 4. Sign. humanam Christi naturam, ejúsque afflictiones, Esa. 63. 1, 2[o]. & cruentam passionem, ut patet ex Heb. 9[p]. ¶ *Ætatis integræ*, [תְּמִימָה] *Perfectam*, V. Ma. Q. ad colorem referunt, ut RS. & ejus simius Lyra; *integram*, in rubedine. Nam *si in ea fuerint duo pili nigri, vetita est*, RS[q]. Quâ superstitione imbuti & Ægyptii boves rufos immolant, hoc tam accuratè observantes, ut si unus pilus niger sit aut albus, putetur esse profanus: Plutarch. in Iside[r]. Alii ad ætatem referunt; *adultam*, V. La. Me. sim. AE. in D. Al. In quo nullum membrum deest, aut debile est[†]. ¶ *Nec jugum*, &c.] *Hostias injuges* vocârunt Romani, Macrob. Saturn. 2. 5. Virgil. 4. Georg. —*& intactâ totidem cervice juvencas.* Festus, *Injuges boves qui sub jugo non fuerint*[t]. Sign. Israelitas Dei jugum excussisse[v].

Margin: a V. — b V. — c G. sim. D. ex RS. & K. — d G. — † D. — f A. — g Ma. — h D. — i G. — k He. in M. O. La. — l G. — m La. — n O. — o A. — p E. — q D. — r BA. 1. 2. 29. 290. — † Bo. — t Ma. — v He. in Muis.

3. *Tradetis eam Eleazaro*] Qu. Cur ei, non *Aaroni*? Resp. 1. Ut præparet eum ad summum sacerdotium. Vide suprà 16. 37[x]. 2. Aaronem voluit ab omni immunditia (quantum fieri posset) alienum, & semper expeditum esse ad sacra tractanda. Vide ad Levit. 21. 1[y]. At qui hoc fecit immundus eo factus est[z]. 3. Quia hæc victima non erat solennis & festiva, ut illam Aaron immolaret, sed lugubris & lustralis[a]. ¶ *Extra castra*] Cur ità? Resp. 1. Quia valde immunda censebatur, ut quæ totius populi in se susciperet peccata. 2. Ut typus esset Christi extra Jerusalem passuri, Heb. 13. 12[b]. ¶ *Immolabit in conspectu omnium*, [וְשָׁחַט אֹתָהּ לְפָנָיו] *Et mactabit eam ante eum*, V. O. Mo. Sa. vel, *in conspectu ejus*, ο'. sive *suo*, Ch. vel, *in præsentia sua*, Sy. Quod vel curam & inspectionem significare potest; vel fortè peculiarem ritum respicit, ut adversam sibi, vel resupinam & expansam se respicientem, adversus ipse jugularet[c]. *Et unus mactabit eam ante faciem ejus*, A. Sed quis immolabit? Resp. 1. *Eleazarus*. Ità Vulg. 2. *Sacerdos* cui hoc negotium fuerit commissum[d]. Non ipse *Eleazar*, sed alius ejus jussu[†]; etiam non sacerdos, cùm hæc jugulatio non haberet rationem sacrificii. *Mactabit*, scil. *mactans*, O. Patet ex verbis sequentibus, *mactabit coram eo*, i. e. Eleazaro, A. O. & ex v. 5. ubi eadem ferè phrasis, *comburet eam cunctis videntibus*[f]. *Comburens* autem alius erat à *sacerdote*, ut constat v. 7, 8. Credendum ergò est sacerdotem nec combussisse, nec mactâsse[g]. 3. *Immolabit*, i. e. immolari faciet, scil. is qui offert[h]. *Facere* sæpe dicimur quæ per alios facimus[i]. Ità Marc. 15. 45. *dedit*, i. e. jussit dari. Vide ad Gen. 39. 22. & 48. 22. & Exod. 7. 17[k]. Græci vertunt, σφάξουσιν (*mactabunt*,) G. *Ante eum*, i. e. ante Eleazar, vel, ante populum[l].

4. *Contra fores tabernaculi*] Obversus ad eas, quamvis è longinquo[m]. Quo sign. Deo nos peccatis nostris ad pœnam obstringi, eíque lustrationem à peccatis fieri, & per hanc victimam illi quasi satisfieri[n].

6. *Cedrinum*, &c.] De his vide ad Levit. 14. 4[o].

9. *Ut sint in custodiam*] i. e. Diligentissimè servabitur ille cinis ad conficiendam aquam lustratoriam[p]. *Erit in asservationem*, Ma. A. i. e. asservanda erit. Similis phrasis Exod. 16. 32, &c. Num. 17. 10[q]. ¶ *Et in aquam aspersionis*, ità ο'. Ch. sim. Sy. Ar. [לְמֵי נִדָּה] *In aquam separationis*, O. Ma. P. Mo. Sa. A. JT. vel, *remotionis*, Ma. i. e. quâ aspergendi sunt separati, vel remoti, à cœtu ob immunditiam[r]. *Aquas elongationis*, Caj. in Bi. O. Ma. i. e. quarum aspersio facit eos elongare à peccatis, i. e. ab immunditia[†]. Aqua cineri mixta ostendit homini ex quibus constat. Optima purgatio, semet nôsse[t]. Similes ritus in Ovidio legere est: —*terdenas Curia vaccas Accipit, & largo sparsa cruore madet. Ast ubi visceribus vitulos rapuêre ministri, Sectáque fumosis exta dedêre focis, Igne cremat—purget ut ille cinis*; Ovid. Fast. 4. *Certè ego de vitulo cinerem, stipulámque fabalem, Sæpe tuli plenâ februa tosta manu*; ibid[v]. ¶ *Pro peccato*, &c. ità Ch. P. O. [חַטָּאת הִוא] *Peccatum ipsa*, Mo. Q. ad vaccam referunt; *Vacca hæc peccatum est*, i. e. victima expiatrix peccati[x]. Talis autem erat tantùm impropriè, quia speciem quandam referret sacrificii pro peccato; vel, quia ad immunditiam legalem tollendam vacca hæc cremata est. At verum sacrificium non erat: 1. quia non in Atrio sancto immolata; 2. nec adipes ejus cremabantur in altari; 3. nec sanguis ad basin altaris fundebatur; quæ omnia fiebant in cæteris pro peccato sacrificiis: 4. nec

Margin: x Ma. — y Bo. O. — z A. — a Me. et La. — b La. Mas Jun. — c Ma. — d V. A. — † A. — f Bo. — g O. Bo. — h G. — i Bo. — k A. — l O. — m Me. ex La. — n La. — o G. — p V. La. Bo. — q A. — r A. Ma. — † O. — t G. — v Ge. — x La. Me.

ſanguis illatus eſt in Tabernaculum; quod faciendum in ſacrificio pro peccato Pontificis & populi[y]. Alii referunt ad aquas. Aqua *peccati eſt*, JT. nempe, expiationis peccati[z]. Vide v. 17. Sic etiam ſacrificium pro peccato *peccatum* vocatur[a].

10. *Et advenæ*] Peculiare huic legi & paucis aliis, ut etiam hoſpites non circumciſos obliget[b].

11. *Qui tetigerit cadaver*] Q. exiſtimant hanc aquam inſtitutam ad expiandam hanc tantùm immunditiam contractam ex contactu mortui. Alii cenſent fuiſſe communem omnium legalium immunditiarum expiationem[c]. ¶ *Septem diebus immundus*] In Chryſippi libris vetitum dicitur προελθεῖν ἀπὸ λέχους ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν, (*à coitu aut morticino prodire ad ſacrum.*) Sic Euripides in Taurica, Ἥτις, βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου, Ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν, Βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη· (*Quæ, ſi quis mortalium tetigerit cæde dignum virum, aut puerperam, aut cadaver, manu ſuâ, hunc arcet aris*[d].)

12. *Aſpergetur ex hac aqua*] Heb. eſt בו, quod refertur ad מַיִם. Reſpicitur ergò non ad formam, ſed ad ſignificationem, vocis מַיִם, quæ hîc rem ſingularem denotat. Similes ſyntaxes vide verſ. ſeq. & Levit. 11. 38†. Imitati hoc Gentiles: Qui enim funeri uſque ad finem interfuiſſent, aquâ ter luſtrabantur antequam diſcederent, ut docet Virgil. rituum ſcientiſſimus, Æn. 6. *Oſſáque lecta cado*, &c. ¶ *Septimo*] Ut plena & perfecta cenſeretur luſtratio: *Septem* numerus perfectionis[f]. Veriſimile eſt hunc cinerem per ſingulas urbes diſtribui, ibíque ſervari, & promi cùm opus erat. ¶ *Septimo non poterit emundari*] Qu. Quid igitur faciendum ei qui non mundatus eſt debito tempore? Reſp. Veriſimile eſt eum qui 3. die omiſiſſet, potuiſſe 4. vel 5. vel etiam 10. die primâ vice ablui, & hunc diem numerandum pro tertio fuiſſe, & ab hoc ſeptimum fuiſſe computandum[g].

13. *Polluet tabernaculum*] Si illud ingrediatur non purificatus[h]. ¶ *Et peribit*] i. e. Occidetur à Judicibus, ſi res conſtet[i]. Nempe, ſi ex malitia & ſuperbia omitteretur. Si autem ex ignorantia vel negligentia, (vel, ſi nemine conſcio ex malitia id feciſſet[k],) hoſtiam afferre debuit, Levit, 5. 3—6,—17[l].

15. *Quod non habuerit operculum*, &c. אֵין צָמִיד פָּתִיל עָלָיו] [Variè reddunt.] *Super quo non fuerit operculum adjunctum*, P. vel *affixum*, M. vel *alligatum*, Ar. Ti. A. Al. *Super cujus os fruſtum laneum* (ſeu *fragmentum panni*) *non fuerit adjunctum*, i. e. *ſuperpoſitum*[m]; ſcil. ad obturandum illud, ut fieri ſolet[n]. *Super quo non eſt pannus* (ſeu *linteus*, Sa.) *circumtortus*, JT. Verto, *alligatum fruſtum panni.* Adjectivum nomen antecedit; quod in Hebræa lingua rarum[o]. Al. *non eſt conjunctum involutum*, i. e involucrum[p]. *Qui non habet alligaturam alligatam*, ο'. Al. *cui non conjugatio alligaturæ*, &c. i. e. operculum vaſi alligatum[q]. De voce צָמִיד diximus Gen. 24. 22. de פָּתִיל, Gen. 38. 18[r]. Non eſt lex generalis, ſed tantùm ſermo eſt de funeribus. Vaſa ergò in Tabernaculo defuncti non operta contaminantur†.

16. *Si quis in agro*] Ibi enim ſepulchra habebant; non juxta Templum, nec in urbibus, nè in ea incurrendo polluerentur. Pariter & Gentiles: 1. nè aer in urbe fœtore cadaverum putrefieret; 2. *nè funeſtarentur ſacra civitatum*, ut ait Paulus l. 2. Recep. ſent. tit. 21[t]. ¶ *Mortui*] Scil. morte naturali. Synecdoche generis[v]. ¶ *Sive os illius*] Vide Ezec. 39. 15[x]. Quia idololatræ & ſortilegi in ſuperſtitionibus ſuis utebantur oſſibus mortuorum, & circa ſepulchra talia exercebant; & etiam quia talia habent in ſe immunditiam corporalem[y].

17. *Aquas vivas*] Scil. ex fonte, aut fluvio: quæ propter motum vivere videntur[z].

18. *Hyſſopum*, אֵזוֹב] Q. vertunt *muſcum*. K. vertit *origanum*. Sed non perſuadet. 1. Veteres omnes reddunt hyſſopum. 2. Idem ſignificat Chaldæum *Ezoba*, & Arabicum *Suſa*, vel *Suſe*[a]. [*Vide quæ ad Exod.* 12. 22.]

19. *Et veſtimenta ſua*] Etiam & corpus ſuum, licèt de hujus ablutione ſileatur[b]. Servius ad 4. Æneid. *In ſacris pura veſtis appellatur, quæ neque funeſta ſit, neque maculam habeat ex homine mortuo*[c]. ¶ *Lavabit*] *Aquâ* ſcil. *luſtratoriâ*, ſive *ſeparationis*, verſ. 9[d].

[y] Bo. ad v. 2. [z] Ma. ità A. Pi. [a] Pi. [b] G. [c] Me. [d] G. † Pi. [f] La. [g] Bo. T. [h] La. Bo. A. [i] La. [k] Bo. [l] Bo. A. ex He. [m] F. V. ex K. [n] Ma. [o] Pi. [p] O. [q] Q. in Ma. [r] Ma. † Me. [t] La. [v] Pi. [x] A. [y] Me. [z] Pi. [a] D. [b] Bo. ad v. 21. [c] G. [d] V.

21. *Qui tetigerit aquas—immundus erit*] Obſervat Hiſcuni, vaccam rufam polluiſſe mundos, & mundaſſe pollutos†; (quod certè valde mirum eſt[f];) ut ignis diſſolvit ceram, & indurat ovum. Sic medicamenta quædam ſanant ægrotos, & ægrotos reddunt ſanos[g]. Sic lixivium, licèt ſit immundum, pannos tamen emundat[h]. Qu. Quæ cauſa? Reſp. 1. Ad myſterium hoc ſpectat[i]. Significabat vel, 1. imperfectionem rituum legalium, ut eos ad Chriſtum manuduceret[k]. Confer Heb. 7. 27, 28. & 10. 1, 2, 3. Vel, 2. peccatum ſacerdotum & aliorum qui Chriſtum interfecerant[l]. Vel, 3. ut qui alios mundat vereatur, nè in ipſa cæterorum purificatione ſordidetur, & meminerit & ſe habere quod purget[m]. 2. Aquæ hæ immundæ cenſebantur utpote cinerales, atque ex fimi & pellis vitulæ combuſtione confectæ[n]. 3. He. hoc intelligunt de iis qui ſine neceſſitate tetigerunt, & cùm nemo mundandus eſſet[o].

22. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet*] [Variè intelligunt.] 1. De leproſis, feminifluis, & menſtruatis[p]. Non placet, quia eorum hoc capite nulla facta eſt mentio[q]. 2. De immundo ex contactu aquarum luſtrationis, &c. Hunc eſſe ſenſum patet ex textu Hebræo & Chaldæo, qui alium ſenſum non admittunt, & quia hic verſus pendet à præcedenti[r]. [Aliis neque id placet.] Hi enim uno tantùm die immundi erant, & ſuprà his ſua purificatio præſcribitur, unde nec illi alios contactu ſuo inficiebant†. 3. De immunditia majori ſeptem dierum ex contactu cadaveris, ſepulchri, & cæterorum, &c[t]. De hac enim in præſenti materia eſt ſermo[v]. *Immundus*, ſcil. ex mortuo, de quo antè dictum eſt[x]. ¶ *Et anima quæ horum quippiam tetigerit*, הַנֹּגַעַת] *Quæ tetigerit*, ſupple, *eum*, Sy. Ar. vel, *illud*, Ch. JT.

† D. ad v. 7. [f] O. [g] D. [h] La. [i] Bo. A. [k] A. [l] A. ad v. 7. [m] Cl. [n] La. ad v. 22. [o] A. [p] To. in La. [q] La. Bo. [r] La. † Bo. [t] Bo. Me. [v] Bo. [x] A.

CAP. XX.

1. IN *deſertum Sin*, צִן] Alius locus à סִין Exod. 16[a]. *Sin* illud erat octava manſio, hoc trigeſima tertia[b]. ¶ *Menſe primo*] Nempe, anni quadrageſimi ab exitu[c]: ut patet ex cap. 33. 36. & quòd Aaron eo anno mortuus eſt[d]. Moſes tantùm commemorat geſta ann. 1. 2. & 40†. ¶ *In Cades*, בְּקָדֵשׁ] Qu. An idem locus ſit cum *Cadesbarne*? Reſp. 1. Q. affirmant[f]. Melior hæc ſententia. Vide Gen. 14. 7. Num. 13. 22. Sic & Euſeb. & Hieron. in locis Hebraicis[g]. Alii negant[h]. Sic etiam Chorographi Terræ ſanctæ[i]. Probant: 1. quia *Cadesbarne* erat in confinio Auſtrali terræ Canaan, ut patet Num. 34. 4. & Joſ. 15. 3. ubi ponitur in ſorte Tribûs Judæ. At *Cades* hæc longè aberat à Canaan, erat enim in extremis finibus Idumææ ad Auſtrum vergentibus, Num. 20. 16. non procul à mari Rubro[k]. 2. *Cadesbarne* (quæ *Cades* dicitur Deut. 1. 46.) eſt *El-pharan* Gen. 14. 6. At hæc *Cades* eſt in deſerto *Sin*[l]. Diligenter hîc & cap. ſeq. deſcribit loca itineris, nè quis fortè exſiſteret qui ea loca aut frugifera aut aquoſa fuiſſe diceret, ac ſic miraculorum vim eluderet[m]. ¶ *Maria*] Quatuor menſibus ante Aaron[n].

6. *Dimiſsâ multitudine*, מִפְּנֵי הַקָּהָל] *A facie congregationis*, JT. i. e. metu, Jun. Pi. A. Sic מִפְּנֵי accipitur Exod. 9. 11. & 19. 18[o]. ¶ *Clamaveruntque*, &c.] Totum hoc non eſt in Heb. nec Græco nec Chald. quæ quidem nunc habemus[p].

8. *Tolle virgam*] Nempe, vel, 1. *Moſis*[q]: *Tolle tuam virgam*, ο'. in A. Et Moſes dicitur percuſſiſſe *ſuâ virgâ*, v. 11. Et hæc forſan in Sanctuario ſervabatur[r]. Vel, 2. *Aaronis*, L. La. G. Ma. Jun. Pi. Chazkuni in A. Nam ſcribitur hanc virgam accepiſſe, & quidem à conſpectu Jehovæ, (ubi poſita erat, Num. 17. 10.) at baculum ſuum Moſes haud dubiè ordinariè geſtavit, nec illum repoſitum legimus in conſpectu Jehovæ*. ¶ *Loquimini*] Dic tu, nomine tuo & fratris tui†.

10. *Dixitque*] Uterque, ut ex pœna communi colligitur[t].

11. *Percutiens*, &c.] Simile in Euripidis Bacch. Θύρσον δέ τις λαβοῦσ᾽ ἔπαισεν εἰς πέτραν, Ὅθεν δροσώδης ὕδατος ἐκπηδᾷ νοτίς. Et in Callimach. hymn. in Jovem de

Rhea

[a] L. E. T. [b] Me. ex La. [c] L. E. Me. Jo. To. in T. V. A. [d] O. † Me. [f] Ità O. ex Caj. To. & Maſ. in La. [g] Ma. [h] Ità Me. A. La. ex Torn. Chazk. in A. [i] La. [k] La. [l] Chazk. in A. [m] G. [n] Me. [o] Pi. [p] G. T. [q] Ità Me. Bo. [r] A. * Pi. † V. [t] Ma.

Rhea puerpera in Arcadiæ locis ſiticuloſis agente; Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης χολοιὴ φάτο πότνια Ῥείη, Γαῖα φίλη, τέκε καὶ σύ· τεαὶ δ' ὠδῖνες ἐλαφραί. Εἶπε, καὶ ἀντανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν, Πλῆξεν ὄρος σκήπτρῳ· τὸ δ' οἱ δίχα πουλὺ διέστη, Ἐκ δ' ἔχεεν μέγα χεῦμα [v].] [*Utrumque figmentum ex hac hiſtoria deſumptum videtur; ut ſolenne erat Ethnicis furunculos agere S. Scripturarum.*] Qu. Num eadem hæc petra & percuſſio cum illa Exod. 17? Reſp. Minimé: Illa erat in *Raphidim*, annóque 2. hæc in *Cades*, & anno 40 [x].

12. *Quia non credidiſtis*, &c.] Qu. Quodnam fuit peccatum Moſis & Aaronis? Reſp. 1. Quòd dixerunt, *Eliciamus*; quod Dei erat, ſibi tribuentes. Vide Deut. 1. 37 [y]. 2. Peccatum erat incredulitatis & diffidentiæ [z]. Hanc autem dubitationem ſuam, quam intus habebant, exteriùs aliquo ſigno (vultu, aut geſtu [a],) prodiderunt [b]. Dubitabant non quidem de potentia Divina, ſed de voluntate & affectu [c], an Deus vellet tam rebelli populo dare aquas [d], cùm tamen Deus certò & abſolutè (non conditionatè) promiſerat [†]. Dubitationem hanc indicari volunt, vel, 1. quòd percutiant, cùm Deus tantùm alloqui juſſerit [f]. Aliis non placet. Quorſum virga ſumenda erat, niſi ut percuterent [g]? At florida illa virga Aaronis non erat ad percutiendum vel imperata, vel commoda [h]. Vel, 2. quòd non petram, (ut jubebantur,) ſed populum, alloquuntur [i]. Vel, 3. quòd petram bis percuſſerint [k]: quod indignationem ipſorum teſtabatur [l]. Fortaſſe Deus ad primam percuſſionem aquas non dedit, ad eorum fidem tentandam [m]. Vel, 4. quòd dixerint, v. 10. *Num aquam*, &c? *Num* illud eſt dubitantis, ut apparet v. 12 [n]. Simile *Num* vide Gen. 18. 13 [o]. Sub dubio proferebant, *Nunquid poterimus*, &c [p]? quæ abſolutè & affirmativè proferre debuiſſent, dicendo, *Petra, da aquas*. Hoc eſt quod dicitur Pſalm. 105. 34. *Diſtinxit in labiis ſuis*, i. e. aliter protulit verba Dei quàm proferenda erant [q]. Non ſola verba ſpectat Deus, ſed etiam quo animo ea proferuntur [r]. Et hujus peccati Aaron particeps erat, quòd in illo periculo tacuit, & Moſen fratrem non redarguit [†]. ¶ *Ut ſanctificaretis me*] Ut ſanctum, fidelem, potentem oſtenderetis [t]; ut apertè prædicaretis populo omnipotentiam meam [v]. q. d. Debuiſtis in memoriam eis revocare præterita miracula, & celebrare potentiam Dei, quâ aquas ex petra produceret [x]. ¶ *Coram filiis Iſrael*] Scandalum proximorum ex ſe valde noxium eſt, Deóque injurioſum [y]. Populo dederunt cauſam dubitandi [z]. Publicè peccârunt, ideóque ſeveriùs cum eis egit Deus, quàm alibi, cùm Moſes infidelitatem proderet, Num. 11. 22, 23. quia tum privatim peccavit [a].

13. *Contradictionis*] Ubi contradixit & murmuravit populus [b]. *Aquæ litis*, quia lis erat inter Deum & populum [c]. ¶ *Et ſanctificatus eſt in eis*] [Ità ferè omnes;] vel, *inter illos*, JT. i.e. Apparuit glorioſus filiis Iſrael, & omnipotens; ſuperavit incredulitatem eorum [d]. Sanctus, verax & clemens declaratus eſt, dando rebellibus potum [†]. Al. referunt ad Moſen & Aaronem. *Sanctificatus eſt*, vindicando eorum rebellionem [f]. Vide ad Lev. 10. 3 [g]. & Ezec. 38. 16, 22, 23 [h]. Cùm Deus nec Moſi parceret, reliqui territi erant, & magìs obedientes [i]. Huic expoſitioni favet phraſis: nam quum נקדש regit ב, ſign. *ſanctificationem Dei in alicujus punitione*; ut videre eſt in Ezec. 28. 21, 22. & 36. 23. Et ב notat objectum [k].

16. *Miſerit angelum*, ità Mo. ο'. Ch. Sa. Sy. M. Ti. [מַלְאָךְ] Vel, 1. Angelum propriè dictum [l], de quo dictum Exod. 23. 20. & 33. 2. qui populum & præcedebat & cuſtodiebat [m]. Omnis Iſraelis ſalus & ductio per Angelos adminiſtrata eſt [n]. Non placet; quia nulla Angeli mentio in eductione ex Ægypto [o]. Vel, 2. *nuncium*; ſic Ar. RS. in M. ſive miniſtrum Dei, Maimon. in G. i. e. Moſen. Nomen מַלְאָךְ tribuitur *Phineæ*, Judic. 2. 1. & *prophetis*, 2 Par. 36. 16. & *Aggæo*, Ag. 1. 13 [p]. ¶ *In extremis finibus tuis*, [עִיר קְצֵה גְבוּלֶךָ] *Urbe extremitatis finium tuorum*, V. vel, *regni tui*, F. *in latere termini tui*, F. ex Ch. In urbe quæ ſita eſt in extremitate patriæ tuæ [q]; quæ non longè diſtat à regno tuo [r].

[v] Ca. [x] La. [y] Ca. [z] Ità E. Me. T. F. [a] Me. [b] T. Bo. [c] Ma. [d] La. [†] La. E. Ma. [f] A. ità RR. To. & Caj. in Bo. Jun. [g] A. Ma. [h] Jun. [i] RR. & To. & Caj in Bo. A. Jun. Th. & O. in La. [k] O. Jun. T. Q. in Ma. [l] RS. in A. [m] Me. [n] G. Jun. [o] G. [p] O. La. [q] La. [r] Bo. [†] M. ad v. 8. [t] Me. [v] G. [x] F. [y] T. [z] M. & F. ex He. [a] A. [b] Me. [c] O. [d] F. V. [†] La. [f] A. L. K. in F. [g] F. V. [h] A. [i] L. [k] Pi. [l] Ità M. D. La. [m] D. [n] F. [o] G. [p] G. F. [q] V. [r] F.

17. *Tranſire liceat*] Hoc eſt quod ὁδὸν καὶ ἀγορὰν αὐτῶν dicunt Græci: & ità hîc Joſephus. Vide quæ nos de J.B. & P. 2. 2. 13. & 19 [†]. ¶ *Non bibemus aquas*] Gratìs, ſcilicet: Nam in deſertis illis locis magna aquæ penuria [t]. ¶ *Viâ publicâ*] Heb. *per viam Regis*, vel *regiam*. Ge. appellat *viam multorum*, D. Quæ ampliſſima eſt & frequentiſſima, quâ ſcilicet Regibus cum totis copiis iter eſt [v].

18. *Non tranſibis per me*, [בִּי] i.e. Per patriam meam [x]. Obj. Deut. 2. dicit ad *Sehon*, *Concede tranſitum, ſicut fecerunt filii Eſau*. Reſp. 1. Conceſſit tranſitum (non quidem per medium, ſed) per extremitates regni ſui. 2. Duo petiit Iſrael à Sehon; 1. *Alimenta vende*; 2. *Concede tranſitum*: & hoc refertur tantùm ad primum [y]. Nam Rex Edom conceſſiſſe videtur iis cibaria emere [z].

19. *Per tritam viam*, [בַּמְסִלָּה] Viâ publicâ, ſtratâ & tritâ; à סָלַל *exaltavit*, quòd lapidibus aggeſtis conſurgat in altitudinem [a]. ¶ *Nulla in pretio difficultas*, &c. [רַק אֵין דָּבָר בְּרַגְלַי אֶעֱבֹרָה] [Variè vertunt.] *Tantùm nè quid ſit impedimento*, (vel, *modò nè negotium faceſſas nobis*, Ti. vel, *ſine ullo planè negotio*, Ca. vel, *tantummodo citra ullum malum*. M. ſim. Ch. vel, *tantùm nè ſit aliquid*, Sa. vel, tantummodo *iſtud*, nihil *aliud*, JT. vel, *tantùm*, nihil aliud agens, A. Ang. Belg.) *pedibus tranſibo*, P. vel, *tranſeam*, JT. *Et nullum nobis eſt negotium, ſed tranſibimus tantùm*, Ar. Al. *Tantùm non verbum* cum tuis ullum miſcebimus litigando vel diſceptando [b]: ſilentes & quieti tranſibimus [c]. Al. *Tantùm non verbo*, i. e. dicto citiùs, pedes tranſibo [d]. Al. *Sine verbo*, i. e. re, h. e. nihil aliud agens [†]. Al. *Profectò non eſt verbum*, vel, *ſolummodo non eſt verbum, pedibus meis tranſibo*. Quod promitto non verbum eſt, ſed re comprobabo. דָּבָר hîc eſt quod דְּבַר שְׂפָתַיִם 2 Reg. 18. 20 [f].

24. *Ad populos ſuos*] Heb. *colligetur ad populos ſuos*. Periphraſis eſt mortis, *quæ communis eſt univerſæ terræ* [g]. Vel, q. d. In fide parentum morietur [h]. Non placet; quia dicitur idem de impiis. Et *Abraham ivit ad patres*, Gen. 15. 15. qui tamen impii fuerunt, Joſ. 24. 2 [i]. Vel, quia moriens ad totam ſtirpem ſuam proficiſcitur, & adunatur, & cum eis commoratur, & inter defunctos cenſetur [k]. *Colligetur* (nempe *anima ejus*, juxta Pſal. 104. 29.) ad pios patres. Confer Act. 13. 36. Heb. 12. 23. & Pſal. 26. 9. Vide ad Gen. 25. 8 [l]. *Colligetur*, i. e. ibit ad plures, Gen. 25. 8 [m]. ¶ *Quòd incredulus fueris*, &c. [מְרִיתֶם] *Rebellâſtis*, &c. Ch. ſim. Sa. Ar. JT. A. *exacerbâſtis me*, ο'. ſive, verbum *oris mei*, Sy.

25. *In montem Hor*] Ubi *Petra* urbs Joſepho. Vide Plinium [n]. Obj. Deut. 10. Aaron in *Moſera* ſepelitur. Reſp. Idem locus: *Hor* mons erat; locus verò adjacens, in quo caſtra Judæi metabantur, dicebatur *Moſera*. Et bis ad hunc locum venerunt Iſraelitæ, (ut patet Num. 33. 30, 37.) quod minimè mirum, eandem ſolitudinem pervagatis per 40 annos [o]. Vid. ad Deu. 10 [p].

26. *Cúmque nudaveris*, &c.] *Aaronem veſtibus*, nempe ſacerdotalibus; Exod. 28. 2. Levit. 8. 7, 8, 9 [q]. Eas induit in caſtris, ut cum decore & gloria occumberet; & ut eas exueret, iiſque indueret Eleazarum, qui præter legem & morem factus eſt Pontifex, 1. vivente patre, 2. ſolo veſtitionis ritu, ſine ulla unctione vel conſecratione [r]. Ablatio veſtium ſignificabat ablationem muneris ſui, & illius collationem in alterum. Confer Eſa. 22. 15, &c [†].

30. *Videns*] Heb. *Et viderunt*. *Videre* ponitur pro *cognoſcere*, *intelligere* [t]; ut Gen. 42. 1. Act. 7. 12. Exod. 20. 18 [v]. *Et vidit princeps piſtorum*: *Et vidi in corde meo* [x]. ¶ *Triginta diebus*] Tempus luctûs publici inter Judæos, teſte Jo. de Bello Jud. 3. 15. Tamdiu & Moſen lugebant, Deut. 34. 8 [y].

[†] G. [t] T. V. [v] F. [x] V. [y] L. [z] D. [a] V. [b] O. Ma. [c] Ma. [d] Ma. [†] A. [f] Di. [g] F. ex AE. [h] Q. in F. [i] F. [k] F. V. ex He. [l] A. [m] G. [n] G. [o] T. [p] Bo. [q] A. [r] La. [†] A. [t] D. A. [v] A. [x] D. [y] D.

CAP. XXI.

1. *CAnanæus*] Quomodo? An latâ ſignificatione? Sic Amorrhæi vocantur *Cananæi* [a]. ¶ *Rex Arad*] *Arad* nomen vel, 1. *Regis*, (incertum verò an idem qui Joſ. 12. 14. an ejus ſucceſſor [b];) vel, 2. *regionis* [c]; vel,

[a] D. [b] D. [c] Bo.

vel, 3. *urbis*[d]. Itâ sumitur Jos. 12. 14 †. Mentio ejus urbis Num. 33. 40. Jud. 1. 16. ¶ *Ad meridiem*] Scil. Cananææ[f]; versùs angulum Orientis, non procul à mari mortuo, ubi urbem collocat Adrichomius, & ubi tum Israelitæ †. ¶ *Per exploratorum viam*; ità ferè omnes vertunt; דֶּרֶךְ הָאֲתָרִים] Vel, 1. Per modum exploratorum se in terram insinuaverunt[g]. Vel, 2. Per eam viam quâ antea exploratores venerant ante 38 annos, Num. 13. 18[h]. Ità interpretes omnes quos vidi. (Fortè א additum ad תרים *exploratores*, ut in אֶזְרוֹעַ *brachium*, &c[i].) Non placet L. D. quia exercitus declinaverat à via recta, ut circumiret terram Edom. Non est autem verisimile quòd exploratores tanta quærerent diverticula. Et ideò dicunt aliqui *exploratores* hos præcessisse exercitum Israel[k]. Al. accipiunt de Rege *Arad*, quasi hic per viam exploratorum, vel medio exploratorum, vel exploratoribus referentibus, quos ad hoc sciendum miserat, audiverit adventum Israelis[l]. Alii, *per viam* (sive, *aditer*, Ar.) *Atharim*, ο'. Sa. Sumunt pro nomine proprio loci, (cujusmodi multos lapsus fecerunt ο'. ait F.) imposito fortè ab exploratoribus *. ¶ *Duxit prædam*, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי] *Et captivavit ex eo captivitatem*, O. Ch. i. e. *captivos*, Sa. *Captivitas*, pro *captivis*, Num. 31. 12. Jud. 5. 12. 2 Chron. 28. 5. Sic *paupertas*, pro *pauperibus*, 2 Reg. 24. 14. & *spolium*, pro *spoliatis*, Amos. 5. 9. & *gratiarum actiones*, pro *gratias agentibus*, Nehem. 12. 31[m]. Incertum est an præda fuit hominum, (quod magis credo,) an aliarum rerum[n]. Hæc res occasio erat voti concipiendi[o]. Permisit hoc Deus ut populum & castigaret & exerceret, simúlque doceret eos non suâ virtute aut meritis victores fore[p].

2. *Delebo urbes*, וְהַחֲרַמְתִּי] *Succidam*, O. Me. *devovebo*, Sy. sim. JT. *anathematizabo*, Me. Ma. Sa. ο'. F. i. e. plenè & totaliter destruam[q]: non reservabo ad usus nostros, sed tibi consecratas penitus exscindam. Factum Jos. 6. 17, & 18. Vide Levit. 27. 29. & Deut. 13. 15, &c[r]. Tacitus Annal. 13. de *Cattis* & *Hermunduris*, *Germaniæ* populis: *Victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravêre; quo voto equi, viri, cuncta victa, occidioni dantur* †.

3. *Et tradidit*] Supplent, vel, *illi*, JT. vel, *in manum ejus*, A. ex ο'. [Ità reliqui veteres.] ¶ *Vocavit nomen loci Hormah*] i. e. *Anathematis*, sive *Excisionis*, locum, Ma. Israel has urbes delendo, primitias quodammodo Deo obtulit[r]. Qu. Quando hoc factum? Resp. Videntur interpretes omnes tacitè indicare id factum statim ab obtenta victoria. Non placet Bo. nec A. 1. Certum est eos tunc in *Hor* fuisse, & prope illum pugnâsse, quò Rex Cananæus venerat[a]. Quomodo illi tum in deserto existentes perderent urbes in terra Canaan, Num. 33. 40. in quam non venerunt ante obitum Mosis[b]? 2. Quis credat eos in Cananæam transiisse, & indè regressos, ut longum iter capesserent, Jordane etiam interposito, &c? Satius fuisset ibi manere, & victoriam persequi. 3. Transito Jordane superest *Arad* & ejus Rex, Jos. 12. 14[c]. Hîc ergò refertur per anticipationem quod postea factum erat[d], nempe Jud. 1. 17. Obj. 1. At ibi habetur non *Arad*, sed *Sephaat* vocatum fuisse *Horma*. Resp. Id fortè factum quòd destructionem inchoârint ab illa urbe *Sephaat*, ideóque ab ea nomen imposuerint, ante eversas cæteras urbes. Obj. 2. Quomodo Moses scriberet gesta post ipsius mortem? Resp. Idem dicendum quod in nonnullis aliis locis, vel, ipsum prophetice hæc cognovisse & scripsisse; vel, alios scriptores hagiographos hæc intexuisse †.

4. *Et tædere cœpit*, &c. sic Ch. sim. Sy. Ar. M. Ti. וַתִּקְצַר נֶפֶשׁ־הָעָם בַּדָּרֶךְ] *Et anima populi abbreviata est*, M. F. V. Mo. A. h. e. Vel, impatiens facta est[f]; cœpit despondere animum[g]: vel, *angustiata*, Sa. sim. O. P. vel, *fatigata*, Ch. vel, *imminuta*, JT. vel, vexata est, in mœrore fuit[h]. Ità accipitur Jud. 10. 16. & 16. 16. & Zach. 11. 8[i]. Vel, q. d. vix tenuem ducebant spiritum[k]. Solet anima brevis fieri laborantibus, & iis qui spirare vix possunt[l]. *Animam abjecit*, ο'. Al. *anima* (i. e. halitus) *angustiavit* (seu, *strinxit*) *se*. Homines fessi non habent illam spiritûs latitu-

d Ch. in A. — † A. ità Euseb. & Hi. Ma. O. — f Bo. Me. La. — † Bo. — g Q. in M. — h V. F. Me. Bo. La. A. Pi. Ch. — i D. — k L. D. — l O. — * Bo. — m A. — n O. — o Me. ex Bo. — p A. — q F. V. — r Ma. — † Ga. — r [illegible] — a Bo. — b A. — c Bo. — d Bo. A. — † Bo. — f M. F. V. — g F. V. — h A. D. — i A. — k Ma. — l V. Ma.

dinem & respirationem quam habent quieti[m]. Alii sic; Decurtata est vita populi, qui itinere 38 annorum consumebantur, juxta Deuteronom. 2. 14, &c[n]. ¶ בַּדָּרֶךְ] *In via*, i. e. propter viam[o]: ut Jud. 10. 16. *in miseria*, i. e. propter miseriam. Quia via & longa erat, & molestiis plena[p].

5. *Cibo isto levissimo*, sic Ch. Sa. P. Mo. O. sim. Ar. Ma. A. vel, *vilissimo*, JT. sim. M. Ti. הַקְּלֹקֵל] Geminatio literæ significatum intendit[q]. Ità vocant, vel, qu. vilem & abjectum[r]; vide Num. 11. 5, 6, 8: vel, quòd levissimæ concoctionis esset, nec satietatem afferret †; quasi exiguæ virtutis & substantiæ. ο'. vertunt, διάκενον, *inanem, vacuum*, qu. qui hominem vacuum & minimè saturum relinquit[t].

6. *Ignitos serpentes*, הַנְּחָשִׁים הַשְּׂרָפִים] *Ignitos* vocat, vel, 1. à colore ignis quem præ se ferebant[v]; vel, 2. ab effectu, quòd morsu (vel flatu[x]) inducerent calorem intensissimum, & adurere videbantur[y]. Q. vertunt, *Presterem*, qui & *Dipsas* & *Causon*[z]. De Prestere vide Lucan. lib. 9. *Oráque distendens avidus spumantia Prester*, & alia postea[a]. Videtur esse serpens alatus, Esa. 14. 29. & 30. 6[b]. ubi מְעוֹפֵף ad verum volatum pertinet, non ad saltum, ut He. perperàm scribunt. Serpentes *alatos* agnoscunt Cicero, Josephus, Herodotus, Mela, Lucanus, Solinus, Ammianus, & plures nostro seculo. Mihi videtur esse *hydrus*, qui, aquâ deficiente, in sicco degit, & fit *chersydrus*, & tum infestante siti virus habet acrius & nocentius. Nam, 1. Serpentes alati speciem *hydrorum* habuerunt, teste Herodoto l. 3. cap. 109. & è paludibus emergunt, test. Melâ, Solino, & Ammiano. 2. Ut שרף gravis est odor, *Porta cœli* fol. 24. a. b. ità & hydri, Virgil. ——*graviter-spirantibus hydris*. Obj. Non convenit locus siccus (quale hoc desertum erat) hydris, qui in locis aquosis nascuntur & educantur. Resp. 1. Si defuerunt aquæ potulentæ, non sequitur palustres & lutulentas defuisse. 2. Hydri deficiente aquâ Chersydri fiunt, & acriùs mordent; quod fit circa dies caniculares, (teste Nicandro,) quâ tempestate serpentes hi immissi. Nam Aaron obiit 1. die 5. mensis, Num. 33. 38. i. e. *Ab*, vel *Abba*, h. e. circa 19. diem Julii. Eum luxerunt diebus 30, Num. 20. 29. Statim pugnatum est, &c. & serpentes immissi, i. e. circa finem Augusti. 3. Hi serpentes videntur non ibi nati, sed aliunde accersiti: nec procul dissita erant aquosa loca, ut patet ex hoc capite[c]. Sed nihil necesse est ad unam speciem restringere, cùm varii serpentes urendo conficiant, ut *cerastes*, *basiliscus*, *hæmorrhous*. Vide Deut. 8. 15[d]. Narrat Agatharcides in Plutarch. Sympos. l. 8. qu. 9. *circa Rubrum mare morbo correptos tum aliis novis & inauditis accidentibus* (συμπτώμασι) *vexari, tum angues exiguos* (δρακόντια μικρὰ) *tibias & brachia peredentes capita exserere, & tactos rursum carnem subire, & gravissimas inflammationes excitare: idque morbi genus illis peculiare esse, nec ullis unquam aliis obtigisse compertum* †. Aptè serpentibus puniuntur, qui serpentum virulentiam imitantur[f]. Sunt boni Angeli *Seraphim*: sunt mali Angeli *Seraphim*, quos nullâ figurâ meliùs quàm *Prestere* exprimas. Et tali usum primum humani generis seductorem putat Bachai[g].

8. *Fac serpentem*, שָׂרָף] *Comburentem*, Ma. *serpentem igneum*, O. qui habeat similitudinem serpentis urentis, qualis est serpens ex ære fabricatus[h]. Æs enim candet, vel potiùs rubet, instar ignis[i]. Ex ære autem polito lævigatóque factum aiunt He. ut presteris colorem magis referret[k]. ¶ *Et pone eum pro signo*, עַל־נֵס] *Super vexillum*, Ma. Sa. V. i. e. super hastam vexillarem, V. La. Ma. *Super lignum*, aut perticam, O. P. aut *palum*, Ti. ut sit instar signi & vexilli, quod ab omnibus per tota castra conspici possit. Unde oportuit ingentem esse, & altissimè erectum[l]. *Super furcam*, RS. in G. Alii vertunt, *in signum*, i. e. ut sit vice signi; ut, עַל sit pro אֶל[m]. Figura hæc erat Christi crucifixi, ut patet Joh. 3. 14. & 12. 32[n]. ¶ *Qui aspexerit vivet*.] Ità A. sive, *sanitatem recipiat*, JT. *Qui convertetur ad eum pœnitens superstes erit*, Ar. Hebraicè, *Videbit & vivet*. Per serpentis aspectum *fides* significatur, Job. 3. 14, 15. Notetur ergò,

m O. — n Ma. — o A. O. — p A. — q Ma. — r A. Bo. — † A. Bo. F. V. — t Me. — v O. A. — x O. — y F. V. M. Me. T. A. Bo. La. RS. in A. — z A. — a G. — b A. BA. — c BA. 2. 3. 13. 421. — d Bo. — † Ga. — f La. — g G. — h V. ex M. La. — i La. — k Mais. — l La. — m V. A. — n A.

ergò, 1. Quòd nulla spes erat cæcutientibus aut oculos avertentibus: ità nec incredulis. 2. Quòd nemo alterius aspectu, sed proprio, sanabatur: ità nec fide alterius, &c. 3. Saluti esse potuisse imbecillem visum: ità & fidem. 4. Si sanatus rursus mordebatur, ad idem remedium confugiebat: ità si denuo in peccata labimur, &c [o].

9. *Serpentem æneum*] Notant hîc Hebræi miraculum in miraculo, Deúmque per contraria curare. Quomodo lignum amarum reddit aquam dulcem, Exod. 15. 25. Sal (qui sterilitatem inducit) sanat terram sterilem, 2 Reg. 2. 21 [p]. Æs naturaliter nocet à serpente demorsis [q]. Imò eos enecat, si æs (nimirùm candens [r]) aspiciant: quod asserunt medici †. Serpentis vel nomen audire, vel formam intueri, periculosum erat. Si morsi à cane rabido aquam intueantur, illis apparet canis imago, & illico eos exstingui aiunt medici. Miraculum ergò erat, quòd venenum idem qui inspirâsset curavit; ut constaret solum Deum esse qui curâsset [t]. Æs hoc sumptum videtur ex fodinis *Fenon* (qui & *Phinon*, & *Phæno*, & *Phennen*, dicitur.) Hic locus Idumææ fodinis æris valde insignis fuit, quod notant Hi. in locis Ebraicis, Euseb. Hist. 8. 13. Athanas. epist. ad *solitarios*, Theodor. Hist. 4. 19. in quibus ad *Phennesia metalla* damnati leguntur. Et in hoc loco tum fuisse videntur. Indè enim venerunt in *Oboth*, Num. 21. 10. Unde sequitur locum illum fuisse פִּינֹן *Phinon*, vel פּוּנֹן *Phunon*, de quo Gen. 36. 41. Num. 33. 42, 43. 1 Paral. 1. 52. Nam ex *Phunone* profecti sunt in *Oboth*, Num. 33. 43 [v]. *Serpens* hîc *æneus* Christum adumbravit. 1. Serpens ille serpentis figuram habuit, non venenum: Christus similitudinem habuit carnis peccati, non peccatum. 2. *Æreus* erat, non *aureus*: ità in Christo nec forma, nec decor. 3. Æs firmitate suâ, Job. 6. 12. robur Divinum Christi sign [x]. Confer cum hoc loco quæ diximus ad Gen. 3. 15, &c [y].

10. *Profecti sunt—in Oboth*, בְּאֹבֹת] Nimirum, de monte *Hor* venerunt in *Salmona*, indè in *Phunon*, indè in *Oboth*. Duæ hîc mansiones intermediæ omittuntur [z]. Ità dictum videtur, quia ibi non biberunt modò, sed & *utres* pridem vacuos repleverunt [a]. Vox autem *utres* sign.

11. *In Jeabarim*, בְּעִיֵּי הָעֲבָרִים] Vel, 1. proprium nomen est, *Ghije Ghabarim*. Ità Ma. Vel, 2. appellativum; *In cumulis vadorum*, vel, ut Ch. habet, *juxta vadum transeuntium*. BA. 2. 3. 13. 424. 55. *Juxta viam quâ transitur mons Nebo in terram Canaan*, RS. in F. Fortasse erant transitus regionum [b]. Erant ad vada Jordanis [c]. Vel, 3. est nomen mixtum: *In cumulis (in viculis*, Sa. vers.) *Abarim*, M. O. Sa. ubi acervi ex arena & lapidibus; ut ferè omnia deserta acervos habent [d]. ¶ *Quæ respicit Moab*] Non *regionem*, sed *urbem* ità dictam; de qua He. & Euseb †.

12. *Indè moventes*] Notant 9. sequent. vers. non stationes Israelitarum, sed loca compendio enumerari per quæ transiverunt, antequam legatos ad Emorrhæum mitterent [f]. ¶ *Ad torrentem*, sic Mo. Ch. בְּנַחַל] Alii, *vallem* Zered: ità Eusebius & Hi. ο'. Sa. Sy. Ar. Hic torrens in lacum Asphaltitem influit [g].

13. *Contra Arnon*] i. e. Habentes *Arnon* è regione, & ante prospectum suum [h]. *Arnon* nomen & *rupis*, & *fluvii* ab illa rupe manantis [i], & *urbis* [k]. Sed hujus urbis nulla mentio in S.S. Jo. nec Hi [l]. In Notitia Imperii hæc habentur: *Cohors tertia Felix Arabum in ripa vadi Aphoris fluvii in castris Arnonensibus. Cohors tertia Alpini apud Arnonas* [m]: ¶ Heb. est, מֵעֵבֶר אַרְנוֹן] *A transitu Arnon*, Mo. *in Arnon*, Ar. *ad vadum Arnonis*, JT. *trans Arnon*, O. Ma. Ch. Sa. ο'. simil. Sy. M. Ti. Alii, *cis Arnon*, P. quia nondum transierant Arnonem [n], ut patet ex Deut. 2. 24. & ex Jo. At Jud. 11. 18. vertendum, *trans Arnon*, ubi *Jepthe* tum erat. Eadem vox Hebr. sign. & *citra* & *trans*, (nec mirum, cùm respectiva hæc sint, & quæ aliis *citra*, aliis *trans* esse dicantur,) & ex circumstantiis vertenda est [o]. ¶ *Et prominet*, &c. הַיֹּצֵא מִגְּבֻל הָאֱמֹרִי] *Exigens de termino Emoræi*, Ma. *egrediens*. Fluvius propriè *egreditur*, i. e. ex rupe exoritur; & mons *egreditur*, i. e. in altum se erigit. Ità de utroque accipi potest [p]. ¶ *Arnon terminus est Moab*] Fluvii, vetustissimi gentium termini [q]. Exponunt; Fuerat quidem antè ditionis Moabitarum [r]: sed *Sehon* (non ille hujus temporis, sed vetustior aliquis †) *Amorrhæus* ipsum cum ulteriore agro subegerat, infrà v. 26, 28 [t]. & hucusque *Emoræorum* fines protulerat [v]. Itaque Israelitæ nihil quod tum Moabitarum erat occupârunt [x].

14. *Unde dicitur in libro bellorum Domini*, עַל כֵּן יֵאָמַר בְּסֵפֶר מִלְחֲמֹת יְהוָה] *Propter quod dicitur*, &c. ο'. Bo. vel, *dicetur*, &c. Sa. Sy. Mo. *dici solet*; JT. Sed quisnam hic liber? Resp. 1. סֵפֶר non est *liber*, sed *recensio*, *narratio*, &c [y]. Ità vox sumitur Gen. 5. 1 [z]. i. e. Cùm bella Domini commemorabuntur, hæc quæ sequuntur præcipuè recensebuntur [a]. Potest סֵפֶר verti, *narratio*, ut intelligamus carmina quædam vetusta, quibus res gestæ insignes celebrabantur. Dicuntur autem res ab Emoræis gestæ, *bella Dei*, quia illi, ut videtur, eo tempore de quo hæc narratio est Deum opificem mundi colebant; Moabitæ, eorum hostes, Chamosum, infrà 29 [b]. 2. Hic liber est, vel, 1. *Judicum*, ubi varia bella contra *Amoræos* referuntur [c]. Vel, 2. *Psalmorum* [d]. Sed in neutro quæ sequuntur scripta reperies. Vel, 3. *Numerorum*. Sed non solet liber seipsum citare †. 3. Fortasse Scriptum hoc erat Amoritarum continens *epinicia* propter *Sehonis* victorias, ex quo Moses hoc citat; ut Paulus ab Ethnicis, Act. 17. & Tit. 1 [f]. 4. Fuit hic liber vetus ante Pentateuchum scriptus, sed intercidit, (ut plures alii.) Videtur metrico versu conscriptus, & continuisse prophetias de præliis futuris [g]. Intercidisse non est mirum, sive quòd non contineret fidei morúmve præcepta, sive quòd sufficerent qui supersunt [h]. Non necesse est agnoscere Divinam authoritatem istius libri, quòd hæc ex eo citantur, E. D. Semper licuit etiam ex profanis authoribus verum citare; D. Paulus citat ex Poetis [i]. Liber iste in Sacris Scripturis non reperitur; unde Apocrypha fingendi data & nata occasio: cujus libro scriptum, nihil dictum. Fuerunt certè libri sive *Chaldæorum*, unde egressus Abram, sive *Ægyptiorum*, ubi didicerat Moses illam scientiam Act. 7. 22. in quorum aliquo, vel alio quovis, ista scribi poterant; quæ tamen nec ob id in Sacris Scripturis habenda, ut nec propheta ille Cretensis, Tit. 1. 12. nec Græci illi, Act. 17. 28. Aug. in Num. quæst. 42 [k]. 5. Forsan veriùs dicitur, librum hunc posteriùs conscriptum esse, ut τὸ *sic faciet*, idem sit quod, *sic fecit*. Videntur enim hæc ab alio, qui Mosis Diaria congessit, intexta. Sic Proverbia Salomonis ab alio collecta & digesta fuisse patet, Prov. 25. 1 [l]. ¶ *Sicut fecit*, &c.] In poeticis istis & concisis difficilè eruitur sensus. ¶ Heb. אֶת־וָהֵב וגו׳] [Variè reddunt.] 1. *Vaheb*, Sa. Mo. V. Ma. P. A. JT. (vel, *Ethvaheb*, nam K. ait se in libris emendatis invenisse conjunctim & unicâ dictione [m].) Nomen proprium est *loci*, sive *urbis* [n], vel *viri* [o]: Regis Moabitarum, quem *Sehon* devicerit [p]. Nomen est peregrinum, ut ferè omnia quæ à ו incipiunt; ut *Vasthi*, *Vasni*, &c [q]. Sic ergò exponunt; *Vaheb*, subaudiunt, *delevit & expugnavit Deus* [r]. *Ad Vaheb*, Sa. *Contra Vahebum*, JT. Belg. Intellige, erant illa bella Domini †: vel, *Cum Vaheb*, supple, *pugnavit Jehova*. Ellipsis verbi relati. Fuit hic Rex Moabitarum à Sihone devictus, ut percipitur ex ver. 26. Quæ victoria hîc Jehovæ accepta fertur [t]. ο'. pro *Vaheb* habent Ζωόβ, decepti similitudine ו & ז [v]. Vel fortè Μωάβ olim fuit; quomodo legendum sensus exigit, אֶת־מוֹאָב בְּסוּפָה, *Contra* (ità אֶת sign. Jer. 15. 11. & alibi) *Moabum in Supha*, supple, *feliciter bellatum est*. Hebræa hîc obscura sunt; credo unius literæ facto dispendio, alterâque paulùm mutatâ [x]. Alii וָהֵב accipiunt pro יָהַב, i. e. *dedit*, F.V. O. vel, *fecit*, vel, *& fecit*, O. (vel, *quod fecit*, M. Ang. *quæ gessit*, Ti. *res gestas*, Ca.) י sæpe mutatur in ו, & contra, juxta naturam literarum אהוי *Ebevi* [y]. Sed articulus אֶת verbis non præfigitur [z]. Alii, *Onus (pondus, oppressio) maris Rubri*, &c. Eugub. in Bo. ¶ *In mari rubro*] Ità Ch. Sa. Ar. M. F. Sic explicant; Ut juxta mare Rubrum signa dedit, sic juxta torrentem Arnon mirabilis fuit, vel erit.

Margin notes, left column: o BA. ubi suprà. p F. D. q G. r F. ex He. † K. in E. t Muis ex R. Bechai. v BA. ubi suprà. x BA. 2. 3. 13. y F. z Ma. a BA. 2. 3. 13. 424. 52. b Ma. c Q. He. in Ma. d M. F. † Ma. f Ma. ex Jun. g Ma. h Bo. i Bo. Ma. k Ma. ità Adrichom. l Bo. m Ma. n Ma. Bo. o Bo.

Margin notes, right column: p Bo. q G. r Ma. † G. t Ma. ex Jun. v G. x Ma. Jun. y Ità He. in L. Pi. O. z Ma. a F. V. b G. c Ità AE. d Ità Caj. † Bo. f A. g T. Bo. h Bo. i E. k Ga. l La. m D. F. V. n K. in M. F. plerique in Ma. o Al. in D. p Ma. q D. r V. † Belg. t Pi. v A. x G. y F. V. z Ma.

erit [a]. ¶ [בְּסוּפָה] Alii, *in turbine*, V. Sy. P. Mo. Belg. Pi. A. i. e. magno cum impetu, sub. *Deus perdidit Vaheb*. Bellum *Sehon* turbini confertur. Vide Esa. 5. 28. & 29. 6. & 66. 15 [b]. [Al. connectunt cum sequentibus.] *Et dedit turbinem in torrentibus Arnon*, O. Al. *in fine*, seu *terminato*, O. *In diebus novissimis*, quando plurimus sanguis effundendus est [c]. Al. in *Supha*, G. *in regione Suph*, JT. Est nomen loci in Moabitarum regione, Deut. 1. 1. unde *Sophanitæ* Ptolemæo: vide v. 26 [d]. At diversæ voces sunt סוּף & סוּפָה †. ¶ *In torrentibus Arnon*, [וְאֶת־הַנְּחָלִים אַרְנוֹן] *Et torrentes* (vel, *cum torrentibus*, Ma. vel, *ad torrentes*, Ma. Sa. vel, *ex torrentibus*, Ar. vel, *in torrentibus*, Ch. O. sive, *in valle*, Sy. nempe, dedit turbinem, O. vel, *& terminos*, A.) *Arnon*, P. Mo. A. sub. *consumpsit Deus*, aut *flamma*, ut est v. 28 [f]. *Delevit valles*, i. e. habitantes in vallibus [g]. Hoc testimonio asserit Moses jus Israelitarum ad has terras, quæ olim Moabitarum erant, iisque interdictæ, Deut. 2. 9. Sihon enim indè Moabitas expulerat, & hi ab eo ista recuperaverant. Vide Jud. 11. 12, 13,—27 [h]. Alii, *& torrentes Arnon*, i. e. gesta in torrentibus, &c. quæ mirabilia erant [i]. *Ad*, vel *contra*, *flumina Arnon*, Ca. JT. i. e. ad *Arnonem* flumen; ut in Virgil. *ad flumina Thermodoontis*, Æn. 11. ut Psal. 74. Jordanes vocatur *flumina*: quomodo poetæ sæpe *ora* & *colla* dicunt pro ore & collo [k]. Vel *flumina* dicit, quia *Arnon* in diversos rivos ac flumina dividitur [l].

15. *Scopuli torrentium inclinati sunt*, &c.] Scopuli (sub quibus latebant [m]) in caput hostium Hebræorum devoluti eos oppresserunt, ut fluctus maris Ægyptios [n]. *Ut requiescerent in Ar*; i.e. devolverentur in vallem urbis Ar: *& recumberent in finibus Moab*; i. e. eos contegerent. Ità prodigium hîc occurrit alibi non narratum [o]. Vel, *scopuli torrentium* per Hypallagen ponitur pro *torrentes scopulorum*: qui *inclinati sunt*, i. e. vel, cursum immutârunt; vel, retrocesserunt, ut viam apertam & siccam darent Israelitis, ut in mari Rubro & Jordane factum [p]. ¶ Heb. [וְאֶשֶׁד הַנְּחָלִים וגו׳] [Variè reddunt.] *Et effusio* (vel *decursus*, JT. *decursum*, P. *fluxus*, M. sim. Ti. A. *impetus scaturiens*, &c. Ti.) *torrentium*, Mo. Ch. F. V. *Et ostium fluviorum Ar*; i. e. Expugnavit regionem per quam fluunt amnes ab *Arnon* usque ad *Ar*, defluúntque in regionem Moabitidem [q]. At ο′. vertunt, *Et torrentes constituit inhabitare Er*; & Sa. *Qui possidere fecit eos*, &c. [legisse videtur, אֲשֶׁר הִנְחִילָם.] ¶ *Ut requiescerent in Ar*, [אֲשֶׁר נָטָה לְשֶׁבֶת עָר] *Quique inclinavit ad habitandum urbem*, Sa. [Pro עָר legisse videtur עִיר. At plerique referunt ad torrentes, vel eorum decursum, &c.] *Qui divertit*, vel *declinavit*, *ad situm*, vel *habitationem*, &c. Ar. sic JT. Mo. sim. M. Ti. A. שֶׁבֶת potest esse infinitivus, vel nomen infinitum [r]. *Ar* est urbs Moabitarum, v. 28 †. ut constat ex Isa. 15. 1 [t]. Fuit & nomen agri, aut potiùs montis, & totius montani tractûs, unde urbi nomen, Deut. 2. 9 [v]. Q. hunc versum jungunt cum 13. hoc sensu; *Arnon est terminus Moab, & decursus torrentium Arnonis flectitur ad quiescendum in urbe Ar, nititúrque*, vel *incumbit*, *termino Moab* [x]. Alii sic; *Effusio torrentium declinavit*, (i. e. decursum antiquum mutavit,) & recessit *ad habitandum civitatem Ar*, i. e. ad civitatem *Ar* [y]. Al. sic; Hoc bello *Sichonis* contra *Vahebum* factum est, ut Moabitarum ditio eo rivo terminaretur qui vergit ad *Haram*, nam *Sichon* sibi ulteriores rivos vendicavit. Vide infrà 26, 28 [z]. ¶ *Et recumberent in finibus Moabitarum*, [וְנִשְׁעַן לִגְבוּל מוֹאָב] *Et innitetur* (*incumbit*, Ar. Ti. *conjungitur*, Ch.) *termino Moab*, Ma. i. e. *ei adjacet*, ut habet Græc [a].

16. *Ex eo loco apparuit puteus*, [וּמִשָּׁם בְּאֵרָה] *Et indè*, vel *illic*, *puteus*, ο′. Sy. *Indè ad puteum*, Sa. Ar. O. *Et indè datus est eis puteus*, Ch. Alii, *Et indè Beer*, JT. Ti. O. A. supple, *flectitur*, M. vel, *profecti sunt*, P. JT. D. Ma. relicto Arnone: unde factum est, ut aquarum penuriâ laborantibus Deus puteo dato succurreret [b]. Locus dictus *Beer*, quòd eò usque à rupe perductus sit sulcus per quem aquæ ad castra sequebantur [c]. בְּאֵרָה idem est quod אֶל־בְּאֵר: ה motum ad locum denotat, ut in מִצְרַיְמָה *in Ægyptum* [d].

17. *Ascendat puteus*. *Concinebant*, [עֲלִי בְאֵר וגו׳] *Ascende, putee, canite ei*, Ch. P. Ordo inversus, pro, *Canite ei, Ascende*, &c †. (more Scripturæ. Vide ad Gen. 5. 6. item Esa. 65. 1. collat. cum Rom. 10. 20 [f].) ¶ *Ascende*] i. e. Vel, 1. Erumpe in scaturiginem, ascendat aqua tua [g]. Ebulliat, ut omnes bibere possimus [h]. Ostende, manifesta te [i]. Vel, 2. *Ascende* in ora hominum; te omnes celebrent [k]. *Exaltare*, F. V. *Ascende* in corda & memorias nostras. Ità *ascendere* sumitur Jer. 3. 16. & 51. 50 [l]. ¶ *Concinebant*, [עֱנוּ] *Canite ei*, V. Ch. Sa. Sy. scil. Domino qui dedit [m]. Vel, potiùs, *respondete ei* [n]. Solebant cantores sibi invicem respondere [o]. *Alternis canite ei*, Q. in Ma. *Respondete alternatim de eo*, Ar. Ità factum Exod. 15. 21. & 1 Sam. 18. 7. Vide Psal. 147. 7. & Esa. 27. 2 [p]. *Acclamate ei*, JT. vel, *Humiliate vos ei*, i. e. Domino, qui dedit [q]. Vel, *Afflixerunt se de eo*, Sa. vers. Istud est principium carminis, quod tamen non planè absolvitur [r].

18. *Puteus quem foderunt principes*] Significat quàm facilè hanc aquam obtinuerint †. ¶ *Duces*, [נְדִיבֵי הָעָם] *Benefici* (*magnifici*, *ingenui*, *magistratus*, Ma. *intelligentes*, Sa. vers.) *populi*, Ma. JT. ¶ *In datore Legis*, [בִּמְחֹקֵק] *In*, vel *cum*, *legislatore*, [ità ferè omnes,] vel, *doctore*, M. Intelligunt, 1. Deum [t], dictum Legislatorem, Esa. 33. 22 [v]: q. d. cætera Deo perficiente [x]. 2. Mosen, ex v. 16 [y]. Confer Deut. 33. 21. i. e. Cum Mose, vel, ex ejus præscripto [z]. 3. Scribas [a]: i. e. Mosen & Aaronem [b], ut sit sing. pro plur [c]. more linguæ, maximè in carminibus. Ar. sic vertit, *Signaverunt* [id חָקַק sign.] *eum baculis*. ¶ *In baculis suis*] Nempe, viatoriis. Qu. Quo modo? 1. Aquæ ex petra promanantes castra, quócunque proficiscerentur, subsecutæ sunt per canales, sive ductus, quos Principes baculis, quos in terra post se trahebant, fecerint †. 2. Videtur Deus ostendisse fontem, seu venam aquarum, quam Principes baculis suis, i. e. ligonibus, circumfodientes dilatârunt & profundiorem effecerunt, ut esset instar putei [f]. 3. Ministerio virgæ Mosis [g]. Moses & Aaron eas produxerunt, non sudore & labore, sed tantùm baculis petram percutiendo [h]. Obj. Vox est pluralis, *baculis*. Resp. Vel plur. ponitur pro sing. Vel, & Moses suam virgam acceperat, & Aaron suam quæ fronduerat: & fortè ideo dicuntur *bis percussisse*, c. 20 [i]. ¶ *De solitudine, Matthana*, [וּמִמִּדְבָּר מַתָּנָה] *De deserto* venerunt *Matthana*, Ma. Nomen loci, à נָתַן, quòd Deus ibi aquas dedit; & ה in fine *locale* est. Chald. *Et ex deserto donum*, scilicet erat fons ille [k].

19. *Nahaliel*] i.e. *Torrentes*, vel *valles*, *Dei*. Forsan quòd ibi essent maximi torrentes, vel profundissimæ valles. ¶ *Bamoth*] Fortè ibi Excelsa, sive sacella vel aræ idolorum, pro more in locis excelsis [l].

20. *De Bamoth, vallis est*, &c. [וּמִבָּמוֹת הַגַּיְא אֲשֶׁר בִּשְׂדֵה מוֹאָב] *De Bamoth valle*, &c. O. Obj. *Bamoth* excelsa sign. quomodo ergò vallis dicitur? Resp. Sensus non est *Bamoth* vallem esse, sed de Bamoth ad vallem istam pervenisse. Ità explicant plerique, & ο′. & Hi. *De Bamoth vallis est*, (ità enim legunt Sixtini codices,) subaudi, *ad quam pervenerunt* [m]. *De Bamoth, vallem*, &c. Ma. vel, *in vallem*, Sa. *ad vallem*, Ch. Hæc vallis vocatur *Abel-Shittim in planitie Moab*, Num. 33. 49 [n]. ¶ *In agro*] i. e. Regione Moab [o]. ¶ *In vertice Phasga*] Quomodo vallis in vertice montis? Resp. 1. *In vertice* ponitur pro, ad jugum montis [p]. *In verticem* habent Ch. Sy. *ad verticem*, Sa. Sy. 2. *Vertex* hîc sign. initium montium [q]. ¶ Heb. [רֹאשׁ הַפִּסְגָּה] *Caput* (*initium*, vel *cacumen*, A. Ma.) *Phisgah*; ut sit nomen proprium loci [r]. Est vertex montis *Abarim*, quà respicit Jericho; nam quà respicit Moab dicitur *Gai*, Deut. 34. 6 †. Alii vertunt, *collis*; ità V. Ch. Sa. Sy. Mo. vel, *arcis*, Ar. vel, *speculæ*, Sa. vers. ¶ *Contra desertum*, [וְנִשְׁקָפָה עַל־פְּנֵי הַיְשִׁימֹן] *Et respicit* (vel, *prospicit*) *super facies*, vel *versùs*, *Jesimon*, O. A. Ma. Ch. *Jesimon* est nomen proprium loci [t]. Idem est cum *Beth-jeshimoth*, Jos. 13. 20. Horrendum desertum hoc erat [v]. Al. appellativè sumunt, vertúntque, *deserti*, vel, *solitudinis*. Ità ο′. Sa. Mo. Ti. V. P. Q. *versùs solitudinem*, nempe *Cademoth* [x].

21. *Misit*] Pro, *miserat*, nempe, de solitudine *Cademoth*, Deut. 2. 26. antequam huc venirent. Nam *Phasga* & *Abarim* trans Arnon, & intra terminos Regis

[a] RS. in F. & V. Me. Bo. [b] A. [c] Q. in M. [d] G. Q. in A. † Pi. [f] A. [g] Ma. [h] A. [i] Q. in Ma. [k] Ca. [l] Ma. [m] L. [n] Me. Bo. He. in L. [o] Bo. [p] Q. in Bo. [q] F. V. [r] Ma. † A. [t] Bo. [v] Ma. [x] Q. in Ma. [y] O. [z] Ma. ex Jun. [a] A. [b] Jun. [c] G. [d] AE. in D.

† A. V. [f] A. [g] Ma. [h] Me. [i] O. [k] Q. in Ma. [l] A. [m] O. [n] Mo. Ma. [o] Q. Ma. A. [p] A. [q] O. [r] V. † Bo. [t] Me. Bo. [v] A. [x] Me. Bo. [y] F. V. [z] A. [a] Ch. in F. [b] F. V. O. [c] F. † He. in F. [f] La. [g] O. [h] F. [i] O. [k] F. [l] Ma. [m] Bo. [n] Hiscuni in A. [o] Ma. A. [p] Bo. [q] Bo. [r] Ità O. Ma. A. † V. [t] O. Caj. [v] Q. in Ma. [x] Ma.

gis Sehon, erant, testibus Ortel. Adrichom. Torniel[y].

22. *Transire liceat*] Qu. Cur hoc dicant, cùm decretum esset Deo has terras iis dare? Resp. Quia Deus praeviderat eum transitum non concessurum fuisse: sin aliter praevidisset Deus, vel non permisisset hunc transitum peti, vel ejus eversionem in aliud tempus distulisset. Ità poterant Israelitae pollicitis suis stetisse[z].

24. *In ore gladii*] i.e. *Acie gladii*, quae dicitur *os*, quia homines comedit[a]. ¶ *Quia forti praesidio*, &c. [כִּי עַז וגו׳] *Quia fortis*, vel *munitus*, erat *terminus Ammonitarum*, Ch. Sy. O. Ma. Munita erat regio eorum[b]. Ità erat vel ratione fluminis *Jabbock*[c], vel ratione praesidii[d], & montium & urbium in ea †. Ratio redditur vel, 1. cur *Sihon* non poterat expugnare Ammonitarum loca quae ultra *Jabbock* erant *; vel, 2. cur Israelitae Ammonitas non expugnârint, qui Amorrhaeis conjuncti erant: nempe, quia difficulter expugnari poterant. Cui alia alibi additur ratio, nempe, quòd Deus illos lacessi vetuit, Deut. 2. 19[f]. Et haec prohibitio Domini erat istorum forte praesidium[g]. Vel, 3. cur Israelitae ab illis abstinuerunt[h]. [Al. sic;] Pro עז legendum puto ער, hoc modo, *Nam Ar est terminus Ammonitarum.* Hoc (inquit) conjicio, tum quia hîc legitur in Graeco Ἰαζὴρ, quod exit in ρ; tum quia Deut. 2. idem locus *Ar* vocatur, inter Moabitas & Ammonitas positus, his verbis, *Transiturus es hodie Moabitarum terminum, videlicet Ar*[i].

25. *In Hesebon*] Hinc *Esbonitae* Arabes, Plin. 5. 11[k]. Nunc vocatur *Esbus, quae urbs Arabiae est in montibus contra Jericho*, Eus. & Hi. in locis. *Esbus* urbs Palaestinae, Ptol. 5. 16. חֶשְׁבּוֹן dicta, vel, quòd in ea essent ingeniosi opifices & celebres excogitatores; vel, quòd singulari & ingenioso artificio esset exstructa[l]. ¶ *Viculis ejus*] Heb. *filiabus ejus*. Sic vocantur Hebraeis castella & vici & oppida minora, accessiones magnarum urbium[m]. Quae à majoribus urbibus, tanquam à matribus, aedificata sunt, & quasi prognata ac derivata: ab eisdem nutriuntur, foventur, reguntur[n]. Hinc alibi dicitur, *Hesbon & urbes ejus*, Jos. 13. 17. Sic villae *urbium filiae* dicuntur, Ezec. 16. 44, &c[o].

26. *Urbs Hesebon fuit*, &c.] Occurrit Moses objectioni, Quomodo Hebraei occuparent *Hesbon*, urbem Moabitarum, contra Divinam prohibitionem? Respondet, *Hesbon* non ampliùs fuisse *Moabitarum*, sed *Amoraeorum*, captam jure belli[p]; per quod ex jure gentium transfertur dominium, sicut per venditionem[q]. Nota, bello acquiri etiam quae hostis noster bello sibi quaesiverat. Vide de J. B. & P. 3. 6, 7[r]. Haec tamen res occasionem belli dedit Ammonitis, qui Moabitarum consanguinei erant, Jud. 11 †. ¶ *Qui pugnavit contra regem Moab*] Heb. addit, הָרִאשׁוֹן: i.e. *expugnavit Regem Moab*, vel, 1. *primum*[t]; vel, 2. *priorem*[v], i.e. qui regnaverat ante Balac[x], qui tum regnabat, Num. 22; vel, 3. *in principio*[y], sive *olim*, O. Ca. sive *priùs*, Mo. Ti. sive *antea*, ο'. sive *primùm*, M. P. Ch. Sy. Ar.

27. *Idcirco dicitur in proverbio*, [עַל־כֵּן יֹאמְרוּ הַמֹּשְׁלִים] *Propter quod dicent proverbiantes*, O. sim. M. V. vel, *parabolistae*, F. V. vide Ezec. 17. 1, 2. vel, *aenigmatistae*, ο'. in F. Scriptores historici[z]. Balaam & ejus pater Beor[a]. Populares poetae in populo Dei; nam Israelitarum fuisse epinicion, demonstrat vers. 30[b]. [Al. aliter:] Poetae Cananaei ἐπινίκιον erat[c]. ¶ *Venite*, &c.] Verba Amoraeorum adhortantium se ad restaurandam & firmandam civitatem quae regia futura erat[d]. ¶ *Et construatur civitas Sehon*, ità ο'. Ch. Sa. [וְתִכּוֹנֵן] *Et praeparetur*, Mo. Ti. *& firmetur*, O. JT. *stabilietur*, Ma. A. i.e. plùs quàm antea †: *instauretur*, Sy. P. sim. M. *aptetur*, Ar. Hinc constat proverbium hoc natum esse cùm *Sihon* expugnâsset *Hesbon*[f], eámque suo nomine repararet[g].

28. *Ignis egressus de Hesebon*] *Ignis* hîc est flamma & furor belli[h]. Pariter Esa. 47. 14. Amos. 1. 7, 10, 12, 14. & 2. 2, 5[i]. Vel, propriè, Sihon ut ferro, ità flammâ, grassatus est[k]. ¶ *De oppido Sehon*] i.e. Quod jam *Sihonis* est[l], nempe, *Hesbon*[m]. q. d. Copiis inde ductis in Moabitas, tanquam igne eos consumpsit[n]. ¶ *Devoravit Ar Moabitarum*] Qu. Quomodo hoc verum, cùm *Ar* (quod Ch. vocat *Lechaiath*) adhuc possideretur à Moabitis Deuter. 2. 9, 18, 2?. Esa. 15. 1[o]. & Reubenitae, qui terram *Sehonis* possederunt, nunquam leguntur *Ar* possedisse? Resp. 1. Non urbem *Ar*, sed ejus populum destructum notat. Ità Ch. *Occiderunt populum qui habitabat in Ar*[p]. *Ar* hîc est nomen agri, aut montis, sive montani tractûs[q]. Vel, 2 si Amoraei eam ceperint, paulò pòst recuperata fuit à Moabitis[r]. ¶ *Et habitatores excelsorum Arnon*, [בַּעֲלֵי בָּמוֹת אַרְנֹן] *Dominos* (*principes*, aut *superiores*, O. *incolas*, JT. *cultores*, Sy.) *excelsorum Arnon*, Sa. A. O. Ma. *Sacerdotes qui ministrabant in domo deorum altarium Arnon*, Ch. *Dominos templorum*, Ar. Vide suprà v. 19. & Num. 22. 41. & Jos. 13. 17 †. & Jer. 48. 35[t]. *Columnas Arnon*, ο'.

29. *Peristi, popule Chamos*] *Chamos* deus *Moabitarum*[v], 1 Reg. 11. 7[x]. & 1 Reg. 11. 33. item Jer. 48. 46[y]. &, ut videtur, *Ammonitarum*, Jud. 11. 24[z]. Eundem putant qui Graecis Κῶμος, *comessationum, compotationum, & omnis lasciviae & proterviae, Deus*[a]. Q. *Bacchum* fuisse putant[b]. Al. *Priapum*, qui *Beel-phegor* Num. 25. 3[c]. ¶ *Dedit filios in fugam*, ità Sa. [נָתַן בָּנָיו פְּלֵיטִם] *Dedit filios suos evasores*, Mo. P. O. Ma. F. V. Bo. nempe, *Chamos dedit*; i.e. permisit dari, capi, occîdi[d]; permisit cultores suos verti in fugam, nec prohibere potuit †. *Tradidit filios suos obsides*, Ch. in F. sim. Sy. Ar. Non quòd idolum potuit facere vel bonum vel malum, Jer. 10. 5. sed loquitur ex opinione idololatrarum, quomodo Jud. 11. 24. *quae Chamos tibi dedit*, &c. Docet idololatriam ruinae causam fuisse[f]. In Heb. *periisti*, —*dedit*; mutatio personarum, qualis Gen. 49. in Josephi benedictione. Praeterea; *dedit*, pro *dederunt*, & hoc, pro *dati sunt*; ut Latini usurpant, *perhibent, ferunt*, pro, *perhibetur, fertur*. Idem modus loquendi Num. 23. & 35. 2 Reg. 11[g]. *Evasores*, i.e. qui evaserant, Sa. A. O. à gladio; q. d. fugientes gladium ut evaderent: ereptos, seu fugientes[h]. *Dedit filios evasores*, h.e. constituit illos eo in statu & loco, ut quaerendus illis esset modus & ratio evadendi, séque eripere & liberare deberent, vel fugâ, vel sui ipsius redemptione[i]. *Dedit filios suos ut fugerent*, M.

30. *Jugum disperiit*, sic Mo. [וַנִּירָם אָבַד] [Variè reddunt.] *Lucerna eorum periit*, vel, *ablata fuit*, P. Ti. O. Ma. A.K. in M. i.e. gloria, sive regnum[k]. Sic capitur vox lucernae 2 Reg. 8. 19. 1 Reg. 11. 36. & 15. 4[l]. *Regnum cessavit*, Ch. & RS. & Chazkuni in A. *Lucerna*, &c. nempe Chesbon. Sic ניר est nomen idem valens quod נֵר. Favet vox masc. אבד, quae cum ניר convenit. *Sed jaculis confecimus eos pereunte Heshbon*, JT. Sic נִירָם esset fut. Kal à verbo ירה. Huic versioni favet membrum sequens, *& desolavimus*, supple *eos*, וַנַּשִּׁים, quod ponitur pro נַשִּׁם: ubi duplex est anomalia; 1. *Pathach dagesh* pro *Kamets*, 2. *Chirik gadol* pro *Tseri*[m]. Vulg. *jugum*, quod dominium sign. Jer. 27. 8, 11. & 28. 2, 14[n]. Al. *Semen eorum peribit*, ο'. *Periit vestigium eorum*, Ar. *Jugum ipsorum periit*, i.e. Moabitarum, quod ipsi imposuerant incolis Hesbon[o]. Al. *Aratrum, aratio, novale, arvum periit*: Latè vastati agri, & omnis cultus agrorum periit[p]. Ità sumitur ניר Prov. 13. 23. Jer. 4. 3. Os. 10. 12[q]. Al. *Et jaculati sumus in eos*, A. V. Sa. *Pugnavimus cum eis donec periit*, &c. Al. *Et sagittis confecimus eos, periit Hesbon*, &c. q. d. Vicimus. Est autem initium epinicii[r]. Sunt verba Sihonis & suorum triumphantium †. Al. *Et projecimus eos*, Ma. Verbum esse volunt à יָרָה *projecit*[t]. Quod probabilius videtur; 1. Quia nomina non habent ante se Vau Pathatum extra casum literae gutturalis[v]. 2. Sic convenit cum verbo sequenti וַנַּשִּׁים[x]. Al. *Aravimus eos*. Induximus in eorum urbes hostile aratrum, ut fieri solitum. Sic ניר accipitur Jer. 4. 3. Os. 10. 12. Q. annotant haec esse verba Israelitarum. Vide ad v. 27[y].

¶ *Usque Dibon*] Sensus est, Tota illa ditio inter Hesbon & Dibon Moabitis avulsa est[z]. Idem locus qui *Dibon-Gad* dicitur Num. 33. 45. per prolepsin, quòd ab iis instauratus est[a]. ¶ *Lassi*, &c. וַנַּשִּׁים עַד־נֹפַח אֲשֶׁר עַד־מֵידְבָא] *Et desolavimus* (*destruximus, delevimus*, V.) *usque ad Nophach*, quae (supple, *extenditur*, A. vel *est*, O.) *usque ad Medeba*, O. Ma. A. *quod est conjunctum ad Medaba*, Ch. in A. Μήδαβα Ptolemaeo[b]. Urbs Arabiae Petraeae[c]. Alii vertunt, *Desolati sunt*, Sy. sim. Ar.

Marginal notes (left column): y Bo. — z Bo. — a O. — b F. — c O. A. — d O. — † A. — * A. sic Pi. Jun. — f Bo. — g RS. in L. — h Me. La. — i Ca. — k G. — l Ma. — m G. post M. F. — n Ma. — o A. — p L. La. Bo. Me. — q La. — r G. ad v. 25. — † Bo. — t F. V. Ch. — v JT. A. Ang. Belg. — x F. V, Ma. — y O. — z Q. in F. — a RS. & Tanchuma in A. — b Ma. ex Jun. — c BP. 4. 36. 345. — d O. Bo. Me. — † A. — f A. — g M. — h Bo. A. — i A. — k Ma. Bo. — l A. — m La. — n Ma. ex Jun.

Marginal notes (right column): o A. — p A. — q Jun. — r Bo. — † Ma. — t A. — v M. F. V. A. Bo. — x V. F. — y A. — z A. — a Ma. — b La. D. — c Ità Hi. in Ma. — d Me. La. — † V. F. — f A. — g Ca. — h O. — i Bo. — k Ma. V. M. — l Ma. — m Pi. — n A. — o Me. — p Ma. post O. sic Sy. — q Ma. — r V. — † A. — t M. V. — v M. — x M. A. — y Ma. — z Bo. — a Ma. — b G. — c Ma.

afflaverunt, Ch. At ο'. *Et mulieres* [id etiam signif. נָשִׁים] *adhuc succenderunt ignem in Moab. Lassi pervenerunt in Nophe & usque Medaba*, Vulg. Sensus est, ex fuga lassos in eas urbes se recepisse; quæ tamen fuerintne *Moabitarum* urbes quæ ex clade remanserant, ut vult Lyra, an *Ammonitarum*, amicorum suorum, ut Adrichom. an verò fuerint urbes Moabitarum ab Amoræis captæ, incertum est: hoc tamen posterius malim, quia *Medaba* juxta *Hesbon* ponitur ab Hi. & inter Moabitarum urbes recensetur Isa. 15. Addo verò, fortè explicari hæc ultima verba debere, non de Moabitis fugientibus, sed de Amoræis persequentibus; nam in Hebræo est, *Et vastavimus*, &c[d].

32. *Jazer*] Olim urbs erat Moabitarum, Jer. 48. 32. nunc Amoritarum. Vide Num. 32. 33, &c†. ¶ *Et possederunt*, וַיּוֹרֶשׁ] *Et expulit*, V. Ma. A. (*ejecit*, Ch. *exterminavit*, *delevit*,) sub. *Moses*, vel *Israel*[f]. Alii, *& hæreditavit*, O. Ma. *Amoræum*, scil. omnia bona ejus. Ità accipitur vox Num. 32.39[g]. Urbs hæc non videtur primo illo impetu fuisse capta, sed paulò pòst, & postmodum facta civitas Levitica[h].

33. *Rex Basan*] i. e. *Galadenæ & Gaulonitidis*[i]. *Batanea* postea dicta est[k]. ¶ *In Edrai*] Nunc *Adara* urbs Arabiæ; Euseb. & Hi. in locis[l].

35. *Universum populum*, &c.] Obj. At aliquos superfuisse è ditione *Og* patet ex Num. 32. 39. collato cum Jos. 13. 29. Resp. Vel intellige populum qui in ejus exercitu erat; vel anticipatè hæc narrari, & hîc obiter referri quod postmodum perfectum est[m].

[d] Bo. † A. [f] V. [g] O. [h] Bo. [i] Jo. in G. [k] Bo. [l] Ma. Bo. [m] Bo.

CAP. XXII.

1. IN *campestribus Moab*, ità JT. & Sym. in Ma. בְּעַרְבוֹת] [Variè reddunt.] *In planitie*, Ch. in M. Sa. A. *in solitudinibus*, sive *in deserto*, Ar. M. P. A. ubi omnia sunt promiscuè confusa; à עָרַב *miscere*[a]. Al. *ad occasum Moab*, ο'. Th. in D. Al. *in confinibus*, ubi scil. termini regionum miscentur[b]. Al. *in Arboth Moab*, Sy. Euseb. & Hi. in Ma. Nempe, quæ olim fuerant *Moab*, pòst *Sebonis*, nunc *Israelis*[c]. ¶ *Ubi trans Jordanem Jericho sita est*] Quæ respectu Jericho trans Jordanem sunt[d]. ¶ מֵעֵבֶר לְיַרְדֵּן יְרֵחוֹ] [Variant.] *Citra* (vel *secùs*, Sy. Ar.) *Jordanem Jericho*, Ch. P. vel, *Hierichuntis*, Belg. *cis Jordanem Hierichuntinum*, Ca. *cis vadum Hierichuntinum Jordanis*, JT. i.e. qui fluit circa, vel juxta, Jericho, nempe, duabus ab ea leucis, teste Jo†. Alii, *citra transitum Jordanis Jericho*, i. e. pertinentem ad civitatem Jericho, quia erat prope eam[f]. Al. *à transitu Jarden in Jericho*, Mo. i. e. ubi transitur ad Jericho[g]. Al. *trans Jordanem Jericho*, Sa. Al. *citra Jordanem*, *contra* (vel *juxta*, A. vel *è regione*, Q. in Ma.) *Jericho*, M. sim. Ti.

2. *Balac*] Sexta libri Sectio hîc incipit, dicta בָּלָק[h].

3. *Pertimuisset*, וַיָּגָר] *Timuit*, Ch. Ar. *exhorruit*, ο'. O. Alii, *contraxit* (vel, *collexit*) *se*. Id גּוּר sign. Jud. 19. & Isa. 54. Solent timidi se contrahere & colligere[i]. Alii, *retraxit* (*subtraxit*) *se*. Noluit bello experiri, Ma. Alii, *fastidium concepit*, M. *fastiditus est*, Caj. in Bi. ¶ *Et imperium ejus ferre non possent*, וַיָּקָץ] [Variant.] *Et angustiâ affectus est*, O. *tæduit*, JT. A. Alii, *compunctus fuit*, quasi spinis. Elegantissima phrasis, q. d. *spinavit se*. Vide Gen. 27. 46[k]. *Punctus est*, O. Alii, *pervigil fuit*, i. e. invigilavit, attendit rebus suis, Ma. *abominatus est*, L.

4. *Ad majores natu Madian*] Madianitæ erant contermini & confœderati[l]. Vide 1 Chron. 1. 46[m]. Duplex est *Madian*, testibus Hi. & Euseb. & Adrichom. 1. Illa, Exod. 2. ad mare Rubrum, Jo. 2. 5. vicina monti Sinai, in Arabia Felice; 2. hæc in Arabia Petræa, juxta Arnonem & Moabitas. Has duas malè Torniellus & alii confundunt[n]. ¶ *Delebit*, יְלַחֲכוּ] *Linget*, ο'. Mo. *ablambent*, i. e. lambendo abradent, V. consumet. Ità ignis *lingebat*, 1 Reg. 18. 38. & consumebat[o]. ¶ *Erat eo tempore Rex in Moab*] q. d. Erat Rex non naturalis, sed ex accidenti; vel, quia partem terræ subjecerat, ut *Sihon* aliam partem; vel, quia Moabitæ fugientes de prælio Sihon ei se subjecerant[p].

[a] Mi. [b] O. [c] Me. ex Bo. [d] Bo. † Ma. [f] O. [g] Ma. [h] V. [i] O. [k] Ma. [l] Me. D. A. [m] A. [n] Bo. [o] A.

5. *Ad Balaam—ariolum*, אֶל־בִּלְעָם בֶּן־בְּעוֹר פְּתוֹרָה] *Ad Balaam*, &c. Qu. Qualis propheta erat Balaam; Deíne, an Diaboli? Resp. 1. Fuit Propheta *Dei*, & *verus*, utì fuerunt Sibyllæ[q]. Nam verum Deum *suum* appellat, Num. 24. 13[r]. Et difficile est creditu Deum revelationes concessurum prophetæ Dæmonis, sic ut idem & Dei & Dæmonis propheta esset[s]. 2. Fuit propheta Diaboli & magus. Ità Basil. Chrysost. Orig. August. Procop. Burgens[t]. Probatur; 1. ex voce *Ariolus*[v]. At ea subindè in bonam partem sumitur[x]. 2. Quia auguria vana captavit, Num. 24. 1. ideóque aras exstruxit[y]. 3. Quia voluit maledicere Israeli[z]. Quidquid sit, certum est hominem impium fuisse[a]. ¶ *Ariolum*, פְּתוֹרָה] *In Pethor*, O. Ma. Nomen proprium loci, Ch. Sa. Ar. ο'. item P. Caj. Ti. RS. in F. (*Pacoria* Ptolemæo dicitur[b].) Non ausim hoc repudiare; 1. quia ה in fine *locale* est *in*, vel *ad*. 2. Ità noster accipit Deut. 23. 4. ubi præpos. מִן planè videtur id postulare[c]. 3. Habet formam fœmineam[d]. Vulg. vertit, *ariolum*, quòd פָּתַר est *interpretari* & *ænigmata solvere*. [Sy. reddit, *interpretem*.] Nominatissimus erat in toto orbe divinator[f]. Ad quem Reges undique darent literas, & in omnibus obscurissimis eum interrogarent[g]. Locus videtur *Pethora* dictus, quòd sedes esset ὀνειροκριτῶν. Vide Gen. 40. 5, 8, 12. 18[h]. ¶ *Qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon*] i. e. Super *Euphratem*[i]; qui *Ammonitas* præterlabitur[k]. Orientalem terræ illorum partem alluebat[l]. Malè legebant *Ammon*, pro *Ammo*[m]. [Ità tamen & Sy. legit.] ¶ In Heb. est, אֲשֶׁר עַל־הַנָּהָר אֶרֶץ בְּנֵי־עַמּוֹ] *Quæ est super flumen terræ filiorum populi sui*, vel *ejus*: ità ο'. sim. Ch. Sa. Ar. Mo. P. M. Ti. O. A. Referri potest, vel, 1. ad *Pethor* urbem, *quæ est imposita flumini*, &c. JT. *quæ est juxta Euphratem*, Ch. Sa. Vel, 2. ad *Balaam*, Bo. Ità Sy. D. Vulg. G. *Qui super* (i. e. secùs, juxtà) *flumen* popularium suorum; i. e. in propria patria ipsius *Balaam*[n]. Nomen est patriæ Balaami, ut patet ex Num. 23. 7[o]. *Flumen* hîc est *Euphrates*[p], antonomasticè sic dictus[q]; ut Gen. 15. 18. Jos. 24. 2, 15[r]. *Balaam* Mesopotamiensem fuisse colligunt ex hoc loco & Num. 23. 7. Alii *Madianitam* volunt *. ¶ *Sedens contra me*, מִמֻּלִי] *E regione mei*, Ma. O. V. q. d. non procul à me; mihi imminet[t], & regno meo[v].

6. *Maledic*, אָרָה־לִּי] *Maledic mihi*, i. e. in gratiam meam[x]. ¶ *Si possim percutere*, אוּלַי אוּכַל נַכֶּה־בּוֹ] *Forsan potero*, (vel, *prævalebo*, Hiscuni in D.) *& percutiemus in eo*, Ma. Tu videl. linguâ percuties, ut Jer. 18. 18. ego bello. Verbum sing. & plur. simul leguntur. Sic & Cant. 1. 4. *Trahe me, curremus*[y].

7. *Seniores*] Videtur tunc Resp. à Senibus gubernata. Regnum à *Sebone* ademptum[z]. *Senes* hîc *sapientes* vertit Targ. Jeros. Nam artem divinandi callebant[a]. ¶ *Moab—& Midian*] Populi inter se semper inimici odio Israelitarum conspirant. Simile vide Luc. 23. 12[b]. Causa enim communis erat[c]. ¶ *Divinationis pretium*, וּקְסָמִים] *Et divinationes*, M. F. V. A. O. Ma. G. Mo. ο'. i. e. Vel, 1. Divinatores, quò minùs ipsos fallere possit, si tempus non opportunum diceret[d]. Vel, 2. instrumenta divinationum†: etiam sua instrumenta, ut collato studio in commune consulerent. Forsan sortes quasdam divinatorias in manibus gestabant, insignia & instrumenta artis[f]. Omnem apparatum vati necessarium, nempe, sedem & sortes. Vide *Euripidem* in *Phœnissis* de *Tiresia*[g]. *Cum auguriis secum delatis*, Ar. Vel, 3. pretium, mercedem divinationis[h]. Ità Petrus explicat, 2 Pet. 2. 15[i]. Ut pœna peccati dicitur *peccatum*, ità præmium divinationis videtur appellari *divinatio*[k]. Sic *Besorah*, *lætum nuncium*, sumitur pro ejus mercede, 2 Sam. 4. 10[l]. Similiter & *Evangelium* in Cicerone l. 2. ad Atticum, *O suaves duas epistolas, quibus Evangelia deberi fateor*[m]! Non raro He. rem ponunt pro pretio rei; ut Exod. 21. 10. *humiliatio*, i. e. pretium pudicitiæ[n].

8. *Nocte*] Quando per somnia loqui solitus est Deus[o]. ¶ *Dominus*, יְהוָה] Nomen Dei veri[p]. Unde verisimile est illum à Deo, non à Dæmone, responsa petiisse†. Vel prætexit mendaciter nomen *Domini*[q], ut legatis imponat,

[p] L. [q] O. T. ex Jo. & Eugub. & Caj. [r] T. [s] Bo. [t] T. item La. Me. L. [v] T. ex To. [x] Me. La. [y] Bo. [z] Me. ex La. [a] Me. La. [b] Jun. [c] Bo. [d] Ma. † Eugub. in F. [f] M. [g] Eugub. in F. [h] G. [i] Jun. Pi. [k] Me. ex La. [l] Bo. [m] D. [n] V. [o] G. [p] Jun. Pi. [q] Ma. D. A. G. [r] A. * Ma. [t] V. [v] La. [x] V. sim. Ma. ad v. 11. [y] D. [z] Ge. in D. [a] D. [b] G. [c] O. [d] AE. in F. † Q. in F. [f] Ma. [g] G. [h] K. in F. Me. A. Bo. Ma. & ö. ità Ch. Sa. M. P. Ti. V. O. JT. [i] A. [k] Nobil. ex Orig. [l] A. [m] Ma. D. [n] Bo. [o] A. [p] L. Bo. † Bo. [q] La.

imponat[r], quasi Deum consuleret, non Dæmonem *. ¶ *Principes Moab*] Quid *Midianitæ*? Resp. Hi intelliguntur ex v. 7[t]. Non nominantur, quia illi principes erant legationis, inquit AE. At Rasi & Ramban (sive Nachmanides) & Is. Arama volunt eos, cùm audiissent eum velle *Deum* consulere, abiisse, & de successu desperâsse, existimantes Deum minimè consensurum in perniciem gentis quam illi charissimam fuisse noverunt ex Jethrone ipsorum Principe. Sed nimis argutum hoc est[v].

10, 11. *Misit ad me, dicens, Ecce, populus*] Heb. *misit ad me, Ecce, populus. Misit ad me* (sive *causâ mei*, Sy.) supple, *dicens*, o'. Ch. JT. vel, *& dixit*, Sy. vel, *ut dicerent nomine ipsius*, Ar. *Ecce, populus*, &c.

11. *Maledic*, [קָבָה־לִּי] *Exsecrare mihi*, O. Ma. *defige*, ut v. 17. Sic Levit. 24. 11[x]. *Maledic ei pro me*, Ch.

12. *Deus*] Per Angelum, infrà 22, 31. Notatum id Maimonidæ, *Duce dubitantium*, 2. 41[y].

13. *Prohibuit me venire*, [מֵאֵן לְתִתִּי] *Renuit ad dare me*, Ma. *permittere*. Est infin. *Bachlam* cum affixo, deficiente utrâque extremitate[z]. Partem tantùm unam sermonis Divini illis explicat, alteram subticet, nempe rationem, in qua momentum responsionis positum est[a].

15. *Plures*, [רַבִּים] *Multos*, Ma. *magnos*, D. *magnates*, Ma. Sic *magnates* (רַבִּים) *regis Babel*: *Civitas regis magni* (רַב,) i.e. David[b].

16. *Nè cuncteris*, [אַל־נָא תִמָּנַע מֵהֲלֹךְ אֵלָי] *Noli, quæso, prohibere teipsum nè venias ad me*, P. V. i.e. Nè causeris quidquam quò minùs venias[c]. *Nè sinas te prohiberi*, scil. interdicto Dei[d].

17. *Et maledic*] Utitur Balac duplici *maledicendi* verbo, scil. ארר, quod est *leviter maledicere*; & נָקַב, *blasphemare*, & *omnino devovere* †.

18. *Domini Dei mei*] Hinc constat Balaamum ipsiúsque populum Deum verum, licèt corruptè, & fortè cum aliis, coluisse. Idem alios fecisse liquet ex Job. 2. 10. & 32. 2. & 42. 7, 8, 9[f].

19. *Hîc maneatis*] Non acquiescit in voluntate Dei illi antea revelata, sed Deum tentat secundâ inquisitione[g]. De constantissimo Dei responso certior erat, sed avaritiâ permotus spem iis facit, tanquam si Dominus aut muneribus eorum flecti, aut intercessione suâ exorari, posset[h].

20. *Surge & vade*] Vel, 1. ironicè dictum, non seriò[i]: vel, 2. non concessio, sed permissio, erat[k] à Deo illi jam infenso, quòd non stetit in primo Dei consilio[l]. q.d. Age, postquam ità vis, abi cum illis. Sunt verba indignantis[m]. ¶ *Duntaxat*, [וְאַךְ] Hîc ו redundat[n]. ¶ *Ut—facias*] Heb. *illud facies*. Significat his verbis & officium ejus, & eventum[o]. *Facies*, i.e. facito[p]: *facies*, quamvis invitus[q].

22. *Iratus est Deus*] Qu. Quid ità, cùm ire permiserat? Resp. Quòd iret animo nocendi & maledicendi, (quod non poterat à Domino abscondi[r],) ut patet ex vers. 32. *via tua perversa est* *. Dicunt Hebræi (& bene quidem) quòd, concessâ abeundi licentiâ, Bilham animum mutaverit, & populo maledicere decreverat[t]. Justè iis irascitur Deus qui id quod jubet faciunt, sed non eo fine quem vult: Esa. 10. 6, 7[v]. ¶ *Stetit in via*] Hæc omnia Maimonides putat facta in visione, ut Gen. 32. 24. Jos. 5. 13, 14[x]. ¶ *Contra Balaam*, [לְשָׂטָן לוֹ] *In adversarium illi*, Mo. *ut adversaretur illi*, Ch. Sa. V. JT. *ut averteret eum ab ea re*, Ar.

23. *Ad semitam reducere*, [לְהַטֹּתָהּ הַדָּרֶךְ] *Ut declinare faceret eam viam*, vel, *ad viam*, O. Ma. A. ut in viam reduceret[y]. Vel, *ad declinare facere*, &c. i.e. eò quòd ipsum divertere fecerat è via[z].

24. *In angustiis*, &c. [בְּמִשְׁעוֹל הַכְּרָמִים] *In semita vinearum*, O. A. Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. *in calle*, Ar. *in sulcis*, o'. *in arcto*, Ma. *Semitâ angustâ quæ vestigio fit pedis humani*, à שׁעל, quod *pugillum manûs & vestigium pedis* sign. *In vulpineto*, nempe, loco inter vineas ubi communiter vulpes suas foveas habent, Matt. 8. 20. Cant. 2. 15[a].

25. *Junxit se parieti*, [וַתִּלָּחֵץ אֶל־הַקִּיר] *Arctavit se* (*compressit se*, Sa. Ma.) *ad parietem*, O. Ma. P. *strinxit se cum pariete*, Ch.

27. *Cúmque vidisset*] Hinc sumpsêre Pythagorici,

r V. — t La. — t A. — v Muis. — x Jun. Pi. — y G. — z M. — a A. — b D. — c V. — d Pi. — † M. — f A. — g A. — h Ma. ex Jun. — i Q. in L. Jo. in Muis — k L. — l A. — m Ma. Jun. — n V. — o A. — p Pi. — q Jun. — r L. — * L. M. F. Me. T. Bo. La. — t O. ad v. 20. — v A. — x G. — y Ma. — z Q. in Ma. — a Ma.

Non pergendum in via ubi asinus procubuerit. Meminit Hermippus, & ex eo Jo. Sensus allegoricus est, Non tentanda ea quæ supra nostras sunt vires. Id aliter dicitur, μὴ πρὸς κέντρα λακτίζειν (i.e. *adversùs stimulos nè calcitres.*) Quod proverbium, Æsch. Eurip. &c. tritum, habetur Act. 9. 5[b]. Solus Balaam vidit; reliquorum oculos Deus aut præpedivit, ut Luc. 24. 16. aut, potiùs, scotomate percussit, ut Gen. 19[c].

28. *Aperuit os asinæ, & locuta est*] Movit linguam *asinæ*, (sicut Dæmon *serpentis*[d],) & ad palatum, labia, dentes, allisit, & aerem compressit †. Hoc effecit Deus coram Principibus, 1. ut doceret Balaami imbecillitatem: q.d. *Venit hic ad perdendum gentem integram ore suo, qui adversùs asinam armis opus habet*[f]. *Non potuisti asino maledicere, quantò minùs Israelitis*[g]? 2. Ut ostenderet eum *qui potuit os asinæ aperire, faciliùs potuisse os Balaami occludere, cùm majus sit exstruere quàm destruere*[h]. 3. Ut Balaamum *doceret, os & linguam penès se esse, adeóque os ipsius, si maledicere quæreret*[i]. 4. Quia congruè bruta mens per brutum docetur[k]. 5. Ut castigaretur vanitas auguris Balaam, qui ruditum asinæ & garritum avium, quasi omina quæ futura præsagirent, observare solebat[l]. Non desunt similium portentorum historiæ. Agnus locutus, Bocchoride (*Bocchore Saite* habet BA.) in Ægypto regnante, apud Euseb[m]. Testes Manethon in Fragmentis, & Suidas in voce ἀρνίον[n]. Phryxi arietem loquutum esse testantur Apollonius, l. 1. Argon. & Hecatæus, & Tzetzes in Lycophronem p. 8[o]. Bos locutus apud Livium sæpe, & apud Eusebium. Meminêre & Plinius, Polybius, Plutarchus[p]. *Quòd maximè terrebat Consulem Cn. Domitium bovem loquutum, ROMA, TIBI CAVE*, Liv. l. 35. Idem factum Priverni, l. 27. Item, *in agro* Campano, l. 51. *bovem loquutum esse satìs constabat*, inquit Livius. *Bovem locutum* ait Plutarchus in Marcello. Et rursus Julius Obsequens, Scipione Nasicâ, Gn. Martio, Consulibus, Frusinone *bos loquutus*. Item, Servio Flacco, Q. Calpurnio, Coss. *bos loquutus, & nutritus publicè.* Item, C. Mario, C. Flacco, Coss. *bubo extra urbem visus, bos loquuta*, &c. Item, C. Claudio, M. Perpennâ, Coss. bos loquuta. Virgil. ubi de prodigiis in morte Cæsaris, l. 1. Georg—*pecudésque loquutæ, Infandum*— Hinc Plinius, l. 8. c. 4. *Est frequens in prodigiis priscorum, bovem loquutum: quo nunciato, Senatum sub dio haberi solitum.* Quæ, cùm apud optimæ notæ Historicos tam frequenter occurrant, nemo omnia commentitia esse dixerit. Itaque hac in parte planum est Diabolum se præstitisse Dei simiam. Adde ex Plutarcho *de Fluminibus*, in Hydaspe Pori elephantem domino suo humanâ voce dixisse, *Domine Rex, qui à Gegasio* (ἀπὸ Γηγασίου) *genus ducis, nè quidquam contra Alexandrum feceris, Jovis enim est Gegasius*, Γηγάσιος. Absurdè, & nullo sensu. Legendum, γόνος. Nempe, credebatur Alexander *Jovis* esse filius, & Porsi sic præponitur, cujus genus erat ex *Gegasio*. Item ex Theophane ad annum 749. in Mesopotamia è terra ascendisse animal mulinum, loquens humanâ voce, & prænuncians gentis incursionem ab eremo adversùs *Arabes*: quod & factum est. Vide Vossium in Melam p. 174. Hujusmodi historias narrant Arabum Lexicographi[q].

29. *Quia commeruisti*] Qu. Sed cur non expavit, asino loquente? Resp. Vel, 1. ira eum excæcaverat[r]: ideóque nec causam miraculi & significationem investigavit *. Vel, 2. quia talibus monstris assuetus erat, utpote homo ariolus, cum quo Dæmones in animalium specie apparentes sæpe loquebantur[t]. Vide hîc impiorum dementiam, qui suos monitores verbis & verberibus insectantur[v]. ¶ *Et illusisti mihi*, simil. plerique, [כִּי הִתְעַלַּלְתְּ בִּי] *Fecisti irrisum in me*, Mo. *Quia in cœno me volutâsti*, Ar. Verbum ALAL propriè sign. *revolvere*, vel *involvere*[x].

30. *Ad præsentem diem*, [מֵעוֹדְךָ עַד הַיּוֹם] *Ab adhuc tu* (vel, *ab exsistente te*, Mo. *à tempore tuo, ex quo tu es*, Sa. vel, *esse cœpisti*, Ch. P. V.) *ad diem hanc*, O. Mo. *A principatu tuo*, Sa. vers. *à pueritia tua*, Ch. [nempe Onk.] *à juventute tua*, Jonathan, Jerof. Sy. & Græci. Sic Gen. 48. 15. Rectè; neque enim equitaverat infans, aut puer. Potuit ergò sic dicere Balaamo vel

b G. — c BA. — d Me. T. — † BA. 1. 24. 14. — f RS. in Muis. — g Targ. Jerof. in BA. p. 194. — h Is. Arama in Muis. — i Rabba in BA. — k Me. — l Greg. Nyssen. in Me. — m G. — n BA. 1. 24. 198. — o BA. — p G. — q BA. 1. 2. 14. — r Bo. Me. T. — * T. — t Me. L. — v La. — x O.

vel seni, vel ad senium vergenti, (licèt de ipsius ætate non constat.) *Asinus* est animal satis vivax; vivit ad 30. annum, Plin. Et *Algiabid* apud *Damirem* asini meminit quem equitavit dominus per 40 annos[y]. Al. *ex quo* (vel, *quamdiu*) *tu*, scil. *me habuisti*, A. vel, *equitare cœpisti me*, Ma. Al. *ex quo fui tuus*; sic A. JT. Pi. Egregiè quoad sensum: sed Hebræa id non ferunt, inquit Bochartus, ubi suprà. [Aliis aliter visum.] Pronomen affixum ponitur pro separato[z]. *Quamdiu fuisti*, scil. *vates*, vel, *me utens*[a]. ¶ *Quid simile*, &c. הַהַסְכֵּן הִסְכַּנְתִּי] *Num solendo solita fui?* Ma. *Num censendo censui*, i. e. existimavi tale quidpiam mihi erga te faciendum[b]? *Num consuescendo consuevi*, &c? Mo. sim. plerique. [Al. aliter.] *Numquid despectione despiciens feci sic tibi?* ὁ. *Num intelligendo intellexi facere tibi sic?* Sa. vers. *Numquid claudendo clausi me in viis*, faciendo tibi hoc? Ità *Sacan* communiter significat[c].

31. *Adoravit—in terram*] i. e. Capite primùm inclinato, deinde & toto corpore, reverentiæ signum ipsi exhibuit[d].

32. *Ut adversarer tibi*, לְשָׂטָן] Nomen *Satan* hîc bono Angelo tribuitur; qui opponit se ei & fidelium gratiâ, & ipsius Balaami. At Diabolus *Satanas* dicitur, quòd Deo adversetur & fidelibus†. ¶ *Perversa est via tua*, כִּי־יָרַט הַדֶּרֶךְ לְנֶגְדִּי] [Variè reddunt.] *Quia perversa* (*occlusa*, Ar. *non urbana*, ὁ.) *est via* (supple, *tua*, A. Ang.) *coram me*, Mo. A. *Declinavit* (*divertit*) *via* (*tua*) *coram me*; vel, *declinat hæc via in conspectu meo*: q. d. Alium habes profectionis tuæ finem. *Via* pro *instituto*, ut Judic. 4. 9. Psal. 1. 1[f]. Vel, via hæc, seu iter, *declinat*, i.e. alienum est à mea voluntate[g]. *Hæc via* in qua es *declinat à me*, Belg. *Aberrat via tua coram me*, Ar. Al. *Declinavit à via coram me*, [qu. מ deficeret ante דֶּרֶךְ.] *Declinavit* cor tuum à via recta me spectante, nam adductus mercede egressus es cum illis[h]. Al. *Quia notum coram me, quòd tu volebas ire per viam contra me*, Ch. in BA. p. 196. *Eò quòd direxeris viam contra me*, Sy. *quòd perverteris iter coram me*, M. *Displicet mihi iter tuum*, Sa. Al. quia *perplexa*, vel *intricata*, *est via* tua *coram me*. Vocem ירט ità reddo ex Arabica lingua. Vox eadem occurrit Job. 16. 11. יִרְטֵנִי *implicavit me*[i]. Al. *Quia divertit per viam quæ est* (vel, *erat*) *contra* (vel, *ante*) *me*; i. e. noluit se mihi objicere, ut te salvaret. Ità כִּי non reddit rationem clausulæ immediatè præcedentis, (quod multi putârunt, & id locum obscurum reddidit, ideóque M. mutavit tertiam personam in secundam, eò quòd *perverteres*, &c.) sed clausulæ prioris, & sic legendum, (relictâ mediâ clausulâ,) *Quare asinam percussisti?* Non erat percutienda, *quoniam declinavit*, &c[k].

33. וַתֵּט לְפָנַי] *Et declinavit ante me*, P. vel, *à me*, Ar. *à facie mea*, Ch. i. e. Declinavit à via trita, & stetit ante me, ab agro in quem declinavit me spectans[l]. Mirus loquendi modus: q. d. Asina te prudentior fuit[m]. ¶ *Dans locum*, &c. אוּלַי נָטְתָה מִפָּנַי וגו׳] *Nisi declinâsset*, &c. Ità ὁ. Ch. Sa. Sy. Ar. M. V. Mo. Pi. אוּלַי ponitur pro לוּלֵי, & כִּי vertendum *certè*. Ellipsis est; & plenus sermo foret, אֱמֶת הִיא כִּי, *veritas est quòd*. Hujus significationis exempla complura occurrunt in libro Jobi, Job. 8. 6. & 19. 28. & 31. 34[n]. Q. vertunt, *fortasse divertit*, vel *declinavit*: ità JT. He. in V. Non placet; Quomodo enim potuit dubitare Angelus de re comperta[o]? אוּלַי *fortè* non est particula dubitantis, sed affirmantis & certò aliquid constituentis. Vide Jos. 14. 12. & Act. 8. 22[p]. ¶ *Te occidissem*] *Quia nunc etiam te interfecissem*, He. in V. ¶ *Et illa viveret*] Heb. *Et ipsam vivificâssem*, V. Hinc colligitur asinam mortuam fuisse postquam locuta est[q]: ídque factum, nè Gentes eam pro idolo colerent, inquiunt Cabalici[r]. Sed non constat*. *Et illa viveret*: Non quòd mortua esset, sed quòd ità à te malè sit habita, ut ei desperandum sit de vita[t].

34. *Si displicet*] Frigidè hoc offert[v]. ¶ *Revertar*, אָשׁוּבָה לִּי] *Revertar mihi*, Ma. V. i. e. in domum meam[x]. De actionibus loquitur; de malo in corde latenti tacet[y].

35. *Nè aliud*, &c. וְאֶפֶס וגו׳] *Et tantùm*, Mo. sim. ὁ. Ar. A. Sy. JT. *veruntamen*, V. Sa. P. *tandem*, vel *finis*, O. *Defectus*, *exceptio*, *excepto quòd*. Vide quæ ad Num. 13. 29[z].

[y] BA. 1. 2. 14 194. 67. [z] Ma. ex Jun. [a] M. [b] Ma. [c] O. [d] G. † BA. ib. 196. 3. [f] Ma. ex Jun. A. [g] Ma. ità Jo. in Ca. [h] V. [i] BA. [k] O. [l] V. [m] Cl. [n] Pi. [o] Pi. [p] Ma. ex Jun. [q] V. ità He. in Muis. [r] Muis. * BA. [t] Bo. [v] A. [x] V. [y] A. [z] Ma.

36. *In oppido Moabitarum*] Heb. *Ad urbem Moab*. Quibusdam *Moab* hîc est provinciæ nomen; q.d. *ad urbem* quandam regionis *Moab*. Aliis (quod rectius) est nomen urbis dictæ *Moab*, seu *Rabbath Moab*, antea *Ar*, c.21. 15. Græcis *Areopolis*, metropolis regni, non procul ab *Arnon*, (vide Num. 21.11.) quæ, post bella *Sehon*, terminus regni erat, Num. 21. 26, &c[a]. ¶ *Quod situm in extremis finibus Arnon*, אֲשֶׁר וגו׳] *Quæ* (scil. Arnon) *est in extremis finibus*, V. nempe, Moabitarum. Ità ad extremos regni terminos processit Balak excepturus Bilhamum[b]. Vel, *quæ* urbs est *super*, *juxta*, vel *ad*, *terminum Arnon*, Ma.

38. *Nunquid potero?*] Etiamsi coner totis viribus meis[c]. ¶ *Quod Deus*] Angeli ministerio, ut suprà; sic & 23. 5[d].

39. *In urbem quæ in extremis regni finibus erat*, וַיָּבֹאוּ קִרְיַת חֻצוֹת] [Variant.] 1. *Huzoth* proprium nomen est†. Al. *in civitatem* (*civitates*, ὁ.) *platearum*, Ti. M. F. ὁ. h. e. ut exponit R S. *populosissimam*. q. d. Miserere, quæso, hujus multitudinis, cui gladius & cædes jam impendet*. Al. *in civitatem divisionum*, *separationum*, seu *dimidiationum*, à חָצָה, quia fines Moabitarum ab externorum finibus dispescuit & quasi dimidiavit[f]. Al. *in finibus imperii*, Ch. in M. nempe Balaki: חוץ enim *extra* significat[g]. Ubi, scilicet, non procul esset à castris Israelitarum[h]. *In urbem provinciæ ejus*, Ch. *in urbem finibus* adjacentem, JT. *in urbem locorum forìs jacentium*, vel *platearum*. Sed puto esse proprium nomen urbis, & verto, *Kiriath-chutsotas*[i].

40. *Cùm occidisset boves*, &c.] Vel, ad convivium[k]; vel, *ad sacrificium*; vel, ad utrumque[l]. ¶ *Misit*, &c.] De sacrificiis vel conviviis partes & munera ad Balaam & principes[m].

41. *Ad excelsa Baal*] [Ità ferè omnes.] *Excelsa* vocat Scriptura locos eminentes & nemorosos, quos diis suis consecrabant idololatræ, ubi lætabantur cum summa corporis ignominia[n]. Ad loca edita in quibus sacellum, aut templum, erat Baal dicatum[o]. *Ad statuam Baal*, ὁ. *Ad quædam templa Dei sui*, Ar. *Baal* interdum est nomen proprium, (ut hoc loco,) interdum nomen appellativum. Commune nomen idolorum habitum est[p]. Phœnices Deum suum *Baal* vocârunt. Idem *Bel* Babyloniis, *Belus*, quem filius suus *Ninus* in Deum retulit. Virgil. Æneid. 1. de Didone, *Implevitque mero pateram, quam Belus & omnes A Belo soliti*—Claudianus 1. Panegyr. in Stiliconem,—*secretáque Beli Et vaga testatur volventem sidera Mitram*[q]. Fuit hic mons *Abarim*, qui dividebat *Moabitas* à regnis *Sehon* & *Og*, erátque prope Israelitarum castra[r]. ¶ *Extremam partem*, קְצֵה הָעָם] *Extremitatem populi*, V. Ma. i. e. extremam partem*: i. e. totum exercitum usque ad extremam partem, ut patet ex Num. 23. 13[t].

[a] Ma. [b] Q in Ma. [c] V. [d] G. † Ità Q. in F. & Mo. Ar. P. * F. V. [f] Ma. ex O. [g] F. [h] Bo. [i] Pi. [k] L. Me. A. [l] Me. A. [m] Me. [n] F. V. [o] Me. [p] Bo. [q] Ma. [r] Me. * V. O. [t] L.

CAP. XXIII.

1. *Septem aras*] Qu. An Deo, an Dæmoni? Resp. 1. In veri Dei honorem, ut eum sic demereretur[a]; cujus cultor erat. Vide Num. 22. 5, 8. & 24. 1[b]. Ei numerus septenarius quodammodo sacer erat. Vide Levit. 4. 6. Job. 42. 8. A Judæis vicini hoc discere poterant. Non conatur Regem divertere à proposito, sed Deum quasi in partes suas trahere, & religionem prætexit sceleri suo[c]. 2. Dæmoni, sive Baal[d]. Hoc indè colligunt, 1. quòd hæc in excelsis *Baal* fierent: 2. quòd *Balac* unà cum eo immolaret, imò illius nomine, & ad finem diabolicum, scilicet ad maledicendum, fieret†. Non est verisimile Regem hæc parâsse Deo vero, quem non colebat, sed *Baal-Phegor*, ut Num. 25. 3[f]. 3. Quòd in Balaamo notantur vetitæ artes, Num. 24. 1[g]. Præcepit hoc Balaam superstitiosè, nam Deum nondum consuluerat[h]. *Septem aras* erexit, quasi augurium à septem planetis, vel dæmonibus, quos planetis præsidere, eorúmque virtutes moderari, credebat, exspectaret[i].

[a] T. Bo. O. [b] Bo. [c] A. [d] Ità L. E. Me. Bo. ex Procop. & To. † Bo. [f] E. [g] Bo. [h] E. [i] Q. in Bo. post L.

2. *Imposu-*

2. *Imposuerunt*] Heb. *ascendere fecit*, Ma. scil. per fumum; nam holocaustum erat [k]. ¶ *Super aram*] i. e. Singulos vitulos & singulos arietes in singulis aris posuerunt [l].

3. *Sta juxta holocaustum*] Præsentem te Deo siste, pro more. Deus respexit primò offerentem, tum ipsius donum [m]. ¶ *Vadam*, [וְאֵלְכָה] *Et discedam*, sub. hinc, *ut videam si fortè*, &c [n]. ¶ *Dominus*] Scil. *Baal*, aut Dæmon, per quem divinationem quærebat [o]. *Auguria* jam captavit, sed prætexit nomen *Domini* [p]. ¶ [אוּלַי יִקָּרֵה לִקְרָאתִי] *Fortè occurrat Jehovah in occursum mei*, vel, *meum*, Sy. Mo. M. P. pro, *occurrat mihi, ut jubeat quæ me velit facere* [q]. *Fortasse occurret obviàm mihi*, Sa. sim. Ti. JT. *Fortè adveniat mihi præceptum Dei*, Ar. ¶ *Et quodcunque*, &c. [וּדְבַר מַה־יַּרְאֵנִי וְהִגַּדְתִּי לָךְ] *Et verbum quod videre faciet me, & annunciabo tibi*, Ma. *Et verbum cujuscunque rei quam fecerit me videre*, i. e. quodcunque signum ostenderit mihi, *narrabo tibi* [r]. *Et quamcunque rem ostenderit mihi indicabo tibi*, JT. *Verbum* ejus *quod*, &c. Pi.

4. *Cùmq; abiisset velociter*, [וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי] [Variè reddunt.] *Ambulavit*, vel *abiit*, *solus*, M. V. Q. in O. Ch. in Di. Pi. Dæmones enim magis apparent in tenebris & in solitudine; & fortè aliqua passio horribilis ei accidit, quam conspici noluit, nè contemneretur *. Al. *contrito & mœrenti animo*, sive, *corde tristi*, Targ. Jerof. in F. R. Jehuda in Di. ex Job. 33. 21. Al. *leniter, leviter incedens, & quasi aliquid explorare cupiens*, Q. in Ma. Ità Autor *Fasciculi myrrhæ* in M. Al. *fractus*; i. e. fracto animo, anceps, attonitus, extra se positus, & desperans de successu. Alii, *præceps*; *in præcipitantia*, seu *præcipitanter*: vel, *in præcipitium*, i. e. in locum eminentiorem, ideóque aptiorem contemplationi. Alii, *celsus*, i. e. elato in cœlum vultu, quasi sperans indè oraculum: *sublatus*, *elatus* [t]. *Abiit insidians*, Sa. vers. *Ivit interrogare Deum, & ivit rectà*, ό. Al. *in excelsum*, vel *clivum*, vel *altum*; K. in M. O. JT. & plurimi in Di. A. Ti. Ang. Belg. Buxt. in Conc. Quæ lectio multis videtur probabilior esse [v]. *In colliculum*, Sa. Alii contrà, *in vallem*, seu *planitiem*. Syr. שפיא est *planities*; שפי, *complanavit*. Et pro לְמִישׁוֹר, *in rectum planúmque locum*, Esa. 40. 4. Syrus habet לשפיא Luc. 3. 5. εἰς εὐθεῖαν, *in viam rectam*. Hinc ό. hîc vertunt, *& ivit* εὐθεῖαν *rectà*, i. e. *rectâ, planâ viâ*. Apud RR. שפה est *lævigare*, & שפוי est *æquale*, ut tradit David de Pomis in Dictionario. Et alibi שפיים (quod ex mera conjectura *clivos* vertunt) verto, *planities* ac *convalles*. Vide quæ nos ad Esa. 41. 18. & 49. 9. & Jer. 4. 11. & alibi. Et cùm in locum excelsum jam tum constitutus esset, Num. 22. 41. res ipsa postulat ut in vallem abiisse dicatur [x]. ¶ *Ad eum*] Scilicet, *Bileam* dixit Deo [y].

5. *Posuit in ore*] Hs, pro, suggessit illi quæ responderet [z]. Nota: Hæc gesta & dicta Balaam, non ab homine, sed à Deo revelante, didicit & scripsit Moses [a].

7. *Assumptâque parabolâ*, [וַיִּשָּׂא מְשָׁלוֹ] *Et levavit*, &c. O. Ma. *proposuit*, Ma. *assumpsit*, V. A. *extulit*, Pi. altâ voce pronunciavit [b]; exorsus est [c]. מָשָׁל aiunt esse *sententiam, proverbium, scitè dictum, simile*, &c. quæ in sermone dominatur & præcellit, & vulgus ceu attonitum & captivum detinet [d]. Vertunt, *similitudinem*, O. *proverbium*, Ma. Sy. *parabolam*, h. e. sermonem propheticum, quòd frequentes sint parabolæ in Prophetis. Targ. Jerof. *assumens* in parabola prophetiam suam †. ¶ *De Aram*] i. e. De *Syria*, & nominatim de *Mesopotamia* [f]. Patet ex Deut. 23. 4 [g]. Vide Gen. 10. 22 [h]. q. d. Non prosperaberis in hoc negotio, cùm Dominus Jacobo in *Syria* benedixerat [i]. Ideóque eum indè eduxit, quia maledictionem ibi minùs efficacem fore judicabat [k]. Q. tamen eum volunt *Madianitam* fuisse, ex Num. 31. 8. & *Aramæum*, vel *Chaldæum*, se jactâsse, quia horum divinatio celeberrima erat: aut voci *Aram* subjici loca omnia ad mare Rubrum. Nos cum Vulg. existimavimus *Hammonitam* fuisse, Num. 22. 5 [l]. ¶ *Adduxit me*, [יַנְחֵנִי] *Deducet me*, nempe, *sensim*, & *placidè*, & *cum pompa*. Utitur futuro, ad insinuandam iteratam & perseverantem Balaci vocationem. ¶ *De montibus Orientis*, [מֵהַרְרֵי קֶדֶם] Q. de montanis Chaldææ, sic dictis Gen. 10. 30. Al. de Midianitis & Amalekitis, sæpe dictis filiis Orientis. Al. *de montibus anterioritatis*, aut *prioritatis*, (seu *antiquitatis*, Caj.) i. e. quorum habitatio antiquior erat [m]. ¶ *Detestare*, ità M. Ti. P. O. A. Mo. Sa. JT. *perde mihi*, Sy. *convitiare mihi*, Ar. [וְעֲמָה] *Projice à me*, Ch. *furenter tracta*: sign. *turbationem, commotionem, æstum, furorem*, Ma. *Supermaledic mihi*, ό. *devasta*, Sa. vers. *sperne, aversare cum indignatione*, al. in Ma. *Indignare* (id sign. Dan. 11. 30.) contra *Israelem*, Pi. Defie, A. Ang.

[Margin, left column: k P. — l V. Ma. — m A. — n V. — o Me. — p A. — q V. — r V. — * L. — t Q. in Ma. — v F. V. — x Di. — y V. — z V. — a La. ad v. 12. — b A. Pi. — c F. V. — d Ma. — † F. V. — f E. Me. T. V. D. A. O. ità TJ. in A. ό. & Jo. in O. — g A. — h Ma. — i M. — k F. — l Ma.]

8. *Quomodo maledicam?* sic A. V. [מָה אֶקֹּב] *Cur* (vel *Quid*, Ma. V.) *maledicam?* Sa. Sy. V. ¶ *Cui non maledixit*, [לֹא קַבֹּה] (Supple, אֲשֶׁר, *quem*) *non exsecratur*, Pi. [Hoc supplent ό. Ch. Sa. Sy. Ar. M. Ti. P.] Ità 1 Reg. 9. 8. *hæc domus excelsa est*; intellige, pro *hac domo quæ excelsa est*, 2 Chron. 7. 21 [n]. Vel sic verte, *Quomodo maledicam? Deus non maledixit*, A. *Quomodo exsecrabor, non exsecrante Deo?* Ca. Ità hîc vanitatem artis Magicæ ostendit [p].

9. *De summis silicibus*, [מֵרֹאשׁ צֻרִים] *De capite* (vertice, O.) *petrarum*, Ma. ¶ *Videbo eum*] Fut. pro præs. vel præt. *intueor illum*, vel, *consideravi eum, & de collibus contemplatus sum illum*. Hoc dicit propter Legem Israelitis in monte datam [q]. ¶ *Solus habitabit*, sic ό. M. sim. Sy. Ar. [לְבָדָד יִשְׁכֹּן] [Variant.] 1. *Solus*, Ch. Caj. in Bi. Targ. Jerof. in V. *ad solum*, Mo. *solitarius*, Sa. *seorsum*, Sy. Ca. Ma. nempe, ab aliis gentibus, propter religionem [r]: separatus ab iis religione, legibus, moribus *. Remotus erit ab aliis & ditione & consortio †. *Seorsum*, q. d. omnium excellentissimum, itáque ab omnibus aliis secernendum, & singularem [t]. Al. vertunt, *confidenter*; ità P. *securus*, V. Al. *seorsum*, i. tutò; ut qui securus est nec timet solitudinem, nec multos necesse habet accersere quò in tuto sit. Sic Mic. 7. 14. & Psal. 4. 10 [v]. Hæc phrasis securitatem includit, Jer. 49. 31. Vide Deut. 33. 28 [x]. ¶ *Non reputabitur*] Sic A. Ma. O. ό. Mo. vel, *non reputabit se*, A. Ma. Sa. *nec numerabitur cum cæteris gentibus*, Ar. *Non recensebitur*; i. e. non mutabit religionem, aliis gentibus non miscebitur, aut communicabit [y]. Peculiaris Deo populus erit, Exod. 19. 5. Levit. 20. 24, 26. Ezr. 9. 2 [z].

10. *Quis dinumerare possit?* [מִי מָנָה] *Quis numerabit?* O. Ma. i. e. potest numerare? Ch. in A. & Sy. Ità *polluit*, Matt. 15. 11. pro, *potest polluere*, Marc. 7. 15. Vide infrà vers. 20. & ad Gen. 13. 6 [a]. ¶ *Pulverem Jacob*] i. e. Pulverem quem hic populus quum ingreditur excitat. Vel potiùs, Quis numerat Jacobum tanquam pulverem, i. e. qui similis est pulveri, i. e. innumerabilis [b]? *Pulvis* numerum innuit, non originem [c]; Ingentem illam multitudinem. Confer Gen. 13. 16. & 28. 14. Scholiastes ad Acharnenses Aristophanis; τὸ ψαμμακόσια ἐπὶ πλήθους ἐτίθετο. Eupolis, ἀριθμεῖν θεατὰς ψαμμακοσίους, (i. e. *spectatores arenis pares numero*, h. e. innumeros [d].) Pro *pulvere*, Ch. habet *parvulos*; Ar. *stirpem*; LXX *semen*; Sa. *sobolem*; Sy. *summam*. *Quis poterit numerare parvulos domûs Jacob, de quibus dictum est, quòd multiplicabuntur sicut pulvis?* Ch. in A. ¶ *Et numerum*, &c. [וּמִסְפָּר אֶת־רֹבַע יִשְׂרָאֵל] *Et numerum quartæ partis Israel*, V. G. Sy. M. Ti. A. Al. *Et* quis *numerum?* quis *quartam partem?* JT. *Aut unum ex quatuor castris Israel?* Ch. Non modò numerum totius exercitûs nemo posset comprehendere, sed nec unius vexillationis, quæ pars quarta exercitûs. (Vide quæ suprà 10. 15 †.) In quatuor partes distributi erant, Num. 2 [f]. Græci habent, δήμους Ἰσραὴλ, G. Ar. vertit, *& computet generationem Israel*; Sa. vers. *eloquetur accubitum*. ¶ *Moriatur anima mea*] i. e. Moriar ego [g]: sic Jud. 16. 30. A. Ità Deus jurat per *animam suam*, i. e. per seipsum, D. ¶ *Morte justorum*] [ità plerique; at Sa. vertit, *mortibus cantantibus*:] [יְשָׁרִים] *Rectorum*, O. Ma. Ch. Mo. i. e. Israelitarum [h], qui יְשֻׁרוּן vocantur [i]. Vel, justorum inter Israelitas †: i. e. morte nec immaturâ nec violentâ, quod Israelitis promissum Legem observantibus; Gemara hoc loco. Latet tamen altior mysticus sensus [k]. Sensus est, q. d. Hi meliorem vitam post hanc sibi repositam habent [l]. Sim hæres paradisi, sicut illi qui non videbunt faciem gehennæ [m]. Ità mihi eveniat sicut illis. Hoc dicit, quòd sentiret mortem sanctorum pretiosam esse, &c. (Psal. 116. 15.) mortem verò impiorum pessimam. Si ultimà linea & meta in morte forent, nullum in ea notari posset discrimen justi & impii: forte

[Margin, right column: m Ma. — n A. — p A. — q V. — r Q. in V. F. — * Jun. sim. Pi. T. — † Me. — t Ca. — v Ma. — x A. — y Ma. — z A. — a A. — b Pi. — c D. — d G. — † G. A. Ma. — f A. — g D. A. — h D. Bo. — i D. — † D. A. — k G. — l Bo. T. Ma. — m D.]

quæ post mortem utrosque manet inter se distinguuntur [n]. *Non erunt filii Gehennæ & perditionis*, quam *Abaddon* appellant [o]. Familiare est malis, justorum mortem sibi exoptare, vitam non sectari [p]. At Balaam, ut vixit, ità mortuus est, inter inimicos populi Dei, Num. 31. 8 [q]. ¶ *Et novissima*, אַחֲרִיתִי] [Variant.] *Novissimum meum*, O. Sa. Mo. M. Ti. A. D. seu, *extremum*, i. e. mors, D. A. *finis meus*, Ch. in A. Sy. Ar. Ità accipitur Deut. 11. 12. Prov. 19. 20 [r]. Al. *semen meum*, ό. in A. seu *posteri*. Ità sumitur Dan. 11. 4. Amos. 4. 2. Psal. 109. 13. Ità benedictionem semini eorum prædicit, juxta Gen. 17. 7. Al. *merces mea*. Ità accipitur Prov. 23. 18. & 24. 20. 1 Pet. 1. 9 †.

12. *Num aliud*, &c? אֹתוֹ אֶשְׁמֹר לְדַבֵּר] [Variè reddunt.] *Observabo loqui*, ό. sim. Ch. Sy. *Et studebo* (*solicitus ero*, Sa.) *dicere*, P. *Istud observare cogor in loquendo*, M. *Annon observare debeo ut loquar?* Ti. A. *Custodiam ut loquar illud*, O. Pi. scil. *duntaxat*, O. *Cum observantia eloquar*, JT.

13. *Unde partem Israel videas, & totum videre non possis*] Putabat fortè eum aspectu multitudinis perterritum fuisse [r]. Similis superstitio & stultitia in Syris, 1 Reg. 20. 23 [v]. Q. verò contrario sensu futura vertunt in præterita vel præsentia [x]. *Ad locum unde videas illum*, sub. *totum*, sive *universum*; (*nam antea vidisti tantùm extremitatem ejus, & totum illum non vidisti.*) Observanda est illa parenthesis, alioqui locus obscurissimus est [y]. Alioquin etiam pugnare putant cum Num. 22. 41. *& vidit indè extremitatem populi.* Sed facilis est conciliatio, mutato hîc loco, aliam populi extremitatem visurum [z]. [Al. aliter.] Existimo futurum pro præterito poni, ut alibi, Exod. 15. 5. יְכַסְיֻמוּ, *operient eos*, i. e. operuerunt; Jud. 2. 1. אַעֲלֶה, *faciam ascendere*, i. e. feci, &c. Jud. 5. 8. יִבְחַר, *eliget*, i. e. elegit. Ità hoc loco, *extremum videbis, & totum non videbis*, pro, *extremum vidisti, & totum non vidisti* [p].

14. *In locum sublimem*, שְׂדֵה צֹפִים] [Variant.] Est nomen loci, vel regionis. *In Sede Sophim* [q]. Alii, *in agro* (vel, *in agrum*, O.) *speculatorum*, Sa. Mo. O. vel, *speculæ*, Ch. *specularum*, Sy. ubi, ut in loco præcelso, positi sunt speculatores [r]. ¶ *Super verticem montis Phasga*, אֶל־רֹאשׁ הַפִּסְגָּה] *Ad caput Pisgah*, Caj. Sa. V. Alii vertunt, *ad caput collis*: ità He. in M.

15. *Donec ego obvius pergam*, וְאָנֹכִי אִקָּרֶה כֹּה] *Et ego occurram hic*, vel *illuc*, Sa. P. A. sim. Ar. JT. V. nempe, *Domino*, V. JT. ut eum consulam †. *Ego pergam* (vel *accedam*, Ch.) *illuc usque*, Ch. *Ego illic occursum exspectabo*, M. *Ego isthîc, si mihi occurratur*, exspectabo, Ti.

18. *Sta, Balak*.] Heb. *Surge*: q. d. Honorem verbo Dei sic exhibe [r]. Vide quæ de eo ritu ad Gen. 49. 33 [v]. ¶ *Audi, fili Sephor*, הַאֲזִינָה עָדַי בְּנוֹ צִפֹּר] Q. sic; *Ausculta verbum meum, fili Sephor*, Ch. sim. Ar. P. vel, *testimonium meum*, Sa. Sy. *Auribus percipe testis filius Tsippor*, ό. *Ausculta ad me, fili ipsius Tsippor*, Mo. sim. M. Ti. JT. O. A. *fili ejus, Tsipporis*. Pleonasmus pronominis affixi: qui in lingua Syriaca perpetuus est [x].

19. *Ut mutetur*, וְיִתְנֶחָם] *Et* (*ut*, V.) *pœniteat eum*, O. V. i. e. ut mutet sententiam [y]. Intellige hoc de absolutis decretis, non de promissis sub conditione [z]. Decreta sua, sive pura, sive conditionalia, conditione impletâ, non mutabit [a]. Ità Balaci errorem arguit, qui Deum conatibus suis flectere sperabat [b]. Quatuor sunt causæ cur homines promissis non stent: 1. quia fallaciter promiserant; 2. quia promissi pœnitet; 3. quia improvisum quid supervenit; [pro quo M. & F. habent, quando offenditur ab illo cui aliquid promisit;] 4. quia res est supra vires. Hæc omnia absunt à Deo longissimé [c].

20. *Ad benedicendum*, &c. הִנֵּה בָרֵךְ לָקָחְתִּי] *Ecce, benedicere accepi*, Mo. O. Caj. V. Ma. sub. *verba Dei*, M. vel, *præceptum à Domino*, V. A. Vide ad Gen. 24. 33 [d]. i. e. Jussus sum à Domino benedicere †. *Benedictiones accepi ad benedicendum Israel*, Ch. *Ecce, ad benedicendum assumptus sum*, ό. Sa. vel, *adductus*, Sy. [Videntur legisse, לֻקָּחְתִּי.] *Ecce, ut benedicerem accepi*, M. P. ¶ וּבֵרֵךְ] [Q. ברך referunt ad sequentia:] *Et benedictionem non revocabo*, Sy. [Alii ad antecedentia:] *En, cœpi bona ac fausta imprecari; fausta, inquam, imprecari*, Ti. [Alii seorsim exponunt:] *Et benedixit*, Mo. Pi. bene-

n V. o Ge. in D. p Bo. Me. T. q A. r A. † A. r A. L. v A. Me. x Ma. ità V. y V. z Ma. p Glass. gram. pag. 385. q V. Ma. Euseb. & Hi. in Ma. ità JT. Pi. A. r Q in Ma. RS. in F. † V. r Q. in Ma. v Ma. x Pi. y V. z Bo. a G. b A. c G. post M. F. d A. † V.

dictione, P. *benedicam*, ό. Sa. Ar. [Videntur legisse, אֲבָרֵךְ.] ¶ *Prohibere non valeo*] Adeò collustrabatur ejus intellectus, & impellebatur voluntas [f]. In Heb. est לֹא אֲשִׁיבֶנָּה. *Non avertam eam*, Mo. sim. ό. *non reducam*, O. vel, *revertere faciam*, Ma. Caj. *non revocabo eas*, [i. e. benedictiones,] Ar. *non possum revocare*, A. sim. M. *nec vertam*, Ti. *non prohibebo*, &c. Ch.

21. *Non est idolum*, &c. לֹא הִבִּיט אָוֶן בְּיַעֲקֹב] [Variant.] 1. *Non aspexit* (sive, *non aspexi*, Sa. sive, *non video*, Sy.) *iniquitatem in Jacob*, V. D. Ma. A. P. Mo. F. Sa. seu, *vanitatem*, M. Ti. i. e. Non aspicit, non considerat; præt. pro præs. h. e. non imputat, condonat ei peccata [g]. Si viderit, se non reputavit vidisse, cùm statim condonaverit [h]. q. d. Licèt fuerit idololatria in Israel, ipse tamen non illam, sed promissionem suam, aspicit [i]. Deus verax est, nec revocat & incassat promissiones suas propter quorundam incredulitatem & impietatem. Vide Rom. 3. 3, 4. Nugæ ergò sunt quas Judæi de dilatione adventûs Messiæ ultra omnes veterum calculationes impietati suæ prætendunt, nempe, eam propter ipsorum peccata fieri [k]. 2. *Aven Idola* sign. Ità Ch. in V. *Non sunt colentes idola*. Ità L. E. Me. TJ. in A. O. Ità sumitur *Aven* 1 Sam. 15. 23. Esa. 66. 3 [l]. Nec obest quòd idolum fabricâssent; nam statim commolitum est [m]. 3. *Non fatigationem*, seu *laborem*. Ità sign. Job. 5. Non permisit eum fatigari. Vide Deut. 8. 4 [n]. *Non dolorem*, ό. in A. Ità sumitur vox Psal. 90. 10. Hab. 1. 3 [o]. Non erit labor quem Deus non auferet [p]. ¶ *Nec simulacrum*, וְלֹא רָאָה עָמָל בְּיִשְׂרָאֵל] *Et non vidit* (seu, *non vidi*, Sa. *nec aspicio*, Sy. *nec aspicit*, JT.) *prævaricationem*, Sa. P. *perversitatem*, A. JT. *fraudem*, Sy. Ar. *laborem*, O. Ma. Mo. M. sive *molestiam*, A. Ma. Ti. עָמָל sign. & *peccatum*, & *ejus pœnam*, Psal. 25. 18. & 73. 5. & 94. 20 [q]. *Non servi molestiæ & vanitatis*, Ch. in V. Idololatriam intelligit, quam Hebræi sæpissime *laborem, molestiam, vanitatem, falsitatem* vocant, quòd in talia cultores suos conjicit [r]. Q. (nempe Eugubinus *,) עָמָל vertunt *opus*, seu *opificium*, nempe, idololatricum †. Hunc sensum confirmare videtur v. 23. *Non augurium*, &c [t]. [Verùm non sic præteriri debet hic locus ab Antinomis vexatissimus, & ad labefactationem solidæ pietatis & bonorum morum depravatus, quem idcirco Cl. Gatakerus nostrâs peculiari Diatribâ discussit, unde quæ ad enucleationem horum verborum spectant decerpam, & Lectori exhibebo. Sic igitur ille:] Antinomi hunc sensum verbis hisce affingunt, *Deum nullum omnino peccatum vidisse in Jacobo, nec transgressionem in Israele*; indéque concludunt, *Deum nullum omnino peccatum in hominibus justificatis conspicere*. Hunc non esse genuinum loci sensum facilè evincitur: 1. Ex ipsa historia, & veritate verbi Divini. Quomodo enim non videret Deus illa peccata de quibus toties conqueritur, quæ & *advertere se* dicit, Exod. 32. 9. Deut. 9. 13. & tot minis pœnísque prosequitur? 2. Quia non ità accepit Balaam; alioquin frustrà illud consilium Balaco suggessisset, ut Israelitis peccandi illecebras objiceret, si Deus aut non posset, aut nollet, ipsorum peccata cernere. Porrò, nulla est hujusmodi interpretationis necessitas, cùm hæc verba longè aliter & possunt & solent accipi. 1. Q. *peccatum*, &c. hîc restringunt ad idololatriam. Ità Chald. quem sequuntur pleriq; Pontificii interpretes, & nonnulli Protestantium. Et verum est τὸ אָוֶן interdum *idolum* significare, 1 Sam. 15. 23. Esa. 66. 3. nempe, propter idolorum vanitatem; unde etiam *Bethel* propter idololatriam *Bethaven* dicitur, i. e. *domus mendacii & vanitatis*. Non tamen placet hic sensus, nam idololatria in iis fuerat, quam Deus & vidit, & acriter castigavit. 2. Alii *peccata* hîc accipiunt de peccatis gravioribus, qualia in aliis gentibus facilè reperiebantur, non item in populo Dei. Sed neque id placet; nam in iis sæpe notat Deus atrocia crimina, quæ eò graviora erant, quòd à populo Dei commissa. 3. Alii sic; Deus non ità videt peccata in iis, ut austerè nimis vindicet, ut eos aut ipse perdat, aut ab aliis perdi patiatur. *Non intuetur*, i. e. condonat [inquit Pi.] iniquitatem huic populo: ac, proinde, non patitur eum deleri, utut illud commereatur. Metonymia efficientis, nam intuitus iniquitatum movet ad vindicandum:

Quare

f T. ex Bo. Me. g V. h O. i M. F. k F. l A. m O. n O. o A. p O. q A. r F. V. * O. † Ma. t V.

Quare qui iniquitatem condonare vult, ab intuitu suo eam removet *. Et verum quidem est, in vulgari sermone dici, hominem *nolle* id *cognoscere* aut *videre* quod advertere recusat. Sic Terent. Eunuch. 4. 4. *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis:* & Heautont. 4. *Nescias quod scis, si sapis.* Proverbiale est, inquit Donatus. Nec minùs verum est, Deum peccata pœnitentibus remissa non magis respicere, quàm si ea nunquam vidisset: Quo sensu ea & *oblivisci* dicitur, Isa. 43. 25. Jer. 31. 34. & *tegere*, Psal. 32. 1. *Quod autem tegitur, non videtur*, &c. ait August. in Psal. 31. Sed neque hoc placet; nam præterquam quòd dilutè respondent, inquit Calv. notandum porrò, *Jacobum* & *Israelem* hoc loco non pios tantùm Israelitas indigitare, sed universum populum, cui maledicendo Balaamus conductus est. [Verùm ità loqui potuit Balaamus de toto populo, respectu majoris partis, quam facilè meliorem esse, ex judicio charitatis, conjectare poterat vir apud illos planè hospes de populo vix illi aut aliis tunc temporis noto.] 4. Mallem aliter verba reddere, quæ ad verbum sic sonant; *Non aspexit injuriam adversùs Jacob, nec vidit vexationem adversùs Israelem.* Huic sententiæ explicandæ & confirmandæ inservient observationes sequentes. 1. Voces אָוֶן & עָמָל nec propriè, nec universè, *peccatum* sign. sed prius *afflictionem* & *iniquitatem*, vel, potiùs, *injuriam*, tanquam instrumentum sive medium afflictionis personæ oppressæ; posterius autem *laborem, dolorem, vexationem*, significat, ut patet ex Psal. 10. 7. & 90. 10. & Jer. 20. 18. ubi istæ voces simul junctæ reperiuntur. Præterea, τὸ אָוֶן ità sumi docent sequentia loca, Job. 5. 6, 7. & 15. 35. Psal. 7. 14. & 55. 9, 10. Prov. 12. 21. & 22. 8. Esa. 10. 1. & 59. 4. Vocem item עָמָל ità ut diximus sumi evincunt hæc loca, Job. 3. 10. & 5. 6, 7. Psal. 25. 18. & 36. 4. & 73. 5. Esa. 10. 1. & 59. 4. 2. *Jacob* & *Israel* non hîc significant *sanctos* tantùm & *sinceros* ex illo populo, sed universum corpus Israelitarum: De illo enim *Israele* hîc agitur, 1. quem Deus ex Ægypto eduxit; 2. cui maledicendo Balaamus conductus erat; 3. quem Balaam, dum hæc loqueretur, conspexit; 4. adversùs quem nulla valere poterat incantatio. 3. Notandum ב in בְּיַעֲקֹב, pariter in בְּיִשְׂרָאֵל, non *subjectivè* sumi, sed *objectivè*, & illas voces vertendas, *adversùs Jacob, & adversùs Israelem*; quomodo hæc ipsa verba reddunt Interpretes nuperi (qui plerumque præcedentibus perspicaciores sunt) vers. 23. hujus capitis. Ità ב sæpe sumitur: ut Exod. 14. 25. *Deus pugnat* בְּמִצְרָיִם, *contra Ægyptios*; & Exod. 20. 16. בְרֵעֲךָ, *contra proximum tuum*; & Num. 12. 1. בְּמֹשֶׁה, *contra Mosen*; & Esa. 21. 13. *prophetia* בַּעְרָב, *contra Arabiam.* Porrò, *iniquitas* & *injuria Jacobi* & *Israelis*, non illa est quam *Israelitæ* adversùs alios exercebant, sed quam alii ipsis intulerunt. Sic alibi, Psal. 49. 5. *cùm iniquitas calcanei me circumdabit*, i. e. cùm impii, qui observant *calces meas*, i. e. gressus, ut me supplantent, undiquaque me circumdant. Psal. 65. 3. *Iniquitates* (non tam Davidis, quàm aliorum adversùs eum) *prævalent in me.* Sic verba vel eadem, vel his similia, sæpe intelliguntur: ut Gen. 16. 5. חֲמָסִי, *injuria mea*, i. e. mihi à te illata; Gen. 27. 13. *In me sit* קִלְלָתְךָ, *maledictio tua*, i. e. non quâ tu aliis maledicis, sed quâ alii tibi; Jer. 51. 35. חֲמָסִי, *violentia mea*, i. e. violentia tibi à me illata. 4. Visio illa de qua loquitur non est *visio* simplicis *intelligentiæ*, (sic Deus omnia videt, & speciatim injurias & afflictiones populi sui, Exod. 3. 7. Psal. 10. 14. Ecclef. 5. 8.) sed *approbationis* & *complacentiæ*: quo sensu dicitur Deus *vidisse Noam*, Gen. 7. 1. &, *humiles respicere*, Esa. 66. 2. &, *non videre injurias*, Prov. 18. 5. &, *purioribus esse oculis quàm ut videat malum*, Habak. 1. 13. 5. Denique, verba hæc vel per præteritum reddi possunt, *non vidit*, nempe, injurias illis illatas, quin vindicavit, ut in Pharaone, &c. vel per futurum, *non videbit*, &c. quin aut suos proteget, aut inimicos puniet; vel in tempore præsenti, sed modo potentiali, *non ferre potest videre*, sive, *ut videat, vexationem Israeli illatam*, &c. vel hæc omnia simul conjungi possunt, *non vidit*, &c. *non videbit*, &c. *non ferre potest*, &c. Et hunc genuinum & completum loci sensum esse judico, quem & Calvinus ex aliis suggerit, *Non permittet* (inquit) *Israelem injustè gravari*, vel *affligi*, *sed potiùs se opponet*, &c. *Sic etiam* (inquit idem) *verba hæc passivè & indefinitè accipi possunt*, (ut non rarò fit, vide 2 Sam. 24. 1. & alibi,) *& sic verti, Nulla injuria videbitur Israeli facta*, &c. *Ità enim meliùs fluet contextus, quia hujus ratio redditur in verbis sequentibus.* [Hæc Gatakerus, in peculiari Diatriba Anglicano sermone conscripta, cui titulus, *Oculus Dei in suum Israelem.*] ¶ *Deus cum eo*] Illum præsentem habent, ideóque nec idola, nec laborem [v]. *Verbum Domini Dei sui est in adjutorium eorum*, Ch. ¶ *Et clangor victoriæ Regis in illo*, וּתְרוּעַת מֶלֶךְ בּוֹ] [Variant.] *Et clangor*, seu *jubilatio*, *Regis* est *in eo*, F. V. Ti. Sa. P. i. e. Jubilatio similis est clangori Regis victoris. q. d. Vincet hic populus inimicos suos [x]. *Et fragor Regis*, seu tuba quæ Regem (turbâ comitante) adesse demonstrat, *est secum* [y]. Alludit ad clangorem tubarum Num. 10. 9 [z]. *Rex* hîc est Deus, qui clangorem illum imperaverat [a]. Vide 2 Chron. 13. 12 [b]. Al. *Et triumphus Regis in eo*, Mo. i. e. omnis apparatus regius [c]. Triumphus perpetuus [d]. Al. *Vociferatio, ululatus, jubilus Regis*, i. e. regius, magnificus; fausta & hilaris acclamatio, quâ animi sui summam lætitiam testantur †. Al. *Habitatio*, sive *majestas*, *Regis*, Ch. in F. Quod alii referunt ad futuros inter eos Reges & Principes, etiam Messiam. Ità ό. *Insignia Principum in eo.* Alii ad Deum, quòd is tum esset Princeps, Rex, ac Ductor eorum [f]. *Gloria Regis in ipso*, Sy. Al. *Amicitia Regis pro ipsis est*, Ar. *Societas Regis cum eo*, M.

22. *Cujus fortitudo*, &c. כְּתוֹעֲפֹת רְאֵם לוֹ] *Quasi fortitudo*, vel *robur*, τοῦ *Reem* (*monocerotis*, vel *unicornis*, Sa. P. Mo. M. Ti. JT. ό. A. Ma. *rhinocerotis*, Ar. Ti.) *ei*, F. V. scil. vel, *Israeli*, vel, (quod mallem [g],) *Deo* [h]. Al. *quasi elevationes*, O. *altitudines*, Q. in Ma. D. prov. BA. Ità sumitur Psal. 95. 4. & Job. 22. 25. Vide ad locum. Nec alibi reperitur [i]. יָעַף est *volare* [k]. q. d. Habet excelsum & fortissimum cornu, nempe, potentiam & dignitatem [l]. Al. *sicut indefatigationes unicornis ei*, Mo. O. יָעֵף est *lassare* [m]. Al. *fortitudo & exaltatio* (i. e. fortitudo excelsa) *ejus est*, Ch. in F. Fortè רְאֵם non pro nomine proprio, sed appellativo, legit, qu. à רָאַם *Rom*, vel רָמַם *exaltare*; vel, ad sensum potiùs quàm verba respexit [n]. *Volatus altitudinis est ei*, Sa. vers. *Eduxit eos robore & altitudine suâ*, Sy. Sed quid hîc רְאֵם? Resp. 1. In genere constat esse animal, 1. procerum, ex hoc loco; 2. saliens, ex Psal. 29. 6. 3. validum, ferum, & indomitum, Job. 39. 9. (al. 12.) 4. cornutum, & celso cornu, vel celsis cornibus terribile, Deut. 33. 17. Psal. 22. 21. & 92. 11 [o]. Resp. 2. Rhinoceros est [p]. Non placet aliis, quia altitudo cornu ei non convenit [q]. Cornu rhinocerotis depressissimum & situ & mole, ut docet Oppianus [r]. Perperàm quidam confundunt *monocerota* & *rhinocerota*; cùm huic cornu in nare est, illi in fronte †. 3. Monoceros, sive Unicornis, (sive Asinus Indicus, BA [t].) Probant, 1. ex cornuum eminentia, Ps. 92. 10; 2. à robore; 3. ab indomabili ferocia [v]. Non placet BA. 1. Suspectum est quidquid de *monocerote* traditur, nec sibi magis de eo constant authores quàm Poetæ de *Sphynge*, &c. 2. Si in India vel extrema Nubia versùs Nili fontes esset *monoceros*, (ut volunt,) 1. Quomodo Arabibus ità ignotus esset, qui cum Indis & Æthiopibus plurima habuerunt commercia? 2. Unde id compertum esset Davidi, Jobo, Balaamo, Mosi, cùm primus Salomon ope Tyriorum eas partes attentârit? 3. Duo cornua disertè tribuuntur τῷ *Reem*, Deut. 33. 17. Psal. 22. 21. Et hæc argumenta rhinocerotem eliminant. 4. Est species bovis feri, nempe Urus, ait Bootius Animadvers. Quia *bos* & *reem* sæpe junguntur, ut cognata animalia, Psal. 29. 6. & maximè Psal. 22. Non placet BA. Quia *non toties Moses, David*, &c. *locuti essent de animali in terris illis incognito*, ut ipsius verbis utar. *Uros* Romanorum nemo noverat ante *Cæsarem*: In Græcis altum de eis silentium. 5. Tandem Bochartus affirmat esse in caprearum censu; quod probat 1. ex Arabibus, quibus *Rim* est *caprea*. Ità docent Alcamus, Giggeius, Damir, quorum expressa verba vide in BA. 2. Ex Hebræis: דִּישׁוֹן, Deut. 14. 5. (quod vel est *capreæ* genus, vel illi congener,) Syrus

* Pi.
[v] O.
[x] F. V.
[y] O.
[z] Ma. A. Me. Pi.
[a] Pi. [b] A.
[c] Ma. [d] G.
† Q. in Ma.
[f] F.
[g] Bo. Me.
[h] L. A. D. prov. 2. 4. 28.
[i] BA. 1. 3. 27. 47.
[k] O.
[l] Q. in Me.
[m] O.
[n] F.
[o] BA. 1. 3. 27.
[p] Ità Vulg. Ch. Ar. Ti. O. Forer. Mar. in BA.
[q] F.
[r] BA. 1. 958. 55.
† Ma.
[t] Ità F. V. M. Ca. P. Mo. Merc. JT. Pi. & D. & plerique in BA.
[v] V.

& Onkelos vertunt רֵימָא *Rema*, & Jonathan רֵימָנִין *Remanin*; Vulg. *pygargum*; P. *damam*; Genevenses, *capreolum*. Præterea, vocem Chald. אורזילא *Urzila* in Talmudicis, quod *hinnulum* sign. Glossator explicat רְאֵם. Et AE. in Psal. 22. 22. רְאֵם vertit *ibicem*, quod animal est capreæ congener. Sed multa obstare videntur. 1. Proceritas *reem*, cùm caprea sit minimum ex cornigeris animalibus, Aristot. hist. 3. 2. 2. Vires ad arandum sufficientes. 3. Altum cornu. 4. Ferocia *reem*, cùm caprea sit animal imbelle & fugax. Hæc facilè dilueremus, si natura τοῦ *reem* esset nobis perspecta: Sed eam Arabes, ut sibi notissimam, paucis describunt. Respondeo tamen, 1. Latè patet *capreæ* nomen, & extenditur ad damas platycerotes: Damæ autem cornua sunt plana, longa, & acuta. 2. Quamvis apud nos damæ & capreæ timidæ sunt, non necesse est ut tales ubique sint. Ut hominum pro variis locis, ità & ferarum, sunt alii mores. Capra in Bulgaria est quæ cornu suo in fronte impetit omnia animalia, nec à quoquam superatur. Vide Oppianum de capris, Cynegeticωn l. 2. v. 326. In caprillo genere notissima est virtus *Orygis*. *Sævus Oryx*——Martial. l. 13. epigram. 95. Hebræos suspicor nomine רְאֵם, præter capreæ genus candidæ & pinguis, de quo Arabes prædicti loquuntur, insuper hoc animal significâsse, utpote illi simillimum, ut in confesso est. *Rim* Arabum est, 1. candidissimus; 2. pinguescit admodum; 3. longa & acuta habet cornua. Quæ omnia Orygi conveniunt, teste Oppiano. *Simi Æthiopes pugnabant Orygum cornibus, ut alii gladiis ferreis*; Agatharcides c. 26. Adde quòd *Oryx* staturâ æquabat bovem, teste Herod. Non multò minor est Rhinocerote, ait Oppian. Dices, *Oryx* erat animal peregrinum. Resp. Ægyptium fuit animal, aut Ægyptiis notissimum: Et *orygem* Judæis notum fuisse constat, quòd תוֹא Deut. 14. 5. Aq. Sym. Th. & Hi. *orygem* vertunt. Obj. רְאֵם est animal bovi congener. Resp. Animalia cervini generis cum natura bovis sylvestris aliquid habent commune. Quod & Arabes rotundè agnoscunt. Damir, capite *de bove fero*, ait, Quatuor horum sunt species; 1. *maha*, 2. *agil*, (i.e. cervus,) 3. *jachmur*, 4. *thaithal*. His positis, verba sic reddo; *Illi populo sunt elationes* quales τοῦ *reem*: q. d. Tam eminebit ille populus inter reliquos, quàm *reem* inter reliqua caprearum genera. Nisi quis ad id referre malit, quòd & huic animali peculiare est caput & aures multùm erigere, & propriâ voce id appellari *elationem*, aut *eminentiam*, τοῦ *rim*. Ità Israel, antea jacens & oppressus in Ægypto, tum respirare cœperat, & sese attollere, tanquam in sublimem gradum paulò pòst evehendus [x]. [x BA. 1. 3. 27. 966. 70.]

23. *Non augurium in Jacob*, ità Ch. Ma. Mo. ό. M. לֹא נַחַשׁ *Non incantatio*, O. Ma. Caj. Ti. vel, *auspicium*, Ar. [Variè accipiunt.] 1. Israelitæ non sunt dediti auguriis, &c. nec opus iis habent [y]. *Non auguria placent illis*, Ch. in F. 2. *Non est incantatio, omen*, vel *augurium, in* (i. e. contra, ut Num. 12. 1. & alibi sæpe [z],) *Jacob*, A. Ang. JT. sim. Ar. Confirmatur è re præsenti, quòd fascinis suis nihil illis nocere possint [a]. ¶ *Temporibus suis*, &c. כָּעֵת יֵאָמֵר לְיַעֲקֹב וּלְיִשְׂרָאֵל מַה־פָּעַל אֵל [Variant.] *Simili tempore dicetur*, Sy. sive, posthac narrabitur, quanta fecit Dominus pro Israele. Al. *Sicut hoc tempore*, Sa. P. vel, *juxta hoc tempus, dicitur de Jacob*, ——quanta Isr. Deus fecerit, ità in posterum dicetur de iis quæ faciet: q. d. Non hæc tantùm, sed adhuc multò plura faciet Deus Israeli [b]. Al. *Secundùm tempus*, Mo. Ma. scil. opportunum, *dicetur ipsi Jacob* futurum, & *quid Deus operatus sit* tempore præcedenti. Vide Isa. 48 [c]. *Operatus* hîc pro *operaturus* [d]. Præt. pro fut. ob certitudinem prophetiarum †. Al. *Suo tempore*, Ca. Non sunt quæ de Israelitis dico vana, qualia sunt hariolorum, sed vera & suo tempore comprobanda [f]. Al. *Jam hoc tempore*, JT. *In tempore*, ό. Ch. Al. *Cùm fuerit opportunum*, Ti. dicetur iis quid Deus operetur [g]. *Quicquid illis scire necessarium est, hoc Deus revelat per Prophetas*, &c. *Non ergò egent Magis* [h]. Al. *Secundùm* hoc *tempus*, vel, *etiam* hoc *tempore*, non tantùm postea, dicetur à me, qui jam de illis prophetaturus sum, quanta Deus & fecit & faciet pro iis [i]. *Jam hoc tempore dicendum——quid operetur* *Deus*; i. e. His omnibus fascinis omissis, opus Dei ergà Israelem mihi prædicandum est [k]. Al. *Secundùm*, vel *juxta, hoc tempus*, M. proximo scil. anno, cùm Jordanem transiverint, *dicetur*, Quanta pro iis Deus fecit [l]! Vide similem phrasin ad Gen. 18. 10. & 25. 31 [m].

[y F. V. RS.] [z A.] [a Ma.] [b F. V.] [c O.] [d O. Bo. ex ό.] [† Bo.] [f Ca.] [g Q in Ma.] [h RS. in F. sim. Bo.] [i A.] [k Q. in Ma.] [l A. ex Chazk.] [m A.]

24. *Ut leæna*] Quæ, cùm catulos lactat, ferocior est [n]. ¶ *Surget*] Sub. *in pedes*, V. ¶ *Non accubabit*, &c.] i. e. Non quiescet, donec hostes suos Cananæos proterat [o], & fruatur spoliis opibúsque inimicorum [p].

[n Me.] [o Me. L.] [p V.]

CAP. XXIV.

1. NON *abiit ut antè*, ità Ch. Sa. Ti. כְּפַעַם בְּפַעַם] *Sicut vice in* (vel, *cum*) *vice*, Caj. O. Ma. Mo. vel, *sicut semel & iterum*, V. O. P. *sicut primâ & alterâ vice*, O. M. *hâc vice*, *ut vice priore*, V. A. i. e. ut antea solebat. Ità inversus erit ordo verborum [a]. Similis loquutio Jud. 16. 20. & 1 Sam. 20. 25 [b]. *Sicut consuetum erat*, ό. in A. ¶ *Ut augurium*, &c. לִקְרַאת נְחָשִׁים] *In occursum auguriorum*, Sa. Mo. M. P. sim. ό. V. Ma. vel, *incantationum*, O. Caj. sim. Ti. ut captaret (vel quæreret, Ch.) *auguria*, V. Ma. vel *omina*, Sy. sim. Ar. Hinc quidam colligunt, eum, cùm Dominum prætexeret, Diabolum consuluisse. Sed repugnat, quòd is quem consuluit *Jehova* dicitur & à *Balaam* & in S. Scriptura. Confer Num. 23. 5, 16. Solebat autem, cùm Deum consuleret, uti ritibus illicitis ac superstitiosis; forsan certo situ, v. g. ad Orientem vel Meridiem, certo statu corporis, instrumentis, vocibus †, supino cubatu, clausis oculis. Superstitionem olent septem aræ, vituli, &c [c]. ¶ *Contra desertum*] Ubi castrametabatur Israel, nempe, in campestribus Moab [d]. Ut Deum quasi præveniret, & subitò eis malediceret †, inconsulto Jehovâ [f]. Ch. legit, *versùs vitulum*, quasi in memoriam revocans illud peccatum vituli, si fortè ejus intuitu aliquam à Deo extorqueret maledictionem *.

[a V.] [b Ma.] [† T.] [c Bo.] [d F. V. AE. & alii in D.] [† A.] [f Jun.] [* F. ità T. Jerof. in A. & TJ. in D.]

2. *Commorantem*, שֹׁכֵן] *Habitantem*, Ma. V. *manentem*, sub. *in tabernaculis*, V. ¶ *Per tribus*] In stationes distinctum, juxta Num. 2 [g]. ¶ *Irruente*, &c.] Heb. *& adfuit ei spiritus Dei*, Ma. i. e. prophetiæ [h]. Hoc arguit eum Prophetam fuisse, quod tamen multi negant [i]. Afflatus fuit numine Divino [k].

[g Ma.] [h Onk. & TJ. in D.] [i D.] [k V.]

3. *Assumptâ parabolâ*, &c. וַיִּשָּׂא וגו׳] *Et levavit*, Ma. *Assumpsit*, sive *elevavit*, nempe clarâ voce pronunciavit, ut à Balac aliísque audiretur. ¶ *Filius Beor*] Procemium est, more Prophetarum; q. d. *Prophetia Bileam*, &c [l]. ¶ *Obturatus*, &c. שְׁתֻם הָעָיִן] [Variant.] *Occlusus* (vel *obscuratus*, Ti.) *oculo*, Mo. O. Ma. Ità Forst. Merc. Pomarius, Marinus, Avenarius, Scindlerus in Ma. ità O. L. E. Me. T. [Variè exponunt.] 1. De oculis corporis, ídque tripliciter. 1. Qui in somnis, vel somniis, quando clauduntur oculi, accepit visionem [m]. 2. Qui raptus est in ecstasin, & alienus à sensibus vidit visiones Dei [n]. Nam afflati abalienantur à sensibus, spiritu bono aut malo eos gubernante. Iamblichus de mysteriis Ægyptiorum segmento 2 cap. 24 [o]. 3. Qui Angelum ante asinum non vidit [p]. 2. Alii intelligunt de oculis mentis, quos obturatos dicit, vel, 1. quia, de aliis prophetans, ipse permanet cæcus, nec suæ consulit saluti [q]. Quem cupiditas & malitia excæcavit [r]. Vel, 2. quòd ante spiritûs adventum obturati sunt ejus oculi, & postea aperti. Patet ex versu seq †. Qui sic vertunt decepti videntur similitudine literarum, & pro שְׁתֻם legisse סְתֻם *obturare* [t]. Alii vertunt, *apertus* (vel, *reclusus*, Ma.) *oculo*. Ità M. F. V. D. A. Sa. JT. P. item AE. K. Caj. P. Buxtorf. Steuchus in Ma. In lingua Deuterotarum שְׁתֻם est *aperire* [v]. *Cujus detectus est oculus*, Sy. i. e. Cui apertus est oculus mentis, ut videat & intelligat quæ certò futura sunt, quæque non sint vana. q. d. Prophetia veri, non vani, Prophetæ est. Ità ό. *dixit homo verax* [x]. Vel sic; Videbat visiones etiam cùm esset *retectus oculis*, h. e. interdiu [y]. *Qui pulchrè videt*, Ch. in F. *vir acuti obtutûs*, Ar. *verè videns*, ό. i. e. qui habet pulchram visionem [z]. *Oculus* ponitur pro *oculis* [a].

[l F.] [m Me. ex La. L. E. O.] [n Me. ex La.] [o G.] [p Ca. O.] [q Me.] [r E.] [† T. Me. Bo.] [t F. V. D.] [v D.] [x V. ex F.] [y D.] [z F.] [a A.]

4. *Dixit*

4. *Dixit auditor sermonum Dei*; sim. Mo. o'. Ch. M. Ti. [נְאֻם שֹׁמֵעַ אִמְרֵי אֵל] *Dictum audientis sermones Dei fortis*, JT. *Fidelis-sermo audientis dicta El*, Ma. *Certissimè affirmat*,&c. A. *Dic qui audisti*,&c. vel, ô *auditor*, Sy. Ar. ¶ *Qui visionem Omnipotentis intuitus est*, [אֲשֶׁר מַחֲזֵה שַׁדַּי יֶחֱזֶה] *Qui visionem Omnipotentis videbit*, O. sim. Mo. Ch. Ti. pro, *vidit*, fut. pro præter[b]. *Qui vidit*, &c. o'. vel, *qui videt*, M. *Qui ab Omnipotente præsignificata vidit*. מַחֲזֶה, cùm de homine dicitur, sign. *visum*, & rei *præsensionem atque prænotionem*; cùm autem de Deo, sign. *prædictionem*, & *præsignificationem*, & *vaticinationem*: ut בָּרֵךְ in homine est *bene precari*, in Deo, *secundare & fortunare*[c]. ¶ *Qui cadit*, &c. [נֹפֵל] *Cadens*, &c. Ch. Mo. M. Ma. [Variè accipiunt.] 1. *Cui lapso*, cùm asina succubuit, *patefacti sunt oculi*, cùm vidit Angelum[d]. Postquam ceciderit, aperti sunt ei oculi, etiam corporales†. *Excidens*, extra se raptus, JT. *cùm dejectus esset*, Sy. *qui dormit*, &c. Ar. *Cui cadenti oculi sunt revelati*, Ti. sim. P. 2. *Qui cecidit* in terram, non potens ferre spiritum Dei[f]. *Cadens* super faciem in terram. Ità solitum Prophetis, Ezec. 1. 28. & 3. 23. & 43. 3. Dan. 8. 17, 18. Rev. 1. 17. Et cùm spiritus prophetiæ homini superveniat, dicitur *cadere*, vel *jacere*; ut 1 Sam. 19. 24[g]. 3. *Qui jacet*, i. e. dormitat, *& tamen habet oculos mentis apertos*: q. d. Dormienti hæc revelata sunt. Ità o'. *Qui vidit in somnis*[h]. *Cadens* in soporem, ut Prophetæ solent[i]: ità Gen. 15. 12. & Dan. 8. 17[k]. *Qui cadit* in somnum, vel potiùs, alienationem à sensibus[l]. ¶ *Et sic aperiuntur oculi ejus*, [וּגְלוּי עֵינָיִם] *Et discoopertus oculis*, Mo. sim. o'. Ar. M. *& revelatur ei*, Ch. *apertos tamen oculos habens*, Sy.

b V. c Ca. d Ca. † O. f M. g A. h V. ex F. i D. k A. l Me.

6. *Ut valles nemorosæ*, spectabiles arborum copiâ, viriditate, opacitate[m], [כִּנְחָלִים נִטָּיוּ] [Variant.] 1. *Sicut torrentes*, Ch. TJ. Caj. in Bi. V. (*amnes*, V. *fluvii*, Sy.) *defluentes*, Ch. sim. Sy. vel, *prævalentes*, TJ. in Bi. *inclinati*, Caj. *qui extensi sunt*, V. O. qui latè se diffundunt, ampli sunt & magni, in quorum ripis sunt pulcherrimæ arbores, V. 2. *Ut valles*; ità Ar. Ph. in Bi. Ma. A. o'. ¶ *Ut horti*, &c.] Qui semper virent, florent[n]. ¶ *Tabernacula*, &c. [כַּאֲהָלִים נָטַע יְהוָה] [Variè reddunt.] *Ut tentoria*, seu *tabernacula*, *quæ fixit*, o'. Ar. vel, *tetendit*, Sa. M. vel, *plantavit*, Sy. Mo. Notant verbum *plantandi* de tentoriis dictum Dan. 11. 45. sed non attendunt illîc dici, *plantabit* אָהֳלֵי, hîc autem, *plantavit* כַּאֲהָלִים, *UT santalos*; & mox sequi, *UT cedros*. Unde constat speciem aliquam arboris intelligendam esse[o]. Alii ergò vertunt, *sicut aromata*, Ch. vel, *arbores aromaticæ*, V. *sicut aloe*, vel *lignaloes*, vel *arbores aloes*, Ti. A. P. V. Q. in F. *ut santalos*, JT. Pi. Vide Prov. 7. 17[p]. Arbores odoratissimas. Notat suavem odorem famámque Israelis longè latéque spargi[q]. ¶ *Quæ fixit Dominus*] Notat hoc & excellentiam arboris, & incrementum in loco proprio, ubi maximè viget. Sic *cedri à Deo plantatæ*, Psal. 104. 16[r]. q. d. Quarum tanta est præstantia, ut non humanâ manu satæ, sed divinitùs datæ, dicendæ sunt†.

m Me. n Me. o Pi. p Ma. q Pi. r A. † Ma. ex Jun.

7. *Fluet aqua de situla ejus*, ità Mo. Sa. [יִזַּל מַיִם מִדָּלְיָו] *Effundet* (*distillabit*) aquas, Ma. A. JT. Pi. Fundet Deus super hunc populum, tanquam hortum[t]. Al. intransitivè; *Effluet* (*effundetur*) *aqua de haustris* (*situlis*, *urnis*) *ejus*, Ma. A. O. Verbum נָזַל tam intransitivè quàm transitivè reperitur[v]. Forma dualis indicat binas situlas quibus aquam haurimus[x]. [Diversè accipiunt.] 1. Referunt non ad sobolem, sed certum aliquem hominem, vel Regem qui dominabitur populis multis[y]. *Exibit homo de semine ejus*. Sim. Sy. & Ch. in Bo. 2. *Defluet aqua de ramis ejus*, Q. in V. à significatu vocis: דָּלִיּוֹת *rami*, &c. Jer. 11. 16[z]. i. e. Erit sicut arbor quæ irrigatur[a]. 3. Hebraismus est: Erit fœcundus; multos procreabit liberos[b]. i. e. Cujus proles vehementer crescet, ut arbores in humida terra[c]. q. d. Sicut situla plena copiosam dat aquam, ità prosapia Israelis erit fœcunda. Hunc esse sensum patet ex hemistichio sequente[d]. Propagatio liberorum sæpe per aquas significatur; ut Psal. 68. 27. Prov. 5. 15, 18. & 9. 17. Esa. 48. 1†. 4. Alii de aquis Legis & sapientiæ Divinæ accipiunt in Ecclesia haustis[f]. *Aquæ* possunt sign. verbum & spiritum Dei in Ecclesia; ut Joh. 3. 5. & 4. 10. & 7. 38, 39[g]. ¶ *Et semen*, &c. [וְזַרְעוֹ בְּמַיִם רַבִּים] *Et semen ejus* (*erit*, V.) *in aquis multis*, V. Ma. Mo. Sy. vel, *in aquas multas*, O. Sa. i. e. erit in populos multos[h]. Hoc *aquæ multæ* sign. Psal. 144. 7. Esa. 57. 20. Apoc. 17. 15[i]. & Esa. 48. 1. & Jer. 47. 2[k]. *Dominabitur multis gentibus*, o'. sim. Ch. Vel sic, Magnum capiet incrementum, ut semen in locis humentibus: q. d. Omnia necessaria ad hanc vitam copiosè affluent ei[l]. *Semen* hoc accipi potest vel de liberis, vel de semente in locis humidis; Esa. 32. 20[m]. ¶ *Tolletur*, &c. [וְיָרֹם מֵאֲגַג מַלְכּוֹ] [Discrepant.] 1. *Tolletur propter Agag* (scilicet, propter Agag non occisum) *Rex ejus*. Vide 1 Sam. 15[n]. Vel, *tollet propter Agag regnum ejus*; רוּם sign. *tollere & separare*[o]. 2. *Et ascendet*, vel, *exaltabitur*—*de*, vel *præ*, *Agag*, Mo. G. sim. Ti. O. *Fortior* (vel, *altior*, A.) *erit quàm Agag*, F. ex Ch. Impletum 1 Sam. 15[p]. i. e. Regnum ejus opulentius erit regno Amalecitarum, quod eo tempore florentissimum erat; per synecdochen[q]. *Agag* hîc nominatur antequam natus esset; ut *Cyrus*, *Josias*, *Isaac*, *Ismael*, *Salomo*; atque etiam improbus *Ismael*. Vel, *Agag* erat commune nomen Regum Amalekitarum†; ut *Cæsar* Romanorum[t], & *Pharaoh* Ægyptiorum. Porrò, ille Rex qui fortior est ipso *Agag*, vel erat *Saul*, vel *David*, vel, quod verius, *Christus*[x]. 3. *Levabit* (*tollet*) nempe Saul, *ab Agag* regnum ejus, O. Pro מֵאֲגַג Q. legerunt מִגּוֹג. Ità o'. & Sym. inquit G. item Sa. ¶ *Et auferetur regnum illius*, [וְתִנַּשֵּׂא מַלְכֻתוֹ] *Et elevabitur*, vel, *extolletur*, (*elevabit se*, Ma.) *regnum ejus*, Mo. O. Ar. i. e. erit potentissimum & inclytum[y].

t Pi. v Pi. x Q. in Ma. y Q. in Bo. ità o'. z Ma. a Q. in V. b V. A. c Ca. d Me. T. ex La. † A. f Ità L. & alii in Bo. g A. h T. Me. i A. k Ma. l V. m A. n La. Bo. Me. T. o La. p G. q Ma. † D. He. in F. & V. t M. F. V. x Ca. F. V. y Ma.

8. *Et perforabunt*, &c. [וְחִצָּיו יִמְחָץ] [Variant.] *Et tela ejus confodient*, P. vel, *confodiet*, sive *transfiget*. Verb. sing. cum nom. plur. Q. *Unumquodque telorum ejus confodiet*[z]. *Et sagittas ejus* (*eorum*, Q. in Ma.) *conteret*, O. sim. Ti. *Et sagittæ ejus tabe conficient eos*, Ar. *Et sagittis suis transfiget*, Mo. Sa. A. nempe, *inimicos*, o'. in A. *Aut sagittis suis franget*, JT. sim. M. *Et sagittas suas inficiet*, (*intinget*, *imbuet*,) scil. sanguine inimicorum suorum[a].

9. *Dormivit ut leo*] Hebr. *Incurvavit sese*, *dormivit*, &c. i. e. Si prostraverit sese in terram ut dormiat, quis eum provocare audebit ad bellum? Verba sine conjunctione posita hoc modo exponenda sunt per *Si* & *Ut*[b]. Securè quiescet Israel[c]. ¶ *Benedictus*, [מְבָרְכֶיךָ בָרוּךְ] *Benedicentes tui* (i. e. quisque benedicentium, erit) *benedictus*[d]. Pluralis positus distributivè†.

11. *Revertere*] Hebr. *Fuge tibi*. Redundat *tibi*. ¶ *Dixeram*] i. e. Decreveram[f].

14. *Pergens ad populum meum*] Priusquam redeam in Mesopotamiam. At Gemara, *ad gehennam*, parùm probabiliter[g]. ¶ *Dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat*] Heb. è converso habent, *quid faciet populus iste populo tuo*, & sic legunt Ch. o'. & omnes recentiores: ac mirum planè, quàm apertè ab Hebræo videtur hîc discedere noster[h]. ¶ [אִיעָצְךָ] *Consulam tibi*, O. nempe, *quid facturus sis*, ut rectè supplet Ch. in A. *& ostendam tibi quid hic populus faciet*. Similes abbreviatas locutiones vide ad Exod. 4. 5. & 13. 8[i]. *Dabo tibi consilium*. Quale hoc fuerit narratur Num. 25. quod Balaami consilium fuisse constat ex Num. 31. 16. Apocal. 2. 14[k]. *Consulam tibi* res *quales facturus est hic populus populo tuo*, JT. i. e. quæ perinde Israelitis exitio futuræ sunt, ut ipsi tandem tuis popularibus exitiales sunt futuri[l]. Sed contortum hoc & insolens videtur. Mallem sic, *Consulam tibi* (supple, *veruntamen priùs indicabo*) *quidnam facturus sit populus hic populo tuo*. Hoc enim statim prædicit[m]. Al. *consulendo prædicam*; ità V. *Sternam te*, i. e. disponam, instruam, edocebo te, Ma. *Consulam tibi*, pro, *Dicam tibi*[n]. Fateor, si יעץ significaret *prædicere*, *indicare*, fore ut optimè hæc cum sequenti prophetia congruerent[o]. ¶ *Extremo tempore*, vel, *extremis temporibus*, JT. [בְּאַחֲרִית הַיָּמִים] *In postremitate*, vel, *extremitate*, Jun. *dierum*, vel, *in novissimis diebus*, i. e. sequentibus diebus postquam discessero[p]. Ità Gen. 49. 1[q]. Verto, *consequentibus temporibus*. Sic nostri interpretantur,

z V. a Ma. b V. c Me. M. d Ma. † Pi. f V. g G. h Ma. i A. k Me. T. ex Bo. La. ità A. RS. TJ. & Hisc. in A O. l Jun. m Pi. n O. o Bo. p Me. A. q A.

tur אַחֲרִית, Gen. 49. 1. item Dan. 2. 28. & 10. 14. Impletum hoc non ità longè post, 2 Sam. 8. 2 [r]. Tandem, post alia omnia remedia frustrà à nobis tentata; q.d. Hoc saltem ultimum succedet ex voto †. Tunc illis prohibitum Moabitas perdere, Deuter. 2. 9. sed postea factum, 2 Sam. 8. 2. & Jer. 48 [t]. Hâc phrasi tempora Messiæ intelliguntur, (de quibus hîc vaticinari Bilhamum non est dubium [v].) Alii locum sic explicant; *Consulam*, &c. Consilium illud est; Sede tu quietus, & ne timueris hoc tempore. Quod futurum prædixi, non tuo tempore, sed in novissimis diebus, eveniet, scil. tempore Messiæ [x].

16. *Cadens*] Præ sopore, scilicet: q.d. Qui dormit quidem corpore, sed animo vigilat. Vide ad v. 4 [y].

17. *Videbo illum, sed non modò*, אֶרְאֶנּוּ וְלֹא עַתָּה] *Videbo* (*video*, ità Ch. P. JT. G.) *eum*, (vel, *illud*, JT. Pi. quod mox dicturus sum, nempe, excellentiam populi Israelitici [z],) *&* (vel *sed*, M. V.) *non nunc*, vel, *modò*, Sa. Mo. M. Ti. *Video rem, & non est existens modò*, Ar. Qu. De quo loquitur? Resp. 1. In genere, de uno ex Jacobi posteris [a]. De Rege aliquo [b]. 2. De *Davide* ad literam [c]. Vide 2 Sam. 8. 2. & Psalm. 60. 8. & 108. 9. Mysticè de Messia interpretatur & Maimonides, cujus summam victoriam omnes veteres victoriæ adumbrârunt [d]. Partim de *Davide*, partim de *Christo* †. Regnum populi Dei hîc intelligunt, cœptum in Davide, completum in Christo [f]. 3. De *Messia* primariò & ad literam loquitur, quod non dubium est [g]; licèt ad *Davidem* alludi non negârim [h]. De Messia exponunt Hebræi multi, teste AE. Ità Ch. & TJ. qui *Messiæ* nomen hîc exprimunt [i]. Is quem Judæi Messiam esse putabant vocabatur *Bar Chochab*, i. e. filius stellæ, allusione ad hanc prophetiam factâ [k]. De Christo exponunt plerique nostrorum [l]. Objiciunt Judæi, Quando Christus subegit terminos Moab, &c? Resp. Hæc in spiritu, non literaliter, intelligenda sunt [m]. *Videbo*, vel *video*, nempe, visione propheticâ, vel, spiritu prophetico [n]: *eum*, i.e. Messiam in carne [o]: *sed non modò*, supple, *veniet* [p]. [Aliter alii.] *Video eum*, i. e. res ejus magnas; Israelitici scilicet populi [q]. ¶ *Intuebor illum, sed non propè*, sim. Sa. M. T. אֲשׁוּרֶנּוּ וְלֹא קָרוֹב] *Intueor eum, sed non propè* est, Ch. sim. Ar. P. *Contemplor illud*, nempe, quod mox dicturus sum, &c. Ma. *Cantabo eum, & non propè*, Sa. vers. Vox Hebr. frequentiùs sign. *canere* quàm *intueri* [r]. ¶ *Orietur*, ità ο'. Sa. Sy. דָּרַךְ] [Variè reddunt.] *Incedit*, vel, *incessit*, Mo. Ti. V. *procedit*, vel, *processit*, M. P. JT. Potiùs, *extendet se*, vel, *radios suos*, stella, &c. O. Al. *Calcavit, ivit, perrexit*, stella, &c. Per quam Christum, vel stellam illam quæ Magos ad eum adorandum adduxit, intelligunt ferè omnes †. Christus sæpe in Scriptura *stella* vocatur [t]: Apoc. 2. Erat lux mundi claritate vitæ [v], & doctrinæ [x]. [Aliter alii.] Sidera vocantur viri illustres [y]. ¶ *Et consurget*, וְקָם] *Et surget*, O. Ma. *stabit, stabilietur*, Ma. ¶ *Virga*, ità Sa. Ar. Mo. שֵׁבֶט] *Sceptrum*, M. Ti. P. JT. V. Ma. *princeps*, Sy. *baculus*, Ma. Insigne regiminis [z]. Intelligunt regnum in populo Dei. Alii, Evangelium & Divinam Christi potestatem, Psalm. 110. 2 [a]. *Virga* dicitur ob regiam potestatem [b]. ¶ *Et percutiet duces Moab*, וּמָחַץ פַּאֲתֵי מוֹאָב] *Et transfiget* (*occidet*, Ch. *franget*, JT. Ti. *percutiet*, ο'. *perdet*, Sy.) *angulos Moab*, Mo. Pi. sim. P. V. *regiones*, Ar. al. *duces*, vel *principes*, ο'. Ch. *proceres*, Ti. *gigantes*, Sy. *terminos*, M. *extremitates*, i. e. usque ad extremas regni partes [c]: *latera*, JT. i. e. totam terram in omni latere & angulo [d]. Metaphora est oppugnationis urbium, quarum latera seu anguli murorum tormentis verberantur & quatiuntur. Per *angulos* metaphoricè intelligunt Duces, Principes, &c. qui populum jungunt, continent & sustinent †. Spiritualiter hoc præstat Christus perdendo idololatras, (qui per *Moab* maximè significantur,) & Antichristum, quem Moabitam futurum esse asserunt [f]. ¶ *Vastabitque*, וְקַרְקַר] [Variè vertunt.] *Diruet*, Ti. sim. Mo. P. *exparietabit*, Pi. A. quasi perfodit, diruit parietem [g]; à קִיר *paries* [h]: i.e. subjugabit [i]. Multa sunt apud Hebræos verba ex nominibus contrario significato efformata: ut à שֹׁרֶשׁ *radice*, שֵׁרֵשׁ *eradicavit*; à עָקָר *stirpe*, עִקֵּר *exstirpavit*; à עֹרֶף *cervice*,

r Pi. — † T. — t A. — v Ità He. & alii in Ma. — x F. — y V. — z Pi. — a Bo. — b G. D. — c Ità He. in L. To. in T. G. — d Ge. A. — † A. — f Ma. — g Bo. sim. Ti. — h T. — i D. — k A. — l Ità E. Me. T. M. F. V. D. O. Ma. — m M. O. — n Me. Ma. V. — o E. T. — p E. — q G. — r O. — † Ma. — t E. — v Me. — x T. — y G. — z A. — a Ma. — b Bo. Me. T. — c O. — d A. — † Ma. — f F. — g Ma. A. — h Pi. O. — i A.

עֵרֵף *decervicavit*; à דֶּשֶׁן *cinere*, דִּשֵּׁן *decineravit*; à זָנָב *cauda*, זִנֵּב *decaudavit*; à גֶּרֶם *osse*, גֵּרֵם *exossavit* [k]. *Claudet pariete*, seu, *obsidebit*, O. *investigabit*, Sym. & Glossæ veteres in D. *prædabitur*, ο'. *dominabitur*, Ch. in A. sim. Sy. At Sa. reddit, *& verticem* (& Sa. vers. *altitudinem*) *filiorum Seth*: [legerunt קָדְקֹד.] ¶ *Filios Seth*] Quinam hi? Resp. 1. Omnes homines, vel filii Adæ. Nam omnes per *Noe Sethi* filii sumus, omnis enim Caini proles Diluvio interiit [l]. Non placet; 1. Quia priùs loquitur de certo populo, i.e. de Moabitis, & post hos de Edomæis & Amalekitis [m]. 2. Tunc Israelitæ destruxissent omnes populos; quod falsum [n]. 2. Videtur esse nomen gentis, vel populi tunc noti, & finitimi Judæis. Fortè *Cananæos* intelligit, qui filii Sethi sunt, Gen. 5 [o]. 3. *Seth* est nomen civitatis in terra Moab [p]. 4. Nihil vero propius quàm *Seth* nominatum fuisse Regem aliquem eximium inter Moabitas [q]. Alii aliter vertunt. *Eos qui ponè sunt*, JT. *filios podicis*, vel *sedis*, JT. Hisc. in D. AE. per אָחוֹר exponit. Innuit autem filios *Moab* ex incestu procreatos [r]. Intelligit Ammonitas, Midianitas, & Orientales cæteros ad Euphratem usque pertingentes. Hos *filios sedis* vocat Bilham ratione situs sui. Hæc enim dixit in Moabitide, quæ Israelitis orientalis erat, Jud. 11. 18. vultúque ad Israelitas converso, ideóque pone eum erant Orientales populi †.

18. *Erit Idumæa possessio ejus*] Eadem res prædicta Gen. 25. 23. impleta 2 Sam. 8. 14 [t]. *Jacob* typus piorum, *Esau* omnium reproborum: q.d. Possidebit Christus & Israelitas & rebelles [v]. ¶ *Inimicis suis*] Israelitis [x]. ¶ *Fortiter aget*, עֹשֶׂה חָיִל] [Diversè reddunt.] *Fecit in fortitudine*, ο'. *faciens virtutem*, Mo. sim. Sa. H[s]. i. e. Viriliter aget, superabit omnes gentes [y]. De victoriis accipitur phrasis 1 Sam. 14. 48 [z]. *Vires acquiret*, Sy. sim. Ar. *faciens opes, divitias*; Ch. in A. *prosperabitur in substantia*, Ch. vel, *divitiis*, ubi, scilicet, possederit *Edom* & *Seir* [a]. Ità phrasis accipitur Ezec. 28. 4 [b]. *Faciens exercitum*, O. i. e. Valde multiplicabitur, ut ingentes exercitus conflare possit [c].

19. *De Jacob*] Prophetia his tribus versibus comprehensa de *Christo* est, sed cum allusione ad *Davidem*, cujus res gestæ idcirco hîc perstringuntur [d]. ¶ *Qui dominetur*, &c. וְיֵרְדְּ מִיַּעֲקֹב] *Exsurget ex Jacob*, ο'. *Descendet* (supple, *unus*, Ch.) *de Jacob*, Sa. Sy. Ch. *Et dominabitur de Jacob*, Mo. P. A. vel, *Qui dominabitur erit ex Jacob*, M. Ti. simil. JT. *Dominabitur aliquis ex Jacobo*, Pi. Surget de Jacob qui dominabitur †: nempe, vel *Salomon* [f]; vel *David* primò, sed præcipuè Christus [g]; vel Constantinus & Imperatores post eum [h]. ¶ *Et perdat reliquias civitatis*, vel, *de civitate*, M. Ti. P. V. שָׂרִיד מֵעִיר] *Superstitem*, Mo. A. sim. ο'. Sy. *profugum*, Ar. *qui evaserit*, Ch. *de civitate*. De qua civitate? Resp. 1. De Roma, quæ antonomasticè dicta est *civitas*: q.d. Romanorum Gentilismum evertet [i]. *Rex de Jacob—exscindet quicquid residuum fuerit de civitate impiorum, quæ est Roma*, ait Targ. Jerosolym [k]. 2. De civitatibus Idumææ. Vide 1 Reg. 11. 15, 16 [l]. 3. De civitatibus vicinorum, quas depopulabit Israel. Vide Esa. 11. Obad. Zeph. 2 [m]. 4. De omnibus. Perdet superstites omnes de civitatibus: q. d. Fient omnes ex infidelibus fideles [n]. *Superstitem ex civitate quaque*, JT. i. e. hostem quemvis superstitem, quamvis munitissimum [o].

20. *Cùmque vidisset*] Spiritu Prophetiæ [p]. Vidit de monte *Phasga* altissimo, ubi erat [q]. ¶ *Assumens parabolam*] Loquens ἀποφθεγματικῶς [r]. ¶ *Principium gentium Amalek*, רֵאשִׁית גּוֹיִם] *Primitiæ gentium*, V. i. e. Prima & præcipua & nobilissima gentium circumjacentium †, fortitudine bellicâ, & robore corporis, quo freti Israelitas oppugnârunt. Sic *principium aromatum*, i. e. præstantissimum aroma [t]. Excelluit diu inter vicinas gentes [v]. Al. Principium præliantium contra Israel [x]. Ità omnes Paraphrastæ, Onc. & Jon. & Jerof. & RS [y]. Al. Fuit unus è prioribus totius orbis populis: vel sic; In suo initio erat gens & populus, sed postremum ejus non erit gens [z]. *Principium gentis Amalec & finis ejus in interitum*, Ar. Ut *principio gentium Hamalek, ità fine suo ad pereuntem* pertinet, JT. i. e. Ut copiis suis primis infeliciter successit

k Ma. — l Me. ità M. F. V. D. A. Bo. — m O. — n Pi. — o O. — p R. Nathan in L. — q G. — r D. — † Jun. — t G. — v Me. ex Bo. — x Ma. — y V. sim. A. Ma. — z A. — a V. — b A. — c Ma. — d Me. — † V. — f Ità He. in L. — g A. — h Me. — i Me. T. — k A. — l A. O. — m O. — n V. — o Ma. — p V. — q Me. — r G. — † Me. A. D. — t D. — v G. — x L. V. Bo. — y D. — z O.

cessit, Exod. 17. ità succedet semper, donec deleantur[a]. ¶ *Cujus extrema perdentur,* וְאַחֲרִיתוֹ עֲדֵי אֹבֵד *Et*, vel *Sed*, vel *Ideo*, *postremum ejus*, O. sim. P. Mo. Sa. (vel, *finis*, V. Sy. *ultima ejus*, G.) *usque ad periens*, vel, *usque ad perditionem*; nam אֹבֵד potest esse vel participium, vel nomen[b]. *Ad exitium*, G. *Finis ejus erit usque ad interitum*[c]. *Et finis ejus usque in seculum peribit*, V. *Finis ejus erit ut pereat in æternum*, A. sim. Sy. Ch. Alii, *donec intereat*; ità doctus He. Ad verb. *interiens*, sub. *sit*; i. e. ipsi quoque tandem peribunt[d]. *Usque ad perditorem*, h. e. perditionem; nam pro abstracto concretum quandoque ponitur †. Antithesis est; q. d. Citò & primi insurrexerunt contra Israelitas, serò autem plexi sunt[f]. Impletum 1 Sam. 15. 7. Confer Exod. 17. 14[g]. Q. *semen* vel *posteros ejus* intelligunt. Ità ο'. & rectè[h].

21. *Vidit quoque Cinæum*, הַקֵּינִי] Quinam hi? Resp. 1. Posteri Jethronis[i]. Memorantur cum *Amalec*, quia inter eos habitabant, 1 Sam. 15. 6[k]. [Alii aliter.] *Cinæi* hi alii fuerunt ab illis qui inter Israelitas habitârunt, de quibus Jud. 1. & 4. Probatur. 1. Quia nulla sedes erat, sed in castris illi versabantur. 2. *Cinæi* non sunt capti ab Assyrio cum 10 Tribubus, cùm habitarent in tribu Juda, (& unica tantùm illorum familia, nempe *Heber*, in tribu Napthali habitavit,) ubi etiam eos reperimus Jer. 35. 3. Neque illi militiam & arma, sed pietatem & Legis studium, coluerunt. Vide quæ ad Num. 10. Resp. 2. *Cinæi* hi erant posteri Jethronis qui in Madianitide terra resederunt, cùm ipse reversus esset in terram suam. Vide 1 Sam. 15. 6[l]. Resp. 3. Gens erat ex qua fuit Jethro[m]. Hinc fuit Jethro, cujus propinqui se Israelitis adjunxêre, Jud. 1. 16. & 4. 11[n]. Chald. vertit, *Salmæum*. Vide Gen. 15. 19[o]. ¶ *Robustum habitaculum tuum*] Quia, videlicet, uno latere mari alluebantur, & verisimiliter lateribus cæteris arduis septi montibus, ut mox indicatur[p]. ¶ *Si in petra*, &c. וְשִׂים בַּסֶּלַע קִנֶּךָ] *Et ponere* (*pone*, O. Ma. *ponis*, A. *posuisti*, infinitivum pro præterito, Pi.) *in petra*, vel *rupe*, *nidum tuum*, JT. Ma. קִנֶּךָ allusio ad nomen *Cinæi*[q]. Ironicè dictum: Etiamsi habitaveris in rupe, &c. tu tamen superaberis[r].

22. *Et fueris electus de stirpe Cin*, &c. כִּי אִם יִהְיֶה לְבָעֵר קָיִן] Legit Latinus בָּחוּר, non לְבָעֵר †. Mutatio secundæ personæ in tertiam, (& rursus tertiæ in secundam[t],) antecedens item pro relativo, obscurum reddunt sensum[v]. *Cain* hîc populus est prope *Cenæos* habitans: locum sic reddo; *Si Cain fuerit removendus* à terra sua, tu non diu manebis, &c[x]. Aliis est ipse *Cinæus*[y]; literis quasi transpositis, קַיִן pro קֵינִי[z]. *De stirpe Cin*; qui princeps generis. Malè *Cain* legunt Hebræi[a]. Vel *Cain* nomen est *loci* ubi habitârunt, vel *hominis* à quo descenderunt[b]. [Locum hunc variè reddunt.] כִּי אִם vertunt, *Quinimo*, Mo. (vel, *attamen*, JT. vel, *etenim*, Ti. *quia si*, V. P. O. Ma. vel, *sed*, V. vel, *sed si*, O. vel, *etiamsi*, Sa. Sy. vel, *certè*, P.) *fuerit ad removendum*, V. Bo. O. vel, *in combustionem*, Sa. Sy. vel, *ad depascendum*, Bo. O. Ma. vel, *ad expellendum*, vel *destruendum*, Bo. *Cain*, sub. *de regione sua*, V. i. e. *Si removendus fuerit*[c]. Passivè item explicant multi[d]. *Etenim Cinæus comburetur*, Ti. *Certè expellêris*, V. vel *expelletur*, P. *depascetur*, A. *Erit qui depascetur Kain*, JT. *Si fuerit in consummationem*, Ch. Affligetur, malè habebit Cinæus, usque ad deportationem Salmanasaricam †. Potest & activè exponi; *Si fuerit ad consumendum*, i. e. si fuerit qui consumat & vastet Cinæum[f]. ¶ *Quamdiu poteris permanere? Assur enim capiet te*, עַד מָה אַשּׁוּר תִּשְׁבֶּךָּ] *Donec Assur captivet te*, Mo. sim. Ch. M. P. JT. Ti. A. Sy. O. *Usque ad Assur captivum te ducet*, Sy. *Captivabunt ex eis Assyrii*, Ar. Al. sic; *Attamen erit Cin depastui*, G. A. i. e. paulatim imminuetur is populus donec cum Israelitis avehatur. Jam tempore Saulis apparet modicas fuisse eorum res, 1 Sam. 15. 6[g]. Al. sic; *Quousque*, scil. *resistes*, vel *permanebis*? q. d. Frustrà resistes, & nitêris te eripere: *Nam Assur*, &c[h]. Illud *usquequò* perinde valet acsi dicat, *Non tantùm expellêris, sed etiam abducêris captivus*. Sic dilucidiùs vertas, *Certè expellêris, Cinæe, abducêris captivus ab Assyriis*[i]. Al. sic totum

[Left margin: a Q. in Ma. — b Ma. — c Pi. — d V. — † Glass. gram. p. 3. — f Me. — g G. — h G. A. — i M. Me. Pi. ex Jun. AE. in D. — k D. A. — l Bo. — m Q. in Ma. — n G. — o A. — p Bo. — q G. — r V. — † G. — t Ma. — v V. Ma. — x O. — y V. D. G. Ma. — z Ità Onc. & Jon. & AE. in D. — a G. — b Q. in A. — c O. — d Bo. — † Q. in Ma. — f Bo. — g G. — h Bo. — i V.]

vertunt; *Sed tolletur Kinæus, quando Assur captivum ducet te*. Alii, *Etenim Cinæus comburetur donec* (vel, *quando*) *Assur*, &c[k]. Al. *tantisper dum Assyrius captivum tenebit te*, JT. Nam ex deportatione quam ab Assyriis & Babyloniis perpessi sunt Hebræi cum Judæis reverterunt *Cinæi*, 1 Par. 2. 55. *Assur* autem dicitur & Babylonius, Ezræ 6. 22. Isa. 52. 4[l].

23. *Heu! quis victurus est?* sic Sy. M. P. Ti. JT. אוֹי מִי יִחְיֶה] *Væ! quis vivet?* ο'. Mo. *Eheu! quis subsistet?* Sa. i. e. *Quis tamdiu viveret*, ut posset coràm intueri quæ hîc vaticinor[m]? *Quis vivere poterit?* V. *Quis victurus est?* Quanta tunc erit internecio[n]? Vix aliquis evadet[o]. *Quis vivere optabit*, cùm erunt tantæ strages[p]? nempe, *Cinæorum* & *Amalecitarum*, vel potiùs, Assyriorum, Hebræorum & Romanorum[q]. *Væ illi qui vivet*, &c. Ar. *Væ peccatoribus qui vixerint quando Dominus faciet hæc*, Onc. sic Targ. Jerosol. in T. ¶ *Quando ista faciet Deus*, sic Ch. Ar. A. מִשֻּׂמוֹ אֵל] [Variè reddunt.] *Postquam posuit*, vel, *cùm posuerit*, (vel *intulerit*, Sy.) *istud Deus*, M. JT. sim. P. ο'. Ti. *à ponendo eum istud*, vel *ista*, Mo. Ma. V. nempe, quæ sequuntur[r]. Relat. אֵל pro אֵלֶּה loco antecedentis quod sequitur †. Futura enim tunc sunt multa prælia in mari & terra[t]. At Sa. vertit, *cùm desolabitur eum Deus*. [Legit ש cum puncto dextro, quasi à שָׁמֵם.]

24. *Venient in trieribus*, וְצִים] *Et naves*, Ch. M. Ti. Mo. O. Ma. P. D. pro צִיִּים (in Dan. 11. 30. Ma.) à צִי *navis*[v]: quia est pars sicca in aqua, quasi insula, Isa. 33. 21. צִי *naves* & Ezec. 30. 9[x]. [Alii aliter reddunt.] *Et legiones egredientur*, Sy. *& qui se surripient*, Ar. *& exibunt*, ο'. *educite eos*, Sa. ¶ *De Italia*, מִיַּד כִּתִּים] *De littore Chittim*, V. P. & plerique, O. ut Num. 13. 30. Deut. 2. 37[y]. supple, *venient*, V. *E portu*, Ar. *de manu Chittim*, Mo. ο'. Sa. D. i. e. de plaga, O. Ma. *tractu*, *regione*, ut Isa. 22. 18. Ma. *è loco*, D. ut Isa. 56. 5. Ma. *ex partibus Chittim*, JT. *De termino*, *finibus*, Ezec. 21. 19. quòd veteres in limitibus manum ponerent[z]. כִּתִּים plurale esse volunt ο'. singulare AE[a]. quod liquet ex Genes. 10. 4. *Filii Javan, Chettim*[b]. At *Chettim* ibi est nomen populi[c]. *Chettim* mentio Jes. 23. 1. & Ezec. 27. 6. pro quo כִּתִּיִּים Jer. 2. 10[d]. Sed quid *Chittim*? Resp. 1. In genere *Cittim* (de quo Gen. 10.) portionem suam habuit in parte minoris Asiæ, nempe, in Caria, Lycia & Pamphyl. [*De quo vide quæ ad Gen. 10. congessimus.*] His patebat mare *Ægæum* & *Mediterr.* ut utrâvis viâ possent colonias mittere. Primùm ergò verisimile est eos colonias misisse in Cretam & insulas in ostio maris Ægæi. Horum item coloniæ erant, 1. *Italia*. Probatur ex Daniel. 11. 30. 2. *Macedonia*. Patet ex Numer. 24. 24 †. Omnes insulæ & loca maritima pleraque Hebraicè vocantur Χεθιμ *Chethim*[f]. Resp. 2. *Cittim* est *Cyprus*, quia in ea est *Citium* urbs, (unde Zeno Κιτιεὺς dictus.) Ità statuit Epiphan. in hæresi Manich. & Hieron. in Gen. Eustathius in Hexaemero, & Arabs interpres nuper editus. Nec dubito quin per *Cittæos* Menander *Cyprios* intelligat in Jo. Antiq. 9. 14[g]. Voce כִּתִּים primò dicti *Cyprii*, apud quos Κίτιον *Phœnicum* colonia, & ab iis omnes Græci[h]. Resp. 3. *Chittim* est *Italia*[i]. Probat hoc Bochartus. 1. Cùm Daniel vocet Alexandrum Regem *Javan*, si dicatur idem Rex *Chittim*, confundentur *Javan* & *Chittim*, quæ manifestè distinxit Moses. 2. Naves *Chittim*, Dan. 11. 29, 30. sunt Romanorum. Ità vulg. Patres Græci & Latini, RS. AE. *Ben-gorion*, *Saadias*, *Jachiades*, & ferè omnes in B. P. 3. Ex Ezec. 27. 6. [De quo suo loco videndum.] 4. In ipso Latio est urbs *Cetia* in Halicarn. & *Echetia* in Stephano, & *Cetus* fluvius. 5. *Latini* olim dicti sunt *Cetii*, teste Suidâ. Eos à Citiis originem traxisse quidam asserunt. 6. Concordat origo vocis: ut *Latium* à latendo; ità Arab. כתם est *abscondere*, & כתים *CHETIM*, *occultus*, *latens*; & in Heb. נכתם est *recondita*, Jer. 2. 22. Vide ad illum locum. Obj. At Esa. 23. 1. de Tyri excidio ait, *de terra Chittim revelabitur illis*. Hi Macedones sunt à quibus excisa est *Tyrus*. Resp. 1. Perperàm hæc referuntur ad Macedones, quia ibi non agitur de postremo Tyri excidio, sub Alexandro, sed de priore, sub Nabuchadn. 2. *Chittim* ibi sign. כּוּתִיִּים *Chutijim*, i. e. Chuthæos, ut constat;

[Right margin: k Q. in Ma. — l Ma. e Jun. — m O. Ma. — n G. — o L. — p Me. O. — q Me. — r A. — † V. ità He. in M. — t M. — v D. — x Ma. — y Ma. — z Ma. — a Med. l. 1. diss. 48. p. 372. — b D. — c Med. — d D. — † Med. l. 1. differt. 48. — f Jo. in Ca. — g BP. 3. 5. — h G. — i Ità L. Me. T. M. V. F. Bo. RS. in F. & BP. 3. 4. 5. Hi. Ch. Ar. Jon. Jeros. in BP.]

fiat 1. quia v. 12. est כתיים cum duplici י; Masorethæ autem videntur perperàm & unum י suppressisse, & Hiric pro *Kibbutz* scripsisse: vel *Chuthæi* vocantur *Chittijim*, ut Græcè Κίτιοι vel Κίτταιοι. 2. Res convenit: *Chutæi*, vel *Cissii*, erant incolæ *Susianæ* ad ortum *Babyloniæ*, ex qua Nabuchodonosor, indéque malum illis imminere rectè dicitur. Lege sodes v. 12, & 13. & apparebit luce clariùs rem se habere ut diximus. Vide ad locum[k] De Romanis ergò hîc dicitur, *affligent Assur & Eber*, עֵבֶר, h.e. *qui ultra Euphratem habitant*[l]; nempe, Hebræos[m]. His clades illatæ sunt à Romanis sub Pompeio[n]: sed præcipuè sub Tit. & Vespas[o]. De *Assyriis* autem & vicinis *Parthis* sub *Augusto* triumphavit *Ventidius Bassus*; & tempore Trajani subjugati sunt *Assyrii*, & in provinciæ formam redacti, test. Dione, Festo, Rufo[p]. Resp. 4. *Chittim* hîc sunt Macedones, dicti Μακέται, Gellius 9. 8. Eustathius in Dionysium, Hesychius: & *Macedonia* Μακετία. Perseus Rex Macedoniæ vocatur *Rex Chittim*, 1 Mac. 8. 5[q]. Et Alexander est ex terra *Chittim*, 1 Mac. 1. 1. qui Rex יָוָן, i. e. Græcorum, Danieli. Hi Assyrios, Medos, &c. subegêre. עבר eos qui trans flumen (scil. *Euphratem*) sign. Et hoc ad Alexandrum pertinet[r]. Resp. 5. *Cittim* potest & Græcos & Romanos significare, (ut pro utroque alibi sumitur,) & clades ab utrisque illatas †. ¶ *Vastabúntque Hebræos*; ità ο'. O. JT. Sy. Ar. A. [עֵבֶר] At Ch. vertit, *Et subjiciet trans flumen Euphratem.* ¶ *Ad extremum etiam ipsi peribunt*, [וְגַם הוּא עֲדֵי אֹבֵד] *Et etiam ipse usque ad perditionem*, Mo. vel, *usque in æternum periens*, O. *Qui & ipse in seculum peribit*, M. *Et ipsi pariter* (sive *in æternum*, Ch. Sy.) *peribunt*, ο'. sim. Ar. Ti. *Et etiam illud usque ad perditionem*, P. *Atque etiam ipsum, donec pereat*, Sa. [Al. totum sic vertunt;] *Sed quum naves à littore Cittæorum solventes afflixerint Assyrios & Hebræos, tum etiam populus ille in perpetuum peribit*, JT. Qu. De quo dicitur? Resp. 1. De ipsis Hebræis. Nam Hebræa ità sonant, *Affligent quoque Heber, qui & ipse in seculum peribit*[t]. 2. De Romanis[v]. *Hi peribunt*, vel à semetipsis, bellis intestinis[x]; vel à Gothis aliísque barbaris[y]; vel sub Antichristo[z], in fine mundi[a]. 3. De Græcis. *Et ipse etiam in exitium*, sub. *ibit*. Macedonia cum Græcia omni succubitura Romanorum armis[b]. Incipit Balaam cum benedictione Israelis; desinit in maledictione hostium ejus[c].

25. *Viâ quâ venerat rediit*, [הָלַךְ לְדַרְכּוֹ] *Abiit in viam suam*, Ch. in Bi. V. vel, *per viam suam*, i. e. regressus quà venerat[d]. *In patriam suam*, Sy. *locum suum*, ο'. *Mesopotamiam* scil †. Domum quidem iit; sed mox rediit ad Madianitas, infrà c. 31[f]. Vel, abiit animo revertendi in patriam, sed à Midianitis detinebatur, ibíque occidebatur[g]. Fieri dicuntur quæ homines facere destinârunt & conati sunt. Vide ad Exo. 8. 18. Num. 14. 40[h]. Ante abitum autem dedit consilium, cujus executio in seq. est capite. Id habetur ex traditione, quam probat Petrus 2. 2, 15. Judas v. 11. Joannes Apoc. 2. 14[i].

k BP. 3. 5. — l M. F. — m M. F. I. — n Me. T. A. — o ο'. — p L. T. Bo. M. T. — q T. ex Bo. — r Med. l. 1. diss. 48. — s G. — † A. O. — t F. V. — v He. in M. & F. L. Me. — x T. — y L. — z Me. — a T. — b Bo. — c G. — † A. — d V. — † Bo. — f G. Bo. Chazk. in A. — g A. Q. in Ma. — h A. — i G.

CAP. XXV.

1. *In Settim*, [בַּשִּׁטִּים] Hæc est 42. & ultima mansio in deserto, ubi reliqua gesta sunt usque ad finem Deuteronomii[a]. Locus dictus fortè à lignis *Sethim*, Exod. 25. 5. quorum hîc poterat esse copia[b]. Vocatur *Abel-Sittim*, Num. 33. 49[c]. (q. d. *luctus*, vel, potiùs, *planities*, *spinarum*[d].) Sic Hebræi solent partem priorem nominum compositorum omittere: *Hermon*, pro *Baal-hermon*, Jud. 3. 3. *Tholad*, 1 Par. 4. 29. pro *Eltholad*, Jos. 19. 4. *Nimrim*, Esa. 15. 6. pro *Beth-nimrim*, Num. 32. 36 †. ¶ *Fornicatus est*] Et spiritualiter, & corporaliter[f]. Scortatione ad idololatriam pertracti sunt, ut *Salomon*. Formosissimæ mulieres illis sui copiam fecerunt, sed eâ lege, ut deos suos colerent. Vide Jo. Antiq. 4. 5[g]. Q. volunt uno eodémque actu, nempe fornicationis, eos coluisse idolum *Beelphegor*[h]. Quod probabile est, si *Priapus* esset[i]. Priapum autem esse putant Hieron. Theoph. Mas. Rib. Mont. & Adrichom[k]. Factum hoc ex consilio Balaam, Num. 31. 16. Apoc. 2. 14[l]. ¶ *Cum filiabus Moab*] Atque etiam cum Madianitis, ut patet ex v. 6, 17, 18[m]. & Num. 31. 16[n].

a Me. — b Bo. Ma. — c BP. Bo. — d Bo. — † BP. 2. 24. 145. — f Me. F. V. — g F. V. — h Villalp. in Bo. — i Bo. — k T.

2. *Vocaverúntque*, [וַתִּקְרֶאןָ] *Invitaverunt*, V. Pi. nempe, filiæ Moabitarum; est enim vox fœmin †. ¶ *Comederunt*] De idolothytis, quod idololatria erat[o]. Vide Psal. 105. 28[p]. & 1 Cor. 10[q].

3. *Initiatus est*, vel, *consecratus est*, ο'. Sa. [וַיִּצָּמֶד] *Conjunctúsque est*, Ch. *conjugatus*, Ma. A. Huc alludit Apostolus 2 Cor. 6. 14[r]. *Plenè adhæsit*, Sy. Ar. Significat peculiare erga hoc idolum studium, fortè quòd fœdæ libidinis pruritum sentirent †. ¶ *Beel-Phegor*, [לְבַעַל פְּעוֹר] Sic dictus est, vel, 1. quasi *Dominus Phogor*, i. e. qui in *Phogor* colebatur. *Phogor mons* est, Num. 23. 28. & *urbs*, Jos. 13. 20. Vel, 2. potiùs *Phogor* est idoli nomen, & *Baal* honorifica ejus appellatio[t]. Vel, 3. qu. *Deus apertionis*[v], à פָּעַר *aperire*, F. V. vel *denudare*, Bo. Vel, 1. quòd cultores ejus foramen podicis distenderent, atque cacarent ante conspectum ejus[x]. Vel, 2. ob pudendorum (vel idoli, vel colentium) denudationem[y]. *Priapus* hic erat, cui pudendum membrum esset immane ac fœdè distentum propalàm, quódque cultores suos solo aspectu in omnem turpitudinem impelleret. q. d. *Deus nuditatis*. *Nuditas* autem est obscœnum membrum Hebræis[z]. Vel, 3. quòd *os aperiret*, nempe, in prophetia: sicut *Nebo* Babylonis Deus à *prophetando* dictus est[a].

4. *Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos*, [וְהוֹקַע אוֹתָם] Quos? Respond. 1. Non Principes, sed eos qui noxii sunt. q. d. *Convoca* (vel, *assume tibi*[b]) *Principes*[c], Chiliarchos, Centuriones & cæteros[d]; atque illis præsentibus judicium fer in delinquentes †. Hunc esse sensum liquet ex v. 5. *dixit ad judices*, (quos hîc *Principes* vocat) *Occidite*, &c[f]. *Suspende eos*; i. e. Fac ut illi magistratus eos qui deliquerunt faciant suspendi. Forma *Hiphil* plerumque duplicem actionem significat, hîc verò triplicem: est enim hoc verbum hoc loco יוצא לשנים פועלים, ut Hebræi loquuntur, i. e. *transiens in duo passiva*[g]. Non placet; quia הוקע sine exemplo ità vertunt. 2. Alii *Principes* suspensos fuisse volunt; nempe, non omnes, ut patet ex vers. 5. sed flagitii illius participes; quod ex subjecta materia intelligendum est[h]. Jube suspendi ipsos Principes qui impietati isti favissent, aut, cùm deberent, pro officio non restitissent[i]. Ad Principes referunt multi[k]. Et ea videtur fuisse ratio cur Moyses non se opposuerit, nempe, quòd plerique Principes faverent[l]. *Principes* hîc dicuntur quotquot rei erant ex nobilioribus[m]. הוקע, *suspende*, V. in Bi. O. Sym. in D. ἀνάπηξον *suffige*, Aq. in D. *luxa*, Ma. *distende, divelle, locodimove*. Volunt esse illud supplicii genus de quo Heb. 11. 35. (*tympanizati sunt*,) & 2 Macchab. 6. 19, 28[n]. *Crucifige eos*, Ar. ut 2 Sam. 21. 6, 9[o]. Suspensio autem ex more Hebræo requirit ut supplicium præcedat, Deut. 21. 22[p]. ¶ [לַיהוָה] *Domino*: in gratiam Jehovæ[q]; *ad ejus gloriam*[r]. ¶ *Contra solem*] Heb. *coram Sole*, O. Ma. publicè*. *Mensura pro mensura*, inquiunt Hebræi. q. d. Palàm peccârunt, ideo palàm puniri volo. Al. sic; Ipsi peccaverunt in penetralibus, at volo ut in propatulo puniantur. Confer 2 Sam. 12. 11 †. Palàm etiam, in terrorem aliorum[t].

5. *Occîdat*] Decreto vestro curate interfici[v]. ¶ *Proximos*] Heb. viros, V. Ma. i. e. subditos suos[x]. Curæ suæ commissos, juxta Exod. 18. 25[y]. Nota Deum primò punire Ecclesiam suam, postea Midianitas[z].

6. *Intravit*, &c. [בָּא וַיַּקְרֵב אֶל אֶחָיו אֶת הַמִּדְיָנִית] *Venit & attulit*, Ch. Sa. (*veniens adduxit*, ο'. JT.) *ad*, vel *versùs*, *fratres suos Midianitidem*, Mo. O. A. JT. i. e. Non fuit contentus ad eam extra castra exire, sed eam induxit intra castra[a]. Ipsum malum in media castra intulit, ut Jehovam probro afficeret, & fratres ad libidinem incitaret[b]. Alii, *veniens adduxit fratrem suum ad Midianitidem*, ο'. *appropinquavit ad fratres suos, cum Midianitide*, Sa. vers. *veniens accessit ante fratres suos, & ingressus est ad Midianitidem*, Sy. *Adduxit*, nempe, ad fornicandum cum ea. Id sign. Gen. 20. 4. Vide ad Levit. 18. 6[c]. ¶ *Qui flebant*] Deprecantes iram Dei jam sævientem[d].

7. *Pugione*, [רוֹמַח] Vertunt, *hastam*, Sy. Sym. in D.

l F. V. D. — m A. — n Me. — † Pi. — o Bo. A. — p Bo. — q A. — r A. — † Bo. — t Bo. — v Me. Ma. — x He. in M. & in F. — y & in V. Lorin. — z Bo. — a A. — b G. — c F. O. — d G. — † F. — f Ità L. ex Chald. F. V. O. Me. — g G. — h Bo. — i Me. — k Ità ο'. & Hi. & Ti. &c. in Bo. A. — l Bo. — m Lor. ex Jo. — n Ma. — o Ma. — p G. — q V. — r A. — * V. F. — † F. V. — t L. — v F. — x V. F. — y Jun. Ma. A. — z A. — a O. — b Ma. ex Jun. — c A. — d F.

He.

He. in F. sive *lanceam*, Ch. F. Ma. Non occîdit eos privatâ authoritate, nè quis putet hoc in exemplum esse trahendum, sed ex ordinatione Mosis, v. 5 †.

8. *Ingressus est—in lupanar*; ità vertunt Ch. Sa. Mo. JT. sim. Ar. At *lupanar* in castris Israel fuisse quis dicat[f]? הַקֻּבָּה] In libris melioribus est קוּבָה absque Dagesch[g]; quod firmat sequens קֳבָתָהּ. [Alii aliter sentiunt & legunt.] Dagessatur ב ad differentiam sequentis קָבוּר[h]. Vertunt, *in cavernam*, Ma. Pi. à נָקַב *cavare*, Pi. *Cubiculum*, Sy. *conclave*, Aq. in Bi. BA. Sic Arabibus *Kubba*, vel *Kobba*, & cum articulo *Al-kobba*, (unde nostrum *Alcova*,) est *conclave camerati operis quo lectus circumdatur*[i]. *Tabernaculum*, vel *tentorium*, He. in M. & in F. A. RS. & AE. in D. Al. *in exsecrabilem*, scil. *locum*, à קָבַב *maledicere*, *exsecrari*: fortè domunculam ex ramis, &c. ad hoc à Madianitis paratam[k]. ¶ *In locis genitalibus*, אֶל־קֳבָתָהּ] Hoc referendum ad mulierem tantùm; (nam pronomen est fœmininum[l].) *Cisterna quam Syri Cubam vocant*, inquit Hi. in vita Pauli. Vide Esa. 51. 1[m]. Vertunt, *in*, vel *per*, *ventrem*, vel *pudenda*, *ejus*, ο'. Ch. Sa. Sy. Ar. M. F. *In partibus genitalibus ejus*, i. e. mulieris, V. Hiscuni in D. à קוּב, vel קָבַב[n]. Genitalia נְקֵבוֹת dicuntur, quòd *perforata* sint[o]: vel à concavitate, à נָקַב *excavare*[p]. Al. *ad locum turpitudinis*, seu *exsecrabilem*, vel, *in loco exsecrabili*, ipsius fœminæ, in quo scil. manebat ipsa. Utrobique verto, *exsecrabilem*, sive sit locus congressûs, sive locus pudendus corporis; & sic omnia consonare videntur[q]. Al. *in lupanari illius*, JT. ¶ *Plaga*] Pestis hæc erat[r], vel ignis †.

9. *Viginti quatuor millia*] Partim hominum manibus, partim morte immissâ divinitùs[s]. At 1 Cor. 10. 8. erant tantùm 23 mill. Resp. Vel 23 mill. à Deo, mille à Judicibus, cædebantur: vel 23 mill. (sc. populares, Ma.) gladio, mille (nempe, primores, Ma.) suspendio perierunt[v].

10. *Dixitque*, &c.] Hîc septima libri Sectio inchoat, quam appellant פִּינְחָס *Phinehas*[x].

11. *Avertit*, הֵשִׁיב] *Revertere-fecit*, Ma. *Revocavit*, i. e. reconciliavit me iis[y]. ¶ *Quia zelo meo commotus est*, בְּקַנְאוֹ אֶת־קִנְאָתִי] *Cùm zelaret ipse zelotypiam meam*; h. e. cùm quod agebat Phinees, ageret zelotypiâ mei, seu respiciendo ad zelotypiam quâ ego zelo pro filiis Israel, & ità ad gloriam meam *. Ex ferventi amore pro honore meo, extremo animam suam periculo exposuit[z]. Dum non timuit occidere Principem populi[a]. ¶ *Ut non delerem*, וְלֹא־כִלִּיתִי] *Ut non consumerem*, Ch. Ar. *Et non finivi*: q. d. Eram omnes aliàs deleturus[b].

12. *Loquere*, אֱמֹר] *Dic*, sub. Israelitis[c]: vel, *illi Phinees*[d]. ¶ *Do ei pacem fœderis*, אֶת־בְּרִיתִי שָׁלוֹם] *Fœdus*, *pactum*, vel *testamentum*, *meum*, *pacem*, O Ti. Mo. vel, *fœdus*, nempe *pacem*, M. vel, *fœdus pacis*, ο'. Sa. A. Ma. vel, *in pace*, Ar. *pacem fœderis mei*, Ch. *meum fœdus*, fœdus *pacis*, D. A. Ità Malach. 2. 5. A. Oratio defecta. Sic, *solium tuum* solium *Dei* †. [Variè exponunt.] 1. q. d. Securus esto, nè timeas tibi propter affines & amicos potentes *Zamri* aut *Cosbi*; AE. in F. Q. in V. D. *Do tibi fœdus meum cum pace*, D. 2. Alii referunt ad stabilitatem sacerdotii[f]. Ineo cum eo fœdus pacificum, quo securè & pacificè perfruetur, nempe, sacerdotium, &c[g]. Certitudinem & securitatem pacti mei firmiter decerno, & quasi paciscor promittóque illi[h]. q. d. Dabo illi fœdus meum pace & quiete sempiternâ, ut nemo auferre possit. Confirmatur hic sensus ex versu sequenti[i]. Sacerdotium vocatur *fœdus pacis*, 1. Quia Sacerdotes, si mundi fuerint, præ aliis in pace, amicitia, societate & consortio Dei esse videbantur, cum illo colloquentes, &c. Ideo *propinqui ei* dicuntur, Levit. 10. 2. Quia sacerdotium ritè administratum causa erat pacis, amicitiæ, omnísque felicitatis inter Deum & homines propter preces & sacrificia[k]. *Do illi pactum meum*, sc. sacerdotii, *pacificum*, O. Al. *Do illi pactum meum integritatis*, Q. in Ma. O. i. e. integerrimum, firmissimum[l]. Ut scilic. nullo modo deficiat à semine ejus[m]. Alii, *Do fœdus meum pacis*, i. e. Decernam ei perpetuam salutem, incolumitatem, ac felicitatem[n]. Al. Do illi pactum meum, pacificum me illi exhibendo. Sed de sacerdotio potiùs accipio[o].

13. *Pactum sacerdotii sempiternum*, בְּרִית כְּהֻנַּת עוֹלָם] *Fœdus*, vel *testamentum*, *sacerdotii æterni*, vel, *in æternum*, ο'. Sy. Ma. *fœdere*, *sacerdotium perpetuum*, JT. *Sacerdotium habebit*, &c. fœdere perpetuo[p]. Qu. 1. Quid opus hâc promissione, cùm illi ut nepoti & primogenito Aaronis antea debebatur? Respond. 1. Solet Deus rem eandem sæpius polliceri, quomodo regnum Davidi, Psal. 88. & 131. & 2 Sam. 7. 2. Non credo præceptum ut primogenitus succederet, licèt communiter ità fieret[q]. 3. Promisit ei duo: 1. quòd supervicturus esset patri; 2. quòd illi nullo obstaculo superveniente in sacerdotio successurus esset: de quibus antea non erat certus[r]. 4. Q. He. volunt eum adhuc vivere: Ità TJ. Q. eum Eliam fuisse statuunt. Hos refellunt, *ipsi & semini ejus*: quæ sign. eum mortuum esse †. Qu. 2. Quomodo sempiternum id erat & dicitur? Resp. Diuturnum admodum[t], nempe, post Sadoci tempora. Vide Sirach. 45. 24[v]. Quamdiu staret Lex vetus, & Judæorum respublica[x]. Obj. At post pronepotem *Phinees* translatus fuit Pontificatus ad *Heli*, qui erat de familia Ithamari, ut patet 1 Paral. 24. 3[y]. Resp. 1. Fœdus hoc conditionatum fuit, nempe, si posteri in fide, &c. perseveraverint[z]. 2. Ad tempus interruptum erat, sed post quatuor Pontifices, vi hujus fœderis, resipiscentibus posteris *Phinees*, rediit, tempore Davidis & Salomonis, ad *Sadoc* ex *Eleazari* & *Phinees* familia, in qua deinceps postea mansit[a], ad Herodis tempora[b]; usque ad Christum[c]. ¶ *Et expiavit scelus*, &c. ità V. וַיְכַפֵּר עַל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Et expiavit filios Israel*, O. *restituit*, vel *reposuit*, *eos in gratiam*, sub. *cum Deo*, Q. in V. *Placavit* Deum *pro filiis Israel*. al. in V. *Linivit* (*operuit*) *super fil. Isr.* scil. nè Dominus videret eorum peccata[d].

15. *Filia Sur, principis*, &c. בַּת־צוּר רֹאשׁ אֻמּוֹת בֵּית־אָב בְּמִדְיָן הוּא] *Filia Tzur*, (*Sur* unus erat ex quinque Regibus Madian, Num. 31. 8 †.) *caput gentium*, O. (vel, *populorum*, Sa. Ma. vel, *familiarum*, Ma.) *domûs patris*, O. vel, *in domo patria*, Q. in Ma. Quinque erant domus patrum, ut RS. notat ex Gen. 25. 4. & hic Rex erat unius ex illis[f]. Al. sic; *Princeps populorum erat ipse*, *& princeps familiæ patris in Midian*, Ma.

17. *Hostes vos sentiant*, צָרוֹר] *Angustiis affice*, V. Ma. O. *affige hostiliter*, F. V. *vexare*, A. Infinitivus pro imperativo[g]. De qua phrasi vide ad Exod. 13. 3[h]. ¶ *Midianitæ*] Qu. Cur non & *Moabitæ*? Resp. 1. His parcitur propter Lot & Ruth[i]. 2. Dilata tantùm est ultio, nam expetita est Deut. 23. 3, 4[k]. & à Davide illata, 2 Sam. 8. 2[l]. 3. Midianitæ fuerunt magis in culpa. Hi enim (teste Jo.) authores erant *Balaco* evocandi *Balaamum*[m]. Et licèt *Balaam* consilium dedit Regi *Moab*, Rev. 2. 14. & Moabitides prostitutæ essent, Num. 25. 1. *Balac* tamen initio sprevit istud consilium, & *Balaamum* cum ignominia dimisit. At Midianitæ eum retinebant, Num. 31. 8. & *Cozbi* erat filia Midian[n]. 4. Quia prohibuerat Dominus nè Moabitas vexarent, Deut. 2. 9[o]. Moabitas autem hîc sub Midianitis non comprehendi satis liquet ex ea ultione expetita infrà cap. 31[p].

18. *Decepêre insidiis*, בְּנִכְלֵיהֶם אֲשֶׁר נִכְּלוּ לָכֶם] *Insidiis quibus insidiati sunt contra vos*, Ch. in Bi. *Fraudibus suis*, Sa. O. Sy. Ar. P. vel, *in machinis suis*, Ma. *quas machinati sunt*, Sa. Ma. Nempe, dolo & arte formosarum mulierum[q]. *In consummationibus suis*, *quas consummaverunt vobis*, Ma. ¶ *Sororis suæ*] Nempe, *Madianitarum*[r]. i. e. Consanguineæ, seu gentilis. Tales fratres & sorores se appellant. Ità Judæi, & postea Christiani †. q. d. Qui non erubuerunt suæ gentis mulierem, imò suæ familiæ, prostituere[t].

Margin notes (col. 721): † E. | f Pi. | g D. | h F. | i BA. 1. 4. 8. 1092. 60. | k O. | l Ma. | m G. | n V. | o D. ex Hisc. | p Q. | q O. | r Jo. in Me. | † Q. in Ma. | s G. | v A. | x V. | y V. | * Glas. gram. p. 338. | z M. | a M. F. V. | b O. | c V. | d Q. in V. | † D. | f Ità L. Me. T. F. V. Bo. | g T. | h Me. | i F. V. O. | k F. | l Ma. | m O. | n Q. in Ma. | o O.

Margin notes (col. 722): p V. | q O. | r V. ex F. | † D. | t G. Bo. | v G. | x Bo. E. | y La. | z T. | a Bo. | b T. | c Me. | d O. | † D. A. Ma. | f A. | g Pi. | h A. | i Me. ex La. | k Bo. | l La. | m Bo. | n A. | o A. post L. | p Bo. | q Ma. | r V. | † D. | t V.

CAP. XXVI.

1. Postquam, &c. אַחֲרֵי הַמַּגֵּפָה] *Post plagam*, Sa. Ma. *post pestem*, Ch. Ar. quâ omnes absumpti sunt, juxta Num. 14[a]. Fuit hic tertius census[b], institutus quòd jam ingressuri essent in *Canaan*, & hæc ipsis dividi deberet[c]: & ut inter Tribus congruè distribui posset[d]. Nota hunc numerum inferiorem esse illo Num. 1. 1820 capitibus †. Elucet hîc providen-

Margin notes: a Ma. | b Me. | c T. Bo. | d Me. | † P.

tia Divina, quæ deletam suam gentem tam parvo tempore propagaverit [f].

2. *A viginti annis*, &c.] Nec minoribus eâ ætate, nec mulieribus, dati fundi; servato tamen illis secundùm leges succedendi jure [g].

3. *Ad eos*] Heb. אֹתָם pro לָהֶם ponitur [h]. Alii, *cum eis*, Ma. ¶ *In campestribus Moab*] Ità omnes tam nostri quàm He †. Potiùs, *in confinibus*, à עָרַב *miscere*; q. d. ubi termini regnorum miscentur [i]. ¶ *Contra Jericho*] i. e. Quâ parte Jordan non procul distat à Jericho [k].

4. *A viginti annis*, &c.] Heb. *De filio viginti ann.* &c. [Aliquid hîc subaudiunt omnes.] *Recensete* (vel, *numerabitis populum*, M.) *à nato 20 annos*, &c. JT. sim. Belg. P. Vel, *Et numeravit eos Moses à filio*, &c. Sy. *Cum his loquuti sunt qui erant 20 annorum*, Ti.

5. *De Henoch*, חֲנוֹךְ] Subaudivit Vulgat. לְ ex sequentibus [l].

9. *Principes populi*, קְרוּאֵי הָעֵדָה] *Senatores (magnates, nobilissimi totius) congregationis*: qui ad res regni vocantur. Vide de hac phrasi Num. 1. 16 [m]. & Num. 16. 1, 2 [n]. ¶ *Qui surrexerunt*, &c. אֲשֶׁר הִצּוּ וגו'] Reddunt, *qui levaverunt se*, O. *qui involârunt*, Ma. *qui elevare*, vel *involare, fecerunt*, sub. *Israelem*, contra Mosen, &c. Ma. *Qui rixati sunt*, Mo. V. P. vel, *rixari fecerunt*, V. *congregati sunt*, Ch. sim. Sa. *dissederant*, Sy. *irruerant*, Ar. *ejaculati sunt*, Ti. scil. verba contentiosa *contra Mosen*, Ma. *qui conjurârunt*, ὁ'.

10. *Devoravit Core*, וַתִּבְלַע אֹתָם וְאֶת קֹרַח] *Et absorpsit eos & Korah*, Ma. Sic Korah absorptus est à terra. Ità plerique ex Num. 16. 32 [o]. Alii volunt *Korah* incendio periisse; & hæc vertunt, *absorpsit eos*, & quæ erant Korachi, nempe, tabernaculum & quæ ad eum pertinebant [p], ex Num. 16. 32. Vide quæ ad Num. 16. 35 [q]. ¶ *Miraculum*, וַיִּהְיוּ לְנֵס] *Et fuerunt in signum*, F. V. Ma. Ch. ὁ'. JT. qu. erectum signum aut vexillum: nempe, exemplum omnium oculis propositum [r]. *Fuerunt in exemplum*, Sy. Divinæ vindictæ in impios & rebelles; & ut discerent cæteri non temnere Deum *; non rixari & litigare contra Dominum †; non sacerdotium ambire [t], vel sacra tractare [v]. Alludit huc Paulus 1 Cor. v. 10. c. 11. Q. in Ma. Alii *signum* pro miraculo capiunt, quo, nempe, aliis pereuntibus, filii *Kore* non fuerint absorpti *. Al. *Fuerunt in*, vel *ad*, *elevationem*; quia thuribula eorum elevata sunt & posita super altare [x]. *Fuerunt in fugam*, Sa. vers.

11. *Filii non perirent*] Nempe, quia hi paternum crimen detestati sunt; ac propterea Mosis preces ad Deum fusæ ipsis profuerint, suprà 16. 22 [y]. Videntur vel non consensisse patris rebellioni, vel pœnitentiam egisse [z].

12. *Filii Simeon*] Horum sunt quinque tantùm. At sex erant, Gen. 46. Exod. 6. Unus *Abod* omittitur, quia mortuus est sine liberis [a]. ¶ *Namuel*] Hic Gen. 46. 10. *Jamuel* [b]. ¶ *Jachin*] Gr. *Achein*. Qui *Jarib* 1 Chron. 4. 24 [c].

13. *Zare*] Heb. *Zerah*. Qui in Gen. 46. & Exod. 6. *Zohar* [d].

14. *Viginti duo millia*] Sub. ex vers. 7. *numerati eorum fuerunt duo*, &c. V. At Num. 1. 23. erant 59 millia tercentum. Adeò imminuti sunt, quòd complures eorum ad *Zamri*, eorum Principem, se adjunxissent, Num. 25. 14. & in illa plaga interfecti essent †. Et Moses reliquis benedicens hujus Tribûs mentionem omittit, Deut. 33 [f].

15. *Gad*] Hîc ponitur, quia in castrametatione conjunctus esset cum Reuben & Simeon [g].

16. *Ozni*] Qui *Ezbon* Gen. 46. 16 [h].

20. *Selaitarum*] Heb. *Selanitæ*. Videtur *Silonita* esse 1 Paral. 9. 5 [i].

21. *Filii Phares, Hezron*, &c.] Qu. Quorsum ista subdivisio? Neque enim diversa potuit esse familia *Phares* ab his, cùm alios non habuit filios. Resp. Non hoc vult Scriptura, diversam scilicet patris & filiorum fuisse familiam; sed jam tum ità fuisse auctam *Phares* familiam, ut debuerit subdividi, & una in duas secari. Idem respondendum de familiis *Manasse*, vers. 29, &c. & *Benjamin*, vers. 40. & *Aser*, 45. Existimo unam familiam postea in plures familias & ramos scissam fuisse,

[f] V. ad v. 3.
[g] G.
[h] V.
† O. ità Ma.
[i] O.
[k] V.
[l] V.
[m] V.
[n] A.
[o] Ma.
[p] Q. in Ma. ità A.
[q] Bo.
[r] Jun. Pi.
* Ma.
† F. V.
[t] O.
[v] D.
* F. V.
[x] O.
[y] G.
[z] A.
[a] Me.
[b] Ma. A.
[c] A.
[d] A. Ma.
† Ma. & A. ex Jun.
[f] A.
[g] A.
[h] A. Ma.
[i] Ma.

(ut non necesse sit fingere semper mansisse eas familias eodem modo distributas quo hîc describuntur.) Indicatur hoc in familia *Levitarum*, vers. 58. Adde quòd hîc nulla est familia *sacerdotum*, sive *Aaronitarum*, diversa à *Caathitis*; cùm tamen *Aaronitarum* 24 familias legimus, 1 Paral. 24. 4 [k]. Sicut *Hezron* & *Hamul*, filii *Phares*, nepotes *Judæ*, abnepotes *Jacobi*, soli inter omnes ejus abnepotes ponuntur Gen. 46. 12. etsi nondum nati; nempe, ut supplerent locum duorum nepotum *Jacobi*, nempe, *Er* & *Onan*, defunctorum: Ità hîc in Tribu *Judæ* non modò filii, (ut in reliquis tribubus,) sed & nepotes, constituuntur familiarum Principes [l]. *Hezron* & *Hamul* ponuntur loco *Er* & *Onan*. Ità *Juda* quinque familias continuatas habet, pro numero quinque filiorum ipsius [m].

23. *Phua*] Heb. *Puvah*. Qui 1 Paral. 7. 1. dicitur *Phuah* [n]. ¶ *Phuaitarum*, הַפּוּנִי] Hic ו, quod est in פֻּוָּה, in formatione patronymici conversum est in נ ante י constitutivum patronymici; ut etiam ה aliquando; ut à שֵׁלָה v. 20. fit שֵׁלָנִי. Quod annotat doctus inter Hebræos [o].

24. *Jasub*] Qui *Job* Gen. 46. 13 [p]. Fortè per syncopen [q].

29. *Galaaditarum*] Una eadémque erat familia *Machir* & *Galaad*, non enim *Machir* plures habuit filios quàm *Galaad*: Itaque priùs *Machiritarum* dicta fuerit familia, postea *Galaaditarum*; vel certè promiscuè utroque nomine. Ità v. 35. & 36 [r].

30. *Jezer*] *Jeezer*, A. Jos. 17. 2. est *Abiezer* †, ut & 1 Paral. 7. 18 [t]. Hîc non tantùm nepotes, (ut in *Juda* notatum,) sed abnepotes, constituuntur capita familiarum. Hic honor Josepho habetur supra fratres [v].

34. *Quinquaginta duo millia*] Ità aucti erant supra 20000. Nec alia quævis Tribus pariter crevit. Ità impleta Jacobi prophetia, Gen. 49. 22 [x].

35. *Becher*] Qui *Bered* 1 Par. 7. 20 [y].

36. *Heran*] Qui *Edan*, vel *Hadan*, 1 Chron. 7. 26. facili permutatione ר *Resch* in ד *Daleth* [z]. Ex hoc erat *Josua*. Et hîc nepos *Ephraim* fit caput familiæ [a].

38. *Asbel*] Qui *Jediael* 1 Chron. 7. 6 [b]. ¶ *Ahiram*] Qui (contractè [c]) *Echi*, Gen. 46. 21. & *Achrach*, 1 Paral. 8. 1 [d]. Filii Benjamin hoc loco quinque tantùm sunt, cùm decem fuerint Gen. 46. 21. quinque ergò reliqui sine liberis mortui †. Imò verò septem hîc familiæ sunt Benjamin [f]. [*Duæ autem ex illis à Bela, uno ex 5 fratribus, ortæ sunt.*]

39. *Supham*] Heb. *Sephupham*. Qui dictus *Shuppim* 1 Chron. 7. 12 [g]. & *Mupim*, vel *Muppim*, Gen. 46. 22 [h]. ¶ *Hupham*] Heb. *Chupham*, Ma. Qui *Chuphim*, vel *Huppim*, Gen. 46. 21. & 1 Paral. 7. 12 [i]. & חוּרָם 1 Par. 8. 5. Utrumque corruptè, qualia multa in nominibus propriis [k].

40. *Hered*] Hebr. *Ard*, A. Ma. vel *Arde*, vel *Ardi*, Ma. qui *Adar* 1 Paralip. 8. 2. per metathesin [m].

42. *Suham*] Heb. *Sucham*. Qui *Chusim* (*Hushim*, vel *Chushim* [n]) Gen. 46. 23 [o]. Est enim sola literarum transpositio [p].

44. *Jenna—Jisui—*] Inter hos duos alius erat, nempe *Jisuah*, Gen. 46. 17. cujus familia periisse videtur [q].

45. *Heber*] Hîc & nepotes *Aser* sunt capita familiarum [r].

53. *Istis dividetur*, &c.] Divisione factâ magis secundùm quod valebant terræ, quàm secundùm spatia in partes duodecim, altera divisio facta est in tot quot hîc refert numerus; non tamen planè in capita, sed per repræsentationem & primogenituram eorum qui ex Ægypto exierant †. Divisio facta in partes duodecim [t]. Potiùs in novem partes cum dimidia, quia duæ Tribus cum dimidia sortem trans Jordanem acceperant [v]. Divisio facta est magis secundùm quod valebant terræ, quàm secundum spatia [x]. Indéq; Benjamin (licèt illa Tribus multis aliis major erat) angustissima sors obtigit, quia tractus Jeros. & Jerich. erat optimus & fertilissimus [y]. ¶ *Juxta numerum vocabulorum*] Quæ scripta in schedulis, ut & terrarum nomina. Sic duæ schedæ pariter trahebantur [z]. Divisio per sortem fiebat hoc modo: Duæ pyxides erant, & in unaquaque 12 schedulæ. In his scripta nomina 12 tribuum;

[k] Bo.
[l] Di.
[m] A.
[n] Ma. A.
[o] V.
[p] A. Ma.
[q] Ma.
[r] Bo.
† Ma.
[t] Ma.
[v] A.
[x] A.
[y] Ma. Q. in A.
[z] A. Ma.
[a] A.
[b] A.
[c] Ma.
[d] Ma.
† Me.
[f] A. ad v. 40.
[g] A.
[h] A. Ma.
[i] A. Ma.
[k] G.
[l] A. Ma.
[m] Ma.
[n] A.
[o] A. Ma. Bo.
[p] Bo.
[q] A.
[r] A.
† G. ad v. 51.
[t] G. Ma.
[v] Bo.
[x] G. Bo.
T. ex Jo.
[y] T. ex Bo.
[z] G.

um; in illis, 12 terminorum in quos terra divisa erat. Qui ad hoc erat constitutus educebat è pyxide una tribum unam, & ex altera terminum unum. Quod sors dabat unicuique, id ipsius erat: nisi si angustior terminus obtigisset Tribui numerosæ, aut latior ei quæ non erat copiosa. Tunc ex æquo divisio fiebat pro numero familiarum[a]. Heb. est, *secundùm numerum nominum*, i. e. juxta familias, quæ diversa nactæ sunt nomina[b]. *Vocabula* sive *nomina* ponuntur pro rebus seu personis nominatis[c]. i. e. Habitâ ratione frequentiæ vel paucitatis in unaquaque familia, sortem in capita dividito[d]. Intellige per *nomina*, non familias, sed singula capita nominatim recensita; ut sensus sit, Tribui uni plus vel minus terræ distribuendum esse, quò plura vel pauciora essent capita †. Sed hîc occurrit difficultas. Quorsum sors, si capitum, &c. habenda ratio? Nam vel Geometræ illi juxta capita & soli æstimationem constituerunt partes inæquales, vel æquales. Si inæquales, locum non habuit sors. Nam vel Deus rem sorti reliquit, & sic maxima Tribus potuisset minimam sortem accipere: vel Deus sortes directurus erat, ut partes quæ designatæ antea cuique Tribui juxta numerum capitum fuerant, eædem essent per sortem obventuræ, ut vult To. & hâc ratione supervacaneæ fuissent sortes, cùm illa prior designatio satis esset. Si partes constitutæ essent æquales, non potuit haberi ratio multitudinis capitum. Potuit tamen haberi ratio bonitatis soli. Resp. Partes debent constitui æquales quoad æstimationem. Sed post jactum sortis à Geometris contrahendas vel dilatandas fuisse pro frequentia vel paucitate Tribuum[f]. Vide ad Jos. 19[g]. ¶ *Istis dividetur*] Qui scil. jam 20. attigerunt annum; non iis qui per 7 annos quibus subegerint terram, & 7 quibus eam distribuerint, 20. attigerunt annum[h]. Hinc constat tribubus imminutis duplicem fuisse pœnam, nempe, amissionem hominum, & minorem hæreditatem: sicut ex adverso promissio Patribus facta duobus membris constabat, viz. multitudine liberorum, & hæreditate terræ, Gen. 12. & 13. & 15. & 17[i].

54. *Singulis*] Tum hominibus, tum tribubus, tum familiis, vel potiùs capitibus familiarum, ut ipsi ulteriùs in singulos suæ familiæ sortem acceptam dividant[k]. ¶ *Sicut nunc, &c.*] Quidquid deinceps accidat, etiamsi scil. nonnulli ex his moriantur, vel alii in pugnatorum numerum postea ante factam divisionem veniant, horum tamen nulla habebitur ratio[l].

55. *Et familiis*] Itaque à sortitione facta inter Tribus ad familias sortitio trahebatur, idem hîc quod in tribubus servando. An autem ad domus & singulos sortitione iretur, nihil hîc explicatur: sed verisimile id est, ad contentiones tollendas[m].

58. *Hæ sunt familiæ Levi*] Non recenset hîc omnes Levitarum familias, (cùm singuli *Levi* filii plures alios, qui hîc non nominantur, habuerint liberos,) sed paucula duntaxat & confusè. q. d. Habuerunt hæ primariæ familiæ (scil. *Gerson, Kahath & Merari*) plures alias familias, in quas ulteriùs divisæ; cujusmodi fuerunt familia *Lobni, Hebroni*, &c. Sed singulas hasce minores distinctè ad suas majores non refert. Hæc ità esse constat: neque enim omnes hæ familiæ hîc recensitæ fuerunt alicujus unius è tribus filiis Levi; nam *Lobni* erat filius *Gerson*, *Hebron* filius *Caath*, Exod. 6. 17, 18. *Moholi* & *Musi* filii Merari, Exod. 6. & Num. 3[n].

59. *Jochabed*] De qua vide ad Exod. 6. 20[o]. An hæc *Jochabeta* Plin. Nat. hist. 30. 1[p]? ¶ *Filiam Levi, quæ nata est ei in Ægypto*, sic Ch. vel, *nata ipsi Levi*, Sa. Sy. Ar. M. בַּת לֵוִי אֲשֶׁר יָלְדָה אֹתָהּ לְלֵוִי בְּמִצְרָיִם] *Filia Levi, quam peperit eam ipsi Levi in Ægypto*, Ma. *quam peperit ipsi Levi*, Ti. P. A. V. *Quam peperit*, supple, *uxor* Levi, JT Belg. RS. in A. aut, *mater illius*, V. A. Ang. nempe, mater *Jochebedis*, Ar.

60. *De Aaron*] Cur *Mosis* liberi omittuntur, vide ad Num. 3[q].

62. *Non sunt recensiti*] h. e. Israelitarum numeratio dividundæ possessionis causâ fuit instituta: quæ causa cùm ad Levitas nihil pertinuerit, diversâ eos numerandi ratio servata, & seorsim à Mose descripta, est[r].

a D. ex Hiscuni. b V. c La. d Ma. † Bo. T. f Bo. g E. h M. F. i A. k Me. l Bo. m Bo. n Bo. o Bo. p G. q A. r Jun.

CAP. XXVII.

1. *Filiæ Salphaad*] Confer Jos. c. 17. v. 4. & seq[a]. ¶ לְמִשְׁפְּחוֹת מְנַשֶּׁה] *Familiis*, vel, *de familiis*, Ma. O. Sa. Ar. P. A. sim. Ch. Sy. Ti. vel, *ad familias*, JT. Ma. *Manasseh*, O. Mo. *Cum familiis*, vel, *inter familias*, A. Comparentes inter familias suæ Tribûs[b]. Vel, *Pro familiis*, i. e. ut agerent causam familiæ *Manassis*. Sed mallem sic, *Qui Selophehad erat de familiis Manasse*[c].

3. *Nec in seditione*, &c.] Ob quam mereretur ipse, & posteritas ejus, hæreditate privari[d]. ¶ *In peccato suo*] Et non communi †. In proprio peccato, quo nulli alii præterquam sibi nocuit[f]. *Nec peccare fecit alios*, Ch. & R S. in D. ità A. Peccatum hoc erat incredulitas[g]; vel, murmur tempore exploratorum; quod commune erat totius populi[h]. Hoc *peccatum suum* vocat, q. d. cujus pœnam Divino decreto tantummodo ii qui commiserant luere debebant, non item eorum filii, ut liquet ex Num. 14. 33. At peccatum *Dathan*, &c. punivit in liberis[i].

4. *Cur tollitur nomen illius de familia sua*, &c?] Ex filiis nostris aliquis nomen illius tuebitur, & *Salphaad* vocabitur[k]. Unde colligo, quemadmodum in genealogiis per parentes & filios legales series texebatur, perinde acsi naturales exstitissent; pari modo, quando avo materno nepotes ex filia in nomen, familiam & hæreditatem succederent, genealogias ità texi solitas, ut ab avo materno ad nepotes transiliretur, omissâ matre[l].

7. *Da eis*, לָהֶם] Masc. pro לָהֶן: fortè ad indicandum virilem & generosum earum animum, & quòd in locum & hæreditatem virorum succederent[m]; vel respectu doni Dei, (maximè gratiæ Christi hîc significatæ,) quod sine discrimine sexuum exhibet, Gal. 3. 28[n]. ¶ *Justam rem*, כֵּן] *Rectum*, Mo. V. O. A. Al. *Veritatem*, eodem sensu; h. e. Recta postulant, V. *Rectè*, ο'. Ch. Sy. P. *Certum*; q. d. Non mentiuntur[o]. *Ut loquuti sunt, sic dabis*, M. ¶ *Et —— succedant*, &c.] Heb. *transire facietis*, G. vel, *facies*, V. i. e. *dabitis*, Sa. in G.

8. *Cùm —— absque filio*] Apud alias gentes plerasque filiæ cum filiis succedunt. Apud Hebræos non admittuntur, nisi filiis deficientibus, ut in feudis quibusdam. Et reverâ terra Israelitica Deo feudi more devincta erat. Filius moriens jus futurum in suos filios, aut, si filii non essent, filias, transmittebat[p].

9. *Fratres suos*] Nempe, nisi pater superstes sit. Ità vers. 10. Patet ex analogia vers. 10. & 11[q]. Pater fratribus præfertur, excepto fratre qui viduam duxerit. Sed vitandi mali ominis causâ hanc successionem, ut quæ *contra votum sit parentum*, ut Papinianus loquitur, L. *Julianus*, silentio præteriit Moses. Papinianus alibi hanc hæreditatem ait dari, *turbato ordine mortalitatis*, Papin. in L. *Nam & si parentibus*: & hoc fieri contra legem naturæ, ait Philo. *Sic quoque abundè misera res est, pater filio solus hæres*, Plin. in Panegyr[r].

10. *Quòd si & fratres non fuerint*] Supple, *nec sorores*, quod ex præcedenti *filiarum* mentione intelligitur: nec *avus*, qui patris loco est. ¶ *Fratribus patris ejus*] Nota, Hebræo more patruos fratrum filiis præferri, ut propiores ei à quo bona venerunt. Idem mos per Phœnicas in Africam venit. Vide de J.B. & P. 2. sect. 24 †.

11. *Qui ei proximi sunt*, לִשְׁאֵרוֹ הַקָּרֹב אֵלָיו] *Propinquo qui est propinquus ei*; i.e. illi qui proximè ad illum attinebit. H[s]. *Residuo ejus*, O. Ma. seu, ei qui residuus fuerit de carne ejus[v]. *Carni ejus propinquæ ad eum*, Mo. *Consanguineo* (*domestico*, ο'.) *qui propinquior est ei*, Ch. M. Ti. sim. JT. A. *Qui proximi*, nempe, agnati. Nulla enim est מִשְׁפָּחָה (quâ voce hîc Moses utitur) materna: *Mulier* enim *familiæ suæ & caput & finis est*, L. *Pronunciatio*. Hinc uxori succedebat maritus, præter dotem, quæ ibat ad liberos, aut unde venerat. מִשְׁפָּחָה est pars Tribûs, Græcis πατριὰ, interdum & συγγένεια. Ergò post sorores nec fœminæ, nec mares per fœminas conjuncti, admittuntur ad succes-

a G. b Ma. c O. d Bo. A. L. e O. f V. † D. g D. h Me. T. Bo. i Bo. k T. ex Bo. l Bo. m Ma. n A. o O. p G. q Ma. ex Jun. r G. † G. s V. v O.

ſionem jure Hebræo. Filias & ſorores miſeratio introduxit. In cæteris familiarum jura ſervantur. Proinde fratres hîc intelligendi ex patre, rejectâ communiter opinione Aben Eſdræ, qui uterinos admittit. Græci interdum ϲυλὴν ponunt (ut hoc loco) ubi περὶ [illegible] τῆς agitur. Sic lege 12 Tabularum, *Si quis ſine liberis, fratribus & ſororibus ex eodem patre deceſſiſſet, ad agnatum proximum veniebat hæreditas*; Ulpian. Inſt. de legit. hæred. Sic & jure Attico poſt fratres & ſorores vocantur *mares ex maribus*. ¶ *Et hæreditabit eam*] i. e. *Eam ut hæres accipiet*, ut Samaritanus explicat; ut ſuccedens in omne jus defuncti, ac proinde & onera agnoſcens. Nati ex ancilla aut peregrina neque *agnati* neque *cognati* cenſebantur. Proſelytus verò, niſi Iſraelitam genuiſſet, non habebat hæredem, ſed bona fiebant occupantis. Ità quod juris gentium fuerat, lex ad cives redegerat; ut & Romana, quæ cum peregrinis noluit eſſe teſtamenti factionem[x]. ¶ *Sanctum*, &c. לְחֻקַּת מִשְׁפָּט] *In ſtatutum judicii*, O. Ma. V. i. e. in jura & leges; i. e. ſecundùm hanc legem judicabunt[y]. Sanctum, firmum & inviolabile erit hoc decretum[z].

12. *Montem iſtum Abarim*, הָעֲבָרִים] *Mons* hîc pro *montanis*, vel *montana*, ſub. *regione*[a]. Eſt *mons tranſituum*, ut explicatur Deut. 32. 49[b]; ubi *Jordanem* tranſibant. Plures erant montes *Abarim*, Num. 33. 47[c]. *Abarim* mons eſt, vel potiùs montium plurium continuatio, vel montis ejuſdem plura juga, in confinibus *Amoræorum* & *Moabitarum*. Pars quam conſcendit Moſes fuit *Nebo*, ejúſque vertex *Phaſga*, Deut. 32. & 34. 1[d].

13. *Ibis*, &c. Heb. *aggregaberis*, V. Ma. (vel, *colligêris*, M. Ma.) *ad patres*; i. e. morieris, ut illi †: ad defunctorum gentem aggregaberis. Vel referri poteſt ad ſepulturam, quòd familiæ tunc in eiſdem ſepeliebantur ſepulchris[f]. Vide ad Num. 20. 24[g].

14. *Quia offendiſtis*, &c. כַּאֲשֶׁר מְרִיתֶם פִּי] [Variant.] *Quemadmodum* (*ſecundùm quod*, Ma. vel, *eò quòd*, O.) *rebelles fuiſtis ori meo*, P. V. Mo. vel *verbo*, Sa. ſupple, *ità moriemini*; vel, *terram vobis non dabo*, &c. *Ut rebelles fuiſtis*, &c[h]. Al. *Quia* (vel, *poſteaquam*, Pi.) *prævaricati eſtis in verbum meum*, Ch. Al. *Quòd amari fuiſtis ori meo*, O. Al. *Quòd mutaviſtis os meum*; i.e. multa perverſiſtis & invertiſtis in mandato meo, aliter faciendo quàm vobis præceperam[i]. Al. *Quòd exacerbâſtis os meum*, vel, *verbum oris mei*, Sy. ¶ *In contradictione multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis*, ità Ch. ſim. Sy. בִּמְרִיבַת הָעֵדָה לְהַקְדִּישֵׁנִי] *In contentione multitudinis*, *nè ſanctificaretis me*, Ti. *ad altercationem populi, & non ſanctificâſtis me*, Ar. *cùm reſiſteret Synagoga ſanctificare me*, ο'. *In contentione cœtûs, ad ſanctificare*, &c. i. e. non faciendo me ſanctificari; eſt enim hîc negatio ſupplenda[k]. *In contentione cœtûs contra præſtitutum meum*, [ſic vertunt פִּי,] quod erat, *ut ſanctificaretis me*, JT. ¶ *Ut ſanctificaretis me*] Refertur ad initium verſûs, *rebelles fuiſtis ſanctificare me*, i.e. dare mihi gloriam omnipotentiæ meæ[l]. ¶ *Super aquas*] *Per aquas*, vel, potiùs, *per aquam illam* quam educere debuiſtis[m]. *In aquis*, quas ſcil. educturus eram de petra[n].

16. *Deus ſpirituum*, &c.] i. e. Qui dat omni carni *ſpiritum*, i. e. vitam, vim, virtutem, Act. 17. 25[o]. Creator ſpirituum, & largitor donorum ſpiritualium, 1 Cor. 14. 12[p]. quæ poſtulabat in viro præficiendo[q]. Qui novit corda & mentes omnium hominum[r]; & ſcit ad quæ quis aptus ſit, qui gubernationis molem ſuſtinere poſſit †. ¶ *Provideat*, יִפְקֹד] *Præficiat*, Sy. O. Ma. *viſitet*, Mo. *viſitare faciet*, Ma. ¶ *Hominem*] Reliquit Deo electionem; nec *Joſue*, nec ſuos nec fratris filios, evehit[t].

17. *Poſſit exire & intrare*] i. e. Præire & regere[v], pace & bello[x]. Vide Deut. 28. 6. Pſal. 120. 8. Act. 1. 21[y]. Qui poſſit educere ad bellum & reducere[z]. Metaphora à paſtoribus educentibus gregem, qui ante eum exeunt & intrant, atque ità eum paſcunt & regunt[a]. ¶ *Abſque paſtore*] Etiam Græcis Principes ποιμένες λαῶν, (*paſtores populi*[b].)

18. *In quo eſt ſpiritus*] *Spiritus* meus, JT. *Spiritus*, nempe, *ſapientiæ & prudentiæ*[c]. Al. *prophetiæ*, Onk. in M. O. *In quo eſt virtus*, Ar. Vel, in quo vis, vigor, efficacitas animi: vir ingentis ſpiritûs[d]. ¶ *Pone manum*, &c. וְסָמַכְתָּ אֶת־יָדְךָ עָלָיו] *Et fulcies* (*ſuſtentabis*, Ma.) *manum tuam*, P. Caj. in Bi. Ma. *ſuper eum*, Mo. *Conjunges manum tuam*; ità habet O. i. e. Junges manus tuas, ſeu, conjunctas pones, ſuper eum; vel, (quod melius,) conjunges manum tuam, ſcilicet, capiti ejus †. Quare? 1. Ut hoc pacto videaris reſignare officium tuum, & conſtituere illum ſuper totum populum[f]. Ut ſic inſtituatur ſucceſſor tuus[g]. 2. Ad conferendum illi Spiritum ad preces Moſis[h]. 3. Ut mancipetur Domino ad obeundam ſanctè adminiſtrationem. Vide quæ ad Exod. 29. 10[i].

[x] G. [y] V. [z] M. F. V. [a] D. [b] Bo. [c] A. [d] Bo. T. † V. [f] M. [g] A. [h] V. [i] Ma. [k] O. [l] V. [m] Pi. [n] V. [o] Ma. [p] A. [q] O. [r] V. Me. † Me. [t] Bo. [v] V. [x] Me. Ma. [y] Ma. [z] F. V. [a] Me. Ma. [b] G. [c] M. [d] Al. in Ma.

20. *Dabis ei præcepta*] De modo regendi; ut ſtrenuè adversùs hoſtes rem gerat, & populum in officio & cultu Dei contineat[k]. Al. ſic; *Præcipies ei*, i. e. præcepto publico compelles eum ad ſuſcipiendum officium regendi populum[l]. *Præfice eum in præſentia eorum*, Sy. ¶ *Et partem gloriæ tuæ*] i. e. Cum illo communices authoritatem tuam. Tibi non tanquam miniſter adſit, ut hactenus, ſed tanquam Princeps aſſideat; inſignia, ſi qua ſunt, poteſtatis geſtet; frequenti famulitio cingatur; denique, pro Principe ſe gerat in omnibus[m]. Eum quaſi futurum Principem reverenter compelles, ut talem toti populo proponas & commendes *. Al. ſic; Dabis ei de manſuetudine & humilitate tua, quâ populum tibi concilias[n]. Per *gloriam*, dona ad regimen idonea intelligit; vel exterius aliquod ſignum vocationis ſuæ à Deo[o]. ¶ *Ut audiat eum*] Hebr. *audient*. [Supplent omnes, *eum*, vel, *ei*.]

21. *Conſulet Dominum*, וְשָׁאַל לוֹ בְּמִשְׁפַּט אוּרִים] Ubicunque fit mentio *Urim* ſemper conjungitur cum *Thummim*. Excipitur hic locus, & 1 Sam. 28. 6[p]. *Ut interroget*, vel *conſulat*, *eum*, Sa. A. JT. P. [Variè exponunt.] *Interrogabit* (nempe, *Joſhua*) *eum*, i. e. Eleazarum[q]. Conſulet Pontificem de rebus agendis[r]. Al. *ut conſulat*, vel *petat*, *ei*, vel, *pro eo*, Ch. Sy. M. A. Al. *Interrogabit* (nempe, *Eleazar*) *ei*, vel, *pro eo*, nempe, *Joſuâ* *, *in* (vel *cum*, O.) *judicio*, O. Ma. (vel, *per judicium*, A.) *Urim*. *Qui conſulet pro eo oraculum Urim*, M. ſim. Ti. *Judicium* hîc ſumitur, vel, pro *pectorali judicii*[t], Exod. 28. 30. ut *teſtimonium*, pro *arca teſtimonii*; vel, pro *ritu*, ut Num. 29. 6. 2 Reg. 17. 26. *ſecundùm ritum Urim*[v]. Al. ſic; *de judicio*, P. i.e. ſententia, *Urim*, h. e. illuminationum, i. e. Dei illuſtrantis & dirigentis omnia: ut Deus hîc dicatur *Urim*, quomodo Chriſtus *lux mundi*, Joh. 8. 12[x]. ¶ *Ad verbum*] i.e. Vel, *Joſuæ*[y], ex verſ. 17. vel, *Jehovæ*, quod proximè præceſſit[z]; vel, (quod melius,) Pontificis †.

† O. [f] V. [g] Me. T. Bo. [h] T. O. Me. [i] Ma. Jun. [k] T. Bo. [l] Q. in Ma. [m] T. Bo. ità To. Caj. Ser. & alii in Bo. * Me. [n] Q. in M. [o] A. [p] Q. in F. & in V. [q] A. Bo. ità ο'. in A. [r] Q. in F. & V. * A. Bo. ità O Ma. F. [t] Ità A. O. Ma. [v] Ma. [x] F. [y] Q. in Ma. [z] Jun. ſic Ar. † Plerique in Ma.

CAP. XXVIII.

2. **O**Blationem meam & panes, &c. אֶת־קָרְבָּנִי לַחְמִי לְאִשַּׁי וגו'] *Oblationem meam cibi mei, in igne abſumenda*, &c. JT. *Oblationem meam cibum meum*, G. *Panem meum*, nempe, cibum meum; ἀνθρωποπαθῶς dictum[a]. *Panem meum, ignitum meum*, O. *Panem ſtatutum in oblationes meas*, Ch. P. *Sacrificia mea & panem ſacrificiorum eorum*, Sy. *Sacrificium meum panis mei quod fit ad ſacrificium ignitum*, Ti. *Panem meum pro* (vel *in*, P.) *ſacrificio meo ignito*, Sa. M. A. *Oblationem meam*, V. O. i. e. ritum offerendi à me præſcriptum[b]. [Variè exponunt.] 1. *Panis*, vel *cibus*, hîc dicuntur carnes & victimæ, ut & verſ. 24[c]. Vide ad Levit. 3. 11[d]. Quia ſacrificia ſunt veluti cibus Dei & potus †; & ei, non minùs quàm cibus, &c. homini, grata ſunt, nempe, ob Chriſtum iis adumbratum[f]. 2. Vel, *Panis* hîc eſt farina, & quæ ex farina facta. Sed prius præfero[g]. 3. Panes propoſitionis hîc intelliguntur[h]. Qu. Cur hîc Moſes repetit has leges? Reſp. Leges repetendæ ubi deſuetudo intervenit[i]. Per 38 annos omiſerant hæc feſta[k]. Et poſtquam recenſuerat populum, eíque hæreditatem deſignaverat, repetit & explicat leges in hæreditate ſervandas, juxta Pſal. 105. 44, 45[l].

3. *Quotidie*, לַיּוֹם] *Per diem*, vel, *in ſingulos dies*, ſub. *offeretis*. Al. *per ſingulos dies* erunt *agni*, &c. ut ſit nominat[m].

6. *Quod obtuliſtis in monte Sinai*, הָעֲשֻׂיָה בְּהַר סִינַי] *Quod factum eſt*, vel *erat*, (*quod paratum fuerat*, JT. *quale*

[a] BC. 2. 11. 821. [b] V. [c] V. ità A. [d] A. † O. [f] F. V. [g] O. [h] Bo. [i] G. [k] A. [l] A. [m] V.

quale factum fuit, Ar. M. Ti.) in monte Sinai, Ch. Sa. Sy. P. A. Ibi fieri solitum, sed ab eo tempore (per 38 annos [n]) intermissum [o], (vide in Deut. 12. 8.) ideóque redintegrari oportuit [p]. Vel, *factum*, i. e. quod *constitutum* in monte Sinai [q]: *jussum*, O. Reducit eos ad primam institutionem [r].

8. *Juxta omnem ritum*, &c. כְּמִנְחַת הַבֹּקֶר וּכְנִסְכּוֹ] *Sicut munus matutinum & sicut libamen ejus*, Mo. JT. A. *juxta sacrificium & juxta libamen*, o'. sim. Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. At Pi. notat in Hebræo non legi כְּמִנְחַת, sed בְּמִנְחַת. [Sic fuisse videtur in eo exemplari quo ipse usus est, in meis autem codicibus est כְּמִנְחַת.] Legitur tamen כְּנִסְכּוֹ, sed legendum est בְּנִסְכּוֹ, ut patet ex ipsa sententia, quæ est de agno ipso sacrificando. Dicere autem agnum esse sacrificandum ut munus & ut libamen, est ineptè loqui. Verto igitur, *cum munere ejus & cum libamine ejus sacrificato illum* †. *Cum eodem & ferto* [*fertum* vocat quod sine sanguine fit, h. e. ex rebus inanimatis: vide Ca. ad Levit. 2. 1.] *& libando vino. Cujus sacrificium cibarium & libamen sit quemadmodum ejus qui manè fuit sacrificatus*, Ti.

10. *Per singula sabbata*] i. e. In singulis diebus hebdomadæ. *Sabbatum* sæpe sumitur pro hebdomada [t]. Sed in Hebræo alius est sensus [v]. ¶ עֹלַת שַׁבַּת בְּשַׁבַּתּוֹ] *Ascensionem*, vel *holocaustum*, *sabbati in sabbato ejus*, Mo. vel, *sabbatorum in sabbatis*, o'. *Holocaustum est uniuscujusque sabbati*, Sa. Ar. sim. Ch. *Holocaustum sabbaticum*, vel *sabbati*, *in sabbato* (*singulis sabbatis*, Ti.) *fiet*, G. Sy. vel, *fieri debet*, M. Ti. Heb. *Holocaustum sabbati* (sub. *est*, vel *esto*, Ti.) *in sabbato ejus*, F. vel *suo*, i. e. per singula Sabbata [x]: i. e. Ista est ratio holocausti, quòd fieri debet per singula Sabbata [y]. Præter holocaustum quotidianum addetur & alterum proprium Sabbati. Ità & Græci [z]. ¶ עַל עֹלַת הַתָּמִיד] *Super holocaustum juge*, sic o'. Mo. i. e. *ultra*, vel *præter*, illud, F. G. L. O. Ch. Sa. Sy. P. M. vel, *post* illud, O. vel, *cum* eo, Ar.

11. *In calendis*] Heb. *In capitibus mensium*, O. P. Voluit Deus temporis cujusque primitias sibi consecratas esse; *hebdomadæ* per Sabbata, [Quod quidem de Sabbato Christiano verum est, non item Judaico, quod erat in fine hebdomadæ] *mensis* per Novilunia, *anni* per Pascha [a]. Quidam *Novilunia* propriè festa fuisse negant [b]; quia opera servilia tunc erant licita; quare nec inter dies festos Levit. 23. recensentur [c]. Alii affirmant [d]. Nam, 1. Tunc itinera & opera servilia sunt prohibita, 1 Reg. 20 †. & Amos. 8. 5 [f]. 2. Specialia tum sacrificia offerebantur [g]. 3. Tunc clanxerunt tubis, ut patet Num. 10. 10 [h]. licèt hoc negent La. Bo. 4. Tunc Prophetas & Ministros adibant ad audiendum verbum Dei; 2 Reg. 4. 23 [i].

13. *Et decimam decimæ*] i. e. Unam decimam, unum Gomor [k]. Assaron [l]; quæ erat una decima pars *Ephi*, quæ est decima pars Cori [m]. Heb. est וְעִשָּׂרוֹן עִשָּׂרוֹן, *decimam decimam*, i. e. singulas decimas [n]: scil. facies ad agnum unum [o].

14. *Libamenta vini*, &c. לַכֶּבֶשׂ יָיִן]. *Agno, vini*, Ma. *Per agnum de vino*. Istud *de vino* refertur ad præcedentia: propterea Vulg. posuit in principio versûs [p]. ¶ *Per omnes menses*, &c. זֹאת עֹלַת חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ לְחָדְשֵׁי הַשָּׁנָה] Ad. verb. *Et hoc holocaustum mensis in mense suo in mensibus anni*, V. *Hoc holocaustum singulorum mensium per menses anni*, Sa. sim. Ar. P. Ti. V. *Holocaustum exordii mensis in neomenia ejus: sic erit per omnes calendas mensium anni*, Ch. *Hoc holocaustum mensis ineuntis*, esto *in initio suo, per singulos menses anni*, JT. *Hoc holocaustum pacificum initii mensium anni*, Sy.

15. *Domino*] Non Lunæ, ut fieri à vicinis Gentibus solebat; Maimonides [q].

18. *Et sancta*] Vocantur solennitates *convocationes sanctæ*, quia tunc convenire solebant in Templo (vel alibi) ad lectionem Legis Divinæ [r].

23. *Præter matutinum*, &c.] *Præter holocaustum matutinum quod est holocaustum juge*, Ch. M. P. vel, *quod est pro holocausto jugi*, JT. A. *quod fit in holocausto jugi*, Ti. Intellige & vespertinum; sed illud non exprimitur, quia de eo non erat causa dubitandi, ut de matutino; hoc enim videri poterat omitti posse, cùm eodem manè tam multa alia sacrificia immolarentur †.

[n] Me. Ma. [o] V. Ma. Jun. [p] Jun. [q] A. [r] A. † Pi. sim. Ca. [t] Me. La. [v] G. [x] F. V. [y] F. [z] G. [a] Bo. [b] Ità Bo. La. [c] Bo. [d] Ità T. ex To. & San. A. † T. [f] A. [g] T. [h] A. T. ex San. [i] A. [k] Me. [l] T. [m] I. Me. T. [n] O. Ma. Ch. Sa. [o] O. [p] V. [q] G. [r] M. † Me. ex La.

24. *In fomitem ignis*, &c. לֶחֶם אִשֵּׁה] [Variè reddunt.] *Panem* (*cibum*, Ang. Belg. *carnem*, P.) *ignitionis*, Mo. vel, *igniti sacrificii*, Sa. M. A. sim. Ti. *in cibum igne absumendum*, JT. *oblationem panis*, Sy. vel, *panem oblationis*, Ch. *Sacrificium acceptum gratum Deo*, Ar. [Sic fortè vertit, quia quæ ipsi grata sunt igne demisso testari solitus est Deus.] ¶ *Qui surget de holocausto*, עַל עֹלַת] *Super ascensionem*, Mo. *simul cum sacrificio sempiterno*, Ar. *præter holocaustum*, Ch. Sa. Sy. JT. A.

26. *Novas fruges*, מִנְחָה חֲדָשָׁה] *Munus*, vel *sacrificium*, *novum*, o'. Ch. Sa. Mo. JT. i. e. sacrificium, vel munus, farinaceum ex novis frugibus. Vide Levit. 23. 16 [t]. *Triticum novum*, Ar. *farinam ex nova segete*, Sy. i. e. panes ex novis frugibus [v]. ¶ *Expletis hebdomadibus*, בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם] *In septimanis vestris*, Ma. Mo. Sa. Sy. Ti. i. e. expletis septem hebdomadibus quas numerare debetis [x]; juxta Levit. 23. 15, 16 [y]. *In expletione hebdomadarum vestrarum*, Onk. *post hebdomadas vestras*, Ar. JT. Glass. ב, *in*, quandoque ponitur pro *post*, & de complemento accipitur, ut hoc loco: ità Esa. 20. 1. Luc. 9. 36. & 11. 37 [z]. *Juxta hebdomadas*, M.

27. *Offeretisque holocaustum*] Nempe, in oblationem diei hujus; nam alioquin altera fuit oblatio conjuncta primitiis, Levit. 23. 18. quarum altera alteram minimè perimebat. Hoc enim semper observatum fuit in Lege, nè quid de oblatione una propter alteram supervenientem decederet. Sic conciliatur hic locus cum Levit. 23. 18 [a]. Vide Num. 29. 2 [b].

28. *Similæ*, &c. ità Ch. Sa. Sy. סֹלֶת] *Similam*, Ar. Mo. JT. A. V. Ma. Aliis est nominativ. *Oblatio— erit simila*, &c [c]. Al. *cibarium sacrificium eorum fiet de similagine*, Q. in Ma.

30. *Hircum*] Heb. *Hircum caprarum*, i. e. filium unius ex capris [d].

31. *Præter holocaustum*] Oblationum enim in idem tempus concurrentium nulla ob id omittitur †.

[t] Ma. [v] V. F. [x] V. Ma. [y] Ma. [z] Glass. gram. pag. 534. [a] Ma. ex Jun. [b] Ma. [c] V. Ma. [d] V. † G.

CAP. XXIX.

DIES *clangoris*] Clangore admonebantur homines præparare se ad festa alia [a]; quæ illo mense plurima [b]. Clangunt autem Judæi ab hora radiantis Solis usque ad noctem [c]. De his vide Levit. 23. vers. 24 [d].

2. *Holocaustum*] Præter illa quæ initio singulorum mensium offerebant, ut patet ex v. 6 †.

7. *Affligetis*] Vide de his Levit. 16. 29. & 23. 27 [f]. Per hanc *afflictionem* intelligitur jejunium, & omnium rerum abstinentia quæ corpori blandiuntur. Putant Judæi sibi prohibitum ea legere in Sacris quæ lætitiam adferunt; ut de eductione ex Ægypto, &c [g].

12. *Septem diebus*] Non quòd tamdiu vacandum esset ab opere servili; sed manendum in tabernaculis, & sacrificia offerenda, &c [h].

36. *Vitulum unum*] Hic dies erat ultimus & maximus festi, Joh. 7. 37. In eo tamen sacrificia pauciora erant quàm alio quopiam die; quasi Deus avocare eos vellet à multitudine carnalium sacrificiorum ad spiritualem ipsius cultum: quod & à Christo illo die factum †.

39. *In holocausto*, לְעֹלֹתֵיכֶם] *In holocaustis vestris*, Ch. Sa. P. O. *pro* (vel *ex*, Ar. vel *cum*, Belg.) *holocaustis vestris*, M. Ti. A. *& holocausta vestra*, Sy. [Variè accipiunt.] 1. *Præter ea quæ spontè offeretis in holocaustis vestris*, &c. 2. *Hæc facietis—in feriis* (*præter vota vestra & voluntaria*———) *pro holocaustis vestris*, &c. 3. *Hæc paratote—præter votiva vestra, cum holocaustis vestris*. q. d. In omnibus sacrorum ordinem & ritum observabitis [i].

[a] E. O. V. [b] L. [c] M. [d] Bo. † A. Ma. Jun. [f] Ma. [g] M. [h] T. ex Bo. † A. [i] Ma.

CAP. XXX.

2. TRibuum, המטות] Hîc incipit octava libri Sectio, quam מטות vocant [a]. ¶ Filiorum Israel, לבני ישראל] Filiis Israel; i. e. qui filiis Israel erant capita Tribuum [b]. De, vel pro, filiis Isr. i.e. ut iis dicerent [c]. Verto, filiorum Israelis, dicendo, Pi. ut filiis Israel dicerent, JT. At sic verba illa, fil. Isr. reguntur à Verbo לאמור in fine membri; quæ syntaxis prorsus insolens est [d].

3. Votum] Votum fit Deo, (ליהוה;) juramentum per Deum, (ביהוה †.) De votis Hebræi sic sentiunt: 1. Bonum esse à votis abstinere, & satis esse si ea quis faciat quæ Lex præcipit. Dicunt He. *Quicunque vovet perinde est acsi ædificet excelsum; & qui confirmat votum perinde est acsi immolaverit super eo oblationem* [f]. 2. Non quælibet vota facienda, sed ea tantùm quæ fiunt pro honore Divino; quia dicitur—*qui fecerit—Domino*, &c. 3. Triplex votorum genus faciunt. 1. Vota *sancta*, v. g. oblationum, & eorum quorum meminit Lex. 2. *Abstinentiæ*, quibus corpus macerant. 3. *Coacta*, quæ fiunt per *ignorantiam*, vel *errorem*, vel per *alterius persuasionem*, sive *admonitionem*. Hæc non egent solutione sapientum. De votorum relaxatione ità statuunt. 1. Tenendam in votis communem consuetudinem & interpretationem communem hominum, loci, temporis, &c. 2. Quæ bonâ fiunt ratione possunt dissolvi, si illum qui fecit votum pœniteat voti; idque per sapientem & authenticum virum. 3. Votorum relaxationem hinc colligunt: *Qui voto constrinxerit animam suam, non violet verbum suum. Sed alii* (inquiunt) *possunt retractare votum ejus* [g]. ¶ *Domino*] i. e. Quod Domino placuerit, quódque fit pro honore ejus [h]. ¶ *Aut—juramento*] Qui jurat se aliquid, v. g. *oblationem*, Deo facturum, simul Deo promittit; promissio autem facta Deo est votum [i]. ¶ לאסר אסר על נפשו] *Ligando ligamen* (vel, *se ligaturum vinculum*, Sa.) *super animam suam*, Mo. *ut constringat vinculo* (vel, *astringendo obligatione*, P. *ligare ligamine*, V. *& obligatione constrinxerit*, Sy.) *animam suam*, Ch. O. *ut constringat sese aliquâ obligatione*, Ar. *obligatione obligando seipsum*, JT. *Anima* hîc ponitur pro seipso [k]. Hinc illud Psal. 56. 12. *Vota tua—super me* [l]. *Definierit definitione de anima sua*, o'. ¶ *Non faciet irritum*, sic Ch. Sy. Ar. לא יחל] *Non polluet*, vel, *profanabit*, o'. Sa. Mo. A. O. Ma. P. V. Eadem phrasis Psal. 55. 20. & 89. 34 [m]. i. e. Præstabit [n]; nempe, si res *licita* sit [o], Act. 23. 21. & *possibilis* [p]. Voveri nihil debebat nisi quod ad Dei honorem aut pietatem pertinebat; ut Naziræatus, Victimæ, Pecuniæ in usus Templi aut pauperum, Jejunia, similésque σκληραγωγίαι [q]. ¶ *Quod promisit*] Heb. *Exiens de ore suo*, Ma. Vota non censebantur obligare nisi verbis prolata, ut hîc & Deut. 23. 23 [r].

4. *Et se constrinxerit*, vel, *ligaverit*, Ch. Sa. Sy. M. P. Mo. A. ואסרה] Alii, *aut obligavit se*, &c. *Et* pro *Aut*, A. sic o'. Ar. JT. *Aut obstrinxerit*, &c. Ti. q. d. Aut votum quo aliquid Deo sanctificat, aut vinculum quo sibi aliquid interdicit †. ¶ *Quæ est in domo patris*] i. e. Sub cura patris [t]; sub potestate patris: Nam *domus* hîc est *potestas* [v]. Idem in filio. Sed filia, donec maritum haberet, solebat in patris manere domo: filius, quamdiu patri placeret. Quæ autem sic in domo erant patris cibo patris alebantur; pleraque autem vota de cibo [x]. Sub *puella* intellige puerum; utriusque enim par ratio [y]. ¶ *Ætate puellari*, בנעריה] *In pueritia sua*, O. V. Ch. Mo. vel, *adolescentia*, D. Textus non definit tempus [z]. Requiritur, ut votum valeat, justa ætas voventis; quæ est annorum 13 in mare, 12 in fœmina [a]; vel, 12 in mare, 11 in fœmina [b].

5. *Si cognoverit*, ושמע] *Et audiet*, Ma. Cognoscat, non aliunde, sed ab ipsa puella, quæ expressè vel tacitè requirit patris assensum [c]. ¶ *Pater*] Servius ad illud 11. Æneid. *Ipse pater famulam voveo—Bene*, Ipse Pater; *quia auctoramenti potestatem nisi patres non habent* [d]. Sub *patre* tutores intellige; hi enim,

a V. b Ma. c He. in V. d Pi. † G. He. in M. & F. f F. g F. M. O. h M. & F. ex He. i Me. k V. M. F. ex He. l A. m A. n V. o E. A. p A. q G. r G. † A. t V. Ma. v RS. in V. x G. y Me. z O. a G. b He. in A. c Bo. d G.

patre mortuo, quasi in jus & regimen paternum succedunt †. ¶ *Et tacuerit*, והחריש] *Et surduerit*, Mo. Ma. O. ità Psal. 32. 3. *& cessabit*, vel *silebit*, Ma. *tacuerit*, i.e. tacendo consenserit [f]. Regula juris est, *Qui tacet consentire videtur* [g]. *Taciturnitas consensionem imitatur*, Cicero de Invent. 1. Euripides, Αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστι σου, (*Silentium tuum ostendit te consentire* [h].) ¶ *Complebit*, וקם] *Surget*, vel, *stabilietur*, Ma. *firmum erit*, O. Ma. *stabit*, D. Ma. i. e. stabile erit. *In ore duorum stabit omne verbum*, i. e. stabile erit: *Parùm stet fides*, i. e. vacillet. *Stare in fœdere* dicitur qui manet in eo [i].

6. *Sin—contradixerit*, ità Ch. ואם הניא [Variè reddunt.] *Si abnuerit*, o'. Ti. *fregit*, Caj. in Bi. *Si efficiet ut infringat illud*, JT. *Si increpavit illam*, Ar. *prohibuerit illam*, M. *Si dissolvat*, vel *resolvat*; vide Psal. 141. O. *Si irritavit*, vel, *irritum fecerit*, Sa. P. O. sim. Sy. Ma. Mo. אתה vertunt, vel, *eam*; vel, *illud*, scil. votum. Nam Hebræis sæpe fœminea pro neutris; ut Psal. 27. 4. & aliás [k]. ¶ *Statim ut audiverit*] Intelligendum moraliter, v. g. eodem die, ex v. 15 [l]. Poterat enim ad deliberandum tempus postulare. ¶ *Irrita*] Directè & perfectè, ità ut nullâ ratione postea reviviscerent [m]. Si Deo factum à filia votum pater dissolvere potest, profectò non bene sentiunt hodie qui negant facta parentibus insciis sponsalia posse à parentibus irrita fieri, nisi fortè homini facta promissio arctiùs obligat quàm Deo [n].

7. *De ore ejus*, או מבטא שפתיה] *Vel prolatio* (*promissio*, O.) *labiorum suorum*, Mo. [sim. plerique.] Id quod *pronunciavit labiis*, nempe, juramento [o]: ut constat, 1. ex vocula *vel*, quâ à votis ejus distinguitur; 2. ex verbis sequentibus, *quam ligavit*, &c. i. e. juramento, ut v. 2, 11; 3. quia pronunciatio cum labiis conjungitur cum juramento, Lev. 5. 4 [p]. Si vovere cœperit aut dixerit aliquid quo obstrinxerit fratri fidem suam interposito juramento [q]. *Aut inconsiderans prolatio labiorum*, &c. M. sim. Ti. [nempe, ex בטא in significatione *effutiendi*.] Ad sponsam etiam extendunt hanc legem Hebræi & aliqui recentiores †. Desponsatæ vota irritare non possunt nisi & pater & maritus simul *.

8. *Quo die*, &c. ביום שמעו והחריש לה] Ad verb. *in die audire ipsum, & cessabit ei*, Ma. *& die quâ*, &c. P. V. Ordo conjunctionis ו inversus Hebræis, quem reposuit noster interpres; i. e. non contradixerit ei quo die intellexit †.

9. *Si irritas fecerit*, &c.] Qu. Quid interest inter hanc legem & illam vers. 10? Resp. Quòd hîc agatur de votis uxoris vel sponsæ recens nuptæ, sed *quæ adhuc est in domo patris sui*, quod ex præcedenti lege intelligendum. Meritò enim dubitari possit an, & à quo, ea vota irritari possent, à parente, an marito. Aug. vult hîc agi de votis quæ vovit puella antequam nuberet, quæ postquam nupsisset maritus irritare potuit; quod non est dubium, si suo juri præjudicarent. Versus 11. agit de uxore jam ad mariti domum traducta [r]. ¶ *Propitius erit*] Remittet ei peccatum vovendi †: non indignabitur uxori, si non servet votum à marito irritatum [t].

10. *Vidua*, &c. ונדר אלמנה וגרושה] *Et votum viduæ*, &c. Ma. Hoc est *autem votum* (i. e. hæc est ratio voti) *viduæ & repudiatæ*; quicquid promiserit stabit [v]. *Athnach* sub *voce repudiata* poscit Hebræa ità distingui [x]. Q. sic; *Quod autem ad votum viduæ*, &c. JT. Al. *Votum viduæ—ratum sit*, Ma. Intelligo & hîc ex v. 4. *quæ est in domo patris sui*, de qua dubitari posset. At de vidua, &c. quæ extra domum patris esset, nullum erat dubium. Voluit Scriptura de muliere in quocunque statu constituta, sed quæ in domo patris habitaret, priùs agere quàm ad conjugatam veniret [y].

11. *Uxor in domo viri*, ואם בית אישה נדרה] [Variant.] *Et si domi*, vel, *in domo*, *viri sui*, &c. o'. Ch. Sa. Sy. Ar. P. Mo. JT. Ca. h. e. Si vidua vel repudiata votum fecit adhuc apud maritum existens, non tenetur, neque hæc postquam repudiata est, neque illa vidua existens, illud præstare [z]. *In domo viri*, i. e. dum adhuc viveret vir ejus, ut v. 4 [a]. Alii, *Quod si familia alicujus* (*patrisfamiliâs*) *voverit*, Ti. M. Quasi ad uxorem

† Me. f V. g Bo. h G. i D. k Ma. l Me. Bo. m Bo. n Ca. o A. ex Hisc. p A. q V. † Me. * A. ex He. ad v. 10. † V. r Bo. † A. t Me. v V. Ma. x Ma. y Bo. z F. ex He. a V.

uxorem non pertineat, sed ad familiam, quæ tota possit se voto obstringere, cujúsque votum possit à patrefamiliâs irritari [b]. Ità accipiendum, nè eadem repetita videantur [c]. Ità verterunt, ut à lege vers. 8. distinguerent. Non placet Bo. nec F. 1. אִישׁ (quod pro *viro* vel *marito* ponitur) *patremfamiliâs* reddi est inauditum. 2. Affixum fœmininum in אִישָׁהּ nihil aliud referre potest quàm fœminam, nam בֵּיתָהּ masc. est [d].

13. מוֹצָא שְׂפָתֶיהָ] *Exitus labiorum ejus*, Mo. sic reliqui, [vide ad vers. 6. At M. vertit, *prolationem labiorum familiæ*.] ¶ *Ex votis*, &c. לִנְדָרֶיהָ] *In*, vel *ex*, *votis ejus*, ità plerique; *& vota ejus*, M. Ti. *secundùm* (vel *quoad*, Sy.) *vota ejus*, ό.

14. *Et juramento*, &c. כָּל שְׁבֻעַת אִסָּר] *Omne juramentum ligationis*, A. (vel, *vinculi*, Ch. A. ό. vel, *obligationum*, Sy.) Hypallage est, pro obligatione juramenti, sive juramento confirmata †. Sensus est, sive voverit mulier, sive juramento pollicita fuerit, &c [f]. ¶ *Ut per jejunium*, &c.] Heb. *Ad affligendum animam.* [Ità ferè omnes.] *De affligenda seipsa*, JT. sim. Ar. jejuniis, vigiliis, &c [g]. De quibuslibet votis hîc agit, non de votis *abstinentiæ* tantùm, ut v. 5, 8, 10, 12. sed exemplum de his petitur, quia frequentia sunt in hac materia [h]. Descendit hîc Deus à thesi ad hypothesin *. Horum mentio facta est, quia in his frequentiùs contingit maritos uxoribus resistere; 1. quòd hæc magis pateant; 2. uxorum formam talia minuunt; 3. & eas minùs potentes reddunt ad debitum & domestica munia. Eadem tamen reliquorum ratio est [i]. Videtur hoc addi in amplificationem potiùs quàm in limitationem vel restrictionem [k]. Ex hoc loco colligunt Judæi Textum loqui solùm de votis jejunii, &c. & quòd hæc, non alia, potest vir aut pater irritare [l]. He. hinc colligunt, quòd licèt pater possit omnia filiæ vota irritare, vir tamen ea tantùm uxoris vota irritare possit quæ sunt hujus generis [m]. ¶ *In arbitrio viri*, &c. יְקִימֶנּוּ] *Stabiliet illud*, O. *potest stabilire*, A. Aliis, præceptum est; *Stabiliat*, nempe, *statim*, vel *irritet, nec differat* [n].

15. *In alteram diem distulerit*] Heb. *Tacuerit de die in diem*, quasi differens irritationem [o]; nec poscat moram ad considerandum [p]. [הַחֲרֵשׁ vertunt plerique, *tacuerit*. At Ar. *contineat se ab illa*.] ¶ *Quicquid voverat atque promiserat reddet*, וְהֵקִים אֶת כָּל־נְדָרֶיהָ] *Tunc stabilierit*, vel *confirmabit*, (*statuit*, ό. *confirmat*, A.) *omnia vota ejus*, Mo. JT. A. *Subsistent vota ejus*, Sy.

16. *Postquam rescivit*, אַחֲרֵי שָׁמְעוֹ] *Postquam audivit*, O. nempe, post elapsum diem. Ità intelligendum totus contextus exigit, & sic ό. *post diem in qua audivit*, Bo. Sensus est, Si non statim irritavit, sed postquam audivit ad unam vel alteram diem distulit [q]; cùm jam id silentio comprobâsset [r]. Si primo die quo audivit non dissolverit votum, sed altero vel tertio die dissolvere voluerit. AE. intelligit de vidua, quæ in viduitate sua fecit votum, & ducens virum prohiberi potest ab eo, si tempus solutionis nondum accesserit *. ¶ *Portabit iniquitatem ejus*] Ch. sim. Sy. Ar. P. i. e. mulieris, A. Belg. *Qui occasionem dat scandali socio suo succedit in locum ejus in omnibus pœnis* †. Pro illa dabit pœnas, & imputabitur illi peccatum ejus [t]. Ità non superfluit hæc Lex. Quæstio enim erat, Quid si postquam parens vel maritus tacuit, & sic firmatum est votum, ipsi tamen postea repugnent, & votum adimpleri nolint? Respondet Deus, Eo casu libera erit mulier ab impletione voti, at illi portabunt iniquitatem vel pœnam ejus [v]. Al. *feret iniquitatem suam*, Sa. *luet pœnas iniquitatis suæ*, O. Alii contrario sensu vertunt, *tunc ipse sustulerit iniquitatem ejus*, i. e. uxoris; i. e. mariti auctoritas eam absolvit voto & culpâ [x]. Al. *portabit ipse iniquitatem* (vel *culpam*, Ti.) *familiæ*, M. [Vide ad ver. 11.]

[b] Bo. [c] Ch. [d] Bo. † A. Ma. [f] V. [g] Ma. [h] Me. ex La. * La. [i] Bo. [k] A. [l] O. [m] A. [n] A. [o] O. V. [p] Bo. [q] O. [r] Ca. * M. † RS. in D. [t] V. [v] Bo. [x] Ma.

CAP. XXXI.

2. Ulciscere, נְקֹם נִקְמַת] *Ulciscere ultionem*, P. O. Potiùs, *ulciscere ultione*, i. e. ulciscere filios Isr [a].

[a] V.

¶ *De Midianitis*] Cur non de *Moabitis*? [*Responsionem vide ad* Num. 25. 17.] Præterea, nondum completa erat mensura eorum, necdum advenerat finis eorum [b].

3. *Armate*, &c. הֵחָלְצוּ מֵאִתְּכֶם אֲנָשִׁים] *Expedite*, vel *armate*, *ex vobis viros*, ό. Sa. A. *aliquos*, JT. A. *Accingite vos ex vobiscum viri*, Mo. *Expedite vos ex vobis*; Pleonasmus, Jun. *Expedimini ex vobis aliqui*, Pi. *Separentur ex vobis*, nempe, ex qualibet Tribu: quod factum erat [c]. ¶ *Ultionem Domini*] Sic dicitur, vel, quia Dei jussu suscepta [d]; vel, quia Dei injuriam (nempe, idololatriam) vindicaret †; vel, quia *ultio populi Dei* [f], quomodo Ch. vertit in A. Vide Zac. 2. 8 [g]. Sic *mons Domini*, pro, *mons* domûs *Domini*; *clavis David*, pro, *clavis* domûs *David*. Ità hîc, *ultio Domini*, pro, *ultio* populi *Domini* [h].

5. *Dederúntque*, וַיִּמָּסְרוּ] *Et traditi sunt*, [ità plerique;] vel, *electi*, Ch. Sy. Ti. *declarati*, Sa. vers. ¶ *De singulis*, &c. מֵאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל] *De millibus Israel*, M. Ma. H[s], pro, *de tota multitudine Israel*, M.

6. *Cùm Phinees*] Cujus zeli ceperant experimentum [i]. Qu. An *Phinees* dux fuit, an belli socius? Resp. 1. Dux erat exercitûs [k]. Favere videntur Me. & La. Resp. 2. *Josue* dux fuit, quo nemo aptior, utpote jam recèns creatus Princeps, ut ipso præfecturæ exercitio auctoritas confirmaretur. Aliàs, unde factum quòd redeuntibus occurrit *Moses* & *Eleazar*, non item *Josua* [l]? Insolens item per id tempus fuit Sacerdotes pugnare, vel exercitus ducere. [*Verùm quidni Moses, Josuâ vel morbo vel aliâ gravi causâ detento, Phineem illis præficeret? Vel fortè Josuam jam creatum Principem periculo eximere voluit, nè quid ei humanitùs accideret, & populus rectore careret.*] Phinees autem exercitui socius & hortator adfuit; vel ut vasa sancta servaret, & sacerdotibus illa deferentibus præesset [m]. ¶ *Vasa quoque sancta & tubas*] Qu. Quid *vasa sancta*? Resp. 1. Arca, &c [n]. ut patet ex Num. 14. 44 [o]. Hanc enim ad bellum deferre solebant [p]. Jos. 6. 1 Sam. 4. 5. pariter 2 Sam. 11. 11 [q]. Et cum ea *frontale*, seu *lamina aurea* [r]. *Arca* dicitur *vasa*, &c. quia variis partibus constaret, & in ea tabulæ fœderis, fortè & virga Aaronis †. 2. *Tubæ* erant [t]: *vasa—& tubæ*, pro, *vasa*—id est, *tubæ* [v]. Ità *&* sumitur. Vide ad Gen. 13. 15 [x]. *Vasa*, nempe, *tubæ* [y]. ¶ *Tubas ad clangendum*] Quibus clangebant in rebus sacris in honorem Dei [z]. Vide Num. 10. 9. & 2 Chron. 13. 12 [a]. ¶ *In manu ejus*] [Ità omnes, præter ό. qui habent, *in manu eorum*.]

7. *Cúmque pugnâssent*, &c.] Heb. *Castra posuêre contra Midianitas.* Nempe, aliquâ parte liberâ relictâ à castris, per quam Madianitæ, si vellent, effugerent: Ità Hebræi. Vide de J. B. & P. 3. 11, 14 [b]. ¶ *Omnes mares occiderunt*] Nempe, qui in hoc prælio capti erant. Interim multi potuerunt aufugere, qui postea numero & potentiâ creverunt; Jud. 6 *.

8. *Et reges eorum*] Reges suorum populorum, sed sub Rege Madianitarum: quales multi in Perside. Æschylus Persis, Βασιλεῖς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου, (*Reges sub Rege magno* [c].) Regulos [d]. Dicuntur alibi *duces & principes* Sihon, Jos. 13. 21. quo occiso regnârunt tanquam Reges, & pugnârunt contra Israelem †. ¶ עַל־חַלְלֵיהֶם] *Super interfectos* (*perfossos*, *profanatos*, Ma.) *eorum*, Ch. vel, *præter occisos*, A. vel, *cum occisis*, ό. [& ferè omnes.] עַל sæpe sign. *cum*, ut Exod. 35. 22. Levit. 14. 31. Deut. 22. 6 *. *Cum vulneratis*, aut *fœdatis*, nempe, qui occisi sanguine suo & pulvere fœdati jacebant [f]. q. d. Ultra milites occisos, interfecerunt & Reges eorum [g]. ¶ *Et Balaam*] Quomodo is hîc occisus, cùm iverat in Mesopotamiam? Resp. 1. Erat de populo illo [h]. 2. Hærebat adhuc Balaam inter amicos, hospes in parte aliqua Madianitidis, indè in Mesopotamiam commodo suo trajecturus. Sed Divino consilio ac providentiâ factum, ut, hæsitans in via, cum pereuntibus Madianitis ipse auctor flagitii simul periret [i]. 3. De terra sua rediit ad Madianitas, imminente bello eorum, ut malediceret exercitui Israel, eósque vinceret, & lucrum à Midianitis reportaret [k]. 4. In Syriam profectus, cùm intellexisset occidionem 24 millium Israelitarum, suorum consiliorum hunc fructum venditans,

[b] D. ad v. 3. [c] O. [d] Bo. A. † Bo. [f] D. A. [g] A. [h] D. [i] Me. L. [k] L. [l] Bo. [m] Bo. T. [n] He. in M. & F. L. Me. T. La. Bo. Jun. A. &c. [o] A. [p] T ex Bo. & La. [q] Bo. [r] Q. in M. RR. in D. † Bo. [t] O. V. [v] V. A. Pi. [x] A. [y] Pi. [z] V. [a] A. [b] G. * Quistor. [c] G. [d] Bo. † A. Jun. * A. [f] O. [g] V. [h] Q. in T. ità O. [i] T. [k] Q. in F. & V.

ditans, mercedem à Madianitis petitum venerat[l]. *Dixerat (Balaam,) Non vidit iniquitatem,* &c. q. d. *Non peccârunt; ideo non possum eis maledicere. Fecerunt eos peccare, miserúntque ad ipsum qui dicerent, Nunc potes maledicere, quia ecce peccârunt*; Hisc. Vide & AE[m]. Ità non moritur *Balaam* (ut optaverat) mortem justorum[n].

[l] G. ex He. D. ex Hisc. [m] D. [n] A.

10. *Et castella,* ità O. A. טִירֹתָם] *Palatia,* V. D. ex AE. *ædes,* V. *fana* aut *delubra eorum,* Ch. in D. aut *villas,* A. *bordas,* Ma. Vide Gen. 25. 16. A. Ma.

11. *Prædam*] In Heb. tria sunt nomina; quorum הַשְּׁבִי homines captivos sign. (ità AE. & RS. in D.) מַלְקוֹחַ animalia capta, (tam homines quàm jumenta, RS. & AE. in D.) שָׁלָל res captas[o], vestes & ornamenta, RS. in D. vestes & supellectilia, AE. in D.

[o] G.

12. *In campestribus Moab*] *In Arboth Moab,* ό. Sy. *ad vallem Moab,* Sa. *in desertum Moab,* Ar.

14. *Qui venerant de bello*] Heb. *ab exercitu belli,* Mo. *è prælio* (vel, *de militia,* Ch. Sa.) *belli,* Sy. *ab illo militari prælio,* JT.

15. *Cur fœminas,* &c? הַחִיִּיתֶם כָּל־נְקֵבָה] *An vivificâstis* (i. e. in vita conservâstis) *omnes fœminas?* Moses sciebat omnes conservatas fuisse: quærit autem, (ut Deus quæ optimè novit,) nempe, ut confessionem extorqueat. Al. *An vivificâstis ullam fœminam?* Ità Hiscuni. Sic כָּל sign. quando negatio præcedit: ut, *Non facies omne opus*; *Pauperi non est* כָּל *quicquam*[p].

[p] D.

16. *Nonne istæ sunt,* &c? הֵן הֵנָּה הָיוּ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל בִּדְבַר בִּלְעָם] *Ipsæ ecce fuerunt filiis Israel in verbo* (vel, *consilio,* Ch. vel, *ex sermone,* JT. vel, *ad sermonem,* V. vel, *per verbum,* Sa. A. vel, *secundùm verbum,* ό. vel, *propter verbum,* O.) *Balaam,* Mo. Vide Num. 24. 14. *Cùm ipsæ fuerint* scandalo, &c. Sy. *Nonne ipsæ fuerint seductrices filiis Israel suadente Balaam,* Ar. ¶ *Et prævaricari vos fecerunt,* &c. לִמְסָר מַעַל] *Ut darent* (vel, *quæ suppeditarent,* JT.) *prævaricationem,* O. Mo. *Fuerunt* causa *ad committendam prævaricationem,* A. *in occasionem prævaricationis,* Sa. *Fuerunt——occasio ut prævaricentur,* &c. Ti. sim. P. ¶ *Super peccato Phogor,* עַל דְּבַר פְּעוֹר] *Super verbum,* vel, *propter sermonem,* (i. e. rem aut negotium,) *Phogor*[q]: *propter Phogor,* ό. *in casu Phogor,* Sa.

[q] D.

17. *Cunctos interficite,* &c.] Etiam parvulos, ut tota gens, posteritatis spe recisâ, interiret; ídque ad majorem detestationem facinoris, & parentum in ipsis punitionem[r], & nè parvuli parentum necem ulciscerentur †. Justè hoc factum, quia Deus vitæ & mortis Dominus est[t]. ¶ *Quæ noverunt viros,* וְכָל־אִשָּׁה יֹדַעַת אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר] *Et omnem viram cognoscentem virum coitu,* vel *concubitu, masculi.* [Ità omnes.] Posterius explicat prius[v]. Cæsar hoc sensu dixit, *notitiam fœminæ habere*[x]. Qu. Cur hæ occisæ sunt? Resp. Quia per tales decepti fuerant[y]. Hæ ad flagitium concurrissent, vel, se turpiter prostituendo, &c. vel, consentiendo ut filiæ se prostituerent[z], eásque docendo & ornando, &c[a]. Rursúmque per eas decipi potuissent[b].

[r] Bo. † Th. in T. [t] Me. La. [v] A. [x] D. [y] Me. La. [z] Bo. [a] L. [b] La.

18. *Virgines reservate*] Qu. 1. Quomodo dignoscerent? Resp. 1. Per inspectionem matronarum[c]. 2. Ex ætate vixdum nubili[d]. 3. Per revelationem Dei †. 4. Non necesse fuit Hebræis habere plus quàm moralem certitudinem[f]. Qu. 2. Cur reservarent? Resp. In conjuges, vel primarias, vel secundarias; vel, in ancillas; vel, ut aliis divenderent[g].

[c] La. [d] Me. ex Bo. O. † La. Bo. [f] Me. ex Bo. [g] Me. ex Bo.

19. *Lustrabitur,* תִּתְחַטְּאוּ] *Expiabitis,* Sa. *purificabitis,* [ità plerique;] *spargite,* Sy. sim. Ch.

21. *Qui pugnaverant,* הַבָּאִים לַמִּלְחָמָה] *Venientes ad bellum,* Mo. Ma. *qui iverunt ad bellum,* A. Sa. sim. JT. Ti. P. *qui venerant de bello,* Ch. Ar. Sy. ό. in A. M. ל sæpe vertitur *à,* vel *de*; ut in Rom. 11. 26. ex Esa. 59. 20. Vide ad Gen. 36. 6[h]. ¶ *Hoc præceptum Legis*] Quod habetur suprà v. 17. & seq. Sic jussit, Num. 25. 17[i]. [Al. aliter:] Hoc præceptum fortasse voce tantùm traditum est, nam in Lege scripta non exstat[k].

[h] M. A. [i] Ma. [k] Me.

23. *Quod potest,* &c. אֲשֶׁר יָבֹא בָאֵשׁ] *Quod venit in igne,* Ma. A. (vel, *in ignem,* V. Jun. sub. *ità ut eo minimè consumatur*[l],) *quod pertransibit in igne,* A. ό. *Quicquid ingreditur fornacem,* Sy. *Quicquid potest transire per ignem,* Ch. Ar. i. e. vim ignis sustinere potest sine detrimento[m]. Quod sine cooperatione ignis perfici non potest; ut sunt omnes res ex metallo factæ[n]. Alii, Vasa quæ usurpantur ad, vel circa, ignem, ut lebetes, verua, &c[o]. Duo credita vim habere purgantem; ignis, exurendo, aqua, eluendo. Ità & Ægyptios censuisse docet nos Porphyrius[p]. Gentiles & res & homines expiabant per ignem, sulphuris suffitu etiam utplurimùm adhibito. Ovid. Metam. l. 7. *Térque senem flammâ, ter aquâ, ter sulphure lustrat.* Servius ad 6. Æneidos; *In sacris* (inquit) *omnibus triplex est hominis purgatio: aut tædâ purgantur & sulphure, aut aquâ abluuntur, aut aere ventilantur.* Ulysses procorum cædem igne & sulphure expiari jussit; Homer. Odys. χ'. Οἶσε θέειον, &c[q]. ¶ אַךְ בְּמֵי נִדָּה יִתְחַטָּא] *Veruntamen* (vel, *ità tamen ut,* vel, *eâ lege ut,* &c. Q. in V.) *in aquis purificationis purificabitur,* V. Ma. Tertio scilicet die antequam transeat per ignem[r].

[l] Jun. A. [m] V. [n] M. [o] RS. & TJ. in A. [p] G. [q] Bo. [r] V.

24. *Vestimenta*] Rectè, quia & illa immunda, (ex lege Num. 19. ult.) saltem immunditiâ minori unius diei, licèt hæc mortuum non tetigissent, vel his non fuisset indutus immundus cùm immunditiam contraxit; tunc enim non minùs quàm ipse homo immunditiam contraxerunt septem dierum. Porrò hæc expiatio per aquas post admissam seu in bello, seu aliter, cædem recepta erat. Testis Virgil. Æneid. 2. *Tu, genitor, cape sacra——donec me flumine vivo Abluero*; Scholiastes Sophoclis in Ajace mastigophoro; Hercules furens Senecæ, Act. 4. Scen. 1.——*nate, manantes priùs Manus cruentâ cæde & hostili expia* †.

† Bo.

26. *Tollite summam,* &c. שָׂא אֵת רֹאשׁ מַלְקוֹחַ הַשְּׁבִי] *Tolle,* vel, *cape,* (vel, *recense,* JT.) *caput* (*capita,* JT. *summam,* Sa. Ch. O. Ar. *censum,* Sy.) *capturæ* (*prædæ,* O. Ch. vel, *spoliorum,* ό. Sa.) *captivitatem,* Mo. (vel, *captivitatis,* ό. Ch. O. *captivorum,* JT. *& prædæ,* Sy.) *Tolle summam rerum quæ sunt in prædam,* Ar. ¶ *Et principes vulgi,* וְרָאשֵׁי אֲבוֹת הָעֵדָה] *Et capita patrum cœtûs,* vel *conventûs,* Ma. Al. *& primarii paternarum familiarum cœtûs,* Ma.

27. *Divides ex æquo*] Ità pugnantes (qui tantùm 12000 erant) dimidium totius prædæ acceperunt: quod longè plus erat quàm singulis è turba obtigit; & meritò, cùm reliqui pugnæ aleam non sustinerent[t]. Dices, Æqua sors erat eunti ad bellum, & manenti ad sarcinas, 1 Sam. 30. 24. Resp. Nihil mirum, cùm & ipsi animo ad pugnandum comparato egressi essent, & præ lassitudine consedissent, ut refecto corpore etiam in hostes irruerent, nec omnino extra periculum fuissent[v]. ¶ *Inter eos qui pugnaverunt,* בֵּין תֹּפְשֵׂי הַמִּלְחָמָה] *Inter apprehendentes* (*capessentes,* Mo. *qui attigerunt,* M. *tractantes,* V. Ma.) *bellum,* V. Ma. *Inter bellatores,* ό. Ch. Sa. Sy. P. sim. V. Ma. *Inter comprehendentes,* i. e. qui hæc in bello acceperunt, vel comprehenderunt[x].

[t] Bo. [v] Bo. ità La. [x] O.

28. *Separabis partem,* מֶכֶס] *Portionem,* JT. Ti. *censum,* P. Mo. M. *vectigal,* Sy. Ar. *tributum,* ό. A. *annumerationem,* Ma. *numerum certum,* K. in M. *partem,* Ch. Sa. O. quia *Chasas* propriè sign. *partiri*[y]. *Additionem, collectam, pensionem, summam,* Q. in Ma.

[y] O.

30. *Quinquagesimum,* אֶחָד אָחֻז מִן הַחֲמִשִּׁים] *Unum captum è quinquaginta,* V. Ma. A. i. e. quod capietur, h. e. separabitur, ut v. 42. vel, *quod apprehendi debebat*[z]: vel, *unum detentum,* A. *portionem unam,* V. O. vel potiùs, *comprehensionem,* seu id quod manu comprehenditur[a].

[z] V. ad v. 42. [a] O.

32. *Fuit præda,* וַיְהִי הַמַּלְקוֹחַ יֶתֶר הַבָּז] *Et fuit captura, residuum direptionis,* seu *prædæ.* Observant dici, *residuum prædæ,* quòd pars ad alimentum exercitûs consumpta fuerit in itinere, & in septiduana statione extra castra, suprà v. 19[b].

[b] Ma. ex Jun.

35. *Animæ hominum,* &c. אָדָם מִן הַנָּשִׁים] Nomen אָדָם hîc perspicuè de *fœmina* usurpatur[c]: ut inepti planè sint qui hoc negare audent[d].

[c] D. G. [d] D.

42. *Ex media parte*] Heb. *de dimidio,* &c. [Sensum imperfectum variè supplent. Q. ex antecedentibus.] Sic Vulg. Vers. 41. *Tradidítque Moses numerum primitiarum——*42. *Ex media parte,* &c. Pariter Sy. Vers. 41. *Dedítque Moses vectigal——*42. *Ex portione*

fil.

fil. Isr. &c. [Alii ex sequentibus supplent: Sic JT.
(qui sensum continuant ad v.47.) versum 42. sic red-
dunt; *De dimidio autem ad filios Israel* pertinente, *quod
partitus Mose* receperat *ab hominibus illis qui milita-
verant.* Deinde vers. 43, 44, 45, & 46. parenthesi
includunt, & versum 47. sic inchoant; *Sumens, in-
quam, Mose de dimidio,* &c. Sim.P. & A.] Ch. sic ver-
tit; *Et de media parte fil. Isr. divisit Moses à viris,* &c.
Ti. sic; Vers. 42. *Porrò dimidia pars filiorum Israel quam
segregaverat*—43. *Dimidia scil. pars,* &c. ¶ *Quam
separaverat,* חָצָה] *Dimidiavit,* Mo. *partitus est:* i. e.
† V. quam partiendo accepit à militibus †.
49. *Non defuit,* sic P. JT. [לֹא נִפְקַד] *Non desidera-
tus est,* A. Sa. Sy. Ti. Mo. *non numeratus,* vel, *recensitus,*
nempe, tanquam deficiens: nam in id genus numera-
f A. tionibus tam absentes quàm præsentes numerabant [f].
A numero non defecit, q. d. non denumeratus est, O.
Ma. *Non visitatus est,* i.e. inter visitandum desidera-
g Pi. tus [g]. Non *detractus, subtractus,* de summa, vel loco,
ut desit, Q. in Ma. Sic Jud. 21. 3. 1 Sam. 20. 18. &
25. 7. Idem sign. cum נֶעְדָּר, cum quo conjungitur
h Ma. Esa. 34. 16. Contrarium significat פָּקַד יַד [h].
50. *Offerimus*] Hebr. *obtulimus;* ore scilicet, vel
i V. mente; i. e. vovimus nos daturos, &c [i]. ¶ *Pe-
riscelides,* vel, *periscelidem,* Ch. Sa. Sy. Mo. JT. אֶצְעָדָה]
Hæc omnia in Hebræo, de more, ferè singulari numero
k Bo. efferuntur [k]. Exponunt, 1. *Ornamentum pedum,* vel
crurum; ità He. in D. Bo. à צָעַד *incedere,* O. D. quòd
l Bo. incessum exornet, & in incessu spectabile sit [l]. *Tibia-
lia,* Ti. 2. *Ornamentum brachii,* ità o'. in Bo. (χλι-
δῶνα· vide *Suidam:*) *brachiale,* Ma. P. Ar. Tale fuisse
disertè dicitur 2 Sam. 1. 10. Ma. Bo. O. Ibi tan-
m Ma. tùm & hìc reperitur [m]. Al. *catenam,* seu *torquem au-
reum,* Ma. A. ¶ *Armillas,* צָמִיד] *Armillam* ple-
rique cum Vulg. Ma. Constat esse ornamentum ma-
n O. Bo. nûs ex Gen. 24. 22. & Ezec. 16. 11 [n]. A צָמַד *conjun-
gere.* Videtur duplex fuisse, una utrique manui;
o O. q. d. conjuncta ad modum jugi [o]. ¶ *Annulos,*
טַבַּעַת] A טָבַע, quod sign. *immergere,* quòd digitus
p Bo. annulo immergatur [p]; vel, *figere,* quòd annulus di-
q O. gito infigatur, ut indè vix avelli possit [q]. ¶ *Dex-
tralia:* hæc vel dextri brachii ornamenta, ut *armilla*
r Bo. sinistri, vel utriusque [r]: עָגִיל] Constat esse aurium
† O. ornamentum ex Ezec. 16. 12 †. *Inaurem,* pleriq; in Ma.
t Bo. Rotundum ornamentum significat [t], ex עָגוֹל *rotun-
v O. dum* [v]. *Circulum (rotulam, sphærulam.)* De hac voce
x Ma. vide ad Gen. 24. 22 [x]. ¶ *Murænulas,* colli orna-
y O. menta, Bo. כּוּמָז] Vox ignota est [y]. De ea vide Ex-
od. 35. 22. ¶ *Ut depreceris*] Nam ex Mosis irati
z Ma. A. verbis v. 14. intelligebant se peccâsse [z]. Hæc secun-
daria & accessoria causa oblationis auri; primaria erat,
a Me. ut ostenderent se gratos Deo [a]: ideóque duo ge-
nera oblationum offerunt, expiatorium, & euchari-
b Ma. ex Jun. sticum [b].
51. *In diversis speciebus;* in diversas vasorum spe-
c Me. cies conflatum [c]: כָּל־כְּלִי מַעֲשֶׂה] *Omnia vasa ope-
d V. ris;* Hs. Omnia vasa summâ arte facta [d]. *Omne in-
strumentum affabrè factum.* Vel, *operis,* i. e. operosum,
Q. in Ma. Exponit quid intellexerit per aurum,
† V. nempe vasa, &c. Sing. pro plur †.
53. *Quod in præda,* &c.] Prædam hìc strictè intellige,
f G. exceptis captivis & animantibus, de quibus suprà [f].
¶ *Suum erat,* בָּזְזוּ אִישׁ לוֹ] q. d. Quod milites præ-
dati sunt, retinuerunt quisque sibi, neque dederunt
g F. V. Ar. centurionibus suis [g]. Comparavit, non commune
h Græc. schol. in D. fecit [h]. Hinc intelligas, quod è præda suprà cum tota
multitudine fuerat communicatum, fuisse tantùm a-
i Me. ex Bo. nimantium & hominum prædam [i]. Al. *rapuerat quis-
que pro se.* Al. *prædam habuerunt quisque sibi.* q. d. Etsi
liberaliter obtulerint Domino, tanta tamen fuit præ-
k Ma. ex Jun. da, ut quisque sibi multum reservaret [k]. Vel sic;
Quamvis magna fuerit præda in commune collata &
exposita; at præter eam quisque ex militibus pri-
l Ma. vatim & occultè multum reservavit sibi [l]. Vult
textus ponere discrimen inter Principes, qui quæ præ-
dati sunt Domino obtulerunt, & bellatores, qui quæ
m O. rapuerant servârunt sibi [m].

CAP. XXXII.

1. INfinita *substantia,* עֲצוּם מְאֹד] *Ossata, roborata,
compacta, condensata,* Ma. q. d. Pecus non tan-
tùm multum erat, sed robustum & bene nutritum [a]. a O.
¶ *Jazer*] Videtur esse urbs [b]. [Aliter Ma.] De hac b O.
terra vide Num. 21. 32 [c]. ¶ *Aptus,* &c. מְקוֹם מִקְנֶה] c Ma.
Locus peculii, V. vel *pecoris,* O. i. e. pascendis pecori-
bus aptus [d]; abundabat enim herbis & aquis †. d V. O. † O.
2. *Venerunt*] Heb. *venerunt filii Gad,* &c. Gad præ-
ponitur, quia autor erat hujus consilii [f]. f A. He. in D.
3. *Ataroth,* עֲטָרוֹת] Urbs à coronis dicta, q. d.
urbs insignis & coronata. Duas fuisse ejusdem nomi-
nis instauratas à Gaditis infrà dicitur, v. 34, & 35 [g]. g Ma.
¶ *Nemrah,* נִמְרָה] Idem locus *Beth-nimrah,* v. 36.
& Jos. 13. 27. & *aquæ Nimrim,* Esa. 15. 6. A pardis
dictus videtur [h]. ¶ *Beon,* בְּעֹן] Fortè scriben- h BA. 1. 790. Ma.
dum מְעוֹן, ut v. 38. & Jos. 13. 17 [i]. *Beon* per con- i G.
tractionem; at v. 38. & Ezec. 25. 9. integrè appel-
latur *Baghal-Meghon,* & Jos. 13. 17. *Beth Baghal
Meghon;* h. e. fanum aut ædes tutelaris Dei: מְעוֹן
sign. *habitaculum. Beth-Meon* dicitur Jer. 48. 23 [k]. k Ma.
4. *Regio uberrima,* &c. אֶרֶץ מִקְנֶה] *Terra* (vel
regio, JT.) *pecorum,* Sa. *pecuariæ,* JT. *pecorum nutrix,* o'.
apta pecoribus, Ch. sim. Sy. Ar.
6. *Sedebitis?*] *Iniquum est mel à fucis edi,* ait
Belisarius apud Procopium [l]. l G.
7. *Cur subvertitis?* ità Ch. תְנִיאוּן] *Prohibebitis?*
M. F. *retrahetis?* F. Ti. *removetis?* P. *humiliatis?* Sa.
vers. *rumpitis?* JT. *frangetis cor?* Sy. Sa. P. Mo. V. A.
vel, *pervertitis mentes?* o'. *terretis?* Ar. Vide Num.
30. 6. Ma. *Dissolvetis?* Me.
11. *Si videbunt*] Formula jurandi. Sub. *nè pro Deo
habear* [m]; vel, nè sim verax [n]. ¶ *Noluerunt sequi* m G. E. n E.
me] Heb. *non compleverunt post me,* (i. e. non perfe-
ctè me secuti sunt. Vide suprà 14. 24 [o].) Vel, *post ti-* o G.
morem meum, Ch. in F. i. e. non plenè me timebant [p]. p F.
Similis phrasis 1 Sam. 13. 7. *populus tremuerunt post
Saulem;* i. e. trementes eum sequebantur [q]. q A.
12. *Cenezæum,* הַקְּנִזִּי] Qu. Cur & unde *Caleb* sic
dictus? Resp. 1. A patre *Kenez,* qui & *Jephone* vo-
catur [r]. Nam *Othoniel* dicitur filius *Kenez,* & frater r Sa. & He. in Bo.
Caleb natu minor; ergò utrique idem pater erat,
nempe, *Kenez.* Non placet; 1. Quia Scriptura con-
stanter facit *Caleb* filium *Jephone, Othonielem* verò
filium *Kenez.* 2. Quia inter filios *Cenez* (qui re-
censentur 1 Par. 4. 13.) non est *Caleb,* sed is paulò
pòst filius *Jephone* dicitur. 3. Tum non duxisset
Othoniel filiam *Caleb,* contra Levit. 18. 14. Dicitur
ergò *frater Calebi,* more Scripturæ, pro *cognato: frater
minor* dicitur, i. e. nepos ex fratre †. Resp. 2. Sic † Bo.
dicebatur ab aliquo è majoribus *Cenez* dicto [t]. *Ce-* t Bo.
nez avus fuit & *Othon.* & *Calebi* [v], 1 Paral. 4. 13 [x]. v T.
13. *Circumduxit,* וַיְנִעֵם] *Et movere* (vel, *moveri,* x Q. in Ma.
F. vel, *vagari,* Sy. Mo. F. V.) *fecit,* Ma. O. Idem ver-
bum quod Gen. 4. 12 [y]. *Agitavit,* JT. Ma. LXX signi- y F. V.
ficanter, κατερέμβευσεν, i. e. *circumvolvit instar rhom-
bi* [z]; sive *rhombus* piscis sit, qui mirè se circumvol- z F.
vit *; sive rota, quam circumducentes nent muli- * La.
erculæ [a]. a F. La.
14. *Surrexistis pro patribus,* &c.] Hs. pro, Succes-
sistis (vel, suffecti estis) in locum (& mores) pa-
trum [b]. ¶ *Incrementa & alumni hominum peccatorum,* b F. V.
תַּרְבּוּת וגו'] *Multiplicatio,* Mo. Ma. *additamentum,* Ti.
progenies, Sa. Sy. *turba,* JT. *alumni,* Sy. *discipuli,* Ch. *educa-
tio,* P. *incrementum,* M. A. *hominum peccatorum,* vel, *homi-
nes peccatores,* Ma. *Conformati documento hominum pecca-
torum,* Ar. ¶ *Ut augeretis,* לִסְפּוֹת] *Ut adderetis
adhuc,* M. O. Mo. *ad contrahere adhuc (ultrà, ampliùs.)*
Vide Gen. 18. 23 [c]. Est à radice יסף [d]: [corruptè c Ma. d M.
scriptum, pro יָסַף, ut habet O. ex M. & Hebraismus
apertè loquitur.]
15. *Quod si nolueritis sequi,* &c. כִּי תְשׁוּבֻן מֵאַחֲרָיו וגו']
Quum, vel *si, aversi,* vel *reversi, fueritis ab eo, addet
iterum relinquere eum,* &c. [ità plerique:] *eum,* i. e.
Israelem †: *eos,* Ch. *Vagari vos faciet,* Sy. At o'. ad † A.
Deum referunt; *Quoniam avertetis vos ab eo, adjicien-*
dd

do [יְסֹף legunt infinitivè] *adhuc derelinquere eum*, &c. Q. *Si revertamini de post eum*, i.e. ut postea non sequamini eum[f]: relinquentes, scilicet, fratres vestros[g]. Sic Marc. 1. 20. *ibant post ipsum*, est, Matth. 4. 22. *sequebantur ipsum*[h].

16. *Accedentes*] Ut, scilicet, familiariùs alloquerentur eum[i]. ¶ *Parvulis urbes*] Quid hoc? quasi urbes tam citò excitare possent, antequam Jordanem transeant: Resp. *Ædificare* hîc idem est quod *reparare*[k].

17. *Armati & accincti pergemus*, נֵחָלֵץ חֻשִׁים] *Accingemur properantes*, Mo. sim. Sa. M. P. *Armati festinabimus*, Ti. sim. O. Ar. *Expediti erimus, celeres* ad procedendum, JT. *Armabimur*, Ch. in Bi. V. *Accingemur*, V. Sa. in Bi. Nos *separati*, scil. *à familia nostrâ*, vel *expediti*, ab omnibus[l], *extrahemur*; nempe, quosdam ex numero nostro extrahemus. Nam non omnes trajecisse apparet ex Deut. 3. 18. Jos. 4. 12. & cap. 1. 14[m]. ¶ *Propter habitatorum insidias*, מִפְּנֵי יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ] *A conspectu* (vel *metu*, JT.) *incolarum terræ*, Sy. *propter incolas*, ο'. Ch. Sa.

19. *Trans Jordanem*, itâ Ch. Sa. ο'. מֵעֵבֶר] *A transitu Jordan*, &c. Mo. Bis ponitur in versu: 1. sign. *trans, ultra*; 2. *citra*. (Ità He. in M. sic ο'. Ch. &c.) Nam promiscuè usurpatur, & ex circumstantiis utrovis modo exponitur[n].

20. *Coram Domino*] Id est, Ante arcam fœderis[o]: vel, tanquam milites Domini, eo inspectore & ductore[p].

21. *Omnis*] Qui commodè potest[q]; à me, vel Josue, deligendus[r]. Nam domi relicti quot necessarii erant ad urbes defendendas †, & instaurandas, & exstruendas[t]. Transierunt tantùm 40 millia, Jos. 4. 13. cùm in censu essent 110 millia, Num. cap. 26[v]. ¶ *Donec subvertat*, עַד הוֹרִישׁוֹ] *Donec expellat*, vel, *hæreditare faciet*, scil. *vos*, inimicos vestros; vel, *donec hæreditet* ipse inimicos, seu, capiat illorum hæreditatem[x]. *Donec exterminio-funditus deleat.* Vide Num. 14. 12[y].

22. *Et subjiciatur*, וְנִכְבְּשָׁה] *Et subigetur, capiatur*, vel *expugnetur*, V. ¶ *Inculpabiles*, נְקִיִּם] *Vacui, absoluti, liberi, à culpa & pœna*, Ma. ¶ *Coram Jehovah*] *Jehovah annuente*, V.

23. *Et scitote*, &c. וּדְעוּ חַטַּאתְכֶם אֲשֶׁר תִּמְצָא אֶתְכֶם [Variant.] *Et scitote peccatum vestrum quòd inveniet vos*, Ch. A. Mo. *Et cognoscetis peccatum vestrum quòd apprehendet vos*, Sa. *Et intelligetis peccatum vestrum, cùm apprehenderit vos*, Ti. *Agnoscite jam peccatum vestrum quod est obventurum vobis*, JT. *Peccatum*, pro pœna ejus[z]. *Et fatemini peccata vestra, quando adveniet vobis supplicium*, Ar. *Et cognoscite, perpendite*, i.e. quale sit peccatum quod committitis[a]. Peccatum erat, quòd diffiderent de auxilio Domini, & populum pusillanimem reddiderint[b]. Alii, *Et cognoscetis peccatum vestrum*; i.e. Dominus inultum transire non sinet[c]. *Scitote* (vel, *perpendite*, P.) *peccatum vestrum quòd vos inveniet*; h.e. apprehendet[d]. *Rarò antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo*; Horat. carm. Et Homer. Il. δ'. Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ, σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσιν· i.e. (*Siquidem Deus non statim puniet* (peccantes;) *serò tamen vindicabit in ipsorum capitibus, & uxoribus, & liberis* †.)

24. *Quod polliciti estis*] Heb. *egrediens de ore vestro*[f]. H[s], pro, *quod promittitis*[g].

25. *Dixeruntque*, וַיֹּאמֶר] *Et dixit*, scil. *unus nomine omnium*[h]. *Tum allocuta est Tribus*, JT. At ellipsis illa dura est & insolens. Puto וַיֹּאמֶר mendosè scriptum, pro וַיֹּאמְרוּ[i].

26. *In urbibus Galaad*] i.e. In tota sorte nostra, (voce *Galaad* largiùs sumptâ[k],) non in sola Galaaditide[l].

28. *Præcepit ergò Moyses Eleazaro*, וַיְצַו לָהֶם מֹשֶׁה אֵת אֶלְעָזָר] Ad verb. *Et præcepit eis Mose Eleazar*, Mo. *Præcepit eis Moses, nempe Eleazaro*, &c Ti. *Præcepitque de eis* (vel, *propter eos*, M. V.) *Moses Eleaz.* Ch. Sa. A. sim. Sy. P. *Commendavit eos —Eleazaro*, Ar. vel, *eis Eleazarum*, ο'.

29. *Et vobis*] Hebr. *coram vobis*; i.e. vobis spectantibus[m]. *Faciebus vestris*, Ma.

Margin: f V. — g M. — h A. — i V. — k Muis. — l O. — m Ma. — n Ma. — o M. F. — p Ma. — q Me. ex La. — r T. — † Me. — t F. — v Me. T. La. Bo. — x O. — y Ma. — z Jun. O. — a V. — b M. F. V. — c F. V. — d M. — † Ga. — f Ma. — g V. — h V. — i Pi. — k La. — l Me. ex La. — m V.

30. *Inter vos*, &c. וְנֹאחֲזוּ בְתֹכְכֶם] *Comprehendent*, scil. portionem suam *in medio vestrî*, i.e. inter vos[n]. *Hæreditabunt vobiscum*, ο'. in Bi. *Possessi erunt*, &c. i.e. possessionem obtinebunt ο'.

32. *Et possessionem jam suscepisse nos confitemur*, וְאִתָּנוּ אֲחֻזַּת נַחֲלָתֵנוּ מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן] *Et nobiscum* (*ad nos*, Ma.) *possessio*, V. Ma. (vel *portio*, *seu comprehensio*, O.) *hæreditatis nostræ*, &c. O. Ma. V. Q. sic; *cùm jam apud nos sit possessio hæreditatis nostræ*; i.e. quamvis jam assignata sit nobis hæreditas citra Jordanem. Al. *ut in potestate* nostra maneat (vel, *ut nobis maneat*, vel, *& penès nos manebit*, al. in Ma.) *possessio*, &c. ¶ *Trans Jordanem*] Alii, *cis Jordanem*. Iis qui erant in terra Galaad erat *citra Jordanem*; iis qui in Jerusalem, *ultra* Jordanem[p].

33. *Et dimidiæ tribui Manassis*] Hæc subintelligenda, ex hoc loco, ubi suprà *Reubenis* & *Gadis* fit mentio. Neque novum solidas partes commemorari, præteriri verò particulas. Samaritanus, ut in aliis, ità hîc, nimiæ diligentiæ, etiam locis superioribus dimidiam hanc tribum semper addidit; quod & in Scholiis Græcis hîc annotatum[q]. De hac Tribu hactenus nulla mentio[r]. Hîc ponitur, vel, 1. quia & hæc Tribus se petitioni miscuit, quòd terra illa duabus Tribubus plùs quàm sufficeret †. Vel, 2. quòd fidem & fortitudinem suam ostenderet in ea subigenda, v. 39. Confer Jos. 17. 1. Ità La. ad v. 41. & Mas. Jos. 13. 31[t]. ¶ *Et terram eorum*, הָאָרֶץ לְעָרֶיהָ בִּגְבֻלֹת עָרֵי הָאָרֶץ סָבִיב] *Regionem ipsam cum civitatibus per terminos* (vel, *cum terminis*, sive *finibus*, Sa. Sy. ο'. P. vel, *in extremitatibus*, M.) *ejus, civitates illius terræ circumquaque*, JT. sim. M. Ti. P. ο'. Ch. *Civitates cum terminis ejus, nec non oppida terræ illi adjacentia*, Sy. *Terram cum urbibus—cum finibus urbium terræ per circuitum*, Sa. *Terram cum urbibus suis, cum terminis* (ut erat terminis circumscripta, id est, F.) *urbes terræ per circuitum*, O. F. *Terram, urbibus* (vel, *per urbes*) *ejus in terminis, urbes terræ circuitu*, Ma.

34. *Exstruxerunt*] Restauraverunt; nam priùs exstiterant[v].

35. *Sophan*, שׁוֹפָן] Quæ *Tzaphon* Jos. 13. 27. ubi, ut hîc, conjungitur cum urbibus Gaditarum trans-Jordaninis. Q. dictam volunt à *Tzaphon* filio *Gad*, suprà cap. 26. 15. ejus forsan fundatore, aut instauratore. Eusebius & Hi. conjungunt cum præcedenti, *Atarothsopham*[x].

37. *Cariathaim*] Dualis forma *civitatem geminam* sonat, vel *duplicem*; fortè quòd in duas magnas habitationes divisa esset. Jeremias, 48. 1. eam *Misgab* appellat, qu. *altam & excelsam*; vel, quòd in sublimi loco, vel, quòd munitissima, esset. Vide ad Gen. 14. 5[y].

38. *Versis nominibus*, [ità plerique,] מוּסַבֹּת שֵׁם] Ad verb. *mutatas* (vel *versas*, Mo.) *nomine*, V. *Revoluto nomine*, vel, *revolutis nominibus*, O. Vel, 1. quia priùs ab idolis dicta erant[z]. Vide Exod. 23. 13[a]. Verum hoc est in *Baal-Meon*[b]; & *Nebo*, Esa. 46. 1[c]: non item in cæteris[d]. Vel, 2. quia sic solent facere victores †, & urbium conditores, sive restauratores; ut factum in Novo orbe[f]: ad nomen suum & famam posteritati commendandum. Dices, At hæ urbes iisdem nominibus vocantur Jos. 13. Isa. 15. & 16. Jer. 48. Ezec. 25. Resp. 1. Ità novum nomen erat impositum, ut tamen vetus non fuerit antiquatum: quomodo *Jacob*, & *Cariatharbe*, &c[g]. 2. Tantum vetustas potuit, ut prisca harum urbium nomina obtinuerint[h]. [Verba aliter vertit Sa. *In circuitu earum ibi.*] ¶ *Imponentes vocabula*, &c. וַיִּקְרְאוּ בְשֵׁמֹת אֶת שְׁמוֹת הֶעָרִים אֲשֶׁר בָּנוּ] *Et vocaverunt in*, vel *cum*, *nominibus* (supple, *novis*, Ma. vel *aliis*, A. M.) *nomina urbium quas ædificârunt*, O. Ma. Sa. Mo. Ti. P. V. H[s]; Indiderunt nomina urbibus[i]. *In nominibus suis*, ο'. in A. Ità concordat cum vers. 42[k]. *Quibus indiderunt nomina*, mutatis *nominibus illarum civitatum*, Sy.

39. *Perrexerunt in Galaad*] At jam erant in *Galaad*. Resp. Vox Galaad sumitur, 1. fusissimè, pro tota terra trans Jordanem, v. 26, 29. 2. pressiùs, pro portione Tribûs *Gad* & *dimidiæ Manasse*; 3. pressissimè, pro regione dimid. Tribûs *Manasse*: nec quidem eam totam comprehendit; nam præter hanc & regnum

Margin: n O. — o Ma. — p V. — q G. — r Bo. A. — † Bo. — t A. — v Me. Pi. — x Ma. — y Ma. — z M. F. A. — a A. — b Bo. A. — c A. Ma. — d Bo. — † G. — f Ma. — g Bo. — h Ma. — i V. — k A.

num *Basan* occupârunt. Vide Jos. 13. 29. & sequent[l]. ¶ *Et vastaverunt eam*, וַיִּלְכְּדוּהָ] *Ceperunt illam*, nempe, regionem, Pi. *Quum cepissent illum*, JT. Respiciunt ad nomen montis. At הָ est masc. affixum autem est fœmin[m].

40. *Dedit Galaad*] Nempe, ejus dimidium; alterum enim dimidium datum Reub. & Gad, Deuter. 3. 12, 13[n]. ¶ *Machir*] *Ipsi Machir*, Ma. quem adhuc in vivis fuisse multi ex hoc loco suspicantur[o]. Sed tunc fuisset ad minimum 210 annorum[p]. Potiùs *Machir* hîc ponitur pro *filiis Machir*[q]. Sic Jud. 1. 3. *Dixit Juda Simeoni*, i. e. posteris Simeonis. Ità *Israel*, pro filiis Israel; *Edom*, pro Idumæis; fortè & *Abraham*, Act. 7. pro Abrahamide[r].

41. *Et Jair*] i. e. Posteri, nepotes ejus †. ¶ *Filius Manasse*] Ità erat ex matre, 1 Paral. 2. 21, 22. non autem ex patre, qui erat *Hesron* filius *Judæ*[t]. Hujusmodi exempla plurima invenies in Ezra de sacerdotibus qui ex aliena Tribu uxores acceperant[v]. Vide Ezræ 2. 61[x]. Accensus autem (Manassensibus) propterea fuit, quòd hæreditatem cum eis cepisset bello, ut hîc dicitur[y]. Vide ad 1 Paralip. 2. 21[z]. ¶ *Occupavit vicos ejus*, אֶת־חַוֺּתֵיהֶם] *Villas eorum*, Mo. O. La. Di. A. *oppidula*, Sy. *caulas*, ο'. *castella ejus*, Ar. *vicos*, vel *viculos*, *eorum*, M. Ti. Ch. Sa. P. i. e. Galaaditarum[a], vel Amoræorum[b]. *Vivaria*, pagos, loca ubi aluntur animalia[c]. Pagos in quibus homines ferinis moribus habitant, à חַיָּה *fera*[d]. Arabibus חי est vicus tuguriorum in orbem, quasi castra, dispositorum, ubi simul degunt, præsertim qui sunt ejusdem familiæ †. Arabicè חוי est *ambire*; & חוה multæ domus Arabum, tanquam in orbem digestæ, ut fit. Nam & *urbs* ab *orbe*, & πόλις à πολεῖν[f]. *Villæ Jair* non videntur quidquam fuisse quàm tentoria in orbem digesta[g]. Erat alius *Jair*, Jud. 10. qui à se easdem civitates, non tamen omnes, appellavit *Havoth-Jair*; vel potiùs nomen, quod antea habebant, à se & filiis suis confirmavit[h]. Et alius 1 Chron. 2. 22[i].

42. *Chanath*, קְנָת] At hæc comprehenditur *in civitatibus Jair*, 1 Par. 2. 23. sive quia Jair aliquid ad ejus etiam expugnationem contulit; sive quia commodius visum est & hanc generali isto nomine comprehendere[k]. Notandum has duas Tribus primas hæreditatem accepisse, & primas in captivitatem abductas fuisse; 2 Reg. 15. 29[l].

[l] Bo. [m] Pi. [n] A. Ma. [o] D. [p] La. [q] D. La. A. [r] D. † V. [t] D. A. La. [v] D. [x] A. [y] Ma. ex Jun. [z] Bo. [a] V. [b] Bo. [c] Ma. [d] Q. in Ma. † Di. [f] BP. 4. 29. 320. [g] BA. 1. 2. 44. 466. 2. [h] Bo. [i] A. [k] Bo. [l] A.

CAP. XXXIII.

1. HÆ *sunt*, &c.] Miserè consolantur *se Judæi*, quòd hæ profectiones spem illis faciant redemptionis futuræ. Et dicunt Mosen eas tam diligenter descripsisse, ad indicandum, quòd sicut olim filii Israel, egressi ex Ægypto, post longam profectionem, post crebras locorum mutationes & itineris molestias, tandem ad Terram promissam venerint; ità quoque fore ut Judæi tandem, post multas tribulationes, in suam terram reducantur per Messiam suum, quem miserè etiamnum exspectant. Utinam expenderent quod quidam ex veteribus RR. eorum, nempe, R. Moses Hadarschan, verissimè dixit, קוֹדֶם שֶׁנּוֹלַד מוֹלִיךְ יִשְׂרָאֵל בְּגָלוּת הָאַחֲרוֹן נוֹלַד הַגּוֹאֵל, *Antequam natus est qui redegit Israel in captivitatem novissimam, natus est Redemptor*[a]. ¶ *Mansiones*, מַסְעֵי] Sic vocant nonam libri Sectionem[b].

2. *Quas descripsit—juxta castrorum loca*] i. e. Juxta numerum castrametationum[c]. ¶ אֶת־מוֹצָאֵיהֶם לְמַסְעֵיהֶם] *Exitus*, vel *egressus*, *eorum per* (vel *ad*, O. vel *secundùm*, A.) *profectiones eorum*, V. O. Ma. i. e. quibus ex locis egressi, ad quæ pervenerunt[d]. Dum manebant, egrediebantur ex castris, non autem *ad proficiscendum*, sed ad alia necessaria peragenda †. Per *egressiones* intellige profectiones; & per *mansiones*, castrorum positiones[f]. ¶ *Domini jussione*] Heb. *juxta sermonem Domini*. Quod referri potest vel ad descriptionem; vel ad ipsa itinera, Num. 9. 18, 20[g]. Supputantur hîc profectiones, non omnes, sed 42; nempe, in quibus accidit aliquid memorabile[h].

[a] T. [b] V. [c] Bo. ex To. [d] V. † O. [f] M. [g] A.

3. *Videntibus*, &c.] Vide quæ ad Exod. 14. 8. Num. 15. 30[i].

4. *In diis*] Vide quæ ad Exod. 12. 12. & 18. 11[k].

6. *In extremis*, &c. בִּקְצֵה] *In principio*, V. *in extremitate*, Ma. Sa. vel *fine*, Ma. In finibus *deserti*, nempe, *Etham*, V.

7. *Venerunt*] Heb. *reversi sunt ad*, &c. Hîc עַל pro אֶל positum[l].

8. *De Phihahiroth*, מִפְּנֵי הַחִירֹת] *De Pene-hachiroth*: Idem quod v. 7. *Pihahiroth*, V. *De faciebus*, vel, *ex adverso*, *Hachiroth*, Ma. ¶ *Per medium mare*] Vide ad Exod. 14. 16[m]. ¶ *Etham*] Quod & *Sur* dictum Exod. 15. 22[n].

10. *Super mare rubrum*, סוּף] Vel, *terminatum*, O. Nulla hujus stationis mentio Exod. 16. Vide ib. ad v. 1[o].

11. *Sin*, סִין] Dictum postea *Sinai*, adjecto י, quod notat *decem*: nempe, ob data ibi 10 Præcepta[p].

12. *In Daphca*] Hujus & sequentis stationis nulla mentio Exod. 17. 1. sed à *Sin* venisse dicuntur in Raphidim[q].

18. *Rethmah*] De hac mansione & subsequentibus usque ad vers. 36. nihil antea legitur[r], quòd in illis nihil memorabile gestum fuerit †. Nomen habet à *junipero*[t], (seu genista, Ma.) vel quòd iis forsan locis abundaret[v]; vel à malis linguis exploratorum, quæ erant velut prunæ juniperi, Psal. 120. 3, 4. Indè enim missi sunt, Num. 13. 3[x]. *Rethma*, *Pharan* & *Cadesbarnea* nomina sunt ejusdem loci[y].

31. *In Bene-jaacan*] Ibi erant putei, unde plenius vocatur בְּאֵרֹת בְּנֵי יַעֲקָן. Sed contrarium planè iter describitur nobis Deut. 10. 6, 7. Verùm ea duo commata exscriptoris errore ibi posita dicemus, ubi ad eum locum ventum fuerit[z]. [Vide quæ ibi fusè annotata.]

32. *In montem Gadgad*] Sic ο'. Onk. Sa. Noster legit הַר, *mons*; at exemplaria passim חֹר, *candor*, *foramen*, *caverna*, Ma. In *Hor*, vel *Chor*, *gidgad*, Mo. Sy. Ar. M. Ti.

35. *Asion-gaber*, עֶצְיֹן גֶּבֶר] De hoc Euseb. & Hi. in locis. *Fertur ipsa esse Essia haud procul ab Ailath, quæ est in littore maris Rubri*, 1 Reg. 9. 26. *Ailath* autem esse *Elanam* urbem Jo. & omnes affirmant. Indè sinus *Elaniticus*, de quo Plin. 5. 11. & 28. Diod. Siculus l. 3. num. 123[a].

40. *Arad*] Frustrà quidam negant hunc Regem in Cananæa habitâsse. Nam Jos. 12. inter Reges Canaan pugnantes numeratur; & civitas *Arad* erat in tribu Judæ[b].

43. *In Oboth*] Ab hac mansione usque ad *Jarden* sunt tantùm *quinque* stationes; at Num. 21. sunt *octo*[c]. Hîc omittuntur plures mansiones quæ c. 21. recensentur; nempe, *ad torrentem Zered*, *trans Arnonem*, *Beer*, *Mathana*, *Nachiele*, *Bamoth*, *Hagaie*, seu *valle Moab*—. In breviario solenni mansionum numerantur à Mose stationes fixæ & per aliquod tempus durantes, plantatâ militari formâ castrorum; non stationes tumultuariæ & transeuntes[d]. Vel, fortè, illæ aliis nominibus describuntur: sed hoc est divinare †.

44. *In Ijeabarim*, בְּעִיֵּי הָעֲבָרִים] *In solitudinibus*, *tumulis*, vel *cumulis*, *Abarim*, F. *juxta vada transeuntium*, Ch. in F.

45. *Dibon-gad*] Sic dicta, ad discrimen alterius *Dibonis* Reubenitarum, Jos. 13. 15, 17[f]. Vel, una erat *Dibon*, sed in confinio utriusque sortis posita, ideóque nunc uni, nunc alteri, Tribui adscribitur. Potiùs sic dicta, quòd à Gaditis instaurata, Num. 32. 34[g].

47. *Montes Abarim*] Hæc mansio probabiliter illa est quæ Num. 21. 20. siquidem *Phasga* pars est montium *Abarim*[h].

49. *Abel-satim*] Dicta à luctu ob gravem illam plagam Num. 25. 6[i].

52. *Disperdite cunctos*, וְהוֹרַשְׁתֶּם] *Et ejeceritis*, vel, potiùs, *& possederitis*, O. *ejicietis*, Ch. *funditus delebitis*, Ma. vel, *hæreditate depelletis*, Ma. A. *destruite*, ο'. in A. Ità ipse Moses explicat, Deut. 7. 1, 2[k]. Qu. Cur non potiùs jubentur convertere? Resp. 1. Nondum tempus venerat fidei inter Gentes propagandæ. 2. Jubentur eos destruere, nè ex eorum consortio nocumentum acciperent Israelitæ[l]. ¶ *Confringite titulos*, מַשְׂכִּיֹּתָם] *Picturas*, vel *simulacra*, *eorum*, Mo. P. M. Ti. A.

spectra;

[h] O. [i] F. [k] Bo. Ma. [l] V. [m] F. [n] V. [o] Ma. [p] He. in D. [q] V. Ma. [r] V. Ma. † Ma. [t] A. Ma. [v] Ma. [x] He. in A. [y] D. [z] G. [a] Ma. [b] Bo. [c] O. [d] Ma. post O. † Ma. [f] A. [g] Ma. [h] Bo. [i] Ma. [k] A. [l] E.

Spectra, i. e. idola, sic dicta, quòd præbeant se visenda, aut spectentur[m]. *Res figuratas*, in quas oculum figimus[n]. *Domum* (vel templa) *adorationis eorum*, Ch. in M. *cogitationes eorum*, Ma. *speculas*, Sa. ό. *cultus*, Sy. *opera elaborata*, Ar. ¶ *Et statuas*, [צַלְמֵי מַסֵּכֹתָם] *Imagines fusionum*, i.e. fusas, A. Ma. vel, *conflaturarum*; H[s], pro, conflatiles, V. ità Ch. *Idola conflatilia*, Sa. ¶ *Excelsa vastate*, [בָּמוֹתָם תַּשְׁמִידוּ] *Excelsa abolebitis*, Ma. Excelsa hîc sunt, vel, 1. colles editique loci, ubi diis suis lucos, & in eorum medio delubra, consecrabant[o]. Non placet F. Nam de collibus & lucis non diceretur, *excelsa confringite*. Vel, 2. columnæ, signa, tituli, super quos deorum imagines erigebant, ut venerabiliores viderentur. Ità ό. στήλας *columnas*. Hæ *confringendæ* erant. Deos autem colebant in cacumine montium, Deut. 12. 2[p].

53. *Mundantes terram*, [וְהוֹרַשְׁתֶּם אֶת־הָאָרֶץ] [Variè reddunt.] *Et possidebitis terram*, Ch. Sa. sim. Sy. Belg. A. M. Ti. Sic concordat cum verbis sequentibus[q]. *Expelletis à terra*, Sa. vers. *Et expelletis*, vel, *perdetis*, *terram*, Mo. A. i. e. habitatores terræ; sic ό. P. JT. A. sic à Mose exponitur vers. 55. Sic Jos. 17. 12. *civitates*, pro earum incolis; & *domus*, Gen. 45. 11, 18. pro domesticis[r].

55. *Clavi in oculis*, ità Sy. M. [לְשִׂכִּים] *In ficas*, Mo. *in spinas*, JT. *in cultros*, P. *aculei*, ό. Sa. *acus*, Ar. *sudes præacutæ*, Ti. *in tribulos*, He. in V. *Stimuli*, nempe, ad peccandum, G. Provocabunt vos ad idololatriam †. Græci, σκόλοπες. *In oculis vestris*, i. e. cùm ipsos ipsorúmque ritus conspicietis[t]. Alii sic, Infestissimi vobis erunt[v]: quemadmodum oculi vel latus stimulis configuntur[x]. Al. *erunt inclusa*, &c. i. e. veluti quædam minuta oculis inclusa. Nam SACHAH sign. *claudere*, vel *includere*[y]. Al. *Erunt vobis in spinas, ut sepiant, & ingrediendi atque egrediendi facultatem vobis adimant*, inquit RS. Atque ità verè accidit[z]. *Erunt in turmas assumentes arma contra vos, & in castris circumdantia vos*, Ch. ¶ *Et lanceæ in lateribus*, [וְלִצְנִנִים בְּצִדֵּיכֶם] *In aculeos*, &c. JT. *velut stili*, Ar. *& in spinas*, P. *spinæ pungentes*, M. Non placet: Postquam enim dixerat *clavi in oculis*, multùm decresceret oratio, si sequeretur, *& spinæ in lateribus*; nec rectè *spinæ* conveniunt *lateribus*. At si vertas, *lanceæ*, omnia conveniunt. ό. βολίδες, i. e. *jacula*; sicut Amos. 4. 2. ὅπλα, i. e. *tela*. Ità Ribera ad Amos. 4. 5[a]. *Lanceæ*, Ti. *jacula*, Sa. *hami*, Sa. vers. *lanceæ in temporibus vestris*, Sy. His similitudinibus sign. perniciem Ecclesiæ ab impiis illatam tum corporis, tum animæ, respectu, dum eam & incitent ad peccatum & affligant. Vide Psal. 106. 34, &c[b]. Sumpta videtur metaphora à bubus cæterísque animantibus, quæ, ut magis gradiendo promoveant, acutis spiculis pungi solent[c].

56. *Cogitaveram*, [דִּמִּיתִי] *Cogitavi*, Ch. Sa. M. P. JT. *imaginatus sum*, O. Mo. *decreveram*, ό. Sy. Ti. *proposueram*, Ar.

[m] V. [n] K. in M. [o] Q. in F. [p] F. [q] A. [r] A. † F. V. [t] G. [v] Mc. T. [x] T. ex Bo. [y] O. [z] F. [a] Ga. [b] A. [c] F. V.

CAP. XXXIV.

2. TErram Canaan, [הָאָרֶץ כְּנָעַן] Aiunt esse sermonem imminutum, pro, [הָאָרֶץ אֶרֶץ כְּנָעַן]: Quale illud, [הַנְּבוּאָה עוֹדֵד הַנָּבִיא], 2 Paral. 15. 8. quod exponunt, *Prophetia, prophetia*, inquam, *Oded prophetæ*[d]. ¶ *His finibus*] Aptè, post præceptum de delendis habitatoribus, eorum fines describit †.

3. *Pars meridiana*, [פְּאַת נֶגֶב] *Terminus*, vel *angulus*, vel *plaga*, vel *latus*, *Austri*, O. [Ità omnes.] Hæc plaga transit ab Oriente in Occidentem per varios flexus & angulos, cùm limes rectus haberi non possit propter occurrentes montes, fluvios, &c. Huic lateri conterminæ erant, 1. Ægyptus, versus Occidentem; 2. tum Idumæa; 3. deinde terra Moab, versùs Orientem[f]. ¶ *A Sin*, [צִן] Non [סִין] illud Exod. 16. 1[g]. ¶ *Juxta Edom*, ità Ch. V. sim. ό. [עַל־יְדֵי אֱדוֹם] *Super*, vel *juxta*, *manus Edom*, Mo. Ma. O. *juxta latera* (vel, *prope terminum*, Sy. *secundùm sedes*, JT.) *Edom*, Sa. *Manus* hîc pro *plaga*[h]. ¶ *Mare*, [מִקְצֵה יָם הַמֶּלַח] *Ab extremo* (vel, *finis*, *extremitas*, V. *de extremitate*, sive termino, Ma.) *maris salsi*, V. i. e. lacûs Asphaltitis[i]. Partem ejus maximè Australem intelligit, ut patet ex Jos. 15. 2. & ex Adrichom[k]. ¶ *Contra orientem*, [קֵדְמָה] *Ad*, vel *in*, *orientem*, Ma. Bo. h. e. ubi latus orientale concurrere debet cum meridiano, & angulum communem efficere[l]. Quâ parte terminus maris Salsi jungitur termino orientali[m].

[d] D. † Mc. [f] F. ex M. [g] Mc. ex Bo. [h] O.

4. *Qui circuibunt*, [וְנָסַב] *Et circuibit*, Ch. q. d. Excurret, sive protendetur, non rectâ lineâ, sed sinuosâ[n]. Vel *circuire* idem hîc est quòd ambire & claudere, tanquam limbum & extremitatem rei[o]. *Et circumgyrabitur*, Ma. ¶ *Per ascensum scorpionis*, [לְמַעֲלֵה עַקְרַבִּים] [Variant.] 1. Similitudo est: q. d. Flectentur termini vestri, sicut flectuntur in gyrum scorpiones[p]. 2. Aliis est nomen loci. Ità L. E. Me. T. F. item ό. Ti. V. To. K. Mo. Merc. & alii in Bo. Et patet ex Jud. 1. v. ult. Sic dictus erat, vel, 1. à scorpionum multitudine[q], ut indicatur Deut. 8. 15[r]. עַקְרָב scorpionem significat Heb. Syr. Chald. Arab. & Æthiop. Et pars Asiæ dicta est Σκορπιοφόρος χώρα, ut ex Ptolem. constat †. Vel, 2. à collium & cacuminum curvitate[t]. Vel, 3. à spinis, quæ acritate scorpionum aculeos referunt[v]. Dubium mihi est an *Akrab* sign. scorpiones, an spinas[x]. Ab hoc dicta videtur regio (vel urbs, ait Bo.) *Acrabatenæ*, Idumææ vicina, 1 Mac. 5. 3[y]. Consentit locus; nam urbs illa erat in Idumæa. Vide 1 Mac. 5. & Jo. Antiq. 12. 11. Sed alia fuit *Acrabatena* multò notior, una ex Judææ Toparchiis, sed alio loco, nempe, trans Samariam: de qua Jo. Belli 3. 5. Plin. 5. 14[z]. ¶ *Senna*] *Sina*, Jos. 15. Utrobique est צִנָה, vertendum *in Sin*, nam ה est locale. *Senna* petræ nomen est in Hi. An fortè illa Judic. 1. ult. quæ cum Ascensu scorpionum statuitur esse Amoræorum terminus? ¶ *A meridie*, [מִנֶּגֶב] i. e. Versùs meridiem. Siquidem *Cadesbarne* desertum *Pharan*, quod erat ad Austrum Cananææ, attingebat, ut liquet ex Num. 13. q. d. *A Senna* loco Borealiori in *Cadesbarne* partem Australiorem termini hi excurrebant, contrà quàm statuit Masius[a]. ¶ *Villam*, &c. [חֲצַר אַדָּר] i. e. *Atrium, villam, prædium Adar*, Ma. Seorsim nominantur Jos. 15. 3. *Chetzron* & *Adar*, quia hæc oppida, licèt conjuncta situ, muro tamen discreta erant[b].

5. *Ad torrentem Ægypti*, ità ό. [נַחְלָה] *Flumen*, O. Sa. Intelligunt, vel, 1. rivum prope *Rhinocoluram* in mare mediterraneum influentem[c]; vel, 2. *Nilum*, vel aliquod ejus brachium[d]. Et hinc origo nominis. Nam נחל veteres non *nachal*, sed *neel*, efferebant; unde Νεῖλος. *Nilum* autem *torrentem* vocant Lucan. l. 9. & Valerius Argonauticωn l. 4 †. Q. *ad vallem Ægypti*, JT. i. e. partem Casiotidis quæ subest monti Casio cis paludem Sirbonidem, quæ *Ægypti* propterea dicitur, quia Ægyptum ab Judæa disterminat. Vide Jos. 13. 3. & 15. 47[f].

6. *Plaga autem*, &c.] Sensus est, Plaga occidentalis, sicut à mari ipso initium accepit, ità ipso mari finem habebit, nec alius erit occidentalis limes quàm mare[g]. ¶ Heb. [וּגְבוּל יָם וְהָיָה לָכֶם הַיָּם הַגָּדוֹל וּגְבוּל זֶה יִהְיֶה לָכֶם גְּבוּל יָם] [Variant. Q. sic vertunt;] *Et terminus maris*, sive *occidentalis*, *erit vobis mare magnum & terminus ejus: hic erit vobis terminus maris*, *sive occidentalis*. Ità Sy. A. Ch. Supplet Ch. τὸ *ejus*, & sic habetur Jos. 15. 12, 47[h]. *Est & terminus maris*, i. e. occidentalis; *statim autem vobis occurret mare magnum*, quod *ipsum erit terminus*, Q. in V. Alii nullam habent rationem distinctionis Hebræorum quæ est sub וּגְבוּל[i], [vertúntque hoc modo;] *Terminus occidentalis erit vobis mare magnum: terminus iste erit vobis terminus occidentalis*, Sa. P. sim. M. *Terminus verò occidentalis ut est vobis ipsum mare magnum, ità terminus hic esto terminus occidentalis*, JT. Pi. Ter idem dicit; q. d. ab omni parte Occidentis mari mediterraneo cingitur[k]. Hoc autem mare *magnum* dicitur, quod maximum est omnium marium in terra Israel. Ea sunt *mare Tiberiadis*, & *Salis*, &c[l].

7. *Septentrionalem*, &c. [תְּתָאוּ לָכֶם הֹר הָהָר] *Designabitis*, &c. V. A. Ma. sub. *lineam quandam*, V. *Definietis*, Ma. *circumscribetis*, M. *vobis*, &c. Sed quid הור

[i] E. Mc. T. [k] Bo. [l] Me. ex Bo. [m] V. [n] V. RS. & To. in Bo. [o] Bo. [p] Q. in F. & Eugub. in Bo. [q] L. F. To. in T. Ma. [r] Ma. † BA. 2. 4. 29. 642. [t] Mar. & Sà in T. [v] Ma. [x] O. [y] BA. P. 641. Bo. [z] BA. p. 641. [a] Bo. [b] Jun. [c] Me. L. La. O. plerique in Ma. [d] Ma. ità Jon. & Jeres. in BA. & RS. in D. † BA. 2. 3. 15. 764. 31. [f] Ma. ex Jun. [g] Me. [h] A. [i] V. [k] Ma. [l] D. Ma.

m Q. in F. & V. O. Ma. M. n Bo. o A. — הֹר הָהָר? Resp. 1. Mons *Hor*, ubi Aaron mortuus[m]. Non placet; quia ille ad Austrum erat, & prope Idumæos[n]. Num. 33. 37, 38[o]. [At Ma. sic declinat hoc telum.] Hîc tantùm dicitur (inquit) in termino Australi duci rectam lineam à mari magno Orientem versùs ad *Hor* montem in quo obiit Aaron, & ab *Hor* monte aliam versùs Aquilonem duci lineam usque ad introitum *Hemath*, terminum aquilonarem Terræ promissæ[p]. 2. Est hic alius mons, dictus etiam *Hor*[q]. Volunt esse nomen promontorii[r]. Potest esse pars aliqua montis *libani*†. Vel est *Hermon* mons, quem variis nominibus appellatum esse constat, Deut. 3. 9. & (sicut *Hor* hoc loco) conjungitur cum introitu *Emath*, Jos. 13. 5[t]. 3. *Mons altissimus*, Vulg. nempe, *Libanus* & *Anti-libanus*, duo quasi ejusdem montis juga & vertices[v]. Hic enim longo tractu Borealem Terræ promissæ oram claudebat. o'. in Romano codice habent, *apud montem montem*. Videntur & illi & Hi. (item RS. in L.) legisse הַר הָהָר, *usque ad montem montis*: super montem erat quidam monticulus[x].

(Margin: p Ma. q A. r Q. in F. & V. † Bo. t A. v Me. ex Bo. x RS. in L.)

8. *In Emath*] Inter Boreales terminos est, Ezec. 47. 16, 17[y]. Erat juxta *Libanum* montem. Longitudo Canaan sæpe describitur *ab introitu Emath ad torrentem Ægypti*[z]. *Hamath* hîc est *Antiochia*[a]. Ridiculum. Ea erat Syriæ metropolis, & extra fines Terræ promissæ. Al. *Epiphania*: ità Hi[b]. Vocatur *Hemath magna*, Amos. 6. 2. Vide quæ ad Num. 13. 21[c].

(Margin: y A. z Bo. a M. b Me. c A.)

11. *In Rebla*, הָרִבְלָה] Urbs est in terra *Hamath*, 2 Reg. 23. & 25[d]. ¶ *Contra fontem Daphnim*, מִקֶּדֶם לָעָיִן] *De oriente* (vel, *ante*) *Ain*, A. Ma. vel, *fontem*, Ma. *ad fontes*, o'. in Bo. Jordanis caput & initium intelligit†. [De additamento *Daphnim* à Vulg. & Hi. vide Bo. & Nebris. quinquag. c. 14. *Quæ lubens prætereo, utpote exigui momenti.* Jon. tamen pro *Ribla* habet דַּפְנִי *Daphnen*, BC. 1. 16. 468.] ¶ *Indè pervenient ad mare*, וּמָחָה עַל כֶּתֶף יָם] Ad verb. *Et percutiet super humerum maris*, Mo. *Et pertinget*, vel *perget*, *ad littus*, seu *latus*, *maris*, Ch. Ar. Sa. A. ¶ *Ad mare Cenereth*] Hujus mentio Jos. 12. 3. & 13. 27. & urbis *Cinnereth* Jos. 19. 35. (unde fortè lacui nomen, ut fieri solet[f];) & regionis *Cinnereth*, Jos. 11. 2. 1 Reg. 15. 20[g]. Idem corruptè dicitur *Genesareth*[h]. Item mare *Galilææ*, & *Tiberiadis*[i]. De hoc mari vide ad Matt. 14. 34. Fuit olim portio regni Amoræorum[k].

(Margin: d A. † L. f F. V. g A. h F. V. D. i A. D. k G.)

12. *Ad Jordanem*] Scil. majorem[l]. Nam ab eo lacu ad mare Mortuum Jordanes major est quàm antea.

(Margin: l Me. ex Bo.)

15. *Ad orientalem plagam*, קֵדְמָה מִזְרָחָה] *In*, vel *ad*, *orientem in ortum*, Ma. Mo. O. *ab anteriore parte orientem versùs*, JT. Hæc geminatio *Orientis* sign. verum & directum Orientem utriusque æquinoctii. Vide Exod. 27. 13†. *Ad orientem, ad exortum Solis*[m]. [At o'. *ab Austro, ad orientem.*]

(Margin: † Ma. m P. A. O.)

18. לִנְחֹל] *Ad hæreditandum*, Mo. Pi. *ad dividendas possessiones*, Ch. sim. Sa. Sy. Sed videtur scriptum לְנַחֵל pro לִנְחֹל, quæ vox in eadem sententia legitur vers. 29[n].

(Margin: n Pi.)

CAP. XXXV.

3. *Et suburbana*, וּמִגְרָשׁ] Sing. pro plur. V. *suburbium*, vide Levit. 25. 34. Ma. M. F. V. D. G. O. *exitus urbium*, O. *agri oppidorum*, Sy. *plateæ earum*, Ar. Prædia adjacentia urbibus, V. Dicitur à גָּרַשׁ *expulit*, & *ejecit*; q. d. ex urbe expulsum[a]. Spatium erat mille cubitorum[b]. Solùm pro civitatis decore; nec poterant Levitæ ibi exstruere domos, serere agros, aut plantare vineas[c]. Sed erat pratum ad pascendum pecora: Moses de Kotsi lib. mandat[d]. Non manebat omnibus commune, sed Levitæ inter se distribuerunt, excitatis caulis, &c. ut patet ex Jos. 21. 18. & 1 Paralip. 6. 60†. ¶ *Jumentis*, לְחַיָּתָם] *Bestiæ eorum*, Ma. O. *Necessitatibus eorum*, i. e. rebus aliis omnibus necessariis[f]. Al. *ad vitam ipsorum*. Expende. Hinc dictitant, *Ad vitam dedit illud*, nempe, suburbanum, *non ad sepulturam*[g]. Extra illum terminum erant sepulchreta[h].

(Margin: a V. K. in F. b G. M. F. V. D. c M. F. V. RS. in D. d D. † Bo. f Jon. in D. RS. in M. g D. h D. ad v. 2.)

4. *Mille*] At v. 5. sunt *duo millia*. Quomodo concordant? Resp. 1. Ar. sic reddit; *Plateæ civitatis — erunt mille cubiti*, v. 4. *Præterea dimetimini — duo millia*, &c. v. 5. *Spatium interius, quo suburbanum continebatur, erat mille cubitorum: exterius verò, in quo agri & vineæ, duorum millium*[i]. Sed hoc confictum videtur[k]. Mille cubiti propinquiores civitati pecuariæ inserviebant; hi mille remotiores culturæ[l]. 2. *Bis mille* dicuntur, & erant, si linea protendatur à latere opposito ad oppositum, v.g. ab Oriente ad Occidentem, quia utrinque erant *mille cubiti*. Ità Ser. ad Jos. 21. & Mas. ad Jos. 14†. Non placet; nam in textu ab uno eodémque latere computantur duo mille cubiti[m]. Sic omittitur in medio civitatis spatium. Si alicui videatur (ut nobis aliquando visum) hoc modo totum illud de *angulis* seu *plagis occidentali* & *aquilonari* in vers. 5. redundare: respondeo, id non battologiæ, sed exegesi populari, deputari oportere, sicut Ezec. 42. 16, &c. & 48. 16, &c[n]. 3. In vers. 4. cubiti sunt geometrici & sacri, de quibus 1 Reg. 6. 2. & 7. 15. in vers. 5. vulgares, illis duplò minores[o]. At sacri cubiti non ad soli vel areæ mensiones, sed ad structurarum commensus, pertinent[p]. 4. Mendum est in textu Hebræo v. 4. ut patet, quia suburbana bis mille cubitos lata fuisse affirmant o'. (qui etiam hoc versu habent *bis mille*,) & Jo. Ant. 4. 4. & Ph. de Sacerd. honor. in fine[q]. 5. Habuerunt à muris *mille* cubitos in longitudine, & *bis mille* in circuitu ab omni latere; h. e. in universum octo mille, ut patet in sequente figura.


(Margin: i RS. in D. k La. l Q. in Jun. † La. ità Jun. m La. n Jun. o Q. in Ma. ità Capel. ad an. diluv. in Ga. p Ma. q Bo.)

Oriens.
1000. cub: 1000. cub: 1000. cub: 1000. cub: 1000. cub:
Septentrio. Ur bs Meridies.
1000. cub: 1000. cub: 1000. cub:
1000. cub: 1000. cub:
Occidens.

Ubi apparet unumquodque urbis latus esse duplò longius quàm linea ex urbe extrinsecùs producta, quæ est *mille cubit*. v. 4. adeóque singulis lateribus vel partibus relinquuntur bis mille cubiti[r]. A pariete ad terminum erant mille cubiti; at per circuitum inter plagam & plagam duo millia†. Quòd si forma urbis sit circularis, eadem erit proportio, cum exiguo discrimine, ut consideranti facilè patebit[t]. [De quo vide La.]

(Margin: r Angl. † O. t Ang.)

6. *De ipsis*, &c. וְאֵת הֶעָרִים] *De urbibus*, אֵת pro מִן, V. *Et urbes*, Ma. ¶ *In fugitivorum auxilia*, עָרֵי הַמִּקְלָט] *Urbes refugii*; ità Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. Vel, *evasionis*, O. vel, *receptùs*, Mo. JT. Mas. quòd ad illas evaderet homicida, ibique salvaretur[v]. קָלַט sign. *excipere*, seu *retinere*, veteribus Judæis in Doctrinali. Nam & conjunctionem eam quâ surculus coalescit cum trunco cui insitus est vocant קְלִיטָה: & in S. Literis קָלוּט est vitium corporis, cùm membrum unum alteri est agnatum; veluti si duo digiti in unum sint concreti: Mas. ad Jos. 20. 2. Al. *urbes collectionis*, (vel *contractionis*, Ma. O. vel *retentionis*, M.) à קלט *colligere*, *contrahere*, quòd illic colligerentur & contraherentur fugitivi[x]; ibique retinerentur ad mortem sacerdotis[y]. *Naturalis æquitas hujus instituti causa. Ideo perfugia etiam advenis patebant. Viæ erant complanatæ (ut nullum esset fugienti obstaculum, juxta Deut. 19. 3. *Præparabis viam*, &c. F.) & lapides (in biviis, F.) pro viæ indicio. Comitabantur fugientem viri eruditi, (duo vel tres, F.) qui vindicem, si fortè in eum incidissent, blandis verbis mitigarent. Locus ipse perfugii aquis abundans, (& reliquis ad victum necessariis, F.) Arma ibi fabricare vetitum, (nè



fortè vindex sub prætextu emendi eò veniret, & homicidam opprimeret, F.) Opificio aliquo vitam sibi

(Margin: v F. x F. V. Ma. y M.)

quærere debebat is qui perfugerat. Nemo fugere impediebatur, qualecunque fuisset homicidium [z]. Etiam extra has, aliæ Levitarum urbes volentibus pro perfugio erant. Sacerdoti, si quid tale evenisset, pro asylo erat Templi basilica. Etiam apud Græcos exsilio fortuiti casus luebantur; ut exemplo Phœnicis ex Homero probat Claudius Saturninus, L. *Aut facta*, sect. *Eventus*, D. de Pœnis. Adde exsilia Cephali & Herculis apud Apollodorum; Porphyrium de Abstinentia ab animantibus 1. Ἐπεὶ κ̀ τὸν ἀκούσιον, &c. h. e. *Nec cædem involuntariam extra omnem jacturam constituerunt Legislatores, ut nullus esset prætextus illis qui spontè eorum facta imitarentur* [a].

11. *Decernite*, וְהִקְרִיתֶם] [Variè reddunt.] *Constituetis*, Ch. Sa. Ti. O. A. *Parate*, Sy. *Nominate*, Ar. [qu. à קרא.] *Contingere* (vel, *occurrere*) *facietis*, Mo. Q. in Ma. *Postquam sortiti eritis*, &c. JT. *Distinguetis vobis*, ό. Al. *Contignabitis, contabulabitis*, ex קוֹרָה *tignum, trabes* [b]. ¶ *Qui nolentes*, בִּשְׁגָגָה] *Per ignorantiam*, Ch. in Bi. O. Per *errorem*, vel *imprudentiam*, & non deditâ operâ: *in inconsideratione*. Vide Lev. 4.2 [c]. *Involuntariè*, ό. in Bo. Ob aliud nullum crimen datum jus refugii. Qu. Quid si se defendendo occidisset? Resp. Quando de hoc constabat, non opus erat eò confugere [d]. Ratio hujus legis erat, ut vindictæ subtraheretur qui probabiliter saltem habebatur innocens; quia licèt innocens esset, residere tamen poterat suspicio criminis, quæ propinquum stimularet ad vindictam †.

12. *Cognatus*, &c. מִגֹּאֵל] *A vindice*, Ti. A. JT. nempe, occisi, JT. *A vindicante sanguinem*, ό. sim. Sy. *à propinquo*, Sa. *A consanguineo*, vel *cognato*, vel, *propter consanguineum*, sub. *interfecti*, Ch. Propriè sign. *redimentem*, (*de redemptore*, Ma. Mo.) Sic vocatur propinquus, quòd illi competit jus redemptionis. Hîc optimè vertas, *à redemptore sanguinis*. Ut enim in elocatis agris & vineis propinquus jus habebat redemptionis; ità quoque permittebatur (ob cordis Judæorum duritiam, T.) illi ulcisci fratrem, aut alium consanguineum, interfectum. Et ultio ista hîc vocatur *redemptio*, etiamsi propinquus occisus ad possessionem revocari non posset, ut ager elocatus, aut filius in servitutem venditus, recuperabatur [f]. ¶ *In conspectu multitudinis*, &c.] Heb. *usquequò stet coram cœtu in judicium*, O. i. e. coram cœtu suo ac legitimo, cui defertur hujus cognitio ex jure, infrà v. 24 [g]. Per עֵדָה Hebræi intelligunt hîc & alibi non *totam multitudinem*, sed *Senatores* [h]. *Multitudo* hæc erat Judicum [i]. At veriùs populi, ex v. 24. *audiente populo*. Judicibus se sistebant, sed coram populo [k]. Donec tota synagoga cognoverit de causa ejus [l]. Qu. Ubi fiebat judicium, & in qua civitate? Resp. 1. In urbe refugii [m]. Probant ex Deut. 19.12. —*seniores civitatis mittent & arripient* (homicidam voluntarium) *de loco effugii, & tradent in manu proximi*, &c. At parùm credibile est id factum ante judicium de eodem in Levitica urbe habitum. Respondeo, 1. Seniores illi accersebant eum tantùm qui facti evidentiâ nocens erat, vel cujus causa erat dubia, & ab iis discutienda; neque ante hanc discussionem occidendus proximo tradebatur. 2. Verisimile est homicidam urbe refugii non emissum, nisi probatum esset innocentiam ejus dubiam esse [n]. Resp. 2. In ea urbe in qua (vel, prope quam) cædes patrata erat [o]. Probatur, 1. ex vers. 25. *reducetur in urbem ad quam confugerat*: quod non diceretur, si quidem iste locus judicii non esset extra urbem [p]. [Ad hoc tria respondet Masius.] 1. Rectè dicitur reduci in urbem ad quam confugerat, non ex illa altera urbe in qua peccârat, sed ex asyli porta, in qua causam dixit. 2. Ea verba accipienda sunt de cœtu loci in quo peccavit, nempe, si homicida ad ejus urbis magistratum, non ad asylum, confugisset, vel itineris periculo vel aliâ re prohibitus. Nam illud, *ad urbem receptûs sui*, interpretari potest de urbe ad quam confugere debuisset. Tutandi enim erant in eo casu à magistratu alterius urbis. 3. Ista reductio (homicidæ) absoluti antithesis est traditionis ejus condemnati. Quæro igitur vicissim ab illis, Cur damnatum ut noxæ dederetur mittebat repetitum ab asyli senatu senatus urbis in qua

[z] G. ex F. [a] G. [b] Ma. [c] V. [d] Bo. ex To. † Bo. [f] V. ex M. F. [g] Ma. [h] M. ad v. 24. [i] To. [k] Bo. [l] V. [m] Ità Ma. Ser. & Mont. in Bo. [n] Bo. [o] Ità Bo. T. G. item RR. To. L. & Caj. in Bo. A. [p] Bo.

facinus fecerat, (hoc enim scriptum est, Deut. 19. 12.) si in hac, non illa, urbe judicatum est? neque enim capitis judicium nisi in præsentem constitui potuit [q]. 2. Id commodius erat, quia ibi ad manum erant testes & indicia criminis, vel innocentiæ [r]. Cum præsidio ex urbe perfugii reus deducebatur ad judices loci ubi homicidium erat perpetratum. Si appareret malum consilium, puniebatur: sin casus aut levis culpa, sub præsidio in perfugii urbem reducebatur. Confer Deut. 4. 42. & 19. 2. & seq. Jos. 20 †. Ex hoc loco colligunt, nihil opus fuisse ut ii ad civitatem receptûs confugerent qui in civitate hominem occiderant, aut in alio loco unde commodiùs poterant se sistere purgandos magistratui suo [t]. Hunc locum non intellexit Masius in Jos. 20. 4. nec illum, Deut. 19. 12 [v].

14. *Tres trans Jordan, & tres in Canaan*] Qu. Cur totidem trans Jordanem quot cis eam, cùm longè major esset Cis-jordanina regio? Resp. 1. Utriusque regionis par erat longitudo. 2. Etiam iis qui cis Jordanem permissum fuit ad unam è Trans-jordaninis confugere, si vicinior esset [x].

16. *Si ferro*, &c.] Mos Hebræorum multis verbis rem circumloqui. Sensus est, mortis esse pœnam, qualicunque telo (ut Romani eam vocem usurpant, L. *Hi qui*, D. ad L. Juliam de vi publica) quis hominem occiderit. Ex telo præsumitur malum consilium, nisi contrarium appareat [y]. *Si ferro*, nimirum, sciens & prudens [z]. Patet ex vers. 17. 18. & ex antithesi; præcessit enim, *Quisquis percusserit per errorem* [a].

17. *Si lapidem*] Heb. *Si in lapide manûs*, i. e. qui manum implet [b]. At si esset lapis parvus, qui manum tenentis non impleret, aut virga tenera, præsumitur quòd his, sine alio casu, occîdi non possit [c]. *Si lapide manuali*, G. De eo vide Lipsium, l. 4. Poliorcet. dialog. 3 [d]. Al. Si lapide quem manu projecerit. Hs est †. ¶ *Punietur*] Morte; nempe, si statim exspirârit: secus, si ab ictu ambulâsset, Exod. 21. 20, 21 [f].

18. *Si ligno*] Heb. *si instrumento ligneo manûs*, V. Ma. i. e. instrumento quod manu gestabat, aut quod manu projecerit [g].

19. *Propinquus*] Proximus sanguine [h]. ¶ *Interficiet*] *Morti tradet*, JT. Videtur permissio, non præceptum [i]. At si in judicio nocens declaratus esset, obligatus fuit occidere, (ut patet ex v. 21. & 31. & Deut. 19. 12, 13 [k].) vel per se, vel per alium [l].

22. *Si fortuitu*, Ch. vel, *ex improviso*, Ar. בְּפֶתַע] *Repentè*, ό. Sa. sim. Sy. V. Ma.

23. בְּלֹא רְאוֹת] *Absque videre*, Mo. *quem non viderat*, Sa. sim. P. *ipso non vidente*, Ch. Sy. Ti. A. Al. *non sciens*, ό. Ar. *inconsideratè*, JT.

25. *Liberabitur*, &c. וְהִצִּילוּ הָעֵדָה] *Et conventus absolverit*. עֵדָה *turba* est numerus hominum supra decem [m]. Hi nè deessent, constituerunt in urbibus 21 judices homicidiorum, &c. Olim verò totus loci populus judicabat; sicut & pro Synedrio aliquamdiu fuit populus omnis, Mose eum edocente [n]. ¶ *Donec sacerdos qui unctus*, &c. אֲשֶׁר מָשַׁח אֹתוֹ] *Quem unxit eum*, sub. *ille qui unxit*, V. *Quem unxit* Deus, &c. JT. Pi. *qui unctus est*, M. Qu. Quæ hujus ratio? Resp. Ea unica est vera & solida, nempe, ut sign. Christi morte perfectam libertatem adferendam, & potestatem revertendi in patriam, i. e. cœlum [o]. Alii tamen alias dant. Exsul factus est, nè ex mora ipsius inter amicos defuncti seditiones & homicidia orirentur; maximè cùm Judæi crudeles erant & proni ad effusionem sanguinis [p]. Sacerdos magnus homo sanctissimus esse debebat, & talis credebatur: Solet autem Deus ob mala à viris sanctis piè tolerata aliorum peccatis ignoscere. Vide Ezec. 5. & quæ nos ad Matt. 20. 28. Tum verò propinqui luctûs solatium magnum habebant in luctu publico tanto [q]. Tempore luctûs solent particulares iræ sedari [r]. Tanti viri morte admonebantur quàm fragilis esset hominum vita, fierique posse ut ipsimet cras moriantur; adeóque ardor ille cædis ulciscendæ restinguebatur †. Morte talis ac tanti hominis expiati erant qui viverent [t]. Ego censeo hoc pertinere ad cædis humanæ immanitatem declarandum. Et hæc verba, *qui unctus est oleo*, &c. tanquam causa afferuntur, cur tanta superstitis Pontificis debeat esse reveren-

[q] Mas. ad Jos. 20. 4. [r] T. Bo. † G. [t] Ità Jun. [v] Ma. [x] Bo. ad v. 6. [y] G. [z] Pi. Ma. M. [a] Pi. [b] M. D. G. [c] M. [d] Ma. † V. Ma. A. [f] Me. [g] V. [h] He. in G. [i] Me. T. ad v. 6. [k] Bo. [l] E. [m] He. in G. [n] G. [o] Bo. ità Me. A. Ma. F. [p] L. [q] G. [r] Q. sim. Maimon. & Levi Gersonis in Mas. ad Jos. 20. 6. † Abarb. & alii in Muis. [t] Q. He. in Muis.

reverentia. Sensúsque hic esse videtur, homicidam intra suas latebras tamdiu se occultare debere dum superstes est ille Pontifex, qui Divinæ Majestatis personam quodammodo adumbrat, in quo (idcirco) ipsa Dei majestas est violata per illiusmodi facinus quod interea, dum ille pro Deo fungebatur summo sacerdotio, est patratum [v]. Qu. Sed cur potiùs *donec moriatur sacerdos*, &c. quàm *donec moriatur Rex*, &c? Resp. 1. Quia Regnum non fuit apud illos ità perpetuum sicut Sacerdotium. Politica ratio regendi variata fuit; interdum Principe caruerunt, at nunquam summo Sacerdote. 2. Ob mysticam rationem, quia Christus non tam ut Rex noster, quàm ut Sacerdos, per sanguinem suum nobis pacem & reditum in patriam cœlestem acquisivit [x]. A morte sacerdotis restituebatur reus ad omnia bona & honores [y]. Et quia sacerdos magnus expiator erat talium culparum, ideo nec ipsi, si homicidium fecisset, dabatur reditus, nec ei qui ipsum occidisset [z].

26. *Si extra fines*, &c. אֶרֶץ־גְּבוּל] *Termino*, JT. ex *termino*. Deficit מִן. Ponitur אֶרֶץ pro מֵאֶרֶץ [a].

27. *Absque noxa*] Absque pœna & culpa [b]. Non propinquus tantùm, sed quivis. Ità consuetudo hunc locum interpretata est ex sequentibus [c].

28. *Debuerat residere*, יֵשֵׁב] *Habitabit*, Ma. *Sedet*, i. e. residere aut manere debet. Sic, *filius honorat patrem*, i. e. honorare debet [d]. *Manebit*, id est, mansisset. Quia enim Hebræi modum optantem & potentialem non habent, utuntur pro eo indicativo. *Mansisset* autem est simile isti Virgiliano, *At tu dictis, Albane, maneres*. Fuit & hujus moris vestigium aliquod apud Gentes. Nam in templo Aricino fugitivus morte sacerdotis à fuga liberabatur. Testis Servius ad 6. Æneid †.

30. *Homicida sub testibus punietur*, כָּל־מַכֵּה נֶפֶשׁ לְפִי עֵדִים יִרְצַח אֶת־הָרוֹצֵחַ] *Omnis percutiens animam*, (vel, *quicunque percutiet*, vel, *percussurus est*, *animam*, sive *aliquem*, Sa. Sy. M. Ti. JT.) *ad os testium* (vel, *per*, sive *secundùm*, *testes*, o'. Sa. *ad depositionem testium*, Sy.) *occidet homicidam*, Mo. sim. JT. *Occidet*, nempe Judex, *occisorem*, Ma. Alii, *occidetur homicida*, Ch. A. M. Ti. (vel, *homicida ille*, Sa. *homicida talis*, Sy.) Heb. *Omnis percutiens animam*, i.e. hominem; jure scilicet: nimirum, Judex [f]. [Aliter Ar. *Omnis qui occiderit animam consultò, ad dictum duorum testium interficito eum.*] Vel, Vindex [g]. *Qui percussurus est*, i. e. supplicio capitis affecturus, ut docent sequentia [h]. ¶ *Ad unius*, &c. Heb. *Testis unus*, לֹא יַעֲנֶה] *Non loquetur*, V. *non respondebit*, Ma. *non testabitur*, Ch. & o'. in A. Solo teste nullus condemnabitur, ad mortem scilicet [i].

31. *Non pretium*, כֹּפֶר] *Expiationem*, Ma. *Redemptionem*, sive pretium pro redemptione vitæ homicidæ [k]. ¶ *Quia reus*, &c. רָשָׁע] *Impius, ut moriatur*, V. i. e. Reus, sons, morte dignus, damnatus ad mortem [l]. רָשָׁע est vocabulum juris [m]. Psal. 109. 7. *exeat improbus*, i. e. sons [n]. Pro vulneris talione mulcta accipi poterat, non pro pœna homicidii [o].

32. *Exsules*, &c. לָנוּס אֶל עִיר מִקְלָטוֹ לָשׁוּב] Non accipietis pretium *ad fugiendum ad civitatem receptûs sui ad revertendum*, Mo. sim. o'. *ut quis fugiat, quò revertatur*, Sa. sim. P. Alii, *ab eo qui effugit —ut revertatur*, M. JT. sim. Ch. sive, *ut liceat ei redire*, Ti. sic K. & RS. in Bo. Duo videntur præscribi: nè pretium accipiant à fugientibus ad asylum, ut, scilicet, vel fugiant, vel in urbem admittantur, sed gratis recipiantur; vel sic, ut eò fugiat voluntarius homicida [p]; vel, ut profugus domum redeat, &c [q]. Locum obscuriorem fecit omissa particula disjunctiva, quod & aliis locis evenit. Sensus est, Nullâ mulctæ persolutione perduci te fines, ut is qui ab urbe receptûs sub præsidio publico ad judicium perductus est, si cognoscatur deliberatò fecisse homicidium, remittatur ad urbem receptûs: aut ut ei qui est in urbe receptûs permittatur alibi habitare ante mortem Pontificis, maximi [r].

33. *Nè polluatis*, לֹא תַחֲנִיפוּ] *Non profanabitis*, Ma. vel, *fœdabitis*, A. Ma. Hoc additum ad majorem homicidii detestationem. Hæc autem contaminatio in morali quadam æstimatione posita fuit, & certis conditionibus auferenda †.

v Mas. ad Jos. 20. 6.
x E. ad Jos. 20. 6.
y G. ex F.
z G.
a Pi.
b Me.
c G.
d D.
† G.
f V. Ma.
g Ma.
h Pi.
i V. G.
k V.
l Ch. in A. D. V.
m D.
n A. D.
o G.
p O.
q Bo. O.
r G.
† Bo.

CAP. XXXVI.

1. PRincipes familiarum *Galaad*] Non qui jam acceperant possessionem in terra *Galaad*, sed qui trans Jordanem accepturi erant: nam & hi *Galaaditæ* erant, à progenitore *Galaad*, & inter hos filios *Salphaad* hæreditatem accepisse patet ex Jos. 17. 3 [a]. Q. putant hîc trajectionem esse, quam indicat vers. 5. nam reliquæ familiæ filiorum Josephi se adjunxerunt familiæ *Gilhadis*, ut ei apud Mosen, &c. patrocinarentur. Unde versum ità reddunt; *Tunc accedentes primores patrum ex familiis filiorum Josephi, cum familia filiorum Ghilhadis, filii Machiris*, &c. *loquuti sunt coram Mose*, &c [b]. Certabant passim Tribus Israel pro connubio harum puellarum, quatenus hæreditatem earum in sortes suas traherent. Quod cùm filii *Manassè* animadvertissent, causam Legislatori proponunt, & consilium quærunt [c]; metuentes nè hoc pacto minueretur terra portionis suæ. Quapropter laudat eos Legislator ob prudentiam suam [d].

3. *Minuetur*, ità Ch. Ma. Sy. M. Mo. יִגָּרַע] *Auferetur*, O. o'. Sa. Ti. A. Ità *gara* sign. Job. 36. Jer. 48. Ezec. 16 †. *Deficiat*, Ar. Hæreditas enim transiisset ad illarum liberos, qui cùm alterius Tribûs futuri essent, (nam Tribus à patre, non à matre, ducitur,) jam ea possessio in jus alterius Tribûs esset translata [f].

4. *Cùm Jubilæus*, &c.] Quo alioquin possessiones alienatæ ad priores dominos ex Lege redeunt, Levit. 25. istarum possessio non esset reditura, sed mansura perpetuò in alia Tribu jure conjugii [g].

6. *Tantùm ut suæ tribus*, &c. לְמִשְׁפַּחַת מַטֵּה אֲבִיהֶם] *Familiæ tribus patris earum*, Ma. *Tribui*, imò & *suæ familiæ* [h]. Vide vers. 8 [i]. Gr. ἐκ τοῦ δήμου τῆς πατρὸς αὐτῶν. Vide quæ de voce מִשְׁפָּחָה 27. 11. Sic & in lege Jubilæi, Lev. 25. 10 †.

7. *Nè commisceatur*, &c. וְלֹא תִסֹּב] *Et non gyrabitur*, Mo. *circumvertetur*, o'. sim. Sa. *devolvetur*, Sy. *transferatur*, Ch. Ti. P. *vagetur*, Ar. ¶ *Omnes enim viri ducent uxores de tribu & cognatione sua*] Hanc Vulgati versionem plerique sugillant, quòd legem invexerit & contextui Hebraico & juri & mori recepto adversantem; nam omnibus hoc prohibitum non esse constat [k]. ¶ Heb. כִּי אִישׁ בְּנַחֲלַת מַטֵּה אֲבוֹתָיו יִדְבְּקוּ] *Quisque enim hæreditati* (*possessioni*, Ch. *in hæreditate*, O. Ma.) *tribûs patrum suorum adhærebunt*, V. O. Ch. (*agglutinabuntur*, Ma.) i. e. manebunt in possessione sua, Q. in Ma. At alii illud, *adhærebunt*, exponunt non de *hæreditate*, sed junctis inter se connubiis, quomodo דָּבַק sumitur Gen. 2. 24. Vide Gen. 34. 3. Ità noster & Junius. Et illud, *ducent uxores*, in nostro, sic capiendum, nempe, quæ hæredes sint, ex vers. 6. & 8. Ità concordat noster cum Hebræo [l].

8. *Et cunctæ fœminæ*, &c.] Heb. *Et omnis filia hæreditans*, &c. Ma. Qu. An connubia cum alia Tribu singulis prohibita, an tantùm in casu hæreditatis transferendæ? Resp. 1. Q. prius affirmant [m]. Ratio est, Quia semper dubium esse potuit de successione in hæreditatem, siquidem fratres & eorum liberi mori poterant [n]. Resp. 1. Sufficiebat moralis certitudo, v. g. si fratres haberet plures & validos, &c. 2. Si illi mortui essent, hæreditas ad alios propinquos transibat, & ipsa illo matrimonio censebatur juri succedendi renunciare [o]. Respond. 2. Alii posterius affirmant [p]. Probatur; 1. Ex occasione legis: de talibus tantùm proponebatur quæstio. 2. Ex fine & ratione legis; *ut hæreditas permaneat in familiis* [q]. 3. Ab exemplis sanctorum [r]. *David* accepit filiam *Saul*, & *Joiada* filiam Regis *Joram*: Imò alienigenas duxerunt, *Salmon Raab*, *Boos Ruth*, *Salomon* filiam *Pharaonis*. Et hoc permittitur, Deut. 21. 10, 11, 12 †. Sic Jud. ult. 1. jurant se non daturos filias Benjamitis, ergò antea id facere licitum & consuetum erat [s]. Sacerdotes & Levitæ (quia nullam habebant hæreditatem, Deut. 18. 1.) poterant in qualibet Tribu nubere. Ità potuit affinitas esse inter *Elizab.* & *Mariam* matrem Domini [v].

11. *Filiis patrui*] i. e. Posteris: nihil enim contra

a Me. ex Bo.
b Sic Jun.
c M. F. V.
d M.
† O.
f Bo.
g Ma.
h G. Ma.
i Ma. Bo.
† G.
k Ma.
l Ma.
m Ità L. T. in Bo.
n To in Bo.
o Bo.
p Ità E. Me. T. Bo. O. Ma. M. Burg. in D. La.
q E. La.
r Bo. La. F.
† T. La. Bo.
s La. Bo.
v A.

jus & honestatem *Moses* fieri passus est [x]. [At alii strictè accipiunt.] Quærunt igitur, an connubia inter patrueles aut consobrinos illicita sunt, aut interdicta. Resp. 1. Q. affirmant. Serò concesserunt Romani ἀνεψιὰς συνοικεῖν, *consobrinas ducere*, ait Plutarch. Rom. quæst. 6. Claudius, Agrippinæ blanditiis pellectus, Senatum ingressus, decretum postulat, quo justæ inter patruos fratrúmque filias nuptiæ etiam in posterum statuerentur, (quæ ad id tempus incestæ haberentur.) Neque tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor, *T. Alledius Severus*; Tacitus, & Sueton. Claud. 26. Theodosius consobrinarum nuptias vetuit tanquam sororum; Victor. Seneca de Claudii facto, *Genitámque fratre conjugem captam sibi Toris nefandis flebili junxit face.* Exod. 6. 20 [y]. Resp. 2. Alii negant, & talia connubia licita esse contendunt [z]. Junius ipse Josepho & Mariæ tribuit avum unum, eum de quo Luc. 3. 23. ut patrueles inter se fuerint. Habes ejusmodi exemplum 1 Par. 23. 21, 22 [a]; & in Jacobo [b]. *Duxit Martinam filiam fratris, latâ lege ut idem omnibus liceret*; Lætus Heraclio. Nova nobis in fratrum filias conjugia; sed aliis gentibus solennia, nec lege ullâ prohibita. *M. Marcellus Juliam Augusti filiam duxit*, sibi sobrinam, (i. e. consobrinam, ut hîc vocem accipit,) aliíque plures [c]. De Sc° Zonaras, Decretum fecerunt licere Romanis ἀδελφιδᾶς ἄγεσθαι, *fratrum filias ducere.* Tacitus; Nec Nerva Scum sustulit [d]. Vide Levit. cap. 18. vers. 12, 13, 14 †.

12. *Mansit in tribu*, וַתְּהִי] *Et fuit*, i. e. mansit. Sic Daniel *fuit* (i. e. permansit) *ad tempus Cyri*, Daniel. cap. 1. vers. 21. *Erant* (i. e. manebant) *ibi*, Ruth cap. 1. vers. 2 [f].

x Jun. y Ga. z Ità Ma. Ga. a Ga. b Ma. c Lips. in Ga. d Ga. † A. f A.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
DEUTERONOMIUM.

CAP. I.

HUNC librum Hebræi vocant, à primis dictionibus, אֵלֶּה הַדְּבָרִים: Magistri, non rarò, מִשְׁנֶה *Misne*, i. e. *repetitam lectionem*: Alii סֵפֶר תּוֹכָחוֹת, *librum reprehensionum*, quia in eo objurgat Israelitas [a]: Græci Δευτερονόμιον, q. d. *secundam*, vel *secundariam*, *Legem* [b]. *Repetitio* est præcipuarum legum ac monitorum, in eorum gratiam qui tempore promulgatæ Legis aut nondum nati, aut per ætatem intelligendi incapaces, fuerant [c]. Cum quibus Moses hîc instaurat fœdus. Præterea, quædam hîc nova addita [d]. Simul rationem reddit Moses actionum Dei & suarum †.

1. *Hæc sunt verba*, אֵלֶּה הַדְּבָרִים] Quænam verba? Resp. 1. Quæ scripta sunt in præcedentibus libris [f]. Sed obstat loci determinatio, in quo omnia prædicta non sunt scripta vel denunciata [g]. 2. Quæ sequuntur in hoc libro *. ¶ *Ad omnem Israel*] Nempe, ad Seniores & Principes [h]. Q. volunt miraculo factum, ut à tot millibus vox Mosis audiri potuerit [i]. ¶ *Trans Jordanem*, בְּעֵבֶר] Ità erat respectu Terræ sanctæ & Jerusalem [k]. Al. *citra Jordanem*, Ch. & Hiscuni in F. בְּעֵבֶר & *trans* & *cis* sign [l]. ¶ *In solitudine campestri*, בַּמִּדְבָּר בָּעֲרָבָה] *In deserto, in campestri, sive planitie*; [ità plerique:] *in deserto ad Occident.* ό. *in deserto, in confinibus*, O. *In planitie Moab*, Num. 22. 1 [m]. Sed obstat, quòd diversa loca hîc commemorantur, *inter Paran & Tophel*, &c. Respondent, ב *in* poni pro בִּשְׁבִיל *propter*, ut sit sensus, Propterea quòd irritaverant Deum *in deserto.* Meminit autem præcipuè septem locorum, ubi maximè peccatum erat. *In planitie*, ubi se adjunxerunt *Baal-Pehor*; *ad mare Rubrum*, &c [n]. Sed hoc Rabbinorum commentum est. Non hîc intelligo planitiem Moab, (nam quis dixerit eam esse *contra mare Rubrum*, *inter Paran*, &c?) sed vastam solitudinem Arabiæ, in qua per 40 annos vagati sunt. ό. vertunt, *in solitudine ad Occidentem*; qui situs ejus erat respectu *Moab*. Sed nec illa planities unquam *desertum* vocatur; & דִּבֶּר vertendum, *quæ locutus fuerat* jampridem, & repetiit in campestribus Moab [o]. ¶ *Contra mare rubrum*, מוֹל סוּף] *E regione*, vel *ante*, vel *contra*, *Suph*, O. Ma. Sy. P. Mo. Ch. JT. Sed quid *Suph*? 1. Mare rubrum, יַם סוּף [p]. *In planitie maris Rubri*, Schol. Aq. & Sym. in Nobil. *In planitie opposita mari Rubro*, Sa. At illud nimiùm distabat ab hac planitie. Reddunt ergò, *versus à fronte Suph*: i. e. erat oppositus locus ad mare Rubrum [q]; vel, sinus aliquis maris Rubri venit versùs hanc partem [r]. At ego de monte *Horeb* hæc intelligo, (ubi hæc dicta sunt,) cujus situs hîc describitur. Erat enim in ea deserti parte quæ ad mare Rubrum vergit: & ab altera parte habebat *Paran*, Num. 10. 12. & *Haseroth*, Num. 11. in fine, &c †. 2. Aliis סוּף est regio algosa, & caricibus seu junctis abundans, ad lacum Asphaltitem [t]; juxta Jordanem, & versùs desertum Arabiæ. Ità Num. 21. 14 [v]. 3. Verti potest, *è regione finis*, vel *termini*, scil. terræ. Erat enim locus ille terminus diversorum regnorum [x]. ¶ *Inter Paran*] De quo Gen. 14. 6 [y]. ¶ *Et Thophel & Laban*] Hæc alibi non occurrunt, nec habentur inter mansiones Israelit. Num. 33 [z]. Sunt nomina propria locorum, etsi pro illis alia in Numeris ponuntur. Desertum hoc varia à locis adjacentibus nomina habuit [a]. *Tophel* postea *Pella* dicta putatur, & *Laban* postea *Libias* [b]. ¶ *Ubi auri est plurimum*] LXX vertunt, *aurifodinas* [c]; quæ fortasse ibi erant [d]: ¶ Heb. est, וְדִי זָהָב] Sign. *abundantiam auri* †. Aliis est proprium loci nomen [f].

2. *Undecim diebus*] Sub. itur, vel, *posthæc* (i. e. post Legem *Sinai* datam) *itum est.* Obj. At plures dies in eo itinere consumpserunt. Vide Num. 11. & 12. & 13. Resp. 1. Moses spectavit tantùm dies itineris, non dies quibus in stationibus constiterunt. 2. Vel non considerat Israelitarum iter, sed in genere distantiam explicat. Sed fortè prius verius. Nam non erat iter 11 dierum, sed brevius, teste Adrichom. Nec tamen mirum eos 11 dies in eo confecisse, quibus tot erant gregum, &c. impedimenta [g]. Hoc dicit, ut intelligant quàm citò in Canaan pervenisse potuissent, nisi rebellâssent [h]. ¶ *De Horeb*] Idem qui *Sinai* [i]. Vel *Sinai* est nomen deserti; *Horeb*, montis [k]. Vel *Horeb* est nomen loci vicini monti *Sinai*, ubi sederunt Israelitæ anno illo [l]. *Horeb* mons est vicinus admodum *Sinai*, & pro *Sinai* usurpatur [m]. ¶ *Per viam*, דֶּרֶךְ] Pro בְּדֶרֶךְ, Ger. i. e. eundo per montem, &c [n]. ¶ *Montis Seir*] *Mons* hîc pro *montanis*, vel regione montana [o]; qualem Seir inhabitavit, Mal. 1. 3. Ger. Vide Gen. 14. 6. & 36. 8, 9. Ità sæpe legimus, *in monte Ephraim, Juda*, &c [p].

3. *Undecimo mense*] Paulò ante mortem, (quæ obtigit 7. die 12. mensis, Deut. 34. Jos. 1. & 4 [q].) ut fortiùs memoriæ imprimerentur [r]. ¶ *Omnia quæ præceperat*, כְּכֹל וגו׳] *Juxta omnia*, &c. P. V. Hs; prorsus, vel omnino, ut præceperat. Non nisi mandatum sibi à Domino Moses loquitur; propterea toties in isto

a M. F. b F. V. c G. d F. † G. f Ità O. g Bo. * Me. T. Bo. h Ger. post I. i Ità To. Bo. T. in Ger. k Me. V. l V. m M. F. Ma. A. plerique in Bo. n Ità Ch. in M. & F. o B. p L. Me. T. Bo. M. F. V. O. item ό. Ch. & Ti. in Bo. A. Ar. q Ma. r O. † Bo. t Ma. ex Jun. Pi. v A. x O. y Ma. z F. V. a He. in F. & V. b Ma. A. c Bo. d Ma. in Heb. † Bo. f Ità Ti. Caj. O. & plerique in Bo. He. in F. & V. g Bo. h L. Bo. A. Ma. sim. Jun. Pi. i L. AE. & Eusèb. & plerique in D. k Q. in D. ità O. l Ge. in D. m Q. in F. n V. o A. Ma. Ger. p Ma. q Q. in Ma. r L.

istò libro repetit & inculcat, *Sicut præceperat Jehovah* *.

4. *Percussit*] Sub. vel, *Moses* †; vel potiùs, *Deus* [t]. ¶ *In Astaroth*] Montes sunt altissimi, sic dicti, quòd oves (quæ *Astaroth* nominantur) frequentes ibidem pascebantur [v]. Vide quæ nos ad Jud. 2. 13 [x].

5. *Cœpit*] Sic M. P. O. A. [simil. Ar. & plerique.] *Cœpit declarare*, i. e. declaravit. Sic, *Jesus cœpit dicere*, Luc. 12. 1. pro, *dixit*, Matt. 16. 6. &, *cœperunt vellere*, Matt. 12. 1. pro, *vellebant*, Luc. 6. 1 [y]. ¶ הוֹאִיל בֵּאֵר] *Voluit explanare*, Mo. *placuit Mosi declarare*, JT. *Voluit (placuit) Moses, & explanavit*, Q. in V. Dictio enim sign. *velle*, & *incipere* [z]. ¶ *Explanare*, בֵּאֵר] Hîc habemus librum hunc *Elucidationem Legis* esse [a].

6. *Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis*] Simil. Sa. Ar. *Sat superque mansistis*, seu *habitâstis*, Sy. JT. Nam ferme annum ibi habitârunt; Exod. 19. 1. collat. cum Num. 10. 11 [b].

7. *Revertimini*] Non quòd ipsi, sed patres eorum, in Terra promissionis fuerant [c]. ¶ Heb. פְּנוּ] *Vertite vos*, Bo. Me. O. Ma. nempe, ad rectam viam, à qua diverterant versùs montem *Horeb*. *Aspicite*, (ad verb. *faciate* [d].) q. d. Accingite vos ad iter intermissum *. ¶ *Et venite*, וּסְעוּ לָכֶם] *Movete*, vel *proficiscimini, vobis*, Ma. O. Pleonasmus est [f]: vel, q. d. hoc cedet in vestrum commodum [g]. ¶ *Ad montem Amoræorum*] *Mons* hîc pro *terra montana Amoræorum* [h]; quæ claudit fines Terræ promissæ [i]. Alii, *ad montem*, i. e. in Cadesbarne; qui locus vel urbs est ad montes ubi habitant Amoræi. Confer vers. 20. & 44 [k]. ¶ *Quæ proxima*, וְאֶל כָּל שְׁכֵנָיו] *Et ad omnia vicina ejus*, V. O. [sim. omnes;] i. e. quæ sunt illi proxima [l]. *Ad omnes vicinos ejus*, Ar. Mo. vel, *ad omnes habitationes*, seu *cohabitatores ejus*, O. Designantur hîc fines Terræ promissæ [m]. Confer istos limites cum cap. 2. 11, 24 [n]. Vide ad Gen. 15 [o]. ¶ *Contra meridiem*] Heb. *in meridie*, nempe, respectu Terræ promissæ [p]. Cùm ergò dicit, *campestria, montana, & humiliora loca contra meridiem*, latus designat meridionale. Tunc addit suo ordine terminos ab Occidente, Aquilone & Oriente [r]. ¶ *Et juxta littus maris*, sic Sa. וּבְחוֹף הַיָּם] Sing. pro plur. *& in littoribus maris*, in quibus, scilicet, sunt portus †. *In portu maris*, Mo. sim. Ch. JT. *oram maritimam*, Ar. Sy. o'. ¶ *Terram Cananæi*, אֶרֶץ] Deest אֶל *ad* [t], positum pro ב *in*, vel *ad*: quod ex præcedentibus repetendum [v].

8. *En*] Heb. *Vide*, pro, *Videte*. ¶ *Vobis*, לִפְנֵיכֶם] *Ante conspectum vestrum*, V. sim. Sy. Pi. sic Gen. 13. 9. & 34. 10. q. d. Licet vobis eam possidere [x].

9. *Dixique*] Exod. 18. 13. suggerente Jethro. Ideo hic locus narrando sequitur, qui tamen re gestâ præcessit priorem. Vide v. 22 [y].

11. *Addat*, &c. יֹסֵף עֲלֵיכֶם כָּכֶם] Ad verb. *Addat super vos sicut vos*, Mo. O. i. e. *sicut estis*, O. o'. P. sim. Sa. sicut estis *nunc*, Belg. *Augeat vos quales estis*, Sy. Ar. alios vobis similes in multitudine [z]. *Augeat vos pari numero*, Ch. *Addat super vos (millies) super id quod nunc estis*, Sy. *Addat super vos millies* tot quot *estis*, A.

12. *Negotia vestra*, sic Sa. טָרְחֲכֶם] *Gravamen vestrum*, Ma. O. *gravem laborem*, Mo. *pondus*, Ar. *molestiam*, o'. Sy. Ti. M. V. JT. *laborem*, Ch. in F. aut, *defatigationem* vestram, quâ scil. me defatigatis [a]. Putant autem per istas tres voces, *laborem, negotia, causas*, sive *rixas*, officium Principis significari. Primum est, ut jus dicat litigatoribus; 2. prospicere de commeatu; 3. curare ut privati sine mutuis injuriis degant [b].

13. *Date ex vobis*] Sic Ch. *Date vobis*, o'. Sa. Mo. *eligite vobis*, Sy. *adducite*, Ar. ¶ *Sapientes & gnaros*, חֲכָמִים וּנְבֹנִים] Rectiùs, *sapientes & prudentes*, G. Ità Ch. & RS. in F. V. *Sapiens* est qui didicit [c], vidit ac novit multa [d]: *prudens*, qui uti novit †, & ex præteritis quid in futurum faciendum sit prævidere [f]; qui de omnibus rectè & sanè judicat, & *æquitatem* callet [g]. De Josepho utrumque dicitur, Gen. 41. 39 [h]. *Sapiens* erat, quia intelligebat somnium; *Prudens*, quia consilium dedit quomodo terræ prospicerent, &c [i]. Al. נְבֹנִים, *intelligentes*, O. Ma. ¶ *Et quorum*, &c. וִידֻעִים] Q. activè legunt; *peritos*, O. Ma. F. sim. A. ità sign. Isa. 53. 3. A. *scientes*, F. Ch. Sa. ità V. & o'. συνετοὺς, *perspicaces*, aut *intelligentes*, F. *expertos* & rerum gnaros †.

* V. — † Ger. — t V. Ger. — v F. — x G. — y A. — z V. — a F. — b Jun. A. — c L. — d Ma. — * Me. — f Pi. — g Ger. — h V. Ger. — i Ger. — k Bo. Me. — l V. — m Bo. L. T. Me. — n V. — o Bo. — p Bo. — q Me. — r Ma. — † V. — t V. Ger. — v Ger. — x V. — y V. — z O. — a F. — b F. O. — c G. F. — d F. — † G. F. — f F. — g V. — h G. F. — i F. — † V.

[Al. passivè accipiunt;] *cognitos*, seu *notos*. Ità He. omnes in F. Sy. Ar. P. Mo. JT. A. *Jadua* passivum est. i. e. Celebres [k]; quorum probitas nota sit in populo [l]. *Spectatæ integritatis viros*, Ti. Ægrè plebs se submittit ignotis [m]. Requiri præter hæc in Judice aiunt Hebræi *humilitatem, timorem Dei, odium avaritiæ, amorem veri, φιλανθρωπίαν, bonam famam, ætatem vegetam, opes honestas* [n].

15. *Constitui principes*] Heb. *Et dedi eos capita*. Obj. At *populus dedit*, v. 13. Resp. Populus *dedit*, h. e. elegit; Moses *dedit*, i. e. constituit, capita. Quæ facta sunt à multis sub unius ductu, dicuntur fieri ab *illo*, vel *illis* [o]. *Dedit in regem*, 2 Chron. 9. 8. exponitur, *posuit, constituit*, 1 Reg. 10. 9 [p]. ¶ וְשֹׁטְרִים] *Et exactores*. Hi sunt ministri publici juris [q]. Vide ad Deut. 16. 18 [r]. *Statores, apparitores, baculiferos*. Vide Exod. 5. 6 †. Viatores & alios qui apparent magistratibus, & eorum jussa ac sententias exsequuntur. Græci, γραμματεοεισαγωγεῖς τοῖς κριταῖς, alibi γραμματεῖς. Prov. 6. 7. o'. ἀναγκάζοντα, Aq. ἐκβιαστὴν [t] qui perversos cogebant [v], lorόque verberabant; *lictores* [x]. Sumebantur è Levitis, 2 Par. 19. 11. & Neh. 8. 11 [y]. Hinc colligitur quàm egregia res sit publici juris ministrum agere, cùm ad hoc præcipua Tribus fuerit deputata [z]. Al. vertunt, *præfectos tribuum*, V. Ch. in Bi. Videntur fuisse inferiores Judices, ex Jos. 3. *transierunt SOTHERIM*; & Deut. 16. *judices VSOTERIM* [a]. *Scribas*, Sy. in Bi. *Moderatores*, velut Prætores quosdam, qui jus dent populo, & judicatum curent fieri in singulis causis [b]. ¶ *Tribubus vestris*] At o'. *judicibus vestris*: legebant *Shophte*. Quanquam & in Heb. textu pro *tribubus*, 2 Sam. 7. 7. ponuntur *judices*, 1 Chron. 17. 6 [c].

16. *Audite*, [ità ferè omnes,] שָׁמוֹעַ] *Audire*. Hæc phrasis sæpe usurpatur in mandatis: vide ad Exod. 13. 3. Fortè defectiva locutio est, pro, *Audiendo audite* [d]. *Cùm audietis*. In Hebræo deficit ב *Bachlam* †. [JT. sic; *Audiendo causas inter fratres vestros, judicate*, &c. qu. ו in וּשְׁפַטְתֶּם redundaret.] ¶ *Justum*, צֶדֶק] Sub. ב, *in justitia*, h. e. justè [f]. ¶ *Peregrinus*, גֵּרוֹ] *Peregrinum ejus*, Ma. A. i. e. qui cum eo vel *est*, vel *contendit*. Sic, *panem meum*, Psal. 41. 10. est, *panem mecum*, Joh. 13. 18 [g].

17. *Nulla erit distantia personarum*] Heb. *Non agnoscetis faciem*, Mo. o'. Sa. sim. Ar. h. e. Non *ex vultu judicetis*, i. e. juxta externam larvam & qualitatem, v. g. si sit dives vel pauper, amicus vel inimicus, &c [h]. *Nè veneramini vultum ullius*, Sy. *Faciem*, i. e. ea quæ in homine apparent, (& ad causam non faciunt [i]:) nam facies maximè patet in corpore humano. In gratiam alicujus ex affectu humano non judicabitis. Huic opponitur quod sequitur, *Non timebitis*, &c. i. e. minas præpotentium non reformidabitis [k]. *Faciem in judicio cognoscere* est, alicujus faciei gratiâ vel intuitu judicium invertere [l]. ¶ *Quia Dei judicium est*] Dei vices geritis, qui justissimus est [m]; nec personam respicit, & omnium Judex est [n]. ¶ *Difficile vobis*, יִקְשֶׁה מִכֶּם] *Difficilis* erit *præ vobis*, JT. sim. A. O. Quæ *gravior*, i. e. difficilior, erit, quàm ut de ea statuere valeatis [o]. *Referte ad me*] i. e. Ad Mosen Prophetam, qui meo nomine respondebit. Vide Exod. 18. 22 [p].

19. *Per viam montis*, &c.] i. e. Pergendo rectà versùs montem Amoræorum [q]; i. e. montana, ut ver. 2, 6 [r]. ¶ *In Cadesbarne*] Loca nominat ubi monitiones factæ erant †. Num. 12. 16. dicit *castrametatos fuisse in Paran*, quod est desertum in quo est *Cades-Barne* [t].

21. *Quam dat*] Heb. *dedit*. H[s], pro, offert & proponit tibi terram quam pollicitus est [v].

22. *Et accessistis*, &c.] Num. 13. 1. Domini jussu missi sunt, qui indulsit & cessit eorum infirmitati. At hîc certum est exploratores esse exigente populi incredulitate missos [x]. Divinum imperium contemnebant, ejúsque verbis fidem non habebant, Deut. 9. 23 [y]. Deum ducem sequi debebant, & Cananæos fidenter aggredi [z]. ¶ *Qui considerent terram*, וְיַחְפְּרוּ לָנוּ] *Et effodiant nobis*, Mo. *explorent*, vel *pervestigent*; [ità omnes.] ¶ *Civitates*] i. e. Quas primùm oppugnabimus [a].

23. *Placuisset*] *Placere* hîc est consentire †, metu

k F. — l V. F. — m F. — n G. — o A. ad v. 13. — p A. — q He. in F. G. A. O. — r A. — † Ma. — t G. — v V. — x He. in F. — y G. Q. He. in F. — z F. — a O. — b Jun. — c A. — d A. — † Pi. — f V. — g A. — h V. ex F. — i G. — k V. ex F. — l O. — m Me. — n O. — o V. sim. Aug. in D. misc. 2. 41. — p G. — q V. — r Pi. — † G. — t V. — v V. — x V. — y Bo. — z Ger. Pag. 52. — a RS. in Me & F. — † L. Ger.

tu majoris mali permittere, ut Matt. c. 19. v. 8 [b].

24. *Cùm perrexissent,* וַיִּפְנוּ] *Et aspexerunt, verterunt se,* Ma. *abierunt,* V.

26. *Sed increduli,* &c. וַתַּמְרוּ אֶת־פִּי יְהוָה [Variant.] *Et irritâstis os Jehovæ,* V. q. d. irritum fecistis imperium [c]. Al. *amaritudine affecistis os Domini.* Amarum est imperanti, cùm ei non obtemperatur [d]. Al. *mutavistis,* vel, *mutare fecistis, os,* i. e. ut aliud consilium vobis proponeret quàm suprà v. 8 †. Sed argutum hoc magis videtur quàm solidum, quia הִמְרָה in *Hiphil* constat exemplis idem valere quod מָרָה in *Kal.* Mallem sic, *Mutâstis os,* &c. Cùm mandato non obeditur, perinde est acsi illud mutaretur, i. e. aboleretur [f]. *Mutare,* &c. ponitur pro *rebellare,* quia verbum Dei per inobedientiam quasi mutatur & irritum redditur [g]. Al. *exacerbâstis os,* nimirum, ut vobis aspera & dura denunciaret & amara [h]. Al. *rebellâstis,* Pi. Vide infrà 43. & Num. 27. 14. & Deut. 9. 7 [i].

27. *Odit nos,* בְּשִׂנְאַת אֹתָנוּ] *In,* vel *ex, odio Domini* (supple, *ad,* vel *erga,* Ar. A. Ma.) *nos,* Mo. Similem phrasin videsis Gen. 19. 16. & 29. 20. & Hos. 3. 1 [k]. *Odio nostrî Dominus eduxit,* Sa. eò *quòd odit nos,* ο'. Sy. M. P. Ti. Odio Dei imputant quod ex amore profectum est [l]. *Propter odium Jehovæ* quo odit *nos.* Ellipsis verbi conjugati, ut Gen. 19. 16 [m]. Et præpos. ב hîc valet *propter* [n]. Nomina verbalia casum verbi sui, & sic accusativum, regunt [o]. Noxia persuasio, Deo se credere exosum [p].

28. *Ad cœlum*] Hyperbole, ut Psal. 107. 26. *ascendunt ad cœlos* [q].

31. *Et in solitudine*] *Et ut in deserto,* nempe, *Sinai:* sub. *sicut fecit,* & præterea שָׁם *ubi* [r].

32. *Et nec sic,* &c. וּבַדָּבָר הַזֶּה אֵינְכֶם מַאֲמִינִם] *Et nè per hunc quidem sermonem credebatis,* Sy. P. sim. ο'. Ch. Mo. scilicet, quo vos hortatus sum ad pergendum †. *Propterea tamen non credidistis,* Sa. *Et in hac re non fuistis creduli,* M. Ti. A. [At Ar. *Et per res hujusmodi nonne credetis?*] Vel, *Propter hanc rem,* nempe, mirificam vestrî sustentationem in deserto, non credidistis [t].

37. *Indignatio,* &c. הִתְאַנַּף] *Naribus flare se fecit,* Ma. Fecit se irasci. Notat Deum non affectibus præoccupari, sed gravi consilio & judicio irasci. Irati autem spirant vehementiùs, & narium flatu iram indicant [v]. ¶ *Propter vos,* sic O. A. בִּגְלַלְכֶם] *In revolutione vestra,* i. e. seditione & tumultu, in quo súsque déque omnia volvuntur; vel, quòd vestram pœnam & causam etiam in me devolveretis; vel, *causâ, occasione vestrî,* quòd occasio facilè volvitur [x]. *Propter revolutionem vestrî,* Pi. Qu. Quomodo dicit, *propter vos,* cùm erat ob suam infidelitatem? Resp. Moses occasione regendi tam morosi & increduli vulgi lapsus est in incredulitatem [y], dum ipsorum rebellione fuit perturbatus [z] & irritatus, Psal. 106. 32, 33 [a]. Istud, *propter,* habitudinem causæ per accidens & occasionalis significat [b]. Ob duritiam & incredulitatem populi dubitavit an Deus facturus esset quæ promisisset [c]. Vel, *propter vos,* i. e. quòd consensi in missionem exploratorum [d]. ¶ *Nec ingredieris illuc*] שָׁם pro שָׁמָּה †.

38. *Minister tuus*] Heb. *Qui stat coram te,* O. Ma. H[s], pro, *ministrat* tibi. Ità Gen. 18. 8. *Ipse stabat,* i. e. ministrabat, *juxta eos* [f]. ¶ *Robora*] H[s], pro, jube illum bono & forti animo esse [g].

39. *Qui boni ac mali ignorant distantiam*] Qui non nôrunt quid differat bonum à malo [h]. Ità Jon. 4. Homer. Odyss. υ'. —οἶδα ἕκαστα, Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· πάρος δέ τι νήπιος ἦα, (—*novi singula, Bona simul & mala; antè autem infans eram.*) Ætas adultior dicitur, quæ novit *malum ejicere, bonum eligere,* Esa. 7. 14, 15, 16 [i].

41. *Pergeretis,* וַתָּהִינוּ] Est ἅπαξ λεγόμενον [k]. [Variè redduntur.] *Voluistis,* O. K. in M. Belg. *cœpistis,* Onk. & Jon. in D. *parati fuistis,* P. Belg. *obtulistis vos ipsos sponte,* A. Q. in D. Ti. Deducunt ab הֵן, *ecce;* [q. d. *dixistis, En,* sive *Ecce, nos;* parati sumus ascendere [l].] Dubito an benè; tunc fuisset וַתְּהִנּוּ. Particula enim illa thema sive radicem habet ex ordine duplicantium, vel, si mavis, geminatorum [m]. *Contendistis,* M. Ca. sim. A. vel, *condensati* (collecti, conglobati,) *contendistis*

b Ger. p. 53. c Ma. d O. † Ma. ex Jun. f Pi. g A. h Q. in Ma. i Ma. k A. l A. m Jun. n Pi. o Glass. gram. pag. 162. p G. q Ger. r V. † Pi sim. A. t Pi. v Ger. x Ma. y V. z Ma. a A. b Bo. c E. d O. † Pi. f F. g V. ex F. h V. i G. k Pi. l K. & AE. in D. m D.

ascendere, Ma. Exponitur וַיַּעְפִּלוּ, & *contenderunt ascendere,* Num. 14. 44 [n]. Al. *Mutuò vos concitâstis,* Sy. sim. Ti. Al. *ausi fuistis.* Al. *conati estis omnibus viribus,* Q. in Ma. Al. *facile duxistis,* ex Arabismo, ubi הון vel האן est *facile esse:* q. d. Quasi nulla in eo esset difficultas, promptissimos vos ostendistis. Al. *Et contempsistis,* scil. monitum meum, ut *reverteremini.* Nam הון vel האן in 4. conjugatione, quæ Hebræorum *Hiphil* respondet, est, *spernere, vile ducere* [o]. *Congregati ascendistis,* ο'. *festini ascendistis,* Ar.

43. *Tumentes superbiâ ascendistis,* ità Sa. וַתָּזִדוּ וַתַּעֲלוּ] *Et intumuistis* (vel, *superbè egistis,* Mo. *impiè egistis,* Ch. *vim facientes,* ο'. *temerariè egistis,* V. Ma.) & *ascendistis,* Ma. *Cùm arrogaretis vobis ut ascenderetis,* vel, *cùm arroganter ascenderetis,* Q. in Ma. *Audacter conscendistis,* Ar. sim. Sa. vers.

44. *Sicut solent apes*] Ità JT. M. Ti. Quæ illum insectantur qui tetigerit alvearia. Ità Amoræi vos, qui in illorum ditionem irrupistis [p]; ut apes eum à quo sunt offensæ confertim aggrediuntur [q]. Apes facilè irritantur, & non, donec nocuerint, ab insecutione desistunt [r]. *Quomodo apes fumigatæ,* vel, *fumo irritatæ;* ità Sy. & Ar. manuscriptus, & Onk. ità legendus. Notum est eos qui castrant alvearia, apes priùs fumo absterrere. Docet Virgil. Georg. v. 230. Ovid. de Remed. amor. v. 185. Nonnus Dionysiacωn v. 249. Columella l. 10. c. 15. Plin. 11. 16. Ex hac porrò fumigatione similitudines passim ducuntur, à Lycophrone v. 180. & 254. Apollon. Argon. l. 2. v. 29. Virgil. Æneid. 12. *Arma ferunt alii,* &c. Et nè similitudines hæ subsidere videantur infra argumenti dignitatem, sciendum apibus ingentes esse animos, eas vastissima animalia aggredi, nonnunquam & interimere. Aristot. Hist. l. 9. c. 40. Plin. 11. 18. *Est in exemplis, equos ab iis occisos* †.

46. *Multo tempore,* יָמִים רַבִּים כַּיָּמִים אֲשֶׁר יְשַׁבְתֶּם] *Diebus multis, secundùm dies quibus mansistis,* vel *habitavistis,* vel *sedistis;* [ità omnes:] vel, *quibus antea manseratis,* P. *quibus ibi mansistis,* JT. A. Belg. *quibus alibi mansistis,* M. in mansionibus reliquis. Manserunt in *Cades-Barnea* 19 annis; & tot annis vagi obambulârunt in aliis mansionibus, ut docet *Seder Olam* [t]. *Longò intervallo, simili cæteris quibus eratis commorati,* Ar. Al. sic; Quanto tempore priùs habitaveritis ante reditum exploratorum illorum [v], totidem dies post reditum exploratorum ibi mansistis [x]. Verùm non sic arctandum est, sed ità explicandum, mansisse scil. ibi multos dies, quemadmodum & antè multis diebus ibi manserant [y]. Potest accipi juxta usitatum Hebraismum, ut repetitio & explicatio indeterminata illius quod præcesserat, *diebus multis* [z]. Obj. Quomodo diu ibi hæserunt, cùm jussi essent die sequenti movere castra, Num. 14. 25? Resp. At non obtemperabant isti præcepto, sed aggressi sunt Cananæos, & ab his fugati, reversi in castra luctui se dederunt, & permissi sunt ibi diutiùs commorari †.

CAP. II.

1. *Et circuivimus*] Iste circuitus erat ab anno 2. ad ann. 40 [a]. ¶ *Montem Seir*] i. e. Montanam regionem Seir [b]. ¶ *Longo tempore*] Hoc non referendum ad proximum membrum, *circumivimus montem Seir,* sed ad anterius, *venimus in solitudinem,* ubi vagati sunt 38 annis [c].

3. *Ite contra Aquilonem*] Is erat situs Canaan venientibus ab Ægypto [d]; inter *Edomæos* à sinistris, & *Moabitas* atque *Ammonitas* à dextris; ut rectâ viâ tenderent ad Aquilonem ad Amoræos, ibique Jordanem transirent †.

4. *Transibitis per terminos,* &c.] Dices, At Edomitæ transitum vi prohibuerunt. Resp. 1. Illud erat alio tempore, Num. 20. 20. Hoc post longissimum illum circuitum montis *Seir,* ubi jam populi illi territi miraculis, &c. opus habebant præsidio Dei [f]. 2. Negabant transitum per interiora regni, at transibant per termi-

n Ger. Ma. o Di. p Muis ex RR. q Ma. r M. † BA. 2. 4. 10. 507. t M. F. v V. x Caj. in Bo. y Bo. z Ger. p. 67. † Bo. a Bo. b A. c Ma. d Me. † V. Ma. A. f V. ad v. 3.

g T. ex Bo. terminos, i. e. extremas oras & fines [g]. 3. Initio ne-
h Me. ex La. gabant, postea concessisse videntur. Confer v. 6. & 28[h].
5. *Videte*] *Cavebitis vobis*, V. Sensus duplex: Ca-
vete, vel, 1. nè eos provocetis; vel, 2. nè fortè irruant
i F. V. in vos, quia timent [i]. ¶ *Nè moveamini contra eos*,
אַל תִּתְגָּרוּ בָם] [Variant.] *Nè misceatis vos cum illis*,
nempe, *in lite*, V. sim. Mo. O. (ut additur Prov. 28. 25.
k V. *miscebit litem*.) i. e. Nè provocetis eos ad bellum [k].
Id verbum de contentione ac bello tantùm dicitur.
Quomodo Latini dicunt, *miscere prælia*, *miscere cer-*
l Q. in Ma. *tamina* [l]. Al. *Nè irritetis eos*, P. sim. M. Ar. *Nè con-*
citemini adversùs eos, Sy. *Nè pugnetis cum eis*, Ch. sim.
ό. Sa. Al. *Non attrahere facietis vos in illos*, scil. *cur-*
m Ma. *rus* in bello, ut moris erat [m]. *Nè ostendatis vos feroces*
contra eos, Ti. ¶ *In possessionem dedi*] Ità ostendit
n A. Deus discrimen inter portionem *Jacobi* & *Esaui* [n].
Nondum completa erat mensura peccatorum gentis
o G. Idumææ [o]. At *Amalecitæ*, quamvis Idumæi erant, no-
p Ma. ex Jun. minatim exclusi sunt, Exod. 17. 14. Deut. 25. 17 [p].
6. *Cibos emetis*] Itaque licèt iis Manna deplueret,
non erat vetitum alios cibos edere, sicunde habere po-
q Me. ex Bo. tuissent [q]. Alii legunt interrogativè, *An cibum emetis*
ab Idumæis? q. d. Non opus est; *Nam Deus benedixit*
r D. *tibi*, &c [r]. ¶ [אֹכֶל תִּשְׁבְּרוּ] *Cibum frangetis*, Mo.
† A. Ma. Bo. Ma. i. e. emetis †. Vide annot. ad Gen. 41. 56 [t]. E-
t A. Ma. mens dicitur *frangere*, i. e. frangendum accipere; &
v Bo. vendens *frangere*, i. e. frangendum dare, ver. 28 [v].
¶ *Aquam emptam*, &c. [מַיִם תִּכְרוּ] *Aquas fodietis*,
x Me. Bo. Mo. Me. i. e. emetis [x]. Fortè possessio agrorum, &c.
Jun. adiri solebat aliquâ terræ defossione, ut hodie pedum
y Bo. positione, &c [y]. Vel, emebant puteos in eorum terra
effossos, pro more. Vide Gen. 26. 18. & Num. 21. 18.
z A. Vel כרה Arabicè sign. *emere* [z].
7. *Benedixit tibi*] q. d. Quamvis opus alio cibo vo-
bis non sit, nam *benedixit tibi*, &c. si tamen edendi
alia esculenta cupiditas vos incesserit, non est opus ra-
piendi commeatum ab Edomitis, ex benedictione enim
a He. in V. ex F. Domini abunde suppetit quo emere licebit [a]. Est con-
firmatio in futurum ab experientia gratiæ Dei 40 an-
b Ma. norum [b]. ¶ *Opere manuum*] i. e. In pecoribus, &c.
c F. V. quæ inter manus ea curantium Deus adauxerit [c].
¶ *Novit iter tuum*, &c. [יָדַע לֶכְתְּךָ אֶת־הַמִּדְבָּר] *No-*
vit, vel *agnovit*, *iter tuum* (vel, *quòd perambulaveris*,
Q. in V.) *in deserto*, JT. A. Ti. Sa. O. Vocula אֵת hìc
d Pi. valet *in*, quod insolens [d]. *Novit regere vos in illa solitu-*
dine, Sy. *Agnosce quomodo transiisti desertum*, ό. *Nôsse*
† F. V. ità Ch. in F. Bo. hìc est, favere, bene velle, & benefacere, ut Psal. 1. 6 †.
curare, Ca. Ma. Pi. conservare, (sic, *filii Eli non cog-*
noscebant Dominum, i. e. non curabant, contemne-
f Ca. bant [f],) dirigere, & prosperum facere, Bo. Me. ¶ *Ni-*
hil tibi defuit] Nempe, *tandem*. Nam licèt multa il-
g O. lis defuerint, Deus statim providebat [g].
8. *Per viam campestrem*, [מִדֶּרֶךְ הָעֲרָבָה] *Per viam*
h V. *planitiei*, vel *solitudinis*. Hìc מִן pro ב accipitur [h]. *De*
via, &c. Ma. ¶ *De Elath*, &c.] Et hìc מִן pro ב;
i Q. in V. *ad Elath*, & *ad Esion-gaber* [i]. Vide Num. 33. 35 [k].
k Ma. 9. *Nè ineas prælium*, [אַל תִּתְגָּר בָּם מִלְחָמָה] Idem
l V. verbum quod v. 5. sed hìc adjungitur *bello* [l]. ¶ *Ar*]
m D. Metropolis hæc erat *Moabitarum* [m]. *Aroer* est Ch. ό.
ità Masius in Jos. 12. 23. Non placet; quia *Ar* hære-
ditas filiorum Lot, *Areopolis* dicta, & *Rabbath Moab*,
si Masio fides. At *Aroer* Tribus *Gad ædificavit*, Num.
n D. 32. 34. i. e. restauravit, ideóque inhabitavit etiam [n].
o V. 10. *Emim*, [הָאֵמִים] Sign. *terribiles & metuendos* [o].
Sic dicti, quòd proceritate & robore aspicientibus
p F. M. אֵימָה *Emath*, terrorem, incuterent [p]. Al. ab אַמָּה *cu-*
q Me. *bitus*, q. d. *viri cubitorum*, scilicet, *multorum* [q]. Hæc com-
memorat Moses, ut Hebræi, exemplo *Emim* suis sedibus
pulsorum, armis & vi humanâ fiduciam concipiant
r F. Me. Bo. occupandæ (Deo duce) *Cananææ* [r]. ¶ *Magnus*] i. e.
† V. Nobilis & insignis †. ¶ *Ut de Enacim stirpe*, [כָּעֲנָקִים]
t Bo. Hi *Enacim* habiti sunt procerissimi omnium gigantes [t].
Inachidas dico, cum Græcis ad quos illi advenêre;
quos Ἄνακας vocant Cicero, Pollux, alii: sicut & fœ-
mina armata, *Pallas* dicta Græcis, linguâ Tyriâ ὄγκα
v G. ענקה dicebatur [v].
11. *Quasi gigantes crederentur*, [רְפָאִים יֵחָשְׁבוּ] Vel,
1. nomen est populi; q. d. *mortui infernales*, & *viri-*
bus destituti, non quoad se, sed quoad alios, qui coram

ipsis tanquam mortui erant [x]. Sensus est, Sicut *Ina-* x F.
chidæ dicebantur *Rephaim*, sic & isti *Emim* habeban-
tur suppares *Rephaimis*. *Rephaim* vox videtur esse lin-
guæ primævæ. Nominis vetustissimum vestigium esse
videtur in *Raphanæis* Syriæ, & aliis aliquot locis simi-
lis ferme soni [y]. 2. Aliis est nomen appellativum. y G.
Ità Ch. *fortes*, &c. qui refert ad *Emim*, qui inter *Ena-*
kim, i. e. robustissimos illos gigantes, reputati sunt [z]. z F.
Rephaim Sym. solet vertere Θεομάχους, alii Τιτᾶνας, alii
γίγαντας aut γηγενεῖς [a]. Clarum est hoc capite testimoni- a G.
um de gigantibus post tempora Noæ resuscitatis. Ab
his natæ fabulæ omnes Græcorum, propter famam &
nomen gigantum, & propter vetustatem [b]. b V.
12. *Horrhæi*, [הַחֹרִים] Sign. *nobiles*, *illustres*, *can-*
didos, *optimates*; à חור *albo*, sive *candore*: vel, quòd in
Oriente Principes albâ veste utuntur, sicut Latini
trabeâ & purpurâ; vel, quòd præ aliis spectabiles
essent [c]. ¶ *Sicut fecit Israel*] Obj. At hoc non- c V.
dum fecerat. Resp. 1. Vel hic liber ab Esdra scri-
ptus est; vel hoc, ut quædam alia, ab aliquo Hagio-
grapho additum [d]. 2. Moses scripsit spiritu prophe- d Q. in Bo.
tico, de futuro loquens per præt †. propter certitudi- † D. I. Pi.
nem eventûs [f]. 3. Vel loquitur de terra *Sehon* & *Og*, f Pi.
quam acquisiverant [g]. [Hinc Ar. vertit, *Sicut fecit* g D. T. et La. To. & Caj. in Bo.
Israel nonnullis in possessionibus quas dedit eis Deus.]
4. Vel, *fecit*, h. e. facere decrevit, vel, facere cœpit [h]. h Bo.
Verto, *sicut facturi essent*, &c. Ca.
14. *Fuit triginta octo annorum*] In Kadescho annos
37 cum dimidio commorati sunt; dimidium verò
annum in itinere à *Kadesch* ad *Zered* insumpserunt [i]. i Jun.
¶ *Bellatorum*] *Virorum belli*. Ità vocantur qui 20.
ætatis annum expleverunt [k]. k G. post M. F. O.
15. *Ut interirent*, ità Ch. sim. Ar. [לְהֻמָּם] *Ad*
conterendum (*quassandum*, JT. *perdendum*, Sy. M. Ti.
A.) *eos*, Mo. Sa.
20. *Terra gigantum*] [Ità ferè omnes vertunt
רְפָאִים. At Sa. vers. *terra medicorum*.] ¶ *Zomzom-*
mim, [זַמְזֻמִּים] Sign. vox, 1. *Flagitiosos & abominabi-*
les [l]; à זָמַם vel זִמָּה, Ma. Pi. (de quo Levit. 18. 17.) l Me. ex La. Ma.
Quales hoc genus homines semper habiti in sacris &
profanis literis. Geminatio auget significatum [m]. 2. *Præ-* m Ma.
sumptuosissimos, Ma. 3. *Insusitatæ magnitudinis viros*.
4. *Famosos & celebres* [n]. 5. *Machinatores*, *vafros*, Q. n La. Ma.
in Ma. Hi dicti *Zuzim* (i. e. *robusti*, La.) Gen. 14. 5 [o]. o Me. Ma. Bo. La.
22. *Sicut fecerat*, &c. כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לִבְנֵי עֵשָׂו הַיֹּשְׁבִים
בְּשֵׂעִיר אֲשֶׁר הִשְׁמִיד אֶת־הַחֹרִי מִפְּנֵיהֶם] *Quemadmo-*
dum fecit filiis Esaui, *à quorum facie* (vel, *propter quos*, P.)
perdidit Horæos, &c. JT. Belg. vel, *quando* (sive *quia*, Ch.)
perdidit Choræos, A. M. Ti. (sive, *populum liberum*, Sa.
vers.) [Aliter alii.] *Quemadmodum fecerunt filii E-*
sau habitantes in Seir, Sy. Ar. *qui perdiderunt Horæos*,
& possederunt eos, Sy. vel, *quando consumpsit Horæos*, *&*
perdiderunt eos, Ar. [ל in לִבְנֵי redundare putabant,
ut in *Tertius* לְאַבְשָׁלוֹם, de quo suo loco dicendum;
& עָשָׂה pro עָשׂוּ positum per Enallagen numeri; si-
militer הִשְׁמִיד pro הִשְׁמִידוּ.]
23. *Hevæos quoque*, [וְהָעַוִּים] *Evæi*; Gr. Εὐαῖοι,
qui & *Avæi* [p]. Hos eosdem esse cum חִוִּים, Gen. 10. 17. p D.
affirmant Mas. in Ma. & Ge. in D. quòd gutturales istæ
literæ solent inter se permutari, ut exemplis ex RR.
docet Gerund [q]. ¶ *In Haserim*, [בַּחֲצֵרִים] Idem quod q D.
Haseroth, una mansionum, Num. 33. 17 [r]. Al. *in villis*, F. r V. Ma.
¶ *Cappadoces*, ità Ch. & Græci, [כַּפְתֹּרִים] Quorum
fuisse puto urbem *Caparorsam*. Vide Ptolem †. Non † G.
sunt hi *Cappadoces* qui per Asiam minorem ad Pontum
Euxinum extenduntur [t]. Nam, 1. Illi à Japhet ori- t Me. T. Bo.
undi sunt, teste Jo. hi à *Mesraim*, Gen. c. 10. v. 14 [v]. v.
2. Palæstini venisse dicuntur *ex insulis* כַּפְתֹּרִים, Jer. v T. ex Bo.
47. quod Cappadociæ non convenit, utpote in terra
continente sitæ. *Capthorim* hi vel iidem sunt cum
Philistiim: vel, à communi parente *Misraim* oriundi,
permixtim cum iis & unanimi consensu has Cananææ
regiones invaserunt, ibique mixtim habitârunt, (ità
tamen ut nomen *Philistiim* deinceps invaluerit, anti-
quato propemodum altero; quod tamen nè interiret,
hoc commemorat Scriptura.) Probatur, 1. Quòd Pa-
læstini vocantur reliquiæ insularum *Capthor*, Jer. 47.
& de *Capthor* deducti dicuntur, Amos. 9. 7. 2. Dicun-
tur hi *Gazam* habitâsse, quæ certè Philistæorum erat,

Jud. 16. 1 Sam. 6. Puto igitur *Caphtorim* occupâsse illas quinque Philistæorum Satrapias, *Accaron*, *Geth*, *Azotum*, *Ascalon*, & *Gazam*. Et cùm ex *Misraim* erant, quidni venirent ex insulis *Nili*, quæ & plurimæ erant & maximæ [x]? *Capthor* esse Cappadociam, & *Capthoræos* Cappadoces, unanimiter statuunt veteres: ità Græci, Vulg. Hi. Euseb. Theodor. Procop. &c. & Chaldæi tres interpretes, Onk. & Jon. & Jerof. Itaque *Capthoræi* in Cappadocia fuerunt, eâ nimirum parte quæ Colchis proxima. *Capthoræis* vicini erant *Casluchi*; quia *Philistæi* Gen. 10. è *Casluchis*, alibi Jer. 47. Amos. 9. è *Capthoræis* prodiisse leguntur. Qu. Sed cur *Casluchi* & *Capthoræi* ex Ægypto egressi in tam remota secesserint? Resp. Multæ poterant subesse causæ, quas divinare nostrum non est. Fortè impulerunt eos (ut *Phryxum*, *Jasonem*, *Sesostrim*, *Persas & Medos & Saracenos postea*) *opes illius regionis*; Strab. 1. 45. Sed post exantlatas itineris tam tædiosi molestias, seu res famæ non responderet, sive hominibus in Ægypto natis frigus illorum locorum minùs tolerabile esset, sive per alios expulsi essent, in patriam reverti decreverunt, & quidam ex iis in Palæstina hæserunt, pulsis Auvæis, ut hîc dicitur [y].

24. *Torrentem Arnon*] *Arnon* est rupes in sublime projecta [z]. Quod si verum est, oportet torrentem fuisse in valle, sub rupe: ad quod alludit, Num. 21. 28. —*cives excelsorum Arnon*. Et v. 36. videtur *torrentem* separare ab *Arnon* [a]. ¶ *Incipe possidere*] Ità Sa. Ti. Hebr. *incipe*, *possîde*, V. Ma. vel, *hæredita*, Mo. *incipe ejicere*, Ch. *vastare*, Sy. *exscindere*, Ar.

25. *Terrorem*] Qualem *panicum* vocant Græci [b]. ¶ *Et dolore teneantur*, וְחָלוּ מִפָּנֶיךָ] *Et dolebunt* (*conterentur*, Ch. *infirmentur*, M. Ti. *languescent*, JT. *insanient*, Sa. vers. *angentur*, A. Ang. *timeant*, Sy. sim. Ar. P. *ut parturientes dolore consternabuntur*, Sa.) *à facie tua*, Mo. *à conspectu tuo*, Sy. sim. Ar. P. *propter te*, A. Ang. ¶ *Sub omni cælo*] Hyperbole [c]; scil. ad quæ loca fama rerum à me gestarum perveniet [d].

26. *De solitudine Cademoth*] Num. 21. 20. dicitur *Jesimon*. קְדֵמוֹת sonat *orientale* †. Ad orientale latus *Moab* erat, teste Adrichomio [f]. Aliis urbs est, de qua Jos. 13. 18 [g]. Indè desertum *Cademoth* [h]. ¶ *Verbis pacificis*] Cum *verbis pacis*. Talia sunt quæ offerunt pacem, vel nunciant salutem [i].

27. *Publicâ viâ*; sic Ch. Ar. בַּדֶּרֶךְ בַּדֶּרֶךְ אֵלֵךְ] *Per viam*, *per viam*, P. i. e. per viam publicam & tritissimam [k], & regiam, Num. 21. 22 [l]. *Omnino per viam*, O. Tantùm per viam, q. d. non divertendo in agros aut vineas. Ità Deut. 16. 20. *Justitia*, *justitia*, est, tantùm justitia, &, omnimoda justitia [m]. *Viâ rectâ*, Ti. *per iter tritum*, M. *viis semper insistentes*, Sy. *Indesinenter procedam eâdem viâ*, JT.

29. *Sicut filii Esau*] Obj. At Rex *Edom*, i. e. filiorum Esau, hoc non concessit, Num. 20 [n]. Resp. 1. Initio negavit, sed postea, sibi timens, concessit [o]. 2. Eatenus concessit, ut per (vel juxta, L.) extremos fines iter facerent [p]. 3. Vel hoc refertur non ad concessionem transitûs, sed solùm ad venditionem victualium [q]. At Moabitæ cibum & potum recusârunt, Deut. 23. 3, 4 [r]. [Ar. sic vertit, *prout egerunt mecum ex parte filii Esau.*]

30. *Sicut nunc vides*] Heb. *secundùm diem hanc*. H[s], pro, *ut testatur dies ista*; vel, *ut omnibus notum est* †.

31. *Cœpi tibi tradere*] Hebr. *coram te*, i. e. in potestatem tuam. H[s] est [t].

33. *Cum filiis suis*, אֶת בְּנוֹ] *Cum filio suo*, quem notabilem habebat, & patri æqualem in magnitudine & fortitudine [v]. At Masoritæ legunt בָּנָיו, *filios ejus* [x]. Sic vertunt Mo. o'. Ch. Sa. Sy. Ar. Hebræa habent utramque lectionem, unam in consonantibus, aliam in vocalibus: sic in Deut. 33. 9. Potest designare omnes quos habuit filios, qui erant tantùm unus: sic, *Manassis filii*, 2 Par. 33. 6. pro *filio*, 2 Reg. 21. 6. Vide Notas ad Gen. 46. 23 [y].

34. *Habitatoribus*, &c. אֶת עִיר מְתִם] *Urbem*, *viros*, Mo. *urbes & viros*, Ch. Vel, *urbem virorum*, quæ plena viris; ut c. 3. 6 [z]. Vel hypallage, pro, *homines urbium* [a]. *Ex omnibus urbibus pubem*, Ar. *Ex omni civitate viros*; אֵת, pro מֵאֵת [b]. [At Sa. versio hoc modo habet, *Urbes ejus completè*; & Sy. *Civitates ejus funditùs perdidimus*.

x Bo. y BC. 4. 32. z Q. in V. a V. b G. c Bo. d Me. ex La. † Ma. f Me. ex Bo. g Ma. ità D. A. h D. i Pi. k F. V. l V. m A. n E. o O. p E. O. Jun. q L. Jun. r Ma. † M. F. V. t F. V. v L. ex RS. x D. y A. z D. Ma. a Ma. b Pi.

36. *Ab Aroer*] Non igitur eadem *Aroer* & *Ar*, ut vult Adrichom. Siquidem in *Ar* etiam tum morabantur Moabitæ, vers. 29. at *Aroer* tunc erat in Amoræorum ditione, erepta Moabitis, ut hinc patet. Vide Num. 21. 13, 24. Urbs autem *Aroer* trans *Arnon*, ait ipse Adrichom [c]. ¶ *Quod in valle*] *In torrente*, vel *flumine*. Hanc volunt esse *Harem*, Num. 21. 15 [d]. *Vallis* dicitur נַחַל à torrente perfluente in ea †. ¶ *Usque ad Galaad*] Inclusivè ex parte, siquidem dimidium *Galaad* tenebat *Sehon*, Jos. 12. 2. alterum dimidium, Og, Jos. 12. 5 [f]. ¶ *Effugeret manus*; sic O. Ar. אֲשֶׁר שָׂגְבָה מִמֶּנּוּ] *Quæ exaltata fuit de à nobis*, Ma. Mo. *quæ fortior*, Ch. vel *superior*, *nobis*, Sa. M. JT. i. e. quam transcendere & expugnare non potuimus, Ma. Alii, *quæ munita fuit à nobis*; i. e. cujus munitiones eam eripere à nobis potuerint [g]; *quæ nobis restiterit*, Sy.

37. *Ammon*] Obj. At Jos. 13. 25. *terra—Ammon* datur Gaditis. Resp. Ità vocat, quia olim *Ammonitarum* erat, sed tunc *Amoræorum*, qui & eam illis abstulerant, & aliam partem à Moabitis: quas nihilominus portiones olim eis ablatas voluit Deus Israelitis cedere; at noluit quidquam eis surripi quod eo tempore pacificè possiderent. Indè nata lis Jud. 11 [h]. ¶ *Quæ adjacent*, כָּל יַד] *Omnem manum*, Mo. i. e. spatium, vel locum [i]; ut Jud. 18. 10. Isa. 33. 20 [k]; item Num. 2. 17. Job. 37. 7. Isa. 10. 5 [l]. Vel, *littus*, Ar. vel, *limitem*, Ti. vel, *ripam*, Ch. Ma. Sy. vel, *tractum*, JT. Ma. Sa. *Omnia pertinentia* ad torrentem, o'. ¶ *A quibus nos prohibuit*, אֲשֶׁר צִוָּה] *Quæ præcepit*, Mo. Ch. Sa. Sy. M. Ti. P. *sicut mandavit*, o'. *Quicquid præcepit nobis*, nempe ut ab eo abstineremus [m]. *Quicquid interdixerat nobis Deus*, Ar. sic JT. Pi. A. Synecdoche generis. Sic Gen. 2. 16. & 3. 11 [n]. Verbum *præcipiendi* usurpatur de rebus prohibitis. Vide Deut. 4. 23 [o].

c Bo. d Ma. † V. f Bo. g Ma. sim. V. h Bo. i D. Ma. A. M. P. k Ma. l D. m A. n Pi. o A.

CAP. III.

1. *Ascendimus*] *Ascendere* dicitur qui tendit Septentrionem versùs [a]. Rectè, nam Septentrio ad mundi verticem, quem *polum arcticum* appellant, vergit. Vide Masium in Jos. 15. 3 [b].

3. *Ad internecionem*, עַד בִּלְתִּי הִשְׁאִיר לוֹ שָׂרִיד] *Ità ut non remaneret illi*, vel *sibi*, *superstes*, Q. in V. [sim. omnes.] Similis locutio Num. 21. 35 [c].

4. *Omnem regionem*, ità Sa. M. P. O. A. vel, *tractum*, Sy. JT. Ti. חֶבֶל] *Funem*. *Funiculus*, pro spatio terræ quod funiculis mensuratur: (vide Amos. 7. 17. Mich. 2. 5 [d].) pro *parte*, *portione terræ* †; ut Psal. 15. 6 [f]. Ità Deut. 32. 9. Soph. 2. 5, 7 [g]. *Omnem collectionem*, i. e. multitudinem oppidorum. חָבַל sign. *ligare* [h]. *Adjacentia*, o'. *loca provinciæ*, Ch. ¶ *Argob*] Nomen est vel, 1. loci, vel regionis [i]. Provincia erat in *Basan*, 1 Reg. 4. 13 [k]. Eadem *Basan* & *Argob* regio, ut hinc, & ex v. 13. & ex 1 Reg. 4. 13. abunde colligi potest [l]. *Trachonitidem* Chaldæi interpretes intelligunt. Dicta videtur à pingui gleba & solo fertili [m]. Vel, 2. est nomen viri [n], cujus hæc portio erat. Vide AE [o]. ¶ *In Basan*] Aliquid subaudiendum, *qui regnabat in Basan* [p].

5. *Quæ non habebant muros*, לְבַד מֵעָרֵי הַפְּרָזִי] *Præter civitates paganorum*, JT. vel, *pagani*, i. e. degentis in pago [q]. *Præter urbes* (vel *villas*, Ch.) *absque muris*, Sa. A. sim. M. Ti. A. Ità sumitur Esth. 9. 19. Zach. 2. 4. Sic dicuntur, quia sparsim habitantur [r]. *Præter oppida non septa*, Ar. *præter oppida planitierum*, Sy. *præter civitates Pherezæas*, o'. *præter urbes mercaturæ*, Sa. vers. [Sic fortè vertit, quia *Pherezæi* & erant, & vocabantur, *Cananæi*: כְּנַעַן autem *mercatorem* sign.] *Præter urbes irruptionis*, vel *perruptionis*, i. e. in quas facilis est irruptio, quòd muris careant †.

6. *Civitatem virósque*, עִיר מְתִם] *Civitatem hominum*, Di. *ex omni civitate viros*, Pi. sim. JT. ut Deut. 2. 34 [t]. Plenè scribitur מְתִים, Psal. 17. 14. Sing. exstat

a RS. & AE. b D. c Ma. d A. † D. A. Ma. f Ma. g D. h O. i Me. Bo. A. k A. l Bo. m Ma. n Q. in D. o D. p V. q Pi. r A. † Ma. t Jun.

stat in lingua Æthiopica Matt. 1. 19. αὐτῆς αὐτῆς, Æthiop. מתה [v]. Vide ad Deut. 2. 34.

8. *Amoræorum*] Hebr. *Amoræi*, Ma. D. singul. pro plur. ut in Latio, *Romanus*, pro *Romanis*. Non erat *Amoræus* domo, sed ex reliquiis gigantum [x]. ¶ *Ad montem Hermon*] Pars est montis *Libani*, versùs Orientem, supra Jordanis fontes [y]: vel, pars *Anti-Libani*. Aliis est tantùm epitheton Libani, eâ parte quâ vastus & inhospitalis, nivibus coopertus; quòd חֶרֶם *perditum, excisum, anathematizatum, ab usu sepositum*, sign [z]. Est pars extrema montis *Galaad* trans Jordanem. In variis locis varia habuit nomina [a].

9. *Sarion*, [שִׂרְיוֹן] Exponunt, vel, *fœtentem*, quòd fructus in eo corrumpantur; vel, *nivosum*, quòd nivibus semper coopertus esset [b]. ¶ *Sanir*, [שְׂנִיר] q.d. *Montem nivis*, Onk. RS. & Ge. in D. Vel, qu. *felinum*; fortè à felibus ibi diversari solitis. *Felis* Chald. est שונר *sunar* [c]. Vocatur & hic mons *Sion*, שִׂיאוֹן [d], Deut. 4. 48 [†]. Nè confundas cum Sion, צִיּוֹן, ubi Lex data [e]. Huic monti erant quinque nomina, *Hermon, Shirion, Shenir*, & *Sion*, Deuter. 4. 48. & *Hor*, Num. 34. 7. à diversis populis imposita, & à diversis montis partibus [g].

11. *Solus—Og*, &c.] Obj. Gigantes alii erant, Num. 13. item Jos. & Jud. & 1 Par. 20. Resp. Duo erant celebres gigantes, (unde reliqui duxerunt originem,) *Rapha* & *Enac*: Ab illo *Rephaim*. Solus hic erat ex *Rephaim*, nempe, in ea regione *Basan* [h], cùm Gen. 14. *Rephaim* eam totam occuparent [i]. Ex reliquiis eorum quos *Chedorlaomer*, &c. percussit in *Asteroth*, Gen. 14. 5. fuisse videtur. Nam *Og* regnabat in *Asteroth*, Jos. 13. 12 [k]. ¶ *In Rabbath*, &c. [בְּרַבַּת] *Rabbath*, quæ postea *Philadelphia* [l]. In ea urbe erat, vel, quòd eâ urbe tunc potiretur *Og*; vel, quòd *Ammonitæ* bello cum *Og* dimicantes lectum illum, quasi spolium, secum abstulissent. ό. vertunt, ἐν τῇ ἄκρᾳ, *in arce fil. Ammon*; nempe, in urbe regia, & regni arce, scilicet, Rabbath [m]. ¶ *Novem cubitos*] Ergò ipse sexcubitalis erat. Lecti enim tertiâ parte longiores hominibus fieri solere dicit Maimonides [n]. ¶ *Ad mensuram cubiti*] Hebr. *cubiti viri*, i. e. viri mediocris, quales tunc erant [o]. Loquitur de vulgari mensura cubiti [p], qualem quisque artifex observare solet [q]. Ch. *in cubito Regis*, i. e. regio, & publico; cujus, scilicet, mensura ex decreto magistratûs certa est [r]. Cubitus sesquipedem capit [†]. Cubiti Hebraici majores erant cubitis nostris parte tertiâ, vel potius quartâ [t]. Erat duorum pedum & semis Villalpando: quod non improbabile est, cùm cubiti sacri mensura eo tempore fuerit constituta quo hominum major erat statura, nec potuerit deinceps immutari [†]. [Sed de his, σὺν Θεῷ, in calce Operis fusiùs agendum.]

12. *Terrámque possedimus*] *Terram quam possedimus*, &c. D. A. ¶ *Galaad: & civitates illius dedi Reuben & Gad*] Vox *Galaad* minùs propriè sumpta, pro tota terra Trans-jordanina, quia non procul abesset à *Galaad*: Nam propriè *Galaaditæ* dicti soli *Gaditæ* & *Manassitæ* [v].

13. *Vocatur terra Gigantum*] Vel, quia gigantes in ea priùs habitaverant; vel, quia *Og*, cum populo suo, erat ex reliquiis gigantum. ה in הַהוּא ponitur pro אֲשֶׁר [x].

14. *Villas Jair*, ità Mo. JT. Onk. in M. [חַוּוֹת] Malim, *pagos Jair*, (nam villa una tantùm domus est.) Congregatio domorum dicitur חַיָּה 2 Sam. 23. 11. unde חַוּוֹת, mutato י in ו. *Oppidula*, Sy. *suburbia Jair*, Ar. Alii, *Havoth Jair*: sic ό. Sa. M. P. Ti. O. A. ¶ *In præsentem diem*] Ab Esdra hæc addita sunt, quia longum tempus denotant [z]. Sed non est necesse: satis est ut hoc dici possit, si tempus aliquod intercesserit [a]. Plures menses ab hisce gestis usque ad mortem Mosis fluxerunt [b].

15. *Machir*] h. e. Filiis Machir; aliàs ipse *Machir* habuisset supra 200 annos; & præterea, omnes à viginti annis, &c. mortui erant [c]. ¶ *Galaad*] Gilead. Synecdochicωs, pro, *residuum Gileadis* à Reub. & Gad. nondum occupatum [d].

16. *Usque ad torrentem Arnon*] Describit terminos terræ duarum Tribuum. *Torrens* hîc est extrema ejus pars, quâ se in mare mortuum exonerat; subdit enim, *medium torrentis & confinium*; i. e. finem ac terminum: seu principium, unde incipit ex rupibus. *Arnon fluere*: atque adeò totus torrens [†]. ¶ [תּוֹךְ הַנַּחַל] *Et internam partem torrentis*, V. Sy. in Bi. *medium torrentis*, O. Ma. ¶ [וּגְבוּל] *Et terminum*, Sy. in Bi. Ma. O. *Confinium*, id est, regionem adjacentem torrenti [f]. ¶ *Terminus filiorum Ammon*] Obj. At in altera torrentis ripa non erant *Ammonitæ*, sed *Og*, & postea *Manassitæ*, (sic ut hic torrens terram *Galaad* mediam dividat, teste Jo. Antiq. 4. 5.) Resp. 1. Vel ità vocat, quia olim *Ammonitarum* erat, ceperat autem *Sehon*; ut non obscurè colligi potest ex Deut. 2. 9, 19. Num. 21. Jos. 13. 25. & Jud. 11. collatis. Vel, 2. (quod malim) *torrens* hîc dicitur torrentis principium, quod erat juxta *Rabbath*, Ammonitarum metropolin [g].

17. *Et planitiem solitudinis*, [וְהָעֲרָבָה] *Et planitiem*, V. Ma. O. & *campestrem*, Ma. Sed obscurissimum est, quænam sit hæc planities; nam inter torrentem *Jaboch* & terminos *Cinnereth* nihil intercedit, cùm torrens in partem maris *Cinnereth* influat. Intelligo planitiem à monte *Galaad*, ubi initia torrentis, ad *Jordanem* porrectam, per quam torrens defluit [h]. [Alii aliter.] *Et campestria & Jordanem*, i. e. campestria adjacentia *Jordani* [i]. ¶ *Et terminos*] Hebr. *& terminum*; i.e. & regionem finitimam quæ illi adjacet [k]. Hebræa hoc significant, totum Jordanem majorem (quæ incipit à *Cenereth*, & desinit in *mari Salso*,) hanc regionem ab Occidente claudere [l]. ¶ *Ad radices montis Phasga*, [תַּחַת אַשְׁדֹּת הַפִּסְגָּה] [Variant.] Est proprium nomen urbis, de qua Jos. 13. 20 [m]. *Sub effusionibus* (*scatebris*, Ti. *decursibus*, JT.) *collis*, M. Mo. V. i. e. ad radices collis quæ fontibus rigari solent [n]. *Sub effusionibus aquarum collis*, P. Al. *sub declivitatibus Pisgah*, Q. in Ma. Di. Opponuntur enim passim אַשְׁדּוֹת *declivia*, & עֲרָבָה *planities* [o]. *Sub declivio collis*, Ch. Sa.

23. *Precatúsque*, [וָאֶתְחַנַּן] Secunda libri Sectio hîc incipit, sic dicta [p]. חנן sign. *supplicem precationem*. Vide Prov. 26. 25 [q]. *Et supplicavi pro gratia*, Ma. Notant Hebræi propriè significare, offensum *precibus placare, non meritis niti*: Deducitur enim à חֵן *gratia* [r]. *Deprecatus sum*, D. scilicet, pœnam, i. e. arceri ab ingressu terræ [†].

25. *Transibo*, &c.] i. e. Transire mihi liceat [t]. Qu. At sciebat hoc esse contra voluntatem Divinam. Resp. Nesciebat an prædictio illa erat definitiva, an tantùm comminatoria, qualis illa Ezec. *Non vives*; & Ninive, *Intra 40 dies*, &c [v]. ¶ *Et montem istum egregium*, [הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה] Quis hic mons? Resp. 1. Mons *Moria*, in quo Templum exstruendum erat [x]. Qui & *Libanus* dicitur, (ut alibi crebrò;) quòd Templum exstruendum erat ex cedris Libani [z]: quare & Templum vocatur *Libanus* Zachar. 11. 1 [a]. At verò illud הַזֶּה videtur montem aliquem in vicino & *Moysis* prospectu indicare [b]. 2. Est mons Libanus: *montem & Libanum*; q. d. montem Libanum [c]. Conjunctio superflua est [d]. Vel, *&*, pro, *id est*. Probabile hoc est, si *Libanus* ob altitudinem à Mose tum conspici poterat [†]. 3. Fortè montes *Bethel*, qui altiores, & Jordani viciniores, prope Jericho, quíque amœnissimi & fœcundissimi [f]. 4. Vel, *mons* est montana regio [g]. Uberrimi colles quibus Cananæa referta est [h]. Vide Exod. 15. 17 [i]. & Deut. 11. 11 [k].

26. *Iratúsque est*, sic O. Sy. P. sim. JT. A. Ch. Sa. Ar. [וַיִּתְעַבֵּר בִּי] *Transire se fecit in me*, Ma. *commotus est*, M. Ti. *transiit extra se in me*, Mo. *despexit me*, ό. *Transivit me*; i.e. Dissimulavit mecum, seu preces meas non audivit [l].

27. *Phasgæ*] Videtur mons acclivis esse, cujus cacumen *Nebo* dicitur [m].

28. *Præcipe*] Boni Principis est, etiam successorem bonis præceptis instruere; non autem ex deterrima comparatione gloriam sibi quærere [n]. ¶ *Corrobora atque conforta*] Jube eum bono esse animo ac forti. Duæ dictiones idem significant: q. d. eum magis ac magis corrobora [o]. Timebat Joshua, cùm Moses ab ingressu impeditus erat, ne ipse multò magis impediretur [p].

29. Contra

Marginal notes, left column: v Di. — x D. — y Ità plerique in Ma. — z Ma. — a Me. ex Bo. — b He. & Ch. in Ma. — c BA. 1. 3. 14. 862. 71. — d D. A. — † A. — e D. — g A. — h Bo. O. — i Bo. T. Me. — k A. — l Me. — m Bo. — n G. — o D. — p Q. F. — q Ma. — r F. — † D. — t Mar. — † Bo. — v Bo. — x D. — y D. — z To. in Me. — a Me. ex Bo. & La. — b La. — c Bo. — d Ger.

Marginal notes, right column: † Bo. — f V. — g Bo. — h Bo. — i V. — k V. — l Bo. — m Ità Di. A. ό. Sy. Hi. in V. Eu-seb. in Ma. — n V. — o Di. — p V. — q G. — r F. M. V. Muis. — † D. — t T. Me. — v E. — x He. in M. V. Burg. Caj. Sà in Bo. — y Hi. in Ma. — z V. A. — a A. — b Bo. — c O. — d O. — † Bo. — f T. ex Bo. — g A. — h Ma. — i A. Ma. — k Ma. — l O. — m V. ex A. — n O. — o V. — p L.

29. *Contra fanum Phogor*] Idolum erat Ammonitarum [q]. בֵּית פְּעוֹר. Urbs erat sic dicta, Jos. 13. 20 [r].

CAP. IV.

1. Præcepta, חֻקִּים] *Statuta*, P. O. Ma. Ar. *constituta*, Ma. Propriè sign. *ritum & morem sacrorum* [a]. Præscripta ad Divinum cultum pertinentia [b]. Ità Exod. 12. 24, 43. & 27. 21. & 29. 9 [c]. ¶ *Et judicia*, הַמִּשְׁפָּטִים] Hæc vox sign. 1. *officium*, seu *administrationem juris*. Indè *liber Judicum*, i. e. Magistratuum. 2. *Opus & exsecutionem judicii*. Hinc illud, *facere judicium*. 3. *Jura & leges*. 4. *Morem & consuetudinem* [d]. Hîc sign. jura & leges civiles †. Vide ad Exod. 15. 25 [f].

2. *Non addetis*, &c.] [Hîc Interpretes in partes eunt.] 1. Non addetis aliquid ei repugnans [g]; vel, alienum à verbo Dei: vel, non ità, ut tanquam verbum Dei recipiatur [h]. Hoc dictum neque traditionibus scriptum interpretantibus, neque præceptis humanis legem sepientibus, repugnat. *Diminuere* est, non facere quod jubetur; *addere*, aliter quàm jussum est facere, intrà 12. 32 [i]. Non facit hoc contra traditiones & constitutiones Ecclesiæ [k]. 2. Prohibetur hîc additio, non tantùm *contrarii*, (quæ non tam additio est quàm abolitio,) sed etiam diversi. Ità Deut. 12. 32. ubi Vulg. addit, *hoc tantùm facias*. Improbatur hîc ἐθελοθρησκεία, & cultus proprio arbitrio excogitati. Confer Deut. 12. 8, 32. Num. 15. 39, 40 [l]. Prov. 30. 6. Gal. 3. 10. Monet nos, nè ullos voluntarios cultus sequamur, sed in omnibus certum verbum Domini sequamur [m]. Causatur Moses ideo nihil esse addendum vel demendum verbis Dei, nè non serventur præcepta Dei, quòd traditiones hominum verbo Dei additæ obstaculo sint nè serventur. Præcepta enim hominum *avertunt à veritate*, Tit. 1. 14. & *seducunt corda innocentium*, Rom. 16. 18. Ità Vatablus, [licèt Pontificius.] Hîc damnantur doctrinæ hominum, Matth. 15. 9. & perfectio Scripturæ stabilitur, 2 Tim. 3. 16, 17 [n].

3. *Viderunt*, הָרֹאוֹת] *Videntes*, subaud. *erant*, id est, viderunt.

5. *Scitis*, רְאֵה] *Vide*, Ma. Sing. pro plur. Positum videtur pro adverbio exhortantis, *Eja*, *Agitè*, *docui vos*, &c [o].

6. *Sapientia & intellectus*] Est enim consummata sapientia cognoscere Deum, & vivere secundùm voluntatem ejus [p]. *Sapientem* vocat, qui ea nôrit quæ fidei sunt & religionis erga Deum, & juris ac charitatis erga proximum; *intelligentem* verò, sive *prudentem*, qui in utrisque acutus, prudens & cautus sit, ut rectè in his incedat, & nullâ fallaciâ seducatur [q]. חָכָם, *sapere*, dicitur de luce in mente; בִּין, *intelligere*, de judicio, quo res prudenter distinguuntur & dijudicantur [r]. ¶ *En populus sapiens*, רַק וגו'] *Utique*, *certè*, &c. V. *tantummodo*, &c. Ma. Q. in V. q. d. Solus iste populus sapit †. Ex legibus de populis fit judicium. Oraculum vetus (*dixit*,) Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι, Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς. (*Soli Chaldæi sapientiam adepti sunt, vel certè Ebræi, Qui purè colunt Deum, non aliunde quàm ex seipso genitum Regem* [s].) Mirè sibi blandiuntur Judæi de hoc loco; *In Israel* (inquiunt) *omnes sunt sapientes*. Utinam conferrent Deuteronom. 32. 28, 29. Esa. 42. 19. Jer. 5. 21 [v].

7. *Nec est alia natio tam grandis*, כִּי מִי גוֹי גָּדוֹל וגו'] *Nam quæ est gens magna, cui Deus*, &c? LXX. sim. Ch. Sy. Ar. *Nam quæ gens maxima* futura est? JT. *Quæ gens est tam magna?* M. P. Ti. A. *Quæ alia gens magna est, ad quam*, &c? Pi. A. ¶ *Deos appropinquantes*, אֱלֹהִים קְרֹבִים] *Propinquos*, V. Sa. Ar. i. e. propitios, qui præstò adsint & succurrant [x]: faventes, & intentos ad benefaciendum [y]. Dices, Et gentium dii, vel dæmones, responsa reddebant. Resp. Ità quidem; sed, 1, rarò, 2. obscurè & ambiguè [z]. Studium eorum erat decipere [a]. Vertendum, *Deum*, &c. Nec obstat plur. קְרֹבִים [b]; nam sic solet ei adjungi vel adjectivum plurale, ut Deut. 5. 26. Jos. 24. 19. vel verbum plurale, Gen. 20. 13. & 35. 7. 2 Sam. 7. 23 [c]. Sub vocibus pluralis numeri intelligitur res singularis. Sic Deut. 5. 32. Jos. 24. 19 [d]. ¶ *Adest cunctis obsecrationibus nostris*, בְּכָל־קָרְאֵנוּ אֵלָיו] *In omnibus* quibuscunque [ità deficit אֲשֶׁר, quod supplent,] *eum invocaverimus*, ο'. Sa. sim. Ch. Sy. Ar. M. Ti.

8. *Judicia*] Leges de contractibus æquitati convenientissimas †. ¶ *Proponam*, נֹתֵן] *Do*, *daturus sum*; i. e. propositurus vobis & explicaturus [f].

10. *Ut audiant sermones meos, & discant*] Hebr. *Audire feci eos verba mea quæ discent*, Ma. vel, *quibus discant*, JT. vel, *ut discant*, Pi. A. Id אֲשֶׁר alibi sign [g].

11. *Usque ad cœlum*] Sic ο'. Ch. *ad cor cœli*, Sa. Sy. *ad centrum cœli*, Ar. i. e. Videbatur ignis pertingere usque ad medium cœlum [i]. *Cor cœli* est medium aeris; ut *cor maris*, Exod. 15. 8. est ejus medium [k]. ¶ *Tenebræ & nubes*, חֹשֶׁךְ עָנָן] *Tenebræ*, (vel, *tenebrositas*, Ma.) *nubes*; sub. *erant sub eo*; i. e. circumdabatur nube & caligine. Al. *tenebræ nubis*, i. e. nubes tenebricosa [l].

12. *Vocem*] Vocem suam Deus omnibus figuris opponit: stupor brutus facit istas appetere: Calv. Inst. 1. 11. 1, 2. Auson. Epigram. 11. de Echo, *Et si vis similem pingere, pinge sonum* [m]. ¶ Heb. *Similitudinem non videbatis præter vocem*, זוּלָתִי קוֹל] Quid? an vox videri potest? *Videre* ad omnes sensus pertinet. Exod. 20. *populus videbat voces* [n]. Ità alii authores. Æschyl. *Thebaid.* Κτύπον δέδορκα, i. e. *strepitum vidi*, &c. Et in *Prometh.* ἵν' οὔτε μορφὴν οὔτε του φωνὴν βροτῶν ὄψει. *Videri* dicuntur & *forma* & *vox*. Contrà, Aristophanes in *Pace*, *audiri* ait motum corvi; Ἤκουσας, ὁ κόραξ οἷ@ ἦλθ' ἐξ Ὠρεῦ; Sophocles *Oedipod.* cæcitatem & oculis, & auribus, & menti tribuit; Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα. Bernard. Martin. var. lect. l. 1. c. 5. Et H. Stephanus ad Xenophont. p. 31. notat *videri* dici *id quod dicitur*: φωνῇ γὰρ ὁρῶ τὸ φραζόμενον, *Oedip. cæcus* Sophocl [o].

13. *Pactum*] Ità vocat leges ac conditiones pacti cum illis initi [p].

15. *Custodite solicitè animas vestras*, וְנִשְׁמַרְתֶּם מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵיכֶם] *Observabimini valde animabus vestris*, Ma. Mo. vel, *Cavete accuratè quàm vobis chara est anima vestra*, V. in Me. Ma. Nè, scilicet, Legem Dei violetis: qui enim eam custodit, custodit animam suam [q]. ¶ *Non vidistis similitudinem*, &c.] Eâdem ratione imagines oppugnat Empedocles; Οὔτε γὰρ ἀνδρομέῃ κεφαλῇ κατὰ γυῖα κέκασται, &c. (*Neque enim humanum caput habet quod membra ornet*, *Nec ei duo brachia*, &c.) Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος, &c. (*Verùm illi mens sancta erat & inenarrabilis.*) Ammonius ad Aristot. de Interpretatione. Tacitus Hist. 5. *Judæi mente solâ, unúmque Numen, intelligunt. Profanos, qui Deûm imagines mortalibus materiis in speciem hominum effingunt.* Idem de Germanis; *Neque in ullam humani oris speciem assimilare ex magnitudine cœlestium arbitrantur.* Par causa Numæ cur simulacra sustulerit, docente Plutarcho: Οὔτε γὰρ ἐκεῖν@ (nempe, Pythagoras) αἰσθητὸν ἢ παθητὸν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν, ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον. Οὗτ@ δ' ἐκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίοις νομίζειν· οὐδ' ἦν παρ' αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν οὔτε πλαστὸν εἶδ@ Θεοῦ πρότερον, &c. *Neque enim ille* (nempe, Pythagoras) *existimabat Primum illud* (scil. Ens primum, sive Deum,] *sensui obvium esse, aut passioni obnoxium*; *verùm invisibile, immortale, ac intelligibile. Hic autem* [*Numa*, scilicet,] *Romanos vetuit imaginem aliquam Dei aut homini, aut ulli animali, similem: neque antè erat apud illos aut sculptile aliquod aut fictile Dei repræsentamen: verùm totis illis 170 qui præcesserant annis, templa quidem perpetuò ædificabant, ac tuguria sacra, sive sacella, exigebant; nullum autem unquam corporeum simulachrum faciebant.* Ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτε ἐφάπτεσθαι Θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει. (i. e. *Non sanctum* [judicabat] *meliora assimilare pejoribus, nec Deum aliter nos attingere posse quàm solâ mente.*) Antiphanes de Deo; Ἀπ' εἰκόνος οὐ γνωρίζεται, ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικε· διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος

Marginal notes, left column: q V. r F. — a V. b Ma. A. c A. — d V. † Ma. A. f Ma. — g Ità Me. Ma. &c. — h Ma. — i G. — k E. — l Ger. — m F. — n A. — o V. — p M. — q V. — r Q. in Ma. — † V. — s G. — v M. F. — x V. Ma. — y Me. ex Bo. — z Ger. ex L. — a Bo.

Marginal notes, right column: b D. C. — c Ger. — d Pi. — † G. — f V. — g Pi. — i V. — k A. — l V. — m Ga. — n D. — o Ga. — p V. — q Me.

εἰκόνος δυνᾶται· (*Ex imagine non dignoscitur, oculis non cernitur, nulli similis est: quare nemo illum ex imagine discere potest.*) Xenophanes Colophonius, Εἷς θεὸς—— Οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίϊος, οὔτε νόημα· (i.e. *Deus nec corpore nec mente mortalibus similis est.*) Idem, Ἀλλ' εἴτοι χεῖρας εἶχον βόες, &c. (*Si bovibus & leonibus & equis*, &c. *manus essent quibus scribere possent & opera perficere, singuli ex iis Deum suâ specie & figurâ describerent* [r].) [*Vide plura ad* Exod. 20.]

16. *Nè fortè decepti*, [פֶּן תַּשְׁחִתוּן] *Nè fortè corrumpamini*, Ch. Sa. Mo. *Nè perdatis eas*, Ar. [i.e. animas, ex v.15.] *Nè perversè quid* (vel, *nè fortè perditè*, M.) *agatis*, Ti. *Nè corruptionem gignatis*, Sy. *Nè corrumpatis* vos, M. Ti. JT. A. vel, vias vestras, P. *Nè feceritis iniquitatem*, ο'. *Ne corrumpamini & faciatis*; i.e. corrupti animo ac mente curetis faciendum †. ¶ *Sculptam similitudinem*, [פֶּסֶל תְּמוּנַת כָּל־סָמֶל] *Sculptile, imaginem omnis similitudinis*, Mo. *sculptile, similitudinem cujusque simulachri*, Sa. JT. vel, *figuræ*, A. M. Ti. *sculptilem similitudinem, omnem imaginem*, ο'. *imaginem aut similitudinem omnis figuræ*, Ch. ¶ *Masculi*] Ut Beli, sive *Baalis*. ¶ *Fœminæ*] Ut *Astartis*, & ejus quam *Atargatim* Græci vocant.

17. *Jumentorum*] Ut Bovis in *Apide*, Arietis in *Hammone*, Hirci in *Asima*. ¶ *Avium*] Ut Gallinæ sylvestris in *Nergale*; Vulturis, Accipitris.

18. *Reptilium*] Ut Serpentis, cui nomen Κνήφ. ¶ *Piscium*] Ut Crocodili, Phagri, Mæotæ, Oxyrinchi. Vide Clementem ad Gentes [t].

19. *Et lunam*] Eam *Phryges* coluerunt: Clemens Hortat. c. 23 [v]. ¶ *Et errore deceptus adores & colas*, [וְנִדַּחְתָּ וגו'] *Et impellaris*, Ma. A. V. sub. *ità ut corruas à fide illa pristina, usque adeò ut illa adores* [x]. *Et aberres*, Sa. vers. Sy. Ar. & (vel *nè*) *decipiaris*, A. ex ο'. Hoc verbum illud innuit, de pecoribus vagantibus usurpatum. *Impulsus*, aut *detrusus*, nempe, de via, ut Deuteron. 13. 5. per seductionem, sive aliorum, sive proprii cordis [y]. Vel, *impulsus*, nempe, à malo genio incitatus. Sentiunt Hebræi Gentes stellarum decretis esse subjectas, Judæos verò immunes [z]. *Impulsus adores*, M. *Nè prosternaris & adores*, Ti. Alii, *dejicias te & (pro aut) incurves*; non improbabiliter. i.e. Non modò non toto corpore procumbas, sed nec inclines corpus, quod minus est, nempe, nè talibus gestibus paulatim eò adducerentur Judæi, ut pro Deo ista colerent. Vide Job. 31. 26, 27 [a]. ¶ *Quæ creavit*, [חָלַק] *Dispertivit*, vel, *impartitus est*, V. Ma. ἀπένειμε, i.e. *distribuit*, ο'. in G. A. *tanquam portionem*. Denotat Dei benignitatem; cùm idola dicantur nihil suis dividere vel impartiri, Deut. 29. 26 [b]. Latinus hîc addit, *in ministerium*, nè data in *cultum* putarentur. ο'. Hebræum sequuntur: neque verum est, adjectum ab iis, *ad lumen præbendum*, quod aiunt Thalmudici; decepti fortè ab aliis versionibus. Nam constanter ità legêre Christiani veteres, &, hoc loco adducti, dixêre Gentibus ante Evangelii tempora permissum cultum astrorum. Addit enim Justinus, *Dialogo cum Tryphone*, εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτόν· qualia habent Clemens & alii: apud quos aut *dedit* interpretandum per *sivit*, quia Deus nullâ lege repressit; aut intelligendum, excusâsse in illis minùs rectè institutis, non quòd astra colerent, sed quòd Deum in astris potentem; quod ipsum tamen Israelitis interdixit ob periculum: sicut quos eximiè charos habemus, eos non à noxiis tantùm rebus, sed ab iis quæ nocere possunt, dehortamur [c]. Ità ferè Hiscuni: *Partitus est populis, ut sint eorum timor*, i.e. Numen aut Deus; nam non curat eos. Sed vos elegit, &c. & habetis Deum ipsum Creatorem [d]. Duobus argumentis dehortatur à cultu astrorum. 1. Quòd non homines illis, sed illa hominibus data sunt. 2. Quòd non uni alicui populo, sed omnibus, data sunt, non quidem colenda, sed utenda, Deut. 29. 26 †.

20. *De fornace*, [ità plerique: at Ar. *de loco simili fornaci ferri*:] [מִכּוּר] *De catino*; i.e. vase in quo aurum & argentum liquantur. Ità Hebræi, & firmant ex Ezec. 22. *Sicut funditur argentum in medio catini*; & Prov. 17. 3 [f]. Ægyptii combusserunt Israelitas in catino ignis [g]. ¶ *Ferrea*] In qua ferrum

r G.
† V.
t G.
v Ga.
x V.
y A.
z M.
a G.
b A.
c G.
d D.
† Ma. ex Jun.
f D.
g Hisc. & R. Aquiba in D.

liquatur [h]. Ità vocat Ægypti servitutem, non solùm propter crudelitatem, sed & propter conscientiarum miseriam, sub Legis ira & traditionum tyrannide oppressarum †. *Fornax* symbolum est rerum adversarum: nam ut fornax metalla explorat, sic res adversæ homines justos [i].

21. *Iratus contra me*] Aptè suo exemplo admonet eos nè peccent. Etenim qui tam charo amico non pepercit in levi re, multò minùs toties relabentibus ignoscet [k].

23. *Quæ fieri prohibuit*, [אֲשֶׁר צִוְּךָ] [Variè reddunt.] *Quod* (vel *quæ*, O. vel *sicut*, Sa. P. vel, *de quibus*, Ch.) *præcepit tibi*, ο'. Mo. i.e. præcepit nè faceres, Pi. A. Plena phrasis habetur Gen. 3. 11 †. Alii, *quam* (vel *quod*, Ti. vel *quæ*, A. Belg. vel *quia*, JT.) *prohibuit*, vel *interdixit, tibi*, M. JT. Ti. A. Belg. sim. Ca. Ar. *Quam præcepto inhibuit*, Sy. Quæ *præcepta* Decalogi vocantur, plerumque sunt *prohibitiones* ||. De hoc usu hujus verbi vide Levit. 4. 2. & Deuteron. c. 2. v. 37 *.

24. *Deus ignis consumens*, [אֵשׁ אֹכְלָה הוּא] *Ignis comedens*, D. Hinc in barbaro illo Bacchantium epiphonemate, Ὕης, *Hyes*, vel *Hues*, ex הוּא אֵשׁ, & *Attes*, qu. אַתָּה אֵשׁ, *tu ignis*. Nempe Bacchus, ut πυριγενής, ex igne natus, ità credebatur esse ignitus, & in hostes depugnaturus in ignem transformari [l]. Plato summum Deum in ignea substantia esse voluit [m]. *Ignis*, &c. q. d. Injurias sibi illatas acerrimè punit: instar ignis omnia vastantis [n]. Sub. notam similitudinis, *tanquam ignis* [o]. [Ch. habet, *Verbum Domini*, &c. & Ar. *Supplicium Domini* est *ignis consumens*, vel *devorans*.]

25. *Et morati fueritis*, [וְנוֹשַׁנְתֶּם] *Et senueritis*, i.e. diu habitaveritis [p]. *Et inveterati fueritis*. Ità illud, *—veteres migrate coloni*. Notant Hebræi isto verbo innui tempus à Mose ad captivitatem Babylonicam, nempe ann. 852: qui numerus in eo per Gematriam continetur [q]. Talibus argutiis seriò ludunt [r].

26. *Testes invoco cœlum & terram*, [הַעִידֹתִי] *Testor*; præt. pro præs. Appello, seu advoco in testes †. Species est juramenti per creaturas in quibus specialiter relucet Deus [t]. *Cœlum & terram*, i.e. Angelos & homines [v]. [Alii propriè accipiunt:] Quia cœlum & terra conservantur in individuis, & semper exsistunt: unde, *dies cœli*; &, *terra in perpetuum stat*. Rectè eos testes appellat, quia sermo est de tempore futuro. Sic alibi, *Audite, montes*; &, *Hic lapis testis erit* [x]. Al. *Contestor, obtestor vos per cœlum*. Confer 1 Tim. 5. 20 [y]. ¶ *Citò*] Post impletam peccatorum mensuram [z].

27. *Pauci*] Heb. *viri numeri*, i.e. pauci [a]. Qui (facilè, A.) numerari poterunt [b].

28. *Servietis diis*] Ad quod vel inviti compellebantur, Dan. 3 [c]. *Servietis*, non religiosè, sed politicè; nempe, servietis idololatris [d]. Solet Scriptura sub nominibus deorum exprimere gentes quæ eos colebant †.

29. *Cúmque quæsieris*, &c.] Populo Hebræo ducto pœnitentiâ Deus semper ignoscit; singulis non semper [f].

30. *Novissimo tempore*] A captivitate Babylonica, & in fine mundi [g]. *Cùm enim plenitudo Gentium introierit, tunc omnis Israel salvus erit* [h].

32. *De diebus antiquis*, [לְיָמִים] *Ad dies*, vel, *de diebus*, Ma. *à temporibus priscis*, JT. *secundùm dies primos*. Deficit מ post ל [i]. i.e. Consule diaria & annales, V. ¶ *A summo cœlo*] *Cœlum* hîc pro terra sub cœlis. Confer Matt. 24. 31. cum Marc. 13. 27 [k]. i.e. Ab exortu Solis usque ad occasum [l].

33. *Populus*] Non tantùm unus homo, aut pauci [m]. ¶ *Si fecit*, &c. [הֲנִסָּה] *An elevavit?* Ma. *Aut erexerit Deus vexillum*, Ar. *Nunquid tentavit Deus?* Sa. Mo. JT. A. sim. ο'. M. P. Ti. *Aut tentavitne Deus* aliquis? P. At Sy. *Aut probaverint Deum qui abiens assumpserit*, &c. ¶ *Per tentationes*, ità ferè omnes, [בְּמַסֹּת] *Per miracula*, Ch. vel, *signa*, Ar. ¶ *Et horribiles visiones*, [וּבְמוֹרָאִים גְּדֹלִים] *Et in visionibus magnis*, ο'. Ch. Sa. Sy. M. [qu. à רָאָה.] Alii, *in terroribus magnis*, Ar. P. Mo. JT. A. [qu. à יָרֵא.]

35. *Ut scires*, [אַתָּה הָרְאֵתָ לָדַעַת] *Tu videre factus*

h A.
† V.
i D prov. 2. 5. 28.
k Cl.
† A.
|| A.
* Belg. not.
l BC. 1. 18. 479.
m Ga.
n Me.
o D.
p V.
q D.
r Muis.
† V.
t Me. ex Bo.
v Q. in D. L.
x AE. in D.
y Q. in Ma.
z G.
a Ch. in D.
b V. A.
c Me.
d Medus ità Ch. in A. ad v. 27.
† Med. 1. 3. de Hebdomad. Danielis.
f G.
g Me.
h Cl.
i Pi.
k A.
l V.
m V.

ctus es ad sciendum, Mo. A. *Tibi ostensum* est (vel, *hæc ostensa sunt*, Sa.) *ut scias*, Ch. P. sim. JT. *Datum est tibi ut videres & scires*, O. *Vos vidistis & nôstis*, Sy. *Tu per visiones* (vel, *apparitiones*, Ti.) *edoctus es*, M. [At Ar. *Te itaque, te, inquam, decet nôsse.*]

37. *Et elegit semen eorum*, [בְּזַרְעוֹ] *Et elegit in semine ejus*, scil. Jacobi [n]. ¶ *Eduxit te præcedens*, [בְּפָנָיו] *In faciebus suis*, Ma. *in conspectu suo*, Mo. O. Quemadmodum pater filium, ut in eum semper oculos dirigeret [o]. *Ante faciem suam*, Sa. *præsentiâ suâ*, JT. i. e. quum ipse adesset præsens, Ma. *propria in persona*, Sy. *in sermone suo*, Ch. in D. Christum *Angelum faciei* Esa. 63. 9. innuere potest. Is eos eduxit, 1 Cor. 10, 1, 9 [p]. *Ante se*. In exitu ex Ægypto retrò se posuit, ut eos tueretur. Licèt aliquando Arca præcederet, eos tamen semper aspiciebat [q]. *Beneplacito suo*, Ar. *in benevolentia sua*, Sa. vers.

40. *Multo tempore*] Heb. *cunctis diebus*. Quod referunt vel ad illud, *custodi præcepta*; vel ad illud, *ut bene tibi sit* [r].

43. *Bosor*, [בֶּצֶר] *Betzer*: dicta est & בָּצְרָה *Botzrah*, ut plerique annotant; *Arcem*, vel *Munitionem*, sign. postea Pœnis *Byrsa*, (seu, metathesi, *Bysra*.) Fuit in terra Moab. ¶ *Ramoth*] Dicta *Ramoth Mithpheh*, Jos. 13. 26. ¶ *Golan*] Seu *Gaulon*, Hi. & Euseb. unde circumjacens regio *Gaulanitis*, ut omnes affirmant †.

45. *Testimonia*] i. e. Quibus testatur Deus per Legem & verbum suum sese adesse, & nos curare, quò conscientiam de eo habeamus, quem alias neque videmus, neque sentimus, neque intelligimus [t].

48. *Sion*, [שִׂיאֹן] Alius hic à *Sion* monte Hierosolymæ, qui per צ scribitur [v].

49. *Ad mare solitudinis*] Non placet. Nulla ibi antea solitudo erat, sed amœnissimus locus erat [x]. ¶ [יָם הָעֲרָבָה] *Mare planitiei*, Onc. & Jon. in D. Ma. vel, *campestris*, Ma. Possis vertere, *mare Arabiæ*, Ma.

n Ma. He. in D. — o M. He. in O. — p A. — q O. — r V. — † Ma. — t V. — v M. — x D.

CAP. V.

1. *Omnem Israelem*] Duces & Principes [a]. Imò omnes adfuerunt, Deut. 29. 10. Obj. Quomodo vox ejus ab iis audiri posset? Resp. Miraculum hoc erat, qualia multa alia à Moyse populi gratiâ facta [b].

3. *Non cum patribus—sed nobiscum*, &c. [כִּי אִתָּנוּ אֲנַחְנוּ וגו׳] *Quia nobiscum, nobis*, inquam, &c. JT. sim. Sa. Sy. M. Ti. A. Obj. At iniit pactum cum Ab. If. &c. Gen. 15. Resp. 1. Sensus est, Non cum majoribus nostris qui mortui sunt in Ægypto, sed nobiscum [c]. 2. Habebant patres fœdus *fidei* & *Christi*, non autem *Legis*, quod postea venit. Gal. 2. 17 [d]. Fuit hoc fœdus idem substantiâ, sed formâ diversum †. 3. Subaudiendum *tantùm*, ut Gen. 32. 28. *Non tantùm cum patribus, sed etiam* (כִּי pro כִּי אִם, V.) *nobiscum* [f]. ¶ *Sed nobiscum*] Nempe, in *Sinai*. Obj. At qui ibi adfuerant mortui erant. Resp. 1. Supererant ex iis multi [g]; nempe, qui annum 20. non attigerant [h]. 2. Rectè, *nobiscum*, i.e. cum populo nostro; populus enim durat, quamvis singuli cives moriantur [i]. *Pactum*, sive *fœdus*, vocat conditiones fœderis, quæ hîc describuntur: q. d. Proposuit nobis in Decalogo conditiones quibus inter ipsum & nos fœdus firmum erit [k].

4. *Facie ad faciem*] [Ità ferè omnes.] *Verbum verbo locutus est*, Ch. i. e. 1. Quàm familiariter, Exod. 33. 11. Num. 12. 8. Sign. mutuum inter colloquendum aspectum, ut inter amicos [l]. 2. Disertè ac planè. Hinc Hebræi dicunt, *Ancilla plus vidit ad mare Rubrum & montem Sinai, quàm viderint omnes Prophetæ* [m]. 3. Coràm, & sine internuncio [n]; ità ut homines cum hominibus colloquentes solent. Quod refer ad vocum perceptionem distinctam, non ad conspicuum aliquid. Nam nihil viderunt [o]. *Speciem non viderant*. Non dicit, *facie ad faciem vidimus eum*, sed, *locutus est* [p]. *Nullo interposito medio locutus est*, Ar.

5. *Ego—inter Dominum*, &c.] Ch. *inter verbum Domini*. Habet hoc peculiare Chaldaismus, ut plurimam mentionem faciat *verbi Domini*, maximè ubi Deus inducitur loqui cum homine. Vide Psal. 110. 1. Quod pulchrè facit ad Mysterium Christi, seu Messiæ, quem per Verbum Dei intelligunt veteres Hebræi [q]. ¶ *Et ait*] Heb. *dicendo*. Hoc membrum ad remotiora pertinet: quod genus Hyperbati est in Scripturis frequens [r]. Refertur ad versum 4 †. præcedentem, *Dixit autem ad vos*, Ar.

a Q. in Bo. — b Me. & T. ex Bo. — c F. He. in V. — d A. Q. in F. Jun. — † Ma. ex Jun. — f V. Q. in F. E. L. RS. in A. D. & Ar. Ca. — g Me. T. E. — h E. — i Me. T. — k V. — l Ma. — m F. — n Me. L. — o G. — p E.

6. *Ego Dominus*] Sensum contentus est hîc referre Moses. Verba sunt in Exodo; quem locum vide *. ¶ *De domo servorum*] Vide quæ ad Exod. 13. 3 [t]. [De Decalogo vide quæ fusè annotata Exod. 20.]

7. *Deos alienos*, [לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים] [Variant.] *Non erit tibi*, scil. ullus, *alienorum deorum*, JT. A. Non laudo [v]. Al. *Non erit tibi deus alienorum*, i. e. Gentilium, seu gentium aliarum [x]. *Non erit dii alii*, P. Mo. Ti. Pi. Pluralis positus distributivé: vel, simpliciter, est anomalia generis, pro, *Nè sint tibi dii alii*. Qualis Gen. 1. 14. *Sit* (pro, *sint*) *luminaria* [y]. *Non erunt*, vel *sint, tibi dii alii*, o'. Sa. M. P. Ti. *Non sit tibi deus alius*, Ch. nempe, à vero [z]. ¶ *In conspectu meo*] i. e. Vel, 1. ubicunque locorum exsisto, i. e. ullibi in mundo; nam Deus est ubique. Vel, 2. quamdiu ero. *Coram aliquo* idem est quod *superstite aliquo*: ut Gen. 11. 28. Num. 3. 4. Psal. 72. 5, 17. *coram luna*, i. e. stante Lunâ. Hæc Rasi breviter & solidé [a]. Vel, 3. me spectante [b]; q.d. cùm nihil me lateat [c]. Vel, 4. *super faciem meam*, i. e. præter me, aut præsentiam meam; mecum. At gentium dii permittebant alios deos secum coli [d].

10. *Custodientibus præcepta mea*, [מִצְוֹתָו] At legendum est מִצְוֹתַי, ut patet 1. ex serie & consequentia sententiarum; 2. ex collatione Exod. 20. 6. 3. Facilis est lapsus ו pro י. At si legendum esset, *mandata ejus*, oporteret scribi, מִצְוֹתָיו †.

12. *Observa*] *Custodi*, i. e. Recordare [f]. Exspecta dum adhuc est dies Sabbati. Sic *Jannai* se amiciebat (vestibus cultioribus,) & dicebat, *Veni, sponsa*, ità Sabbatum appellans, ut refert Hisc [g]. ¶ *Sicut præcepit tibi Dominus*] Verba Mosis interposita. *Præcepit* in monte Sinai, verbis quæ in Exodo. Et hæc est causa cur hîc creationis non meminerit Moses, auditores ad id quod perscriptum erat rejiciens. Causam autem alteram tunc non expressam, sed quæ ex verbis Dei intelligi aliquatenus poterat, manifestiùs exprimendam duxit; *ut requiescat servus tuus*, &c [h].

15. *Et eduxerit*] Nimirum, ipso die Sabbati, Exod. 15. Vide Exod. 12. 15 [i].

16. *Honora*, [כַּבֵּד] *Aggrava*, scil. honore & gloriâ [k]. *Onera*; nempe, & honorem præcipit, & sustentationem [l]. ¶ *Ut vivas*, [יַאֲרִיכֻן] Q. putant esse verbum ארך *neutrum*, quos K. redarguit; est enim *Hiphil*, & sic exponit K. *Parentes à te honorati prolongabunt tibi dies*. AE. sic, *Præcepta observata prolongabunt*, &c [m]. Præmium addi solet præceptis jubentibus; vetantibus, pœna [n].

21. *Non concupisces*, [תִתְאַוֶּה] Idem valet אִוָּה quod חָמַד [o]. Vel, אִוָּה minus est quàm חָמַד [p]. ¶ *Agrum*] Hoc additum est [q].

22. *Hæc verba*] Non dixit, *hæc verba omnia*, ut Exod. 20. 1. quia hîc non voces singulas, sed sensum, expressit [r]. ¶ *Nihil addens amplius*, [וְלֹא יָסָף] יסף sign. & *addere*, & *cessare* †. [Hinc variant.] *Non addidit*, o'. Ma. A. Bo. Mo. P. *Nihilque adjecit*, M. Ti. *Non addidit* loqui voce illâ magnâ; quia vos eam sustinere non poteratis [t]. Al. *Non addidit* apparere, seu conspici, in illa pompa seu potentia [v]. Al. *Non addidit* alloqui totam congregationem [x]. Reliqua ad Mosen dixit, Exod. 21. 1, &c [y]. Al. *Non addidit* alia præcepta ejus generis. Nam *decem* tantùm erant verba, Deuter. 4. 13 [z]. Non addidit dicere alia, q. d. idque semel duntaxat [a]. [Alii aliter.] *Non cessavit, finivit, defecit*, Ch. in V. ità plerique in Ma. scil. vox illa fortis & sonora; sed continenter invaluit, non elanguit, aut defecit [b]. Vel sic; Duravit illa vox per totos illos 40 dies quibus Moses stetit in monte [c]. Vide ad Num. 11. 25 [d].

24. *Et probavimus hodie*] Satis deprehendimus, quòd loqui posset *Jehovah* cum homine, nec is propterea moriatur †.

26. *Dei viventis*] Vel, quia æternus est, ut *aqua viva* est

q F. — r Jun. — † M. F. Ma. — * G. — t V. — v D. — x O. — y Pi. — z D. — a Muis. — b V. O. — c V. — d O. — † Pi. — f D. ex AE. — g D. — h G. — i Ma. — k Ma. — l O. — m M. — n D. — o G. A. — p He. in A. — q A. — r G. — † F. — t AE. & K. in F. — v RS. in F. — x Jun. Pi. — y A. Bo. Belg. — z A. — a Ma. — b Q. in Ma. — c Q. He. in F. — d Ma. — † V.

[f D.] est perennis[f]; vel, quia in eo est fons vitæ[g].

[g Ge. in D.] 29. *Quis det?*] *Et optandum eis esset, ut persisteret ipsis cor hujusmodi*, Ar. Notat ex his verbis Maimonides, Nolle Deum eo modo quo per causas naturales agit movere hominum voluntates, sed alliciendo suadendóque: additque loca Deuteronom. 11. 20. & 30. 13[h]. [h G.] ¶ *Talem mentem*] Heb. *& erit cor* זֶה *istud*, i. e. tale: quandoque זֶה ità sumitur; substantia pro qualitate[i]. [i Glass. gram. p. 186.] More humano loquitur Deus, significans quid sibi gratum sit. At hoc non est ità intelligendum, quasi non sit in Dei potestate hominem convertere[k]. [k E.] ¶ *Ut timeant me*, לְיִרְאָה אֹתִי] Vertunt, *ad timendum me*. Quid si, *ad timorem me*, ut sit verbale cum casu sui verbi? (nam יִרְאָה nomen est, non verbum.) Ità Plautus, *Servitus* (quam scil. quis servit) *opulento homini*: Salust. 3. Hist. *Facta consultáque Alexandri æmulus erat*. Sic, *odio Domini nos*, Deut. 1. 27. & ὑπηρεσία τῷ Θεῷ. Vide ad Gen. 42. 29. Nolo hoc sic certum; nam nomen quandoque gerundii vicem subit; ut לְאַהֲבָה אֹתוֹ *ad amandum eum*[l]. [l D.] ¶ *Neque ad dexteram, neque ad sinistram*] Heb. *dextram & sinistram*. Deficit עַל ante utrumque nomen: & conjunctio copulativa ponitur pro disjunctiva. Plenus sermo habetur Gen. cap. 24. vers. 29[m]. [m Pi.]

CAP. VI.

1. PRæcepta, &c.] *Præcepta* (מִצְוֹת) ἐντολαὶ pertinent ad mores & legem moralem; *Statuta* (חֻקִּים) ad ritus & ceremonias; [aliis *præcepta* sunt quæ non habent manifestam rationem, quale esus carnis suillæ, &c[a].] *Judicia* ad forum, & civilem politiam[b]. [a Ità K. R. S. & R. Levi in D. b Q. in D.]

2. *Ut prolongentur*, יַאֲרִכֻן] *Ut prolongent*, &c. nempe, timor Dei & mandatorum observatio[c]. [c Q. in Ma.] Vide ad Deut. 5. 16. Sed rectè notant (alii) tertiam personam plur. sæpe poni pro verbo passivo, & impersonaliter sumi: sic Luc. 12. *tollent animam*, i. e. tolletur anima. Ità hîc, *prolongabunt*, i. e. prolongabuntur[d]. [d Ma.]

3. *Audi*, sic ό. A. sim. Sa. וְשָׁמַעְתָּ] *Et audies*, Mo. *Cùm audies*, JT. *Audito igitur*, Pi. *Audi hoc*, Sy. Ar. ¶ *Et bene sit tibi*, sic Sy. Ar. A. אֲשֶׁר יִיטַב] *Quò bene sit*, Mo. *id quo bene erit*, JT. *Ut bene sit*: אֲשֶׁר valet *ut*, sicut Deut. 4. 10, 40 †. [† Pi.] ¶ *Sicut pollicitus est—terram*, sim. M. Ti. Ca. כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר—לָךְ אֶרֶץ] *Sicut locutus est—dare tibi terram*, ό. sim. Ch. Sy. *ut loquutus est in terra*, Sa. [Alii connectunt cum verbo *augescetis*:] id *quo augescetis, quemadmodum dixit*, &c. *in terra*, JT. A. Pi.

4. *Audi, Israel*] Ultima litera in שְׁמַע, nec non in אֶחָד, magna est †. [† Ma. A.] Illa nona, hæc decima, litera grandior in Bibliis[f]. [f Ma.] Attentionem excitat[g]. [g A.] Judæi hæc verba quotidie legunt manè & vesperi ex vetustissima traditione, nec quicquam in Lege æquali religione dignantur[h]. [h F. M.] De hoc gloriantur in libro Precum; *Beati nos qui manè & vesperi dicimus——Audi, Israel*, &c[i]. [i Di.] ¶ *Unus est*] Ità Sophocles; Εἷς, ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶν Θεὸς, Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν, Πόντε τε χαροπὸν οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας. Θνητοὶ δὲ πολυκαρδείᾳ πλανώμενοι Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λιθίνων, ἢ ξύλων, ἢ χαλκέων, Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους. Θυσίας δὲ τούτοις καὶ κενὰς πανηγύρεις Νέμοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν· i. e. *Unus reverâ est Deus, qui cœlum fabricavit & terram*, &c. *At nos mortales versutiâ* (scil. quorundam hominum) *decepti statuimus——deorum imagines——& his sacrificia & vanos conventus tribuentes, hoc modo nos pios esse reputamus*: Clemens in Protreptico. Orpheus post *Theogoniam* palinodiam sic canit——μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα Ἀθάνατον· &, Εἷς ἔστ' αὐτογενής, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται. h. e. *Unus est Mundi rex immortalis, ex seipso, à quo omnia*[k]. [k Ga.] Hinc Dei nomen est אֶחָד ECHAD *unus*, Isa. 66. 17. & Job. 31. 15. A voce *Echad* Deus Syris dictus est *Abad*, & Assyriis *Adad*, qui, teste Macrob. Saturn 1. 23. erat maximus Assyriorum deus[l]. [l La.]

5. *Diliges*] Vide quæ ad Matt. 22. 37. Deum quidam colunt metu pœnæ, alii ob mercedem in Lege promissam, optimi ex amore, ut Abr. ideo dictus *amicus Dei*, Esa. 41. 8[m]. [m G. ità He. in M.] *Tribus modis admonuit Deus Israel ad colendum se*: 1. *Timore & præsentis seculi & gehennæ*; 2. *Spe præmii. Et hæ rationes non sunt fundamentum cultûs Divini, quia præcipua causa ad quam* (qui illa respiciunt) *intendunt est proprium commodum*. 3. *Dilectione*, ut hoc loco[n]. [n F.] ¶ *Corde——animâ——fortitudine*] Voces plures sunt, sed idem significare videntur[o]. [o Me. T. ex Bo & La.] Ad majorem autem energiam & inculcationem fit hæc trina repetitio[p]. [p La.] [Sed alii distinguunt, nec uno modo.] ¶ *Corde*, בְּכָל־לְבָבְךָ] *Cor* sign. vel, 1. intellectum, sive cogitationes[q]. [q O. A.] *De corde exeunt cogitationes*, &c. Matt. 15[r]. [r O.] *Cordi* adscribitur sapientia, 1 Reg. 3. 9, 11, 12. Proverb. 2. 2, 10 †. [† A.] q. d. Diliges eum ex tota cogitatione tua; i. e. Semper de illo cogites, cùm vacaveris[t]. [t O.] Vel, potiùs, 2. voluntatem[v]. [v Me. Bo. O.] Cor est origo ejus quod facit homo, sive bonum sit, sive malum[x]. [x F. ex He.] ¶ *Ex tota anima tua*, נַפְשְׁךָ] Intelligunt, vel, 1. voluntatem & affectus, Deut. 21. 14. & 24. 15. & 12. 20, 21[y]: [y A. sim. V.] vel, 2. appetitum sensitivum[z]; [z T. ex Bo. L.] desiderium, O. vel, 3. vitam, q. d. *Non trepides pro eo exponere animam*, i. e. corporalem vitam[a]. [a He. in M.] *Etsi Deus auferret tibi animam*, ità Talmudici[b]. [b Di. ad v. 11.] ¶ *Fortitudine*, בְּכָל־מְאֹדֶךָ] *In toto valde tuo*, O. Ma. *valore*, vel, *validitate tua*; מְאֹד enim est substantivum, quod usurpatur adverbialiter per ellipsin præpos. בְּ, quæ ei præfixa est Exod. 1. 7[c]. [c Pi.] *In tota vehementia tua*, Mo. vel, *virtute*, ό. Sa. M. *totis viribus*, JT. A. simil. P. Ti. V. *totâ solicitudine tuâ*, Ar. *substantiâ*, Ch. *possessione*, Sy. q. d. Potiùs omnium rerum tuarum dispendium facias, quàm ab amore Dei deflectas[d]. [d He. in M.] Alii facultatem executivam intelligunt †. [† L. Bo. T.] *In tota multitudine tua*, i. e. viribus inferioribus[f], [f O.] & substantiâ. *Tota Lex comprehenditur in eo, ut diligas Deum ex toto corde, tota anima*, &c[g]. [g He. in M.]

6. *In corde tuo*] In mente, vel memoria[h]. [h V.]

7. *Et narrabis ea*, sic Ar. וְשִׁנַּנְתָּם] [Variè reddunt.] *Et acues ea*, V. Ma. A. F. Innuit studium & diligentiam quâ pueris præcepta Dei inculcari debent, idque clarè & apertè[i]: [i F.] ob teneram eorum ætatem & ingenia hebetiora, Eccl. 10. 10[k]. [k Ga.] Accuratissimè & accommodatissimè[l]. [l Ma.] Sæpe, vehementer & diligenter[m]. [m A.] Metaphora sumpta vel à gladio, qui, dum acuitur, sæpius impellitur ad cotem[n]; [n V.] vel à bellatoribus, qui arma acuunt, ut faciliùs penetrent, unde reddunt, *Et acutè ingeres*[o]. [o Ma. ex Jun.] Possis reddere, *infiges, defiges, ea*, quòd acuta facilè infigantur[p]. [p Ma.] Alii, *Et cudes*. חָדַד Hebraicè *acuere* sign. Arabicè *cudere*: & שָׁנַן, ut *acuere* sign. Heb. & Arab. ità Arab. sign. *cudere*, quia cudendo ferrum acuitur. Sensus est, Crebris admonitionum quasi ictibus hæc mea præcepta infiges & aptabis, sicut repetitis mallei ictibus ferrum aptatur[q]. [q Di.] Alii, *Et repetes ea*, P. Mo. O. Sy. K. in F. *inculcabis*, Sa. Ti. *trades*, Ch. *præscribes*, ό. *recensebis*, M. A. Potest verti, *Et dentabis ea*, i. e. inter dentes versabis, assiduè loquêris: vel, dentibus mandes; præmansa in os ingeres filiis tuis[r]. [r Ma.] ¶ *Sedens*, &c.] i. e. Domi & foris, noctu & interdiu †. [† V.]

8. *Et ligabis*, &c.] Crassiores Judæi hæc acceperunt ad literam; verùm meliùs accipiuntur parabolicé[t]. [t Me. T. Bo.] Nam quis credat Christum hæc in fronte gestâsse[v]? [v Bo.] Sensus est, Præsentem semper habebis memoriam mandatorum meorum, acsi frontalibus, dextralibus & liminaribus inscripta haberes[x]. [x T. V.] Vel, facies ex illis brachialia & frontalia ut jugiter reminiscaris[y]. [y V.] ¶ *Signum in manu*] Homines, cùm alicujus volunt recordari, digito suo filum coccineum ligare solent[z]. [z O.] [Vide annotata ad Exod. 13. 16.] ¶ *Et movebuntur*] Vide an scripserit, *non movebuntur*: nam Gr. est ἀσάλευτον[a] *immobile*, A. [a G.] ¶ Heb. לְטֹטָפֹת] [Variè reddunt.] *In frontalia*, V. Sa. id est, laminas supra frontem suspensas. Non placet; nam, 1. Talis lamina non poterat oculis videri. 2. Vox plur. est, & duæ tunc essent laminæ, cùm ipsi unicam gestent. 3. *Totaphot* debebant poni inter oculos, at lamina erat super eos[b]. [b O.] Alii, *specilla*, vel *specularia*, O. *erunt vobis pro conspicillis*, G. Hæc enim bina sunt, & inter oculos ponuntur, & videntur ipsa, & per ea omnia alia[c]. [c O.] ¶ Sed de hac voce vide Exod. 13. 16[d]. [d Ma.] Videtur idem significare quod alibi (nempe Isa. 3. 21, 22.) *monilia nasi*, i. e. naso impendentia. Et videntur (ex collatione hujus loci) monilia illa supra nasum suspensa fuisse, ut

de re aliqua admonerent. Ut sensus hujus loci sit; Sicut mulieres suspendere solent monilia in fronte inter oculos, ut de re aliqua admoneantur: ità vos præcepta Legis meæ in recente memoria retinete †.

9. *In limine*, עַל מְזוּזֹת] *In postibus*, P. *In lateribus & ingressibus domûs*; ut quoties quis ingrederetur domum, intueretur illa & reminisceretur [r].

10. *Cúmque introduxerit*, &c. וְהָיָה וגו׳] *Quum autem* hoc evenerit, JT. Verto, *Porrò*. Ad verbum, *Et fiet*, i. e. fieri debet: quidnam? nempe, id quod subjicitur vers. 12. *Cave nè obliviscaris*, &c. Sic sæpe τῷ verbo הָיָה absolutè posito subjicitur verbum speciale quo generale illud declaratur [s].

11. *Oliveta*] Id sign. זֵיתִים cùm subjungitur nomini *vineæ*; aliàs sign. *oleas* *.

13. *Jurabis*] Si jurandum est [h]; ex causa necessaria [i]. Quando voles cum aliquo fœdus inire, vel, quando cogêris à Magistratu jurare [k]; tum per solum Deum jurandum [l]. Subaudiendum hîc, *& non per nomen idoli* [m]; quod, cùm res nihili sit, de re nulla potest testari & fidem facere [n]. Nè autem existimes pro quàvis re levi juramentum hîc præcipi in nomine Dei: nam de solenni juramento tantùm intelligendus est locus [o].

16. *Non tentabis*] Non exacerbabis peccando, murmurando, &c [p].

18. *De qua juravit*] Heb. *quam juravit*, Pi. *juramento promisit*, JT. *juravit daturum se tibi*, Ar.

19. *Ut deleret*, לַהֲדֹף] *Ad propulsandum*, Mo. *expellere*, ο΄. *ut conterat*, Ch. [Alii referunt ad initium v. 18.] *Ut facias quod rectum*——v. 19. *expellendo*, JT. A. Ti. [Alii referunt ad proximè præcedens verbum, *juravit*:] *De qua juravit se expulsurum*, Sa. sim. Pi. Ch. Sy.

21. *Servi eramus*] Tres causas adfert cur Israelitæ parere Deo debent; Beneficia accepta, Utilitates promissas, & Gratiam apud Deum: in qua tacitè involvi majora promissis, i. e. æterna, Hebræi putant [q]. ¶ *Dominus*] Non Angelus aliquis, ut Judæi referunt in *Haggadah* suo. Obj. Num. 20. 16. *misit Angelum*. Resp. Iste erat Christus, 1. Cor. 10. ¶ *Manu forti*] Referunt ad pestem, ut Exod. 9. 3. *Brachium* autem *extensum* referunt ad gladium, (ut 1 Paralip. 21. 16.) quo primogenitos interemit [r].

24. *Sicut est hodie*] i. e. Ut vides nos incolumes hodie †.

25. *Eritque nostri misericors*, וּצְדָקָה תִּהְיֶה לָּנוּ] *Et justitia erit nobis*, Ma. Sa. D. Sensus; Justi non tantùm audiemus, sed erimus apud Deum & homines. Nam justus est qui facit opera justa. Adhæc debemus præcepta Domini nostri custodire, hoc jus & æquum postulat [t]. Si homines Legem perfectè implerent, justificarentur coram Deo [v]. Aliis *justitia* hîc capitur pro misericordia [x], & mercede ac præmio justorum in futuro seculo [y]. Alibi *justitia* ponitur pro benignitate [z]: pro beneficio & gratia facta, ut 1 Sam. 26. 23. Isa. 54. 17 *.

† Pi. | r V. | s Pi. | * Pi. | h Me. | i L. E. | k E. V. | l E. | m V. F. ex AE. | n V. | o V. F. | p Me. | q G. | r Di. | † Ma. | t D. | v A. | x Me. | y Ità Jon. & Ge. & Hiscuni in D. | z D. | * Ma.

CAP. VII.

1. *Et deleverit*, ità Sa. sim. Sy. Ar. וְנָשַׁל] *Ejecerit*, Onk. in M. Ti. A. *abstulerit*, K. in M. O. sim. ο΄. M. *expulerit*, V. *evulserit*, Mo. *dejecerit*, JT. ¶ *Hethæum*, &c.] Gen. 15. 19. numerantur decem gentes: tres ergò reliquæ vel antè perierant, vel septem aliis permixtæ fuerant [a].

2. *Non inibis fœdus*] Ut scil. tecum in eadem terra habitent [b]. Hæc in odium Judæorum indiscriminatim arripiunt Ægyptii in Mosis institutis. Manethos, Συνάπτεσθαι δὲ μηδενὶ πλὴν τῶν συνωμοσμένων, (i. e. *cum solis conjuratis suis societatem inire*.) Chæremon, Μήτε ἀνθρώπῳ τινὶ εὐνοεῖν, (i. e. *nemini benevolum esse*.) Hos secutus Tacitus; *Apud ipsos* (Judæos) *fides obstinata, misericordia in promptu; sed adversùs omnes alios hostile odium*. Et Dion Cassius; Κεχωρίδαται ἀπὸ τῶν λοιπῶν, &c. (*Discrepant à reliquis hominibus, ut in aliis rebus, ità in cibis ferè universim* [c].) ¶ *Nec misereberis*, תְחָנֵּם] *Non gratificabis eis*; i. e. nullum eis favorem aut beneficium præstabis [d].

a Me. ex La. | b Me. ex Bo.

3. *Non sociabis cum eis conjugia*] Quamdiu, scilicet, manent idololatræ †. Nam si convertantur, cessat ratio, v. 4. *quia seducent*. Ideo Salmon duxit *Rahab* [f]. [Al. aliter:] Nè conversis quidem ad Legem. Unde colligunt *Rahabam* non fuisse ex 7 populis [g]. Vide de hac quæstione ad Esdr. 10. & in l. 4. Sent. dist. 39 [h]. & ad Exod. 34. 16 [i]. Vide Deut. 20. 16. & Jos. 9. 19 †. Non tantùm 7 gentes, sed & alios Ethnicos, hæc verba respiciunt. Vide Ezræ 9 [k].

4. *Seducet*, יָסִיר] *Avocabit*, i. e. avocare posset & abducere filium [l]. *Discedere faciet*, Ma. ¶ *Delebit te citò*, מַהֵר] *Celeriter*, Hebr. *Accelerando*. Ante מַהֵר deficit ב [m].

5. *Aras*] Chæremon, ubi Mosis instituta recitat, Θεῶν τε ναοὺς καὶ βωμοὺς οἷς ἂν προσέτυχωσιν ἀνατρέπειν, (*Deorum templa & altaria, quæcunque eis occurrunt, subvertere*.) Idem illis impingit *Hecatæus de Judæis* [n]. ¶ *Lucos*] Frequens horum mentio in Sacris & profanis. Lucianus in Dea Syria, sub initium, *Primi*——*Ægyptii dicuntur deorum notitiam percepisse, & templa constituisse, lucósque*, &c. Tacitus de Germanis, *Lucos ac nemora consecrant*. Virgil. Eclog. 6. *Nè quis sit lucus quo plùs se jactet Apollo*; & Æneid. 1. *Lucus in urbe fuit*, &c. *Hîc templum*, &c. Solebant gentes lucos circa templa deorum pangere. Hæc fecerunt pravâ imitatione. Vide Gen. 21. 33. De his consule Fab. l. 3. semest. c. 1. Heb. est אֲשֵׁרָה, q. d. *benedictus*; vel, quòd beatitudinem ibi, utpote loco sacro, quærerent; vel, per antiphrasim, qu. locus minimè beatus, infamis, & detestabilis [o].

6. *Populus peculiaris*, לְעַם סְגֻלָּה] *In populum proprium*, vel, *proprietatis*, Ma. F. Sign. singulare quid & separatum [p]; vel, thesaurum prædilectum [q]. Vide quæ ad Exod. 19. 5 [r]. λαὸν περιούσιον, ο΄. i. e. *excerptum, peculiarem, selectum*; à περίειμι, *supersum*, excello, *seligor* †. Socrates beatum se prædicabat, ὅτι ζῶον λογικόν, καὶ ὅτι Ἀθηναῖος, (*quòd esset animal rationale, & quòd Atheniensis*;) Dion Chrysost. 64 [t].

7. *Vobis junctus*, חָשַׁק בָּכֶם] *Vos complexus est*, O. *elegit vos*, Ar. *dilexit vos*, Sa. V. vel, *desideravit*, V. *complacuit in vobis*, Ch. sim. Sy. *complicatus fuit in vobis*, vide Gen. 34. 8. Ma. *vobis adhæsit*, Me.

8. *Sed quia dilexit vos*, מֵאַהֲבַת אֶתְכֶם] Ad verb. *ab amando vos*, Mo. *propterea quòd diligit vos*, [ità ferè omnes;] *ob amorem Dei erga vos*, Ar. *propter dilectionem* Jehovæ *quâ dilexit vos*, JT. Ellipsis conjugati [v]. ¶ *Et custodivit*] i. e. Non violavit [x]. Amat eos, memor eorum è quibus orti sunt, infrà 10. 15. Hæc est ἐκλογὴ (*electio*,) Rom. 11. 28 [y]. [De quo plura ibi σὺν Θεῷ dicenda.]

10. *Et reddens odientibus se statim*, וּמְשַׁלֵּם לְשֹׂנְאָיו אֶל פָּנָיו] *Rependens*, vel *reddens*, (vel *integrans*, q. d. dans illi pœnam quæ ei deesse videbatur [z],) *odio habentibus eum ad facies ejus*, Mo. G. vel, *ad faciem*, ο΄. sim. Sa. JT. A. vel, *in facies suas*, Ti. sim. P. vel, *ad faciem ejus*, i. e. uniuscujusque ex eis [a]. [Variè accipiunt.] 1. Q. ad Deum referunt, vel hoc sensu, *Deus retribuet facie suâ iratâ*, &c. ut *facies* sit pro *ira*, quæ in facie se maximè prodit [b]: vel illo sensu, *rependens iis qui eum palàm & in facie*, h. e. impudenter, *odio habent* [c]. Qui *odit Deum in faciem*, i. e. contra ipsum reflectit scelus atque odium suum: Deum enim oderunt qui pessimè vivunt [d]. *In faciem* itaque sumitur pro, *contra*, vel *adversùs*, *eum* †. Sic Ca. *osores sui apertâ pernicie ulciscens*. 2. [Alii referunt ad peccatorem; sed hîc variant.] 1. *Ad facies ejus*, id est, *palàm*, G. Q. in M. & F. 2. *In vita sua*, sive *eorum*, Ch. Sy. RS. & K. in F. V. *in præsenti*, Ar. 3. *In faciem suam*, i. e. in seipsum. Ità Exod. 33. *Facies meæ ibunt*, i. e. Ego ibo [f]. In propria ipsorum persona. Sæpe enim פָּנִים *facies* pro persona ponitur [g]. 4. Publice & sine timore, etiamsi nolit seu adversetur; cùm homines verentur inimicis in faciem resistere, & faciunt illud occultè [h]. Al. sic; *stans contra faciem ejus*, atque increpans [i]. ¶ *Ultrà non differat*, לֹא יְאַחֵר] *Non tardabit*, vel, *differt*; ità ο΄. Ch. Sa. Sy. Ar. Mo. M. Ti. JT. Statim ulcisci-

c G. | d Ma. A. | † E. L. | f La. | g G. | h E. | i Bo. | † Ma. | k A. ex He. | l V. | m Pi. | n G. | o Ma. | p O. | q He. in M. & F. | r F. | † F. | t Ga. | v Jun. | x D. | y G. | z O. | a A. | b Q. in F. & M. | c Q. in Ma. | d Q. in F. & V. | † F. | f AE. in F. | g Bo. | h O. | i Q. in V.

ulciscitur[k]. Non placet; nam contrà stat natura Dei, qui ad iram tardus. Et res ipsa clamat improbos non statim puniri[l]. Verùm hoc locum habet in populo Dei, non in Ethnicis, ut bene explicatur 2 Mac. 6. 12[m]. Hi citiùs puniuntur, ut patet ex Exod. 32. Num. 11. & 12. & 16[n]. Al. vertunt, *Non negliget*, vel *omittet*: vide ad Exod. 22. 29[o]. *Sine dubio reddet*. אחר non propriè sign. *cunctari*, sed ὑστερεῖν *deficere*. Ità Hab. 2. 3. לא יְאַחֵר, i. e. *sine dubio* veniet. Quod alii malè reddunt, *non cunctabitur*, quod contrarium est ei quod antecessit, *si cunctabitur*; nisi fortè *cunctabitur* pro *cunctari videbitur* dictum est[p].

12. *Si postquam*, &c. וְהָיָה עֵקֶב תִּשְׁמְעוּן] *Eritque propterea quod audiveritis*, Sa. Ar. A. sim. JT. Pi. sic V. Ch. & Ge. in D. A. Ità עֵקֶב sumitur Isa. 5. 23[q]. & Gen. 26. 5[r]. Plena oratio esset, עַל עֵקֶב כִּי, vel, עַל עֵקֶב אֲשֶׁר, i. e. *pro mercede quòd*. עֵקֶב propriè sign. *mercedem*, hîc *quia*: & notatur quædam compensatio; sicut nimirum merces est compensatio operæ seu laboris†. *Quum audieritis*, ο'. *Si audieritis*, Sy. sim. M. Ti. Hæc tertia libri Sectio, quam vocant עקב[t]. Alii, *Et erit merces*. Sed hoc est contra doctissimorum Hebræorum & Latinorum judicium[v]. עָקֵב propriè est *calcaneum pedis*; indè, *merces*, quæ est finis & extremum operis[x].

13. *Diliget te*] i. e. Diligere perget. Amor enim Dei erat causa cur eos eligeret & vocaret, v. 7, 8. Vide 1 Joh. 4. 10. Et ab hujus sensu profluit amor noster erga Deum, & obedientia nostra[y]. ¶ *Armentis*, שְׁגַר אֲלָפֶיךָ] *Emissioni* (i. e. fœtui, partui) *boum tuorum*, V. O. *generationi*, M. *fœtui*, RS. in M. ¶ *Gregibus ovium*, וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ] *Et greges*, &c. plerique in O. He. omnes in BC. *Et multitudinem*, ab *ATAR multiplicare*, al. *Et proles*, vel, *fœmellas*. Ma. ità He. plerique, à עשר *ditavit*, quia in iis tunc divitiæ sitæ erant[z]. Ego credo vocem *astaroth* tam armenta boum quàm greges ovium significare. Nam Ch. reddit עֶדְרֵי, & Arabs קטאיע; quæ utraque sign[a].

15. *Et infirmitates*, &c. וְכָל־מַדְוֵי מִצְרַיִם הָרָעִים] *Et omnes plagas*, vel *dolores*, vel *infirmitates*, *Ægypti*, V. *ægritudines malas*, O. *morbos*, Ar. ο'. *malignos*, ο'. *plagas pessimas*, Ch. Sy. *languores*, JT. Sa. Mallem, *defluxus*, (à דָּוָה *defluere*, Levit. 12. & 15. & 20.) seu *decubitus*, i. e. ægritudines ex quibus defluebant; vel potiùs, omnia quæ Deus fluere vel descendere fecit super Ægyptios mala, qualia grando, &c[b].

16. *Devorabis*] Respicit illud Num. 14. 9. *Sunt panis nobis*. Hoc & promissio est, & præceptum de his gentibus abolendis[c]. ¶ *In ruinam*, מוֹקֵשׁ] *Laqueus*, Mo; Ma. *scandalum*, V. Ch. in Bi. q. d. Avertet te à Deo tuo, nè ab illo solo pendeas[d].

20. *Crabrones*] Vide dicta ad Exod. 23. 28†. AE. exponit *lepram*[f]. Reliqui ferè omnes, *reptile alatum*[g]: *muscam venenatam*, V. ¶ *Et latére potuerint*] Heb. *& absconditos*, qui vanè putârunt se à facie tua abscondi & latére posse†. Non satis liquet, utrùm hæc verba, *à facie tua*, regantur à verbo propinquiore, *absconderint se*, an à remotiore, *pereant*[h].

21. *Non timebis*, לֹא תַעֲרֹץ מִפְּנֵיהֶם] *Non prævaleberis* (*vincêris*, *terreberis*, *frangêris*) *à conspectu*, vel *facie*, *eorum*. Similis phrasis Deut. 1. 29. & Philip. 1. 28[i].

22. *Non poteris*, &c.] Vide ad Exod. 23. 29[k].

23. *Interficiet illos*, וְהָמָם מְהוּמָה] *Et conturbabit conturbatione*, Ch. Ma. Al. *conteret contritione*, Mo. P. *perdet perditione*, ο'. Sa. A. *confringet*, &c. Al. *reddet attonitos stupore*. Al. *tumultu*, vel *fremitu*, *perdet*, M. Ti. Al. *vexabit*, &c. JT. *percutiet plagâ*, Sy. *dispersit dispersione*, Ar.

25. *Argentum & aurum*, &c.] Præceptum hoc ad majorem idololatriæ detestationem[l]. ¶ *Ex eis* עֲלֵיהֶם] *Quod est super ea*, vel, *in eis*. [Ità ferè omnes.] Sub. שׁ, vel אֲשֶׁר. Quæ sunt *super ea*, i. e. idola; quo teguntur idola[m]. Solebant gentes idola laminis & vestibus aureis & argenteis operire[n]. *Neque aurum ab eis*, &c. ο'. ¶ *Neque assumes*, וְלָקַחְתָּ] *Et accipies*, pro, *& non accipies*. *Non* repetendum ex prioribus[o].

26. *Nè fias anathema*] Potiùs, *succisio*, i. e. dignus qui succidaris[p]. De חֵרֶם vide Levit. 27. 21. & Num. 21. 3[q]. *Devotum*, *excisum*. Exempla habemus in *Acane*, Jos. 7. & in illis 1 Mac. 12[r].

k Ità V. l Ca. m T. ex Bo. L. n Me ex. La. o A. p Ca. q A. r D. † Pi. t V. v V. x D. y A. z Ma. a BC. 2. 2. 787. 6. b O. c A. d V. † Me. f M. g D. † Ma. h Pi. i Ma. k Me. l Bo. m V. Me. n O. o A. p O. q V. r Ma.

CAP. VIII.

1. *Ut possitis vivere*] Heb. *ut vivatis*, scil. *diu*, vel potiùs, *facilè & jocundè*. Id *vivere* Latinis. *Amici, dum vivimus, vivamus*, &c. Catullus, *Vivamus, mea Lesbia, atque amemus*. Ità ζῆν Græcis. Agathias, Πῖνε, γέλα, ζῆθι. Ità Gen. 17. 18. *vivat Ismael*, scil. diu, vel facilè[a]. Sensus est, Victus vester pendebit ab observatione mandatorum Dei[b]. Ut dolores, plagæ, &c. vocantur *mortes*, Exod. 10. 17. 2 Cor. 11. 23. sic status quietus dicitur *vita*: *Anni vitæ*, Prov. 3. 2. pro annis bonis[c].

2. *Itineris*] Heb. *viæ*; i. e. eorum quæ tibi in via acciderant[d]. ¶ *Ut affligeret*, ità G. Sa. לְמַעַן עַנֹּתְךָ] *Ut humiliaret vos*, O. A. Sy. ¶ *Atque tentaret*] Non enim solis rebus duris, sed & prosperis, Deus homines tentat, ut jam sequetur. Vide & infrà 32. 15†. ¶ *Et nota fierent*] Heb. *ut cognosceret*: More humano loquitur[f]: ut Gen. 18. & 22[g]. ¶ *An non*, אִם לֹא] אִם ante לֹא ut plurimùm accipitur pro adverb. *An*[h].

3. *Dedit tibi cibum manna*] Valde vegetantem cibum[i]. ¶ *Non in solo pane*, &c.] *Panis* hîc sumitur non generaliter, pro omni alimento[k], sed propriè[l], ut infrà 29. 6. *Panem non comedistis*. Nam aluerat eos Mannâ, non pane[m]. עַל hic valet *per*, & notat causam instrumentalem[n]. ¶ *Sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei*, עַל כָּל־מוֹצָא פִי יְהוָה] *Omni egressu oris Jehovæ*, i. e. verbo quod egreditur. [Variè exponunt.] 1. Q. ad vitam spiritualem referunt[o]. Si *panis* sign. quemlibet cibum, sensus erit, Hominem non solo cibo vivere. Nam homo constat corpore & animâ. Corpus cibo alitur; anima, Lege[p]. Verbum Dei est fundamentum fidei, Rom. 10. 17. quod qui in se permanens habent, eorum & animæ & corpora alentur, Psal. 37. 3[q]. He. intelligunt de præceptis Dei, quæ sunt cibus & sustentatio hominis, juxta ver. 1. *ut vivatis*[r]. Non placet: Falsò hæc verba huc detorquent, nam aliò respexit Moses. 2. *Verbum* non pro doctrina capitur, sed decreto, nutu & beneplacito, Dei, quod publicavit Deus ad tuendum naturæ ordinem & fovendas creaturas: neque enim conditos à se homines abjicit, sed eâ lege vitam illis infundit, ut semel datam assiduè sustineat, juxta Heb. 1. 3. Hoc vult Moses; Cùm nullus ad manum esset panis, commemorat *Man* extraordinarium alimentum fuisse populo: ut hoc documento testatum in omne tempus fieret, hominum vitam non esse inclusam in pane, sed pendere à nutu & beneplacito Dei†. Populus esurit, mox pascitur Mannâ, unde facile erat colligere, panem per se non esse vitæ fulcimentum, sed ipsam Domini voluntatem: nam ea est *egrediens ex ore Domini*; h. e. quæ educit illius munera ad creaturas[t]. Manna potest dici *verbum*, in quantum ex mandato Dei descendebat[v]. 3. *Verbum*, more Scripturæ, accipitur pro re quæ verbo profertur, ut Luc. 2. Sensus est, Quâcunque re nos voluerit & jusserit vesci[x]. Nulla res tam venenata, tam inepta ad nutritionem, quæ, si Deus nos jusserit eam in cibum sumere, non sit nobis magis profutura quàm cibi delicatissimi[y].

4. *Vestimentum—non defecit—*] Heb. *non inveteravit desuper te*. *Non veteravit quin tegumento sit tibi*, JT. *Non inveteravit* ab essendo *super te*, i. e. ut non sit ampliùs super te[z]. Insigne miraculum[a]. Non tantùm non attrita fuisse, sed & cum statura crevisse, vestimenta, tradunt Hebræi[b]. At poterat crescentibus aliter provideri, nempe, ex demortuorum exuviis[c]; (nam constat non plures exstitisse Israelitas pugnatores quadragesimo quàm primo anno†;) ex quibus etiam desumi poterat materia ad vestes consuendas pueris de novo natis[d]. ¶ *Et pes tuus non est subtritus*, וְרַגְלְךָ לֹא בָצֵקָה [Variant.] *Pes tuus non intumuit*, Sa. JT. Ti. P. Me. A. O. Q. He. in Ma. בצק est, *pastam facere*. Pasta autem calefacta tumescit†. Al. *non fuit maceratus*, Ma. plerique in Ma. Forst. & posterior Pagnini versio, Bo. seu, *emollitus*, ut argilla, vel massa farinæ, aquâ macetatur.

a D. b Ma. ex He. c A. d A. † G. f E. Bo. g E. h V. i G. k E. l D. E. m D. n Ti. o Q. in V. p E. q A. r F. M. † V. t F. v L. x E. Me. La. T. ex Bo. & To. y To. in T. Bo. z Pi. a Ma. b Ità Bo. To. in T. c E. † T. E. d T. Bo. † M.

ratur. Vide ad Exod. 12. 34. Al. *Non pinsuit*, i.e. pressit terram nudus, ut solet pes pistoris massam subigere; nam is mos Ægyptiis, *farinam subigere pedibus, lutum manibus*, ut testantur Herodotus, l. 2. c. 36. & Strabo, l. 17[f]. Al. *Non fuit conspersus*, O. scil. pulvere, nempe, quia calcei non sunt rupti aut scissi, ut pulvis intrare posset. Al. *Non fuit compressus*, sicut massa comprimitur[g]. Non læsus aut attritus[h]. Al. *Non fuit discalceatus*, V. G. Ità Nehem. 9. 21*. *Denudatus*. Pedes nudi, cùm in stercore ambulant, pastam videntur subagitare[i]. *Pedes tui non sunt nudati*, Sy. Ar. M. *Calceamenta tua non sunt attrita*, Ch. V. *Et soleæ tuæ non extritæ, pedes tui non occalluerunt*, ο'. *Pes* hîc pro calceo sumitur[k]. Ut patet, 1. Quia hîc opponitur vestimento[l]. 2. Ità se explicat Moses, Deut. 29. 5. 3. Sic Exod. 21. 3. גַּף *corpus* sumitur pro corporis indumento. 4. Sic & Esa. 41. 3[m]. Quod in vestibus notatum, idem de calceis asserendum, quòd crescente corpore crescerent[n].

5. *Sicut erudivit*, יְיַסֵּר] *Castigat, erudit*, V. Leniter[o]; ad emendationem, non ad exitium, ut inimicos[p].

7. *Dominus enim*, &c.] Q. vertunt, *Cùm Jehovah te introduxerit*, &c. *& comederis*, &c. per futurum conjunctivi, & jungunt versui undecimo, *Cave tibi*, &c[q]. ¶ *Fluviorum abyssi*, וּתְהֹמֹת] *Et voraginum*, seu *abyssorum*, O. *Profundorum*. Ità vocat quiescentes aquas, ut sunt stagna & lacus[r].

8. *Olei*] Heb. *olivæ olei*; i.e. oleæ vel olivæ fructiferæ†. *Olivæ unde oleum efficitur*, Ch. in A. ¶ *Et mellis*, וּדְבָשׁ] Hoc est *mel dactylorum*, (quod Arabes absolutè vocant דבש *mel*, teste Erpen. Prov. Arab. cent. 1. pr. 40.) ait *Maimonid.* tract. בְּרָכוֹת, c. 8. vult enim septem מִינִין *species* terrâ nascentium eo versu recenseri, quò mel apum referri nequit. Sic 2 Par. 31. 5.—*primitias—vini, olei, & mellis*: intelligunt He. omnes mel palmarum, seu dactylorum[s].

9. *Absque penuria*, לֹא בְמִסְכֵּנֻת] *Non cum mensura*, Ar. *non cum paupertate*, vel *penuria*, [ità ferè omnes;] *non in inclusione*, seu *strictione*, i.e. sicut inclusi, obsessi[v]. ¶ *Cujus lapides ferrum*] [Ità Mo. *& omnes*; sed Ar. *regionem de cujus lapidibus ferrum, & de montibus ejus æs, exciditur*: sic JT.] i.e. metallis abundantem[x]. Ubi ferrum eruitur lapidis duritie[y].

10. *Ut cùm comederis*, &c.] Heb. *Et comedes, & benedices*, A. *Quum comedetis—benedices*, JT. sim. P. *Quum manducaveris--& benedixerit Deus regioni*, &c. Ar. ¶ *Benedicas Domino*] *Laudibus & hymnis*, Ph. θεῷ φυτεργίας. Jo. vocat γεραίρειν τ̀ Θεὸν ὡς χορηγὸν τῆς τροφῆς, (*honorare Deum, tanquam subministratorem cibi*[z].) Gratias agendo, & precationem præmittendo, juxta 1 Tim. 4. 5[a]. Sine quo cibum sumere peccatum ducunt Judæi[b]. [Hîc M. recenset decem superstitiosas Judæorum observationes in mensa. Item F. ritus & benedictiones Judæorum in cibis sumendis exhibet, è quibus nonnulla desumpsit Christus in sua cœna. De quibus ipsos authores consule.] Inter cætera, paterfamiliâs poculum tenens sic orat, נְבָרֵךְ שֶׁאָכַלְנוּ מִשֶּׁלּוֹ וּבְטוּבוֹ חָיִינוּ *Benedicamus, seu gratias agamus, ei qui nos de suo cibavit, & cujus bonitate vivimus*. Hoc vocant בִּרְכַּת הַמָּזוֹן *BIRCATH-HAMASON*, i.e. *benedictionem cibi*, vulgò, *Benedicite*, vel *Gratias*. Nullos cibos sine benedictione sumunt. Cùm enim *vinum*, aut *panem*, aut *aromata*, aut *suave odoramentum*, aut *fructus arborum*, aut *obsonia*, apponunt, in singulis benedictionem adhibent; v.g. *Benedictus sis tu, Domine Deus, qui creas fructum vitis*, aut, *qui educis panem è terra*, aut, *creator arborum aromaticarum*, aut, *qui creas species aromaticas*, aut, *qui creas fructus arborum*, aut, *qui creas genera ciborum*[c]. Benedicere oportet, quamvis exiguum sit quod quis vel comederit vel biberit, licèt non amplius sit quàm oliva; & si odoratus fuerit suaveolens quicquam, benedicere debet. Benedicendum autem & ante comestionem, & post eam[d].

13. *Et ovium-greges*, יִרְבְּיֻן] *Multiplicabuntur*, pro יִרְבּוּן *jirbun*, י loco ה; fortasse ad indicandam fœcunditatem extraordinariam†.

15. *Et ductor tuus*, הַמּוֹלִיכְךָ] *Ambulare te facientem*, Ma. A. nempe tutò, ut Esa. 63. 13[f]. ¶ *In qua erat serpens*, &c.] Heb. *serpentis*, Mo. sim. Sa. P. locum *serpentum*, Ch. in quo erant *serpentes*, M. Ti. A. ο'. Sy.

f Ma. g O. h Me. La. * G. i Q. He. in M. k E. La. l La. E. m La. n Bo. o D. p Me. ex Bo. q V. r Ca. † V. Ma. s Di. v O. x Ma. V. y Me. ex Bo. z G. a Me. b F. c F. d He. in A. † Ma. f A.

Vide de eo ad Num. 21. 6. *Serpens ignitus & adurens*, V. ¶ *Scorpio*] i.e. Scorpiones: ut *musca*, Exod. 8. pro muscis multis. Vide ad Gen. 3. 2[g]. ¶ *Et dipsas*] Sic ο'. Sa. Serpens est à siti dictus, quòd morsu eam ardentissimam inducat[h]. ¶ וְצִמָּאוֹן] Vertunt, *sitim*, Ar. P. A. Ma. i.e. locum sitis. Ità Ch. Sy. Mo. A. F. item P. Forst. & Ti. in Bo. ut exprimitur Isa. 35. 7. A. ¶ *De petra durissima*, מִצּוּר הַחַלָּמִישׁ] *De petra silicis*, V. A. Ma. O. i.e. durissimâ, V. A. Lapidis à quo ignis educitur, ut res mirabilior fuerit[i]. Deducunt vel à חָלַשׁ *domuit*, qu. *indomita*; vel à חָלַם *concrevit, condensavit*, & אֵשׁ *ignis*[k]. Ut hîc dicitur, *de petra silicis*, ità Deut. 32. *de silice petræ*. Vel potest verti, *de duritia petræ*, i.e. de petra dura[l].

16. *Ad extremum misertus est tui*] Heb.—*animo postea benefaciendi tibi*. Huc enim tendunt Dei tentationes, si quis rectè utatur. Quomodo autem ista bene cedere Israelitis potuerint, explicant sequentia[m].

17. *Nè diceres*] Heb. *Et dices*, Mo. *Nè dixeris*, ο'. sim. Sa. Sy. Ar. vel, *Si dixeris*, Ch. ¶ *Hæc mihi præstiterunt*, עָשָׂה לִי אֶת־הַחַיִל הַזֶּה] *Fecit mihi virtutem hanc*, vel *istam*, ο'. Mo. *Præstitit*, vel *paravit*, *mihi opulentiam hanc*, JT. vel, *facultates istas*, Sa. sim. Ch. Sy. Ar.

18. *Vires tibi præbuerit*: additur in Heb. לַעֲשׂוֹת חָיִל] *Facere potentiam*, D. i.e. ad acquirendas opes[n]. Sic חַיִל sumitur Prov. 31. 29. *fecerunt potentiam*, i.e. comparârunt opes; (nam in opibus consistit potentia hominis: *Divitiæ divitis sunt arx*[o]:) & Num. 24. 18. & Job. 20. 18. & alibi: ac sæpe Græcè vertitur πλοῦτος· alibi δύναμις, ut hîc[p].

20. *Delevit*] Heb. *delebit*. Utrumque verum; partim enim deleverat, partim postea delebat[q].

g A. L. h Ma. i O. k Ma. l O. m G. n G. ità D. Ch. Sa. Ar. V. A. o D. p G. q Me.

CAP. IX.

1. TU *transgredieris*, אַתָּה עֹבֵר] *Tu transiens*, Ma. *transis*, D. Sa. pro, *transibis brevi*; ut Jon. 1. 3. *euntem*, i.e. *mox ituram*. ¶ *Hodie*] Hâc die, i.e. hoc tempore[a]. Non multò pòst. Hs[b]. ¶ *Ut possideas nationes*, לָרֶשֶׁת גּוֹיִם] *Ad hæreditandum gentes*, ο'. i.e. regionem gentium[c]. Nam gentes delendæ erant[d]. Ità, *possident Gad*, i.e. urbes ejus, Jer. 49. 1. Vel sign. *dominium habere in gentes*†. Possis vertere, *ut exhæredites gentes*, nisi quòd in *Kal* sic accipi nolint[f].

4. *Cùm deleverit*, בַּהֲדֹף] *Quum consumpserit*, ο'. *contriverit*, Ch. *expulerit*, Sa. sim. Sy. Ar.

5. *Neque propter justitias tuas*, לֹא בְצִדְקָתְךָ] *Non in justitia tua*, Ma. *In* pro *propter*, ut alibi, Deut. 24. 16. Psal. 11. 2. Hos. 12. 13[g]. Prima Dei beneficia sine meritis contingunt; illis, introductio in terram; nobis, ipsa fides. Vide & suprà 7. 7[h]. [*An posteriora etiam beneficia sine meritis contingunt, disputatur inter Ecclesiam Romanam & Reformatam: hæc affirmat; illa negat.*] Quum nominat *justitiam* & *cordis rectitudinem*, (quæ duo in homine cumprimis respicit Deus, 1 Chron. 29. 17. Psal. 15. 1, 2.) omne meritum operum excludit[i]. ¶ *Ut compleret verbum*] Ergò promissio illa Patribus facta erat absoluta, non cum hac conditione, Si posteri ambularent in mandatis Dei[k].

7. *Ex eo die*, לְמִן הַיּוֹם] Hîc ל redundat, *A die*[l]. ¶ *Adversùm Dominum contendisti*, מַמְרִים הֱיִיתֶם עִם־יְהוָה] *Rebelles* (vel *irritatores*, Sy. sim. M. Ti.) *fuistis coram Domino*, Ch. vel, *Domino*, Sa. vel, *contra Dominum*, JT. *Increduli perseverâstis quæ ad Dominum*, ο'.

8. *Nam & in Horeb*] Emphasis cum indignatione; q.d. ubi liberationis recentis recordatio, præsentis Dei respectus, & fœdus recèns initum, vos, ut cùm maximè, debuerant continere[m].

10. *Continentes omnia verba*, &c.] Nimirum, Exo. 20. & seq[n]. Confer hunc & seq. versum cum Exod. 31. 18[o].

12. *Deseruerunt viam*] Heb. *corrupit*, ità Mo. Sa. &c. sub. *se*, Sa. Sy. JT. A. V. vel, *viam suam*, V. Ma. *corruptus est*, Ch. *corruptionem commiserunt*, Ar. ¶ *Velociter*] *Homo enim erat* πρᾶγμα πρὸς ἁμαρτίαν εὐόλισθον, (*res proclivis ad lapsum.*) Ità Plato apud Plutarch.

a D. b Me. c A. Ma. Jun. d Me. Jun. † A. f Ma. g A. ad v. 14. h G. i A. k E. l V. m Ma. ex Jun. n Ma. o V.

Ταῦτα

Ταῦτα γράφειν περὶ ἀνθρώπου, ζώου φύσει εὐμεταβόλου, (qui est animal naturâ admodum mutabile [p].)

13. *Duræ cervicis*] Horat. *Nondum subactâ ferre jugum valens Cervice* [q].

14. *Dimitte me,* הֶרֶף] à רָפָה. *Segol* seu *Pathach parvum* sub ה ponitur pro *Pathach magno* [r].

16. *Vidissémque vos peccâsse*] Sim. JT. *Quúmque inspicerem quòd ecce peccaveratis*, vel, *Quúmque inspicerem, ecce peccaveratis*, Pi. *Et vidi, & ecce peccaveratis*, A.

17. *Projeci,* וָאֶתְפֹּשׂ] *Et cepi*, Ma. nempe, *studio & consultò*, ut verbum sign. ductus spiritu Dei: quo significat fœdus irritum factum esse †.

18. *Et procidi,* וָאֶתְנַפַּל] *Et corrui, concidi*, V. *proruere, prostrare me feci*. Formula *Hithpahel* hîc indicat ingentem animi corporísque affectum [t]. *Prostravi me*, Sa. Mo. *prorui*, JT. *oravi coram Domino*, Sy. sim. Ar. ὁ'. Non statim à confractione tabularum Legis: nam priùs occidit Moses 23 millia, &c. populum increpuit, vitulum contrivit, &c. Vide Exod. 34 [v]. ¶ *Propter peccata vestra*] *Super omne peccatum vestrum*, V. O. Ma. Ità vitulum vocat. Vide v. 21 [x].

21. *Peccatum vestrum*] i.e. Vitulum: ità ὁ'. Ch. Sa. M. JT. Mo. A. Metonymia, quia peccati objectum & materia erat [y]. Sic idola vocantur *peccatum*, Esa. 31. 7 [z]. *Vitulum peccatorum vestrorum quæ feceratis*, Sy. *Id quo peccaveratis, nempe vitulum*, &c. Ar. Tam occasiones quàm pœnæ peccatorum vocantur *peccata* Hebræis [a]. ¶ *In frusta comminuens*] *Et limâ minutissimè limavi*, Ar. ¶ *Projeci in torrentem*] Et ex illa aqua torrentis potum eis dedi, juxta Exod. 32 [b].

22. *In incendio*] i.e. In locis ubi incendium erupit in populum [c].

23. *Et contempsistis*] Vide ad Deut. 1. 26 [d].

25. *Et jacui—quadraginta diebus—quibus eum deprecabar,* אֲשֶׁר הִתְנַפָּלְתִּי] *Quibus prostravi me*, Mo. Ti. sim. Ch. Sa. M. *Quibus prorui*, i.e. dixi me proruisse †. Vel, *sicut prorui*; אשר interdum sign. *sicut*, ut in Jer. 48. 8 [f]. Qu. Utrùm Moses fuerit in monte duabus quadragenis tantùm, an tribus? Resp. 1. Tribus: primò & secundò, cùm tabulas accepit; & tertiò, inter priores quadragenas, nempe, cùm ascendit pro peccato populi deprecatum Dominum [g]. [Argumenta sententiæ suæ profert Li. & nos ex eo ad Exod. 34.] Non absurdè hæc dici putabis, si cum hoc loco conferas Exod. 32. 30. Ait—*ascendam*, & mox v. 31. *reversus est ad Dominum* [h]. (Sed He. notant secundam quadragenam non in monte factam, sed in tentorio suo extra castra posito [i].) Probant hanc sententiam, quia Moses hoc capite ter nominat 40 dies [k]; [nempe, v. 11. & 18. & 25.] (Tertia quadragena, quæ in Exodo omittitur, hîc suppletur, more Scripturæ [l].) Resp. Quadraginta dies v. 25. iidem sunt cum illis v. 18. ut patet intuenti [m]. Nam utrobique se pro eodem populi peccato Deum exorâsse narrat [n]. Itaque revertitur Moses ad id quod v. 18. inceperat, & hîc refert (quæ ibi prætermiserat) verba quibus Deum deprecatus erat [o]. Adde quòd Deut. 10. 10. rursum repetit se stetisse 40 diebus; nec tamen quater in monte fuit [p]. 2. Alii duas tantùm quadragenas fuisse statuunt. Ità Doctores communiter [q]. Probant; 1. Quia plures non ponuntur in Exodo, ubi pleniùs hæc historia describitur [r]. Resp. Solet Scriptura quod in uno loco omiserat in altero supplere; quod hîc facit †. 2. Populus non antè de Divina ultione securus fuit quàm Moyses cum posterioribus tabulis reversus esset. 3. Tres quadragenas non patitur ratio temporum; siquidem Judæi velint Mosen 10. die mensis 7. cum posterioribus tabulis descendisse, ideóque festum Expiationis fuisse institutum [t]. [At L. sic constare tempora judicat:] A prima die anni ad 10. mensis 7. sunt dies 187. Ex hoc numero demendi sunt dies 14 mensis primi ante egressum, tum 50 dies indè ad Legis dationem; ideo reliqui sunt 123 dies, h. e. tres quadragenæ, & tres dies [v]. Sed in multis peccat hic auctor. 1. Verisimile est Mosen 46 diebus in monte fuisse, & 6 diebus nec jejunâsse, nec intra nubem fuisse. Vide ad Exod. 24. 2. Post primum descensum Moses aliquoties montem adiit, Exod. 33. & è castris ad Tabernaculum frequentiùs itavit, & vicissim, & plures dies cum populo exegit, cum quo multa eum gessisse legimus, dolavit tabulas lapideas, &c. Num his omnibus tres dies sufficerent? 3. Unus saltem dies, nempe egressûs ex Ægypto, ex illis 123 demendus est [x]. ¶ *Ne deleret*, &c.] Heb. *dixit ad abolere vos*, i.e. dixit quòd aboleret vos. Ità similes phrases explicantur, Esa. 49. 6. collat. cum Act. 14. 37. 1 Chron. 17. 4. collat. cum 2 Sam. 7. 5. Matt. 20. 19. collat. cum Marc. 10. 33, 34 [y].

28. *Habitatores terræ,* הָאָרֶץ] *Terra*, pro incolis terræ [z].

[p] Ga. [q] G. [r] M. † A. [t] Ma. [v] Me. ex La. [x] O. [y] Bo. O. [z] A. [a] G. [b] Cl. [c] M. [d] Ma. † A Jun. [f] A. [g] Ità He. O. L. Geneb. & Adrichom. in La. Caj. in Bo. ad Exod. 34. Li. [h] D. [i] Ma. ità Hascuni in D. [k] La. [l] L. [m] La. T. Bo. [n] Bo. T. [o] Bo. [p] E. ad v. 11. [q] La. Bo. T. E. ad v. 11. [r] E. † L. [t] Bo. [v] L. [x] Bo. in Exod. 34. 28. [y] A. [z] V. Ma.

CAP. X.

1. *In tempore illo*] Nempe, post Deum placatum [a], & acceptas à Deo secundas tabulas, ut patet Exod. 34. 28. coll. cum Exod. 37. 1. Sed ante eas jussit Deus Arcam fabricari, Exod. 25. 10 [b]. ¶ *Facies arcam*] Temporariam, dum sacra Arca fabricaretur [c]. Duæ erant arcæ in deserto, una à Mose facta, altera à Besaleele. Ità multi [d]. Rectiùs alii unam tantùm fuisse statuunt †: *factam à Mose*, scil. jussu *Mosis*, à Besaleele [f].

3. *Setim*] Species cedri optimæ [g].

4. *Decem verba*] *Legem brevem esse oportet, quò faciliùs ab imperitis teneatur: velut emissa divinitus vox, jubeat, non disputet. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius, quàm lex cum prologo.* Sen. epist. 94 [h]. ¶ *Quando congregatus est,* בְּיוֹם הַקָּהָל] *In die illius congregationis*, nempe, ad radices montis [i].

6. *Ex Beroth filiorum Jaacan in Mosera*: sic vertunt Ch. M. Mo. P. Ti. sim. Ca. Belg. Sy. מִבְּאֵרֹת בְּנֵי יַעֲקָן מוֹסֵרָה] Totus hic locus difficultatum plenus est. Qu. 1. Quare hæc interserit Moses, quæ planè parerga videntur [k]? Resp. 1. Quia Aaron & Levitæ (de quibus hîc agit) erant custodes Arcæ & tabularum Legis, quarum præcesserat mentio [l]. Ut probaret, quod dixerat v. 5. has tabulas adhuc servari, earum custodes memorat [m]. 2. Ut exaggeraret beneficia Dei illis præstita, quòd fœdus renovaverit, & sacerdotium continuaverit, & aquas illis subministraverit [n]. Qu. 2. Quomodo hîc ex *Beroth-bene-jaacan* in *Mosera*, cùm Num. 33. 31. contrà, ex *Moseroth* in *Bene-jaacan*, profecti dicuntur? Summa hæc est difficultas: Fateri lubet imperitiam meam, & ab oculatioribus exspectare nodi hujus solutionem [o]. Resp. 1. Q. nodum scindunt. Ità Capellus in Criticis Sacris, l. 6. c. 7. ubi hunc locum inter ἄπορα ponit, quæ aliter solvi non possunt, quàm lapsum aliquem calami vel μνημονικὸν antiquissimi scribæ agnoscendo [p]. Hoc comma & quod sequitur videri possunt errore quodam Librarii, nolentis sibi inutile exemplar reddere aliquid delendo, (talia enim exemplaria habere non licebat,) irrepsisse in locum alienum: Neque enim hùc quicquam pertinent. Iter huic contrarium est Num. 33. 31. nec in *Hor*, sed in *Mosera*, *Aaron* mortuus est. Veterem tamen errorem esse ex Græco cognoscas. Sed in his & similibus sustineamus sententiam, donec meliores codices Græci prodierint, quorum editio in Anglia adornatur [q]. Resp. 2. Israelitæ bis ad eundem locum venerunt, (quod non mirum in tam longa peregrinatione [r]:) 1. ex *Moseroth in Bene-jaacan*, Num. 33. 31. 2. regrediendo *ex Bene-jaacan in Moseroth*, hoc loco †. Obj. Quorsum ità recederent à Terra promissa versùs Ægyptum? Resp. Vel, 1. quia territi erant victoriâ Cananæorum, Num. 21. 1. & ideo hoc interponitur ad arguendum illos de tali rebellione [t]. Vel, 2. quia morte Aaronis orbatos se videntes nube gloriæ, animum amittere cœperunt, & desperare de ingressu in Canaan, ideóque retrò iter legebant, &c [v]. Sed hæc probatione carent; Moses non meminit istius regressûs [x]. Resp. 3. Distinguendum *Beeroth-bene-jaacan* à *Bene-jaacan*, & *Moserah* à *Moseroth* [y]. *Beeroth-bene-jaacan* est *Cades*, 32. mansio [z]; at *Bene-jaacan* fuit 27. mansio, Num. 33. 31. Ergò ex hoc loco non venerunt in *Mosera*, vel *Hor*, ubi Aaron mortuus est [a]. Sic *Mosera*, cùm sit in *Hor*, 33

[a] Me. [b] Me. [c] Q. in Ma. [d] D. † D. Ma. [f] D. [g] M. [h] Ga. [i] V. [k] Bo. [l] Me. La. [m] Bo. [n] Ges. [o] Bo. [p] Capel. [q] G. [r] Me. Bo. † Ità Me. T. Bo. Ges. p. 627. item RS. & R. Bechai in Buxtorf. [t] Ità RS. in L. [v] Ità RS. in Buxt. vind. 2. 13. 933. [x] Ges. [y] D. ex J. E. L. ex Fo. Terniel. in Ger. [z] La. T. [a] Q. in Ger.

mansione, non est *Moseroth*, quæ erat 26. mansio, Num. 33. 30[b]. Neque novum est diversa loca habere eadem, vel affinia, nomina; & contrà, eundem locum habere plura nomina[c]. Non placet Bo. nec Ger. 1. Quis credat *Bene-jaacan*, i.e. *filii Jaacan*, aliud esse à *Beeroth-bene-jaacan*, i.e. putei filiorum Jaacan? An alibi quærendi sunt *filii*, &c. alibi *filiorum putei?* 2. Et *Moseroth* est tantùm plurale τȣ̃ *Moserah*. 3. Adde quòd post prædictas mansiones ponuntur *Gudgoda* & *Jotbatha* hîc & Num. 33[d]. Resp. 4. [Q. locum aliter vertunt.] [Samaritanus sic habet, *De Maseroth—& castrametati sunt inter filios Jaacan*. Ità illi *Maseroth* est terminus à quo, sicut Num. 33. 31. unde ista transtulisse videtur.] *Progredientes à Beeroth-bene-jaacan & Moserah*, JT. A. Pi. Ar. Belg. ut utroque nomine terminus à quo profectionis exprimatur. Est hîc ordinis inversio †; nam priùs venerant in *Mosera*, Num. 33[f]. Est hysterosis τȣ̃ ζωαδεσισμȣ̃ν, ut apparet ex Num. 33. 31[g]. Contentus est hoc loco Moses recitatione historiarum seu rerum, neque superstitiosè circumstantias locorum tractavit[h]. Non fuit Mosi propositum mansiones recensere, sed beneficia Dei in certis mansionibus præstita celebrare[i]. Vel sic legendum, *à Beeroth-bene-jaacan, à Moserah*, A. Sed hæc non placent Ger. ה finale in *Mosera* est locale, (de quo tamen D. dubitat;) & Onk. & Jon. habent, לְמוֹסֵרָה †. Qu. 3. Quomodo hîc *in Mosera*, cùm alibi in *Hor*, Num. 20. *mortuus* dicitur *Aaron?* Verba hîc sunt, שָׁם מֵת אַהֲרֹן וַיִּקָּבֵר שָׁם, *Ibi* (i. e. *in Mosera*) *mortuus fuit Aaron, & ibi sepultus*. Augetur difficultas si *Moseroth* idem sit cum *Mosera*; quia septem illa mansionibus aberat à monte *Hor*, necdum peccatum admiserat Aaron ob quod moritur; illud enim fuit in *Cades*, 32. mansione[k]. Resp. 1. *Moserah*, seu *Moseroth*, vel idem est locus cum *Hor*[l], vel ei vicinus, To. Torn. Walth. harmon[m]. *Mosera* est locus (desertum, ait AE. in A.) adjacens monti *Hor*[n]. Mortuus autem est cùm eò denuo venissent, ut dictum; adeóque נָסְעוּ vertendum, *profecti fuerant*. Cùm enim Hebræi habent unum tantùm præteritum, eo modò pro imperfecto, modò pro perfecto, modò pro plusquam perfecto, accipiunt[o]. Obj. Mansio ante illam in *Hor* fuit in *Cades*, quod non est *Beeroth-bene-jaacan*, ubi aquam non defuisse ostendit nomen à puteis; at in *Cades* erat aquæ penuria, Num. 20. Resp. 1. Fortè putei illi oppleti sunt & obturati ab Idumæis, manente interim nomine antiquo. 2. Una pars exercitûs aquas habere potuit, altera iis carere. 3. Non putandum est eos *Cades*, sive *Bene-jaacan*, insedisse, sed locos adjacentes, quia illa erat urbs Idumæorum. Nam *Jaacan* (qui dictus *Akan*, Gen. 36. 27. sublatâ primâ literâ formativâ nominis proprii,) fuit ex posteris *Seir Horæi*, 1 Par. 1. 42. At *Horæi* in *Idumæa* olim habitaverant, Deut. 2. 12. Indè nomen *Bene-jaacan*[p]. 4. Non necesse est mansiones illas Num. 33. & hîc sese immediatè subsecutas: quod probè notandum, ad difficultates hujus textûs explicandas[q]. Resp. 2. Ità legendum, *A Beeroth—& Moserah ibi* (vel, *illuc*) ubi *Aaron mortuus*; vel, *de eo loco ubi Aaron mortuus*, A. Resp. 3. *Ibi* שָׁם accipitur pro אָז *tunc*, (quod indefinitè accipi potest[r].) Sic Gen. 49. 24. מִשָּׁם, h. e. *tunc*; & Psal. 14. 5. Cohel. 3. 17. Sophon. 1. 14. Ità R. If. Aben-Giath Hispanus, & Hascuni. Ità Terentius, *Ibi cœpit me obsecrare*, i. e. tunc. Ità *hîc* Latini usurpant pro *tunc*. *Hîc annis gravis atque animi maturus Alethes* †.

7. *Indè venerunt in Gadgad*] At Num. 33. ab *Hor* profecti sunt in *Salmona*, v. 41. indè in *Phunon*, v. 42. indè in *Oboth*: non ergò in *Gudgoda*, & *Jotbatha*. Resp. 1. *Oboth* idem est cum *Gudgodah*[t]. Sed quid fiet *Salmon* & *Phunon*[v]? 2. *Salmon* & *Punon* aliis nominibus dicebantur *Gadgad* & *Jotebatha*[x]. Sed hoc vix credet qui legit Num. 33. cùm illæ mansiones cis *Hor* fuissent[y]. 3. Vertendum iterum נָסְעוּ, *profecti erant*[z]; vel, *venerant*[a]. Sensus ergò loci erit, Eos venisse ex *Beeroth-bene-jaacan* in *Mosera*, cùm, scilicet, alterâ vice ad eum locum fuit reditum, ubi *Aaron* mortuus est, unde jam antè venerant in *Gadgad*, &c. Quod additur, non ut significet eos ex *Mosera* in *Gadgad* profectos, (quid hoc ad scopum Mosis?) sed ut doceret *Beeroth-filiorum-jaacan* & *Mosera* eadem esse loca cum *Bene-jaacan* & *Moseroth*, Num. 33[b]. Ex *Moseroth* venerunt in *Gadgad*, nempe, cùm primâ vice in *Mosera* appulissent. Obj. At Num. 33. *ex Bene-jaacan venerunt in Gadgad*. Resp. Ità, sed mediatè, transeundo scil. per *Moseroth*. Quòd si hoc itu & reditu ad eundem locum crescat numerus mansionum, dici fortasse poterit, non censeri diversas mansiones eas in quibus plùs quàm semel non multo temporis intervallo populus castra fixerit[c]. Videtur *Gadgad*, vel *Gudgod*, locus alius esse ab חוֹר גִּדְגָּד *Hor*-(vel *Chor*-) *Gadgad*, i. e. *Foramen Gadgad*[d]. Alii eundem locum esse statuunt †. ¶ *In terra aquarum*] Ostendit Deum prospexisse eorum infirmitati, nè (ut antea) murmurarent[f].

8. *Eo tempore separavit*, &c.] At Levitæ longè antea separati sunt, Num. 3. vide Exod. 32. Resp. 1. Non refertur hoc ad id quod immediatè præcesserat, nempe, tempus mortis Aaron, sed ad tempus descensûs de monte Sinai, de quo v. 5[g]. Sic vers. 6. & 7. interjecta sunt, ut refricent mortem Aaronis: quod satìs probabile est[h]. 2. Vel, *separavit* ponitur pro, *antea separatos confirmavit*, Eleazaro nempe suffecto in Aaronis locum, Num. 20. & *Phinehas* confirmato, Num. 25. Neque tot tantísque offensis vestris adductus est, ut vobis fœdus suum, aut administros fœderis illius, adimeret[i]. 3. Verisimile est hanc esse secundam separationem sub *Eleazaro*; alioqui frustrà hîc insereretur[k]. ¶ *Ut portaret arcam*] Quod communium Levitarum erat, etiam sacerdotum, vel, in solenni pompa, vel, si libuisset[l]. ¶ *Et staret coram eo*] Stabant, non sedebant, in toto ministerio suo. Ità stant Prophetæ, 1 Reg. 17. 1. & 18. 15. & 2 Reg. 3. 14. & 5. 16. Ità Angeli, Luc. 1. 19. 2 Chron. 18. 18[m]. ¶ *Ac benediceret in nomine illius*, וּלְבָרֵךְ בִּשְׁמוֹ] *Et ad benedicendum in nomine ejus*, A. Ma. V. Populum, Dei nomine invocato, benedicere; quod sacerdotum erat: de quo Num. 6. 23[n]. Non placet: Nam, 1. tunc curta esset oratio. 2. Cùm Levitici muneris pars sit vel præcipua Deum laudare, ut est 1 Par. 16. non est consentaneum hoc in loco, in quo nominatim de Levitarum munere tractatur, nullam hujus rei factam esse mentionem. Mallem ergò vertere, *ad nomen ejus celebrandum*; quomodo alii [ità sanè Hi. & Ti. in Bo.] transferunt, 1 Par. 23. 13[o].

9. *Dominus possessio ejus*] Quia Dei intuitu decimæ, &c. illis debentur[p]. q. d. Ea quæ Domino dantur, putà oblationes, &c. cedunt illis in possessionem[q]. Mysticè hoc impletur in Christianis[r]. Vide Num. 18. 20, 23, 24 †.

10. *Quadraginta diebus*] Patet hanc secundam vicem fuisse, eandémque cum illa de qua c. 9. v. 18. Quare hîc est Hysteron proteron, & hic versus ponendus esset ante initium capitis[t].

11. *Vade, & præcede populum*, קוּם לֵךְ לְמַסַּע לִפְנֵי הָעָם] *Surge, vade proficiscendo* (vel, *ut proficiscaris*, Ch. Sa. vel, *ad profectionem*, i. e. per profectiones, O. vel, *in profectione*, vel, *profectionibus*, Ti. M. A.) *ad facies populi*, P. Mo. vel, *coram populo*, Ch. Sa. sim. M. JT.

12. *Ut timeas*, &c.] Omnia præcepta huc tendunt: hic finis est Legis, quem efficit gratia Evangelii[v].

13. *Ut bene sit tibi*] Non Deo, cui nostra obsequia nihil conferunt: quanquam ipse velut sibi collata largè repensat[x].

14. *Cœlum*, הַשָּׁמַיִם] Cœlum sydereum[y]. Mallem, *cœli*; cœlum aereum & stelliferum[z]: cœli mobiles[a]. ¶ *Et cœlum cœli*] i. e. Supremum vel tertium cœlum, sedes Dei & Angelorum[b]. q. d. Cùm omnia ejus sint, elegit tamen te præ cæteris[c].

15. *Et tamen*, רַק] *Tantummodo*, V. Ma. Al. *profectò, certè*. Al. *verùm*, Ma. Vide Deut. 12. 15.

16. *Circumcidite præputium cordis*] Idem opus & homini ascribitur, ut hîc, & Deo, ut infrà 30. 6. Deo, ut causæ principi, homini, ut causæ intervenienti. Confer Jer. 4. 4[d]. *Præputium* hîc est quicquid in corde ad modum præputii in carne superfluit, & cor dehonestat; h. e. noxia omnia & impia desideria †. Est durities ac cæcitas, quâ cor & mens impeditur nè videat, & veritatem agnoscat[f]. Nam עוֹרְלָה [lege עָרְלָה] propriè est *obturatio* & *operimentum*. Ut præputium virilis

Marginal notes, left column: b La. Q. in Ger. — c La. — d Ger. ex Bo. — † Pi. A. — f Pi. A. Os. in Ger. — g Jun. — h Os. in Ger. pag. 626. — i Ger. — † Ger. ex D. — k Bo. — l Ità V. — m Ità Bo. Ger. — n Ger. — o Bo. Ger. — p Bo. Ger. — q Ger. pag. 630. — r Buxt. — † D. — t V. Sà in Bo. — v Ger. — x Torn. in Bo. — y Bo. Ger. — z Ger. — a Bo.

Marginal notes, right column: b Bo. — c T. — d AE. in D. — † Ità A. Ma. — f Ma. ex Jun. — g Ità Me. T. ex Bo. M. V. A. — h La. — i Ma. ex Jun. — k La. — l Me. ex Bo. — m A. — n Ità T. ex Bo. & o'. V. A. La. — o Ca. — p Me. ex Bo. — q La. sim. Pi. — r G. — † Ma. — t Me. ex La. — v G. — x G. — y L. — z D. — a Me. — b G. L. Me. Bo. D. — c Cl. — d G. — † T. ex Bo. — f M. F. V.

virilis membri caput obturat, ità hæc cæcitas cor impedit nè videat [g]. Insipientiam, Ch. in F. σκληροκαρδίαν, ο'. in F. dolum, Ar. Ut apud nos per Baptismum demonstratur ac fit animi potiùs quàm corporis expiatio; sic Hebræorum Circumcisio docebat resecandam esse cordis cæcitatem, &c. Veteres Hebræi in ea fuerunt sententia, quòd tempore Messiæ Circumcisio *spiritualiter*, non *carnaliter* ampliùs, fieri debeat. In מִדְרָשׁ, i. e. expositione Cantici Canticorum, 2. 10. *Advenit tempus* (*Messiæ*, ut priùs dixerat,) *ut amputetur præputium de quo dictum est*, Deut. 30. 6. quod non potest nisi spiritualiter intelligi. *Et Lex convertetur ad novitatem*, juxta Jer. 31. *Et scindam—pactum novum*, i.e. legem novam Messiæ [h]. [*Alia habet F. de circumcisione carnali*, &c. *sed quæ vel priùs notata, vel satìs trita, vel exigui ponderis.*]

17. *Deus deorum*, אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים] 1. Eorum qui dii habentur, cùm non sint; i. e. idolorum: qui illis omnibus major est, & melior, & potentior [i]. 2. Deus Judicum, vel Regum [k]. 3. Angelorum [l]. Atque hinc apparet quoties אֱלֹהִים singulari jungitur, esse ἔλλειψιν vocis אֱלוֹהַּ; ut in בְּהֵמוֹת, חָכְמוֹת, & similibus. Plena locutio hîc est. ¶ *Dominus dominantium*] Regum, &c. ut 1 Tim. 6. 15 [m]. Astrorum, quorum in res humanas magna vis, He. in G. Dictitant Magistri, *Omnia in manu cœli*, i. e. astrorum, *præterquam timor cœli*, i. e. Dei [n].

18. *Facit judicium*, &c.] i. e. Vindicat eos [o].

21. *Ipse laus tua*] i. e. De quo gloriari debes, jactando ejus beneficia erga te [p]. Materia & argumentum laudis tuæ: Metonymia; ut Exod. 15. 2 [q].

22. *In septuaginta animabus*] i. e. Personis, & sub. *tantummodo*. Vide Gen. 46. 27. & Exod. 1. 5 [r].

[g] M. [h] F. [i] E. ità To. V. O. in Bo. [k] Ità Onk. & Jon. in D. Bo. [l] G. D. [m] G. [n] D. ad v. 12. [o] G. [p] V. Ma. [q] Ma. [r] V.

CAP. XI.

1. *Observa præcepta*, &c.] Heb. *custodies custodiam ejus*, i.e. quæ tibi custodienda præcepit. חֻקֹּת *statuta* ad ritus pertinent; מִשְׁפָּטִים *judicia*, ad *forum*; מִצְוֹת *præcepta*, ad *mores* [a].

2. *Cognoscite hodie*] *Tandémque scitote*; i. e. opere & reipsâ ostendite vos scire & memoriâ tenere [b]. ¶ *Quæ ignorant filii, qui non viderunt*, &c. כִּי לֹא אֶת־בְּנֵיכֶם אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּ וגו׳ [Variè reddunt.] Q. cum parenthesi, hoc modo; *Et scitote hodie* (*non enim filios vestros alloquor*, vel, *cum filiis vestris loquor*, ut supplent P. M. A. Belg. *qui non cognoverunt, nec viderunt*) *castigationem*, &c. Cujus parenthesis ratio redditur v. 7. cur eos alloquatur, non filios. Ità alter ex doctis Hebræorum [c]. Alii sine parenthesi; *Et scitote hodie quòd illa miracula non erunt in futurum, ut videant ea filii vestri, sed vos vidistis ea, nempe, castigationem ejus*, &c. Ità alter doctus He [d]. *Cognoscite hodie non hæc gesta esse apud natos vestros*, Ca. Alii magnum hyperbaton faciunt usque ad v. 7. *Et agnoscetis hodie non filios vestros, qui non noverunt—eruditionem Jehovæ*, &c.—*sed oculos vestros fuisse qui viderunt*, Ma. Al. *Scitote hodie quòd non ad filios vestros sermo est, qui non noverunt*, &c. Sy. Al. *Et cognoscetis hodie quia non ad filios vestros*, (subaudi, hæc spectant,) *qui non cognoverunt*, &c. Ma. *Scitote ab hac die, quòd opus non incumbit filiis vestris, qui non noverunt*, &c. Ar. *Et cognoscetis hodie, quia non filii vestri*, sub. *id cognoscere poterant*. אֶת potest esse & nominativi articulus †. Al. *Non cum filiis vestris*, supple, vel, *paciscitur Dominus pactum hoc*, O. vel, *acta hæc sunt*, Bo. ¶ *Disciplinam*, מוּסַר] *Castigationem*, i.e. quibus modis vos erudierit [f]. *Correctionem*, quâ homines coercentur sive instituuntur, seu verbo, seu re [g].

4. *Quomodo operuerint*, &c. אֲשֶׁר הֵצִיף] *Qui inundare fecit*, Ch. O. JT. A. Al. *quomodo inundare fecit*, Sa. Sy. sim. ο'. Al. *quando inundare fecit*, &c. V. *quando obruet*, &c. Ar. ¶ *In præsentem diem*] q. d. Ità attritæ sunt vires eorum, ut adhuc sint infirmæ [h].

6. *Quos absorbuit*; אֲשֶׁר פָּצְתָה] *Quod aperuit*, &c. Ma. *quando*, אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר [i]. ¶ *Cum domibus & tabernaculis*] Vel, 1. *Et*, pro, *Id est*; nam nullas habebant domos in tentoriis degentes [k]. Vel, 2. *Domus*, pro *familia & domesticis* [l]. Vide Numer. 16. 32 [m]. ¶ *Substantia quam habebant*, וְאֵת כָּל־הַיְקוּם אֲשֶׁר בְּרַגְלֵיהֶם] *Omnem substantiam quæ in pedibus eorum*, Sa. Mo. P. vel, *quæ erat sub pedibus*, i. e. sub potestate eorum; ut Psal. 8 [n]. Vel, *ad pedes*, A. vel, *quæ erat in collectione eorum*, Sa. vers. vel, *quæ erat in possessione eorum*, Ang. vel, *quam habebant*, Ti. V. *præsentem*, V. *quæ cum eis erat*, Onc. & Jon. in D. τὴν ὑπόστασιν (quâ voce reddunt מוּבָא, Ezec. 43. 11. & כְּנַעַר, Jer. 10. 17 [o].) τὴν μετ᾽ αὐτῶν †. Al. *quæ propter eos*, AE. in D. Sic exponunt Gen. 33. 14. *ad pedem puerorum*, i.e. propter pueros. Igitur Gen. 30. 30. *ad pedem meum*, i. e. propter me. Sic, *ad pedem operis*, i. e. propter opus P. *Omnia corpora viventia quæ sequebantur eos*, JT. Ang. *Omnésque homines qui cum eis erant*, Ar. *Quicquid subsistebat quod ad illos spectabat*, Belg. *Quicquid pertinebat ad eos, dum starent pedibus suis*, Sy.

7. *Oculi vestri*, כִּי עֵינֵיכֶם] *Quandoquidem oculi*, &c. V. P. *Quia*, Ma. Vertere potes, *sed*, si jungas fini parenthesis secundi versûs præcedentis [q]. ¶ *Viderunt*] Heb. *videntes*, sub. *fuerunt*, V.

10. *Non sicut terra Ægypti—ubi jacto semine*, &c. אֲשֶׁר תִּזְרַע] *In qua seminabas*, Ch. Al. *jacis semen*, in præsenti, V. ¶ וְהִשְׁקִיתָ בְרַגְלְךָ] *Et irrigabis*, vel, *irrigabas*, vel, *irrigas, in*, vel *cum*, *pede tuo*; [ità ferè omnes:] vel, *in auxilio tuo*, Sa. vers. vel, *per fatigationem pedis tui*, M. vel, *eundo*, Belg. vel, *secundùm beneplacitum tuum*, Q. in Belg. Qu. 1. Quid est *pede irrigare?* Resp. *Pes* sumitur pro labore [r]. Ità Gen. 30. 30. Ut alibi diligens labor *manu* significatur, Psal. 128. 2 †. q. d. Labore pedum, dum aqua portatur [t], vel derivatur [v]; dum huc illuc pedibus discurrendum [x] ad irrigandum: etiam ligone sive sarculo, qui pede figitur, & pedis officio agitatus, claudit meatus aquæ & aperit. Quò spectat fossio pedis operâ, quâ ferrum premitur ut glebam findat [y]. Vidi in hortis olitores dum per sulcos ad sua olera derivant, pedis opposita, vel aquam sistentes, vel aliò deflectentes [z]. Irrigatio *pede* facta est, h. e. instrumento (seu trusatili, seu rotatili) pedibus manibúsve adacto [a]. Quid sit *pede irrigare*, optimè explicat Ph. (*ni fallor, in libro de Vita Mosis*,) Ὥσπερ ἡ ἕλιξ, τὸ ὑδρηλὸν ὄργανον, ἔχει. κατὰ γὰρ μέσον αὐλῆς γυμνάσι βαθμοί τινες, ὧν ὁ κηπουρὸς, ὅταν ἐθελήσῃ ποτίσαι τὰς ἀρούρας, ἐπιβαίνει μὲν, περιολισθαίνει δὲ ἀναγκαίως. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ πίπτειν συνεχὰς πλησίον ἐχυρῶν τινὸς, τῇ χερσὶ περιδέδραξε, ὃ ἐνειλημμένος τὸ ὅλον σῶμα ἀπῃώρηκεν αὑτοῦ. ἀντὶ μὲν γὰρ ποδῶν χερσὶν, ἀντὶ δὲ χειρῶν ποσὶ χρῆται. ἵσταται μὲν γὰρ ταῖς χερσὶν, δι᾽ ὧν εἰσιν αἱ πράξεις· πράττει δὲ τοῖς ποσὶν, ἐφ᾽ ὧν εἰκὸς ἵστασθαι. *Qualis est aquaria machina*, helix *dicta, in cujus medio sunt gradus quidam, quos rusticus, quando agros rigare vult, scandit, ac mox necessariò delabitur: & nè continuè cadat, fulcrum quoddam proximum manibus prehendit, quo totum corpus sustentat. Interim pedes manuum, manus verò pedum, funguntur officio: insistit enim manibus, quarum est agere; operatur pedibus, quorum est stare* [b]. Qu. 2. In quo fit comparatio? Resp. Præfertur terra Canaan Ægypto; 1. in fertilitate [c]. Verùm non simpliciter terra *Canaan* præfertur *Ægypto*, (quia hæc fertilissima erat, Gen. 13.) sed secundùm quid, h. e. si sanctè viverent. A favore ergò Dei & pietate incolarum magis fertilitas terræ *Canaan* quàm à loci natura pendebat [d]. Unde mira hodie narrantur de ejus sterilitate, squalore, &c †. 2. In modo irrigationis terræ. Vel, 1. Quòd utilius & commodius erat de cœlo pluviam exspectare, quàm per sulcos aquas ducere; hoc enim est operationis humanæ, illud beneficii Divini [f]. *Omnes terræ fœcundantur per ministrum; terra Canaan, per ipsummet Dominum, qui requirit & diligit eam* [g]. Aquæ pluviæ meliores quàm aliæ aquæ [h]; quàm limosa & palustris Ægypti aqua [i]. Vel, 2. Quòd Ægyptus humanâ operâ multóque labore irrigabatur: At terra Israel nullo labore bibit aquam ex cœlo [k]. Obj. At terra Ægypti à Nilo inundata longè minori labore fructum fert quàm aliæ regiones: & hoc in ea notatum & laudatum in Diod. Siculo l. 1. cap. de Ægypto; *Tantam*, inquit, *fertilitatem—Alibi agricultura magno labore & sumptu*

[a] D. Ma. [b] V. Ma. [c] V. ità A. [d] V. † Ma. [f] V. [g] Ma. A. [h] V. [i] V.

[k] D. [l] Ità Onk. & Jon. & AE. in D. [m] Ma. [n] M. O. [o] G. † D. P. D. [q] V. [r] RS. in F. † A. [t] Me. La. [v] La. Jun. Pi. [x] Me. [y] Le. ex Caj. [z] Me. [a] T. ex Bo. [b] G. [c] Q. in Ger. pag. 686. [d] F. Ger. † F. [f] E. [g] He. in F. [h] Lo. Ger. [k] M. F. V. Ma.

ptu exercetur; in sola Ægypto labore & impensa tenui. In Herod. in Euterpe, Isti (Ægyptii) ex omnibus maximè illaboratum percipiunt fructum. Idem Plin. l. 18. c. 18. Resp. 1. Licèt hæc vera sint, habent tamen alia incommoda, ob quæ præferendus videtur modus irrigationis à pluviis. Ut, 1. quòd Ægyptus tota plana est, ut irrigari possit à Nilo; cùm terra Canaan sit partim montosa, partim campestris, adeóque amœnior. 2. Quòd toto tempore æstivo (quod ad ambulationes & recreationes est maximè opportunum) Nilus omnia exundat, & Ægyptii domo conclusi sunt. 3. Eadem inundatio vindemiæ tempus occupat; (vide Ecclesiastic. 24. 37.) unde vina vel nulla ibi sunt, vel minimè generosa [l]. Resp. 2. Duplex est Nili irrigatio, 1. spontanea, 2. laboriosa, tum in iis locis ad quæ non pervenit inundatio, (quæ nonnulla erant,) tum in iis à quibus Nilus recesserat. Quia limus ille quem Nilus relinquit, etsi sat humidus sit, ut semen injectum excipere & aliquanto tempore fovere & nutrire possit, paulò pòst tamen, per ardorem Solis humore exsucto, nimis indurescit, nec semina excludere posset, nisi rursus irrigaretur. Ad quam irrigationem faciunt fossæ illæ ibi ductæ, quibus varias in partes per totam Ægyptum Nilus derivatur [m]. Harum fossarum meminêre Justin. l. 2. Sueton. in Aug. c. 18. Diod. Sic. l. 1. de Ægypto [n]; & nuperrimè Dux Radzivillius, inspector oculatus. Ex his ergò fossis aquâ per machinas haustâ sæpius irrigandi erant agri semine consiti [o]. Extra tempus inundationis Nili arens terra Ægypti multo labore aquis ex Nilo apportatis humectatur [p]. Resp. 3. Mosis scopus non erat docere hanc irrigationem illâ Ægyptiacâ præstantiorem, sed ostendere Israelitis necessitatem obediendi mandatis Dei, cùm terra *Canaan* non per spontaneam aut laboriosam Nili irrigationem fœcundetur, sed per pluvias cœlestes, quas Deus non nisi obedientibus promiserit. Hunc scopum esse totus contextus ostendit [q]. Qu. 3. An sementis fiebat in Ægypto ante Nili inundationem, (ut verba textûs sonare videntur [r],) an post eam, ut testantur omnes ferè auctores profani, Herod. & Diod. & Plin. 5. 9. & Cicero l. 2. de nat. deorum, & Andreas Thevetus, testis oculatus, Cosmog. l. 2. c. 1? Nam si satio inundationi præmitteretur, sementis sub aquis delitescens corrumperetur. Resp. Satio sequebatur spontaneam irrigationem, sed laboriosam præcessit †. De posteriori autem textus loquitur [s].

11. *De cœlo exspectans pluvias,* לִמְטַר הַשָּׁמַיִם תִּשְׁתֶּה מָּיִם] *Pluviæ,* vel, *ad pluviam, cœlorum bibes aquas,* Ma. V. Mo. O. Ch. P. vel, *bibet,* seu *imbibit,* JT. scil. terra Ægypti, Q. in V. Est tertiæ personæ fœm †. *Bibens,* Sy. Ar. M. *aquis cœlestibus irrigatur,* Ti. Qu. An in Ægypto nullæ sint pluviæ? Resp. 1. Ægyptum nunquam complui senserunt Plato in Epinomide, Plin. in Panegyr. ad Trajan. Strabo, Herod. Philo, l. 1. de vita Mosis. 2. Pluvias ibi nonnunquam esse docet Thevetus, testis oculatus. 3. Pluviæ aut nullæ sunt, aut raræ & exiguæ, ad instar roris decidentes, idq; hyeme, & in locis maritimis [v]. *Ægyptus nihil imbribus cœlóque debet,* ait Plin. Paneg.—*nec pluvio supplicat herba Jovi,* Tibullus [x].

12. *Invisit,* ità Sy. Ti. sim. ὁ'. Sa. דֹּרֵשׁ] *Requirit,* Ch. P. V. *quærit ab ea,* Sa. vers. *curat,* JT. V. A. sim. Ar. *advertit eam,* M. ¶ *Oculi illius*] i. e. Ut videat si indigeat re aliquâ [y].

14. *Pluviam temporaneam,* יוֹרֶה] Rectiùs, *tempestivam* [z], *maturam,* Sy. sementis tempore [a]: semente factâ, germinationis causâ. Hæc fit in Octobri, qui est principium anni [b]. Dicitur, vel ab הוֹרָה *docere,* quòd quasi doceat & erudiat terram ut proferat fructus [c]. *Descendit lentè, sensim erudiens terram, ut homo doctrinam instillat in discipulum* [d]. Vel, à *projiciendo:* sive, quòd tum cadat, cùm semina injiciuntur & committuntur humo; sive, quòd impetu jaciatur è nubibus. Al. à רָוָה, quòd terram *inebriet* †. ¶ *Et serotinam,* וּמַלְקוֹשׁ] Adultâ segete [f]. Decidit in Martio, cùm jam grandior est seges [g]. Dicitur vel ab implendis spicis, ex מָלֵא *implere,* & קַשׁ *stipula,* sive *spica;* vel à לָקַשׁ, quod sign. *tardare,* maximè in Chalda-

[l] Bo. [m] T. ex Bo. [n] Bo. [o] T. [p] M. F. V. [q] Ger. p. 691. [r] Bo. Ger. † Ger. [s] Bo. † Bo. ex Hi. & ὁ'. A. Belg. [v] Bo. [x] G. [y] V. [z] G. V. F. JT. [a] G. [b] M. F. V. Ma. [c] M. F. V. [d] He. in Ma. † Q. in Ma. [f] G. [g] M. F. V.

ismó [h]; vel, quasi circumcidens & exscindens segetes, eas, scilicet, maturando, ut demetantur [i].

16. *Nè decipiatur,* ità Ch. Sa. Ar. sim. JT. פֶּן יִפְתֶּה] *Nè fatuetur,* Mo. *nè dilatetur,* ὁ'. *nè mulceatur,* Sy.

18. *Suspendite*] Vide quæ Deut. 6. 8 [k].

21. *Ut daret eis*] Nempe, in ipsorum posteris, qui cum parentibus iidem censentur [l]. ¶ *Quamdiu cœlum imminet terræ*] Heb. *sicut dies cœli super terram,* i. e. secundùm mensuram, vel durationem, dierum cœli super terram [m]; i.e. perpetuó [n]. Quamdiu mundus durabit; tamdiu enim ex decreto Dei, Gen. 8. 22. erunt dies cœli [o].

22. *Si custodieritis*] Animo, ut Luc. 2. 51. ¶ *Et feceritis*] Opere [p].

24. *Omnis locus*] Non absolutè, (ut RR. hinc somniant,) sed ex sequentibus restringitur ad terminos iis assignatos [q]. Omnis locus quem estis calcaturi à deserto & Lebanon [r]. Et quidem sub conditione †. ¶ *A deserto*] Nempe, *Sin;* i. e. à parte Australi [t]: vel, *Paran* [v]. ¶ *Et à Lebano,* וְהַלְּבָנוֹן] *Et Libano,* Ma. pro, *Et ad Lebanum* [x]. ¶ *A flumine,* &c.] Heb. *à fluvio, fluvio Euphratis.* Ista geminatio sign. nobilissimum fluvium fuisse [y]. *A fluvio.* Euphrates antonomasticè sic dicitur, ergò addit exegesin, i. e. *à fluvio Euphratis* [z]. Tempore Salomonis ditio Hebræorum protensa est in Euphratem, nec antè [a]. ¶ *Ad mare occidentale,* ità ὁ'. Ch. הָאַחֲרוֹן] *Postremum,* vel, *posterius,* Sa. Ma. Quia erat ad Occidentem. Nam *Oriens* est pars mundi anterior, *Occidens* posterior, *Meridies* à dextris, Psal. 89. 13. & *Septentrio* à sinistris. Quæ quatuor partes his nominibus appellantur in Job. 23. 8, 9 [b]. *Novissimum* mare dicitur, quòd eousque Terræ sanctæ fines excurrerent [c]. Sic infrà 34. 2 [d]. Confer Jos. 1. 4. & 13. 4 †. Dicitur mare *magnum,* respectu stagnorum, lacuum, &c. quæ & *maria* vocant [f].

25. *Terrorem vestrûm*] Vide Deut. 2. 25 [g].

26. *En,* רְאֵה] *Vide,* sing. pro plur. *Videte.* Videat unusquisque vestrûm. Hoc verbo quarta Sectio libri incipit [h].

27. *Si obedieritis,* אֲשֶׁר תִּשְׁמְעוּ] *Cùm audieritis,* vel, *obedieritis,* Mo. Sa. Alii, *si audieritis;* sic ὁ'. Ch. Sy. Ar. JT. A. Sic אֲשֶׁר interdum vertitur. Confer 1 Reg. 8. 31. cum 2 Chron. 6. 20 [i].

29. *Pones benedictionem*] Heb. *dabis benedictionem,* i.e. pronunciabis, vel, pronunciandam curabis [k]. Res *dari* dicitur, cùm dicitur vel pronunciatur; ut Deut. 13. 1, 2. & Job. 36. 3 [l]. & Prov. 9. 9. *Da sapienti,* i.e. doce sapientiam [m]. Alii sic; *pones benedictionem,* i. e. benedicentes; pariter, *maledictionem,* i. e. maledicentes [n]. Consule Deut. 27. 12, 13. & Jos. 8. 33 [o]. Sex Tribus benedicentes stabant in monte *Garizim,* sex maledicentes in monte *Ebal;* & (quantum colligo ex Deut. 27.) Sacerdotes ante Arcam inter duos montes constituti præibant tum in benedictionibus, (quibus qui in *Garizim* erant respondebant, *Amen,*) tum in maledictionibus, (quibus qui in *Ebal,* respondebant, *Amen.*) Sed de his plura vide ad Deut. 27 [p]. ¶ *Super montem Garizim*] Vel, *versùs montem;* ut Exod. 9. 22. עַל sign. *versùs* cœlum [q]. Vel, *apud, juxta, ad montem;* vide Psal. 1. 3. Sacerdotes verterunt se versùs montem, populo circumfuso [r]. Nota hîc montes *Garizim* & *Ebal* duos montes esse vicinos, vel, potiùs, duo ejusdem montis juga †. Mons erat totius Samariæ altissimus, habens duo cacumina, *Gerizim* & *Ebal* [t]. Juxta *Sichimam* erat, ut patet ex Jud. 9. 6, 7. & ex Borchardo & Adrichomio, qui ea omnia oculis spectârunt [x]. In Samaria erant, ait Talmud Bab. in *Sotah,* c. 7. Ibi in monte Garizim erat Samaritanorum templum, 2 Macc. 6. 2. Joh. 4. 20, 21. Joseph. Antiq. 11. 8 [y]. Falluntur ergò Hi. & Euseb. qui hos montes Juxta Galgalam & Jerichunta constituunt. Obj. Si tam longè à *Galgal* essent hi montes, quomodo dicuntur versu proximo fuisse מוּל הַגִּלְגָּל? Resp. 1. Meritò dubitari potest an sit illa *Galgala,* Jos. 4, & 5. 2. Non dicit *Sichimam,* vel *montes illos,* esse è regione *Galgal,* sed campestria in quibus habitabant Cananæi. 3. מוּל de regionibus dicitur longè dissitis. Vide Deut. 1. 1 [a].

30. *Qui sunt*] Heb. *Annon sunt?* Interrogant Hebræi

[h] F. V. [i] He. in Ma. [k] Me. [l] G. [m] F. V. [n] V. D. [o] A. [p] G. [q] Me. T. ex Bo. [r] O. † T. ex Bo. [t] V. Ma. [v] A. [x] A. [y] V. [z] Ma. [a] V. [b] A. [c] F. V. [d] V. † Ma. ex Jun. [f] V. ex F. [g] V. [h] V. [i] A. [k] Ger. A. [l] A. [m] Ger. [n] Me. T. ex Bo. ità Targ. in D. [o] Ger. [p] Bo. [q] A. [r] He. & Mas. &c. in Ger. † Bo. [t] Ger. [v] A. Bo. Ger. [x] Bo. [y] A. [z] Bo. [a] Ma.

b V. bræi quod affirmare volunt [b]. ¶ *Post viam*] i.e. In
c V. latere viæ regiæ quæ pergit ad occasum Solis [c]. ¶ *Quæ
est juxta vallem*, &c. אֵצֶל אֵלוֹנֵי מוֹרֶה] *Juxta Elon
d Ma. Bo. Moreh*: de quo vide quæ ad Gen. 12. 6 [d]. Juxta *campestria*, vel potiùs, *planities*, V. vel *arbores*, vel *quercus*, al. in Ma.

32. *Videte ut impleatis*] Heb. *custodite*, scil. in corde
† He. in F. & memoria. *Facite*, scil. opere externo †.

CAP. XII.

a D. 2. O*Mnia loca*] i. e. Ea quæ sunt in omnibus locis [a].
Hujus præcepti triplex est ratio: 1. in detestationem idolomaniæ; 2. nè Israelitæ ad similem cultum incitarentur; 3. quia populo illi futura erant
b E. unicus locus & unicum Templum [b]. ¶ *Frondosum*, ità ο'. Ch. Sa. רַעֲנָן] *Viridem*, AE. in M. P. O. JT. Solebant gentes sub arboribus sacra sua peragere, imò arbores ipsas diis consecrare, Apollini laurum, Mi-
c Ma. ex nervæ oleam, Jovi esculum, Veneri myrtum, &c [c].
Plin. 12. 1. 4. *Non ità*] q. d. Non ubicunque libuerit coletis
d V. D. eum [d]; sicut nos ubicunque Arca manet victimas im-
† O. molamus†. Quidam sancti in excelsis Deum colebant,
f Bo. Me. peculiari sine dubio dispensatione [f].

5. *Sed ad locum*] Quem non exprimit; 1. Quia revelationis ratio est, ut successu temporis explicatior
g F. reddatur [g]. 2. *Quia Deus quievit in multis locis, ut
h Hizcuni Gilgal, Silo, Nob*, &c [h]. ¶ *Nomen suum*] i. e. Ar-
in F. cam, quæ sic vocatur & Jer. 7. 12. unde ipse responsa populo dabat, & invocantem exaudiebat, præsentiæ ejus signum; unde vocatur, *Deus, Rex gloriæ, Facies
i V. Dei*, &c. Psalm. 24. 8, 10. & 95. 6. & 105. 4 &c [i].
Potiùs *nomen* sign. invocationem ac cultum nominis
k Ma. Dei [k]. ¶ *Et habitet in eo, venietis*, לְשִׁכְנוֹ תִדְרְשׁוּ וּבָאתָ שָׁמָּה] *Ad habitandum ipsum, quæretis, & venietis illuc*, Mo. Ut ponat nomen suum ibi, *& inhabitet ipsum, quæretis*, &c. M. Sed eum locum quem elegerit, *habitétque illic*, (vel, *ut habitet ipse*, P.) *quæretis*, &c. Ti. De loco illo quem elegerit, &c. *de habitatione*, inquam, *illius inquiritote*. Præposit. אֶל & לְ hîc va-
l Pi. lent *de*; sic infrà v. 30 [l]. *Ad locum*—etiam *ad ejus habitationem quæretis*, A. In loco, &c. *in habitatione ejus exquiritote eum*, JT. *Domicilium ejus inquirite, & ad illud abite*, Sy. sim. Ar. Ch.

7. *Et comedetis in conspectu Dei*] Scil. de iis quibus
m Me. ex vesci licebat laicis [m]. Vel, in urbe ubi est Taberna-
La. Ma. culum agitabitis solennes epulas & convivia vestra, ter
n T. ex Bo. in anno [n]. ¶ *In cunctis ad quæ miseritis manum*] Sic Ch. Sa. A. sim. ο'. Sy. Ar. O. *Comedentes ex omni re ad quam admoveritis manum*, JT. Verto, *omni re ad quam extendere vobis licet manum*, i. e. omni carne sa-
o Pi. crificiorum quam vobis licet comedere [o]. ¶ *In quibus benedixerit*, sic Sa. Mo. A. sim. JT. אֲשֶׁר בֵּרַכְךָ] *Quia benedicet*, Ch. *ut benedicat*, Sy. *sicut benedixit*, ο'. *prout concesserit tibi*, Ar.

8. *Non facietis quæ nos*] i. e. Non offeretis victi-
p G. post mas quibusvis in locis, sed in uno [p]. Is primò fuit
M. F. E. *Silo*, deinde *Hierosolyma*. Medio tempore cessavit hæc
q G. Lex, quòd nullus sacro tentorio certus esset locus [q]. Sed malim universè accipere de ceremonialibus, quæ in deserto nec observabantur, nec observari poterant.
r Bo. Me. Vide Amos. 5. 25 [r]. Confer v. 11. & Num. 28. 6†. In
† Ma. deserto licebat oblationes voluntarias (non item de-
t Q. in He. bitas) ubilibet offerre [t]. ¶ *Quod sibi rectum vide-
F. tur*] Quod ad oblationes attinet: nam etsi oblationum Lex una semper fuit ab initio præscripta à Deo, non potuit tamen usque adeò in ambulatoriis Israelitarum castris observari, aut summo jure ab iis exigi; pro-
v Jun. ut ostendit antithesis vers. 11. Vide Num. 28. 6 [v].

9. *Ad requiem*] Ad locum ubi requies ab hostibus
x D. erit [x].

11. *Ut sit nomen ejus in eo*, לְשַׁכֵּן שְׁמוֹ שָׁם] *Ut habitare faciat nomen suum ibi*, Mo. Sy. sim. Sa. JT. *ut invocetur nomen ejus*, ο'. *ut collocet majestatem suam ibi*, Ch. *ut habitare faciat splendorem suum in eo*, Ar. ¶ *Et primitias*] Est תְּרוּמַת nomen satìs latè patens: at hîc sign. oblationes voluntarias, non votivas; nam de his sequitur. Vide Levit. 7. 16 [y]. ¶ *Præcipuum*] y G.
Hebr. *electionem votorum*; quòd vota de melioribus rebus sunt solvenda [z]. *Optima quæque vota ve- z M. F. V.
stra*, A. Jun.

13. *Holocausta tua*] Sub his intellige cætera genera hostiarum [a]. Nam eadem omnium ratio [b]. a Me. ex Bo.
15. *Sin——comedere volueris*, רַק בְּכָל אַוַּת נַפְשְׁךָ] b Bo.
Tantummodo (*veruntamen*, JT. A. sim. Ch. *sed*, ο'. *nihilominus*, Sa.) *in omni desiderio animæ tuæ*; H[s], prorsus ut desiderabis, & quantum libuerit [c]. He. dicunt c V. Ma.
hunc latere sensum, nihil esse offerendum nisi quod totum sit desiderabile [d]. ¶ *Occîde & comede*] Act. d M.
10. 13. θῦσον καὶ φάγε. זָבַח, θύειν, est, *ritè secare venas colli*. Id autem præcipitur ut faciant de mansuetis animalibus, non de feris, ut cervo & caprea, quibus quomodocunque interfectis vesci licebat †. ¶ *Juxta † G.
benedictionem*] H[s], pro ratione facultatum quas dederit tibi Dominus [f]. ¶ *Sive immundum*, &c.] f V.
Scil. ad sacrificia, non ad usus privatos: sic v. 22 [g]. g Ma.
[Ad carnes edendas hæc refert Vulg. sic Sy. *Quod immundum fuerit, quódque mundum*; sim. O. Verùm alii referunt ad homines comedentes,] (quod rectius est [h]:) *Immundus & mundus comedet*, vel, *comedere poterit*, h G.
ex ea, sicut capream, & sicut cervum, Mo. sim. ο'. Ch. Sa. Ar. P. item M. JT. Ti. A. Ma. In deserto, si cui voluntas edendi erat, cogebatur mactare ante ostium Tabernaculi; unde secutum est, immundis non licere vesci. Nam victimæ pacificorum, quia sanctæ sunt, mundis tantùm congruunt. Itaque duo in præsentia permittit in terram introductis. Alterum est, quòd jus faciat carnibus vescendi profanis, h. e. non oblatis ad altare: alterum, quòd etiam immundis fas erat edere [i]. *Carnes* duplices sunt: 1. *profanæ*, quas vo- i F.
cant תַּאֲוַת נֶפֶשׁ, *desiderium animæ*; 2. *sanctæ*, h. e. immolatitiæ [k]. ¶ *Sicut capream & cervum*] Sunt enim k F.
munda animalia, (nempe, ad privatos usus,) sed Domino non offeruntur [l]: q. d. Vesci potestis capreis l V. Ma.
& cervis [m]. Vesci poteris quibuscunque carnibus per- m V.
missis ad esum, licèt non ad sacrificia; quomodo capreis, &c [n]. n Ma.

16. *Effundes*] Et obteges, ità nè conspiciatur [o]. o G.
¶ *Quasi aquam*] i. e. Quasi rem profanam, & nullo ritu sacro [p].

17. *Non poteris comedere*, &c.] Exceptio est, q. d. p Me. ex Bo.
Carnes quidem quaslibet permitto tibi, ut sacrifices & comedas domi; verùm quæ Deo offerre debueris, vel volueris, ad locum constitutum deferas vel ea, vel pecuniam quâ ea commutaveris [q]. ¶ *Decimam*] q V.
At Decimæ Levitis assignatæ erant, Num. 18. 21 [r]. r Ger.
Resp. Decimarum erant varia (nimirum quatuor, Ger.) genera. De quibus vide ad Levit. 19. 24 †. 1. Decima
Levitica, quæ tota Levitis cedebat. 2. Decima se- † Bo.
cundaria, quæ post primam separabatur, absumenda in his epulis [t]. De hac Deut. 12. 12, 17. & præcipuè
14. 22. & Hi. in Ezec. 45. qui eam δευτεροδεκάτην vo- t Bo. ad v. 7.
cat; & Jo. Antiq. 4. ult. ταῖς δεκάταις ταῖς δυσὶν, &c. h. e. *ultra duas Decimas, quas annis singulis antè dixi solvendas, unam Levitis, alteram in convivia, tertiam tertio quoque anno conferte*; & Theodoret. qu. 10. in Deut.
ut frustrà hanc neget Lyra [v]. 3. Decima de Decima, v Bo. Ger.
quæ sacerdotum erat. Et, 4. Decima *trieterica*, tertio quoque anno [x]. [Al. sic exponunt;] Nullas De- x Ger.
cimas planè: nam ordinarias Levitæ, anniversarias domestici omnes coram Jehovah comedebant, v. 18. trietericas in portis quidem, sed alii tamen comedebant, infrà 14. 28, 29. & 26. 12 [y]. Ergò manda-
tum de non comedendis Decimis intra portas est uni- y Ità Ma. ex Jun. Ger.
versale [z]. ¶ *Primogenita*] Atqui primogenita in-
tegra cedebant sacerdotibus, Num. 18. 17. Resp. 1. z Ger.
Intelligunt de primogenitis maculatis, &c. ideóque redimendis [a]. Non placet; quia tunc pretium re-
demptionis erat sacerdotum [b]. 2. Al. de secundo- a Q. in L.
genitis, quæ *primogenita* erant non absolutè, sed re- b L. Ger.
spectu domini animal possidentis [c]. 3. Al. de pri- c Bo. Ger.
mogenitis fœmineis, quæ, etsi Deo peculiari consecratione non dedicabantur, voluit tamen Deus inferiore quodam modo sibi adduci, & ad ejus honorem absumi, immolando ea ritu pacificorum, & etiam in sacris
epulis consumendo, ut colligi potest è Deut. 14. 23 [d]. d Bo. ità Ger. Me.
¶ *Et* T.

¶ *Et omnia quæ voveris*] At votiva sacerdotibus cedebant, Num. 18. 14. idque integrè †. Respond. Verum hoc est de votis realibus, quæ absolutè Deo fiebant; non autem de votis factis cum determinatione ad certum usum, v. g. si quis voverit aliquid in pauperes, &c. expendendum [f]. ¶ *Et primitias*] At primitiæ etiam debebantur sacerdotibus. Resp. Accipi hoc potest, vel, 1. de primitiis fructuum quarto anno, Levit. 19. 23, 24 [g]. Non placet; quia illæ sacerdotibus cessisse videntur [h]. [De quo plura vide in Auctore.] Vel, 2. de primitiis quibusdam spontaneis. Nam, 1. de spontaneis oblationibus jam agere cœperat. 2. Fortè illud, *& primitias*, exegeticè sumendum, hoc modo, *quæ spontè offerre volueris*, h. e. *primitias spontaneas*, &c[i].

20. *Quas desiderat anima tua*, בְּכָל אַוַּת וגו׳ *Secundùm omnem concupiscentiam animæ tuæ*. ב positum est pro כ, ut suprà vers. 15 [k].

21. *Si procul fuerit*] Est extensio & amplificatio ejus quod dixerat v. 13. q. d. Idem statuo, licèt *procul fuerit*, &c [l]. ¶ *Occides*,] וְזָבַח hîc est simpliciter *mactare* [m]. In deserto, cùm Tabernaculum præsens fuit, pacifica quotidie sacrificabant, & sic non defuit iis (si mundi essent) esus carnis: Sed in *Canaan* conceditur illis esus carnium ubilibet, etiamsi non fuerint per oblationem sanctificatæ [n].

22. *Sicut caprea*] i. e. Tanquam profanus & communis cibus, citra ullum sanctitatis respectum. Sic Deut. 15. 22, 23 [o]. Poterat dubitari an immolatitiis licebat vesci, quibus abstinendum videri poterat in Dei honorem [p].

23. *Hoc solum cave*, רַק חֲזַק *Tantùm robora te*, Mo. *Fortis esto ut non vescaris*, &c. V. *Attende valde*, ο'. i. e. Constanter abstine ab esu sanguinis [q]. *Tantùm fortiter cave*, Sa. *Attamen confortare*, Ch. *At verò in eo roborare*, Ar. *Tantummodò obtine, apprehende*, i. e. firmiter persiste in hoc proposito [r]. Est hoc præceptum non noviter per Mosen datum, sed ex antiquo repetitum, Gen. 9. 4*. ¶ *Sanguis pro anima*] Heb. *sanguis est anima*, i. e. sedes animæ. Quia sanguine alitur & servatur vita, *animam* vocat vitam [t]. Intelligit vitam animalem, quæ à puriore sanguine aut spiritibus dependet [v]. Vide quæ ad Gen. 9. 4 [x]. ¶ *Animam cum carnibus*] i. e. Carnem cum sanguine [y].

26. *Quæ autem*, &c.] De his suprà v. 17 [z].

27. *Et offeres oblationes*, &c.] Distinctio hîc fit inter *holocausta*, (in quibus caro cum sanguine adoletur & crematur,) & *alia sacrificia*, (in quibus sanguis non adoletur, sed effunditur super altare [a].) ¶ *Carnem & sanguinem*] i. e. Ex carne & sanguine [b]: *quorum caro & sanguis offeratur*, Ch. in V. ¶ *Hostiarum*, וְדַם זְבָחֶיךָ *Sanguis autem victimarum*, Ar. sim. ο'. Sa. Sy. vel, *sacrificiorum*, A. supple, *aliorum*, JT. P. Synecdoche generis [c]. Pacificorum, quorum caro à possessoribus comedebatur; Levit. 7. 15 [d]. ¶ *Carnibus ipse vescêris*] Scilicet, pacificorum, Levit. cap. 7. vers. 15 †. Quæ non cremantur, nec sacerdotum sunt, comedes [f].

30. *Cave nè imiteris*, &c. פֶּן תִּנָּקֵשׁ אַחֲרֵיהֶם [Variant.] *Nè illaquees te sequendo eas*, V. Ar. *nè offendas*, Ch. *nè offendaris*, Mo. *impingas*, Sa. *aberres*, Sy. *nè capiaris*, Ma. Respicit tum objectum cultûs, tum modum colendi & ceremonias; nè Deus verus colatur similibus ceremoniis cujusmodi *Cananæi* illi suos deos coluerunt [g].

31. *Non similiter Jehovæ*] i. e. Non afficies Deum tantâ contumeliâ, ut unà cum illo colas deos alienos. ¶ *Abominationem*] Id quod maximè detestatur [h]. *Sacrilegium veriùs quàm sacrum*, Curt. l. 4. *Cruentam sacrorum religionem, & scelus pro remedio*; Justin. l. 18 [i].

32. *Hoc tantùm facito*] Heb. *observabis (custodias) ad facere*, Ma. *Custodi nè facias* quod vetat, & *ut facias* id quod jubet & præcipit. Ità quidam distinguit [k].

† Bo. [f] Bo. Ger. [g] Bo. [h] Ger. [i] Bo. Ger. [k] Pi. [l] Bo. [m] F. Ger. [n] F. ex M. [o] A. [p] Bo. Me. [q] V. [r] Ma. * G. [t] V. [v] F. [x] Bo. [y] G. [z] Bo. M. [a] Q. in Ma. [b] V. [c] Pi. [d] A. † A. [f] Ger. [g] Bo. [h] V. [i] G. [k] D.

CAP. XIII.

1. Prophetes] Sive falsus, sive qui verus fuerat [a]. ¶ *Aut qui somnium*] *Propheta* est, cui vigilanti, *Somniator*, cui in somniis, verbum Dei affertur [b]. ¶ *Et prædixerit signum*, וְנָתַן אוֹת *Et dederit signum*. Vel, 1. signum aliquid repræsentans, ut Jerem. 27. 2. & 1 Reg. 22. 11. Vel, 2. signum arte magicâ factum [c]. Vel, 3. signum rei futuræ, ut ex vers. 2. colligitur, ut sit ab אָתָה, *venit* [d]. *Dare signum* est, prædicere aliquid venturum quod naturæ non est insolens †. Tale signum erat occursus trium virorum, 1 Sam. 10. Signum est, quando futurum aliquid prædicitur cum similitudine [f]. ¶ *Atque portentum*, מוֹפֵת Nempe, supra id quod creditur naturæ esse [g].

2. *Et dixerit tibi*, לֵאמֹר *Dicendo*. Jungi debet principio versûs [1.] *Si surrexerit propheta dicendo* [h]. *Dicendo*, i. e. & dicat. Confer 1 Paralip. 13. 12. cum 2 Sam. 6. 9. item 2 Reg. 22. 9. cum 2 Paral. 34. 16 [i]. *Prædicit, dixeritque tibi*, Sy. *Prædixerátque tibi dicendo*, JT. Totum hoc caput posuit Moses ad confirmationem illius dicti, Deut. 12. 32. *Non addes*, &c. volens verbo Dei tantâ religione adhæreri, ut nec personis nec signis moveri debeamus; ut prorsus solo Dei verbo nitamur, & omnia ex oculis & sensibus removeamus [k].

3. *Non audies*] At Deut. 18. 22. hoc pacto dignoscitur verbum esse Dei, *si evenerit*, &c. Resp. In hoc capite loquitur de verbo Dei præterito, quod jam receptum signísque suis confirmatum est, adversùs quod non debent admitti prophetæ, vel signa, vel Angeli, Gal. 1. 8, &c. Hîc propheta ait, *Sequamur alios deos*: hoc jam est adversùs verbum acceptum de uno solo Deo colendo; ideo non est audiendus. At cap. 18. loquitur de novo verbo nondum recepto, quod non sit contrarium recepto; sicut Christus Evangelium signis firmavit, cùm esset ultra Mosen prædicandum, Marc. 16. 20. Deus enim non revelat aliquod verbum novum, nisi confirmet ipsum signis [l].

4. *Dominum*, &c.] Heb. *Post Jehovah*, supple, *solum*, ut Matt. 4. 10. ex Deut. 6 [m].

5. *Locutus est ut vos averteret*, דִּבֶּר סָרָה *Locutus est prævaricationem*, Ch. *defectionem*, V. Sa. i. e. sermonem avertentem, V. sim. P. *apostasiam*, JT. sim. Ma. *aversionem*, Mo. D. A. tum radix est סוּר [n]: *rebellionem*, D. La. tum radix est סָרַר [o]. *Locutus est, ut faceret te errare*, ο'. Observant, primam hanc esse notam, eámque certissimam, dignoscendi pseudoprophetas, nimirum, à doctrina; posteriorem, à prædictione & signis [p]. Miracula quæ homines à fiducia in Deum abstrahunt, & ad creaturas convertunt, à Satana fiunt [q]. ¶ *Et auferes malum*, וּבִעַרְתָּ הָרָע *Et exterminabis* (*delebis*, ο'. Sa. *exstirpa*, Sy. *combures, depasces*, tolles, quasi ignis qui absumit, Ma. *separabis*, Sa. vers.) *malum*, Mo. [Q. accipiunt de re mala:] sic JT. *Ità sustuleris illud malum*. [Alii de nomine malo:] ità Ch. *Auferes eum qui operatur malum*; & Ar. *Ejice igitur homines nefarios*.

6. *Si tibi voluerit persuadere*] Nota *voluerit*. Hoc enim crimen ob sui gravitatem, etiam non consummatum, punitur, quod in aliis aliter se habet [r]. ¶ כִּי יְסִיתְךָ *Si persuaserit tibi*, Ch. V. O. *Si incitaverit*, Sa. V. O. *pellexerit*, Ar. *seduxerit*, Mo. ¶ *Frater tuus, filius matris*] Quæ cognatio ut certior, ità stringit arctiùs. Vide Genes. 20. 12*. i. e. Frater uterinus tuus [t], sive germanus [v]. *Filius matris tuæ, quantò magìs filius patris* [x]? Al. *frater tuus*, ex patre; aut *filius matris tuæ*, i. e. frater uterinus. Non laudo [y]. *Frater ex patre, vel ex matre*, ο'. in A. Additur, *filius matris*, ad distinctionem (non fratris ex patre, sed) cujuslibet Judæi, qui passim in Scriptura *frater* dicitur [z]. ¶ *Uxor in sinu*] Quæ dormire solet in sinu tuo [a]; quam amplexu foves [b], & tenerrimè diligis [c]. *Uxor fæderis*, Ch. propter fidem mutuò datam [d]. Non dixit, *pater tuus* †. Qu. An idem de patre & matre statuendum? Q. negant [f]. Quia hoc esset contra naturam & reverentiam parentum [g]; neque ullum jus ex quali-

[a] Me. Bo. D. Ger. [b] F. [c] He. in M. & F. [d] Ger. † F. Ger. [f] D. [g] F. Ger. D. [h] V. [i] A. [k] V. [l] V. Ger. [m] A. [n] D. [o] D. [p] Ma. [q] F. ad v. 1. [r] G. * G. [t] V. [v] AE. in F. [x] TJ. in D. [y] D. [z] Bo. Me. [a] V. D. ex Jon. [b] F. V. [c] F. [d] F. † G. [f] Ità To. in Bo. G. [g] To. in Bo.

qualicunque causa filio in patrem dari decuit h. Affirmant alii i. Eadem horum est ratio, quamvis non exprimantur. Voluit Deus summum idololatriæ horrorem injectum esse, suúmque honorem ac cultum cujusvis hominis amicitiæ aut reverentiæ præpositum k. ¶ *Quos ignoras tu, & patres*] Non illis *Tharæ*, non *vitulo*, sed de vicinia desumptis diis. Gravat enim culpam ipsa novitas.

h G. i Ità Bo. Ger. k Bo. Ger.

8. *Nec parcat*] Exponit, *non indulgebis ei*. Ità ut in hoc solo crimine etiam dolis uti liceret ad detegendum reum: Etiam absolutus semel iterum accusari poterat: Neque causa facti inquirebatur l. ¶ *Et occultes eum*, [לא תכסה] *Nec teges*, sub. *silentio factum istud*, V. *Non occultes eum*; i.e. viis omnibus eum trades ad pœnam m. Vel, *non protegas eum*; h.e. nihil proferas vel proponas quod illi bono & commodo esse possit n: quod licebat pro aliis reis, vel per diem & noctem quâ damnatus servabatur in hunc finem, vel etiam tempore supplicii. Negatur huic hoc beneficium. Ideóque Judæi Christum præter morem ocyssimè ad supplicium crucis rapuerunt, tanquam seductorem o.

l G. m A. n He. in F. o F.

9. *Statim interficies*] Non privatâ auctoritate, (aliàs innumeris cædibus data esset occasio, homicidâ prætexente se ab eo ad idololatriam pellectum p,) sed crimen ad Judices deferendo q. Quòd si pertractio ad idololatriam publica fuisset, fas erat eum occidere, non exspectatâ Judicis auctoritate r. Cùm in aliis criminibus soleret reus servari post sententiam diem & noctem, ut si quid amplius pro se adferre posset, adferret; excepti hi sunt ab hoc beneficio. Nec hoc tantùm, sed cuilibet permittebatur exsecutio, non exspectato Judice. Idem usurpatum in sacrilegos templi, sacerdotes qui polluti sacris operam dabant, & in eos qui Deo per idoli nomen maledicebant; item in eos qui cum idololatride fœmina concumbebant; maximè verò in eos qui Legem per Mosem datam à Deo profectam negabant. Fieri autem hoc debebat coram populo, i.e. hominibus non minùs decem, quod ipsi vocant עדה. Vide quæ ad Num. 15. 30. ο'. ut alias leges, ità hanc, quæ durior Græcis videri poterat, emollire voluerunt, & verterunt, ἀναγγέλλων ἀναγγελεῖς, contra verba, & morem, verborum interpretem. Vide Ch. Non mirandum hoc in tam gravi crimine, cùm & homicidam extra receptûs loca interficere impunè potuerit proximus interfecti. Talibus remediis opus habebat ille populus illis locis atque temporibus. Vide & quæ jam sequentur *. ¶ *Sit primùm manus tua super eum*] h.e. Tu delator, vel testis, incipies lapidationem, juxta præceptum, Deut. 17. 7 t.

p Bo. q Me.T. Bo. r Bo. ex Ph.T. * G. t Me.T. ex Bo. A.

13. *Filii Belial*, [בליעל] Sign. homines malignos, pessimos, impiissimos. Ità omnes Hebræi v. Vel à בלי *non*, & על *supra*, qui nullum fert super se †; vel à בלי *non*, & יעל *profuit*, q. d. *homo inutilis*; vel à בלי *non*, & עול *jugum*, *absque jugo* x; qui abjecerunt à se jugum Legis, vel, si mavis, Dei y. ¶ *Egressi de medio tui*] Notat hoc eorum audaciam; non clanculùm, sed publicè, bellum indixerunt adversùs Dominum z. Leges omnes pœnales restrictam interpretationem desiderant, maximè verò quæ in universitatem feruntur, ubi necesse est multos non planè malos malorum pœnis involvi. Ideo interpretes omnes occasiones captârunt ad arctandam hanc legem. Ac primùm, ישבי, adjectivum commune, sumpsêre de solo masculino sexu, cui plus ad seducendum alios versutiæ & auctoritatis. Audi quæ sequentur. *De medio tui*. Non ergò porrigenda lex, aiunt, ad urbes in limite, quibus excisis urbes & agri interiùs siti munimenti non parùm amitterent. *Averterunt habitatores urbis suæ*: Non ergò idem, aiunt, si peregrinus aliquis id fecerit a. ¶ *Et averterunt*, [וידיחו] [Variè reddunt.] *Impulerunt*, O. Mo. Ma. *Detruserunt*, i.e. abduxerunt à vero Dei cultu b. *Depulerunt, è via*, ex v. 5. Ma. A. *seduxerunt*, Ch. *detruserunt*, vel, *deturbârunt*, scilicet, à Deo, ut vers. 10. Ma. Notat seductorum efficaciam. Deut. 4. 19. 2 Reg. 17. 21 c.

v F.V. † O.Ma. x M.D.Bo. y D. z A. a G. b V. c A.

14. *Si inveneris*, &c. [והנה אמת נכון הדבר] *Et ecce veritas, certum est verbum*, Ma. *Si verum & certum est verbum*, Ch. sim. ο'. Sa. A. *Si ecce vera certáque erit res illa*, JT. Ar. *Ecce* pro *Si*, ut infrà 19. 18 d. ¶ *Et abominationem*, &c.] A majori parte, ex qua censeri solet universitas †.

d V. † G.

15. *Habitatores*] Nempe, *omnes*, ο'. nimirum, si rei fuerint f. ¶ *Ac omnia*] In aliis criminibus, exceptâ blasphemiâ, bona servantur: In hoc crimine bona etiam innocentium, qui tali in urbe manserunt, igne pereunt; bona verò eorum qui crimen admisêre, quocunque loco reperta fuerint. Ità mos legem interpretatus est g.

f A. ex He. g G.

16. *In medio platearum*] In forum. ¶ *Universa consumens*] Profana, sine pretio; ea quæ Deo sacrata fuerant, pretio ejus priùs persoluto. Neque enim æquum erat Deum jus suum amittere h. ¶ *Domino Deo tuo*] In Dei honorem i; ut præcepto ejus obedias k. Ch. habet, *coram Domino*, &c. i.e. vel palàm, sub dio, vel, ad illius jussum l. ¶ *Non ædificabitur ampliùs*] An horti in tali loco fieri potuerint, juris est controversi m.

h G. i V. k G. l F. m G.

CAP. XIV.

1. *Filii estote*] Honestè & decenter vos gerite, ut decet filios Dei a. Obedientiâ vestrâ vos ostendite esse ejus filios b. Vel, *Filii estis*, &c. Ergò non lugete immoderaté. Argumentum hoc est: *Filii estis*, ergò, 1. Populus estis peculiaris; nè imitemini gentes: 2. Spem hæreditatis habetis: 3. Patris jussa facite c. ¶ *Non vos incidetis*, ità F. V. [& plerique;], vel, *carnem vestram cultro aut unguibus*, V. [לא תתגודדו] *Non lacerabitis*, M. P. O. Ti. *Non puncturis vos afficietis*, sive *multis*, sive *ordinatis* instar exercitûs. Nam *Gadad* est, *exercitum ducere* d. *Nè sitis effræni*, Sy. *Nè dissecetis vos cultris*, Ar. *Non irruptionem*, seu *incursionem, facietis*; scilicet, cultris, gladiolis & lanceolis. גדד propriè est, *turmatim incursionem facere* †. *Non cæsionem*, vel *cæsuram, inducetis*. Ità 1 Reg. 18. 28. & Jer. 16. 6 f. *Non tumultuemini*, Ch. in A. Morem idololatrarum fugiendum describit, de quo 1 Reg. 18. 28 †. Legis magna pars id agit, ut Israelitæ quàm longissimè absint ab idololatrarum moribus, etiam in rebus ἀδιαφόροις (*indifferentibus*,) quia non stant ubi incipiunt. Hoc est quod sequitur, *Quia populus sanctus es*, separatus ab aliis gentibus pietatis causâ g. Non immoderatè plangetis mortuum, tanquam spem non habentes h; vel, acsi periissent. Luctus Hebræorum erat per septem dies nec lavari nec ungi i. [De eorum ritibus in funeribus vide M. & F. ad hunc locum, ubi etiam F. 13 articulos fidei Judaicæ exhibet. *Sed de his alii satìs prolixé*.] ¶ *Nè facietis calvitium*, &c. [ולא תשימו קרחה בין עיניכם] *Neque ponetis* (vel, *inducatis*, JT. vel, *faciatis*, Sy. Ar.) *calvitium* (*laniatus*) *inter oculos vestros propter* (vel, *super*, ο'. Ch. P. vel, *ad*, Mo. O.) *mortuum*, Sa. Sy. Ar. JT. M. Ti. O. sic F. V. Capillos non radatis, nec evellatis k. Hoc in luctu factum, Jer. 16. 6. & 48. 37. Ezec. 7. 18. & 27. 31 l. Nonnullæ gentes capillos capitis secabant, & defunctis offerebant; alii pilos genarum, alii ipsa cilia *. *Vetus mos est, in luctu supercilia nudari*; Artemidorus, *Oneirocriticωn* l. 1. c. 27. *Ægyptii capita & supercilia radunt, si quando Isidis sacra suscipiunt*, ait Ambros. l. 1. Epist. 36 m. ¶ *Inter oculos*] Gentes vicinæ capillum in luctu promittebant, sed incisum in media fronte n. i.e. Non tondebitis partem illam anteriorem capitis quæ respondet parti inter oculos o. Confer Lev. 21. 5. Sic phylacteria, quæ *inter oculos* esse debebant, ponebantur super capita. Vide ad Exod. 13. 9, 16 p. Plura de his vide ad Levit. 19. 27, 28 q. ¶ *Super mortuo*, vel, *super mortuum*, ο'. Ch. [למת] *Ad mortuum*, Mo. *propter mortuum*, Sa. Sy. JT. sim. Ar.

a Bo. b E. Me. c Ger. d O. † Ma. f Q. in Ma. † V. g G. h M.F.L. i G. k He. in F. l A. * F. m Ma. n G. o V.A. p A. q Me.T.

2. *Sanctus*] Dicatus & consecratus Deo r.

3. *Quæ immunda*] De his vide Levit. 11. [*Hic enim ea tantùm quæ ibi non occurrunt explicata dabimus, nè actum agamus*.] ¶ [תועבה] *Abominationem*, i.e. de carnibus cujuscunque animalis immundi †.

4. *Et ovem*, &c. [שה כבשים ושה עזים] i.e. Fœtum agnarum & fœtum caprarum, h.e. vitulum adultum & hœdum †.

r V. † V. † V.

5. Cervum,

5. *Cervum*, [ità omnes,] אַיָּל] A *robore* dicitur, quod in cervo summum esse docent velocitas & agilitas, licèt animus non respondeat [v]. Hujus fœmina dicitur *cerva* אַיָּלָה, Ang. Hinde [x]. At אַיָּל est & fœm. Psalm. 42. 1 [y]. ¶ *Capream*, [ità omnes,] צְבִי] Ang. Roe-buck, A. A *decore* dicitur. Illis igitur veteres maximè delectati sunt, eásque & servârunt & ornârunt. *Solidior cutis belluis, & decentior damis*, Senec. Benef. 2. 29 [z]. ¶ *Bubalum*, יַחְמוּר] Bis tantùm reperitur, hîc, & 1 Reg. 4. 23 [a]. [Variè reddunt.] 1. *Bubalum*, Ch. Sa. Sy. M. P. Mo. Belg. βούβαλον, o'. Sed quid *bubalus*? Resp. 1. *Bos sylvester* [b]. Errore pervetusto, nam sic Plin. 8. 15. & Martial. in l. Spectac. epigram. 23. *Illi cessit atrox bubalus atque bisons* [c]. Si *bubalus* fuisset, minimè repositus esset inter delicias & cibos regios, 1 Reg. 4. 23. ideóque nec est *bufalus* [d]. 2. *Bubalus* est capræ genus †; non δορκὰς *dama*, sed magna capra *. Oppianus expressè facit mediæ magnitudinis inter *capream* & *damam latis cornibus*; Βούβαλος αὖτε πέλει, &c. Auctores *bubalum* animal *capreæ* congener faciunt, & identidem conjungunt; ut patet ex Arist. *hist.* 3. 6. & *de partibus*, 3. 2. Strabone & Æliano [f]. 2. Alii *Onagrum* reddunt [g], (fortè *Rangifer* est; sed hic magìs ad cervos quàm asinos accedit [h],) quia חֲמוֹר est *asinus*. Non placet; quia יַחְמוּר hîc est animal ruminans, fissipes, mundum: in asino omnia contraria. Potiùs est à חָמַר *rubere*, Psal. 75. 9. ut sit rufum animal: fortè est rufa capra [i]. 3. In damarum aut caprarum sylvestrium genere poni palàm est [k]. *Damam* vertunt, JT. sim. A. Ang. *ibicem*, Ti. *rupicapram*, Ca. *Est Arabibus animal simile magnæ capræ*, ait R. Jonah, (perperàm R. *Judah* in Tremellio [l].) *Dama*, K. Pomarius, Aquinas in BA. Arabes scribunt, [ipsorum verba vide in BA.] *Jachmur*, vel *Jamur*, esse rufum animal circa Euphratem cervo simile, sed velocius, & serratis cornibus, quibus diffindit ramos arborum, quibúsque implicatus clamat, & sic à venatoribus auditur & capitur. Id ipsum est quod ἀνθόλοψ *Antholops*. Ità reddit Pet. Damianus, l. 2. epist. 18. de quo hanc ipsissimam historiam narrat Eustathius in *Hexaem.* pag. 36. & Albertus Magnus. *Cervus ad cervam accedens, ut cum ea copuletur, ab ea non admissus contendit ad Jachamuram, quia cervæ similis est*; Talmud in Bechoroth, c. 1. fol. 7 [m]. ¶ *Tragelaphum*] Sic Ch. Sa. & o'. in quibusdam codicibus, Nobil. vel, *hircocervus*, Ti. Fictitium hoc animal esse multi putârunt: ità Orig. Nazianz. & Aristophanes [n]. At verum est animal, ait Scal. exercit. 207. in Cardanum: *hircus est facie & cornibus, cervus magnitudine, pilo*, &c [o]. Eum in Arabia describunt nobis Diod. l. 2. p. 94. Plin. 8. 11. Solin. c. 22. Philosophus, *hist.* 2. 1. Salmasius ait se Lutetiæ vidisse, nec in Gemania quicquam frequentius [p]. Heb. est אַקּוֹ. Vox hæc alibi non reperitur [q]. *Hircus sylvester* est, He. P. V. Reuchl. in Ma. ità Mo. Ar. Belg. A. ex K. *capricornis*, M. Aliis, *ibex*: ità Sy. & Chaldæi tres, & Arabes quatuor, & RS [r]. Hirci speciem omnes esse volunt, aut aliquid commune habere cum hirco. Verum esse suadet, quòd Talmudicis אקא *akka*, vel איקא *ikka*, est *hircus*. Videtur אַקּוֹ pro אַנְקוֹ, (literâ *Nun* absorptâ in puncto Dagesh, ut in חִטָּה *triticum*, & עִזִּים *capræ*, & חֲזִיר *porcus*, in quibus *Nun* latére Arabicus sermo nos docet) ab אנק *clamare*, quia capræ sunt clamosum pecus, teste Arist. in Physiog. *Anak* Arabicè est *capella* *. Aliis est *rupicapra*: ità Hascuni in D. & JT. Buxt. Schindl. in Ma. & A. Forstero est *Alce*, Ma. sed levi argumento, quasi ab אקו esset, interpositâ literâ *L* [t]. ¶ *Pygargum*, ità o'. Ch. Sa. Ca. A. Ang. דִּישֹׁן] Q. accipiunt de *pygargo*, aquilæ genere. Non placet; 1. De quadrupedibus, non avibus, hîc agitur. 2. Omnes aquilæ immundæ sunt. Est ergò *pygargus* hîc genus capræ, vel capreæ, damis simile, Plin. 8. 53 [v]. Inter eas recenset Herod. l. 4. Ælian. *Animal.* 7. 19. Græci vertunt πύγαργον, i. e. natibus album. Potiùs דִּישׁוֹן *cinereus* est, à דֶּשֶׁן *cinis*. Cinereas ei (sub nomine tragelaphi) maculas duas utrinque ad ilia tribuit Bellonius observ. 2. 51. Vel, verus est tragelaphus, cujus pars dorsi cinerea, ait Agricola [x]. *Unicornem* vertunt Sy. Mo. M. Ti. *bisontem*, Ma. Ang. *taxum*, Belg. *capram rupicolam*, Ar. P. *strepsicerotem*, JT. ¶ *Orygem*, תְּאוֹ] Alibi non oc-

v BA. 1. 3. 17. 880. 70. — x A. — y BA. 881. 5. — z BA. 898. 70. — a Ma. — b Ità Caj. P. V. Aver. & Schind. in Ma. — c BA. 1. 3. 22. 9. 11. 5. &c. — d Me. T. ex Bo. — † D. BA. — * D. — f BA. ib. — g Ità Ar. Ma. Forst. & Kirch. in Bo. — h Bo. Ger. BA. — i BA. — k BA. — l D. — m BA. 1. 3. 22. — n BA. — o Ma. Me. T. Bo. — p BA. 2. 6. 1. — q Ma. — r BA. — * BA. 1. 3. 19. — t Bo. — v Ità Me. T. Ger. BA. — x BA. 1. 3. 19.

currit [y]. Idem cum תּוֹא Esa. 51. 20 [z]. Vertunt, 1. *bovem sylvestrem*, (sive *urum*, Ti.) Ità V. P. Forster. Marinus, Pomarius, & He. constanter, inquit Ma. ità A. Ger. M. Belg. Ang. 2. Potiùs est *oryx*, quæ in caprarum genere, Plin. 8. 53. & 11. 46. Arist. hist. anim. 1 [a]. Ità reddunt o'. & Aq. & Sy. & Sym. in BA. Sa. Ca. Probatur, 1. Quia ponitur hîc inter species cervorum & caprarum sylvestrium, ad quas sex reliqua referunt Chaldæi, Syri & Arabes. 2. In cibis censetur: At bubali esus damnatur. 3. Laqueo capitur, Esa. 51. 20. At boves feri non capiuntur retibus, (quæ facilè disrumpunt,) sed foveâ, &c. testibus Diod. l. 3. Ælian. 17. 45. Plin. 8. 21 [b]. ¶ *Camelopardalum*] Ità זֶמֶר vertunt o'. Ch. Sa. Ar. JT. Ca. D. Pomar. Buxtorf. in Ma. item R. Jonas & K. & Arabes editi duo, & eorum Lexicographi, & plerique, BA. Ità Nebrissensis Quinquagen. c. 8. Camelum refert capite & collo; pardalin, seu pantheram, maculis [c]. Meritò esitanda proponitur, cùm sit cornuta, bifida, ruminans [d]. Non placet: Hi nascuntur in locis remotissimis, & Judæis ignoti fuerunt, adeóque frustrà hîc prohibiti. De iis nihil habet Aristoteles. Ante Cæsarem Romæ nemo viderat †. *Alcen* vertit M. *Tarandum*, Ti. the Chamois, Ang. A. *Ramosum*, vel *Rangiferum*, Ar. *capram rupicolam*, Mo. Sy. Schindler. in Ger. Animal erat capreis aut cervis congener. Arabicum *ramaza*, &, inversis literis, *zamara*, significat *salire saltu capreæ*. Est ergò זֶמֶר (quod Arabicum esse animal docet *Porta cœli* fol. 26. c.) capreæ genus aliquod maximè ἀλτικὸν καὶ πηδητικόν [f].

7. *Camelum*] Heliogabalus, in Lampridio, *struthiones & camelos exhibuit in cœnis aliquoties, dicens, præceptum Judæis ut ederent*. Mentiebatur, cùm hi interdicti fuerint iis; aut in Lampridio pro *ut* legendum *nè*, quasi in odium Judæorum factum esset [g].

8. *Sus quoque*] Heb. *Et porcum*, subaud. *non comedetis*, V.

11. *Aves mundas*] צִפּוֹר dicitur tantùm de ave munda, & tum *munda* est epitheton perpetuum; עוֹף autem est avis tam immunda quàm munda [h].

13. *Ixion*, הָרָאָה] Idem cum הַדָּאָה Levit. 11. 14. [*ubi dicta vide.*] *Ixus*: species est vulturis, alba, minor vulture, ab acumine visûs dicta [i]. ¶ *Ac milvum*, הַדַּיָּה] Omissum hoc in Levitico, vel à Propheta, vel (quod malim) à scribis, propter τὸ ὁμοιοτέλευτον הָאַיָּה & הַדַּיָּה. Quid sit דַּיָּה non satis notum est [k]. *Milvum* vertunt Ch. Sa. Ar. Mo. P. Ti. JT. A. quasi sit eadem avis quæ דָּאָה Levit. 11. 14. Ità plerique in Ma. Quod non probo. Nam דַּיָּה & דָּאָה idem sunt. Porrò דַּיָּה & רָאָה hîc distinguuntur [l]. *Milvium* vertit M. qui & præcedens אַיָּה reddit *milvum*. Alii vertunt *vulturem*: ità Ca. Belg. item RS. & Ang. & Ital. versio & Ful. miscel. 6. 4. in BA. & BA. Probatur ex Esa. 34. 15. ubi דַּיּוֹת *inter se conveniunt*. *Milvi* autem non sunt gregales aves, neque inter se congregantur, quomodo *vultures*: & hoc in iis notatum apud Gesner. 5. 785. Arist. Hist. 6. 5. & alios. Dices etiam aquilas ad cadaver congregari, Matt. 24. 28. ideóque vulturum proprium hoc non est. Respond. Aquilæ istæ non sunt genuinæ, sed gypæeti, quæ sunt aquilæ degeneres & vulturinâ specie [m]. דַּיָּה dicitur vel à דָּאָה, à *celeritate volatûs*; vel, à דַּי *sufficientiâ*, à potenti & indefesso volatu [n]; vel, à דְּיוֹ *atramento*, quòd sit avis nigra [o]. *Nigros* tantùm vultures hîc intelligo; nam qui *albi* dicuntur רְחָמִים. [De quo vide ad Lev. 11. 18 [p].]

19. *Quod reptat*, &c. שֶׁרֶץ הָעוֹף] *Reptile volatile*, P. Ma. D. *Alatum*, i. e. volans membranulâ, quâ utitur vice pennulæ [q]. Quod simul reptat & alas habet; ut muscæ, vespæ, &c [r].

21. *Morticinium*, ità F. נְבֵלָה] *Cadaver*, V. Ma. h. e. ullam avem per se mortuam *. Carnem mundi animalis [t]. Nam de immundis non opus erat præcipere, quibus nec occisis licebat vesci [v]. *Morticinium* est non solùm quod sponte moritur [x], (ut hinc patet, quòd nemo talia facilè emat [y],) sed etiam quod præter ritum legalem jugulatum est [z]. (Vide ad Levit. 17. 15 [a].) Is erat, ut venis colli præcisis sanguis omnis extraheretur [b]. ¶ *Peregrino—vende*] Obj. Num. 9. 14.

y Ma. — z BA. — a Me. ex Bo. — b BA. 1. 3. 28. — c Me. T. — d Nebriss. — † BA. 1. 3. 21. — f BA. ib. — g Ma. — h Hascuni in D. — i He. in V. — k BA. — l BA. 2. 2. 9. — m BA. ib. — n Ma. — o Ma. BA. ib. — p BA. ib. — q V. — r D. — * V. — t A. Bo. — v Bo. — x A. Bo. — y Bo. — z Bo. A. — a A. — b F.

Statutum

Statutum unum peregrino & indigenæ. Resp. 1. Peregrinus duplex erat; 1. circumcisus, (de quo Numer. cap. 9.) 2. non circumcisus, manens in Gentilismo, (qui גֵּר תּוֹשָׁב, i.e. *peregrinus incola* [c], & præcepta Noæ profitebatur [d].) De eo hîc agitur †. Chaldæus vertit, *filio populorum*, i. e. Ethnico qui in terra Israel non habitavit [f]. 2. Statuta erant, 1. religionis, 2. politiæ, 3. externæ conversationis. Priora duo proselytos indigenas obligabant; non ità postremum [g]. ¶ *Non coques hædum,* גְּדִי] Paritas rationis & ad agnos & ad vitulos produxit [h], & ad alia animalia [i]; nisi quòd de re præsenti more suo Scriptura loquitur, quòd usu recepto hominum hœdi potiùs quàm agni comedi soleant. Notant גְּדִי esse hœdum tam caprini quàm ovilli generis, à גָּדַד *incurrere*; q. d. *incurrens in ubera matris* [k]. *Coquere* hîc includit etiam comedere, aut in proprium usum sive commodum convertere [l]. [*Sed de hac pericope vide quæ fusè dicta ad* Exod. 23. 19.]

22, 23. *Decimam—separabis—& comedes,* &c.] Obj. At decimæ erant Levitarum. Resp. Decimæ apud Judæos erant triplices, præter eas quas Levitæ sacerdotibus solvebant. 1. Illæ sacræ & universales, quæ Levitarum erant. 2. Decimæ aliæ annuæ, ex residuis novem partibus frugum collectæ. 3. Decimæ trietericæ, tertio quoque anno separatæ in usum Levitarum, pauperum, &c [m]. Q. exponunt de secundis decimis [n]. Hæc est δευτεροδεκάτη, de qua epulum fiebat in Templo, quomodo & de primitiis, Exod. 23. 19. & 34. 26 [o]. Sed hæc responsio neque in Scriptura neque in Judæorum consuetudine fundamentum habet [p]. Decima hæc secunda expresè sancitur in lege, Levit. 27. 30. & Deut. 14. 22. Et clarè à prima distinguitur, quòd prima extra urbem absumi poterat, hæc nonnisi intra septa Templi, quare & Hierosolymam deportanda erat. Probatur etiam ex Tob. 1. 7. *Secundam decimam vendebam, & ibam & expendebam in Jerusalem* [q]. Confirmat & Jo. Antiq. 4. 8 [r]. Et quando secunda illa decima divendebatur, quintam partem decimæ adhùc addi solitam ex lege Levit. 27. 31. collegerunt Hebræi; ut quæ in speciebus erant decem de centum, in adoratione fuerint duodecim †. His secundis decimis prospiciebatur de commeatu iis qui ex Lege statis feriis in locum electum à Deo conveniebant [t]. Decimas sacerdotibus datas ubilibet comedere licebat; Num. 18. 31. Secundam hanc decimam tantùm Hierosolymis comedere licebat, Deut. 14. 23 [v]. Alii intelligunt de decimis trietericis. Ità A. [qui secundam & tertiam decimam confundit.] Illam secundam decimam primo & secundo anno possessores comedebant, tertio anno Levitis & pauperibus separabant [x]. Hæc decima tertio anno & sexto hebdomadis annalis succedebat in locum decimæ secundæ [y]. Decimam pauperum dant anno tertio, loco secundæ decimæ [z]. Alii has decimas distinctas fuisse putant [a]. Patet ex collat. v. 28 [b]. [Alii aliter.] Non dicit, *comedes decimam*, sed, *alia quæ attuleris* [c]. Nam cum decimis munus aliquod spontaneum afferre debebant, Exod. 23. 15. Illud erat hostia pacifica, cujus pars offerenti cedebat. De hac intelligo [d]. De his vide quæ ad Levit. 19. 24. & Deut. 12. 17 †. Alii volunt decimas has fuisse spontaneas, non præceptas [f]; nec propriè *decimam* fuisse, licet ità appellata fuerit [g]. ¶ *De fructibus qui nascuntur in terra,* הַיּוֹצֵא הַשָּׂדֶה] *Genimen agri,* ό. *qui provenit in agro,* JT. vel, *ex agris,* Sa. similiter Sy. Ar. Ch.

23. *Et primogenita*] Idem ferè dubium recurrit de primogenitis quæ Domini erant. Resp. 1. De primogenitis Deo immolatitiis comedebant & offerentes. Vide quæ ad Num. 18 [h]. 2. Aliis *primogenita* hîc dicuntur præcipua, eximia, optima animalia præter primogenita [i]. De his vide ad Deut. 12. 17 [k]. ¶ *Ut discas timere*] Comedite Hierosolymis, ut hâc occasione Sacerdotes & Judices audiatis docentes timorem Domini [l]. Item, ut scientes se toties comparituros coram Domino suo, timerent ab eo puniri, si mali essent [m].

24. *Nec potueris portare*] Heb. *ferre eam,* nempe, *decimam* [n]. Additur in Hebræo, *eò quòd benedixit tibi*; q. d. quia decimis auctus per benedictionem Dei & locupletatus es, adeò ut difficile sit eas exportare tanto itinere [o].

25. *Vendes,* sub. *decimas illas,* V. וְנָתַתָּה בַּכָּסֶף] *Et dabis* (*vendes,* ό. Ch. Ar. Sy. *commutabis,* Sa. JT.) *in argento,* vel *pecunia,* Mo. Sa. JT. ¶ *Et in pretium rediges,* וְצַרְתָּ] *Et colligabis,* V. Ma. (*coangustabis,* Ma.) i. e. Colligatam pecuniam in fasciculum pones in manu tua [p]. Fortassis in hoc, ut causæ itineris admonerentur. Hinc traditio nata, quòd hæc pecunia profanis non esset admiscenda [q].

26. *Et emes*] Illâ pecuniâ emebant & quæ Domino offerrent, & quæ comederent. Vide Johan. 2 [r]. Lex erat, ut pecunia ex divendita Decima asservaretur ad proximum solenne festum, ferenda Hierosolymam †. ¶ *Et epulaberis*] i. e. Cum lætitia epulaberis [t]. *Nulla lætitia sine carnibus,* aiunt Thalmudistæ [v]. Quo significare volebant, nullum esse verum gaudium quod non fieret cum Domino [x].

28. *Anno tertio,* מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים] *In fine trium annorum,* V. O. P. h. e. in tertio anno, ut habetur Deut. 26. 12 [y]. μετά, *post,* de tempore acceptum, quandoque *intra* significat. Non semper declarat consequens tempus, sed quandoque interjectum & adhuc vigens. Ità hîc מִקְצֵה *à fine,* &c. i. e. quovis tertio anno. Sic Deut. 31. 10. מִקֵּץ *à fine 7 annorum,* i. e. septimo anno: Jos. 9. 16. *Et fuit à fine 3 dierum,* h. e. tertiâ die, ut patet ex vers. 17. 2 Reg. 18. 10. *Et cepit eam* מִקְצֵה *à fine 3 annorum,* seu, *post tres annos,* h. e. ipso tertio anno; nam anno Hoseæ septimo obsedit eam, vers. 9. & nono anno expugnavit, ut vers. 10. & cap. 17. 6. dicitur [z]. ¶ *Aliam decimam*] Vocatur hæc decima *consummatio decimarum,* ut in qua dilectio proximi apertiùs appareret [a]. Hæc *tertia decima,* ut vocatur Tob. 1. 8. i. e. decima tertii anni, nihil aliud erat quàm *prima,* quæ, ut reliquis annis Hierosolymam in manus Levitarum tunc ministerio fungentium, ità tertio quoque anno in horrea & cellas coloni, condebatur, atque Levitis, viduis, &c. erogabatur, Deut. 14. 28, 29. quare & *decima pauperis* vocatur [b]. Probatur. Aut fuit prima, aut secunda; vel, aut peremit primam, aut secundam decimam. Utramque si peremisset, miserè cum sacerdotibus actum fuisset. Non peremit secundam, quæ in atrio præsente colono absumebatur; quia sic toto anno multùm esurivissent sacerdotes, utpote cùm nihil exspectandum fuerit præter decimas decimarum Levitarum, & Therumas, quarum pars quotidiano victu insumenda, pars anno sexto in annum Remissionis reponenda. Quantillæ autem illæ erant tot sacerdotibus qui Josephi ævo erant ultra 120 millia! Ergò peremit primam; ut hoc pacto sacerdotibus tantùm decimæ decimarum, Levitis tantùm illud quod in orphanos, viduas & pauperes conferebatur, decesserit. Atque ità exiguo utriusque ordinis dispendio communi egestati consultum est. Quæ omnia secùs essent, si, ut quidam opinantur, hæ trietericæ decimæ secundas peremissent [c]. Qui hanc decimam diversam à prima putant, & tertiam constituunt, tam decipiuntur, quàm qui decimam decimæ inter has differentias ponunt. Nam decimarum tantùm habetur ratio quas coloni, non quas Levitæ, pendebant [d]. [Sed de his fusiùs disserunt Scaliger & Amama in loco citato, qui facilè adiri possunt.]

29. *Ac pupillus,* &c.] Nè vel mendicare cogerentur, vel servire alienigenis cum periculo perversionis †.

CAP. XV.

1. SEptimo anno, מִקֵּץ שֶׁבַע שָׁנִים] *A fine* (vel, *in extremitate,* V.) *septem annorum,* F. V. O. [Variè accipiunt.] 1. Q. quòd non à principio anni septimi, sed à fine ejus, debita exspirarent. Ità R. Moses de Cozi [a]. Reddunt, *à fine,* i. e. post finem, ut Hos. 6. 2. מִיֹּמָיִם *post biduum* [b]. 2. Alii volunt initio anni factam remissionem [c]. קֵץ, *finis,* accipitur pro extremo

Mm

Marginal notes (left column): c A. d F. † M.F.Me. A.Ger. f A. g Ger. h G.ità He.in A. i He. in A. k Ma. l A. m Ger.La. O. n Ità G. o G.ità La.O. Ger. p Me. q Scaliger, & Amama ad Deut. 26.12. r Amama. † Scal.& Amam. ib. t Jun. v A. x A. y G. ad v. 29. z F.ex He. a Ità La.O. b La. c Q. in O. d Me. † Bo. f Caj.in O.Q.in Ma. g Q.in Ma. h O.sim.A. i Q.in Ma. k Bo. l F. ex Nachm. & Hizc.ità O. m O. n V.Ma.

Marginal notes (right column): o Jun. p V. q. r V. † F. t V. v G.ex P. x F. y A. z Glass.p. 544. a Grad v. 29. b Scal.& ex eo Amam. ad Deut. 26.12. c Amama. d Scal. † Bo.post L. a M.ità Q. in Ger. b D. c Ità ex AE. F. V. D. G. O. A.Bo.Ger.

tremo aut priore, (ut hîc,) aut posteriore [d]. Hebræis etiam initium קץ dicitur: itáque Græci interdum vertunt, ἀρχὴν †. מן hîc ponitur pro ב, ut Deut. 33. 2. מסיני in Sinai, Psal. 68. 29. מהיכלך in templo tuo, & 72. 16. מעיר in urbe [f]. Ità Deut. 14. 28. à fine trium annorum, i. e. in tertio anno; Jer. 34. 14. in fine 7 annorum, i. e. quum tibi servivit sex annis, ut ibi sequitur [g]. Et ità Moses se explicat hîc v. 9 [h]. Vide etiam ver. 12 [i]. Sic Græcis, μετὰ τρία ἔτη, post tres annos, fieri dicitur, quod fit tertio anno [k]. Q. sic; Synecdoche membri est, qualis Jer. 34. 14 [l]. *Exactis 7 annis*, i. e. sex annis & initio septimi. Aliis, *in fine 7 annorum*, idem est quod, ultimo è septem illis annis [m]. Repugnaret rationi Sabbatismi in ipso septimo anno adhuc debita exigere. Nam Sabbatismus dierum hoc habet, nè debitor postuletur, Esa. 58. 6 [n]. Alii reddunt, *A fine 7 annorum perficies remissionem*, quæ incepit fieri initio 7. anni [o]. ο'. vertunt, δι' ἑπτὰ ἐτῶν, i. e. (non, *per septem annos*, ut Regius & Romanus codex habent, pravo sensu; sed) *post septem annos*: ut Aristophanes, δι' ἔτους πέμπτου ξυνάγειν, *quinto quoque anno congregare*. Sic in Herod. Platone, &c. frequens est, διὰ πολλοῦ χρόνου, *post multum temporis* [p]. ¶ *Facies remissionem*, שמטה] *Dimissionem*, M. F. seu, *manumissionem*, M. *dimissionem liberam*, scil. mutui, Ma. Erat tunc & remissio agrorum, vide Exod. 23. 11. quanquam hîc non tangatur [q]. Qu. An remissio debitorum erat plenaria & perfecta? an verò licuit post 7. annum ea exigere? Resp. 1. Q. posterius putant [r]; quòd eo anno nullos fructus è terra perciperent unde debita solverent †. 2. Alii plenariam fuisse statuunt [t]. *Non potes repetere*; nè exacto quidem anno, nisi clausula perpetuans adjecta sit contractui [v]. Sed hoc ex verbis colligi nequit. Nam hoc verbum tribuitur & *terræ*, Exod. 23. 11. cui tamen quies erat illo tantùm anno [x]. Et durum hoc videtur [y], nec rationi consentaneum [z]. Resp. Imò æquissimum erat [a]; quia restringitur ad eos qui non erant solvendo [b]: nè Judæi pauperes fugere cogerentur ad Gentiles, adeóque servire diis alienis [c].

2. *Quæ hoc ordine*, &c. וזה דבר השמטה] *Hoc verbum* (vel, *hæc ratio*, Sa. M. Ti. *regula*, Sy. V. *constitutio*, ο'. *expositio*, Ar. *res*, O. Belg. V. *hic modus*, V. A.) *remissionis*, Mo. *Hoc esto jus intermissionis*, JT. ¶ *Cui debetur*, &c. שמוט כל בעל משה ידו אשר ישה ברעהו] *Ut remittat* (Hebr. *remittere*, pro, *ut remittat*, vel, *remittito* †,) *omnis creditor* (vel, *dominus debiti*, Ar. sive, *exactionis*, sive, *mutui manûs suæ*, Belg. sive, *crediti manûs suæ*, Mo. vel, *qui mutuò dederit manu suâ*, P.) *manum suam in iis quæ debet amicus suus*, Ar. Vel, *ut remittat —— id quod mutuum dederit amico suo*, P. Vel, *ut remittat —— is, scilicet, qui mutuò dederit proximo*, Ti. sim. A. Belg. Pi. *Remittet patronus mutuo manûs suæ*: Hs, pro, *qui mutuum dederit*, *id quod dederit*; creditor, id quod crediderit [d]. Qui mutuavit, vel erogavit, manu suâ, Ger. *Dominus mutuationis manûs suæ*, i. e. rei mutuò datæ †. *Intermittito omnis creditor jus habens vendicandi manu suâ id quod vendicaturus esset à proximo suo*, JT. nempe, nisi lex intermissionis obstaret. Hebr. *dominus* debiti *vendicans* manu suâ; i. e. qui posset rem suam manûs injectione recipere [f]. Verbum נשה, (à quo est משה) cum ב, est, *mutuò petere*, vel *accipere*; sine ב, *mutuò dare*, Deut. 24. 10. Esa. 24. 2. Jer. 15. 10 [g]. משה est participium *Hiphil*, sed pro nomine ferè omnes accipiunt. Propriè sign. *impositionem*, *gravamen*, &c. indéque, *exactionem*, *mutuum*, *fœnus*, *debitum*, &c [h]. ¶ *Non repetere poterit*, לא יגש] *Nè exigito*, JT. A. sim. Sa. Sy. Ar. *non arctabit*, Mo. Ma. nempe, *exactione*, Ma. *non angariabit*, Ma. sim. M. *nè urgeat*, Ti. Vide de hac voce ad Exod. 3. 7 [i]. *Non repetet*, Ch. ο'. *non reposcet ab amico*, P. ¶ *Proximo ac fratre*] *Frater* exegeticè ponitur; q. d. à *proximo*, qui est *frater* [k]; nempe, in *fide*, ut excludat peregrinos. *Et* sæpe ponitur pro *Id est*. Vide ad Gen. 13. 15 [l]. De Judæo loquitur [m]. Alii distinguunt; ut *frater* sit consanguineus; *amicus*, quivis Israelita. Sed prius simplicius est [n]. ¶ *Quia annus remissionis*, &c. כי קרא שמטה] *Quia* (vel, *quando*, JT. A.) *proclamavit*, V. A. (*vocavit*, F. Ma. Ch. O. Mo. *promulgavit*, F.) scil. vel, *proclamator*, sive *præco*, V. F. Pi. vel, *proximus*, Ma. O.

[d] F. V. † G. [f] D. [g] A. [h] Ger. Pi. [i] A. [k] Ger. [l] Pi. [m] Ger. [n] F. [o] Q. in Ma. [p] Bo. [q] Bo. [r] Ità Burg. & Tossan. & Pi. in Ger. Caj. in E. † Ma. ad v. 4. [t] Ità He. in D. E. Ger. G. ad v. 2. [v] G. [x] A. [y] Caj. in E. [z] Burg. D. [a] E. [b] E. sim. L. V. [c] L. Burg. in Ger. † Ger. [d] V. † A. [f] Jun. [g] Ger. [h] Ma. [i] Ma. [k] A. Ger. [l] A. [m] Me. [n] Ger.

vel, *Magistratus*, TJ. in A. vel, *Deus per magistratum*, A. [Alii passivè vertunt.] Sic ο'. ἐπικέκληται, *cognominata*, vel *vocata*, *est*, Bo. sim. Sa. Sy. *Quum indicta fuerit*, &c. JT. Ti. vel, *proclamabitur*, V. *quum vocetur* annus ille *remissio Domini*, M. He. tertiis personis non rarò impersonaliter utuntur [o]; quod in voce קרא, *vocavit*, frequentissimum est [p]. ¶ *Quia annus remissionis est Domini*, ליהוה] *Domini*, Ti. M. vel, *coram Domino*, Ch. vel, *Domino*, Mo. O. Ger. A. i. e. juxta Dei ordinationem, & in ejus honorem [q].

3. *A peregrino*, את הנכרי] *Ab alienigena*, Sa. Sy. JT. A. *à filiis populorum*, Ch. Etiam à proselytis [r]. Nam, 1. illi non tum liberabantur à debito servitutis personali, Levit. 25. 44. Deut. 15. 12. Jer. 34. 14. ergò nec à debito reali. 2. Vox נכרי omnibus alienigenis, etiam proselytis, tribuitur, Gen. 17. 12. Ruth 2. 10. 3. Illi Judæorum immunitatibus non fruebantur. Vide 1 Paral. 22. 2. & 2 Par. 2. 17 †. Vide quæ ad Exod. 23 [t]. נכרי signif. non idololatram, sed incircumcisum qui inter Israelitas vivebat. Vide Exod. 12. 43. & Levit. 22. 25. Talibus incolis debebantur ob humani generis cognationem ea quæ sunt juris naturalis; non etiam ea quæ majoris sunt bonitatis, ut angulus agri, racematio, spicilegium, acini relicti, decimæ; quæ lex ista exhiberi vult popularibus, & proselytis circumcisis, qui popularibus hac in re pares [v]. ¶ *Civem*, &c. ואשר יהיה לך את אחיך תשמט ידך] *Et quod fuerit tibi cum fratre tuo remittet manus tua*, Mo. A. sim. JT. i. e. quod mutuaveris fratri tuo [x]. *Quod habes apud fratrem remitte*, Sy. *At quod fuerit tuum fratri tuo remittet manus tua*, Sa.

4. *Et omnino indigens*, &c. אפס כי לא יהיה בך אביון] [Variè reddunt.] *Præterquam quòd* (vel, *excepto quòd*, Sa. vers. O. vel, *quia*, ο'. vel, *veruntamen*, M.) *non erit in te egenus*, Mo. *Tantùm quia per te non debet esse egens*, JT. *Ut nullus omnino sit in te egenus*, Sa. sim. Sy. *Omnino non sit in te inops*, Ti. *In tantum ——ut non sit in te mendicus*, P. *Et certissimè nullus in te erit pauper, quia benedicet*, &c. Ar. [Diversimodè etiam exponunt.] 1. Præceptum est, *Nè sit mendicus*, &c [y]. Nè patiamini apud vos esse egenum, quin ei mutuando, vel aliter, subvenite [z]. Patet ex v. 7, 8 [a]. Operam dabis, quantum in te est, nè sit egenus, Q. in Ma. Vox אביון denotat extremam paupertatem [b]. Quasi *omnia volens*, cùm omnibus egeat [c]. *Mendicus* est qui publicè stipem petit; *pauper*, qui non potest se sustentare, &c [d]. אפס interdum usurpant Hebræi pro אין & לא, *nihil*, Esa. 41. 12. & 52. 4. באפס, *in nihilo*, *sine causa*. Sic sensus erit, *Quòd* (scil. *remissionem hanc*) *tibi præcipio, nihil aliud in causa est, quàm quòd non debeat esse egenus inter vos* †. Vel, *finis*, *denique*, &c. q. d. Finis Legis est, ut nullus prorsus extenuetur, quod maximè curandum in repub. bona [f]. Sic Plato mendicos victum prece colligentes arceri voluit urbe & regione, Leg. l. 11 [g]. 2. Promissio est [h]. q. d. Si hoc feceris, (si præcepta mea servabis [i],) faciam ego ut nullus sit in te mendicus [k]. Nec est quòd timeatis hanc legem fraudi vobis futuram [l]: Nullus enim erit qui hoc beneficio utetur [m]. Obj. Pauperes non deerunt, v. 7, 11. Exod. 23. 11. Levit. 19. 9, 10. Resp. 1. Ibi est tantùm prædictio, hîc lex. Aliud est conari, aliud perficere. Sic Deut. 23. 18. *Non erit meretrix*: fuisse tamen patet ex Levit. 21. 14. Jud. 11. 1. Jer. 5. 7. A præcepto ad eventum non valet consequentia. *Filius honorat patrem*, i. e. honorare debet. 2. Si promissio fit, non est absoluta, sed conditionata [n]. [Vide M. ad v. 11.] 3. Restrictio est; *Præterquam non sit*, vel, *Quum non erit*, vel, *Nisi quum non erit, in te pauper*: i. e. Nisi frater tuus dives sit: q. d. Hæc remissio fiet pauperibus tantùm, non divitibus [p]. 4. *In tantum ut non sit in te mendicus*, P. ut sensus sit, Non solùm hanc legem de remittendis debitis observabitis, sed etiam tam benefici eritis, ut nullus sit egens [q]. ¶ *Ut benedicat*, כי יברך] *Quia benedicet*, Ma. Sy. Vel, *cùm benedixit*, Targum: scil. tunc hoc præstabis [r].

5. *Si tamen*, &c. רק אם] *Tantummodo si*, Ma. *Sed ità duntaxat si*, P. *Si tamen obediendo*, &c. i. e. Id ità demum fiet, si, &c †.

[o] F. Ger. [p] Bo. [q] Ger. [r] Bo. Ger. ex To. Me. † Ger. [t] Bo. [v] G. [x] Pi. [y] Ità E. Me. T. Bo. Ger. La. F. ο'. in F. [z] Bo. [a] Bo. Ger. [b] A. Ma. [c] O. [d] D. † Ger. Pi. [f] Ma. A. [g] Ga. [h] Ità O. Caj. & AE. in Ger. M. [i] F. [k] O. V. sim. M. [l] F. V. [m] Q. in Ma. AE. in F. [n] Ger. [p] V. [q] Ger. [r] Ger. † V.

6. Nam

6. *Nam Jehovah*, [כִּי יְהוָה] *Cùm Jehovah benedixerit*, Q. in V. *Quia benedixit*, Ma. vel, *benedicet*, al. in V. ¶ *Fœnerabis*; sic o'. Ar. [וְהַעֲבַטְתָּ] *Et mutuabis*, Ch. Sy. Mo. O. A. *dabis mutuum*, Sa. *poteris mutuare*, JT. nempe, *sub*, vel *cum*, *pignore*, Sa. Ma. sim. V. F. ex K. עָבַט propriè sign. *detinere*, & *remorari*. Indè *oppignerare*, quia pignus à creditore detinetur[t]. Judæi hinc colligunt usuram sibi cum gentibus permissam. Sed vox sign. tantùm *mutuare*, ut patet ex antithesi, *à nullo accipies mutuum*[v]. Usura (licèt iis cum gentibus permissa[x], Deut. 23. 19[y].) non permitteretur pro præmio pietatis erga pauperes[z]. Promittitur tanta facultatum copia ut non suis tantùm, sed etiam Gentilibus, mutuare possint[a].

8. *Et dabis mutuum quo eum indigere perspexeris*, [דֵּי מַחְסֹרוֹ] *Sufficientiam defectûs ejus*, Mo. Pi. *quantum satìs est indigentiæ ejus*, JT. sim. A. M. Ch. Ar. Sa. *secundùm defectum suum*, Sa. vers. *quod ipsi deest*, Sy. [Fortè די accipit sensu Chaldaico, ut significet *quod*; q. d. *quod est defectus ejus*.] *Et interrogabis eum de defectu ipsius*; i.e. quibus illi opus sit[b]. Non placet; quia עָבַט est *oppignerare*[c]. [At alii reddunt, *mutuare*. Vide ad v. 6.]

9. *Nè subrepat*, &c. [הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־יִהְיֶה דָבָר עִם לְבָבְךָ בְלִיַּעַל] *Observare tibi* (infin. pro imper. *cave tibi*, Ger.) *nè sit verbum*, vel, *negotium*, Ger. vel, *quidpiam*, Ger. A. vel, *cogitatio aliqua*, A. V. *cum corde tuo*, Ger. Illud *Belial* referri potest vel ad דָּבָר; *verbum impium*, &c. (ut Psalm. 41. 9. & 101. 3. A[d].) vel, ad cor; *in corde tuo impio*†. Nota, *impietatem* vocari, quæ avaris *prudentia* est[f]. ¶ *Et avertas oculos*, [וְרָעָה עֵינְךָ] *Malignetur oculus tuus*, Mo. *malus* (*malignus*, P. V. Caj.) *sit oculus tuus*, Me. V. Sign. hoc *parcum*, *invidentem*, *immisericordem*. Sic Prov. 23. 6. & Matth. 20. 15. Sicut, contrà, *oculus bonus* sign. animum liberalem, Prov. 22. 9. *Animi habitus oculis se maximè prodit*, inquiunt Hebræi[g]. ¶ *Fiat tibi in peccatum*] i.e. Nè puniat te Deus. *Peccatum*, pro *pœna*[h]. Vel, *peccatum*, pro *magno peccato*; ut Prov. 24. 9. Joh. 15. 24. Jac. 4. 17[i].

10. *Nec ages callidè*, [לֹא יֵרַע וגו'] *Nec malum*, vel *malignum*, *erit cor tuum*: i.e. neque gravetur[k]. Non triste sit cor tuum, cùm dederis ei[l]. ¶ *Et in cunctis*, &c.] Hebr. *in omni missione manûs tuæ*, V. Ma. vel, *in omni ad quod extenderis manum tuam*, V.

11. *Non deerunt pauperes*] q.d. Scio quòd non perfecto corde parebitis mihi, ideo minuetur à vobis benedictio mea, & pauperes erunt vobiscum[m]. Vide ad Matth. 26.11. ¶ *Fratri tuo egeno & pauperi*, [לְאָחִיךָ לַעֲנִיֶּךָ וּלְאֶבְיֹנְךָ] *Fratri tuo, pauperi*, (*afflicto*, oppresso,) *& egeno tuo*, Ma. Distincta sunt in Hebræo, ità ut ordo ostendatur optimus: ut primùm liberalitas exerceatur in eum qui maximè propinquus est sanguine, quîcum convenit Esaias 58. 7; deinde, ut detur ei qui miser sit admodum; postremò, cuivis tenuis fortunæ homini & auxilium postulanti[n]. Q. sic; Ei quem Deus tibi offert, i.e. vel Israelitæ, vel peregrino[o].

12. *Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut* (supple, *soror*, Q. in Ma.) *Hebræa*.] Intellige, sive suo facto, (inopiâ adactus[p];) sive ab alio cui jus quæsitum fuerit, addictione scil. ob furtum. Bene autem *tibi*, nam extraneo vendi non poterat, teste Jo. Antiq. 15. Idem de nexis ob noxam, & de vernis natis ex Hebræo. Aliud jus in iis qui bello capti, venditi à Cananæis, aut ab iis nati. Horum enim, domino volente, perpetua erat servitus, nisi à domino læsi aliquod membrorum præcipuorum amitterent[q]. Quatuor servorum genera erant; 1. bello capti aut empti, 2. Cananæi, 3. Hebræi, 4. aut vernæ domi hero nati[r]. Vide de his ad Exod. 21. 2†. ¶ *Servierit tibi*] Vel auctori tuo; nam inter auctorem & emptorem continuantur tempora[t]. ¶ *Sex annis*] Q. Unde hi computandi? Resp. 1. Ab inchoata servitute[v]. Ut patet, quia servire dicitur *sex annis* hîc & v. 18. & Jer. 34. 14. Verto igitur quod sequitur, *Anno verò septimo*, nempe, servitutis suæ[x]. Verùm *sex anni* hîc sunt, *illud tempus quod de sex annis superest*; ut liquet ex Levit. 25. 39, &c[y]. Alioqui

t O. Ger. — v E. T. — x L. — y Ger. — z L. — a T. — b Q. in V. — c Ger. — d Ità Ger. A. ex o'. O. sic Ch. Sa. Sy. Ar. M. P. Ti. — † Q. in A. ità Ma. — f E. — g V. ex F. A. — h Me. O. — i A. — k V. — l Ger. — m He. in M. & in F. — n G. — o Ma. — p F. — q G. — r F. — † Bo. — t G. — v Ang. & Pi. — x Pi. — y Ger. Ma.

lex durior foret *personis*, quàm *rebus*, cùm hæ intermissionis anno exigi non poterant[z]. Respond. 2. Ab anno remissionis[a]; qui status erat & communis omnibus[b]. Verisimile est eodem anno obligationum personalium & realium fuisse remissionem[c]. Adæquata autem erat ratio pretii cum servitutis tempore, ut docet analogia Levit. 25. 50[d].

14. *Dabis viaticum*, ità o'. ἐφόδιον ἐφοδιάσεις· *Viatico ad viam eum instrues*, D. [הַעֲנֵיק תַּעֲנִיק] Reddunt, *Onerando onerabis*, Caj. M.O. sub. muneribus, Q. in Ma. *Ornabis*, tanquam torque, V. ex F. *Torquem dabis ei*, Mo. Ma. *Circumdabis eum*, ut circumdant torques, O. *Afficies muneribus*, Sa. Ar. *Liberaliter impone collo ejus*, JT. vel, *super eum*, Belg. *Separabis illi*, Ch. *Segrega & da illi*, Sy. עָנָק propriè est *torques colli*: indè, *quicquid humeris imponitur*†. De veste & uxore fit mentio Exod. 21. de viatico nulla; at hîc de viatico mentio fit, de veste & uxore nulla[f].

16. *Et bene*, &c. [טוֹב לוֹ עִמָּךְ] *Bonum sit ei tecum*: i.e. quòd gratum sit illi habitare tecum; vel, sentiat se bene habere tecum. Vide c. 23. 16[g].

17. *Assumes subulam, & perforabis*, &c. [וְנָתַתָּה בְאָזְנוֹ וּבַדֶּלֶת] *Et dabis in aure ejus & in porta*, Ma. Hs; i.e. Per aurem ejus adiges subulam in fores, sive januam[h]. Hoc quidam Hebræi intelligunt de eo qui necessitate coactus seipsum vendidit. Alii, de eo qui per Judices venditus erat[i]. *Arabes aures pertundunt*, ait Ilid[k]. ¶ *Serviet tibi usque in æternum*, [עֶבֶד עוֹלָם] *Servus seculi*, vel, *in seculum*, JT. i.e. Vel, usque ad domini mortem[l]; vel, usque ad Jubilæum. Vide Exod. 21. 6[m]. Quod & confirmant ex Levit. 25. 40. Sed ibi agi puto de Jubilæo qui inciderit in unum aliquem è sex annis servitutis suæ. In eo autem qui, cùm potuit, exire noluit, non puto beneficium anni jubilæi locum habuisse. Itaque *servus seculi* hoc loco est servus perpetuus: sic phrasis hæc sumitur 1 Sam. 27. 12. Vide & 1 Sam. 1. 22[n]. ¶ *Ancillæ quoque similiter*] Hoc referri ad auris perforationem quidam negant[o]: (sed refertur ad viaticum, &c[p]. & ad libertatem donandam, satìs erat ut ea se hero verbis addiceret[q].) Alii affirmant[r]. Imò propter eam hoc repeti à Mose notant†. Hoc non referri potest ad annum septimum, cùm ancilla tunc non dimitteretur, utpote quæ sub promissione & spe conjugii emeretur. (Vide Exod. 21. 7, &c.) Nisi quis fingat etiam purè ad famulatum ancillam potuisse coemi. Poterat tamen dimitti sub conditionibus, (de quibus vide Exod. 21.) & tunc viatico instruenda erat[t].

18. *Quoniam juxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi*, [כִּי מִשְׁנֶה שְׂכַר שָׂכִיר עֲבָדְךָ שֵׁשׁ שָׁנִים] [Variant.] 1. *Quia duplò mercedis mercenarii servivit tibi*, V. A. Sa. P. A. i.e. Bis tanto tempore servivit tibi quàm servire solet mercenarius[v]. Mercenarii enim servi apud Hebræos in triennium operas locabant, quod Hebræi ex hoc loco colligunt[x]. Colligitur ex Esa. 16. 14. *In tribus annis, sicut anni mercenarii*[y]. Verùm similis planè phrasis est Esa. 21. 16. *In anno uno, sicut in anno mercenarii*[z]. Utrobique sensus est; Anni mercenarii, sive unus, sive plures, dicuntur pleni, integri[a]. 2. *Quia duplex est merces mercenarii*; i.e. Merces fratris tui debet ad mercedem aliorum duplex esse[b]. *Nam duplum est mercedis mercenarii quo servivit tibi sex annis*, JT. *Quia duplex est merces mercenarii, servivit tibi sex annis*. Subintelligunt relativum אֲשֶׁר[c]. 3. *Duplex merces mercenarii*, supple, *illi debetur*; servivit tibi 6 annis. Vide Esa. 16. 14. Nè grave tibi sit servum anno septimo liberum cum donis dimittere. Cogita quid mercenario per triennium daturus fueris, & cogita hunc alterum tantum temporis tibi inserviisse, & invenies te multum lucri fecisse[d]. Aliis sic, *Duplâ mercede dignus est*, quia necessariâ servitute servivit, quæ multò gravior erat†: vel, ut alii, quia majore fidelitate servivit quàm peregrinus[f]. Non potuit servitium suum vel tibi negare, vel cunctanter & negligenter præstare, (quod mercenarii facere solent;) sed sex annis tibi in ministerio suo placere tenebatur[g]. 4. *Duplex merces*, h.e. copiosa, liberalis: ut, *duplex spiritus*, 2 Reg. 2. 9. *duplicia*, Esa. 40. 2. &

z Ma. Jun. — a Ger. La. Ma. — b La. — c G. r. — d Jun. — † M. F. — f Bo. — g V. — h V. — i M. F. — k Ga. — l A. — m A. Jun. — n Pi. — o Ità F. Da. Me. T. Bo. — p Me. T. Bo. D. — q F. — r Ità A. Ma. — † Ma. — t Bo. — v V. sim. Caj. Ang. Belg. — x F. M. ità V. G. — y G. D. Ger. — z A. Ma. — a Ma. — b O. — c Ger. — d G. — † Ma. ex Jun. — f Q. in Ger. — g Belg. not.

 61. 7.

61. 7. *duplex honor*, 1 Timoth. 5. 17. 5. *Annuam mercedem* reddunt LXX, quasi מִשְׁנֶה veniret à שָׁנָה, *annus*[h].

19. *Non operaberis in primogenito*] Q. intelligunt de primogenitis masculis[i]. Vel, quòd aliqui cum primogenito bovis ararent, & primogenitum ovis tonderent, antequam offerrentur[k]. (Ovis etiam quæ pro primogenito asini offerebatur debebat cum lana offerri[l].) Vel, quòd Moses sacerdotes alloquatur. Sed totus contextus agit de offerentibus[m]. De primogenitis hîc loquitur quæ ob vitium aliquod non poterant offerri, ideóque redimebantur[n]. At de iis agi quæ comedi poterant patet ex contextu[o]. Alii accipiunt de primogenitis fœmineis[p]; vel etiam de secundogenitis[q]. Vide quæ ad Deut. 12. 17[r].

20. *Comedes*] Nempe, tu Sacerdos, cui hæc data sunt †. Est enim hîc mutatio personæ, & horum tantùm erat edere primogenita, Num. 18. 17[t].

21. *Non immolabitur*] Hinc liquet immolari debuisse, pacificorum more scilicet[v].

22. *Tam mundus quàm immundus*] At si immolatum fuisset ritu pacificorum, soli mundi participare poterant, Lev. 7. 20, &c[x]. ¶ *Quasi capreâ & cervo*] Hæc ad vescendum licita, sed sacrificiis inepta, erant[y]. Capreæ esum commendant Avicenna, Rasi, & Simeon Sethi[z].

[h] Bo. [i] Ità L. A. La. [k] L. [l] RS. in L. [m] Ger. [n] To. in Ger. [o] Ger. [p] T. Me. Bo. Ger. [q] Bo. Ger. [r] Ger. † A. Ma. La. Jun. [t] Ità To. La. [v] Bo. [x] Me. [y] M. [z] BA. I. 3. 25. 928. 72, &c.

CAP. XVI.

1. MEnsem *novarum frugum*, הָאָבִיב] Vide Exod. 13. 4[a]. Mensem Martium[b], qui postea dictus est Nisan[c]. Vox sign. *spicas & fruges maturescentes*[d]. Tunc fructus virescebant: אב *viror* est †. ¶ *De Ægypto nocte*, מִמִּצְרַיִם לָיְלָה] Obj. At egressi sunt *die*, Exod. 13. 3[f]. & Num. 33. 3. & Exod. 12. 22. *nemo egrediatur--usque manè*[g]; &, *postridie Paschatis egressi sunt*[h]. Resp. 1. Noctu egressi dicuntur, vel, 1. quòd noctu acceperant potestatem abeundi à Pharaone, Exod. c. 12. v. 31. Ità Rasi & Bechai[i]. Vel, 2. quòd nocte ad exitum se præparârunt. *Verba activa quandoque usurpantur pro actu inchoato*[k]. Noctu surgebant, (occisis mediâ nocte primogenitis,) & profectionem auspicabantur, licèt Ægypto non exierint ante diem. Vide Exod. 12. 29, 30, 41, 42[l]. Resp. 2. Vox *noctis* refertur, non ad migrationem, sed mactationem Paschatis, quod nocte celebrandum erat[m]. Satis probarem, nisi quòd vesperâ hoc factum. Eum tamen juvat, quòd vox מִמִּצְרַיִם accentu *Tarcha* distinguente notata sit, per quem à sequente voce divulsa sensu videtur. Onk. sic legit; *ex Ægypto*, & fecit tibi signa *nocte*[n].

2. *Phase—de ovibus & de bobus*, פֶּסַח לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ צֹאן וּבָקָר] *Immolabis Domino Deo tuo Pascha, ovem & bovem*: quæ distinctè accipienda; ut die Paschatis & paschalis victima immoletur, agnus seu hœdus, & præterea ὁλοκαυτώματα, ut aliis diebus, ex lege Lev. 6. 12. Manifestum id facit locus 2 Par. 30. 15. Ità RS. & Maimon[o]. [TJ. sic legit,] *Et mactabis Pascha—& oves & boves crastino die.* Rectè, ex lege Num. 28. 17, 18, 19[p]. Ità Muis ex Rambam. Deest hîc ו; *Immolabis Phase, & oves & boves*. De Paschate hîc breviter (quia antea satis & ex professo) agitur: & צאן *oves* non ad Paschæ victimam referunt, sed ad Eucharistica illa sacrificia quæ pro facultatum modo tunc offerre tenebantur[q]. *Pecudes & boves* hîc sunt sacrificia imperata in dies illos, de quibus Num. 28: 16[r]. Non placet BA. Sic potiùs verto, *Mactabis Pascha Deo*, nempe, *oves & boves*, quæ adduntur ἐπεξηγητικῶς, & *Pascha* genus est ad *oves & boves*. Similiter Exod. 20. 24. --*pacifica*, nempe, *oves*--& Num. 28. 11. --*holocaustum*, nempe, *juvencos—arietem*; & Gen. 43. 10. *munus*, nempe, *parùm resinæ*, &c. Itaque *Pascha* non sign. solùm agnum, sed (*alia*) Paschalia sacrificia, quæcunque per septem dies azymorum in pacifica sacrificia mactare moris erat; ut constat ex Deut. 16. 3. *Septem diebus comedes cum eo* (scil. *Paschate) *azyma*: At azyma cum agno per septiduum comedere non poterant †. Per *Pascha* hîc intellige, non Paschalem victimam, quæ agnus vel hœdus erat, sed reliqua illius septidui sacrificia, vel ex Legis præscripto, vel ex cujusque devotione, offerenda, quæ *Pascha* dicuntur 2 Par. 35. 8, 9. & Joh. 18. 28[t]. Differt hoc à Paschate agni, & ad illud additamentum erat de sponte oblatis, ideóque Judæis *Chagigah* dicebatur[v]. *Oves* hîc sunt ad necessitatem Paschæ, *boves* pro sacrificiis Eucharisticis, (vel hostiis festivis[x],) ut patet ex 2 Par. 35. 7, 9[y]. לְשַׁלְמֵי חֲגִיגָה, sive לַחֲגִיגָה, i. e. *pro sacrificio digno ipso festo*, non tamen festi proprio[z]. Dicendum hîc *Phase* accipi, non tantùm de prima Paschatis solennitatis die, sed in genere de totis septem diebus in quibus sacrificia offerri debebant Levit. 23. 8. Num. 28. 16, &c. Nomen Pesach sign. 1. *transitum Angeli*; 2. *Agnum*; 3. *Festum*, vel diem illum festivum quo agnus mactatus, ut hîc; 4. *Cultum*, ceremoniam, &c. festi[a]. Ipsa solennitas diei 15. *Pascha* appellatur; item omnes 7 dies[b].

[a] V. [b] A. Me. [c] M. Bo. [d] M. † Muis. [f] Ger. [g] Muis. [h] D. [i] Muis, AE. in D. [k] Ger. [l] A. [m] Abarb. in Muis. [n] Muis. [o] G. ità A. [p] Ma. [q] Muis. [r] Jun.

3. *Non comedes in eo*, עָלָיו] *Cum illo*, nempe, sacrificio Paschali[c]: *super eum*, Ma. ¶ *Afflictionis panem*, לֶחֶם עֹנִי] Sic dicitur, 1. Quia monumentum erat afflictionis Ægyptiacæ[d], & illius anxiæ noctis in qua egressi sunt, ut mox dicitur †. 2. Quia verè affligebat stomachum & corpus, quòd insipidus & gravis esset[f]. 3. Alii *panem paupertatis* vertunt, quasi pauperes vescuntur[g]; qui præ fame, vel incommoditate fermentandi, utuntur pane subcinericio, qui statim fit & coquitur, neque exspectant dum fermentetur massa[h]. Hæc proinde non apponunt, nisi frustulatim divisa; quia pauperibus frusta panis dantur, non panes integri[i].

5. *Non poteris*] Nempe, jure & legitimé. Ità *posse*, vel *non posse*, sumitur Gen. 24. 50. & 34. 14. & 43. 31. & 44. 22[k]. ¶ *In qualibet urbium*] Hebr. *in aliqua ex portis tuis. Portæ*, pro urbibus[l]. Explicant, cùm resp. libera atque integra fuerit; eversis autem rebus, alia est ratio, 2 Par. 35. 1, &c[m]. Verùm ibi non innuitur alio loco, sed alio tempore, celebrandum Pascha; nam ad Jerusalem eos venire hortatur, v. 5. 11, &c[n]. Agnus paschalis tantùm in atrio ante Tabernaculum vel Templum immolari poterat[o]. Rationes sunt; 1. Ut cum majori reverentia fieret immolatio. 2. Nè hoc prætextu fierent immolationes idololatricæ[p]. 3. Quia Pascha non solùm sacramentum, sed etiam sacrificium, erat: ut constat, 1. Quia sic vocatur, Exod. 12. 27. & 23. 18. & 34. 25. & Num. 9. 7. Sic in N. T. Pascha dicitur θύεσθαι, Marc. 14. 12. Luc. 22. 7. 2. Ex ipso ritu; sanguis enim agni Domino offerebatur. Vide ad Exod. 23. 18. & 2 Par. 30. 16. & 35. 11. Judæorum autem Canon est, *Radix* (seu, *essentia*) *sacrificii est in aspersione sanguinis*. Hebræi docent etiam ejus viscera & adipes adoleri debuisse, ut in aliis sacrificiis. Ità Maimon. de Pasch. cap. 1. sect. 6. & Misna de Pasch. c. 5. 6. & Karaitæ, qui tamen traditiones rejiciunt, & ex sola Scriptura pendent[q]. Vir quidam piissimus & doctissimus putat potuisse ubivis mactari & comedi, etiam stante Jerusalem. Sed, 1. Tum frustrà mares jubentur quotannis venire Hieros. Exod. 23. 17. & 34. 23. &, qui primo mense erant *in via remota*, venire mense secundo. 2. Et frustrà Deus per miraculum urbes suas servaret, dum, juxta Exod. 34. 24. Hierosolymam confluerent. Temporis & loci angustia frustrà objicitur, quasi inter duas vesperas non potuerint tot agnorum millia ad unum altare sisti & offerri. Nam Templi atrium latissimum fuisse patet ex 1 Reg. 8. 63. & 2 Par. 5. 6. Et altare in secundo Templo fuit tam latum quàm longum, cubitis 50, teste Jo. de Bel. 6. 6. In illud autem altare non toti agni, sed solùm extorum adipes, imponebantur, & sanguis fundebatur ad basin. Quibus offerendis vacabant plurimi & expediti sacerdotes per horas quatuor. Et agni adipes totâ nocte adoleri potuisse docet Maimonides[r].

6. *Sed in loco*] *In loco* ubi Tabernaculum vel Templum †. In Jerusalem, in qualibet ejus domo; & super postes domûs ponebatur sanguis: quod non potest

† BA. I. 2. 50. 565. [t] Bo. Me. T. sim. O. [v] A. [x] F. [y] AE. Rasi & Bechai in Muis, F. [z] Rasi & Bechai. [a] Ger. [b] Bo. [c] V. [d] F. V. Me. T. Bo. † V. F. Mo. in T. [f] T. Me. ex Bo. [g] Ma. O. [h] Ma. ex Jun. [i] BA. (ex Maimon.) I. 2. 50. 612. [k] Ger. [l] V. [m] Ma. ex Jun. [n] Ger. [o] Me. BA. Bo. [p] L. [q] BA. I. 2. 50. 572. [r] BA. ib. p. 575. † Cl.

test intelligi de domo Templi, quia ibi non ponebatur [t]. ¶ [*Vespere ad solis occasum, quando egressus es*, &c. מוֹעֵד צֵאתְךָ] *In tempore (mensis*, addit M.) *quo exiisti*, ο'. Ch. Sa. sim. Sy. Mo. P. M. *stato tempore exitûs tui*, Ma. Ti. JT. Obj. Atqui non vespere, sed manè, egressi sunt, Exod. 12. 30, 31 [v]. Resp. 1. Intellige, *ad vesperam noctis, quâ* (scil. *nocte*) *egressus es* [x]. 2. Vesperâ egressus est, nempe, inchoativè [y]; quia vespere egressum præparavit [z]. 3. Sensus est, *Mactabis in vespera—stato tempore egresûs tui*; i. e. in festo Paschatis, quod est memoriale egresûs tui ex Ægypto [a]. 4. Τὸ *quando* potest referri ad festum Paschæ; *stato tempore* (videlicet, *Paschæ*) *quando egressus es* [b].

7. *Et coques*, וּבִשַּׁלְתָּ] At non coquendum erat, sed assandum, Exod. 12. 9 [c]. Resp. 1. *Coquere* ponitur pro *assare*, per Synecdochen generis [d]. בָּשֵׁל plerumque sign. *elixare*, at interdum *assare*, testibus RS. AE. K. in BA. Probant ex 2 Paral. 35. 13. בָּשֵׁל in genere est *coquere* : & alia est בְּשִׁילָה בָאֵשׁ, *coctio ad ignem*, 2 Paral. *igne coxerunt juxta morem*; alia בְּשִׁילָה בַּמַּיִם, *coctio in aquis*, i. e. *elixatio*, de qua ibi sequitur, *& coxerunt reliqua sacrificia in lebetibus*. Et vetat Deus comedere מְבֻשָּׁל בַּמָּיִם *coctum in aquis*, cui opponit צְלִי־אֵשׁ *assatum igne*. Quæ fuissent superflua, si מְבֻשָּׁל per se *elixum* significaret *. 2. Ch. & ο'. vertunt, *& coques*. Non ergò de agno Paschali loquitur, sed de *Chagigah* †: [de qua vide ad v. 2.] ο'. habent, *& elixabis*, *& assabis*, A. BA. absurdè, est oppositum in apposito; scribæ vitium est [f]. ¶ *Manéque consurgens vades*, ità Ch. וּפָנִיתָ בַבֹּקֶר וְהָלַכְתָּ] *Et vertes te in matutino*, &c. Mo. sim. ο'. Sa. *manè versâ facie ibis*, M. *revertens manè ibis*, JT. sim. Ti. Sy. *conversus revertêris*, P. Sed quo manè revertendum erat? Resp. 1. Manè post comestionem agni [g]. *Deinde regredere sequenti die*, Ar. At is dies festus erat, nec licitum tunc iter facere [h]. 2. Manè insequentis diei [i]. 3. Manè post septimam azymorum diem [k]. Crediderim eos tamdiu ibi mansisse, (quemadmodum & Scenopegiæ festo.) Aliàs, quænam tempora sacris illis epulis (quæ Hierosolymis celebranda erant) fuissent deputata? Adde, quòd *Collectæ* festum, de quo postea, videtur exegisse populi frequentiam. Deinde, exemplis patet eos per 7 dies ibi mansisse. Vide 2 Paral. 35. 17. & 30. 21 [l].

8. *Sex diebus*] At v. 3. erat, *septem diebus*. Resp. Excluditur hîc vel *primus dies*, quem alii sex sequebantur [m]; vel *ultimus*, quia de eo statuerat mox aliquid peculiare subnectere [n]. q. d. Sex diebus tantùm comedes azyma; at septimâ die, præter azyma, etiam vacabis ab opere [o]. ¶ *Collecta*, עֲצֶרֶת] Vide quæ ad Levit. 23. 36 [p]. *Solemnitas* sic dicitur, vel, à *congregando*, vel, à *prohibendo*, scil. *opere* [q]. *Interdictum*, h. e. dies interdicti; Metonymia adjuncti, Pi.

9. *Septem hebdomadas*] Vide quæ ad Levit. 23. 10, 15 [r]. & Exod. 34. 22 †. ¶ *Die quâ falcem*, &c.] *Ex quo cæperit falx* immitti *in segetem*, JT. sim. Ar. A. vel, *in segetem stantem*, Sy. nempe, ad manipulum segetum offerendum, Jun. De quo Levit. 23. 10. Id est, à die postero Paschatis [t].

10. *Oblationem*, &c. מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ] *Contributionem (tributum, præstationem) manûs tuæ*. מִסָּה idem quod מַס, à מָסַס [v]. Cum *tributo voluntariæ oblationis*, A. *tributo & voluntariâ oblatione*, JT. *juxta oblationem spontaneam*, Ch. *juxta sufficientiam* (vel, *benevolentiam*, Sa. vers.) *spontaneæ oblationis*, Sa. P. *Juxta sufficientiam donarii spontanei manûs tuæ erit quod dabis*; i. e. Dabis quod spontaneo & liberali animo potueris pro ratione opum [x]. מִסָּה Chaldaicum est, idem valens quod Hebr. דַּי; & hoc Chaldæi per מִסָּה transferunt Exod. 2. 4. Prov. 30. 8. [Pro quibus lege Exod. 36. 5, 7. & Prov. 25. 16.] Sic RS. & K. hoc loco, optimè; sensus enim est, ut det quisque anno sabbatico quantum sufficit voluntariæ oblationi. Illud autem quod sufficit, דַּי ἱκανὸν, intelligendum pro facultatibus à Deo concessis, ut in textu sequitur [y]. *Quantum potuerit spontanea manus tua*, Ti. O. sim. ο'. *pro ratione facultatis*, Ar. Alii, ex *oblatione spontanea erit quod dabis*, V. vel sic, *oblatione spontanei*, vel sic, *oblatio spontaneâ*, supple, *erit*, quam, ut sequitur, *dabis* [z].

t L. v Bo. Ger. x Me. ex Bo. y T. ex La. z Me. T. ex Bo. a Ger. b La. ex V. c Ma. d Pi. * BA. 1. 2. 50. 596. † A. f BA. g Ità Caj. h Bo. O. Me. i L. O. To. in Bo. k Me. T. Bo. l Bo. m To. in Bo. n Me. ex Bo. o La. post L. Ger. p M. F. Ma. q V. r Bo. Me. † V. t Jun. v Ma. x V. y G. z Bo.

11. *Et epulaberis*] Hebr. *& læraberis*. De lætitia in cultu divino sic Plut. de vit. Epic. Οὐ γὰρ οἴνου πλῆθος, οὐδ' ὀπτήσεις κρεῶν, τὸ εὐφραῖνόν ἐστιν ἐν ταῖς ἑορταῖς, ἀλλὰ καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ δόξα τοῦ παρεῖναι τὸν θεὸν εὐμενῆ, καὶ δέχεσθαι τὰ γινόμενα κεχαρισμένως· (*In illis festis non exhilarat nos abundantia vini, aut carnium assatio, sed spes bona, adesse Deum benevolum, & gratiosè quæ fiunt excipere* [a].)

13. *Quando collegeris*, &c.] Nam ἑορτὴ Σκηνοπηγίας (quæ vox est in Plut. Sympos. ubi agit de Judæorum ritibus: vocat & θυρσοφορίαν) est Συντελείας, ο'. συλλογῆς, Aq. συγκομιδῆς, Sym. *collectarum frugum*, Exod. 23. 16 [b]. *Veteres oblationes & conventus, quibus & Deo honorem tribuunt, & sibi oblectamentum, fieri videntur* μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, *post collectionem frugum*, οἷον ἀπαρχαί, *tanquam primitiæ* : μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς, *maximum enim iis otium erat illo tempore*, Aristot. Ethic. 8. 9 [c]. ¶ *De area*, &c.] i. e. Frumentum & vinum tuum [d].

15. *Erisque in lætitia*, אַךְ שָׂמֵחַ] *Tantùm* (*utique*, V. *veruntamen*, P. *profectò*, Ma.) *lætus*; sub. *& non tristis*. q. d. Nihil aliud quàm lætitiæ indulgebis †.

16. *Apparebit*] Sub. *à te oblatus* : q. d. Tribus vicibus singulis annis offeres primogenita tua. Vide Exod. 34. 23 [f]. ¶ *Omne masculinum*] Nempe, omnes mares intra annos servitii, h. e. vicesimum (vide Num. 1. 2, 3.) & quinquagesimum. Sed cur non fœminæ? Resp. Obstabat, 1. Earum infirmitas: tanto itineri impares erant. 2. Periculum castitatis in tanto concursu. 3. Cura domûs & liberorum in absentia patrum. Alii addunt, in typum Messiæ. ¶ *In loco*, &c.] Unum erat Templum, & unus locus sacrificiis & orationi designatus, in typum unius Christi mediatoris. At audiendæ Legi erant 400 synagogæ in Hierosolyma. ¶ *Quem elegerit*] Elegit autem, vel, signo extraordinario testatus se sacrificia gratè accipere; vel, per *Urim & Thummim* [g]. ¶ *Non apparebit*, &c. וְלֹא יֵרָאֶה אֶת־פְּנֵי יְהוָה רֵיקָם] *Et non conspicietur*, Mo. (*nè compareto*, JT. Sy. *non apparebit*, A. *non apparebunt*, Ch. sim. Ar. *non videbitur*, i. e. videndum se præbebit, Pi. *nemo apparebit*, M. Ti. *nec quisquam conspicietur*, P.) *coram Domino*, vel, *in conspectu Domini vacuus*. Ità omnes. At Sa. *Non videbunt faciem Domini vacui* : [q. d. semper aliquid à Deo reportabunt boni.] Solebant Judæi in aliquo horum trium festorum offerre *elevationes suas*, & *primitias*, & *decimas*, & *spontè-oblata*, prout tempestas anni ferebat. In festo Paschatis, præter manipulum frugum, obtulisse credo primogenita & decimas pecorum. Deo enim debebantur optima, qualia erant verno tempore nata. Vide ad Gen. 30. 41, 42. In festo Pentecostes, præter duos panes, solvebant decimas frumenti quantum trituraverant, & oblationem spontaneam, Deut. 16. 10. Et cùm hoc festum sit finis messis, in ejus mentione occurrunt præcepta de relinquendis spicis, &c. In festo Tabernaculorum offerebant primitias & decimas vini & olei, & reliquias decimarum areæ, nempe, frumenti triturati. Hinc 2 Chron. 31. 7. *Acervos ponere cæperunt tertio mense*, i. e. in festo Pentecostes, & *desierunt septimo mense*, i. e. in festo Tabernaculorum [h].

17. *Sed offeret*, &c. אִישׁ כְּמַתְּנַת יָדוֹ] Quisque *secundùm donum* (vel, *facultatem*, ο'. sim. Sa. Ar.) *manûs suæ*, Mo. Sy. vel, *prout donatum est manui suæ*, JT. vel, *secundùm donum manûs ipsius*, i. e. donum Dei manui ipsius collatum [i]. *Unusquisque compareto cùm dono manûs suæ*, Pi.

18. *Judices & magistros*, שֹׁפְטִים וְשֹׁטְרִים] Hîc quinta libri Sectio incipit, dicta שׁוֹפְטִים. שׁוֹפְטִים sunt *Judices* dirimentes causas, (quorum summus vocatur נָשִׂיא *Nasi*, i. e. prælatus, & מוּפְלָא *Muphla*, i. e. excellens: & is est loco Mosis; cui fuerunt 70 Seniores, à quibus venerunt Sanhedrim [l].) שׁוֹטְרִים sunt *exactores*, qui exsequuntur mandata Judicum cum virga & flagello [m]. De his vide quæ nos ad Exod. 18. 25 [n]. [Alii aliter.] שׁוֹטְרִים erant gubernatores populi [o]. Eorum erat ostendere & imperare populo quid faciendum, vel non faciendum [p], Deut. 20. 5,—9. Jos. 1. 10, 11. & 3. 2, 3 [q]. Populum defendere, & exercitum congregare. Vel, erant Judices minores [r]. Erant quasi

a Ga. b G. c Ga. d V. † V. f V. g Med. dissert. 45. h Med. dissert. i Jun. k V. l F. m F. O. ex He. n Bo. o O. p O. A. q A. r O.

quasi Prætores & Lictores Romanorum †. Videntur fuisse rerum judicandarum peritiores reliquis Senioribus, & rerum judicatarum exsecutores; ità ut essent maximæ authoritatis apud ipsum populum[t]. Non placet L' Empereur. שׁוטרים (inquit) judicâsse vix credo, sed judicata mandâsse exsecutioni: *Apparitores, Ministri magistratuum, Officiales*, vocantur in Jure Romano. Item *Exsecutores*, Græcis πράκτορες. Luc. 12. 48. Aq. & Th. sæpe ἐκβιασταί, *coactiores*. Latè se diffundebat eorum munus, ut non tantùm ad causas in judicio decisas spectaret, sed magistratûs nomine alia populo intimarent, Deut. 20. 5. & Jos. 1. 10, 11. & 3. 2, 3[v]. Videntur fuisse introductores litium & causarum, qui causas ad Judices deferrent, & sententias Judicum exsequerentur. Hanc legem Jo. sic explicat; *Imperent in singulis civitatibus septem viri*, (hi שׁופטים;) *unicuique verò Principi duo viri ministri* (hi sunt שׁוטרים) *ex tribu Levi*[x]. In qualibet autem civitate erat *Sanhedrim*, i. e. Concilium, seu Consistorium parvum, quod constabat 23 sapientibus. In oppidis ubi non erant 120 cives, (vel homines[y],) non ponebant ibi *Sanhedrim*[z], sed tres Judices[a]. In Consistorium magnum & parvum adlegebantur tantùm Sacerdotes, Levitæ, & Israelitæ nobiles, mundi à vitiis corporis, sapientes, divites, periti artis magicæ, ut scirent magiam destruere, gnari 70 linguarum, ut non egerent interprete; & Sacerdos magnus, si sapiens esset. Non recipiebant in Sanhedrim nimis annosum, nec eunuchum, propter crudelitatem, (quam in iis notavit Aristoteles, & Claudian. 1. in Eutropium[b],) nec Regem, quia prohibitum erat cum eo contendere[c]. His (Judicibus, &c.) aderant duo Scribæ, (quorum unus scribebat verba *condemnantium* reum, alter *absolventium*[d],) totidem præcones, totidem collectores eleemosynæ †. Ad pedes sedebant discipuli, ut ipso usu jus addiscerent, & in morientium aut decrepitorum locum surrogarentur[f]. ¶ *Justo judicio*] Hebr. *judicio justitiæ*; i. e. summâ æquitate[g]: æqualiter inter duas partes[h].

19. *Non accipies*] Vide quæ ad Exod. 23. 8[i]. Notat Bechai ex Midras sex fuisse gradus solio Salomonis, 1 Reg. 10. 19. in quod Salomon cùm ascenderet, stetisse è regione præconem, qui idem, in primo gradu cùm esset, diceret clamaretque, *Non inclinabis judicium*; cùm in secundo, *Non agnosces personam*; cùm in tertio, *Non accipies munus*; cùm in quarto, *Non plantabis lucum*, &c. cùm in quinto, *Non eriges statuam*, &c. (*quæ ex fine hujus capitis desumpta sunt:*) cùm in sexto, *Non sacrificabis—bovem—in quo fuerit macula*, (*quod habetur* Deut. 17. 1[k].)

20. *Justè quod justum*] Hebr. *Justitiam justitiam*, Ma. i. e. quod maximè justum est[l]: omnimodam justitiam[m]. Justitiam justitiâ prosequaris[n]. *Justè*, i. e. ex tota animi intentione[o]: sincero æquitatis amore[p].

21. *Non plantabis lucum*, &c. אשׁרה כל־עץ] *Lucum omne lignum*, Mo. *omnem*, vel *ullam*, *arborem*, Ch. A. *lucum cujusvis arboris*, Sa. sim. Sy. *Nè conserito lucum ullis arboribus*. JT. Vel, אשׁרה ponitur pro אשׁרת; status absolutus pro constructo. Ità איפה Ruth 2. 17. pro איפת. simil. Esa. 24. 22. & 42. 25. & Psal. 45. 5[q]. Hecatæus de Hierosolymis, οὐδὲ φύτευμα παντελῶς οὐδὲν, οὐ ἀλσῶδες, ἤ τι τοιοῦτον· (i. e. *Nulla omnino plantatio, qualis lucus, aut aliquid simile.*) Oppositum & hoc mori idololatrarum, qui apud templa lucos habebant. Vide 1 Reg. 15. 13[r]. *Non lucum*: ut nulla occasio præberetur idololatriæ †. Nè videaris imitari ritum Gentilium[t]. *Non lucum*, exponunt, qui propinquus sit altari templóque Jehovæ, quísque credatur dignitate aut sanctimoniâ ad eum accedere[v].

22. *Statuam*] Qualem Gentiles diis suis constituunt[x]. Lapidem ingentem in historiæ alicujus monimentum, ad quem concursus fieri solebat[y]. Id ante Legem licuit, Gen. 28. 18. & 31. 52[z]. *Statua* lapis unus est & grandis inter lucum & altare, in quo idolorum mystagogi suas cantiones voce & instrumentis musicis recitàrunt, ut author est Moses Nachmanni †.

† A. [t] Bertram. de rep. Jud. cap. 5. sim Bo. ad Exod. 18. 25. [v] L' Emper. in notis ad Bertram. [x] Di. [y] F. [z] M. F. [a] M. [b] G. [c] F. & ferè M. & O. ex He. [d] F. † G. ex F. [f] G. [g] V. [h] He. in A. [i] Bo. [k] Muis. [l] V. [m] A. [n] Q. in Cl. [o] F. [p] Cl. [q] BA. 2. 2. 17. 247. 65. [r] G. † Cl. [t] Bo. [v] Ma. ex Jun. [x] Me. [y] G. [z] G. E.D. † F.

CAP. XVII.

1. *Ovem*] Comprehendit & hœdum. ¶ *Bovem*] Non, castratum, Ang. Ox, (hoc enim vitium erat,) sed Ang. Bull. Hæc sunt maxima & minima sacrificia, sub quibus reliqua continentur[a]. ¶ *Macula*] Vide dicta Exod. 12. 5[b]. & Levit. 22. 19, &c. ¶ *Quidpiam vitii*] Hebr. *ulla res mala*, V. Vide Deut. 15. 21[c]. Præter visibiles maculas: v. g. si *ægrotus* esset, Mal. 1. 8. si *pretium meretricis*, vel *canis*, Deut. 23. 18. Vide ad Levit. 22. 25[d].

2. *Cùm reperti fuerint*, &c.] Deut. 13. docuit quid seductori, hîc, quid seducto, faciendum †. ¶ *Transgrediantur pactum*] h. e. A religione deficiant. Confer Hebr. 10. 29[f].

3. *Solem*, ולשׁמשׁ] *Et soli. Et*, pro, *id est*[g]. ¶ *Non præcepi*] Imò prohibui. Sic, *Non gaudet stulti pater*[h]. Emphasin habent, *quæ non præcepi*. Nam fieri potest, ut Bechai subtiliter expendit, quòd miraculo Solis admonitus, ceu præcipuo naturæ ornamento, in Sole opificem Deum adoret: quæ ratio abunde pia videtur. Sed impia Deo est; quia illud, inquit, non præcepit. Quare nihil pium est censendum in cultu Divino quod non certo verbo Dei, & juxta naturam fœderis Dei intellecto, nititur[i].

4. *Inquisieris diligenter*] Definitionem æquitati congruam sicut vitia manifesta exigunt, ità obscura suspendunt: Ennod. declam. 12[k]. Vide ad Deut. 13. 14[l].

5. *Ad portas*] Ubi judicia exercebantur[m]: nec procul erat locus ubi malefici puniebantur[n]. Extra urbem, (vel castra.) Ibi Christus & Stephanus passi[o]. Ad Judices urbis cujusque 23 vel 21. Nam ad hos spectabat cognitio de criminibus, extra ea quæ excepta erant Synedrio, qualia erant pseudo-prophetia, & crimen totius Tribûs. Aliud in solicitante ad deos novos: Is enim ad Judices non ducebatur[p]. ¶ *Lapidibus obruentur*] Gravior erat hujus pœna quàm totius civitatis, quæ gladio interficiebatur; nisi quòd civium bona consumenda erant, cùm hujus bona ad hæredes transierint[q].

6. *In ore duorum*, &c.] H[s], pro, Sub testimonio duorum, &c. Vide Num. 35. 30. & Deut. 19. 15[r]. ¶ *Testium*] Bonæ famæ. Jus testimonii moribus Hebræis non habent amentes, pueri ante annum 13. fures etiam post restitutionem, qui de alea victitant, publicani qui plus æquo exigunt, caprarii, & si qui alii ea factitant quæ verberibus digna sunt †: mulieres, propter sexûs levitatem aut temeritatem; servi, ob serviles & degeneres animos, qui lucri spe vel metu facilè corrumpuntur[t]. Rejici etiam possunt qui valde propinqui aut familiares, aut inimici, sunt partium alteri[v]. ¶ *Peribit qui interficietur*, המת] *Moriens*, i. e. moriturus, Sa. Sic Gen. *Ecce, ego morior*, i. e. brevi moriturus sum. Sic Jon. *navem euntem*, i. e. ituram brevi. Onk. & Jon. *qui mortis reus est*[x]: *is qui moritur*, JT. ό.

7. *Manus testium*, &c.] In Sanhedrim ratio lapidationis hæc scribitur. Damnatus nudus ligatis manibus in præcipitium loci dilapidationis constituebatur; cui testes à tergo obtectis oculis astabant. Prior plectendum à tergo protrusit, ac præcipitem dedit. Si delapsus adhuc spirabat, alter grandem lapidem in eum provolvit. Porrò, si nec sic quidem penitus extinctus, multitudo lapides in eum aggerebat. Hæc atrocitas suppliciorum in hoc præcipitur, quò sit exemplum efficacius. Vide plura ad Exod. 21. 16. ¶ *Populi*] *Omnis multitudo*, &c. Hinc sententia R. Akiba communiter recepta est, talem idololatram ad solenne festum reservatum. Alii tamen secùs sentiunt[y].

8. *Si difficile & ambiguum*, כי יפלא ממך] *Si laterit tibi*, P. V. Sy. *Si absconditum*, vel, *occultum*, *à te*, vel, *tibi*, O. TJ. Ar. Caj. JT. A PALA, *separare*, quia occulta separantur ab hominum notitia[z]. *Cùm mirabile fuerit*, ut Deut. 30. 11. Vel, *separatum*, à cognitione, vel actione & viribus tuis. Ità sumitur Gen. 18. 14. Jer. 32. 17[a]. *Si impossibile fuerit*, ό. Ità פלא sæpe ver-

[a] A. [b] Me. [c] Ma. [d] A. † Ma. [f] G. [g] V. [h] D. [i] F. [k] Gr. [l] V. [m] F. [n] F. Me. Bo. [o] Me. ex Bo. [p] G. [q] A. [r] V. Ma. † G. [t] Bo. [v] G. [x] D. [y] F. [z] O. [a] Ger.

vertunt [b]. Si causa ambigua sit, & difficilior quàm ut de illa pronunciare possis [c]. Hanc legem intelligi tantò magis opus, quòd ab ea pendeat coagmentatio omnium Israelitarum, ut sæpe notavit Maimonides. Sensus est, ubi controversia obscurior quàm ut de eâ omnibus urbis alicujus Magistratibus liqueat. Non de facti, sed de juris, quæstionibus hîc agitur. Quas obscuritatis causas habent leges humanæ, eas Divinæ humano modo enunciatæ non evitant; partim, ob voces aut locutiones πολυσήμους, quæ sunt in omnibus linguis multæ, in Hebraica plurimæ; partim, quia ubi leges loquuntur generaliter, disputatur, quæ factorum species rariores excipi debeant; partim, quia ubi loquuntur specialiter, non semper in aperto est an lex intra eam stet speciem, an verò ad ea quæ paria videntur debeat extendi. Multæque aliæ sunt causæ cur eadem verba non ab omnibus, aliis crassioribus, aliis quàm opus est subtilioribus, eodem modo accipiantur [d]. ¶ *Judicium,* דָבָר לַמִּשְׁפָּט] *Verbum* (*res,* F. JT. *negotium,* Ar. *aliquid,* P.) *ad judicium,* O. Ma. vel, *judicii,* F. M. Ut, cùm una cædes cum alia comparatur ratione quantitatis, vel qualitatis. Idem in sequentibus duobus membris obtinet †. ¶ *Inter sanguinem & sanguinem,* בֵּין דָּם לְדָם] *Inter sanguinem ad sanguinem.* Notat respectum unius ad alterum [f]. [Variè accipiunt.] 1. *Inter cognationem & cognationem.* Ità hæc verba reddit Vulg. 2 Paral. 19. 10. h. e. Inter eos qui vel diversæ vel ejusdem cognationis, inter quos de possessionibus frequentes solent esse lites [g]. 2. *Sanguinem* intelligunt omnem in genere, ut *menstruum,* &c. & *sanguinem homicidii,* &c [h]. *Inter sanguinem mundum,* (vel, *mundi,* RS.) & *impurum,* (vel, *impuri,* RS [i].) 3. Intelligit sanguinem, vel, *occisi,* jam fusum, vel, *homicidæ,* à Magistratu fundendum. Optimè conjungi hæc possunt [k]. Inter innocentem, & damnandum crimine capitali [l], qui aliis rationibus videtur tibi esse innocens *. An homicidium patratum fuit voluntariè, an casu [m]. An cædes hujus vel illius generis mereatur locum receptûs, an non mereatur. Nam in culpa multi sunt gradus: est lata, media, minima [n]. Synecdochicè nomine *sanguinis* denotantur quævis causæ criminales, quarum dijudicationem Hebræi vocant *judicium sanguinis* [o]. ¶ *Inter causam & causam,* בֵּין דִּין לְדִין] *Inter judicium* (vel, *causam,* sive *sententiam, judicialem,* Ma.) *& judicium,* V. An sententia lata sit exsequenda, an re-videnda [p]. *Inter litem actoris, & litem defensoris,* V. Intelligunt, vel, 1. lites pecuniarias [q], & quæ sunt minoris momenti [r]; & verborum injurias, quorum pœna erat arbitraria, & in uno eodémque genere, propter legis ἀόριστον, (i. e. *indeterminationem,*) poterat probabiliter ab altero major, ab altero minor, irroganda censeri †. Vel, 2. causas civiles, ut *sanguis* criminales continebat [t]. Alia qualibet de causa vel lite non criminali, aut capitali [v]. Litem super quacunque re [x]. Quod hîc דִּין κρίσις, Deut. 25. 1. est רִיב ἀντιλογία [y]. ¶ *Lepram & lepram,* בֵּין נֶגַע לָנֶגַע] [Variè accipiunt.] 1. *Inter livorem & vulnus,* F. quod alius alii inflixit [z]. 2. *Inter plagam & plagam,* i. e. quis sit plagandus, aut, quæ atrocior aut levior [a]. נֶגַע sign. *plagam, læsionem, percussionem,* 2 Sam. 7. 14. Esa. 53. 8 [b]. 3. *Inter lepram & lepram,* Vulg. Bo. Mo. T. Ger. G. Ità Onk. & Jon. & RS. & Ge. in Ger. נֶגַע sign. *omne gravius malum.* Græci vertunt μάστιγα in V. T. & in N. Marc. 3. 10. & 5. 29, 34. Sed ἀντονομαστικῶς *lepram* significat, eóque sensu quinquagies sumitur Levit. 13 [c]. In lepra potuerunt esse graves difficultates. Vide ad Lev. 13. & 14 [d]. Sæpe & Medici dubitant, lepra, quæ has aut illas habet notas, sit, an non sit contagio metuenda †. *Inter lepram,* &c. i. e. an sit vera & contagiosa, necne [f]. Ut per *sanguinem* causæ *criminales,* per *lites* causæ *civiles,* ità per *lepram* causæ *Ecclesiasticæ* intelliguntur [g]. ¶ *Judicium—videris verba variari,* simil. Ch. דִּבְרֵי רִיבֹת] *Verba,* vel *res, contentionum,* Sa. Mo. G. vel, *litium,* O. Ma. A. (per appositionem ponitur, A.) vel, *judicii,* ο'. *actio jurgii,* Sy. *Venerintque verba in discordiam,* M. inter Judices in sententia discordes; per appositionem accipit, A. *Verba rixarum, litium;* i. e. in rebus controversis, V. Alii repetunt ἀπὸ κοινοῦ, וּבֵין, & inter *res quasvis*

[b] G. [c] V. F. [d] G. † Ger. [f] Ger. A. [g] T. [h] He. in F. [i] TJ. in Ger. [k] Ger. [l] F. D. * V. [m] T. Me. A. Ger. [n] G. [o] Ger. [p] Q. in Ger. [q] F. V. TJ. in Ger. G. [r] V. F. † G. [t] Ger. [v] T. Bo. [x] Me. [y] G. [z] A. [a] O. Eugub. in Bo. [b] Ger. [c] G. [d] A. † G. [f] T. Me. [g] Ger.

rixarum, h. e. *controversas:* ità Interpres Lat. Chald. paraphraseωs [h]. Ità Ar. *inter sententiam plagæ, & causas contentiosas.* Al. subintelligunt בֵּין, seu בְּ, *ex,* vel *in; rebus litium,* sive *rixarum,* sive *controversis,* JT. V. P. Ger. sim. Ti. i. e. Si eousque procedat Judicum contentio, ut pars minor tueri sententiam suam velit contra majorem, & inter diversa sentientes scissura quædam civitatem illam ac vicinas distractura oriri posset: Ad schismata enim præcavenda data est hæc lex. ¶ *Intra portas tuas*] In urbium singularum tribunalibus, quæ in portis erant, more Hebræorum & vicinorum, Gen. c. 34. v. 20. Ruth 4. 1, 11. ¶ *Ad locum*] Primò, *Silo,* post, *Hierosolyma* [i].

9. *Veniésque ad sacerdotes Levitici generis*] Tum Sacerdotes, tum Levitas, qui, quòd pingue haberent otium, non tantùm omnia Legis, sed & Medicinæ aliarúmque artium, diligenter ediscebant, ut & Ægyptii sacerdotes: ideóque primis seculis ex illis, ut eruditioribus, Senatus LXX virûm legi maximè solebat: unde & hîc ex potiori parte Senatus ille intelligendus est. Sacerdotes erant ἐπίσκοποι πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, (i. e. *inspectores omnium & judices rerum controversarum:*) Jo. adversùs Appion. 2. Philo, lib. de vita Mosis, Συνέδριον οἱ ἱερεῖς, &c. (*Synedrium habebant Sacerdotes:*) & in lib. de Principe constituendo, Ὁπότ' ἂν ἀμαυρὰν ποιῆται τὴν ἀντίληψιν τῶν πραγμάτων ἀσάφεια, &c. (*Quoties igitur comprehensionem rerum difficilem reddet earum obscuritas, recuset officium Judicis, & litigatores mittat ad accuratiores Judices: hi verò quinam sunt, nisi Sacerdotes & Pontifex summus?*) Opes nimiæ, & indè luxus ac pigritia, effecêre ut sæpe postea eruditiores essent in tribubus aliis, ac propterea, & Sacerdotibus & Levitis præteritis, imò interdum præterito & summo Sacerdote, [*vide quæ ad* Deut. 16. 18. *decerpsimus,*] à Senatoribus in Senatum cooptarentur. Ità Maimonides, libro יַד הַחֲזָקָה, tit. *de Synedrio,* c. 2. Hîc verò ratio habetur meliorum temporum, cùm Sacerdotes & Levitæ essent quales esse debebant. Hîc ergò jubebantur ire dissentientes ad Sacerdotes ac Levitas qui in Senatu erant, & eruditissimi habebantur: Qui si ipsis satisfecissent aut rationum pondere, aut testando rem hoc vel illo modo in moribus ac rebus judicatis definitam, rectè: sin tale nihil erat, iidem viri eruditi rationes partis utriusque referebant ad Synedrium, & ex ejus decreto respondebant; quod in posterum legis erat loco. Sic à Christianis in gravibus controversiis consuli solebat Synodus Romana ex LXX itidem Episcopis constans, olim optimis, & rerum Divinarum peritissimis [k]. ¶ *Et ad judicem,* וְאֶל הַשֹּׁפֵט] Q. Quis hîc Judex? Resp. 1. Summus sacerdos [l]. His favet, quòd de tali Judice agitur qui, 1. Judex esset lepræ: 2. & necessariò habitaret in loco ubi Templum erat; at ibi habitabat Judicum nullus præter Heli: 3. & qui docere debebat quid faciendum juxta Legem. At hæc Sacerdoti competebant. Obj. Quî sit credibile hunc causas capitales & civiles definiisse? Resp. 1. tribunal duplex fuisse Judæis, 1. Sacerdotis, de religione; 2. Regum & secularium Judicum, de causis civilibus & criminalibus. Resp. 2. tribunal laicum dependisse à sacro [m]. [Quàm sanè hoc dicit, non est hujus loci definire. Consulantur Polemici.] Resp. 2. Judex hîc erat politicus [n]. His favet, 1. quòd in præcedentibus mentio fit causarum criminalium & civilium: 2. quòd v. 12. inter *sacerdotem* & *judicem* distinguatur. Bo. ו *Et* ponitur pro אוֹ *Aut* [o]. Sic sumitur Exod. 21. 15, 17 [p]. collat. cum Matt. 15. 4 [q]. Num. 30. 5, 6. & Matt. 12. 37 [r]. Confer item Levit. 6. 3. cum 5. & 2 Sam. 2. 19. cum 21 †. Sic Latini usurpant & pro *vel,* ut probat Servius ad illud Æneid. *Præcipitare jubent, subjectísque urere flammis;* allegans & illud, *Saxum ingens volvunt alii radiísque rotarum* [t]. Et sic sumendum hoc loco constat, 1. ex v. 12. *aut judici* [v]: 2. ex re ipsa: quia fuerunt inter Israelitas duplices causæ & controversiæ, 1. de Religione, Lege, &c. 2. de rebus civilibus; adeóque duplex tribunal, ut patet ex 2 Paral. 19. 5. & Jer. 27. 8 [x]. *Judices* in plur. rectè intelligi possunt, vel, illi urbanorum tribunalium, vel, summi etiam senatores, ut Deut. 1. 16. & 16. 18. & 19. 17, 18. & 21. 2. At *Judex* in

[h] Ger. [i] G. [k] G. [l] He. in V. & F. T. Me. Bo. Ph. in Ger. Rambam & R. Mos. in Bo. [m] Bo. [n] Calv. G. Ger. D. [o] G. A. Ger. [p] G. Ger. [q] Ger. [r] G. † Ger. [t] G. [v] A. G. Ger. [x] Ger.

singul. solet significare *Interregem* divinitùs constitutum, quales illi in libro שופטים, (*Judicum.*) Isti verò שופטים plane similes erant Romanis Interregibus, ac postea Dictatoribus; nec à Regibus differebant, nisi quòd satellitium & pompam regiam non habebant, ac propterea nec vectigalia exigebant. Ac sicut Reges absque Synedrio jus interficiendi habebant, 2 Sam. 1. 15. ità hi κριταὶ, Jud. 8. 16, 17. & 12. 6. Tales autem κριταὶ, cùm à Deo dati essent, ac ob id donis instructi propheticis, (unde & eos *Prophetas* appellat Jo.) tutò sanè consuli poterant: sed quia non omni tempore tales erant futuri, (hoc enim vult quod adjicitur, *qui erit illo tempore*, i. e. si quis erit,) voluit Deus pro illis consuli Synedrium, compositum ex hominibus eruditissimis, totum populum referens[y]. 3. *Judex* hîc est Synedrium: Quemadmodum quod hîc *sacerdotes*, v. 12. est *sacerdos*; & 1 Paralipom. 4. 42. multi præfecti vocantur *caput*. Sicut inter Sacerdotes unus erat præcipuus, ità inter Judices unus princeps, 2 Par. 19. 11[z]. Sacerdotes & Levitæ in Judices eligebantur, si sapientiâ & timore Domini pollebant. Deinde etiam Israelitæ qui peritiâ Legis ac religione pares sacerdotibus. Habes hoc Exod. 18. 22. Numer. 11. 24. & Deut. 1. 13. Quemadmodum & consensus Hebrææ antiquitatis confirmat in libro Sanhedrim *. Neque ullo seculo soli sacerdotes & Levitæ unquam Judices fuêre†. ¶ *Et quæres*, וְדָרַשְׁתָּ] Pro, *ut quæras*: ו enim ponitur τελικῶς[a]. ¶ *Qui indicabunt tibi*] Aut ex traditione certa ipsis cognita; aut ex decreto Synedrii, si res non antè fuerat definita[b]. ¶ *Judicii veritatem*, דְּבַר הַמִּשְׁפָּט] *Verbum judicii*, M. O. Ma. Mo. Ger. h. i. rem justam, aut justè[c]. Sententiam ipsam, quomodo pronunciandum[d]. Statum judicii, sive causæ†. Verum judicium, ut possis te extricare[f].

10. *Quodcunque dixerint*] Quia Synedrium erat perpetuò duraturum, non autem Interreges illi, ideo in illis maximè sermonem figit[g]. ¶ עַל פִּי הַדָּבָר] *Juxta (super*, Ma.) *os verbi*, O. Ma. G. Ger. i. e. sermonem illum[h].

11. *Juxta legem ejus*, עַל פִּי הַתּוֹרָה] *Super os (juxta sermonem*, G. P.) *legis*, Mo. *Ex præstituto*, seu *præscripto, legis*; i. e. ex lege quam tibi præscribent[i]. Qu. An hæc verba sint adstrictiva præcepti? Resp. 1. Negant Rabbini. Glossa Hebraica dicit, *Si dixerit tibi quòd dextra sit sinistra, vel sinistra dextra, talis sententia est tenenda*[k]. Negant & Pontificii. Existimare debent sacerdotum judicium esse juxta legem; Mal. 2. 7[l]. Assertivè accipiendum est, q. d. Subditi acquiescere debent, & præsupponere eorum judicium esse juxta legem Dei[m]. [*Quibus opponi potest quod alii ipsorum authores dicunt ad hunc locum.*] Sententia nullius hominis, cujuscunque sit authoritatis, est tenenda, si contineat manifestè falsitatem vel errorem, quia dicitur, *& docuerint te juxta Legem.* Ergò si declinent à Lege manifestè, non sunt audiendi[n]. Intellige (inquit) nisi manifestè cernatur contrarium, scil. quòd Pontifex Legem pervertat; tum enim non illi, sed Legi Dei, obediendum erit[o]. [*En magnam vim veritatis!*] Resp. 2. Alii affirmant. Sacerdotum judicium ad normam Legis Divinæ est adstrictum[p]. Vide Ezec. 44. 24. & Matt. 23. 2, 3. collat. cum Matt. 15. 1, &c. 16. 6, 12[q]. Non assertivè, sed limitativè, accipienda sunt hæc verba[r]. [Grotius hîc sequestrum agit.] Non est (inquit) illud, *juxta legem*, adstrictivum præcepti, quasi tum demum obligentur singuli parêre decreto Synedrii, si Synedrium congruentia Legi respondeat: id enim fuerat interpretationem cujusque arbitrio submittere, ac proinde dare occasionem dissidiis, quibus cavendis hæc lex posita est. Locus sic habet, *Secundùm sermonem* (i.e. interpretationem) *legis—& secundùm judicium quod tibi dicent* (i.e. præscriptum quod in judicando sequi Judices debeant,) *facies*—Non ergò cuique permittit Lex Legis interpretationem quam vult sequi, & aliquo probabili colore sectam facere; sed regulam statuit necessariam servandæ unitati. Ergò Synedrium errare non poterat, aut in testanda traditione veteri, aut in explicanda lege suâ sententiâ? Poterat sanè, poterat: si, re posteà meliùs cognitâ, putà per homines valde pios & eruditos commoniti Senatores viderent se à vero sensu aberrâsse, pro-

y G. — z A. — * F. V. — † F. — a Ger. — b G. — c O. — d V. Ger. — † Q. in Ma. — f M. — g G. — h G. Ger. — i Q. in Ma. — k L. — l Mc. E. — m La. — n L. sim. T. & ipse La. — o La. — p A. Ger. — q A. — r To. Caj. M. Paulus Venetus in Ger.

ditâ lege erat ratio errorem expiandi, Lev. 4. 13. At singulis, non credere omnia quæ Synedrium diceret, imperabatur; sed non, contrà agere, non, contrà docere. Vide Jo. hoc loco, & Maimonidem, ductore Dubitant. 3. 41. & lib. Manoim c. 50. sect. 4. & Mos. de Cotzi, Præcepto jubente 46. Quædam enim in controversiam vocari poterant, qualia erant, An avicula hoc vel illo modo discindenda, Quæ ineunda supputatio ad Pascha, An huic culpæ paulò major vel minor esset imponenda pœna, & ejus generis alia; in quibus non tanti referebat utrum fieret, quanti erat servare compagem Hebraici corporis sine ullo divortio. In rebus magni momenti fieri sanè non poterat ut Synedrium, ab initio compositum ex viris optimis & eruditissimis, & perpetuâ cooptatione continuatum, falli posset, nisi longo seculorum lapsu, corruptâque disciplinâ: quod si evenisset, Deus, amans unitatis, ad eos admonendos aut convincendos responsurus erat per Urim & Thummim, vel excitaturus erat Prophetam aliquem veris miraculis nobilem, & postremò daturus Messiam ipsum, Mose majorem; quo misso, auctoritas Synedrii evanuit. Notandum præterea, scita Senatûs nonnulla, sive Legi interpretandæ, sive præmuniendæ, facta, evanuisse, non modò si Senatus ante receptum ubique morem sententiam mutâsset, verùm etiam si vel ab initio populus ea non ferret, vel si irent in desuetudinem†. ¶ *Ad dexteram*, &c. יָמִין וּשְׂמֹאל] Deficit præposito עַל, quæ exprimitur Genes. 24. 49[t].

12. *Qui superbierit*, Heb. *Qui fecerit per superbiam*, בְּזָדוֹן] *In superbia*, ο'. Mo. sim. JT. *Qui arroganter se gesserit*, Sa. *qui audacter egerit*, Sy. *Qui admiserit contumaciam*, i. e. per arrogantiam nolit obedire sacerdoti, &c[v]. *Qui utetur pervicaciâ*, Ar. *in malitia*, Ch. in A. Opponitur ignorantiæ & errori Exod. 21. 13, 14[x]. זָדוֹן *temeritatem* sign. Nec malè ἰταμίαν vertitur Græcis, Jer. 49. 16. Temeritatis certè est in rebus disputationem recipientibus tam pertinaciter amare suas sententias, ut propterea pax rumpatur, quæ nisi per auctoritatem quandam omnibus præsidentem retineri nequit humanitùs. Deus autem miracula rarò facit: plerumque res humanas conservat modis humanæ naturæ congruentibus. *Superbiæ* verò illud elogium non omnibus convenit, sed iis demum qui doctoris sibi personam imponunt, & populum distrahunt. Talis qui vocatus est in Talmudicis libris זקן חמרא, [fortasse legendum המרא,] *senex*, i. e. doctor, *contumax*. Doctores non erant nisi majores 40 annis[y]. ¶ *Sacerdotis*] Vers. 9. est, *sacerdotum*: Concilium ergò erat plurium sacerdotum, sed prima authoritas & potestas unius[z]. *Sacerdotis* qui dicturus est quid sit receptum; aut Synedrium consulet, & ex ejus decreto respondebit[a]. *Sacerdos* hîc ponitur pro quolibet sacerdote; sing. ponitur pro plurali[b]. ¶ *Ministrat Domino*, אֶת־יְהוָה] *Domino*, Sa. JT. *coram Domino*; Ch. Sy. Sa. *in nomine Domini*, ο'. ¶ *Et judicis*] i. e. Summi sacerdotis, ut v. 9[c]. Judicis politici[d]. [Vide quæ ad v. 9.] ¶ *Morietur*] Gravis pœna, sed ad vitandum periculum omnium gravissimum. Hujus loco est Excommunicatio in Ecclesia Christiana, ait Aug. qu. super Deut. 5. 38†. Referunt hoc Hebræi ad *rebellem seniorem*, aut *judicem*, nempe inferiorem: Et cùm traditiones suas in hac lege (vide ad v. 10.) includi volunt; excipiunt ab hac lege ejúsque pœna Sadducæos in patrum suorum sententiis institutos, & illos etiam Seniores qui tantùm credunt contrarium decreto Synedrii, aut alios ità credere docent, nisi ipsi contrarium faciant, aut alios ità facere doceant, quia dicitur, *Qui faciet*, &c[f]. ¶ *Malum*, הָרָע] i. e. Vel, facientem malum[g]; perniciosum hominem[h]; refractarium[i]: Vel, *rem malam*, i. e. scandalum[k]; Sic impedies schisma, ingens malum. Eadem de causa cognitio de pseudopropheta soli Synedrio permissa, & pœna per literas omnibus civitatibus significata[l].

13. *Populus audiens*] Heb. *Populus audient*, Ma. Constructio refertur ad sensum[m]. ¶ *Timebit*] Cavebit se facere auctorem dogmatis publicâ auctoritate improbati, ac proinde partium ducem[n]. *Nemo prudens punit quia peccatum est, sed nè peccetur. Revocari præterita non possunt, futura prohibentur*: Seneca de ira 1. 16.

† G. — t Ger. — v V. — x A. — y G. — z L. — a G. — b Bo. — c Bo. — d A. G. — † G. — f A. — g A. ex Ch. & o'. — h Me. — i Ger. — k Q. in Ger. — l G. — m Ger. — n G.

1. 16. & 2. 31. Plato de Legibus 11 [o]. Hinc vetus mos obtinuit, teste *Maimon.* in tractatu de *Rebellibus*, ut hujusmodi refragator non plecteretur nisi sub tribus festis, cùm omnes convenissent. Ideo Christum sub Paschatis festum interficere approperabant [p].

14. *Cùm ingressus fueris*] Observant Hebræi tria præcepta fuisse Israelitis, cùm ingressi fuerint in terram; nempe, ut super se constituerent Regem, ut exterminarent semen *Amalec*, &c, ut extruerent Templum [q].

15. *Eum constitues*, &c.] Qu. Quare Deus illis irascitur, 1 Sam. 8. cùm hîc aut præcipiat, aut jus faciat Regem constituendi [r]? Resp. 1. Non præceptum hoc est, (nec concessio †,) sed permissio [t], sub certis conditionibus. Indicat Deus, si Regem pertinaciùs petant, (quod tamen illi displicuit,) se permissurum [v]. Permisit ut Rex fieret, præcepit ut frater fieret: Aug. qu. Deut. 26 [x]. Vaticinium hoc est [y]. 2. Populus non tam peccavit in ipsa electione Regis, quàm in modo & ratione eligendi, quòd non justo legitimóque consilio, sed tumultuariè, peterent [z]. Licebat ipsis Regem expetere; sed non quo tempore Interregem habebant à Deo constitutum. Et opus erat Regem constitui antequam locus Templo dispiceretur, nè ex contentione Tribuum bellum ob id civile nasceretur. ¶ *Quem Dominus elegerit*] Approbaverit per Prophetam. Sic per Samuelem uncti Saul & David, per Nathanem Salomon, & in eo omnes ejus posteri: in ipso enim regnum factum est successorium; antè erat personale. ¶ *De numero fratrum*] Receptior sententia Hebræorum est, ut ex justis nuptiis matris Hebrææ natus esset [a]. ¶ *Non alterius gentis*] 1. Nè eos ad aliam religionem pertrahat [b]. 2. Ut subditorum bono regeret [c]. Nè animo efferretur super eos. 3. Respectu ad Messiam habito [d]. Malè hoc Zelotæ eò trahebant, quasi externis Regibus parére non liceret. Lex agit de voluntaria electione; non de eo quod indixit necessitas. Vide Jer. 38. 17. Ezec. 17. 12, &c. Vide de J.B. & P. 2. 4. 14. & quæ ad Matt. 22. 17 †.

16. *Non multiplicabit equos*] Ratio legis, 1. Nè erigatur in superbiam, magnóque fastu & pompâ incedat [f]. Non solùm equus est animal γαῦρον & τύφου plenum, sed & contagione quadam sessorem inficit. Hinc Plato, cùm equo insedisset, statim descendit, μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ, i. e. nè fastu equestri, vel equino, corriperetur: Laert. l. 3 [g]. 2. Nè equitatui fideret [h]. 3. Nè equitatu nimio subditis suis sit gravis [i]. 4. Nè, confisus equitatui, in Ægyptum reduceret Judæos, ut eam fortè subigeret [k]. 5. Ut interciperet commercium Judæorum cum Ægyptiis, & amoliretur periculum relapsûs in idololatriam [l], (ad quam nulla gens proclivior Ægypto [m].) In Ægypto erant equi generosissimi [n]. Et indè tunc temporis equi adducebantur, testibus RS. R. Bechai & AE. *Nè Rex in Ægypto haberet è servis suis qui, ut emptioni præessent, habitarent in urbibus equestribus, quomodo habuit Salomon*, ait Nachmanni. Et hoc exemplo alii in Ægyptum redire poterant, & in Ægyptios mores relabi [o]. Hæc ratio est in textu Hebræo, *Nè reducat in Ægyptum, ut multiplicet sibi equos* [p]. i. e. Nè occasionem det eis expetendi habitationem Ægyptiacam, amore equorum [q]. Nam Ægyptus equis ferax, 1 Reg. 10. 28 [r]. Vide 2 Paral. 1. 16. & 9. 28. & Esa. 31. 1 †. In Judæa asinorum erat copia, equorum inopia. Itaque & viri Principes asinis vehebantur, Jud. 10. 4. & 12. 14. 1 Par. 27. 30. Vetat Deus Regem multos equos in regnum suum accersere, nè, scilicet, indè populus equis assuesceret [t]. Hinc equi capti sæpe subnervati leguntur, Jos. 11. 6, 9. 2 Sam. 8. 4 [v]. Nusquam equis in bello usi sunt Israelitæ [x]. Qu. An Salomon peccavit in hanc legem? Resp. 1. Ità videtur [y]. 2. Negant alii. Speciali privilegio hoc illi concessum [z], ut externo splendore emineret, cùm quia Deus sic promiserat [a], tum ut in illo Messiæ typum haberemus expressiorem [b]. Præsertim cùm tot ei equi fuisse videntur quum Deo gratus esset [c]. Nec tam legis τὸ ῥητὸν quàm mens attendenda est: in quam non peccabat qui equos multos congerebat, modò nè iis ad pompam aut tyrannidem abuteretur, sed vel ad vecturas necessarias, vel ad insurgentium hostium impetus propulsandos [d]. ¶ *In Ægyptum*,

[o] G. [p] F. [q] F. [r] F. Ger. † L. [t] L. Cl. [v] Bo. Me. L. [x] Ga. [y] Q. He. in Ger. [z] Q. in M. & in Ger. sim. A. [a] G. [b] Me. ex Bo. [c] Bo. Ger. [d] Ger. † G. [f] Me. Ger. BA. ex TJ. [g] BA. [h] A. Ger. Bo. Me. BA. 1. 2. 9. 173. [i] BA. Ger. [k] Bo. Ger. [l] Bo. [m] BA. [n] Bo. [o] BA. [p] Bo. [q] G. [r] G. A. † A. [t] G. [v] Bo. Ma. [x] Bo. [y] Ma. plerique in Ger. K. & RS. & Nachmanni in BA. [z] Ger. [a] BA. Ger. [b] BA. [c] Bo. Ger. [d] BA. 175.

equitatûs numero sublevatus, [למען הרבות סוס] *Pro multiplicare equum*, Mo. *ut multiplicet sibi equos*, Sa. [At Sy. *cùm equi fuerint multiplicati ei*; & Ar. *ob multitudinem bonorum*.] ¶ *Cùm præceperit*] Ubi? Nusquam disertis verbis, sed implicitè pluribus locis, ubi in Ægyptum reversuris succenset †. Vide Jer. 42. & 43. & 44 [f]. Multis autem de causis nolebat Deus Israelitas habitationem in Ægypto figere: Exod. 14. 13. Deut. 28. 68 [g]. 1. Quia Hebræi ad vitia & mores Ægyptiorum proni erant. Ægyptii autem idololatriæ erant deditissimi. 2. Nè Ægyptum ex Nili inundatione fertilem videntes, liberationem suam ex Ægypto parvi penderent, ac Palæstinæ tædio afficerentur [h]. Intelligendum hoc de eo tempore quo in Terra promissa habitare ipsis licebat; nam indè expulsis tam in Ægypto quàm alibi exsilii sedem licuit quærere, ut multi sapientes exemplo suo sentire se probârunt. Ideo addit, *per eandem viam* [i]; i. e. per omnem viam quæ ducit in Ægyptum, & eadem est cum priore ratione termini [k].

17. *Uxores plurimas*] Non plures habere prohibetur, sed plurimas [l]. Et quædam polygamia licita erat, ait D. [Hoc tamen negant A. & Ger. *Sed hæc sunt alterius loci.* Vide ad Lev. 18.] Jurisconsulti Ebræi permittunt Regi 18 uxores [m]. *Non plurimas*: ut multi in Oriente Reges multa millia fœminarum, ipsis inutilia, aliorum honestis usibus subtrahebant, fastûs causâ [n]. Prohibitionis ratio, 1. Nè eum redderent effœminatum [o], & ad res gerendas minùs aptum [p], & ad vitium flecterent [q]; ad carnalitatem, & indè ad idololatriam [r]. 2. Nè pravo exemplo Rex populo noceret †. 3. Nè ob nimiam uxorum & liberorum turbam impensis immodicis populum gravaret [t]. ¶ *Alliciant*, &c. [יסור] *Recedat, deficiat*, sub. *à Lege Dei*, V. vel, *à Deo*, A. ¶ *Neque argenti*, &c.] Ratio, 1. Nè Rex, ex cupiditate habendi, subditos expilaret [v]. 2. Nè ex opibus in fastum & luxum difflueret [x], & opibus fideret [y]. *Nè elevetur cor*, ut hîc sequitur [z]. 3. Nè periculosa cum externis commercia aleret [a]. Sic Lycurgus terræ mediocrem partem Regibus tribuit, *nè aut Regibus esset animus tyrannicus, aut civibus invidia potestatis.* In Judæa nulli thesauri nisi Deo dicati; Jo. Antiq. 12. 12 [b]. Dices, Davidis, Josaphati, &c. divitiæ celebrantur. Resp. Interdictum hoc non simpliciter intelligendum, sed secundùm quid [c]: i. e. *nisi ut faciat sumptus suos* [d]. Nè subditos ideo exhauriat, &c †. Alioqui, ut Rex haberet quæ regiæ magnificentiæ congruunt, atque ut licitis & honestis mediis divitias colligeret, viz. ex spoliis hostium, tributis, muneribus, armentis & gregibus, nullâ lege prohibitum fuit, cumprimis si ad Dei cultum vel publica opera thesauri colligerentur [f]. Potuit multiplicare non sibi, sed reipublicæ, cùm ad arcendos hostes, tum in subsidia civium [g].

18. *Postquam—sederit*, [כשבתו וגו׳] *Secundùm sedere ipsum*, &c. i. e. cùm regnare cœperit, V. ¶ *Describet sibi*] i. e. Faciet describi [h]. Describet manu propriâ [i], (ut Divina præcepta magìs animo insigantur [k];) præter illam quam ut privatus tenebatur describere, juxta c. 31. 19. *Describite vobis canticum hoc* [l]. ¶ *Deuteronomium*, [משנה התורה] [Variè accipiunt.] 1. *Deuteronomium* [m]. Ad verb. *secundarium (secunditatem, duplum) legis*, Ma. *Repetitionem legis*. Ità sumitur Jos. 8. 32. *scripsit iteratam legem hanc* [n]. Sed cùr hunc librum? Resp. Quia hic liber est Legis compendium [o]. In cæteris libris multa historica & ceremonialia, quorum cognitio non adeò Principi necessaria [p]. 2. *Exemplar* (vel, *exemplum*, Ch. JT.) *legis* [q]. Totum enim Pentateuchum describere tenebatur, primùm, ut Israelita quivis, deinde, iterum, ut Rex; ut sciret & in privatis & in publicis negotiis Legem sibi sequendam. Sic & legere eam debebat, & sibi privatim, & in Templo, audiente populo; ut sciret populus neminem à Lege excipi [r]. 3. *Duplum Legis* †; i.e. duplex Legis exemplar: unum quod secum ferret, (quócunque iret [t];) alterum, quod in archivis haberet [v]. *Duplicatam legem*, O. ¶ *Exemplar à sacerdotibus*, [מלפני הכהנים] *A faciebus* (vel, *in conspectu*, Sa. M. JT.) *sacerdotum*, Mo. Ma. *ex præsentia sacerdotum*, Ar. desumptum *à sacerdote*, Sy. *ex eo quod est coram sacerdotibus*, Ar. Ex publico exemplo, quod primariæ auctoritatis erat [x].

Ab

† Me. ex Bo. [f] BA. [g] G. [h] Ger. [i] G. [k] Ger. [l] L. Me. Me. D. [m] D. G. [n] G. [o] Me. Bo. [p] Bo. [q] Ma. [r] L. † Me. Ger. [t] Bo. [v] Bo. Me. Ph. in Bo. [x] Me. Ger. [y] Ger. [z] G. [a] Bo. Ger. [b] G. [c] Ger. [d] RS. in D. † Ger. [f] Bo. Ger. [g] Ma. [h] L. D. V. sic Ar. [i] Ph. in Me. F. [k] Ph. in Bo. [l] F. [m] Vulg. o'. Me. Bo. ex P. V. Ma. G. [n] Ger. [o] Me. [p] Bo. [q] M. ex Ch. G. RR. in Bo. sic Sa. Sy. M. Ti. A. [r] G. † Mo. He. [t] F. [v] Ma. D. F. ità O. [x] F.

Ab autographo quod à sacerdotibus asservatur, 2 Reg. 22. 8 [y]. Ex exemplari incorrupto [z]. Sacerdotes, ut periti in Lege, codices habebant emaculatissimos [a]. Al. *coram sacerdotibus*, Ti. O. ut adsint scriptioni, ut castigatissimè describatur [b]. Al. *per sacerdotes*, Ch.

19. *Ut discat timere*] Hoc enim maximè inculcatur in Deuteronomio [c]. Verbum *timoris* complectitur & internam reverentiam & externum cultum Dei, omnémque veram religionem. Confer Isa. 29. 13. cum Matt. 15. 8 [d].

20. *Dextram vel sinistram*] i. e. Per excessum aut defectum: sive specie virtutis, sive manifesto scelere †. ¶ *Longo tempore*] Quod Davidi contigit, non Sauli [f].

y Ger. z Bo. Me. a Ma. b Ma. c Me. d A. † Bo. f G.

CAP. XVIII.

1. PArtem] Nempe, in spoliis hostium [a]. Vide Jos. c. 22. v. 8 [b]. ¶ *Sacrificia*] Oblationes strictè sumptæ, quæ fiebant in Templo, sustentabant Sacerdotes ac Levitas qui in Templo ministrabant; latè sumptæ, nempe decimæ, reliquos [c]. ¶ *Et oblationes*] Heb. *& hæreditatem ejus*, i. e. quod tanquam jure hæreditario pertinet ad eum [d].

3. *Hoc judicium*, מִשְׁפַּט] *Jus sacerdotum*, V. Ma. Hæc jure suo accipient †. ¶ *A populo*] Non item à sacerdotibus [f]. Nec à Levitis: sed si ab his acceperint, non tenentur reponere, ait Elias orientalis [g]. ¶ *Armum ac ventriculum*] His He. Ch. & ο'. addunt *maxillam* [h]. Alibi duo tantùm exprimuntur, Exod. 29. 27. quibus tertium hîc addidit Moses [i]. Heb. *Armum* sive *brachium*, *& maxillas* sive *genas*, *& ventrem*, Ma. Qu. Cur hæ partes iis assignatæ? Resp. De tribus præcipuis pecudis partibus aliquid dandum eis; de pedibus *armus*, de capite *maxilla*, de corpore *stomachus* [k]. Prima in omni genere danda sunt ministris Dei. *Maxillæ* autem principium sunt corporis; *armus*, principium membrorum; *ventriculus*, principium intestinorum, inquit *More nevochim*. Meliùs autem Ezra, quòd hæc reliquâ carne meliora sunt [l]. ¶ הַלְּחָיַיִם] *Maxillas*, cum inclusa lingua, ut putant [m]. Per *maxillam* synecdochicè totum caput intelligitur [n]. *Maxillarum* nomine labra contineri, discere est ex Josepho, qui vertit, χελύνιον, (quod idem cum χελύνη,) *labium* [o]. Sed quid sequens קֵבָה? Resp. 1. *Uber* [p]. 2. *Stomachus*, seu *ventriculus* [q]. Synecdochicè, pro *omaso*, qui est ventriculi pars crassior & pinguior, quíque olim in deliciis fuit, teste Nonio [r]. Græci vertunt, ἔνυστρον, vel ἤνυστρον, quod (cùm venter tres habet partes) vel est pars *prima* & *summa*, (ut volunt Hesychius, Suidas, & Nicandri Scholiastes,) vel, pars *ima*, (ut vult Arist. hist. 2. 17.) ab ἤνυσε *perfecit*, quòd ibi cibi digestio perficitur. ἤνυστρον autem inter cupedias recenset Aristoph. in *Equitibus*, act. 1. scen. 3. & act. 4. scen. 1 †. 3. Alii *pectusculum* esse volunt [t].

4. *Primitias*, רֵאשִׁית] Alibi תְּרוּמָה, Græcis ἀφαίρεμα [v]. ¶ *Frumenti*] Mensuram taxaverunt RR. partem sexagesimam ad minimum, quod præceptum aiunt Ezec. 45. 13. *Sextabitis*, i. e. sextam partem offeretis, *Epham ex Homer* [x]. Ad summum, quadragesimam [y].

5. *Ipse & filii*] Qui, cùm pauci essent, simul ministrabant; cùm plurimi, sapienter à Davide institutæ sunt classes & vices, 1 Par. 24. Vide quæ ad Luc. 1. 5 [z].

6. *Venire voluerit*, *desiderans*, &c. וּבָא בְּכָל אַוַּת נַפְשׁוֹ] *Et venerit toto desiderio*, V. P. i. e. magnâ animi alacritate. *Secundùm omnem concupiscentiam animæ*. ב ponitur pro כ, εὐφωνίας ἕνεκα [a]. Al. *tunc veniet pro desiderio animæ*, i. e. pro voto, sive, prout voluerit [b]. Si voluit sese Templi ministerio in perpetuum vel in longum tempus consecrare [c].

7. *Qui stabunt*] Stare, pro, *ministrare*: Indicat magnam observationem diligentiámque esse debere in Ministris Dei [d]. Obj. At 1 Paralip. 23. 6. Levitæ in vices & ordines distribuuntur †. Nè alii aliorum ordines turbarent. Mirè hoc torquet Judæos. Resp. 1. Non violata Lex censetur, si quid gravi consilio Ministrorum & Magistratûs de minutiis Legis mutatur [f]. 2. Quamvis hæ vices constitutæ essent, tamen & ante

a He. in A. b A. c Me. d V. † V. f RS. in Muis. g Muis. h Bo. i Ger. p. 1081. k M. F. l Muis. m M. F. n Ger. o BA. 1. 2. 45. 506. 5, &c. p K. in D. q M. F. r AE. in D. s Ma. † BA. 1. 2. 45. 505. t Q. in L. Me. v G. x D. ex RS. M. F. G. y L. D. z G. a Pi. b V. c Bo. d V. † Ger. f F.

& post Davidis tempora hujusmodi Levitæ admittendi erant [g].

8. *Partem ciborum eandem*, חֵלֶק כְּחֵלֶק] *Partem ut partem* (vel, *secundùm partem*, O.) *comedent*, Mo. P. V. A. Ma. *partem ex æquo*, JT. *portiones æqualiter comedent*, Sa. sim. Sy. Ti. Ca. M. *partem comedent, sicut & cæteri*, Ch. i. e. tantundem ut alii ministrantes [h]. Sed quæ hæc pars? Resp. 1. Sacrificia, quorum partem dandum esse Levitis, veluti ministris ministrantibus, explicat Moses [i]. Non placet; Quæ enim sacrificia participarent? Non certè ex *holocaustis*, neque ex *peccato & delicto*, cùm soli Sacerdotes iis vescerentur, Levit. 6. & 7. Num. 18. 9, 10. Idem de armo & pectusculo, &c. patet ex Levit. 10. 14, &c. De cæteris pacificorum carnibus participare potuerunt, nempe, si invitati essent ab offerente ad epulum. At certam illis partem, sicuti sacerdotibus, assignatam nusquam legimus [k]. Resp. 2. Alimenta iis seposita erant ex ærario Templi [l]. Resp. 3. Ex portione decimarum à Pontifice actu ministrantibus reservata [m]. ¶ *Excepto*, &c. לְבַד מִמְכָּרָיו עַל הָאָבוֹת] *Præter venditiones suas* (vel *ejus*, Mo. Sing. pro. plur. Ger.) *super* (vel *ad*, P. sive *apud*, Ger. Bo. sive *per*, F.) *patres*, Ma. Mo. O. vel, quas habet *à patribus*, M. Ti. *Præter venditionem quæ est secundùm familiam*, ο'. Præter pretium rerum quas quisque eorum *vendiderit secundùm paternas familias*, JT. Locus difficilis. Variè interpretantur [n]. 1. *Præter venditiones ejus à patribus*; i. e. præter jus ejus quod venditum fuerit à majoribus ipsius; vel, nisi ab iis venditum & distractum fuerit [o]. 2. *Nisi vendiderit domum suam quam hæreditate accepit à patribus suis, ut scriptum est* Levit. 25. 33. *Et hæc est expositio illius*, (*à patribus*, vel, *super patres*.) *Non dicit illi, Hoc est tuum, non comedes partem sicut partem, sive æqualem partem* [p]. [3. Alii aliter.] *Exceptâ emptione patrum*, Sy. *præter id quod illi traditum fuit à majoribus*, Sa. *præter id quod stabile reliquerunt patres de successione*, Ar. Ch. sic; *præter id quod per vices sabbati ei obvenerit, sicut constituerunt patres*. Cujus sensus videtur esse, Omnes oblationum portiones Levitis ex æquo communes esse debent, præter eas quæ in Sabbatis obvenirent: eæ enim illorum tantùm esse debebant qui tum ministrabant: quod ex constitutione patrum natum esse videtur [q]. 4. Illud, *per patres*, referri potest ad ordinem servitii sui, & portionis; qui (ordo) secundùm patres institutus erat, Num. 3. 2. & 1 Paralipomen. 24. 4 [r]. *Super patres*, jungunt, non cum membro proximo, sed cum remotiori. *Partem ex æquo comedent super patres*, i. e. secundùm paternas familias, *Gersonita* cum *Gersonitis*, &c. nec suo adventu disturbent distributa ministeria †. 5. Per *venditiones* intellige possessiones venales [t], per metonymiam [v]; res venditione possessas à patribus [x]. Pretium rei venditæ [y]: sicut מִקְנַת ponitur pro *rei emptæ pretio*, Levit. 25 [z]. *Præter si quid illi hæreditarium vendiderit*, Ca. Præter ea quæ vendidit, sive domus fuerit, sive quicquid aliud [a]. Habere enim poterant in urbibus domos, suburbana, armenta, &c [b]. quæ ad posteros transmittebant [c]. Poterant & Levitæ sibi quædam emere, quæ illis propria manebant, & quæ filiis suis postea relinquebant †. De quo vide ad Lev. 23. Poterant bona aliqua mobilia sibi comparare in urbibus illis, Num. 35. Suburbani illarum urbium agri Tribûs erant totius, & non alienabiles †. Fortè Levitæ morantes in loco Tabernaculi negarent illi partem suam, quòd secum haberet pecuniam, sive pretium rei (domûs vel agri) venditæ: statuit ergò lex, sive habeat pretium, sive non, habiturum tamen portionem suam [f]. q. d. Nè excluditor à parte commodi, quòd habeat unde se alere possit [g]. Fruatur eâ pecuniâ propriè, & insuper portione ei ex ministerio debitâ. *Cujus ratio duplex*. 1. Quia qui sacris ministrat is debet ex sacris (non ex bonis paternis) vivere [h]. 2. Quia rem venditam redimendi jus perpetuum habet, Levit. 25. 32. redimere autem non posset, si absumeretur pretium rei venditæ [i]. Sensus est, Omnes hos Levitas ex æquo participare posse de omnibus portionibus quæ ex oblationibus illis obveniebant; non autem teneri, ut alius cum alio dividat ea bona quæ à majoribus suis tanquam propria habebat [k].

g Ger. h Ma. A. Ger. i O. k Bo. l Me. Bo. ex Caj. m Me. ex Bo. n F. o V. K. in F. p AE. in F. & in V. q V. F. r A. † Ma. ex Jun. t Bo. Ger. v Ger. x Bo. & Ger. ex P. y A. Ca. D. z Ca. a D. b Me. c E. † F. V. d F. † G. f O. g Ma. ex Jun. sim. Belg. h Ca. i A. Ma. Jun. k F. V.

9. Quando

9. *Quando ingressus, &c.*] Tunc enim à Cananæis didicerunt artes antea illis ignotas. Alioquin & ante ingressum, &c. ab his abstinere debuerunt [l].

10. *Qui lustret filium—ducens per ignem,* מַעֲבִיר בְּנוֹ בָאֵשׁ] *Transire faciens filium per ignem*, vel, *in igne*, [ità omnes:] vel lustrandi, vel offerendi, causâ [m]. In utroque modo Cananæos imitati sunt Israelitæ [n]. [At Ar. habet, *amburens igne.*] מַעֲבִיר est vox ambigua. Sign. & *interfectionem*, ut apparet Ezec. 16. 20, 21. & 23. 37, 38, 39. & *traductionem per ignem.* Apparet ex dictis locis, & ex Psal. 106. 37. & Jer. 19. 5. *Cananæos* (qui *Phœnices* Græcis; vide quæ ad Matt. 15. 22.) & eorum vicinos solitos morti dare liberos suos in deorum suorum honorem; *Sepharvæos* in honorem Adram. & Hanam. 2 Reg. 17. 31. Cananæi maximè Molochum colebant, &, eorum imitatione, non rarò Hebræi. Ostendit id Amos. 5. 26. collat. cum Act. 7. 43. Levit. 18. 21. *Moloch* non dubitandum quin sit Saturnus, cujus stella & nunc eo nomine ab Hebræis vocatur. Nomen ei astro datum, à Rege cui nomen Ἰλ, qui antonomasticè dictus מֹלֶךְ, unde מַלְכְּכֶם Amos. 5. 26. Narrat ex Sanchuniathone, antiquissimo rerum Phœnices scriptore, Philo Byblius, ejus interpres, (& ex utrisque Porphyrius *de Abstinentia* 2.) *Phœnices in maximis periculis & publicis calamitatibus charissimorum aliquem Saturno sacrificâsse. Occasio hæc erat:* Narrant populorum Reges ibi solitos filium quem diligerent maximè morti dare ad placandam deorum iram. Ei mori obsequentem Regem Phœnicum, qui post mortem in sidus Saturni à suis fuit consecratus, immolâsse filium. Quo in loco Philonis Byblii scribitur, Κρόνος, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι· ubi quidam viri egregii Ἰσραὴλ pro *Abrahamo* nominatum, & Isaaci historiam depravatè indicari, existimant. At credibilius mihi videtur exscriptorem Eusebii, qui Philonis Byblii verba recitat, errâsse, qui ubi Ἰλ erat scriptum, putavit compendium esse pro Ἰσραὴλ, quale sæpe in manuscriptis Græcorum Christianorum occurrit. Regi enim illi nomen fuisse Ἰλ Philo docet his verbis, Ἰλόν τε, καὶ Κρόνον. Nam quod Hebræi אֵל, Syri dicunt אִיל, Ezec. 30. 11. & 32. 21. cujus Prophetæ multa ad Syriacam dialectum declinant. Quia verò Rex ille patriam filio immolato maximè demeritus credebatur, ideo qui in simili periculo postea erant, eidem illi Regi, in deos sub astri illius nomine relato, suos liberos sacrificabant. Saturno pueros immolâsse Barbaros testatur Sophocles Andromedâ; Νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις, Κρόνῳ Θυηπολεῖν βρέτειον ἀρχῆθεν γένος· (*Apud Barbaros lex erat ab initio, ut Saturno sacrificent humanas hostias.*) Mos hic erat Tyriis, (Phœnicum, seu Cananæorum, præcipuis,) teste Curtio; & ab his (conditoribus scilicet suis) manavit ad Carthaginenses Pœnos, (i. e. Φοίνικας, sicut Horatio, *uterque Pœnus*, est *Syro-phœnix* & *Liby-Phœnix.*) Ennius de Pœnis, *Pœni sunt soliti sos sacrificare puellos.* De Carthaginensibus hoc testantur Plato *Minoê*, Ἡμῖν μὲν ὁ νόμος, &c. Justin. ex Trogo l. 18. Plut. l. *de Superstitione*, Silius Italicus, Lactantius 1. 31. Minutius *Octavio*, Aug. *de Civitate Dei*, 7. 19. Tertul. *Scorpiace* & *Apologetico.* Et hinc Saturnus dicitur comedisse liberos; Græcis τὸ אָכַל (quod & *comedere*, & *igne consumere*, sign.) usitatiore sensu accipientibus. Idem in Creta (ubi plurimæ Pœnicum coloniæ) factum, test. Porphyrio (ex Istro,) & Athenagorâ. Apud Blemyas, qui inter Arabicum sinum ac Nilum colebant, talia sacra ad Justiniani mansisse tempora, testis est Procopius. De Dumætiis in Arabia idem apud Porphyrium habes. Hos imitati sæpe Hebræi, maximè in *Topheth*, 2 Reg. 23. 10. & 2 Par. 28. 3. Jer. 7. 31. & 19. 5. Morem ejus sacrificii sic explicat Diodorus Siculus. Ait Carthagine æneam fuisse Saturni statuam, (qualem scil. Molochi apud Cananæos fuisse Judæi affirmant,) quæ manus haberet supinas supra terram, sed quibus ignis subesset. Cujusmodi statuas omnes Hispani testantur repertas in illis Americæ insulis quæ Africam contra spectant; &, ut credibile est, indè habitatores & ritus accepêre: quod aliis quoque indiciis, si id opus esset, posset confirmari. Quòd autem aliis temporibus aut locis liberi tantùm à parentibus traducti sunt, vestigium est & imitatio sævissimi moris. Qualia temperamenta, aut σοφὰ φάρμακα, serior ætas invenit. Sic in Laodicea Syriæ, pro virginis sacrificio, cervam substitutam docet Porphyr. dicto libro; in Cypro, pro homine, bovem; in Ægypto, cereos factos ad humanam effigiem. Sic Pelasgi olim Saturno hominem sacrificabant ex oraculo veteri, Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα. Postea exstitêre qui dixêre defungi eos posse, si facem jacerent. Meminêre Ovidius, Lactantius, Macrobius, qui & alias similes sacrificiorum emendationes commemorat, Saturnal. 1. 7. Sic, pro *veris* hominibus jactos in Tiberim *stramineos*, habes apud Ovid. Fast. 5. Tale aliquid & apud *Phœnicas* accidit. Cùm enim oraculum vetus juberet pueros הַעֲבִיר בָּאֵשׁ, diu acceptum in sensu *consumendi*, benigniùs interpretati sunt de *traductione per ignem.* Quem morem vidisse se in ora Indiæ Asiaticæ maritima narrat Ferdinandus Mendes Pinto, Lusitanus. Per Phœnicas venit hic mos in Siciliam, indè Romam. Varro, apud Scholiasten Horatii, *Palilia sunt apud rusticos, ut cùm fœno conjectis stipulis ignem magnum transiliant; his Palilibus se expiari credentes.* Mansit idem mos diu in Africa, teste Leone Afro: nec aliunde, ut puto, in Brasiliam transiit. Ab Afris an à Romanis Christiani acceperint dubitari potest: sed memorant & damnant Chrysost. Theodor. in 2 Reg. 16. Synod. Trull. can. 65. Utrumque morem, & *comburendi*, & *trajiciendi per ignem*, agnoscit Maimonides (rectiùs quàm Judæi alii sapiens) de Idol. l. 3. c. 6. & R. Simeon lib. *Jalkuth.* Et utrumque ritum [& apud Cananæos fuisse asserit F.] in *Chenaraga* Indiæ insula Benjamin repertum dicit. De combustione accipio Levit. 20. 2. quia mortis pœna ibi additur, quæ hîc non est, nec Levit. 18. 21. De traductione hîc agi verius, ob ea quæ jam diximus [o]. Credebant olim Cananæi, non esse morituros ante diem qui tali modo per ignem superstitiosè lustrati essent [p]. ¶ *Qui ariolos sciscitatur,* קֹסֵם קְסָמִים] Prohibentur hoc loco omnia superstitionum & divinationum genera quibuscunque nominibus exprimi possunt [q]. [De קֹסֵם variant.] 1. Generale vocabulum est, vel, 1. ad omnes divinationum species [r]; vel, 2. ad tres species quæ sequuntur †; vel, 3. ad omne opus quod faciant ad sciendum futura [t], sive per baculum, (quod ῥαβδομαντείαν vocant,) sive alio modo [v]. Vertunt, *Divinans divinationes*, P. O. Ma. Caj. & ο'. in D. 2. Intelligunt בּוֹדֵק *experimentatorem*, qui sortilegio aut stipulatione investigat num bonum sit iter arripere, aut opus aliquod inchoare [x]. 3. Qui futura prædicit. Talis erat Balaam, Jos. 13. 22. tales & illi in 1 Sam. 6. 2. 4. Sign. non tam quærentem divinationes, (ut Vulgatus accipit,) quàm reddentem [y]. ¶ *Observet somnia,* מְעוֹנֵן] *Ariolus*, P. *observans dies*, vel *tempora*, Sa. A. Observator, vel *nubium*, vel *planetarum*, vel *volatûs avium.* קוֹסֵם agitur internis motibus, מְעוֹנֵן externis observationibus [z]. [*De hac voce vide quæ ad* Lev. 19. 26.] ¶ *Auguria,* מְנַחֵשׁ] *Augurans*, Ma. P. *mathematicus*, Ti. Qui avium volatum & garritum observat [a]. Aliis נַחַשׁ est *species tentationis* [b]; cùm quis signum sibi constituit, *Si evenerit mihi sic, vel sic, faciam, vel non faciam* [c]. *Qui observat fortunas*, sive signa boni vel mali ominis. נַחֵשׁ est, *experientiâ discere*, Gen. 30. 27. & 44. 5 [d]. Intelligo omnem superstitiosam rei futuræ divinationem quæ à vigilantibus captabatur, per stellas, aquam, fumum, &c. ut & superstitiosa omina ex variis rebus peti solita, utpote ex occursu Æthiopis, leporis, &c †. ¶ *Nec sit maleficus,* מְכַשֵּׁף] *Præstigiator*, P. Ma. *magus*, A. *veneficus*, Ti. A. φαρμακός, ο'. quod reddunt, *veneficum.* Sign. etiam *maleficum*, qui malefacit per veneficia & incantationes. Non sign. *incantatorem*, (ut multi putant,) quia hîc non puniebatur: Nam nullum opus facit, sed tantùm perstringit oculos [f]. (At מְכַשֵּׁף *non vivet*, Exod. 22. 18.) Sign. in genere vetitas artes exercentes, & per eas noxam inferentes [g]. Vide de hac voce ad Exod. 7. 11 [h].

11. *Nec incantator,* וְחֹבֵר חָבֶר] [Variant.] *Et incantans incantationem*, V. D. A. P. sic Sy. Sa. Ar. Onk. Jon. & Jeros. in D. pro, *neque incantator.* Negatio ex v. 10. repetita est [i]. חוֹבֵר חָבֶר etiam Psal. 58. reperitur, ubi de eo agitur quod apud Virgilium est, *cantando*

[l] Ger. [m] D. [n] F. [o] G. [p] Maimon. in F. [q] M. [r] Q. in M. Ger. † AE. in D. [t] K. in D. [v] D. [x] M. [y] Ger. [z] A. [a] Ge. in D. He. in M. [b] Q. in M. [c] Ger. [d] A. † Ger. [f] D. [g] Ger. [h] Ma. [i] V.

tando rumpitur anguis. Plin. 28. 2. *Figulinarum opera multi rumpi credunt tali modo; non pauci, etiam serpentes ipsos recantare. Et hunc unum esse ex ipsis intellectum, contrahique Marsorum cantu, etiam in nocturna quiete* [k]. Qui susurris quibusdam mira facit [l]. Ad verbum est, *Jungens conjunctionem,* vel, *consocians societatem,* vel *consociationem:* i. e. Incantator, qui consortium habet cum dæmonibus; vel Conjurator, qui multa animalia in unum locum consociat vel congregat, vel, nè lædant, associat [m]. Psal. 58. 6. Prov. 29. & 25. Esa. 47. 9, & 12. Al. sic, *ligantes ligaturas*; de collo amuletum suspendentes [n]. Aliis חֹובֵר est *Astrologus,* qui totus in conjunctionibus stellarum versatur [o]. ¶ *Pythones*] [De quibus vide ad Levit. 19. 31.] ¶ *Nec divinos,* וְיִדְּעֹנִי] Hic est qui Dæmonem extrinsecùs habitantem consulit; אוֹב qui in se spiritum divinationis habitantem habet [p]. [Vide ad Levit. 19. 31.] ¶ *Quærat à mortuis,* וְדֹרֵשׁ אֶל הַמֵּתִים] *Et quærens* (supple, *aliquid,* Ch.) *à mortuis,* Ch. P. Mo. O. sim. Sa. Sy. Ar. M. Ti. vel, *ad mortuos,* A. Ma. *interrogans mortuos,* ό. Hæc est necromantia [q]. De hujusmodi hominibus sic etiam Ethnici; *Parasitum neque habeat: augurem, aruspicem, ariolum, Chaldæum nequem consuluisse velit;* Cato rustic. 5. *Aruspicem sagámque suâ sponte non noverit; quæ utraque genera vanâ superstitione rudes animos infestant;* Columel. rust. 11. 1 [r].

13. *Perfectus,* תָּמִים] Tò ת est undecima litera magna: fortè signific. plenissimam perfectionem †. ¶ *Cum Deo tuo,* עִם יְהוָה] Sincero corde & impolluto coles Deum tuum [t]. Fide & amore eum solum quærens, abhorrens ab istis impiis [v]. Pro, *cum Deo,* ό. habent, *coram Deo,* & Ch. *in timore Dei,* A. *Cum Deo,* i. e. similiter atque Deus; ut Matt. 5. 48. Christus explicat [x]. Sic Gen. 5. 24. sim. 1 Reg. 2. 10 [y]. Qu. Cur hoc subjicitur prohibitioni Magiæ? Resp. 1. Ut innuatur solum Deum esse verè præscium futurorum, & ab eo solo ejúsque Prophetis ea esse sciscitanda. 2. Ut significetur exercitium illarum superstitionum repugnare cultûs Divini sinceritati [z]. Si pro עִם legamus עַם, plenior erit sensus, *Consummatus eris populus JHVH Dei tui* [a].

14. *Tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es,* וְאַתָּה לֹא כֵן נָתַן לְךָ יְהוָה] Ad verb. *Et tu non sic dedit tibi,* Mo. Concisa est oratio [b]. *Et* (potiùs *sed,* Ger.) *tu non sic: dedit tibi Jehovah,* &c. O. Ma. P. Ger. [Variant.] Q. sic; *Tu non sic,* supple, *facies,* O. i.e. non consules divinos: quia non illorum ope tot bona consecutus es, sed *Jehovah dedit tibi* bona illarum gentium [c]: vel sic; quia *Deus dedit* tibi, h. e. daturus est, terram illorum, propterea quòd consulant divinos, &c [d]. Vel, *Tu non sic,* supple, *esse debes,* sicut sunt quos, &c. i. e. quorum terram *dat tibi Dominus.* Ità ellipsis est relativi שׁ vel אֲשֶׁר, quæ frequens est; Gen. 39. 4. Job. 41. 1. Prov. 14. 7. Esa. 15. 7 †. Vel sic; quia *dedit tibi Dominus,* scil. Prophetam, qui futura tibi prædicat, ut non sit opus vanos istos consulere [f]. Al. *Tu autem,* h. e. tui Doctores, (ut אַתָּה sing. sit pro plurali [g], vel, *De te autem*) *non ità* sunt quos *dat* (dedit, vel dabit) *tibi Deus:* non sunt tales, h. e. non sunt Planetarii & divini, quorum audientiam tibi imperavit. Hanc interpretationem docet prosodia, (nam ellipseos genus frequentissimum est,) & verba sequentia flagitant [h]. Alii sic; *Tibi verò nequaquam talia permittit,* Sy. Ar. sim. M. Ti. Ca. *Et tibi non sic dedit Dominus,* ό. Sed אַתָּה pro לְךָ vix occurrit [i]. *Te autem non sic instituit Dominus,* Ch. Al. *Ad te autem quod attinet,* (ut אַתָּה nominativus absolutè ponatur, ut *Ego,* pro, *quod ad me attinet,* 1 Paral. 28. 2. Esa. 59. 21. & 66. 18.) *non sic permittit tibi Jehovah,* scil. facere. Hæc expositio confirmatur ex eo, quòd in voce אַתָּה est accentus regius זָקֵף גָּדוֹל incisum majus constituens. Et נָתַן sign. *permittere,* Psal. 16. 10. & alibi passim [k]. *Non permisit,* sed te per Legem suam meliora docuit, & per Prophetam pleniùs docebit [l].

15. *Prophetam,* &c.] Quis est hic Propheta? Resp. 1. Josua [m]. Probant ex collatione duorum locorum. Hîc dicitur, *Ipsum audiatis;* & alibi de Joshua, *Et audiverunt ipsum filii Israel* [n]. 2. Omnes Prophetæ Mosen secuti [o]. Probant, 1. ex antecedentibus; *Nè augures consulite,* quia *non deerunt Prophetæ* quos consulere possitis [p] cùm necesse est. Quæ ratio non congrueret, si modò de solo Christo locus intelligeretur. 2. Responsio hæc erat ad postulationem Hebræorum, quæ fuit, ut in posterum Deus per interpretem loqueretur: quod Deus illis annuit. 3. Prophetam hîc opponit Pseudoprophetæ, v. 20 [q]. Obj. Prophetæ reliqui non erant similes Mosi. Resp. Similes erant, licèt non plené: Horum enim erat, sicut Mosis, populo agenda præscribere, de eventibus respondere, hortari ad præstandas conditiones fœderis [r]. Cùm ait, *sicut me,* non loquitur de munere *legislatoris,* sed de *prophetico.* Et vox *sicut* communitatem quandam nominis atque auctoritatis, non omnimodam æqualitatem, notat, ut apparet infrà 34. 10. Dicit, *suscitabit,* sæpe scilicet, ubi magna necessitas aut evidens utilitas id exegerit †. Ità tamen de Prophetis, ut simul de Christo præcipuè & primariò, intelligendum est [t]. Diligenter attendendum est in vaticiniis de Christo, quædam typo soli, quædam soli veritati, quædam utrique, convenire. V. g. in 2 Sam. 7. soli Salomoni convenit, *Si iniquè aliquid gesserit,* &c. soli Christo, *Stabiliam thronum in æternum,* Luc. 1. reliqua ferè utrique. Ità hic locus aliquo modo ad omnes Prophetas referri potest, maxmè tamen & inprimis ad Christum referri debet [v]. 3. Christus solus hîc intelligitur [x]. Hic locus disertè enunciatur de Christo; q. d. Istorum omnium [nempe, planetariorum, &c.] loco Deum solum accedito atque consulito; qui tibi petenti concessit gratiosè ut se accedas Mediatoris operâ, & ab ore illius, tanquam germanæ Dei Sapientiæ, & Sermonis æterni, pendeas [y]. De Christo autem solo agi sic probant. 1. Ità Spiritus Sanctus interpretatur in N.T. Act. 3. 22. & 7. 37 [z]. Ad hunc locum allusum est, 1. à Patre, Matt. 17. *Hunc audite;* 2. à Filio, Joh. 5. *De me Moses scripsit* [a]; 3. à Philippo, Joh. 1. 45. *quem scripsit Moses;* 4. à populo, Joh. 6. 14. *Hic est Propheta venturus;* at alibi nusquam Christus sub *Prophetæ* nomine promissus fuit [b]. 2. Solus Christus erat Mosi similis. De reliquis dicitur, Deut. 34. *Non surrexit Propheta similis Mosi* [c]. Christus erat Mosi similis, 1. Personâ; uterque homo erat [d]; *de medio fratrum* †. 2. Officio mediatorio [f]. 3. Fidelitate, Heb. 3. 2, 5, 6 [g]. 4. Miraculis [h]. 5. Excellentiâ, quòd familiariter cum Deo versatus est, Joh. 1. 18. & 3. 13 [i]. 3. Ex occasione horum verborum: Cùm populus petiisset, *nè audirent ultrà vocem Domini,* pollicetur *se suscitaturum Prophetam de medio fratrum;* ut, videlicet, qui Divinam illam majestatem è cœlo loquentem formidarent, jam in assumpta carne delitescentem, & similem illis factam, audire non timerent [k]. *Bene locuti sunt—Prophetam suscitabo:* q.d. Bene populus orat; sed ejus desideria non tu, verùm alius, quem suscitabo, adimplebit [l]. Dices, Populus non Christum, sed Mosen, mediatorem petunt, Exod. 20. & Deut. 5. [Responsionem vide ad versum sequentem.] 4. Non dicit, *Prophetas,* sed, *Prophetam,* sing. numero [m]. Obj. Occasio verborum ad Prophetas trahit. [Vide Arg. 1. secundæ sententiæ.] Resp. 1. Cum antecedentibus sic cohæret; Omnibus Ethnicorum divinis, &c. unum hunc Prophetam opponit [n]. 2. Alia erat occasio verborum. [Vide Arg. 3. hujus sententiæ.] ¶ *Ipsum audies*] i.e. Ipsum solum, non divinos, &c. Sic, *illi servies,* Deut. 6. 13. exponitur, *illi soli,* Matt. 4. 10 *. Ipsi per omnia pare, etiamsi quid contra Legem jubeat. Potest enim Deus mutare Legem quâ vult parte, quo vult tempore. Et quia notæ omnes veri Prophetæ, de quibus agetur, in Jesum Nazarenum congruunt, ideo parendum ei fuit, etiamsi is Messias promissus non fuisset, Act. 3. 23 †.

16. *Ut petiisti*] Heb. *Secundùm omnia,* &c. Ellipsis, Ger. Sub. *suscitabit tibi—ut petiisti.* De hac petitione nulla mentio Exod. 20. 19. ubi populus dicit, *Nè loquatur nobiscum Deus, nè fortè moriamur.* Sed Moses ex his verbis, non quid sonent, sed quid velint, concipit: spectat enim intimum eorum affectum; nam sic affecti erant ex terrore vocis, ut summo cordis æstu optarent mitius & blandius verbum. Ipsa enim mors intentata per vocem Legis coegit eos suspirare ad vitam

[Margin notes, left column:] k G. l Me. Bo. m Ger. Ma. n Ger. o Ma. p Q. in Ger. q Ma. A. Me. Ger. sic Jun. Ca. r Ga. † Ma. t V. v A. x A. Ga. y Ga. z Ger. a Ma. b Ma. c Q. in Ma. d Ma. ex V. † Q. in Ger. f Ger. g Q. in Ger. h Jun. i Ger. k Ger. l A. m Ità RR. in Bo. n F. o Ità F. Me. T. Bo. O. G. L.

[Margin notes, right column:] p Bo. F. O. q Bo. r F. † G. t Me. Bo. F. v F. x Ità A. Ma. E. D. M. Cl. ità Jun. Caj. & Euseb. in Bo. y Jun. z V. E. Cl. a E. b Bo. c M. F. A. d Ger. † M. f Ger. A. g A. h A. Ger. i A. k Cl. l F. m F. n A. * A. † G.

tam & ad verbum salutis: & in tali angustia magis optant quàm audent petere aliud verbum. Deus autem audit & respondet, non secundùm verba exterius sonantia, sed secundùm affectum interius ardentem. Sicut Luc. 19. 5. Christus Zacchæum inspexit, non secundùm quod foris loquebatur, sed secundùm affectum cordis. Non enim ausus fuisset Zacchæus petere ut domum suam Christus intraret, & tamen intus nihil magis optabat: unde & cum gaudio eum suscepit, impleto desiderio suo, quod ipse vix sentiebat antè [o]. Licet ipsi non *Christum*, sed *Mosem*, petunt Mediatorem; Deus tamen hinc occasionem arripit *Christum* prædicandi, quem non solùm loco divinorum, augurum, &c. sed & ipsius *Mosis*, hîc ponit [p]. ¶ *In Horeb*] At populus non ascenderunt in montem Horeb. Resp. 1. ב sign. *apud, circa* [q]. 2. *Choreb* est nomen & montis & tractûs terræ, sicut *Sinai* & montem & desertum denotat [r].

18. *Et ponam,* וְנָתַתִּי] *Dabo*, Ch. A. i. e. ponam & stabiliam. Quod *dare*, 1 Paral. 17. 22. est, *stabilire*, 2 Sam. 7. 24†. Hs: Per illum loquar, ei suggeram quid dicat; i. e. erit interpres voluntatis meæ ad illos [t].

19. *Ego ultor,* אֶדְרוֹשׁ] *Quæram, anquiram in eum*, Ma. *requiram ab eo*, V. A. i. e. sumam pœnas [v]. Ità accipitur Gen. 9. 5. & 42. 22 [x]. Impletum hoc in eversione Jerosolymæ [y].

20. *Qui arrogantiâ depravatus,* אֲשֶׁר יָזִיד] *Qui superbiâ elatus*; i. e. qui præsumpserit loqui [z].

22. *Hoc—signum, Quod—propheta ille,* &c.] Signum sequens ad superiorem speciem pertinet, ubi Propheta dicit se ab unico Deo missum. Nam si agat nomine falsorum deorum, nullo signo exspectato illico interficiendus est; imò etiamsi signa quædam speciosa dederit, Deut. 13. 1. Est enim hæc tentatio à Deo permissa, facilis superatu ab iis qui id credunt quod & ratio dictat, & Mosis tot miracula, ad 74, ut aiunt Hebræi, nempe, Deum unum esse [a]. Notant hanc esse alteram Pseudoprophetæ notam, ab eventu; priorem, à doctrina, Deut. 13 [b]. Non dicit verum esse Prophetam, *si evenerit* quod prædicit [c]; sed falsum, si non evenerit; neque enim Deus mentitur, aut mentiri potest [d]. Obj. At non evenerunt quæ prædixerunt Esaias, Esa. 38. 1. & Jonas, c. 3. v. 4. Resp. 1. Hoc præcipuè intelligendum de prædictionibus bonorum. Ità Maimon. *Non de comminationibus, quia Deus gratiosus est, & pœnitentibus remittit. At omne bonum quod decrevit Deus, non mutat; ut patet ex* Jer. 28. 8, 9. *Qui de pace,* &c †. Comminatoriis prophetiis tacita subest conditio [f]. 2. Intelligendum de prædictionibus absolutis, non conditionatis [g]. Obj. Illæ Esa. 38. & Jon. 3. 4. absolutæ erant. Resp. 1. Conditio erat implicita. 2. Nihil absurdi est, si, mutatis causis, mutentur & effecta [h]. 3. Præsertim cùm hæc mutatio eidem Prophetæ revelatur, quod hîc factum [i]. Hoc non referendum ad promissa aut pœnas: utrumque enim hoc, cùm suspensum sit ab aliqua conditione aliquatenus potestativa, fieri potest ut, re mutatâ, eventu careat, quemadmodum videre est Jer. 18. 1, 8, 9, 10. Jon. 3. 4, 9. sed referendum ad ea quæ per naturam fieri non possunt, ut, virgam in colubrum convertere. Talia enim si prædicantur in Dei nomine, non permittet ea fieri Deus, nè tentationem inferat insuperabilem. Potest præterea falsi argui aliquis etiam ex successu prædicto, si rebus iisdem manentibus is successus non evenerit; Jer. 29. 9. Non autem, contrà, ex solo successu verbis respondente agnosci Propheta potest, nisi successui multas addiderit circumstantias quas nulla humana prudentia prospicere possit. Verùm hîc non de talium rerum, sed de prodigiorum prædictione, agi ostendit collatio cap. 13. suprà. Notandum & hoc, ab eo qui tantùm hortatur homines ad implenda Legis jussa nulla signa requiri. Sunt enim pro illo signa olim facta cùm Lex prodita fuit. Falsi convictus (Propheta) in Paschate supplicio afficiebatur, quo tempore maximus erat populi conventus, idque ex lege 17. 13. argumento ducto à minore ad majus. Plus enim est falsò fingere mandata Divina, quàm ex humana opinione dogma pertinaciter tueri [k]. *Si evenerit* quod prædixit, non erat sufficiens argumentum Prophetæ veri; quia bonum ex integra causa, malum ex singulis defectibus [l]: sed aliis signis dignoscebatur; ut, si à Deo Deique Lege avertere conetur [m]. Quòd si ex ipsis Prophetæ verbis discerni non poterat veritas vel falsitas, aliunde, vel ex miraculis, vel ex patefactione secretorum cordis, vel ex sanctimonia vitæ, vel ex præcedentium prophetiarum eventu, sumi argumenta veri Prophetæ possunt; & è rebus contrariis argumenta falsæ prædictionis. Ubi nihil horum satis erat, exspectandus est prophetiæ eventus, nec temerè habenda fides [n]. Suspende fidem, & Deo omnia committe, qui nunquam patietur fraudem, si quæ subsit, diu latère [o]. Ex dictis constat Christum nostrum fuisse verum Prophetam, quia venit Legem non destruere, sed implere, Matt. 5. 17. testimonium habuit reliquorum Prophetarum, Act. 3. 22, 24. Joh. 1. 45. & Johannis, (quem Prophetam esse omnes existimabant, Matt. 21. 26.) & Dei Patris, & miraculorum [p]. ¶ *Non timebis eum*] Nec minas aut prædictiones ejus [q]. Vel, non metues, scil. eum interficere [r].

o V. — p A. — q Pi. — r Ger. — † A. — t V. — v V. — x A. — y Me. — z V. — a G. — b Ma. ex Jun. — c O.L. Bo. — d Me. ex Bo. — † A. — f Bo. — g Ger. — h Ger. — i Ger. post L. — k G. — l Bo. — m Bo. A. Ger. — n Bo. — o T. — p A. — q Me. A. — r A. sim. Bo. ex o'.

CAP. XIX.

2. TRES *civitates*, &c.] Nempe, trans Jordanem [a]. De illis tribus cis Jordanem antè prospectum fuit [b], Num. 35. 14 *. Urbes refugii erant possessiones Levitarum, ut constat ex Num. 35. nam illi ministri publici juris & magistratuum erant, consensu veterum Hebræorum, simúlque mystagogi. Neque enim officium apparitorum, ut nunc est, antiquitus infame erat [c]. De ritibus urbis refugii vide quæ ad Num. 35. ¶ *In medio terræ*] i. e. Intra terram; ut, *in medio urbis*, Jer. 52. 25. est, *intra urbem*, 2 Reg. 25. 19 [d].

3. *Sternens viam,* תָּכִין] Ità vertit Ch. *parabis*, P. Obstacula quæque quæ fugientem impedire possunt tolles †. *Certificabis*, nè ambigua sit [f]. In quolibet bivio stipitem erexerunt, cui inscriptum erat, *miklat* [g]. Vel, *firmabis viam*, scil. lapidibus, nè lubrica sit [h]. *Dispones itinera*, Sa. ¶ *In tres partes divides*, [simil. omnes,] וְשִׁלַּשְׁתָּ אֶת־גְּבוּל] *Et tertiabis*, vel *triplicabis, terminum*, Mo. V. i.e. terminos, i.e. provinciam terræ [i]. Erant hæc oppida medio itinere à finibus terræ ad meditullium. Qu. Cur numerus harum urbium est æqualis, cùm in terra Canaan essent ultrà 9 Tribus? Resp. 1. Quòd crebriora illîc (i. e. *ultra Jordanem*) homicidia ob ferociam Galaaditarum [l]. Vide Jud. 10. & 11. & Os. 6. 8 [m]. 2. Expediebat homicidam longè abesse à loco commissi homicidii, (nè vindex eum in furore apprehenderet & occideret,) adeóque homicidam in terra Canaan trans Jordanem fugere [n].

4. *Hæc erit lex,* וְזֶה דְּבַר] *Et hoc verbum*, Mo. Ma. *Hæc est res*, &c. i.e. id propter quod fugiet illuc homicida, nempe, si percusserit [o]. *Hac de causa fugiet*, &c. Q. in V. ¶ *Qui percusserit*] Nempe, ad mortem. Ità, *percussit*, 2 Reg. 14. 5. est, *occidit*, 2 Par. 25. 3 [p]. ¶ *Nullum odium*] Hoc argumento & Taurinus Ignatius ad Hadrianum utitur, nè homicidium dolo commissum credatur; *Apparebat nulla inimicitia quæ cum Euaristo fuisset.* Exstat in Col. legum Rom. & Mosaic. tit. 1 [q]. Qui inimicus fuerat, licèt eum casu occidisset, non poterat eò se recipere, ut notatum ad Num. 35. 20 [r].

5. *Et in succisione,* &c. וְנִדְּחָה יָדוֹ בַגַּרְזֶן] *Et impulerit manus ejus securim*, o'. vel, *in securim*, Mo. O. sim. P. *dum impellit* (vel, *levaverit*, Sy.) *manum cum securi*, M. Sy. *si vibrante se manu ejus cum securi*; JT. *Et impulsa fuerit manus ejus*, i. e. impulerit manu suâ securim in arborem †. ¶ *Ferrúmque lapsum de manubrio,* וְנָשַׁל הַבַּרְזֶל מִן הָעֵץ] *Et emoverit se* (*elapsum*, o'. Ch. Sy. M. P. vel, *excussum fuerit*, Sa. vel, *exsiliat*, Ar.) *ferrum è ligno*, Mo. vel, *de manubrio*, Ch. Sy. JT. ¶ *Et vivet*] Hinc colligunt Hebræi, *Cùm discipulus eò confugeret, præceptorem ejus unà cùm eo iturum, & cum præceptore eò fugiente discipulos ituros: Quia quærentibus sapientiam, vita sine doctrina Legis mors est* [t].

a Ma. Jun. — b Jun. — * G. — c F. — d A. — † M. Me. — f O. — g He. in O. — h O. — i V. — k G. — l He. in G. — m G. — n Ger. — o V. — p A. — q G. — r A. — † V. — t Maimon. in A. ad v. 4.

Non jussus est exsulare, quò puniretur, (quia nullâ dignus erat pœnâ,) sed quò è propinquorum occisi manibus evaderet [v]. Qu. Sed cur liceret propinquis talem interficere, cùm non liceret Senatui? Resp. Quia non peccavit in Senatum præter legem faciendo, unde, si emigraret ex ea urbe, nihil injuriæ Senatui faceret, sed tantùm propinquis occisi, quos contemnere videretur [x].

6. *Dolore stimulatus*] Heb. *cùm incaluerit cor ejus*, V. Quare si in via eum occidisset, ferebat impunè [y]. Tales affectus solent homines transversos rapere, ut ea faciant quæ non decent [z]. Licebat cognatis occisi vindicare cædem; quod Deus in populo duræ cervicis toleravit veriùs quàm approbavit [a]. Sed rectiùs alii hoc eis licuisse negant, sine prævia causæ cognitione: nam Num. 35. 24. *Judicabit consessus inter percussorem & vindicem*; & v. 30. *Quicunque interficit——occidetur*. Quod ergò hìc dicitur, *nè interficiat*, de facto intelligendum, non de jure; Præceptum enim Divinum est, *Non occides* [b]. Dedendus quidem erat homicida sciens in manus vindicis; non tamen temere vel leviter, sed postquam coram Senatu causam dixisset, solennique (ejus) judicio damnatus fuisset [c]. ¶ *Percutiat animam*, וְהִכָּהוּ נֶפֶשׁ] *Percutiet eum animam*, Ma. (vel, *animâ*, V. A. vel, *in anima*, Pi.) Percussione *animæ*, i.e. vulnere lethali [d]. Sic Gen. 37. 21. Jer. 40. 14 †.

9. *Addes tres alias*] Nempe, non in terra Canaan, ubi sex futuras esse volunt alii; sed extra terminos Cananææ, si habitatio eorum extenderetur ad regiones cæteras, usque ad flumen Euphratis, prout Deus promiserat, sed sub conditione obedientiæ, quam Israelitæ non præstiterunt [f]. Ità novem esse debebant civitates [g].

10. *Sanguis innoxius*, ità Pi. דָּם נָקִי] Sed legendum puto דַּם, & has duas voces jungi per syntaxin convenientiæ, ut Deut. 21. 8, 9. Jer. 7. 6. & 22. 3 [h]. Alii, *sanguis innoxii*, JT. Ma. scil. hominis: sic nostri accuratè; quia in Hebræo est syntaxis regiminis. Prius tamen præfero [i]. ¶ *Nè sis sanguinis reus*, וְהָיָה עָלֶיךָ דָּמִים] *Et sit*, vel *sint*, *super te sanguis*, sive *sanguines*, M. Mo. O. *sitque super te sanguis ejus*, Ar. *& imputetur tibi sanguis innocens*, Sy. *& nè sit super te sanguis*, Ti. sim. P. *& non sis* (vel, *non erit in te*, ὀ'.) *sanguinis reus*, Sa. ὀ'. *nè sit in te reatus judicii mortis*, Ch. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ adverbium negandi לֹא [k]. *Néve sit in te culpa cædis*, JT. Heb. *sanguines*. Metonymia subjecti; quam in Hebræo ostendit syntaxis anomala, quatenus nomen plurale jungitur cum verbo numeri singularis [l]. *Sanguines*, i.e. cædes, h.e. pœna sanguinis: q. d. nè imputetur tibi effusio illa sanguinis, & ob eam luas pœnas [m]. Sanguinem autem effundi proclive foret, si asyla vel non essent, vel longè abessent [n].

12. *Seniores civitatis illius*] *Illius*, nempe, *occisi*, cui v. 11. structæ erant insidiæ, ut rectè Caj. non, *civitatis refugii* [o]: vel, *illius* qui reus est cædis [p]. Debebant enim Magistratus loci in quo cædes patrata fuit cum argumentis, vel certis, vel probabilibus, culpæ admissæ ad Judices urbis refugii mittere qui eum indè abstrahendum, vel ad manifestam cædem, vel ad causæ discussionem, exposcerent: quorum postulatio, nisi manifestè iniqua esset, rejici non poterat. Ab his ergò veritate compertâ, vel proximo plectendus dabatur, vel ad civitatem refugii remittebatur [q]. ¶ *Tradéntque*] Re, videlicet, pervestigatâ, cognitâ & compertâ certò [r].

13. *Et auferes*, וּבִעַרְתָּ] *Combures*, vide Deut. 13. 5. Ma. Auferes ad modum comburentis †. *Purgabis*, ὀ'. *expiabis*, peccatum effusi sanguinis innocentis [t]. *Tolles sanguinem*, i.e. qui sanguinem fudit [v].

14. *Non assumes & transferes terminos*, לֹא תַסִּיג גְּבוּל] [Variant.] *Non assequeris*, V. i.e. non invades, non transibis, terminum separantem agrum proximi à tuo [x]. *Non transferes terminum*, Ch. Sy. Mo. M. Ti. *non dimovebis*, ὀ'. Sa. Ar. JT. A. Ger. *Non attinges*, scil. ut terminum destruas [y]. *Non apprehendes*, &c. P. Ma. ut v. 6. *Non retroages*, Ger. Q. in Ma. Ità sumitur Esa. 59. 14. Os. 5. 10 [z]. Severè hoc vetitum

- v Abarb. in Mais.
- x Mais.
- y G.
- z A.
- a Os. in Ger.
- b Ger. p. 1158.
- c Mas. ad Jos. 20. 5.
- d V. D.
- † Pi.
- f Ger. Bo. Me. T.
- g Jun. Brent. & Os. in Ger.
- h Pi.
- i Pi.
- k Pi.
- l Pi.
- m V.
- n Me. Bo.
- o Bo. Me. T. ità V.
- p Ma. Jun.
- q Bo.
- r Jun.
- † O.
- t V. Me.
- v A.
- x V.
- y O.
- z Ger.

apud quieti publicæ consulentes populos: Job. 24. 2. Plato 8. de Legibus; Digesta, Tit. *de termino moto*; Collatio vetus legum Mosaicarum cum Romanis, tit. 13. Paulus Sentent. 1. 16. & 5. 22. 2. ¶ *Quos fixerunt*] i.e. *Fixerint* [a]. Factum id per Josuam & Eleazarum [b]. Sed rectiùs in genere accipitur de limitibus quibus in regione Canaan agri, sicut apud nos fossis, distinguebantur [c]. ¶ *Priores*] *Primi* patres, quod suppleo ex Prov. 22. 28 [d]. *Patres*, Ch. & ὀ'. in A.

15. *In ore duorum*, &c.] Vide ad Deut. 17. 6 †. Nam unus testis mendax, 1. facilè ex privato odio calumniabitur; 2. faciliùs in testimonio proferet omnia consentientia [f]. ¶ *Peccati & facinoris*] עָוֹן est contra Deum, חַטָּאת contra hominem [g], hoc quidem loco [h]. ¶ *Stabit omne verbum*, יָקוּם דָּבָר] *Surget* (*firmabitur*, Me. *consistet*, V.) *verbum*, Ma. V. O. i.e. accusatio ipsa erit firma & stabilis. *Stabiliri verbum* est, de re ipsa pronunciari, ut lis finiatur [i]. *Actio confirmabitur*, Ti. *Affirmabit verbum*, seu *rem*, Q. in Ma.

16. *Si steterit testis*, &c.] At v. 15. *Non stabit unus testis*. Resp. In omnibus aliis causis duo requiruntur; sed in Religionis negotio unus testis ad quæstionem habendam sufficit: adeò vult Deus Magistratibus conservationem doctrinæ commendatam [k]. Non placet; quia verba legis v. 15. sunt generalia, *in ullo peccato*, adeóque in apostasia. Quòd verò unius testis hìc mentio fiat, vel sing. ponitur pro plurali; vel significat falsum testem (etiamsi solus testetur) pœnæ subjiciendum esse [l]. Unus testis sufficit, non ad damnandum, sed ad inquirendum; &, in pecuniariis, ad deferendum reo jusjurandum purgatorium: *Maimonides*. At in mutuo non damnabatur quis ex contractu, nisi coram testibus facto [m]. ¶ *Testis mendax*, עֵד חָמָס] *Testis mendacii*, sive *mendax*, Sy. O. P. vel, *falsus*, Ch. vel, *injurius*, JT. A. Ger. vel, *iniquitatis*, Mo. *iniquus*, Caj. A. Sa. Ar. Ti. M. vel, *violentiæ*, Ma. Ger. vel, *subversionis*, i.e. prætendens subvertere proximum [n]. ¶ *Accusans eum prævaricationis*, לַעֲנוֹת בּוֹ סָרָה] *Ad respondendum in eo aversionem*, Mo. V. *ad testificandum in eum apostasiam*, JT. sim. Sa. A. nempe, à Deo ejúsque cultu [o]: vel, *prævaricationem*, Ch. M. vel, *iniquitatem*, Sy. vel, *verbum perversum*, P. vel, *falsò*, Ar. vel, *declinationem*, nempe, à vero, seu falsitatem, Ma. *Accusans ejus impietatem*, ὀ'. vel, *defectionem*, Ti.

17. *Stabunt ambo*] Vel, duo homines, nempe, actor & reus. Ità unius testimonium sufficit ad rei inquisitionem, licèt non ad sententiæ prolationem [p]. ¶ *Ante Dominum*] i.e. Ante fores Tabernaculi [q]. Observa, *coram Jehovah stare* eos qui sunt coram Sacerdotibus & Judicibus à Deo constitutis [r]. ¶ *Sacerdotum & Judicum*] Q. accipiunt appositivè, i.e. Sacerdotum qui Judices sunt hujus controversiæ, utpote Religionis & doctrinæ †. Alii disjunctivè, *coram Sacerdotibus*, scil. si res nullis testimoniis humanis cognosci potest; aut *coram Judicibus*, scil. tentaturis si quid civili examine cognosci possit, ut vers. seq. exponitur [t]. Sed rectiùs conjunctim, coram Synedrio magno, in quo & Sacerdotes & Judices politici erant. Vide ad Deut. c. 17. v. 9 [v].

18. *Cúmque diligentissimè perscrutantes*, וְדָרְשׁוּ הַשֹּׁפְטִים הֵיטֵב] *Et inquirent* (vel, *cùm inquisierint*, JT.) *bene*, Mo. Pi. Heb. *benefaciendo*, Pi. vel, *diligenter*, ὀ'. Ch. Sa. Sy. Ar. A. ¶ *Invenerint falsum testem*, &c.] Heb. *& ecce testis*: sæpe הִנֵּה ponitur pro *si*, ut cap. 13. v. 14 [x]. In causa capitali, & secutâ ob id sententiâ. Ità usus restrinxit legem [y]. *Delatores, si non probarent, capite affecit*; Capitolinus Macrino. Vide ad Act. 6. 2 [z].

19. *Auferes malum*] Verto, *malum istud*; nempe, scelus falsæ accusationis [a].

20. *Ut audientes*, &c.] Heb. *audient*, sub. *judicium istud*, V. Nota finem publicarum pœnarum. Vide de J. B. & P. 2. 20. 9 [b].

21. *Non misereberis*] Heb. *Non parcet oculus tuus*. Instrumentum affectûs pro affectu ponitur [c]. Judici lex loquitur [d]. ¶ *Animam*, &c.] Eam pœnam ab eo exiges quâ alter affectus fuisset, si convictus esset †. Omnia damna, præter *vitæ*, redimi posse statuunt Hebræi [f]. Ex traditione constat, pro oculo æstimationem

- a G.
- b G. A. F.
- c Ger.
- d A.
- † V.
- f E.
- g G. F.
- h G.
- i V.
- k Jun.
- l Ger.
- m G.
- n O.
- o M. A. Ger.
- p A.
- q Q. in Ma.
- r V.
- † Ma.
- t Jun.
- v Ger.
- x V.
- y G.
- z Ga.
- a Pi.
- b G.
- c V.
- d G.
- † V.
- f A.

nem oculi pecuniariam redditam fuisse[g]. [Vide quæ ad Exod. 21. 24. & Levit. 24. 20. ea de re copiosè annotata sunt.]

CAP. XX.

2. *Stabit sacerdos*] Ad hoc designatus & unctus[a]. Qui & tubâ canebat[b]. Qui, cùm turmæ pariter consisterent, verba v. 3,& 4. disserebat voce æquabili ac constanti; quæ eadem sacerdotes non uncti exsertâ voce exposuerunt per singulas turmas[c].

3. *Non pertimescat,* אַל יֵרַךְ] *Nè mollescat,* P. Ma. Sa. Ar. *nè commoveatur,* Ch. *nè frangatur,* Sy. *tenerum non sit,* M. Ma. *non dissolvatur,* o'. Vide Jud. 7. 3. Ma. ¶ *Nolite cedere,* אַל תַּחְפְּזוּ] *Nè paveatis,* P. sim. Sy. *nec animo cadatis,* Ar. *non festinabitis,* seu *trepidabitis,* al. *non obstupescetis,* al. *Non abripiemini* metu periculi, i. e. nè subtrahite vos[d]. *Nè acceleretis,* Mo. *neque conturbemini,* Ch. *neque frangamini,* o'. Sa. Cor molle respectu *Dei* commendatur, 2 Reg. 22. 19. at respectu *inimicorum* prohibetur, hîc & v. 8. & Esa. 7. 4. & inter plagas ponitur, Levit. 26. 36. Vide 2 Paralip. 13. 7. Job. 24. 16 †. ¶ *Nec formidetis eos,* אַל תַּעַרְצוּ מִפְּנֵיהֶם] *Nè terreamini,* vel, *formidetis,* (*nè declinetis,* o'. *frangamini,* Mo.) *à faciebus eorum,* Ch. Sa. Sy. Ar. A. *Neque* (mallem, *Néve,* nam in Hebræo est Nè *prohibentis,* ואל, non ולא, quod est *Neque*[f],) *expavescite metu eorum,* JT.

5. *Quis est homo?*] i. e. Si quis, vel, quisquis, &c. Confer Psal. 34. 13. *Quis,* &c. cum 1 Pet. 3. 10. *Qui vult*[g]. Qu. Quæ ratio hujus legis? Resp. 1. Nè quis otiosus fruatur alienis laboribus. Iniquum videbatur non permitti è propriis fructum aliquem percipere[h]. Voluit Deus illos frui beneficiis suis[i]. 2. Nè desiderio eorum remissiùs agerent in prælio, sibique parcentes, vel etiam fugam capessentes, aliis & scandalo essent & damno[k]. 3. Ostendit hîc Deus misericordiam suam erga infirmos[l]. 4. Sic alii magis abhorrerent præliari propter tale infortunium[m]. Bellum duplex erat; 1. חָרְשׁוּת, *licentiæ,* i. e. licitum; 2. הַמִּצְוָה, *jussionis* & præcepti. A bello *concesso* aberant qui sequuntur: à *jusso* nemo liber erat, nè sponsus quidem[n]. Notandum has ἀλειτεργίας (i. e. *immunitates*) locum non habuisse in bellis Dei, i. e. contra septem populos, sed in bellis aliis, ut notavit Maimonides[o]. ¶ *Et non dedicavit,* לֹא חֲנָכוֹ] *Non initiavit,* Mo. Ma. Ger. M. Non habitavit in ea[p]; nempe, per annum[q], ut habet traditio veterum, ex Deut. 34[r]. *Dedicari* res dicitur, quando cum solenni aliquo ritu vel convivio rei usus inchoatur †. Dedicârunt domos celebratione festi & laudatione Dei, Psal. 30[t].

6. *Necdum fecit communem,* לֹא חִלְּלוֹ] *Non prophanavit,* P. Pi. Jun. i. e. fructus ejus adhibuit ad usus non sacros[v]. *Non violavit,* Ma. vel, *communem fecit,* nempe, domino & familiæ[x]. Nondum eam à sacris liberavit[y]. *Necdum eâ sacris jam solutâ usus est,* JT. Hoc fiebat sub annum quintum[z]. Fructus enim tribus primis annis immundi censebantur, & quarto anno Deo consecrati sunt. Vide Levit. 19. 23, &c[a].

8. *Corde pavido,* רַךְ] *Tener,* P. Ma. *mollis,* Ma. V. i. e. animo pavido[b]. ¶ *Nè pavere faciat corda fratrum,* sic o'. sim. Ch. Sa. וְלֹא יִמַּס אֶת־לְבַב אֶחָיו] *Nè liquefaciat,* &c. Ti. Ma. *frangat,* Sy. *dissolvat,* Ar. M. *humiliet,* Sa. vers. *Et non liquefiet,* sive *liquescat,* (vel, *dissolvatur,* P.) *cor fratrum,* Mo. Pi. JT. A. אֶת usitatè servit notando casui accusativo; sed hîc per anomaliam notat nominativum patientis[c]. Hac ipsa de causa eos quibus militia cordi non erat in Macedoniam remisit Alexander. Vide Arrian. l. 7. Curt. l. 10[d]. Finem agminis clauserunt robustioribus apparitoribus, qui securibus, vel, ut alii, falcibus armati, potestatem habebant crura amputandi admolientibus desertionem aut fugam †.

9. *Cuneos præparabit,* וּפָקְדוּ שָׂרֵי צְבָאוֹת בְּרֹאשׁ הָעָם] [Variant.] *Et* (vel *tunc,* P. Ger.) *constituent* (*visitabunt,* Mo.) *principes* (vel *duces,* Sy.) *exercitûs* (vel *exercituum,* Mo. Ma. Bo. Ger.) *in capite* (vel *fronte,* Sy. Belg.) *populi,* Ch. P. M. O. i. e. super populum, V. *Præficient* (nempe, *duces,* Bo. vel, *præfecti,* V.) *principes exercituum in capite,* &c. i. e. qui sint capita populi[f]. *Præficiantur eis principes exercituum,* Ar. *Et constituent principes exercitûs duces populi,* o'. *Tum copiis duces præficiantur,* Ca. Qui potestatem habeant capitis populi, sive, qui summam dignitatem obtineant in populo: designabunt Principes populo[g]. Alii, *Ut præficiant* (scil. ipsi statores seu moderatores, Ma.) *principes ordinum militarium in principiis populi,* JT. Ma. A. ראשׁ pro principiis ponitur 2 Par. 13. 12. & 20. 27[h]. i. e. Non stent post principia, sed in prima acie[i]. *Principia* erant robur Romani exercitûs[k]. *Constituent* —i. e. acies ipsas instruent pugnaturi cum hostibus[l]. Alii sic, *Tum recensebunt principes exercitûs populum per capita,* Sa. vel, quod idem, *in capite,* Bo. O. וּפָקְדוּ est, *recensebunt,* G. Nempe, post dimissos formidolosos[m]. Vel, *Præfecti constituent principes qui populum recenseant*[n]. Non placet; quia est רֹאשׁ sing. non רָאשֵׁי plur[o].

10. *Ad expugnandam,* &c.] Justi belli causæ apud Hebræos censentur, In civitatem Hebræam colentem idola, vel deficientem à Lege; Ob fidem Regi violatam, 2 Reg. 3; Ob rebellionem, 2 Sam. 20; Ob defensum nocentem, Jud. 20; Ob injuriam Regi aut reipublicæ illatam, 2 Sam. 10; Si res suas repetant Hebræi; Ad repellendum hostem; Ad hostem præveniendum, Num. 21; Contra auxiliatorem hostis, 2 Sam. 8; Ad amicum hostibus eripiendum, Gen. 14; Adversùs tyrannidem. Talia bella sumebantur ex decreto Synedrii LXX virûm[p]. ¶ *Offeres ei primùm pacem,* וְקָרָאתָ אֵלֶיהָ לְשָׁלוֹם] *Et clamabis* (*proclamabis,* O. Sy. *vocabis,* Ma.) *ad eam pro pace,* P. O. Ma. V. i. e. Sublatâ voce (præconis, aut caduceatoris, Ma.) compellabis eam verbis pacificis, invitabis eam ad deditionem[q]. Vel meliùs, *pro integritate,* nempe, vos integram eam dimissuros[r]. *Omnia priùs experiri quàm armis sapientem decet,* inquit Terentius †. Qu. Utrùm hoc valuit in terra Canaan? Resp. 1. Q. affirmant[t]. Ità Maimonides, & Moses de Kotzi Præcepto jubente 15. Vide de J. B. & P. 2. 13. 4[v]. Probant exemplis *Rachabis,* & *Gibeonitarum,* & *Cananæorum* tempore Salomonis, quibus parcitum est. Resp. Hæc singularia erant & extraordinaria[x]. Dicitur Jos. 11. eas gentes deletas fuisse quòd pugnare mallent quàm pacem quærere. Obj. Cur ergò Gibeonitæ dolo pacem petunt, si verâ viâ hoc facere potuissent? Respondet Maimon. Quia missos semel ad eos legatos spreverant, & tunc valuit lex de internecione[y]. Lex quæ est Exod. 23. 32, 33. & Deut. 7. 1, 2. intelligenda est cum benigna exceptione, nisi si qui ad primam denunciationem paruerint[z]. 2. Negant alii[a]. Ità vulgò existimant, ait Cunæus. Sermo est de civitatibus extra Terram promissam[b]. Rationes sunt. 1. Quòd simpliciter deleri jubentur, Exod. 23. Deut. 7. 2. Taxat Deus fœdus cum eis factum, Jud. 2. 2. Porrò, qui sic statuunt versum 15. referunt non solùm ad v. 14. sed etiam ad ver. 10[c]. ut sit sensus, Pacem offerendam esse civitatibus extra (non autem intra) Canaan. Ante bellum offerri voluit ab eis pacis conditiones, 1. In imitationem Dei, qui non vult mortem impii, sed magis ut convertatur. 2. Optima est urbium subactio quæ fit cum bona ipsorum gratia. 3. Melius est eligere certam pacem, quàm incertam persequi victoriam[d]. 4. In bello multi etiam victorum cadunt †.

11. *Si receperit,* &c.] Heb. *Et erit—& erit. Erit autem,—erit, inquam,* JT. *Et erit—tunc erit,* A. *si responderit pacem,* V. Ma. vel, *in pace,* V. ¶ *Sub tributo*] Vide de J. B. & P. 3. 15, 16. Sub quo intelliguntur & *operæ,* ut apparet 1 Reg. 9. 15. 2 Par. 8. 7. Simul debebant hi populi ditioni Hebræorum se subjicere, ac proinde & præcepta Noæ data amplecti[f].

12. *Oppugnabis*] Heb. *angustabis eam,* M. Ma. scil. fame, siti ac morte[g].

13. *Omne masculini generis*] Pœna magnæ contumaciæ; infrà 16[h].

14. *Absque mulieribus,* &c.] *Puerum ætas excusat, fœminam sexus,* Seneca de Ira 3. 24. Adde quæ de J. B. & P. 3. 11. 9[i]. Ab his nullum peccatum, nihil periculi[k].

Marginal notes (left column): g M. — a A. G. — b G. — c F. ex Maimon. — d Ma. — † A. — f Pi. — g A. — h Ph. & Jo. in Bo. — i A. — k T. ex Ph. A. — l A. — m L. — n D. — o G. — p V. G. F. M. RS. in F. — q G. F. Jo. in T. — r F. ex Maim. — † Mc. T. — t A. — v Jun. — x T. — y G. — z G. V. — a O. E. Mc. T. Bo. — b V. — c Pi. — d G. — † F. v. 2.

Marginal notes (right column): f O. A. sic Ar. — g V. — h Jun. Ma. Ger. — i Ger. — k Ma. — l V. — m Ger. — n V. — o Ger. — p G. — q V. — r O. — † G. — t Ità Jun. Luth. in Ger. G. Cunæus rep. Heb. 2. 20. — v G. — x Ger. — y Cunæus. — z G. ex Maimon. — a Ità Ger. ex Os. & Brent. — b L. Mc. — c Ger. — d Muis ex Abarb. — † Muis. — f G. — g M. — h G. — i G. — k Bo.

16. *Nullum permittes vivere,* [לֹא תְחַיֶּה כָּל נְשָׁמָה] *Non vivificabis omnem animam,* P. vel, rem ullam halitu præditam[l]. Obj. At jumentis parcitum est. Resp. 1. Per *omnem animam* intelliguntur omnes homines passim. Confer Jos. 10. 40. cum Jos. 11. 14[m]. 2. Ordinariè jumenta interficienda erant propter anathema, cui tales urbes subjectæ; extraordinariè verò, quarundam urbium jumenta erant Israelitis concessa, Deut. 3. 7[n].

18. *Et peccetis in Dominum*] ל in לַיהוָה hic valet *contra*. Sic Psal. 51. 6[o].

19. *Quoniam lignum est,* &c. כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה [לָבֹא מִפָּנֶיךָ בַּמָּצוֹר] Difficilis locus est, quíque interpretes mirè torquet, Di. [Variant.] *Numquid lignum quod in agro homo est,* (vel, *non est sicut homo arbor agri,* Ch. sim. Sy. Ti.) *ut ingrediatur* (vel, *veniat,* Ch. Sa. Ti.) *à facie tua* (vel, *coram te,* Ti. vel, *contra te,* Ch.) *in vallum?* ό. vel, *munimenta?* Sa. vel, *in obsidionem?* Ch. O. Alii, *ut fugiat à conspectu tuo impendente angustiâ?* Sy. *ut abeat à facie tua in illa obsidione?* M. Sensus est, Arbor non insurget contra te in obsidione[p]: vel, Manent illæ arbores suo loco, nec profugiunt in urbem ad hostes[q]. *Lignum est, & non homo,* Vulg. Sumit כִּי pro אלה, [forte legendum וְלֹא vel הֲלֹא] quod manifestius in Græco, μὴ ἄνθρωπος τὸ ξύλον; An vim habet hominis, ut tibi obsidenti resistere possit? Nec aliter accipiunt Ph. & Jo[r]. Vulg. repetit negationem ex præcedentibus; quod solens est†. Vel, *Numquid lignum est homo,* ut velis illud tanquam hominem obsidere[t]? Alii, *Homo arbor agri,* h. e. victus hominis est arbor agri[v]. Similis locutio Deut. 24. 15. *Anima est pignus illud,* i. e. ex pignore illo sustentatur vita, videlicet, ex molendino[x]. *In regiminis statu substantivorum non rarò occurrit ellipsis;* subintelligitur ergò *vita,* &c[y]. Est *enim vita hominis arbor agri,* i. e. victum homini suppeditat[z]. *Arbor est hominis* vita vel cibus, ut Reg. 18. 31. *comedat quisque vitem suam,* i. e. fructum vitis[a]. Sic autem legunt; *Illas non succides,* (nam *arbor est vita hominis*) *ut veniat à facie tua in obsidionem*[b], scil. ipsa urbs. q. d. Nè succîdas arbores ad obsidendam urbem[c]. Vel, *ut eat ante te in munitionem,* i. e. ad construendas munitiones[d]. Alii sic; *Nè exscindito,* (*quamvis hominis* sunt *arbores agri,*) *ut procedant ante te in propugnaculum*†. *Quamvis arbores agri hominis sunt,* i. e. ejus usui inserviant[f], & imperio subsint[g]; tamen fructiferis parce[h]. כִּי valet *quamvis*: Et ante הָאָדָם deficit ל[i]. Al. *Homini arbor agri;* vel, *Nam agrestes arbores cuivis homini* expositæ sunt, *ut procedant ante te ad propugnaculum,* JT. q. d. Illæ sufficiunt struendis turribus; nè succîdas frugiferas[k]. Al. *Quia hominis obsessi est arbor agri;* q. d. utere igitur fructibus hostis. Al. *Est enim ut homo arbor agri:* i. e. perinde facis acsi hominem occideres, quandoquidem arbores victum homini suppeditant[m]. Al. *Quia,* ô *homo, arborem agri oportet venire à conspectu tuo in obsidionem*[n]. *Nam,* ô *homo, arbor agri usurpanda est in obsidione,* Ang. in margine. Causas reddit cur non succîdat: 1. quia edere indè, adeóque vivere, oportet: 2. altera est, quia instar hostium resistere atque oppugnare ipsos nequeunt, sed cùm extra urbem in agris sint, statim ab ipso conspectu ipsorum veniunt, imò necesse est veniant, in obsidionem. ל in לָבוֹא sumo ut Est. 9. 1. in לְהֵעָשׂוֹת *oportet fieri,* & Psal. 62. 10. in לַעֲלוֹת *oportet adscendere.* Hebraismus est usitatissimus. Porrò ה in הָאָדָם est quale Psal. 9. 7. in הָאוֹיֵב, ô *inimice,* hoc est, vocativum exprimit, teste K[o]. Pythagoras apud Iamblichum, ἥμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν, (i. e. *Arborem sativam & frugiferam nè læde.*) Thalmudici extendunt hanc legem à simili ad rem quamvis sine causa perituram. Porphyr. l. 2. *de Abstinentia,* ubi mores Judaicos describit, producit eam etiam ad animantia ruris operi inservientia. Excipiendæ autem arbores quæ telis obsidentium in urbem obstant. Vide quæ de J. B. & P. 2. 12. 2[p].

20. *Et instrue machinas,* [וּבָנִיתָ מָצוֹר] *Et ædificabis munitionem,* vel, *propugnaculum,* i. e. machinas obsidionales[q]. Græci bene vertunt, χαράκωσιν, *vallum castrense,* turres ligneas, & similia[r]. ¶ *Donec capias,* [עַד רִדְתָּהּ] *Donec descendat ipsa,* vel *corruat,* V. JT. Pi. scil. ad solum, Ma. i. e. donec capiatur, expugnetur†: vel, donec se humiliet, tibique subjiciet[t]. Al. *donec domineris ei,* P. O. à רָדָה, Ma. *donec subjicias eam,* M. Ti.

[Marginalia: l Ma. — m Bo. — n Ger. — o Pi. — p Ma. — q Ger. — r G. — † D. — t O. — v AE. in M. — x V. Ma. Ger. — y Ger. — z V. — a A. — b Q. in V. ità P. Ang. — c Ma. — d Q. in Ma. sic Belg. — † Pi. — f A. — g Ger. — h A. — i Pi. — k Q. in Ma. — m Q. in Mo. — n Di. — o Di. — p G. — q Q. in Ma. — r G. — † V. Ma. — t Q. in Ma.]

CAP. XXI.

1. *Quando inventum*] Inseritur hic ritus belli legibus, quia tempore belli solent occisorum cadavera reperiri: Ità *Baal-haturim*[a]. ¶ *Cadaver occisi,* sim. Sa. [חָלָל] *Occisus,* vel *interfectus,* [ità plerique;] vel, *pollutus,* O. sim. Ma. & alii. Nam חָלַל sign. & *confodere,* & *polluere,* O. *Confossus,* JT. O. חָלָל propriè est corpus hominis ferro interfectum & sanguine pollutum[b]. *Vulneratus,* nempe, ad mortem[c]. ¶ [נֹפֵל] *Cadens,* Ma. *jacens* (*projectus,* Ch. Sy. Ar. *prostratus,* Sa.) *in campo,* seu *agro,* ό. jacens mortuus. Sic, *ceciderunt,* 1 Paralipom. 21. 14. pro, *mortui sunt,* 2 Sam. 24. 15[d].

2. *Et Judices*] Additur exegeticè, quia *Senum* nomen modò ætatem, modò dignitatem, sign. Numero impare sumpti (erant,) tres, vel quinque†. Sed quinam hi? Resp. 1. Judices præcipui Israelis[f]. Quinque ex Sanhedrim Hierosol[g]. Non dicit, *seniores istius urbis,* ut v. 3. quia nondum constabat quænam urbs esset[h]. Non placet Ger. Quia nimis longinquum iter hoc nomine suscipere sæpe debuerunt[i]. 2. Judices propinquarum civitatum[k]. Alii erant hi Seniores ab illis qui à cædis reatu se expiabant[l]. Præmittebant autem de auctore cædis inquisitionem sedulam, & indici præmia, &c. Jo. Ant. 4. 8[m]. ¶ *Et metientur*] Nempe, nisi certò constaret quæ civitas propinquior esset: tunc enim dimensio frustrà adhiberetur[n]. Hoc pertinet ad excitandam inquirendi diligentiam[o], ut homicidium publicetur, & homicida prodatur[p]. Hujus causa duplex. 1. Ut Magistratus suam populo diligentiam approbet. 2. Ut multitudo provocata de authore cædis colloquatur, quò is palàm fiat. Nam sermones hominum tam splendidâ ceremoniâ haud dubiè excitantur. Ità *More Nevochim.* Similem causam habent leges quæ sub dio in parricidam pronunciant. Potissima verò causa hæc est, ut à parricidio homines deterreantur[q].

3. *Quam viciniorem,* &c. וְהָיָה הָעִיר הַקְּרֹבָה אֶל הֶחָלָל [Et erit civitas propinqua occiso,* Mo. ό. Ch. Supple, *faciet hoc,* O. vel, *notetur,* M. Alii, *Et erit, urbis propinquæ occiso, accipient seniores urbis illius,* O. ex P. V. sic Sa. Sy. JT. vel, *Et quodcunque oppidum fuerit propinquius ipsi, accipient ejus incolæ,* &c. Ar. vel, *Et erit civitas,* &c. Nominativus absolutè ponitur: i. e. Porrò quod attinet ad civitatem istam[r]. *Illa civitas —nempe seniores,* &c. A. ¶ *Quæ non traxit jugum,* [אֲשֶׁר לֹא מָשְׁכָה בְּעֹל] *Quæ non traxit in jugo,* Mo. Ma. [At Sa. *quam non traxit possessor.*] Verto, *quæ non ivit in jugo.* De quo vide quæ nos ad Jer. 5. 8. Plenè legimus apud RS. ad Prov. 22. 25. ubi ait, מְשׁוֹךְ אֶת עַצְמְךָ אֶל בֵּית הַמִּדְרָשׁ, *Trahe teipsum* (i. e. transfer, ito) *ad sacram scholam*†. Chæremon inter victimas prohibitas in Ægypto ponit τὰ δεδαμασμένα, ὡς ἤδη κεχαρισμένα τοῖς πόνοις, (*domita, ut quæ jam dicata laboribus.*) Et *indomitæ juvencæ* laudantur Euripidi & Senecæ[t]. Vitula hæc typum gerebat homicidæ, (i. e. viri Belial, seu sine jugo Legis,) in cujus locum, cùm ille non reperiretur, substituebatur[v]. ¶ *Nec terram scidit vomere,* [אֲשֶׁר לֹא עֻבַּד בָּהּ] *Cum qua non est servitum,* Mo. Ma. vel, *agricolatum,* P. *cultum*; quâ ager non est cultus, Ma. *Quâ nemo usus fuerit* in aratione[x].

4. *Ad vallem asperam atque saxosam,* [אֶל נַחַל אֵיתָן] [Variant.] 1. *Ad torrentem fortem,* Mo. Abarb. in Muis. Verùm hoc non congruit huic loco, ut ex subjecta descriptione apparet[y]. 2. *In,* vel *ad, vallem asperam,* ό. Sa. Sy. Ar. P. A. Ger. V. i. e. saxosam, V. *duram,* M. Ma. O. *solidam,* Ti. quæ aratro proscindi nequit, Q. in Ma. *desertam,* Ch. *horridam,* JT. *incultam,* Sy. *Fortem,* i. e. pinguem, vel fertilem, non amplius

[Marginalia: a Muis. — b M. — c A. — d A. — † G. — f O. To. in Bo. A. — g Maimon. in A. — h Bo. — i Ger. — k Bo. ex Jo. Ger. — l Bo. Ger. — m Bo. — n Bo. Ger. — o G. — p M. — q F. — r Pi. Ger. — † Di. — t G. — v Me. ex Bo. — x V. — y Ger.]

plius

plus colendam: q. d. Ideo cauti sint circa homicidia, nè pereat locus electus possessionis ipsorum[z]. Qu. Cur in vallem horridam? Resp. 1. Symbolum erat horroris homicidii, & ut omnes ab homicidio absterrerentur[a]. 2. Nec solùm flagitii atrocitas, sed & committentis improbitas, designabatur[b]. Locus humilis & depressus sign. vilem & depressum homicidæ animum; locus asper, durus & incultus, ejusdem animum crudelem, & virtute vacuum[c]. ¶ *Quæ nunquam arata*, [אֲשֶׁר לֹא יֵעָבֵד בּוֹ] *Quæ non colitur*, M. ità Ti. *quæ nec arata fuit*, Sy. Ar. P. *quæ non est culta*, ό. Ch. Alii referunt ad futurum: *Quo non coletur in eo*, Mo. *quæ non coletur*, &c. K. in F. Ma. A. nec tunc, nec in posterum[d]. *Quæ non arabitur*, Sa. A. ¶ *Et cædent*, [וְעָרְפוּ] *Et decervicabunt*, V. Ma. O. *cervicem auferent*, Mo. vel, *frangent*, P. *decollabunt*, Sa. A. *jugulabunt*, O. Occidant à cervice, non à jugulo, M. Ger. Maimon. in A. Quo innuebatur occisum hominem per insidias, non apertâ vi commisísque frontibus†.

5. *Accedéntque*] Ità Pi. *Accedentes*, &c. JT. Sed hoc parit falsum sensum, quasi sacerdotes ea facere deberant quæ præcipiuntur versu sequenti*. ¶ *Sacerdotes*] Non ut judices, ut velle videntur To. & L. (neque enim ullo hîc opus est judice, cùm reus non sit inventus;) sed ut se cum aliis immunes testentur[f]. ¶ *Omne negotium*, [וְעַל פִּיהֶם יִהְיֶה כָּל רִיב וְכָל נָגַע] *Et super*, vel *juxta*, *os* (i. e. sermonem) *eorum omnis lis & plaga omnis erit*, Mo. P. A. G. Ger. sim. Ch. Sa. nempe, *judicata*, vel *examinata*, vel (ut hic casus importare videtur) *expiata*[g]. *Tractabitur*, M. *finitur*, Ti. Pontificii hinc colligunt omnes controversias à sacerdotibus definiendas. Sed, 1. nunquam soli sacerdotes judices erant, sed cum iis politici. Vide quæ ad Deut. 17. 8[h]. 2. Vox universalis intelligenda ex subjecta materia, de victimis, oblationibus, & lepra: de his enim notio erat sacerdotum. Vide de lepra infrà 24. 8[i].

6. *Et venient majores natu civitatis illius ad interfectum*] Vel cadaver occisi deportabatur ad vallem in qua vitula mactata est, vel etiam vitula translata est ad locum cædis. Cùm dicunt, *sanguinem hunc*, vers. 8, 9. tacitè insinuat, cadaver occisi & vitulam mactatam in eodem loco fuisse[k]. Sed in Hebræo aliter[l]. ¶ [וְכֹל זִקְנֵי הָעִיר הַהִוא הַקְּרֹבִים אֶל הֶחָלָל] *Et omnes seniores civitatis illius propinqui ad occisum*, Ma. Ger. Ad locum ubi facta cædes[m]. Propinquiores cadaveri illius occisi[n]. ¶ *Lavabunt manus*] Ad testandam suam in hac re innocentiam. Vide quæ ad Matt. 27. 24[o].

8. *Propitius esto populo*] Sic & Draco constituerat, homicidio facto cujus auctor ignoraretur, καθαίρειν τὸν δῆμον αὐθήμερον, (id est, *eodem die populum lustrare*.) Meminit Demosthenes[p]. ¶ *Nè reputes*, &c. [וְאַל תִּתֵּן דָּם] *Nè des sanguinem*, i. e. pœnam sanguinis[r]. Vel, *nè ponas*, i. e. nè imputes, cædem†. Vel, *nè sinas* (*dare* pro *sinere*, vidè quæ ad Gen. 20. 6.) *sanguinem innocentem*, scil. impunitum fore[t].

9. *Quod præcepit*] Heb. *rectum*, i. e. gratum[v].

10. *Si egressus fueris*, &c. [כִּי תֵצֵא] Sexta libri Sectio, תֵצֵא dicta. ¶ *Tradiderit eos*, [וּנְתָנוֹ] *Dabit eum*, sub. *inimicum*. Mutatio numeri[x]. Syllepsis est, quæ distributionem plerumque notat; ut Jos. 2. 4. 2 Reg. 3. 3. Psal. 35. 8[y]. ¶ *Captivos*] Heb. *captivitatem ejus*, V. A. i. e. multitudinem captivorum. Ità Num. 21. 1[z].

11. *Et adamaveris eam*, [וְחָשַׁקְתָּ בָהּ] *Et desideraveris eam*, V. ό. *adhæseris ei*, O. G. in amore, O. vel, *conjungeris*, G. σεμνῶς (i. e. *modestè*) dictum, pro, *concubueris cum ea*; Hebræi in Thalmud. Ge. & Maim. Quod & firmat vox *humiliandi* quæ sequetur. Sic Homerus dicit, ἐν φιλότητι μιγῆναι, (ad verb. *in amore commisceri*.) ¶ *Voluerísque habere uxorem*] Primum congressum indulget licentiæ militari ac juri victoriæ, si fortè eâ satiatus abstineat se ab ea Hebræus. Secundum congressum non permittit, nisi solenniter conjux facta sit[a]. Obj. At Judæi prohibentur de his Gentibus uxores sumere, Exod. 34. 16. Deut. 7. 3. Jos. 23. 12. & Nehemias nuptias cum *Ammon* & *Moab*, &c. strictè prohibet, Neh. 13. 23, &c. & vetat Deus omnem fornicationem[b]. Resp. 1. Non jussio, sed facti concessio, vel potiùs permissio, hîc proponitur[c]: ob duritiem Judæorum; quemadmodum lex divortii, &c. Matt. 19. 8[d]. Utrumque permissum erat ob periculum homicidii, Ger. Duo evincunt rem Deo ingratam fuisse: 1. ceremoniæ ante nuptias imperatæ, ut mulier deformetur; 2. dimissio facilis†. Hoc dabat & indulgebat effræni libidini, (cùm ab uxoribus abessent[f],) non probabat: Martyr in Gen. 24[g]. 2. Lex hæc non de fœminis Cananæorum, aliarúmque gentium quæ post denunciationem spretam jubentur interfici intelligenda est, sed de aliis fœminis alienigenis[h]. 3. Sermo est de ea quæ religionem Judaicam amplecti parata erat[i]. Harum matrimonium, si Legem, scilicet, susciperent, & in id baptizarentur, interdictum Israelitis non erat, sed sacerdotibus solis[k]. At Nehemias agit de fœminis in idololatria perseverantibus; & præterea de iis quæ non erant, bello captæ, nec in potestatem Judæorum redactæ[l].

12. *In domum tuam*] Heb. *in medium domus*, i. e. intra domum, ut Gen. 23. 6. *in medio nostrî*[m]. ¶ *Radet*, &c.] Qu. Quæ horum ratio? Resp. 1. Ut his lustrationibus munda & sancta reddita ad populum sanctum adjungeretur, oblita generis & cognationis suæ: Azorius Inst. mor. 6. 12[n]. Symbola hæc sunt abdicationis Gentilismi, & susceptionis Judaismi[o]. Volebat Deus eam omnia deponere quæ Gentilitatis erant, etiam vestem[p]. 2. Pertinent hæc ad luctum & funebrem habitum, ut parentes & amicos & miseriam suam defleat[q]. Patet ex vers. 13. *flebit patrem*, &c. Priora ergò præscribebantur tanquam apparatus ad hunc luctum[r]. 3. Ad extinctionem amoris præposteri. Medicinam studet facere insano amori, demptis quibus allici poterat†. Lex aufert fœminæ omnes Veneres, amœnitates atque delicias, per quas posset vir allici, quò rariora sint conjugia talia[t]. Si placuit petulantiâ, jucunditate, lugubris fiat, (ut vel sic amoris inconstantia declaretur[v];) si comâ, tondeatur; si ornatu, mutet habitum: acsi constitueret, Auferatur viscus, ut liberi Israelitarum animi avolent, non implicati tam periculoso amore. Martyr ad Gen. 24[x]. ¶ *Radet cæsariem*] Heb. *caput*. Comas radet, ut in luctû gravi mos est fœminis[y]. In morte Germanici, Barbarorum Reguli quidam barbam posuêre, & uxorum capita rasêrunt; Suet. Calig. c. 5. Persæ tonsis conjugibus & liberis mortuos lugebant; Curt. l. 10. Sic Græcis in luctu mulieres tondebantur, Plut. probl. c. 13. Et Romanæ mulieres comas sepulchro imponebant. Vide Propert. Eleg. 1. 17. & Senec. Phædram act. 5. scen. 1. & Virgil. Æneid. 9. *Evolat infelix—scissa comam*— Dices, At prohibitum fuit Judæis calvitium facere super mortuo, Deut. 14. 1. Resp. Illud præceptum solos Judæos ligavit[z]. Viri post septem primos dies luctûs non radebantur[a]. Alii (ut dictum est) factum hoc volunt ad deformitatem inducendam, & ut extingueret concupiscentiam amatoris[b]. Est autem in hoc deformitas quædam. *Quod solum formæ decus est, cecidêre capilli*[c]. ¶ *Et circumcîdet ungues*, [וְעָשְׂתָה] *Et faciet*, Sa. Mo. O. A. Ma. [Variè reddunt.] 1. *Circumcîdes*, ό. Ph. in Bo. Q. RR. in Ger. *præcidet*, Sy. V. O. P. sim. Ca. Belg. Ang. *aptabit*, Ti. vel, *parabit*, M. præcisione autem ungues aptantur[d]. Ità plerique interpretes veteres & Christiani†. [Probant.] 1. Quia *facere* sæpe sign. *aptare*, *disponere*. 2. Ex 2 Sam. 19. 24. *non fecerat labrum suum*, i. e. non aptaverat[f]. 2. *Nutriet ungues*, Ar. M. F. JT. Pi. A. ità Ch. *Crescere dimittet*, Amama & Pelargus in Ger. Ger. ex AE. & RS. G. ex R. Akiba, *Faciet eos longos*, crescere sinet. Ungues præcidere est pars munditiæ, quæ in luctu negligebatur; ità ut septem diebus primis vestes viles sumerentur, neque eluerentur, nec lotio usurparetur nisi faciei & manuum, nec unctio ulla[g]. [Probant hanc interpretationem.] 1. *Facere* sæpe sign. *producere*, *proferre*, cumprimis quando de frugibus & fructibus arborum usurpatur. 2. Ex consilio Legislatoris. Reliqua enim membra spectabant ad deformitatem inducendam; ergò & hoc[h]. Dices, At exigua foret deformitas, non præcidere ungues spatio 30 di-

Margin notes (left column): z K. in F. — a Ger. Bo. l. — b Ger. — c Bo. — d A. — † Muis. — * Pi. — f Me. Bo. Jo. in Ger. — g A. — h Ger. — i G. — k Ger. — l Bo. — m G. — n Ger. — o V. F. G. A. T. — p G. — r AE. in M. & F. — † V. A. — t A. — v V. — x V. — y Ger. — z A. — a G.

Margin notes (right column): b Ger. — c Ger. A. — d A. — † Ma. et Jun. — f A. — g Ga. — h G. Ger. Pi. — i Me. Bo. Ger. — k G. — l Ger. — m Ger. — n Ger. — o Ità L. Caj. & RR. in Bo. — p O. — q Ità Me. Bo. T. Jo. in Bo. Bechai in F. — r Bo. — † Martyr in Ga. ità M. F. RR. in Ger. Bechai in F. — † G. — v F. — x Ga. — y G. — z Bo. — a G. — b F. — c G. — d Bo. — † Ger. — f Bo. Ger. — g G. — h J. R. in Ger.

dierum [i]. Agnosco; quare luctui hoc meliùs videtur convenire. Sed quid unguium resectio ad luctum? Resp. Factum hoc in gravi calamitate, præsertim naufragio. Propertius, *Huic fluctus vivo radicitus abstulit ungues.* Petronius Arbiter in Satyrico, *Audio*, inquit, *non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi cùm pelago ventus irascitur.* Et ut Chinensibus ungues prolixi sunt nobilitatis indicium, ità fortè olim eorum resectio in luctu usurpata erat [k]. 3. [Alii aliter:] *Faciet* est verbum sacrificale & rituale, ut alibi sæpe, & hîc ponitur pro *comburet*, ritu quodam solenni; quo sign. reliquias Gentilismi penitus esse abolendas [l].

13. *Et deponet vestem*, &c.] Heb. *vestimentum captivitatis*, i. e. quo induta fuerit capta [m]. Vestem libertatis, pro qua sumet vestem captivitatis & luctûs, i. e. sordidam, si vel hâc ratione refrigerari amor possit. Verissimum enim est quod nimiùm peritus talium dixit, *Auferimur cultu: gemmis auróque teguntur Omnia; pars minima est ipsa puella sui* [n]. Ethnicorum filiæ, imminente prælio, pulcherrimis vestibus sese induebant, ut, si fortè Israelitis victoria cederet, gratiam in oculis ipsorum invenirent [o]. ¶ *Sedénsque in domo tua*] Ubi mores ejus observare possis [p]. ¶ *Patrem & matrem*] Quia, 1. occisi præsumuntur. Vide Deut. 20.14. 2. Spes ad eos redeundi adempta est [q]. ¶ *Uno mense*, יֶרַח יָמִים] *Mensem dierum*, V. P. O. A. Vide Num. 11. 20. V. *Lunâ dierum*, Mo. Ma. G. Ger. i. e. donec Luna in eundem statum redeat [r]. Sic Hypallage est, pro, *diebus lunæ*, i. e. quot dies consumit Luna circuitione suâ, i. e. integro mense suis diebus constante. *Luna* pro *mense*, per metonymiam efficientis †. Per mensem mortuos lugere solebant. Vide Num.20. & Deut. ult [t]. ¶ *Postea intrabis ad eam*] Baptizatam & junctam conjugio [v]. ¶ *Dormiésque cum illa*, וּבְעַלְתָּהּ] *Et potieris eâ*, Q. in Ger. Ma. h. e. *frueris concubitu illius*, Ger. *subagitabis eam*, Ma. Nam בָּעַל non statum, sed actum, notat, ut Deut. 24. 1 [x]. At בָּעַל etiam *statum* & *conditionem* sign. idémque est quod, *uxorem duxit*, Prov.30.23. Esa.62.4. Congressûs maritalis mentio in eo, *ingredieris ad eam*, & subditur, *erit tibi in uxorem* [y]. Vertunt ergò, *Et maritabis eam*, Ger. *eris maritus ejus*, P. *Et ages viri munus erga eam.* In lingua Æthiopica בעל *nuptiæ* sunt, Matt.22.8 [z].

14. *Si autem postea*, &c.] i. e. Si post matrimonium contractum & consummatum [a]. Erat hoc, repudio simile, permissum tantùm (non concessum) duro & cervicoso populo. Si enim permittebatur repudium uxoris Israelitidis propter periculum homicidii, quantò magis mulieris alienigenæ, & in bello captæ [b]? [Al. aliter:] Omitte illud, *postea*. Hoc enim vult, Si conspectâ illâ cultûs deformitate ducere eam nolueris [c]. Intelligit, ante nuptias; nam post nuptias talem dimissionem non concessit Deus [d]. ¶ *Non sederit animo tuo*, לֹא חָפַצְתָּ בָּהּ] *Non complacitum sit tibi in ea*, V. Ger. P. i. e. non ames eam, V. *Si nolueris eam*, ο'. in G. ¶ *Dimittes eam liberam*, sic ο'. Ar. לְנַפְשָׁהּ] Dimittes eam *animæ suæ*, Sa. Mo. V. O. Ma. P. *pro voto suo*, V. Ti. i. e. Sines eam liberam abire quócunque volet †. *Arbitrio suo*, Sy. JT. sim. O. M. ¶ *Nec opprimere per potentiam*, לֹא תִתְעַמֵּר בָּהּ] Vox hîc tantùm & Deut. 24. 7. reperitur [f]. [Variè vertunt.] *Non negotiaberis cum ea*, vel, *per eam*, vel, *de ea*, Ch. in Ger. V. P. Sa. sim. Sy. i. e. Nullâ ratione distrahere potes eam, aut commutare [g]. *Neque contractum facies de ea*, O. *Nè utitor eâ ad quæstum*, JT. simil. A. Al. *Non prostitues lucri causâ*, Q. in Ma. *Nec imposturam exercebis cum ea, quia vendere non potes*, AE. in M. & F. *Non utêris eâ pro ancilla*, G. A. K. in F. *Non uti poteris eâ*, M. Ti. nempe, *ad opus*, Ti. Nequaquam retrahito in servitutem [h]. *Non utêris servitio ejus.* Significatio hæc petita à Persis, qui servitium & ministerium עימראה vocant: Ità RS. ex Mosè Haddarsan [i]. Al. *Non commanipulabis*; i. e. societatem, colligationem qu. communipularem, cum ea inibis, nec eam in servili conjugio habere poteris, ut ancillam conjugem, seu contubernalem [k]. *Non contemnes eam.* Ità Græci, ἀθετήσεις [l]. *Nè extenues*, Ar. *Non extolles teipsum supra illam, quasi per vim rem habueris cum illa.* Existimant ע positum esse pro א, ab אָמַר,

[i] Q. in Ger. [k] Bo. [l] Q in Ma. [m] V. Ger. [n] G. [o] Ger. [p] A. [q] Ger. Bechai in F. [r] G. † Ger. post Jun. Pi. [t] Me. ex Bo. [v] G. [x] Pi. [y] Ger. [z] Di. [a] Ger. [b] E. [c] G. [d] A. † V. Ger. Ch. [f] A. [g] F. V. [h] Ger. [i] D. [k] Ma. G.

quod in Hiphil sign. *exaltare* [m]. ¶ *Humiliâsti*, עִנִּיתָהּ] *Afflixisti eam*, V. Ma. Sa. i. e. rem cum ea habuisti [n]. *Stuprâsti*, Sy. *compressisti*, Mo. JT. *postquam coieris cum ea*, Ar. Græci, ἐταπείνωσας. Græci elegantiores dicerent, ἐφθείρας. Hoc significatu vox ענה reperitur infrà 22. 24, & 29. item 2 Sam. 13. 22. quibus in locis Græci, ut hîc, ταπεινοῦν usurpant [o]. Hæc vox de illicitis congressibus usurpata locis jam citatis, & Gen. 34. 2. Jud. 19. 24. Ezec. 22. 10, 11. Lam. 5. 11. ostendit Deum hoc non probâsse, & dimissionem ante nuptias faciendam fuisse [p]. Est hæc qualiscunque expletæ libidinis pœna, quòd dominus belli jure factus fœminam cognitam nec vendere poterat, nec ad serviles operas adigere; sed aut ducere eam debebat, aut liberam è manu emittere [q].

15. *Uxores duas*] Ergò polygamia non erat vetita Judæis [r]. Nam qui disponit de consequenti, i. e. de jure inter liberos polygamorum, ille etiam vult antecedens, i.e. polygamiam †. Resp. Negatur: Nam Deus disponit de mercede prostibuli, Deut.23.18. Sequitur tantùm, Deum hoc tolerâsse. Non hîc agit Moses Ecclesiæ doctorem in vita spirituali, sed politicum Legislatorem in vita civili [t]. [*Vide quæ ad* Lev. 18.18.] ¶ *Alteram odiosam*, וְהָאַחַת שְׂנוּאָה] *Et una* (i. e. altera, confer Matt. 24. 40. cum Luc. 17. 36.) *exosa*, scilicet, comparativè, *minùs dilecta*, ut Gen. 29. 31 [v].

16. *Volueritque substantiam inter filios dividere*, בְּיוֹם הַנְחִילוֹ אֶת־בָּנָיו אֵת אֲשֶׁר יִהְיֶה לוֹ] *In die quo hæreditare faciet filios suos quod erit ei*, Mo. A. Ma. F. V. ¶ *Inter filios dividere*] Jus ergò pater habebat assignandi cuique liberûm suas portiones, donando seu testando; quæ valebant usque ad Jubilæum: quod & Sirachidæ docet locus 33.23. Vide de J.B. & P. 2. 6. 14. Olim ante Legem etiam extranei hæredes relinqui poterant, Gen. 15. 3 [x]. ¶ *Non poterit*] Nempe, jure [y]. Ea tantùm possumus quæ jure possumus [z]. ¶ *Facere primogenitum*] i. e. Jura primogenituræ transferre [a]. ¶ *Et præferre*, &c. עַל־פְּנֵי בֶן־הַשְּׂנוּאָה הַבְּכוֹר] *Super facies filii exosæ primogeniti*, Mo. Ma. Ger. *in conspectu ejus*, JT. i. e. eo vivente, V. Ch. vel, superstite, sic Ti. Vide Gen. 11. 28. & 16. 12. & 25. 16 [b]. *Coram facie*, &c. Ca. M. Belg. *despiciens filium*, ο'. *summoto exoso filio*, vel, *ante filium exosæ primogenitum*, P. in Ger. A. Ma. Sa. Sy. O. Ang. sive, qui est *primogenitus*, A. JT. sub. *reverâ*, Ang. q. d. Cave nè perturbes, aut invertas, jus naturale, prætextu amoris uxorii [c]. Dices Jus primogenituræ translatum fuisse ab *Esauo* ad *Jacobum*, & à *Reubene* ad *Josephum*. Resp. 1. Facta hæc translatio non ex præpostero quodam odio, sed ex peculiari Dei instinctu. 2. *Esauus* & *Reuben* peccatis suis hoc promeriti erant [d].

17. *Cuncta duplicia*, פִּי שְׁנַיִם] *Os duorum*, Mo. Ma. O. F. A. Ger. vel, *duplex*, O. *partes duas*, P. V. *os*, i.e. partem, A. *portionem*, M. Ma. *mensuram*, Ch. in Ger. V. *Os duorum*, i.e. portionem duorum comedentium †: duplum ad alios, Ma. v.g. Si tres filii relicti essent, hæreditas in quatuor partes dividebatur, & duæ cedebant primogenito [f]. Perinde acsi primogenitus duo haberet ora hæreditate patris pascenda [g]. Sic 2 Reg. 2. 9. Elisæo datur *duplex os* spiritûs Eliæ, nempe, non præ Elia, sed præ condiscipulis [h]. ¶ *Ei*, לוֹ] Masculinum est; αὐτῷ, Græci. Fœmina enim τῶν πρωτοτοκείων capax non est [i]. ¶ *De his quæ habuerit*, בְּכֹל אֲשֶׁר יִמָּצֵא לוֹ] *Ex omnibus quæ inventa fuerint ei*, V. A. Ma. Ger. i. e. quæ reipsâ possederit. Ità enim vox מָצָא in Jure sumi solet [k]. Quæ præstò sunt ei, Ger. A. ut Gen. 19. 15. 2 Par. 5. 11. & 31. 1 [l]. Non ergò ex iis quæ post patris mortem obtigerunt [m]. Et dicit לוֹ, non לָהּ. Habet duplum bonorum patris, (cujus memoriam noménque ad posteros propagat, & familiæ decus tuetur,) non item matris, (cujus nomen non magis propagat quàm cæteri [n].) ¶ *Iste principium liberorum*, רֵאשִׁית אֹנוֹ] *Principium fortitudinis ejus*, V. O. P. vel, *virtutis*, F. i. e. virtutis procreatricis. Vide quæ ad Gen. 49. 3 [o]. q. d. In illo primùm virile robur suum exseruit, atque se virum esse ostendit [p]. Hæc prima ratio Legis, nempe, ipsa natura [q]. ¶ *Et huic debentur primogenita*, לוֹ מִשְׁפַּט הַבְּכֹרָה] *Illi jus*, vel *judicium*, *primogenituræ*, Ma. P. V. O. i. e. ad eum pertinet.

[m] Q. in V. [n] V. [o] G. [p] A. [q] G. [r] D. † Q. in Ger. [t] Ger. [v] A. Ma. Jun. [x] G. [y] A. Ger. [z] Ger. [a] A. Ger. sic Sa. [b] Ger. [c] Ma. [d] Ger. † O. [f] F. A. ex He. [g] Ger. [h] F. Ger. [i] G. [k] G. [l] A. [m] A. ex He. [n] A. ex He. Muis ex Abarb. [o] V. F. [p] F. Ger. [q] A.

pertinet[r]. Hæc secunda ratio, nempe, Judicium, vel Lex Dei, quæ sic statuit †. Ideóque primogenitus poterat hoc vendere, quia suum erat[t]. *Huic debentur* ex jure antiquissimo ante Legem, quod eis dabat principatum in familia, duplam hæreditatem, & sacerdotium sacrorum familiæ. Dupla hæreditas usum habet ad facienda convivia & sacrorum sumptus. Indè, *merum lucrum sine sacris hæreditas*, apud Plautum. Hæc πρωτοτοκεῖα pater gravibus de causis transferre ad post natum poterat. Verùm eam libertatem lex adimit plures simul uxores habenti, nè uxoris unius delinimentis captus pater causas in primò natum aut fingat falsas, aut captet leves. Eadem ratio redditur in lege Longobardica, 2.20.3[v]. Qu. Cur duplum primogenito datum? Resp. 1. In typum Christi, veri illius primogeniti. 2. Ut status dignitatem conservaret, quòd ei debebatur regnum & sacerdotium & dominium in fratres[x]. Ejus erat familiæ decus tueri[y].

18. *Si genuerit*] Dictum est, filium ex odio non impediendum in bono; nunc docet, ex amore non debere in malis foveri[z]. ¶ *Contumacem & protervum*] Et hæc lex, quia satis dura est, interpretationem accepit strictiorem. Excluditur enim, 1. filia, quia lex *filium* nominat. 2. Ætas prima, malitiæ nondum capax, (si nondum sit 12 annos natus[a],) quia lex *contumaciam* requirit. 3. Qui seorsim à patre res suas agit. 4. Orbus patre aut matre, quia talis plerumque bona habet aliqua unde damnum datum sarciri posset[b]. 5. Non plectunt nisi quem & pater & mater accusant, quia dicitur, *apprehendent*, vers. 19[c]. De quantitate verò esculentorum vel poculentorum, quam opus sit productam esse ut Legi locus sit, variant Interpretes[d]. *Si comederit dimidiam libram carnis & dimidium logum vini biberit* (vel, ut R. Jose habet, *libram carnis, & logum*, vel, *sextarium, vini*, F.) *& furatus sit de bonis patris*, &c †. Dicunt Hebræi hanc legem, sicut & illam talionis, nunquam in consuetudinem venisse[f]. ¶ [סוֹרֵר] *Declinans*, P. Mo. O. *Recedens*, ab obedientia parentum, vel, à recto[g]. *Desertor*, i.e. contumax, Sa. V. JT. simil. A. *protervus*, G. M. *defector*, Ti. Sign. eum *qui imperata facere detrectat*[h]. *Rebellis*, Sy. *refractarius*, à סוּר, Ma. *devius*, Ar. *prævaricator*, Ch. ¶ [וּמוֹרֶה] *Rebellis*, Sa. M. P. Ti. Mo. O. A. *Amarus*, qui parentes amaritudine afficit[i]. *Mutabilis*, i.e. qui in dies mutatur in deterius[k]. *Incredulus*, ο'. *contumax*, Sy. *pertinax*, Ar. Sign. eum *qui facit prohibita*[l]. ¶ *Et coercitus*] Heb. *castigaverunt eum*, sermone & opere, non perfunctoriè, ut Eli[m].

19. *Ad portam*] Ubi jus dici solebat. Vide Deut. 17.5[n].

20. *Dicéntque ad eos*, &c.] Nulla hîc, ut nec in aliis quibusdam criminibus, Judicis requirebatur auctoritas. Vide Jo. Antiq. 16. Sopater de lege quæ patri permittit liberos interficere, Ὁ νόμος, &c. i.e. *Lex, sciens quàm sincerus judex pater futurus esset, hoc constituit.* Vide de J. B. & P. 2.5.1. & 28[o]. ¶ *Comessationibus vacat*, sic ο'. [זוֹלֵל] *Epulo*, P. *vorator*, Mo. A. supple, *carnis*, cum Ch. quod exprimitur Prov. 23.20[p]. *Comessator*, O. Ma. M. Ti. Sa. *immoderatus*, Sy. *intemperans*, Ar. *homo vilis*, Sa. vers. Ger. vel, *levis*, Ger. qui omnia vilipendit & absumit[q]. ¶ *Et luxuriæ*, &c. [וְסֹבֵא] Indè Phrygium σαβάζειν. Multæ voces Phrygum & Lydorum à Syris[r]. Vertunt, *potator*, P. Ch. O. Ma. M. Ti. Mo. scilicet, *vini*, Ch. ο'. quod supplendum ex Prov. 23 *. *Ebriosus*, Sa. Sy. A. *abominandus*, Sa. vers. *prodigus in illicitis*, Ar. Alludunt huc Pharisæi Matt. 11.19. & Christum hunc filium rebellem faciunt[t].

21. *Lapidibus*, &c.] Sic statutum fortè ob pervicaciam hujus populi. Vide Exod. 21.15, 16. Levit. 20.9[v].

22. *Morte plectendum*, [חֵטְא מִשְׁפַּט מָוֶת] *Peccatum judicii mortis*, P. O. Ma. i.e. dignum morte, Ch. in Ger. sim. Sa. Sy. Ar. JT. V. *Peccatum & judicium mortis*, P. ¶ *Appensus fuerit in patibulo*] Qu. Quale hoc genus supplicii? Resp. 1. Q. docent hos primò lapidandos, & deinde in crucem suspendendos, non aliâ ratione quàm ut omnibus innotescat facinus eorum[x]. Fiebat id ostentui in lapidatis ob idol. vel blasph. Non enim pœna erat suspensio. Strangulabantur enim stantes apud Hebræos, non suspendio. De ustione, gladio, lapidibus, satis apparet pœnas has remotas à suspendio[y]. In Scriptura habemus exempla eorum qui post mortem suspendebantur, 2 Sam. 4.12. Jos. 10.26. fortè & Jos. 8.29. & Num. 25.4. Atrocibus peccatis interdum duplex erat pœna: Achanis familia & lapidabatur & comburebatur, Jos. 7.25[z]. De crucifixione hominis vivi nullum habent præceptum[a]. Judæi impudentissimè negant Christum vivum crucifixum esse, sed tanquam blasphemum more Judaico lapidatum aiunt. Resp. 1. Ipsi ubique Christum vocant תָּלוּי *suspensum*, & crucem ejus à forma sua שְׁתִי וָעֵרֶב, i. e. *stamen & subtegmen*[b]. 2. Judæis tum sublata erant judicia, ut scribunt RR. Per Romanos ergò facta est hæc crucifixio, alioquin Judæi primùm lapidâssent eum: id quod sæpe tentaverunt, sed frustrà[c].

23. *Non permanebit*, [לֹא תָלִין] *Pernoctabit*, V. P. O. Ma. ¶ *Sed in eadem die sepelietur*] Quod hîc dictum est de sepultura *suspensi*, intellige etiam de *lapidato*, vel *decapitato*, &c[d]. Sepeliebantur in publicis sepulchretis †. De iis qui interfecti sunt lapidatione, vel incendio, vel ferro, eorum corpora spontè statim homines terrâ obruebant; quia indecorum censebant corpora supra terram jacere insepulta. At suspensi in sublimi facilè poterant relinqui[f]. Sepulturâ carere apud Judæos habita est summa calamitas, & eam negare, summa crudelitas, Jer. 16.4. Jo. Belli 4. ult. Existimo tamen hoc præceptum ad suspensos arctandum, 1. quia hos exprimit; 2. à ratione legis addita. Dices, hoc non servatum 2 Sam. 21. Resp. Peculiari id factum Dei dispensatione[g]. ¶ *Quia maledictus est à Deo qui pendet in ligno*, [כִּי קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי] *Quia maledictio*, vel *exsecratio*, *Dei est*, vel, *exsecrationi Deo*, vel, *ut maledictio Dei*, vel, *in maledictionem Dei*, vel, *maledictus à Deo*, *suspensus*: sic P. Mo. O. Sa. M. Ti. JT. A. V. Ger. Sic ο'. & Paulus, Gal. 3.13. A. Aq. & Th. in Bo. [Variè exponunt.] 1. Jam luit pœnas pro flagitio admisso, Legi satisfecit[h]. Jam Dei maledictio, seu supplicium in eo expletum est[i]. *Maledictio Dei* hîc accipitur pro pœna suspensionis inflicta ei à Judicibus, qui locum Dei tenent. (Caj. vertit, *Maledictio judicum suspensus.*) q. d. Debet sufficere talis pœna, nec ultrà privandus est sepulturâ[k]. Satis est ad breve tempus exponi eum, ut populo appareat satisfactum Legi. Cæterùm non protrahenda est ejus pœna, qui antequam suspendebatur pœnam tulit à Deo impositam. קְלָלָה, κατάρα, sæpe *pœnæ* habet significationem, ut εὐλογία, *beneficii*; significatione à verbis ad res translatâ. Vide Gen. 8.21. Deut. 29.27. Psal. 109.17. Jer. 44.22[l]. 2. *Quamvis maledictio Dei sit suspensus*; i. e. Etiamsi admiserit gravissimum peccatum, & Deo admodum exsecrabilis sit, tamen jure sepulturæ non est fraudandus[m]. 3. *Suspensus exsecrationi est Deo*, non propter pœnam, sed propter causam reatúmque peccati[n]. *Quia pro eo quòd peccavit coram Domino suspensus est*, Ch. *Nam qui blasphemavit Deum suspendetur*, Sy. *Sepeli eum in eodem die cùm crucifixus fuerit, eò quòd blasphemaverit contra Deum*, Ar. Sed hæc ratio communis est suppliciorum omnium; nec ullam turpitudinem Deus in propatulo relinqui finit, Deut. 23.13, 14[o]. Quærenda autem est singularis ratio, quæ in Suspensione locum habet[p]. At dicunt alii, maledictum inprimis suspensum propter gravitatem criminis[q]. Suspensi tantùm blasphemi & idololatræ[r]. [Alii tamen hoc negant.] Blasphemi & idololatræ lapidandi erant, non suspendendi *. [*Imò utrumque, ut jam antè notatum.*] Malim hoc referre ad ipsum supplicii genus, quod per se infame est & exsecrabile †. Hoc erat summum supplicium[t], gravissimum & ignominiosissimum[v]. Mortem hanc Homerus Odys. χ'. (item Ph.) vocat μὴ καθαρὸν (*impuram*,) & Eustathius μιαρὸν (*fœdam*.) Crux erat servile supplicium; & *mors turpissima* dicitur, tum Sap. 2.20. tum in Catalectis Virgilianis; in Seneca, *stipes infamis*, epist. 101. & à Livio l. 14. *lignum infelix*. Ratio infamiæ hæc esse videtur, quòd qui suspenditur, isto symbolo sublevationis in altum, quasi exsecrabilis

Marginal notes (left column): r O. — † A. — t A. ex He. — v G. — x Ger. — y Muis ex Abarb. — z L. — a He. in A. — b G. itâ He. in A. — c A. — d G. — † He. in F. Peschita in D. — f F. — g O. — h M. F. G. — i O. — k Ma. — l G. post M. F. — m Ma. — n Ma. — o G. — p A. — q Ger. Ma. — r G. — * A. — t Ma. — v Ger. — x M. He. in F.

Marginal notes (right column): y G. — z A. — a M. — b F. — c M. F. — d L. E. Te. & Jo. in Bo. G. — † G. — f E. Ger. — g Bo. — h V. — i Ma. — k L. — l G. — m Q. in V. — n Q. in Ma. — o Ma. Ger. Bo. — p Ger. — q Q. in Bo. — r He. in M. & in F. G. — * Bo. — † Bo. — t Nachman. in F. — v Ger.

bilis mundo (& indignus qui terram pedibus premat) exturbetur & eliminetur [x]. Non statuitur hoc pro honore cadaveris sepeliendi, sed quòd cadaver illud maledictum citò à superficie terræ tollatur, & terra non inquinetur [y]. Sensus loci est, Homo suspensus ità exsecrabilis Deo est, ut cadaver statim tanquam abominabile è conspectu hominum auferendum sit [z]. Maledictus est, quia Dei ipsius judicio summâ infamiâ notatus. Et hæc mors quodammodo cedit in dedecus Dei, quòd homo, ad similitudinem Dei factus, tali supplicio sit afficiendus [a]. Mihi sic videtur, In aliis suppliciis nullum cadavera hominum oculis proponebat diu præter suspendium. Cùm igitur ex eo diutino spectaculo (quo bestiarum loco humana corpora esse videbant) facilè deduci quis posset in opinionem mortalitatis animæ, (præsertim in rudiore illo seculo,) planè cà re magna Deo ignominia inferri putabatur, qui illum ad suam imaginem condidit. Omnes gentes ideo sepulturam curæ habuisse videntur, & insepultos miseros judicâsse, quòd immortalitatis notio quædam in omnium animis fuerit impressa [b]. Sed potissima causa maledictionis hujus, &c. est, quia Christus in mysterio præsignabatur, Gal. 3. 13, 14 [c]. Notant eos tantùm suspendi solitos qui iram Dei contra totam aliquam communionem provocârunt, Num. 25. 4. 2 Sam. 21. 6 [d]. 4. *Quia alleviatio Dei est suspensus*, († קָלַל est *levis*, vel, *alleviatus fuit.*) Quia sic alleviatur ira Dei, & terra levatur onere mali hominis [f]. 5. Forsan *maledictio Dei* signific. magnam exsecrationem; ut, *mons Dei*, &c. Horror est videre suspensum [g]. ¶ *Nequaquam contaminabis terram*] Contaminatur terra, vel, 1. physicè, quasi aura occisi fœtore afficeretur [h]. Contaminatur terra ubi corpus humanum, Divinæ quondam imaginis domicilium, tabescens in terram defluit, datúrque pecoribus: *Vellere surgentem de nostris ossibus herbam*, ut ait Lucan [i]. Vel, 2. moraliter, crudelitate illâ & inhumanitate in mortuum, quæ Deo displicet [k]. Vel, permittendo monumentum maledictionis Dei visibiliter permanere, quod per sepulturam aboleri voluit [l]. Tales, quasi piacula, terram contaminant, nisi eorum cadavera, tanquam publicâ luce indigna, ab oculis hominum amoveantur [m]. Vel, respectus habetur ad legis hujus transgressionem, quâ terra contaminatur [n].

x Bo. y M. z E. a Me. b Masius ad Jos. 8. 29. c E, Ger. d Ger. † Q. in Ger. f Ger. Ma. g Ma. h To. in Bo. i G. k Bo. l A. m Ger. n Q. in Ger.

CAP. XXII.

1. NOn videbis, &c.] i. e. Si videris, V. Ger. ut in Exod. c. 23. v. 4. *Si occurreris bovi*, V. *Negativum adverbium quandoque priori propositionis connexæ membro additur, cùm deberet posteriori, & in priori est ellipsis τȣ͂ Si.* Sic Exod. 33. 20. *Non videbit me, & vivet*, h. e. si videbit, non vivet [a]. ¶ *Fratris tui*] Putà, Judæi [b]. At nomen fratris generaliter accipitur. Nam cùm ex jumentis ipsis non pateret an haberent dominum Judæum, si de Judæorum animalibus solùm ageretur, semper fuisset legis hujus obligatio incerta [c]. *Frater* hîc dicitur ex communione naturæ, de quo Mal. 2. 10. *Nunquid non pater unus*, &c [d]? Qui hîc *frater*, Exod. 23. 4. *inimicus* vocatur, quia homines etiam infensissimi pro fratribus habendi sunt †. ¶ *Errantem*, sic omnes interpretes [f], נִדָּחִים] *Impulsos*, M. Ma. Ger. vel, *depulsos*, Ma. *expulsos*, O. Ger. aut, *projectos*, O. ut si per canem vel lupum à via vel à grege separentur [g]. ¶ *Et præteribis*] Hebr. & *abscondes te ab eis*, Mo. Sa. V. O. Ger. Ma. H[s]: Non dissimulabis quasi non videas [h]. *Non connivebis*, ό. in A. i. e. *non negliges*, Sy. Ar. Vide Levit. 20. 4 [i]. [O. legit interrogative, *abscondes te*, &c?]

2. *Non propinquus*] Ac proinde gravior tibi sumptus aut labor futurus esset [k]. Loquitur de propinquitate loci, non sanguinis [l]. ¶ *Et recipiat*] Inventionis titulus locum non habet nisi in rebus ἀδεσπότοις, (i. e. *quæ dominis carent.*) Vide de J. B. & P. 2. 10 [m].

a Ger. b La. Carthus. c Leonhardus Marius in Ger. d Ger. † BA. 1. 2. 40. 398. f BA. 1. 2. 44. 447. Omnes M. g M. h V. Ger. Ma. i A. k Ma. ex J. l Ge. m G.

3. *Similiter de asino*, &c.] Iraque hoc latiùs patet quàm illud Exod. cap. 23 [n]. Erat Hierosolymis אֶבֶן טוֹעַן *lapis errantium*, ad quem se contulit qui aliquid vel amiserat, vel invenerat, ibíque proclamavit, &c. inquit Talmud. At per regulas in *Baba Kama*, (& consentiunt omnes Canonistæ,) Judæus vetatur amissum Christiano reddere. Tamen per Talmud Hieros. tenetur reddere pro *sanctificatione nominis Domini* [o]. ¶ *Nè negligas*, &c. לֹא תוּכַל לְהִתְעַלֵּם] *Non poteris abscondere te*, Mo. sim. Sa. JT. *non licet tibi dissimulare*, Sy. vel, *negligere*, Ar. vel, *celare*, *eam*, (scilicet rem perditam, Ch.)

4. *Cecidisse*, נֹפְלִים] *Cadentes*, V. Ma. O. qui succubuerint onere [p], *prostratos*, Q. in V. Ma. ¶ *Sublevabis cum eo*] h. e. Dominum qui est cum jumentis suis oneratis juvabis [q].

5. *Non induetur mulier veste virili*, &c. כְלִי גֶבֶר] *Vas* (*vasa*, ό. *ornamentum*, Ch. *supellex*, Sa. *instrumentum*, JT. *vestes*, Sy. *arma*, Ar.) *viri*, Mo. Qu. De quo hoc intelligendum? Respondetur, 1. De armis [r]. Instrumenta bellica significat †. Vetat nè mulieres ad militiam cum viris proficiscantur, more orientalium mulierum: exponunt enim se periculo violandæ pudicitiæ [t]. Verùm hæc lex non tam in militia locum habet, quàm domi & in pace, atque in omni reliqua vita [v]. Resp. 2. De vestitu muliebri [x]. [*Hunc sensum cum priori conjungit* V.] Simul præcipit, nè vestibus muliebribus utantur [y]. Nam ex vi & natura relatorum statim subjicitur, *neque vir mulieris*, &c [z]. Præceptum hoc per se honestum & utile [a]. Qu. Quæ ratio hujus præcepti? Resp. 1. Exterminatio sacrorum Martis & Veneris: quia in sacris Martis mos erat fœminas vestire vestitu virorum, & armis induere; & in sacris Veneris, viros muliebribus vestibus [b]. Hæc est γενέσεως ἐναλλαγὴ, Sapient. 14. 26. Philochorus Venerem affirmabat esse Lunam, & ei sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, ideo quòd Venus mas esset & fœmina, teste Macrob. Saturn. 3. 12. Sic & Servius ad 2. Æneid. in chartis Fuldensibus; *Veneris in Cypro simulacrum corpore & veste muliebri, cum sceptro & naturâ virili, quod* Ἀφρόδιτον *vocant: cui viri in veste muliebri, mulieres in virili veste, sacrificant.* In Cypro autem multæ coloniæ Phœnicum, unde is mos venerat. Quare & nomen Ἀφροδίτης ego à Græcis corruptum arbitror ex אפעורית, quod fœmininum sit masculini פְּעוֹר, qui Deus turpitudinum Moabitis, Num. 25. 3 [c]. 2. Congruentia Naturæ hoc requirit, ut quos Natura sexus discreverat, discerneret etiam vestitus [d]. Ut decentiæ consulatur †. *Nè vel umbra effœminationis sexui masculo notam inureret* [f]. Et rectè; nam insigne dedecus est masculo, vestitu, aut incessu, aut effœminatis moribus, ad fœmineum sexum quasi se abjicere [g]. Dejectio hæc est contra dignitatem sexûs: & dedecet fœminas si plùs æquo viriles appareant [h]. Mutatio hæc vestium honestati contraria erat, ideóque à gentibus usurpata pœnæ loco; in desertores militiæ, à Charonda, (quos per triduum in concione stolatos destituit,) & in adulteras à Romanis [i]. 3. Quia hæc vestium mutatio multis nequitiis viam aperit [k]. Præcipitur hoc propter honestatem publicè tutandam, & cavendas scortationes: alioqui enim imberbis adolescens muliebri vestitu inter mulieres facilè lateret [l]. Hinc viri muliebrem habitum usurpantes impudici habiti erant, quales *Sardanapalus*, *Caligula*, &c [m]. Veruntamen in quibusdam casibus licita est vestium mutatio, ubi necessitas excusat [n]: ob præsentissimum vitæ periculum evitandum, & si nullum ex eo immineat castitati periculum [o].

6. *Si---nidum inveneris*, כִּי יִקָּרֵא קַן צִפּוֹר לְפָנֶיךָ] *Si obviàm fiet*, vel, *occurreret tibi*, seu, *conspectui tuo*, *nidus avium*, Sa. P. Mo. JT. M. Ti. *Si occurreris nido*, ό. Ch. *Cùm inveneris nidum*, Sy. ità plerique in Ma. qu. à קָרָה, Ma. *Quum vocabitur* (vel, *clamabitur*) *nidus passeris ad facies tuas*, Ma. לְפָנֶיךָ *tibi*, V. vel, *coram te*, P. i. e. Quum audieris pullos nidi clamantes, vel pipantes [p]. ¶ *Pullis*, "הָאֶפְרֹחִים וגו'] *Pullos vel ova*, Sa. Mo. A. similiter habent ό. necnon Sy. *cum pullis*, Ch. in quo sunt *pulli aut ova*, Ar. P. M. Ti. nidus *pullorum*, *aut ovium*, JT. *Pulli* sic dicti, vel, quòd germinent & pullulent,

n BA. 398. o Greg. not. c. 24. p V. q M. r L. M. F. V. Ch. & Aug. in Ger. † V. t V. ex F. v Cunæus rep Heb. 2. 22. x Ger. y V. M. z Ger. a G. b I. G. ex Maimon. c G. d Pacif. in Ger. † T. ex Bo. f Ph. g T. ex Bo. h Bo. i Cun. 2. 22. k T. Me. Bo. L. l V. m Bo. n T. Bo. o Ger. E. Bo. p Ma.

pullulent, i. e. plumas & pennas producant: vel, quòd recens emergant, seu erumpant, ex ovo, à פרח [q].

7. *Sed abire patieris*] Idem monet Phocylides in νυθετικοῖς, Μήτέρα δ' ἐκπρολίπης, &c [r]. Voluit Deus pietatem & misericordiam etiam in bestias exercendam †: & sic homines instituit in moribus bonis, & separat à pravis, qualis crudelitas, &c [s]. ¶ *Et longo vivas tempore*] Qui alienæ vitæ insidiantur jure quodam Divino ruinam sibi præparant & accersunt [v]. Promissio hæc maxima est. Nam, teste Bechai, ad futurum seculum & regnum Christi præcipuè pertinet. Et quia eadem promissio præcepto dilectionis (quod maximum est) conjungitur, hinc constat Deum non ex operum meritis, sed ex benignitate, hæc præmia conferre. Nam quid, quæso, meriti est aviculæ donare vitam [x]?

8. *Facies murum*, sic Ch. O. מַעֲקֶה] [Variè vertunt.] *Angustiam*, M. F. V. O. i. e. arctitudinem quandam, à עקה *angustia*. Hîc accipitur pro sepe & peribolo, quia nempe aufert angorem (& vertiginem, Ma.) ab eo qui ambulat in loco excelso [y]. Al. *torquem*, à עָנָק *torquis*, quòd in modum torquis tectum ambiret [z]. Al. *coronam*, ὀ'. Sic in Scriptura vocatur limbus prominens, licèt quadratus sit [a]. *Septum*, Mo. *cancellos*, Sa. Ar. *loricam*, Ti. Ca. JT. *thecam*, Onk. in G. Sic Græci vocant & ambitum sepulchri [b]. Altitudo esse debebat minimùm ad tres pedes cum dimidio [c]. Jubetur hoc, quia tecta Judæorum fiebant plana, ut in ipsis ambulare & versari liceret [d]. Hinc dictum Christo, *in tecto prædicate* †. ¶ *Nè effundatur sanguis*] Hebr. *Non pones sanguinem in domo tua*, M. F. Sensus est, vel, 1. Non ponas offendiculum aliquod in domo tua, putà, scalam fractam, unde quis cadere possit, aut canem nutrias mordacem, aut bovem cornupetam [f]. Hæc vetat paritas rationis [g]. Vel, 2. Nè sis causa necis in domo tua †; nempe, si corruerit aliquis de tecto, &c. *Et non*, &c. pro, *ut non imponas reatum sanguinis*. Vide Deut. 21. 8, 9 [h]; q. d. Nè facias domum tuam obnoxiam sanguini effuso in ea, aut vindictæ sanguinis ibidem effusi [i]. ¶ *Labente alio*, &c. [כִּי יִפֹּל הַנֹּפֵל מִמֶּנּוּ] *Quia cadet* (*cùm ceciderit*, Ger.) *cadens de ex ea*, Ma. Ger. נופל Q. referri volunt ad rem vel materiam de domo cadentem, quæ alium interficere posset. Jubet ergò fieri vallum circa tectum in imo, quod retineat quæ collapsura à tecto sunt dum ædificetur [k]. Non placet; quia peribolus iste non erat temporarius, dum domus ædificaretur, sed perpetuus futurus [l]. Rectiùs ergò de persona cadente accipiunt K. & alii complures Hebræi & Christiani [m].

9. *Non seres vineam tuam altero semine*] Q. accipiunt generaliter, de non serendis, vel in agro, vel in vinea, duabus vel pluribus seminum speciebus. Sed verisimilius est de vinea in specie hîc agi: vetitum est, nè ager vitibus consitus frugum seminibus simul fœcundetur [n]. Quia Palæstina calida est, solebant semper aliquid seminare inter ordines vitium; nolebat autem Dominus duas species ibi seri [o]. Aut verbum *serendi* hîc laxè ponitur, pro *plantare*, aut *inserere*; ut vetet vineam plantandam aut inserendam esse ex vitibus seu arboribus diversorum generum [p]. [De hoc præcepto vide Levit. 19. 19.] ¶ *Nè & sementis*, &c. [פֶּן תִּקְדַּשׁ הַמְּלֵאָה הַזֶּרַע וגו'] Obscurus reverâ locus est [q]. 1. *Nè plenitudo seminis* (i. e. fructus abundans & maturus, ut Exod. 22. 29. Num. 18. 27 [r]. vel, totum illud quicquid in illo semente est †,) *sanctificetur*, &c. vel, *sancta sit*, &c. Sa. Sy. sic ὀ'. M. Mo. Ti. Debebant enim omnium frugum primitiæ Deo offerri, quæ confusis speciebus offerri non poterant. Erat autem tota messis, tota vindemia, הַמְּלֵאָה *plena*, quanta quanta erat, soli Deo sancta, nec cuiquam indè frui licebat, donec primitiæ & decimæ oblatæ essent [t]. *Nè tam semen quàm proventus sacerdotibus Dei sanctificatis cedant, ut eis uti frui nequeas* [v]. *Nè fortè sanctificetur*, i. e. offeratur Domino, pars aliqua plenitudinis istius; q. d. nè immundum aliquod Deo offeratur, quales sunt hujusmodi fructus [x]. Nè tibi, & cuivis qui non est sacri ordinis, usu ejus interdi-

q Ma. r Ger. † E. s M. T. ex He. Ger. v Eugub. in F. x F. y F. & V. ex M. z Ma. a T. b G. c G. He. in Ger. Q. in F. d Me. † Ca. f M. He. in F. g F. † F. V. Ger. h Ger. i O. k Ità Steuchus in F. l Ma. m Ger. n Ger. o V. ex F. p Ma. q Di. r A. Ma. Ger. † Di. t Di. v Q. in Ger. x O.

catur, tanquam rerum sacrarum usu [y]. Vel, *nè sanctificetur*, i. e. nè ejusmodi sint ut sanctificari debeant: unde Targum habet, *nè polluatur*. In Scriptura, quod turpe est, καθ' εὐφημισμὸν per antecedentia vel consequentia declarari solet: ut *purificatio* quandoque ponitur pro *impuro*, cujus nimirum purificatio consequens est, vel esse debet. Sic Deut. 27. 20. *discooperire alam* alicujus, i. e. extremitatem vestis inferiorem, (quod vox כָּנָף sign. Deut. 22. 12.) ex antecedente relinquitur intelligendum consequens, & honestam circumscriptionem concubitûs continet. Sic apud Latinos, *peccatum*, quod alioqui turpe & fœdum est, *piaculum* dicitur, quod aliquid sanctum & expiatum importat, quia commissum peccatum expiari aut solet, aut debet [z]. Al. *nè polluatur*, &c. Ch. M. F. V. Me. A. T. P. Ang. Belg. Id etiam קדש sign. ut בָּרַךְ sign. & *benedicere*, & *maledicere* [a]; & ut rem detestandam *sanctam* & *sacram* vocant Latini [b]. *Nè illicita tibi fiat cultura seminis quod seres unà cum frugibus vineæ*, Ar. Contaminatio autem hæc vel est physica; i. e. nè corrumpas & perdas utrumque, dum nimiâ densitate sibi mutuò officiunt [c], aut etiam succo terræ exhausto interimant: vel est legalis [d]; segetes enim ex satione mixtorum à Deo prohibita postmodum enatæ immundæ censentur, imò etiam vicinas uvas polluere †. Blada poterant Deo offerri primo anno, fructus autem vineæ non ante quartum annum, tribus verò primis annis immundus fuit. Blada ergò illa in vinea orta fructum vitis tangendo (qui immundus erat) immunda fiebant, & inepta ad immolandum [f]. Vide de hoc versu ad Levit. 19. 19 [g].

10. *In bove & asino*) Ratio est, vel, 1. quia bos mundus est, asinus immundus. Ità Maimon. & Rambam, & R. Isaac [h]. *Innuitur, nihil justo cum improbo debere esse commercii*, Baal-hatturim [i]. Vel, 2. quia sunt diversa genera [k]. Extendunt ergò legem ad omnes diversas species, ut sunt equus & bos, camelus & equus [l]. Vel, 3. nè fortè coirent, cùm (ut solet) agricola jugum in idem stabulum cogit. Juvat hunc sensum connexio harum legum de commixtione in solo, in jumentis, in vestibus, & hoc loco, & Lev. 19. 19. ubi uno versu continentur; & ibi his verbis concipitur, *Jumentum non facies coire*, &c. ex quo præsentem locum interpretantur [m]. Lex hæc occasiones tollit, nè quid fiat contra legem Levit. 19. 19 [n]. Vel, 4. quia vires non sunt æquales [o]. Nam bos fortior est asino, & passus facit grandiores [p]; itaque asinus associatus bovi plùs æquo gravaretur [q]. Bene Calphurnius, declamatione 29. *Nè pecora quidem jugo, nisi paria, succedunt.* Plurimùm autem distant bos & asinus. Plautus Aululariæ act. 2. (scen. 2.) ——*in mentem venit, Te bovem esse, & me asellum* [r]. *Xenocratem* ingenio tardum cum *Aristotele* conferens Plato, dixit, *equo asinum allino*; Laert. l. 4. in *Xenocrate*. Proinde boves ἰσοφόρους (*æqualiter ferentes*, aut *trahentes*) copulari vult Homerus Odyss. σ'. *Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvenci*, Ovid †. Sensus mysticus apud Paulum, 2 Cor. 6. 14. cujus fundamentum est, quòd bos mundus, asinus immundus [t]. Ibi allusum ad verba hujus legis volunt, quod libentiùs credo, quia כִּלְאַיִם Græci vertunt, ἑτερόζυγα, Levit. 19. 19. ut 2 Cor. 6. est ἑτεροζυγοῦντες [v]. Admonemur hoc exemplo, omnia debere ordine & æquabiliter fieri [x].

11. *Ex lana linóque*] De hoc vide quæ Levit. 19. 19 [y]. Ad morum simplicitatem referunt veteres, quibus assentior. At hujusmodi rituum ratio non est exigenda, cùm plerique ex mero Legislatoris pendeant arbitrio. Josephus, utut Sacerdos, Judaicarum tamen legum interpres quandoque pessimus, vult soli populo interdici, ut sic distinguatur à Sacerdotibus, quibus erat permissa, Antiq. 4. 8. Quod est oppidò falsum. Nam nulla pars sacerdotalium vestium ex tali mistura constitit †. Ex hac lege Magistri (Talmudici) vetant, nè misceantur *bombycinum*, quod lino simile est, & *calch*, quod lanæ simile est, & est lana pinnæ seu conchæ margaritiferæ, [ut hîc fusè probat Auctor;] & nè quidquam fiat quod vel in specie sit contrarium Legi Divinæ, unde materia esset scandali [z].

y Jun. z Glass. philol. p. 217. a A. b T. c Me. T. d T. † Q. in Ger. f Carthus. in Ger. g Bo. h BA. 1. 2. 13. 187. & 40. 401. i Muis. k D. l D. ità RR. in Muis, Jon. & Jo. & RS. in BA. 1. 186. m Muis. n G. o M. F. V. AE. in F. L. E. Me. Bo. p E. L. q Me. Bo. r G. † BA. 1. 2. 13. 187. t G. v BA. 187. x G. y Me. Ma. † BA. 1. 2. 45. 491. z BA. ib. p. 487.

12. *Funicu-*

V. 12. *Funiculos*] De his vide Num. 15. 38[a]. *Institas*, JT. Intellige de ligulis seu laqueolis quibus laciniæ vestis adstringebantur, ut nè casu quidem discooperiri posset quod honestè & verecundè non aspicitur *.

14. *Et imposuerit ei occasiones verborum*; ità P. Ger. A. Ch. וְשָׂם לָהּ עֲלִילֹת דְּבָרִים] *Et imposuerit* (vel, *obtruserit*, Ti.) *causationes* (vel, *causas*, AE. in M. vel, *occasionem insidiosam*, K. in M.) *verborum*, Mo. vel, *occasiones rumorum*, Sa. vel, *occasionis verba*, ο'. vel, *technas* (sive *adinventiones*, sive *machinationes*, sive *ludicra*, vel *illusiones*, Q. in Ma.) *verborum*, Ti. *Et affecerit eam illusoriis verbis*, M. *Traxeritque post eam occasionem in verbis*, Sy. *Et objiciat ei occasiones in verbis*, Ar. *Dedit occasiones habendorum sermonum de ea*, J.T. Vel, *verba* hîc pro rebus accipi possunt. Vide v. 17[b]. Si dederit aliis occasionem traducendi eam[c]. Effecerit ut alii malè loquantur de ea[d]. Vel, *prætextus verborum*, sive *verba*; vel, *res*, *quæ in speciem allegantur* †. Hoc opponitur veritati hîc, & Philip. 1. 18[f]. ¶ *Objiciens ei*, &c.] הוֹצִיא *educere* sign. hîc, & alibi *vulgare*. *Vulgare* autem *nomen malum*, uno verbo est, *diffamare*. Vide Num. 14. 36[g]. ¶ *Virginem*] Hebr. *virginitatem*, i. e. sanguinem indicem virginitatis[h].

15. *Signa virginitatis*; ità Ch. Sy. M. P. Ti. JT. אֶת בְּתוּלִים] *Virginitates puellæ*, Mo. *virginitatem*, O. A. *virginalia*, ο'. Sa. Qu. Quid hoc? Resp. 1. Lintea infecta sanguine rupti hymenis, indicia virginitatis, in quibus congressus primùm fuerat maritus cum virgine, quæ parentes servare solebant[i]. Hæc lex data videtur adversùs eos qui post primum aut aliquot congressus cupiebant ab uxoribus divertere, quòd suam libidinem explêssent[k]. De tali linteo multi explicant[l]. Aliis non placet. 1. Quia fœdum hoc videtur[m]. Resp. Non videri debet turpe & inhonestum, cùm de lepra, fluxu seminis, sanguine menstruo, & aliis immunditiei speciebus, sacerdotes judicare oportuit[n]. Jure hoc factum ad liberandam innocentem; sicut medicis ostenduntur loca fœda ob corporis sanitatem[o]. 2. Quia dari hymena negant peritiores medici[p]. Resp. Concedunt tamen dari aliud pudoris virginalis claustrum, quo per primùm congressum violato sanguis profluit; de quo vide Pinæum de Notis virginitatis, & Valesium de Sacra philosophia c. 25[q]. 3. Quia congressum sine sanguinis eruptione fieri posse docet Donatus Marcellus de Medic. hist. notabil. 4. 15. Resp. 1. Certius signum haberi non potuit. 2. Facilè Legislator potuit innocentibus prospicere. 3. Israelitæ filias suas adhuc teneras ætatis anno 12. elocabant, in quibus certius hoc erat[r]. 4. Quia non est credibile virum ausurum esse eam falsò accusare, cùm sciret apud parentes esse testimonium virginitatis †. Resp. Non hoc mirum in populo duræ cervicis, & ad divortia perquam proclivi. Fessani adhuc ex hujusmodi linteolo sanguine tincto virginitatem probant. Vide Leonem description. Africæ, l. 3. c. 34[t]. Resp. 2. Est hæc locutio parabolica; *Expandent vestes*, i. e. per verba testium, nempe, matronarum fide dignarum, explicabunt virginitatem filiæ, sicut explicatur pannus[v]. *Virginitates* hîc sunt testimonia matronarum, quæ virginem primùm, antequam congrederetur marito, secretò inspexerant, & scripto, quod parentes puellæ asservarent, obsignârant[x]. Causam autem accusatæ puellæ pater agit, quia fas non erat mulieri causam dicere, neque adeò loqui præsentibus viris: quod ex hoc loco veteres confirmant. In locum autem defunctorum parentum succedebant qui educaverunt puellam. Quibus cessantibus, aut præmortuis, præfectus judicii successit. Colligunt hinc alumni flagitium in altoris ignominiam vergere. Nam veluti parentibus vitium filiæ hoc loco imputatur[y].

17. *Expandent vestimentum*] Τὸ ἐκμαγεῖον, i. e. *mantile*, Isidorus philosophus, citante Photio. φυλακεῖα (*phylacia*, sive *phylacea*) Alexandrini vocabant τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν, (*mantilia* quibus abstergebantur muliebria inquinamenta,) nempe, in primo congressu. *Non autem legitimæ erant nuptiæ*, *nisi sacerdos deæ* ἐν τοῖς γαμικοῖς συμβολαίοις ὑπεσημήνατο χειρὶ τῇ ἑαυτοῦ,

* Calv. Pi. — b Ma. — c F. Ger. — d V. — † A. ex ο'. — f A. — g G. — h V. — i F. V. O. — k V. — l Ità F. ex Nachmann. O. Me. T. Bo. A. Ger. Jun. — m L. — n Ger. F. — o Ger. — p Bo. — q Ger. — r Ger. — † L. — t Ger. — v He. in L. — x Q. in Ma. — y F.

(*in syngraphis nuptialibus manu propriâ matrimonium notâsset.*) Apud Hebræos non à sacerdotibus hæc servabantur, sed à paranymphis, qui ipsis שׁוֹשְׁבִינִים[z]. Hi duo totam noctem excubias agebant, & cùm sponsus & sponsa egrederentur, protinus irrumpebant, & accipiunt vestem super quam ipsa cubavit, vidéntque sanguines[a].

18. *Verberabunt*] De more Judæorum, 39 flagellorum ictibus[b]. Hæc pœna erat morti proxima[c].

19. *Centum siclis argenti*] Heb. *centum argenteis*, sub. *siclis*: ità Ch. in V. F. In duplum dotis. Vide infrà hîc v. 29[d]. Quòd videretur dolo accusâsse eam, quò effugeret necessitatem numerandæ dotis, quæ à Lege 50 siclorum præcipitur †. ¶ *Patri*] Cujus domum infamiâ aspersit[f]. ¶ *Non poterit dimittere*] Quam rem in animo habuisse hoc sermone visus est[g]. At uxori in hoc casu à marito discedere liberum erat[h]. Hæc illi pœna est, non talio. Ignoscitur enim zelotypiæ, ut hîc notat Augustinus[i].

21. *Extra fores domûs patris*] In qua peccaverat, ubi vivere puellæ ad nuptias usque solebant[k]. Ut parentes majori curâ educent filias[l]. ¶ *Ut fornicaretur in domo patris sui*, sic Ch. לְזַנּוֹת בֵּית אֲבוּהָ] *Scortando*, vel *fornicando*, *in domo patris sui*, Mo. JT. vel, *intra domum*, Sa. vers. *Per scortationem* (vel, *& scortata est*, Sy.) *in domo*, &c. Ar.

23. *Desponderit*] Intellige de desponsata *de futuro*, (ut à præcedenti lege sit diversa;) vel *de præsenti*, sed nondum cognitâ[m]. ¶ *Concubuerit*] Concubitum Hebræi non intelligunt nisi cum viripotente, i. e. quæ 12. annum impleverit[n].

24. *Quia non clamavit*] Vide quæ de J. B. & P. 2. 1. 12[o]. ¶ *Uxorem*] Licèt desponsatam tantùm[p]; jam enim uxor ejus est jure pacta, ut Gen. 29. 21[q]. quæ paulò pòst futura erat uxor[r]. Sic Matt. 1. *Mariam uxorem tuam* †. At AE. negat eam adulteram vocari. Cur ergò lapidatur? nam hoc erat supplicium adulteræ[t].

26. *Puella nihil patietur*] Ex loci enim circumstantia præsumitur non consensisse, sed vim passam esse[v]. ¶ *Sicut latro*] Pudicitia vitæ æquiparatur. Vide de J. B. & P. 2. 1. 7. 12. Docet hoc exemplo lex parcendum iis qui vi adacti aliquid peccaverint[x]. ¶ *Et occîdit animam ejus*] Sic ο'. Ch. Sa. *Et occîdit eum animâ*, Mo. i. e. vitâ[y]; vitam ademit: vel, *occîdit vulnere lethali*; vide Deut. 19. 6[z]. *Ictu animæ*, scil. ictu quo separatur anima à corpore †. *Adimit animam ejus*, Ar. *Et occidens* adimit *ei vitam*, JT.

27. *Clamavit*] Præsumitur clamâsse, vel certè à clamore cessâsse quòd nullum auxilium speraret[a].

28. *Si vir*] Nempe, inconjugatus, ut antecedentium demonstrat comparatio: nam de conjugatis, seu maritatis, hactenus actum est[b]. ¶ *Apprehendens concubuerit*] Hic casus differt ab illo Exod. 22. 16. ubi agitur de concubitu, non vi extorto, sed fraude, blanditiis, promissis matrimonii impetrato[c]. Hîc autem eam imprudentem, citra sponsionem, joco, vino, aut actu circumveniebat, sed sine consensu, quod verbum *apprehendendi* sign. Quamobrem illic sola dos, hîc præter dotem mulcta indicitur[d]. Crediderim ex Exod. 22. 16. & hîc dotem puellæ à constupratore fuisse constituendam, (licèt nec Scriptura nec Jo. meminerunt,) quod disertè habet Philo de Legibus specialibus, etiamsi eam duceret. Alioquin meliore loco esset vim offerens, quàm pelliciens, &c †.

29. *Habebit uxorem*] i. e. Nisi pater renuerit, ex analogia legis Exod. 22. 17[f]. Tunc enim, propter authoritatem patriam, ab ea ducenda liberatur[g]. Vis in puellam quàm pellacia duriùs punitur. Quid enim fœdiùs, quàm hostili more in civem agere? Itaque hujus pœna gravior. Qui pellexit, si eam permittitur uxorem ducere, non dat dotem, nec dimittere vetatur. Vide quæ suprà Exod. 22. 16. Diffamator virginis par habetur vim inferenti †.

30. *Nec revelabit operimentum ejus*, sic ο'. Ch. Sa. כָּנָף] *Oram*, P. V. Pi. *alam*, Sy. Mo. Ma. Pi. i. e. Angulum vestis patris; i. e. operimentum quo *turpitudo patris* (quomodo vocat verenda uxoris ejus) tegebatur. כָּנָף est ea pars vestis quæ terram contingit[h]. *Oram patris*, i. e. quam

z G. — a F. & D. ex He. — b Me. — c A. — d G. — † F. — f Ma. — g Ma. ex Jun. — h Ph. in Ger. — i G. — k G. — l F. ad v. 15. — m Me. ex Bo. — n G. — o G. — p D. Ma. — q Ma. ex Jun. — r V. — † D. — t D. — v Me. ex Bo. — x G. — y D. Ger. — z Ger. — † Ma. — a Me. ex Bo. — b Ma. ex Jun. — c Me. Ma. — d Ma. ex Jun. — † Bo. — f Ma. ex Jun. — g Jun. — † G. — h V.

i. e. quam solus pater retegere poterat [i]: nempe, vestimentum novercæ [k]. *Oram vestimenti patris sui*, JT. Al. sic; Nè rem habeat cum ea quam pater suus alâ cooperuit & obnupsit *; juxta receptum morem, Ruth 3. 9. Ezec. 16. 8 [l]. Uxor *patris ala* dicitur, q. d. adjutorium viri. Debet enim uxor id esse viro quod ala avi. Vel, *revelatio alæ* sign. omnem ignominiam [m]. Vel, novercæ ala dicitur *patris* ala, quia sunt una caro [n]. Vide Levit. 18. 6, 7 [o].

i A. k Pi. *Q. in Ma. l Q. in Ger. m F. n Q. in Ger. o A. Ma. Ger.

CAP. XXIII.

1. *Eunuchus*, &c.] Eunuchi sunt duplices: 1. qui tales sunt à Deo facti [a]; qui sic nati sunt, vel tales ex morbo: 2. facti ab hominibus. De his, non illis, hîc agitur [b]. Horum iterum tria sunt genera; quibus testiculi sunt, 1. attriti, vel, 2. exsecti, vel, 3. quibus & penis abscissus est: De his hîc agitur [c]. ¶ *Attritis vel amputatis testiculis*, פְּצוּעַ דַּכָּא] [Variant.] *Læsus*, Mo. M. Belg. (*fractus*, V. O. *vulneratus*, Sa. Ma. Ger. JT. A. *laceratus*, Q. in Ma. *contritus*, al. in Ma.) *attritione*, P. V. Mo. Belg. vel, *contusione*, Sa. Ma. Ger. *compressione*, M. vel, *contritionis*, h. e. contritione, aut compressione; vel, *attriti*, sub. *testiculi*, cui contusi sunt vel elisi testiculi [d]. Talis eunuchus θλαδίας Græcis est, q. d. compressione factus: Digitis nimirum testiculi infantum in aqua calida positorum comprimuntur usque dum abolentur †. *Cujus testiculi fissi sunt*, K. sic Ar. *comminutus testes*, Ca. *qui laceratis est* testiculis *attritus*, Ti. *qui contusione fractos habet testiculos*, P. *qui abscissus est*, Onk. in D. *qui castratus*, Jon. in D. *cujus testes vulnerati sunt*, RS. in D. *vulneratus teste*, JT. in D. A. acsi דַּכָּא testem significaret [f]. Sed hujus significationis nulla exstant exempla [g]. *In lingua nostra non sunt vocabula exprimentia membra obscœna fœminæ vel maris; ideòque ea sancta vocatur*, ait Moreh Nevochim [h]. ¶ *Et abscisso veretro*, וּכְרוּת שָׁפְכָה] [Variant.] *Exsectus* (vel, *succisus*, O. vel, *attritus*, Ch.) *testiculos*, Ca. O. Ch. itá P. V. & plures, ait Ma. Al. *exsectus virilitate*, JT. A. Belg. sim. Sa. *sectus veretro*, Ar. Ti. vel, nervo, aut membro virili, D. q. d. *fusorio*, à שָׁפַךְ *effudit*, quòd per hoc membrum urina & semen genitale effunduntur [i]. *Cui exsectum est membrum effusionis*, M. שָׁפְכָה sign. vel penem, vel testes [k]. Eunuchi certè fiunt non solùm excisione testium, sed etiam veretri, teste Paulo Æginetâ l. 6. & hodie apud Turcas, teste Scalig. de Subtil. exercit. 104. sect. 8 [l]. ¶ *Non intrabit ecclesiam Domini*] Quid hoc? Resp. 1. Per ingressum in ecclesiam Dei intelligitur ingressus atrii, in quo homines mundi orabant prope Templum [m]. In quam sententiam propendere videntur D. Carthusianus & Leonardus Marius. Urgent Thren. 1. 10. *Ingressæ sunt sanctuarium; de quibus præceperas nè intrarent in ecclesiam.* Sed, 1. ibi de gentibus loquitur non conversis; &, 2. de violenta irruptione [n]. Eunuchos à sacra congregatione hîc excludit Deus. Sic in Eunucho Luciani Diocles asserit, Μηδὲ τῆς ἀρχῆς, &c. i. e. *Neque principio Bagoæ licere, cùm eunuchus esset, philosophiam ejúsque præmia sibi vendicare; sed & tales non solùm ab his excludendos censuit, sed & ab ipsis sacris, & aspergillis, & publicis omnibus cœtibus.* Hinc de eunuchis Claudianus in Eutropium, l. 1. *Hi nullis meriti vittas, sempérque profani* [o]. [Aliis hæc non placent.] Hæc verba non sonare sacrorum interdictionem patet ex Exod. 12. 48. Levit. 22. 18. Num. 9. 14. ubi idem peregrinorum atque indigenarum, quod ad sacra attinet, jus ac ritus [p]. De Lege & Fide nulla hîc mentio [q]. Nihilominus quidam peregrini (pariter & eunuchi) Domino adjuncti aliquo modo *separati à populo suo* manebant, ut queruntur Esa. 56. 3, 6, 7 [r]. Resp. 2. Non habebunt commercium cum populo Dei, sive Israelitico, (qui hîc *ecclesia* dicitur †,) nec jus ducendi Israelitidem. Inepti ad generandum non ducent Israelitidas [t]. Non accipient jus connubii in populo Dei: Itâ Maimon. Id jus communiter proselytis, modò liberæ essent conditionis, Legem suscipientibus dabatur; accensebantúrque illi tribui unde uxorem duxerant. Excipiuntur spadones, spurii, ex spuriis & ex quibusdam malè meritis gentibus orti; è queis proselytis nati alii nunquam, alii tertio demum gradu, ad jus connubii admittebantur. Spadones in Ægypto conjuges sumere solebant, ut non omnis voluptatis in Venere expertes, Gen. 39. 1. Lex verò sancta Hebræas non sinit nubere sine spe prolis. Excipiebantur ancillæ, libertinæ, in gentem adscitæ [v]. *Congregatio Domini vocantur viri conjugati. Et hoc præcipit, nè talium uxores ad alios viros diverterent* [x]. [Aliis neque hoc placet.] Quid opus legem statuere de his qui ad matrimonium inepti [y]? Resp. Hoc autem intelligendum est de iis qui, licèt aliquâ parte vulnerati, non tamen generationi impares erant [z]. Resp. 3. Sensus est, Non censebuntur in civium numero, nec munerum & dignitatum publicarum capaces erunt [a]. *Venire in congregationem Jehovæ*, est, venire in senatum seu consessum Judicum, i. e. per synecdochen membri, gerere officium magistratûs. Sic Psalm. 82. 1. consessus ille Judicum nominatur *cœtus Dei* [b]. Sic sacerdotes dicuntur *ingredi in domum Domini*, 1 Par. 24. 19. i. e. ministrare; & *ingredi & exire coram populo*, 2 Par. 1. 10. exponitur, *judicare populum*, 1 Reg. 3. 9. Sic, *ingredi in eos*, est, misceri cum iis, 1 Reg. 11. 1, 2. Jos. 23. 7. Nehem. 13. 1, 2, 3 [c]. Qu. Sed cur eunuchi à Magistratu exclusi? Resp. 1. Alienos eos voluit esse à moribus Gentilium, apud quos eunuchi publica officia administrabant [d]. 2. Tales plerumque sunt ignavi & fracto animo †. At Magistratus oportet esse viros fortes, Exod. 18. 21 [f]. 3. Nè dignitas muneris contemptui exponeretur. Qua de causa à sacerdotio arcebantur quibus vitium erat corporis, Lev. 21. 17 [g].

a A. b M. F. V. He. in A. c Ger. Bo. d D. Ger. † D. f D. g Ger. h M. i Ma. Ger. D. k A. l Ger. m Q. in L. n Ger. o BA. 1. 2. 46. 524. p Muis, A. Ger. L. Bo. T. Jun. Pi. q F. V. r A. † He. in F. t F. V. He. in M. itâ Rasi, AE. Abarb. & Bechai in Muis. v G. ad v. 2. x Abarb. & Bechai in Muis. y Bo. z A. a T. ex Bo. Ger. Muis. A. Ma. b Pi. c A. d Ger. † Muis. Ger. Jun. Pi. f Muis. g Ger.

2. *Mamzer*, מַמְזֵר] Quis hic? Respond. 1. *Spurius*: [itâ ferè omnes.] *De scorto natus*, Onc. & Jon. & Hasc. & ס׳. in D. *Filius adulterii*, Sy. Intellige de scorto publico [h]. Quivis extra legitimum conjugium natus [l]. A זור, *recessit, extraneus fuit* [m]. *Natus ex aliena*, A. Resp. 2. *Natus ex damnato coitu*, h. e. ex incestu, contra quem capitale supplicium decretum est [n]; aut plagæ 40, unâ minus [o]. Scopus legis est, illicitas commixtiones prohibere [p]. Et ratio legis est, quia probrosa foret talis administratio [q]; & propter talium nequitiam. Dices, Jepthe erat Judex. Resp. 1. At non ex scorto publico natus [r]. 2. Deus ordinariæ vocationis leges nobis imposuit, non autem sibi necessitatem †. 3. Corruptissima erant ista tempora [t]. Resp. 3. Fortasse *Mamzer* hîc sign. *alienigenam* [v]: ut hæc sit clausula generalis prohibens omnem extraneum à congregatione Israel; postea explicentur certæ gentes, videlicet, Ammonita & Moabita [x]. Nam, 1. de his aliquid videtur fuisse addendum. 2. Ab hac deinde regula exceptiones nonnullæ ponuntur de Moabitis, &c. 3. Judæi spurii non excludebantur à populo Dei, ut patet ex *Pharez*. Agit igitur hîc de alienigenis ex scorto natis, quia etiam inter suos viles erant. Atque hæc à Deo constituta sunt, tum ut Israelitæ magni id facerent quòd è Dei essent populo, tum ut cæteræ nationes eorum rempublicam majoris facerent [y]. ¶ *Ad decimam generationem*] Inclusivé. Undecimus ergò nepos ingredi poterat [z]. Al. exponunt per *nunquam*. Est enim absolutus atque perfectus numerus [a]. Sic enim exponitur v. 3. *in seculum* [b]. Cæterùm in more habuerunt, ut talibus nothis aut servam, aut ethnicam quæ Judaismum erat professa, in uxorem collocarent, ex qua proles in jus servorum, vel allophylorum, reputabatur [c].

3. *Ammonites & Moabites*] Intellige hoc de maribus; nam mulieres ad Deum conversæ, ut Ruth, nubere Israelitis poterant [d]. Itâ Maimon. & Moses de Kotzi †. Non ergò dicit, *Moabitis*, sed *Moabites* [f]. Mulieres ideo exceptæ, quia *mulierum* non erat officium *procedere illis obviàm*, sed *virorum* [g].

4. *Quia noluerunt vobis occurrere*, לֹא קִדְּמוּ אֶתְכֶם] *Non prævenerint vos*, V. Ger. P. Mo. Ti. vel, *non venerint vobis obviàm*, V. A. Non tam quòd ex incestu nati, quàm ob summam ingratitudinem; (*vetuit enim Deus nè Moses eos bello lacesseret*, Deut. 2 [h]. & pa-

rentem

h Bo. l Ger. Abarb. in Muis. m Ger. n F. V. G. o V. p Ger. q Ger. Ma. r Ma. † Ma. Jun. t Jun. v Bo. x O. y Bo. z Me. ex Bo. a F. V. b V. Ger. A. Pi. c F. d F. V. G. D. † G. f D. M. g Bechai in Muis. h F. V.

rentem ipsorum Abraham redemit, ut notant Bechai & Nachmann [i].) quòd se immites & immisericordes peregrinis præstitissent. Vide Jacob. c. 2. v. 13 [k]. Priscis morem fuisse dicunt, hospitibus ac prætereuntibus populis panem & aquam offerre pro pecunia: Id quod Ammonitæ neglexerunt [l]. Vide Gen. 14. 18, &c. & confer Matt. 25. 42,—46 [m]. Obj. At Moabitæ illis alimenta apportârunt, Deut. 2. 29 [n]. Resp. Distributivè ergò hæc sunt accipienda; Ammonitæ *non prævenerunt*, &c. Moabitæ *conduxerunt Balaam*, &c [o]. ¶ *Et quia conduxerunt*, &c.] Heb. *& conduxit*, nempe, Moabita, Num. 22 [p]. adjuvantibus, ut ostendit Nehem. 13. 1. vicinis Ammonitis. Peccare populum fecerant, quod pejus est quàm vitæ insidiari [q], vel occidere. Nam qui occîdit hominem, occîdit tantùm, 1. corpus, 2. in hoc seculo: At qui peccare facit, occîdit, 1. animam, 2. in futuro seculo [r]. Ob hanc causam abominabiles hi erant: non autem Idumæi, qui gladio illis occurrerant; nec Ægyptii, qui pueros eorum in Nilum conjecerant †.

6. *Non facies pacem*] Heb. *Non quæres pacem*; i. e. Nunquam consulas tranquillitati eorum & utilitati [t]. Non petes ab illis pacem. Vide de J. B. & P. 2. 15. 9 [v]. Illis pacem non offeres. Ità exceptio est ad illam legem, Deut. 20. 10 [x]. Hostilem in eos geres animum [y]. Non habebis communicationem cum eis quoad convictum & commercia temporalia [z]; nè tibi rursum sint scandalo, téque quasi ex innato odio seducere ad idololatriam & perdere conentur [a]. Additur hæc prohibitio, quia illis qui trans Jordanem habitabant erant contermini. Obj. At pugnare hoc videtur cum lege charitatis. Vide & Rom. 12. 18. Resp. 1. Judex potest reum punire, non obstante charitatis præcepto. 2. Toti populo hoc præcipitur, non privatis. Non licuit cum his fœdera inire, connubia contrahere, ad publica officia eos promovere: interim privatam amicitiam cum illis colere (quod fecit David, 2 Sam. 10. 2.) non est prohibitum [b]. Nunquam in unum corpus cum populo Israelitico coalescere poterant, quamvis alii poterant; unde Jether, qui *Ismaelita*, 1 Par. 2. 17. vocatur *Israelita*, 2 Sam. 17. 25 [c]. Cum illis nè ambias fœdus, quod bono esset illis, & tibi damno [d].

8. *Tertiâ generatione*] Nepotibus jus erat connubii †.

9. *Quando egressus*, &c. כִּי תֵצֵא מַחֲנֶה] *Cùm egressus fueris* in *castris*, P. sub. ב, V. *cum exercitu*, V. Sy. Ar. *Cùm exercitus egredietur*, Q. in V. Sa. A. JT. *Si* (vel, *Quando*) *exieris castrametari*, o'. vel, *in castra*, Ch. vel, *per exercitum*, M. ¶ *Adversus*] עַל non tantùm *super*, sed sæpe *contra*, sign. o'. ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς [f]. ¶ *Ab omni re mala*] Ab omni flagitio [g]. Solet licentia militaris extra fines æqui & honesti effundi [h].

10. *Si fuerit in te vir*, &c.] Repetendum ex præcedentibus, *in castris* [i]. ¶ *Qui nocturno*, &c. מִקְּרֵה לָיְלָה] *Accidente noctis*, Mo. *pollutione nocturnâ*, Ch. Sy. *casu nocturno*, JT. Sa. *ob*, vel *propter*, *accidens nocturnum*, Sy. Ar. sim. O. A. V. P. Ger. *à fluore suo nocte*, o'. *Idcirco hæc naturales & involuntarias excretiones purgari voluit, ut à voluntariis multò magìs fugere discamus*; Isidor. Pelus. 3. 14 [k]. Quod de hac immunditia dicitur extendendum est ad alias immunditias; sed hoc ponitur pro exemplo [l]. Hebræis usitatum est per speciem describere genus [m]. ¶ *Egredietur extra castra*] Obj. At hæc *pollutio minor* Templo duntaxat, non civitate, adeóque nec castris, arcebat. Vide ad Lev. 12. 2. & Num. 5. 2. ubi inter ejiciendos è castris hic non censetur [n]. Resp. *Castra* ergò hîc sunt *Deitatis* & *Levitarum* [o]; quæ *castra minora* vocat AE [p]. erántque in medio castrorum [q]. At extra *majora castra* non exibat [r].

11. *Et non revertetur*] Heb. *non ingredietur ad medium castrametationis*, Mo. Ger. V. i. e. *intra castra*, P. Ger. scil. priusquam expiatus fuerit †. ¶ *Ad vesperam*, לִפְנוֹת עֶרֶב] *In aspiciendo* (vel, *ad respiciendum*; Mo.) *vesperam*, vel, *dum aspexerit vespera*, V. Ger. *cùm se vertit vespera*, O. *cùm se flectit & venit*, D. Ger. cùm vespera declinaverit, appetente vesperâ [t]. *Cùm vespera inceperit se reflectere*, AE. h. e. ante occasum [v]. Vide ad Gen. 24. 63. & Exod. 14. 27. לִפְנוֹת בֹּקֶר *appetente manè* [x]: sic & Exod. 24. 4 [y].

Margin notes (left column): i F. — k Ger. — l F. — m A. — n D. — o Ger. D. — p Ma. — q G. — r D. — † D. F. v. 7. — t V. Ger. — v G. — x He. in A. — y Bo. — z Me. ex La. — a La. Ger. — b Ger. — c A. — d Ma. — † He. in G. — f Ger. — g Me. — h Ma. Me. — i Ger. — k Ga. — l L. Ger. — m Ger. — n Bo. — o I. D. Bo. ex To. AE. & RS. in D. — p D. — q Bo. — r AE. in D. — † V. — t Ger. — v D.

¶ *Lavetur aquâ*] Vel expiatoriâ illâ, Num. 19 [z]. vel potiùs, aliâ aquâ vivente, fluviali scil. vel fontanâ [a]. Chæremon de Ægypti sacerdotibus, εἰ δέ ποτε συμβαίη ἐξονειρώττειν, παραχρῆμα ἐπεκάθηραν λουτρῷ τὸ σῶμα, (h. e. *Si quando contingeret illos in somno semen profundere, statim corpus lavacro lustrabant* [b].)

12. *Habebis locum*, יָד] *Manum*, Mo. Ma. i. e. locum, [ità ferè omnes,] Ma. D. Sic alibi יָד est *spatium* [c]. ¶ *Ad quam egrediaris*] Nimirum, ad purgandum alvum. Sic Scriptura gravitatem & decorum servat in rei hujus enunciatione [d]. Spectat hoc, 1. ad naturalem honestatem, quam nos docent & bestiæ; nam & felis terrâ obruit quæ egessit, & simius urinam abscondit: 2. ad sanitatem: 3. ad præsentis Dei reverentiam †: 4. ad charitatem, nè quis alteri molestiam crearet. 5. Hâc externâ pædagogiâ illos de vitæ & morum immunditie cavenda commonefecit [f]. Esseni hanc legem accuratè servant. De iis Jo. (Belli 2. 7. Bo.) & ex eo Porphyrius, Ἄλλως οὐ θακεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, περικαλύψαντες τε θοιματίῳ, i. e. *Non aliter sedent* [nempe, *ad alvei egestionem*] *quàm foveâ ad profunditatem pedis effossâ, & veste suâ undique se contegentes.* Et hinc factum ut *pedem tegere* apud Judæos sign. *alvum relevare* [g].

13. *Gerens paxillum*, יָתֵד] i. e. Instrumentum quo fodiebant terram vice ligonis, ac scrobiculum excavabant, &c [h]. πάσσαλον, o'. in Ger. ¶ *In baltheo*, ità o'. in F. Mo. & Ti. in Bo. עַל אֲזֵנֶךָ] Alii, *super arma*, vel *instrumenta*, *tua*, P. O. K. & RS. in Bo. ità Ger. A. Ful. M. F. V. Targum in Ger. vel, *cum armis tuis*, Ar. RS. in Bo. Ger. vel, *præter arma*, JT. Erit tibi ligo, &c. Ger. Paxillum habebis cum ense tuo, i. e. inclusum in vagina ensis tui; ut solent deferri gladii minores inclusi ensis vaginâ †. RS. generaliter exponit אזנים, *instrumenta ministerii*, h. e. cujusvis opificii; (ut sæpe Græc. ὅπλα, & Latin. *arma*, sign.) Peculiariter autem instrumenta bellica designat. Etenim *arma* Syri (quorum lingua Hebraicæ est dialectûs proxima) זינא vocant, *armare* זין in *Pael*. Græci ζώνην vertunt, nempe, notione illâ reconditâ & priscâ, quâ omne genus armorum significabat, teste Pausaniâ in Bœot. p. 233, & 234. At Vulg. sensu pervulgato accepit, & *baltheum* malè reddidit [i]. Generale nomen est omnium instrumentorum, quæ semper ad usum profanum erant exposita; nimirum à verbo זון *prostare*, *prostitui* [k]. ¶ *Cùmque sederis*] Scilicet, ad solvendum ventrem. ¶ *Per circuitum*, &c.] Heb. *Et reverteris & cooperies*, i. e. iterum cooperies, effossam humum denuo injicies: vel, indicat ea semel & iterum, i. e. *bene*, tegenda [l].

14. *Ambulat*, מִתְהַלֵּךְ] Scil. frequenter, continuè, ut notat partic. Hithpahel [m]: scil. propter Arcam præsentem [n]. Targum refert hoc ad *Filium Dei*, & sic reddit, *unde avertatur Verbum Dei*, &c [o]. ¶ *Et sint castra*, &c.] Heb. *& erit castra tua* (i. e. unumquodque ex castris tuis) *sanctum*, Ma. vel, *sanctitas*, i. e. pura & munda, V. ¶ *Et nihil in eis appareat fœditatis*, וְלֹא יִרְאֶה בְךָ עֶרְוַת דָּבָר] *Et non videbit* (vel, *ideo non est visurus*, JT.) *in te nuditatem verbi*, Mo. i. e. turpitudinem, JT. Pi. (Metonymia subjecti metaphorica: nam hominis nuditati accidit turpitudo [p]. Hominis nuditas turpitudo judicatur [q];) vel, *turpitudinem ullius rei*, JT. sive, *aliquam*, O. *Nè videns in te rem obscœnam*, Sy. sive *fœdam*, Ar. Alii sic; *Non apparebit in te aliquid fœditatis*, Ch. vel, *turpitudo rei*, o'. vel, *turpitudo aliqua*, Sa. [videntur pro יִרְאֶה legisse יֵרָאֶה,] vel, *turpe dictu*, i. e. scortationes, quales ubique in aliarum gentium castris, Maimon. *Duce dubitantium*, 3. 41 [r]. ¶ *Nè derelinquat te*, וְשָׁב מֵאַחֲרֶיךָ] *Et avertatur* (*revertetur*, Ma.) *de post te*, V. Mo. Ger. i. e. deserat te, Ma. Ger. vel, *nè se vertat in posteriora*. Solent enim Principes viri, cùm fœditatem aliquam conspiciunt, terga vertere †.

15. *Non trades servum*, לֹא תַסְגִּיר] *Non concludes*, Mo. A. Ger. (vel, *includes*, Ti.) scil. *in manum*, ut exprimitur Psal. 31. 9. & 1 Sam. 26. 8. i. e. *Nè tradas* [t]. *Nè prodas*, Ar. *non restitues*, Sa. Obj. At sic videtur justitia violari, & servorum protervia foveri [v]. Si ovis restituenda est, annon & servus [x]? Resp. 1. Sensus est, Non trades domino mancipium suum injustè vexanti,

Margin notes (right column): x A. — y D. — z Ma. V. Me. ex La. Ger. ex Jo. — b G. — c D. — d Ma. — † Bo. — f Ger. — g Bo. — h V. F. M. — † Ma. — i Ful. misc. 6. 5. — k Q. in Ma. — l Ma. — m Ma. — n Me. ex Bo. — o Ger. — p Pi. — q Ger. — r G. — † Ma. — t A. Ger. ità o'. & Ch. Sy. M. JT. — v Ger. Ma. — x O. Bo.

vexanti, donec ira resederit [y]; cùm dominus eum quærit ad occidendum vel mutilandum [z]. Vel sic, Non trades, scilicet, ad nudam heri postulationem, absque causæ cognitione [a]. 2. Domino dabatur publicitùs pretium, & alteri dominorum, si alter servum liberâsset. Vide Mosem de Kotzi Præcepto jubente 180 [b]. 3. Fortè sic statuit Deus in odium servitutis, cui hominum libertas maximè placet [c]. Multùm favent Mosis leges libertati [d]. Vide Exod. 21 †. Tenebatur magister ei scribere syngrapham manumissionis; & hic domino syngrapham debiti, donec solvere posset [f]. 4. Agit de domino extraneo. Sic terra Israelitica asylum fit [g]. Intellige de servis qui ab Ethnicis dominis, propter tyrannidem, confugiebant ad Israelitas [h], Judaismi amplectendi gratiâ [i]. Hujus causa est, quòd præstet talem inter veros Dei cultores versari [k]. Neque hoc injustum erat, quia vicinæ gentes Cananææ erant exitio devotæ, & omnia quæ possidebant in manus eorum tradita erant [l]. Veteres dicunt (verisimiliter) neque servum Cananæum, qui herum Judæum effugerit extra terram, reddendum domino [m]. 5. Potest verti, *Non recludes*, sive *occultabis*, *servum à domino suo*, *cùm voluerit apud te eripi à domino suo*; sed manebit tecum, scilicet, usquequò dominus requirat eum [n]. ¶ *Qui confugerit*, &c. [אֲשֶׁר יִנָּצֵל אֵלֶיךָ מֵעִם אֲדֹנָיו] *Qui eruerit* (eripuit, Ger.) *se* (supple, *& confugerit*, Ger.) *ad te à cum domino suo*, Mo. Ger. *qui eripietur*, vel *evadet*, *ad te*, Ma. A. *qui penès te eripuit se ab hero*, Sa.

16. *In una urbium tuarum*] Videtur hoc favere quartæ expositioni, v. 15. sed potest de prima sic exponi ut posset servus eò fugere ubi tutus sit à domino [o].

17. *Non meretrix*, [קְדֵשָׁה] De qua voce vide Gen. 38. 21 [p]. קדוש est *sanctus*. קְדֵשָׁה vocatur per antiphrasin [q]. Alii, *præparata*, He. in M. à קָדַשׁ *præparavit*, Ger. Parata (& se prostituens, M.) omni transeunti [r]. *Non erit prostituta*, Ger. Mo. *non scortum*, O. scilicet, publicum & profanum; præsertim non sacrum, qualia erant apud Ethnicos, quæ in honorem deorum gentilium turpitudinem exercebant †. ¶ *Nec scortator*, [קָדֵשׁ] Catamitus. Gr. πορνεύων, eodem sensu, i. e. *se vulgans*. Sic Xiphilino πεπορνευκώς, qui *spintria* Tranquillo. Ab. Esra bene vertit הַנִּשְׁכָּב [t], *cinædus*. Græcis παιδικός, Ger. *pathicus*, V. in Bi. *meritorius*, Caj. At קָדֵשׁ in genere sign. *publicum & notorium scortatorem*, sive cum fœminis, sive cum viris [v]. Quod hîc in ο'. additur, οὐκ ἔσαι τελεσφόρος, &c. ex alia versione irrepsit eorum qui קדש sumebant sensu initiationis idololatricæ [x]. [Vide, si lubet, Bo.]

18. *Non offeres mercedem prostibuli*, [אֶתְנַן] *Merendam*, Ma. *mercedem*: ità Ezec. 16. 31, 33, 34. Hos. 2. 12 [y]. Quemadmodum apud Gentes meretricius quæstus consecrari consueverat [z]. Quod colligitur ex Baruch. 6. 43. & Mich. 1. 7. & ex Herod. l. 1. sub finem, & Strabone, l. 8. & 12. & Athenæo, l. 13. cap. 6. & aliis [a]. Ut Deus odit rapinam in holocaustum, ità & omnia quæ peccato parta sunt, quia vilitatem hæc & turpitudinem habent connexam. At Deus vult reverenter coli [b]. Quod usu corporis acquisierit meretrix, ex eo nihil vovendum altari. Hæc lex ob reverentiam altaris ponitur. Evanescit enim authoritas eorum qui de vilibus rebus participant. Sed & referebat ut meretrix ignominiâ notaretur [c]: & ut Deus ostenderet quantopere illicitos congressus detestatur [d]. Ipse Severus *vectigal meretricum*, &c. *in sacrum ærarium inferri vetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem theatri*, &c. *deputavit*: Lamprid. Alexandro †. ¶ *Nec pretium canis*] Quomodo hoc accipiendum? Resp. 1. De primo genito canis hîc agitur, quod, nisi facta fuisset hîc exceptio, redimendum fuisset, pretiúmque ejus Deo offerendum, juxta Num. 18. 15 [f]. Non placet. 1. Quæro an felis primogenitum redimendum Deóque offerendum censent: si non, cur canis hîc nominatim excipitur? 2. Lex illa, Num. 18. ad hominis tantùm, non animalium, primogenita pertinet [g]. Resp. 2. De pretio accepto pro admissura canis venatici, vel pastoralis [h]. Indecorum erat hoc Deo offerri [i]. Resp. 3. Canis hîc est *meritorius*, vel *meretrix* [k]. Nam, 1. hoc optimè convenit cum antecedente versu; ut vers. 17. *cum meretrice cinædus*, ità ver. 18. cum

- [y] Me. Bo. La.
- [z] L.
- [a] Q. in Ger.
- [b] G.
- [c] O.
- [d] G. F.
- † F.
- [f] A. ex Maim.
- [g] F. Ger.
- [h] Ger.
- [i] A. ex He. Q. in Bo.
- [k] F.
- [l] Ger.
- [m] F.
- [n] O.
- [o] Bo.
- [p] G.
- [q] Ger.
- [r] D. M.
- † Bo.
- [t] G.
- [v] Ger. ex Ge.
- [x] G.
- [y] A.
- [z] Me. ex Bo.
- [a] T. Ger.
- [b] V.
- [c] F.
- [d] Ger.
- † Ga.
- [f] Ità Aug. L. Caj. & To. in Bo.
- [g] Bo.
- [h] Ità Jo. antiq. 4. 8. in Bo. Ca. Me.
- [i] Bo. Me.
- [k] Ità Jun. Ger. Bo. Pi. Me.

scorto canis, conjungitur [l]. 2. *Meritorii* cum canibus impudentiâ & obscœnitate certant [m]. Ut *prostibulum* est meretrix occulta, ità *canis* scortum publicè prostans, ut solent canes. Indicat caninam, h. e. impudentem, quandam libidinem, in propatulo in honorem deorum factam, Herod. 1. sub finem. Ità sentit Villalp. in Ezech. 43. l. 4. c. 79 [n]. *Pulchrè copulantur canis & meretrix, quia utrumque animal pronum ad libidinem*, Hi. in 66. Esa [o]. 3. *Canes* vocantur immundi, Apoc. 22. 15. (& 2 Pet. 2. 22. A.) & meretrices Horatio Epod. 5.—*Suburranæ latrent canes* [p]. Hic sensus non placet BA. quia Legislatores tropis & metaphoris uti non solent, sed edicta verbis propriis efferre, nè ulla subsit æquivocatio [q]. Resp. 4. *Canis* propriè sumitur [r]. Vile id animal Hebræis, 1 Sam. 17. 43. & 24. 15. & 2 Sam. 3. 8. & Eccles. 9. 4 †. Ob vilitatem ergò pretium canis non est offerendum [t]. [*Vide prius membrum versûs.*] Eò nos ducit Esa. 66. 3. Nec defuit causa cur Deus hoc prohiberet. In Ægypto enim, unde nuper excesserant, canis impensè colebatur. Juven. Satyr. 15. *Oppida tota Canem venerantur, nemo Dianam.* Expressè hoc affirmant Herodotus, & Diodorus l. 1. p. 52. Et *Anubis*, unus ex summis Ægypti diis, caninum habuit caput; Diodorus, p. 54. Indè κυνοπρόσωπον vocat Luciani Momus in Deorum concilio; & *latrator Anubis*, Virgil. Æn. l. 8. & Ovid. Metam. l. 9. Ab his honoribus canis excidit, postquam Apidis, à Cambyse mactati & projecti, carnes solus omnium animalium morsu violare ausus esset; Plutarch. in Iside. Alibi canis non quidem cultus, sed in sacrificiis admissus. Canem immolabant *Cares* (inde Suidæ dictum, Κάρικον θῦμα,) & *Spartani*, teste Plut. Rom. quæst. 3. In Samothracia antrum est, in quo canes in Hecates honorem mactari soliti: Unde κυνοσφαγὴς θεὰ dicta Lycophroni. In sacris denique expiatoriis canem immolabant Bœoti, Plut. ib. & Macedones, Liv. l. 40. & omnes Græci, ut disertè asserit Plutarch. qu. 68. Vide & Plin. l. 29. 4 [v]. Animal datum pro commutatione canis non licet offerre [x]. ¶ *Quicquid est quod voveris*, [לְכָל־נֶדֶר] *Pro omni voto*, Ger. *ob ullum votum*, Ar. nempe, solvendum, Ger. q. d. non pretium tantùm, sed etiam victimam pretio comparatam, quam ex voto aliàs reddi Deo oportebat [y]. Nomine *voti* alia sacrificia hîc comprehenduntur [z]. ¶ *Utrumque*] i. e. Cùm merces prostibuli, tum pretium canis [a]. Vel, ambo ipsi qui offerunt [b].

19. *Non fœnerabis*, ità P. V. [לֹא תַשִּׁיךְ] *Non mordere facies*, Ma. A. *non morsum inferes*, M. Usura enim serpentis instar mordet & corrodit facultates alterius [c]. Non dabis fratri tuo pecuniam ad usuram, &c [d].

20. *Sed alieno*, ità Ti. Sy. [לַנָּכְרִי] *Extraneo*, P. Ma. qui est alterius gentis. זָר propriè est *alienus*, qui ex alia Tribu; נָכְרִי *extraneus*, qui ex alio populo †. Ità Jud. 19. 12. 1 Reg. 8. 41. Obad. v. 11 [f]. A verbo quod *nôsse* sign. vel, per antiphrasin, vel, quia civibus maximè noti sunt à diverso habitu, &c [g]. Sive extra fines habitanti, sive intra fines, sed Legi non subdito [h]. *Extraneo isti*, JT. i. e. reliquis Cananæorum, infrà 28. 12. quos paulatim consumi volebat, suprà 1. 22 [i]. Qu. An ergò licita erat Judæis usura erga alienos? Ità Judæi hinc colligunt [k]. Resp. 1. Propter duritiem cordis eorum hoc permissum ad vitandum majus malum; nè fratres gravarent [l]. 2. Concessum hoc videtur tantùm erga septem gentes illis traditas [m]. 3. Licèt illicitum hoc sit, Deus tamen potestate supremi dominii hoc concessit, adeóque licitum effecit [n]. Judæi volunt hoc præceptum esse, ut occasiones familiaritatis cum Ethnicis illis præcideret [o].

21. *Cùm voveris*] Nempe, de re licita & tuæ potestatis. Vide quæ ad Num. 30. 2, &c [p]. RR. hîc docent vota plerumque suaderi à cacodæmone [q]. ¶ *Non tardabis reddere*] Ità ut, etiamsi res promissa perierit, propter moram debeatur æstimatio: optimâ ratione; post moram enim rei interitus debitorem non liberat: L. *Nemo*, sect. Si post, D. de Verb. oblig. L. *Si homines certi*, C. de Usuris & fructibus legatorum [r].

24. *Ingressus vineam*] De vindemiatoribus sermo est, quibus non permittit aliquid efferre in sporta sua †. Sed lex est generalis, nec ad conductitios restringenda; quod confirmat exemplum Christi, Matt. 12. 1 [r]. Di-

- [l] Jun. Pi. Ger.
- [m] Jun.
- [n] Bo.
- [o] Ger.
- [p] Jun.
- [q] BA. l. 2. 56. 693.
- [r] Ità M. F. V. G. BA. He. in A.
- † G. V.
- [t] V.
- [v] BA. ubi suprà.
- [x] F. V.
- [y] Bo.
- [z] A.
- [a] Ger. A.
- [b] Ger.
- [c] Ma. A. Ger. Bo. M.
- [d] V.
- † Ità Onk. & Jon. & Hisc. in D.
- [f] Ger.
- [g] D.
- [h] G.
- [i] Jun.
- [k] K. in Mo.
- [l] L. M. E. A.
- [m] M. Ger.
- [n] T. ex Bo.
- [o] A.
- [p] G.
- [q] Me.
- [r] G.
- † Vide Ch. & Ar.
- [r] Ma. Ger. A.

ces, Si hodie hoc permitteretur, depopularentur agri & vineæ. Resp. Fertilior ibi erat vinearum & agrorum proventus,& minori labore partus: In nostris terris vineæ & agri magni emuntur, & cultura magno labore constat [v]. ¶ *Quantum tibi placuerit*] Heb. *secundùm animam tuam*, Ma. ב verò hîc idem valet quod כ [x].

25. *Franges spicas*, וְקָטַפְתָּ מְלִילֹת] *Et decerpes (colliges*, ο'. *perfrica*, Sy.) *spicas*, Mo. Sa. JT. O. A.

[v] Ger. [x] Pi.

CAP. XXIV.

1. SI *habuerit eam*, וּבְעָלָהּ] *Et maritus fuerit ei*, Mo. JT. A. sim. M. Ti. *eâ potitus fuerit*, Ar. Ma. Pi. *concubuerit (habitaverit*, ο'. *dormiat*, Sy.) *cum ea*, Ch. sim. O. P. *mariti more consueverit cum ea*. בעל non sign. *statum*, sed *actum*: sic suprà, 21. 13 [a]. [Vide ibi annotata.] ¶ *Propter aliquam fœditatem*, עֶרְוַת דָּבָר] *Nuditatem verbi*, Mo. Ma. *turpitudinem rei*, V. D. Ma. i. e. *rem turpem*: ità c. 23. 14. V. Vel, pro, *rem turpitudinis*; Hypallage [b]: i. e. turpissimam; ut, *viriditas herbæ*, pro *herba viridi* [c]. Vel, *nuditatem rei*, D. A. i.e. vel, quòd se nudaverit alteri [d]; vel, revelationem rei turpis †. Rectè restringunt ad causam post matrimonium supervenientem [f]. Al. *detectionem rei*; nec sciunt cujus rei hæc detectio sit: unde obscura & ambigua fuit apud Hebræos causa repudii, ut oportuerit Christo quæstionem proponere, Matt. 19. 3. *an —licebat quacunque de causa* [g]. Qu. Quid hîc *res turpis*? Resp. 1. Fornicatio, vel adulterium [h]. At ea non divortio, sed morte, plectebantur [i]. 2. Fœditas moralis, nempe, vitium vel corporis, vel animi [k]. Quod devenustat uxorem: sive odiosi mores, ut pertinacia, dicacitas, furta; sive defectus corporis latentes, ut lepra, epilepsia, mania, sterilitas, &c [l]. Cùm Pharisæi legem hanc sic citant, *an ex quacunque causa*, &c. Christus non reprehendit allegationem, sed tantùm ob σκληροκαρδίαν id permissum ait [m]. ¶ *Scribet libellum repudii*, [ità plerique;] סֵפֶר כְּרִיתֻת] *Libellum succisionis*, M. V. O. vel, *excisionis*, Ma. vel, *excidii*, Mo. F. *exterminii*, F. Sic dicitur, quòd uxorem à marito (ejúsque domo) excideret [o]; cum quo quasi coaluerat in unum corpus [p]: vel, quia matrimonium rescindebat [q], & adimebat viro reditum ad eam, ceu resectis ac radicitùs evulsis rationibus reconciliandi [r]. Tot circumstantiis repudium oneratur, ut maritus alicujus spei facilè admoneretur primæ institutionis, & mutandæ de repudio voluntatis; 1. ex ipsa voce, de qua jam dictum; 2. quòd ipse scriberet manu suâ. Decem conditiones requirunt ad repudium. [Vide A.] Oportuit uxori in manum dare, adeóque è sua familia expungere, nec eam potuit revocare *. *Dedit librum* coram עֵדָה, i. e. testibus, non minùs decem; quot testes etiam ad matrimonium & ad circumcisionem adhibebantur. Dato autem divortii libello, bonorum quæ uxor in matrimonium contulerat restitutio mulieri fiebat. Ea bona Hebræi vocant נדוניא; sicut quæ vir dat uxori, כתבה. Quòd si maritus bona uxoris æstimato accepit, reddebat æstimationem de qua convenit. Vir autem uxorem repudiare poterat, non etiam, ut apud Romanos, uxor virum; quod prima contra Legem fecit Salome, notante Josepho [t]. Libellum hunc scribebant non mariti, sed scribæ, qui erant prudentes Legis interpretes, & justi dissidii dissuasores [v]. Qu. An repudia Judæis licita erant? Resp. 1. Licita fuisse ait Burg [x]. Hoc libello citra peccatum, Deo ità dispensante, solvebatur matrimonium [y]. Imò mandatum hoc esse contendunt Judæi, Matt. 19. 7. contra Mal. 2. 16 [z]. Jubetur scribere libellum, non jubetur repudiare [a]. Resp. 2. Permissa tantùm erant [b]; impunè, ut minus malum, sicut & usura [c]. Sic consultum erat uxoribus, quæ alioqui sæpius ab iratis maritis necari possent: insuper etiam uxores in officio continebat, nè divortio causam darent [d]. [De hac quæstione disputantes vide hinc Bo. & La. qui contendunt licita fuisse, illinc Ger. in Deuteron, qui permissa tantùm statuit. Sed hæc sunt extra oleas nostri instituti, quod est, commentationes, non controversias, exscribere.] Totum hoc est suppositio tantùm & permissio, usque ad versum 4. ubi priori marito interdicitur †. Nulla hîc repudii lex proponitur, sed omnia dicuntur ex hypothesi [f]. *Scribet*, h.e. si scripserit, & v. 3. *oderit*, i.e. si oderit; tunc *non poterit prior maritus*, &c. v. 4 [g]. Conjungunt hunc versum cum quarto, sic vertentes: vers. 1. *Tunc scribet*—2. *Et egressa de domo*—3. *Quòd si vir posterior*—v. 4. *Non poterit*, &c. Q. in V. De re præsente loquitur, & habetur ratio populi, qui repudii usum ex Ægypto apportabat. Ex hypothesi hæc dici probatur, 1. ex ordine, distinctione & vi Hebraicorum accentuum, quæ non observat vulgus; 2. ex lege Genes. 2. 24; 3. ex v. 4. *quia polluta est*, &c. [h]. Et hoc abominandum esse coram Domino, & tolerantiam præsentis temporis non prorogandam in futurum esse, ostenditur evidente interdicto; *nè itaque permittito ut peccet*, &c. v. 4 [i]. Divortia ob leves causas sapientibus Hebræis nunquam probata sunt. Ben Sira quærenti cuidam, an malam uxorem dimitteret, respondit, *Os quod cecidit in sorte tua rode*, i. e. Uxorem retine [k]. [*Formulam divortii vide in* A. M. F. V. D.] In qua miror deesse securitatem quam maritus faciebat uxori de non repetendis ejus nuptiis [l]. [Etiam in N. T. permitti posse maritis Magistratûs manu hujusmodi divortia, *existimare videtur* F. *cujus tamen sententiam refellit* Ger.]

[a] Pi. [b] Ma. Pi. [c] D. [d] D. † A. [f] L. [g] Ma. [h] Q. in Bo. Tertul. & Burg. in T. [i] Bo. [k] L. E. Me. T. Bo Ger. [l] Bo. T. Ger. [m] E. Ger. [o] V. A. Ma. [p] Pi. [q] Ma. AE. in M. [r] M. * F. [t] G. [v] D. ex Aug. observ. 14. 10. [x] E. [y] Me. ex La. & Bo. ità To. Caj. O. in La. [z] A. [a] D. post L. [b] L.E.A. D. [c] Q. in Ma. [d] T. ex Bo.

† A. [f] Ma. [g] A. Ma. [h] Ma. ex Jun. [i] Jun. [k] D. obs. 14. 10. [l] D. ib.

4. *Non poterit—recipere*] Heb. *non reverti ad accipiendum*, V. i. e. non denuo, iterum, accipere [m]. ¶ *Quia polluta est*, אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֻטַּמָּאָה] *Postquam polluta est*, P. G. Ma. Græci in G. Mo. Sa. Sy. vel, *pollui facta est*, Ger. A. Ma. vel, *polluere se facta est*, A. Ma. Compositum ex *Hophal* & *Hithpahel*; quo sign. & ipsam se polluisse, & virum dedisse ei occasionem polluendi se [n]. *Posteaquam* per eum *factum est ut pollueretur*, JT. *postquam potitus eâ fuerit alius*, Ar. Postquam per ipsum (vid. per priorem maritum repudiantem) factum est ut contaminaretur [o]. Non ergò præceptum hoc erat, sed permissio, cùm mulier secundis nuptiis polluretur [p]. [Al. aliter:] Non est polluta absolutè, sed quantum ad primum maritum [q]; qui eam abjecit, & veluti pollutam judicavit. Est ergò pollutio legalis, non criminalis [r]. Immunda facta priori marito per concubitum cum altero marito. Omnis res alicui prohibita dicitur טְמֵאָה, ut Jud. 13. 7. Antequam id factum sit, recipere non vetatur †. Pollutio ipsa non est aliud quàm conjunctio cum secundo viro, per quam contraxit indecentiam respectu prioris viri [t]. Speciem habet uxoris alteri in usum datæ [v]; omniáque lenocinia eo velo obtegi potuissent. Quidam miranti quòd apud Lacedæmonios adulteria non audirentur, dixit, ipsa matrimonia adulteria esse, ob morem commodandarum uxorum [x]. Alii *pollutam* intelligunt, i. e. repudiatam [y]. Al. *postquam prohibita est ei*: Quæ enim prohibentur immunda censentur [z]. ¶ *Et abominabilis facta*, כִּי תוֹעֵבָה הִוא] *Quia abominatio ista est*, G. P. Ma. O. Græci in G. Ad fœminam referunt, quia הוא est fœmininum [a]. Rectiùs alii ad rem referunt [b]; i. e. res ista Deo displicet [c]. Cùm Hebræi neutrum genus non habent, utuntur pro eo ferè fœminino [d]. ¶ *Nè peccare facias terram*] i. e. Populum terræ †; dum alii eorum exemplo idem facerent [f]. Vel, nè simili permissione & conniventiâ (nempe, *Magistratuum*, A.) terra polluatur [g].

5. *Nuper uxorem*, אִשָּׁה חֲדָשָׁה] *Uxorem novam*, Mo. D. Ma. Ger. i. e. recentem, quam noviter duxit, & quam antea non expulerat [h]. ¶ *Non ad bellum*] Vide cap. 20. 7. Ma. ¶ *Nec ei quippiam*, &c. וְלֹא יַעֲבֹר עָלָיו לְכָל דָּבָר] *Et non transibit super eum (non injungetur*, sive *imponitor*, *illi*, ο'. Ch. JT. Sa. P. *nec premat eum*, Ar.) *omne verbum*, Mo. O. vel, *omnis res*, O. *ulla res*, ο'. Ch. Sa. V. sim. Ar. *quicquam aliud*, M. Ti. *onus ullius rei*, JT. *quicquam oneris militaris*, O. *ullum* publicum *negotium*, P. sim. Sy. Sic ל in לְכָל redundat, ut in הַשְּׁלִישִׁי לְאַבְשָׁלוֹם *tertius Absalom* [i]. Vel, ל valet *ex*, & notat partem [k]. *Nè transito—quicquam ex ulla re*, A. ¶ *Vacabit*, &c. נָקִי יִהְיֶה לְבֵיתוֹ] *Immunis in* (vel *pro*, M. Ti.) *domo sua*, ο'. Ch. Sa. Mo. A.

[m] Ma. V. [n] A. [o] Ger. [p] A. [q] Q. in Ma. [r] M. † G. [t] Bo. [v] G. Me. La. [x] G. [y] Q. in Ma. [z] He. in Ma. [a] Q. in Bo. [b] Ger. Bo. [c] G. [d] Bo. † Ger. A. [f] A. [g] Me. ex Bo. [h] D. Ger. [i] D. [k] Pi.

vacans

vacans domui suæ, Ar. vacuus erit, Ma. immunis à publicis muneribus & oneribus [l], militaribus, & aliis exactionibus [m]. Plena æquitatis lex, ut opportunus conjugii usus concederetur, & amor inter eos magis firmari posset [n]. Ut priori lege ostendit Deus quàm odio illi sint injusta divortia; ità hâc lege docet quàm probatum illi sit legitimum matrimonium [o].

6. *Non accipies loco pignoris,* לֹא יַחֲבֹל] *Non pignorabit,* Ma. ο'. Ar. *Non obligabit,* scil. creditor, in pignus. חָבַל est *ligare,* & *obligare* [p]. ¶ *Inferiorem & superiorem molam,* רֵחַיִם וָרָכֶב] [Variè accipiunt. Al.] רֵחַיִם alibi sign. *utramque molam*, & *totum molendinum,* Exod. 11. 5. sed hîc, *molam inferiorem*: (*superiorem*, inquit O. licèt alibi *inferiorem* significare fateatur [q].) Dicitur à רוּחַ, quòd spirare videatur & efflare farinam à se molitam [r]. Dicitur & שכב, quòd subjaceat superiori, Ma. vel, quòd immota jaceat †. Latinis *meta* dicitur [t]. רֶכֶב autem est *catillus*, seu *mola superior* [v]: q. d. *currus*, quòd sit versatilis & circumvehatur [x]. [Alii sic;] רֵחַיִם de *utraque mola* rectiùs dicitur [y]: sic usurpatur Exod. 11. 5. Num. 11. 8. Esa. 47. 2. Jer. 25. 10 [z]. Sic ergò vertas, *Non accipies in pignus utramque molam, imò nè superiorem quidem*; quæ scil. minor est, brevior, vilior, & levior [a]: Vel sic, *non utramque molam,* nec *carrum,* seu *currum, pistrini,* quo res inferuntur & efferuntur [b]. In privatis domibus habebant molas trusatiles, versatiles, &c. Vide Num. 11. 8 [c]. & Matt. 18. & Marc. 9 [d]. Sensus est, non esse auferenda pignoris loco ea sine quibus vivere non possumus, (nam sine utravis mola frumentum commoli nequit †.) Pari ratione à Romanis vetitum pignoris causâ abstrahere boves aratorios, vel instrumentum aratorium [f]. ¶ *Quia animam,* &c. כִּי נֶפֶשׁ הוּא חֹבֵל] *Quia animam* (vel *vitam,* Ti. JT. *victum animæ,* Ar. *victum hominis,* sive id quo victum comparat, V. sim. Ch.) *iste pignorat,* ο'. *is oppigneravit,* Ti. *ipse accipit* (vel, *acciperet,* Sa. Ar. P. JT.) *pro pignore,* Mo. O. A. Alii aliter; *Alioquin animam lædet,* M. *animam enim contristabis,* Sy. [Id etiam חָבַל sign.]

7. *Si deprehensus*] *Cùm deprehendetur per testes & contestationem.* Sic omne יִמָּצֵא quod in Scriptura [g]. ¶ *Solicitans fratrem*] Hebr. *furans* (vel vi, vel dolo pelliciens, T.) *animam,* i. e. hominem [h]. ¶ *Et vendito eo,* וְהִתְעַמֶּר בּוֹ] *Et abusus servitio fuerit in eo,* Mo. Vide Deut. 21. 14. Ma. ¶ וּמְכָרוֹ] Q. accipiunt ו alternativè [i]. Ità hîc sumi potest, si *abusus sit eo,* sive *ad servitium,* sive *ad quæstum*: Et pro *aut.* Vide ad Gen. 13. 8. & 19. 12 [k]. Sed rectiùs accipitur ἐξηγητικῶς, *Qui negotiatus fuerit cum eo ut vendat,* ut Ch. rectè [l]. ¶ *Auferes malum*] Vel abstractè, i. e. scandalum; malum culpæ [m]; τὸ πονηρὸν, ο'. vel concretè, eum qui facit malum. Vide de hac lege Exod. 21 [n].

8. *Nè incurras plagam lepræ*] *Cave tibi in* (vel *à,* P.) *plaga lepræ,* V. O. ο'. Sensus est, vel, 1. Cave nè transgrediaris leges quas tuli in gratiam leprosorum; q. d. Leprosi à civibus separandi sunt, populum enim mundum & validum requirit respublica [o]. Cave nè incurras, &c. &, si incurras, observa quæ scripta sunt Levit. 13. & 14 [p]. Vel, 2. Observa nè tale quid committas unde leprâ percutiaris [q]. Serva Legem Domini, nè percutiat te leprâ [r]. ¶ *Quæcunque docuerint te sacerdotes*] Qui & Medicinæ dabant operam †.

9. *Mariæ*] q. d. Si nec Miriam parcitum est, nedum aliis parcendum [t].

10. *Cùm repetes,* &c. כִּי תַשֶּׁה בְרֵעֲךָ מַשַּׁאת מְאוּמָה] *Si debuerit proximus tuus debitum alicujus rei,* Sy. sim. ο'. *Cùm exegeris à proximo debitum quodcumque,* Sa. *Cùm,* vel *Si, mutuaveris* (*commodatò dederis,* M. Ti.) *proximo tuo* (*in proximo,* Mo.) *ullius rei mutuum,* JT. A. sim. Ch. P. Ar. Mo. Ger. נָשָׁה cum ב, ut hîc, est, *mutuum dare*; sine ב, *mutuum petere,* vel *accipere* [v]. ¶ *Ut auferas pignus,* ità P. Ch. sim. Sy. Ar. M. Ti. לַעֲבֹט עֲבֹטוֹ] *Ad pignorandum pignus ejus,* Mo. JT. ο'. Malim, *ut oppigneretur pignus ejus,* etsi sensus sit idem. עָבַט in *Kal* est intransitivum, in *Hiphil* transitivum, ut liquet ex Deut. 15. 6 [x]. *Ad retinendam retentionem.* Pignus *retentionem* vocat Hebraismus, aut quia retinet dominum, & obligat ad solvendum debitum; aut quia retinetur à creditore [y].

11. *Ille proferet*] Sensus est, Debitor eligat quod pignus dare velit, non creditor [y].

12. *Non pernoctabit,* &c.] Heb. *non dormies,* &c. q. d. antequam eas cubitum, reddas illi [a], nunquam postea repetiturus [b]. q. d. Nè accipias talia in pignora, cùm perinde essent acsi non accepta, quandoquidem paulò pòst restituenda. Vide quæ ad Exod. 22. 26, 27 [c].

13. *Et habeas justitiam*] Heb. *& erit tibi justitia,* &c. P. Ma. V. G. i. e. Hoc pro re magna Deus ducet [d]. Reputabit tibi ad justitiam, V. Pi. h. e. probabit opus tuum tanquam bonum & justum †, ac remunerabitur. *Et tibi erit illud in justitiam.* Pronomen *illud* latet in forma verbi, quod est generis fœminini: fœminina autem apud Hebræos accipiuntur absolutè: ante nomen autem צְדָקָה deficit præpositio [f]. Vel, *justitia* pro misericordia sumitur; ità ο'. in Bo. siquidem tota hæc justitia, seu virtutis actio, in misericordia consistit [g]. Notum est justitiam pro eleemosyna sæpius capi, ut Matt. 6. 1 [h].

15. *Ex eo sustentat animam,* i. e. vitam, אֵלָיו הוּא נֹשֵׂא אֶת־נַפְשׁוֹ] [Variè reddunt.] *Et pro eo ponit animam suam,* Ch. *Et propter mercedem tradit tibi* (vel, *periculo exposuerit,* Ar.) *animam suam,* Sy. *Et cum ea sustentat animam,* Sa. P. M. *Ad illam* (scilicet, *mercedem,* Ger. Ti.) *elevat,* vel *attollit,* (vel, *sustinens,* Mo.) *animam suam,* V. Ti. A. Ma. Ger. *Et in ea spem habet,* ο'. quòd ex ea vivet, V. Sperat, & desiderat ad victum suum [i]. *Levare animam ad aliquid,* est, cupidè aliquid exspectare, Jerem. 22. 27. Vide de hoc loco ad Levit. 19. 13 [k].

16. *Patres pro filiis,* עַל־בָּנִים] *Per os filiorum,* Ch. & RS. in M. Rectiùs alii, *pro filiis,* Ger. i. e. propter peccata filiorum [l]. Necessaria fuit hæc lex, nè cùm audirent Deum visitaturum peccata parentum super filios, &c. idem sibi licere putarent [m]. Ad judices hæc dici patet ex sequent [n]. Dices, filios cum parentibus occisos à Magistratu, Deut. 13. Jos. 7. Jud. 20, 21. 2 Sam. 21. Resp. Regula ordinaria hæc est, *non occidere,* &c. interim in casibus quibusdam extraordinariis Magistratibus hoc mandatum fuit [o].

17. *Non pervertes,* לֹא תַטֶּה] i. e. Non facies inclinare in alteram partem [p]. ¶ *Advenæ & pupilli,* גֵּר יָתוֹם] *Peregrini, pupilli,* A. Ma. supple, *&.* Ità, *duo* (supple, *vel*) *tres eunuchi,* 2 Reg. 9. 32. *Sol* (supple, *&*) *luna,* Hab. 3. 11. *grus* (supple, *vel*) *hirundo,* Esa. 38. 14 [q]. Ἀσύνδετον est [r].

19. *Et oblitus*] Tam tu, quàm messores *. Nam ad utrosque extendendum [t].

20. *Si fruges,* &c. כִּי תַחְבֹּט זֵיתְךָ] *Cùm excusseris olivam tuam,* Ger. Ma. BA. i. e. fructus olearum tuarum, Ger. Excutiebant, baculis arborem cedentibus [v]. ¶ *Non revertêris ut colligas,* לֹא תְפָאֵר אַחֲרֶיךָ] [Variant.] *Non ramos scrutaberis,* vel, *requires, post te,* Sa. M. Mo. sim. Sy. P. *Non ramiculabis* (si Latinè dici posset) *post te*: i. e. non scrutaberis ramos jam à te excussos, an fructus aliquos reliqueris. Verbum faciunt à פֻּארָה [x], quod sign. *ramum* [y]; imò *ramum exiliorem,* qui ex בַּד ramo crassiori enascitur; sic dictum, quòd sit decus arboris: indè פֵּאֵר sign. *frondes removit.* q. d. Nè auferas fructus omnium ramorum, etiam minutissimorum, Ger. *Non deramificabis,* O. Alii, *Nè ramos sigillatim recognoscito postquam excusseris,* JT. *Non dejicies post te,* O. i. e. quod remanet in ramis post te [z]. *Non decorabis,* vel *ornabis, post te,* i. e. non racemabis; quasi ornatus consisteret in ramorum conformitate; ut scil. singuli olivis careant [a]. *Non dedecorabis,* O. i. e. prives oleam ornatu suo; significatione contrariâ, ut mos est multis verbis Hebraicis [b]: ut mox, תְּעוֹלֵל *racemetur* †. *Non redibis repetere quæ post te,* ο'. vel, *ad colligendum quod reliqueris,* Ch. *Nè relegito,* Ca. *nè perstringas postea,* Ar. sim. Ti.

21. *Si vindemiaveris*] בָּצַר sign. *breviare, decerpere* [c]. ¶ *Non colliges remanentes racemos,* sic Ch. לֹא תְעוֹלֵל] *Non revindemiabis,* ο'. οὐκ ἐπιφυλλίσεις, *non racemaberis,* sive *racemationem facies,* Aq. in D. ἐπιφυλλὶς est *racemulus,* D. Post vindemiam racematio, Tertul. in Apolog. Est idem quod in messe spicilegium [d]. *Non dehonestabis.* Vide ad Levit. 19. 10 †. *Nè racemato post te,* Sa. Sy. sim. Ti. *Non colliges* (vel, *quæres,* M.) *racemos,*

racemos, P. O. vel, *singulas uvas*, A. *nè attrectes postmodum*, Ar.

CAP. XXV.

1. *Illi justitiæ palmam dabunt*] Heb. *justificabunt*, ό'. Ch. Sa. Mo. Quod sæpe est non effectionis, sed æstimationis aut declarationis, significativum; cui opponitur הִרְשִׁיעַ, quod sign. *improbum aliquem declarare, tractare ut improbum*[a]. *Innocentem pronunciabunt*, Sy. *innoxium declarent*, Ar. *justum declarabunt*, F. sive, *pronunciabunt*, O. *absolverint*, V.

2. *Dignum plagis*, sic ό'. sim. Sy. Ar. JT. A. אִם בִּן הַכּוֹת] Ad verb. *si filius cædi*, Mo. *si filius verberum*, Sa. V. *filius percutiendi*, Pi. Infinitivus nominaliter ponitur[b]. Contrà, nomen pro infinitivo ponitur in multis[c]. *Reus ad cædendum*, Onc. in D. Hoc autem fit ubicunque alia pœna aut mulcta in Lege expressa non est, peccatúmque est contra præceptum vetans, non mente, aut verbo, sed facto. Etiam ubi est כרת, i. e. ἐξολόθρευσις, pœna Deo reservata, mortis mentione non additâ, Judices, si ad ipsos res devenerit, & monitio præcesserit, verberibus reum expiant. Ea verbera, accedente confessione, credebantur valere ad evitandam pœnam θεήλατον, (i. e. *à Deo immissam*.) Qui in gravioribus ter, in minoribus quater, ad eadem delicta relabebatur, post inediam pascebatur hordeo ad mortem usque[d]. ¶ *Prosternent*, וְהִפִּילוֹ הַשֹּׁפֵט] *Et cadere eum faciet judex*, Me. Ma. Inclinabis eum ad humilem columnam†. q. d. Cædendus non stet, nec sedeat, sed denudatus in terra jaceat[f]. *Judex*, per enallagen, pro, *Judices*, ut habent Græci. Non enim unus, sed ad minimum tres: quot numero erant in minoribus oppidis[g]. ¶ *Coram se*, sic ό'. Sa. JT. O. [nempe, Judice,] לְפָנָיו] *Coram facie ipsius*, A. sim. Mo. Ch. Sy. Ar. In anteriore parte ejus [nempe, verberandi] aperta plagæ impingi debeant. Ità veteres[h]. Rectiùs alii, in præsentia & conspectu Judicis[i]; nè exsecutores vel, deficerent, vel excederent[k]. ¶ *Pro mensura peccati*, כְּדֵי רִשְׁעָתוֹ] *Secundùm sufficientiam impietatis ejus*, Mo. Ma. O. vel, *secundùm impietatem* (vel, *improbitatem*, JT.) *ejus*, P. V. ό'. O. דֵּי syllabica est adjectio[l]. *Pro merito criminis*, Sa. sim. Sy. Ar. *juxta mensuram delicti*, Ch. ¶ בְּמִסְפָּר] *In numero*, P. Mo. Ma. D. O. *juxta*, vel *per*, *numerum*, Sa. A. Ma. nempe, in Lege constitutum, Q. in Ma. Ger. *Certo numero*, JT. Sy. Ger. *nempe, quadragenis plagis*, Sy. *cum numero—40 plagis*, Ar. [Alii τὸ מִסְפָּר conjungunt cum sequent.] *Et numero quadraginta*, ό'. *usque ad numerum quadragenarium*, Ch. Semper plagæ 39, sed pro ratione delicti parvæ vel magnæ, est traditio Judæorum. Alii pro ratione delicti (& pro constitutione hominis, F.) plures vel pauciores fuisse volunt[m].

3. *Non excedant*] Mos εἰς προφυλακὴν νόμου unam detraxit. Vide 2 Cor. 11. 24[n]. Nè oblivione, inadvertentiâ, vel impetu animi, excederent[o]. Vel potiùs, illud indè factum, quòd flagro triplici, sive tribus funiculis, cædebant, unde quælibet plaga pro tribus habebatur; adeóque si plures addidissent, plagæ fuissent 42, h. e. ultra numerum à Deo præstitutum[p]. Judicum unus minas Legis recitabat, alter numerabat plagas, tertius ferire lictorem jubebat†. ¶ *Nè fœdè laceratus*, &c. וְנִקְלָה] *Et vilescat*, i. e. nè, si pergas, vilescat. Copulativum enunciatum valet hîc connexivum[q]. *Nè vilescat*, P. V. O. Vel, 1. nè moriatur ut animal vile & contemptibile, te inspectante[r]. Vel, 2. nè minor illius cura & ratio habeatur quàm Lex Dei jubet & humanitas postulat*. Vel, 3. nè tot plagis percussus corpore deformis, adeóque contemptibilis, redderetur[t]. Castigatio enim hæc erat velut paterna, nullam infamiam infligens[v]. Hinc eum post castigationem ad pristinam dignitatem redire colligunt Hebræi[x].

4. *Non ligabis os bovis*, &c. לֹא תַחְסֹם] *Nè capistrato*, Ar. JT. A. *Non obturabis*, ό'. Mo. O. *Non claudes os*, Ch. Sa. Notandum hîc, 1. Bobus olim triturari solitum, frumentáque excuti solita, tum apud Judæos, ut constat ex Jer. 50. 11. & Os. 10. 11; tum apud Ægyptios, teste Cyril. in Esa. l. 3. tom. 5; tum apud Græcos, ut testantur Homerus Iliad. κ'. Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας, &c. Callimachus, qui hoc inventum Cereri tribuit, Xenophon in Oeconomicis; tum apud Romanos[y]. Duplex autem modus erat triturandi boum operâ. 1. Bobus plaustrum trahentibus super spicas. 2. Grex ipse boum in aream inducebatur, qui pedibus immediatè & ungulis frumentum excuteret. Utrumque modum indicat Varro de Re rustica, l. 1. c. 52. & Columella de Re rustica l. 1. c. 21. qui tamen ad hunc usum bobus equos præfert; verùm equorum apud Hebræos vix ullus erat usus. Utrumque habemus in Scriptura, maximè quidem per plaustrum, Esa. 25. 10. & 28. 27. & 41. 15. & Amos. 1. 3. interdum tamen ungulis & pedibus, Esa. 28. 28. & Mich. 4. 13. Et hæc triturandi ratio etiamnum in aliqua Hispaniæ regione esse fertur[z], in Canariæ insulis[a]; necnon in Asia, ut ex Leunclavio probat D. in Micheam. Idem à Tartaris circa Volgæ ostia usurpari asserit Olearius, testis αὐτόπτης, idémque ἀξιοπιστότατος, Moscovitici & Persici itineris l. 4[b]. 2. Notandum, in antiquo usu fuisse boum triturantium (etiam & arantium) ora capistrare. Hinc proverbium in Suida, *BOS IN ACERVO*, *de bobus triturantibus, & qui per camum ab esu prohibentur.* *Pausicape* machina erat lignea, quâ jumenta ab esu prohibebant. Vide Eustath. ad Iliad. 22. Alii hac ipsa de causa boum ora fimo oblinebant, teste Ælian. hist. 4. 25. Alii aculeum in ore indiderunt. Alii potum denegârunt. Vetat hîc Deus hujusmodi inhumanitatem[c]. Vult laboris socios fructuum parte frui[d]. Idem observandum in animantibus cæteris operam homini præbentibus†. Eò autem erit paratior in homines misericordia, si etiam in animantes alias se prætentaverit. Sic & Pythagorici, τὴν πρὸς τὰ θηρία πραότητα μελέτην ἐποιήσαντο τῆς φιλανθρωπίας καὶ φιλοικτίρμονος, ut Porphyrius loquitur, de Abstinentia 2. (i. e. *Mansuetudinem erga bestias exercitium fecerunt ad amorem & misericordiam erga homines*[f].) Scopus legis est, ut justos sciamus nè bestias suas negligere debere, Prov. 12. 10. nedum familiam[g].

5. *Quando habitaverint fratres simul*] In terra eadem[h]. Quando ejusdem Tribûs & familiæ fuerint, qui ferè in eodem loco habitare solent, videlicet, ubi familiæ est hæreditas[i]. Catachresis ergò est. Significat, vel, quòd superstites in iisdem ædibus paternis adhuc habitent; vel, quòd in eadem paterna familia cum defuncto communem habeant hæreditatem. Non autem requiritur ut in eadem domo simul habitent, quia defunctus jam patrem reliquerat, & peculiarem familiam inchoaverat[k]. Sed sensus est, Quando simul vixerint fratres, ità ut uno mortuo alius sit superstes[l]. *Fratres* hîc sunt hæreditatem communem habentes[m]. Hinc excipiunt fratres qui non habent eundem patrem[n]. Hæc cohabitatio denotare videtur cœlibem vitæ statum dum in domo patris manerent; cujus exemplum habemus Gen. 38. 7, &c[o]. ¶ *Et unus ex eis*, אֶחָד] *Unus*, pro, *primus*, ut alibi passim[p]. Ità enim Sadducæi reddunt, Matt. 22. 25. & primogenitorum erat primaria cura. Sed rectiùs redditur, *unus*. Ità ό'. & Lat. interpres Ch. & Pi. & To. Nam verba generalia sunt, & par ratio in omnibus fratribus[q]. ¶ *Absque liberis*, וּבֵן אֵין לוֹ] *Et filius non fuerit ei*, V. Ma. i. e. fuerit sine liberis[r]. Qu. Quid si filiam reliquisset, an tum duxisset? Resp. Minimé. Aliter tum prospectum erat continuationi nominis & familiæ defuncti, ut videre est Num. 27†. Ubi filiam reliquerat mortuus, non opus erat ad hanc legem veniri, cùm ex filia nepos in avi familiam adoptari posset. Imò etiam aliunde adoptata proles faciebat nè ad legem hanc veniretur. Sæpe apud alias etiam gentes masculinum pro communi sumitur. Apud Hebræos autem, Chaldæos, Syrósque alios, maximè id necessarium facit vocum communium penuria. Quare בֵּן Græci bene transferunt, σπέρμα, & τέκνα, Matt. 22. 24[t]. Confer Marc. 12. 19. *liberos*; & Luc. 20. 28. *absq; liberis*[v]: ut rectè Latinus hoc loco, Juris verbo utens. *Non est enim sine liberis cui vel unus filius, unáve filia, est. Hæc enim enunciatio, HABET LIBEROS,*

NON

a G. — b Ma. D. Ger. — c D. — d G. — † G. — f M. F. D. — g G. — h F. — i F. ex AE. A. — k L. — l V. — m D. ità F. Ger. — n G. sim. Jun. — o T. ex Bo. — p A. — † G. — q Pi. — r V. — * Q. in Ma. — t Q. in Ger. — v G. — x A.

y BA. 1. 2. 3. — z Bo. — a T. — b BA. c. 32. p. 312. — c BA. 40. 401. — d Jo. & Ph. in T. — † G. F. — f G. — g BA. 401. — h G. — i Me. Bo. T. Ger. — k Ger. — l To. in Ger. — m Jun. — n D. — o A. — p Ma. Jun. To. in Ger. — q Ger. Pi. — r V. — † T. Bo. Ger. — t G. — v V.

NON HABET LIBEROS, *semper plurativo numero profertur, sicut & Pugillares & Codicilli*, ait Caius, L. *Non est*, D. de verborum significatione. ¶ *Uxor defuncti*] Malè Sammai & Samaritani hoc de desponsata tantùm interpretantur: obstant tum alia, tum Gen. 38. 8 [x]. ¶ *Non nubet alteri*] Heb. *non nubet foras extraneo*, G. vel, *viro alieno*, Ma. Quid illud חוצה *extrà* significat, declarat, cùm dicit, *viro extraneo*, i. e. transeundo in aliam familiam [y]. *Extraneus* hìc fratri opponitur, ut in Romano jure *filio* [z]. ¶ *Sed accipiet frater*, יְבָמָהּ] *Levir ejus*, Sy. Sa. JT. Mo. *cognatus*, Ar. *frater*, ο'. Ch. A. propriè dictus. Ideo hæc est exceptio illius legis Levit. 18. 16. Deinde verò ex ordine naturæ ad agnatos pertinebat. Est autem hæc lex partim ceremonialis, ut benedictio ad primogenitos, vel eorum subrogatos, permearet; (hoc autem Christi primogenita nunquam intermoritura figurabat;) partim civilis, quâ procurabat familiarum hæreditatúmque legitimum numerum constanter observari, qui imperatus est Num. 26 [a]. Qu. An *fratris* nomen hìc accipitur propriè & specificè, an impropriè & generaliter pro cognato proximo? Resp. Directè de fratre propriè dicto agit hæc lex. Quod indicant, 1. vox יָבָם. Vide Gen. 38. 8. Deut. 25. 7. Ruth 1. 15. 2. Mentio fratrum simul habitantium. 3. Exempla, Gen. 38. Ruth 1. & Matt. 22. Interim derivatur ad alios quoque propinquos [b]. Mos produxit ad alios propinquos, ubi fratres non exstabant; Ruth 4. Sed hoc גָּאַל dicitur, ἀγχιστεύειν, non יָבַם, ἐπιγαμβρεύειν [c]. Qu. At quid si frater maritatus erat? Resp. Non tenebatur, Ger. nam de fratre cœlibe agit, quod indicant ea verba, *si simul habitaverint*, scil. in ædibus paternis [d]. ¶ *Et suscitabit semen*, וְיִבְּמָהּ] *Associabit eam*, Mo. *cohabitabit ei*, ο'. *affinitate jungetur ei*, Sa. sim. Sy. Ar. *accipiet eam in uxorem pro fratre suo*, Ch. *Et levirabit*, vel *leviritabit*, *eam*, i. e. leviri officium præstabit †. Alii significatione contrariâ, *tollet leviratum*; i. e. desinet esse levir, & fiet maritus [f]. Al. *cognationis*, seu *affinitatis, jure ducet*. Al. *fratriabit*, i. e. jure fratris ducet [g]. Qu. Quæ ratio hujus legis? Resp. 1. Ad conservandam distinctionem tribuum & familiarum, ut cognosci posset ex qua familia Messias esset exspectandus [h]. 2. Ad distinctionem possessionum. Proinde non est ultra ceremonialem populum proferenda hæc lex. Imò cessavit quondam, ubi per Assyrios & Chaldæos possessiones confusæ sunt. Non est enim data, veteribus summo consensu affirmantibus, nisi causâ conservandæ possessionis apud primogenitos. Jam sublatâ causâ locum ampliùs non habet [i]. 3. Nè familiarum numerus minueretur [k]. Inter mortem & novas nuptias viduæ tres menses interponebantur [l]: ut certò comprobetur eam à priori marito non fuisse gravidam [m].

6. *Et primogenitum ex ea filium*] Vocem hanc masculinam rectè hìc addidit etiam Sa [n]. ¶ *Nomine illius appellabit*, יָקוּם עַל שֵׁם אָחִיו] *Surget*, Ma. V. vel, *stabit*, P. D. Ger. *super nomen fratris*, Ma. i. e. succedet in ejus nomen [o]. Non vocabit eum nomine proprio defuncti, sed vocabit eum defuncti filium & hæredem. Sic natus ex *Rutha* non dicebatur *Mahalon*, sed *Obed filius Mahalon* [p]. *Nomen* secum trahit hæreditatem, ideóque & pro *hæreditate* ponitur, Num. 27. 4. ¶ *Ut non deleatur*] Ἵνα μὴ ἐξερημωθῇ ὁ οἶκος, (*nè domus penitus exscindatur*;) Demosthenes. Alioqui, ut ait Jo. ἀνώνυμος ἔσται, (*nomine destituetur* [q].)

8. *Si responderit, Nolo*] Heb. *Et stabit, & dicet*, Ma. *Et si renuerit, & dixerit*, Ch. *Et si persistat in dicendo*, Ar. sim. JT.

9. *Tollet calceamentum*] Detrahet, nempe, consanguinea [r]. Quo vel, 1. significabatur juris cessio quod habuit in muliere †, & in hæreditate [t]. *Calceus* signum potestatis, Psal. 60. 10. & Psal. 107. 10. *Detractio* verò & *traditio calcei*, signum alienatæ possessionis & translatæ [v]. *Calceamentum* signum obligationis, discalceatio liberationis [x]. Vel, 2. infamiæ nota erat [y], ut Esa. 20. 2, 4. q. d. Indignus est qui gestet calceum, h. e. inter ingenuos versetur. Servi enim incedebant nudipedes [z]. Cæterùm in Ruth 4. non mulier, ut hìc, sed ipse vir, calceum detrahit, in signum renunciati

x G. / y V. / z G. / a Jun. / b Ger. / c G. / d Ger. A. / † Ger. Jun. A. Q. in Ma. / f Q. in Ma. Hasc. in D. / g Ma. / h Ger. / i F. / k Me. / l G. F. / m F. / n G. / o Q. in V. D. / p G. ità F. V. D. Me. E. Bo. / q G. / r V. / † Ger. ex F. A. / t Ger. Ma. ex Jun. / v Ma. Ger. Jun. / x G. / y A. ità V. Bo. Me. Ger. / z Ger.

juris [a]. Nec ibi spuebat, &c. quia propinquo non tanta ignominia irrogatur ut fratri [b]. Vel fortè Judæi à lege secessionem fecerant, & ritus quosdam mutârant [c]. ¶ *Spuétque in faciem illius*] In signum extremi contemptûs & ignominiæ [d]; ut Num. 12. 14. Esa. 50. 6 †. Matt. 26. 67. & 27. 30 [f]. ¶ וְיָרְקָה] *Et spuet*, vel; *exspuet*, Mo. & omnes. ¶ בְּפָנָיו] [Variant.] *In faciem ejus*, ο'. Ch. Sa. Sy. M. P. O. A. Ger. Jo. in Muis, Pi. Sic redditur eadem vox in eadem sententia Num. 12. 14 [g]. Alii, *coram ipso*, Ti. ut Deut. 11. 25 [h]. In terram, RS. in F. *ante faciem ejus*, JT. *in conspectu ejus*, Ar. A. ut Deut. 4. 37 †. ¶ *Et dicet*, וְעָנְתָה] *Et respondebit*, Ar. Ger. Tacitæ objectioni occurrit; posset enim quæri cur calceum viro illi detrahat, &c [i]. Q. *& clarâ voce pronunciabit*; al. *protestans dicito*, quia ענה est *testari* [k].

10. *Vocabitur—Domus discalceati*] Sim. omnes. *Et vocabitur nomen* familiæ ejus, *Familia exuti calceo*, JT. Ità ignominia transibat ad posteros [l]. Quia noluit fraternæ charitatis officium præstare, nec viduæ tristitiam lenire, &c [m].

11. *Si habuerint jurgium*, כִּי יִנָּצוּ] *Si rixati fuerint*, in se invicem involantes cum impetu [n]. ¶ *Viri duo*] Heb. *vir & frater*, i. e. vicinus, ut Exod. 2. 11 [o]. ¶ *Verenda ejus*] Adversarii. Nam contorquere genitalia mos luctantibus. Invenies id in vita Imperatoris Claudii secundi [p]. ¶ בִּמְבֻשָׁיו] *Confusionem ejus*, M. F. V. *domum* sive *locum inferiorem illius*, Ch. Ità honestè circumloqui solent pudenda [q].

12. *Abscindes manum illius*] Scil. mulieris: 1. quòd impudicè fecit; 2. & conabatur eum privare posteritate [r]. Accipiunt ut illud, *Oculum pro oculo*, i. e. nisi manum redemerit *. Quòd si alio modo liberare nequit maritum suum, excusatur ab Hebræis †. [Al. aliter;] *manum illius*, non fœminæ. Sed sensus est, Licebit illi ad maritum servandum & hoc facere, & amplius, nempe, vel manum præscindere adversario: i. e. quidvis tentet, ut & maritum eximat periculo, & aggressori, si modò id fieri potest, vitam relinquat. *Abscindes* positum hìc impersonaliter, ut sæpe alibi. ¶ *Nec flectêris super eam*] Illud, *super eam*, non est in Hebræo; sed, *non parcet oculus tuus*: i. e. non est quòd talis fœmina de incolumitate membrorum aggressoris sit solicita, impunè feret hanc pro mariti salute curam [t].

13. *In sacculo*, &c.] De his vide Levit. 19. 35, 36 [v]. ¶ *Diversa pondera*] Heb. *lapidem & lapidem*. Seipsum exponit, cùm dicit, *majus & minus* [x]. *Non erunt pondera parva, quibus vendat quis, & pondera magna, quibus emat* [y].

15. *Pondus justum*, אֶבֶן שְׁלֵמָה וָצֶדֶק] *Lapis perfectus & justitia*, Mo. Ma. Ger. vel, *justitiæ*. Sic, *Ephah justitiæ*, i. e. justissima [z]. *Pondus integrum*, cui nihil desit ad justam quantitatem [a].

18. *Quomodo occurrerit tibi*, ità Mo. אֲשֶׁר קָרְךָ] *Quomodo restitit tibi*, ο'. quòd *occurrerit tibi*, Sa. Sy. קרך vox obscœna est, *perciderit te* [b]. ¶ *Extremos agminis—ceciderit*, "וַיְזַנֵּב וגו] *Et decaudavit*, &c. Mo. Ma. *truncavit te caudâ*, Jun. *percussit caudam agminis*, ο'. sim. P. Ti. Extremum exercitûs agmen percussit. Vide Jos. 10. 19. Locutio eadem & apud gentes alias [c]. *Cauda* sign. *extremitatem cujusque rei*, Deut. 28. 13, 44 [d]. ¶ *Qui lassi*, &c. כָּל־הַנֶּחֱשָׁלִים אַחֲרֶיךָ] *Omnes debiles* (*defessos*, ο'.) *post te*, Mo. sim. Sa. *debiles quosque & ultimos tuos*, M. sim. Ti. *qui debilitate affecti sequebantur te*, JT. *omnes qui tardiùs sequebantur* [f]. Hæc alibi omissa hìc supplet Moses [g]. Hoc autem permisit Deus, 1. in pœnam murmurationum, &c. 2. nè otio torperent [h]. At Bechai & alii exponunt, *penes absciderunt* Israelitis. ¶ *Et non timuerit Deum*] Irridendo Legem circumcisionis, ut Hebræi volunt [i].

a V. Ma. Ger. / b Ma. / c Ger. / d F. / † A. / f Ger. / g Pi. / h A. / † A. / i Ger. / k Ger. / l A. L. Bo. / m Ger. / n Ger. / o A. / p G. / q F. V. / r M. Me. / s Bo. L. Ger. A. Abarb. Is. Ar. & AE. in Muis. / * He. in M. / † M. / t G. / v V. Ma. / x V. / y Targ. Jer. in Bi. / z A. / a Pi. / b RS. in G. / c G. / d Ger. / f Ch. in Ger. / g Ger. Ma. / h Ger. / i G.

CAP. XXVI.

1. Cumque intraveris, כִּי תָבוֹא] Septima libri Sectio hìc incipit, dicta תָבוֹא [a].

z V.

 2. Primitias

2. *Primitias*] Quas ob id junco signabant [b]; his verbis, *Hæ sunt primitiæ* [c]. Hanc rem ridiculè imitantes Ethnici præmetium Cereri offerebant [d].

3. *Profiteor*] *Annuncio*, M. V. Fateor Deum stetisse promissis †.

5. *Et loquêris*] Heb. *Et respondebis*, scil. *sacerdoti interroganti, Quid gestas in isto canistro* [f]? ¶ *Syrus*, &c. אֲרַמִּי אֹבֵד אָבִי [Variè accipiunt.] 1. De Labano. *Syrus (nempe, Laban) persequebatur patrem meum*, Vulg. Ità L. E. Me. T. O. M. item Forst. & Caj. Ch. Ger. simil. Ar. אובד pro מְאַבֵּד, h. e. verbum neutrum pro transitivo [g]. Non placet; nam אוֹבֵד, cùm sit in *Kal*, nunquam transitivè sumitur [h]. At fortè, quia Moses de Syro loquitur, *Syro-Chaldæam* vocem adhibuit. Est enim אובד Chaldæis, אובד Syris, transitivum verbum in conjugat. *Aphel* [i]. Nec insolens est Hebræis conjugationum significationem permutare [k]. 2. De Jacobo. *Syrus periens*, F. V. D. G. Sa. Mo. i. e. pauper, ut Prov. 31. 6 [l]. Vel, *perditionis*, i. e. perditus, D. *miser*, JT. *periturus*, Ti. *perdendus*, tum à Labane, tum ab aliis, Esauo, &c [m]. Optimè hoc elogium Jacobo convenire ostendit ejus historia [n]. q.d. Has divitias non accepimus à parentibus, sed à Deo; non accepimus terram jure hæreditario, sed dono Dei [o]. *Syriam rejecit* (ἀπέβαλεν· at aliqui codices & Complut. legunt, ἀπέλιπεν, *reliquit*) *pater meus*, ο'. in Nobil. *Ad Aram ductus est pater meus*, Sy. Qu. Cur eum Syrum vocat? Resp. 1. Quia Syriæ pars erat Canaan [p]. 2. Quia in Syria interamni habitavit Jacob per 20 annos: ut Christus *Nazaræus* dicitur, quòd ibi educatus; & Jether *Ismaelites*, 1 Par. 2. 17. fortè quòd ibi diu versatus, nam 2 Sam. 17. 25. *Israelita* dicitur [q]. Erat Jacob & matre Syrâ natus; uxores Syras duxit; liberos omnes, præter Benjaminem, in Syria procreavit; denique, servitiis è Syria comparatis aut omnino aut maxima ex parte usus [r]. *Syrus* dicitur ob miseriam suam, ut *Hittæus* Ezec. 16. 3 †.

12. *Quando compleveris decimam*, &c.] Tertio quoque anno tres decimas solvere tenebantur: 1. Levitis; 2. ad iter & oblationes in loco Tabernaculi, de quibus ipsi dantes epulabantur; 3. in usum Levitarum, pauperum, &c. Hæc tertio tantùm anno, & quidem intra urbem cujusque offerentis, distribuebatur; in quo à secunda decima differebat. Tertius annus vocatur *annus decimarum*, quia in eo omnes hæ tres decimæ offerebantur [t]. [*De his vide quæ ad* Deuter. 14. 28.] ¶ *Anno decimarum*, שְׁנַת הַמַּעֲשֵׂר] *Anno decimæ*, Mo. O. Ma. *qui est annus decimarum*, M. Ti. JT. *anno complementi decimarum*, Ar. i. e. anno quo decimæ dari solent pauperibus. Singulis enim annis decimæ Levitis tantùm, at tertio quoque anno pauperibus dabantur & Levitis. Seipsum declarat sequentibus [v]. [ο'. שנת *secundam* vertunt, & hæc cum sequentibus jungunt, hoc modo, *secundam decimam dabis Levitæ & advenæ*.]

13. *Abstuli quod sanctificatum*, בִּעַרְתִּי הַקֹּדֶשׁ] *Combussi sanctitatem*, i. e. penitus abstuli è domo mea, acsi combussissem, nihil apud me reservavi [x] (in privatos usus [y].) *Separavi*, M. *amovi*, A. *emisi*, Ar. *extuli*, P. ο'. ἐξεκάθηρα, i. e. *penitus extuli*, Ger. At Sy. habet, *exquisivi* [fortè legit בִּקַּרְתִּי] *sanctificatum*, i. e. omnes decimas quas separari jussit Deus [z]. ¶ *Non præterivi mandata*] Nempe, illa de decimis [a].

14. *Non comedi ex eis in luctu*, &c.] Valde obscura sententia [b]. Hoc versu removet à se omnem immunditiam in rebus hisce sacris; sive ex parte offerentis, in membro primo; sive ex parte rei oblatæ, in membro secundo; sive ex parte usûs rei sacræ, in tertio [c]. ¶ *Non in luctu*] [Simil. omnes vertunt בְּאֹנִי. At Sa. vers. habet, *in paupertate*, quasi legisset בְּעֹנִי.] Variant. 1. Non in calamitate mea, seu paupertate pressus [d]. 2. Non comedi ex ea dolens, quòd tantum annuo proventui detrahere, & in decimas pauperum impendere, debuerim. Hilariter feci, quamvis in re tenui, & convivia sacra, ut oportuit, in lætitia consumpsi †. 3. *Non comedi in luctu*, scil. funebri, exsistens, adeóque immundus ex mortuo [f]. Sub hac immunditia & reliquas complectitur [g]. Talibus non licebat de pacificis vesci, Levit. 7. 20 [h]. Hinc constat hæc non pertinere ad decimam tertii anni, quæ tota pauperibus dabatur, Deut. 14. 28, 29. nec ab offerentibus comedi poterat; sed ad decimas primi & secundi anni; quas offerentes comedebant, Deut. 14. 22, 23 [i]. ¶ *Nec separavi ea in qualibet immunditia*, וְלֹא בִעַרְתִּי מִמֶּנּוּ בְּטָמֵא] *Non abstuli*, vel *subduxi*, *ex ea*, vel *eo*, vel *iis*, *in immundo*, Mo. Ma. vel, *in immundum*, ο'. vel, *pro immundo*, Ch. vel, *in re profana*, V. P. vel, *ad rem immundam*, JT. i. e. ad alium usum quàm qui præscriptus est à te [k]. Sensus est, vel, 1. Per immunditiam nihil perire permisi quod Domino erat sanctificatum [l]. *Nec quicquam perdidi per immunditiam*, M. *nihil per immunditiam detraxi*, Ca. 2. Non abstuli ut expenderem in rem immundam & profanam, vel, *in usum profanum* [m]. *Non cibavi me ex eo in immunditia*, O. neque cibavi ex ea immundum, O. A. seu profanum, qui non esset Levita, pauper, &c [n]. *Neque exquisivi illud dum essem pollutus*, Sy. 3. Nihil obtuli Deo quod fuerit pollutum [o]. Non offero tibi in decimas vilia quæque, aut corrupta, sed optima [p]. ¶ *Nec expendi in re funebri*, וְלֹא נָתַתִּי מִמֶּנּוּ לְמֵת] *Neque dedi ex ea*, vel *iis*, (supple, *quippiam*, M. P.) *mortuo*, Ger. Ma. ο'. Mo. vel, *mortuis*, Ti. vel, *pro mortuo*, P. O. Sa. Ang. M. vel, *in mortuum*, JT. *super mortuo*, Ch. *Nec mortuo proposui ex eo*, Sy. *Non in necessitates mortui*, Ar. *Non dedi quicquam ex ea in funere*, P. sim. Ca. Pi. Non expendi in rem funebrem, pompam, vel convivium, (de quo Jer. 16. 7. Ezec. 24. 17. Os. 9. 4.) vel sepulchri erectionem [q]. Nè quidem in religiosos funerum sumptus, in quos expendi posse cogitarent [r]. Omnia hæc immunda erant. Nec ad profanum usum quicquid de decimis detrahendum erat, nedum ad immundum †. Non comedi eas in funere *. Alii sic, Nihil in cœnas defunctorum expendi. Ethnici mortuis cœnas parabant [t]. Vel, non idolis, ut in Psalm. 106. 28 [v].

17. *Dominum elegisti hodie*, sic ο'. Ch. Sa. אֶת־יְהוָה הֶאֱמַרְתָּ] *Exaltâsti*, P. V. O. *magnificâsti*, M. vel ab אָמִיר, quod *summum ramum & palmitem in arbore* sign. vel ab אָמַר *dicere, loqui*, q. d. *deprædicâsti*, *laudibus extulisti* [x]. *Jehovam condixisti*, Mo. vel, *addixisti*, scil. *tibi*, Q. in Ma. **avouched**, A. *Dicere fecisti quod velit esse Deus tuus*, Ti. sim. Pi. *Ipsum spondere fecisti*, Q. in Ma. *A Jehova stipulatus es sponsionem*, JT. *Domino dixisti hodie, ut sit tibi Deus*, Sy. *Professus es—quòd sit tibi in Deum*. Sic in seq. *Et Jehova professus est te hodie*, &c. אמר Æthiopicè est *scire*; in transitiva conjugatione, *scire facere, significare, docere, profiteri*: sic Matt. 7. 23. pro ὁμολογήσω, legitur in versione Æthiopica, ואאמרומו, *profitebor ipsis* [y]. *Jovam pronunciatis vobis esse Deum*, ità Ca.

19. *In laudem*, &c.] [Quidam ad gentes referunt;] *quas creavit*, vel *fecit*, *ad laudem*: sic Vulg. Sa. Sunt enim omnes gentes in laudem ei [z]. At plerique referunt hoc ad membrum remotius, & conjungunt, non cum gentibus, sed Israelitis [a]. *Ponat te sublimem supra gentes quas fecit, in laude*, &c. JT. A. Ar. vel, *in laudem*, Ch. Sy. A. *ut sis in laudem*, M. Ti. vel, *pro laude*. Vide Esa. 62. 7. Zeph. 3. 19, 20 [b]. *Ponat te ad laudem*, &c. V. Sic אֲשֶׁר est singulare, *quem fecit in laudem*. Passivè exponendum, nempe, ut Deus laudetur [c].

CAP. XXVII.

1. *Moses & seniores*] Moses sacerdotibus, Sacerdotes senibus, Senes populo [a]. ¶ *Custodite*, שָׁמוֹר] Est infinitivus [b].

2. *Eriges ingentes lapides*] Vel, duos [c]; vel, duodecim [d]; vel, tot quot sufficiunt †. Hi lapides non iidem sunt ex quibus altare factum, (quod tamen Jo. statuere videtur,) sed diversi [f]; ut patet, quòd hi incrustandi erant, cùm altaris saxa impolita essent [g]. Heb. *Eriges tibi*; i. e. pro te, qui tibi sint in monumentum [h]: vel pro, *Tu eriges* [i]. ¶ *Et calce levigabis*] In impolitis enim conscribi non potuit [k].

3. *Omnia verba Legis hujus*] Quæ verba? Resp. 1. Decalogum [l]. 2. Benedictiones & maledictiones [m]. 3. Legum

Marginal notes, col. 851: [b] G. F. [c] F. [d] Jun. † V. [f] V. [g] M. [h] Ful. miscel. 3. 20. [i] Ger. [k] Ma. Ger. [l] G. [m] Ful. [n] G. [o] F. V. [p] D. [q] D. [r] Ful. 3. 20. † A. [t] Ger. [v] V. [x] Ma. [y] Ger. [z] T. Me. Ch. Belg. not. [a] L. Marius in Ger. [b] Bo. [c] Bo. Ger. T. [d] V. E. T. † Ger. sim. Jun. Pi. [f] T. Bo. A. [g] Bo. [h] Me. T. Bo.

Marginal notes, col. 852: [i] A. [k] Jun. [l] AE. in M. [m] Ang. V. O. A. Sa. Ar. [n] O. [o] T. ex Bo. Ger. ex ο'. Me. [p] Q. in Ger. [q] T. Bo. Ger. ità M. F. Me. [r] Ger. † T. Bo. * A. [t] Ma. [v] A. [x] M. F. ex K. V. [y] Di. [z] O. [a] Ma. [b] A. [c] Ger.

Marginal notes, Cap. XXVII: [a] G. ex F. [b] V. [c] Caj. [d] Mas. & Ser. in Bo. † Me. Bo. [f] Caj. Bo. ex Mas. & Serar. Ger. [g] Bo. Ger. [h] M. [i] Ger. [k] T. Bo. [l] L. & V. in Bo. [m] Mas. & Jo. antiq.

3. Legum Mosaicarum compendium [n]. 4. Deuteronomium [o]. Confer Jos. 8.32. Obj. Nimis amplum hoc fuisset. Resp. 1. Lapides erant ingentes & multi. 2. Ex utraque parte facilè scribi poterant, charactere præsertim minutiore [p].

5. *De lapidibus quos ferrum non tetigit*] *Ferrum*, i. e. instrumentum aliquod ferreum: q. d. Non cædes, seu incides [q].

6. *De saxis informibus*, ità Sa. שְׁלֵמוֹת] Lapides *integros*, O. Ma. V. [ità plerique;] vel, *perfectos*, Mo. non sectos ferro, non formatos, æquatos & politos [r]. Id præceptum fuit, vel, ut ritus Gentium vitarent; vel, ut doceret majorem interiori cultui diligentiam quàm externo adhibendam †. Vide quæ ad Exod. 20.25 [t]. Altare in Templo Hierosolymitano fuit quadratum, οὐκ ἐκ τμητῶν, ἀλλ' ἐκ συλλεκτῶν ἀργῶν λίθων, ait Hecatæus Abderita Judaicis, (i. e. *non ex sectis, sed ex collectis impolitis lapidibus.*) Ità Jo.12. & 4.8. & 1 Mac. 4.45, &c. Jos. Scaliger ad Hecat [v].

8. *Planè & lucidè*, בַּאֵר הֵיטֵב] *Explicando bene*, M. F. vel, *exactè*, V. *declarando bene*, Mo. vel, *diligenter*, P. *clarè & optimè*, Ar. *manifestè valde*, ό. *bene distingues*, Sy. *distinguendo pulchrè*, Onk. in M. sim. Sa. Referendum ad scripturam, quæ debet esse distincta [x]; ut ab omnibus facilè legi posset. Unde constat totum Deuteronomium non hîc scriptum: Nam qui, quæso, lapides sufficerent [y]?

9. *Attende*, הַסְכֵּת] Alibi non reperitur [z]. Vertunt, *Ausculta*, P. M. Mo. [& plerique.] *Adverte*. Aiunt potiùs esse gestûs, quàm sensûs. Hiphil significatum auget [a]. *Tace & audi*, ό. in A. *inclinare & audi*, Ar.

12. *Hi stabunt ad benedicendum*] Hinc colligitur benedictiones præivisse maledictionibus [b]. At benedictiones non memorat, silentio suo docens eas ab alio, nempe, Christo, exspectandas, Joh. 7.37. Act. 3.26. Silentium enim Scripturæ sæpe magna mysteria innuit. Heb. 7 [c]. ¶ *Super Garizim*] Benedictionis & maledictionis symbolo servire potest, quòd mons *Gerizim* dextrum latus tenebat, *Hebal* sinistrum: Jo. Antiq. 4. ult. *Gerizim* erat mons fertilis & amœnus, ut ex eo videtur colligi, quòd Templum suum ibi collocârunt Samaritani. At mons *Ebal* cavernosus & voraginosus erat, teste Adrichomio. Heb. עַל potest verti vel *supra*, vel *juxta*, montem [d]. De his vide quæ ad Deut. 11.29 †. ¶ *Simeon*, &c.] Ingenuarum filii ad benedicendum adhibentur [f]. Ad ostendendum firmitatem & nobilitatem benedictionum supra maledictiones [g]; quòd benedictio sit dignior [h], & quòd benedictiones pertinent ad liberos ingenuæ, juxta Gal.4.22—31 [i]. Benedictio non contingit fine Spiritu Dei, qui libertatem adventu suo confert. *Ubi enim spiritus Dei, ibi libertas* [k]. ¶ *Joseph*] Comprehendit sub se *Ephraim & Manasse* [l]. Quod fit quotiescunque Levi inter 12 Tribus numeratur; & hoc fit quoties de possessionum divisione non est sermo [m].

13. *Stabunt ad maledicendum*, ità Ch. Sa. Sy. Ar. עַל הַקְּלָלָה] *Super maledictionem*, O. Ma. ό. Mo. JT. vel, *levificationem*, Ma. *Ad maledictionem*, sub. vel, *audiendam*, i.e. ut recitentur maledictiones coram illis [n]; vel, *pronunciandam*. De benedictione loquens *populum* nominat, v. 12. non item de maledictione; tanquam eos ægrè memorans ad tantam miseriam [o]. ¶ *Reuben, Gad*, &c.] Servarum filiis utitur ad maledictionem [p]; quæ argumentum est servitutis, & absentiæ Spiritûs Dei, cum quo *libertas* venit [q]. Ad implendum autem numerum, (quia ex servis tantùm quatuor nati sunt [r],) adjecti sunt posteris ministrarum, 1. *Reuben*, ob culpam, (vide Gen. 49.4 †.) & memoria peccati ipsius mansit apud posteros, qui inter cætera recitabant v.20 [t]. 2. *Zabulon*, ut postremus ex Lea [v]. Porrò, hoc ordine res gesta est. Sex capita tribuum, &c. stabant in monte *Garizim*, & sex, &c. in *Ebal*: hinc & hinc sub radicibus utriusque montis circumstabat populus. In campo interjacente Sacerdotes erant ferentes Arcam Domini, & Levitæ. Levitæ igitur, facie ad *Garizim* conversâ, sic ordiebantur, *Benedictus—qui non fecerit sculptile*: Pŏpulus respondebat, *Amen*. Rursus, conversâ ad *Ebal* facie, dixerunt, *Maledictus sit qui fecerit sculptile*, &c. Sic per reliquas maledictiones

(Margin: n AE. & RR. — o Bo. Ger. — p Ger. — q V. — r V. — † Cl. — t Ma. — v Ga. — x F. AE. in M. — y A. — z Ma. M. — a Ma. — b Bo. — c A. — d Bo. — † Ma. — f F. V. G. A. — g A. — h V. — i A. — k F. — l Bo. V. — m Bo. — n V. — o A. — p F. V. G. A. — q F. — r F. — † F. — t A. — v G. F. A. Bo.)

consequenter [x]. In Jos. 8.33. ordinem videbis. Verisimile est alternatim duodecim benedictiones, & è regione 12 maledictiones, prædictas fuisse [y].

14. *Pronunciabunt Levitæ*] i. e. Aliqui Sacerdotum qui & Levitæ erant [z]. Cæteri enim erant in monte Garizim, ad benedicendum. ¶ *Excelsâ voce*] Ut à remotioribus exaudiri possent, quandoquidem omnibus responsandum esset. Præterea, quando responsandum esset, posteriores à prioribus intelligebant. Fortè etiam signum remotioribus datum erat [a].

15. *Maledictus*] Benedictiones intelliguntur per maledictiones oppositas [b]. Et Josua utrasque legit, 8.34 [c]. ¶ *In abscondito*] Maledictio etiam in peccantem occultè jacitur [d]. ¶ *Amen*] i. e. *Veritas* (vel, *verum*) sit hoc; *Maledictus sit*, &c. Concedentis vel optantis est particula †. Vel, imprecantis hoc sibi, si talia admisisset [f].

16. *Qui non honorat*, sic Ch. מַקְלֶה] *Qui spernit*, ό. sim. Ar. P. A. Mo. *maledixit*, Ti. ἀτιμάζων, i. e. *indignitate afficiens*. Intellige hoc de eo cujus crimen ignotum est; alioqui morte plectebatur, Lev. 20.9. Idem judicium de aliis criminibus quibus Lex mortem indicit [g]. *Qui contumeliis afficit*, Sy.

17. *Qui transfert terminos*, [simil. omnes,] מַסִּיג] *Retrocedere facit*. Retro agit, sive ponit, Pi.

18. *Qui errare facit cæcum*] Diphilus—ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς Ὅτι ἐστὶν, εἴ τις μὴ φράσαι ὀρθὴν ὁδόν; (*Ignoras quòd inter maledictiones ponitur, si quis non rectam viam ostendat?*) Ad hoc caput referenda culpa eorum qui prava dant consilia [h]. Qui sciens malum consilium dederit. In falsos Doctores, & qui quomodolibet caussam dederint erroris, quadrat [i].

20. *Operimentum lectuli*, V. כְּנַף אָבִיו] *Oram patris*, aut angulum pallii; i.e. rem opertam patri suo, quam nemo alius attingere debet: operimentum quo turpitudo patris tegitur, h.e. verenda novercæ suæ [k]. Vide Deut. 22.30 [l].

24. *Percusserit proximum*] Refertur etiam ad verbera linguæ [m].

25. *Ut percutiat animam sanguinis innocentis*, לְהַכּוֹת נֶפֶשׁ דַּם נָקִי] *Ut percutiat animam, sanguinem innocentem* [n]. Per appositionem dictum, *ut occidat hominem innocentem* [o]. Vel, hominem, (*anima* pro *homo*,) qui est sanguis innocens. Vel, *animam*, i. e. vitam, *sanguinem innocentis* [p]; vel, *sanguinis innocentis*, ό. Sa. Sy. *Ut occîdat animam, & fundat sanguinem innocentem*, Ch. vel, *ut percutiat animâ*, i. e. plagâ *animæ*, h. e. mortali [q]; vel, ad *percutiendum quenquam cæde innocentis*, JT. i. e. ut à sicariis occiditur innocens [r].

26. *Non permanet*, ità explicatur Gal. 3.10 †. *non statuerit*, P. *stabilierit*, V. לֹא יָקִים] Vel, *confirmabit*, Ar. V. ¶ *In sermonibus Legis*] Scil. *omnibus*. Ità Græci. Sequitur Græcos ut plerumque quem hodie habemus Samaritanus. Sic & Paulus, Gal. 3.10. Dicta hæc adversùs eos qui moniti pertinaciter sive elatâ manu agunt contra præceptum aliquod speciale*.

CAP. XXVIII.

1. UT *facias*, &c. לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת] *Ut custodias ad faciendum*, H. *ut solicitè facias*. Vide Jos. 1.7 [a]. *Observando ad faciendum*, Jun. Pi. ¶ *Faciet te excelsiorem*, וּנְתָנְךָ עֶלְיוֹן] *Dabit te excelsum*, P. vel, esse *excelsum*, A. i.e. *ponet & stabiliet*, A. *Dare*, 1 Paral. 17.22. est, *stabilire*, 2 Sam. 7.24 [b].

3. *In civitate*, &c.] Sive urbem incolas, sive agrum: vel, sive res urbanas tractes, sive rusticas [c].

4. *Fructus ventris tui*] Eximiè impletum in Maria matre Christi [d]. ¶ *Fructus jumentorum tuorum*, שְׁגַר אֲלָפֶיךָ] [Variè reddunt.] *Armenta boum*, ό. Ch. Sy. in BA. *primogenitum boum tuorum*, P. *emissionem armenti tui*, V. sive *boum tuorum*, Mo. i. e. *fœtum*, V. BA. ex Ar. Ità Ch. in Exod. 13.12. Sic dicitur, quia per partum emittitur, BA. ex Jon. Chaldæis שגר est *emittere* †. ¶ *Caulæ ovium*, וְעַשְׁתְּרוֹת צֹאנֶךָ] *Et oves gregis tui*, V. Pi. *greges ovium*, vel *peculium*, P. JT. [ità ferè

(Margin: x F. & V. ex He. — y F. — z Bo. — a Bo. — b L. — c A. — d Me. Bo. — † V. — f Ma. — g G. — h G. — i F. — k V. — l Ma. — m F. — n P. O. A. Ma. Me. — o V. — p Q. in Ma. — q V. — r Ma. ex Jun. — † A. — * G. — a V. — b A. — c F. V. — d G. — † BA. 1. 2. 30. 296. 40.)

fere omnes;] *proles (fœmellas) ovium*, O. *Armenta*, aut
greges: ità plerique Græci, & Ch. & Sy. & Sa. & Ar.
& AE. in BA. à עָשַׁר *ditescere*, quia ditant dominos:
[f] BA. 1. 2. Talmudici [f].
43. 431. 5. *Benedicta horrea*, טַנְאֲךָ] *Sporta tua*, M. *canistrum*,
[g] V. ex F. P. F. A. Vas in quo reponi solent fructus arborum [g].
A. Vel, *canistrum*, pro pane (vel farina, AE.) in canistro [h].
[h] Q. in Chald. pro טַנְאָ posuit סַלָּא, quod esse *canistrum*
Ma. AE. in seu *cophinum* apparet Gen. 40. 17. Cophino multùm
F. usos Judæos apparet ex Matt. 14. & 16. & Marc. 8.
& ex Juvenali. Id κάρταλλον non malè dixêre ο'. su-
prà 26. 2, 4. ubi in Hebræo טֶנֶא. 'Αποθῆκαι, quod hîc
[i] G. habent ο'. nomen est generis [i]. ¶ *Reliquiæ*, &c.
וּמִשְׁאַרְתֶּךָ] [Variè reddunt.] *Reliquiæ tuæ*, Q. in F.
& in V. Et istas *reliquias* alii *cibos*, sive *panem in panari-*
is, alii, *annonam & alimentum*, alii, *fructus*, putà vi-
num, oleum, mel, & reliqua, alii, *arcam* vel *cistam*
panariam, exponunt: q. d. Semper erit panis in cista
[k] F. V. panaria tua [k]. Quæ ex bonis asservanda in futurum
[l] Me. ex Bo. reposueris [l]. Alii, *conspersio*, aut *pasta*, *tua*, Q. in Ma.
A. *Mactra tua*, al. in Ma. A. Vide Exod. c. 8. v. 3. &
12. 34. Hæc duo nominantur loco omnium vasorum
[m] A. ubi fructus asservantur [m]. *Corbis*, i. e. panis, pro quo-
[n] Jun. vis cibo [n].

6. *Ingrediens & egrediens*] i. e. Cùm egredieris ad
bellum, & reverteris è bello, cuncta tibi prosperè eve-
[o] Q. in F. nient [o]. Potiùs hæc phrasis omnem administratio-
& V. nem domi & foris denotat [p]; in *regimine regni*, 2 Par.
[p] A. Ma. 1. 10. *ecclesiæ*, Act. 1. 21. *familiæ*, Gen. 39. 11. & in
[q] A. aliis, 2 Sam. 3. 25. Act. 9. 28 [q].

9. *Populum sanctum*] i. e. Faciet ut sis ei populus
[r] V. sanctus. Hæc est spiritualis benedictio & promissio [r].

10. *Nomen Dei invocatum super te*] Sensus est, ut
† F. Me. Q. te vocari populum Dei, & esse †. Vide Exod. 5. 3.
Bo. & Gen. 48. 16 [t]. Al. *quòd nomen Jehovæ invocetur in*
[t] Ma. A. *te*, Ma. sim. Jun. Pi. i. e. tu ritè & sanctè profiteris &
exerces cultum Dei veri; vel, omnia facis in nomine
[v] Ma. Dei, i. e. ejus jussu & voluntate [v]. Al. *quòd nomen*
Dei nominatum sit super te, Ar.

[x] V. 11. *Abundare faciet*; hoc ponit pro, *benedicere* [x]:
וְהוֹתִרְךָ לְטוֹבָה] *Abundare te faciet (multiplicabit te*,
ο'. *Faciet ut excellas*, JT. A. *Reliquias, seu residuum, tibi*
faciet, O.) *in bono*, Ch. M. A. vel, *in bonis*, O. A. nem-
pe, *rebus*, A. vel, *ad bona*, ο'. vel, *in bonum*, Sa. i. e.
feliciter, V. *Promovebit te ad felicitatem*, Sy. *Addet tibi*
prosperitatem, Ar.

12. *Aperiet thesaurum——cœlum*; ità & Pi. A. O.
אֶת־הַשָּׁמַיִם] Verto, nempe *cœlum*, scilicet infimum.
[y] Pi. Additur hoc per appositionem [y]. Alii, *thesaurum è*
[z] Pi. *cœlis*, JT. אֵת pro מֵאֵת [z]. ¶ *Fœnerabis*, וְהִלְוִיתָ]
Et mutuabis, Mo. Me. Bo. *obligabis gentes multas*, Ma.

13. *In caput*] i. e. Primus populorum eris, q. d.
[a] V. semper superior [a]. Nulli subjicieris [b].
[b] M. 17. *Horreum*] Heb. canistrum, in quo panis, vacuum
[c] V. erit; q. d. premêris fame [c].
18. *Fructus ventris*] h. e. Peribunt liberi tui, & fru-
[d] V. ges, & pecora [d].

20. *Famem*, הַמְּאֵרָה] [Variè reddunt.] *Maledi-*
ctionem, Mo. M. A. Ma. Ch. O. JT. P. Bo. *egestatem*,
seu *penuriam*, Ti. ο'. Sy. RS. in M. *Corrosionem*, à מָאַר
corrodere, Forsterus in Bo. Alii, *contractionem*, scilic.
omnium bonorum quibus augeri possis; ab אָרָה *colligi*,
† O. *contrahi* †. *Amaritudinem*, Sa. *miseriam*, Ar. ¶ *Et*
esuriem, מְהוּמָה] *Conturbationem*, Ch. Ar. sim. Sa. Sy.
confractionem, V. O. sive *contritionem*, & *tumultum*, O.
A. *strepitum terribilem in quo omnia turbatione sunt plena*,
M. V. [Alii tamen aliter vertunt;] ἀχορτασίαν, *inexple-*
bilem edendi appetitum, Sym. in D. ἐκλιμίαν, *vehemen-*
tem esuritionem, ο'. in D. *perditionem*, M. O. P. in Bo. O.
vexationem, A. JT. ¶ *Et increpationem*] Ità Ch. Ar.
Mo. V. M. Ma. O. i. e. continuum terrorem superve-
[f] AE. in M. nientium malorum [f]. Vel, *correptionem*, Sy. non solùm
ab hominibus, sed insuper à Deo, qui *increpare* dicitur
tum verbis, tum factis, Psal. 80. 17. Esa. 66. 15. A.
¶ מִגְעֶרֶת] *Consumptionem*, ο'. in Me. גָּעַר sign. &
[g] Me. Bo. *increpare*, & *perdere* [g]. *Corruptionem*, O. *exitium*, Sa. JT.
¶ *Propter adinventiones tuas*, מִפְּנֵי רֹעַ מַעֲלָלֶיךָ] *Propter*
malitiam (vel, *malignitatem*, JT.) *operum tuorum*, P. Ch.
vel, *conatuum*, M. *studiorum*, Ti. *illusionum*, vel, *ludi-*
briorum, Ma. ¶ *Quibus reliquisti me*] Vel, *quia deseruisti*
me, Q. in Ma.

22. *Egestate*, ità Ch. בַּשַּׁחֶפֶת] *Phthisi*, P. A. Sa. Mo.
JT. Pi. *macie*, V. *febri phthisicâ*, Ar. *tumore*, M. Ti. O.
inflatione, Ma. vide quæ ad Levit. 26. 16. Ma. *Stupi-*
ditate, Sy. *penuriâ*, ο'. ¶ *Febri*, ità ο'. Ch. Sa. M.
P. O. Pi. בַקַּדַּחַת] *Ardore continuo*, Mo. *in inflammatione*,
Ma. à קָדַח *ardere*, O. vide Lev. 26. 16. *Febri acutâ*,
Ar. vel *calidâ*, JT. *elephantiasi*, Sy. *ardore*, Ti. ¶ *Et*
frigore; *rigore*, ο'. Sa. בַדַּלֶּקֶת] Alibi non reperitur.
Vertunt, *in ardore*, P. O. vel, *inflammatione*, Mo. Ti.
A. Pi. *incendio*, Ch. Sy. *febri quartanâ*, Ar. vel, *æstuante*,
JT. ¶ *Ardore*, sic Pi. בַחַרְחֻר] *Æstu*, Sa. M. P.
æstu consumente, Ti. *flammâ*, Sy. *siccitate*, Ch. JT. O.
adurente febri, JT. *ardore summo*, A. *rosione*, ο'. *paralysi*,
Ar. ¶ *Æstu*, בַחֶרֶב] *In siccitate*, Sa. Mo. JT. Ti.
Pi. sim. Ar. *gladio*, Ch. Sa. Sy. M. P. A. καὶ φόνῳ, & *cæde*,
ο'. in quibusdam libris. Abest enim hæc particula in
ο'. in codicibus nostris [h]. ¶ *Et aere corrupto*, sic [h] Nobil.
Ch. וּבַשִּׁדָּפוֹן] *Et ariditate*, V. A. P. *percussione venti*
orientalis, O. M. A. *corruptione ex vento*, ο'. in A. Ang.
Blasting. Vento sicco, ut 2 Reg. 19. 26 [i]. *In uredine*, [i] A.
Ma. Mo. Sa. M. JT. Pi. Vide 1 Reg. 8. 37 [k]. *Vento* [k] V.
uredinis, Sy. *rubigine*, Ti. *hecticè*, Ar. ¶ *Ac rubigine*, ità
ο'. Ch. Sa. P. O. Pi. וּבַיֵּרָקוֹן] Reddunt, *in aurigine*, Sy. Ar.
M. Ti. *morbo regio*, JT. Q. volunt esse morbum hominum,
i. e. icterum; alii vitium segetum [l]. Est vitium frugum, [l] Ma.
unde pallescunt & pereunt [m]. Aiunt esse morbum con- [m] M.
trarium τῷ *schiddaphon*, ex nimio humore nascentem [n]. [n] Ma. ità
Vide 1 Reg. 8. 37 [o]. *Vredo* efficitur à vento orientali, per A.
exsiccationem; *Rubigo*, à nimio humore, per putrefa- [o] V.
ctionem. Cæterùm יֵרָקוֹן non significare *icterum*, seu
morbum regium, sed *rubiginem*, judicari potest, 1. ex
consequentia vocum. Neque enim probabile est enu-
merari primùm morbos, deinde vitia aeris & frugum,
tum iterum morbi speciem unam. 2. Ex aliis locis, ubi,
ut hîc, subjicitur voci שִׁדָּפוֹן, quæ *uredinem* sign. ut
1 Reg. 8. 37. 2 Chron. 6. 28. Amos. 4. 9. Hag. 2. 17.
ubi nostri *rubiginem* reddunt. Ex his septem malis
tria prima sunt vitia corporis; 4. & 5. sunt vitia aeris;
6. & 7. sunt vitia segetum [p].

23. *Æneum*] Instar æris durum, Me. siccum & [p] Pi.
clausum [q]. Vide ad Levit. 26. 19 [r].

24. *Det——imbrem terræ pulverem*, אֶת־מְטַר אַרְצְךָ [q] L. [r] V.
אָבָק וְעָפָר] *Dabit pluviam terræ tuæ pulverem & pulve-*
rem. Geminatio vim pulveris denotat, ut quasi tota
terra præ siccitate frietur in pulverem †. *Dabit in* † Ma.
pluvia terræ (vel, *terræ pro pluvia*, Ti.) *arenam & pul-*
verem, M. Ti. *Det pluviam esse pulverem*, &c. *Det——ne-*
bulam, vel *fumum*, (*favillam*, Ch. *minutam terram*,
Mo.) *& pulverem*, O. Ch. Mo. *Vertétque Deus quic-*
quid depluet super te in limum, & pulverem de cœlo
propellet, Ar. Sensus est, Tanta erit caliditas, (vel sicci-
tas [t],) ut vice imbris descendat è cœlo pulvis [v]. [t] A.
Aer pulvere implebitur, quem ventus excitat [x]. Hy- [v] V. Me.
perbole est, respiciens illam plagam Exod. 9. 9. Non [x] A.
magis fermentabit terram pluvia, quàm si pulvis es-
set [y]. Nonnunquam cineris imbres fuerant ex vomi- [y] Ma. ex
tu Ætnæ & Vesuvii & aliorum montium, (qui extre- Jun.
mam sterilitatem inducunt,) test. Senecâ, Plinio, Zo-
narâ, & aliis [z]. [z] T. ex Bo.

25. *Tradat te*, &c.] Heb. *Dabit te cæsum*, Jun. i. e. Cædet
te operâ inimicorum tuorum [a]. ¶ *Et dispergaris*, [a] V.
וְהָיִיתָ לְזַעֲוָה] *Et eris in dispersionem*, Sa. sim. ο'. *in*
remotionem, A. *terrori*, Sy. *fiásque exemplum*, Ar. *Et*
eris in commotionem, P. M. Ma. Mo. JT. O. Ch. P. scil.
capitis, M. Multi movebunt caput super te [b]. Quod [b] M.
vel *admirantis* est, vel *condolentis*, ut Job. 16. 5. vel
insultantis, Psal. 21. 8. & 43. 15 [c]. Auditâ calami- [c] Ma.
tate tuâ, commovebuntur, vel contremiscent, omnia
regna [d]. Vel, *eris in commotionem*, i. e. vagus, erro [d] V.
per universa regna †. Semper commoveberis ab ex- † Ma.
terna potentia [f]. [f] Jun.

26. *Et bestiis*] בְּהֵמָה ponitur pro חַיָּה, cùm *be-*
stia, & non *jumentum*, vescatur carnibus [g]. ¶ *Non sit* [g] M. Pi.
qui abigat] Heb. *non erit terrens*, P. i. e. qui terrendo
abigat [h]. [h] V.

27. *Vlcere Ægypti*, i. e. leprâ, seu elephantiasi, Æ-
gypti propriâ, teste Lucretio lib. 6 [i]. בִּשְׁחִין] *In ulce-* [i] Jun.
re,

re, Mo. sic Sa. Sy. Ar. o'. M. Ti. O. *ulcere pessimo*, Ch. [At o'. hoc adjungunt sequentibus, vertúntque, *ulcere Ægyptio in sede*.] ¶ *Et partem corporis*, &c. [וּבָעְפֹלִים] *Et hæmorrhoïdibus ani*, Mo. Pro quo Hebræorum superstitio substituit in margine, quasi honestius & mundius, בַּטְּחוֹרִים, (ejúsque punctis *Ghapholim* afficiunt;) quasi mutare liceat quod Spiritus Sanctus, qui ipsa est puritas, scripsit[k]. Propriè hæc vox signi. *anum, podicem*, indéque *hujus vitium*[l]. Vertunt, *morbis*, vel *infirmitatibus*, (vel *exstantiis*, Ma.) *ani*, P. V. O. Sy. M. *ficu*, O. BA. sive *mariscis*, BA. I. 366. 65. i. e. tuberculo clunium, He. in Ma. O. Ti. in Bo. V. vel, *tenesmo*, qui est inanis egerendi conatus, Porchet. in Forst[m]. vel, *hæmorrhoïdibus*, Mo. He. in Ma. V. A. Ch. Sa. Ar. JT. vide ad 1 Sam. 5. 9. & Psal. 78. 66[n]. & reliquis morbis ani[o]. עֹפֶל sign. *arcem*; hinc fortè nates, ab elevatione[p]. ¶ *Et scabie*, sic Ch. Sa. Ar. M. P. JT. O. [בַגָּרָב] Vide quæ Levit. 21. 20. *Scabie fluidâ*, Ti. vel, *agresti*, o'. *leprâ*, Sy. ¶ *Et prurigine*, sic o'. Sa. M. P. JT. Mo. O. nempe, siccâ, Ch. [וּבֶחָרֶס] *Scabie siccâ*, Ti. M. K. in O. à חֶרֶשׂ *testa*; vel, quòd sicca sit instar testæ[q], vel, quòd eam testâ scalpant[r]. *Combustione*, O. Al. *ulcere adusto & inflammato*, q. d. *solari*. Al., *& coruscatione*, i. e. aurigine, vel ulcere coruscante instar speculi, aut ollæ crustatæ. Fortè est *sideratio*, quæ est extinctio membri affecti †.

k Ma. l Q. in Ma. m Ma. n A. o V. p O. q Ma. r O. Ma. M. † Ma.

28. *Amentiâ*] [Ità omnes.] At Sy. *caligine*. *Amentiâ mentis*, *cæcitate oculorum*, O. ¶ *Furore mentis*, [וּבְתִמְהוֹן לֵבָב] *Et stupore* (seu *conturbatione*, Ch.) *cordis*, Sa. Sy. Ar. Mo. JT. O. *excessu mentis*, o'. *admiratione cordis*; q. d. Tot erunt super eos mala, ut corde admirentur[r].

r O.

29. *Et palpes*] Etiam hæc de mentis tenebris accipienda sunt[v].

v Me. Be.

30. *Dormiat*, [יִשְׁגָּלֶנָּה] Verbum obscœnum admodum, *catullire*[x]. Pro quo Hebræi substituunt שָׁכַב[y]. Sign. actum *generandi* hîc, & Esa. 13. 16. & Zach. 14. 2[z]. Vertunt, *coibit* (*cubabit*, Ch. JT. Ti.) *cum ea*, Ar. *ducat*, vel *habebit*, *eam*, o'. Sy. ¶ *Non vindemies*] Sic M. o'. Ch. Sa. *non exprimes vinum ejus*, Sy. Heb. *non prophanabis*, Ti. sive, *communem facies*, P. V. Primus fructus Deo consecratus est, sequens profanus *. Vide Deuteronom. 20. 5[a]. *Non devirginabis*, i. e. primus non vindemiabis[b].

x D. obs. 15. 14. y Ma. z A. * M. F. a V. b Tig. not.

32. *Et deficientibus ad conspectum eorum*, [וְכָלוֹת אֲלֵיהֶם] *Et deficientes ad eos*, Mo. i. e. Deficient ac consumentur exspectando reditum eorum[c]. *Deficient pro eis*, Ch. P. Al. *deficient* attentione *ad eos*, JT. Præ eorum desiderio, intenti in eos erunt[d]. *Deficient*, nempe, desiderio, ut Psal. 119. 82 †. *Erunt consummati*, *consumpti*, vel, majore emphasi, substantivè, *consummationes*, *consumptiones*[f]. *Tabescent ad* (vel *super*, M.) *illos*, Sa. vel, *ad ea*, o'. *super his*, Ti. *Et affligaris propter ea*, Sy. conspectâ eorum servitute[g]. ¶ *Et non fortitudo*, &c. [וְאֵין לְאֵל יָדֶךָ] *Non erit fortitudo* (supple, *ulla*, M.) *in manu tua*, Ch. M. P. scil. ad eos liberandum[h]. *Non erit in fortitudine manus tuæ*, Sa. *Non fortitudini*, vel, *ad fortitudinem*, *manus tua*; i. e. eos liberare non poteris[i]. *Nulla potestas* erit *in manu tua*, A. sim. Sy. Ar. vel, *nihil erit in potestate manûs tuæ*, JT. A. ex Ch. & o'. Al. *nec erit tantum virium*, *ut sis ferendo*, Ti. Vide Gen. 31. 29. Alii, haud absurdè, *Non Deo*, vel, *ad Deum*, *manus tua*, scil. extendetur supplex: vel, nihil apud Deum poterit manus tua, nempe, conatus, & diligentia tua[k].

c V. d Ma. † A. f Ma. g La. h O. V. i Ma. k Ma.

34. *Et stupens*, [מְשֻׁגָּע] *Obstupesces*, P. Sa. o'. *insanus eris*, V. M. O. Ma. Ar.

36. *Et regem*] Vide 2 Reg. 25. Jerem. 39. & 52[l]. ¶ *Servies diis alienis*] Sive exemplo provocatus, sive imperio & terrore compulsus[m]. Confer Jer. 2. 27. Act. 7. 41, 42[n]. Onk. & Jon. vertunt, *servies populis servientibus idolis*. Rectè. Erant Judæi *mancipia idolorum*, non *servitute religiosâ*, (à qua nunquam magis liberi erant quàm in captivitate,) sed *politicâ*, nempe, mancipia erant servis idolorum: Ut Christianus à Turca captus potest dici *mancipium Mahometi*[o].

l G. m Me. Bo. n A. o Medus l. 3. in explicatione Dan. 11. 36, &c.

37. *In stuporem*, &c.] Eris videntibus te in stuporem, audientibus in parabolam, & loquentibus in fabulam[p]. ¶ *Ac fabulam*, sic o'. Ch. Ar. P. V. Tuam calamitatem assiduè in ore habebunt[q]: [וְלִשְׁנִינָה] *Dicterium*, Sa. Mo. JT. *In revolutionem*; q. d. sæpius revolvêris in ore omnium, O. *Meditationi*, Sy. *De te linguam acuent*, Ti. Vide Jer. 24. 9. שָׁנַן est *acuere*; q. d. acerbè dictum: vel, *dentationi*; q. d. dentes in te stringent, & infigent, mordebunt te acriter[r].

p M. q V. r Me.

38. *Sementem jacies in terram*, [זֶרַע רַב תּוֹצִיא הַשָּׂדֶה] *Semen multum educes ad agrum*, Mo. [sim. plerique.] *Educes*, scil. *ex horreis tuis*, quod curabis deferri in agrum, ut sementem facias †. [At Sy. & Ar. vertunt, *semen copiosum producet ager tuus*, &c.]

† V.

39. *Vermibus*] Vermes vitibus infestos ἴπας, ab ἴψ, vel ἶκας, ab ἴξ, vocant Græci, Theoph. Hesychius, alii[t].

t Ma. 2. 27. (?)

40. *Quia defluent*, [כִּי יִשַּׁל זֵיתֶךָ] [Variant.] *Quia evelletur* (*excutietur*, Ti. Sa. *decidet*, Caj. Ar. P. *defluet*, o'. V. Onk. in Di. Sy.) *oliva tua*, Mo. *Evellet*, *exstirpabit se*, antequam scil. colligatur[v]. *Evelletur oliva tua*, Mo. *excutietur*, Ti. vel *excutientur*, Sa. *tollentur*, M. *Evelletur oliva*, scil. à radice sua, O. Volunt omnes יִשַּׁל esse fut. *Kal* à נָשַׁל. Quia autem נָשַׁל passim transitivum est, malunt Junius & alii ellipticam esse orationem, & vertunt, *quia dejiciet* oleas *oliva tua*[x]. *Extrahet*, *decutiet*, *dejiciet olivam tuam*; nempe, morbus, vel tempestas, vel Deus[y]. At quidni sit fut. Niphal à שָׁלַל, (ut סָבַב à יִסֹּב,) *quia spoliabitur oliva tua*[z]?

v V. x Pi. y Ma. z Di.

42. *Consumet*, [יְיָרֵשׁ] *Hæreditabit*, O. sim. JT. vel, *possidebit*, Mo. A. *absumet*, o'. Ch. Sa. P. *corrodet*, Ar. *exterminabit*, M. ¶ *Rubigo*, ità o'. in A. Ch. Sa. M. vel, *ærugo*, Ar. Ti. vel, *sideratio*, JT. vel, *gryllus*, Sy. vel, *cicada*, A. [הַצְּלָצַל] *Locusta*, P. M. O. Ma. Mo. Sic dicta, vel, à strepitu alarum; vel, potiùs, à צֵל *umbra*, quia hæ volatu suo umbram obducunt[a]: interdum & Solem obumbrârunt[b].

a O. Ma. b Ma.

46. *Et erunt in te signa*] Heb. *Et erunt tibi*, P. Ar. *in te*, O. Ma. *in signum atque portentum*, P. seu *prodigium*, D. Ma. i. e. vice signi & prodigii. q. d. Hæc nota & infamia perpetuò durabit tibi ac posteris tuis[c]. Alii, *erunt in signa*, quæ te commonefaciant præceptorum meorum, atque transgressionum tuarum[d].

c V. d M.

47. *Propter abundantiam*, &c. [מֵרֹב כֹּל] *Præ*, vel *de*, *multitudine*, vel *copia*, *omnium*, Mo. o'. JT. sub. *rerum*, Ch. Sa. Sy. Ar. JT. Quòd non colueris Deum de tuis facultatibus & opibus †. *A multitudine*, i. e. propter multitudinem, bonorum quæ tibi conferebat[f]. Al. *cùm tamen tibi omnia affluerent*, Ma.

† Ma. f O.

48. *Servies*] Impletum Jer. 5. 15, &c[g].

g G.

49. *Aquilæ*] i. e. Celerrimè & citissimè[h]. Prophetia de Babyloniis: vide Ezec. 17. 3, 12. Dan. 7. 4[i]. Fortè ad *Romanos* allusit aquilis suis notissimos, à quibus hæc passi sunt[k].

h V. i A. k T.

50. *Procacissimam*, [עַז פָּנִים] *Fortem* (vel, *duram*, O. V. vel, *impudentem*, o'. Ch. M. Ti. Sa. JT. V. ut Prov. 21. 29. V. sim. Sy.) *facie*, vel *faciebus*, Mo. *Audacem*, *crudelem*, *impudentem*. Dicitur de Antiocho Epiphane, Dan. 8. 23[l]. Vide quæ nos ad Gen. 19. 21[m]. ¶ *Non deferat seni*, [לֹא יִשָּׂא פָנִים לְזָקֵן] *Non elevabit faciem ad senem*, P. V. O. Mo. i. e. non benignè eum suscipiet, non miserebitur[n]. *Non reverebitur*, V. *Non accipiet personam* (vel, *non reverebitur faciem*, M. Sa. Sy. Ar.) *senis*, Ch. *Non levabit faciem senis*, i. e. vel, eum tristem exhilarando, vel, personam ejus acceptando[o].

l A. m Pi. n O. Ma. o Ma.

52. *Et destruantur*, [וְיָרֶדֶת] Infin. *descendere*, pro, *descendant*[p].

p V.

53. *In angustia*, [בְּמָצוֹר] *In obsidione*, P. Ti. V. i. e. tempore obsidionis[q]. ¶ *Et vastitate*, [וּבְמָצוֹק] *Et in extorsione*, Ma. *Angustiâ*, quâ anget te, i. e. in oppugnatione ipsâ[r]. *Pressurâ*, *coactione*, *tribulatione*, Ma.

q V. r V.

54. *Invidebit*, [תֵּרַע עֵינוֹ] *Malignabit*, P. O. *malignus erit*, V. JT. sim. A. vel, *nequam*, Ch. *malefaciet*, Ma. i. e. *invidebit*, V. Sa. Illiberalis, tenax, invidus, immisericordis erit †. Qui tantùm lectissimis & delicatissimis cibis vescitur invidebit, &c[t]. Negabit, vel abscondet, reliquias filii præ fame devorati[v]. *Fascinabit oculo suo*, o'.

† Ma. t V. Ma. v Me.

55. *Quòd nihil habeat*, [מִבְּלִי הִשְׁאִיר לוֹ כֹּל] *Ut non remaneat sibi quidquam*, P. O. vel, *uxori & filiis*, O. *Cùm* (vel, *eo quòd*) *nihil residuum manserit*, Mo. o'. sim. Sa. Sy. A. quòd omnia absumpserit, Ma. *Nihil reliquerit*,

rit, sub. *inimicus edendum*, V. *Nihil aliud illi remanserit*, Ch.

57. *Et illuvie secundarum*, וּבְשִׁלְיָתָהּ] [Variant.] *Et in secundinas*, vel *secundas, suas*, Ar. JT. O. A. sim. Sa. Sy. τὸ χόριον αὐτῆς, ο΄. in G. Ità vocant membranam quâ fœtus in utero involvitur, à שָׁלָה, quòd in ea securè fœtus conquiescat[x]. Al. *in parvulam suam*, Mo. *in pueros minores*, seu *parvulos*[y]; seu *recèns natos*: q. d. qui adhuc sunt in secundinis[z]. Per *filios* autem *quos peperit*, intelligit grandiores & adultos[a]. Al. *felicitati suæ*, Ti. i. e. liberis recèns natis, qui sunt *felicitas* matris[b].

59. *Augebit*, וְהִפְלָא] *Mirificabit*, Mo. V. Ma. i. e. mirabiles reddet[c]. *Arduas faciet*, Ma. *seliget*, Sy. *Dividere faciet*; i. e. distinctas faciet ab omnibus aliis, quoniam majores erunt ac deteriores[d]. ¶ *Et perseverantes*, sic Sa. נֶאֱמָנוֹת] *Fideles*, Ma. M. quæ veraciter & certò evenient†. *Stabiles*, Mo. ο΄. Sy. O. *permanentes*, Onk. V. TJ. in A. Ti. A.

60. *Quas timuisti*, אֲשֶׁר יָגֹרְתָּ מִפְּנֵיהֶם] *A quarum conspectu timuisti*, conversis dictionibus; i. e. quas timuisti, nè immitterem tibi[f].

62. *Et remanebitis pauci numero*, sic Sy. M. sim. Ar. Ti. Ch. וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט] *Et relinquemini in viris parùm*, Mo. Ma. *Reliqui fietis hominibus paucis*, JT. vel, *cum hominibus paucis*, Sa. P. A. Præ omnibus placet Vulgatus; ad verbum, *viri paucitatis*: rectè per nominativum vertit; ב enim sæpe pleonasticè nominativum denotare vel septem aliis locis probamus in notis ad Psal. 68. 5. & Esa. 26. 4. & 40. 10. ut & ex Arabica lingua[g].

63. *Sic lætabitur*, יָשִׂישׂ] Sed Sap. 1. *Deus non lætatur in perditione vivorum*. Resp. Non lætatur hoc sensu, quia non vult eam per se, sed tantùm ut justa supplicia peccatorum[h]. At veteres Hebræi, teste Is. Karo, activè vertunt, pro natura conjug. *Hiphil*, *lætari faciet*, nempe, *hostes vestros de vobis*. Ità & Rasi, quia aliàs scriptum esset יָשׂוּשׂ, sicut antè שָׂשׂ, *lætatus est*. Verùm Kimhi aliique Grammatici intransitivè exponunt, etsi conjug. Hiphil; sicut & Psal. 40. 17. & Esa. 66. 10[i]. ¶ *Ut auferamini*, sic ο΄. Sa. וְנִסַּחְתֶּם] *Et destruemini*, Mo. sim. Ar. *exstirpabimini*, Sa. sim. M. Ti. P. JT. *Everremini*, i. e. scopis tanquam sordes ejiciemini, vel, *transferemini*[k]. *Migrabitis*, Ch.

64. *Et servies diis*] *Vide quæ ad* vers. 36.

65. *Non quiesces*, sic Ch. sim. Sa. JT. לֹא תַרְגִּיעַ] Omnes vertunt, *quiescere*. Formula *Hiphil* significatum intendit[l]. Non placet; quia statim sequitur, *Non erit requies*, &c. nisi dicamus Scripturam, more suo, explicare quod dixerat[m]. *Non eris tranquillus*, Sa. vers. *non silebis*, Sy. *non eris tutus*, Ar. Potest reddi, *non concitabis*, seu *commovebis*; i. e. servies, nec insurgere audebis. Vide de hoc verbo Isa. 34. 14. & 51. 4[n]. ¶ *Deficientes oculos*, sic ο΄. וְכִלְיוֹן עֵינַיִם] *Et defectum oculorum*, Mo. Sa. i. e. spem vanam, ut non possis cernere & vitare mala[o]. *Tenebrosos oculos*, Ch. *cæcitatem* (vel, *caliginem*, Sy. vel, *obtusionem*, Ar.) *oculorum*, Sa. vers. ¶ *Consumptam mœrore*, וְדַאֲבוֹן] *Mœrorem*, seu *tristitiam*, Sa. sim. Mo. Ch. *debilitatem*, Ma. *tabescentem animam*, ο΄. *liquationem animi*, Sy. *languorem animi*, Ar.

66. *Et erit vita tua pendens ante te*] Heb. *Erunt vitæ tuæ*, &c. Mo. O. plural. Quare, vide ad Gen. 2. 7. א in תְּלֻאִים præter morem, vel mysterium, vel magnam suspensionem, indicare videtur[q]. *Erit vita tua pendens*, vel, *quasi pendens*, vel, *suspensa*, (vel, *pendens* in dubio, A.) *ante te*, Ch. Ar. M. sim. Ti. vel, *ante oculos tuos*, ο΄. vel, *è regione*, Sy. simil. P. O. JT. *ex adversò tui*, Sa. *Quasi pendens tibi ex adverso*, i. e. ante oculos tuos[r]. Quasi à filo pendens, ut & Latini loquuntur†. Proverbialis locutio à rebus de filo tenui pendentibus, & jam ruituris[t]. Pendebit in ambiguo vita tua[v]. Eris de vita tua semper dubius[x]; & periculo semper expositus[y]. ¶ *Et non credes vitæ*] Sic ο΄. Ch. Sa. Sy. O. Parùm sperabis de vita tua[z]. De ea tuenda[a]. Non credes quòd possit ad modicum stare[b]. *Non eris certus vitæ tuæ*, G. vel, *de vita tua*, A. *Non fidas vitæ tuæ*, Ar. Hoc est ἀστατεῖν, 1 Cor. 4. 11. in continuis periculis & anxietate jactari[c].

68. *Reducet in Ægyptum*] Sub successoribus Alexandri multæ myriades Judæorum migrârunt in Ægyptum, propter tumultus in Syria. Meminêre Hecatæus, & Ph. in Flaccum, & Jo. Antiq. 12. 2, 3. & 13. 4, 5, &c. & 14. 17. & 18. 20[d]. ¶ *In classibus*] Ut effugere non possis†. Factum hoc sub Tito docet Joseph[f]. ¶ *Ibi venderis*, וְהִתְמַכַּרְתֶּם] *Et reddetis vos vendibiles*, vel, *quæretis ut vendamini*, V. Putabitis vobiscum præclarè agi si vendamini hostibus[g]. ¶ *Et non erit qui emat*] Tam multi eritis, & tam viles[h]. Cicero orat. de provinc. consul. *Judæi & Syri nationes servituti natæ*[i]. Hegesippus 5. 47. de Judæis scribit, post captam à Tito Hierosolymam, *Plurimi venales, sed pauci emptores; quia Romani in servitutem Judæos dedignabantur, nec Judæi supererant qui redimerent suos*[k].

[x] Ma. [y] V. ità RS. & Ch. in M. [z] Ma. [a] V. [b] Q. in M. [c] V. [d] O. † Ma. [f] V. [g] Di. [h] E. [i] Mais. [k] Ma. [l] Ma. [m] O. [n] Ma. [o] V. [q] Ma. [r] V. † G. [t] Ma. ex Jun. [v] M. [x] Ma. E. [y] T. [z] V. [a] T. Ma. [b] L. [c] G. [d] G. † Me. [f] L. T. [g] Ma. [h] Me. [i] Ma. [k] Me. ex Bo.

CAP. XXIX.

1. VErba fœderis] i. e. Hæ sunt conditiones fœderis[a]; innovati & juramento firmati[b]. ¶ *Præter illud fœdus—in Horeb*] Præterquam id fœdus jam antè pepigerat: Trajectio, ut Gen. 5. 29. nam idem erat fœdus substantiâ, sed personis & loco diversum[c]. *Præter fœdus illud*, i. e. præter actionem illam quâ fœdus fuit pactum[d].

4. *Non dedit cor intelligens*] Simul ostendit, & sine adjutorio Domini eos intelligere & obedire non posse; & tamen, si adjutorium Dei desit, non ideo esse excusabile hominis vitium, quoniam judicia Dei, quamvìs occulta, tamen justa sunt†. Propter ipsorum peccata non dedit eis gratiam, quâ cognoscerent, vellent, & facerent[f]. Privavit vos hodie Dominus intellectu ad cognoscenda beneficia sua[g]. [Al. sic;] *Non dedit*, i. e. non accepistis: Sic Maimon. Ità vox *dandi* sumitur 2 Tim. 2. 25. Sic *datum* in Jure sæpe intelligitur quod & acceptum est. Sic, *implevit Satanas*, Act. 5. 3. pro, *sivistis impleri à Satana*. Sic multa verba sumuntur eo significatu qui non propositum tantùm & vim efficiendi, sed & eventum, includant: ut, *revelare*, Esa. 53. 1. *dare*, Joh. 6. 39. *mittere*, Matt. 10. 34[h]. [Al. aliter;] *Non dum dederat vobis mentem ad cognoscendum, & oculos ad videndum*, cum fructu; i. e. res visas & auditas observandi. Eratis enim adhuc parvuli[i]. [Sensus probabilis videri posset, nisi sequeretur, *usque ad præsentem diem*.] [Sed de hoc loco consule quæ inter Remonstrantes & Contra-remonstrantes fusè disputantur.]

5. *Adduxit vos*] Heb. *Adduxi*, mutatâ personâ; sub. *ait Dominus*, ut Esa. 53. & alibi†. ¶ *Non sunt attrita*, &c.] Non ità detrita ut abjici oportuerit[k]. Vide quæ ad Deut. 8. 4[l]. Qu. Unde illis vestes? Resp. Hebræi in deserto non erant otiosi, sed lanam & linum tractabant, indéque vestes conficiebant[m].

6. *Non panem*] Nempe, frequenter[n]; quia Manna fuit illis in cibum[o]. *Non panem*, scil. labore vestro acquisitum, sed cœlitùs datum[p]. Non panem ordinarium, sed Angelorum, Deut. 8. 3. Psalm. 78. 24, 25[q].

9. *Ut intelligatis*, לְמַעַן תַּשְׂכִּילוּ] *Ut prosperetis*, Sa. He. in M. sim. JT. Ar. *Ut prospera & felicia reddatis* quæcunque facturi estis[r]. *Ut ad exitum perducere possitis*, Sy. *ut intelligatis*, Mo. ο΄. Ch. *ut prudenter & consideratè agatis*, Q. in Ma. A.

10. *Vos statis*, נִצָּבִים] Sic vocant 8. libri Sectionem, quæ hîc incipit†. Oportebat omnes convenire, quia quod omnes attingit ab omnibus probari debet[t].

11. *Et advena*] Multi enim Ægyptii eos sequebantur. Alii erant Hebræorum mancipia[v]. ¶ *Exceptis lignorum cæsoribus*, &c.] Quos necessarium ministerium adesse non patitur. Videtur Hieron. מִן pro *præter* accepisse: At in He. Ch. & ο΄. est, *à lignorum cæsore ad comportantem aquam tuam*; quasi nullus planè abfuerit[x]. *Usque ad haurientem aquas*, scil. exercitui necessarias: i. e. tam servi quàm domini[y].

12. *Ut transeas in fœdere*, לְעָבְרְךָ בִּבְרִית] *Ad transeundum tecum pactum*, Mo. *ut transeas in pactum*, V. *ut intrare faciat te in fœdus*, F. ex Ch. Verbo *transeundi* alluditur ad priscum morem sanciendi fœdera, per transitum inter partes divisas victimarum[z]. Ità He. in M. & F. V. A. De quo vide quæ ad Gen. 15. 17, 18. & Jer. 34. 18, &c[a]. *Ad ineundem fœdus*, JT. Hæc verba

[a] V. [b] Me. [c] Jun. [d] Pi. † E. ex Aug. [f] Bo. Me. T. [g] O. [h] G. [i] Jun. † G. [k] Ma. V. [l] Me. [m] La. [n] Me. [o] V. Me. [p] L. [q] A. [r] V. † V. [t] Me. [v] Ma. [x] Me. ità P. V. Ma. [y] V. Ma. [z] Me. [a] A.

verba pendent à verbo *statis*, ver. 10. [At Sy. aliter vertit, *ut non transgrediamini fœdus Domini.*] *Fœdus* בְּרִית dicitur, vel, à בָּרָה *eligendo*, quòd sit *mutuus duorum consensus*, &c. vel, à בָּרַר *declarando*, quòd ejus conditiones debent omnibus declarari; vel, à בָּרָה *exscindendo*, quòd in fœderibus semper aliquid exscindebatur & occidebatur, etiam apud Ethnicos, quo præludi voluit Deus æterno fœderi per mortem Christi confirmando. Scythæ in fœderibus etiam sanguinem suum cultello è corpore eliciebant, eúmque vino mixtum epotare solebant. Ità Christus in cœna sanguinem suum exhibet [b].

15. *Præsentibus & absentibus*] Hebr. *Cum eo qui est hîc,——& cum eo qui non est hîc*, V. i. e. cum jam natis & cum nascituris [c]. Fœdus enim est ad totam gentem pertinens. Sic dicunt Reges, se *dare feuda huic & posteris ejus*, qui nondum nati sunt; neque tamen, cùm hoc agunt, προϋπαρξιν (*præexsistentiam*) credunt animarum, quam ex hoc loco adstruere laborant Judæi [d]. Hinc colligas, ex voto & juramento alicujus communitatis posse & posteris nondum natis obligationem nasci: quod ex tribus capitibus fieri potest: vel, 1. quia pars tenetur se toti conformare; vel, 2. quia ea res in legem, vel consuetudinem, quæ vim legis habet, transiit; vel, 3. ratione pacti & contractûs initi: nam contractus & pacta ad hæredes transeunt; vi tamen juramenti vel voti præcisè non obligantur, quia hæ obligationes sunt personales, nisi res ipsa immediatè afficiatur & obligetur voto †.

16. *Vos enim nôstis*, &c.] Est causæ redditio, cur dicatur ad posteros hoc fœdus pertinere: quia vos novistis, ac non illi: ac proinde, nisi disertis verbis caveretur hoc, aut putarent, aut fortè obtenderent, nihil ad se pertinere [f]. ¶ *Per medium nationum*] Idumæos, Moabitas, Ammonitas, Midianitas [g].

18. *Familia*, מִשְׁפָּחָה] Hujus radix ex Hebræa lingua sciri nequit. In Æthiopico est שָׁפַח *extendere*, Matt. 7. 13. Hinc מִשְׁפָּחָה *familia*, qu. à viro & muliere prima generis extensio [h]. ¶ *A Domino*] In unum Deum fides fundamentum veræ pietatis & concordiæ. Ideo Jacobus solitus sæpe interrogare familiam suam an secum crederent unum Deum; memorat Maimonides [i]. ¶ *Radix*] Hæc radix est, vel, 1. Therah pater Abrahæ, qui idololatra fuit [k]. Vel, 2. Cor pravum †. *Cujus cor cogitet peccatum quod assimilatur radici fixæ in terris, cujus caput quidem ut mel est, finis autem ejus amarus, ut absinthium*, ait Targum Jerosolym [l]. Nè animus vester sit ullius idololatriæ perditæve vitæ seminarium [m]. Vel, 3. Cogitatio, ut rectè Ch. sicut *amarities fellea* opera mala [n]. Vel, 4. Occulti apostatæ, tanquam radices in terra demersæ, qui alios ad defectionem incitent [o]. Nè sit quispiam qui sibi & aliis sit causa idololatriæ [p]. ¶ *Germinans fel & amaritudinem*, פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה] Græci vertunt, ῥίζα ἄνω φύουσα ἐν χολῇ καὶ πικρίᾳ, (*sursum germinans in felle & amaritudine*;) pro quo dixit Lucas, χολὴν πικρίας, Act. 8. 23 [q]. unâ voce duas, ut solet, explicans [r]. Est enim alterum alterius ἐξήγησις †. Et hinc sumpta verba, Hebr. 12. 15 [t]. ubi pro, ἐν χολῇ, ponit ἐνοχλῇ [v]. פֹּרֶה, *producens, proferens*, V. JT. *fructificans*, P. Mo. Ma. O. Ar. *germinans*, Sa. Sy. רֹאשׁ, *caput*, Ar. O. Mo. Ma. & indè *venenum*, caput alicujus rei venenosæ, fortè aspidis [x]; venenum exitiale & capitale, ut infrà 32. 33. vel, herba venenatissima, quæ caput & præcipua sit inter venenatas herbas, sive *cicuta*, sive *aconitum*, sive *caput papaveris nigri*, sive (ut plerique) *toxicum*, sive *colocynthis*, seu *cucurbita sylvestris*, quam Persæ, teste Mesue, *fel terræ* appellant, propter nimiam amaritudinem [y]. *Cicuta*, A. *toxicum*, F. ex Chald. *Venenum* vertunt Ar. O. P. V. *fel*, A. F. Sa. Sy. לַעֲנָה vertunt, *absinthium*, P. Sa. Ar. Mo. O. JT. V. F. A. Ma. *amarorem*, Ma. Sy. *Toxicum* & *absinthium* sunt duo herbarum genera pestifera, sed & fœcundissima. Vide Os. 10. 4. Sic est natura impiæ doctrinæ vitæque. Sensus est, nè fortè sit aliquis inter vos qui peccet gravissimé [z]. Qualia peccata Deum amarum & iratum reddunt [a], & Deo ingratissima sunt, & peccantibus fructus amaros procreant [b]: cujusmodi idololatria est [c]; & illa hominum impiorum opinio, dicen-

[b] F. — [c] V. G. Ma. — [d] G. — † Bo. — [f] Ma. ex Jun. — [g] Me. ex Bo. — [h] Di. — [i] G. — [k] Q. He. in M. & F. — † A. — [l] F. — [m] Q. in Ma. — [n] G. — [o] Al. in Ma. — [p] Me. — [q] G. — [r] Ma. — † G. — [t] A. G. Ma. — [v] A. — [x] O. — [y] Q. in Ma. — [z] F. — [a] V. — [b] Me. — [c] V. Me.

tium, non esse quòd timeamus nobis à Deo, cùm nihil boni aut mali agamus, sed omnia in nobis efficiat: quamvis omnes conscientiam habeant quâ se vel accusant, vel defendunt, quam isti delere cupiunt, negantes quicquam esse cujus nos accusemus, cùm omnia fiant à Deo. De hujusmodi Moses sanè loqui videtur [d].

19. *In pravitate cordis mei*, בִּשְׁרִרוּת לִבִּי] [Variè reddunt.] *In cogitatione cordis mei*, Ch. ità Ar. & plerique nostrorum †; *in imaginatione*, A. M. vel, *contemplatione*, A. Q. in Ma. quasi à שׁוּר *contemplari*. Non placet; quia forma indicat esse ex geminantibus secundam [f]. *Juxta libidinem*, Ti. Sy. *ex animi mei sententia*, JT. *In extensione cordis*: q.d. Faciam omne quod cogitavero, vel voluero [g]. Al. *in errore cordis*, ο'. Al. *in malitia*, vel *pravitate*; ex Arab. שרר *malum esse*. Ità שֹׁרְרַי, apud Davidem, non tam sunt *contemplatores, observatores, mei*, quàm *malitiosi mei*, qui mihi malè volunt, qui se malè erga me gerunt [h]. *In temeritate, nequitia*, V. *in obstinatione*, vel *pervicacia, cordis*, Mo. Sa. ο'. σκολιότητι vertunt, Jer. 11. 8. Al. *in consilio*, à שרר Æthiopico *fundare*, (sicut à יָסַד, *fundavit*, fit נוסד, *consilium cepit.*) Sic ο'. alibi vertunt, ἐπιτήδευμα, & ἐνθύμημα. Nec negari potest quin, *ambulare in consilio cordis*, optimum, ubicunque hæc phrasis occurrit, sensum exhibeat [i]. ¶ *Et absumat ebria sitientem*, לְמַעַן סְפוֹת הָרָוָה אֶת־הַצְּמֵאָה] Locus obscurissimus [k]. Convenit רָוֶה esse *irriguum, ebrium*, vel *saturum*, & צְמֵאָה esse *sitientem* [l]. Ità tota quæstio est de voce סְפוֹת [m]. Quod sign. & *addere*, à יָסַף *addidit*; & *consumere*, à סוּף *consumpsit, perdidit* [n]. Hîc Q. vertunt *addere* [o]. Sed quia infinitivum est, adeóque nullius certæ personæ, Q. reddunt per primam personam, *ut absumam*, ut verba sint hominis impii [p]. *Ut addam ebrietatem ad sitim*: q. d. Non tantùm sitim voluptatum mearum explebo, sed & ebrietatem addam, i. e. immoderatissimam luxuriam. Non placet [q]. [Verùm per tertiam personam ferè omnes reddunt; ut, *addat*, vel, *absumat*, sive *Deus*, sive *homo impius*. In his enim variant.] Vertunt, *Ut addat ebriam sitienti*, M. P. JT. A. Calv. vel, *cum sitiente*, Mo. *ut addat ebrietatem ad sitim*, Sa. vers. Sy. *ut traham cum ebria sitientem*, Ar. *ut finiatur ebria cum sitiente*, Ti. [Q. sic accipiunt;] *Ut addat ebriam*, putà, *animi sententiam*; i. e. ut nunquam peccandi finem faciat, aut desiderium expleat; sed ut solent ebrii sitim provocare atque accendere, sic peccatorum fomites & irritamenta accersat, & in peccatis occallescat [r]. Quemadmodum dicuntur oleum camino addere, qui ignem jam incensum magìs inflammant: sic dicuntur *ebriam sitienti addere*, qui sibi accersunt audaciæ irritamenta, quò liberiùs peccent. Nam concupiscentia in homine est quasi hydrops inexplebilis. Optimè autem conveniet, desideria carnis quibus flagramus *siti* conferri; *ebrietati* verò, licentiosum impetum quo præcipites ferimur; quia boni & mali discrimen tollendo, se obstupefacit peccator †. *Ut addat ebriam* animam *sitienti*, vel, *irriguam siccæ*; i. e. ut addat peccata peccatis, juxta Esa. 30. 1. Qui desiderat *sitire* dicitur, Psal. 63. 1. Matt. 5. 6. & impius *bibit peccatum tanquam aquam*, Job. 34. 7. quo satiatus potest dici *ebrietatem siti addere* [t]. Theophyl. Simo. ep. 52. Διψῶσιν οἱ μέθυσοι ὅταν κορεσθῶσι τοῦ οἴνου, &c. h.e. *sitiunt ebrii cùm vino satiantur*, &c. Et Plin. hist. 15. 22. *Ebrius jam sanguine civium, & tantò magìs eum sitiens; namque hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat aviditatem: scitúmque est Scytharum legati, Quantò plus biberint, tantò magìs sitire, Parthos* [v]. *Ut addat ebriam sitienti*, i. e. ut latrantem & aridam conscientiam mulceat, & sopiat quasi ebrietate quadam; quasi blanditiis & adulationibus nobis imponere velimus, ut malum putemus ludicrum esse, & nos pace potituros, etsi nequiter vivamus; ut, veluti ebrii, nullo tangamur malorum sensu [x]. Id vocat *ebrietatem siti adjungere*, ac meritò; perinde enim agit, acsi quis vehementi siti accensus sese inebriaret vino, nè ullo ampliùs tangeretur sensu; cùm potiùs sitim illam frænare & restinguere sobrietate & abstinentiâ debuisset [y]. [Di. paulò aliter;] Si הָרָוָה & הַצְּמֵאָה, sunt

[d] V. — † Di. — [f] Di. — [g] O. — [h] Di. — [i] Di. — [k] Bo. — [l] O. — [m] Delrio in adagiali sac. 138. — [n] A. O. Eugub. in F. Delrio. — [o] Ità M. F. ex Ch. V. G. Ma. A. ità P. & Mo. & Caj. in Bo. — [p] Bo. ità Ar. — [q] Di. — [r] Jun. ità Calv. — † Calv. — [t] A. — [v] Gas. — [x] Ma. ex V. — [y] V.

sunt adjectiva, per Enallagen posita pro substantivis abstractis, verti posset ad verbum, *Ut addat* (vel *assumat*, ut habet Vulg.) *ebria sitientem*, i. e. ebrietas sitim. Nolo sensum esse, ut addatur ebrietas siti, sed, sitis ebrietati: si quis enim adeò sit ebrietati addictus, ut quum potus restinguere debeat sitim, jam bene ebrius cupit sibi addi sitim, quò magis detur potare, is reverâ desperatus potator sit dicendus. Ità, inquit Deus, si quis jam abundans, & quasi ebrius, peccatis, minisque meis obrutus, pacem sibi tamen persuadeat, quò avidiùs peccet, & novam peccandi sitim addat præcedenti ebrietati, is desperatæ est malitiæ, cui misericors esse non potero [z]. [Perpendat hunc sensum lector, annon vero sit simillimus. Cùm enim את (quod hîc præponitur הַצְּמֵאָה) plerumque nota sit accusativi casûs, videtur convenientiùs verti, *sitientem ebriæ addi*, quàm, ut vulgò solent, *sitienti ebriam*.] Porrò, quia הָרָוָה & הַצְּמֵאָה adjectiva sunt, videtur substantivum aliquod intelligendum. Illud videtur esse ארץ, [ità Bo. & Di. *sed sensu diverso*,] ut הָרָוָה sit idem quod הָרְוָיָה, Psal. 66. 12. & הַצְּמֵאָה idem quod אֶרֶץ צִיָּה וְצָמֵא, Ezec. 19. 13 [a]. [Bo. sic:] Omnes hîc ebriam à sitiente distinguunt: fortè tamen meliùs dicatur eadem esse ebria & sitiens, sed diverso tempore. Quorsum enim res diversæ sumantur, cùm hîc Scriptura id unum spectat, ut declaret pœnam talis idololatræ? Eadem terra *sitiens* dicitur, cùm aquas postulat, ebria, cùm nimiis pluviis perfunditur. Dicetur porrò *absumere ebria sitientem*, h. e. terra jam pluviis inebriata esse causa ruinæ sibi ipsi, quæ priùs aquas sitiebat: Ità hîc impius, variis peccatis semet immergens & quasi inebrians, sibi perniciem accersit, & quod sibi bonum fore existimabat, ipsi vertitur in ruinam [b]. Q. per *ebriam* vel *irriguam* terram intelligunt cultum veri Dei, qui est fons vitæ; & per *sitientem*, cultum idolorum, quæ *cisternæ* sunt *aquam non tenentes*, Jer. 2. 13 [c]. [Di. sic:] Notum est passim in S. S. animum miserum anxiúmque, & consolationis avidum, conferri cum אֶרֶץ עֲיֵפָה הַצְּמֵאָה, Psal. 143. 6. quod idem est quod הַצְּמֵאָה: contrà, felicem, lætum, & solatio abundantem, cum גַּן רָוֶה, *horto irriguo*, Jer. 31. 12. Hinc natum possit esse proverbium, *Addere irriguam cum siticulosa*; i. e. dolorem gaudio, metum spe, anxietatem solatio aliquo temperare. Id huic loco apprimè videtur appositum. Minabatur Deus his peccatoribus *exsecrationem*: id eos tristes & anxios reddebat, verè similes terræ aridæ & sitienti: cui malo ut mederentur, fingebant aliquod solatium, dicentes, *Pax erit mihi*, unde fiebant instar terræ irriguæ[d]. Al. *Ut non simul perdat peccator innocentem*, ο'. & Delrio: sed præstat τὸ *non* omittere, quod non est in Hebræo. Videtur fuisse proverbium, *Ebrius sitientem aut sobrium ducit*, (uti apud nos *cæcus cæcum ducit*;) i. e. sceleratus simplicem & avidum novitatis & voluptatis seducit ad sceleratas suas voluptates †. *Ut addat ebriam sitienti*, i. e. *Ebria sobriam secum trahat ad saltandum*; quo allegoricè indicatur, vitanda quamvis levia malorum initia, nè semper longiùs serpant. Sic Latini dicunt, *Vara vibiam* [f]. *Ut addat sitientem* (nempe, terram, vel populum, i. e. eum qui non deditus est vitiis, veruntamen delicias desiderat, quibus alios impunè saturari videt,) *ebriæ*; i. e. ut inebriet eam vitiis [g]. Malitiâ enim pleni & quasi saturi sæpe perdunt simplices suasione, vel exemplo [h]. Al. ad Deum referunt; *Ut addat*, vel *consumat*, nempe *Deus*, *ebriam cum sitiente*: quo significat futurum ut innocens cum nocente pereat. Innuitur ergò, ut si insurgat inter eos idololatra impius, &c. qui toleretur, fore tandem ut hoc malum (ut sæpe fit) etiam redundet in bonos & innoxios [i]. Alii, *Ut ebrietate sitim exsuperet*; i. e. peccandi sitim non solùm expleat, sed superet [k].

z Di. a Di. b Bo. c Belg. d Di. † La. f G. g O. Delrio. h Delrio. i Eugub. in F. k Ca.

20. *Furor ejus fumet*] Hebr. אַף sign. & *nasum*, Mo. Ma. Bo. & *iram*. Et S. S. passim iram naso adscribit, quia, dum homines irascuntur, bile accensâ & inflammato cerebro, naribus quasi fumant, & cerebri vapores exitum quærentes exsufflant. Confer 2 Sam. 22. 9. Ità & profani scriptores. Persius, Sat. 5. *Disce, sed ira cadat naso*—& Plautus, *Fames & mora bilem in nasum conciunt*; & Martial. epigram. 6. 64. *fumantem ursi nasum*. Et in Virgil. equus *premit sub naribus ignem*, Georg. 3. & Theocritus Idyl. 1. Καί οἱ ἀεὶ, &c. *Et ipsi semper acris bilis in naro sedet* [l]. ¶ *Fumet*] Ità plerique: i. e. Quasi fumus è fornace exibit ira Dei, h. e. cum impetu & continué [m]. יֶעְשַׁן alii vertunt, *invalescet*, Sy. Ar. *ardebit*, Sa. *incendetur*, ο'.

21. *Et consumat eum*] Hebr. *Et separabit eam*, sub. *tribum* [n]. ¶ *Ex omnibus tribubus*] i. e. Ex communione cum Ecclesia; ut v. 20. à communione in Deo separatum [o].

22. *Quibus eam afflixerit*, חִלָּה] *Ægrotare fecit*, Mo. Ma. O. *quos immisit*, ο'. vel, *induxit*, V.

23. *Sulphure*, &c.] גָּפְרִית וָמֶלַח שְׂרֵפָה כָל־אַרְצָהּ וגו׳ [Variè reddunt.] *Sulphur & sal ardens: nulla terra ejus seminabitur*, Sa. sim. ο'. *Sulphure & sale combusta erit omnis terra ejus*, Ch. sim. Ar. Ti. *Sulphur & sal combustionis*, &c. O. vel, *& sal & combustio*, V. [Alii hunc versum parenthesi includunt, (*Nam sulphur & sal & combustio totum solum ejus*——) v. 24. *Dicent*, *inquam*, P.] Per parenthesin hæc includenda sunt. i. e. Solum ejus vertetur in sulphur & combustionem [p]. *Sal & sulphur* terram sterilem faciunt [q], & indicant [r]. Confer Jud. 9. 45. & Psal. 107. 34. & Jer. 17. 6. & Ezec. 47. 11 †. ¶ *Sodomæ*, &c.] De quibus Tacitus, *Terram specie torridam vim frugiferam perdidisse*. Vide Solinum *.

26. *Quibus non fuerant attributi*, וְלֹא חָלַק לָהֶם] [Variant. Q. sic;] Quibus non fuerant ipsi tanquam pars, vel possessio, vel peculium, attributi [t]. Sic חָלַק, aliàs activum, passivè explicandum, ut subindè fit [v]; *attributus est*, vel, *attribuit se*. Israel enim passim dicitur Dei peculium [x]. *Et non assignaverat eos* (sub. *Deus*) *illis*; i. e. non præfecerat eos illis [y]. Verti potest, *Et non fuerunt hujusmodi pars Israelis*. Videtur enim unaquæque gens aliquem deum tanquam partem suam habere; Israel verò elegit Deum verum pro sua parte [z]. [Alii sic;] *Et ille non impartitus est eis*, A. O. JT. Mo. *Ille*, i. e. ullus istorum deorum [a]. *Qui nihil impertierunt eis*, M. P. sim. Ar. *Et ex quibus nullus impertitus est eis* quicquam, Belg. *A quibus nihil acceperunt*, Sa. *Et qui non se diviserant*, i. e. *communicaverant*, *eis*, Sy. *Et quæ non possunt benefacere iis*, Ch. A quibus nulla beneficia acceperant: sing. pro plur [b]. Hoc est proprium munus Dei (veri,) partiri bona inter servos suos [c]. Al. *Neque impertitus fuerat*, sive *divisit*, vel *tribuit*, eis, nempe, *Deus*, JT. Ti. Subaudi *solùm*, ut essent eis portionis loco, sive in deos, sed potiùs cunctis sub cœlo nationibus. Vide Deut. 4. 19 [d]. Al. *Neque impertitus est*, i. e. non docuit eos partem habere in illorum cultu †. [Alii sic;] חָלַק hîc impersonaliter sumendum est, & activum hoc, *non tribuit quisquam*, seu, *nemo tribuit*, resolvendum est in passivum, sicut Hebræis consuetum est. Deinde, אֲשֶׁר in præcedenti membro non est divellendum à לָהֶם, ut alii fecerunt, sed cum eo conjungendum, & accipiendum pro *relativo dativi casûs*, & sic vertendum, *Quibus nemo tribuit*, id est, *quibus non est tributum*; supple, *id*, ex præcedentibus: *Coluerunt—deos——quibus nemo (id) tribuerat ut colerentur*, i. e. quibus adoratio nullo modo competit, προσκύνησις, ut rectè Sym. Confer phrasin Nehem. 2. 20 [f].

28. *Projecit*, וַיַּשְׁלִכֵם] ל hîc est duodecima litera magna [g]. Denotat pœnæ magnitudinem [h]. *Exstirpavit*, JT. A. *evulsit*, O. *disjecit eos*, Ma. G. ob violatum fœdus; sicut pecus disjicitur inter quam medii incedunt qui fœdus faciunt, Gen. 15. 10. Vide quæ ad Matth. 26. 28 [i]. ¶ *Sicut hodie*] Scilicet, *res se habet*, V. Ma.

29. *Abscondita Domino*, &c.] Obscura sententia, nec patet quò spectat [k]. [Variant.] *Quæ occulta sunt*, *penès Deum—sunto*, (vel, *ad Deum* pertinent, A.) *at quæ revelata*, nobis, &c.—*ut faciamus*, JT. A. sim. M. 1. *Occulta Domini Dei sunt*, *aperta nostri*, &c. i. e. *Dei* est punire idololatriam occultam, *nostrum* est punire apertam [l]. Egit priùs Moses de peccatis occultis, *Maledictus qui facit sculptile in abscondito*, rursum, *Qui clàm percusserit*, & hîc v. 19. *benedicat sibi in corde*. Adjicit ergò, *Abscondita Dom.* &c. q. d. per Aposiopesin,

Occulta,

l Bo. m O. n V. o A. p V. q Me. A. r Bo. † A. * G. t Me. ex Bo. v Bo. La. x Bo. y V. z O. a A. b V. Ma. c O. d Ma. ex Jun. † A. f Boot. animad. sic 4. 12. 4. g Ms. h Ma. A. i G. k Bo. l AE. in M. TJ. & Chazkuni in A. F. E. V.

Occulta, scilicet, illa peccata, (nè dubitate,) ad judicium Domini pertinent; at nostrum est peccata notoria punire [m]. 2. *Secreta Domini——revelata sunt nobis*, &c. q. d. Deus nobis revelavit quæ aliis non revelavit: Psal. 147. 20. *Non fecit taliter*, &c [n]. Graviùs ergò puniemur, si non vixerimus juxta præcepta ejus [o]. Quæ antè penes se retinuerat Deus, illa nobis patefecit, ut haberemus normam ad quam componeremus vitam [p]. 3. Moses hìc Evangelii arcana & alia innuit quæ etiam in Lege latent, quæque Deus penès se habet, prompturus cùm libebit. Revelatis autem parére debemus. Eorum si causæ sint obscuræ, aut si quid in eis altiùs latet, aut nobis absurdum videtur, debemus tamen tantum Deo tribuere, ut, quia jussit, faciamus [q]. 4. Malim ut sit Mosis votum: *Abscondita*, supple, ô utinam æternùm sint, *Domino Deo nostro* hæc quæ antè minatus est supplicia; & ità vivat populus, ut nunquam cogatur ea inferre, sed ità se gerat acsi ea omnia mala ignoraret. Interim *manifesta nobis* sint, ut eorum metu à transgressione arceamur [r]. 5. Ar. sic habet; *Abscondita Dei Domini nostri sunt & manifesta pariter, quæ nostra sunt in hoc, ut faciamus omnia verba.* 6. Sensus est, Flagella hæc futura, prævisa & decreta à Deo, sunt abscondita, súntque inter occulta Dei judicia; quæ tamen nobis manifestavit, ut eorum metu Legem faciamus †. Applicari potest consilio Dei de punitione & rejectione Judæorum. Confer Rom. 11. 33. Interim intelligendum de omnibus occultis quæ Deus non revelavit [t]. Nè sapiamus altum, neque Dei consilia, vias & judicia ulteriùs pervestigemus; sed his contenti, & acquiescentes voluntati ejus, huic pareamus [v]. Puncta in Hebræo textu extraordinaria sunt, ut attentionem excitent, quam certè merentur quæ hìc docentur de perpetuo populi Dei officio, ut, nempe, Legem & discant, & faciant, & Religionem ad posteros propagent [x].

m E. — n F. V. O. — o F. — p G. — q Ca. — r T. ex Caj. & ex Bo. — † La. — t A. — v Ma. ex Jun. — x A.

CAP. XXX.

1. *Venerint*, &c.] Transitio à minis legalibus ad promissiones Evangelicas & instaurationem futuram per Christum [a]. ¶ *Et ductus pœnitudine cordis tui*, [וַהֲשֵׁבֹתָ אֶל לְבָבֶךָ] [Variè reddunt.] *Et reduxeris te* (vel, *convertêris*, Ch. vel, *redibis*, M.) *ad cor tuum*, Mo. *Et reduxeris* (vel, *revocabis*, Ti. vel, *admiseris*, o'.) *ad cor*, sive, *in animum*, *tuum*, O. P. JT. Sed quid reducerent? 1. *Si revocabis* ea, JT. vel hæc, Sa. Intelligunt benedictiones & maledictiones. 2. Legem [b]; verba & opera Dei [c], & peccata sua [d]. Initium hoc pœnitentiæ, ut 1 Reg. 8. 46, 47 †. 3. [Alii aliter.] *Et pervolvêris mente tuâ cunctos populos quos disperdidit*, &c. Sy. *Redi in temetipsum, & considera quòd sis in medio cunctarum gentium*, &c. Deinde pergit vers. 2. *Et convertere ad Deum*, &c. & vers. 3. *Nam Deus——convertetur ad te*, &c. Ar.

3. *Reducet*, &c.] Mirè de hoc loco triumphant Judæi, se rursum ex captivitate sua liberandos, & reducendos in terram suam. Quibus cùm respondemus, impletum hoc in captivitate Babylonica, rursum objiciunt, Judæos tum non dispersos fuisse in quatuor plagas mundi, juxta v. 4. nec nisi duas tantùm Tribus rediisse. Sed falsum hoc esse patet ex Nehem. 1. 8, 9. & ex Ezr. 3. 1. *Et habitaverunt omnes Israelitæ*, &c [f]. Deinde, redibunt Judæi, & Christum recipient, in fine mundi [g]. Christus hanc congregationem spiritualiter præstitit, Joh. 11. 51, 52 [h]. ¶ *Et rursum congregabit te*, sic o'. Sa. vers. [וְשָׁב וְקִבֶּצְךָ] *Et revertetur*, (vel, *convertetur*, Ch.) *& congregabit te*, Mo. Notum est, verbum *revertendi*, quum construitur cum altero verbo sequente, adverbiascere, & idem esse quod *denuo*, *iterum* [i]. *Ut revertatur Deus cum conversione tua*, Sa. *Et pœnitebit se, colligétque te*, Sy.

4. *Fueris dissipatus*, [נִדַּחֲךָ] *Expulsus tuus*, Mo. A. Loquitur de singulis personis, & de omnibus tanquam de uno homine [k]. *Expulsio tua*, P. Ma. O.

a Ma. ex Jun. — b O. — c A. — d O. A. — † A. — f M. F. — g La. — h A. — i Ma. — k A.

6. *Circumcidet——ut diligas*, &c.] Beneficiorum scil. magnitudine. Effectum suum habuit Zorobabelis tempore & temporibus proximis, quæ rudimenta erant ad Evangelium; nè quis, cum Judæis quibusdam, hæc pertinere putet ad secula post resurrectionem [l]. Hebræi hoc referunt ad tempora Messiæ [m]: nempe, quòd tunc cor hominis non sit futurum instabile & ad malum propensum, sed solùm concupiscet quod justum est, &c. juxta illud, *Dabo legem*, &c [n]. *Circumcidet*: Exponunt, i. e. repurgabit vos vi sui Spiritûs, & ad suum obsequium reformabit [o]. Hæc autem est evidens pollicitatio gratiæ: promittit enim se esse facturum quod solet jubere ut fiat [p]. Promissio hæc est spiritualium beneficiorum per Christum. Confer Rom. 2. 29. & Col. 2. 11, 12 [q].

8. *Revertêris*] Vel, ad terram tuam, vel, ad Deum [r].

9. *Et abundare te faciet*, &c. sic Ch. Sa. A. [וְהוֹתִירְךָ וגו׳] *Et faciet superesse te in omni opere*, Mo. *benedicet te*, o'. *excellentem efficiet te bonis*, &c. JT. *perfrui te faciet*, Sy. *& augebit tibi*, &c. Ar.

11. *Mandatum hoc*, &c.] Hebr. *Quia*, &c. Annectunt cum vers. 8. *Facies*, &c. v. 8. *Nam mandatum*, &c. v. 11. Et v. 9. & 10. interjecta sunt per parenthesin *. Qu. De quo loquitur? Resp. 1. De Lege †. Propriè hic locus pertinet ad Decalogum; sed à Paulo transfertur eleganter & eruditè ad fidem [t], sensu accommodatitio [v]. Non placet V. Ma. A. Si de sola Lege sermo esset, frivolum fuisset argumentum, cùm nihilò sit factu facilior Lex Dei ante oculos posita, quàm si procul abesset. Moses igitur isto capite, ut & quarto, insignem Dei benevolentiam populo commendare studet, ut ex Rom. 10. 8. intelligimus, ex eo quòd eum in suam disciplinam & magisterium susceperat. Quæ commendatio à nuda Lege sumi non poterat. Nec obstat quòd hìc Moses de vita ad Legis regulam formanda concionatur: nam cum gratuita fidei justitia conjunctus est regenerationis spiritus. Itaque alterum ex altero colligit, quia Legis observatio est ex Christi fide [x]. 2. Loquitur de tota in genere Dei doctrina, quæ Evangelium sub se comprehendit, ut clarè ostendit Paulus Rom. 10. 8 [y]. quo nemo melior Mosis interpres: nec dubito Mosen & Paulum de una eadémque re loquutos, nempe, de doctrina Dei, & verbo fidei seu Evangelii [z]. Christum in Lege, licèt tectè, doceri constat ex Rom. 10. 2, 4. & Joh. 5. 46 [a]. Doctissimi quique Hebræi hoc caput ad regnum Christi pertinere tradunt. Vide ad v. 6. Sensus & Mosis & Pauli est, gratiam Spiritûs, justificationis, Evangelii, per sanguinem Christi prope nos esse, & in promptu omnibus propositam, si fide vivâ & plenâ per charitatem operante credamus in Christum, & ore eum confiteamur [b]. 3. De præcepto singulari resipiscentiæ; & hoc dixit ad discrimen innumerorum præceptorum Legis scriptæ [c]. ¶ *Non supra te*, &c.] Ut possis te excusare, quasi nequeas & nôsse quæ præcipiuntur, & effecta dare †. Mandatum hoc jam in monte datum est, & rursum à me propositum, & prolixè declaratum: nihil est quod jam excuses [d]. ¶ [לֹא נִפְלֵאת מִמְּךָ] *Non arduum* (*mirabile*, Mo. Ma. A. *occultum*, Ar. JT. A. sim. Sy. *separatum*, O. Ch. Sa.) *à te*, P. Mo. O. Ma. Non difficile tibi scire per fidem in Christum †.

12. *Nec in cœlo*] Ad hanc sapientiam consequendam nihil opus est Astrologiâ, qualem requirebant Magi & Chaldæi [f]. ¶ *Ut possis dicere*] Hebr. *ad dicere*, pro, *ut diceres*; sic v. 13. Vide similes phrases ad Gen. 6. 19 [g].

13. *Neque trans mare*] Non opus est ejus adipiscendæ causâ adire gentes longinquas, ut Ægyptii & Phœnices facere solebant [h]. Omnia occulta ab hominibus, quæ ipsi adipisci nequeant, vel in cœlis sunt, vel trans mare in remotis terræ locis [i].

14. *Juxta te est*] Habes Legem ad manum tibi [k]. ¶ *In ore tuo*] 1. i. e. In ore Levitarum, popularium tuorum, qui tibi frequenter recitant, & quasi in os ingerunt [l]. 2. *Ori tuo*, i. e. tibi, ut ore confitearis [m]; ut ore pronunciare possis [n]. 3. *Os*, per synecdochen, sumitur pro *facie*, seu *conspectu*, ut dicat, conspectui populi sui proposuisse se verbum, ut corde reciperetur

l G. — m M. P. G. — n M. — o Ma. ex Jun. — p Jun. ex Aug. — q A. — r Me. — * Ma. — † Ita He. in V. L. E. Me. T. — t F. — v Bo. F. — x V. — y V. A. — z Ma. — a A. — b Ma. — c Q. in Ma. — † Ma. ex L. — d E. — † A. — f G. — g A. — h G. — i ... — k ... — l F. — m A. — n M. T.

per fidem, atque ità perficiatur[o]. Aut testatur Moses Deum *in os & cor dedisse*, ut & fide ipsum apprehendamus, & cum fiducia confiteamur. Conversio autem verborum esse videtur: nam melior ordo futurus erat, si, præmissâ cordis fiduciâ, oris confessio subjecta foret, quæ ex ea nascitur †. ¶ *In corde tuo*] Sive, *cordi tuo*, i. e. ut corde credas[p]. *In corde* dicit, quia Legem cordibus Judæorum priùs inscripserat quàm tabulis lapideis[q]. Vel, *in corde*, ut memoriâ habere discendo possis[r].

15. *Vitam & bonum*] *Vitam*, ut finem, *bonum*, ut medium. Vel, *vitam*, i. e. Deum, qui est *vita tua*, v. 20†. *Bonum*, i. e. fœlicitatem[t]; *malum*, i. e. infelicitatem[v].

17. *Si aversum fuerit*, &c. sic Ch. Sy. וְאִם יִפְנֶה לְבָבְךָ] *Si averterit se* (vel, *retrospexerit*, M. Ti. vel, *translatum fuerit*, ο'. vel, *aspiciet*, Ma.) *cor tuum*, Mo. P. A. *si averteris ad cor tuum*, Ar. ¶ *Deceptus*, &c. וְנִדַּחְתָּ וגו] *Et propulsaveris te*, Mo. O. *& impellaris*, V. P. Ma. sub. *in errorem*, persuasionibus quibusdam: sic c. 4. v. 19[x]. *Errans* (vel, *impulsus*, Sa. Ti.) *adoraveris*, ο'. Sy. Sa. vers. *expelleris & adorabis*, &c. M.

19. *Cœlum & terram*] i. e. Angelos (& Deum, vide 1 Tim. 5. 21[y].) & homines[z]; & reliquas creaturas. Confer Jos. 24. 27. Psal. 50. 4. Esa. 1. 2[a].

20. *Ipse est vita tua*, [ità ferè omnes:] non formaliter, sed effectivè[b]; ut Johan. c. 17. v. 3[c]. הוּא חַיֶּיךָ] [At ο'. habent, *Hoc vita tua*; & Ar. *In hoc enim consistit vita*.]

CAP. XXXI.

1. *Abiit, & locutus est*] Nona libri Sectio hîc incipit, dicta וַיֵּלֶךְ[a]. Quò abiit? E domo sua in suggestum[b]. Vel, abiit, i. e. addidit loqui[c]. Hebræi enim per *egredi*, *abire*, *surgere*, sæpe intelligunt *incipere*[d]. Vel, *& ambulavit*, i. e. perrexit in cœpto sermone †.

2. *Non possum ingredi & egredi*] i. e. Fungi munere Ducis; egredi è castris ad militiam, & è militia *reverti* ad castra[f]. Qu. Cur non potuit? Resp. 1. Propter prohibitionem Dei[g]. 2. Præ senio. Obj. At non *caligavit oculus*, &c. Deut. 34. Resp. Esto; potuit tamen deesse ei robur corporis[h].

5. *Vobis*] Heb. *ante faciem vestram*: i. e. tradet in potestatem vestram[i].

6. *Confortamini*] Obedientia Dei auxilium impetrat[k]. ¶ *Non dimittet*, לֹא יַרְפְּךָ] *Non deseret te*, O. JT. *non remissè tecum aget*, vel, *non remittet auxilium suum à te*, vel, *non cessabit*[l].

9. *Scripsit*] Post promulgationem & pronunciationem[m]. Vel, *scripsit*, pro, *scripserat*, & *tradiderat*. Non enim servatur series rerum gestarum in Libris sacris[n]. ¶ *Legem istam*] i. e. Deuteronomium[o]: vel, à principio Genesis ad finem Deuteron[p]. ¶ *Sacerdotibus*] Ut Legem docerent[q]; archetypum autem servarent in Sanctuario. Infrà 26. Jos. 24. 26[r]. ¶ *Qui portabunt arcam*] Hoc fecerunt in actionibus celebrioribus, ut Jos. 6. 12, 13. & Jos. 3. & 1 Reg. 8 †. Licèt alioquin Levitarum hoc munus erat, ut constat ex Num. 3. & 4. & 10[t]. Additur hoc de Arca, quia in Arcæ latere hic liber ponebatur[v]. ¶ *Et senioribus*] q. d. Præsentibus senatoribus[x], & magistratibus, ut pœnis coercerent malè obsequentes[y], & ut exemplo præirent[z].

10. *Post septem annos*, מִקֵּץ שֶׁבַע שָׁנִים] *In principio septimi anni*. Vide cap. 15[a]. *Ab extremo*, &c. Est autem principium una extremitas anni[b]. ¶ *Anno remissionis*] Debitorum, Deut. 15. 1, 2, &c. ut à mundanis curis liberati, animos suos Legi applicarent[c]: ut tranquillo & hilari animo essent in Lege audienda. Vide Deut. 16. 13, 14, 15[d].

11. *Leges*] Qu. Quis leget? Resp. 1. Tu, ô Rex, vel Judex. Nam Mosi loquitur[f]. Rex ipse solitus Legem prælegere populo[g]. Non quidem universam, sed præcipua quædam, inquit Maimon. idque in atrio mulierum, quod capacissimum erat. Magnam vim habet ad Religionem extimulandi, si prima authoritas in populo illam agnoscit[h]. 2. Tu, ô Sacerdos, ut demonstrant adjuncta omnia: Jo. antiq. 4. 6[i]. 3. Tu, ô Israel. Præstabant hoc eorum præcipui, vel Sacerdos summus, ut Ezra, Neh. 8. 1, &c. vel, ipse Rex[k]. ¶ *Audientibus eis*] i. e. Elatâ voce[l].

12. *Et in unum—congregato*] Hæc est institutio synagogarum[m]. ¶ *Parvulis*] Nempe, qui intelligere poterant, Neh. 8. 3. licèt non tenerentur ad annua festa venire[n]. [Alii aliter:] *Quicunque liber est ab illo præcepto* Exod. 23. 17. *& ab hoc præcepto liber est*[o].

14. *Dies mortis*] Heb. *ad mori*, Ma. i. e. tibi, *ut moriaris*. De simili defectu personæ vide ad Gen. 6. 19[p]. ¶ *State in tabernaculo*] In atrio ante ostium[q], ubi Deus in columna stabat[r]. Tabernaculum ingredi soli poterant sacerdotes †. ¶ *Ut præcipiam ei*] i. e. Illi præcepta tradam, non per te, (ut hactenus feci,) sed per me, v. 23. Quod nunc primò fecit Deus[t]: tum ut Josuam confirmaret[v]; tum ut (præsentiâ suâ, L.) auctoritatem illi apud populum conciliaret[x].

16. *Fornicabitur*] Bene Rabbini hîc præscientiæ Divinæ testimonium notant; in qua multa esse non nisi sapientibus scrutanda, ait Maimonides[y]. ¶ *Post deos alienos*, אֱלֹהֵי נֵכַר] *Deos alieni*, sub. *populi*[z].

17. *Et erit in devorationem*, לֶאֱכֹל] *Ad comedere*, vel, *comedendum*: i. e. absumetur ab hostibus veluti panis[a]. Usurpatur passivè; quomodo *ferre*, Eccles. 3. 2. est *ferri*. Vide quæ ad Gen. 6. 20. & 16. 14[b].

18. *Abscondam*] Repetitur hic versus, ut mos est Prophetarum, quia plerumque locuti sunt cæcis & surdis; quibus non satis est aliquid semel dixisse[c].

19. *Scribite*] Vos, Moses & Josua: i. e. describendum curate[d]. ¶ *Pro testimonio*, sim. Ch. Sy. לְעֵד] *In testem*, Mo. A. sim. JT. Ar. *testando*, Sa. Quod, scilicet, vel eorum improbitatem & ingratitudinem coarguat, vel punitionem infligendam contestetur; nè se vel non de flagitio admonitos, vel de suppliciis non præmonitos, queri possint †.

21. *Respondebit ei*] Testabitur illos deliquisse, cùm viderint sibi ea mala accidisse[f]. ¶ *Scio cogitationes ejus*, אֶת־יִצְרוֹ אֲשֶׁר הוּא עֹשֶׂה] *Figmentum ejus quod ipse faciens*, Mo. *malignitatem eorum quæ faciunt*, ο'. *cogitationem eorum & quid ipsi faciunt*, Ch. *cogitationem ejus quam ipse fecit*, Sa. *figmentum ejus quod is sit facturus*, JT. *negotium ejus quod molitur*, Sa. vers. *propensionem eorum, & quicquid agunt*, Sy. *Figmentum* quod ipse apud se fingat & cogitet, nempe, postquam promissa consecutus fuerit, se talia facturum[g]. Sed hæc *imaginatio* antecedit cogitationes, ut constat ex 1 Paral. 28. 9. & 29. 18. Vide Gen. 6. 5[h]. *Imaginationem*, P. A. *creationem*, Caj. Indicat Deus etiam tum saltem nonnullos fuisse qui perversa cogitarent[i]. Scio hodie & ex nunc ingenium & propensionem hujus populi ad idola aliáque mala, quódque illa reipsâ facturus sit suo tempore[k].

24. *Scripsit*] Suâ manu[l].

25. *Præcepit Levitis*] h. e. Sacerdotibus, ex v. 9[m]. *Levitarum* nomen hîc est generis, non officii[n].

26. *Librum*] Vel, hoc Canticum[o]; vel, Deuteronomium[p]; vel, integrum volumen Legis, autographum[q]. ¶ *In latere arcæ*] Non intra, sed extra, Arcam[r]. In capsa †. Probatur. 1. Quia verisimilius est Arcam semel occlusam nunquam deinceps apertam: At hic liber Templo exportatus erat, 2 Reg. 22. & 2 Paral. 34. 2. Quia in Arca solas tabulas lapideas fuisse dicitur, 1 Reg. 8. 9[t].

27. *Contra Dominum*, עִם־יְהוָה] *Coram Domino*, Ch. *in Dominum*, Sa. *rebelles Deo*, Ar. vel, *Domino*, M. Ti. ¶ *Quantò magìs cùm mortuus fuero?* sic Ch. Sa. JT. A. וְאַף כִּי אַחֲרֵי מוֹתִי] *Quomodo ergò* (vel, *quomodo etiam*, ο', vel, *& etiam quia*, Mo. vel, *itidémque*, Sy.) *post mortem meam?* Ar.

CAP.

CAP. XXXII.

1. A*Udite*, הַאֲזִינוּ] Sic vocant decimam Sectionem libri, quæ hîc incipit[a]. *Auscultate*, Ma. V. Ar. Attentè audite: Nam *Hiphil* significatum intendit[b]. Hebræi scribunt Canticum hoc esse *summarium totius Legis*; facit enim mentionem de magnificentia Dei, de creatione, de uno Deo colendo, de generatione Diluvii, de divisione linguarum & terrarum, de electione Israelis, de beneficiis deserti, de futura resurrectione[c]. ¶ *Cœli & terræ*] Hæc appellat, 1. Quòd perpetuò durent, Moses autem & alii homines moriantur[d]. 2. Quòd per ea Deus judicia sua exsecuturus erat. Vide suprà 4. 26. & 28. 12, 23†. Ut innuat, quòd si non servarent præcepta Dei, nec cœlum daret pluviam, nec terra fruges; secùs, si servarent[f]. Gravissima hæc est contestatio: nam perinde acsi hominibus nullæ essent aures, ad elementa confugit. Sic enim loquitur Moses ut de re prodigiosa & stupenda, quæ mutis etiam elementis horrorem incutere debeat, quòd Israelitæ defecturi sint à Deo, à quo tot beneficiis ornati erant[g]. Æneas in Virg. lib. 12. *Esto nunc Sol testis & hæc mihi Terra precanti.* Deinde Latinus, *Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera, juro*[h]. Aliis *cœli* sunt Angeli, & *terra* homines, per metonymiam[i]. ¶ *Quæ loquor*] Heb. *& loquar*, P. A. ο'. V. Pro, *me loquentem*, H[s], V. vel pro, *quæ loquar*. Sic, *& præparabit*, Mal. 3. 1. est, *qui præparabit*, Marc. 1. 2[k]. *Et locutus fui*, in præter. ob certitudinem rei & celeritatem; q. d. Uno celerique cursu sermonem meum complebo[l].

2. *Concrescat*, יַעֲרֹף] Vertunt, *Stillabit*, P. Mo. O. Ma. Ar. A. pro, *stillet*, V. A. JT. Vel promissio est, vel votum[m]. *Stillet*, sub. *in corda Israelitarum*: q. d. Utinam doctrina mea non sit vana, sed fructum afferat[n]. Utinam eum fructum efferat oratio mea in vobis, quem proferunt pluviæ & ros in terra*. *Suavis sit*, Ch. *aspergatur*, Sa. Græci, προσδοκάσθω[o], (i.e. *exspectetur*[p].) Legerunt יערב[q]. ¶ *Doctrina mea*, sic Ch. Sa. Sy. A. לִקְחִי] *Assumptio mea*, Mo. vel, *acceptio*, Sa. vers. O. Ma. sive *disciplina*, O. JT. *promulgatio*, Ar. *eloquium*, ο'. *doctrina accepta*, Ma. A. Sic dicta, tum quòd à Deo accepta est, 1 Cor. 11. 23; tum quia ab hominibus accipienda tanquam à Deo, 1 Thess. 2. 13[r]. *Perceptio, institutio*, quâ quis capitur, vel, quæ accipitur à discipulo ex ore præceptoris†. ¶ *Fluat*, תִּזַּל] *Stillabit*, P. A. Traditio verbi *stillationi* confertur, Ezec. 20. 46. & 21. 2[t]. *Fluet*: Vide Jud. 5[v]. *Defluat* in animos audientium, *ut ros* gratissimus & fœcundans[x]. *Suscipiatur sicut ros*, Ch. in V. ¶ *Quasi imber*, sic ο'. Sa. כִּשְׂעִירִם] *Sicut pili*; i. e. tantâ copiâ, quemadmodum pili[y]. *Sicut pluviæ tenues*, Ar. JT. A. K. in M. Caj. Instar pilorum, quomodo cadit[z]. Potest verti, *imber*, vel *pluvia procellosa*, A. ità Ti. M. à שַׂעַר *procella*; ut indicet doctrinam Legis eo modo traditam: Heb. 12. 18[a]. Al. *spiritus & turbo*, He. post Ch. in M. *Sicut venti pluviæ, qui perflant super gramen*, Ch. in V. *Sicut venti*, Sy. *Stillæ densæ*, vel *horridæ*, quæ continuè decidentes horripilationem afferunt[b]. *Tanquam tenues guttulæ*, Pi. ¶ *Super herbam*, דֶשֶׁא] *Herbam recentem & teneram*, F. M. Vide Gen. 1. 11. V. ¶ *Et quasi stillæ*, sic ο'. Sy. Ar. Mo. Sa. כִרְבִיבִים] *Ut imbres*, JT. A. *sicut pluvia horrida*, Caj. vel *vehemens*, V. *imber* densus & minutus, V. *pluvia major & vehemens*, quæ cadit cum violentia instar sagittarum[c]. *Tanquam densæ guttæ*, Pi. *sicut guttulæ imbris serotini*, Ch. in V. *Ut depluitiones*, quæ lentè & assiduè cadunt, quarum guttæ cerni possunt. A multitudine dicuntur[d]. ¶ *Super gramina*, עֵשֶׂב] *Herbam*, O. Ma. nempe, *grandiusculam*, M. Multis verbis eandem rem dicit: q. d. Utinam sermo meus non sit inutilis in vobis†.

3. *Quia nomen Domini invocabo*, sic Mo. כִּי שֵׁם יְהוָה אֶקְרָא] *Quando oro*, &c. Ch. sim. Sa. *Quia vocavi*, &c. ο'. *Quia invocabo*, Sy. nempe, ut faciat doctrinam meam proficere, ideo *stillabit*, &c[f]. Invocatio numinum Poetis familiaris, qui à Mose hoc accepisse videntur. *Ab Jove Musarum primordia*, Aratus[g]. Alii, *Quoniam nomen Jehovæ celebrabo*, V. vel, *proclamabo*, vel, *prædicabo*, A. vel, *cantabo*, V. i. e. Cantabo de invocando & colendo uno solo Deo, contra idololatras futuros in populo meo[h]. [At Ar. sic, *Quia vos voco in nomine Dei.*] ¶ *Date magnificentiam*] Vel, *magnitudinem*, P. V. i. e. Magnificate[i]. i. e. Nolite ullum alium Deum colere, aut ulli quicquam majestatis aut potestatis tribuere, nisi uni Deo nostro; hujus solius est majestas, magnitudo, &c. Alii sic; *Quoniam nomen Domini prædico*, vel *celebro*, *magnificate interim Deum*, sub. *in cordibus vestris*. Hîc est finis præfationis. Alloquitur omnes auditores[k].

4. *Dei*, הַצּוּר] Τὸ צ hîc est 13. litera magna, quòd hîc primùm Deus vocetur *Petra*, *Rupes*[l]; ob stabilitatem & immutabilitatem[m], & perseverantiam, quia stat promissis suis[n]; & potentiam[o]; & quia in Deo tutò consistimus, ei fidentes[p]. *Rupes illa.* Nominativus absolutè positus. *Quod attinet ad rupem illam*[q]. ¶ *Perfecta sunt opera*] [Sim. ferè omnes; at ο'. *veracia*.] Culpari nequeunt[r]. Opera & creationis, & redemptionis†. Deus cœpta consilia nunquam revocat, sed semper perficit[t]. Dicit *opus Dei perfectum*, quoniam implevit quod promiserat Patribus[v]. Aliis *opus* hoc Lex est, quæ perfecta est[x]. [Porrò hæc verba præcedentibus adjungunt; *Petræ*, vel *Rupis*, *illius opus perfectum* (vel, *solidum*, Ti.) *est*, JT. *Dei perfectum est opus*, Sa. *Fortis, cujus opera perfecta*, Ch.] ¶ *Viæ*] i. e. Administrationes, facta[y]. ¶ *Judicia*] Heb. *judicium*, *jus*, Ma. vel, *in judicio*, V. i. e. justæ & æquæ semper[z]. ¶ *Deus fidelis*: in promissionibus[a]: אֵל אֱמוּנָה] *Deus fides*, V. Ma. *Deus veritas*, P. *fortis & stabilis*, O.

5. *Peccaverunt ei, & non filii ejus—generatio prava*, &c. שִׁחֵת לוֹ לֹא בָּנָיו מוּמָם דּוֹר עִקֵּשׁ] Difficilis est locus propter dictionum ordinem inversum[b]. [Variant.] *Corruperunt se*, P. vel, *sibi*, Os. in Boot. G. (supple, *viam suam*, G.) vel, *illi*, Aq. in Boot. Vel, *Corrupit se*, JT. Pi. A. De populo loquitur tanquam de uno homine[c]. *Corrupit se illi*, i.e. in ignominiam illi, scil. *Deo*[d]; vel, *contra illum*, Pi. A. M. vel, *coram illo*, A. vel, *erga illum*, Sym. in Boot. לוֹ est dativum expletivum, Hebræis frequentissimum†. Vel, *in ignominiam suam*, h.e. quod est illi probro[f]. Q. statuunt *anomaliam constructionis* in numeris, per quam שִׁחֵת construunt cum בָּנָיו. Ità Græci, ἡμάρτοσαν οὐκ αὐτῷ τέκνα μωμητὰ, &c. Quæ ab Hebræis mirè abeunt, acsi legissent לֹא לוֹ, cùm tamen constantissima omnium codicum lectio, firmata etiam à Masora, sit לוֹ לֹא; & quasi pro בָּנָיו מוּמָם, legissent בְּנֵי מוּם. Græcos tamen ferè sequitur Syrus; *Corruperunt*, (*seipsos* subintelligit Gregorius Syrus,) *& non ipsum.* Ità & Ar. & Ch[g]. *Corruperunt sibi, non ei*, Ch. h. e. Seipsos perdiderunt, non Deum: Sibi potiùs quàm Deo nocuerunt[h]. Mihi שִׁחֵת construitur cum מוּמָם, quod est nom. casûs, & regit בָּנָיו, quod est accusativ. hoc modo; *Non filios ejus, stirpem hanc pravam & perversam, suum ipsorum vitium corrupit sibi.* Sic nulla vis infertur verbis Hebraicis, & sensus fit perspicuus & emphaticus. Quod magis etiam apparebit, si activum resolvas in passivum, &c. hoc modo; *Hi falsi filii corrupti sunt suo ipsorum vitio*: Omnis in ipsis culpa hæret, non in Deo, qui justus est & rectus, &c[i]. *Ab hoc, vitio suo degenerârunt, non dicam filii ejus, sed perdita & profligata natio*, Ca. *Corrumpendi* verbum ferè usurpat Scriptura ubi de idololatria loquitur[k]. *Corruptio* hîc innuit & *peccatum* eorum, ut Gen. 6. 11. præcipuè idololatriam, ut v. 15, &c. & *exitium*, ut Gen. 6. 13. Opponitur hæc *corruptio perfectioni operis Dei*[l]. Alii conjungunt שִׁחֵת cum דּוֹר, *Generatio prava—corrupit se*, &c. Ità JT. & Ti. & Rob. Stephanus in Boot. F. V. Alii subaudiunt, *Israel*; ità Pi. Israel verò *corrupit se*: ità A. Ang. ¶ לֹא בָּנָיו מוּמָם] [Variant.] Q. per appositionem ponunt. *Generatio prava, qui non sunt filii ejus, corrupit se in ignominiam suam*, F. V. Al. *Non filii ejus, macula eis*, O. vel, *maculis suis*, M. vel, *macula eorum*, P. Belg. Mo. nempe, *est*, Belg. Al. *Non* sunt *filii ejus suâ ipsorum culpâ*, Q. in Boot. *Corruptè egit contra ipsum generatio prava, qui non sunt filii ejus, idque est ipsorum vitium*, AE. in Boot. Al. *Non pertinent ad ipsum, filii maculati*, Sa.

Marginal notes (left column): a V. — b Ma. — c M. F. V. — d M. F. V. — e ex He. G. — † G. — f M. F. V. ex He. — g V. — h G. — i Ma. — k A. — l Ma. — m A. — n V. — * Jun. — o G. — p A. — q G. — r A. — † Ma. — t A. — v O. A. — x V. — y O. — z A. — a A. — b Q. in Ma. — c A. — d Ma. — † V. — f O.

Marginal notes (right column): g Ma. — h V. — i Me. V. — k V. — l Ma. — m V. A. — n V. — o A. — p Ma. ex Jun. — q Pi. — r V. A. — † A. — t La. — v O. La. — x Q. in O. — y A. — z V. Ma. — a V. — b F. V. — c A. — d F. V. — † Bootius animadvers. sacr. 4. 5. — f F. V. — g Boot. ib. — h F. ità K. in M. — i Boot. ib. — k F. — l A.

vel, *filii mixtionis*, Sa. verſ. Al. *Non filios ejus*, i.e. in-
dignos eo nomine, *ſuum ipſorum vitium corrupit*, Boot.
Al. *Non* eſt *filiorum ipſius vitium eorum*, Pi. JT. *Eo-*
rum macula non eſt macula *filiorum ejus*; i.e. non in-
firmitas, qualis in Dei filiis; ſed hi nolunt à peccatis
m A. ſuis revocari [m]. De illis futurum aſſerit, quòd non
ſint manſuri in ſana doctrina & vero cultu Dei: adeó-
que jam non ſunt filii, propter fœditatem & vitio-
ſam religionem à ſe repertam; ſed ſpurii, gens adul-
n V. tera, ut eos Chriſtus vocat Matt. 12. 39 [n]. ¶ *Prava*,
עִקֵּשׁ] *Perverſa, fallax*, Ma. Opponitur *rectæ*, Eſa. 42.
16. ¶ *Perverſa*, פְתַלְתֹּל] Qui ſe invertunt &
o A. inflectunt ad inſtar luctantium [o]. Nomen gemina-
tum ſignificat verſutiæ duplicationem, q. d. *diſtortiſ-*
p Ma. *ſima* [p].
6. *Hæccine reddis Domino?* הֲלַיהוָה תִּגְמְלוּ זֹאת] 'ה
ה prius eſt 14. litera magna. Denotat immanem eorum
q Ma. & plùs quàm feralem ingratitudinem [q]. *An hoc Je-*
hovæ redditis? V. ο'. Ti. Fut. Heb. pro præſ. Vide ar-
r V. dentiſſima & vehementiſſima verba [r]. ¶ *Stulte*, נָבָל]
Defluens, marcide, languide, exhauſte, inſulſe, Ma. Eum
denotat cujus intellectus & judicium planè emarcuit
† A. & depravatur †. ¶ *Qui poſſedit te*, קָנֶךָ] *Compa-*
ravit, vel *acquiſivit*, *te*, V. ſim. O. A. Ma. *poſſeſſor*, *do-*
minus, A. Qui te aſſeruit in libertatem ex Ægyptiaca
t V. ſervitute [t]. Non pecuniâ, ſed pretio miraculorum, te
v Ma. redemit [v]. *Nidificator tuus*, qui nidum tibi poſuit Ter-
ram promiſſam; vel, qui te in nido excluſit, fovit, a-
*Q. in Ma. luit [*]. ¶ *Et fecit*, עָשְׂךָ] *Factor tuus*, Ma. i.e. Fecit
x O. te ſibi populum [x]. Vel, *facere* ponitur pro *magnifi-*
y Ma. A. *care*, (vel *exaltare*, A.) ut v. 15. & 1 Sam. 12. 6 [y].
z A. Confer Eſa. 43. 7. Marc. 3. 14 [z]. ¶ *Et creavit*,
וַיְכֹנְנֶךָ] *Et formavit* ac conſolidavit, quaſi puerum
a O. quem genuit [a]. Et *paravit*, M. Ma. V. *Concinnavit*,
b V. *adaptavit*, arte ſcil. indicibili [b]. *Stabilivit*, ut in ejus
c A. gratia permaneres [c]. *Firmavit*, O.
7. *Dierum antiquorum*, עוֹלָם] *Seculi*, Ma. Mo.
perpetuorum, P. *priſcorum*, Ti. Sign. propriè *tempus oc-*
d O. *cultum*, cujus non eſt memoria [d]. *Præteritorum*, O.
† A. Hi teſtabuntur de gratia Dei erga populum ſuum †.
q. d. Ab eis diſces te ab initio electum à me, nempe,
f O. tempore Abrahæ, Gen. 12 [f]. Incipit ex ordine nu-
merare beneficia in populum ingratum collata & per-
g V. dita [g]. ¶ *Generationes ſingulas*, דּוֹר וָדוֹר] *Gene-*
rationis & generationis, P. A. i. e. omnis generationis,
ut Pſal. 89. 2. Sic, *die & die*, Eſt. 3. 4. eſt, quolibet die;
&, *civitate & civitate*, Ezræ 10. 14. i. e. quâlibet civi-
h A. tate [h]. ¶ *Dicent tibi*] Beneficia quæ ſequuntur [i].
i Me. 8. *Quando dividebat Altiſſimus gentes*, בְּהַנְחֵל] *Cùm*
hæreditare fecit, V. P. O. Ma. Cùm diviſit regiones
k F. V. A. cunctis gentibus [k]. Vide Deut. 2. 5, 9. Amoſ. 9. 7.
l A. Act. 17. 26, 27 [l]. Factum hoc Gen. 10. 11 [m]. in Ba-
m A. Ma. bel, Me. T. Bo. ¶ *Separabat*] Diſtinxit, in fa-
n A. milias, & populos, & linguas [n]. ¶ *Conſtituit termi-*
nos populorum juxta numerum filiorum Iſrael] [Ità om-
nes præter ο'. de quibus ſtatim.] Etſi Iſrael nondum ex-
ſiſteret, de eo Deus cogitabat, & habitationem illi præ-
o T. ex Bo. parabat [o]. Jam tum decreverat dare illis terram 7
p F. V. Me. populorum [p]. Vel, Tunc dedit ſeptem gentibus tan-
q M. V. O. tam regionem quæ numero filiorum Iſrael ſufficeret [q].
Me. T. Bo. A. Primum beneficium eſt, quòd cùm Deus ſit omnium
gentium Deus, non tamen omnes elegit ſibi in popu-
lum; ſed poſuit limites, ut ſolùm ubi filii Iſrael eſſent,
ibi eſſet populus ejus; & ubi finiretur eorum limes,
ibi ceſſaret populus Dei, & inciperent termini Genti-
r V. um [r]. Aut, Conſtituit tunc Iſraelitis terminos certo-
† O. rum populorum, i. e. Cananæorum †. ¶ *Secun-*
dùm num. fil. Iſr.] i. e. Ità ut ſpatium magnum at-
tribueret filiis Iſraelis, pro magnitudine numeri eo-
t Pi. rum [t]. Quanquam & proportio eſt inter 70 gentes
numeratas Gen. 10. & 70 animas Iſraelitarum, Gen.
46. 27. Deut. 10. 22. Al. ſic; *juxta numerum Ange-*
lorum Dei. Ità ο'. tranſtulerunt, nè offenderentur Eth-
nici, quòd Iſrael cum 70 nationibus componeretur.
Et Hebræi exiſtimabant fuiſſe 70 Angelos præcipuos,
v A. præfectos 70 nationum [v]. [Alii ſic;] Tam longè eos
diſperſit, ut nuſquam tam multi eſſent, quin Iſrae-
x G. litæ illis poſſint prævalere [x].
9. *Pars Domini populus ejus*] [Ità plerique. At Sa.

vertit, *Nam diſtribuit Dominus populum ſuum Jacobum*,
&c. Sic חֵלֶק pro Verbo accipit.] Senſus eſt, Neque
hoc contentus, voluit eum eligere in populum, &c [y]. y Ma.
q. d. Non eſt mirum quòd, expulſis illis populis, de-
dit Iſraeli terram eorum; ſunt enim hi populus Dei
peculiaris & unicus [z]. ¶ *Jacob*] Eſt nomen infir- z V.
mitatis ejus: Amat nos Deus infirmos & indignos [a]. a A.
¶ *Funiculus*, חֶבֶל] i.e. *Hæreditas*; ſic dicta, quia
funiculis dividebantur hæreditates [b]. b M. V. O. Ma. A. Me.
10. *Invenit eum in deſerto*, יִמְצָאֵהוּ וגו'] 1. *Depre-*
hendit eum, V. Aq. & Th. in G. M. Sy. A. Ma. *Invenit*,
O. non fortuitò, ſed ex deſtinato [c]. Inducitur Deus c Me.
more ſponſi ſponſam quærens, nactúſque eam in de-
ſerto, ſibi copulavit [d]. Jacobo apparuit in nube cùm d Bo.
erraret in deſerto, & cœpit eum deducere. In Sinai
pepigit fœdus cum eo. Iſtud eſt alterum beneficium †. † V.
Veluti rem ad nullius poteſtatem attinentem primus
occupando ſibi vendicavit: quod non in Ægypto, ſed in
deſerto, evenit, ubi primùm gloria cœpit multitudini
apparere [f]. Non ſupputat tempus in Ægypto, quia, f F.
1. nondum erat erectus in populum: 2. tunc multis
vitiis involutus erat. Lege Ezec. 16 [g]. *Inveniet*, &c. g O.
Fut. pro præt. vel more poetico, vel, reſpectu decre-
ti Divini [h]. Quærit Deus, & invenit populum ſuum h Ma.
tanquam oves errantes, Eſa. 53. 6. Pſal. 119. 176 [i]. i A.
Aliis non placet hæc verſio; quia Deus non ibi invenit
eum, ſed potiùs ipſe in deſertum adduxit [k]. 2. Alii, *Suf-* k Q. in Ma.
ficiet ei, vel, *ſufficienter dedit ei neceſſaria, in deſerto*, Ch.
in F. ità ο'. in A. & Caj. מָצָא ſign. & *ſufficere*, Num.
11. 22 [l]. ¶ *In loco horroris*, וּבְתֹהוּ] *In ſolitudi-* l A. Ma.
ne, P. *vaſtitate*, Mo. Vide Gen. 1. 2. Ma. *Vacuitate*, A.
¶ *Et vaſtæ ſolitudinis*, יְלֵל יְשִׁמֹן] [Variant.] *Jelel*
eſt nomen proprium [m]. Al. in loco *ululatûs*, A. Mo. vel, m Q. in O.
in ejulatu, Ma. Sic dicitur, quia ibi ululare ſolent vel
ululæ [n], vel feræ [o], vel venti [p], vel homines præ ino- n O.
pia [q]. *Jeſimon* vel eſt, 1. nomen proprium deſerti o A. Ma.
cujuſdam [r]. Ità Num. 21. 20†. & Num. 23. & 1 Sam. p Ma. q A.
23. & Pſal. 68. & 78 [t]. Vel, 2. ſign. *ſolitudinem*, vel r Ità O. Sy. A.
deſertum: ità P. Mo. M. Caj. Ma. A. *In ululatu ſolitu-* † A.
dinis, Hypallage, pro, *ſolitudine ululatûs*, i. e. ubi au- t O.
diri ſolent ejulatus, &c [v]. Al. *ululatæ ſolitudinis*, Ma. v Ma.
In loco inaquoſo, Ch. & ο'. in A. ¶ *Circumduxit eum*,
ità Sa. Ar. JT. A. יְסֹבְבֶנְהוּ] *Circuire fecit eum*, P. O. A.
Ma. V. M. nempe, in deſerto, circa terram *Seir* &
Moab, &c [x]. *Circuivit eum*, O. A. ο'. in A. ſcil. cuſtodi- x O.
endo & invigilando [y]; amore & providentiâ ſuâ. Con- y O.
fer Pſal. 32. 7. Et Jer. 31. 32. ſumitur pro, *amorem*
alterius ambire [z]. *Collegit eum & amplexatus eſt*, Sy. z A.
Al. *Collocavit eos in circuitu majeſtatis ſuæ*, Ch. in A.
Reſpicere poteſt ſitum caſtrorum circa Tabernaculum
Dei [a]. ¶ *Et docuit*, יְבוֹנְנֵהוּ] *Intelligere fecit*, P. a A.
Futurum quadratum auget ſignificatum [b]. Circum- b Ma.
ducendo eum docuit: Vexatio enim dat intellectum.
Multa etiam miracula ibi viderunt [c]. *Docuit eos ver-* c O.
ba Legis ſuæ, Ch. ¶ *Quaſi pupillam oculi ſui*, כְּאִישׁוֹן]
Sicut nigredinem (*viſum*, A.) *oculi*, Ma. A. ab אִישׁ
vir, vel ab אִשָּׁה *vira*; quòd in nigro oculi imaguncu-
læ eorum conſpiciantur [d]. q. d. Diligentiſſimè cuſto- d Ma.
divit †. Confer Pſal. 17. 8. & Zach. 2. 8 [f]. † Mo. A.
11. *Sicut aquila*] Magnus eſt amor omnium erga f A.
pullos ſuos, maximus tamen aquilarum, teſte Hi. in
65. Iſa. & Homero in Odyſſ. π' [g]. ¶ *Provocans*, &c. g Bo.
יָעִיר קִנּוֹ] *Quæ excitat* (vel, *provocat*, V. vel, *tegat*, ο'.
volat ſuper, Sy. *feſtinat ad*, Ch. *ad volatum concitat*, Ar.)
nidum, M. V. P. Ti. Targ. Jeroſ. A. i. e. pullos in ni-
do; continens pro contento [h]. *Nidus non ſolùm do-* h V. A. BA.
micilia avium, ſed & fœtus, ſignificat, ait Nonius, c. 7.
ſect. 63. ex Virgil. Georg. l. 4. *Ore ferunt dulcem nidis*
immitibus eſcam [i]; i. e. crudelibus pullis, ait Servius. i Ma.
Ità *Columella* in *Horto*, *Veris & adventum nidis cantâ-*
rit hirundo: Unde Gloſſa, *Nidus, pullus* [k]. Aquila pro- k BA. 2. 5.
vocat pullos ad volandum, vel exemplo ſuo, vel hâc 3. 177.
arte, ut Synesius in Dione docet; Pullos paulò firmi-
ores factos in altum ſublatos demittit, ut neceſſitate
adacti volare cogantur. Sic Hebræos, cùm Ægypto
quaſi nido incluſi tenerentur, nec auderent egreſſum
tentare, Deus quaſi ad egreſſum invitans per Moyſen,
& Divinæ erga ipſos protectionis ſigna exhibens, tan-
dem effecit ut ex Ægypto evolarent [l]. Ut aquila ela- l Bo.
more

more pullos excitat, ità Deus Hebræos stertentes ver-
m A. bo suo, &c [m]. Docuit eos volare, i. e. fidere in illum.
n V. Vide c. 8 [n]. ¶ *Super eos volitans*, עַל־גּוֹזָלָיו יְרַחֵף]
Super pullos suos cubavit, P. V. O. *incubat*, Ch. Sy. JT.
vel, *motabit*, Mo. O. vel, *volitat*, Sa. Ar. vel, *contremi-*
scere faciet, Ma. Vide Gen. 1. 2. Ma. A. Cujus collati-
one patet hîc significari motus Sp. Sancti in cordibus
o A. populi [o]. Vis illa Spiritûs eos, alioqui immorigeros,
p BA. 2. 2. 4. p. 183. ad obsequium inflexit [p]. Vox propriè sign. *alarum*
extensionem quæ fit cum motitatione. Itaque Propheta
post יְרַחֵף addit יִפְרֹשׂ כְּנָפָיו, *alas suas extendit*, quia non
motitat alas aquila nisi extensas. Quid? quòd aquilæ
tam naturalis est motus alarum; ut pulli etiam inter
edendum perpetuò alas agitent; ut tradunt Arabes
q BA. c. 3. p. 178. in *Damire* [q]. Ità expandit Deus alas providentiæ.
Vide Ruth 2. 12. & Psal. 17. 8. & 36. 8. & 57. 2. &
61. 5. *in occulto alarum.* Quod significabat nubes eos
r BA. pag. 183. obtegens, Num. 14. 14 [r]. Extendit alas potentiæ suæ
adversùs Ægyptum, & pro Israele, ut aquila *extendit*
† A. *alas*, &c. quo docet pullos volare †. ¶ *Portavit in hu-*
meris, עַל־אֶבְרָתוֹ] *Super alam suam*, P. V. O. Ma.
t Me. Peculiare hoc est aquilis [t]. Aliæ aves, cùm pullos
v Me. ex Bo. transferunt, unguibus apprehendunt [v], quòd avium
aliarum insidias quæ altiùs volant pertimescant: At
aquila in alis portat, secura quidem ab aliis avibus, at
non secura à telis infernè emissis, ut ob id seipsam
x Bo. L. malit objectu corporis periculo exponere quàm pullos [x].
y L. Ità Deus posuit se inter Ægyptios & castra Israelis [y].
z A. *In alis* etiam, i. e. leniter, nè eos lædat [z]. Notandum
Ecclesiam sub V. & N. T. pullis conferri, quos mater
sub alis fovet & tuetur. Mater illa in Lege est *aquila*,
adumbrans potentiam quâ Deus eos ex Ægypto edux-
a BA. 2. 2. 4. 183. it; in Evangelio, *gallina*, Gratiam significans, &c [a].
12. *Dominus solus dux*] Vel, *solus duxit*, Sa. Sy. Ar.
JT. A. [At Ch. *Dominus collocabit eum seorsum*; & Sa.
vers. *duxit eum separatim.*] ¶ *Non erat cum eo*]
Ità Sa. Ar. JT. *cum iis*, ό'. *Non stabit in conspectu ejus*, Ch.
Non adjuvit eum, V.
13. *Constituit eum super excelsam terram*] Excelsam,
b L. M. vel, 1. situ, quia altior reliquis terris [b]. q. d. In sum-
ma parte orbis, quòd Terra sancta sit in medio clima-
c V. te mundi [c]. Vel, 2. potiùs, loci fertilitate [d], & ex-
d Me. † Ca. cellentiâ †. ¶ Heb. יַרְכִּבֵהוּ עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ] *Equitare*
fecit (vel, *faciet*, V. Ma.) *super excelsa terræ*, Sa. Mo. O.
JT. A. *Equitare* sæpe sumitur pro *vincere*, & *subjicere*;
ut Psal. 45. 4. & 66. 12. Revel. 6. 2. & 19. 11, 14. Et
per *excelsa terræ*, scil. *Canaan*, sign. montes & civita-
tes muratas. Vide Deut. 1. 28. & 33. 29. & Esa. 58.
f A. 14 [f]. *Super fortitudinem terræ*, ό'. Ch. Sy. *super nobi-*
les terræ, Ar. Q. vertunt per futurum, quia est pro-
g V. phetia [g]. Alii per præteritum; vel, more propheti-
h Bo. co [h]; vel, respiciendo tempus Cantici decantandi [i].
i Bo. Me. ¶ *Mel de petra*, &c.] q. d. Ibi nullus locus infœcun-
k V. dus, etiam in rupibus olivæ & mel [k]. Quæ loca alibi
† Bo. infœcunda, hîc eximiâ fœcunditate præstant †. Tan-
ta ibi mellis copia, ut apes etiam in petris spontè mel-
l T. ex La. lificent [l]. Quod alibi etiam factum [m]. Vel, sign. mel-
Bo. Me. litos fructus (ut dactylos, &c.) super palmas crescen-
m Me. n A. tes in petrosis locis [n]. ¶ *Oleumque de saxo*] Olivæ
o Me. T. inter saxa mirè fructificant [o]. Tybur enim in monte
La. situm oleis & olivis optimis abundare notum est [p]. Alii
p La. jungunt cum versu sequenti. Ità Sy. & Ar. Ver. 13.
lactavit eum melle, &c.—v. 14. & *butyro*, &c.
14. *Butyrum*] Supple, *edendum ei dedit*, Pi. vel, *fe-*
cit ut comederet, V. Poeticâ phrasi opulentiam descri-
q V. bit [q]. ¶ *Cum adipe agnorum*] Dices, Esus adipis
r Bo. BA. illis interdicebatur, Lev. 3. 16, 17 [r]. Resp. 1. H[s] est,
† V. pro, *cum agnis pinguibus* †. Nomine adipis hîc, ut ali-
t T. ex Bo. bi, sign. pinguissima & optima [t]. 2. Adeps ille pro-
hibebatur quo teguntur exta, renes & ilia, Levit. 3. 9,
10. & (ut per analogiam concludunt Hebræi) qui car-
nem ambit; non qui in media carne latet, & ab ea
v BA. 1. 2. 45. 471. ambitur: Maimon [v]. Conjunctum adipem, nec fa-
cilè à carne separabilem, comedere potuisse probavi-
x Bo. mus ad Levit. 3. 16 [x]. ¶ *Et arietum filiorum Basan*]
h. e. Electissimorum. Hinc *taurus*, *aries*, &c. *Basan*
à LXX vertuntur ferè semper, *pinguis taurus*, *aries*,
y T. ex Bo. &c [y]. Imò ipsam vocem *Basan* pinguedinem signifi-
care docet Hi. in Esa. 33. Quod, licet Hebræos latuit,

verum esse ex Arabibus scimus, qui sic exponunt [z]. z BA. 1. 2. 48. 532.
¶ *Cum medulla tritici*] i. e. Optimo tritico [a]. Heb.
cum adipe renum tritici, i. e. granorum, quòd renibus
sint similia [b]. *Cum adipe pinguissimi* (vel, *delicatissimi*, Ti.) a Bo. Me.
tritici, M. *Farina* purissima vocatur *adeps*, & hîc, & b V. A.
Psal. 81. 17. & 147. 14 [c]. *Cum medulla similaginis tri-* c A.
tici, Ar. ¶ *Et sanguinem uvæ*] Uvarum succum, à
colore, sic vocat [d]. ¶ *Meracissimum*, ità M. *meracum*, d V.
Ti. חָמֶר] *Merum*, V. A. Mo. Sa. Per appositionem
positum; h. e. vinum optimum & rubrum †. *Ru-* † V.
brum, scil. *vinum*; ut Psal. 75. 8. Esa. 27. 2 [f]. *Bibisti* f A.
merum vinum, A.
15. *Incrassatus est*, וַיִּשְׁמַן] *Impinguatus est*, P. O.
&c. *dives factus est*, Ch. ¶ *Dilectus*, ità ό'. יְשֻׁרוּן]
Jesurun hîc est *Israel*: ità omnes He [g]. Sic dictus, g M. Ch.
vel, 1. à שׁוֹר *taurus*, cui confertur à Mose ob saginati- in A.
onem, &c [h]. Moses de industria videtur formâsse vocem h Q. in
inusitatam: q. d. Israel debebat esse *JESCHURUN*, Ma.
i. e. *rectus*, ad rectitudinem à Deo vocatus; sed est
SCHOR, taurus, quia instar tauri saginati recalcitravit.
Ità *ὑπαίνιξις* est, &c [i]. Vel, 2. à שׁוּר *aspicere*, quòd i Pi.
Israel viderit gloriam præsentiæ Divinæ [k]. Vel, 3. k Q. in
à יָשָׁר *rectus*. Ità vertunt Sa. Mo. O. Ti. P. Caj. in Ma. A.
Bo. A. M. V. q. d. *rectulus*, Bo. *qui rectus esse debebat*, M.
Populus rectus & justus per vocationem [l]. Qui recta l A.
judicia Dei, certam fidem & religionem, habue-
runt [m]. Vel, ironicè dicitur; q. d. nihil minùs quàm re- m Ma.
ctus [n]. Vel, diminutivum est curtatum ex ישראל, n Ma.
quomodo infantes alloqui solemus [o]. ¶ *Recalcitravit*] o G.
Ità A. P. BA. nempe, in Legis stimulos, quibus ad officium
urgebatur [p]. *Protervus factus est*, Sa. ¶ *Incrassatus*, עָבִיתָ] p BA. 1. 387. 65.
Condensatus fuisti, Ma. *contraxisti crassitiem*, V. In lingua
Æthiopica עבי sign. *superbire*, *elatum esse*; ut Luc. 1. 46,
51, 52 [q]. ¶ *Dilatatus*, כָּשִׂיתָ] *Obtectus est*, Sa. vel, q Di.
decoratus, Sa. vers. *possedit opes*, Sy. vel, *substantiam*, Ch.
adipe obductus est, M. Ti. *Operuisti*, P. V. O. A. Mo.
scil. *adipe*, ut paulò plenior est locutio Psal. 17. 10 [r]. r V.
Nimirum, vel, *faciem*, ut integra habetur locutio Job.
15. 27 †; vel, *cor tuum* [t], seu, *animum tuum*, qui penè † V.
suffocatus fuit, adeò ut nihil intelligas; vel, *renes* t A.
tuos, seu, *carnes tuas* [v]. ¶ *Et recessit à Deo*, ità ό'. v Ma.
וַיְנַבֵּל] [Variant.] *Ac floccifecit*, *vilipendit*, V. A. P. Mo.
Sa. *contumeliis affecit*, Sy. *Depressit*, vel, *deprimere conatus*
est, sub. *à magnitudine sua*, He. in V. *Corde & ore blasphe-*
mavit, AE. in M. *Cadere fecit*, vel, *dejecit*, vel, *deturpa-*
vit, scil. *cultum Dei*, O. *Defluere* (*marcescere*) *fecit*, i. e. nul-
lum robur & præsidium in Petra esse existimavit [x]. x Ma.
Stultum fecit, M. *Ingratus fuit petræ*, Ti. *Rejecit fulcrum*
auxilii sui, Ar.
16. *Provocârunt eum*] Ad zelotypiam, i. e. ad iram.
Nam *zelotypia est furor hominis*, Prov. 6. 34 [y]. y A.
17. *Dæmoniis*, [ità ferè omnes,] שֵׁדִים] Spiritus
sunt ex aquis prodeuntes [z]. *Devastatoribus*, Ma. qui z Q. in F.
humanum genus perdunt [a], & bonum animum [b]. *Vi-* & G.
lissimis, Sa. vers. ¶ *Quos ignorabant*, לֹא יְדָעוּם] a A.
Vel, *qui eos non noverunt*, i. e. non bono affecerunt. b F.
Confer Hos. 13. 15. *Novi te*, &c [c]. ¶ *Novi recen-* c A.
tésque venerunt, חֲדָשִׁים מִקָּרֹב בָּאוּ] *Novis* (supple,
qui, JT. P.) *de propinquo venerunt*, Mo. P. JT. Sa. *è pro-*
pinquo, scil. tempore, Pi. *nova quæ nuper facta*, Ch. sim.
Ar. Sy. Ti. *novis quæ è vicino venerunt*, M. ¶ *Quos*
non coluerunt patres, לֹא שְׂעָרוּם] *Non exhorruerunt eos*,
Mo. *non æstimaverant*, Sa. *non timuerunt*, M. P. O. A.
quorum metu non horruerant, JT.
18. *Dereliquisti*, ità ό'. Sa. תֶּשִׁי] Vertunt, *oblivisce-*
ris, Mo. Ar. *oblitus es*, Ch. O. *esne oblitus?* Sy. תשי
ponitur pro תִשְׁאֶה, vel תְּנַשֶּׁה [d]. ¶ *Domini crea-* d M.
toris tui, מְחֹלְלֶךָ] *Formatorem tuum*, JT. M. sim. Ch.
Ar. *parturientem te*, Mo. sim. Ti. P. Pi. Nec absur-
dum Deo hoc tribui per *ἀνθρωποπάθειαν*, qui sibi tribuit
affectum matris, Esa. 49. 15 †. *Dei nutrientis te*, ό'. † Pi.
initiantis te, O. [At Sa. vertit, *laudatoris tui*; & Sy.
qui te glorificavit. Legisse videntur מְהַלְלֶךָ.]
19. *Ad iracundiam concitatus est*; *quia provocârunt*
eum filii, &c. וַיִּנְאַץ מִכַּעַס בָּנָיו] *Et reprobavit* (*contempsit*,
Sa. *abominatus est*, V.) *præ ira*, sive *indignatione*, *filios suos*,
Mo. Sa. *Et iratus est illis*, (vel, *respuit illos*, Ar.) *eò*
quòd irritaverint eum filii, Sy. Ar. sim. Ch. *Et exacerba-*
tus est propter iram filiorum, ό'. *& irritatus est propter*

 pro-

provocationem filiorum suorum, M. Ti. *& exacerbatus est præ ira in filios*, &c. P. *Sprevit eos*, JT. Pi. (abjecit, divortium fecit, &c. Pi.) *propterea quòd indignabatur contra filios suos*, Pi. Heb. *ex indignatione filiorum suorum:* Genitivus objecti *. Vel, *præ indignatione à filiis suis*, &c. commota, JT. *Filios* vocat respectu vocationis, quos ratione vitæ vocavit *non filios*, suprà v. 5 †.

* Pi. † Jun.

20. *Abscondam faciem*] *Velabo misericordiam meam ab iis*, Ar. ¶ *Considerabo novissima*] *Ostendam quid erit in novissimis diebus*, ό. *Notum est coram me quid erit in novissimis eorum*, Ch. *Videbo quid sit novissimum*, O. vel, *qualis sit futurus finis eorum*, Sy. sim. JT. A. *Considerabo*, non speculativè, sed practicè, disquirendo mecum, quonam supplicii genere eos perdam [f]. Alios videre faciam, A. Heb. *Videbo quis finis eorum*, Caj. *quid novissimum eorum*, O. i. e. vel, quid facturi sint, vel, quid accidet illis, quid fiet in novissimis eorum [g]. *Quid in fine suo*, scil. *patientur* [h]. ¶ *Perversa*, sic Sa. Sy. Ar. Ch. ό. Heb. *perversitatum*, Mo. i. e. perversissima [i]: *perversitatibus dedita*, JT.

f T. ex Bo. g V. h Ma. i A. Ma.

21. *In eo qui non erat Deus*] In idolis, quæ non erant Deus [k]. Heb. *in non Deo*; vel, nè essem illis in Deum [l]. ¶ *Provocaverunt me*] *Zelare fecerunt*, V. Conati sunt facere ut inviderem ei qui non erat Deus [m]. ¶ *Qui non est populus*] Quem nè populi nomine dignamini [n]. Juris consociatio populum facit. Eo nomine indigna multitudo quæ aut nullas, aut malas, habet leges [o]. Vel, *non populus meus*, ità Sy. sive, *peculiaris*, Me. T. Bo. Ma. A. M. Judæi exponunt de Chaldæis, *qui non erant populus*, Esa. 23. 13 [p]. Sed rectiùs Paulus de Gentium vocatione, Rom. 10. 19. quâ usque hodie implacabiliter irritantur Judæi, quòd illos negamus esse populum Dei, nos verò asserimus nos esse populum Dei [q]. *In non populo meo*, Sy. *Gens non gens*. Ità Judæi vocant omnes profanos populos. Paria occurrunt in aliis. *Funera non funera*, Catullus; δῶρ' ἄδωρα, Sophoc. *innuptas nuptias*, Comicus vetus; *insepulta sepultura*, Cicero; *injusta justa*, Ovid. *artem inertem*, Ennius †. ¶ *In gente stulta*] *Stulta* erat, 1. reipsâ, ratione cultûs idolorum [r]. Vide Jerem. 10. 8. Roman. 1. 22. 1 Corinth. 12. 2 *. 2. Opinione Judæorum [t]. ¶ *Irritabo illos*] *Eò ventum est, ut nulla maritum habeat, nisi ut irritet adulterum*; Sen [v].

k Me. Ma. l Ma. m V. n Bo. o G. p A. q V. sim. A. Me. T. Bo. † D. prov. 2. 5. 50. r Bo. * A. t Bo. v Ga.

22. *Ignis succensus in furore meo*, בְאַפִּי] *In naso meo*, Ma. i. e. flatu narium [x]. Ignis enim accenditur flatu [y]. Ignea Dei judicia intelligit, Amos. 2. 2, 5. Ezec. 30. 8 [z]. ¶ *Ardebit ad inferni novissima*] Hyperbole *. Flamma non ædificia & solum tantùm, sed & penetralia terræ, peruret [a]: nihil relinquet intactum [b]. Nihil vel ædificii vel germinis, quin & ipsum solum exuret; quasi ignis deorsum per terram velit ad infernum usque ardere; sicut videmus fieri in locis igne desolatis. q. d. Etiam profunda & infima terræ loca vertam in sterilitatem †. Accepto loco in sensum reconditum sumpsêre hinc Hebræi nomen שְׁאוֹל תַּחְתִּית, quo gravissimarum post hanc vitam pœnarum regionem, aut statum, appellant. Sic etiam mysticè interpretantur *ultionem* v. 35. & oppositam ei *vitam* v. 47. Pari sensu dicunt hoc Canticum esse fundamentum & perfectionem Legis [c]. *Scheol* hîc & alibi sign. infimas terræ partes: sic Num. 16. 30, &c. Vide ad Genes. 37. 35. ¶ *Fundamenta montium*] i. e. Robustissima quæque; etiam Jerosolymam in montibus fundatam. Vide Lam. 4. 11 [d].

x A. Pi. y Pi. z A. V. * Bo. a G. M. V. b Me. † V. c G. d A.

23. *Sagittas*] i. e. Plagas †; quæ, instar sagittarum, eos configent [f], citissimè & celerrimè [g]. ¶ *Complebo*, אֲכַלֶּה] *Consumam*, Mo. JT. Sa. O. P. V. *evacuabo*, Ti. Tot plagas immittam, ut pharetram exhausisse videar [h]. *Immittam*, Ch. *depasci faciam in eis*, Sy. *distribuam in eis*, Ar. *& sagittis meis perdam eos*, M.

† Me. A. Ch. f Me. g A. h Me. Bo.

24. *Consumentur fame*, מְזֵי רָעָב] Vox מְזֵי non Hebræum est, sed Chaldæum: fortè sign. exitium per Chaldæos, quo tempore nigrescebat eorum vultus tanquam pruna, Lam. 4. 8 [i]. Q. substantivè exponunt. *Adustiones famis*, Ma. *ardorem famis*, Ar. Al. adjectivè. *Combusti*, P. V. K. in M. O. Ma. A. Mo. M. Ti. supple, *sunt*, V. *Inflati (exhausti*, JT. *liquescentes*, ό.) *fame*, Ch. *Repleti fame*, al. in A. ut priùs cibo, A. ¶ *Et devorabunt eos aves*, וּלְחֻמֵי רֶשֶׁף] רֶשֶׁף in genere sign. quidquid volat, aves, sagittas, scintillas, &c [k]. vel, potiùs, quicquid volando adurit [l]. Hinc variant. *Et comesti ab avibus*, Ch. O. sim. ό. *& comesti (vel, consumpti*, Ti. vel, *consumentur*, M.) *ardore*, M. Caj. *ardente lue*, Ti. *ægritudine calidâ*, P. sim. V. *febre caloris*, Ar. febre ardenti & pestifero, V. *prunâ ardenti*, aut *fulgure*, O. A. ut Psal. 78. 48. vel, *carbunculo*, igneo ulcere in corpore, ut Hab. 3. 5 [m]. *aere calido*, AE. in Ma. *dæmonibus*, RS. in Ma. Propriè *prunas* sign. Cant. 8. 6. figuratè, *sagittas*, Psal. 76. 4 [n]. ¶ *Morsu amarissimo*, וְקֶטֶב מְרִירִי] Consentiunt omnes esse exitium & potentissimum & repentinum [o]. Vertunt, *& excisione amarâ*, V. Mo. *lue amarissimâ*, JT. sim. A. *morsu (exterminio*, M.) *amaro*, O. *morte acerbâ*, Ar. *ægritudine amarâ*, Ti. *avulsione amarâ*, Caj. Ma. Peste amarissimâ, sive morbo exitiali, qui citò enecat [p]. *Aculeatâ plagâ*, quæ cum *peste* conjungitur Psal. 91. 6 [q]. Exitio *venenato*, Q. in Ma. *Vexati à spiritibus malignis*, Ch. ¶ *Cum furore*, ità Ch. Sa. Sy. Ar. M. Ti. עִם חֲמַת] *Cum veneno*, P. A. V. ό. *cum ira*, seu *furore*, O. Caj. *ardore*, Ma. ¶ *Trahentium*] Nempe, *se* per terram. Periphrasis est serpentium [r]. ¶ זֹחֲלֵי עָפָר] *Serpentium terræ*, Mo. vel, *terrestrium*, ό. *reptilium terræ*, sive *pulveris*, Sa. Ar. sim. V. Ch. i. e. serpentum, V. Ch. *serpentum suffodientium pulverem*, Sy. Al. *terrentium*, sive *terribilium*, ad quorum conspectum homines terrentur & expavescunt †.

i A. k He. in Ma. l Ma. m A. Jun. n A. o Ma. p V. q A. r Bo. T.

26. *Dixi*, ità O. Sa. Ma. אָמַרְתִּי] *Dicerem*, Q. in V. Al. *Dixissem*, i. e. statuissem, sive decrevissem, V. ¶ *Ubinam sunt?* Sic Sy. אַפְאֵיהֶם] פֵּאָה sign. *extremitatem & finem* cujuscunque rei; item, *angulum & plagam* [t]. Hinc vertunt, *Dispergam illos*, P. V. sive, *detrudam*, V. *per*, vel *in*, *angulos*, V. A. P. Ti. O. sim. JT. in locos tam remotos, ut postea homines nullam illorum mentionem facerent [v]. *Angulabo eos*, O. Ma. Vel, *extremabo*, O. *exterminabo*, He. in V. Rectè Græci, διασπερῶ· ità & AE. Hinc dictæ Israelitarum διασποραὶ (*dispersiones*) in Babylonia, Media, Ægypto, Græcia, & alibi [x]. Hodie vix est angulus in mundo in quem Judæi non sunt dispersi [y]. Irregularitas verbi indicat maximam dispersionem [z]. Vulg. legit אַפוֹהֶם, *Ubinam ipsi?* Ma. Alii dividunt in tres dictiones: אַף, *in ira* meâ; אֵי, pro אַיֵּה, *ubinam*; הֵם *ipsi*, vel, *sunt?* q. d. Delebo eos ut non sint. Sed coactum est [a].

† Ma. t V. v V. x G. y M. z Ma. a Ma.

27. *Sed propter iram*, לוּלֵי וגו׳] *Nisi indignationem inimici timerem*, Mo. sim. M. O. Ar. Cum præcedentibus connectunt. Sed potest aposiopesis esse commoti animi; sub. *Illud quod præcedenti versu dixi complevissem: sed abstinui, nè superbirent*, &c. Quale illud, *Quos ego*, (sub. *ulciscar*;) *sed motos præstat componere fluctus* [b]. Al. sic supplent, & cum sequentibus nectunt hoc modo, *Nisi*——*metuissem*; nisi dixissem, Videndum *nè alienos se simulent*, Pi. ¶ *Nè superbirent*, פֶּן יְנַכְּרוּ] *Nè fortè extraneè se gerant*, P. *se abalienarent*, Mo. *alienos se ostendant*, V. scil. à cognitione & professione veri, sibi tribuentes quod meum est [c]. *Nè magnificè se efferant*, V. ex Ch. *Nè alienos se faciant*; i. e. simulent se non agnoscere, vel, non agnoscant, scil. id à me factum esse, & sibi tribuant [d]. *Nè alienis diis tribuerent quod meum est*, RS. in M. *Nè fortè negent hoc*, Ar. *Nè fortè occultarent*, i. e. abnegarent, veritatem †. Vel, *nè alienè & inhumanè se gerant erga Israelitas* [f]. *Nè fortè cognoscere facerent se*, i. e. jactarent se, dicendo, *Manus nostra excelsa*, &c [g]. i. e. Invictæ sunt vires nostræ [h]. *Nè fortè id sibi arrogarent*, Ti. *nè insolescant*, Sy. *nè superbiant*, Sa.

b Ma. c Ma. d Q. in V. sim. A. Pi. † Q. in Ma. f A. g O. h V.

28. *Gens absque consilio*, אֹבַד עֵצוֹת] *Periens (perdita*, V.) *consiliis*, V. vel, *cum consiliis*, P. i. e. Gens perditi consilii, sive inconsulta, V. *Cujus consilia pereunt*, M. *Amisit consilium*, ό. in A. sive *prudentiam*, Ar. *Ablata*, i. e. privata, *consiliis*, Ma. *Gens stulta consiliis*: nam אבד Æthiopicè est *stultus*, ut Matt. 5. 22 [i]. Accipiunt hæc de hostibus Israelis [k]. Alii, de Israele ipso [l]. Causas enim hîc reddit cur Israelitas perderet [m].

i Di. k V. T. Bo. To. in La. Ma. Ca. ad vers. 26. Me. l La. Ma. m A.

29. *Utinam saperent*, &c. לוּ חָכְמוּ יַשְׂכִּילוּ זֹאת] *Utinam essent sapientes, intelligerent hoc*, Mo. sic Ch. JT. A. Alii, *Non sapuerunt*, &c. ό. Sa. [Acceperunt לוּ pro לֹא, ut alibi factum.] Al. *Si saperent*, (*Quòd si saperent*, Ar.) *& considerarent finem*; Vers. 30. *Persequeretur*

retur unus mille, Sy. *Si sapuissent, intellexissent istud*, nempe, me perdidisse populum meum propter peccata ipsorum; non autem id sibi tribuerent [n]. ¶ *Et intelligerent*] Heb. *intelligere facerent*, supple, *sese*, G. συνετίσαισαν, Aq. in G. & D. i. e. *intelligentes redditi sunt*, D. ¶ *Ac novissima praeviderent*, [יָבִינוּ לְאַחֲרִיתָם] *Intelligerent novissimum*, O. vel, *novissimo suo*, Mo. vel, *quid erit in novissimis eorum*, Ch. *Considerarent novissima*, Sa. *Perciperent modum quo intelligerent finem suum*, Ar. *Hoc suscipient in sequens tempus*, ο'. Intellexissent quis finis eos maneat; & reputâssent eadem sibi eventura propter peccata sua [o]. Si perpenderent opera Dei praeterita, praesentia, & futura [p].

n V. — o V. Me. — p A.

30. *Quomodo persequatur*, [יִרְדֹּף] *Persequi possit*, sive *potuisset*; vel, *persequatur* [q]. ¶ *Unus*] Q. sic; *Quomodo unus* ex Israelitis *persequebatur decem* ex hostibus? F. (Ità fecerunt Regibus Amoraeorum [r].) Nempe, quia Deus cum illo erat [†]. Nisi Deus eorum, i. e. Israelitarum, dedisset, vel tradidisset, eos, i. e. Gentiles, Israelitis; vel, nisi Deus, i. e. idolum, eorum dedisset eos, O. Alii aliter; Quomodo *unus* hostis *persequeretur mille* Israelitas? F. V. L. Me. ¶ *Quia vendidit*] Vel, *nisi tradidisset eos*, V. ο'. nempe, *hostibus*, V. sim. O. ¶ *Conclusit*, [הִסְגִּירָם] *Validè conclusit eos*, Ma.

q V. — r O. — † F.

31. *Ut dii eorum*] Illi non vindicant sui contemptum: quippe quum nec possint [t]. Illi, cùm flagitiis delectentur, ea non puniunt. Talis non est Deus noster [v]. ¶ *Et inimici nostri sunt judices*] Variant. 1. Licèt inimici nostri sint Judices, id tamen non habent à diis suis, sed à Deo nostro [x]. 2. Etiam inimicis nostris testibus, haec sunt vera. Sunt verba Mosis [y]. *Aegyptii, Amalecitae*, &c. & vim nostri Dei, & imbecillitatem suorum, experti sunt [z]. Vide Num. 23. & 1 Sam. 4. 8 [a].

t Pi. — v Bo. Me. — x M. — y V. — z Ma. — a A.

32. *De vinea Sodomorum*, [מִגֶּפֶן סְדֹם] Q. referunt ad Gentes [b]. Sicuti Deus hostium cum nostro non est comparandus, ità nec ipsi nobiscum: quia nati sunt parentibus iniquis, *Sodomitis*, &c. vel, quia studia Sodomitarum imitantur [c]. Ex pessima progenie proveniunt [†]. Alii referunt ad Israelitas [d]. Horum enim, non Gentium, iniquitatem carpere, Mosis scopus erat [†]. Exponunt, 1. de eorum peccatis. Vinea quam ego plantavi degeneravit, & opera eorum sunt similia Sodomiticis [f]. Q. vertunt, *prae vite Sedomae*, i. e. deterior est vite Sedomae [g]. 2. Alii de poenis. Supplicium simile erit, eodem vino bibent [h]. ¶ *Et de suburbanis Gomorrhae*, [וּמִשַּׁדְמֹת עֲמֹרָה] *De arvis*, &c. Mo. Ma. *de percussis campis*, sive *vineis*. Ità sign. Esa. 37. 27. Confer 2 Reg. 19. 26. Deut. 28. 22. *Sicut percussio Gomorrhae*, Chald. i. e. cùm igne percussa esset [i]. ¶ *Uva fellis*, [עִנְּבֵי רוֹשׁ] *Uvae capitis*, Ma. *uvae veneni*, seu *venenosae*, Ar. JT. Mo. O. רוֹשׁ est *venenum capitis animalis venenosi* [k]. *Sicut capita colubrorum*, Ch. *Uvae fellis*, A. Me. sic ο'. Sa. i. e. Opera eorum sunt fellea, amara [l], venenosa & perniciosa [m]. *Ut fel serpentum*, Ch. in A. ¶ *Amarissimi*] Heb. *amaritudinum*; i. e. opera amarissima [n]: doctrinae & actiones perniciosissimae [o]. ¶ [לָמוֹ] *Eorum & illius*, h. e. omnium & singulorum, ut forma Hebraea significat [p].

b Ità V. O. — c V. — † O. — d Ità L. M. Me. T. Bo. A. Ma. — † Bo. — f M. L. Me. T. Bo. — g A. Q. in D. — h Ch. in A. D. prov. 2. 2. 44. — i A. — k O. — l Me. A. — m A. — n V. — o A. — p A.

33. *Fel draconum vinum eorum*, [חֲמַת תַּנִּינִם יֵינָם] *Vinum eorum draconum ardor*, vel, *aestus*, Ma. ο'. in A. sive, *ira ardens*, A. Dracones aestu torrentes frigidum elephantorum sanguinem appetunt; Plin. 8. 12 [q]. Alii, *Furor draconis est furor eorum*, Sy. *Furor draconum vinum eorum*, Sa. ο'. sim. Ar. Alii, *Venenum draconum vinum eorum*, M. P. O. vel, *virus draconum*, &c. Ti. Ex uvis eorum nihil exprimi potest nisi venenum draconum [r]. At dracones veneno carent; Plin. 28. 4 [†]. Idem Aetius & Nicand. & Isidor. testantur. Resp. Graeciae dracones, de quibus Nicander & alii, veneno carent, nisi quòd noxias herbas datâ operâ leguntur edere, ut plùs noceant; Homer. Il. χ'. Ὡς δὲ δράκων, &c. & Aelian. Hist. 6. 4. Sed in Africa & Arabia venenum habent lethiferum; quod testatur Lucanus, *Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris Serpitis, aurato nitidi fulgore dracones, Pestiferos ardens facit Africa*. Et Heliodorus scribit Aethiopas sagittas veneno draconum infecisse. Idem & Prudentius, Hamartig. vers. 481. & Leo Africanus l. 9. Hinc Horatius, Satyr. l. 2. in fine—*pejor serpentibus Afris*. Serpentes vini avidissimos esse docent Philosophus, Histor. 8. 4. & Plin. 10. 72. Sed, vini potu eorum venenum acrius fieri, non aliunde didici quàm ex Targum Jonathae, qui haec vertit, *Ecce, ut est fel draconum, cùm sint à vino suo*, (i. e. postquam vinum biberunt,) *ità erit fel calicis è quo bibent in die ultionis eorum* [t]. ¶ *Et venenum aspidum insanabile*, [וְרֹאשׁ פְּתָנִים אַכְזָר] *Et caput* (vel, *venenum*, JT. A. BA. *furor*, ο'. *fel*, Sa.) *aspidum crudele*, Mo. V. i. e. *citò enecans*, V. vel, *crudelium*, Ch. Alii אַכְזָר vertunt, *insanabile*; ità praeter Vulg. etiam ο'. & Sa. quasi legissent אֵין זוֹר, *non est curatio*: nam זוּר est, *curare vulnus*, Esa. 1. 6. & מָזוֹר, *vulneris curatio*, Jer. 30. 13 [v]. Aspidum morsus est immedicabilis, aiunt Nicander in Theriacis, Aristot. Hist. animal. 8. 29. Aelian. 1. 54 [x]. Unde adagium, *Morsus aspidis*, pro immedicabili vulnere [y]. פֶּתֶן *aspis* à פָּתָה *persuadere*, quòd minimè persuasibilis sit, Psal. 57. 5 [z]. *Ut fel aspidum, crudelium serpentum*, Ch. in A.

q Ma. — r M. — † Ma. — t BA. 2. 3. 14. 437. — v BA. 2. 3. 5. 381. — x Ma. — y BA. — z Ma.

34. *Nonne condita apud me?* [הֲלֹא הוּא כָּמֻס עִמָּדִי] *Nunquid non hoc* (i. e. hoc *venenum*, aut *vinum*, Ma. haec peccata Israelis [a], vel, malum quod illis decrevi facere [b],) *absconditum*, P. (vel, *repositum*, Sym.) *apud me?* P. *constans mihi?* Ma. *manifestum est coram me?* Ch. in A. ¶ *Et signata in thesauris?*] Nè quid pereat, aut in oblivionem eat, aut impunitum sit [c]? Haec omnia novi, & eorum memor ero suo tempore [d]. Non propterea quòd ultionem differam, scelerum populi oblitus sum [†]. Confer Job. 14. 17. Tempus tamen ultionis ignotum est, ut obsignatus liber legi nequit, Esa. 29. 11. *Thesauri* hîc sunt scientiae & sapientiae Divinae [f]; vel providentiae & justitiae, unde debito tempore vindictam depromam [g]. [Alii sic;] q. d. Annon haec impia omnia novi, & secreta teneo, licèt foris cogar benefacere impiis illis propter nomen meum? Ipsi autem non vident quid apud me super eos definitum sit; ideo securi sunt. Affirmat omnes mortalium res adversas in thesauris suis esse reconditas: quo significat, eas res justo ejus judicio in homines immitti, scelerum vindices; quásque, si homines iram illius non provocarent, quasi in arca inclusas & reconditas contineret [h].

a A. — b O. — c A. — d Q. in Ma. — † Me. T. Bo. L. — f A. Bo. — g T. — h V.

35. *Mea est ultio*] Sic M. JT. Heb. *Mihi ultio*, Ma. *Coram me est ultio*, Ch. q. d. Ego ulciscar & retribuam, cùm corruere debebunt [i]. Meum est, qui justus sum, haec ulcisci [k], & punire tum Israelem, tum hostes ipsius. Ideo generalem hinc doctrinam elicit Paulus, Rom. 12. 19 [l]. ¶ *Et ego retribuam*, ità ο'. Ch. [וְשִׁלֵּם] *Et retributio*, Mo. M. JT. Pi. *quam rependam*, Sy. ¶ *In tempore, ut labatur pes*, [לְעֵת תָּמוּט רַגְלָם] *In tempore nutavit pes eorum*, Mo. sim. Sa. Sy. Ar. *tempore suo vacillabit*, JT. *tempore opportuno labetur pes*, M. *cùm labetur pes eorum*, ο'. *tempore* (supple, *quo*) *nutabit*, &c. O. *In tempore* quod constitui, h. e. *opportuno*; vel, *cùm labetur*, &c. innuens tunc vindictam de eis sumendam fore. Ch. exponit de captivitate; tempore quo *migrabunt de terra sua*. Sed generalius est [m]. ¶ *Juxta est dies perditionis*, sic ο'. O. [יוֹם אֵידָם] *Dies confractionis*, Sy. vel, *calamitatis*, Ma. A. vel, *contritionis*, O. Propriè sign. *nebulam*, vel *nubem crassam*; indéque tristem afflictionis diem [n]. ¶ *Et adesse festinant tempora*, [וְחָשׁ עֲתִדֹת לָמוֹ] Verbum sing. cum nomine plur. ut notet festinare unumquodque malorum, &c [o]. Variè vertunt. *Et festinant*, V. P. (vel, *festinabunt*, P. O. *festinat*, Mo. O.) *quae futura sunt eis*, P. sim. M. Ch. Sy. *ventura ejus*, Caj. sive, *eis*, V. A. *imminentia eis*, Ti. *Ordinata eis*, quae Dominus ordinavit & disposuit eis [p]. *Parata vobis*, ο'. Ar. A. *ventura*, sive, *parata eis & ei*, i. e. unicuique illorum [q]. Alii, *festinat dies eventorum*, vel, *multitudo imminentiarum illis*, i. e. eorum quae illis imminent. Al. *festinat promptuaria, repositoria, eis*, sive thesauri, de quibus v. 34 [r]. Sensus est, Propediem interibunt [†].

i V. — k Me. ex Bo. — l A. — m A. — n A. Ma. — o A. Me. — p O. — q A. — r Ma. — † V.

36. *Judicabit Dominus populum suum*, ità Mo. ο'. [יָדִין] Q. referunt ad Israelem; *Ulciscetur & puniet eos* [s]. Non impunitum relinquet [v]. Alii ad *hostes*; Ulciscetur (vel, *vindicabit*, O.) populum suum de inimicis [x]. *Judicabit Dominus judicium populi sui*, Ch. Potest verti, *gubernabit*, sustentabit, stabiliet, Ma. Consolatio succedere solet moerori in Prophetiis [y]. Jus dicet, vel

s O. Me. Bo. — v Bo. — x V. O. — y V.

vel reddet, populo suo, puniendo hostes[z]. ¶ Et in servis suis miserebitur, וְעַל עֲבָדָיו יִתְנֶחָם] Et super, vel in, servis suis (propter servos, JT.) pœnitebit eum, P. M. Mo. JT. vel, *consolabitur*, ο'. Sa. Sy. *solabitur se*, Ti. *cogitabit*, Sa. vers. *Et servis suis miserebitur*, Ar. *Et ultionem servorum ulciscetur*, Ch. [Variè accipiunt.] 1. *Quum puniet servos* professione, non merito, *consolabitur seipsum*; i. e. ex satietate vindictæ consolationem capiet. Confer Isa. 1. 24. Ezec. 5. 13. Psal. 134. 14[a]. Vel, *recreabitur*, nempe, beneficentiâ servis, & vindictâ hostibus, tribuendâ[b]. 2. *Pœnitebit ipsum*[c], scil. malorum quæ eis inflixit[d]. i. e. Mutabit sententiam, nec affliget eos, ut decreverat †. Ità puniet, ut tandem misereatur[f]. Ità puniet noxios, ut tamen innoxiorum (quos hîc *servos suos* vocat[g]) rationem sit habiturus, (nè eodem cum impiis interitu involvantur[h];) & aliorum quoque, si resipiscere voluerint[i]. ¶ *Videbit quòd infirmata sit manus*, כִּי אָזְלַת יָד] *quoniam*, rationem reddit, vel antecedentium, nempe, cur populi sui misertus sit, & causa est, extrema eorum miseria; vel, quod malim, subsequentis insultationis in rebelles & idololatras[k]. Vertunt, *Quòd abiit* (*abrepta fuit*, Ma.) *manus*, Mo. Sa. P. V. O. G. A. i. e. vires, robur, potentia[l]. *Nam videbit abiisse vires*, JT. sim. Ar. M. P. Ti. Est vox Syriaca, quæ apparet Dan. 2. 17. & 6. 18. Esd. 4. 23. & 5. 8, 15[m]. Quòd recesserit ab eis fortitudo ad mala ferenda, vel propulsanda[n]. ¶ *Et clausi quoque*, &c. וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב] Particula אֶפֶס magnam vim habet. Vide quæ ad Num. 13. 29. & Deut. 15. 4[o]. [Variant.] *Et nihil servatum & derelictum*, Mo. *& non sit clausus & derelictus*, P. sim. A. *& non sit qui auxilietur & suffulciet*, Sy. *& nihil esse*, JT. vel, *in nihilum abiisse*, (vel, *consumptum esse*, Pi.) *conclusum & derelictum*, Ti. M. vel, *actum de eis esse* P. Al. *Et defectus*, vel *finis*, *conclusi*, &c. Ma. Al. *Et solummodo conclusus & derelictus*, Sa. i. e. Tantùm supererunt inutiles & neglecti. Videtur fuisse proverbialis formula, *clausus & derelictus*, pro imbecillibus, & vilibus, & neglectis; quam reperies 1 Reg. 14. 10. & 21. 21. & 2 Reg. 9. 8. & 14. 26[q]. [Ca. conjungit cum parte priori, & אֶפֶס per *planè* vertit, *Quum videbit eos languente manu planè oppressos atque destitutos.*] עָצוּר וְעָזוּב variè accipiunt. 1. De rebus[r]. *Nihil conclusum*, scil. domi, nempe, divitiæ, aurum, &c. *nec derelictum*, greges & armenta in agris †. Vel, nihil pretiosum, & vile; custoditum, & neglectum; sub. *superfuisse*[t]. 2. De personis[v]. [Iterum variant.] 1. *Nulli clausi*, scil. in manu hostis[x]; captivi[y]. *Nulli residui*, qui captivitatem evaserint[z]. 2. *Et non retentus* (*clausus*, P.) *& derelictus*, Ca. i.e. nemo non captivus[a]. 3. *Nemo clausus*, P. O. V. scil. arcibus, quòd omnes sint expugnatæ: & nemo *superfuit* qui captivitatem evasit[b], aut perditionem[c]. Vel, *clausi*, h. e. milites & nobiles, qui se urbium & arcium muris tuebantur, perierunt; & *residui*, h. e. imbellis populus, consumpti sunt[d]. Vel, *Ghatzur* est, qui belli tempore domi *relictus est & conclusus*, ut mulieres, pueri, senes, &c. & *Ghazub*, *neglectus*, cujus ratio non habetur †. Vel, *clausus* est mancus, O. seu membris debilitatus & inutilis[f]; & *derelictus*, vilis & abjectus[g]. Verto, *Et defecisse conjugatum*, sive patremfamiliâs, *& cælibem*: Nam in Arab. אַלְעָזוּב (אל in hac lingua articulum tantùm facit, ut ה emphaticum,) est, *quibus non sunt conjuges*, sive familia; & אַעְצַר est *paterfamiliâs*. Nec abludunt voces Hebrææ. עָצוּר est qui, vinculo matrimonii uxori ac liberis astrictus, concluditur ac coercetur intra familiam: contrà, עָזוּב, nec uxori nec liberis astrictus, sibi relinquitur suæque libertati[h]. Significat hæc phrasis totalem ruinam[i].

37. *Et dicet*] Sunt verba, vel, 1. hostis, ridentis captos Judæos[k]. Vide 2 Reg. 18[l]. Quibus respondet Deus, *Videbitis quòd ego sim Deus verus*, &c. Nam etsi *ego occidam*, tamen *vivificare* possum[m]. Vel, 2 Dei[n], illudentis, sive Israelitis eorúmque idolis, sive gentibus idololatricis[o]. Vide Jer. 2. 28[p]. & Jud. 10. 14[q]. ¶ *In quibus habebant fiduciam*, חָסָיוּ בוֹ] *In quo speraverunt*, P. *in quibus confisi sunt eis*, A. ο'.

38. *Comedebant adipes, & vinum*, &c.] Exponunt, vel, 1. de Judæis[r]. Et hinc colligunt, quòd vinum quarumcunq; gentium, quo in sacris suis utuntur, à Judæo non sit bibendum. Cui RR. addunt, vinum Christianorum à Judæo non bibendum †. Vel, 2. de idololatris, quorum sacerdotes solebant comedere adipes, &c. quod prohibitum erat in sacrificiis Domini[t]. Vel, 3. de diis idololatrarum, qui *adipes comedere* dicuntur, quia illis adolebantur; ut sacrificia Domini vocantur *cibus ejus*, Lev. 21. 6[v]. *Vescebantur dii*, scil. ex opinione idololatrarum. Confer historiam de Belo. Innuit autem, Deos idololatrarum non referre illis gratiam[x]. Sarcasmus est, illudens opinioni idololatrarum credentium deos suos & sacrificiis pasci, & ipsis adjumento fore[y]. ¶ *Vos protegant*, יְהִי עֲלֵיכֶם סִתְרָה] *Sit super vos absconsio*, P. V. O. vel, *protectio*, O. nempe, *deorum illorum*: q. d. Protegant vos[z]. *Sit vobis latebra* rupes illa, Pi. Deus *abscondere* dicitur quos protegit[a].

39. *Videte*] Hîc denunciatur adversariorum destructio. Solent Prophetæ, post minas, populo Dei consolationes proponere[b]. ¶ *Ego*] Heb. *Ego, ego*. Duplicatio vehementiam indicat[c]. ¶ *Et sanabo*] Occîdo, & vitæ restituo. Signa Divinitatis sunt ista, & summæ potentiæ[d].

40. *Levabo ad cælum manum*] More scil. jurantis †. *Ego juro per cælum*, &c. Ar. ¶ כִּי אֶשָּׂא] *Nam attollo*, &c. JT. A. vel, *quum levo*, A. V. Jungitur præcedenti versui; *Nemo potest de manu mea eruere, cùm juravero per me*, &c. Al. sic; Gloriantis more dicitur: quòd præter Deum nihil possit gloriari, neque de esse suo, neque de vivere; sed solus ipse dicit, *Ego sum, ego vivo*: ut, scilicet, timeatur, & præsumptio nostra conteratur[f]. ¶ *Vivo*] Intellige, *ut vivo*. Confer Jer. 4. 2. Heb. 6. 13. Apoc. 10. 5, 6[g].

41. *Si acuero ut fulgur gladium meum*, אִם שַׁנּוֹתִי בְּרַק חַרְבִּי] *Si acui* (vel, *cùm acuero*, Ti.) *fulgur* (vel, *fulgurationem*, Ar. vel, *fulgorem*, V. vel, *aciem*, P.) *gladii mei*, Sa. Mo. vel, *gladium ut fulgur*, ο'. sim. Sy. *Si in duplum plusquam fulgur apparet gladius meus*, Ch. *Cùm acuero gladium meum coruscantem*, JT. vel, *fulgentem*, V. Sic *flamma gladii*, Gen. 3. 24. est flammans gladius. Vide & Hab. 3. 11[h]. *Ferrum gladii, qui speciem fulguris habet*, V. *Fulmen gladii*, poeticè; ut Virgil. 4. Æneid. ——*vaginâque eripit ensem Fulmineum*: vel, ut sit Hypallage, & appositio, *gladius fulminis*, i. e. gladius meus qui est fulmen[i]. ¶ *Et arripuerit judicium*, וְתֹאחֵז בְּמִשְׁפָּט יָדִי] *Et manus mea arripuerit* (vel, *apprehenderit*, O. A. Ch. Ar.) *judicium*, V. O. vel, *in judicio*, Ma. A. (sub. *gladium*, A.) vel, *super judicium*, i. e. instrumenta judicii, sive rigoris & severitatis. Vide Jac. 2. 13. Esa. 34. 5[k]. *Et arripuerit* arma *judicii*, Pi. Hs est, pro, & semel cœpero facere judicium[l].

42. *Inebriabo*, אַשְׁכִּיר] *Tingam*; i. e. Conficiam sagittis inimicos meos[m]. *Imbuam*, Me. Satiabo justitiam meam[n]. ¶ *De cruore occisorum*, מִדַּם חָלָל] *De* (vel *cum*, A.) *sanguine perfossi*, Ma. vel, *occisi*, V. Sing. pro plur. *interfectorum*, i.e. vulneratorum[o]: sed non ad mortem[p]. Al. *propter sanguinem occisi*, P. O. scil. populi mei, &c[q]. i.e. Propter cædes Israelitarum (quos *inimicos* hîc vocat, quia ut tales illos tractârant gentes) patratas, &c. Notandum מִן & *de* sæpe poni pro *propter*; Psal. 106. 34. *à malitia*, i. e. propter malitiam; Habac. 2. 17. Apoc. 8. ult. Q. illud *de cruore* regunt ab *inebriabo*. Verùm, 1. illud suum habet ablativum, *sanguine*. 2. Obstat verbum aliud interpositum. 3. Ineptè diceretur sagittas inebriari de captivitate[r]. ¶ *Et de captivitate*] i. e. Captivis; ut Num. 21. 1. Deut. 21. 10. Jud. 5. 12 †. *Et* propter *captivitatem eorum*, M. ¶ *Nudati inimicorum capitis*] Intellige de denudatione & decalvatione capitis hostilis. Solebant enim victores mancipia ad ludibrium decalvare. Hinc de Scipionibus dictum, *Sub quorum titulis Africa tonsa jacet*[t]. *Propter caput nudationum*; Hypallage est, pro, *propter nudationes capitis*: i. e. propter Israelitas decalvatos & abrasos, ut victis fieri solebat[v]. Hebraicè est, מֵרֹאשׁ פַּרְעוֹת אוֹיֵב. Locus obscurus, quem variè reddunt[x]. *A capite ultionum* (vel, *nudationum*, Mo.) *inimici*, Sa. M. *De capitibus rebellium inimicorum*, Ar. *De capitibus in ultionibus inimici*, Q. in Ma. i. e. Cùm sumam vindictam de

Marginal notes (left column): z Q. in Ma. — a Ma. Q. in M. — b T. — c V. O. A. — d O. — † V. — f Bo. — g Bo. — h Bo. — i T. ex Bo. — k Bo. — l M. A. Ma G. — m G. — n O. — o Ma. — p Pi. — q Ma. — r A. — † Plerique in He. Ma. — t Al. in Ma. — v A. — x A. — y G. — z G. A. — a Ma. — b V. — c A. — d T. Bo. — † Al. in Ma. — f Ma. — g O. Ma. — h Di. — i A. — k AE. in M. V. L. — l L. — m M. — n A. ο'. in Bo. Me. Be. — o A. — p A. — q Ma. — r He. in M.

Marginal notes (right column): † M. — t L. Me. O. — v A. — x Pi. — y Jun. — z V. Bo. — a Bo. — b L. — c A. — d V. — † V. L. A. O. — f V. — g A. — h A. — i Ma. — k A. — l V. — m V. — n A. — o V. A. — p V. — q O. Me. Forst. & Ti. in Bo. sim. M. — r Bo. — † A. — t T. Ma. — v Bo. — x Ma.

de hostibus meis, tunc gladius meus devorabit carnes de capitibus hostium; h. e. ense amputabo capita hostium meorum[y]. *A capite principum inimicorum*, ό. *etiam ex apice diadematis inimici*, Sy. Al. *de capitibus*, i. e. de Regibus, Principibus, Ducibus, A. Q. in Ma. ità ό. in A. *Ultiones inimici*, nempe, de inimico sumentur[z]. *Ut auferam coronas de capite hostis*, Ch. Al. *In principio in ultionibus inimici*; aut, *in principio vindictarum inimici*; h. e. cùm primùm sumam pœnas de inimicis meis[a]. *A principio ultionum super hostem*, Ang. Indè *à principio* (quo primùm oppresserunt populum meum) *ultiones inimici* futuræ sunt, JT. i. e. Nihil impunitum relinquam eorum quæ indè à principio contra me, &c. commiserunt[b]. Hosti *summatim ultiones rependam*, Ti. *De capite*. *Caput* pro *summa* sæpius in Scriptura[c].

43. *Laudate gentes populum ejus*, הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ] *Laudate*. Est in Hiphil: Ideo Aq. vertit, αἰνοποιήσατε[d]. [Variè reddunt. *Laudate, ô gentes*, quæ estis *populus ejus*, subaudi, *Jehovam*, Q. in Ma. AE. in V. *Cantate, gentes*, cum *populo ejus*, Q. in Ma. ό. in A. simil. JT. Addunt τὸ *cum*; quod probat Apostolus, Rom. 15. 10. Sic, *non sequitur nos*, Marc. 9. 38. exponitur, *cum nobis*, Luc. 9. 49†. Quandoque præpositio עִם, vel אֶת, *cum*, deest, ut Levit. 26. 42—*fœderis Jacob*, i. e. cum Jacob*. Alii, *Excitate, ô gentes, ad jubilum populum ejus*†. Alii, *Personate, acclamate*, vel, *laudate, gentes, populum ejus*[f]. Est exhortatio ad gentes, ut laudarent Deum propter beneficia & sibi & Judæis præstita. Vide Rom. 15. 9, 10[g]. ¶ *Propitius erit terræ populi sui*] Ità ό. sim. Mo. Meliùs Chald. *terræ*, quæ hæreditas erat, & *populo*, qui hæredes[h].

46. *Ponite corda*] Advertite animum[i]. Considerate, & applicate[k]. ¶ *Verba quæ testificor—ut mandetis*] Vel, *ut præcipiatis*. אֲשֶׁר valet ut conjunctionem causalem. Sic Gen. 11. 7. Psal. 144. 12†. Alii vertunt, *Quæ præcipitote*, JT. vel, *quæ mandabitis*, A.

47. *Non in cassum*, לֹא דָבָר רֵק הוּא מִכֶּם] *Non est verbum vanum*, vel *inane, vobis*, ό. Ch. Sa. Sy. Ar. vel, *à vobis*, Mo. vel, *pro vobis*, A. Belg. Ang. *Non est res inanis præ vobis*, vel, *inanior quàm ut suscipiatis illam*, JT. *Neque hæc res nihil ad vos pertinet*, Belg. *Non est verbum inane*, ut contemni debeat *à vobis**. *Non est res vilior* (i. e. minoris momenti) *vobis*, quàm ut eam audiatis; *sed est*, &c[l]. *Nec sit hic sermo vanus*, Ti. sim. M. Non debet à vobis reputari verbum vanum, quoniam reverâ ità eveniet[m]. ¶ *Viverent*] Vitâ illâ quæ in Lege promissa est, longâ & suavi[n]. Imò hæc *vita* est æterna, Luc. 10. 25—28[o].

49. *Nebo*] Nebo erat jugum vel cacumen montis *Abarim*[p]. Vide Num. 27. 12[q].

50. *Jungêris populis*] Heb. *Colligêre* (vel *colligêris*, Mo. Onk.) *ad populum tuum*, Ar. *Congregare*, &c. imperat. pro fut[r].

51. *Quia prævaricati estis*] *Quòd prævaricari fecistis populum in me*, Ar. ¶ *Non sanctificâstis*] Honorem mihi dando; non existimâstis me posse præstare quod dicebam†. Vide Num. 20. 24. & 27. 14[t].

Margin: y V. — z A. — a V. — b Ma. A. — c Ma. — d G. — † A. — * Glass. p. 565. — † Q. in Ma. Ti. — f Q. in Ma. Mo. sic Ch. Sa. Sy. Ar. — g A. Ma. — h A. sim. Sy. Ar. — i V. — k A. — † Pi. — * P. — l V. — m O. — n G. — o A. — p Me. — q T. — r V. — † V. — t Ma.

CAP. XXXIII.

1. HÆC *benedictio*, הַבְּרָכָה] Sic vocant postremam hujus libri Sectionem, quæ hîc incipit[a]. ¶ *Homo Dei*] i. e. Divinissimus, & Deo charus[b]; & piissimus[c]: vel Propheta[d]. Vide 1 Sam. 9. 6, 7†. ¶ *Ante mortem*] Ipso mortis die[f].

2. *Dominus*] Si hîc meminerimus, qui hîc *Jova* dicitur, eum esse Christum, quemadmodum in Exod. 3. ostendimus, hunc locum faciliùs intelligemus. Est igitur sensus; Jova, i. e. missus à Deo Dei filius, *venit de Sina*, &c*. ¶ *Dominus de Sinai venit*, מִסִּינַי] Perpetua hîc est metaphora à Sole sumpta, qui initio lucem præmittit, postea oritur ipse, tandem terras illustrat: sic gradatim Deus præsentiam suam in populo declaravit, quâcunque iter fecerunt: q. d. indè à termino Ægypti usque ad Idumæos finitimos Terræ promissæ[g]. Significat adventum Dei gloriosum in Terram promissionis[h]. מִסִּינַי vertunt, 1. *De Sinai*, Vulg. A. Ma. O. Ca. i. e. Prodiit incipiens à monte *Sinai*, ubi cœpit ostendere virtutem suam[i]. Illic apparuit, & Legem dedit[k]. 2. *In Sinai*; מִן pro בְּ[l]. 3. *Ad Sinai*, ό. in A. & ad populum ejus eo loco. Ità מִן sæpe sumitur. Sic, *ex Sione*, Rom. 11. 26. ponitur pro, *ad Sionem*, Esa. 59. 20. & מִן הַשָּׁמַיִם, 2 Par. 6. 21. pro, אֶל הַשָּׁמַיִם, 1 Reg. 8. 30. & מִצָּפוֹן est, *versùs Boream*, 1 Sam. 14. 5. & multa similia[m]. [*Vide quæ ad* Gen. 13. 11.] ¶ *De Seir*] Monte Idumæorum, Deut. 2. 4, 5[n]. *De montanis Idumæorum*, Pi. Sic loquitur, vel, 1. quòd ab ea parte in qua, ad montem Sinai existentibus Hebræis, cernebantur juga montis *Seir* & *Paran*, quæ in eadem eremo conspicua erant, visus sit primò Divinus splendor apparere, & paulatim ad montem Sinai accedere, ubi tandem resederit[o]. Vel, 2. quòd ibi Moses serpentem æneum fabrefecit[p]; typum Christi[q]. Ibi ergò revelabatur Incarnatio[r]; ut nobis post Legem succedit Evangelium, Rom. 7. 4—25. Gal. 3. 23, &c†. In *Seir* ostendit claritatem suam, tanquam novo regno illustraturus terram illam[t]. ¶ *Apparuit*, הוֹפִיעַ] *Illuxit*, P. *festinavit*, ό. [q. d. instar fulguris, i. e. celerrimè, apparuit.] *Inclaruit* fulgentissimé: Nam *Hiphil* significatum intendit[v]. ¶ *De Paran*] In campestribus Moabitarum, suprà cap. 1. v. 5[x]. Ex quo monte allocutus est Mosen, Num. 21. 8[y]. ubi coturnices promisit[z], & dedit[a]; & LXX Judices constituit[b]: ubi Moses Legem explicavit & repetivit, Deut. 1. 1. &c[c]. Huc respexit Habac. 3. 3[d]. ¶ *Cum eo sanctorum millia*, וְאָתָה מֵרִבְבֹת קֹדֶשׁ] *Et venit à multitudinibus* (*myriadibus*, vel, *decem millibus*, Aq. in D. ό. Mo. A. Med. Mo.) *sanctitatis*, O. Ma. Id est, à loco in quo erat multa sanctitas; i. e. à monte in quo Templum constructum; aut, à loco in quo cum multis sanctis erat†. Al. *Et attulit ad decem millia sanctorum legem*, &c. Ar. *Venerunt quoque myriades sanctorum*, Sa. *Venit cum decem millibus sanctorum*, M. Ti. A. V. sim. Sy. מִן pro עִם[f]. Hæ myriades sunt, vel, 1. sanctorum Angelorum latera ejus stipantium[g]. Vide Act. 7. 53. Heb. 2. 2. & 12. 22. Confer Psal. 68. 18[h]. & Gal. 3. 19[i]. Vel, 2. Israelitarum, *cum* quibus, aut, *pro* quibus, venit de *Sinai*[k]. *Cum populo Israel*, quorum multa millia sancta fuerunt. *Venitque ob sacras legiones*, i. e. ob Israelitarum populum sacrum. מִן interpretor *ob*, ut significet causam & utilitatem; ut Deut. 7. 8. מִשָּׁמְרוֹ אֶת־הַשְּׁבֻעָה [lege מִשָּׁמְרוֹ,] i. e. *ob servandum jusjurandum*; & Ezec. 45. 20. *Atque ità facies*—מֵאִישׁ שֹׁגֶה, i. e. *ob hominem qui per errorem peccaverit*; & Esa. 7. & Psal. 59. Sic Latini dicunt, *flere de filii morte*. *Ex re tua est*, i. e. in tuam utilitatem[l]. ¶ *In dextera ejus*, מִימִינוֹ] *A dextera ejus*, Mo. V. O. sub. *abiit*, A. *Ad dexteram ejus*, A. Ca. nempe, *fuit*, A. O. Vel, *in dextera*, ad modum, scilicet, dantis, vel dare volentis[m]. Insigne nobis paratum donum[n]. *Lex scripta dexterâ ejus*, Ch. in A. ¶ *Ignea lex*, אֵשׁ דָּת לָמוֹ] *Ignis: lex eis*, Mo. Ignis ardens, & Lex etiam[o]. *Habens eis* (Israelitis) *ignem disciplinæ*, i. e. igneam disciplinam; Legem afferens cum multo igne[p]. *Ignis legis illis*, A. Legem scripsit in medio ignis, Exod. 19. 18. & 24. 17[q]. Ostendit illis ignem in monte, & audire eos fecit Legem[r]. *Ignea lex ad eos*, Ti. vel, *pro illis*, M. Belg. *Lex splendoris pro ipsis*, Ar. Vel, אֵשׁ דָּת est, *constitutio ignis*, qui, veluti Lex, à dextera Dei constitutus erat, nè quis in montem ascenderet, igne accessum prohibente†. Interpres Persicus sic vertit, *De medio ignis* [אֵשׁ pro מֵאֵשׁ accipit] *legem dedit eis*. *Ignea* dicitur Lex, 1. Quia ex igne profecta[t]. Deut. 5. 22. 2. Quia Lex similis est *igni*, Jer. 23. 29[v]. quasi igne excocta, purissima, & cor nostrum inflammans*. Huic respondet Lex Spiritûs, ignis specie dati, Act. 2[y].

3. *Dilexit*, אַף חֹבֵב] Alibi non reperitur[z]. *Etiam diligit*, M. Mo. O. vel, *in sinu complectens*, Ma. At Ch. *Dilexit utique Tribus*. Vel, *vehementer diligit*, Ti. simil. JT. Deducunt à חִבָּא *sinus, gremium*, Job. 31. 33[a]. *Etiam amator populi*, vel, qui *amat*, vel, *amas*[b]. Hæc *dilectio* causa omnium beneficiorum[c]. Alii vertunt, *absconditi*, sive *protexit*, O. à חָבָא, vel חָבָה, Ma. Vox hæc sign. amanter amplecti, & abscondere, tanquam in

Margin: a V. — b Ma. — c Me. — d Ità plerique in Ma. Ch. A. — † A. — f He. in V. — * Ca. — g Ma. ex Jun. — h Q. in V. — i Ma. V. — k Ca. Pi. — l V. — m Ar. — n A. — o Me. ex Bo. ità O. — p V. Ca. Ta. ex La. L. Ma. — q A. L. — r L. — † A. — t V. — v Ma. — x Pi. — y V. — z Ca. — a T. ex La. — b V. — c T. ex La. — c A. — d Ma. — † O. — f V. Glass. rhet. p. 663. — g T. ità TJ. in A. ό. in E. ità E. Me. A. Ma. — h A. — i Ma. — k A. — l Ca. — m Me. ex Bo. — n T. — o O. — p Ca. — q Ma. — r M. — † Ger. in M. — t T. Bo. A. — v A. — * T. — y A. — z Ma. — a Ma. — b A. — c T.

in finu[d]. ¶ *Populos*] Ità Sa. M. Mo. JT. Vel, 1. omnes populos †. *Hominum ſanè amator*, ut conſtat, quia Deus inter homines verſari non eſt dedignatus[e]. Vel, 2. Iſraelitas[g]. *Tribus Iſrael*, qui *populi* dicuntur, Jud. 5. 14. Act. 4. 27[h]. & Gen. 48. 19[i]. Vel, num. plur. pro ſing[k]. *Dilexit Tribus*, Ch. *Pepercit populo ſuo*, ο'. *Diligi fecit eos à populis*, Sy. Vel poteſt includere proſelytos[l]. ¶ *Omnes ſancti*, כָּל־קְדֹשָׁיו] *Omnes ſancti ejus*, P. V. A. i. e. tui; ut, *præcepta ejus*, Dan. 9. 4. i. e. tua[m]. Vel, *ejus*, i. e. Iſraelis[n]. *Sancti* vocantur Iſraelitæ Dan. 7. 25. Vide ſuprà Exod. 19. 6. Num. 16. 3[o]. ¶ *In manu illius*] *In manu tua*, P. JT. Mo. Sa. ſim. M. Ti. In poteſtate & protectione Dei[p]; & ſub directione Dei, ut Num. 4. 28, 33[q]. *Sub tua ſunt obedientia*, Ar. Dei cultui ſepoſiti & dedicati, Me. Notat eorum incolumitatem, Joh. 10. 28, 29[r]. Sunt in ejus fide & tutela; in manu Dei Patris †. ¶ *Et qui appropinquant pedibus ejus*, וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ] Vertunt, *Ipſi percuſſi ſunt* (pro הֻכּוּ, M.) *ad pedes tuos*[t]. Diſcipuli, qui ad pedes magiſtrorum ſunt, ibi ſolent verberari[v]. *Percuſſi ſunt*, ut irent *poſt pedes tuos*, M. Alii, *Conjuncti ſunt ad pedem tuum*, P. G. *aſſociati ſunt* (vel, *aſſident*, Sa. A. Ang.) *pedibus tuis*, Caj. *Adjunxerunt ſe*, V. P. i. e. *& ipſi inſiſtent veſtigiis tuis*, Ar. K. in M. Et verba tua memoriæ mandârunt[x]. *Adjuncti ſequentur*, K. in M. *Inſecuti ſunt greſſus tuos*, AE. in M. i. e. Diſcipuli tui ſunt[y]. Alii, *Et hi ſub te ſunt*, ο'. *Et ipſi ducebantur ſub nube tua*, Ch. *Ipſi verò apprehendent pedem tuum*, Sy. *inſerti intra pedes tuos*, Ti. *diſponentur in medio intra pedes*, Belg. *Et accubuerunt*, vel *accumbent*, *pedibus tuis*. Id תכה ſign. Arab*. & dicitur de convivis menſæ accumbentibus †. Referunt, 1. ad morem diſcipulorum, qui ſedebant ad pedes magiſtrorum, Act. 22. 3[z]. & Gen. 49. 10[a]. Νεοὶ ὑπὸ πρεσβυτέροις καθέζονται, Ph. Sequitur explicatio, *Accipient de eloquiis tuis*[b]. 2. Ad ſtationem Iſraelitarum, ad radicem montis, ſive ad pedes Dei, Exod. 19. 17[c]. 3. Ad Sanctuarium, dictum *ſcabellum pedum Dei*, Pſal. 99. 5. Ezec. 43. 7. quò venerunt ut præcepta Dei addiſcerent[d]. ¶ *Accipient de doctrina illius*, יִשָּׂא מִדַּבְּרֹתֶיךָ] *Accipient de eloquiis tuis*, P. G. A. Mo. Ti. i. e. Acceperunt de doctrina illius, ſanctam ſcil. Legem[f]. q. d. Moſes non fuit Legis author, ſed præceptor, qui Legem à *Jova* acceptam tradidit Jacobæis. Verto, *Eo* (i. e. tuo Filio) *de dictis tuis ſumente*; quam enim Legem Moſi tradidit, eam à te accepit. Dices, יִשָּׂא eſt fut. verbi, non particip. Reſp. Hebræa verba ſæpe pro participiis ponuntur, præſertim futura cùm ſine conjunctione ponuntur, quòd ea lingua participio futuro caret. Ità Gen. 49. in benedictione Joſephi, & Num. 23. &, eorum imitatione, Apoc. 1. ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, ubi ἦν cum articulo pro participio poſitum eſt[g]. Al. ſic; *Qui appropinquant pedibus ejus*, h. e. qui ſe præbent obſequentes diſcipulos, *accipient de doctrina illius*, quâ plenè inſtruentur ad omnem vitæ ſanctitatem: q. d. Non auſcultabunt doctrinæ vanæ aut profanæ, ſed ſoli Legi Divinæ, *quam præcepit Moſes*, &c[h]. *Levabit*, vel *feret*, Mo. *Et tolleret*, vel *ſuſcipiat*, quiſque *de verbis tuis*, M. JT. i. e. unuſquiſque eorum per ſe accipiet[i]. *Acquieſcent verbo tuo*, Sy. *Et conferent inter ſeſe verba tua*, Ar. Exponunt, vel, 1. Feret ante ſe, ante oculos ſuos, quod præcepiſti. Vel, 2. *Levabit*, i. e. loquetur de ſermonibus tuis. Nam ut Hebræis, *aſcendere ſuper cor*, eſt, cogitare; ità, *levare ſuper labia*, vel *os*, (& interdum *levare* ſimpliciter, ut Iſa. 3. 7. Job. 21. 12.) eſt, *eloqui*, *proloqui*[k].

4. *Legem præcepit*] [Hæc ο'. adjungunt præcedentibus, *Et accepit de verbis illius legem quam mandavit nobis Moſes*.] Sunt verba populi[l]; vel, piorum Iſraelitarum ad Legis eloquium ſe comparantium[m]. ¶ *Hæreditatem*] *Hæreditariam*, M. JT. Ti. i. e. quæ (Lex) jure hæreditario tranſiret ad filios Iſrael[n], & ibi permaneret[o], & immobiliter ſervaretur †. Lex hæreditas dicitur, 1. quia præſentibus & futuris dabatur: 2. cum hæreditate data eſt[p]: 3. ob pretium & excellentiam ejus[q]. Alii legunt, *nobis*, i. e. *hæreditati*, ſeu hæredibus, Jacob[r]. ¶ *Multitudinis*, קְהִלַּת] Subauditur *Lamed*, V. *Cœtui*, Ti. *congregationi*, Ma. Alii, *hæreditatem*, inquam, *congregationis Jacobi*. Hîc de ſe loquitur Moſes, quo officio fungeretur, nempe, quòd Legem ipſam (de cujus miniſterio jam dixit) ipſe attulit †.

5. *Erit apud rectiſſimum rex*, וַיְהִי בִישֻׁרוּן מֶלֶךְ] Vertunt per præteritum, *Et fuit in Iſrael* (*in rectitudine*, Mo. *in Jeſurun*, JT. *in laudabili*, Ar. [qu. à שׁוּר *canere*,] *æquabilis*, Ti. *inter probos*, Ca.) *rex*, Ch. M. O. Rex hîc eſt vel, 1. Moſes[t]. *Rex fuit*, non quidem nomine & pompâ, ſed jure Regio populum gubernavit. Vide ad Deuter. 17. 9[v]. Vel ſubauditur כ ante מֶלֶךְ [*tanquam rex*,] V. P. *Rex erat inter probos*, ſing. pro plur. ponitur, i. e. Iſraelitas Deo probatos[x]. Vel, 2. Deus[y]. Deus ipſe ſe Regem declaravit in Iſrael, quum Legem proclamavit[z]. Vide 1 Sam. 12. 12[a]. Deus fuit Rex in Iſrael quamdiu fuit *rectus*[b]. Alii vertunt in futuro, *Et erit in recto* (vel, *in dilecto*, ο'. *in Iſrael*, Sy.) *rex*, Sa. Prophetat de Rege in eis futuro[c]; nempe, Saule[d]. q. d. Ut Lex illis data eſt, ità conſtituendus eſt eis Rex †. Habebit Reges populus dilectus[f]. *Rex erit in rectitudine*, i. e. rectus[g]. At aliis *Jeſurun*, *rectus*, hîc dicitur Iſrael, ut 32. 15[h]. Alii, Quamdiu Iſrael erit *rectus* & probus, Rex erit Lex Dei; vel potiùs, Deus illos regens per Legem[i]. ¶ *Congregatis principibus*, בְּהִתְאַסֵּף רָאשֵׁי עָם] *Quando congregaverunt ſe* (ſub. *ad illum*, V.) *capita populi*, P. Mo. ſim. Ch. Ar. *congregandis principibus populorum*, ο'. *quoniam convenerunt principes populi*, Sy. Referunt vel, 1. ad tempus datæ Legis, Exod. 19. 7.—17[k]. Vel, 2. ad tempus electi Regis Saulis; tunc capita regni congregata dicuntur, 1 Sam. 8[l]. Al. ſic; *Congregatis principibus*, &c. i. e. quamdiu Principes cum populo unanimes erunt, vivéntque ſecundùm Legem Dei[m].

6. *Vivat—& non moriatur*] *Vivat ad vitam æternam*[n]. Vel, *Vivat in hoc ſeculo, neque morte ſecundâ moriatur*, Ch. TJ. in A. Conſentit cum benedictione Jacobi, nempe, quòd non velit eum excellere, nec penitus perire[o]. Utcunque decreſcat ejus Tribûs multitudo, nunquam tamen ea Tribus tota interibit[p]. ¶ *Et ſit parvus numero*, וִיהִי מְתָיו מִסְפָּר] *Et ſint viri ejus*, Mo. A. (*erit gens ipſius*, Caj.) *numerus*, Mo. Caj. Ma. A. M. *Eritq; ex eo numerus*, Sa. Q. intelligunt de paucitate[q]. *Et ſit parvus numero*, M. ſim. Ti. Viri *numeri* ſunt pauci, Gen. 34. 30. Deut. 4. 27. i. e. citò numerati, Eſa. 10. 19[r]. *Populus numerabilis*, i. e. parvus, Horat. in Arte poetica †. Alii, de numeroſitate[t]. *Sit multus in numero*; ſic Sy. Ar. Th. & P. in Bo. Pi. V. O. A. JT. Q. in M. Alioquin non eſſet benedictio[v]. Si de paucitate accipias, ſubauditur negatio præcedens, more Hebræorum, *& non ſit*[x]. Ità factum Pſal. 1. 5. & 9. 19. Ma. Vide quæ Num. 4. 15[y]. Theodoretus his verbis putat ſolvi tollique paternam maledictionem. At ſi illa Patriarchæ verba prophetica erant, non comminatoria, quomodo tolli eorum vis potuit? Regii & Baſileenſes ꝥ LXX codices hîc addunt, *Et Simeon ſit multus in numero*. Sed hoc additamentum non agnoſcunt Ambroſ. Epiphan. Theodor. Procop. Diodorus Tarſenſis; ut meritò è Romanis codicibus eraſum ſit[z]. Qu. Sed cur Simeon hîc prætermiſſus? Reſp. 1. Ob facinus Zambri, Principis Tribûs Simeon[a]. 2. Quia per idololatriam & murmurationem graviſſimè omnium deliquiſſe videtur. Argumento eſt, quòd in prima numeratione erant 59 millia; in poſtrema, poſt annos 40, tantùm 22 millia[b]. 3. Q. volunt eum in Levi, & cum Levi, benedictum; Jacobus enim ſimul eis benedixit, Gen. 49. 5[c]. Sed frivolum hoc eſt. Conſtat, quæ hîc dicuntur ad ſolum Levi pertinere[d]. 4. Simeon cum Juda conjunctus eſt v. 7. nam ei Tribui accenſitus eſt, & poſſeſſio ejus per tribum Judæ diffuſa, Joſ. 19. 1. & 1 Paral. 4. 42. Indéq; expeditiones inter has Tribus communes erant, Jud. 1. 3 †.

7. *Hæc eſt Judæ benedictio*, וְזֹאת לִיהוּדָה] [Variè reddunt.] *Et hoc dixit Judæ*, Ch. Sy. Ar. *Idem quoque Judæ precatus*, JT. *Et iſta*, vel *iſtud*, *ipſi Jehudæ*, Ma. ſcil. *evenient*, O. *Idem quoque contingat Jehudæ*, ſeu, *Eadem benedictio ſit ſuper Judam*; ut, ſcilicet, diu vivat[f]. *Hæc autem ipſi Jehudæ*, ο'. Sa. P. ſupple, (ex verſ. 1. A.) *fuit benedictio*, V. A. ex TJ. Ti. Sic 1 Reg. 22. 24. *Quâ viâ ibat ſpiritus*, &c? illud *viâ* ſuppletur ex 2 Par. 18. 23. Vide plura ad Gen. 4. 20. & 24. 33[g]. ¶ *Audi vocem Judæ*] Precantis[h]; vel, 1. tunc, pro hoſtium deletione, & introductione in Terram promiſſam[i]: vel, 2. pro principatu illi promiſſo, Gen.

Marginal notes, left column: d A. | † O. L. | e Ca. | g O. V. A. Mc. T. Bo. L. | h A. | i Me. Bo. | k Me. | l A. | m A. | n V. | o G. | p V. T. A. | q A. | r A. | † Ca. | t Ger. in M. O. | v O. | x V. | y G. | * Di. A. | † Di. | z A. | a Ma. | b G. | c A. Ma. | d Q. He. in A. | f Me. ex Bo. ſic ο'. | g Ca. | h T. | i Ma. | k Ma. | l A. ex TJ. | m Ma. ex Jun. | n V. Me. Bo. | o Me. Bo. | † L. | p O. | q A. T. | r Q. in O.

Marginal notes, right column: † V. | t AE. in M. A. ο'. & He. in A. V. G. | v Bo. Me. | x G. | y Ca. | z Ger. in M. A. La. | a Q. in Ma. | b A. | c Ger. in M. | d O. | f Q. in Ma. Me. | g † Bo. | h Me. | i O. | V. A. | Le. | k A. | l O. | m To. Caj. & alii in La. | n Ch. in A. | o V. Me. | p G. | q Ità L. Me. Bo. G. Ma. | r A. | † Ga. | t Ità ο'. | v M. | x V. O. A. | y Q. in Ma. | A. | z Bo. | a Q. in Ma. E. ad v. 1. V. ad v. 12. | b E. ad v. 1. A. ad v. 7. | c Q. in Ma. V. | d E. | † Jun. Pi. A. Ma. | f M. | g A. | h A. ex Ch. O. Bo. Me. T. | i Bo. Me. O.

Gen. 49[k]: vel, 3. postea; q.d. Exaudi preces Regum ex Juda oriundorum, Davidis, Josaphati, &c[l]. & præcipuè Christi[m]. ¶ *Et ad populum, &c.*] וְאֶל עַמּוֹ תְּבִיאֶנּוּ *Et ad populum (gentem, Sy.) introduces eum*, Sa. Mo. A. *adduc eum*, Sy. *Reduc eum* de prælio, Ar. sim. Ch. *Deduc*, pro, *Reduc*; ut *ire* in Hebræo sæpe pro *redire* ponitur[n]. [Variè exponunt.] 1. *Introduc eum ad populum suum*, i.e. sibi promissum & datum[o]. Ad portionem quam te jubente sortiturus est[p]. Per *populum suum*, terra ipsa, in qua habitaturus erat populus, intelligitur[q]. 2. *Introduc eum* tanquam Regem & Principem (ut promisisti, Gen. 49.) solenni inauguratione *ad populum suum*, sibi subjectum[r]. 3. Audi, Domine, preces Jehudæ, scilicet, cùm egressus fuerit ad bellum; *& reduc* (vel *ducas*, A.) *eum*, scilicet, à bello incolumem, ad fratres suos †. *Reduces cum pace*, Ch. 4. *Ad populum ejus venire facies eum*, scil. Messiam, quem *Judam* hîc vocat, i.e. Judæ filium[t]. ¶ *Manus ejus pugnabunt pro eo*,] יָדָיו רָב לוֹ [Variè reddunt.] *Manus ejus contendet sibi*, Mo. Ch. vel, *ei*, Ma. vel, *contendent pro illo*, V. Sa. P. i.e. Suis viribus pugnavit (pugnabit, V.) cum hostibus suis[v]. Juda Tribus erit bellicosa, soláque bellum hostibus inferre audebit[x]. Ità רָב est aut tertia persona præteriti, aut participium verbi רוּב[y]. *Manus ejus lis multa ei*, Caj. Verbum רוב non nisi de verbali contentione dicitur[z]. *Manus ejus dijudicabunt ei*, ο'. vel, *facient ultionem de inimicis suis*, Ch. *Fac manus ultrices sibi*, Ar. Al. *Manus ejus multæ erunt ei*, Ti. vel, *sufficient illi*, A. Ma. sic M. i.e. Erit satis fortis, neminem timebit, si modò defendas illum, ô Domine[a]. Vel, Multæ illi erunt manus, & copiæ militares; quod verissimum fuit: aut, *multa manus*, i.e. ingens potentia, auctoritas, dignitas[b]. Manus ejus pugnent pro populo universo, tanquam vindices communis omnium salutis[c]. Et de facto Tribus Judæ ferè semper, etiam ante designatos Reges, principatum in bellis obtinuit: Jud. 1. & 20[d]. ¶ *Et adjutor illius contra adversarios erit*] Scil. *manus sua* †; vel, *Deus*[f]. In Heb. est תִּהְיֶה. *Eris*, Ch. Ma. ο'. *esto*, Ar. A. *Si tu fueris illi auxilio*, M. *Tu opem ei feres*, Ti.

8. *Levi quoque ait*, וּלְלֵוִי אָמַר] *Et Levi*, vel, *ad Levi, dixit*, Ma. A. O. vel, *de Levi*, V. A. Bo. ל pro עַל, V. vel, *pro Levi*, Bo. ¶ *Perfectio tua, &c.*] תֻּמֶּיךָ וְאוּרֶיךָ *Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ*, Sa. P. V. Me. *Perfectio & lumen tuum*, Sy. *Thummim tui & Urim tui* penès virum, &c. JT. Erant hæ gemmæ in pectorali Pontificis, de quibus vide Exod. 28. 30[g]. Per quas, synecdochicè, intelligit totum *Rationale*, sive *Ephod*, cui inserebatur Rationale: deinde, ipsum Pontificatum, metonymicè, per Pontificatûs insignia[h]. q.d. Dedisti vestem sacerdotalem[i]. Temerè confundunt omnes *Urim* cum *Thummim*, quæ tamen satis distinguuntur. Dicuntur Deum consulere per *Urim*, Num. 27. 21. & 1 Sam. 28. 6. non item per *Thummim*. Existimo ergò oraculum duplex fuisse: 1. *Urim*, quo respondebat Deus in dubiis casibus; 2. *Thummim*, quo (ut mihi videtur) significavit Deus acceptationem sacrificiorum. Cujus acceptationis aliquod indicium à falsis diis suis habebant Gentiles, multóque magis à Deo vero Judæi: quod & Jo. affirmat Antiq. 3. 9[k]. [In auctore plura videre est, *sed quæ ex aliis antè notavimus ad* Exod. 28. 30.] *Thummim tui* dicuntur, ut significet unde venerit hæc benedictio[l]. Sermo dirigitur vel, 1. ad Deum[m]; nam illa, *quem probâsti*, &c. manifestè ad Deum diriguntur[n]. Vel, 2. ad tribum Levi, inter quos erant *Urim* & *Thummim*, sed uni appropriati. Sint *Thummim tui*, &c. cum Aarone, quem tu cum reliquis tentâsti, Exod. 17. Num. 20[o]. Petit Moses pro Levi *Urim*, h. e. scientiam, & *Thummim*, i.e. vitæ integritatem, quia ista per eum ad alios deventura erant. Vide Mal. 2. 6, 8. Dedit & Christus ministris suis *Urim*, nempe, linguas igneas, Act. 2. 3. non autem *Thummim*, quia Apostoli ab erroribus (non item à peccatis) immunes facti sunt. Quanquam potestas ligandi & solvendi directè respondet τῷ *Thummim* sensu jam dicto, quia est veluti oraculum declarans populo remissionem peccatorum per acceptationem sacrificii Christi[p]. ¶ *Viro sancto tuo*] Supple, *data est*, Bo. T. vel, *erunt*, sive, *pertinebunt*, O. A. vel, *sint*, A. Med. p. 276. Cum eo sunt,

k T. | l Bo. A. | m A. | n Ca. | o O. | p V. | q Bo. Me. | r T. | † O. | t Ma. | v V. Ma. | x Ca. | y Ma. | z Q. in Ma. | a V. Ma. | b Ma. | c T. | d T. ex Bo. | † O. | f Bo. O. | g T. | h Bo. sim. A. Ma. T. Me. | i V. | k Med. lib. 1. dissert. 36. | l Ib. | m A. ità Ch. & RS. in A. Ma. Bo. | n Bo. | o A. | p Med. ib.

& sic remaneant[q]. Vel, *ei competit & debetur*, La.[q] ¶ לְאִישׁ חֲסִידֶךָ] *Viro pio tuo*, Mo. Sy. M. *sancto tuo*, A. Med. ο'. *sanctissimo*, V. *Sancti* dicuntur Levitæ præcipuè relativè; non tam *sancti coram Jehovah*, sive habitualiter, (quo sensu *Levi* non erat reliquis sanctior,) quàm *sancti Jehovæ*, Ezræ 8. 28. sive respectivè, ob specialem proprietatem quam in iis habuit Deus. Et sicut Levitæ peculiariter *sancti* dicuntur, licèt totus populus sanctus erat, Exod. 19. 5. ità Ministri possunt dici *Clerus*, licèt populus Dei sint & vocentur *clerus Dei*, 1 Pet. 5. 3. At quamvis hæc vera sint, aliter חסיד vertendum est. Sign. ergò *virum quem beneficio prosequeris*, [ità JT.] κεχαριτωμένῳ, ο'. in Med. Cui Deus dedit speciale חֶסֶד, seu χάρισμα, Eph. 3. 8. 1 Tim. 4. 14[r]. *Viro misericordi tuo*, P. O. *viro præstantissimo apud te*, Ar. *benigno tuo*, Ma. vel, *viro sancti tui*, i.e. viro Dei, ut Psal. 106. 16. *Aaron, sancto Dei* *. [Al. aliter.] De Levi sic loquitur, *Tua integritas & claritas*. Alludit ad hæc verba quæ erant in Pontificis monili inscripta: i.e. Tua probitas & doctrina, quibus hominibus prælucere debes, est *viri clementis tui*, i.e. Jovæ, qui tibi, quâ est clementiâ, præcipuè favet, sacerdotium tibi indulgendo, *quem tu* (i.e. *Moses* & *Aaron*, qui Levitæ erant) *lacessivisti apud Massam*, &c[t]. ¶ *Quem probâsti in tentatione*,] בְּמַסָּה Vertunt, 1. *in Massa*, ut sit proprium loci nomen; de quo Exod. 17[v]. Non placet aliis, quia nihil ibi de Aarone legitur[x]. *Quem probâsti in tentationibus*, Sy. Al. *Quem probâsti probatione*, i.e. exactissimè probâsti, ut dignus esset sacerdotio[y]. Alii, *tentâsti* (vel, *probaveris*, Ar.) *in loco tentationis*, P. Ar. Q. exponunt in laudem. Ità Ch. *Qui inventus est pius coram te: quem probâsti, & in tentatione stetit, & fuit perfectus; probavisti eum ad aquas contradictionis, & inventus est fidelis*[z]. Videri hoc possit non bene convenire cum Num. 20. de *Aaronis* persona. Hebræi tamen dicunt tribum Levi non murmurâsse cum murmuratoribus, & Psal. 99. 7. dicit, *servabant testimonia ejus*. Confer Mal. 2. 5[a]. Alii in vituperium sumunt. Qui (scilicet, *Aaron*) fuit *vir sanctissimus*, præterquam quòd lapsus est in loco qui dicitur *Massa*, qui propterea dictus est *Aquæ Meriba*, i.e. contradictionis, Exod. 17. 7[b]. ¶ *Et judicâsti*] i.e. Punivisti. q. d. Non obstante tamen hâc Aaronis offensâ, voluisti sacerdotium penès hanc unam Tribum perpetuò remanere[c]. ¶ תְּרִיבֵהוּ] *Contendere fecisti eum*, P. V. O. cum populo, O. i.e. Permisisti ut contenderet cum filiis Israel[d]. Al. *contendebas cum eo*, A. Q. in Ma. vel, *provocabas eum ad contentionem*, Q. in Ma. Deus *contendere* dicitur cum hominibus, quando eos redarguit & punit, Esa. 49. 25. Jer. 2. 9 †. Rectiùs, *objurgabis eum*, fut. pro præt. Notat magnam & continuam objurgationem[f]. Alii referunt ad Levi; Quem (scilicet, *Aaronem*) tu, ô Levi, cum aliis tentâsti, & contendisti cum eo[g]. Vel, *quem illi tentabant & convitiabantur*, ο'. in A.

9. *Qui dixit patri,—Nescio vos*] Vide quæ de J. B. & P. 2. 26. 3. & ibi annotata[h]. *Scientia* hîc curam sive respectum innuit, ut Job. 9. 21. Prov. 12. 10, 11. 1 Thes. 5. 12[i]. Referunt hoc, vel, 1. ad legem Lev. 21. 10, 11. ubi vetatur sacerdos interesse funeri patris, matris, &c. acsi eum non novissent[k]. Vel, 2. ad factum illud Levitarum Exod. 32[l]. Ibi dixit Moses, *Occidite quisque fratrem suum*[m]. Et Levitæ reos quosque, citra personarum delectum, interfecerunt[n]. Vel, 3. ad Aaronis æquitatem & integritatem, qui in judicando non habebat rationem personæ litigantis[o]. ¶ *Custodierunt*] Pactum cum Deo initum, Exod. 24. 8[p]. Nempe, facto illo Exod. 32[q]. Vel, Præt. pro fut. *Custodient*; studiosi erunt Legis servandæ[r]. Vel, *Custodiunt*; nam ex lege Lev. 21. custodire tenentur †. [Alii aliter vertunt & exponunt:] *Qui vir clemens tuus*, i.e. Jova Christus, pluris facit obedientiam quàm cognationem; eósque pro cognatis habet *qui tuis dictis*, ô Deus, (est enim personæ mutatio,) *obtemperant*. Id docet Christus Matt. 12. 50. *Qui fecerit voluntatem meam, is meus frater*, &c[t].

10. *Judicia tua, ô Jaacob*] Nectenda superioribus per appositionem; q. d. Hi custodierunt pactum tuum & eloquia tua, quæ nihil aliud sunt quàm judicia tua & Lex tua[v]. ¶ יוֹרוּ] *Docebunt*, P. O. V. A. Hoc

q A. | r Med. dissert. 36. | * A. | t Ca. | v La. ità V. Caj. Ma. S. | x Bo. Me. | y Q. in Ma. | z V. | a A. | b V. M. | c T. | d V. | † A. | f Ma. | g Q. in A. | h G. | i A. | k A. Q. in Ma. | l Ità M. O. Bo. La, A. Med. dissert. 36. L. Me. | m O. | n M. | o V. | p Me. | q Bo. A. | r Q. in Bo. | † A. | t C. | v Me. & La.

munus eorum erat[x]. Vel, *doceant*, A. vel, *docuerunt*, V. ¶ *Ponent*, [יָשִׂימוּ] Vel, *posuerunt*, V. ¶ *Thymiama in furore tuo*] Heb. *in naso tuo*; i.e. coram te[y]: *in conspectu tuo*, Ar. Ut suffitus, scilicet, sit gratissimus odor naribus tuis[z]. Vel, *in ira tua*, ο'. in A. Sa. Sy. i.e. *ut cohibeant furorem tuum*, Targ. Jerosl. in Bi. Ad te placandum; quod fecit Aaron, Num. 16. 47[a]. ¶ *Et holocaustum*, ità Sa. [וְכָלִיל] De quo vide Levit. 6. 23: & Deut. 13. 16[b]. Vertunt, *& totum*, O. Ma. *consumptum*, Mo. *perfectionem*, Sy. vel, *perfectum*, Ar. *sacrificium*, vel *incensum*, *totaliter consumendum*, Q. in Ma. עֹלָה est tantùm de *animalibus*, כָּלִיל de *minchah*; ut Deut. 13. 16. & Jud. 20. 40[c]. [At ο'. vertunt, *semper super altare*.]

11. *Benedic fortitudini ejus*, sic ο'. Sa. [חֵילוֹ] Variant. *Strenuitati ejus*, vel, *robori*, Sy. Ma. Referunt ad Macchabæos sacerdotes fortissimos[d]. Al. *substantiæ ejus*, P. Ch. O. i.e. divitiis, ut Deut. 8. 18†. Hoc petit pro iis, quia nullam habebant hæreditatem præter oblata Deo[f]. *Primitiis ejus*, M. חַיִל est *robur* & vis terræ quam in fructuum procreatione exserit. Primitiæ autem & decimæ frugum Levitis debebantur[g]. Al. *virtuti ejus*, Mo. Ma. Auge gratias tuas in eo[h]. Al. *exercitui ejus*, O. Ar. ut Ezec. 37. 10[i]. Vide Num. 4. 3, &c. A. *Militiæ sacræ*, quâ in Templo militabant Domino†. Veniebant ad modum exercitûs ad ministrandum[k]. ¶ *Et opera manuum*] i.e. Omnes ejus administrationes. Confer Ezec. 43. 27[l]. ¶ *Suscipe*] Grata habe, V. *acceptabis*, Ma. ¶ *Percute dorsa*: hoc fit in fuga; q.d. Fugiant[m]: [מְחַץ מָתְנַיִם] *Transfige lumbos*, P. O. *vulnera in lumbis*, V. Ità fecit Korah, &c[n]. ¶ *Inimicorum ejus*; Ch. sim. Sy. Ar. [קָמָיו] *Insurgentium ejus*, Mo. vel, *in eum*, ο'. Sa. JT. ¶ *Non consurgant*, [מִן יְקוּמוּן] *Nè surgant*, vel, *insurgant*, Mo. A. Belg. sim. Ch. Sy. *non resurgant*, ο'. A. *de insurgentibus*, O. ex quo *insurrexerint*, JT. Pi. *quò minùs ei resistunt*, Ar. [At Sa. adjungit præcedentibus, hoc modo, *Tum ex iis qui oderunt eum quis insurget in eum?*] מ præfixum ante infinitivum constituit gerundium in *do*, & ferè negativè sumitur, explicatúrque per פֶּן, *nè*, *non*; ut suprà Gen. 31. 29. מִדַּבֵּר *à loquendo*, pro, פֶּן תְּדַבֵּר, *nè loquaris*. Hoc autem loco integra vocula מִן hoc significatu jungitur cum futuro, quod speciale est[o].

12. *Et Benjamin ait*] Cui benedicit post *Levi*, cujus erat sacerdotium, quia in hujus sorte erat Templum[p]; & ante *Josephum*, quia sors ejus erat inter *Judah* & *Josephum*; & quia, reliquis tribubus deficientibus, hic cum *Juda* in veritate mansit[q]. ¶ *Amantissimus Domini*] *Dilectus Domini*, vel *Domino*, [ità plerique. At Sa. *manus*, *manus Domini habitare fecit*, &c.] Imò, *dilectissimus Domino*, G. ο'. A. ut olim patri, Gen. 44[r]. Patuit hic amor, 1. quòd ex ea Tribu primus Rex; 2. & in ea Templum erat†; 3. & pinguissimam totius Terræ promissæ regionem accepit, teste Jo. Antiq. 5. 1[t]. ¶ *Habitabit confidenter in eo*, [יִשְׁכֹּן עָלָיו] *Habitabit* —— (vel, *habitet*, V. A. JT. ut precatio sit[v],) *super*, vel *juxta*, *eum*, Mo. M. O. A. P. vel, *cum eo*, JT. vel, *in eo*, Ar. *juxta eum*, nempe, Dominum[x]. Cum Jehovah, ut olim cum patre[y]. Dominus habitet in medio Benjamin[z]. Significatur Benjaminis habitatio firma, Hierosolymis, scilicet, & Sanctuarium in ejus parte. Vide Gen. 49. 27[a]. *In terra ejus habitabit majestas Domini*, Ch. *Manus Domini habitare fecit eum confidenter*, Sa. ¶ *Quasi in thalamo totâ die morabitur*: Legit, non חֹפֵף, sed חֻפָּה[b]: [quod *thalamum* sign.] [חֹפֵף עָלָיו] *Tegens*, vel *protegens*, *eum*, Ch. JT. P. O. M. A. *Incubabit* (*alias motitavit*, Sa. vers.) *super ipsum*, Sy. *circumducet eum*, Ar. *inumbrabit super eum*, Ti. Græci, & Masoritæ in G. Aut, *tegat eum*, A. scil. Benjaminem Dominus[c]. ¶ *Et inter humeros illius requiescet*] Scil. *Deus*, ο'. Ch. M. V. Me. T. O. Ma. A. i.e. In sorte, sive in finibus, (id *humerus* sign. Num. 34. 11.) Benjaminis exstruetur Templum[d]. Hoc optat†: imò, prædicit[f]. Quod & impletum est[g]. *Inter humeros habitare*, est Hebraismus, pro, *habitare in medio*; quod enim est inter humeros est in medio[h]. *Super humeros*, i.e. super montem editum, ubi emineret, ut caput super humeros[i]. Tota possessio Benjaminis cum corpore confertur, & metropolis cum capite humeris imposito. Sic Isa. 8. 8[k]. Licèt pars Jerosolymæ superior, Australis, ubi erat mons Sion, pertineret ad tribum Juda; pars tamen inferior & Septentrionalis, cum intermedio monte Moria, in quo Templum exstructum fuit, spectabat ad tribum Benjamin[l]. Quod fusiùs probandum erit Jos. 15[m]. Obj. Dicitur Templum esse in monte *Sion*. Resp. Hoc factum, quia non rarò mons *Sion* synecdochicè pro tota urbe sumitur; & quia coæquatâ à Salomone voragine *Millo*, quæ inter montes *Sionem* & *Moriam* interjacebat, uterque mons videri unus potuit, majore communicante minori nomen suum[n]. Omnium ferè est opinio ex hoc loco, Templum fuisse in tribu Benjaminis[o]. Potest tamen hoc ad Benjaminem referri, quòd, videlicet, habitavit *inter humeros Domini*, i.e. ab utroque latere Templi[p].

13. *Joseph*] Cui proximè benedicit, quia ejus erat primogenitura, 1 Par. 5. 2[q]. ¶ [לְיוֹסֵף] *Ad Joseph*, vel, *de Joseph*, V. A. ¶ *De benedictione*] Hebr. *Benedicta Jehovæ ejus terra*, Ma. i.e. Jovam habet secundum[r]. Erat hæc inter omnes sortes optima†. ¶ *De pomis cœli*, [מִמֶּגֶד שָׁמַיִם] *De delicatis*, P. O. *delicia*, Mo. *eximio cœlorum*, Ma. *pretioso*, O. *à rebus pretiosis*, A. JT. *dulcissimis & optimis fructibus*, Ti. A. M. Vide ad Gen. 24. 53. A. *ob fructus pretiosos*, Sa. מֶגֶד sign. omne pretiosum & optimum in fructibus, vel in auro, vestibus, &c. unde pro loco vertendum est[t]. Al. de *optima* pluvia *cœli*, quæ scil. non lædit, sed prodest. Al. *ab aromate*, seu *odore*, *cœli*, Ma. Seipsum declarat mox, *ob rorem*, &c. V. Fertilitatem plurimùm juvat aspectus cœli[v]. ¶ *Et rore*] Et *ob rorem*, V. A. vel, *de rore* & pluvia, quibus terra fertilis fit. Vide Gen. 27. 28. & 2 Sam. 1. 21[x]. Vel, *à rore* sit benedicta terra tua[y]. ¶ *Abysso subjacente*] i.e. Ob fontes è terra scaturientes & erumpentes[z].

14. *De pomis fructuum solis ac lunæ*] Principia generationis, Sol, calore, Luna, madore[a]. Luna de nocte humorem subministrat, Sol diurno calore humorem excoquit[b]. Soli patebat hæc terræ portio[c]. Hebr. *ob delicias fructuum*, sive *proventuum*, *solis*, i.e. qui provenire solent beneficio Solis[d]. *Ob pretiosas res*, *proventus Solis*, A. ¶ *Ac lunæ*, [וּמִמֶּגֶד גֶּרֶשׁ יְרָחִים] *Et de delicatis fructibus maturis lunæ*, P. *de eximio*, vel *pretioso*, *ejectionis lunarum*, Mo. O. Ma. *de pretiosis rebus*, *protrusionibus lunarum*, A. vel, *proventuum menstruorum*, Sa. *Ob delicias influentiæ lunæ*, vel, potiùs, *lunarum*; i.e. propter fructum expulsum à lunationibus, seu Lunis; i.e. *quas quæque Luna protrudit*†. In uno mense colligebant æstivos fructus, in alio, olivas, in tertio, dactylos[f]. Poma lunaria, seu menstrua, sunt cucumeres & cucurbitæ, quas terra in illis locis singulis emittit mensibus[g]. Propter fructus quorum maturitatem juvat Luna, quæ singulis mensibus renovatur[h]. Manifesta est Lunæ vis in fructibus. *Crescente Lunâ, frumenta grandescunt*, ait Plin. 18. 30[i].

15. *Et de vertice antiquorum montium*, [וּמֵרֹאשׁ הַרְרֵי קֶדֶם] *De vertice*, ο'. *de capitibus*, Ti. *de cacumine*, Sy. *propter cacumina*, Sa. *ob* delicias *cacuminis*, P. subaud. מֶגֶד, V. [At Ar. *de radicibus*.] *Et de capite*, Mo. i.e. rebus præcipuis, *montium*[k]. Sic *caput* sumitur Exod. 30. 23[l]. *Propter primitias montium*, Ch. M. הַרְרֵי קֶדֶם vertunt, *montium antiquorum*, Ar. JT. V. A. vel, *principii*, ο'. *prioritatis*, A. Ma. i.e. qui fuerunt ab initio[m]; cum terra creati[n]. Vel, *montium perennium*, Ca. sive, *æternorum*, A. i.e. immobilium, Ca. A. Poetico more dictum[o]. Et duratorum ad finem mundi, vel, perpetuò fructificantium. Sic Habak. 3. 6[p]. Al. *montium orientis*, seu *orientalium*, P. Sa. Sy. Mo. Ti. O. i.e. tam felices ut sunt montes Orientis, ob fertilitatem proverbio ferè jactati[q]. Confer Gen. 49. 26. Multi in hac parte erant fertiles montes; *Ephraim*, Jud. 17. 1. & *Samariæ*, Amos. 3. 9. & 4. 1. & 6. 1[r]. Laudat fructus à soli bonitate: meliores enim sunt ii qui in supinis collibus, quàm qui proveniunt in planitie†. ¶ *De pomis collium æternorum*, [גִּבְעוֹת עוֹלָם] *Collium seculi*, Mo. Sa. vel, *æternorum*, ο'. Ar. Sy. sive, *perpetuorum*, P. *qui non deficiunt*, Ch. *qui jam olim fuerunt*, Ti. *propter fructus quos colles in perpetuum producunt*, M.

Marginal notes (left): x O. — y A. Mo. Ch. — z Ma. — a Me. A. Ma. — b Ma. — c Ma. — d Me. Bo. RS. in L. — † Ital. Ch. in A. — f A. — g M. — h V. — i A. ex Maimon. — † Q. in Ma. — k O. — l A. — m B. — n A. — o Glas. gram. p. 655. — p L. A. — q A. — r A. Ma. La. Me. T. — † Me. T. — t Bo. T. — v A. — x Me. Ma. Bo. V. — y Ma. ex Jun. — z V. — a G. — b G. — c A. ità V. M. O. Græci in G. Ma. — d A. † V. — f Ca. A. — g V. Ca. — h V. La. — i Me.

Marginal notes (right): k Jun. Pi. — l T. ex Bo. — m Bo. — n T. ex Bo. — o Bo. — p O. — q A. — r Ca. — † RS. in A. — t V. — v M. — x A. — y O. — z V. A. Ma. — a G. A. — b Me. ex Bo. — c RS. in A. — d V. — † Jun. A. Ma. — f Hazcuni in A. — g Ger. in M. RS. in A. — h V. — i Ma. — k A. JT. Pi. — l Ma. ex Jun. — m V. A. — n Me. Ma. Bo. — o Ca. — p Ca. — q Ma. O. — r A. — † Me.

16. *Et de frugibus terræ,* מִמֶּגֶד אֶרֶץ] *Et ob delicias terræ,* sub. *arabilis* [t]. ¶ *Et de plenitudine ejus*] i. e. Omnibus creaturis eam implentibus, Psalm. 24. 1 [u]. ¶ *Benedictio illius,* &c. וּרְצוֹן שֹׁכְנִי סְנֶה] *Et voluntate* (seu *favore,* V. Ti. *beneplacito,* JT.) *habitatoris rubi,* Mo. O. vel, Dei *mei inhabitantis rubum,* JT. sim. Sy. Ar. A. qui ibi habitavit, Exod. 3. 2 [x]. qui mihi primùm apparuit in rubo [y]. Vel י est paragogicum, ob mysterium admirandæ istius apparitionis [z]. ¶ *Veniat,* תָּבוֹאתָה] Pro תָּבוֹא; duplex paragoge, ה & ת, ad auxesin: q. d. *Veniet, veniet* certissimè & copiosè [a], sub. *hæc benedictio,* V. ¶ *Et super verticem*] q. d. Apertè & ubertim effundantur. Vide Psalm. 7. 17 [b]. ¶ *Nazaræi inter fratres suos,* נְזִיר אֶחָיו] *Separati fratrum,* ut Genes. 49. 26 [c]. Pulchrioris inter fratres: Thren. 4. *Nazirei mundiores erant nive,* &c [d]. *Glorificati,* ο'. in A. *separati,* seu *exempti,* ut esset præcipuus †. *Separati à fratribus.* Qui venditus fuit à fratribus, & abductus in Ægyptum. Utinam atque utinam propter favorem Dei hæc benedictio veniat super Joseph, &c [f].

17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus,* בְּכוֹר שׁוֹרוֹ הָדָר לוֹ] Ad verb. *Primogenitus bos ejus decor ejus,* Mo. *Primogenitus bovis illius decorem habet,* M. vel, *bovis illius sertum illi,* O. *Decor ejus ut primogeniti bovis,* Ti. *Sit gloria ejus tanquam primogeniti bovis,* A. *Primogeniti bovis illius decor* est *ei,* JT. Optimè vertit Hieron. & æquè egregiè Pagn. *Primogeniti bovis habet decorem.* Sic Luth. & Calv. *Pulchritudo ejus tanquam boum selectissimorum.* Ità בְּכוֹר est genitivus, & ו in שׁוֹרוֹ non est *affixum,* sed *paragogicum*; quomodo alibi בְּנוֹ & חַיְתוֹ, pro בֵּן & חַיָּה, legimus; (id quod, non animadversum AE. M. Ca. O. Mo. aliísque, fraudi illis fuit, ut locum pravè interpretarentur.) Hinc Græci & Syri rectè vertunt, πρωτότοκος ταύρου. *Primogenitum* autem dicit, quia persuasum erat Hebræis primogenita cujuscunque animalis reliqua viribus excedere [g]. *Decor* aut *majestas illi primogeniti bovis.* In tauro maximè probatur quædam in aspectu generositas; —*torvique decorus Frontis honos.* Et taurum coli voluit Ægyptiorum Rex Mnevis, *cùm omnium formosissimum illum esse crederet*; Ælian. hist. l. 2. 10. Et Cotta in Cicerone, l. 1. de Nat. deorum, ait, —*Non audeo dicere pulchriorem esse me quàm ille fuit taurus qui vexit Europam* [h]. *Gloriam habet* instar *primogeniti bovis sui,* A. *Primogeniti bovis illius decor ei*; i. e. duabus dignitatibus excellit, quòd est primogenitus, 1 Par. 5. 1. & bos Dei: Josephus enim bovis officio functus est paternam familiam sustentando [i]. *Primogenitus bovis ejus decor ei,* V. Q. in Ma. *Bovis,* i. e. Tribûs, Q. in V. Cujus *primogenitus,* i. e. præcipuus ac Princeps, Jehoshua, decorus & inclytus fuit [k]. Verùm de *Ephraim* potiùs intelligendum, ut paulò pòst dicitur [l]. Ut sit vaticinium de Ephraim Manassi præferendo [m]. His verbis regni Israelitici, quod in tribu Ephraim præcipuam sedem habuerit, (& cujus Reges è tribu Ephraim, & inprimis Jeroboam [n],) gloria & fortitudo describitur [o]. Taurus Regni Regísque symbolum præfert [p]. *Sertum,* seu *corona,* (ità enim הָדָר sign. Psal. 8. & 21. & Isa. 45.) *erit primogenito bovis,* i. e. Tribûs fortis, *ejus*; nempe, Jeroboamo. Ità prædicit Regiam dignitatem. Vel, *Sertum,* scil. victoriæ, *erit primogenito ejus*: vel, *Bos,* i. e. Tribus, *ejus erit primogenitus*; Præferetur *Ephraim Manassi* [q]. ¶ *Cornua rhinocerotis,* וְקַרְנֵי רְאֵם קַרְנָיו] *Cornua unicornis cornua illius,* Ma. A. M. O. *Monocerotis,* Græci, (qui differt à rhinocerote, Plin. 8. 9. *Monoceroti cornu mediâ fronte cubitorum duorum eminet,* Plin. 8. 21.) Sy. & Ar. in G. Bos Josephi insigne, Gen. 49. 6. Sed bos ità validus, ut unumquodque ejus cornu æquet cornu monocerotis [r]. Dices, Unicum est rhinoceroti (*pariter & monoceroti*) cornu; quomodo ergò hîc dicit *cornua?* Resp. 1. Enallage numeri est, plur. pro sing †. Non placet; quia sequitur, *his* (scil. duobus cornibus) *populos feriet,* & cum 2 cornibus confert 2 Tribus [t]. *Unicornis,* pro *unicornibus,* A. Resp. 2. Duo cornua hîc non *rhinoceroti* adscribuntur, sed *regno*; q. d. Cornua illi erunt qualia rhinocerotûm cornua esse solent [v]. 3. [*Alii ob hanc rationem & alias causas negant* רְאֵם *esse vel monocerota, vel rhinocerota, sed animal quodammodo bovi cognatum faciunt; vel Urum, de quo vide Boot. Animad. 3. 1. vel Orygem, sive capreæ bicornis speciem, de quibus vide quæ ex Bocharto selegimus ad Num. 23. 22.*] ¶ *Ventilabit,* יְנַגַּח] *Cornu petet,* V. P. O. Ma. A. *impetet,* Sy. *invadat,* Ar. *deturbabit,* M. Ti. *occîdet,* Ch. in A. h. e. Eâ fortitudine invadet populos, & dilatabit imperium suum usque ad fines terræ [x]; nempe, terræ *Canaan,* quam omnem devicit Joshua [y]. ¶ *Hæ sunt,* וְהֵם] *Ea sunt,* Ma. O. A. Supple, vel, *cornua prædicta,* A. ex Chazkuni; vel, *quibus hæ benedictiones conveniunt,* Bo. Me. [Ar. supplet, *Et memorent ea esse decem milia,* &c.] ¶ *Multitudines Ephraim*] *Myriades,* V. i. e. plures quàm *Manassis,* juxta Gen. 48. 19 [z]. licèt impræsentiarum pauciores erant, Num. 26. 34, 37. *Myriades Ephraim* referunt ad Josua & suos milites, & *chiliades Manassis,* ad Gideonem & suos [a].

Marginal notes (left column): [t] V. [u] A. [x] A. [y] Ma. [z] V. [a] Ma. [b] A. [c] Ma. [d] O. † A. [f] V. [g] Boot. animadv. 3. 1. 6. [h] BA. 1. 2. 9. 288. [i] Ma. [k] Me. He. in V. [l] V. [m] Ma. [n] Bo. [o] Me. Bo. [p] Bo. Me. [q] O. [r] G. † Bo. [t] BA. 1. 3. 27. 957. [v] Bo.

18. *Et Zabulon ait*] Cui *Issachar* adjungit, fratrem ex *Lia* [b]: & sortes eorum propinquæ erunt [c]. ¶ *Lætare*] q. d. Dabit tibi Deus lætitiæ causam [d]. Prosperum habebis successum †. ¶ *In exitu tuo*] Vel, 1. ad bellum [f]. Id sign. Gen. 14. 18. 2 Sam. 11. 1. Confer Jud. 5. 18 [g]. Vel, 2. ad negotiationem [h]. *In exitu,* i. e. in exportatione & importatione mercium; quia hic proximus mari erat [i]. Vide Gen. 49. 13 [k]. Tribus illa maritima loca ad mare Genesareth, & non procul à mari Mediterraneo, incolebat [l]. Habitabant Zebulonitæ circa Carmelum & Ptolemaidem, nec procul à Tyro & Sidone [m]. *In itineribus tuis,* Ar. ¶ *Et Issachar in tabernaculis*] Sub. *lætare,* V. A. i. e. agricolarum ac pastorum vitam ducens [n]. Eris amator pacis & quietis [o]. Quietè deges [p]. Terrâ tuâ contentus esto: Gen. 49. 14, 15 [q]. Domi manebis: opponitur exitui ad bella, aut negotiationes, aut mercatum, Gen. 25. 27. Jos. 22. 4. Jud. 5. 24. & 7. 8 [r]. Religionis amans erit †: studio Legis operam impendet [t].

19. *Populos*] Alias Tribus [v]; & exteros [x]: qui cum iis commercia & consuetudinem habentes allicientur [y]. ¶ *Vocabunt*] *Vocent,* A. *invitent,* JT. vel, *invitabunt,* Ti. nempe, *Tribus,* Ti. Vel, 1. exemplo suo aliis præibunt [z]: licèt remotissimi à Templo erant [a]. Vel, 2. ephemerides faciendo, & stata festorum tempora aliis indicando, juxta 1 Par. 12. 32 [b]. ¶ *Ad montem*] Sionem, vel Moriam [c]; in quo Templum exstruendum prævidit Moses per spiritum [d]. Lætæ & alacres, quippe divitiis & terræ fructibus abundantes, eò adscendent †. ¶ *Victimas justitiæ*] i. e. Lege præscriptas *. Cætera sacra impia sunt & injusta [f]. Victimas justas, ut *via justitiæ,* Matt. 21. 32. est via justa [g]. Admonet eos, nè sacrificarent ex rapinis, aut malè partis, quia mercatores erant [h]. Sacrificia eucharistica, quæ Lex & jus requirit [i]. ¶ *Inundationem maris—sugent*] Hebr. *abundantiam* (*divitias,* ο'.) *marium,* Ma. P. V. i. e. Mercibus marinis abundabunt [k]. Ex maris copia ditescent [l]. *Divitias populi,* Ch. Ar. Maria figuratè accipit pro populis, ut Esa. 60. 5. & alibi [m]. *Divitiæ maris lactabunt te,* ο'. ¶ *Et thesauros absconditos arenarum,* שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל] Regimen hîc regimini additum est; duo participia passiva [n]. Vertunt, *& tecta abscondita arenæ,* Mo. *occulta, id est, thesauros, arenæ,* JT. scil. maris, cujus litora repleta sunt arenâ [o]. *Absconditos thesauros arenæ,* Sa. Ti. A. M. *Et thesauri absconditi in arena revelabuntur eis,* Ch. *& emporia maritimam habitantium,* ο'. *& occulta atque abscondita in arena,* Pers. [*qu. deficiente* ו *ante* טְמוּנֵי.] *Et abditi thesauri* in *arena,* supple, *illis erunt,* V. vel, *sugent thesauros,* &c. A. [At Sy. vertit, *naves absconditas in arena.*] Exponunt, vel, 1. Ditissimi erunt, ità ut abscondant thesauros in arena [p]. Vel, 2. referunt ad ea quæ evomere solent maria [q]. Vel, 3. ad aurifodinas, vel suas, vel aliorum. Habebunt multas auri & argenti fodinas [r]. Effodient è terra arenosa aurum, &c †. Vel potiùs, thesauros & gemmas habebunt ab exteris allatas, quæ è terra vel arenis extrahi & colligi solent [t].

20. *Benedictus in latitudine Gad*] i. e. Propter latam & spatiosam regionem quam trans Jordanem obtinuit [v]. Vel, *latitudo* hîc est prosperitas [x].

Marginal notes (right column): [x] V. [y] A. [z] V. Ma. Bo. [a] RS. in A. [b] A. [c] L. [d] A. † M. [f] Ità Ch. in V. M. [g] A. [h] Ità M. A. Ca. Jun. [i] T. Me. L. [k] Bo. [k] A. [l] Bo. [m] BA. 2. 5. 9. 730. [n] Me. B. [o] V. M. [p] T. Ma. A. [q] Jun. [r] A. † V. [t] M. [v] V. T. Bo. Ch. in A. [x] Ma. A. Ca. [y] Ca. A. [z] G. Ma. T. [a] Ma. ex Jun. [b] T. Ch. & RS. in A. [c] Ma. [d] A. † Me. * Me. T. Bo. Ma. Ca. [f] Ca. [g] A. [h] Q. in Ma. [i] Ma. Bo. [k] V. Me. T. Ca. [l] G. [m] A. [n] Ma. [o] Pi. [p] V. ex M. [q] V. [r] Q. in Bo. † Q. in V. [t] Me. ex Bo. [v] Me. & T. ex Bo. M. [x] T. Bo.

¶ [בָּרוּךְ מַרְחִיב גָּד] *Benedictus* (*sit*, Ar. A.) *dilatans*, vel, *dilatare faciens*, *Gad*, P. ο'. A. Ma. O. Ch. *qui dilatavit ei regionem*, Ar. nempe, *Deus*, O. *Grates Gadem explicanti*, seu ejus fines amplificanti[y]. Intelligi potest, vel, 1. de *Gadis hæreditate*, quam Deus se amplificaturum promittit[z]. Qui cesserit illi locum, & non restiterit ei dilatanti fines suos[a]. Vel, 2. de *Gadis persona*; & tunc *dilatare* est, ex angustia liberare, ut Psal. 4. 2. Confer Gen. 49. 19. & Jud. 11[b]. Qui efficit ut Gad commodè habitet. Fuit ejus sors confinis alienigenis[c]. Qui latum spatium ei præbet ad evadendum, quum cingitur ab hostibus. Sic Psal. 4. 2. *In angustia dilatâsti mihi*. Ante *Gad* deficit ל. Complementum vide Jud. 11. ubi Gaditæ erepti sunt ab Ammonitis, &c*. ¶ *Sicut leo*] i. e. Vicinis & circumjectis gentibus formidabilis[d]. Securus, & hostes non timens†. Vide 1 Par. 5. 18, &c[f]. & 1 Par. 12. 8[g]. ¶ *Brachium & verticem*] i. e. Interficiet Reges & Principes[h]. q. d. Leonis instar prædæ armum & caput uno impetu à corpore divellit[i]. *Brachium* fortitudinem, *vertex* principatum, denotat[k]. Fortes adversarios & eorum Reges[l]. *Brachium & principem*, ο'.

21. *Et vidit principatum suum*] Vel, *prærogativam suam*, Sa. i. e. Excellentiam quandam suam præ aliis tribubus agnovit, & eâ gavisus est[m], רֵאשִׁית *principatum* sign. & Num. 24. 20[n]. ¶ [וַיַּרְא רֵאשִׁית לוֹ] *Et vidit principium* (*primitias*, V. ο'. in A.) *sibi*, P. V. O. Ma. Mo. h. e. Jam petivit à me primitias Terræ promissæ, nempe, terram *Sehon*, &c[o]. *Et prospexit inprimis sibi*, Sy. ità Ti. *Vidit itaque primùm pro se*, M. *Providit primam* partem (vel, *in principio*) *sibi*, A. M. sub. *Gad*; vel, *illi*, supple, *Deus*. Vel, *vidit*, i. e. *accepit*, ut Ch. habet, *suam primam* partem; i. e. eâ fruebatur[p]. *Vidit in principio* habitationem *sibi*. Vide Num. 32. In principio, scilicet, belli contra hostes suscepti & gesti[q]. ¶ *Quòd in parte sua Doctor esset repositus*] i. e. Quòd ibi sepeliendus esset Moses*. q. d. Amore religionis optavit illam terram[r]. ¶ כִּי שָׁם [חֶלְקַת מְחֹקֵק סָפוּן] [Variant.] *Quia ibi in portione legislatoris* (i. e. quam Deus per Mosen Legislatorem ei dedit, Num. 32.) *protectus* erat, JT. A. Nempe, in urbibus protecti erant eorum liberi & uxores, dum ipsi ad bellum irent†. *Quòd illic pars*, vel *portio*, *legislatoris* (*expositoris*, Sy.) *est tecta*, *occulta*, *abscondita*, Sa, Sy. sim. Ti. P. *Et quòd illic portio esset pro legislatore abscondenda*, M. סָפוּן masc. est, & חֶלְקַת fœm. aiunt ergò rationem habitam ejus synonymi חֵבֶל, vel חֵלֶק[t]. *Legislator* hîc ponitur pro Legislatoribus & Principibus. Et sensus est, quòd illic videret (*Gad*) multas arces tectas pretiosâ materiâ; erant enim illic palatia Principum[v]. Innuit civitates munitas & opulentas Amoræorum[x]. ¶ *Qui fuit*, &c.] Referunt ad Mosen; q. d. Qui per desertum comes erat cæterorum populi Principum, quíque populum justè rexit[y]. ¶ At Hebr. sunt, [וַיֵּתֵא רָאשֵׁי עָם] Vertunt, *Et venit capita populi*, Ma. i. e. ad Principes, ab eis terram suam petiturus, Num. 32. Jos. 1. 14[z]. Vel, *cum principibus*, sive *capitibus*, *populi*, Sa. P. A. Ma. M. Mo. O. sim. ο'. nempe, *ad bellum*, Jos. 1. 14[a]. Vel, *ibunt autem principes populi*, nempe, ipsius *Gad*[b]. *Ibit*, pro, *ibunt*, nempe, cum reliquis ad subjugandum terram[c]. *Et venerunt principes populi*, Ar. *Qui procedebat in fronte populi*, Sy. ¶ *Et fecit justitias*, &c.] i. e. *Fecit* Gad quod illi præceperat Deus, & quod se facturum receperat, Num. 32. 27[d]. Vide Jos. 1. 12. & 4. 12†. Justa judicia Dei exsequutus est in Cananæos[f]. Referri potest & ad judicia quæ *Jehu*, 2 Reg. 9. & 10. & *Elias*, 1 Reg. 18. inflixerint[g].

22. *Dan catulus leonis*] Fortitudine & audaciâ[h]; robore & felicitate successûs[i]. Leone generosior[k]. ¶ *Fluet largiter de Basan*, [יְזַנֵּק מִן הַבָּשָׁן] יְזַנֵּק est ἅπαξ λεγόμενον[l]. [Hinc variant.] *Fluet largiter*, i. e. largissimum fluvium suppeditabit Terræ sanctæ. Nam ex hac Tribu ad radices Libani *Jor* & *Dan*, duo fontes *Jordanis*, oriuntur; qui tamen (scil. *Jordanes*) de *Basan* fluit, quia indè per subterraneos meatus venit, nempe, ex Phiala fonte seu lacu; ut experimento deprehendit etiam Philippus Tetrarcha, sarcinulis in eum lacum conjectis, & postea in fonte *Dan* repertis, test. Josepho, Hegesippo, Adrichomio, & aliis†. Sors Tribûs *Dan* erat ad meridiem Judæ; sed aliqua ejus pars aliam sibi sedem quæsivit, nempe, ad Aquilonem & Libanum, ubi erat urbs *Dan**. Et verum est זנק in *Talmude* passim sign. *fluere*. Chald. hoc refert ad amnes quibus irrigatur terra *Dan*, quos ex *Basan* fluere ait. Sed hoc falsum est[m]. Al. *qui lac sugit*, Sy. & Arabs MSS. in BA. Favet vox *catuli*, scil. *lactentis*[n]. Al. *saltabit*, M. P. Mo. Ma. O. A. Fut. pro præs. V. *Qui saltat*, aut *prosilit*, V. Sa. ο'. aut, *exsilit*, Ma. BA. JT. vel, *insilit*, BA. vel, *saltando egreditur ex Basan*, V. Ibi erant optima pascua, ubi pecora saginabantur[o], & fortissimi leones[p]. Refert ad leones saltantes ex Basan[q]. Ità vertunt AE. K. & Aquinas in BA. & recentiores summo consensu[r]. Leonibus id naturale est, ut in prædam insiliant; Aristot. hist. 9. 44. Plin. 8. 16. Pollux 5. 14†. Conferuntur Danitæ cum leone, vel, 1. fortitudine[t]; vel, 2. astutiâ, sicut leones in terra Basan ex insidiis in transeuntes exsiliunt. Alludit ad Gen. 49. 17[v]. Vel, 3. quòd illi, tanquam saltu, ab uno Judææ extremo ad alterum progressi, *Laisam* invaserunt, Jud. 18[x].

23. *Nepthali abundantiâ perfruetur*, [שְׂבַע רָצוֹן] *Satur* (supple, *est*, Sa. M. Ti.) *voluntate*, Mo. *beneplacito*, Ma. M. Ti. sub. *divino*, M. Ti. *favore*, Sy. *satur & acceptus*, Sa. *implebitur desiderio*, Ch. V. A. *Saturitas voluntatis*, P. O. i. e. Erunt homines suæ voluntatis, sive liberi, facient quod lubet. Alludit ad Gen. 49. *ut cerva dimissa*[y]. Vel, habebunt à Domino quicquid voluerint[z]. *Satur benevolentiâ*, nempe, Jehovæ: quæ vox adjungitur membro sequenti per hypozeugma[a]. Erit illis *satietas rerum gratarum & acceptarum*, ο'. in A. Intelligit fructus optimos. *Satietas bonæ voluntatis*, Sym. in D. Vide Matt. 4. 13, &c. & 9. 1[b]. Idem est cum eo quod sequitur, *plenus benedictione*. Amant Hebræi ostentare verborum copiam in lingua satis inope[c]. *Galilæa* (cujus magna pars Nepthalitis obtigerat) *terra pinguis est, & fertilis, & exculta*, ait Jo. Belli 3. 2. (& 3. 18. Vide & Num. 34. 10. Ma.) Ibi 204 urbes, seu pagi: Idem *in Vita sua*, p. 1017[d]. ¶ *Mare & meridiem possidebit*] ים vertunt *mare*, Mo. Sa. BA. A. [Reliqui omnes, *occidentem & meridiem*.] Qu. Quomodo hoc verum erat? Potiùs Ortum & Aquilonem incolebant, Jo. Antiq. 5. 1†. *Hemath*, urbs Nepthali, Jos. 19. in Aquilone erat, ut patet ex Jos. 13. 5. Jud. 3. 3. 1 Reg. 8. 66. Ezec. 47. 17. & 48. 1[f]. Nec *ad mare* erant, scil. magnum & occidentale, quod solùm absolutè *Mare* in Scriptura dici solet. Porrò, *Aser* ei erat ab Occidente. Respond. 1. *Mare* hîc dicitur lacus *Genesareth*[g]. Aliis autem *mare* hoc est Mediterraneum, supra Sidonem[h]. 2. *Mare & meridiem possidere*, hîc, non est regionem maritimam & australem obtinere, sed frui deliciis & opibus quæ ad eos advehentur, vel à *mari*, (sive per tribum *Aser*, (ab Occidente,) quæ *Tyrum* & *Sidonem* attingebat; sive per tribum *Zabulon*, (à meridie,) quæ navigationi dedita erat, v. 18.) vel ab *Australibus* tribubus per Jordanem, cujus ipsa longissimum tractum tenebat[i]. Hoc dictum volunt, quia Nepthalitæ à Phœnicibus conterminis suis has merces facilè comparare poterant. Sed hoc frigidum est: Sic non minùs Ortum & Aquilonem possedissent. Præterea, *Nepthalitæ* Phœniciam non attingebant, sed tres aliæ Tribus, nempe, *Aser*, *Isachar* & *Zabulon*, ideóque id his tribubus potiùs convenisset[k]. 3. Moses prædicit hoc fore, non totius terræ Canaan respectu, sed horum tantùm Danitarum qui, instar catuli leonis, ab uno extremo terræ ad alterum, tanquam saltu, progressi, *Laisam* occupaverant, quam *Danem* appellârunt; à cujus urbis meridie usque ad mare Tiberiadis extendebatur Napthalitarum portio[l].

24. *Benedictus in filiis*, [מִבָּנִים] *Ob*, vel *propter*, *filios*, Ti. A. M. Sa. Pi. vel, *ex filiis*, Pi. *nomine* (vel, *ex parte*) *filiorum*, aut, *ob nepotes*, V. vel, *cum filiis*, A. *benedictione filiorum*, Ch. in A. Propter prolem & copiosam & decoram, ut propter formam tum juvenes tum virgines omnibus sint in deliciis[m]. Alii, *præ filiis*, O. Mo. P. i. e. præ copia filiorum; vel, præ aliis tribubus;

y Ca. z A. a V. Ma. b A. c Ma. * Pi. d Ma. † Me. T. f G. g A. h V. Ma. Ch. i T. ex Bo. k A. l Me. Bo. m Me. T. Bo. n Ma. o RS. in A. Ma. V. p A. q Pi. * Ità Ch. RS. in M. He. in Ma. L. Me. r Ma. † A. t Ma. v V. x Ma. y Me. Bo. z Q. in A. a A. sim. O. Pi. b V. c Ma. d V. f Ma. A. Ma. Jun. g A. h T. A. i M. k Ca. l Ma. BA.

† T. Bo. * Me. m BA. 1. 738. n BA. ib. o M. p V. Ma. q A. r Ma. BA. † BA. 1. 3. 2. 739. t A. v O. x BA. ib. y O. z Q. in O. a Pi. b A. c G. d BA. 1. 3. 18. 879. † Bs. Bo. f Bo. g Ità RS. & Ch. in A. BA. h Ma. sim. Pi. i Bo. k BA. pag. 897. l BA. 898. m Bo. T.

bubus; vel, *de filiis*, ο'. Sy. i. e. à reliquis filiis Israel, quibus è terra sua res optimas suppeditabit [n]. ¶ *Et tingat in oleo*, &c.] i. e. Abundabit oleo, ut eo pedem lavare possit. Vide Gen. 49. 20 [o].

25. *Ferrum & æs calceamentum ejus*, [מִנְעָלֶךָ] Variant. *Ferrum & æs sub calceis tuis*, JT. Ti. B. G. vel, *calcei tui*, A. O. V. Mo. *Calceamenta tua*, i. e. calcatio tua; instrumentum pro actione: q. d. Quicquid calcaveris erit ferrum & æs [p]. h. e. In regione tua erunt fodinæ ferri & æris [q]. Vide Deut. 8. 9 [r]. *Sarepta* inter Tyrum & Sidonem nomen habet ab æris & ferri fusione. Huc pertinet illud Eumæi apud Homerum, Odyss. ο'. 425. Ἐκ μὲν Σιδῶνος πολυχάλκου εὔχομαι εἶναι, i. e. *Ex ærifera Sidone*, &c. Nec erat cur interpretes verba Poetæ aliò traherent †. Crediderim Aseritas propter horum metallorum copiam solitos ferreis & æneis clavis calceamenta suffigere, ut moris erat rusticis, militibus, viatoribus aliisque apud Romanos & Syros [t]. Tanta copia æris & ferri, ut possis ex iis calceos conficere [v]. Non placet; quia מִנְעָל pro calceo hâc formâ nusquam occurrit [x]. Al. *Fortis sicut æs & ferrum habitatio tua*, Ch. *Terra ejus tam munita erit, quàm si esset clausa muris æneis*, &c. *Potentes eorum habitabant in urbibus litoreis, quas obserabant, nè posset hostis ingredi, quasi clausæ fuissent seris & repagulis ferreis & æneis* [y]. *Ferrum & æs clausura tua*, i. e. hæc sors munitissima erit [z]. Al. *Compedes tui ex ære & ferro*, Sa. in BA. Ità ferè Masius. Barbaros intelligit *in Galilæa Gentium*, qui Aseritas presserunt ut pedem premit calceus ferreus, i. e. compes [a]. Alii מִנְעָלֶךָ vertunt, *seræ tuæ*, Sa. vers. Ar. *obseratio tua*, M. *claustra tua*, Ca. Potest hoc robur ejus significare, quo inimicos calcet; ut Christi pedes ex ære fuerunt, Apoc. 1. 15 [b]. ¶ *Sicut dies juventutis, ità & senectus tua*, [וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ] [Variant.] *Et sicut dies tui* (vel, *secundùm dies tuos*, O. *sicut dies juventutis*, Ch.) *fortitudo tua*, P. V. O. A. G. ex ο'. Mo. sim. Sy. Quamdiu vixeris eris fortis [c]. Quò diutiùs durabit Tribus ista, eò fiet valentior [d]. *Vires pro ætatis ratione*, Ca. sim. P. *Sicut dies tui*, scil. juventutis, (qui soli floridi sunt ac placidi, adeóque in dierum computationem venire merentur,) *senectus tua* †. Senectus erit vegeta & viridis [f]. Sumpsit [Vulgatus] וְדָבְאֶךָ pro וְזוֹבְאֶךָ, à זוב *fluo*: dies fluxûs sunt senectus [g]. Vel deducunt à דָּאַב *debilitari* [h]. *Sicut dies tui, fama tua*, alii in G. Legerunt דְּבָרְךָ, G. *Secundùm dies tuos* sit *fama tua*; i. e. Quamdiu eris populus, tamdiu celebreris sermonibus hominum [i]. Derivant à דָּבַב (*loqui*.) Semper celebraberis ob bonitatem soli [k]. *Et quamdiu dies tui durabunt, sermones habeantur de te*, JT. Al. *Juxta dies tuos* (bonos) *dolor tuus*, M. *Et quot dies tui, tot ærumnæ tuæ*; q. d. Tibi certamen perpetuum futurum est cum veteribus colonis [l].

26. *Ascensor cœli*, [רֹכֵב שָׁמַיִם] *Equitans cælum*, P. V. O. A. vel, *sedens cælos*, O. *Equitatio* signum est & honoris, & properantis ad auxilium, ut Psal. 68. 34 [m]. q. d. Deus tuus habitat in cœlo, majestatem suam ostendendo insidet nubibus vel cœlis, unde properat ad opem tibi ferendam [n]. ¶ *Auxiliator tuus*] Hebr. *in auxilio tuo*, A. vel, *in auxilium tui*, V. A. O. ¶ *Magnificentiâ ejus*, [וּבְגַאֲוָתוֹ שְׁחָקִים] *Et in excellentia sua*, A. Ma. (vel, *elevatione*, O. vel, *altitudine*, Caj.) *cælos*, O. P. Caj. vel, *nubes*, Vulg. Sa. Subintellige, vel, *equitat* super cœlos, A. vel, *sedet*, O. vel, *discurrunt* nubes, Vulg. in Bo. Vel, *in magnificentiam suam*, nempe, ad manifestandam gloriam suam [o]. *Magnificentiâ suâ*; repeto *vehitur*: πρόσταγμα [p].

27. *Habitaculum ejus sursum*, [מְעֹנָה אֱלֹהֵי קֶדֶם] [Referunt, 1. ad cœlos.] *Qui* (scilicet *æther*, vel *cælum*) *jam olim* (*ab initio*, Ch. *ab æterno*, Sy.) *est habitatio Dei*, Ti. Ità P. M. Ch. Sy. O. [2. Ad Deum.] *Habitaculum*, Mo. V. A. vel *refugium*, *ejus*, G. vel *tuum*, M. A. (supple, *est*, vel *erit*, A. vel *sit*, A. Pi. Vide Psal. 90. 1. A.) *Deus æternus*, G. M. A. V. q. d. Oro Deum, ut te, ô Israel, protegat [q]. קֶדֶם est, πρὸ αἰώνων, Psal. 55. 19. Nam Hebræi vocem propriam non habent quâ æternitatem exprimant, itaque translatione aut circumlocutione utuntur. Sic Deus dicitur *antiquus dierum*, Dan. 7 [r]. Al. *Deus antiquitatis*; vel, *antiquus*, A. *Deus anterioritatis, seculi*, Q. in Ma. Vel, *Deus antè*, i. e. suprà, sursum, ipsum protegit †. q. d. Deus erit Israeli protectio, velut tugurium defendit habitatores suos ab injuria cœli. מְעוֹנָה sign. *tuguriolum illud quod fit in agro aut vineis* [t]. Bene Græci, σκεπάσει σε, (*teget te*.) Addunt, Θεοῦ ἀρχῆ, (*principatus Dei*,) ο'. Sed fortè scripserunt, Θεὸς ἀρχῆς [v]. ¶ *Et subter brachia sempiterna*, sic P. [וּמִתַּחַת זְרֹעֹת עוֹלָם] *Et de subtus*, vel *subter*, (supple, *sunt*, A.) *brachia æternitatis*, vel *æterna*, Ma. A. V. i. e. Sub Israele sunt brachia infatigabilia, quæ ipsum sustentant: q. d. A vertice ad calcem diligenter custodit totum Israelem Dominus [x]. *Sub brachiis Dei, quæ te sustinebunt, in æternum eris*; vel, *Sub brachiis æternitatis tutus eris*, M. Al. sic; Cœlum est habitatio ejus, & tamen *infernè brachia in mundo exserit*, i. e. *potentiam suam* [y]. Vel, *extendit brachia infernè*, adeò immensus est [z]. Quamvis in cœlis habitet, non tamen terrena despicit, sed in terram brachia dimittit, ut Israelitis adsit [a]. *Sub brachio ejus seculum*, Sa. *Infra eum Reges mundi*, Ar. *Et subtus seminabit mundum*, Sy. ¶ *Dicétque, Conterere*] *Disperde*, P. Pi. scil. inimicum, Pi. *Dicet*, &c. i. e. Instruet te mandato & viribus ad perdendum eum [b].

28. *Habitabit confidenter & solus*] Etiam solus absque ullo præsidio tutus erit [c]: ut Jer. 49. 31. Vel, *solus*, i. e. non permissus aliis gentibus [d]: ut Num. 23. 9 †. ¶ *Oculus Jacob*, &c. [עֵין יַעֲקֹב אֶל־אֶרֶץ וגו'] [Variant.] *Oculus Jacob ad*, vel *super*, *terram frumenti*, &c. Sa. M. Belg. Mo. Ti. O. Ma. supple, *erit*, Belg. vel, *aspirat*, seu *respicit*, quia eam nondum possidebant [f]. *Oculum adjiciet ad terram feracem. Videre* hîc pro *potiri* [g]. Contemplabuntur terram sibi datam [h]. Al. *Fons Jacobi in terra*, Sy. vel, *super terram*, A. *Et habitabit Israel, fons Jacobi, in terra*, P. *Fons Jacob*, A. V. per appositionem; q. d. Populus Israel, qui est veluti rivus deductus à Jacob, qui est fons, solus habitabit [i]. *Aquæ* populos sign. Rev. 17. 15. Et *fons* hîc sumitur pro rivo è fonte, ut Psal. 104. 10 [k].

29. *Beatus es*] Sub. *Ob id* beatus es, &c. V. ¶ *Qui salvaris in Domino? scutum*, &c.] *Qui servaris per Jehovam?* V. A. P. ¶ *Scutum auxilii tui*] Ità A. i. e. quo adjuvaris [l]. ¶ *Et gladius gloriæ tuæ*] *Excellentiæ tuæ*; H[s], quo paratur tibi gloria [m]. Vel, *elevationis tuæ*. q. d. Est scutum quo protegaris, & gladius elevatus quo inimicos percutias [n]. *Gladius gloriationis*, M. Ti. *Cujus gladius est tua excellentia*, in qua tutò gloriari potes; ut Psal. 44. 4, 7 [o]. *Qui est tui fastigii gladius*; i. e. qui te suo præsidio in istam dignitatem evexit [p]. ¶ *Negabunt te*, [וְיִכָּחֲשׁוּ] [Variè reddunt.] *Mentientur tibi*, Mo. G. Ch. Sa. Sy. Ti. i. e. Si populi subacti fidem fallent, edomabis eos [q]. Se amicos esse fingent, ut fecerunt Gibeonitæ [r]. *Reddentur abjecti*, JT. *succumbent inviti*, Ca. *humiliabuntur*, P. *subjicientur tibi*, Ar. *negabunt te*, O. *falsò negabunt tibi*, A. *Attenuabuntur*, ex Psal. 108. 24. Q. in Ma. *Mendaces fient*, *frustrabuntur*; incassum evadent eorum vota & studia †. *Deficient*, O. Ma. *Mentiri* pro *deficere*, 1 Reg. 13. & Psal. 109 [t]. item Os. 9. 2. & Habac. 3. 17. Sic etiam Horat. *spem mentita seges* [v]. ¶ *Eorum colla*, [עַל בָּמוֹתֵימוֹ] *Super excelsa eorum*, P. V. O. Vel, 1. super cervices Regum inimicorum calcabis [x]; Jos. 10. 24. Ma. *Super principes*, Ar. Vel, 2. super loca munita [y]. Vide Deut. 32. 13 [z].

Margin (left column): n Ma. ex Jun. — o V. O. A. Ma. — p V. — q V. A. O. — r Ma. — † BP. 4. 343. D. — t Bo. T. — v O. T. — x BA. ib. — y RS. in BA. 2. 6. 16. 885. — z Q. in Ma. — a BA. 885. — b A. — c V. — d G. — † Forst. in Bo. — f Me. L. — g G. — h Hisc. in A. — i Pi. — k Ma. — l Q. in Ma. — m A. — n V. — o A. — p Pi. — q Pi.

Margin (right column): r G. — † Mr. — t V. — v G. — x V. — y Onk. in M. Ti. — z Q. in Ma. — a Ca. — b Ma. A. V. — c Me. L. — d V. — † A. — f O. — g Ca. — h Me. T. — i V. A. — k A. — l V. — m V. — n O. Me. — o A. — p Ca. — q G. — r A. ex RS. — † Q. in Ma. — t O. — v Ma. — x V. L. Ch. in A. M. — y O. Ma. A. — z A.

CAP. XXXIV.

Dicunt Hebræi hoc caput scriptum fuisse à *Josue*, spiritu prophetico [a].

1. *De campestribus Moab*, [מֵעַרְבוֹת] *De conjunctionibus*, vel *terminis*, *Moab*, ubi, scilicet, diversorum regnorum termini conjungebantur [b]. ¶ *Super montem Nebo, in verticem Phasga*] Ità ο'. Sa. V. *Nebo* mons altissimus montium *Abarim*: *Phasga* vertex sublimissimus montis *Nebo* [c]. ¶ [רֹאשׁ הַפִּסְגָּה] *In*, vel *ad*, *verticem collis*, Chald. Sy. vel, *rupis*, Ar. vel,

Margin: a V. — b O. — c Me. L.

speculæ, Sa. vers. Vide Num. 21. 20. (& 27. 12. Bo.) & Deut. 3. 27 [d]. ¶ *Terram Gilead*, אֶת גִּלְעָד] Vertunt, 1. *à Gilead*, JT. He. in A. אֶרֶץ pro מִן sumunt; non enim opus erat ut eam respiceret, quam deviceratt [†]. *Gilead*, vulgò *Galaad*, nomen montis siti trans Jordanem, Orientem versùs, ex collat. Num. 32. v. 1. & 19 [*]. 2. *Gilead*, nimirum latè sumptam, sive terram duarum Tribuum cum dimidia [f]. Hanc totam ostendit, quia totam Moyses non adierat, nec ejus amœnitatem oculis usurpaverat. Videtur Deus corroborâsse oculos Mosis, ut distantia meliùs intueretur [g]. ¶ *Usque Dan*] Nomen urbis occupatæ à Danitis, antea *Leshem*, vel *Lais*. Vide Jos. 19. 47 [h].

2. *Ad mare novissimum*, הָאַחֲרוֹן] *Postremum*, Sa. A. Ma. Mo. sim. Ch. JT. vel, *extremum*, A. vide c. 11. 24. V. *extimum*, Sy. *ultimum*, ο'. Nempe, Occidentale, A. Bo. Ar. ut patet, quòd ubique *mare novissimum* opponitur Orientali, quod est mare *Genesareth*, Joel. 2. 20. Zach. 14. 8 [i].

3. *Latitudinem campi Jericho*, וְאֶת־הַכִּכָּר בִּקְעַת יְרֵחוֹ] Vertunt, *Et planitiem vallis* (vel, *planitiem*, *vallem*, P. *planitiem ipsam*, *convallem*, JT. *planitiem campi*, Ch. vel, *campestrem planitiem*, M. Ti.) *Jericho*, Mo. A. *Partem ruptionis*, vel *divisionis*, *Jericho*: i. e. partem meridionalem, quam dividit Jericho; aut, ruptiones quas facit Jarden, aut, torrentes in terra Jericho [k]. *Et planitiem vallis*, (sive *vallem*, per appositionem, V. Ma.) Jericho, A. *Planitiem*, planitiem, inquam, *vallis* in qua est Jericho, V. sim. Pi. ¶ *Civitatis palmarum*] Referunt, 1. ad *Engaddi*, urbem palmetis nobilem. Vide Gen. 14. 7. & Jud. 1. 16. Ut sit asyndeton, *& urbem palmarum* [l]. 2. Ad *Jericho*, quæ ità vocatur Jud. 1. 16. (& 3. 13. A.) & 2 Par. 28. 15 [m]. Idem testantur Plinius 5. 14. *Hierichuntem palmetis consitam*, & Diod. Siculus 2. 93. & Strabo l. 16. p. 763. & Jo. Belli 5. 4 [n]. Ex iis & *balsamo*, &c. ibi crescentibus nomen habuit Jericho; q. d. *Odorifera*. Quod Moses ultimò vidit, erat & ei proximum, & terræ totius amœnissimum, (vide Gen. 13. 10.) & primò ab Israelitis occupatum [o].

5. *Mortuúsque est*, &c.] Scriptum hoc, vel, 1. à *Mose*, propheticè [p]: vel, 2. ab *Eleazaro*, qui & hoc, & quod de Josuæ morte Jos. 24. addidit [q]: vel, 3. ab *Esdra* [r]: vel, 4. à *Josue* [†]; & quidem aliquot annis post Mosis mortem, quia dicit, *ad hunc usque diem* [t]. ¶ *Servus Domini*] Sic dicitur, quia etiam moriens fecit jussa Dei, tanquam servus, nempe, *ascendit*, &c [v]. *Non priùs vocatus est Servus Domini quàm vitâ cessisset. Hoc titulo summa adepti statûs excellentia designatur. Servus enim hero assiduè versatur, secretiora conclavia ingreditur, eique ad nutum semper præstò est. Liquidò dixerunt, MAJORES SUNT JUSTI IN MORTE QUAM IN VITA* [x]. *Separatâ (ejus) animâ à corpore, ascendit ad ministrandum Excelso; ac propterea vocatur SERVUS DOMINI ratione mercedis seculi venturi, quam acquisivit, tanquam servus fidelis* [y]. ¶ *In terra Moab*] Nempe, quam ab Amorrhæis ceperant Israelitæ, quæ olim erat Moabitarum regio [z]. ¶ *Jubente Domino*] Hebr. *juxta* (vel *super*, Mo. Ma.) *os*, Ti. A. vel, *sermonem*, Domini, P. Vel, 1. ex præstituto Jehovæ [a]: vel, 2. sicut Dominus ei sæpe prædixerat [b]: vel fortè, 3. ex edicto regio (scil. *mortis*) lato in primum hominem ob peccatum [c].

6. *Et sepelivit*] Quis? Sub. *Deus*, vel *Angelus*, V. Deus ope Angelorum [d]. Quorum princeps *Michael* [†]. *Jehovah*, vel *Michael*, h. e. Christus: Significante, solius Christi esse Legem Mosis abolere [f]. Al. *Et sepelivit seipsum*, ingressus scil. in speluncam arctam, ubi spiritum exhalavit [g]. Alii volunt tertiam personam præt. act. sumi passivè, seu impersonaliter, more Hebraico, *Et sepelivit*, pro, *Et sepultus est* [h]. ¶ *In valle*] Vel, *in Gai*, ο'. V. ut sit nomen montis *Nebo*, quâ respicit Moab [i]. Vide Num. 21. 20 [k]. Mortuus est in monte, sepultus in valle [l]. ¶ *Et non cognovit—sepulchrum*] Causa erat, nè Israelitæ, ad idololatriam propensi, eum pro Deo colerent [m]. Nè tanti viri reliquiis superstitiosum cultum deferrent [n]. De hoc erat altercatio Michaelis cum Diabolo: vide Jud. vers. 9. Pravâ imitatione Mosis videntur Ethnici finxisse suorum legislatorum raptus; ut Romuli, & Apollonii Tyanæi in Philostrat. 8. 12 [o].

7. *Centum & viginti annos*] Trebellius Pollio in Claudio 11. *Doctissimi Mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neque amplius cuiquam jactitant esse concessum; etiam illud addentes, Mosen solum, Dei, ut Judæorum libri loquuntur, familiarem, centum viginti quinque* [imò tantùm 120] *annos vixisse; qui quum quereretur quòd juvenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt Numine*, (quo Gentilis hic scriptor imprudenter indicavit locum Gen. 6. 3.) *Neminem plus victurum* [p]. ¶ *Non caligavit oculus*, sic ο'. Ch. Mo. JT. A. ut Gen. 27. 1. A. לֹא כָהֲתָה עֵינוֹ] *Non restrinxit se oculus*; i. e. visus non est diminutus [q]. *Non gravatus fuerat*, Sy. *non contractus in rugas*, O. Vel sic, *Vultus ejus non erat contractus in rugas*. *Oculus* pro colore, &c. sumitur, Exod. 10. 5. Num. 11. 7. Hizcuni exponit de splendore vultûs, Exod. 34. 30 [r]. ¶ *Nec dentes moti*, לֹא נָס לֵחֹה] *Non fugit* (vel, *elanguerat*, Sa.) *viror ejus*, O. Ma. Sy. Mo. A. i. e. robur, vel coloris vivacitas [†]. *Vigor*, P. M. BA. *succus nativus*, vel, *humor radicalis*, A. *Nec abscessit humor ejus*, Ar. *Non emarcuerat*, *evanuerat*; q. d. facies erat ei semper succulenta. Solet enim senectus esse sicca [t]. *Non defecit gena*, vel *maxilla*, *ejus*. (Augustus moriturus—*malas labentes corrigi præcepit*, Sueton. c. 99 [v].) Ità Sy. & Ar. MSS. & ο'. (χελώνια αὐτοῦ, *labia ejus.*) Legerunt לחיו [x]. *Nec rugas contraxerant genæ ejus*, Sy. Splendor radiorum (de quo Exod. 34.) nunquam evanuit, aut recessit [y]. *Nec mutatus est splendor gloriæ vultûs ejus*, Ch.

8. *Triginta diebus*] Ut pro *Aarone*, vide Num. 20. 28 [z]. & *Mariamne*, teste Jo. In luctu super communis sortis hominibus sufficiebant dies septem; Sirachides 22. 12. Jo. Antiq. 6. in fine, Amm. Marcellinus, l. 19 [a].

9. *Repletus est*] Pro, *repletus fuerat*, Bo. ¶ *Quia Moses posuit*] Pro, *posuerat*, Bo. Me. vel, *quum imposuisset*, Q. in Ma. Vide Num. 27. 18. Deut. 31. 7. & 23 [b].

10. *Non—sicut Moyses*] Non similis quoad sequentia [c]: nempe, familiaritatem cum Deo [d], & portenta [†]. ¶ *Quem nôsset Dominus facie ad faciem*, אֲשֶׁר יְדָעוֹ יְהוָה] *Quem nôsset*, &c. i. e. Qui sic familiariter conversaretur & loqueretur cum Jehovah [f]. Omnes ferè vertunt, *Quem novit Dominus* [g]. Refero ad Mosen: quam expositionem sequens versus postulat [h]. At quia nihil singulare est, Deum aliquem nôsse familiariter, sed maximè singulare est, aliquem in hac vita Deum nôsse familiariter, nec alibi, quod sciam, id in Scriptura tribuatur Deo respectu nostri, sed semper nobis respectu Dei, cujus faciem nos aliquando visuros fore promittitur; non verebimur profiteri posse verti, *Qui novit Dominum*; [sim. vertit O.] ut affixum in יְדָעוֹ referatur ad sequens substantivum יְהוָה, & sit pleonasticum: quod Ch. & Sy. usitatissimum est, nec rarum in Scriptura; ut Exod. 2. 6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד, *& vidit puerum*, ubi superfluum est הו, & refertur ad seq. subst. Num. 23. 18. בְּנוֹ צִפֹּר, *fili Tsippor*; Deut. 32. 43. וְכִפֶּר אַדְמָתוֹ עַמּוֹ, *& expiabit terram populi sui*; Psal. 64. 9. Et hoc loco Onkelos, *Cui revelatus est Dominus*, i. e. qui vidit Dominum [i].

12. *Manum robustam*] i. e. Opera manu forti facta [k]. Intelligit ea quæ facta sunt in exitu de Ægypto, & in Mari rubro. ¶ [וּלְכֹל־הַמּוֹרָא] *In omnibus mirabilibus*, ο'. Ch. *in omni visione magna*, Sa. simil. Sy. *in omni terrore*, Ar. Mo. O. A. vel, operibus *terribilibus*, JT. Vel, 1. in datione Legis [l]; vel, 2. quo Ægyptios terruit [m], & Israelitas, Num. 16. & 25 [n].

Marginal notes (left column): d Ma. † A. * Pi. f Ma. g Bo. h Pi. i Bo. k O. l Q. in Ma. m Ma. A. n Ma. o A. p Jo. & Ph. in Bo. Ma. q E. r Q. in Me. † Me. Bo. T. M. t M. v AE. in Muis. x Bechai in Muis. y Abarb. in Muis. z T. a Q. in Me. b Ma. c Muis. d Me. T. Bonfrer. o'. & Ph. in T. G. † G. f A. g Q. He. in M. h Ma. V. i Q. in Ma. k V. l A.

Marginal notes (right column): m Me. Bo. La. Ma. E. n G. L. o Ma. p Ma. Ga. q O. r A. † O. t V. v Ma. x BA. 1. 2. 45. 506. 21. y Q. in Ma. z A. G. a G. b Ma. c Me. Ba. d E. Me. Bo. La. † La. f V. g Di. h Pi. i Di. k A. l V. m O. n La.

SYNOP-

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
JOSUAM.

QU. Quis libri Auctor? Reſp. Vel, 1. *Iſaias*, ut Q. in To. ſed argumento nullo; Ser. in Joſ. l. 2. prolegomen. 2. Vel, 2. *Eleazar* Pontifex, quia hujus erat, non modò vivâ voce, ſed inſuper ſcribendo, populum docere. Vel, 3. *Samuel*[b]. Vel, 4. *Eſdras*[c]. A Propheta aliquo collectus fuit hic liber ex antiquis diariis & annalibus[d]. Vel, 5. *Joſua* ipſe †. Nam, 1. vocatur hic *ſucceſſor Moyſi in Prophetiis*, i. e. in ſacris Scripturis conſcribendis, Eccleſiaſtic. 46. 1[f]. 2. Quis non meritò cenſeat Joſuam hac in re imitatum eſſe Moſem[g]? 3. Dicitur Joſua, cap. 24. 26. *ſcripſiſſe omnia verba hæc*, nempe, res omnes quas hic liber recitat[h]. Sed objiciunt alii, in Joſ. 10. citari *librum Recti*, qui poſt Davidis tempora ſcriptus eſt. Vide 1 Sam. 1. Et Joſ. 15. ſcribuntur de *Axa* quæ poſt *Joſuæ* mortem geſta ſunt, Jud. 1. Similiter Joſ. 19. 47. refertur expeditio poſt Joſuam ſuſcepta, Jud. 18. Et Joſ. cap. 4. ver. 9. lapides erecti manere dicuntur uſque ad præſentem diem. Hæc illi[i]. Reſp. Fatemur ab aliis nonnulla adjecta fuiſſe, v. g. à *Samuele*, vel *Eſdra*, &c. neque tamen propterea is liber *Joſuæ* negandus eſt. Alioquin Pentateuchi *Moyſen* patrem negabimus, quia ibi ſimilia reperiuntur, & Joſuam addidiſſe octo verſus in Deuteronomio referunt Talmudici[k]. Ex eorum mentione quæ poſt Joſuæ mortem acciderunt colligi poteſt, non Joſuam, ſed potiùs Phineem, hunc librum ſcripſiſſe[l].

b To. in La.
c Maſ. in præfat.
d Maſ. in La.
† Ità Serar. Bo. V. He. in La.
f Serar. Bo.
g Bo.
h Serar.
i Maſ. To. in Ser.
k Serar. ſimil. Bo.
l Li.

CAP. I.

1. ET *factum eſt*] Particula *ET* vel redundat, more Hebraico in librorum initiis[a]; vel narrationem continuat[b], & copulat hunc librum cum fine Deuteronomii: illius enim Acta ordine proſequitur[c]. Et Joſue, qui hunc librum ſcripſit, finem quoque Deuteronomii ſcripſit *. ¶ *Poſt mortem*] Vel, ſtatim, quamvìs nondum eluxiſſent Moſen, nè otium ibi diutiùs tererent; & ut Paſcha, quod propè aberat, in Promiſſa terra poſſet ritè celebrari[d]. Sed de his vide verſ. 11. Vel, poſt 30 dies luctûs pro Moſe †; quo tempore eos quieviſſe non obſcurè innuitur Deut. ult *. ¶ *Servi Domini*] Sic dicitur Moſes, non modò ab officiorum ſedulitate, ſed propter imperii munus[f]. ¶ *Ut loqueretur*] Per Angelum, vel ſpiritualiter objicientem menti ejus notiones horum verborum, vel corporaliter in aſſumpto corpore apparentem. Utrumlibet eſt probabile[g]. [Differit hîc Maſius de variis modis quibus Deus voluntatem ſuam patefecit.] Rerum quæ hîc ſcribuntur informatione imbuit Deus mentem Joſuæ, non aliter quàm ſi coràm voce clariſſimâ loquentem ſecum Deum audiret[h]. ¶ *Filium Nun*] Nαυῆ. Videtur ſcribarum vitium eſſe, pro Nαυῆ[i]. ¶ *Miniſtrum*] Non vocat eum עֶבֶד *ſervum*, ſed מְשָׁרֵת *miniſtrum*; neque enim vir primarius ſervitutem Moſi ſervierat, ſed eum officiosè comitatus obſervaverat[k].

2. *Mortuus eſt*] Et proinde reſpublica Duce orba eſt; quare agè, tu, &c[l]. ¶ *Surge*, וְעַתָּה וגו׳] *Jam ergò*. Non tam præſens tempus ſignificat, quàm rei quæ narratur conſequentiam; ut Gen. 3. 22. & 4. 11. & 21. 23. Et cùm verbis modi mandativi adjungitur, ſimul vim quandam urgentem & maturantem habet: Urget igitur Joſuam ut maturet capeſſere rempublicam[m]. *Surge*, i. e. *Eja agé*: Eſt vox hortantis & excitantis, non jubentis, ut in pedes ſe erigat[n]. ¶ *Jordanem iſtum*] *Iſtum* vocat, vel demonſtrativè, quia propè aberat; vel emphaticè, quia celebris & illuſtris. De *Jordane* vide Tacit. init. Hiſt. 5. & Plin. 5. 15. & Pauſan. l. 5[o]. ¶ *Tu*] Tu primo loco, ut tuo exemplo cæteros horteris[p]. ¶ *Et omnis populus*] Nempe, exceptis *Reubenitis*, *Gaditis*, &c. Vide Num. 32[q]. ¶ *In terram*, אֶל הָאָרֶץ] *Ad terram*. Sub. לָלֶכֶת, *ut pergas*, vel לָבוֹא, *ut intres*, *ad terram*, &c[r]. Venturus *in terram*, JT. ¶ *Quam ego dabo*] Illud *Ego* emphaſin habet: & in eo eſt præcipua vis Joſuam confirmandi atque excitandi, ab utili, à facili, ab honeſto, à contrario malo. Non poteſt non optimum eſſe quod à Deo datur. *Ego*; q. d. qui univerſæ terræ Dominus ſum, ideóque poſſum ereptam aliis regionem donare vobis. Non opus eſt ut confugiamus ad illud quod à Patribus traditum fuiſſe dicunt Aug. Epiphan. aliíque, nempe, in partitione terrarum terram Canaan obtegiſſe Semo, (ex quo oriundus eſt Abraham,) atque hujus poſteros à Cananæis tandem fuiſſe pulſos, ac proinde nunc jure nepotibus Semi reſtitui. Sed neque hoc argumentis ſatis firmis probari poteſt, neque uſquam ab Iſraelitis opponitur †. ¶ *Dabo*] Heb. *do*. Jam dare incipio[t]. Cùm promitteret Deus hoc Patribus, futuro uſus eſt: Non ergò temerè præſenti jam utitur, nempe, ut intelligant ad ſummum perveniſſe Cananæorum ſcelera, quartúmque eſſe exactum ſeculum, Gen. 15. 16. & tempus adeſſe promiſſa præſtandi, Deúmque jam nunc pronunciare hoc verbulo Iſraelitas eſſe Cananææ dominos, &c[v]. Non tam promiſſionem, quàm ipſam donationem & conſignationem, hæreditatis hæc verba ſonant[a]. ¶ *Filiis Iſrael*] Heb. *ipſis, filiis Iſraelis*. Per appoſitionem dictum; declarat enim quid pronomine לָהֶם, *illis*, ſignificet[b]. Hebraiſmus eſt, dum ea nomina adduntur quæ antè in ſuis pronominibus ſatis expreſſa videri poterant; ut Exod. 2. 6. *Iſraelis* nomen non eſt hîc otioſum: Nam cùm *Iſraelis* nomen Jacobo imponeret, terram hanc promiſit, Gen. 35. 10[c].

3. *Omnem locum quem calcabit*, &c.] Cæci Talmudici ſic accipiunt, permiſſum hîc eſſe Iſraelitis ut quaſvis regiones occupatum irent, ſed ità, ſi univerſam priùs Cananæam ſuo imperio occupâſſent. Non intelligebant hi iſtam univerſitatem in proximo verſiculo certis definitam eſſe terminis[d]; *omnem locum*, i. e. totam Cananæam †. Vide de hoc & ſeq. verſu quæ ad Deut. 11. 24[f]. Sufficere poterat quòd dixit, *Ego do*, &c. ſed profectò haud facilè acquieſcit fides noſtra in omnipotentiam Dei, dum rerum difficultatem expendit. Jam ergò patentiùs atque explicatiùs promittit Deus ſublaturum ſe quæ obſiſtere poſſent[g]. ¶ *Vobis tradam*] Sicut in rebus quæ nullius ſunt, poſſeſſio jus dat; ità hîc, quia pro nullis habendi quos Deus pœnæ damnavit[h]. ¶ *Sicut locutus ſum Moyſi*] Eum nominat potiùs quàm Abrahamum, 1. quia ipſiſſimis illis verbis Moſem allocutus fuerat: 2. quòd recens Moſis memoria & familiaritas cum Deo auctoritatem multò graviſſimam apud ipſum iis oraculis conciliare debebant *.

a Bo.
b Maſ.
c La.
* V.
d Maſ.
† Ità La. Bo. ex Jo. Serar.
* Q.
f Maſ.
g La.
h Maſ.
i G.
k Maſ.
l Maſ.
m Maſ.
n La. Maſ.
o Ma. Maſ.
p Maſ.
q Maſ. La.
r V.
† Maſ.
t La.
v Maſ.
a Bo.
b V.
c Maſ.
d Maſ.
† La.
f Bo.
g Maſ.
h G.
* Maſ.

4. *A deserto*, &c.] Definit terram à tribus cœli regionibus: Desertum à Meridie; Libanus, & longè ultra eum Euphrates, à Septentrione; Mare magnum ab Occidente. Omittitur Jordanes, qui ab Oriente erat, quia ab eo fines isti à Deo ostenduntur Josuæ[i], qui non longè ab eo consistebat[k]. Aliis Euphrates hîc proponitur ut limes orientalis *. Vide Gen. 15. 18. & Deut. 11. 24 †. ¶ *A deserto*] Nempe, *Sin* & *Cades*[l], quod per antonomasiam *desertum* dicitur, quia è recenti facto omnium in memoria erat[m]. Ab Arabia deserta[n]. ¶ *Et Libano*] Ità Targ. Jon. Sy. M.P.Ti.JT.Ma. At ο'. *Anti-libano.* Nec mirum: Nam *Libanus* & *Anti-libanus* sunt reipsâ unus mons, sed interjacente valle divisus, teste Plin. 5. 20[o]. *Libanus* autem est omnium Syriæ montium altissimus, maximus, & amœnissimus: sic dictus, vel, à לָבָן *albus*, quòd nive semper albeat in summitate[p]; vel, à *thure*, quòd cedrorum aliarúmque resinosarum arborum ferax fuit, ex quibus thuris saltem quædam species excepta erat[q]. Heb. *à Libano isto*, הַזֶּה; vel, quia indè cerni potuit, & à loquente Deo demonstratus est; vel, ob præstantiam. Verto, *usque ad Libanum*. Ad nomen הַלְּבָנוֹן accommodavi ἀπὸ κοινοῦ τὸ עַד, quod mox sequitur; & ה præposita locorum nominibus sæpe valet *ad*. Gemina planè constructio habetur 1 Reg. 4. 21[r]. ¶ *Ad fluvium magnum*] Ità Euphratem vocat Lucan. lib. 3.—*cùm Tigride magnus Euphrates* †. [*De hoc fluvio ejúsque nomine vide quæ ad Gen. 2. de Paradiso.*] Vel, *magnus* dicitur respectu fluminum quæ sunt in Terra sancta[t]. ¶ *Omnis terra Hethæorum*, הַחִתִּים] Vel Synecdoche est; ex una gente sex reliquas intelligit[v]; sicut alibi easdem vocat *Amorræos*: sic Gen. 27. ult. *Hethæa* explicatur per *Cananæam* Gen. 28. 1[a]. Vel Hethæos nominat, 1. Quia illi habitârunt in Occasu. Placet hoc doctioribus[b]. Jungunt sequentibus, *terra Hittæorum, usque ad mare magnum, ad solis occasum*[c]. [Alii aliter.] Hi nimirum tractum orientalem incolebant[d], ideóque adjunguntur descriptioni termini orientalis; unde vertunt, *usque ad—Euphratem, totam terram Hittæorum*†. 2. Quia hi præ cæteris formidabiles erant, idcirco Josuam contra eos animat. Vide Num. 13. 33. & 14. 1[f]. Hi enim erant omnium bellicosissimi, ut patet ex 2 Reg. 7. 6[g]. *Urias* item *Hittæus* fuit, 2 Sam. 12. 9. Et חִתִּים dicti sunt, q. d. *pavorem incutientes*[h]. Hîc erant *Ænacini*: *Hethæos* enim loca circa *Bersabeam* & circa *Hebronem* incoluisse constat ex Gen. 23. & 25. 9, 10. & 26. 34. & 27. 46[i]. ¶ *Ad mare magnum*] i. e. Mediterraneum[k]; quod *Magnum* dicitur respectu aliorum *marium* Terræ sanctæ, nempe, maris salsi & lacûs Genezareth[l]. ¶ *Contra solis occasum*, sic M. Ti. מְבוֹא הַשֶּׁמֶשׁ] Ab *occasu solis*, ο'. P. sim. Ar. JT. *Ad mare magnum occasûs solis*, Jon. ¶ *Terminus vester*] i. e. Regio vestra, quæ, scilicet, finibus illis terminabitur[x]. Qu. Sed quomodo hæc terra Israelitis data erat? Resp. 1. Tota hæc terra iis tradita est, ut vectigalis & tributaria foret, licèt non ut hæreditaria[m]. [Non placet:] promittitur enim iis tota terra in hæreditatem, ut patet ex Deut. 19. 8, 9, 10[n]. Externum illud Davidis Salomonísque imperium, quod etiam ultra Euphratem habebant, securitatem modò Israelitis, non etiam ampliores possessiones, parabat. Probari non potest earum provinciarum ullis potitos esse Hebræos ut suis possessionibus, coloniásque suæ gentis illuc emisisse, & (quod Deus jusserat, Deut. 19.) nova in illis asyla instituisse. Etiam tempore Salomonis termini ponuntur *à Dan usque ad Beer-sabeam*, 1 Reg. 4. 25. & *ab aditu Hamath ad flumen Ægypti*, 1 Reg. 8. 66. Et ex 12 illis præfecturis, 1 Reg. 4. 7. nullæ extra Cananæam institutæ sunt[o]. Resp. 2. Despondit Deus & destinavit Israelitis suis fines diversos duos; alteros angustiores, alteros latiores, usque ad Euphratem: & illis quidem angustioribus primùm contentos vivere voluit, usque dum magis magísque augescentes spatio ampliore opus habuissent; tunc enim omnia usque ad Euphratem loca, exactis possessoribus pristinis, sibi vendicare poterant, si tamen interim pietate suâ dignos se ampliore Dei liberalitate præstitissent. Haudquaquam igitur periclitatur veritas promissionum Divinarum: neque enim absurdum est, si quæ sub conditione promittuntur, ut forensibus verbis utar, eâ nunquam exstante conditione, nunquam præstentur[p]. Amplos hos limites non obtinuerunt Hebræi ob ignaviam suam aliáque scelera, ut liquet ex Jud. 2. 20[q]. Ex compacto & conditione egit Deus cum Israelitis, ut constat ex Deut. 11. 22. quod etiam innuunt hæc verba vers. 3. *sicut locutus sum ad Mosem*[r]. Adde quòd in Christi regno hæc promissa veris Israelitis, & semini Abrahæ per fidem, prolixè atque abunde præstita sunt †.

[i] Mas. [k] La. * D. Ma. † Ma. [l] Mas. Serar. V.D. [m] Serar. [n] La. [o] Mas. [p] La. [q] Mas. [r] Mas. † Ma. [t] V. [v] V. La. To. in Bo. plerique in Ma. [a] La. [b] V. [c] Ma. [d] Jun. † Ma. [f] Mas. Bo. La. [g] Mas. [h] La. [i] Mas. [k] Mas. V. Ma. [l] V. [x] V. [m] Aug. in Mas. [n] Mas. Serar. [o] Mas. [p] Mas. [q] La. [r] Mas. ad vers. 3. † Mas.

5. *Nullus poterit*, &c.] Eorum hostium nullus vestrum conspectum feret, nedum resistere vobis poterit. Hoc versu adimit ei metum ex hostibus, &c. vers. sequ. ex difficultate imperii: vel, utrumque conjungi hîc potest; q. d. Non consistet quispiam, vel hostium, vel popularium tuorum, adversùs te[t]. ¶ *Diebus vitæ tuæ*] Continuum ei successum pollicetur. Q. existimant eas calamitates tectè innui in quas se Israelitæ conjecerunt post Josuæ excessum: quod non probo. Nam, 1. sic parùm efficax esset hortatio, præsertim cùm Josua, ut optimus Princeps, non poterat non esse sólicitus de populo suo post se. 2. Non convenit cum prolixissimis his pollicitis, quibus etiam ad Euphratem fines propagandos esse dicebat, quod tamen vivente Josuâ non erat faciendum[v]. ¶ *Sicut fui cum Mose, ità ero tecum*] Non est comparatio familiaritatis, (quam cum Deo Moses habuit præ cæteris, Deut. 34. 10.) sed Divini auxilii[a]. *Ero tecum*, te adjuvans, pro te pugnans[b]. Et quis illi resistat à quo Deus stat? Rom. 8. 31. Chald. habet, *sic erit verbum meum auxilio tibi.* Ità solet exprimere, ubi in Hebræo memorat Jehovam esse cum mortalibus, &c. ut credibile sit, vel imprudentem prodidisse Verbi à Patre geniti mysterium. Quoties enim Deum præsentiam suam Patribus declaravit, ibi per Christum factum esse plerique Theologi censent. *Sicut cum Mose*: Monemur nec Mosen, nec quemlibet alium, suâ virtute atque industriâ res præclarissimas gessisse, sed omnia uni Deo accepta referri debere. Vide Esa. 10. 5. & 45. 1[c]. *Esse cum aliquo* est, illi adesse & favere *. ¶ *Non dimittam*, sic M. לֹא אַרְפְּךָ] *Non derelinquam*, vel *deseram*, vel *destituam*, te, ο'. Sy. P. JT. Ar. *non laxabo te*, Mo. *Non remittere faciam te*; i. e. Non permittam te animo concidere, ac viribus remissum esse. Vide quæ nos ad Deut. 4. 31[d]. *Non faciam te remissum*, Ti. D. *Non patiar te esse viribus remissis, animóve negligente*, Mas. D. Vel potiùs, Ego non ero negligens, aut parùm sedulus, in te sustentando. Nam remissio hæc vel relaxatio ad Deum potiùs pertinere videtur. Duo hîc pollicetur Deus; 1. Adfuturum se illi, 2. Nusquam abfuturum, necubi suo, h. e. humano, permissus ingenio, à vera virtutis via aberret. Sine Deo enim non solùm nihil boni possumus efficere, Joan. 15. 5. verùm etiam nullum malum omittere. Nec humanæ imbecillitati satis est, si ad virtutis officia subindè à Deo adjuvetur, nisi etiam ipsius perpetuâ gratiâ, quasi manu, fulciatur, nè suæ naturæ vitiositate continuò ruat in omnia vitia. Hæc ergò appendix minimè est supervacanea †. ¶ *Nec derelinquam*] Nisi tu vel tui me priùs derelinquant, ut Jos. 7[f]. Promittit Deus se constantem & firmum in amicitia & ope promissa futurum[g].

6. *Confortare, & esto robustus*, חֲזַק וֶאֱמָץ] *Conforta te*, (*obtine*, vel *apprehende*, *te*, Ma. *sis admodum fortis*, Sy. *confirmare*, JT.) *& robora te*, Mo. vel, *fortis esto*, JT. *viriliter age*, ο'. *esto fortis & firmus*, Mas. Idem significant duæ istæ voces *. *Corroborare, & indurare*, V. Esto *robustus*, i. e. forti ac infracto animo, Q. in V. Mas. Hîc animat Josuam ad fortiter sustinendam imperii molem. Nec mirum est quòd tam prolixè à Deo confirmetur, cùm ad diuturnum & difficillimum Imperium vocatus esset, & perspectam haberet Josua populi hujus pervicaciam adversùs Mosem ipsúmque Deum. Tam multis hortamentis ostendit Deus quàm humiliter de se Josua sentiret[h]. ¶ *Tu sorte divides*, תַּנְחִיל] *Hæreditare facies*, Mo. sim. Sy. *possidendam trades*, JT. V. *possidere facies*, Jon. Hoc vel, 1. pollicitum est; q. d. Sis magno & fidente animo; planè enim futurum

[t] Mas. [v] Mas. [a] Mas. Me. [b] La. [c] Mas. * V. [d] Mas. † Mas. [f] La. Bo. [g] Serar. * V. Mas. [h] Mas.

rum est, ut tu conficias quod Moses non potuit. Vel, 2. (quod præfero,) continet materiam exercendæ fortitudinis; q.d. Magno tibi opus est ac forti animo, cùm debeas *hunc populum* ducere, &c. *Hunc* emphaticè dicit, q.d. populum nunquam Deo, nedum Ducibus, satis morigerum [i]. ¶ *Ut traderem illis*] i. e. Illorum posteris. Jam enim exacta est quarta generatio, Gen. 15. 16 [k].

7. *Confortare igitur*, ità o'. רַק חֲזַק] Vertunt רַק *tantummodo*, Ma. JT. Mo. Jon. Sy. M. *præcipuè*, Ar. *modò*, Ti. *tamen*, P. Non est hoc loco exceptiva particula, sed potiùs affirmativa, *prorsus, omnino*; vel expletiva, ut Gen. 20. 11. *utique, certè, profectò* [l]. ¶ *Robustus*] Ingenti & cœlesti robore opus est, ut concupiscentias, tentationes, &c. vincamus, & totam Dei Legem exsequamur [m]. Explicat hîc in quo Imperatoris fortitudo versari debeat, nempe, in pietate & religione [n]. ¶ *Ut custodias & facias*, ità P. sim. o'. vel, *& agas*, Sy. M. Ti. *ut custodias* mente, & *facias* opere, La. לִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת] [Alii aliter;] *Ad observandum faciendo*. Hypallage, pro, ut cum observantia facias, Jun. *ut observes facere*, V. Mas. sic explicatur versu proximo, Mas. i. e. ut diligenter adimpleas Legem [p]. Ut animum attendas ad agendum, nè quid in Lege præscriptum omittatur [q]. Vox prior studium & diligentiam exsecutioni præviam significat, ex quo deinde sequitur accurata Legis exsecutio [r]. Alii referunt τὸ *observare* ad præcepta negativa; τὸ *facere*, ad affirmativa †. ¶ *Omnem legem*] Obj. At frustrà monetur, &c. cùm hoc nemo præstare possit. Respondeo cum Leone Serm. 5. de Quadrages. *Deum talia jubere, non quòd is qui jubetur illa præstare prorsus valeat, dum carne mortali circumdatus est; sed ut nostrum excitet desiderium, rogatúsque præstet auxilium*: & cum Aug. de Nat. & grat. *Monet & facere quod possis, & petere quod non possis* [t]. ¶ *Quam præcepit tibi*] Nimirum, Num. 27. 23. & Deut. 31. 14 [a]. Vel, loquitur de Lege in Sinai data, ut sciat Josue Legem communem sibi præcipuè, ut Duci, esse impositam, ut eam ipse primus servet, ac deinde ab aliis servandam curet [b]. Leges potissimùm Principibus præsunt; hi verò deinde populo [c]. ¶ *Nè declines ab ea*, אַל־תָּסוּר מִמֶּנּוּ] *Nè deflectas* (*nè recede*, JT.) *ab eo*, scil. Mose Legislatore, V. μετωνυμικῶς, i. e. ab eo quod præcepit Mose, Jun. Vel, *ab eo*, nempe, libro Mosis, V. Vel est Enallage generis, & ponitur pro ממנה, ut notant hîc Masorethæ, V. Mas. ¶ *Ad dextram vel sinistram*] Declinare *ad dextram* est, aliquid Legi addere; *ad sinistram*, aliquid demere: ità R. Levi F. Gersonis [d]. Nè quid per excessum vel defectum contra Legem admittatur: ità Magalianus †. Vel potiùs utroque significatur, tum quàm rectissimè præstari à nobis mandata Dei, cùm simplicissimè præstantur [f]. q.d. Nè declines ab ea ullâ ratione, nè latum quidem unguem; ut solent viatores rectâ & regiâ viâ procedere, semitásque hinc indè à dextris & sinistris occurrentes deserere [g]. ¶ *Ut intelligas cuncta quæ agis*, לְמַעַן תַּשְׂכִּיל בְּכֹל אֲשֶׁר תֵּלֵךְ] [Variè reddunt.] *Ut intelligas* (*prudenter agas*, M. Ti. La.) *in omnibus quæ iveris*, Mo. *in omnibus quæ feceris*, o'. *Ut prudens sis in omni eo in quo versaberis*. *Prudentiam* hîc significari patebit ex vers. 8. Mas. *Ut intelligas omnia in quibus incedis*; i. e. omnia quæ agis. Actiones vocantur *viæ*, quia per eas tendimus ad felicitatem [h]. Deut. 29. 9. ubi hæc eadem sunt à Mose scripta, pro תֵּלֵךְ est תַּעֲשׂוּן, h. e. *in omni re quam acturi estis* [i]. Nulla major prudentia est, quàm spectare num quæ aguntur omnia sint Legi conformia, &c. nec ulla major imprudentia, quàm cùm, neglectâ Religione, politicæ rationes spectantur *. Alii vertunt, *ut prosperè agas*, vel, *sis felix*: ità P. V. D. sim. Sy. Ar. Jon. JT. *In omni loco quò ieris*, Jon. sim. JT. *quócunque perrexeris*, V. *Quócunque iveris*, h. e. in tota vita tua. Nam *ire* vivere est; D. Vox שָׂכַל propriè sign. *intelligere*: Quoniam autem qui sapiunt feliciter res suas administrant, ob id *prosperè agere* sign [k].

8. *Non recedat volumen Legis hujus*] De quo Deut. 31. 9. Ma. Deuteronomii, vel Pentateuchi, La. ה *iste* κατ᾽ ἐξοχὴν notat librum Legum Mosis [l]. ¶ *Ab ore tuo*, &c.] Non quòd docendæ vel explicandæ Legis

i Mas. — k Mas. — l Mas. — m La. — n Mas. — p V. — q Mas. — r Bo. ex Mas. — † Ge. in Mas. — t Mas. — a Ma. — b La. ex Mas. — c Mas. — d Mas. sic V. — † Bo. — f Mas. — g Bo. La. — h La. — i Mas. — * Bo. — k V. — l Mas.

curam illi demandavit, verùm hoc explicant sequentia, *Sed meditare*, &c. Est enim הָגָה ità mentem ipsarum rerum cogitatione pertractare, ut ex ipsa velut effervente verba etiam in ore nascantur, qualia qui secum meditantur solent susurrare [m]. Vel, *ab ore tuo*, innuit semper de illo loquendum. Quod etiam הָגָה sign. Proinde in Psal. 1. 2. הָגָה Aq. vertit φθέγγομαι, *loquor* [n]. Si non recedat *ab ore*, neque ex corde debebit; nam *ex corde os loquitur*, Matt. 12. 34 [o]. ¶ *Sed meditabere*] Docet parùm utilem esse lectionem, nisi multâ commentatione & meditatione apud animum expendatur *. ¶ *Diebus & noctibus*] Proverbiale est, ut apud Homerum—νύκτας τε καὶ ἦμαρ πάντα. Sic, *Nocturnâ versate manu, versate diurnâ* [p]; h. e. frequenter, diligenter, assiduè [q]: quando commodè atque opportunè præstari possit. Quare non satis scitè R. Ismael, rogatus à quodam, *licétne sibi Græcorum scripta legere*, &c. respondit, *Estne hora aliqua quæ neque ad diem neque ad noctem pertinet? Eam enim solam fas est aliis quàm Divinæ Legis studiis impendere* [r]. Meritò verò hoc studium à Principe exigitur, cujus delicta longè sunt perniciosiora †. Principes, quantùm cæteros excellunt dignitate, tantum hoc quoque studio excellere debent; ut & ipsi optimi evadant, aliósque exemplo suo doceant, & nè in functione sua à recto aberrent [t]. ¶ *Ut custodias & facias*] Vide ver. 7. Sine hoc nihil prodesse docet lectionem, &c. Hinc Talmudici, *Qui Sacras literas legit, nec confert ad rem, similis est fœminæ quæ sæpe parit, sed continuo partus sepelit* [v]. ¶ *Tunc diriges viam*, תַּצְלִיחַ אֶת־דְּרָכֶךָ] *Prosperabis viam tuam*, V. Mas. vel, *prosperaberis in viis tuis*, JT. V. ut sit אֶת pro ב, V. sim. Mo. o'. Jon. Sy. Ar. i. e. in vitæ tuæ actionibus [a]. ¶ *Et intelliges*, תַּשְׂכִּיל] *Secundaberis*, JT. *prudens eris*, Mas. Nota hîc junctam esse prudentiam cum prosperitate, ut matrem cum filia [b].

9. *Ecce, præcipio*, &c.] Particula הֲלֹא, *Annon*, crebrò affirmat acriùs, instigátque potiùs quàm interrogat [c]. Confirmat eum Deus, 1. à vocatione Divina; 2. à præsentia Dei efficaci [d]. *Præcipio*. Quis Deo præcipienti non obediat, cujus & imperium inevitabile est, & subsidium inexpugnabile †? Quis timeat, Deo comite, imò duce [f]? *Nonne præcepi?* vel, per Mosen, Deut. 1. 38. & 31. 7. vel immediatè, Jos. 1. 6, 7 [g]. ¶ *Confortare*] *Leges præcipiunt de omnibus*, etiam *de fortitudine*; Aristot. de Moribus, 5. 3 *. ¶ *Noli metuere*] עָרַץ propriè est, *per vim impellere*, sive *quatefacere*, aut *labefactare*; חָתַת est, *frangere*, & *terrere*: sed hîc utrumque notat *consternari frangíque animo* [h]. *Nè formides neque paveas*, V.

10. *Principibus*, שֹׁטְרִים] *Præfectis*, Mo. *scribis*, o'. *præfectis & scribis*, Sy. *exactoribus*, Jon. *insignioribus*, Ar. *moderatoribus populi*, JT. *caduceatoribus, satellitibus*, V. *monitoribus*, Mas. Iis hi fungebantur officiis quibus apud Romanos *Apparitores, Statores, Præcones*. Eorum erat Magistratûs placita ad populum divulgare, & hunc, si opus erat, coercere, vel ad agendum aliquid impellere. Ex Deut. 16. 18. effici videtur singulos Judices suos habuisse שֹׁטְרִים [i]. De hac voce egimus Exod. c. 18. v. 25. Hîc tamen videtur latiùs sumi, pro quovis Magistratu vel Judice, vel (quod mallem) pro summis Judicibus & supremis tribuum Magistratibus [k].

11. *Præparate vobis cibaria*] צֵידָה sign. *cibos venando captos*, Pi. Sæpe tamen pro quovis cibo usurpatur, Mas. ut Gen. 42. 25. Ma. Vertunt, *viaticum*, Sy. Ar. Mo. JT. V. *commeatus*, Jon. *cibaria*, o'. Qu. Quidnam hoc erat? Resp. Vel, 1. Manna usitatâ tunsione & coctione præparatum [l]. Non placet. 1. Manna nondum defecerat, Jos. 5. 12. num ergò præparandum quod quotidie depluebat? 2. Contra præceptum Dei erat illud asservare, Exod. 16 [m]. Vel, 2. alia cibaria seu opsonia præter Manna, quod illis propè vilescebat [n]. Delicatiora opsonia, quæ à vicinis populis coemerant, Deut. 2. 6, 28 [o]. Vel, præda quam ceperant è regnis *Og* & *Basan*: q.d. Oves & boves ibidem captos mactate, coquite, salite, & in vasa condite [p]. *Manna* ipsis panis loco erat, צֵידָה verò *opsonium* [q]. Hinc & Deut. 29. 6. non de carne dicitur, sed

m Mas. — n D. — o Serar. — * Mas. — p D. — q La. — r Mas. — † Bo. — t Mas. — v Mas. — a La. — b La. — c Mas. V. — d Jun. — † Mas. — f La. — g Ma. — * G. — h Mas. — i Mas. — k Bo. — l Me. — m Mas. La. Bo. — n Ma. ex Mas. — o Mas. La. — p La. — q K. in Mas.

sed de pane tantùm & vino, *Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis* [r]. Intelligo farinam triticeam & hordeaceam, quam ab Amoræis deprædati sunt, quæ quia sufficiente copiâ illis non suppeteret, idcirco Manna iis indultum est *. Vel, 3. quicquid ad iter esset opus & ad instans bellum †. Sed insolens est ista verbi ejus notio [t]. Qu. Sed quorsum cibaria pararentur, cùm Manna adhuc deplueret? Resp. 1. Non præcipit, sed monet & permittit, cibariorum delicatiorum esum, nè queri possent [v]. Noluit eos queri in primo ingressu. 2. Poterant inimici eos velut indagine cingere, & assiduis præliis fatigare, ipsâque adeò labentis Mannæ collectione & præparatione prohibere [a]. ¶ *Post diem tertium*, &c.] Non comprehenso, scilicet, die promulgationis, V. Sed hîc difficultas oritur. Quomodo hoc verum? Nam cap. 2. misit exploratores, qui, præter tempus itûs & reditûs, per triduum latebant in montanis, iisq; ad Josuam regressis, Hebræi Josuæ jussu ad Jordanem hæserunt tres alios dies, Jos. 3. 1 [b]. Ità septem dies ab isto edicto ad trajectionem Jordanis elapsi erunt. Jam verò Moses die septimo mensis ultimi, sive *Adar*, obiit, (ut Hebræi statuunt:) Is mensis dies habebat 30: Mosen lugebant per 30 dies: Luctus pro Mose sexto die mensis primi, sive *Nisan*, finitus est: Non ergò ante septimum diem ablegari poterant exploratores, &c. (durante enim illo luctu nefas putant alias res agere.) At decimo die illos Jordanem trajecisse constat [c]. Resp. 1. Tempus obitûs Mosis incertum est, déque eo Talmudici dissentiunt, aliis (teste K.) in mense *Sebet*, aliis in *Adar*, statuentibus. Dici ergò possit, die 3. mensis *Nisan* emissos speculatores, & reversos die 6. & tandem die 9. populum monitum esse ut se expiaret ad crastinam trajectionem [d]. Resp. 2. Speculatores emisit Josua antequam Mosen eluxerint: Ità R. Isaias & K. Non dubium est quin illico post mortem Mosis Josua totâ mente in expeditionem intentus erat, & sedulò procuravit quæ facto opus esse putabat, adeóque exploratores emiserit luctu nondum finito †; ut credibile sit quæ toto capite 2. referuntur ante edictum illud acta esse, & ὕστερον πρότερον esse, quod non est insolens in Sacra historia [f]; adeóque totum caput secundum anteponendum esse huic præcepto Josuæ [g]. Resp. 3. Minimè absurdum est, si dicamus Josuam eodem die triduum populo præstituisse & exploratores amandâsse, nempe, die 7. *Nisan*. E *Sittim* ad *Jordanem* erant tantùm 60 stadia, teste Jo. & indè ad *Jericho* 5 mil. passuum. Hoc spatium facilè poterant intra paucas horas conficere, atque ante vesperam sic satis speculari urbem. Eâdem vesperâ à Rahab de muro demissi, latebant *tres dies*, Jos. 2. 16. i. e. usque ad tertium diem, i. e. ad noctem quæ 8. diem claudebat, quæque secundùm Hebræos ad 9. diem pertinebat; quâ nocte ad Imperatorem redierunt [h]. Hæc responsio non placet Bo. Neque enim eodem die advenerunt *Jericho* & recesserunt, cùm ibi dormivisse dicuntur, Jos. 2. 8 [i]. In Hebræo est, בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים, quod vertunt, *intra tres dies*, D. Ti. Mas. Ar. JT. Sic בְּעוֹד sumitur 2 Sam. 12. 22. & Jer. 15. 9. Mas. & Gen. 4. 12. D. *Adhuc tres dies*, ο'. *hinc enim ad tres dies*, Sy. *in fine 3 dierum*, Jon. At alii, *post tres dies*, M. P. ¶ *Transibitis*] Heb. *transeuntes*, Mo. Ma. V. sub. *eritis*, i. e. parati eritis transire, V. *transituri estis*, JT. Sy. ¶ *Ad possidendam*, לְרִשְׁתָּהּ] *Ad possidendum jure hæreditario*, JT. Mas. q. d. Non itis populatum, aut prædam actum, ut Num. 31. sed ut hæredis jure occupetis & teneatis [k]. ¶ *Quam Dominus*, יְהוָה] Potestatem hoc significat; ut *Deus vester*, benignissimam & paternam voluntatem. Jam verò ubi voluntas cum potentia est conjuncta, nihil tam difficile est quod non facilè præstetur [l].

12. *Rubenitis quoque*, &c.] Illos seorsim monet, sed modestissimè: & cùm potuisset pro imperio compellere, mavult tamen amicum monitorem, quàm severum Imperatorem, agere. Nihil ille superbè mandat, (ut hodie solent qui primùm imperare incipiunt,) sed Mosis mandatum revocat illis in memoriam [m].

13. *Mementote*, זָכוֹר] *Meminisse*, scil. vos oportet, La. Infinitus modus pro mandativo, Mas. Ma. D. Vel, *Memento*, ô trina Tribus. Est enallage, vel temporis, vel numeri, La. Sing. pro plur. V. *Mementote*, Ch. in V. ¶ *Dedit requiem*] Initio jucundissima commemorat, quò sibi ipsorum animos conciliet. Et cùm ad acerba ventum est, *Sed vos pergetis*, &c. tam citò transvolat, ut uno hiatu & ferire mentem ipsorum & sanare videatur. Tanto artificio monitionem contexit [n]. *Quietem*, i. e. quietis locum, eúmque securissimum [o]. Dedit vobis sedes quietas [p].

14. *Et filii*, טַפְּכֶם] *Parvuli vestri*, JT. D. P. sim. ο'. Jo. Hi. Aq. in D. Ità Gen. 34. 29. Sign. minores annis 20, AE. in D. & in Mas. vel, qui propè sunt ut instituantur in catechesi, Ge. in D. At Sym. vertit, φορτίον, i. e. *sarcinæ & onera*. Ità ο'. alibi, πλὴν τῆς ἀποσκευῆς, *absque viatoria supellectile*, D. In nulla voce minùs sibi constant ο'. inquit D. ¶ *Jumenta*, מִקְנֵיכֶם] Potiùs *pecudes*, Mas. *pecora*, JT. *acquisitiones*, Ma. ¶ *Manebunt*] Heb. *sedeant*. *Sedere* pro *manere* sumitur Gen. 22. 5. & alibi *. ¶ *Transite armati*, חֲמֻשִׁים] [Variant.] *Armati*, Jon. Sy. Ar. Aq. in D. Ser. Sed unde tanta illis armorum copia [p]? Resp. E spoliis Ægyptiorum submersorum, & Moabitarum & Ammonitarum [q]. At debebant illi Dei præsidio satis fidere [r]. Resp. Humana opera & præsidia non respicit Dei gratia †. Alii reddunt, *quintati*, Mo. Ma. *ordine militari*, JT. D. *Quini*: Sic ferè milites incedunt [t]. Plerique deducunt à חֹמֶשׁ, quod est ea pars corporis ubi quinta costa locatur, 2 Sam. 2. 23. ψόαν ibi vertunt ο'. Et sanè חֲלוּצִים à חֹמֶשׁ *lumbis* dici credibile est, cùm חֲמֻשִׁים ei prorsus geminum, à חֲלָצַיִם *Halazaim*, h. e. lumbis, formari certissimum est. Porrò, ista *Hamusim* & *Halusim* Q. vertunt, *armis contectos ad quintam costam*; alii, *succinctos baltheo militari*; εὐζώνους, *succinctos*, ο'. (sic & D.) Quod mihi magis placet: Nam usitatissimum est in S. S. *cinctis lumbis* significare expeditum robur & alacre studium, &c [a]. De hac voce plura vide ad Exod. 13. 18 [b]. *Transite armati*, &c. Inter cives omnes ut juris, ità & armorum, est societas. Verba autem hæc Mosis non reperiuntur alibi, sed sensus est Num. 32. 6 [c]. ¶ *Ante fratres vestros*] Significat vel, 1. ut præcederent alias Tribus [d]. Nam, 1. æquum hoc erat, quia hi primi hæreditatem obtinuerunt: 2. ut suam fidem & alacritatem Josuæ commendarent; 3. quia impedimentorum nihil haberent †: 4. ut fratribus animum adderent [f]. Ità לִפְנֵי sæpe accipitur, & quidem in hac ipsa narratione Num. 32. 21, 22, 27, 29 [g]. Vel, 2. non sign. locum anteriorem, sed præsentiam [h]. Non enim credibile est eos in prima semper acie fuisse [i]. Neq; memini id factum usquam memorari [k]. Hoc sensu לִפְנֵי passim sumitur: *coram Domino*, & *coram fratribus*, pro eadem re usurpatur. Sensus ergò est, Vos aderitis fratribus, &c [l]. ¶ *Omnes fortes manu*, כָּל־גִּבּוֹרֵי הַחַיִל] *Omnes viri militares*. Non quòd omnes qui militare possent, sed quòd nulli nisi militares [m]. Sed hæc mirabilis est expositio, *omnes*, i. e. *non omnes* [n]. Certum est fuisse ultra 130 millia ex iis recensita Num. 26. 7, 18, 34. qui maturi erant militiæ [o]. Quæritur ergò an rectè fecit Josua, cùm Moses dixerit, *Omnis vir bellator transeat*. Resp. Etsi poterat omnes compellere, id ipsum tamen futuri Principis prudentiæ Moses reliquit, quot ad eam rem evocandi essent: Sciebat in ea re Josua Mosis mentem [p]. Privatim hoc Moses illi significavit [q]. Nec consultum erat partes Trans-jordaninas propugnatoribus destitutas relinquere [r]. Hebræa sic vertunt, *viri roboris*, ο'. *potentes fortitudine*, Mo. V. sim. Sy. Ar. *Robusti exercitus*, i. e. robusti milites, vel, *militiæ potentes*, i. e. qui militiâ valent, D. Quotquot valent viribus, V. Strenuissimos, ut Deut. 3. 18. Ma. Robore & rei militaris peritiâ illustrissimos, Bo.

16. *Responderúntque*] Vel, Reubenitæ, &c. quibus loquebatur *: vel, omnes Tribus †. At hi priùs obedientiam ei detulerant, Num. 27. Deut. 31.

17. *Sicut obedivimus Moysi*] Obj. At rebelles fuerant Moysi. Resp. 1. Contumaces illi mortui sunt; filii verò obedientiores fuerunt [t]. 2. Poterant saltem morigeri ità loqui [v]. 3. Non jactant de obedientia, sed quantam obedientiam debuerint fatentur [a]. ¶ *Tantùm sit Dominus*] Q. τὸ רַק exceptivè interpretantur; promittunt obsequium quatenus à Deo ipse Imperator non

Marginal notes (left): r La. — * Bo. — † RS. & Jo. in Mas. ità Jun. — t Mas. — v Bo. — a Serar. — b La. — c Mas. — d Mas. — † Mas. — f Mas. La. — g La. — h Mas. — i Bo. ad Jos. 2. 1. — k Mas. — l Mas. — m Mas.

Marginal notes (right): n Mas. — o Jun. — p V. — * D. — p D. Mas. — q Serar. — r Mas. — † Serar. — t D. — a Mas. — b Bo. — c G. — d Hi. & ο'. in D. La. Serar. Bo. — † Serar. — f La. — g Serar. — h Jun. Ma. Mas. D. — i D. — k Mas. — l Mas. — m Mas. — n Serar. — o Mas. — p Bo. — q Serar. — r Bo. Ser. — * Ser. — † Jun. Mas. — t La. Mas. — v Bo. — a Mas.

non desciverit, neque alia quàm recta atque utilia & cum Lege Dei conjuncta præscripserit: Ità K. & Levi F. Gersonis & Talmudici. Nec à vero aliena est hæc sententia [b]. Sensus est, Videto ut tibi adsit Deus, & tu ab eo non recedas. Restipulatio est [c]. [Alii aliter.] Vota hæc sunt populi, non conditiones imperii [d]. [Hoc præfert Masius:] ut solent vota fieri à populis, cùm suis Principibus imperia deferant †. Optantium hoc est, non, ut quidam putant, restipulantium: q. d. De nobis ne sis solicitus; Deus modò tibi faveat, omnia se bene habebunt. Locutio hæc, *Dominus sit tecum*, quid valeat videbis Judic. 6. 12. Ruth 2. 4. Jer. 1. 8. Matt. 28. 20. Act. 18. 10 [f].

18. *Qui contradixerit ori tuo*, אֲשֶׁר יַמְרֶה אֶת־פִּיךָ] *Qui rebellaverit ori tuo*, Mo. D. V. i. e. sermoni, D. *verbo*, Maſ. *mandato tuo*, Ar. ſim. JT. *contra verbum tuum*, Jon. ¶ *Qui contradixerit—& non obedierit*] Nempe, contumaciter. Hæc est lex Regis Hebræorum. Qui ex hac lege damnatur, dicitur apud Hebræos damnari *causâ regni*; sicut apud Romanos, *Majestatis*. In hoc uno crimine bona confiscabantur, 2 Sam. 9. 7. & 1 Reg. 21. 14, 15. Mirum verò, de hoc crimine ad Regum injuriam pertinente tam Reges per præventionem, ut in foro loquuntur, quàm publicos Judices, judicâsse; ut apparet 1 Reg. 2. 29, &c. & ibi notatur à Levi Ben-gerson & K. Tanta fuit Hebræorum de Regum suorum probitate existimatio [g]. Alii vertunt, *qui mutabit os tuum*, Q. in D. Ma. i. e. invertet verbum tuum, aliter dicendo, aut faciendo, quàm tu præceperis [h]. ¶ *Tu tantùm confortare*] Aut votum est, aut hortatio: q. d. Tu modò sis forti & fidenti animo; in nobis nihil desiderabis. R. Levi sic, Modò ut sis fortis firmúsque in administrando imperio secundùm Legis præscripta [i].

b Maſ. c Jun. Pi. d La. Me. † Ma. f G. g G. h Ma. i Maſ.

CAP. II.

1. MIsit, ità Mo. ό. Jon. Sy. Ar. M. Ti. P. וַיִּשְׁלַח] Alii, *Et miserat*, V. Maſ. D. G. La. nempe, ante edictum de commeatu parando [k]. Præteritum pro plusquam perfecto [l]. Ità facilè conciliantur loca suprà 1. 11. & hîc infrà 22 *. ¶ *De Setim*] Erat in campestribus Moab [m]. *Abel-sittim* dicitur, i. e. planities Setim, Num. 33. 49. ut ad Num. 25. 1. diximus. Ibi nunc oppidum Abila visitur, inquit Jo. Antiq. 4. 7 [n]. Ex hoc loco dictæ sunt arbores *Setim*, quarum ligna sunt omnium levissima, nitidissima & pulcherrima [o]. ¶ *Duos viros exploratores*] Qu. An rectè fecit? Pessimè enim cessit prior exploratio, Num. 13. 3. Et videtur in verbis Dei acquiescere debuisse [p]. Resp. 1. Existimandum est Josuam nihil nisi consulto Deo fecisse [q]; etsi non omnia tunc Josuæ dicta referantur [r]. Deus enim, nostræ imbecillitatis conscius, succurrit ultró. Simile planè exemplum vide Judic. 6. & 7 †. Deus directurus hoc erat, noveràtque felicia omnia renunciatum iri [t]. 2. Quæ promittit Deus certâ fide speranda sunt, sed interim nobis quoque sedulò adlaborandum. Conatus nostros gratiâ suâ Deus adjuvat [v]. ¶ *Duos*] Cur non, ut antea, duodecim misit? Resp. 1. Quia minùs tum erat suspicionis [a]. Illi, quamvis multi, securos tamen tum incolas fallere potuerunt; jam verò nè duo quidem pertubatam metu civitatem latére queunt. 2. Illi universam regionem pervidere debebant; his non ultra pauca stadia erat progrediendum [b]. ¶ *Viros*] Νεανίσκους, ό. quo verbo audaciam & strenuitatem eorum notare voluerunt [c]. Viros insignes, ut אֲנָשִׁים sit nomen ἀρετῆς [d]. Hebræi volunt hos fuisse *Phineen* & *Calebum*; quod non est verisimile †. Sed noluit Josua nisi viros vulgares summo periculo exponere, licèt astutos & cautos fortésque mitteret [f]. *Vir explorator*, locutio est, ut *vir piscator*, *mulier ancilla* [g]. Exploratio, & Receptatio hostium verſ. 4. & consiliorum hostilium nunciatio, ut 2 Sam. 17. 15. res sunt odiosæ; non improbæ tamen adversùs hostes Dei, aut uncti à Deo; cum talibus enim nulla est juris gentium communio. Itaque receptatio celebratur ut

k D. simil. La. Maſ. l La. * G. m La. Bo. n Bo. o La. p Maſ. q Maſ. Bo. Serar. r Bo. † Maſ. t Bo. v Maſ. a Serar. b Maſ. c Maſ. d D. † D. Maſ. La. f Maſ. g D.

actus fidei, Heb. 11. 31. animi, scilicet, πολυθεΐαν abdicantis ob audita miracula. Vide mox 9, 10, 11 [b]. Quanquam dolo malo uti non licet, suas tamen artes tegere, hostium verò cogitationem inquirere, & consilia præripere, summa Imperatorum virtus semper existimata est *. ¶ *Exploratores in abscondito*, מְרַגְּלִים חֶרֶשׁ] Plenum esset, בְּחֶרֶשׁ, D. [Variè accipiunt.] *Qui explorarent in*, vel *cum*, *silentio*, M. V. Mo. i. e. *secretò*, Jon. V. *occultè*, Ar. *clàm*, JT. Qui explorarent silendo, vel tacendo, h. e. sine ullo strepitu [i]. Nè, scilicet, persentiscerent incolæ regionis [k]. Non placet; nam cùm speculatorum omnium vel præcipua conditio sit, ut sint taciti, &c. supervacaneum fuisset id monere [l]. [Alii sic;] Clam Israelitis. Antithesis inter hos & illos Mosis, qui populo sciscente sunt emissi [m]. Hoc fecit, nè rursus, ut antea factum, murmurarent [n]. Alii sic vertunt, *explorantes cogitationem, animique machinationem*, nempe, in hostibus. Ità verbum חרש sign. Prov. 3. 29. & cap. 14. Sic R. Levi. At nomen חֶרֶשׁ, ni fallor, ità non sumitur [o]. ¶ *Considerate terram, & Jericho*] i. e. Præsertim Jericho, V. Tale loquendi genus 1 Reg. 11. 1. *amabat fœminas alienigenas, & filiam Pharaonis*; Psal. 18. 1. *de manu hostium, & Saulis*; 2 Sam. 2. 30. *è servis David 19, & Asahel* [p]. Addit speciatim *Jerichunta*, quia in ea urbe capienda maximum victoriæ momentum positum esset [q]. Urbs erat vicinissima, & munitissima [r]. Proximus locus erat in quem populus ingressurus fuit †. *Jerichunti* nomen erat, vel, à lunari forma istius planitiei; vel, à suavissimo odore balsami ibi unicè crescentis, juxta Plinium [t], & Strabonem, Solinum, Tacitum, aliósque, [quorum verba citat Malvenda. Descriptionem item Jerichuntis in Ma. & Maſ. videre est.] Abest Jericho, juxta Josephum, à Jerosolymis 150 stadia, (i. e. milliaribus Italicis octodecim cum dimidio*,) à Jordane verò 60, (i. e. mil. Ital. 7 cum dimidio, La [v].) ¶ *Qui pergentes*, &c.] Qu. Sed quomodo poterant Jordanem transire? Resp. Innumeræ Deo suppetebant viæ id perficiendi, imò absque miraculo [a]. Sed poterant trajicere vel natatu, vel vadatione: nam Jordanis vada legimus, Jud. 3. 28. & 12. 5. Et hîc v. 7. quasi unde & quomodo Hierichuntem venissent odorarentur Hierichuntini, *secuti sunt eos ad vada Jordanis* [b]. Postea tamen exundavit fluvius, ità ut vadari non poterat [c]. Qu. Sed quomodo fallere poterant Cananæorum excubias? Resp. Satis apparet illos desides fuisse stultéque securos [d]. Si liberet miracula comminisci, posset Deus vel cæcitatem, ut Gen. 19. 11. vel lethargicum soporem, ut 1 Sam. 26. 12. vel Panicum terrorem, vel simile quid, immittere †. Felix erat Josua, quòd hi duo viri nè hiscunt quidem adversùs ipsius jussa, sed capitalibus periculis promptè se objiciunt [f]. ¶ *Ingressi sunt domum mulieris meretricis*, זוֹנָה] Qu. Qualis fuerit, utrùm *hospita*, an *meretrix*? Resp. 1. *Hospitam*, vel *cauponariam*, vertunt P. Ti. V. Ità accipiunt RR. & alii multi [g]. Sic dicta, quòd escas præparet ac vendat, à זון [h]. Putant hi Chaldæum se sequi, qui vertit פּוּנְדְּקִיתָא, ex Græco πανδοκία, vel πανδοκεύτρια [i]. Sed falluntur: nam Chald. sic vertit τὸ זוֹנָה ubi pro meretrice sumitur; ut Jud. 11. 1. & 16. 1. & 1 Reg. 3. 16. & Ezec. 23. 44 [k]. Vitat Chald. *meretricis* nomen verecundiæ causâ, quare etiam alibi vertit זוֹנָה *vagam*, alibi *fallacem*, &c. at *meretricem* vix semel iterúmque [l]. Aliis non placet hæc versio. 1. Rahab hos excepit ex hospitalitate potiùs quàm ex munere, Heb. 11. 31. Jac. 2. 25. 2. Priscis illis temporibus non erant, quæ hodie apud nos, cauponæ, ut ad Tob. 5. docui. 3. Si caupona fuisset, non tanta esset cum exploratoribus colloquendi libertas, nec tam facilis occultandi ratio [m]. Resp. 2. Alii *meretricem* vertunt, vel *fornicariam*, &c. ità ό. Sy. Ar. M. D. G. Maſ. La. Bo. Ser. Quod vitæ genus eo tempore apud illas gentes vile magis quàm flagitiosum habebatur; cùm longè alia fuisset Hebræorum etiam ante Legem disciplina, Gen. 38. 24 [n]. Probant hanc versionem, 1. Quòd πόρνη vocatur, Heb. 11 [o]. 2. Quòd veteres Patres Græci & Latini uno ore ità statuunt [p]. 3. Quòd dum suis omnibus necessariis salutem paciscitur, mariti non meminit [q]. 4. Id verbum זוֹנָה semper sign. [ut ostendit

b G. * Maſ. i V. M. k V. l Maſ. m Maſ. simil. La. Ma. n La. o Maſ. p Ma. D. q Maſ. r La. † Ma. t Maſ. * La. v Maſ. a Bo. b Serar. simil. La. Me. c Serar. d Me. ex Serar. † Serar. f Maſ. g Ma. h V. i Maſ. Serar. k Bo. Serar. l Maſ. m Serar. n G. o Bo. p Serar. quem vide sis. q Maſ. Serar.

dit; Serar. locis enumeratis.] Sed adversùs hanc sententiam objiciunt, 1. Hanc duxit Salmon, vir amplissimus, filius Naasson Principis Judæ, qui certè vilem mulierculam noluisset ducere [r]. Respond. 1. Q. ergò statuunt eam fuisse aliam Rabab: Sic Mas. & Q. in Serar. Sed eandem fuisse satis patet, & statuunt omnes Patres †. 2. Quærant iidem cur Gentilem duxerit, & idolorum cultricem. At infamiam omnem deterebant novæ Religionis laus, & vitæ immutatio, & recentis meriti gloria [t]. Obj. 2. Absurdum est exploratores, viros probos, ad scortum divertisse. Resp. 1. Non sciebant meretricem fuisse [v]. 2. Eò diverterant non libidinis explendæ, sed negotii conficiendi, gratiâ [a]. Cui opportuna erat hujus domus portæ & muris contigua [b]. Nusquam commodior latebra. Sic omnem explorationis suspicionem eximebant. Non enim homines prudentes & curiosi, sed fatui, ignavi, dissoluti, ad scortum introirent. Et signa olim meretricum ædibus concessa, quibus aditu alios prohiberent. Adde quòd ipsorum occupatio, festinatio, trepidatio, lasciviam omnem excluderet. Denique, Divino instinctu hæc gesta sunt [c]. Obj. 3. In Christi dedecus hoc vergeret, qui ex Rahab natus erat. Resp. *In genealogiam Christi nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eæ quas Scriptura reprehendit; ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret*, inquit Hieron. in Matt. 1. Meretrix ergò fuit, verùm non vulgaris, sed idololatrica, quales in deorum dearúmque honorem se pervulgare solebant [d]. [Plura in authore vide, si lubet.] Resp. 3. Et hospita fuit & meretrix †. Olim apud veteres cauponam exercere inhonestum erat. Vide Casaub. ad Theophrasti Characteres, περὶ ἀπονοίας, *de desperatione*, seu *perdita audacia* [f]. In istis regionibus passim malè audiebant cauponariæ mulieres, præsertim quæ maritos non habebant [g]. ¶ *Et quieverunt*, ità o'. V. Ti. nempe, aliquantisper, V. וַיִּשְׁכְּבוּ] *Et cubuerunt*, Jon. Mo. JT. Mas. i. e. Diverterunt tanquam pernoctandi quietísque capiendæ causâ [h]. *Dormierunt*, P. *pernoctârunt*, Sy. Ar. M. Caj. in Ser. Ità postero die visi erant, & Regi indicati. Verùm coryçæi regii dicunt, *Hâc nocte* (non dicunt, *Heri*) ingressi sunt; & שָׁכַב simpliciter sign. *cubare, jacere, quiescere, morari*. Ibi ergò quieverunt, sed somnum non ceperunt, neque pernoctârunt [i].

2. *Nunciatum est regi*] Credibile est eum in consuetis deliciis securè versatum esse; alioquin, dispositis custodibus, nulli suspecto aditum in urbem permisisset: quinetiam flumen transeuntibus se & copias suas opposuisset [k]. ¶ *Ut explorarent*, ità o'. Jon. Sy. Ar. לַחְפֹּר] *Ad perrimandum*, Mo. Propriè est *fodere*. Indè dicitur de intenta animi & oculorum infossione, i.e. *intentione, perscrutatione* [l].

3. *Qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam*] Sic Jon. M. sim. Ti. JT. P. At o'. & Sy. habent tantùm, *qui ingressi sunt ad te*; omiserunt illud, *venientes ad te*, ut ταυτολογίαν vitarent. Suspicor autem illud à superbis vel iratis aulæ ministris de venereo congressu dici. Sic *veniendi* verbum sumitur 2 Sam. 3. 7. Obj. At Rahab respondet, *venerant ad me*; quæ certè tam apertè turpitudinem fateri noluisset. Respond. Ipsa, quod muliebris verecundiæ erat, ab illis turpiter dictum simulat se aliter accepisse. Vel dicendum, ταυτολογίαν hanc esse, usitatam in Sacris literis: nam participia *Benonim* (cujusmodi est hîc בָּאִים) sæpe nominum vicaria sunt. Ità, *venientes ad te*, reddere potes, *hospites tuos* [m].

4. *Tollénsque—abscondit*, וַתִּקַּח וַתִּצְפְּנוֹ] *Et cepit, & abscondit eum*, Mo. sim. o'. Jon. Alii, *acceperat*, vel *tulerat, & absconderat*, JT. Ar. Sy. Mas. V. La. Bo. Paulò postquam ad se divertissent [o]; ex rumusculis suspicata id quod accidit [p], & metuens inquisitionem [q]. Qu. Sed cur non illico emittebat per fenestram? Resp. Verebatur nè subito inquisitorum interventu oppressa & sibi & illis exitium crearet [r]. ¶ וַתִּצְפְּנוֹ] *Abscondit eum*, Mo. simil. o'. V. Jon. Enallage numeri, Mas. Ma. *Eum*, i.e. quemlibet ex iis, separatim scilicet, V. nè ambobus instratum linum exstaret altiùs, essétque suspecta ipsa eminentia; vel, nè ambo simul detegerentur †.

r Bo. Ser. — † Serar. — t Serar. — v Bo. Serar. — a Mas. Bo. — b Bo. — c Serar. — d Ser. — † L. JT. Ma. — f D. — g Bo. — h Mas. — i Ser. ex Jo. & He. — k Mas. — l Ma. — m Mas. — o Mas. — p Bo. — q Mas. — r Mas. — † Mas.

Distributio plerumque notatur per pronomen singulare junctum substantivo plurali: Glas. gram. p. 206. Vel, significat ea Enallage mulieris festinationem [a]; seu potiùs industriam & solertiam, quæ celeriter utrumque absconderit [b]; & loci quo abdebantur angustiam [c]. *Absconderat eos*, Sy. Ar. vel, *utrumque*, JT. ¶ *Venerunt ad me*] Apertè fatetur quod consciis vicinis negare non posset, ut fidem sibi in dicendis præstruat [d]. ¶ *Sed nesciebam unde essent*] Hostium receptatores crimina illorum non sustinent, nisi si conscii fuerint †. Qu. An mentita sit? Resp. 1. Q. negant. Potuerunt alii apud *Rachabam*, putà cauponam, divertisse, de quibus illa responderit [f]. 2. Mentita est: Sed mendacium officiosum fuit, & culpa levis [g]. Non mirum, præsertim in fœmina rudi & pagana, si tale mendacium persuadebat sibi licitum esse; quod & senserunt Plato 3. de Repub. Origen. Hieron. Chrysost. & alii [h]. Et fatetur Augustinus in hac quæstione solvenda doctissimos fatigari [i]. Laudatur hoc factum, ut illi tempori congruens, Hebr. 11. 31. & Jac. 2. 25. Ante Evangelium mendacium viris bonis salutare culpæ non ducebatur. Vide quæ collegimus de J. B. & P. 3. 1. 16*. Aliter Aug. *Non fallacia sive iniquitas mentientis, sed benignitas & liberalitas mentis, mercede compensata est* †.

5. *Cúmque porta clauderetur*, ità o'. vel, *quum claudenda esset*, Ar. JT. V. Mas. וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר] *Et fuit porta ad claudendum*, Mo. Ma. *Et fuit tempus ad claudendam portam*, Ch. in V. Sy. *Portam*, civitatis scilicet, V. plerique in Ma. vel, hospitii, V. ¶ *In tenebris*, ità o'. JT. בַּחֹשֶׁךְ] *In obscuritate*, Mo. *vespere*, Sy. Ar. *in crepusculo*, Jon. *Propter tenebras*, i. e. quòd nox jam atra esset, V. ¶ *Exierunt*] Ambiguè dicit, vel, è domo suâ, vel, ex urbe [k]. ¶ *Persequimini*, &c.] Ità se societatis suspicione liberat, dum captos cupere se simulat; & quæsitores spe assequendi incendendo ab ædibus suis abigit. Qu. An proditionis patriæ ob hoc factum accusanda est Rahab? Respond. Minimé. Nam, 1. Intelligebat nec speculatorum vitam exitio, nec mortem saluti, patriæ futuram. 2. Cùm sciret gentem suam à Deo esse proscriptam, & Israelitis deditam, non debuit, nec potuit, vel patrocinari causæ injustæ, vel justæ adversari. Neque ullum necessitudinis vinculum adversùs probitatis officia peccare virum bonum rectè cogat. Aliud esset, si suis commodis, non voluntati Dei, subserviviffet [l].

6. *In solarium*, הַגָּגָה] *In tectum*, o'. Ch. Sy. Ar. Mo. JT. Tecta ibi plana erant, nè quis decideret, Deut. 22. 8 [m]. *Solaria* dicta sunt, quia Soli exposita [n]. Ædes ità constructas fuisse patet ex Matt. 10. 27. & Actor. 10. 9 [o]. ¶ *Operuit eos stipulâ lini*, בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ] [Variè reddunt.] *In culmis* (*fasciculis*, vel *manipulis*, Sy. Ca. Ch. in Bo. *stipulis*, M.) *lini*, P. Calv. Ang. sim. Ti. *In linis ligni*, inversæ dictiones, pro, *in lignis lini*, V. D. Glas. gram. p. 163. i. e. in culmis, vel stipulis, linorum, V. D. Quia adhuc linum erat in culmo; qui vocatur *lignum*, seu *arbor*, seu *culmus* [p]. Tales inversiones sunt, *vermiculus cocci*, pro *cocco vermiculi*; sic 2 Thess. 1. 8. *in igne flammæ*, pro, *in flamma ignis*; & Pindar. Od. 1. *fulmen ignis extinguere* dixit, pro, *ignem fulminis* [q]; &, *viriditas herbæ*, pro *herba viridi* [r]. Fortasse *linum ligni* dicitur quod crudum adhuc ac lignosum est, h. e. de quo cortices & stipulæ nondum sunt stupario malleo atque carminatione decussæ depexæque. Solent enim lina antequam tundantur insolari †. Linum hoc commune erat, ut indicant omnes versiones, & hoc solùm siccandum exponitur [t]. Nomen *ligni*, vel עֵץ, quod hîc *lino*, alibi tribuitur *junco*, teste K. in Radic. & *hyssopo*, 1 Reg. 4. 33 [v]. Aliis hoc linum Ægyptium erat, quod *gossipium* dicitur, quod alii *xylum* appellant, ait Plin. 19. 1 [a]. Sic Forsterus in Ma. & Mas. & Boot. Animadvers. l. 2. cap. 1. 5, 8. Sic Ar. vertit, *inter ligna gossipii*. ¶ *Quæ ibi erat*, הָעֲרֻכוֹת לוֹ] *Ordinatis*, vel *dispositis, ei*, Mo. V. JT. i. e. ab ea. Hîc ל pro מ positum, He. in V. Illustrat hunc locum Plin. l. 19. c. 1. de lino, *Tum —siccatur in Sole* [b].

7. *Per viam quæ ducit ad vadum Jordanis*, דֶּרֶךְ הַיַּרְדֵּן] *Per viam Jordanis*, Jon. Sy. Ar. vel, *ad* (vel *super*, o'.) *Jorda-*

a RS. in Mas. Ma. — b Mas. — c RS. in Mas. L. — d Mas. — † Mas. — f Jun. Ma. — g Me. T. — h La. Bo. — i Bo. — * G. — † Mas. — k Mas. — l Mas. — m Bo. La. — n La. — o Mas. — p V. — q Bo. — r D. — † Mas. — t Bo. — v Mas. La. Bo. — a Mas. — b Ma.

Jordanem, JT. Ad suos enim versus revertisse putabant [c]. ¶ [עַל־הַמַּעְבְּרוֹת] *Per vada singula*, JT. Sed non est verisimile quòd vada transierint, quia sciebant ibi commorari ipsorum hostes [d]. *Usque ad transitus*, Glass. Mo. ό. vel, *ad vada*, Jon. Ar. M. Ti. P. sim. Ch. עַל hîc ponitur pro עַד, V. D. Mas. ex K. vel, pro אֶל, ut Gen. 38. 12 *. ¶ *Porta clausa est*] Sic ό. in D. Sy. Ar. Heb. *Clauserant portam*, nempe, tabernæ meritoriæ Rahabis: hanc clauserunt ejus familiares & domestici †. Vel potiùs, *portam urbis* [f]: nè, si in urbe essent exploratores, elaberentur [g]. Adjectum hoc, ut intelligerent cur necesse fuit eos per fenestram dimittere [h]. *Clauserunt* ponitur impersonaliter, pro, *clausa est* [i]. [At JT. sic, *Virorum illorum alii persecuti sunt*, &c. *alii portam clauserant*.] ¶ *Illis egressis*, אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר יָצְאוּ] *Postquam egressi sunt*, M. Ti. P. Sy. Ar. Litera כ in כַּאֲשֶׁר supervacanea est: Ità R. Isaias, vir sanè doctus, & rectè [k]. [LXX hæc ab antecedentibus divellunt, & ad sequentia referunt, hoc modo; *Et porta clausa est. Et—postquam exierunt persequentes —— & priusquam ipsi dormirent, ipsa ascendit.*]

8. *Necdum obdormierant*, וְהֵמָּה טֶרֶם יִשְׁכָּבוּן] *Et ipsi antequam jacerent*, Mo. *priusquam dormirent*, ό. *nondum cubaverant*, JT. sic Jon. Ar. טֶרֶם verto, *nondum*, ut sæpe sumitur, præsertim cum futuro constructum, Gen. 2. 5. 1 Sam. 3. 7 [l]. Esto non ad somnum captandum eò conscendissent, poterant tamen quies & tenebræ eos ad somnum solicitare [m]. Alii הֵמָּה referunt ad cives [n], qui nondum à murmure planè cessârant [o]. Noluit exploratores aut diu in metu esse, aut rei maturè gerendæ occasionem amittere; eos ergò illico adit [p].

9. *Et dixit*, vel, *dixerat, ad homines*] Qu. Quâ linguâ collocuti sunt cum Rahab exploratores? Resp. Suâ, i.e. Cananæâ [q]. Vel Hebræam linguam Rahab didicerat, (meretrices enim nonnullas didicisse philosophiam, &c. ut lenocinio instructiores forent, docet Athen. l. 13.) vel Cananæam exploratores. Poterant esse in Israelitarum castris vel Cananæi, vel Chananicè scientes Ægyptii, à quibus Israelitæ discere poterant [r]; ob finem fortè similem, nempe, ad explorandum, &c †. Sed verior responsio est, Hebræam Cananæámque linguam vel eandem fuisse, vel planè similes [t]. Solâ dialecto differre probari potest ex nominibus quæ à Cananæis ante adventum Hebræorum urbibus imposita fuerant; ut, *Jericho, Salem, Sichem, Bethlehem, Segor, Cariatharbe*, &c. Et *Beersabee* nomen ab Abrahamo & Cananæis communiter impositum est, Gen. 21. His adde nomina propria Cananæorum; ut, *Melchisedech, Adonisedech, Abimelech, Rahab*, &c [v]. Dein, lingua Hebræa dicitur lingua Canaan, Isa. 19. 18. Præterea, lingua Punica, quæ vel Cananæa est, vel ex ea, eadem ferè est cum Hebræa, ut docet Hieron. Tradit. in Genesin, & ostendunt multæ Pœnorum voces [a]. [Sed de his consule Cl. Bochartum in stupendo illo opere Geographico, part. 2. sive *Canaan*, per totum.] ¶ *Novi quòd Dominus tradiderit*] i. e. Tradere decreverit [b]. Loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem fidei [c]. Observanda est ejus fides pietásque, qualem vix Israelitæ habebant, quamvis à Deo & Mose toties hoc inculcatum esset [d]. Vel, *tradiderit*, nempe, dominium, licèt non possessionem †. Qu. Quomodo & quâ notitiâ hæc noverit? Resp. 1. Naturali, quoad causam proponentem: Ab hominum rumoribus de siccatione maris Rubri, &c. & sensibus, cepit ejus initium [f]. 2. Vel supernaturali [g]; quia fuit in ea fides, Heb. 11. 31 [h]. Deum Judæorum verum, eúmque immensum & omnipotentem, agnoscit [i]. Partim ex miraculis, partim ex illustratione Divina, hæc cognovit [k]. Alioquin miracula hæc vel Magis attribuere poterat, vel Ægyptiorum diis non ritè placatis. Et exolevit penè miraculum illud maris siccati ante 40 annos. Poterat victoriam de Amoræis partam aliis causis adscribere [l]. ¶ *Terror vester*] Supernaturaliter immissus, juxta Exod. 23. 27. & Deut. 11. 25 [m]. Quod facile erat colligere ex virium comparatione. Cananæi erant & numerosissimi & ferocissimi, eorúmque lo-

c Mas. — d Pi. — * Glass. gram. p. 549. — † K. in D. Q. in Ma. — f Plerique in Ma. L. Me. Mas. D. Jun. — g Jun. — h Ma. ex Mas. — i Pi. Mas. — k Mas. — l Mas. — m Bo. — n D. — o Jun. — p Mas. — q La. — r Serar. — † Bo. — t La. Bo. Ser. — v Bo. — a Serar. quem vide sis. — b La. — c L. — d Mas. — † Bo. — f Ser. — g Serar. Mas. La. Bo. — h Serar. — i Bo. — k La. — l Mas. — m Bo.

ca munitissima; Hebræi, extorres, egeni, & 40 annorum miseriis fracti atque enecti. Terrorem hunc illustratâ mentis acie videbat Rahab: neque eam cœlestem gratiam aut per vecordiam negligebat, aut per impietatem repudiabat, aut per stultitiam fortunæ adscribebat; sed, cùm Cananæi per metum se quasi quodam præjudicio condemnarent, rectè collegit Numinis consilium esse eos possessione pellere, &c [n]. ¶ *Et elanguerunt*, &c. נָמֹגוּ מִפְּנֵיכֶם] *Liquefacti sunt* (*diffluxerunt*, JT. *fluctuaverunt*, Ar. *fracti sunt*, Jon. *extimuerunt*, Sy. *dissoluti sunt*, V.) *à faciebus vestris*, Mo. (*propter vos*, Ar. V. sim. Sy. *metu vestrî*, JT.) Præ timore remissò sunt animo, V. Pavor ingens liquat, enervat & dissolvit omne robur animæ & corporis [o].

10. *Audivimus enim*, &c.] Cur ergò Jordanem transeuntibus non opposuerunt obstaculum? Videntur certè eos, ut miseros, imbelles, profugos, contempsisse. Interim cœlesti quodam pulsu agitabantur ipsorum mentes, &c [p]. ¶ *Quòd siccaverit*] Sim. Mo. *Deum arefecisse*, vel, *quomodo arefecit*, JT. ¶ *Interfecistis*, הֶחֱרַמְתֶּם] De quo verbo vide Levit. 27. 28 [q].

11. *Et elanguit cor nostrum*, וַיִּמַּס] *Et liquefactum est*, Mo. Jon. Mas. JT. D. sim. Ar. *commotum*, Sy. H[s], pro, *fuimus territi admodum*, V. *Mente nostrâ emoti sumus*, ό. in Mas. Metaphora est à cera, Mas. Me. vel, à nive tabescente, Me. ¶ *Nec remansit spiritus*, ità Ch. in V. Sy. sim. Jon. Ar. לֹא קָמָה] *Non surrexit*, Mo. Ma. Perperàm: קוּם hîc *stare* sign. non *surgere*, D. *Non constitit*, V. D. *non constat ampliùs spiritus*, Jun. *non constat animo quisquam*, JT. *non perstitit*, D. קוּם quandoque sign. *restare*, seu, *superstitem esse*, Glas. gram. p. 225. *Stare* quandoque *manere* sign. Cor vel spiritus *exire* dicitur in summo metu, 1 Sam. 17. 32 [r]. Sequitur, *in viro*; emphaticè: q. d. Qui antea viri erant, nunc eis animus planè concidit *. ¶ *Ad introitum vestrum*, מִפְּנֵיכֶם] *A conspectu vestro*, Targum in D. *propter præsentiam vestram*, vel, *vestrâ causâ*, Mas. *propter vos*, V. *metu vestrî*, JT. Sic alibi, *fugit à facie* (i. e. metu) *Absalomi*, D. ¶ *In cœlo*, &c.] Ut qui cœlestes hominum animos pro suo nutu regat, dum alios pavore consternat, alios fortitudine firmet. *In terra* verò, ut qui terrena omnia pro suo arbitrio dispensat, aliis aufert, aliis assignat [t]. Deus vester ubivis locorum operatur quæ voluerit; Cananæi ergò obsistere nequeunt [v]. Solus est immensus & omnipotens [a]. Fictitiis divis omnibus unum Jehovam opponit. Hæc est fides & professio Rahab adeò celebrata, quâ (inquiunt Hebræi) hoc promerita est, ut octo Prophetæ & Sacerdotes ex ejus stirpe procrearentur, *Jeremias, Baruch, Hanameel*, &c. Eámque aiunt 50. vitæ suæ anno Judaismo nomen dedisse, veniámque à Deo flagitâsse, &c [b].

12. *Per Dominum*] Per quem solùm jurandum est. Hinc fides ipsius elucet, quæ non aliter cum iis depaciscitur quàm si oppido potiti essent; nec præsentem hospitum fortunam corporis oculis, sed Dei consilium fidei sensu, intuebatur; in quo cùm toto animo acquiesceret, ipsum jurari poscebat. ¶ *Ego misericordiam feci*] Refer non tam ad elusos Regis inquisitores, quàm ad evadendi rationem jam commonstratam [c]. ¶ *Cum domo patris mei*] De se nihil dicit, quia id officii jus postulabat, ut servatricem suam servarent [f]. De marito & prole nihil dicit, quia non habuit, ut antè dictum. De suis necessariis maximè solicita fuit, quòd sciret nondum eos in Deo, qui solus servare posset, spem habere collocatam [g]. ¶ *Detísque verum signum*, אוֹת אֱמֶת] *Signum veritatis*, Mo. Jon. vel, *verum*, Sy. *sponsionis symbolum haud fallax*, M. *certum*, Ar. quo verè ac certò posset se suósque ab exitio vendicare, quódque Israelitis cuncta vastantibus ostenderet [r].

13. *Quæ illorum sunt*] Fratrum sororúmque liberos, ut constat ex Jos. 6. 23 †. In talibus quæ publicum statum non violant missi à populo populum obstringunt. Quare & servata hæc est fides infrà 6. 25. & Matt. 1. 5. Similis historia Jud. 1. 25 [a].

14. *Anima nostra sit pro vobis in mortem*, נַפְשֵׁנוּ תַחְתֵּיכֶם לָמוּת] *Anima nostra pro vobis ad moriendum*, Mo. D. Mas. supple, *esto exposita*, JT. H[s]; Servabimus vos, etiamsi nobis moriendum fuerit, V. Nosmet

trademus

n Mas. — o La. — p Mas. — q La. — r Dr. — * D. — t Mas. — v La. — a Bo. — b Mas. — c Mas. — f K in Mas. — g Mas. — r Bo. — † Mas. — a D.

trademus interficiendos pro vobis iis qui vos volent occidere [b]. Est hæc jurisjurandi formula [c]. q. d. Pereat anima nostra, vel, Perdat nos Deus, si vobis Hebræi nocuerint. Vide vers. 17 [d]. Deo animam seu vitam nostram oppigneramus pro tua, ut siquis tibi nocuerit, ipse nos disperdet †. Non est quidem in formula nomen *Jehovæ*; at religio erat piis viris illud in hujusmodi detestationibus adhibere: Atque ob eam causam, si illud positum est, ipsa illa mala ominata & dira verba subticentur; velut in illis, *Sic faciat mihi Dominus*, &c. At satis erat nomen Dei in Rahabæ stipulatione fuisse, cui plenè perfectéque respondent [f]. ¶ *Si non prodideris nos*] Et negotium nostrum, quod Rex maximo pretio redemisset [g]. At jam satis erant de voluntate Rahab securi*. ¶ אִם לֹא תַגִּידוּ אֶת־דְּבָרֵנוּ זֶה] *Si non indicaveritis*, vel *evulgetis, verbum nostrum hoc*, Mo. sim. JT. *Rem nostram*, Mas. D. de qua inter nos actum, D. *Famam nostram hanc*, Ar. *negotium istud*, Jon. negotium hujus pacti, Pi. Signum intellige è fenestra suspendendum, & consilium de colligenda in domum paterna familia [h]. Nam si ista rescivissent cives, reliqui similibus signis usi essent, aliíque in ædes Rahab irrupissent [i], iique nimis multi & vitâ indigni [k]. Volunt ergò ab ipsa non impediri exsecutionem juramenti [l]. Admonemur istâ illorum exceptione, ut nè ad jurandum nisi summa cum cautione atque religione deduci nos patiamur, postquam diligenter explorata usquequaque omnia habuerimus, an etiam præstare jurata possimus [m]. *Sermonem nostrum*, i. e. hanc rationem quâ volumus vos servare: vel, sermones nostros quibus pollicemur nos servaturos te, &c [n]. ¶ *Cúmque tradiderit*] Heb. *Et erit*. Aut redundat, ut sæpe fit; aut confirmat quod præcessit, quódque sequitur: q. d. Fiet quod diximus; nè dubita: tibi rursum pollicemur, quòd ubi Jehova, &c [o]. ¶ *Faciemus in te misericordiam & veritatem*] i. e. Servabimus vos in vita, neque fallemus [p]. Sign. hæc phrasis, optimâ fide beneficum esse [q]. Præstat *misericordiam*, qui prior confert beneficium; *veritatem*, qui beneficium refert [r]. חֶסֶד, *pietas*, seu *beneficentia*, ad ipsum beneficium spectat, & sign. *gratuitum beneficium*. Itaque illud spectat cognatos Rahab, quorum nulla erant in exploratores merita. אֱמֶת, *veritas*, ad præstandi beneficii certam fidem spectat, & sign. *quod justum æquúmque est ut præstetur*; hoc verò ipsum Rahab spectat. Hæc conjunctè reperies Gen. 24. 27 †.

15. *Demisit ergo per funem*] Q. in his duobus versibus historicam narrationis Enallagen statuunt [t]. Videntur non suo loco positi, sed ad vers. 21. differendi. Non insolens est in S.S. perturbata atque confusa narrationum series. Neque enim credibile est eos nondum datâ tesserâ dimissos esse [v]: nec jurarent exploratores, antequam omnes cautiones enumerâssent [a]. Sed quomodo extra urbem ad muros tam multa loquerentur, nemine audiente? Resp. Divinæ providentiæ hoc fuit, nè quis subaudiret; quâ etiam factum nè demissionem viderent [b]. Q. contextûs filum rectum censent, & sequentia dicta cùm demissi essent [c]: dicitur enim, *demisisti*. Sed respondet Mas. Enallagen temporum esse, *demisisti*, pro, *demiseris*, aut pro, *demittere paras*. (Non displiceret, inquit Serar. nisi verborum proprietas in historicis retinenda esset.) Sic Jos. 10. 15. dicitur Josua *revertisse* ad *Galgala*, multò antè quàm revertit [d]. Fortassis tamen non absurdè diceretur, solicitissimam de hospitum salute mulierem, jurejurando contentam, properè eos emisisse, salutis suæ signum commodiori tempore exspectantem; ipsos verò jam securiores hæc verba pro mœnibus fecisse, eâ per fenestram auscultante †. ¶ *Per funem*] Per quem solita fuit fornicarios emittere & recipere; ut idem fuerit instrumentum & peccati & salvationis [f]. ¶ *Hærebat muro*, בְּקִיר הַחוֹמָה] *In pariete muri*, V. Mo. D. sive *mœnium*, JT. *in muro mœnium*, Mas. *Paries* propriè domorum est, *murus* urbium, D. *Domus illius erat in muro*, ὁ'. in La. קִיר non solùm *privatos parietes* sign. sed & *urbium mœnia*. Sic Num. 35. 4. *mille cubiti à muro urbis* *. Latinis dicebatur *submœnium*, unde meretrices *submœnianæ* Martial. Epigramm. 1. 35. &

b ... c Mal. Ma. b Bo. d La. † Bo. f Mas. g Ma. * Bo. h D. K & Levi F. Gers. in Mas. i Mas. k Me. l Bo. m Mas. n V. o V. p V. q Mas. r V. † Mas. ex K. t To. & Caj in Ser. Mas. v Mas. a Serar. b Serar. c K. in Serar. Serar. d Mas. † Mas. f L.

3. 82 [g]. Ibi habitare solebant fortunæ tenuioris cives & meretrices [h]. Sed Divinæ potiùs providentiæ hoc imputandum est [i]. ¶ *Hærebat*, הִיא יוֹשָׁבֶת] *Ipsa sedens*, Mo. *Ipsa*, i.e. domus. Sic, Alexandria *sedet in rivis*, i.e. sita vel posita est. Sed fortè *ipsa*, i.e. Rahab, *sedebat*, i.e. habitabat [k]: *Ipsa habitabat*, vel *degebat*, Jon. Sy. Ar.

16. *Ad montana*] Heb. *ad montem*; qui, scilicet, adjacebat urbi, V. *Mons* pro *montanis*: sic Deut. 1. 7. & 2. 37. Jos. 9. 1. & 10. 40 [l]. Cingebatur Jericho montibus [m], versùs Occidentem, Septentrionem, & Austrum: Ipse verò Jordanes ad Orientem erat, quâ viâ persequentes progrediebantur †. ¶ *Nè occurrant vobis*] Vel, *nè incurrant in vos*, vel, *invadant*: id enim פָּגַע sæpe sign*. ¶ *Latitate tribus diebus*] Synecdoche est; nam primi & ultimi pars tantùm in latibulo exacta [n]. Sic Christus 3. die resurrexit: & passim fit ut noctis tempus ante somnum diei tribuitur [o]. Notant Hebræi tribulationes sæpe triduo definitas, Genes. 42. 18. Hos. 6. 2. Jon. 1. 17. Hanc tertii diei prerogativam adscribunt ipsi partim Legi tertio die datæ, Exod. 19. 16. partim Abrahamo filium sacrificaturo, Gen. 22. 4. Nos rectiùs Christo, qui 3. die resurrexit [p]. Non quòd putabat tres dies ad itum & reditum necessarios, nam ab urbe ad trajectum erant tantùm 60 stadia, vel 5000 passuum; sed quòd verisimile erat insequentes non rectâ redituros, sed passim dumeta, recessus, latebras omnes rimaturos, & ad Jordanem aliquantisper hæsuros fore [q]. In voce וְנַחְבֵּתֶם deficit seu latet *Aleph* vel *He*, & *Pathach* sub ב loco *Hirek*, propter gutturalem ח [r].

17. *Innoxii erimus*] Vel, *esse volumus*, JT. Mas. *Deobligati erimus*, si ità Latinè dici posset, V. i. e. jurisjurandi obligatione soluti †. *Insontes ab adjuratione tua*, Sy. JT. Monet hæc tam accurata provisio & cautio, non temerè nec prolixè jurandum esse, sed summa cum religione & præcisè; ut nè plus promittas quàm, rebus omnibus consideratis, effectum te posse dare cognoveris. Credebant Gentes perjurium (licèt non admissum, sed animo tantùm conceptum, vide Juven. Satyr. 13. *Spartano cuidam respondit*, &c.) etiam à posteris pejerantis luendum. Hesiod. Ὃς δέ κε μαρτυρίῃσιν, &c. In Heb. est Enallage generis, הַשְּׁבוּעָה fœm. cum הַזֶּה masc [s]. ¶ *Quo adjurâsti nos*, ità Sy. JT. הִשְׁבַּעְתָּנוּ] *Jurare fecisti nos*, Mo. *quod firmâsti super nos*, Jon. *quo nos contestata es*, Ar. *ad quod nos adegisti*, P. & V. in La. *Cujus verba nobis præivisti*. Vide quæ ad Levit. 5. 1. & Matt. 26. 63 *.

18. *Si ingredientibus terram*] Nempe, vicina urbi loca. *In partem civitatis*, ὁ'. i. e. cùm primùm irruptio fieret in urbem. Verùm difficile tum erat cognatos convocare [v]. ¶ *Funiculus iste coccineus*, sic M. Ti. תִּקְוַת חוּט הַשָּׁנִי] *Lineam* (*laciniam*, V. *funiculum*, Ar. Jon. ὁ'. P.) *fili coccinei*, Mo. i. e. factam ex filo coccineo, V. (*fili rubri*, Jon. *fili dibaphi*, JT. *filati coccinei*, Ar.) תִּקְוַת *textum* verto, cum He. Mas. D. quod alibi *spem fiduciámque* signif. Per translationem sic appellat hoc signum, in quo salutis spem omnem mulier collocavit. *Signum* vertunt ὁ'. Aq. Sym. & Vulg. magis pro sensu quàm vocabuli notatione. Chald. vertit תּוּרָא, h. e. *fimbriam*. Quare? Mihi verbum קוּאי, quod Chald. *textorem* sign. persuadet קָוָה Hebræis non solùm *colligere*, verùm etiam *contexere*, significare. Sunt enim cæteræ Orientis linguæ ex Hebræa natæ. R. Isaias vertit, *funem*, à colligendo dictum, quòd in fune multa fila contorta componantur [x]. *Funiculus iste*, quem videmus, vel, quo nos demisisti [y]. Aptè eodem fune quo hospites servavit ipsa ad salutem (suam) utitur [z]. *Coccineus* erat, ut sanguinem Christi repræsentaret [a]. ¶ *Per quam demisisti*] Referunt ad fenestram Hi. & ὁ'. in Bo. Sed potest referri ad textum fili, D. Sic Mas. *per quem nos demisisti*. ¶ *Fratres*, &c.] Nomine *fratrum*, &c. omnes cognati intelliguntur [b].

19. *Sanguis ipsius erit in caput ejus*] h.e. Ipsi imputetur [c]. *Reus sibi ipsi erit*, ὁ'. *Sanguis ejus recidat in caput suum*, Ar. *Cædis causa* (vel *culpa*, Ch.) *in caput ejus recidat*, JT. *Sanguis* culpam sanguinis fusi sign. ut Matt. 27. 25. Tam accuratâ officii sui explicatione ostendunt summum de salute Rahab studium. Quantò

g Ma. h Calv. & Mat. in Ser. i Ser. k D. l D. m Serar. Bo. Mas. Jo. & Adrichom. in Bo. † Ser. * Mas. n Ser. o Ser. simil. Mas. Li. p Mas. q Bo. Mas. r Mas. † Bo. s Mas. * G. v Mas. x Mas. y La. z Mas. a La. Bo. b La. Bo. c Bo.

tò quis id quod ſe facturum recipit pluribus conditionibus atque exceptionibus præcîdit, tantò plus ſibi curæ eſſe ne fallat oſtendit. Qui enim temerè multa promittunt, iis plerumque nihil penſi eſt ut promiſſi munus conficiant [d]. Jure belli cadunt qui in urbe capta à reſiſtentibus ſe non abjungunt*. ¶ *Si eos aliquis tetigerit,* אִם יָד תִּהְיֶה בּוֹ] *Si manus fuerit in illum,* Mo. JT. ſupple, *injecta,* JT. *Si quis eum læſerit,* Ar. ſim. Sy. Plus promittunt quàm ſtipulata eſt Rahab. Illa vitam popoſcerat: Hi injurias omnes prohibent †. *Si tetigerit,* i. e. percuſſerit. Nam reus nemo cædis eſt de ſimplici percuſſione. *Si manus in eum,* i. e. ſi manu occiderit. Sic Eſt. 6. 2. Job. 1. 12 *.

d Maſ. — * G. — † Maſ. — * D.

21. *Dimittenſque eos,* וַתְּשַׁלְּחֵם] *Et dimiſerat eos,* Maſ. *Dimittens,* i. e. valedicens, La. Sic שלח ſæpe ſumitur, Maſ. Verbi gratiâ, dicendo, *Ite in pace,* La. ¶ *Appendit*] Qu. Quando? Reſpond. 1. Statim [f]. Nè oblivioni daretur, & ut exploratores viderent antequam recederent *, nec ullus errori locus in re tanti momenti relinqueretur †: nec non ut aſpectus ejus ipſi ſolatio foret: porrò, non ſciebat quando vel quomodo urbem intercepturi eſſent. Obj. 1. At hoc ſuſpicionem moviſſet Hierichuntinis. Reſp. Negatur, quòd aliàs ſubindè ſoleret funes è feneſtra dimittere, ad quos conficiendos fortè linum illud ſuprà uſui erat. Obj. 2. Tunc verò non dictum eſſet, *appendit,* ſed, *appenſum reliquit.* Reſp. Negatur, quia funem illum aliter diſpoſuit [g]. 2. Alii hoc factum volunt cùm obſidio cœpta eſſet [h]. Nihil enim adhuc diſcriminis erat, & tres dies eorum latitationi aſſignaverat [i].

f Maſ. L. Me. Bo. &c. — * L. — † Me. — g Bo. — h K. in Maſ. — i Bo.

22. *Manſerunt ibi tres dies*] Qu. Quid eo triduo ederunt? Reſp. 1. Triduanum jejunium non eſt inuſitatum; & triduum illud contractius fuit. 2. Vel, ſecum neceſſaria ferebant viatores, pro more ævi; vel, viaticum illis dedit Rahab pro hoſpitalitate ſua [k]. ¶ *Non repererunt*] Commendat hoc muliebre conſilium, & magnitudinem periculi illuſtrat [l].

k Ser. — l Maſ.

23. *Narraverunt ei*] Joſuæ ſeorſim; quod expediebat, nè mobilis & præceps multitudo temerè ex illorum relatione majorem quàm oportuit aut confidentiam aut metum conciperet [m]. ¶ *Quæ acciderant ſibi,* ità ό. ſim. Jon. Sy. Ar. JT. הַמֹּצְאוֹת אוֹתָם] *Quæ invenerunt ipſos,* Mo. D. V. Pericula nos *invenire* dicuntur, Gen. 44. 34. Exod. 18. 8. Deut. 31. 17. Eſt. 8. 6. Scitum illud, *Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando invenit* [n].

m Maſ. — n D.

24. *Dixerunt, Tradidit*] Sic Sy. Ti. P. Negari non poteſt כִּי, ut ὅτι Græcis, ſæpe ſupervacaneum eſſe [o]. ¶ כִּי נָתַן] *Quia (namque, Jon. JT.) dedit,* vel *tradidit,* ό. Mo. Jon. JT. Hæc narratio curta eſt, Maſ. ex K. Multa præmiſſa videntur, quorum hæc eſt extrema pars [p]. *Utique tradidit,* M. *Certè dedit,* Pi. Ante כִּי ellipſis eſt, vel, אֱמֶת, *veritas,* ſive, *certum eſt,* vel, יָדַעְנוּ, *ſcimus* quòd. Unde percipimus quòd כִּי non ponitur αἰτιολογικῶς, ſed εἰδικῶς. Interim per metonymiam efficientis & ſynecdochen membri hoc ipſum ſimul dicere voluit, Ergò *eamus* contra eos [q]. *Jam tradidit,* Ar. i. e. certò traditurus eſt, Pi. Quàm diſſimilis horum oratio ad illorum Num. 13. qui tamen nulla pericula paſſi memorantur. Nimirum, *omnia cedunt in bonum iis qui diligunt Deum,* Rom. 8. 28. Itaque hi, quantò majora diſcrimina evaſerant, tantò certiorem ſibi ſuíſque victoriam pollicebantur. *Rahab* hîc Eccleſiæ figuram geſſit. Rahab paupercula ſpeculatores excepit, non ſapientes vel potentes Jerichuntini: Similiter accidit, 1 Cor. 1. 26. Deinde, רָחָב *latitudinem* ſign. & denotat Eccleſiam plurimùm dilatatam fore, juxta Iſa. 49. & 54 †. [Qui plura de his allegoriis videre velit, adeat Maſ. & Bonfrerium.]

o Maſ. — p Maſ. — q Pi. — † Maſ.

CAP. III.

1. DE *nocte conſurgens,* וַיַּשְׁכֵּם בַּבֹּקֶר] *Surrexit manè manè,* i. e. ſummo manè, D. *diluculo,* Maſ. Et quia hæc phraſis de Patriarchis Propheticíſque ſcripta exſtat, hinc colligunt Hebræi reliquis mortalibus idem faciendum eſſe, & ſuum quemque torporem debere diſcutere, præſertim qui publicæ rei procurationem habent. Surrexit Joſua, ut nemini ſuorum excuſationem ignaviæ relinqueret [a]. ¶ *Morati ſunt ibi tres dies;* i. e. in Setim & in Jordanis ripa, Me. וַיָּלִנוּ] *Et pernoctarunt,* JT. Ma. Maſ. D. Defeſſi ex itinere quieverunt unam noctem [b]. In lucem dilata eſt trajectio, 1. ut miraculum clarè perſpectum exploratúmque fieret: 2. ut noctem haberet populus ad expiandum Divinum Numen [c]. Trajectio nocturna, quaſi furtiva, & præ hoſtis metu tecta, plurimorum animos conſternâſſet [d].

a Maſ. — b D. — c R. Levi in Maſ. — d Maſ.

2. *Quibus evolutis*] Non plenè tranſactis, ſed fini proximis †. Heb. *à fine trium dierum,* nempe, à mandato de parando viatico [f]. [De quo plura vide ad Joſ. 1. 11.]

† Bo. La. — f Jun. M. V. Ma.

3. *Quando videritis*] Q. volunt hîc ordinem perturbatum. Ità Maſius & Cajetanus [g]. Quæ narrantur à verſ. 7. ad 14. acta priùs puto quàm edictum illud verſ. 3. & 4. promulgaretur [h]. Alii ordinem perturbatum eſſe negant [i]. Si quis contendat illis modum tranſeundi nondum patefactum fuiſſe, ſed fiduciâ Dei eos ſe ſuſtentâſſe, non repugnabo, ſed vehementer laudabo fidei in iis conſtantiam [k]. Forſitan Joſ. edoctus erat de modo tranſitûs, non autem de ſingulis circumſtantiis [l]. ¶ *Ar-am—Dei*] In Arca præſtò ſemper eſſe voluit Deus, 1. Quia volebat fœderis à ſe ſcripti cuſtos videri. 2. Ut populum ſuum à gentium communione ſecerneret atque averteret. 3. Nè populus Dei inter ſe diverſis colendi Dei ritibus ſcinderetur. 4. Ut typus eſſet Chriſti, *in quo plenitudo Divinitatis,* Coloſ. 2. 9. ¶ *Et ſacerdotes ſtirpis Leviticæ,* וְהַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם] *Sacerdotes Levitas,* Mo. M. P. Ti. Maſ. Per appoſitionem, Bo. Maſ. Sic appellantur ſacerdotes 45 vicibus, ut notant in *Geneſi magna* [m]. Alii, *Sacerdotes & Levitas:* ſic ό. Jon. Sy. Ar. Caathitæ portare debebant Arcam, Num. 4. 15. Poterant tamen, ſi vellent, portare ſacerdotes, (quibus eam tangere priuſquam involveretur conceſſum erat *;) & portârunt interdum in re gravi & miraculoſa, ter vel quater, id eſt, hîc, & Joſ. 6. 1. & 1 Paralip. 15. & 2 Reg. 15. 29 [n]. Ellipſin hîc notant, *Cùm videbitis ſacerdotes,* ſupple, *proficiſci* [o]. Quod ex membro ſequente repetendum eſt [p]. ¶ *Et ſequimini*] Arca nunc antecedebat, cùm hactenus eam anteceſſiſſent duo vexilla *. Jam enim columna nubis evanuit, ut verſ. ſeq. innuit †.

g Bo. — h Maſ. — i Bo. — k Maſ. — l Bo. — m M ſ. — * Bo. — n Me ex La. Bo. Maſ. — o Jun. Maſ. — p Glaſ. gram. p. 724. — * D. — † Bo. Maſ.

4. *Sitque ſpatium,* ità Jon. רָחוֹק] *Longinquum,* Mo. JT. ſupple, *ſpatium,* JT. D. *Intervallum,* ό. Maſ. nempe, *longum,* ό. *diſtantia,* Sy. ¶ *Inter vos & aream,* וּבֵינָו] Scriptum notant Hebræi per vocalem quæ eſt pluralis numeri, vertúntque, *inter illas;* & hinc colligunt duas Arcas fuiſſe, Arcam Dei, & urnam in qua Joſephi oſſa erant [q]. Sed, 1. Impietas eſt hunc loculum Arcæ Dei æquare [r]. 2. Eſto *benau,* non tamen affixum plurale erat, ut exemplis patebit †: עָלָיו eſt, *ſuper illum* [t]; & בָּנָיו *banau, filii ejus;* & אַחֲרָיו, *poſt ipſum* [v]. ¶ *Cubitorum duûm millium,* כְּאַלְפַּיִם אַמָּה בַּמִּדָּה] Ad verb. *ſicut duûm millium cubiti in menſura,* Mo. ſim. Sy. Jon. *ferè duo millia cubitorum,* Ar. *circiter* 2000 *cubit.* Maſ. D. ut ſit כ ἀληθινόν, D. Quinque ſtadia, La. Longiùs abeſſe ab ea noluit, propter inſtans Sabbatum, quo venire deberent ad Arcam precandi causâ. Proditum eſt memoriæ, Arcam, quæ erat in medio caſtrorum, abfuiſſe ab extremis caſtris tanto ſpatio. Et hinc *iter Sabbati,* quod erat 2000 cubit [x]. Cùm è caſtris ad Arcam Sabbatis maximè iri deberet, hinc ſumpſêre argumentum ſapientes ſic definiendi *iter Sabbati.* Confer Num. 2. 2. Inter labores ſunt magna itinera, quæ non permitti Sabbato ſatis conſtabat, Matt. 24. 20. Ovidius—*invitos currere coge pedes. Nec pluvias opta, nec te peregrina morentur Sabbata*—Omnem egreſſum vetare durum fuerat: nec eum ſenſum eſſe legis de Sabbato ex hac lege conſtabat. Vide Act. 1. 12 [y]. Nota ב in בַּמִּדָּה poni pro כ; *in menſura,* i. e. ſecundùm menſuram [z]. Qu. Cur tanto ſpatio eos ab Arca abeſſe voluit? Reſp. 1. Ob Arcæ reverentiam [a]; ſequitur enim, *Cavete nè appropinquetis:* quibus verbis uti ſolet Scriptura cùm reverentiam exigit, ut Exod. 3. 5. & Exod. 19. 12, 21, 24 [b]. 2. Ut demonſtraret viam eminus ſequentibus [c]. 3. Ut omnes otium haberent contemplandi cum admiratione exſiccationem aquarum [d]. 4. Tanto ſpatio patuit redundantis fluvii latitudo †. Non

q Maſ. D. — r Maſ. — † D. Bo. — t D. — v Bo. — x D. — y G. — z Pi. — a La. Bo. Maſ. T. V. — b Bo. — c Bo. — d Bo. La. ſimil. Maſ. — † Maſ.

Non placet La. quia Geographi asserunt Jordanem 30 tantùm cubitos latum esse [f]. ¶ *Et nosse per quam viam*] Heb. *ut sciatis viam eam quâ estis ituri*, Mas. Hæc verba pendent ab ultimis verbis vers. 3 [q]. Ut viam ab Arca jam patefactam & perspicuè videre, & ex ordine tenere, omnes poterint [r]. [Aliter V.] *Viam*, sub. quâ ire possitis ad orationem ante Arcam in Sabbato; ut sit vobis iter apertum, & non impeditum tentoriis. Si enim propiùs accessissent, via non fuisset aperta, sed occupata, ut non facilè dignosci posset †. ¶ *Priùs non ambulâstis per eam*, בַּדֶּרֶךְ] *In via*, Mo. *per hanc viam*, Sy. D. ¶ מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם] *Ab heri & nudiustertius*, Mas. D. Mo. ο'. i. e. antea, D. *pridem*, aut *nuper*, Mas. Ità Homer. Il. 2. χθιζά τε καὶ πρωΐζα, de plurium annorum tempore [t]. i. e. Non ambulâstis antea per hujusmodi profectiones, sive, per hanc viam [v]. *Non per hanc viam*, nempe, *per flumen*. Nam per mare quidem transierant, sed non per fluvium, viz. qui minores fuerant 20 annis, &c [x].

5. *Dixit*] Verto, *dixerat*, Mas. ¶ *Sanctificamini*, ità Sy. הִתְקַדָּשׁוּ [Variè reddunt.] *Præparamini*, vel, *Præparate vos*, Ar. P. M. To. in Ser. Nè quid vos impediat à transitu Jordanis, M. *Comparate vos*, nimirum, ad trajectionem, Ch. in Mas. Colligite vasa vestra, K. in M. [Non placet Ser. nec Mas.] 1. Refellit hoc causa hujus præparationis, quæ subjungitur, nempe, rei gerendæ magnitudo, non autem trajectio [y]. 2. Quotidiana hæc in deserto erat præparatio: Nec istâ monitione jam opus erat iis ante triduum monitis. E Setim jamjam venerant, & vasa sua collegerant; neque, cùm crastinum transitum exspectarent, ea valde dissolverunt [z]. Alii vertunt, *Sanctificate vos*, Mo. M. JT. sim. Sy. *Purificamini*, ο'. *Consecrate vos*, Ti. *Expiate vos*, Mas. *Externè*, lotione vestium, & secubitu ab uxoribus, ut Exod. 19. 10. *Interiùs*, firmâ fide certâque spe, &c [a]. Loquitur lex de corporis castimonia modò; sed hoc intelligitur, cùm multùm animus corpori præstet, multò esse in animis id servandum magis [b]. Necesse erat omnium animos antè informari & acui, ut intentissimi essent ad Dei machinationem percipiendam, & perceptam æternâ deinde memoriâ conservandam; & ut majore erga Deum religione tangerentur, dum ejus immensam potentiam reputarent. Admiratio enim quò est vehementior, eò majora diuturnioráque rerum vestigia animis nostris imprimit [c].

6. *Et ait ad sacerdotes, Tollite*] [Quærunt Pontificii interpretes, quâ ratione Josua Sacerdotibus imperavit; & respondent, Non imperavit ut Princeps politicus, sed ut Propheta*.] ¶ *Et præcedite*] Ideo monendi erant sacerdotes, quia consuetus ordo mutatus est. Nemo, nisi Deo præeunte, in beatam illam terram penetrare potest. ¶ *Et ambulaverunt*] Nihil cunctantes, aut tergiversantes. Magna profectò hæc fides †.

7. *Incipiam exaltare te*] Existimationem Imperatori comparat, si subditi intelligant eum à Deo in sinu gestari. Non potest non existimari optimus & prudentissimus, cui Deus in rebus omnibus præstò adest [f]. ¶ *Ut sciant*] אֲשֶׁר pro לְמַעַן, V. ¶ *Sicut cum Mose*] Findendo mare, ità *tecum* findendo Jordanem [g]. A Mose ad Saulem Deus aut miraculis, aut factis humanam spem excedentibus, monstrabat quos Principes esse populi sui voluit [h].

8. *Cùm ingressi fueritis partem aquæ*, עַד קְצֵה וגו'] *Ad extremum*, vel *extremitatem*, aquarum, Jon. JT. M. P. Mas. Ma. D. V. Qu. Quænam erat pars Jord. in qua consistere debebant? Resp. 1. Ulterior ripa [i]. Cùm perveneritis ad ulteriorem ripam Jordanis, in Jordane, h.e. in alveo Jordanis siccato, consistite, donec populus transierit in ulteriorem ripam [k]. Unicum est sententiæ Masii fundamentum, quòd intervallum 2000 cubitorum servandum erat. Verùm etsi generatim hoc ità præscriptum erat, jam tamen modificatur, ut in Jordane non fiat, sed post hujus transitum. Et hoc fateri habet etiam Masius [l]. Resp. 2. Citerior ripa [m]. Probatur. 1. Quod hîc præcipitur, vers. 15. factum refertur. At ibi dicitur, *cùm sacerdotum pedes aquarum extremitatem contigissent, mox Jordanem se divisisse*. Absurdum autem sit dicere, priùs sacerdotes Jordanem pleno alveo transiisse, antequam is divideretur [n]. 2. Necesse erat sacerdotes in citeriore ripa consistere, & exspectare donec paulatim suspenderentur aquæ superiores, & defluerent inferiores, & alveus aresieret. Sic altiùs illorum animis infigebatur, quod pedetentim fieri videbant. 3. Dicuntur sacerdotes vers. ult. *in medio Jordanis* constitisse dum populus transiret. Si igitur vera sit Masii sententia, debuissent priùs sacerdotes in alteram ripam natando evasisse, & paulò pòst dilapsis aquis ad medium alveum rediisse. At Mas. בְּתוֹךְ vers. ult. vertit, *intra* Jordanem. Verùm *intra Jordanem* non erant in ulteriori ripa consistentes [o]. Ego cum Serar. citeriorem ripam accipio; sed ità, ut non in ea, sed in medio Jordanis, subsistere sacerdotes jubeantur, ut disertè asseritur vers. ult. & Jos. 4. 10. *Katse* hîc est *sectio* Jordanis, ubi, scilicet, Jordanes sectus jam finitur, atque utrinque suâ extremitate jam sectâ terminatur: Ingredimini hanc partem sectam, &c. Congruum enim erat, ut Arca eo loco subsisteret ubi maximum erat periculum [p]. Duæ erant sacerdotum bajulorum stationes: una in ripa citeriore, & primo attactu aquæ, quæ causa fuit divisionis & arefactionis fluminis; altera in medio alveo [q].

9. *Accedite huc*] Ad locum ubi tunc erat Josua [r]; i. e. in quo Arca stabat in medio agmine. Solenne enim erat, cœtum ad Tabernaculum convocare, ut nihil nisi Deo veluti spectante & conscio agi cum populo existimaretur †. ¶ *Verbum Domini*] Cujus verba ideo certissima sunt, & auditu dignissima. ¶ *Dei vestri*] Qui vestrî curam semper gerit. Audientiam fidémque conciliat dicendis ex auctoritate & benignitate Dei [t].

10. *In hoc scietis*] Nempe, miraculo transitûs per Jordanem siccum [v]. Non supervacanea erat hæc admonitio ad excutiendum illum torporem qui hominum mentibus semper inest ad æstimandum ex veritate Divinam benignitatem; & nè in tanta turba rumores increbrescerent, Jordanem transmittere, & gentem fortissimam adire undiquaque mari, montibus, fluminibus circumdatam, unde nullum pateret semel victis effugium, nihil aliud esse quàm se in potestatem hostium dedere [x]. *Scietis* reipsa, quod adhuc solâ fide tenetis. Vel, *scietis* de fidei augmento accipi potest. ¶ *Dominus*, &c. אֵל חַי] Aptissima epitheta. אֵל, *fortis*, vel *omnipotens*. Victoria autem fortitudine parari solet. חַי, *vivus, qui vivit, agilis, vegetus*. Hoc agilem Dei industriam atque actuosam providentiam curámque sign. quâ suis opem maturè fert. *Vita* enim (teste Aristotele) actio est, atque ex motu cognoscitur; & quorum nulla actio motúsque apparet, ea mortua aut certè languida esse censentur [y]. Sic Deum distinguit ab idolis, quæ sine vita sunt, ideóque nullarum ad res admirabiles patrandas virium; cùm Dei vita ex miraculis cerni posset [z]. *Vivus*, omnia vegetans, vos per Jordanem salvos transvehet [a]. ¶ *Disperdet in conspectu vestrî*] Notant יָרַשׁ, si subjicitur ei מִפְּנֵי *à facie*, sign. *possessione depellere*; cæteroquin, *possidere* [a]. ¶ *Cananæum*, &c.] Septem enumerat. At alibi decem, Gen. 15. 19. Resp. 1. Ibi includit Deus loca ad Euphratem; hîc tantùm loca quæ ultra *Labo Hamath*. Vide quæ ad Jos. 1. 4. 2. Illæ gentes aliquando pluribus, aliquando paucioribus, nominibus significantur [b]. 3. In Jos. recensentur præcipuæ & majores gentes; in Gen. adduntur tres minores [c]. [Vide à nobis congesta ad Gen. 15. 18.] ¶ *Amorrhæum*] At hi deleti sunt ultra Jordan. Resp. Amorrhæi habitabant ab utraque Jordanis ripa [d].

11. *Ecce arca fœderis Domini*, &c.] Ità ο'. Jon. Sy. Ar. M. Ti. P. Aq. & Sim. in Mas. [Aliter Mas.] per appositionem, *Arca fœderis, Dominus*, &c. Accentus enim Zakeph ad vocem בְּרִית lectionis cursum sistit, Mas. Arca vocatur *Deus*, quia Deum repræsentabat, D. Quanquam tanti esse nobis accentus non debent, (quos olim nullos fuisse Judæi fatentur,) ut veterum bonas sententias refellant †. Alii sic, *Arca fœderis*, Arca *Domini*, &c. JT. K. in Mas. Vel sic potest verti, *Arca fœderis*, quod fœdus est *Domini*, &c [f]. ¶ *Antecedet*, עֹבֵר] *Transibit*, præs. pro fut. i.e. Commonstrabit vobis viam [g].

12. *Parate duodecim viros*] Qui præparati exspectent imperium meum, M. scil. ad tollendum 12 lapides. Vide Jos. 4. 2 [h]. Alii, ut sacerdotes comitarentur: ità Caj. & Magalianus, probabiliter [i].

13. Et

[f] La. [q] Pi. [r] Mas. † V. [t] D. [v] V. [x] D. ex Mas. [y] Mas. [z] Serar. [a] T. & Me. ex La. simil. Mas. Bo. Serar. [b] Mas. [c] Mas. * Ità Bo. post Mas. † Mas. [f] Mas. [g] D. [h] G. [i] Mas. V. D. [k] V. Mas. [l] Serar. [m] Serar. La. Bo. [n] Bo. ex Serar.

[o] Bo. [p] La. ex Serar. [q] Bo. ex Serar. [r] Serar. † Mas. [t] Mas. [v] Ma. Jun. [x] Mas. [y] Mas. [z] Bo. [a] La. [a] Mas. [b] Mas. [c] Ma. [d] Bo. To. in Serar. † Mas. [f] Mas. [g] V. [h] Bo. in Me. [i] Me.

13. *Et cùm posuerint*, &c. [וְהָיָה כְּנוֹחַ] *Et erit, cùm quieverint*, V. o'. simil. Jon. Sy. i. e. cœperint quiescere, h. e. figentur [k]. ¶ *Aquæ quæ inferiores sunt decurrent—: quæ autem desuper veniunt in una mole consistent*, [מֵי הַיַּרְדֵּן יִכָּרֵתוּן הַמַּיִם הַיֹּרְדִים מִלְמַעְלָה וְיַעַמְדוּ נֵד אֶחָד] *Aquæ Jardenis scindentur*, (*intercidentur*, P. *exterminabuntur*, M.) *aquæ* (*nempe aquæ*, M.) *descendentes desuper*, & *stabunt acervo uno*, Mo. vel, *quasi moles una*, M. simil. Jon. Ar. Alii; *Et aquæ illæ quæ supernè defluent consistent instar muri*, Ti. sim. P. D. Nec obstat ו copula, quæ sæpe redundat, D. *Aquæ descendentes supernè*; *quæ* (*Vau* enim pro אֲשֶׁר insolens non est, D.) *consistent acervo uno*, JT. Alii sic; *Exscindentur aquæ descendentes ab iis quæ ex supero veniunt*, h. e. ab aquis superioribus. Sed coactum videtur D. *Aquæ descendentes*, i.e. quæ antea defluebant supernè, *consistent*, &c. i. e. assurgentes intumescent instar montis; & sic v. 16 [l]. *Aquæ quæ inferiores sunt exscindentur*, h. e. ità defluent & deficient acsi funditus excisæ essent: *quæ autem desuper veniunt*, de novo affluunt, *in uno acervo stabunt* [m]. *Aquæ inferiores exscindentur*, vel *deficient*, (id כָּרַת sign. ut docet v. 16.) auferentur, vel abolebuntur, prono cursu labentur in mare Mortuum, unde necesse erit vada illico nudari. Copula autem ante יַעַמְדוּ vel superfluit, ut vult R. Isaias, vel sensu ipso collocatur ante הַמַּיִם [n].

15. *Ingressisque eis Jordanem*] [In qua ripa constiterint sacerdotes, vide suprà ad v. 8.] Talmudici accipiunt de ripa interiore. Ego sic intelligo; Paulatim evadentes sacerdotes propè ad oppositam ripam usque, sensim superiorum aquarum sistebant cursum, & vada paulatim exsiccabant [a]. Tum intra ipsum alveum juxta ripam adversam institerunt, neque in eam antè conscenderunt quàm omnes evasissent [b]. ¶ *Jordanis ripas—tempore messis impleverat*; [וְהַיַּרְדֵּן מָלֵא עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו] *Est autem Jarden plenus superans omnes ripas*, JT. sim. Mo. Jon. Mas. Sy. ¶ *Tempore messis*] q. d. Erat tunc plenus, sive maximus, quamvis essent dies messis: quod miraculo erat, flumen in æstate non capi suo alveo [c]. Solet Jordanis quotannis tempore messis exundare [d], ut apparet ex 1 Chron. 12. 15. & Ecclesiastici 24. 36. Ità & *Aristæas*, de 72 Interpretibus; *Fluvius iste Jordanis, perinde ut Nilus, circa tempora messis exundans multum terræ irrigat* †. Qu. 1. Quænam messis hîc intelligenda? Resp. 1. Triticea [f]. 1. Quia nomen *messis* per se positum præcipuam messem sign. 2. Sic vertunt o'. ὡσεὶ ἡμέραι θερισμοῦ πυρῶν [g]. At in Bibliis Regiis aliter habetur, ὡς ἐν ἡμέραις θερισμοῦ [h]. 2. Hordeacea [i]; quæ præibat triticeam, ut patet ex Ruth 1. 22. & 2 Sam. 21. 9. Confer Exod. 9. 31. Hordeacea autem non poterat hos primi mensis dies anteire, siquidem nulla messis præire poterat oblationem manipuli: Et quia hordeum duntaxat maturum esset, non triticum, idcirco primitiæ hæ ex hordeo erant, quod testantur Chald. ad Ruth 1. & Jo Antiq. 10 [k]. Qu. 2. Quænam causa hujus inundationis? Resp. 1. Orta est ex pluviis serotinis eo anni tempore decidentibus [l], quas petebant à Deo ut mox futuræ messi commodissimas [m]. 2. Ex nivibus Libani, ex quo fluit Jordanes, quæ verno tempore solvuntur [n]. Nam idem Euphrati Tigridique accidit, Ecclesiastici 24. 35, 36 [o]. Eandem ob causam noster Mœnus & Rhenus eodem tempore crescunt [p]. Libanum nivibus abundare testantur Adrichom. & Tacit. hist. 5. & Hieron. & Jer. 18. 14 [q]. Hæ nives æstivali calore resolvuntur. Transierunt Hebræi Jordanem 10. die Nisan, i. e. circa finem Martii, quando incipit messis in Terra sancta [r]. Tempus exundationis elegit Deus, ut singularius esset beneficium, & admirabilius miraculum †.

16. *Steterunt*] Quidni Deo facile quod Magis tribui solet? Ovidius, *Inque caput liquidas arte recurvat aquas*. Lucanus—*de rupe pependit Abscissa fixus torrens, amnisque cucurrit; Non quà pronus erat*——*. ¶ *Ad instar montis*; *in montem unum*, Ar. [נֵד אֶחָד] *Acervo uno*; sim. JT. Mas. La. *utre uno*, Ch. & Sym. in Mas. q. d. Ità aquæ coactæ constiterunt, tanquam magno utre fuissent conclusæ. Verùm נאד *utrem* sign. נֵד *acervum*. Sed illi vocalium observationi operam nullam dedisse videntur, quarum fortasse nullæ erant eo tempore notæ [t]. ¶ *Ab urbe Adon usque ad locum Sarthan*; [הַרְחֵק מְאֹד בְאָדָם הָעִיר אֲשֶׁר מִצַּד צָרְתָן] *Procul valde in Adam*, (sed alia exemplaria legunt מֵאָדָם, *ab Adam*, Mas.) *urbe ex latere Sarthan*, Mo. *Procul valde*, Sy. Ar. JT. Ti. P. (*quæ dilatatæ sunt valde*, Jon. *elongando valde*, sive *procul*, Ma. *remotæ, recedentes*, V. *multúmque discedebant*, M. *longo admodum tractu*, Mas. *recedens longè*, o'.) *à civitate Adam, quæ erat à latere Zarthan*, M. P. T. JT. *quæ secùs*, vel *juxta, Zarthan*, Jon. Sy. *quæ sita est ad latus Sarthan*, Mas. [Aliter Pi.] בְּאָדָם verto, *usque ad Adamum*. Nam indicatur hîc quàm longè sursum versùs substiterint aquæ Jordanis †. Urbs *Adam*, quia obscura erat, describitur ab alia urbe vicina quæ celebris erat, nempe, *Sarthan* [v]. Erat autem hæc *Sarthan* juxta mare, sive lacum, *Galilææ*, (qui & *Genezareth*, & *Tiberiadis* [x],) in ultimis finibus agri Bethsanitici, aut Scythopolitani, ut probatur ex 1 Reg. 4. 12. & 7. 46. & Jud. 7. 22 [y]. in Transjordanina regione. 1 Reg. 7. 46. *inter Sochoth & Sarthan*; *Sochoth* autem trans Jordanem fuisse certum est [z]. Qu. Quomodo intumuerunt aquæ? Resp. 1. Q. volunt illas intumuisse juxta trajectionis locum, procul ab urbe Adam vicina ipsi Sarthani [a]; ubi remanebant, nec propiùs illam alluebant quàm antea; quod oppidum alioqui facilè tantâ mole restagnantes inundâssent, si non cumulatim congestæ constitissent, sed pro liquidi naturâ diffluxissent [b]. Similiter o'. qui pro עִיר legisse videntur עַד *usque ad*. Atqui aquas è supero adlabentes non consurrexisse in altissimam unam molem, quasi montem angustum, aut murum in cœlum exædificatum, prope trajiciendi locum, verborum compositio ostendit [c]. 2. Alii intumuisse aiunt inter *Adom* & *Sarthan*, ità ut duo tumoris termini sint istæ duæ urbes [d]; vel, apud *Sarthanem* tantùm, sed ità ut ab *Adom* visus earum tumor sit †. 3. Alii intumuisse volunt continuâ serie à loco trajectûs ad *Adom* vel *Sarthan* [f]; (ità Hebræa verti possunt, *Surrexerunt aquæ sese elongando—in*, vel *ab*, *Adam* [g];) h.e. spatio 20 leucarum [h]: & tumor ille instar montis se habebat, ac proinde à longe aspiciebatur [i]. Sensim creverunt usque ad Genesaram lacum; sic tamen ut, quamvis altè supra ripas exstarent undæ, tamen non dispergerentur, sed tanquam gelu concretæ non ampliùs quàm alvei sui spatium occuparent. Hunc sensum esse docent & simplicissima verborum compositio, & Psal. 114. 3. ubi canit *Jordanem retro aversum esse* [k]. 4. Vel sensus est, Aquæ ità intumuerunt, ut ex urbe *Adom* & *Sarthan* cumuli illi videri possent [l]. ¶ *In mare solitudinis*, [עַל יָם הָעֲרָבָה] *Super*, vel *in*, *mare solitudinis*, Mo. Sym. in Mas. vel, *planitiei*, Jon. Ar. Mas. sive, *campestrium*, JT. Sic dicitur, quia quæ nunc loca occupat fuerunt campi amœnissimi [m]. *In mare Araba*, o'. Aq. in Mas. *ad mare occidentale*, Sy. ¶ *Mortuum*] Heb. *mare salis*. Dicitur propter salsilaginem quam gustata habet: vel, quod in igneo illo imbre sal cum sulphure mixtus esset, juxta Deut. 29. 23: vel, à fodinis salis, quæ ibi mansêre. Vide Sophon. 2. 9 [n]. Dicit totum alveum ab eo loco usque ad mare Mortuum siccatum fuisse [o]. ¶ *Deficerent*, [תַּמּוּ נִכְרָתוּ] *Consumptæ sunt, excisæ sunt*, Mo. Ma. (*defecerunt*, Jon. Ar.) i.e. *prorsus exscindebantur*, JT. Ma. Hs: cùm duo verba sine conjunctione ponuntur, alterum eorum adverbiascit: pro, *prorsus, omnino*, &c. Ma. *Separatæ defecerunt*, Sy. *Exscindebantur*: tam enim subitò defluxerunt, (cursu naturali à Deo vehementer incitato,) ut, quasi terrâ dehiscente, absorptæ atque ablatæ viderentur [p]. ¶ *Incedebat contra Jericho*, [עָבְרוּ נֶגֶד יְרִיחוֹ] *Transierunt contrà*, vel *è regione*, *Jericho*, Mo. Sy. JT. Mas. Sed o'. & Ar. *populus stetit contra Jericho*. Pro עָבְרוּ legebant עָמְדוּ: vel potiùs, *trajicere*, pro, *intentum ad trajiciendum stare*, acceperunt, eò quòd observarent ipsum trajectum proximo commemorari versu [q]. Transire eos voluit Deus contra Jericho, 1. Ut ostenderet se illis ducem esse, qui ibi eos sine clade traduxit ubi urbs munitissima, Rex potens, gens valida. 2. Ut hostibus terrorem incuteret [r]. 3. Ut sign. multitudinem non tumultuosè & temerè, ubi cuique libitum esset, (quamvis vada omnia nudata essent,)

Marginal notes (left column): k V. — l V. — m La. — n Mas. — a Mas. — b Mas. ad v. 17. — c V. — d Mas. Bo. La. E. — † Ma. — f Ser. Me. — g Ser. — h Bo. — i Bo. T. — k Bo. — l Me. Ser. Ma. — m Ser. — n Me. T. Bo. Mas. Ma. — o Mas. — p Serar. — q Bo. — r M. — † La. — * G.

Marginal notes (right column): t Mas. — † Pi. — v Bo. La. — x Bo. La. Mas. — y Serar. Mas. — z Bo. — a RR. in Serar. — b He. in Mas. — c Mas. — d Q. in Tq. — † To. in Serar. — f La. Mas. Me. Caj. — g Ser. — h La. — i Me. — k Mas. — l Me. — m Mas. — n Mas. — o V. — p Mas. — q Mas. — r Serar.

essent,) verùm servato ordine, transivisse†. 4. Ut prima terræ facies Hebræos recrearet: Erat enim hæc pars Cananææ feracissima & jucundissima[t]. Locus hic ab hoc transitu dictus est בֵּית עֲבָרָה, BETH-ABARA, i. e. domus transitûs, Joan. 1. 28[v]. ubi Joannes baptizavit, & Christus baptizatus est[t]; non sine nutu Divino, ut quo loco sacer Baptismus primùm isto trajectu fuerat adumbratus, eodem quoque primùm perficeretur[v].

17. *Stabant super siccam humum*] Vel enim Jordanis alveus arenosus erat; vel Divinâ virtute siccatus[x]. ¶ *In medio Jordanis*, ità Mo. Jon. JT. Ti. P. [בְּתוֹךְ] *Intra Jordanem*, Sy. Mas. תוך Hebræis non *mediam rei partem* sign. sed *quod intus in re ipsa est*, sive in medio, sive in extremitate aliqua, hæreat[y]. Sic Tyrus *in corde maris* sita est, i.e. intra mare[z]. Sic Gen. 45. 6. *in medio terræ*, h. e. in terra. Sic Exod. 8. 22*. ¶ *Accincti*, [הָכֵן] [Non uno modo reddunt.] Stabant sacerdotes in medio Jordanis *parando*, nempe, multitudini commodam trajectionem[a]. Suâ enim illi morâ aquas superiores refrænabant. Ità הָכֵן sumitur Jos. 4. 3[b]. *Firmando, stabiliendo*, Pi. vel, *figendo*, pedes suos videlicet. Ità R. Isaias in Mas. Pi. nec absurdè[c]. *Præparando*, Mo. Al. in medio Jordanis *erecti*, (Heb. *erigere*; infinitivus sæpe pro participio ponitur:) qui (Jordanes scil.) deficientibus aquis erectus & firmatus fuit aquis suis influentibus, ut v. 16. asseritur[d]. Al. *firmando se*, in eodem videlicet situ & vestigio†. Pede fixo, aut de industria, V. Al. *rectè, firmiter, solidè, constanter*; ut sit adverbium, sicut אָכֵן, *verè, profectò*, D. [Notum est gutturales literas inter se facilè permutari.] Infinitiva apud Hebræos sæpe capiuntur pro adverbiis, Isa. 31. 6. Hos. 5. 2. & 9. 9. Jonæ 4. 4*. Alii, *sic*; sic ut erant, sic ut cœperant, ut primùm constiterant: vel, *disponendo, ordinando*, viz. populum, ut compositè & ordinatè transiret[f]. Alii notant infinitivum poni pro participio passivo. Ità Hebræi, & plerique nostrorum[g]. *Stabant præparati*, M. *firmi*, Belg. Ang. *fixi*, Ca. Intento animo & proposito ex alveo non recedendi quousque omnis populus trajiceret[h]. *Rectè dispositi, instructi*, Ma. ¶ *Omnis populus*, [גוי] Indicat hæc vox nullum nè infimæ sortis (quíque Israelitæ nomine vix dignus esset) relictum fuisse. Nam גוי haud temerè de Israelitis solet dici[i]. Idcirco alii per גוי intelligunt hîc Ægyptios & alios proselytos. Verùm Israelitæ intelliguntur, (ità Hieron. & Chald.) qui גוי dicuntur Jos. 5. 6, 8. & 10. 13. & Isa. 9. 3[k]. Exod. 19. 6. ¶ *Per arentem*, [בֶּחָרָבָה] *In arida*, i. e. in alveo sicco[l].

† Mas. Ser. rar. — t Ser. — v Mas. — t La. — v Mas. — x Me. — y Mas. — z D. — * Glass. gram. p. 149. — a Mas. D. — b Mas. — c Mas. — d Glass. gram. p. 363. — † Bo. — * La. — f Ma. — g Ma. ità V. — h Ma. — i Mas. — k Bo. — l D.

CAP. IV.

1. *Quibus transgressis dixit*] Q. hyperbaton hîc notant, quod huic libro admodum familiare est. Quæ ab hoc verbo, *dixit*, ad finem vers. 3. (vers. 2. ait V.) parenthesi includunt[m]. (*Quia edixerat Jehova*, &c. JT.—) *Dixerat autem*, V. Pi. nempe Jos. 3. 12. Alii bis idem præceptum existimant: Alii ibi prolepsin esse, hîc suo loco narrari: Alii rem ibi suo loco & ordine narratam, hîc paulò fusiùs atque accuratiùs[n]. ¶ *Dixit Dominus*] Non ergò inani quadam superstitione aut gloriæ ambitu constitutum hoc ab Imperatore, sed à Deo constitutum[o].

2. *Eligite*] Heb. *Accipite*, Ma. Jam electos accipite, La. ¶ *Duodecim viros per singulas tribus*] Erat enim hoc monumentum quasi scriptura quædam quâ Tribus omnes & singulæ hæredes scribebantur à Deo, vel scripturæ illius sigilla. Quanquam enim duæ Tribus citra Jordanem essent, tamen una omnium tribuum erat ut religio, ità & hæreditatis societas, quæ per interlabentem fluvium minimè interrupta censeri debuit[p].

3. *Ubi steterunt pedes*, [מִמַּצַּב וגו'] *De statione pedum*, &c. i. e. de loco ubi consistunt pede fixo[q]: non præcisè, sed ex loco vicino[r]. ¶ *Durissimos lapides*, [הָכִין] Vide quæ ad Jos. 3. ult. [Variant. Q. referunt ad sacerdotes.] *Sacerdotum præparatorum*, V. vel, *stantium pede fixo*, V. sim. JT. ità P. Mas. & Ti. in Bo. Repugnat his interpretationibus accentus Zakeph katon in הַכֹּהֲנִים, postulans ut הָכִין cum sequentibus construatur†. [Alii ergò referunt ad lapides.] *Paratos*, o'. Aq. & Sym. in Bo. à Deo, scilicet, Divinâque providentiâ ibi ad eum finem constitutos, ac firmiter consistentes: quos ob id etiam prægrandes fuisse oportuit, cùm alii lapides aquarum vi facilè vel atteri, vel loco moveri, soleant[t]. Vel, *apparatos*, i. e. aptos, idoneos fini destinato; vel, *firmos*, vel *firmatos*, i.e. solidos, duros, Ma. Al. *parate lapides*, Sy. *præparando*, Mo. *ad præparare eos*, nempe in eum usum ver. 20. Ma. Verto, *rectificando 12 lapides*, i. e. rectò firmóque sive exactò numero duodecim, Di. Tollite *parem numerum duodecim lapidum*, Ar. ¶ *Ubi fixeritis*, [בַּמָּלוֹן] *In diversorio*, Mo. *in castris*, o'. *in loco hospitii*, Jon. vel *pernoctationis*, Ar. Pi. ¶ *Hâc nocte*, ità JT. Ar. [הַלָּיְלָה] *Nocte*, Mo. o'. *in nocte*, Jon. Alii, *nocte*, sub. *sequente*, Ma. ex V.

4. *Quos elegerat*, [אֲשֶׁר הֵכִין] *Quos præparaverant*, Sy. *paraverat*, Mas. sim. Mo. quia paratos adesse jusserat ad nutum suum, Mas. *disposuerat*, Ar.

5. *Lapides*] De hoc genere monumentorum vide Gen. 31. 46. & infrà 21*.

6. *Ut sit signum inter vos*] Rei hoc loco gestæ, Me. i. e. Quod revocabit vobis in memoriam tantum beneficium[a]. Signum & trophæum victi à vobis vinctíque quasi Jordanis, indéque totius terræ Cananææ[b]. Miranda hîc est Dei erga humanum genus benignitas, qui humanæ incuriæ & vecordiæ conscius jubet rem tantam 12 notari saxis, ut ab oblivione vendicaret. Sic alia adminicula suppeditavit: *Arcum*, Gen. 9. 13. *Circumcisionem*, Gen. 17. 11. *Pascha*, Exod. 12[c]. ¶ *Et quando*, ità Mas. o'. [כִּי] *Quia postulabunt*, Ma. Sic causam ostendit ponendi monumenti, Mas. ¶ *Cras*] i. e. In posterum, vel futurum, V. D. Mas. Sic Gen. 30. 33. Exod. 13. 14. Prov. 27. 1*.

7. *Cùm transiret eum*, [בְּעָבְרוֹ] *Quum transiret ipsa* (Arca) *per Jordanem*, Mo. JT. &c. ¶ *Usque in æternum*, [לְעוֹלָם] *Longo tempore*, Me. Bo. D. Nulla potest à parentibus hæreditas potior utiliórque relinqui liberis, quàm si ipsos probâ religione, &c. institui curent. Observanda hîc Josuæ pietas, qui gratum animum in Dei beneficentia ità defixum habet, ut iterum iterúmque repetitis verbis rem tantam commemorando magnâ suavitate recordationis perfunditur, séque vix satiare posse videtur[d].

8. *Fecerunt ergò filii Israel*] Sic vocantur 12 illi viri, quia suam quisque Tribum repræsentabat†.

9. *Lapides--in medio Jordanis*] Ut, scilicet, Dei gloria & rei gestæ veritas omnibus seculis testata foret[f]. Qu. Ubi, & quorsum, & quomodo hi lapides erecti sunt? Resp. 1. Lapides hos conjunctè & acervatim poni vult Cajet[g]. Alii, seorsim & singulos[h]. Nam 1. numerandi modus disjunctionem indicat. 2. Ità erant Exod. 24. 4. & infrà in Gilgal. 3. Sic magis apparebat 12 tribuum numerus, & beneficii hujus memoria†. 2. Lapides illi constituti erant in loco ubi Arca stetit; h. e. in extrema alvei ora, quæ rarò nisi inundante flumine obruebatur; adeóque plerumque aspectabiles erant[i]. 3. Alii in profundo fluminis collocant[k]. Situ obscuri sunt, sed famâ nobiles[l]. [Non placet Masio:] Quem admonet monumentum quod nusquam apparet? aut quid omnino opus sit, si sola fama memoriam rei prodat[m]? Resp. 1. Lapides isti tam magni erant, ut super aquas exstarent[n]. Non dicitur de his, ut de prioribus, quòd singuli homines singulos portârunt lapides; sed, quòd Josua eos posuit, nempe, cum adjutorio multorum[o]. Poterant in ripa conspici, quia lapides grandes erant, & Jordanis aquæ purissimæ maximéque perspicuæ esse perhibentur; maximè cùm versùs ripam collocari videantur[p]. 2. Potest aliquo modo monumentum esse quod auditu tantùm percipitur[q]. v. g. Locus in quo illustre prælium commissum fuisse fama est solet hominibus recordationem illius ingerere, etiamsi nullum spectabile monumentum relictum sit[r]. Magnam ad memoriam & testimonium vim habet, si fixum & certum aliquod signum certò constet,

m Ità JT. plerique in Ma. Pi. — n Ma. — o Mas. — p Mas. — q V. Mas. — r La. Bo. Mas.

† Di. — t Bo. — * G. — a V. — b La. — c Mas. — * D. — d Mas. — † Mas. — f La. — g Serar. — h Ità Mas. Me. Ser. ex To. — † Ser. — i Mas. — k RR. in Ser. Bo. — l He. in Mas. — m Mas. — n E. — o L. — p La. sim. Ma. — q Ser. Bo. — r Bo.

constet, licèt non videatur, sed, si res & necessitas postularet, inquiri viderique posset; v. g. si privilegii aut contractûs alicujus in arcanissimo tabulario aliquo syngraphæ aut diplomata etiam latentissima sint †. 3. Prægrandes lapides vel aggesti vel conjuncti in alveo fluminis solent, licèt non existent, grandiorem strepitum ciere; quod ad prodigii recordationem excitandam plus satis esse potuit [t]. 12 lapides priores ponuntur in Gilgal, loco Circumcisionis, ut testes Veteris Testamenti, & significant 12 Patriarchas: posteriores verò 12 ponuntur in loco Baptismi, ut testes Novi Testamenti, & significant 12 Apostolos [v]. ¶ *In præsentem diem*] Ergò hic liber à Josue non videtur scriptus [x]. Resp. 1. In ipsis Mosis libris idem occurrit [y]. 2. Hæc & similia ab aliis scriptoribus addi poterant [z]. 3. Potuit Josua senex hunc librum conscribere [a]. Posuit eos in primo in Cananæam transitu. Quid absurdi ergò erit post 14 vel 20 annos ità loqui [b]? 4. Q. Hebraismum esse volunt, *usque in hanc diem*, i. e. in perpetuum, Ma. sive immutabili & perpetuo statuto [c]. Eo proposito à Josua ibi collocati sunt hi lapides, ut perpetuò inibi manerent [d].

10. *Donec omnia complerentur*, כָּל הַדָּבָר] *Omne verbum*, Mo. Bo. Ma. Jon. *sermones omnes*, Sy. Ar. Sive de lapidibus efferendis & inferendis; sive monendi fuerunt ut alacriter alveum transirent; sive ad beneficii memoriam Deíque timorem hortandi essent †. Alii non de verbis, sed rebus confectis, hoc interpretantur [f]. *Donec absolutum esset totum id*, JT. vel, *totum negotium*, Pi. ¶ *Et dixerat Moyses*] Nulla singularia Mosis jussa sign. sed ea monita quibus Josuam erudiebat [g]. Eo modo & eâ animi alacritate atque obedientiâ quam semper ei Moses præceperat atque commendârat [h]. Non improbabile est Mosen in particulari mandâsse Josuæ ut, occasione prodigiorum patrandorum, populo Dei timorem & cultum inculcaret; quod hîc Josua fecit [i]. ¶ *Festinavit populus*] Præ infirmitate fidei, verentes nè horribilem illum aquarum montem à dextris exstantem & in aere quasi pendulum non sat citò effugerent [k]. Quamvis fide transirent, Heb. 11, 29. solet tamen fides nostra nutare in discriminibus. Sic Matt. 14. 30 [l]. *Festinabant* etiam, quia omnes eodem die paucis horis transire debebant [m]. Alii referunt ad 12 viros qui à Josue jussi saxa festinanter tulerunt [n].

11. *Cùm transiissent*, &c.] Commendatur hîc sacerdotum ut fides, ità patientia, qui neque evadendi in Cananæam cum cæteris desiderio, neque impendentis suis cervicibus immensæ aquarum molis metu, dimoventur ab officio [o]. ¶ *Ante populum*] Ità M. Ti. G. Jon. Sy. Ar. i. e. Post transitum Jordanem Arca & sacerdotes in primo agmine fuerunt, non in medio, ut in deserto [p]. *Ante populum*, i. e. qui præcesserant populum, V. Arca se denuo itineris ducem præbuit, atque per exspectantem apud transmissum flumen populum ad principia penetravit [q]. ¶ לִפְנֵי הָעָם] Alii vertunt, *in conspectu populi*, JT. ut irent *ante populum*, Q. in V. spectante populo, He. in V. Mas. q. d. Populus oculis notavit aquas evestigio cursu consueto fluere iterum cœpisse cùm ex alveo exportaretur Arca [r].

12. *Præcedebant*] Heb. *ante facies fil. Isr.* Q. præcessisse volunt: Alii vertunt, *coram eis*, q. d. adjuncti eis, Ma.

13. *Per turmas & cuneos*, לִפְנֵי יְהוָה] *Ante Dominum*, vel, *coram Domino*, ό. Sy. Ar. M. Ti. P. Mas. D. G. i. e. coram Arca, V. D. G. JT. quæ sic sæpe vocatur in S.S. V. quia repræsentabat Dominum, D. *In conspectu Domini*, Mas. Vel significat præstantiam roboris & militaris alacritatis eorum; vel, si malis, spectabilem ordinem aciémque instructissimam. Eo sensu accipio quo Gen. 10. 9 †. *Ante populum Domini*, Ch. Sic, *mons Domini*, i. e. *mons* domûs *Domini*, D. *Coram Domino*, 2 Sam. 21. 9. idem est; q. d. illustri & excelso loco, Mas. Alii volunt eos in prima acie fuisse, reliquósque procedendi ordine antevertisse [t]. Hi ergò vertant, *transierant ante Dominum*, i. e. ante populum Domini [v]. ¶ *Campestria Jericho*, אֶל עַרְבוֹת] *Ad campestria*, vel *planities*, JT. Mo. Ar. &c. *ad campos*, Mas. [At

Marginal notes: † Serar. — t Bo. — v E. — x To. in Bo. Mas. — y Ser. Bo. — z Bo. Ma. — a Bo. Ser. Ma. — b Ser. — c Ma. Jun. — d Aug. in Mas. — † Bo. — f Mas. ex Ki. — g Mas. — h Me. Serar. Bo. Mas. — i Bo. — k La. Mas. — l Mas. — m La. L. — n Ki. in Mas. — o Mas. — p G. — q Mas. — r Mas. — † Mas. — t Q. iii Mas. — v Mas.

Sym. *ad solitudinem*;] absurdè. Nullus Cananææ locus eo amœnior erat [x].

14. *Magnificavit Josue*] Nempe, ut cum honore cresceret ejus auctoritas apud populum, qui lubentiùs iis obsequuntur qui se meliores sunt, quibus favet Divina providentia. Quanti interest Israelitarum, ut Josua iis venerabilis esset, perspicuè declarant tempestates maximæ mortem ejus secutæ [y].

15. *Dixitque*] Clariùs, *dixerat*, La. Mas. Explicatiùs hîc narratur quod v. 11. inchoatum fuerat [z].

16. *Ut ascendant de Jordane*] Ad ulteriorem ripam, V. *Ascendere* jubentur, non, *transire*. Quis ergò non videt eos in extrema Canaanici litoris ora stetisse, ut vel primo passu prolato extra alveum in Cananæam evaderent [a]?

18. *Cùm ascendissent*] Explicatè reddit Chald. ut Divinum momentum in sacerdotum pedibus, &c. exprimeret apertiùs, à quibus ut vixdum contactæ aquæ substiterant antè, ità nunc vix ab iisdem liberatæ profluunt. Et hoc mirificè illustrat miraculum, & authoritatem Josuæ (ut olim Mosi Exod. 14. 31. eadem de causa) conciliat, cùm aquas, quas antè refrænavit & cohibuit, rursus laxavit. Alioquin ingrati homines, & ad detrahendum Dei ministrorúmque ejus gloriæ nimis proni, facilè hunc eventum ad fortuitum casum, vel ad occultas quasdam naturæ causas, retulissent, & in his novis quasi æstibus causarum ignorationem & rei novitatem fecisse mirationem dixissent. At nunc erepta est omnis calumniæ ansa, &c. Cæterùm commendatur hîc nobis sacerdotum & Josuæ modestia, dum neutri temere properâsse, sed hic Dei, illi Principis sui, jussa patienter exspectâsse memorantur [b]. ¶ *Et siccam—calcare cœpissent*] *Siccam* simpliciter, non tantùm ad aliquot horas exsiccatam [c]. In continentem, sive in terram [d]. Nam alioquin in ipso etiam alveo institerant in sicco †. ¶ נִתְּקוּ כַּפּוֹת] *Avulsæ sunt volæ*, &c. Mo. vel *plantæ*, Jon. Sy. JT. *posuerunt pedes*, ό. *eductæ sunt plantæ*, Jon. vel, *collocatæ*, Ar. ut primùm *quieverunt*, Sy. *translatæ*, P. *transpositæ*, M. tantùm (vel, *quum primùm*, Pi.) *avellebantur*, JT. sim. D. Ser. *extractæ*, Ti. Ser. Non quòd in profundiore luto ullo infixi fuerint, sed quòd ob diuturnam eodem in loco stationem, immotúmque omnino gradum, arborum instar inibi visi fuissent defixi [f]. ¶ *Reversæ sunt*] Sign. eas per prona vada descendisse Asphaltiten versùs; eò enim tendere antè solebant. Nisi malis hoc dici, aquas, priùs retrorsùm à Deo actas, nunc prorsùm illuc quò suapte naturâ ducebantur revertisse [g]. *Reversæ* dicuntur aquæ, licèt in alveum inferiorem nunquam descendissent, quia secundùm naturæ desiderium usitatúmque cursum jam quodammodo descenderant, solúsque novus & insusitatus antea obex eas retinuit. Aut potiùs *aquæ Jordanis* est ipse Jordanis, qui rectè reversus dicitur, quia ibi antea fuit [h]. ¶ *Et fluebant sicut antè*] Ità tamen moderatus est Deus aquas, nè cum impetu prolaberentur, sed vel paulatim decrescente illo cumulo, vel evanescente, vel per occultos terræ meatus diducto [i]. Sensim demisit Deus aquas; nam si omnes simul laxâsset, omnia longè latéque obruissent, etiam castra Hebræorum [k].

19. *Decimo die mensis primi*] Nempe, *Nisan*, Mas. D. qui primus erat anni Ecclesiastici, sicut *Tisri* primus erat anni civilis [l]. Ad illius rationem omnia festa celebrabant, præter Jubilæum & annum septimum, quorum initium in *Tisri* statuunt [m]. *Mensem primum* delegit Deus, 1. tanquam fessis apprimè congruentem, & amœnissimum frugibus tum maturescentibus, &c [n]. 2. Tunc finiti erant 40 anni peregrinationis [o]: Nam ante 40 annos ex Ægypto exierant die 15. Nisan [p]. *Decimum diem* delegit, ut tempus superesset quo se ad Pascha faciendum per circumcisionem compararent. Decimo die deligendus erat agnus, & domi servandus ad 14. diem [q]. Nefas autem erat non circumcisos Pascha facere, Exod. 12. 48. &, nisi sacris illis ritibus expiato Numine, bellum auspicari [r]. ¶ *In Galgalis*] i. e. Loco qui postea sic dictus est. Prolepsis est †, qualis illa Æneid. 1. *Laviniáque littora*. Locus hic, teste Josepho, erat ultra Jordanem stadia 50, citra Jericho stadia 10. Ibi multis annis mansère: Erat enim

Marginal notes: x Mas. — y Mas. — z Mas. La. — a Mas. — b Mas. — c Ser. — d Mas. D. — † Mas. — f Ser. — g Mas. — h Serar. — i Mas. — k La. Bo. — l D. — m Mas. — n Ser. Bo. — o Ser. — p La. Bo. — q Mas. sim. Ser. Bo. La. — r Mas. — † Mas. La. Ma.

enim locus appositus, cùm aquis & frugibus abundaret [t], & sylvis ex quibus ligna peti possent, & salubris erat. Hîc castra figebat, vel, Divino monitu, vel, quia licèt ulteriùs eo die progredi potuisset, erat tamen prudentiæ militaris sensim progredi, nè à tergo hostis relinqueretur [x]. ¶ *Contra orientalem plagam Jericho,* בִּקְצֵה מִזְרַח יְרִיחוֹ] *In extremo (in finibus,* Jon.) *orientis Jericho,* Mo. Jon. *ab orientali parte Jericho,* Ar. sim. ο'. Sy. *in finibus orientalibus Jerichuntis,* Mas. *in extremitate,* ad *orientem Jericho,* JT. Sed forma constructa in בִּקְצֵה non fert illud comma post *in extremitate.* Verto, *in extremitate orientis Jericho*; q. d. non absolutè ad Orientem, sed in extrema declinatione orientalis plagæ, quâ desinit ad Boream: qui verus ejus situs est, ut liquet ex mappa [y].

20. *Duodecim quoque lapides*] Hos *in Arca* positos ait Tertul. l. 4. contra Marcion. *apud Arcam,* R. Levi [a]. Quod falsum est; nam in Gilgal depositi fixíque sunt [b], tanquam loco & celeberrimo & flumini vicino. Spectabili situ positi erant, quali statuas statuere moris est [c]. Ara ex his exstructa in monumentum [d]. Non placet; debebant enim hi lapides duodecim Tribus referre, eorúmque per Jordanem transitum, quod in unam aræ molem compacti minùs commodè præstare potuerunt [*]. Facilè suspicamur eos lapides, quemque suæ substructioni impositum, tanquam cippos, seu pilas, aut columellas, in loco eminenti erectos fuisse. Q. etiam non alienè volunt positos fuisse tanquam possessionis novæ occupatæ solennia quædam auctoramenta [†].

21. *Quid sibi volunt?*] Rectè supplet, ex usu linguæ, Pi. V. Heb. *Quid isti,* nempe, significant? Nullum apud mare Rubrum ponebatur saxeum monumentum, quia illa loca erant mansura sola, cùm Ægypti etiam nomen deberet Israelitis triste & detestabile videri; nedum ut illuc sæpe redirent [f].

23. *Siccante,* &c. אֲשֶׁר הוֹבִישׁ] *Quia exsiccavit,* &c. Jon. sim. ο'. Sy. Mo. JT. *Quem arefecit,* Ar. ¶ *In conspectu vestro,* מִפְּנֵיכֶם] *A facie vestra,* [plerique;] *propter vos,* Jun. Mas. vel, *vestrâ causâ,* Mas. ¶ *In mari rubro, quod siccavit, donec transiremus*] Heb. *quod siccavit nostrâ causâ,* &c. vel, *propter nos,* i. e. me & Calebum & parentes vestros [g]. Jordanem transierant omnes ad quos loquebatur, mare verò Rubrum patres, in quorum numero is erat qui verba faciebat. Sed parùm plena est hæc explicatio [h]. Ea expositio tum demùm locum haberet, si hîc in sua persona loqueretur Josua: At loquitur in persona populi posthac in terra Canaan victuri, qui transierunt mare in lumbis parentum. Quanquam rectius videtur, ut statuatur ver. 23. & 24. loqui Josuam in sua persona; ità tamen ut quæ ipse hîc pronunciat ad Israelitas, eadem velit ab ipsis quoque, mutatis mutandis, pronunciari ad liberos, qui istarum rerum ignari erant. Quo posito, locum habebit prior expositio. Sic autem loquitur Propheta, *nostrâ causâ,* sive *à facie nostra,* quia intelligebat beneficia non ad præsentes tantùm pertinere, verùm ad omnem ex æquo posteritatem. Hoc ità esse constat, quia jubet populum his uti olim verbis apud suos nepotes, *Exsiccavit Deus aquas Jordanis propter vos, donec trajecissetis:* neque enim nondum nati, nisi in parentum lumbis, trajicere potuerunt [i].

24. *Ut discant omnes*] Dubitari non debet quin vehementer perculsæ fuerint vicinæ gentes auditis ostentis quæ contigerant &c [k]. ¶ *Ut timeatis*] Heb. *timuistis,* Mas. Præteritum loco futuri, M. *ut timeretis.* Talis Enallage temporum & modorum frequens est in S. literis [l]. *Timoris* vocabulo cultus omnis atque religio adversùs Deum significatur [m].

[t] Mas. [x] Mo. [y] Di. [a] Mas. [b] La. [c] Mas. [d] Jo. in Bo. [*] Bo. [†] Ma. [f] Mas. [g] Jun. Ma. [h] Mas. [i] Mas. [k] G. [l] Mas. [m] Mas. La. Bo.

CAP. V.

1. Reges *Amorrhæorum*] Audivimus eos antea præ metu liquefactos, Jos. 2. 11. & Divino terrore perculsos; neminem tamen vidimus arma ad Jordanem trajicientibus hostibus opponentem [n]. Cùm tamen ab hostibus hoc fieri usitatum sit, occurrere ad fluvium armatos. Notant Cæsar, Livius, & Vegetius l. 3. c. 7. Qu. Quæ causa? Resp. 1. Nimia securitas: Quia tot jam dies in Moabiticis campis hæsisse Israelitas videbant, sibi persuadebant nolle eos ultrà progredi; imò nec posse, quia eos impediret Jordanis, hoc præsertim messis tempore, quo exundare solet [o]. Tantâ liquescebant fluebántque mollitiâ, ut non facilè ullius periculi cogitatione ad virilia possent revocari; aut potiùs, mentis vitiis occæcatæ stupore, pericula, quamvìs vicina, non sentirent [p]. 2. Ingens pavor prudentiam spiritúmque abstulit [q]. 3. Deus omnes motus & conatus tantisper prohibuit, dum illi in regione incognita paululùm consueti, & urbis unius victoriâ confirmati, conspectum hostis ferre auderent [r]. Cæterùm Cananææ septem gentes duobus hîc nominibus vocantur, *Amorrhæi* & *Cananæi* [†]. *Amorrhæi* & *Cananæi* gentium illarum præcipuæ erant; quibus consternatis reliquæ magìs perculsæ essent [t]. *Amorrhæi* nunc vocantur quicunque propiùs absunt ab Jordane; *Cananæi* verò, qui mari sunt viciniores [v]. *Amoræi* duplices sunt, *Orientales,* cis Jordanem, quos Moses devicit; & *Occidentales,* trans Jordanem, à quibus Josua sibi metuebat, Jos. 7. 7 [x]. *Amoræorum* nomen hîc latè sumitur, ut *Hevæos, Jebusæos,* &c. comprehendat [y]. ¶ *Trans Jordanem*] Comparativè, respectu earum regionum à quibus recesserant: Alioquin phrasi Scripturæ *trans Jordanem* esse dicuntur regiones quas Jordanes ad Orientem habet [a]. Al. *in transitu Jordanis,* i. e. qui habitabant in iis locis quæ erant post transitum Jordanem ab Hebræis. Alii, *in latere Jarden.* Sic sumi volunt עֵבֶר Exod. 25. 37 [b]. ¶ *Et reges Canaan*] *Reges Phœniciæ,* ο'. Phœniciam ergò & Cananæam eandem putârunt [c]. Quæ *Cananæa* Matt. 15. 22. *Syrophœnissa* vocatur Marc. 7. 26 [d]. A mercatura & navigatione, & in illis vafritie, celebrantur *Cananæi* in S. literis, Prov. 31. 24. Isa. 23. 8. Hos. 12. 7. Pariter *Phœnices* in Homer. Odys. 15. propter portuosum mare quod accolunt [†]. Rursus, ut *Cananæi* præcisè sunt maris accolæ supra Palæstinos, interdum tamen Palæstinos comprehendunt, ut hoc loco & Gen. 10. Sic Græcis *Phœnices.* *Phœniciam* interdum ad Ægyptum usque Græci producunt. Hinc *Gazam* in *Phœnicia* locat Dionysius Afer, in *Cananæa* verò Moses. Estque hoc etiam à Strabone scriptum, lib. 16. Est ergò gens una [f]. Et sanè *Tyrum* & *Sidonem,* quæ erant Phœniciæ metropoles, olim ad *Cananæam* pertinuisse fatentur omnes, etsi Hebræi ob ignaviam suam iis nunquam potiti sint [g]. *Reges* vocantur singularum ferè civitatum domini, qui (cùm nondum ex orbe profligata esset modestia) suo dominatu contenti regnabant. Mox Reges non modò urbium, sed regionum, cœpêre dici, ac tandem etiam provinciarum, &c. cùm ad exteros quoque protulisset imperium immensa dominandi libido [h]. ¶ *Dissolutum est cor, & non remansit spiritus*] *Cor* est ea animi pars in qua fortitudo & constantia ponitur: *Spiritus* verò, h. e. רוּחַ, animi illa vis quâ sapimus, & quid agendum, quid omittendum, dispicimus. Cùm per metum labascit fortitudo, perturbari simul & sapiendi facultatem necesse est [i]. *Non erat in iis prudentia ulla,* ο'. Ità perculsi erant acsi vita & spiritus eos defecisset [k]. ¶ וַיִּמַּס וגו'] *Dissolutum est:* i.e. cœpit remitti animus eorum. *Neque fuit spiritus,* &c. i.e. cœperunt destitui prorsus animo [*]. Ità Israelitarum humilitatem, ut sic dicam, Deus celsissimæ aliorum dignitati reddit formidabilem [l]. Hoc effecit nè quid auderent in Israelitas mox circumcidendos, & ut faciliùs expugnarentur [m]. ¶ *Timentium introitum filiorum Israel,* מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] [Variè reddunt.] *A facie,* ο'. Jon. P. *ob præsentiam,* M. *causâ,* Sy. *metu,* Ar. Ti. JT. *filiorum Israel.*

2. *Eo tempore*] Posteaquam ingressi sunt Terram sanctam [n]; cùm primùm ad Galgala perventum est [o]. Quatuor tantùm dies supererant ad tempus Paschæ, quod 14. die faciendum erat [p]; nec Pascha agere poterant nisi circumcisi [q]; & debebat interea circumcisionis plaga sanari [r]; Circumcisionis autem dolor tertio die est maximus, Gen. 34. Igitur die undecimo hoc factum: sic totus penè 14. dies iis fuit ut se refocillarent, & languidas à dolore illo vires confirmarent.

[n] Mas. [o] Serar. [p] Mas. [q] Ser. [r] Mas. [†] Mas. La. [t] D. [v] Mas. La. [x] D. ex AE. [y] Bo. [a] Bo. [b] Ma. [c] D. [d] Mas. [†] Mas. [f] Mas. [g] La. [h] Mas. [i] Mas. [k] La. [*] V. [l] Mas. [m] Bo. [n] V. [o] Mas. D. [p] Mas. [q] Ser. [r] Mas.

marent †. Difficultatem tamen aliquam movet tanta (circumcidendorum) multitudo: Illi enim circa 600000 erant. Reſp. Plurimi etiam ex iis circumciſi erant: Circumcidere autem poterant omnes circumciſi, etiam eodem die circumciſi, matres item, vel aliæ fœminæ: Brevi igitur exhauriretur iſte numerus, ſi cuilibet ex circumciſis duo tréſve aſſignarentur *. ¶ *Fac tibi cultros lapideos,* [חַרְבוֹת צֻרִים] [Variant.] *Cultros petrarum,* ſive *petrinos,* vel *ſaxeos,* Mo. ο΄. Ar. ſim. Maſ. La. Bo. Ità veteres in *Geneſi magna.* Sic צוּר Exod. 4. 25. vertunt *ſilicem,* vel *petram,* &c. Onk. in Maſ. P. & Forſt. & Ti. in Bo. Qu. Cur *petrinis cultris?* Reſp. 1. Quòd eò loci, circa Arabiam, petrarum erat copia, ferri & chalybis inopia [t]. 2. Quòd paucis fortè ex illis poſt tot annorum peregrinationem cultri eſſent ferrei [v]. Duris ſilicibus hoc præſtitum eſt, ait Maimon. in *Moreh Nevochim* 1. 16 †. Hi olim ad caſtrationem adhibebantur. Catullus carmine de Berecynthia & Aty, *Devolvit ipſe acuto ſibi pondera ſilice.* Plutarchus item in Nicia quempiam ſibi genitalia ſilice deſecuiſſe refert. Et Juvenalis Sat. 6. *Mollia qui ruptâ ſecuit genitalia teſtâ.* Item Plin. 35. 12. de Gallis ſacerdotibus; *Samiâ teſtâ Matris Deûm Sacerdotes virilitatem amputant, nec aliter citra perniciem.* Adhibitos etiam lapides ad calamos acuendos teſtis eſt Julianus, Epigram. lib. 6. Denique, referunt apud Americanos ſilices cultri vicem obire [x]. [Alii tamen aliter vertunt.] *Cultros,* vel *gladiolos, acutos,* M. P. Ti. JT. Pi. *cultros acierum,* i. e. præditos acie acutiſſimâ, V. *novaculas acutas,* Ch. in V. He. in M. *cultellos petrarum,* i. e. acutos inſtar petræ, Pi. צוּר ſign. *petram;* & quoniam cultri acuuntur petris, hinc videtur eſſe quòd efficiens capitur pro effectu [a]. ¶ *Et circumcîde ſecundò,* [וְשׁוּב מֹל שֵׁנִית] *Et convertere, circumcîde ſecundò,* Mo. *converſus circumcîde ſecundò,* M. *Et ſedens circumcîde,* ο΄. Pro שׁוּב legerunt שֵׁב *. *Et redi (reverſus,* Sy.*) circumcîde,* Jon. *Et cras circumcîde vice ſecundâ,* Ar. *ſecundò repetens circumcîde,* JT. Ad verb. *revertere, circumcîde;* i. e. rurſus circumcîde. Solet שׁוּב *reverti,* quum conſtruitur cum alio verbo ſequenti, adverbiaſcere †. *Iterando circumcîde,* Q. in Ma. *effice denuo ut ſecundò circumcidantur,* Ti. *iterum circumcîde ſecundò,* P. Qu. Quâ ratione *ſecundò,* quando neque ipſa natura rei, neque Divina religio, permittit ut idem homo circumcidatur iterum [b]? Reſp. 1. Q. volunt ſemel circumciſos, recreſcente vel attracto præputio, rurſus circumciſos fuiſſe [c]. Aiunt Talmudici multos tum fuiſſe qui, Ægyptiacâ ſervitute preſſi, arte quadam medicâ ſubductâ atque diſtentâ pelliculâ novum ſibi præputium comparaverant, glandémque eo iterum contexerant. Similiter fecerunt Symmachus, S. Scripturæ interpres, & alii à Judæis ad Samaritanos transfugientes, & plurimi Hebræi Romanorum injuriis exagitati, qui *Barchuſibæ* juſſu poſtea denuo ſunt circumciſi. De quo & Paulus loquitur, 1 Cor. 7. 18 [d]. Tria faciunt Judæi in circumciſione. 1. Amputant præputium. 2. Relictam pelliculam digitis diſtendunt & retro cogunt, ut penis corona (ſic enim vocant) appareat; ex quo dolor longè major fit quàm ex circumciſione. Hoc פְּרִיעָה *(pelliculæ diſtentionem)* vocant. 3. Exſugunt ſanguinem è membro ſauciato. Dicunt ergò Hebræi, filios Iſrael in deſerto quidem circumciſos, ſed non accepiſſe *pelliculæ diſtentionem,* quæ hîc præcipitur; & hoc ſenſu jubentur denuo circumcîdi †. Non placet hæc interpretatio. 1. Convellit eam textus; qui diverſos ait fuiſſe qui nunc, & qui antea, circumcidebantur. 2. Attractio illa pelliculæ ſummo ſcelere Iſraelitas obſtrinxiſſet, quod tamdiu inultum non tuliſſet Dominus, nec Moſes & Joſue diſſimulâſſent. 3. Si pellicula tantùm diducenda & replicanda fuit, cultris tam acutis non fuiſſet opus; nam & hodie unguibus hoc faciunt circumciſores [f]. Reſp. 2. Alii שֵׁנִית ’ט vertunt, non, *ſecundò,* ſed, *iteratò,* i. e. ſæpius aut multis vicibus; q. d. Itera circumciſionem donec omnes fuerint circumciſi [g]. שָׁנָה ſign. *iterare,* Prov. 24. 21. & 26. 11 [h]. q. d. Iterum atque iterum, ultro citróque per caſtra commeans, cura nè quis præputiatus maneat [i]. Sed hoc eſt Scripturam extorquere [k]. Reſp. 3. Circumciſio hæc erat ſecunda, nempe, *ſolennis*

† Ser. — * Bo. Ser. — [t] La. — [v] Th. in Bo. — † Maſ. — [x] Bo. — [a] M. — * Maſ. — † Ma. — [b] Maſ. — [c] Q. in Ser. — [d] Maſ. — † M. — [f] Ser. — [g] D. ſim. K. in Maſ. — [h] K. in Glaſs. gram. p. 463. — [i] K. in Maſ. — [k] Maſ.

populi circumciſio [l]. *Secunda* hæc dicitur, vel, 1. reſpectu circumciſionis familiæ Abrahami, Gen. 17. 23. in qua univerſa Eccleſiæ Dei ſumma, adeóque universè populus Dei, tum ab Abrahamo circumcidebatur, cùm hoc inſigne, tanquam pignus promiſſi Canaan, à Deo inſtitueretur. Nunc verò circumciditur universè populus Dei à Joſua, cùm promiſſa illa ad rem à Deo conferuntur. Explicatiùs dicam. Deus olim per Circumciſionis inſigne peculiarem cœtum, ſive Eccleſiam, conſtituerat: Is cœtus cùm fuiſſet continuâ ſucceſſione & ſacrorum obſervatione ad Moſen uſque propagatus, nunc tandem, occiſis ſemel omnibus quorum in ſolennibus recenſionibus ratio habeatur, cæteris verò non circumciſis, illa conſociationis ratio quodam modo intercidiſſe videtur: Eam igitur inſtaurari jubet Deus. Credibile quidem eſt vixiſſe tunc plurimos qui in Ægypto nati circumciſíque fuerant; & eximunt Judæi à culpa rebellionis in Cadesbarnea Levitas omnes. Sed ex eorum conditione æſtimatur populus qui ejus pars longè maxima erant [m]. Non placet hæc expoſitio [n]; ſic non *ſecunda,* ſed pluſquam *decima,* hæc eſſet circumciſio. Nam poſt Abraham per 400 annos uſque ad Moſen omnes poſteri fuêre circumciſi [o]. Nec *ſecunda ſolennis* eſſet circumciſio. Nonne enim ſolennis illa erat, Gen. 34 [p]? 2. Aliis ergò *ſecunda* dicitur reſpectu circumciſionis in Ægypto. Q. volunt circumciſionem in Ægypto neglectam fuiſſe, (quod & Tertul. affirmat,) & à Moſe inſtauratam, qui cùm, in Ægyptum revertens, periculo ſuo didiciſſet quàm ægrè ferret Deus ejus neglectum, illico omnes circumcîdit qui duriſſimæ ſervitutis causâ id facere non curaverant [q]. Generalis facta erat circumciſio populi ex Ægypto jam exituri: Et ſicut Deus tunc triduanis tenebris clauſerat Ægyptios, nè movere poſſent; ità nunc Cananæis terrorem incutit, nè movere ſe auderent, ad percutiendum populum ex vulnere recenti dolentem. Porrò, circumciſio erat ſigillum donationis terræ Canaan, ideóque quamprimùm in eam pedem intulerant, circumcîdi jubentur *. Vel, 3. reſpectu circumciſionis ad montem Sinai factæ, ubi circumcîdit Moſes quotquot vel illis 47 diebus quibus ex Ægypto pervenerint, vel intereà dum ibi hærerent, naſcerentur [r]. Confirmat hoc Maſius. 1. Cùm ad montem Sinai diu morandum eſſet, cauſa non erat cur illum ritum omitterent. 2. Alium ritum, nempe Paſcha, omitti noluit, quomodo ergò circumciſionem præteriret? Et rectè dicitur v. 5. neminem circumciſum fuiſſe *in itinere, in egrediendo.* At quod in ſtativis ad montem Sinai actum fuit non *in itinere* actum cenſeri debet †. Dicuntur quidem hæc valde probabiliter: ſed repugnant, 1. quòd verſ. 6, & 7. per totos 40 annos nemo circumciſus dicitur. 2. Verſ. 5. & 7. duo quaſi circumciſionis factæ termini ſtatuuntur, unus in *Ægypto,* alter in *Cananæa.* De Paſchate præcipitur, quia recentiſſimus erat ille ritus, nec niſi ſemel obitus. Secùs de circumciſione [t]. 3. De hac circumciſione nec Scriptura, nec Philo, nec Joſephus, nec alius quis meminit [v]. Reſp. 4. Alii ſic; *ſecunda circumciſio* vocatur, q. d. iterata, repetita, longóque intervallo revocata & renovata [x]. Senſus eſt, Revoca conſuetudinem circumcidendi, longo tempore in deſerto intermiſſam [y]. Non jubetur *idem homo* circumcîdi, ſed *idem populus;* qui primò circumciſus fuerat in parentibus in Ægypto, & hîc jubetur circumcîdi in filiis [z].

3. *Et circumcîdit filios Iſrael*] i. e. Curavit circumcidendos, V. Et veriſimile eſt eodem die (curante hoc Joſuâ, & relictis apud eos Levitis,) circumciſos fuiſſe Judæos trans Jordanem [a]. Boni Principis eſt ritus intermiſſos revocare. Vide 2 Reg. 23 *. ¶ *In colle præputiorum,* ità Sy. D. אֶל pro ב, D. [אֶל גִּבְעַת הָעֲרָלוֹת] *Ad* (vel *prope,* Ar.) *collem præputiorum,* Mo. JT. vel, *præputiatorum,* ο΄. Sy. Ar. Locus ſic dictus per anticipationem [b], quòd ibi præputia relicta ſint vel abjecta [c]: vel, quòd præputia Judæorum in acervum conjecta collem efficerent [d].

4. *Hæc autem cauſa,* &c. [וְזֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר מָל] *Et hoc verbum quo circumcîdit,* Mo. *Hoc autem modo compurgavit,* ο΄. *Hi autem ſunt quos circumcîdit,* Sy. *Hæc eſt cauſa propter quam,* &c. Ar. M. P. Ti. ſim. JT. ſic

[l] L. E. — [m] Maſ. — [n] La. Ser. — [o] La. — [p] Ser. — [q] R. Levi & alii He. in Maſ. — * Li. — [r] Maſ. ſimil. V. — † Ser. ex Maſ. — [t] Ser. — [v] La. — [x] Ser. — [y] Me. T. ſim. Jun. Pi. Bo. Cunæus de rep. Heb. l. 3. c. 5. — [z] La. — [a] Bo. — * G. — [b] Maſ. — [c] Maſ. Jun. D. V. — [d] D. He. in Maſ.

Gen. 12. עַל דְּבַר, *ob causam Abrahami*, i. e. propter Abrahamum. Affine quòd דָּבָר ponitur pro *causa, lite, negotio*, Exod. 18. 16. *Hoc verbum*, i. e. res, Meton. adjuncti, Pi. Sic, *Non est impossibilis apud Deum ulla res*, πᾶν ῥῆμα †. ¶ *Omnis populus*] De iis solis accipe qui scelere illo se astrinxerant, de quo Num. 14 [f].

6. *Per quadraginta annos*] At ο'. habent 42. Nimirum existimabant eos 40 annos Num. 14. 33. præfinitos ab illo funesto die numerandos fuisse. Jam tum enim duos à relicta Ægypto, & insuper pauculos menses, in solitudine egerant. Atqui 40, non ampliùs, annos computat ipse Moses ad campos usque Moabiticos. Sed de his vide plura ad Jos. 11. 18 *. ¶ *Donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè juraverat ut non ostenderet eis terram*, אֲשֶׁר לֹא שָׁמְעוּ בְּקוֹל יְהוָה אֲשֶׁר נִשְׁבַּע יְהוָה לָהֶם וגו'] *Qui non audierant vocem Jehovæ: quibus scil. juraverat*, &c. P. Belg. *Qui non acquieverunt sermoni Dei quo juraverat*, Ar. Jon. *Qui non auscultaverant voci Jehovæ: eò quòd jurâsset*, &c. JT. *Eò quòd non audierint vocem Domini, & quòd Dominus juraverit illis*, Ti. (vel, *unde & Dominus juravit illis*, M.) *Eò quòd non audivissent vocem Jehovæ, jurâssétque eis Dominus*, Sy. Verborum complexio intricatior est, habet autem hanc sententiam; Quos dico periisse per desertum, &c. quia non obtemperâssent voci Domini, illi ipsi sunt quibus juravit Dominus se non daturum terram, &c †. Notandum hîc scelestos illos non *populum*, sed גוי *gentem*, hoc versu vocari, (nec non v. 8.) verbo scil. odioso, & quod plerumque profanos homines & alienos à fœdere significat, à quo per istud flagitium se abalienâssent. Cæterùm personæ mutatio in hoc versu, quâ dictum est *daturum se nobis*, pro, *daturum se ipsorum semini*, antithesin innuit inter illos posteros qui ab illis per vitia degenerant, & illos qui eorum vestigiis insistunt [h].

7. *Horum filii in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt*, וְאֶת־בְּנֵיהֶם הֵקִים תַּחְתָּם אֹתָם מָל] *Et filios eorum stare fecit (substituit*, ο'.*) pro iis: eos circumcîdit*, Mo. *Illorum ergò filios statuens in loco ipsorum*, (putà, in sancto fœdere, Jun.) *hos circumcîdit*, JT. *Filios itaque illorum qui successerant eis (qui surrexerant post illos*, Jon.*) hos circumcîdit*, Sy. *Sed ille* (nempe, Deus) *substituit—in locum eorum, quos circumcîdit*, Belg. *Filios itaque eorum quos suscitavit pro iis circumcîdit*, M. T. sim. P. *quos stare fecit pro eis*, V. *quos statuerat*, Deus videlicet. Hîc particula אֲשֶׁר desideratur, D. *Filii in locum patrum successerunt*, i. e. adepti sunt ea promissa quibus patres exciderant *. ¶ *Nec eos—circumciderat*] Qu. 1. Quænam causa neglectæ tamdiu circumcisionis? Resp. 1. Neglectus vel contemptus parentum. Ità Scholastica historia & August [i]. Non placet. 1. Quomodo enim istud peccatum nunquam neque pœnâ neque reprehensione ullâ perstrictum fuisset? Quomodo Moses dissimulâsset? Leviora certè punita sunt, Exod. cap. 15. 16. 17. & Num. 15 [k]. 2. Omissio hæc toti populo tribuitur, qui certè omnes minimè contempsissent legem Dei [l]. Alii volunt in pœnam parentum liberos incircumcisos relictos. Ità Vasquez & Perer [m]. Non placet. Tunc pœna hæc rebellibus tantùm parentibus inflicta esset, quod falsum est; dilata enim erat circumcisio per 40 annos, adeóque & ante istam rebellionem Num. 14. & postquam omnes illi rebelles mortui essent, perventúmque esset ad torrentem *Zared*, Deut. 2. 14. à qua statione ad hoc circumcisionis tempus 5 vel 6 menses intercesserunt. Soli ii dicuntur circumcisi qui ex Ægypto egressi sunt: Reliqui omnes incircumcisi erant, etiam Levitæ, quos tamen (vel plerosque eorum) culpâ illâ, adeóque pœnâ, eximunt [n]. 3. Alii sic, Circumcisio nota erat quæ Hebræos à cæteris gentibus discriminaret; ideóque in solitudine eâ opus non erat, quia ipsa solitudo eos ab aliis satis secernebat. Hæc Theodoretus & Damascenus [o]. Non placet: Non fuit hæc unica legis ratio. Vide ad Gen. 17 [p]. Non solùm ad segregandum populum institutus est hic ritus, verùm inprimis ut corruptæ hominum naturæ mysterium simul & expiatio esset, monerétque regenerationis opus esse: deinde, ut gratiæ Divinæ sacræque professionis & religionis probæ signum esset [q].

† D. f Maſ. * Maſ. † Maſ. h Maſ. * G. i Bo. Ser. Jun. ad v. 8. k Ser. Bo. l Bo. m Bo. ità Maſ. n Bo. o Maſ. p Ser. q Maſ.

Alioquin parùm apta esset distinguendi nota, cùm nec in parte corporis conspicua posita sit, & ab aliis gentibus usurpata [r]. Vera igitur causa erat assidua peregrinatio; quòd in deserto semper incerti erant de suscipiendo itinere, & parati ad nubis motum castra refigere. In viam autem se dare exulceratâ eâ parte periculosum erat †. Præceptum circumcisionis non ità urgebat, ut nullo casu differri posset [r]. Ipsum Pascha, non minùs severâ lege mandatum atque circumcisio, differre licuit itineris causâ, Num. 9. 13 [v]. Obj. At Moses castigatus est quòd filium in itinere non circumciderit. Resp. 1. Non tum natus videtur ejus filius, adeóque dudum antè oportebat circumcisum esse. 2. Nullâ Mosen festinatione Deus urgebat, ut non posset infantem circumcidere, cùm absurdissimum esset, Legislatorem futurum nè in exigua sua familia Divinæ religionis jura coluisse. Sed quid opus multis? Ipsa verba sacra, cùm quoties ferè omissæ circumcisionis, toties & itineris, faciunt mentionem, satis apertè causam attribuunt continuæ profectioni [x]. Si quis intelligeret Deum hîc dispensâsse, non repugno [y]. Sed cur non in campis Moabiticis circumcisi erant, ubi otium & securitatem nacti sunt? Resp. 1. Quia adhuc in expeditione atque itinere fuerunt, incertíque quantulam essent uspiam habituri moram, &c. 2. Præstituerat Deus 40 annos quibus ferrent filii pœnam defectionis parentum, Num. 14. 33, 34. Tantisper igitur, dum expiata nondum esset illa defectionis culpa, circumcisio celebrari non debebat, quæ erat gratiæ Divinæ reconciliatio quædam *. Qu. 2. Sed cur jam circumciduntur? Resp. 1. Quia causa dilatæ circumcisionis cessavit. 2. Pascha celebrandum erat, quod nemo incircumcisus comedere deberet, Ex. 12. 44, 48. 3. In hac terra & quiete promissa jam data meritò Divini cultûs ibi excitandi fundamentum jacitur, nempe, circumcisio. 4. Aptè hoc fit ad Divinam gratiam opémque conciliandam, & ad fidem suam confirmandam [z]. 5. Eos discernere voluit Deus ab incircumcisis Cananæis, inter quos jam morabantur [a]. 6. Ut pio hoc ritu inchoarent possessionem terræ illius. 7. Ut tolleretur probrum Ægypti, de quo v. 9 [b].

8. *Postquam omnes circumcisi sunt*, כַּאֲשֶׁר תַּמּוּ כָל־הַגּוֹי לְהִמּוֹל] Ad verbum, *Quando consummati sunt omnis gens circumcîdi*, Mo. *Quando completa*, vel *finita, fuit* (vel, *absolvisset*, Jun.) *universa gens circumcîdi*, V. sim. Sy. Ar. Rursus appellat גוי *gentem*, nimirum, quia adhuc barbarorum more præputiati essent [d]. ¶ *Manserunt in eodem loco*, וַיֵּשְׁבוּ תַחְתָּם] *Et sederunt* (i. e. manserunt, D.) *in locis suis*, Jon. sim. Sy. Ar. JT. Sic Jos. cap. 6. vers. 5. Sic Exod. 16. 29. *Manete quilibet* תַּחְתָּיו *in loco suo*; sequitur, *nè egrediatur quis* מִמְּקֹמוֹ *ex loco suo*. Sic Exod. 10. 23 †. At ο'. habent, *quietem habuerunt illic*. Nec eos, licèt gravissimè saucios, aggressi sunt Cananæorum Reguli, quia Divino metu perculsi stupebant. Discamus ergò nullius vel maximi periculi metu adduci ad ea omittenda quæ nobis sunt à Deo imperata [f]. ¶ *Donec sanarentur*, עַד חֲיוֹתָם] *Dum viverent ipsi*, D. sim. Mo. Pi. *donec reviviscerent*, ut Num. 20. Jun. *donec sanati essent*, ο'. sim. Jon. Sy. Ar. Sic Isa. 38. 21. וְיֶחִי *& sanabitur*. *Non est vivere, sed valere, vita* †. Donec inciperent convalescere, V. Ità *vivere* accipitur 2 Reg. 20. 7. Ma.

9. *Abstuli opprobrium Ægypti*, גַּלּוֹתִי] *Devolvi*, V. JT. D. ex He. Maſ. *Devolvere opprobrium ab aliquo*, est, probro atque dedecore eum liberare, suámque ei dignitatem reddere, Psal. 119. 22 [g]. Qu. Quid hîc *opprobrium Ægypti*? Resp. 1. Probrum quod Ægyptii jaciebant in Israelitas, nempe, Dominum eduxisse illos ut perderet. Hoc jam cessavit, cùm Deus illos introduxerat in terram Canaan [h]. Ità Ralbag, [h. e. R. Levi Ben Gerson.] Et fortassis Ægyptii qui cum Israelitis erant in deserto vel clàm vel palàm Judæis opprobrârunt [i]. His convitiis nunc liberabat eos Deus, cùm certum faceret ipsos per circumcisionem de possessione terræ Canaan [k]. 2. Hoc dicitur, quia adhuc & moribus & vitæ cultu *Ægyptii* magis dici possent quàm *Hebræi*, & necdum circumcisi nullâ re ab illis secerni possent. Huc spectant verba hæc, ut Ægypti desiderium ex animis suis penitus delerent, &, vitiosis istius populi moribus

r Ser. † Bo. La. Maſ. Ser. L. To. in Bo. Pi. r Bo. v Maſ. x Maſ. y Ser. * Maſ. z Ser. a Bo. b T. d Maſ. † Glaſ. gram. pag. 554. f Maſ. † D. g Maſ. h V. Me. i Me. k R. Levi in Maſ.

moribus relictis, vitam suam ad præscriptam sibi à Mose normam dirigerent [l]. q. d. Nunc novo circumcisionis fœdere mihi devinctos, & jam in Promissæ terræ possessionem inductos, volo vos exuere pravos ritus morésque, (quos ab Ægyptiis imbibistis,) & præsertim desiderium terræ Ægypti, quod erat vestrum summum probrum & dedecus [*]. 3. *Probrum* hoc est servitus Ægyptiaca: Liberati dicuntur opprobrio Ægypti, quia missi per circumcisionem in terræ Canaan possessionem, jam Promissæ terræ domini sunt, qui nuper fuêre Ægyptiorum servi [m]. 4. Aliis probrum hoc est *præputium*, quod sicuti Ægyptiis semper, ità Israelitis 40 jam annos, adhæserat [n]. Quod probrosum erat, quippe signum quòd essent alieni à fœdere Dei, Pi. & probrosum ducebatur ab Israelitis. Vide Gen. 34. 14. 1 Sam. 14. & 17. Sed cur hoc dicitur *probrum Ægypti*, cùm aliæ omnes gentes præputiatæ essent, & Ægyptii solebant se circumcidere, Jer. 9. ult. & Herod. l. 2 [p]? Idem testantur Diod. Siculus l. 1. Strabo l. 17. Philo *de Circumcisione*. Resp. 1. Posterioribus temporibus admiserunt circumcisionem, non autem hoc tempore, ut docet Exod. 2. 6. ubi Moses infans ex circumcisione agnitus fuit esse Hebræus. 2. Quia ipsis magìs nota erat *Ægyptiorum* incircumcisio quàm aliorum [q]. 3. Quia Idumæi & vicini ex posteris Abrahæ verisimiliter putantur fuisse circumcisi [r]. 4. Ægyptii illis probro verterunt, quòd circumcisionem, quam tantopere prædicarent, ipsi tamdiu negligerent [†]. 5. Ignominiæ huic obnoxii erant propterea quòd diu habitaverant in Ægypto [t]. 6. *Ægypti* probrum dicitur, i. e. ex Ægypto haustum, quia eam ob causam omissio illa contigit, quòd in Ægyptum redire percupierunt, cúmque reipsa redire non potuissent, animo tamen semper id spirârunt, ideóque à circumcisionis officio destiterunt [v]. Sed hoc suprà refutatum est [x]. 5. Aliis hæc *ignominia* erat opinio quam alii habebant quòd deos Ægyptiacos coluissent [y]. ¶ *Vocatúmque est*] Heb. *& vocavit*, scil. Josue, vel Deus, vel ille qui loco nomen imposuit [z]. Aut passivè, more Hebraico, *vocatum est* [a]. ¶ *Galgala*] Nempe, propter devolutum ab iis probrum [b]. ¶ *Usque in præsentem diem*] Ergò liber hic longè post tempora Josuæ scriptus est [c]. [At alii negant hoc rectè concludi, ut antè notatum.]

10. *Et fecerunt Phase*] *Fecerunt* expono, sacrificârunt. Nam agnum comederunt in principio diei sequentis. Synecd. generis [d]. ¶ *Ad vesperam*, בָּעֶרֶב] Idem tempus quod alibi בֵּין הָעַרְבַּיִם, ut patet ex Exod. 16. & Deut. 16. [de quo vide quæ ad Exod. 12. fusè dicta sunt, ubi pleraque occurrunt quæ hîc à Masio annotata sunt:] nempe, extrema pars diei 14. cùm Sol propè ab occasu abest. Die 14. jugulandus erat agnus, nocte verò sequenti, h. e. quæ diei 15. lucem antecedit, edendus [†]. Qu. Quotum hoc Pascha censendum? Resp. Quidam volunt esse quadragesimum primum, & Pascha per totos 40 annos fuisse repetitum. Nam probabile non est, quod Deus perpetuum esse jusserit, repentè fuisse abjectum [f]. Resp. Non minùs perpetua erat Circumcisionis quàm Paschatis Lex, Gen. 17[†]. Aliis non placet. In deserto intermissum fuit Pascha per 39 annos [g]. Probant. 1. Fas non erat Pascha agere nisi circumcisos, Exod. 12. 48. 2. Lex de Paschate ad solam Terram promissam spectare videtur; Exod. 12. 25. *Cùm veneritis in terram*, &c. Nam quod ad montem Sinæum fecerunt, Num. 9. 2. non Lege fecerunt, sed novo jussu (quo minimè opus fuisset si Lege astricti essent,) & privilegio, ut honorem facerent Dei sacrario [h]. 3. In deserto nulla erant sacrificia, Amos. 5. 25. At Pascha fuit sacrificium [i]. Fuit ergò hoc tertium Pascha ab Israelitis celebratum: 1. in Ægypto erat; 2. ad montem Sinai; 3. hoc loco [k]. Ut paulò antè Circumcidendi ritus, ità nunc Paschatis ceremonia instaurata est; ut intelligamus sanctè & religiosè auspicatos esse Israëlitas possessionem Terræ promissæ [l]. Qu. Utrùm Trans-jordaninæ Tribus hoc Pascha celebrârunt? Resp. Nullo modo; Pascha enim ibi tantùm celebrari potuit ubi Templum erat, Deut. 16. 2, 6, 7. Obj. Omnes mares ter in anno ad festa sua venire debebant, Deut.

l Mas. * Ma. m Th. in Mas. n Ser. sic Bo. E. Me. La. Pi. M. p Ser. q Bo. Ser. r E. † Serar. t V. v Jun. in Ser. x Ser. y He. in V. z Ma. Mas. a Ma. b Ma. c Pi. d Pi. † Mas. f Calv. † Ser. g Ser. Mas. h Mas. i Serar. k Ser. La. Bo. Me. l Mas.

16. 16. Resp. Eâ lege non jam tenebantur; vel, quia terram Canaan nondum pacificè possederunt; vel, quia instaurandam tam citò ceremoniam istam nesciverunt [m].

11. *Comederunt de frugibus terræ*, מֵעֲבוּר הָאָרֶץ] [Variè reddunt.] *De frumento præteriti anni*, &c. M. V. D. Ti. Belg. K. in Mas. Bo. Id עבור propriè sign. ut תְּבוּאָה *proventus anni futuri*, D. cùm עָבַר sign. *transire*, vel *præterire*, K. in Ser. Edebant fruges veteres, vel, quas negotiatores iis vendiderant [n]; vel, quas in devictis regionibus invenerant [o]. Non licebat enim illis vesci novis frugibus quousque obtulissent primitias Domino [p]. Alii autem vertunt, *de frumento, annona, segete*, vel *fructu terræ*. Ità ό. Jon. Sy. Ar. P. Sic Jo. & Targum ad Isa. 28. & 2 Reg. 18. (ubi pro *dagan* ponitur *bibura*,) & Josephus, 5. 1. & RR. alii, qui hoc contra Redak [i.e. R. David Kimhi] astruunt [q]. Argumentum [Kimhi] ab etymo nescio an satìs firmum sit [r]. Præterea, τὸ עָבַר sign. interdum *impregnare*, seu *gravidare*: *terram* autem *gravidatam seminibus* dixit Tullius: indéque *frumentum* עבור dici potest [†]. Quod sign. quaslibet fruges, anni tam præsentis quàm præteriti [t]. Ex verbo sign. *transitum terræ*, i. e. præsentes fruges pro tempore, Ma. ¶ *Die altero*]. Heb. *à crastino*, vel *postridie*, *Paschatis*, Mo. JT. Qu. Quisnam hic fuit? Resp. 1. Dies decimus quintus [v]. Sed cùm nefas fuerit novis spicis vesci ante diem consecrati manipuli, Lev. 23. 14. debent, qui hanc habent opinionem, aut *Sabbatum* superioris legis accipere de nocte illa quâ agnus comedebatur, quæque lucem diei 15. præcedebat, eámque superiori diei adscribere; aut עבור pro *superioris* tantùm *anni frumento* accipere; itáque, ut manipulus nondum oblatus sit hoc die 15. tamen tostis ex veteri fruge vesci licuisse [x]. Resp. 2. Aliis hic dies est decimus sextus [y]: nam nox est diei sequentis [z]. Probant. 1. Dies 15. erat ipse dies festus Paschatis, ut liquet ex Levit. 23. 6. Vespera enim diei 14. licèt juxta civilem dierum supputationem esset diei 14. juxta sacram tamen dierum festorum rationem (qui à vespera ad vesperam celebrabantur) spectabat hæc vespera ad diem 15. 2. Ante primitias die 16. offerendas, juxta Levit. 23. 14. non est verisimile de novis hisce frugibus eos comedisse: aliàs enim quæ ratio esset cur non antea edissent? 3. Quia Lev. 23. 11, & 15. ubi de manipuli oblatione agitur, diem 16. vocat, ut hoc loco, *postridianum* Sabbati [a]. De die 16. accipiunt Talmud Babylonicum, & Ralbag, & ό. ut videtur, qui *tostum* sequens, τὰ νέα, vertunt, h. e. *fruges novas* [b]. Utra sententia verior sit, incertum mihi esse fateor [*]. ¶ *Et polentam*, ità P. Jon. וְקָלוּי] *Et tostum*, Mo. JT. *igne*, JT. *& spicas tostas*, Sy. Ar. M. V. *& nova*, ό. *spicas novas tostas*, Ti. *tostas*, *ustulatas*, aut *frixas*, *fruges*, Mas. Eæ autem nullæ apparari solent nisi hornæ [c]. Verùm hoc ex S.S. non posse confici puto [d]. ¶ *Ejusdem anni*] Heb. *Eo ipso die*. Significat populum suum avidissimè affectum, simulatque fas ei fuit, desiderium suum explevisse. Nam usurpare fructum terræ priusquam sacris Paschalibus operati fuissent, religio erat: Si verò de hornis fructibus agitur, vesci ea lex vetabat ante oblatum manipulum [†].

12. *Defecitque*] Sequitur Vulg. τοὺς ό. ut solet. Potiùs vertendum, *cessavit*, Mas. V. h. e. pluere desiit, Mas. ¶ *Postquam comederunt*, מִמָּחֳרַת בְּאָכְלָם] Ad verbum, *à crastino, in edendo eis*, V. *in die postero, ex quo comederunt*, Jon. *postridie cùm comederent*, V. P. vel, *postquam comedere cœpissent*, M. sim. Ti. *post hunc diem, cùm comedissent*, Sy. *ab eo die, eò quòd comedissent*, Ar. *in hac die, postquam manducaverunt*, ό. Qu. Quo die? Resp. 1. Q. de eodem die intelligunt de quo præcedens versiculus, sive fuit 15. sive 16. De hoc nulla mihi est dubitatio [f]. At Judæi volunt fuisse postridie superioris diei: Neque enim cessavit Manna quo die manipulus offerebatur: Nam etiam tum eo opus habebat populus, cùm frumenta adhuc nulla messuisset. Atqui in uberrima regione vetus frumentum deesse non potuit, & fortè ex campis Moabiticis secum asportârunt [*]. Resp. 2. Alii dicunt Manna cessavisse die 17 [g]. 1. Nam non priùs cessavit Manna quàm è terræ frumento edi cœptum: Hoc non erat ante spicas Deo

m Bo. n D. o Bo. p M. V. D. q Ser. r D. † Ser. t La. v To. & Mo. & RR. in Ser. K. in Mas. x Mas. y La. Bo. M. V. L. & Calv. & RR. in Ser. z V. a Bo. b Mas. * Mas. c RS. in Mas. d Mas. † Mas. f Mas. ità To. in Ser. * Mas. g Ser. Bo. V. & RR. in Ser.

Deo datas: Hæ non datæ ante consuetam sacrificii quotidiani horam, i.e. ante diem paulò adultiorem: Sed Manna noctu delabebatur, & manè colligebatur: Ergò die 16. adhuc descenderat Manna. 2. Non dicitur, ut antea, *postridie Paschatis*; sed, *postridie*, nempe, illius diei de quo sermo est; *postridie in edisse ipsos*[h]. Subtrahit Deus Manna, 1. Quia jam alterius cibi erat copia[i]: nè cœleste donum fastidio esset ingratis hominibus, quod nè in ipsa quidem necessitate satis grato animo habebant[k]. *Cessant extraordinaria, ubi ordinariis locus est*, aiunt JC[l]. 2. Ut omnes intelligerent *Manna* non naturali aeris temperie, ut *grandinem*, &c. decidisse, sed ex mera Dei liberalitate[m]. ¶ *Canaan*] Hîc nominatur, quòd vers. 10. & 11. loquitur de frugibus ex Galaaditide asportatis. Ità multi[n].

13. *Cùm esset in agro Jericho*, בִּירִיחוֹ] *In Jericho*, Mo. o'. Jon. *in regione*, vel *agro*, (vel *planitie*, Sy.) *Jericho*, V. Mas. D. ex K. Territorium vocatur de nomine urbis. Sic Jos. 10. 10. *percussit in Gibeon*; loquitur tamen de iis qui non erant in urbe, sed ante illam[o]. Vel, non reipsa, sed animi cogitationibus, fuit *in Jericho*; ut Daniel *in Susis*, Dan. 8. 2. cùm tamen Babylone fuisse videtur, si ejus narrationis extremum audias[p]. Q. Hebræorum dicunt hoc accidisse Josuæ per visionem †. *Prope Jericho*, Ar. *ad Jericho*, JT. *apud Jericho*; sic Luc. 13. 33. G. *In* pro *apud* est usitata Enallage, La. Ibi aut Deum oravit Josua*, aut locum oppugnandæ urbi opportunum ivit speculatum, aut in rerum gerendarum meditatione versabatur†. Ità dum magna sanctáque animo machinamur, Deus se consiliis nostris insinuat, virésque & modos ea exsequendi demonstrat*. ¶ *Levavit oculos*] Hæc verba nihil aliud quàm repentinam & insperatam visionem significant. Sic alibi Gen. 18. 2. Dan. 10. 5[q]. ¶ *Vidit virum stantem*] Dei consilium erat ut animus Josuæ in ipso rerum gerendarum initio & certâ fiduciâ firmetur, & ab insolente arrogantia prohibeatur. Nimis enim facilè hominum mentes, quantumvis magnâ fiduciâ præparatæ, præsentium discriminum metu permoventur; sicut rursus, felicium rerum cursu efferuntur inani fiduciâ, quâ nihil Deo invisius. Nec gravius peccas si simulacro accepta referas quæ à Deo profecta sunt, quàm si tibimet ipsi[r]. ¶ *Contra se*, ità o'. sim. Sy. JT. לְנֶגְדּוֹ] *E regione ejus*, Mo. *coram eo*, Ar. ¶ *Evaginatum tenentem gladium*] Instar præliantis. Solet Deus vel Angelus congruam personæ aut rei speciem assumere. Sic Christus apparet Magdalenæ in horto ut hortulanus, peregrinantibus ut peregrinus. Ità hîc *strictus gladius* potentiam & vindictam Dei notat †. ¶ *Perrexitque ad eum*] Nota hîc intrepidos Josuæ animos[t]; quòd tam audacter contra virum armatum, & proculdubio augustâ specie insignem, pergit, & aut pugnam aut amicitiam decernit[v].

14. *Qui respondit, Nequaquam*, וַיֹּאמֶר לֹא] *Et dixit, Non*, Mo. Jon. V. D. sub. *sum pro adversariis vestris*, V. D. *Neq; etiam sum vir*, &c. D. *Dixit, Neutrum*, JT. Neq; Hebræus, neque Cananæus, Mas. sim. JT. D. Alii, *Et dixit ei*, o'. Sy. Pro לֹא legunt לוֹ, (quod quindecies factum notat Masoreth,) non sanè prorsus absurdè †. ¶ *Princeps exercitûs Domini*] Hæc dicit ut auctoritatem fidémque comparet dicendis capite sequenti *. Qu. 1. Quid hîc *exercitus Domini*? Resp. Vel, 1. Exercitus Israel[x]. 12 Tribus vocantur *exercitus Domini* Exod. 12. 41[y]. Sic dicuntur, quia à Domino mittebantur ad vindictam de Cananæis faciendam[z]. Sic *populus Domini* & *populus Israel* sunt synonyma[a]. Vel, 2. Angeli, Dei ministri: hi enim vocantur *cæli militia*, 1 Reg. 22. 19. 2 Paral. 18. 18. Luc. 2. 13[b]. Vel, 3. *Princeps exercitûs*, pro, *Princeps exercituum*; sing. pro plur. *Exercitus Domini* sunt omnes creaturæ, tam cœlestes quàm terrestres[c]. Qu. 2. Quisnam hic Princeps, &c? Resp. Est Michael, cui Israelitarum cura demandata fuit, Dan. 10. 21. & 12. 1[d]. Porrò, 1. Q. hunc Angelum esse volunt †. Esse quosdam in cœlo principes Angelos, consentaneum est Dan. 10. 13[f]. Et unaquæque gens proprium & peculiarem Angelum habet, qui eam custodiat[g]. Argumenta hujus sententiæ sunt: 1. Solet Deus mundum per media administrare,

h Ser. — i Ser. Bo. Me. Mas. — k Mas. — l G. — m Mas. — n Mas. — o D. ex Mas. — p Mas. — † Q. — * La. — † Mas. — * La. — q Mas. — r Mas. — † La. — t La. — v Mas. — † Mas. — * Mas. — x L. To. in Bo. Mas. D. — y D. — z L. — a D. — b Bo. — c D. — d He. in Mas. sic V. D. La. Bo. G. — † Ità La. Bo. Ser. Mo. T. — f Mas. — g D.

& quidem per Angelos, qui *administratorii spiritus sunt*, Heb. 1[h]. 2. Dum vocat se *Principem exercitûs Domini*, à *Domino* se distinguit[i]. 3. Angeli ubique in Veteri Testamento apparuerunt; Gen. 18. & 19. Vide Heb. 13. 2. Exod. 3. collat. cum Act. 7. 30, 53. & Gal. 3. 19[k]. 2. Alii volunt hunc Christum fuisse[l]; qui rectè *Angelus* vocatur, cùm per eum Deus Pater de rebus omnibus semper à condito lapsóque Adamo cum mortalibus communicaverit. Idem ferè statuunt prisci Judæi. Sic R. Moses Gerundensis Nehmanni *. *Iste Angelus*, inquit, *est Angelus redemptor, qui est Facies Dei*, Exod. 33. 14. *Atqui Facies Dei significat ipsum Deum, ut fatentur omnes interpretes. De hoc dicitur, Nomen meum in eo est.* Hæc Gerundensis. Nomen autem Dei est ipsa Dei essentia: hæc enim nomine *Jehovah*, quod, ut peculiariter suum, Deus ipsi Mosi patefecit, significatur. *Vocatur autem Angelus, quia mundum gubernat.* Idem. Certum est *Dei faciem* præivisse Israelitis, Exod. 33. 14, 17. eámque faciem fuisse Deum ipsum: & jure Christus sic vocatur, qui est *Imago Patris expressissima*, Heb. 1. 3. Christus autem eos comitatus est, 1 Cor. 10. 4. Præterea, *Deum*, non *Angelum*, fuisse *habitatorem in rubo* hinc constat, quòd hujus favorem Moses Josepho precatus est, Deut. 33. 16. cùm tamen à Deo sit *omne donum perfectum*, Jac. 1. 17. Idem qui *Angelus* vocatur, & *Deus* erat, Gen. 48. 15, 16. Quis enim nescit omnem benedictionem à solo Deo, ut fonte, petendam esse[m]? ¶ *Et nunc venio*] *Nunc*, vel *modò, veni*, Mo. Jon. Sy. JT. Mas. Hæc locutio indicat præsentissimam & singularissimam opem, atque ad rem magnam se venisse; ut Dan. 9. 22, 23. & 10. 11, 14[n]. Singulari meâ, licèt invisibili, potentiâ vobis assistam[o].

15. *Cecidit pronus*] Ità mos gentis erat, non Deo solùm, sed etiam Angelis & hominibus, se prosternere[p]. Civiliter Angeli adorari possunt. Aliter nolunt, Apoc. 19. 10. & 22. 9. Sed hic Angelus fuit increatus, ut apparet Jos. 6. 2. nam ibi vocatur יְהוָה: Ergò adorari potuit. Quò se Deus viris piis patefacit propiùs, eò suam ipsi humillimam conditionem, contrà verò illius sublimem majestatem, magis agnoscunt, & reverentur[q]. ¶ *Quid Dominus loquitur?*] Sign. promptissimam voluntatem ad parendum jussis Divinis[r].

16. *Solve calceamentum tuum*] Numerus sing. pro plur. *calceamenta*, V. Jubetur hoc reverentiæ causâ †; ut ipsius mens religione percellatur, & attentior sit videndis dicendísque, iísque fidem adhibeat: Alioquin somnium videri posset, muros spontè collapsuros, &c. Hoc exemplo sacerdotes Judaici calceos exuunt in Templo ministrantes. Et nunc etiam apud plerasque Orientis nationes piaculum est calceato pede templorum pavimenta calcâsse. Solent plerique *calceamentis* significatas esse dicere pravas corporis cupiditates, quæ exuendæ sunt iis qui Divinas res contemplari meditaríque volunt[t]. ¶ *Locus sanctus est*] Præsentiâ Dei consecratus[v]. De his plura vide ad Exod. 3. 5. Heb. *sanctitas*, V. Hebræi sæpe utuntur substantivis pro adjectivis[x].

h Ser. — i Bo. — k Ser. Bo. — l Sic Mas. Jun. D. Patres multi in Ser. — * F. — m Mas. — n Ma. — o La. — p Mas. — q D. — r Mas. — † Bo. Me. T. — t Mas. — v Mas. La. V. — x Ma.

CAP. VI.

1. *Clausa & munita*, ità o'. sim. Ch. סֹגֶרֶת וּמְסֻגֶּרֶת] *Claudens & clausa*, V. JT. Claudebat viros vel cives intra se, nè quispiam egrederetur; & claudebatur, nè quis (scil. hostium) ingrederetur[a]. *Clausa & obserata*, M. *clausa diligentissimè*, P. M. Idem geminat, ut indicet penitus fuisse clausam, V. Chald. sic, *Erat occlusa foribus ferreis, & obserata vectibus aheneis*——. *Non erat qui exiret ad pugnandum, neque qui intraret ad paciscendum de pace.* Sic enim habet MS. exemplar Complutense quod penès me est[b]. Interponitur hoc, ut ostendat cur novâ confirmatione eguerit Josua, cùm prima urbs se tam fortiter tueretur. Tam acres & vigiles custodiæ mirificè illustrant miraculum[c]. ¶ *Timore*, &c.] Ante Jordanis trajectum, non nisi ingruentibus tenebris portas claudebant[d].

a He. in V. Mas. Bo. — b Mas. — c Mas. — d Mas.

2. Dixit

2. *Dixit Dominus*] Per Angelum †. Juxta hos nomen legantis legato imponitur, auctoritatis gratiâ. Vel, *Dominus*, יְהוָה, quod Divinæ eſſentiæ nomen eſt: Qui antè, *Princeps exercitûs Dei*. Divinæ operationes non rarò in S. literis per nominum Dei mutationem occultè tectéque diſtinguuntur varietate perſonarum. ¶ *Ecce*, רְאֵה] *Vide*, Maſ. *Attende*, V. Ni fallor, arguit labaſcentem jam ſenſim Imperatoris ſpem atque fiduciam. Videtur enim dare ſignificationem victoriæ inſperatæ. ¶ *Dedi*] Solidam victoriam ſibi aſſumit [i]. ¶ *Jericho*] Hoc loco non *urbem*, ſed *civitatem*, (i.e. cives, Ma.) ſign. cùm Jericho & ejus Rex *viri fortes* dicuntur [k]. ¶ *Fortes viros*] Heb. *fortes virtutis*, i.e. virtute bellicâ illuſtriſſimos [l].

3. *Circuite urbem*] Ità remotè ab ea, ut ſitis extra teli jactum [m]. Hæ actiones, ſi ex ſe æſtimentur, Ludionum ludibria potiùs cenſeri debent quàm bellatorum ſtratagemata: Hæc tamen peragunt Joſua, &c. nihil cunctantes; in quibus obedientia laudanda eſt [n]. ¶ *Semel*, ità V. JT. פַּעַם אֶחָת] Aq. vertit, *unâ viâ*; Sym. *unâ circuitione*; quia פַּעַם *greſſum*, aut *inceſſum*, ſign. Hebræi, pro *ſemel*, dicunt, *uno progreſſu* [o]. *Semel* ſingulis diebus [p].

4. *Buccinas*, שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים] Vertunt, *tubas*, vel *buccinas*, *arietum*, ſive *arietinas*, Mo. Jon. M. JT. P. Sym. in Maſ. *ex cornu arietum*, Ch. in M. Ti. V. i.e. tubas factas ex cornibus arietum, V. Non placet Maſio; cùm arietina cornua ſolida tota ſint, buccinam verò cavam eſſe oporteat, ut inflari poſſit [q]. Reſp. Quaſi verò illa arte cavari non poſſint [r]. Alii, *tubas remiſſionis*, Aq. in D. *buccinas jubilorum*, Maſ. i.e. quæ ederent clangorem productiorem & intenſiorem; quem ex *JOBEL* *jubilum* poſſumus appellare. *Buccinas jubilæorum*, i.e. quibus clangere ſolebant initio anni Jubilæi †: *tubas jubelis*, Maſ. His tubis clangere jubet Deus, quia hoc tempore, quaſi in Jubilæo, terram Canaan ab iniquis poſſeſſoribus vendicatam juſtis & fidelibus colonis traderet *. [Quæ de *Jobel* hîc habet Maſius, ex aliis auctoribus pleraque antè produximus.]

5. *Cùmque inſonuerit vox tubæ longior atque conciſior*] Sonus hic eſt inæqualis [t]. Sonus *conciſus* eſt, cùm morulâ aliquâ interrumpitur & repetitur [v]. ¶ בִּמְשֹׁךְ] *In protrahendo*, Mo. *cùm protrahent* ſonitum, P. *cùm trahet*, ſcil. ſonum, nempe, ſacerdos, Pi. *cùm prolixiùs clangent*, V. K. in D. ſim. M. *cùm tractim ſonabitur*, JT. K. in D. *cùm productiore ſono inflabunt*, Maſ. *cùm ſonum incenderint*, Ti. *cùm clanxerint*, Sy. מָשַׁךְ uſurpatur pro תָּקַע, Maſ. ¶ *Vociferatione*, תְרוּעָה] Reddunt *vociferationem*, vel *clamorem*, veteres omnes; *ululatum*, D. Is clamor ἀλαλαγμὸς Græcis, *barritus* Vegetio [x], quem edunt milites in congreſſu acierum [y]. ¶ *Muri corruent*] Heb. *cadet*. ¶ תַּחְתֶּיהָ] *Sub ſe*, Mo. P. D. Maſ. Ti. *ſubter eam*, M. cadet in foſſam, Ma. *in loco ſuo*, Ar. JT. Maſ. V. *ſuper locum ſuum*, Sy. Alii, *ſuâ ſponte*, ο'. & Aq. in Maſ. q.d. nullâ impellente machinâ, Maſ. *Abſorbebitur in terram*, V. ex Jon. Hinc ſtatuunt He. murum non eſſe collapſum, ſed deſediſſe, terrâ dehiſcente. Quod vanum eſt [z]. *Cadet ſubtus ſe*, i.e. à fundamentis, funditus, Ma. *Infra ſe*, infra locum ac ſitum illum quem antè habebant, deorſum *. Sed quid Rahab factum, cujus domus in muro ſtetit? Reſp. 1. Non corruerunt univerſa mœnia [a], ſed ea tantùm pars quæ caſtra Iſraelitarum ſpectabat. *Murus* hîc, pro parte muri [b]. 2. Ædes quæ alienis muris hærent non continuò cum illis corruere neceſſe eſt [c].

7. *Ait*] Scriptum וַיֹּאמְרוּ, *& dixerunt*, ſub. Joſua & ſacerdotes; & lectum וַיֹּאמֶר, *& dixit*, Joſua tantùm [d]. ¶ *Armati*, ità Jon. Sy. V. וְהֶחָלוּץ] *Expeditus*, Mo. D. JT. Pi. quiſque qui lumbos armis accinctos habet, D. *ſuccinctus*, Maſ. *exercitus*, Ar. De hoc verbo vide ad Joſ. 1. 14. Maſ. *Extracti*, vel ſelecti, nempe, ex multitudine, Ma. *Primipilares*, Ti. Veroſimile eſt militibus *præceptum* ire circùm urbem, v. 3. plebi *permiſſum* †. Qu. Cur armati erant? Reſp. 1. Vult Deus ut nos ſibi cooperemur. 2. Ut ingreſſi urbem cives mactarent *.

9. *Reliquum vulgus*, ità ο'. וְהַמְאַסֵּף] *Et congregans*, vel *colligens*, M. V. P. Mo. Pi. Colligens quiſque, i.e. qui aciem quaſi colligebant, h.e. claudebant [f]. *Qui agmen claudebant*, Maſ. ex ο'. Danitas intelligunt, qui vocantur מְאַסֵּף Num. 10. 25 [g]. [*Vide annotata ad illum locum.*] *Extremum agmen*, Ti. *cœtus collectus*, M. *qui turmatim collecti erant*, Sy. *promiſcua turba*, Ar. Seniores, & cum iis multitudo uxorum, puerorum, &c. *Multitudo* alibi vocatur אסַפְסֻף, Num. 11. 4 [h]. Volunt armatos præceſſiſſe, inermes & vulgum ſecutos eſſe [i]. ¶ *Ac buccinis omnia concrepabant*, הָלוֹךְ וְתָקוֹעַ] *Eundo & clangendo*, Mo. D. Ti. P. Bo. i.e. dum ibatur & clangebatur tubis. Sic ſolent Hebræi gerundia & infinitiva imperſonaliter explicare *. Senſus eſt, magìs magiſque clangendo. Sic, *ibat & creſcebat aqua*, i.e. magis magíſque creſcebat [k]. *Procedendo inflandóque*, Maſ. *Iter facientes clangebant*, Sy. [M. refert ad Arcam, *quæ præcedebat cum clangore.*] Qu. Quinam clangebant? Reſp. 1. Non ſacerdotes tantùm, ſed & populus. Id enim clarè ſignificant Vulg. & ο' [l]. Reſp. 2. Tantùm ſacerdotes [m]. 1. Horum enim erat, non aliorum, buccinis canere, quæ Dei vocem populo repræſentabant [n]. 2. Populo imperatum erat ſilentium, v. 10 [o]. At ſilentium hoc erat vocis & clamoris, non buccinarum & clangoris [p].

10. *Non clamabitis*] Silere modis omnibus jubet populum; 1. ut attentè audirent vocem Dei veluti loquentis, & opem ferentis: Hoc enim ſignificabat *clangor*, Num. 10. 9. In illarum promiſſionum memoriam redire illos voluit Deus, eáſque apud ſuum animum pertractare, & in iis fidenter acquieſcere. Et ſanè *ſilere* interdum ſign. in gratia & bonitate Dei acquieſcere, Pſal. 4. 4. & 131. 2. & Lament. 3. 26. 2. Nè ſtrepitum & clamorem ſuum aliquid ad victoriam conferre exiſtimarent [q].

11. *Circuivit*, וַיַּסֵּב] Vertunt, *circumduxit*, Ti. M. *circuire fecit*, ſub. Joſue, V. Curavit à ſacerdotibus circumferri Arcam, K. in Maſ. Eſt enim in *Hiphil*, Maſ. Sed *Hiphil* ſæpè pro *Kal* ſumitur [r]. Alii ergò vertunt, *circuivit*: ità ο'. Ch. in Maſ. P. Maſ. & omnes, ait La. ¶ *Reverſa in caſtra*] *Et intrârunt in caſtra*, nempe, homines, ο'. & Sym. *Intravit & pernoctavit*, quaſi de Arca, non de hominibus, ſit accipiendum. Sed nihil refert, cùm certum ſit Arcam ab hominibus non eſſe relictam †.

13. *Ambulantes*, הוֹלְכִים הָלוֹךְ] *Euntes* (*ibant*, Pi.) *eundo*, Mo. *ire pergentes*, JT.

15. *Die ſeptimo*] Sabbatum fuiſſe tradunt *. Sed divinant RR. ſuo more. Ex ſeptem tamen diebus unus indubiè fuit dies Sabbati [t]. Hinc Marcion inconſtantiam ingerit in Deum (Vet. Teſtamenti,) qui alibi *quieſcere*, hîc urbem circuire, jubet. Verùm reſpondet Tertul. *Sabbato opera humana prohibentur, non Divina: Divina autem ſunt quæ Deus jubet* [v]. Judæis fixit Legem, non ſibi ipſi [x]. Diſpenſatum fuit à Deo [y]. ¶ *Diluculo*, כַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר] *Cùm aurora aſcendebat*, JT. V. ſim. Mo. Ma. Ar. Incipiente Aurorâ, vel aliter, evaneſcente ſeu abeunte Aurorâ, poſt Auroram, Ma. *Oboriente crepuſculo*, Maſ. Quando præſens ceremonia ſeptenario potiſſimùm numero celebratur, (ſunt enim *ſeptem ſacerdotes*, *ſeptem buccinæ*, *ſeptem dies*, *ſeptem circumitiones*,) non alienum erit in ejus numeri myſterium pauliſper inquirere. Apud omnes confeſſa res eſt, Deum hunc numerum in ſeptimo die, quo ipſe à condendis rebus ſe abſtinuit, veluti conſecrâſſe. Indéque ſingularis ſemper fuit hujus numeri veneratio apud profanos ſcriptores, (qui doctrinam rerum Divinarum ex Moſe hauſerant;) eúmque Cicero vocat *rerum omnium nodum*; & Linus, vetuſtiſſimus Poeta, *cunctarum rerum originem*. Hic igitur fons hujus myſterii eſſe videtur. Mundus ſex partibus conſtat: quæ ſunt, 1. Angeli; 2. Elementa; 3. Corpora inanimata, qualia *metalla*, *lapides*, &c. 4. Φυλὰ, *ſtirpes*, quæ vivunt, ſed ſenſu motúque carent; 5. Animantia bruta; 6. Homo, qui illarum quas diximus partium veluti nodus & vinculum eſt, in quo ipſa ſe rerum univerſitas pulcherrimo concentu amplecteretur. Ut autem ſex illæ dualitates, ut ità dicam, rerum procreatarum ſubſiſterent, ac non eodem momento in nihil redirent, ad ſuam ipſorum originem referre voluit Deus, à qua continuò ſuſtentandæ erant. Ille igitur ſenarius rerum, ut à prima Unitate Deo tanquam fonte proficiſcitur, ſic rurſus ad eam revertitur, atque in ea deſinit; & in illam

† G. D. ſim. La. Bo.
i Maſ.
k Maſ. ſic D.
l V.
m La.
n Maſ.
o Maſ.
p V.
q Maſ.
r D.
† Ma.
* La.
t Bo.
v Me.
x G. ex D.
y D.
z Maſ.
* Bo.
a Maſ.
b D.
c Maſ.
d D.
† Maſ.
* La.
f Pi.
g V. M. Maſ. Jon. L.
h Bo.
i Maſ.
* Bo.
k D.
l La.
m Jon. Jun. Pi. Maſ. Bo. D.
n Maſ. ſim. Bo.
o Maſ.
p La.
q Maſ.
r La. ſim. Maſ.
† Maſ.
* He. in La.
t Be.
v Maſ. ad v. 4.
x La.
y Bo.

illam omnia nostra consilia, actiones, &c. referri debent. Et hoc velle videtur Deus, cùm hunc numerum ubique ante oculos statuit. Septimæ ergò unitatis mysterium esse videtur Sabbatum, & Quies illa quâ Deus à condendis rebus abstinuit, & velut in suam illam æternitatis abyssum rediit, quasi ad quietem, sed ità ut res jam tum à se conditas secum ad quietem illam suam quodammodo abduceret, neque à se dimitteret [a]. ¶ *Sicut dispositum erat*] Heb. *secundùm judicium hoc*, Ma. Bo. Pi. *juxta modum*, vel *morem*, P. Ti. Ch. in Bo.

16. *Cùm—clangerent*] Id est, cùm buccinas inflare pararent [b]. Hîc tantùm est apparatus clamandi; exsecutio & res, vers. 20. Nam concrepantibus buccinis ægrè dari & accipi potuissent sequentia mandata [c]. Clangor hic consuetus erat, non autem singularis [d]. [Aliter alii.] Clangor insusitatus erat, alioquin clamandi signum esse non potuit †. ¶ *Dixit ad omnem Israel*] Qu. Quî poterat? Respond. 1. Dixit ad vicinos, & hi ad alios, &c [f]. 2. Edixit per præcones; vel, per principes & capita familiarum [g]; vel, per certos homines locis certis constitutos [h]. ¶ *Tradidit vobis*] Videtur nunc primùm hoc provulgâsse, eúmque spe, sed incertâ, populum circumduxisse; quò magìs elucet populi obedientia, qui tam alacres illi morigerati sunt [i].

17. *Sit anathema*] Prorsus deleatur ac perdatur, V. *Sit anathema* ex voto; vide Deut. 12. & seq. G. Quid חֵרֶם vide ad Levit. 27. 21, 29 [k]. Idem est quod Græcis ἀνάθεμα [l]. Sic vocatur tam quod in locis sacris dicatur, quàm quod adoletur atque aboletur [m]. Sign. 1. *rem Deo devotam*; 2. *ipsam rei perniciem*; 3. *res exsecrabiles & pernicie dignas*, ut v. 18. Sed eadem una est istarum diversarum notionum ratio, Quòd quæ Deo dicata sunt, ea in nullius hominis bonis esse possunt [n]. In aliis Cananæorum urbibus nulli parcendum erat; hîc ipsa urbs cremanda. Quæ causa? 1. Deus hanc urbem tanquam primitias deposcebat [o]. Primitiæ autem integræ Deo persolvi debebant [p]. 2. Nè in hoc belli initio, omnium rerum egestate avidus miles, immodicis factis manubiis, ut erat civitas opulentissima, se nimis oneret, atque ad otium deinde luxúmque quàm ad bellum proclivior fiat [q]. 3. Jampridem diuturnis & turpissimis flagitiis hoc promeriti sunt [r]. 4. Ut omnes, ipso damno amissæ prædæ admoniti, intelligant solius Dei potentiâ partam esse victoriam, nihílque suis viribus assumptum arbitrentur †. In cæteris autem urbibus subigendis Hebræi acriter decertârunt *. 5. Severitate primæ animadversionis terrorem incutere voluit Deus reliquis hostibus, (eósq; ad pœnitentiam vocare,) cùm superesset bellum difficillimum [t]. ¶ *Sola Rahab vivat*] Per vos; i.e. in vita relinquatur [v]. Mallem vertere תחי חָיָה *salvum* esse, quia dicitur etiam de eo *quod est in domo*, quo supellectilem includi docet v. 23 [x]. ¶ *Abscondit*, הֶחְבְּאַתָה] Litera extrema duplicata est; ponitur pro הֶחְבִּאָה, quod regulariter diceretur הֶחְבִּיאָה [y]. Non caret emphasi. Sic יְשׁוּעָתָה est *omnimoda salus* [z]. Vertunt, *abscondit probè*, vel *fideliter*, JT. Pi. D. Duæ liberationis causæ assignantur. 1. Religio ob jusjurandum, de quo v. 22. Quanquam potuerit illo non obligari Josue vel populus, quia eorum auctoritate non erat susceptum [a]. 2. Gratitudo, quæ hic innuitur [b].

18. *Vos autem cavete*, &c. sic Sy. *Vos cavete vobis*, Ar. וְרַק אַתֶּם שִׁמְרוּ מִן הַחֵרֶם] *Et tantùm vos custodite ab anathemate*, Mo. *Custodite*, sub. *vos*, quod usitatiùs dicunt, הִשָּׁמְרוּ, D. *Servate* vos, &c. scil. & vos ipsos singuli, & alii alios. Vide infrà 7. 1 [c]. ¶ *Nè de his quæ præcepta sunt*, &c. פֶּן תַּחֲרִימוּ וּלְקַחְתֶּם מִן הַחֵרֶם] *Nè anathematizetis, hoc est, nè capiatis de anathemate*. ו exegeticè ponitur in ולקחתם [d]. *Nè fortè vastantes capiatis de Herem*, Ti. *Nè fortè contingatis aliquid de anathemate, & tollatis de anathemate*, P. *Nè efficiatis* vos *anathema, accipientes de isto anathemate*, JT. sim. Belg. Ser. Bo. Verùm *vos* non est in textu, Di. Optimè Chaldæus, *nè devoveatis, & accipiatis de re devota*; i. e. nè postquam devoveritis, accipiatis de re devota: nè simul & devoveatis, & tamen de iis capiatis; utrumque enim consistere non poterat: q. d. Cavete igitur

[a] Mas. [b] Mas. [c] Ma. [d] Mas. † Bo. [f] La. Bo. [g] La. [h] Bo. [i] Mas. [k] Bo. [l] Mas. [m] Mas. ad v. 19. sim. La. [n] Mas. [o] La. He. & Jo. & Th. in Mas. [p] La. [q] Mas. [r] Bo. † Mas. * La. [t] Mas. sim. La. [v] Pi. [x] Mas. [y] Pi. [z] D. [a] Bo. [b] Bo. sim. Mas. [c] Jun. [d] D. ex K. La. ex Mas.

nè duo contraria faciatis †. ¶ *Et omnia castra sub peccato sint*, וְשַׂמְתֶּם וגו׳] *Et ponatis castra Israel in anathema*, nempe, datâ hujus rei occasione. Tribuitur actio & verbum activum quandoque concurrenti per accidens cum actione seu effecto, licèt non intendatur ab agente [f]. ¶ *Atque turbentur*, וַעֲכַרְתֶּם] *Et turbetis*, Mo. Jon. Sy. JT. *vituperetis*, Ar. In verbo עָכַר est κτ̓ παρονομασίαν veluti præludium ejus rei quæ proximo capite narrabitur: Vir enim ille & *Achar* & *Achan* dicitur [g].

19. *Domino consecretur*, קֹדֶשׁ לַיהוָה] *Sanctitas*, vel *sanctum*, vel *consecratum*, *Jehovæ*, Mo. ο'. Jon. Sy. JT. *Res sancta* hîc dicitur quæ antè חֵרֶם *devota* [h]. Sensus est, Quasi res sancta Deo consecretur [i]. ¶ *Repositum in thesauris ejus*] Heb. *in thesaurum Jehovæ deveniant*; i. e. tanquam consecrata Jehovæ in ærarium ejus inferantur [k]. *In thesaurum domûs sacrarii*, &c. Ch. putà, in Tabernaculum, ad ejus usum aut ornatum [l]. Ibi istæ manubiæ repositæ sunt, Num. 31 [m]. Nota verò hoc addi, quia aliàs omnia anathemata erant Sacerdotum ex lege Num. 18. 14. nimirum, nisi contrarium disertè vel à Deo, vel à vovente seu donante, additum esset, ut Templi essent [n].

20. *Populo vociferante*, &c.] Heb. *Et clamavit populus, & clanxerunt tubis*. Est hysteron proteron: Tubarum enim clangor populo signum erat ut clamarent. Hinc V. in notis, *Conclamavit populus postquam clanxerant cornibus* [o]. *Ululabat populus cùm canerent buccinis*, i. e. cùm canere inceperint. Nota fidem populi, qui tam lætâ acclamatione cecinisset triumphum, tanquam in manu victoriam habens, priùs quàm labentem murum vidisset [p].

21. *Et occiderunt omnia*, &c.] Vel, *Et perdiderunt quicquid erat*, &c. Nota singularem militum continentiam, quòd omnium egeni, in tanta omnium copia, unico verbulo jussi, abstinent, &c. Verùm, quòd senes, pueri, infantes, &c. jugulantur, crudelitas & immanitas videri posset. Resp. 1. Deberent judicia Dei (quorum ratio nostram longè superat intelligentiam, Job. 42. 3.) modesto & submisso animo à mortalibus suspici, neque ad multiplici caligine & errore perplexas nostras ratiocinationes exigi, Job. 40. 2. 2. Vita ipsa gratuitum est Dei donum; & nemo conqueri potest, quandocunque is qui gratìs dedit rursum repetat. 3. Tam fœda res est peccatum quodlibet, etiam illud originis humanæ commune vitium, ut nullo satìs digno supplicio expiari pro Dei justitia queat. Ab eo vitio si infantes expurgati sint, dolores eos non facit Deus ut puniat, sed ut ipsos gloriâ ampliore beet [q]. Urgent Exod. 20. 5. [*Responsionem vide in Annotatis ad eum locum.*]

22. *Dixit*] Verò, *dixerat*, cùm alia moneret, v. 17. Non enim credibile est Josuam hæc grassante jam cæde edixisse [r].

23. *Juvenes*, נְעָרִים] Ità Hebraismus vocat ministros quosque †. De Josepho dicitur anno ætatis 30; de Rehoboamo anno 41; de Josua anno 55. ¶ *Ac cognationem*, מִשְׁפְּחוֹת] *Cognationes*, sive *prosapias*. Unde colligitur gentiles ejus plurimos fuisse, qui ad hanc contemptam mulierculam confugerant, cùm primùm salutis ipsa spem ostendit: cùm ex adverso Lotum, socerum, maximæ auctoritatis virum, vera præmonentem, nè duo quidem generi sequerentur, Gen. 19. 14. nec Abrahamum suus parens trans flumen sequeretur. Typus hic Josuæ nostri, i. e. Christi, cui cùm se Rahab, i. e. Ecclesia, submisisset, mox catervatim gentes confugerunt salutis causâ [t]. ¶ *Extra castra*] Quæ ob Arcam & Divinam præsentiam sancta erant [v]. Dum à pristino gentilitatis ritu & contagio unà cum suis expiarentur, & sacris ritibus initiarentur, ac solenniter in populum Dei reciperentur; ut Num. 31. 19 [y]. Ità sua Religioni dignitas servatur, & superstitionis turpitudo declaratur, cùm tales à castris arceantur [z]. Etsi mulieres non circumcidebantur, tamen certum est eas aliis ceremoniis Deo veluti dicari solere [a]. Nondum Rahab Gentilismum ejuraverat, & Judaismum professa erat [b]. Sed dices, turbam illam non fuisse à castris summotam, Exod. 12. 38. Resp. 1. Post conditam & consecratam Arcam voluit Deus peculiariter in castris præ-

† Di. [f] Glas. gram. pag. 293. [g] Mas. [h] Mas. [i] La. [k] V. [l] La. [m] Mas. [n] Bo. [o] Bo. [p] Mas. [q] Mas. [r] Mas. † M.K. in Mas. D. [t] Mas. [v] Ma. Bo. [x] Me. [y] Ma. sim. Mas. [z] Mas. [a] Mas. [b] Bo.

præſentem ſe exiſtimari. 2. Non dubium eſt Deo illos nomen dediſſe, & per circumciſionem ad montem Sinæum initiatos fuiſſe [c]. *Extra caſtra manere fecerunt*, donec ſcilic. Rahab & fœminæ per baptiſmum, mares de domo ejus per circumciſionem, populo aggregarentur [d].

25. *Fecit vivere,* הֶחֱיָה] *Vivificavit*, i.e. ſervavit incolumia †. Alii, *victum dedit*, h. e. agros & poſſeſſiones unde vitam ſuſtentare poſſent [f]. Qu. Quî poterant hanc ſervare contra mandata Dei, Exod. 23. & 34? Reſp. 1. Lex illa hâc æquitate moderanda erat, ut ad eos qui pacem peterent, & falſos deos abjicerent, non pertineret. Plura vide ad Joſ. 11 [g]. 2. Diſpenſatum hîc erat [h]. ¶ *Uſque in præſentem diem*] Simile ſuprà 4. 9. A Joſua hoc, an ab Eſdra, additum [i]?

26. *Imprecatus eſt,* וַיַּשְׁבַּע] *Juravit*, ο'. Sy. Jon. M. *adjuravit*, Mo. P. V. ſub. vel, *eos*, Belg. Ang. vel, *filios Iſrael*, V. *Adjuratione exſecratus eſt*, JT. *Imprecabatur*, nempe, adhibito Dei nomine. Sic Num. 5. 19, 21 [k]. ¶ *Qui ſuſcitaverit & ædificaverit,* אֲשֶׁר יָקוּם וּבָנָה] *Qui ſurget & ædificabit*, Ma. V. Ti. P. i. e. Qui tentabit, ſtudebit conabitúrque inſtaurare Jericho, V. *Qui ſurgens ædificaverit*, M. *Qui ſurget*, i. e. qui naſcetur, aut futurus eſt, Maſ. Qui exſtiterit: ſic, *Non ſurrexit* (i.e. exſtitit) *major Johanne*, D. Alii, *ſuſcitabit*, ſic Hi. & Th. legebant יָקִים; Maſ. ¶ *In primogenito ſuo*, [ità plerique,] בִּבְכֹרוֹ] *Cum primogenito*, V. *pretio primogeniti*, JT. Pi. *in primogeniti ſui interitum*, Ca. *pro primogenito*, vel, *propter primogenitum*, Belg. *morte primogeniti*, Ar. h. e. Morientur omnes filii ejus dum exſtruat hanc civitatem, à majori uſque ad minorem [l]. Nam ut fundamenta jaci prima ſolent ædificiorum, ità fores poſtremæ locari *. Cauſa hujus maledictionis non erat, quòd locus per ſe exſecrandus fuit, neque enim inſtauratam hanc urbem viri ſanctiſſimi, *Elias*, *Elizæus*, &c. evitârunt, nec Chriſtus [m]: Sed 1. complementum erat anathematis, ut deletum nunquam reviviſcat [n]: 2. ut æternum exſtaret monumentum Divinæ potentiæ & vindictæ [o]. Sic Romani dirâ deteſtatione ſanciebant nè everſa Carthago in poſterum habitaretur [p]. Similes diras ab Agamemnone de *Ilio* prolatas, & à Crœſo de *Sidene*, refert Strabo l. 13. Joſuæ autem diras ratas habuit Deus, 1 Reg. 16. 34 [q].

c Maſ. — d G. — † V. ſim. Maſ. D. La. — f K. in Maſ. — g Maſ. — h L. — i G. — k Maſ. — l M. V. Maſ. D. La. Bo. — * Maſ. — m Maſ. — n Bo. — o Maſ. La. Maim. in Maſ. — p Maſ. — q G.

CAP. VII.

1. *Filii Iſrael*] Per Synecdochen; i. e. unus ex eis. Sic Matt. 26. 8. *videntes diſcipuli*, dicitur de uno Juda Joh. 12. 4 [r]. Unius peccatum toti ſocietati tribuitur: 1. Ut oſtendatur quàm exoſum Deo ſit peccatum †. 2. Diſciplinæ inſtaurandæ gratiâ, deterrendíque ab improbitate populi. 3. Ut non de ſe ſolùm, ſed alii de aliis, ſoliciti eſſent, tanquam de membris ejuſdem corporis, quorum communis ut vitæ conditionis, ità & virtutum & vitiorum, ſocietas eſſe cenſetur [t]: præſertim, ut doceat præſides ſingulis ſubditis invigilare [v]. 4. Nè providentiæ Divinæ exiſtimatio amittatur ex animis hominum, oſtendit ſe judicem noſtrarum actionum eſſe. Et quis putat in tanta talis populi turba non fuiſſe plurimos graviorum flagitiorum reos [x]? Prudenter alii occultas has eſſe Divinorum judiciorum rationes reputant, quæ nobis potiùs admirandæ ſunt quàm reprobandæ aut imitandæ. Ex crimine unius tenetur populus, donec punierit. Sic apud Virgilium exuritur claſſis Achiva *Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei* [a]. *Filii Iſrael*: Enallage numeri eſt, ut Gen. 8. 4. & 19. 29 [b]. & Matt. 2. *mortui ſunt*, de Herode. Vel ſenſus eſt, Ex filiis Iſrael, Achan cum ſuis, qui ſceleris participes fuiſſe videntur [c]. ¶ *Prævaricati ſunt mandatum,* וַיִּמְעֲלוּ מַעַל בַּחֵרֶם] *Et prævaricati ſunt prævaricationem in anathemate*, Ma. Jon. Ar. JT. M. Ti. P. i. e. in ſcelere ipſo ſacrilegii, capientes *de anathemate* [d]. Alii, *contra anathema*, i. e. contra legem de anathemate. מַעַל Sym. vertit, καταγνώσκειν, h. e. *contemptim negligere*: ο'. habent, ἐνοσφίσαντο, i. e. *furtim detraxerunt, ſibique uſurpârunt* [f]. ¶ *Achan*] Formatur ab עָכַר *conturbare*, unius literæ commutatione. *Achar* vocatur 1 Par. 2. 7 [g]. Videtur priùs *Achan* dictus; poſtea, ex eventu, *Achar* [h]. ¶ *Filius Carmi filii Zabdi*] Qui Zamri dicitur 1 Par. 2. 6. (& à ο'. hoc loco, Bo.) vel, ex literarum ב & ר ſimilitudine, (prout alibi factum notat Maſoreth;) vel, binomius erat [i]. Qu. 1. Cur *Achanis* genealogia tam accuratè indicatur? Reſp. 1. Ut diſtingueretur ab aliis ejuſdem nominis [k]. 2. Spectat hoc ad inquiſitionis rationem [l]. 3. Ut ſceleris infamiam augeret, quæ ad majores quoque pertinet, qui fortaſſis filium indulgentiùs quàm oportuit educârunt. 4. Ut ad communem infamiæ maculam evitandam communis excitaretur omnium ſolicitudo, neque ſibi rectè conſcius quiſque proximi flagitia ſupinus negligeret, nedum foveret. Confer Num. 25. 14 [n]. 5. Ut ſit honeſtiſſimarum familiarum ſolatium, dum vident in excellente domo olim exſtitiſſe degenerem aliquem atque infamem [o]. 6. Ut augeatur infamia peccantis, qui erat ex tam illuſtri tribu [p]. Qu. 2. Quomodo à Juda ad hoc tempus, nempe, per annos 260, quatuor tantùm generationes enumeratæ ſunt [q]? Reſp. Si inter ſingulas generationes interjiciamus annos 70, (quod non mirum eo tempore,) complebitur numerus [r]. Sed & quinta generatio hîc ſignificatur, dum Achanis filiorum mentio fit ver. 24 †.

r D. ex Maſ. — † La. Maſ. — t Maſ. — v La. — x Maſ. — y Ma. — a G. — b BA. 1. 2. 17. 212. — c E. — d Ma. — f Maſ. — g Maſ.

h Bo. — i Ser. — k Me. ex Ser. — l Maſ. Ser. Me. — n Maſ. — o Ser. — p Me. — q Ser. — r Bo. — † Ser.

2. *Cùm mitteret—viros*] Non quòd de promiſſis Dei diffideret, (quid abſurdius, poſt recentiſſimum hoc miraculum?) ſed quia intelligeret Deum operam noſtram ad ſuum nutum ductúmque in pleriſque rebus requirere. Divino inſuper pulſu motus eſt Joſua, ut ſpeculatorum relatio levioris cladis accipiendæ cauſa eſſet. Ut enim ex Divinæ providentiæ arbitrio res ipſæ eveniunt, ità & rerum cauſas certo ordine ſeriéque ex eodem fonte profluere aptáſque eſſe eſt exiſtimandum [t]. ¶ *Contra Hai*] Aberat Hai à Jericho tribus tantùm leucis ſeu milliaribus [v]. Fuit & altera cognominis Hai apud Ammonitas, Jer. 49. 3. Sed hæc noſtra per excellentiam הָעַי, præpoſito articulo, appellatur hîc, & Nehem. 11. 31. ubi nominat eam עַיָּא, Chaldæo ſermone utens, in quo א in fine idem ſign. quod in Hebræo ה in principio [x]. Situm hujus *Ai* tam diligenter deſcribit, 1. quia major hæc erat quàm *Ai* Ammonitarum *; 2. ad hiſtoriæ fidem †. ¶ *Quæ eſt juxta Beth-aven*] Ità M. P. Ti. BA. ſim. Jon. Sy. JT. עִם alibi ſign. *juxta, propè*; ut Jud. 9. 6. עִם *cum*, i. e. prope quercetum; & 18. 3. *cùm eſſent* עִם בֵּית, i. e. *prope domum Michæ*; & 19. 11. *ipſi erant* עִם, i. e. *prope Jebus* [y]. Sic עִם ſumitur Gen. 25. 11. & 35. 4. Senes hîc ediderunt κατὰ, *contra*. Ità ſumitur hæc particula Pſal. 94. 16 *. Alium hunc locum fuiſſe à Bethel hinc conſtat, (quamvìs *Bethel* ob cultum idolorum vocetur *Bethaven*, Hoſ. 4. 15. & 10. 5.) Cæterùm fuerítne oppidulum, vel vicus, qui deſerto vicino nomen dederit, an verò deſertum ipſum, cujus mentio erit c. 18. 12. incertum eſt [z]. ¶ *Ad orientalem plagam Bethel*] Idem dicitur Joſ. 8. 9, & 12. & Gen. 12. 8. Malè ergò Adrichomius *ad occidentem Bethel* eſſe ſtatuit, niſi *occidens* pro *oriente* ſuppoſitus ſit; quod eo fit veriſimilius, quia in Chorographia ſua ad orientalem partem urbis illius collocat [a]. Ut ab Oriente auſpicium belli factum eſt, ità adhuc progreſſum versùs Occid. Porrò, ab *Hai* ad *Bethel* erat tantùm intervallum unius leucæ [b].

3. *Duo vel tria millia*] Obſerva hîc ſingularem Dei erga Eccleſiam curam & paternam benignitatem, qui parvarum copiarum periculo conſequebatur quod pro expiando ſacrilegio & ſancienda militari diſciplina in maximo bello parato erat neceſſarium: Magnæ enim copiæ ſine omnium extrema deſperatione in diſcrimen illiuſmodi non potuiſſent adduci. *Sed fidelis eſt Deus, nec ſinit ſuos tentari ſuprà quàm ferre poſſint*; 1. Cor. 10. 13 [c]. ¶ *Quare vexabitur?* אַל תְּיַגַּע שָׁמָּה] *Nè laborare facias illuc*, Mo. *nè adduxeris illuc*, ο'. *non cogas ibi*, Sy. Ar. *nè fatiges uſque illuc*, Ma. *nè fatiges* (ſupple, *ducendo*, vel *mittendo*) *illuc*, JT. P. Ti. Spectat, ut videtur, acclivitatem montis. Erat enim *Hai* in monte, Jericho in plano. Unde *aſcendere* dicuntur hîc, & v. 4. Latinus ad moleſtiam in pugnando refert; Chald. ad tumultum ſtrepitúmque quem maximæ copiæ excitant †.

4. *Tria millia*] Prudenter ex 2 numeris propoſitis majorem eligit, nimirum, hoſtem minimè contemnendum exiſtimans. Fuiſſe autem ſingularis fortitudi-

t Maſ. — v Maſ. — x Maſ. — * V. — † Maſ. — y BA. 2. 5. 15. 756. — * D. — z Maſ. — a Bo. — b Maſ. — c Maſ. — † Maſ.

nis viros ad hanc expeditionem delectos docent & verbum איש, & Jo. Antiq. 5. Alioquin culpa in illorum ignaviam collata fuisset, nec animadversa Dei offensio, quod opus erat [f]. ¶ *Ante viros Hai,* לִפְנֵי] Haud absurdè ο'. *à facie virorum Hai*, quasi pro מִפְּנֵי vel מִלִּפְנֵי positum esset: Nam verosimile est nè conspectum quidem hostium sustinuisse, quando non in pugna eorum quisquam, sed in fuga aliquot cæsi sunt [g].

5. *Percussi sunt*] Declivis & prona via ab *Hai* versùs *Jericho* Israelitas fugientes fecit injuriæ opportuniores [h]. Sed vide, obsecro, ut iis quos amat Deus omnia feliciter, quos odit, infeliciter, eveniant. Pulchra hæc, ut videtur, victoria brevi ipsis exitium creabit; Israelitis verò fuga sua dabit præclaram victoriam [i]. ¶ *Persecuti sunt eos de porta*, לִפְנֵי הַשַּׁעַר] *Ad facies portæ*, Mo. *ante portam*, Jon. à loco qui *erat ante portam*, JT. *à porta*, Ar. *ab ante portam*, Mas. ex K. לִפְנֵי pro מִלִּפְנֵי. h. e. Cùm ad portam usque oppugnandæ urbis causâ progressi fuissent, illico ab erumpentibus oppidanis fugati sunt [k]. ¶ *Usque ad Sabarim*, עַד הַשְּׁבָרִים] *Ad Sebarim*, M. P. Ti. La. Bo. Mas. Locus sic dictus est ab exercitûs Israelitarum fractione; שָׁבַר enim signif. *frangere* [l]. Aliis nomen appellativum est; vertúntque, *usque ad fractiones*, Mo. *quoad confregerunt eos*, Jon. sic ο'. in Mas. Fortè legerunt, עַד הַשְׁבִּירוּם, *donec fregerunt*, seu *contriverunt, eos* [m]. Sed quis dicet exercitum 3000 contritum propter 36 viros cæsos [n]? *Donec profligati essent*, Sy. *usque ad locum profligationis*, Ar. Potiùs verterem, *usque ad anfractus*, quasi nomen loco factum esset à monte ibi fracto, &c [o]. ¶ *Per prona fugientes*, וַיַּכּוּם בַּמּוֹרָד] *Et percusserunt eos in descensu*, Mo. *in declivi*, JT. V. sub. *loco*, V. ¶ *Instar aquæ liquefactum est*, וַיְהִי לְמָיִם] *Et fuit in aquas*, Mo. Jon. h. e. *velut aqua*, D. Ar. Sy. Sic, *erunt in carnem unam*, pro, quasi una caro, D. *Adeò ut in aquam abiret*, JT. i. e. ut difflueret quasi aqua, Jun. Velut glacies dissoluta, quæ in aquam resoluta nequit loco consistere [p]. Cor eorum solutum, trepidans & languidum fuit instar aquæ [q]. Fuerunt animo valde remisso [r]. Ut animus, dum fiduciâ nititur, firmus & constans dicitur; ità de ea dejectus, mollis, liquidus, & velut huc illuc fluctuans, videtur. Sed quæ tantæ perturbationis causa? Non mirum 3000 viros à numeroso præsidio profligatos. Verùm cùm solius Dei ope, non suis viribus, nitantur, jure trepidant, cùm Deus ab hostibus jam stare videatur †.

6. *Scidit vestimenta*] Qui mos in luctu, quà publico, quà privato [t]: ut Genes. 37. & 44. Job. 2. Matt. 26 [v]. Haudquaquam putabant Deum promissa sua ludificaturum; sed offensum eum opem suam denegâsse colligebant, ideóque perturbatissimi erant ipsorum animi [x]. ¶ *Coram arca*] Coram Tabernaculo foris [y]. Ex proximo quo potuit loco ad Arcam obversus; nam, cùm non esset Pontifex, Sancta sanctorum ingredi non poterat [z]. Ostendit hoc eos spem in Deo adhuc retinuisse, quem sæpe aliàs exoratum esse meminerunt. ¶ *Senes*] Senatus, quorum consilio plurimùm utebatur [a]. Non tam ætate senes erant, quàm dignitate & sapientiâ. ¶ *Pulverem super capita*] Ut moris erat in luctu, 1 Sam. 4. 12. 2 Sam. 1. 2. & 13. 19 [b]. etiam apud Ethnicos, Homer. 18. Il. de Achille, & Virgil. 12. Æneid [c]. Sedebant etiam in pulvere [f]. Utraque ceremonia videtur ex eo orta, Gen. 3. 19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris* [g].

7. *Heu!* אֲהָהּ] *Eheu!* Mas. Dolentis & obsecrantis interjectio [h]. δέομαι, *oro*, ο'. *Suscipe precem meam*, Ch. in Mas. ¶ *Domine Deus*, אֲדֹנָי יֱהוִֹה] Duplici nomine eum compellat. *JEHOVAH* denotat Dei *essentiam*, *ADONAI dominationem*, & Christo planè congruit, per quem Deus Pater ut *fecit* mundum, sic *moderatur*, Heb. 1. 3. Sic etiam, verbis saltem, Hebræi Cabalistæ: *Illud nomen ADONAI* inquiunt *esse tanquam clavem quâ aditus patefit ad Deum Jehovam, i. e. ad Deum velut in sua essentia latentem; Esse thesaurum in quo ea quæ ab JEHOVAH nobis impartiuntur omnia sunt recondita; Esse insuper Oeconomum illum magnum qui res omnes dispensat, nutrit, vegetat per Jehovam; Denique, neminem ad Jehovam penetrare posse nisi per Adonai; atque ideo Ecclesiam preces suas sic auspicari,*

[f] Mas. [g] Mas. [h] Mas. [i] Mas. [k] Mas. [l] Bo. Mas. [m] Mas. [n] Bo. [o] Mas. [p] Bo. [q] La. [r] V. † Mas. [t] D. [v] Mas. [x] Mas. [y] Bo. [z] Me. ex Ser. Bo. [a] Mas. [b] D. [c] Ma. ex Mas. [f] D. Mas. [g] Mas. [h] D. ex Mas.

ADONAI, h. e. DOMINE, LABIA MEA APERIAS, &c. Hæc illi in *Porta lucis*, & in libro dicto שֵׁם הַמְּפֹרָשׁ, i. e. *Nomen explicatum* [i]. ¶ *Quid voluisti traducere?*] Talmudici & ex nostris non pauci volunt Josuam cum Deo expostulationem facere, & ad impium usque votum manendi extra Terram sanctam prorumpere. Sed ipsa verborum atrocitas, quæ immanis foret si sic accipiatur, me movet ut aliter accipiam. Quis credat virum hunc divinissimum his indignissimis cum Deo verbis jurgare? aut putare Deum non potuisse illos ultra Jordanem manentes perdere? aut ob levem cladem respuere tantas & tales promissiones? Non ergò existimandum est ex ejusmodi mente eum hæc locutum fuisse quâ illi Num. 14. (licèt primâ fronte oratio similis videatur.) Nam de potentia & misericordia Dei minimè desperans, ad illius se pedes abjicit; cùm isti consilium capiant, relicto Deo, ad Ægyptum confugere. Sententia Josuæ hæc est; Obliquè per interrogationem à contrariis ponit Deo ob oculos sua ipsius promissa; sequitur enim, *Utinam contenti essemus*, &c. q. d. Si tua illa promissa propter nostrum peccatum frustrà forent, satius esset nos cis Jordanem mansisse: Tuum enim Nomen malè audiet [k]. ¶ *Ut traderes nos*] Accipiendum vel *permissivè*, ut sineres nos in eorum manus incidere; vel *consecutivè*; q. d. Quia nos Jordanem transduxisti, ecce, jam evenit ut ab iis cædamur [l]. ¶ *Utinam ut cœpimus, mansissemus*, וְלוּ הוֹאַלְנוּ וַנֵּשֶׁב] *Utinam cœpissemus*, (*compescuissemus nos*, Ar.) *& mansissemus*, Mo. *Utinam voluissemus*, (*contenti fuissemus*, Mas.) *& mansissemus*, P. Jun. Hebraismus, V. pro, *utinam placuisset*, vel *libuisset, nobis manere*, Ti. M. V. *Utinam voluissemus morari*, JT. Glas. Verba duo per conjunctionem copulata usurpantur apud Hebræos sicut apud Latinos verbum cum infinitivo [m]. Chald. habet שְׁרָא, quod ambiguum est, nam sign. tum *incipere*, tum *morari* [n].

8. *Mi Domine*, בִּי אֲדֹנָי] *Quæso*, vel *obsecro, Domine*, Jon. Ar. M. *In me, Domine*, ο'. Mo. Mas. scil. respice, La. Me. *Attende ad me*, &c. JT. ¶ *Quid dicam?*] Quid cogitabo [o]? Ità *dicere* alibi sumitur [p]. *Dictio* est & *animi*, quæ cogitatio est, & *oris* [q]. Quid consilii capiam [r]? Oratio hæc Josuæ curta est & imperfecta, atque propero Dei responso interpellata, qui proruptè occurrit in ipsis precibus benignus †. Alii, Quid respondebo iis qui volunt detrahere Nomini tuo, h. e. hostibus persequentibus [t]? Sed hunc sensum apertè refellet sequens oratio *.

9. *Cananæi*] Iidem hîc qui *Amoræi* v. 7. ¶ *Conglobati circumdabunt nos*] Heb. *in orbem convenient contra nos*. ¶ *Quid facies*, &c?] Qui pollicitus es te daturum hanc regionem: dicéntque Gentes te non potuisse id facere. q. d. Consule Nomini tuo [v].

10. *Dixitque*] Occurrit nobis Deus in nostris precibus ultro. Vide Isa. c. 65. v. 24 [x]. ¶ *Surge*] [Ità plerique.] Heb. *Surge tibi*. *Tibi* eleganter redundat, D. Sed tales dativi ferè incitandi vim habent [y]. ¶ *Cur jaces pronus?* לָמָּה זֶּה אַתָּה נֹפֵל וגו'] *Ad quid hoc tu cadens*, &c? Mo. *Curnam corruisti pronus?* V. *Quid hoc tu prostratus jaces?* Participium reddo per adjectivum, ut alibi fit. Neque tum se primùm abjiciebat humi Josua, sed totum diem affixus solo jacuerat [a]. *Quare ob hoc te projicis?* Jon. *Quorsum hoc*, [pausa distinguens est in textu,] *te manere dejectum?* JT. *Quorsum hoc, quòd tu manes*, &c? subaudi כִּי ante אַתָּה, Pi. *Quare dejicis vultum tuum?* Ar. Sensus est, Noli te diutiùs cruciare; scio quid velis; jam faxo scias quid facto opus sit. Confer Exod. 14. 15 [b]. Nullus hîc deprecandi locus; neque nisi pœnâ sontis expiari populus potest [c].

11. *Peccavit Israel*] Unus ex Israel [d]. Potiùs, filii Israel. Nam vitium unius membri toti corpori sæpe imputatur †. Ut remedium adhibeat Deus, mala ostendit. Malis tum demum rectè medemur, postquam ipsa probè perspecta habemus [f]. ¶ *Prævaricatus est pactum meum*] Vel, quia obedientiam quam promiserant in fœdere, Exod. 19. 8. & 24. 7. non præstiterunt [g]; vel, quia contra interdictum meum fecerunt [h]. Hinc constat Imperatorem non suopte arbitrio, sed Dei jussu, illam de anathemate legem tulisse [l].

Delictum

[i] Mas. [k] Mas. [l] Serar. [m] Glas. gram. p. 344. [n] Mas. [o] Mas. Ser. Me. [p] Mas. [q] Ser. [r] Mas. † Mas. [t] V. * Mas. [v] Mas. [x] Mas. [y] Mas. [a] Mas. [b] Mas. [c] G. [d] La. Talmudici in Mas. † D. fin. Mas. [f] Ma. [g] Jun. D. [h] D. [l] Mas.

Delictum hîc per gradus amplificat. Graviter deliquerunt. 1. Fecerunt reliquas res quas perdidisse oportuit. 2. Et sibi privatim usurpârunt. 3. Idque furtivè, perinde acsi me clam patrari quidquam possit. 4. Mendaciis insuper fallere conati sunt. 5. Obfirmârunt animum, iis inter suam supellectilem relatis. Sic verti potest; *Nam etiam acceperunt——imò etiam furati sunt, imò etiam mentiti sunt, imò etiam reposuerunt*, &c. Pi. ¶ *Atque mentiti*, וְגַם כִּחֲשׁוּ] *Et etiam negaverunt*, Jon. Ar. Mo. *mentiti sunt*, Sy. JT. Vel, 1. non verbo, sed facto [l]: non afferendo in thesaurum Domini quod oportuit [m]. Vel, 2. quia Josue inhibente nè quid de anathemate usurparent, omnes vel expressè vel tacitè visi sunt promittere morem se gesturos [n]. Se spoponderant omnes nihil ex anathemate ablaturos, Jos. 6. 18, 19, 20 [o]. Vel, 3. quòd negaverunt se accepisse [p]. Fortè aliqui Achanem de anathemate interrogârunt [q]. Vel, universi interrogati an aliquid sustulissent, negârunt [r]. Vel, 4. quia animus erat mentiendo negare, si quis interrogâsset †. ¶ *Et absconderunt inter vasa*] Sunt qui *tentorium* significari putant [t]; in quo res illas defoderant [v]. Potiùs verto, *reposuerunt inter sua supellectilia* [x]; quæ *vasa* vocat. ἐνοσφίσαντο, ό. in usum suum converterunt [y]. Rebus propriis commiscuerunt, in peccato persistentes [z]. Observandum quàm graviter accusat Deus id peccatum quod cum nullius mortalium injuria conjunctum leve alioqui possit videri, & proinde quàm nulla ad salutem spes reliqua nobis foret si jure summo nobiscum agat Deus, Psal. 143. 2 [a].

12. *Nec poterit stare ante hostes*] Iterum לִפְנֵי pro מִלִּפְנֵי [b]. Qu. Cur omnes puniti propter unum Achanem? Responsum est antea, sed addo, 1. 36 illi viri cæsi non Achanis, sed suam culpam luerunt. 2. Solet Deus judicia sua plerumque ob ea delicta exercere quæ contagio facilè pervagentur ad omnes, qualia sunt Regum, seditiosorum, &c. Cùm igitur hîc peccatum esset adversùs legem recens latam, exemplum edere voluit Deus, nè disciplinam omnem in his maximi belli initiis quatefacerent sui impunitate, licèt multa tunc vel similia vel detestabiliora in populo fuerint peccata, quæ non castigabantur [c]. ¶ *Quia pollutus est anathemate*, כִּי הָיוּ לְחֵרֶם] *Sunt* (vel, *fuerunt*) *in anathemate*, JT. V. i. e. rei anathematis, Jun. *polluti sunt anathemate*, V. *in anathema*, D. Pi. *quia facti sunt anathema*, i. e. res Deo devota, Pi. Sic, *esse in uxorem*, valet, *pro uxore*, vel, *uxor verè*; (ל aliquando rei veritatem, aliquando tantùm similitudinem, notat:) *Ero in Deum*, i. e. Deus; *ero in patrem*, i. e. pater; *erunt in carnem unam*, i. e. quasi caro una, i. e. corpus unum [d]. ¶ *Qui sceleris reus est*] Heb. חֵרֶם; *anathema*, ό. Eum qui anathema surripuerit; qui reus est anathematis †. Tum res anathemati devotas, tum eas quæ contagionem ejusdem criminis hauserant, nempe, familiam cum Achanis rebus [f]. Nisi auferatis hoc sacrilegium, auctore ejus exscisso & devoto [g].

13. *Surge*] q.d. Eja, agedum, rumpe moras [h]. Euge, vel, perge [i]. Postquam exposuit facinus, jam revertitur ad id quod cœperat dicere, v. 10. ideóque repetit, *surge* [k]. ¶ *Sanctifica*, קַדֵּשׁ] Chald. vertit זַמֵּין, id est, *citare*, quasi jubeat Deus eum tempus locúmque populo præstituere quibus parati adsint. Hunc Judæorum turba, ut solet, lubenter sequitur [l]. [At Ch. in Bi. habet זַמֵּין; & illius Interpres ibi reddit, *præpara*.] *Præpara*, P. M. *convoca*, Sy. *recense*, Ar. At alii, *sanctifica*, ό. M. Ti. Mo. JT. Pi. Mas. i. e. fac ut se sanctificent, Pi. lotione vestium, & secubitu noctis illius [m]. Jubetur hoc, vel, 1. quia coram Deo comparere & Divini judicii aleam subire debebant postridie; similiter atque in Exod. 19. cùm essent effata Dei audituri [n]. Vel, 2. quia polluti erant, cùm ex cæde recenti, tum ex furto Achanis [o]. Vel, 3. ut hâc lustratione comparentur ad anathema hoc deprehendendum & vindicandum [p]. ¶ *Anathema*] h. e. Reatus & culpa violati anathematis [q].

14. *Accedetisque*, וְנִקְרַבְתֶּם] Est in Niphal, sed usus ei dedit notionem reciprocæ passionis, ut in Hithpahel [r]. ¶ *Per tribus vestras*] Ità JT. Mas. V. P. *Secundùm tribus*, Jon. M. Ti. Convenietis ad Tribus vestras, V. *ad tribus*, Mo. ¶ *Quam sors invenerit*] Heb. *quam deprehendet Jehovah*, V. h. e. indicat, vel arguit, Mas. D. *Quam ceperit*, ut fera capitur reti, conans effugere venatorem, Pi. Quæritur de inquisitionis modo. 1. Fingunt RR. cùm Tribus, &c. ante Arcam se sisterent, reum movere se non potuisse †. 2. Alii volunt per Urim & Thummim hoc factum, & gemmam quæ sontis Tribûs nomen habebat culpam prodidisse nominis sui obscuratione. Deinde verò in deprehensæ Tribûs prosapias, familias, capita, sorte ductâ esse inquisitum. Ità Veteres *in Capitulis R. Eliezeris* [t]. Quòd si sortes in posterioribus usui fuerunt, cur non in priore illa quæstione de tribu [v]? 3. Per sortem [x]: ídque Prophetæ manibus coram Arca, tanquam in Dei conspectu. Sic alibi sorte usi sunt, 1 Sam. 14. 41, 42. & Jon. 1. 7. & Act. 1. 26 [y]. Sortitio autem adscribitur Deo, quia ejus nutu rectè cadit sors. Vide Prov. 16. 33. Gradatim autem proceditur, à tribubus at prosapias, &c. 1. vitandæ confusionis gratiâ; 2. cavendæ fraudis ergô: Quis enim non existimet singulas Tribus suarum cognationum, cognationes suarum familiarum, familias suorum capitum numerum habuisse cognitum, & nomina calluisse? Singulorum autem in tanta multitudine nomina vix ulla hydria capere posset, & quivis facilè potuit vel nomen nullum, vel alienum, pro suo dare [z]. Porrò, pro tota tribu aderant φύλαρχοι sive tribuni, pro cognatione δήμαρχοι sive capita cognationum, pro familia patres familiarum. Denique, proditâ familiâ, omnes tandem & singuli in medium veniebant [a]. 3. Ut reus, cùm se à Deo continuò peti videret, 1. in tribu, 2. in gente, 3. in familia, ultro se ipse supplex proderet, priusquam à sorte proderetur, veniámque oraret; cui etiam tum planè fuisset locus [b]. Et vehemens erat obstinatio, quòd Dei judicium de se nominatim fieri sustinuit. Similis erat in Juda, Matt. 26. Sed mille sunt Satanæ artes quibus hominum mentes obfirmat, nè ipsos scelerum possit pœnitere. v.g. 1. Poterat Achan putare novo isti edicto de anathemate non obtemperandum esse contra voluntatem Dei, Deut. 20. 14. *Prædam diripies tibi*. 2. Vel, existimavit complures alios reos esse, eósque sorte peti, non se. 3. Vel, infamiæ metus, vel gloriosa ostentatio, eum permovit [c]. Qu. Quî factum ut, tam atroce prolatâ sententiâ, non se in fugam mox dederit Achan? Resp. 1. Castra erant, eáque custodiis & excubiis undique septa, & omnia jam suspicionis plena. 2. Fortè suum facinus à Deo occultum putavit, quomodo illi Job. 22. 13. 3. Vel suspectus ei erat Princeps, quasi sortem à Deo præscriptam finxerit. 4. Incogitantia & stupor admirabilis in eo fuit, qualem in homicidis sæpe conspicimus. 5. Excipere voluit contra modum inquisitionis, ut fallacem, præsertim cùm de hominis vita famâve agitur [d]. Ideóque dicunt veteres Judæi tribum Judaicam arma de hac re sumpsisse, neque deposuisse nisi ad confessionem Achanis [f]. 6. Fortassis facti pœnitens statuit judicium à Deo exspectare [g].

15. *Comburetur*; at v. 25. lapidatus est: [ibi videsis conciliationem:] יִשָּׂרֵף אֹתוֹ] *Comburetur ipse*; [ità Mo. & reliqui omnes, אֹתוֹ nominat. accipientes.] ¶ *Prævaricatus est pactum*] Vide ad vers. 11. Legem meam, quam omnes ex pacto servare debebant *. ¶ *Fecit nefas*, ità M. P. *scelus*, Sy. Ti. *flagitium*, JT. נְבָלָה] *Stultitiam*, Mo. ἀφροσύνην, i. e. *dementiam* & *vecordiam*, Th. in Mas. *Rem fœdam*, nempe, improbitatem. נָבַל propriè sign. *marcescere*; & dicitur, 1. de cadaveribus, quæ amissâ animâ putrescunt; 2. de foliis, quæ humore destituta defluunt; 3. de animo, qui Divinis virtutibus orbatus desipit [h]. ¶ *In Israele*] h. e. In eo populo quem Deus ad probitatem per tot leges, miracula, &c. erudiverat. q. d. Res quæ patravit, exemplo, quasi tetro odore, populum universum facilè inficiet [i].

16. *Inventa est*] Sub. *reservâsse de anathemate*, V.

17. *Juxta familias*] Heb. *familiam Juda*, i. e. Tribum. Sic Jud. 13. 2. *familia Danitarum*; Act. 3. 25. πᾶσαι πατριαὶ τῆς γῆς, i. e. *familiæ*; & alibi, *familiam quam eduxisti ex Ægypto* [k].

18. *Dividens viros*, לַגְּבָרִים] *Viritim*, i. e. per domos

Marginal notes, left column: l La. m Ma. ex Jun. n Bo. o Me. ex Ser. p V. D. q D. r Q. in Ma. † D. t D. v K. in Mas. x Mas. sim. V. y D. z Ma. ex Jun. a Mas. b Mas. c Mas. d D. † D. f Ma. ex Jun. g Q. in Ma. h Ma. V. i Bo. k Mas. l Mas. m Me. La. Bo. sim. Mas. n Mas. Bo. o D. ex Mas. p La. q Bo. r Mas.

Marginal notes, right column: † Mas. t Mas. v Bo. x Ità La. Bo. Mas. V. D. Pi. Ser. Ma. y Mas. z Mas. a Mas. Me. b Mas. c Mas. d Sefar. f Mas. g Bo. * Bo. h Mas. i Mas. k D.

mos patrum, D. Significat principes familiarum, V.

19. *Fili mi*] Nihil turpius in Principe quàm ira effrænis, nihil laudabilius lenitate atque clementiâ; in quibus Josua hîc Mosen imitatur, Num. 12. 3 [l]. *Filium* appellat, quia boni Principes sunt subditorum suorum patres [m]. ¶ *Da gloriam Domino*] Modus Hebræis usitatus, quo solebant rei per Deum adjurari, admoniti stare se coram Deo, &c. nè mentirentur [n]. Similis formula Joan. 9. 24. Sed ego ut hoc funditus repudiare aut refellere nolo, ità non admodum probare possum [o]. Datur gloria Deo veritatis confessione, maximè verò hoc loco: profitetur enim Deum esse, 1. Omniscium, utpote quem sacrilegium occultissimè factum non latebat; 2. Justum, qui non temerè clade illâ Israelitas affecit, quique malefactis pœnas justissimè constituit; 3. Veracem, cujus sorte noxius indicaretur; 4. Sanctissimum, cui res dicatæ à nemine averti deberent; 5. Potentissimum, cujus & sententiam & pœnam nullus ullâ vi, arte, latebrâ possit evadere; 6. Summopere verendum & metuendum, dum ejus vel jussu vel causâ enunciantur occultissima [p]. Utile erat testatissimam esse indicii Divini veritatem; eo enim intelligebant omnes, nihil tam occultè à quoquam committi posse quod oculos Dei falleret. Hâc confessione se ab æterno supplicio vindicat, dum sui ipse accusator fit [r]. Videtur hinc rectè colligi spes aliqua de animorum permansione post mortem. Quâ enim aliâ spe adductus hic homo est ut crimen capitale fateretur? Est autem sententia Judæorum, confessione & morte criminum talium veniam à Deo impetrari. Formulam hîc habemus examinis reorum. Sic & testes interrogabantur. Vide quæ notata ad Joan. 9. 24 †. ¶ *Da*] Heb. Pone *gloriam*, &c. Hs; i. e. Glorifica Deum, cujus nutu cecidit sors super te: *& da illi confessionem*; Hs; fatere peccatum in ejus laudem & gloriam [t]. Alii sic; Fatere peccatum, ut res ablatæ anathemati devoveantur juxta præceptum Domini, unde omnis honos & gloria Deo reddatur, & voluntas ejus impleatur [v]. Benignissimus Deus suæ laudi assumere dignatur, quòd homines ingenuè sua peccata confitentur, atque ad illius voluntatem se accommodare student [x].

20. *Verè ego peccavi*, &c.] Singula verba ab animo dolente profecta suam emphasin habent [y]. *Verè*; Est ingenuè & apertè confitentis; non excusat, more hypocritarum: *Ego*; Non est quòd alium accusem, ipse deliqui [z]: *Domino*; Contra Domini præscriptum, vel, solo Domino conscio [a]: *Deo Israel*; q. d. Deum à quo factus sum, & quidem Israelita, ut meritò ingratissimus habear. ¶ *Et sic & sic feci*] Hypotyposin continet rei gestæ & illustrem explicationem, in qua ordine progreditur; primò ab ipso videndi sensu, tanquam malarum rerum face, ad inflammatum cupiditate animum; indè ad opus; tandem ad conscientiæ morsum, unde occultatio est consecuta. Qualem seriem in omnibus ferè peccatis esse animadvertimus [b].

21. *Pallium coccineum*, אַדֶּרֶת שִׁנְעָר] Qu. Quid hoc? *Sinhar* esse *Babyloniam*, ait Ma. fuisse circa *Babylonem*, ait Bochartus in Geogr. 1. 5. [Vide collectanea nostra ad Gen. 10. 10. & 11. 2, 9. & שִׁנְעָר hîc *Babylonicum* vertunt ferè omnes.] אַדֶּרֶת autem vertunt, *pallium*, Ar. P. Mo. D. *chlamydem*, V. Ti. *stolam*, Jon. V. Aq. in Mas. *togam*, JT. *paludamentum*: hoc autem procerum fuit; Juvenal. Sat. 6. *Cùmque paludatis ducibus*, &c. & Jon. 3. 6. *Exuebat se rex* אַדַּרְתּוֹ, *ut saccum indueret* [c]. אַדֶּרֶת, si origo vocis spectetur, sign. vel *tapetem*, vel *vestem magnificam*, quæ gloriam conciliat ei qui utitur [d]. Babylonicas autem vestes in pretio fuisse constat. Memorat Plutarchus M. Catonem, cùm ex hæreditate vestem ex pictis Babylonicam accepisset, statim divendidisse †. *Babylonicorum peristromatum* meminit Plautus in *Sticho*. Apud Aristidem in Encomio Romæ habes vestes Babylonicas [f]. Lucret. l. 4. *Cùm Babylonica magnifico splendore rigantur*. Vide & Plin. 8. 48 [g]. Præterea, vestes has fuisse *purpureas* vel *coccineas* (promiscuè enim hæc sumi certum est) volunt nonnulli [h]. At purpuræ Babylonicæ puto recens fuisse inventum, cùm Babylonii veteres purpuram ex *Tyro* vel ex *Hermione* petierint. [Alii aliter.] Rectè Græci, στολὴν ποικίλην, *stolam variam*; i. e. variegatam &

l Mas. — m Me. — n Me. — o Mas. — p Bo. Ser. — r Mas. — † G. — t V. — v Ma. — x Mas. — y Me. — z Ma. — a Me. — b Mas. — c Mas. — d Mas. Bo. — † Mas. — f Bo. — g Ma. — h Sic R. Chanina & Hi. in BP. ità Vulg.

diversis picturæ coloribus intextam, cujus texturæ inventio Babyloniis debetur [i]. Fuerunt hæ vestes artificiosè textæ diversorum colorum, quæ res quaslibet vultûsque imagines redderent. Plin. 8. 48. *Colores*, inquit, *diversos picturæ intexere Babylon maximè celebravit*. Apul. l. 1. Flor. *Habebat cinctum baltheum, quod genus picturâ Babylonicâ miris coloribus variegatur*. Martial. 8. 28. *Non ego prætulerim Babylonica picta superbè*. Petron. *Plumato amictus aureo Babylonico*, Et Jos. Belli 7. cap. 17. (in Lat. 24.) *vestes alias diligentissimâ picturâ variatas arte Babylonicâ* [l]. Viri Babylonii describuntur Ezec. 23. 15. *luxuriantes tinctis*, (supple, *mitris*, vel *tiaris*,) id est, variis, *in capitibus suis*. Et qui *purpuram* hîc exponunt, accepisse puto de purpura variis coloribus intexta: de quo Æneid. l. 7.—*nec purpura Regem Picta juvat* [m]. ¶ *Ducentos siclos*] h. e. Uncias centum; siclus enim semunciæ pondere erat [n]. Pro *siclis* σατῆρας habet Sym. & plerumque Aq. 200 sicli sunt centum daleri Germanici [o]. Hoc autem intelligo non de siclis nummis, (quos illo tempore fuisse non constat,) sed de siclis pondere appensis; tunc enim omnia ponderibus emi, expendi & æstimari solebant [p]. ¶ *Regulámque auream*, לְשׁוֹן זָהָב] *Linguam auri*, Mo. ο'. Jon. Sy. D. Mas. *lingulam*, Ar. JT. D. *laminam*, V. K. in Mas. *ex auro in linguæ figuram conformato*, K. in Mas. Rudis auri frustum fuit [q]. Latini *laterem* appellant [r]. Apparet *lingulam* nominari metaphoricè fibulam togæ sive pallii latiorem, propter similitudinem figuræ *. ¶ *Quinquaginta siclorum*] Intelligi potest, vel, de *nummo siclo*, & sic valeret 25 daleros; vel, (quod malo,) de *sicli pondere*, sic valeret 300 daleros †. ¶ *Humo operui*] Heb. *sub ea*, nempe, *terra*. Ità noster intelligit [t]. ¶ תַּחְתֶּיהָ] *Sub eo*, P. Mo. V. nempe, pallio, V. D. sim. Mas. JT. Nam אַדֶּרֶת formam habet fœm. D. Alii, *sub iis*, ο'. Jon. Ar. M. Ti. Quis non existimet vel in fundo ipso abditam fuisse auream linguam [v]?

22. *Misit*, &c.] 1. Ut comprobaretur sontis confessio. Nulla enim indicia pro supervacaneis haberi debent, cùm de hominis capite agitur. 2. Ut res allatæ cum fure comburerentur [x]. ¶ *Currentes*] 1. Nè quis ex necessariis Achan anteverteret, rebúsque amotis actionem totam dubiam redderet. 2. Ut remp. citissimè malo liberarent [y].

23. *Projecerúntque*, וַיַּצִּקֻם] *Et statuerunt ea*, Mo. P. JT. *posuerunt*, ο'. M. Ti. Ang. Pi. sim. Sy. Ar. *Et fuderunt*, vel *effuderunt*, vel *profuderunt*, *ea*, Mas. Pi. Jon. Ca. Belg. Metaphora καταχρηστική, Pi. יָצַק sign. *fundere*; usurpatur tamen pro affinibus verbis יָצַב & יָצַג, quæ sign. *statuere*, *ponere*, *figere*. Sensus est, Res eas explicatè ante oculos omnium posuerunt [z].

24. *Filios quoque & filias*] Sed durum hoc videtur, quòd filii patris scelus luunt, & contra Deut. 24. 16. Resp. 1. Illud de humano judicio constitutum est, Josua verò Dei jussa nunc exsequitur [a]. 2. Alii volunt hos non fuisse abreptos cum parente ad supplicium, sed ad spectaculum, terroris causâ [b]. Ità potest exponi, inquit G. sequitur enim v. 25. *lapidabant illum*, non, *illos*. Atqui mox subjicitur, *& lapidabant ipsos*. Sed hoc ad animalia & supellectilem pertinet [c]. 3. Judicia Dei haudquaquam nostro sensu nostrísque legibus metienda sunt [d]. 4. Fortè flagitii parentis conscii & participes fuerunt †. Ità Talmudici statuunt, sed nullam causam afferunt quâ id affirment [f]. Verùm cùm in eodem tentorio exsisterent in quo Achan anathema absconderet, vel defoderet, facilè hoc scire poterant †. At fortasse fuerunt parvuli in eo. Resp. *Filii*, &c. dicuntur fuisse, parvuli non leguntur *. [*Præterea, cùm Achan quintus fuit à Juda, de quo vide quæ ad vers. 1. congessimus, ut ipsum ætate grandiorem, ità filios adultos, fuisse verisimile videtur.*] Damnavit in personis contagionem conscientiæ; in rebus verò & bonis, contagionis instrumenta: adeò exosum est peccatum, & instrumentum peccati †. 5. Non luerunt filii parentis peccatum, sed naturæ debitum, quod Deus (vitæ & necis dominus, La.) repetit quomodo & quando vult [g]. Porrò, utilis fuit horum mors ad refrænandam populi audaciam, (quod in periculosissimis novi imperii lautiorísque fortunæ primordiis planè erat opus;) ut intelli-

i BP. 1, 5. 33. — l Bo. — m BP. 1. 5. 34. — n Bo. Mas. — o Mas. — p Bo. — q Mas. Jo. ant. 5. — r Jun. — * Pi. — † Mas. — t Ma. — v Mas. — x Mas. — y Mas. — z Mas. — a Mas. — b Ità RR. in Mas. — c R. Levi in Mas. — d Mas. — † Bo. — f Mas. — † Ma. — * Ma. ex Jun. — † Jun. — g Jun.

intelligerent quantum esset peccati contagium [h]; & ut alii alios invicem curarent, tanquam unius corporis membra [i]. *Nec verò me fugit quàm sit acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lui: sed hoc præclarè legibus comparatum est, (de bonis publicandis,) ut charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ redderet. Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is qui Lepidum hostem judicat*: Cic. epist. ad Brutum 13 *. Sine culpa, sed non sine causa, ob crimen scilicet patris, occisi sunt [k]. Solere Deum pœnas temporales ob parentum vel aliorum peccata etiam innocentibus irrogare, dictum est ad Exod. 20. 5 [l]. ¶ *Et omnis Israel cum eo*, [hoc Vulg. parenthesi includit,] וְכָל־יִשְׂרָאֵל עִמּוֹ] *Et omnis Israel cum eo*, Mo. ό. Jon. [Variè construunt & connectunt.] *Cum universo Israele*, M. Ti. *Comitabatur autem illum omnis Israel*, Mas. sic Ar. Ca. Duxit filios — *& omnem Israelem secum*, Sy. [Q. connectunt cum sequentibus:] *Itaque universus Israel qui erat cum eo deduxerunt*, &c. P. [Alii rejiciunt ad initium versûs:] *Tunc Josua & totus Israel cum eo, assumpto Hacane*, &c. JT. Belg. Commendat populi studium ad expiandum facinus, &c. Et fortassis obliquè Tribus Juda à contumaciæ suspicione vindicatur, quæ pari cum aliis alacritate pompam supplicii tribulis sui prosequitur [m]. ¶ *Duxerunt eos ad vallem*, וַיַּעֲלוּ אֹתָם עֵמֶק] *Ascendere fecerunt eos* (vel, *ea*, V. M. JT. i. e. & homines & res, Bo.) *in vallem*, D. Mo. Jon. Ar. At in vallem non ascenditur, sed descenditur [n]. Verùm mons fuit inter castra Israel & hanc vallem [o]. Sed nulla est causa harum angustiarum, nam עָלָה sæpe sign. *intrare*, indéque הֶעֱלָה *inferre & inducere* [p]. [Vertunt ergò hoc loco,] *adduxit*, ό. *assumpsit*, Sy. *deduxerunt*, JT. M. Ti. P. E castris autem educunt morte plectendum, quòd in castris nefas esset quemquam interimere [q]; sive ob Arcæ præsentiam, sive nè castra quoquo modo morticino polluerentur [r]. ¶ *Vallem* עָכוֹר *Achor*] Sic dicitur per prolepsin, nam ex sequenti supplicio nomen accepit: *Achan* enim idem qui *Achor* *.

25. *Quia turbâsti*, [ità M.] מֶה עֲכַרְתָּנוּ] *Quid turbâsti nos?* Mo. ό. Jon. Ma. *Cur*, vel *quare?* Sy. Ar. P. *quandoquidem*, Ti. *quàm!* JT. *ô quàm!* D. *O quantùm! Eheu, quibus modis!* Sic accipitur Ezec. 16. 30. & 19. 2 †. ¶ *Exturbet te Dominus*] Non damno, modò ut sit ea Judicis oratio sententiam pronunciantis, non exitium imprecantis [t]. Hinc constat Dei opus esse, cùm Magistratus supplicium de nocentibus sumit, Rom. 13. 4 [v]. Mallem, *conturbabit*, quàm *conturbet*, nè ista ab Josua per iram agi viderentur. Belluina enim est immanitas in hominem vinctum, inermem, pœnitentem, miserum, sævire [x]. *Turbabit te*, i. e. sumet de te pœnas [y]. ¶ *In die hac*] Ità Jon. Ar. M. P. Mas. Hinc colligunt Talmudici eum in hac vita, non item in altera, pœnam dedisse. Nobis id credibile videtur, non ob ista verba, (frivola hæc est conjectura, Bo.) sed propter ingenuam ejus confessionem *. *In die isto*, Sy. Ti. בַּיּוֹם הַזֶּה idem puto significare quod כְּהַיּוֹם הַזֶּה, *sicut hoc die*, vel, *sicut iste dies*, quod ό. hîc exprimunt. Est affirmandi nota; q. d. *planè, prorsus, clarè, & tam certò quàm præsentis diei lucem vides quâ frueris* †. ¶ *Lapidavítque eum*] Qu. At quâ ratione *lapidatus* erat, qui à Deo jussus est *cremari*, vers. 15? Respond. 1. Ignis ille vers. 15. vel de pœna post hanc vitam dicitur, vel lapidatio sic vocatur [z]. Combustio pœnam quamlibet sign. quia animum quasi urit dolor; vel eam saltem pœnam quæ nos à peccato purgat, ut Num. 31. 23. 1 Cor. 3 [a]. 2. Alii volunt utrâque pœnâ eum affectum fuisse [b]. Lapidatus fuit, quòd Sabbatum violavit, (ut patet ex hoc, quòd sacrilegium commisit quo die Jericho capta esset, h. e. die Sabbati:) igne punitus, quâ sacrilegus [c]. Cùm ad supplicium duceretur, conjecti sunt in eum lapides à populo furente [d], & placandi Numinis avido †. Vel, priùs crematus vivus est, ac deinde à populo lapidibus obrutus, cùm nefarios veluti cineres detestarentur Israelitæ [f]. Q. sic; *combusserunt eos igni, & conjecerunt super illos*, i. e. super cineres eorum, *magnam vim lapidum* *. Probatur hæc sententia: 1. Quòd hæc pœna disertè præscribitur vers. 15. 2. Quòd lapidatio illa, ut ex versu sequenti licet colligere, eo tantùm fine videtur adhibita, ut

h Mas. — i Jun. — * Ga. — k Me. — l Bo. — m Mas. — n D. — o K. in Mas. — p Mas. — q Mas. Bo. — r Bo. — * Bo. Mas. Pi. — † D. ex Mas. — t Mas. La. — v Mas. — x Mas. — y V. — * Mas. — † Mas. — z August. in Mas. ad v. 15. — a Aug. in Ser. — b Ità Caj. in Ser. Mas. — c M. ex He. — d D. ex Mas. He. in M. — † Mas. — f Ser Bo. — * Q. in V.

flagitiosi hominis cineres, vel reliquias, antequam penitus cremarentur sub lapidibus sepelirent †. Itáque narrari nunc volunt ante exustionem, quod pòst fiet. Hanc ego sententiam nec prorsus repudio, nec planè approbo. Insolens enim videtur ista verbi *lapidare* significatio [g]. Vel, priùs lapidatus est, deinde crematus [h]. Hebræa sic vertunt, *Et combusserunt eos igni, & lapidaverunt eos lapidibus*, Mo. Ar. BA. h. e. *postquam lapidaverunt eos*, Jon. V. JT. BA. Apud Hebræos copulativa *Vau* quandoque est ordinativa: sic Job. 14. 10. *Morietur vir & debilitabitur*, i. e. *Morietur vir postquam debilitatus fuerit* [i]. Primò lapidatus est, ex lege in blasphemos & mandati Divini contemptores, Levit. 24. 14. & Num. 15. 30. & 35. postea absumptus incendio, (ut solent res anathemati devotæ,) ex lege Deut. 13. 16 [k]. Non placet hæc sententia: Nam, 1. est contra textûs ordinem. Dicitur enim *ipsos* primò *combustos*, tum *lapidatos, fuisse*. Ergò idem ordo in Achane intelligendus, qui quidem *combustus* hîc non dicitur, quia ex præcepto Domini antea posito (vers. 15.) id satis intelligitur [l]. 2. Sic per adventitiam hanc pœnam eriperetur sons præcipuæ pœnæ quam illi decreverat Deus vers. 15. *comburetur*, scil. *vivus*: Hoc enim propriè & communiter significat [m]. Sed non absurdum est, si exustionem à Deo mandatam ad cadavera spectare dicamus, cæteroqui viva corpora lapidata, & lapidum denique cumulo obrutos & contectos cineres [n]. ¶ *Et lapidaverunt eos*] i. e. Filios; vel *ea*, i. e. res cæteras sub lapidibus sepeliverunt [o].

26. *Congregaverunt super eum*] R. Levi F. Gerson existimat liberos non esse supplicio affectos, quia uni soli tumulus struitur. Atqui, 1. ἐναλλαγὴ in S. S. est usitatissima. 2. Unus Achan nocens erat, cui reliqui, ceu accessio, adjunguntur [p]. ¶ *Acervum lapidum*] Idem factum Regi *Hai*, Jos. 8. 29; *Absalom*, 2 Sam. 18. 17; *Balistæ* in Virgilio, *Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus* [q]. Ejusmodi monimentis & bonorum & malorum memoriam consignari utile erat, ut posterorum mentes tum ad virtutes incitarent, tum à vitiis reflecterent [r]. *Acervum*, &c. ταφὴν ἄτιμον, i. e. *sepulchrum infame*, ut hîc loquitur Josephus †. ¶ *Vocatúmque est*] Ità Mas. D. Heb. *vocavit*. Simile, *nunciavit Davidi*, pro, *nunciatum est*; *reputavit ei*, h. e. interprete Apostolo, *reputatum est* [t]. Vel, *vocavit*, nempe, Josua [v].

† Bo. — g Mas. — h Tö. & Calv. in Ser. — i BA. t. 249. 543. — k Jun. ad vers. 15. — l Ser. — m Ser. — n Mas. — o Bo. — p Mas. — q Ma. — r Mas. — † G. — t D. — v Mas. D.

CAP. VIII.

1. NE *timeas*] Haud mirandum Josuam novâ confirmatione opus habere, qui popularium suorum vitiositatem perspexit, & quo loco esset, &c [a]. ¶ *Omnem multitudinem pugnatorum*] Heb. *omnem populum belli*, Mo. *aptum ad bellum*, JT. Mas. *omnes viros bellatores*, ό. Ar. sim. V. Quid ità? Resp. 1. Ad discutiendum omnium metum. 2. Ut par esset omnium conditio in præda prima [b], cùm omnes à spoliis Jericho abstinuissent [c]. Vel sic accipiendum, q. d. neminem qui non virtute militari polleat educendum: Nam multitudo impedimento esset in fuga simulanda. Quanquam ad hoc dici potest, partem copiarum processisse in vallem, reliquos in castris mansisse [d]. ¶ *Ascende*] *Ascendere dicimur in Septentrionem, descendere in Austrum: Sic, ascendit Babylonem*, Hos. 8. 9. *ascenderunt in Assyriam* †. *Conscende* argumento est *Hai* fuisse loco editiore [f].

2. *Faciésque Hai*] Urbis nomine cives includit, ut ex vers. 24. constat. Qu. Cur hoc jussit Deus, cùm loca Cananæorum Israelitis habitanda concessit, Deut. 19. 1? Resp. 1. Nondum usque eò repressus erat hostis, ut consultum esset locos ullos munitos manere qui illi possent rursus esse receptui. 2. Præsidiis tenere castella atque oppida priùs quàm magna belli pars confecta esset, nihil fuisset aliud quàm *sui* fiduciam augere, *Dei* minuere. At voluit Deus Israelitas in se solo fidere [g]. ¶ *Prædam—diripietis vobis*] Observandum illud *vobis*: Non dicit, soli Imperatori, vel paucis tri-

a Mas. — b Mas. Li. — c Bo. — d Mas. — † AE. in D. — f Mas. — g Mas.

banis, &c. Ubi enim pericula, ibi & commoda communia esse æquum est. Hâc prædâ eos recreavit Deus, ne frustrà se perpetuò congressuros cum hoste putarent [h]. ¶ *Pone insidias*] *Quærunt hîc interpretes, Sitne licitum in bello insidiis uti.* Affirmativam tenent alii [i]. Nam, —*dolus an virtus quis in hoste requirat?* Vide quæ nos de J. B. & P. 3. 1. 6 [k]. Difficultatem facit, quòd in his est mendacii species: non enim in facto minùs quàm sermone est mendacium. Fugam igitur & timorem simulare, ut hostem in insidias trahas, quid aliud est quàm mentiri? Et sic mendacium non tantùm Josuæ, sed & Deo, adscribi possit [l]. Resp. 1. Hostem celare consilia mea, non est mentiri [m]. 2. Potuit Josua, &c. fugere, non animo decipiendi, sed ut Dei jussioni morem gereret, vel cum intentione occupandi locum commodiorem ad pugnam, etsi prævideret hostes decipiendos, ad quod se habebat permissivé. 3. Rectè jubet Deus aliquid de se indifferens, ex quo prævidebat impios hos Cananæos excæcandos & decipiendos, quod in pœnam eorum permittere statuit [n]. 4. Nulla hîc injustitia erat, nec fides hosti data frangitur. 5. Mendacium non tam facilè committitur factis quàm verbis, ut rectè notat Cajetanus. Verba enim habent determinatam & præcisam significationem, ad quam instituta sunt: Facta autem latam & ambiguam habent significationem. Non mentiebatur Josua, quia intendebat quod facto significabat, nempe, eos ex urbe elicere, &c. Sciebat Haienses aliter interpretaturos, scil. se fugere metu cædis, ideóque decipiendos: sed hanc eorum deceptionem ipse facto suo non significavit, nec formaliter intendit, sed tantùm fieri permisit [o]. ¶ *Post eam*] i.e. Ad plagam Occidentalem, ut v. 9 [p]. Nam ista prodebantur in castris, ab Oriente [q].

3, 4. *Et omnis exercitus—& electa triginta millia*, &c. *Ponite insidias*] Quæritur hîc utrùm duplices insidiæ erant. Affirmant nonnulli [r]. Insidiæ unæ erant 30 millium, alteræ 5 millium †: illæ, ut in urbem irrumperent, &c. hæ, ut fugientibus occurrerent. Si dicas utrasque insidias ab Occidente fuisse; respondeo, Occidentalem partem habuisse latitudinem; illæ ergò versùs Boream, hæ versùs Austrum, collocari poterant [t]. At quis existimet 30 hominum millia diem solidum clam civibus Haiensibus locum ad urbem proximum insidere potuisse [v]? Resp. 1. Non diem, sed noctem, ibi latebant. 2. Favebant eis noctis tenebræ, Haiensium præcedente victoriâ elatorum securitas, Deus author consilii & director [x]; [& quòd cives fortè, ut in Jericho antè factum, portas clauserunt, & se jam intra mœnia continuerunt.] Alii unas tantùm insidias fuisse statuunt [y]. Sensus loci talis est, *Surrexit Josua, & universus populus, ut ascenderent Hai*; h.e. Comparabat se Josua, ut delectum militum ageret in Haiensem expeditionem. Viri militares promptè ad eam rem nomina sua offerebant. Ex omnibus igitur cùm 30 millia selegisset, *eos amandabat nocte*, non quidem omnes, sed, per synecdochen, eorum quosdam, nimirum, quot vers. 12. dicentur 5 millia. *Ego verò & qui apud me*, &c. h.e. Ego cum cæteris 25 millibus prolectabimus oppidanos, fugam simulando, &c [z]. ¶ *Nocte*] Circumspecti imperatoris hoc erat, qui, ut hostem non ignaviter formidat, ità neque temerè contemnit. Non dubitabat de victoria. At ob Dei effata non debet hominum industria torpere. Deinde, jussit Deus insidias fieri. Tales non essent, nisi clam urbe locum suum illi cepissent [a].

4. *Ponite insidias post civitatem*, רְאוּ אַתֶּם אֹרְבִים לָעִיר וגו׳] *Videte vos insidiantes civitati, nè elongetis vos*, Mo. Jon. *Videte, quum tetenderitis insidias, nè multùm recedatis*, Sy. *Videte urbi*, i. e. *providete* urbi à parte posteriori, nè quis ei suppetias ferat; aut, *cavete* ab ea parte, nè quis vos circumveniat. *Videre* interdum sign. *providere*, etiam Latinis. Cicero ad Treb. *mea negotia videbis*; ad Atticum, *ut prandium nobis videret*, i. e. curaret, provideret. Interdum sign. *cavere*, ut Marc. 12. 38. & 13. 9. & Phil. 3. 2 [b]. *Videte* (*Attendite*, V.) *vos, insidiabimini urbi*, P. V. *Videte vos insidiantes*, qui insidiatores estis, qui insidiaturi estis urbi [c]. *En, vos ponetis insidias*, M. sim. *c'*. Ar. Ti. Belg. רְאוּ sign. *ecce*, Jos. 6. 2. Gen. 41. 41. & 27. 27. Zach.

3. 4 [d]. *Videte, vos insidiari debetis*, &c. Pi. ¶ *Nec longiùs recedatis*] Ut præsidio nudatam urbem illico invadere possitis †.

5. *Reliqua multitudo*] Heb. *omnis populus*. Quo non intellige universas Israelitarum copias, (nec enim credibile est eos proditurος fuisse, si tantam multitudinem conspexissent,) sed 25000, ut dictum [f].

6. *Donec protrahantur*, &c. עַד הַתִּיקֵנוּ אוֹתָם מִן הָעִיר] *Donec avellerimus eos* (*abducamus, abstrahamus*, V. *removeamus*, Ar. *extraxerimus*, Mas. Jon.) *ab ipsa civitate*, JT. *extra urbem*, Mas.

7. *Et vastabitis civitatem*, ità M. Ti. וְהוֹרַשְׁתֶּם אֶת הָעִיר] *Et propelletis*, i.e. perdetis, V. *Ejicietis* eos, & perdetis eos de civitate; ità Jon. & multi Hebræi, M. *Expelletis civitatem*, i. e. reliquias ejus, habitatores in urbe reliquos *. Verùm expelli non poterant bellatores, qui omnes exiverant vers. 17. Nec reliqui erant expellendi, sed occidendi [g]. *Urbem exstirpabitis*, Jon. Ar. *urbem interficite*, Sy.

8. *Ut jussi*] *En, jussi vobis*. Tectè videtur ad Achanis exemplum alludere; cui exitio fuit, non paruisse Divinis jussis [h].

9. *Inter Bethel & Hai*] *Bethel* aberat ab *Hai* circiter horæ unius itinere versùs Occidentem. Et quia utraque urbs in montosis exstabat locis, fuêre sinuosi collium anfractus insidiis collocandis opportuni [i]. ¶ *In medio populi*] Scil. bellatoris; h. e. in exercitu [k].

10. *Recensuit*, וַיִּפְקֹד] *Et visitavit*, i.e. attentè consideravit an omnes parati essent [l]. *Recensuit*, V. JT. Sy. sim. Jon. nempe, per tribunos & centuriones & decuriones. Ità brevi tempore factum [m]. Recensuit autem, 1. ut ex eis ordinaret aciem: 2. ut postea constaret quot in pugna occumberent [n]. Potest & hic esse sensus: Manè populum recensuit, h. e. ea constituit quæ in populo opus erant; deinde לִפְנֵי, i. e. *coram populo*, conscendit cum senioribus, &c *. ¶ *Cum senioribus*] Hi erant vel, 1. Tribuni, sic dicti ob militaris prudentiæ præstantiam [o]. Vel, 2. qui reipsa seniores erant, & militari peritiâ conspicui [p]. Vel, 3. Seniores Israel, qui ipsi erant à consiliis [q].

11. *Vallis media*, וְהַגַּי] Insignis scilicet; aut ea in qua priùs cæsi fuerunt Israelitæ [r].

12. *Quinque millia—in insidiis*] Insidiæ istæ aliæ fuerunt à prioribus, vers. 4. & 9 *. & propiùs ad urbem positæ [t]. Has secundas insidias misit, ut falleret cives urbis, nè, scilicet, suspicarentur alias esse insidias †. Sed hoc absurdum est. 1. De unis tantùm insidiis captâ urbe mentio erit. 2. Quî hoc facerent clarâ luce, cùm priores insidiæ, quæ minùs propè aberant, non nisi per tenebras locum occupare potuêre [v]? [Vide quæ ad vers. 3.]

13. *Omnis verò reliquus exercitus—aciem dirigebat*, וַיָּשִׂימוּ הָעָם אֶת־כָּל־הַמַּחֲנֶה וגו׳] [Variant.] *Et posuerunt*, vel *collocârunt, populi omnia castra*, M. Ti. Jon. sim. JT. Mo. Alii, *Populum verò suum & universa castra —collocavit*, Sy. *Populum verò omnem, scilicet, exercitum*, —collocavit, Ar. *Et propiùs accessit populus*, i. e. *omnia castra quæ erant ab Aquilone*, P. Qui à parte urbis Aquilonari erat; nè intelligas iter ad Aquilonem habitum, Bo. *Et posuerunt*, sub. *sese propinquiores, populus*, i. e. *omnia castra*. Per appositionem dictum, V. Potest & sic accipi; *Jámque populus incumbebat*, i. e. perniciem moliebatur, urbi per *castra*, &c. Ità שָׂם accipitur 1 Sam. 15. 2. 2 Sam. 13. 32. 1 Reg. 20. 12 [x]. Verto, *Et disposuerunt*: Qúum enim compositis careant Hebræi, simplicibus non rarò pro compositis utuntur; ut שׂוּם sit *ponere*, & *disponere* †. ¶ *Ità ut novissimi—occidentalem plagam urbis attingerent*, וְאֶת עֲקֵבוֹ מִיָּם] עָקֵב נג *insidias* vertunt M. V. Mas. D. P. Ti. Jon. sic dictas ab astutia & calliditate, V. עָקֵב interdum sign. *fallere*, qui scopus est insidiarum [y]. *Et insidiæ ejus*; q. d. Conjunxerunt se insidiæ quinque millium cum castris [z]. Sensus est, Et populus qui in castris & insidiæ simul moverunt se contra civitatem; hi quidem in propatulo, isti verò clanculúm [a]. *Et insidias suas* moverunt *ab occidente*, M. *Et insidias suas*, quæ erant *ab occidente*, P. Ti. Verùm nusquam עָקֵב *insidiatorem* denotat, sed ubique *calcaneum*, aut *finem* *. Alii זה עָקֵב vertunt, *calcem*, Mo. *calcaneum*, La. (verùm insidiæ sic vocari

vocari poterant, quia post urbem, h.e. ad Occidentem, erant, Mas.) *postremum agmen*, Ar. *extremam partem exercitûs*, JT. Pi. Sensus est, eos exercitum ità disposuisse, ut extremum agmen insidias contingeret [b]; ut, si opus esset, auxiliaretur iis [c]. ¶ *Abiit nocte illâ*] Qu. Quâ nocte? Resp. Videtur Masius existimare insidias unâ nocte missas, & in loco suo mansisse die & nocte sequenti, & sequenti nocte Josuam abiisse. Ideóque miratur insidias non deprehensas fuisse. Verùm eâdem nocte facta omnia puto. Promoverat aliquousque cum exercitu ante noctem; sub initium noctis dimisit 30 millia; diluculo, seu summo manè, cùm adhuc tenebræ essent, (quare *noctem* hîc vocat,) ad urbem iter fecit, & novas insidias disposuit; & cùm dilucesceret, ad vallem accessit, & conspectus est, &c. Hæc plana est narratio, quam & Josephus sequitur; cùm in altera plena sint tricis omnia. Et verò si post alteram noctem res erat peragenda, quorsum ad insidias priore nocte (cum detectionis periculo) dimissi fuissent? *Nocte illâ*, intellige, finiente, h.e. summo manè. Ità non pugnat cum vers. 9. *nocte illâ mansit*, &c [d]. ¶ *Abiit—& stetit in medio vallis*, [וַיֵּלֶךְ בְּתוֹךְ הָעֵמֶק] *Et ivit in medium vallis*, Mo. sim. Ar. JT. Mas. Nimirum, ut hostibus suam præsentiam patefaceret, eósque ex urbe proliceret. Credibile autem est ipsum non magnâ multitudine, sed quantam contemnere Haienses possent, comitatum processisse †. *Perrexítque*, i. e. deduxit exercitum. Alii, *perrexit per medium vallis*, ubi erat exercitus, curando, scilicet, quæ ad illum spectabant [f]. Alii, *deambulavit in valle*, M. Jon. Meditandi & precandi causâ, ut videtur, extra castra, quæ in eadem valle erant, progressus. Vide Genes. 24. 63 [g].

14. *Quod cùm vidisset*] i.e. Cùm intelligeret [h]: perciperet per vigiles & per strepitum militum, &c [i]. ¶ *Cum omni exercitu*] De illis tantùm accipiendum quos ad eum conflictum delegerat: postea verò vers. 17. omnes evocabantur [k]. *Cum toto populo*, i. e. maxima parte. Vide vers. 16. Synecdoche integri *. ¶ *Contra desertum*, [לִפְנֵי הָעֲרָבָה] *Ante solitudinem*, V. Mas. *in planitie*, Ch. quæ, scilicet, erat ante vallem in qua fuit exercitus [i]. Alii, *ad*, vel *versùs*, *planitiem*, quæ עֵמֶק antè vocabatur [k]. Dubium non est quin in eum illi locum contenderint in quo hostem versari senserant [l]. *Ante planitiem* quæ civitati ad Orientem adjacebat: ut ità Israelitas à latere aggrederentur, & fugientibus iter præcluderent [m]. ¶ [לַמּוֹעֵד] [Variè reddunt.] *Eo ipso tempore*, JT. sine dilatione aut deliberatione, Jun. Rex ipse ut socors, imprudens, &c. rectè notatur. Debebat excubias & speculatores circumcirca disponere, & loca omnia, præsertim confragosa insidiísque apta, continuò explorare: sed is superiore victoriolâ stultè inflatus securè voluptatibus suis se dederat [v]. Alii vertunt, *ad tempus constitutum*, Jon. Mo. M. P. Ti. La. Bo. Ar. Pi. Horâ quam ex arte magica designavit ut fortunatiorem [x]. Fortè eâ horâ quâ nuper pugnârat feliciter, superstitiosâ spe similis fortunæ [y]. Summo mané: Nam castra Israelitarum viderat noctu, haud dubiè beneficio lucentis Lunæ, vers. 13 †. Alii, *ad locum præstitutum*, Mas. eum, nempe, in quo feliciter antè pugnavit, R. Isaias [z]. Alii, *ad*, vel *in*, *tesseram*, seu *signum militare*. Non absurdè. Sic Jud. 20. 38. accipitur, si R. Isaiæ credendum est [a]. q. d. Dato signo è portis eruperunt. Verto, *in stationem*. Fortassis indicat processisse eos usque ad stationem militarem, seu præsidium ab ipsis certo loco constitutum [b].

15. *Cesserunt loco*, &c. [וַיִּנָּגְעוּ] *Et percussi sunt*, Mo. V. vel, *cæsi*, P. vel, *fusi*, JT. h. e. Simulabant se cædi, M. sim. Ti. JT. Ang. D. Finxerunt se non posse sustinere impetum eorum [c]. Verba conjugationis *Niphal* quandoque vim habent eorum verborum quæ in *Hithpahel* [d]. Hæc autem simulationem denotant; ut, מִתְעַשֵּׁר, *simulat se divitem*, & מִתְרוֹשֵׁשׁ, *fingit se pauperem* †. *Confregerunt se*, Jon. *disperserunt se*, Sy. *terga dederunt*, Ar. Qui fugit cædi videtur, etiamsi corpore non lædatur [f]. Alii volunt eos inter fugiendum cladem aliquam accepisse [g]; quod fieri potuit [h]. Non repugno; quanquam probabilius est victoriam planè incruentam fuisse [i]. Nam si paucissimi cæsi fuissent,

[b] Bo. La. [c] La. [d] Bo. ferè ex La. † Mas. [f] V. [g] G. [h] V. [i] Mas. [k] Mas. ad 16. * Pi. [i] V. [k] Q. in Mas. [l] Mas. [m] Jun. [v] Mas. [x] RS. in Mas. [y] R. Levi in Mas. † Pi. [z] Mas. [a] Mas. [b] Mas. [c] V. [d] Q. ex Mas. † D. [f] M. [g] Kim. [h] M. [i] RS. in Mas.

commemoratum esset damnum, ut fit Jud. 20. 31 [k]. Et Israelitæ insuper terrore perculsi essent [l]. Reddi potest, *Et pulsi*, vel *impulsi*, *sunt*, Ma. ¶ *Per solitudinis viam*] Desertum hîc sumitur pro *loco pascuorum* [m]. Viâ quâ itur ad desertum inter *Hai* & *Jericho* [n]. In hoc deserto suspicor Josuam posuisse castra illa *ad septentrionem*, vers. 13. ideóque fugam nunc illò fieri. Existimo fuisse desertum *Bethaven*, de quo cap. 18. quod nomen suum infame הַ Bethel aliquando accommodavit [o].

16. *At illi vociferantes*, [וַיִּזָּעֲקוּ] *Et convocati sunt*, M. P. Ti. *congregati sunt*, Jon. D. V. Id non fit sine clamore & vociferatione, D. *Vociferati sunt*, Mo. *conclamati sunt*, JT. *exciti sunt*, Mas. Verbum צָעַק sæpe in vocandis aliquò per classicum militibus usurpatur [p]. *Exclamavit populus*, Sy. *proclamaverunt simul omnes qui erant in urbe*, Ar. Sensus est, Haienses urbe egressi, videntes Hebræos fugere, suo clamore reliquos omnes exciverunt [q]: tanquam nihil jam aliud opus sit quàm hostem persequi & cædere [r].

17. *Nè unus quidem*] Imbellis autem turba intra portas mansit, vers. 24 *. ¶ *In urbe*, [בָּעִיר] Q. codices legunt בְּעַי. Ità Jon. Sic pro לָעִיר, vers. 12. orientales codices habent לָעַי, ut suprà v. 9 [v]. ¶ *Hai & Bethel*] Quòd Bethelæi iis junguntur, dicendum eos ante obsidionem fuisse evocatos [x]. Videntur, relicto suo oppido, dudum in *Hai* fuisse, ut urbem munitiorem communibus viribus tutarentur, cùm alioqui in hujus Regis ditione essent; dicitur enim, *in urbe*, non, in urbibus [y]. Obj. At *Bethel* erat oppidum munitissimum, Jud. 1. 24. Resp. Cananæi igitur sequentibus temporibus illius oppidi muros obvallârunt [z].

18. *Leva clypeum*, [נְטֵה בַּכִּידוֹן] *Extende*, &c. Mo. potiùs, *Eleva*, V. Qu. 1. Quid hîc כִּידוֹן? Resp. Hæc vox occurrit hîc, & vers. 26. & 1 Sam. 17. 6, 45. & Job. 39. 23. & 41. 20. & Jer. 6. 23. & 50. 42. non alibi. Q. vertunt, *clypeum*, vel *scutum*: sic Jo. in Th. Sym. hoc loco; sic ο'. Sy. & Ar. in Samuele, Chald. & Hi. in Jerem [a]. Ità Mas. G. Ità significare videtur ex 1 Sam. 17. 6. & Jer. 6. 23. G. Alii, *hastile*, aut *lanceam*: ità K. RS. R. Levi & Pomarius in BA. Sy. Jon. BA. *Hastam*, M. P. V. *vexillum*, JT. Pi. *Extende in vexillo*, pro, extende manum cum vexillo, ut habetur Exod. 8. 5. Confirmatur ex vers. seq. & 26. Pi. *Hastam vexillarem*, Jun. In fine hastæ erat vexillum, V. He. in Mas. Sed hoc de suo addunt Hebræi [b]. ο'. hîc γαισὸν vertunt, quod Gallici (& Libyci, Mas.) teli genus est [c]. Explicant, ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, (*pilum ferreum*,) vel κόντιον, (*contum* [d];) malim, ἀκόντιον, *jaculum*; quamvis etiam Suidas κοντὸν *contum* exponat †. Q. γαισὸν pro *clypeo* habent. Ità Bo. & Ser. Quo docent se in his literis non multùm profecisse [f]. Qu. 2. Quo fine hoc elevabatur? Resp. 1. Ut daret signum iis qui in insidiis erant [g]: tum etiam fugientibus, ut faciem in hostes obverterent [r]. Aliis hoc non placet. 1. Longo spatio aberat Josua ab insidiis, & urbs cum valle inter Josue & insidias interjecta erat *. [Sed respondet Menochius,] Non videbant clypeum insidiatores, sed, ut fieri solet, aliqui agebant excubias in edito loco, unde insidiantes admonerent [t]. 2. De tali indicio nihil antè conventum, sed extempore fuit à Deo suggestum [v]. [Responderi potest ex La.] Signum hoc illis à Josue fuisse datum, (licèt Scriptura non exprimat [x].) 3. Tunc nulla ratio reddi potest cur nonnisi confecto bello, &c. clypeum demisisset, vers. 26 [y]. Si signum tantùm esset, eo dato, potuit manus demittere. 2. Alii ergò hoc factum volunt in alterius rei signum & mysterium [a]. Voluit Deus Josuam hâc clypei sui elevatione tanquam morali causâ concurrere ad excidium urbis Hai, quomodo Moses Exod. 17. &c [b]. Hujus indicium est, quòd manum non reducit, nisi confectâ pugnâ [c]. Deinde sequitur, *Nam in tuam manum dedam eam*, בְּיָדְךָ, *per manum tuam*, seu *manu tuâ*, moraliter concurrente, eam tradere decrevi [d]. Ex ista tua exporrecta cum clypeo manu victoriam hanc pendere volo. Alioqui satis certus antè fuit de victoria. Qu. Cur voluit eum Deus ad protensum clypeum alligatum insistere uno loco otiosum? Resp. Ut solida victoriæ gloria Deo reservaretur, quem præsentem veluti digito ostendit, nimium

[k] Mas. [l] Belg. [m] M. He. in V. D. [n] D. [o] Mas. [p] Mas. [q] La. [r] Mas. * Mas. Bod. [v] Mas. [v] G. ad v. 12. [x] Bo. [y] Mas. [z] Mas. [a] BA. 1. 2. 8. 136. [b] Mas. [c] BA. ib. Mas. [d] G. † BA. ib. [f] BA. [g] V. ità Jun. L. Tr. & Jo. & Ti. in Ser. Me. La. [r] Jun. * Ser. Bo. [t] Me. [v] Bo. ex Ser. [x] La. [y] Bo. [a] Ser. [b] Bo. ex Mas. Ser. [c] Caj. Ga. Mas. [d] Bo. ex Mas.

num modò versùs hostilem urbem protendens. Ostendit hîc Josua obedientiam suam, dum ridiculo, ut videbatur, gestui vacat, non dicam contemnens gloriam, sed profitens turpem ignaviam †. Qu. Quonam ergò signo sciebant insidiantes quando irrumpendum erat in civitatem? Resp. Vel, 1. ex clamore erumpentium ex civitate civium [f]. Credibile est eruptionem civium potuisse ab insidiis aliqua saltem ex parte videri, cùm Israelitas persequerentur versùs Septentrionem [g]. Vel, 2. aliquo tubæ sonitu, vel simili ratione [h]. Vel, 3. autore & directore Deo, insidiarum ducem admonente seu internâ inspiratione, seu exteriore & sensibili indicio [i]. Refero ad arcanam Dei efficacitatem, quâ populo suo omnes rei gerendæ opportunitates suggesserit [k]. Et sic intelligi potest illud quod sequitur, confestim ut Josue clypeum elevavit, erupisse insidias, Deo, scilicet, monente rei bene gerendæ opportunitatem esse [l]. Sed nec ipse Josua, qui clypeum vel hastam tenebat, scire satis potuit quando vacuefacta omni præsidio atque opportuna insidiis tandem urbs esset, nisi Deo submonente [m].

† Ma. [f] Bo. ex Ser. [g] Maſ. [h] Bo. [i] Bo. ex Maſ. [k] Maſ. [l] Bo. [m] Maſ.

19. *Cúmque elevâsset*, &c.] Fortè insidiæ conspexerant protensum clypeum: at id surgendi signum observare illæ nusquam jussæ videntur. Quare Divino instinctu surgendi tempus sensisse existimo [n]. ¶ *Pergentes ad civitatem*] *Pervenerunt ad urbem*, Maſ. vel, *intrârunt in urbem*, o'. & Ch. in Maſ. בָּא utrumlibet significat, Maſ. ¶ *Et succenderunt eam*] Non totam, (nam, 1. sic prædam amisissent quam illis dedit Deus, verſ. 2. & 27 [o]. 2. dicitur Josua rursum succendisse eam, verſ. 28 [p].) sed partem aliquam, ut fumum excitarent, quod signum erat fugientibus Israelitis [q]: nempe, partem septentrionalem, ut incendium tum ab Israelitis tum ab Hajensibus cerni posset [r].

[n] Maſ. [o] D. ex Maſ. Bo. [p] Bo. La. [q] Maſ. [r] Bo.

20. *Non potuerunt diffugere*, [וְלֹא הָיָה בָהֶם יָדַיִם לָנוּס] Ad verb. *& non fuit manus in iis ad fugiendum*, Mo. [Variant.] *Non erant apud eos*, vel, *in eis*, *spatia*, vel *loca*, *fugiendi*, vel, *ad fugiendum*, V. Pi. P. sim. Maſ. יָד *manus* pro *loco* ponitur, Numer. 2. 17. Job. 37. 7. Jeſ. 10. 5. & 56. 5. Sic, *mare latum manibus*, i. e. spatiis, spatiosum *. Causam affert cur neque huc neque illuc fugere possent, nempe, quia hostes hinc atque illinc ingruebant [t]. Ante eos erat exercitus Josuæ quem persequebantur; à tergo insidiæ, itémq; ab altero latere, verſ. 22 [v]: ab altero verò latere erat vel mons, verſ. 11 [x]. vel pars exercitûs Israelitarum, qui se ab ortu ad meridiem distendebant, ut nemo evaderet [y]. Alii vertunt, *Non erat iis virtus*, vel *vires*, vel *facultas*, *ad fugiendum*, Jon. sim. Sy. Ar. JT. RS. & K. in D. & D. M. Ti. יָד *manus* sæpe facultatem agendi sign [z]. *Vires* denotat, ut videtur, quòd ait בָהֶם *in eis*; alioqui dixisset לָהֶם *eis* [a].

* D. [t] Maſ. [v] Pi. La. [x] Pi. [y] La. [z] Maſ. [a] D.

21. *Vidénsque Josue*] Dicitur id Josua fecisse, non quòd suis ipse manibus pugnârit [b], (ipsum enim pugnæ non interfuisse certum est, sed seorsim usquam fixum institisse manum protendentem ad urbem [c],) sed quòd ejus ductu & imperio hoc factum est, Josuâ (ut dictum) ad victoriam moraliter concurrente [d]. ¶ *Omnis Israel*] Vel sic dicuntur ii qui cum Josua fugam simulaverant; vel, si hoc mavis, isti Josuæ appellatione significantur: *omnis* autem *Israel* adjungebat se sociis fugam simulantibus †.

[b] Bo. [c] Maſ. [d] Bo. † Maſ.

22. *Ità ut nullus servaretur*] Heb. *usquequò non remansit iis superstes & evasor*, Mo. שָׂרִיד sign. *eum qui vivus ab hoste capitur*; פָּלִיט verò, *qui fugâ evadit*. Et certè captis parcere vetabantur. Atque hîc palàm videmus puniri pios à Deo ad salutem, impiis verò suam felicitatem exitio esse. Quare æquo animo permittamus Deo rerum nostrarum procurationem. Neque nostris rationibus metiamur quæ piis adversa, impiis prospera, videntur evenire [f].

[f] Maſ.

23. *Regem apprehenderunt viventem*] Sive sponte suâ, sive jussi ante id facere, ut eximio supplicii genere periret, ad terrorem aliorum Regum. Nam à Regum sensu populares pendent, & eorum vitæ plerique imitatores sunt magìs quàm legum cultores. Jure igitur tales judicio severiore damnabantur [g]. Mos populorum est, ut Rex captus cedat Regi aut Duci exercitûs, qui præmium persolvit captoribus [h].

[g] Maſ. [h] G.

24. *Ad deserta tendentem*, &c. בַּשָּׂדֶה בַּמִּדְבָּר אֲשֶׁר רְדָפוּם בּוֹ] Ad verb. *in agro, in deserto quod persecuti fuerant eos in eo*, Mo. *in agro*, i. e. *in deserto quò persecuti fuerant eos* (nempe Israelitas, V.) *in eo*, P. V. *in campo* (planitie, Ti.) *solitudinis ubi persecuti sunt eos*, M. Ti. At Sy. includit parenthesi, & sic reddit, (*in agris enim & in solitudine persequebantur eos.*) ¶ *Percusserunt civitatem*] Heb. *percusserunt eam*, M. Mo. [sim. veteres;] reliquias *ejus*, JT. *ipsam*, i. e. homines qui in ipsa, Pi.

25. *Duodecim millia*] Numerantur hîc, vel, 1. illi soli qui in urbe interfecti sunt [i]: vel, 2. soli Haienses, quia disertè dicitur, *omnes* (incolæ) *urbis Hai* [k]: vel, 3. & Haienses & Bethelitæ, quod credibilius est propter speculatorum relationem: quò major erat dementia Haiensium, qui tam temerè se tanto populo opposuerunt; & Dei consilium admirabilius, qui suos, quamvis numero longè superiores, tamen stratagemate, non viribus, vincere voluit, nè sibi, non illi, victoriæ gloriam adscriberent [l].

[i] Q. in Ma. [k] Bo. [l] Maſ.

26. *Non contraxit manum*] *Non reduxit*, vel *retraxit, manum*, V. Maſ. i. e. non deposuit lanceam quam manu tenebat [m]: quod fuisset signum receptûs. Alii, q. d. impigrè & strenuè pugnavit [n]. [Vide quæ ad verſ. 18.] ¶ *Donec interficerentur*, [עַד אֲשֶׁר הֶחֱרִים] *Donec interficeret*, Mo. sim. Sy. *consumpsisset*, Jon. *exstirparet*, M. sim. Ar. *usque dum internecioni devovisset*, JT. id est, tanquam Deo devotos interfecisset. Potest verti, *internecione delevisset*. Hebr. *anathematizâsset*, Pi.

[m] V. [n] Ma.

28. *Fecit eam tumulum sempiternum*] In loco ubi urbs fuerat lapidum congeriem posuit [o]. *Tumulum*, sub. *lapidum*, V. Obj. At urbs Hai occurrit Nehem. 11. 31. ubi עַיָּא vocatur. [De quo vide ad Joſ. 7. 2.] Ergò non in perpetuum vasta mansit. Resp. עוֹלָם sæpe non perpetuum sed longum tempus, sign. Et Talmudici notant triplex עוֹלָם: 1. à mundi exordio ad Messiam; 2. universum Messiæ tempus, ídque ad resurrectionem corporum extendunt; 3. indè à resurrectione in perpetuum. Longum autem tempus erat, nempe 1100 annorum, à Josue ad Nehemiam [q], sub quo fortè hæc urbs instaurata erat [r]. Vel, *Hai* illa Nehem. 11. non in veteris urbis area, sed in propinquo solo, exædificata fuit. Sed dices, Si Esdræ ætate habitabatur *Hai*, quomodo sequitur, *in præsentem diem*? Non ergò Esdras, aut ejus æqualis quispiam, istorum verborum scriptor est. Resp. Sed quid vetat urbem istam ad Esdræ reditum fuisse vastam, tum verò demum instauratam *?

[o] G. [q] Maſ. [r] Bo. * Maſ.

29. *Regem suspendit*] Egit in crucem, more Romano. Ità plerique [t]. Infame erat supplicium, quo tamen meritò mulctatur Rex Hai. Principibus Cananæorum majus debebatur supplicium, qui suorum scelera adeò non vindicabant, ut potiùs eis pravo exemplo & peccandi licentiâ præirent [v]. *Regem suspendit*, sed interfectum priùs. Neque enim suspensio ibi pœna erat, sed corpora eum in modum ostentui exponebantur, ut dictum ad Deut. 21. 22. Sic etiam interpretare Joſ. 10. 26 [x]. ¶ *Usque ad vesperam*] Ex lege Deut. 21. 22 [y]. ¶ *In ipso introitu civitatis*, אֶל פֶּתַח [שַׁעַר הָעִיר] *Ad ostium* (*in aditum*, Sy.) *portæ civitatis*, Mo. Jon. *prope portam urbis*, Ar. JT. *in foveam*, o'. Aut trajectis literis פַּחַת pro פֶּתַח legerunt; aut præsentem locum ad sepulturam Absalomi accommodare voluerunt, 2 Sam. 18. 17. ubi *fossæ* mentio est [z]. *In foveam* quandam quæ erat juxta portam urbis [a]. Fortè in fossam murorum [b]. Vel, *ad portam*: sive quia is locus aptior visus ad exstruendum illud monumentum [c]; sive quia illic multa persæpe judicia improba exercuerat; sive quia, deflagrante jam tum totâ urbe incendio, inferri intra mœnia non potuit [d]. ¶ *Congesto super eum acervo lapidum*] Non temerè congestus erat, sed curâ & ordine compositus hic tumulus ex lapidibus, & structura erecta, quasi monumentum posteritati †. Existimo Regem glebâ priùs tectum, deinde monumentum hoc statutum. Hoc τὸ יָקִימוּ significat [f].

[t] Ma. [v] Me. [x] G. [y] Maſ. [z] Maſ. [a] V. [b] Ma. [c] Maſ. [d] Maſ. † Ma ex Maſ. [f] Maſ.

30. *Tunc ædificavit altare*, [אָז יִבְנֶה] *Tunc exstruxit*, D. Maſ. Verbum est futuri temporis, sed אָז, ut alibi, futur. in præteritum mutat [g]. Sic אָז יָשִׁיר, *tunc cecinit*

[g] D. Maſ.

cinit Israel; אָז יַבְדִּיל, *tunc divisit* Moses [r]. *Tunc*, expugnatâ scilicet urbe †. Verùm tota hæc ceremonia præscripta est Deut. 11. & 27. & ab iis usurpanda simul atque Jordanem transmisissent: nec immeritò; cùm ad solenne fœdus pertinet quod ante inchoatum bellum cum Deo inire æquum erat. *Resp.* 1. Talmudici ergò hæc omnia eodem die peracta esse volunt quo Jordanes transmissus erat. Sed vix id verum esse potuit, nec intra id spatium omnia ista peragi poterant [t]. Respond. 2. Verosimilius fortè videatur hæc mox post Circumcisionem & Pascha gesta fuisse, (frequens autem est in S. historia τὸ ὕστερον πρότερον,) pro felici auspicio maximi belli gerendi. Obj. At longius videtur fuisse spatium à *Galgal* ad *Hebal* & *Garizim* (quæ apud *Sichem* erant, ut dicetur, aberántque à Galgal 60 circiter milliaria juxta Talmudicos,) quàm Israelitarum turba, hostibus nondum domitis, tutò conficere posset. *Resp.* 1. Ger. Mercator vult *Gerizim* & *Hebal* propè ab Hai abfuisse. Sed in hoc fallitur. 2. Hostes tum erant summo pavore perculsi. 3. Non minus periculum fuit cùm universum robur militum circumcideretur. 4. Priusquam Israelitæ hostiliter se gererent, neminem vidimus qui se hostem ipsis opponeret. 5. Etsi longiusculum erat illud iter, tamen per continuam vallem minimè impeditum facilè confici potuit. *Resp.* 3. Si hæc post eversam *Hai* gesta erant, responderi potest ad Mosis jussum, non tam primam post trajectionem diem, (sic enim præputiatos his sacris operam dare oportebat,) quàm occasionem primam quæ commoda obventura esset, præstitutam fuisse [v]. De tota hac ceremonia vide quæ ad Deut. 11. 29. & Deut. 27 [x]. ¶ *Altare — in monte Hebal*] Ità Deut. 27. 5. Non item in monte Gerizim: quia unum esse debuit altare [y]. *Altare* tunc erat in sacrificii usus, in posterum verò monumenti causâ, ut Jos. 22 *.

31. *De lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit*, שְׁלֵמוֹת אֲשֶׁר לֹא הֵנִיף עֲלֵיהֶן בַּרְזֶל] *Integris* (i. e. non cæsis aut dolatis, mox seipsum declarat, V.) *super quos non agitaverat ferrum*, JT. *non levavit*, V. Nempe, vel, 1. Josua; i. e. quos Josua non scalpendos, &c. curaverat, Mas. vel, 2. latomus, V. vel, 3. passivè vertitur, *super quos non sublatum est ferrum*, Sy. Ar. sim. Jon. Sic solent Hebræi vertere, ut in קְרָא notatum [z]. Qu. Quæ hujus causa? *Resp.* 1. Quia nefas erat ferrum, rem ad perniciem comparatam, Divino servire cultui, à quo rerum salus dependet [a]. Hinc Cicero de *Legibus* l. 2. æs ferrúmque arcet à delubris, ut *duelli instrumenta*, non *fani*. At verò ferrum adeò non displicuit Deo, ut in suum thesaurum inferri jusserit, Jos. 6. 19. 2. Nè id quod apud aras à Deo impetrant homines humano operi acceptum ferre possint. Ità Isaac Aramæus. Dei ara nullo artificio, sed suapte materiâ, perfecta est, ut intelligerent qui Dei gratiam conciliare satagerent, Deum suapte naturâ perfectum bonúmque esse: R. Levi F. Gerson [c]. [Sed plura de his vide Exod. 20. 24. Notat hîc Masius, *Christianorum veterum aras simplicissimas fuisse, & majores nostros detestatos esse, si ullum simulacrum aut imaginem in aris conspicerent.* Quapropter flagellat eum Serarius, & simulacrorum in aris vindicem agit.]

32. *Et scripsit super lapides*] Fingunt Talmudici eosdem hos esse lapides qui è Jordane asportati & in Galgal statuti sunt. At illi tum grandiores erant, tum in Galgal statuti pro sempiterno monumento [d]. Alii erant hi lapides ab aræ lapidibus. Nam aræ lapides asperi erant & rudes, hi tectorio lævigati †. Pro multitudine rerum describendarum numerus etiam lapidum acceptus est: fortasse fuerunt 12, pro Tribuum numero [f]; quod probabile est ex exemplo Mosis ad montem Sinai *. ¶ *Deuteronomium legis*, מִשְׁנֵה תּוֹרַת וגו'] *Exemplum legis*, Mas. G. Sy. JT. *duplicationem legis*, Mo. *expositionem legis*, Jon. Vid. Deu. 17. 18. V. Qu. Quid hoc? *Resp.* 1. Fabulantur Judæi totos quinq; Mosis libros scriptos, & quidem 70 linguis, ut ab omnibus legi possent [g]; & nè qua gens posset ignorationem excusare *. 2. Liber Deuteronomii: ità Ar. & To. in La. 3. Multi Judæorum intelligunt de omnium legum compendio, quale in suis Synagogis quotannis legunt in festo Pentecostes [h]. Credibile hîc scripta esse præcipua Legis capita [i]. 4. Alii Decalogum intelligunt [k]. *Lex* hîc est Legis præcipuum [l]. 5. *Lex* hîc notat formulam istam maledictionis & benedictionis, quam & Moses *legem* vocat, Deut. 27. 8. *scribes omnia verba legis istius*. Ad hoc, dilucidè mox dicetur cujus legis verba ad populum pronunciata sint, nimirum, benedictionis & maledictionis. Non est autem probabile aliam legem in saxis inscriptam, aliam recitatam esse. His fortassis addita sunt omnia illa verba in toto capite 28. Deuteronomii [m]. Porrò, in singulis his saxis singulæ Legis portiones scriptæ erant [n]. At mihi probabilius est singula exempla Legis solida in singulis saxis inscripta; sic in sua quæque Tribus statua totam Legem legebat [o]. Sed quorsum eadem crambe toties [p]? ¶ *Quod ille digesserat*, &c.] *Quam scripsit ante filios Israel*, Jon. sim. ο'. Ar. Mo. Alii referunt ad Mosen, *Quam scripserat* (scil. Moses) *ante filios* Israel. Hujus legis epitomen scripsit Josua in lapide [q].

33. *Omnis autem populus — stabant*] Ut nomen Deo darent, novóque militiæ sacramento ei se addicerent, priusquam ad sacrum bellum, deinde ad hæreditatem, &c. admitterentur. Eò enim spectabat tota hæc ceremonia, ut mutuùm obligentur Deus & Israelitæ, Deut. 26. 17, &c. Et qui ad montem Sinai pepigerant plerique jam perierant [r]. ¶ *Majores*, &c.] וְזְקֵנָיו, *majores* natu, sunt Senatores LXX †. שֹׁטְרִים sunt *duces*, G. vel *præfecti*, D. vel *monitores*, Mas. Hi Senatui apparebant, G. Erant quasi lictores aut apparitores eorum [t]. שֹׁפְטִים sunt qui, millenis & centenis præfecti, minores causas judicabant [v]. ¶ *Juxta montem Garizim*, ità ο'. אֶל־מוּל וגו'] *Contra montem Gerizim*, M. Ar. P. *versus montem*, Ti. *è regione montis*, Mo. JT. Mas. Jon. Sy. *ad montem*, Ar. *juxta montem*, Mas. D. Nam loco אֶל־מוּל scriptum est עַל Deut. 27 [x]. Sensus est, dimidiatam populi partem occupâsse eam regionem quâ erat mons Garizim; dimidiatam, quâ mons Hebal: sive utraque in ipsis montium acclivitatibus quasi in theatro constiterit; sive in valle inter eos manserit [y]. Qu. Ubi fuerint hi montes? *Resp.* Fuerunt prope *Sichem* [z]. Ità Josephus, in iis locis natus & altus; item Rabbini omnes, & Brochardus, qui decennium totum ibi vixit [a]. Probatur, 1. ex Jud. 9. 7. *Stetit in monte Garizim, & dixit, Audite, viri Sichem* [b]. Dicit quidem Mercator fuisse montem *Garizim* longo & perpetuo jugo indè à Sichem usque ad *Hai* productum. Sed hoc est fingere montes, qui à nullo vel Geographo vel Historico vetere indicati [c]. 2. Ex Deut. 11. 30. ubi collocantur *è regione Galgalorum, apud Elon Moreh*. Jam verò ex Gen. 12. 6. constat *Elon Moreh* aut ipsam esse urbem *Sichem*, aut ei proximum locum. Et quid magis consentaneum, quàm possessionis Cananææ auspicia Israelitas eo loco facere, quo Abram ejusdem rei olim futuræ nuncium accepit primùm, & ubi ille hæreditatis promissæ fœdus cum Deo, positâ arâ, iniverat [d]? ¶ *Sicut præceperat Moses.—Et primùm quidem benedixit populo Israel*, כַּאֲשֶׁר צִוָּה מֹשֶׁה לְבָרֵךְ אֶת־הָעָם יִשְׂרָאֵל בָּרִאשֹׁנָה] *Quemadmodum præceperat Moses ad benedicendum populo in prima*, Mo. sim. Ma. *inprimis*, ο'. *primùm*, P. Belg. vel, *pro prima vice*. Hoc additur, quia hæc lex quolibet septennio legenda erat *. *In initio*, Jon. *Ut benediceret Israeli, sicut jam antea*, Sy. [Alii τὸ בָּרִאשֹׁנָה referunt ad τὸ *præceperat*:] *Sicut antea*, vel *priùs, præceperat Moses*, &c. M. Ti. JT. Ca. Ang. Positum autem est solum *benedicendi* verbum, quia sola benedictio agebatur. Maledictio verò, tanquam πάρεργον, subserviebat benedictioni, cujus impedimenta avertebat †.

34. *Post hæc*] Nempe, post structam aram, &c. Nimirum, majore religione Dei verbum animi percipiunt postquam rebus Divinis opera data est [f]. ¶ *Legit*] Curavit legi [g]; nempe per Levitam, ut præscriptum erat Deut. 27. 14 [h].

35. *Et advenis*] i. e. Proselytis. Nulla ætas, nullus sexus à verbo Dei audiendo arcendus est [i]. [Quærit hîc Masius,] Cur ergò lectio Legis Christi prohibetur

Marginal notes, left column: r K. in D. — † V. — t Mas. — v Mas. — x Bo. — y Ser. — * G. — z Mas. — a Ità He. in Mas. — b Mas. — c Mas. — d Mas. — † D. ex Mas. — f Me. — * Mas. — g Mas. — * Mas. ad Jos. 9. 25.

Marginal notes, right column: h Mas. — i D. — k Ità L. E. G. Jun. — l G. — m Mas. — n Ser. — o Mas. — p Ser. — q M. — r Mas. — † G. D. Mas. — t D. — v G. D. — x Mas. — y Mas. D. — z Ità Mas. Ser. — a Ser. Mas. — b Ser. — c Ser. — d Mas. — * B. lg. — † Mas. — f Mas. — g D. Mas. — h Mas. — i Mas.

betur vulgo Christianorum? & respondet, 1. Aliam esse Mosaicæ Legis, aliam Legis Christi, rationem: illam in civilibus sanctionibus versari, & externo tantùm cultu; hanc in secretioris interpretationis ejus (quam paucissimis traditam dicunt Judæi) explicatione distringi. 2. Equidem tamen [inquit] etsi hæc ità se habent, neminem Christianum à Legis Christi lectione arcuerim qui modò eam non pro suo sensu interpretari velit, &c [k]. [*Quæ addit Mas. de hac tota ceremonia, ex aliis antè notavimus ad Deut.* 27.] ¶ *Qui inter eos morabantur*] Heb. *incedentibus in medio eorum*; i.e. qui versabantur inter illos, & conversi erant ad fidem illorum [l].

[k] Mas. [l] V.

CAP. IX.

1. Q*Vibus auditis*] Nempe, captas deletásque duas urbes, *Jericho* & *Hai*, quæ, ut est credibile, tanquam propugnacula totius Cananææ habebantur. Et notandum, eos nondum copias cogere, sed deliberare modò, &c. quasi verò nè nunc rei gerendæ tempus urgeat. Sed hunc stuporem & mentis cæcitatem immisit illis Deus, ut Israelitarum animos paulatim ipso hostium locorúmque delectu atque usu duraret & confirmaret, cæteroqui magnâ potentiæ adversariorum opinione nimiùm præoccupatos. Quin ista eorum socordia non modò in belli initiis, sed usque ad finem, apparet. Neque enim ipsos usquam, captatâ occasione, quales credibile est magnas sæpe esse oblatas, ultro invadere Israelitas, sed ubique ab his invadi, videbimus [m]. ¶ *Qui in montanis*] Sub. *degebant*. Sic, *Pater—qui in cœlis*, supple, *es*, vel *habitas*. Hebr. in *monte*, i. e. in regione montana [n]; qualis erat *Cananæa*, Deut. 11.11 [o]. ¶ *Ac littore*, &c. sim. Jon. Ar. M. P. Ti. D. V. בְחוֹף] Alii *portum* vertunt, JT. Ma. Mo. D. Mas. Dicitur ab *occultando*: Est locus in quo naves à vento tutò latére possunt [p]. In toto tractu qui adjacet mari [q]. ¶ *Magni maris*] i. e. Mediterranei. Lacus enim & stagna Hebræis *maria* dicuntur. ¶ *Hi quoque qui habitabant juxta Libanum*, אֶל־מוּל הַלְּבָנוֹן] *E regione Libani*, Mo. *Et qui ad Antilibanum*, ο'. Supplent ο'. & Latinus τὸ *Et*, voluntque ipsam significari Phœniciam, peculiarem Regum sedem, in qua Berytus, Sidon, Sarepta, Tyrus, alia oppida Libano Antilibanóq; objecta ad mare jacent. Alii ad mare magnum ostendendum spectare putant †. *In littore maris magni quod est contra Libanum*, Jon. Sy. Alii, *usque ad oppositum Libani*, Ar. *usq; ad regionem subjectam Libano*, JT. Alii, *juxta*, vel *prope*, Libanum, D. q. d. Qui habitabant ad Borealem plagam [t].

2. *Uno animo*, ità Sy. JT. פֶּה אֶחָד] *Ore uno*, Mo. V. i. e. *consensu unanimi*, V. Ar. He. in V. Pi. *simul omnes*, ο'. *societate unâ*, Jon.

4. *Et callidè cogitantes*, וַיַּעֲשׂוּ גַם הֵמָּה בְּעָרְמָה] *Egerunt etiam ipsi callidè*, P. Qu. Quò spectat τὸ *etiam*? Resp. 1. *Usi sunt & ipsi astutiâ*, ut Josue usus est in oppugnatione Ai [v]. 2. Ut reliqui Cananæi consulebant, &c. ità hi, non quidem pugnandi consiliis, ut illi, sed prudentiâ seu astu [x]. בְּעָרְמָה vertunt, *in*, vel *cum*, *astutia*, ο'. A. JT. Mo. sim. Sy. *in sapientia*, Jon. Æquè sign. hæc vox *honestam prudentiam*, & *versutum vaframentum* [y]. ¶ *Tulerunt sibi cibaria*, וַיִּצְטַיָּרוּ] [Variè reddunt.] *Paraverunt sibi cibum*, vel *viaticum*, Jon. Sy. Ar. Græci habent, ἐπεσίσαντο, i. e. *instituerunt*: sed indubiè legendum ἐπεσιτίσαντο, *paraverunt cibaria*. Hoc enim Syrus expressit de Græco libro, qui Eusebii manu emendatus fuerat ex Hexaplis Origenis [z]. Hi ergò locum hunc corruptum esse volunt, & legendum וַיִּצְטַיָּדוּ, ד loco ר [a]. Nam paulò pòst utuntur ipsi Gabaonitæ verbo הִצְטַיַּדְנוּ [b]. Alii autem vertunt, *& legatos se fecerunt*, M. V. h. e. *finxerunt*, P. Mo. JT. Glass. V. sim. Ti. Ità omnes Hebræi, & Caj. & Forst. aliíque in Ma. Pi. Nam actio in seipso quandoque per simulationem aut declarationem explicanda est in conjugatione Hithpahel [c]. ציר *legatum* denotat, super quo ceu *cardine* (quod aliàs etiam ציר notat) negotium volvitur, ex Prov. 13. 17. & 25. 13. & Esa. 18. 2. & Jer. 49. 14. & Obad. 1. &c.

[m] Mas. [n] D. [o] Bo. [p] Mas. [q] V. † Mas. [t] Mas. V. [v] V. [x] Mas. sim. Jun. Pi. Ma. La. [y] Mas. [z] Mas. [a] Ità Mas. & Schindl. [b] Mas. [c] Glass. gram. p. 325.

Indè ἀνάλογως verbum in Hithpahel (licèt ex τῷ ἅπαξ λεγομένων illud sit, perinde ut & alterum הִצְטַיַּר v. 12.) formatur. Deinde, tota historia simulationem legationis præ se evidentissimè fert. Masora non notat aliter legendum esse, sed tantùm hoc, *vocem illam non exstare ampliùs*. Verbum autem הִצְטַיַּדְנוּ v. 12. non respondet huic verbo vers. 4. sed τῷ צֵידָם *viaticum*, quod v. 5 [d]. ¶ *Saccos veteres asinis imponentes*, sim. V. JT. שַׂקִּים בָּלִים לַחֲמוֹרֵיהֶם] *Saccos veteres in asinis suis*, M. Ti. *putridos*, *vetustos*. ¶ *Scissos atque consutos*, וּמְבֻקָּעִים וּמְצֹרָרִים] *Et scissos* (*ruptos*, ο'. Jon. JT.) *atque colligatos*, V. D. Mo. Sy. JT. *Et ruptos*, præ vetustate scilicet, *& colligatos* præ ruptura [f].

5. *Calceamenta——pittaciis consuta*: *Pittacium* vocatur omne frustulum seu panni seu corii [g]: וּמְטֻלָּאוֹת] *Et maculosa*, Mo. Jon. M. sim. Ti. h. e. habentia in locis attritis fragmenta assuta, quæ maculam calceo inducunt, M. טְלוּאִים dicitur de pecudibus, quæ maculis grandioribus, quasi frustulis assutis, variatæ sunt [h]. *Et resarta*, P. i. e. quæ varia frusta corii assuta habebant [i]. *Calcei diversis solearum frustis suppacti* [k]: *interpolata*, D. ex K. ¶ *Panes--ob viaticum*] צֵידָם propriè sign. *venationem* eorum; hîc *viaticum*, i.e. cibum pro itinere, ut ipse se explicat ver. 11 [l]. ¶ *Panes--in frusta comminuti*, נִקֻּדִים] Panes *punctati*, Mo. *punctis conspersi*, M. id est, *mucidi*, Ar. Ti. P. Panis enim mucidus punctis respersus est albis, viridibus & nigris [m]. Panis *mucore maculosus*, Mas. Græci vertunt, βεβρωμένοι, h. e. *situ ipso & mucore olidi atque virosi*. Alii vertunt, *nimis excoctum atque adustum panem*, ut sit à נָקַד *adurere*, (sicut יָקַד à הִקִּיד D.) Ità RS. cui assentiuntur Aq. & Sym. & Chald [o]. Alii, *abierat in micas*, JT. sed *mica* aliud est, nempe, panis frustulum quod emicat. Ad hæc, *micæ* sunt etiam panis non mucidi [p].

6. *Omni Israeli*, וְאֶל אִישׁ יִשְׂרָאֵל] *Et ad virum Israel*, Mo. JT. Ma. P. Phrasis Hebræa, pro, *Israelitis*; nisi quendam ex Israelitis exponas [q]. Primoribus *viris Israelis*, JT. אִישׁ aliquando est nomen ἀρετῆς, D. Confirmatur hæc expositio ex ver. 15. & 18. Pi. *Et ad Israelitas*, Sy. sim. ο'. Ar. Ti. *& ad* cunctos *viros Israel*, M. Videntur obvios quosque suppliciter prehensare priùs quàm ad Imperatorem penetrârunt [r]. ¶ *De terra longinqua*] Tales autem, si pacem offerrent, séque dederent, in fidem recipere debebant; Deut. 20. 11. Qu. Unde isti hoc nôrunt? Resp. 1. Credibile est illiusmodi pacis & belli leges, quas Deus præscripserat, ab Israelitis divulgatas fuisse apud quosvis: Pertinebat enim ea res ad belli æquitatem. 2. Et Rahabæ cognati, de gentilium suorum salute soliciti, ea quantum poterant in vulgus sparserunt, ut eos ad deditionem invitarent †. ¶ *Et dixerunt*, ità ο'. Jon. Ar. simil. Sy. וַיֹּאמְרוּ] [Veteres omnes videntur secuti literas in textu, non autem punctationem in hac voce. Alii, *& dixit*.] ¶ אֶל־הַחִוִּי] *Ad Hivæum*, i. e. ad Gabaonitas, qui erant Hevæi *. In חִוִּי significatio est serpentis: nam serpens חויא dicitur. Vocat ergò eos *serpentinos*, quia deceperunt Israelem, ut olim serpens Evam. Notatum hoc in Dras †. ¶ *Ne fortè in terra*, &c. Heb. בְּקִרְבִּי] *In interiore meo*, Mo. *inter nos*, Jon. sim. Ar. *prope nos*, Sy. *in medio*, seu *intimo*, *mei*, JT. Pi. i. e. terræ meæ, mihi scil. à Deo donatæ. Meton. adjuncti, qualis in Terent. *Eamus ad me*, i. e. domum meam *. Rectè putabant nefas sibi esse cum his ferire fœdus, quia vetitum est Exod. 23. & 34. & Deut. 7. 2 [t]. Inhibitum hoc propter periculum Judæorum, nè & ipsi, gentium exemplo inter quas habitaturi erant, Deum desererent [v]. At de exteris alia ratio erat, quippe cum quibus nulla Israelitis vitæ necessitudo atque familiaritas esset intercessura, etiamsi fœderati forent [x].

8. *At illi ad Josue*, &c.] Dictum est quid locuti sunt ad Israelitas: nunc colloquium cum Imperatore explicatur [y]. ¶ *Servi tui sumus*] Volumus tibi servire [z]. q. d. Dedimus nos vobis in servitutem, ut de nobis statuatis pro arbitrio vestro [a]. Ità ex officiosa quadam animi demissione loquuntur, non autem intendunt servitutem & subjectionem profiteri †.

9. *Venerunt servi tui in nomine Domini*] Ità ο'. P. Mo. h. e. *ad nomen Domini*, Jon. Ar. JT. *propter nomen*,

[d] Glass. in philologia sacra lib. 1. tract. 1. loc. 14. p. 59. [f] V. [g] D. Bo. sim. La. Ma. [h] Bo. [i] V. [k] D. ex Mas. [l] V. [m] K. in D. [o] Mas. [p] D. [q] V. [r] Mas. † Mas. * V. Jun. † D. * Pi. [t] Mas. La. Bo. [v] Ma. [x] Mas. [y] Mas. [z] V. [a] Mas. † Bo. Mas. ad v. 27.

men, &c. M. Pi. vel, *famam Domini*, Ti. exciti famâ mirabilium ejus[b]. Metu hostis ad deditionem impelli, ignavorum est, &c. at virtutum admiratione ultro duci, generosorum est, & laude dignum. Paratissimos ad deditionem popularium animos prædicant, ut qui se ultro ad id agendum obviàm Israelitis miserint, quod alii ad ultimam usque necessitatem solent differre[c]. Alii hoc ad religionem referunt, quomodo in Rahaba, Jos. 2. 11[d]. q. d. Ex miraculis Deum tuum agnoscimus, & ad cultum ipsius venire desideramus per fœdus ineundum †. *Venimus ad nomen Domini*, scilicet, profitendum, ad eum colendum[f]. Sed simplicius mihi videtur ad *famam* miraculorum referre[g]. ¶ *In Ægypto*, &c.] Summa cum astutia fit, quòd neque Jordanis siccati neque Jerichuntis eversæ miracula commemorant, quasi longinquæ regionis incolæ nihil istarum rerum nuper gestarum vel per famam audierint[h].

11. *Seniores & habitatores*] Senatoribus, πρεσβύλοις, secutus populi consensus. Multæ erant eo tempore Democratiæ cum Aristocratia permixtæ[i].

12. *Panes calidos sumpsimus*, "וְזֶה לַחְמֵנוּ חָם הִצְטַיַּדְנוּ וגו] *Hunc panem nostrum calidum sumpseramus pro viatico*, Sy. Ar. *Hic panis noster est, calidum in viaticum accepimus eum*, JT. sim. omnes.

14. *Susceperunt de cibariis*, &c. וַיִּקְחוּ הָאֲנָשִׁים מִצֵּידָם] Q. vertunt, *Et acceperunt viri de insidiis eorum*; quòd צוּד, vel צָדָה, sign. *insidiari*[k]. q. d. *Assensi sunt viri dictis illorum*, Jon. *dictis*, nempe, *insidiosis*, Mas. Al. sic, *Et didicerunt* (ità לָקַח vertunt) *ex viatico* rem veram esse, Q. in Mas. Alii, *Et acceperunt viri* (i. e. *principes*, ο'. sim. JT. Pi. horum enim inconsiderantia damnatur, Mas.) *de viatico eorum*, Mo. sim. ο'. Jon. Sy. M. P. Ti. Alii, *Tulerunt homines isti de viatico suo, & ostenderunt eis*, Ar. Alii, *Hæc cùm accepissent viri illi* primores *ex viatico eorum*, JT. i. e. Quos sermones quum admisissent & probâssent, adducti specie rerum quas in viaticum sumpserant †. Al. *Et receperunt viros propter viaticum suum*, Ang. in margine. Qu. Cur susceperunt de cibariis eorum? Resp. Non ut ex eis ederent, habebant enim recentes ex frugibus terræ panes[l]; nec aridum illum & mucidum panem vorarent[m]. Sed vel, 1. in signum fœderis initi[n], aliquid, licèt modicum, comedebant[o]. Ritu non dissimili fœdus firmârunt Jacob & Laban, Gen. 31. 46. & apud Salustium, Curtium, &c. exempla exstant fœderum, in quibus sanciendis populares de eodem vel cibo vel potu gustare solebant[p]. Vel, 2. ut explorarent an vera dicerent[q]. ¶ *Et os Domini non interrogaverunt*] Ità Mo. sim. Sy. i. e. Dominum non consuluerunt[r]; vel, Dei oraculum †; nempe, per *Urim* & *Thummim*[t]. Quamvis probabile est, nec Deum, si consultus esset, responsurum fuisse Gabaonitas non esse recipiendos, Principes tamen neglecti officii non leviter insimulantur[v], quòd Deum, quem habebant præsentem & respondentem, in re tam gravi non consuluerunt[x]. Temeritas erat, quòd tam citò cum incognitis & suspectis fœdus inierint[y]; non consultis Rahab ejúsque propinquis, vel aliis regionum peritis[z]. Existimo tamen hæc ad Divinam providentiam pertinuisse, qui ista permisit; aut etiam fortè animi lumen avertit, ut Gabaonitæ hi jam fide Deíque timore concepto servarentur[a]. Cæterùm an Imperator ipse quoque inter eos fuerit qui se hîc tam credulos præbent, non planè constituere possum. Opinarer Principes (cùm faciliùs & priùs ipsi credidissent) fuisse illi assentiendi authores. Memini à Josua adversùs Haienses missa 3 millia, non consulto Deo, cùm relationi suorum nunciorum ille credidisset[b].

15. *Fecitque cum iis pacem*] Ità Mo. Jon. Sy. JT. *Præstitit eis securitatem*, Ar. *Pacem facere*, ad hostilem voluntatem atque offensionem deponendam pertinet; *fœdus* verò *percutere*, ipsa pacis pacta atque leges & conditiones intuetur, ut à Nachmann. scriptum est *. ¶ *Quòd non occiderentur*, ità V. לְחַיּוֹתָם] *Ad vivificandum eos*, Mo. Jon. *de illis in vita servandis*, JT. Activa significatio sæpe de permissione tantùm vel concessione intelligenda est[c]. Qu. An rectè hoc fœdus iniri potuit? Resp. 1. Q. negant[d]: Quorum rationes sequuntur. 1. Deus vetuit Hebræis fœdus cum Cananæis, jussítque omnes occîdi, Exod. 23. 32. & 34. 15. & Deut. 7. 2 †. Alii tamen aliter sentiunt.] 1. Scio dictum esse, *nulli ex iis parcendum*; sed id factum, quòd paucissimi essent futuri quos scelerum pœniteret[f]. 2. Interim lex hæc, ut in plerisque omnibus legibus usu venit, æquitate quadam interpretanda est, ut cum æterna Dei clementia congrueret[g]. 3. Licitum erat hoc fœdus, sed aliis conditionibus quàm cum exteris[h]. Eæ duæ erant: 1. si terras suas Israelitis concederent, ipsis enim à Deo datæ erant[i]; 2. si proselyti fierent[k]. Est autem *ratio legis anima*. Propositum autem Dei in sanguinaria illa lege erat, nè Hebræos ad sua idola & scelera pertraherent, si simul habitarent. Hanc enim causam dat Deus Exod. 23. 32. Deut. 7. 4. Eo autem contagii periculo cessante, sanctioni isti non erat locus[l]. Porrò, Gabaonitæ vel veram religionem jam amplexi sunt, ut Lyra & Ang. & Calv. & Nachmann. volunt, quia *venisse* se dicunt *in nomine Domini*, v. 9. de quo dictum priùs; vel ad eam suscipiendam parati erant[m]. Non fit quidem in S. verbis apertè religionis mentio, quia eam jam amplexi erant, ut volunt quidam; utcunque satis de religione depactus videtur, cùm Dei sui ædem nominat in qua illi perpetuùm servirent; adeóque à cultu dæmoniorum alienissimi esse debebant[n]. 2. Pro negante sententia urgeri potest; quòd populus omnis murmuraret adversùs Principes ob hoc juramentum, v. 18. Resp. 1. Multitudo confidens semper est, & temerè judicat, & ad obtrectandum Magistratui est propensior[o]. 2. Fortè factum cùm iis fœdus erat, aut salvâ religione avitâ, aut tanquam cum vectigalibus sociis; quorum neutrum illis permitti poterat[p]. 3. Ignorabant illi, homines imperiti, æquiorem duræ illius legis interpretationem[q]. 3. Cur exteros se simulabant, si indigenis licebat illis esse tutis? Resp. Mirum non est Gabaonitis, hominibus barbaris, illam æquiorem legis interpretationem in mentem non venisse[r]. [*De hac tandem sententia sic pronunciat* Masius, eam à plurimis non tam defendi, quàm teneri †.] Resp. 2. Aliis hoc fœdus licitum videtur[r]. Ità Rabbini omnes & Augustinus[v]. Horum rationes sequuntur. 1. Urgent Deut. 20. 10. ubi jubentur ante oppugnationem urbis hostibus pacem offerre, &, si eam acceptent, cum iis fœdus inire. Quam legem ad Cananæos æquè ac exteros pertinere statuunt omnes Hebræi[x]. Discrimen autem quod in sequentibus statuitur inter indigenas & alienigenas de iis tantùm intelligunt qui pacem oblatam recusant: In Cananæis enim omnes, in exteris solummodo mares, occidendos fuisse[y]. Ipsa quidem æquitas omnibus gentibus hoc dictat, bellum nullum, nisi denunciatum, justum fuisse. Et tradunt Judæi Josuam literis publicis, simulatque in Canaan advenisset, omnes ubique urbes ad deditionem cohortatum esse. Præterea, nullam gentem, præter Moabitas & Ammonitas, (de quibus exstant singularia jussa,) non esse ad pacem invitandam putant[z]. Mandatum Deut. 20. 10. & seq. nè postquam accesserint ad expugnanda loca à Deo illis destinata ullos vivere finant: At hi vitam priùs petierunt quàm eos aggressi sunt[a]. 2. Urgent Jos. 11. 19. ubi ideo *deleti* dicuntur, quia nullæ aliæ præter Gibeonitas pacem cum Israelitis fecerunt[b]. 3. Probatum fuisse Deo hoc fœdus docet exemplum Saulis, in quo violatum hoc fœdus graviter vindicavit, 2 Sam. 21. 1.[c] ubi causa punitionis adfertur, (non quòd Deus postea probaverat, sed) quòd Israelitæ jurâssent eis[d]. 4. Quis credet Regem Salomonem, pietate, potentiâ & opibus tam florentem, reliquias Cananæorum (quos in servitutem redegit) noluisse occidere, si Deum hoc jussisse intellexerat †? 5. Josua pepercit eis postquam cognovit Cananæos esse, quod non fecisset si promissio legi Dei adversa esset[f]. Testatur enim S. Scriptura Josuam nihil non fecisse ex iis quæ Moses jusserat[g]. 6. Cananæi ex vaticinio Noæ, Genes. 9. 25. servituri erant posteris Noæ: consentaneum ergò non erat ut omnes exscinderentur[h]. ¶ *Juraverunt*] Se, scilicet, servaturos pactum initum cum illis[i].

16. Post

Marginal notes, left column: b La. Bo. Ma. L. — c Mas. — d Q. in Mas. — † L. — f Ser. — g Mas. — h Mas. & ex eo Ser. La. Bo. — i G. — k Q. in Ma. — † Jun. — l La. — m Mas. — n V. L. & Cajet. in La. — o L. — p Mas. — q Mas. in La. Bo. — r V. — † D. — t D. La. Bo. sim. Jun. Pi. Ma. — v Mas. — x La. Bo. — y Bo. La. — z Bo. — a Bo. sim. La. Mas. — b Ma. — * Mas. — c Glas. gram. 322. — d Calv. & To. in Ser.

Marginal notes, right column: † Q. in Mas. — f Mas. ad v. 18. & ad 27. — g Mas. ad v. 18. — h Bo. La. Mas. — i La. Bo. — k La. Bo. Mas. Ser. — l Mas. ad v. 27. La. Bo. — m Ser. Bo. — n Mas. ad v. 23. — o Mas. ad v. 19. — p Mas. ad v. 15. — q Mas. ad v. 18. — r Mas. ad v. 27. — † Ibid. — r Ità Mas. Ser. La. Bo. G. Jun. L. — v Ser. — x Mas. v. 15. & v. 27. — y Mas. v. 15. — z Mas. v. 27. — a Jun. sim. Ma. — b Mas. v. 27. La. Bo. — c Mas. v. 18. La. Bo. — d Bo. — † Mas. — f L. — g Q. — h Mas. ad v. 27. — i V.

16. *Post dies tres*], ità ό. sim. Sy. Ar. 'מִקְצֵה וגו] *A fine* (vel, *post finem*, Mas.) *trium dierum*, Mo. h. e. tertiâ die, ut liquet ex v. 17. Nam μετά, *post*, quandoque pro *intra* accipitur, nec semper temporis ultimam partem, quam notat, præteritam esse significat. Vide Deut. 14. 28. & 31. 10[k]. *Tertio post die*, JT. Pi. ¶ *Audierunt*] Quo nuncio non refert. Credibile est Israelitas assiduis excursionibus loca vicina exploràsse, tum frumentandi & victûs quærendi, tum regionis cognoscendæ, causâ. ¶ *In vicino*] Gabaon à Galgal abfuisse videtur circa 210 stadiis, vel 26 millibus passuum[m].

17. *Die tertio*] Ex quo rescitum fuit eos Cananæos fuisse[n]. Alioquin itinere tantùm diei & noctis aberat à Galgal, ut docet seq. cap[o].

18. *Eò quòd juràssent principes*] Eleazarus μετὰ γερουσίας, ut hîc ait Josephus, auctore nempe Josue, suprà v. 15. qui vel solus jus habuerit in talibus populum obligandi[p]. Incertum est an isti deliberationi Josue præsens fuerit, an verò illorum decreta ipse in Galgal approbaverit, cùm ad se de re tota relatum esset, atq; illuc etiam Gabaonitas evocârit: verisimile tamen est milites adversùs præsentem Imperatorem non tam insolenter fuisse murmuraturos[q]. Cavillari hîc aliqua potuissent Hebræi; sed, ut Livii utar verbis, l. 3. *nondum hæc quæ nunc tenet seculum negligentia Dei venerat, nec interpretando sibi quisque jusjurandum & leges aptas faciebat, sed suos potiùs mores ad eas accommodabat*[r]. Qu. 1. Si isti non juràssent, num fas fuit homines ultro pacem petentes, & sese dedentes, opprimere? Resp. negando, nempe, si Deo nomen dedissent, [ut dictum.] Quòd si pax illicita fuisset, v. g. ut salvis suis superstitionibus, tanquam exteri, vivere domi possent, eam pacem, contra Legem Dei datam, eripere debuissent †. Qu. 2. An validum fuit hoc juramentum, & Israelitas obligavit? Resp. Qu. negant[t]. Horum argumenta sunt. 1. Quia juramentum fuit de re illicita & prohibita. Resp. Sed hoc falsum probatum est ad vers. 15. 2. Quia conditio hæc fœderi videtur intervenisse, *si estis extranei*. Resp. Etsi hujus rei mentio fit vers. 6. non tamen continuò censeri debet ea conditio inserta contractui, nec tale quippiam in verbis quibus refertur contractus indicatur[v]. 3. Quia error fuit substantialis circa personam[x]. Non magìs obligati erant Gabaonitis, qui se alienigenas simulabant, quàm si quis rei venditæ pretium ei se numeraturum per errorem promittit qui sibi nihil vendidit[z]. Resp. Sciebant se cum his quos præsentes habebant contrahere, neque conditio patriæ redundat in personam; v. g. si matrimonium ineatur cum fœmina præsente, quam existimo esse Gallam, cùm tamen sit Hispana, valet matrimonium[a]. 4. Quia dolus intercessit. Resp. Dolus hic non erat circa substantiam rei, sed circa accidens. Nam cùm offerant iis prædia sua, & veram religionem amplecti cupiant, substantiam fœderis à Deo permissi, imò jussi, præstant. Non ergò erat hîc error personæ, sed accidentis personæ, dum putarent eos remotè, non propinquè, habitare[b]. Addunt tamen hi authores hoc juramentum, quamvìs non obligaret, servatum esse, vel, 1. quia Deus id servari probavit. Ità Aug. & Mas. & Magalianus. Sed hoc quando vel quâ ratione factum, non probant[c]. Vel, 2. ut ostenderent quanti facienda esset jurisjurandi religio, cùm nec id in quo sola jurisjurandi species esset violandum judicarent[d]. Prisci illi, ut parcè jurabant, ità juramenta sua quovis modo servare se debere putàrunt. Alioquin & Israelitæ & Gabaonitæ vitiosum esse hoc sacramentum judicàsse hinc constat, quòd alteri castigant dolum, alteri pœnam meritam deprecantur. Mihi videtur tale quiddam accidisse Principibus quale Isaaco cùm à Jacobo circumduceretur: Nam licèt & nomine & personâ Esaui stipulatio benedictionis fiebat, tamen neque stipulatoris fraus neque benedicentis error obstiterunt cur minùs, cùm à Deo, tum à parente, fausta illa precatio rata haberetur efficáxque esset. Nimirum Isaaci animus occulto quodam Divinæ approbationis sensu ducebatur. Pariter hoc loco ità moderatus est Deus Principum animos, ut, quamvìs fortassis imprudentes, consilium Dei sequerentur. Approbatio verò Divina satis constat ex 2 Sam. 21. 1. de quo antè dictum †. Vel, 3. quia ex erronea conscientia putàrunt se hoc juramento teneri *. Sed quis credat neminem fuisse, nè Josue quidem vel Eleazarum, qui judicare possent de obligatione juramenti? aut, si dubitabant, non fuisse Deum consulturos? aut, quomodo judicare poterant obligationem esse servandi, si erat contra Divinam Legem †? Vel, 4. quia si primum hoc pactum & juramentum fregissent, cessisset hoc in magnum scandalum populi, & in irreverentiam & blasphemiam Dei; & ideo ad hæc vitanda servandum erat *. Servabant juramentum, quia ità expedire judicàrunt †. Verùm aliam causam Principes assignant, nempe, solam juramenti obligationem *. Nota τὸ *juravimus*, ver. 19. in præterito; loquuntur ergò de juramento, non post dolum agnitum renovato, sed primitùs præstito †. Resp. 2. Alii juramentum hoc validum fuisse affirmant[f]. Quia materia fuit licita, ut probatum ad vers. 15. Nec obstat dolus, vel error, ut probatum[g]. ¶ *Murmuravit omne vulgus*] Vel prædæ vel vindictæ avidum fremebat desiderio gentis invadendæ[h]. Dicit, *omne vulgus*; nam licèt in iis viri multi sunt meliori indole, tamen isti aliorum clamoribus, tanquam flabellis, facilè ad temeritatem inflammantur[i].

19. *Qui responderunt eis*] Heb. *Et dixerunt omnes principes*, &c. Observanda hîc est Principum concordia. Eâ factum est ut auctoritatem suam teneant. Sic etiam evincunt furorem populi, dum nihil concedendum statuunt, & quod illi flagitant facere se non posse apertè pronunciant. Vir bonus à recto & honesto nullius multitudinis vel metu vel gratiâ dimoveri se patietur[k]. ¶ *Domini Dei Israel*] q. d. Deus quem vos colitis datus est sponsor impunitatis[l]. ¶ *Non possumus eos contingere*] Ità Mo. ό. vel, *nocere*, Jon. sim. Sy. נָגַע sign. *vulnus infligere, sanciare*, &c. ut apparet ex nomine נֶגַע, cui *vulnus, ulcus, damnum*, &c. subjiciuntur[m].

20. *Reserventur, ut vivant*, וְהַחֲיֵה] *Et vivere faciendo*, Mo. Infinitivum pro futuro modi finiti, Mas. *Vivificando*, ό. *vivificabimus*, Jon. sim. JT. Verti non debet ו in וְהַחֲיֵה, V. ¶ *Nè ira Domini*, &c.] Etsi summo jure ratum non erat, tamen homines simplices & antiquæ probitatis, cùm illiusmodi juris acumen argutiis minimè expenderent, sed præceptum tertium Decalogi secum reputarent, non abs re iram Dei metuebant. Quare discamus nos, quicquid tanto sponsore promisimus, (modò cum Lege Dei non pugnet,) etiamsi circumventos esse nos intelligamus, illud tamen præstare; & si quod indè nobis damnum evenerit, hoc aliis potiùs honestis rationibus sarcire, quàm fallendæ fidei causam ullam quærere[n].

21. *Sed sic vivant, ut in usus universæ multitudinis ligna cædant aquásque comportent. Quibus hæc loquentibus*, וַיֹּאמְרוּ אֲלֵיהֶם הַנְּשִׂיאִים יִחְיוּ וַיִּהְיוּ חוֹטְבֵי עֵצִים וְשֹׁאֲבֵי מַיִם לְכוֹל הָעֵדָה כַּאֲשֶׁר דִּבְּרוּ לָהֶם הַנְּשִׂיאִים] Versiculus hîc variè interpretari potest, propterea quòd ipsa verborum structura non satìs est explicata[o]. Q. multa supplent. Hebræi hîc dicunt esse מִקְרָא קוֹצֵר *lectionem abbreviatam*†. *Et dixerunt magnates eis*, (*ad filios Israel*, Sy.) *Vivant*. [Hîc supplent, *& sint lignatores & aquatores totius cœtûs*; ità K. in Mas. Sy. Ar.] *Factique sunt colligentes ligna & haurientes aquam toti cœtui, quemadmodum dixerant eis magnates*: Sy. Ar. K. in Mas. Non placet; intempestivum erat hîc dicere, *fuerunt*, vel, *facti sunt*, *lignatores*, &c. Tum enim demum fient, cùm Imperator sententiam pronunciaverit, ut audiemus*. Alii sic; *Et dixerunt eis principes, Vivant, & sint*, vel *erunt*, &c. *sicut locuti sunt eis principes*, (vel, *prælati*, Mo.) Jon. sim. Ti. *Dixerúntque eis principes, Vivant, & cædant*, &c. *Fecerúntque sicut loquuti sunt eis principes*, M. *Quum ergò dixissent eis duces illi, Sinuntor vivere*, (scil. hâc lege, ut *sint putatores*, &c. βραχυλογία, sive synecdoche membri, Pi.) *fuerunt* (malim, *facti sunt*, Pi.) *putatores* (*cæsores*, vel *sectores*, Pi.) *lignorum, & haurientes aquam, quemadmodum dixerunt eis duces*, JT. *Dixerunt præterea* (nempe, cœtus Israelitarum, Ma.) *ad principes illos, Vivant, & cædant*—*quemadmodum loquuti*

Marginal notes, left column: [k] Glas. gram. p. 544. — [m] Mas. — [n] Mas. — [o] Mas. v. 16. — [p] G. — [q] Mas. — [r] G. — † Mas. — [t] Ità Mas. & Ser. & To. & August. in Bo. Me. — [v] Bo. — [x] Q. in La. — [z] Mas. — [a] Bo. — [b] La. — [c] Bo. — [d] Mas. & Ser. in Bo.

Marginal notes, right column: † Mas. — * To. in Bo. — † Bo. — * L. — † Q. in Bo. — * Bo. — † La. — [f] Ità L. La. Bo. Suarez & Gratian. in Bo. — [g] Bo. — [h] Mas. — [i] Mas. ad 19. — [k] Mas. — [l] Mas. — [m] Mas. — [n] Mas. — [o] Mas. — † M. — * Mas.

quuti ſunt eis principes, P. *Præterea dixerunt principes ad eos*, (i. e. ad filios Iſrael,) *Vivant, & ſint—ſicut principes* (i. e. nos) *dixerunt eis*, (i. e. Gibeonitis,) Belg. At ſi *eis* accipias de Gabaonitis, neceſſe eſt ut dicas, Principes cum Gabaonitis ſeorſim de dura illa ſervitute egiſſe, priuſquam ea Joſue diceret quæ verſ. 22, &c. quod incertum eſt, licèt non abſurdum [p]. Quis credat Principes cum ipſis agendo antevertiſſe Joſuæ reprehenſionem? Nec quidquam legimus antea Gibeonitis locutos fuiſſe Principes *. *Et principes dixerunt ad eos, Vivant, (ſed ſint cæſores lignorum—toti cœtui,) quemadmodum principes promiſerant eis*, Ang. *Vivant, ſed ſint lignatores*, &c. *Igitur hoc civitas* [vulgus militum intelligit] *primoribus conceſſit*, Ca. *Dicebant, inquam, principes ad illos, Vivant, & ſint cæſores---ſicut principes loquuti inter ſe fuerunt*, Maſ. τὸ ו *Vau* in וַיִּהְיוּ non convertit hoc loco fut. in præter. τὸ לָהֶם αὐτοπαθῶς vel *reciprocè* accipio, pro, *inter ſe*, vel, *ſecum*, prout ſumitur apud *Eccleſiaſten* 3. 18. Illa verba, כַּאֲשֶׁר דִּבְּרוּ לָהֶם הַנְּשִׂיאִים, niſi ad eam conſultationem referas quâ Principes inter ſe deliberaverant quî poſſent ſuum jusjurandum tueri, prorſus ſupervacanea videbuntur. Latinus autem hanc clauſulam ad ſequentem verſum refert, [*Quibus hæc loquentibus*, v. 22. *Vocavit Gabaonitas Joſue*] & כַּאֲשֶׁר hîc non ſimilitudinem, ſed tempus, ſignificare, atque pronomen [*eis*] Iſraelitarum milites demonſtrare, cenſuit; commodo illo quidem ſenſu, ſed interpunctationi quæ nunc eſt in Hebræorum libris non ſatis congruente. Sunt etiam qui ſic interpretentur, ut aſſenſionis & approbationis militum, qui antè fremuerant, det ſignificationem. [Ità intelligit Ca.] Sed certè nimis trunca atque imminuta fuerit illa oratio, & divinare hoc eſt potiùs quàm interpretari [q]. *Secundùm quod principes locuti ſunt eis*. Ejuſmodi repetitiones mirificè ſerviunt ad ſententiæ incrementum: q. d. Verè, certè conſtituerunt Principes, iterum atque iterum affirmârunt conventui, Gabaonitas futuros calones & lixas [r]. ¶ *Dixerunt*—Q. vertunt, *Et addiderunt principes*, q. d. dixerunt illis & hæc: [דִּבְּרוּ לָהֶם] *Dixerunt eis*, vel, *de eis* †. Hanc clauſulam ſupremam ſic verto, *cùm*, vel *quando*, (id כַּאֲשֶׁר ſæpe ſignificat,) *locuti ſunt de eis*. Sic ל ſumitur Gen. 20. 13. אִמְרִי לִי, *dic de me*, & alibi *. ¶ *In uſus—multitudinis*, [לְכָל־הָעֵדָה] *Pro toto cœtu*, Ar. JT. [ſim. omnes:] id eſt, ſervi publici, nomine cœtûs populi Dei, publicas angarias obeuntes in domo Dei, infrà v. 23. & Ezræ 8. 20. Quare etiam *Nethenæi*, i. e. dedititii, vocantur in Ezra & Nehemia †. Vice & loco totius cœtûs Iſraelitarum, qui alioquin providere tenebantur de lignis & aqua domui Dei [t]. Alii volunt illos cuivis è vulgo Iſraelitæ aquatores lignatoréſque eſſe debuiſſe, qui modò ipſos de eo officio interpellâſſet; ità Nehemannus *; ídque uſque ad terræ diviſionem †; vel etiam cùm diſtributæ fuiſſent poſſeſſiones: quanquam non planè gratis, ſed exiguâ mercede conductos *. Primò quidem toti populo totíſque caſtris ligna & aquas afferre tenebantur, etiam factâ jam terræ diviſione; unde & à Joſepho δημόσιοι, i. e. *ſervi publici*, ſeu *calones*, vocantur. Poſtea ſoli Tabernaculo & Templo; indè *Nathinæi* dicti, i. e. *donati*, ſcil. Levitis, ut ſint illis quaſi ſubdiaconi. Ità Ribera, Sigonius, Maſius, & Toſtatus †. Juſta hæc erat pœna tum ob fraudem, tum quia Cananæi erant [v]. Cæterùm lignatorum & aquatorum locum fuiſſe infimum & conditionem deterrimam conſtat ex Deut. 29. 11 [x].

22. *Vocavit Gabaonitas Joſue*] Hactenus Iſraelitarum inter ipſos deliberatio, nec quidquam cum Gabaonitis actum: ſed quæ de communi Principum conſilio atque etiam populi aſſenſione ſunt conſtituta, nunc demum à Joſue coram reis edicuntur [y].

23. *Sub maledictione*] *Maledicti eſtis*, JT. Deprehendimus vos eſſe de numero gentium earum quibus maledixit Deus [z]. Servitus oneroſa eſt quædam ſpecies maledictionis, id eſt, maleficentiæ & caſtigationis [a]. *Sub maledictione*, ſervitutis ſcilicet, vili miniſterio addicti [b]. ¶ *Non deficiet*, &c. ità ό. Sy. Ar. JT. [לֹא יִכָּרֵת מִכֶּם עֶבֶד] *Non excidetur* (vel, *delebitur*, V.) *ex vobis ſervus*, Mo. V. i. e. *ſervi*, Jon. V.

p Maſ. · * Bo. · q Maſ. · r Ma. · † V. · * Bo. · † Jun. · t Ma. · * Maſ. ità To. & Me. · † To. in Me. · * Nehe-man. in Maſ. · † T. · v La. · x Maſ. ad v. 22. · y Maſ. · z Jun. · a La. · b Me.

q. d. Semper eritis ſervi, &c. ante diviſionem Terræ ſanctæ, ſcilicet [c]. Deditos puniendi jus eſt victori, ut ſubditos factos. Ob dolum operis ſervilibus addicuntur, ut olim à Romanis Bruttii, (à quorum ſimilitudine *Brutiani* dicti qui officia ſervilia Magiſtratibus præſtabant,) eò quòd Bruttii Hannibali ſe tradidiſſent, & cum eo perſeverâſſent uſque dum recederet de Italia. Aquam portare, ſervile, teſte Athenæo [d]. ¶ *In domum Dei mei*] At hujus nulla in deliberatione mentio, ſed, *univerſi cœtûs*. Sed credibile eſt ſanctiſſimos Principes inprimis ſacræ domûs rationem habuiſſe, (neque enim cœtui ſervire poterant, poſtquam diſtractus ad ſuas quiſque poſſeſſiones eſſet populus;) ſed cùm iſtam orationem illi adhiberent ad tranquillandos populi animos, prudenter eam ſervitutem oſtentabant verbis quæ ipſi eſſet populo futura utilis & commoda †.

24. *Nunciatum eſt nobis*, [כִּי הֻגֵּד הֻגַּד] *Quia indicando indicatum eſt*, Mo. *certò auditum eſt*, Sy. *planè nunciatum eſt*, Ar. JT. Geminatio oſtendit nunciorum frequentiam, famæque certitudinem [f]. ¶ *Quòd promiſiſſet*, &c.] Gabaonitæ ergò fidem iis quæ de mirandis Dei factis & promiſſis audiverant adjunxerunt. Indè timor, non quidem planè pius & obſequioſus, ſed ſervilis potiùs, qui tamen ipſis viam ad ſalutem aperuit. Solet enim ille talis timor mentes hominum iis informare cogitationibus quibus paulatim in ſpem veniæ ducantur; quâ ſpe deinde erecti fultíque rationem vitæ melioris ineundam meditantur, ac demum charitatem ipſam exercent, Deúmque ut Patrem revereri incipiunt. Itáque fit ut ſervilis ille timor tandem ipſe ſe pellit [g]. ¶ *Animabus noſtris*, ità Mo. Jon. Ar. ſim. Sy. [לְנַפְשֹׁתֵינוּ] *De animabus noſtris*, ό. *vitæ noſtræ*, JT. V. ¶ *Hoc conſilium*] Prudenter dictum. Crimen nullo nomine proferunt, tanquam ejus recordationem deteſtentur. Horum juſtus metus arguit ſtuporem aliorum Cananæorum. Poſtremò obſervandum eſt, eos jurejurando minimè niti ad ſalutem conſervandam; ejus enim vitium facilè agnoſcebant: Interim tamen boni æquíque Imperatorem admonere videntur, fiduciâ quadam priſcæ illius probitatis atque erga jusjurandum religionis [h].

26. *Fecit—ut dixerat*, [וַיַּעַשׂ כֵּן] *Et fecit ſic*, Mo. M. P. Ti. Maſ. V. nempe, ut dictum eſt [i]. Poteſt & ſic verti, Fecit id quod *rectum, honeſtum, & ipſâ æquitate firmum eſt*; Nam ſcelus admiſiſſent, ut dictum, ſi Gabaonitas interemiſſent [k].

27. *Decrevitque*, &c. [וַיִּתְּנֵם] *Et conſtituit eos*, ό. Ar. M. Ti. P. JT. D. V. Maſ. *Fecit*, inquam, *eos*, Sy. *Dedit eos*, Mo. V. D. Hinc fortè dicti ſunt *Nathinæi*, i. e. נְתִינִים, quòd dati, i. e. poſiti aut conſtituti, eſſent *lignatores*, &c [l]. Dices, Nathinæos à Davide primùm inſtitutos fuiſſe, juxta Ezræ 8. 20. Reſp. 1. Id fit, quia is novæ illius appellationis author fuit [m]. Vel, 2. quia David pleraſque omnium ſervitiorum & munerum rationes filio ſuo Salomoni præſcripſerat, juxta 1 Paralip. 23 [n]. ¶ *In illo die*] Vel, *Ex eo die conſtituit eos*, &c [o]. ¶ *In loco quem Dominus elegiſſet*] Sim. M. P. Ti. D. Maſ. In quo ſcil. coli vellet, ac Tabernaculum Templúmve figi [p]. *In Galgal, in Silo*, &c [q].

c V. · d G. · † Maſ. · f Maſ. · g Maſ. · h Maſ. · i V. Maſ. · k Maſ. · l D. ex Maſ. · m RS. in Maſ. · n Maſ. · o V. · p Bo. ex La. · q D. ſim. Maſ.

CAP. X.

1. *Adoniſedec*] Commune nomen Regum Jeroſolymæ erat, vel, *MELCHISEDEC*, i. e. *Rex juſtitiæ*, vel, *Adonizedek*, i. e. *Dominus juſtitiæ* [r]. Unde conjicio urbem illam olim dictam צֶדֶק *Juſtitia* †, quia hanc ibi plantavit *Melchiſedec* [t], à quo ad Adonizedek nomen tranſiit, ſine re, ut ſæpe fit [v]. Dicta eſt urbs illa & *Salem*, *Pax*. Tam auguſta nomina ei divinitùs attributa ſunt, propter œconomiæ Paſſionis Chriſti myſterium ibi peragendum [x]. ¶ *Et eſſent fœderati eorum*, [וַיִּהְיוּ בְּקִרְבָּם] *Et eſſent in medio eorum*, P. D. nempe, Iſraelitarum, ex Joſ. 9. 16. D. H[s], pro, *habitarent cum illis*, V. *Agerent inter illos*, i. e. vel, aſſiduè in caſtris eorum verſarentur, vel, cum iis juris ac vitæ totius communione conjuncti eſſent [y]. Alii ſic;

r Maſ. K. in D. · † Maſ. · t La. Bo. · v Bo. · x La. ex Maſ. · y Maſ.

sic,& Israelitas *esse in medio eorum*, i. e. Gabaonitarum, i. e. venisse ad urbes eorum, Jos. 9. 17. & eorum ditionem jam obtinere [z]. Non placet: neque enim Israelitæ tunc erant in medio Gibeonitarum, sed erant adhuc in Gilgale, v. 6. nec sic legitur Jos. 9. 17. sed tantùm, *venisse ad civitates eorum.* Apparet igitur Israelitas, occupatis urbibus Chivæorum, & servitute Gibeonitis imperatâ, Gilgalem in castra rediisse. Verto ergò, *& esse* (sc. Gibeonitas) *in medio eorum*, i.e. Israelitarum, i.e. in terra ipsorum, quam illi jam per deditionem occupârunt*.

2. *Timuit*] Heb. *timuerunt*, nimirum, ipse Rex & sui[a]. Plurale est, quia voce *Regis* metonym. cives quoque continentur[b]. Vel, ipse & cæteri Reges, v. 5[c]. ¶ *Et una civitatum regalium*, כְּאַחַת עָרֵי הַמַּמְלָכָה] *Sicut una civitatum regni*, Mo. D. vel, *regnorum*, Jon. *ex civitatibus regiis*, vel *regalibus*, V. Mas. D. Pi. JT. i. e. in quibus est sedes regni, V. sim. Mas. Erat una ex præcipuis regni Cananæorum civitatibus[d]. Verùm non erat unum regnum, sed plura, v. 3 †. *Magna æquè ac alia quævis urbium regni*, Sy. Ar. Ex particula *quasi* colligunt Gabaon non fuisse civitatem regalem, (neque uspiam fit mentio Regis Gibeonitarum,) sed talibus parem. At aliis כ non sign. similitudinem, sed rei veritatem, sicut Johan. 1. 14. Philip. 2. 7[f].

3. *Misit ergò Adonisedec*] Vel, 1. quia is periculo proximus erat[g]. A Gabaon tantùm distabat duabus leucis, seu horis[h]. Vel, 2. quia dignitate alios antecessit[i]. Vel, 3. quia penès hunc erat potestas quædam in alios[k]. ¶ *Ad Oham, regem Hebron, &c.*] Exstabant omnes istæ urbes in montanis Judææ, ut vocantur Luc. 1. 39, 65[l].

5. *Reges Amoræorum*] i. e. Cananæorum; nam nomen *Amoræorum* hîc latè sumitur[m]. Certum est *Hebronis* cives fuisse *Hittæos*, ut ostendimus ad Jos. 1. 4[n]. & *Jerosolymæ Jebusæos*[o]. Sic Gabaonitæ dicuntur *Amoræi*, 2 Sam. 21. 2. quos certum est fuisse *Hevæos*[p]. Amoræi dispersè per Cananæam habitâsse videntur: Nam cùm illa natio primùm felicissima illa regna Sehonis & Og occupâssent, mox (ut verisimile est) numerosissimâ prole aucti colonias multas emisêre in diversas Cananææ partes, vide Gen. 14. 7. Num. 13. 30. Deut. 1. 20. 2 Par. 20. 2. mirum non est Cananæos quosvis sic vocari[q].

6. *Miserunt*] Cùm circumsessi ab hostibus & oppugnati essent, ut videtur, non antea: quod ostendit eorum fiduciam in Dei potentia, cujus religionem nuper susceperant. Hinc dicunt, *Serva nos*, tanquam nihil dubitantes[r]. Verto, *miserant*, nempe, ante obsidionem *. ¶ *Nè retrahas manus*, sic Ti. אַל תֶּרֶף יָדֶיךָ] *Nè laxaveris manus tuas*, M. sim. Mo. ό. *Nè remittas manus*, i. e. negligas opem ferre †. ¶ *Ab auxilio servorum*] Heb. *à servis tuis.* Intelligunt apud quem agunt. Barbari homines ad eam appellationem hæsitarent, & secum hanc inirent rationem: Levis est servorum jactura: Quare cum iis pericula communicaremus, &c? At quos pura Religio ut Dei amore ità verâ humanitate informavit, iis omnis vitæ conditio, quantumvis humilis, ferendæ opis necessitatem injicit. Nec potest aut Princeps cives, aut herus servos, citra turpem crudelitatem, in periculis, vel animi vel corporis, negligere; non magis quàm parens suos liberos. Et leges civiles servum in libertatem vindicant, quem morbo periclitantem herus ejecit, &c[t]. Subditi defendendi (sunt.) Livius lib. 7. *Fides agi visa, deditos non prodi*[v]. ¶ *Convenerunt adversùm nos*] [Sim. plerique.] אֵלֵינוּ pro עָלֵינוּ usurpari non est insolens[x]. ¶ *Omnes*, &c.] Universitatem quam dicebant, ut acriùs Imperatorem urgerent, eam contrahunt ad *montis accolas*, quod de montosis Judææ locis accipio[y].

7. *Et omnis exercitus bellatorum*, וְכָל־עַם הַמִּלְחָמָה] *Omnésque viri bellatores*, Ar. sim. ό. Jon. Sy. V. *populus bellicosus*, M. vel, *bello aptus*, Ti. Intelligo milites fortissimos & pugnacissimos ex reliquis delectos. Quis enim credat, non plurimos pro tutandis castris in Galgal relictos esse[z]? ¶ *Viri fortissimi*, גִּבּוֹרֵי הֶחָיִל] *Potentes*, vel *fortes*, *robore*, D. qui non tam corporis quàm animi viribus pollent. Sic חַיִל sumitur Gen. 47. 6. Ruth 3. 11. Prov. 31. 10.

8. *Dixitque*] Vertunt, *Dixerat*, Mas. D. JT. ante expeditionem[b]. Consentaneum hoc erat virtuti Josuæ,

z Ma. ex Jun. — * Pi. — a V. Mas. — b Mas. — c Pi. Ma. — d La. — † Pi. — f Bo. — g Ma. — h La. — i Mas. Me. — k Mo. in Me. — l Mas. — m D. ex Mas. — n Mas. — o D. Bo. — p Ma. — q Mas. — r Mas. — * Pi. — † V. — t Mas. — v G. — x Mas. — y Mas. — z Mas. — a D. ex — b D. ex Mas.

qui noluit ante consultum Deum milites castris educere. At August. non petitum à Deo, sed ultro datum, hoc oraculum sentit[c]. ¶ *Nè metuas*] Nec enim viri sanctissimi ab omni metu vacui sunt; ejus tamen gratiam benignissimè nobis facit Deus, & ostendit hujusmodi dictis fidentiam suum munus esse[d].

9. *Irruit repentè*] Improvisa mala graviùs feriunt. Sed quorsum hæc cautio, quum Deus certam victoriam promisisset? Resp. Non est existimandum Dei benignitatem ad fovendam nostram ignaviam spectare. *Repentè:* Notum est illud Cæsaris, Μηδὲν ἀναβαλλόμενος, & illud Themistoclis, *Amicos patientiâ, hostes celeritate*, cùm uterque de suis victoriis esset interrogatus†. ¶ *Totâ nocte*] Qu. Cùm ex Galgal ad Gabaon spatium erat 26 mill. quomodo hoc unâ nocte confecit? Resp. Per verba S. Scripturæ licet quantam velis præcedentis diei partem nocti addere. Significant tantùm noctis nullam partem quieti datam esse, sed universam in itinere faciendo consumptam[f].

10. *Et conturbavit*, וַיְהֻמֵּם] *Et contrivit eos*, He. in M. Ch. in Mas. *exscidit*, Ar. *fudit*, JT. *mente permovit*, ό. in Mas. Id quidem הָמָה sign. cui cognatum est הָמַם; nec absurdum alteram vocem pro altera usurpari. *Perturbabat.* Efficit hîc Deus quod promiserat Exod. 23. 27. וְהַמֹּתִי, *& perturbabo*, &c. atque ad illa verba alluditur[g]. *Exterruit*, Pi. ¶ *Contrivitque*] Quis? Vel, Dominus, tum gladio Israelitarum, tum lapidibus[h]. Vel, Israel: verto, *Itâque* percussit eos[i]. Vel, & Deus & Israel, qui se consilio Dei accommodavit[k]. ¶ *In Gabaon*] i. e. Ad Gabaonem; vel, in agro Gabaonitico; ut Jos. 5. 13. Josua fuisse dicitur *in* Jerichunte, quæ tamen obsessa erat[l]. ¶ *Per viam ascensûs Beth-horon*] *Beth-horon* duplex erat, superior, & inferior. Utriusque mentio 1 Par. 7. 24. & 2 Par. 8. 5[m]. Utramque in tribu Ephraim fuisse puto, quia à fœmina Tribûs Ephraim ædificabantur, 1 Par. 7. 24. De inferiori hîc agitur. Verùm ea urbs nondum exstructa est; (neque enim poterat, seu propter brevem [*adhuc*] in Cananæa moram, seu propter hostes, præsertim hoc loco, undique circumstantes.) Itaque sensus erit, per viam quâ hoc tempore in Bethoron ascenditur[n]. ¶ *Et percussit usque Azeca & Maceda*] Duæ fuerunt urbes è tribu Judæ, ut liquet ex Jos. 15. 35, 41. Nec mirum eos à Gabaon, quæ erat in tribu Benjamin, venisse in tribum Ephraim, (eam scil. ejus partem quæ Tribui Benjamin contermina erat,) & mox in tribum Juda[o]. Vel enim viæ anfractus flexúsque secuti sunt; vel consternati incertissimam viam illico arripiunt, neque rectà versùs urbes suas fugiunt, sed primùm versùs Septentrionem, mox, velut agnito errore, ad Occidentem Meridiémque se receperunt[p]. Cæterùm cùm hîc *clivi*, & vers. seq. *declivitatis*, Beth-horon mentio fit, unus potuit esse locus, qui modò *acclivis*, modò *declivis*, nominatur[q]. Nonnihil hîc subaudiendum: *Percussit eos* (supple, *persequendo*) *usque Azeca*[r].

11. *Lapides magnos*] Nempe, grandinem, ut docet vox בָּרָד, (& sic vertunt ό. & Ar. *lapides grandinis*,) sed majore frigoris vi validiùs constrictam. Quòd autem tam certo ictu dejecit Deus in hostes, ut mistos cum his victores, aut certè ipsorum tergo inhærentes, ea calamitas non attingeret, admirabilius fuit quàm quod factum Exod. 9. 26. Præterea, cum grandine etiam tonitru & fulmen accidisse videtur ex Habak. 3. 11. & affirmat Josephus, Antiq. 5. 2†. *Lapides pluit* sæpe in historiis[t]. Testis est Livius, Decad. 1. lib. 1. & Dec. 3. l. 10. Verùm illas pluvias aut certa aeris intemperies peperit, aut Satan, Dei in plerisque rebus simia, generavit[v]. ¶ *De cælo*] Sive quia divinitùs cadebant; sive quia ex media aeris regione[x]. Similia fulminum auxilia legioni Christianæ immissa fuisse sub Marco Aurelio referunt Eus. Hist. 5. 5. Tertul. in Apol. c. 5. necnon Claudian. in 6. Honor. consul. & Dio in Marco Aurelio; quanquam hanc rem Magiæ, vel Imperatoris probitati, ascribant[y].

12. *Tunc locutus est Domino*, sim. Mo. ό. Ar. P. Ti. JT. אָז יְדַבֵּר לַיהוָה] *Tunc locutus est coram Domino*, Sy. M. *Locutus est*, sub. *canticum*, V. *Laudavit*, Ch. in V. cantico scilicet; i. e. gratias egit, V. L. *Cecinit*, D. ex K. Sic, *Locutus est David verba cantici hujus*, D. Verùm

c Mas. — d Mas. — † Mas. — f Mas. — g Mas. — h Jun. — i Pi. — k Mas. — l Mas. — m Mas. — n Bo. — o Bo. — p Mas. — q Mas. — r V. — † Mas. — t G. — v Mas. Bo. — x Mas. — y Bo.

rùm nondum adeptus est victoriam, Bo. Alii, locutus est, nempe, precibus [a]. Decantavit canticum post precationem [b]. Vel, loqui Deo, accipi potest pro, *in Dei nomine*, sive *Dei fiduciâ, dicere* [c]. ¶ *Tradidit Amoræum in conspectu filiorum Israelis,* "לִפְנֵי וגו׳] *Ante filios Israel*, Jon. Sy. *in manum* (vel *potestatem*, V.) *fil. Isr.* Ar. *exposuit filiis Israelis*, Heb. *posuit coram filiis Isr.* Jun. ¶ *Dixitque coram iis*, וַיֹּאמֶר לְעֵינֵי יִשְׂרָאֵל] *Et dixit in oculis Israel*, Mo. M. P. Jon. *ante oculos*, JT. *præsentibus Israelitis*, Sy. Ti. sim. Ar. iis spectantibus & audientibus †. Verùm non satis aptè dicitur aliquis *loqui in oculis*. Mallem ergò hoc referre ad τὸ *insiste* [d], vel, *quiesce : In oculis Israel, Sol, in Gabaon sile, i. e. quiesce*. Quam distinctionem accentus comprobare videtur. *Videre* tamen aliquando ponitur pro *audire*; &, *in oculis*, pro, *in auribus* †. ¶ *Sol—nè movearis,* שֶׁמֶשׁ דּוֹם] *Sol, sile*, Mo. Ma. i. e. quiesce, D. Bo. M. Ità *silere* sumitur Psal. 4. 5. & *silete*, i. e. quiescite; Jon. 1. 12. & *siluit mare*, i. e. quievit. *Mare silens*, i.e. tranquillum, ubi nullum murmur [f]. Nec mirum quietem indicari silentio, cui linguæ & labiorum à motu cessatio conjuncta est [g]. Alii reddunt, *consiste*, vel, *subsiste*, vel, *insiste* : ità Ar. V. JT. Mas. *Siste gradum*, Ti. V. Sy. *moram trahe*, M. Mas. Al. *exspecta*, P. M. Ità sumitur 1 Sam. 14. 9. & in illo, דּוֹם לַיהוָה, *exspecta Dominum* [h]. Quòd דּוֹם sign. *insistere*, patet ex verbo עָמַד *stetit*, quod Lunæ est attributum in pari casu [i]. ¶ *Et luna*] Hanc nominat, non quòd necessaria esset ad præbendum lumen, sed quia poeticâ copiâ ludit in Sole & Luna, sicut in *Gabaon* & *Aialon*: Hic vers. & seq. sunt Hebraici rhythmi [k]. Verisimile est Josuam utrumque astrum vidisse [l]; nam Luna tunc nova fuit, nec procul à Sole meavit *. Hæc autem duo astra ponuntur pro suis orbibus; & fortassis pro universa cœli machina [m]. Videntur omnino reliqua astra cœlique mobiles quievisse [n]: &, ut hoc innueret, Solem & Lunam, quæ præcipua astra sunt, nominavit [o]. Sensus est, q. d. O Domine, permitte ut Sol & Luna non deserant nos luce suâ, donec devicerimus hostes nostros [p]. ¶ *Sol, contra Gabaon*, &c.] i. e. E regione, vel, ex adverso, Gabaonis. Potuit hoc Josue dicere, vel, si inter Gabaonem & Solem positus hunc ex opposita parte cerneret; vel, si eminus Gabaonem respiciens Solem quasi superstantem videret; & ità hîc sumi debet [q]: q. d. Tibi, ô Sol, in nomine Dei jubeo ut ex adverso Gabaon consistas [r]. *Sol, apud* (vel *supra*, V.) *Gabaon stato*, ο'. in La. Sed quomodo hoc dicit, cùm ipse & exercitus Israel fuerint prope Gibeon? Resp. Pugna hæc contigit *in solstitio æstivo*, quando Sol capitibus hominum impendet, præsertim in illa terra †. Sensus est, Sol, nè occidas nobis in Gibeone pugnantibus, &c [t]. ¶ *Luna, contra vallem *Aialon*] בְּעֵמֶק hîc vertunt, *in valle*, Mo. JT. Mas. *super vallem*, ο'. *in planitie*, Jon. Sy. *super pratum*, Ar. Sed ubi *Aialon*? & quomodo sita est respectu *Gabaonis*? Resp. 1. Q. has urbes vicinas fuisse volunt [v]. Inter eas vallis erat media, ubi prælium gerebatur [x]. Sub *Gabaone* & *Aialone* planitiem fuisse certissimum est, in quam è Bethhoron descenditur [y]. Eáque planities, ut hîc *Aialonia*, ità in Isa. 28. 21. *Gabaonia*, nominatur, ubi ad hanc alludens pugnam dicit, *sicut in valle Gabaonis irascetur Dominus* [z]. [Hæc sententia non placet *Bonfrerio* :] Nam si hæ urbes planè vicinæ fuissent, Solem & Lunam in eodem ferè loco conspexisset; quod fieri non potest, quia vicinitas Solis Lunæ conspectum eripit; verisimile autem est eum utrumque astrum vidisse [a]. Resp. 2. Aliis hæ urbes remotiores sunt: *Gibeon* erat in monte Silo, test. Burchardo & Adrichomio, in tribu Benjamin, Jos. 18. 25. & 21. 17 [b]. *Aialon* erat vel in tribu *Zebulon*, Jud. 12. 12. versùs alterum terminum Promissæ terræ ad Aquilonem; (alia enim hæc Aialon ab ea Jos. 19. 42 [c].) vel in tribu Dan [d]; cui favet Jos. 19. 42 †. & Judic. 1. 35. Occidentalior erat quàm Gabaon, fortè & Australior [f].

13. *Steterúntque sol & luna*] Qu. Utrùm reverâ steterunt? Resp. 1. Q. negant quicquam in cœlo mutatum, sed ideo visum aliquid mutatum, quòd Josua in terris tantas res tantâ celeritate gesserit, ut videatur dies potiùs productus, & Sol stetisse, quàm tam celeriter illas ille gessisse [g]. Volunt hoc fuisse votum Josuæ, ut priusquam Sol & Luna occidant, ab hostibus suis pœnas sumere possit. Et hoc miraculum fuisse, quòd ad hominis preces tantam stragem tantillo temporis spatio ediderit [h]. Sol & Luna visi sunt stetisse, ob brevitatem, scilicet, temporis quo Israelitæ devicerunt hostes suos; quod quidem erat negotium multorum dierum: q. d. Da, Domine, ut isto tam brevi intervallo ulciscamur nos de hostibus nostris, quanto Sol hodie stabit supra Gabaon, & Luna hâc nocte supra Aialon *. Volunt esse phrasin poeticam, quasi Sol exspectâsset donec occidio hostium perfecta foret; cùm potiùs Israelitæ non destiterint insistere hostibus quamdiu aut Sol aut Luna lumen præbebant. Hæc non improbabiliter dici possunt. Scriptor ad Hebræos, fidei præmia ingentia referens, Heb. 11. 30. dejectæ Jerichunthis meminit; mutati cœlestis cursûs, quod multò majus fuerit, non meminit. Et jam sequitur, *Deum voci hominis se accommodâsse*, non quidem Solem sistendo, sed pugnando, i. e. pugnantibus vires & invictum contra labores animum subministrando, immittendo præterea lapides pro grandine [i]. Sed neque Moses usquam cœlestium orbium legi vim attulit, qui tamen alios omnes miraculorum gloriâ antecelluit [k]. Verùm in hoc major fuit Josuâ Moses, quòd hic & plura miracula & diuturniora fecerit quàm ille [l]. Alii Solem tantummodo tardiùs progressum volunt: Ista enim verba, *non maturavit occumbere*, properantiam, non motum, tollunt [m]. Alii volunt Deum novi generis corpus in cœlo condidisse, quod Solem, postquam ille occidisset, repræsentaret. Ità Hebræus nomine שֵׁם טוֹב *Sem Tob* [n]. Sic Radak, [i. e. R. David Kimhi,] & ejus pater R. Joseph Kimhi [o]: Impossibile Deo non est post Solis occasum speciem ejus in nube supra horizontem exstanti per repercussum ostendere [p]. Sed sunt hæc omnia contra clarissimam historiæ lucem, & contra omnium interpretum sententiam. Hi, dum miraculum quod clarè Scriptura tradit declinant, nova ipsi cudunt miracula. Qui verò ad celeritatem Josuæ hoc referunt, aut ingenio tardissimi sunt, aut impudentissimi. Quis enim, aut sacer aut profanus, sive Orator sive Poeta, ità unquam celeritatem descripsit? Imò verò, cùm res molestæ sunt, dies videntur longiores: Plaut. Amphitr. act. 1. Horat. Epist. 1 [q]. Et vates Habakkuk, inter alia Dei miracula, Solem Lunámque substitisse memorat, c. 3. v. 11. sic Siracides, c. 46. 5, 6 [r]. Resp. 2. Alii ergò omnes Solem & Lunam reverâ stetisse affirmant. Nec est quòd miretur aliquis rem tantam non esse Gentium literis proditam memoriæ; nihil enim in illis commemoratur ex iis quæ ante bellum Trojanum acciderunt, quo vetustiores erant res à Josue gestæ mille circiter annis †. Hinc tamen, vel ex retrocessione Solis tempore Ezeciæ, desumptum esse nullus dubito quod finxerunt Poetæ, schemate quadantenus inverso, de nocte à Jove duplicata, ut diutiùs frueretur Alcmenâ. Necesse enim fuit tamdiu differri ortum Solis in alio hemisphærio, quamdiu Sol stetit & morabatur in isto. Ità is in Plaut. Amphit. Sos. *Certè ædepol scio, si aliud quicquam est quod credam*— [t]. Porrò, cùm ambo luminaria simul stare cœperint ac desierint, mora illa calculum Astronomicum non impedit; quemadmodum in concentibus Musicis salva manet harmonia, nec soni discrepant, si voces in signo convenientiæ conquiescant, & postea simul juxta suas cujusque notas cantum pergant absolvere *. ¶ *Donec ulcisceretur se gens de inimicis suis*] Ità M. P. Ti. sim. JT. BA. גּוֹי *gens* pro Israelitis ponitur, ut alibi [v]; & אֹיְבָיו pro מֵאֹיְבָיו, ellipsi præpos. מ *mem*, quâ nihil frequentius [x]. Montanus sine ellipsi vertit, *Donec vindicaret gens inimicos suos*; vel, *donec ulcisceretur gens hostes suos*. Valde placet; nam est יִקֹּם, non יִנָּקֵם; tum nihil subaudiendum [y]. Alii autem, quia nolunt גּוֹי, quod profanas gentes significare solet, Israelitis accommodare, accusat. esse volunt, & de hostibus accipiunt: *Donec ultus esset Deus hostes ipsorum*, ο'. sim. Ar. *Donec punivisset* (Deus, scilicet,) *populum hostium eorum*, Sym. in Mas. ¶ *Nonne scriptum est hoc*] Sub. *canticum*, vel *miraculum*, V. ¶ *In libro Justorum?* עַל־סֵפֶר הַיָּשָׁר]

Left margin notes: [a] Jun. Pi. Bo. Mas. [b] K. in D. [c] Mas. † Pi. [d] Mas. † D. [f] D. [g] Bo. [h] D. [i] Mas. [k] La. ex Mas. [l] Bo. * Mas. ex R. Isaia. [m] Mas. [n] Bo. [o] La. [p] V. [q] Bo. [r] La. † He. in M. [t] Jun. [v] Mas. D. La. [x] La. [y] Mas. [z] Mas. D. [a] Bo. [b] Bo. ad Jos. 9. 3. [c] Jun. [d] K. in D. Bo. Adrichom. in Bo. † D. [f] B.

Right margin notes: [g] Q. in Ser. [h] Ralbag & Maim. in Mas. * V. [i] G. [k] Ralbag in Mas. [l] Mas. ex Maim. [m] Ralbag in Ser. & in Mas. [n] Mas. [o] Ser. [p] G. [q] Ser. [r] Mas. † Mas. [t] Mares. in Præadamit. qu. 7. n. 18. 19. p. 245. * Usser. Annal. part. 1. p. 39. [v] Mas. [x] BA. 1. 2. 50. 560. [y] D.

Super librum, vel, *in libro Recti?* Mo. JT. Ar. ό. M. vel, *Justi?* Ti. Aliis est nomen proprium, Ma. *In libro Jasar?* P. Nomen auctoris, qui ità appellatur q. d. *rectius*, Ma. *In libro rectitudinis?* Mas. vel, directionis? qu. Directorium, Q. in Ma. *In libro juris?* alii in Ma. Qu. Quis hic liber? Resp. 1. Scripta in Templo asservata, Jo. Ant. 5. 2. Annales populi Judæorum[a]. Liber ille fuit forensium annalium, sive actorum publicorum, qui intercidit, ut alii multi forenses quorum meminit Scriptura[b]. Dicitur *liber Recti*, vel, quòd optimâ fide res gestas perstringeret; vel, quia Israelis facta contineret, qui יְשֻׁרוּן dictus Deut. 32. 15[c]. Verùm non solent annales scribi metrico versu, quo tamen hunc scriptum agnoscit Masius[d]. Fuit hic liber quasi Sanctorum Catalogus, de Heroum & Sanctorum gestis scriptus†, metrico versu[f]. Videtur fuisse liber in quo ritus continebantur ad dirigendam praxin in variis functionibus & actionibus reipublicæ; à Mose fortè inchoatus, deinde variis temporibus, ut in hujusmodi libris fit, variis additamentis adjunctis[g]. Nec mirum hunc librum non superesse. Illud sanè constat, qui etiamnum in manibus sunt Sacri libri, eos ad agnoscendam Dei voluntatem atque æternæ vitæ viam inveniendam abunde satis esse, modò ut nos dociles simus. Sed dices, ineptè Josuam uti æqualis sui testimonio. Resp. 1. Minimè absurdum est, si publicarum literarum testimonio res à se gestas comprobavit. 2. Ego verò non puto Josuam fuisse hujus Commentarii authorem[h]. ¶ *Stetit itaque sol*] Nulla hîc Lunæ mentio. Nimirum, non priùs occidit Sol quàm depugnatum esset. Eóque refellitur, ut dixi, Judæorum opinio, qui Soli Lunam tanquam vicariam facem successisse putant[i]. ¶ *In medio cœli*] Qu. Quomodo hoc accipiendum? Resp. 1. In cœlo ipso[k]. *Medium cœli*, pro cœli parte non omnino ultima, in qua Sol haud dubiâ luce terras illustrat[l]. *Medium* sign. partem quamlibet inter extrema: quomodo Jos. 7. 13. *anathema in medio tui*; & Isa. 6. 5. *in medio populi*, &c[m]. Verùm rectè notat Ser. hîc non esse בְּקֶרֶב vel בְּתוֹךְ, sed בַּחֲצִי, quod medietatem æqualésque partes ubique passim significat[n]. 2. Alii ergò per *cœli medium* probabiliùs intelligunt circulum meridianum, per quem superius hemisphærium in duas æquales partes dividitur[o]. *Medium* tamen hîc moraliter, non mathematicè, sumendum est[p]. *In medio cœli*; in linea illa Septentrionali, in medio, scilicet, Orientis & Occidentis, h. e. in Meridie[q]. In ea parte hemisphærii superioris quâ illud dividitur in duas partes æquales: nempe, circa punctum verticale in sphæra recta[r]. Stetit Sol in meridie†. Idque ego refellere nolim; nam rei gestæ series minimè videtur ab illo tempore dissidere. Primâ luce eos aggressus est; & dum alii pugnant, alii cæduntur, aliquot horæ abierant priusquam omnes fugerent, & ad eam planitiem (Aialon) evaderent[t]. Verùm per *medium cœli* nè intelligatur circulus meridianus hæc obstant. 1. Si Sol in meridie stetisset, homines nimio æstu colliquefacti essent; præsertim, cùm tunc Solstitium æstivum fuerit. 2. Sol non potest nobis videri in meridie in aliqua vrbe, vel desuper incumbere, nisi ea urbs sit in eodem nobiscum circulo meridiano. At Josua nunc non erat sub eodem meridiano cum Gabaone, quia jam à Gabaone longiùs recesserat, ídque versùs Occidentem, ut patet ex Joseph. *Belli* l. 2. c. 23. & ex omnibus ferè Geographis. Ideóque Sol non potuit Josuæ apparere in Gibeone, si meridies esset[v]. Alii ergò volunt Solem jam prope occasum fuisse[x]. Non antè solicita illa vota fecit, quàm diem in vesperam esse inclinatiorem, victoriæ verò magnam partem restare, animadvertisset, veritúsque fuisset nè appetens nox securam hostibus fugam afferret[y]. Non placet: Non potuisset tunc Josue Solem videre desuper incumbentem urbi quæ orientalis erat, (ut probatum,) si Sol ad occasum declinaret. Alii ergò volunt tempus hoc quo Sol stetit matutinum fuisse & antemeridianum. Aliter non potuit cerni Sol in urbe aliqua orientaliori, vel supra eam imminere. Luna autem tunc videtur occasui vicina fuisse[a]. Objici potest, 1. vox חֲצִי, quod *medietatem* sign. Resp. Sign. quidem *medietatem*, non totius hemisphærii,

[a] Mas. [b] Jun. [c] Mas. [d] Bo. † La. Bo. [f] Bo. [g] Me. [h] Mas. [i] Mas. [k] D. La. Me. [l] Mas. [m] To. & Magal. in Bo. [n] Bo. [o] Bo. ità K. & L. & Ser. in Bo. [p] Ser. [q] V. [r] Pi. † M. K. & alii, Mas. [t] Mas. [v] Bo. [x] Ità Mas. Mayer nostrâs, La. [y] Mas. [a] Bo.

sed quadrantis ab horizonte ad verticem. Obj. 2. Cur Solem sistere juberet, cùm major diei pars superesset? Resp. Vel Solem sistere jussit priusquam dies incalesceret, &c. vel, bellum eo die conficere cupivit. Obj. Non potuit Josua ab Aurora ad eam diei horam tam multa perfecisse. Resp. Omnino potuit. Nam ab Aurora, sub qua in hostes impetum fecit, v. 9. h. e. unâ horâ ante Solis ortum, integræ esse poterant quinque horæ, quibus Israelitæ partim hostes ceciderint, partim eos *Betheron* usque (quod 3 vel 4 leucis à Gabaone fortè abfuit) persecuti fuerint[c]. ¶ *Et non festinavit occumbere*] [Simil. omnes; vel, *ad occasum*;] vel, *ad intrandum*, Jon. ¶ *Spatio unius diei*, כְּיוֹם תָּמִים] *Ut in perfecta die*, G. Mo. Jon. *spatio* (vel, juxta *spatium*, M.) *integræ diei*, Ar. M. *quasi diem integrum*, JT. sim. Ti. P. Mas. V. Per *diem perfectam* intelligunt diem longissimam, vel æstivam, qualis tunc erat illis in locis[d].

14. *Non fuit antea nec postea tam longa dies*] Qu. Quomodo hoc verum? objiciunt dies multò prolixiores esse in regionibus polaribus. Resp. Comparatio dierum non fit nisi respectu ejusdem regionis Palæstinæ†. At objiciunt diem Ezeciæ, qui erat horarum 32. Nam retrocessit decem gradibus: decem ergò horæ consumptæ sunt in retrocessione, & totidem in reversione ad priorem locum. Resp. 1. Sol non sensim regressus est, sed uno quasi momento decem illas horas confecit, & rursus solito modo remetiri cœpit[f]. Ità dies tantùm erat 22 horarum, cùm hic noster ut minimùm 24 duraverit[g]. 2. Josuana dies reverâ fuit circa solstitium æstivum, adeóque dies artificialis erat 14 horarum, iísque duplicatis, dies hic erat 28 horarum[h]. Contrà verò, dies Ezeciana fortassis erat tempore solstitii hyberni, & tunc 12 horæ artificiales 10 tantummodo naturales efficiunt, atque adeò decem retrocessionis horæ sunt octo naturales & aliquid amplius. Hæ ergò cum decem horis reversionis non totas 17 naturales efficiunt. Ità dies ista non erit 27 horarum, & à Josuana die horâ unâ excedetur[i]. 3. *Linearum* singularum nomine 2 Reg. 20. intelligunt alii horas dimidiatas. Ità Bertramus in Lucubrationibus Franktallensibus. Alii, horarum quadrantes[k]. 4. Non agitur comparatio de hujus diei longitudine, sed is eo solùm antefertur quibusvis diebus, quòd nullum alium diem sic produxerit Deus ad ullius hominis preces cædendi hostis gratiâ[l]. 5. Negat hic scriptor vel antea vel postea *fuisse* diem tam longam, at non negat *futuram* postea*. *Diem* autem hîc naturalem quidam intelligunt[m]: alii, artificialem; hæc enim sola lucem præbet; ídque innuit Ecclesiasticus c. 46. v. 5[n]. Erátque hæc dies 24, vel veriùs 28, horarum[o]. ¶ *Obediente Domino voci hominis*] Antithesis est inter virum mortalem & Deum immortalem[p]. ¶ [לִשְׁמוֹעַ וגו'] *Ut exaudierit Dominus vocem ullius hominis*, Sy. sim. Jon. Ar. JT. petentis, scilicet, cursum naturæ immutari[q]. *In qua obedivit Deus*, &c. P. i. e. se accommodavit voluntati Josuæ, & ei quodammodo morem gessit[r]. Portentum est quòd Deus obediat homini†. Sol & Luna obediunt filio Joseph, sicut Gen. 37. 9*. ¶ *Et pugnante*] Verto, *Nam Dominus pugnabat*. Rationem reddit, vel, cur nulla huic par dies. Neque enim aliâ die pugnavit Deus pro Israele lapidosâ grandine[t]. Vel, potiùs, cur Deus Josuæ in prece illa occurrerit; q. d. ut promissi sui munus conficeret Deus, diem produxit: Dixit enim, *Tradidi in manum tuam*; jam verò ingruente nocte elapsuri videbantur hostes, nisi substitisset Sol. Vel, particula כִּי non causam, sed tempus, significat, *Cùm pugnaret*. Notandum hîc quòd Deus stabili potiùs rerum naturæ legi vim adfert, quàm ut suæ Ecclesiæ commodis non provideat[v].

15. *Reversúsque est—in castra Galgala*] Quomodo hoc fieri potuit, cùm longiùs erat à Galgal ad Macedam spatium quàm ut tam facilè copiæ ultro citróque produci possent? Resp. 1. *Revertebatur* hîc sign. *reverti constituebat*, vel *parabat*[x]. Sic Balaam dicitur *ad suos rediisse*, Num. 24. 25. h. e. reverti cogitâsse. Vide infrà 13. 22. Quippe Imperator, cùm profligatum putaret hostem, militémque fatigatum, statuebat fortasse receptui canere; sed cùm improviso nuncium acciperet

[c] Bo. [d] G. He. in V. † Bo. Mas. [f] Me. Mas. [g] Mas. [h] Bo. La. [i] Bo. et L. [k] Ser. Me. [l] Mas. * Bo. [m] Ità He. in M. [n] Ità La. Bo. [o] La. [p] Pi. [q] V. [r] Bo. † La. * Li. [t] He. in Mas. [v] Mas. [x] Mas. Ser. D.

ciperet de 5 Regulis, déque magno fugientium hostium numero adhuc reliquo, aliud consilium ex re cepit, hostésque etiam longiùs persequendos decrevit [y]. [Non placet Bo.] Quomodo enim, Sole jusso stare, ut bellum conficeret, mox, neque-dum ullâ cujusquam rei narratione factâ ad victoriam pertinente, tam ex abrupto subjiceretur Josue ad reditum sese accinxisse [z]? Resp. 2. Anticipatione hoc dictum plerique censent [a]; vertúntque, *Reversus autem fuerat*, V. 3. Ab hoc versu usque ad ultimum hyperbaton continuum est; nam antequam Gilgalem rediret cum exercitu omnia quæ subjungit gesta fuerunt [b]. 4. Hunc versiculum esse supervacaneum existimo hoc loco, atque ad capitis finem rejiciendum [c], ubi eadem prorsus habentur, &, si Hebræa attendantur, iisdem planè verbis; quocirca & in versione Septuaginta hic versus deest [d]. 5. Aut lege in vers. 16. *Priùs fugerant*, nempe, priusquam rediissent Galgal †. 6. Alii simpliciter accipiunt, tunc reductum universum exercitum in Galgala; & quæ sequuntur, sequenti die, vel diebus, peracta. 7. Conjicio dimidium vers. 13. cum toto 14. & 15. citari tanquam verba ex libro Recti: deinde vers. 16. continuari narrationem rerum tunc à Josue gestarum [g].

16. *Fugerant enim*] Juxta sensum jam datum, Mas. & alii vertunt, *Fugerant autem* *. Sed nesciebant miseri, vindicem oculum Dei effugere neminem posse, nullúmque adversùs Dei iram mortalibus præsidium esse, nisi in ejus ipsius placabilitate atque clementia. In unam speluncam, quasi in nassam, egit illos Deus, ut & reliquis Regibus metum afferret majorem, & Israelitis animos adderet [h].

17. *Latentes*, [נֶחְבָּאִים] *Scheva* sub ב loco *Kametz*, ut expeditior pronunciatio ad ultimam syllabam, quæ accentu est efferenda, posset properare; cùm mora longiuscula in literæ Heth suspirio antè facienda fuisset [l]. ¶ *In spelunca*] Idem ab aliis factum. Tacitus Annal. 14. Vide Jud. 6. 2 [m]. ¶ *Maceda*] Heb. *in Maceda*. Non in urbe, (tunc enim nec lapides admoveri, nec Reges educi, potuerant, nisi urbe expugnatâ, cùm tamen antea hæc facta fuerint;) sed juxta urbem *. Dictum hoc ut suprà, *in Gabaon*, & *in Jericho* †.

18. *Ad os speluncæ*] *Ora & exitus specuum* dixit Tacitus Annal. 14 [n].

19. *Nolite stare*] i. e. *Nè moramini*, ut Num. 9. 8. Vel, Nè hîc manete stantes, sed persequimini hostes: vel, *Nè state*, i. e. nè cessate. Sic Gen. 29. 35. *stetit à pariendo*, cessavit parere [o]. Loquitur ad eas cohortes quæ jam lassæ frequentes ad eum se conferebant, tanquam debellatum esset. Postea enim quàm comperit nè Reges quidem ipsos, quibus omnia ad fugam sunt paratissima, in sua præsidia esse elapsos, Divinum consilium ex re nata rectiùs intelligens, excitat rursus omnium animos ad pugnæ reliquias prosequendas, idque his argumentis. 1. A desidiæ turpitudine; *Nè stetis*. 2. A justo & æquo; *hostes vestros*. 3. A facili; cùm *caudæ* meminit. 4. Ab utili; nè sinant *pervenire ad urbes suas*, unde rursus bellum redintegrare possent. 5. A certissima spe victoriæ; *Tradidit ipsos*: Victoriam jam partam tenetis; quid abjiciatis? *Dominus* omnium rerum, cui nihil difficile est; *Deus vester*: ideóque oblata beneficia frustrà esse sinere, summum fuerit nefas. An verò Imperator ipse hostes prosecutus sit, an verò expeditissimis ad eam rem dimissis ipse castra apud Macedam fecerit, incertum est: Posterius tamen verisimilius ex v. 21 [p]. ¶ *Extremos cædite*, [וְזִנַּבְתֶּם] *Et decaudetis eos*, Mo. i. e. *postremos quosque cædite*, Ar. JT. sim. M. Ti. V. Mas. *caudam eorum cædite*, P. Extremum agmen exercitûs זָנָב *cauda* dicitur, D. Indè זִנֵּב *truncare caudam*; ut à שֹׁרֶשׁ *radice* est verbum שֵׁרֵשׁ *eradicavit* [q]. Alii aliter: *Apprehendite caudam eorum*, ο'. *assequimini postremos, iisque inhærete*, Ch. in Mas. *comprehendite illos*, Sy. ¶ *Intrare præsidia*] Ità ο'. Ch. Mas. Verbum בא etiam *intrare* sign *.

20. *Cæsis ergò, &c.*] Heb. *Cùmque absolvissent Josua, &c.* Sed nihil usitatius, quàm quæ à milite fiunt ea Imperatori attribuere. Existimo autem eum pugnâ abstitisse ad *Macedam*, ubi suorum reditum exspectavit [r]. ¶ *Et hi qui Israel effugere poterant*, &c. [וְהַשְּׂרִידִים שָׂרְדוּ מֵהֶם וַיָּבֹאוּ אֶל עָרֵי הַמִּבְצָר] *Reliquiæ quæ ex illis remanserunt* (vel, *superstites qui superserant*, D. JT.) *ingressæ sunt in civitates munitas*, M. [sim. omnes.] ו in ויבאו convertit, [nempe, tut. in præter.] non copulat: ideo redundat in sermone Latino *. Divinitùs hoc accidit, tum ut Israelitæ alacriores essent ad oppugnandas illas urbes in quas elapsos sibi è manibus hostes dolerent; tum ut urbes ipsæ, communi eorum quos excepissent pavore consternatæ, expugnatu faciliores fierent †.

21. *Ubi tunc erant castra*] Stativa sive subitaria *. *Castra* militaria; nam stativa erant Gilgale, ver. 15, & 43 [t]. Nota militum continentiam & obedientiam, qui non ad prædam se diffundunt, sed ad Imperatorem se recipiunt †. ¶ *Nullúsque contra filios Israel mutire ausus est*, [לֹא חָרַץ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל לְאִישׁ אֶת־לְשֹׁנוֹ] *Non mutivit quisquam linguâ suâ contra filios* (vel, *de filiis*, ο'.) *Israel*, M. Ti. ο'. *Non movit quisquam contra filios Israel linguam*, P. חרץ sign. *movere*, K. in Mas. ל [in לאיש] redundat, V. ut in שְׁלִישִׁי לְאַבְשָׁלוֹם, *tertius Absalom*; הָרְגוּ לְאַבְנֵר, *occiderunt Abnerum* *. Alii volunt ל esse articulum dativi, & vertunt, *Non movit* quisquam *contra filios Israel*, *nè uni quidem*, *linguam suam*, V. *Non moverat in fil. Isr.* quisquam *in ullum linguam suam*, JT. Sed חרץ potiùs sign. *acuere* [v]. *Non acuit contra filios Israel, in quenquam, linguam suam*, Ma. *Non acuet* hostis *linguam suam*, nedum arma, *in Isr.* Mas. *Non acuet*, supple, *acuens*. Solent Hebræi ante verbum activum omittere nomen agentis. Sic Mic. 2. 4. *tollet super vos parabolam*, nempe, *parabolis utens*. Sic Habak. 3. 17. *abscindit ab ovili gregem*, nempe, *abscissor*, *devastator* [x]. Non est insolens in proverbiis pervulgatis verba quædam omitti *. *Non acuit*, supple, *canis* [y]; quod exprimitur Exod. 11. 7. Idem proverbium occurrit Judith 11. 15 [z]. q. d. Adeò nihil mali passus est, ut nec canis ipsum allatrârit, animal cum primis irritabile, sed dentibus, non linguâ, metuendum [a]. *Non acuet*, (in acumen non exseret linguam, inter dentes vibrando, non producet, ut canes hirrientes solent;) non hirriet. Antecedens pro consequente. Obiter nota tam שֵׁן quàm חרץ de lingua dici, quæ exserendo acuitur; sed ut חרץ ad canem, ità שֵׁן ad hominem, pertinet, & ad serpentem, qui *linguis micat ore trisulcis* [b]. Sensus loci est, Nemo læsit eos, nè verbo quidem [c]. *Nec damnum fuit filiis Israel, ut affligeret vir animam suam*, Jon. in D.

24. *Vocavit omnes viros Israel*] איש hîc significat, vel, *egregios homines*, quales proculdubio solos secum duxerat in hanc expeditionem [d]; vel, *omnes Israelitas* †. ¶ *Ad principes exercitûs*, [אֶל־קְצִינֵי אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה] *Ad duces virorum belli*, Mo. *ductoribus virorum militantium*, JT. [sim. omnes.] ¶ *Qui secum erant*, [הֶהָלְכוּא אִתּוֹ] *Qui iverant secum*, Mo. *qui venerant cum eo*, JT. [sim. omnes.] In verbo הֶהָלְכוּא ה in initio fungitur vice אֲשֶׁר, ut sæpe fit: א autem in fine paragogicum est, quod duodecies fieri in S. literis notant Masorethæ [f]. ¶ *Ponite pedes super colla*] Sed videtur hæc barbarica immanitas, insultare cervicibus Regum qui, prostrati, supplices ante ipsius pedes jacebant. Fecit autem hoc Josua Divino instinctu, & graviter peccâsset si non fecisset; quomodo *Saul*, 1 Sam. 15. & *Abab*, 1 Reg. 20. cùm *Agago* & *Benhadado* malè pepercissent [g]. Hoc autem factum, 1. Ad implendas Dei promissiones, Deut. 33. ult. *Tu illorum excelsa calcabis*, i. e. colla, juxta omnes interpretes [h]. Sic Psal. 91. 13. & 110. 1. & 149 [i]. 2. Ut suis fiduciam adderet [k] in hisce maximi & difficillimi belli initiis [l]. Hoc enim symbolum erat extremæ subjectionis [m]. 3. Ut meritas de impiissimis tyrannis pœnas sumeret [n]. Nimirum, quia Regum flagitia plurimis exemplo nocent, ideo acerbiore supplicio debebant meritò expiari [o]. 4. Ut suos longiùs ab eorum superstitionibus & sceleribus arceret, quos tam graves Deo pœnas dare viderent [p]. 5. Cùm nè Regibus parci videbant, armabatur populus adversùs pravam vitiosámq; misericordiam, quâ alioqui fortassis erga nonnullos usuri Cananæos fuissent. Dices, eos sic condocefactos ad vindictam. Resp. Alia est ratio privatim acceptæ injuriæ vindicandæ, alia ejus ad quam puniendam gladius à Deo nobis quasi in manus porrigitur [r].

Margin notes (left column): y Mas. Me. — z Bo. — a Bo. ità La. L. Q. in V. — b Jun. — c Mas. — d Bo. — † D. — g Ma. — * La. ità Bo. — h Mas. — l Mas. — m G. — * Bo. — † D. — n G. — o D. — p Mas. — q D. ex Mas. — * Q. — r Mas.

Margin notes (right column): * D. — † Mas. — * G. — t Jun. Ma. — † Mas. — * D. — v Mas. La. Ma. BA. ex RS. — x BA. 1. 2. 55. 668. — * Mas. — y Mas. D. La. BA. — z Mas. Ma. — a Mas. — b BA. ib. — c V. Jun. — d Ità Mas. — † Ità ο'. & Ch. in Mas. Ma. — f Mas. — g Mas. — h Mas. — i D. — k La. Me. — Mas. — l Mas. — m Bo. — n La. — o Mas. — p Mas. La. — r Mas.

25. *No-*

25. *Nolite timere*] Hujuſmodi confirmationibus opus habebant, quia populum illum invictum & tanquam giganteo robore ſibi finxerant, Num. 13. & 14. Notandum hîc, Joſuam ea priùs dicere quæ metum eximant, deinde quæ robur addant; cùm Deus contrà fecerit. Scilicet, Dei verba ſuapte vi fortitudinis efficientia ſunt, &c. ¶ *Hoſtibus veſtris*] Sic eos non alio nomine vocat, quàm quia hoſtes Dei fuerant, ejúſque imperio delendi †.

26. *Atque ſuſpendit*] Non ad pœnam, quæ mortuis infligi non poterat; ſed ad famam & exemplum, & ut cuivis ſpem omnem impunitatis vitiorum ſuorum præcîdat. Vide Num. 25. 4 [v].

27. *Cúmque occumberet ſol, præcepit*] Sim. ο'. Jon. Sy. Ar. Mo. JT. Pi. At Bonfrerius vult illud τὸ *cùm occumberet ſol* non referendum ad τὸ *præcepit*, quaſi tunc datum ſit præceptum à Joſua ibi manente, ſiquidem duas adhuc urbes eâ die cepit, [de quo vide ad ver. ſeq.] ſed ad τὸ *deponerent* [x]. ¶ *In ſpeluncam*, &c.] Hoc factum, 1. In monumentum, ſive ad rei memoriam perpetuam [y]. Specus hic illo tempore celebris erat. 2. Nè à feris protracta corpora in hominum conſpectum venirent [a]. 3. Nè quis cadavera ad honorificam ſepulturam aſportare poſſet [b].

28. *Eodem quoque die Macedam cepit*] Qu. Quo die? Reſp. Eo die quo interfecit illos Reges [c]. Eodem die quo Sol ſubſtitit. Nam verſ. 32. habetur, *die altero* [d]. Alii, craſtino vel perendino die †. Fortaſſe ſenſus eſt, eodem tempore [f]. Nam difficile videtur tam multa oppida inter ſe diſtantia tam citò capi potuiſſe [g]; & omnes tam citò mactari, & prædam capi, & præſidia imponi [h]. At hoc non mirum incolis maximè territis, nec repugnare valentibus [i]. Subitò eos invadit Joſue diro nuncio cladis conturbatos, priuſquam ſe & vires colligant [k]. ¶ *Et percuſſit eam——regémque illius interfecit, &—habitatores*, וַיַּכֶּהָ—וְאֶת־מַלְכָּהּ הֶחֱרִם אוֹתָם וְאֶת־כָּל־הַנֶּפֶשׁ] Ad verb. *Et percuſſit eam, & regem ejus occîdit ipſos, & omnem animam*, Mo. *Et regem ejus exſtirpavit unà cum omni anima*, M. ſim. Ti. *Et regem ejus occîdit cum illis*, P. D. Jon. Illud אוֹתָם uſurpatur interdum pro אִתָּם [l]. Eſtque etiam verborum conjunctio apertior, ſi ſic accipias. Verùm ego ſequi malui accentuum interſpirationes atque interpuncta quos pauſantes vocant, Segol in verbo הֶחֱרִים, & Rebia in אוֹתָם, atque propriam hujus notionem conſervare. *Ipſos & omnem animam* rectè ἀπὸ κοινȣ̃ ad verbum הֶחֱרִים referri poſſunt [m]. *Et percuſſit eam——& regem ejus: anathematizavit* (vel, *internecioni devovit*) *eos & omnem animam*, Ma. *Et regem ejus funditus perdidit, illos, & omnes animas*, Ang. *Similiter illos, & omnem animam*, Belg. *Cujus* incolas *percuſſit*, (mallem, *percuſſit eam*, i. e. incolas ejus, Pi.) *& cum rege ejus* (malim, *regem*, Pi.) *internecioni devovit; ipſos*, (ſcilicet, Regem & ſubditos,) *id eſt, omnem animam*, JT. *Animam*, ſcil. humanam, i. e. hominem [n]: nam cætera prædæ erant. Infrà ver. 40. & 11. 11 [o]. Patet etiam ex antitheſi, *nullum reliquum fecit ſuperſtitem* [p]. ¶ *Sicut fecerat regi Jericho*] Hoc non indicat Scriptura, ex cæterorum tamen Regum exemplo colligunt eum ſuſpenſum fuiſſe [q]. Tales pœnas eum dediſſe quales de Rege Hai captæ ſunt innuitur verſ. 1. Curſim hoc attingit, ut rerum geſtarum celeritas narratione ipſâ deproperatâ nobis poneretur ante oculos [r].

29. *In Lebna*] Urbs fuit in Tribûs Judæ parte occidentali, quæ poſtea Sacerdotalis erat, Joſ. 21. 13 †.

31. *De Lebna—in Lachis*] Nam Joſua magis magíſque ab Hieroſolymis copias promovebat. At 2 Reg. 19. 8. à *Lachi* progreſſus eſt ille ad *Lebnam*, nempe, quia verſùs Hieroſolyma copias promovebat [t].

32. *Cepit eam die altero*] Vel, *ſecundo*; nempe, ab obſidione [v]. Alii, *ſecundo die*, nempe, ab interfectis Regibus, & captis *Maceda* & *Lebna*. Sed, 1. uno die non potuiſſet civitates tam remotas expugnare [x]. 2. Nec tantillum tempus prædæ iſtarum urbium faciendæ ſatis eſſe potuit [y]. Joſue ſapienter utitur victoriâ, ac, Regibus cæſis, urbes omnes conſternatas capit, & inſtar fulminis pervadit [z].

33. *Eo tempore*] Quia *ſecundo die* capta eſt urbs, videtur Rex ſuo interventu primum oppugnationis impetum in ſe avertiſſe [a]. ¶ *Hiram rex Gazer*] *Gazer* triplex erat: 1. in tribu Ephraim, Joſ. 16. 3. 2. in Juda, 1 Paralip. 14. 16. 3. trans Jordanem, 1 Maccab. 5. 8 [b]. Secundam hîc intelligo, uſque ad quam David cecîdit Philiſtæos; hanc enim propè abfuiſſe à Lachi patet ex 1 Par. 14. 16. Periculi igitur propinquitas Horamum excivit. At illa Ephraimitica longiùs aberat [c]. Alii *primam* intelligunt [d]. Ea erat in finibus Auſtralibus Tribûs Ephraim, nec admodum procul à Gabaon; ut hinc conſtat, & ex 2 Sam. 5. (ubi per *Gabaa* intelligendum *Gabaon*,) & 1 Par. 14 †.

35. *Eâdem die*] Nempe, quâ obſederant [f]. ¶ *In ore gladii*] Quod homini eſt os, quo cibum devorat, id gladio acies, quâ quem ferit conſumit [g].

37. *Cepit eam*] i. e. Hebronem. Obj. At hæc urbs à Caleb poſtea capta narratur, gigantéſque indè ejecti, Joſ. 15. 14. & Jud. 1. 10. Reſp. Joſua hâc expeditione tranſcurrit potiùs raptim hanc regionem, quàm eam omnino populavit. Itaque quos aſſequebatur perimebat, cæteroqui non omnes latebras diligenter peragrabat. Hoc enim veluti ſpicilegium cujuſque Tribûs propriæ virtuti relinquebatur. Nec utile erat terram prorſus cultoribus vacuam relinqui, Exod. 23. 29. Latuêre igitur fortaſſis interea gigantes, montivagum genus, in ſpeluncis ſuis; aut ſe receperant ad ſuos Gentiles urbium *Gazæ*, *Geth* atque *Azoti* cives. Non ergò mirum ſi Hebronitæ, gens fera & potens, vires ſuas revocaverint recreaverintque [h]. Civibus occiſis, veriſimile eſt ab aliis Cananæis [quorum multi ſedibus ſuis jam pulſi videntur] ac gigantibus rurſus eadem occupata loca. Et cùm cap. ſeq. gigantes omnes, præter eos qui in urbibus Philiſtinorum erant, occiſi dicuntur, neceſſe eſt aliunde hos, qui cap. 15. à Calebo cæſi ſunt, ex Philiſtinorum urbibus adveniſſe [i]. Plura vide ad Joſ. 15. 14 [k]. ¶ *Regem quoque ejus*] Obj. At is antè interfectus eſt, verſ. 23. & 26. Reſp. Vel, 1. Rex alius ſuffectus eſt in locum Regis interfecti [l]. In hoſtilis enim exercitûs adventu alius à civibus raptim Rex creatus eſt [m]. Vel, 2. repetit Regis cædem, quia recenſet ſtragem communem urbi Hebron illatam [n]. ¶ *Et omnia oppida*] Verto, *municipia*, ſeu urbes municipales [o].

38. *Indè reverſus in Dabir*] Quaſi antea eam obſediſſet, aut ibi fuiſſet. Fortè Hebronem obſeſſurus iter fecit per eam; poſtea ad eam revertitur [p]. Meridianâ parte relictâ, Gilgalem verſùs tendit [q]. Verùm Dabir Hebroni erat ad Auſtrum & Occidentem, ut dicemus ad Joſ. 15. 15 [r]. *Reverſus eſt*, relictis Philiſtinorum urbibus, (jam enim ad *Gazam* infeſtis armis procurriſſet,) *Dabiram* †.

40. *Omnem terram montanam*, &c.] Totam regionem, juxta diverſam conditionem & ſitum locorum, diſtribuit in quatuor partes [t]. Montoſis opponuntur æquabilia; aridis, opacæ valles [v]. ¶ *Et meridianam*, ità M. Ti. P. ſim. JT. Sy. הַנֶּגֶב] *Meridiei*, Mo. Jon. Quâ voce per metalepſin intelligunt terram aridam & ſterilem, propter nimium Solis æſtum [x]. Ità vox ſumitur Joſ. 15. 19. & Jud. 1. 15. & Pſal. 125. 4 [y]. Cæterùm נֶגֶב *loca arida* propriè ſignificare Hebræis dilucidè oſtendit lingua Chaldæa, quæ ex Hebraica eſt nata [z]. ¶ *Et Aſedoth*, ità ο'. P. *Aſhdod*, Sy. וְהָאֲשֵׁדוֹת] *Effuſiones*, Mo. *Loca irrigua*, vel, potiùs, *convalles*, quæ rectè opponuntur *Auſtrali & aridæ terræ*; ſunt enim illæ ſolo ubere & læto, quippe quæ ſatìs ex montibus humoris accipiant, neque diuturno æſtu affligantur, propter montium umbras; unde Poetis *opacæ & virentes* vulgò *amœnæ* dicuntur [a]. *Et valles fluviales*, Ti. *declivem*, [locum,] M. *Et declivia*, i. e. regionem quæ in declivibus montium [b]. *Et decurſuum*, Jun. *decurſibus irriguam*, JT. *deſcenſus aquarum*, Belg. Sanè אֲשֶׁר הַנְּחָלִים eſt, *effuſio torrentium*, aut *fluminum*, Num. 21. 14 [c]. *Profluvia*, qualia colles fundunt: ità Judæi [d]. *Effuſionem*, ſive *porrectionem*, vel *projectionem*, *loci elevati*, Jon. in Maſ. Ea loca intelligit quæ Græcis ὑπώρειαι dicuntur, h. e. ubi montes colléſve in campos ſe porrigunt. Conſentit hæc ſententia cum propoſito, & cum Deut. 3. 17. Talia loca plerumque cæteris lætiora & cultiora ſunt †. ¶ *Omne quod ſpirare poterat*] Heb. *omnem animam*, nempe, humanam [f]. [Vide quæ ad verſ.

† Maſ. — v Maſ. — x Bo. — y Me. Maſ. — a Maſ. — b Me. — c V. — d Bo. ità To. in Ser. — † Maſ. Ser. — f Me. — g Me. ex Ser. — h Ser. — i Bo. — k Maſ. — l Ma. D. — m Maſ. ſim. Ma. — n Pi. Jun. Maſ. — o Jun. Maſ. — p Pi. — q Bo. — r Maſ. — † Bo. — t Maſ. — v Maſ. ex K. V. Ser. D. Jun. — x Ma. — y Maſ. — z La.

a Maſ. — b Ser. — c Maſ. — d Ser. Bo. Euſeb. in Ser. — † Bo. — f Ma. ex Jun. — g La. — h Maſ. — i Bo. — k Ser. — l Maſ. V. Ser. Bo. — m K. in Maſ. — n La. ſim. Maſ. Bo. — o Maſ. ex K. — p D. ex M. — q Jun. — r Ma. — † Maſ. — t Bo. ex Maſ. — v Maſ. — x Ma. ex Bo. — y Ma. — z Maſ. — a Maſ. — b V. — c D. — d Maſ. — † Maſ. — f Bo. Jun.

verſ. 28.] ¶ *Sicut præceperat Dominus*] Additur hoc ad leniendam apud poſteros tantæ ſtragis acerbitatem. Non privatis odiis, (nec enim ullâ injuriâ laceſſiti erant,) aut imperandi libidine, aut cupidine prædæ, hoc fecerunt; ſed Dei juſſa ſecuti, qui illorum augeſcentem impietatem diu patienter ſuſtinuerat, nunc autem eos funditus perditum ibat. Atque hinc factum quòd animi militum nullâ miſericordiâ labaſcerent, ſed uno tenore in omnes promiſcuâ cæde inciderent; nempe, quia non ſuam, ſed Dei, cauſam e-
g Maſ. gerunt, Deíque vindictæ adminiſtri fuerunt [g].

41. *A Cades-barne*] Erat ea in Auſtrali prorſus ter-
h Bo. ræ parte, Joſ. 15. 3. Num. 34. 4 [h]. & Deuter. 1. 19. Chald. plerumque reddit *Rekem Gea*; qu. *Rekem ſuperba, inclyta*, &c. Nimirum ille *Petram*, (quæ *Rekem* dicta eſt Jo. Antiq. 4. 5.) nobilem Arabiæ urbem, ſignificare voluit, cui *Cadesbarne* confinis erat, teſte Eu-
i Maſ. ſebio [i]. ¶ *Uſque Gazam*] Ea erat in Auſtri pro-
k Bo. pemodum & Occidentis angulo [k]. Ità hæc deſcriptio, ex *Cadesbarne in Gazam*, oræ Auſtralis Cana-
l Maſ. nææ partem magnam terminat, ut poſtea videbimus [l]. ¶ *Gozen*] Non Ægypti, ſed aliam, de qua Joſ. 11.
m Ma. ex Jun. ſim. V. 16. & 15. 51 [m]. In montoſis Judææ locis poſita eſt, Joſ. 15. Apparet circumjacentis agri bonitate cele-
n Maſ. bratam fuiſſe [n].

42. *Uno impetu*, ità Sym. in Maſ. פַּעַם אֶחָת] *Vice unâ*, M. P. Mo. *ſemel*, V. Ti. ſim. ο'. Jon. unico bello non interrupto, V. h. e. *unâ expeditione*, JT. V. *ſemel & ſimul*, Ar. Vertas, *uno inceſſu*, unâ continuâque operâ; neque uſquam longâ obſidione moræ multum eſt inter-
o Maſ. poſitum [o]. ¶ *Deus pugnavit*] Hinc factum ut tantillo ſpatio devicerint Iſraelitæ, ut minore nè viſere quidem potuiſſent, ſi non hoſtes, ſed amici, fuiſſent. Cauſam hîc affert manifeſtariam, cur narrationi cæteroqui incredibili fidem abrogare nemo debeat, vel res
p Maſ. tantas militum virtuti arrogare [p].

43. *Reverſúſque eſt*, &c.] Hic verſiculus poſitus erat decimo quinto loco. Sed non dubito quin proprium illi domicilium ſit in hoc loco. Non ergò rectè eſt etiam hîc à LXXII interpretibus omiſſus: Neque enim nunc ſupervacaneus videri poteſt: ſignificat enim exercitum maximâ prædâ onuſtam ad ſtativa reverſum eſſe, ut pauliſper corpora reficerent, conjuges natóſque reviſerent, ſpolia apud ſuos deponerent, deni-
q Maſ. que, ad novam expeditionem ſe compararent [q].

CAP. XI.

1. CUm *audiſſet Jabin*] *Jabin* eos ad arma convocavit, quòd is in illis regionibus principatum
r Maſ. Bo. obtineret, ut dicetur v. 10 [r]. *Aſor* erat totius Cana-
† La. nææ metropolis †. Expende hîc benignitatem Dei quâ Eccleſiæ ſuæ res moderatur, itáque humanam imbecillitatem tanquam manu ducit. Non priùs novos ſe hoſtes movere patitur, quàm in ſtativis vires
t Maſ. animóſque probè recreaverint [t]. ¶ *Rex Aſor*, חָצוֹר] *Haſor*. Urbs in *Galilæa ſuperiore*, ſive *Gentium*, non
v D. ex Maſ. procul à Cades [v]. Pro quo *Naſor* lectum 1 Mac. 11. 67. ſed legendum Ἀζώρ docet nos Joſephus, ubi hanc
x D. hiſtoriam recenſet [x]. Erat in tribu Napthalim, ut ex
y Bo. Joſ. 19. 36. colligere licet [y]. ¶ *Regem Semeron*]
b Ma. ità Maſ. D. *Samariam* omnes intelligunt [b]. Sed vide 1 Reg. 16. 24. Nam ſi tunc à *Semere* ità appellata fuit, quomodo
c D. Bo. hîc vocatur *Simeron*, cùm *Semer* nondum natus eſſet [c]? Præterea, *Samaria* erat in tribu Ephraim; at hæc *Semeron* in tribu Zabulon, ut indicat Joſ. 19. 15. Ergò
d Bo. Ser. alia urbs hæc erat [d]; quæ poſtea dicitur *Schimron-*
† Jun. Bo. *Merom*, Joſ. 12. 20 †. ¶ *Ad regem Achſaph*] Fuit Aſeritarum terminus ad Septentrionem, aut potiùs Circium, ſupra Haſor. Quidam hanc collocant prope
f Maſ. Ptolemaidem: ſed ea *Achziph*, non *Achſaph*, dicitur [f].

2. *Ad reges quoque Aquilonis qui habitabant in montanis*, וְאֶל־הַמְּלָכִים אֲשֶׁר מִצְּפוֹן בָּהָר] *Et ad reges* (ſupple vel, *qui erant*, M. T. vel, *qui habitabant*, P. cum Vulg. vel, *ſibi conterminos*, Sy.) *ab Aquilone in monte*, Mo. vel, *montanis*, V. [ſim. ferè omnes.] צָפוֹן בָּהָר *Septentrio in monte*, valet, *Septentrio montis*; ut *vallis in Gabaon*, i. e. Gabaonia. Simile חוֹסֵי בוֹ, *ſperantes in eo*, quod idem cum חוֹסָיו, *ſperantes ejus*. Nam particulæ non impediunt conſtructionem [q]. Illud, *in monte*, ad q D.
eos Reges qui in Libano, vel ad Libanum, regnabant ſpectat; quod & Joſephus ſentire videtur [r]. ¶ *Et* r Maſ.
in planitie contra meridiem Ceneroth, וּבָעֲרָבָה נֶגֶב כִּנְרוֹת] Ad verb. *& in planitie meridie Chinneroth*, Mo. *in planitie meridiei Ginoſar*, Jon. *in campeſtribus contra meridiem Cinnereth*, M. Ti. Qui habitabant in ea planitie quæ mari Geneſareth eſt ad meridiem. Videtúrque eſſe vallis illa amœna dicta vallis *Jeſrael*, inter duos montes *Hermon* & *Gilboe* ſita †. Illud, *in monte*, ad Re- † Bo.
ges in Libano, [ut jam dictum,] illud verò, *in plano*, ad ſuperioris Galilææ Dominos, ſpectare videtur. Aut, ſi mavis, ſignificat hoc *omnia plana loca*: eáque jam dividuntur, 1. in ea quæ *ad meridiem*, ſive *Geneſaram*, ſpectabant, (eſt enim *Geneſara* Libano Auſtralis;) 2. ea quæ ad *vallem illuſtrem*, ſeu *regiam*, pertinebant; nam hæc eſt ſubmiſſior, ſecundùm Jordanis ripam porrecta; 3. ea quæ in *Doræ* regione jacebant, ſub Carmelo & verſùs Cæſaream Palæſtinæ [t]. Alii vertunt, t Maſ.
in Auſtro, & in planitie Cinnereth, Sy. *& in campeſtribus, in auſtralibus partibus Cinnerothanis*, JT. *In Auſtro Cinnerotharum*, i. e. regionum ſitarum in utraque ripa Genezareth cis & trans Jordanem [v]. Hîc eſt v Jun.
Cinneroth: Terminatio pluralis non caret emphaſi [x]. x D.
Dixit pluraliter, aut propter ſinus, aut propter loca illi adjacentia [y]: quòd non ſolùm vicinos campos & y V.
adjacentes ſtagno Geneſareth indicat, ſed etiam remotiores pari bonitate fertiles [z]. Eſt enim illud uber- z Ma. Maſ. ex K.
tatis vocabulum [a]. Regio hæc erat valde pinguis. Plu- a Maſ.
ralis indicat plura loca & varia ejus generis fuiſſe. Sonat *Geneſar*, Hortus principum [b]. At ο'. vertunt, b D.
ἀπέναντι Κενερώθ, i. e. נֶגֶד pro נֶגֶב [c]. נֶגֶב autem ponitur c D. ex Maſ.
pro מִנֶּגֶב, ut paulò pòſt eſt ſcriptum בְּנָפוֹת [d]. ¶ *In* d Maſ.
campeſtribus quoque, ità V. וּבַשְּׁפֵלָה] *Et in planitie*, Mo. JT. P. M. *in depreſſione*, Jon. *in locis planis*, ſive, *in regione humiliore*, V. [At Sy. refert ad antecedentia, *in planitie Cinneroth, ejúſque campis*.] ¶ *Et in regionibus Dor juxta mare*] Ità Ti. מִיָּם *à mari*, Maſ. vel, *ab occidente*. בְּנָפוֹת autem vertunt, *in tractibus*, Maſ. D. Mo. Ar. JT. Sic Pſal. 48. 2. יְפֵה נוֹף, *ſitu pulchrum*, ſive, *in amœno terræ tractu poſitum*. Et terræ tractus, quos Græci κλίματα, Judæorum vulgus נופות *tractus* vocat. Sym. vertit, ἀκτὴν, &c. *littus maris Dor*, nec malè †. *In terminis*, M. Aliis eſt nomen proprium, † Maſ.
Napheth Dor: ità ο'. P. Sy. Ar. *Dor* autem *Geneſaræ* ad Occidentem verſùs objacet, ad littus maris mediterranei, inter Carmeli promontorium & Palæſtinæ Cæſaream [f]. f Maſ.

3. *Cananæum quoque ab oriente & occidente*] [Sim. omnes.] (Supple, *qui habitabat*) *ab oriente*, &c. V. *Cananæi* propriè vocabantur qui ad *Jordanem* incolebant, (h. e. *ab Oriente*;) & qui *ad mare*, (quod Occidentem notat:) Num. 13. 30 [g]. ¶ *Hevæum quoque* g Maſ. D.
qui habitabat ad radices Hermon] Hoc addit, nè quis exiſtimet *Gabaonitas* (qui & *Hevæi* erant) cum iſtis ſe hoſtibus conjunxiſſe [h]. *Hevæos* in monte *Hermone* ha- h Maſ.
bitâſſe conſtat ex Jud. 3. 3 [i]. Eſt autem Hermon du- i Maſ. Ser.
plex; unus cis Jordanem, prope montem *Gilboe*; alter trans Jordanem, è regione montis Libani verſùs Orientem, qui aliàs vocatur *Baal-Hermon*, & *Sirion*, & *Sanir*. De poſteriori hîc loquitur [k]. Hevæi dicuntur k Bo. Maſ. Ser.
Cadmonim, ſive *Cadmonæi*, i. e. Orientales, quia occupârunt montem *Hermon*, quæ pars erat terræ Canaan maximè orientalis; unde *Hermon* pro Oriente, & *Thabor* pro Occidente, habentur, Pſal. 89. 12. Et hinc Cadmi uxor vocatur *Harmonia*, vel *Hermione*. Nec jam obſcurum cur in ſerpentes Cadmonæi fingantur eſſe mutati; *Hevæi* enim erant, & חויא Syris eſt *ſerpens* *. ¶ *In terra Maſpha*, בְּאֶרֶץ הַמִּצְפָּה] *In terra* *BC. 1. 19. 487.
Miſpah, M. Ti. P. Mo. Jon. ſim. JT. *Miſpah* autem quadruplex eſt: 1. in tribu Judæ, Joſ. 15. 38. 2. in tribu Benjamin, Joſ. 18. 26. 3. illa Moabitarum, 1 Sam. 22. 3. 4. ea quæ eſt Gilhadi juncta, de qua Gen. 31. 49. & Jud. 10. 3. (vel Jud. 11. 29. Ser.) Et de iſta ſermo eſt [l]. *In regione Mitzpæ*, i. e. l Jun.
ſpeculæ; nam regio eſt ſita in ingreſſu Libani ſuper Jor-

Jordanem, in qua ſpeculatores collocati erant [m]. *In terra ſpecularum*, Sy. *in regione ſublimiore*, Ar.

4. *Sicut arena*] Significat innumeram multitudinem [n]. Erant, juxta Joſephum, peditum 300 millia, equitum 10 millia, curruum duo millia. (Sed Zonaras, qui Joſephum compilavit, legit 30 millia curruum.) Commendat hoc terræ fœcunditatem. Cùm impia gens illic tam fœcundè ſit propagata, quis metuat nè anguſtiores illi fines ſint pro innumerabili ſobole promiſſa Abrahamo [o]? ¶ *Et currus*] Nempe, falcati, ſive ferrei [p].

5. *Convenerúntque*, ità P. Mo. ὁ'. ſim. M. Ti. וַיִּוָּעֲדוּ] *Ex condicto*, vel *compacto, convenerunt*, Maſ. JT. Poſſet verti, *pactis*, ſive *ſponſionibus*, *mutuùm inter ſe obſtricti ſunt*. Nam & *paciſci* יָעַד ſign. & Aq. & Sym. reddunt, ὡμολόγησαν, *pacti ſunt*. Verto, cum Chaldæo, *congregati ſunt ſtatuto tempore* [q]. *Et condicentes locum* (caſtrametati ſunt,) Sy. *Conſpirantéſque venerunt*, Ar. ¶ *Ad aquas Merom*, מֵי מֵרוֹם] Sic appellantur, vel, 1. quòd in ſupero eſſent Iſraelitarum tractu Thaborem versùs, ubi Rex Schimronis-Meronis imperium tenuit: quamobrem etiam *Merome* agri, id eſt, loca edita, à Debora nominantur [r]. Vel, 2. quia hîc lacus altero Geneſaretico ſuperior eſt †. Ubi fuerint *aquæ Merom*, nondum ſatis aſſequor [t]. [Alii ergò hîc ſuccurrunt.] Eſt Jordanis lacus [ſic lege, non, *locus*] ille qui inter illius exortum & ſtagnum Geneſareth interjacet, & lacus *Samechonitis* vocatur [v]; de quo Joſephus Belli 4. 1. Qui, cùm à Libano nives liquefactæ defluunt, plenus eſt; at æſtate ferè exareſcit. Huc convenerunt, quia ad hunc lacum ſita eſt *Haſor*, cujus Rex cæteris imperitabat [x].

6. *Nè timeas*] Apparet Joſuam in metu fuiſſe; nec mirum: equitatus enim & falcati currus meritò formidabiles erant peditatui, præſertim nudo. Debet hoc nos admonere quàm parùm firmam habeamus omnes confidentiam in Deo, niſi ejus continua nos fulciant reſponſa [y]. ¶ *Cras enim hâc eâdem horâ*, ità ὁ'. מָחָר כָּעֵת הַזֹּאת] *Cras juxta*, vel *circiter*, *hoc tempus*, M. P. Ti. Mo. ſim. JT. Jon. *pari tempore*, Ar. Cùm unius duntaxat diei moram Deus ad confligendum vincendúmque interponit, hinc confici videtur, haud longè à ſtativis Iſraelitarum abfuiſſe eum locum ubi Reges convenerant *ad pugnandum cum Iſraele*. Sed facilè reſponderi poſſit, illud, *ad pugnandum*, &c. de adminiſtrandi belli conſiliis accipiendum eſſe; Joſuæ verò hoc dixiſſe Deum, non ipſis caſtris ad Gilgala, ſed hoſti obviàm jam tum longè progreſſo. Et ſic ſenſit Joſephus, qui quinto tandem die à Galgalis Joſuam hoſtibus ſuperveniſſe ſcribit. Sed parùm refert, utrumvis ſtatuas. ¶ *Ego*] Magna vis eſt in hoc pronomine: q. d. Nihil eſt quòd inſtantis belli molem cum tuis viribus expendas: Ego iſtam rem providebo, &c [a]. ¶ *Tradam*] Heb. *dans*, Ma. vel, *reddo*. Verbum præſentis temporis rem ipſam, tanquam in manibus ſit, ponit in Imperatoris conſpectu [b]. ¶ *Vulnerandos*, חֲלָלִים] *Confoſſos*, Sy. JT. *proſtratos*, Ar. *ſaucios*, Ti. D. i.e. ex vulnere mortuos. Ex eo quod præcedit, id quod ſequitur. At ſenſus poſtulat *occiſos*. Ità vertunt M. P. Mo. Maſ. Chald. & Sym. in Maſ. ¶ *Equos ſubnervabis*, ità P. Mo. ὁ'. Jon. vel, *enervabis*, V. D. תְּעַקֵּר] *Succîdes*, M. *nervos incîdes*, Ti. ſcilicet, crurum & pedum [c]. *Suffragines eorum ſuccîdes*, Ar. JT. La. V. עִקֵּר ſign. *fundamentum*, vel *radicem*, *auferre*, Maſ. Sign. *evellere* & *eradicare*, Eccleſ. 3. 2. Dan. 7. 8. BA. Jam verò equorum pedes ſunt ipſorum fundamentum & radix, ſecùs quàm in homine, (qui arbor eſt inverſa, & radices habet ſuprá:) propterea jumenti talorum ſuccifio *eradicatio* dicitur, acſi eſſet evulſio plantæ à radice ſua. Ità K. in BA. Quid ſi עִקֵּר per metatheſin dicatur pro עֶרֶק, quod *nervum* ſonat? tunc propriè eſt *ſubnervare* [d]. Hoc voluit Deus, nè poſthac uterentur illis in bello, & fiduciam ponerent in eis †. Hinc & Regi interdictum, nè equos multiplicaret, Deut. 17. 16. Illiuſmodi enim adminicula opinionem auxilii Divini minuere facilè potuiſſent, quo uno fidere planè oportebat. Vide Pſal. 147. 10 [f].

7. *Subitò*] Ut hoſtem improviſò opprimeret omni, ut credibile eſt, metu ſolutum, atque inferendi belli,

m Jun.
n Maſ.
o Maſ.
p Maſ. Ser. D.
q Maſ.
r Jun.
† Ser.
t Maſ.
v Ser. Bo.
x Bo.
y Maſ.
a Maſ.
b Maſ.
c Me. Bo.
d BA. 1. 2. 11. 178.
† V. E. T.
f Maſ. ſim. Bo. La.

non depellendi, conſiliis occupatum; aut fortaſſe corpori ab itinere feſſo inprimis curando deditum, & in delicias profuſum [g].

8. *Uſque ad Sidonem magnam*] Non quòd alia fuerit *Sidon* minor, ſed quia celebris erat, tum artificum induſtriâ, tum portûs commoditate [h]. Videtur olim fuiſſe Phœniciæ metropolis [i]; & Tyro antiquior fuit, teſtibus Strab. l. 16. Juſtin. l. 18. Et Tyrus, Iſa. 23. 12. vocatur *filia Sidonis* [k]. Et Homerus, qui ſæpe Sidonem laudat, Tyri nè meminit quidem. Nomen ei erat à Sidone Canaanis filio; vel à piſcium copia, ut vult Juſtin. Piſcatorem illæ gentes vocant צַיָּד *Said*. Et urbs hodie à vulgo *Said* vocatur [l]. ¶ *Et aquas Maſerephoth*, מִשְׂרְפוֹת מַיִם] [Variè reddunt. Quibuſdam eſt nomen proprium, vel totum, vel ex parte.] Μασφερὼθ-μαεὶμ, ὁ'. in Maſ. *Miſrephoth aquarum*, Aq. P. *Miſrephoth à mari*; legebat מִיָּם; Sym. in Maſ. Chald. *foſſas*, ſive *lacunas*, *aquarum*; ut eſt in meo manuſcripto cod. Compl. aut, *foſſas maris*. Hunc ſecuti Judæi ſcribere non dubitant, lacunas illic ad mare fuiſſe, in quas deductæ ſalſuginoſæ aquæ excoquebantur Solis calore in ſalem [m]. *Uſque ad ſalinas*, Q. in V. L. Al. *uſtrinas* (*combuſtiones*, vel *aduſtiones*, M. V. *calefactiones*, Ti. *incendia*, Ca.) *aquarum*, Maſ. Sumi poteſt vel activè, pro aquis incendentibus, vel paſſivè, pro aquis accenſis [n]. *Ad locum aquæ calidæ*, Ar. In quo ſcaturiebant aquæ calidæ [o]; quales ſunt Aquiſgrani ad balnea [p]. *Uſque ad fornaces*, vel *officinas*, *vitrarias*, Maſ. JT. Ser. quibus abundat ille tractus, materiâ ſumptâ ex Belo flumine [q]. Fortaſſe illic etiam loci vitrariæ arenæ effodiebantur: Arenam autem, ut in vitrum duci queat, perpetuo igni neceſſe eſt excoqui, ut ipſi vidimus [r]. Qu. Cur igitur *aquarum aduſtiones* vocatur? Reſp. Vel, 1. quòd arenæ ab aquis paludis quodammodo generari creditæ ſunt, ut ad Joſ. 19. 11. dicemus †. Vel, 2. Catachreſis eſt; ut cùm *clepſydram* vocamus quod *clepſammium* eſt [t]. Porrò, *Sidon* & *aquæ Maſerephoth* non videntur duos diverſos terminos indicare, ſed hæ aquæ videntur ſtatui Sidoniorum limites versùs Sidonem. Vide ad Joſ. 13. 6 [v]. ¶ *Campúmque Maſphe*] Vel, *convallem Maſphe*, Maſ. JT. D. Ea v. 17. appellatur *vallis Libani*. Nuper vidimus *Maſpham* ſub monte *Hermone* collocatam [x]. ¶ *Qui eſt ad orientalem partem illius*] *Illius*, i. e. comparatione loci in quo pugnatum eſt; cujus reſpectu & Sidon erat ab Occidente. Ità ſignificat eos huc illuc diffugiſſe [y].

10. *Reverſúſque cepit Aſor*] Rectè *reverſus* dicitur, cùm longè ſupra hanc urbem quaquaversùs fuiſſet hoſtes proſecutus [z]. ¶ *Et regem ejus percuſſit*] Vel, jam antea percuſſerat eum in ipſo prælio [a]; vel, Jabin in regiam ſuam elapſus eſt ex percuſſorum manibus, ideóque huc recurrit Joſua, ut belli inceptorem opprimeret, etiam tum à fuga trepidum [b]. Vel, alius hîc erat, quem nuper ſuffecerant in locum demortui [c]. ¶ *Aſor——principatum tenebat*] Intellige de ea Canaanæ parte in qua verſamur [d]. q. d. Idcirco Joſua eam adortus eſt, quòd princeps urbium erat, ideóque munitiſſima, quâ captâ facilior ad cæteras eſſet aditus †. Ubi regna ſunt exigua, ſolet unus Regum deligi qui belli ductum habeat: quod & in Japane, Java, aliíſque locis Orientis, fieri teſtantur hiſtoriæ [f].

11. *Non dimiſit in ea ullas reliquias*] Intellige, non quòd omnes aſſecuti ſunt, ſed quòd nullius vitæ pepercerunt quotquot aſſequi potuêre [g]. Nonnulli enim fugâ, vel tum, vel antea, evaſerunt, qui paulò poſt mortem Joſuæ vires receperint, urbéſque reſtaurârint, ac novos Reges ſibi creârint, quos etiam priorum Regum nominibus, pro more, vocabant. Hinc *Jabin* afflixit Iſraelem Jud. 4 [h]. Sic Midianitæ exciſi à Moſe Num. 31. rurſum ſuccreverunt, & à Gedeone proſtrati ſunt Jud. 6. Sic & Hebronitæ, hîc v. 21. collat. cum Jud. 1. 10 [i].

12. *Sicut præceperat Moſes*] Ità & vindicantur à crudelitatis exiſtimatione, & ſimul ab obedientia commendantur. Magna pietas eſt perdere, cùm mandavit Deus; contrà verò, inepta, imò impia, lenitas, parcere. Vide 1 Reg. 20. 42. Jer. 48. 10 [k].

13. *Abſque urbibus quæ in collibus & in tumulis ſitæ*, הָעוֹמְדוֹת עַל תִּלָּם] Videtur Vulgatus legiſſe hîc

עַל

g Maſ.
h La. ex Maſ.
i La.
k Bo.
l Maſ.
m Maſ.
n Bo. ex Ser.
o He. in V.
p La.
q Jun. Maſ.
r Maſ.
† Bo.
t Ser.
v Bo.
x Maſ.
y Bo.
z Maſ.
a Ma. ex Maſ.
b Maſ.
c Ma. ex Maſ.
d Maſ. La. Bo.
† Bo.
f G.
g Bo. Maſ.
h La. ex Maſ.
i La.
k Maſ.

עַל תִּלָּם, pro תִּלִּים, per defectum ׳. Et fateor, si hoc modo legeretur, planum fore sensum†. [Interpretes variè vertunt.] *Quæ stabant super tumulo eorum*, Mo. vel, *in tumulis suis*, Ti. vel potiùs, *in tumulo suo*, Di. Maf. D. *Quæ manebant in firmitate sua*, Chald. in Maf. *fortes*, Th. κεχωματισμένας, h. e. *aggeribus munitas*, ο'. in Maf. q.d. Eæ modò urbes conservatæ sunt, quarum mœnia, dum expugnarentur, non fuissent per vim furorémve militum diruta; h. e. quibus furor atque impetus primus pepercisset: nulla consultò diruta est præter Haforem[m]. *Quæ manserunt cum aggere suo*, JT. i. e. quæ obsidionem quidem exspectârunt, sed, antequam aggeres vi dejicerentur, sese dediderunt, ex lege Deut. 20.10[n]. [Non placet Lud. de Dieu.] Cur ergò [inquit] *Hatsor* hîc excipitur? illáne se dediderat? Imò nulla harum urbium se dedidit, vers. 19. *Quæ adhuc stabant in robore suo*, P. Ang. *Quæ in munitione sua* post expugnationem *steterunt*. *Quæ in integro manserunt*, Ca. Alii volunt significari eminentiam loci. *Quæ sitæ sunt*, vel *steterunt*, *super clivos*, vel *colles*, Di. Belg. Sy. BA. Maf. *Quæ* adhuc *stabant in cumulo* (lege *tumulo*, Di.) *suo*, i. e. ut erant sitæ: nam tum temporis utplurimùm sitæ erant in loco edito[o]. Quæ conditæ sunt in eminentiore loco, atque eo ipso munitiores erant. תֵּל vel תִּלָּה est *tumulus*: & in Scriptura quædam urbes à tali situ nomen habent; ut, *Telmelach*, Ezræ 2. 59. *Thelassar*, 2 Reg. 19. 12. *Thel-abib*, Ezec. 3. 15. Sic, Jerusalem instaurabitur עַל תִּלָּהּ, *super tumulum suum*, Jer. 30. 18. i. e. super eosdem montes de quibus Psal. 87. 1. *Fundamenta ejus in montibus sanctis*[p]. Comparatio fit inter has urbes, & eas quæ incensæ memorantur, nempe, *Jericho* & *Hai*, quæ sitæ erant in loco campestri. Hinc *descendi* dicitur *Hierosolymâ Jerichuntem*. Quum ergò pleræque urbes Terræ sanctæ in clivis ac tumulis sitæ essent, pepercit iis, excepto *Hatsore*[q]. Urbes in collibus munitas non succendit populus, utpote quas facilè tutari poterat[r]. Reliquas autem destruxit, nè Cananæorum reliquiis fierent receptacula†. ¶ *Tantùm Asor*] Metropolin. Si enim hæc mansisset integra, fuisset continua belli materia, Cananæis ad hanc urbem regiam repetendam perpetuò excubantibus[t]. Notandum autem non *Israelem*, sed *Josuam*, narrari *Hasor exussisse*: q. d. hoc non factum incitatè, & temerè, & militari licentiâ, sed sedatè, & consultò, atque ex Imperatoris deliberatione. Conservatæ sunt reliquæ civitates, ut Israelitis aliquando essent receptacula. Nam satis erat in metropoli potentiæ Dei exemplum memorabile statutum esse, quo hostes reliqui terrerentur[x].

15. *Sicut Dominus præceperat*] Sensus est, nihil aut per iram, avaritiam, libidinem, &c. temerè eum gessisse, aut per pigritiam socordiámque neglexisse[y]. ¶ *Non præteriit de universis mandatis*, לֹא הֵסִיר דָּבָר מִכָּל וגו'] *Non removit* (*non irritum fecit*, Sy.) *verbum ex omnibus*, V. Mo. *nihil detraxit* (vel *omisit*, P.) *ex omnibus*, JT. *ità ut non dempserit quicquam*, &c. Ti. sim. M.

16. *Cepit*, וַיִּקַּח] *Possedit*, Chald. in Maf. Nam de captis Regibus expugnatísque urbibus dicitur לָכַד. Verùm & לָקַח ità sumitur. ¶ *Omnem terram*] Heb. *omnem terram istam*. Ibi sistenda est lectio, ob accentum *Rebia*. Hîc multas ditiones quasi oculis lectorum subjicit, ut veluti uno aspectu tantam operum tam facilè patratorum copiam complexi, intelligant clariùs, Deum promissorum suorum munus prolixè confecisse[a]. ¶ *Terram montanam*] De qua dictum Jos. 10. 40. Hîc autem *planities* ei opponi potest. Dictum item ibidem de terra *meridiana*. *Occidentalis* autem *plaga* est tota ea regio à Cadesbarne usque Gazam, de qua Jos. 10. 41. Ea enim saltem respectu Tribûs Judæ ad Occidentem vergebat[b]. ¶ *Montémque Israel*] Qu. Quid hîc mons Israel? Resp. Particularis aliquis mons indicatur, licèt obscurum est quis ille sit. Non occurrit hæc phrasis nisi Ezec. 17. 23. & 20. 40. idque metaphoricè[c]. 1. Quando *Judæ mons* ab *Israelis monte* distinguitur, indubiè *Israelis mons* vocantur loca montosa circa Samariam, quæ sic dicebantur post secessionem decem tribuum[d]. Obj. At cùm Josua hunc librum scripserit, quis credat tamdiu ante

† Di. — m He. in Maf. — n Jun. — o V. — p BC. 1. 29. 615. — q Di. — r La. sim. Bo. — † Bo. sim. La. — t Bo. — x Maf. — y Maf. — a Maf. — b Bo. — c Bo. — d Maf.

istam secessionem hoc nomen à Josue prophetice datum†? Resp. Masius hinc colligit librum hunc non esse à Josue conscriptum, sed ab alio diu post eum[f]. Qui hanc historiam ex Sacris annalibus conscripsit usus est sui seculi nominibus[g]. 2. *Mons Israelis*, sive *Jacobi*, videtur esse mons *Bethel*, in quo Jacob habuit præclaram illam visionem Gen. 28. Divinásque promissiones accepit de terra Canaan, &c. ad quem etiam revertit Gen. 35. ibíque tempore aliquo mansit, & altare Deo exstruxit[h]. 3. Vel, si hoc minùs placet, esto mons aliquis *Sicimæ* vicinus, seu *Garizim*, seu alius quispiam intra agrum illum quem Jacob emerat, Gen. 33. 19[i]. *Mons Israel* est, ubi olim habitaverat Jacob[k]. ¶ *Et campestria ejus*] i. e. Terræ, quod docet affixum. Nam ה affixum fœm. punctatum est tanquam esset ו masc*.

17. *Et partem montis quæ ascendit Seir*, מִן הָהָר הֶחָלָק וגו'] [Variè reddunt.] *A monte divisionis*, Jon. M. Ti. vel, *dividente*, Aq. in Maf. Sy. Sic dictus est, vel, quòd in duas partes dispertitus seu divisus esset[l]; quòd etsi mons unicus erat continuatione, in multos tamen quasi partiales montes dividitur[m]: vel, quòd Cananæam divideret ab Idumæa[n]. Noster loco הֶחָלָק legebat חֵלֶק *partem*[o]. Alii vertunt, *à monte lævi*, vel *glabro*, vel *calvo*; ità P. Mo. Ar. JT. Maf. V. D. i. e. carente arboribus[p], & gramine, & herbis[q]. Sic dictus videtur κατ' ἀντίθεσιν à vicino *Seir*: Nam שֵׂעִיר *comosum*, ut sic dicam, sign[r]. Aliis est nomen proprium: Belg. ἀπὸ ὄρους Χαλακ, ο'. i. e. à monte lapidoso, vel, præ lapidum copia glabro & lævi†. Hic autem mons ad montem *Seir* pertinuit prope Cadesbarneam. (Nec aliter RS. & K. qui collocant ad desertum *Sin*.) Universa verò Cananæa hîc duobus concluditur terminis, hoc monte ab Austro, & *Baal-gad* à Septentrione[t]. ¶ *Quæ ascendit Seir*, הָעוֹלֶה] *Qui assurgit*, P. i. e. assurgendo tendit, V. *Quò ascenditur*, JT. Heb. *Ascendente Sehirem*; Metonymia: Jun. Notandum duplicem esse *Seir* & duplicem Idumæam. Vide quæ ad Gen. 32. 3. Una Seir in Idumæa orientali; alia in Australi. Priorem hîc intelligi opinabar: sed, re accuratiùs consideratâ, de Australi cum Masio intelligo, ídque propter locum planè similem, Jos. 12. 7. ubi agitur de tota occidentali plaga cis Jordanem, ejúsque duo utrinque termini oppositi assignantur, *à Baalgad in campo Libani usque ad montem cujus pars ascendit in Seir*. Porrò, *Seir* cujus hîc fit mentio non est mons *Seir*, is enim Idumææ interior est, sed ipsa Idumæa, quæ sæpe per synecdochen *Seir* vocatur[v]. ¶ *Usque Baal-gad*, ità plerique, בַּעַל גָּד] Alii *planitiem Gad*, Jon. M. V. Sed non memini בַּעַל significare *campum* aut *planitiem*[x]. Baal-gad pars Libani erat, sed versùs Orientem; affinis enim *Hermoni* describitur hîc & Jos. 13. *Masphe* autem, quæ *Hermoni* subjecta est vers. 3. ad Orientem sita est vers. 8[y]. ¶ *Usque Baal-gad per planitiem Libani*] *Usque Bahal-gad in convalle Libani*, JT. Ibi sita erat, Ma. Bo. *Ad planitiem Gad* quæ est *in campestribus* aut *valle Lebanon*, V. Planities autem *Libani* erat ei orientalis inter *Libanum* & *Hermon*: Et *Baal-gad* non *montem*, sed *urbem*, sign. sub monte *Hermon*, ut hîc & capite sequenti dicitur[z].

18. *Multo tempore*] Hoc addit, ut sua certior constet historiæ fides, & nè quis opinetur paucorum dierum spatio hæc tanta bella confecta. יָמִים pro *tempore* aut pro *annis* usurpant. Tempus hoc quinquennio definit Josephus Antiq. 5. 2[o]. At alii, rectiùs, septennio, saltem inchoato. Sic Judæi in Seder Olam[p]. Quod ità probant. Caleb erat 40 annorum quando speculatum missus est è Cadesbarnea: Jam verò hæc bella ubi confecta sunt, præterierant ex illo tempore anni 45, Jos. 14. 7—10. de quibus si demas annos 38, quos ab exploratorum reditu oberrârunt in solitudine Israelitæ, ut habetur ex Deut. 2. 14. reliqui fuerint anni 7. Sic Judæi subducunt, &c. & rectè. (Confer Num. 33. 38. & Deut. 1. 3.)[q]. Sed cùm Deus facilè potuit Cananæos omnes solo nutu funditus exstirpare, & populum suum in possessionem vacuam mittere, quæritur cur bellum hoc tam diu tractum erat: Resp. 1. Israelitæ diutinis istis bellis, veluti perpetuis miraculis, condocefaciendi erant, atque exercendi ad

aliaildutiis

† Bo. — f La. — g Maf. — h Bo. — i Bo. ex Sal. Caj. in La. — k M. — * Pi. — l Ma. — m Bo. — n La. Bo. — o La. — p V. Jun. — q Belg. — r Maf. — † BC. 1. 5. 376. — t Maf. — v Bo. — x Maf. — y Maf. — z Bo. — o Maf. — p Maf. ità Ser. La. Bo. L. — q Maf.

amandum Deum, & ex eo uno dependendum, cùm pietas longiore temporis spatio in ipsorum animis inveteravisset. 2. Quò ex illatis moris & impedimentis magis ardua fuit terræ occupatio, eò magis splendescit amor Dei, ejúsque cura erga Ecclesiam suam. 3. Ut discerent Israelitæ durare in rebus adversis, nec propter obstacula despondere animum. 4. Ut spectata magis esset Cananæorum impietas, qui tam pertinaciter pergerent Deo repugnare, qui tam benignum se erga suos cultores, & tam potentem se adversùs hostes, ostenderat. 5. Ut testimonium esset immensæ Dei misericordiæ, pessimis his gentibus pœnitentiæ locum concessit. Vide *Sapientiam Salomonis*, c. 12. 3—10 [r].

19. *Non fuit civitas*, &c.] Causam dat diuturnioris belli; nempe, manu res gerenda erat adversùs obstinatissimum hostem, & ἄσπονδον, & desperatione plenum †. ¶ *Omnes cepit*] Nempe, vel, quæ supra commemoratæ, vel, ad quas Josua cum armis accessit [t].

20. *Domini enim sententia fuit ut indurarentur corda eorum*, [מֵאֵת יְהוָה הָיְתָה לְחַזֵּק אֶת־לִבָּם] *A Domino erat ad roborandum* (vel, *ad indurandum*, Belg.) *cor eorum*, Mo. [Quidam referunt ad Deum:] *Ut induraret*, P. vel, *obfirmaret*, nempe Deus, D. *qui obduravit*, vel *confortavit*, M. Ti. *Ipse durum reddidit cor eorum*, Ar. [Alii ad Canaanitas:] *Ut obfirmarent cor suum*, Mas. *quòd obfirmabant cor*, &c. JT. *ut obstinatis animis* bello occurrerent, &c. Ca. vel, *ut obfirmarentur corda eorum*, D. sim. Sy. Sic לִקְרֹא Gen. 4. ult. *invocari* [v]. Est anceps per se oratio, Deúsne cor Canaanitarum, an verò ipsi suum, obfirmaverint. Et sanè utrumvis rectè dicitur, ut patet ex Exod. 9. 12, 34. & 14. 17. & Deut. 2. 30 [x]. Geminatio præpositionis, *de ad Dominum*, vel, *à cum Domino*, *fuit*, non caret emphasi, ad indicandum magnas & occultissimas rationes Divinæ providentiæ ad eos obdurandos & evertendos [y]. Non immisit in eos Deus qualem potuit terrorem; imò & multum prudentiæ ademit [z]. *Cordis* verbum pro mente positum est [a]. ¶ *Et pugnarent contra Israel*, [לִקְרַאת הַמִּלְחָמָה אֶת־יִשְׂרָאֵל] *In occursum belli cum Israele*, P. Mo. Hebraismus; imminente bello cum Israelitis [b]. *Ad ordinandum prælium cum Israele*, Jon. *ut bello occurrerent*, &c. Ar. sim. JT. Sy. ο'. M. Ti. ¶ *Et non mererentur ullam clementiam*, [לְבִלְתִּי הֱיוֹת לָהֶם תְּחִנָּה] *Ut nequaquam*, vel *non*, *illis esset*, vel *fieret*, *gratia*, vel *clementia*, vel *misericordia*, Ma. JT. sim. ο'. Jon. Sy. Ar. V. Ut non misererentur illorum [c]. Ut ab Israelitis stirpitùs exscinderentur absque ulla miseratione, quâ solemus non erga repugnantes, sed supplices, commoveri [d].

21. *Interfecit Enacim*] Sim. ο'. JT. Alii, *exterminavit gigantes*, V. sim. Jon. Sy. Ar. De his dictum Num. 13. 23 †. Videntur à viro quodam nomine *Enac* prognati; hinc vocantur בְּנֵי עֲנָק, i. e. *filii Ænac*, Num. 13. 34. יְלִדֵי עֲנָק, & *prognati Ænac*, ibid. v. 29 [f]. ¶ *De montanis*] Quippe hominum genus ab omni humanitate alienum, &, ut videtur ex Num. 13. 33. ἀνθρωποφάγον, montes potissimùm, ferarum in morem, habitabat, in quibus cuniculos sibi effodiebat, (quales in campis fieri non patitur humor:) quod de Cyclopibus tradit Homerus, Ὀδυσ. ι'. Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ, &c. & alibi, Ἰλ. α'. Κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι, &c. Centauros ille *montium feras* appellat [g]. ¶ *Hebron*] Hæc olim in monte, pòst in plano, exstructa: Benjamin in Itiner. 47 [h]. Montes circa Hebronem gigantes hos incoluisse, refertur Num. 13. 22. Ibi adhuc ea progenies reliqua erat. Hi cùm ad res novas animum adjecerint, & in diversis locis, in quibus sua latibula habebant, ostentare se cœperint, reprimendi videbantur, nè partitionem terræ mox novis motibus impedirent [i]. Qu. Quomodo Josue hos delevit, cùm post mortem Josue Caleb & Othoniel id fecisse dicuntur, Jos. 14. 12. Jud. 1. 10, 11, 12? Resp. 1. Anticipatio hæc est, & Josuæ hîc tribuuntur quæ ipse inchoavit, sed posteri ejus perfecerunt [k]. 2. Q. existimant Calebum hæc vivo Josue gessisse, eáque Josue, ut Imperatori, attribui; Calebo autem adscribi, quòd majore studio in id bellum incubuerit. Ità K. & R. [illegible]ias. Quæ autem in libro Judicum scripta sunt vertunt per plusquam perfectum, *Perrexerat Juda ad Cananæum habitantem Hebrone, Percusserat Sesai, Dixerat Calebus*,

Ceperat Othoniel, atque ità cætera, usque dum memoratur Judas cum Simeone profectus contra Gazam esse. [Non placet Masio.] 1. Demus iis Calebum ex Hebrone, Othonielem ex Dabire, exterminâsse gigantes, &c. quid facient de cæteris locis hîc memoratis, *Anab*, *monte Israel*, *universâ terrâ*, &c? An ista etiam ad illam Judicum narrationem pertinere dicent? 2. Narratio illa in Judic. cum pulchro tenore procedit, & locorum situs rebus ex ordine gestis respondet, ut ineptum sit eam diversi temporis verbis interrumpere. 3. Memorantur illi in Judic. post debellatum Adonibesek (quem nusquam dicitur Josua vicisse) & captam Jerusalem *Hebronem* profecti, &c. 4. Augustinus censet Calebi victoriam in libro Josuæ κατὰ πρόληψιν, at in Judicibus suo tempore locóque, narrari [l]. Resp. 3. Verisimile est immanes illas belluas potiùs quàm homines, cùm antè, partim in suis antris abditi, alii in vicinas urbes, Gazam, Geth, Azotum, profugi, manus Josuæ evasissent, denuo illas majorum suorum sedes occupâsse, & ad res novas alios solicitâsse, donec à Calebo prorsus deleti essent [m]. Id insinuat versus sequens [n]. ¶ *Et Dabir*] De *Hebrone* & *Dabir* diximus ad Jos. 10. 36, 38 [o]. ¶ *Anab*] Hæc, similiter ut duæ priores, in tribu Juda exstitit, Jos. 15. 50 [p]. Erat juxta Diospolin, ubi adhuc villula est dicta *Beth-Anoba* [q]. Unde conjicio eandem esse urbem quæ primùm עֲנָב *Anab*, deinde, per aphæresin, נוֹב *Nob*, vocata sit, quam hodie *Bethanobe* & *Bethanopolin* vocant [r]. ¶ *Et de omni monte Juda & Israel*] Hebræorum ergò regnum jam in duo dissectum erat; ideóque hic liber vel ab alio authore primùm compositus est, vel reconcinnatus est ex Sacris annalibus qui in Templo servabantur †. De monte *Israel* diximus vers. 16. *Mons Judæ* significat omnes illos montes qui ab Jerusalem ad Austrum in terra Canaan jacent [t]. Aliis est *Hebron*, quæ erat in montanis Judæ [v]. ¶ *Urbésque eorum delevit*] At dices unam *Hasorem* deletam fuisse in ista expeditione. Resp. 1. Hæc ergò nova fuit expeditio. 2. Vel Ænacinorum urbes, utpote à fortissimis defensæ viris, non, nisi subversis mœnibus, capi potuerunt, ideóque deletæ sunt. 3. Vel עָרִים non *urbes*, sed *civitates*, significat; q.d. hi cum suis civitatibus, in quibus dominatum habebant, perditi sunt [x].

22. *Non reliquit ullum—in terra*, &c.] Vel, quia omnes interemit; vel, si qui gladium evaserunt, ad Philistinos se receperunt [y]. ¶ *Gaza & Geth & Azoto*] Tres hæ urbes maritimæ fuêre [z]. [De his plura vide, si lubet, apud Masium.]

23. *Cepit omnem terram*] Synecdochicè, id est, maximam partem [a]; potiorem, & quasi omnem [b]: vel, *omnem* quam bello tentavit [c]: vel, *omnem*, i. e. omnis generis terram, planam, montosam, campestrem, devexam, &c [d]. vel, *omnem* eatenus subegit ut nemo arma moveret †: vel, *cepit omnem terram*, i. e. debellavit [f]. Scribit Procopius lib. 2. *de bello Vandalico*, cap. 7. *Ad oppidum Tingin in Numidia duæ sunt columnæ, in quibus Phœnicum linguâ hæ literæ incisæ sunt; NOS A FACIE FUGIMUS JESU PRÆDONIS, FILII NAVE* [g]. ¶ *Tradidit——secundùm partes & tribus*; q. d. secundùm partes, id est, secundùm Tribus [h]: [כְּמַחְלְקֹתָם לְשִׁבְטֵיהֶם] *Secundùm*, vel *per*, *partitiones eorum*, Mo. Sy. *tribubus eorum*, Mo. vel, *in tribus eorum*, Sy. vel, *per tribus*, JT. vel, *ad tribus*, La.

Margin (left column): r Mas. — † Mas. — t Mas. ex Aug. — v D. — x Mas. — y Ma. — z G. — a Mas. — b V. — c V. — d Mas. — † Bo. — f Mas. — g Mas. — h D. — i Mas. — k To. in La.

Margin (right column): l Mas. — m Mas. La. — n La. — o Mas. La. — p Bo. — q Euseb. in Mas. — r Mas. — † Q. in Ma. — t Mas. — v Ma. — x Mas. — y Bo. — z Mas. Bo. — a Ma. ex Mas. — b La. D. — c La. Bo. — d D. ex Mas. — † Mas. Bo. — f G. — g Ma. — h La.

CAP. XII.

1. HI *sunt reges*] Quia propositum est deinceps universæ terræ distributionem exponere, primùm in conspectu proponit loca omnia quæ ad distributionem pertinent, ídque nominatis Regibus potiùs quàm locis. Est enim hoc & ad narrationem compendiosius, quia sub uno Rege multa fuerunt loca; & ad victoriæ gloriam illustrius, cùm fuerit semper apud omnes Gentes amplissimum Regis nomen & dignitas [a]. *Intra suam cuique patriam regna finiebantur*,

Margin: a Mas.

bantur, ait de antiquissimis temporibus Justinus. Speciatim autem de his populis Strabo, Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν οἱ Ἀράδιοι καθ' αὑτοὺς ἐβασιλεύοντο παραπλησίως, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη πόλεων τῶν Φοινικίδων, (*Antiquitùs Aradii (Reges) prope se invicem regnabant, quemadmodum & quælibet urbs Phœniciæ*[b].) ¶ *A torrente Arnon*, ità Sym.P.D.Maf. [מִנַּחַל] *A flumine*, vel *fluvio*, JT. Ità Josephus Antiq.4.4. & alii in D. Ità sumitur נַחַל Cohel. 1.7. He. in D. *Fluvius* נָהָר dicitur, & perennis est: *torrens* נַחַל, qui æstate siccatur. Sed נַחַל etiam fluvius[c]. נַחַל locus est in alvei speciem depressior, sive in ea sit aqua, sive non[d]. *Arnon* Moabitas sejungebat ab Amoræis Cis-jordaninis, Numer. 21. 13 †. ¶ *Usque ad montem Hermon*] *Hermonem* esse Libani partem versùs Orientem ex hoc versu conficitur[f]. Duobus terminis regio illa Trans-jordanina concludebatur, *Arnone* à meridie, *Hermone* à Septentrione[g]. ¶ *Et omnem orientalem*, &c. [וְכָל־הָעֲרָבָה מִזְרָחָה] *Et omnem terram Araba ab oriente*, ό'. *& omnia campestria*, &c. JT. sive *planitiem*, &c. Maf.D. Jon. Sy. Ar. Sym. in Maf. Sic enim locus ille descriptus est Deut. 3. 8, 9, 10. —*omnes urbes* הַמִּישׁוֹר, i. e. *planitiei*[h]. *Planities* hæc est quæ *campestria Moab* sæpe solet nominari, h. e. campi illi qui ab *Arnone* sursum porrecti jacent adversùs sinistrum Jordanem, & dextros montes Arabicos. Qu. An fas fuit Israelitis considere cis Jordanem in his locis, cùm promissiones ad eam terram quæ Jordane claudebatur spectare videantur? Nam pro rebellii pœna fuit quòd Moses & Aaron in hanc pervenire non possent. Quare istam occupare regionem, nihil aliud videbatur quàm terminos hæreditatis à Deo positos refigere, & Ecclesiæ corpus dividere. Resp. Cis-jordaninam istam partem ad Promissam terram pertinere indè colligi posse videtur; 1. quòd *Cananæi* exterminandi erant; at *Amoræi* (quorum Reges erant *Sehon* & *Og*) erant Cananæi. 2. Ex Deut. 2. 24. —*Incipe possidere*— Id planè dicere videtur, Promissæ terræ possessionem hîc auspicandam esse. Nam יָרַשׁ jus hæreditarium significare solet. Non sic locutus est Deus de terra Amalecitarum, nec Israelitæ hanc petebant. Quòd autem terra trans Jordanem plerumque sola potest Promissa videri, cùm Jordanis trajiciendus populo præstituitur, id ideo factum existimare licet, & quia præcipua illa portio erat, & quia mysterium Salutis humanæ in ea olim patefieri debebat, atque ideo etiam Dei sacrarium illic collocari. Cùm igitur ea pars sola sacro cultui dicata esset, illam videndi summo desiderio tenebantur Moses & Aaron, & pro supplicio habebant quòd denegatum illis fuerit. Adde quòd Moses solicitus erat de eventu promissionum propter novam aliquam populi contumaciam, &c. Dices, Si ista regna Sehonis & Og, in quæ Moses jam induxerat populum, ad Terram promissam pertinuissent, levari magna ex parte potuit illâ solicitudine. Atqui hoc non est ità. Nam hæc pars tum demum jure hæreditas populi futura erat, cùm altera illa sacratior trans Jordanem occupata, & Dei cultus in illo constitutus esset, Num. 32. 22, 29. Dices, Si hæc ità essent, cur tam acerbè Moses invectus est in eas Tribus quæ hanc partem petebant? Resp. Non tam graviter accusat eos quòd eam terram pro hæreditate poscerent, sed quia dicerent, *Nè nos facias transire Jordanem:* Sic enim reliquos à trajectu absterrere poterant. Hæc autem pars, ut jam dictum, sine altera obtineri pro hæreditate non potuit. Et cùm se trajecturos, &c. pollicerentur, facillimè impetrant quod petebant, nec eis Moses exprobrat vel fœdus Dei violatum, vel terminos hæreditatis motos, vel corpus Ecclesiæ discissum. Interim pugnare nolim, si quis existimat duas Tribus, &c. fœdus Dei commodis suis postposuisse; Deum verò arcano consilio vetus promissum auxisse novâ liberalitate, & simul iis delicti gratiam fecisse, h. e. cæcam illorum cupiditatem in illustris sui in omnes beneficii occasionem vertisse. Animadverte interim, Deum Tribus ditissimas extra Sanctiorem terram manere voluisse. Sic Matth. 19. 24. *Divites haud facilè in cœlum eunt*[i].

2. *Dominatus est ab Aroer, quæ sita est super ripam*

[b] G. [c] D. [d] Maf. D. † Maf. [f] Maf. [g] Bo. [h] Maf. D. [i] Maf.

torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad. Obscurum est à quo regantur illa, *mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad*: & eadem ferè difficultas est in Hebræo[k]: [מֹשֵׁל מֵעֲרוֹעֵר אֲשֶׁר עַל שְׂפַת־נַחַל אַרְנוֹן וְתוֹךְ הַנַּחַל וַחֲצִי הַגִּלְעָד] [Variè reddunt.] *Et dominabatur ab Aroer quæ est* (vel, *quæ sita erat*, P.) *juxta*, vel *ad*, vel *super*, *ripam* (*labium*, Mo. D.) *torrentis*, vel *fluvii*, *Arnon*, M. P. sim. Jon. Sy. Ar. Mo. Ti. Maf. *& medium torrentis*, Mo. sim. Jon. Ar. *& intimâ parte torrentis*, Sy. *& dimidium Gilead*, Mo. Alii, *à medio torrentis, & dimidiâ Gilead*, Ti. sim. M. Hæc versio regi facit omnia à præpos. מִן *ab*, à qua regitur *Aroer*. Obj. At incommodè diceretur eum imperitâsse à dimidia Galaad, cùm medietas Galaaditidis totum ejus regnum comprehenderit. Resp. *Galaad* hîc non regionem, sed montem, significat. Confer Deut. 3. 16. Itaque sensus est, eum imperitâsse ab Aroer, quæ erat in ripa—Arnon, indè progrediendo ad medium torrentis, ac tandem perveniendo ad montem Galaad. His ergò verbis descriptus est limes Australis & Orientalis[l]. [Q. referunt illa, 'וְתוֹךְ וגו, ad τὸ מֹשֵׁל, sive ad dominium *Sibonis*.] *Quique dominabatur ab Aroer, quæ sita erat ad ripam torrentis Arnon, &* in *medio torrentis*, & *in media parte Gilead*. [Ità *Pagninus*, quem *Bonfrer.* de situ urbis *Aroer* perperàm intelligit.] *Qui dominabatur à Harobere, quod est ad ripam fluminis Arnonis, & interamni ipsius fluminis, ac dimidio Gilhadis*, JT. *Qui imperio tenebat—ab Aroere ad ripam Arnonis—posito, ea quæ medio fluvio continebantur, dimidiámque Galaaditidem*, Ca. Illud, *dimidiæque Galaad*, dativum esse dicerem, & regi à verbo *dominatus est*, idémque de Hebraico textu statuerem, nisi passim viderem τὸ מָשַׁל *dominari* construi cùm servili ב *in*, quod hîc non fit; quanquam dici fortè posset τὸ ב subintelligi[m]. [Alii intelligunt de situ urbis Aroer.] Ità plerique, teste *Bonfrerio*. Sic *Masius*, [inquit Bo.] *intra torrentem, & in media parte Galaaditidis.* Expressè alibi dicitur *civitas intra torrentem*, Deut. 2. 36. Videtur ista urbs ità ad Arnonem posita fuisse, ut in medium usque alveum fluvii exstructæ ædes magnæ partis essent. Possunt verba sic interpretari, Sehonis regni latus id quod Orienti oppositum erat protensum fuisse *ab urbe Aroer*—sursum per *Galaaditidem, usque ad torrentem Jabbok.* Josephus Antiq. 4. *Situm est regnum Sehonis inter tria flumina, quasi insula; nam à meridie cingitur Arnone, à Septentrione Jabbok, ab Occidente ripâ Jordanis.* Si Arabiæ montes opposuisset Orienti, nihil omisisset de expressissima descriptione. Porrò, fines Australes ab *Asphaltite* ferè adversùs *Arnonis* cursum extendebantur ad *Phasgæ* montis usque radices. Ditionem *Sehonis* ab *Ammonitis* sejungebat torrens *Jabok*, sicut *Arnon* à Moabitis. Jam verò עֲרוֹעֵר *Aroer*, quæ sæpe solet dimidiato verbo dici עַר *Ar*, est Græcorum Ἀρεόπολις, Hebr. רבת מואב *Rabbath-Moab*, q. d. *Moabitarum urbs frequentissima. Galaad* autem mons porrigitur sursum ad Libanum usque, cujus est veluti appendix, aut, ut vult Hieron. initium. In eodem monte est & urbs *Galaad*, Num. 32. 39. Inter hunc montem & Jordanem patet amœna regio vocata *Galaaditis*, Jos. Antiqu. 1. 27[n]. Quod cæteri *torrentem* vertunt, Græci *vallem*. Sed eam interpretationem subnervat, quòd dicitur, *super ripam*, vel *labium*. Nam quid *labium vallis*[o]?

3. *Et à solitudine usque ad mare Ceneroth*] Hîc terminus Septentrionalis & Occidentalis regni Sehonis describitur[p]. ¶ [וְהָעֲרָבָה] *Et campestri*, Ma. *& campestribus*, JT. *& in planitie*, Maf. Dicitur *planities solitudinis* Deut. 3. 17. Ea nimirum planities est quæ ab Oriente ad Occidentem (uti & torrens ipse per hanc planitiem) procurrit usque ad mare *Ceneroth*, in quod influit torrens, ubi Jordan. è mari *Ceneroth* erumpit, adeóque vel in Jordanem, vel in mare *Ceneroth*, influere dici posset: quo factum est ut Deut. 3. conjungantur Jordanes & extremitas maris *Ceneroth*[q]. Describitur hîc campus quem solemus *Moabitarum* dicere, qui inter duo maria jacet, *Tiberiadis & Mortuum*[r]. ¶ *Contra orientem*] Refer hoc ad planitiem, quæ dicitur esse ad Orientem maris *Cinneroth* *. Nam

[k] Bo. [l] Bo. [m] Bo. [n] Maf. [o] D. [p] Bo. [q] Bo. [r] Maf. * Bo.

Nam ab Occidente clauditur eo Jordanis tractu quo iste fluvius è lacu Tiberiadis elapsus in mare Mortuum influit †. ¶ *Ad mare deserti*; vel *solitudinis*, Sy. Mo. V. [הָעֲרָבָה] *Planitiei*, Jon. *ad mare campestris*, vel *campestrium*, Ma. JT. Maf. D. V. Sic dicitur, quia loco plano & æquabili consistit *: quia ei adjacet planities magna [t]. ¶ *Per viam quæ ducit Bethsimoth*, [בֵּית הַיְשִׁימוֹת] q. d. *Domum* aut *locum vastum desolatúmque*. Locus fuit in campis Moabiticis, Num. 33. 49 [v]. Vide Ezec. 25. 9 [x]. [Plerisque nomen proprium est; at Mo. *viâ domûs solitudinum*.] Id quidem sign. & locus itâ dicitur, eò quòd ulteriùs versùs mare Salsum aliud nihil restaret quàm solitudines [y]. ¶ *Quæ subjacet Asedoth Phasga*, [תַּחַת אַשְׁדּוֹת הַפִּסְגָּה] *Sub ipsis decursibus collis*, JT. *sub effusionibus* aquarum collis *Pisga*, P. *subter scatebras collium*, M. Ti. *sub declivitate* (i. e. ad radices) *Pisgah montis*; itâ *Notæ Vatabli ad Tigurina Biblia*, sim. Maf. *Sub devexis Phasga*. אַשְׁדוֹת *radices montium, eásque partes quibus illi devexiores fiunt*, significat. Vide quæ ad Jos. 10. 40. Designat hîc fines Australes regni Sehonis, ab *Jordanis* sive *Arnonis* ostio, (sunt enim inter se vicina,) adversùs Arnonis cursum, usque ad radices montis עֲבָרִים *Abarim*, (cujus planè pars est *Phasga*, sive nomen proprium sit, sive *verticem*, aut *præruptum saxum*, significet.) Videmus quàm accuratè istis Israelitarum possessionibus fines certi sint circumdati. Id factum, 1. ut seorsim à profanis gentibus collocarentur Israelitæ: ut eâ etiam re perspicuum omnibus fieret quanti illos faceret Deus. 2. Ut Ammon. & Moab. vicinæ ditiones ab Israelitarum possessionibus undiquaque secluderentur [z].

4. *Terminus Og*] Propositum quidem erat enumerare devictos Reges; at hîc pro Rege *Og* regnum ipsum describitur [a]. ¶ *De reliquiis Raphaim*] Sim. Mo. JT. P. Ti. D. Aq. & Sym. & Th. in Maf. Alii, *ex reliquiis gigantum*, V. Maf. M. Sy. vel, *fortium*, Jon. *Rephaim* vocabantur gigantes prognati ex *Rapha*, sicut *Enacim* prognati ex *Enac* [b]. Nehemannus [qui Gerundensis *Drusio*] existimat, probabiliter sanè, esse *Hevæorum* cognomen, qui, ut (alibi) חִוִּים, h. e. *Hevæi*, dicti sunt, à serpentibus qui in terræ cavernis habitant, itâ (hîc) רְפָאִים *Rephaim*, q. d. *inferi*, & *sub terra agentes*. Itâ sumitur Isa. 26. 14. His cognatos fuisse vult quos חוֹרִים, *Hurim*, nominat Sacra historia, h. e. τρωγλοδύτας, *cavernas incolentes*. Vide ad Jos. 11. 21 [c]. Illud autem, *de reliquiis*, exponunt, *de stirpe*, V. Sy. Referunt ad *Rephaim* profligatos ad *Astaroth Carnaim*, Gen. 14. 5. Equidem etsi negare nolim ex illorum stirpe fuisse *Og*, tamen quòd *reliquus fuisse* dicitur, id spectare potiùs autumo ad cladem gigantibus illis ab Ammonitis illatam, Deut. 2. 20, 21. Id certè significare videtur lectus ille ferreus, quem Ammonitæ etiamnum ostentabant in sua Rabba, ut illustris victoriæ de gigantibus partæ monumentum; cùm *Og* fortassis ad vicinos Amoræos esset elapsus, atque ob singulare corporis robur & præstantiam ab his in Regem creatus [d]. ¶ *Qui habitavit in Astaroth*] *Astaroth* urbs erat, 1 Paralip. 6. 71. non mons, ut fingit Neheman †. Dicta ab *Astarte* idolo Dianæ, sive Junonis, h. e. Lunæ, quæ ibi colebatur [f]: unde & cognominabatur *Carnaim*, i. e. duorum cornuum, quia Luna, dum nascitur, bicornis est [g]. Unus autem locus, hîc *Astaroth*, & Gen. 14. *Astaroth-carnaim*. Itâ Hieron. & Gerundensis [h]. ¶ *Et in Edrai*] Altera hæc erat regia ejus urbs [i]. Nec mirum quòd Og duas habuerit regias in amplissimo & populosissimo regno. *Edrai* mihi videtur esse Ptolemæi *Adra* [k].

5. *In monte Hermon*] De quo vide Jos. 11. 3. Libani pars est cis Jordanem ad Orientem. At Nehemannus autumat (verisimiliter sanè) חֶרְמוֹן non esse proprium loci nomen, sed Libani epitheton, ab *inhospitalitate* seu *vastitate* ei attributum. Nam חֵרֶם sign. *rem corruptam, quæque nulli sit usui*. Talis certè est Libanus, utpote qui nivibus coopertus jacet; unde & שְׂנִיר *Sanir* dicitur, quod Chald. *nivosum* reddit. Et ab Hermone Tyrum nives deferri solere refert Hieron [l]. Quamvis hic mons ad Ogum pertinebat, cujus

† Ma. * Maf. t V. v Maf. sim. Jun. x Jun. y Bo. z Maf. a Maf. b La. c Maf. d Maf. † Maf. f La. ex Maf. g La. h Maf. i Bo. k Maf. l Maf.

ditionem Israelitæ jam obtinebant, ejus tamen partem aliquam adhuc possederunt Cananæi, Jos. 13. 17. quam postea occupavit Josue [m]. ¶ *Usque ad terminos Gessuri*, &c.] De his vide quæ ad Deut. 3. 13 [n]. Porrò *Geshuri* & *Machati* duæ sunt urbes versùs montem *Hermon*, quæ ubique, ut cap. seq. v. 11. & Deut. 3. 14. termini ejus regionis statuuntur [o]. *Gessuræi* & *Maachathæi* in illis locis jacebant quæ ad Syriam Damasci vergunt: Nam & Absalom *Geshur* in *Syria* locat, 2 Sam. 15. 8. Quanquam & alios *Gessuræos* prope *Amalecitas* fuisse certum est [p]. *Usque ad terminum*: Nonnihil subaudiendum, *quâ parte protendebat se usque ad*, &c [q].

6. *Moses, famulus Domini*] Qu. Cur hîc non perinde Josue *servus Dei* nominatur? Resp. 1. Cùm de Josue tanquam etiamnum vivo agitur, virtutis tam absolutæ elogio non erat celebrandus. 2. Mosi præ cæteris hoc tribuitur; q. d. *interpres Dei* & *administer*; nimirum, propter Legem Dei, quam ipse edixerat [r].

7. *Hi sunt reges terræ*] Reges, i. e. Reguli. Olim singularum urbium Domini vocabantur Reges, test. Aristot. lib. 3. Polit. Strab. l. 16. Plin. 6. 9 †. Tales hi erant: verùm ad unamquamque urbem pertinebant municipia, villæ, pagi [t]. ¶ *A Baal-gad*] *A planitie Gad*, V. Sic ubique exponit Jon. τὸ בַּעַל ubi jungitur nomini גָּד [v].

8. *Hethæus fuit & Amorrhæus*, &c. itâ P. Ti. M. Mo. referunt ad *Hi sunt reges*, v. 7 [x]. [הַחִתִּי וגו'] *Hethæum*, ο'. Jon. Sy. supple, *dedit*, Ar. [Referunt ad præcedentia, *dedit in hæreditatem*, ο'. & Jon.] Al. *Hethæorum*, &c. hærent nomini *Reges*, quod repetendum est [y]. Al. terram *Chittæi*, JT. i. e. Chittæorum, Pi.

9. *Jericho*] De his urbibus vel suprà dictum est, vel infrà occurrent [z]. ¶ *Hai, quæ ex latere Bethel*] Sic eam ostendit, quia fuit altera *Hai* Ammonitarum, Jer. 49. 3 [a].

18. *Rex Saron*, itâ Ti. *Rex è Scharonim*; vide 1 Chron. 27. 29. Jun. [לַשָּׁרוֹן] Censuit Vulgatus ל esse genitivi notam. Est quidem *Saron* nomen loci [b]. Imò duplex erat *Saron* cis Jordanem [c]; & altera trans Jordanem, 1 Par. 5. 16. At nusquam alibi fit mentio *Lassaron* [d]. Alii tamen vertunt, *Lassaron*. Itâ Jon. Ar. M. P. Maf. D. Eadem est quæ Ἀσσαρὼν in Actis Apostolorum, prope Lyddam †.

22. *Rex Jachanam Carmeli*, [מֶלֶךְ יָקְנְעָם לַכַּרְמֶל] *Rex Jokneham* (*Joknehami*, JT.) *Carmeli*, P. i. e. quæ erat juxta Carmelum, V. *de Carmel*, M. Ti. Ang. & *Carmeli*, Sy. *cum Carmelo*, Jun. *ad Carmelum*, Jon. Belg.

23. *Rex Dor & provinciæ Dor*, [מֶלֶךְ דּוֹר לְנָפַת דּוֹר] *Rex Dor & Nepheth-dor*, Sy. Rex Dor *ipsius Naphath-dor*, P. Alii, *Rex Dor ipsi tractui Dor*, Mo. vel, *cum tractu Dor*, JT. vel, *de regione* (sive, *ad regiones*, Jon.) *Dor*, M. Ti. vel, *climatis*, sive *provinciæ*, *Dor*, i. e. quæ erat in provincia Dor, V. De *Dor* vide Jos. 11. 2 [f]. ¶ *Rex Gentium Galgal*, [מֶלֶךְ גּוֹיִם לְגִלְגָּל] [Variant.] *Rex gentium*, vel *populorum*, *ad*, vel *de*, *Gilgal*, Jon. Mo. M. Aliis τὸ גּוֹיִם est nomen proprium. *Rex Gojim* (*Goiorum*, Ca.) *in Gilgal*, Ti. vel, quæ erat *in Gilgal*, P. [quasi urbis nomen esset.] *Rex Gei Galilææ*, ο'. Certum est *Galgal* hîc non esse *Galgala* ubi Josue transito Jordane castra fixit, ibi enim nulla civitas, nullus Rex. Est ergò *Galgal* idem quod *Galil*, (geminatâ duntaxat literâ *Gimel*, quod Hebræis frequens est,) sive *Galilæa* [g], nempe, *superior* dicta, (quia in Septentrionem recedit,) & *Galilæa Gentium*. Itâ dicitur, vel, quòd portuosa mercaturæque faciendæ accommoda varias gentes reciperet, ex quibus, ut fit, multos etiam homines ibi mansisse est verisimile [h]: vel, quia vicinos habebat *Tyrios* & *Sidonios*, aliósq; Gentiles: vel, quia in ea permistæ habitabant variæ Cananæorum aliorúmque populorum gentes [i]: vel, quòd *Salomon* dedit *Hiram*, Regi *Tyri*, Gentili, in Galilæa 20 urbes [k]. [Non placet *Bonfrerio*.] 1. Licèt codex Romanus τῶν ο'. habet Γαλιλαίας, cæteri tamen codices habent γαλγάλ. At Galilæa non גִּלְגָּל, ut hîc habetur, sed גָּלִיל, dicitur. 2. Dicitur *Galilæa nondum divisa* fuisse, Jos. 13. 2. At τῆς *Galgal* Rex occisus, & terra occupata, fuit. 3. Necdum dicta ea erat *Galilæa Gentium*, sed postea

tempore

m Bo. n Ma. o Bo. p Maf. q V. r Maf. † La. t Maf. D. sim. La. V. v M. x Bo. y Maf. z Bo. a Maf. b Maf. c Hi. in Bo. d Bo. † Maf. f Bo. g La. Bo. h Maf. i To. in La. k Hi. in La.

tempore Salomonis, ab oppidis 20 Hiramo datis [l]. Verùm hæc donatio primitus non indidit nomen, sed jam inditum confirmavit [m]. Plura vide ad Jos. cap. 13. v. 2 [n].

24. *Triginta unus*] Atque ii tantùm fuêre alterius partis, nempe, septentrionalis, Terræ promissæ [o]. Notat Hieron. epist. ad Dardanum terram hanc in longitudine, à *Dan* ad *Bersabee*, continere tantùm 160 milliaria Italica, latitudinem verò, à *Joppe* ad *Jordanem*, 60 milliaria. In qua tot Reges & populi arguunt admirabilem olim fuisse soli illius ubertatem [p]; & severum Dei judicium ostendunt, qui terram istam tam infœcundam reddidit, ut pro lacte & melle conspersa jam sale videri possit [q].

[l] Bo. [m] La. [n] La. Bo. [o] Ma. [p] La. ex Mas. [q] Mas.

CAP. XIII.

1. *Senex provectæque ætatis*, [זָקֵן בָּא בַּיָּמִים] *Senuit, venit* (vel, *processerat*, Mas.) *in dies*, V. Non est tautologia. Sic alibi, *senex & plenus dierum*. *Senex* ætatem ingravescentem significat; *plenus dierum*, maturiorem & propè ultimam [a]. *Venisse in dies* Latini *annosum* esse vocant [b]. Præterea, haud temerè alii *in dies processisse*, aut *pleni dierum* esse, dicuntur, quàm ii qui sanctè vixerunt, quippe quibus exacti dies non perierunt, nec frustrà sunt traducti per vana studia, sed per egregia virtutum facinora. Nam ignavi, &c. dies suos tanquam somno transeunt, atque ideo cùm illi effluxêre, quasi nullos fuisse existimant [c]. ¶ *Terráque latissima derelicta est, quæ necdum sorte divisa est*, [וְהָאָרֶץ נִשְׁאֲרָה הַרְבֵּה מְאֹד לְרִשְׁתָּהּ] *Et plurimum terræ relictum est ut possideatur*; i. e. magna pars regionis superest debellanda, ut postea possideatur [d]. Non rectè Vulg. vertit, *sorte divisa*; necdum enim ulla omnino divisa est terra †. Credibile est Josuam existimâsse omnes Cananæos antè esse exterminandos quàm partitionem posset auspicari. Cùm ergò jam senectutis incommoda increbrescerent, magnæ autem provinciæ debellandæ superesse videbat, indubiè variæ animum ejus cogitationes fodicârunt. Ei ergò succurrit Deus, & fluctuantem curis sedat: q. d. Multi hostes subigendi restant, sed non est quòd idcirco tu distributionem differas, &c. Ego enim reliquos exterminabo, &c *.

2. *Omnis Galilæa, Philisthiim.*] Suspicor mendum hîc esse, & *Galilæam* è margine in textum irrepsisse. Nam, 1. *Galilæa* semper גָּלִיל vel גְּלִילָה dicitur, nunquam גְּלִילוֹת plur. numero. 2. הַפְּלִשְׁתִּים per se stare non potest, significat enim homines, non terram, quæ פלשת appellatur. 3. Minimè videtur verum Galilæam necdum subactam, cùm bellum illud Jos. 10. in Galilæa gestum sit [f]. ¶ כָּל־גְּלִילוֹת הַפְּלִשְׁתִּים] [גלילות appellativè sumunt, vertúntque,] *limites*, vel *fines*, vel *confinia*, vel *termini*, o'. Jon. JT. Mo. P. D. Ti. Sym. in D. K. & RS. in Mas. vel, *provinciæ*, Philistæorum, M. Ca. *Littora*, Mas. sive oræ ad maria aut flumina: quæ sic vocantur, vel, propter sinuosos littorum & riparum recessus; vel, quia fluctus illic reciprocantur volutatímque ludunt; vel, à congestis ibi arenarum tumulis [g]. ¶ *Universa Gessuri*, [גְּשׁוּרִי] *Gessuritæ*, V. sing. pro plur. vel, *Gessuræorum*, supple, *terminos*. Sic Deut. 3. 14. *terminus Gessuræi* [h]. Intellige hoc de ea *Gessuri* quæ vicina Ægypto & Amalecitis, non de illa quæ in Syria, Deut. 3. 14 [i]. [Aliter alii.] Intelligo non de ea quæ prope Amalecitas, sed de illa terra quam Gessuræi occupaverant, à mari, scilicet, per Aquilonarem oram secundùm Syriam *. Accipio de regione juxta montem *Hermon* ad Aquilonarem plagam trans Jordanem, de qua Deut. 3. 14. Ea etsi Manassitis attributa esset, v. 11. nunquam tamen illi videntur possedisse, v. 13. Vide 2 Sam. 3. 3. & 13 †. Qu. At quomodo *Gessuri* dicitur non occupata esse, cùm eam Jair Galaadites cepisse dicitur, 1 Paral. 2. 23. factum autem Jair jam antecesserat, ut patet ex Num. 32. 41. Deut. 3. 14? Resp. Dicendum *Jair* aliquid de Gessuræa regione occupâsse, &

[a] Mas. D. [b] V. [c] Mas. [d] V. † Mas. * Mas. [f] Bo. [g] Mas. [h] D. [i] D. Mas. Ma. * Me. sim. Bo. † Bo.

fortè civitatem *Gessur*; Cananæos autem recuperâsse quod ab ipsis arreptum erat: vel, *universam Gessuræam* hîc dici quicquid reliquum erat in ea regione non occupatum [k].

3. *A fluvio turbido*, [מִן־הַשִּׁיחוֹר] *A Nigro*, Mo. *à Sichor*, Jon. JT. Ti. D. *Sichor* fluvium quemvis *nigrum*, i. e. turbidum, non liquidum, sign. Crediderim indè à Pœnis dictum in Hispania *Sicorim*. *Nilum* sic vocat Jer. 2. 18. Dionysius Afer, —Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται· οἱ δ' Συήνης Ἐνναέται στρεφθέντι μετ' οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο. i. e. *Siris ab Æthiopibus vocatur, sed, mutato nomine, Nilus ab incolis Syenes.* Et hinc *Sirio* nomen, quòd eo sidere moveatur Nilus [l]. Qu. Sed quisnam fluvius est *Sibor?* Resp. 1. Est Nilus [m]. De quo nos dubitare non sinit Jerem. 2. 18. Hic Græcis μέλας niger vocatus est, propter turbidas limo aquas, & indè Ægyptus μελάμβωλος, q. *nigrigleba* [n]. [2. Alii aliter sentiunt.] Amnis putatur esse qui Petram Arabiæ præterfluens in Sirbonem paludem influit, & Ægyptum à Terra promissa disterminat. Mihi potiùs *Rhinocolura* est, ut bene Epiphanius. Vide in Num. 34. 5 [o]. Quibusdam hic idem est qui alibi vocatur *torrens Ægypti*. Ità Caj. & Sa [p]. Et Hieron. vult alium fluvium Ægyptum à Cananæa discernere quàm Nilum: verùm apud probatos Cosmographos nulla fit talis fluvii mentio. Strabo autem, omnium diligentissimus, supra magnum Pelusiacum Nili ostium aliud parvum facit apud montem Casium, ad quem usque montem idem Judæam profert, lib. 16. à quo propè abest urbs Rhinocolura, apud quam Hieron. illum suum fluviolum in mare deducit. Plinius etiam Rhinocoluram Judææ extimam urbem constituit. Existimo igitur non alium esse fluviolum à Nilo, sed ab eo derivatum, atque ideo *Nili* hoc nomen retinere [q]. Est rivulus Nili, qui, scilicet, influit in mare Pelusiacum ad Gazam. Obj. At quomodo Nilus statuitur Cananææ terminus? Resp. 1. Quia torrens ille deserti, qui terræ est limes, est rivus Nili [r]. 2. Cùm inter Nilum & torrentem istum, sive *Rhinocoruram*, nihil interjacet nisi solitudo, eódem res redit, sive describas quicquid terræ habitatæ est in Palæstina à torrente illo, sive à Nilo majore & celebratiore fluvio †. Terra inutilis & inhabitata non computatur, nec illius habetur ratio [t]. Putant Hyperbolen esse, cùm ad Nilum usque fines Judææ extenduntur [v]. ¶ *Qui irrigat Ægyptum*, [אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי מִצְרַיִם] *Quæ est in superficie* (vel, *super*, sive *ad faciem*, P. Mo. o'.) *Ægypti*, M. *Quæ est coram Ægypto*, vel, *ante Ægyptum*, Ti. JT. D. עַל פְּנֵי idem quod לִפְנֵי, *ante, coram*, D. ¶ *Contra Aquilonem*] Accaron hîc ultima Philistinorum satrapia versùs Aquilonem statuitur. Perperàm itaque Adrichomius *Geth* eâ Borealiorem statuit, à quo idcirco omnes dissentiunt *. Videtur Accaron supra Geth posita fuisse Septentrionem versùs, etsi hodie aliter existimet vulgus †. ¶ *Terram Canaan, quæ in quinque regulos Philisthiim dividitur*, [לַכְּנַעֲנִי תֵּחָשֵׁב חֲמֵשֶׁת סַרְנֵי וגו'] *Cananæo* (*ad Cananæam*, M. *inter Cananæos*, Ti. *ipsius Cananææ*, P.) *reputabitur*, Mo. (*reputatur*, P. Ti. *computatur*, M. *Cananæis accensetur*, JT. sim. Mas.) *quinque scil. principatus*, (vel, *præfecturæ*, M. Ca. vel, *satrapiæ*, Ti. JT. vel potiùs, *satrapæ*, Pi. P. Belg. Mo. sim. Jon. Sy. Ar.) Subaudiendum aliquid, *& illic sunt*, vel *habitant, quinque*, &c [x]. Ista autem verba, *A Sichor usque ad fines Accaron versùs Aquilonem Cananæorum censenda est*, per parenthesin dicta sunt, & πρόληψιν continent. Occupant enim quæ objici possent, cur hæc adnumerentur terræ Hebræis promissæ, cùm hæc gens non ex *Canaanis* illa devota stirpe, sed ex *Misraim*, sit prognata. Atqui, inquit S. textus, quamvis illic Palæstini habitent, tamen regio ipsa pro Cananæorum terra habenda est [y]. Cujus rei nullam adfert rationem, ex aliis tamen Scripturis manifestè colligi potest [z]. Quia olim Cananæi illa loca habitârint, atque per vim tandem à Palæstinis, sive Capthorim, (quos certum est Philistinorum fuisse gentiles,) ejecti indè fuerint. Vide Deuter. 2. 23 [a]. & Gen. c. 10. v. 14 [b]. Illud סְרָנִים videtur sermo Philistinorum proprius fuisse, atque *satrapas*, *principes* aut *magnates* significare. Hîc autem per metonymiam

[k] Bo. [l] G. [m] Ità M. P. V. Mas. L. Me. T. La. Bo. [n] Mas. [o] Jun. [p] Bo. [q] Mas. Q. in V. [r] La. † Bo. ferè ex La. [t] La. [v] Mas. * Bo. † Mas. [x] V. [y] Mas. sim. Bo. [z] Bo. [a] Mas. Bo. [b] Bo.

c Maf. usurpatur pro ipsis ditionibus [c]. Recenset autem sex
satrapias, cùm dicat esse quinque; Avæam autem, si-
ve Hevæam, non esse de satrapiis Palæstinis. Alii di-
cunt enumerari quinque præstantiores; Avæam esse
d V. ignobiliorem : quod doctis non probatur [d]. ¶ *Et
Hevæi*] Hos quidam traducunt ad sequentem ver-
sum. Ità Latinus, (ut à Philistinis diversos faceret,)
imitatus LXXII, inquit Masius, [quâ fide, ipse vide-
rit, nam in nostris τῶν ο'. exemplaribus aliter se res
† Maf. habet :] ità & nonnulli Doctores Hebræi †. Bene
illud העוים trahit ad novam periodum, contrà quàm
habet Hebræa distinctio, quæ, cùm promisisset se quin-
f G. que numeraturam, numerat sex [f]. [Verùm ad præ-
cedentem versum hoc referunt ο'. Jon. Sy. Ar. M. P.
Ti. Maf.] Cæterùm in verbo עוים ponitur litera
Ain pro Heth, ut multis probat Nehemannus. Sunt
g Maf. enim literæ cognatæ, & sæpe inter se commutantur [g].
Sic dicimus חויא & עויא pro *serpente* in Genesi
h D. magn [h]. [Aliter Bochartus.] Cum *Heveis* חוים
Hauvæos העוים video confundi passim, etiam ab He-
bræis; quod mihi minùs probatur : nam neque nomen
convenit, neque sedes fuit eadem; illi enim Hermo-
nem, hi Palæstinam, incolebant, (ut hîc dictum;) unde
pulsi à Caphtoræis, Deut. 2. 23. putantur Euphratem
trajecisse, atque indè in Samariam ab Assyriis trans-
lati, 2 Reg. 17. 31. Cæterùm non videntur fuisse ex ge-
* BP. 4. 36. nere Cananæorum *. *Hevæorum* mentio hîc fit, quòd,
345. ut credibile est, eorum multi, quamvìs ignobiles & ru-
stici, ad Josuæ usque tempora in illis locis manserint, è
i Maf. quibus olìm majores eorum à Caphtoræis pulsi fuerint [i].
4. *Ad meridiem*] *Ab Austro*; sic omnes in Bo. Sic
expono, quinque illis Palæstinorum ditionibus *à meridie*
relictis, progressúque ad Septentrionem faciendo, *Sido-
† Mo. niorum Maara* transitur usq; ad Aphecam†. ¶ [מתימן]
De Theman, ο'. Ea urbs fuit in Idumæa; quia verò
Idumæa tota Australis erat Judææ, ideo *Theman* sæpe
* Bo. pro Austro ponitur, Jos. 15. 1. Job. 9. 9. Isa. 21. 14 *.
k V. ¶ *Omnis terra Canaan*] Sub. *superest debellanda* [k]. Hoc
accipe, vel, 1. de ditione Regis *Arad*, &c. ad deserta *Pa-
ran*, *Sin*, &c. vide Num. 21. 1. Vicerant quidem Israelitæ
istos populos, & represserant, non autem prorsus pro-
fligaverant & exterminaverant; urbs enim *Sephat* post
Josuam eversa est, Jud. 1. 17. Vel, potiùs, 2. de Phœnicia,
quæ peculiariter *Cananæa* est appellata. Nam, 1. sic à
Philistinis ad hos, tanquam ab Austro ad Septentrio-
nem, progressus fiet. 2. Ab Austri extremitate ad
prata Sidoniorum [quod sequitur in textu] transi-
lire, non est profectò ordine progredi. 3. Non me-
moratum est illam maris oram à Josue armis domina-
l Maf. tam [l]. [Sed expendi velim, utrùm מתימן (*ab au-
stro*) commodè dici possit de Phœnicia, quæ erat pars
Terræ promissæ septentrionalis; & annon sensus me-
liùs fluit si sic accipiamus, *A meridie omnis Canaan*,
i. e. meridionalis pars terræ Canaan, deinde supplea-
mus, cum Vatablo, *debellanda est*.] ¶ *Et Maarah
Sidoniorum*, [ומערה אשר לצידנים] [Variè red-
dunt.] Q. volunt esse nomen proprium vel urbis,
m Belg. vel fluvii [m]. *Mearah, quæ est Sidoniorum*, P. *Mago-
ra*, &c. ut vocat Plin. 5. 20. Solet ע in ג mutari. Est
autem fluvius in ora Libano subjecta, inter Tzidonem
n Jun. & Berytum [n]. Alii appellativè sumunt : *Spelunca*
(vel *speluncæ*, Ar.) *Sidoniorum*, Jon. Sy. Ar. Mo. M.
Bo. 1. Sic מערה sæpe & certò significat. 2. Spe-
luncam inexpugnabilem in agro Sidonio memorant
Adrichom. & Gul. Tyrius. Verùm quia totus aliquis
tractus intelligi videtur, subintellige præpositionem
à, *à Maarah*, [vel, *à spelunca*.] Nam ex particula *us-
que* colligi potest duos utrimque tractûs alicujus ter-
o Bo. minos assignari [o]. [Sic certè Castalio accipit, ver-
titque, *& Sidonius recessus ab Apheca ad fines Amoræo-
um*, Ca.] Alii vertunt, *prata Sidoniorum* : suspicor
eos esse campos virore lætos, qui juxta maris littus à
Sidone porriguntur usque ad Aphecam. Nam ערה
viriditatem sæpe sign. Hinc Chald. τῷ מערה *campum*,
sive *planitiem*, vertit, Jud. 20. 33. Vel, non ineptè,
vertas, *viciniam Sidoniorum*, aut, ipsos circumquaque
p Maf. Sidonios [p]. τῷ מערה *vicinitatem* sign. 1 Reg. 7. 36 [q].
q He. in Al. *& declive latus ad Sidonios*, Ti. Intelligit totum
Maf. Sidoniorum tractum. Sed de Sidoniis necdum ex-

pugnatis agitur vers. 6. ¶ *Usque Apheca & termi-* r Bo.
nos Amorrhæi] Heb. *usque ad Aphec*, *usque ad terminos
Amor.* Quæri posset, an idem hîc terminus diversis
verbis significetur, an *Amoræi* sint termini diversi ab
Apheca oppido. Posterius malim : ista enim verba,
usque ad Aphec, *usque ad term. Amor.* videntur lati-
tudinem alicujus tractûs designare †. Cæterùm *A-* † Bo.
pheka duplex est : una in tribu Judæ, Jos. 15. 53. de
qua 1 Sam. 4. & 28; altera in tribu Aser, Jos. 19. 30. de
qua Jud. 1. 31 [t]. De posteriore accipio [v]. Et quam- t Bo. v Bo. Ma.
vìs Rex ejus interemptus fuit, Jos. 12. 18. terra tamen Maf.
necdum possessa videtur, Jud. 1. 31 [x]. Posita autem x Bo.
est prope Album promontorium [y], quod est inter Ty- y Maf.
rum & Acronem seu Ptolemaidem [z]. Non est hæc z Ma.
Apheca in tractu Dorio, nam hujus Rex profligatus
est [a]. Porrò *Amoræi* duplices erant : 1. qui in Au- a Maf.
stralibus Judææ terminis, de quibus diximus, Jos. 9. 1.
De his non intelligi manifestum est. 2. Trans-jor-
danini : & de his accipit Masius [b]. Illud, *usque ad* b Bo.
fines Amoræorum, loca significat ab *Apheka* usque ad
montis Hermonis eam partem quæ Paneadi & fonti
Jordanis imminet : Illuc enim usque habitâsse A-
morrhæos scribit Eusebius, & gentes istæ ejici non
poterant, Jud. 1. 31, 32, 33 [c]. Sed non video quo- c Maf.
modo de his accipi potest, cùm versu sequenti regio
alia nondum occupata referatur, *Libani regio à Baal-
gad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath*, quæ ta-
men necessariò comprehendi deberet hîc, si Amorrhæi
Trans-jordanini intelligerentur, quia via ad illos A-
morrhæos esset per Emath & Jordanis fontes. Quocirca
placet mihi occidentales aliquos fuisse Amorrhæos,
quibus tamen certas sedes constituere difficile esset,
propterea quòd nusquam, quod sciam, Scriptura A-
morrhæis peculiarem sedem juxta Sidonios assignet,
& quòd variis in locis hi cum cæteris Cananæis sparsi
habitarent [d]. d Bo.
5. *Ejúsque confinia*, [והארץ הגבלי] *Et terra Ghibli*,
Ma. P. *Giblæorum*, vel *Gabalenorum*, Ti. Maf. Ego
Byblios esse censeo, aut certè Byblo vicinos populos.
τὸ גבל βύβλον vertunt ο'. Ezec. 27. 9. In Bybli ora est
promontorium *Gabale*, Plin. 5. 20. Byblus ipsa hodie
vocatur *Giblet*, q. d. גבלית. Byblios autem ad Liba-
num habitâsse constat. Porrò *Giblini*, sive *Gabaleni*,
artifices laudantur & Ezecieli, & 1 Reg. 5. 18. Fue-
runt autem alii *Giblini*, seu *Gabaleni*, ad Austrum, qui
cum Idumæis, &c. recensentur Psal. 83. 7. Et de his
ο'. videntur hunc locum intelligere; absurdè, cùm
apud Libanum jam versemur †. ¶ *Libani quoque* † Maf.
regio contra orientem, &c.] Hæc reliquos, nisi fallor,
Libani incolas vel accolas notant [f]. Ad Libanum f Maf.
usque in urbium expugnatione perventum erat, Jos.
11. 17. & 12. 7 [g]. Profligaverat quidem Josua hostes g Bo.
apud aquas Merom ad Sidonem usque & Libanum, at
non prorsus exstirpaverat; imò verò citra Sidonem
& Libanum substitisse videtur [h]. ¶ *A Baal-gad*, &c.] h Maf.
h. e. Ab extremitate Orientis, proceditur ad *Labo-
Hemath*, de quo alibi dicendum [i]. Duplex erat *He-* i Maf.
math : 1. major, quæ Antiochia; 2. minor, quæ E-
piphania. De hac intelligunt, ad quam ferè Judæa
pertingebat [k]. Fuit autem *Hemath* urbs regia ad k La.
partem Borealem Libano vicina; vide 2 Sam. 8. 9.
Itaque facilè videre est hîc notari Libani accolas [l]. l Bo.
LABO HEMATH, h. e. *aditus ad Hemath*, mediâ
circiter parte oræ septentrionalis, quæ Terram sanctam
terminabat ad Libanum, fuisse videtur, quâ iter erat
Epiphaniam Cœlesyriæ [m]. m Maf.
6. *Ad aquas Maserepoth*] Vide Jos. 11. 8 [n]. ¶ *Uni-* n V.
versique Sidonii] *Sidon* gentis nomen antequam ur-
bis : Gen. 10. 15. *Sidones* Curtio, *Sidonii* Stephano
aliisque [o]. ¶ *Ego sum qui delebo*] Illud *ego* Josuæ o G.
operam excludit, non aliorum; nam *Judices consti-
tuit Deus*, Jud. 2. 18, 19. q. d. Meorum consiliorum
eventus à nullius hominis vita pendet. ירש hîc sign.
exterminare : similiter omnes vertunt. Id significat
cùm sequitur מן *de*, *ab*. Alioqui significat *mittere in
possessionem*, aut *possidere* [q]. Illud autem *delebo* est con- q Maf.
ditionata promissio [r] : Si populus meus sibi ipse non r Bo.
obstiterit †. ¶ *Veniat ergo*, &c. [רק הפלה בנחלה] † Maf.
Tantùm cadere fac eam in hæreditatem, P. V. Mo. vel,
fac

fac ut sortitione accidat Israeli in possessionem, JT. vel, sortiaris tu eam—in hæreditatem, M. sim. Ti. divide in hæreditatem, Sy. sim. Jon. Utilis autem fuit hæc ditionum non subactarum sortitio, ad alendam perpetuam inter Israelitas & Barbaros odii flammam, quæ perniciosas inter ipsos amicitias atque necessitudines prohiberet, cùm sua ab illis viderent possideri. Ad hæc, si vacuæ modò possessiones distributæ inter Tribus fuissent, suâ quisque sorte contentus, atque otio deditus, eorum causâ quæ ad omnes in commune spectâssent, atque adhuc penès hostes fuissent, nemo facilè pugnare in animum induxissent: Quæ enim ad rempublicam spectant negligentiùs tractant omnes. ¶ *Sicut præcepi tibi*] Spectat ad Deuter. 31. 7. *Tu mittes populum*, &c. Habent tales prædictiones Dei naturam atque vim mandatorum. Eáque causa est cur tam frequentes sint modorum finiti & mandativi ἐναλλαγαί[v].

7. *In possessionem*] *In hæreditatem.* Sæpe inculcat *hæreditatis* nomen, ut de patrimonio agi populus intelligat. Projectissimæ enim ignaviæ fuerit paternum jus negligere, pro quo solent homines tanquam pro aris & focis decertare[x].

8. *Cum qua Reuben & Gad possederunt*, [עמו וגו'] *Cum ea*, M. P. Ti. Mo. Jon. *Cum altera dimidia ejus*, JT. Ar. sim. Sy. Ca. V. *Cum ipso*, i. e. Manasse, i. e. cum Manassitis: Metonymia efficientis. Cum Manassitis autem, hoc est, cum dimidia parte Manassitarum: Synecdoche integri[y]. Pronomen *ipsa* hæret *dimidiæ tribui Manassis*, quod tamen non, *ut dictum est*, de ea dimidia tribu intelligitur cui modò dividi hæreditatem trans Jordanem jussit Deus, sed *ut sensum est*, nempe, de altera medietate cis Jordanem[z]. Dixit עמו, *cum ipsa*, acsi & alteram partem memorâsset[a]. Relativum sæpius pro antecedente ponitur, quod commodè ex textu eruendum est. Sic Num. 7. 89.—*ut loqueretur* אתו, *cum illo*, i. e. cum Deo, ex sequentibus: sic Psal. 114. 2. *Factus est Juda* לקדשו, *sanctuarium ejus*, h. e. Dei, cujus in Psalmo nulla præcessit mentio: Esa. 8. 21. *& pertransibit* בה, *in illa*, h. e. Judæa: Jon. 1. 3. *ut veniret* עמהם, *cum eis*, h. e. cum nautis[b]. Hîc finiuntur verba Dei jubentis terram distribui, &c. atque incipiunt verba auctoris historicè narrantis quomodo Moses iis portiones cis Jordanem antè distribuerit[c]. ¶ *Quam tradidit Moses*] Ostendit hæc clausula eam Mosis distributionem ratam fuisse Josuæ, &c[d].

9. *Ab Aroer*, [מערוער] Sub. *acceperunt*, V. Cùm ער sign. *urbem*, apparet ערוער fuisse geminam urbem, ut priùs diximus, & partim ad ripam, partim intra alveum, exstitisse. Et sanè geminam fuisse Aroer apparet ex Isa. 17. 2. *urbes Aroer*: quanquam de municipiis Aroer hoc intelligi potest †. ¶ *Medaba*] Ptolemæo *Medava*, Mas. ¶ *Dibon*] Eandem urbem esse existimo quæ pòst est à Gaditis exædificata illis locis ubi quarta ante Mosis excessum castra posuerint Israelitæ; quæ loca Num. 33. 45. κατὰ πρόληψιν urbis hujus nomine sunt nominata: similiter atque *Lavina littora*, Æneid. 1. ante Laviniæ nuptias. Meminit *Dibonis* & *Medabæ* Isaias, 15. 2. de Moabitis loquens: fuerant enim olim ambæ Moabitarum, priùs quàm eas Amorrhæi cepissent, Num. 21. 30[f].

11. *Et Galaad*] Intellige regionem sic passim dictam, quæ subjacet monti Galaad usque ad Jordanem[g].

13. *Noluerunt disperdere—Gessuri*] Non quòd Moses, jussus eos disperdere, id facere renuerit, cùm Deo fuerit obedientissimus; sed quòd pro duabus tribubus, &c. satìs tunc agrorum oppidorúmque erat, ac cum toto exercitu trajiciendum erat in Terram promissam[h]. Cùm Moses Sehonem & Og profligaret, utriusque regni angulos non pervasit, unde gentes istæ in montosis locis, &c. intactæ manserint. Cur alioqui expeditiones Jair & Nobe atque Machiritarum laudarentur in Numeris, c. 32*?

14. *Tribui Levi non dedit*, &c.] Nempe, Moses, ut apparet ex collatione vers. 33. Dicitur autem *non dedisse*, quia non dari oportere edocuerat Josuam. Cæteroqui enim neque novem tribubus & dimidiæ dedit. Dabantur quidem Levitis urbes & suburbana prædia; non autem una aliqua regio, ut cæteris, in qua ex terræ cultu rem facere possent[i]. ¶ *Sacrificia*, &c. [אשי יהוה אלוהי ישראל הוא נחלתו] *Ignitiones Domini, ipsum* (vel, *sunt*, P. &c.) *hæreditas ejus*, Mo. sim. Ti. Belg. JT. Mas. D. Jon. Sy. Synecdoche duplex: una speciei, Igni consumenda, pro oblatione quavis; altera integri, oblatio, pro parte oblationis[k]. τὸ *ignita* latè hîc sumitur, unde *oblationes* reddit Jon. (ità Sy.) & *sacrificia* Hi. (sic M[l].) καταχρηστικῶς significat oblationes Deo debitas, inter quas primitiæ & decimæ[m]. Utut sit, significat ea quæ reservabantur in cibum Levitarum, qui ex igne absumptis aut absumendis vivere non poterant[n]. Quanti autem hanc legem fieri voluit Deus satìs ostendit, quòd ipsam Moses tot verbis támque sæpe edixerit. Nimirum, omni invidiâ carere voluit suos administros. Solet autem vulgus convitiis proscindere quos publicè ali videt, quasi ipsum suo labore illorum inertiam pascat. Istam calumniarum ansam præripit Deus, cùm se ex suo penu ipsos alere inculcaret. Nec durum videri debuit, si decimas, &c. quas cives Regibus suis ex naturali æquitate dederunt, Deus sibi dari imperaverat, cujus meræ liberalitati quidquid in bonis haberent acceptum se ferre debebant. Cæterùm quamvis istæc Levitarum exhæredatio in pœnam facta erat, Gen. 49. 7. tamen, quia Deus peccato illi ignoverat, sancivit quidem dispertiendos inter cæteras Tribus illos esse, nè frustrà esset Jacobi vaticinatio; sed sic, ut dispersio illa fieret & cum summa ipsorum dignitate, & cum totius Israelitici generis maxima utilitate. Jam verò, cùm summam sacerdotum esse oporteat auctoritatem, iisque semel contemptis sacra doctrina pessum ibit, altera illa dispersionis causa, quæ ignominiosa est, ubique dissimulatur, altera gloriosa ostentatur[o]. ¶ *Sicut locutus est illi*, [לו] *Ad illum*, Mas. *De illa*, nempe, tribu Levi[p]. *Locutus autem est* hæc Num. 18. 20, &c[q].

15. *Dedit Moses*] [Ità plerique.] Alii, *dederat*, JT. Mas. sub. *possessionem*, V. ¶ *Juxta cognationes suas*, [למשפחותם] *In suas familias*, vel *stirpes*; q. d. pro omnibus singulísque familiis, nempe, quæ illis satìs essent: non quòd Moses possessiones suas stirpibus singulis, nedum familiis viritim, distribuebat; hoc enim munus erat tribunorum, decanorum, &c[r].

16. *Fuitque terminus*] Sub. *regionis assignatæ*, &c. q. d. Regio illis assignata continet *. Per *terminum* non regionis extrema, sed totum tractum regionis, intellige. ¶ *Ab Aroer*] Nempe, exclusivè; vide v. 25. & Aroer erat in Tribu Gad, Num. 32. 34[v]. ¶ *In ripa torrentis Arnon*, [על שפת נחל ארנון] τὸ נחל *torrentem* sign. non *vallem*; nam שפה *labium* non est vallium, sed fluminum, sc. ripa[x]. Sequens autem והעיר vertunt, *& civitas*, vel, *& civitatem*, ό. P. & alii; quasi alia esset ab Aroer: sed eadem est urbs, ut rectè Hieron. Verti potest ex Hebræo, *ab Aroer & civitate*, &c. ut illud *ET* sit exegeticum[y]. ¶ *Quæ ducit Medaba*, [על מידבא] *Juxta Medaba*, P. *Super*, i.e. juxta, vel prope, *Medabam*. Sic Livius, *super Numicum amnem*[z]. Quæ adjacet urbi Medaba[a]; *usque Medaba*, Ch. Firmatur ex eo, quòd על idem cum עד *usque*: Gen. 49. על צידון *Sidonem usque*; Psal. 48. על מות *usque ad mortem*[b].

17. *Et Hesebon*] Hanc habuerunt communem Reubenitæ cum Gaditis, unde infrà à Gaditis dicitur Levitis data, Jos. 21. 39. Vide Num. 21. 25[c]. Sed si communis erat, non potuit à solis Gaditis dari[d]. ¶ *Viculos earum*, [עריה] *Urbes ejus*, i.e. illi subditæ, V. ¶ *Dibon*] Reubenitis attribuitur, at videtur potiùs pertinuisse ad Gaditas: unde *Dibon-Gad*, Num. 33. 45 †. Verùm in confinio posita fuit urbs, ideóque nunc uni, nunc alteri, Tribui ascribitur[f]. Idem de *Hesebon* & nonnullis aliis urbibus dicendum est[g]. ¶ *Bamoth-Baal*] Eadem quæ Numer. 21. 28. *Baale Bamoth Arnon*, i. e. *Dii bamoth Arnon*. במות sign. *loca altiora*, in quibus gentes deos suos colebant[h]. ¶ *Baal-meon*] Heb. *Beth-baal-meon*, Sign. *habitationem*, hoc est, fanum, aut ædem, *Saturni*, vel *Jovis*, vel alterius *dei tutelaris*. Ezeciel, omisso *Beth*, vocat *Baal-meon*, Ezec. 25. 9. Sic & Hieronymus, qui scribit ad suam usque memoriam pagum fuisse apud Moabi-

Marginal notes (left column): v Mas. — x Mas. — y Pi. — z Mas. — a K. in Glas. — b Glas. gram. l. 3. tract. 2. can. 12. p. 195. — c La. sim. Mas. — d Mas. — † Mas. — f Mas. — g Bo. — h La. — * Mas.

Marginal notes (right column): i Mas. — k Pi. sim. Jun. — l D. — m Mas. — n D. — o Mas. — p V. — q Mas. — r Mas. — * V. — v Bo. — x D. — y Bo. — z D. — a V. — b D. — c Mas. — d D. — † D. — f Mas. Bo. — g Bo. — h Mas.

tas maximum. Jeremias, omissâ alterâ parte, appellat *Beth-meon*, c. 48. 23[i].

19. *In monte convallis*] Sic Mo. P. M. Ti. *in monte planitiei*, Jon. Quæ sita est *in monte planitiei*, i. e. in tumulo qui est in planitie[k]. *In montanis illius convallis*, JT. Sign. vallem montis Abarim, vel Nebo, in qua sepultum esse Mosen voluit Deus, nè officiosiores quàm par erat Israelitæ in Terram sanctam illud inferrent; quam attingere non debebat. Sequitur enim hîc *Beth-phogor*, qui locus erat vicinus isti valli in qua humatus erat Moses, Deut. 34. 1--6[l]. Dicit has urbes positas *in monte vallis*, ad distinctionem earum quæ in planitie erant, de quibus egit v. 16, 17[m]. Illud autem, *in monte vallis*, pertinet ad omnes urbes quæ post *Hesebonem* sunt commemoratæ[n].

20. *Asedoth, Phasga*] At reliqui jungunt has voces; *Ashdoth-Pisgæ*, JT. V. Bo. Mas. Vide Deut. 3. 17[o].

21. *Et omnes urbes campestres, universáque regna Sehon*] Vel, *& totum*, sive *universum*, *regnum Sehon*. [Ità omnes.] At dimidium tantùm hujus regni Reubenitis cessit, reliquum Gaditis[p]. Non ergò vult dicere, quòd soli Reubenitæ Sihonis regnum totum occupârint, sed quòd hæ urbes universæ pertinebant ad regna Sehon[z]. Sic ergò verto, *omnes urbes planitiei, quæ omnes fuerant regni Sehonis*, &c[a]. *Vau* [in וְכֹל] accipit pro אֲשֶׁר; quod insolens non est, sed hîc durum mihi videtur coactúmque. Vel, *omne regnum* hîc dicitur de media parte, ut alibi de majore, & alibi de minori, parte[b]. *Sehonis* autem fuisse omnia ista loca ideo monet, nè quid Moabitis ereptum esse putaretur[c]. Vel, si mavis, dic omnes urbes & universa regna Sehonis Reubenitas occupâsse quæ intra terminos sibi attributos continebantur; cujusmodi limitatio etiam infrà v. 25. videtur necessariò subintelligenda[d]. ¶ *Quem percussit Moses cum principibus Madian*] Occasione nominati Sihonis digressio est ad cædem procerum Madianitarum †. Dicuntur hi *cum Sehone* occisi, non quòd eodem bello occisi essent, nam Sihon Num. 21. hi verò Num. 31. oppressi leguntur; sed quòd ab eodem Mose, pari clade, eodem propemodum tempore, sunt oppressi[f]. ¶ *Duces Sehon*, ità M. P. Ar. נְסִיכֵי סִיחוֹן] *Præfecti Sihon*, Mas. Mo. vel, *toparchæ*, JT. vel, *principes*, Jon. Sy. Ti. Sic dicuntur, quòd Sihoni fuerint vectigales & stipendiarii[g]. Fortè unà cum Moabitis atque Ammonitis, quibus contermini erant Midianitæ, vectigales ei erant, (licèt non pleno jure & imperio illi subjecti.) Probabile hoc fit tum ex hoc loco, tum ex eo, quòd Sehon Moabitis Ammonitísque bello partem suæ regionis extorserat, qui proinde actus potentiâ non videtur fuisse cessaturus, nisi saltem ut vectigales se ipsi subjicerent: quod idem de vicinis Madianitis fit verisimile[h]. Vocantur quidem illi Num. 31. *Madianitarum reges*. Sed sic vocant Hebræi ut Latini *regulos*, qui angustum dominatum habent[i]. i.e. Erant Reges in Midian, sed subjecti imperio magni Regis Sihon*. Hi autem suppetias Sehoni tulerunt, vel, tanquam stipendiarii[k]; vel, quia Israelitas pro communi hoste habebant[l]. Vel, suppetias illi tantùm apparaverant[m]; vel, si tulerint, cæso Sehone fugâ evaserunt ad suos Madianitas, & unà cum illis paulò pòst periêre[n]. Mirum non est Midianitas operam Sichoni dedisse, cùm etiam iis usus est Balac in conducendo *Balaam* Num. 22. 5. Et credibile est Midianitas excelluisse singulari industriâ in rebus tractandis[o]. ¶ *Habitatores terræ*] Ità P. Mo. ο'. Jon. sim. M. Ti. Sy. vel, *habitantes in ea terra*, Ar. Ti. sim. JT. h. e. non extranei, aut aliunde à Sehone submissi duces. Hoc additur, ut significetur fervens eorum studium in patria terra propugnanda, quod solet longè esse remissius in externorum tutandis finibus[p]. Kimhi opinatur Sehonem, cùm ejus res florerent, etiam apud Madianitas imperâsse, atque ideo istos dici *præfectos Sihonis*, cùm Midianitæ essent[q].

22. *Et Balaam*] Cædi quinque magnatum adjecta est hæc historia, sicut & Num. 31. cæteroqui parùm ad propositum pertinens. Sed nunquam satis commemorantur, ut Dei erga pios beneficia, ità adversùs impios justa & severa judicia; ut alii ad virtutem incitentur, alii deterreantur à vitiis. Illud certum

i Mas. — k V. — l Mas. — m Bo. ex Mas. — n Mas. — o V. — p Mas. — z La. & Bo. ferè ex Mas. — a Mas. — b D. — c Mas. — d Bo. — † Mas. — f Bo. — g La. — h Bo. — i Mas. — * M. — k L. — l Mas. D. — m Bo. — n Mas. La. Bo. — o Mas. — p Bo. — q Mas.

est, Mosem ab istis rebus gestis ad hanc quam tractamus distributionem profectum esse[r]. [Quæ de Balaamo hîc habet Masius, vide in Annotatis nostris ad Num. 24. & 31.] ¶ *Cum cæteris interfectis*, אֶל־חַלְלֵיהֶם] *Ad* (vel *super*, Jon.) *interfectos eorum*, Mo. sim. JT. *cum interfectis*, &c. M. P. Ti. i. e. unà cum aliis à se trucidatis*. Hîc אֶל valet עִם *cum*, pro quo in *Numeris* עַל, ut hîc in Targum[t].

23. *Factúsque est terminus*] Limes, sub. *regionis assignatæ*, &c[v]. ¶ *Jordanis fluvius*, הַיַּרְדֵּן וּגְבוּל] *Jordanes & terminus*, P. Mo. Ma. Jon.* *Jarden cum termino*, supple, *ejus*, Mas. Jon. V. JT. i. e. & regio adjacens illi[x]. Sensus est, Jordanem, cum suis finibus, i. e. urbibus adjacentibus, terminâsse hæreditatem Reubenis ab Occidente[y]. ¶ *Et viculorum*, וְחַצְרֵיהֶם] *Et villæ* (*oppida*, Sy. *pagi*, ο'. *vici*, Mas.) *earum*, Mo. Jon. simil. JT. Signif. *loca nullis munita muris, in quibus tamen cœtus hominum degunt*[z].

24. *Deditque*] Sub. *possessionem*, V. His versibus describitur portio Tribûs Gad. Ea ab *Austro* confinis erat Rubenitis; ab *Ortu* Ammonitis & montibus Arabicis; ab *Occasu* Jordani; ab *Aquilone* Manassensibus, à qua parte extendebatur ultra Jabok, usque Mahanaim[a].

25. *Terminus*, גְּבוּל] *Limes*, regiones scilicet assignatæ[b]. ¶ *Jaser*] Terminum Australem designat[c]. Imò potiùs in terminis orientalibus fuit. Sita enim est juxta Arnonis fontes, & montem Galaad, Num. 21. 32[d]. ¶ *Et omnes civitat. Galaad*] Complectitur hoc universè possessiones Gaditarum, præsertim Septentrionales. Ibi enim Galaaditidis erat initium†. Qu. Quomodo *omnes* sint Gaditarum, cùm ejus dimidia Manassensibus detur? Resp. 1. Præciditur ista universitas his verbis, *dimidiáque terra Ammonitarum*: q. d. Eatenus modò sursum in Galaaditidem exporrecta est, &c. quatenus dimidia Ammonitarum ditio Galaaditidem ab Oriente ambiebat[f]. 2. Subintelligenda hîc est restrictio, *omnes civitates*, nempe, quæ intra terminos sibi assignatos continebantur. Vide ad vers. 21[g]. ¶ *Et dimidiam partem terræ filiorum Ammon*] Obj. At Deut. 2. 19. dicitur, *Non dabo tibi de terra filiorum Ammon*. Resp. 1. Accipiendum hoc de illa terra quam Deus eis concessit, non de ista quam violenter acquisierant[h]. Verùm illam terram acquisierant pugnando contra gigantes, Deut. 2[i]. Resp. 2. Sehon, sicut Moabitis, sic etiam Ammonitis partem ditionis ademerat, quam devicto Sehone jure belli sibi vendicârunt Israelitæ[k]. Huc facit Judic. 11. 13[l]. & quòd passim *Jabok* torrens dicatur esse *terminus filiorum Ammon*. Vide Deut. 3. 16[m]. Sed unum obstat, quòd Num. 21. 26. nulla Ammonitarum mentio est[n]. Verùm Scriptura, quod uno in loco omisit, frequenter aliis locis supplet[o]. Alii aiunt commemorari hîc dimidiam partem *Hammonitarum*, non quòd eam obtinuerint Gaditæ, sed quòd ea Gaditarum possessionem ab Oriente terminaret*. ¶ *Usque ad Aroer*] Sic Jud. 11. 33. *Jephthe* Ammonitas cecidit *ab Aroer usque ad Abel-Ceramim*. Igitur prope Aroer tum Moabitis & Ammonitis, tum etiam Midianitis, confines fuêre. Sed contendes Ammonitas ad *Aroer* non pertinuisse, quia eos torrentem *Jabok* à Sehonis regno secrevisse certum est. Verùm respondeo, *Jabok* non procul ab illis salebrosis locis profectum per quæ *Arnon* (in cujus ripa *Aroer* passim dicitur fuisse sita[p]) præcipitat, cursu longo magnam Sehonis regni partem ab Ammonitis secludere, quamvis non universam illam quæ ab *Aroer* usque ad *Mahanaim* jacet[q]. A Jabok ad Aroer porrigebatur hæc regio Ammonitarum à Sehone ipsis erepta. Sic Judic. 11. 13. —*à finibus Arnon usque Jabok*[r]. ¶ *Quæ est contra Rabba*, עַל־פְּנֵי רַבָּה] *Super facies Rabba*, Mo. Jon. sim. M. ο'. *coram Rabba*, Sy. P. Ti. *è regione* (*ante conspectum*, JT. sim. Ar.) *Rabbæ*, Mas. Bo. Cæterùm dicitur *Aroer* esse *è regione Rabbæ*, Ammoniticæ videlicet, h. e. Philadelphiæ, quia, secundùm istud Ammonitarum latus de quo agimus, *Aroer* ad Austrum posita *Rabbam* Aquilonarem è regione spectat*. Exstitit hæc juxta *Jabok*; eam tamen Israelitæ nunquam possedisse videntur, sive quòd ea urbs (à Sehone) non fuerat antea Ammonitis erepta, sive quòd eam postea recuperârint. At videtur hæc explicatio

r Mas. — * V. — t D. — v V. — x V. — y Mas. — z Mas. ex RS. — a Mas. — b V. — c Mas. — d Bo. — † Mas. — f Mas. — g Bo. — h Q. in L. — i L. — k La. Bo. Mas. — l Bo. Mas. — m Bo. — n Mas. — o Bo. — * Ma. — p Bo. — q Mas. — r Bo. — * Mas.

tio durior & contorta, ut dicatur *Aroer esse contra Rabba*, h. e. in opposito limite. Non displicet ergò ut de *Ar* Moabitarum metropoli accipiatur: nam & hæc dicta *Moab Rabba*, vel *Rabbath Moab*, teste Hieron [t]. De *Rabba* vide Deut. 3. 11 [v].

26. *Et ab Hesebon,* &c.] i. e. Ab Austro versùs Septentrionem. Describit hîc latus orientale, in quo plùs operæ consumit quàm in reliquis, nè ulla suspicio esset aliquid fuisse Ammonitis ademptum [x]. ¶ *Usque Ramoth, Masphe:* at legendum conjunctâ voce, ut patet ex Hebræo, non commate interposito, inquit *Bonfrerius*, [Vulgatum corrigens:] רָמַת הַמִּצְפֶּה] Sign. *collem* (vel *celsitudinem*, Ma.) *speculæ*, Mas. fortasse quòd urbs esset posita in excelso loco [y]. Urbs hæc alibi passim dicitur *Ramoth Gilead* [z]; sic nuncupata, quia in Galaaditica regione. Hæc ad Aquilonarem terminum spectabat, sicut Hesebon in Australi erat termino; ut proinde etiam linea hîc secundùm longitudinem trahatur in tribu Gad [a]. ¶ *Et Betonim*] Credibile est prope *Ramath Masphæ* fuisse. Videtur ab arboris specie dicta. Si *Nun* pro *Mem* posita dici posset, planè statuerem terebinthum esse, de Syrorum lingua conjecturam faciens [b]. ¶ *A Manaim*] *Mahanaim.* Hæc urbs in extremitate Aquilonari posita fuit, videlicet, non procul torrente Jabok, ut patet ex Gen. 32 [c]. Neque obstat quòd locus ille trans *Jabok* fuerit, atque adeò videatur non fuisse in sorte Tribûs *Gad*, quæ torrente *Jabok* definiebatur, ut patet ex Deut. 3. 16. quia nihil vetat ab urbibus & locis extrinsecis descriptionem seu longitudinis, seu latitudinis, regionis alicujus desumi, dummodo ea sint terminis propinqua. Addo videri eam urbem in tribu Gad fuisse, quia torrenti proxima, ut indicatur Jos. 21. 38. nisi quis dicat, quia in duarum tribuum confinio erat, ad utramque tribum pertinuisse [d]. Ostendit hæc urbs Gaditarum hæreditatem non fuisse præcisè finitam fluviolo Jabok [†]. ¶ *Ad terminos Dabir*] Describitur hîc finis extimus Aquilonaris: *Mahanaim* erat ad angulum septentrionalem Orienti proximum: *Dabir* verò propè ad ostium Jabok, quo is in Jordanem effunditur [f]. At si Adrichomio credimus, est hæc descriptio longitudinis versùs Occidentem. Obscura res est, quia non facilè sciri potest ubi illa *Dabir* fuerit, cùm nusquam alibi in Scriptura occurrit [g].

27. *In valle*, ità Mo. JT. Sy. M. Ti. בָּעֵמֶק] *Et in planitie*, V. Jon. vel, *loco campestri*, V. ¶ *Beth-aran*] *Beth-haram*, alibi *Beth-haran*, (Num. 32. 36.) à viro quopiam cui nomen *Haram*, vel *Haran*, appellata videtur [h]. ¶ *Beth-nemra*] Sign. *Pardi domum*, unde נְמֵרִים, h. e. *pardos*, eam nominavit Isaias, 15. 6. cùm ab aquis & lætis pascuis prædicaret [i]. ¶ *Et Saphon reliquam partem regni Sehon,* וְצָפוֹן יֶתֶר מַמְלְכוּת סִיחוֹן] *Et Tsaphon, residuum* (vel, *reliquiæ*, M. Ti. vel, *& reliquum*, ο'. Ar.) *regni Sihon*, P. Mo. *& Aquilonalem tractum residuum regni Sihonis*, JT. vel, *& Aquilonalem tractum, residuum regni*, &c. Pi. *& ad Septentrionem reliquum regni Sihon*, Jon. *Residuum*, &c. Nonnihil subaudiendum, cujusmodi, *&*, *ut uno verbo dicam, residuum*, &c [k]. Dicitur autem *reliqua pars* regni Sehonis, quia proximam versùs Austrum Rubenitæ habebant. Credibile est etiam has urbes, quo ordine adnumerantur, eodem in progressione quamque occurrisse. Fuit ergò *Beth-aram* maximè Australis, &c. & *Saphon* cæteris Aquilonarior, (quod & nomen ejus significat.) Illud verò certum videtur, positas fuisse omnes cis *Jabok*, quando Jordanis planities nominatur, in qua exstiterint [l].

29. *Dedit*] Sub. *possessionem*, V. ¶ *Dimidiæ tribui Manassis*] Qu. Qua de causa sedes erant illis cis flumen assignatæ? Resp. Vel, 1. cum Rubenitis & Gaditis flagitârunt hanc hæreditatem; verùm hoc non memoratum, quia dimidiata modò Tribus essent [m]. Vel, potiùs, 2. Machiris virtuti hoc præmium à Mose ultro delatum est, qui intellexit singularem fuisse in debellando Og Manassensium virtutem, & tam ampla duo regna à solis duabus tribubus neque tota occupari, neque satis defendi, posse [n].

30. *Hoc principium*] Heb. *Terminus*, scilicet, regionis assignatæ [o]. In horum hæreditate describenda,

[t] Bo. [v] Ma. [x] Mas. [y] Ma. [z] Jun. Bo. Ma. [a] Bo. [b] Mas. [c] Bo. Mas. [d] Bo. [†] Mas. [f] Mas. [g] Bo. [h] Mas. [i] Mas. [k] V. [l] Mas. [m] AE. in Mas. [n] Mas. [o] V.

ut in aliorum, progressus fit ab Austro in Septentrionem. Etsi autem Manassensium limites Aquilonares hîc non habentur, in Paralipom. tamen 1. 5. 23. nominati sunt; *Baal-Hermon* & *Sanir*, & *mons Hermon* [p]. ¶ *Cuncta regna Og*] Quæ fuêre tria, *Argob*, *Basan*, & pars *Gilead*. Sæpius tamen vocatur rex *Basan*, sub quo cætera duo intelliguntur [q]. ¶ *Vicos Jair*, חַוֹּת] *Vici*, Jon. ο'. *villæ*, JT. *pagi*, vel, si mavis, *urbes*, *Jair*. De his vide quæ ad Num. 32. 41. Existimo autem hæc loca Jairis & Nobæ virtute post donationem à Mose illis factam paulatim expugnata esse: Et quamvis sic contexitur narratio Deut. 3. 4. quasi uno impetu capta essent omnia; sciendum tamen Mosen strictim percensere quæ ad eum usque diem gesta fuerint, non autem distinctè ordinem gestorum explicare. Mirandum porrò est quòd Jair totas 60 urbes adipiscitur inter Manassenses, quem certum est non Manassensem, sed Judæum, fuisse, erat enim Segubi filius, Hesronísque nepos, 1 Par. 2. 22. Sed Manassenses secutus est, cùm esset ex Manassensis Machiris, viri celeberrimi, filia procreatus, unde & *Manassis* filius vocatur, Num. 32. 41. Nec sorte, sed Mosis vel Dei arbitrio, assignabatur illi hæc hæreditas [r]. ¶ *Qui sunt in Basan*, בַּבָּשָׁן] i. e. In regione Basan; vel, qui regnabat in Basan [*].

31. *Dimidiæ parti filiorum Machir*; sub. *fuerunt*, V. לַחֲצִי] i. e. *Dimidiæ parti*, Ar. V. JT. Non liquet utrùm minor pars, an æqua, cis Jordanem fuerit. Nec τὸ חֲצִי hoc determinat. Non enim *dimidiatæ* modò, sed *divisæ quomodocunque*, rei partem alterutram significat [t]. Qu. Sed cur qui priùs *filii Manassis*, nunc *filii Machir*, vocantur, cùm Manasses duos filios habuisse videtur, *Ezriel*, ex uxore, & *Machirem*, ex pellice, Paralip. 1. 7. 14? Respond. 1. Si hoc verum esset, dicas licet *Ezrielem* absque liberis obiisse, itáque ad *Machirem* universam Manassis stirpem recidisse [v]. Solus *Machir* patri *Manassi* superstes fuit [x]. Nec aliam habuit Manasse posteritatem quàm ex Machir, Num. 26. 29. imò neque ei alius filius fuit quàm *Machir* [y]. Fortassis & *Machiri* nomen *Ezriel* fuit [z]. 2. *Ezriel* non fuit filius *Manassis*, sed pronepos, ut patet ex Num. 26. 29, 30, 31 [a]. siquidem patrem habuit iste *Ezriel Galaad*, avum *Machir* [b]. Cur autem, in Manassis stirpe recensenda, (1 Paral. 7.) pronepos ante filium commemoraretur, fieri potest ut illius tunc temporis gloria major fuerit ex rebus gestis. 3. Si neque hæc placent, existimemus, cùm duos haberet filios Manasses, alterius modò *Machiris*, neque hujus universam, sed dimidiatam, posteritatem cis Jordanem mansisse [c].

32. *Hanc possessionem divisit*, אֵלֶּה אֲשֶׁר נִחַל] Incertum est utrùm τὸ אֵלֶּה *possessiones* demonstret, an *tribus* [d]. Potest tam ad *res* quàm ad *personas* referri [†]. [Hinc variè reddunt.] *Hi sunt quibus possessionem dedi*, ο'. Ar. sim. Jon. & Sy. Alii sic, *Hæc sunt quæ distribuit*, M. Ti. sim. P. JT. Ca. Belg. ¶ *Trans Jordanem contra Jericho*] Vide de hac loqutione ad Num. 22. 1 [f]. Jordanis *Jerichuntis* dicitur, quia hi campi ad Jordanem positi ex adverso spectabant Jerichuntem [g].

33. *Ut locutus est*, דִּבֶּר] נד דִּבֶּר haud temerè usurpatur de aliis quàm maximi momenti sanctionibus: quale pondus non est in verbo אָמַר [h].

[p] Mas. [q] La. Bo. [r] Mas. [*] V. [t] Mas. [v] Mas. [x] La. Bo. [y] Bo. [z] Mas. [a] Mas. Bo. [b] Bo. [c] Mas. [d] Mas. [†] Bo. [f] Ma. [g] Mas. [h] Mas.

CAP. XIV.

1. HOC *est quod possederunt*, אֵלֶּה אֲשֶׁר נָחֲלוּ] *Ista*, vel *hæc*, *sunt quæ hæreditate acceperunt*, Sy. [sim. plerique.] *Hæ sunt* hæreditates *quas—possederunt*, V. *Istæ sunt* regiones *quas*, &c. Hoc supplementum peto ex Gen. 26. 3 [a]. ¶ *Principes familiarum*; ità V. nempe, non singularum familiarum, sed omnium suæ Tribûs [b]; רָאשֵׁי אָבוֹת] *Capita patrum*, P. Mas. D. *tribuum*, D. sed malim, *capita paternarum tribuum* [c]. *Primores paternarum familiarum*, JT. Hi duodecim erant; quisque suam tribum repræsentabat, ejúsque curam gerebat, ut omnes sor-

[a] Pi. [b] Bo. [c] D.

titioni acquiescerent [d]. ¶ Eleazar, &c.] Vide suprà 8. 33. & 9. 15, 18. & infrà 19. 51 [*].

2. *Sorte, &c.*] Sortitione opus erat, 1. ut suas cuique sedes Deus ipse tanquam digito metatus esse videretur, nè diversa terreni (vel soli) conditio rixarum & odii inter fratres causa esset, dum aliis amœna, aliis arenosa, &c. loca obtingerent; ad hoc, aliorum hæreditas vacua, aliorum in potestate hostium adhuc posita, esset. 2. Ut veritas promissionum Dei, ejusdémque paterna providentia erga suam gentem, appareret manifestiùs. Cùm enim Jacobi (ante annos 250) & Mosis prædictiones de qualitate regionum plerisque tribubus obventurarum tam certo casu sors ipsa comprobaverit, profectò ipsâ Impudentiâ fuerit impudentior, si quis vel cœlestem afflatum in Jacobo Moséque, vel Dei judicium in sortibus, vel denique Divinam providentiam utrobique, nolit agnoscere; aut ipsâ Stupiditate stupidior, si non animadvertat. Sed dices, Quid opus fuit sortitione, si ex istis prædictionibus cernere suam quæque Tribus hæreditatem satis certè potuit? Atqui fuère quidem sic designata unicuique Tribui loca sua, ut ex eventu prædictionum sortiúmque inter ipsas consensionem mirificam quivis posset agnoscere; verùm obscuriùs quàm ut iis tolli aut sedari controversiæ omnes inter homines avaros pertinacésque potuissent. 3. Ut præcideretur ansa calumniatoribus, qui alioquin dixissent, Quæ Moses pro sua erga quamque tribum affectione tanquam oracula Jacobi protulerat, ea nunc istos 12 viros de compacto suis judiciis rata facere, quòd Divinitatis existimationem cùm Mosi tum sibi apud populum parerent. Porrò, tantâ religione & cautione opus erat in ista distributione facienda, quia, cùm Christus ex his tribubus olim nasciturus erat, necessarium prorsus fuit eas quàm distinctissimas, in suis quamque sedibus, usque eò manere, dum ille in lucem tandem editus sacrorum Vatum prædictiones comprobâsset. Denique, quando sortitio, etsi Divinæ voluntatis certum indicium esse videretur, tamen ab hominibus administrari regíque debuit, ut horum fidem, cæteroqui suspiciosam, faceret omnibus perspicuam, designavit Deus viros nominatim qui illi præessent muneri [‡]. ¶ In Hebræo est, בְּגוֹרַל נַחֲלָתָם] *In sorte*, vel, *per sortem*, (vel, *secundùm portionem*, Sy. Ar.) *hæreditatis suæ*, sive *eorum*, P. Mo. V. *sortitione possessionis suæ*, JT. Istud jungitur præcedenti versui; i. e. quæ possederant missis sortibus, sive per sortem, quæ indicabat & assignabat unicuique suam hæreditatem [f]. *In sorte* divisa est iis *possessio sua*, Jon. *Per sortem* (supple, *acceperunt*, M. Ti.) *possessiones suas*, M. Vide de *sorte* dicta ad Num. 34 [g]. Sortitio autem in Cis-jordanina tantùm regione adhibenda fuit, ubi & difficilior erat divisio, nec facilè extorqueri poterat partium consensus, & regiones aliæ aliis longè uberiores, teste Josepho Ant. 5. 1 [h]. ¶ *Sicut præceperat*] Scil. Num. 34. & antea Num. cap. 26 [i]. ¶ *Novem tribubus*] Hoc quidam referunt ad sortitionem; *sorte dividentes—novem tribubus*, &c. Vulg. Alii ad præceptum; *juxta id quod præcepit novem tribubus*, Jon. Alii subintelligunt τὸ *daret*; *quemadmodum præceperat*—ut daret 9 tribubus, &c. M. P. Ti. ¶ לְתִשְׁעַת הַמַּטּוֹת] *Novenario tribuum*, h. e. novem tribubus. Adjectiva namque numeralia cum substantivis constructa videntur substantivorum ferè naturam induere. Sic Gen. 17. 12. filius שְׁמֹנַת יָמִים, *octonarii dierum*, h. e. octo dierum; & 31. 7. עֲשֶׂרֶת מֹנִים, *decada vicium*, h. e. decem vicibus; item Exod. 34. 28. עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים, *decas verborum*, h. e. decem verba, Decalogus, &c [k].

4. *Sed in eorum* (i.e. Levitarum) *successerant locum filii Josephi*] Non placet hæc versio Masio: Neq; enim Levitæ desierunt esse una Tribus; neque Josephæi Levitarum, sed Rubenis, alterâ unciâ (h. e. duplici hæreditatis portione) donati erant; alteram autem, scil. præcellentiam, Juda adeptus est [l]. Verùm immeritò Masius Vulgatum carpit. Dico hos successisse in Levitarum locum, non in jus & possessionem, sed ut numerum duodenarium in tribuum sortitione explerent [m]. ¶ *In duas divisi tribus*] Heb. *Erant filii Joseph* (vel, *filiorum Joseph*, JT.) *duæ tribus*. Ità plerique. ¶ *Et suburbana*, [de quibus vide quæ à nobis congesta ad Num. 35. 4, 5, 6.] מִגְרְשֵׁי] Sic dicuntur ab *ejiciendo* & *amovendóque*; q. d. loca ab habitationibus seposita & semota. Qu. Cur certæ urbes ipsis assignatæ erant, nec permissum ut passim habitarent ubi collibitum esset? Resp. 1. Sic facilè se omnes in amœnissimas regiones contulissent. 2. Nisi seorsim habitâssent, verendum fuisset nè vulgi vitiis ex assiduo cum iis contubernio assuescerent. Jam verò multi uno juncti collegio magis incitabantur mutuâ cohortatione, doctrinâ, exemplo; erántque illiusmodi civitates quasi γυμνάσια καὶ φροντιστήρια pietatis, in quibus Dei colendi doctrina optimè conservaretur, ac ad vicinas civitates propagaretur [n]. ¶ *Jumenta & pecora*: non arva, non vineta; sed pascua, eáque ipsa usui magis quàm fructui [*]: לְמִקְנֵיהֶם וּלְקִנְיָנָם] *Pro armentis & gregibus eorum*, scilicet, pascendis [o]. *Pro animalibus grandioribus & minoribus*, Ch. in Mas. He. in M. Potiùs מִקְנֶה sign. *pecora tam majora quàm minora*, κτήνη Græcis; קִנְיָן autem quicquid in bonis possidemus, κτῆσιν & κτήματα [p]. In Num. 35. 3. ubi Lex ista instituitur, pro מִקְנֶה est בְּהֵמָה, quod omne genus animalia bruta significat; & pro קִנְיָן est רְכוּשׁ, quod *quasvis facultates* & bona parta complectitur [q].

5. *Et diviserunt terram*] Non actu, sed decreto, aut cogitatione. Sic Gen. 37. 21. *liberavit*, i. e. nitebatur liberare; Exod. 12. 48. *& fecerit Pascha*, i.e. voluerit facere; Jos. 24. 9. *pugnavit Balac contra Israel*, i. e. pugnare cogitavit; Jos. 10. 15. *reversus est Josua*, i.e. reverti cogitabat; Jon. 1. 16. *sacrificârunt*, i. e. dixerunt se sacrificaturos; nam in mari quî poterant? Sic fortè 1 Mac. 1. 6. *divisit regnum*, i. e. dividere statuit, aut cogitavit [†].

6. *Filii Juda*] Ut contribuli suo Calebo advocati patrocinarentur. Hæc autem gesta fuisse ante expugnatam Hebronem, ostendit comparatio hujus loci cum Jos. 10. 36, 37 [r]. Sed ego potiùs existimo jam antè in prima expeditione Australi expugnatam Hebronem, hîc postulari à Calebo in possessionem, non in expugnationem: neque enim ullibi legitur à Calebo expugnatam Hebronem, sed ejectos indè gigantes, qui fortè primùm pulsi, Jos. 11. 21, 22. postea eò se contulerant. Vide infrà v. 15 [*]. ¶ *In Galgala*] Ibi erant castra & stativa Hebræorum, & ibi facta prima divisio; posterior autem divisio in Silunte, Jos. 18. 1 [†]. Credibile est eos tum primùm interpellâsse Josuam de *Hebrone*, cùm eum aggredi sortitionem velle animadverterent; verentes nè locus ei debitus alteri cuipiam obveniret [t]. ¶ *Filius Jephone*] Talis haud dubiè fuit, nam sic vocatur & 1 Paralip. 4. 15. ubi contexitur genealogia [v], & in Numeris [x]. Obj. At *Caleb* dicitur *filius Hesron*, 1 Paral. 2. 18. *Hesron* autem cum Jacob descenderat in Ægyptum, Gen. 46. Resp. 1. Rectè *filius Hesronis* dicitur, quamvis *Hesronem* vel avum, vel proavum, aut abavum, habuerit. Nec insolens est ut nepotes inter filios numerentur, præsertim si rebus gestis clari sint [y]. 2. Alius est hic Caleb ab eo qui fuit *Esronis filius* [z]. Probatur. 1. *Beseleel*, qui Tabernaculum fecit in deserto, *Calebo* ferè coævus esse debuit. At 1 Paralip. 2. *Beseleel* ponitur pronepos *Calebi filii Esron*. 2. Si noster *Caleb* fuit istius *Hezronis filius*, non poterat minor 100 vel 120 annorum fuisse in egressu ex Ægypto, cùm *Hezron*, ut dictum, unus erat ex descendentibus in Ægyptum [a]. Esto, hic quoque *Caleb* descendat de Juda, & fortè de Phares & Esron; sed mediantibus avis & abavis [b]. ¶ *Cenezæus*] Qu. Unde sic dictus? Resp. 1. Q. legunt *Cenezæi*, ut id *Jephone* epithetum sit, non *Calebi* [c]. 2. Non sic dicitur quòd vel ex Cenezæis Cananææ populis, vel ex *Cenez* Esaui filio, de quo Gen. 36. 15, 42. oriundus; erat enim Judæus, & ex Jacobo [d]. 3. Alii volunt eum à loco quopiam esse cognominatum [†]. 4. Potiùs nomen habuit ab aliquo ex majoribus, qui *Cenez* appellabatur, fuítque vir eximius, ideóque nomen suum posteris communicavit [f]. Hoc indè colligo, quòd *Cenez* frequens & celebre nomen erat in familia *Caleb*. Erat *Cenez* frater fortè *Calebi*, Jos. 15. 17. & Jud. 1. 13. & 1 Paral. 4. 13. & alter *Calebi* nepos, 1 Paralip. 4. 15 [g]. 5. Vel *Jephone* binomius erat, etiam *Cenez* dictus,

d La. * G. ‡ Mas. f V. g G. h Bo. i Bo. k Glass. gram. p. 121. l Mas. m Bo. ex La.

n Mas. * G. o V. p D. ex Mas. q Mas. † D. r Jun. * Ma. † La. Bo. t Mas. v Bo. x Ma. y Mas. z Ser. La. Bo. D. ex AE. a Bo. b La. c Q. in Bo. d La. † Q. in Mas. & in Me. f La. Bo. Mas. ex K. g Bo. ex La.

ctus[h]. ¶ *Nosti quid locutus sit*] Qu. Ubi? vel Quando? Resp. 1. Fortè promissa illa non sunt S. literis prodita, sed seorsim, & uno Josuâ conscio, dicta. 2. Verba hujusmodi ferè habentur in Num. 14. 24. & Deut. 1. 36.—*Calebum—introducam in terram ad quam accessit.* Quæ verba certum est de singulari quopiam loco dici. Non enim universam Cananæam habere potuit Calebi semen. Probabile autem mihi videtur hunc locum Hebronem fuisse, eúmque locum in turbida illa altercatione pro hæreditatis suæ portione deposcisse, quem ignavi homines inexpugnabilem esse clamitabant; ibi enim gigantes visi metum incusserant, quem vanum esse hoc modo Calebus luculenter ostendit. Præterea, ista Dei verba καθ' ἀντίθεσιν omnino accipienda videntur; q. d. in eo se loco Calebum ejúsque posteros collocaturum, quem locum cæteri prorsus obtineri non posse persuasissent populo. Mitto illud, quòd Judæi, acuti scilicet Scripturæ explanatores, de Hebronis monte planè accipienda volunt, quia scribitur, Num. 13. 22. *Ascenderunt per Austrum, & venit Hebronem*, non, *venerunt*; quia solus Caleb accessit, cùm cæteri non auderent. Ità nihil illos pudet Josuam timiditatis & ignaviæ damnare. Quasi verò insolens res sit in S. literis Enallage numerorum[i]. יָבֹא ibi potest referri ad totum cœtum (עֵדָה,) qui constat minimùm decem hominibus *. ¶ *Dominus ad Mosen, hominem Dei*] Argumenta hæc sunt ad causam mirificè accommodata, ab autoritate ducta tum Dei, tum Mosis. Neque enim potest is cui Deus promisit frustrà esse, neque internuncius Dei vanus existimari[k]. ¶ *De me & de te*, ità ο'. Ca. Belg. Ang. עַל אֹדוֹתַי וְעַל אֹדוֹתֶיךָ] *Super causas meas, & super causas tuas*, Mo. sim. Jon. M. Pi. *mei & tui causâ*, vel *gratiâ*, Ar. JT. Ti. *de re mea, & de re tua*, Sy. *propter me & propter te*, P. Porrò, Caleb hæc locutus est, nè nomen bonum non interpellando malum fieret †.

7. *Nunciavi ei quod mihi verum videbatur*, כַּאֲשֶׁר עִם לְבָבִי] *Sicut fuit in*, vel *cum, corde meo*, M. Ti. Mo. Jon. Sy. *ex animi mei sententia*, Maſ. G. Quod planè sensi: q. d. Nullius vel gratiam aucupatus sum, vel furorem expavi[l]. Respondebam prout sentiebam in animo meo, h. e. veritatem ipsam[m]; videlicet, terram esse optimam, & Deo adjutore facilè obtinendam[n]. Subindicat, quòd alii exploratores non omnino ex veritate nunciaverint[o]; sed inter populum terrores severint[p]. Videtur autem his verbis Caleb alludere ad nomen suum; כָּלֵב sign. *secundùm cor*[q]. Quemadmodum mihi constabat, vel, quemadmodum noveram *.

8. *Fratres mei*] Gentiles mei. Judæi omnes *fratres* inter se[r]. ¶ *Dissolverunt*] Vel, *liquefecerunt*. Cor liquefit in magno metu †. H[s]; deterruerunt populum, & ademerunt eis animos[t]. ¶ הִמְסִיו] Aut scriptum est more Chaldaico, ut vult R. Judas; aut (quod vult K.) positum est *Vau* loco *He* in fine: si ità est, sing. pro plur. scribitur *. Vel הִמְסִיו scribitur pro הֵמַסּוּ. Est enim Hiphil in ordine quiescentium in media *Vau*‖. Sign. eos animi firmitudinem dissolvisse[v]. *Fregerunt*, Jon. *terruerunt*, Sy. *enervârunt*, Ar. ¶ *Ego secutus sum Dominum*, ità M. *perfectè secutus*, &c. Ti. Sy. מִלֵּאתִי אַחֲרֵי יְהוָה] *Complevi post Dominum*, Mo. vel, *post timorem Domini*, Jon. *adimplevi ire post Jehovam*, P. *implevi voluntatem Domini, eundo post ipsum*, V. *perfeci obedientiam coram Domino*, Ar. *Ego pergebam sequi Dominum*, ο'. in Maſ. *Complere post Deum* est, non solùm privatim piè sanctéque vivere, sed Dei etiam gloriam & proximi salutem, quibus fieri potest modis, ad ultimum usque vitæ actum procurare, & omnino munere eo cui quemque Deus præfecit attentè, gnaviter, constanter defungi. Hæc autem commemorat Calebus non vanæ gloriolæ studio, sed vel, ut seipsum eâ recordatione confirmet; vel, ut Israelitæ, intelligentes promissum hoc tanquam pietatis suæ mercedem, æmulatione quadam ad rectè vivendum incitarentur, & ad memoriam Dei erga se benignitatis revocarentur[x].

9. *Juravitque Moses*] Hoc juramentum refertur Deut. 1. 34*. At satis continetur in Num. 14. 21, &c[y]. Ibi autem *Deus*, hìc Moses, juràsse dicitur: sed parùm interest, cùm Moses, ut Dei internuncius, hanc promissionem fecerit[z]. Illa verba, *servum meum Caleb, &c.*

[h] Me. ex L. [i] Maſ. * D. [k] Maſ. † G. [l] Maſ. [m] V. Ma. [n] Bo. [o] E. [p] Me. [q] Bo. * Pi. [r] D. † D. [t] V. * Maſ. ‖ M. [v] Maſ. [x] Maſ. * Bo. [y] Bo. Maſ. [z] Bo. ſim. Maſ.

pendent continuo orationis filo ab istis verbis, *Vivo ego, &c*[a]. Non Cananæa in genere, sed certus locus, Calebo promittitur, ut constat ex hoc loco, & ex v. 12, 13; & ex Deut. 1. 36. Locus porrò ille non alius est quàm *Hebron*, quam, cùm reliqui meticulosiores essent, ipse adierit, & exemplo suo aliis præiverit[b]. ¶ *Terra, &c.*] Heb. *Si non terra, &c.* Jurandi formam curtam, ut mos est, S. S. producit. Omittuntur hujusmodi verba, *Nè vivam*, vel, *Nè sim verax*, si ista non præstentur. Nefas autem est tale quid de Deo concipere animo, nedum effari; atque ideo ἐλλειπτικῶς, seu præcisè, loquuntur. Ità homines jurant; *Sic faciat mihi Deus, & sic addat*, h. e. sic magis magísque facere pergat. Subintelligendum, *Me malè perdat Deus*, &c. quod dicere cùm religio sit, (nemo enim sibi malè precari debet,) per ἀποσιώπησιν præciduntur malè ominata illa verba[c].

10. *Concessit mihi vitam*, הֶחֱיָה] *Vivere fecit*, i. e. servavit me salvum & incolumem[d]. ¶ *Quadraginta & quinque anni*] Magna hinc lux toti libro. His enim verbis totam istius temporis Chronologiam complectitur; indéque certò colligitur Josuam sex annis bellàsse, & septimo terram divisisse †. Congeries hìc est sententiarum & argumentorum. *Conservavit me Deus*, post illa promissa, *& quidem per 45 annos*, & quidem *per desertum*, in quo æquales mei plerique omnes conciderunt; imò *vires* mihi *integras* manere voluit: quæ cùm sint constantissimæ Dei voluntatis certissima signa, non est quòd vos mihi denegetis quæ ille obtulit, atque etiamnum offert quodam modo[f]. ¶ *Quando ambulabat Israel per solitudinem*, sic Belg. Ang. vel, *quando* adhuc *ambulavit*, &c. Os. *quo tempore ambulavit*, &c. M. אֲשֶׁר הָלַךְ יִשְׂרָאֵל בַּמִּדְבָּר] *Quibus* (supple, *annis*, Ca. & Tig. not.) *ambulavit* (*versatus est*, Ca. *vagatus est*, Tig. not.) *Israel in deserto*, Mo. ex *quo ambulavit*, &c. P. *quìcum ambulavit*, i. e. versatus est, D. *Cum quo*, i. e. quo duce, *obambulavit, sive vagatus est*. אֲשֶׁר pro אֲשֶׁר עִמּוֹ, V. *Cum Mose, qui ambulavit cum Israel in solitudine*, Jon. *Ut*, scilicet, *ambulare faceret Israel in deserto*, Sy. *Cùm rediret Israel in desertum*, jussus nimirùm retrocedere, Num. 14. 25[g]. *Cùm versaretur Israel in deserto*, Maſ.

11. *Sic valens, &c.*] כְּ repetitum valet *sicut*, & *sic*[h]. ¶ *Tam ad bellandum, &c.*] Heb. *egredi & ingredi*, Maſ. ο'. *Exeundo & intrando*; omnia munia bellica obeundo[i]. Vide 1 Sam. 18. 5. Potiùs, *ingredi & egredi*, est, in omni vitæ munere officio suo fungi. Significat his verbis, nihil se ab sua ætate alienum petere, quamvis arduam sibi deposcat provinciam[k]. *Ad exeundum, &c.* i. e. ad iter capessendum: Gallicè, *à aller & venir*[l]. Ad obeunda negotia tum publica, tum domestica; ad quorum illa domo egrediendum est, ad ista verò eandem ingredi oportet. Metonymia effecti destinati *. Dedit hoc robur illi Deus, tum in præmium fidelitatis, ut Terrâ promissâ vigens valénsque potiretur; tum ut testis esset oculatus omnium quæ in deserto gesta sunt, eáque junioribus narraret[m].

12. *Da mihi montem istum*] In quo sitæ *Hebron, Dabir & Anab* urbes[n]. Erat *Hebron* in monte, Jos. 11. 21. & 20. 7[o]. Alii, *montem*, i. e. montana Judæ, ut alibi sæpe[p]. ¶ *Quem pollicitus est*, אֲשֶׁר דִּבֶּר] *Ut locutus est*, P. Alii, *quem* [nempe, *montem*] *locutus est*, Jun. Jon. Sy. Mo. vel, *de quo*, &c. Ar. M. Ti. vel, *secundùm quæ locutus est*, ο'. *id quod edixerat Jehovah*, JT. ¶ *Te quoque audiente, &c.*] Heb. *nam tu audìsti*, vel, *quòd tu audivisti, illo die Hanakæos esse ibi*, JT. [sim. omnes.] Rursus Josuæ, ut Judicis, conscientiam testem citat. Qu. Sed quomodo sic loquitur ad Josuam, quasi non ipse illuc accesserit? Resp. 1. Vel *audire* hìc ponitur pro *cognoscere*. 2. Vel ad 12 viros divisionis faciundæ verba ista fecit; quorum præter Josuam nemo Ænacinos viderit[q]. 3. Nonnulli hinc eruunt, Josuam cum cæteris exploratoribus, aut saltem cum Calebo, Hebronem non ascendisse, nec ibi vidisse gigantes; quare Caleb, quòd solus adierit, eam sibi nunc deposcit. Vide Num. c. 13. v. 23[r]. ¶ *In quo Enacim*] Obj. At illi expulsi sunt, Jos. 11. 21. Resp. Nonnulli autem cladem illam evaserant, ac profugerant ad Philistinos; unde, viribus reparatis, Hebronem redierunt, eámque quasi avorum sedem insederunt; indéque eos Calebum

[a] Maſ. [b] Bo. [c] Maſ. [d] V. † La. [f] Maſ. [g] Jun. [h] D. [i] D. [k] Maſ. [l] V. * Pi. [m] La. [n] La. [o] Bo. [p] Ma. ex Jun. [q] Maſ. [r] Maſ.

rursus expulit †. ¶ *Si fortè*, &c. אוּלַי] Non est dubitantis, sed dixit modestiæ causâ, nihil sibi arrogans *. Non quòd Caleb dubitet de promissis Dei, sed quòd modestè de se sentiat, vereatúrque nè Dei opem sibi promissam suâ culpâ vel socordiâ avertat [t]. Potuit suspicari illam promissionem non esse absolutam, & ob peccata vel sua vel suorum revocari potuisse [v]. Universè de populi Dei victoria cum fiducia loquutus erat; de se autem modestè sentit, minimè ignarus mortalium quemque sæpe Dei erga se gratiam suis vitiis avertere [x]. Dubitandi adverbia, אוּלַי *fortè*, &c. non semper incertitudinem directè important [y]. אוּלַי *fortè* hîc tantùm rei difficultatem significat [z], & spem in animis audientium confirmat. Sic 1 Sam. 14. 7. Vide Num. 21. 23 [a]. Spem cum difficultate mistam continet: & difficultas quidem doni æstimationem minuit, (q.d. Nihil peto nisi quod cum periculis & laboribus conjunctum est;) spes verò donandi voluntatem provocat [b]. ¶ *Dominus mecum*] Heb. *Jehovah mecum*, supple, erit, JT. Pi. Verbum יִהְיֶה incuriâ scribarum videtur excidisse †: Et אוֹתִי hîc ponitur pro אִתִּי [c]. ¶ *Et potuero delere*] Vult publicâ auctoritate, privatis viribus, bellum suscipere, ut Romanorum Fabii. Josue autem æquum censuit, ut publica fides publicis opibus liberaretur. Est enim hîc ἐπάνοδος (*regressus*) ad id quod dicitur suprà 36. Ut Caleb, ità Josue, urbem habuit ἐξαίρετον (*eximiam*,) infrà 19. 50 [d].

13. *Benedixitque ei Josue*] Τὸ *benedicere* tria significat in Scriptura. 1. Precari à Deo bona alteri: 2. Gratulari ob bona quæ jam quis possidet: 3. Bona largiri. Quæ omnia hîc concurrere videntur. Nam, 1. Calebo Josue bene precatus est: 2. Eum collaudavit ob res præclarè gestas: 3. Ei possessionem Hebron consignavit †. *Benedixit*, i.e. prospera omnia ei apprecatus est [f]: approbavit petitionem ejus, & concessit ei Hebronem [g]: collaudavit animos &. virtutem Calebi [h]. Ei concessit quæ ambiebat: nisi si quis existimet solennem hîc ritum quempiam significari, quo illi Hebronem addixerit. Qualem ritum nunc forenses *investituram* vocant [i]. ¶ *Et tradidit ei Hebron*] Obj. At *Hebron* sacerdotibus data est, Jos. 21. 11, 13. Resp. Per *Hebron* hîc intelligitur agri & vici qui priùs fuerunt sub *Hebron* [k]. Dicitur *Hebron* non ea modò pars montis in qua exstabat *Cariath-arbe*, sed universa illa vicinia. Nam & *Dabir* cum *Hebrone* data censetur, ut mox audiemus [l].

15. *Nomen Hebronis olim Cariath-arbe*] i. e. *Civitas Arbæ*. *Arba*, vel *Arbe*, est viri nomen [m]. De hoc nomine vide dicta ad Gen. 23. 2. & Jos. 15. 13 [n]. *Hebronem* dictam volunt ex *Hebrone* Calebi filio, 1 Par. 2. 42. quia hic vocatur *pater Hebronis*. Sed hoc argumentum non videtur satis firmum: Nam *Machir* quoque dictus est *pater Galaad* 1 Par. 2. 21. non quia Galaaditidi nomen suum imposuit, sed quia illic imperavit. Veruntamen, cùm *Cariath-arbe* vetustum nomen fuerit, bona conjectura est alterum hoc Hebronis recens esse [o]. ¶ *Adam maximus*, &c. הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים הוּא] *Homo magnus inter Anakim ipse*, Mo. P. *Magnus* dicitur, vel staturâ, vel autoritate [p]. Vel certè הַגָּדוֹל, ὁ μέγας, quia illis imperitavit. Sic גְּדוֹלִים *magnates* [q]. Nota locutionem, *magnus inter gigantes*, i. e. maximus gigantum [r]: Nam per adjectivum regens ablativum cum præpositione ב, *in*, superlativus sæpe gradus circumscribi solet †. Sic, *pulchra in mulieribus*, pro, *pulcherrima*; *parvus in gentibus*, pro, *minimus*; *benedicta in mulieribus*, pro, *mulierum benedictissima* [t]. Vertunt ergò, *maximus gigantum fuit*, V. sim. JT. i. e. clarissimus, V. Maximus vocatur, tum vastitate corporis, tum imperio, tum rerum gestarum gloriâ, tum dignitate, ut qui fuerit pater, imò patriarcha, Enacim [v]. *Arbe* fuit pater Enac, à quo Enacim, ut patet ex Jos. 15. 13 [x]. Verùm quòd dicitur *pater Enac*, æquè de imperio atque de generis origine accipi potest [y]. Ab eo urbs denominata est, vel, quia condidit, vel, quod credibilius, quia eam diu suo dominatu tenuit [z]. ¶ *Et terra cessavit à præliis*] Quievit ad tempus [a]. Repetitur hoc loco, quia cùm faciendæ divisionis narratio adhuc per alias atque alias digressiones dilata sit, nunc verò tandem ad eam tractandam accedatur. Monet igitur, multos jam hostes reliquos fuisse, qui distributionem bello impedirent [b].

† La. Bo. * V. t La. v Bo. x Mas. y Glass. gram. pag. 494. z Jun. Mas. Glas. a Jun. b Mas. † Pi. c D. d G. † Bo. f La. ex To. D. g Jun. h Mo. & V. in La. i Mas. k M. V. sim. D. Bo. l Mas. m Mas. D. Jun. La. Bo. n G. o Mas. p D. ex Mas. q D. r D. Glass. † Glass. gram. pag. 57. t D. v La. x Mo. y Mas. z Mas. a V. b Mas. sim. Bo.

CAP. XV.

1. *Igitur sors filiorum Judæ*, &c.] Inprimis hîc disserendum est de iis quæ universè ad divisionem terræ attinent. Quæritur primò, Quorum arbitratu partes istæ sunt factæ de quibus nunc sortiendum est? Nam ad Siluntem certè nihil agetur, nisi descriptis primùm ipsis portionibus. Apparet autem Cananæam non antè esse ab ullis metatoribus in certas partes divisas, quàm ventum ad Siluntem est. (Bonfrerius tamen contrarium statuit, & huic etiam sortitioni præmissam vult terræ lustrationem, quamvìs hoc sileat Scriptura [a].) Existimo igitur duas has portiones Judæ & Josephi rudiore quadam designatione primùm ad sortiendum propositas fuisse, ut castra in Galgalis tutiora essent. A suo enim præsidio suísque dominis defensâ parte Australi, [ubi Judæ Tribus,] & Aquilonari, [ubi Josephi Tribus,] nullus hostis timeri poterat vel ab Oriente, (ubi Jordanes & Rubenitæ, &c.) vel ab Occidente, (ubi mare Magnum.) Et cùm partes hæ [Judæ & Josephi] majores æquo viderentur, æquabilis universæ terræ partitio ad tempus futurum rejiciebatur. Neque enim, quantum certè apparet, hæc prior sortitio omni prorsus jure possessiones iis addixit. De quo vide ad Jos. 18. *Judas manebit in finibus*, &c. Præterea, cùm Tribus Judæ & Principatum obtineret, & numero quamvis aliam tribum superaret; Josephitis etiam aut duplex aut sesquiportio debita fuerit; sic ratio aliqua in ista partitione habita esse potest videri. An verò de istis duabus portionibus sortitæ sunt ex æquo Tribus omnes, an solæ hæ duæ, non satìs constituere possum. Sed posterius ex jam dictis mihi probabilius videtur. Porrò, in priùs posteriúsque sortiendo fuisse tribuum inter ipsas prærogativam multa docent. Videmus enim sortes *Judæ* & *Josepho* (quibus duabus tribubus jus Rubenis concessum erat) exire primas, deinceps verò filiis liberarum matrum, ac tandem ancillarum filiis [b]. Qu. Quisnam fuit modus sortitionis? Resp. 1. Per Urim ac Thummim [c]. Verùm hoc erat oraculum, non sors [d]. 2. Ea Tribus quam sors cunque priorem nominavit optionem ex partibus propositis delegit †. Sed hæc manca est sortitio, scilicet, solarum tribuum, non regionum; nec tam sortitio est, quàm optio & electio [f]. Præterea, quæ sic fuerit sortium & prædictionum sacrarum Divina consensio [g]? 3. Lustratores & descriptores Cananææ illam in 12 partes inæquales diviserunt, ac partem cuique Tribui proportionatam assignârunt; quam divisionem sors jam ab eis factam confirmavit [h]. Verùm ex hoc loco & ex Num. 26. 55, 56. & Num. 33. 54. liquet sortem primò divisionem hanc peregisse [i]. 4. Unica erat hydria in qua regionum nomina fuerunt, & hæc singillatim cuique Tribui extracta sunt, ut illæ, altera post alteram, pro cujusque prærogativa, sortirentur [k]. Masius opinatur Cananæam in 12 partes æquales fuisse descriptam, & cuique Tribui suam terræ portionem alteri cuivis Tribui æqualem obtigisse. Sed iniquum hoc erat, cùm Tribus valde inæquales fuerint [l]. 5. Duæ erant sortium urnæ, in quarum unam nomina 12 tribuum, in alteram 12 regionum, conjecta sunt. Eleazar autem quassatis urnis ex altera Tribûs nomen, ex altera regionis, eduxit [m]. Notandum autem, factam fuisse divisionem non æquali mensurâ, sed pro eo quod terræ valebant: τιμηθεὶς μᾶλλον ἢ μετρηθεὶς τοῦ κλήρους dixit Josephus [n]. Una in omnibus his (modis) insidere videtur difficultas; Cùm enim partes inæquales ob multitudinis in tribubus inæqualitatem esse oportuit, quomodo majoris numeri Tribui majorem portionem hi modi adscribunt? Si dicas Deum ità urnarum sortes temperâsse, ut majori Tribui major pars obveniret: 1. Frustrà ergò Deus imperavit ut inæqualitatis hujus rationem divisores haberent, cùm ipse id totum faceret. 2. Jam debuissent antea partes inæquales factæ fuisse: sícque ante sortem, quæ cuique pars danda perspectum pene fuisset. Dico, permissum à Deo fuisse divisoribus, ut suis quamlibet portionem finibus circumscri-

a Bo. ad Jos. 14. 6. b Mas. c Mo. in La. d La. † Jo. in Mas. f La. g Mas. h To. in La. i La. k Mas. l La. ex To. m RR. in Mas. La. n G. ità La.

cumscriberent, & partes ex urna prodeuntes, pro tribuum aut multitudine aut paucitate, dilatarent & contraherent, ut patet ex Num. 35. 8. Hoc autem fieri potuit vel ante sortitionem, vel post eam. *Ante* quidem fieri potuit ut decem essent partes, &c. de quibus singulis communi sensu statueretur, si ea huic aut illi Tribui obtingeret, eam tantam vel tantam, majorem vel minorem, esse debere. Vel, *post* sortitionem fieri potuit duobus modis. 1. Si divisores, cùm sortem extractam vidissent, concordibus suffragiis (prout illis consentaneum videbatur) vel adderent, vel demerent. 2. Si ab Urim & Thummim directionem peterent, &c [o]. [o Ser.] Probabile videtur terram Canaan in 12 partes æquales (nimirum, non tam magnitudine quàm æstimatione,) descriptam fuisse, illásque rursum in alias minores fuisse subdivisas, ut satis colligitur ex oppidorum per singulas regiones descriptione hoc capite, vers. 32, 41, 44, 57, 62. deinde, descriptores hosce despexisse magnitudinem tribuum, earúmque inter se proportionem iniisse. Quædam igitur Tribus aliis sive majores sive minores erant vel quartâ, vel tertiâ, vel mediâ parte. Proinde, minores (Tribus) ex 12 Cananææ portionibus jam distributis vel quartam, vel tertiam, vel dimidiam unius portionis partem pro sua parvitate sibi deposcebant: Aliæ verò majores, pro sua amplitudine, præter unam integrámq; duodecimam Cananææ portionem, insuper aliam quartam, vel tertiam, vel dimidiam alterius portionis partem sibi adjungi suo jure postulabant. Hoc facto, chartulas 12 tribuum in unam urnam, chartulas 12 portionum regionis cum subdivisionibus suis in alteram, conjecerunt; indéque primò ex urna una eduxerunt nomen Tribûs, ex altera nomen portionis quam Tribui illi assignârunt, sed proportione geometricâ, juxta Tribûs magnitudinem; itâ, scilicet, ut juxta eam educerent chartulas regionis quæ integram, vel dimidiam, vel sesquialteram, aut aliam portionis proportionem, cuique Tribui debitam continerent. v. g. Si ponamus tribum Judæ fuisse duplam ad cæteras; dicendum est, per sortes illi datam fuisse duplam terræ portionem, sed vicinam & contiguam, ut tota Tribus simul habitaret. Porrò, videntur descriptores in prima hac descriptione errorem commisisse in designanda portione Judæ, quæ nimis magna ei obvenit, ut ex eo liquet, quòd hæc Tribus aliquam regionis suæ partem Tribui *Simeonis* cesserit, Jos. 19. 1. etiam & Tribui *Danis*, ut patet de *Saraa* & *Eshtaol*, quæ hoc cap. vers. 33. *Judæ*, at Jos. 19. 41. Tribui *Dan* assignantur. Atque hac de causa, scilicet, de errore commisso subdubitans Josue, ut eum corrigeret, cap. 18. misit novos descriptores, &c [p]. [p La.] Ad sortitionis autem ritum modúmque quod attinet, nescio an eum non studio nobis occultârit ubique S. historia, nè superstitiosè imitaremur in rebus nostris [q]. [q Mas.] Porrò, vereor nè barbara hoc capite & seq. locorum nomina fastidium lectori afferant, ut in quibus nullum esse operæ pretium videbitur in discernendis cujusque hæreditatis finibus, præsertim cùm urbes illæ vel perditæ vel admodum deformatæ sint, & Tribus confusæ atque de suis possessionibus æternùm dejectæ. Verùm multò aliter de iis quæ sunt Divinis literis prodita existimandum est quàm quæ profanis. Nam cùm illæ sint θεόπνευσοι, nihil in illis otiosum vel inutile est. Optime Chrysostomus, *Multi* (inquit) *mechanicorum cùm (sumpto in manus libro) vel subducta numerorum ratio, vel nominum contextus longior catalogus, se offert, mox evolutis raptim multis paginis ad alium locum oculorum atque animi intentionem convertunt: & si fortè incusentur, respondent, nihil aliud quàm nomina esse, neque fructuosum aliquid in iis quæ sic prætervolant inesse. Sed quid,* inquit, *tu ais, bone vir? Nulláne tibi verecundia est dicere, Eorum quæ ipse Deus loquitur nullam esse cognitionis utilitatem?* Metallici (inquit idem Chrysostomus) aridos & steriles montes non prætereunt, sed in eos penetrant, & venas auri, argenti, &c. rimantur. Cur ergò ullum Scripturæ S. locum inexploratum prætermittimus, cùm nullus non sit cœlestium mysteriorum ditissimus, si præeunte nobis Spiritu Sancto penitiùs inspexerimus? Harum autem rerum cognitionem per se inutilem esse fateor; at pro percipienda S. historia non modò utilem, verùm etiam necessariam, (esse contendo.) Igitur si non plùs quàm insanæ curiositatis damnamus eos qui, ut Livii, Cæsaris, Taciti, &c. commentarios & Romanæ tyrannidis odiosa monimenta rectiùs intelligamus, summo studio nituntur barbara locorum nomina, quæ illi scriptores pleraque corruptissima repræsentârunt, quibuscunque conjecturis ad nostræ memoriæ urbes accommodare; cur nos pœniteat ea locorum vocabula expendere quæ in S. Scriptura integerrima conservantur, eorúmque persequi cognitionem quæ ad monimenta exordii æternæ salutis nostræ explicanda conducunt [r]? [r Mas.] Non inutile erit cum his Josuæ capitibus quæ agunt de divisione terræ, & constituendis tribuum possessionibus, conferre illa capita primi libri Chronicorum quæ patres præcipuósque in quaque tribu viros memorant. Sic cum Jos. 13. confer 1 Chron. 5; cum Jos. 15. confer 1 Chron. 2, 3, 4, ad v. 24; cum Jos. 16, 17. confer 1 Chron. 7, 14, ad v. 30; cum Jos. 18. à vers. 11. ad finem confer 1 Chr. 7. à vers. 6. ad v. 13. & cap. 8. totum; cum Jos. 19. ad vers. 10. lege 1 Chron. 4. à v. 24. ad finem; cum Jos. 19. à vers. 19. ad v. 24. lege 1 Chron. 7. ad v. 6; cum Jos. 19. à vers. 24. ad 31. lege 1 Chron. 7. à ver. 30. ad finem; cum Jos. 19. 32, &c. lege 1 Chron. 7. 13; cum Jos. 21. lege 1 Chron. 6; & cum his capitibus Josue lege 1 Chron. 9*. [* Li.] ¶ *A termino Edom,* &c. אֶל־גְּבוּל אֱדוֹם מִדְבַּר צִן נֶגְבָּה מִקְצֵה תֵימָן] *Ad* (vel *juxta*, P. V. אֶל pro עַל positum, V. vel *versùs*, M. Ti.) *terminum Edom*, Mo. Jon. JT. *deserti Sin*, Mo. M. Ti. (vel, *desertum Sin*, Jon. vel, & *desertum Sin*, P. vel, *usque ad desertum Sin*, Sy.) *ad* (vel *versùs*, Jon.) *meridiem*, Mo. M. Ti. sim. P. Ar. *ab extremo*, vel *ab*, sive *in*, *extremitate*, *Austri*, vel *australi*, M. Ti. Mo. V. sim. Jon. Sy. i. e. in latere illo quod aspicit Austrum. h. e. Tribus illa à parte Australi habuit pro limite Idumæam & desertum Sin [†]. [† V.] Illa, *versùs meridiem*, &, *ab extremitate Austri*, idem significant, h. e. extimos fines Australes describi. Quapropter in Numeris istorum duorum loco est tantùm פְּאַת נֶגֶב, *ora Australis* [t]. [t Mas.] Ar. vertit, *ab extremitate Teman*. Al. sic; *ad terminum Edomæorum, desertum Tzinis meridiem versùs* erat *extremitas Australis* ab Occidente, JT. Rectè addunt, *ab occidente*; nam Idumæa versùs angulum orientalem erat. Malè codices nonnulli habent, *A termino Edom usque ad desertum Sin*. Erat enim Idumæa deserto Sin contermina, ut patet ex Num. 20. & ex Num. 34. 3. qui locus huic versui & 2, 3, 4. seq. explicandis plurimùm inservit; nam qui ibi *totius Terræ promissæ*, iidem hoc loco *Tribûs Judæ*, fines Australes statuuntur [v]. [v Bo.] Distinguendum est hoc צִין *Tzin*, quæ erat 33. mansio, à סִין *Sin*, quæ octava erat [x]. [x D.] Valde accuratè termini describuntur Tribûs Judæ, ut tribuum principis, ubi futura erat urbs Regia, unde Reges, nè quis eos terminos transgrediendo popularibus injuriam faceret [y]. [y G.]

2. *Initium ejus,* &c.] Hebr. *Fuit eis,* לָהֶם. *Filiis Juda*; vel *ei*, nempe, *Tribui* [z]. [z V.] ¶ *A summitate maris,* &c. גְּבוּל נֶגֶב מִקְצֵה יָם הַמֶּלַח] *Terminus meridiei*, sive *australis*, (*terminus* ab oriente *meridianus*, JT.) *ab extremo*, vel *finibus*, *maris salsi*, Mo. M. P. Ti. sim. Ar. At Sy. *Fuitque limes eorum ab australi extremitate maris*, &c. q. d. Incipit terminus Australis ejus ab extremitate maris Mortui [a]. [a V.] Quænam autem hæc extremitas sit mox explicat, dum addit, *& linguâ maris*, &c. Idem autem est hîc dicere, *ab extremitate*, &c. &, *à lingua*, &c. cum eo quod vers. 1. *à termino Edom & deserti Sin*; hæc enim omnia loca conjuncta sunt [b]. [b Bo.] Hic versiculus explicatio est præcedentis [c]. [c Mas.] Quod versu 1. rudi modo delineavit, nunc explicatiùs describere incipit [d]. [d Bo.] Atque hîc rursus posterior verborum complexio prioris est ἐξήγησις; ideóque in Numeris id ipsum paucioribus dictum est [†]. [† Mas.] ¶ *Et à lingua ejus quæ respicit meridiem*] Sim. Mo. Sy. V. Mas. sive, *quæ flectitur*, sive *vergit*, *ad meridiem*, V. Sy. Sed quid hîc *lingua maris*? Resp. Sinus maris est, quo in continentem angustior pars excurrit linguæ specie [f]. [f Mas. La. D. Bo.] *Sinum* hîc vertunt JT. Ca. Ang. Belg. Sic Isa. 11. 15. *Perdet Deus linguam maris Ægypti*, nempe, partem Arabici

Arabici sinûs citimam, quæ linguæ figurâ Ægyptum alluit [g]. Jon. vertit, *à littore*: alii, *à petra*, M. P. Ti. V. Bo. Me. Sic Ch. כֵּיפָא, i. e. *petra*, vel *promontorium*. Linguam vocat promontorium, quòd longiùs excurrat in mare [h]. [Hoc sensu usurpari vocem *linguæ* ostendit Gatakerus his exemplis.] *Erant ejusmodi ferè situs oppidorum, ut posita in extremis lingulis (alii, linguis) promontoriisque, pedibus aditum haberent, cùm ex alto se æstus incitavisset, &c. neque navibus, quòd, rursus minuente æstu, naves in vadis afflictarentur*: Cæsar Bell. Gal. 3. de Venetiis. *Cassandrea hinc Toronaico, hinc Macedonico, septa mari; eminet namque in altum lingua in qua sita est: nec minùs quàm in altum magnitudine Athos mons excurrit, obversa in regionem Magnesiæ duobus imparibus promontoriis*: Liv. 45. *Linguam vocat terram in mare protensam specie linguæ. Lingua enim, sive lingula, interdum promontorium, vel alia quævis terra longa & angusta, dicitur, quæ in modum lingulæ exsectæ (exsertæ) in mare excurrit*: Godelæv. ad Liv. *Ubi longiùs processit, in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculum: inter quas prominentias non uno margine insinuati accessum freti recipit, sed linguis projectis sæpius ac procurrentibus distinctum promontoriis pelagus admittit*: Solin. de Ital. c. 8. *Id promontorium cujus lingua in altum projicit*: Pacuvii Anchisa apud Gel. 4. 17. Vide Schot. Observat. human. 3. 28. *Indè in altum lingua mille passuum excurrens* *. Satis constat ex Josepho & ex Judic. 1. ult. *Petram* loci nomen esse [i]. o'. etiam vertunt, λοφιὰν, cervicem, dorsum [k].

3. *Contra ascensum Scorpionis*, וְיָצָא אֶל־מִנֶּגֶב לְמַעֲלֵה עַקְרַבִּים] *Et egreditur* (i. e. Et hinc excurrit, V.) *ad meridiem Meale-acrabbim*, P. sic V. Alii vertunt, ad *ascensum*, vel *clivum*, *scorpionum*, M. Ca. Aliis est nomen proprium: ità o'. in G. JT. Ti. Ang. Belg. Mas. Factum tamen videtur, vel, à frequentia scorpionum [l]; vide Deut. 8. 15 [m], vel, ab eorum similitudine & figura [n], quia montana hæc se in modum scorpionum incurvârunt [o]. Est pars Idumææ dicta Ἀκραβαττήν, 1 Maccab. 5. 3. Ptolemæus in Mesopotamia ponit *Acrabam* [p]. Nota hîc geminationem particularum, quæ frequens est in Ebraismo; ut hîc ad verbum est, *ad ab Austro*, &c [q]. *Ad locum qui fuit à meridie*, &c. M. Ti. Græci (quem sequutus est Latinus) habent, ἀπέναντι legebant מִנֶּגֶד, pro מִנֶּגֶב. Hic autem collis *Akrabbim* non est *Aquilonarior* quàm illa ultima Salsi maris ora, (prout eum malè collocant plerique Chorographi) sed *Australior*: Ptolemæo enim *Petra* Australior multò est *linguâ maris Salsi*, ideóque *Gadesbarnea* quoque Australior est, ut quæ sit Petræ affinis. Jam verò iidem ipsi Chorographi hunc *clivum Acrabbim* Australiorem statuunt quàm *Cadesbarneam* [r]. Vide plura de hoc loco ad Num. 34. 4 †. Nota porrò pro יָצָא, h. e. *exibat*, in Numeris scriptum נָסַב, *gyrabat*, quod significat normam dimensionis sinuari, non prorsus rectâ duci [t]. ¶ *Et pertransit in Sina*] Sic Hi. & o'. Σινά, acsi ה pertineret ad nomen: Sed non ità est [v]. צִנָה urbs est *Sin*, quæ deserto nomen dedit [x]. ה in צִנָה vim habet præpositionis [y]. Sign. motum ad locum: צִנָה pro לְצִין *ad Sin*, ex usu linguæ. Sic mox אַדָּרָה pro לְאַדָּר [z]. ¶ *Ascenditque in Cades-barne*] Declinando versùs Septentrionem, quod vox *ascendendi* indicat: Loca enim Aquilonaria pro altioribus habentur, quia ad mundi verticem, quem *polum Arcticum* vocamus, videntur accedere. Videtur autem *Cades-barne* fuisse pars Terræ promissæ, ex Deut. 1. 20. sed extima [a]. *Ascendit*, i. e. ascendendo progreditur; *& illinc vertit se*, i. e. tendit, *in Hebron* [b]. ¶ חֶצְרוֹן] Infrà nominatur חָצוֹר *Hasor*. Sed est illa *Hasor* toto cœlo diversa ab *Hasor Galilææ* [c]. ¶ *Carcaa*, קַרְקָעָ] Sym. vertit, γῆν, *terram*, (sign. enim קַרְקַע Hebræis *solum*, *fundamentum*;) qu. non esse loci certi proprium putaverit [d].

4. *In Asemona*] Fortassis est illa חַשְׁמֹן quæ mansio erat 26. nam *Heth* & *Ain* alternant [f]. ¶ *Ad torrentem Ægypti*] Vide suprà 13. 3. & Numer. 34. 5 [g]. ¶ *Hic finis meridianæ plagæ*] Heb. *Iste erit vobis terminus Austri*, Ma. Istorum autem finium longitudo est universum illud intervallum quod ab extremitate Asphaltitidis ad Rhinocoluram usque patet, juxta quam, apud parvum illud Nili brachium, erat nostra עַצְמוֹן *Asmon*. Porrò, hæc clausula, *Iste erit vobis limes*, &c. apostrophen continet, ut videtur, absurdam. Sed alludit, opinor, ad illa verba quibus in Numeris hi ipsi fines sunt descripti: alloquitur enim illic Moses Israelitas [h]. Alii autem Enallagen personarum esse volunt, & לָכֶם positum pro לָהֶם, *terminus eorum* [i].

[g] Mas. [h] V. * G. [i] Bo. [k] Me. [l] G. Me. [m] G. [n] Me. [o] V. [p] G. [q] D. [r] Mas. † Ma. [t] Mas. [v] D. [x] V. [y] Mas. [z] D. [a] Mas. [b] V. [c] Mas. [d] Idem. [f] Mas. in D. [g] Ma.

5. *Ab oriente*] Orientis fines tribus verbis ostenduntur, ipsum, scilicet, *mare Salsum* [k]. ¶ *Ad extrema Jordanis*] i. e. Usque ad eum locum in quo Jordanis influit in mare Salsum [l]. Est autem maris hujus longitudo, (ab Austro in Septentrionem, Mas.) juxta Josephum, *Belli* 5. 5. 580 stadia, juxta Plin. 5. 16. centum mil. pass. latitudo, juxta Joseph. 150 stadia, juxta Plin. 25 mil. passuum [m]. Non procedit hic limes orientalis ultra longitudinem maris Salsi [n]. ¶ *Et ea quæ respiciunt ad Aquilonem*, &c. וּגְבוּל לִפְאַת צָפוֹנָה מִלְּשׁוֹן הַיָּם מִקְצֵה הַיַּרְדֵּן] *Et terminus anguli* (vel *plagæ*, Ar. vel *lateris*, V. vel, *in latere*, M. vel, *in angulo*, Ti.) *Aquilonis à lingua maris, ab extremo Jordan*, vel, *ab extremitate*, (sive *termino*, V.) *Jordanis*, Mo. M. Ti. מִלְּשׁוֹן hîc vertunt, *à summitate*, o'. *à littore*, Jon. *à petra*, M. P. Incipit *à promontorio*, vel, *ab excursu altero maris*, V. scilicet, in terram, V. ad ver. 2. *à sinu*, JT. Mas. Bo. Vix credibile est, & in Australi illa maris istius extremitate, & rursus in Aquilonari hac, rupem aut scopulum fuisse quem *linguæ* verbum significavit: sinum autem utrinque fuisse certum est [o]. Inchoat hîc Aquilonaris terminus ubi definit terminus orientalis. De hac eadem lingua agitur Jos. 18. 19. ubi terminus Australis Benjamin describitur, qui idem est cum termino Aquilonari Judæ [p]. Junius & Tremel. locum sic vertunt, *Terminus verò ad latus Aquilonare, à sinu istius maris, pars Jardenis*: i. e. ab extremitate Jardenis partem ejus usque ad lacum Genesareth Juda maximam possedit, etiamsi quarundam tribuum fines in ipsum Jardenem inciderent. Hâc ratione fiebat ut fines Napthali ad Jardenem essent Judæ contermini, ut habetur infrà 19. 34 [q]. Sed falsum omnino Judæos fines ad lacum Genesareth pertigisse [r].

6. *Ascenditque terminus*] *Ascendere* dicuntur homines ad Jerusalem, indè verò *descendere*: unde probabile fit, urbem istam in excelsissimo extitisse loco †. ¶ *In Beth-hagla*] Ea erat in tribu Benjamin, Jos. 18. 21 [t]. Tertio ab Hierichunte lapide, secundo ab Jordane, abfuit, teste Eusebio [v]. Hæc Gen. 50. dicitur *area Atad* [x]. Non placet Masio; quia non illàc iter erat ex Ægypto Hebronem [y]. Verùm supponit hoc Josephum cum suis rectâ viâ Hebronem advenisse, cùm probabilius sit eos per desertum venisse [z]. ¶ *Et transit*] i. e. Ultrà tendit limes [a]. ¶ *Ab Aquilone in Beth-araba*] Ità M. o'. Alii, *ad Betharaba*, P. Ti. Al. *à septentrione Beth-Arabæ*, JT. Al. *transibant Betharabam ab Aquilone*, Mas. Tripliciter intelligi potest. Vel, 1. ut terminus *Beth-arabam* ab Aquilone relinqueret. Sic intelligi debet si in tribu Benjamin fuerit. Vel, 2. ut terminus transiret ab Aquilone respectu Beth-Arabæ. Ità accipiendum est si Tribui Judæ adscribatur. 3. Ut terminus in ipsam veniat *Beth-arabam*. Qui sensus videtur simplicissimus. Sic *Beth-araba* utrique Tribui communis erat: Hîc enim ver. 61. est in tribu Judæ; & Jos. 18. 22. in tribu Benjamin ponitur. Solent nimirum urbes in finibus positæ utrique Tribui non semel adscribi [b]. Videntur hæ duæ Tribus nonnullas urbes in confinio positas communi jure tenuisse [c]. בֵּית עֲרָבָה autem sign. vel, *campestrem domum*; ità Chald. & Sym. in Mas. *domum planitiei*, Ar. vel, *domum solitudinis*; posita enim erat in vasta solitudine [d]. Constat in iis locis fuisse desertum Jericho †. Annumeratur verò illa urbs cum iis quæ in deserto exstabant [f]. ¶ *Ad lapidem Bohen filii Reuben*] [Sim. omnes.] Nihil habuit ea Tribus cis Jordanem: sed locus videtur ab hoc Bohane Reubenita denominatus, propter rem aliquam gestam ibi quæ ipsum attingat; sicut infrà v. 37. *Migdal-Gadis* dicitur [g]. Illud perspicuum videtur, nomen recens esse [h]. Mos est scriptorum rerum sacrarum, ut recentissima quæque nomina usurpent; vetustiora, nisi locorum celebriorum, dissimulent silentio [i]. Alii vertunt, *Eben-bohan*. Nomen est loci, V.

[h] Mas. [i] o'. in Mas. M ex K. [k] Mas. [l] V. sim. Mas. Bo. [m] Bo. Mas. [n] Bo. [o] Mas. [p] Bo. [q] Jun. [r] Ma. † Mas. [t] Bo. [v] Mas. [x] La. Bo. Me. [y] Mas. [z] Bo. [a] Ma. [b] Bo. [c] Mas. [d] Mas. Bo. † Bo. [f] Mas. [g] Jun. [h] Bo. Mas. [i] Mas.

7. Ad

7. *Ad terminos Debera de valle Achor*] Sensus est, Terminus progreditur usque ad terminos Debera, pertransitâ prius valle Achor [k]. ¶ וְעָלָה הַגְּבוּל דְּבִרָה מֵעֵמֶק עָכוֹר] *Et ascendit terminus in Debir* (vel, *ad Dabir*, Jon. Sy. vel, *Debiram*, JT.) *à valle Achor*, M. P. Mo. Ti. JT. sim. Mas. At RS. sic exponit, funiculum ductum esse inter lapidem *Bohan* & *Dabir* per vallem *Achor*. Id si ità est, ut sanè præ se ferre videntur Hebræa verba, ista vallis Achor haud universa fuit Aquilonaris urbi Jerichunti; alioquin Jericho Judæorum esset, quam certum est Benjamitarum fuisse. Conjicio vallem istam longiusculè porrectam fuisse ab Austro in Septentrionem [l]. Non est hæc illa *Debir* prope *Hebronem*, de qua v. 15. nec illa ultra Jordanem, de qua Jos. 13. 26. sed tertia ab his distincta [m]. Hæc enim non procul ab Jerichunte abest. At ο'. pro דְּבִרָה videntur legisse רְבִיעָה, nam vertunt, *ad quartam partem vallis Achor* [o]. ¶ *Contra Aquilonem respiciens Galgala*] Sim. M. P. Mo. JT. h. e. Versus Aquilonem habens Galgala [p]. *Fines* autem qui hîc *aspicere*, cùm de Benjamitis agitur *se sinuâsse*, dicuntur, *in Septentrionem usque ad Galgala*. *Aspicere* igitur pro attingere quidem, sed non amplecti, nec intrò recipere, dictum est [q]. Quòd si termini Tribûs Judæ Aquilonales respiciunt Galgalam Aquilonem versùs, ergò necesse est eam extra Judæ terminos fuisse; nec in tribu Juda erat, ut sensit Hieron. sed in tribu Benjamin, ubi cæteri omnes eam locant; & ità certè videtur ex Jos. 4. 19 [r]. Aliis autem alia est hæc *Galgala* ab ea juxta Jordanem, ubi Josue habuit castra †. Probatur. 1. Termini longiùs jam à Jordane processerunt quàm ista Gilgal [t]. 2. Hæc Galgala erat vicina *clivo Adummim*, quem certum est exstitisse inter *Jerusalem* & *Jerichuntem*; illa autem altera Galgala propiùs quàm Jericho abfuit ab Jordane [v]. 3. *Galgala* hujus versûs c. 18. in Hebræo vocatur גְּלִילוֹת [x]. [At alii hunc locum aliter accipiunt, & τό צָפוֹנָה referunt ad antecedentia; ex valle Achor *ad Aquilonem usque*, Sy. vel, *Aquilonem versùs*, Ar. Et quod sequitur, פֹּנֶה אֶל־הַגִּלְגָּל, per se ponunt, reddúntque, *flectitur versùs Galilæam*, Sy. nempe, quia *Geliloth* vocatur, c. 18. ut jam dictum: *pergens ad Gilgal*, Ar.] ¶ *Quæ est ex adverso ascensionis Adummim*] Locus hic sic dictus est, quia in clivo & loco editiore situs est. Quin & Adrichomio mons est, & quidem pars montium Engaddi [y]. Porrò, *Adummim* sign. *rufos*, quòd sæpe illic viatores saucii à latronibus sanguine ruberent. Et ad hunc ipsum locum inter Jerusalem & Jericho Christum alludere volunt Luc. 10. 30 [a]. ¶ *Ab australi parte torrentis*, אֲשֶׁר מִנֶּגֶב לַנָּחַל] Ambiguum est quò refertur pronomen אֲשֶׁר [b]. [Q. referunt *ad ascensum Adummim*: ità Mas. Jon. Alii verò ad *Galgala*: ità Latinus in Mas. Sy. M. P. Ti. Mo.] ¶ *Fons solis*, אֶל־מֵי עֵין שֶׁמֶשׁ] *Ad aquas fontis solaris*, M. Jon. *prope fontem Semes*, Sy. *ad aquas Ein Shemesh*, P. Ti. JT. Mo. ¶ *Erunt exitus ejus*, &c. Desinit in Enrogel [c]: אֶל־עֵין רוֹגֵל] *Ad Ein Rogel*; P. Mo. V. *ad fontem Rogel*, M. Ti. JT. Sy. Sign. *fontem fullonis*: sic dictus est, quòd ibi fullo pedibus suis calcans pannos abluat [d]. Fortasse exceptæ elicibus ejus aquæ fullonum officinis serviebant †. Favet huic conjecturæ, quòd prope urbem esset *ager fullonis*, in quo scil. fullones pannos exsiccabant [f]. Erat autem *Enrogel* proximè ad Jerusalem, ut liquet ex 1 Reg. cap. 1. vers. 9, 41 [g].

8. *Ascenditque per convallem filii Hennom*, גֵּי בֶן הִנֹּם] Ad *vallem* (vel, per *vallem*, JT. G.) *filii Hinnom*, Jon. Sy. sim. JT. *Gehennom*, Mas. *Gehennam*, Ar. *Vallis Hennom* locus fuit suburbanus, olim amœnus admodum, & Cedronis aquis riguus. Ea amœnitas multorum fuit scelerum occasio. In ejus parte, *Topheth* dicta, liberos suos Molocho sacrificabant; eámque idcirco Josia sordibus contaminavit [h]. Nota hîc *ascendendi* verbum usurpari, quia hactenus à Jordane & mari Mortuo, in quod aquæ Hieros. defluunt, funiculum duxit; sicuti contrà, Jos. 18. 16. *descendendi* verbo utitur, quia inversum ordinem sequitur; non habitâ ratione singularium locorum, cùm ibi funiculus in montem *descendere*, & hîc in vallem *ascendere*, dicitur. Sic Luc. 10. *Homo descendebat ab Jerusalem in Jericho*, nempe, quia Jericho Jordani erat propior [i]. ¶ *Ex latere Jebusæi*, אֶל־כֶּתֶף הַיְבוּסִי] *Juxta*, vel *ad latus* (vel *humerum*, Mo. *promontorium*, Ar.) *Jebusæi*, M. P. Ti. Jon. Sy. *ad latus urbis Jebusæorum*, JT. Porrò, *Jebus* & *Jebusæum* vocatam esse olim *Jerusalem* est res testatissima [k]; Jos. 18. ult. Jud. 19. 10. & 1 Paral. 11. Maximè verò sic dicta est pars illa montis Sion Australis quam Jebusæi supra modum munierant [l]. ¶ *Ad meridiem*] Significat Jebusæum respectu funiculi jam producti fuisse ad meridiem. Unde nota funiculum hunc incidere in Jerusalem, ibíque habere Jebusæum, seu arcem Sion, ad meridiem; quæ arx proinde incidebat in sortem Judæ. Erat autem arx Sion totius Hierosolymæ maximè Australis. ¶ *Hæc est Jerusalem*] Non quidem tota, sed urbis pars una [n]. Qu. Quomodo hîc Jerusalem est in tribu Judæ, cùm alibi dicatur esse in tribu Benjamin, (prout omnes ferè tam Catholici quàm Rabbini existimant, juxta Deuter. 33. 12 [o]?) Resp. 1. Jerusalem propriè erat in sorte Benjamin, Jos. 18. ult. Jud. 1. 21. Joseph. Antiq. 5. 1, 2. Tribui autem Judæ confinis: unde postea, Benjamitis aut conniventibus, aut invitantibus, Judæi Jebusæos Jerusalem occupantes ex ea expulerunt, urbémque jure belli sibi vendicârunt. Sicut David Ziglag, quæ hîc Simeonitis annumeratur, Philistinis extorsit, suæque Tribui Judæ adjunxit, 1 Sam. 27. 6 [p]. Resp. 2. Aliqua pars Jerusalem pertinuit ad tribum Juda, ut verba sequentia docent. Hinc Esdr. 11. 4. tam filii *Juda* quàm *Benjamin* in Jerusalem habitâsse dicuntur [q]. ¶ *Inde se erigens ad verticem montis*] Mons hîc *Moria* intelligitur, ad cujus verticem se erigens funiculus majorem Benjaminitis portionem relinquebat, in qua Templum exstructum; minorem, Tribui Judæ. Constat enim, 1. montem *Sion* & arcem Jebusæorum fuisse in tribu Judæ. 2. Inter montes *Sion* & *Moria* solam voraginem *Mello* intercessisse, & per eam nec funiculum *Judæ* Aquilonarem, nec *Benjaminis* Australem, Jos. 18. ductam fuisse, sed ad latus per montem, montísque verticem [r]. ¶ *In summitate vallis Rephaim*, בִּקְצֵה עֵמֶק רְפָאִים] *In extremo* (vel *finibus*, Jon.) *vallis Rephaim*, Mo. sim. JT. Mas. vel, *gigantum*, Sy. vel, *fortium*, Jon. Propè ad Jerusalem pertinuisse videtur ex 2 Sam. 5 †. & ex Joseph. Antiquit. 7. 4. Nunc sensus loci est, *qui*, scil. mons, *est è regione vallis Hennom ad occidentem*, qui deinde idem mons terminatur ab altera parte in extremitate vallis Rephaim [t].

9. *Inclinatúrque*, וְתָאַר הַגְּבוּל וגו'] *Et designabitur terminus à capite montis*, Mo. *Circuit*, vel *gyrat*, &c. P. M. Judæi omnes in Mas. *deflectit*, Ti. *excurrit*, ο'. & Sym. in Mas. *Et describitur*, vel *figuratur*, *terminus*. Alii, *Ducítque lineam terminus*, i.e. lineam arcuatam sive obliquam quasi circino facit. Vel, *Lineâ arcuatâ* (sive, *obliquâ*) *tendit terminus*, i.e. sese confert [v]. *Definit terminum istum à vertice montis*: Syntaxis Hebraica. Simile exemplum Psal. 10. 2. Pi. *Definit terminum istum mons*, &c. JT. Existimo תָּאַר esse *describere*, *figurare*, *& ductis lineis designare*; cùm certum sit תֹּאַר significare *formam* cujusque rei & *figuram* [x]. ¶ *Ad vicos montis Ephron*] Heb. *ad urbes*, &c. Sed quis sit mons ille *Ephron*, & qui ejus vici seu urbes, non facilè reperies. Est *Ephron* trans Jordanem, urbs munita, 1 Mac. 5. 46. Est alia urbs *Ephron* in Ephraim, 2 Paral. 13. 19. Ab his perspicuum est hunc montem *Ephron* distingui, ejúsque nulla fit infrà Jos. 18. mentio [y]. *Vicos* sive *oppida* quæ monti *Ephron* adjacebant intelligit Arias Montanus [z].

10. *Et circuit*, &c.] h. e. Non rectà procedit ab Ortu in Occidentem, sed circuitu quodam [a]. ¶ *Ad montem Seir*] Longè alius hic à *Seir* monte Idumææ. Dictus videtur שֵׂעִיר à *coma*, sicut & vicinus mons יְעָרִים à *sylvis*, quibus obsitus fuerit [b]. *Seir* quasi *pilosus*, ab arborum frequentia. Nota verò hîc inchoari terminos *Judæ* occidentales, nempe, secundùm primam amplitudinem; postea enim & *Simeon* iis includebatur, & nonnullæ urbes iis subtractæ Tribui *Dan* adscribuntur [c]. Dicitur autem hîc *flecti terminus in occidentem*, quia cùm indè ab illo monte quem *objacere valli Hennom* dicebamus adhuc excurrerit obliquè versùs Septentrionem, jam tandem rectà in Occidentem dirigitur [d].

In

k Bo. — l Mas. — m Ma. ex Mas. — o Mas. — p Bo. — q Mas. — r Bo. — † Ità La. Bo. Mas. — t Bo. — v Mas. — x La. Mas. — y Bo. — a Mas. — b Idem. — c V. — d La. sim. V. Ma. — † Mas. — f Bo. — g Mas. — h Mas. Bo.

i Bo. — k Mas. — l Bo. — n Bo. — o Bo. — p To. in La. — q La. — r Bo. — † Mas. Bo. — t Bo. sim. JT. — v V. — x Mas. — y Bo. — z Comment. in Josuen. — a Bo. — b Mas. — c Bo. — d Mas. ex RS.

¶ *In Cheslon*] Heb. *ipsa Chesalon*, Ma. *hoc jam est* (i. e. nominatur, Pi.) *Chesalon*, JT. ¶ *In Beth-sames*, [בֵּית־שֶׁמֶשׁ] Sign. *domum solis* †. Non longè abfuisse à Cariath-Jaarim docet Joseph. Antiq. 6. & 1 Sam. 6. 19, 21 [f]. Fuit hæc urbs sacerdotalis in tribu Juda, ut patet ex Jos. 21. 16. quanquam hîc inter civitates Juda non numeretur: verùm satis constat vel non omnes his capitibus recenseri tribuum civitates, vel certè earundem urbium diversa esse nomina. Quocirca malè hanc in tribu *Benjamin* collocat Hieron. & in tribu *Dan* Adrichomius [g].

11. *Accaron*, עֶקְרוֹן] Hinc, & magis ex vers. 45, 46, 47. patet *Accaron* & cæteras quatuor satrapias Philistinorum primitus pertinuisse ad tribum Juda, postea tamen partem earum Danitis cessisse, ut patet ex Jos. 19. 43. Et Tribus Juda *Accaron* expugnavit, non quòd ea ad se pertineret, sed quòd ipsis infesta erat, utpote vicina [h]. Præterea, nulli alii Tribui adscribuntur *Geth* & *Ascalon*, nec adscribi possunt, cùm inter cæteras, nempe *Gazam* & *Accaron*, interceptæ fuerint [i]. ¶ *In Jebneel*] Quin hæc sit Jamniarum altera, nihil dubito [k]. Probabile quidem hoc judico, sed non certum [l]. Solent Græci literam *Beth* in suam *Mi* sæpe convertere. Sitæ autem erant ambæ Jamniæ inter Diospolin & Azotum. Nostra hæc maritima erat, non autem quæ intus, ut Plinius loquitur, exstabat [m].

12. *Et magni maris*, &c. וּגְבוּל יָם הַיָּמָּה הַגָּדוֹל וּגְבוּל זֶה גְּבוּל בְּנֵי יְהוּדָה] *Et terminus maris ad mare magnum, & terminus: iste terminus filiorum Juda*, Mo. *Et terminus occidentalis ad mare magnum & terminum: iste term.* &c. P. *Terminus occidentalis* est, *quod* est *ad mare magnum & terminum ipsius: hic est term.* &c. JT. *Terminus verò occidentalis fuit mare magnum; fuitque terminus iste terminus filiorum Judæ*, M. [At Ar. quem sequitur Latinus, refert hoc ad finem versûs præcedentis, hoc modo, *& desinit ad Occidentem, versùs mare magnum.*] *Ad mare magnum*, sub. *contendit*, V. Mare magnum vocat Mediterraneum [n], quo nullum majus attingit Cananæam [o]. i. e. Terminus occidentalis situs est juxta mare Mediterraneum & terminum ejus, h. e. regionem finitimam mari Mediterraneo: q. d. Mare Mediterraneum & regio illi finitima efficiunt terminum ac limites occidentales ejus. וְזֶה גְּבוּל, *iste est terminus*, i. e. regio terminis definita [p]. Fines autem occidui extenduntur à Jabneel (ubi mare attingunt) ad torrentem Ægypti [q].

13. *Caleb filio Jephoneh dedit*] Quis dedit? Haud dubiè Josue, ex cap. 14 [r]. Vertunt, *dedit* Josue, Ti. M. Sy. JT. Verùm hactenus à principio capitis nulla de Josue facta mentio †. Alii passivè vertunt, *data fuerat*, Mas. rectè; Hebræi enim sæpe utuntur verbis activis absque supposito significatione passivâ [t]. Qu. Cur hæc narratio hîc occurrit, quum post mortem Josue ea res gesta fuerit? Resp. Ut intelligamus nec Dei promissa, neque Calebi spem, frustrà fuisse [v]. Huc addi possit, Achsæ dotem, ad cujus mentionem nos istius series narrationis ducit, ad divisionis materiam pertinere [x]. Hinc tamen colligitur, vel hujus libri scriptorem Josuam non fuisse; vel hæc aliáque non pauca ab alio hagiographo scriptore postmodum addita [y]. ¶ *Sicut præceperat ei Dominus*] Docet Josuam non temerè Calebo Hebronem extra sortem concessisse, sed jussu Dei, &c [z]. Sed quando datum est illud præceptum? Respond. Vel à Deo ipso immediatè, vel à Deo per Mosen [a]. ¶ *Cariath Arbe, patris Enac*] i. e. Civitas *Arbe*, qui fuit pater *Enac* gigantis, à quo prognati sunt Enacim [b]; ex quo factum ut Enacim proprio jure & hæreditario Hebron possederint [c]. Vel, *pater* hîc principem significat, & *Enac* pro gente Enacinorum ponitur [d]. ¶ *Cariath Arbe*] Non urbem, sed agrum. Urbs enim erit Levitarum, Jos. 21. 13 *. ¶ אֲבִי הָעֲנָק] *Patris gigantum*, i. e. celeberrimi inter gigantes †.

14. *Tres filios Enac*, &c. *Hanakæos*, JT. *filios Hanaki*, i. e. ex posteris Hanaki *: בְּנֵי עֲנָק] *Filios gigantum*, i. e. tres gigantes, sive tyrannos. Alii, filios Arba, gigantis celebratissimi. Et sic in fine versûs †. ¶ *Sesai, Ahiman & Tolmai*] Hi erant filii *Enac*, vel potiùs *Arbæ*, (& *Enac* pro Enacinis positum, ut diximus.)

† Bo. — f Mas. — g Bo. — h La. Bo. — i Bo. — k Mas. — l Bo. — m Mas. — n V. — o Mas. — p V. — q Mas. Bo. — r Bo. — † Bo. — t Bo. — v Mas. Bo. — x Mas. — y Bo. — z Mas. — a Bo. — b La. Bo. — c Bo. — d Mas. — * G. — † V. — * Pi. — † V.

Obj. At non est verisimile tres istos gigantes, quos exploratores à Mose missi viderint, Num. 13. 23. usque post mortem Josue vixisse, quos tunc Calebus expulerit [f]. Resp. 1. Quidni gigantes tamdiu viverent, cùm & Calebus unus fuit ex iis exploratoribus [g]? 2. Nomina ista non tam propria esse videntur quàm gentilitia, & sumuntur pro eorum posteritate; quomodo *Israelem* pro *Israelitis* accipimus [h]. Hanc historiam explicabimus ad Jud. 1. ubi suo ordine ponitur; hîc autem anticipatè [i].

15. *Venit ad habitatores Dabir*] Quidam hanc expeditionem eandem esse volunt cum illa Josuana cap. 10. 38 [k]: quæ videtur Calebo attribui, vel, quia pro Calebo suscipitur; ideo ipse præmium proponit primo occupanti [l]: vel, quòd is dux fuit agminis vel aciei quæ primùm Debiram est aggressa [m]. Alii omnino volunt expeditiones has diversas fuisse; quod & verius [n]. Verisimile est Cananæos primùm à Josue expulsos iterum eam insedisse [o], dum Israelitæ aut in Galgalis hærerent, aut aliis bellis detinerentur [p]. ¶ *Quæ prius vocabatur Kariath-Sepher*, קִרְיַת סֵפֶר] *Kiriath-Sepher*, M. P. Ti. Mas. G. Alii, *civitas Sepher*, Sy. Ar. *Civitas literarum*, Mas. G. vel, *librorum*, Mas. Sic dicta est, vel, 1. quòd erat academia Cananæorum, in qua literas librósque docebant [q]. *Gymnasium Phœnicum* Xenophonti [r]. Hinc dicta *Dabir*, quasi oraculum sapientiæ, à דָּבַר *loqui*, quòd eloquentia in ea doceretur. Hinc & *Cariath-Senna* dicitur, i. e. urbs acuminis, in qua, scilicet, acutè disserebatur; שָׁנַן enim est acuere †. Vel, 2. quòd priscorum Patrum veluti archivum fuit, in quo multa vetustatis monimenta post diluvium reposuerint, cùm in vicina Hebrone homines illi primi habitarent. Huic rei congruit nomen דְּבִיר, quod sign. *locum secretissimum*, & veluti *sacrosanctum, atque penetrale adytum*; qualia profectò habentur τὰ ἀρχεῖα & tabellaria. Fortè Chald. hoc voluit, cùm redderet, קִרְיַת אַרְכֵי. Videtur voce אַרְכֵי τὸ Græcorum ἀρχεῖον repræsentare voluisse *. Ità vertit Bochartus, *urbem archivorum* [t]. [At G. sic; Chald. vertit, *urbem bibliothecarum.*] Judæi fingunt sic dictam, quia Othoniel hîc Legis doctrinam jam tum exolescentem post Mosis excessum instauravit: verùm ante Othonielem id fuisse urbi nomen quis nescit [v]?

16. *Dabo ei Axam*] Qu. Cur hoc pollicetur? Resp. Non quòd præ ignavia aut diffidentia ex alius hominis viribus penderet spe; præsertim nunc superatâ maximâ belli difficultate: quin potiùs, victis gigantibus, cùm ipse ex ea victoria satis gloriæ consecutus esset, hanc quasi levioris operæ expeditionem sociis demandare voluit, ut cum eis rerum gestarum laudem communicaret; eóque & invidiam à se amoliretur, & singulorum in se officia remuneraretur. Præterea, arcanus hîc erat Dei instinctus, ut Othonielis virtus pervulgata foret, qui post Josuam conservator reipublicæ futurus erat: Et hac de causa istud & hoc loco & Jud. 1. tam accuratè consignatur [x]. Ingens (erat) potestas patria apud illas gentes in filiarum matrimoniis. Vide Jud. 1. 13. 1 Sam. 17. 25. Similia in Græcorum historiis habes de Oenomao, Schœneo, & aliis [y]. Intelligitur hæc promissio, salvâ lege ac libertate conjugii. Non enim cogi poterat filia ad nubendum cuicunque pater vellet, sed præsupponitur puellam in patris voluntate libenter acquiescere, ut solent honestæ virgines [z].

17. *Othoniel filius Cenez frater Caleb junior*, בֶּן־קְנַז אֲחִי כָלֵב] [Variè reddunt.] *Filius Cenez frater Calebi:* Ità Latinus, V. D. Mas. At hoc connubium lege prohibitum erat Levit. 18. & 20. si non apertè, saltem obscurè tacitéque, consectariâ quadam ratione, cùm amitam, item materteram, item patrui uxorem, duci lex prohibeat: sunt enim illæ paris cum fratris filia propinquitatis necessitudine conjunctæ [a]. Resp. 1. Q. ergò sic vertunt, *filius Cenez fratris Caleb*: Ità ο΄. (in Codice Vaticano, Mas.) Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Ca. ità Vulgatus in Jud. 1. 13. Quo fit ut *Othoniel* & *Achsa* patrueles sint; quos non erat nefas matrimonio conjungi. 2. Si vertas, *frater*, &c. testata res est in S. Scripturis *fratres* vocari cognatos [b]. *Cognatum*, vel *agnatum*, hîc habent JT. V. D. La. Mas. Pi. Observat

f Ma. Mas. — g Ma. — h Mas. Ma. — i Bo. — k Ma. — l Jun. — m Q. in Ma. — n Ma. ità Bo. Mas. Me. V. — o Ma. — p Me. — q La. Bo. ad v. 49. — r G. — † La. Bo. ad v. 44. — * Mas. — t BP. 2. 17. 855. — v Mas. — x Mas. — y G. — z E. — a Mas. — b Mas.

Neheman.

Neheman. ad Num. 10. ea nomina, ut vocat, adjectiva quæ in illiuſcemodi verborum conſtructionibus poſita ſunt ultimis locis referenda eſſe ad id cujus in ea oratione præcipua mentio eſt: veluti Iſa. 37. 2. יְשַׁעְיָהוּ בֶן־אָמוֹץ הַנָּבִיא, *Iſaias filius Amoz propheta*, non, *prophetæ*; Jer. 28. 1. חֲנַנְיָה בֶן־עַזּוּר הַנָּבִיא, *Ananias filius Azoris propheta*, & Num. 10. 29. לְחֹבָב בֶּן־רְעוּאֵל הַמִּדְיָנִי, *ad Hobab filium Revelis Madianitam*. Dices *Othoniel*, Jud. 1. dici *fratrem Calebi minorem*, qu. inter liberos unius parentis comparatio fiat. Sed id non eſt ità: verùm propter Calebi ætatem tunc an. 85. *minor* vocatur, qui novus fit maritus, & illius alterius gener [c]. Quòd autem *Othoniel* non fuit *frater* Calebi propriè ſic dictus, hinc manifeſtum eſt, quòd *Caleb* dicatur paſſim filius *Jephone*, at *Othoniel* ubique filius *Cenez*; itáque veriſimilius eſt *Caleb*, & *Cenez Othonielis* patrem, fratres fuiſſe [d].

18. *Qui cùm pergerent ſimul*, [וַיְהִי בְּבוֹאָהּ] Ad verb. *Et fuit in veniendo ipſa*, Mo. *cùm veniſſet* ad eum, Ang. Belg. *dum* (vel *quum*, Pi.) *conventura eſſet*, JT. συνελθεῖν. Vide Matt. 1. 18. Priuſquam conveniſſent in domum unam †. *Cùm ingreſſa eſſet ad eum*, M. *cùm ingrederetur ipſa*, Ti. V. Sy. *cùm veniret ipſa*, P. Maſ. D. ſub. *in domum ſponſi*, V. D. i.e. cùm eò itura eſſet. Nam בָּא ſign. & *venire*, & *ire* [f]. Verbo *veniendi* utuntur Latini, cùm ſponſam *domum duci* dicunt. οʹ. hîc habent ἐκπορεύεσθαι, nempe, ex domo parentum; alibi (Jud. 1. 14.) εἰσπορεύεσθαι, ſcil. in ſponſi domum [g]. Senſus eſt, Cùm deduceretur in domum ſponſi ſui [h]. Solet parentum animus tum in filias eſſe indulgentior, cùm eas nuptui collocantes tanquam amiſſuri videntur [i]. ¶ *Suaſa eſt à viro ſuo ut peteret à patre ſuo agrum*: at Hebræa contrariè habent [k]; nam & pronomen affixum eſt maſculinum, & verbum fœmininum [l]; וַתְּסִיתֵהוּ לִשְׁאוֹל מֵאֵת אָבִיהָ שָׂדֶה] *Et incitavit eum ad petendum à patre ſuo agrum*, Mo. M. V. vel, *incitaverat illum*, i.e. ſponſum, &c. Maſ. *ſuaſit illi ut peteret*, &c. P. Ti. Cœpit illi perſuadere ut peteret à patre ſuo agrum aliquem, h. e. regionem aliquam arabilem & fertilem [m]. Quia Achſa, verecundiâ quadam muliebri, & ſimul parentis reverentiâ, dotem aliam ipſa petere non audebat, virum incitaverat *. [Alii tamen ad Achſam referunt, hoc modò;] *Perſuaſit illi de petendo à patre ſuo agro*, Pi. JT. i. e. ut liceret ſibi petere [n]. *Hæc inter eundum (cùm à marito impetrâſſet ut à patre ſuo agrum peteret) gemebat*, &c. Ca. *Cúmque facta fuiſſet ejus uxor, ſolicitata fuit ad petendum à patre ſuo hæreditatem agri*, Sy. *Quam, cùm ingreſſa fuit, inſtigavit ad petendum à patre ſuo agrum quendam*, Ar. Axa impulit maritum, ut vel ipſe peteret, vel ſibi permitteret petere, ac ſuaderet quid in ea re foret melius: maritus autem annuendo reſpondit, & ſuaſit ut ipſa peteret [o]. Puellæ potiùs à ſponſo fuiſſe perſuaſum quàm ſponſo à ſponſa ſequentia docent, ſiquidem non ipſe, ſed ipſa, hoc petiit [p]. [Sed vide ſequentia.] ¶ *Suſpiravitque ut ſedebat in aſino*, [וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר] *Et exclamavit* (vel, *gemebat*, Ca.) *de aſino*, οʹ. Alii aliter: *Defixit ſe deſuper aſino*, Mo. *& demiſit ſe*, Jon. Ti. vel, *dejecit ſe*, V. *delapſa eſt*, M. *deſcendit*, P. *deſiliit de aſino*, V. D. Ità deſiliit acſi terræ infixa eſſet [q]. i. e. Deſcendendo de aſino quo vehebatur, conjecit ſeſe in pedes; cùm, ſcilicet, pater non acquieſceret petitioni ejus [r]. Cùm à patre domum vir eam ducturus in aſinum impoſuiſſet, deſiliit rurſus, nè ſine dote meliore veniret. *Incitabat ſponſum ad petendum*——*agrum* meliorem, ſuâ tergiverſatione ſcilicet, cùm *ſe* rurſus *de jumento demitteret*, & retractationem (quodammodo) ſimularet. Sed, utut hoc eſt, fœminarum indoles avara & procax, animúſque, ſi qua cupido inciderit, effrænis impoténſque ſui, denique, artificioſæ querimoniæ, atque opportuna, importuna votorum ſolicitatio, nobis in Achſa depingitur. R. Levi F. Gerſon ſic exponit; Petiverat ſponſæ monitu Othoniel dotem à ſocero, & impetravit. Sed cùm ager ſiccior eſſet, illa inſuper aquas poſcebat †. Suaſit Axa ſponſo ut peteret agrum, &c. ſcil. meliorem; ſed ſponſus verecundiâ impeditus id facere non eſt auſus: quare ſponſa ipſa compellandum ea de re patrem judicavit, & deſcendit de aſino petitura, &c [r]. Verbum צנח uſurpatur tantùm in hac

c Maſ. — d Bo. ad Jud. 1. 13. — † D. — f D. — g Maſ. — h V. Maſ. La. Bo. ib. — i Maſ. — k La. — l Bo. ib. — m V. — * Maſ. — n Pi. Jun. — o La. ſimil. Bo. — p Maſ. — q D. — r V. — † Maſ. — r Oſ. ſim. M.

narratione, & Jud. 4. 21. ubi Jael clavum *demiſit*, Maſ. (vel, *defixit*, ſic ibi omnes vertunt, Bo.) *per Siſaræ caput in terram* [v]. Judæi hîc vertunt, *propendere ad caſum*; quaſi puella non deſcenderit, ſed deſcenſum aut caſum inclinato corpore minata ſit: alii, *magnâ vi ſe dejicere*; ego, *demittere* [x]. Verto, *deſcendere* de aſino. Id enim reverentiæ ſignum, Gen. 24. 64. Vide Valer. Max. 2. 10. 4 [y]. *Deſcendit*, ut ad patris genua provoluta impetraret quod volebat. Alii vertunt, *& confixit ſe deſuper aſinum*, fingens languorem, aut mœſtitiam, inclinata ſuper jumentum †. Verto, *exſpectavit inſidens aſino*, ad verbum, *de ſuper aſinum*. Senſus eſt, Quum ingreſſura eſſet ad maritum, perſuaſit ei ut, antequam convenirent, agrum à patre ſuo poſtularet; quod ut protinus effectum daretur, manſit ſuper aſinum, exſpectans rei iſtius ſucceſſum. Unde cùm cauſæ aliquid ſubeſſe pater facilè colligeret cur filia non deſcenderet, nec ad maritum introiret, rogavit quid ei eſſet. Τὸ צנח ſic accipio, quia Æthiopicè adhibetur pro *manere*, Matt. 15. 32. Marc. 8. 2. & pro *exſpectare*, Luc. 1. 21. Convenit etiam hæc ſignificatio illi alteri loco, nempe, Jud. 4. 21. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ, *& manſit in terra*, nempe, clavus; i. e. tantâ vi tranſverberavit clava tempus, ut in terra hæſerit *.

19. *Da mihi benedictionem*] [Ità omnes.] Benedictio hîc intelligitur, quæ efficax redditur bona præſtando [z]. i. e. Munus [a]. Aliquid profectum à Dei benedictione, ſeu beneficentiâ *. בְּרָכָה pro *munere* ſumitur Gen. 33. 11. 1 Sam. 25. 27. & 2 Cor. 9. 5 [b]. Mos erat priſcis patribus, ut ſolennibus votis favorem Dei ſuis liberis veluti diſpenſarent, cùm ipſis aſſignarent ſuam hæreditatem. Huc alludit Achſa [c]. בְּרָכָה *poſſeſſionem* vertit Ch. *donum*, Ti. *acceſſionem fortunarum*, K. Quæ ejus verbi propria notio eſt, ut conſtat ex dictis c. 14. 13. Exiſtimat etiam K. poſſe legi בְּרֵכָה, & verti, *piſcinam*, ex qua aridior fundus rigari poſſit [d]. Acutè & appoſitè ſagax puella uſa eſt voce quæ & benedictionem & aquæ copiam ſignificaret †. ¶ *Terram auſtralem*, &c. [כִּי אֶרֶץ הַנֶּגֶב נְתַתָּנִי] *Quia terram meridiei*, vel *auſtralem*, *dediſti mihi*, Mo. M. נְתַתָּנִי pro נָתַתָּ לִּי [f]. *In terram Nageb* (alii cod. habent νότου) *dediſti me*, οʹ. Putant præpoſ. אֶל deeſſe ante אֶרֶץ [g]. *Dediſti terram aridam*, P. ſim. Ti. V. JT. Ad verb. *ſiccitatis*, V. i. e. ſiccam: (נֶגֶב Chald. *ſiccum* ſign.) Auſtralem, ac proinde ſiccam; ea enim pars ſiccior eſt reliquis mundi partibus [h]. q. d. Ea terra, propter ſitûs conditionem, & quia carebat aquis, arida erat & ſterilis [i]. Sed cùm apud nos ii agri vel colles vitibus conſiti qui Auſtrum ſpectant ferè fertiliores ſunt, miratur Abulenſis cur terra ſicca *Auſtri* dicatur. Verùm non eædem ubique terrarum ventis inſunt conditiones [k]. Auſter in Europa pluvius eſt & fœcundus: Judæis tamen, utpote à vaſta Arabiæ ſolitudine ſpirans, eſt calidus, urens & ſiccus [l]. Loca ibi Auſtralia Solis æſtu concoquuntur, nec pluviâ irrigantur [m]. [Q. τὸ נְתַתָּנִי aliter vertunt:] *In terra meridionali collocâſti me*, Sy. vel, *matrimonio me junxiſti*, Ar. [Ità deficit ב ante אֶרֶץ, quod frequens eſt.] *Auſtrale ſolum* ſiccum dici oſtendimus Joſ. 11. 16 [n]. τὸ נֶגֶב ſignificare *ſiccitatem*, videtur colligi ex antitheſi *aquarum* [o]. ¶ *Junge & irriguam*, [וְנָתַתָּה לִי גֻּלֹּת מָיִם] *Et dabis mihi revolutiones aquarum*, Mo. *des mihi ſcaturigines*, &c. JT. V. Pi. *fontes*, P. D. Unde ſcilicet poſſim irrigare terram arentem [p]. *Vortices aquarum*, i. e. ſcatebras illas è quibus, quaſi terræ venis, ebullientes aquæ volutatim protrudi videntur [q]. *Convolutiones*: Sic vocantur ſcaturigines, quia aquam erumpentem convolvunt, & multos quaſi globulos efficiunt, ínque ſuperficie circulos pariunt [r]. *Da mihi irriguam aquis*, Ti. Commodè exprimit, *Da mihi*; q.d. Quæ conjugi tribuiſti, ea illius meritis adſcribi oportet, nimirum Kiriath-ſepher; mihi verò, hoc eſt, in meum privatum jus, nihil hactenus dediſti quo teſtari paternum amorem volueris †. Qu. Quid per has ſcaturigines intelligitur? Reſp. 1. Q. ipſos fontes duntaxat intelligunt [r]. Neque verò vulgare donum æſtimari debuit jus eliciendi derivandíque aquas in ſuum agrum è fonte quopiam; cùm univerſa Cananæa ſiccior erat, & pluviis perpe-

v Maſ. Bo. — x Maſ. — y G. — † Mo. — * Di. ad Jud. 1. 14. — z Bo. — a V. D. Bo. — * Pi. — b Bo. — c Maſ. — d Maſ. — † La. ex Mont. — f He. in Maſ. — g Maſ. — h D. — i Me. — k Bo. — l La. — m Bo. — n Maſ. — o Pi. — p V. — q Maſ. — r Pi. — † Mont. — r Ità D. Caj. in Bo. Maſ. Magal. in †.

tuò opus haberet, Deut. 11. 11. Vide Gen. 21. & 26[t]. 2. Alii intelligunt agrum in quo fontes erant[v]. Sic Chald. habet, *Da mihi locum irriguum aquis.* Metonymia adjuncti: Contentum pro continente & locatum pro loco sæpe ponitur[x]. Neque opportunum esset aquas filiæ donare, & agros illos vel sibi retinere, vel aliis concedere qui aquarum deducendarum servitutem sine ullo suo emolumento perpeterentur[y]. Si quis cum fontibus agros datos fuisse velit, cum eo non pugnavero de re obscura[z]. ¶ *Dedit illi irriguum superius & inferius,* וַיִּתֶּן לָהּ אֵת גֻּלֹּת עִלִּיּוֹת וְאֵת גֻּלֹּת תַּחְתִּיּוֹת] *Dedit ei scaturigines superiores & inferiores,* JT. vel, *irrigua superiora,* &c. M. P. Ti. Qu. Quid per hæc intelligitur? Respondeo, Duæ scatebræ; quarum altera superiore loco, altera inferiore, fuisse videtur[a]. Fontes in locis superioribus & in locis inferioribus, quos in terram arentem deduceret[b]. *Scaturigines superiores* sunt fontes erumpentes è terra; *inferiores,* putei[c]. Putei effossi; nam & putei sunt velut fontes subterranei[d]. Dedit *scatebras superiores,* quibus clivosa, & *inferiores,* quibus planiora, loca irrigari possent[*]. Alii de fundis irriguis, ideóque fertilibus, accipiunt[†]. Dedit agrum in quo erant fontes in parte superiore & inferiore[f]. Dedit agros & fundos montanos & declives fontibus aquísque irriguos[g]. Dedit fundum in locis altioribus, sive montanis, & in locis inferioribus, seu planis[h]. Terram irriguam superiorem & inferiorem sic vocat comparatione illius terræ quam priùs arentem acceperat[i]. Itaque hi ferè duos fundos dotales de novo datos volunt: Mihi autem videtur unicus tantummodo dotalis fundus fuisse ei à Calebo datus; at is *irriguum superius* dicitur, quòd pluviis supernè irrigaretur; & *inferius,* quòd infernè rivulis & fontibus. Siquidem præcipua agrorum fœcunditas ab aquis, maximè pluviis, proficiscitur, Deut. 11. Isa. 30. Ezec. 34. Ad quas si terrestris irrigatio à fontibus & rivulis accesserit, jam ei solo nihil deest[k]. Qu. Quomodo Achsa agrum impetrat, cùm filiæ (nisi quo casu deessent filii) à fundis hæreditariis excluderentur? Resp. 1. Poterant & fundi filiabus dari, cùm illæ tribulibus suis nuberent[l]: siquidem hâc ratione non transferebantur fundi de tribu in tribum[m]. 2. Non dubium est potuisse agros & fundos filiæ in dotem assignari usque ad annum Jubilæi; nam eatenus etiam externo eos vendere poterant[n]. Dedit ei irriguum in dotem; neque id ex lege aut more, sed ex liberalitate[o]. Dedit ei fundum, licèt tres fratres habuerit, 1 Chron. 4. 15[*].

20. *Hæc est possessio tribûs filiorum Juda*] Repetitur illud quod vers. 12. dictum fuerat; quia quæ indè sunt adhuc narrata de Calebo & Othoniele atque Achsa, ea per digressionem, & tanquam παρένθετον, dicta sunt, propterea quòd ad Judaicæ hæreditatis distributionem pertineant[p].

21. *Erántque civitates ab extremis partibus filiorum Juda,* &c.] Possis vertere, *partim filiorum Juda*: nam partim erant Simeonis, infrà 19. 1,—9[q]. Jam singillatim enumerantur urbes tunc celebriores, non quidem, ut videtur, omnes ordine, sed plurimæ tamen[r]. Non omnes: nam omittuntur duæ Philistinorum satrapiæ, *Geth* & *Ascalon*; item tres urbes sacerdotales Jos. 21. 14, 15, 16. necnon *Bethlehem,* sive *Ephrata,* de qua Gen. 35. 16. & Jud. 19. Quin & aliæ urbes postea ædificatæ non sunt, de quibus hîc non agitur, sed de iis quæ Cananæorum erant ante adventum Israelitarum[†]. Numeravit Josua solùm civitates in terminis seu limitibus Jehudæ, & non mediterraneas[*]. Magnus autem urbium numerus certum est fœcunditatis Terræ promissæ indicium. Nos singulas non persequemur describendo; cùm quia multarum situs atque conditio non magnopere ad S. historias rectè percipiendas conducit, tum etiam quia à nobis ipsis parùm cognitæ sunt. Fit autem Catalogi initium ab eo ferè loco à quo & finium, h. e. ab ultima ora maris Mortui versùs Occidentem, ubi Cananæa est Idumææ affinis. Indéque procedit propè ad Gazam & mare Mediterraneum[t].

22. *Adada*] Heb. עַדְעָדָה; ὁ'. *Gadgada.* Solent enim illi ferè Ain per suum Gamma repræsentare[v].

t Mas. v Sic V. Bo. Mont. La. Glas. x Glas. rhetoric. p. 55. y Mont. z Mas. a Mas. b Caj. in Bo. c Q. in V. d E. * T. † Bo. f V. E. L. g La. h Theod. & Ser. in Bo. i To. in Bo. k Bo. l Mas. Bo. m Bo. n Bo. o G. * Li. p Mas. q G. r Mas. † Bo. * M. t Mas. v Mas.

23. *Asor,* חָצוֹר] *Hasor* trium urbium nomen est in hujus Tribûs hæreditate: alia, v. 23. alia, v. 25. & tertia, quæ חֶצְרוֹן *Hesron* dicitur. Cur enim eadem urbs in uno catalogo numeretur sæpius? At vocabulum חָצַר *Hasar,* quod pluribus locorum nominibus apponitur, ut, *Hasar-Sual, Hasar-Gadda,* &c. significat ea loca non esse muris cincta, sed pagos aut vicos esse[x].

24. *Ziph*] Ea duplex est in tribu Judæ: una in locis montosis propè Carmelum, vers. 55. hæc, ut videtur, in extremitatibus istis ad Austrum in quibus adhuc versamur[y].

25. *Carioth,* קְרִיּוֹת] Urbis nomen est, quamvis hoc neget R. Isaias, velitque *urbes* significare, eas, videlicet, quæ deinceps annumerantur. At hoc minimè consentaneum est interpunctionibus quibus S. verba distincta modò videmus[z]. Sign. *civitates,* quòd forsan multi vici contigui aut proximi unam Keriotham efficerent[a].

28. *Bersabee*] Australis terminus erat Terræ promissæ[b].

32. *Aen & Remon,* וְעַיִן וְרִמּוֹן] *Ain & Remmon.* Sic separatim leguntur infrà 19. 7. & 1 Chron. 4. 32. unde apparet duas civitates fuisse. Quia autem Nehem. 11. 29. conjunctæ sunt, Hen-Rimmon, videntur ità vicinæ fuisse, ut unam quasi civitatem constituerent[c]. Vel in unam urbem coaluêre processu temporis & ædificiorum, Neh. 11[†]. ¶ *Omnes civitates viginti novem*] Obj. At plures sunt, nempe 36, juxta Sy. & R. Isaiam, vel 37, juxta ὁ'. & Latinum, vel 38, juxta plerosque Judæos[d]. Resp. 1. 29 oppida fuerunt Judæ: 9, quæ restant, Simeonis[†]. Non placet. Nam describit hîc omnes urbes quæ primâ sortitione Tribui Judæ obvenerunt; necdum secrevimus Simeoniticas urbes à Judaicis[f]. 2. Erant tantùm 29 *urbium* nomine dignæ: cæteræ villæ aut pagi celebriores erant[g]. Hoc textus indicat, *omnes civitates 29, & villæ earum*[*].

33. *In campestribus verò,* &c. בַּשְּׁפֵלָה] *In planitie,* Mo. Sy. Ar. *in humili loco,* JT. Mas. Urbes quæ sequuntur in campis Judaicis positæ fuêre[h]. ¶ *Estaol*] Ea gemina fuisse videtur: una in tribu Juda, inter Azotum & Ascalonem, de qua hoc loco; altera in tribu Dan, de qua infrà cap. 19. 41. & Judic. 16. 31. Sed plerique unam & eandem putant, quæ fuerit sortis Judæ, sed limitanea Danitis, aut postea eis attributa; quod existimo rectius[i].

36. *Urbes quatuordecim*] Obj. At enumeratæ sunt quindecim. Resp. 1. *Gedera* & *Gederothaim* unius urbis duo nomina sunt[k]. Unde reddunt, *& Gederah,* sive *Gederothaim,* i. e. quæ *Gederah* dicta est quoque *Gederothaim,* quasi Gederah gemina, quòd fortè esset bipartita urbs, ut Jerusalaim[*]. 2. Vel, *Æna* non est *urbis* nomen, sed *fontis* apud urbem *Tappua,* de quo capite seq[l]. Verùm illa Tappua erat Josephitarum. 3. Inter ista nomina unum aliquod fuit quod non urbem, sed pagum, &c. significat. Porrò, mirandum non est si eadem nomina in diversis catalogis occurrant: Sunt enim ea diversis imposita locis. Nam *Socho* & *Zanoa,* quæ modò ut in campo sita oppida commemorata sunt, alibi dicentur in montibus esse collocata[m].

37. *Magdal-Gad,* מִגְדַּל־גָּד] Sic dicta fortè ab insigni aliquo facto Gaditæ cujuspiam, quemadmodum *lapis Bohan,* &c. versu 6. quem videsis[n].

38. *Masepha,* הַמִּצְפֶּה] Ea erat multiplex. Una in tribu Judæ, in finibus Eleutheropoleos, inquit Eusebius; & rursus alio loco ait Maspham Judaicam fuisse urbi *Cariath-Jaarim* vicinam[o]. Hîc (inquit Euseb.) habitavit Jephtha. Sed fallitur; nam ea Mitzpah non erat hæc Judaica, sed Galaaditica ultra Jordanem[p]. ¶ *Jectel,* יָקְתְאֵל] Hæc est *Petra Arabiæ.* Vide 2 Reg. 14. 7[q]. Hoc nomen urbi Arabum non datum ante Amasiæ tempora discas 2 Reg. 14. 7[r]. Et quidem circa Petram Arabiæ bellum istud Amaziæ gestum erat. Alii tamen *Petram* isto loco intelligunt saxum quoddam, aut rupem, in campestribus sortis Judæ, naturâ munitam; illam verò *Jokteel* eandem putant cum hac nostra: indéque colligunt hunc librum Josue nonnisi post tempora Regum Judæ fuisse reconcinnatum[†].

x Mas. Ma. y Mas. z Mas. a Ma. b Ma. c Jun. † G. d Mas. † G. V. Jun. He. in Mas. L. f Bo. Mas. g Mas. D. Ser. Bo. * Me. h Mas. i Ma. k K. in Mas. * Ma. l RS. in Mas. m Mas. n Ma. o Mas. p Ma. q Jun. r G. † Ma.

45. *Accaron,* [עֶקְרוֹן] *Ecron,* V. Describitur hisce versiculis universus ille tractus Philistinorum ab Accarone ad Rhinocoluram[t]. Omittuntur autem hoc loco duæ satrapiæ Philistinorum, *Geth* & *Ascalon,* quæ tamen & hîc comprehensæ censeri debent[v]. ¶ *Cum vicis & villulis suis,* [וּבְנוֹתֶיהָ וַחֲצֵרֶיהָ] *Et filiæ ejus (oppida ejus,* ό. Jon. *pagi,* Sy. JT.) *& villæ ejus,* Mo. ό. Sy. JT. *Filiæ* hîc sunt municipia[x]. *Ecron* metropolis & urbes illi subditæ[y].

46. *Quæ vergunt ad Azotum,* [עַל יַד אַשְׁדּוֹד] *Super manum Ashdod,* Mo. & alii: *prope,* vel *juxta, Ashdod,* ό. JT.

47. *Ad torrentem Ægypti, & mare magnum terminus ejus,* [וְהַיָּם הַגָּבוּל וּגְבוּל] *Et mare termini,* (vel, *terminans,* Q. in M.) *& terminum,* Mo. Alii pro הַגָּבוּל legunt הַגָּדוֹל, [quomodo Keri, sive marginalis lectio, habet,] quæ est potior lectio[z]. Vertunt, *& mare magnum & terminus,* P. Mas. Præcisè dictum est, pro, *& terminus ejus*[a]. Quomodo vertunt Jon. JT. Belg. V. *Et mare magnum limes* est, Ti. *& mare magnum terminus* eorum fuit, M. *Terminus* autem *maris* est ipsum maris littus cum suis urbibus & pagis villisque[b]. Ità interpretor, ut totum id Tribui Judæ adscribatur quod est ab Accarone usque ad torrentem Ægypti & mare magnum eò loci ubi hujus maris magni terminus est & extremitas; ibi enim littus illud occidentale finitur, & indè in Austrum inflectitur Ægyptiaco Africanóque littori describendo[c].

48. *In monte*] *In montanis,* JT. In locis excelsioribus[d].

49. *Cariath-Senna,* [קִרְיַת סַנָּה] Habuit hæc urbs tria nomina, *Dabir, Cariath-sepher,* & *Cariath-senna* †. Hoc nomen urbi datum à *spinis*[f], q. d. *Civitas Rubi*; sive quòd rubis abundaret, sive quòd rubus aliqua insignis ibi esset[g]. Atqui *spina* non סַנָּה, sed סְנֶה, vocatur. Conjicio igitur *Samech* pro *Schin* positum, ut sit à שָׁנַן, quod ad Doctorum disceptationes spectat, Deut. 6. 7[h]. *Schinan* Chald. & Syr. est, doctè & acutè dicere; שְׁנִינָה *Schenina* est, acumen ingenii. ό. hîc habent, *civitatem literarum*[i].

53. *Apheca*] Nomen erat plurium urbium in Cananæa[k]. Una erat Aseritica, de qua Jos. 12. 18. & 13. 4. Hæc Judaica videtur *Beth-Thapuchæ* proxima[l].

55. *Carmel*] Nabalis patria erat, ab Hebrone circiter 10 mill. pass[m]. Diversa hæc à monte illo Carmel maritimo sortis Aser & celebratissimo[n].

56. *Zanoe,* [זָנוֹחַ] At hæc inter campestres erat. Est ergò ista diversa, & fortassis prope illam in excelsiore posita loco: similiter atque de duabus *Socho* dictum est[o].

58. *Bessur*] Heb. *Beth-Tzur.* Ea duplex erat in tribu Judæ[p].

61. *In deserto*] מִדְבָּר dicitur, vel, à דָּבַר *ducere,* quòd pecora eò pascendi causâ ducantur; vel, à דָּבַר quod *ordinem rerum* sign. & מ privat. part. q. d. terra inordinata[q]. Ea loca מִדְבָּר vocant quæ vasta sunt, neque habitantur[r]; aut, quæ solis pecoribus nutriendis utilia sunt, non etiam segetibus; sive ab hominum cœtibus remota sint, sive aliquot habeant civitates atque pagos †.

62. *Et civitas salis*] Sic dicta, vel, quòd vicina erat mari Mortuo sive Salso; vel, quòd ibi uxor Lot versa est in statuam salis[t]; vel, quòd ibi essent salinæ[v]. Sic *Salsulæ* in Hispania dictæ, à salsis aquis[x]. Mihi videtur hæc urbs fuisse Segor illa de qua Gen. 19. 23[y]. ¶ *Engaddi*] Aliàs dicebatur חַצְצוֹן תָּמָר *Hasason-Thamar,* 2 Par. 20. 2. à *lapillis dactylorum*; aut, ut alii censent, à *densatis* illic *palmis* arboribus. Montes Engaddi valde prærupti erant atque præcipites[z].

63. *Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non potuerunt filii Juda delere*] Qu. 1. Quomodo hoc de Judæis dicitur, cùm idem planè dicatur de Benjaminitis Judic. 1. 21? Et ad quam tribum spectavit Jerusalem? Hîc enim & in Psal. 77. 66. Judæ adscribitur; at Gen. 49. 27. & Deut. 33. 12. (& Jer. 6. 1. Bo.) Benjamini tribuitur[a]. Resp. 1. Quidam statuunt urbem istam in medio relictam fuisse[b]. Verisimile est urbem fuisse limitaneam promiscuè Judæis & Benjaminitis inhabitatam, atque ad utrosque communiter pertinuisse, & nunc iis, nunc illis, attribui[c]. Atqui *hanc sententiam* designati limites Benjaminiticarum possessionum apertè refellunt[d]. Resp. 2. Credibile est plerasque urbes mutatas plurimùm fuisse postquam in Israelitarum potestatem sunt redactæ; inprimis Jerusalem, quæ ex angusto oppido in amplissimam exstructa est civitatem. Cùm igitur qui posterioribus temporibus sacram historiam, per diaria priùs dispersam, collegit, & in eos libros quos nunc habemus digessit, iis locorum nominibus utatur quæ suo seculo usitata erant, non mirum est si eandem unam urbem à diversis tribubus possessam videamus, cùm olim duæ fuerint, quæ deinde unis sunt mœnibus inclusæ. Sed de hac re dicendum iterum cap. 18 †. Resp. 3. Alii utrique Tribui suas in ea partes assignant[f]. Benjamitarum erat tota inferior urbs[g], quæ *Salem* dicebatur, & Septentrionalis erat[h]: Australior verò pars, h. e. mons Sion & urbis inferioris fortè modica pars, ducto funiculo per verticem montis Moria, in tribu Judæ fuit. Hinc Neh. 11. 4. dicuntur & Judæi & Benjamitæ habitâsse in Jerusalem[i]. Qu. 2. Quomodo hoc dicitur, cùm Jerusalem à Josue capta fuerit, Jos. 10. & Jud. 1. 8? Resp. Capta erat urbs, non arx, sive superior urbis pars; quod & Josephus Antiq. 5. 2. apertè declarat. Confer Jud. 1. vers. 8. & vers. 21. Dices, At ipsa urbs erat Jebusæorum, Jud. 19. 11, 12. Sed de hac re ibi vide[k]. Arcem tenebant Jebusæi: indè factum ut post obitum Josuæ sensim urbem totam rursus occupârint, uti occupârint Hebron & Dabir à Josue antè expugnatas: hinc necesse fuit ut filii Judæ Jerosolymam expugnarent post mortem Josuæ, quod factum Jud. 1[l]. Arcem autem habebant Jebusæi usque ad Davidis tempora, quia munitissima erat[m]. Qu. 3. Quare non poterant hos delere? Videtur hoc fortissimæ Tribûs gloriam obscurare, nè dicam pugnare etiam cum Dei promissis felicissimi ubique successûs[n]. Resp. 1. Obstiterant sibi Judæi socordiâ suâ, & sceleribus, quibus irritatus Deus opem suam subtraxit, juxta Jud. 2. 20[o]. 2. Jebusæi illi non erant de septem illis populis, sed originem trahebant à Jebus, qui erat de stirpe Philistæorum[p]. ¶ *Habitavit—cum filiis Juda,* [אֶת־בְּנֵי] *Juxta filios*; erant enim contigui Tribui Judæ[q]. Reliqui vertunt, *cum filiis,* Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. Ti. JT. ¶ *Usque in præsentem diem*] Hoc dicitur respectu temporis quo hæc scripta sunt[r]. Hinc quoque apparet neque à Josue, neque prope ejus tempora, scriptum, aut consummatum, hunc librum †.

CAP. XVI.

Caput hoc breve quidem, sed obscurum, ordóque paulò confusior est[a].

1. *Cecidit quoque sors filiorum Joseph,* &c.] Scil. Ephraim & dimidiæ Tribûs Manasse[b]. Unica enim fuit amborum fratrum, Manassis & Ephraim, sors in ista sortitione, ut explicatum à nobis suprà est[c]. Hæ ergò Tribus conjunctas possessiones habebant. Quò fit ut harum simul junctarum terminus Australis hîc describatur; quanquam in re sit terminus tantùm *Ephraim,* quæ ad meridiem habebat tribum *Benjamin,* à Septentrione *Manasse.* Cùm autem Jericho in *Benjamin* fuerit, hinc liquet Australes terminos describi; nam satis constat tribum Benjamin inter Ephraim & Juda interceptam fuisse[d]. Illud וַיֵּצֵא vertunt, *prodiit,* JT. vel, *exivit,* nempe, extracta ex urna †; vel, *egreditur,* sive *excurrit,* Q. in V. ¶ *Ab Jordane contra Jericho*] Heb. *de Jordane Jericho,* Ma. *ab Jardene* è regione *Jerichuntis,* JT. quâ parte fluit juxta Jericho[f]. ¶ *Et aquas ejus ab oriente: solitudo quæ ascendit de Jericho ad montem Bethel,* [לְמֵי יְרִיחוֹ מִזְרָחָה הַמִּדְבָּר עֹלֶה מִירִיחוֹ בָּהָר בֵּית־אֵל] Variè reddunt. *Ad aquas Jericho ad orientem, & desertum quod ascendit de Jericho per montem Bethel,* M. Ti. *Ad aquas Jericho ad orientem: desertum ascendens à Jericho in montem Bethel,* Mo. P. sim. vertunt JT. Belg. Os. Sy. *In montem Bethelem,* non *Bethelis*; nam הַר cum Cametz notatur[g]. Hinc patet montem ipsum *Bethel* dictum ab urbe[h]. Vel, *per montem ad Bethel,* Belg. vel, *per montana Bethel,* JT. V.

Margin notes (left column): [t] Mas. [v] Bo. [x] Mas. [y] V. [z] Ma. [a] Mas. [b] Mas. [c] Bo. [d] Ma. † Bo. Ma. [f] Q. in Mas. [g] Q. in Ma. [h] Mas. [i] Bo. [k] Mas. [l] Ma. [m] Mas. [n] Ma. [o] Mas. [p] Ma. ex Hi. [q] Ma. [r] K. in Mas. † Mas. [t] La. Bo. [v] La. Ma. [x] Ma. [y] Bo. [z] Mas. [a] Ma. [b] Q. in Mas. [c] Ma.

Margin notes (right column): [d] Mas. † Mas. [f] Mas. [g] Bo. [h] Me. [i] Bo. [k] Bo. [l] La. sim. Bo. [m] Po. [n] Mas. [o] Mas. La. [p] V. [q] V. [r] V. † G. [a] Bo. [b] La. [c] Mas. [d] Bo. † Pi. [f] V. [g] D. sim. Mas. [h] Ma. Mas.

Pertinétque ad eam tribum etiam *solitudo quæ ascendit de Jericho ad montem* quæ propè est urbi *Bethel*, Os. [His omnibus *desertum ascendere* dicitur, sic & Ch. in Mas. Sy. h. e. sursum porrigi.] Est autem desertum hoc *Beth-aven*, quod Jerichunti fuisse occiduum docet cap. 18[i]. Alii pro, *& desertum*, &c. legunt, *ad desertum quod ascendit*, &c. Ità P. Ang. Aliis non *desertum*, sed *sors*, *ascendere* dicitur, connectúntque עולה cum גורל. Ità Mas. ex RS. Bo. Ma. *Prodiit sors——ascendendo*, &c. Ar. Sic enim hæc explicantur Jos. 18. 12[k]. Porrò, *aquæ ejus*, i. e. Jerichuntis[l], distinguuntur ab *aquis Jordanis Jerichuntis*, súntque eæ aquæ quæ ex Elizæi fonte profluunt, è quo potissimùm Jerichuntia arva per elices & lacunas rigantur. Quod hîc dicitur, *ad aquas Jerichuntis*, planè illud est quod cap. 18. scribitur, *ad latus Jerichuntis à septentrione*: Fons enim ille erat versùs Septentrionem & Occidentem[m]. Vel מִי יְרִיחוֹ est nomen loci[n]. מִזְרָחָה נג verto, *ab oriente*: litera ה hoc loco nota est progressionis ab loco, non ad locum, ut solet. Id enim modò hoc verbo significatur, hanc finium designationem inchoari ab Oriente, h. e. à Jordane[o]. Notatum alibi à nobis נֶגְבָּה *ab austro*, יָמָּה *à mari*[p]. Porrò, rectè dicitur ab Jerichunte ascendi in montem; urbs enim ista, vel, veriùs, planities, (quam hîc significari malo,) circumquaque montibus tanquam theatro cincta erat[q].

2. *Et egreditur*] Funiculus scilicet mensorius[r]. ¶ *De Bethel Luzah*] *A Bethel Luzam*, vel, *Luzam versùs*, D. Mas. לוּזָה, *ad Luz*, D. At idem locus qui olim *Luza*, pòst *Bethel*, appellatus est, Gen. 28†. Resp. 1. Duplex erat *Bethel*; illa Gen. 28. & altera non admodum remota, à quodam Bethelita exstructa, de qua Jud. 1. 26[t]. Non placet Bo. Ma. Nam illa altera *Luza* longiùs aberat[v]. Vide quæ nos ad Gen. 28. 19[x]. Resp. 2. Priscis temporibus *Bethel* fuit alius locus à *Luza*, huic tamen vicinus. Dicit Jacob, Gen. 48. 3. *in Luza se visum vidisse*, quamvis certissimum sit, non in oppido, sed in agro, dormienti illud apparuisse[y]. *Luza* & *Bethel* erant primò duæ civitates, postea verò simul conjunctæ, ità tamen ut nomina sibi propria retinerent[z]. Resp. 3. *Luza* per appositionem hîc ponitur, & est cognomen *Bethelis*. Hebr. *de Bethel Luza*; i. e. de *Bethel* quæ antea vocabatur *Luz*, vel *Luza*[a]. *In Bethel Luza*, ο'. [Reliqui tamen vertunt, *à Bethel in*, vel *ad*, *Luz*. Ità Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. Ti. Ang.] ¶ *Transitque terminum Archi, Ataroth*, הָאַרְכִּי עֲטָרוֹת] Q. hæc verba dividunt, tanquam duo loca significarent[b]. *Arci* (vel *Arcæi*, JT. Belg. *Arcæorum*, V.) *in*, vel *ad*, *Ataroth*, Jon. M. Ti. JT. Ang. Belg. His favere videtur accentus Tiphra sub אַרְכִּי[c]. Prior locus est *Erec*, unde *Cuschai* dictus est *Arcæus*, vel *Erecæus*, 2 Sam. 16. *Hataroth* autem erat ager situs in termino Ephraim, Benjam. & Judæ. Quamobrem pro ratione termini variis nominibus distinctus est, infrà vers. 5. & 7. & 1 Chron. 2. 54[d]. Alii verò hæc verba conjungunt, *Archibataroth*. Ità P. Mo. Ca. ο'. & Latinus, inquit Mas. Unus locus est qui hîc vocatur *Archi Atharoth*, (q. d. *longa Atharoth*, Bo.) & vers. 5. necnon Jos. 18. 13. *Ataroth Adar*†, (q. d. *Atharoth illustris*.) Id hinc constat, quòd terminus Ephraim Australis hîc transit per *Archi Ataroth*; terminus autem Benjamin Aquilonaris, qui cum illo idem est, transit per *Ataroth Adar*, Jos. 18[f]. Nomen *Ataroth* sign. *coronam*; & pluribus urbibus accommodatur in Scriptura[g]. Ei epitheton additur, ut distinguatur ab altera Ataroth, de qua vers. 7[h].

3. *Juxta terminum Jephleti*] Qui *Phelethi* 2 Sam. 8. 18. & 15. 18[i]. mutato *Teth* in *Thau*[k]. Quibusdam est nomen gentilitium, à *Jephleth* filio *Aser*, 1 Paral. 7. 32. Verùm hîc in tribu *Joseph*, non *Aser*, ponitur[l]. *Japhletæi*, JT. id est, Japhletæorum, Pi. ¶ *Usque ad terminos Beth-horon inferioris*, גְּבוּל בֵּית־חוֹרוֹן תַּחְתּוֹן] *Ad terminum Bethhoron inferiorem*, P. Mo. Ar. Alii, *ad terminum Bethoron inferioris*, Jon. Sy. JT. M. Ti. sim. ο'. Mas. De utraque Bethoron, tum superiore tum inferiore, vide ad Jos. 10. 10[m].

4. *Possederúntque*, &c. וַיִּנְחֲלוּ וגו'] *Et hæreditatem*, vel *possessionem, acceperunt*, M. P. Ti. Sy. JT. *Possederunt*, scilicet, regionem illam[n]. *Diviserunt hæreditatem*, &c. nempe, quia duæ diversæ Tribus erant *Ephraim* & *Manasse*. Non magni interest an illico, an post cæterarum tribuum sortitionem, diviserint privatim ipsi inter se hæreditatem quam in commune unicâ sorte, ut dixi, acceperant: Posterius est probabilius. Sed neque illud maximi momenti est, an ipsi sortes privatim jecerint, an verò, ut est credibilius, res ista quoque acta sit à 12 viris. Hoc verò observandum, jure Ephraim Manassi à Jacobo prælatum esse Gen. 48. cùm & priùs sortem extraxit Ephraim, & Templo vicinior erat[o].

[i] Mas.
[k] Mas.
[l] Bo. Mas.
[m] Mas.
[n] V.
[o] Mas.
[p] D.
[q] Mas.
[r] Me.
† Mas. Bo.
[t] Jun.
[v] Ma.
[x] Bo.
[y] Mas.
[z] L.
[a] Ma. ferè ex Bo.
[b] Ma.
[c] Mas. Ma.
[d] Jun.
† Bo. Mas.
[f] Bo.
[g] Mas.
[h] Bo.
[i] G.
[k] Ma. ex Jun.
[l] Ma.
[m] Bo. Ma.
[n] Bo.

5. *Et factus est terminus*, &c.] Hæc & sequentia implicatiora sunt[p], & nimiâ brevitate obscura[q]. Cæterùm non dubium est quin locorum descriptiones tum temporis maximè perspicuæ fuerint: tamen, quia regio illa à Romanis & Barbaris tota penè vastata longè aliam faciem habet quàm olim, non est quòd studiosi Theologiæ in locorum situ indagando nimiùm sint anxii[r]. Unus Masius videtur loca hujus capitis aptè distinxisse; Adrichomius autem in multis errat†. [De quo consule Authorem, si vacat: Ego enim rerum explicationem, non personarum vel censuram, vel defensionem, molior.] Hoc versu non describitur extremus aliquis limes, sed tota latitudo eâ parte quâ versùs Orientem maximam habet latitudinem, cùm de cætero ulteriùs versùs Jordanem & Orientem paulatim in arctum compellatur[t]. Manassitæ igitur sese quodammodo inter Ephraimitas & Jordanem versùs Orientem insinuabant, quomodo item Issachariani inter Manassitas & Jordanem, Jos. 17. 10[v]. Itaque latitudo maxima hîc statuitur inter *Ataroth Adar* ab Austro, & *Bethoron superiorem* ab Aquilone. Porrò, non designari hîc extremum aliquem limitem patet, quia in sequentibus omnes alii extremi limites, ad Orientem, ad Septentrionem, ad Occidentem, describantur; licèt emunctiores nares esse oporteat quæ omnia aptè distinguant[x]. ¶ *Contra orientem*, מִזְרָחָה] *Versùs* (vel *ad*, P.) *orientem*, JT. *Ab ortu solis*, i. e. incipit à latere orientali. Describitur latitudo Ephraim quâ respicit Orientem[y]. Non tamen extimam Orientis oram designat. Ibi enim ab Jordane primò occurrebat Jericho, deinde Bethel, &c[z].

6. *Egrediuntur——in mare*] Nempe, à Bethoron superiore*. Terminum autem Aquilonarem confusè tantùm hîc describit, utpote vers. 8. exactiùs describendum[a]. Describitur longitudo ejus ab Occasu, vergendo ad Ortum[b]. ¶ *Et circuit terminos*. Mendum est in nostro textu, & legendum, *terminus*, ex Hebræo[c]; וְנָסַב הַגְּבוּל] *Et vertit sese terminus*, i. e. linea describens terminum & fines[d]. *Reflectebatur terminus versùs orientem*, ab illa Bethoron† à qua funiculus circumflectitur, & obliquè terminos orientales describit versùs Jerichuntem procedendo. Satìs autem liquet non claudi orientales terminos utrinque [h. e. & ab Austro & à Septentrione] Jordane, id enim indicâsset Scriptura; nec in iis describendis necesse fuisset tot loca & urbes recensere, per quas hi termini transeunt[f]. ¶ *In Thanath-selo*, תַּאֲנַת שִׁלֹה] *Taanath Siloh*, Mo. Ar. JT. *ad ficum Silo*, Jon. ¶ *Ab oriente Janoe*] Ità Q. He. in V. *Ab oriente ad Janoah*, P. JT. V.

8. *De Taphua*, &c.] Redit, quantum ego videre possum, ad absolvendos limites longitudinis Aquilonaris indè à *Machmethath* usque ad mare Mediterraneum. Illic enim loci fuisse *Tapphua*, non autem apud Jordanem, certum est ex descriptis finibus Manassensium[g]. Describitur regressus longitudinis versùs Occasum. *Pergit terminus*, i. e. regreditur linea describens terminum ac fines, *ad occasum*, unde, scilicet, venerat[h]. ¶ *Contra mare in vallem arundineti*, יָמָּה נַחַל קָנָה] [Non uno modo reddunt.] *Ad mare*, P. Mo. ο'. (*à mari*, Jon. *contra mare*, Ti.) *torrentem Cannæ*, Mo. *ad torrentem Kana*, Ti. sive *arundinis*, P. *in Chelcana*, ο'. [Pro נַחַל קָנָה legisse videntur בְּחֶלְקָנָה] Alii sic, *Occidentem versùs ad torrentem*, vel *fluvium*, *Kana*, Ar. JT. Ang. Belg. Ca. M. *Ad torrentem caricosum*, sive *cannosum*, Mas. ubi cannetum, seu arundinetum, densum esset. Aliis tamen [ut vidimus]

[o] Mas.
[p] Bo.
[q] Mas.
[r] Os. in Jos. 15. 12.
† Bo.
[t] Ba.
[v] Bo. ad vers. 6.
[x] Bo. ferè ex Mas.
[y] V.
[z] Mas.
* Bo.
[a] Bo. ferè ex Mas.
[b] V.
[c] Bo. Ser.
[d] V.
† Mas.
[f] Bo.
[g] Mas.
[h] V.

dimus] *Kana* est nomen proprium[i]. Hanc vallem, vel torrentem, censent quidam esse illam כְּרִית de qua 1 Reg. 17. Sed obstat, quòd *Carith* est ad Orientem, & juxta Jordanem; hic verò locus ad Occidentem, & juxta mare, ut mox patebit[k]. ¶ *In mare salsissimum*] h.e. Mare Mortuum[l]; ut patet c. 18. 19. Num. 34. 3 †. Verùm fines Ephraimi nusquam ad mare Mortuum pertinebant. Refellitur etiam ex ipsa Manassensium finium descriptione[m]: [de qua in sequenti capite.] Mare igitur hoc loco est Mediterraneum[n]. Vox illa, *salsissimum*, abest in Heb. Chald. & Septuaginta[o]. Porrò, Australes limites Ephraim nihil attinet describere seorsim, neque etiam occiduos: sunt enim illi quos Josephitarum universè diximus esse[p].

9. *Urbésque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorum Manasse*] Q. sic accipiunt: Linea quæ duas has Tribus disterminabat aliquando incurrit in terminos Manasse, aliquando recessit: atque hinc factum ut oppida aliqua essent Ephraim, quæ lineâ rectâ ductâ in tribu Manasse fuissent[q]. Alii sic: Ephraimitis datæ sunt quædam urbes (cum villis suis[r]) intra Manassensium positæ terminos †. Illis enim urbes minùs frequentes sorte obtigerant[t]. Quia sortes constitutæ erant æquales, Ephraim verò multò major esset Manasse, oportuit aliquam partem sortis Manasse pro Ephraim separari, ut inæqualitas illa tolleretur[v]. ¶ *Urbésque separatæ*, הַמִּבְדָּלוֹת] Vertunt, *separantes*, vel *distinguentes*, Q. in Ma. *limitares*, JT. *segregatæ*, M. Ti. V. sim. P. *Et urbes separatim designatæ erant filiis Ephraim*[x]. Sed hoc dicetur apertiùs capite proximo[y]. Sensus est; Præter descriptam hæreditatem habet hæc Tribus & alias urbes intra limites Tribûs Manasse: non quòd Tribus permixtæ essent, sed quòd in limitibus aliquando anguli essent extra lineam rectam in aliam tribum ingressi. In מִבְדָּלוֹת scribitur *Hirec* pro *Surec*[z].

10. *Habitabat in Gazer*] Nota Cananæos hos, præsertim ad littus maris, usque eò se communivisse, ut à Judæis, cùm maximè vellent, expugnari non possent. Exemplo sit hæc *Gazer*, quam nec David suam facere potuit: sed Pharao demum cepit, 1 Reg. 9. 16. Quam narrationem ο'. hoc loco habent[a]. Factum autem hoc ex ignavia Ephraimitarum, & impietate[b], & ex avaritia[c]. Hæ enim urbes à diversis gentibus mercaturæ faciendæ causâ perpetuò frequentabantur[d]. Eas turpis lucri causâ tolerârunt Ephraimitæ, qui tamen sceleribus eorum contaminabantur. *Et dixit Ephraim, Veruntamen dives effectus sum*: q.d. Nil moror scelera, dummodo tributis illorum ditescam †. Vide quæ ad Jud. 1. 29 *. ¶ *Usque in diem hanc*] Nempe, usque in tempora Salomonis, [ut jam dictum[f].] Porrò, hæc clausula non à Josue, sed ab alio, addita est; cùm post mortem Josue hoc acciderit[g]. ¶ *Tributarius*] Sic & infrà 17. 13. 1 Reg. 9. 16. Credibile est impositas eis leges Adamo & Noæ datas[h].

CAP. XVII.

1. *Cecidit sors tribui Manasse: (ipse enim est primogenitus Joseph)*] *Sors*, i.e. hæreditas sorte assignata, V. Qu. Quo fine hæc postrema verba adduntur? Resp. Vel, 1. tanquam ratio cur duæ partes Manassi attributæ sint, quia primogenitus esset. Vide Deut. 21. 17. Nam quòd Gen. 48. 18. *Ephraim* prælatus esset *Manassi*, non ad translationem primogenituræ referendum est, sed ad propheticam benedictionem sobolis[i]. Res quidem aliquando majores Ephraimo vaticinatus erat Jacobus, Gen. 48. 19. sed jus primorum natalium Manassi non abstulerat: neque id meritus erat Manasses[k]. Si כִּי causæ notam esse velis, rectè, nisi fallor, dixeris, nascendi conditionem commemoratam esse tanquam causam opulentiæ Manassis, acceptarúmq; & cis & trans Jordanem possessionum[a]. Aliis non placet hæc ratio: Non

Marginal notes (left column): [i] Ma. — [k] Bo. — [l] L. La. — † La. — [m] Mas. — [n] V. Mas. Bo. Me. Ma. — [o] Bo. — [p] Mas. — [q] L. Sal. in Me. — [r] E. Os. — † Mas. sic La. Bo. — [t] La. Bo. — [v] E. Me. simil. Mas. — [x] Q. in Ma. — [y] Ma. — [z] M. — [a] T. — [b] Mas. — [c] T. — [d] Mas. — † T. — * Bo. — [f] Ma. — [g] Bo. — [h] G. — [i] Jun. — [k] G. — [a] Mas.

enim credibile est voluisse Jacobum, Gen. 48. tres portiones Josepho adscribere, sed duas duntaxat, ità ut Joseph primogenituræ jure frueretur, non Manasses; & Josephi filii æquali tantùm jure in Cananæa possessionem cum cæteris filiis suis venirent: Et Manasses primogenitus quidem erat respectu Ephraim, non autem comparatione cæterorum Jacob filiorum, inter quos fiebat divisio. Præterea, nulla alia videtur fuisse ratio hujus Tribûs in duas partes sectæ, quàm quòd regio trans Jordanem illis omnibus non sufficeret, ideóque parti alteri cis Jordanem quærenda erat possessio[l]. Vel, 2. hæc clausula addebatur, ut animadvertat lector præclarè isto sortis casu comprobatum esse Jacobi judicium, Gen. 48. 14. quod nuper dicebam. Ità כִּי vertendum, *autem*, *Is autem erat primogenitus*, &c[m]. Vel, 3. dat causam cur Manasses, qui non erat è filiis Jacobi, in partem tamen Cananææ cum cæteris filiis venerit; nempe, quia filius erat Josephi[n], idémque primogenitus. Potuit idem dici de Ephraimi sorte; verùm id ibi subticuit Scriptura; hîc expressit, relinquens id similiter de altero colligendum[o]. ¶ *Machir primogenito Manasse*] Imò unigenitus erat[p]. Sed solet Scriptura eos etiam *primogenitos* vocare qui fratres nullos habent. Ità Christus, Matt. 1. primogenitus est[q]. ¶ *Patri Galaad*] [Variant.] *Principi Gilead*, JT. *Patri* quidam exponunt, Acquisitori; quòd terram illam quasi genuerit, seu pepererit, id est, acquisierit. *Gilead* autem hîc est regio, per ellipsin nominis אֶרֶץ, quod exprimitur Num. 32. 1. Quanquam simplicius & rectius videtur, utrumque nomen hîc propriè accipere, ex vers. 3[r]. Alii ergò vertunt, *& pater Gilead*, M. Ti. sim. ο'. Sy. P. Ca. Omnes Manassitarum familiæ & cis & trans Jordanem ex *Galaad* oriundæ erant, ut patet ex hoc loco, & ex Num. 26. 30, &c. At nomen *Galaad* solis trans Jordanem Galaaditis adhæsit †. ¶ *Qui fuit pugnator*] Heb. *vir belli*. Sed ubi animum & peritiam militarem prodidit? Cùm enim *Galaad* natus esset vivente Josepho avo, Gen. ult. 22. videtur omnino mortuus vel in Ægypto, vel in deserto; alioquin in egressu debuit esse 140 annorum, in ingressu in Canaan 180 annorum[t]; quæ ætas jam id temporis nulli obtingebat[v]. Bellator ergò erat in Ægypto, & sub Ægypti Regibus, ante cœptam in Hebræos persecutionem, Exod. 1. in bellis Ephraimitarum, (contra Palæstinos, Bo.) qui cæsi narrantur 1 Paral. 7. 21[x]. ¶ *Habuitque possessionem Galaad & Basan*] *Galaad* erat & homo, & mons, sive regio; sed neuter ab altero nomen accepit: non mons, &c. ab homine, nam ante natum Galaad sic vocatus est, Gen. 31. 48. nec homo à monte, &c. quia hic Galaad in Ægypto natus est; nisi quis Deo inspiranti hoc nomen tribuat, quòd illius posteritas esset Galaaditim regionem inhabitatura. Porrò, *Galaad* regio sumitur vel latè, pro tota ea regione trans Jordanem, maximè pro ea parte quæ Gaditis & Manassitis obtigit; vel strictè, pro ea ejus parte quæ vicinior est monti Gilead ad Orientem. *Basan* verò dicitur ea pars quæ Jordani propior[x]. *Galaad & Basan*; nempe, ex parte; Synecdoche est[y]: nam altera pars Galaaditidis Gaditis, & altera pars Basanitidis Reubenitis, cesserat, ut ostenditur Jos. 13. 30, 31[z]. Dicitur autem *Galaad* habuisse hanc possessionem, non quòd ipse habuit, sed ejus filii & nepotes[a]. Obtinuit hanc hæreditatem, quia & primogenitus fuit, & vir bellicosus[b].

2. *Et reliquis*, &c.] Qui non acceperunt possessionem trans Jordanem[c]. De his ejus filiis & familiis vide Num. 26. 30, &c[d]. ¶ *Mares*] Παρεκβολὴ est ad insequentem digressionem de filiabus Salphaad. Cæteroqui satìs notum erat solos mares enumerari solere cùm de hæreditate distribuenda sermo est †.

3. *Filiæ*] De his vide Num. 27. 1, &c[f]. Refertur hæc historia, ut quod injunctum erat à Deo Num. 27. indicaretur hîc fuisse impletum[g].

4. *Deditque eis*] Quis dedit? Vel, Josua[h]; vel, Senatus 12 virûm; vel, passivè interpretandum, pro, *data est eis*[i].

5. *Funiculi decem*] i.e. Decem portiones funiculis

Marginal notes (right column): [l] Bo. — [m] M. s. — [n] Bo. ex La. — [o] Bo. — [p] La. Me. — [q] Me. — [r] Pi. — † Bo. ad ver. 1. & 2. — [t] La. Bo. — [v] Bo. — [x] La. Bo. — [x] Bo. — [y] Jun. Mas. — [z] Ma. — [a] Me. — [b] M. — [c] Jun. Mas. — [d] Bo. — † Mas. — [f] Mas. — [g] Bo. — [h] Jun. — [i] Mas.

mensuratæ[k]. Sed quomodo decem? Sex illæ familiæ suprà memoratæ acceperunt sex portiones; & filiæ Salphaad, quatuor[l]. At puellæ quinque erant; ideóque non decem, sed undecim, partes faciendæ sunt. Resp. Existimo *Abiezeritas*, *Helecitas*, *Ezrielitas*, *Sechemitas*, *Semidaitas* portiones suas accepisse; *Hepheritas* verò nullos fuisse præter illas quinque filias *Salphaadis*, qui fuit unicus *Hepheris* filius[m]. Nota autem quinque portiones filiarum simul sumptas æquales tantùm fuisse uni masculorum[n]. Verisimile est divisionem in portiones minores relictam esse cuique Tribui, ut ipsi inter sese sorte decernerent: Quia tamen de his peculiariter à Deo decretum fuerat, &c. Num. 27. maximè, quòd fœminæ minùs idoneæ essent ad hanc inter se dimensionem peragendam, idcirco 12 viri eam in singula capita persecerunt[o].

6. *Qui reliqui erant*] i. e. Qui non fuerunt de harum sex familiarum stirpe: ad eas enim referri hoc debet, non ad solas fœminas, de quibus proximè processerat[p].

7. *Ab Aser, Machmethath*] *Ab Aser versùs Machmethath*, Maſ. Zieglerus legit, *Aser-Machmethath*; & ό. ἀπὸ Ἀσὴρ τῆς Μαχθὼθ, h. e. ab ea Aser quæ ad Machthoth spectat. Sed sanè magnâ sunt interspiratione disjuncta illa duo nomina, cùm accentus Zakeph sit supra Aser. K. igitur אשר hîc exponit *Aserem*, sive *Aseris* hæreditatem, quæ à Septentrione contigua erat Manassensibus. Sed malo accipere de urbe *Aser*, quam Eusebius ponit inter Sichem & Bethsan, & hinc inchoari descriptionem terminorum Australium Manassis[q]. Describitur (hîc) situs hæreditatis Tribûs Manassis ad latus Australe. *Fuit autem*, i. e. pervenit, sive tendit, *terminus*, h. e. linea terminans, *ab* ea parte quâ habet tribum *Aser* sibi conjunctam: *Et pergit*, vel *abit*, *terminus* ad partem Australem*. *Ab Aser ad Machmethath* est, à Septentrione ad Austrum†. ¶ *Taphuæ*] Iidem nimirum fines fuerunt Ephraimitis Aquilonares, qui [hoc loco] Manassensibus Australes[r].

8. *In sorte Manasse——terra Taphuæ*, &c.] Ex Hebræo clarè sic vertas; *Ipsius Manasse fuit terra Tapuæ, Tapua verò in termino* (vel, *ad terminum*, Mo. P. sed אֶל verto *in*, ut subindè sumitur, Bo.) *Manasse* fuit *filiorum Ephraim**. Ager Tappuanus, cum suis municipiis videlicet & pagis, fuit in ditione Manassensium: at ipsa urbs *Tappua*, quamvis sita esset intra fines Manaſſ. tamen erat in hæreditate Ephr[t]. Vide quæ ad Jos. 16. 9[v]. אֶל־גְּבוּל verto, *juxta fines Manasse*, i. e. contermina Tribui Manasse[x].

9. *Descenditque terminus*] Nempe, à Tappuah; scil. descendit retrocedendo, h. e. revertendo unde venerat[y]. ¶ *In meridiem torrentis civitatum*, &c.] Verùm τὸ *Rebia* ad נַחַל eam vocem distinguit à sequenti עָרִים[z]. עָרִים הָאֵלֶּה, *Urbes istæ*, quæ, scilicet, sunt à Tappuah usque ad torrentem arundinis[a].

10. *Et conjungantur sibi in tribu Aser*, וּבְאָשֵׁר יִפְגְּעוּן [מִצָּפוֹן] *Et in Aser incidunt* (*contingunt*, Jon. Ti. *concurrunt*, M. *incurrunt*, V.) *à septentrione*. Qu. Quomodo hæ duæ Tribus dici possunt conjungi Tribui Aser, cùm utraq; occiduo mari claudatur? Resp. 1. *In Aser incurrunt*, scil. filii Manasse[b]. 2. Verbum *incidunt* spectat universè ipsos Josephitas[c]. Utraque hæc Tribus, seu tota illa possessio per modum unius sumpta, (utpote utraque Josephi filiorum,) tribum Aser contingit. Illud autem *sibi* in nostra versione redundare videtur, &, *in tribu*, ponitur pro, *tribui*[d]. Cæterùm quâ ratione Manassenses sint ab Aquilone affines Aseritis, atque ab Ortu Issacharitis, expressit suâ tabellâ Wolfgangus Wisenburgius; à quo tamen cæteri omnes dissentiunt, & cum Josepho inter Manaſ. & Aſer. interponunt Issach. & Zabul. De his postea. Interim certum est Manassenses prope Doram incidere in Aseritas, cùm illic attingant montem Carmelum, ad quem etiam Aseritæ pertinent, Jos. 19. 26. Sic Nepthalimi *attingunt Judæos* ab Oriente, Jos. 19. 34. propter Jordanem utrique Tribui communem; cùm sint alioqui magno locorum intervallo separati†. Porrò, Manassenses non exiguâ sui parte Aseritas contigisse patet etiam ex verſ. 11. *fuit hæreditas Manasse——in A-*

[k] Maſ. La. Bo.
[l] He in V.
[m] Maſ. La. Me. Ma.
[n] Me. ex Bo.
[o] Bo.
[p] Bo.
[q] Maſ.
* V.
† Maſ.
[r] Maſ.
* La. JT. Ma. Bo.
[t] Maſ. Bo.
[v] Bo.
[x] V.
[y] V.
[z] Maſ.
[a] V.
[b] V.
[c] Maſ.
[d] Bo.
† Maſ.

ser; & ex eo, quòd *Dora* civitas Manassensium juxta Carmelum exstitit, teste Josepho Antiq. libro 5. cap. 1. Errat ergò hîc Adrichomius, apud quem Manasse nullo modo contingit Aser[f]. [Sed de his vide ipsum Bonfrerium.] Cæterùm fines *Aser* atque *Issachar* hîc nominantur κατὰ πρόληψιν· necdum enim illis tribubus fines ulli sunt assignati[g].

11. *Fuitque hæreditas Manasse in Issachar & Aser*] Hebr. *Fuitque Manassi in Issachar & in Aser Bethshan*, &c. P. sim. M. Ti. JT. Ma. Habuit in duabus dictis conterminis tribubus urbes & vicos sequentes[h]. Vel, *in Issachar*, &c. pro, *juxta Issachar*, &c. vel, in confinio tribuum Issach. & Aser[i]. Quomodo *in Arca* esse dicuntur urna aurea & virga Aaron, i. e. juxta Arcam. Vide quæ ad Heb. 9. 4[k]. ¶ *Bethsan*] Urbs celebris, postea dicta Scythopolis[l], haud procul à Genesara[m]. ¶ *Et habitatores Dor*] *Et cives*, i. e. & civitas[n]. ¶ *Endor*, [עֵין־דּוֹר] q. d. *Fontem Doræ*[o]. Videri posset prope esse τῇ *Dor*; sed longè aliter se res habet, cùm *Dor* fuerit maritima, *Endor* autem ad montem Tabor[p]. ¶ *Et tertia pars urbis Nopheth*] Ità ό. in Bo. נֶפֶת alibi *tractum* sign. hîc est nomen urbis. Porrò, cùm tertia pars urbis in hac tribu fuisse dicatur, innuit hanc urbem in duarum tribuum confinio fuisse, & duas alias tertias urbis ad aliam tribum pertinuisse; quemadmodum Jerosolymæ pars erat in tribu Benjamin, & pars in tribu Juda. Addo, verisimile esse hanc *Nopheth* ad *Napheth Dor*, seu provinciam *Dor*, quæ versùs mare erat, pertinere*. ¶ [שְׁלֹשֶׁת הַנָּפֶת] Vertunt, *tres regiones*, Jon. M. P. Ti. *tres* nimirum *angulos*, Sy. *tres illi tractus*, JT. *tria climata*, M. V. ipsius Dor scilicet[q]. Sic dici arbitror tres illas urbes, *Endor*, *Thaanach & Magedonem*, quia sunt tanquam tres regiones in tractu illo Dorio ad Manassenses pertinente. Nam etsi נֶפֶת quemvis *tractum terræ* significet, tamen peculiariter interdum usurpatur de sola illa regione in qua municipia Doræ exstant; nonnunquam verò paulò etiam laxiùs de universo tractu Dorio. Sym. vertit, *& tria littora maris*. Ego verto, *tertiam partem regionis*[r]. [Rectissimè, ut videtur; & mirum reliquos interpretes non expendisse τὸ נֶפֶת hîc singulare esse.]

12. *Nec potuerunt*] Sub. *in principio*, vel, *tum*, V. Vel, omnino non poterant, vel, nonnisi magnâ difficultate*. ¶ *Civitates*] Nomen *urbium* per Hypallagen pro ipsis civibus dictum est†. ¶ *Sed cœpit Cananæus habitare in terra sua*] Ità ό. P. Non quasi antea non habitârint, sed quòd tum habitare cœperint in medio Israelitarum[t]. ¶ [וַיּוֹאֶל לָשֶׁבֶת] *Et* (vel *sed*, M. V. P. *nam*, JT. *proinde*, V.) *voluit* (*optavit*, V. *præsumpsit*, M. sim. Ca.) *habitare*, Mo. JT. V. etiam invitis Israelitis, Oſ. *Quòd consensissent habitare*, Sy. [Aliter alii:] *Cùm tamen Cananæus animum habitandi hanc terram despondisset*, Ti.

13. *Fecerunt tributarios*] In quo peccârunt contra præceptum Deut. 20. 16[v]. Non peccârunt Israelitæ quòd Cananæorum eversionem distulerint donec ità crescerent ut totam terram occupare possent; sed quòd, cùm viribus aucti essent, poterántque eos conterere, eos sub tributi conditione vivos servaverint[x]. Nota per prolepsin hæc dici verſ. 12. & 13. neque enim eversio eorum vivente Josue tentata, nedum subjectio illa, aut tributi servitus, imposita[y]. Ex quo rursus colligas, si libri scriptor est Josue, ab alio hæc postmodum esse hîc inserta[z].

14. *Locutique sunt filii Joseph*] Qu. 1. Quinam hi? Resp. 1. Manassenses[a]. Hi enim post exitum de Ægypto plurimùm aucti erant[b]. Confer Num. 2. 19, &c. cum Num. 26. 34, &c[c]. Et querendi auctores fuisse Manassenses non inficior: nulla enim Tribus pluribus difficultatibus impedita erat, nec ulla plures habuit urbes in Cananæorum potestate, quàm Manassensium: Et illud, *prout mihi benedixit*, ad Manassenses spectare videtur, qui numero admodum aucti erant, cùm Ephraimitæ imminuti fuerint[d]. Resp. 2. Manassenses & Ephraimitæ*; ut apparet ex verſ. 15, 16, 17[f]. Qu. 2. Quando locuti sunt? Resp. Postquam reliqua Cananæa per metatores in septem

[f] Bo.
[g] Maſ. Bo.
[h] Me.
[i] La. Bo.
[k] La.
[l] Bo. La. Jun.
[m] Maſ. Bo.
[n] V.
[o] Maſ.
[p] Ma.
* Bo.
[q] V.
[r] Maſ.
* Bo.
† Maſ. ſim. Pi. Bo.
[t] Bo.
[v] Me.
[x] Bo. ad v. 12. & 13.
[y] Bo. ex Maſ.
[z] Bo.
[a] M. V He. in Maſ.
[b] M.
[c] Bo.
[d] Maſ.
* Jun. Maſ. La. Bo.
[f] Jun.

septem partes divisa esset, eâque re ipsorum hæreditas à Septentrione definita esset. Neque enim antea scire poterant ditionem suam angustam esse[g]. ¶ *Quare dedisti mihi possessionem sortis & funiculi unius?*] Qu. Quomodo *sortem unam* sibi datam dicunt? Resp. 1. Unam portionem vocant, cui possidendæ una Tribus satis esset[h]. 2. Nondum divisa fuit inter Josephitas hæreditas, quam unius sortis tractu acceperant; atque ideo pariter causam istam orant, cùm adhuc pari essent casu[i]. Hanc autem querimoniam ità intellige, non quòd reverâ justo minorem possessionem accepissent, cùm non legamus postea eorum laxata spatia; sed quòd regionem accepissent in qua adhuc multa loca Cananæi occuparent[k]. Sperabant hi se à Josue, utpote suo contribuli, obtenturos ut ex aliis tribubus regiones aliquæ pacificæ sibi assignarentur. Sed nihil dedit Josua carni & sanguini, sed totum justitiæ, noluítque aliis tribubus adimere quod suæ tribueret[l]. ¶ *Et benedixerit mihi Dominus,* עַד אֲשֶׁר עַד־כֹּה בֵּרְכַנִי יְהוָה] *Usque adeò (& hucusque,* M. *ità quòd hactenus,* Tig. not. *adeò ut hucusque,* JT. *in tantum hucusque,* V.) *benedixerit mihi,* Os. i. e. ad tantum numerum me excrescere voluerit[m].

15. *Si populus multus es,* &c.] Retorquet argumentum[n]: q. d. Virorum numero, ideóque & viribus, abundatis[o]. Qu. Quomodo iis spem victoriæ ex magnis ipsorum copiis facit, non autem defigere fiduciam omnem in Dei ope jubet? Resp. Voluit Josua eos suis verbis redarguere, & simul ostendere, admotâ, quod dicitur, manu fortunam, h.e. Dei benignitatem, invocari debere*. ¶ *Ascende in sylvam, & succîde*] Q. hoc propriè accipiunt, de locis sylvosis purgandis[p]. q. d. Conscende in montem Ephraim, sylvásque illic exscinde, & urbes prædiáque tibi compara[q]. *Ascende in sylvam,* i. e. ad montem qui plenus est nemoribus: *& succîde tibi illic,* sub. *arbores,* ut ædifices illic. ¶ וּבֵרֵאתָ לְךָ] *Et eliges tibi,* Mo. sim. Sy. *emunda tibi locum,* Ar. *succîde,* vel *præcîde,* o'. P. V. JT. i. e. Locum habitabilem effice tibi succisâ sylvâ†. *Et præpara tibi,* M. Ti. V. Jon. sub. *locum habitationis,* V. Os. Jon. Alii allegoricè explicandum malunt; q. d. Loca à barbaris occupata iisdem excisis habitationi opportuna effice; ut solent deserta loca, sylvis excisis, cultiora reddere[r]. ¶ *In terra Pherezæi*] Erant hi hominum genus agreste, & procul ab urbibus degens, (nam & פְּרָזוֹת loca non cincta muris vocant Judæi,) & grassatores, quíque ex rapto vivebant; פרזי enim Græci reddunt, ἐπιχύειν*. ¶ *Et Raphaim*] Hi erant ex gigantum genere, qui in antris habitârunt, ut dictum Jos. 11. 21. & 12. 4[t]. Qui de finium angustiis queruntur, non populares, sed hostes, debent expellere, aut loca vacua occupare & colere. Adde quod ad 19. 47[v]. ¶ *Quia angusta est,* כִּי אָץ לְךָ וגו'] *Quia* (vel, *si,* M. P. Ti.) *angustus est,* Mo. sim. o'. Jon. Sy. Ar. *si videatur tibi angustus mons,* V. *Quia urgentior est,* i. e. si te urget & coangustat[x]. *Si longinquior est,* si longiùs à te montem illum abesse putas, tum ejice Pherezæos, &c. ac horum loca occupa[y]. Cæterùm *mons Ephraim* κατ' πρόληψιν dicitur; necdum enim fuit *Ephraim* magis quàm *Manasse*[z]. [At hoc negat Bonfrerius;] jam enim adierant *Ephraim* & *Manasse* possessiones suas. Porrò, *mons Ephraim* hîc sign. totam terram Ephraim, quæ montosa erat. Vide Jos. 19. 50. 20. 7. & 21. 21. & 24. 30. & Jud. 4. 5[a].

16. *Non poterimus ad montana conscendere,* לֹא יִמָּצֵא לָנוּ הָהָר] *Non sufficit,* vel *sufficiet, nobis mons iste,* Jon. Sy. Ar. M. P. V. sim. o'. JT. sub. *ad habitandum,* V. q. d. Nequaquam satis loci nobis est in monte Ephraim. Frustrà autem remittimur ad Pherezæos & Raphaimos, armatos curribus, &c. Sed malo vertere, *Non obtinebitur à nobis mons iste:* q. d. Tu nos jubes loca sylvosa excolere: Atqui ea, si montosa sint, faciliùs ab hostibus defendentur; sin plana, qui ea incolunt falcatis curribus armantur. Verbum enim מָצָא, dum patiendi formulâ usurpatur, aut, ut loquuntur Grammatici, dum absolutè, plerumque sign. *in promptu esse,* aut, *esse in rerum natura,* & omnino περιγίνεσθαι· cùm autem actionem significat, tum esse id quod *exhibere, repræsentare,* &c[b]. Alii, *Non invenietur,* Mo. Pi. Sic Num.

[g] Mas. [h] Jun. Ma. Mas. La. Bo. [i] Mas. [k] Bo. ex La. [l] La. [m] Ma. ex Jun. [n] Bo. [o] Mas. [*] Mas. ad v. 18. [p] Bo. ità L. [q] K. in Mas. [†] Jun. [r] Ità Bo. [*] Ma. [t] Mas. [v] G. [x] Q. in Ma. [y] K. in Mas. [z] Mas. [a] Bo. [b] Mas.

11. 22. Jud. 21. 14. Os. 12. 9*. ¶ *Ferreis curribus*] Erant hi falcati currus, qui falcibus & gladiis armati homines & obvia quæque secabant, & quasi demetebant[c]. [Horum descriptionem vide in Bonfrerio, qui docet insuper tum quantas strages edebant, tum quæ adversùs eos inventa sunt remedia.] ¶ *Et Jesrael*] At hæc vallis in tribu Issachar ponitur Jos. 19. 18. Vel ergò erat in tribu Issachar, vel in extremis terminis Aquilonaribus Manassis juxta Issachar[d].

18. *Sed transibis ad montem,* כִּי הַר יִהְיֶה לְּךָ] [In hoc versu particula כִּי quinquies occurrit, in qua reddenda variant interpretes.] Primum כִּי vertunt, *Sed* (*quia,* Mo. *nam,* P. V. *unde,* M.) *mons erit tibi,* vel, *tuus,* Jon. Ar. Ti. JT. V. ¶ *Et succîdes,* &c. כִּי יַעַר הוּא וגו'] *Quia* (*nam,* Jon.) *sylva ipse,* Mo. P. V. *Est enim sylva;* q.d. Est inutilis fratri tuo, est enim plenus arboribus: *præcîde ergò illum;* i. e. repurga illum arboribus*. *In quo est sylva,* Ti. *Et sylvam in eo succîdes,* M. *Si sylva est, at præcidito eum, ut sint tui exitus ejus,* JT. *Qui* [nempe *mons*] *licèt sylva est, eum tamen emundabis,* Ar. ¶ *Et poteris ultrà procedere,* וְהָיָה לְךָ תֹּצְאֹתָיו] *Et erit* (*erunt,* P. V.) *tibi exitus ejus,* Jon. Mo. Ma. i. e. quilibet ex egressibus ejus. *Exitus,* hîc, vel sunt valles & campi in quos è montibus descenditur & exitur[f]; vel, aditus omnes ad hostem invadendum, & tete recipiendum; vel, fructus & proventus ex cultura montis; vel, termini ejus[g]. *Et fines quoque ejus tui erunt,* M. sim. Ti. Hâc ratione ulteriùs poteris progredi[h]. ¶ *Quum subverteris Cananæum,* כִּי תוֹרִישׁ וגו'] *Quia* (*nam,* JT.) *expelles,* P. Mo. *si,* vel *siquidem, ejeceris,* Ti. sim. M. *Cùm expuleris,* V. sim. Jon. sub. *quandoquidem poterunt alioqui tibi nocere,* V. Deinde sequitur, *quia currus ferrei illis, & quia fortes sunt,* i. e. quia habent currus falcatos; sive, quos dicis habere currus falcatos, eósque fortes esse[i]. ¶ *Quem dices ferreos habere currus,* כִּי רֶכֶב בַּרְזֶל לוֹ] *Quia,* vel *quandoquidem, currus ferrei ei,* Jon. Ar. Mo. Causa significatur cur loca ista Manassensibus tribuantur, nimirum, quia difficilia sunt; Manassenses autem viribus & numero pollent. Ità RS. & Nehemannus[k]. Alii, *quamvis currus ferrei,* Mas. Q. in Ma. sim. P. Ti. *Qui currus habent ferreos,* M. ¶ *Et esse fortissimum,* כִּי חָזָק הוּא] *Quia* (*nam,* Jon. *&,* Ar. M. Ti.) *fortis ipse,* Mo. sim. Jon. Ar. M. Ti.

[*] Pi. [c] La. [d] Bo. [*] V. [f] Mas. Q. in Ma. [g] Ma. [h] V. [i] V. [k] Mas.

CAP. XVIII.

1. *CONgregatíque sunt omnes filii Israel in Silo,* &c.] Ad hoc concilium à Josue indictum convenerunt omnes qui totius populi personam sustinebant; Pontifex nimirum, sacerdotes, proceres, &c[b]. Qu. 1. Quando hoc factum? Resp. 1. Anno 14. post ingressum in terram; 7 enim belligerando, & totidem distribuendo, consumpti sunt[c]. Jurgatio illa quâ Josue tribuum cessationem graviter incusat satìs docet longo tempore cessatum esse ab inchoata divisione, nempe, propè annis septem, priùs quàm pergerent sortiri in Silunte. Nimirum, diutino bello fessus populus, cùm collocatis utrinque Judæis & Josephitis, quasi præsidiis, sibi tutus videretur, otio se dedit; & communem illam in castris stativis vitam potiorem duxit, quàm ut peculiarium possessionum gratiâ novas rursus molestias, hostes suos sedibus pellendo, subire luberet. Et hanc socordiam fovebant mille commoditates quas sibi in tam diutina statione omnes compararant. Prudenter ergò Josue castra hæc movenda, aut potiùs dissipanda, putavit, & quemque ad suas possessiones detrudendum[d]. Mihi autem tam diuturna mora non placet: Cur enim sortitionem tam diu differret Josue? cur tot annis Tribus otiosas retineret, quas infrà cap. 22. post sortitionem peractam domum dimisit? Adde quòd Josuam ante annum 14. vitâ functum multi volunt. Neque obstat jurgatio Josue, &c. Poterat eos castigare, etiamsi unus duntaxat annus dilationis intercessisset*. Qu. 2. Cur è Galgalis

[b] Ser. ex Mont. [c] K. in Mas. M. RR. in Bo. [d] Mas. [*] Bo.

galis abductum erat Tabernaculum? Resp. Cùm Canaanææ plurimum occupatum esset, æquum erat illud è primo Cananææ vestibulo ad interiora regni progredi, ut præsentiâ Numinis tota sanctificaretur & benediceretur regio, & ut facilior è tribubus omnibus undique esset ad illud accessus[f]. Qu. 3. Sed cur *Siluntem* abductum erat Tabernaculum? Resp. Divino oraculo hoc factum[g]. Dei enim electione constituendus erat Tabernaculo locus, Deut. 12[h]. Rationes tamen cur hic locus præ aliis deligeretur apparent nonnullæ[i]. 1. Voluit Deus & Josephitas & Judæos (quas Tribus honestaverat Deus nascendi prærogativâ) suâ tanquam præsentiâ alteros post alteros decorare[k]. 2. Silo ab Hierosolymis distabat duabus tantùm leucis, sive horis[l]. Opportunè ergò propiùs ad Jerusalem admovetur, in quo loco tandem aliquando erat mansurum[n]. 3. Locus hic & amœnus erat & tutus, quippe excelsissimus[o], & fortissimis tribubus Judæ & Josephi circumpositus[p]. 4. Par erat ut Arca esset in tribu Ducis[q], cui prima hæc veluti benedictio & dignitas concedi debuit[r]. Qu. 4. An unà cum Tabernaculo castra Israelitarum Siluntem translata erant? Resp. Subdubitat Masius, sed ità ut affirmet potiùs; ac rectè. Affirmant enim RR. Jo. Antiq. 5. Caj. & To. Probatur ex v. 9. *Reversi sunt ad Josue in castra Silo.* Adde quòd diuturnior in Galgal commoratio magnam ignaviæ occasionem dederat: Eam igitur ansam Josue prudentissimè præcidere, locúmque mutare, statuit[†]. Si cum Arca castra Siluntem promota erant, laudanda profectò est populi Religio, cui ante omnia curæ est Sacrarium Dei & cultus Divinus. Tunc enim demum feliciter succedunt res humanæ, quando Divinæ præcesserint[t]. Nota porrò Arcam mansisse in Silo circiter 350 annis[v]. ¶ *Tabernaculum testimonii*, אֹהֶל מוֹעֵד] Ità dictum, vel, quòd ibi conventus haberetur populi[x]; vel, quòd Deus ibi conveniret eos, juxta Exod. 25. 22. Sic Job. 30. 23. sepulchrum vocatur בֵּית מוֹעֵד, *domus conventûs*, ad quam omnes conveniunt; & Jes. 14. 13. cœlum *mons conventûs*, quia hic est mons nobilissimus, & omnium votis expetitus[y]. ¶ *Et fuit eis terra subjecta*] Planè idem est quod priùs dictum, *Terra quiescebat à bello.* Id enim denuo dicendum fuit propter metatores, qui mox in omnes Cananææ angulos emittentur, ut omnia describant accuratissimé[z]. Hebr. *Et terra*, i. e. postquam terra, *fuit subjugata ab illis*, V. R. Levi F. Gerson sic explicat, Terra jam propiùs ipsis erat ante oculos, quàm cùm in Galgalis castra haberent. Quod quidem verum est, cùm Galgal in extremitate erat, Silo verò interior[a].

2. *Quæ necdum acceperant possessiones suas*, אֲשֶׁר לֹא חָלְקוּ אֶת נַחֲלָתָם] *Quibus non dispertierunt*, vel, *diviserunt, hæreditatem*, Ma. P. Ti. Belg. Calv. Alii sic, *qui nondum receperant*, vel, *sortitæ erant, hæreditatem suam*, Ang. Ca. sim. ο'. Hi. M. quod rectius est. Sicut apud Latinos *participare* primariò denotat *participem facere*, vel, *partem dare*; deinde, *participem fieri*, vel, *partem accipere*: idem quoque in חָלַק usu venit[b]. Porrò, quia Imperator incusat populi ignaviam in adeunda hæreditate, non in flagitanda sortitione, apparet verissimum esse quod dicebam, novorum periculorum metum & præsentis habitationis commoditates avertisse animos omnium à propriarum possessionum cupiditate[c]. Qu. Cur dilata erat tribuum sortitio postquam semel Galgalis cœpta fuerit? Resp. Videntur Israelitæ, maximè illæ Tribus quæ possessiones nondum acceperant, dilationem postulâsse, donec Geometræ dimissi essent qui terram exactiùs dimetirentur[d]. Oborta erat suspicio priorem dimensionem non satis æquè esse factam[†]. Insinuat hoc ista Geometrarum novorum dimissio. Geometras autem ante Galgalæam sortitionem dimissos fuisse, licèt Scriptura non exprimat, dubitari non potest. Nam, 1. Josephus hoc factum prodit. 2. Scriptura ante Siluntinam sortitionem Geometras missos fuisse refert. 3. Nec aliter explere poterant illud præceptum Dei, Num. 26. 54. 4. Nec verisimile est viros prudentes cæco modo hanc divisionem aggressos fuisse, non præmissis quæ ad partitionem necessaria erant. Præterea, priores

[f] Ser. [g] Mas. Ser. Bo. [h] Bo. Ser. [i] Ser. [k] Mas. [l] La. sim. Ser. Bo. [n] Mas. Ser. [o] Mas. [p] Ser. [q] La. [r] Ser. [†] Ser. ex Mas. [t] Mas. [v] La. Bo. [x] D. [y] Mas. D. [z] Mas. [a] Mas. [b] Boot. animadvers. sac. 4. 12. 16. [c] Mas. [d] Bo. [†] La. Bo.

mensores non rectè functos fuisse munere suo confirmant hæc, quòd, post accuratam dimensionem factam, pars à Tribûs Judæ possessionibus resecari debuit, darique & Simeonitis, & Danitis[f].

3. *Marcetis ignaviâ*, מִתְרַפִּים] Conjugatio Hithpahel vel significationem auget, magnámque & pudendam desidiam denotat[g]; vel, ignaviæ causam in ipsis positam esse significat[h]. *Segnes estis, remissi, negligentes*, V. *remissè agetis*, JT. Remisso animo estis, & non ingredimini ad possidendam terram[i]?

4. *Eligite de singulis tribubus ternos*] Qu. An de 7 tantùm tribubus? an etiam de Juda, Ephraim, & Manasse? Resp. Dubia res est. Videntur autem & ex his delecti; nam & ipsorum intererat, nè, si quid de suis portionibus subtrahendum esset, uti factum est, meritò queri possent rem iniquè peragi[k]. Porrò, communi & fraterno studio res omnes inter eos adhuc aguntur[l]. *Ternos*, &c. mittit, propter indicationis difficultatem. Non enim spatio, sed bonitate terreni, exæquari portiones debuêre. Sed dices, Si partes fuêre æquales, cur Deus præscribit ut majoris numeri Tribui hæreditas amplior, minoris angustior, daretur, Num. 33. 54? Respondent, ista Dei jussa non ad primas sortitiones, scil. tribuum, sed ad secundarias, nempe, familiarum, spectare, quibus deinde Tribuni singulis familiis suas dabant partes. Alii volunt, à metatoribus factas esse partes æquales, quas tamen 12 viri tum extendere, tum contrahere, poterant. Mihi verò videtur patrimoniorum æqualitas magnâ ratione constitui posse. Nam, pro præsente numero tribulium aliam tribum aliâ locupletiorem facere, parùm æquum videtur; quando res ipsa docuit, paucis annis alias plurimùm augeri, alias imminui. Sed dices idem familiis accidere potuisse. Atqui fas erat familiis inter se suas alienare possessiones, tribubus verò nefas. Sed ego rem obscuram in medio relinquo. Hoc verò dicam, Cananæam pro illis omnibus satis spatiosam fuisse; neque opus fuisse ullâ portionum amplificatione, etiamsi omnes æquales fuêre, modò sibi per ignaviam non deessent tribules ipsi. Porrò, si gens universa crevisset, Deus ipse fines ampliores dedisset, in quos potuissent emittere colonias, usque ad Euphratem: de quo vide quæ ad Jos. 1. 4. Si Simeonitas mihi opponas, 1 Par. 4. 38. Dicam eos suis finibus non esse egressos, sed in iis progressos. Qu. Sed quomodo tuti erant hi metatores, dum eas regiones quarum pars maxima etiam tum ab adversariis tenebatur pervaderent, & omnia penitus perspicerent? Resp. Factum hoc ex occulto quodam & Divino terrore Cananæis immisso, & cœlesti fiduciâ Israelitarum animis inditâ, ut per hanc paucorum mensorum ἄδειαν atque securitatem Tribus ad cernendum hæreditatem suam animarentur. Porrò, Cananæi tanto belli fastidio affecti sunt, ut omnia suæ quieti posthaberent[m]. ¶ *Et describant juxta numerum uniuscujusque multitudinis*, לְפִי נַחֲלָתָם] Ad verbum, *ad os hæreditatis eorum*, Mo. *juxta hæreditatem*, vel *possessionem, suam*, Sy. M. P. Ti. JT. V. i. e. juxta rationem hæreditatis quam accipere debent[n]. *In tot partes in quot hæreditas eorum dividenda est*[o]; *prout requirit hæreditas vestra*, Ar. *sicut oportebit dividere eam*, ο'. *Secundùm hæreditatem suam ipsorum*: idem puto esse quod mox dicitur, *in septem partes*[p]. Secundùm possessionem suarum tribuum quæ ipsis eventura est; sive, tot partes quot sunt residuæ Tribus[q]. RS. sic explicat, Portiones illas septem, non æquales, sed, pro cujusque Tribûs multitudine vel paucitate, aut majores aut minores esse, debuisse. Sed hoc stultum est. Quî poterant mensores ità facere, cùm ex sortis casu penderet omnis eventus[r]? [Alii tamen ità accipiunt,] ut æquam singulæ Tribus pro ratione ipsarum multitudinis hæreditatem accipiant[†]. Ità se explicat versu sequenti[t].

5. *Dividite vobis terram*, &c. וְהִתְחַלְּקוּ אֹתָהּ לְשִׁבְעָה חֲלָקִים] Ad verb. *Et partientur sese in ea juxta septem partes*, V. ¶ *Judas sit in terminis suis*, עַל גְּבוּלוֹ] *In provincia sua.* Ad verb. *juxta terminum suum*, V. Juda retinebit sortem suam, &c. Intellige, nisi portio aliqua vel detrahenda vel addenda esset[v]. Non ergò iniquè septimam partem de Judæorum hæreditate

[f] Bo. [g] Ma. [h] Mas. [i] V. [k] Bo. [l] Mas. [m] Mas. [n] V. [o] Tig. not. [p] Mas. [q] Ma. Bo. [r] Mas. [†] Me. La. [t] La. [v] Bo.

reditate præciderunt [x]. ¶ *Et domus Joseph ab Aquilone*] Non respectu totius Terræ promissæ, sed Tribûs tantùm Juda [y]. In parte magìs Aquilonari [z]. Ratam faciunt 12. viri sortitionem factam in Galgal, sed eatenus ut illæ Tribus in sortitionibus suis maneant; non etiam ut portiones solidæ & universæ earum sint: Alioqui enim Josephitæ ad Libanum usque habitâssent [a].

6. *Mediam inter hos terram*] At terra hîc dividenda non erat media inter Josephitas & Judæos [b]. [Mendum ergò hîc in Vulgato, quantum audent, agnoscunt La. Bo. Ser. Me.] Scriptum fuit in Latino textu, *Aliam*, non, *Mediam*. ¶ *Et huc venietis ad me*, וַהֲבֵאתֶם אֵלַי] *Et afferatis ad me*, sub. *descriptionem*, V. ¶ *Coram Domino*] Scil. Arcâ [c]. Ibi jaciendæ erant sortes; 1. ut à Deo præsente dirigerentur: 2. ut ista sortium distributio sacrosancta haberetur, & nullo modo violanda [d]: 3. alioqui nunquam illi sortibus suis contenti vixissent, homines durissimæ cervicis†. ¶ *Mittam vobis hîc sortem*] i. e. Missis sortibus assignabo singulis hæreditatem coram Domino, à quo temperantur sortes [f]. Ipsam concionem hîc alloquitur: nondum enim delecti metatores fuêre [g]. Jubetur populus terram in septem partes distribuere, non per seipsos, sed per agrimensores ab ipsis deligendos*. [Alii aliter.] *Pro vobis* hîc sortem mittam, i.e. pro tribubus vestris, ut infrà v. 8, 10. Mittendos alloquitur, acsi Tribus alloquutus esset quæ mittebant eos: Syllepsis [h].

7. *Quia non—pars Levitarum*, &c.] Causam hæc continent cur septem duntaxat partes fieri jusserit [i]. ¶ *Sed sacerdotium*] Hîc *sacerdotium* per metonymiam sumitur pro proventu sacerdotali [k]. Vice hæreditatis habebunt quæ sacerdotes accipere debent ex præcepto Domini [l]; hostias, decimas, &c [m]. *Quæ sacerdotio Dei debentur*, Ar. sim. Jon.

8. *Cùmque surrexissent*, &c.] Alacriter suscipiunt difficillimum hoc & periculosissimum munus; quippe Deus illos securos reddebat, cùm ex ipsorum alacritate penderet multitudinis animorum affectio. Alios tamen Deus interdum fluctuare & fidere quoque permisit, ut Mosen, Exod. 4. Jonam, cap. 1. ut eò illustrior sit Dei erga homines miserrimos clementia, quò infirmiora sunt instrumenta per quæ miranda patrat [n].

9. *In septem partes diviserunt*] In Hebræo additur, *per urbes*; q. d. additis etiam & adscriptis urbibus, quod omnino ad perfectam chorographiam necesse est [o]. Apparet hinc soli bonitatem, non spatium, esse æstimatum. Nam in uberi regione frequentiores sunt hominum cœtus [p]. ¶ *Scribentes in volumine*, עַל סֵפֶר] *In libro*, P. *in tabulis*, V. Septem mensibus occupati erant metatores in hac terræ descriptione, inquit Josephus, Antiq. 5. 3 [q].

11. *Et ascendit sors*] וַיַּעַל hîc potest esse vel ex formula Kal, *Et ascendit*, i. e. educta, vel extracta, est; vel ex Hiphil, *Et ascendere fecit*, vel *eduxit*, nempe, Josue [r]. *Sors ascendere* dicitur ab Jordane, ut loco summissiore, versùs Jerusalem, quæ erat in loco altiori†. Sed nihil opus est ὑπαλλαγῇ. *Sors* enim *ascendit*, dum urnâ extrahitur; & *fines prodeunt* quodammodo ex ipsa hydria unà cum sorte, quia hæc quinam illi sunt designat [t]. Fuit autem hæc sors Benjamin spatio angustissima, sed bonitate præcipua, teste Josepho, Antiq. 5. 1 [v]. ¶ *Inter—Juda & Joseph*] Observanda hîc Divina providentia, quâ proximi locantur tum *Josephitis*, quibuscum arctissimâ generis necessitudine conjuncti erant, tum Judæis, quorum olim, in tuendis majorum suorum sacris adversùs cæterarum tribuum defectionem, socii futuri essent. Aptissimè etiam cadit hæc sors in Mosis prædictionem, Deut. 33. 12 [x].

12. *Fuitque terminus eorum contra Aquilonem*] Describuntur primùm limites Aquilonares ab Oriente versùs Occidentem, qui iidem propè sunt cum Australibus limitibus Josephitarum [y]. ¶ *A Jordane*] Eâ ferè parte quâ transierant Israelitæ [z]. ¶ *Juxta latus Jericho septentrionalis plagæ*] Hoc est, pergens ad latus Jericho, quod ei est ad Septentrionem. Id omnino necesse fuit, cùm intra suos terminos Jerichunta includeret [a]. ¶ *Ad montana conscendens*]

[x] Mas. [y] Me. [z] Bo. [a] Mas. [b] Me. ex Serar. Serar. [c] Mas. Bo. [d] Bo. † Mas. [f] V. [g] Mas. * Bo. [h] Mas. [i] Mas. Bo. Me. [k] Bo. ex Mas. [l] V. [m] Mas. [n] Mas. [o] Bo. [p] Mas. [q] Mas. [r] Ma. † L. [t] Mas. [v] Bo. Mas. [x] Mas. [y] Mas. Bo. [z] Mas. [a] Bo.

Nempe, montes Jerichunti Septentrionales; nam undiquaque ea montibus cingebatur [b]. Montem in quo erat Bethel [c]. ¶ *Contra occidentem*, יָמָּה] *Versùs*, vel *ad*, *mare*, vel *Occidentem*. [Ità omnes.] Hi autem termini non porriguntur usque ad mare, prout asseruit Josephus, Antiq. 5. 3 [d]. sed usque ad *Ataroth Adar*†. Hic ergò terminus è regione, vel ad latus, maris occidentalis inclinari, & lineam ferè mari parallelam describere, debuit*. ¶ *Ad solitudinem Bethaven*] Ergò *Bethaven* est nomen deserti [f]. Alii tamen volunt nomen oppiduli fuisse [g]. Videtur urbis nomen fuisse, quæ solitudini nomen dedit. Sunt qui *Bethaven* cum *Bethel* confundunt. [Id facere videtur Masius.] Et certum est vicinas fuisse, cùm hæc solitudo *Bethaven* cap. 16. 1. vocetur *solitudo ascendens ad Bethel*. Censeo tamen distinctas fuisse [h]. Hîc verò subsistunt fines, nec longiùs excurrunt versùs Septentrionem, sed redeunt in meridiem [i].

13. *Ipsa est Bethel*] Duplex est Bethel; una in Benjamin, altera in Ephraim, (quæ est Luz*.) Sed nihil commentis istis opus est†. Bethel enim unica tantùm fuit. Vide ad Gen. 28. 19*. ¶ *Descenditque in Ataroth-Addar*] Nam Austrum versùs descenditur. Ut enim Aquilonaris plaga altior est, ità Australis summissior existimatur [k].

14. *Et inclinatur circuiens*, וְתָאַר הַגְּבוּל] *Et designatur* (*& respicit*, Jon. *deinde vergit*, Sy. M. Ti. *indè resumens*, Ar.) *terminus*, P. Mo. *Designatúsque terminus circumducebatur*, Mas. *Unde definiens terminus ille*, JT. *Et lineam circularem* (sive *obliquam*) *ducit*: i. e. ducendo lineam circularem, tendit & vertit se per angulum occidentalem ad meridiem, &c. Is angulus est Australis-occidentalis: contrà, prior erat Aquilonaris-occidentalis. Quidam vertunt, *Et circuit*. Idem verbum quod suprà cap. 15. 9. Describit latus occidentale latitudinis [l]. ¶ *Angulo maris in Austrum*, נֶגְבָּה] Hoc loco vertunt, *ab Africo*, ο'. *à meridie*, Sy. potiùs, *versùs* (vel *ad*, Jon. Mo. M. P. Ti.) *meridiem*, Mas. JT. ¶ *Qui respicit Beth-horon contra Africum*, נֶגְבָּה] Hîc vertunt, *ad* (vel *versùs*, Jon.) *meridiem*, Sy. M.P.Mo.Ti.JT. Potiùs, *à meridie*: Nam hujus loco vers. 13. dicebatur מִנֶּגֶב [m].

15. *A meridie autem*, &c.] Describitur hîc terminus Australis Benjamin, qui idem est cum termino Aquilonari Judæ, sed ordine contrario: Ibi enim ab Oriente, sive ab Asphaltitide, ad Occidentem, sive ad Cariath-Jearim, pergebamus; hîc, contrà, ab Occidente, sive Cariath-Jearim, ad Orientem, sive ad Asphaltitidem, regredimur [n]. Atque ideo ubi illic *ascendendi* verbum usurpabamus, hîc *descendendi* utimur [o]. Vide quæ ad Jos. 15. ¶ *Egreditur terminus contra mare*, יָמָּה] [Variè reddunt.] *Ad mare*, Jon. Sy. RS. in Mas. P. Mo. *ad* (vel *versùs*, Ar.) *occidentem*, M. Ti. Alii, *à termino occidentali*, JT. *à mari*, Mas. יָמָּה pro מִיָּם, D. Litera ה non rarò motum à loco significat, cùm finibus vocabulorum adhæret: Id autem est *à mari*, quod, *ab occidente*, dicimus [q].

16. *Descenditque in partem montis*, קְצֵה הָהָר] *Ad extremitatem montis*, JT. Mas. Id in Judæorum finibus vocabatur *caput*, aut *vertex*, *montis*. Arbitror eam montis partem quâ valli Hennom ab Occidente ille impendebat significari [r]. Confer Jos. 15. 8. Videtur hic fuisse mons Moria, cujus pars occidentalis longo ductu pervenit ad extremam partem vallis Rephaim†. Verisimile puto esse *montem offensionis* dictam 1 Reg. 11. 7. sub quo jacebat vallis Hennom [t]. ¶ *Juxta latus Jebusæi ad Austrum*] Pendet hoc à verbo *descendit*; funiculus descendens à monte reliquit Jebusæum ad Austrum [v]. *Jebusæi*, &c. i.e. Ad latus Australe Jebusæorum habitantium in Jerusalem. Dicunt quidam Jerusalem esse in duabus tribubus, Juda & Benjamin, sed maximam partem in tribu Benjamin [x]. De ea controversia vide quæ ad Jos. 15. 63. Videntur sanè tam arctâ inter se amicitiæ necessitudine conjunctæ fuisse Tribus istæ, ut tanquam una existimarentur. Vide 1 Reg. 11. 13, 32. & 12. 20. Fortassis tamen mons Zion (ubi erat regia) & Moria (ubi Templum) fuerunt Judæorum: Erant enim montes isti ab Austro urbi [y].

17. *Transiens ad Aquilonem*, וְתָאַר מִצָּפוֹן] *Et lineam circula-*

[b] Bo. [c] Mas. [d] Ser. Me. Bo. Mas. ad v. 14. † Ser. Me. * Bo. [f] D. [g] K. in Mas. [h] Bo. [i] Mas. * He. in Mas. V. † Mas. * Bo. [k] D. ex Mas. [l] V. [m] Mas. [n] Mas. Bo. [o] Mas. [q] Mas. [r] Mas. sim. Bo. † Bo. [t] Mas. [v] Bo. [x] V. [y] Mas.

circularem ducit (sub. *illinc*) *à Septentrione*, q. d. relicto Septentrione[z]. *Reflectit* (*circuit*, P. *tendens verò*, M.) *ab Aquilone*, Ti. M. P. Hi autem malè explicant, quasi ab Aquilone versùs Austrum reflectatur. Quis, quæso, intelligat, *describi ab Aquilone*, idem esse quod, *describi cum flexu versùs Austrum?* Sic ergò intellige, quòd ab Occidente in Orientem tendens nonnihil reflectatur versùs Aquilonem[a]. [Sic Jon. *respicit ad Septentrionem*; & Ar. *porrexit se terminus ad Septentrionem*; & Sy. *prospectat Aquilonem.*]

18. *Ad tumulos*] Hebr. *Geliloth*. Aliàs Galgal[b], ut constat ex Jos. 15. 7. & 22. 13. Nam *Geliloth* sonant limites[c]. Alia tamen hoc loco & Jos. 15. est Galgal ab illa prope Jordanem, ubi castra stativa erant; & ea potiùs videtur esse de qua Jud. 3. 19[d]. [Vide quæ ad Jos. 15. 7. congessimus.] ¶ *Et pertransit ex latere Aquilonis ad campestria*] Mas. sic vertit, *Et porrigebatur ad latus appositum deserto ab Aquilone*, h. e. ut desertum maneret ad dextram [sive, ab Austro] in finibus Judaicis †. ¶ *Descenditque in planitiem*, vel, *in campestre*, M. Ti. וְיָרַד הָעֲרָבָתָה] Aliis verò est nomen loci: *Descendit in Araba*, P. JT. V. Mas. Hæc mox *Betharabah* dicitur, quæ in deserto fuit. Vide quæ ad Jos. 15. 6[f].

19. *Et prætergreditur contra Aquilonem Beth-hagla*, צָפוֹנָה] *Versùs Aquilonem*, Mas. ex Chald. Hoc non sic accipiendum, ut funiculus relinquat Beth-haglam ad Austrum, atque adeò terminus Beth-haglæ sit Borealis[g]; ità enim exclusisset eam ab ista hæreditate, cùm includendam esse ostendat recensio sequens[h]: sed sic, ut terminus relinquat *Beth-haglam* ad Septentrionem[i]. Significat hunc tractum non rectà in Orientem vergere, verùm nonnihil ad Septentrionem declinare. Vel, per me licet, si quis malit Beth-haglam Judæorum esse, hîc autem recenseri tanquam in confinio positam. Nam & Beth-araba, quæ Judæorum erat, Jos. 15. hîc recensetur[k]. ¶ *Contra linguam maris*, &c.] *Ad excursum maris salis*, i. e. ad locum in quo mare illud excurrit in terras[l].

21. *Jericho*] At Jericho subversa erat, nec reædificanda. Resp. Locus tamen ejus cessit Tribui Benjamin, quem possidere, aut colere, aut habitare poterant, dummodo in civitatem muratam & clausam non erigeretur. Quinetiam postquam reædificata fuit, sumptâ semel temeritatis pœnâ, non fuit destructa; quin & Christus in ea à Zacchæo exceptus fuit *. ¶ *Vallis Casis*, עֵמֶק קְצִיץ] *Amec-Kasis*, vel, *vallis abrupta*, vel, *planities discissa*[m]. *Vallis incisionis*, in qua scil. incisio fieret, nimirum fruticis balsami: quæ incisio non ferro fiebat, sed acuto lapide, vel vitro, teste Jo. & Plin. & Tacit[n].

22. *Samaraim*, צְמָרַיִם] Urbs hæc nomen aut dedit, aut debet, monti illi 2 Par. 13. 4. Videtur nomen illi impositum à gemino cacumine[o].

26. *Et Mesphe*, מִצְפֶּה] *Maspha*. Non procul fuit à Rama, in eodem monte Silo. Quidni ipsa Silo esset, quæ *Maspha*, i. e. *specula*, dicatur, quòd mons Silo excelsissimus fuit? Fuêre & aliæ *Maspha* cis & trans Jordanem[p].

28. *Et Jebus, quæ est Jerusalem*, הַיְבוּסִי] *Jebusæorum*, sub. *urbs*, i. e. quam Jebusæi incolunt: quæ alio nomine dicitur Jerusalem[q]. In qua tribu fuit, vide ad Jos. 15. ult[r]. Vetus urbs in parte Benjaminis, sed accessio facta ex parte Judæ †. Utriusque Tribûs fuit secundùm varias sui partes[t]. Septentrionalis pars (cum intermedio monte Moria[v]) erat in tribu Benjamin; Australis verò (ubi erat mons Sion[x]) ad tribum Juda spectabat[y]. Vel, urbis alterius permutatione, Jerusalem à Benjaminitis relicta est Tribui Juda[z]: vel, Benjamitæ, cum desperarent se posse partem suam Jebusæis extorquere, cesserunt eam Tribui Judæ, si eam armis obtinerent[a]. An dicendum Jerusalem quidem fuisse sortis Benjamin, sed postea, quia Tribus Juda major erat, partem unam, conterminam sorti Judæ, eidem Tribui Judæ cessisse? Sic impletum illud, ut pluribus major, paucioribus minor, portio daretur[b]. Sed nè quis tribuum commoditates ex catalogis hujusmodi æstimet, existimandum est, non omnes urbes omniáque loca in illis commemorata esse, sed celebriora modò, & præsertim quæ vel ad fines ostendendos conducebant, vel de historia quapiam memorabilia erant, & quæ primùm tribules incolere incipiebant. Quapropter neque in eo mirandum est, quòd passim in S. narrationibus urbium nomina in hac vel illa tribu positarum occurrunt, quarum in istis catalogis nulla mentio est: plurimæ enim præteritæ sunt; multæ etiam posteris temporibus structæ[c]; nonnullæ mutatæ[d]. Infrà occurrunt duarum urbium nomina quæ hîc non exprimuntur, *Anathoth* & *Almon*, Jos. 21. 18. Vel, igitur, non omnes Benjamin urbes ex nomine expressæ sunt; vel, nonnullis diversa fuerunt nomina †.

[z] V. · [a] Bo. · [b] V. Jun. · [c] Jun. · [d] Mas. · † Mas. · [f] Mas. · [g] Bo. Mas. · [h] Mas. · [i] Bo. · [k] Mas. · [l] V. · * E. · [m] Mas. · [n] Bo. · [o] Mas. · [p] Mas. · [q] V. · [r] Bo. · † G. · [t] T. · [v] T. · [x] T. · [y] Me. T. · [z] To. in Me. · [a] T. To. in Me. · [b] E. · [c] Mas. Ma. · [d] Ma. · † Bo. Me.

CAP. XIX.

1. *ET egressa est sors—Simeon*, &c.] Collocati hi erant intra fines alterius Tribûs, scil. Judæorum, & sic quodammodo *dispersi inter Israelitas*: idque Divino consilio factum, propter scelus illud, Gen. 34. At dicas, gravius hoc erat Judæis quàm Simeonitis, cùm illi suas possessiones cum his communicare debuerunt. Resp. Judæis erat amplissima regio, eámque totam nec occupare, nec à Barbaris vel à feris tutari, poterant, præsertim propter maxima ab Austro deserta. Sed neque eâ conditione fines tam amplos sorte nacti fuerant, ut ipsorum proprii manerent, ut antè observatum est. Verùm Rabbini fingunt Simeonitas tandem à Judæis hæreditate depulsos fuisse, freti 1 Par. 4. 31. *obtinuerunt urbes istas usque ad Davidis tempora.* At quis credet Davidem adversùs judicium Divinæ sortis eos elimináße? Et constat eos uberiorum pascuorum gratiâ longiùs esse profectos, non autem à Judæis fuisse propulsos. Et loca quæ occupatum ibant credibile est intra suam hæreditatem fuisse, licèt à Barbaris adhuc occupata. Etiam Ezeciæ tempore, h. e. 300 annis post Davidem, ad uberiora pascua migrârunt. Nam עַד (quod est in 1 Par. 4. 31.) sæpe moræ longitudinem, non finem, significat. Porrò, hæc Tribus erat omnium minima, in qua tantùm 22 millia recensiti: Ei igitur tantùm 17 urbes tribuuntur; quanquam fortassis illæ, propter pagorum, &c. frequentiam, cum pluribus aliarum urbibus comparari potuerint. Utcunque illud est certissimum, non omnes urbes in catalogis recenseri; nec multas nominare opus erat finium gratiâ, quos eosdem cum Judæis habebant. Certum etiam est amplissimas versùs Gedor & Seir fuisse regiones à Barbaris adhuc occupatas[f]. ¶ *Per cognationes suas*] Sive familias: neque enim tribuum sortitioni tantummodo præerant 12 viri, sed etiam illi divisioni quæ inter familias fiebat; ut indicat Num. 26. 55. & Jos. 17. ubi de Manassis sorte ejúsque in familias partitione agitur[g]. ¶ *Fuitque*] Sub. *inclusa*[h].

2. *In medio—Juda*] Non in centro, sed tantùm intra sortem Judæ, nempe, in parte Australi, ut docent Josephus 5. & *Beersabe* (Australis terræ terminus τῷ Dan oppositus) illis tributa[i]. ¶ *Bersabee & Sabee*] Unam modò urbem significant hæc duo nomina; ut facta summa v. 6. ostendit, & τῆς *Sabee* omissio, tanquam supervacaneæ, 1 Par. 4. 28[k]. [Alii aliter.] *Schebah*, Jos. 15. est *Schemah*. Hæc 1 Par. 4. 32. vocatur *Tocem*: nam omnia utrobique conveniunt, hâc exceptâ, quæ ibi alioquin omitteretur[l]. שֶׁבַע in Hebræo nunc legitur: sed שֶׁמַע legerunt ο'. qui vertunt, Σαμαά. Et שֶׁמַע vocatur Jos. 15. 26. ubi Græci malè Σαλμαά, pro Σαμαά. Videtur idem esse locus qui Neh. 11. 26. scribitur ישׁוע, ubi fortè fuerit ישמע, præpositâ י, ut Jos. 16. 3[m]. Duo hæc scripta sunt nomina, ut in celebris illius putei memoriam Gen. 21. redeamus[n].

3. *Bala*, בָּלָה] Eadem בִּלְהָה, 1 Par. 4. 29. & בַּעֲלָה, Jos. 15. 29[o]. Nomina enim propria sæpe unâ aut alterâ literâ variantur[p].

4. *Eltholad*] Per aphæresin *Tolad* in Paralip[q]. ¶ *Bethul*, בְּתוּל] Ità vocatur per Synæresin quæ in Paralip. בְּתוּאֵל[r].

6. *Beth-lebaoth*] In Paralip. *Beth-biri* †. ¶ *Et villæ earum*] Hoc in Paralip. pertinet ad versum sequentem.

[f] Mas. · [g] Bo. · [h] V. · [i] Bo. · [k] Mas. Bo. Me. · [l] Jun. · [m] G. · [n] R. Isaias in Mas. · [o] Ma. MK. · [p] Mas. ex K. · [q] Mas. · [r] Mas. · † Mas. Jun.

quentem, quaſi quatuor iſtæ urbes fuerint municipia locorum antè memoratorum, quamvis ipſæ quoque ſua haberent municipia [t]. Videntur hæ quatuor minores urbes fuiſſe, & fortè ſine mœnibus; quod docet nomen חֲצֵרִים 1 Paralip. c. 4. v. 32. illis tributum [v]. חֲצֵרִים rectè vertit Vulg. villas; ο'. κώμας. Rectiùs fuerat ἐπαύλεις [x]. His quatuor additur Etam 1 Paral. cap. 4. verſ. 32 [x].

[t] Maſ. [v] Bo. [x] G. [x] Maſ.

8. *Uſque ad Baalath Beer*, בַּעֲלַת בְּאֵר] q.d. *Habens puteum.* Fortaſſis eſt *Beerſabea*, quæ erat *verſus Auſtrum*, quod hîc ſequitur [y]. Potiùs eſt *Babala* 1 Paral. cap. 4. v. 33 [z].

[y] Maſ. [z] Jun.

9. *In poſſeſſione Juda*] In qua pleræque hæ urbes nominatæ ſunt [a]. Adæquatio. Vide Num. cap. 34 †. ¶ *Quia major erat*, &c.] Heb. *major ipſis*, מֵהֶם, i.e. quàm pro numero eorum, h.e. quàm ut occupari poſſit ab illis [b]. Major quàm ipſis deberetur, aut neceſſaria erat [c]. Factum hoc errore Geometrarum priorum [d]. Qui error à ſecundis Geometris, penitus omnia explorantibus, mox deprehenſus ac correctus fuit †. Sunt artium initia ferè rudia, & necdum ars metiendi agros ad eam perfectionem quam nunc habet deducta [f]. Ità impleta prophetia Gen. 49. Nam licèt certam ſedem ſortiti ſint, quia tamen hoc errore propriis ſedibus primò privati ſunt, nec niſi tribu Judæ ſinum ſuum pandente, illóſque invitante & excipiente, quaſi in alieno hoſpitio collocati fuerunt, poſſunt etiam aptiſſimè dici inter Iſraelitas diſperſi fuiſſe [g]. Porrò, notandum hîc ſortes ordine fuiſſe extractas. Nam poſt Judæos & Joſephitas educta primò eſt ſors Benjaminis, qui erat dilectæ Rachelis filius: Secundùm eam autem ſors Simeonis, quippe qui poſt Reubenem inceſtûs damnatum maximus natu liberorum Leæ fuit [h].

[a] Bo. † G. [b] V. [c] Me. [d] To. in T. Me. † T. [f] Me. [g] T. [h] Maſ.

10. *Sors—Zabulon*] Qu. Cur hic antecedit Iſſachar, qui eo major natu fuit? Reſp. Divino hoc conſilio factum, quo etiam eos eodem ordine nuncupavit Jacobus [i]. Satis liquet in ſortium diſtributione non obſervatum fuiſſe nativitatis ordinem [k]. ¶ *Uſque Sarid*] Hæ terminorum deſcriptiones paulò obſcuriores ſunt, propterea quòd loca hæc minùs cognita ſunt [l]. Ego, cum Joſepho Antiq. 5.3. (qui in illis locis natus & educatus fuit,) Manaſſenſibus proximos loco Iſſachar. his Zabulon. & his Aſeritas [m]. Sed dices, *Latus Zabulonis erat verſus Zidonem*, Gen. 49. Reſp. 1. Idcirco Wolfgangus Viſeburgius Zabulonios ſupra Aſeritas collocat inter Sidonem & Berytum, in Galilæa Gentium. Sed non credibile eſt urbem nobiliſſimam, Sidonem, in deſcriptione eorum finium ad quos pertinebat tacitam eſſe præteritam. Reſp. 2. Hoc tantùm illâ prædictione ſignificatur, eos verſaturos frequenter in portubus apud Zidonios. Ità explicat Moſes Deut. 33.18. *Lætare, Zabulon, in ingreſſu tuo*, q.d. Enavigabis feliciter ad fora rerum venalium, &c *. [Sed de his vide collectanea noſtra ad Gen. 49.] *Sarid* ultima erat civitas Zabulonis in angulo meridiano, termino occidentali [n]. Exiſtimant eam ſitam in Carmeli promontorio [o]. Alii, ſub monte Carmelo [p].

[i] Maſ. [k] Bo. [l] Bo. ſim. Maſ. [m] Maſ. * Maſ. ad ver. 15. [n] Jun. Q. in Maſ. [o] Maſ. [p] Ma. ità Maſ. v. 11. [q] Maſ.

11. *Aſcenditque de mari*, עָלָה לַיָּמָּה] *Aſcendit ad mare*, Ma. Maſ. P. Ti. vel, *ſecundùm mare*, JT. Rectè, ſi *Sarid* ad mare poſita fuit, ut alii putant [q]. Rectè noſter, *de mari*, quia terminus hic non rectâ lineâ & mari parallelâ procedit, ſed à mari ſenſim recedente, propter tribum Aſer, quæ ſeſe ad Occidentem uſque ad Manaſſeticam ſortem inſinuabat. Porrò, ל ſæpe idem valet quod *ad*, ut docet Forſterus [r]. Porrò, Zabulonis Tribus non pertingebat ad mare (Mediterraneum,) ut patet ex Joſ. 17.7. ubi Tribus *Aſer*, quæ erat ad mare, ſeſe inſinuare indicatur ità ut Manaſſitis conjungatur ab Aquilone: quod dici non poterat, ſi Zabulon ad mare perveniret. Dices, At Jo. Antiq. 5.1. dicit terram hanc καθήκειν περὶ Κάρμηλον καὶ θάλασσαν. Reſp. Id ſic verto, *pertingentem circa Carmelum & mare*: vel, ſi περὶ vertas, *ad*, illud dici poterat, quia parùm à mari diſtabat; quod autem parùm diſtat, morali æſtimatione nihilo diſtare habetur *. ¶ *Uſque ad torrentem*] Hunc plerique putant eſſe *Belum*, ſeu *Pagidem* arenis vitri nobilem †. ¶ *Contra Jeconam*] Ea ad Carmelum fuit, ut liquet ex Joſ. 12. 22 [t].

[r] Bo. * Bo. † Ma. ità Maſ. Bo. [t] Maſ.

12. *Et revertitur de Sared contra orientem*, וְשָׁב מִשָּׂרִיד קֵדְמָה מִזְרַח הַשֶּׁמֶשׁ] *Et revertitur* (*egrediens*, M. Belg.) *à Sarid ad orientem ortum ſolis*, Mo. *verſus orientem, ad exortum ſolis*, M. Belg. *in orientem, ad ortum*, inquam, *ſolis*, Ar. *ad orientem*, id eſt, *ad ortum ſolis*, P. *ad anterius orientis ſolis*, Jon. *ex adverſo ab oriente Beth-ſames*, ο'. *antrorſum* (*in partem anticam*, Maſ.) *verſus ortum ſolis*, JT. Per appoſitionem dictum, quaſi, ad partem mundi anteriorem, id eſt, ad Ortum †. Sed ego geminationem puto indicare verum & directiſſimum Orientem *. Deſcribuntur hîc termini Auſtrales, ab Occidente verſus Orientem progrediendo à *Sarid* uſque ad *Remmon* [v]. In hoc termino contigui erant Manaſſitis uſq; ad montem Thabor; indè ad Jordanem uſque Iſſacharitis, qui Manaſſitas & Zabulonitas eâ parte intercipiebant; ſiquidem Joſ. 17.10, 11. Tribus Manaſſe Tribui Iſſachar conjungitur [x]. ¶ *Ceſeleth-thabor*, כִּסְלֹת תָּבֹר] Q. appellativè ſumunt, vertúntque, *ilia Thabor*, eáſque partes montis quæ circiter medio loco ſunt ſignificari volunt [y]. Aliis eſt nomen proprium loci [z]. Ad radices montis Tabor pagum ſuo tempore exſtitiſſe, dictum *Cheſulum*, prodit Euſebius [a]. Eandem urbem in tribu Iſſachar *Chaſaloth* dictum puto v. 18. Fortè ea urbs in terminis poſita utramque tribum complexa erat [b]. Hæc urbs *Thabor* vocatur 1 Paral. 6.77 [c]. & *Kartha* Joſ. 21. 34 [d]. ¶ *Ad Dabareth*] Ea urbs fuit in tribu Iſſachar, ut liquet ex cap. 21.28 †. ¶ *Japhie*] *Japhia*, ſeu *Japhe*, loco excelſo poſita, ſicut & vicina Jotapata. Erant ambæ munitiſſimæ urbes, Jo. Belli 3. 11 [f]. & in Galilæa [g].

† Ti. not. * Ma. [v] Maſ. ſim. Bo. [x] Bo. [y] RR. in Bo. & in Maſ. [z] Ità ο'. Ch. Maſ. Ma. Bo. [a] Ma. [b] Bo. [c] Maſ. Jun. [d] Bo. Jun. † Bo. Maſ. [f] Maſ. [g] Bo.

13. *Ad orientalem plagam*, קֵדְמָה מִזְרָחָה] [Vide ad verſum antecedentem.] Ad verb. *in orientem in ortum*, Ma. *prorſum verſus orientem*, Maſ. Valde obſcurè diſtinguuntur hujus Tribûs termini quoad reſpectum ad diverſas orbis partes *. Producitur terminus Auſtralis uſque ad *Remmon* [h]. *Amthar* verò & *Noa* orientalem terminum abſolvunt: & ver. 14. Septentrionalis terminus deſcribitur [i]. Mihi placet v. 12. finitum Auſtralem terminum, v. 13. orientalem deſcribi. Et huc refero, *ad orientem*; q.d. ad orientalem terminum deſcribendum. Deinde ſubjungitur terminum hunc tranſire *ad ortum Geth-hepher* [k]. ¶ *In Remmon, Amthar, & Noa*, וְיָצָא רִמּוֹן הַמְּתֹאָר הַנֵּעָה] [Illud הַמְּתֹאָר variè accipiunt.] Q. volunt eſſe nomen proprium: Ità Latinus, & ο'. *Hamthoar* [l]. Pleriſq; eſt partic. Pihel à verbo תָּאַר: Ità He. Merc. &c [m]. [Al. totum ſic reddunt;] *Rimmon Methoar*, aliàs *Nehan*, JT. vel, *& hinc in Nehan*, M. Ti. Vertunt, *Quæ circuit*, i.e. per lineam circularem tendit ad, &c [n]. *Indè gyrum faciebat verſus Neam*, Maſ. ex K. & RS. At Syr. refert ad *Remmon*, *Exibat ad Remmon inclytam* [o]. Qu. An orientalis hujus Tribûs terminus pertigerit ad Jordanem, vel ad mare Geneſareth? Reſp. 1. Quidam negant [p]: Non enim profectò tam nobilem terminum reliquiſſet tacitum qui deſcripſit [q]. At ſi hæc ratio valeret, nec Manaſſe nec Iſſachar Jordanem attigit, nec ulla Tribus ad mare Geneſareth pertigit, quia de his etiam ſilentium eſt. Maluit ab urbibus in ea ora deſcribere, quarum (urbium) ſitus jam Iſraelitis notus eſſet [r]. Reſp. 2. Alii affirmant †. Ità Jo. 5. 1. quem ſequitur Adrichomius. Probatur ex Gen. 49. *habitabit ad littus marium*; & ex Iſa. 9. *terra Zabulon & Nepthali*,—*& via maris trans Jordanem*. Ubi terra illa in qua Chriſtus diutiſſimè verſaturus erat, in utriuſque Tribûs finibus poſita, dicitur *via maris*, q.d. juxta mare poſita, nempe, Geneſareth, ut ο'. & nobiles Commentatores explicant. Ibi nimirum erant civitates illæ in quibus diutiùs verſatus fuit Chriſtus, ſcilicet, *Capernaum*, Matt. 4. 13. Johan. 6. 17, 24. & *Bethſaida*, Marc. 6. 45. & 8. 13, 22. Idem affirmat Joſephus, Antiq. 18. 3.

* Bo. [h] Maſ. & Ser. in Bo. [i] Ser. in Bo. [k] Bo. [l] Maſ. [m] Maſ. [n] V. [o] Maſ. [p] Maſ. [q] Ità Maſ. [r] Bo. † Ità Bo.

14. *Et circuit*, &c. וְנָסַב אֹתוֹ הַגְּבוּל] *Et circuibit ipſum terminus*, Mo. *Et revertitur ſibi terminus*, Jon. *Vertit ſe terminus*, Sy. ſim. Bo. *Circuit idem terminus*, Ma. ſim. Ti. P. *Circuit ei idem terminus*. Redundat *ei*, V. אותו ponitur pro לו per enallagen caſuum, Maſ. *Unde divertit terminus ille*, JT. ¶ *Ad Aquilonem Hanathon*] Dubium eſt an funis ambivit urbem Hanathon

thon à Septentrione, & Zabuloni adscripsit; an ab Austro [t]. Prior sensus est rectior, inquit Ma. [sed nullo fultus argumento. Aliter Bo.] Sensus non hic videtur esse, quòd ad Septentrionem Hanathon terminus transeat; sed, quòd terminus, postquam urbes illas præteriit, sinuoso quodam flexu reflectitur ab Aquilone, sive ut terminum Aquilonarem describat, versùs urbem Hanathon. Ad vocem *Hanathon* τὸ אֶל, *ad*, subintelligunt ο'. P.Ti.Ch. & ferè omnes [v]. ¶ *Vallis Jephtahel*] Eadem vallis terminus Tribûs Aser statuitur vers. 27 [x]. Suspicor esse partem vallis Carmeli, per quam torrens ille oppositus τῷ *Jecnaam* decurrit in mare [y].

15. *Et Semeron*, (sive *Samaria*,) *& Bethlehem*] Diversæ hæ sunt ab illis notissimis urbibus, *Samaria* Josephitarum, & *Bethlehem* Judæorum [z]. ¶ *Civitates duodecim*] At hoc loco nominatæ sunt 19. Resp. Quædam ex iis in affinium tribuum hæreditate positæ erant [a]. Nec mirum; cùm termini à duarum tribuum, quæ conterminæ sunt, locis & urbibus appellationem sortiri possint [b]. Constat certè *Dabereth* fuisse in *Issachar*, à qua data erat Levitis [c]. Porrò, perspicuum est quinque illas vers. 15. fuisse *Zabulonitarum*; necnon quinque illas ver. 13. cùm ad terminum sint orientalem, i. e. Jordanem, vel mare Genesareth; præterea *Jeconam*, ex Jos. 21. 34. Hîc undecim habemus; at duodecimam prodere non possumus. Notandum rursùs, non omnes hîc urbes recenseri, cùm alibi occurrant in hac tribu *Cartha* & *Damna*, Jos. 21. 34. item *Remmono* & *Thabor*, 1 Par. 6. 77. (vel, quædam urbes binomines erant [d];) item *Ceteron*, Jud. 1. 30. Nec poterant 60 mille viri (quot ex iis numerati sunt) in solis 12 urbibus habitare. Fierique potuit, ut in istis catalogis eæ solùm nuncupatæ sint urbes quarum nomina metatores raptim annotaverant [†].

17. *Issachar*] Solum hujus amœnum erat, & felix omnium rerum ad victum cultúmque hominum copiâ, juxta prædictionem Gen. 49. 15. & Deut. 33. 18. In horum hæreditate erat pars maxima campi quem *Ezdrelonem*, ab urbe *Jezreel*, appellabant; posteriores verò *campum Sabe* dixerunt, quo nullus locus amœnior [f]. Notandum quòd Tribus Issachar erat orientalior tribu Aser; quæ quidem vergit magis ad Aquilonem respectu Tribûs Manasse [*].

18. *Jezrael*] Sedes hæc Regum 1 Reg. 21. 1. Hanc in Manass. perperàm ponit Adrichomius [g]. Terminus hic Australis est ab Occidente versùs Orientem [h], & describitur per sex urbes, vers. 18, 19. Occiduus verò terminus ab Austro ad Septentrionem pingitur v. 20. & parte versûs 21. per quinque urbes, *Rabboth*, &c. Borealis denique parte versûs 21. & ver. 22. per reliquas urbes & Jordanem [i]. Non mihi placet. 1. Nullum in textu est hujus distributionis argumentum. 2. Ità has civitates distribuunt, ut & nulla ad Jordanem collocetur, & omnes sint in terminis, nec ulla interior. Nota hîc non explicari terminos juxta varios partium cœli situs, ut in cæteris ferè factum est; sive quia non erat scriptori mens terminos tribuum minutatim persequi, quocirca in sequentibus ferè omittit; sive quia ex descriptis terminis Manassis & Zabulon satis perspicua hæc erant Judæis, quibus regio cognita erat [k]. Qu. Num hæc Tribus ad mare pertingebat? Resp. 1. [Hæsitat Masius.] Nulla, inquit, hîc maris mentio; nisi fortè omittitur quòd ora illa minimè esset portuosa [l]. 2. [Negat Bonfrerius.] 1. Quia nulla maris mentio. 2. Josephus eam ad Occidentem Carmelo circumscribit. 3. Alioqui Scriptura Sacra non dixisset tribum Aser Manassensibus conjungi ab Aquilone, Jos. 17. 10. quod non fuisset verum, si Issachar eos intercepisset, sive, quod idem est, ad mare pertigisset. Nota rursus non omnes hîc reperiri Issacharianorum civitates, vel duo sunt ejusdem loci nomina. Sunt enim alibi *Dabereth*, & *Jaramoth*, Jos. 21. 28. (quæ 1 Paralip. 6. *Ramoth* appellatur,) & *Anem*, 1 Par. 6. 73. quæ hîc & Jos. 21. vocatur *Engannim*, duarum vocum in unam contractione, ut Hebræa intuenti patebit [m]. ¶ *Chasaloth*, [כִּסְלוֹת] Diversa hæc est ab illa Zabuloniorum, quæ sita est ad Aquilonares partes montis Thabor; cùm hæc eidem monti Australis est [n].

[t] Mas. [v] Bo. [x] Bo. [y] Mas. [z] Mas. [a] Mas. sim. Bo. [b] Bo. [c] Mas. [d] Bo. [†] Mas. [f] Mas. [*] V. [g] Bo. [h] Jun. Mas. Ma. [i] Mas. Jun. [k] Bo. [l] Mas. [m] Bo. [n] Mas.

24. *Sors—Aser*] Hæc etiam sors ex ordine exit. Liberarum matrum filii omnes sortiti erant. Τῷ Gad natu majori (ex ancillis) eis Jordanem prospectum erat. Zilpha prioris conjugis ancilla erat, ut jure Aseritæ Danitis & Nepthalitis præpositi esse videantur [o]. Ex sequentibus constat Aseritis sortem obtigisse in extrema Cananææ parte quæ ad Septentrionem & Occidentem, seu mare, vergebat, usque ad Sidonem & Anti-libanum; sui verò extremâ parte quæ ad Austrum vergit Manassenses contingebat [p].

25. *Fuitque terminus eorum*] Occidentalis ab Aquilone ad meridiem [q]; ferè secundùm maris Mediterranei oram [r]. *Terminus*, &c. i. e. tractus possessionis eorum [†]. *Estque termini eorum*, JT. ¶ *Halcath*] Quæ *Chukkoth* appellatur 1 Chron. 6. 75 [t]. Prima est hæc Aseritarum urbs in angulo Aquilonari termini occidentalis [v]. Circiter 10 vel 12 mil. passuum supra Ptolemaidem exsistit [x]. Eadem hæc cum *Helcath* Jos. 21. 31 [y].

26. *Messal*, [מִשְׁאָל] Quæ מָשָׁל *Masal* 1 Par. 6. 74 [z]. ¶ *Ad Carmelum maris*] i. e. Carmelum juxta mare situm; ad distinctionem alterius Carmeli montis in Juda, ubi Nabal habitavit [a]. Porrò, ex his & sequentibus verbis colligitur urbes has omnes continuo tractu ad mare occidentale fuisse [b]. Quòd dicitur funiculus *incidisse in mare ad Carmelum*, non ità est accipiendum, quasi adhuc non descenderimus secundùm maris littus, nunc autem demum ad mare perventum sit: sed partem Carmeli ostendit quæ procurrit in mare, cùm alterâ parte porrigatur in loca mediterranea [c]. ¶ *Sihor & Labanath*, [בְּשִׁיחוֹר לִבְנָת] *In Sichor Libnath*, Mo. M. Q. unum locum esse volunt; ità Jon. Ti. Mas. Multis est *Ptolemais*, sive *Aco*, Jud. 1. 31. sive *Ace*, ut Strabo, Plin. &c. vocant [d]. Alii duo loca esse contendunt; ità Vulg. ο'. Sy. Ægrè hæ duæ voces ad ejusdem loci nominationem convenirent, cùm שחור *nigredinem*, & לִבְנָה *candorem*, significet [†]. *In Sihor Libani*, Ar. *in Sihor ad Libnatham*, JT. Sihor rivus est Pagidas seu Belus [f]. *Libnath* est promontorium album, Plin. 5. 19. supra *Hacuntem*: cujus hîc non meminit, quia includebatur his terminis: meminit autem Jud. 1 [g].

27. *Ac revertitur contra orientem*, &c. [וְיָצָא וגו׳] *Et egreditur*, i. e. devenit. Notandum quòd Tribus Aser erat Aquilonarior, Tribus verò Zabulon orientalior [h]. Hîc jam pinguntur fines Australes ab Occidente in Orientem [i]. Hîc funiculum revocat à mari, & versùs Orientem & Septentrionem, ac tandem in Occidentem ad mare, protrahit, ídque, ut videtur, absque angulis & certa distinctione laterum, sed potiùs in arcum quasi funiculum sinuando. *Reverti* dicitur terminus, h. e. à mari recedere [k]. ¶ *Beth-Dagon*] i. e. Fanum Dagonis [l]. Idolum hoc erat in forma piscis. Pisces autem apud Syros & Palæstinos pro diis cultos notant Xenophon de Cyr. l. 1. Diod. Sic. 3. 2. Cicero 3. de nat. deorum, aliique [m]. ¶ *Usque Zabulon*] Q. de tribu accipiunt: ità complures [n]. *Et pertransit usque* ad fines Tribûs *Zabulon* [o]. Ità ut hæc Tribus tangat extremitatem Tribûs Zabulon, ejúsque angulum Occidentis & Septentrionis, juxta quem erat vallis *Jepthael*, (quæ hîc sequitur [p].) Alii de urbe *Zabulon*, non procul à Ptolemaide posita, Tyri & Sidonis æmula, teste Joseph. Belli 2. 22 [q]. ¶ *Contra Aquilonem in Bethemec*, &c] Heb. *ad Aquilonem*, &c. Ma. Mas. Non est sensus, quasi terminus progrediendo ad illa loca versùs Aquilonem procederet, quanquam & hoc verum sit; sed quòd terminus ad illa loca progrediendo iisdem esset Aquilonarior [r]. Hunc sensum accentus Hebraici indicant [†]. ¶ *Ad lævam Cabul*] Qu. 1. Quid hîc *ad lævam*? Resp. i. e. *Ab Aquilone*, vel, *ad Aquilonem* [t]. Si homo faciem ad Orientem vertit, meridies ei erit à dextra, Septentrio à læva [v]. Qu. 2. Quid *Cabul*? Resp. 1. Q. de illa regione accipiunt 1 Reg. 9. 13. Ità plerique [x]. Quod nomen terra accepit ab Hiramo tempore Salomonis. Unde liquet longo post Josuam tempore hunc Commentarium conscriptum fuisse [y]. 2. Alii autem de urbe certa accipiunt [z]. Insolens enim est à regionibus integris terminos describi [a]. *Egreditur ad lævam*, &c. Latus orientale ab Austro ad Aquilonem: & hoc etiam versiculo continetur latus Septentrionale ab Oriente in Occiden-

[o] Mas. [p] Bo. [q] Jun. Mas. [r] Mas. [†] V. [t] Jun. [v] Ma. [x] Mas. [y] Bo. [z] Mas. [a] Bo. ex La. [b] Bo. [c] Mas. [d] Idem. [†] Mas. [f] Jun. Mas. [g] Jun. [h] V. [i] Mas. [k] Bo. [l] Mas. [m] Bo. [n] Ma. [o] Os. [p] Bo. [q] Ità Mas. [r] Bo. sim. Mas. Ma. [†] Ma. Mas. [t] V. sim. Mas. Jun. Bo. Ma. [v] Bo. [x] Ma. ità Mas. G. Jun. [y] Mas. sim. G. [z] Q. in Ma. Bo. [a] Bo.

Occidentem; quia isti duo termini, orientalis & Aquilonaris, unâ veluti gyratione simul explicantur [b].

28. *Abran*, [עֶבְרֹן] *Hebron*: quæ *Habdon* infrà 21. 30. & 1 Par. 6. 74 [c]. ד & ר facilè inter se commutantur [d]. Nonnihil hîc subaudiendum, *Præterea in eo tractu sunt urbes Hebron*, &c. V. ¶ *Rohob*, [רְחֹב] Levitis infrà assignatur, cap. 21. 31. nisi alteram cognominem fuisse malis †, [quod mavult Malvenda.] ¶ *Cana*] Ea duplex erat: *Cana minor*, in tribu Zabulon, ac Galilæa inferiore; de qua Johan. 2. & *Cana major*, quæ in hac tribu Aser, & in Galilæa superiore, sive Gentium [f]. ¶ *Usque ad Sidonem magnam*] Meritò sic dictam, & antiquitate, & artificiis, & negotiandi navigandíque peritiâ [g]. Hanc, sicuti & Tyrum, sibi licèt attributas, Aseritæ nunquam possederunt; quod Divino judicio factum videtur, nè ex maritimis commerciis opibus, luxu cæterísque peccatis diffluerent [h].

29. *Revertitúrque*, &c.] *Redibat terminus*, &c. Quia inchoavimus istorum finium descriptionem sub Tyro, hæreditas autem Aseritarum supra Tyrum usque ad Sidonem extendebatur, reliquum erat illud intervallum designare quod indè à Sidone usque ad eum locum fuit unde primùm auspicabamur. Id ergò fit hoc versiculo [i]. Pars duntaxat Australior descripta erat v. 25, & 26. nunc adjicit urbes Borealiores ad eandem maris oram, donec funiculus pervenit unde orsus fuerat [k]. ¶ *In Horma*, [הָרָמָה] Aliis ה servilis litera est [l], legúntque *Rama*, ο'. Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Præpositus nomini articulus indicat urbem hanc inclytam fuisse. Crederem *Sareptam* esse. Utraque posita fuit in loco edito; quod docent nomen *Rama*, & vites *Sareptæ*. *Bacchus amat colles* [m]. ¶ *Usque ad civitatem munitissimam Tyrum*, [צוֹר] Q. appellativè sumunt; *ad urbem munitam petræ*, P. i. e. quæ sita erat in rupe alta [n]. *Usque ad urbes arcium, urbes fortitudinis*, Jon. [Reliqui omnes Tyrum urbem celeberrimam hîc intelligunt: de qua videsis Bo. & Ma. & Mas.] Non tamen ipsam Tyrum, quæ extra Cananæam erat, sed oram Tyro objacentem, significat [o]. ¶ *Et usque Hosa*] Dicitur terminus hic *reverti* à Tyro *Hosam*, propter incurvatum illic littus maris [p]. ¶ *Eruntque exitus ejus in mare de funiculo Achziba*, [הַיָּמָּה מֵחֶבֶל אַכְזִיבָה] *Ad occidentalem partem vallis Achzib*, Sy. *Finis ejus est mare quod pertinet ad lineam Achzib*, Ar. *Desinúntque fines ejus ad mare à sorte* (vel, *funiculo*, Ti.) *Achziba*, M. Ca. vel, *ad Achzib*, P. vel, *ad Achzibam pertingente*, Belg. *à tractu ad Achzibam pertinente*, JT. *è regione quæ Achzib spectat*, Mas. ex Chald. Pertinebat, scilicet, ea ora ubi funiculus iste considebat, in mare, finiebatúrque ad regionem urbis Achzib. חֶבֶל autem *regionem* significare constat ex Deut. 3. 4, 13. Cæterùm Achzib est ipsa *Ecdippa* prope Tyrum, ut affirmat Eusebius [q]. Al. *ad mare à littore ad Achzib*, Ang. Rectiùs vertas, *ab Hebel-Achzib*, Os. *De Chebel ad Achzib*, Q. in V. Sensus loci est, Finietur terminus circumducto jam ex omni parte funiculo ad mare, ad mare, inquam, quod terras illas attingit quæ urbis *Achzibæ* jurisdictioni subsunt [r].

31. *Possessio Aser*] Impleta hîc erant quæ à Jacobo & Mose prædicta erant. Gen. 49. 20. *Pinguis erit panis ejus*, &c. Testantur autem αὐτόπται vallem Aseris admirabili amœnitate esse, omnis generis fructuum frugúmque feracissimam. Vide Joseph. Belli 4. 4. Porrò, Deut. 33. 25. *Ferrum & æs calcei tui*. Quod ego accipio de *ferreis atque æneis claustris*, i. e. pertinacibus Barbarorum viribus, quas Aseritæ non poterant frangere. Et huic consentit quod sequitur, [וּכְיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ], quod simplicissimè sic verto, *& quot dies tui, tot ærumnæ tuæ*; q. d. Tibi certamen perpetuum est futurum cum veteribus colonis, à quibus tanquam ferreis & æneis claustris submoveberis. Et huc alludit Jud. 5. 17. *Aser mansit apud suas ruinas*, h. e. in urbibus continuo bello ruinosis. Sed demus de ferro & ære locutum Mosen esse, (ut plerique volunt;) sanè id quoque sic cecidit. Nam ut de Carmelo, Libano, Anti-libano, aliis montibus, nihil dicam, ad quos Aseritarum hæreditas pertinebat, quosque credibile est metalli venis abundâsse; certè *Sarepta* nomen à *metalli officinis* habet †; [צָרְפַת], à *purgandis conflandísque metallis* [t].

b Me. c Jun. d Ma. † Bo. f Mas. Bo. Ma. g Mas. Bo. h Bo. i Mas. k Bo. l Q. in Bo. m Mas. n V. o Mas. p Idem. q Idem. r Bo. † Mas. t Mas. ad v. 29.

32. *Nepthali*] Hos excludebant Aseritæ à mari Mediterraneo: Libanus erat ad Bor. Jordanes ad Orientem [v].

33. *Et cœpit terminus*] Orientalis ab Aquilone ad meridiem [x]. Atque adeò *Heleph* & *Elon* non procul erant à Jordanis fontibus. Sed mihi non placet: Nam, 1. de harum urbium situ nihil constat. 2. Nec sequentia huic explicationi favent, sed obstant. Obj. At cùm latus Australe vers. 34. describatur, videtur orientale priùs descriptum fuisse. Resp. Orientale latus satis indicatur, cùm indicatur & latus Septentrionale pervenisse ad Jordanem, & latus Australe inchoari revertendo ex Jordane, adeóque totum illud quod interjacet Jordanis ad Nepthalitas pertinere, & latus orientale exhibere. Mihi placet Septentrionalem terminum hîc describi: 1. Quia aliàs ille nusquam describeretur, quod priores illi fatentur: Sed quæ causa cur solus hic terminus sileretur? 2. Ex iis verbis, *& egressus eorum usque ad Jordanem*: quæ verba nullum commodum sensum haberent, nisi hîc vel Australis vel Borealis terminus describeretur; infrà autem describitur Australis; ergò hîc Borealis describitur. Nam verba illa, *exitus suos habere in aliquo loco*, in reliquis descriptionibus hoc tantùm significant, ibi claudi ac finiri. Et quomodo dicant latus orientale claudi Jordane, si totum procedit secundùm Jordanem? Dicendum potiùs erat, *exitus illius lateris esse ad mare Cinnereth*; eò enim pervenit latus orientale [y]. Verùm illud, *desinebat in Jordanem*, planè geminum est illi v. 26. *incidit in Carmelum ad mare*. Nam etsi adhuc secundùm Jordanem descendimus, tamen fluvius nominari debebat, ut id ipsum intelligeretur, nos in ejus ripa versatos adhuc esse. Et fieri potest ut ille hoc loco incurvatus obstiterit nè ulteriùs ad meridiem versùs descenderetur [z]. ¶ *Et Elon in Saanaim*] Ità Jud. 4. 11. Malè ergò ο'. & Chald. legunt, *Meelon in Besaanaim*, quasi præpositiones essent nominum partes; quomodo *Meeleph* pro *Heleph* [a]. ¶ [מֵאֵלוֹן בְּצַעֲנַנִּים] *Ab Elon in Saanannim*, Mo. i. e. Quæ urbes sunt in regione Saanannim [b]: vel, potiùs, apud hos populos; cùm *Saanannim* sit plurale. Phrasis est qualis illa, Duacum est apud Belgas [c]. *A querceto in Saanannim*, JT. ¶ *Et Adami, quæ est Neceb*, [וַאֲדָמִי הַנֶּקֶב] [Variè reddunt.] *Adami, Neceb*, M. Ti. P. *Adami ipsius Neceb*, Mo. Plerique nostrum secuti unam & eandem urbem putant [d]. Puto *Nekeb* esse epitheton urbis *Adami*, Mas. *Ab Adamæi fossa*, JT. *Et possessoribus torcularis*, Ar. [Videtur legisse וְאַדוֹנֵי.] Porrò, *Adami* videtur eadem esse cum illa Jos. 3. 16 [f]. ¶ *Et egressus eorum* (i. e. Nepthalitarum, Bo.) *usque ad Jordanem*] Heb. *Et fuit exitus ejus Jordan*, Mo. sim. ο'. vel, *ad* (sive *versus*, Ti. sive *in*, JT.) *Jordanem*, Jon. P. sim. Sy. Hinc pervenit ad Jarden, V. *Desinúntque fines ejus ad Jordanem*, M. [De sensu vide quæ ad priorem versûs hujus partem dicta.]

34. *Revertitúrque terminus*] Hîc Australis terminus indubiè describitur ab Oriente versùs Occidentem [q]. *Revertitur*, ab Ortu scilicet [r]. ¶ *Pertransit in Zabulon contra meridiem*] *Incurrit in Zabulon à meridie*, JT. ità ut Zabuloniorum latus Boreale idem sit quod Nepthalitarum latus Australe †. Porrò, Nepthalitas ad usque Genesareth lacum pervenisse mihi probari videtur ex Isa. 9. *terra Zabulon & Napthali*, &c. collat. cum Matt. 4. Quòd autem duæ illæ urbes, *Azanot-thabor* & *Hucuca*, occurrant antè quàm ad Zabulonios perveniatur, in causa esse existimo, quòd reflexio nonnulla fieret versùs Occidentem secundùm littus stagni Genezareth priusquam ad Zabulonios perveniatur, & in eo loco sitæ erant hæ urbes [t]. ¶ *Et in Aser contra occidentem*] Hoc est, ab Occidente Nepthalitæ Aseritas contingebant [v]. ¶ *Et in Juda ad Jordanem contra ortum solis*] Sed hoc mirabile videtur, cùm Judæi à Nepthalitis tot tribubus interpositis divisi erant [x], nempe, *Benjamin, Ephraim, Manasse, Issachar, & Zabulon*; quæ omnes, ut ostensum, ad Jordanem pertingebant [y]. Verùm non significant hæc verba tribum Nepthali Judæis conterminam fuisse, sed quòd per Jordanem quodammodo vicina & affinis sit Tribui Judæ, nempe, commercio per Jordanem [z]. Voluit scriptor indicare impletam hîc Mosis pro-

v Mas. x Jun. Ma. sim. Mas. Ser. &c. y Bo. z Mas. a Idem. b V. c Bo. d Ma. sic Bo. f Mas. q Bo. ità Mas. Ma. r V. † Bo. post Mas. t Bo. v Bo. Me. x Mas. y Bo. z Me.

prophetiam, Deut. 33. 23[a]. q. d. Esto, Nepthalitæ videantur à mari & cæteris tribubus, maximè Juda, remoti; facilè tamen commercio, nempe, per Jordanem, fruentur omnibus bonis[b]. Et hunc sensum admittunt Hebræa, quæ sic verti possunt, *& in Juda Jordane (seu, per Jordanem) ab ortu solis*. Illud autem, *ab ortu solis*, non ad *Judam*, sed ad *Jordanem*, referri debet[c]. [Jun. refert lectorem ad Jos. 15. 5. *terminus* (nempe, Judæ) *ad Aquilonem, à sinu istius maris, pars Jardenis:* ubi hæc annotat;] Id est, ab extremitate Jardenis partem ejus usque ad lacum Genesareth Juda maximam possedit, etiamsi quarundam tribuum fines in ipsum Jardenem inciderent. Hâc ratione fiebat ut fines Napthali ad Jardenem essent Judæ contermini, ut habetur Jos. 19. 34*. LXX sic legunt, *& Jordanes ab ortu solis:* ità evanescit difficultas: sed omittunt τὸ *Juda*, quod in Heb. habetur †. Porrò, impleta hæc esse quæ à Mose prædicta facilè patebit ex fœcunditate istius soli multis scriptoribus celebrata. Vide & Jud. 18. 9, 10. ubi de tractu circa Jordanis fontes agitur. Sed objicies illud Deut. 33. 23. *Mare & meridiem posside.* At Chald. hoc accipit de mari Tiberiadis. Verùm quando insolens est hoc sensu *maris* appellatio, sensus potiùs est, q. d. Quamvis ad diversam prorsus partem, h. e. Aquilonem & Orientem, habitarent, tamen per societatem ab aliis tribubus participaturi erant quicquid apud illos boni habebatur[d].

35. *Et Emath*] Seu *Hamath*. Ea duplex erat: 1. *major*, (quæ *magna* dicitur Amos. 6.) nempe, Antiochia; 2. *minor*, quæ Epiphania, de qua hoc loco †. Sed quando Ptolemæus Antiochiam duobus gradibus & dimidio, Epiphaniam verò propè sesquigradu, altiùs collocat quàm Damascum, conjicio (nescio quàm rectè) hanc *Hamath* aliam & tertiam esse, juxta quam est *Rebla* רִבְלָה, 2 Reg. 23. 33. quæ infra Jordanis ortum est, Num. 34. 11. Quanquam fieri potest ut Nepthalitæ longè supra Jordanis fontes versùs Aquilonem & Orientem porrecti jacuerint[f]. Adscribunt iis quidam Damascum, Abilam, Chalcidem, Palmyram, Emesam, aliásque urbes nobilissimas versùs Euphratem: Verùm ad Euphratem habitare nondum ipsis concessum erat. Vide quæ ad Jos. 1. 4[g].
¶ *Et Cenereth*] Unde nomen accepit lacus postea dictus Genesareth[h]. Hæc urbs erat ad mare Genesareth, ubi Jordanes in illud influit; atque adeò non potuit esse Tiberias, ut visum est Mas. & Mont. (utpote quæ ab ea lacûs parte ad meridiem recederet,) sed potiùs Capernaum, vel alia urbs ei situ proxima[i]. Alii tamen duas *Cinnereth* fuisse volunt, unam in tribu Nepthali, alteram in Zabulon, quæ & *Tiberias* dicitur[k].

38. *Civitates decem & novem*] At 23 loca hîc habemus. Alia ergò erant nomina vicorum obscuriorum[l].

40. *Tribui filiorum Dan*] Hîc Danitarum terminos ità describit, ut tantùm ferè urbes recenseat, non funiculum distinctè circumducat. Non dubium est fuisse hanc tribum ad mare, vel non procul à mari; quod satis indicat urbs Joppe, quæ ad mare: Benjamin verò & Juda fuerunt ei ab Oriente[m]. Danitæ habebant urbes Judæis attributas; de quo priùs dictum. Particulam à Judæis accipiunt ad meridiem; cæteroqui ab ipsis recedunt in Septentrionem[n]: & quidem usque ad Doram, inquit Josephus; quàm rectè non video, cùm essent Ephraimitæ (quorum sors ad mare usque pertingebat) inter Manassenses (in quorum sorte Dora erat) & Danitas interceptæ[o]. Sed Josephus magis in armis quàm in S. literis versatus esse videtur[p]. Porrò, hæc Tribus tres Philistinorum satrapias suâ sorte inclusit, nempe, *Azotum*, *Geth-remmon*, (quæ & *Geth*, Mas. Bo.) & *Accaron*. Nam Josephus duas tantùm ex quinque satrapiis Judæ adscribit, nempe, *Ascalonem* & *Gazam*[q]. Ad Orientem verò versùs extendebatur latus Australe ab Azoto ultra Eleutheropolin, atque ità reflectebatur versùs Cariath-Jearim, & indè Joppen. Porrò, sors Danis ultimo loco extracta videtur, quamvis major fuit Nepthali, quia infausta quædam de eo prædixerant Jacob & Moses. Cæterùm quia illæ prædictiones ad hominum ingenia moresque potiùs

a Bo. Mas. — b Bo. sim. Mas. Me. — c Bo. — * Jun. — † Bo. — d Mas. ad v. 39. — † Bo. — f Mas. — g Idem. — h Jun. La. sim. Mas. Bo. — i Bo. — k Sic Eusebi. in Mas. Adrichom. in Bo. — l Bo. — m Bo. — n Mas. — o Bo. — p Mas. — q Bo. ad v. 46.

quàm ad hæreditatis situm spectare videntur, supervacaneum erit eas hîc explanare[r].

41. *Hir-semes*, עִיר שֶׁמֶשׁ] h. e. *Solis urbem*. Putant esse בֵּית שֶׁמֶשׁ *Ædem solis* Judæorum †. Alii volunt esse eam *Beth-shemesh* 1 Reg. 4. 9. quæ & *Har-Cheres*, i. e. *mons Solis*, vocatur Jud. 1. 35[t].

44. *Balaath*, בַּעֲלָת] Nescio an sit Judæorum *Baaloth*, an verò *Baala*, i. e. Cariath-Jearim. Prius Hebræis placet, qui urbem Judæorum, at suburbanum agrum Danitarum, esse colligunt ex Jud. 18. 12[v].

46. *Cum termino qui respicit Joppen*, עִם הַגְּבוּל מוּל יָפוֹ] *Cum termino contra Japho*, P. Mo. Jon. vel, *qui est è regione Japho*, M. Ti. *cum termino suo è regione Japho*, JT. sive *Joppe*, Jun. Cum toto illo tractu qui adjacebat Japho[x]. *Cum confinibus & tractu Japho*, Ar. Cum omnibus urbibus quæ in conspectu Joppes positæ erant[y].

47. *Et ipso fine concluditur*, וַיֵּצֵא גְבוּל בְּנֵי־דָן מֵהֶם] *Et egressus est terminus filiorum Dan ab eis*, M. P. Mo. Sy. Ar. Mas. Sensus est, Danitas olim extra se, h. e. extra suam hæreditatem, emigrâsse, aliásque possessiones quæsitum esse profectos[z]. Non placet; hoc enim non est, *terminum ab illis egredi*, sed, *Danitas terminis suis excedere*[o]. [Ca. tamen sic vertit, *Egressi autem suis finibus Danii.*] Alii sic, *Exivit ab eis*, i. e. subtractus fuit illis, q. d. destituit illos[p]. *Minor fuit quàm ipsis sufficeret*, JT. Heb. *ab eis*, i. e. infra eos, Jun. sim. V. Ang. Belg. Pi. Ser. Videtur deesse קָטֹן (*parva*) *præ eis*, ex collatione v. 9. ubi est רַב מֵהֶם *magna præ eis*[q]. Al. *Et ab his exit limes filiorum Dan*, Ti. i. e. in his tractibus finitur[r]. *Exire terminum ab eis*, i. e. à Joppensibus, idem est quod, *ad eos pervenire, & ibi desinere* †. ¶ *Ascenderunt filii Dan*] i. e. Aliquot ex filiis Dan[t]. ¶ *Et pugnaverunt contra Lesem*] Post mortem Josuæ hæc facta sunt. Vide Jud. 18[v]. Indéque constat non esse à Josua conscriptum hunc Commentarium*: vel potiùs, ab eo qui illum digessit & edidit multa illi fuisse inserta & addita*. Sed cur, inquies, commemorantur nunc? Nempe, ut semel quibus locis habitaverint Danitæ ostendatur. Obj. At ista gesta sunt cùm *non cecidisset eis sors*, Jud. 18. 1. Resp. Atqui hoc de sorte quâ contenti vivere possent intra suos fines accipi debere docent ea verba, *egressi sunt ex se*, i. e. ex suis finibus, quos sorte fuerant nacti. Sed cur illi minùs contenti suâ sorte quàm aliæ Tribus? Resp. Quia infestas sibi nationes barbaras non satis repellere quiverunt, cùm littus illud portuosissimum esset. Vide Jud. 5. 17. Et alioqui suopte ingenio raptores, & alieni appetentes, fuisse testatus est & Jacob & Moses. Veruntamen constat Danitas etiam tum habuisse Saaram & Eshtaol[y]. ¶ *Vocantes nomen ejus Lesem Dan*]. Illud *ejus* expungendum est; neque enim *Lesem-Dan* dicta est, sed ipsa *Lesem* vocata est *Dan*[z].

49. *Dederunt filii Israel Josue*] Nota hîc & mirare modestiam Ducis Josue; nam qui primò omnibus aliis sortes divisit, suam ultimus accepit[a]. Rursum, ipse noluit sibi sortem jaci, utì aliis, sed datum à populo suscepit. Qua in re typus erat Christi, qui, ut nos ditaret, factus est virorum novissimus[b]. Inter suos tribules possessionem accepit minimè insignem, (hoc enim est illud בְּתוֹכָם,) sed multis deteriorem. Certè montanæ possessiones in siccis illis locis deterrimæ sunt, & campestribus posthabentur. Et scribit Hieron. Paulam miratam esse, cùm Josuæ monumentum viseret, quòd Josue sibi montana & aspera loca delegisset. Sed neque ab ædificiis paratum fuisse locum docet, quòd *urbem* ipse *exædificavit*[c].

50. *Juxta præceptum Domini*, עַל פִּי] Potest verti, *juxta promissum*. Sed ubinam hoc vel promissum, vel præceptum? Resp. Nusquam disertè exprimitur. Solet Scriptura multa silere, quæ ex aliis locis colligenda relinquit. Non obscure tamen hoc indicatur Jos. 14. 6. *Nôsti quid locutus sit Dominus de me & te.* Et cur, quæso, Josue, qui in eadem causa & fide in Deum fuerat, præteritus esset? Sed quid promisit ei Deus? Resp. Ut quem vellet locum eligeret[d]. Ego autem magis censeo, eum Eleazaris monitis ad petendum esse inductum, cùm huic de ea re oraculum esset datum.

r Mas. vers. 48. — † Mas. — t Ma. ex Jun. — v Mas. — x V. — y Ma. ex Mas. — z Mas. — o Bo. — p V. — q Pi. — r Ma. — † Bo. — t V. — v G. Jun. Mas. Bo. — * Mas. G. La. — y Mas. — z Idem. — a La. ferè ex Mas. Bo. — b Bo. — c Mas. — d Bo.

tum. Hoc enim illud esse videtur, *secundum os Domini* †, i. e. de mandato Dei [f]. Admonet nos hic locus, ut in rebus omnibus Dei nutum observemus [g].

† V. f V. g Mas.

CAP. XX.

1. Locutus est—ad Josue] Non incusatur hîc Josue cessatio, quasi asyla constituere neglexerit toties antè imperata; sed hoc significatur, illum hæc, sicut alia, mandata instinctu Divino in tempore procurâsse, atque de ipsis ad populum retulisse. Neque enim nisi post distributam terram constitui asyla potuêre, Deuter. 19. Suo igitur ordine, post distributas possessiones, sequuntur leges de jure Asylorum [a].

2. *Separate urbes*] Heb. *Date vobis urbes*, &c. τὸ *vobis* eleganter παρέλκει (*redundat*,) ex usu linguæ. Sic, *Faciamus nobis*; *Vide tibi*; & Plautus, *Quid ego tibi deliqui* [b]? Nisi existimare mavis eo significari, ad Israelitas solos pertinere jus asylorum [c]. Al. *Date ex vobis*, JT. Sed judico non esse hîc ellipsin τῶ *ex*. Vide simile exemplum suprà 18. 4 *. ¶ *Urbes fugitivorum*] [De his multa hîc habet Masius, quæ ὡς ἐν συνόψει reperies ad Num. 35. & ad Deuter. 19. Quæ autem ex eo ibi omissa, ad hoc caput notata habebis.] Hoc loco (inquit Tirinus) adversus Andream Masium (agendum est,) qui scelerum odio justitiæque zelo videtur Christianorum asyla improbare [d]. [Sed audiamus ex ore Masii ipsius sententiam.] Asyla (inquit) quæ Deus sancivit insontes tutabantur homicidas. Sed homines partim gloriæ cupidine, ut suam majestatem amplificarent, alii imprudente Religionis opinione, jus ἀσυλίας apud statuas, templa, cœmeteria, apud Episcopos, & nescio ubi non, constituerunt. Porrò, sceleratissimos homines ibi tutantur; quod indignissimum est, & Romuli institutis quàm legibus Dei magis consentaneum. Vide Exod. 21. 14. Et quis ferat Deum ipsum homicidii patronum statui? aut Principes, quorum erat facinorosos plectere, eorum protectores esse? Sic & optimos quosque homines maleficorum libidini exponunt; cùm nulla sit peccandi illecebra major quàm impunitatis spes †. [Hæc Masius. Cui opponit Tirinus sequentia argumenta pro asylis Christianorum.] 1. Sic Dei majestas ostenditur, dum ei dicata loca adeò habentur sacrosancta, ut, etiamsi hominibus illatum sit damnum, & vel publicum vel privatum bonum pœnam exigat, ob illorum tamen reverentiam securus quis in illis sit. 2. Sic major de Divinis rebus vulgo conciliatur opinio. 3. Ità consulitur multorum innocentiæ, præsertim in bellis, & tempus datur pœnitentiæ [f]. [Non difficile est cuivis cordato viro hanc litem dirimere, & cujus argumenta plus habent ponderis atque momenti discernere. Sed meum non est sententiam interponere.]

3. *Percusserit nescius*, בִּשְׁגָגָה בִּבְלִי דָעַת] Non est ταυτολογία sed geminatâ sententiâ omnis, quoad ejus fieri potest, defensio scelestis homicidis præciditur [g]. Fortè locutio est ἐκ παραλλήλων, quâ duo ἰσοδυναμοῦντα simul junguntur; ut cùm dicimus, *lutum cœni*, *terra pulveris*, &c †. Vertunt, *per ignorantiam*, (vel, *errorem*, P. JT. Ca. Ar. Jon.) *citra scientiam*, V. sim. Mo. M. Ar. P. i. e. imprudenter, & non deditâ opera [h]. *Ex insperato inscius*, Sy. *in perplexitate & per imprudentiam*, Ti. Bene respondit Adrianus, *In maleficiis voluntatem spectari, non exitum.* Est enim naturâ nobis insitum, ut malam mentem odio habeamus; bonam, etiamsi peccet, non item †. Veruntamen tam immanis res est homicidium, ut etiam qui imprudentes inscientésque id fecissent tamen certis piaculis opus habere sint existimati, quò à conscientiæ suæ terrore possent conquiescere. Hinc Areopagitæ tales *annuo exsilio* damnare solebant *. ¶ *Qui ultor est sanguinis*, מִגֹּאֵל הַדָּם] *A vindice sanguinis*, Mas. JT. supple, *illius*, JT. putà, qui profusus fuerit cruentâ cæde [i]. ό. commodè reddunt, ἀγχιστεύοντα τὸ αἷμα, i. e. *jure cognationis vindicantem sanguinem:* Perinde, scilicet, atque si occisi hominis sanguis manu homicidæ oppressus asseratur per vindictam in libertatem. Vindicta autem iis solis permissa est quos justus dolor impelleret [k]. Notanda phrasis Hebraica, *propinquus sanguinis*, pro *propinquo interfecti* [l]. Qu. Cur pro solis homicidiis, non item pro furtis, sacrilegiis, adulteriis, constitutæ sunt urbes refugii? Resp. 1. Non par erat in his periculum atque in illis, nè, dum res per Judicem examinaretur, ab aliquo grave damnum acciperent [m]. 2. Alia peccata vix ulla sunt aliquando cum innocentia conjuncta, sed studio, voluntate deditâque operâ patrantur: Improbam autem voluntatem Deus minimè impunem voluit haberi [n].

a Mas. b D. c Mas. * Pi. d T. † Mas. f T. g Mas. † D. h V. † Mas. * Mas. ad v. 6. i Jun.

5. *Percussit proximum ejus*] i. e. Quemvis hominem; est enim naturâ omnibus hominibus inter ipsos societas [o].

6. *Donec stet*] Stabant *litigantes*, & *advocati*; sedebant *Judices*: Exod. c. 18. v. 13. Isa. c. 50. v. 8. Zach. c. 3. v. 1 [p]. ¶ *Ante judicium*, לִפְנֵי הָעֵדָה] *Coram concilio*, i. e. Senatu. h. e. Donec ab asylo revocetur à Judicibus urbis suæ, & ipsi judicent de causa ipsius [q]. [Sed de his vide ad Num. 35. 12.]

7. *Decreverunt*] Heb. *Sanctificaverunt*: ità Mo. JT. τὸ קָדַשׁ sign. *rem quampiam in usum aliquem designare, adhibitis quibusdam religionis ceremoniis* [r]. ¶ וַיַּקְדִּשׁוּ] *Et constituerunt*, vel *addixerunt*, Jon. Sy. Ar. *præparaverunt*, i. e. designaverunt, V. ¶ *In Galilæa montis*] Heb. *in Galilæa, in monte*, &c. Ideo in montibus constituta sunt asyla, ut urbis indicium mons procul videri posset, & sic obviàm iretur errori miserorum hominum, &c. Quò spectat & commodissima asylorum dispositio. Propè enim par est viæ spatium ex quovis Terræ sanctæ angulo ad unum illorum quodlibet. Nam *Hebron* exstabat ad meridiem, *Cedes* ad Septentrionem, *Sichem* inter illas medio loco. ¶ *Et Sichem*] Dinæ stupro & Josephi sepulchro nobilitata. Postea dicta est *Neapolis* †.

7. *Et trans Jordanem—statuerunt*, &c.] Fuerunt quidem tria hæc asyla cis Jordanem à Mose constituta; verùm religiosum illud sanctitatis jus non habuerunt, nisi tum demum cùm etiam altera illa trans Jordanem essent consecrata. Eáque causa est cur denuo, nullâ factâ Mosis mentione, hæc designentur [t]. Qu. Cur non plura 9 tribubus, quàm 2 & dimidiæ, instituta erant asyla? Respondent 1. Judæi, quia in Galaaditide frequentiora erant homicidia, juxta Os. 6. 8. Quasi verò asyla pro maleficis sint comparata. Resp. 2. Amplitudinis loci rationem habitam esse liquet, quòd tria insuper alia asyla instituenda fuerint, si olim fines ampliores populo concederentur à Deo, Deut. 19. 8 [v].

9. *Hæ civitates constitutæ sunt*; ità M. Ti. Ang. Belg. הַמּוּעָדָה] Formæ מוּעָדָה, D. Vertunt, urbes *conventûs*, vel *conventionis*, P. Mo. JT. K. in Mas. D. i. e. quas debet convenire inscius homicida [x]. Verùm non tantam illuc frequentiam convenisse est credibile, ut à convenis istis vocarentur *urbes congregationis* [y]. Urbes *dedicatæ* & *sacræ*, Ar. Urbes *publicè constitutæ*, ad quas insontes, &c. confugerent. τὸ יַעַד usurpatur de *loco* aut *tempore præstituendo* [a]. ¶ *Et advenis*] Hebræi hâc voce excludi ab asylis volunt omnes præter Judæos & proselytos. Sed τὸ גֵּר quemvis peregrinum denotat; & Num. 35. etiam תּוֹשָׁב hâc lege censetur. Deus enim simpliciter detestatur omnem innoxii sanguinis effusionem. Porrò, notandum asyla omnia Levitis assignari pro habitationibus: nimirum, ut sacerdotii dignitate vis injusta meliùs prohibeatur; útque à viris Divini humaníque juris peritis illiusmodi capitalia judicia sanctiùs rectiúsque judicentur [b].

k Mas. l V. m E. n Mas. o Idem. p D. q V. r Mas. † Idem. t Mas. ex He. v Mas. x V. sim. Jun. y Mas. a Ar. b Mas.

CAP. XXI.

1. Accesserunt principes familiarum Levi, רָאשֵׁי אֲבוֹת הַלְוִיִּם] *Capita* (vel *principes*, P.) *patrum Levitarum*, Mo. Jon. P. Ti. M. *principes sacerdotum & Levitæ*, Sy. *primores paternarum* familiarum *è Levitis*, JT. ἀρχηπα-

ἀρχιπατριῶται τῶν υἱῶν Λευὶ, LXX; quod reddunt, *principes familiarum filiorum Levi*: Nam πατριὰ *familia*. Patres Levitarum erant qui familiis eorum præerant. Erant autem familiæ seu gentes quatuor, Aharonitæ, reliqui Cahathitæ, Gersonitæ, ac Meraritæ. Qui his præerant dicebantur *capita patrum* *. Non negligebantur Levitæ à Josue, &c. sed priùs tribubus fuit portio assignanda regionis, & tum demum ex quaque tribu eligendæ civitates quæ Levitis darentur [e]. Et honestè petunt Levitæ quod sibi jure debebatur [d].

* D. — e Me. Mas. — d Me.

3. *Dederúntque*, &c.] Vel, 1. in usum & habitationem, manente interea dominio directo penès Tribus, ut ex *Hebrone* patet, v. 11 †. Verùm *Hebron* illis simpliciter data est, tametsi ager Hebronis Calebo ipsi manserit [f]. Territorium manebat penès Tribus; habitatio verò in oppidis, & agri juxtà pascui, Levitis cedebant. Sic apud Siculum; Jurisdictio in agris qui assignati sunt penès eos remansit ex quorum territorio sumpti sunt. Vide de J. B. & P. 2. 3. 4 †. Vel, 2. quoad dominium. Non tantùm usufructuarii erant harum possessionum, sed domini quoque. Quod confirmatur ex Lev. 25. 33, 34 [g]. *Dederunt* autem sorte adhibitâ, ut patet ex v. 4, 6, 10 [h]. Non deputatæ sunt iis urbes populi arbitratu; tunc enim deterrimas tantùm illis dedissent. Porrò, sicut in asylis constituendis observandum erat æquabile intervallum, ità & in Levitarum habitationibus, nè illi ab ullis hominum cœtibus abessent longiùs; quippe à quibus Lex Dei petenda erat, Mal. 2. 7. Fuit ergò divisorum prudentiæ proprium munus de singularum tribuum hæreditate urbes certas detrahere, ipso positu ad Levitarum sedes accommodas, atque eas in classes quatuor distribuere; ut deinde 4 illæ Levitarum gentes inter se illas sortirentur [i].

† Jun. — f Ma. — † G. — g D sim. Mas. Ma. — h Me. — i Mas.

4. *Egressa est sors*, &c.] Hoc in vers. וַיֵּצֵא sing. est pro plur. *fuerunt*. Propterea quòd usus hujus verbi est frequentissimus, non attenditur in eo num. aut genus [k]. Ex hoc loco liquet has urbes sorte Levitis distributas fuisse, esto, citra sortem fuerint urbes hæ ab urbibus cæteris separatæ [l]. ¶ *Civitates tredecim*] Mirum tot urbes tam paucis sacerdotibus tribui. Nam in Jordanis transitu non erant multò plures quàm 24. Itaque etiamsi 14 annis [sequentibus] quaterdecies multiplicentur, nondum tamen erunt 400, quos si per 13 dividas, in singulis urbibus erunt tantùm 31 sacerdotes [m]. Sed populus cum Levitis largus esse voluit, &, non quantum crevissent, spectavit, sed quantùm crescere in posterum possent [n].

k V. — l Bo. — m Me. ex Ser. — n Me.

5. *Et reliquis filiorum Caath*] i. e. Qui non erant ex filiis Aaron, sed tantummodo Levitæ [o].

o V. D. Me.

9. *De Juda & Simeon*] Notanda hìc providentia Divina in moderandis sortibus. *Gerson Caathum* ætate anteibat, sed *Cahath* præfertur ei propter *Aaronis* dignitatem. Ad hæc, locantur Aharonitæ apud Juda & Benjamin, ut sic Templo vicini forent. Deinde, reliqui Caathitæ, ut illis genere ipso conjunctissimi erant, ità proxima loca sortiuntur, nimirum, apud *Ephraim*, *Manassen* & *Danem*. Denique, *Gersonitæ* anteponuntur *Meraritis*: hos enim ipsa natura ultimos nasci voluerat [p].

p Mas.

11. *Cariath Arbe patris Enac*] i. e. Maximi gigantum [q]. τοῦ אַבִּי ο΄. referunt ad urbis dignitatem, reddúntque, μητρόπολιν [r]. Arbe progenuit Enac. Vide dicta ad Jos. 14. ult †.

q V. — r Mas. — † Bo.

12. *Agros verò*] Sed cur tanto studio hoc repetitur? Quasi verò absurdum sit, urbem, quæ antè alteri, nunc Levitis assignatam esse; ac non omnes urbes quæ his modò dantur, antè aliis tribubus sortitò obtigerint. Atqui obtigerant quidem, sed nondum inter familias distributæ fuerant; alioquin ex iis quædam exhæredes factæ essent [t]. Quidam hìc laudant Calebi modestiam, qui Hebronem sibi adimi passus est *. Verùm urbs *Hebron* Calebo non est donata, sed ejus agri tantùm, &c †. & *loca non munita muris*: ideóque nec *Dabir* ipsius erat, quam munitissimam fuisse constat, quòd eam capienti præmia proponit. Qu. Cur ergò urbi alienæ capiendæ præmia proposuit? Resp. 1. Si suo agro potiri volebat, exterminandi certè erant hostes *. 2. Quia eam capi publicè intererat †.

t Mas. — * Ser. & To. in Me. — † E. Me. Mas. — * Mas. — † Me.

13. *Dedit ergò—Hebron*, &c.] Si cum his catalogis conferas 1 Paralip. 6. est sanè in multarum (urbium) nominibus magna discrepantia: Ibi enim urbs *Jota* omittitur; & pro *Ain*, illic est *Asan* [v]. Varietas ex eo orta, secundùm Hebræos, quia cùm ex assignatis civitatibus quædam essent in Cananæorum potestate, interim suffectæ sunt aliæ, dum quæ fuerant constitutæ in potestatem Israelitarum venirent: itáque in uno textu substitutas legi, in alio verò primariò designatas. Veriùs fortasse dici posset, loca quædam duplici nomine vocari, aut decursu temporis in vocabulis mutationes factas esse [x].

v Mas. — x Me. ex Mas.

26. *Civitates decem*] At 1 Par. 6. nominantur tantùm octo. Resp. Non fuit consilium istius libri scriptori rem hanc accuratè persequi, quæ aliunde posset, si quid deesset, suppleri. Porrò, nec ille liber meminit in his Tribûs *Dan*, sed tantùm *Ephraim* & *Manasse*; videlicet, sub Ephraimitis etiam Danitas comprehendens [y]. ¶ *Datæ sunt filiis Caath*, Heb. לְמִשְׁפְּחוֹת] Aliquid subaudiendum; vel, fuerunt *familiarum*, &c. vel, quas dederunt *familiis*, V.

y Bo.

34. *Jecnam*, &c.] At in Paralip. duæ tantùm sunt, &, quantum apparet, ab his divisæ. Resp. Fieri potest ut duas has commodatò acceperint, cùm illas quatuor Barbari haberent *.

* Mas.

36, 37. *De tribu Reuben*, &c] Duo hæc commata in antiquissimis Hebræorum codicibus non fuêre: itaque nec Masora hos numerat. Quare adjecti videntur ex Paralipomenis [a]. Non habentur in editione Veneta, sed in ejus margine [b]. Verùm necessariò hæc supplenda sunt, ut vel ex hoc mutila & minùs incorrupta censeri debeant ista Masoretharum exemplaria [c]. Nam, 1. codices Hebræi passim nunc habent, & testatur K. se in nonnullis antiquissimis exemplaribus legisse [d]. Ego ea reperi in ed. Veneta altera †. 2. Ea habent ο΄. & Chald. & Hieron. [adde, & Sy. & Ar.] at unde, nisi ex Hebræo [f]? Respondet Grot. ex Paralipomenis habuerunt [g]. 3. Alioqui mutilus erit hic Scripturæ textus, neque constabit numerus vel 12 civitatum vers. 40. vel 48 civitatum v. 41 [h]. 4. Dictum suprà est, (v. 7.) Meraritis datum iri urbes ex Rubenis hæreditate [i]. 5. Habentur in 1 Par. 6 [k].

a G. — b D. — c Bo. — d Bo. — † D. — f Bo. — g G. — h Bo. sim. Mas. — i Mas. Bo. — k Bo.

36. *Bosor in solitudine, Misor, & Jaser, & Jethson, & Mephaath*] Hìc nomina sunt quinque; at in fine versûs dicuntur esse *quatuor*. Nec aliter stabit vel numerus 12 civitatum Meraritarum, v. 7, 40. vel, 48. Leviticarum, v. 41 [l]. Resp. *Misor* eadem est cum *Bosor*, q. d. *Bosor*, quæ est *Misor* [m]. [Sed in nodo scirpum quærunt; nam in Hebræo textu non habetur τὸ *Misor*, nec in Jon. Sy. Ar.] Ex textu Septuaginta irrepsit in Latinam [n].

l Bo. — m Me. T. Ser. — n Ser.

37. *Hesebon*] Qu. Quomodo hæc Gaditis adempta, cùm antea Reubenitis attributa fuerit, c. 13. 17? Resp. In confinio istarum tribuum posita est. Quales urbes nunc uni, nunc alteri, Tribui adscribi solent. Hoc mallem dicere, quàm nullâ auctoritate duas *Hesbon* fingere [o].

o Mas.

39. *Civitates quadraginta octo*] Hæc tamen Tribus minima omnium fuit, habens tantum 23 mille, Num. 26. 62. Cur ergò tot urbes Levitis dantur, cùm aliis tribubus, in quibus ferè duplò plures erant tribules, 12, 16, aut 20 oppida modò attributa sunt? Resp. 1. Non omnes urbes reliquarum tribuum enumeratæ sunt in illis sortitionum catalogis; at Levitarum omnes sunt nominatim dictæ. 2. Levitis non licuit habitare rure, neque in suarum urbium municipiis [p]. 3. Factum hoc in honorem sacerdotii, & ut se totos darent Dei cultui, inquit Philo [q]. Porrò, notandum in urbibus Levitarum etiam alios habitâsse. 1. Hospites & peregrinos. Quæ tam barbara hos respueret civitas? 2. Inscios homicidas in nonnullis earum. 3. Varios opifices ad necessarios usus [r]. Dispersi autem erant Levitæ per singulas Tribus: 1. nè cultus Dei ad unam tantùm tribum pertinere videretur †; 2. ut à toto populo sustentarentur, nec una Tribus nimis gravaretur; 3. ut commodiùs docerent omnes [t].

p Mas. — q La. — r Serar. — † L. — t E. ex L.

42. *Cum suburbanis suis*, &c. תִּהְיֶינָה הֶעָרִים הָאֵלֶּה עִיר עִיר וּמִגְרָשֶׁיהָ סְבִיבֹתֶיהָ כֵּן לְכָל־הֶעָרִים הָאֵלֶּה] *Fuerunt* (*sunt*, JT.) *civitat. istæ singulæ* (*unaquæque*, JT. Heb.

Heb. *civitas civitas*, Jun.) *& ſuburbana earum per circuitum ipſarum: ſic omnibus civitatibus iſtis*, P. vel, *ſic erat de ſingulis his civitatibus*, M. ſim. Ang. Belg. Ar. JT. V. q. d. Omnibus iſtis urbibus adjuncta fuerunt ſuburbana [v]. *Sitæ autem erant civitates iſtæ* ità ut *unicuique civitati propria circumjacerent oppida; omnésque civitates illæ ſic erant* collocatæ, Sy.

43. *Deditque—omnem terram*] Qu. Quomodo hoc verum, cùm magnam partem Cananæi tenerent? Reſp. 1. Dedit quoad jus & dominium in ipſa ſortium diſtributione [x]. 2. Deditq; longè majorem partem quoad uſum ipſum & poſſeſſionem. 3. Dedit omnem, prout decrevit & judicavit ſe daturum [y]; non quidem ſimul, ſed ſucceſſivè, nè creſcerent beſtiæ [z]. Vide Joſ. 13 [a]. & Exod. 23. 29, 30 [b]. Hæc autem conditio quam promiſſioni ſuæ addiderat non erat oneroſa, ſed commoda, Iſraelitis [c]. Dedit terram, quantam adhuc occupare poterant; & quas partes Cananæi tenent, eas Iſraelitis, ut dominis, tanquam coloni conſervant modò colúntque, nè ſylveſcant; tum ceſſuri, cùm illi prole auctiores occupatum ſuos fundos venire ipſi poterunt. 4. Promiſſa Dei erant de compacto, & ſub ea conditione, ut ipſi officium ſuum colant [d].

44. *Datáque eſt ab eo pax*, וַיָּנַח לָהֶם] *Et dedit requiem eis*, ο'. Ar. Mo. JT. Qu. Quî hoc verum, cùm Danitæ in montes compulſi pingues valles Cananæis relinquere coacti ſint? Reſpondent, vera eſſe κατ' συνεκδοχὴν, quia pleræque aliæ Tribus fuerunt hoſtibus ſuperiores. Sicut 1 Cor. 15. 4. *apparuit duodecim*, cùm Judas ſuſpenſus crepuiſſet. Sed ego nihil dubitans dixerim, nec Danitas nec alios infeliciter cum hoſtibus pugnâſſe, niſi poſt Joſue & ſeniorum exceſſum, quando cum labaſcente pietate res Iſraelitarum quoque inclinari cœpit †. ¶ *Nullúſque reſiſtere auſus eſt*] Heb. *non ſtetit vir—de omnibus inimicis*, nimirum, quos Iſraelitæ aggreſſi ſunt, ab eis hoſtiliter laceſſiti [f].

45. *Nè unum quidem verbum—irritum fuit*, לֹא נָפַל דָּבָר] *Non cecidit verbum ex omni verbo bono*, Mo. ſim. ο'. Jon. Sy. *Nulla res excidit* (vel, *omiſſa eſt*, Maſ.) *ex omnibus promiſſis bonis*, &c. Ar. ſim. JT. Maſ. *Bona res* hîc dicitur effectus *Divinæ* illius *benedictionis* morigeris propoſitæ, Deut. 11. 27.

[v] V. [x] La. Bo. [y] Bo. [z] L. La. Maſ. Bo. [a] L. [b] Bo. [c] La. ex To. [d] Maſ. † Maſ. [f] Jun. Ma.

CAP. XXII.

2. Feciſtis, &c.] Laudat hos milites, 1. Ab obedientia; quæ meritò primum locum obtinet: hæc enim vel ſola univerſam militarem diſciplinam ſuſtinet. 2. A fide; *non deſeruiſtis fratres*. 3. Hanc laudem amplificat à diuturnitate & conſtantia; *per multos dies*. Quæ conſtantia & patientia eò major erat, quòd conjuges, liberos, fortunas denique omnes, cis flumen in parùm tutis adhuc locis reliquiſſent. 4. Eos laudat à pietate, rarâ iis qui caſtra ſequuntur [g].

3. *Longo tempore*] Id tempus erat 13 vel 14 annorum [h], quibus duravit bellum contra Cananæos. Vide ad finem capitis 10 [i]. Vixit Joſue annos 110, Imperâſſe autem eum annos 27 aut 28 multi ſcripſêre. Exîſſe autem è vivis priuſquam ſecunda שְׁמִטָּה, h. e. *ſeptimus annus terræ quieti datus*, iterum reverteretur, proditum eſt libello qui *Mundi ſeries* [vulgò *Seder Olam*] inſcribitur. Ità 14 anni inſumpti in debellanda terra, & vixit 13 poſt partam quietem [k]. [Alii aliter;] 7 tantùm annis bellatum eſt [l]. Vide quæ diximus ad Joſ. 11. 18 [m]. & Joſ. 18. 1 [n]. ¶ *Cuſtodientes imperium Domini*, וּשְׁמַרְתֶּם אֶת־מִשְׁמֶרֶת מִצְוַת יְהוָה] *Et ſervâſtis cuſtodiam præcepti Domini*, Mo. P. M. *obſervâſtis obſervationem & præceptum Domini*, JT. *cautéque (diligenter*, Ti.) *cuſtodiviſtis præceptum Domini*, Ar. Ti. [q. d. *cuſtodiviſtis cum cuſtodia*, &c.]

4. *Revertimini*, פְּנוּ וּלְכוּ לָכֶם] *Reſpicite, & itote vobis*, Mo. *revertimini & proficiſcimini*, M. P. Belg. *converſi abite*, JT. ¶ *In tabernacula veſtra*] Sim. Ma. JT. *domos*, ο'. *urbes*, Jon. Sy. Eas ſanè intelligit; neque enim in tentoriis reliquerant ſuas fortunas, ſed in urbibus, Num. 32. 17. Verùm utitur militari vocabulo apud milites [o]. Vel, alludit ad rem pecuariam, quam illi cumprimis exercebant, Num. 32. 1, 4, 16 [p]. *Tentoria* latè ſumuntur pro quovis domicilio; ut Jud. 19. 9. & Hoſ. 9. 6. Cujus rei cauſa eſt, quòd prior fuit uſus *tentoriorum* quàm *domorum*: deinde, cùm domus ædificarentur, manebat idem nomen. Quemadmodum *libros* dicimus qui libri non ſunt, manente vocabulo, quoniam initio in *libro*, h. e. in arborum cortice, ſcribi ſolebat. Sic Mal. 2. 12. *è tentoriis Jacobi*: Idem, *ex urbibus Jacobi*. Huc refer ex 2 Sam. 18. 17. *fugerunt in tentoria ſua*, i. e. in ædes, vel urbes, ſuas [q]. In terra Canaan multi domibus tentoria præferebant. Habemus *Jabelis* tentorium, Jud. 4. 17. & *Davidis*, 1 Sam. 17. 54. & *Reubenitarum*, 1 Par. 5. 10. & *Rechabitarum*, Jer. 35. 7. Hinc & *villæ Jair*, Num. 32. 41. Deut. 3. 14. [de quibus vide ad illa loca.] Porrò, hîc tentoriorum uſus ut à paſtoribus incepit, ità inter eos populos maximè duravit qui pecuariam exercuerunt *.

5. *Mandatum & legem*] Prius mores, poſterius judicia & ceremonias, ſign [h]. Sed iſta ſubtilitas eſt nimis exquiſita, nec ſatìs firma: utrumque ſign. univerſam doctrinam Moſis. ¶ *Ut diligatis*] Quia autem lex tota in hoc magno mandato poſita eſt, juxta Matt. 22. 38. ideo hoc unum inculcat iis [i]. ¶ *In viis ejus*] Præcepta Dei *viæ* vocantur, quòd, ſicut via, homines in actionibus ſuis dirigunt, & quà eundum ſit oſtendunt [k]. ¶ *In omni corde &—anima*] *Cor* hîc eſt mens atque intelligentia, vel voluntas, hominis; *anima* eſt ea animi pars quæ corporis perturbationibus concitari ſolet, quam Græci τὸ ἐπιθυμητικὸν, Theologi ψυχικὸν, dicunt. Qu. Sed cur hæc adeò inculcat vel Moſes vel Joſua, cùm nemo poſt vitiatam naturam hæc præſtare potuerit? Reſpondeo, cum Auguſtino Retract. 1. 19. Deum propoſuiſſe *vehementem* illam *perfectionis expreſſionem*, non quòd mortales, dum carne circumdati ſunt, ad illam pertingere poſſint, ſed ut omnes illò connitantur, quò cum vita immortali tandem ſunt perventuri: & quantò ſe minùs ad illud præſtandum pollere ſentiant, tantò Divinæ gratiæ opem ardentiùs implorent. Deus, dum jubet, monet ut faciamus quæ poſſumus; petamus autem ab eo auxilium ad ea facienda quæ ipſi non poſſumus; ille autem ut poſſimus effecturus eſt ſuâ gratiâ: & hanc inſuper non plenè facti officii medicinam nobis præſcripſit, jubens ut ſe oremus, *Remitte nobis debita noſtra* [l].

6. *Benedixitque eis*] *Bene precatus eſt*, Maſ. Bo. Hoc dicitur per anticipationem [m]. Potiùs, dedit eis munera, ob navatam inſignem operam in bellis. Id *benedicere* ſæpe ſign [o].

7. *Dimidiæ autem tribui Manaſſe*, &c.] Quia Manaſſenſium mentio inciderat, explicatur per parentheſin ratio cur ea Tribus ſit diviſa in partes duas [p]. ¶ *Cúmque dimitteret eos —& benedixiſſet eis*, וְגַם כִּי שִׁלְּחָם יְהוֹשֻׁעַ אֶל אָהֳלֵיהֶם וַיְבָרְכֵם] [Variant. Q. accipiunt de Manaſſenſibus:] *Proin & hos* [nempe, Manaſſitas] *dimiſit Joſua—benedicens eis*, Ti. M. [ſim. Ca. &, ni fallor, Jon. & Ar.] [Alii de omnibus Reub. & Gad. & Manaſſ. intelligunt:] *Et etiam cùm dimitteret eos, & benedixiſſet eis*, v. 8. *Tunc dixit*, &c. P. [Sy. refert ad v. 6. & verſ. 7. ferè parentheſi includit, hoc modo;] v. 6. *Benedixit eis Jeſus, ac dimiſit illos, & abierunt in civitates ſuas*: v. 7. (*Nam dimidiæ tribui—cis Jordanem ab occidente:*) *Hos, inquam, dimiſit—abierúntque, & benedixit eis*, Sy.

8. *Dividite prædam cum fratribus*] Q. Sed quo jure qui domi in otio remanſerunt æquantur iis qui bello & periculis perfuncti ſunt? Reſp. Nec verbum חֵלֶק nec חֶצָה probat æquas partes habuiſſe. Et, ut demus ità eſſe, tamen cùm dimidium ſibi ſervant qui prædam fecerunt, longè plus viritim capiunt quàm reſides illi; fuerunt enim multò pauciores. Nam 40 millia tantùm pugnârunt, at ſupra 70 millia cis Jordanem manſerunt. Sed neque æquati ſunt illi Num. 31. At alia eſt illorum ratio 1 Sam. 30. quia par erat omnium periculum; cùm & ducentos illos hoſtis facilè opprimere poterat [q]. Non conſuluit Joſue, ſed præcipit [r]. [G. locum

[g] Maſ. [h] Maſ. Ser. Jun. D. [i] Jun. [k] Maſ. [l] La. Bo. [m] Bo. [n] La. [o] Maſ. Ma. [p] Ma. [q] D. * BA. 1. 2. 45. 465. [h] L. [i] Maſ. [k] Bo. [l] Maſ. [m] V. [o] D. Jun. [p] Maſ. Bo. [q] Maſ. [r] La. Ser. Maſ. Bo. T.

cum aliter accipit;] *Dividite prædam*, &c. i. e. Læti
* G. abite cum ea parte prædæ quæ vobis obtigit *.
9. *A filiis Israel*] Sub. *reliquis*, V.
10. *Cumque venissent ad tumulos Jordanis:* ubi, sci-
licet, Jordanes arenarum cumulis & tumulis coerce-
† La. Me. tur, nè exundet †: אֶל־גְּלִילוֹת] *Ad confinia*, vel
limites, Jordan, P. Mo. JT. *ad Galgala, quæ est secus
Jordanem*, Sy. ¶ *Altare infinitæ magnitudinis*, גָּדוֹל
לְמַרְאֶה] *Ingens aspectu*, Ar. sim. Sy. JT. i. e. *spectan-
dæ magnitudinis*, V.
11. *Quod cùm audiissent filii Israel*] Universitatis
jus est in suas partes, & major pars jus habet univer-
† G. sitatis. Vide Deut. 13. 12. & de J.B. & P. 2. 5. 17 †.
¶ *In terra Canaan, super Jordanis tumulos, contra fi-
lios Israel*, "אֶל־מוּל אֶרֶץ כְּנַעַן אֶל־עֵבֶר וגו] *E regione*
(vel, *in conspectu*, Os. vel, *super fines*, o'.) *terræ Canaan,
è regione filiorum Israel*, Ti. Os. Bo. Alii, *in latere*, vel,
ad latus, fil. Isr. Jon. M. *ex parte lateris fil. Isr.* Ar.
Alii, *in transitu*, vel, *ad transitum, fil. Israel*, o'. Mo. Jun.
P. Ang. *E regione*, ità, scilicet, ut altare hoc medium
esset inter Galaaditas & Cananæos, ac hos illis socia-
[t] La. ret, & in religione juréque sacrificandi connecteret [t].
Qu. Ubi hoc altare? Resp. 1. In ripa Jordanis ulte-
[v] Jo. in Bo. riori, sive in Gilead [v]. 2. Potiùs in ripa citeriori,
[x] La. Bo. sive in terra Canaan [x]. Ratio erat, quia hoc altari
Me. D. testari volebant jus suum pristinum quod habebant
in terra Canaan, præsertim ad sacrificandum in altari
[y] La. Templi cæteris 9 tribubus communi [y]. Cujus altaris
unici symbolum hoc erat, quòd apud posteros testare-
tur eos idem cum ipsis Numen, iisdem sacris, & colu-
[z] Maf. isse, & colere debere [z].
12. *Convenerunt*, &c.] Sicut Religionis vindicandæ
zelus laudem meretur; ità, quod parùm exploratè
cognitum habebant, id eos præcipiti existimatione
prorsus condemnare, dignum est magnâ reprehensi-
one. Sed bene est quòd, collatis primùm sententiis,
consilium capiunt de cognoscendo priùs fratrum ani-
mo, &c. Discamus non temerè moveri suspicionibus
de fratrum nostrorum dictis factísque. *Nè judicate*, &c.
Matt. 7. Quæritur hîc, an sub nova Lege ferro vin-
dicanda sit Religio. Resp. Quid vetus Lex censuerit
constat ex Deut. 13. Porrò, salus proborum per impro-
borum impunitatem prodi non magis Lege Christi de-
buit quàm Lege Mosis, cùm utriusque idem unus fue-
rit finis, ipsa charitas in Deum & proximos. An verò
per Christi Evangelium homines ad scelerum licen-
tiam & impunitatem liberantur? Et quodnam scelus
majus est, quàm à proba Religione aliquem & descisce-
re, & alios seductum ire? De iis autem non loquor
qui pietatis studio à majorum Religione paululùm de-
flectunt, & non tam dogmata quàm ritus quosdam
diversos sequuntur; sed de illis qui ipsa Religionis
fundamenta convellunt, nec ab improbitate sua ullis
[a] Maf. argumentis moveri queunt [a]. ¶ *Et dimicarent
contra eos*] Tanquam contra Legis transgressores, quia
præceperat Deus unicum tantùm locum fore, & uni-
cum altare, sacrificiorum Israelitico populo, Exod.
[b] Me. 20. 24. Lev. 17. 8, 9. Deut. 12. 5, 11, 13 [b].
13. *Et miserunt*] Sapienter consilio priùs quàm
[c] Maf. armis rem tentant [c]; nè quid temerè, re non satis
[d] Bo. discussâ, aggrederentur [d]. ¶ *Phinees filium Elea-
zari sacerdotis*] Potiùs, *sacerdotem:* Sacerdos enim
* Maf. erat Phinees, v. 30 *.
14. *Principes*] Hi non erant Præfecti suarum tri-
buum, sed Chiliarchi, ut habent o'. & indicant He-
bræa, quæ dicunt eos caput fuisse, sive præfuisse, mil-
[f] Bo. libus Israel [f]. ¶ *Singulos de singulis tribubus:* [Hebræa
aliter;] וְאִישׁ רֹאשׁ בֵּית אֲבוֹתָם הֵמָּה לְאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל]
Et vir (*isti viri*, Sy. *singuli*, M. P. Ti. *vir, inquam, unus*,
Ar. *eorum quisque*, JT.) *erat*, vel *erant, caput*, vel *capi-
ta*, M. Ti. (*principes*, o'. P.) *domûs patrum suorum*
(vel, *pro qualibet domo patrum*, Ar. *secundùm familias
patrum*, M. Ti.) *in millibus Israel*, M. P. Ti. Mo.
vel, *secundùm millia Israelis*, Ar. *Duces erant exercituum
Israel*, Sy. *Quorum quisque præfectus erat mille tribulibus*,
suis nimirum. τὸ אֲלָפִים modò *mille* sign. modò *eos qui
mille viris imperant*, h. e. τοὺς χιλιάρχους nonnunquam
etiam *principes viros, qui aliis hominibus duces ad res
gerendas sunt*. Neque desunt qui illud לְאַלְפֵי יִשְׂרָאֵל

interpretentur, *inter copias Israeliticas*, tanquam positus
sit numerus certus pro incerto [g]. *In millibus Israel*, [g] Maf.
i. e. totius populi Israelitici, qui erat in magno nu-
mero [h]. [h] V.
16. *Populus Domini*] Emphasin habet. Populus
Deo fidelis ad populum apostatam [i]. Cùm hoc di- [i] Me.
cunt, ex ipso cœlo mandata afferre videri possunt.
Et Ecclesia omnino audienda est cùm Religionis cau-
sa agitur [k]. q. d. Hæc mandaverunt nobis dicenda [k] Maf.
viri Israel religiosi, qui honorem Domini maximè
diligunt [l]. ¶ *Quæ est ista transgressio?*] Sic M. vel, [l] V.
perfidia? Ti. vel, *prævaricatio?* P. V. JT. *Quanta est*,
(vel, *quid sibi vult*) *prævaricatio ista?* i. e. Quantam
putatis esse istam prævaricationem [m]? τὸ מָעַל ver- [m] V.
tunt, *perfidè agere*, Ti. *prævaricari*, P. JT. *delinquere*,
Maf. *fraudem committere*, Ch. in Maf. καταφρονεῖν, *con-
temnere*, vel *vilipendere*, sive *per contemptum negligere
atque rejicere*, Sym. in Maf. τὸ הַיּוֹם vertunt, *hodie*,
Mo. Ar. JT. *hoc tempore*, V. Sed illud *hodie* rei po-
tiùs evidentiam quàm tempus significat; ut sæpe
aliàs. Nisi quis existimare malit hoc loco ad præ-
properam defectionem ostendendam pertinere, cùm
mox dicant, *se nondum à flagitio Phegor esse expi-
atos* [n]. [n] Maf.
17. *An parùm*, &c? הַמְעַט לָנוּ אֶת־עֲוֹן פְּעוֹר] *An pa-
rùm est nobis* (*An parvum nobis videtur*, V. sim. Ti.)
iniquitas Peor? M. Ti. (vel, *cum iniquitate Peor?* P.) *An
parva nobis sit* (i. e. videri debeat) *iniquitas cum
Peor?* q. d. Nonne contenti esse debemus iniquitate
illâ, nisi etiam aliam adjungamus? vel, dilucidiùs,
An parvum nobis videtur id scelus, &c [o]? *Num parùm* [o] V.
nobis erat admisisse scelus illud? Maf. [Alii conjungunt
hoc cum sequentibus, hoc modo;] *An parùm est no-
bis, quòd nondum purificavimus nos ab iniquitate Pe-
boris?* JT. Heb. *An parùm est nobis ab iniquitate Pebo-
ris, quòd non purificavimus nos ab ea?* Trajectio [p]. Me- [p] Jun.
ritò hoc exemplo utitur Phinees, ut cujus ipse pars
magna fuerat [q]. ¶ *Macula---permanet*, &c. אֲשֶׁר לֹא [q] Maf.
הִטַּהַרְנוּ מִמֶּנּוּ] *A qua nondum sumus purgati*, V. sim. o'.
Mo. Sy. *quòd non expiati sumus ex ea*, Jon. Qu. Quo-
modo hoc verum, cùm Phinees Deum placavit, & fa-
cinus expiavit? Huic loco planè geminus est Num.
14. 20, &c. *Condonavi—veruntamen, ut vivo*, &c [r]. [r] Maf.
Resp. 1. Q. referunt ad infamiam sceleris *. Sed * Maf.
nimis molle hoc est, Maf. 2. Rectiùs alii accipiunt de
reatu. Eatenus quidem placatus erat Deus, ut plures
illo tempore mutuâ cæde nollet cadere; verùm im-
pii illi nihilominus in reatu manserunt, olim pœ-
nas Divino judicio daturi [v]. Eatenus culpam sce- [v] Maf. Bo.
leris expiaverat, ut hoc neque in populum universè,
neque singillatim in illos qui ei erant affines, ipso vin-
dicatum exitio Deus iret, sed castigatum suo tempore
pœnis quibusdam, veluti clementissimus parens, qui
filium, cujus peccatis ignovit, certis tamen modis
corrigit [x]. 3. Alii de culpa accipiunt. Ità Ar. *à quo* [x] Maf.
[*scil. peccato*] *sectando nondum purgati sumus.* [Vi-
dentur etiam ità intellexisse, JT. *quòd nondum purifi-
cavimus nos ab ea.*] Multi erant qui eam culpam
necdum pœnitentiâ deleverant, imò fornicationem
istam adhuc desiderabant [y]; necdum scelus illud ex [y] La.
animo detestati erant [z]. [z] Bo.
18. *Et vos reliquistis*] Assertivè loquitur, ut scele-
ris confessionem eliciat [a]. ¶ *Et cras*] i. e. In futuro, [a] Bo.
& citò, vel mox [b]. ¶ *In universum Israel*] Tam in [b] L. La.
vos, velut sceleris auctores, quàm in nos, velut ejus Bo.
permissores [c]. [c] La.
19. *Si putatis immundam esse*, אִם־טְמֵאָה] *Si im-
munda*, vel *polluta*, opinione vestrâ, scilicet, propterea
quòd in ea non sit altare Domini [d]. Immunda ob sce- [d] V. La.
lera priorum incolarum, quæ per sacrificia vobis ex-
piare non licet, utì nobis licet in Silo *. ¶ *Transite* * La.
ad terram, &c.] Nostras possessiones potiùs vobiscum
participabimus, quàm ut vos patiamur in Deum pec-
care. Præclara profectò & digna sacro cœtu senten-
tia, unde hæc intelligere possimus. 1. Fratres, si re-
sipiscant, recipiendos esse in gratiam. 2. Reipub. &
fratrum saluti nos nostra commoda debere postpone-
re. Vide Gen. 19. 8. Jud. 19. 24. 3. Privatim ad-
missa facinora, præsertim autem fœdas religiones, nisi
aut

aut emendentur monitis, aut vindicentur à Magistratu, non modò privatis, sed publicis etiam, calamitatibus à Deo expiari solere [f]. Parati hi erant suo dispendio eos à scelere abducere [g]: quod summæ vel charitatis, vel Divinæ gloriæ zeli, fuit [h].

20. *Nonne Achan, &c?*] Referendum hoc ad v. 18. nam v. 19. per occupationem est interpositus [i]. ¶ *Et ille erat unus, &c.* וְהוּא אִישׁ אֶחָד לֹא גָוַע בַּעֲוֹנוֹ] *Et ipse vir unus non obiit in perversitate sua*, Mo. Ma. *Qui tametsi esset vir unus, non tamen solus mortuus est in scelere suo*, Ar. *Non obiit* (repete *unus*, i. e. solus,) *in iniqu.* D. Glas. *Ipse autem vir unicus non exspiravit*, JT. Sub. *sed plures cum eo*: Βραχυλογία [k]. Qui ob scelus ejus ab Haiensibus cæsi sunt, Jos. 7 [l]. filii etiam & filiæ illius [m]. אֶחָד *unicus*, i. e. solus. Sub. *Quantò magìs propter peccata multorum multi peribunt* [n]?

21. *Principibus legationis Israel*] Heb. *ad capita millium*, i. e. populi Israelitici, qui erat in maximo numero [o].

22. *Fortissimus Deus*, &c. אֵל אֱלֹהִים יְהוָה] *Deus deorum Dominus*, Jon. M. P. Mo. Ti. i. e. qui unicus dici debet Deus [p]. Vocatur autem *Deus deorum*, i. e. Angelorum vel Principum [q]. Πάθος est in ista Epizeuxi, & in nomine *Deus deorum*; q. d. summus ille & verus Deus [r]. Repetitur ad majorem confirmationem [*]. Trium præcipuorum Dei nominum congeries, præsertim repetita, maximum habet pondus: tanquam nullâ oratione satis præsentem suæ integritatis testem Deum sistere possint, quamvis cupiant maximé [t]. Tria autem hæc nomina sunt huic loco congrua, quibus contestantur tria præcipua Dei attributa: 1. potentiam; אֵל, i. e. *fortis*: 2. justitiam; אֱלֹהִים, i. e. Deus omnium gubernator, judex & vindex: 3. majestatem; יְהוָה, i. e. *ipsum ens*, (vel, *fons essendi*, Bo.) *El* indicat Deo non deesse potentiam peccata sua puniendi: Nomine *Elohim* fatentur se in oculis Dei esse, nec pœnam evadere posse apud justissimum Judicem: Tertiâ voce docent se quoad omne esse suum à Deo pendere, & proinde, si pejerent, meritò timere nè vitam & esse suum eripiat [v]. Præclarè igitur de Deo sentiunt qui istis eum nominibus appellant; & qui deinceps dicunt, *ipse novit, vindicet.* Profectò qui hæc profitetur, breviter universæ Theologiæ summam complexus est [x]. Miranda hîc est eorum modestia, qui sine ullo convicio placidè refellunt atrocissimum crimen. Quam moderationem utinam Christiani imitarentur; neque suos adversarios impiis maledictis lacerarent lubentiùs quàm firmis argumentis modestè docerent, aut certè confutarent. Cæterùm jusjurandum (quod hîc adhibent) tunc adhibere fas est, cùm factum alioqui incertum est, & in hominum animis clausum latet, Exod. 22. 11. præsertim si res magna agatur. Nam in levissimis causis Deum continuò appellare, præter Dei majestatem esse videtur, neque perjurii periculo caret [y]. ¶ *Et Israel simul intelliget*] Nimirum, quando animadvertent magnâ ipsos constantiâ majorum suorum Religionem tueri [z]. Non supervacanea est hæc additio, cùm plerique, quò præsens fallant aliorum hominum de se judicium, pœnámque evitent, Deum testem appellare non vereantur, cujus in vindicando tarditatem contemnunt [a]. ¶ *Si prævaricationis animo*, &c. אִם בְּמֶרֶד וְאִם בְּמַעַל בַּיהוָה אַל תּוֹשִׁיעֵנוּ] *Si in rebellione, aut in prævaricatione*, (supple, vel, *hoc factum est*, Ti. vel, *iniquè egerimus*, M.) *tu* (supple, *Domine*, M. V.) *non servabis*, vel, *nè serves, nos*, M. sim. Mas. V. JT. Jon. Sy. q. d. Perdat nos Deus, si eâ mente id fecerimus, &c [b]. Deum secundâ personâ, tanquam præsentem, appellant [c]. Pathetica est oratio, ideo membris constat concisis [d]. Alii, *nè servet nos hodie*, Sy. Ar. Posset quidem illud, *nè serves nos hodie*, ad Phineem, tanquam legationis principem, dictum videri, hoc sensu, Non deprecamur quin vel hodie nos bello invadas, si tale facinus patravimus. Sed altera sententia tantis respondentium affectibus quantos universâ oratione præ se ferunt magìs congruit, atque etiam ab Hebræis probata est [*].

23. *Si eâ mente fecimus, ut holocausta*, &c. לִבְנוֹת לָנוּ מִזְבֵּחַ וגו'] *Ad ædificandum nobis altare*, Mo. [Q. connectunt cum præcedenti versu 22.] *Si per rebellionem—fecimus— ut, scilicet, exstrueremus*, M. Ti. Ca. [Alii sic supplent;] Si *ædificavimus*, &c. ο'. Jon. Si *ut exstrueremus*, &c. JT. Si cogitavimus *ædificare*, P. *Struximus nobis aram.* Verbum infinitum reddo per finitum. Ille enim modus, ut Grammatici tradunt, cæterorum omnium modorum vim habet. Commemorant autem tria præcipua sacrificiorum genera pro cæteris omnibus [f]. Sic omne sacrificii genus excludunt de quo suspicio esse posset [g]. ¶ *Ut imponeremus*, לַעֲשׂוֹת] *Ad faciendum*, i. e. offerendum [h]. ¶ *Ipse quærat & judicet*, יְבַקֵּשׁ] *Requirat*, Mo. Sy. JT. V. sic ο'. Jon. Sub. *nos, & postea animadvertat in nos*, V. *Vindicet*: בִּקֵּשׁ propriè est *quærere*; sed quia sæpe quæstiones exercentur ut meritæ possint pœnæ sumi, factum est ut pro *vindicare* usurparetur. Sic Job. 10. 6. & alibi [i]. *Ulciscatur*, Ar.

24. *Et non cogitatione*, &c. וְאִם לֹא מִדְּאָגָה מִדָּבָר וגו'] *Et si non potiùs timore hujusce rei fecimus hoc*, P. Ang. *Si non magìs ex solicitudine & certa causa*, &c. M. *Imò, si non ex solicitudine de hac re fecimus*, JT. sim. Mas. Ti. *Et si non præ solicitudine à verbo*, &c. Mo. *Sed propter cautelam verbi*, &c. ο'. Exponunt, i. e. ut falsa & inania verba, ut vanos posterorum rumores, vitaremus. Quem sensum illustrant sequentia [k]. ¶ *Ut diceremus*, לֵאמֹר] *Dicendo*, P. Mo. V. sub. *apud nos*, V. *reputando*. *Dicere* sæpe sumitur pro *cogitare*, *atque apud animum suum statuere* [l]. *Ad dicendum*, Jon. *quod scil. dixerimus*, Ti. *dicentes*, ο'. Ar. M. ¶ *Quid vobis & Domino?*] Dubitari potest sítne Ebraismus, an Hellenismus [m]. Occurrit hæc phrasis Jud. 11. 12. 2 Sam. 16. 10. 1 Reg. 17. 18. & 2 Reg. 3. 13. sim. Joel. 3. 4 [n]. Item in N. T. Matt. 8. 29. Joh. 2. 4. Sic & Græci loquuntur, τί μοι καὶ μακρεῖς αὐλοῖς; *Quid mihi cum longis tibiis?* & Demosthenes, τί νόμῳ καὶ βασάνῳ; *Quid legi cum quæstione* [o]? Sign. hæc phrasis nihil rei, nihil negotii, inter illos intercedere [p]. Nihil est vobis commune cum Jehova: Jehova non est Deus vester. Seq. versu seipsum declarat [q].

25. *Terminum posuit*] Loquuntur non de re, sed de posterorum falsa existimatione. Sic enim fieri plerumque solet, ut sequens ætas majorum suorum dicta, facta, instituta, monimenta denique omnia malè interpretetur; & quidem tantò libentiùs, quantò minùs eorum integritatem vitâ & moribus imitentur [r]. [Utinam hoc expenderent Romanenses Theologi, qui Traditiones perpetuò crepant, & majorum dictis (prout ab ipsis accipiuntur) fidem penitus haberi postulant.] ¶ *Partem non habetis in Domino*] i. e. Non estis populus Domini [*]. Non peculiaris cultûs & promissionum patribus factarum hæredes. Sic, *Non est pars nobis in Davide*, 2 Sam. 20. 1. & 1 Reg. 12. 16. i. e. Nolumus tecum participare, aut tibi esse subjecti [t]: & Joh. 13. 8. *non habebis partem in me* [v]; sim. Deut. 14. 27. & 18. 2. *non est tibi pars mecum* [x]. ¶ *Avertent—à timore Domini*] At si prohibiti fuissent à sacrario Dei, nulla vis ipsorum animis illata esset. Sed ita est mortalium ingenium, ut adminiculis opus habeant quibus mentes erigant in cœlum. Quod propter plerumque evenit, ut ubi cultus externus negligitur, ibi animorum quoque religio sensim labascit & minuitur. Contrà verò, tum maximè pietas atque religio versatur in animis hominum quando rebus Divinis operam dant. Rectè igitur, si ritualis olim cultus impediatur, colligunt, simul spiritalem, ut sic dicam, animi pietatem sublatum iri [y].

26. *Exstruamus nobis altare*; נַעֲשֶׂה נָּא לָנוּ לִבְנוֹת אֶת־הַמִּזְבֵּחַ] *Faciamus nunc nobis ædificando altare*, Mo. V. sic Belg. Tig. not. *Exstruentes faciamus jam nobis altare*, JT. *Demus nunc operam ut ædificemus altare*, P. V. *Paremus nunc ædificare nobis altare*, Ang. *Agitè*, (τὸ נָא sæpe hortandi est potiùs quàm instantis temporis adverbium,) *faciamus ut statuamus nobis aram*, Mas. q. d. Eâ ergò mente dedimus operam ut exstrueremus altare, &c [z].

27. *Sed in testimonium—ut serviamus*, &c. כִּי עֵד הוּא—לַעֲבוֹד וגו'] *Quia testis ipse*, Mo. (*Sed ut testis sit*, P. Ti. Belg. *Sed testis erit*, V. *Sed in testimonium*, M.) *ad serviendum*; vel, *ut serviamus*, *servitutem Domini*, P.

Left margin: f Mas. g Me. ex La. h Bo. i Mas. k Pi. l La. m Bo. n V. o V. p V. q He. in Mas. r Pi. * V. t Mas. v Bo. x Mas. y Mas. z Mas. a Mas. b V. c Mas. d Jun. * Mas.

Right margin: f Mas. g Bo. h V. i Mas. k Mas. l Mas. m D. n Bo. o D. p Bo. q V. r Mas. * Mas. t La. v Mas. x D. y Mas. z V.

Mo. Belg. sim. M. JT. ο'. *Ut sit testis de colendo Deo*,&c. Ar. Ut sit publicum testimonium nos non posse nec debere excludi à cultu Dei [a].

28. *Quòd si voluerint dicere*, &c. —וְהָיָה כִּי יֹאמְרוּ מָחָר וְאָמַרְנוּ רְאוּ וגו'] *Et*,vel *Sic, erit quum alloquentur nos—ut dicamus*, vel, *& dicemus, Videte*, seu, *Respicite*, JT. Mo. *Si voluerint* (supple, *sic*, M. Ti. Ang. vel, *talia*, Os.) *dicere—dicemus, Videte*,&c. M. Ti. Ang. *Si accidat*, vel, *si futurum est, ut* sic *dicant*, nempe, *nos non habere partem in Domino*, V. ¶ *Ecce altare*] Heb. *Aspicite figuram aræ*, &c. Sic Ecclesia nobis ante oculos ponit crucis Christi figuram, non ut eam adoremus, [Notent hoc hodierni Pontificii, qui omnes σταυρολάτραι, i. e. *crucis cultores*, sunt;] sed ut in memoriam redeamus veræ illius & salutaris aræ, &c [b].

29. *Absit à nobis*, &c. חָלִילָה לָּנוּ מִמֶּנּוּ] *Absit nobis, à nobis*, Mo. V. Jon. Illud, *à nobis*, exponit K. *nostrâ causâ*; q. d. Absit ut rebelles simus Domino, non *vestrâ* modò *gratiâ*, nè à vobis dissentiamus, sed *nostrâ* quoque *causâ*, quibus ea res perniciem allatura esset. Sed hoc ille nimis arguté: Neque ea est verbi מִמֶּנּוּ vis atque notio [c]. *Absit nobis illud*, JT. *Absit nobis ab illo*, Jun. *Absit à nobis*. τὸ לָנוּ otiosum est, ut sæpe [d]. *Absit longè à nobis*, M. Ti. Os. *Prohibitio sit nobis ab hoc*, sub. *scelere*, Tig. not. [i. e. Vatabli notæ ad Biblia Tigurina, ubi non pauca occurrunt quæ desunt in illis Vatabli notis quæ in Criticis habentur.] τὸ חָלִילָה, quod *profanæ & impuræ rei* notionem habet, tum usurpatur cùm rem diram atque atrocem abominamur [*].

30. *Et principes legationis cum eo*, &c.] Gr. πάντες οἱ ἄρχοντες τῆς συναγωγῆς, i. e. Senatûs & magistratuum summi. Hi προσβεύματα faciunt, quod sequitur populus infrà 33. Vide suprà 8. 33. & 9. 11 [f]. Heb. *principes cœtûs & capita millium. Principes cœtuum, id est, primores millium*, JT. Sic *Vau* est ἐξηγητικὸν [g].

31. *Quoniam alieni estis à prævaricatione hac*, &c. אֲשֶׁר לֹא מְעַלְתֶּם בַּיהוָה] *Quòd non*, vel, *ut qui non, prævaricati estis*, &c. Mo. JT. sim. ο'. Jon. Sy. Ar. Rectè colligunt Deum apud Israelitas præsentem adesse, quia Religionis consensus ab illis colitur, juxta Matt. 18. 19. Vel, si mavis, Phinees ex eo hoc colligit, quia ipsi nondum peccârint. Certum enim est, mortales in omne vitium præcipitare cùm primùm Dei tutelâ destituuntur [h]. ¶ *Et liberâstis filios Israel*, &c. אָז הִצַּלְתֶּם וגו'] *Tunc* (vel, *nunc*, sive *jam*, Ti. Sy. *eo ipso*, vel, *eâ re*, i. e. quia non fuistis rebelles, vel, *planè, certè, omnino*, sicut אָז sæpius usurpatum Psal. 124. Mas.) *liberâstis*, vel, *eripuistis*, &c. P. Mo. V. JT. Ar. scil. non dando causam plagæ infligendæ [i]. i.e. Alioqui animadvertisset Dominus in illos [k]; & ob schisma novámque religionem universum Israel acriter castigâsset [l].

32. *De terra Galaad finium Canaan*] i. e. Quæ est in finibus Canaan [m]. Heb. *de terra Gilead, ad terram Canaan*, Ma.

33. *Et laudaverunt Deum*] Heb. *benedixerunt*. Meminerimus, 1. Gaudere de salute fratrum, cum Angelis, Luc. 15. 7, 10. 2. Fratrum nostrorum constantiam in Religione, atque adeò sancta consilia omnia Deo accepta referre grato animo, qui unus suâ benignissimâ gratiâ hominum vitiositatem coercet, & benefacta tuetur [n].

34. *Vocaveruntque---altare quod exstruxerant, Testimonium nostrum quòd Dominus sit Deus*; sim. M. Os. וַיִּקְרְאוּ בְנֵי רְאוּבֵן וּבְנֵי גָד לַמִּזְבֵּחַ כִּי עֵד הוּא בֵּינֹתֵינוּ כִּי יְהוָה הָאֱלֹהִים] Plerique volunt τὸ עֵד supplendum, & sic vertunt; *Vocaverunt altare illud*, (hîc supplent *Ed*, i.e. *testem*, Jon. in Masii libro MSS. & in K. apud D. item RS. & R. Isaias in Mas. Ar. P. Ti. Ang. JT. vel, *aram testimonii*, Sy.) *Erit enim testimonium inter nos*, &c. Ang. *Vocârunt Ed*, vel *testem, dicentes*, (vel *dicendo*, P.) *Quia testis*, vel *testimonium, erit inter nos quòd Dominus sit* (supple, *nobis*, JT.) *Deus*, Ti. JT. Ego Judæorum opinionem probo: verùm id quoque dici posse existimo, Aræ nomen non esse S. verbis expressum, sed indicatum modò id ejusmodi fuisse quod suâ notatione moneret, Aram esse monimentum Israelitis, Jehovam pro vero Deo coli ab omnibus debere [*]. Alii sic, *Vocaverunt altare, Sit testimonium inter nos*, &c. Belg. עֵד hîc sign. *testem*, & כִּי redundat hoc loco, V. Ego mallem sic interpretari; *Et indiderunt scripturam*, vel *inscriptionem, altari*; hoc enim קָרָא sign. Nam Hebræi Sacra Biblia appellant *Kara*, & *Mikra*, quasi Divinam scripturam, quæ assiduè legi debeat: Et Mahometes sectam suam *ALKORAN*, i. e. *illam scripturam* [o]. Nomen altaris erat hoc, *Testimonium nostrum quòd ipse sit Deus*. q. d. Ereximus hoc altare, ut testemur Deum verum Israelitarum esse tam nostrum, quàm novem tribuum, Deum, &c [p]. Hâc appellatione altaris cavere voluerunt in posterum, quantum in ipsis erat, nè quisquam hoc altare ad offerenda in eo sacrificia exstructum putaret, eóque offenderetur. Quantum fieri potest, cavendum est nè quis offendiculum non necessarium patiatur [q]. Porrò, ex his verbis, כִּי יְהוָה הָאֱלֹהִים, manifestum, in illa jurandi formula superiùs expressa, אֵל אֱלֹהִים יְהוָה, nomen *Elohim* Dei veri vocabulum fuisse, non Angelorum aut falsorum deorum, nedum Principum. Est autem rursus laudanda horum sedula cura ad prodendum posteris avitam Religionem: Tale nomen imponunt quod suâ notatione totius Theologiæ summam exhibet. Qui enim *Jehovam esse Deum* recolit, is eum sibi ut Deum colendum statuit, eum audit, ejúsque verbo obsequitur [r].

a Os. b Mas. c Mas. d Mas. * Mas. f Mas. g D. h Mas. i Bo. k V. l La. m La. n Mas. * Mas. o Ma. p La. Bo. q Os. r Mas.

CAP. XXIII.

1. *Evoluto multo tempore*] i. e. Annis 13 bellorum exactis, & tempore distributionis terræ [a]. Anno ultimo Josue hæc dicta videntur [b]. Cùm populus, belli pertæsus, umbratilem vitam amplecteretur potiùs quàm suam hæreditatem vendicare voluerit [c]. [Quæ hîc addit Masius opportuniùs in suis locis occurrent.] Alia hæc est concio ab illa cap. 24. licèt eadem nonnullis videri posset. Nimirum, pius Josua per omnem occasionem cohortatus sæpe suos est ad pietatem, &c. quamvis ista duo monita sola sint literis consignata [d].

2. *Vocavit*] Qu. Quónam? Resp. Vel, 1. ad Josuæ urbem, Timnath-serah [*]; vel, 2. Siluntem [f]. Passim vidémus in S.S. populi comitia in loco sacratiore habita [g]. ¶ *Omnem Israelem*] Universitas autem hæc ad eos deducitur qui populum omnem repræsentabant [h]. Seipsum explicat, cùm dicit, *senes ejus*, &c [i]. E singulis tribubus & urbibus aliquos, prout commodè poterant [k]. ¶ *Majorésque natu*,&c.] Seniores, qui prudentiâ præstarent, etsi nullo tum publico fungerentur munere [l]. Alii aliter: Quatuor erant in unaquaque urbe gradus officiorum [m]; [qui omnes hîc conveniunt.] 1. זְקֵנָיו, *Senes*, vel *Senatus*, vel Judices Synedrii [n]. An primarius tantùm hic Senatus fuerit, an verò etiam municipalis quisque, non satis liquet [o]. 2. *Principes*, רָאשָׁיו: *Primores ejus*, JT. Qui singulis tribubus præerant [p]: qui & *capita millium*, sive Chiliarchi, vocantur [q]; & *capita populi* [r]. *Capita ejus*, Ma. Bo. viz. in quaque tribu & familia honoratissimi [*]. רָאשֵׁי אָבוֹת, *capita patrum*, seu familiarum [t]. 3. *Duces*, שֹׁפְטָיו, *Judices*, qui jus dicebant [v]: non ii soli qui lites dijudicant, sed qui præcipuum in populo magistratum gerunt [x]. 4. *Magistros*, שֹׁטְרָיו: *Apparitores*, Mas. Di. Qui res judicatas exsequebantur, & baculo ac loro populum ad officia adigebant [y]. [Vide de his quæ ad Jos. 1. 10. & alibi dicta.] ¶ *Dixitque, Ego senui*, &c.] Hoc exordium orationis, quo eos reddit attentos, &c. Plerique omnes naturæ instinctu senes reverentur, præsertim gloriâ aut auctoritate claros [*].

3. *Quæ fecerit Dominus*, &c.] q. d. Æquum ergò est ut mutuam vos pietatem colatis, & tam beneficum Deum redametis [z]. q. d. Considerate, revocate in animum [*].

4. *Et nunc quia*, &c. רְאוּ] *Videte*. Refer ad animi oculos [a]. Verborum collocatio est hîc conturbatior [b]. הִפַּלְתִּי לָכֶם אֶת־הַגּוֹיִם הַנִּשְׁאָרִים הָאֵלֶּה בְּנַחֲלָה לְשִׁבְטֵיכֶם] *Sorte distribui* (*cadere feci*, Mo. *prostravi*, Ti. *subjeci*, M.) *vobis gentes istas reliquas* (sive *residuas*,

a Jun. b Bo. c Mas. d Mas. * Ser. Me. Mas. f Mas. La. Bo. g Bo. h Mas. i D. k Bo. l Bo. m Di. n Mas. D. Di. o Mas. p Mas. D. q D. r Mas. * Bo. t Di. v Di. x Mas. y Di. * Mas. z Mas. * V. a Mas.

duas quæ supersunt, i. e. nondum superatæ sunt,) *in hæreditatem pro tribubus vestris*, vel, *per tribus*, &c. P. Ang. sim. V. JT. Jon. Ar. ¶ *Ab orientali parte Jordanis*, &c. מִן הַיַּרְדֵּן וְכָל הַגּוֹיִם אֲשֶׁר הִכְרַתִּי וְהַיָּם הַגָּדוֹל מְבוֹא הַשָּׁמֶשׁ] *A Jordane, & omnes gentes* (*unà cum terra omnium gentium*) *quas excîdi*, vel, *disperdidi*, *usque ad mare magnum* (vel, *& mari magno*, Ti. Ar.) *ab occasu* (vel, *& occasum*, M.) *solis*, P. Ang. M. Ti. *A Jordane, cùm omnes gentes quas excîdi, tum gentes maris magni ad occasum solis*, JT. Videlicet, accolas maris; quæ gentes supererant exscindendæ, etsi Israelitæ ab eis quiescebant. Vide ad Jos. 22. 2 [c]. Universæ complexionis hæc est sententia; *Ego vobis sorte distribui tam eas gentes quæ nondum sunt exterminatæ, quàm quas ipse jam excîdi per universam Cananæam inter Jordanem—& mare magnum.* Illud מִן הַיַּרְדֵּן non est suo loco positum. Commemorat eas quæ nondum eliminatæ sunt, ut ad eas profligandas ipsis addat animos; à facili. Nam ipsa sors Divina fuit tanquam arrha & pignus certissimi consilii Dei, ut versu proximo explicatum est [d].

[c] Jun. [d] Mas.

6. *Confortamini*, וַחֲזַקְתֶּם] *Confortabimini*, Mo. Futurum pro imperativo Hebræis usitatissimum est. Vide de his verbis quæ ad Jos. 1. 7 †. ¶ *Non declinetis ab eis*, מִמֶּנּוּ] *Ab eo*, subaudi, *libro*; i. e. ab illis quæ in illo scripta sunt [f]. ¶ *Ad dextram*, &c. יָמִין וּשְׂמֹאול] *Dextram & sinistram*, Ma. Hîc ו *&* valet אוֹ *aut*, ut in eo, *qui maledixit patri & matri*, i. e. aut matri. *Neque ad dextram*, &c. h. e. in nullam partem. R. Levi intelligit per *dextram*, quicquid additur Legi; per *sinistram*, quicquid ei demitur [g].

† Mas. [f] V. [g] D.

7. *Nè postquam intraveritis ad gentes—juretis*, &c. sim. M. Ti. Ca. Os. [qui omnes sensum suspendunt, & hanc primam clausulam referunt ad sequentia: alii autem distinctè accipiunt;] לְבִלְתִּי בוֹא בַּגּוֹיִם הָאֵלֶּה וגו׳] Ad verb. *Nè veniatis*, vel, *intretis*, *ad gentes istas*, Mas. *Nè commisceamini inter gentes illas*, P. sim. V. Jon. Sy. *Nè conveniatis*, JT. *Nè consuetudinem habeatis*, &c. Mas. Nè conversemini cum illis [h]. *Nè congrediamini cum eis*, vel, *in eis*, vel, *inter eas*, D. Prohibetur hîc omnis familiaritas cum iis, sed inprimis ea quæ connubiis contrahitur, ut patet ex vers. 12 [i]. Illud בּוֹא usurpatur de re Venerea. (Vide quæ ad Jos. 2. 3 [k].) Sed dubito an בּוֹא cum ב ità sumitur. Nam usitatè cum אֶל construitur, וַיָּבֹא אֶל אֵשֶׁת רֵעֵהוּ [l]. Porrò, דָּבַק verf. 12. sign. *adhærere*, & de conjunctione inter maritum & uxorem dicitur à Mose Gen. 2. 24 [m]. ¶ *Neque commemoretis nomen deorum illarum*] Confer Eph. 5. 3 [n]. & illud Davidis, Psal. 16. *Non usurpabo nomina eorum labiis meis*; item Hos. 2. *Non vocabis me B A A L I, sed I S H I:* Utrumque idem sign. sed *Baal* est nomen commune idolis. Ideo Judæi apud pueros suos nè nominant quidem Porcum, nè appetant carnem ejus; nam cùm de illo sermonem faciunt, dicunt, דָּבָר אַחֵר, *res alia* [o]. Hoc etiamnum Judæi religiosiores tam strictè observant, ut nunquam idola vel deos, Jovem, Venerem, Martem, &c. nominent. Audiant & imitentur hoc Christiani, in quorum ore crebrò sonat Hercules, Jupiter, Venus, &c. sentiant hoc esse piaculum [p]. Quin nec hæreticorum nomina usurpant Judæi etiam scribendo, nisi priùs pacem veniámque, suâ illâ symbolicâ brevitatis notulâ, *Chas veshalem*, i. e. *ignosce & pax esto*, precati fuerint. Quod iis observandum quibus semper in ore, *Mehercule*, *Mecastor*, *Medius fidius*, *Dies Jovis*, *Dies Veneris*, &c †. Fieri vix potest ut nihil nos afficiant, neque ad nostrum sensum adhærescant, quorum sæpe usurpamus memoriam. Itaque ex ipsa deos appellandi consuetudine afferri tandem suspicio in animum facilè posset esse eos aliquid [q]. ¶ *Nè juretis*, ità Mo. [non autem P. ut vult D.] Jon. Ar. M. Ti. Ca. Mas. quod mirum, cùm verbum sit passivum [r]; וְלֹא תַשְׁבִּיעוּ] *Nec adjuretis*, V. JT. P. Ang. Bo. sub. *alios per idola eorum* †; efficientes ut ipsæ [i. e. gentes] ea commemorent. Exod. 23. 13. & Deut. 12. 3 [s]. *Nè juretis:* Quod enim juramus, ei Numen inesse quoddam vel imprudentes statuimus. Porrò, illa, *colatis*, *adoretis*, multò etiam graviora sunt. Itaque ordine fit progressio; à familiaritate Barbarorum ad nominandos ipsorum deos, hinc ad jusjurandum, hinc ad cultum, à cultu denique ad adorationem. Solet enim istorum sequens quodque ferè ex præcedente gigni, nisi magna cautio adjungatur, & Sanctus Dei Spiritus animos nostros regat, &c [v]. Per gradus quosdam in idololatriam homines paulatim demerguntur. Et profectò parùm laudabile est, quòd Christiani quidam in carminibus Jovem & reliqua vana gentium numina invocant & celebrant [x]. Vel fortè ὄνομα hoc est, quod vocant ἐξήγησιν, i. e. *Interpretationem*, ut posteriora quæque explicant priora. Nam *colere* & *adorare* parùm inter se differunt. *Jurare* autem ponitur pro *colere*. Jam verò, *nominare Deum*, idem est quod *colere*, ut patet ex 2 Tim. 2. 19. *Alienus esto ab iniquitate quisquis nominat Christum*; & ex Psal. 16. 4. *Non libabo*, &c. *neque sumam nomina——in labra*; quod mirificè congruit cum hoc loco [y]. *Non commemoretis nomen:* Intellige de commemoratione honorifica, quâ vel placere sibi deos illos indicetur, vel ii laudentur, vel etiam, jurejurando interposito, in testes advocentur [z].

[h] V. [i] Mas. v. 7. & v. 12. sim. Bo. Pi. [k] Mas. [l] D. [m] Mas. v. 12. [n] Mas. [o] D. [p] La. † T. [q] Mas. [r] D. † V. [s] Jun. [v] Mas. [x] Os. [y] Mas. [z] Bo.

8. *Sed adhæreatis*] *Adhærere Domino*, est, omnem spem in eo solo collocare, nihílque opis aliunde exspectare. ¶ *Quod fecistis usque in diem hanc*] Vivente enim Josue, jura Mosis populus universè coluit: de singulorum enim hominum peccatis non agitur [a]. Porrò, proponit hîc eorum laudem tanquam stimulum acerrimum. *Crescit* enim *laudata virtus*, & *immensum gloria calcar habet* [b].

[a] Mas. [b] Mas. ad v. 3.

9. *Et nullus vobis resistere poterit*, וְאַתֶּם לֹא עָמַד אִישׁ וגו׳] *Et vos, non stetit homo*, &c. Jon. Mo. *Nam* quod ad *vos*, *non constitit*, &c. JT. Ang. Belg.

10. *Unus—persequetur mille*] Juxta promissa Dei, Levit. 26. 3, &c. Deut. 28. 7. Confer Deut. 32. 30 [c].

[c] Mas.

11. *Hoc tantùm diligentissimè præcavete, ut diligatis Dominum*, &c. sic P. Ang. sim. ο΄. Sy. וְנִשְׁמַרְתֶּם מְאֹד לְנַפְשֹׁתֵיכֶם לְאַהֲבָה אֶת יְהוָה] *Et custodite valde animabus vestris*, (i. e. *vobis*, Ang. vel, *pro animabus*, M.) *ut diligatis Dominum*, V. Jon. Ang. sim. M. Belg. Frequens est Hebræis illud, *animabus vestris*, verbo *custodiendi* conjungere loco pronominis secundæ vel tertiæ personæ; quod aliud non sign. quàm, *præcavete diligenter, ut diligatis*, &c [d]. *Observate ergò, quàm chara est vobis anima vestra, ut diligatis*, &c. Ti. *Quapropter oportet ut conservetis vos ipsos in dilectione Dei*, Ar. Q. illud, *animabus vestris*, sequentibus adjungunt; *Videte diligenter ut ex animo diligatis Jehovam*, V. Non tam rectè, propter accentum *Athnach* affixum voci *vestris* †.


[d] V. † Ma.

12. *Quòd si volueritis*, &c. כִּי אִם שׁוֹב תָּשׁוּבוּ] *Nam si* (vel, *quòd si*, V. JT. sim. P. *alioquin si*, M. Ang.) *avertendo aversi fueritis*, ο΄. Jon. Sy. Ar. (vel, *retrahatis vos*, Ar. *revertemini*, Jon. *desciscatis*) sub. *à Deo*, V. *Nam si per pœnitentiam propositum mutaveritis*, &c. שׁוּב *redire* sign. sed sæpe transfertur ad animum, éstque, *à proposito absistere*, *institutum vitæ mutare* [f]. [Quæ sequuntur in Masio, & explicationem reliquæ partis hujus commatis, vide ad v. 7.]

[f] Mas.

13. *Sint vobis in foveam*, לְפַח] *In laqueum*, [ità omnes.] At Latinus legisse videtur פַּחַת [h]. ¶ *Ac laqueum*, וּלְמוֹקֵשׁ] *Et in offendiculum*, Mo. M. P. Ang. Belg. Jon. Sy. *rete*, Os. Belg. *& in tendiculam*, JT. Ang. *obicem*, Ca. ¶ *Et offendiculum ex latere vestro*, וּלְשֹׁטֵט בְּצִדֵּיכֶם] *Flagellum in lateribus vestris*, [ità ferè omnes;] i. e. quo pulsentur, seu percutiantur, latera vestra [i]. Mos erat antiquus cædendi latera, Ecclesiast. 30. 12. & 42. 6 [k]. שֹׁטֵט idem est quod שׁוֹט [l]; & id significat quo fodicamus pulsamúsque aliquem, ut ad cursum incitemus [m]. *Stimulos in lateribus*, Ti. Ca. ἥλους, h. e. *clavos*, pro *stimulis*, dixerunt ο΄. in Mas. *cuspides in temporibus vestris*, Sy. Num. 33. 55. legitur, *& in spinas in lateribus vestris*, V. ¶ *Et sudes in oculis*, וְלִצְנִנִים בְּעֵינֵיכֶם] *Et in spinas in oculis vestris*, Mo. [ità ferè omnes;] *hamos*, Sy. *jacula*, ο΄. *& in cultros*, Num. 33. 55. Moses dixit, *spinas* (vel cultros) *in lateribus vestris*, vide illic annotationem, i. e. quibus pungantur latera vestra; q. d. mirum in modum affligentes vos [n]. Chaldæus, pro *flagro*, dixit, *copias sumentes arma adversùs vos*, &c. pro *spinæ*, &c. reddidit, *exercitus vos cingentes:* nimirum, quia verbum שָׁטַט interdum significat, *prædæ faciendæ causâ huc illuc discurrere & grassari*; & cùm צְנִנָּה non solùm *spina*, sed

[h] Mas. [i] V. [k] Jun. D. G. [l] D. [m] Mas. [n] V.



sed etiam *clypeus*, dicatur; ille traduxit ad exercitus, qui hostes suos circumdant ut clypeus hominis corpus, inquit R. Salomon. Porrò, hæ metaphoræ satis perspicuum est cur ad idololatras spectent. Laqueis enim & retibus blandæ voluptatis impeditur primùm progressus in Dei cultu: Deinde, postquam illâ semel devinctus est animus, facilè ad omne flagitium ab ea, tanquam flagro, impellitur: Mox verò, etiam usque eò occæcatur, ut veritatis splendorem deinde videre ampliùs nequeat. Hæc autem omnia illis evenisse liquet [o]. Primò, erunt *in laqueum*, &c. i. e. per eorum amicam conversationem & connubia capient vos, ut implicemini eorum impietatibus, sicut auceps aviculas, vel venator feras, laqueo & reti capit. Deinde, erunt vobis nihilominus eæ gentes molestæ: paulatim vires resument, vósque affligent: erúntque quasi flagella Dei, quibus vos cruciet; &, tanquam spinæ in oculis, intolerabiles vobis fient *. Locus hic non tantùm de scandalo pœnæ & vindictæ Divinæ, sed & culpæ, accipi potest [p]. ¶ *Donec vos auferat—de terra*, &c.] Vehementissimè illorum animos hoc fodicabat. Cùm enim post maximas ærumnas, quas in alieno solo perpessi fuerant, tandem proprias adepti possessiones sibi felicissimi viderentur, atque in his suavissimè acquiescerent, nullus ipsis potuit casus acerbior ob oculos poni quàm novum exsilium [q].

[o] Mas. * Os. [p] La. [q] Mas. ad v. 3.

14. *Hodie ingredior viam universæ terræ*, אָנֹכִי הוֹלֵךְ הַיּוֹם בְּדֶרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ] *Ingressurus sum hodie per viam universæ terræ*, i. e. carnis. q.d. Hodie moriturus sum, quemadmodum constitutum est omnibus hominibus [r]. Sic 1 Reg. 2. 2. *Ego ineo viam universæ terræ*, i. e. Morior. Plautus dixit, *Qui nunc abeunt in communem locum*; &, *Penetravit ad plures*. Nam plures mortui quàm viventes. *Via terræ* aliquando sign. *coitum*, Gen. 19. 31. Magistris autem [i. e. Rabbinis] *via terræ* vocatur etiam vita civilis, aut politica †. [JT. vertunt, *Decessurus sum brevi*; & totum hunc versum parenthesi includunt, & versum 1[illegible] cum versu 13. connectunt.] Inculcat hîc adesse vitæ suæ finem; nimirum, ut hæc, tanquam novissima, verba penitus animo mandent & memoriâ conservent; & simul ut intelligant, posthac suo sibi modo vivendum fore, & proinde cautiores sint, & ad omnia vitæ officia magìs intenti, quippe non habituri diutiùs omnium suarum actionum monitorem & præmonstratorem, in cujus solicitudine adhuc poterunt acquiescere securi *. ¶ *Et toto animo cognoscetis*: i. e. plenè & planè cognoscetis; vel, q. d. toto animo advertite †: וִידַעְתֶּם] *Et scietis*, Mo. Jon. sim. ὀ'. *Vos autem scitis*, &c. Sy. M. Ti. *Scitote ergò*, Ar. P. *Postquam cognovistis*, &c. q. d. Jam morior lubentissimè, cùm video vos optimè de fide & veritate promissionum Dei esse institutos, ut populum ejus contineatis in officio; quam rem vobis commendatam volo. Vide Jos. 24. 31. & Jud. 2. 7. &c *. ¶ *Unum non præterierit*, לֹא נָפַל] *Non cecidit*, P. Mo. ὀ'. (*excidit*, JT. *intercidit*, Sy. V.) *non fuit irritum*, V. *non otiosum fuit*, Jon.

[r] V. D. † D. * Mas. ad v. 3. † La. * Jun.

15. *Sicut ergò implevit*, &c.] q. d. Si evenerint benedictiones, ut ipsâ re experti estis; non est cur minùs sperare possitis eventuras & maledictiones, Deut. 28 [t].

16. *Eò quòd præterieritis pactum Domini*, בְּעָבְרְכֶם וגו'] *In transgrediendo*, (vel, *transeundo*, Jon.) *vos pactum Domini*, Mo. *Quandoquidem transgressi fueritis*, &c. JT. sim. M. P. Ti. *Si transgrediamini*, Sy. sim. Ar. ¶ *Ab hac terra*] Latet emphasis; quam scil. jam possidetis, & labore multo temporéque diuturno comparavistis, & ad quam desiderio magno venistis. ¶ *Quam tradidit vobis Deus*] Ut tanto Dei beneficio spoliari, miserum sit; suâ id culpâ & peccato amittere, ingratissimum ac sceleratissimum [v].

[t] Mas. ad v. 3. [v] Me.

CAP. XXIV.

1. Congregavitque, וַיֶּאֱסֹף] *Congregavit deinde*, JT. vel, *etiam*, h.e. *præterea*, Mas. *Congregavit autem*, supple, *iterum*. Secundò convocat populum [a]. Cùm diutiùs quàm putârat supervixisset à postrema concione, eodem tamen, ut videtur, anno magìs etiamnum vicinam mortem præsagiens, aut etiam revelatione eam instare cognoscens, de suorum salute solicitus, rursum eos convocat, & in omnes se versat partes, ut eis constantiam in cultu & fœdere Divino inculcet [b]. ¶ *In Sichem*] Ità omnes præter ὀ'. qui in Romano codice habent, *in Silo*. At Complutensis, Regius, Basileensis, Masii, codices [τῶν ὀ'.] *Sychem* habent [c]. Quin hoc mendum vetus sit [in Romano codice] nulla potest esse dubitatio, qualia sunt profectò in Græca editione propè infinita †. Qu. 1. Ubinam erat hîc conventus? Resp. 1. In Silo [d]. Probant ex vers. 1. *steterunt in conspectu Domini*; & ex ver. 26. *posuit cum* [i. e. lapidem] *subter quercum quæ erat in sanctuario Domini* †. Dices, At locus hic vocatur *Sichem*. Resp. *Sichem* ergò hîc non est urbs Sichem, sed Sichemicus ager, in quo erat Silo [f]. Sic *Gabaon* ponitur pro agro ejus, & Jericho [g], [ut antè notatum.] Sic Hebron Calebo data, Jos. 14. 14. cùm tamen non ipsa civitas; sed ager ejus datus sit ei, Jos. 21. 12. Sic infrà v. 32. *ossa Josephi* sepulta dicuntur *in Sichem*, & statim subjicitur, *in portione agri quem emerat Jacob*; agrum autem illum non fuisse in oppido, apparet ex Gen. 33. 18 [h]. Sed dispar est ratio: nam ager iste Jacobi erat suburbanus urbis Sichem, & in proximo positus, Gen. 33. verùm Sichem distabat à Silo decem milliaribus, teste Hieronymo. Et verò mirum esset, cùm ubique *Silo* Tabernaculi locus disertè nominetur, eandem hoc tantùm loco & nusquam alibi appellari Sichem [i]. Quid opus erat locum, alioqui celebrem, ab externo agro, & non à se, denominare *? Resp. 2. Alii non in Silo, sed in Sichem, fuisse volunt [k]. Eo tempore fuerat translata Arca fœderis à Silo in Sichem [l], ut ante Arcam iniretur fœdus: quod deprehenditur è fine hujus libri. Nam liber erat conclusus in Arca fœderis, dicit autem eum scripsisse in libro Legis [m]. Certa & multis exemplis testata res est, non nefas fuisse Regi Arcam huc illuc transferre cùm usus esset; 1 Sam. 4. 3. & 2 Sam. 15. 24 [n]. Porrò, per *Sanctuarium*, v. 26. non intelligitur Tabernaculum, (inauditum enim est ut in Tabernaculo 10 tantùm cubitos alto quercus esset, præsertim cùm prohibitum sit Deut. 16. 21. nè lucus vel arbor juxta Altare Dei plantaretur,) sed locus in quo Arca tantisper dum comitia absolverentur stabat, (in quo, vel juxta quem, quercus illa erat cui lapis ille suppositus fuit in monumentum:) quem locum *Sanctuarium* appellari non est mirum, cùm & Tabernaculum ab Arcæ præsentia haberet quòd sanctum esset [o]. Qu. 2. Sed cur *Sichem* eos convocavit? Resp. Eo loco fœdus hoc renovandum putavit Josue, 1. Quòd ibi fœdus ab Abrahamo primùm, deinde universis Israelitis, sancitum fuit, ut ostendimus Jos. 8. Debebat profectò omnium animos non parùm permovere etiam locus ipse, in quo adhuc aderant vestigia Abrahami; qui, postquam patriam reliquisset, illic omnium primùm eâ fuerit religione iísque sacris initiatus quæ ipsi adhuc colunt & colere debent, atque etiam hujus terræ hæres à Deo institutus cujus possessione ipsi jam suaviter fruuntur [p]. Quocirca voluit Josua ibi posteros ejus, hæreditate aditâ, in Dei Legem solenniter jurare [q]. 2. Quia juxta Sichem in montibus Garizim & Ebal, qui in conspectu erant, olim in ipso Terræ promissæ ingressu idem fœdus populi cum Deo innovârat Josue, c. 8. Itaque valuit ea res ad revocandum in mentem pristini fœderis memoriam [r]. In *Sichem* Abraham primùm Deo sacrificium obtulit, Gen. 12. 6, 7. In *Sichem* Patriarchæ sepulti erant †. 3. In Sichem potiùs quàm Silo, quòd illa propior esset Thimnath-Saræ, urbi Imperatoris jam grandævi [t].

2. *Hæc dicit Dominus*] Per me, scilicet [v]. ¶ *Deus Israel*] Exordium hoc ad sequentem narrationem est accommodatissimum, quippe quæ tota in explicanda Dei benignitate erga genus Israelis versatur [x]. ¶ *Trans fluvium*] i. e. *Euphratem*; quod hîc habent Jon. Sy. [Consentiunt omnes.] ¶ *Patres vestri—servierúntque diis alienis*] De majoribus proximis se loqui docet, non de remotioribus, quales Sem & Noah. Hoc agitur, ut constet eos gratuitò à Deo adoptatos esse

[a] V. Mas. [b] Bo. [c] Bo. † Mas. in notis ad edit. ὀ'. [d] Ser. D. Jun. Me. T. G. † Ser. [f] Ser. Jun. [g] D. [h] Jun. D. Ser. [i] Bo. * Ma. [k] Ità V. Mas. La. [l] Bo Ma. [l] V. Mas. La. Bo. [m] V. [n] Mas. [o] Bo. [p] Mas. [q] La. [r] Bo. ex La. † La. [t] Ma. [v] V. [x] Mas.

eſſe in populum, neque gratìs ſolùm, ſed etiam cùm hoſtes eſſent [y]. ¶ *Thare pater Abraham & Nahor*] Hos nominat, quia ex his univerſa Iſraelis ſtirps prognata. Nam à Nahore maternum genus ducitur per Rebeccam, Liam, Rahelem [z]. Qu. An etiam Abraham coluerit idola? Reſp. Q. negant [a]. Alii affirmant eum, cùm junior eſſet, fuiſſe idololatram [b]. Et ſunt qui putent idcirco Abrahamum vocatum ἀσεβῆ, Rom. 4. 5 [c]. Neque eos audire poſſum qui magno conatu Abrahamum ab hoc ſcelere vindicare neſcio quibus argutiis ſtudent. Quaſi verò non tantò illuſtrior ſit Dei gratia, quâ illum eſt complexus, quantò ipſe fuit ſceleratior; ac non pro admirabili Dei beneficio toties commemoret inculcétque animis noſtris S. hiſtoria, quòd illum, quaſi manu arreptum, è patria & idololatrarum, ut vocamus, conſortio extraxerit [d]. Vide de hac quæſtione quæ nos ad Gen. 12. 1 †.

3. *Tuli ergò patrem veſtrum Abraham*] *Accepi* pro *evocavi* poſitum eſſe cenſeo, ut illuſtrius appareat Dei beneficium, qui non ſolùm gratìs illum, ſed retractantem etiam & tergiverſantem, cùm adverſarios deos coleret, quaſi manu injectâ ad ſe adduxit [f]. ¶ *De Meſopotamia*, מֵעֵבֶר הַנָּהָר] *Ex ulteriori parte fluminis*, Sy. *de* loco vel regione *quæ trans flumen*, Ar. JT. Bo. Quâ periphraſi etiam Chaldæa indicari poteſt, (quæ ſubindè Meſopotamia vocatur, licèt impropriè [g].) Certum eſt primò è Chaldæa evocatum [h]. Cùm autem patri Tharæ & Nahor, &c. perſuaſiſſet ut unà ſecum abirent, jámque Charan perveniſſent, ibi ſubſtitêre aliquot annos, ſive ſtimulis Divinis in Abrahæ animo ſenſim vaneſcentibus, ſive quia jam reliquos propoſiti pigeret. Ipſum autem facilè retinebat pietas, dum patrem grandævum deſerere nollet. A morte patris ipſe, vel novo inſtinctu afflatus, aut ſuperioris etiam probè memor, in Chananæam ſe contulit. Sed de his plura vide ad Gen. 12. 1. & ad Act. 7. 4 [i]. ¶ *Adduxi eum in terram Canaan*] *Et deduxi eum per totam terram Canaan*, JT. Reducit Iſraelitas in memoriam admirabilis illius benignitatis quâ Deus olim parentem ipſorum Abrahamum, hominem alioqui peregrinum, incolumem ſervavit, maximis opibus amplificavit, venerandúmque ipſis Regibus reddidit [k]. ¶ *Multiplicavique ſemen ejus*, v. 4. *Et dedi ei Iſaac*] Poſterius eſt ἐξηγητικὸν prioris, & *ſeminis* verbum unum Iſaac intuetur, juxta Gen. 21. 12. *In Iſaac vocabitur tibi ſemen*: Rom. 9. 8. Ità oſtendit mirificam Dei erga illos gratiam, qui, repudiatis aliis, unius Iſaaci rationem habuerit; ut jam ingratiſſimi debeant ipſi videri, ſi non mutuâ erga illum charitate pietatéque teneantur. Sed cur *multiplicatum* Abrahami *ſemen* hîc dicitur, cùm ei unus Iſaac natus memoretur? Reſp. Multitudo ad Iſaaci poſteritatem ſpectat [l]. *Et dedi ei Iſaac*, i. e. poſteaquam illi dedi Iſaac; h. e. per Iſaacum dedi illi prolem numeroſam [m].

4. *Jacob & Eſau*] Eſaui mentionem facit tanquam ex iiſdem parentibus nati, & quidem priore loco, à Deo tamen abdicati, Jacobo interim hærede inſtituto, ídque gratìs, Rom. 9. 11. ut eos ad Deum mutuò amandum, &c. ſingulariter permoveret [n]. ¶ *Deſcenderunt in Ægyptum*] Unicâ complexione hoc commemorat, & peritè ſubticet ſervitutem illam duriſſimam, quia propoſitum erat Dei beneficia illis in memoriam reducere, nec voluit perpetuam ipſorum felicitatem rei tam triſtis recordatione interrumpere [o].

5. *Et percuſſi Ægyptum*, &c. וָאֶגֹּף אֶת־מִצְרַיִם כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי בְּקִרְבּוֹ וְאַחַר הוֹצֵאתִי אֶתְכֶם] *Et percuſſi*, vel, *afflixi*, vel, *plagis affeci*, *Ægyptum*, (i. e. Ægyptios, Pi.) *quemadmodum feci in medio ejus*, *& tandem eduxi vos*, P. JT. Ti. Belg. Ang. *Prout*, aut *ſecundùm quod*, *feci*, ſub. *plagas in medio ejus*, h. e. tantiſper ut immitterem in eos plagas varias [p]. *Et percuſſi Ægyptum*: & *poſtquam id feci in medio ejus*, *eduxi vos*, M. [Supplet ו *Vau*, & כַּאֲשֶׁר vertit, *poſtquam*.]

7. *Viderunt oculi veſtri*] At plerique omnes qui in Ægypto fuerant in deſerto perierant [q]. Reſp. Videre poterant & omnes qui [tempore murmuris] annis viginti minores erant, (vide Num. 14. & 26 [r].) & Levitæ †, (qui omnes immunes creduntur fuiſſe à murmuris noxia, quia nullus ex ea tribu ſpeculator miſſus eſt [t],) & fœminæ [v], & Joſue & Caleb [x], & Senatores Tribuníque, &c. cùm ſoleant in iſtarum dignitatum ſedes aſcendere qui alios ætate antecedunt [y]. ¶ *Habitâſtis in ſolitudine*, &c.] Ubi mira affulſit illis Dei benignitas, ubi mirabiliter eos pavit, conſervavit, præſentiam declaravit, Legem præſcripſit, ipſorum moroſitatem patienter tulit [z].

9. *Et pugnavit contra Iſraelem*] At neque pugnavit, neque verbis etiam cum illo jurgavit, ut conſtat ex Jud. 11. 25 [a]. Quomodo ergò hoc verum? Reſp. 1. Pugnavit, non vi, ſed dolis, quod & ſequentia explicant, & ipſa hiſtoria oſtendit [b]. Magicis artibus eos aggreſſi ſunt Balac & Balaam; qui conatus *bellum* vocantur hoc loco [c]. Reſp. 2. *Pugnâſſe* dicitur, quòd, parato exercitu, eos aggredi decerneret, nempe, poſt Balaami maledictionem, quâ fretus planè exiſtimabat ſe victorem futurum. Sed cùm maledictio hæc ſucceſſu caruiſſet, factum ut Iſraelitas aggredi non ſit auſus [d]. *Præliatus eſt*; animo ſcil. & voluntate †. Vide hîc Hebræorum verba ſæpe ſignificare actum non perfectum, ſed inchoatum; imò affectum & conatum duntaxat, non effectum. Sic infrà v. 11. Jerichuntini dicuntur *pugnâſſe*, i. e. paràſſe ſe ad pugnam; & Amoſ. 9. 3. *Si ſe celaverint ab oculis meis*, i. e. ſi ſe celare tentârint [f]. [Similia exempla ex aliis auctoribus profert hîc Ga. noſtrâs.] Ità Sueton. Cæſ. *Cum adverſariis pepigit*, &c. h. e. paciſci voluit. Idem Nerone; *Repræſentanda præmia poſterùm ſanxit*, i. e. ſancienda dixit. Juvenal. *Græculus eſuriens in cœlum, juſſeris, ibit*, i. e. iturum ſe promitteret. Dio 54. *Lepidum tunc occiſum oſtendit*, i. e. occîdi juſſum, non reverâ occiſum. Sic multa apud JC. accipienda ſine effectu, ut loquuntur. Hæc Caſaubonus in Sueton. Sic Tryphonius diſp. l. 1. de Verborum ſignificatione, leg. 225. *Et furem & adulterum & aleatorem ex animi propoſitione cujuſque ſola dicere quis poſſit etiam hunc qui nunquam alienam rem invito Domino ſubtraxerit, qui nunquam alienam matremfam. corrupit, ſi modò ejus mentis ſit, ut occaſione datâ id commiſſurus ſit*, i. e. quantum ſit reſpectu Dei, ex Matt. 5. 28. Accurſ. κατὰ προσπάθειαν, ut Hieron. *ab affectu*, Grammatici. Sic Cicero in Arat. *Ut quondam Orion manibus violâſſe Dianam*, i. e. violare appetiiſſe. Et Virgil. Æneid. *Galli per dumos aderant arcémque tenebant*, i. e. tenere affectabant: Alciatus. Et Iſidorus Peluſ. 2. 289. Ἀπὸ τῆς γνώμης τὰ πράγματα κρίνεται, &c. h. e. *A decreto, conſilio*, vel *propoſito*, *æſtimantur actiones. Quare qui alium vulneraverit, licèt non occiderit, juſtè punitur; qui autem involuntariè alium occîdit, ei venia datur. Sic qui alteri inſidias ſtruit, quamvìs non inveniat eum, homicida eſt.* ἐκ γὰρ τοῦ ἐπιχειρήματος, οὐ τοῦ ἀποτελέσματος, τοιοῦτος εἶναι κρίνεται, &c. h. e. *à conatu enim, non ſucceſſu, talis eſſe judicatur. Sic & mulier quæ ſe ornat, proſpicitque per feneſtram, ut juvenes alliciat, licèt præda excidat, damnatur tamen tanquam eam cepiſſet; poculum enim miſcuit*, &c. *etſi non inventus ſit qui bibat.* Hæc Iſidor. Salvianus provid. 6. *Ac per hoc etiamſi mala minora faciant, quia minùs poſſent, non minùs tamen mali ſunt, quia nollent minùs eſſe ſi poſſent.* Pythia Glauco apud Herodotum, 6. τὸ πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ ποιῆσαι ἴσον δύναται, i. e. *Rem aggredi & perficere Deo idem ſunt.* Cùm ab homine mala res ſolâ neceſſitate non agitur, ipſa rei turpis cupiditas pro actione damnatur; Matt. 5. 28. 2 Mac. 9. 4. Confer 1 Par. 28. 2 [g]. Sæpe fieri dicitur in Scriptura quod fieri tentatur, aut quæritur: ut Gen. 37. 21. *& eripuit*, i. e. eripere conabatur; Ezec. 24. 13. *mundavi te*, i. e. mundare conatus fui; Joh. 5. 34. *non accipio*, i. e. non accipere ſtudeo; ſic ver. 44. Rom. 2. 4. *adducit*, i. e. adducere conatur; 1 Cor. 10. 33. *omnibus placeo*, i. e. placere conor; Gal. 5. 4. *qui per legem juſtificamini*, h. e. juſtificari conamini [h]. Reſp. 3. *Et pugnavit*, ponitur pro, *ut pugnaret*. Sic Eſaias 53. 2. *& deſiderabamus*, pro, *ut deſideraremus* [i]. [Ità JT. hîc vertunt, *ut certaret*: & ο'. habent, *& inſtruxit exercitum*.]

11. *Pugnaverúntque contra vos viri civitatis ejus*, *Amoræus*, בַעֲלֵי יְרִיחוֹ הָאֱמֹרִי] *Viri* (*domini*, Ti. Jun. *habitatores*, ο'. Jon. *cives*, Sy. Ar.) *Jericho*; *Amoræus*, vel, *Amoræi*, &c. M. P. Ang. Belg. V. *Amoræi nempe*, Ti. Hi ſeſe receperant in eam urbem, ut reſiſterent filiis Iſrael; quòd urbs illa eſſet clavis Terræ ſanctæ [k].

Nec

y Maſ. z Maſ. a Ità La. To. & Caj. in Ser. Per. in La. b Ità Maſ. Ser. ex RR. & Ph. c Ser. d Maſ. ſim. Ma. † Bo. f Maſ. g Bo. h Bo. Maſ. i Maſ. k Maſ. l Maſ. m V. n Maſ. o Maſ. p V. q Maſ. r E. Maſ. † E. L.

t Maſ. v E. x L. y Maſ. z Maſ. a Maſ. b G. c Maſ. ſim. La. d Bo. † V. f La. g Ga. h Glaſ. in gram. l. 3. tract. 3. can. 8. pag. 250. i Ga. k V. ſim. L.

Nec mirum diversos Cananæos promiscuè in locis nonnullis habitâsse. Sic convallis Mambre juxta Hebronem dicta est à viro Amoræo; attamen Hebronem Hethæi incolebant, Gen. 23.3, 7, 16. Sic Gen. 34.2. Hemor & Sichem *Hevæi* dicuntur; & tamen habitatores Sichem dicuntur Cananæi & Pherezæi, ibid. v. 30[l]. Alii supplent τὸ *&*; *viri civitatis*, & *Amoræi*, &c. Ità Sy. Ar. Mas. Bo. Longè enim verisimilius est agi hîc de omnibus bellis transito Jordane gestis, & gentibus omnibus in terra Canaan excisis: siquidem his omnibus cum Jerichuntinis communia sunt quæ de pugna hoc versu, & de crabronibus vers. seq. quæ res quia etiam Trans-jordaninos Amoræos tangebat, disertè etiam de illis additur vers. seq[m]. בַּעֲלֵי יְרִיחוֹ hîc sunt primates ejus urbis, ad quos cura istius reip. pertinebat[n]. Mallem, *viri Jericho*. Sic בַּעֲלֵי בְרִית Gen. 14.13. alibi vocantur אַנְשֵׁי בְרִית *viri fœderis*. Sed tollit omnem omnino dubitationem Jud. 9. 20, 23, 39. בַּעֲלֵי שְׁכֶם *domini Sichem*, & v. 51. כָּל־בַּעֲלֵי הָעִיר *omnes domini urbis*. Sic Jud. 20. 5. & 1 Sam. 23. 11, 12. 2 Sam. 21. 12[o]. Sed quomodo pugnârunt Jerichuntii, cùm se muris continuerint? Resp. 1. Restiterunt occludendo portas[p]. 2. Pugnare dicuntur, quia necessaria ad pugnam parârint[q]. 3. Tela projecerunt extra muros[r]: post casum murorum pugnârunt[†]. 4. לחם sæpe non *pugnam*, sed *bellum*, sign. & populorum qui hîc nominantur quidam nihil aliud quàm portas clauserunt[t]. 5. Aut verbum hoc refertur ad eos qui sequuntur[v]. 6. Oratorium artificium esse puto, quòd *belli* vocabulo utitur, cùm adversariorum conatibus opponit Dei propugnationem, quæ tantò fortior apparet, quantò illi videntur majores[x].

12. *Misi—crabrones, & ejeci*; sic Jon. sim. Sy. [וַיְגָרֶשׁ] *Et expulit*, Mo. V. sim. D. *qui expellebat*, JT. i. e. Crabrones ipsi verterunt eos in fugam[y]. De his vide quæ ad Exod. c. 23. v. 28[z]. Quidam *metaphoricè* intelligunt, de terroribus divinitùs immissis[a]. Alii autem propriè[b]; ut constat ex libro *Sapientiæ*, c. 12. v. 8, 9, 10[c]. Cùm autem ista sic gesta videantur ante Israelitarum adventum, minimè mirandum est, nusquam in hoc Commentario esse inter alias res gestas prodita, quo quæ Josuæ ductu acta modò sunt explicata. Deest autem & hîc conjunctio: Plenè enim scribendum erat, *Quæ abegit illos——& duos reges Amoræorum*, ut docet v. 18[d]. ¶ *Non in gladio tuo*, &c.] At hi duo Reges Israelitarum gladio superati sunt, Num. 21. Resp. 1. Dici possunt à crabronibus superati, non gladio & arcu, sive quòd, cùm jam essent in procinctu acies ad pugnam, immissi illis essent crabrones, quorum morsibus & venenatis aculeis in fugam acti sunt; sive, ante Israelitarum adventum assiduâ & intolerabili crabronum infestatione factum est ut multi Amoræi horum Regum subditi sedem mutârint, unde factum ut exiguus illis remanserit bellatorum numerus quos Israelitis opponerent. 2. Hæc igitur verba, *ejeci eos*, &c. ad Amoræos & cis & trans Jordanem referenda sunt, & aliquid hîc subintelligendum, *duos* (supple, *item*, vel *similiter*, vel *&*) *reges Amoræorum* †.

13. *Terram in qua non laborâstis*; sic Sy. Ar. P. sim. Jon. Mo. JT. [אֲשֶׁר לֹא יָגַעְתָּ בָּהּ] *Pro qua non laborâsti*, Ti. *Terram*, i. e. terræ fructum[f].

14. *Servite ei perfecto corde atque verissimo*, בְּתָמִים וּבֶאֱמֶת] *In perfectione (integritate*, Jun. V. *sinceritate*, Sy. *in rectitudine*, ο'.) *& in veritate*, Mo. (*cum justitia*, ο'. *in fide*, Jun.) *Integritas* simulatæ pietati opponitur; *Veritas* ad constantiam spectat; aut, si mavis, ad cultûs probitatem[g]. Novè posuit תָּמִים *integer* pro תֹּם *integritate*: Sed sunt quædam nomina modò concreta, modò abstracta. Sic עֵד est *testis* & *testimonium*; sic צַר *adversarius* & *adversitas*. Hinc תָּמִים alibi sumitur pro *integritate*, ut Jud. 9. 12. Amos. 5. 10. Psal. 26. 1. & 84. 11. & 101. 2 *. ¶ *Et auferte deos quibus servierunt patres vestri—in Ægypto*] Hinc liquet, quod alibi nusquam hactenus proditum, etiam Israelitas non paucos in Ægypto idola coluisse. Indicat tamen hoc ipsum non obscurè Ezec. 23. 3, 8, 19, 21, 27[h]. Quæritur, an etiam tum erant inter eos qui idola colerent. Negat August. 1. Quia obedientiam & constantiam Israelitarum suprà commendaverat, Jos. 22. 23. & 23. 8. 2. Nec Deus inultum passus fuisset tantum scelus. 3. Tunc abjecta essent idola, ut factum Gen. 35. 2, 4. & 1 Sam. 7. 3. Et hæc quidem evincunt nihil tale publicè peccatum; domi autem privatim factum non ostendunt[i]. Alii affirmant[k], ex hoc versu, & ex vers. 23[l]. & ex Amos. 5. collat. cum Act. 7[m].

[l] Bo. [m] Bo. [n] Mas. K. in D. [o] D. [p] D. Aug. in Mas. V. [q] Bo. [r] Os. † Me. V. [t] G. [v] D. [x] Mas. [y] V. [z] Bo. [a] Ità Aug. in Ser. Ar. [b] Ità M. Mas. Ser. La. Me. T. [c] Mas. Ser. [d] Mas. † Bo. [f] V. [g] Mas. * D. [h] Bo. E.

15. *Optio vobis datur*] Quæ coacti recipimus, eà nullâ verecundiâ frangimus; non ità illa quibus nos ultro obligavimus ipsi. Duabus itaque religionibus propositis, jam illos quodammodo solvit utrâque, & velut manu emittit[n]. Non autem veram optionem eligendi Deum hîc concedit Josue, qui capite præcedenti eos adegit ad cultum veri Dei[o]; neque inultum reliquisset si qui Deo deserto ad idola transfugissent[p]: sed artificio Rhetorico utitur[q], summâque eloquentiæ arte eos quò vult ducit, cùm inter res tam inæquales fiat comparatio[r]. Tot commoda affert cultus veri Dei, tot incommoda verò cultus idolorum, ut non nisi amens sit qui Deo vero idola præferret †. Sic dicimus, Alterum à vobis, ô mortales, eligendum est, aut pœna æterna, aut perpetua beatitudo; quod vultis eligite. Hoc exhortandi modo utitur Elias, 1 Reg. 18. 21. & Eccles. 15. 18[t]. Non solvit eos vinculo colendi Deum, quo priùs obstricti erant; sed, hæc proponendo, animos illorum explorat. Simile vide Ruth 1. 15. Joh. 6. 67[v]. ¶ *Ego & domus mea*] Efficacissimum argumentum erat exemplum Imperatoris, præsertim prudentissimi, sanctissimi & felicissimi. Exemplum hîc proponitur gubernandæ familiæ nostræ[x].

18. *Et ejecit universas gentes, Amoræum*] Heb. *& Amoræum*, JT. Ti. &c. *Universæ gentes* hîc sunt 7 Cananæorum populi cis Jordanem; *Amoræi* sunt Transjordanini Sehonis & Og populi[y]. Alii sic; *gentes*, (sub. *præsertim*, vel *inprimis*,) *Amoræum*, M. P. Os.

19. *Non poteritis servire Domino*] Non hoc accipiendum absolutè, sed restrictè[z]. Non est hæc, absit, à Dei cultu dehortatio, sed major etiam quàm antè exstimulatio[a]. Variè intelligunt. 1. Vult Aug. hîc notari arrogantiæ responsum populi, perinde atque si, de Dei justitia non rectè existimans, justitiæ suæ nimium tribuerit, juxta Rom. 10. 3. atque insuper hoc agi, ut eâ tantâ sanctitate Dei propositâ, illi magìs incitentur, non modò ad tantæ majestati serviendum præ vilibus idolis, verùm etiam ad petendum ab illa subsidium, atque in ejus misericordia spem collocandam, juxta Psal. 143. 2. Sed ego in populi verbis nullam arrogantiam video; eadem enim loquuntur & voce & mente quæ Josua, *Nos quoque* (וגם, q. d. similiter atque tu & domus tua) *serviemus Domino*. Porrò, adjungunt servitutis suæ maximam causam, cùm dicunt, *nam ipse est Deus noster*[b]. 2. Illud, *non poteritis*, non sign. physicam impossibilitatem, sed moralem, seu difficultatem, suppositâ ipsorum fragilitate & pronitate ad idololatriam, & puritate illâ summâ quam Deus in suo obsequio adhiberi vult. Metuo nè servire Deo ut decet non possitis; sanctus enim est & æmulator, nec feret flagitia vestra[c]: unde ab eo facilè deficietis ad alios deos quibus vitia ipsa cultus sunt gratissimus. Tectè perstringit inconstantiam populi, quâ à cultu Dei ad idololatriam semper propensissimi fuerant; & simul, difficultate propositâ, hoc efficere vult, ut ipsorum susceptio & professio Religionis sit deliberatissima[d]. Non poteritis ei servire, nisi novos, magnos & constantes animos induatis †, decretúmque & fixum habeatis omnia idololatriæ incitamenta procul arcere[f], & sanctos mores colere, nullúmque crimen admittere[g]. Est hæc vehemens adhortatio ad serviendum Deo. Sic Imperator, militibus postulantibus ut potestas fiat in hostem irrumpendi, Non vincetis, (inquit) nec resistetis eorum viribus, &c. Ità animos eorum acuit in prælium[h]. 3. *Non potestis*, sub. *cum simulacris vestris*[i]. *Non potestis*, sub. *deos alienos retinendo, & eorum cultum cultui Dei commiscendo*; quod colligitur ex vers. 23[k]. & ex v. 14, 15, 16. ubi hoc membrum exstat. Ellipsis hæc est vocum conjunctarum ex membro præcedente repetendarum. Sic Num. 24. 22. *depascent Kainum*; *quousque?*

[i] Bo. [k] Ità T. Bo. L. [l] Bo. [m] L. [n] Mas. [o] La. [p] Bo. [q] La. [r] Bo. † La. [t] Me. ex Ser. [v] Ma. ex Jun. [x] Mas. [y] Bo. [z] Ser. [a] Bo. [b] Mas. [c] Bo. [d] Mas. † La. [f] T. [g] Me. [h] Me. ex Ser. [i] V. [k] Jun. Glas.

qaouſque? ſcilic. *erit in petra nidus tuus*, ex verſu 21. Num. 26. 3, 4. *dicendo*, (ſupple, *numerate congregationem*) *A filio 20 annorum*, &c. Zach. 14. 18. *& non ſuper eos*, ſcil. *erit pluvia*, ex v. 17. Sic Joh. 9. 3. *Neque hic peccavit*, &c. ſcil. *ut cæcus naſceretur*, ex v. 2. Sic 1 Joh. 2. 19. *ſed* (ſupple, *ex nobis egreſſi ſunt,*) *ut manifeſti fierent*, &c *. ¶ *Deus ſanctus eſt*, אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא] Ad verb. *Dii ſancti ipſe*, M. La. *Deus ſancti eſt.* Loquutio myſtica, ut Jer. 10. 10 [l]. Numerus pluralis, vel, 1. ad indicandam cum Unitate Trinitatem [m]; vel, 2. ad comparationem cum aliis diis, q. d. dii alienigenæ impuri ſunt, at Dii noſtri ſancti ſunt [n]; vel 3. ad denotandam abſolutiſſimam Dei ſanctitatem [o]. Ità in vetuſtis Commentariis quæ *Tanhuma* inſcribuntur [p]. ¶ *Sanctus eſt*, &c.] Heb. *ſanctus eſt, Deus zelotes*, &c. q. d. Si coleretis ſimulacra unà cum Domino, pollueretis ſanctitatem ejus: Deus eſt qui non patitur rivalem in amore [q]. ¶ *Nec ignoſcet ſceleribus*, לֹא יִשָּׂא לְפִשְׁעֲכֶם] *Non feret defectionem veſtram*, ſcil. impunitam. Sic Exod. 23. 21 [r]. *Non dimittet*, &c. M. *non parcet ſceleribus veſtris*, P.

20. *Convertet ſe, & affliget vos*, וְשָׁב וְהֵרַע לָכֶם] *Convertet ſe, & malefaciet vobis*, M. P. Mo. *converſus malo afficiet vos*, JT. ſim. Ar. Sy. Ti. *Tunc avertetur*, i. e. mutatâ ſententiâ perdet vos, V. *Ipſe animum mutabit*, ſeu, *vertet ſe*: Ad vulgi opinionem dictum eſt, alias atque alias Dei affectiones ex rerum vario eventu fingentis; quas ille moderatur alioqui æquabili tenore æterni ſui conſilii, nullis ſubjectus animi perturbationibus †. Rectiùs alii, è notiſſimo Hebraiſmo, Id eſt, iterum atque iterum vos malis afficiet [t].

22. *Teſtes vos eſtis*] Póſtquam Imperator ſatis deliberâſſe concionem cenſet, procedit ulteriùs; &, tanquam Dei fecialis, ſtipulatur conceptis verbis, &c [v].

23. *Auferte deos alienos de medio veſtrî*, הָסִירוּ אֶת־אֱלֹהֵי הַנֵּכָר אֲשֶׁר בְּקִרְבְּכֶם] *Amovete deos alienigenarum qui* ſunt *in medio veſtrî*, JT. *Deos alienos*, vel, potiùs, *deos ignoti*, ſub. *populi*; Gen. 35. 2. Sic, בְּנֵי נֵכָר υἱοὶ ἀλλοτριότητος, i. e. ἀλλότριοι [x]. τὸ אֲשֶׁר anceps eſt, poteſtque referri vel, 1. ad alienum populum, qui inter eos adhuc agebat; vel, 2. ad deos; quod aptius eſt [y]. Nam in ſimili oratione illud בְּתוֹכְכֶם, *inter vos*, Moſes interpretatus eſt, בְּיָדָם, Gen. 35. 4. *quos habebat in manibus ſuis*; quod ſanè de barbaris hominibus intelligi non poteſt [z]. *Dii*, i. e. ſimulacra quæ cepiſtis expugnatis urbibus, aut extuliſtis ex Ægypto [a]. *Alienos deos* Aug. hîc intelligit de cogitationibus hominum abſurdis, atque alienis à Dei majeſtate. Neque enim veriſimile eſt, inquit, deorum ſimulacra apud eos fuiſſe [b]. Verùm de idolis propriè dictis loquitur [c]. Supponit adhuc inter ipſos eſſe idolorum cultores [d], ſaltem clàm & occultè †. Hoc autem ei exploratum erat vel ex revelatione, vel ex argumentis moraliter certis [f]. Obj. At nulla hîc videmus abjici ſimulacra, ut alibi factum, Geneſ. 35. &c. Reſp. Nec memoratur in Moſis libris illa idololatria cujus eos incuſant Amoſ. c. 5. 26. & Stephanus, Act. 7. 43. Quin potiùs, cùm eadem hîc verba ſunt quæ Gen. 35. &c. cur tam diverſo ſenſu interpretantur [g]? [Plura vide de his ad verſ. 14.]

25. *Percuſſit fœdus*] Adhibitis ſacrificiis aliíſque omnibus ritibus, ut Exod. 24. 5—8 [h]. Sed de hoc non liquet. Aliud eſt de novo inire fœdus; aliud, priſtinum renovare; quod ſolis verbis & proteſtationibus fieri ſolet [i]. ¶ *Et propoſuit populo*] Heb. *propoſuit ei*, M. P. Ti. JT. *ſtatuit illis*, V. h. e. Propoſuit eis compendio ſtatuta & judicia Legis Divinæ [k]. Propoſuit eis præcepta moralia & ceremonialia: nihil adjecit Legi, ſed conditiones hujus fœderis docuit eos [l].

26. *Scripſit omnia verba hæc*] i. e. Verba fœderis hujus [m]. Stipulationis Dei & ſponſionis populi formulas [n]. *Scripſit*, 1. ad perpetuam memoriam [o]; 2. ut ea exſtare populus recordaretur, eóque religione majore datam ſpontè fidem in poſterum coleret [p]. ¶ *In volumine legis*] Qui, ſcilicet, erat in Arca [q]. Vide Deut. 17. 18. & 31. 26. Tum juſſit Joſue, ut ſacerdotes referrent in librum Legis Dei quem penès ſe habebant, tum etiam in publicum illum librum quem Deus Principi exſcribi mandaverat †. ¶ *Tulit lapidem prægrandem*] Qui poſteris futurus eſſet monimentum rei geſtæ, & renovati fœderis [t]. Simile Gen. 28. 18. & Joſ. 4. 20 [v]. Moſes quidem ſtatuit 12 lapides proximè ad Aram, ut eo ſymbolo intelligerent Iſraelitæ, quamvìs alii eorum propiùs admiſſi, alii longiùs viderentur, alii altiore gradu, alii inferiore, conſiſterent, ſe tamen omnes ex æquo Deo charos eſſe. At hîc capita duntaxat populi citata ſunt, & facilè poterant omnes juxta Arcam conſiſtere. Ad hoc, lapis hic monumentum erat; non ità illi 12 lapides, (quid enim opus monumento in illis locis, ad quæ nunquam reverterentur Iſraelitæ?) ſed tantùm 12 Tribus repræſentabant [x]. ¶ *Subter quercum*] Eandem quercum eſſe volunt nonnulli cum illa Jacobi Gen. 35. 4. & illa juxta quam Deus primò apparuit Abrahæ, eíque terram iſtam promiſit [y]. Sed quis credat eandem quercum ad quinque ſecula perdurâſſe [z]? Dices, Deut. 16. 21. præcipitur, *Non plantabis lucum & omnem arborem juxta altare*: Quomodo ergò hæc quercus fuit in Tabernaculo juxta Altare? Reſp. 1. Intellige, ubi Tabernaculum & Altare manſura figerentur, non, ubi ad tempus tantùm erigerentur. 2. Prohibetur tantùmmodo ad eum finem de induſtria facta plantatio, more Gentilium, ad omnem in iis turpitudinem exercendam [a]. Vetat plantari arborem, non autem erigi Tabernaculum juxta arborem jam plantatam [b]. ¶ *Quæ erat in ſanctuario Domini*] Qu. Quid hoc? Reſp. 1. *Sacrarium Domini* vocatur iſte locus quem Abraham primùm in Cananæa conſecraverat, cùm illic lætiſſimum à Deo nuncium accepiſſet; prorſus atque locus ille *Bethel* vocatur ubi Jacob viſa vidiſſet, Gen. 28. 19 [c]. 2. Sic vocat locum in quo erat Arca Domini, qui ſanctificabatur præſentiâ Arcæ [d]. Continebatur hæc quercus in atrio Tabernaculi †, vel juxta atrium [f]. *Sanctuarium* autem in Scripturis paſſim pro loco ſancto accipitur, quamvìs non ſanctiſſimo [g]. Hæc quercus ſcil. erat in Silo [h]; vel, in Sichem, quò tranſlata fuerat de Silo Arca, ut dictum [i].

27. *Lapis iſte erit vobis in teſtimonium*] h. e. Teſtabitur irritum fuiſſe fœdus cum Domino Deo [k]. ¶ *Quòd audierit*, &c.] Proſopopœia hæc eſt, quâ lapidi *auditio* tribuitur [l]. Similia iſta, *Audite, cœlum & terra*, Deut. 32. 1. *Lapides clamabunt*, Luc. 19. 40 [m]. Hujuſmodi fictiones perſonarum, quibus ſenſum Divini verbi rebus inanimatis tributum videmus, mirificam verbi illius vim oſtendunt, & ſimul tectè hominum ſtuporem incuſant [o]. Significat lapidem hunc futurum teſtem & memoriale fœderis [p]. Ut Moſes ipſam Legem, tanquam publicas Tabulas, voluit teſtem manere perfidiæ populi, ſi deſciverint, &c. ſic Joſua hanc ſtatuam, quaſi conſciam, factæ ſponſionis teſtem fore ait; ut, cùm Moſis Tabulæ reconditæ latent, iſta quotidie in oculos incurrat [q]. JT. ſic vertunt, *ipſe interfuit*, &c. Heb. *audivit*: Tranſlata locutio à teſtibus vivis, præſentibus audientibúſque, ad lapidem [r]. ¶ *Audierit omnia verba Domini quæ locutus eſt vobis*] Simul intelligitur audîſſe quæ populus reſponderit; in his enim duobus conſiſtit fœdus renovatum, cujus teſtis lapis eſſe dicitur †. *Verba Jehovæ*, i. e. verba fœderis quod pepigimus cum Domino: h. e. Leges illæ fuerunt latæ juxta lapidem iſtum [t]. ¶ *Eritque contra vos*, &c.] q. d. Suo modo accuſabit vos, nè fortè poſtea mentiamini, h. e. dicatis vos non pepigiſſe fœdus his legibus cum Domino [v].

29. *Mortuus eſt*] Quoto anno principatûs ſui non conſtat [x]. Certi nihil ſtatui poteſt, cùm de ea re Scriptura nihil dicat. Quamvìs tamen ità ſit, & in annis Judicum quædam ſit obſcuritas; nihil tamen incommodi emergit pro Chronologia ſacra, cùm 1 Reg. cap. 6. ver. 1. annorum numerus habetur ab egreſſu ex Ægypto ad inchoatam Templi ædificationem [y]. Duodecim hîc ſententias recenſet Serarius, è quibus duæ ſunt probabiliores. Prior dat ei 17 vel 18 annos; poſterior 27 vel 28 [z]. 14 duntaxat annos ei dat Maimonius; ego autem 28 annos ipſi attribuo [a]. Verùm non poſſe ultra 17 vel 18 ei adſcribi patet ex annis Judicum, &c [b]. & ex generali illa ſumma 480 annorum ab exitu ex Ægypto ad fundatio-

Margin notes (left column): * Glaſ. gram. l. 4. tract. 2. obſerv. 12. p. 724. — [l] Jun. — [m] M. La. — [n] La. ex Maſ. — [o] La. — [p] Maſ. — [q] V. — [r] Jun. — † Maſ. — [t] Ma. — [v] Maſ. — [x] D. — [y] Ma. ex Maſ. — [z] Maſ. — [a] V. — [b] Aug. in Maſ. — [c] La. ſic Maſ. Bo. — [d] Bo. — † Maſ. — [f] Bo. — [g] Maſ. — [h] Maſ. — [i] Bo. — [k] M. ſim. He. in Maſ. — [l] V. — [m] D. — [n] Maſ. Ser. Bo. — [o] La. ex Maſ. — [p] Maſ. — [q] V. G. ſim. Maſ. La. Bo. — † Ma. ex Jun.

Margin notes (right column): [t] Bo. ex La. — [v] Bo. — [x] Maſ. — [y] Maſ. ex He. — [z] Bo. — [a] Bo. — [b] La. — [c] Maſ. — [d] V. Bo. — † Jun. La. T. Me. — [f] RR. in T. — [g] Jun. — [h] Me. — [i] La. — [k] V. — [l] Maſ. La. Bo. D. — [m] Bo. — [o] Maſ. — [p] La. — [q] Maſ. — [r] Jun. — † Bo. — [t] V. — [v] V. — [x] La. — [y] Bo. — [z] La. — [a] Maſ. ex He. — [b] Bo.

nem Templi, quam insuper S. Scriptura in has partes distribuit; 40 annos in deserto, 299 Judicum, 40 Eli, 40 Samuelis & Saulis, 40 Davidis, & 4 Salomonis ad ædificationem Templi inchoatam. Horum summa totalis est 463. Ità 17 annos durâsse principatum Josue necesse est*. [De his fusè hìc disputant & Bo. & Mas. & alii. Sed nolo me in oceanum chronologicarum quæstionum immergere, nisi cùm enodatio alicujus difficultatis textualis id postulat. Reliqua ejus generis fortassis in calce Operis nostri, si Deus vitam virésque suffecerit, inter Appendices reponam.]

30. *Sepelierúntque eum*] Cura humandorum corporum apud omnes nationes semper usitata arcanum quendam in iis sensum indicat, futurum ut aliquando reviviscerent corpora, & animis suis redderentur. Hinc apud Poetas animæ nisi conditis ritè corporibus conquiescere non possunt; hinc res suas omnes apud inferos quasi corporatæ obeunt. Porrò, illustrium virorum monimenta quibus in locis constructa sunt in S. Literis sæpe proditum videmus. Nec de bonis tantùm, sed & improbis, hoc observatum est; 1. ut historiæ fides esset sanctior: 2. ut testatissimus esset ab omni retro memoria de altera vita consensus hominum: 3. ut hi tales viri, quasi in sepulcris reliqui essent, perpetuò posterorum oculis tanquam sequenda virtutum, vel fugienda vitiorum, exempla quodammodo repræsentarentur. Ad solam enim vitæ imitationem, non etiam ad religiosum cultum, divorum monimenta conservare fas est[c]. ¶ *In Thamnath-sare*, תִּמְנַת סֶרַח] Trajectis literis dicendum videtur תִּמְנַת חֶרֶס, prout Jud. 2. 9. Hoc autem nomen urbi Josuæ impositum fuit à Solis simulacro ab Israelitis hìc collocato ad miraculi memoriam. Vide quæ nos ad cap. 10. חֶרֶס enim *Solem* sign. & תְּמוּנָה *figuram*[d]. Nulla hìc mentio planctûs luctûsque populi, ut Gen. 50. Deut. 34†. Ideóque געש *tremorem* reddunt, montémque concussum in sepultura Josuæ fingunt Hebræi, quòd Judæi non fleverant super morte tanti viri[f]. Verùm parentatum esse Josue in luctu credendum est, licèt non exprimatur[g]. ¶ *A septentrionali parte montis Gaas*] Credibile est fuisse partem montis Ephraim, urbi illi ab Austro oppositam: Jud. cap. 2. ver. 9[h].

31. *Cunctis diebus Josuæ & seniorum*, &c.] Non autem diutiùs, ut patet ex Judic. 2. 8, 9, 10. Tantum valet benefactorum recens memoria, & virorum spectatorum auctoritas. Vide simile 2 Par. 24. 2, 16, 17, 18. Apparet hinc, post Josuam aliquanto tempore scriptum hunc librum[i]; [vel, saltem, hæc & similia ab alio hagiographo addita fuisse, ut antè non semel notatum.] Docet hic locus quantum sit in unius hominis probitate positum momentum qui in rep. dominatur[k].

32. *Ossa quoque Joseph—sepelierunt*] Ossa enim sua Josephus in Cananæam asportanda curavit, Gen. 50. 25. quemadmodum & sua Jacobus, Gen. 49. 29. Nimirum, id agentes, ut apud suorum popularium animos fidem promissis Dei firmarent, qualem sibi nè mors quidem potuisset eripere[l]. Quod autem hìc refertur, jam antè annos plures contigisse crediderim, nempe, post quietem illis à præliis datam[m]: vel, cùm primùm apud montes Hebal & Garizim fœdus Deo sancirent Israelitæ; erat enim vicinus sepulturæ locus[n]. Neque enim ulla ratio est cur ad hoc usque tempus distulissent. Itaque illud, *sepelierunt*, verto, *sepelierant*[o]. Nunc autem commemoratur, quia aliorum hìc magnorum virorum sepulchra ostenduntur[p]. ¶ *In Sichem*] Illam enim agri partem voluerat Jacobus esse Josephi extra sortem; solenne autem fuit priscis illis Patribus, ut quisque in suam inferretur possessionem. Et ut longè diversa regio obtigisset sorte Josephitis, tamen hunc simul agrum ipsi, ut paternum, jure hæ-

* Li.
c Mas.
d Idem.
† Me.
f M.
g Me. La.
h Mas. Hi. & Adrichom. in La. Bo.
i G.
k Mas.
l Mas.
m Bo.
n Mas.
o Bo.
p Mas.

reditario erant habituri[q]. Verùm hic ager intra fines quidem Ephraim positus erat, eum tamen non sortitione Josue, sed donatione Jacob, possederunt[r]. ¶ *Centum novellis ovibus*, בְּמֵאָה קְשִׂיטָה] *Centum agnis*, vel *ovibus*, ο'. Jon. Sy. Ar. Mo. Potiùs, *nummis*, M. P. Ti. JT. V. Mas. ut patet ex Act. 7. 16. τιμῆς ἀργυρίου†. *Agnis*, i. e. nummis; fortasse quòd formam agnæ impressam haberent[t]. [Sed de hoc & aliis nummorum generibus vide tractatum de *Nummis*, annuente Deo, consarcinandum & inter Appendices collocandum.* Porrò, hìc explicat Masius duo loca Scripturæ δυσνόητα, viz. Gen. 48. 22. & Act. 7. 16. collat. cum Gen. 33. 19. de quibus videsis ad illa loca vel congesta vel congerenda.] ¶ *Et fuit in possessionem filiorum Joseph*] Heb. *Et fuerunt* (i. e. cesserunt) *filiis Jos. in possessionem*, sub. *suam*; h. e. Ità factum, ut habuerint ossa patris sepulta in possessione sua*. Tectè præsensionis Divinæ, quâ Jacobus eum locum destinârat sepulturæ filii, atque sortis consensus, quæ illum Josephitis assignavit, ostenditur. Porrò, ut cæteris nationibus, ità Hebræis, solenne fuit, ut apud suos viri clari conderentur. Sic enim domestico exemplo quæque familia & gens ad virtutem maximè incitabatur. Tradunt Syri, Noam ossa Adami religiosè in Arcam recepisse, & postea suis liberis ea distribuisse. Quæ non eò commemoro, quòd ulla superstitiosè ossa coli velim: Scio enim, præter unum Deum, nihil, neque in cœlo neque in terris, esse adorandum; [Notent hoc Pontificii reliqui, qui λειψανολατρείαν, i. e. *cultum reliquiarum*, necnon Angelorum, Sanctorum, Imaginum, &c. rotundè profitentur;] & in solo Christo spem salutis omnem debere collocari. [Notant & hoc iidem, qui in meritis & suis & Sanctorum spem salutis aliquam saltem collocant; & audiant hunc fratrem suum eruditissimum, à quo sola veritatis vis hæc dicta extorsit.] Videntur tamen mihi sanctissimorum hominum ossa justam apud omnes pios semper habuisse venerationem[v].

33. *Eleazar quoque*] Eodem penè tempore, ut credibile est, cùm in omni vita conjunctissimi fuissent. Sic moderatur Deus res humanas, ut alio seculo virorum virtutibus clarissimorum magnus sit proventus, alio, contrà, admirabilis raritas. Cùm enim benignitatem illiusmodi, cùm præsens est, negligunt mortales, abutuntúrque sæpe ad socordiam, claudit ille subindè largam manum, &c[x]. ¶ *Sepelierunt eum in Gabaath-Phinees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraim*] *Data est ei*; cui? Eleazaro[y]. Hic enim vivente Josue Pontifex erat[z]. Vel, *Phinees*[a]. Huic favet, quòd locus ab eo nomen accepit[b]. Atqui jam sæpe diximus, S. historiæ scriptores plerumque sui seculi nominibus loca nominare. Cùm ergò Phinees diutissimè & vixit, & illic habitârit, non est mirum ab hoc loco mansisse nomen, non ab Eleazaro, qui paucis eum annis incoluerat[c]. Qu. Quomodo data est *Phinees*? Resp. 1. Per uxorem: nam Levitæ suo nomine privatos agros non habebant. Vide simile 1 Par. 2. 21, 22, 23[d]. Atqui *donatus*, non doti dictus, collis iste memoratur; & nefas erat fœminas fundis paternis dotatas non suis tribulibus nubere†. Resp. 2. *Data* illi rectè memoratur, nempe, extra sortem, (nam sacerdotales urbes omnes erant vel in tribu Juda, vel Simeon, vel Benjamin, ut liquet è Jos. 21[f].) ut Pontificis habitatio non procul esset à Tabernaculo, (quod tum in Silo erat,) nec à Josue, qui ex Pontificis consilio publica negotia administrare debebat[g]. Hìc finem commentandi facio, ipso meo natali, die D. Andreæ, An. C. 1563. inquit Cl. Masius: [qui utinam falsus esset, neque hìc commentandi finem fecisset, sed ad sequentes libros perrexisset, quod in animo se habuisse significat.]

q Mas.
r Bo.
† Mas.
t V.
* V.
v Mas.
x Mas.
y Mas. To. in La.
z Bo.
a V. & Hi. in La.
b Bo.
c Mas.
d G. He. in Mas.
† Mas.
f Mas. Bo.
g Bo. ex Mas.

SYNOP-

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN LIB.
JUDICUM.

COmplectitur hic liber varios Israeliticæ reipublicæ casus annorum 299 spatio sub 13 Judicibus, quorum primus erat Othoniel, postremus Sampson [a]; cui successêre Heli & Samuel; de quibus tamen hoc libro non agitur [b]. Qu. 1. Quisnam scriptor hujus libri? Resp. Incertum plane est [c]. In principio non erat liber unicus, sed plures historiæ & libelli conscripti sunt [d]. Verisimile est Esdram, vel potiùs Samuelem, hæc ex antiquis diariis & annalibus, quos Judex quisque aut alius ejus tempore conscribebat, collegisse, & in hunc librum scribendo redegisse †. Aiunt Hebræi Samuelem hunc librum scripsisse *. Qu. 2. Quodnam erat munus Judicum? Resp. 1. Bellorum duces erant. 2. Nec id solùm, sed etiam juri dicundo præerant, & litibus popularium componendis [g]. Nonnulli enim Judices nulla bella gessisse leguntur, ut Thola, Abesan, Ahialon, Abdon [h]. Nec Heli exercitum duxit, 1 Sam. 4. Nec Samuel pugnavit, nisi armis spiritualibus. Porrò, Jud. 4. *Debora judicavit populum*. Idem testatur Jo. Antiq. 5. 8 [i]. Qu. 3. Quænam erat Reipublicæ forma sub Judicibus? Resp. Monarchica [k]. Reges tamen à Judicibus in multis differebant. Judices enim nec novam legem condere poterant, (sed secundùm leges Dei remp. administrabant, & in rebus gravioribus Synedrii decretis alligabantur,) nec tributa populo imponere, uti possunt Reges [l]. Reges *Domini* erant; Judices non item [m]. Et hinc tempore Judicum Deus se *Regem* populi dixit, non ità tempore Regum, 1 Sam. 8. 7. & 12. 12. Et *Dominatum* recusabat Gedeon, qui tamen *Judicatum*, seu *Principatum*, tenebat [n]. Judex non erat *Dominus*, sed tantùm *Curator* & *Conservator* Reip. Erat ergò potestas Judicum valde restricta. Dictatores hi erant, quales illi Romanorum, sed perpetui. Judicibus similes erant ἄρχοντες apud Athenienses, & nunc Duces apud Venetos [o]. Jus autem Regis amplius erat, 1 Sam. 8. *Filios tollet*, &c. quæ omnia ab iis fiunt, si non de jure, certè de facto, & juris aliquâ specie, ratione dominii jurisdictionis quod ipsis in subditos competit. Porrò, Reges ungebantur, item (in signum absoluti principatûs) utebantur diademate & Regiis insignibus, & satellitio cingebantur. Postremò, Reges successione ad regnum perveniebant; Judices autem electione [p]. Judices semper populum liberabant, quem Reges sæpe perdiderunt. Populus sub Judicibus, quanquam crebrò ob scelera oppressus, nunquam tamen in captivitatem abductus est. Itaque illa ætas quasi aurea dici potuit. Pauci Reges probi & pii erant, Judices autem ferme omnes [q]. Hebræis, Tyriis & Carthaginensibus שופטים dicebantur κατ' ἐξοχὴν (alioqui enim vox latiùs patet) summi Magistratus, quos Græci hîc κριτὰς, Josephus in Tyriorum rebus δικαστὰς vocat, Latini Punico vocabulo *Suffetes*; αὐτοκράτορες ἡγεμόνες Josepho. Vide de his quæ ad Jud. cap. 5. v. 13. & ad Deuteronom. cap. 17. ver. 9. Videtur autem his temporibus omissa per incuriam creatio Synedrorum 72, quemadmodum & ante Josaphati tempora, 2 Paralip. cap. 19. ver. 5. Itaque ubi tales extra ordinem viros Deus non excivit, erat dissolutum reip. corpus, nec quicquam in commune agebatur. Tribus singulæ suas res agebant. Talis fuit Græciæ status, Concilio Achaico Romanorum artibus dissoluto; & Galliæ ante Cæsaris tempora; Germaniæ verò & Britanniæ multò etiam seriùs [r].

a La. Bo. b La. c La. Bo. d To. † La. sim. To. Bo. * V. g Bo. La. h La. i Bo. k La. Bo. Ser. l La. Bo. m Bo. To. n Bo. o La. p Bo. q Mart. r G.

CAP. I.

1. P*Ost mortem Josue*] Cùm nullum alium haberent Ducem [a]; jámque Tribus omnes succreverant, ut sufficerent reliquam Cananæam incolere, quod antea eis ob paucitatem non licuit, Exod. 23. 29 [b]. ¶ *Consulerunt—Dominum*, [בַּיהוָה] *In dicto Domini*, Jon. *per Dominum*, ο'. *Dominum*, Sy. Ar. M. P. Ti. JT. *interrogaverunt in Domino*, Bo. Mo. Phrasis hæc Scripturæ peculiaris est quoties de oraculo captando, seu à vero Deo, seu à Dæmone, sermo est. Sic infrà Jud. 18. 5. & 20. 18, 23, 27. & 1 Sam. 10. 22. & 14. 37. & 22. 10, 13, 15. Sic Ezec. 21. 21. *interrogavit in Teraphim*; & Hos. 4. 12 [c]. Consuluerunt per Urim & Thummim [d], comitiis in Silo convocatis *. Meminerant Deo inconsulto pessimè illis cessisse in bello Haiensi [f]; & quòd Gabaonitas in fœdus receperant absque oraculo [g]. Malo igitur suo edocti nunc sapiunt, & Deum interrogant; quia si res initio malè successisset, reliquiæ Gentium potuissent dicere, *Recessit umbra eorum* [h]. Magnum pondus primo incubuit bello [i], quod post Josue mortem suscipiebant; à cujus successu plurimùm pendebat eorum fortuna & existimatio [k]. ¶ *Quis ascendet ante nos*, &c? [מִי יַעֲלֶה־לָּנוּ אֶל־הַכְּנַעֲנִי בַּתְּחִלָּה לְהִלָּחֶם בּוֹ] *Quis ascendet nobis* (id est, ante nos, Mart. ex *nobis*, JT. *pro nobis*, M.) *ad* (vel *contra*, ο'. Sy. JT.) *Cananæum* (reliquum *Cananæum*, JT. qui scil. nondum expugnatus fuerat, Mont.) *in principio ad pugnandum in eo?* Mo. (*contra eum?* M. JT. *cum eo?* P.) τὸ *nobis* redundat, ex usu idiomatis [l]. *Quis ascendet nobis? quo duce geremus bellum?* Ti. Quis primus nostrûm, aut, Quæ ex tribubus prima, parabit expeditionem in Cananæos [m]? An bellum gerendum non ambigunt, sed quo Duce [n]. Non autem quærunt Ducem qui omnibus præsit, sed à qua tribu initium prælii fieret [o]. Patet, 1. quia nullum deinceps commune bellum; sed Juda duntaxat cum Simeone bellum instauravit: 2. quia Deus non unum quempiam Ducem nominat, sed tribum [p]. Quærunt quænam Tribus partiale bellum inchoet, cujus victoria Cananæos consternet, ut cæteræ Tribus singulæ partiali bello Cananæos adoriantur & superent [q].

2. *Judas*] Non personam, (ut volunt quidam in Aug. & alii communiter, inquit L.) sed tribum, designat [r]. Nam 1. *Schimeon* hîc est Tribus Schimeon; ergò & *Juda* Tribus Judæ *. 2. Dicit Judas ad Simeonem, *Ascende mecum in sortem meam*, &c. sors autem hæc erat integrarum tribuum [t], non singulorum hominum [v]. 3. Pro *Juda*, v. 8. dicitur, *filii Juda*. 4. De *Juda* loquitur in plurali, *pugnaverunt*, *percusserunt*, &c [x]. Qu. Cur hæc Tribus designata? Resp. Erat omnium fortissima, nobilissima & populosissima [y]. ¶ *Ascendet*] Sic loquitur, vel, 1. quia versùs Aquilonem (quæ pars mundi altior est) iter faciendum erat [z]: vel, 2. quia montes invadebant, tanquam arces in quibus alioquin hostes munire se possent.

a V. b La. c Bo. d D. Mont. La. Bo. * Me. Mart. D. RS. in To. g Mart. h D. i Cl. k Mart. l D. m V. n Mart. o Mart. La. Bo. Mont. p Bo. q La. r Bo. La. V. D. Jun. L. * Jun. Bo. t Bo. v Et. x Bo. y La. Bo. Mart. z D.

¶ *Ecce tradidi*] Noluit autem tradere Judæ otioso aut cessanti, sed alacriter satagenti [a].

3. *Simeoni fratri*] Hanc tribum potiùs quàm aliam vocat, quia Simeonis sors erat sorti Judæ conjuncta [c]: ideóque *fratres* hi vocantur, quia vicinissimi erant [d], ut patet ex Jos. 15 *. & Jos. 19 [f].

4. *Cananæum*] Qui hîc est gens particularis; aliàs non adderetur *Perezæus*: Mixtim autem habitabant cum Perezæis in eadem urbe *Bezek* [g]. ¶ *In manus*] i. e. In potestatem: sic & Latini dicunt, *Hoc in manu mea est*, videlicet, in potestate mea situm [h]. Est hîc ἐπάνοδος ad ea quæ narrantur Jos. 15. itaque verti possent per plusquam perfectum [i]. ¶ *In Bezek*] i. e. In agro vicino urbi Bezek [k]. Vertendum, *ad Bezek*, i. e. agrum ejus. Sic ad *Hor*, Numer. 33. 37. ad *Jericho*, Jos. 5. 13. Vide 1 Sam. 11. 8 [l].

5. *Inveneruntque Adonibezek*, אֲדֹנִי בֶזֶק] Sign. *dominum* (*regem*, Ar.) *Bezek*, Bo. Sy. *Adoni* pro *Adon*: *Jod* est paragogicum [m]; nec habet vim pronominis; quemadmodum in Melchisedec, Adonisedec, Abimelec, &c [n]. Porrò, *invenisse hostes* Hebræâ phrasi dicitur qui incidit vel irruit in eos ex improviso, quod hîc factum *. Nota בֶזֶק hîc, præter morem nominum sex punctis notatorum, accentum habere in ultima [o]. ¶ *Percusserunt*] Videtur de altera clade loqui, nempe, post urbem Bezek oppugnatam [p].

6. *Cæsis summitatibus manuum ejus ac pedum*] בְּהוֹנוֹת vertunt, *summitates*, ο'. *vertebras*, Jon. *pollices*, Sy. Ar. M. V. P. Mo. Ti. Ma. aliique in La. & Bo. Qu. Cur sic fecerunt? Resp. 1. Justo Dei judicio & instinctu, ad pœnam talionis [q]. 2. Nè deinceps arma tractare posset, aut pedibus effugere [r]. Notat Pierius symbolum hominis ad bellum inepti fuisse manum abscisso pollice efformatam *. Ideo animadversum severè in nonnullos qui, belli declinandi causâ, pollices sibi abscidissent, ut refert Valerius Max. de *Severitate*, & Suet. de Augusto cap. 24. Athenienses Æginetis, qui classe valebant, pollices præcidebant, nè secum certarent †. 3. In exprobrationem ignaviæ talia sunt facta, quòd manu ignavi, pedibus verò fugaces, exstiterint *. Unde homines viles & desides ab Italis & Gallis *Poltroni* vocantur, q. d. pollice trunci [v].

7. *Septuaginta reges*] Neque hoc mirum [x]. Vel enim erant Reguli tantùm diversarum urbium [y]. Ante Ninum, teste Justino, quisque Rex terminis civitatis suæ contentus erat [z]. Vel Reges erant eorundem locorum, quorum alii aliis successerunt [a]. ¶ *Amputatis*, &c.] Heb. *pollices amputati erant*; me, scilicet, jubente, ut hâc ratione essent inepti ad bellum, & ut alios deterrerem ab ipso bello [b]. Fortè etiam in pœnam ob rupta fœdera: Pollex enim erat fœderis & pacis signum. Vide Pierium lib. 25. Hierogl. tit. *Pacificatio*; & Tacit. l. 12. de Armenis & Iberis [c]. ¶ *Colligebant sub mensa*, &c.] Nota, 1. crudelitatem, dum captivis sic illuderet; 2. luxum epularum, cùm ex deciduis reliquiis 70 viri alerentur [d]. ¶ *Sicut feci, ità reddidit mihi Deus*, אֱלֹהִים] Accommodatè hâc voce utitur, quæ Deum sign. quatenus Princeps est & Judex. Agnoscit hîc Dei providentiam & justitiam vindicem, & videtur ad notitiam veri Dei conversus, quia de Deo singulari numero loquitur *. Sed quia Deum non invocavit, &c. videtur hanc orationem ab eo potiùs dolorem extorsisse, quàm animi pium sensum [f]. ¶ *Adduxerunt eum in Jerusalem*] i.e. In agrum ejus suburbanum [g]: vel, in ipsam urbem, quæ vers. seq. capta legitur [h]. Is autem tantisper vixit dum capta urbs esset [i]. Eum autem sic truncatum circumducebant, ad exemplum promulgandum tum justissimi Dei judicii, tum victoriæ Judæis ex Dei ope partæ. Jam verò primum hoc victoriarum initium secundis rerum successibus auctum fuit [k]. Porrò, Jerusalaim est vox singularis, non dualis, numeri: 1. quia pronomen sing. v. 8. & alibi ei subjungitur: 2. quia *Mem* finale non est servile, sed radicale, quum vox composita sit (ut Mercero videtur) ex ירו (pro יראו *timete*) & שָׁלֵם nomine urbis antiq. Gen. 14. 18. Habet tamen speciem dualis; fortè quòd esset δίπολις, urbs gemina, superior, scilicet, & inferior †. ¶ *Et ibi mortuus est*] Non adjutus medicorum operâ & remediis, quia præceperat Deus Cananæos interfici; & hic insuper mille mortibus dignus erat [l]. Conscientiæ ægrimonia vulnerum (quæ aliàs non erant letalia) dolorem adeò exacerbavit, ut mortem attulerit [m].

8. *Oppugnantes ergo filii Juda Jerusalem*] Qu. 1. Quando hoc factum? Resp. 1. Tempore Josue [n]; unde verba reddenda sunt per plusquam perfectum, *Expugnaverant*, &c [o]. Vide Jos. c. 10. & 15. 63 [p]. Regem ejus occidisse dicitur, nec credibile est eum civitatem Rege destitutam non aggressum esse. Porrò, *habitârunt filii Juda in Jerusalem*, Jos. c. 15. v. ult [q]. Hæc autem hîc commemorantur, 1. ἀπολογικῶς, ut appareat quâ occasione Deus Jehudam reliquis tribubus prætulit; nimirum, quia fuit reliquis prudentior, & in exsequendo Divino mandato diligentior: Nam in Scripturis sæpe non tam temporum quàm causarum series observatur [r]. 2. Ut doceat illos facilè potuisse Adoni-bezekum eò captivum adducere *. Resp. 2. Alii nunc captam Jerusalem putant, non antea [t]. Nam, 1. *post mortem Josue* hæc gesta narrantur, vers. 1. 2. Authores hujus expeditionis statuuntur filii Juda, non Josue, nec totus Israel. 3. Quia de capta Jerosolyma nihil in libro Josue indicatur [v]. Porrò, hujus expugnationis facta est mentio Jos. 15. 63. per prolepsin, quia inciderat nomen Jerusalem inter urbes sortis Judæ *. Resp. 3. Alii bis captam volunt, priùs à Josue, nunc à filiis Judæ [x]. Verisimile est, cùm Israelitæ stativa haberent in Galgal, & in Aquilonari bello occupati essent, necdum ullas urbes haberent, non paucos Cananæos qui evaserant civitates aliquas occupâsse, quas postea necesse fuit iterum expugnari. Dicendum hoc videtur de Hebron & Dabir, Jos. 10 [y]. Qu. 2. Cur non à Benjamitis potiùs, vel certè illis belli sociis, expugnata est Jerusalem, cùm tota ferè inferior civitas, quæ ad Aquilonem erat, Psalm. 47. Benjamitarum esset? Resp. 1. Factum hoc assentientibus Benjamitis [z], etsi Scriptura (quæ compendio studet) ejus non meminerit [a]. Hi enim, viribus suis diffidentes, urbem expugnandam tradiderunt Judæis, ut dixi ad Jos. 10 [b]. quorum terror jam Cananæos ceperat *. 2. Duplex erat civitas præter arcem, (unde etiam nomen habet dualis formæ,) quarum altera in sorte Judæ erat, altera Benjamini cum Jehuda communis, arx verò solius Benjaminis [c]. Pars Australis *Judæ* erat, Septentrionalis verò *Benjamin* [d]. Poterant igitur Judæi vel invitis Benjamitis pro sua portione contendere, & totam inferiorem urbem capere, cùm una pars sine altera expugnari non posset; maximè cùm ad Benjamitas ejus rei fructus perveniret. Accedit, quòd tota belli vis ad arcem obtinendam incumberet, licèt hoc tempore potiri non potuerint *. ¶ *Tradentes incendio*] Hebr. *Et civitatem miserunt in ignem*, pro, *& miserunt ignem in civitatem*: Hypallage est [f], seu inversio & transpositio vocum, quâ de uno dicitur quod dicendum erat de altero [g]. Sic Psal. 74. 7. *Miserunt in ignem sanctuaria*, Levit. 17. 14. *sanguis ejus in anima ejus*, pro, *anima ejus in sanguine ipsius*. Simil. Lev. 7. 21. & 5. 15. Job. 17. 4. Joel. 3. 18. *colles fluent lacte*, pro, *lac fluet per colles*. Sic Virg.——*date classibus Austros* [h]. Qu. Sed cur incendunt civitatem quam mox incolere volebant? Resp. Vel, 1. ad expurgandas graviores abominationes ea in urbe admissas, (sicut accidit Jericho, Hai, Hasor, impietatis ducibus.) Vel, 2. quòd Deus eam urbem, in qua Templum & Reip. caput collocare statuerat, sensim ad eum splendorem ipsam renovando præpararet [i]. 3. Hyperbolica est locutio, quia pars ejus remansit combusta: Sic dicimus, tota civitas vadit ad spectaculum, licèt major pars remaneat [k]. Non universam urbem combustam fuisse constat, quia in hoc libro & Jos. dicitur à Juda & Benjamin & Jebusæis inhabitata [l].

9. *Descendentes*] Ità loquitur, vel, quia Jerusalem esset in loco edito [m]; vel, quia Austrum versùs irent [n]; vel, *descendere* (quomodo & *ascendere*) significat tantùm *ire* [o]. ¶ *In montanis*] Ubi erat Hebron, v. 10. ¶ *Et ad meridiem*] Ubi *Debir*, v. 11. & *Kenæus*, & *Chorma*, v. 16, 17. ¶ *Et in campestribus*] Quæ oc-

cupare

[a] Mont. [c] Bo. sim. V. L. Mart. [d] Me. * L. [f] La. [g] Bo. Mart. [h] Mart. [i] G. [k] V. [l] Pi. [m] D. [n] Bo. * BA. r. 2. 21. 243. [o] D. [p] Bo. [q] La Mart. [r] Bo. Me. Ser. * Ser. † Bo. * Ser. [v] La. [x] G. [y] La. Bo. Me. Mart. [z] Mart. [a] Me. ex To. [b] V. [c] Bo. [d] Me. * Bo. [f] Mart. [g] Caj. in Bo. Jo. in La. [h] Me. [i] Bo. [k] Mont. † Pi.

[l] Mart. [m] Mont. [n] M. Jun. Pi. V. Mart. [o] V. Pi. Ma. ex Jun. Glas. Mart. [p] M. [q] Bo. [r] Jun. * Mart. [t] Ma. ità Li. [v] Bo. * Ma. [x] Serar. La. Bo. Me. [y] Bo. [z] La. Bo. Me. [a] Bo. [b] La. * Bo. [c] Jun. [d] Me. * Bo. [f] V. D. Bo. Pi. Glas. [g] Glas. gram. p. 738. [h] D. [i] Bo. ex La. [k] L. [l] Mart. [m] V. [n] D. [o] Bo.

cupare non perrexit, ut v. 19. Totus enim hic versus prolepticus est [p].

10. *Pergénsque*, &c. [וַיֵּלֶךְ וגו'] *Et ivit*, &c. Mo. sim. M. P. Ti. Sy. Hæc narrata sunt & explicata Jos. 15. 14, &c. est enim idem bellum, atque eadem expeditio [q]. Hîc autem repetuntur, ut intelligamus non opus fuisse urbem Hebron à Jehuda oppugnari, cùm ea civitas adhuc vivo Josuâ fuit occupata [r]. Vertunt ergò, *processerat*, &c. JT. *percusserat*, &c. G. JT. duce Calebo, vivente Josuâ, Jos. 15. 14. Sic statim, *abierat* *. Hujus loci sententia est, nulli mirum videri debere si Judas cum Simeone Bezecam, Jerosolymam, aliásque urbes, tam celeriter & feliciter expugnaverit, cùm paria antè fecerit ope Calebi & Othnielis †. Alii aliter: Puto diversas has fuisse expeditiones, & sic referri, illam *Josue*, Jos. 10. & 11. hanc *Calebi*, Jos. 15. quanquam ibi anticipatè: illa Josue & toti Israeli, hæc Calebo & Tribui Judæ, adscribitur. Accedit rerum gestarum ordinem id requirere [t]. Existimo Hebronem primùm captam à Josue, Jos. 10. 36, 37. & pulsos indè gigantes, Jos. 11. 21, 22. deinde traditam in possessionem Calebo, Jos. 14. 13. & 15. 13. quam tamen ipse nunquam expugnavit; sed ductu & auspiciis suæ Tribûs ejecit denuo gigantes ex ea, quò iterum se receperant pulsi primùm à Josue: & hanc expeditionem hîc describi [v]. Ceperat Josue Hebronem & Dabir in primo vel secundo bellorum anno, Jos. 10. 36, &c. Postea, circa annum bellorum septimum, pellit ex iis locis Cananæos qui eò interea confluxerant, Jos. 11. 21. Et cùm terram distribuere incipit, Hebronem Calebo assignat, ut Jos. 14. Jam 10 vel 12 anni post illam assignationem elapsi sunt; Calebo interim vel publicis negotiis occupato, circa divisionem terræ, & collocationem cujusque Tribûs in possessione sua; vel (si suis viribus relictus esset) impari tantis adversariis, donec tota Tribus Judæ sub ejus auspiciis militet, eásque urbes expugnet †. Alii aliter: Gesta hæc sunt post mortem Josue, ut patet ex v. 1. ponuntur autem in Jos. 15. (item Jos. 10. & 11.) per anticipationem; cùm Jos. 15. ageretur de urbibus Judæ, & Jos. 10. & 11. de urbibus insignibus. Et hæc Josue imputantur, quia facta sunt quasi in ducatu suo, h. e. paulò post eum [x]. ¶ *Percussit Sesai*, &c.] De his tribus vide Jos. 15. 14 [y]. & Num. 13. 23 [z]. Vide quæ nos ad Jos. 14. 12 [a].

11. *Abiit ad Dabir*] De hoc & vers. sequentibus vide Jos. 15. 15, 16, &c. Hoc enim tempore post mortem Josue tota hæc historia contigit [b]. Jos. 15. ponitur per anticipationem [c]. At hoc negat Petrus Martyr. Contrarium patebit Jos. 10. & 15. diligenter percurrenti; tunc enim non diceretur, *Venit in tempore illo Josua* [d].

13. *Othoniel filius Cenez*] i. e. Ex posteris Kenazi, à quo dictus est Caleb *Kenizzæus*, Numer. 32. 12. ¶ *Frater Caleb minor*] Heb. *agnatus Calebi, minimus ex illo*, scilicet, *Kenazo*. Id est, omnium qui ex Kenazo geniti superstites erant, ætate, auctoritate, opibus minimus: quod dicitur ad commendationem fidei Calebi & strenuitatis Othnielis *. *Frater Caleb, minor eo*, i. e. junior [f]. Othniel erat *Calebi* avunculus, (eo tamen junior;) nam *Othniel* & *Jephunneh* Calebi pater erant fratres, utrique filii Kenaz. Vide Num. 32. 12. & 1 Chron. 4. 13, 14 *.

14. *Quam pergentem*, &c.] Hunc & sequentem versum explicatum vide ad Jos. 15. 18, &c. [Ibi enim quæ hîc fusè notat Bonfrerius habentur.]

16. *Filii autem Cinei*] i. e. Nepotes Ceni, h. e. Jethro Cenæi [g]. Videtur esse cognomen Jethro [h]. Sic dictus est à gente, Numer. 24. c. 21 *. ¶ *Cognati Mosi*] Scil. per affinitatem [i]. Horum mentio fit hoc loco inter gesta Othnielis, quia unà cum ejus familia semper vixerint conjunctissimi [k]. De illis *Kinæis* agit qui Jethroni aderant infrà 4. 11. Nam alioqui gens hæc inter damnatas [l]. ¶ *Ascenderunt*] i. e. In illa expeditione Jehudæ se conjunxerant [m]. ¶ *De civitate palmarum*] Qu. 1. Quænam ea? Resp. 1. Engaddi, quæ palmetis nobilis erat; & indè nomen habuit *Chatzatzon-thamar*, Gen. 14. 7 [n]. 2. Jericho [o]. Vide Deut. 34. 3. Illa tota palmetis consita erat, te-

[p] Jun. [q] Me. Caj. in Bo. sim. Mont. [r] Mart. * G. † Mont. [t] Bo. [v] Ma. † Li. [x] To. [y] Ma. [z] Jun. [a] Bo. [b] Ma. simil. To. [c] Mo. [d] Mart. * Ma. ex Jun. [f] V. * Li. [g] V. [h] D. * Jun. [i] Bo. [k] Mart. [l] G. [m] Jun. [n] Q. in Ma. [o] M. D. G. Jun. La. Bo. Mont. Mart.

stibus Plin. 5. 15. & Joseph. Belli 5. 4. & Strab. l. 16. p. 763 [p]. Promiserat Moses Cinæis secum ituris optima quæque, Num. 10. 29. Indè hic locus aut datus illis à Judæis; aut ipsis delectus est, tanquam amœnissimus & fertilissimus, teste Joseph. Antiq. 5. 3. & à Cananæorum infestatione securissimus, (siquidem in eo fuerant Israelitarum castra ad Galgala multis annis [q].) Qu. 2. Quomodo habitârunt in Jericho, quæ jam deleta fuit? Resp. Fortè reparata fuit, & dicta *civitas palmarum* [r]. *Civitas palmarum* sita erat in agro Jerichuntino *. *Jericho* hîc ponitur pro territorio illius urbis [t]. Qu. 3. Quæ causa cur indè migrarent in desertum, &c? Resp. Varias hîc causas assignant. 1. Quia ab hoc luxu & molliore victu abhorrebant, & secessum quærebant, ac otium contemplationis [v]. Nempe, inchoabant ex tunc vitam solitariam & monasticam [x]. 2. Ut à tribu Juda & Othoniele Legem discerent [y]. Sed hæc potiùs discenda erat à Pontifice & Levitis [z]. 3. Ut fugerent consortium Cananæorum [a], inter quos ibi sedem habuisse videntur [b]. 4. Quia moti erant gloriâ & felicitate Tribûs Juda [c]. 5. Quia magis placuit eis Tribus Juda ad cohabitandum [d]. Judæorum Tribus, ingenio & consuetudine liberalis, & ad amicitias fovendas promptior, ubi sibi satis superque definivit, spatia urbibus vacua & pecoribus opportuna, Cinæis prospexit; itâ amicorum commodis, suæque securitati consulens *. 6. Quòd in terræ & agrorum distributione circa tribum Jehudæ sortiti sunt hæreditatem, ad quam Hebrone & Dabirâ victis se contulerint [f]. Cur autem hactenus circa Jericho vixerint, cùm Scriptura non tradat, æquo animo ignoro [g]. ¶ *Ad meridiem Arad*] Sensus est, quòd pars meridiana deserti hujus inclinabat versùs Arad; & non quòd desertum esset meridianum respectu Arad; quia tunc sequeretur terram Arad fuisse intra terram Canaan; quod falsum est, quia Israelitæ qui nondum ingressi, sed & illi qui nunquam ingressuri essent, terram Canaan, juxta Num. 14. introierunt tamen ditionem Regis Arad, Num. 21. Erat autem ista terra Arad apud terram Amalecitarum. Et hoc satis convenit: nam Cinæi habitabant juxta Amalecitas, 1 Sam. 15 [h]. *Arad* urbs fuit, vel exigua regio, juxta Idumæos & Amalecitas; ità ut hoc desertum planè in extremis finibus Cananææ esset [i]. *Arad* fuit urbs sita in extremis ad Austrum finibus [k]. Attamen non perpetuò ibi mansêre, vel certè non omnes, ut constat ex Jud. 4. ubi habitant juxta *Cedes*, quæ erat in tribu Nepthali, omnium maximè Boreali [l]. ¶ *Et habitaverunt cum eo*, [וַיֵּלֶךְ וַיֵּשֶׁב אֶת־הָעָם] *Et ivit, & habitavit cum populo*, Mo. [sim. o'. Jon. sed in plur. *habitaverunt*, &c.] In Hebræo mutatur plurale in singulare [m]. *Abeuntes habitaverunt cum populo*, M. Ti. *Perrexit*, &c. P. Princeps scilicet Ceni [n]. *Profectus enim fuerat* (scil. Kinæus, D. Pi.) *ut habitaret cum populo*, JT. vide Num. 10. 29 [o]. Qu. Cum quo populo? Resp. 1. Cum filiis Juda [p]. 2. *Cum populo*, Israelitarum scilicet [q]. Ità videmus eo tempore proselytis sortem datam non minùs quàm civibus [r]. Q. sic vertunt, *Nam ille* (i. e. Cinæus) *erat cum eis, & manserat*, vel *habitaverat, cum populo*, nempe, Israele. Vide Num. 10. 29. & 24. 21, 22. & 1 Sam. 15. 6 †.

17. *Et percusserunt Cananæum in Sephaath—vocatúmque est nomen urbis Horma*] Existimo votum factum Num. 21. de anathematizandis urbibus Regis Arad hîc expletum. Quod docet, 1. nomen antiquum *Arad* hîc usurpatum; 2. nomen *Horma*: 3. nec apparet cur novum hoc anathema efficerent. Obj. At locus hic vocatur *Sephaath*, non *Arad*. Resp. 1. Potuit binominis esse. 2. Potest unum, nempe Sephaath, urbis, alterum, i. e. Arad, regionis nomen esse, in qua plures urbes, unde Num. 21. dicitur, *delebo urbes ejus*, &c. 3. Nomen Horma toti loco impositum est; meminit autem *Sephaath*, quia urbium præcipua erat, vel primò expugnata [k]. Fortassis eam anathematizârunt, quòd pugnârunt contra Sephaath, nec prævalere potuerunt, sed victi sunt, &c [l].

18. *Cepit Gazam*, &c.] Confecerat bellum in orientali plaga, nunc pergit ad occidentalem [m]. Qu. Quomodo hæ urbes captæ dicuntur, cùm inter gentes relictas ad probationem Israelis, Judic. 3. sunt

[p] D. [q] Bo. [r] D. * V. [t] M. sim. Bo. G. [v] Bo. [x] Ser. T. [y] RR. [z] in La. [a] La. * Q. in M. [b] D. [c] V. [d] To. * Mont. [f] Mart. ex Jo. [g] Mart. [h] To. [i] Bo. [k] D. [l] Bo. [m] Bo. [n] V. [o] Jun. [p] V. To. Bo. [q] G. Belg. [r] G. † Belg. [k] Bo. [l] To. [m] Bo.

quinque satrapiæ Philistinorum? Resp. 1. Græca ver-
sio in Romano codice addit negativam particulam,
[a] Bo. legitque, *non possedit Gazam.* Ità Josephus, 5. 2 *.
2. Non ceperunt urbes, sed earum confinia, agros &
[n] L.in To. rura [n]. Sed hoc est contra literam [o]. 3. Ceperunt
[o] To. quidem has urbes, sed mox Philistini eas recuperâ-
[p] La. Bo. runt [p], propter peccata Israelis [q]. Videntur Israelitæ
Mart.sim. eas nunquam possedisse seu incoluisse [r], sed tantùm
Jun.E.Mc. tributarias fecisse †. Obj. Videtur autem eas nè nunc
[q] Mart. fuisse in manu Israelitarum, quia cap. 3. dicitur, *di-*
[r] Bo. E. *misit 5 satrapias Philistinorum*, &c. Resp. Dictum illud
† E. fuit ante captionem, licèt posteriùs ponatur. Signifi-
cat eas nec vivente Josue, nec Angelo loquente, captas
[t] To. fuisse [t]. Confirmat hic locus gesta post mortem Josue
hîc narrari, quia inter civitates quæ deficiente Josue
expugnandæ restabant, Jos. 13. recensentur *Gaza, As-*
[v] Mart. *calon, & Accaron* [v]. Qu. Quomodo Judas ceperit *Accaron*,
quæ Danitarum erat, Jos. 19? Resp. Nihilominus hoc
fecit, ut hostium vires debilitaret, quos sciebat mox
* Bo. bellum moturos ad recuperandas urbes perditas *.

[x] V. 19. *Fuitque Dominus cum Juda*] i. e. Favebat illi [x].
¶ *Et montana possedit*, וַיִּרַשׁ אֶת־הָהָר] *Et possedit*
montem, P. Mo. *propterea expulit montana*, V. sim. JT.
[y] V. D. i. e. Cananæos qui tum habitabant in montanis [y].
הוריש ex iis est quæ contraria significant; *hæredem*
facere, & *hæreditate depellere.* Qualia בֵּרֵךְ *benedixit*, &
[z] D. *maledixit*; קֹדֶשׁ *sanctum*, & *pollutum*, Hag. 2. 13 [z].
¶ *Nec potuit delere habitatores vallis*, &c. כִּי לֹא
לְהוֹרִישׁ וגו׳] *Quia non ad expellendum*, &c. Mo. G.
Ellipsis hîc est verbi finiti, *potuit.* Sic Amos. 8. 4. *qui*
deglutitis pauperes, וְלַשְׁבִּית *& succidere pauperes terræ*,
[a] Glass. scil. *cogitatis* [a]. Sic supplent, *sed non* perrexit *expellere*,
gram. p. JT. [Ità evanescit difficultas, de qua statim agendum.
681. Alii aliter:] *Non interfecerunt*, Ar. *minimè vastârunt*,
Sy. *non enim* poterat *expellere*, P. Ti. Pi. sic ο'. Jon. Ca.
[b] Pi. Os. *Non poterat*, i. e. non audebat [b]. לֹא לְהוֹרִישׁ ità
relinquitur ut indifferenter construeretur, vel, *noluit*,
† Li. vel, *non potuit*, vel, *non ausus est*, *expellere* †. Qu. At
si Deus cum Judæis esset, cur non peræquè valles ac
montes Judæ permittit? An Deo desunt rationes cur-
rus evertendi, &c? Resp. 1. Deus non semper æquè
opem suam illis præstitit, nec semper æquè incruentam
victoriam illis concessit, sive ob ipsorum flagitia, sive
ad orationes eorum eliciendas, quo fiebat ut metue-
[c] Bo. rent nè Deus eos desereret [c]. Poterant sanè expel-
lere, si Deus illis adfuisset: verùm stulta formido ob
currus falcatos concepta, & de Divino auxilio diffi-
dentia, impedimento fuit quò minùs Deus ipsis opem
[d] Me. ferret [d]. Noluit Deus illos ulteriùs in delendis Cana-
næis hoc tempore progredi, 1. Nè nimiùm securi &
luxu diffluentes Dei obliviscerentur, & in superbiam
† Bo. efferrentur †. 2. Voluit eos per illas gentes exercitari,
[f] M. nè otio torperent [f]. 3. Voluit de Judæis experientiam
capere quanti Deum suum facerent, &c. 4. Ut doce-
ret eos pugnandi artem. 5. Nè feræ nimiùm abun-
[g] Mart. darent [g]. Itaque nè ulteriùs progrederentur, permisit
illos Deus timore hostium & curruum falcatorum con-
[h] Bo. cuti, & in diffidentiam labi [h]. Pro *currus*, &c. ο'. in
Romano codice habent, *quia Rachab obstitit eis*; itá-
que legit Theodoretus, qui sic explicat: *Rechab* (alio
nomine *Hobab*, filius *Jethro*,) persuasit Judæis, nè val-
lis hujus mari adjacentis incolas bello appeterent, eò
quòd timeret, Judæos, si maritima possiderent, per
commercium navale cum gentibus ab iis perversum
[l] La. iri [l]. Incipit hîc aperiri fons magnorum malorum,
[m] G. desidia, aut misericordia contra Dei legem [m]: quòd
gentes has tolerârint, obliti mandatorum & promis-
[n] Jun. sionum Dei, Jos. 13. 6. & 17. 18 [n]. Resp. 2. Verba hæc
per *mimesin* ponuntur, & ex adversariorum persona,
(qualia multa in sacris & aliis libris, ut 1 Cor. 6. *Om-*
nia mihi licent;) q. d. Quia dicebant, vel responde-
bant, vel excusabant ignaviam suam & diffidentiam
hoc prætextu. Erat enim illorum promptum ac tritum
responsum, si quis peteret curnam illos non expulis-
[o] Mo. sent, *Quia*, inquiunt, *falcatis curribus abundant* [o].
[De falcatis curribus vide dicta ad Jos. 17. 16.]

20. *Dederunt Caleb Hebron*] Hoc idcircò repetitur,
quòd jam bella Tribûs Judæ sint exposita, quorum dux
[p] Mart. Calebus proculdubiò fuit [p].

21. *Non deleverunt*] Idem est ac non potuerunt de-
lere, Jos. 15. ult. ubi dicta vide. Immunes ergò hi
erant à culpa, cùm iis non defuit voluntas extermi-
nandi, sed facultas [q]. [q] Bo.

23. *Cùm obsiderent urbem*; i. e. latenter advenis-
sent, ut obsiderent [h]: וַיָּתִירוּ בֵית יוֹסֵף בְּבֵית־אֵל] *Et* [h] Bo.
explorari fecerunt (sive *curârunt*, JT.) *domus Joseph in*
Betbel, Mo. (*Bethelem*, JT. M. Ti. P.) Exploratores
constituerunt in Bethel, Ti. not. *Moratique sunt prope*
Betbel, Sy.

24. *Ostende nobis introitum civitatis*, ità Mo. M.
sim. ο'. JT. P. מְבוֹא הָעִיר] *Aditum urbis*, Sy. Ar. vel,
ad hanc urbem, Ti. i. e. Quâ parte faciliùs expugnari &
adiri possit urbs ista [i]: ob muros humiliores vel disrup- [i] V.
tos, intellige [k]; vel, ob partem aliquam civitatis mi- [k] La. Bo.
nùs firmatam. Fortè summo diluculo venerunt E-
phraimitæ, cùm portæ minimè paterent; vel nimis
magno illis constare poterat irruptio per portas: pe-
tunt ergò numquà latenter in urbem ingredi possent [l]. [l] Bo.
¶ *Faciemus tecum misericordiam*] H[s]: Hoc beneficium
compensabimus [m]. Vitam tibi condonabimus [n]. Obj. [m] V.
At Deus jusserat omnes Cananæos interimere. Resp. [n] La.
Leges Dei non ità rigidæ sunt, quin æquitate aliquâ
flecti possunt; ut patet ex Gabaonitis [o]. Poterant [o] Mart.
cum eis de vita pacisci, 1. Si ad cultum veri Dei con-
verterentur. 2. Si extra Cananæam vellent habita-
tum secedere, prout hîc factum [p]. Hoc enim dun- [p] Bo.
taxat vetuerat Deus, nè inter eos manerent, ipsósque
suis vitiis inficerent. 3. Ob beneficium aliquod; hinc
Rahab exploratores excipienti parcitum est [q]. [q] La.

25. *Qui cùm ostendisset*] Qu. An rectè fecit? Resp.
Non est quòd de hominis Ethnici facto simus soliciti [r]. [r] Bo.
Et Israelitæ hujus hominis operâ rectè uti potuerunt,
& ipse homo nihil peccavit, si notum habuit Dei de illis
populis decretum. Vide Jos. 2. 1. & Jud. 4. 17 †. Satis † G.
constabat voluntas Dei de Cananæis perdendis ex tot
prodigiis patratis; nec poterant ipsimet Cananæi hoc
ignorare. In illo autem casu licitum erat ei & Rahab
patriam prodere [t]. ¶ *Dimiserunt*, ità ο'. Sy. Mo. [t] Bo.
JT. שִׁלֵּחוּ] *Servârunt*, Jon. *reservârunt*, Ar.

26. *Abiit in terram Hetthim*] Ità ο'. P. Mo. i. e. Cy-
prum *. Cyprus enim dicitur *Cethim*, Isa. 23. 1. Ve- * Procop.
rùm ibi est כִּתִּים, at hîc חִתִּים [v]. *In terram Hethæo-* in La.
rum, Jon. Sy. Ar. M. Ti. Attamen non videtur fuisse [v] La. Bo.
in Cananæa. Nam, 1. sat indicatur eum aliò pro-
fectum, non cum Israelitis habitâsse. 2. Nec legimus
aliam urbem in Judæa, præter Bethel, *Luz* appella-
tam [x]. Quis hic locus sit, ignoratur [y]. Existimo re- [x] Bo.
gionem aliquam significari Cananææ vicinam. Quid [y] La.
si hæc sit Λοῦσα in Arabia apud Jo. Antiq. 14. 2 [z]? [z] Bo.

27. *Non delevit Bethsan*] Sub. *habitatores* Bethsean [a]. [a] V.
¶ *Cœpitque habitare cum eis*, ità ο'. P. וַיּוֹאֶל לָשֶׁבֶת] *Et*
voluit (*præsumpsit*, M. *audebat*, ut Gen. 18. 27. *optavit*,
conatus est, Tig. not.) *habitare*, Mo. *acquiescebat ut ha-*
bitaret, Pi. sim. JT. i. e. Potiùs acquiescebat duris con-
ditionibus habitare in terra ista, quàm ut excederet [b]. [b] Jun.
Alii, *licèt animum in terra ista habitandi despondisset*, Ti.
Et reliquit Cananæum ad habitandum, Jon.

28. *Fecit eos tributarios*] Non conversos ab idolo-
latria, & post primam denunciationem ab ipsis spre-
tam; quorum neutrum licuit *. Fœdi lucri cupidi- * G.
tate [c]. Fecit fœdus cum eis, nullâ aliâ conditione quàm [c] T. L.
tributi, neglecto Dei cultu & expresso mandato,
Exod. 23. 32, 33. & 34. 12, 15 [d]. [d] Jun.

29. *Sed habitavit cum eo*] Nulla hîc tributi mentio;
quare suspicor fœdus eos fecisse cum his amicitiæ &
commerciorum, citra tributa †. Sed non est verisimile † Mont.
istos Ephraitas meliores cæteris fuisse: Tributum ergò
impositum fuisse puto, licèt non referatur [f]. [f] Mart.

32. *Nec interfecit eum*] Non additur hîc, ut in aliis
tribubus, *factúsque est ei tributarius*: Non enim legi-
mus Sidonios, Tyrios eorúmque fines unquam debel-
latos, aut vectigales factos [g]. [g] Bo.

34. *Arctavitque Amoræus filios Dan*, &c.] Hæc Tri-
bus omnium pessimè habita est; aliquáne ipsius culpâ
non proditur. Planitie penitus arcebantur, credo, cur-
ruum multitudine, ut v. 19. Hinc Danitæ alias sedes
quærere compulsi sunt: quæ expeditio narratur Jos.
19. & Jud. 18 [h]. [h] Bo.

35. *Habita-*

35. *Habitavitque in monte Hares*] LXX habent, *in Hares, ubi ursæ,&c.* Licèt enim ursi majores & plures sint in regionibus frigidis, reperiuntur tamen & in calidis; ut in Judæa, 1 Sam. 17. 34. 2 Reg. 2. 24[i]. Indicat hîc Scriptura ità Danitas fuisse in montana compulsos, ut tamen tres eorum urbes in montibus Amoræi tenuerint, scil. *Hares, Ajalon & Salebim*[k]. Porrò, וּבְשַׁעַלְבִים o'. reddunt, *in quo vulpes*. Hebraicè vulpes שׁוּעָלִים dicuntur†. Ut Arabicè הַעלב est, ità Philistæorum dialecto שַׁעֲלָב erat, vulpes*. ¶ *Et aggravata est manus domûs Joseph*, ità P. Mo. o'. וַתִּכְבַּד] *Et invaluit*, &c. Jon. Sy. M. Ti. sim. Ar. *Sed quum ingravesceret manus*, &c. JT. [Q. connectunt cum antecedentibus, hoc modo;] *Optavitque*, i. e. cùm autem totis viribus conarentur, *habitare in*, &c. *tum aggravata est manus domûs Joseph*, h.e. prævaluit illis Amoræis; q. d. superaverunt & profligaverunt illos filii Joseph[l]. Possunt hæc verba exponi vel activè, q.d. domus Joseph gravavit inimicos, vel passivè, q. d. ab iis gravata est. Neque apparet ex textu utrum horum intelligitur[m]. Sensus est, Ephraimitæ auxilio fuerunt Danitis adversùs Amoræos[n]. Locorum propinquitatem tutelam Danitis esse Deus voluit[o]. Clarè hoc non exprimit Hebræus textus, sed exprimit versio o'. καὶ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ——ἐπὶ τὸν Ἀμορραῖον, *& aggravata est manus——super Amoræum*[p].

36. *Fuit terminus Amoræi ab Ascensu scorpionis*, &c.] Hæc loca omnia Josephitis vicina fuisse ex sortium divisione didicimus[q]. Alii aliter; q. d. Mirum non est tam difficulter debellatos esse Amoræos; fuerunt enim longè latéque per Cananæam sparsi, præsertim versùs partes Australes, ità ut iidem fuerint totius Cananææ termini & habitationis ipsorum[r]. Hoc dicit, Fines Amoræorum incipiebant in parte Australi Terræ sanctæ; i. e. multùm protendebatur eorum dominium, nempe, usque, &c. & porrigebatur versùs Septentrionem usque ad Dan†. *Ascensus scorpionis* locus erat in Australi parte Cananææ[t]; ut patet ex Num. 34. 4. Jos. 15. 3[v]. ¶ *Petra, & superiora loca*; scilicet, eorum terminus exstiterunt[x]; מֵהַסֶּלַע וָמָעְלָה] *A petra ipsa & suprà*, M. P. Ti. Porrò, *Petra* urbs erat in extremis terræ finibus ad Austrum, teste Josepho Antiq. 3. 2. *Et suprà*, i. e. ultra urbem *Petram* versùs montium istorum Australium culmina habitationem suam produxerunt. Et de hoc Amoræo habitante in montibus intellige Deut. 1. 44[y].

i La. Bo. — k Bo. — † Bo. — * BA. 1. 3. 13. 855. — l V. — m L. — n T. sim. Bo. — o Mont. — p Bo. — q Mont. — r Bo. — † V. — t V. Bo. — v Bo. — x Bo. — y Bo.

CAP. II.

1. *Ascenditque Angelus Domini de Galgalis*] Qu. 1. Quisnam erat hîc Angelus? Respond. Angelus erat propriè dictus[a]. Nec ad metaphoras confugiendum sine necessitate[b]. Idem fuit qui Josue, cap. 5. apparuit[c]. Homo minimè diceret, *Eduxi vos ex Ægypto*, &c. Solent Prophetæ hoc præmittere, *Sic dicit Dominus*[d]. *Angelus* hic erat *testamenti*, ut dicitur Malac. 3. 1. nempe, Dei Filius†. Alii malunt hominem esse[f]. Angelus erat, verùm non *supernâs*, sed *infernâs*. Hujus generis sunt Prophetæ, &c[g]. *Legatus*, vel Propheta, missus à Domino[h]. Tales *Angeli* vocantur, Hag. 1. 13. Mal. 2. 7[i]. Angeli supernates non dicuntur *ascendere*, (ut hîc,) sed *descendere*[k]: & descendunt è cœlo, non de Gilgal, aut alio ullo loco terreno[l]. Verùm dicitur Angelus ascendere de Gilgal, quia in *Gilgal* primò apparuit, indéque se transtulit ad hunc locum[m]. Cùm apparere cœpit, videbatur è regione ubi erant Galgala ad eos accedere. Commodè autem ex illo loco venit, ubi ad tutelam castrorum diu moratus, & etiamnum morari censebatur[n]. Maximè cùm ea res valeret ad refricandam memoriam pristinorum beneficiorum illic acceptorum*, & renovati per circumcisionem fœderis†; & ad præsentem Israelitarum ignaviam coarguendam, qui post tot mandata & promissiones otio soluti egerant*. Porrò, hominem fuisse patet, quia non disparuisse legitur, ut de aliis Angelis narratur[o]. Virum aliquem Dei, Prophetam, credide-rim[p]. Nominis indicandi nulla necessaria causa erat, cùm res ipsa non ex dicentis nomine ac gratia, sed ex muneris ac mandati auctoritate, (quæ tunc satis constabat,) fidem postularet[q]. Hebræi volunt hunc Phineen fuisse; de quo ridendi sunt[r]. Vel Propheta erat extra ordinem, vel Phinees†. At Phinees in *Gabaath*, non in *Gilgal*, domicilium posuerat[t]. Fortè hic vir Dei habitavit in Gilgal[v]. De Gilgal ascendit, nempe, postquam populus indè Arcam Silo transtulisset[x]. Qu. 2. Quando apparuit? Respond. Vivente Josue[y]. Nam v. 6. concionis dimissio & mors Josue recensentur. De quo vide ad v. 6[z]. Ascenderat quum Josua, morti propinquus, populum ad se convocâsset, Jos. 24[a]. Non placet: Tunc increpâsset populum Josua, neque dixisset illos *Deo adhæsisse usque in diem illam*, Jos. 23. 8. nec populus clamâsset, *Domino serviemus*, &c. Jos. ult. v. 24. Constat insuper Deum noluisse tam citò, vel vivente Josuâ, Cananæos omnes exterminari, Exod. 23. 29, 30. Deut. 7. 22. Porrò, cùm dicit Josua, cap. 23. Deum non deleturum Cananæos, si amicitias & fœdus cum iis ineant, planè supponit culpam nondum admissam; at hîc Angelus culpam admissam indicat. Deinde, peto ab eis, an cæteræ Tribus, Ephraim, Manasse, &c. quæ de non deletis Cananæis notantur, debuerint id præstare antequam Tribus Judæ bellum instauraret, an postea. Si antè, quomodo Tribus omnes Deum de illa re consulunt, & à Deo responsum accipiunt, à tribu Juda belli initium sumi debere? Sin postea, tota illa oraculi captatio, & belli per Judam instauratio, posterior fuit morte Josue, ut patet ex Jud. 1. 1, &c[b]. Alii ergò censent hunc Angelum apparuisse post mortem Josue[c]. ¶ *Ad locum flentium*, ità M. אֶל־הַבֹּכִים] *Ad flentes*, Bo. Ma. *ad Bochim*, Jon. Sy. Ar. P. Ti. JT. Locus per anticipationem sic dictus, cujus ratio indicatur v. 5†. Qu. Ubinam hic locus? Resp. 1. In Silo[f], vel prope eam[g]. Nam, 1. ibi sacrificatum legimus; quod non licebat, nisi ubi Tabernaculum. Imò verò licebat aliter sacrificare, quando Deum id velle constabat; ut Jud. 6. 19. & 13. 19. & 2 Sam. ult. & 1 Reg. 18. & 1 Paral. 21[h]. 2. Ægrè fingi potest omnes filios Israel (ad quos hîc locutus est) in unum locum congregatos fuisse, nisi Silunte, solennium festorum gratiâ. At poterat Deus, postquam populus in Silo stato festo convenissent, per Prophetam hunc conventum indicere. Qu. Sed cur ad illum locum? Resp. Fortè quia Jerosolymæ vicinus erat, (*ut videbimus*,) ubi Templum excitandum, & populus sæpe cogendus, fuit; quibus ideo nomen & aspectus loci & beneficia Dei & suam ingratitudinem in memoriam revocarent, &c. Porrò, hunc locum κλαυθμῶνα vocant & Jo. Antiq. 7. 4. & o'. tum hîc, tum 2 Sam. 5. 23. eúmque prope Hierosolymam collocant, sylvámque, vel vallem, vel potiùs utramque, fuisse statuunt[i]. ¶ *Et ait*] Sub. *in persona Domini*; q. d. Hoc dicit Dominus Deus[k]. Hic Angelus loquitur in persona Dei, sicut legatus in persona legantis, *Eduxi*, &c[l]. Alii eum indè colligunt Deum fuisse, quia subdit, *Eduxi vos*, &c[m]. Fortè magni consilii Angelus erat, qui olim Patribus apparuit, & Israelem eduxit ex Ægypto. Quòd si Propheta fuit, debet subaudiri, *Sic dicit Dominus*[n]. ¶ *Eduxi vos*, &c. אַעֲלֶה אֶתְכֶם] *Ascendere vos feci*, o'. Jon. Mo. M. sim. Sy. Ar. Ti. P. Ad verb. *faciam ascendere*; verbum futuri temporis pro præterito[o]; ut patet ex altero verbo, וָאָבִיא *& introduxi*, cum Vau conversivo. Sic alibi fut. pro præter. Exod. 15. 5. *abyssi* יְכַסְיֻמוּ *operient eos*, h.e. operuerunt; Num. 23. 13. תִרְאֶה *videbis, & totum non videbis*, pro, vidisti, non vidisti, ut patet ex collat. c. 22. v. ult. Sic Jud. 5. 8. יִבְחַר *eliget*, pro, *elegit*, vel *elegerat*, deos novos; exponit enim afflictionum causas[p]. [JT. sic reddunt, *Dixerátque, Fecero ut vos ascenderetis ex Ægypto, & introduxero vos in hanc terram, quam juramento promiseram majoribus vestris, ac dixero, Non irritum faciam fœdus meum vobiscum in seculum.*] Gravis increpatio κατ' ἀγῶνα[q]. Præsentem reprehensionem instituit Deus comparatione & contentione rerum ipsarum, & actionum utriusque partis, suam misericordiam, veritatem & constantiam commemorans, illorum dementiam & contumaciam exprobrans[r]. Vel est fut. pro præterito, ad indicandam

a La. Bo. L. E. Me. T. — b Bo. — c Bo. Me. T. — d Bo. — † Q. in Ma. Li. — f Ità V. D. Jun. Pi. Mont. Mart. — g D. — h V. — i D. G. — k D. Mont. — l D. — m La. — n Bo. — * Bo. Me. T. — † Theodor. in Me. — * Bo. — o Jun. Pi.

p Ma. sic D. — q Mont. — r Bo. — † Jun. Pi. D. — t Mont. — v Ma. — x Jun. — y To. Torniel. & Salian. in Bo. — z Bo. — a Jun. — b Bo. — c Bo. ex Procop. Ser. Caj. — † Pi. ex Just. — f Q. in Bo. — g Jun. — h Bo. — i Bo. — k V. — l La. — m Ma. — n D. — o V. Glass. — p Glass. gram. p. 385. — q Jun. — r Mont.

continuam Dei benignitatem. Vel respicit tempus initi fœderis & juramenti cum patribus; q. d. Hæc est summa & formula fœderis olim cum patribus vestris icti, *Ego educam vos de Ægypto, & introducam*, &c [†]. Exordium nullum in hac oratione auditur. Sumitur autem principium ex ipso Israelitarum luctu, in quo de Deo conquesti videntur (ut moris est) tanquam authore calamitatum suarum. Nuncius hic negat, illúdque statuit, Deum illis semper bonorum authorem fuisse, ipsos miseriarum. *Pollicitus sum, ut non facerem irritum:* Calamitas ergò hæc non provenit ex oblivione mea, vel ex mutatione cui nulla causa subsit. Non ego ultro hæc mala intuli, nullóque vestro demerito irritatus [t]. Est autem in hoc capite summa historiæ sequentis valde dilucida; quæ utilitatem Regiæ potestatis populo rebus ipsis ostendit, ac sic defectionibus frænum imponit [v].

[†] Ma. [t] Mont. [v] G.

2. *Ut non feriretis fœdus*] Qu. Fuerintne hæc fœdera Israelitarum cum Cananæis valida? Resp. Fateor rem hanc mirum in modum perplexam esse; & ratio dubii est, quia de re illicita erat, & à Deo prohibita. Multi etiam fœdus cum Gibeonitis illicitum putant, licèt veram Religionem suscepissent: quantò magis hoc cum idololatris [x]? Nihilominus hæc fœdera Hebræis illicita fuisse existimo, sed non statim irrita [y]. Tenebantur ea servare, præsertim si juramento confirmata essent, quia hoc exigit jus naturæ & gentium; alioqui enim tolleretur omne commercium, si pacta violarent; & valde scandalizati essent Cananæi, si pejerâssent Hebræi, Deúmque quasi blasphemâssent. Postquam tamen eis palàm constitit Deum hæc fœdera vetuisse, scandalizari non potuerunt, si Hebræi, Deo obedientes, illa rescinderent. Matrimonia Hebræorum cum Cananæis erant vera matrimonia. Et licèt ejusmodi matrimonia dirimantur Ezræ 9. & 10. id tamen fit, non quia matrimonia nulla essent, sed quòd in veteri Lege permitteretur repudium ex justis causis. Justa autem causa erat disparitas cultûs, & periculum perversionis [a]. Præterea, si hæc fœdera irrita essent, & Angelus eos ursisset ad rescindenda fœdera, & Israelitæ verè pœnitentes debuissent Cananæos delere; nec Salomon eos tolerâsset, ut factum 1 Reg. 9. 20, 21. Fœdera igitur hæc illicita quidem erant, sed eorum exsecutio licita. Et verò manifestè patet hæc posse separari: non enim si contractus est illicitus, statim est irritus, nisi ipse contractus aut irritus à superiore reddatur, vel cadat super materiam illicitam: quorum neutrum hìc obtigit. Deus enim nec irritos fecit, nec servari prohibuit, hos contractus. Aliter res se habet quando res est mala, vel palàm prohibita [c]. [Aliter sentit P. Martyr.] Quærit cur fœdus malè factum retinuerint, cùm, si resipiscentia vera fuisset, peccatum emendare debebant. Quid aliud his respondeam non habeo, nisi quòd id non factum quia vires illis deerant, Deúsque in pœnam robur eis & audaciam subtraxerat. Et licèt resipuerint, non tamen pristinas vires eis restituit [*]. ¶ *Cur hæc fecistis?* [מַה] *Quid?* Qua de causa? V. *Quid est?* q. d. Quàm grave peccatum est? Pi. *Quid est hoc* quod *fecistis?* JT. sim. Mont. Interrogat veluti de re ignota, ut omnino ab eo consilio se alienum fuisse ostendat: q. d. Vos pacta cum illis fecistis, monitis meis posthabitis: Ego illos hostes declaravi, & perdendos tradidi; vos eos amicos fecistis & optâstis; amicos igitur servate [†].

[x] Bo. [y] La. Bo. [a] Bo. ex La. [c] Bo. [*] Mart. [†] Mont.

3. *Quamobrem nolui delere*; h. e. nolo delere, vel, decrevi non delere [d]: [וְגַם אָמַרְתִּי לֹא אֲגָרֵשׁ] *Quamobrem etiam dico; Non expellam*, &c [†]. *Ego quoque dixi, Non ejiciam*, &c. Ti. M. *Dixi*, scil. apud me, i. e. decrevi [f]. h. e. Quamobrem jure dicere potui, vel, *Quamobrem non expellam* [g]. ¶ *Ut habeatis hostes*] Heb. *Et erunt vobis* לְצִדִּים. Quod variè reddunt: *In lateribus*, P. Mo. Belg. *ad latera*, JT. Pi. scil. pungenda, instar spinarum [h]. Defecta locutio est [i]; sub. ex Jos. 23. 13. *in vepres in lateribus*, i. e. instar spinarum, quibus pungentur latera [k]. Ut spinæ *in lateribus*, Angl. *Erunt vobis à latere*, i. e. circum vos; vobis semper molesti versabuntur [l]. Al. *erunt vobis in laqueos* [m], vel *venabula*, quibus capiamini [n]; à צוּד *venari*, & *piscari*. Piscatio autem fit plerumque aculeo adunco [o], ut sit צִדִּים pro צִידִים, ut alibi צִצִּים pro צִיצִים [p]. *Erunt vobis in oppressores*, Jon. in D. *in angustias*, ὁ. K. in D. Videntur legisse לְצָרִים, h. e. ר pro ד. Radix צור *premo* [p]. *Erunt in vanitatem*, Sy. *errori*, Ar. ¶ *Et dii eorum sint vobis in ruinam*] Τὸ *ut* in priore membro causaliter accipendum est, (voluit enim Deus eos hostes habere à quibus exercerentur,) in posteriore tantùm consecutivè [†]. Nec enim Deus intendebat hunc lapsum in idololatriam, sed tantùm permittere, ad puniendum peccata præcedentia [q]. Suo more comminatur Deus se peccata peccatis puniturum, ut Rom. cap. 1. ver. 24 [r].

[d] Bo. [†] Jun. [f] Pi. [g] V. [h] Pi. [i] D. [k] V. [l] Ma. [m] Q. in Ma. [n] Q. in D. He. in M. [o] M. [p] D. [p] D. [†] La. Bo. sim. E. [q] La. Bo. [r] Mart.

4. *Ad omnes filios Israel*] i. e. Ad totum cœtum [†]. Omnes, nempe, qui in similibus conventibus adesse debebant & solebant [t]. ¶ *Elevaverunt vocem*] Peccata sua confitentes, & misericordiam Dei implorantes [v].

[†] La. [t] Bo. [v] Mart.

5. *Locus flentium*] Ob eandem causam & *vallis lacrymarum* dicitur Psal. 83. 7. (quo in loco huc alluditur [x].) ¶ *Hostias*] Vel, 1. hostias pro peccato [y]. Non placet: Nusquam enim illæ usurpatæ extra Tabernaculum; nec usurpari poterant, ob ceremonias in iis requisitas: Nam à solis sacerdotibus comedi poterant, & quidem in loco sancto. Vel, 2. holocausta. Ea enim etsi primariò destinentur ad honorem Deo exhibendum, sæpe tamen in Scriptura legimus ad Deum propitiandum adhibita [z].

[x] Bo. [y] Ser. [z] Bo.

6. *Dimisit ergò Josue populum*] Hinc nonnulli concludunt præcedentia vivente Josue dicta fuisse; quomodo aliàs hoc diceret, & quænam alioquin connexio? Resp. 1. Connexio quam ii adferunt stare non potest. Probatur. Agitur hìc de dimissione singulorum in sortes & possessiones suas à Josue facta, ut patet ex hoc versu, qui satis indicat eos possessiones suas nondum adivisse. At hæc Angeli apparitio non potuit esse ante aditam possessionem; quomodo enim culpandi essent quòd Cananæos in suis sortibus reliquissent, si necdum sortes occupaverint? Porrò, cùm hoc verum sit, malè illi hanc apparitionem in posteriores Josue annos rejiciunt. Resp. 2. Connexio cum præcedentibus juxta nostram sententiam manifesta est: Dixerat Angelus fore ut Cananæorum dii ipsis essent in ruinam: nunc declarat Scriptura quomodo reipsa ità factum sit. Quocirca rem altiùs repetit, & declarat quando, & quamdiu, & quibus auxiliis, in officio permanserint; nempe, quamdiu vixit Josue, (qui eos in sortes suas dimisit,) & Seniores, &c [a]. Hæc narratio propterea inseritur, ut exponatur quamdiu Israelitæ verum Dei cultum retinuerint [b]. Dicuntur hæc per recapitulationem [c]. Est hìc Hysteron proteron. Repetit quædam ex libro Josue, ut indè commodè ad Judicum, qui ei successêre, institutionem & originem transeat [d]. Versus hic eorum quæ narrata sunt, quæque narrabuntur deinceps, causam indicat: *Abierunt in possessionem suam, ut obtinerent eam.* Sensus est; Studium & consilium ipsorum fuit paratis frui, & belli laborem tædiúmque declinare. Ex hoc privati commodi studio sequebantur fœdera cum Cananæis, publicarum rerum neglectio, Religionis contemptio, &c. At Josue populum dimiserat, ut uxores liberósque in sedibus locarent, &, exemplo Trans-jordaninorum, qui bello apti erant, coactis copiis, ad profligandum delendúmque hostem summo studio incumberent. At ipsorum studium omne erat terram possidere, &c [†]. Quòd autem urgent ista verba, *Dimisit ergo*; Resp. Illud וַיְשַׁלַּח vertunt, *dimiserat*, P. JT. V. Mont. *dimiserat autem*, P. *cùm dimisisset*, Ar. M. Ti. JT. Potiùs, *nam dimiserat*. Sequitur enim declaratio historiæ præcedentis, seu expositio causæ cur Deus Israelitas deseruit [f].

[a] Bo. [b] Mart. [c] V. [d] La. [†] Mont. [f] Pi.

9. *In Thamnath-sare*] Ab aritudine loci sic dicta est [g]. Ità quidem dicitur Jos. 24. 30. posterioribus literis inversis [h]. At hìc in Heb. *Timnath Heres*, à simulachro Solis sepulchro Josue imposito [i].

[g] Q. in D. [h] V. D. [i] He. in M.

10. *Non noverant Dominum*] i. e. Non colebant. Ex eo quod præcedit id quod sequitur. *Deum colit qui novit*, Seneca Epist. 96. Nuda notitia non est notitia Dei [k].

[k] D.

11. *Et servierunt Baalim*] i. e. Idolis, sive diis gentium:

gentium: nam per *Baalim* significat omnes deos masculos; sicut per *Ashtaroth* omnes deas fœminas[l]. בְּעָלִים in terminatione plurali sæpe sensum habet singularem, ut *Adonim, Elohim*, &c[m]. Plurali utuntur vel honoris causâ, more Hebræorum[n]; vel, ob diversa Baal simulacra[o]; vel etiam includunt alios deos inferiores[p]. *Babalim*, i.e. tutelares dii *.

[l] La. Bo. [m] D. [n] T. [o] Bo. ex Aug. [p] Bo. * Jun.

13. *Baal*] Sic antonomasticè deum suum vocârunt, i.e. dominum absolutè; reliquos cum addito, ut *Beel-zebub*, i.e. deum muscarum[q]. *Baal*, ab aliis Beel, Bel, Belus, vel Saturnus, qui apud Assyrios primus regnâsse scribitur, h.e. Nimrod. Apud Tyrios & Phœnices non alius erat quàm Jupiter[r]. Plenè בַּעַל שָׁמַיִן, Βεελσαμὴν, *Dominus cæli*, Sol, summus deorum illis gentibus, unde Jupiter Assyriis dicitur. Vide Macrob. Saturnal. 1. 23 †. ¶ *Astaroth*, וְלַעַשְׁתָּרוֹת] Plurale est, à singulari *Astoreth*; ut Græci & Latini, ab *Astarte, Astartas* dicunt. Est hæc quidem deabus (nempe, fœmineis, ut dictum,) communis appellatio; sic tamen singularis dea vocatur[t]. Deductum est à verbo עָשַׁר *ditari*, ac propriè *beari*. Quas in deorum numerum retulit stulta antiquitas, *beatas* vocavit. Et quamvis uni cuipiam adscribatur, non tamen proprium cujusquam nomen est, sed epitheti vim obtinet[v]. Qu. Quænam hæc dea? Resp. Vel, 1. Juno[x]; vel, 2. Venus. Ità plurimi censent[y]. Ea cognomento est πολύμασθος, i.e. *multimammea*, vel, potiùs, μεγαλόμασθος, i.e. *magnimammea*; quod symbolum erat fœcunditatis, qualis est in ovibus fœminis. Indè ergò hæc dea ab ovibus effecta est à Tyriis & Sidoniis, ut ab ea ovium fœcunditatem impetrarent[z]. Appellatio huic deæ *à pecudibus*; fortè à victimarum multitudine[a]: vel, à forma, scil. ovis[b]. עַשְׁתְּרוֹת sign. *fœmellam ovis* *. Aliqui putant Junonem sic dictam, quòd sub ovis specie adoraretur: nam & Jupiter Ammon sub specie arietis colebatur[c]. Fortasse deducitur ex עש *constellatio*, & תור Chald. & Syr. *taurus*; q.d. *Hyades*, vel *constellatio Tauri*. Hyades in capite Tauri. Hinc referebant Astartem, Cœli filiam & Saturni sororem uxorémque, capiti suo imposuisse regale insigne, Tauri caput[d]. Malim hanc *Terram* deam esse; noménque habere ab אֲשֵׁרִים & אֲשֵׁרוֹת, quod *lucos* sign. ut Exod. 34. 13. Deut. 7. 5. & 12. 3. Jud. 3. 7. ubi אֲשֵׁרוֹת conjungitur cum *Baalim*. Unde liquet עַשְׁתָּרוֹת esse aliam pronunciationem idem significantem; quare & 1 Sam. 7. 4. Græci ἄλση vertunt. In talibus autem lucis Terra colebatur. Is mos sub Cybeles nomine ad alias gentes transiit. Ovid. Metamorph. 7. *Templa deûm matri, quæ quondam clarus Echion Fecerat ex voto nemorosis abdita sylvis.* Sic castum nemus Terræ dicatum à Germanis Tacitus nos docet. Alibi autem meri luci dicati Terræ; alibi abdita simulacra, ut ovis specie apud Moabitas, narrantibus Rabbinis †. Gentiles primitus adorabant Solem & Lunam: Romani vocabant, *Jovem & Junonem*; Ægyptii, *Osiridem & Isidem*; Syri, *Baalim & Astaroth*. Accessit & tertium, stella Veneris, sive Luciferi, quæ post Lunam cæteris stellis clariùs emicat. Unde veteres dixêre Venerem esse Lunam minorem, Lunam verò esse Venerem majorem. Quocirca *Astarte* Herodiano est Ἀστροάρχη, i.e. astrorum princeps. Et *Astaroth* urbs *Carnaim* dicebatur, ob duo Lunæ cornua[f]. Astartem *Lunam* esse volunt Lucianus de Dea Syria, & Herodian. lib. 5. de Heliogabalo: *Venerem* autem, Philo Byblius & alii plerique[g].

[q] La. Bo. [r] Bo. † G. [t] Bo. [v] Mont. [x] Aug. in Bo. [y] La. Bo. Ma. [z] La. Bo. [a] D. [b] Jun. Pi. M. * M. [c] Ma. [d] Ma. † G. [f] La. [g] Bo. Ma.

14. *Et vendiderunt*, וַיִּמְכְּרֵם] *Et vendidit eos*, ὁ΄. Jon. M. Ti. Mo. *dedit*, JT. *tradidit*, Sy. Ar. i.e. Tradidit eos more vendentis[h]. *Vendere* passim sumitur pro *tradere*; ut Jud. 3. 8. *vendidit in manus Chushan*, &c. sic Jud. 4. 9. *vendet Sisaram*, pro quo, v. 14. *dedit Sisaram*. Contrà, Cicero, *Libros tuos cave cuiquam tradas*, i.e. vendas, ut viri docti explicant[i]. Solet traditio venditionem sequi tanquam effectus. Nihil necesse est de pretio quærere, cùm venditionem *sine pretio* fieri posse Scriptura significat; ut Psal. 43. & Isa. 52. 3. *Gratìs venundati estis*[k].

[h] V. [i] D. [k] Bo.

15. *Sed quòcunque pergere voluissent*, בְּכֹל אֲשֶׁר יָצְאוּ] *Quòcunque egrediebantur*, Sy. M. P. JT. Ti. *In omni loco quo exierunt*, Jon. Per egressum hîc intelliguntur quælibet negotia, vel privata, vel potiùs publica[l]. ¶ *Sicut locutus est*] *Locutus fuerat*. Alludit ad Levit. 26. & Deut. 28. ¶ *Et vehementer afflicti sunt*, וַיֵּצֶר לָהֶם מְאֹד] [Variant. Quidam transitivè sumunt, & ad Deum referunt:] *Contribulavit* (*arctavit*, Jon. *afflixit*, M. Ti.) *eos valde*, ὁ΄. *graviter*, Ti. M. [Alii intransitivè reddunt:] *Et angustia fuit eis valde*, Mo. sim. P.

[l] Bo.

16. *Suscitavit judices*] *Vindices* extra ordinem. Nam eos Judices ordinarios non fuisse constat ex Jud. 8. 22, &c[m]. ¶ *Nec eos audire voluerunt*] Nempe, constanter, ità ut ad idololatriam non reverterentur. Confer ver. 18, 19[n].

[m] Ma. ex Jun. [n] Bo.

17. *Et audientes mandata Domini, omnia fecêre contraria*] h.e. Auditis mandatis, &c[o]. [Reliqui autem referunt ad patres, qui *ambulare* dicuntur *in via Domini*, &c.] ¶ לִשְׁמֹעַ] *Ad audiendum* (vel, *audiendo*, Sy. sim. JT. vel, *ut obedirent*, M. Ti.) *præcepta*, &c. ὁ΄. Mo.

[o] Bo.

19. *Faciebant pejora quàm patres*, וְהִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם] *Et corrumpebant se præ patribus suis*, Mo. sim. JT. *Et perdebant*, sub. *viam suam*, V. Viam pietatis & morum magis quàm patres contaminabant[p]. *Revertentes, & corrumpentes à patribus suis*, Jon. *Corruptelis indulgebant, secùs ac patres eorum*, Sy. *Revertebantur ad corruptelam, more patrum eorum*, Ar. ¶ *Non dimiserunt adinventiones suas*, לֹא הִפִּילוּ מִמַּעַלְלֵיהֶם] *Non cadere fecerunt de actibus suis*, Mo. *non remittentes* (*dimittentes*, Sy. *detrahentes*, Ar.) *de factis suis malis*, Jon. sim. Pi. *nec excusserunt se à studiis eorum*, M. Dum colerent idola, nihil diminuebant aut omittebant de studiis patrum suorum, sed deteriora potiùs committebant[q]. *Non cessabant de actibus illorum*, Ang. *Non abjecerunt studia sua*, ὁ΄. sim. Jun. Pi. i.e. cum detestatione deposuerunt[h]. *Non remitterent de actionibus*, sub. *quicquam*, JT. ¶ *Et viam durissimam*, וּמִדַּרְכָּם הַקָּשָׁה] *Et de via sua*, vel *illorum*, *dura*, M. P. Mo. Ti. sim. ὁ΄. i.e. corrupta vel prava, Jon. Sy. Ar. *viâ obdurata*, JT. *viâ pertinaci*, Ang. Ca. durâ, difficili, malâ & inobediente[i]. *Duram* vocat viam pravam, vel, 1. quia à duro corde proficiscitur[k]; vel, 2. quia illi inobedientes erant & duræ cervicis[l]; vel, 3. quia licèt scelerum via mollis & jucunda videatur, Deum tamen durum atque iratum efficit[m]; vel, 4. quia ut via dura offendit pedes ambulantium, sic via impia offendit Deum, necnon hominem ipsum lædit[n].

[p] Mont. [q] V. [h] Jun. Pi. [i] V. [k] Bo. [l] La. [m] Me. [n] Pi.

21. *Non delebo*] Scil. citò[o]. Hebr. *non addam expellere*, V. ¶ *Quas dimisit Josue, & mortuus est*] Sic Mo. *quas moriens Josue dimisit*, vel, *reliquit*, M. Ti. Sy. sim. JT. *quas reliquit post obitum suum*, Ar.

[o] G.

22. *Ut in ipsis experiar*] i.e. Experirer, Bo. Non quòd ipse quid futurum sit nesciat, sed quòd eo modo se gerat acsi nesciret, ac periclitari vellet[p].

[p] Bo. La.

CAP. III.

1. UT *erudiret*] Ut doceret eos, 1. tractare arma, 2. colere Deum[q]. Eadem causa relictorum Cananæorum assignatur ante peccatum Israelitarum, Jud. 2. 22[r]. ¶ *Qui non noverant bella Cananæorum*] i.e. Qui iis bellis non interfuerant †: qui non noverant quâ ratione gesta fuissent prælia illa contra Cananæos[t]: qui experti non erant[v]. Historiam ex parte tenebant, sed singularia in illis Dei judicia non animadvertebant[x].

[q] La. [r] Bo. † Bo. [t] V. [v] Me. [x] Jun.

2. *Ut discerent*, &c. רַק לְמַעַן דַּעַת—לְלַמְּדָם מִלְחָמָה] [Variè reddunt.] *Tantùm ut* (vel, *ut saltem*, M.) *scirent generationes filiorum Israel, & ut doceret eos bellum*, P. sim. Ti. M. *Tantùm ut scirent docere eos bellum*, Ang. sim. Jon. JT. *Tantùm ut scirent illa*, (i.e. bella Canaan,) *ut ille* (i.e. Dominus) *doceret eos bellum*, Belg. *Tantùm ut cognoscerent—bella, dum ipse doceret eos bellum*, Pi. *Tantùm*, sub. *reliquit Jehova eas gentes, ut doceret*, &c. i.e. ut discerent quâ ratione gerenda essent bella[y]; ut sic in arte militari exercerentur[z]; ut bellorum artes doceantur, quæ antea illis ignotæ erant. Patres enim eorum non brachiis, arcubus, &c. sed tantùm

[y] V. [z] Me.

tantùm Dei præsidio, consilio & jussu, hostes fuderant. Nunc verò posthac sibi negotium compararunt militiæ discendæ, sed quibus præceptoribus statim declaratur. Atque hunc versum κατ' πειρασμὸν legendum censeo [a]. Ut cognoscerent quantum malum sit bellum, dum ipse eos destitueret auxilio [b]. Ut discerent quid sit præliari cum Cananæis, quàm scil. noxia sint bella [c]. Cùm illi bella suo Marte gerere aggrederentur, quid esset præliari addiscebant, quod antea ignorârunt, cùm Deus pro illis præliaretur [d]. Sic Adam comedendo didicit bonum & malum †. Jam sentietis quid sit cum fortioribus dimicare [f]. Voluit Deus eos suo incommodo discere, quàm periculosè illi belligerentur qui Dominum sibi infensum habent, cùm patrum bella virtute Divinâ, non humanâ, gesta sunt [g]. ¶ רַק אֲשֶׁר לְפָנִים לֹא יְדָעוּם] *Tantùm qui antea non cognoverant ea*, P. Mo. Pi. sim. D. *saltem eos qui antè nihil horum scirent*, Belg. Ang. sim. JT. *quandoquidem priores* (*qui ante eos fuerunt*, M.) *haud noverant*, Ar. sim. M. Sy. *Verùm qui antea*, sub. *fuerant, non cognoverant ea*, i.e. non noverant eam artem bellicam, quia [sic legendum, non *quâ*, quod sensum ineptum gignit,] Dominus pugnabat pro illis [h].

3. *Quinque satrapas*] Vide Jos. 13. 3. G. *Quinque satrapias*, ο'. *præfecturas*, Ca. quibus Satrapæ præficerentur [i]. ¶ *Omnémque Cananæum*] viz. Huc illuc sparsum & relictum [k]. Josue plurimos Cananæos deleverat [l]. Videntur hi Cananæi, ut specialem populum dicunt, numerosiores cæteris fuisse, magísque sparsi, ut proinde ab his reliqui Cananæi dicti sint [m]. *Cananæi* hîc sunt Phœnices, qui sæpe vocantur *Cananæi*, ut dixi, in Josue, & Prov. 31. 24. unde *mulier Cananæa*, Matt. 15. 22. est *Syrophœnissa* Marco. Phœnices enim nunquam ab Hebræis fuêre subacti; unde explicans, subdit, *& Sidonium*. Sidon enim erat caput Phœniciæ, sic dicta à Sidone filio Canaan, Gen. 10. 15 [n]. ¶ *Hevæum—in Libano*] Ibi Hevæorum sedes, ut dixi ad Jos. 11. 3 [o]. ¶ *De monte Baal Hermon*, &c.] Simili ferè modo hæc regio describitur Jos. 13. 5 [p].

4. *Ut in ipsis experiretur Israelem*] Ut, si eorum mores non imitarentur Israelitæ, probitas Israelitarum appareret; si imitarentur, improbitas *.

7. *Servientes Baalim & Ashtaroth*, ità Jon. Sy. Ca. אֲשֵׁרוֹת] Est proprium nomen *Asheroth*, M. Ti. Alii vertunt, *Lucis*, P. Os. Pi. ο'. Mo. Significat arbores quæ coluntur, vel consitæ sunt in honorem idoli [q]. *Lucis*, i. e. idolis lucorum, per Metonymiam [r]. Solebant Ethnici in nemoribus numina sua colere; Jovem in quercetis, (unde quercus Dodonæa,) Apollinem in lauretis, (indè in Daphne templum Apollinis †.) Hinc lucos destrui jussit Deus [t].

8. *Regis Mesopotamiæ*] Idem dicitur ver. 10. *rex Syriæ*, nempe, *Aram Naharaim*, h. e. Syriæ duorum fluviorum, sive Mesopotamiæ [v]. ¶ *Servieruntque ei*] i. e. Coacti sunt pacem gravibus tributis redimere; non tamen ut præsidia ab eo Rege acciperent. Simile mox 12, 13, 14. Itaque facile illis fuit resumpto animo onus tale exuere, ut sequentia ostendunt †. Verisimile est eum primò in Israelitas Trans-jordaninos impetum fecisse, utpote regioni suæ viciniores, tandémque ultra Jordanem penetrâsse. Primus oppressor Mesopotamiensis erat, quod in memoriam revocat Labanis adversùs Jacobum injurias *.

9. *Fratrem Caleb minorem*] De quo vide ad Jud. c. 1. vers. 13. Bo.

10. *Fuitque in eo spiritus Domini*] i. e. Cœpit agi spiritu fortitudinis Domini [x]. A Deo indita sunt illi robur, prudentia, &c. Manifestam revelationem ei factam à Deo ut bellum hoc susciperet, Josephus & Chald. volunt: sed mallem interiorem instinctum fuisse [y].

11. *Quievitque terra quadraginta annis*] Qu. Quomodo computandi sunt hi anni? Præmittendum est, ab exitu ex Ægypto ad cœptam Templi ædificationem annos tantùm 480 numerari, quod affirmatur 1 Reg. 6. 1 [z]. Qui hoc cum Scriptura statuunt, coguntur asserere intra quietis tempora, & hîc, & v. 30. & Jud. 5. ult. & 8. 28. includi annos belli & servitutis. Ità ferè omnes quos legi *. Obj. At quomodo *terra quievisse* dici possit inter gravissimas calamitates? Resp. 1. Non est novum, toti alicui numero adscribi quod parti duntaxat competit, (præsertim, si major pars sit.) Sic 12 *filii Jacob* dicuntur *in Mesopotamia nati*, Gen. 35. 26. cùm Benjamin in Cananæa natus esset. Sic 70 *egressi sunt de femore Jacobi*, Exod. 1. 5. in quo numero ipse Jacob continetur. Ità animæ sunt 70 Gen. 46. 27. & 75 Act. 7. 14. quæ ingressæ dicuntur cùm Jacob in Ægyptum: in istis tamen numeris comprehenditur Joseph cum filiis Ephraim & Manasse. Sic Jud. 8. 30. Gideon habuit 70 filios, & Jud. 9. 5. hi 70 occisi dicuntur; ex hoc tamen numero eximendus est Jotham. Sic Exod. 12. 40. *habitatio Israel in Ægypto erat* 430 *annorum*: at certum est in Ægypto fuisse tantùm 210 vel 215 annis. [De quo vide quæ ad Exod. 12. annotavimus.] Non ergò mirum si Scriptura hoc in loco, intra 40 annos, quorum 32 fuerunt quietis, qui partim servitutem antecesserunt sub Senioribus [qui Josue supervixisse dicuntur, Jud. 2.] & idololatriæ tempore, partim secuti sunt, devicto Rege Mesopotamiæ, octo annos intermedios servitutis includat; nec mirum si intra 80 annos infrà v. 30. quorum 62 fuerint quietis, anni 18 servitutis inserentur †. Eodem sensu dicitur Num. 14. 33. *filii vestri vagabuntur in deserto, & ibi ferent iniquitates vestras* 40 *annis*; non quidem ità ut implerent hos 40 annos à tempore quo hæc locutus est, sed à tempore exitûs ex Ægypto. Sic hoc loco anni oppressionis includuntur in 40 annis quietis. Verum quidem est Paulum annos Judicum ità computare, ut annos oppressionis à cæteris distinguat, Act. 13. 20. ubi de Judicibus loquitur per 450 annos usque ad Samuelem; sed exprimit se cum particula ὡς, *quodammodo*, vel aliquali ratione computandi, non autem strictè & propriè *. 2. *Quies* illa, cujus hîc mentio, non necessariò statuenda est quies à servitute & præliis, sed potest significare cessationem ab agendo, h. e. à novis flagitiis, & idololatria perpetranda, quæ novæ calamitatis occasionem Deo præberet. Τὸ שקט sæpe significat quamlibet cessationem & quietem ab agendo, ut manifestè sumitur Ruth 3. 18. Isa. 18. 4. & 62. 1. Jer. 47. 6. & 48. 11. Ezec. 16. 42 [a]. [At Cl. Usserius aliter hoc incommodum vitat.] Libenter (inquit) agnoscimus belli & servitutis tempora à tempore quietis secernenda esse: sed annorum notatione *quieti terræ* appositâ, quietis illius initium, non autem vel ipsius quietis vel præfecturæ Judicum durationem, designari statuimus. Itaque illud וַתִּשְׁקֹט verto, *quiescere cœpit*; sicut וַיּוֹלֶד, Gen. 5. 32. & 11. 26. *gignere cœpit*; & וַיִּבֶן, 1 Reg. 6. 1. est, *ædificare cœpit*: atque ubi toties in Scriptura Rex aliquis tot vel tot annorum fuisse dicitur בְּמָלְכוֹ, *cùm regnare inciperet*, illud significare nemo dubitat. Cúmque numerorum in temporum notatione ea sit ratio, ut interdum *quando* res aliqua contigerit indicat, interdum *quamdiu* ea duraverit; quæ duo Græci & Latini casuum (quibus Hebræi carent) variatione sæpe distinguunt: in annis *oppressorum* posteriorem explicationem, in annis *quietis* priorem, hîc accipio; ut sub Othoniele, v. g. 40, non *annos*, sed *annis*, quievit terra, id est, à præcedente aliqua epocha *anno quadragesimo*. Hæc autem epocha erat celeberrima illa quies à Josue constituta, devictis Cananæis, &c. & Jos. 11. 23. & 14. 15. memorata. Superatis igitur Mesopotamiensibus quies (annis post prioris illius initium 40) reddi cœpta est, victore deinceps Othoniele usque ad mortem [b]. Primi 40 anni sequentes mortem Josue adscribuntur hîc principatui Othonielis: non quòd Othoniel solus erat Dominator vel Monarcha in terra, nam Sanhedrim dominabantur suis in locis, & Magistratus inferiores in suis; sed quòd Othoniel fuit fortis & felix Imperator in bellis *.

12. *Malum in conspectu Domini*] Rem ingratam Deo omnia intuenti [c]. ¶ *Qui confortavit adversùs eos Eglon*] Nempe, animum & vires addendo, occasiones præbendo [d], impedimenta submovendo, & infirmando vires Hebræorum †.

13. *Et copulavit ei*] Quis? Vel, Deus [f], vel, Rex Eglon copulavit sibi. Ità M. P. Ti. Mart. ο'. Utrumque verum, nam, opitulante Deo, conjunxit sibi Eglon [g]. Hebræa

[a] Mont. [b] Pi. [c] RR. in La. [d] K. RS. & R. Levi in Mart. † La. [f] Mart. [g] M. [h] V. [i] Mart. [k] Bo. [l] La. [m] Bo. [n] La. [o] Bo. [p] Bo. * G. [q] Me. [r] La. Pi. V. † Mart. [t] Bo. [v] Bo. † G. * Li. [x] V. M. [y] Bo. [z] Bo. To. Usser. * Bo. ità Li.

† Bo. * Li. [a] Bo. [b] Usser. chronolog. sac. p. 197. * Li. [c] V. [d] Mart. La. Bo. † La. [f] Caj. in Bo. Mart. [g] Me.

Hebræa utroque modo verti possunt [h]. ¶ *Ammon & Amalek*] Facile fuit hos sibi belli socios adjungere. 1. Medius erat inter eos. 2. Ammonitæ ferè semper Moabitis fœderati erant. 3. Amalecitas conjunxit, &c. vetus in Israelitas odium [i]. ¶ *Possedit urbem palmarum*] i.e. Jericho, Jon. JT. Pi. La. Bo. ut patet ex Jud. 1. 16. & ex Deut. 34. 3 [k]. & 2 Par. 28. 15. Non quòd tunc urbs staret Jericho, sed quòd agrum illum & vicina circùm loca præsidiis munierunt [l]. Urbs Jericho ab Israelitis ante hoc tempus habitata est, nec tamen maledictio Josue eos attigerat. Nimirum, ea familiam tantùm & cognationem Rahabæ respexit, nè ipsi illam, pro urbe Canaanitica, instaurarent: Et Hiel, qui tempore Ahabi hoc aggressus pœnas dedit, ex illa stirpe fuit †. Causæ autem cur ea potiùs loca quàm alia teneret fuerunt variæ *. Hæc enim erat fertilissima & opulentissima regio, erátque juxta Jordanem, ut ex Moab, sita trans Jordanem, facilis in Jericho esset transitus; útque occupatis Jordanis vadis separaret Trans-jordaninos Israelitas à Cis-jordaninis, nè sibi mutuò opem ferre possent [m]. ¶ *Possedit*] Hebr. *possederunt*. Possedit, non per se, sed per suos, quos ea loca occupatum misit [n]. Alii intelligunt urbem quandam in agro Jerichuntino ab eo possessam [o].

15. *Filii Jemini*] i.e. De tribu Benjamin [p]. Nam & Semei fuit filius Jemini de tribu Benjamin, 2 Sam. 16. 5. & 19. 18. & 1 Reg. c. 2. v. 8 [q]. בֶּן־הַיְמִינִי, *Ben-jemini*, quod sæpe redditur *filius Jemini*; potest esse nomen patronymicum, & idem significare quod *Benjaminita*. Ubi major erat tyranni oppressio, indè Salvator prodiit [r]. ¶ *Qui utrâque manu pro dextera utebatur*] Verùm dexterâ nemo pro dextera utitur, cùm ipsa dextera sit; nec sinistra pro dextera, quia sinistra est †. ¶ אִישׁ אִטֵּר יַד־יְמִינוֹ] Vertunt, *Virum obturatum*, vel, *clausum*, sive *præclusum*, (*contractum*, M. *captum*, P. *impeditum*, Jon. *impotem*, Sy. *aridum*, Ar.) *dexterâ suâ*, Mo. Ti. Pi. Os. JT. Ità plerique Hebræorum, item Cajet. Forst. Merc. Buxtorf. Schindl. alíique plurimi [t]. Scævam, seu scævolam, qui tantùm utebatur manu sinistrâ, & cujus manus dextera erat contracta, neque eâ uti poterat [v]. Quod Scriptura hîc commemorat, quò egregium illud facinus & Dei opus magis commendet [x]. Solet Deus ad illustria facinora exsequenda infirmos & ineptos plerumque adhibere [y]. Verbum אִטֵּר *Atar* semel tantùm in Scriptura legitur, Psal. 68. 16 [z]. ubi vertunt, *nè claudat puteus*, &c [a]. *Itter* verò bis solùm occurrit, hîc, & Jud. 20. 16 [b]. [Aliis hæc versio non placet, nempe, patronis Vulgatæ versionis.] Pluris mihi est unus Hieronymus quàm omnes Rabbini [c]. Sed & ο'. habent *ἀμφοτεροδέξιον*, *ambidextrum*. Magna hæc militi & commoditas & laus est, Homer. Il. 2. de Asteropæo. Hipponactes apud Galenum, *Ambidexter sum, nec aberro percutiens* [d]. Porrò, commendantur Benjamitæ illi Jud. 20. quòd *itterim* essent. At quæ commendatio est scævam esse, cùm præstat dexterâ uti? Et quis credat tot bellatores unius civitatis scævas fuisse? at ambidextri omnes esse potuerunt, cùm usu & frequenti exercitio acquiri hoc possit †. Quod ad verbum אִטֵּר, dico, 1. Potest aliter verti in Psal. 68. 16. *non coronet super me*, Hieron. os enim putei rotundi, dum operculo circulari tegitur, eo quasi coronatur, ut אִטֵּר affine sit עָטַר, *coronavit*. *Non aperiat super me puteus os suum*, Chald. & Marin. ut scil. me absorbeat. Sic hoc loco, juxta illos, *apertus dexterâ* dicitur, qui dexteram ex utroque latere apertam habet atque expeditam ad pugnam [f]. 2. Verùm demus אִטֵּר id significare [g]: Ambidexter ergò dicitur *clausus*, i. e. septus, conclusus & cinctus *manu dexterâ*, quia utrâque manu utens pro dextera, undique ab utroque latere dexterâ quasi propugnatrice cingitur & protegitur [h]: vel quia, cùm dexterâ uti possit, eam tamen, cùm lubet, & uti vult sinistrâ, claudit & continet [i]. Ego potiùs credo eum fuisse scævam, ex v. 21. Solet id genus hominum esse strenuum, impigrum, & audax [k].

16. *Gladium ancipitem*, וְלוֹ חֶרֶב שְׁנֵי פֵיוֹת] *Et ei duo ora*, Mo. sim. ο'. i. e. duas habuit acies [l]; scindebat ex utraque parte [m]. ¶ *Longitudinis palmæ*] Vel, *palmi*, ο'. *longitudinis pugillaris*, Sy. Palmum autem hîc intellige, non *minorem*, sive 4 digitorum, sed *majorem*, sive spithamam, quæ est 12 digitorum, sive dimidum cubiti [n]. Porrò, cubitus minor spithamæ æquatur [o]. ¶ גֹּמֶד אָרְכָּהּ] *Cubitus longitudo ejus*, Mo. Jon. sim. M. P. Ti. JT. Ar. D. He. in M. גֹּמֶד semel tantùm in Scriptura, ídque hîc, legitur; & omnes *cubitum* interpretantur, ex altera voce *Gammadim*, Ezec. 27. 11. quam *Pygmæos*, i. e. *cubitales*, reddunt [p]. [De quo vide ad eum locum notanda σὺν Θεῷ.] Cubitalem delegit, quò faciliùs occultaretur [q]. ¶ *In dextro femore*] Vel, 1. ex ritu Orientalium; Lipsius ad Tacitum. Ad dextrum latus gladios gerebant Barbari; Galli in Diodoro 5. Germani in Strabone, Parthi in Valer. Flacco 6. *Insignis manicis, insignis acinace dextro*. Ità & Romani, ut nonnulli volunt ex Polybio; sed falluntur. Contrarium patet ex Jo. Belli 3. 3. & Cæsar Comment. 5. de Pulsione [r]. Vel, 2. ut res minùs suspicioni esset obnoxia; vix enim timeri & caveri solent ictus qui à sinistra proveniunt *. Vel, 3. ut manu sinistrâ, quâ tantùm valebat, illum commodè posset arripere [s].

17. *Crassus nimis*, בָּרִיא מְאֹד] *Valde pinguis*, Jon. P. Mo. JT. Ti. vel, *crassus*, M. Tales esse solent qui in deliciis agunt, affatim vescuntur & potant [v].

18. *Prosecutus est socios*] Heb. *& dimisit populum*, ut expeditior esset ad facinus, & nè aliis periculum crearet, si minùs succederet [x]. Faciliùs erat unum quàm multos periculo eripere, & turba sæpe solet impedimento esse rei gerendæ, maximè cùm secreta esset [y]. Raro succedunt conjurationes multis communicatæ [z].

19. *Reversus de Galgalis, ubi erant idola*, מִן הַפְּסִילִים אֲשֶׁר אֶת הַגִּלְגָּל] *E lapicidinis quæ sunt prope Gilgalem*, vel, *in Gilgal*, JT. P. Ang. D. V. K. in D. Fortè lapides illos intelligit quos Josue in Gilgal statuit, Jos. 4. 20. Verùm illos lapides cæsos fuisse non dicitur, nec causa erat cur sculperent. Et probabilius est impolitos, quales è Jordane fuerant sublati, erectos esse, quia id magis serviebat refricandæ memoriæ transitûs Jordanis [a]. *A dolaturis quæ cum Gilgal*, Mo. *Cum* pro *Apud* sæpe ponitur; *Satias lætitiarum cum vultu tuo*, Psal. 16. i. e. apud vultum tuum [b]. Alii, *à simulacris*, sive *sculptilibus*, (*loco sculptilium*, M.) *apud*, vel *in*, *Galgal*, ο'. Jon. Ti. Ca. Belg. Pi. Idola autem ibi posita esse poterant, vel, ad Hebræorum contemptionem, quia ibi Arca manserat, & circumcisio celebrata esset [c]; hunc ergò locum profanare voluerunt: vel, ut ipsi ibi deos suos invocarent ad terram sibi subigendam; in ejus enim ingressu erant Galgala [d]. Revertitur autem, quasi aliquid oblitus esset, vel in via novi quid incidisset *. ¶ *Imperavit silentium*] *Dixit*, הַס, *Tace*, Mo. V. ο'. JT. Pi. donec isti abierint qui me circumstant [f]. Noluit secreta aliis adstantibus prodi. Ehudo loquitur, non aulicis [g]. *Ascende*, Jon. *Dicit his qui penès eum erant, Egredimini*, Ar. simil. Sy.

20. *In æstivo cœnaculo*, ità ο'. JT. Jon. D. בַּעֲלִיַּת הַמְּקֵרָה] *In cœnaculo refrigerationis*, Jun. Pi. M. Mo. D. מְקֵרָה *refrigerium*, à קָרַר *friguit*, M. D. Sicut מְגִלָּה *volumen*, à גָּלַל *volvo*; & מְחִתָּה *contritio*, à חָתַת *contrivit* [h]. Alii, *in cœnaculo contabulato*, à קוֹרָה *tigno*, Q. in M. *In cœnaculo quod ipsi paratum fuerat*, Sy. Ar. ¶ *Verbum Dei habeo ad te*] Hoc dicit, ut hominem, vel religione vel metu perculsum, vel admiratione ac lætitiâ turbatum, loco moveri cogeret. Consultò autem utitur, non illo Dei nomine quod Israelitis peculiariter sacrum erat, [scil. *Jehovâ*,] sed id quod gentes omnes venerarentur, nempe, *Elohim* [i]. Quod nomen est generale, ac etiam idolis tribuitur. Ut Regem falleret, ità locutus est [k]. Persuadere sibi potuit Eglon Aodum oraculum à fanaticis suis diis accepisse [l]. Qu. Num Aod hîc mentitus fuerit? Resp. Minimè; sed per *verbum* intelligit factum, phrasi Hebræâ: q. d. Habeo quod tibi dicam, h. e. faciam, scil. ut te occîdam; hoc enim mihi suggerit jubétque Deus [m]. Cæterùm, quamvis à verborum significatione minimè discedat, mentitur tamen, cùm ista dixit quò eum deciperet [n]. Non est quòd anxiè facta & dicta Sanctorum

Marginal notes (left column): h Bo. · i Bo. · k Jun. · l Bo. · † Li. · * Bo. · m La. Bo. · n Bo. · o V. · p La. Bo. Me. T. · q La. · r Bo. · † Mont. · t Ma. · v V. sim. Ca. Pi. D. Mont. · x M. · y Mart. · z Ma. · a Bo. · b Ma. · c Bo. · d La. · † Bo. · f La. · g Bo. · h La. · i Bo. · k Ma. · l La. Jun. Pi. V. · m V.

Marginal notes (right column): n Bo. ex La. · o La. · p Ma. · q Mart. · r Lips. in Ga. · * Bo. · s Mart. · v Mart. · x Me. sim. Bo. · y Bo. · z Mart. · a Pi. · b D. · c Mart. · d La. · * Me. · f Jun. Pi. V. · g Bo. · h D. · i Mont. · k Mart. · l Bo. · m La. ad v. 19. ex Aug. · n Mart. in loc. & ad v. 19.

Sanctorum in Scriptura à mendacio officioso & veniali excusentur [o], quòd hoc sibi licere in tali casu & necessitate putârunt & Philosophi & Theologi [p]. ¶ *Surrexit de throno*] Honorem habens, vel Prophetæ [q], vel verbo Dei. Vide Num. 23. 18. & 2 Reg. 23. 3 [r].

22. *Ut capulus sequeretur ferrum*, sim. P. Ti. V. וַיָּבֹא גַם הַנִּצָּב אַחַר הַלַּהַב] *Et ingressus est etiam capulus (manubrium, M.) post laminam*, Mo. M. Ti. *post mucronem*, JT. *post flammam*, ο'. Id לַהַב sign. indéque quicquid ad modum flammæ splendet oculósque perstringit, cujusmodi est gladii bene politi lamina *. לַהַב est ferrum gladii. Mucro *flamma* dicitur, vel, propter fulgorem igneum, vel, quia tenuatur ut flamma & in acumen desinit †. Novè autem capulum נִצָּב appellat. Hebræi vocant יַד הַחֶרֶב, *manum gladii*, id est, manubrium [t]. ¶ *Ac adipe stringeretur*, וַיִּסְגֹּר הַחֵלֶב בְּעַד הַלַּהַב] *Clausitq; adeps laminam*, M. (*mucronem*, JT.) vel, *circa laminam*, Belg. vel, *super laminam*, Ang. *clausit se propter laminam*, Mo. Al. *& clausit*, sub. *vulnus*, vel *ora vulneris*, *adacto ferro*, i. e. adstrinxit [v]. *Ut adeps obturaret vulnus*, Sy. ¶ *Nec eduxit*, כִּי לֹא שָׁלַף] *Quia non extraxit*, vel *extraxerat*, Mo. & plerique: *neque extraxit*, Ti. *evaginavit*, V. *non poterat extrahere*, P. sim. M. Belg. Ang. Nec necesse fuit, aut operæ pretium, eam in rem moram cum periculo trahere [x]. ¶ *Stercora proruperunt*, וַיֵּצֵא הַפַּרְשְׁדֹנָה] Semel tantùm occurrit in Sacris literis [y]. Vertunt, *exivit stercoris effusio*, Mo. *Et exiit cibus ejus ejectus*, Jon. ubi per cibum haud dubiè sordes illas & rejectamenta cibi accepit [z]. *Et egressum est stercus ejus*, M. Ti. P. Ca. Belg. Mart. quod eis evenire solet qui morte violentâ pereunt [a]. Compositum est hoc verbum à פֶּרֶשׁ *stercus*, & שׁרה, vel שׁרא, quod Chald. est *effundere* [b]. *Et exivit*, i. e. statim cœpit exire, sub. *per vulnus* [c]. Cum sanguine etiam stercus per vulnus illud exivit [d]. Verùm non simpliciter *stercus* significare videtur, (quia id פֶּרֶשׁ sign. sine addito *dona*,) sed intestina ipsa; indéque factum ut, sensu omni privatus, repentè concideret *. [JT. locum sic vertunt, *ut occluderet adeps mucronem ipsum, (non enim extraxit gladium suum è ventre ejus,) & exiret ad podicem ejus.*] Alii, *& exivit ex fundamento ejus*, nempe, mucro gladii, Belg. Ang. Frustrà allegatur hoc Ehudi exemplum pro tyrannicidio, cùm constet hunc non fuisse hominem privatum, sed Principem à Deo constitutum, jussúmque hunc publicum hostem occidere †.

23. *Aod autem*, &c. וַיֵּצֵא אֵהוּד הַמִּסְדְּרוֹנָה] *Et exivit per vestibulum*, Mo. P. V. *per porticum*, Ang. *per ambulacrum*, Ca. *ad vestibulum*, Ar. *porticum versùs*, Belg. *Egressus prætorium versùs venit ad subsellia*, Ti. *Egressus est per locum in quo publici fiebant consessus*, M. לְאַכְסַדְרָא, Jon. i. e. per exedram. Græcè ἐξέδρα domus addita porticibus, à sedium frequentia sic dicta [c]. *Per procœtonem*, JT. q. d. *ante-cubiculum*, Pi. D. Per locum excubiis destinatum ante cubiculum Domini. Heb. מִסְדְּרוֹן, à סֵדֶר *ordo*; fortassis ab ordinata sedilium dispositione sic dictus [d]. Ità vocant *vestibulum*, quòd in eo essent multæ columnæ *. Non nego posse significare porticum, quæ columnarum præclararum ordinem habeat [f]. Græci sic vertunt, *Exivit porticum*, & *exivit* τοὺς διατεταγμένους, i. e. *ordinatos*: Quo intellige, vel στύλους διατεταγμένους, *columnas ordinatas*, quæ porticum efficiunt [g]; vel *satellites*, seu *milites observantes*, qui ordinati sunt ad Regis custodiam [h]. Possis reddere, *& egressus est ad ordinem*, seu *seriem*, scil. armatorum, i. e. ad cohortem prætoriam excubantem. Tanta fuit fiducia viri. Significatur quòd exivit per ordinaria loca, tanquam nihil mali egisset, nullam sui suspicionem dans [i]. Vultus, habitus atque incessus prodeuntis Ehudi serenus ac simplex, sibíque constans, nihil minùs illis cogitandum dedit quàm quod acciderat [k]. At Latinus vertit, *per posticum egressus est*. Quod rectius est: Tota enim narratio videtur egressum secretum ac posticum requirere, ut securus evaderet [l]. ¶ *Clausis ostiis*, &c. וַיִּסְגֹּר דַּלְתוֹת הָעֲלִיָּה בַּעֲדוֹ וְנָעָל] *Et clausit fores cœnaculi pro se*, (vel, *circa se*, M. sim. Ti. Ca. *super se*, ο'. *ante se*, Belg. *in faciem suam*, Sy. *circa*, vel *super eum*, V. JT. Ang. nempe, Eglon, V. *super occisum*, Ar.)

o Bo. ad v. 19. — p La. v. 19. — q G. — r Pi. ex Jun. Ma. — * Bo. sim. M. — † BA. 1. 2. 8. 135. — t D. — v V. — x Bo. — y Mont. — z Bo. — a Mart. sim. La. Bo. — b Bo. ex P. M. — c V. — d Q. in M. — * T. — † T. — c D. — d Pi. — * V. — f Bo. — g Bo. — h Aug. in Bo. — i Ma. ex Caj. — k Mont. — l Bo. ex La.

& obseravit, vel *obfirmavit*, *serâ*, M. P. Ti. Ca. Belg. Inclusit eum in cœnaculo foribus serâ obseratis, V. *Pessulo obseravit*, JT. At quomodo id facere potuit, quum ipse esset foris [n]? Resp. Est quoddam serarum genus ità comparatum, ut absque clavi, si quis ostia post se traxerit, evestigiò clauduntur [o]. At verò distinctè dicitur Ehud primùm clausisse fores cœnaculi, deinde pessulo obserâsse. Ego fateor mihi non liquere [p]. Fortasse clausit portas cœnaculi magnas à parte interiori, & ipse egressus est per portam parvulam in posteriori parte domûs, ut non viderent eum servi Regis [q].

24. *Egressus est*, וְהוּא יָצָא] *Et ipse egressus est*, Mo. Bis habetur Aod egressum esse initio hujus & præcedentis versûs. [Sic ergò vertunt,] *Quo egresso, servi*, &c. M. Ti. *Ipso exeunte*, JT. *Cùm autem egressus fuisset*, P. Mart. ¶ *Purgat alvum*, &c. אַךְ מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו] *Certè tegens ipse pedes suos*, Mo. V. JT. Pi. H[s]: *egerit*, *purgat alvum*. Honestissimâ locutione habitum egerentis expressit [r]. Sic 1 Sam. 24. 4 *. Qui verecundi sunt, & huic operi indulgent, vestibus nudos pedes & crura tegunt [t]. Ex eo quòd Hebræi gestabant tunicas laxas & circa corpus fluentes, fiebat ut, dum corpus incurvarent ad purgandam alvum, tunica demitteretur in terram usque, atque ità pedes purgantis alvum tegeret [v]. In vestitu veterum Judæorum, Græcorum ac Romanorum, nihil tam alienum fuit à nostris moribus, quàm quòd eorum usum ignoraverint quæ hodie appellamus femoralia & tibialia. Nostras braccas non fuisse Græcis Latinísque in usu probamus: 1. Quòd nulla apud ullum Græcum aut Latinum scriptorem vetustiorem exstet eorum mentio, ac nè appellatio quidem, nisi barbara. 2. Quòd in cultu Græcorum & Romanorum breviori veste amicti partes pudendas ostenderent, testibus Theoph. Charact. βδελυρῷ, quem ait solitum vestem consultò adducere, ut αἰδοῖον, i. e. *partes verendas*, ostenderet; & Plutarcho de Philippo, quem captivus monuit ut vestem dimitteret, ἀσχημονεῖς γὰρ (inquit) οὕτω καθήμενος. Hinc est quòd metu talis ἀσχημοσύνης Cæsar in ipso casu, cùm occideretur, sinum vestis ad ima crura deducit. 3. Quòd in mentione τῶν εἰς κοιλιολυσίαν ὄντων (i. e. *eorum quæ spectant ad ventris exonerationem*) vestis semper καθέλκεσθαι καὶ ἀνέλκεσθαι dicitur. Hebræi honestissimè, *pedes tegere*. Herodianus in Macrino, τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθέλκειν, Casaub. in Sueton *. Rectiùs verti potest, *purgat pedes*. Apud Hebræos autem quicquid in ima ventris parte est, & infra alvum, pedum nomine venit. Sic *urina*, vel *aqua*, *pili*, *pedum*; & *semen*, *filii*, *secundinæ*, dicuntur *de inter pedes venire*, Gen. 49. 10. Deut. 28. 57 [x]. ¶ *In æstivo cubiculo*, בַּחֲדַר הַמְּקֵרָה] *In conclavi refrigerii*, Mo. vel, *æstivo*, ο'. M. *in conclavi contabulati*, Ti. [At is locus minùs commodus videri possit isti operi. Alii ergò aliter vertunt:] *Fortassis ad latrinam exivit per conclave cœnaculi*, Sy. *egressus est ad foricam per januam interiorem*, Ar. *In cubiculo cœnaculi*, i. e. quod adhæret cœnaculo, Os.

25. *Exspectantésque diu donec erubescerent*, sim. Ti. M. עַד בּוֹשׁ] *Usque ad pudefieri*, Mo. D. sim. ο'. i. e. ad pudorem usque. Sic τὸ αἰδεῖσθαι ponitur pro τῆς αἰδῶς. *Verecundari perdidit*, i. e. verecundiam. Sic, *tuum amare*, pro, *tuæ amationes*. בּוֹשׁ pro בּוֹשׁ; aut est nomen ad instar אוֹר *lumen* [y]. עַד בֹּשׁ, pro עַד שֶׁבּוֹשׁ [z]. Donec confusi turbarentur præ consilii inopia, quòd nemo pulsatis responderet [a]. Al. *Exspectârunt donec tardaret*, vel, *cunctaretur*, P. V. *Usque ad tarditatem*, i. e. ampliùs distulisset aperire quàm solebat, Jun. *Quum exspectâssent dudum*, JT. vel, *multùm*, Jon. vel, *diu*, Sy. Ar.

26. *Dum illi turbarentur*, עַד הִתְמַהְמְהָם] *Usque ad tardare eos*, Mo. *dum turbantur*, ο'. (*cunctantur*, JT. *impediuntur*, Jon. *obstupescunt*, Sy. *mirantur*, Ar.) Principio nihil de nece aut occisore cogitant, quem illo die sedatum, inermem, mancum viderant: deinde vulnus videri potuit, at latebat pugio: effusus cruor facilè vestimentis jacentis operiri potuit. Raræ namque in ventre venæ sunt, eæque exiguæ, & sanguinis parùm, maximè in obesis. Putare possent, ex solio concidentem dominum, ipsius corporis mole & debilitate ruptum crepuisse. Seipsos variis opinioni-

bus

n Pi. — o Mart. L. — p Pi. — q To. — r V. — * Jun. — t M. — v Pi. — * Ga. — x Bo. — y D. — z V. — a Bo.

bus & verbis turbabant; atque hoc est HITMAHAM: Medici accedunt, &c. Interim Ehud fugit. ¶ *Vade reversus fuerat*] Rectam viam primùm instituit, non ut qui fugeret, sed ut præcedentes sequens comites [c]. ¶ *Venitque in Seirath*] Proprium loci nomen est, ο'. Chald. P. Caj. V. Pauci tamen appellativè sumunt, vertúntque, *& servatus est inter condensa veprium*; quasi latebras quæreret quibus se tegeret; cujus contrarium sequentia satis ostendunt [d].

27. *Et statim*, &c. [וַיְהִי בְּבוֹאוֹ] *Et fuit in veniendo eum*, i. e. cùm pervenisset ad suos *.

28. *Occupaverunt vada Jordanis quæ transmittunt in Moab*, sic M. vel, *ubi trajicitur ad Moabitas*, Ti. sim. Ca. [אֶת־מַעְבְּרוֹת הַיַּרְדֵּן לְמוֹאָב] Ceperunt *transitus Jordanis ipsi Moab*, Mo. M. P. vel, *ipsius Moab*, ο'. *super Moab*, Jon. *versùs Moab*, Ar. Belg. Ang. *Propter Moabitas*, i. e. nè ipsi Moabitæ ferrent suis opem. [Ità Vatablus in illis ejus notis quas Bibliis Tigurinis apposuit Robertus Stephanus, quas, cum multis aliis haud spernendis, incassum quæres in iis Vatabli notis quæ habentur in Tomis Criticorum.] *Et præoccupantes vada Jordanis Moabitis*, JT. i.e. contra Moabitas, seu arcendorum Moabitarum causâ [f]. Hæc vada eo consilio occupârunt, 1. Nè Moabitæ qui in Judæa erant transvasato Jordane evaderent [g]: 2. Nè his suppetias ferrent Moabitæ qui erant in regione Moab [h].

29. *Sed percusserunt Moabitas*, [אֶת־מוֹאָב] *Moab*, M. P. *de Moab*, sive, *de Moabitis*, V. *Moabitas*, videlicet, *quasi decies mille viros*: Appositio [i]. ¶ *Robustos*, [כָּל־שָׁמֵן] *Omnem pinguem*, P. Mo. ο'. *crassum*, vel *obesum*, M. Ti. *terribilem*, Jon. *divitem quemque*, Ar. sim. JT. Pi. Metaphora, Pi. à corpore ad opes, Jun. *Omnem adipem*, i. e. selectissimum quemque ac præstantissimum opibus, nobilitate, dignitate [k].

30. *Humiliatúsque est Moab*: Heb. est verbum fœmineum [l]; [וַתִּכָּנַע מוֹאָב] *Humiliatáque fuit* (sub. vel *congregatio*, V. Ma. vel *terra*, *regio*, Ma.) *Moab*, V. Forsan tribuit eis verbum fœmineum ob fractum & enervatum eorum animum tantâ clade [m]. ¶ *Et quievit terra octoginta annis*] Inclusis annis idololatriæ ante servitutem, & annis 18 servitutis. Vide dicta suprà v. 11 [n]. 80 *annis*, h. e. usque ad 80. annum à morte Othonielis, quo mortuus est Ehud ejus successor [o]. Res Israelitarum longè tranquilliores erant quàm Romanorum. Romani enim nunquam pacem habuerunt diuturniorem spatio 40 annorum [p].

31. *Post hunc Samgar*] Qu. An hic est inter judices numerandus? Resp. Ità est: 1. Quia dicitur, *Post hunc* (scil. Aod) *fuit Samgar*: At qua in re, nisi in hoc munere? 2. Ipse erat *Salvator* Israel, quod nomen Judicibus proprium erat. 3. Idem sentiunt Josephus, Origenes, Chronic. Alex. Obj. 1. Non pauci hunc omittunt, ut Clemens Alex. Isid. &c. Resp. Nempe, quia brevissimus erat ejus principatus. Obj. 2. Nusquam dicitur *judicâsse* Israelem. Resp. 1. Neque hoc dicitur de Othoniele vel Aod. 2. Dicitur *salvâsse* Israel, quod idem est. Obj. 3. Unicum tantùm ejus facinus recensetur, quod & privatus egit. Resp. Ab hujusmodi populi defensione tanquam patriæ vindices principatum auspicati sunt, qui communi populi consensu, vel expresso, vel tacito, ipsis deferebatur, vel confirmabatur. Obj. 4. Tempus principatûs ipsius non refertur, & Jud. 4. conjunguntur tempora Ehud & Deboræ, quasi nullus Judex intercesserit. Resp. Hoc factum quia breve fuit tempus Samgar, idémque in annis præcedentis Aod inclusum. Verisimile est Aod 80. anno inchoato vitâ functum, & Samgar non integrum annum imperâsse [q]. Judex erat, sed modici temporis, & paucorum mensium [r]. ¶ *Qui percussit*] Vel, solus *, vel, cum sociis [t]. ¶ *De Philistim*] Qui latrociniis potiùs & velitationibus quàm justo bello Israelitas infestabant †. ¶ *Vomere*, [בְּמַלְמַד הַבָּקָר] *In documento bovis*, Mo. *in vomere boum*, Sy. *in stiva*, vel *pede*, *aratri*, Orig. in Nob. *vecte jugali*, M. *stimulo bovis*, vel *boum*, Jon. Sy. P. Ti. JT. Sic dicitur à לָמַד *discere*, quasi διδακτικὸν dixeris; quòd eo bos edoceatur & erudiatur quasi [v]. Ut שָׁנַן, ità לָמַד, tam *acuere* quàm *docere* significabat; & eleganti metaphorâ acuendi verba transtulerunt ad disciplinas, quia obtusum ingenium

[c] Mont. [d] Bo. * V. [f] Pi. [g] Bo. La. [h] Bo. [i] Pi. [k] Q. in Ma. [l] Ma. [m] Ma. [n] Bo. [o] La. [p] Aug. in Mart. [q] Bo. [r] La. * To. [t] L. † Bo. [v] BA. 1. 2. 39. 385.

discendo fit acutius *. Dicitur Lycurgus βουπλῆγι, h. e. boum stimulo, Bacchi copias circa Nysam fugâsse; Homer. Iliad. 3. θύσθλα χαμαὶ, &c. Et in Nonni Dionys. l. 20. hæc pugna describitur ἐγγύθι Καρμήλοιο, *prope Carmelum*, montem in Judæa notissimum. Et fortasse Lycurgus idem est cum nostro Samgare. Ar. hîc vertit, *securi boum*, ut commodiùs & honestiùs pugnaret. At ille hâc suâ prudentiâ Sacri scriptoris scopo repugnat, qui hanc pugnam nobis proponit ut rem insolitam ac paradoxam [y]. Videtur Samgar fuisse agricola, &, irruentibus Philistinis, ab aratro arrepto vomere subitò prosiliisse ad pugnam; uti etiamnum faciunt Hungari irruentibus Turcis. Simili modo ab aratro ad dictaturam vocati fuêre prisci Romanorum heroes, ut Camillus, Curius, &c. qui Romam à Gallis, &c. liberârunt. Hinc vetus proverbium, *Inflige plagam ab aratro*, sive, *Impinge vomerem*; dici solitum cùm quis jubet strenuè pugnare, licèt sine arte [z].

* BP. 1. 7. 396. [y] BA. 385. [z] La.

CAP. IV.

1. *Addiderunt—facere malum—post mortem Aod*] Simil. M. Hebr. *& Ehud mortuus fuit*. Hinc colligit Mont. eos adhuc vivente Aod cœpisse labi, &c. Sed alii vertunt, *Ehud mortuo*, P. JT. *Et* in Heb. sæpe valet, *enim*, *quia* [a]. [Ti. connectit hanc clausulam cum sequentibus, hoc modo, *Et mortuo Ehud vendidit eos*.] Nulla fit Samgaris mentio, quia brevissimus erat illius principatus [b]; & quia non plenè servavit Israelem, nec errantes reduxit in viam [c].

2. *Et tradidit*] Heb. *vendidit*; i. e. more vendentium servos tradidit eos in manus, &c [d]. Idem est, nam quæ venduntur emptori traduntur *. ¶ *Jabin*] Alius hic ab illo Jos. 11. 1. sed vel ex ejus posteris fuit, vel nomen illud istius urbis Regibus commune erat [f]. ¶ *Qui regnavit in Asor*, [אֲשֶׁר מָלַךְ בְּחָצוֹר] *Qui regnabat in Hatzor*, M. Ti. JT. Mo. &c. Qu. Quomodo hic in *Asor* regnavit, cùm ea urbs combusta erat, Jos. 11. 11, 13? Resp. 1. Q. vertunt, *qui regnaverat in Hatsor*, P. sub. *in patre*; i. e. cujus prædecessores Reges regnaverant in Hasor: vel, ad quem jus regni Asor pertinebat [g]. 2. Aut fuerat urbs illa reædificata [h] à Cananæis, cùm eorum reliquiæ pacificè vivere sinerentur [i]. 3. Vel *Hasor* hîc ponitur pro ejus agro [k]. (Sic infrà Jud. 13. 2. *Fuit vir quidam à Zorha*, i. e. ex agro Zorhæ. Ruri enim habitâsse Samsonis parentes, ex cap. 13. 25. & 16. 31. & 18. 12. patet. De civitate autem Zorha videantur Jos. 15. 33. & 19. 41 [l].) Atque ideo subjungitur, ipsum Jabin *resedisse in Haroseth*, quò forsan, excisâ Chatzore, sedes regni translata fuerat [m]. *In Hatzor*, pro, prope Hatzor [n]. ¶ *Ipse autem habitabat in Haroseth gentium*] Qu. 1. Quis ibi habitabat? Resp. 1. Jabin [o]. Ità communiter statuunt: Combustâ Asor, Reges sedem sibi delegerant in Haroseth [p]. [Non placet Bo.] Quid aliud est *regnavit in Asor*, quàm *regiam habuit*, &c? Verùm dici potuit regnâsse in Asor, quòd ejus loci titulum sibi retinuerit; quanquam verisimilius est eam urbem instauratam esse [q]. Resp. 2. Alii referunt ad Sisaram [r], de quo proximè præcesserat, quémque à regia abesse cum exercitu verisimile est *. Qu. 2. Quid *Haroseth*? Resp. Quibusdam est nomen proprium. Ità Sy. Ar. Mo. Ca. Belg. Ang. JT. Pi. Os. Aliis est appellativum: *In munitione arcium*, Jon. *in nemore*, vel *sylva*, M. ex He. Nomen loci *Harosheth* est à situ, q.d. in loco sylvatico [t]. *Sylva* Aramæis dicitur חורשא. Conjiciunt in sylva illa fuisse arces validas Cananæorum [v]. ο'. in cod. Regiis & Basileens. vers. 16. habent, ἕως δρυμοῦ, *usque ad sylvam*; at in cod. Romanis emendatissimis est ἕως Ἀρισώθ *. Verisimile est *Charosheth* dictam à חָרַשׁ *fabricare*, quòd in ea fabricati sunt 900 illi currus, & in ea Rex habuit armamentarium [y]. Ipsa vox חֲרֹשֶׁת sign. *fabrefactionem*, vel, ejus *instrumentum*, Exod. 31. 5 [z]. Qu. 3. Cur dicitur *Harosheth gentium*? Resp. 1. Per excellentiam, à multitudine habitatorum [a]. 2. A concursu gentium à Josue pulsa-

[a] Bo. [b] Me. [c] D. ex K. [d] V. * Me. [f] Bo. [g] V. [h] V. Me. La. Bo. [i] Bo. [k] Jun. Glas. Pi. [l] Glas. gram. p. 882. [m] Jun. [n] Pi. [o] Theod. in Bo. Ma. Jun. [p] D. [q] Mar. [r] Ità La. Bo. * Bo. [t] Pi. ex Jun. D. [v] D. * Bo. [y] La. Bo. [z] Bo. [a] ...

b Me. Ma. Mont. rum[b]; quòd in hanc urbem multi è variis Cananæorum populis, huc, illuc, post excidium à Josue illatum, sparsis, evaserint, eámque vel ædificârint, vel refecerint ac munierint[c]. c Bo. Quod fecerunt ex desiderio principatûs illius prioris[d]. d To. 3. Vel, quòd gentes eò confluxerint aliis de causis, ob mercaturam, &c *. * Me. Quòd Septentrionales illæ partes Canaan colluvie variarum gentium abundabant, testis est Strabo l. 16. pag. 760. *Chatsor* erat in Galilæa Gentium; nam 8 tantùm leucis à Tyro distabat, teste Brochardo[f]. f Ma. Vide quæ diximus ad Jos. 12. 23. *Rex Gentium Galgal*[g]. g Bo.

3. *Vehementer oppresserat*, sim. M. Ti. בְּחָזְקָה] *In fortitudine*, Mo. simil. P. *in duritie*, Jon. *cum violentia*, Sy. Ar. JT. *imperiosè*, ό. τυραννικῶς, D.

4. *Debora*] Idem est quod *apis*: Ea, ut apis, casta erat, industria, suis mellea, hostibus aculeata[h]. h La. ¶ *Prophetis*] Nihil novum prophetidas esse fœminas. Tales erant *Maria*, Exod. 15. *Holda*, 2 Reg. 22. *Elizabeth*, Luc. 1. *Anna*, Luc. 2. *Philippi* filiæ, Act. 21[i]. i La. Bo. ¶ *Uxor Lapidoth*, ità Jon. Sy. M. Ti. P. Mo. אֵשֶׁת לַפִּידוֹת] *Fœmina Lappidothana*, JT. *uxor principis*, Ar. *Mulier lucernarum*, vel, *mulier lychnaria*, nempe, quæ ellychnia concinnaret pro lucernis Sanctuarii[k]. k RR. in Bo. לַפִּידוֹת sign. *lampades, faces, fulgores*[l]. l Bo. *Mulier splendorum*, utpote quæ Divinis splendoribus imbuta & illuminata fuit[m]. m Mont. Malim eam uxorem Lapidoth fuisse[n]. n Bo. Sed cùm ageretur spiritu prophetico, procul habitabat à marito[o]. o V. Verùm non repugnat conjugatas, & conjugio vacantes, spiritu prophetiæ imbui[p]. p Bo. ¶ *Quæ judicabat populum*] Qu. An ergò Judex fuit? Resp. 1. Quidam affirmant[q]: q Ma. Ambros. & Hier. in La. Bo. Nam eodem prorsus modo Scriptura de functione ejus, ut de aliorum Judicum, loquitur. Neque id à fœmina alienum exempla multa demonstrant[r]. r Ma. Resp. 2. Alii negant *. * To. La. Bo. E. Me. T. Nam, 1. Non permisissent, ante hoc bellum, Jabin & Sisara dominantes Hebræis[t], t La. Me. & post bellum Barac Judex fuit[v]. v Me. 2. Se vocat *matrem in Israel*, non, *principem*, aut *dominam*[x]. x E. 3. Quod primum & præcipuum erat Judicis munus, scilicet, populum defendere, & in bello Ducem agere, ipsa non præstitit[y]. y Bo. 4. Si pro potestate imperâsset, imperio suo exercitum coegisset; at, contrà, ex spontaneis militibus eum coegit, Jud. 5. 2, 9[z]. z Bo. E. neque ex omnibus quidem tribubus: unde liquet consilio magis quàm potestate rem populi gessisse[a]. a E. Populum judicabat, sine principatu tamen[b]. b Me. Jus populo dixit, litésque composuit; sed absque jurisdictione, sive potestate judiciaria[c]. c Ser. La. T. Quia Prophetissa & mulier prudens erat, spontè populus ad eam controversias suas detulit[d]. d E. La. Me. T. Sic Deiocles initio, antequam Rex fieret, ex sola sapientia, & auctoritate indè secuta, Judicem apud Medos egit, teste Herod. l. 1. Sic & Samuel consulentibus de rebus dubiis respondebat *. * La. Fateor hanc rem obscuram esse; mallem tamen eam *Judicem* propriè fuisse. Esto in bello Dux non fuit, quia illud minùs decebat; at fuit in bello socia, & belli auctor, v. 9. Fuit quidem & *Barac* Judex, juxta Heb. 11. Et quidni duo Judices essent, ut duo Pontifices, Sadoc & Abiathar? Quanquam dici posset etiam Deboram, quæ ad tempus principatum susceperat, quamdiu, scilicet, viro alicui id munus, tyranno vetante, non permittebatur, deinceps principatu & judicandi officio abstinuisse, [sic enim legendum, non, *obtinuisse*, ut sensus indicat,] & Baraco duntaxat consilio adfuisse. *Matrem* autem se vocat, ab amore & solicitudine boni publici. Denique, cùm ipsa non ductaret exercitum, non decuit ab ea pro imperio exercitum cogi, sed à Barac, cui per revelationem noverat sat multos spontaneos milites adhæsuros[f]. f Bo.

5. *Et sedebat*, וְיֹשֶׁבֶת] *Habitans*, vel, *habitabat*, M. P. Ti. Ca. Jon. sim. Sy. Ar. Alii, *sedens*, ό. Mo. Scil. dum jus diceret; is enim situs judicantium esse solet[g]. g Bo. ¶ *Sub palma*, &c. תַּחַת תֹּמֶר דְּבוֹרָה] *Sub palma Deboræ*, ό. M. P. Mo. Ti. *sub palma quæ postea dicta fuit Deboræ*, V. Alii *Debora est* nominativus, *Debora degebat sub palma*, Sy. Q. in V. ¶ *Inter Rama & Bethel*] Fuerunt hæ urbes in confiniis Benjamin (ubi Rama) & Ephraim (ubi Bethel[h].) h Bo.

6. *Barac*] Hunc fingunt Rabbini fuisse maritum (alii filium) Deboræ. Si ità esset, cur ipsa nunquam eum sic vocitat? quomodo semper illi inter se tanquam genere extranei agerent[i]? i Bo. ¶ *De Cedes Nephthali*] Sic vocatur ad distinctionem alterius *Cedes* in tribu Issachar, 1 Paral. 6. & *Cedes* in Juda, Jos. c. 15. v. 23[k]. k Bo. ¶ *Præcepit tibi*] Heb. *Annon præcepit?* q. d. Certè præcipit, & jam præcepit. Interrogatio est certa asseveratio, quæ prolatione non eget[l]. l V. sim. G. ¶ *Vade & duc exercitum*, לֵךְ וּמָשַׁכְתָּ] *Vade & trahes*, Mo. *Vade & pertrahe*, P. i. e. tecum assumas, vel ducas[m]. m V. *Contrahe*, supple, *exercitum*, Ti. *Vade & allicias* viros, M. Persuadeas eos verbis, K. in M. ut eant in prælium: extimescebant enim valde ob exercitum Sisaræ[n]. n Q. in Ma. *Trahere* non tam est convocare, aut accersere, quàm verbis & rationibus, aut occulto quodam impetu, trahere quò velit *. * D. *Trahe*, sub. *ad te*, Belg. vel, *post te*, M. vel, *versùs* Tabor, Angl. *I & progredere*. De hoc usu verbi vide quæ nos ad Jer. 5. 8[o]. o Di. *Vade & extendere ad montem*, &c. Jon. *ut ires, descenderésque*, &c. Ar. [Quidam לֵךְ referunt ad præcedentia, *Nonne præcepit tibi?* Legunt לְךָ, vel לָךְ.] ¶ *In montem Thabor*] Hic valde opportunus erat, tum ad provocandum è vicinia Sisaram, tum ad explicandas copias, utpote in medio Galilææ campo, in tribu quidem Zabulon, in confinio tamen tribuum Issachar & Manasse, in cujus culmine ampla planities est. ¶ *De Nepthali & Zebulon*] Sunt enim hæ Tribus conterminæ, & monti Thabor vicinæ. Alii tamen se adjunxerunt, præsertim de Manasse & Issachar, ut docet Jud. 5. 14, 15[q]. q Bo.

7. *Ego adducam ad te*] Heb. *traham ad te*, M. P. Ti. Immittendo ei voluntatem præliandi contra te[r]. r L. Verba sunt Dei: i.e. Efficiam ut descendant †. † V. ¶ *Cison*] Hic torrens vicinus erat monti Thabor, testibus Hieron. & Adrichomio[t]. t Bo.

8. *Si venis mecum, vadam: si nolueris — non pergam*] Fuit hæc in Barac cunctatio ex humana prudentia nimia[v]. v Me. Peccâsse videtur: Nam debuit Deo per Prophetidem præcipienti statim obedire, Deóque promittenti fidere. Porrò, culpam pœna indicat. Contrà tamen, à fide laudatur Heb. 11. Et credi potest eum non detrectâsse imperium, sed Deboram comitem postulâsse, ut per ipsam in rebus dubiis consuleret, & milites in officio contineret[x]. x Bo.

9. *Sed in hac vice non reputabitur tibi*, &c. אֶפֶס כִּי לֹא תִהְיֶה תִּפְאַרְתְּךָ עַל הַדֶּרֶךְ אֲשֶׁר אַתָּה הוֹלֵךְ] *Veruntamen* (*nisi quòd*, JT. *verùm cognosce quia*, ό. *tantùm quia*, Jun.) *non erit decor tuus super via quâ tu ambulans*, Mo. *Gloria non erit tua hâc profectione quâ jam proficisceris*, Ti. Hoc non erit tibi honori in expeditione quam paras contra illum[y]. y V. *In hoc non erit gloria tua in via per quam tu ambulas*, P. Belg. vel, *propter viam in qua tu ambulas*, i.e. propter diffidentiam tuam, Q. in Belg. *In hac via*, &c. Eo modo quem tu sequeris, vel, hâc ratione, non consules honori tuo. Sic *viæ* nomen accipitur Num. 22. 32[z]. z D. *Non erit pro gloria tua iter quod subibis*, M. Ang. ¶ *In manu mulieris*] i. e. Vel Deboræ, vel, potiùs, Jahelis, ex v. 21 †. † La. Bo. Utrumque verum; nam utraque gloriæ partem, quæ Baraco debebatur, decerpsit *. * Me.

10. *Accitis*, &c. וַיַּזְעֵק] *Et conclamavit Zebulon*, &c. ό. Mo. *quasi conclamando convocavit*, Nobil. sim. Ar. *collegit*, Sy. *accersivit*, JT. ¶ *Ascendit*, וַיַּעַל בְּרַגְלָיו] *Et ascendit in pedibus suis*, P. Mo. Belg. D. *Et ascendere fecit*, i. e. deduxit, *ad pedes suos*, i. e. secum, V. *Deduxit* (potiùs, *subduxit*, i. e. sursum duxit,) *ad vestigia sua*, JT. *decem millia*, &c. h.e. qui ejus vestigia & ductum sequerentur[a]. a Ma. *Duxit post se*, M. *Et ascendit pedes*, &c. Ti. Idem verbum occurrit v. 17. ubi *Sisara* בְּרַגְלָיו, i. e. *pedes, aufugit* *. * Mart. Hic locus indicat eos omnes pedites fuisse, nullos equites, aut curribus insidentes[b]. b D. Non solebant Israelitæ equitatu valere, quibus interdictum est equorum numerum colligere; nec opportunum hoc esset ascensuris in montem[c]. c Mart. *Et ascenderunt juxta pedes ejus* 10 *millia*, &c. V.

11. *Haber autem Cinæus*, &c. הַקֵּינִי נִפְרָד מִקַּיִן מִבְּנֵי חֹבָב] *Heber Cenæus de filiis Hobab* (qui erat *de filiis Hobab*, Ang.) *abscesserat*, vel, *separaverat se, de Cain*, Ti. Ang. Alii, *separaverat se à Cain, à filiis Hobab*, P. sim. M. JT. Pi. *A Cain*, i. e. à gente vel cognatione Cenæorum, V. Jun. quæ *Cain* dicitur Num. 24. 22. Jun. Pi.

Parentes

Parentes & majores pro filiis & posteris, sive nomina stirpium pro patronymicis, per metonymiam causæ sæpissimè usurpantur [d]. Recesserat quondam à cæteris Cenæis,(fratribus suis,) filiis Hobab, Os. Relictis suis gentilibus apud tribum Juda, Jud. 1. 16. venerat habitatum in regionem Nepthalitarum †. Quæ discessûs à fratribus causa, incertum: Forte pascuorum defectus, sicut Gen. 13 [f]. Intexitur hoc propter Jaelem, nè mirum esset Cinæum hoc loco reperiri [g]. ¶ *Usque ad vallem*, עַד־אֵלוֹן] *Usque ad* (vel, *propè*, Ti.) *quercum*, vel *quercetum*, Ti. D. JT. Mo. *usque ad Elon*, P. ¶ *Sennim*, בְּצַעֲנִים] Masorethæ autem legunt, בְּצַעֲנַנִּים, *in Saanannim*. Est nomen loci tunc noti [h]. De eo Jos. 19. 33 [i]. ¶ *Erat juxta Cedes*, sic ό. sim. JT. Jon. אֶת־קֶדֶשׁ] *Cum Kedes*, Mo. D. *Apud Cedes*: אֶת hîc valet עִם *cum*. Sic, *cum vultu tuo*, Psal. 17. pro, *apud vultum tuum* [k]. i.e. Suis tentoriis occupabat magnam partem agri Kedes [l]. Non in domibus, sed tentoriis, habitabant [m]. Cinæus autem medium se in hoc bello fecerat, non ausus sibi partem de terra bello parta vendicare. Vide infrà 17 [n].

13. *Congregavit*] Vel hic locus ostendit verbum הִזְעִיק meliùs reddi *congregavit*, quàm *convocavit*. Nam currus non convocantur [o].

14. *Surge*] q. d. Rumpe moras [p]. ¶ *Tradidit Sisaram in manus tuas*] Obj. At v. 9. *tradetur in manus mulieris*. Resp. Utrumque verum: siquidem traditus est Baraco debellandus, Jaeli occidendus [q]. ¶ *De monte Thabor*] Hîc colligi copias voluit Dominus, quia non longè distabat ab Haroseth, ubi morabatur Sisara, ut vicino excitatus vel metu, vel periculo, statim accurreret, & prælio ac victoriæ locus daretur [r].

15. *Perterruit*, sim. ό. וַיָּהָם] *Contrivit*, Sy. sim. Mo. Jon. *profligavit*, Ar. *fudit*, JT. Vox significat terrefacere magno cum strepitu & fragore,(& ità necessariò sumitur Exod. 14. 24. Jos. 10. 10. 1 Sam. 7. 10.) quisquis tandem ille fuerit, sive exercitûs quasi adventantis strepitus, ut 2 Reg. 7. sive procellæ à Deo excitatæ †. Fulgura & lapides grandinis maximi ceciderunt super exercitum ejus [t]. Et hoc indicatur Jud. 5. 20. *De cœlo dimicatum est contra eos*. Adde quòd, ubi cum fragore res à Deo peracta est, & usurpatur vox הָמַם, ferè hujusmodi tempestas & procella adhibita est; ut Exod. 14. 24. Jos. 10. 10. 1 Sam. 7. 10. & 2 Sam. 22. 14, 15. Obj. At si Deus perterruit eos fulminibus, &c. quomodo dicitur *terruisse*, vel *contrivisse, ore gladii?* Resp. Potest verti, *magno fragore edito pavefactos contrivit:* ità patet quomodo os gladii partes suas egerit; nempe, pavorem eorum auxit os gladii Israelitarum ipsis superveniens [v]. ¶ *Ad conspectum Barac*, לִפְנֵי בָרָק] *Ante Barak*, P. JT. i. e. ad impressionem Barak [x]. ¶ *Pedibus fugeret*] Inter gregarios milites latens fugit. Currum itaque, sibi paratum ad tutelam & robur, deserit. Et certè cùm Deus audaciam & robur subducit, quæ priùs arma erant, onera & impedimenta redduntur [y].

16. *Et omnis hostium multitudo*] Philo Byblius asserit è castris Sisaræ cæsa esse 997 millia: quod vix videtur credibile [z]. Refert Josephus fuisse 300 millia peditum & 10 millia equitum. Favet Chald. qui Jud. 5. 8. numerat 250 millia [a].

17. *Pervenit ad tentorium Jahel*, &c] Illud erat prope Tabor, in valle secundùm Cades [b]. Qu. Cur vocat tentorium *Jahel*, non *Haber?* Resp. 1. Quia tunc Haber domi non fuit. 2. Propter eximiam fœminæ hujus virtutem [c]. 3. In amplis domibus separata erant virorum & mulierum tabernacula [d]. ¶ *Erat pax inter Jabin—& Haber*] Qu. Unde hoc factum? Resp. 1. Ab iis Rex non timebat, utpote à belli negotiis remotis, vitæ pacificæ deditis, Legis meditationi & virtutum exercitio assuetis; quæ omnia studia in ipsis etiam barbarus Rex cum suis mirabatur †. 2. Quòd hi Cinæi ab Israelitis habitatione disjungerentur, ideóque pax iis præstari potuit [f]. 3. Ex Divina protectione: Cùm enim hi à flagitiis Israelitarum remoti essent, etiam ab his pœnam abesse volebat Deus; ut vel sic Israelitæ vindictam Dei in se agnoscerent, & ex peccatis calamitatem suam provenisse [g].

[d] Glas. rhetor. pag. 7. † Ma. ex Jun. [f] Mart. [g] Bo. [h] D. [i] Bo. [k] D. [l] V. [m] Bo. [n] G. [o] D. [p] V. [q] Bo. [r] Me. ad v. 12. † Bo. [t] L. sic Ser. Bo. La. [v] Bo. [x] V. [y] Mart. [z] La. [a] La. ad 15. [b] Mont. [c] Me. [d] Ser. Bo. Me. † Bo. ex Ser. [f] Bo. [g] Bo. ex Ser.

18. *Intra ad me*, סוּרָה אֵלַי] *Diverte* (*Concede*, Ti. *Declina*, P.) *ad me*, M. JT. ¶ *Opertus ab ea pallio*, בַּשְּׂמִיכָה] *Tegumento*, P. Mo. scil. *crasso*, Mo. *culcitrâ*, M. *lodice*, Ca. *pallio*, Ar. *cortinâ tentorii*, Sy. *stragulâ villosâ*, V. sive *amphitapâ*, JT. Ἀμφίταπος Athenæo *vestis genus utrinque villos habens* [k]. *Stragulo*. Etymon habet à densitate. Nam Ch. סוּמְכָה & Arab. סמכה est *crassities, densitas*. Et K. in locum dicit Chaldæum גונכא *gunca* esse stragulum crassius ex utraque parte villosum [l]. Astutè hoc fecit; ut suspicionem fraudis adimeret, abscondit eum, nè quis Hebræorum inveniret *.

19. *Da—paululum aquæ*] Non dicit, *vini*; 1. quia hoc apud Cinæos non reperiri noverat; vide Jer. 35. 2. quia aqua sitienti gratior est [m]. ¶ *Sitio valde*] Cursu nimirum, pernici fugâ, sudore ac metu exhaustus [n]. ¶ *Utrem lactis*] Aut, quia aqua non erat ad manum [o]; aut, ut potus esset suavior [p]; in majoris benevolentiæ argumentum [q]; aut, ut induceret illi somnum [r]. Solet enim lac, si largè bibatur, vapores & fumos excitare, qui ad caput ascendentes illi gravedinem somnúmque conciliant. Hinc infantes crebrò dormiunt; & biliosis febréque laborantibus lac à Medicis negari solet, teste Hippocrate †. Fortè etiam lacti miscuit opium, mandragoram, &c [t].

20. *Dixitque Sisara ad eam, Sta*, ità M. Ti. JT. D. עֲמֹד] Vel, *Dixit stare*, i. e. ut staret [v]. Satis pro imperio loquitur, & velut ancillam alloquitur, quam dominam agnoscere debebat [x]. ¶ *Nullus est*] Illa autem astutè sponsionem reticet ad stipulationem ejus [y].

21. *Tulit clavum tabernaculi*, יָתֵד] *Paxillum*, Ar. Mo. JT. Unum ex paxillis ferreis quibus tabernaculum figitur [z]; qui idcirco magni erant & peracuti [a]. Usa autem hoc clavo, vel, quòd Israelitæ à Cananæis exarmati essent [b]; vel, quòd apud Cinæos arma quibus alios offenderent deessent [c]. ¶ *Supra tempus capitis*] Quæ pars capitis mollior,* & ad clavum recipiendum opportunior [d]. ¶ *Defixit*, &c. וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ] *Et fixit se* (*infixus est*, P.) *in terram*, Mo. *& prolapsus est in terram*, ό. *infixit in terra*, M. JT. sim. Ti. V. Perforato, scilicet, ac transverberato capite illius †. Heb. *desiliret in terram*; i. e. cum impetu erumpens ex altero temporum infigeretur in terram [f]. Audax hoc erat facinus mulieris, sed quæ videbat Deum & elementa pugnare contra impium hominem, persecutorem fidelium *. ¶ *Qui soporem consocians*, &c. נִרְדָּם וַיָּעַף] *Sopore pressus & lassus fuit*, M. *erat pressus sopore præ lassitudine*, V. [Hæc verba parentheſi includunt P. & Ang.] Somni causæ erant lassitudo, lac, & quòd bene coopertus jacebat [g]. Qu. 1. Cur Jahel manu suâ occîdit Sisaram, & non exspectavit Barac, ut eum illi traderet? Resp. Quia periculum erat in mora, nè experrectus fugeret, bellúmque renovaret [h]. Qu. 2. An rectè fecit Jahel fœderatum occidendo, præsertim quem, amicitiam simulando, domum invitaverat, itáque tacitè securitatem promiserat [i]? Respond. Rectè hoc fecit [k]. Nam, 1. Pax ea non nisi coacta erat [l]. 2. Ad talia pacta & fœdera non vocantur mulieres, sed viri; nec uxor semper tenetur servare pacta viri [m]. 3. Vel, pax hæc libera erat, ut utrique licitum esset pro suo commodo eam violare [n]. 4. Non dicitur fœdus amicitiæ fuisse inter Jabin & Haber, nec pactum juramento firmatum [o]: Sed tributo tantùm aliquo vexationem redimebat; vel, Rex ei citra tributum securitatem promisit, quòd ab eo nihil timeret, ideóque solennem pactionem non exigeret. 5. Si juramentum intervenisset, potuit illud à Deo solvi; & reipsa solutum erat, cùm hoc bellum à Deo imperatum esset. 6. Nulla hîc erat injustitia, cùm declaratus esset hostis publicus [p]. Justum erat bellum [q]. Oppressor erat populi Dei, jámque divinitùs fractus [r]. Cinæi autem, esto non essent Hebræi sanguine, erant tamen affinitate, & in Hebræorum hæreditatem, Remp. & fidem transierant: Debebat ergò Jael, quasi membrum Reip. communem hostem prodere & perdere †. Itaque peccâsset Jahel, si eum non occidisset. 7. Fas erat talem hostem occidere, fas igitur erat uti mediis ad eam rem accommodatis; qualia erant, domum recipere, potu reficere, somnum inducere, &c. non secùs atque hujusmodi

[k] D. [l] BP. 1. 42. 748. * Bo. [m] Bo. Me. [n] Me. [o] D. [p] V. [q] Me. Bo. La. [r] V. La. Bo. Mart. Mont. † La. ex To. [t] La. [v] D. [x] Mont. [y] Jun. [z] La. Bo. Pis. [a] Bo. [b] Mart. [c] Bo. [d] Me. † V. [f] Jun. * Me. [g] Mart. [h] La. Bo. [i] Bo. [k] Ità omnes. [l] T. [m] L. [n] La. [o] L. Bo. [p] Bo. [q] Me. [r] Mart. † La.

stratagemata, quibus fugæ simulatione vel aliis dolis hostes in fraudem necémque inducuntur, inter milites laudari solent [t]. Dissimulavit Jahel, sed sine mendacio [v], cùm nihil affirmet. Potuit interim permittere ut è verbis suis deciperetur Sisara, licèt ipse alio sensu acciperet. Potuit autem hic sensus esse; *Intra, nè timeas*, i. e. Nemo domi est à quo meritò tibi timere possis. Nam nec ipsa tunc domi erat, nec à fœmina dux belli timere debuit [x]. 8. Jahel ab initio, cùm Sisaram ad se invitavit, nihil doli in eum cogitavit; sed postea consilium mutavit ad jussum Dei [y]. 9. Accessit enim Divina inspiratio, quâ ad facinus mota est; itaque ejus factum laudat Scriptura [z]. Inviolata servari debent ordinariè hospitalitatis & necessitudinum jura; at Deo jubente omnia solvenda sunt. Tunc & Abrahamus filium mactare debet, & Levitæ cognatos, (Exod. 32.) & quisque patrem vel matrem idololatras, (Deut. 13.) Proinde, cùm Deus Sisaram proscripserit, (quod per Deboram vatem significaverat,) non poterant illi ulla jura servari. Deo enim potiùs quàm humanis rationibus est parendum [a]. 10. Vel dicendum, promissum illi de securitate factum fuisse contra bonum publicum, & sic rescindi potuisse [b]. 11. Vel distinguendum est: Est in hoc facto quiddam laudandum; nempe, bonus & pius affectus Jahelis erga Israelem, sicut olim in obstetricibus, Exod. 1. Est etiam quod vituperatione non caret; quòd mendaciter & fallaciter promittit Sisaræ securitatem [c]. Ego quoque idem statuerem, nisi Deum totius negotii gubernatorem animadverterem [d]. Citra incommodum concedi potest in Jahele mendacium †. Quod dixit, mendacium officiosum censendum est, ad salutem gentis suæ ordinatum, adeóque leve peccatum [f].

24. *Qui crescebant quotidie*, &c. וַתֵּלֶךְ יַד בְּנֵי יִשְׂרָאֵל [הָלוֹךְ וְקָשָׁה עַל יָבִין] *Et ibat manus filiorum Israel eundo, & dura erat super*, vel *contra*, *Jabin*, Mo. V. *eundo, & dura* essendo, Jun. Pi. *Et manus*, &c. (*fortitudo*, P.) *promovit fortiter, & invaluit*, Ti. i. e. Ex eo tempore usque adeò cœperunt augescere vires filiorum Israel, ut Regem Canaan exterminaverint & perdiderint [g]. *Et perrexerit indesinenter durior esse*, JT. Glass. Nam verbum finitum quodvis regit suum infinitivum, ad majorem certitudinem & evidentiam exprimendam: quandoque etiam diversi verbi infinitivus insuper additur, quo ferè continuatio actionis innuitur; pro quo altero infinitivo interdum nomen ponitur, ut in hoc loco nomen קָשָׁה pro infinitivo verbi à quo nomen illud provenit [h].

[t] Bo. [v] Ma. ex Jun. [x] Bo. ad v. 17. [y] Q. in Mart. [z] Me. Bo. To. La. [a] Mart. [b] E. [c] E. ad v. 17. [d] Mart. † Bo. [f] Me. [g] V. [h] Glass. gram. p. 351.

CAP. V.

1. *CEcinerunt Debora & Barak*, [וַתָּשַׁר] Mos Ebræorum est, ut verbum referatur ad proximè sequens nomen, ideóque verbum fœmininum est & singulare [i]. Canticum hoc à Debora prophetide compositum est [k]. Magna affinitas est inter poesin & prophetiam: Utraque Davidi tribuitur, 2 Sam. 23. 1. Apud Ethnicos & Poetæ & oracula fundentes *vates* vocantur [l].

2. *Qui sponte obtulistis*, &c. בִּפְרֹעַ פְּרָעוֹת בְּיִשְׂרָאֵל [בְּהִתְנַדֵּב עָם בָּרְכוּ יְהוָה] [Variè reddunt.] Ad verb. *In ulciscendo ultiones in Israel, in offerendo se spontaneum populus*, [legendum, *populum*,] *benedicite Domino*, Mo. *Propter vindictas sumptas in Israel, & propter populum voluntarium redditum*, &c. M. simil. Ca. Belg. *Quandoquidem sumit ultiones per Israelem*, (vel, *pro Israele*, Ang.) *spontè se offerente populo*, JT. sim. Ang. *Quandoquidem persecutus est injurias Israeli illatas, convenit ut vos qui voluntarii estis in populo gratias agatis Domino*, Ti. Porrò, ultionem hîc factam plerique ad Deum referunt; sed posset ad populum referri [m]. Dum sumit pœnas de Israele propter peccata, dúmque populus spontè sumit arma ut se defendat, (addebat enim illis Dominus robur & animum cùm liberare voluit,) q. d. Tempore afflictionis & liberationis, tempore calamitoso & felici, laudate Dominum [n]. Laudate De-

[i] D. [k] To. Mont. Ser. Bo. [l] Bo. [m] Bo. [n] V.

um, qui priùs vos viribus & præsidio denudaverat, id enim פָּרַע significat Exod. 32. (vel, qui vos opprimendo, ac Cananæis tradendo, suam ultus est injuriam, quâ illum impietate vestrâ affeceratis;) deinde, qui vos ad bellum alacres reddiderit. Rectè gratias Deo agendas suadet tum ob res prosperas, tum ob adversas. Utrumque illis prosperè cessit. *Dejectio* quippe ad pœnitentiam revocavit; *liberatio* verò à gravi jugo asseruit. Piis adversa quoque in bonum cedunt. Plerique autem sic accipiunt, Gratias Deo agendas, qui tandem Israelitarum injurias ultus sit, & spiritu suo eos spontaneos reddidit [o]. Dicuntur spontè se obtulisse, quòd Barakum, priùs in se nullum imperium habentem, sequuti sunt. Non autem totum populum intelligit, sed illos de quibus v. 18. & Jud. 4. 10 †.

3. *Audite, reges*] Omnibus, etiam exteris, notum fieri cupit se totam hanc victoriam Deo acceptam referre [t]. Nec pro suo tempore hæc decantavit, sed etiam pro posteris. *Reges* exteros compellat, qui apud se statuebant Israelem atterere [v].

4. *Domine, cùm exires de Seir*, &c.] [Quidam hunc & sequentem versum metaphoricè accipiunt.] *Cùm exires* (vel, *procederes*, JT.) *ex Seir*, M. &c. i. e. Cùm cœpisti relinquere montem Seir, & cùm recessisti de Idumæa [x], populum indè in Terram promissam deducendo; Num. 20. & 21. Deut. 2. v. 4, & 8 [y]. q. d. Cùm cœperunt filii Israel ultrà procedere, Domino eos præcedente [z], tum causam eorum cœpisti magnificè agere [a]. ¶ *Et transires*] Notant צָעַד esse incedere cum pompa & majestate [b]. ¶ *Terra mota est*] i. e. Habitatores regionis Idumææ tremuerunt [c]. Cananæi, hostes nostri, (qui dum montem Seir circumiremus agebant securi,) perterrefacti sunt [d]. Omnia terrestria & cœlestia tuâ præsentiâ perculsa ac convulsa sunt: Hyperbole †. Tantus pavor eos pervasit, ut ipsa terra tremere videretur [f]. Magnificat Deum, quòd non minori præsidio adfuerit Israelitis in hoc prælio, quàm cùm pugnaret pro iis contra Sihon & Og, cùm transîssent montem Seir, in quo prælio montes tremere videbantur [g]. ¶ *Cœlique ac nubes distillaverunt aquas*] Ingens Hyperbole; q. d. Cœli ipsi solidi in aquas soluti sunt, & nubes densissimæ totæ in aquas abierunt [h]. Fuit perinde ac si *cœlum & nubes aquarum moles ingentes* ad inferiores planities *devolverent* [i]. Idem bis dicit [k], (non temerè, nec inutiliter, sed ut nostræ stupiditati consulat, qui uni ictui non solemus cedere [l];) *Cœli stillârunt*, & *Nubes stillârunt*: simul videmus *cœlum* pro *nubibus* accipi: h. e. cœlum fuit obscuratum ac plenum nubibus: fuerat enim author ejus victoriæ. Significat Principes & Duces despondisse animum [m]. Principes in lacrymas soluti sunt [n].

5. *Montes fluxerunt*] Ità M. P. Ti. Elegans poetica Hyperbole. Montes soluti, vel friati, sunt; vel etiam è nimiis imbribus fluxerunt [o]. Montes aquarum devoluti sunt [p]. Montes versi sunt in aquam [q]. Montes commoti sunt, & præ horrore velut liquefacti [r]. ¶ *A facie Domini*] Adventante Domino; vel, ad adventum filiorum Israel, cum quibus erat Dominus †. ¶ *Et Sinai*, [זֶה סִינַי] *Iste* (vel *hic*, Jon.) *Sinai*, ό. Sy. Ar. P. Mo. *etiam iste Sinai*, Ang. Belg. sim. JT. q. d. Non tantùm illi in quos procedebas, sed etiam quos procul à tergo relinquebas, ut erat mons Sinai [t]. Non mirum si ad tuum conspectum Cananæi perturbati sunt, cùm & iste Sinai descensum tuum super se ferre non potuit, sed totus tremuit. *Iste Sinai*: Deest כ nota similitudinis [v]. Sicut *ipse Sinai*, M. V. Ti. Mart. Me. sub. *tremuit*, V. P. Me. q. d. Si mons cœpit tremere, qui est creatura sine sensu, quantò magìs homines [x]? [Aliis verò non placet ista horum versuum explicatio.] Nam, 1. ridicula est ista aquarum distillatio, nec tale quicquam proditur. 2. Cùm Israelitæ pacificè per Idumæorum fines transierint, nulla fingi potest causa istarum à Deo Idumæis inflictarum calamitatum [y]. Illi ergò hos versus exponunt de monte Sinai & prodigiis in eo editis [z]. Ad Legis donationem hæc pertinere constat ex duobus locis parallelis, Deut. 33. 2. & Psal. 67. 8. Eo tempore erant fulgura, tonitrua, nubes, etiam terræ motus, ut ex Exod.

[o] Mart. † Ma. ex Jun. [t] Bo. [v] Mart. [x] V. [y] Ma. ex Jun. [z] V. [a] Mart. [b] Ma. [c] V. [d] Mart. † Ma. ex Jun. [f] Mart. [g] M. [h] Ma. [i] Mart. [k] V. [l] Mart. [m] V. [n] Q. in V. [o] Ma. [p] Mart. [q] V. [r] Me. † V. [t] Jun. [v] Mart. [x] V. [y] Bo. [z] Ità L. Mont. Bo. Caj. in Bo.

Exod. 19. 18. & Psal. 67. colligitur [a]. [Sed adversus hanc sententiam multa objiciuntur.] Obj. 1. Quomodo Deus ad montem Sinai veniens dicatur de Seir exiisse? Resp. 1. Si ille locus, Deut. 33. non obstante eo, quòd Deus ibi dicatur *de Seir ortus*, & *de Paran apparuisse*, cùm necdum ea loca adiissent Israelitæ, de Legis donatione intelligatur, quidni idem de hoc loco dicatur? 2. Hoc dicitur, quòd Israelitis ad Sinaï consistentibus, ab ea parte ubi erat Idumæa & mons Seir versùs Orientem visus sit primùm Divinus splendor è nube ignea apparere & exoriri, ut planè ex ea regione venire videretur, & sensim propiùs accessit ad montem. Obj. 2. Non legimus cum cæteris prodigiis pluvias vel aquas delapsas, cùm cœli & nubes hîc dicuntur aquis distillâsse. Resp. Fuisse tunc grandines & pluvias probabile videtur ex fulguribus & tonitruis, quæ sine istis esse non solent. Qu. Sed cur à prodigiis ad Sinai editis canticum suum inchoat? Resp. Tacitè confert prodigia suo tempore facta cum antiquis illis, quæ nunc instaurata videbantur [b]. Refricat pristina Dei beneficia, ut ostendat Deum renovare, ideóque continuare, suam erga Israelem curam & beneficentiam. Sensus est, Quando nobiscum, ô Domine, cum Arca perambulabas in deserto cui adjacet Seir, sive Idumæa, tunc præsentiam, potentiam, &c. ostendisti per procellas, tonitrua, &c. quibus Idumæos aliásque gentes vicinas ità perculisti, ut non auderent nobis resistere [c].

6. *In diebus Samgar—in diebus Jahel*] Qu. Cur conjunguntur *Samgar* & *Jahel*? Resp. Propositum erat Deboræ totum illud tempus indicare quod sub *Aod*, vel post illum, fuerat, usque ad hanc victoriam. Id ergò describit à duorum, qui in utroque tum sexu fuerunt præstantissimi, diebus, *Samgar* & *Jahel* [d]. A morte *Aod*, cùm *Samgar* judex fuit, usque ad dies *Jael*, i. e. usque ad præsens tempus †. *Jael* hîc inducitur, quia primaria erat inter Cinæos fœmina, ad quam proinde confluerent Cinæi, sed difficulter & occultè [f]. Samgar Judex fuit exiguo tantùm tempore, & liberationem solùm orsus est [g]. Etsi 600 viros vomere percusserit, non tamen valuit latrocinia sui temporis compescere [h]. ¶ *Quieverunt semitæ*, חָדְלוּ אֳרָחוֹת] *Cessârunt* (*desolatæ sunt*, Ti. Ca. vel, *non occupatæ*, Ang.) *viæ*, M. (vel, *semitæ*, Mo.) *occlusæ sunt viæ*, Ar. sim. Sy. *reliquerunt vias*, ο'. *Desierant* recta *itinera*; i. e. viæ regiæ, & rectà contendentes de loco in locum. Ellipsis est vocis ex voce contraria eruendæ, in Scripturis frequens; nam his opponuntur *tortuosa* in fine versûs [i]. Nullus per vias semitásque tritas ambulare audebat, sed si quem itineris necessitas urgeret, per diverticula incedebat [k]. *Cessârunt semitæ*, i. e. Desierunt peregrinantes, V. D. Jon. Sic, *semitæ Ismaelitarum*, Gen. 37. 25. ὁδοιπόροι, ο'. *viatores*, Hieron. sign. turmas Ismaelitarum. Sic Jes. 21. 13. *semitæ Dedanorum*. Ità hîc *semitæ* sunt catervæ viatorum simul aliquò iter facientium, ut hodiéque fit in Oriente, præsertim in Syria [l]. ¶ *Per calles devios*] Heb. *ambulabant per vias obliquas*, Sy. sim. Ar. Mo. JT. quas præ itineribus publicis eligebant: ut ferè fit quum regionem infestat miles [m]. Significat commercia abrupta *.

7. *Cessaverunt fortes in Israel*, חָדְלוּ פְרָזוֹן] *Cessaverunt villæ*, vel *pagi*, P. Mo. Ca. Belg. i. e. Deserti erant vici, h. e. urbes non munitæ [n]. Habitatores locorum non munitorum coacti sunt confugere ad loca tutiora, nè hostium prædæ exponerentur [o]. *Desierant pagani*, JT. vel, *paganus quisque*, Jun. habitatores *villarum* sive *oppidorum*, M. Ang. At Vulg. & ο'. פְּרָזוֹן vertunt, *fortes*, vel *potentes*, qui sanè murorum loco urbibus esse possunt. Et פְּרָזָיו Hab. 3. 14. vertunt, *exercitus*, K. P. & V. *bellatores*, Hieron. δυνάσας, ο' P. ¶ *Mater in Israel*] i. e. Quasi *mater Israelis*: sic, *eram ei alumnus*, i. e. ut alumnus, D. Ut essem tanquam mater [q]. Mater dicitur, 1. quia spiritu prophetico, ut mater filiis, & Propheta discipulis, (quos Prophetarum filios Scriptura vocat,) consulebat: 2. quia hoc bello malum ab Israelitis, ut pia mater, depulit [r]; ob charitatem maternam erga eos †: 3. quia non ad id excitata est ut tyrannicè ageret [t].

8. *Nova bella elegit Dominus*] Novum pugnandi

[a] Bo. [b] Bo. [c] La. [d] Me. ex Bo. Jun. † T. [f] La. ex Ser. [g] La. [h] Bo. [i] Jun. Pi. Glass. gram. p. 714. [k] Bo. M. [l] Bo. [m] Jun. Pi. Ma. * G. [n] V. [o] M. [p] Bo. [q] V. [r] Jun. Pi. † La. Bo. [t] Mart.

vincendíque modum eligere & adhibere dignatus est Deus [x]. Deus est qui nova elegit, h. e. novam speciem formámque rerum Israeliticarum induxit. Rarum quippe est, ut armati ab inermibus vincantur [y]. Vel, *nova bella*; i. e. Victoria Dei ope & prodigiis novis è cœlo parta est [z], *Eligit Deus rem novam*, Ar. sic Sy. ¶ יִבְחַר אֱלֹהִים חֲדָשִׁים] *Eligebat* (*cùm eligeret*, M. V. P. sim. Ca. Ti. JT. supple, *Israel*, M. V.) *deos novos*, M. Ang. Ad verb. *eliget*: sed Enallage temporis frequens est Hebræis [o]. *Deos novos*, i. e. alios. Sic Exod. 1. *Rex novus*, i. e. alius; & *novæ linguæ*, Marc. 16. 17. i. e. *aliæ*, Act. 2. 4; *nomen novum*, Isa. 62. 2. i. e. aliud [p]. Dii Ethnicorum novi erant. *Ante Saturnum Deus penès vos nemo est: ab illo census totius vel potioris vel notioris divinitatis*; Tertull. Apolog [q]. Afflictionum, in quas populus inciderat, causam exponit idololatriam. Vide Jud. 2. 10. &c [r]. Cùm primùm incipiebat colere idola †. ¶ *Et portas hostium ipse subvertit*, אָז לָחֶם שְׁעָרִים] *Tunc bellum in portis erat*, V. Ang. Belg. P. Ti. i. e. in urbibus; vel, hostes expugnare cœperunt urbes eorum [r]. Pars ponitur pro toto, *porta*, pro tota urbe. Sic, *portam hostium*, Gen. 22. 17. i. e. quicquid juris vel dominii eorum est, *possidebunt*; & Deuter. 17. 2. *in una portarum*, i. e. urbium; Obad. 11. Sic Psal. 87. 2. *Diligit portas Sion*, i. e. urbem Jerusalem. Porrò, *bellum*, pro *bellator*; ut *vinum*, i. e. vir vini; *dolus*, i. e. vir doli [v]. *Tunc debellator* fuit *in portis*, i. e. obtinuit omnia: nam in portis munitiones erant atque judicia [x]. ¶ *Clypeus & hasta si apparuerint*] Sim. M. P. V. *Si* ponitur pro *Non* [y]. *Nec clypeus, nec hasta*, &c. Ti. Ca. Vel, jurandi formula est [z]; q. d. Dispeream, si ausi fuerant arma assumere; quia ademerat illis Deus animum, includebant se in urbibus suis, nec ausi sunt prodire [a]. Vel sic, Dispeream, si inter eos reperiri potuerit clypeus vel hasta, &c. Adeò eos exarmaverat Tyrannus. Dices, At 10 millia secuti sunt Baracum, qui non videntur fuisse inermes. Resp. 1. Fortè non negantur illis gladii, sed tantùm *clypeus* & *hasta*; quorum unum ad defensionem, alterum ad offensionem, pertinet, sine quibus Israelitæ videri poterant exarmati; de aliis enim armis non erant adeò soliciti. 2. Vel, hyperbolica est ista locutio [b]. *Non erant in quadraginta millibus*, &c. i. e. in universa aliqua tribu, adeóque in populo Israelis toto [c]. Non erant in universo exercitu clypei & hastæ, sed fundis, vomeribus, ut Samgar, ligonibus tantùm armati erant. Confer 1 Sam. 13. 19 [d].

9. *Cor meum diligit principes Israel*, לִבִּי לְחוֹקְקֵי יִשְׂרָאֵל] *Cor meum ad scribas Israelis*, Mo. sim. Jon. *ad interpretem*, Sy. *qui quando fuit tribulatio illa, non cessârunt ab interpretanda Lege*, Jon. Vel sic, *ad scribas*; q.d. Hortor vos, scriptores rerum, & conditores annalium, victoriam hanc pro viribus vestris celebrare †. Alii, *ad rectores*, vel *principes*, vel *magnates*, M. P. V. D. *præsides legum*, M. חוֹקֵק est *Benoni* Kal, à חָקַק, pro quo usitatius est מְחוֹקֵק in Poel [f]. De jure erant populi magistratus, licèt de facto tyrannus eos prohibuerit [g]. *Animus meus* provocat eos *qui mandata habent in Israele*, i. e. Duces qui huic militiæ præerant [h]. ¶ *Qui propriâ voluntate*, &c.] Heb. qui *se spontè offerunt in populo*; i. e. milites gregarii, qui ultro venerant [i]. [Alii hoc referunt ad ipsos Principes.] ¶ *Benedicite Domino*] Quòd scil. vobis restituerit animos [k].

10. *Qui ascenditis super nitentes asinas*, רֹכְבֵי אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת] *Equitantes asinas candidas*, Sy. M. P. He. in BA. Sic צֶמֶר צָחַר Ezec. 27. 18. volunt esse *lanam albam* [l]. Alii, *asinas nitentes*, V. & *lanam lucidam* vertunt Ezec. 27. quasi צחר idem sit quod זוהר. Sed ex Arabibus discimus צחר colorem esse subalbum, aut ex albo & rubro distinctum, etiam in asino [m]. Vel vertendum, *asinas rutilas* [n]. Alii vertunt, *mulas nitidas*, Ti. M. Hic autem intelliguntur, vel, 1. Principes, quorum insigne erat equis (vel mulis) equitare, ut infrà 10. 4. & 12. 14 [o]. Id factum ob equorum in illis terris penuriam. Vide Deut. 17. 16 [p]. Equos vetuerat Deus; & asini ibi erant fortes, eximii & nitentes [q]. Vel, 2. Mercatores [r]. Judices & Mercatores †. ¶ *Et sedetis in judicio*, יֹשְׁבֵי עַל מִדִּין] Contingit sæpe ut substantivum cum præpositione loco genitivi casûs sequatur

[x] Ma. [y] Mart. [z] Bo. [o] Bo. [p] D. [q] Ga. [r] Jun. Mart. † V. [r] V. [v] D. [x] Jun. [y] La. Me. [z] Mart. [a] V. [b] Bo. [c] Jun. [d] La. † Q. in Ma. [f] Pi. [g] Bo. [h] Jun. [i] Jun. [k] V. [l] BA. i. 2. 12. 182. [m] BA. ib. [n] BA. 1. 1. 2. 7. [o] Jun. Pi. sim. La. Bo. [p] G. [q] La. [r] V. Mart. [t] pleique in Mart. † M.

tur aliud substantivum sive participium, ut hîc nomen *Middin* cum עַל sequitur יֹשְׁבֵי †. Vertunt, *residentes in judicio*, vel *judiciis*, Jun. Pi. M. Ti. Belg. Ang. i. e. Qui subsistitis in conventu vestro juridico, neque peregrè soletis proficisci, aut ab agro & territorio vestro discedere [t]. Alii, *qui habitatis juxta Middin*, P. V. D. Caj. in Bo. *Middin* est nomen vel, 1. urbis, ut Jos. 15. 61 [v]. Sed hæc erat in tribu Juda [x]. Vel, 2. viæ, ut hoc loco, V. viæ cujusdam publicæ tunc notæ, quæ (maximè) infestabatur frequentiâ hostium [y]. ¶ *Et ambulatis in via*] Heb. *ambulantes in via*. Vel, 1. commeantes mercatores [z]: vel, 2. plebeii, qui solent pedites iter facere [a]. ¶ *Loquimini*, שִׂיחוּ] *Meditemini*, Mo. sim. Sy. *narrate*, o'. Gratias Deo agite, quòd liceat vobis liberè ire [b].

11. *Ubi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus*, מִקּוֹל מְחַצְצִים בֵּין מַשְׁאַבִּים] [Variè reddunt.] *A voce sagittariorum*, vel *jaculatorum*, *inter haurientes aquam*, vel *aquas*, M. Mo. Ti. La. Sed variè explicant. Vel sic; Sisariani sagittarii præcipitati in aquas Cison eas hauserunt, & ab eis hausti suffocatíque sunt [c]. Apud torrentem Cison, ubi hauritur aqua, auditi sunt clamores & gemitus morientium, quos Israelitæ trucidârunt [d]. Vel sic; Qui jaculis hostium ab haurienda aqua repulsi fueratis †. מַשְׁאַבִּים sunt *loca in quibus aqua hauritur*, non ipsa *haustra*. Cùm ergò ibi essent, metuebant sibi à sagittariis [f]. *Propter vocem*, vel *sonitum*, vel *strepitum*, *sagittantium*, &c. P. V. Pi. *Propter strepitum*, qui jam sopitus est, nec ampliùs auditur, in locis illis ubi aqua hauriri solet [g]. *Propter strepitum*, i. e. propter liberationem à strepitu illo: ut sit metonymia subjecti [h]. Liberati *à strepitu sagittariorum*, &c. JT. Ang. (Sed hoc supplementum paulò audacius videtur [i].) [Ca. hæc conjungit cum verbo ultimo præcedentis versûs, hoc modo, *Disserite* [שִׂיחוּ] *de sagittariorum inter aquaria strepitu*, &c.] Rectè dixit, *à sonitu*, vel *strepitu*; nam est poeticum Epitheton arcûs & sagittæ: Virgil. 5. Æneid.—*nervo stridente sagittâ*; & rursus,—*arcúmque sonantem* *. Cùm jam commendârit Deum, quòd publicas vias liberas Hebræis reddiderit, aliud jam collatum beneficium subjicit, nempe, illos expeditam aquationem habere; quod in Syria, ubi aquarum penuriâ mirificè laboratur, pro egregio dono haberi debuit. Putei, seu fontes, qui extra urbes per plateas & itinera erant, illis usui esse non poterant, propter sagittarios equites ibi se occultantes, qui in eos impetum faciebant, multos captivos abducebant, strepitu item & clamore suo (quem edere solent equites impressionem in hostes facientes, Jer. 4.) propemodum omnes ab hauriendo exterrebant [k]. ¶ *Ibi narrentur justitiæ Domini, & clementia in fortes Israel*, שָׁם יְתַנּוּ צִדְקוֹת יְהוָה צִדְקֹת פִּרְזוֹנוֹ בְּיִשְׂרָאֵל] *Illic narrent* (vox hæc est Chaldaica, תַּנִּי *narrare* [l],) *justitias Domini*, P. i. e. vindicias, sive ultiones, quas de hostibus sumpsit pro suo populo [m]. *Confabulentur de justis operibus Jehovæ*, JT. Et *justitias villarum ejus*, P. V. i. e. justitiam Domini, qui effecit ut filii Israel postea sine timore habitent in villis, quas antea non habitabant præ metu hostium [n]. *Justitias virorum pagi ejus*, Pi. h. e. erga paganos ejus, Jun. Belg. Glas. *Justitias* quæ declaratæ sunt *villis*, Belg. Nomen rectum, sive genitivi casûs, sæpe denotat subjectum occupans, quod objectum vocant; ut hoc in loco. Præcedit, *de justis operibus Jehovæ*, ubi genitivus efficientem notat [o]. Al. *justitias villicanorum in Israel*, i. e. justitiam Dei, cujus exsecutores erant Israelitæ [p]. [Aliis פִּרְזוֹנוֹ est nominat. Ità Ti. qui locum sic vertit, *Disserent——de justitiis Domini, de justitiis, inquam,* Domini *rusticani homines ejus in Israele*.] תְּנָה expono ex Arabismo, ubi ab Heb. שָׁנָה *iterare*, mutato pro more ש in ת, fit תני verbum, quod in secunda conjugatione, id est, eadem quæ hîc occurrit, nempe Pihel, significat *celebrare, laudare, gratias agere*; quia qui primus dedit beneficium obstrinxit accipientem ad secundas partes, quæ sunt gratiarum actionis. Ità hîc verto, *ibi laudent* *. ¶ *Tunc descendit* (vel, *descenderunt*) *populus Domini ad portas*] Ità M. Ti. P. V. Pi. sim. JT. Confecto bello cum Sisara descendit populus ad portas, ut egrederetur; & egressus est urbes sine timore aut

† Glass. gram. 113.
[t] Jun.
[v] V.
[x] Ma.
[y] Ma. ex V.
[z] Jun. Ma.
[a] Mart. Ma. V.
[b] V.
[c] La.
[d] Os.
† M. simil. D. Mart. Jun.
[f] D.
[g] V.
[h] Pi.
[i] Pi.
* Ma.
[k] Mart.
[l] G.
[m] Pi.
[n] V. sim. Mart. Jun. M.
[o] Glass. gram. 109.
[p] Os.
* Di.

periculo, qui priùs continebatur intra illas [q]. Conveniunt ad curiam & forum, aut ex oppidis exeunt commodi, necessitatis, voluptatis, aut alia quacunque de causa [r]. In portis jus dicebatur; (ea autem loca ipsos delegisse credo, utpote ad quæ non modò cives, sed & rustici, possent facilè accedere:) At propter bella & oppressiones judicia intermissa fuisse videntur †. A tyranno impediti erant quò minùs ad portas venirent judicum sententiam requisituri, & lites composituri: Jam verò eò liberè venire poterant [t]. Alii sic, *descendit ad portas*, nempe, hostium; i. e. eorum portas & urbes obtinuit [v].

12. *Surge*, &c.] *Excitare, & captiva*, &c. Mo. i. e. Lauda Jehovam, quoniam ab eo adjutus multos captivos abduxisti [x]. Vade, O Barak, spolia tua & captivos distribue, & de iis tibi gratulare [y]. ¶ *Apprehende captivos*, וּשֲׁבֵה שֶׁבְיְךָ] *Et captiva captivitatem tuam*, o'. Jon. Mo. sim. JT. *captivos duc captivantes te*, Sy. *prædare eos qui te prædabantur*, Ar. [Videntur legisse שֹׁבֶיךָ.]

13. *Salvatæ sunt reliquiæ populi*, אָז יְרַד שָׂרִיד לְאַדִּירִים עָם] Variant. Quidam per futurum reddunt:] *Tunc dominabitur superstes*, vel, *dominabuntur reliquiæ*, *magnificis*, vel *illustribus*, *populi*, Mo. M. sim. Ti. nempe, populi Jabin [z]. Tunc, cùm diviseris spolia tua, reliquiæ populi Dei in illustres hostium Principes dominatum exercebunt [a]. [Alii per præteritum:] *Tunc dominatus est evasor fortibus populi*, P. vel, *dominari fecit superstitem*, vel *reliquum*, *clarissimis*, i. e. Principibus, *populi*, V. vel, inter *populum*, Belg. Ang. i. e. Filios Israel qui evaserant incolumes, (qui relicti erant superstites ab oppressoribus [b],) & quos servaverat in bello, Dominus superiores fecit inclytis illis qui erant cum Sisara [c]. Amplificatur victoria collatione victorum cum victis. Illi erant fortes, inclyti, &c. Hi reliquiarum instar videri poterant. Pauci quippe venerunt ad prælium, iique despecti & humiles. *Reliquiæ* solent esse & paucæ & viles, si cum eis conferantur quorum sunt reliquiæ [d]. Al. sic; *Ex quo* (scil. quum Barak captivos fecerit Cananæos) *dominium residui* (i. e. Cananæi qui reliquus factus fuerat, Jud. 3.) *tradit magnificis in populo*, i. e. Israelitis †. ¶ *Dominus in fortibus dimicavit*, יְהוָה יְרַד לִי בַּגִּבּוֹרִים] *Dominus dominabitur* (*dominabatur*, Os. *dominari fecit*, sive *facit*, *me*, P. Belg. Ang.) *mihi in fortibus*, Mo. vel, *propter me potentibus*, M. vel, *mihi per gigantes*, Ti. ex M. לִי verti potest, *per me*; q. d. Deus per me vincere voluit. Hæc clausula additur per correctionem, nè humanis viribus quicquam hîc tribuatur [f]. *Jehova dominium mihi in fortissimos tradit*, JT. i. e. Israelitis me præfecit, ut dicitur v. 7. Quos sigillatim quinque sequentibus versibus enumerat [g].

14. *Ex Ephraim*, &c. מִנִּי אֶפְרַיִם שָׁרְשָׁם בַּעֲמָלֵק] Obscura hæc, si qua alia, sententia. Et magna pars obscuritatis nascitur ex ambigua significatione τοῦ ב [in בַּעֲמָלֵק,] quod plerumque sign. *in*, & quietem importat: subindè tamen etiam motui ad locum servit, ut Levit. 16. 22. subindè sign. *contra*, ut Exod. 14. 25. subindè *cum*, ut Exod. 15. 19 [h]. [Variè reddunt.] *Ex Ephraim* fuit *radix eorum in Amalek*, Mo. vel, *contra Amalek*, M. P. Ti. Ang. Belg. Os. Omnium ferè explicatio hæc est, duas hîc tangi historias, unam præteritam, de bello à Josue gesto contra Amalecitas, Exod. 17. alteram futuram, de bello à Saule Benjamita gesto, in quo eos delevit, 1 Sam. 15 [i]. Ex tribu Ephraim natæ sunt, tanquam ex radice, præclaræ aliquot victoriæ contra Amalecitas [k]. *De Ephraim*, sub. *Qui erat* de Ephraim, i. e. qui radix eorum erat, *dominatus est in Amalec*, vel, *pugnavit contra Amalec*; nempe, Josue [l]. [Hæc expositio non placet Bo. nec Ser.] 1. Quorsum tam abruptè agit de Amalecitis? 2. Quomodo Josue erat radix eorum, i. e. Ephraimitarum? Non enim hi ab illo processerant [m]. Videntur tamen istæ Tribus in Amalecitas tunc irruisse, quòd Jabino Regi jungere se vellent, sicut iidem antea fecerant Egloni, Jud. 3. & hîc Cananæi Reges, v. 19 [n]. Fortassis, pugnantibus aliis adversùs Sisaram, hæ duæ Tribus irruebant in Amalecitas, qui Sisaræ suppetias ferre tentabant [o]. Alii hoc ad Deboram referunt [p], quæ Ephraimitis fuisse videtur ex habitationis loco in
monte

[q] V.
[r] Jun.
† Mart.
[t] Bo. simil. Me.
[v] La. Bo. Me.
[x] V.
[y] Bo.
[z] M.
[a] Bo.
[b] Ma.
[c] V.
[d] Mart.
† Jun. Pi.
[f] Mart.
[g] Jun.
[h] Bo.
[i] Bo. ità To. Caj. & Chald. in Bo. sic M. V. D. Os. He. in Ma.
[k] Osiand.
[l] V.
[m] Bo.
[n] Ser.
[o] T.
[p] Ità Mart. Q in Ma.

monte Ephraim, Jud. 4. 5 [q]. & *radix eorum* dicitur, quia tunc rempublicam administrabat tanquam Judex [r], & quia ejus monitis & auspiciis bellum hoc susceptum est. Per *Amalec* autem figuratè intelliguntur Cananæi †, qui respectu tum inimicitiæ, tum ruinæ, cum iis meritò conferuntur [t]. Suspicantur quidam Deboram post expugnatum Jabin duxisse etiam in Hamalecitas. Sed id incertum [v]. *Ex Ephraimo*, i. e. Ephraimitis. Hîc autem per synecdochen membri videntur simul intelligendi Manassitæ qui habitabant cis Jordanem, tanquam pars, scilicet, Tribûs Josephi [x]. *Ex Ephraimo*, ex *iis* quorum *radix ad Hamalecitas* protenditur, JT. i. e. ex tribubus Juda & Simeon, quarum hæreditas extendebatur ad Hamalecitas usque, ut patet ex Jud. 1. 16. collat. cum 1 Sam. 15. 6. Loquutio autem est metaphorica, quâ comparantur Tribus arbori, quarum extrema pars ad Austrum radix appellatur [y]. [Vulgatus aliter vertit,] *Ex Ephraim delevit eos in Amalec.* Ità ο'. *Ephraim eradicavit eos in Amalek.* Pro *SCHORSCHAM*, *radix eorum*, rectè legebant, mutatis tantùm punctis, *Scherescham*, i. e. *eradicavit eos.* Sensum loci hunc esse puto; Vel Deum, vel Israelitas persecutos esse Cananæos fugientes à Tabor & Cison, ubi fracti sunt, usque ad tribum Ephraim, indè usque ad tribum Benjamin, indè usque ad Amalecitas & extremos fines Australes totius regionis Israeliticæ, ità ut nusquam licuerit illis tutis consistere, donec extra fines Israeliticæ regionis & ad Amalecitas pervenissent [z]. ¶ *Post eum ex Benjamin in populos tuos, ô Amalec*: Illud, *ô Amalec*, deest in Hebræo [a]: אַחֲרֶיךָ בִנְיָמִין בַּעֲמָמֶיךָ] *Post te Benjamin* (sub. vel, *pugnabit*, V. vel, *fuit*, Belg.) *in populis tuis*, M. Ti. Os. vel, *inter populos tuos*, Belg. Ang. vel, *contra populos tuos*, P. V. i. e. contra populos à te olim superatos, nempe, Amalecitas [b], contra quos pugnavit Saul Benjamita [c]. Alii aliter: Ex Benjamin aliquot (licèt pauci) ab initio se Deboræ adjunxerunt [d]. *Ex sequentibus te Benjaminitis inter populos tuos*, JT. sim. Glass. Belg. Ex *post te*, (repetenda enim ex præcedente membro est מ particula,) i. e. *ex sequentibus te*, &c. nam præpositio אַחֲרֵי, *post*, de loco si accipiatur, quandoque pro nomine usurpatur †. Apostrophe ad Deum, quâ Benjaminis reliquias servatas ab illo excidio Jud. 20. paucitate suâ non impeditas fuisse docet quò minùs in populis Dei numerarentur, id est, tribum unam efficerent, Deúmque sequuturæ essent: nam historiam illam huic tempore præcessisse suo loco ostendemus †. Post te, ô Domine, secuta est Benjamin inter populos tuos reliquos [f]. Alii volunt hîc celebrari Ehudem Benjamitam, qui Moabitas vicerit Jud. 3 [g]. Alii sic; Barac fugientes Sisaræ copias persecutus est usque ad Ephraim & ei vicinam Benjamin; quare id videntes Ephraimitæ, & post eos Benjamitæ, junxerunt se Barac [h]. [Ca. hæc cum antecedenti verbo conjungit, hoc modo,] *In valle posterior fuisti, ô Benjamita, popularibus tuis.* בַּעֲמָלֵק legitur, hoc est, in Amalecitis; sed sententia constare non potest. Videtur בָּעֵמֶק legisse Græcus interpres, qui vertit, ἐν κοιλάδι· quæ lectio sententiæ convenit, nam paulò pòst dicitur, *in vallem missus est Baracus*, in qua pugnatum est. Sensus ergò est, In hoc prælio non adfuêre Benjamitæ, sed eorum populares Ephraimitæ & Manassenses, digni qui deinceps imperent; item Zabulonii, literarum proceres, & Issachariani duce Baraco †. ¶ *De Machir*] i. e. De tribu Manassis, cujus primogenitus (imò & unicus [i]) filius erat Machir [k]. De filiis Machir, vel dimidiâ tribu Manassis ultra Jordanem, vide Jos. 17. 1. & cap. 13. 31 [l]. ¶ *Descenderunt*] Sub. *ut opem ferrent fratribus* [m]. *Descenderunt*; nimirum, ad me, parituri mandato meo [n]; ad pugnandum contra Cananæos per Baracum in fugam actos [o]. ¶ *Principes*, ità P. Os. Ang. מְחֹקְקִים] *Directores*, M. *legislatores*, Ti. Belg. Ii à quibus bellica exercitatio minùs exspectari vel exigi posse videatur [p]. Hoc de Samgar intelligo, qui 600 Philistæos trucidavit [q]. ¶ *Et de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum*, מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר] *Trahentes baculum scribæ*, Belg. vel, *stylo*, (*in baculo*, Ti. *in virga*, Mo. Bo. La.) *scribæ*, P. D. Ang. Mart. שֵׁבֶט est *virga*, sed hîc pro עֵט *stylo* accipitur [r]. [Quidam de rectoribus exponunt †.] *Duces in virga scribæ*: De Debora interpretor, quam existimo fuisse ex tribu Zabulon, quæ populum non tam armis & sceptro, aut gladio, quàm legibus & libris & stylo scribæ gubernavit [t]. *Qui gubernant calamo scribæ*, M. Quod alii *stylum*, rectiùs *virgam*, *baculum*, *sceptrum*, reddamus [v]. Virga insigne erat ducum, quo milites trahunt, ducunt, recensent. Vel, *trahentes in stylo scribæ*, i. e. ductores militum ducentes in bellum sub certis stipendiis, quorum rationes scriba in tabulas referret, & milites numeraret. Regi enim vel Imperatori scriba adesse solebat. Vide Liv. 2. 12 [x]. Al. *convocantes stylo scribæ*, sub. *descenderunt*, ex proximo membro; i. e. quorum authoritate conventus habentur, & quibus populares unis literis ad se transmissis obsequuntur [y]. Alii simpliciter hoc accipiunt pro virga scribæ; ut sit periphrasis eruditorum & sapientum, qui eloquentiâ persuadere poterunt [z]. *Trahentes*, sub. *literas*, i. e. qui scribere solebant [a]. *Qui ducere* (i. e. tractare) *solebant stylum scribæ*: q. d. Et Principes, imò etiam ipsi scribæ dediti studiis, ceperunt arma, & venerunt in auxilium fratrum [b]. *Qui literaturæ sceptrum tenent* [c]. Doctores, jurisperiti atque scribæ, qui stylo potiùs quàm armis valebant. Qui calamo trahendo exercitati sunt [d]. *Scribentes calamo scribæ*, Sy. sim. Jon. *Qui insudant scientiæ libri*, Ar.

15. *Duces Issachar*, &c. וְשָׂרַי בְּיִשָּׂשכָר עִם דְּבֹרָה וְיִשָּׂשכָר כֵּן בָּרָק בָּעֵמֶק שֻׁלַּח בְּרַגְלָיו] *Et principes* (vel, *mei principes*, Q. in Belg.) *in Issachar cum Debora & Issachar: sic Barac in vallem missus est pedibus suis*, P. Mo. *Principes quoque in Issachar cum Debora, sed & Issachar atque Barac in valle missus est pedibus suis*, M. (vel, *sed & Issachar, quemadmodum Barac in valle missus est ut pedes*, Ti.) *Et principes Issachar cum Debora*, Belg. Ang. JT. (supple, vel, *futuri sunt*, JT. vel, *fuerunt*, Pi. Belg. Ang. vel, *descenderunt*, aut *venerunt*, V.) *etiam Issachar & Barac*, Ang. (vel, *&* sicut *Issachar*, *sic* fuit *Barac*, Belg. *& Issachar fuit sicut Barac*, i. e. Issacharitæ fuerunt prompti in hoc bello, sicut Baracus †,) *missus erat in vallem pedibus suis*, Belg. Ang. *Sicut Issachar Barac*, & qui *in convallem missus est ad vestigia ipsius.* Heb. *ad pedes ejus*, Jun. scil. Baraci, Pi. i. e. qui vocatus cum sua tribu Nepthalitica accessit, Jud. 4. 6. & imperata fecit, v. 10 [f]. Periphrasis hæc est Napthalitarum & Zebulunitarum. Vide 4. 14 [g]. *Et qui—missus erat*, &c. i. e. reliquus exercitus qui ejus ductum sequebatur [h]. *Principes in Issachar*, i. e. Tribûs Issachar [i], vel Issacharitarum; sicut v. 8. *in* 40 *millibus in Israel*, i. e. Israelitarum; & v. 7. *mater in Israel*, i. e. Israelitarum. Sic, *magister in Israel*, i. e. Israelis. Et שָׂרַי *principes*, (ut גֹּבַי *locustæ*, חַלּוֹנֵי *fenestræ*,) pro שָׂרִים [k]. *Principes Issachar & Issachar*, i. e. etiam tota ipsa Tribus Issachar affuit. *Et etiam Barac in valle conjecit sese in pedes suos*; q. d. Tantâ alacritate bellandi accessit ad prælium, ut veniret pedes [l]. Pedibus ivit in vallem, non equo vectus aut curru [m]. *Et* Tribus *Issachar* fuit *quasi Barac in valle* (i. e. descendit eâdem alacritate cum Barac in vallem ad torrentem Cison) *missus cum peditibus suis*, (i. e. hæc Tribus adduxit etiam pedites [n].) ¶ *Diviso contra se Reuben*, &c. בִּפְלַגּוֹת רְאוּבֵן גְּדֹלִים חִקְקֵי לֵב] *In divisionibus Reuben* (supple, *viri*, Ti.) *magni decretarii cordis*, Mo. Ti. *In divisionibus*, vel, *de divisionibus*, vel, *propter divisiones*, (sive *separationes*, Ang.) *Reuben sunt magnæ disceptationes*, vel *cogitationes*, *cordis*, P. Ang. Q. in Belg. *De divisionibus Reuben*, &c. i. e. De Reubenitis Jordane separatis ab aliis vehementer miror quòd non venerint ut opem ferrent fratribus suis [o]. Reubenitæ in partes diversásque sententias distracti erant, dum aliqui bello abstinendum, alii in communem Israelis contra hostes expeditionem prodeundum, censent [p]. Ità versi sunt ad rixas & jurgia, & hâc ratione deserunt Israelitis opem ferre. Sed quia de hujusmodi rixis nullum in Heb. & ο'. cernitur vestigium, malim contentionem hanc fuisse, non Reubenitarum, sed militum Baraci; nec contentionem hostilem, sed amicam disceptationem, cui occasionem præbuerunt hæ Reubenitarum divisiones, de quibus diversa erant hominum judicia, diversis diversa

[q] Mart. Ma. [r] Ma. † Mart. [t] Belg. [v] Ma. [x] Pi. [y] Jun. Pi. [z] Bo. ferè ex La. [a] Bo. [b] V. [c] M. [d] Mart. † Glass. gram. p. 544. † Jun. [f] Belg. [g] Ma. ità Os. [h] La. * Ca. † Ca. [i] Bo. [k] V. Pi. Ma. [l] Ma. [m] V. [n] Jun. [o] Pi. [p] Mont. [q] Os.

[r] D. M. † Ità La. Bo. [t] Os. [v] Bo. [x] Q. in Ma. [y] Jun. [z] M. [a] V. [b] Q. in V. [c] Ca. [d] Mart. † Pi. [f] Jun. [g] Pi. [h] Ma. [i] V. [k] D. [l] V. [m] D. [n] Os. [o] V. [p] Me. sim. La. Bo.

opinantibus, & causas tantæ divisionis perscrutantibus*. Alii, *in rivulis Reuben.* Loca Reubenitarum
* Bo. non injuriâ vocat rivos; nam ad Jordanem felicia pascua sortiti erant. Tribuit quidem illis magnitudinem & prudentiam, sed eos coarguit, quòd pugnam detrectaverint,& sua tantùm curârint [q].
q Mart. *Cùm in separatione Reuben essent magni viri, & sapientes corde,* M. Redarguuntur, quòd, alioqui ingenio & industriâ valentes, fratribus opem non tulerint [r].
r Ma. Al.sic; *Sed in partibus Reubenis magni sunt statutis cordis:* i. e. Reubenitæ superbi sunt, & propterea non comparuerunt
† Pi. in hoc bello; ne, scilicet, viderentur mulieri parere †. *In partibus Reubenis fuerunt magnæ constitutiones* (i. e. imaginationes) *cordis*, vel, *magni constitutionibus cordis* [t].
t Ma. [Ca. conjungit hæc cum sequentibus, hoc modo, *Apud rivos, ô Reubenitæ magni imperiosæ mentis, quid sedistis,* &c? Nonnulli autem hæc in laudem accipiunt.] Videtur laudari *Reuben,* quòd gregum omissâ
v Ser. curâ bello interfuerit, ut olim Jos. 1. & 22 [v]. *Magni institutis animi,* (Heb. *cordis,* Jun.) i. e. magnates industrii, (periphrasis gubernatorum in tribubus Transjordaninis,) *in partibus* (Heb. *divisionibus,* i.e. in Transjardenæo tractu, ut seq.vers.) *Reubenis,* JT. Periphrasticè insignis illorum fides videtur commendari, quâ anteiverunt expediti suis fratribus in occupanda ipsorum hæreditate cis Jordanem ex mandato Dei, Num.
x Jun. cap. 32 [x].

16. *Quare habitas inter duos terminos?*] Cur habitas & desides, ô Reuben, in terra tua, quæ sita est inter duos terminos, i. e. Moab & Canaan? Vel potiùs, Cur tam mecum quàm cum Sisara pacem habere voluisti? ac, ut vulgò dicitur, cur inter duas aquas
y La. natas [y]? Quare medius hærebas & dubius inter terminos hostium & Israelitarum, ut, pro eventu belli,
z T. sim. Me. Os. alterutri te conjungeres [z]? Hæc vox [scil. מִשְׁפְּתַיִם]
a Os. etiam *acies* significat [a]. ¶ [לָמָּה יָשַׁבְתָּ בֵּין הַמִּשְׁפְּתַיִם] *Quare sedisti* (vel, *mansisti,* M. Ang. V. nempe, in hoc bello, Pi.) *inter duos ordines?* Mo. sub. *ovium,* V. vel, *inter caulas?* M. P. V. Ang. Verbum Hebraicum respicere videtur morem istius, necnon præsentis, ævi; nimirum, quòd caulæ ovium distinguerentur in duos ordines sibi invicem oppositos, inter quos commodè transire posset homo, & singulis pabulum suum tri-
c Belg. buere [c]. Alii, *inter duas sarcinas,* JT. Pi. Ca. instar
d Pi. pigri asini. Confer Gen. 49. 14 [d]. *Inter semitas,* vel *vias,* Sy. Ar. *Cur desideres inter sarcinas?* Apostrophe ad Tribus trans Jordanem, ut ipsæ quoque agnoscant vocationem Deboræ, suúmque obsequium profitean-
† Jun. tur †. ¶ *Ut audias (audires,* M. P. Ti. Ca.) *sibilos (boatus,* Ti. vel, *balatum,* Ca.) *gregum*] q.d. In tam alto otio interim dum videres fratres tuos in ingen-
f Ma.ex V. ti esse periculo [f]. *Audiendo sibila gregum,* i.e. ad hoc unum advertendo animum tuum, ut greges tuos commodè cures: quemadmodum facturi videbantur majores tui, nisi ad officium commune erga fratres suos mandato Dei ipsos revocavisset Moses, Num.32.6,&c. q. d. Vos quoque igitur vindicem vestram à Deo da-
g Ma. ex Jun. tam agnoscite. Sic vers. seq [g]. Si quis miretur vocem *sibilos* de gregibus hìc usurpari, sciat etiam elephantorum barritus sic dici ab Arriano, l. 5. *Fessis autem belluis,* (inquit,) *cùm illorum incursus validi ampliùs non*
†BA. 1. 2. 45. 470. *essent, sed sibilo solùm uterentur* †. ¶ *Diviso contra se Reuben,* &c.] Repetitur hoc hemistichium velut carmen intercalare, ad elegantiam, mutatâ duntaxat unicâ literâ: nam v. 15. habetur חִקְקֵי, i. e. *cogitationes,* vel *disceptationes, cordis*; hìc verò dicitur חִקְרֵי לֵב,
h La. i. e. *investigationes,* vel *perscrutationes, cordis* [h]. [Variè tamen reddunt.] *Et segregares te, Reuben, unà cum magnatibus & sapientibus corde,* M. *Ad divisiones Reuben, magnorum* virorum, *qui erant decretarii cordis,* Ti. *Apud rivos, ô Reubenitæ magni, mente sagaces,* Ca. *Divisiones Reuben habuerunt magnas investigationes cordis,* Belg. *Ad divisiones Reuben magnæ sunt investigationes cordis,* i. e. Ex hac separatione tua facilè cor tuum erga fratres agnosci potest. Dum enim Ecclesia periclitatur, revelantur multæ cordium cogitationes,
i Os. Luc. 2 [i].

17. *Galaad trans Jordanem quiescebat*] *Galaad* est regio trans Jordanem adjacens monti Galaad. Metonymicè hìc sign. Galaaditas. Ea autem vox sumitur, 1. interdum, sed raro, pro omnibus tribubus Transjordaninis: id non sign. hoc loco, cùm hi à Reubene distinguantur: 2. pro sola terra dimidiæ Tribûs Manassis: 3. pro Manassitis & Gaditis, ut hoc loco, & alibi frequenter [k]. At superiùs dictum est *Machir* * Bo. venisse [ad hoc bellum;] is autem possedit montem *Gilead.* Si ergò venit *Gilead* ad prælium, cur hìc reprehenditur? Existimo igitur ad crimen Reubenitarum exaggerandum hæc spectare: q. d. Tu quidem, *Reuben,* habitas ad rivos Jordanis; at ibidem *Galaad* habitavit, qui tamen ad bellum se contulit. Idcirco Reubenitis & habitationis & loci excusatio præciditur. Et interrogativè lego, *Gilead, nonne ipse quoque ad vada Jordanis habitavit?* Desine itaque id excusare [l]. l Marr. *Galaad circa Jordanem quievit?* Ti. vel, *remansitne?* q. d. Non [m]. *Gilead,* id est, Manassitæ; *habitat,* qu. d. perpetuò in suo habitaculo degit, ac m Q. in V. proinde non comparuit in hoc bello [n]. ¶ *Et Dan* n Pi. *vacabat navibus,* [וְדָן לָמָּה יָגוּר אֳנִיּוֹת] *Sed & Dan quare inhabitat naves?* M.sim.iT.P. *Quare degeret* (verto, *degebat,* vel, potiùs, *commorabatur,* Pi.) *apud naves?* JT. Possessionem enim habuit magna ex parte maritimam, Jos.19.40. sicut & Aser, ib.v.24 [o]. Dan in- o Jun. Pi. tentus erat navigationibus, communi bono neglecto. Hæc Tribus ad mare Mediterraneum erat: in ea erat portus celebris Joppe appellatus [p]. *Sed Dan cur apud* p Bo. *naves degit?* Si, inquit, ille qui habitabat ultra Jordanem venit in auxilium, cur Dan præ metu opes suas transtulit ultra Jordanem*? ¶ *Et in portubus* * V. *morabatur,* [וְעַל מִפְרָצָיו יִשְׁכּוֹן] *Et in rupturis (fracturis,* P. Mo.) *suis manet,* Ti. vel, *manebat,* V. vel, *habitabat,* P. M. i. e. Quietum se continuit, durante hoc bello [q]. *Cur—in præruptis* (scil. *rupibus,* Jun.) *suis* q Pi. *habitaret?* JT. *Rupturas* vocat urbes semidirutas; non enim habebant Aseritæ urbes satis munitas, & longè habitabant; ob id non venerunt. Alii, *ad sinus suos* [r]. Meritò arguitur Aser, quæ vicina erat Nep- r V. thalitis & Zabulonitis, à quibus, & in quorum terris, bellum hoc gestum est. Ambiguum est an ad mare, an ad Aseritas, hæ fracturæ referendæ sunt [t]. t Bo.

18. *Obtulerunt animas suas morti,* [חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת] *Exposuit (repudiavit,* Mo. *devovit,* Ti.) *animam suam (seipsum,* Sy. Ar. *vitam,* Ca.) *morti,* M. P. *Seipsum abjecit ad moriendum,* JT. *Probro affecit animam suam;* i. e. vitam periculo objecit, ut visus sit eam vili pendere [v]. v Pi. Bo. *Dehonestavit animam suam ad moriendum:* q. d. Non solùm exposuerunt vitam suam morti, sed etiam opprobrio, quòd tam pauci pedites tanto & tam valido exercitui se opposuerint. Al. *violavit, prostituit, animam,* &c [x]. ¶ *In regione Merome,* [עַל מְרוֹמֵי שָׂדֶה] x Ma. *Super altitudines agri,* P. Mq. sim. o'. Sy. *in excelsis campi,* M. Ti. Belg. sim. JT. Ca. q. d. Aperto campo, in planitie eminenti, pugnaverunt [y]. In alta latâque pla- y V. nitie montis Thabor gestum est hoc bellum [z]. [Τὸ z La. Jun. Pi. מְרוֹמֵי appellativè sumunt omnes, tam veteres quàm recentiores; unus Latinus pro nomine proprio accipit, vertítque, *Merome*; quem ergò errâsse hìc dicit Hugo de Sancto victore apud Bo.] At dubitari non debet (inquit Bonfrerius) Hieronymum rectè & scienter vertisse. [Ità statutum est his hominibus Vulgatum quovis modo defendere, & cùm rationes & authoritates desunt, conclusionem saltem fortiter tenere.]

19. *Venerunt Reges*] Jabin & fœderati ejus [b]. Con- b Jun. La. Pi. Ma. fer Jos. 11. 10 [c]. Vel, plurale ponitur pro singulari [d]; c Bo. vel, Sisara Rex dici potuit. Nam belli imperatores eti- d Bo. Marr. am *Reges* vocantur Aristoteli in Politicis †. ¶ *In* † Bo. *Thanach juxta aquas Mageddo*] Regiones sunt in dimidia tribu Manasse, non procul à Thabore, Jos. 17. 11. & Jud. 1. 27 [f]. Venerunt cum maximo exercitu, ut f Jun. Pi. La. Bo. qui complecteretur totam regionem inter Thaanach & Megiddo, vel, oppugnârunt Thaanach, postea Megiddo [g]. *Aquæ Mageddo* non aliud hìc sunt quàm g V. torrens Cison [h]; sic dictæ, quòd hic torrens prope ur- h Me. Ma. Bo. bem Mageddo præterlaberetur [i]. ¶ *Et tamen* i Ma. Ba. *nihil tulêre prædantes,* [בֶּצַע כֶּסֶף לֹא לָקָחוּ] *Nec acceperunt* (vel, *abstulerunt,* Ti. Belg.) *lucrum pecuniæ,* M. Ti. Ang. vel, *cupiditatem argenti,* Mo. vel, *desiderabile argentum,*

argentum, P. quaſi Hypallage eſſet, & Hebræa ſonent ad verbum, *deſiderium argenti.* Sed בֶּצַע pro *deſiderio* accipi non memini, verùm pro lucro vel quæſtu [k]. Nullam prædam ſunt aſſecuti, quod ſperaverant [l]. Cùm ſperarent ſe ad prædam veriùs quàm ad prælium exire, fruſtrati ſpe, prædæ nihil, plagarum multum, acceperunt [m]. *Nè fruſtulum quidem argenti acceperunt*, Jun. Pi. Q. in. V. Deducitur בֶּצַע à בָּצַע *ſuccidere*, vel *dividere:* q. d. Tantum abeſt ut magnas multáſve argenti maſſas acceperint [n]. Vel ſic; Nemini parcebant, etiam oblatâ pro redemptione quacunque pecuniâ [o]. Hoſtis, ſpreto lucro, ſanguinem tantùm ſitiebat populi Dei [p]. *Divitias argenti non voluerunt*, Jon. Alii ſic; Tanto laborârunt odio contra Iſraelitas, ut Siſaræ militare vel citra ſtipendium voluerint. Sed hoc ſubtilius eſt [q].

20. *Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo*] i. e. Non turbatæ, nec quicquam paſſæ, ſicut olim ſub Joſue factum [r]. Vel hoc dicitur, ad indicandum eos more ordinatiſſimi cujuſdam exercitûs pugnâſſe, nemine ordinem turbante, aut locum deſerente *. ¶ הַכּוֹכָבִים מִמְּסִלּוֹתָם] *Stellæ è ſtationibus ſuis*, Ti. vel, *de gradibus*, M. *viis*, P. *ſemitis*, V. *ex* (vel *in*, Ang.) *curriculis ſuis*, Ca. Ang. Belg. *è ſuis aggeribus*, JT. Pi. i. e. ſuperioribus regionibus aeris. Tranſlata locutio à militibus ex editiore loco pugnantibus †. Confer 2 Mac. 10. 29. & 11. 8. מְסִלּוֹת ſunt *loca celſa* *. Faciliùs & fortiùs & certiùs tela ex alto in imum, quàm contrà, jaciuntur [t]. Qu. Quid hîc ſtellæ? & quomodo hæ pugnabant? Reſp. 1. Stellæ hîc ſunt Angeli [v], qui *ſtellæ* vocantur ob naturam cœleſtem & ſplendorem [x]. Angeli vocantur *aſtra matutina*, Job. 38; & Apoc. 12. *draco ſtellas de cœlo trahit* [y]. 2. Stellæ propriè hîc accipiendæ ſunt [z]. Sed quomodo hæ pugnabant? Reſp. Stellæ cauſârunt illas tempeſtates grandinum, ventorum, fulgetrorum, &c. quibus frangebantur [a]. Ab aſtrorum influxu naturaliter manant tempeſtates, tonitrua, grandines, &c. Horum autem influxum auxerat Deus, vel aliorum ſiderum tempeſtates prohibentium vim & influxum cohibuit [b]. Dicit, *de viis ſuis*, nè quiſquam arbitretur illas aut è cœlo deſcendiſſe, aut à ſuo curſu deſciviſſe [c]. Fortè de ſtellis loquitur canticum, quòd pugna nocte, lucentibus ſtellis, fuiſſet commiſſa [d].

21. *Torrens Ciſon trabit cadavera eorum*, גְּרָפָם] *Devolvit* (*amovit*, M. *abripuit*, Ca.) *eos*, Mo. Ti. Belg. *ſcopavit eos*, P. Belg. Ang. i.e. more ſcoparum abduxit eos †. Τὸ גָּרַף eſt ἅπαξ λεγόμενον, [i.e. *ſemel tantùm occurrit in Scriptura*,] ſed apud Arabes paſſim occurrit; ut cùm dicunt סיל גרף, *torrens omnia avehens*; nempe, גרף propriè *præceps* ſonat, ut Matt. 8. 32. עלי גרף, κατὰ τοῦ κρημνοῦ, *per præceps*. Ità גָּרַף de torrente dicitur qui per præceps lapſus omnia avehit; indè גְּרָפָם, *avexit eos* *. גָּרַף volunt propriè eſſe *convolvit*, à nomine אֶגְרוֹף *pugnus*, quaſi manum convolutam dicas. Potes vertere, *retis inſtar traxit* ſeu abſtulit eos, ab Æthiopico גרף *rete*, ſeu *ſagena*, Matt. 13. 47. Plus opis adfert lingua Syriaca, ubi uſitatiſſimum eſt hoc verbum, & pro שָׁטַף *inundare* ponitur, Cant. 8. 7. Iſa. 10. 22. *Trahere, detrahere, extrahere ex loco*, ſignificat; unde & pro חשף *haurire* uſurpatur apud Syrum, Iſa. 30. 14 †. Torrens Ciſon fluit ad radices montis Thabor, ubi contritus eſt Siſara: quare milites ejus fugientes per torrentem Ciſon, eo per Dei providentiam aquis redundante & tumido, hauſti merſíque ſunt. Joſephus ait eum ex ingenti imbre immiſſo intumuiſſe [f]. ¶ *Torrens Cadumim*, נַחַל קְדוּמִים] [Variant.] *Torrens antiquorum*, vel, *antiquitatum*, vel, *antiquus*, M. P. V. Ang. de numero priſcorum, V. Senſus eſt, vel, 1. vetuſtiſſimus torrens, priſcis etiam Poetis mirificè celebratus *: vel, 2. torrens quem antiquis temporibus idololatricè coluerant †: vel, 3. Ciſon, licèt ſit torrens, tamen ab antiquo fluit, nec fluere ceſſat, utì alii torrentes, qui in æſtate ſæpe ſiccantur; ità Marinus [q]: vel, 4. in hoc à Deo ordinatus fuit torrens Ciſon ab initio, ut in eo perirent Cananæi; juxta illud Prov. 16. 4. *Omnia operatus eſt Dominus propter ſemetipſum* [r]. Alii, *torrens orientalium:* קֶדֶם enim *orientem* ſign. Torrens Ciſon in duas partes dividitur: una Occidentem verſùs fundit ſe in mare Mediterraneum; altera verſùs Orientem in mare illabitur Geneſareticum; & hæc pars vocatur *Cedomim* †. Non diſplicet [t]. Sed verti poteſt, *torrens præventorum*, vel, *præoccupatorum* [v]; ubi, ſcilicet, Siſariani ex inopinato aquis præventi & ſuffocati erant [x]. Al. *torrens occurſuum*, JT. ad quem, ſcilicet, utrique exercitus concurrentes manus conſeruerunt [y]. Sic dictus à קֶדֶם *ante*, quòd unus exercitus ante alium ſteterit [z]. ¶ *Conculca, anima mea, robuſtos*, ſim. Belg. Glaſſ. תִּדְרְכִי נַפְשִׁי עֹז] *Conculcabit* (*conculcabis*, Glaſ.) *anima mea robur*, Mo. i. e. Conculca: Fut. pro imperat. quod ſæpe occurrit. *Robur*, i.e. quicquid validum fuit, ſive torrentem, Jun. ſive hoſtes ipſos robori ſuo præfidentes, at nunc devictos & proſtratos [a]. *Calcâſti, ô anima mea, fortitudinem*, Ang. vel, *in fortitudine*, P. Dixi, *Proculcato, anima mea, robur*, JT. i. e. Ut cœleſtia & terreſtria divinitùs in hoſtes irruerunt; ſic ego quoque operam meam adhibui ſtudioſiſſimè, ut partibus meis cum exercitu defungerer [b]. *Proculcato:* Inſta precibus apud Deum ut proculcet. Vel, *proculcabis*, ſcil. precibus inſtando apud Deum tempore prælii. Et tum non eſt ſupplendum, *Dixi* [c]. Magna vis eſt & energia orationis. Quod fecerant in prælio ſibi adhuc animo repræſentat, perinde ac ſi etiam tum res ipſa gereretur; unde mirum non eſt ſi eundem animi affectum ſentiat [d]. Alii, *Calcabit anima mea* (*calcabis, ô anima*, Ti.) *eum fortiter*, M. [Ca. conjungit hoc cum præcedentibus, hoc modo, *Fluvium Ciſon pervade, anime mi, fortiter.*] *Calcâſti*, ſub. *amnem illum*; i. e. Ego pedibus meis tranſivi fortiter & viriliter; q. d. Me verò, mulierem infirmam, non potuit rapere tranſverſam †. Licèt hic amnis hoſti impermeabilis fuerit, tamen Iſraelitis ſolidum conceſſit veſtigium [f]. Sed hoc eſt, novum miraculum citra neceſſitatem fingere [g].

22. *Ungulæ equorum ceciderunt*, ità Ar. אָז הָלְמוּ עִקְּבֵי סוּס] *Tunc concuſſæ ſunt* (*obtuſæ*, Ca. *quaſſatæ*, P. *contuſæ*, vel *attritæ*, V. Ang. Belg.) *ungulæ* (*calces*, P.) *equorum*, M. Ti. *Tunc obtuderunt calces—fortes illorum*, JT. Factum hoc, vel, 1. ex magnitudine grandinis, fulguris, &c [h]. vel, 2. ex aſperitate locorum [i], ex colliſione ad ſaxa [k]; vel, 3. ex nimia feſtinatione & præcipiti curſu fugientium [l]. Naturâ quidem equorum ungulæ ſolidæ ac robuſtæ ſunt, nec facilè finduntur; quod tamen hîc factum ob incitationem, &c [m]. Hactenus commemorata adjumenta ad victoriam, nunc oſtendit ipſæ fugæ præſidia fuiſſe illis ablata [n]. סוּס ſing. hîc pro plur. ponitur [o]. ¶ *Fugientibus impetu*, &c. מִדַּהֲרוֹת דַּהֲרוֹת אַבִּירָיו] Vertunt, *à calcitratibus, calcitratibus* (*à plauſibus, plauſibus*, Jun. Ang. *propter vehementem impetum*, Ti. M. *à ſono pedum*, P. *à calcationibus*, V. *à fremitibus*, Jon.) *fortium ejus*, Mo. Vel, 1. equitum; propter crebras & frequentes concurſiones equitum, ſive equorum, Siſaræ [p]; *propter ſaltus à magnificis eorum* equis inſidentibus *excitatos*, M. *Tanta erat rectorum eorum*, ſcil. fugientium, *incitatio*, Ca. Vel, 2. equorum; *à plauſibus*, ſupple, *equorum*, qui currendo plaudunt terram [q]. *Propter citatos curſus*, vel *plauſus*, quos nimirum ediderunt equi à ſeſſoribus in fuga impulſi [r]. אַבִּירִים pro equis ſumi docent, præter hunc locum, Jer. 8. 16. *A Dane auditus eſt fremitus* סוּסָיו, *equorum ejus; tota terra contremuit* מִקּוֹל מִצְהֲלוֹת אַבִּירָיו, *ſtrepitu hinnitûs robuſtorum ejus:* & Jer. 47. 3. מִקּוֹל שַׁעֲטַת פַּרְסוֹת אַבִּירָיו, *propter ſonitum inceſſûs ungularum robuſtorum ejus*, i. e. equorum: & Jer. 50. 11. *Hinniviſtis* כָּאַבִּירִים, *ut robuſti.* Equos intelligi patet, 1. quòd סוּס & אַבִּיר ponuntur ut ſynonyma: 2. quòd illis tribuuntur *hinnitus, ungulæ*, & דַּהֲרוֹת *curſus*, aut *ſaltus*, aut *inceſſus* ſpecialis, equis peculiaris †. אַבִּירִים ego hîc proprium & poeticum equorum epitheton intelligo; q. d. *alatos, pennatos, volucres*, à velocitate curſûs: iſta enim nomina equis velociſſimis indebantur. C. Caligula habuit *incitatum*; L. Verus, *volucrem: Aquilo* antiquis lapidibus celebratur [t]. *Tunc attritæ ſunt ungulæ equorum curſibus, curſibus, inquam, robuſtorum ejus*, i. e. equorum. Latinè potiùs dixeris, *Equorum ungulæ curſibus illorum attritæ ſunt:* Sed Hebræâ phraſi nomen ipſum pronominis loco ſæpe ponitur [v]. *Propter plauſus, plauſus:* Repetitio multitudinem

[k] Pi. [l] V. Oſ. [m] Oſ. [n] Pi. [o] V. [p] M. [q] Q. in Mart. [r] Me. T. L. La. Bo. * Bo. † Jun. ſim. G. * G. [t] La. [v] E. ſic V. Mar. G. plerique in Bo. [x] G. [y] Bo. [z] La. Bo. ità L. Me. Ti. Jun. Pi. [a] T. ſim. Jun. La. Bo. [b] Bo. [c] Mart. [d] E. † V. * BC. 1. 16. 465. & 1. 42. p. 757. † Di. [f] La. * Ma. † Li. [q] La. [r] V. ſic Mont. La.

† Ser. [t] Bo. [v] Q. in La. Bo. [x] La. Bo. [y] Jun. Pi. [z] Ma. [a] Glaſſ. gram. pag. 387. [b] Jun. [c] Pi. [d] Bo. † V. [f] M. [g] Bo. [h] L. [i] L. [k] La. [l] Bo. [m] Mart. [n] Bo. [o] V. Mart. [p] V. [q] Jun. [r] Pi. † BA. 1. 2. 6. 97. [t] Ma. [v] BA. ib.

rem innuit & continuationem plausuum, incitatissimum plausum & cursum [x].

23. *Maledicite terræ Meroz*, אורו מרוז] *Maledicite Meroz*, P. Mo. Ti. Quidam virum fuisse volunt; sed locum esse constat ex sequentibus, *habitatores ejus* [y]. Civitati *Meroz*, M. V. Quisnam hic locus ignoratur [z]. Effectus hujus maledictionis est, quòd ejus memoria penitùs abolita est. Locus erat tunc celebris ob habitatorum vires, quas in extremo versûs hujus verbo significatas putat Cajetanus, bello huic idoneas [a]. Τὸ *Meroz*, Pagnin. in Nom. Heb. probabiliter opinatur esse *Merom* lacum; & accolas ad eum intelligi. Ibi enim Josue, c. 11. v. 7. cecidit Jabin illum, hujus antecessorem [c]. Cur his præ cæteris intentetur maledictio causa est, eorum vicinia loco ubi commissum est prælium [d]. Cæteri, ob distantiam, vel sententiarum discordiam, veniâ aliquâ digni erant; at in his solus animus defuit, non commoditas †. *Maledicite*, &c. *Infames sint.* Grave erat Atheniensibus ἀστρατεία, i. e. *detrectatæ militiæ*, crimen; ut ex Demosthene, Scholiaste ejus Ulpiano, & Harpocratione, discimus. Multò justiùs infames habendi qui bello defuerant imperato divinitùs [f]. ¶ *Dixit Angelus Domini*] Hoc interponitur, nè suo stomacho indulgere videatur [g]. Sed quis hic Angelus? Resp. Vel, 1. Barac, qui à Deo missus erat ad hoc bellum [h]. Fortasse Barac ad eam civitatem ad prælium eliciendam proficiscebatur, qui, cùm civium ejus voluntatem sic obfirmatam animadverteret, impulsu Divini Spiritûs eam exsecratus est [i]. Vel, 2. Debora prophetis. Prophetæ autem vocantur *Angeli Domini*, quia à Domino missi [l]. Vel, 3. Summus Sacerdos, quia Sacerdotes *Angeli* vocantur [m]. Vel, 4. Quicunque Spiritu Dei afflati sunt, mecum semper pronunciabunt Merozitas maledictos esse, & Jahelem benedictum [n]. Vel, 5. Nuncius aliquis quasi à Jehova missus ad Deboram, ad nunciandum ei victoriam Israelitarum [o]. Vel, 6. Angelus propriè dictus [p]. *Angelus*, sub. *qui per me loquitur* [q], & qui huic bello præfuit [r]. Quanquam totum Canticum prophetico spiritu dictatum esset; tamen si maximè quis argumenta sensáque ipsa à Deo profecta, canentis verò Vatis affectibus & verbis elaborata esse, existimet; hanc tamen partem *de Meroz*, & proximam, & rebus & verbis ipsis planè divinitùs dictatas, exceptásque, Vates affirmat: quapropter omni studio prorsus observandas docet †. ¶ *In adjutorium fortissimorum ejus*, לעזרת יהוה בגבורים] *Ad auxilium Domini cum fortibus*, M. Ti. *inter fortes*, JT. Ca. scil. milites Baraci [t]; qui tanquam fortissimi milites pro Deo pugnârunt [v]. Vel, *contra fortes*, P. V. Ang. i. e. contra Cananæos, qui fortiter pugnabant contra Israel [x]. *Quia non juverunt in bello Dominum cum viris suis*, Ar. sim. Sy. *Non venerunt ad auxilia populi Domini, quando inivit bellum cum fortibus viris*, Jon. *Dominus* hìc, pro populo Domini, ut *mons Domini*, pro, *mons domûs Domini* [y]. Ad auxiliandum Jehovæ pugnanti contra Cananæos cum Baraco & exercitu ejus. ἀνθρωποπάθεια [z].

24. *Et benedicatur in tabernaculo suo*, מנשים באהל תברך] *Supra mulieres*, vel, *præ mulieribus*, (sub. *aliis*, Pi.) *in tabernaculo benedicetur*, M. sim. Ti. Mo. Sy. q. d. Ob id laudetur hæc mulier quod in tabernaculo egit. Miro compendio unius verbi Sisaræ occisio notatur, quæ non in castris contigit, sed in tabernaculo [a]. Vel sic; Jubentur Israelitæ in Tabernaculo fausta illi omnia apprecari, ut nihil sit quod domum vel familiam ejus interturbet, quandoquidem ipsa domi & in tabernaculo suo tam viriliter se gesserit [b]. Al. *supra mulieres* quæ *in tentoriis* habitant, Tig. not. sim. JT. Ca. D. Quas decet domi se continere, non viros, ut Merozitæ fecerunt [c]. Pertinet hoc ad laudem mulierum, ut domi desideant, nec foris prodeant: unde honesta matrona οἰκουρὸς dicitur; & Venus pingitur testudini, quæ *domiporta* vocatur, insidens. Contrà, meretrix à Chaldæis vocatur יצאת ברא: & Salomon de ea, *in domo non habitant pedes ejus*. *Mulier in tentorio* ità dicitur ut, *miles in armis*, i. e. armatus [d].

25. *Et in phiala principum*, sim. M. P. Ti. Mo. בספל אדירים] *In cratere insignium*, vel *nobilium*, V. *in simpulo magnificorum*, JT. Pi. *Simpulum* & hìc, & infrà

x Gloss. gram. pag. 19. y D. z La. Ma. a Ser. c La. d Bo. ità Mont. Ser. K. in D. † Bo. f G. g Mart. h Chald. in La. D. i Mart. l D. m Procop. in Ser. n Jun. o Pi. p Ser. La. Bo. q V. Ma. r Ma. † Mont. t Pi. v Bo. x V. y D. z Pi. a Mart. b Bo. c Jun. d D.

6. 38. vas rebus sacris & magnificis destinatum †. A ספל *simpuli* nomen [de quo vide, si vacat, BA. 1. 2. 49. 548.] ad Lydos, à Lydis indè ad Etruscos, indè ad Romanos, venit. *Cyathum* interpretantur Varro l. 4. Festus, & Glossæ Græco-latinæ. Meminit & Plinius 35. 12 [f]. Intelligunt, vel, 1. in hujusmodi cratere in quo solent bibere nobiles homines [g]. Sed non verisimile est in ea domo, quæ vinum omnémque luxum & delicias arcebat, fuisse talia pocula [h]. Vel, 2. in phiala permagna. Poculis enim peramplis insignes viri solent excipi. Cicero in Antonium; *Quod si inter cœnam in illis tuis immanibus poculis aceidisset, quis turpe non duceret* [i]? Ut amplè & largiter & ad satietatem usque biberet [k]. [o'. illud אדירים conjungunt cum sequentibus, & versum sic distinguunt, *Lac dedit in phiala: præstantium attulit butyrum.*] ¶ *Butyrum*, ità M. Ti. חמאה] Lac *butyri*, JT. Pi. V. D. i. e. recens, & non pressum [l]: vel, lac ex quo expressum fuerat butyrum [m]. *Lac butyri, quod remanet post butyrum. Id aggravat cor, & abripit mentem. Aut dedit ei butyrum ad comedendum postquam dedisset ei bibere lac. Nam* בנאד *in utre propinavit ei lac* [n]. *Butyrum*, pro lacte unde butyrum conficitur. Sic *panis* ponitur pro frumento è quo panis conficitur [o]. *Butyrum* hìc est lactis cremor & pinguedo, quæ non erat separata à lacte, ex qua butyrum confici solet [p].

26. *Sinistram manum misit ad clavum, & dexteram ad fabrorum malleos*, ידה ליתד תשלחנה וימינה להלמות עמלים] *Manum suam misit ad clavum, & dexteram suam ad malleum fabrorum*, M. vel, *laborantium*, P. *Manus sua arripuit clavum, & dextera sua malleum laborantium*, Ti. i. e. fabrorum & aliorum artificum. Ad verb. *Manus ejus* (sub. sinistra, V. JT. o'. D.) *ad clavum mittent sese, & dextera ejus ad malleum laborantium.* Ordo turbatus, & fut. pro præt. pro, *Manus ejus ad clavum, & dextera ejus ad malleum laborantium, miserunt sese*, i. e. requisierunt clavum & malleum, i. e. arripuerunt [q]. *Manus sinistra ejus ad paxillum, dextera autem ejus ad tuditem laborantium*, sese *extenderunt*, JT. Manus sinistra κατ' ἐξοχὴν *manus* vocatur: Mechilta 8. 4. *Non est manus in ullo loco nisi sinistra.* Sic, *Manus mea fundavit terram, & dextera mea*, &c [r]. תשלחנה plurale est, cùm tamen de una Jahele sermo sit †. Vel ergò, 1. referendum ad כחות *vires excitantes manus* [t]. Facultates & vires Jahelis, quæ manus ad illa extenderunt [v]. Vel, 2. תשלחנה ponitur pro תשלח [x], נ & ה ex abundanti additis, ut in פרשונה & מסדרונה, contra consuetudinem verborum [y]. Fortè τὸ נה adjectum est carminis causâ [z]. [Alii modo construendi difficultatem solvunt, ut jam ostensum est.] Puto תִּשְׁלָחְנָה poni pro תִּשְׁלַחְנָה; nec dubito quin, si textus vocalibus careret, ità legendum esset. Ad verb. *Manum suam ad clavum misit eam*, pro, *ad clavum misit*, pleonasmo affixi Hebræis usitatissimo *. ¶ *Quærens in capite vulneri locum*, ומחקה ראשו] מחקה נ.ד alibi in Scriptura non legitur [a]. Vertunt, *Amovit* (*abscidit*, P. *perforavit*, o'. vel, *perrupit*, Sy. *fregit*, Jon. *fidit*, Ar. *abrasit*, JT.) *caput ejus*, M. Ti. ¶ *Et tempus validè perforans*, וחלפה רקתו] *Et penetravit tempus*, Mo. *perfodit*, Sy. M. Ti. P. V. i. e. Posteaquam perforaverat & penetraverat tempora [b]. *Transverberavit* (*pertransivit*, Ma. Buxt.) *tempora ejus*, JT. *transivit* clavus *in tempore ejus*, Jon. *transverberavit ad alterum ejus tempus*, Ar.

27. *Volvebatur ante pedes ejus*] Non capite, utpote quod Jahel jam clavo affixerat, sed motitando & agitando pedes & latera cùm exspiraret Sisara [c]. ¶ בין רגליה כרע] *Inter pedes ejus incurvatus est*, vel, *incurvavit se*, M. P. Ti. V. JT. vel, *inclinavit se*, i. e. corruit [d]. ¶ *Et jacebat exanimis*, &c. באשר כרע שם נפל שדוד] *Et ubi* (vel, *in quo*, Mo. vel, *in loco quo*, Jon. Sy. Ar. Ti. subaudiunt τὸ מקום *locus*,) *incurvavit se*, (*recubuerat*, Ti. *concidit*, Sy. *ruit*, Ar.) *illic cecidit desolatus*, M. vel, *vastatus*, P. Pi. vel, *obtruncatus*, Ar. *spoliatus*, Jon. JT. V. sub. *vitâ*, JT. V. q. d. Unico ictu interfecit eum †. *Sicut* [videntur legisse כאשר] *procubuit, ibi cecidit exspirans*, o'. Est autem pulcherrima hæc ὑποτύπωσις, quâ res gesta oculis perspicuè subjicitur; & describuntur motus qui proprii sunt repentè ac violentâ morte pereuntibus. Accepto quippe gravissimo

† Jun. Pi. f G. g V. Lat. sim. L. Me. h Bo. i Mart. k Ma. sim. Mont. Ser. l Jun. Pi. D. m V. K. in D. n K. in D. o D. p Bo. q V. r D. † Mart. t M. v Mart. x M. D. y D. z Ma. * Di. a Ma. Bo. b V. c To. d V. † V.

gravissimo vulnere, corpus bis térve curvavit. Conabatur enim surgere, ac viribus destitutus rursum cadebat, ac inter pedes Jahelis miserè jacebat [g]. [g Mart.]

28. *Ululabat mater ejus*, וַתְּיַבֵּב] *Exclamavit*, vel, *vociferata est*, Ar. M. P. Mo. Ti. Ca. *Minuriebat*, JT. i. e mumuravit, susurravit, exili & flebili voce cantillavit [h]. [h Ma.] Mater Sisaræ, morâ ejus perturbata, per fenestras frequenter prospexit, ut revertentem videret: atque id non absque vociferatione fecit, quasi suspicans aliquid mali ei contigisse [i]. [i Mart.] Ostendit vel hîc unus locus illis gentibus ἐννοίας valde poeticas fuisse [k]. [k G.] ¶ *De cœnaculo*, בְּעַד הָאֶשְׁנָב] Τὸ אֶשְׁנָב hîc tantùm & Prov. 7. 6. legitur [l]. [l Scr.] Vertunt, *per cancellos*, M. P. Ti. Mo. sim. Jon. Favent his ὁ. διὰ τῆς δικτυωτῆς, i. e. *reticulatâ & cancellatâ fenestrâ*, prout Hesych. Suidas & Phavorinus explicant [m]. [m Bo.] *Per fenestellam*, JT. ¶ *Cur moratur regredi currus ejus?* מַדּוּעַ בֹּשֵׁשׁ רִכְבּוֹ] *Quare moratur currus ejus?* M. P. sim. Ca. Belg. Jon. Sy. V. *Cur erubescit currus ejus?* Mo. ὁ. Pudor sæpe moræ causa est, & impedimentum nè in publicum prodeamus [n]. [n Bo.] *Cur frustratur* me *currus ejus*, quò minùs veniat? Ti. ¶ *Quare tardaverunt pedes quadrigarum ejus?* פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו] *Pedes* (*vestigia*, M. *rotæ*, Ti. *progressus*, Ca. Belg. *vices*, Mo. *tinnitus*, Sy. *incessus*, JT.) *quadrigarum* (*curruum*, ὁ. JT. *aurigarum*, Sy.) *ejus?* P. Belg. ὁ. *Quamobrem adventus stridoris curruum ejus nondum est auditus?* Ar.

29. *Una sapientior cæteris uxoribus suis*, &c.] Si hæc uxor fuit, non mirum si meliori spe quàm mater fuerit. Terentius in Adelphis scribit, *Multò satius esse nobis ea evenire quæ de absentibus suspicantur uxores, quàm ea quæ parentes*, &c [o]. [o Mart.] At in Hebræo nulla *uxoris* vel *socrûs* mentio [p]. [p Bo.] Heb. *Sapientes principum fœminarum ejus respondebant*, &c. JT. Duplex hîc est Ebraismus: 1. *Sapientes principum*, ut, *sapientes mulierum*: 2. *Sapientes*, pro, una sapientum; nam sequitur, *respondit sermones suos* לָהּ *ei*, non לָהֶן *eis* [q]. [q D.] Mulieres prudentes, quæ illi famulabantur, *responderunt*, i. e. verbis solabantur illam. תַּעֲנֶינָּה fut. Heb. est pro præterito [r]. [r V.] ¶ *Hæc socrui verba respondit*, אַף הִיא תָּשִׁיב אֲמָרֶיהָ לָהּ] *Etiam ipsa convertebat dicta sua sibi*, Mo. *sermones referebat suos sibi*, JT. Ad verb. *ipsa convertet verba sua ad se*. H[s]; quem quidam sic vertunt, *Quin & ipsa sibi ipsi reddebat verba*; vel, ut alii, *ipsa respondebat sibimet ipsi*; i. e. solabatur se. Fut. pro præt *. [* V.]

30. *Forsitan nunc dividit spolia*, הֲלֹא יִמְצְאוּ יְחַלְּקוּ שָׁלָל] *Nonne invenient, divident spolium?* Mo. *Annon invenerunt & diviserunt spolia?* JT. Futur. pro præter. Occupati sunt in dividendis spoliis [t]. [t V.] *Annon invenirent*, i. e. nanciscerentur, *& dividerent prædam?* q.d. Iniquè illum adhuc exspecto, cùm deberet priùs prædam invenire, tum dividere [v]. [v Belg.] ¶ *Et pulcherrima fœminarum eligitur ei*, רַחַם רַחֲמָתַיִם לְרֹאשׁ גֶּבֶר] *Puellam* (*amasiam*, vel *amicam*, Ti. Mo.) *unam*, *puellas duas in virum quemque*, JT. sim. M. P. Belg. Mo. Heb. *capiti viri*, i. e. singulis [x]. [x V. D.] רַחַם propriè est *uterus*, seu *vulva*; hîc autem puellam ità per contemptum vocat [y] hæc Judæorum hostis [z]. [y M. D. Mart.] [z Mart.] Est Synecdoche membri inverecunda †, [† Pi.] & amarissima. Innuit enim illas impudicas esse, atque ad parùm honestum usum deputandas *. [* Mart.] Porrò, ראשׁ accipitur pro persona quæ in numerum & summam computanda venit [a]. [a M.] ¶ *Vestes diversorum colorum*, שְׁלַל צְבָעִים] *Spolia colorum*, Mo. V. M. vel, *tincturarum*, ὁ. i. e. colorata, infecta & tincta pretioso colore [b]. [b V.] *Spolia*, vel *prædam*, *vestium versicolorum*, vel *varicolorum*, JT. Ti. Ca. Os. Belg. Ang. sim. Sy. *aurificia*, Ar. ¶ *Et supellex varia*, שְׁלַל צְבָעִים רִקְמָה צֶבַע רִקְמָתַיִם] *Spolium colorum recamatum*; *color*, *recamata duo*, Mo. *Spolia*, inquam, *discolorium acupicta*, *discolor ex utraque parte acupictæ*, P. sim. Ti. Belg. Ang. M. V. *Prædam versicolorem intertextam*, &c. Ca. Spolia exornata arte plumariâ, V. *Præda versicolorium*, *phrygionicum opus*; *versicolor operis phrygionici*, JT. i. e. barbarici & utramque in partem figurati operis: quam operis formam bifacem dixerunt veteres. Vide in Exod. 26. 1 [c]. [c Jun.] *In prædam*, inquam, *varicolorum* vestimentorum *acupictorum*; *varicolores*, inquam, dabuntur ipsi *duæ vestes acupictæ*, Os. ¶ *Ad ornanda colla*, לְצַוְּארֵי שָׁלָל] *Collis*, vel, *in collum*, *spolii*, Mo. P. *quæ collo sit exuvium*, Ca. Erunt *in collum*, h. e. caput, *spolii*; i. e. separabuntur ut dentur Principi, nempe, Sisaræ: vel, ut alii, dabuntur *collo spolii*, i. e. principi exercitûs [d]. [d Mar. M. K.] *Quæ priori competit in spoliorum distributione*, M. *Capiti ejus spolia*, ὁ. [Ti. illud שָׁלָל rejicit ad verba priora, & sic vertit, *Sed & prædam vestis varicoloris utrinque acupictæ ad colla*.] *Collis prædæ*, i. e. eorum ad quos optima præda pertinet, i. e. vel ducibus, vel strenuè pugnantibus *. [* Belg.] *In collum* (ut eas gestet) pro *præda*, Os. *Super*, vel *ad*, *colla prædantium*, Sy. Ar. JT. *virorum prædæ*, Jun. Pi. Glas. apta *collis arripientium prædam*, Ang. Ellipsis hîc est substantivi prioris, nempe, τὸ אִישׁ. Sic Ruth 3. 2. *Nonne Boaz est* מֹדַעְתָּנוּ *cognatio nostra?* pro, אִישׁ *vir cognationis nostræ?* Sic 2 Sam. 23. 6. בְּלִיַּעַל *Belial*, pro quo 2 Sam. 16. 7. est, *viri Belial*: Job. 32. 7. *Dies loquentur*, id est, viri dierum: Prov. 13. 6. *Improbitas pervertit* חַטָּאת *peccatum*, pro, *virum peccati* †. [† Glass. p. 15.]

31. *Sicut sol in ortu suo splendet*, כְּצֵאת הַשֶּׁמֶשׁ בִּגְבֻרָתוֹ] *Secundùm exire solis* (*veluti ortus solis*, Sy. Ar.) *in fortitudine sua*, Mo. *Sint sicut sol cùm oritur* (vel, *progreditur*, M. *procedit*, JT. *oritur & exit*, Belg.) *in fortitudine sua*, M. P. Ti. *Erunt secundùm egressum solis*; i. e. Proficiant, sive sumant vires, quemadmodum Sol cùm exoritur subindè lucidior evadit: h. e. Subindè majores ac clariores fiant; similes scil. Soli exorienti [f]. [f G.] *Roborentur ut sol ab ortu usque ad suam fortitudinem crescit* [g]. [g M.] *Similes sint exorientis cum sua virtute solis*, Ca. *Sicut exire solem in virilitate sua*; h. e. quum per mediam æstatem primum Cancri gradum tenet †. [† ...] [Quidni sic vertatur, *ut sol cùm exit in*, vel *ad*, *fortitudinem suam?*]

32. *Quadraginta annos*] Sub his continentur viginti anni quibus Jabin oppressit Hebræos, c. 4. 3 [h]. [h La.] Vide suprà ad cap. 3. 11 [i]. [i Bo.] 40. *annos*, nempe, ab illo octogesimo anno, Jud. 3. 30 [k]. [k Jun.]

CAP. VI.

1. Fecerunt malum] i. e. Idololatriam, antonomasticè sic dictam [l]. [l La.] ¶ *Madian*] Posteri hi erant Madian filii Abraham, Gen. 25. 2. Duplex autem erat Madian: 1. juxta mare Rubrum, ubi Jethro, Exod. 2. 2. vicina Moabitis. De his locum intelligo [m]. [m La. Bo.] 1. Hi Israelitis viciniores erant: Illi deserto separati ab iis. 2. Hi orientales erant, & populi occidentales iis se conjunxerant, v. 3, 33. 3. Hi soli Trans-jordanini erant: Tales erant hi, ut patet ex v. 33. & ex Jud. 7. 24, 25. & Jud. 8. 4. Obj. At illi omnes deleti fuerant, Num. 31. 7. Resp. 1. Multi ex iis vel latebant, vel fugâ elapsi sunt [o]. [o Bo.] Plures tunc, hanc cladem metuentes, jam antè ad vicinas gentes profugerunt, qui postea in Madian redierunt [p]. [p La.] Jam verò ab illa clade anni ferè 200 præterierant: potuit ergò illo spatio gens illa rursum propagari, præsertim cùm plures cuique uxores esse possent [q]. [q Bo.] 2. Vastatâ ab Israelitis regione, verisimile est è vicinis populis multos eò profugisse, ut eam inhabitarent, qui omnes à regionis nomine Madianitæ dicti sunt [r]. [r Bo. ex La.] Hi ergò Judæam invaserunt, & à Gedeone cæsi sunt *. [* La.]

2. *Antra*, ità ὁ. Jon. Mo. V. D. מִנְהָרוֹת] Sic dicuntur à נהר, eò quòd fenestram haberent in summitate per quam lumen intrabat [t]: [t D.] vel, per antiphrasin, quasi minimè lucida [v]. [v Ma.] *Specus*, JT. *speluncas*, V. *domos*, Sy. Ar. ¶ *Speluncas*, ità Mo. JT. מְעָרוֹת] *Cavernas*, Ar. Subterraneas scrobes condendis frugibus [x]. [x Q. in Ma.] Porrò, illud מִפְּנֵי מִדְיָן vertunt, *à facie Midian*, propter Midianitas, seu metu Midianitarum [y]. [y V.]

3. *Cùmque sevisset*, וְהָיָה אִם זָרַע] *Et erat*, *si serebat*, Mo. D. i. e. cùm severat. Sic, *Si erit Jubilæus*, &c. *Si ingressus fuerit ad uxorem*, &c. τὸ *si valet* כַּאֲשֶׁר *cùm*: Huc refer, *Si Deus nobiscum, quis contra nos?* [z] [z D.] ¶ *Cæterique orientalium nationum*] Arabes [a]. [a Jo. & Prec. p... B.] Sed hæc appellatio ampla est, multisque populis convenit [b]. [b Bo.] Potiùs, Moabitæ, Ammonitæ, Ismaelitæ, &c [c]. [c La. Bo.] Τὸ עָלָיו vertunt, *super eum*, Mo. *adversùs eum*, vel *eos*, Sy. M. P. Ti. JT. sub. Israelem, Ti. Ascendebant *cum eis*, ὁ.

4. Figen-

4. *Figentes tentoria*] Ex Arabum more, qui pastores ferè sunt, 2 Par. 17. 11. Ezec. 27. 21. Hinc *tabernacula Cedar* in Cantic. & *Arabis* in Isa. 13. 20 [d]. ¶ *In herbis*] Non permittentes ut sata in grana & messem crescerent & maturescerent, ut sic Israelitæ fame perirent *. ¶ *Usque ad introitum Gazæ*] Quæ erat in terræ finibus ad Occidentem versùs Ægyptum: ab Oriente autem & Jordane hanc cladem incipiebant. Ità indicat nihil ab hac clade intactum remansisse. Et hæc clades septem annis duravit. Per Autumnum autem otium Israelitis dabant serendi quæ ipsi postea depasturi erant [f]. Simili artificio usus est Alyattes Lydorum Rex adversùs Milesios, de quo vide Herodot. in Clio l. 1. num. 17 †.

5. *Instar locustarum*] Tum copiâ, tum edendi rodendíque aviditate [g].

6. *Humiliatus*, וַיִּדַּל] *Et attenuatus est*, Mo. P. i. e. Proinde vires filiorum Israel fuerunt valde accisæ [h]. *Depauperatus est*, JT. *exhaustus*, Pi.

8. *Qui misit—virum prophetam*] Satis erat, *prophetam*. Talia sunt, *vir piscator*, *homo sacerdos*, *vir Æthiops* [i]. Qu. Quisnam hic fuit? Resp. 1. Phinees [k]. At ille, si tunc vixisset, fuisset ducentorum annorum [l]. 2. Angelus erat [m]. At Angeli in Scriptura non vocantur Prophetæ [n]. 3. Fuit homo prophetiæ spiritu à Deo dotatus [o]. Quis autem ille fuerit frustrà quæritur, cùm nos Sp. Sanctus id latére voluerit. Nec insolens est Prophetarum nomen reticeri; ut 1 Sam. 2. 27. & 1 Reg. 13. 1. & 20. 13, 22, 28 [p].

10. *Nè timeatis*, לֹא תִירְאוּ] *Non revereamini*, V. *Timere* hìc ponitur pro *colere* [q].

11. *Venit Angelus Domini*] Verus hic erat Angelus [r]. Fortè idem qui Jud. 5. 23. scilicet, *Michael*, Israelitici populi præses & defensor *. Angelus supernas erat, & quidem Angelus fœderis. Is Patribus olim apparuit in specie hominis; ideo *Jehova* vocatur [t]. ¶ *Et sedit*, ità o'. Jon. Sy. Ar. M. וַיֵּשֶׁב] Alii, *mansit*, vel *moratus est*, Mo. D. *substitit aliquamdiu*, V. *Sedere* hìc ponitur pro *manere*, M. Sic v. 18. אֵשֵׁב *Manebo donec tu redieris*; Gen. 22. 5. *Sedete hìc*, i. e. manete, exspectate: ità Exod. 24. 14. Angeli non apparent sedentes, sed stantes [v]. Præcesserat ingrati animi exprobratio, ex qua credere possent nolle Deum illis opem ferre. At contrà res accidit: eò enim referebatur ista exprobratio, ut Israelitæ ad sui criminis detestationem converterentur, & Deus occasionem arriperet eos liberandi [x]. ¶ *Quæ erat in Ephra*, &c.] *Ophra quæ pertinebat ad Joas.* Hoc additur διακρίσεως ἕνεκα [y]. Duæ erant Ophræ: una in tribu Benjamin, Jos. 18. 23; altera, hæc in Manasse [z]. Hæc *Ephra* non est *Ephratha* illa quæ & Bethlehem, nam ea erat in tribu Juda [a]. ¶ *Ad Joas patrem familiæ Ezri*; i. e. caput familiæ Ezri [b]: לְיוֹאָשׁ אֲבִי הָעֶזְרִי] [Variant.] *Joas* (sub. *qui erat filius*, vel *nepos*) *patris Ezri*, Bo. *Joas patris Ezri*, o'. Jon. Sy. Ar. M. Ti. Alii, *Abiezeritæ*, P. Tig. not. JT. Bo. D. i. e. ex familia *Abiezer* [c]. Porrò, Abiezer fuit unus ex majoribus Gideon, de quo mentio fit Jos. 17. 2 [d]. & 1 Par. 7. 18. *. Filius hic erat vel *Galaad*, nepotis Manasse [f]; vel sororis *Galaad*, 1 Par. 7. Unde *Ophra Abiezri*, Jud. 8. 27. & *Ophra Abiezritarum*, v. 32 [g]. & *domus Abiezer*, Jud. 6. 34. & *vindemiæ Abiezer*, Jud. 8. 2. τὸ י hìc in fine עֶזְרִי est formativum nominum patronymicorum apud Hebræos [i]. Nec obstat interjectus articulus ה in הָעֶזְרִי. Hoc enim ità dicitur ut בֵּית הַלַּחְמִי *Bethlehemita* [k]. *Abiezri* idem quod, *pater auxilii*: Ab hoc Gideon, qui à Deo destinabatur in auxilium Israelis [l]. ¶ *Cùm excuteret atque purgaret*, חֹבֵט] *Excutiens*, o'. Mo. M. P. *exterebat*, Ti. *decutiebat*, JT. Scil. flagello, uti Belgæ & alii flagellando segetes excutiunt grana ex aristis. Hoc egit, ut secretò & festinanter faceret. Alioquin in Palæstina bóves triturabant segetes, eas ungulis calcando, Deut. 25. 4 [m]. חָבַט propriè est, *virgâ*, vel *baculo*, *excutere frumenta*. Sic Ruth 2. 17. וַתַּחְבֹּט, *& virgâ excussit quod collegerat* [n]. חָבַט est, *percutere*, vel *excutere*, *baculis*; דּוּשׁ est, *triturare jumentis* [o]. Egregii viri quicquid otii vel à sacris vel à rebus civilibus nacti essent, non ad luxum, &c. sed ad rusticana vel pastoritia opera transmiserunt [p]. ¶ *In*

d Bo. — * La. — f Bo. — † Ma. G. — g La. — h V. — i D. — k He. in V. — l La. Bo. — m Aug. in La. — n L. — o La. — p Bo. — q D. — r L. — * Me. — t D. — v D. — x Bo. — y D. — z Me. D. — a Bo. — b Me. sim. l. La. — c Bo. D. — d Bo. — * D. — f Ità Bo. — g Ità D. — i Bo. — k D. — l La. — m La. — n BA. 7. 2. 37. 310. — o M. D. K. in BA. ib. Mart. — p Mart.

torculari] Ità M. P. Ti. JT. Mo. o'. D. q. d. In loco secreto; non audens in propatulo & area publica id facere [q]. Ubi non facilè suspicarentur esse aliquid prædæ, cùm nondum essent vindemiæ [r]. In magno illo horreo patris sui, in quo erat etiam torcular, ibíque reponebantur fruges *. In quadam areola, quæ tantum capiebat quantum torcular [t]. ¶ בַּגַּת] Alii vertunt, *juxta torcular*: sic, *in Jericho*, *Gabaon*, &c. pro, *ad Jericho*, &c [v]. Etsi Midianitæ vastarent omnia, non tamen ità, quin eos aliquid effugeret, quod ad victum parcum & tenuem posset usui esse †. ¶ *Ut fugeret Madian*, לְהָנִיס מִפְּנֵי מִדְיָן] *Ad fugiendum à faciebus Madian*, Mo. o'. simil. Sy. JT. *Ut effugeret Madianitas*, Ar. sim. Ca. Sim. Jud. 7. 21. (ubi scriptum וַיְנִיסוּ, & lectum וַיָּנוּסוּ [x].) Malim vertere, *ut fugere faceret*, P. V. D. Glass. sub. *patrem suum* [y]; i. e. ut eo aleret familiam paternam fugientem ad adventum Midianitarum [z]. *Ut fugiens deportaret*, JT. vel, *auferret*, D. Malim, *ut quàm celerrimè removeret*, Pi.

12. *Apparuit ei*] Non quasi priùs disparuisset, sed *apparuit*, h. e. ab eo conspectus est, cùm versùs eam partem oculos convertisset ubi is sedebat [a]. ¶ וַיֵּרָא] *Conspectus est*, P. *præbuit se visendum*, V. ¶ *Dominus tecum*] Supple, vel, *sit* [b], ut sit salutatio; vel, quod malim, *est*, ut sit assertio; sic enim Gideonem intellexisse docet responsio [c]. ¶ *Virorum fortissime*, גִּבּוֹר הֶחָיִל] *Fortissime bellator*, M. *potens virtute*, Bo. *fortis* (vel *valentissime*, JT.) *robore*, La. *heros strenue*, vel *strenuitatis*, Pi. Ma. Qui corporis animíque robore excellis, & multò magìs per meam opem valiturus es [d]. Eum sic vocat, ut illi animum adderet, & incitaret contra hostes, victoriámque promitteret *.

13. *Obsecro, mi Domine*, בִּי אֲדוֹנִי] *Rogo te, Domine*, Sy. Ar. בִּי est adverbium vel interjectio obsecrantis [f]. *In me, Domine*, o'. Mo. sub. *intende*, Aug. in Nobil. Vel, *in me* idem est quod *mecum*; quasi ad id quod Angelus dixerat, *Dominus tecum*, Gideon reponat, *Mecum*? quî fieri potest [g]? Attende *ad me*, JT. vel, *In me*, sub. benignè respice [h]. ¶ *Si Dominus nobiscum*, וְיֵשׁ יְהוָה עִמָּנוּ] *Et est Dominus nobiscum?* Mo. P. Jon. q. d. Quomodo est nobiscum? Vel, sine interrogatione, *Et est*, &c. pro, *si est*, &c. Sic, *ipsi ædificabunt*, pro, si ædificaverint. *Græculus esuriens in cœlum, jusseris*, (i. e. si jusseris,) *ibit* [i]. ¶ *Cur apprehenderunt nos hæc omnia?*] Heb. *invenerunt*, i. e. acciderunt nobis, D. sim. V. ¶ *Ubi sunt*, &c?] q. d. Quare nunc non facit similia [k]?

14. *Respexitque*, &c.] Ità o'. Mo. D. P. sim. JT. M. Ti. Oculis, videlicet, benevolis & placidis [l]: sic opem promittens, eúmque ad fiduciam erigens [m]. ¶ וַיִּפֶן] *Et reversus est ei Dominus, & dixit*, Jon. *Conversus ad eum Dominus dixit*, Sy. *Accessit ad eum*, Ar. ¶ *Dominus*, יְהוָה] i. e. Angelus, Dei vices repræsentans [n], ideóque *Jehova* dictus [o]. Missus loquitur nomine mittentis, & de eo censetur †. Possumus dicere Deum hæc dixisse per Angelum: Sicut Angelus dixit quæ ei Deus præceperat, sic quæ legatus refert, Rex eadem retulisse dicitur [p]. Vel, Angelus hic fuit Christus [q]. ¶ *Vade in hac fortitudine tua*] In robore quod tibi olim indidi, & nunc adauxi, ac deinceps magìs augebo [r]. Hâc tuâ virtute fretus: q. d. Esto contentus hâc virtute nunc tibi datâ *. *Vigore hoc tuo*, nempe, vigore animi hoc quo exoptas auxilium Jehovæ [t]. Vel sic; Rogaverat Gideon, *Ubi sunt mirabilia ejus?* ideo respondet Angelus, Ito in ea fortitudine quâ illa olim edita sunt, & eâ liberato Israelem *. ¶ *Scito quòd miserim te*] Heb. *Nonne misi te?* q. d. Nonne ità se res habet, quòd Deus per me misit te? nè igitur posthac hæsites [y]. Plurimum hoc interest ad præstandum quicquam, à Deo vocari & mitti. Hinc paulatim Angelus se prodit quis esset [z].

15. *Familia mea*, ità Sy. Ar. Ang. אַלְפִּי] *Chilias mea*, Mo. Belg. sim. M. Pi. id est, mille illi Israelitæ quibus ego accenseor. Distributi enim erant in chiliades, Exod. 18. 25 [a]. Unde passim reperies *capita millium*, sive *chiliarchos*, Num. 1. 16. & aliás [b]. *Ducatus meus*, Os. *præfectura*, Ca. *Dux meus*, JT. i. e. Præfecturæ meæ vires sunt tenues [c]. Q. *Pater meus*, i. e. אָבִי; nam אַלּוּף est *princeps*, D. Hæc vox Mic. 5. 2. redditur *dux* Mat. 2. 6 [d]. *Tribus mea millenaria*, Ti. Ut אֶלֶף, propriè

q To. Caj. in Bo. — r Me. — * V. — t R. Jehuda in Jun. — v D. — † Bo. — x D. — y He. in V. — z V. sim. Glas. gram. 676. — a Bo. — b La. Bo. — c Bo. — d La. — * M. — f Bo. — g Bo. — h Mart. — i D. — k V. — l Bo. La. — m La. — n Bo. La. G. — o G. Mart. — † V. — p D. — q D. Mart. — r La. sim. Bo. Ma. Jun. — * V. sim. He. in Mart. — t Pi. — * Mart. — y V. — z Bo. — a Pi. Belg. — b Ma. — c Jun. — d Pi.

priè *chiliarchus*, pro quovis Duce sumitur, ità אלף, *chilias*, pro quovis numero †. ¶ *Minimus*] Ætate, seu robore, prudentiâ, &c *. Debilissimus & infirmissimus [f].

16. *Quasi unum virum*] i.e. Tam facilè vinces quàm vinci solet unus vir [g].

17. *Quòd tu sis qui loqueris ad me*] Ità M. JT. vel, *quòd tu loqueris mecum*, Ti. sub. *nomine Dei* [h]; vel, quòd tu es Jehovah, qui locutus est mecum. Ellipsis est vocum quarundam in eodem orationis membro †: [cujus exempla varia ibi producit Author.] Monstra te esse eum quem præ te fers, scilicet, Angelum Dei [i]. Ostende te talem esse, cujus promissis fides haberi debeat [k]. Portò, quòd signum petit, non erat incredulitatis, sed prudentiæ [l]. Pii hominis est probare spiritus. Signum postulat, nè se spectro aut phantasmate illusum existimet [m].

18. *Portans sacrificium*] Hebr. *munus*. Non enim Gideon de sacrificio cogitavit [n]. Nam, 1. hoc soli Deo offerendum erat [o]. 2. Nec Sacerdos erat, neque hic locus sacrificiis destinatus; necdum Deus dispensaverat. 3. Nullum hîc altare erectum. 4. Carnes in altari cremandas non priùs coxisset, vel elixâsset [p]. Hoc tantùm animo fuit Gideon, ut hospiti cibum apponeret [q]. Nesciebat eum esse Angelum [r].

19. *Coxit hædum*, גְּדִי עִזִּים] *Hædum caprarum*. Ità sæpe vocatur, non גְּדִי simpliciter. Qu. Cur verò ità? Resp. 1. διακριτικῶς, ut distinguatur à גְּדִי ovium; quia גְּדִי est nomen commune agnis & hœdis *. At verò גְּדִי nec Hebræi, nec Syri, nec Arabes, de agno unquam usurpant. 2. Accedo potiùs Aben Ezræ, qui sic dictum vult, quia *capris adhuc indiget*, i. e. quia, cùm tenellus sit adhuc, nondum potest matre carere. Quamvis nè hoc quidem satisfaciat, cùm dicatur etiam שְׂעִיר עִזִּים, & צְפִיר עִזִּים, *hircus caprarum*, Dan. 8. 5. & alibi. Per *hircum* autem ibi non potest hœdus intelligi; 1. quia cornutus est; 2. in arietem cornutum incurrit, eúmque prosternit. 3. An quia שְׂעִיר primò *pilosum*, deinde *hircum*, significat, שְׂעִיר עִזִּים quasi *pilosum caprarum* dixerunt διακριτικῶς, ut sciretur non *pilosum* in genere, sed *hircum*, designari? Quo exemplo dictum etiam צְפִיר עִזִּים & גְּדִי עִזִּים, quamvis non par sit homonymia [t]. ¶ *Et de farinæ modio azymos panes*, וְאֵיפַת קֶמַח מַצּוֹת] *Et modium* (*Epha*, JT. Ti. ὁ. *mensuram*, Jon. *satum*, Sy. *modios quatuor*, Ar.) *farinæ infermentatorum*, M. P. Mo. Integrum Ephi absumpsit: non quòd epulum hoc requireret, nam Gomor, decima pars Ephæ, unicuique sufficiebat, Exod. 16. sed quòd vel ipse cum Angelo epulari decrevisset, vel, ut liberalem animum in hospitem declararet, vel, ut abeunti panes obtruderet. Exemplum hîc nobis proponitur hospitalitatis & liberalitatis erga peregrinos, cùm non piguerit Gedeonem pro uno Angelo tantum panis conficere quantum sufficere potuit personarum 45 cibo diurno: Constat enim unam chœnicam diætam olim fuisse opilionis Catoniani apud Romanos, harum autem 45 unam efficiunt Epham, bilibres nimirum sive minimæ, quæ & *opilionum chœnicæ* fuerint dictæ †. Azymos panes coxit, ut paratu faciliores, cùm fermentatio omnis longioris moræ sit [v]. Metuebat nè Angelus ob moram abiret [x]. ¶ *Jus carnium mittens in ollam*; sim. M. P. Ti. JT. Mo. ὁ. Jon. "[מְרַק וגו'] Vinum *defæcatum immisit in lagenam*, Sy. vinum *purum infundens in heminam*, Ar. ¶ *Et obtulit ei*] [Ità ferè omnes.] *Et appropinquavit*, ὁ. *Et accessit*: Ità Pagninus (inquit D.) malè. Confundit enim וַיִּגַּשׁ cum וַיַּגֵּשׁ [y]. [At fallitur D. nam Pagn. in versione sua habet, *obtulit*.]

20. *Pone super petram illam*] Petram illam rudem & impolitam altaris loco eligit. Nam & Hebræi sua altaria è cespitibus vel lapidibus impolitis Dei jussu construebant, Exod. 20. præsertim ubi subitanea necessitas altare & sacrificium deposcebat [a]. Petra hæc erat typus Christi, 1 Cor. 10. 4 [b]. ¶ *Et jus desuper funde*] Hoc fieri voluit, vel, 1. ut totum quod oblatum erat absumeretur. Vel, 2. ut augeret miraculum, cùm etiam è cibariis in jusculo & aquea materia natantibus ignis prosiliret, totúmque absumeret [c]. Nam quamvis materia pinguior esset, aquosa tamen erat & frigida [d]. Jus ex mora tepidum frigore saxi citiùs frigesceret *. Vel, 3. è veteri ritu, quo ungebantur altaria, Gen. 28. 18. & Exod. 40. 9, 10. seu, ut alii volunt, loco libaminis [f]. Carnes & panis hostiam, jus verò carnium libamen, esse jussit [g].

21. *Extendit summitatem virgæ*] Sive baculi viatorii, quem in manu tanquam viator gestabat [h]. ¶ *Ascendit ignis de petra*] Immissus cœlitùs, ut infra 13. 20 [i]. ¶ *Consumpsit*] Ecce signum quod Gedeoni poscenti Angelus exhibuit. Ostendit se esse Angelum [k]. Docet se Angelum, non hominem, esse, eò quòd cibo non egeret [l].

22. *Heu! mi Domine Deus: quia vidi Angelum Domini*] Sim. P. Ti. Ang. *Hei mihi!* &c. Ca. *Heu! Domine —num propterea vidi*—sub. *ut morerer?* M. *Eheu!—propterea quòd vidi*—sub. *ideo moriturus sum*, ex v. 23. V. Belg. *Aha* hîc est interjectio exitium sibi metuentis ex conspectu Jehovæ [m]. Vulgo passim persuasum erat, ei qui Angelum viderat esse moriendum [n]. Orta videtur ea opinio ex Exod. 33. 20 [o]. Vetustissimus hic hominum metus, nè morte aut malo aliquo gravi afficerentur, conspecto cœlitum aliquo, quòd indignos se tali spectaculo crederent, ut docet Callimachus [p].

23. *Dixitque ei Dominus*] Qu. Ubi? & quomodo? cùm jam evanuisset. Resp. 1. Hæc ab Angelo pronunciata sunt, ut ea Gideon exaudiret, non tamen videret à quo proficiscerentur [q]. Angelus formavit vocem quandam in aere, non apparente corpore [r]. Quando hæc Gideoni dicta sunt ex historia non liquet; sed ego putârim nocte proximâ ab iis quæ jam relata sunt *.

24. *Ædificavit ergò altare*, &c.] Qu. An duo altaria erexit? Resp. 1. Q. hoc affirmant [t]. Unum spontè erexit, alterum Dei jussu †. Hoc primum erexit tantùm in monumentum, ut Jos. 22. 10 [v]. Resp. 2. Alii negant [x]. Idem altare est & hîc, & v. 26. sed sæpe in Scripturis breviter aliqua res tangitur, quæ postea uberiùs & disertiùs explicatur [y]. Per prolepsin hîc ponitur; nam ut hoc altare fabricaretur à Domino admonitus est [z]. ¶ *Vocavitque, Domini pax*] Sub. *est*, q. d. Est auctor pacis, seu salutis [a]. Vel, *Dominus pax*, D. Ti. vel, *Dominus pacis*, M. vel, *Jehova Shalom*, P. Sic vocat à pace illa & securitate sibi in recessu ab Angelo promissa [b]. Usitatum erat aris erectis nomina imponere, ut Gen. 28. Exod. 17 [c]. ¶ וַיִּקְרָא לוֹ יְהוָה שָׁלוֹם] Verto, *cùm proclamavisset* (vel, *promulgâsset*, i. e. promisisset, Pi.) *ipsi Jehova pacem*, JT. Pi. i. e. cùm eum & de sua & de communi Israelitarum salute confirmâsset. Hanc nostram interpretationem germanam esse clamitant distinctiones sive accentus Hebræorum [d]. ¶ *Usque in præsentem diem*] Nempe, quo ista scribebat Scriptor hagiographus; vel, quo hæc fortè ab alio aliquo inserta sunt *.

25. *Nocte illâ*] i.e. Nocte insequente [f]. ¶ *Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum septem*, אֶת־פַּר הַשּׁוֹר אֲשֶׁר לְאָבִיךָ וּפַר הַשֵּׁנִי שֶׁבַע שָׁנִים] *Juvencum bovis* (*taurum*, Ca. Sy. *juvencum*, M. *juvencum bovem*, D. *vitulum taurum*, ὁ. *taurum* illum insignem, Os.) *qui est patris tui, & juvencum secundum septennem*, P. Mo. sic ὁ. Jon. Sy. Ar. M. Ca. Alii sic; *Juvencum bovis* (vel, *adultiorem*, JT.) *qui* est *patris tui, nempe*, (vel, *& quidem*, Pi.) *juvencum illum secundum septennem*, Jun. Pi. Belg. Ang. τὸ *&* est exegeticum, pro, id est [g]. Qu. An unicus tantùm juvencus immolatus est, an verò duo? Resp. 1. Unus tantùm [h]; ut patet ex versu sequenti [i]. Prioris enim vituli mentio ampliùs non fit, neque Deus præcipit quid de illo fieri velit [k]. Verùm [regerunt contrasentientes] unius tantummodo fit mentio, sive quia is præcipuè à Deo intentus est, sive quia ex secundi oblatione intelligi satis potest fuisse præmissam prioris oblationem [l]. Resp. 2. Duo tauri immolabantur, ut disertè habetur in Hebr. & ὁ [m]. ¶ *Taurum patris tui*] i. e. Quem pater tuus alit; q. d. taurum illum insignem, jam grandem & adultum, quem curat alendum pater tuus, ut tandem sacrificaretur idolo Baal [n]. Hic taurus vel à patre, &c. vel à civitate, dicatus erat in sacrificium [o]. פַּר aliquid est supra vitulum, (quia *cornutus* est, Psal. 69. 32. & *fæcundus*, Job. 21. 10.) Sed juniorem esse patet, quòd 30 locis appellatur *filius bovis*. Circa bimatum aut trimatum sic dici volunt Hebræi. Tamen פַּר vocatur

Bbb etiam

Marginal notes, left column: † BC. p. 742. A. * Bo. [f] V. [g] V. La. Mo. [h] Tig. not. Mart. † Glas. gram. p. 706. [i] Bo. [k] Me. T. [l] Bo. [m] Mart. [n] La. Bo. E. Me. [o] E. Bo. [p] Bo. [q] Me. Bo. La. [r] La. E. * K. in BA. [t] BA. l. 2. 52. 632. † Waserus de mensuris l. 2. c. 5. [v] Bo. [x] La. [y] D. [a] Bo. [b] La. [c] Bo. [d] Ma.

Marginal notes, right column: * Mont. [f] Me. Ma. [g] Mont. [h] Bo. [i] G. [k] La. [l] G. [m] Jun. [n] Bo. Me. La. [o] Bo. [p] G. [q] Bo. [r] To. * Mart. [t] To. La. † Q. in Ser. [v] La. [x] Ser. Bo. Me. Mont. Mart. [y] Me. Mart. [z] Mart. [a] Me. [b] Bo. [c] Me. [d] Jun. Pi. * Bo. [f] V. [g] Pi. [h] Jun. Pi. Cajet. in Ser. Mart. [i] Pi. [k] Mart. [l] Bo. [m] Ser. Bo. V. [n] V. [o] La.

etiam *bos senior*; quod & agnoscunt K. Aquinas & Pomarius, & hîc פַּר *septennis* est, quæ in bove est ætas matura. Deducunt פַּר à פָּרָה *fœcundum esse*, & sic dictum volunt quamdiu fœcundus est, h. e. à quarto ad duodecimum annum, teste Columellâ, l. 7. c. 23 [p]. ¶ *Et alterum taurum annorum septem*] Heb. *secundum*. Ità dicitur, vel, nativitatis ordine, *secundogenitum* [q]; vel, *secundum*, nempe, ab illo [primo, de quo jam dictum,] h. e. secundæ notæ, non ità magnum, nec conferendum cum primo [r]; vel, quoad præsepis dispositionem, qui in bubili ordine secundus est *. Priorem vocat *patris*, quòd ei proprius esset, ejúsque solius nomine sacrificio destinatus; posteriorem, *alterum taurum*, scil. publicum, & publico urbis nomine devotum [t]. *Septennem*. Vel, 1. quia hæc ætas bovis matura erat, ut in homine virilis [v]. Vel, 2. quia tot præcisè annis saginatus fuerat quot illâ servitus duraverat, saginandus quoque diutiùs, si hæc diutiùs durâsset, & tandem illi Deo devotus in sacrificium cujus ope jugum Madianiticæ servitutis depelli contingeret [x]. Tam parùm profecerant Israelitæ sub manu & ferula Dei, ut durante etiam septennali servitute, ipsorum tamen animi idolis colendis intenti fuerint †. Vel, 3. quòd Apis vel Serapis bos mactandus aliquot annis saginabatur in Ægypto. Nec difficile creditu est, morem hunc inter idololatras Hebræos servatum, cùm & in Ægypto fuerant, & ervicini erant [y]. Vel, 4. taurum qui ætate tantus sit quanta erat Madianitica servitus, nempe, ז annorum [z]. Eodem anno natum quo cœperat ea tyrannis [a]. Vel, 5. ut significaret Deus, quemadmodum juvencus ille septimo ætatis suæ anno comburendus sit, sic tyrannidem Madianitarum septimo illo anno desituram [b]. Voluit Deus utrumque hunc bovem immolari; priorem, in detestationem idololatriæ; posteriorem, ad Deum placandum. Voluit eum Deus Ducatum suum auspicari præmisso aliquo heroico facinore. Et verò parùm conveniens erat, ut is ad Israelitas liberandos mitteretur in cujus domo adhuc idololatria vigeret [c]. ¶ *Aram Baal quæ est patris tui*] Ità dicitur, vel, quòd suis impensis, vel potiùs, quòd in suo fundo, erigeretur. Eam autem usu communem fuisse satìs indicat v. 28 [d]. ¶ *Et nemus*] Solebant idololatræ lucos circa aras plantare: sive ut loci amœnitate & nonnullâ caligine augeretur loci religio, & ad superstitionem homines allicerentur; seu quòd caligo illa opportuna esset ad fœdas libidines exercendas, cujusmodi multæ fiebant in idolorum sacris *. [At אֲשֵׁרָה, quod reliqui appellativè sumunt, Sy. & Ar. pro nomine proprio idoli accipiunt, & sic vertunt; *Concisâque ASIRA, idolo fæmineo, quæ est super idem altare*: sic in fine vers. 26: *Et in struem ipsius adhibe ligna idoli Asirath quod concîdes*, Ar. Pariter Sy. hîc habet, *Estherem illi superpositam excîdes*; & v. 26. *Struem* componito *ex lignis Estheris quam succîdes*.]

26. *In summitate petræ ejus*, עַל רֹאשׁ הַמָּעוֹז הַזֶּה] *Super caput fortitudinis hujus*, Mo. *super verticem*, vel, *in vertice*, sive *cacumine, rupis*, Ti. (petra appellatur מָעוֹז à עוּז *fortificare*, quòd sit fortis [f];) vel, *fortissimæ hujus petræ*, M. *arcis*; vel, *arcis hujus*, P. JT. Ca. Belg. Pi. Ità ut, scilicet, demonstretur res præsens, & ob oculos posita. Unde colligere est, Gideonem in eodem loco (nempe, in torculari suo) ubi Dominus ei de die apparuerat pernoctâsse [g]. Quam *petram* & *rupem* vocavit v. 20, 21. hîc vocat arcem, quòd calamitoso illo tempore in ejusmodi loca tanquam in arces Israelitæ se recipiebant, ut suprà v. 2 [h]. *Fortis loci hujus*, scil. petræ hujus [i]. *Super cacumen Maozi*, ό. ¶ *Super quam posuisti*, &c. בַּמַּעֲרָכָה] Vertunt, *in loco apto*, Ti. vel, *ordinato*, Ang. vel, *convenienti*, M. Belg. *in planitie*, P. i. e. In loco æquali & plano, qui est ad libellam adæquatus, ut illic possis ex ordine componere lapides ex quibus exstruas altare [k]. Credendum est rupem magnam fuisse. Proinde vult Gideonem partem quandam ejus deligere præ cæteris æqualem [l]. Alii, *in*, vel *ex, ordine*, Jon. Sy. Mo. *modo ordinato*, Ang. *ordine & decenter*, Belg. *ritè*, Ca. *cum strue*, JT. Lignis ordine disponendis super altare [m]. ¶ *Super struem lignorum quæ de nemore succideris*] Facit hoc etiam ad ido-

p BA. 1. 2. 27. 277. — q Mart. D. — r V. — * Pi. Jun. Mart. D. — t T. — v BA. ib. — x T. — † Li. — y Mart. — z Me. — a Jun. — b Pi. — c Bo. — d Bo. — * Bo. — f K. in Bo. — g Pi. — h Jun. Pi. — i V. — k V. — l Mart. — m Pi.

lolatriæ detestationem & eversionem, dum ea quæ idololatriæ antè consecrata erant in Dei cultum convertuntur [n]. In hoc sacrificio multa sunt contra Legem: sed mandatum Dei Gedeonem defendit, ut & Eliam, 1 Reg. 18. 36 [o]. Nec Gedeon sacerdos erat, neq; hic locus sacrificiis constitutus: nihil tamen istorum Gedeoni illicitum fuit, Deo id volente & imperante [p].

27. *Assumptis decem viris*] Quibus, scilicet, magis fidebat. Horum opera erat necessaria [q]. Hunc numerum ad Ecclesiam constituendam sacráque publica peragenda legitimum esse Gedeon cognoverat [r]. ¶ *Timens autem*, &c. יָרֵא אֶת־בֵּית אָבִיו—מֵעֲשׂוֹת יוֹמָם] *Timebat domum patris sui, à facere* (*à faciendo*, Jun. *si fecisset*, JT. *nè faceret*, P. *ut nè faceret*, Pi.) *interdiu*, Mo. *ità ut non auderet facere*, V. Vult Deus ut vocationem suam quisque impleat, sed prudentiam adhiberi non vetat. Captus est locus, & tempus, & occasio *.

29. *Dictum est, Gedeon*, &c.] Vel, hoc effutierat quispiam ex iis quos Gedeon assumpserat; vel, à nonnullis in diluculo visus est hoc facere; vel, hoc præsumpserant ex minùs æquo ipsius animo erga idololatras [t].

31. *Numquid ultores estis Baal?* הַאַתֶּם תְּרִיבוּן לַבַּעַל] *Numquid vos litigabitis Baal?* Mo. vel, *pro Baal?* P. sim. Sy. JT. i. e. Litigare debetis? nunquid debetis esse patroni ejus [v]? *Num agetis causam Baal?* M. Ti. *An vos ulciscemini Baal?* Jon. Ar. ¶ *Qui adversarius est ejus, moriatur*, אֲשֶׁר יָרִיב לוֹ יוּמַת] [Variè vertunt & exponunt.] *Qui egit contra eum interficiatur*, M. *qui eum lacessivit*, Ca. Qui illi adversatur, omnino æquum est ut moriatur: sed vestrâ nihil interest, neque vobis convenit causam ejus persequi: si Deus est, seipsum vindicabit [x]. q. d. Nè soliciti sitis; sacrilegum non patietur ipse Baal in crastinum usque diem vivere †. Si est Baal Deus, interficiat illum hâc nocte antequam illucescat. Sic deridet eorum stultitiam, & cohibet præsumptionem: quod quidem facilè poterat, cùm dominus illorum esset. q. d. Facto ostenditis quòd non creditis Baal esse Deum; alioquin cogitaretis illum injuriam sibi illatam inultam non dimittere *. Alii, *Qui contenderit*, vel *litigaverit, pro eo interficiatur*, P. V. JT. Belg. Ang. sim. Ti. &c. i. e. Qui tantum sibi sumet ut audeat litigare pro eo, interficiatur [y]. Quasi Prætor hoc edictum proponit, Quicunque pergat seditionem movere, quasi pro Baal velit contendere, de eo à me citò supplicium sumetur, tanquam de turbulento cive [z]. ¶ *Antequam lux crastina veniat*, עַד־הַבֹּקֶר] *Usque manè*, M. P. Mo. V. i. e. crastinâ die manè: q. d. Interficietur, sed non ante diem crastinum. Notandum dicendi genus, *Ante manè* †. *Ante crastinum manè*, Ca. *adhuc hoc manè*, Belg. *dum adhuc est manè*, Ang. *antequam lucescat*, Ti. ¶ *Vindicet se de eo qui suffodit aram ejus*; sim. M. Ti. Ca. יָרֶב לוֹ כִּי נָתַץ אֶת־מִזְבְּחוֹ] Alii vertunt, *contendet in eum, quia diruit altare*, JT. Belg. Alii, *litiget sibi*, (i. e. causam suam agat, non enim indiget ope humanâ,) *quòd diruerit*, vel *subverterit*, (sub. *unus*, Ang.) *aram ejus*, P. V. Ang. i. e. quòd ara ejus sit destructa [a]. Est argumentum hoc in speciem probabile, & ad hominem, (quia hanc illi opinionem de Baal habebant,) sed reverâ in se imbecillum; tum quia Deus ultionem suæ injuriæ sæpe in hac vita dissimulat, differtque in alteram vitam; tum quia constituit Magistratus, qui injurias sibi illatas judicent & vindicent [b]. [Sed argumentum hoc non adeò imbecillum videtur, eo saltem tempore & statu Ecclesiæ, quo Deus Israelitarum & præmia & pœnas in hac vita tum expressiùs & luculentiùs prædixerat, tum certiùs & citiùs tribuere solitus erat, quàm nunc factum est: Ideóque si Baal verus fuisset Deus, non impunè tulisset tam immanem injuriam.]

32. *Vocatus est—Jerobaal*, יְרֻבַּעַל] Qu. litigans cum Baal, La. vel, *adversarius Baal*; seu, is cui litem intentare Baal debeat, Bo. Heb. *Vocavit eum*, &c. scil. pater Gedeonem; non convitii, sed monimenti, causâ [c]. Fuit Joas idololatra, sed remissior, utpote cui potior fuit filii vita quàm idoli honor. Quanquam verisimile est Gedeonem ei indicâsse cujus auctoritate & imperio id aggressus esset [d]. Ab hoc Ἱερόμβαλος in historia Phœnicum *. Dicitur Sanchoniathon scripsisse Commen-

n Bo. — o G. — p Bo. — q Bo. — r Mont. — * Mart. — t Bo. — v V. — x Bo. — † Me. — * M. — y V. — z Mart. — † V. — a V. — b La. — c Mi. ex Jun. — d Bo. — * D.

Commentaria sua *ab Jerombalo Sacerdote Dei Iao*, inquit Porphyrius contra Christ. l. 4. Sic autem Græci efferunt nomen *Jehova*. *Judæorum Deus vocatur Iao*, inquit Diodor. l. 1. pag. 59. *Maximus ille Deûm tibi sit cui nomen Iao*, Macrob. Saturn. l. 1. Porrò, *Jerombalus* idem qui ירובעל, altero è duobus *B* mutato in *M*; ut in *Sambuca* è Syr. סבכא *Sabbeca*. Dices Gedeonem non fuisse Sacerdotem Dei, nec Levitam, sed Manassensem. Fateor; sed nihil mirum ab Ethnico, & rerum Judaicarum non admodum perito, eum haberi pro Sacerdote, qui Ephod constituit, &c. Jud. 8. 27 †. ¶ *Ulciscatur se de eo*] Heb. *Litiget* בו, *cum eo*, P. *contra eum*; q. d. Malè eum perdat [f]. Verbum הריב construitur cum עם, & cum את, & cum ב, & cum ל. Cum ל autem sign. *contendere pro aliquo* [g].

33. *Castrametati sunt in valle Jezrael*] Fuit Jezrael Judææ Tribûs oppidum, de quo Jos. 15. 56. prope montem Gelboe, non procul à Jordane [h]. At verò sermo hîc est de altera Jezrael, in tribu Manasse vel Issachar, nominatissima, quæ erat subindè Regum Israel sedes & habitatio, juxta quam erat hæc celeberrima vallis Jezrael, cujus mentio & hîc & Jos. 17. & Os. 1. In hac valle castra posuerant Madianitæ: quæ vallis cùm non procul abesset ab Ephra, Gedeonis urbe, utpote quæ in eadem tribu esset cum Jezrael, meritò Gedeoni metuendus fuit Madianitarum adventus [i].

34. *Spiritus Domini induit*, &c.] h. e. Replevit, totum possedit, ad eum modum quo vestis totum intra se claudit hominem [k]. Eâ re induimur quâ ornamur. Dicimus autem promiscuè, *Ipse induit justitiam*, &, *Justitia induit eum*. ¶ *Domum Abiezer*] *Abiezer* hîc ponitur pro *Abiezritis*, h. e. posteris Abiezer; quomodo Israel, pro Israelitis [l].

35. *In Aser & Zabulon & Napthali*] Erant hæ Tribus Manassitis vicinæ versùs Aquilonem: Tribum Ephraim ab altera parte versùs Austrum sibi conjunctam non vocavit: Hæc causa jurgii, cap. 8 [m].

37. *Ponam hoc vellus lanæ in area*, &c. גזת הצמר] *Vellus lanæ*, JT. sim. ο'. licèt eadem res sit *vellus* & *lana*. Sic Silius lib. 15.—*niveæ splendentia vellera lanæ* [n]. Pro *lanæ vellere*, alibi legas, *ovium*, vel *agnorum*, *vellus*. Quæ adduntur διακριτικῶς, (h. e. ad distinctionem;) nam גז & *vellus* sign. & *herbam resectam*, ut Psal. 72. 6. Amos. 7. 1. In area porrò ponitur vellus rore imbuendum, quia tum sub dio erant areæ, non, ut nostræ, sub tecto clausæ. Proinde illæ omni vento patebant, Os. 13. 3 [o]. ¶ *Et in omni terra*] Quæ, scilicet, est in circuitu [p]. Super totam terram areæ velleri circumjectam [q]. Porrò, in vellere hoc signum petiit; 1. Quia vellus hoc, velut ovium pastor, habebat obvium ad manum. 2. Velleris symbolo tacitè innuit Gedeon, Madianitas totondisse omnia sata & germina Judææ, sicut vellus hoc detonsum erat ab ove; ac proinde petere se ut vicissim ipse Dei ope detondeat Madianitas. Ros hîc sign. Dei gratiam, quam petit Gedeon primò velleri, i. e. sibi, deinde toti terræ, i. e. popularibus suis, infundi [r].

38. *Concham rore implevit*, ספל] *Simpulum*. Hâc voce non intelligitur Romanorum simpulum, i. e. vas parvum; sed phiala utrinque ansata, aut situla, aut pelvis. Græci, Chald. & Syrus *pelvim* vertunt; *situlam*, Arabs; *concham*, Hieron. i. e. pollubrum in conchæ formam. Hæc pertinent ad augendum miraculum †.

39. *Oro ut vellus siccum sit*] Non suffecit ei primum miraculum, quia est de natura velleris attrahere humores; ac proinde petit aliud miraculum, contrarium primo*. ¶ יהי נא חורב אל הגזה] *Sit, obsecro, siccitas ad vellus*, Mo. *in vellere*, M. Ti. JT. P. *super vellus*, ο'. Jon. Sy. Ar. [His אל ponitur pro על.] Qu. Num peccavit Gedeon hæc signa postulans? Resp. 1. Quidam negant [t]. Nam, 1. inter sanctos numeratur, & à fide commendatur, Heb. c. 11 [v]. 2. Non petiit hæc signa ex diffidentia [x], quia jam antè Spiritu Divino plenus erat, & promissis Dei animatus aram Baal everterat, &c. quod periculi plenissimum erat; & v. 36. fatetur Deum victoriam sibi promisisse. Adde quòd nusquam ob hoc reprehensus est, nec succensuit ei Deus [y], sed facilè utrique ipsius petitioni annuit [z]. Poterat ergò Gedeon hæc signa petere, vel, 1. ut tolleret involuntarios etiam dubitationis motus [a], & omnem occasionem dubitandi [b]. Vereri poterat nè promissio ei facta conditionata esset, quam Deus ob eorum peccata retractare posset; itaque signum petit, quo declararet Deus se promissum suum ratum & absolutum facere [c]. 3. Vel hæc petiit ad confirmandos socios suos quos ad hoc bellum evocaverat, útque illis electionem & missionem suam comprobaret. Hujus argumentum est, quòd jam coacto exercitu signa hæc petierit [d]. 4. Vel ad hæc signa postulanda Divinâ inspiratione permotus fuit. Ità Suarez & Lessius; & mihi maximè probatur *. Resp. 2. Alii eum peccâsse existimant, si non mortaliter, saltem venialiter [f], [ut loquuntur stylo Romano.] Nam, 1. certus erat de victoria; ergò nefas erat de ea dubitare. 2. Videtur hæc actio ipsi suspecta fuisse, v. 39. *Nè irascatur*, &c. & *tentationem* vocat [g]. Fatendum quidem est Gedeonem non statim plenè credidisse, sed initio fluctuâsse; in quo statu petiit ut sua fides aliquo signo confirmaretur. Credebat Gedeon Deum posse & velle salvare Israel: sed duplici signo postulat fidem suam augeri, & alacritatem magis incitari [h]. Porrò, vellus siccum & humens aptè repræsentabat Israelem, qui & olim rore doctrinæ Divinæ aspersus fuit, cùm universus mundus siccus fuerit; & nunc siccus, cùm reliquus mundus eo humectatus est †.

Margin notes (left column): † BC. 2. 17. 858. — f V. — g D. — h Me. To. — i Bo. — k Idem. — l D. — m Bo. — n Idem. — o BA. 1. 2. 49. 548. — p V. — q Bo. — r La. — † BA. ib. 549. — * R. Levi in BA. ib. 550. — t Ità La. Bo. L. Ser. Mont. — v La. Bo. — x L. E. Bo. — y Bo. — z La.

Margin notes (right column): a Ser. — b E. — c Bo. La. — d Caj. in Bo. — * Bo. — f Ità To. — g Bo. — h BA. ib. 550. — † Li.

CAP. VII.

1. *AD fontem Harad*] Certum est non procul fuisse à monte Gelboe. Nomen habet ex præsenti historia, à חרד, vel, quia indè formidolosi recesserint [i]; vel, à trepidatione Midianitarum ibi fusorum: vel, à trepidatione Saulis. Is fons esse videtur cujus meminit Scriptura 1 Sam. 29. 1. quia in Jezraele situs erat [k]. ¶ *In valle*] Nempe, Jezrael. ¶ *Ad septentrionalem plagam collis excelsi*] i. e. Montis Gelboe: Hæc enim vallis posita erat inter montem Gelboe ab Austro, & montem Hermon ab Aquilone [l]. ¶ מגבעת המורה] *A colle Hammoreh*, vel *Moreh*, Mo. Ti. *à petra unde speculatio patebat*, M. ex Jon. *Cis collem More*, JT. P. i. e. Jaculatoris, vel Indicis. Nomen habuisse videtur à sagittariis qui Saulem fugientem assequuti sunt, 1 Sam. 31. 3. hunc enim unum fuisse ex montibus Gelboe existimant. Mallem autem dictum à pluvia tempestiva, quâ collis iste perfunditur [m]. יורה est *pluvia tempestiva* [n].

2. *Multus populus, nec tradetur*, מתתי] *Quàm dare me*, Mo. *quàm ut tradam*, T. M.

3. *Revertatur. Recesseruntque de monte Galaad*, ישב ויצפור מהר גלעד] *Revertatur, & manè abeat* (vel *discedat*) *è monte Gil*. Mo. Ti. Belg. D. P. [Sed gravissima hîc occurrit difficultas.] Gilead enim erat trans Jordan. at Gideon cum suis erat cis Jordanem: quomodo ergò hi de monte Gilead recederent? Multis hîc aqua hæret [o]. Resp. 1. Duo erant montes ejusdem nominis, unus trans, alter cis, Jordanem [p]. Putârim ipsum montem Gelboe vocari *montem Gilead*, propter aliquam fortè aut loci, aut rerum gestarum, similitudinem [q]; vel ob aliam aliquam causam nobis ignotam [r]. Sed de montis nomine proprio meritò ambigo. Malim *Galaad* esse nomen viri, scil. nepotis Manasse, & hunc dici *montem Galaad*, (quomodo dicitur *mons Ephraim*, qui in tribu Ephraim erat,) i. e. acsi quis dicat, montem Manasse, seu, qui erat in tribu Manasse cis Jordanem: Omnes siquidem Galaaditæ erant Manassitæ, & omnes Manassitæ erant Galaaditæ, (vide ad Jos. 17. 1.) quippe qui omnes ex uno Galaad, fil. Machir, unici fil. Manas. Sensus ergò est, hos ex eo loco, seu monte, qui in tribu Manasse erat domum revertisse †. Resp. 2. Illud, *de monte Gilead*, referendum est ad originem eorum qui discedebant, q. d. illos fuisse missos qui ex monte Gilead oriundi erant [t]. q. d. Qui timidus est, etiamsi ex Manassea tribu, quæ Gedeonis ipsius est, & ultra Jordanem in Galaad ex parte commoratur, etiamsi, inquam, sit è monte Galaad, recedat [v]. Resp. 3. [Locus

Margin notes: i Bo. Pi. Jun. — k Jun. Pi. Ma. — l Bo. — m Pi. ex Jun. — n Ma. — o Bo. — p L. To. Ser. Me. — q Ser. — r Me. — † Bo. — t Q. in Mart. — v Caj. in Ser.

[Locus aliter vertendus;] *Revertens evolato versùs* (vel, *citra*, V. in Ga. vel, *ultra*, Pi. in Ga.) *montem Galaad*, JT. τῶ מ vertunt *in*, vel *versùs*; ut Deut. 33. 2. *Dominus de* (h. e. in) *Sinai venit* [x]. Sic מִקֶּדֶם in Josua usurpatur pro קֵדְמָה, *orientem versùs*, D. Sic redditur מִן Gen. 13. 11. & 2 Sam. 6. 2 [y]. [Vide quæ à nobis notata sunt ad Gen. 11. 2.] Malim, *ultra Galaad*; nam מִן usurpatur ut *à* vel *ab* Latinis, cùm dicunt, *à meridie*, *à somno*, *à prandio*; sic Hos. 6. 2. מִיֹּמָיִם *à biduo*, *post biduum*. Ultra montem Gilead se conferat; eâ, scilicet, viâ quæ à monte Gileadis incipit [z]. Mons autem Gilead trans Jordanem (unde Manassitæ ad illum venerant, vide Jud. 6. 35.) positus erat è regione exercitûs Gedeonis †. Videtur sermo ellipticus, q. d. Celeriter discedito à via quæ incipit à monte Gilhadis. Hoc autem propriè dictum erat Manassitis, Gideonis popularibus, quippe qui ex illa regione advenerant unà cum ipso: Sed per synecdochen significat omnes timidos domum redire debere [a]. Resp. 4. Expeditior est nodi hujus solutio, si, transmutatis punctis, pro מֵהַר, *de monte*, legeremus מַהֵר, *festinanter*, *citò*; *Revertatur, & maturet festinanter, celeriter*, (vel, *avolet festinus*,) *Gilhad*, sive, *in Gilhad* [b]. τῶ צָפַר vel sign. *aurorâ surgere*, vel *abire*, D. ità Jairus & R. Levi & Græci in Ga. (ut sit à צְפַר & צַפְרָא, quod *auroram* denotat, D. à צְפִירָה Ezec. 7. 10. & צַפְרָא Syr. quod tempus matutinum significat, Ga.) vel *avolare*, à צִפּוֹר *avis*, D. vel *circumdare*, D. Q. in M. K. in Ga. *circumdet* montem, scil. *Gilead*, atque ità ad suos redeat; ut sit צָפַר *cingere*, *ambire*, *circumdare*, unde צְפִירָה *cidaris*, *corona*, Esa. 28. 5. quia cingit caput*. Porrò, jusserat Dominus hoc ante prælia proclamari, Deut. 20. 8. *Si quis formidolosus*, &c. Sed nisi Dominus monuisset, fortasse lex illa non servata fuisset, vel, propter festinationem; vel, quia omnes qui ad commune periculum tam citò, tam alacres concurrissent, viros esse fortes minimèque meticulosos credibile videbatur [c]. ¶ *Reversi sunt viginti duo millia*, &c.] Licèt enim plerique magno accesserunt animo; ut tamen venerunt in conspectum hostilium castrorum, expaverunt, & discesserunt [d].

4. *Et ibi probabo illos*, וְאֶצְרְפֶנּוּ] *Et probabo*, vel *examinabo*, *eum*, P. M. D. *Defæcabo*; translatum à metallis ad homines †. *Purgabo*, sicut aurifaber purgat argentum, separando indè scorias. Timidi hîc comparantur scoriis [f]. *Probabo*, i. e. probatum seligam [g]. *Disparabo tibi eum*, JT. Ut priùs proclamatione publicâ separavit formidolosos, idem nunc facit signo occulto: Multi enim formidolosi non recesserant, quia voluerunt fortes haberi [h].

5. *Qui linguâ lambuerint aquas*] [Sim. omnes.] *Aquas*, videlicet haustas volâ manûs, ex v. seq [i]. ¶ *Sicut solent canes*] Proverbium est Ægyptium, *Canis bibit, & fugit*: Meminit Macrobius Saturnal. 2. 2 [k]. Canes formidantes crocodilos in Nilo carptim currendo & fugiendo bibunt. Vide Ælian. hist. animal. 6. 53 [l]. Canis non sorbet pleno haustu, sed solùm lambendo bibit; quod illi commune est cum omnibus animalibus καρχαρόδουσι, i. e. *qui dentes habent serratos*, ut docet Philosophus hist. l. 8. c. 6. col. 9. lin. 48 [m]. Canum more bibebant, non in eo, quòd aquâ manu ad os admotâ biberent, id enim canum non est; sed quòd potando os aquis non immergerent, sed è cava manu leniter attraherent, non immerso in aquas ore, lambentibus similiores quàm potantibus. Solent enim & canes linguâ exsertâ bibere, nullâ oris parte aquis immersâ [n]. Equi autem & boves os aquæ applicant, ut aquam sugant [o]. * Verisimile est Gedeonem sub vesperam ad fontem *Harad*, v. 1. cum toto exercitu (formidolosis priùs dimissis) nonnihil ex itineris labore fatigato & sitibundo advenisse, ibíque militum suorum situm inter bibendum observâsse [p]. Qu. Quæ ratio hujus discriminis? Et cur dimittuntur ii qui flexis genibus potabant? Resp. 1. Ut sic remanerent quàm paucissimi, quia tali æstu ac cibi tempore sitibundi essent ferè omnes, adeóque flexo corpore biberent [q]. 2. Alii indicium *vitii* fuisse volunt, quòd 300 viri manu ad os admotâ potarent: sive *ignaviæ*, quasi eos piguerit laborem se incurvandi suscipere; (ità Theodoretus:) sive *timoris*,

x Ma.
y Ga. Cinni pag. 359.
z Ga. ib.
† Belg.
a Pi.
b Ma.
* Ga. Cin. p. 359.
c Me.
d Me.
† Jun. D. Bo.
f Pi.
g V.
h E.
i Pi.
k G.
l Bo.
m BA. 1. 2. 55. 672.
n Bo.
o La.
p Bo.
q To.

quasi trepidè & tumultuariè metu hostium biberent, instar canum Ægyptiacorum, ut jam dictum; (ità Josephus.) Et hoc factum volunt, ut Deo adscriberetur victoria, non humanis viribus; utpote qui ad hanc rem ignavos & pavidos delegisset [r]. Verùm commentum hoc ab historia plurimùm alienum est, cùm Deus timidos ablegari jusserit †. 3. Sorbere pronos docebat eos tum vehementiùs sitire, tum fatigationi succumbere; & contrarium indicabat stantem lambere aquas [t]. 4. Alii ad temperantiam referunt & laborum tolerantiam [v]. Qui aquas tantùm lambebant, sitim restinguere magis quàm explere visi sunt; animum promptum, & ad agendam rem magis quàm ad suam vel satietatem vel voluptatem attentum, atque adeò de illa victoria cogitantem præstare, interpretari erat: In flexo genu bibentibus omnia contraria existimare consentaneum erat [x]. Ut antè timidi, sic nunc intemperantiores, rejecti à bello, certissima impedimenta victoriarum, pestes castrorum [y]. Temperantes viri, & ad sensuum voluptatem minimùm inclinati, bellicis laboribus magis idonei, & in periculis fortiores, esse solent [z]. Qui lambebant, &c. fortiores & temperantiores se præbebant, eò quòd in defatigatione & siti, quâ non minùs quàm alii torquerentur, nè hoc quidem sibi pauxillulæ aut quietis aut refocillationis indulgere velint, ut genibus inflexis, &c. aquam haurirent commodiùs, & quietiùs, & abundantiùs [a]. Pronum bibere, &c. indicium erat ignaviæ & intemperantiæ [b]. Sed malim ad festinationem, quàm formidinem, trahere quod hîc dicitur [c]. 5. Alii dicunt hos incurvâsse genua, quoniam hoc facere solebant coram Baal [d]. ¶ *Qui autem*, &c.] Heb. *Et omnem qui curvabit se*, &c. Ma. Est hîc הַכְּתוּב קָצָר, *scriptura abbreviata*, sive *eclipsis*. Nam intelligendum est, quòd hi quoque seorsim constitui debebant †. *Sic* (vel *similiter*, JT.) *quicunque incurvabit*, &c. JT.

6. *Qui manu ad os*, &c. הַמְלַקְקִים בְּיָדָם אֶל־פִּיהֶם] *Lambentium in manu sua* (supple, *porrecta*, M. Ti.) *ad os suum*, Mo. V. sim. ό. Ar. Sy. *Suâ manu ad os suum* injicientes aquam, JT.

7. *Revertatur in locum suum*] i. e. Domum suam, ut Num. 24. 11, & 25. Quanquam verisimile est illos non procul eâ nocte recessisse, & illâ ipsâ nocte turbatis Madianitarum castris in certamen reversos, cùm & armis instructi essent, & in vicino agerent [f].

8. *Sumptis itaque pro numero cibariis*, וַיִּקְחוּ אֶת־צֵדָה הָעָם] *Tulerunt itaque escam populus*, P. sim. Sy. Ar. Ti. Mo. Alii sic, *Sumpserunt cibarium*, vel *viaticum, de populo*, M. vel, *populi*, ό. Jon. V. He. in D. qui, scilicet, revertebatur domum: h. e. de cibariis populi quantum opus habebant pro necessitate sua [g]; pro trecentis illis viris in aliquot dies sequentes, quibus Madianitas persecuturi essent [h]. צֵדָה hîc ponitur pro צֵדַת, h. e. status absolutus pro constructo; ut alibi, אֵיפָה שְׂעוֹרִים *Epha hordeorum*, pro אֵיפַת [i]. ¶ *Et tubis*] Nempe, tubis etiam eorum qui abierant, ità ut singuli tubam haberent, v. 18. Similes artes, majores quàm erant copias visu ac strepitu simulantium, passim in historiis habes [k]. Tubæ hæ corneæ erant, ό. & Jo. in Bo. quod & vox שׁוֹפָרוֹת sign. ut argenteæ vocantur חֲצֹצְרוֹת. Æreas autem tubas nusquam legimus in S. S [l]. ¶ *Ipse cum trecentis*, &c. וּבִשְׁלשׁ מֵאוֹת הָאִישׁ הֶחֱזִיק] Ad verb. *& in trecentos viros apprehendit*, Mo. *& in trecentis viris fortificatus est*, Jon. sim. Sy. vel, *obfirmavit* exercitum, alii in Ma. *Et trecentos viros confortavit*, ό. M. vel, *retinuit*, P. Ti. JT. vel, *assumpsit*, P. [Notandum הֶחֱזִיק cum ב pro more hîc construi.] ¶ *Erant subter*] In loco demissiore, nempe, in valle. Alii, *subter eum*, vel, *sub illo*; quòd fortasse coactius est [m].

10. *Sin solus ire formidas*, &c.] Solet enim solitudo in periculis & tenebris pavorem augere [n]. Unius autem vel plurium præsentia in terroribus omnibus magno est vel solatio, vel auxilio [o]. ¶ *Puer tuus*] i. e. Servus [p]. Vide Gen. 42. 22 [q].

11. *Confortabuntur manus tuæ*] i. e. Vires tuæ, quæ nunc metu remissæ sunt [r]. Confirmatur à Deo Gedeon, ut auctior ipsius & militum suorum esset fortitudo & fiducia: si enim cùm 32 millia essent, tam multi

r Bo.
† Mart. sim. Ser. Bo.
t E. post L.
v Ità Mont. Ser. Bo. T. Me. La.
x Mont.
y T.
z Me.
a T. ex Ser.
b Pi.
c Q.
d D. He. in M.
† M.
f Bo.
g V.
h Bo.
i D.
k G.
l Bo.
m V.
n Bo.
o Me.
p Bo.
q D.
r V.

multi trepidârunt, quid censendum de reliquis trecentis, nisi eis Dominus animos addidisset †? ¶ *In partem castrorum*, &c. [אֶל־קְצֵה הַחֲמֻשִׁים וגו'] *Ad extremum*, vel *extremitatem, armatorum*, M. P. Jon. vel, *quinorum*, sive *quintatorum*, Mo. Pi. (quia in acie quini unà incedebant [t]:) vel, *ordinum militarium*, JT. *Ad principium* (siquidem etiam principium rei cujuslibet extremitas est) *quinquaginta*, ο'. scil. militum sub uno pentecontarcho [x]. *Prope ducem quinquaginta militum*, Sy. sim. Ar. *Ad partem armatorum qui erant in castris*, i. e. ad partem illam castrorum ubi erant armati milites. Si enim hi qui tam probè armati erant, & in quibus tota spes exercitûs erat reposita, tantum sibi timebant, quo animo essent reliqui facile erat colligere [y]. [Vide de voce חֲמֻשִׁים quæ nos ad Exod. 13. 18. collegimus.]

12. *Fusi jacebant*, ità P. [נֹפְלִים] *Cadentes*, Mo. D. sub. *erant*, D. *jacebant*, M. P. Ti. Sy. Pi. *projecti*, Jon. *diffusi erant*, JT. *castra posuerant*, Ar. *jacebant* sparsim, Jun. ¶ *Ut locustarum multitudo*] *Locustarum tanta conspicitur in Africa frequentia, ut volantes instar nebulæ Solis radios operiant*; Leo l. 9. Simile notat Matthiolus in Dioscoridem. ¶ *Arena quæ jacet in littore maris*] Heb. *quæ est super littus*, i. e. juxta aut prope littus; ut, *super maria fundavit eam*. Sic in Livio, *super Numicum amnem* [z]. Erant autem hi 135 millia, ut apparet c. 8. 10 [a].

13. *Videbatur mihi quasi subcinericius panis*, [צְלִיל לֶחֶם] Scriptum צְלוּל, & lectum צְלִיל [b]. [Variè reddunt.] *Strepitus panis*, Ti. צְלִיל sign. *strepitum & impetum qui rem violenter projectam comitatur*; nam צָלַל est *tinnire* [c]. Videntur intelligere strepitum illum quem edit panis sub carbonibus, dum assatur & torretur [d]. צְלִיל duo sign. & panem sub carbonibus coctum, & ejus strepitum. Cùm autem panis hic hordeaceâ, atque ideo frigidiore & humidiore quàm triticeâ, massâ constet, caloris vi strepere, atque aliquando exsilire, conspicitur. Tantâ autem vi ex calore conceptâ panis hic actus videbatur, ut, veluti fulmen, subitò atque celerrimo vagatus motu castra petens percusserit; h. e. & calore incenderit, & plagæ impetu tentorium dejecerit †. *Ecce strepitus panis*, &c. qualis esse solet strepitus rei quæ cum impetu projicitur [f]. Alii vertunt, *torta*, vel *tostum, panis*, P. Mo. Jun. Pi. D. sim. V. RS. in M. *torta subcinericii panis*, V. A צָלָה *assare* fit צְלִיל, quomodo ab הָגָה deducitur הָגִיג *meditatio* [g]. Porrò, צָלַל est *obtegere*, quod item pani subcinericio convenit. ο'. habent μαγὶς ἄρτω, quod Suidæ & Phavorino est ἐγκρυφίας, *panis subcinericius* [r]. ¶ *Ex hordeo*, [שְׂעוֹרִים] *Hordeorum*, Mo. Jun. i. e. *hordeaceus*, JT. Pi. D. ¶ *Videbatur volvi*, [מִתְהַפֵּךְ] *Volvens se*, vel, *devolventis se*, P. Mo. sim. Sy. Ar. *obvertebat se*, JT. Aiunt fuisse rotundum & orbicularem, qui rotabat & volvebatur in castris Midianitarum †. Qu. Sed quæ est analogia panis & gladii in hoc somnio, ut per panem gladius Gedeonis significaretur? Resp. Non est necesse per panem præcisè significari gladium; satis est si per illum significetur ipse Gedeon ejúsque exercitus cum gladiis suis [t]. Similitudinem autem arcessunt tum à vocibus, tum à rebus [v]. 1. A vocibus. לֶחֶם ambiguum est, & sign. tum panem, tum bellum. Ex hac ergò conjunctione & affinitate, non naturæ, sed significationis, optimè conjectavit per panem significari gladium & bellum [x]. Notandum autem somniatorem Cananæorum, atque adeò Israelitarum, linguâ usum esse [y]. Significat ergò hæc visio Gedeonem & Hebræos, qui hactenus fuerant panis Midianitarum, utpote ab eis instar panis devorati, deinceps (novo quasi prodigio, Bo.) fore gladios, percussores, Midianitarum [z]. 2. A rebus. Nam hordeaceus panis vilis est in comparatione tritici vel siliginei [a]. Huic bene confertur Gedeon, ex minima familia ipse minimus [b]. Porrò, iste panis subitò paratur & coquitur [c]. Talis erat Gedeonis exercitus, citissimè & tumultuariè coactus [d]. Subitaria etiam & properata expeditio panis illius celeri volutatione commodè refertur †. Appositè Gedeoni in area grana ad panem excutienti, & panes Angelo liberaliter offerenti, in præmium hospitalitatis Deus panem dedit omen & signum victoriæ [f]. *Panis* autem *tostus* videtur significâsse, vel, quòd Israelitæ à Midianitis quasi tosti essent hactenus per direptiones: vel, quòd Gideon cum suis quasi tosturus esset exercitum Midianitarum [g]. ¶ *Ad tabernaculum*] Vel, κατ' ἐξοχὴν, ad tentorium elegantissimum omnium & fortissimum [h]; vel, κατὰ συνεκδοχὴν, omnia omnium tabernacula [i]. Unum tabernaculum pro pluribus, imò pro omni gentis unius communione & civitate, usurpatur [k]. Alii verò, ut Josephus, Ducis quidem primùm, deinde verò & cæterorum. Utrumvis dicas nihil refert [l]. Cùm autem illa Midianitarum, &c. multitudo ità constituta in valle fuisset, ut medium locum tentoria tenerent, atque hæc curribus & plaustris munita primùm, camelis & impedimentis aliis in valli speciem deinde cingeretur, panem illum, nullâ impediente re, extrema quæque perrumpentem, & ad tentoria usque celerrimo impetu pertingentem, & omnia turbantem, viserat somniator [m]. ¶ *Et terræ funditus coæquavit*, [וַיַּהַפְכֵהוּ לְמַעְלָה] *Et subvertit illud desuper*, P. Mo. vel, *supernè*, Sy. Pi. *ad sursum*, Jon. *in supernis*, M. *à culmine*, Ca. Ab imo sursum, sive à summo ad imum: q. d. subvertit funditus [n]. *Tentoria deorsum deturbavit*, Ar.

14. *Non est hoc aliud nisi gladius*] Heb. בִּלְתִּי, *nisi gladius*, M. P. Ti. Mo. ο'. ¶ *Viri Israelitæ*] Nomen אִישׁ in hoc sermone eleganter παρέλκει [o].

15. *Cùm audîsset somnium*, [אֶת־מִסְפַּר הַחֲלוֹם] *Narrationem somnii*. מִסְפָּר usitatè *numerum* significat, hîc *narrationem* interpretantur [p]. ¶ *Et interpretationem ejus*, ità ο'. Jon. Sy. Ar. M. Ti. [וְאֶת־שִׁבְרוֹ] *Et solutionem ejus*, Mo. Heb. *fractionem ejus*. Metaphora à nuce; i. e. enucleationem & expositionem [q]. Frangitur sermo obscurus, cùm id quod in eo latet aperitur [r]. Notandum autem hoc somnium, necnon explicationem ejus, à Deo fuisse: neque enim Deus velle potuit ut vano fallacique somnio, cujusmodi sunt vel naturalia, vel animalia, vel diabolica, Gedeon fidem haberet †. Gentilibus enim atque impiis nonnunquam solet Dominus & somnia & eorum explicationem tribuere; ut patet ex exemplis Balaami, Sibyllarum, Caiaphæ, & eorum Matt. 7. 22, 23 [t]. Qu. Cùm somniator & expositor certissimè cognoverint destructionem Midianitarum, cur non vel ipsi fugerent, vel aliis fugiendi authores erant? Resp. 1. Quanquam à Deo movebantur, non intellexerunt se ab illo moveri; quomodo Joseph, Gen. 37. & Pharao, Gen. 41. & Nebuchadnezzar, Dan. 2. & 4. & Caiaphas, Joan. 11 [v]. 2. Vel fortè fugam in tempus aliud, cùm aut diluxisset, aut major sese daret opportunitas, differebant [x]. Pavorem Deus hostibus suis etiam per somnia immittit. Vide Cassii Parmensis somnium apud Valerium Maximum, l. 1. 7. Significat autem hoc somnium Israelitas, sub vi Madianitarum malè ac velut hordeo pastos, erupturos, flammæ modo, in subitam perniciem Madianitarum [y]. Porrò, hoc *audîsse* dicitur Gedeon. Linguam enim Midianiticam intelligebat; sive quia illa erat vicina Hebrææ; sive quòd à Midianitis, Judæam per septennium jam occupantibus, eam didicisset [z].

16. *Divisitque in tres partes*, ità M. D. [שְׁלֹשָׁה רָאשִׁים] *Tria capita*, Mo. Sy. D. P. *tres ordines*, Ti. *tria agmina*, JT. Pi. Synecd. membri metaphorica; nam cùm agmina complura unà incedunt, singula suum quasi caput, i. e. initium, habent [a]. ο'. hîc habent ἀρχάς, i. e. *principia*, ait D. (*principatus*, sive *præfecturas*, inquit Bo.) h. e. partes. Sic Gen. 2. fluvius erat in 4 capita, i. e. *partes*, ut exponit K [b]. ¶ *Lagenásque vacuas*] Nempe, *liquore*; in iis autem lampades erant. Vacuas autem assumpsit, tum ut in iis lampades abscondi possent; tum ut inter eas confringendas major strepitus ederetur, ut in vacuis fieri solet [c]. ¶ *Lampades*] *Titiones*, Mo. V. vel *tædas*, V. Nè intellige lampades ex oleo aliave humida materia concinnatas [d], sed ex dura atque concreta; alioquin, confractis hydriis effusum fuisset oleum, extincta flamma †. Lignei erant torres ex oleaginosa aliqua arbore comparati, qui ignem accipere ac fovere diutiùs possent, vento obluctante excitandum, augendúmque potiùs quàm exstinguendum: ii verò arte etiam ex pice, oleo, cerâ, aut bitumine alio inducto, adjuvari poterant [f]. Faces grandiores erant è cera, pice, resina [g].

† Me. ex Ser. — t Pi. — x Bo. — y V. — z D. — a Pi. D. — b D. — c M. — d Ma. — † Mont. — f V. — g D. — r Bo. — † Ma. — t Bo. — v Ser. — x La. ex Mont. To. — y Mont. — z La. — a E. Me. sic Ser. Bo. Mont. La. — b Me. — c Ser. ex Mont. — d Bo. — † Me.

f La. — g Pi. — h Ser. V. — i Ser. — k Mont. — l Bo. — m Mont. — n V. — o D. — p D. — q V. D. Jun. — r M. — † Bo. Ser. — t Ser. La. — v To. — x Ser. — y G. — z La. — a Pi. — b D. — c Bo. — d Bo. Ser. — † Ser. — f Mont. — g Bo.

17. *Quod me facere videritis,* מִמֶּנִּי תִרְאוּ] *Ex me videbitis,* P. Mo. ό. Jon. i. e. Ut me videbitis facere, ità facite [h]. *A me,* &c. D. Pi. q. d. Reſpicitote in illud ſpatium aeris quod incipit à me. Sic uſurpatur hæc præpoſitio ſuprà v. 3 [i]. *A me,* i. e. poſt me; ut, *à prandio, à cœna,* &c [k]. *Me versùs reſpicitote,* JT. i. e. אֵלַי: ſic מִן aliquando ſumitur [l], [ut ſæpe notatum.] *Me ſpectate,* vel, *reſpicite,* Sy. Ar.

18. *Et conclamate, Domino & Gedeoni*] Ità ό. Mo. Ti. Supple, vel, *gladius,* Sy. vel, *feliciter.* ἀλαλαγμός. [Clamor is eſt qui in concurſu acierum edi ſolet.] Vide Joſ. 6. 5 [m]. ¶ לַיהוָה וּלְגִדְעוֹן] *Jehovæ & Gideonis,* ſupple, *gladius,* vel, eſt *hic gladius,* M. JT. cui nemo reſiſtere poteſt [n]. Hoc ſupplementum ſumptum eſt ex ver. 20. Quanquam non videtur neceſſarium. Poteſt enim intelligi, per ſynecdochen generis, *Jehova & Gidhon;* ſcil. hîc ſunt, pugnandi causâ [o]. Alii ſupplent, *pugna iſta,* M. Al. *erit victoria. Vincet Dominus & Gedeon,* V. *Gladius à facie Domini procedit, & victoria per Gedeonis manus eſt,* Jon. q. d. Deus, Deus, inquam, eſt qui Madianitas ulciſcitur; Gedeon verò illius miniſter eſt [p]. Qu. Sed cur nomen ſuum audiri voluit? Reſp. 1. Non ex arrogantia, ſed ex Dei præcepto, quod intelligebat ex ea ſomnii expoſitione, *Hic eſt gladius Gedeonis:* Quibus verbis quaſi à Deo admonitus, potuiſſet præcipere ut exclamaretur, *Gladius Gedeonis:* tamen non eſt paſſus ſuum nomen vel ſolum, vel primum, audiri, ſed, *Gladius Domini & Gedeonis* [q]. 2. Factum hoc ſapienti conſilio, ut, nominato Gedeone, (de cujus exercitu coacto jam inaudierant, & trepidare cœperant, & cujus terribilem gladium monſtrabat ipſum ſomnium,) major hoſtibus terror incuteretur [r]. Omnia hîc in terrorem comparata ſunt, quia inopinata & nocturna †. Præconium hoc noctu edebatur in medio campo, ideóque longiùs percipiebatur. Lumina ipſa, non antè prævisa, fractis ſimul cantharis, ampliora multò oſtendi conveniebat, & viciniora, propter coactum intra vaſa aerem, quem flagrare neceſſe erat. Adde quòd liberi etiam ignis, noctu lucentis, flamma circumjectum aerem certo ſpatio illuſtrat, & quam interdiu lucernam vix propiùs videres, noctu, longiùs etiam proſpectam, ingentem facem reputes [t]. Similia aliorum ſtratagemata legimus in Liv. Decad. 3. lib. 2. Jul. Frontin. de Stratagem. 2. 4. & 5. item 3. 8 [v].

19. *Incipientibus vigiliis noctis mediæ,* רֹאשׁ הָאַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה] Ad verb. *Caput* (*capite,* Ma. *in caput,* D. *in capite,* P. *in principio,* ό. JT. D. V.) *cuſtodiæ,* vel *vigiliæ, mediæ,* Mo. ό. JT. Sub mediam noctem, quâ vigiles mutari ſolent pro caſtrenſi inſtituto *. Vigilia tertia *media* dicitur, quia à media nocte initium ducebat [x]. Omnes noctem in horas æquales 12 dividunt, & in vigilias 4; ità ut harum ſingulis ternæ horæ obveniant: ideóque mediæ noctis cuſtodia non *ſecunda,* ſed *tertia,* eſt: ſícque diſertè Sil. lib. 7. —*mediam ſomni cùm buccina noctem Divideret, jámque excubias ſortitus iniquas Tertius abruptâ vigilaret ad arma quiete* [y]. Sunt quidem vigiliæ quatuor; ſed harum prima omittitur, quòd primis tribus noctis horis ſoleant omnes adhuc vigilare, confabulari, aliáve agere [z]. Sed hoc idoneo auctore firmari non poteſt. Nam iſta licèt fiant, conſtituti tamen ſunt vigiles; quod & interdiu factum [a]. Alii aliter; Vigilia noctis dividebatur in tria intervalla, fuítque finis primæ initium mediæ [b]. Tres erant vigiliæ, & ſingulæ quatuor horas continebant. Poſterior ætas quatuor inſtituit [c]. Apud Hebræos veteres nonniſi tres erant. Prima dicitur רֹאשׁ אַשְׁמֻרוֹת *initium vigiliarum,* Thren. 2. 19; ſecunda, הַתִּיכוֹנָה *media,* ut hoc loco; & tertia, אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר *vigilia matutina,* Exod. 14. 24. Ità R S. At Romanis demum temporibus quatuor conſtitui cœperunt. Hinc *quartæ vigiliæ* mentio Matt. 14. 25. Marc. 6. 48. Lucas tamen, more veteri, tertiam vigiliam habere videtur pro ultima, Luc. 12. 38 [d]. ¶ *Et cuſtodibus ſuſcitatis,* אַךְ הָקֵם הֵקִימוּ אֶת־הַשֹּׁמְרִים] [Variant.] *Tantùm ſuſcitando ſuſcitaverunt* (vel, *& excitaverunt,* ό. M. *ſed ſuſcitaverant,* P.) *cuſtodes,* Mo. *ſubitò excitantes vigiles,* Ti. Alii ſic, *cùm jam,* vel, *& jam, vix ſtatuerant cuſtodes,* Ang. Belg. ſim. JT. Pi. Quidam referunt

[h] V. [i] Pi. [k] D. [l] D. [m] G. [n] M. [o] Pi. [p] La. [q] E. [r] Bo. † La. [t] Mont. [v] La. * Jun. [x] La. [y] Ser. [z] Mont. [a] Ser. [b] M. [c] D. [d] BA. 1. 2. 40. 396.

ad Gideonem & milites ejus. Ità ό. Jon. Sy. Non ſignificat cuſtodes eo tempore (ſcilic. initio vigiliæ) ſomno ſepultos; ſed à Gedeone & ſuis illud curatum indicat, ut cuſtodes primi compellati, (fortè hujuſmodi formulâ, *HASOMRIM, O cuſtodes,* ſæpius repetitâ,) ac reſpondentes, calamitatis denunciationem audirent; quâ turbati, cæteros etiam conturbarent †. Alii referunt ad Midianitas [f]. *Verùm excitando excitaverant;* i. e. Illi quorum erat excitare cuſtodes jam excitaverant illos: q. d. Excitatis jam vigiliis qui ſecundæ (vel tertiæ, ut alii,) vigiliæ præerant [g]. Itaque tempus erat opportunum, ſecundâ vigiliâ recedente, & tertiâ necdum in gradu & ſtatione ſua conſtitutâ, ad tota caſtra conturbanda [h]. ¶ *Et complodere inter ſe lagenas,* וְנָפוֹץ הַכַּדִּים] *Et collidendo* (vel, ſimul *comminuendo,* JT. *fregerunt,* ό. Jon. Sy. Ar. P. M. *collidentéſque,* Ti.) *hydrias,* Mo. P. JT. vel, *lagenas,* M. Hebr. *& comminuere,* &c. Verbum Hebræum ſignificat *illidendo confringere,* & *in particulas diſſipare atque disjicere* [i].

20. *Cúmque in tribus perſonarent locis*] Heb. *clanxerunt tria capita,* P. vel, *agmina,* JT. In diverſis caſtrorum locis hoc factum conſtat hinc & ex v. 18. ut ex diverſis partibus immiſſa terroris occaſio penitùs animos conſternaret, & fugæ præſidium eriperet [k]. Tot autem tubæ perſonantes, tot confractæ hydriæ, tot militum clamores, & ignes undique collucentes, ſpeciem ingentis exercitûs in eos incurſantis præbebant [l]. Subita erat invaſio, & ingentem Iſraelitarum tum *multitudinem,* tum *alacritatem* & *impetum,* præ ſe ferebat. Adde quòd in ſumma caſtrorum quiete hæc incipiebant, nec ullum explorandi quid ageretur, quot adeſſent, quomodo reſiſtendum eſſet, ſpatium relictum eſt *. ¶ *Lampades*] Notat Tzetzes ad Lycophronem, ante inventum tubarum uſum in bellis, in medium prodiiſſe λαμπαδηφόρους, i. e. *ferentes lampades,* quas etiam projiciebant, (pro eo quod nunc tubis clangunt,) & ſic committebatur prælium [m].

21. *Stantes in loco ſuo*] Hoc ideo fecerunt, ut hos lampadephoros crederent Midianitæ tantummodo aliis pugnantibus facem accendere, & ad hoſtes aperiendos lumen prætendere. Hinc Midianitæ in mutuas cædes ruebant, exiſtimantes ſe ab hoſtibus Iſraelitis invadi & peti, cùm hoſtes à ſuis diſcernere non poſſent [n]. Stando fingebant ſe copiis ſuis maximis tranſitum dare, quaſi quilibet tubicen ſuam duxiſſet armatorum cohortem [o]. ¶ *Caſtra turbata ſunt,* וַיָּרָץ] [Variant.] *Confracta ſunt,* P. Mo. quaſi à רָצַץ, V. Alii, *cucurrerunt,* vel, *diſcurrebant,* ό. Sy. M. Ti. JT. Oſ. Ang. Belg. V. quaſi à רוּץ *currere;* i. e. cœperunt trepidare ac diſcurſare huc illuc *.

22. *Et mutuâ ſe cæde truncabant*] Proditionem inter ſe ſuſpicantes [p]. In tenebris & in re tam trepida omnes habebant pro inimicis [q]. Immiſit Deus in eos terrorem & cæcitatem, ut, putantes Hebræos in mediis caſtris ſtragem edere, præ pavore, præ ſomni impotentia, præ mœrore & ira, quiſque ſibi vicinum eúmque inſequentem gladio feriebat, eò quòd Iſraelitæ continuo clangore tubarum & fulgore lampadarum eos inſequerentur [r]. Immiſit illis Deus tantam perturbationem, ut non ſe cognoſcerent. Eſt nimirum in poteſtate Dei mens vel cor hominis. Interdum Deus movet hominem ad tantam dementiam, ut neſciat quando ſit dies vel nox, & palpet in meridie, Deut. 28. 29. Interdum ità movet mentem hominum, ut ea quæ coràm ſunt non videant, ut Gen. 19. & 2 Reg. 6. Interdum movet ad oblivionem præcedentium ſubitò, & inducit novos modos & habitus in anima, ſicut Gen. 11. Interdum movet ad imprudentiam, ut nequeant de notiſſimis judicare, ut 2 Sam. 17. Tandem, Joſephus ait hîc multas fuiſſe gentes linguis diſcordantes, & ob hoc ſe (invicem) hoſtes putabant; quod veriſimile eſt. Sed priores rationes magis probo †. ¶ *Beth-ſetta,* &c.] Ubi & quænam hæc loca ſint, non facile eſt definire, cùm alibi in S. S. non occurrunt, præter *Abelmehula,* quam fuiſſe in tribu Manaſſis cis Jordanem conſtat ex 1 Reg. 4. 12. Res autem exigit ut cætera loca in eodem tractu ſint †. ¶ *Per Tzereram*] i. e. Agrum Zarthanis, ut colligitur ex 1 Reg. 4. 12.

† Mont. [f] Ità V. Ser. Bo. [g] V. [h] Bo. [i] Pi. [k] Bo. v. 19. [l] Bo. * Ser. [m] Ga. [n] Bo. ſim. T. Ser. Mont. La. [o] La. * V. [p] G. [q] Bo. [r] La. † To. † Bo.

4. 12. Vide Jos. 3. 16[t]. Et sanè situs mirificè congruit [v]. ¶ Et crepidinem Abelmehula] Heb. usque ad labium, littus, ripam, &c. Abel-meholah, Ma. i. e. usque ad ripam Jordanis ex adverso Abel Mecholæ. Locus est unde oriundus erat Elisha, 1 Reg. 19. 16[x].

24. Occupate aquas, וְלִכְדוּ לָהֶם אֶת־הַמַּיִם] Et capite ante eos (præripite eis, Ti. præoccupate iis, P. JT.) aquas, M. Ad verb. capite iis, Mo. Flumina hostibus eripere magni usûs; Frontinus l. 2. c. 4. Aquas, i.e. vada, nè scil. transiri possint, V. ¶ Usque Bethbera atque Jordanem] h. e. Omnem ripam Jordanis quæ est à Bethbara usque ad initium Jordanis, (nempe, Jordanis magni, sive majoris, qui incipit à lacu Genesareth:) hi enim duo termini indicantur, unus Borealior, Jordanis scilicet initium, alter Australior, Bethbera: illàc enim haud dubiè transituri erant Madianitæ, ut in regionem suam trans Jordanem regrederentur. Erant autem in toto illo tractu diversa vada, ad quæ eos confugituros verisimile erat [y]. Porrò, Bethbera idem locus videtur qui Joan. 1. 28. Bethabara (בֵּית הַבָּרָה) dicitur [z]: nam articulus promiscuè vel addi solet, vel omitti [a]. Difficultas autem est, quòd Bethabara cis Jordanem, Bethbera trans Jordanem, fuisse videatur [b]. Fortè locus non est idem, sed hæc Bethbera illi Bethabaræ vicina erat; & vocatur Bethbera, sive Domus comestionis, quòd ibi primùm novas in Terra promissionis fruges comederint, Jos. 5. 10, 11. Obj. At id in Galgal factum dicitur. Resp. Cùm castra multum loci occuparent, potuit loco Galgalis vicino id nomen imponi [c].

25. Interfecit Oreb] Nulla erant belli commercia quæ captivos vetarent interfici. Vide de J. B. & P. 3. 4. 10. Vide infrà 8. 18[d]. ¶ In torculari] In planitie, Chald. in V. Ad hæc loca verisimile est eos latebrarum causâ profugisse †. ¶ Trans fluenta Jordanis, מֵעֵבֶר לַיַּרְדֵּן] Trans, vel ultra, Jardenem, P. V. ad plagam orientalem [f]. Notant jam tum Gedeonem cum suis, hostes persequendo, trajecisse Jordanem, ut patet ex Jud. 8. 4[g]. Hæc ergò dicuntur per prolepsin, sive occupationem [h].

[t] Jun. [v] Ma. [x] Jun. Bo. [y] Bo. [z] Jun. ità Joseph. Scal. & Mont. in Ma. [a] D. [b] Ma. [c] Bo. [d] G. † Bo. [f] V. [g] Ma. [h] Ma. V.

CAP. VIII.

1. VIri Ephraim] Heb. vir Ephraim. Sic suprà 7. 24. & ib. 23. vir Israel[i]. ¶ Quid est hoc, &c?] Heb. Quid est verbum hoc quod fecisti nobis, &c? q. d. Quare tantopere nos contempsisti, ut, &c? Hæc etiam dicta videntur per anticipationem [k]. ¶ Ut nos non vocares] Nempe, cum aliis quatuor tribubus ad belli societatem. De hoc queritur, quasi per contemptum fuisset prætерita; aut quòd illi invidisset gloriam, quam totam in suam tribum Manasse Gedeon derivare voluisset [l]; præsertim, quia Ephraimitæ erant arctiori cognationis vinculo illi conjuncti quàm cæteris tribubus [m]. Erant Ephraimitæ superbi, ut notatur Isa. 11. 13. ob numerosam & potentem tribum; quódque illa à Jacobo prælata esset Manassensibus, ex qua Gedeon [n]. Ex superbia autem facilis est in invidiam prolapsus [o]. ¶ Jurgantes fortiter, בְּחָזְקָה] In fortitudine, V. Mo. i. e. vehementer, vel acriter, V.

2. Quid enim tale, &c? Heb. Quid feci nunc? כָּכֶם] Sicut vos? ό. Jon. Sy. V. i. e. tale quale vos fecistis [p]? cujusmodi vos? JT. Fortes animi placantur concessione gloriæ [q]. ¶ Nonne melior racemus, &c?] Chald. sic accipit; Infirmissimi tribûs Ephraim præstantiores sunt robustissimis familiæ meæ [r]. Alii sic; Nonne meliores sunt racemationes Ephraim vindemiâ Abiezritarum? JT. Racemationem vocat interfectionem Oreb & Zeeb post perfectum prælium; vindemiam verò, prælium ipsum †. q. d. Nos non tantum pugnando, quantum vos Ephraimitæ fugatos à nobis persequendo, consecuti sumus [s]. Paucule personæ à vobis captæ & cæsæ, nempe, Oreb & Zeeb, pluris æstimandæ sunt quàm omnes reliqui quos cecidi [v]. ¶ Abiezer] i. e. Cognationes Abiezer, h. e. Abiezeræorum, nempe, Gideonis [x]. Factum hoc non sibi attribuit, sed toti familiæ ab Abiezer denominatæ [y].

[i] D. [k] V. [l] Me. sim. Bo. Ser. [m] La. [n] La. [o] Bo. [p] V. [q] G. [r] La. sic & M. † V. sic Jun. Pi. La. [s] Jun. [v] T. ex La. [x] V. [y] L.

3. Requievit spiritus eorum, אָז רָפְתָה רוּחָם מֵעָלָיו] Ad verbum, Tunc remisit se spiritus eorum desuper eo, Mo. Relaxatus est (remisit, Ti. lenivit se, P.) spiritus eorum ab eo, M. Tunc destitit iratus illorum animus ab eo, JT. Remissa est (vel, remitti cœpit, aut quiescere,) ira eorum in illum, V. simil. Sy. Ar. D. Spiritum vocant Hebræi τὸ θυμοειδὲς, h.e. eam animæ facultatem in quam ira cadit: unde קְצַר רוּחַ, Prov. 14. 29. brevis spiritu, qui non cohibet iram; Cohel. 7. 10. Nè conturberis in spiritu tuo ad irascendum. Vide & Jes. 25. 4. Sic μακρόθυμος est longus irarum [z]. Sensus est, Cœperunt esse animo æquiore erga illum, hoc dicto [a].

4. Transivit eum] Obj. At jam trans Jordanem fuit, Jud. 7. v. 25. Resp. Est ergò hîc hysterologia [b]. Præcedentia illa per prolepsin narrata sunt, ut omnia simul quæ ad Ephraimitas spectabant referrentur. Vel, pro, transivit, verte, transiverat [c].

5. Dixitque ad viros Socoth] Locus hic à Jacobi tabernaculis sic dictus est, Gen. 33. 17. erátque trans Jordanem in tribu Gad. Transmisit ergò Gedeon ubi Jordanes major incipit, & è lacu Genesareth emergit [d]. ¶ Date, obsecro, panes, כִּכְּרוֹת לֶחֶם] Tortas (tractas, JT. globos, Ti.) panum, Mo. buccellas panis, panes, V. Nota 1. Non petit arma, suppetias virorum, lautitias, &c. sed panem. 2. Imperare poterat, Dux & victor factus; sed demittit se, ac obsecrat. 3. De suis quàm de se solicitior est, Date populo, &c †. Petebat hæc ab Israelitis; quorum proinde gravior fuit inhumanitas, quíque omnem commeatum ei spontè offerre debuerant [f]. ¶ Populo qui mecum, אֲשֶׁר בְּרַגְלָי] Qui in pedibus meis, Mo. vel, ad pedes, Jun. qui mecum est, Jon. Sy. Ar. quem mecum duco, V. qui sequitur vestigia mea [g]. ¶ Reges Madian] Ne mirere hîc plures fuisse Madianitarum regulos, è quorum numero putantur etiam fuisse duo illi priores, Oreb & Zeeb: Nam & Num. 31. 8. sunt quinque Reges Madian; & in Cananæa plus quàm 30 reguli erant *. [Vide quæ ad Num. 31. 8.]

6. Responderunt, &c. וַיֹּאמֶר שָׂרֵי סֻכּוֹת] Ad verb. Et dixit principes Succoth, Mo. Dixit principum, sub. vel, ordo, JT. vel, unus, P. V. (nempe, cæterorum nomine demandatus [h],) vel, unusquisque, Pi. vel est sing. pro plur [i]. Et dixerunt, vel responderunt, ό. Jon. Sy. Ar. Dixerunt singuli principes; ut sit syntaxis distributiva, Hebræis usitata, qualis infrà v. 22 [k]. Locus hic unus est ex illis duodecim quæ putantur falsò legenda esse וַיֹּאמְרוּ, & dixerunt [l]. ¶ Forsitan palmæ, &c. הֲכַף—עַתָּה בְּיָדֶךָ] An palma, vel, manus, vel, vola, Zeba & Zalmuna nunc est in manu tua? Mo. JT. ό. i. e. An cepisti eos? Heb. vola: quia volâ prehenditur qui captivus ducitur [m]. Num eos manibus post terga revinctis captivos abducis [n]? Quasi Zeba, &c. traditi sint in manu tua, Jon. Num Zebam, &c. vinctos habes in manibus tuis? Ar. Ità ejus consilium rident, qui parvo comitatu (300) numerosiores multò (15 millia) persequeretur [o]. q. d. Videris loqui quasi jam victor evaseris: Nondum vicisti illos Reges, ut audeas à nobis panes petere [p].

7. Conteram carnes vestras, &c. וְדַשְׁתִּי אֶת־בְּשַׂרְכֶם אֶת־קוֹצֵי הַמִּדְבָּר וְאֶת־הַבַּרְקָנִים] Et (vel tunc, P. V. utique, JT.) triturabo (teram, vel atteram, vel conteram, Ti. V. Ca. triturando cædam, JT.) carnem vestram cum spinis deserti, & cum tribulis, Mo. Jon. Sy. Ti. Τὸ בַּרְקָנִים significat spinas sive tribulos acerrimos, qui, ut fulgur oculos penetrat ac lædit, ità illi corpus [q]. Spinas deserti vocat, nempe, quæ crescunt in deserto [r]. Hoc iis minatur, quòd ea civitas (quæ ab Ethnicis Troglodytis est appellata) in agro suo desertum habuit in quo spinæ ac tribuli passim crescebant †. Locus hic nomen habuit à spinis, quibus oppletus est; nam שֻׂכּוֹת sunt spinæ, Job. 40. 26[t]. Qu. Quo sensu hoc accipiendum? Resp. Triturabo, i. e. repetitis ictibus, ut solent qui triturant, ad necem usque cædam [v]. Percutiam corpus vestrum nudum spinis [x], usque ad necem [y]. Projiciam vos super spinas nudos, & triturabo pedibus meis super vos [z]. Al. sic; Vox וְדַשְׁתִּי modum occidendi indicat, ut sparsis super nudis humíque prostratis corporibus vepribus ac tribulis, plaustra ac carpenta, quibus triturari soleret, superinduceret, quæ & spinas illas corporibus infigerent,

[z] D. [a] V. [b] La. [c] Bo. [d] Bo. † Ser. [f] Bo. [g] Jun. Bo. * Bo. [h] Mont. [i] Q. in V. [k] Pi. [l] D. [m] Pi. [n] La. [o] Jun. [p] V. [q] La. [r] V. † Mart. [t] K. in D. [v] Jun. [x] V. La. [y] La. Me. [z] D.

rent, & carnes quodammodo spinis infixis commolerent. Simile supplicium vide 2 Sam. 12. ult. & 1 Par. 20. 3[a]. Verùm nulla carpentorum fit hîc mentio[b].

8. *Venit in Phanuel*] Erat ea in tribu Gad; non procul à Socoth; à Jacobo etiam nomen accepit, Gen. 32. 30[c]. ¶ *Locutúsque est similia*, [כְּזֹאת] *Sicut hoc*; i.e. talia qualia dixerat civibus Succoth[d].

9. *Destruam turrim hanc*] In qua maximè confidebant †. Et verisimile est Gideoni iis minitanti suam illam turrim ostentâsse, ideóque Gideonem subjunxisse, se non ipsos tantùm, sed & turrim, excisurum[f].

10. *Zebee autem & Salmana requiescebant*] In Heb. est בְּקַרְקַר, quòd è nostro textu excidisse suspicio est[g]. [Aliter Bochartus:] Vulgatus (inquit) illud בְּקַרְקַר vertit, *requiescebant*; nam Arabibus קַרְקַרָה *CARCARA* terra est in qua tutò & pacatè vivitur; & verbum קַר *CARRA*, unde קַרְקַר *CARCARA*, *quiescere & in tuto esse* significat, maximè in decima conjugatione. Sic Psal. 106. (Hebræis 107.) 28. *fluctus maris* אסתקררו *quieverunt*[h]. Loci hujus *Carcar* nusquam alibi in Scriptura vel Josepho mentio est[i]. Erat urbs ultra Jordanem[k].

11. *Ascendénsque per viam eorum qui in tabernaculis morabantur*, [דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי בָאֳהָלִים] *Viâ habitantium in tentoriis*, Mo. sim. ο'. Ar. JT. i.e. Arabum Scenitarum[l]. Ità dicti sunt, quòd non habent domos fixas, sed vagantes ex una regione, quam depasti sunt, transeunt cum suis tabernaculis in aliam vicinam, eámque similiter depascuntur[m]. Viâ deserti, in quo Arabes tendebant tentoria sua[n]. q.d. Non rectâ viâ ascendit[o], sed à tergo[p], & diverticula sectabatur, ut eos ex improviso adoriretur[q]: qua in re se rei bellicæ & stratagematum egregiè peritum ostendit[r]. Nota hîc legi הַשְּׁכוּנֵי sequente ב, quia præpositiones non impediunt constructionem. Sic, Dices לִנְבִיאֵי מִלִּבָּם, Ezec. 13. 2. *prophetis è corde suo* †. Porrò, הַשְּׁכוּנֵי pro הַשּׁוֹכְנֵי; nam in participiis passivum pro activo quandoque usurpatum occurrit: sic infrà Cant. 3. 8. *omnes ipsi* אֲחֻזֵי *tenentes gladium*, pro אֹחֲזֵי[t]. ¶ *Nobe & Jegbaa*] Erat *Jegbaa* in tribu Gad, ut liquet ex Num. 32. 35. Debuit ergò *Nobe* in eadem tribu esse, atque adeò duplex Nobe trans Jordanem constitui, una in Gad, altera in tribu Manasse trans Jordanem, (de qua constat ex Num. 32. ult. & aliunde:) quanquam malim unicam fuisse, & in tribu Manasse, sed in confinio Tribûs Gad. Porrò, *Nobe* hæc alia est ab ea 1 Sam. 21. & 22. ubi Tabernaculum stetit, quæque erat civitas sacerdotalis. At nulla civitas sacerdotalis erat trans Jordanem, sed omnes in Juda vel Benjamin[v]. ¶ *Qui securi erant*, [וְהַמַּחֲנֶה הָיָה בֶטַח] *Castra autem erant* (sub. *posita*, Jon.) *cum fiducia*, P. Pi. *dum esset exercitus in tranquillitate*, Sy. vel, *degebat securè*, JT. *agebat securè*, V. בֶּטַח pro לָבֶטַח; deinde, *erat*, pro *degebat*, ut in Ruth, *fuerunt ibi*, i.e. habitârunt aut commorati sunt[x]. Requiescebant fessi diuturnâ fugâ[y]. Quia noctu commissa pugna fuerat, non putabant futurum ut nullam sibi & suis quietis partem indulgeret Gedeon, sed eâdem quoque nocte Jordanem transmitteret, séque insequeretur[z]. Videtur hæc Gedeonis victoria alterâ nocte sequenti parta, ob id enim & Madianitæ quieti indulgebant, & v. 13. reverti dicitur *ante solis ortum*. Et verò Divinæ providentiæ fuit, ut exiguus ille Gedeonis manipulus, idémque labore ac fame exhaustus, non nisi sub noctem alteram Madianitas assequeretur, nè, si interdiu assecutus fuisset, Madianitæ eos conspicati certamini se accingerent[a].

13. *Revertens ante solis ortum*] Vel, *ante ascensum solis*, ità P. JT. V. supra horizontem[b]. Chald. habet, עַד לָא מֵיעַל שִׁמְשָׁא, *adhuc non*, vel *priusquam*, *desuper sol*. Hinc suspicor τὸ לֹא ex Hebræo excidisse[c]. Hoc bellum unâ nocte fuit inceptum & confectum, quod ad laudem Dei refertur[d]. ¶ [מִלְמַעֲלֵה הֶחָרֶס] [Vertunt,] *Desuper sole*, Mo. P. in Bo. sub. *exsistente*, P. in Bo. i.e. cùm Sol fuit supra horizontem. *Sub ipsum ortum*, Jun. Noctu cum suis perrexit Gedeon, ut cives Sochoth, nihil tale exspectantes, repentè invadere posset, priusquam, de victoria ipsius certiores facti, portas ipsi clauderent †. Al. *antequam sol occumberet*, M. Dan. 6. 14. *ascensio solis* vocatur *occasus solis*: at

a Bo. — b La. — c Bo. La. — d V. — † Bo. — f To. La. Bo. — g Bo. — h BC. 1. 23. 505. — i Bo. — k V. — l V. Jun. Pi. La. Bo. — m La. — n V. — o V. La. Bo. — p La. — q Bo. La. — r Bo. — † D. — t Glass. gram. p. 407. — v Bo. — x D. — y Bo. — z Ser. Me. — a Bo. ad v. 10. — b V. — c Bo. — d V. — † Q.

hæc est phrasis Chaldaica, quâ linguâ scriptus est liber Danielis[f]. *Ab ascensu solis*, i.e. post ascensum, sive ortum, ejus; מִן *post*, ut cùm dicimus, *à meridie*, *à cœna*, &c[g]. *Post ascensionem solis*, i.e. postquam descendere cœperat[h]. Ante occasum Solis, Sole adhuc exsistente in alto[i]. Al. *à loco acclivi ad orientalem plagam*, Ti. A Sole oriente, i.e. ab Oriente, quò Midianitas persecutus fuerat[k]. Sol hîc *Heres* dicitur ab *ariditate*, ut alibi *Hamma* à *calore*, & *Semes* à *ministerio*[l]. [Aliis est proprium nomen.] *Desuper Ares*, vel, potiùs, *Hares*, ο'. in D. *ex acclivi Hedes*, Sy. [videtur legendum *Heres*;] *ad ascensum Haras*, Ar. *ab ascensu Heresi*: ità ut notetur locus unde reversus est Gideon. Sanè nomen Hebraicum quo significatur *ascensus* de loco frequentissimè reperitur: & præpositio præfixa non valet *ante*, sed *ab*. Sic suprà 1. v. ult. *ab ascensu Hakrabbimorum*. Vide istius nominis usum Jos. 10. 10. & 15. 3. & 18. 17. & 1 Sam. 9. 11. & Esa. 15. 5. Veruntamen infrà 14. 18. habetur nomen חַרְסָה, i.e. *sol*, quod nomini חֶרֶס affine est[m].

14. *Interrogavit nomina principum*, &c. וַיִּשְׁאָלֵהוּ [וַיִּכְתֹּב אֵלָיו] *Et interrogavit eum, annotavítque*, M. *annotavit illi*, Ti. *scripsit ei*, Jon. Ar. P. vel, *ad eum*, Mo. vel, *apud se*, ο'. *qui interrogatus descripsit ei*, Ar. Puer iste *descripsit*, D. ità Ar. vel, ut alii, *Gideon*. *Scripsit sibi principes*, &c. i.e. nomina Principum[n], qui, scilicet, participes fuerant criminis[o]; nè innoxios cum reis puniret[p]. Commendatur hîc ejus & prudentia & severitas in malis vindicandis: Parcit multitudini, punit peccantes, nempe, Principes, qui soli contumeliosè Gedeoni responderant[q]. Mite est, Principes auctores mali punire, multitudini ignoscere; de J. B. & P. 3. 11. 5[r]. Nonnulla hîc subaudienda ad perficiendam sententiam, hoc modo, *Interrogavit eum quinam essent principes & senatores urbis*; *qui recensuit & scripsit* †.

16. *Et contrivit*, &c. [וַיֹּדַע בָּהֶם אֵת אַנְשֵׁי סֻכּוֹת] [Variè reddunt.] *Et cognoscere fecit in iis viros Succoth*, Mo. *docuit illis*, &c. Ti. Ang. *notificavit*, vel, *notitiâ instruxit*, Pi. *Scire fecit*, scil. per flagella & verbera; h.e. castigavit, punivit. Sic magister, discipulo petulanti ostendens virgas, ait, Hisce *docebo te*, i.e. castigabo[t]. Sic Germani *docere* abutuntur pro *castigare*[v]. *Et erudivit per illas*, vel, potiùs, *notum fecit per illas civibus Succhoth*, sub. *peccatum suum*; i.e. ità cæsi noverunt peccatum suum[x]. *Fecit illos sentire*, vel *cognoscere*, nempe, iniquitatem suam[y]. *Documentum in eis dedit viris Succothanis*, JT. i.e. eos Seniores cædendo, Succothanos informavit, ut in posterum saperent[z]. Alii vertunt, *Confregit*, vel *contrivit*, *in*, sive *cum*, *eis*, P. V. Ca. Jon. Pro יָדַע legendum יָדוּשׁ, Ca. Ser. *Excruciavit*, Ar. *tormentis divexavit*, Sy. *perdidit*. Sic verbum יָדַע sumitur etiam Prov. 10. 9. & 14. 34. & Ezec. 19. 7[a]. הוֹדַע hîc sign. non tantùm *erudire*, sed etiam *animadvertere*. Porrò, spinæ vel ab Ethnicis inter plantas infelices numerantur: ideo non mirum si ad supplicia adhibeantur. An verò illos interfecerit, vel solùm castigaverit, ex verbis historiæ non apparet[b].

17. *Occisis habitatoribus*] Quia vel insultârunt petulantiùs quàm Succothenses; vel freti loci munitiore voluerunt Gideoni resistere; vel etiam ipsos Succothenses periisse concedemus[c].

18. *Quales fuerunt*, &c? [אֵיפֹה הָאֲנָשִׁים וגו'] *Ubi viri*, &c? Mo. ο'. Jon. *Quales erant*? Sy. Ar. JT. Pi. P. D. De forma & qualitate quærit[d]. *Qualiter*, i.e. quali vultu, vel quo oris habitu ac formâ corporis, erant †? ¶ *Quos occidistis in Thabor*] Eò enim secesserant hi, cùm Hebræi laterent in montibus & speluncis: Hos ergò Reges isti in latebra illa Thaboris repertos interemerunt[f]. Audierat Gedeon tum fratres suos, imminentibus Madianitis, fugisse in Thabor, tum nonnullos ibi cæsos; suspicatus ergò est cæsos esse suos fratres, & verè, ut patet ex v. 19[g]. ¶ *Et unus ex eis quasi filius regis*; sim. Jon. P. Ti. Ca. V. אֶחָד כְּתֹאַר [בְּנֵי הַמֶּלֶךְ] *Unus* ex illis erat *formâ similis filiis regis*, V. Sed huic versioni obstare videntur accentus, sive distinctiones Hebraicæ[h]. *Idem* erant (malim, *una eadémque* forma erat, scil. *tecum*, Heb. אֶחָד, sub. תֹאַר[i].) *formâ tali quali filii regis*, JT. Egregiâ formâ & dignitate erant, quæ Principem deceret[k]. *Una* vel *eadem* species erat illis, &c. i.e. Erant formosissimi[l].

f La. — g D. — h Q. in Belg. — i L. ex He. K. & Forst. & Merc. in Bo. — k Belg. — l D. — m Pi. — n M. — o Me. — p M. Me. — q E. — r G. — † V. — t La. — v M. — x Q. in V. — y M. ex K. — z Jun. — a Di. — b Mart. — c Mart. — d D. — † V. — f Me. — g La. — h Pi. — i Pa. — k Me. — l V.

19. Filii

19. *Filii matris*] Fratres uterini, ex parte matris[m]. ¶ *Si servâssetis eos, non vos occiderem,* [לוּ הַחֲיִתֶם אוֹתָם] *Utinam vivere fecissetis eos,* Mo. Al. *si vivificâssetis*, vel, *vivos servâssetis*, ο'. Sy. Ar. M. P. Ti. ¶ *Non vos occiderem*] Sed illos fratres meos vestrâ ipsorum vitâ redempturus essem[n]. Poterat hoc eis præstare. Nam, 1. non erant Cananæi, quibus mandatum est nè parceretur[o]. 2. Nec eos occidere tenebatur illius præcepti vi Num. 31. 17. Hoc enim temporarium erat, ob vindictam istius sceleris Num. 25[p]. Nunc autem, ut propinquus fratrum occisorum, tenebatur homicidam occidere, Num. 35[q].

20. *Dixitque Jether, Surge, & interfice, &c.*] Qu. Cur voluit eos à filio perimi? Resp. 1. Ut patruorum mortem ulcisceretur. 2. Ut majore cum cruciatu & dedecore morerentur: Nam nonnisi multis ac repetitis ictibus tales à talibus interficiuntur. 3. Ut eum victoriæ gloriæque participem faceret[r]. 4. Ut ejus animum contra hostes populi Dei à teneris annis inflammaret; ut de Hannibale scribitur, quòd adversùs Romanos à puero se devoverit: & ut à teneris disceret Legi Divinæ parére, quâ sanguis propinquorum effusus jubebatur vindicari. Porrò, sontes occidere olim non fuit dedecorosum: Nec videntur Hebræi veteres habuisse carnifices. Jubebat Saul proceres sacerdotes perimere; Samuel Agagum manu suâ peremit, & Benaia Joabum†. ¶ *Timebat enim*] Videntur enim hi Reges fuisse magnâ staturâ, feroci vultu, & nè mortis quidem metu dejecti[t].

21. *Juxta ætatem robur est hominis,* [כָאִישׁ גְּבוּרָתוֹ] *Sicut vir, est fortitudo ejus,* V. sim. Mo. JT. Sy. Pi. Robur respondet ætati & staturæ: Ille est parvus, non habet id roboris ut possit nos interficere[v]. Quem puer occîdit, & lentâ & ignominiosâ morte moritur[x]. ¶ *Tulit ornamenta ac bullas,* [אֶת־הַשַּׂהֲרֹנִים] *Lunulas,* ο'. Sy. Ar. Mo. JT. Pi. P. G. D. i.e. ornamenta Lunæ figuram habentia[y]. Insigne Ismaelitarum; quorum pars Saraceni ad Turcas mores transmisêre[z]. *Torques,* Jon. *Rotunditates* vertit Ma. bullatas phaleras, Jun. סֹהַר est *rotunditas*[a]; & סִיהֲרָא *Sihara* Chaldæo Paraphrasti est *Luna*[b]. Habetur hæc vox hîc, & infrà v. 26. & Isa. 3. 18[c].

22. *Dominare nostrî*] Qu. Quomodo & qualis delatus fuit ab Israelitis Gideoni Principatus? Resp. 1. Judiciaria potestas, quam jam gerebat Gideon; hanc enim deponere voluit[d]. Sed, 1. nulla hujus in textu mentio, nullum indicium: 2. nec verisimile est voluisse eum honorem istum abjicere, quem & ad mortem tenuit, infrà v. 28†. Resp. 2. Erat Regia potestas[f], quæ secum liberam quidlibet imperandi & decernendi potestatem afferret[g]. Judices omnia agebant ex Seniorum & Synedrii calculo; ad quem Rex non tenebatur, sed quod libitum fuisset, modò legibus non prohibitum esset, poterat[h]. ¶ *Tu, & filius tuus, & filius filii tui*] Hæreditarium ei principatum detulêre ob virtutem & merita[i]. Hunc offerunt ei usque ad tertium posteritatis gradum, non autem in omnes posteros[k]. At ego existimo voluisse Israelitas potestatem hanc in omnes ejus posteros transmitti, etsi de filio & nepote tantummodo disertè fiat mentio: ex his enim de cæteris posteris idem intelligi voluerunt[l].

23. *Non dominabor vestrî——sed dominabitur vobis Dominus*] Is vobis Principes designabit: quod quamdiu faciebat Deus, Regem populus suopte arbitratu facere non debebat, 1 Sam. 8. 7. multóque minùs uni se familiæ subjicere[m]. Populo non erat integrum Regem designare, sed jus declarandi Regem Dei, non hominum, erat, Deut. 17[n]. Porrò, videbatur Regius principatus aliquid decerpere tum nomini, tum juri, Dei in suum populum; poterátque Rex impunè leges & jussa Dei violare, imò novos deos inducere, ut fecêre Jeroboam, Manasses, &c[o]. Tempore Judicum Deus erat tanquam Dominus, & specialiter caput politiæ Judaicæ, & ad eum recurrebat populus in omnibus necessariis, ut scirent quid agerent; & ipse ponebat Rectores quos volebat, qui non vocabantur, nec habebantur, Domini, sed Ministri Dei. Rex autem jure suo ageret quid vellet, dum non esset contra Legem; & vocaretur Dominus, & nimis honora-

[m] V. Bo. [n] Jun. [o] Mart. [p] Me. ex Ser. [q] L. Mart. [r] Ser. Me. † Mart. [t] Ser. [v] V. [x] D. sim. L. [y] D. V. RR. in M. [z] G. [a] Ma. [b] Bo. Ma. [c] Bo. [d] Jo. in Ser. † Ser. [f] Ser. La. Bo. Me. T. Mart. [g] Bo. Ser. [h] Ser. [i] G. [k] Ser. sim. La. [l] Bo. Me. [m] G. [n] Mart. [o] La.

retur à populo; nec consensus Dei petebatur ut filii ejus succederent. Tunc ergò Deus non maneret ut Princeps specialis Hebræorum, sed tantùm ut Dominus generalis eorum, sicut & gentium cæterarum*. Poterat Rex impia præcipere, & proclive erat ut homines præsentem Regis offensionem potiùs quàm Dei attendant, adeóque in summam impietatem & idololatriam præcipitarentur. Et hinc Deus adeò restitit Regiæ dominationi 1 Sam. 8. Peccârunt ergò Israelitæ, quòd Principatum ei obtulerint Deo inconsulto[p]. Verba Gideonis non hoc docent, Deum regnare non posse ubi Rex habeatur; sed spectavit ille, præsentem rerum statum, à Deo institutum, sine illo non fuisse mutandum[q]. Compressit ergò Gideon magno & excelso animo inconsultam odiosámque *regni* cupiditatem, quæ in Israelitis jam tum se exserebat, & postea penitus erupit, 1 Sam. 6. & 8[r].

24. *Date mihi inaures ex præda vestra,* [נֶזֶם שְׁלָלוֹ] *Singulas inaures ex præda vestra,* Sy. [Reliqui omnes singulari numero reddunt.] *Quisque inaurem* (*monile,* Jon. *inaurem* unam, Ar.) *spolii sui,* vel *prædæ,* M. Mo. P. vel, *ex spolio,* sive *præda,* vel *spoliis,* Ti. Jon. Ar. ο'. *Inaurem prædæ,* h. e. inaurem suam prædâ acquisitam: nam in regimine nominum affixum posteriori nomini, sive recto, affigitur; nunquam autem priori, sive regenti, licèt ad ipsum potiùs pertineat. Sic suprà Deut. 1. 41. *quisque* אֶת־כְּלֵי מִלְחַמְתּוֹ *armis belli sui,* h. e. armis suis bellicis†. Non omnes inaures petit, sed è singulis tantùm inaurem unam[t]. Porrò, τὸ נֶזֶם non tam ἐνώτιον, *inaurem,* sign. quàm ἐπιῤῥίνιον, sive *ornamentum narium.* Sic in Prov. 11. ut נֶזֶם *in naso suis,* i.e. in rostro porci[v]. *Date mihi inaures.* Solebat enim Ducibus aliquid dari ἐξαίρετον, (*eximium.*) Vide de J. B. & P. 3. 6. 17[x]. ו in וּתְנוּ redundat[y]. ¶ *Ismaelitæ*] Obj. At suprà dicuntur *Madianitæ.* Resp. 1. Q. dicunt *Ismaelitas* illos fuisse *Arabes,* qui concitati in *Madianitas* occiderunt eos, tulerúntque ab eis inaures[z]. [Jon. & Sy. hîc habent, *Arabes.*] 2. *Madianitæ & Ismaelitæ* iidem sunt, ut patet ex Gen. 37. &c. ubi Joseph & *Ismaelitis* & *Midianitis* venditus dicitur[a]. *Madianitæ* vocantur *Ismaelitæ,* sed nomine strictiùs accepto; quia omnes *Madianitæ* etiam *Ismaelitæ* erant, sed non contrà; multi enim *Ismaelitæ* non erant *Madianitæ*[b]. Omnes ferè viciniores Judææ & Jordani orientales gentes, usque ad Euphratem & Tigrim, licèt à diversis essent Abrahæ uxoribus & filiis, Gen. 25. 6. omnes tamen generali nomine vocati aliquando fuerunt Ismaelitæ, vel propter mixtam cum propriè dictis Ismaelitis habitationem, vel quia Ismael præcipuus fuit inter illos Abrahæ filios[c]; vel fortasse simul cum *Madianitis Ismaelitæ* etiam advenerant, tanquam fratres & consanguinei; vel, quòd mistim & confusè habitarent[d]. Porrò, hinc certum est solitos fuisse Ismaelitas inaures aureas gestare†. Quales habebant & Ægyptii, Exod. 32. 2. & Carthaginenses, quorum idcirco irrisit Plautus in Pœnulo *annulatas aures*[f].

26. *Mille septingenti auri sicli*] Heb. *mille septingenti aurum,* vel *auri:* omnes ferè subaudiunt *sicli*[g]. Conficiebat hoc pondus talenti Hebraici dimidium & centum uncias[h]. Efficiunt totidem sicli aureos Hispanicos (sive coronatos Francicos) 6800[k], sive libras auri ferè 70. Siclus enim est semuncia. Quare non est verisimile totum hoc aurum expensum fuisse in solum Ephod? Quis enim homo ferret vestem 70 librarum? Quare pars hujus auri in alia ornamenta fuit expensa. Sic David fecisse dicitur sibi diadema ex corona quæ talentum ponderabat, 2 Samuel. 12. 30. collat. cum 1 Paral. 20. 2. Quia, scilicet, partem coronæ aptavit in diadema, non verò totam. Quis enim talentum auri capite suo gestare posset[l]? ¶ *Absque ornamentis, &c.*] Exceptio hîc est, & exceptio rerum quatuor. *Unde* verò exceptio fiat, vel *præter quas res* harum quatuor fiat separatio, quæri potest. Quidam referunt ad *projectionem*; q. d. Tantum inaurium illi projecerunt, ut jam nihil dicatur de aliis quæ projecerunt. Sed non videntur, ultra inaures, in illud pallium tam multa conjecisse. Rectiùs accipi possit de *pondere*; q. d. tantum fuit inaurium pondus, præter pondus aliorum;

* To. [p] Bo. [q] Mart. [r] Ser. † Glass. gram. 38. [t] Mont. Ser. [v] D. [x] G. [y] Q. in V. [z] Q. in M. [a] K. in Mart. [b] D. [c] Ser. [d] Ma. † D. [f] Ser. [g] Ma. [h] Bo. [k] Ma. Me. La. [l] La.

rum: vel (quod magis velim) de *datione*; q. d. Libentissimè quod petiisti dabimus, inaures, & præterea ornamenta, &c[m]. Potest tamen exceptio esse de iis quæ jam antè ex præda nactus erat Gedeon, & sibi rapuerat; nam & suprà, v. 21. recensentur *bullæ* illæ quæ hìc videntur *torques* appellari[n]. ¶ [לְבַד מִן־הַנְּטִפוֹת] *Præter monilia*, ο'. Ar. P. D. vel, *bullas*, Ca. *collaria*, Ti. Mo. *torques*, Sy. *myrothecidia*, JT. *olfactoriola*, M. à נָטַף *stillare*[o]. Aiunt esse ornamenta & vascula aurea quibus נָטָף, i. e. *gutta*, seu *stacte*, seu *opobalsamum*, Exod. 30. 34. continebatur[p]. Myrothecia, vel pyxidulas unguentarias, quibus orientales, his deliciis abundantes, delectabantur[q]. Testis est Darius victus, cujus pretiosissimam ejuscemodi unguentariam arcam socio suo asservando (sic Homerum vocabat) adhibuit Alexander[r]. ¶ *Et veste purpureâ, quibus reges Madian uti soliti erant*, [שֶׁעַל מַלְכֵי מִדְיָן] *Quæ erant super reges Midian*, P. i. e. quibus ornabantur Reges †. Strabo l. 16. p. 784. de Arabiæ Regibus; *Reges purpurati incedunt*[t]. Postea verò omnes alii, non Reges modò, sed & rei paulò melioris quilibet[v]. ¶ *Torques camelorum*] Non est ergò quòd ob ornatum se quisquam efferat, cùm equi etiam tantopere Persarúmque cameli ornentur, inquit Chrysost. in Philip. hom. 7[x].

27. *Fecitque ex eo Ephod*] Qu. 1. *Quid fuit Ephod?* Resp. Ephod genus vestis est quod humeros tegit & pectus ambit; illiúsque usus sacer erat, quia semper ad Divinum cultum referebatur[y]. Extra personas vel res sacras nusquam legimus Ephod usurpatum[z]. Fuisse vestem Pontificalem extimam censent Aug. Theodor. Carthus. Justinianus, Salianus, aliique complures[a]. Porrò, ad Pontificale Ephod hæc spectare ex eo probatur, quòd hoc solum auro materiáque pretiosâ constaret, cùm cætera è puro nitidóque lino essent[b]. Præterea, per hoc ornamentum, quod summi Sacerdotis proprium erat, intelliguntur alia ejus ornamenta[c]. Cæteræ enim vestes sub Ephod quasi veste primariâ intelliguntur & hîc, & cap. 17. 5. & 18. 14, & 18. Unde Ose. 3. 4. LXX *Ephod* vertunt, τὼ ἱερατείαν, i. e. sacerdotium, omnéque instrumentum sacerdotale *. Qu. 2. Quo fine fecit Gideon hoc Ephod? Resp. 1. In monumentum victoriæ[d]. Verùm signo minùs dextero atque opportuno usus est: Potuisset carmen conscribere, vel columnam erigere, &c †. Verùm Ephod monumentum fecit victoriæ quam per sacrificium consecutus erat; &, ut post recusatum regnum se profiteretur religiosum esse Dei ministrum, ejúsque jussa æquè ac populi curam in humeros suos excipere: Hoc enim Ephod repræsentabat[f]. Resp. 2. Fecit Ephod, ad consulendum in eo Deum, non quidem per se, sed per Pontificem, qui non longè à sua urbe Ephra habitabat in Silo, quíque ab eo in *Ephra* evocari poterat[g], (prout res postulavit.) Porrò, extra Tabernaculum quolibet loco potuisse Deum per Ephod consuli, diximus ad Exod. 28. adeóque extra Tabernaculum usus Ephodis esse potuit[h]. Resp. 3. Videtur fecisse Ephod, ut Pontifex eo indutus pro se & populo sacrificaret in altari à se Dei jussu in Ephra erecto. Ad quid enim altare, nisi ut in eo sacrificetur[i]? Imò fortassis ipsi Gideoni facta est divinitùs sacrificandi potestas, quomodo Samueli, 1 Sam. 9. 13. & Eliæ, 1 Reg. 18. 30. quamvis ex Aaronis stirpe non fuerint[k]. Qu. 3. Num peccavit Gedeon in hujus Ephodi confectione? Resp. 1. Q. negant[l]. Nam, 1. dicitur hîc *quievisse in senectute bona*. 2. Collocatur in catalogo sanctorum, Heb. 11. 3. Vivente Gideone, ejus ductu Israel servivit Deo, & postea descivit[m]. Resp. 2. Alii eum peccâsse volunt[n]. [Peccatum autem in eo statuunt:] Vel, 1. quòd Ephod in idolum fabricavit[o]. Vel, 2. quòd aliis occasionem idololatriæ præbuit[p]; quódque populo in idololatriam ruenti non ierit obviàm[q]. Vel, 3. quòd vestem Pontificalem aliúmque apparatum fecit extra Tabernaculi locum[r]. Peccavit per ignorantiam, idque ex imprudenti & inordinato zelo pietatis †, dum voluit habere cultum Divinum in domo sua, sicut erat in Silo[t]; non attendens, in uno tantùm loco offerenda fuisse sacrificia[v]. Gedeon reus erat ἐθελοθρησκείας[x]. Cultum

[m] Ser. ità Me.
[n] Bo.
[o] Bo.
[p] Ma. ex M.
[q] Me.
[r] Ser.
† V.
[t] Ma.
[v] Ser.
[x] Ser.
[y] Me.
[z] Bo.
[a] Bo. ità L. E. Ser.
[b] Bo.
[c] L. Aug. in E.
* La.
[d] Ità M. V. D. G. Jun. Mart.
† Mart.
[f] La.
[g] La. Bo.
[h] Bo.
[i] La.
[k] Ser.
[l] Ità To. Ser. La. Bo.
[m] La. Bo.
[n] Ità Aug. Mart. Mont. Ma.
[o] Procop. in Bo.
[p] Q. in Bo.
[q] Mart. Caj.
[r] Aug. in Bo. Ma.
† E.
[t] L.
[v] E.
[x] Broughton. in Ser.

Dei instituit illius verbo non præceptum[y]. Vel, 4. quòd humanam gloriam spectaret, quandoquidem non in Tabernaculo, sed in sua urbe, dicavit, quò illius visendi causâ multi confluerent, unde popularibus cognatísque suis & celebritas & utilitas nascerentur[z]. Et peccâsse Gideonem docent sequentia verba, *Et factum est Gideoni & omni domui ejus in ruinam.* Resp. 1. Solet progenitor & caput familiæ per tropum pro tota familia & posteritate poni. Ità *Gideon* sumitur hoc loco. Inst. At additur, *& domui ejus.* Resp. Illud *&* potest esse exegeticum, ut idem sit quod, *id est.* Resp. 2. *Gideoni* etiam in ruinam fuisse dici possit, quòd ejus nomen & memoriam propemodum extinxerit. Porrò, illud propriè מוֹקֵשׁ *laqueus*, vel *scandalum*, dicitur, quod, cùm bonâ intentione factum est, præter intentionem fit scandali & ruinæ occasio[a]. Verùm bona Gideonis intentio ejus factum non excusavit, licèt speciem haberet pietatis: Bonam enim intentionem habebant & Petrus, cùm aurem, &c. præcidit, Matt. 26. & Paulus, cùm Christianos vexaret; & Judæi, Rom. 10. zelum habebant, sed non secundùm scientiam[b]. ¶ *Fornicatúsque est omnis Israel*] *Israelitæ impudicos exercuêre cultus*, Ca. ¶ *In eo*, [אַחֲרָיו] [Variè reddunt.] *Post eum*, Sy. M. P. Ti. Mo. V. sub. *Gideonem*, i. e. mortuo Gideone[c]; *post mortem ipsius*, JT. Alii, *post illud*, ο'. Jon. D. Belg. Ang. Pi. Ephod videlicet[d]: *propter Ephod*, Ca. *ob idolum ipsius*, Ar. *In illo*, sub. *Ephod*, i. e. fuit causa idololatriæ, V. Quod fieri potuit vivo Gideone, ideo sequitur, *Fuit Gideoni & domui ejus in laqueum.* Alii factum hoc post mortem ejus colligunt ex v. 33. [ità G.] nescio quàm solidè; tunc enim dicuntur, non, *sectati Ephod*, sed, *Baales coluisse* †. Ab hac enim (Ephodi) superstitione paulatim ad cultum Baal deflexerunt. Peccavit Gideon, quòd, cùm videret lapsum populi, monumentum illud non sustulit, ut postea fecit Ezecias de æreo serpente[f]. Populus monumentum victoriæ vertebant in usum idololatriæ[g]. Illud ut idolum & Deum adorabant[h]; Divinos honores ei tribuebant †: vel potiùs, eo ad cultum Baalim abutebantur[i]; scilicet, quòd sacerdos Baal illi sacrificaret hoc Ephod indutus & ornatus[k]: quæ res, propter vestis istius præstantiam, & nonnullam fortè antè in animis hominum excitatam ejusdem vestis religionem, mirè idololatriam auxit[l]. Gaudet Dæmon si Deo res suas surripiat, ac illa quibus colitur Deus ad sui cultum traducat[m]. ¶ *Gedeoni*] Quod non absurdum videri debet, siquidem sancti in gravia peccata labantur, & quidem in idololatriam; ut notum est accidisse Salomoni[n].

28. *Nec potuerunt cervices elevare*] Hebr. *caput levare*, Ma. Bifariàm exponitur. 1. Non ausi sunt insurgere in Israelitas. 2. Non poterant pristinum statum recuperare, vel, è calamitate sua emergere[o]. *Extollit caput* qui superior evadit hostibus, & qui è malis emergit; Job. 10. 15. Psal. 3. 3. & 27. 6. & 110. 7. Zach. 1. 21. Capite demisso & in terram dejecto incedere, gestus est hominum miserorum, & victorum[p]. ¶ *Quievit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit*] i. e. Usque ad annum 40. Gedeonis; unde in his includendi sunt anni septem servitutis, ut suprà dictum, Jud. 3. 11[q]. Imò verò hi 40 anni *quietis* ab illis septem *servitutis* disjungendi sunt, ut ex hoc loco disertissimè patet, *quievit in diebus Gideonis*, i. e. quamdiu is vixit, simúlque præfuit. Nam alioqui multò plures vixit annos, v. 32. Porrò, hæc *quies* proponitur tanquam effectus humiliati Madian[r].

30. *Plures haberet uxores*] Concessum id viris †, (si non per Legem, at saltem per consuetudinem[t],) ex spe uberioris sobolis[v].

31. *Concubina*] h. e. Uxor secundaria: quæ non ad familiæ administrationem, sed tantùm ad thori societatem, assumebatur[x]. Erat quasi ancilla, ac proinde ejus filius non successit in hæreditatem patris[y]. Quò major fuit Abimelechi ambitio, &c[z]. ¶ *In Sichem*] Id dicit, ut indicet occasionem quâ Abimelech regnum affectavit[a]. *In Sichem*, nempe, quia eò frequenter itabat Gedeon judiciorum causâ[b]. ¶ *Nomine Abimelech*, [וַיָּשֶׂם אֶת־שְׁמוֹ אֲבִימֶלֶךְ] *Et posuit ejus nomen*, vel, *indidit ei nomen*: haud dubiè *Gideon*; nam est verb.

[y] Mart. in Ser.
[z] Mont.
[a] Bo.
[b] Mart.
[c] V.
[d] D.
† D.
[f] Mart.
[g] G.
[h] La.
† Pi.
[i] La. Jun. Bo.
[k] La. Bo.
[l] Bo.
[m] La.
[n] Pi.
[o] Ma.
[p] D.
[q] Bo. La.
[r] Ser.
† D. G.
[t] D.
[v] G.
[x] Bo.
[y] La. Bo.
[z] Bo.
[a] La.
[b] Bo.

[c D. Ma.] verb. masc [c]. Sign. *ABIMELECH, pater meus rex,* Ma. vel, *pater rex*, vel, *pater regis*, La. Ser. vel, *pater regius*, La. vel, *patre regius*, Ser. Videtur pater quasi præsagio sui [d Ma.] principatûs hoc filio nomen indidisse [d]. Vel mater nomen hoc indidit ad dignitatem ei conciliandam, fortè [† La.] & ad omen regni †.

32. *Mortuus est—in senectute bona*] Id est, 1. Admo- [f Ser.] dum senex [f]. Jam senio confectus [g]. Longa & sera [g V. La.] senectus est donum Dei, Exod. 20. 12. Prov. 3. 2, [h Ser.] 16. Eph. 6. 3 [h]. 2. Senectute quietâ & tranquillâ [i]; [i Ser. La.] non bellis, inopiâ, ærumnis pressâ [k]. Ità ut animus [k Ser.] valeat, corpus non sit morbis fractum [l]. Dicit, *in* [l Mart.] *senectute bona*, quoniam communiter senectus mala est; [m D.] unde *ætas mala* & *dies mali* vocatur [m]. 3. *Senectute* [n La.] *bonâ*, i. e. gloriosâ [n]; bonâ bonitate reverentiæ ac bo- [o Ser.] næ famæ [o]. Ità ut opes non desint, familia patria & [p Mart.] dignitas constet [p]. 4. *Bonâ*, bonitate virtutis, consci- [q Ser. La.] entiæ bonæ, amicitiæque Divinæ [q]. Mortuus est in gratia. De aliis enim hæc phrasis dici non consuevit in [r L.] Scriptura secundùm Doctores Græcos & Latinos [r]. Obj. At graviter peccavit Gideon. Resp. Verùm an- [† Mart.] te mortem pœnituit †. Inst. Sed ejus rei nullum exstat [Q. in L. Q. in Bo.] in Scripturis vestigium; & si pœnituisset, debuisset pec- [t Bo. v. 27.] cati causam & materiam tollere [t]. Debebat Ephod à se constitutum dejicere, & populum à superstitione revocare. Resp. Potuit superstitio orta fuisse ad extremum ejus vitæ, quam auferre decreverit si superstes fuisset; at, morte interceptus, id non valuit præ- [v Aug. in Mart. simil. L.] stare [v].

33. *Baalim*] Idola. q. d. Mutatâ priore Religio- [x V.] ne, cœperunt esse idololatræ [x]. ¶ *Percusserúntque cum Baal fœdus*, [וַיָּשִׂימוּ לָהֶם בַּעַל בְּרִית לֵאלֹהִים] [Variant.] *Posuerunt sibi Baal-berith (Baal fœderis*, Sy.) *in deum*, P. Mo. Ti. sim. Ca. Ang. Belg. Os. Sy. Dixerat eos *Baalim*, i. e. varios deos & idola, coluisse; hîc subditur de singulari quodam idolo, seu Baal, cui im- [y Bo.] pensiùs adhæserunt [y]. *Baal-berith* vocabatur numen [z D. Ma. Jun. Pi.] Sichemitarum [z], de quo capite sequenti, Jun. q. d. *Jupiter fœderis*, seu *fœderatus* [a]. Dominus fœderis, ut- [a D.] pote qui pactis & fœderibus præesse credebatur, ob [b Bo.] eámque causam coleretur [b]. Haud ineptè quidam deum Confœderatorem, Mediatorem, Intercessorem, exponunt, qui pacem, amicitiam, fœdera inter deos & homines conciliaret, quasi internuncium ac sequestrem inter utrosque; qualem Mercurium finxerunt. Alii, deum auctorem, præsidem & patronum fœde- [c Ma. ex Mont.] rum humanorum, eorúmque arbiter ac vindex [c]. Ità Israelitæ fœdus Dei violabant, quod tamen cum hoc cultu Baal consistere posse sibi persuadebant, dum nomen & fœdus Dei in eo includunt, prætexúntque hoc [d Belg.] factum in cultum & honorem Dei [d]. Porrò, ut Rom. 11. 4. est τῇ Βάαλ, ità hîc dicendum τὼ Βάαλ Βέειθ, quia בְּרִית semper est fœmineum: proinde deæ, non dei, nomen fuit apud Phœnices; ut *Astarte* & *Atergates*. Obj. At sequitur, לֵאלֹהִים *in deum*. Resp. Hebræi coguntur ità loqui, quia deorum sexus nesciunt, nec est ulla vox Hebraica quæ *deam* sonet: Proinde enim [† BC. 2. 17. 860.] Astarte *Deus* vocatur 1 Reg. 11. 5. & 33 †. Alii vertunt, *Ponentes sibi Baal fœdere quodam in deum*, M. Sic [f M.] Chald. exponit, qui habet, בְּעַל קְיָם [f]. *Præfecerunt sibi Baalem fœdere in deum*; i. e. fœdus inierunt cum [g La.] Baal, ut esset eis in deum [g]. Ἔθηκαν ἑαυτοῖς τῷ Βάαλ (no- [h D.] ta hîc esse τῷ Βάαλ, cùm alibi, τῇ Βάαλ [h],) διαθήκην, τοῦ εἶναι αὐτοῖς αὐτὸν εἰς θεόν, ό. i. e. [ut vertit Corn. à Lapide,] *Posuerunt sibi Baal-berith in fœdus*, [vertendum potiùs, *Posuerunt sibi cum Baale fœdus*,] *ut esset eis ipse in* [i La.] *deum* [i]. *Statuerunt Baal deum sibi confœderatum*, Ar.

35. *Nec fecerunt misericordiam*] Misericordia hîc (& alibi ex usu Scripturæ) complectitur virtutes va- [k Bo.] rias [k]; imò penè omnes quæ in alium ad ejus utilitatem, gloriam ac bonum emanant, (ut est benevolentia, [l Me. La.] beneficentia, pietas, justitia [l],) & inprimis gratitudi- [m Bo.] nem [m]. ¶ *Cum domo Jerobaal Gedeon*] Sic Jon. M. P. Ti. Pleonasmus est, ut si dicas, *Israel Jacob*, *Pe-* [n D.] *trus Simon*, cognomen cum nomine proprio [n]. Hoc [o K. in D.] modo intenditur demonstratio [o]. μετὰ τοῦ οἴκου Ἱεροβάαλ, αὐτός ἐστι Γεδεὼν, ό. *cum domo Jerobaal, ipse est Gideon. Cum domo Jerobaal*, nempe, *Gideon*, Sy. Ang. Belg.

CAP. IX.

1. *IN Sichem*] Fuit ea urbs sita in monte Ephraim, una ex urbibus refugii, Jos. 20. 7 [p]. ¶ *Ad* [p Pi.] *fratres matris*] i. e. Avunculos. Distinguuntur hi à reliqua cognatione [q]. [q Bo.]

2. *Ad omnes viros Sichem*, [בְּאָזְנֵי כָל־בַּעֲלֵי שְׁכֶם] *In auribus omnium dominorum Sichem*, i. e. Principum [r]. [r V. Me. Mont. Be. D.] Sic suprà, אַנְשֵׁי סֻכּוֹת, *principes Succoth* †. Alii, *domini*, h. e. *possessores*, vel habitatores, *Sichem* [t]. Nomen [† D. Pi. Glass.] בַּעַל æquè latè patet ac אִישׁ. Sic suprà, בַּעֲלֵי בָמוֹת אַרְנוֹן, *domini excelsorum Arnon*, i. e. habitatores [v]. [v Glass. gram. pag. 129.] ¶ *Quid vobis est melius*, &c?] Fingit tyrannus omnes 70 fratres suos ambire regnum, ac de eo decertaturos [x]. Argumentum sumit ex præstantia regiminis [x La.] Monarchici [y]. q. d. Etiamsi unum ex illis faciatis ju- [y E. Me. Bo.] dicem, tamen cæteri, quia genere pares sunt, etiam principatum in vos vendicabunt, erúntque vobis graves [z]. Credere possent Sichemitæ, vel, quòd domina- [z E.] rentur divisâ in se terrâ; vel, per successionem & vicibus permutatis; vel potiùs, quòd is qui unus dominaretur permitteret fratribus quòd juberent in populo, &, ut eos in statu magno conservaret, extorsiones faceret *. Sed multis modis peccat hoc argu- [* To.] mentum. 1. Filii Judicum non succedebant patribus. 2. Si successit aliquis, fuisset unicus, scilicet, primogenitus [a]. 3. Gideonis filii non se commovebant, [a La.] imò credendum est eos patrizâsse [b]. 4. Relinquen- [b Mart. sim. Bo.] dum erat Domino, cùm unum vel plures imperare voluerit [c]. Peccavit [hîc Abimelech,] 1. in eo quod [c Ser.] diximus Jud. 8. 23; 2. idololatriâ; 3. quòd partem populi à populo abstraheret [d]. ¶ *Ut dominentur 70* [d G.] *viri*] Tanquam principes civitatis, πρωτοπολῖται †. ¶ *Fi-* [† G.] *lii Jerobaal*] Eo nomine utitur ad invidiam. Nam offensio illa vetus quam Gedeon, Baalis aram demoliens, antè subierat, in superstitum adhuc animis residebat. q. d. 70 erunt Gideonis filii, qui invidiosum illud Jerobaalis nomen & titulis adscribent, & re præstabunt [f]. ¶ *Os vestrum & caro*] i. e. Consanguine- [f Mont.] us vester. Respexit fortè ad Gen. 2. 23. Sic 2 Sam. 19. 13. 1 Paral. 11. 1. Eph. 5. 30 [g]. Hoc secundum ejus [g D.] argumentum; quod facilè refellitur. Nam in illo populo non tam carnis & sanguinis, quàm prudentiæ & virtutis, habenda erat ratio [h]. Et si propinquorum ha- [h Ser.] benda est ratio, id tamen absque Reipub. ac Divinorum præceptorum imminutione faciendum est. Nec in magistratibus mandandis proprii commodi, sed communis boni, emolumentum respiciendum est [i]. [i Mart.]

3. *Fratres matris*] i. e. Cognati. Sic, *fratres Domini* Act. 1. 14. alterius Mariæ filii quatuor Matt. 13. 55. Marc. 15. 40. *Abram frater Lot*, Gen. 14. 16. & *Jacob Labanis*, Gen. 29. 12 [k]. ¶ *Inclinaverunt* [k D.] *cor*] i. e. Animum & affectum eorum [l]. ¶ *Frater* [l V.] *noster*] Carnalis affectus; à quo Moses multùm abfuit [m]. [m G.]

4. *Dederúntque illi septuaginta pondo argenti*, [שִׁבְעִים כֶּסֶף] *Septuaginta argenteos*, Jon. Sy. M. Mo. Ti. Ca. Belg. vel, *argenti*, ό. *septuag.* siclos *argenti*, Ar. P. Ti. V. JT. &c. Sed nimiùm exigua ea summa ad conducendum exercitum [n]; nam sunt tantùm 70 floreni [n Ma. La.] Brabantici, vel 280 Julii Romani, sive regales Hispanici; quibus vix duos milites conscribere potuit [o]. [o L.] Et quantulum fuit hoc munus futuro Principi oblatum à Senatu populóq; Sichemitico? Et quid ærarium, & quidem sacrum, adire opus fuisset [p]? Verùm pecunia [p Ser. Bo.] illa non tam mercedis & stipendii nomine data est, quàm symboli, ac professionis, sive tesseræ, tum sui ipsorum in Baalis familiam ascitorum, tum rei strenuè gerendæ, quam deinceps, præter prædarum ac direptionum licentiam, Principis cura liberalitásque sequeretur. Ità hoc auspicio, societate cum numine initâ, Abimelecho Principatum pariter sanctum ac perfectum fore sperabant. Exstant nunc, inter antiquitatis monumenta, in musæo nostro hujusmodi sacri nummi [q]. [q Mont.] Sed, 1. Vix credo symbolicos illos nummos priscis istis temporibus usurpatos. 2. Homines quos adscivit inopes erant, & mercede conducti, ver. 4 [h]. [Alii [h Ser.] ergò aliter sentiunt.] *Septuag.* frusta *argenti*; Ang. Alii;

Alii, *libras*, seu *minas*, *argenti*, Q. in Ma. Libra argenti continet 24 siclos. Ità 70 libræ erunt 1680 sicli, sive floreni Brabantici, h. e. coronati Francici 560; quibus illo ævo plures conscribi poterant milites, saltem ad inchoandum bellum [i]. Libræ istæ duplæ traduntur ad nostrates, eritque summa 3300 siclorum, id est, regalium Hispanicorum 13440 [k]. [Alii supplent] *talenta argenti*, Q. in Ma. Ser. Cùm dicitur *decem*, vel *viginti*, &c. *argenti*, tunc intelligendi sunt vel *sicli*, vel *talenta* [l]. Metuo tamen id de talentis ex Scriptura firmari non posse. Quin & summa immodica foret pro una civitate; est enim summa hæc supra 800 aureorum millia [m]. *Argenteorum* nomine in Pentateucho *sicli*, in Prophetis (in quorum numero est hic Judicum liber apud Hebræos) *libræ*, in Hagiographis *talenta*, significantur [n]. Ità confecta res esset, & *libræ* intelligerentur: Sed ista Rabbinorum distinctio potest variis exemplis refutari [o]. Magna talentorum est apud varios varietas: Ego, cum Mariana, existimo talentum esse summam 3000 siclorum, sive 12000 drachmarum. Ità 70 talenta efficiunt 210000 siclorum, vel 14000 florenorum nostratium [p]. Verùm quicquid sit, hanc summam præcisè ac exactè non possumus cognoscere. Si nummi erant, longè graviores fuisse putandum est atque sint nostrates [q]. Videntur autem 70 argenti dari à Dæmone Baal-berith ob 70 Gideonis filios, quasi in singulorum capita, ut Abimelechum ad fratricidium incitaret [r]. ¶ *De fano Baal-berith*] Hinc constat idolum hoc fuisse Sichemitarum †. Appellatio à *fœdere*, vel illo quo sese Israelitæ huic idolo consecrârunt, Jud. 8. 33. & hîc v. 46 [t]; vel à fœdere cum Abimelecho in hoc fano icto [v]. Deus hic fuit qui præerat fœderibus [x]. Sic apud Pausaniam, fuit Ζεὺς ὅρκιος [y]. Sic Romani, teste Halicarn. l. 4. colebant deum *Pistium*, & *Fidium*, quasi fidei & fœderum tutorem & vindicem [z]. Fuit & Phœnicibus dea quæ *Beruth* vocabatur, ut testis est Philo Bybliensis [a], & Sanchoniathon, qui eam *habitâsse* dicit *circa Byblum*; nempe, Beryti, quæ media est inter Byblum & Sidonem. Est ergò *Baal-berith* idolum *Berith*, seu *Beryti* urbis. Ea & *Beroe* vocatur à Nonno Dionysiac. l. 41 [b]. Porrò, in fano erat pecunia; vel, quòd ex oblationibus esset conflata, útque sacra ibi conservabatur; vel, quòd tunc mos fuerit qui olim Romæ, ubi pecunia publica in templo Saturni, quod fuit ærarium, custodiretur [c]. Hinc item liquet quàm facilis & celer ad idololatriam factus sit transitus, cùm primo à Gedeonis morte anno jam idolo isti fanum esset excitatum, quod exstrui se vivo nunquam Gedeon passus fuisset [d]. ¶ *Viros inopes*, [רֵיקִים] *Inanes*, vel *vacuos*, ό. Jon. Sy. P. Mo. M. JT. Destitutos pecuniâ. Vel, potiùs, *vanos*, ut 2 Chr. 13. 7. id est, pietate vacuos, Pi. *vacuos cerebro*, P. unde & רֵיקָה *cerebri vacuus*, vox convitii, pro quo Mat. 5. est ῥακά [f]. *Otiosos*, Ar. V. *perditos*, Ti. *cervicosos*, L. ¶ *Et vagos*, ità P. Ti. [וּפֹחֲזִים] *Et instabiles*, JT. *leves*, Mo. Bo. *contemptos*, Jon. *mobiles*, M. *miseros*, ό. *vitiis deditos*, Sy. *errabundos*, Ar. Homines qui, huc illuc errantes & vagabundi, quærunt unde victitent [g]. Levitas hæc propriè ad animum refertur. Porrò, tales collegit, quia hos maximè ad manum habuit, & ad omne facinus paratos; & quòd tales minore stipendio conducerentur [h]. *Conduxit sibi purgamenta urbis*, ut loquitur Curtius. Sic Pisistratus quem decepto populo obtinuerat dominatum satellitio munivit; Valer. Max. 8. 9. Ælian. 8. 16. χρῆσθαι ξενικοῖς μᾶλλον ἢ πολιτικοῖς, τυραννικόν· Aristot. Polit. 5. 11. (*Peregrinis uti potiùs quàm suis, tyrannidis indicium est.*) De Germanis Neronis ævo Tacitus, quibus Princeps fidebat, ut externis [i].

5. *Occîdit fratres*] Ut nunc Turcæ [k]. Est enim ambitio crudelis, pietatis expers, suspiciosa [l]. ¶ *Septuaginta*] Numero rotundo: Nam Jotham evasit [m]. Synecdoche, ut infrà v. 56. Vide in Gen. 35. 26 [n]. Sic vers. 18. Item Gen. 42. *filii sumus duodecim*, cùm unum mortuum crederent. Sic Joh. 20. 24. *Thomas unus ex duodecim*, cùm tantùm undecim essent. Sic, *ostendit se 12 discipulis*, cùm Judas abiisset. Vel, fortè Jotham erat nepos ex uno filiorum occisorum. Quomodo Canaan *filius Noæ minimus* juxta quosdam

[i] La. [k] Ma. [l] Ser. [m] Bo. [n] Mont. de siclo ex RR. [o] Bo. [p] Ser. [q] Mart. [r] Ser. † D. [t] Bo. [v] Q. in Ser. [x] La. [y] Ser. [z] La. [a] Ser. [b] BC. 2. 17. 859. [c] Mart. [d] Bo. * Pi. [f] D. [g] Ser. [h] Bo. [i] G. [k] G. [l] Bo. Ser. [m] D. Ser. La. [n] Ma.

vocatur [o]. Porrò, יוֹתָם præsagio suæ calamitatis nomen accepisse videtur, quod *Pupillum*, seu *Orphanum*, significat; erat enim 69 fratribus orbatus [p]. ¶ *Super lapidem unum*] Qu. Quid ità? Resp. 1. Quia videri voluit, non hostis, sed Judicis, personam agere; quasi facinoris, aut in Abimelech, aut in patriam, alicujus comperti essent [q]. Putatur insignis quidam fuisse lapis, ad locum supplicii delectus [r]. 2. Ut cædem illam, tanquam victimam ultori Baal, religioso nomine factam populus intelligeret. Hujusmodi enim lapides ararum loco usurpatos legimus 1 Sam. 6. Et ipse Jerubaal super petram suo igne ex Baalis luci excisis lignis accenso Deo sacrificaverat, unde magnam vicinorum incurrerat offensam, cujus carbones, quanquam sub dissimulationis cinere in nonnullorum pectoribus latebant, incensi tamen, ut ipsa instaurandi Baalim cultûs prima ac celerrima post illius mortem cura arguere potuit. Illius itaque offensionis expiandæ prætextu, pro tauro illo, Jud. 6. & luco exciso, Jerubaalis 70 filii sufficiuntur *. Hinc & Sichimitæ, pro restituto eis suo Baal, videntur ei in singula cæsorum fratrum capita totidem argenti pondo numerâsse [t]. 3. Lapis hic commodus repertus est super quem hi cervicem truncandam deponerent [v]. ¶ *Et absconditus est*] Vel, fugâ elapsus; vel, ab aliis occultatus [x].

6. *Familiæ urbis Mello*, [וְכָל־בֵּית מִלּוֹא] *Et omnis domus Millo*, M. P. Ti. Ma. Jon. Sy. Ar. Hæc erat urbs seu oppidum Sichimis proximum [y], eíque subditum. Diversa est hæc à voragine *Mello*, quæ erat inter Sion & Jerusalem, 2 Sam. c. 5. v. 9 [z]. Aliis *Beth-millo* est nomen loci [a]. *Domus Millo*, i. e. omnes Principes ad quos negotia publica referebantur, qui solebant congregari in loco dicto *Beth-millo*, Gallicè *la maison de la ville*. Potest etiam accipi continens pro contento, locus pro viris, i. e. universa curia. *Millo* etiam congregationem significat. Posset accipi pro loco comitiorum, ubi de negotiis publicis consultabatur, ut erat in Jerusalem [b]. Is dictus est מִלֹּא *Millo*, quòd hominibus impleretur. *Omnis domus Millo* metonymicè exponi potest, *& tota curia plena*; q. d. Plenis comitiis creaverunt eum Regem [d]. *Et omnes incolæ munitionis*, JT. quæ infrà v. 46. turris nominatur *. Fortasse omnes qui arcem urbis Sichem & omnes munitiones ejus obtinebant, nempe, milites præsidiarii Sichemi exsistentes [f]. Mihi *Mello* videtur fuisse nomen viri †. ¶ *Juxta quercum quæ stabat in Sichem*, [עִם אֵלוֹן מֻצָּב] Vox אֵלוֹן & *quercum* sign. & *planitiem* [g]. [Hinc variant.] *Quercum* reddunt, ό. Sy. Ar. Ti. D. *planitiem*, M. P. Mo. V. JT. *cum planitie sita*, Mo. *In planitie statuæ*, i. e. in platea in qua erat statua quædam [h]. *Juxta*, vel *apud*, *planitiem statuæ*, P. JT. In campo scilicet eo, prope Shecem, ubi Josua lapidem magnum erexisse legitur sub quercu, Jos. ult. 26 [i]. Nota hîc τὸ עִם poni pro סָמוּךְ, *juxta*, vel *prope*. Sic Gen. 25. 11. עִם בְּאֵר *prope puteum*, vel certè, *in puteo*, ait Abenmelech [k]. Sic עִם יְבוּס, *prope Jebus* [l]. Potiùs, *apud quercum statuæ*, i. e. quæ adjunctam habet statuam [m]. *Apud quercum stationis*; quòd ad eandem convenire solebant Sichimitæ, ibíque stationes & conventus suos agere [n]. Vel sic, *apud quercum stationis*, nempe, militaris & præsidiariæ quæ erat in Sichem. Non absurdè exposueris, *cum robore stationis quæ in Sechem*; i. e. Accessit quoque ad populi Senatúsque Sechemitani consensum in deligendo Abimelecho in Regem, etiam robur stationis militaris quæ erat in Sechem. Porrò, τὸ מֻצָּב potest esse, vel participium passivum Hiphil, *statuta*, *fixa*, &c. vel nomen substantivum, *statio*, *propugnaculum*, *præsidium*, ubi stant milites, Isa. 29. 3 [o]. Consueverant Gentiles constituere Reges apud aliqua loca insignia, ut apud arbores, vel fontes, vel lapides magnos [p].

7. *Et stetit in vertice montis Garizim*] Qui, scilicet, urbi imminebat, & unde à Sichemitis exaudiri posset; non tamen adiri tam facilè. Neque verò credibile est hoc factum quo tempore Abimelecus Rex constitueretur, (non enim in præsenti loquitur, vers. 16. & 18. sed in præterito, *constituistis regem*, &c. & *interfecistis*, &c [q];) sed aliàs, Abimeleco absente, cùm, inquit Josephus,

[o] D. [p] Ma. [q] To. [r] Mart. * Mont. [t] La. [v] Bo. [x] Idem. [y] Me. La. [z] La. [a] Q. in Ma. [b] V. [d] Ma. * Pi. [f] Ma. † D. [g] D. [h] V. [i] Jun. [k] D. [l] Q. in D. [m] Pi. [n] La. [o] Ma. [p] To. [q] Ser.

sephus, publica festivitas agebatur, ad quam plebs uni-
[r] Bo. versa convenerat [r]. Non longè aberat à Sichima mons
hic, sicut & alter ei oppositus Hebal, ambo benedictio-
* Me. num exsecrationúmq; ceremoniâ celebres*. Super Ge-
riz. benedictionis collem, maledictionem illis denunci-
† Li. at†. ¶ *Ità ut audiat vos Deus*] q.d. Per Deum adjuro vos
[s] Bo. La. ut me audiatis, quemadmodum vos à Deo audiri vultis[s].
8. *Ierunt ligna*, &c.] Hoc genus docendi Hesio-
dus αἶνον, posteriores *Apologum* dixère. Similem vide
[t] G. 2 Par. 25. 18 [v]. Aliud exemplum in Scriptura non
facilè reperies. Apologi à Parabolis differunt in his.
1. Quòd in Apologis similitudo ducitur à re falsa &
impossibili; in Parabolis, à re quæ esse possit. 2. Quòd
Parabolæ sint ad persuadendum efficaciores, & Scri-
[x] Bo. pturæ gravitati convenientiores[x]. Hic est primus,
[y] La. elegantissimus, & omnium antiquissimus, Apologus[y].
Scopus ejus est, docere indignitatem facti istius, cùm
[z] Bo. Abim. Regem constituerent[z]. Porrò, in Apologis, Pa-
rabolis, &c. quædam ad decorem adjiciuntur, quæ
rei significatæ adaptare non est necesse, imò subindè
est impossibile. Quare hìc non est necesse quæ de *oli-*
[a] La. *va, ficu, vite* iterantur sigillatim applicare[a]. ¶ *Ut*
ungerent super se regem] *Sicut nunc Regibus indumen-*
tum purpuræ insigne est Regiæ potestatis; sic Judæis olim
unctio sacri olei, sive oleum unctionis, nomen & dignitatem
Regiam conferebant, ait Lactantius 4. 7. Sunt qui un-
ctum hunc negant. Verùm *ungere* interdum sumitur
pro *constituere*, ut Jes. 45. 1. *Cyro unctio meo.* Nam
[b] D. Persæ non unxerunt Reges suos[b]. Non obscurè indi-
cat Regis habendi desiderium quo Israelitæ flagra-
bant, & verisimiliter jam pluribus viris bonis reipsa
detulerunt, qui hìc per *olivam, ficum, vitem* significan-
[c] Bo. tur[c]. Dices, non Israelitas ivisse ad Abimelechum,
sed hunc ad illos. Respond. Sic loquitur per Jotha-
mum Spiritus Sanctus, qui est καρδιογνώστης, & noverat
[d] Mart. eos cupiditate Regis habendi laborâsse[d]. Porrò, per
oleam, ficum, vitem, quidam intelligunt Gideonis fi-
* Q. in L. lios*. Dices, Non legimus eos regnum recusâsse.
Resp. 1. Gideon pro suis filiis respondebat, reg-
[f] Mart. númque oblatum sibi & filio & nepoti repudiavit[f].
[g] RR. in Mart. Atque hinc fit ut lignorum tria genera inducantur[g].
2. Non ità responderunt, sed sic responsuri fuissent si
rogati essent. Unde Jothamus, communis eorum sen-
tentiæ & voluntatis probè conscius, non abs re ità lo-
† Mart. quitur†. Alii sic: Per *oleam* intelligit Othonielem;
[h] L. V. ad v. 9. per *ficum*, Deboram; per *vitem*, Gideonem[h].
9. *Nunquid possum deserere pinguedinem meam?*
[הֶחֳדַלְתִּי אֶת־דִּשְׁנִי] Verbum anomalum est in Hiphil:
[i] D. sunt qui Kal esse putant cum nota interrogandi[i].
Num desisterem, vel, *desistere cogerer?* Bertramus dicit
esse compositum ex Hiphil, (quod notat ה segullatum,
non interrogationis tantùm, sed & conjugationis
Hiphil, index,) & Hophal, (quod indicat Hateph-ca-
metz sub ה:) ut sensus hujus commixtionis sit; Ve-
strisne verbis persuasa ità missam faciam pinguedinem
meam, (juxta activam Hiphil,) ut eâ ipsâ quoq; priver,
(juxta passivam Hophal?) Nam verba Hebræa ex di-
versis conjugationibus composita significationem su-
am compositione intendunt. Sic suprà, Num. 1. 47.
Et Levitæ לֹא הָתְפָּקְדוּ, *non recensiti fuerint inter illos:*
est præteritum mixtum ex Hophal & Hithpahel; in
illa esset הֻפְקְדוּ, in hac הִתְפַּקְדוּ: commixtio igitur
hunc reddit sensum, *non facti sunt recenseri, nec ipsi se re-*
censuerunt. Alii verò, simplicius, anomalas Cametz-cha-
[k] Glass. gram. 332. tuph pro Hirik sub ה poni dicunt[k]. [Porrò, hæc ver-
ba sic vertunt;] *Nunquid deseram* (*cessare faciam*, Mo.)
pinguedinem meam? M. sim. ὁ. Jon. Sy. P. Ad verb.
Nunquid cessare feci? Sed capitur hìc præteritum loco
[l] M. futuri[l]. Deserere possum, vel debeo, oleum meum?
Aut, *Destituárne?* i. e. Efficiam ut priver? q. d. Debe-
[m] V. óne abjicere sortem meam, quæ optima est[m]? Ubi
nota, solere & debere Principes suas privatas utilitates
& commoditates relinquere, ut subditorum suorum
[n] Bo. bonis consulant[n]. Dicunt ligna utilia, se suis bonis
contenta esse; ideóque nec regnum, nec statûs sui
[o] Mart. commutationem, velle admittere[o]. ¶ *Quâ & dii utun-*
tur & homines, [אֲשֶׁר בִּי יְכַבְּדוּ אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים] *Quâ*
(*pinguedine, scilicet*) *per me honorificant Deum &*
homines, P. sim. Sy. Mo. JT. Pi. Bo. *quod est in pretio*

diis & hominibus, Ar. Rectè ὁ. ᾧ ἐν ἐμοὶ ἐδόξαζεν ὁ Θεὸς,
καὶ οἱ ἄνθρωποι, *quam in me glorificavit Deus & homines*,
Di. Verto pressiùs, *quam in me honorant* (*magnifaci-*
unt, Ti. *laudant, prædicant*, Di.) *Deus*, vel *Dii*, & *homines*,
Di. Ità M. Ti. *Quod ex ea honorantes ante Deum, & in ea*
deliciantur filii hominis, Jon. Qu. Quomodo Deus ho-
noratur oleo? Resp. 1. In lucernis accensis*, Exod. 35. * V. D.
14[q]. in quibus oleum Deo quotidie accendebatur†. [q] Ma. Me.
2. In oblationibus[r], Exod. 29. Lev. 2. 6, 7*. Nul- † La.
la vel in holocaustum vel pacifica offerri poterat vi- [r] V.
ctima, quin certa olei mensura ad libamenta addere- * Me.
tur[t]. 3. Oleo quoque ungebantur Sacerdotes, Pon- [t] Bo.
tifices, & vasa Tabernaculi[v]. Porrò, homines eo ho- [v] La. Me.
norabantur; 1. quòd ad unctionem Regum, Sacerdo-
tum & Prophetarum adhibebatur[x]: 2. quòd ex eo ad- [x] Jun. D.
ornabantur munera Regibus[y]. Porrò, oleum est homi- [y] V.
nibus cibus, medicina, lux[z]: eo usi sunt ad robur, ad [z] La.
nitorem cutis, ad luxus & delicias[a]. ¶ *Et ve-* [a] Bo.
nire ut inter ligna promovear? [וְהָלַכְתִּי לָנוּעַ עַל הָעֵצִים]
Et vadam, vel *ibo*, *ad promovendum* (*ut promovear*, ὁ. P.
ut movear, M.) *super ligna?* Mo. M. *ut administrem*
rempub. arborum? Chald. in V. *ibóque me agitatum*
propter arbores? Sy. *ut arborum negotio distinear?* Ar.
ut irem vagatum propter arbores? JT. id est, circum-
cursatum ad regium munus exsequendum? Sic osten-
dit omnis auctoritatis atque principatûs comitem esse
laboriosissimam solicitudinem[b]. Porrò, לָנוּעַ, *ad mo-* [b] Jun.
vendum, i. e. promovendum, simplex pro composi-
to. Deinde, infinitum Kal sumitur passivè, ut sæpe a-
liás. Sic, *tunc cœptum est* לִקְרוֹא *invocari*, Gen. 4. ult[c]. [c] D.
11. *Fructúsque suavissimos*] Maximè à dulcedine ficus
commendantur. Itaque dulcedinis symbolum est fi-
cus apud Pierium[d]. οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων, [d] Bo.
(*Nihil, planè nihil dulcius ficubus;*) Aristoph. Athen.
l. 14. πλὴν μέλιτος, *melle excepto*, Julian. epist. 24*. * Ga.
13. *Quod lætificat Deum*] At Deus vinum non bi-
bit; quomodo ergò eum lætificat? Resp. 1. Potest
hoc intelligi de diis Gentilium, quos potione quadam
cœlesti potari credidit antiquitas[f]. Loquitur Joa- [f] Bo.
tham secundùm sensum populi[g], ad Sichimitas jam [g] E.
idololatras effectos[h]. 2. אֱלֹהִים verto, *deos*, i. e. [h] Bo.
Judices, & eos qui in magistratu sunt. *Homines* au-
tem dicit vulgus promiscuum. Nam *Adam* est in textu
Hebræo[i]. Ità olim sensi, nunc sententiam muto; [i] D. quæst. per epist. 4.
quia in fonte non est אָדָם, sed אֲנָשִׁים[k]. 3. Ex- [k] D. de voce Elohim.
hilarat Deum, quia in sacrificiis Deo libabatur, Num.
15. 5, 7. 10[l]. Adde quòd in festis diebus festivis epulis
& vino usi sunt homines, in honorem Dei lætitiâ ge- [l] Jun. Ma. La. Me.
stientes[m]. ¶ *Et homines*] Psal. 103. 15. Prov. [m] Bo.
31. 6. Jer. 16. 7[n]. *Lætitiæ Bacchus dator* apud Vir- [n] Ma.
gilium. Vitis *lætitiæ præco* Nonno Dionys. l. 7[o]. [o] Bo.
14. *Ad rhamnum*; ità ὁ. Jon. Sy. M. D. sive, *spine-*
tum, D. ῥάμνος est *spina alba*, vel *cerealis*: [אָטָד] Ter
tantùm reperitur; hìc, & Gen. 50. 10. & Psal. 57.
10[p]. *Ad carduum*, Mo. *cynosbato*, JT. κυνόσβατος est [p] Ma.
rubus caninus, vel *sentis canis*, Columella 11. 3. *Ad du-*
mum, Ti. Quibusdam *Atad* est genus rubi seu dumi
qui nullum fert fructum. Aliis est rubus odoratus fe-
rens rosas[q]. Rhamnus nihil habet cur expeti de- [q] V.
beat; cur refugi multa sunt. Aptè sign. Regem im-
pium, crudelem, vexantem, &c. Quidam vertunt,
carduum. At quis carduum inter arbores collocavit?
quæ umbra cardui? quis è carduo ignem expresserit?
at hæc omnia huic arbori hìc adscribuntur[r]. [r] Bo.
15. *Sub umbra mea requiescite*] Hoc duo significat:
1. Subjectionem populi; 2. Protectionem Regis. Ve-
rùm ad eam rem quàm incommodus est rhamnus ma-
nifestum est, cùm nec umbram satis densam gratám-
que habeat; nec incumbere possis, caput vertere, bra-
chia agitare, quin sentibus compungaris. Talis est
crudelis Princeps*. ¶ [בְּצִלִּי] *In umbra mea*, P. i. e. pro- * Bo. Me.
tectione[t]. *In umbra*, i. e. umbraculo, Psal. 27. 5. Sic [t] V. D.
umbræ vocabantur Neptunalibus casæ frondeæ: Autor
Festus[v]. ¶ *Egrediatur ignis de rhamno*] Hoc e- [v] D.
tiam tyrannicum est: si non fiant omnia promptè quæ
præcipiuntur, exardescunt, & iram non in vulgares
tantùm homines, sed in primores etiam, qui per ce-
dros Libani significantur, expromunt[x]. Desumpta [x] Me.
autem hæc phrasis ex natura rhamni, quæ facilis est
conci-

concipiendo igni[y]. Rhamnus, secundùm Isidorum, vento agitatus ex se emittit ignem[z]. Ego autem hoc apud Isidorum non reperio. Idem tamen asserunt Mercerus, Forsterus & Carthusianus, qui omnes hîc Josephum citant, qui tamen hoc tantùm dicit, Rhamnum ad igniaria aptum esse. *Ad excudendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur lignum ligno, ignémque concipit attritu*, Plin. 16. 4. Vide & Theophr. 5. 4. & *de Causis plantarum*, 1. 26[a]. Rhamnus facilè ignem concipit, non ex agitatione, collisione & attritu ramorum, utì fit in silice alliso ad ferrum; sed ex stipula similíve materia illi subjecta, quæ facilè, ardente Sole, aut aliquo accendente, ignem concipiens eodem rhamnum succendit. Ignis hîc notat discordiam[b]. Ignis ex Abimelecho egreditur, quoniam oppressio à tyrannis initium capit[c]. ¶ *Devoret cedros*] i. e. Nobilissimos quosque ex vobis[d].

16. *Si rectè*, &c. בְּתָמִים] *In integritate*, i. e. integrè *.

17. *Qui pugnavit pro vobis*, אֲשֶׁר נִלְחַם אָבִי עֲלֵיכֶם] *Quia pugnavit pater meus super vos*, Mo. vel, *pro vobis*, P. *Nam pugnavit pro vobis*, &c. Sy. Ar. M. JT. Ang. Belg. [Hunc ergò & sequentem versum parenthesi includunt.] *Quòd inivit bellum*, &c. Jon. *Sicut præliatus est*, ό. [ut sit אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר.] *Qui vobis bellum gesserit*, Ca. Quippe *qui pugnavit*, Oliand. ¶ *Et animam dedit periculis*, וַיַּשְׁלֵךְ אֶת־נַפְשׁוֹ מִנֶּגֶד *Et projecit animam suam eminus*, Mo. vel, *procul*, Sy. JT. *procul à se*, V. נֶגֶד, si præcedat ל, *appropinquationem* denotat; si מִן, *remotionem*, seu *elongationem*[f]. *Seséque bello ac morti causâ vestrâ exponens*, &c. Ar. *Abjecit animam suam ex opposito*, Ti. simil. M. i. e. opposuit se, pro vobis, hostibus †.

18. *Et interfecistis*, &c.] Verùm Abimelech eos interfecit, non Sichemitæ. Resp. Sichemitis meritò adscribitur hoc factum, quòd consenserant & approbaverant, & etiam juvaverant, utì v. 24. dicitur †. Et consilium hoc & auxilium dederunt Abimelecho, & noluerunt eum in Regem accipere antequam ipsos occidisset: Porrò, ipsi iverunt cùm eo in domum Gideonis, &c *. ¶ *Ancillæ*] Non tantùm captivæ in uxores secundarias assumebantur, juxta Deut. 21. 11. sed & ancillæ, Exod. 21. 7[g].

19. *Hodie*] *Hoc tempore. Dies* pro *tempore* notum est[h]. ¶ *Lætemini*] q. d. Bene vobis & illi sit; Deus bene vertat illud[i]. Sit felix ac fausta inauguratio ista in Regem[k].

20. *Egrediatur ignis*, &c.] Non est hæc vaticinatio[l], sed exsecratio & imprecatio, eáque efficax. Frequenter vim & effectum habent justorum (& eorum qui per vim opprimuntur) diræ; qualis illa Jos. 6. 26. collat. cum 1 Reg. 16. 34. & illa Elisæi, 2 Reg. 2. 24[m]. ¶ *De viris Sichem, & devoret Abimelech*] At, inquies, non Sichemitæ, vel cives Mello, eum occiderunt, sed mulier urbis Thebes. Resp. 1. *Thebes* & *Mello* videntur fuisse Sichemitarum coloniæ, unde utræque Sichemitas suos sive in recipiendo Abimelech, sive in respuendo, secutæ sunt[n]. Thebes erat in finibus Sichem[o]. Et Adrichomius nonnisi stadio uno distantem facit[p]. 2. Sichemitæ fuerunt occasio cur à muliere occisus sit Abimelech[q]: ab his enim cœpta rebellio ad alios manavit[r].

21. *Et abiit in Bera*] Alibi hujus loci in Scriptura non fit mentio. Distabat ab Eleutheropoli 8 mil. passuum, inquit Hieronymus. Sed ubi est hæc Eleutheropolis, à qua (tanquam urbe suo tempore illustri) sæpe urbium distantias sumit Hieronymus? Resp. 1. Ea in tribu Judæ fuit; ibi enim ferè sunt urbes quas ex comparatione cum illa describit Hieron. 2. Eleutheropolis non est Hebron; nam sic alicubi scribit Hieron. *Ceila ad Orient. Eleutheropoleos pergentibus Hebron.* 3. Non longè dissita erat ab Ælia, seu Hierosolyma. Videtur ergò Bera omnino in tribu Judæ fuisse *. בְּאֵרָה, i. e. לִבְאֵר *in Beer*. Id puteum sonat, vel cisternam †. Fortè is locus est qui Jos. 19. 8. *Babalath-Beer* dicitur in tribu Schimhonis *.

22. *Regnavit super Israel*, וַיָּשַׂר] *Et principatum tenuit super Israelem*, i. e. super partem Israelis[t]. Soli Sichemitæ eum Regem constituerunt; sed postea totus Israel consensit, vel saltem non repugnavit ei. Vel di-

y Bo. To. — z L. — a Bo. — b La. — c Mart. — d V. — * D. — f He. in D. — † Ma. — † Glass. gram. 292. — * To. — g Bo. — h D. — i Bo. — k V. — l Bo. — m La. Bo. — n Bo. — o La. ex Hi. — p Bo. — q La. Bo. — r Bo. — * Idem. — † D. — * Jun. — t V.

citur regnâsse super Israel, quia nullus tum erat alius Judex aut Rex[v]. Non dicit, *judicavit Israel*, sed, *principatum tenuit*, quia principatus ejus non fuit legitimus[x]. Tyrannicè se ingessit, & tyrannum in subditos egit[y].

23. *Misitque spiritum pessimum*] Spiritum dissensionis, & discordiæ, & odii[a]: spiritum malignum, seu ipsum Dæmonem[c]. Is hîc discordiarum auctor atque incentor fuit[d]. Fecit hoc Deus non tantùm permissivè, sed etiam positivè *, & imperativè[f]. Injecit Deus scrupulum Sichemitis de parricidiis Abimelechi, &c. indè natum odium. Ipsorum pacem & conscientiam turbavit recordatione sceleris: Dæmonem quasi tortorem immisit ad eos vexandos[g]. ¶ *Qui cœperunt eum detestari*, וַיִּבְגְּדוּ] *Prævaricatique sunt*, P. Defecerunt à Rege suo[h]. Nihil instabilius populari aurâ malis artibus collectâ; tum verò scelera etiam quibus prosunt invisa[i].

24. *Et scelus*, &c. לָבוֹא חֲמַס שִׁבְעִים בְּנֵי יְרֻבַּעַל] *Ut veniret* (*ut*, scilicet, *veniret*, Sy. M. *ut rediret*, JT. scil. super Abimelechum & Sichemitas: quæ verba per ζεῦγμα repetenda sunt ex membro sequente[k]:) *injuria septuaginta filiorum Jerubaalis*, M. P. Mo. Pi. Genitivus subjecti recipientis. *Injuria*, id est, ultio injuriæ[l]. *Injuria illata 70 filiis*, Sy. Pi. ex JT. *Violentia filiorum*, i. e. filiis illata. Sic, *violentia Jacobi*, Jacobo illata[n]. [Ar. sic; Atque id quidem permisit Deus, *ut impietatem*, &c. *ulcisceretur*. Os. sic; Insidiati enim sunt vitæ ejus, ut mox dicetur, *ut veniret violentia*, &c.] ¶ *Et effusionem sanguinis eorum*, &c. וְדָמָם לָשׂוּם עַל אֲבִימֶלֶךְ] [Conjungunt cum antecedentibus, hoc modo;] *Ut veniret injuria—& sanguis illorum, ut refunderet eam Deus in Abimelechum*, Sy. *Ut impietatem—& sanguinem eorum ulcisceretur*, &c. Ar. *Ut rediret injuria—id est, cædes eorum reponeretur*, &c. JT. Idem bis dicit verbis diversis[o]. *Ut injuria veniret—& ut sanguinem eorum devolveret*, &c. Ti. Heb. *Et sanguis eorum, ad ponendum*; id est, *Et quod attinet ad sanguinem eorum, ut poneret eum super Abimelechum*. Est epexegesis, quâ genus per speciem explicatur. *Sanguis* pro cæde, per metonymiam subjecti, quia circa sanguinem (nempe effundendum) cædes occupatur. *Cædes* autem pro ultione cædis, per metonym. efficientis[p]. *Sanguinem ponere super eum* est, sanguinis pœnas expetere. Sic, *Sanguis ejus super nos & super filios*[q].

25. *Posuerunt insidias adversùs eum*, מְאָרְבִים] *Insidiantes*, ό. JT. D. Ma. Alii, *insidias*, P. Hi. in D. (sed tunc fuisset מַאֲרָבִים[r];) ut, scilicet, illum interciperent, si illàc transiret *. ¶ *Agentes prædas de prætereuntibus*] Vel promiscuè hoc fecerunt; ut sæpe fit in bello, & præsertim tumultu civili; non minùs sæpe amici & socii injuriâ afficiuntur quàm hostes[t]. Solent sæva esse bellorum civilium initia[v]. Vel sic, *spoliabant omnes*, intellige homines qui addicti erant Abimelecho: Synecd. generis[x]. ¶ *Nunciatum est Abimelech*] Oratio ecliptica, quæ suppletur ex sequentibus: q. d. Qui ex relatione in Schecemitas infensus in agro Schecemitano grassabatur. Simile est Gen. 35. 22[y].

26. *Gaal*] Quis, & cujâs, vel è qua tribu, hic fuit, non constat[z]. Fuit hostis & æmulus Abimelech, qui, eo velut vili & indigno dejecto, ambiebat fieri Princeps Sichimitarum, v. 29[a]. Vir magnus cognatione, opibus, viribus; idem popularis & gratiosus †. ¶ *Et transivit in Sichimam*] *Transierunt in Sichem*, ό. Jon. M. P. Ti. D. Trajecerunt Jordanem. Vide 6. 33[b]. Alii, *pervenerunt ad Sichem*, Ar. sim. JT. Sic in Latio, *transire*, pro, *ire*: Compositum pro simplici. Terent. *Transeundum tibi nunc est ad Menedemum*. Sic Gen. 33. 14. *Transeat ante servum*, i. e. eat: Exod. 17. 5. *Transi coram populo*: Amos. 6. 2. *Transite Chalannem*: Et, *Bersabam non transite*, i. e. adite[c]. *Transierunt*, i. e. relictâ priore habitatione, venerunt in Sichem †. ¶ *Erecti*, &c.] *Confisi sunt in eo*, tanquam idoneo Duce futuro contra Abimelechum[d]. Et jam erumpit Sichimitarum clandestina defectio in apertam seditionem per factiosum hominem Gaal excitatam *. Erecti sunt in spem majorem adventu illius[f].

v To. — x D. — y M. — a V. D. La. — c Aug. & alii in Me. Mo. — d Me. — * La. Bo. T. — f T. — g La. — h V. D. — i G. — k Pi. — l Pi. — n D. — o V. — p Pi. — q D. — r D. — * V. — t Bo. — v G. — x Pi. — y Jun. — z Bo. — a La. — † Me. ex Ser. — b D. — c D. — † V. — d Pi. — * O. — f V.

27. *Egressi*

27. *Egressi sunt in agros*] Hoc dicit, quòd priùs se continerent in urbe metu Abimelech [g], [nunc autem egrediuntur,] præsentiâ & ope Gaalis animati [h]. ¶ *Vastantes vineas*] h. e. Vindemiam facientes. Vastationis quandam speciem habet vindemiatio, nempe, in qua vites racemis suis spoliantur: sicut, contrà, non semel vindemiatio pro vastatione ponitur, ut Thren. 1. 12, 22. & 2. 20. Sunt tamen qui hoc referunt ad vineas Abimelechi [i]. ¶ וַיִּבְצְרוּ אֶת־כַּרְמֵיהֶם] *Et vindemiaverunt* (*succiderunt*, Ar.) *vineas eorum*, Mo. Ar. vel, *suas*, ο'. Jon. Sy. M. P. Ti. JT. Adventu Gaalis alacres facti, quod priùs facere non audebant, colligendis uvis insistunt, & vinum exprimunt [k]. Alii aliter: Vineæ hæ erant Principum Sichem, qui Abimelech in Regem evexerant: fortè etiam erant vineæ Abimelechi [l]. ¶ *Uvásque calcantes*, וַיִּדְרְכוּ] *Et calcaverunt*, P. Mo. V. sub. *uvas*, V. JT. D. *vinum expresserunt*, Ar. Alii, *calcaverunt*, seu *viaverunt*; id est, freti præsidio Gahalis audacter per vias & itinera incesserunt [m]. ¶ *Et factis cantantium choris*, וַיַּעֲשׂוּ הִלּוּלִים] *Et fecerunt gaudia*, M. *hymnos*, Ti. *laudationes*, vel *exaltationes*, Ma. *laudes*, Mo. *Choros*, subaudi, *canentium* & *saltantium*, ut fieri solet tempore vindemiarum [n]. *Laudativa carmina*, JT. Cantu suo & laudibus Gahalis declarârunt se omni metu Abimelechi solutos esse, & hoc Gaali adscribere [o]. *Lætati sunt*, P. Ca. Ang. ut solent homines post factam vindemiam, vel messem; unde, *gaudium in messe*, ponitur pro *gaudio magno*. Vide Psal. 4. *quàm tempore frumenti*. Psal. 78. *Virgines non erant laudatæ*, i. e. epithalamiis celebratæ, ut moris erat: indéque בֵּירַת הִלּוּלָא idem quod *domus nuptialis* [p]. [At Sy. vertit, *facto convivio*, & Ar. *paratâ mensâ*.] ¶ *Ingressi sunt fanum dei sui*] Scil. Baal-berith, v. 4 [q]: vel, ut eum laudarent; ut ei de excusso Abimelechi jugo gratias agerent, hostiásque immolarent [r]: vel, ut de primitiis fructuum gratias deo agerent *. Nam quemadmodum finitâ vindemiâ Scenopegiæ festo ad Tabernaculum confluebant Judæi, Deo de vindemiæ proventu gratias acturi; ità hi ad idola suam gratiarum actionem convertebant [t]. ¶ *Et inter epulas*] Hebr. *& comederunt & biberunt*, nempe, coram deo suo [v]. Hinc liquet idolorum cultores in fanis deorum suorum olim epulatos fuisse [x]. Quod etiam Jud. 16. nos docet, ubi in templo Dagon convivia agitant [y]. ¶ *Maledicebant Abimelech*] i. e. Solenni ritu eum in templo diris devoverunt [z]. Probra in eum conjiciunt, ut symposiorum mos est [a]. Eum conviviis proscindunt, ídque in eodem fano in quo antea consilium ceperant de Abimelecho sibi præficiendo [b].

28. *Clamante Gaal*] h. e. In propatulo hæc jactante, & ad plenam defectionem solicitante [c]. *Inserendo sæpius querelas & ambiguos de Galba sermones, quæque alia turbamenta vulgi*; Tacit. Hist. 1 [d]. ¶ *Quis est Abimelech? & quæ est Sechem?*] Ità Mo. JT. D. Comparat Sicimam olim liberam rempublicam cum Abimelecho *. *Quis est Abimelech?* Nimirum, ancillæ filius, ambitiosus, parricida, tyrannus: *Et quæ est Sechem?* q. d. Quàm ampla potensque civitas? & hoc ferendum, ut talis & tanta civitas, in qua tam multi potentésque viri sunt, jugum Abimelechi ferat [f]? At מִי interrogat de personis tantùm, non de aliis rebus [g]. Fortè מִי ponitur pro מָה, aut מַה, ut Jud. 13. 17. מִי שְׁמֶךָ, *Quod est nomen tuum?* Permutantur enim hæ literæ. Sic הֶחֱלִי invenies pro הֶחֱלָה, *ægrotare fecit*. Sic, *Quis mulier?* pro, *quæ?* Varro. *Quis itio ad priorem dominum* [h]? Verùm hæc expositio non placet. Durum est eandem loquendi formam in eadem sententia contrario modo accipere [i]. ¶ מִי אֲבִימֶלֶךְ וּמִי שְׁכֶם] Alii reddunt, *Quis Abimelech? & quis* (sub. *est*, Ang.) *Sichem?* Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Ang. *Quis iste Sichemita?* Ca. *Quis est filius Sichem?* ο'. Sichem hîc non est nomen civitatis, sed viri [k], principis, nimirum filii Hamor [l]. *Et* (malim, *aut*) *quæ Shecem?* Sensus est, *Aut quænam est familia Abimelechi, quæ Shecemi degit?* (erat enim is filius ancillæ Sichemitanæ, suprà v. 18.) ut sit metonymia subjecti, (qualis infrà v. 34.) & synecdoche integri. Hunc sensum postulat loquendi forma & consequentia ser-

[g] V. D. Ma. [h] Ma. [i] Bo. [k] Me. [l] La. ex To. [m] Q. in Ma. [n] V. Jun. in M. [o] Jon. [p] D. [q] La. [r] Me. ex Ser. Os. * Mart. [t] Bo. [v] V. [x] D. [y] Bo. [z] Ma. [a] Ser. [b] Mart. [c] Bo. [d] G. * D. ex Jun. [f] Bo. ex Ser. La. Me. [g] K. in D. [h] D. [i] Pi. [k] Mart. M. [l] Mart.

monis: Interrogatio enim habet vim indignandi & contemnendi; q. d. An ergò Abimelech talis ac tantus est, ut eum debeamus revereri aut metuere? Nequaquam. Simile exemplum vide 1 Sam. 25. 10. *Quis est David? aut quis est filius Jischai* [m]? ¶ *Numquid non est filius Jerobaal?*] i. e. Gideonis, qui deum vestrum Baal profanavit, ejúsque aram subvertit [n]? Numquid decet cultores Baal tali viro subjici [o]? Non habet in nos aut jus aut ditionem. Eat & jactet se inter suos [p]. Vocat eum Jerubaal in invidiam, ut eversionem aræ Baal (cui Sichimitæ erant addicti) revocet in memoriam [q]. ¶ *Et constituit principem Zebul, servum suum, super viros Emor patris Sichem, &c.*] Præfectum constituit Zebul, clientem suum [r], ignobilem & exosum servum: indignum ergò est ut ei pareamus *. Videtur autem Zebul iste, licèt fuerit ab Abimelech urbi præpositus, in popularem tamen defectionem consensisse, aut animi levitate, aut metu, aut simulatione potiùs, ut docent sequentia [t]. Porrò, Sichemitas vocat *viros Emor patris Sichem*, non quòd ab eo vellet esse oriundos [v], sed quòd ejus urbis cives essent in qua olim regnavit Emor pater Sichem, Gen. 33. & 34. Ex quo ejus antiquitas & dignitas æstimari potest [x]; ut non ferendum sit Zebul vile mancipium illam regere [y]. Pro עִבְדוּ legebant עֲבָדָיו, vel עֲבָדוֹ, & Vulg. & veteres, qui locum sic vertunt, *Et Zebul visitator ejus*; *servus ejus cum viris Emmor patris Sichem*, ο'. *Et Zebul princeps ejus, servierunt viris Hamor patris Sechem*, Jon. Sic Sy. habet *servierunt*, &c. & Ar. *subdidit se Sechemitis*, &c. Lectio Masoretharum עִבְדוּ insulsam reddit sententiam. Alloquitur enim Gaal viros Sichem. Quid ergò? an viros Sichem voluit viris Sichem servire [z]? Quod Græcus vertit, σὺν ἀνδράσιν Ἐμμώρ, noster clariùs exprimit, *super viros Emmor* [a]. [Sed audienda est pars altera.] Hebræa sic se habent, עִבְדוּ אֶת־אַנְשֵׁי חֲמוֹר אֲבִי שְׁכֶם. Vertunt, *Servite* (*servite* potiùs, P. M. V. Os. Belg. Mart.) *viris Chamor* (*viris* natis *Chamore*, JT.) *patris* (*principis*, JT.) *Sechem*, Mo. JT. Pi. D. Ma. potiùs quàm Abimelecho [b]. Si serviendum est, nè patiamini duriori vos premi servitute quàm olim hujus loci cives sub Hamore, qui Sichemitis erat veluti pater; & idem imperium retinete penès gentem ipsius [c]. Subjicite vos primatibus hujus urbis, qui à nobilissima & vetustissima stirpe Hamor originem ducunt [d]. Suspicor hunc Gaalem impium & idololatram fuisse, ex vetusto genere Sichimitarum Cananæorum, (nam illâ clade parvulos evasisse constat, Gen. 34. 29.) ac eò se orationem dirigere, ut aliquem ex isto prisco sanguine Regem deligant, ac se latenter insinuare, & clariùs prodire v. 29 †. Alii sic; Servite eis qui vos regent, non tyrannicè, ut Abimelech, sed paternè, ut fecit Hamor [f]. Sensus hic esse videtur; Si erat serviendum, potiùs Sichemo servivissemus: at illi non servivimus: ergò neq; huic serviemus [g]. Pro, *viris*, quidam referunt, *cum viris*, seu *civibus*; quod mihi non probatur. Nam עָבַד ordinariè cum אֵת construitur. Cur ergò hîc אֵת accipiemus pro עִם? Vide notas Tremellii ad h. l. qui enarrat, *servite cum civibus Hamor*; i. e. ità ut Sichimitæ serviebant sub principatu Hamoris [h].

29. *Utinam daret, &c.*] Utinam vos Sichemitæ copias mihi suppeditetis; ego me ducem offero [i]. Utinam populus iste esset mihi subditus [k], ut ego ipse pro eo regnarem [l]. Hinc liquet omnes Sichemitas non fuisse in eadem sententia, sed multos à partibus Abimelechi [m]. ¶ *Ut auferrem Abimelech*] *Tunc auferrem*, vel *abigerem*, *Abim.* Detraherem illi regiam dignitatem [n]. Sed nonne priùs amoverant eum? Ità; sed nunc penitùs amovendum dicit, ut omni jure excidat [o]. ¶ *Dictúmque est Abimelech*, וַיֹּאמֶר לַאֲבִימֶלֶךְ] *Et*, vel *tunc*, Sy. vel *postea*, JT. *dixit Abimelecho*, Jon. Mo. V. Sy. JT. Pi. absenti, scil. tanquam præsenti [p], per Apostrophen rhetoricam [q]. *Dixit*, *Auge exercitum*, &c. i. e. Cape tecum exercitum quantumlibet maximum, & decerta mecum armis [r]. Alii, *Dixit* quispiam *Abimelecho*, P. *Dicerémque ad Abimelech*, *Arma amicos*, &c. Ar. *Dictúmque est*, &c. Vulg. Os. h. e. à quopiam (nempe Zebul) monitus est ut id faceret quod sequitur *. Dictum est Abimelecho, per quosdam

[m] Pi. [n] La. Ser. [o] Bo. [p] Mart. [q] Me. [r] Me. * La. Bo. [t] Ser. [v] Bo. [x] La. Bo. [y] La. [z] Bo. [a] Ser. [b] D. M. [c] Jun. [d] Os. † Ma. [f] Q. in Belg. [g] Mart. [h] D. [i] Bo. [k] V. [l] La. [m] Mart. [n] V. [o] D. [p] V. Pi. [q] Pi. [r] V. * Bo.

quosdam scil. qui ipsi adhuc fidi erant, quid jactaret & moliretur Gaal; atque hi internuncii ei hortatores erant, ut in tempore arma caperet ad opprimendam seditionem, dicentes, *Auge exercitum, & egredere* [r]. Nonnulla verba impersonaliter sæpe verti debent, qualia אָמַר *dixit*, & קָרָא *vocavit* [v].

30. *Zebul—iratus est*] Nota amentiam quâ Deus Sichemitas percussit; cùm defectionem ab Abimelecho moliuntur, ejus præfectum in civitate retinent. Nec hujus rei exempla in nostra ætate desunt [x].

31. *Et misit clàm*, ità ο'. Ar. Jon. Ti. וַיִּשְׁלַח מַלְאָכִים אֶל־אֲבִימֶלֶךְ בְּתָרְמָה] *Et misit nuncios ad Abimelecum in dolo*, M. P. Mo. sim. Sy. Ca. *fraudulenter*, i. e. cautè, V. תָּרְמָה exponit K. pro מִרְמָה [y]. Aliis est nomen loci: *Thormam*, JT. *ad Abim. in Thorma*, Q. in Ma. *Qui erat Thormæ*, h. e. in urbe *Thorma*, (quæ & *Aruma* infrà 41.) nam in fonte est בְּתָרְמָה, non לְתָרְמָה; aut est ב pro ל [z]. ¶ *Et oppugnat*, &c. צָרִים אֶת־הָעִיר עָלֶיךָ] *Obsident* (*angustiantes*, Mo. *muniunt*, M. *occupant*, Ti.) *civitatem contra te*, P. ο'. Sy. Obsidebant cives locum, nè quis egrederetur aut ingrederetur [a]. Cives prohibet ire ad Principem suum [b]. *Custodiunt urbem, nè (tu) ingrediaris ad eam quando voles* [c]. *Qui, ecce, cum civitate* (i. e. unà cum civibus Sichemitanis, Pi.) *oppugnaturi sunt te*, JT. *Obsessuri sunt te*, id est, te & urbem tuam Thormam, sive Arumam. Similiter accipitur ista phrasis Jerem. 32. 2 [d]. *Oppugnant*, V. Occupat, opprimit cives & civitatem [†].

33. *Irrue super civitatem*, וּפָשַׁטְתָּ עַל הָעִיר] *Et vastabis super civitatem*, Mo. *invades urbem*, P. *irrues in urbem*, V. sim. JT. *tendes super civitatem*, ο'. *procede contra* (*ambula circa*, Ar.) *civitatem*, Sy. *Et exuito te super civitatem*; i. e. expedito te, ut venias super civitatem, hoc est, ut eam invadas [f]. *Detrahes, nudabis, spoliabis*, &c. Ma.

34. *Tetendit insidias in quatuor locis*, ità Ar. וַיֶּאֶרְבוּ עַל־שְׁכֶם אַרְבָּעָה רָאשִׁים] *Insidiatique sunt in Shecemum*, vel *Shecemitas, quatuor cunei*, P. vel, *turmæ*, Jon. *in 4 acies divisi*, Sy. vel, *cum 4 turmis*, M. Os. Ang. vel, *ordinibus*, Ti. *agminibus*, JT. Heb. *capitibus*, ut suprà 7. 16 [g]. τέτρασιν ἀρχαῖς, *quatuor principiis*, ο'. *Per quatuor duces*, & quatuor partes exercitûs sub iis [h]. In 4 turmis, quas 4 capitanei ductabant [i].

36. *Umbras montium vides*] Hæ enim manè & vesperì & porrigi solent longissimè, & moveri ocyssimè. Virgil. Eclog. 1. *Majorésque cadunt altis de montibus umbræ* [k].

37. *De umbilico terræ*, מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ] *Ex fortitudine terræ*, Jon. *ex imo terræ*, Ar. *è munitiore loco terræ*, Sy. [At reliqui, *ex*, vel *de*, *umbilico terræ*.] Metaphora est [l]. Sic dictum volunt, vel, 1. Medium terræ [m]. Locus erat medius inter urbes, unde poterat quis in hanc vel illam urbem deflectere [n]. Medius regionis locus apud profanos authores *umbilicus* vocatur. Plin. 3. 12. Italiæ umbilicum circa lacum Reatinum esse dicit. Sic Judææ umbilicus Hierosolyma Josepho; & Græciæ, Ætolia Livio; & Siciliæ, nemus Ennensium Cicer. in Verrem [o]. Sic Delphi dicebantur orbis umbilicus; Sophoc. in Oedip. Haud aliter atque in homine (quem, nè hîc frustrà sis, brachiis sursum porrectis dimetiri convenit,) medius locus est umbilicus, &c. Varro l. 6. de L.L [p]. Vel, 2. locum editiorem terræ [q]. *Ex editiore loco terræ*, JT. Pi. Montes, intelligit [h]: de loco eminentiore terræ, h. e. de summis montibus [†]. *Umbilicum* vocat, quod paulò antè montem [*]. Sicut umbilicus in homine exstat, sic montes eminent in terra [i]. *Umbilicus terræ* dicitur quod editius est & fortius, ut sunt montes [k]. Malim utrumque (sensum) conjungere, ut montis prominentia significetur, qui itidem terræ adspectabilis medium quodammodo obtineret, cùm ad montis latera ulteriùs adspectando sese porrigerent oculi [l]. Umbilicus hîc medietatem & prominentiam sign. sicut umbilicus hominis super tergum jacentis in media ventris planitie, tanquam punctum in circulo, eminet [m]. ¶ *Per viam quæ respicit quercum*, מִדֶּרֶךְ אֵלוֹן מְעוֹנְנִים] [Variè reddunt.] *De via quercûs Mehonenim*, Mo. *itinere querceti Meonim*, Sy. *ab arbore quercûs*, Ar. *de via querceti augurum*, Ti. Ea quercus indè videtur dicta, quòd ibi superstitiosi homines auguria observabant [n]. Sequebantur viam

r Osiand. y Bo. x Mars. y M. z D. a V. b D. c He. in V. d Pi. † La. f Pi. g Jun. h To. i Ser. k Ser. l Mart. m Os. Bo. n Schindl. in Glass. o Bo. p Glass. rhet. p. 345 q La. Me. Bo. Glass. h M. D. Bo. † V. * Bo. i La. ex To. k Me. l Bo. m Glass. ubi suprà. n Os.

Gentilium, à quibus arbores diis sacratæ erant, ut laurus Phœbo, &c [o]. Alii, *per viam planitiei Mehonenim*, P. plerique in D. i. e. quà itur in campestria Mehonenim [p]. *Per iter* quod ducit *ad planitiem ariolorum*, M.

38. *Ubi nunc os tuum?*] q. d. Ut heri ore, ità nunc manu, te virum præsta [q]. Larvam deponit Zebul, & amarulentâ exprobratione eum impellit ad pugnam. Ex hoc tempore cœperunt palàm in urbe duæ grassari factiones, Gaalitarum, & Zebulitarum [r].

39. *Abiit ergò Gaal*] Pugnat, sed fortasse minùs instructus: nam Abimelechus ex improviso supervenerat [†].

41. *Et Abimelech sedit in Ruma*] Receptui canit, ut qui nihil se ulteriùs contra Sichimam rerum gerere velle simularet, Gaalis impetum fregisse contentus, ut securiores Sichimitæ ab hac parte redderentur, atque ad sedandam seditionem convenirent [t]. ¶ *Zebul autem Gaal expulit*, &c.] Qu. Quomodo hoc efficere poterat? Resp. 1. Non omnes steterant contra Abimelechum. 2. Populus, ut est mutabili animo, & ex eventibus pendet, cùm videret Gaal fugere, ad Abimelechum defecit. Putabant autem, (quæ erat eorum stultitia,) ejecto Gaal, satisfactum Abimelecho [v]. Porrò, eum non capite, sed tantùm exsilio, mulctat, clementiam regiam præ se ferens, & reliquis securitatem promittens [x].

42. *Egressus est populus*] Quorsum? Resp. Vel, 1. ad reliquum vindemiæ peragendum [y]. At vindemia jam facta est, & ejus nomine epulum celebratum [z]. Vel, 2. ad sua, scilicet, negotia peragenda [a]; ad obeunda rustica opera, putantes Abimelechum placatum [b]. Tempestas anni hoc postulabat: Post vindemiam sementis opera paranda erat [c]. Vel, 3. ad pugnandum contra Abimelechum [d]; ut experiretur adhuc belli fortunam [†]. Tanto flagrabant in Abimelechum odio [f]. Deus insuper illos induravit ad exitium suum [g]. Licèt Gaal ejectus esset, manebat tamen reliquum illius factionis corpus, quod cum Abimelecianis, tam qui intra quam qui extra urbem erant, decertavit [h]. Egressi ergò sunt ad redintegrandum prælium. Quorsum enim apparatus ille bellicus, & exercitûs in tres partes distributio, si contra imbellem tantummodo turbam & ad rusticana opera proficiscentem res futura erat [i]?

44. *Cum cuneo suo*, וְהָרָאשִׁים אֲשֶׁר עִמּוֹ] *Et capita quæ cum eo*, Ma. *turmæ quæ secum erant*, M. Ti. *agmina illa*, Pi. Obj. At unum tantùm agmen erat cum eo; nam duo per agros vagabantur [k]. Resp. 1. Videntur primò omnia tria agmina ad portam irruisse [l]. 2. [Alii aliter vertunt;] *agminum* illud *quod* erat *cum eo*, JT. *Turmæ*, id est, una ex turmis [m]. *Et principes qui cum eo erant*, q. d. nobilissimi milites ac bellicosissimi [n]. Vocat Hebraismus totum agmen *caput*, quòd singuli milites ad unum spectent ducem iis præpositum, sicut omnia corporis membra ad caput ligantur [o].

45. *Ut sal—dispergeret*] Quo fine? Resp. 1. Nè, scilicet, postea aliquid nasceretur in ea; ut esset sterilis [p]. Salem sterilitatem inducere patet ex Deut. 29. 22, 23. & Psal. 106. 33, 34. & Jerem. 17. 6. & Sophon. 2. 9. Sal, nempe, igneum quippiam & adurens in se habet, quod plantas arrodit & conficit. Verùm hoc non intendit Abimelech. 1. Tunc agros, non urbem, sevisset. 2. Sal iste brevi exhaustus esset; unde & restauratam Sichem legimus [g]. Resp. 2. In perpetuæ detestationis symbolum [h]. Indicavit hoc symbolo, ità cupere se perpetuò ejus memoriam interire, ut æternùm, si fieri posset, incolis vacua permaneret [i]. Volebat eam haberi perpetuò exsecratam & nulli usui. Sal perpetuitatis hieroglyphicum est [k].

46. *Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorum*] Qu. Quænam hæc turris? Resp. 1. Non dubito fuisse arcem urbis [l]. Turris erat intra mœnia Sichem [m]. Aliis non placet. Nam, 1. tunc ista non *audivisse*, sed *vidisse*, dicerentur [n]. 2. Nec verisimile est salis adspersionem antè adhibitam fuisse quàm turris ista eversa esset [o]. Resp. 2. Turris hæc erat oppidum Mello [p]. Nam & illi maledixit Jotham, v. 20. quod effectum habuisse notatur v. 57 [q]. Verisimile est igitur hujus oppidi eversionem non subticeri; at si hîc non referatur, alibi nusquam relata fuerit [r]. Hoc oppidum dicitur *turris*, quia in eo erat arx excelsa & munita, in-

o To. p V. q Jun. r Ser. † Mart. t Mo. v Mart. x Mont. y Jo. & Procop. in La. z Jun. a V. b Mart. Mont. c Mont. d Ser. La. Bo. Jun. Pi. † Os. f Jun. To. g To. h Ser. i Bo. k D. l Pi. m Belg. n V. o M. p V. L. sim. D. g Bo. h Jun. Pi. Ser. La. Me. Bo. Mart. i Bo. k Ma. l Ma. m M. n Ser. Bo. o Bo. p Ser. La. Bo. q Ser. Bo. r Bo.

stan

ſtar turris †; & quòd amplum non eſſet [t]. Non eſt novum, oppidum vocari *turrim*. Cæſarea dicta eſt *Turris Stratonis*. Porrò, vocari poterat *turris Sichem*, vel, 1. quòd erecta eſſet in ſpeculationem & cuſtodiam viæ periculoſæ, quæ tenderet ad Sichimam; vel, 2. à viro *Sichem*, cujus memoriam poſteri excitare voluerunt [v]; vel, 3. quia Mellonitæ erant Sicimorum colonia [x]. ¶ *Ingreſſi ſunt fanum dei ſui Berith*, אֵל־בְּרִית [בֵּית אֵל בְּרִית] *Ad arcem Bethel Berith*, P. Mo. *in turrem domûs (fani*, Ti.) *dei Berith*, Di. *propugnaculum, ædem dei Berithi*, JT. *Receperunt ſe in arcem Bethel pro fœdere*, Jon. in Tig. not. i. e. ut inirent fœdus cum iis qui erant in arce [y]; vel, ut vitam cum *Abimelech* paciſcerentur *. *Convenerunt ad ineundum in Bethel fœdus*, Sy. *Simul convenerunt in Bethel, ut ibi conjurarent conſpirarëntque*, Ar. צְרִיחַ K. & Levi vertunt מִגְדָּל *turrem*, quaſi locum elevatum, unde ſpeculator exclamat, à צרח *clamavit*. Poteſt verti, *ad cœnaculum* (conclave, nempe, in editiori domûs parte, quod צרח Æthiopicè ſignificat, Marc. 14. 14, 15.) *domûs dei Berith*. Eò nimirum confugiſſe dicuntur *viri turris Sichem*, quum à turri ſua eſſent ob captam urbem excluſi [z]. *Berith* idem quod Baalberith [a]. Eò ingreſſi ſunt, ut ſe tutarent, vel, 1. religione loci [b]: ut ibi tanquam in ſacro Aſylo tuti eſſent [c]. Stultè credebant Baal adfuturum ſibi, defenſurúmque templum ſuum [d]. Vel, 2. memoriâ beneficii quod è ſacro ejus (Dei) ærario acceperat Abimelech †. Vel, 3. munitione loci [f]. Et ſanè ſolent eſſe loca templorum munitiſſima, quaſi arces [g]. Sic Capitolium Romæ, (quod urbe captâ incolume remanſit,) & Templum Hieroſolymæ [h]. Et verò, cùm in hoc loco eſſet ærarium publicum, debuit locus eſſe munitiſſimus [i].

48. *In montem Selmon*] Sichimæ & Mello vicinum, de quo Pſal. 67. 15 [k]. Erat in tribu Ephraim, Orientem versùs ac Jordanem [l]. Nomen habet ab umbra; quòd eſſet arboribus umbroſus [m].

49. *Ramos—præcidentes*, [אִישׁ שׂוֹכֹה] *Vir ramum ſuum*, i. e. ramos, JT. Pi. שׂוֹכֹה à שׂוֹךְ *ramus*; aut שׂוֹכֹה pro שׂוֹכוֹ, ſicut dicimus צוּרָם *figura eorum*, pro צוּרָתָם, & פִּנָּה *angulus ejus*, pro פִּנָּתָהּ. Dictus ramus ab obumbrando [o]. ¶ *Succenderunt*] Heb. *ſuccenderunt ſuper illos*, i. arcem in qua incluſi erant [p]. ¶ *Necarentur*, [וַיָּמֻתוּ גַּם] *Mortuique ſunt etiam*, ſub. *quemadmodum cives Sechem mortui ſunt*; vel, *quemadmodum & cuſtodes illius arcis* [q]. ¶ *Mille—viri*, &c.] *Quaſi mille viri & mulieres*, JT. ſed poſt *mille* apponendum comma; q. d. circiter mille homines, partim viri, partim mulieres [r].

50. *Ad Thebes*] Urbs eſt in tribu Manaſſe, teſte Adrichomio †. Non procul urbe Sichem erat, & veriſimiliter altera ejuſdem urbis colonia [t]. ¶ *Obſidebat*] Additur in Heb. *& cepit eam*. Supponit urbem ante captam, alioquin ad turrem nec cives confugiſſent, nec Abimelech accedere potuiſſet [v].

51. *Clauſâ januâ*, [וַיִּסְגְּרוּ בַּעֲדָם] *Et clauſerunt ſuper ſe*, ſub. *arcem*, ſeu *portam arcis*. Super ſe, i.e. poſtquam ingreſſi ſunt *. ¶ *Super turris tectum*] Erant enim Judæorum tecta plana ad ambulandum, apricandum, confabulandum, &c [x].

53. *Fragmen molæ*; i. e. lapidis molaris [y]: [רֶכֶב] *Currûs*, Mo. *lapidis molaris*, Ar. *molæ*, Jon. Sy. P. nempe, *ſuperioris*, Sy. V. Ab inſidendo ſic dicitur [z]; quòd quaſi vehatur & equitet ſuper inferiorem [a]. Veriſimile eſt eos portâſſe lapides in ſupremas ædium partes, ut in promptu haberent quo hoſtes propulſarent [b]. En judicium Dei! Qui fratres ſuper uno necârat lapide, nunc lapide obruitur. Qui propter Sichemenſis matris patriam & cognationem tantas turbas excitârat, à muliere neci datur [c]. Simili nece Pyrrhus à muliere interfectus erat; Plutarch. in vita [d]. Idem Plutarchus in Sullæ vita ideo τειχομαχίας ait Spartanis improbatas, quòd in illis vel à muliere interficeretur vir fortiſſimus †.

54. *Ne dicatur quòd à fœmina interfectus ſum*]. Quod dedecoroſiſſimum ſemper habitum [f]. Seneca Oetæo, *O turpe fatum! fœmina Herculeæ necis Auctor feretur* [g]. Contrà, ſolamen erat, *Æneæ magni dextrâ cadis*. Qui totâ vitâ gloriam regni quæſierat, juſtè ingloriâ morte punitus eſt [h]. Nec quod defugiebat effugere potuit [i].

† La. [t] Bo. [v] Ser. [x] La. [y] V. * Ma. [z] Pi. [a] Jun. Bo. D. [b] Me. [c] Di. [d] Mart. † Ser. [f] Me. Bo. [g] Ma. [h] Mart. [i] Bo. [k] La. [l] Ser. [m] Ma. ſim. Me. [o] D. [p] V. [q] V. [r] V. † Me. [t] Bo. [v] Idem. * V. [x] Bo. [y] La. [z] V. [a] D. [b] Mart. [c] Ser. [d] Ma. † G. [f] Bo. [g] G. [h] La. [i] Bo.

Dicitur enim hoc, & porrò ſemper dicetur, &c. 2 Sam. cap. 11. ver. 21 [k]. De Abimelech verum erat illud, *Ingreſſus eſt ut vulpes, regnavit ut leo, mortuus eſt ut canis* [l].

[k] Me. [l] La.

CAP. X.

1. SUrrexit] Scil. à Deo excitatus [m]. Vel, electus à populo, (quomodo Jepthe, Abeſan, c. 12. 8. Ahialon, & Abdon,) ad corrigendum ſcandalum & abolendam tyrannidem Abimelechi [n]. ¶ Sequitur in Hebræo, [לְהוֹשִׁיעַ] *Ut ſalvum faceret*, P. *ad ſervandum*, Pi. *ad conſervandum*, JT. Qu. Quomodo is eos ſalvavit? Scriptura enim de eo ſilet. Reſp. Inteſtinos tumultus ſedavit, & compeſcuit eos qui res novas moliebantur [o]. Liberavit Remp. à tyrannide [p]; & ab idololatria [q]. Populum continuit in cultu Dei [r], ut non obſcurè innuit ver. 6 †. Fortè reipſa defendit eos ab hoſtibus, licèt Scriptura non commemoret [t]. ¶ *Filius Phua patrui Abimelech*, [בֶּן־פּוּאָה בֶּן־דּוֹדוֹ] [Variè reddunt.] *Filius Puah, filius patrui ejus*, ο'. M. nempe, Abimelechi [v], de quo proximè præceſſerat [x]. Nimirum, Hebræi ob merita Gedeonis voluerunt ex ejus proſapia creare Judicem; cúmque filii occiſi eſſent, acceperunt filium fratris ejus [y]. Dices, *Gedeon* fuit de tribu *Manaſſe*, quomodo ergò frater ejus *Phua*, ejúſque filius *Thola*, fuit de tribu *Iſſachar?* Reſp. *Gedeon* & *Phua* erant fratres uterini, unámque habebant matrem, ſed patres diverſos, hunc ex *Iſſachar*, illum ex *Manaſſe* [z]. Alii vertunt, *filius Puah, filii patrui (avi*, Sy.) *ſui*, Jon. At impoſſibile eſt eſſe aliquem patrui ſui filium [a]. *Filius Phualis nepotis illius*, Ar. [Aliis *Dodo* eſt nomen proprium.] Ità accipiunt Caj. Merc. Marinus, & plerique Hebræorum, & Hiſpanicus interpres [b]. Ità Ang. Belg. *Filius Puah filii Dodo*, P. Mo. vel, *filius Dodo*, Ti. vel, *Dodonis nepos*, Ca. ¶ *Habitavit in Samir montis Ephraim*] Ad commoditatem regendi populi; utpote in medio tribuum Ciſjordaninarum, & non procul fœderis Tabernaculo [c]. In medio magis numeroſarum tribuum [d]. Oppidum erat Iſſacharis, conterminum Ephraimitis. Aliud eſt à Schamire Jehudæ, de quo Joſ. 15. 48 †.

2. *Et judicavit*, &c.] q. d. Rexit Iſraelem non inſtar tyranni, ſed more Judicis [f].

3. *Jair Galaaditès*] h. e. E Manaſſæis Trans-jordaninis [g], qui habitabant juxta montem Gilead [h].

4. *Super triginta pullos aſinarum*, [עֲיָרִים] Vertunt, *pullos*, ο'. Jon. Ar. P. Mo. *pullos aſinarum*, vel *aſinorum*, M. V. Pi. Belg. Ang. ſim. JT. Ca. Sy. i. e. mulos egregios & juvenes [i]. Fallitur ergò Cajetanus, qui pullos equorum intelligit; quoniam (inquit) pro gloria patris hæc referuntur. Nam equorum uſus Judæis vel nullus erat, vel rariſſimus. Equi non erant à Rege multiplicandi, Deut. 17. 16. Hinc & equi capti ſubnervati ſunt, Joſ. 11. 6. 2 Sam. 8. 4. & 1 Paralip. 18. 4. Vide & Iſa. 36. 8. Adde quòd Reges & Regum filii mulis equitabant; 2 Sam. 13. 29. & 18. 9. 1 Reg. 1. 33, 38, 44 [k]. ¶ *Et principes triginta civitatum*] Principatus hic principatui patris ſubordinatus erat, & tantummodo ad judicandum gubernandúmque juxta leges Divinas populum referebatur; non ad liberam dominationem [l]. ¶ In Hebræo eſt, וּשְׁלֹשִׁים עֲיָרִים לָהֶם *Et triginta urbes*, vel *oppida, eis*; [ità omnes.] i.e. Præerant 30 urbibus [m]. Plurale τοῦ עִיר eſt עָרִים, pro quo ponit עֲיָרִים, [ut loquuntur Hebræi] דֶּרֶךְ צַחוּת elegantiæ cauſâ [n]; ut ſit alluſio ad עֲיָרִים *pullos*, & elegans paronomaſia. ¶ *Quæ ex nomine ejus ſunt appellatæ Havoth Jair*, ità P. Mo. [חַוֺּת יָאִיר] *Oppida (urbes*, Jon. Ang. V. *villæ*, D. *viculi*, M.) *Jair*, ο'. Sy. Ar. M. Ti. Ca. Eſt autem חַוָּה *collectio aliquot domorum ſimul commorantium*, ſive, ut eſt alluſio Hebræorum, *ſimul viventium* [p]. Dices, At jampridem hoc nomen habebant ex altero *Jair*, Num. 32. 41; & Deut. 3. 4, 14. non tantùm 30, ſed 60, oppida Jair: quomodo ergò hîc ab altero Jair nomen accipiunt? Reſp. In Scriptura nomen dicitur imponi, etiam cùm ex eventu aliquo confirmatur. Sic nomen *Berſabee*, Gen. 26. 33. & *Iſraelis*, Gen. 35. 10. imponi dicuntur, licèt antè impoſita fuiſſent, illud Gen. 21. 31. & hoc Gen. 32. 28 [q]. Pariter hoc

[m] Pi. [n] La. [o] Bo. [p] La. [q] La. Bo. [r] Jun. Pi. † Bo. [t] La. [v] Bo. Q. in M. [x] Bo. [y] La. [z] La. ex Aug. Bo. Me. T. [a] Bo. [b] Ma. [c] Bo. [d] La. † Jun. Pi. [f] V. [g] Bo. [h] La. [i] V. [k] Bo. [l] Idem. [m] V. Bo. [n] M. [p] M. [q] Bo.

hoc loco, nomen illud eis confirmatum est, & quasi de novo inditum, ob novam rationem, quia, scilicet, 30 his urbibus præerant 30 Principes, filii Jair: cæterarum verò 30 hîc non fit mentio, quia illæ ad hos Principes non spectabant [r]. *Dictæ sunt villæ Jairis*, sive de nomine hujus, sive de nomine prioris, Jairis, è cujus posteris hic fortasse fuit †. Fortasse hic Jair illius nepos erat, ideóque ejus nomen gentilitium retinuit. Ad hunc Jair illæ civitates pervenerunt quas alter ille de Cananæis ceperat. Nobilis est itaque Judex iste, cùm duo priores humiles fuerint [s]. Prior Jair indidit illis vicis nomenclaturam, & fortè villas, ut erant, sine muris reliquit: Posterior, qui muris illas cinxit, & in oppida evexit, eandem comprobavit & roboravit, & celebriorem fecit [v].

6. *Et servierunt idolis*] Israelitæ admodum proni fuerant in idololatriam. Cujus causæ erant; 1. Quia finitimas gentes idololatricas florere videbant, se autem inopiâ premi. 2. Multitudo idololatrarum collata cum ipsorum paucitate. 3. Cultus Dei severior erat & tristior: Non in eo theatra, saltationes, comœdiæ vel tragœdiæ; quæ omnia erant in cultibus idolorum, imò etiam sæpe libidinosa & turpia [x]. ¶ *Baalim*] i.e. Diis. ¶ *Astaroth*] Deabus. ¶ *Et diis Syriæ*] Belo & Saturno; vel, ut al. videtur, Jovi & Astarte, quæ & Dea Syria dicta est: hos enim Syri & Phœnices peculiari studio colebant [y]. Illud *Et*, in *Et diis Syriæ, & diis Sidonis*, exegeticum videtur; nam dii Syriæ vocabantur Baalim, & Sidonis Astaroth *. ¶ *Sidonis*] Astarte. Vide 1 Reg. 11. 33. ¶ *Et Moab*] Chamos. Vide 1 Reg. 11. 5, 33. Num. 21. 29. Jer. 48. 7, 13. ¶ *Filiorum Ammon*] Scilicet, Moloch, 1 Reg. 11. 5, 33. Jer. 49. Amos. 1. & Chamos, Jud. 11. vers. 24. ¶ *Philisthiim*] Dagon, infrà c. 16. 1 Sam. 5. 2 [a]. ¶ *Et non coluerunt eum*] Nè quidem cum aliis numinibus; ut olim Samaritæ Deum verum, & cum eo etiam deos falsos, colebant; & Regum tempore Israelitæ simul serviebant Baalibus & Deo [b].

8. *Et vehementer oppressi*] Heb. *Et confregerunt filios Israel*, Ma. *Hi autem conquassaverant*, JT. *Hi*, putà Hammonitæ; de quibus hîc agendum. Silentium hîc de Philistæis, de quibus agendum in historia Samsonis [c]. Verùm non videtur hoc restringendum ad Hammonitas, sed referendum etiam ad Philistæos [d]. Nempe, ut non una fuit idololatriæ noxa, (nulla enim vicinorum vel sibi nota idola sine cultu reliquerunt,) ità non una repensa calamitas; Philistini ab Occidente, ab Oriente Ammonitæ †. ¶ *Per annos decem & octo*] at in Hebræo est, [בַּשָּׁנָה הַהִיא שְׁמֹנֶה עֶשְׂרֵה שָׁנָה] *In anno ipso, octo decem annis*, P. Mo. Jon. Quomodo *in illo anno*, si 18 annos continuos [f]? [Variè hoc expediunt.] *In tempore illo* 18 *annis*, LXX. Ut *tempus* in Scriptura non rarò pro *anno*, ità *annus* aliquando pro *tempore* [g]. Sic, *annus acceptus* & *visitationis*, tempus quo aliquis visitatur. Luc. 4. 19. *annum Domini* vocat tempus quo Deus visitat nos. Sic Joh. 18. 13. *qui erat sacerdos anni illius*, i. e. illius temporis [h]. Potest & sic reddi, *In anno illo* atque *decem & octo annis* [i], ut subaudiatur copula [k]: vel sic, *anno illo usque ad* 18. *annum*, Belg. vel, *usque ad annum illum decimum octavum*. Sic בְּהַשָּׁמַיִם, Psalm. 36. 5. בַשָּׁמַיִם, Genes. 11. 4. Deut. 1. 28. quod Jer. 51. 9. אֶל־הַשָּׁמַיִם, & Psal. 57. 11. עַד שָׁמַיִם, *usque in cœlum* [l]. Al. *ab illo anno octodecim annis*, Sy. M. vel, *usque ad* 18. *annum*, Ar. ב sumunt pro מִן; ut Exod. 12. *non comedet in eo*, i. e. de eo. Sic Exod. 35. *ad faciendum in auro*, i. e. ex auro; & Levit. 8. *quod superest in carne*, i. e. ex carne [m]. Al. *anno hoc, anno, inquam, decimo octavo*, JT. ό. Al. *anno ipso*, (quo, scilicet, desciverunt à cultu Divino [n], vel, quo mortuus est Jair [o],) *idque* 18 *annis*, Ti. Quidam significari volunt hoc factum quidem totos elapsos annos servitutis 17, maximè tamen in anno ejusdem 18 [p]. Verùm implexa hîc nascitur quæstio, unde & quomodo hi 18 anni computandi sunt, & ad quem Judicem referuntur [q]. Resp. 1. Hi anni 18 inter Jairis mortem & Jepthæ principium interfluxerunt [r]. Certè Jairis tempore, ac post Jepthæ victoriam, afflicti oppressique non fuerunt †. [Aliis non placet.] Ità addendi essent hi anni ad annos Judicum, quod fieri non posse

r La. † Pi. s Mart. v T. x Mart. y Bo. * D. a Me. ex Ser. b D. c Jun. d Pi. † Bo. f D. g Bo. h D. i M. k D. l D. m D. n V. o Tig. not. p Scr. q Bo. r Ser. ex Aug. & Jo. † Scr.

ostendimus ad cap. 2 [t]. Nisi velimus Scripturam 1 Reg. 6. 1. mendacii arguere [v]. [De quo vide ad eum locum, Deo volente, notanda.] Restat ergò, ut hi anni ad Judicum vel antecedentium vel consequentium tempora referantur [x]. Resp. 2. Hi anni referendi sunt ad Judices sequentes, Jephthe, &c [y]. Non placet. Quis credat post tantam Ammonitarum percussionem, de qua Jud. 11. 33. Israelitas ità afflictos fuisse? Deinde, ante Jepthæ principatum idola abjecerant, & Deus miseriis ipsorum doluerat, hoc capite v. 16. Eos ergò ab Ammonitarum oppressione eripuit [z]. Nec contra se invicem pugnâssent Jephtha & Ephraitæ, cap. 12. nisi à servitute immunes essent, sed junctis viribus contra communes hostes fuissent depugnaturi [a]. Resp. 3. Hi anni referendi sunt ad annos Jair antecedentes [b]. Idololatriæ Israelitarum sub Jaire demum pœnas Deus repetiit. Etsi enim ante hanc oppressionem mors Jairis commemoratur, tamen per prolepsin hoc fit; ut deinceps ordine non interrupto de causis, duratione & fine servitutis Ammoniticæ simul ageretur. Vers. ergò 6. &c. per plusquam perfectum reddi potest, *Et fecerant malum*, &c [c]. Hi anni computandi sunt cum 18 posterioribus annis Jairis, & cum quinto ejus anno incipiunt: licèt enim dicatur Israelem judicâsse 22 annis; id tamen non ità intelligendum est, ac si nullus hostis tum compareret; (contrarium videbimus in principatu Samsonis:) sed hoc vult, Dominum initio suscitâsse illis Salvatorem, per quem eos tum liberavit, quíque in posterum Judex permansit: Is autem nec ab idololatria nec ab hostibus plenè eos servare potuit, sed quinto ejus anno & idololatria erupit, & hostes eos oppresserunt usque ad mortem Jairis. Ità vers. 6. reddendus est, *Israelitæ fecerant malum* *. ¶ *Qui habitabant trans Jordanem*] Imprudenter Reubenitæ, &c. hanc partem sibi postulaverant; nam, licèt pinguissima regio erat, in majori tamen periculo versabatur respectu hostium finitimorum [d].

9. *Jordane transmisso*] Posteaquam, scilicet, afflixerant Trans-jordaninos, trajecerunt Jordanem †.

10. *Dereliquimus Dominum*, &c.] q. d. Duobus modis peccavimus, & quòd Dominum dereliquimus, & quòd coluimus idola [f]. Illud contra præcepta תַּעֲשֶׂה [scil. *jubentia*;] hoc contra præcipuum præceptorum לֹא תַעֲשֶׂה [g], [i. e. *vetantium*.]

11, 12. *Quibus locutus est Dominus*, &c.] Sub. per Prophetam [h]. Aposiopesis, ad exprimendam vim Divinæ iracundiæ [i]. ¶ *Numquid non Ægyptii & Amorræi filiique Ammon*, &c? הֲלֹא מִמִּצְרַיִם וגו׳ וְצִידוֹנִים וַעֲמָלֵק וּמָעוֹן לָחֲצוּ אֶתְכֶם וַתִּצְעֲקוּ אֵלַי וָאוֹשִׁיעָה אֶתְכֶם מִיָּדָם [Constructio difficilis, quam variis modis expediunt.] 11. *Nonne ab Ægyptiis & Amoræo & filiis Ammon & Phelistin?* 12. *Præterea Sidonii & Amalec & Maonitæ oppresserunt vos*, P. sim. Mo. Obscuritatem habet hæc versio [k]. Al. sic; 11. *Nonne ex Misraim*, &c. 12. *Et ex Saidoniis & Ghamalcæis, & homo Meghon afflixerunt vos*, &c? Jon. Al. sic; 11. *Nonne ab Ægypto, & ab Amoræo*, &c. 12. *Et Sidoniis & Amalec & Madian*, [fallitur ergò Ca. qui pro *Maon* ait Græcum habere *Canaan*] *ii qui tribulaverunt vos? Et clamâstis*, &c. ό. Al. sic; *Nonne ab Ægyptiis*, sub. *afflicti estis*? M. ——12.—*Amalec & viri Maon* afflixerunt vos, M. Vel, 11. *Nonne ab Ægyptiis*, &c. sub. *liberavi vos*? V. Ang. 12. *Et Sidonii——& Maonitæ oppresserunt vos*, Ang. Al. sic; 11. *Annon ex Ægyptiis*, &c. 12. *Tsidoniis quoque & Amalecitis & indigenis opprimentibus vos, quum clamaretis ad me, tum servavi vos è manu eorum*? JT. לָחֲצוּ vertunt per participium, *opprimentibus*, quasi אֲשֶׁר לָחֲצוּ, (*qui opprimebant*, Pi.) Deinde מִמִּצְרַיִם v. 11. construunt cum וָאוֹשִׁיעָה in fine v. 12. Quam constructionem durissimam reddunt quæ intercedunt [l]. [Alii per nominativum vertunt.] 11. *Annon Ægyptii*—12.—*afflixerunt*, vel *oppresserunt*, *vos*? Ità Ti. Sy. Ar. Di. Vulgatus, & LXX, inquit Di. [quàm rectè, ipse viderit; non enim ό. per nominativum reddunt, ut inspicienti patebit.] Nihil est Arabibus usitatius, quàm ut מִן *ex* nominativum formet. Sed & apud Hebræos idem reperire alibi est, ut in Pirke Aboth cap. 4. אֵין בְּיָדֵינוּ מִשַּׁלְוַת הָרְשָׁעִים וְאַף לֹא מִיִּסּוּרֵי הַצַּדִּיקִים i. e.

t La. v Bo. x Bo. y Ità Euseb. & Genebr. & He. in Bo. z Bo. a Usser. chronol. b Bo. Usser. Salian. & Torn. in Bo. c Usser. chron. sac. cap. 13. * Li. d Mart. † V. f V. g G. h M. V. i V. k Di. l Di.

i. e. *Non est in manibus nostris neque prosperitas impiorum, neque castigationes justorum:* id est, Nos nihil hîc possumus, itaque neque nostrum est quicquam hîc carpere. Si quis tamen מִן velit valere *ex*, pressiùs sic vertat; 11. *Annon ex Ægyptiis——12. Et Tsidoniis——& Maonitis oppresserunt vos*, &c? מִן Hebræis sæpe est particula partitiva: ut cùm Hebræi dicunt, מֵהֶם עֲשִׁירִין וּמֵהֶם רָשִׁים, *ex iis divites, & ex iis pauperes*; id est, quidam eorum sunt divites, quidam pauperes. Quæ phrasis & in N. T. frequens est, ut Matt. 23. 34. Καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε· ubi & Syrus & Arabs, *ex ipsis*, id est, quosdam eorum: est enim ea phrasis omnibus linguis orientalibus usitatissima. Itaque, *ex Ægyptiis & ex Amoræis*, sunt hoc loco exercitus Ægyptiorum & Emorrhæorum [m]. Hîc Deus diversa beneficia exprobrando commemorat. Septem hîc gentes nominat, à quarum oppressionibus eos liberavit [n]. ¶ *Ægyptii*] Exod. 12. & alibi [o]. ¶ *Et Amoræi*] Suprà 1. 34 [p]. Sed hæc afflictio erat tantùm unius Tribûs Danis; nec ab ea exempti sunt, sed alias sedes quærere coacti, Jud. 18. Malim referre ad victorias de Sihone & Ogo Amoræis reportatas, Num. 21. & illam alteram, Jos. 10 [q]. ¶ *Filiique Ammon*] Suprà 3. 13 [r]. Ammonitæ socios se Egloni Regi Moab adjunxerant. Sub *Ammonitis* hîc Moabitas comprehendi verisimile est, utpote quos consanguinitas in expeditionibus suis publicis ferè semper jungebat †. ¶ *Et Philisthiim*] Suprà 3. 31 [t]. ¶ *Sidonii quoque*] Sed nullam cladem ab his inflictam legimus. Resp. 1. Vel ex hoc loco satis probabiliter statui potest, non omnes vel populi afflictiones, vel victorias de hostibus partas, esse à Scriptura commemoratas [v]. 2. Respici hîc potest oppressio Regis Mesopotamiæ, Jud. 3 [x]. qui, utpote Syrus, & Syrorum Rex, etiam Syros alios, inprimísque Syrophœnices & Sidonios, secum ad bellum traxerit [y]. *Sidonii* generaliori nomine *Syri* vocantur, Jud. 3 [z]. Adde quòd *Sidonii* recensentur inter eos populos quos reliquit Deus ut puniret Israelem, Jud. 3. 3 [a]. ¶ *Et Amalec*] Suprà 3. 13. & 6. 3 [b]. & Exod. 17. ¶ *Et Chanaan*] Num. 21. Jos. 11. Jud. 4 [c]. At in Heb. est וּמָעוֹן: [quod variè reddunt.] *Et Maon*, Ti. Mo. *Homo Maon*, Jon. in Bo. ut sit viri nomen proprium, Bo. Viri *Maon*, M. Jon. in D. i. e. cives & habitatores [d]. *Maonitæ*, P. Ang. Est proprium nomen gentis cujusdam †. Quidam eos esse volunt qui 1 Paralip. 4. 41. & 2 Paralip. 26. 7. vocantur *Meghunim* *; מְעוּנִים, quod Hier. per metathesin accepit pro עַמּוֹנִים *Ammonim* †. Utrobique Græci *Minæos* reddiderunt. *Minæi* sunt populi Arabiæ noti ex Strab. 16. pag. 768. & 776. Diod. Sic. l. 3. num. 123. qui disertè affirmant eos cum Judæis commercia habuisse. Alii intelligunt habitatores urbis & regionis *Babalmehon* ultra Jordanem, Num. 32. 38 [f]. Alii Madianitas intelligunt [g]. Nam inter hosce hostes haud prætermissi videntur Midianitæ [h]. Verùm Madianitæ possunt intelligi sub Amalecitis, ex cap. 6. 3 [i]. [Syrus pro *Maon* habet *Ammon*; Arabs in versione sua omittit.] Al. *Et indigenis*, Heb. *habitaculi* viris; i. e gentibus illius terræ quam habitatis, reliquiis Cananæorum [k]. *Maon sonat habitaculum* [l].

13. *Non addam ut ultrà vos liberem*] Intellige hoc sub conditione, nisi perfectam pœnitentiam egeritis [m]. Pro eo statu & conditione quâ tunc erant, dicit se eos non liberaturum. Nondum pœnitentia populi pervenerat quò volebat. Non mutat Deus sententiam, sed illos magis ac magis vult mutari [n].

14. *Ite & invocate deos*] Ironia est, vel Sarcasmus [o]. Qualis illa Deut. 32. *Ubi sunt dii*, &c [p]? & illa Æneid. 9.——*I, verbis virtutem illude superbis* [q]. ¶ *Quos elegistis*] Emphaticè dictum: illos quos, nullis beneficiis cognitos, mihi, tot bonorum vobis auctori, prætulistis. Deus non statim peccata remittit, sed pœnam suam alicujus temporis patientiâ approbantibus, & facta edentibus contraria; ut apparet hîc v. 10, 15; & 16 [r]. Cum maxima Israelitarum utilitate conjuncta fuit hæc Dei cunctatio: Nam majora illi pœnitentiæ opera ediderunt, v. 15, 16 †. *Jure venit cultos ad sibi quisque deos*, Ovid. Ponto 1. 3. *Ità semper in secundis rebus immemores cœlestium beneficiorum idolis supplica-*

[Margin: m Di. — n Bo. — o Ser. — p Idem. — q Bo. — r Ser. — † Bo. — t Ser. Bo. — v Bo. — x To. Bo. Ser. — y Bo. — z Ser. — a Bo. To. — b Ser. — c Bo. — d D. — † Caj. Clar. Merc. Marin. Mont. Hispanicus interpres in Ma. — * Q. in D. — † Bo. — f Ma. — g Ità o'. Mont. Ser. — h Ser. — i Ma. — k Jun. — l D. — m Bo. — n Mart. — o Me. ex Ser. Bo. — p Bo. — q Ser. — r G. — † Ser.]

bant, in adversis Deo: & cùm semper veniam erroris acciperent, semper tamen peccabant post veniam [s], Sever. hist. 1. Dixit Agesilaus de Asianis, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς, δούλους δὲ ἀγαθοὺς, εἶναι. Plutarch. Apophthegm. (i. e. *Boni erant servi, mali autem quando liberi* [t].)

15. *Redde tu nobis quicquid placet*] Hoc est planè resipiscere, cùm peccatorum admissorum non tantùm pœnitet, sed etiam libenter fertur quicquid Deo visum fuerit [v]. ¶ *Redde tu*] q. d. Nè reddas per alienigenas, sed, redde tu. *Melius est in Dei quàm hominum manus incidere*, 2 Sam. 24. 14 [x]. *Redde*, &c. q. d. Si non perseveremus in cultu tuo, punias nos, nec ignoscas [y]. Animadverte in nos propter peccatum nostrum ut voles [z]. Aliâ ratione, si visum fuerit, perfidiam nostram puni, dummodo nos ab his hostibus liberes *.

16. *De finibus--idola projecerunt*] Heb. *è medio sui*, i. e. longè ac penitùs abs se abjecerunt [a]. Ecce hoc signum serii doloris & pœnitentiæ [b]. ¶ *Et servierunt Domino*] Præclarum hoc exemplum est. Et abstulerunt deos alienos, & verum Deum coluerunt. Non est satis auferre mala, nisi bona loco malorum surrogentur [c]. ¶ *Qui doluit super miseriis eorum*, וַתִּקְצַר נַפְשׁוֹ בַּעֲמַל יִשְׂרָאֵל [Variant. Quidam de Israele accipiunt:] *Afflictus enim erat animus Israelis*, Sy. *Siquidem tædio affecti erant animi eorum*, Ar. [Cæteri omnes de Deo exponunt, nec uno modo vertunt.] *Et abbreviata est anima ejus in labore Israel*, Mo. *Coarctatus*, vel *abbreviatus, est animus ejus propter afflictionem Israel.* H[s]; Doluit vehementer pro iis. q. d. Non potuit ultrà æquo animo ferre miseriam Israelis: id enim opponitur longanimitati & patientiæ: & est anthropopathia [d]. Ut lætitia cor & animum dilatare solet, ità tristitia contrahere & constringere †. Cùm facerent malum, delectabatur quasi labore & angustiâ ipsorum; nunc misertus est, &c. Græci, proximè ad Hebræum, ὠλιγώθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν κόπῳ Ἰσραήλ, (i. e. *imminuta fuit anima ejus*, &c. D.) Hoc, ut malè sonans, omisit Jonathan [f]. *Ità imminutus est animus ejus* (i. e. indignatio ejus, quia dixerat, *Non servabo vos*, Jun.) *propter laborem Israelitarum*, JT. tum quo ab hostibus premebantur; tum quo studebant redire in gratiam cum Deo [g]. *Decurtata*, seu *demessa*, *est* (h. e. languefacta est) *anima ejus*; ut Num. 21. 4. Metaphora gemina: 1. à segetibus ad homines; 2. ab hominibus ad Deum; quæ specialiter dicitur ἀνθρωποπάθεια [h]. *Ut animus ejus iram remitteret propter afflictionem Israelis*, Ti. Al. *& irritata est anima ejus super miseriis Israel.* i. e. Etsi hactenus asperè eos tractaret, non potuit tamen ampliùs aut paternum affectum in populum suum dissimulare, aut injurias populi sui diutiùs tolerare; sed subvenire illis statuit [i]. Hîc dolor seu commiseratio Dei innuitur; eadem tamen phrasis Zach. 11. 8. de indignatione & aversione Dei usurpatur [k]. Alii aliter. Capitur hîc *anima* pro *voluntate*, & *abbreviare* pro *cessare*, ut sit sensus, *Cessavit voluntas Domini gravare Israelem* laboribus & afflictionibus [l]. Cessavit Deus eos affligere: & ב pro מ ponitur, ut Levit. 8. 32. & 25. 52 [m].

17. *Conclamantes*] i. e. Suos ad bellum convocantes [n]. ¶ *In Galaad*] Intellige, vel, 1. in dimidia tribu Manassis [o], quæ strictâ acceptione Galaad nuncupatur [p]: vel, 2. in tribu Gaditarum: quod malim, quia prætexebant Ammonitæ sibi ereptum totum illum tractum ab Aroer ad Jaboc, cap. seq. v. 13. qui à Reubenitis & Gaditis occupabatur; non autem illum terræ tractum qui trans torrentem Jaboc erat, & à Manassitis possidebatur [q]. ¶ *In Maspha*] Sign. speculum, ideóque plures *Maspha* sunt: 1. in *Juda*, Jos. 15. 38; 2. in *Benjamin*, Jos. 18. 26. & Jud. 20. 1; 3. in *Moab*, 1 Sam. 22. 3; 4. in *Nepthalim*, Jos. 11. 3; 5. & hæc nostra [r]. Duplex erat *Maspha* trans Jordanem, ut diximus ad Jos. 11. 3. una in *Gad*, altera in *Manasse*. Hæc posterior fuisse videtur †; tum quia ibi Jeptha habitavit, qui Manassita erat, vide cap. seq. v. 1 [t]; tum quia Ammonitæ tribum Manasse sibi vicinam invaserant [v].

18. *Erit dux populi Galaad*] Non modò dux belli, sed princeps populi Gilead [x]. Hoc præmio invitant,

[Margin: t G. — v Mar. — x Ribera in Ser. — y Ser. — z V. — * Bo. — a Ser. — b La. — c Mart. — d V. — † Bo. sim. D. — f G. — g Jun. — h Pi. — i Os. — k Glass. rhet. 118. — l M. — m G. ex Maim. — n La. — o La. Bo. — p Bo. — q Bo. — r Ser. — † Bo. La. — t Bo. — v La. — x Bo.]

 tant,

tant, &c. ut olim Calebus fecit [y]. Ità tum quidem tumultuario consilio decreverunt, sed non satis recto; unde postea rectiùs Jepthe accersunt [z]. Hoc decreverunt, fortè quòd in concilio de Imperatore deligendo non convenirent, nec quisquam suscipere ausus esset. At quid si qui primus arma sumpserat fuisset vir sceleratus? Resp. 1. Omnes promissiones civiles ità tenent, si honestis viis persolvi possint. 2. Existimo igitur signum hoc à Deo oblatum fuisse, atque ideo certi erant non dandum illis malum Principem. A Domino fortasse Ducem petierant, & responsum acceperant, se hoc indicio scituros quis esset Dux recipiendus; is, nimirum, qui primus cœpisset contra hostem dimicare. Talibus interdum signis Deus absque voce vel oraculo externo utebatur, ut Gen. 24 *.

[y] Mart. [z] La. ex To. simil. Ser. * Mart.

CAP. XI.

1. *Galaadites*] Galaad est nomen, vel, 1. *loci*; tum *montis*, Gen. 31. Num. 32. tum *urbis* in eo monte, teste Hieron. tum *regionis* à monte & urbe dictæ: vel, 2. *viri*. Ità hìc sumitur [a]. Q. putant Jephtham fuisse Gaditam [b]. Alii Manassitam [c]. Manassenses enim (non Gaditæ) passim vocantur Galaaditæ [d]: sive quòd duplex ratio nominis in illis concurrebat, (nempe, locus & progenitor eorum Galaad;) sive quòd mons Galaad ità præcipuè dictus est quâ parte Manassitas attingit †. ¶ *Filius mulieris meretricis*, אִשָּׁה זוֹנָה] *Mulieris meritoriæ*, Mo. vel, *meretricis*, ὀ. Sy. M. P. Ti. JT. *cauponariæ*, V. ex Chald. *mercatricis*, Ar. Non commune scortum erat, sed concubina privata [f]. Propriè spurius erat, nec ante patris nuptias, sed postea per adulterium, natus [g]. Dices, Spurii non admittendi erant in Ecclesiam Dei, Deut. 23. 2. i. e. ad jura populi Israel. Resp. Deus hominibus, non sibi, legem præscripsit [h]. Dispensavit de sua lege [i]. Talem autem elegit Deus; 1. nè qui sic nati essent, statim animos despondeant: 2. ut cogitent se non suo vitio, sed patris, exclusos esse [k]. Etsi plerumque spurii, vel à prava vel à neglecta educatione, improbæ vitæ exsistant, id tamen neque necessarium neque perpetuum est [l]. ¶ *Qui natus est de Galaad*] Alius hic Galaad ab illo vetustiore, de quo Num. 32. Jos. 17. Sed hic ab illius posteris fuisse videtur, & quidem vir celebris, ad quem confluxerunt qui egentiores militiam sequebantur [m].

2. *Hæres esse non poteris, quia de altera matre natus es*, כִּי בֶן־אִשָּׁה אַחֶרֶת אָתָּה] *Quia filius mulieris alterius tu*, P. Mo. Pi. V. Jon. *alienæ*, Sy. *exteræ*, vel *extraneæ*, Ar. JT. Jo. in G. Apud gentes aliquas matre non cive nati νόθοι (i. e. spurii) dicebantur, ut ex Aristophane ostendimus, de J. B. & P. 2. 5. 15. Apud Hebræos verò mater quæ Legi se subjecerat non maculabat natales, neque ad hæreditatem capessendam obstabat. Quare meritò Jepthes de hac injuria queritur infrà 7 [n]. Quidam per *meretricem* hìc intelligunt mulierem alterius Tribûs, quam *Galaad* duxit in uxorem vel concubinam; atque ideo filius ejus non potuit patri succedere in hæreditate, cùm Lex hoc nomine vetet connubia diversarum tribuum, nè permixtio fiat prædiorum [o]. Filius si quis natus fuisset in patris tribu sortiebatur hæreditatem, quod modò fratres Jepthe negabant, ut ipse iis exprobrat, v. 7. non ausurus hiscere si scorto natus fuisset [p]. Qui uxorem ex alia tribu duxerat, si filium ex ea susceperat, non adibat hæreditatem: qui verò ex concubina natus erat, si non erat ancilla, vel extranea, adibat hæreditatem. Unde dictitant, *Qui filium habet, omnino filius ejus est, nisi natus fuerit ex ancilla vel extranea* [q]. Verùm hìc vocat *mulierem alteram*, non quæ est alterius Tribûs, sed quæ alia sit à legitima uxore, i. e. quæ sit meretrix & concubina [r], qu. *mulier ab eo* (i. e. Galaade) *aliena*, i. e. nullo matrimonii vinculo ei juncta †. Injustè autem ejecerunt Jepthe: spurio enim à patre & domo jure communi debentur alimenta, non tamen hæreditas [t].

3. *Quos ille fugiens*, וַיִּבְרַח מִפְּנֵי אֶחָיו] *Et fugit à facie fratrum suorum*, Mo. i. e. ob metum fratrum [v]. ¶ *In terra Tob*] Ità P. Mo. JT. *Tob* est nomen viri [x]. *In provincia Tob*, i. e. cui præerat vir quidam nomine *Tob* [y]. Vel *Tob* est nomen regionis [z]. Sita erat in terra Galaad. Ità Josephus & Adrichomius [a]. Non procul ab Hammonitis erat in ingressu Arabiæ desertæ. Vide 2 Sam. 10. 6, & 8. 1 Maccab. 5. 13 [b]. ¶ בְּאֶרֶץ טוֹב] *In terra bona*, Sy. Certè bona fuit hæc terra Jepthe; quia benignè fugientem excepit & aluit [c]. *In regione quadam fertili*, Ar. ¶ *Congregatique sunt ad eum viri inopes*, אֲנָשִׁים רֵיקִים] *Viri vacui*, aut *inanes*, [plerique;] i. e. otiosi, V. ¶ *Sequebantur*] Ejus partes secuti sunt [d]. Hebr. *exiverunt cum illo*, putà, in expeditiones militares, quas Jiphthach, homo exsul & profugus, ad tolerandam vitam cogebatur suscipere: quarum irruptionum & excursionum documento Gilhaditæ adducti sunt ut eum sibi ductorem præficerent †. Prædas agebant, sed nonnisi justas, putà, ab Ammonitis & Philistæis; quomodo qui Davidem sequebantur, 1 Sam. 22. & 23 [f]. Nec aliud hìc de Jepthe dicitur quàm alibi de Davide [g]. *Egressi sunt cum eo*, vel, ad bellum, vel, ex urbe Galaad, ad quærendum novas sedes [h].

4. *In illis diebus*, וַיְהִי מִיָּמִים] *Et fuit à diebus*, Mo. *post* aliquot *dies*, Sy. Ar. P. Pi. D. ut, scilicet, referatur ad sponsionem illam Gilhaditarum, ver. 2. q. d. Quod illi sibi exoptârunt, id paulò pòst consecuti sunt, &c. Huic expositioni favent sequentia [i]. Elapso aliquanto tempore [k]. *A tempore dierum*, Jon. *Post annos* illos, JT. i. e. ultimo annorum illorum octodecim, de quibus cap. 18. v. 8 [l]. Sed *dies* pro *annis* non memini legere; pro *anno dierum* notius est quàm ut probari debeat [m]. *Post dies*, i. e. post annum. Sic v. 40. *à diebus ad dies*, i. e. ab anno ad annum, uno verbo, *annuatim*. Adducunt hos inter plures alios locos ad probandum יָמִים *dies* sæpe sumi pro *anno* [n].

5. *Ut tollerent in auxilium suì Jephte*, לָקַחַת אֶת־יִפְתָּח] *Ut acciperent*, i. e. ut acceptum adducerent, scil. ad Ducatum. Sic Psal. 78. 70. *Accepit è caulis*, scil. ad Regnum [o].

6. *Esto princeps noster*, לְקָצִין] *In principem*, Jon. P. vel, *ducem*, D. Nota phrasin, *esse in principem*, pro, *esse principem*. Sic, *ero in Deum*, i. e. Deus: *Fuit ei in uxorem*, i. e. uxor. קָצִין propriè qui à populo constituitur ad tempus, & est infra שֹׁטֵר *Præfectum*, & *Præfectus* infra מוֹשֵׁל *Dominatorem*. מוֹשֵׁל est Rex ipse, שֹׁטֵר à Rege constituitur, קָצִין à populo. Simul ista leguntur Prov. 6. 7. Dicuntur קְצִינֵי סְדֹם, Isa. 1. 10. i. e. ἄρχοντες, ὀ. & כָּל קְצִינַיִךְ, Jes. 22. 3 [p].

7. *Nonne vos odistis, & ejecistis?*] i. e. Præ odio & injustè expulistis me *. At fratres hoc fecerant, v. 2. quomodo ergò sic dicit Senibus [q]? Resp. 1. Fortè inter illos qui venerant erant fratres ejus [r]. 2. Senes hoc fecerunt instinctu fratrum. Nam sine Senibus, h. e. Magistratu urbis, fratres non potuissent eum expellere †. Ab iis se expulsum dicit, quòd ad expulsionem fratrum conniverent, nec ipsum, pro officio, ab injuria vindicabant [t]. Fortè ex magistratu erant qui hæreditatem Jiphthacho abjudicaverint [v]. Qu. An Jepthe jure exclusus fuit? Resp. 1. Justè exclusus est ab hæreditate, ideóque de ea nullum hìc verbum facit. 2. Injustè ex paternis ædibus exterminatus videtur. Fieri potuit, 1. quòd pater ipsius aliquid ei donâsset, vel ad certos annos, vel in perpetuum, unde viveret. Debentur etiam spuriis & educatio & alimonia. 2. Fortè ejecerunt eum adhuc juniorem, neque ad vitam agendam satis instructum [x].

8. *Ob hanc causam nunc ad te venimus*, שַׁבְנוּ אֵלֶיךָ] *Reversi sumus ad te*, JT. D. pro, *venimus*. Compositum pro simplici; ut, *transire*, pro *ire*, &c, *respondere*, pro *loqui*, *nullo interrogante* [y]. Vel, *reverti* referendum est ad animum; q. d. Consilium & propositum commutavimus [z]. *Idcirco venimus*, scil. ut injuriam illatam obliteremus beneficio insigni [a]. q. d. Fatemur nos peccâsse, ideóque injuriam compensabimus: vel sic; Ità est ut dicis, necessitate compulsi ad te venimus, ut nos ab Ammonitis liberes [b]. ¶ *Sisque dux omnium qui habitant in Gilead*] h. e. Tribuum Trans-jordaninarum. Harum tantum Principatus ei initio commissus

[a] Ser. [b] Ità Caj. & To. in Ser. [c] Ità Ser. La. Bo. &c. [d] La. Bo. † Bo. [f] M. La. sim. V. D. [g] Ser. ex Jo. [h] Mart. [i] La. [k] Mart. [l] Bo. vide Serar. qu. 3. [m] Ser. [n] G. [o] M. [p] Mat. Galenus, in La. [q] D. [r] La. † Caj. in Ser. [t] La.

[v] V. [x] M. [y] V. [z] D. ex Euseb. La. Jun. [a] La. Bo. [b] Pi. ex Jun. [c] La. [d] V. † Pi. ex Jun. [f] La. L. Bo. E. [g] E. [h] D. [i] Pi. [k] V. [l] Jun. [m] D. [n] BA. 2. 4. 10. 505. [o] D. [p] Idem. * V. [q] D. [r] L. Jun. † D. [t] Pi. [v] Ma. ex Jun. [x] Ser. [y] D. [z] Mart. [a] Pi. [b] Bo.

sus est [c]; sed post victoriam de Ammonitis (& punitos Ephraimitas [d]) cæteræ quoque Tribus eum in Ducem acceptârunt †. Dicitur enim *judicâsse Israelem* cap. seq. v. 7. *sex annis*. Et eodem ordine cum cæteris Judicibus numeratur 1 Sam. 12. & Heb. 11 [f]. Qu. Quomodo licebat illis dare Principatum Jepthæ, vel illi accipere, cùm esset Mamzer? Vide Deuter. 23. 2. Resp. 1. Oraculo admoniti erant, ut eum deligerent Principem qui primus invaluisset contra hostes; adeóque à lege liberati sunt ipsius Dei pacto atque judicio [g]. Hujus vocationis extra ordinem auctor Deus fuisse putandus est, ex sponsione Gilhaditarum suprà cap. 10. v. 18. jam enim fortè aliquoties in Hammonitas irruperat, & probabile est [h]. 2. Cùm duo præcepta Dei videntur inter se pugnare, ità ut unum impediat alterum, quod gravius & potius judicabitur retinendum est; ut liquet ex labore in Sabbato suscepto dum hostis obsidet urbem, & ex eo quòd David comederet panes propositionis, urgente necessitate. Lex est, Ecclesiam non esse ministris orbandam; & alia lex est, Neophytus non fiat Episcopus: Rectè tamen Ecclesia Mediolanensis, cùm alium idoneum invenire non posset, elegit Ambrosium, Neophytum & Catechumenum. Misericordiam vult Deus, non sacrificium. Ità nunc, cùm duæ leges urgerent, una defendendæ urbis ab alienigenis, altera verò, nè spurius fieret Magistratus, lex ea servanda fuit quæ ad salutem civitatis erat potior [i]. Necessitas Ducem tum aliquem bonum poscebat, neque suppetebat alius: Et legem illam de Mamzeribus voluit Deus ad populi utilitatem accommodare, nonnihílque laxare [k].

9. *Si verè venistis ad me*, אִם מְשִׁיבִים אַתֶּם אוֹתִי] *Si reducitis me*, M. P. Ti. *Redeo*, pro, *eo*, ut jam dictum. Malim, *adducitis*. Nam non reducebant eum ad hoc bellum, sed adducebant rationibus persuasum [l]. ¶ *Ero vester princeps?*] q. d. Mihi hoc seriò & ex animo promittitis [m]? Qu. An Jiphtha hîc reus erat ambitûs? Resp. Negatur. Ambitus est, cùm largitione, fraude & malis artibus Magistratus quæritur. Hæc non facit Jiphtha. Sed cùm quis videt se ad Magistratum vocatum honestâ interpositâ conditione, & posse Reipublicæ prodesse, non est hæc ambitio [n]. Honesta hæc oratio & modesta postulatio fuit. Petit enim id tantùm quod & ipsi dare poterant, & in concilio suo se daturos antè definierant, & nunc quoque ultro ac spontè detulerunt [o]. [Al. aliter:] Fuit in hoc homine nonnihil ambitionis, aliàs non malo, nec impio: eam Dominus ferulâ paternâ castigavit, ut dicemus [p].

11. *Fecitque eum—principem sui*] i. e. Galaaditarum: nec victoriam exspectavit: ut, scilicet, benevolentiam in Jepthe demonstrarent, & illi planè fidere ostenderent, eúmque alacriorem ad bellum redderent [q]. ¶ *Locutus est sermones suos*, אֶת כָּל דְּבָרָיו] *Omnia verba sua*, P. Mo. ό. Jon. Sy. Ar. Sensus est, vel, 1. Belli hujus negotium Deo per orationem commendavit [r]; vel, 2. Recensuit omnia verba suprà dicta, & conditiones prædictas †. Consilia sua de bello, & summam hujus legationis, ut quæ acta essent confirmarentur, & quid agendum postea statueretur [t]. ¶ *Coram Domino in Maspha*] Ità P. Mo. ό. Quid illud, *coram Domino?* Resp. 1. Pro concione, seu, audiente populo [v]. Nam in Israeliticorum conventuum medio Dominus adesse censebatur, Deut. 6. 25. & alibi [x]. Vide Matt. 18. 20 [y]. 2. Invocando Deum in testem pacti [z], & adhibito juramento [a]. 3. Coram Altari, quod ibi, ut videtur, erexerunt, ut sanctè hoc fœdus sancirent [b]. Erat *Maspha* locus ubi convenerant Reges pugnaturi cum Josue, & propter insignem victoriam ibi partam obtinuit consuetudo in Israel, ut congregarentur ibi; ubi etiam Altare erat, & domus orationis [c]. 4. Coram Pontifice Ephod & Rationali induto; hic enim repræsentabat Deum, eúmque consulens pro Principe oracula accipiebat [d]. Pontifex autem vel casu adfuit, vel evocatus fuit, ut de belli successu Deus consuleretur †.

12. *Quid mihi & tibi?*] Hebraismus, Quid mihi & tecum? i. e. Quid mihi negotii tecum [f], quòd ad me venisti, & bellum infers patriæ meæ? q. d. Nihil habeo tecum commune [g]. Locutio tam Græcis quàm

[c] Bo. Ser. [d] Bo. † La. [f] Bo. ex Ser. [g] Mart. [h] Ma. ex Jun. ad v. 3. [i] Mart. [k] Ser. [l] D. [m] Bo. [n] Mart. [o] Me. [p] Os. [q] Me. ex To. [r] Bo. ex Ser. † V. Jun. sim. Ser. La. Bo. [t] Me. [v] V. Pi. Ma. [x] Ser. Me. [y] Ma. [z] La. Bo. [a] Bo. [b] La. [c] K. in D. M. [d] La. † Bo. [f] V. D. [g] V.

Hebræis usitata. Jos. 22. 24. *Quid vobis & Domino?* Matt. 8. 29. *Quid nobis & tibi?* Joh. 2. 4. *Quid mihi & tibi, mulier?* Anacreon, Τί μοι καὶ μακαρίοις αὐλοῖς; Demosthenes, Τί νόμῳ καὶ βασάνῳ; Hieron. *Quid mihi & voluptati* [h]? Fungitur Jepthe officio boni Principis, qui non antè bellum suscipit quàm cum hoste expostulet, & litem pacificè componere conetur [i].

13. *Tulit Israel terram meam*] Qu. Num hoc verum est? & quomodo? Resp. 1. Mentitur; nam terra illa in adventu Israelitarum erat *Amoræorum*, antè erat *Moabitarum*, nunquam autem *Ammonitarum* [k]. At si ità esset, & *Ammonitæ* in eam nihil unquam juris habuissent, non videtur id Jepthe fuisse taciturus, & causæ falsitatem non regesturus [l]. Adde, totam illam Sehonis terram non fuisse *Moabitarum*, sed partim *Ammonitarum* [m]; ut liquet ex hoc loco [n], & ex Jos. 13. 25*. Porrò, Rex *Ammon* fuit etiam Rex *Moab* [o], vel nunc, vel olim [p]; & eo nomine hanc terram repetit. Confirmatur ex eo, quòd in tota hac disceptatione aliquoties etiam fit mentio *Moab*, & Chamos idoli *Moab*, quod ipsius Regis Ammonitarum deum vocat v. 24 [q]. Agit ergò Rex *Ammon* pro *Moabitis*, vel ut subditis, vel ut sociis & confœderatis [r]. *Ammonitæ* enim & *Moabitæ* ferè res suas inter se conjungebant. Illius etiam terræ quam suam dicebat, & alterius *Moabitarum*, suæ terræ conjunctæ, eadem & omnino par causa erat †.

15. *Hæc dicit Jepthe*] Solicitè a se infamiam belli injusti amolitur, ut decebat bonum Principem [t]. ¶ *Non tulit terram Moab, nec—Ammon*, &c.] Primus locus defensionis est inficiatio, quam confirmat à rebus gestis, & quia nihil rei fuit Israelitis cum Hammonitis, sed tantùm cum Edomæis & Moabitis, Deut. c. 2. v. 18 [v]. *Non tulit terram*, &c. scilicet, quam actu tunc possidebant *Moabitæ* & *Ammonitæ*, (hoc enim eis vetuerat Deus;) sed eam tantùm quam bello, sive justo sive injusto, (res enim hæc incerta est & dubia.) occupavit Sehon, Rex Amoræorum, Hebræi, eo prostrato, jussu Dei occupârunt [x]. Quæ Amorrhæus per vim bellicam aliis eripuerat, facta sunt eorum qui Amorrhæum devicerant jure gentium; quod hîc indicatur: vide & 1 Sam. 30. 20. Non aliter sensisse Græcos & Romanos, ostendimus de J. B. & P. 3. 6. 7 [y]. At regeri potuit injustè hæc ipsis ablata per Sehonem, (quod & probabile est,) nec Israelitas plus juris habere posse quàm Sehon ipse habuerit [z]. Hæc ergò ratio sola non satisfaciebat Regi Ammon: hinc alias subjungit [a]; nempe, donationem Dei, & præscriptionem, &c [b].

16. *Usque ad mare rubrum*] Intellige non de adventu ad mare Rubrum ante ipsius transitum, nec de altero paulò post transitum, Num. 33. 10. sed de altero in statione Asiongaber, (quæ fuit in ora maris Rubri, 1 Reg. 9. 26. 2 Paral. 8. 17.) à qua proximè in Cades venerunt, Num. 33. 35, 36. Et *Cades* hîc non est Cadesbarne, sed Cades in finibus Edom, Num. 20 [c].

17. *Ad regem Moab*] Hæc legatio nusquam refertur [d]; sed ex hoc loco colligitur, & ex eo quòd transitum Israelitis & ipse denegaret †. ¶ *Mansit in Cades*] Iter suum, ut decreverat, per Idumæorum vel Moabitarum fines non prosequendo, neque quicquam in eos hostile moliendo [f].

18. *Castrametatus est*] Hebr. *Et castrametati sunt*; cùm hactenus singulari numero usus sit: sed *Israel* vox est collectiva, in cujusmodi vocibus facilè ab uno numero ad alterum transitur [g].

22. *Et de solitudine*] Eâ, nimirum, quæ juxta vel trans Arnon rupem, per quam Israelitæ ingressi erant in ditionem Regis Sehon: quanquam & Ammonitæ etiam eosdem terminos orientales habitarent versùs torrentem Jaboc [h]. *A deserto*, i. e. ab Arabia deserta [i].

23. *Dominus subvertit Amoræum*, הוֹרִישׁ] *Ejecit*, P. Mo. M. Jon. Ti. Τὸ הוֹרִישׁ hoc capite contraria significat, nempe, *in hæreditatem accipere*, &, *hæreditate deturbare* [k]. ¶ *Et tu nunc vis possidere?* וְאַתָּה תִּירָשֶׁנּוּ] *Et tu possidebis eum?* P. Mo. *possidere conaris?* Ti. *hæreditabis?* ό. *hæres illius esses?* JT. *Hæreditario jure possideres eum*, h. e. terram illius? Sic verbum istud passim regit accusativum personæ, per metonymiam subjecti, ad significandum scil. res ab illa persona possessas:

[h] D. [i] Bo. [k] Me. ex Ser. Jun. Pi. [l] Bo. [m] Bo. La. [n] La. * Bo. [o] L. Caj. & Carthus. in Bo. La. Bo. [p] La. [q] Bo. [r] La. † Bo. [t] G. [v] Ma. ex Jun. [x] La. [y] G. [z] Bo. [a] La. Bo. [b] Bo. [c] Idem. [d] Idem. † D. [f] Bo. [g] Idem. [h] Bo. ad v. 13. [i] Jun. [k] M.

sessas: ut Gen. 15. 3. *possidebit me*, i.e. bona mea; Deut. 9. 1. *ad possidendum gentes multas*, i.e. regiones earum; Jud. 14. 15. *Num ad possidendum nos* (i. e. bona nostra) *invitâstis nos*? Confirmat jus suum à victoria divinitùs data [m].

24. *Nonne quæ possidet Chamos, &c?* הֲלֹא אֵת אֲשֶׁר יוֹרִישְׁךָ כְּמוֹשׁ וגו' [Variè reddunt.] *Nonne quod possidere te faciet Chemos, illud possidebis?* Mo. sim. ό. Jon. Sy. Ar. P. Ti. Verùm quia istius significationis nullum aliud exemplum occurrit, (usitatè enim הוֹרִישׁ sign. *è possessione ejicere*,) & aliò trahit sequens sententia, verto, *Nonne quem expelleret à facie tua Chemosch, illum hæreditario jure possideres?* יוֹרִישְׁךָ accipio pro יוֹרִישׁ מִפָּנֶיךָ; quomodo Psal. 5. 5. *non est commoraturus apud te malus*, ubi יְגֻרְךָ pro יָגוּר עִמְּךָ [n]. *Nonne eum populum quem expulerit Chemosch, hunc in possessionem accipies?* M. Argumentum est ad hominem [o]. Loquitur juxta ipsius opinionem: q. d. Nonne cujus dederit tibi dominium Chamos, dices illud tuum esse? Sic quem expulerit Dominus, i. e. patriam eorum quos expulerimus authore Deo nostro, illud possidebimus [p]. Notandum hîc, Ammonitas & Moabitas terras suas jure belli possedisse, ejectis vel deletis priscis incolis, Deut. 2. 10, 20. gloriam autem istius victoriæ, quam Deo acceptam referre debebant, ipsi impiè ad idola transferebant. Porrò, *Chamos* passim in Scriptura *Moabitarum* Deus adstruitur, Num. 21. 29. 1 Reg. 11. 7, 33. & 2 Reg. 23. 13. & Jer. 48. 13, 46. ut *Moloch*, vel *Melchom*, *Ammonitarum*, 1 Reg. 11. 5, 7, 33. & 2 Reg. 23. 13. Indè probabiliter colligi diximus eundem hunc Regem & *Ammonitarum* & *Moabitarum* fuisse [q]. Dicta hæc sunt *συγχωρητικῶς*, sive per concessionem; q. d. Ut dem fieri istud à Cemoscho posse, &c [r].

25. *Melior es Balac?* הֲטוֹב טוֹב אַתָּה מִבָּלָק *Num bonus bonus tu præ Balak?* Mo. *An melior ac præstantior?* Sy. sic M. P. V. *An plus juris habes?* Ti. Adjectivum repetitur intendendæ significationis causâ; & præpositio מִן apposita rei cum qua fit comparatio, adjectivo autem per se manente, usitata est expressio comparativi gradûs †. ¶ *Jurgatus sit*] Hebr. *Nunquid rixando rixatus est?* q. d. Nunquid prima ista ab eo controversia [t]? Balac regnabat in Moab cùm Israelitæ istarum terrarum possessionem acceperint; nec tamen eas repetiit [v]; nec sibi vendicavit, eò quòd jure belli Amorrhæus eum olim possessione deturbârit [x].

26. *Per trecentos annos*] Qu. Quomodo constant hi 300 anni? Resp. 1. Hebræi sic numerant in Seder Olam. Josua rexit Israelem 28 annis; Othoniel, 40; Ahud, 80; Debora & Barac, 40; Gideon, 40; Abimelech, 3; Thola, 23; Jair, 22; 18 ann. quibus servierunt filiis Ammon: qui ferme 300 annos faciunt [y]. 2. Alii distingui volunt annos servitutis à Judicum annis [z]. Sed hoc Scripturam mendacem facit, 1 Reg. 6. 1 [a]. 3. Incipit numerus ab exitu ex Ægypto, unde narrationis initium fecerat v. 16. At sic anni sunt 305. Sed hoc genus ellipseos non est insolens ad rotundationem numeri. Vide Jud. 20. 46 [b]. Non loquitur præcisè, sed numero rotundo [c]. *Per annos trecentos*, i. e. circiter: Nam, ut doctissimi sentiunt, deficiunt aliquot anni. Sed hic modus exprimendi numeros frequens Scripturis, ut videre est Num. 1. 46. & 2. 32. & 11. 21. & alibi sæpe †. Sic 70 Gideonis filii, c. 8. 30. & 9. 5. Et sic de Euripide, cùm dixisset in Oreste, *χιλιόναυν στόλον*, (q. d. *millenavem exercitum*,)—dixit Scholiastes, *ἀπηρτισμένῳ ἐχρήσατο ἀριθμῷ*, (i. e. *perfecto usus est numero*.) Utrinde ordiamur, semper aut deest aliquid, aut redundat: nam ab exitu sunt anni 305, vel 306; à possessionis principio 266, vel 267 [d]. *Trecentos* vocat, quia modus loquendi vel Scripturæ vel hominum passim id ferebat, & quia magis ad trecentos quàm ad ducentos accederet †. Longam præscriptionem urget [f]. Videmus præscriptionis jus non esse novum, sed à Deo ipso institum animis hominum [g]. Lacones apud Isocratem in Archidamo, *Messanam tenuimus amplius 400 annos. Non vos latet, possessiones, sive privatas sive publicas, præscriptione longi temporis confirmari*. Si præscriptioni vis negaretur, nunquam deesset Regibus litium & bellorum materia. Ridet ergò Tacitus Annal. 6. Artabanum Regem Parthorum, *qui veteres Persarum & Macedonum terminos & possessa Cyro & Alexandro reposcebat* [h]. Nimirum, sicut esse aliquod tempus quo actiones excluderentur publici boni causâ statuunt civiles leges; ità inter gentes, sed longiore temporum spatio, idem valet recepto jure, de quo egimus de Jure belli 2. 4 [i].

27. *Judicet Dominus, arbiter hujus diei*] i. e. Hujus litis. Sic *dies* pro judicio sumitur 1 Cor. 4. 3. Jer. 17. 16. Est Metonymia [k]. [Sed nodum in scirpo quærit. Nam in Hebræo est, יִשְׁפֹּט יְהוָה הַשֹּׁפֵט הַיּוֹם,] *Judicet Jehovah judex hodie*, P. Ang. *Judicet Dominus, qui judex est, hodie*, M. Ti. JT. Judicet de causa hac & controversia inter Israelitas & Ammonitas [l].

29. *Factus est super Jepthe spiritus Domini*] *Spiritus fortitudinis*, Chald. in V. Vide quæ suprà 3. 10 [m]. Gileaditæ Jeptham sibi tantùm Ducem delegerant: Hîc autem Deus ostendit se hunc Ducem destinâsse toti Israeli [n]. ¶ *Maspha quoque Galaad*] i. e. Maspha quæ est in extremis terminis Galaad versùs Libanum & Hermon; hisce enim maximè & proximè imminebant vicini hostes Ammonitæ [o]. Distincta hæc civitas erat à Maspa Judæ [p].

30. *Votum vovit, &c.*] [Dicenda ad hunc locum reperies in fine capitis, ubi omnia hoc negotium spectantia in unum compingere placuit.]

33. *Usque dum venias in Mennith*] *Minnitham*: oppidum situm in Hammonitarum termino, non procul à Rabba. Anitham vocat Ptolemæus, Geog. l. 5 [q]. *Minnith* regio fuit tritico abundans, quod Tyrum deferebatur, Ezec. 27. 17 [r]. *Nunc ostenditur Mennith villa in quarto lapide Esbûs pergentibus Philadelphiam* †. ό. (nempe, in Codice Romano, Bo.) hîc habent, *ab Aroer ad Arnon*; vitiosè. Nam Aroer est in ripa Arnon. At Codex Basileensis & Regius nostro consentiunt [t]. ¶ *Usque ad Abel, quæ est vineis consita*, וְעַד אָבֵל כְּרָמִים] *Usque ad Abel vinearum*, P. Mo. JT. *Usque in præsentem diem in septimo lapide Philadelphiæ villa Abela cernitur vineis consita* [v]. Al. vertunt, *ad planitiem vinearum*, Jon. M. Aliis est nomen proprium, *Abel-charmin*, Sy. sim. Ti. Incursionem Jiphthachi circumscribit Minnith ab Austro, & Abel ab Oriente [x].

34. *Unigenita*, וְרַק הִיא יְחִידָה] *Et tantùm ipsa unica*, P. Mo. JT. *solitaria*, vel *sola*, sub. *erat illi*, i. e. eam solam habebat [y]. ¶ *Non habebat alios liberos*, אֵין לוֹ מִמֶּנּוּ בֵּן אוֹ בַת] *Non* (sub. *erat*, JT.) *ei ex se filius* (sub. *alius*, JT.) *aut filia*, Jon. P. Mo. JT. D. V. *Ex se*, i. e. ex se parente. Licèt ex alia uxore haberet liberos privignos, ex alio patre natos, nullos tamen ex se habuit [z]. *Nec ullam habebat prolem præter ipsam*, Ang. Ar. vel, *de suo non habuit filium*, Ang. Alii vertunt, *ex ea*, i. e. ex filia; q. d. Quæ filia nullos liberos habebat [a]: ut sit enallage generum, מִמֶּנּוּ pro מִמֶּנָּה, quod quinquies positum notant Heb. critici [b].

35. *Decepisti*, הִכְרַעְתָּנִי] *Depressisti me*, V. JT. Ma. vel, *humiliâsti*, V. Eram nuper elatus victoriâ de Ammonitis, tu verò depressisti, imò prorsus perdidisti ac exterminâsti: actum est de posteritate mea [c]. Qui me antehac turbare conati sunt, operam luserunt, ut, fratres mei & Hammonitæ: at tu, hoc facto, prorsus me dejicis [d]. Deplorat amissam spem posteritatis ex filia †. ¶ *Aperui os meum*] Locutus sum vovendo; Vovi. Num. 30. eadem est formula in lege de votis; quâ intelligatur votum non tantùm animo & proposito conceptum esse, sed etiam verbis exteriùs nuncupatum. Unde *vituli labiorum* dicebantur *. ¶ *Aliud facere non potero*, וְלֹא אוּכַל לָשׁוּב] *Ità ut non possum repetere*, JT. Hebr. *reverti*, sub. *ad pandendum*, i.e. votum hoc altero commutare [f]. Malim, *recedere*, scil. à voto illo quod vovi [g]. *Non possum redire* ad aliud votum [h]. At hic non consideravit, vel etiam ignoravit, sibi licuisse eam 30 siclis redimere, Levit. 27. 4 [i]. Quemadmodum erat vir militaris, hanc rationem redimendarum hostiarum ignorare potuit. Vel dicendum, *votum* hoc *æstimationis* non fuisse, sed חֵרֶם, quod est *ἀνάθεμα*. quod redimi non poterat [k]. [De quo plura porrò dicenda sunt.]

36. *Fac mihi quodcunque pollicitus es*] Vide & admirare in hac filia animos, obedientiam, religionem, & amorem patriæ, quibus se morti offert [l].

37. Di-

Pi.
m Ma. ex Jun.
n Pi.
o La. Bo.
p V.
q Bo.
r Jun.
† Glass. gram. pag. 53.
t V.
v Bo.
x Osiand.
y M. D.
z Canus in Bo. Ser.
a Bo.
b Jun.
c Ser. Bo. Me.
† G.
d Ser.
† Bo.
f La.
g Mart.

h Ser.
i G.
k La.
l V.
m Me. Ma.
n Mart.
o La.
p Mart.
q Jun. Me.
r Ma.
† Hi. in Bo.
t Bo.
v Hi. in Bo.
x Jun.
y V.
z D.
a Q. in V.
Q. in D.
b D.
c V.
d Ma. ex Jun.
† G.
* Mart.
f Jun.
g Pi.
h D.
i Pi.
k Mart.
l La.

37. *Dimitte me*, ità Sy. M. P. הַרְפֵּה מִמֶּנִּי] *Relaxa me*,
Mo. *remitte à me*, Jon. *abstine à me*, Ti. *Desiste à me*, scil.
[m] Q. mittenda ad locum Tabernaculi, &c [m]. ¶ *Circumeam montes*, וְיָרַדְתִּי עַל הֶהָרִים] *Et descendam super* (vel
ad, Ti. Bo. vel *juxta*, D.) *montes*, ό. M. P. Ità dicit,
quòd domus Jephte esset in arduo monte, unde oporteret descendere; aut quòd intercesserit vallis inter
[n] He. in V. domum ejus & montem [n]: vel, *descendam*, pro, *ibo*.
Utuntur Hebræi verbis *ascendo* & *descendo*, nullâ habitâ
sitûs ratione. Infrà 15. 11. *descenderunt in summitatem
petræ*. Contrà, legimus Jos. 7. 24. ἀνήγαγον *subduxerunt*
[o] D. *eos in vallem Achor* [o]. Ar. vertit, *ut abeam deambulatum super montes*; sim. Sy. Vel, *descendam versùs montes*, K. in D. Fortè locutio brevis est, pro, *descendam, &
ibo ad montes*; unum pro duobus. Sic, *Accipies carbones ignis super caput ejus*, pro, *accipies & pones*; *Accepi-*
[p] Idem. *sti dona in hominibus*, i. e. *accepta dedisti* [p]. ¶ *Et
plangam virginitatem*] Quæ illo ævo tristis erat & de-
[q] La. Bo. D. [r] D. decorosa [q]. Vide 1 Sam. 1. 6, 7. Jes. 4. 1 [r]. Erat maledictio quædam, sine liberis decedere. Præceperat Deus
hominibus initio ut multiplicarent. Studebant Hebræi sanctam Rempublicam augere. Sperabant eti-
† Mart. am Messiam è sua stirpe nasciturum †. *Plangam virginitatem*. Deo enim servire soli, si marito subjecta fuisset, non poterat: Ei enim jus in uxorem. Sic apud
Græcos diis dicata animalia vocantur ἄφετα, quòd nemini servirent, sed in deorum honorem servarentur.
Aliud in viris, qui, quamvìs Templo dicati, uxores habere poterant, à quarum tamen congressu ministerii
[t] G. tempore abstinebant. Viri enim sui juris manent [t].
* D. Olim probrosa erat virginitas. Vide Jes. 4. 1 *.

39. *Fecit ei sicut voverat*] Illam non redemit, ut
poterat per legem triginta siclis, Levit. 27. 4. sed
reliquit consecratam Domino. Ideo non passus est
illam nubere, nè alterius quàm Jehovæ esse videretur: quod ex legis ignoratione (ut corrupta erant
tempora) profectum; dicit enim v. 35. se non posse
repetere; & puella patri fidem habens virginitatem
† Ma. ex Jun. defleet †.

40. *Et plangant*, &c. לְתַנּוֹת לְבַת יִפְתָּח] [Variè
reddunt.] *Ad lamentandum*, vel, *ut plangerent, filiam
Jephthæ*, ό. Jon. Sy. Ar. M. Ca. Os. Ang. *Ut plangerent*,
[v] Bo. vel mortem ipsius [v], vel perpetuam ejus virginitatem [x].
[x] Os. Non placet hæc versio, hîc enim sequitur præpositio
ל Lamed ante nomen filiæ; cùm verbum *plangendi*,
[y] Pi. tanquam activum, postulet articulum אֶת [y]. Alii vertunt, *ad consolandum*, V. D. Q. in G. *ad alloquendum*,
Mo. P. *ut dissererent cum filia Jephthæ*, Ti. Belg. Ang.
in margine; *ut colloquerentur*, V. Chaldæa vox est, &
disserere significat; & ל, quod sequitur, pro *de* positum,
ut sæpe. Sensus est; In memoriam victoriæ, servatæque Deo fidei, quater anno ad eum locum venisse virgines, & colloquio, aut etiam carminibus, rem celebrâsse.
Quod ad sua quoque tempora à Samaritis eodem in lo-
[z] G. co factum narrat Epiphanius [z]. Verto, *ad laudandum filiam Jephthæ*. Sic Jud. 5. 11. (ubi dicta vide.)
Debitas heroinæ istius laudes celebrabant: sive id coram ipsa Jephthæ filia factum sit, sive in alio loco publico; sive dum superstes fuit, sive etiam post obitum.
Major sanè filiæ fuit quàm patris laus: cùm enim ille votum temerè effutiisset, cujus eum mox pœnituit,
illa, plusquam virili animo consolata patrem, voti
[a] Di. paterni incommodum fortiter suscepit [a]. De Voto
Jepthæ multa hîc quæri solent. 1. Quæ fuit voti hujus materia? 2. An obligavit? 3. An votum hoc
exsolvit? 4. An peccavit, sive vovendo, sive votum
exsequendo? Sed cæteræ ferè quæstiones ex prima
[b] Bo. pendent [b]. Qu. Quid vovit Jepthe? Votum illud habetur v. 31. *Quicunque primus fuerit egressus dè foribus
domûs meæ—— eum holocaustum offeram Domino*. Hebræa
sic se habent, וְהָיָה הַיּוֹצֵא אֲשֶׁר יֵצֵא מִדַּלְתֵי בֵיתִי
לִקְרָאתִי——וְהָיָה לַיהוָה וְהַעֲלִיתִיהוּ עוֹלָה [De versione primò videndum, in qua variant.] *Et erit egrediens quod egressum fuerit* (alii, *qui prodierit*, Sy. *quicunque exierit*, ό. Ar.) *è foribus domûs meæ in occursum meum*, Mo. M. P. Ti. sim. Jon. Ca. JT. Pi. V. *erit
Domini*, (*erit ante Dominum*, Jon. *erit Domino*, Mo. JT.
erit in oblationem Domino, Ar.) *& offeram illum*, vel *illud*,
in holocaustum, P. sim. Jon. Ar. Ma. Pi. M. Ti. Ca.

Alii, *aut offeram in holocaustum*, P. V. JT. id est, Erit
consecratum Domino; &, si fuerit aptum ad sacrificium, fiet ex eo holocaustum [c]. Prius promittitur sim- [c] Jun.
pliciter, nempe, consecratio animalis quod primùm
occurrerit: posterius verò cum tacita conditione, si
illud animal legitimè in holocaustum offerri possit. Secùs enim fuisset redimendum à sacerdote; ut si fuisset
canis aut asinus. Vide Levit. 27. 11, 12, 13 [d]. Qui- [d] Pi.
dam volunt Jepthe locutum de solis brutis animantibus:
ídque vel, 1. de omnibus, sive mundis sive immundis;
quapropter eum temeritatis arguunt †: vel, 2. de iis
tantùm quæ immolari poterant [f]. Alii intelligunt de † Q. RR. in Bo.
solis hominibus: primò, quia ad tantam victoriam im- [f] Al. RR. in Ser.
petrandam voluerit magnum quoddam vovere: deinde, quia soli homines alicui redeunti obviàm procedunt. Alii, & veriùs, tam de brutis animantibus quàm
de hominibus intelligunt [g]. Patet ex dictis, & ex eventu, v. 35 [h]. [Porrò, non opus est quærere utrùm [g] Ità L. Ser. Procop. & Chrysost. & Thom. in Ser.
votum suum expleverit, quia hoc disertè affirmatur
v. 39. Quicquid vovit, id fecit. Ità in unam quæstionem hæc compingi possunt, Quid vovit Jepthe? vel,
Quid præstitit? Eódem enim res recidit. Et in duas [h] Ser.
sententias itum est.] 1. Quidam statuunt Jepthe filiam mactatam fuisse, & in holocaustum oblatam. Ità
patres communiter; Tertul. Athanas. Nazianz. Hieron. Ambros. Chrysost. August. Theodor. aliíque plurimi [i]. Ità veteres Judæi, ut Chald. Par. & Jo. Antiq. [i] Ser. La. Bo. Ma.
5. 9. θύσας τὴν παῖδα ὁλοκαύτωσεν, i. e. *mactans filiam in
holocaustum obtulit*. Ità & R. Salomon [k]. Existimo
eum reverà immolâsse filiam, licèt olim aliter sensi. [k] Ser. ità Ser. La. Bo. Ma. Me. Capellus, Mar.
Et videtur hæc fuisse corruptio istius ætatis; &, mutato nomine, sacrificium hoc erat Molocho, deo Ammonitarum, contra quos jam pugnaturus erat. Israelitæ adeò hospites erant in Lege, ut nec Sacerdotes
nec Sanhedrim docere illum poterant ipsius votum
redimi potuisse, sed filiam ipsius immolare sinerent,
contenti annuum illius luctum constituere. Et verisimile est hoc inprimis in causa fuisse quòd Pontificatus à linea Eleazaris ad lineam Ithamaris translatus esset. Id enim tempore Judicum factum esse constat ex Eli, 1 Sam. 2†. 2. Alii non mactatam fuisse † Li.
volunt, sed perpetuæ virginitati devotam [l]. Dicavit [l] Ità M. ex RR. V. G. Jun. Pi. L. Mont. Di. Osiand. E. Ma.
eam cultui Divino [m]. Dedicabantur viri ad ea ministeria quæ homines Deo exhibent: putà, in Sanctuario,
si mas esset; si fœmina, ad preces, vini abstinentiam,
& vitam μονάζειν, (i. e. *solitariam* [n].) [Argumenta
primæ sententiæ sic se habent. 1. Urgent τὸ ῥητὸν, v. 31. [m] V.
& offeram in holocaustum.] Respondent secundæ sen- [n] G.
tentiæ patroni, τὸ & hîc poni pro *aut*, conjunctivam
particulam pro disjunctiva; quomodo sumitur Gen.
26. 11. Exod. 1. 10. & alibi frequenter [o]. Sic Exod. [o] Jun.
21. 17. *patrem*, וְאִמּוֹ, *& matrem*; pro quo Matt. 15. 4.
patrem, ἢ μητέρα, *aut matrem*: Levit. 6. 3. וְנִשְׁבַּע, i. e.
aut juraverit falsò, ut patet ex v. 5: Deut. 17. 9. *adibis ad sacerdotes*—— וְאֶל *aut ad judicem*; nam v. 12.
habetur אוֹ *aut*. Distincta esse munera ex re ipsa constat. Sic 2 Sam. 2. 19. *ad dexteram*, וְעַל, *& ad sinistram*;
quod v. 21. per אוֹ *aut* exponitur: Prov. 30. 8. *paupertatem*, וָעֹשֶׁר, i. e. *aut divitias*. Sic Exod. 21. 16. *Qui
furatus fuerit hominem*, וּמְכָרוֹ, *sive vendiderit eum*,
וְנִמְצָא, *sive deprehensus fuerit*, &c [p]. Sic Virgil. Æ- [p] Glass. gram. pag. 688.
neid. 1. *Aut pelago Danaûm insidias suspectáque dona
Præcipitare jubet, subjectísque urere flammis*; pro, *aut subjectis urere flammis*: Linacer Emendat. struct. 2. Conjunctionem nonnunquam pro disjunctione accipi Labeo ait; ut in illa stipulatione, *Mihi hærediqúe meo*, *Te
hærèdémque tuum*: De verborum & rerum significatione, leg. 29. ex Paul. lib. 17 [q]. Ità hoc loco, *Consecra-* [q] Ga.
bitur, aut immolabitur, si immolari possit. Votum est
conditionale, sub disjunctione: nam homines non
sacrificabantur Domino [r]. Quid? si asinus aut canis [r] V. sim. G.
occurrisset, debuítne holocaustum fieri? Non sané.
Ergò nec humani generis quicquam †. Regerunt pa- † G.
troni primæ sententiæ; Licèt & pro *vel* sumi possit in
duabus quasi distinctis speciebus, vel ejusdem speciei
individuis, ineptum tamen est in duobus, quorum unum est genus, alterum species, &c. v. g. Quis ferat,
si dicas, Hoc est animal vel homo, homo vel Petrus [t]? [t] Ser.
Esse Domini, vel, *consecrari Domino*, est saltem genus ad
quam-

quamlibet hostiam & holocaustum: Non rectè dico, Voveo me immolaturum Domino mundum animal, vel bovem [y]. [Piscator disjunctivam versionem improbat, ut ridiculam & falsam, quia (inquit) disjungit genus & speciem: sed nihilominus primam sententiam rejicit, & locum hunc sic reddit; *Erit Jehovæ*, (i. e. consecrabitur Jehovæ à me,) *& offeram in holocaustum*, nempe, si immolatitium sit.] Atque hæc de primo argumento. Argumentum secundum desumitur ex Lev. 27. 28, 29. ubi sancitur ut omne Anathema morte afficiatur. Duo erant votorum genera. 1. *Simplex* נֶדֶר *votum*, quod redimi poterat; de quo Lev. 27. ad vers. usque 28. 2. Votum חֵרֶם, à quo nulla concedebatur redemptio, v. 28, 29. Per ejusmodi votum poterat quis Deo devovere & consecrare quicquid suum erat, sive juris sui, etiam personas humanas, ut ex verbis planum est, v. 28. *Omne* חֵרֶם, *interdictum*, seu *Anathema, quod quis devoverit Domino*, מִכֹּל אֲשֶׁר לוֹ, *de omnibus quæ sunt ipsius*, מֵאָדָם וּבְהֵמָה, *de hominibus & bestiis & agris---non vendetur, neque redimetur*, &c. v. 29. כָּל־חֵרֶם אֲשֶׁר יָחֳרַם מִן הָאָדָם לֹא יִפָּדֶה מוֹת יוּמָת, *Omne interdictum quod devotum fuerit ex humanis personis non redimetur, sed omnino morte afficietur* [x]. Non constaret ratio oppositionis, seu distinctionis, inter simplex נֶדֶר & חֵרֶם quoad personas, si quæ per חֵרֶם devovebantur non fuissent morte affectæ. Exc. Aiunt nihilominus constare oppositionem, quia, etsi non morte afficerentur, non licebat tamen eas redimere, sed Deo peculiari quadam ratione consecrari oportebat. Resp. Commentum hoc est temerè ad captandum effugium confictum, neque ullum ejus peculiaris rationis vestigium est in Scriptura. Debuit certè Deus lege sancire quid de illis personis fieri vellet, siquidem nec redimi nec morte affici volebat. Non verisimile est Deum rem tanti momenti tacuisse, & homines ea in re dubios atque anxios reliquisse, præsertim cùm universaliter dixisset, *Omne anathema morte morietur* [y]. Porrò, votum Jepthæ proculdubiò non fuit simplex נֶדֶר, sed חֵרֶם: Atque hæc erat causa lacerandæ vestis, & lugubris istius exclamationis, v. 35. Exc. At in textu est וַיִּדַּר נֶדֶר, *& vovit votum*. Resp. נֶדֶר est vox generis, non speciei duntaxat, putà simplicis voti. Utrùm simplex votum fuerit, habendum ex historiæ circumstantiis, quæ omnes hîc arguunt חֵרֶם fuisse [z]. Præterea, si Jepthæ filia ex lege redimi potuit, non est credibile aut Sacerdotes omnes summúmque Pontificem hoc ignorâsse, aut Jeptham iis vel non consciis vel invitis filiam immolâsse, cùm filiam suam maximè vellet vivere; adeóque ei facilè hoc persuaderi poterat; plana enim & aperta est lex illa, Lev. 27. 4 [a]. Porrò, ab hac de חֵרֶם lege videntur manâsse apud Ethnicos, (inter quos Diabolus Dei simiam egit) 1. mos devovendi se pro salute patriæ; 2. opinio illa, graviorem deorum iram nonnisi humanis hostiis averruncari potuisse; 3. opinio eorum de illis quos καθάρματα & *sacra devotáque capita* vocabant, quos impunè à quolibet occidi volebant; ex eo fortasse orta, quòd Judæi à parentibus vel heris devoti, ut mortem effugerent, fugisse, & palabundos huc illuc oberrâsse, viderent. Deinde, hunc devovendi morem à Judæis usurpatum fuisse colligi videtur ex triplici excommunicationis genere, sive potiùs gradu. 1. Erat נִדּוּי, quo quis à sacrorum communione submovebatur. 2. חֵרֶם, quo facultatibus mulctabantur, Esr. 10. 8. 3. שַׁמְתָּא, q. d. שָׁם מוּתָא, *Ibi mors*, uti ipsi exponunt Judæi, sic dicebatur, quòd non modò rei facultates, sed & ipsa persona יָחֳרַם, *anathemate feriebatur*, à Synedrio magno, unde mors sequebatur. Vide quæ nos ad Joh. 9. 22 [b]. [Sed jam videamus quid adversùs hæc reponunt qui aliter sentiunt.] 1. Verba legis Lev. 27. 29. sic verti possunt, *Omnis bestia devota, quæ devovetur ab homine, nè redimitor, omnino morte afficitor*. Resp. Hæc interpretatio textui Hebræo non quadrat. Nam, 1. illud, *bestia*, infulcitur. 2. Illud, מִן הָאָדָם, eodem sensu hîc accipiendum est quo vox מֵאָדָם v. 28. quam ipsi vertunt, *ex*, vel *de*, *hominibus*. 3. Si is legis sensus esset, quorsum addidit מִן הָאָדָם? an de aliis votis agit lex quàm quæ ab hominibus nuncupantur? 4. οἱ, vertunt,

[y] Bo.
[x] Capellus in diatriba de voto Jepthæ, num. 5.
[y] Capel. n. 16.
[z] Cap. n. 6. & n. 2.
[a] Cap. n. 4.
[b] Cap. n. 11.

non, ὑπ' ἀνθρώπων, sed, ἀπ' ἀνθρώπων, h.e. *de*, vel *ex*, *hominibus* [c]. 5. Etiamsi מִן הָאָדָם suo sensu sumatur, non tamen sic effugerent; nam universaliter dicitur, *Omne anathema morte morietur*. Cùm ergò v. 28. fatentur licuisse anathemate devovere non tantùm bruta, sed etiam personas humanas, de iisdem intelligendum est quod v. 29. dicitur, *Omne anathema morte morietur* [d]. Respondet Lyra, mortem illo loco non propriè nec eodem sensu de singulis intelligi. Dicitur enim, *Omnis consecratio——morietur*, & tamen ager ibi dicitur Deo consecrari, qui tamen non est susceptivus mortis; dicebatur tamen mortificari, quia transibat ad jus Sacerdotum vel Templi; sicut bona Ecclesiæ dicuntur amortizata. Pariter, mors hominis in eo loco est, & mors filiæ Jepthe fuit, non corporalis, sed civilis & spiritualis; eo modo quo Religiosi dicuntur mortui, in quantum à mundanis actibus sunt segregati, & Divinis obsequiis totaliter mancipati. Ità Jepthe filia fuit sacrificata Domino per observationem virginitatis in orationibus, jejuniis, &c †. 2. Dicunt legem hanc de hostium duntaxat populi Dei devotione & anathematismo intelligendam esse, non autem de servis vel liberis. Resp. 1. Ante מֵאָדָם, v. 28. immediatè præcedit, מִכָּל־אֲשֶׁר לוֹ, *de omnibus quæ sunt ipsius*, i. e. in sua potestate, vel possessione; quod de hostibus qui devoventur dici nequit. 2. Cùm post illud מֵאָדָם immediatè sequatur מִן הָאָדָם וּבְהֵמָה, liquet illud מֵאָדָם accipi debere de iis hominibus qui erant in voventis potestate, non secùs atque pecudes, agri, &c. nec minùs licuisse personas humanas quæ ipsius erant, quàm pecudes, &c. devovere *. 3. Ridiculum est & absonum illud מוֹת יוּמָת restringere ad hostes, de quibus nulla est mentio facta [f]. 4. Vox illa אִישׁ, in lege illa, *Omne interdictum* אֲשֶׁר יָחֳרַם אִישׁ, *quod quis devoverit*, non significat populi cœtum, sed singularem quemvis hominem [g]. 3. Dicit Maimonides licuisse hero mancipia sua devovere, sed concedit hoc tantùm de mancipiis quæ erant de gente Cananæorum. Rectè quidem; nam in eos duntaxat servos absolutum habebant dominium júsque vitæ & necis Judæi; cùm Judæi servi nonnisi ad tempus operam suam locabant. At liberorum à parentibus devotorum non meminit Maimonides; sed neque negat etiam eos devoveri, vel etiam interfici, potuisse [h]. 4. Crudelis & dira hæc lex esset, si eo sensu sumatur. Estne probabile aut Deum humanas hostias probâsse, aut id juris patribus vel heris dedisse, ut vitam liberorum vel servorum pro arbitrio tollerent [i]? Resp. 1. Cùm Deus jus vitæ & necis in omnes homines absolutissimum habeat, nemo conqueri potest, aut eum injustitiæ vel crudelitatis jure arguere, si cui, cùm libet, & quo modo libet, vitam potest eripere, eam illi hâc ratione & hoc casu adimat. Nemo apud Deum insons est. Resp. 2. Habuit Deus justas hujus legis condendæ rationes [k], quas lex quidem non aperit, (neque enim Deus præceptorum suorum rationem reddere tenetur,) eas tamen nobis suspicari & subolfacere licet. 1. Ut parentes & heri majori in honore haberentur; ut liberi etiam & servi magis in officio erga eos continerentur, utpote à quorum uno oris verbulo vita & mors sua penderet. Eandem parentum in liberos vitæ & necis potestatem Deus aliâ lege sancivit, de rebelli filio lapidando [l]. 2. Ut iram & προπέτειαν parentum & herorum damnaret & coerceret, nè diris atque imprecationibus in suorum capita utantur [m]. Ab his eos absterrere voluit Deus. Constat variis & quotidianis exemplis, Deum sæpius injustas & temerarias parentum in liberos conjectas diras veluti exaudivisse & ratas quasi habuisse, frustrà postea lugentibus parentibus, &c [n]. Esto durum fuerit, innoxium fortè filium ob temerarium patris votum interfici. Sanè pater extra culpam non fuerit, in cujus pœnam talia fiunt. At Deus extra culpam est, nemo enim apud eum insons [o]. 3. Erat & alia hujus legis ratio, Typica, scilicet, ut Judæos edoceret de Christo à Patre pro nobis aliquando devovendo, cùm scil. factus est ab eo κατάρα, & verè חֵרֶם, seu *anathema* [p]. Resp. 3. Mors liberorum & servorum devotorum non simpliciter & nudè

[c] Cap. n. 7.
[d] Cap. n. 15.
† L.
* Cap. n. 14.
[f] Cap. n. 15.
[g] Cap. n. 14.
[h] Cap. n. 19.
[i] Cap. n. 7.
[k] Cap. n. 13.
[l] Cap. n. 8.
[m] Cap. n. 13.
[n] Cap. n. 9.
[o] Cap. n. 13.
[p] Cap. n. 10.

nudè à parentum & herorum arbitrio pendebat, quandoquidem Sacerdotum judicium & sententiam intercedere oportebat. Ad eos nimirum pertinebat votorum omnium & rerum devotarum cognitio. Num. 18. 14. *Omne Anathema in Israele tuum erit.* Quâ sanctione Sacerdotes judices erant à Deo constituti, qui dispicerent & judicarent an vota illa essent legitimè nécne concepta & nuncupata [q]; utrùm patri & domino justa fuisset devovendi causa: & si justa fuerat causa, meritò supplicium de devoto sumebatur; si nullâ, aut injusta, erat, Anathema (uti verisimile est) irritum pronunciabatur [r]. Resp. 4. Eadem propè erat ratio hujus legis quæ fuit legis de Repudio. Non enim probabat Deus Repudium, sed neque prohibebat. Pariter, si quis adeò temerarius esset, ut personam humanam sui juris devoveret, volebat eam morte affici, non quòd gratæ illi essent humanæ hostiæ, sed aliis de causis legitimis, (ut ostensum est *.) [Atque hæc de secundo argumento.] 3. Fabula Græcorum de Iphigenia à patre Agamemnone sacrificata videtur omnino arguere à Jeptha filiam reapse fuisse morti traditam. Congruunt, 1. Tempus; quod idem statuunt Chronologi rebus gestis & Jepthæ & Agamemnonis. 2. Nomina; *Iphigenia* non absurdè quasi *Jephtigenia* dicta videtur. Illa Græcorum Regis, ista Israelitarum Ducis, unica fuit & charissima filia; utraque virgo, utraque à patre devota cùm adversùs hostes castra moveret: ista per duos menses cum sociis puellis per montes vagata est; illa fingitur à Diana in cervam commutata per montes & sylvas vagari. Sic plerarumque vetustiorum Sacræ Scripturæ historiarum umbram & imaginem quandam, atque obscura & fugientia veluti vestigia, in veteribus Græcorum fabulis invenias: quod multiplici inductione demonstrari posset [t]. Simile aliquid narratur de Idomeneo Cretensium Rege, *qui, cùm tempestate laboraret, vovit se sacrificaturum Neptuno de re quæ primùm ei occurrisset. Casu cùm ei primùm filius occurrisset, eúmque, ut alii dicunt, immolâsset, ut alii, immolare voluisset, ob crudelitatem regno à civibus pulsus est.* Servius ad Æneid. 11 [v]. [Hæc de argumentis primæ sententiæ. Videamus quæ adversùs eam argumenta producuntur.] Arg. 1. Ἀνθρωποθυσίᾳ (i. e. *immolatione hominis*) minimè delectatur Deus, quin eam prohibet & damnat, Deut. 12. 31. ideóque primogenitos mandavit redimi. Et si sacrificium Isaaci, quod imperaverat, recusavit, quantò minùs votivum esset accepturus [x]? Immolatam ergò fuisse filiam à Jepthe, homine cujus fides prædicatur Heb. 11. 32. mihi credibile non fit [y]. [Respondent qui id sentiunt:] Non peccat qui jussu vel instinctu Dei talia facit; ut constat ex Abrahamo [z]. Posset dici Jephtham impulsu Spiritûs Sancti (quem accepisse antea dicitur) hæc fecisse, non quasi Deus cæteros velit id factum imitari, sed ut homines ex eo intelligerent Christum pro eorum salute moriturum [a]. Arg. 2. Infandum videtur Jepthæ filiam reverâ oblatam in holocaustum, & piaculum à Sacerdotibus, quibus sacrificiorum cura & administratio à Deo demandata erat, nullo modo admittendum. Resp. Non necesse est statuere eam fuisse super Altare Deo oblatam in holocaustum: satis est si modò ex Anathematis lege morte fuit affecta. Nam quæ non erant apta sacrificio mactabantur duntaxat; quales erant bestiæ ex Lege immundæ, quales equi, cameli, &c. personæ item humanæ. Verba itaque voti Jephtæ sic sunt accipienda, *Quicquid exierit domo meâ erit Domino*, (sacrum, scilicet, anathemate,) *& offeram illud in holocaustum*, nempe, si tale sit ut offerri possit [b]. Non est verisimile Jepthe, prudentem hominem, colloquium non habuisse de voto suo cum sapientibus in Lege: nullus autem talis consuluisset innocentem filiam occidendam. Et Hebræi apertè dicunt votum ejus per ipsum Phinees relaxatum fuisse *. [Ità quidem Ds Li. hoc loco: at memoriâ tenendum quod ex eo citavimus initio hujus disquisitionis, ubi se mutâsse sententiam ingenuè agnoscit.] Si Saul prohibitus fuit à populo, 1 Sam. 14. nè Jonathan occideret, mirum quomodo, duorum mensium spatio, aut filia non fuisset manibus patris à populo erepta, aut pater aliter persuasus. His adde, quòd illa petit spatium ut defleat, non mortem, sed virginitatem, suam †. [Atque hæc sufficere possunt de prima sententia. Veniamus ad secundam, eorum, nimirum, qui perpetuam ei virginitatem indictam affirmant.] Habetur hoc ex ipso textu, v. 39. ubi dicitur, *Fecit de ea votum quod voverat.* Quodnam illud? Sequitur, *& ipsa non cognovit virum* [c]. *Non cognoverat virum*, i. e. Perpetuò servabat virginitatem [d]. Virgines enim quæ vovebantur Deo non tradebantur nuptum, sed recludebantur *. [Adversùs hanc sententiam sic disputant contrasentientes.] 1. Singularis illa ratio sacrandi Deo personam per votum perpetuæ Continentiæ sive Cœlibatûs commentum est ab illis temerè confictum, cujus nullum in tota Scriptura comparet vestigium [f]. Resp. Cœlibatûs fœminis indicti, idque sub custodia, exemplum habetur 2 Sam. 20. 3 [g]. Affine huic exemplum fuit Annæ Prophetissæ viduæ, Luc. 2. 37. Confer consilium Pauli, 1 Cor. 7. 25. Porrò, sicut licuit puellæ sub patria potestate positæ votum vovere Jehovæ de anima sua affligenda, ac proinde de concubitu viri vitando, ut constat ex Num. 30. 4. collat. cum v. 13. ità licuit quoque eidem approbare votum patris de eadem re [h]. [Ità respondent: At Capellus hoc argumentum ulteriùs prosequitur.] Quæro, Num & reliquæ omnes virgines quæ à parentibus devoveri potuerunt pari modo etiam Monasteriis includi debuerint? Si affirment; fuerunt ergò inter Judæos publicè erecta Monialium virginum claustra. Quæ sententia inter Evangelicos inaudita est. Si negent; quid de reliquis istis devotis virginibus factum fuisse dicent? Deinde, An potuit grata esse Deo illa coacta virginitas perpetua? Vel, cùm herus servum nequam devovebat, quo modo ille potuit Deo consecrari? siquidem ex illorum sententia interficere non licuit. Hîc aquam illis hærere necesse est [i]. Hâc interpretatione videmur monastica vota confirmare, quæ planè pugnant cum Sacris literis. Mitto quòd Jepthe non exspectavit puellæ consensum priusquàm voverat [k]. Verùm ipsius filia conditionem accepit, v. 36. *Fac mihi*, &c. q. d. Idem ego quoque voveo, & me à potestate patria emancipatam Deo soli mancipo. Sic illa ratum efficit votum patris, & ultro stabilit, se in perpetuum quasi Naziræam futuram Domino [l]. 2. Si Jepthe filiam non immolavit, sed virginem duntaxat perpetuam Deo consecravit, quæ tantæ lamentationis causa v. 35? Virginitas gloriosa erat & commendabilis. Aut si flere virginitatem voluit, hoc in monasterio faciendum, ubi lugendi tempus satis longum illi supererat; antequam verò clauderetur, decuit potiùs cum amicis, &c. vitam agere lætam. Et cur inolevit mos v. 39. ut quotannis convenirent לְתַנּוֹת, i. e. *ad lamentandum*, ut vertunt Ch. & RS. vel potiùs, *ad celebrandum*, (nam תני Arabicum sign. *celebrare, & laudibus aliquem clarum facere,*) filiam Jepthæ, si inclusa tantùm fuit monasterio? Erátne illa tam acerba pœna? Dilutum planè videtur quod aiunt, Jeptham spe sobolis dejectum ità exclamâsse; quod illi cum multis aliis commune erat, qui non propterea in miseros ejulatus proruperunt. At, inquiunt, vox illa לְתַנּוֹת sign. *ad confabulandum*, teste K. Sed, 1. non facilè concessero, quod gratis sumunt, morem illum tantillùm durâsse quamdiu vixit Jephte filia; nec enim temerè usurpatur illa phrasis, *statutum fuit in Israele*, nisi de more perpetuo, vel saltem diuturno. 2. תנות aliud signif. ut dictum [m]. 3. Quid faceret personæ illo modo devotæ? Naziræum faceret? Poterat quidem hoc vovere, sed exsecutio ejus erat in potestate istius personæ. Num Sanctuario dicaret? At ibi ministrare non potuit, cùm Levita non esset. Num à mundo separaret? Poterat quidem carceri addicere. Alioquin illius præstatio erat penès personam devotam. Et quid si vel ipsius uxor, vel quisquam ex servis illius qui conjugati erant, occurrissent? quid illis fecisset? His consideratis, eam immolatam fuisse sentio †. [Atque hæc de prima & præcipua quæstione. Reliqua non merentur prolixam disquisitionem.] Qu. Utrùm Jepthe peccavit in hoc voto vel nuncupando vel exse-

Ddd quendo,

[q] Cap. n. 8.
[r] Cap. n. 13.
* Cap n. 8.
[t] Cap. n. 12.
[v] G.
[x] Jun.
[y] G. simil. Jun.
[z] Ser.
[a] Mart.
[b] Cap. n. 26.
* Li.
† E.
[c] Glass. gram. p. 688.
[d] V.
* V. v. 37.
[f] Cap. n. 27.
[g] G.
[h] Pi.
[i] Cap. n. 18.
[k] Mart.
[l] Jun.
[m] Cap. n. 2, 3.
† Li.

quendo, nécne? Resp. 1. Quidam eum omnino peccâsse negant [n]. Factum hoc, ut pium, laudant, eò quòd profectum à Spiritu Sancto. Ità Anselmus. Favent huic Aug. & Hieron [o]. 2. Alii eum peccâsse agnoscunt [p]. Illud impium & parricidale fuisse censent Tertul. Ambros. Nazianz. Chrys. Theod. Procop [q]. Humanas victimas in Cananæis abominatus est Deus, & eas Israelitis interdixit [r]. Posset dici eum impulsu Spiritûs Dei hoc fecisse; sed arbitror potiùs eum peccâsse [s]. Excusari tamen potest Jepthe vel à toto, vel à parte, per ignorantiam, & erroneam conscientiam [t], & Religionis zelum; quòd simplici, candido & pio animo putabat se ad hoc obligari. Erat rude hoc seculum, & casuum conscientiæ ignarum. Jepthe erat homo militaris, &c. Hinc Jepthe à nullo vel Propheta vel Pontifice legitur reprehensus, sed ab Apostolo & Ecclesiastico laudatus. Cur ergò nos eum damnemus [v]?

[n] Ser. Salian. in La. [o] La. [p] Ità La. Bo. [q] La. [r] Bo. [s] Mart. [t] La. Bo. [v] La.

CAP. XII.

1. IN *Ephraim orta est seditio*, [וַיִּצָּעֵק אִישׁ אֶפְרַיִם] *Et accitus est* (*congregatus est*, Jon. *clamatus*, i. e. clamando convocatus, Pi. *clamavit*, ο'.) *vir Ephraim*, Mo. *Conclamantes* (*exclamantes*, Ar.) *transierunt*, Sy. Ar. *congregati sunt*, M. P. *convocati*, Ti. JT. Sive à Jepthe advocati (vide v. 2.) tardiùs advenerint; sive certo consilio Jiphthacum aggressuri ultro convenerint [a]. *Conclamantes*, sub. ad arma, Os. Mutuo clamore sese ad tumultum excitârunt [b]. ¶ *Transeuntes contra Aquilonem*] Ad Manassitas Trans-jordaninos, qui habitabant versùs Libanum & Hermon, ut cum Jepthe ibidem in Maspha habitante expostulent [c]. Ingenti numero convenisse oportet, cùm ex eis cæsa sint 42 millia [d]. *Transierunt*, Jordanem scilicet *.

[a] Ma. ex Jun. [b] Bo. [c] La. [d] Ser. * V.

2. *Disceptatio erat*, [אִישׁ רִיב הָיִיתִי] *Vir rixæ*, vel *litis*, *fui*, Mo. D. Glas. Pi. P. Ma. *vir pugnator*, ο'. *vir controversiæ*, Jun. *In controversia eram*, JT. Nomen אִישׁ regens aliud substantivum quandoque efficientem respectu actionis cujusdam vel effecti denotat. Hæc autem locutio Jerem. 15. 10. passivè sumitur, ità ut אִישׁ objectum rixarum & contentionum notet; *Hei mihi, quòd peperisti me, mater mea*, אִישׁ רִיב, *virum rixæ*, וְאִישׁ מָדוֹן, *& virum contentionis totius terræ!* h. e. in quem intendatur lis & contentio à tota hac terra. Et contrà, Esa. c. 41. v. 11. activè accipitur in plurali, אַנְשֵׁי רִיבֶךָ, *viri contentionis tuæ*; h. e. qui contra te litigant, adversarii tui [f]. [Alii אִישׁ à sequentibus separant, & sic reddunt, Heus, *viri, contendebam*, vel, *pugnabam*, &c. Sy. Ar.] ¶ *Mihi & populo meo*, &c.] Heb. *Ego & populus meus & filii Ammon val.'*, P. Mo. ο'. Jun. *Gravis disceptatio fuit mihi & populo meo cum Ammonitis*, Ti. sim. M. *Ego cum populo meo*, &c. D.

[f] Glas. gram. p. 125.

3. *Posui animam in manibus meis*, [וָאָשִׂימָה נַפְשִׁי בְכַפִּי] *Et posui* (*exposui*, JT.) *animam meam in manu*, vel *vola*, *mea*, Mo. JT. Ar. Pi. D. i. e. In vitæ periculum me conjeci. Notissimus Hebraismus: sic 1 Sam. 19. 5. & 28. 21 [g]. Sumptus ex eo, quòd rem pretiosam & fragilem, (v. g. balsamum in vitrea lagena,) quam quis vel à lapsu vel à rapina præservare vult, non solet in manu ponere. Porrò, animâ vel vitâ nihil pretiosius, vel fragilius [h].

[g] Mi. ex Jun. D. [h] Bo.

4. *Quia dixerat, Fugitivus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse*] Illud *habitat*, ab Hieronymo additum, sententiam reddit intricatam [i]. Hebræa sic se habent, כִּי אָמְרוּ פְּלִיטֵי אֶפְרַיִם אַתֶּם גִּלְעָד בְּתוֹךְ אֶפְרַיִם בְּתוֹךְ מְנַשֶּׁה [Variè reddunt.] *Dicebant enim Gilbaditæ medii inter Ephraimitas & Menaschen*, (i. e. milites Jiphthaci, qui inter regionem suam & Ephrajimitarum se collocârant ad obsidenda itinera [k],) *Perfugæ Ephrajimitarum* estis, JT. Pi. In Hebræo verba trajecta sunt, hoc modo, *Quia dicebant, Perfugæ Ephrajimitarum* estis, *Gilbaditæ medii*, &c. *Dicebant*, scilicet, posteaquam eos agnovissent ex pronunciatione, ut declaratur in sequentibus [l]. Hîc enim versus prolepticus est, complectitúrque historiam quæ planiùs vers. 5. & 6. describitur [m]. Aliis scomma videtur, quo Gileaditæ irritati eos neci dederunt [n]. *Quòd dixissent abjecti Ephraim, Estis Gilead in medio Ephraim, & in medio Manasse*, P. i. e. Quòd dicere soliti essent antea abjectissimi quique & pessimi ex Ephraim, Vos estis qui habitatis Galaad: q. d. Nihil aliud estis quàm Galaaditæ habitantes inter Manasse & Ephraim. Estis homines obscuri & ignobiles habitantes inter duas Tribus clarissimas [o]. *Quia dixerunt qui evaserant* (nempe, ex hac clade,) *ex Ephraim, Vos Galaad*, i. e. *Galaaditæ, medii estis*, &c. Hoc dicebant ironicé [p]. *Quia dixerant*, (*quòd exprobrantes dixissent*, M.) *Fugitivi Ephraim vos Gileaditæ estis inter Ephraim & Manasse*, M. Ti. Os. Abjectissimi estis, &c. Tig. not. Vos Gileaditæ estis comparandi cum ignavissimis & fugacissimis qui in utraque tribu Ephraim & Manasse reperiri queant; quare non decuit vos solos absque nostro exercitu hostem aggredi: etenim si victi fuissetis, omnes Israelitas in summum discrimen adduxissetis [q]. Vos estis meri miserique Galaaditæ, quisquiliæ Israelis, fæx Ephraim & Manasse, qui in angulum istum trans Jordanem expulsi & rejecti videmini, tanquam fugitivi, & indigni qui cum reliquis tribubus in Terra promissa habitarent [r]. Ex quo dimidia Tribus Manasse trans Jordanem relegata est, & nullum propemodum commercium cum Ephraimitis & Manassitis reliquis illis remanserit; adeóque eorum erga hos amor refrixit, ipsósque tanquam à cæteris profugos contemnere cœperunt *. Sensus est; Galaad fugitivus est, id est, apostata & desertor, qui nos olim reliquit, manens ultra Jordanem: vel sic; Viles estis respectu Ephraim, ut solent qui fugiunt [s]: vel sic; *Fugitivus est Galaad de Ephraim*, q. d. Nobis Ephraimitis subitò invadentibus Galaaditidem, fugerunt Galaaditæ è pagis ad urbes suas, nec nobis resistere poterant [v]. Quid ergò facient miselli undique conclusi duabus nobilissimis & potentissimis tribubus, Ephr. & Man [x]? Quia benignis verbis (ut olim Jud. 8. 2.) satisfieri sibi non patiebantur, jure Principis in eos uti coactus fuit Jepthes [y]. Causa seditionis hujus erat innata Ephraimitis superbia, & alienæ gloriæ atque felicitatis invidia [z].

[i] Bo. [k] Jun. [l] Pi. [m] Jun. [n] Ità D. [o] V. [p] D. [q] Os. [r] La. * Bo. [s] Me. [v] La. T. [x] T. [y] G. [z] T. ex Bo.

5. *Occupaverúntque*, &c. Heb. *Et cepit* (*occupavit*, V. *præoccupavit*, ο'.) *Gilhad transitus Jarden* [לְאֶפְרָיִם] *Ipsi Ephraim*, P. Mo. *ipsius Ephrem*, ο'. sim. Sy. *super quem transire consueverant filii Ephraim*, Ar. *ante Ephraim*, Ti. *contra Ephraimitas*, JT. *Occupavit transitum*, partâ, scilicet, victoriâ, nè recipere possent sese in patriam suam: q. d. Præclusit illis transitum per vada Jordanis [a]. ¶ *Cúmque venisset ad ea—fugiens*, [כִּי יֹאמְרוּ פְּלִיטֵי אֶפְרַיִם] *Quòd* (*quum*, Ma.) *dicebant evasores Ephraim*, Mo. *fugitivi Ephraim*, P. sim. M. *qui evaserant de Ephraim*, ο'. sim. Jon. Sy. Ti. Eadem verba quæ versu præcedenti. q. d. Cùm venissent ad ea, non jam irrisoriè dicti fugitivi Ephraim, sed reipsa fugitivi, ob ídque vicissim meritò ridendi [b]. ¶ *Non sum*] Sciebant enim tutum non esse hoc fateri [c].

[a] V. [b] Bo. [c] Bo.

6. *Dic, Schibboleth—qui respondebat, Sibboleth*] Hoc passim accidit, ut nationes aliquæ aliquas voces per aliquas literas aut non, aut ægrè, efferre possunt [d]. Sic Flandri explorant an quis Gallus sit nécne: Pronuncia, inquiunt, *acht en tachtentich*, (id est 88;) Galli enim, aspirationem *Ch* efferre non valentes, dicunt leniter, *act en tactentic* †. Sive hæc fiunt ex consuetudine, sive ex aere, aquâ, & diverso cœli aspectu; sive, quod malim, ex discriminibus linguarum in Babele ortis, quæ, ut perfecta & maxima inter gentem & gentem intercidunt, ità in unaquaque natione inchoata deprehenduntur [f]. Sæpe fit, ut diversæ ejusdem regni provinciæ, vel urbes, eâdem linguâ loquentes, in modo pronunciandi inter se differunt, atque ità internoscuntur. Apud Israelitas variæ erant dialecti: nam Apostoli Galilæi à dialecto propria internoscebantur, Matt. 26. 73. Act. 2. 7, 8 [g]. Porrò, שִׁבֹּלֶת sign. vel, *spicam*; ità Vulg. ο'. (nempe, in Romano codice; Basileensis habet, *tesseram*, quasi aliud nihil dixerint Galaaditæ quàm, *Dic tesseram*, nempe, militarem, h. e. vocem constitutam, quâ uni ab aliis internoscendi sunt:) vel, *decursum aquarum*, sive *fluxum fluminis*, V. Jun. Pi.

[d] Me. sim. E. † La. [f] Mart. [g] Bo.

He-

He. in D. Ex re igitur præsenti tentabant eos[h]. Quia Ephraitæ petebant ut permitterentur transire fluvium Jordanis, iis dicebant, Dic, *Scibbolet fluvium transibo*[i]. ¶ *Respondebat, Sibboleth*] Vox corrupta ex blæsa Ephraimitarum pronunciatione, nihil per se significans[k]. ¶ *Exprimere non valens*, וְלֹא יָכִין לְדַבֵּר כֵּן] *Et non dirigebat sic loqui*, Mo. o'. *nec rectè poterat loqui sic*, P. Ad verb. *rectificabat*; i.e. non exactè proferebat ut proponebatur illi[l]. *Et non directus est ad loquendum rectè*, Jon. *Nec compararet se ad loquendum rectè*; nimirum, quia statim & incogitatè efferre jubebatur[m]. Ad verb. *non apparabit, aptabit, perficiet ad loqui sic*, Ma. ¶ *Et ceciderunt—millia*, וַיִּפֹּל] *Et cecidit*, sub. *numerus*[n].

7. *Sepultus, est in civitate sua Galaad*, ità o'. Heb. *& sepultus est* בְּעָרֵי הַגִּלְעָד] *In civitatibus Gilhad*, Mo. *in civitate Galaad*, Sy. Ar. *in una*, vel *aliqua, civitatum Gilead*, JT. P.D. Ma. Similia, *pullus, filius asinarum*, i. e. asinæ: 1 Sam. 18. 21. *In duabus affinitatem contrahes mecum*, i.e. in alterutra duarum. Sic, *descendit in latera navis*[o]. Sic Gen. 19. Lotus dicitur *urbium incola*, cùm unius esset. Et Cicero dixit, *Ego eram in his locis*. Quoniam oppidum nominatim non declarat, loquitur per numerum pluralem[p]. Galaad hîc non est nomen urbis, neque per appositionem dicitur, *in civitate Galaad*; sed regionis, & genitivi casûs est; h.e. in Maspha civitate sua, quæ erat in regione Galaad[q].

8. *Abesan de Bethlehem*] De ea Bethlehem quæ in tribu Juda, non illa quæ in tribu Zabulon[r]. Ità passim omnes, præter Maldonatum ad Matt. 1 †. Hic *Abesan*, vel *Ibsan*, est Booz[t]. Sed nuda hæc est conjectura, & obest ratio temporis[v].

9. *Introducens in domum suam*, הֵבִיא לְבָנָיו מִן־הַחוּץ] *Adduxit filiis suis de foris*, P. Mo. *introduxit pro filiis suis foris*, JT. *aliunde adduxit*, M. *ab exteris accersivit*, Ti. Hæc *introducendi* vox de uxoribus passim usurpatur; Gen. 24. 67. & 31. 50. Deut. 21. 12. & 2 Sam. 11. 27. Hinc Latini *uxorem ducere* dicunt, ab hac deductione in domum mariti. Eáque deductio magis Judæis erat necessaria, cùm filii ex eo matrimonio nati ad mariti tribum pertinerent[x]. Hinc maritus dicitur *uxorem accipere*, Matt. 1. 20. propriè *de foris*, i. e. ex aliis familiis[y].

15. *In monte Amalec*] Sic dictus est, vel, 1. Quòd eum ex parte Amalecitæ incolebant, unde à Saule demum ejecti sunt, 1 Sam. 15[z]. Verùm, 1. illud hactenus inauditum, ut in Israelitarum medio habitarent Amalecitæ[a]. 2. Dicitur Saul Amalecitas in regione eorum, scilicet, in Arabia, percussisse, 1 Sam. 15. 7[b]. Vel, 2. Amalec erat nomen montis[c]. Vel, 3. Amalec est proprium nomen hominis[d]. Vel, 4. olim ad Amalecitas pertinuit. Vel, 5. sic dicitur ab eventu aliquo nobis incomperto †.

h V. — i L. — k Jun. Pi. — l V. — m JT. — n V. — o D. — p Ca. — q Bo. — r La. Bo. Me. — † Me. — t V. He. in Bo. — v Bo. — x Bo. — y D. — z Jun. D. Me. — a Bo. — b Ma. — c To. — d Bo. La. — † Ma.

CAP. XIII.

1. Quadraginta annis] Qu. Unde hi computandi? Resp. 1. Ab Abdonis morte[f]. Separandi sunt hi anni servitutis ab annis Judicum[g]. Non placet aliis: Repugnat 1 Reg. 6. 1. Deinde, Judic. 15. ult. Sampson dicitur *judicâsse Israelem 20 annis in diebus Philistin*, h.e. durante illâ Philistinorum servitute[h]. Licèt enim Sampson sæpius Philistæos ceciderit, non tamen eorum jugum ab Israele abstulit[i]. 2. Viginti anni hujus servitutis ad antecedentes Judices rejiciendi sunt, viginti posteriores ad Sampsonis [sic lege, non *Samuelis*, ut manifesto errore Typographi habetur in Bonfrerio,] annos[k]. Cœperunt ergò hi anni anno sexto Abesan. Porrò, Samson moriens Philistinorum Principes, &c. occîdit; quare tunc planè eorum vires infregit, & jugum eorum ab Israele abstulit[l]. Et ob id liberi manserunt Israelitæ ad extrema tempora Heli[m]. 3. Hi 40 anni incipiunt à 14. anno Jairis, & desinunt in nuptiis Samsonis, ubi primùm Philistæos cecîdit[n]. Moti ad id asserendum hi videntur, quòd Jud. 10. 7. dicuntur Israelitæ traditi in manus Philistæorum & Ammonitarum. Sed id non videtur nisi post mortem Jairis contigisse[o]. 4. Alii 20 annos principatui Samsonis attribuunt, & 20 principatui Heli[p]. Quos refellunt illa v. 5. *Ipse incipiet liberare Israel de manu Philistæorum*. Ergò post cœptam servitutem contigit hæc Angeli apparitio, & de ortu Samsonis prænunciatio[q]. Et ideo ipse natus est ut servitutem hanc excuteret. Adde annos vitæ ejus 19 antequam Judex fieret, & 20 quibus fuit Judex, habebis 40 annos servitutis[r].

f Ser. Canus in La. Jo. in Bo. — g Ser. — h Bo. La. — i La. — k Bo. La. Torniel. & Salian. in Bo. — l La. Bo. — m Mo. — n Jun.

2. *De Saraa*] Urbs hæc Jos. 15. 33. & 19. 41. inter Jehudæ & Danis terminales urbes numeratur. Hîc autem nomen civitatis pro agro ejus ponitur, nam ruri habitabant Samsonis parentes in castris Danis, de quibus Jud. 13. 25. inter Saraam & Eshtaol, ut ibi est[t]. Vide etiam Judic. 18. 12. Inter Saraam & Eshtaol etiam sepulchrum ejus ponitur[v]. Potuit autem Manue, in Saraa natus, extra Saraam ruri mansisse[x]. ¶ *De stirpe Dan*, מִמִּשְׁפַּחַת הַדָּנִי] *De cognatione*, vel *familia, Dan*, sive *Danitarum*, Sy. Ar. P. Ti. JT. D. Ang. M. הַדָּנִי, *Danitæ*, sing. pro plurali. Notatum *familiam* hîc poni pro *tribu*. Sic Jos. 7. 17. *familia Judæ*. Sic *familia* pro *gente*, Jer. 8. 3. & 10. 25. Amos. 3. 1. Mic. 2. 3. Zach. 14. 18[y]. ¶ *Habens uxorem sterilem*] Heb. *uxor sterilis, & non peperit*. Ebræi vocant תוֹסֶפֶת בֵּיאוּר, quando explicandi gratiâ additur aliquid quod quasi redundare videtur. Sic, *Sara sterilis, & non erat ei* ילד *natus*: *Virgo erat, & non cognovit virum*: *Confessus est, & non negavit*. Quo loquendi modo peculiariter delectatus videtur Johannes[z]. Solet Deus eximios & præstantes viros sæpe è mulieribus sterilibus suscitare, ut videmus in Sampsone, Samuele, Johanne Baptista, &c. ut opus omnino Divinum esse videatur[a].

4. *Cave ne bibas vinum ac siceram*] יין est *vinum novum*, שֵׁכָר *vinum vetus*[b]. i. e. Omne quod inebriarre potest[c]. Ab his quilibet Naziræus abstinere debuit. Consequens autem erat, ut si quis perpetuò Deo consecraretur, ab iis & mater (& dum prægnans fuerit, & dum eum lactaret,) abstineret, cùm iisdem cibis quibus mater infans in utero alatur[d]. ¶ *Nec immundum quidquam comedas*] i. e. Nullum cibum in Lege prohibitum, Levit. 11 †. sed nec cibum illi potûs generi cognatum, quippe qui interdicitur Naziræis Num. 6. 3, 4[f]. Sed hoc cibi genus non comprehenditur nomine immunditiæ, ut patet ex v. 14. ubi illa distinctè commemorantur[g]. Porrò, *omne immundum*, pro, ullam rem immundam, est Ebraismus notus. Sic, *Non justificabitur omnis caro*, i. e. ullus homo[h]. Meritò hîc quæritur quid hîc ciborum immundorum nomine intelligatur; &, an Samsonis, vel alicujus similis Naziræi, cæsaries quavis immunditiâ pollueretur, vel Naziræatus ejus ob eam interrumpebatur. Resp. 1. Non videtur hîc prohibita omnis pollutio; nec, si pollui contingeret, Naziræatus ejus interruptus erat. Neque enim moraliter fieri potuit, ut quis totâ vitâ in tanta multitudine legalium immunditiarum non pollueretur. Polluebant hominem multa. v. g. 1. Contactus mulieris vel in menstruis, vel in partu, Levit. cap. 15. 2. Contactus cadaveris. 3. Omnis coitus, Levit. 15. 16. 4. Omnis cædes, licèt justa, Num. 31. At Samsonis nec Naziræatus interrumpebatur, nec cæsaries polluta erat, vel, 1. cùm mater eum vel utero gestavit, vel manu contingebat, vel lac cibúmve alium tunc ei subministrabat; vel, 2. cùm leonis cadaver tetigit; vel, 3. in coitu cum uxore, vel meretrice; vel, 4. per cædes illas, cap. 14. 19. & 15. 15. (nam & Samuel, licèt Naziræus, Agagum occîdit;) sed solâ rasione cæsariem ejus pollutam fuisse legimus. Dicendum ergò aliam esse rationem Naziræi temporalis, & perpetui. Illius cæsariem Deo consecrandam, &c. adeóque constitutum esse ut pollutione super mortuo pollueretur, & de novo raderetur; quod non erat grave incommodum. At in Naziræo perpetuo omnis rasio per totam vitam vetita est; & cæsaries nunquam Deo consecranda erat. Resp. 2. Huc tantùm spectat prohibitio, ad majorem sanctificationis Samsonis decentiam & venerationem, ut eæ saltem pollutiones omni studio & curâ vitarentur quæ voluntariæ erant & vitari poterant, i. e. ut tam mater quàm ipse ab usu ciborum immundorum Lev. 11. prohibitorum

o Ma. — p Ità L. & To. & Genebrard. & Euseb. in Bo. — q Bo. — r La. — t Ma. Me. — v Me. — x Bo. — y D. — z D. — a Matt. — b Jon. & RS. in D. — c La. — d Bo. — † Jun. Pi. Ma. — f Q. in Pi. Jun. Ma. — g Pi. — h D. ex He.

hibitorum abstinerent. Dices, sic supervacanea erat hæc prohibitio, quæ ad omnes spectabat. Resp. Negatur; tum quia iste ciborum delectus, vel ex commercio cum Philistæis, vel ex idololatria, neglectus fuerat; tum quia majus hîc studium Deus requirebat [i]. Non est supervacua hæc monitio, quia multi leges violant quas servare debuerunt [k]. Samson Deo sacer erat ad modum Naziræorum. Tenebatur autem ad ea quæ hîc expressa sunt, non ad omnia Naziræorum: sed hic perpetuò, illi ad tempus. Vide quæ dicta ad Num.6[l].

5. *Cujus non tanget caput novacula*, ומורה לא יעלה על ראשו] *Et novacula non ascendet super caput ejus*, Mo. P. M. sim. o'. Sy. *Novaculam non faciet ascendere*, sub. vel, *tonsor*, V. vel, *quisquam*, Pi. Potest exponi neutraliter, sic, *Novacula nè ascendito super caput ejus*: quam expositionem equidem ut simpliciorem alteri præfero [m]. *Novacula*: Non est תער in fonte, sed מורה, à ירה *projecit*, quòd crinis sectus abjicitur [n]. ¶ *Erit Nazaræus*] i. e. Separatus; scil. ab esu ac potu certarum rerum [o]. ¶ *Incipiet liberare*] q. d. Primus omnium liberabit Israëlem. Ostendit hanc liberationem non absolutam iri ab eo [p]. Liberabit, sed inchoatè tantùm. Non uno prælio Philistæos planè prostravit, ut fecêre alii Judices; sed pluribus minutis cladibus eos cecîdit & debilitavit, &c [q]. Non tamen prorsus liberavit eos, ut patet ex 1 Sam.7.12. Et rectè, *Incipiet*, nam nihil à Jairis temporibus in Pelistæos gestum est [r].

6. *Vir Dei*] i. e. Divinus quidam Propheta [†]. Nesciebat Angelum esse [t]. ¶ *Terribilis*, נורא] *Metuendus, reverendus*, D. facie venerandâ, V. Sign. & *admirabilis*, Mart. ¶ *Quem cùm interrogâssem*, ולא שאלתיהו] *Et non interrogavi eum*, Mo. JT. ità, o'. Jon. Sy. Ar. Noster autem meliùs pro לא legit לו [v]. [Illud semper tenendum, licèt reclament omnes, tum veteres tum recentiores, Vulgato suus honor sartus tectus manet.]

7. *Paries*, וילדת] Putant compositum esse ex participio temporis præsentis, quod Benoni vocant, & ex præterito. Alii referunt ad formam quadratam, יולד *peperit*, ut לושן *linguâ proscidit* *. ¶ *Ex utero ad diem mortis*] Qu. Quomodo hoc verum, cùm Naziræatus ejus raso capite interruptus fuit? Resp. Hæc verba non prædictionem, sed præceptum, sonant [x].

8. *Obsecro, Domine*, אדוני] *Domine mi*, P. acsi esset אֲדוֹנִי, quod ità redditur ut אֱלֹהַי, *Deus mi*. Fortè - mutatum est in - propter accentum. Suprà notatum ex Camio, [i.e. R.D.Kimhi,] unum esse אדוני ubi - affixum. Si rectè, non hîc sign. *Domine mi* [y]. ¶ *De puero qui nasciturus est*, לנער היולד] *Puero nato*, Mo. *nascenti*, o'. *nascituro*, P. Jon. Ar. sim. JT. *cùm erit natus*, K. in D. Putat esse nomen adjectivum, ut אכל *comestus, consumptus*, Exod. 3. 2 [z].

9. *Apparuit rursum uxori*] Cur illi? Quia cùm hanc potiùs quàm Manoe sterilitas angeret, pro ea tollenda diutiùs & ardentiùs oraverit [a].

10. *Quem antè videram*, אשר בא ביום אלי] *Qui venit*, vel *venerat*, *in die ad me*, Mo. *illâ die*, Sy. Ar. JT. *hodie*, P. M. sim. Jon. Illo eodem die, ut omnes interpretes consentiunt [b].

11. *Ego sum*, ità Sy. Ar. M. Ti. אני] *Ego*, Mo. *Sum*, P.

12. *Quando sermo tuus fuerit expletus*, עתה יבא דבריך] Ad verb. *Nunc veniat verba tua*, Mo. i. e. *Veniat unumquodque verborum tuorum*, JT. Vel simpliciter est anomalia numeri *. *Fiet sermo tuus*, Sy. sim. Jon. Ar. Verba sunt declarantis se fide certâ promissionem Dei amplecti [c]. Ità eveniat ut prædixisti [d]. ¶ *Quid vis ut faciat*, &c? מה יהיה משפט הנער ומעשהו] *Quod erit judicium* (*præscriptum*, Sy. *jus*, V. *institutum*, Ca. *dispositio*, M.) *pueri*, & *opus ejus?* Mo. P. Ca. V. i. e. Quænam erit ratio educationis pueri? & quid illi faciemus? quomodo tractabimus eum [†]? *Indica mihi rem pueri & opus ejus*, Ar. *Quod judicium?* i.e. ratio, ritus. Notum *judicium* pro *consuetudine* poni [f]. *Quæ ratio erga puerum illum, & opera* præstanda *erit ei?* JT. *Opus ejus*, pro, opus erga ipsum. Nam pronominibus relativis & possessivis affixis denotatur sæpe subjectum occupans, quod objectum vocant. Sic Gen.50.4. *prætereierunt dies* בכיתו *fletus ejus*, i.e. de eo: Eccl.9.6. אהבתם *amor eorum nunc periit*, h.e. quo amantur ii mortales, sc. in v.5. Sic ibidem affixum usurpatur additum nominibus שנאתם *odium*, & קנאתם *invidia*. Item Job. cap. 41.

[Marg.: i Bo. — k T. — l G. — m Pi. — n D. — o Pi. — p V. — q La. simil. Bo. — r Jun. Pi. — † V. D. — t D. La. — v La. — * D. — x Bo. v. 5. La. — y D. — z D. — a Me. — b Mart. — * Pi. — c Jun. — d V. — † V. — f D.]

vers. 9. תוחלתו, *Spes ejus* (scil. *capiendi*) *mendax est*: nam sermo est de Leviathane. Ità hoc loco sumendum affixum patet ex versibus sequentibus, & ex v.8. מה נעשה לנער, *Quid faciemus puero* [g]?

13. *Ab omnibus quæ locutus sum uxori tuæ abstineat se*, תשמר] *Custodiatur*, Mo. o'. *caveat*, P. *sibi caveto*, Sy. JT. nempe, mulier, Ar. M. Ti. JT. D. Cavè de puero accipias, nam est verbum fœmininum in fonte [h]. Exc. At Manoe de puero interrogaverat, non de uxore. Resp. Vel, de utroque respondit Angelus, licèt non exprimatur; vel, certè, ex iis quæ uxori imperabantur satis intelligebatur quæ ergà puerum servanda, cùm istâ ratione pueri matri indicerentur [i]. At Jon. vertit, *custodire*. תשמר potest esse vel secunda persona masc. *servabis, custodies te, cavebis*, i. e. quæ observanda præcepi uxori tuæ, tibi quoque præscribo; vel tertia persona fœm. *observabitur, custodiet se ipsam*: & sic ferè omnes accipiunt [k].

14. *Quicquid ex vinea nascitur*, Heb. *De omni quod egredietur* מגפן היין] *De vite vini*, vel *vinifera*, P. Mo. o'. Jon. JT. &c. i. e. Quod producit vitis, quæ fert vinum [l]. Addit, *vini*, διαχρίσεως ἕνεκα. Nam est *vitis vacua*, Hos. 10. 1. & alia quæ dicitur *vitis agri*, 2 Reg. 4. 39. quam putant esse arborem, è qua proveniunt פקעות, similem viti. E vite vini exeunt etiam uvæ tam recentes quàm aridæ seu siccæ; item quæ vocantur uvæ passæ, vulgò raisins [m].

15. *Obsecro te*, &c. נעצרה נא אותך] *Retineamus*, vel *remoremur, nunc*, vel, *detineamus quæso, te*, Mo. P. JT. Ti. q. d. Subsistito hîc aliquantulùm [n]. ¶ *Et faciamus tibi hædum de capris*] Τὸ *faciamus* est ambiguum, & sign. vel, *cibos parare*, vel, *sacris operari*. Quare explorare volebat homóne esset, an Deus, qui secum loqueretur [p]. *Facere* hîc est *parare*, non *sacrificare*. Quomodo enim sacrificaret ei quem hominem esse putabat? *Facere hædum* pro *mactare* positum esse quidam existimant: quod genus loquendi frequens est apud Caton. Varronem, &c. *Faciemus*, i.e. *factum*, paratum, coctum *apponemus coram te* [q]. *Faciamus coram te*, i.e. *paremus*, & apponamus *coram te*. Ellipsis, quam indicat syntaxis [r]. Porrò, antequam tot gulæ mangonia reperta essent, quibus harum artium magistri id tandem obtinuerunt, ut ad communes dapes palatum obbrutesceret, magni fiebat hœdina caro, & in conviviis apud veteres sæpe laudatur inter præcipuos cibos, test. Athen. 9. 14. Juvenal. Satyr. 2. Aristoph. &c. Insuper à medicis commendatur ut saluberrima, quæ facilè concoquitur, bene alit, parùm habet recrementi. Ità Galen. περὶ εὐχυμίας cap. 4. Simeon Sethi *de cibariorum facultate*. Hinc & Manoe & Gideon, hospites suos lautè excepturi, hœdos illis apponunt: Hinc & Isaaco *in* מטעמים *cupedias* parantur *duo hædi*: *duo*, ut condirentur diversis modis, ut Arabs habet, & è variis condimentis eligeret Isaacus quod maximè senilis palati fastidiis subveniret [†].

16. *Non comedam*, &c.] q.d. Duplex est proponendi cibi finis; 1. ut comedatur humanitùs; 2. ut Deo acceptus absumatur. Primâ ratione mihi offerre opus non est; alterâ si offeras, scito te Jehovæ oblaturum [t]. ¶ *Panes tuos*, בלחמך] *De pane tuo*, i. e. de cibo tuo: Panem enim hîc vocat hœdum. ¶ *Offer illud Domino*] Non diis falsis, ut mos erat illius ævi. Si Angelus erat Christus, dicit, *Offer domino*, i. e. mihi: sic, *Dixit dominus, Ascende ad Dominum* [v]. *Offeres Domino*, JT. Malim, *offeras*: Secùs dicendum esset Angelum his verbis docere voluisse Manoachum se esse Jehovam. Tunc autem Manoah id intellexisset, ac proinde non interrogâsset de nomine ejus [x]. ¶ *Et nesciebat*, &c.] Heb. *Quia nesciebat*, &c. His verbis rationem exponit non proximè præcedentis sententiæ, sed verborum Manoachi v. 15. cur scil. voluerit illi cibum apponere [y].

17. *Quod est tibi nomen?*] Ità o'. Jon. Ità מי usurpatur pro מה, (nam literæ quiescentes facilè inter se permutantur.) Sic Mic. 1. 5. *Quod scelus Jacobi?* ubi tamen alii, *Quis causa sceleris?* ¶ מי שמך] Concisus sermo, pro, מי אתה ומי שמך, *Quis es? & quis vocaris?* vel pro, מי אתה בשמך, *Quis es nomine tuo* [a]? ¶ *Ut si sermo tuus*, &c.] In Heb. est כי *quando*; quod indicat Manoe non dubitâsse [b].

18. *Cur*

[Marg.: g Glass. gram. p.109. — h D. — i Bo. — k Ma. — l V. — m D. — n Ma. ex V. — p La. — q D. — r Pi. — † BA. 1. 2. 52. 633. — t Ma. ex Jun. — v D. — x Pi. — y D. — z D. — a V. — b Bo.]

18. *Cur queris nomen meum, quod est mirabile?* [לָמָּה זֶּה תִּשְׁאַל לִשְׁמִי וְהוּא פֶלִאי] *Cur sic quæris de nomine meo, quod est secretum?* M. *quod est gloriosissimum?* Sy. sim. Ar. *& ipsum est admirabile?* ο'. *cùm sit occultum,* vel *arcanum,* vel *reconditum?* P. Ti. V. Jon. Pi. i. e. cùm non sit familiare, & notum hominibus, vel, inter homines [c]? Cùm non sit mei officii nomen meum tibi indicare, sed potiùs occultum tenere [d]? Jon. vertit, *separatum,* videlicet, à notitia tua. Hinc nomen הַמְּפֹרָשׁ, *quod separatum est à notitia hominum.* Hic locus evincit Angelum hunc fuisse Sermonem æternum, h. e. Christum; cujus nomen occultum & mirificum, viz. *Jehova.* Alii, *& ipse est mirificus,* nempe, *Angelus* †. *Fuitque mirificus,* id est, factis maluit Manoacho se declarare quàm verbis. Hanc justam esse expositionem arguunt sequentia [f]. In פִּלְאִי א quiescit, alioqui esset פַּלְאִי, formæ עִבְרִי *Ebræus* [g]. Non alibi id nomen in hac forma reperitur in Scriptura: notántque esse Thoar, i. e. adjectivum [h].

19. *Hædum de capris*] i. e. Tenerum, & adhuc sugentem ubera capræ †. ¶ *Et libamenta*] Erant hæ oblationes accessoriæ & secundariæ [i]. ¶ *Et posuit super petram*] Quæ extemporarii altaris vicem implevit [k]. ¶ *Offerens Domino*] At Manoe non erat de tribu sacerdotali. Resp. 1. Factum hoc extraordinarium, & licitum, quia Angelus jusserat [l]. 2. Manoe non per se obtulit, sed per Angelum; Angelus enim hîc functus est officio sacerdotis, & sacrificavit, dum ignem è petra elicuit quo hœdus combureretur [m]. ¶ *Manoe obtulit*] Nempe, Angelo, ut is sacrificaret. Qui victimam ad sacerdotem adducit offert, & *sacerdoti,* ut sacrificet, & *Deo,* per sacerdotem [n]. ¶ *Qui facit mirabilia*] Quidam hoc ad Dominum referunt. Ità Hieron. & versionis ο'. codices Basileensis & Regius, ut sit aliud Dei nomen, vel periphrasis; *obtulit Domino & mirabilem se exhibenti* [o]. ¶ וּמַפְלִא לַעֲשׂוֹת] Ad verb. *& mirificavit facere,* D. *& mirificè egit,* Ti. M. JT. sim. P. V. D. ο'. Jon. Sub. *Angelus;* eduxit enim ignem de petra, &c [p].

20. *Cùmque ascenderet flamma*] Expressò, ut verisimile est, igne de petra [q]. Nulla enim hîc mentio ignis à Manoe allati [r]. Simile exemplum fuit suprà cap. 6. vers. 21 †. ¶ *Angelus in flamma ascendit*] Illæsus, ut se Angelum cœlestem ostenderet [t]. Quo facto etiam significare voluit gratissimum esse sacrificium illud Deo, seque illud in cœlum quasi deferre, & seipsum unà cum holocausto illo dicare, ac quodammodo sacrificare, Deo [v]. ¶ *Proni ceciderunt*] Vel, Deum adorantes; vel etiam, metu perculsi & conturbati [x]. Sacro quodam horrore pleni [y].

22. *Moriemur*] Vide dicta ad Jud. 6 [z]. & Jud. 13. 22 [a]. ¶ *Quia vidimus Deum*] i. e. Sermonem æternum, quem hoc loco vocat Elohim [b]. Vel, Angelum [c]; ut patet ex verbis proximè præcedentibus. Nomen enim *Elohim* Angelis quoque tribuitur [d].

23. *Nec ostendisset nobis hæc omnia*] Nempe, quid de puero nascituro faciendum †. ¶ *Neque ea quæ sunt ventura dixisset*] Rectiùs hoc à priori distinguas, quasi novum argumentum, ità ut hoc referatur ad remotiùs futura, v. g. quòd incipiet liberare Israelem [f]. ¶ וְכָעֵת לֹא הִשְׁמִיעָנוּ כָּזֹאת] Ad verb. *& secundùm tempus non fecisset audire nos secundùm hoc,* V. vel, *sicut ista,* Mo. Glass. id est, hoc tempore, & hæc. Duplex est Caph veritatis. Similitudinis particulis quandoque res ipsa notatur. Sic Num. 11. 1. *fuit populus* כְּמִתְאֹנְנִים, *sicut quiritantes,* h. e. planè queribundi, ut rectè Junius. Sic Deut. 9. 10. *In tabulis erant* כְּכָל־הַדְּבָרִים, *sicut,* vel *secùndum, omnia verba,* &c. h. e. erant in illis omnia ea verba [h]. *Neque hoc tempore dixisset nobis talia,* P. sim. JT. Sy. Ar. *neque secundùm tempus nunciâsset nobis hoc,* Ti. sim. M. *& in opportunitate non audiret nos, ut hoc,* Jon. *neque nos unquam sic exaudivisset,* Ca.

24. *Vocavit*] Sub. mater: Est enim verbum fœmininum [i]. Ubique ferè in Scriptura à matribus nomina imponuntur [k]. ¶ *Samson,* שִׁמְשׁוֹן] Sign. vel, *parvum solem* [l], qui saluti Israelitarum illuxit [m], in tenebris luctûs & idololatriæ *: vel, *ministrum,* scil. Dei, ad magna opera patranda [n].

25. *Cœpitque spiritus Domini esse cum eo,* לְפַעֲמוֹ] [Variè reddunt.] *Per vices agitare eum,* P. Mo. Ti. *roborare,* Jon. D. i. e. robur conciliare ei, D. *tangere,* M. *promovere,* Sy. *vegetare,* Ar. *egredi cùm eo,* ο'. *Ducere, impellere eum;* ut, scilicet, strategematis & aliis industriæ militaris notis, & veluti præludiis, speciem haud vulgarem exhibuerit popularibus suis, eum olim in præstantem heroa & salvatorem populi Dei evasurum [o]. Hæc tamen facta qualia fuerint non commemoratur [p]. Sensus est, quòd Deus adolescentiæ Samsonis impetu uti cœpit ad ea ordinanda quæ ei contendendi cum Philistæis occasionem darent [q]. *Incepit agere,* seu *impellere,* scil. ad suscipiendum actiones hostiles contra Philistæos; ut patet ex sequentibus. Metaphora ab ictibus fabrorum quibus metalla super incude verberant; unde incus appellatione huic verbo cognatà nominatur, nempe, פַּעַם, Esa. cap. 41. vers. 7 [r]. ¶ *In castris Dan*] Locus sic dictus ab expeditione illa Danitarum, Jud. cap. 18. vers. 11 †. Nè tamen existimes hîc prolepsin esse, nam ista Danitarum expeditio longè hæc Samsonis tempora antecesserat [t]. *Inter Saara & Esthaol*] Danitarum possessio hoc loco se insinuabat intra fines Judæ. Vide 1 Par. 2. 53 [v].

Marginal notes, left column: c V. — d Pi. — † D. — f Ma. ex Jun. — g D. — h Ma. ex M. — † La. — i Ma. — k Me. sim. D. — l D. — m La. — n Bo. — o Bo. — p V. sic D. Pi. — q Bo. La. Pi. Me. — r Mart. — † Pi. — t La. — v Me. — x Me. — y Bo. — z G. — a Me. — b Jun. — c Pi. D. La. — d Pi. — † Bo. — f Bo. — g V. — h Glass. gram. 505. — i V. D. Pi. — k Bo. — l La. Bo. Ma. — m Ma. — * Bo. — n La.

Marginal notes, right column (to v. 25): o Q. in Ma. — p Os. — q Jun. — r Pi. — † Jun. V. Ma. — t Bo. — v G.

CAP. XIV.

1. *Descendit in Thamnatha*] Ex eo, & quòd v. 2. *ascendisse* dicitur ex *Thamna* ad natalem urbem, rectè videtur colligi *Thamnatha* depressiorem & mari viciniorem fuisse, quemadmodum & tota Philistæorum regio erat [x]. Hæc urbs erat in confinio trium tribuum, scilic. Judæ, Dan, & Ephraim, inter Ptolemaidem & Gazam [y]. ¶ *Vidénsque ibi,* בְּתִמְנָתָה] *Thamnathæ.* Forte ה in extremo idem valet quod ב, ut sit pleonasmus particularum, qualis in לְהָרָה, *in montem.* Nam Jon. בְּתִמְנַת, absque He [z].

2. *Mihi accipiatis uxorem*] *Uxorem accipere* dicitur, & qui eam ducit in matrimonium, & qui accipit in domum suam. Pater accipit uxorem filio, & filius sibi [a]. Noluit eam ducere sine scito & voluntate parentum [f].

3. *Qui incircumcisi sunt*] A quorum fœdere & conjugio interdicebat lex, Exod. 34. 12, &c [g]. Philistæi, licet Cananæi non essent, ut patet ex Gen. 10. 14. & Deut 2. 23. [vide ad ea loca notata;] eodem tamen loco cum iis censebantur, nec minùs exterminandi erant, & par in his subversionis periculum erat, adeóque connubia cum his interdicta erant [h]. Quæritur ergò, An Samson hîc peccavit? Resp. Non peccavit [i]. Probatur ex eis verbis, v. 4. *parentes nesciebant quòd res à Domino fieret;* quo significatur è contrario, ideo voluisse Samsonem, quia sciebat à Domino fieri [k]. Singulare hoc videtur, & Dei instinctu factum [l]. Sciebat autem Samson Dei voluntatem, vel per revelationem aliquam, vel per instinctum aliquem vehementem internum [m]. Speciale habuit mandatum ducendi Philistinam, contra Legem. Simile vide Os. cap. 1. secundùm quosdam [n]. ¶ *Quia placuit oculis meis,* sic P. sim. Sy. Ti. כִּי הִיא יָשְׁרָה בְעֵינָי] *Quia ipsa recta* (*pulchra,* Ar.) *in oculis meis,* ο'. Jon. M. JT. Mo. Hebraismus; q. d. Summopere mihi placet [o]. q. d. Neque nostrorum sanctitatis, neque illorum impuritatis, rationem hîc habeo: sed quædam singularis est vocatio, internúsque motus & impetus, quem opere demonstrare malim quàm prædicare verbis. Sic inspirationem Dei celavit Samson, dum bruto adolescentiæ impetu ferri putabatur à parentibus [p]. Adeò secretè se gessit, ut nulli consilia sua communicaret; sicut nè quidem illud de lacerato leone parentibus suis voluit indicare [q]. *Recta est in oculis meis;* recta, inquam, ad finem mihi à Deo propositum assequendum: placétque mihi non quoad corporis speciem duntaxat, sed quoad quæsitam etiam populi mei libertatem *.

4. *Parentes nesciebant quòd res à Domino fieret; & quæreret occasionem contra Philisthiim,* כִּי מֵיְהוָה הִיא כִּי תֹאֲנָה הוּא מְבַקֵּשׁ מִפְּלִשְׁתִּים] *Quòd à Domino esset, quòd occasionem quæreret à Phelistæis,* P. Mo. M. Ti. sub. *deficiendi, & invadendi illos,* V. *Id esse ex permissu Domini quatenùs vindictam sumeret à Philistæis,* Ar. Sed quis est

Marginal notes, right column (Cap. XIV): x Bo. — y Hieron. in La. — z D. — a D. — f Mart. — g Ma. ex Jun. — h Bo. — i La. Bo. Ser. Mart. Jun. L. — k Ser. — l Mart. — m Bo. — n G. — o V. — p Ma. ex Jun. — q E. — * T.

est qui hîc dicitur *quærere occasiones*, &c? Resp. 1. Deus [r]. 2. Samson. Ità omnes ferè præter unum Abulensem †. Non displicet Jun. & Pi. Occasionem quæsivit Samson, velut ansam, quam Spiritus Dei ex sponsalibus Simsoni oblatam voluit, ut paulatim ex privatis injuriis publicæ actiones emergerent [t]. Samson enim fecit hoc Dilemma: Philistini vel mihi dabunt Philistinam uxorem quam peto, vel negabunt: Si negent, arripiam occasionem invadendi eos, eò quòd me dedecore afficiant: Si dent, debebunt mihi, meísque Hebræis, esse benigniores, utpote jam eis affinitate conjuncto; quod si non præstent, erit mihi occasio novæ litis [v]. Porrò, תֹּאֲנָה vertunt, *adinventionem*, Jon. He. in M. *vindictam*, ὁ. *causam*, He. in M.

5. *Catulus leonis*, כְּפִיר אֲרָיוֹת] *Catulus leænarum*, Mo. D. i. e. unius alicujus leænæ; ut, *pullus asinarum*, i. e. asinæ [x]: vel, *leonum*, P. Sæpe in his sexus confunditur: אֲרָיִים invenies 1 Reg. 10. 20. ubi & אֲרָיוֹת masculinè constructum [y]. Catulus jam adultus leonis vel leænæ [z]. *Adultus leonum*, JT. fin. Ti. i. e. integrâ ætate, firmísque viribus & ferociâ maximâ [a]. Leunculus hic paulò pòst vocatur אַרְיֵה; nam אֲרִי vel אַרְיֵה est speciei totius nomen sine respectu ad ætatem: sic dictus, non ab אָרָה, quod sign. *carpere, decerpere*, & quidem arborum fructum, Psal. 80. 13. Cant. 5. 1. nec alibi vox exstat, ac proinde ad leonem pertinere non potest, qui carnivorus est; sed à רָאָה *videre*, unde רְאִי *rai*, & רְאִיָה *raieh*; deinde per metathesin dictus אֲרִי *ari*, & אַרְיֵה *arieh*, (quales metatheses frequentes sunt, ut in אָנַק & נָאַק *gemere*, in דָּאַב & אָרַב *dolere*.) Sic Græci λέοντα vocant à λεύσσω vel λάω *video*, quia leo est animal visûs acerrimi; & Arabibus leo vocatur מִבְצָר *mubzir*, i. e. *videns*, quia prædam suam videt eminus, & ad eam contendit. Ità est in Alcamo [b]. Nomina leonum secundùm distinctas ætates sunt hæc; גּוּר *catulus leonis*, כְּפִיר *leo juvenis*, sive *junior*, אֲרִי vel אַרְיֵה *leo major & adultior*, לָבִיא *leo provectior*, seu *provectæ ætatis*, לַיִשׁ *leo vetulus* [c].

6. *Irruit spiritus Domini in Samson*, וַתִּצְלַח עָלָיו] *Et irruit (insiliit*, ὁ. *mansit*, Jon.) *in*, vel *super, eum*, P. M. Pi. sic 1 Sam. 10. 6. Pi. *Invasit eum*, V. *incessit eum*, JT. *pervasit*, K. in M. *prosperè egit super eum*, Mo. Abutitur hîc Hebraismus verbo צָלַח, quod *prosperari* sign. pro *irruere*, vel *insilire* [d]. *Propitius fuit illi*, Sy. q. d. feliciter, prosperè, opportunè in eum insiliit †. *Descendente super ipsum spiritu Domini, prosiliit in catulum*, Ar. Notant, ut suprà τὸ פַּעַם *percutere* spiritui tribuitur qui juvenilibus & nondum maturis signis seu miraculis se prodit; ità hîc τὸ צָלַח de spiritu dicitur qui publicè, & in negotiis publicis & arduis, se exserit. Addunt, צָלַח construi cum præpos. עַל vel אֶל [f]. Induit eum Spiritus Sanctus singulari animi & corporis fortitudine [g]. Hinc liquet vires has non fuisse naturales, quia recesserunt ab eo cùm rasus fuerit [h]. Sic spiritus prophetiæ non semper aderat Prophetis [i]. *Spiritus* hic *fortitudinis* vocatur Chaldæo; q. d. Factus est à Deo solito audacior & robustior [k]. ¶ *Et dilaceravit leonem*] Indè sibi ad majora auspicium faciens; ut David, 1 Sam. 17. 34 [l]. ¶ *Patri & matri noluit indicare*] Tum modestiæ causâ, tum quia Dei instinctu indè ænigma facturus erat, &c. Disce, quòd qui secretum servare vult, illud nulli, nec amicissimo, indicet [m]. Quamvis Samson iter simul cum parentibus esset ingressus, tamen vel solus præcessit, vel substitit, túmque leo illi apparuit; quia dicitur, *accurrit ei*, non, *eis* [n]. Separaverat se Samson à parentibus pro aliqua necessitate [o]. Viri fortes minimè sunt jactabundi [p].

7. *Descenditque*] Quis? Vel, *pater*, JT. vel, *Samson*, Pi. Nam per Epanalepsin repetitur initium versûs 5. (versus autem 6. quasi per digressionem interponitur.) Nec verisimile est patrem, interea dum Samson ab eo esset digressus, illo relicto solùm descendisse, alloquutúmque esse fœminam [q]. ὁ. Sy. & Ar. habent, *descenderunt*. ¶ *Et locutus est mulieri*, ità ὁ. P. M. Sy. Ar. vel, *cum muliere*, Ti. Ang. לָאִשָּׁה] *Pro muliere*, D. *De muliere*, V. D. i.e. Verba habuit de muliere apud parentes illius [r]. *De muliere*, scil. ducendâ †.

[r] To. & c. Sy. Ar. Jun.
† Bo. E.
[t] Ma. ex Jun.
[v] La.
[x] D.
[y] D.
[z] V.
[a] Jun.
[b] BA. 1. 3. 1. 715.
[c] Pi. M.
[d] M.
† Bo.
[f] Ma.
[g] Osiand.
[h] D. Bo.
[i] D.
[k] V.
[l] G.
[m] La.
[n] Me.
[o] L.
[p] Me.
[q] Pi.
[r] V.
† D.

8. *Et post aliquot dies*] Ità Sy. Ar. M. P. Ti. *post dies*, ὁ. *post annum*, Q. He. in V. Non placet. Nec verisimile est aut annum inter sponsalia & nuptias intercessisse; aut leonis cadaver tam diu permanere potuisse [t]; aut Samsonem toto anno sponsam nunquam revisisse. Deinde, 9 vel 10 dies sufficiunt ad apum è cadavere generationem, teste Virgilio 4. Georg. *Post ubi nona suos Aurora induxerat ortus*, &c. Et infrà Jud. 15. 1. habetur מִיָּמִים, ubi non sign. *annum* [v]. Dicunt moris tunc fuisse, ut sponsis annus daretur integer quo se curarent, vestésque & ornamenta nuptialia præpararent [x]. Verùm mos ille probari non potest, nè quidem ex Gen. 24. *Maneat puella* יָמִים [y]. [Vide annotata ad eum locum.] ¶ *Declinavit*] Quia, nimirum, locus is erat in secessu & diverticulo [z]. ¶ *Et ecce, examen apum in ore leonis*, ità ὁ. בִּגְוִיַּת] *In cadavere*, Jon. P. *in cadavere osseo*, Sy. in BA. *in corpore*, M. Ti. Ca. *in pectore*, Ar. Jo. in Bo. Qu. Sed quomodo reperiuntur in leonis cadavere apes, quæ munditie delectantur, teste Columellâ 9. 5? Tetro odore apes summopere offendi docet Ælianus. De his Varro, *Nemo has videt in carne, aut sanguine, aut adipe*. Et Plin. 11. 21. *Apes*, inquit, *nullum corpus attingunt*, (nedum leonis, cujus gravis odor & halitus notatur [a].) Resp. 1. Apes sunt duplicis generis: 1. urbanum, quod res sordidas refugiat; 2. sylvestre, cui minor est graveolentium cura [b]. Sed hoc vanum confugium esse videtur, neque hæc apum distinctio ex bonis auctoribus habetur [c]. Resp. 2. Quidni apes illæ nasci possent ex cadavere leonis [d]? E bovis cadavere naturaliter generari apes docent Virgil. 4. Georg. Ovid. 4. Metamorph. Varro de Re rustica 2. 5. & 3. 16. Columella 9. 14. Plin. 11. 20. Unde apes βούγονοι vel βουγενεῖς καὶ βούπαιδες vocantur apud Suidam, Varronem, &c. Citatur ex Varrone iste versus, Ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι, *Equorum quidem crabrones sunt progenies, vitulorum verò apes* †. Sic ex equis nasci vespas & crabrones, ex asino scarabæos, ex hominis cadavere angues, compertum est. Et potuit sanè Deus leonini cadaveris temperamentum bovino simile efficere. Hoc si ità sit, non est mirum eas non refugisse cadaver unde prodierint [f]. Resp. 3. Hæ apes alibi natæ poterant in leonis corpore mellificare, præsertim cùm aridum jam erat cranium & carne nudatum [g]. Idem fecerunt in Onesili Regis Cyprii suspensi capite, cùm exinanitum esset, ut refert Herodotus. Sic in Hippocratis sepulchro apum mellificantium examen diu perstitisse refertur in vita Hippocratis. Idem fecisse apes in sepulchro Veronæ refert Aldrovandus [h]. *Cadaver* hoc erat *osseum*, ut rectè Syrus, h. e. σκελετὸν, ut patet ex voce מִיָּמִים, quod hîc *post annum* significat, ut alibi sæpe [i]. [Quæ loca antea notata reperies.] *Examen apum & mel* est ἓν διὰ δυοῖν, pro, examen apum mellificarum [k]. Totum hoc Divinæ providentiæ tribuo, ut occasionem illi daret Deus vim faciendi Palæstinis [l].

9. *Quem cùm sumpsisset in manibus*, וַיִּרְדֵּהוּ אֶל כַּפָּיו] *Et accepit*, vel *sumpsit, ipsum in manus suas*, vel, *in manu*, sive *manibus*, &c. P. M. Ti. Jon. Ar. D. V. i. e. Manibus suis avulsit de cadavere *. *Evulsit*, Q. in M. רָדָה sign. *sumere, tollere de loco*. Hinc רדויה apud Doctores, quando panis accipitur de loco furni; item מרדה est *repositorium*, sive *vas in quo reponunt panem*. ὁ. habent, ἐξεῖλεν, *exseruit*. Probo valde †. *Cùm eduxisset in manus suas*, JT. τὸ רָדָה sign. *dominari*. Hîc ponitur per metonymiam efficientis; q. d. Dominus illius mellis factus, eduxit ex eo partem ad fruendum *. Qu. Annon hoc leonini cadaveris attactu Sampson polluerit se, contra Naziræorum leges [m]? Resp. Transgressus quidem fuit legem, sed impunè, & citra reprehensionem, quia Deus dispensavit [n]: quomodo etiam fecit cùm asini mandibulam tangeret. Et cùm è cadavere favos, è mandibula aquam, apparavit Deus eo fine ut ederet & biberet, annon ridendus erit qui hæc ei vitio vertat? Certum est multas legales immunditias potuisse contrahi sine peccato; nempe, omnes involuntarias & inevitabiles, ut in leproso, gonorrhœo, &c. aliquas etiam voluntarias, ut in ministrantibus mulieri menstruatæ vel parienti, in pollutione

[t] Bo.
[v] Ser.
[x] K. & RS. in Ser.
[y] Ser.
[z] Bo.
[a] Ser.
[b] L. To.
[c] Bo.
[d] La.
† Ba. ferè ex Ser.
[f] Bo.
[g] Me. Bo.
[h] Bo.
[i] BA. 2. 4. 9. 505.
[k] Ib. p. 511.
[l] Mart.
* V.
† D.
* Pi.
[m] Bo.
[n] E. ex Theodor. Bo.

tione funeris, cædis justæ, &c. Contrà, quotiescunque lex de immunditia data simul prohibitionem sonat, violari deditâ operâ non potuit sine peccato, maximè si gravis pœna annexa esset. Talis erat ea de esu animalium per se immundorum. Aliter se res habuit, si animal mundum fieret immundum vel ratione contactûs cadaveris, vel ex genere mortis; in eo casu comedens tantùm immundus erat ad vesperam, Levit. 11. & 17[o]. Præterea, ceremoniarum observatio potest prætermitti cùm urget vitæ necessitas; ut David esuriens edit panes προθέσεως sine scrupulo, quod alioqui solis sacerdotibus concessum[p]. ¶ *Veniénsque ad patrem*, &c.] In via, scilicet, eos assecutus, postquam ab eis paulisper declinâsset[q]. ¶ *Quòd mel de corpore leonis assumpserat*] [Tò רָדָה iterum vertunt, *accepit*, vel *sumpsit*: at Sy. & Ar. *defluxit*. Sumunt ergò רָדָה in significatione cognatæ radicis יָרַד, quæ sign. *descendere*, &, de liquidis, *defluere*, *decurrere*.]

10. *Descendit itaque pater ejus*, &c.] Ad Thamnatham[r]. Præcesserat pater, ut nunciaret nurui ut se prepararet †. Vel sic; Pervenit pater cum uxore & filio Samsone[t].

11. *Cùm vidissent eum*, [כִּרְאוֹתָם אֹתוֹ] *Secundùm videre eos eum*, Mo. Quum considerâssent quid hominis esset[v]. *Quum considerâssent* (id רָאָה sign. Gen. 27. 27. Psal. 10. 14. & alibi) *eum*, i. e. hominis robur & vultum[x]; qualis quantúsve esset: eum observari putârunt à suis oportere[y]. ¶ *Dederunt ei sodales triginta*] 1. Ut nuptiarum lætitiam excitarent. Dicti hi *amici*, vel *filii*, *sponsi*, Matt. 9. 15. Marc. 2. 19[z]. 2. Honoris causâ, ut fieri novis maritis solebat. Vide infrà v. 20. & quæ ad Joan. 3. 29[a]. 3. Reverâ ut eum custodirent *. Honoris specie, sed cautionis ergô[b]. Dicunt v. 15. se ad nuptias vocatos. Credibile est Samsonem ejus loci juvenes in genere & indeterminatè invitâsse, sed magistratum loci numerum hunc definivisse[c].

12. *Proponam vobis problema*, [אָחוּדָה נָּא לָכֶם חִידָה] *Ænigmaticè nunc vobis loquar ænigma*, sub. *unum*, vel, *problema ænigmaticum*[d]. חִידָה sign. *acumen*, *acutè & argutè dictum*; quod requirit acumen ingenii cùm ad ejus compositionem, tum ad declarationem. Vide Num. 12. 8 †. Moris erat in conviviis ænigmata proponere. Græci vocabant γρίφους, & γρίφους συμποτικούς, *griphos conviviales*. Hos griphos solventi præmium decernebatur, v. g. ut vini phialam plenam ebiberet; non solventi mulcta imponebatur, v. g. ut ebiberet aquam, vel muriam potioni suæ admixtam. Ità Hesychius, Athen. sub finem lib. 10. Pollux Onomast. 10. 19. Phavorinus, Eustathius Odys. 10. In hoc Samsonis ænigmate certus vestium & sindonum numerus præmium mulctáque constituitur[f]. Mos vetus virorum excellentium, de ingenio inter se certandi propositis ænigmatibus. Vide loca ex historia Dii & Menandri de ænigmatibus inter Salomonem Iromúmque mutatis apud Josephum contra Appionem libro priore. Adde 1 Reg. 10. 1. Habes & apud Herodotum exempla, & apud scriptorem Convivii septem sapientum inter opera Plutarchi, & apud eos qui de vita Æsopi scripsêre. Solebant item sponsiones tales [qualis, nimirum, hæc de sindonibus, &c.] de ænigmatibus fieri. Simile in 3. Virgil. Ecloga *. ¶ *Intra septem dies convivii*] Tot diebus durabant nuptialia convivia[g]; quemadmodum luctus mortui durabat septiduo[h]. Vide Gen. 29. 27[i]. ¶ *Triginta sindones*, [סְדִינִים] Vertunt, *sindones*, M. P. Mo. Ti. D. *lintea*, ο'. Sy. Ar. *linteamina*, P. Linteum est quo operimur nocte vel die[l]. ¶ *Tunicas*, [חֲלִפוֹת בְּגָדִים] *Vestes mutatorias*, M. P. Mo. Ti. Pi. D. *mutandas*, JT. Heb. *mutationes vestium*, pro, *vestes mutationum*, i. e. ad mutandum. Sic v. seq. & 19. & Gen. 45. 22[m]. Al. *stolas vestimentorum*, ο'. Jon. *paria vestium*, Sy.

13. *Propone—ut audiamus*, [וְנִשְׁמָעֶנָּה] *Et intelligemus illud*, JT. id est, Explicationem afferendo, ostendemus nos intelligentes esse. Sic accipitur *audire* pro *intelligere* Gen. 41. 15[n]. At simpliciùs vertitur, *ut audiamus illud*[o].

14. *De comedente exivit cibus*, [מֵהָאֹכֵל יָצָא מַאֲכָל] Pulchra hìc Paronomasia, *De comedente exivit comestibile*[p]. ¶ *Et de forti dulcedo*, [וּמֵעַז יָצָא מָתוֹק] *De*

o Bo.
p BA. 2. 2. 13. 216.
q Bo.
r D.
† V.
t Bo.
v Jun.
x Pi.
y Ma. ex Jun.
z Me.
a G. sic Jun. Pi. Bo. Me.
* Me.
b Jun. Pi.
c Bo.
d V.
† Ma.
f Bo.
* G.
g Bo. D. G.
h D.
i Bo.
l Me. in V.
m Pi. ex Jun.
n Jun.
o Pi.
p La.

forti dulce, [ità ferè omnes.] *Dulce*, h. e. res dulcis[q]. *Forti* non opponitur *dulce*, sed *imbelle*; *dulci* autem opponitur *acre* vel *amarum*. Sed quandoque hæc confunduntur, & amarum pro forti, acre pro utroque, sumitur. Sic Arabicè, *mirra*, i. e. *robur*, & *marir*, i. e. *robustus*, *validus*, à verbo *marra*, quod *amarum esse* sonat: & *acer* Latinè dicitur qui fortis est; & propriè apud nos *acer* est qui δεινὸς apud Græcos: nam *fortem*, & *vehementem*, & *asperum*, & *amarum*, potest significare. Rectè igitur Junius, *ab acri prodiit dulce*, & v. 18. *Quid acrius est leone?* Ità Ovid. lib. 4. Fastorum, *genus acre leonum*[r]. [Q. pro *forti* habent *amarum*: Ità Sy. & Ar.] Ità ο'. in nonnullis codicibus, teste Gyraldo. Quam lectionem astruit Ambrosius, quòd meliùs staret antithesis inter *dulce* & *amarum*. τὸ עַז sign. *fortem*: quanquam nihil vetet fortitudinem hìc intelligere cum quadam duritie & feritate conjunctam, (nam עַז verti potest, *durum*, *ferum*, *intractabile*,) atque adeò immitem, cui in saporibus dulce opponitur †. עַז sign. tum *fortem*, tum *sævum & acrem*, ut Gen. 49. 7.—*quia sævus fuit*, &c *. Sensus ænigmatis patet ex sequentibus: De comedente, i. e. omnia vorante leone, cibus exiit; & de forti, i. e. eodem leone, mel. Vers. 18. posteriorem tantùm partem exponit, ex qua prior satis intelligitur[t]. Hoc ænigmate significatur, tandem futurum ut Palæstini, qui Judæis tunc imperabant, vincerentur, & à Judæis comederentur; & cùm essent ferocissimi, futuros Hebræis ad extremum non damno, sed magno commodo[v]. Allegoricè explicant de Christo[x].

15. *Cúmque adesset dies septimus*] Ità plerique vertunt. Indè non levis nascitur quæstio. Si enim tantummodo die septimo Samsonis uxorem aggressi sunt, quomodo dicitur v. 14. *nec potuerunt per tres dies solvere?* aut quomodo uxor Samsonis *flevisse* dicitur *septem diebus convivii*, v. 17? Resp. 1. Quidam legunt, *die quarto*; ità Sy. Ar. & ο'. (at Regius codex ο'. habet, *in die septima*[y].) Alii ità exponunt, *in die septima*, non convivii, sed hebdomadæ, quæ erat quarta convivii[z]. Incidebat enim Sabbatum die quarto convivii[a]. *Die septimo*, h. e. Sabbato, quo tempore Sampson in cultu Dei occupatus fuit; ideóque uxorem ejus tunc solam aggrediuntur *. 2. *Cùm adesset dies septimus*, ponitur pro, *cùm appropinquaret*, &c[b]. 3. Illud, *dixerunt*, nempe, die septimo, vertunt, *dixerant*. Ità in margine Genevenses[c]: ità & D. Sed hoc parùm aptè sensum totum distrahit, aut valde pendulum efficit[d]. 4. Illud, *septem diebus*, v. 17. exponunt, vel, intra 7 illos dies, vel, majori eorum parte, vel, omnibus diebus qui residui erant usque ad diem septimum †. 5. Videntur hi Philistini primâ die submisisse uxorem Samsonis, quæ exquireret, interim & ipsi cogitârunt, sperantes se ejus solutionem inventuros; sed cùm triduo non invenissent, quarto die urserunt uxorem cum minis; tandem die septimo totis viribus eam aggressi sunt[f]. 6. Illud *triduum*, v. 14. Pi. accipit de triduo proximè antecedente, [scil. diem septimum:] βραχυλογία hæc est[g]. Toto tempore nuptiarum egerat uxor cum Samsone, sed die septimo primùm didicit[h]. ¶ *Blandire viro tuo*, [פַּתִּי אֶת־אִישֵׁךְ] *Seduc virum tuum*, Mo. *persuade*, P. M. sim. Ar. JT. *solicita*, Jon. *blandire*, Sy. V. i. e. blanditiis allice, V. Muliebres blanditiæ parentum imperio sæpe sunt validiores. Herculem Thebanum Samsoni non malè compares, ingenti robore corporis animíque; mulieribus addictum. Vide & infrà 16. 15, 16[i]. ¶ *Ut indicet tibi*, [וְיַגֶּד לָנוּ אֶת־הַחִידָה] *Ut indicet*, vel *aperiat*, *nobis*, &c. Sy. M. P. Ti. V. simil. Jon. h. e. ut indicet tibi, & postea renuncies nobis[k]. Sic Pi. Metonymia finis pro effecto destinato[l]. *Indicet propter nos*, i. e. ut postea resciamus à te. Vel, *nobis* redundat[m]. ¶ *An vocâstis nos—ut spoliaretis?* [הַלְיָרְשֵׁנוּ קְרָאתֶם לָנוּ הֲלֹא] *Num ad possidendum nos vocâstis nos; nunquid non?* Mo. vel, *annon* sic est? P. Ang. Belg. *Num ad hæreditandum*, sive hæreditario jure possidendum, *nos*, h. e. bona nostra? Qualis in illo Terentiano, *Quid de misero futurum censes, quem assiduè exedent*, h. e. cujus bona exedent? Sic suprà cap. 11. vers. 25[n]. *Ut possideretis nos*, i. e. substantiam nostram[o]? *An ad hæreditatem*

q V.
r BA. 2. 4. 12. 522.
† Bo.
* Pi.
t Bo.
v Mart.
x Vide Bo.
y Bo.
z Q. in Ma. sic M. V. L. To.
a V.
* A. La.
b Mont. To.
c Ser.
d Ser.
† Bo.
f La.
g Pi.
h D.
i G.
k V.
l Pi.
m V.
n Pi.
o V.

ditatem nostram consequendam invitâsti nos, néene? JT. Alii aliter; Nunquid ut pauperes nos faceretis vocâstis nos huc? M. sim. Ti. Al. illuc; acsi esset הֲלוֹם in Ebræo p. Numquid ad extorquendum nos, &c? Num ad periclitandum nos, &c? Jon. q. d. Minis addunt rationem ab aliqua honesti specie sumptam; Non potest, inquiunt, hæc res non vobis dedecoris & probri plena esse q.

16. *Fundebat lacrymas*] Nimirum, *Ut flerent, oculos erudiêre suos*, Ovid r. ¶ *Filiis populi mei*] Id est, popularibus *. ¶ *Patri & matri nolui dicere*] Heb. *non indicavi*. Non indicavit illis ea ex quibus in solutionem ænigmatis venire poterant, nempe, se leonem occidisse, &c. v. 6, 9 t.

17. *Septem diebus*] Vel sic; *septem*, &c. i. e. in fine septem dierum, sive, die septimo. Cùm enim spatium temporis nominatur cujus nulla pars designatur, significatur ejus plenitudo seu complementum, ut dixi in Canonibus Procemii v. Vel sic, usque ad septimum diem convivii, h. e. usque ad finem septem dierum; inceperat enim ipsa quarto die flere x. Septem diebus, i. e. majori eorum parte, nempe, 4. 5. 6. & 7 y. ¶ *Cùm ei esset molesta*, הֱצִיקַתְהוּ] *Coarctabat*, vel *premebat, eum*, P. Mo. *angebat*, Sy. Verisimile est eam promisisse, vel etiam dejerâsse, se mortalium nemini indicaturam z.

18. *Dixerunt—ante Solis occubitum*, [simil. plerique;] בְּטֶרֶם יָבֹא הַחַרְסָה] הַחַרְסָה *sol*, pro חֶרֶס; ut alibi חֲדָרָה, pro חֶדֶר, *conclave* a. Intra dies septem fit quod fit die septimo. Vide L. *Si quis sic dixerit*, D. De verborum significationibus; & quæ dicta de J. B. & P. 3. 20. 4. Solis occasus finis νυχθημέρυ apud Hebræos vicinásque gentes b. At Sy. vertit, *antequam ingrederetur apparatus*; & Ar. *antequam oblatus cibus ac paratus esset*. ¶ *Quid dulcius melle?*] Respondeo, Saccharum: sed illud eo ævo incognitum fuit. Primi sacchari meminerunt Dioscor. Plin. & Galen. nempe, cannarum: modum verò liquandi & excoquendi non attingunt c. ¶ *Si non arâssetis in vitula mea*, בְּעֶגְלָתִי] *Cum vitula mea*, i. e. uxore d. *Uxorem* sign. sed petulantem, procacem & lascivam. Quemadmodum *tauri* & *vituli* lasciviæ symbola, Psalm. 21. *Circumdederunt me vituli*, &c. sic *juvencæ* apud Horat. 2. Carm. Od. 5 *. Idem Helenam, Menelai conjugem, *Graiam juvencam* appellat: Et apud Plautum Philocomasium *junix* nominatur f. Uxor viro id est quod tauro vitula sive juvenca; itaque *δάμαρ uxor* & *δάμαλις juvenca* sunt voces ejusdem originis; utraque enim est à δαμάω g. Vitulæ commodè nova nupta confertur ob idem cum marito jugum, unde & *conjugium* †. Sed quid hîc *vitulâ ejus arare*? Resp. 1. Q. accipiunt sensu obscœno h. Suspicabatur Samson uxorem suam scortatam esse cum uno ex illis, cui ideo ænigmatis expositionem indicavit i. Sampsonis sponsa jam tum amore unius, cui postea nupturivit, captus fuit k. *Arvum aratióque* in Venereis non rarò usurpantur. *Fundum alienum arat; incultum familiarem deserit*, Plaut. *Milo domi non est: peregrè at Milone profecto, Arva vacant: uxor non minùs indè parit*; Martial. l. 7. Non est infrequens hæc metaphora. Complut. & Sy. idem intelligunt, & quidam ex nostris. At obstat, quòd in Hebræo non est, *arâssetis* עֶגְלָתִי, *vitulam meam*, (ut Complut. habet, *nisi subegissetis juvencam meam*,) sed בְּעֶגְלָתִי, *vitulâ meâ*; quæ non parùm differunt l. 2. Sensus est, Nisi uxoris meæ operâ usi essetis m: nisi, ut rustici juvencæ operâ arando quæ sub terra latebant retegunt, vos sponsæ meæ operâ quæ in animo meo latebant scrutati fuissetis. Allegoria, quæ perstringit sponsæ perfidiam, & illorum fraudem n.

19. *Irruit in eum spiritus Domini*] i. e. Tum subitò authore Deo factus est fortior solito & audacior o. ¶ *Descenditque Ascalonem*] Urbem Philistinorum, 2 Sam. 1. 20 p. ¶ *Et percussit ibi triginta viros*, מֵהֶם] Ex illis, subaudi, *Ascalonitis*, V. Pi. Qu. 1. An rectè fecit? Resp. Ità sanè; 1. Quia justum erat Israelitis cum Philistæis bellum. 2. Quia eum ad hoc agebat Spiritus Domini q. 3. Samson tunc populi Judex à Deo factus est r. Qu. 2. Cur Ascalone potiùs quàm alibi hanc stragem fecit? Resp. Fortè, quòd solennitas aliqua ibi peragebatur, adeóque homines in vestibus novis & splendidioribus apparerent. Talibus enim vestibus indigebat Samson *. Videtur in urbe potiùs ipsa palàm & apertè occidisse, quàm in agro, &c. & quidem omnes simul, non diversis vicibus: nam roboris adeò magni specimen non fuisset singulos interimere t. Qu. 3. Cur non admissâ hâc cæde Ascalonitæ Samsonem persecuti sunt? aut quomodo spoliis onustus ausus est Thamnatham, alterum Philistinorum oppidum, redire? Resp. Hæc omnia ad Dei peculiarem providentiam & tutelam referenda sunt, qui vel Philistæis pavorem incussit, nè persequi auderent; vel non permisit Samsonem cædis auctorem à Philistæis cognosci v. [Quod non difficile illi videbitur qui aut naturam Dei providentiæque Divinæ, aut varia id genus exempla, Gen. 19. 11. & 35. 5. & alibi, expenderit; aut quanto terrore tam audax facinus omnes percellere par erat, ut singuli de sua salute soliciti ad ipsum persequendum animos minimè adhibuerint.] ¶ *Quorum ablatas vestes dedit*, אֶת חֲלִיצוֹתָם] *Vestes novas eorum*, Mo. *exuvias*, P. sim. JT. Ti. *vestimenta*, Ar. JT. Sy. *cinctoria*, Jon. *arma*, M. *vestes & arma*, K. in D. M. & omnes exuvias, M. Vox hæc à *lumbis* desumpta est; nimirum, & arma & vestes lumbos cingunt, vel muniunt x. At hîc nulla sindonum mentio. Resp. 1. Vel, per tunicas intelliguntur etiam sindones, per synecdochen y; neque enim Scriptura minutè omnia exprimit z: vel, Samson detraxit eis alterum, ac prius, præmium, quia non suo Marte & ingenio acumen evolverant a: vel, exuvias eas vendidit, & eâ pecuniâ vestes mutatorias comparavit, quas dedit sociis suis b. Nonnulli divinant, illos, difficultate exponendi ænigmatis æstuantes, de minori præmio tantùm, nempe, de solis vestibus, postea cum Samsone convenisse c. ¶ *Iratúsque nimis*] Tum uxori, ob perfidiam, tum sociis, ob dolum malum †; & civitati, à qua hi dati sunt, & à qua jam simul timebatur, simul irridebatur d. ¶ *Ascendit in domum patris sui*] Non deductâ secum sponsâ *. Hoc ejus factum laudari non debet; non enim oportuit ità leviter ab uxore disjungi f.

20. *Uxor accepit*, &c. וַתְּהִי אֵשֶׁת שִׁמְשׁוֹן לְמֵרֵעֵהוּ אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ] *Et fuit uxor Simson sodali* (*socio*, Jon. M.) *ejus, qui socius*, vel *sodalis, fuerat ei*, Mo. P. vel, *amicus ejus*, Jon. i. e. Nupsit uxor Simson illi quem adjunxerat sibi socium & comitem, h. e. viro qui antea erat charissimus Samsoni g. *Uxor verò Simsonis, quam adamaverat*, locata fuit *paranympho ipsius*, Sy. sim. Ar. *Uxor—data est alii*, &c. Ti. *facta est* uxor *socii sui*, &c. M. *Fuit socio*, i. e. nupsit ei. Sic Num. 30. 7. *Et si essendo fuerit viro*; & Ruth 1. 13. *An eis præstolabimini, ut non sitis viro?* i. e. ut non nubatis? Pro quo plenè diceretur, *fuit ei uxor*, vel, *in uxorem*; Num. 36. 3. *Et erunt uni ex filiis——in uxores* h. ¶ *Uxor ejus*] Non exspectato repudio infrà 15. 2 i. Factum hoc ab ea, quòd se contemptam & relictam à Samsone ob perfidiam crederet k.

Marginal notes (left column): p D. — q Bo. — r G. — * V. — t Bo. — v La. — x V. — y Me. ex L. — z Bo. — a D. — b G. — c La. — d V. — * Ser. — f Glas. rhet. p. 300. — g BA. 1. 2 41. 406. — † Glas. ib. — h D. quæst. Ebraic. 70. — i R. Levi in BA. — k To. — l BA. ib. — m V. sic Jun. Pi. Ser. La. B. &c. — n Jun. — o V. — p G. — q La. Bo. — r Bo.

Marginal notes (right column): * Bo. — t Me. — v Bo. ferè ex La. — x Ma. — y Bo. Me. — z Bo. — a Me. ex Ser. — b D. — c Ma. ex Mont. — † Ser. Bo. — d Ser. — * Ma. ex Jun. — f Mart. — g V. — h D. — i G. — k Bo.

CAP. XV.

1. *Cum dies triticeæ messis*, &c.] Præcedebat hanc messis hordeacea. Messis durabat apud Judæos 49 diebus l. ¶ *Invisere volens*, &c. וַיִּפְקֹד—בִּגְדִי עִזִּים] *Et visitavit* (vel, *recordatus est*, Jon. Sy. Ar.) *uxorem suam cum hœdo caprarum*, M. P. Mo. Ti. o. i. e. ferens secum hœdum capræ m; i. e. tenerum & lactentem n. Erat hoc illis opibus munus non spernendum, Virgilio teste Eclog. 2. *Præterea duo, nec tutâ mihi valle reperti, Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo, Bina die siccant ovis ubera; quos tibi servo*. De capris additur, quia גְּדִי [legendum גְּדִי] vox Hebræa etiam agnos comprehendit, ut notavit K o. ¶ *Prohibuit*] Heb. *non dedit eum*, i. e. non permisit, Pi. D. Sic Gen. 20. 6. Exod. 12. 23. Jud. 3. 28 p.

2. *Putavi*] Heb. *Dixi*, scil. in corde meo q. Sic Exod.

Marginal notes: l D. — m V. — n Bo. — o G. — p D. — q Pi. Jun.

Exod. 2. 14. & infrà v. 3 [r]. Excusatio hæc nulla erat. Quamvis enim repudium tum permitteretur; non tamen uxori, sed viro ejus, repudii fiebat potestas. Rogandus ergò erat Sampson, num vellet repudiare, &c*. ¶ *Sed habet sororem, &c.*] Offert ei nuptias, sed incestas, contra Levit. 18. & 20 †. [Vide ibi dicta.]

3. *Cui Sampson respondit,* [וַיֹּאמֶר לָהֶם] *Et dixit eis,* ο'. Mo. sim. M. Ti. Sy. Dixit hæc patri, idque publicè & coram aliis [t]. Al. *ei*, P. Al. *de eis*, Jun. Pi. Ang. Belg. scil. Philistæis [v]. ¶ *Non erit culpa in me,* [נִקֵּיתִי הַפַּעַם מִפְּלִשְׁתִּים] *Innocens ero hâc vice* (vel, *posthac*, Q. in V.) *à*, vel *de*, *Palæstinis*, Jon. Belg. vel, *apud Philistæos*, Q. in V. *Innocentior sum semel Philistæis*, Ti. M. i. e. Culpâ carebo posthac, etiamsi perdam Philistæos, quia ab his læsus [x]. ¶ *Faciam enim vobis mala*; sim. Jon. Sy. Ar. [כִּי עֹשֶׂה אֲנִי עִמָּם רָעָה] *Quia facio* (vel, *quum fecero*, P. Belg.) *illis malum*, ο'. Mo. *ut eis malum inferam*, Ti. *si* (vel, *licèt*, Ang. vel, *atque ideo*, M.) *eis malum inferam*, Ca. i. e. Citra culpam rependere possum illis mala [y]. Vobis imputate clades à me inferendas, non mihi. Ego enim vobis injuriam non intuli, sed vos mihi intulistis [z]. Vide infrà v. 11. & Jud. 16. 28. Apud Thucydidem Platæenses dixerunt, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, (i. e. *Fas esse hostem nos invadentem propulsare.*) Civilis apud Tacitum, *Ad supplicium petitus jure gentium pœnas reposco.* Vide de J.B. & P. 2. 20. 8. Sed quia modus excedebatur, deinde etiam nè ex quavis causa rixæ orirentur, prohibuit id jus civile. Quale est etiam jus Hebræis à Deo quidem, sed valde ad modum legum humanarum, datum, quo jure de extraneis ulcisci se nemo prohibetur; de civibus non prohibetur, nisi in rebus minoribus & quotidianis. Alia est ratio sermonis per Crucem sanciti; in quo, sicut rerum æternarum aperta est sponsio, ità & rerum caducarum, ex quibus ultio oritur, contemptus exigitur. Malè hæc confundunt multi, minùs nocentes, si legi Hebrææ plusquàm satis est tribuant; magis verò, si ex istis temporibus ad nostra Dei indulgentiam extendant. Heroes apud Homer. & Græc. alios, ut notant Scholiastæ, dediti amoribus, dediti iræ: Alios Heroas nobis dedit Evangelii lux, de qua dicam cum Terentiano sene, *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat* [a]. [Alii aliter statuunt. Sed de hac doctrina opportunior erit dicendi locus, si Divina benignitas nostros labores ad Matt. 5. perducere dignabitur.] Monendus est lector, nè de Simsone quasi homine privato cogitet. Nemini siquidem privato licet ad hunc modum suas injurias persequi. At Simson jam Magistratus à Deo constitutus fuerat [b]. Posset videri Samsonem ultum esse privatas suas injurias, tamen reverâ publicam magis spectabat vindictam [c]. Per speciem ulciscendarum privatarum injuriarum reverà populi sui injurias vindicabat [d]. Id autem fecit, nec bellum apertum Philistæis indixit, 1. Quia ità Deum velle satis noverat *. Non sentiebat se ad hoc à Deo moveri, imò sciebat Deum tantùm de illo prædixisse, *Incipiet liberare Israelem:* Itaque velut per cuniculos egit [f]. 2. Publicis injuriis tacitis, privatas eis objicit, nè Philistæi iras & arma in totum populum, sed in se solum, convertant. Ipse enim omnes quasi ad duellum provocabat. Quod erat opus heroicæ fortitudinis, æquè ac prudentiæ, & charitatis in suos populares & cives, ut eos à Philistæorum vindicta faceret immunes [q].

4. *Cepit trecentas vulpes*] Qu. 1. Unde tot vulpes in una regione? Resp. 1. Sæpe fit, ut quibusdam in locis major ferarum quarundam copia sit quàm alibi: v. g. in Aquilone, ursorum; in Africa Australi, leonum; in Anglia, ut olim in Balearidibus insulis, cuniculorum [r]. Sic in Alpinis Helvetiorum sylvis numerosæ vulpes cernuntur. Refert apud Ælianum Amyntas tot in Caspia vulpes esse, ut non tantùm agrestia stabula, sed etiam urbes, ingrediantur *. 2. Judæam atque Palæstinam scatuisse vulpibus docent Sacræ literæ: Nehem. 4. 3. *Si vulpes ascenderit*, &c. Psal. 62. 11. *pars vulpium erunt*; Cant. 2. 15. *Capite nobis vulpes*; Thren. 5. 18. *Mons Sion disperiit, vulpes ambulaverunt in eo*; Ezec. 13. 4. *Quasi vulpes in desertis.* Et

r Jun. D. — * Ser. Bo. — † Q. — t Ser. — v Pi. — x V. — y V. — z La. — a G. — b Mart. — c E. — d Bo. ex La. — * Bo. — f E. — q La. sim. Bo. E. — r Ser. — * Bo.

quasi rem vulgò notissimam, in similitudinem transfert Dominus, *Vulpes foveas habent*, Matt. 8. & Luc. 9 [t]. Proinde multa Palæstinæ, vel circa Palæstinam, loca à *vulpibus* nomen habuerunt: Ut *terra Sual*, i. e. *terra vulpis*, 1 Sam. 13. 17; & *Hatsar-Sual*, seu *castrum vulpis*, Jos. 15. 28; & Danitarum *Saalabim*, Jos. 19. 42. sed quam Amorrhæi occupabant, Jud. 1. 35. ubi וּבְשַׁעַלְבִים Græcorum alii reddiderunt, καὶ ἐν Θαλαβὶν, alii, καὶ ἐν ᾧ αἱ ἀλώπεκες. Nempe, ut Arab. ità Philistæorum dialecto, quæ erat semi-Arabica, שעלב erat *vulpes* [v]. 3. *Vulpium* nomen potuit etiam complecti *Thoes*, animal vulpi simillimum, & in Palæstina valde frequens, atque ità gregarium, ut quandoque ducentos thoas in unum gregem convenire testetur Bellonius; ità ut nullo negotio capi potuerint plurimi [x]. Qu. 2. Quomodo Sampson tot vulpes capere potuit? Non diffitendum vulpium venationem esse difficillimam. Laqueis & retibus eas capi negat Oppian. Venat. l. 4. in fine: at affirmat Martial. Epigram. 10. 37. & sciunt tam pelliones quàm venatores [y]. Resp. 1. Facile hoc fuit, 1. in regione vulpium feracissima; 2. tempore anni commodissimo; 3. à juvene robustissimo, & venandi peritissimo [z]. Potuit Deus illi dare, ut vires insuperabiles, ità celeritatem maximam [a], & solertiam ferarum capiendarum [b]. Resp. 2. Non dicitur Samson eas omnes unà aut alterâ die cepisse. Potuit tota hebdomas, aut mensis pars notabilis, in eam venationem insumi [c]. Resp. 3. Non putandum est Samsonem eas solum & per se cepisse. Potuit id per amicos facere; aut etiam Judæorum universæ genti, cui præerat, aut saltem Tribui suæ, vulpium venationem indicere. Et tamen eas *cepisse* dicitur, quia quod quis per alium facit id censetur ipse facere [d]. Resp. 4. Fortasse Deus vel Angeli illi adjutores erant *. Is qui omnia animantia in Arcam Noæ coegit, Gen. 7. 8, 9. qui tot coturnices intulit, Exod. 16. 13. Num. 11. 31. qui tot pisces reti Petri inclusit, Luc. 5. 6, 7. is, inquam, Samsoni opitulatus est [f]. Qu. 3. Sed cur vulpes potiùs in hunc finem delegit quàm canes, lepores, &c? Resp. 1. Idem quæsiissent, si quod aliud animal delegisset. 2. Causæ multæ erant. 1. Sic unà fideliâ duos dealbavit parietes. Nam & patriam ab animali noxio liberavit, & hostibus maximum creavit malum [g]. 2. Vulpes erant caudis ad ferundas faces aptas instructissimæ, igniúmque simul metuentissimæ, & pedibus velocissimæ [h]. 3. *Vulpes nunquam rectis itineribus, sed tortuosis anfractibus, currit*, inquit Isidor. Orig. 12. 2. Hinc Arab. proverbium, *Obliquior vulpe.* Id verò hîc momentum habet. Vulpes enim, tortuoso illo & anfractuoso incessu, faces, caudis alligatas, in plures locos differebant, & latius incendium sic excitabant [i]. Porrò, bestias Samson incendii hujus dissipatrices maluit quàm homines, quia & citiùs, & minore cum Judæorum omnium vel invidia vel calumnia & detrimento, voti fiebat compos [k]. ¶ *Caudásque earum junxit ad caudas,* [וַיֶּפֶן זָנָב אֶל זָנָב] [Variant.] *Et vertit*, vel *convertit*, vel *obvertit*, *caudam ad caudam*, Mo. P. ο'. JT. *fecit caudam respicere ad caudam*, M. Alii sic, *ligavit caudam caudæ*, ο'. in Complutensi codice, Nob. *conjunctis earum caudis*, Ti. *faces alligavit caudis earum*, Sy. Ar. *ligavit caudam in capite caudæ*, Jon. Omnes eodem sensu; nam Samson ideo vulpes caudam ad caudam obvertit, ut simul jungeret & devinciret [m]. Qu. Quomodo, & quare, hoc factum? Resp. 1. Noluit singulis vulpibus faces alligare, nè singulæ in antra sua se abderent, & faces extinguerent [n]. 2. Binis vulpium caudis singulas faces alligavit, ut, dum una huc, altera illuc, faces effugere conaretur, in campos profugerent; & ut moram ad succendendum segetes omnes necessariam eis injiceret [o]. Sic & vulpes, cùm socias cernerent cum inflammatis titionibus discurrentes, naturaliterque ignem horreant, necesse erat ab iis refugere, & in alios agros incendium inferre: Quinetiam cùm in caudis suis flammas cernerent, putantes se posse flammam istam effugere, continuè discursabant, & credentes se in segetibus, quæ proximæ erant, tutò abditas fore, eò profugiebant; cúmque majus adhuc sequeretur incendium, necesse erat eas continuò fugere, & ab agro

uno

t Ser. — v BA. 1. 3. 13. 854. — x BA. ib. — y BA. ib. p. 855. — z T. ex Ser. — a Bo. — b Ser. — c BA. ib. 855. — d BA. ib. — * Bo. ex La. — f Ser. — g BA. ib. 856. — h Ser. — i BA. 856. — k Ser. — m BA. ib. pag. 853. — n La. — o La. Bo.

uno in alterum incendium inferre[p]. 3. Caudæ non erant conjunctæ, nec immediatè implexæ; sed in caudarum principio, quâ tergo proximè adhærent, fortiter alligatus & adnexus erat funis, & quidem longior, ut liber & expeditus illis cursus esset, nec facilè stipularum, &c. objectu impediri possunt[q]: sicubi verò implicarentur, astuto vulpium ingenio facilè expediebantur[r]. ¶ *Et faces ligavit in medio*] לַפִּדִים sign. *tædas, titiones* †; ex pino, cedro, cupresso, aliâque pingui materiâ, quæ facilè ignem concipiunt, diúque fovent[t]. Hæ semel accensæ non facilè restinguebantur, quin ipso cursu & ventilatione accendebantur magis. Imò etsi aquam subiissent vulpes, non facilè extinguebatur ignis; quia & ob oleosum aereúmq; humorem faces supernatarent, & flammæ sursum ferrentur; &, sublatis pro more caudis, faces flammásque illas quantum possent erigerent, nec mergi sinerent, ipsæ vulpes[v]. Porrò, neque simul eodem tempore, neque ex eodem loco, & in eundem, emissæ videntur omnes; sed magnâ prudentiâ eas ex aliis & aliis locis emisit, nè se invicem impedirent, aut comburerent, vel etiam retrò cederent, & in vicinorum Danitarum vel Judæorum, &c. agros, &c. incursarent[x]. Quid tandem his vulpibus factum, sive vivæ ab alligatis titionibus sunt crematæ, sive adustis funiculis aliquæ in latibula evaserint, sive à Philistæis aliquæ captæ & cæsæ, non habemus dicere, neque id scire refert[y]. Hujus historiæ habemus insigne monumentum in Ovidio, libro quarto Fastorum, ubi medio Aprili (in festo Equiriorum, Ser.) narrat vulpes in Circo fuisse emissas cum tædis ardentibus tergo affixis. Et hujus ritûs causam ità disquirit, *Cur igitur missæ junctis ardentia tædis Terga ferant vulpes, causa docenda mihi est.* Et respondet, Se, Româ in Pelignos euntem, per Carseolos transiisse, ibíque ab hospite suo jam sene didicisse id fieri in memoriam Carseolanæ vulpis, quam à se captam pauperis rustici filius fœno involvit & stipulis, tum in eas immisit ignem. Quibus accensis cùm effugisset vulpes, quácunque fugam moliebatur, agros accendebat messi proximos. Hæc ille. Sed absit à nobis, ut ritûs tam solennis originem arcessamus à tam obscuris initiis. An quia vulpes una, Carseolis fœno ardente involuta, paucas segetes in fuga exussit, Romæ certâ die quotannis plures vulpes emitti debuerunt cum tædis caudæ alligatis[z]? Perfrigida ista causa est. Cur quod Carseolis, in oppidulo penè ignoto, factum, & quidem puëruli unius casu, in Roma orbis capite memoraretur? Suspicor sanè è Palæstina hoc Romam advenisse. Constat enim Poetarum fabulas plurimas è rebus verissimis à Mose, &c. narratis ortum ducere[a]. Apud Romanos, nimirum, locum inveniebant omnes dii, superstitiones, fabellæ, aut in fabellas deformatæ exterarum gentium veræ narrationes[b]. A Phœnicibus hoc ortum esse duo probant non temerè prætereunda. 1. Quòd Romæ vulpes non fœno involvebantur, quomodo vulpes *Carseolana*, sed tædas in cauda gerebant, quomodo Samsonis vulpes. 2. Quòd emittebantur hæ vulpes, non quo tempore *Romæ* vel *Carseolis*, sed quo tempore in *Palæstina*, fit triticea messis, nempe, mense Aprili. Sic enim Ovidius, *Tertia post Hyadas cùm lux erit*——i. e. Aprilis 20. Nam Hyades, sive Suculæ, occumbunt Aprilis die 17. Hoc porrò Romæ sationis tempus erat, non messis. At in Palæstina messis incipit mense *Abib*, i. e. Martio, qui sic dictus est à novis frugibus. Vide ad Levit. 23. 10, 11. Et Pentecoste vocatur *festum messis*, nempe, absolutæ, non, inchoatæ. Verisimile est incendium illud eo ipso die accidisse quo Romæ vulpes in circum emittebantur[c]. Utut sit, saltem fabella hæc ostendit creditum à Romanis, vel aliquando exustas hoc modo à vulpibus segetes, vel potuisse exuri[d]. Præterea, hinc fortassis mira illa quæ Cadmiam terram devastabat vulpes, ad quam capiendam invitat & rogat Amphitryonem Creon apud Apollod. l. 2. Ovid. l. 7. Metamorph. *Protinus Aoniis immissa est bellua Thebis* †. Indidem videtur sumptum, quòd Bœoti, quibus olim Phœnices imperaverant, quidvis incendi posse credebant, si certa quædam animalia, blattæ, nimirum, & vulpes, & testudines, cum facibus affixis emitterentur: Suidas in

p Bo. q Ser. ex Mont. La. r La. † V. t La. Ser. v Ser. x Se. sim. Caj. y Bo. ex Ser. z BA. ubi suprà 857. a Ser. b Bo. ex Ser. c BA. 857. d Bo. † Ser.

Νεώεια. Hinc videtur factum quòd etiam *vulpes* λαμπουρὶς (i. e. *caudam lucentem habens in ignis aut lampadis modum*) dicitur, testibus Hesychio, & Lycophrone de Nauplio vers. 344. & Scholiaste ad Theocriti Bucoliasten. Grammatici quidem dicunt ità vocari vulpium certum genus quæ caudam albicantem habent. Cujusmodi vulpes naturæ consulti nusquam describunt. Deinde, aliud est *albere*, aliud *lucere* modo prædicto. Sed fortasse Poetæ Tarsenses, in quo numero erat Lycophron, sic allusum voluerunt ad morem aut in vicina Syria, aut in ipsa Cilicia, receptum, facem vulpium caudis alligandi certâ die in memoriam facti Samsonis. Quod tamen affero cunctanter, & peritorum judicio libens submitto[f].

5. *Et comportatæ jam fruges*, &c. מִגָּדִישׁ וְעַד קָמָה] *Ab acervo* (*ab area*, ό.) *usque ad segetem*, V. P. Mo. *ad stantem segetem*, Sy. Ar. Ti. scil. stantem in stipula[g]. Tam segetes quæ dispositæ erant per acervos, quàm segetes stantes[h]. *Cùm metas, tum segetes*, JT. Et demessæ & necdum demessæ exustæ sunt[i]. ¶ *Ut vineas quoq; & oliveta*, וְעַד כֶּרֶם זָיִת] Ad verb. & *ad vineam oleam*, Mo. *usque ad vineam olivarum. Vinea olivarum* est olivetum, ut *vinea vitium*, vinetum[k]. Vinea olearum multarum quæ simul plantantur[l]. Sed hoc, ut liberè dicam, est versionis monstrum. Nihil est in oliva viti simile: Nec verisimile est Samsonem Philistinorum vitibus pepercisse, quas eximias habebant, præcipuè circa *Sorek*, Jud. 16. 4. cujus palmites maximè commendantur Gen. 49. 11. Esa. 5. 2. Jerem. 2. 21. prope quam erat & *vallis Escol*, sive *Botri*, unde exploratores uvam attulerunt. Denique, cùm tempore messis uvæ vulpibus jam sunt edules, vulpes naturali impetu & appetitu eò ferebantur, ut famem longâ captivitate irritatam exsatiarent[m]. Vulpes enim uvis maximè delectantur, test. Cant. 2. 15. & Nicandro in Alexipharmacis vers. 185. Varrone Rustic. 1. 8. & Galeno de Aliment. facult. 3. 2[n]. [Aliter itaque vertunt alii:] *Ad vineas* (sub. &) *oleas*, vel, *oliveta*; ità P. V. JT. Ti. ό. Jon. Sy. Ar. BA. Ergò *vineam oleam* est ἀσύνδετον[o], & supplenda est copula, ut alibi fit: Exod. 22. 30. *Sic facito de bove tuo, ove tua*, i. e. & ove tua; Deut. 24. 17. *Nè perverte judicium peregrini, pupilli*, i. e. & pupilli; 2 Paral. 18. 30. *Contra magnum, contra parvum*, i. e. &, vel nec, contra parvum; Hab. 3. 11. *Sol, Luna stetit*, i. e. & Luna[p].

6. *Et combusserunt tam mulierem*, &c.] Ingens crudelitas in eos qui malo occasionem tantùm, nec id providentes, dederant[q]. Quod timet impius, evenit ei, juxta Salomonem. Timebat puella nè patris ædes comburerentur, & eâ viâ maximè accersivit incendium quâ illud volebat declinare[h]. Disce hîc adulteras morte, & quidem ignis, punitas fuisse[i]. Ex hoc loco constat Samsonem publicas, non privatas, ultum esse injurias; noluisset enim injuriam ab homine privato irrogatam publico damno ulcisci, multò minùs post tam amplam satisfactionem datam[k].

7. *Licèt hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam ultionem, & tunc quiescam*, אִם תַּעֲשׂוּן כָּזֹאת כִּי אִם נִקַּמְתִּי בָכֶם וְאַחַר אֶחְדָּל] Perspicua est in Nostro sententia, quâ indicat Samson se necdum vindictâ illâ placatum, velléque se & alteram adjicere. At Hebræa sententia admodum obscura est[l]. Verba sunt hominis irati, ideóque concisa, & multa subintelligenda sunt[m]. Vertunt, *Si fecissetis taliter*, vel, *sicut hoc*, (*si facietis ut hoc*, Jon. *quamvis ità feceritis*, Sy. Ar. Ang. *quandoquidem hoc fecistis*, Ti.) *sed ultiones expetam ex vobis*, (*quinimo ulciscar in vobis*, ό. *tamen cùm ultus fuero de vobis*, Jon. *vindictam* tamen *sumam à vobis*, Sy. sim. Ar. Ti.) *& postea cessabo*, M. sim. ό. Jon. Sy. Ar. Ti. P. Ang. Sensus est, Si ante illatam ultionem sic fecissetis, & combussissetis eam, bonum fuisset vobis; nunc autem non curâstis, donec ego causam meam egi contra vos: nec desistam ab ultione illa donec adhuc semel vos ulciscar[n]. *Si fecissetis tale quid initio, cùm primùm, scilicet, adempta fuit mihi uxor mea, fuissem placatus: Sed vindicabo me*, &c. Quidam aliquid subaudiunt, [hoc modo,] *Certè non mihi satisfecero, nisi pœnas adhuc de vobis sumpsero.* Alii, *sed ulciscar me de vobis priusquam desistam*[o]. *Si fecistis*, &c. Hîc si non interrogat,

f BA. 1. 3. 13. 858. g Q. h V. i Bo. k D. l K. in D. m BA. ib. 854. n BA. ib. 849. o D. p BA. 854. q G. h Mart. sim. Bo. La. i La. k Bo. l Bo. m Mart. V. n M. o V.

terrogat, sed ponitur pro כִּי *cùm*; ut in illo, *Si erit Jubilæus*; &, *Si Deus pro nobis*, &c. כָּזֹאת *sicut hoc*. Hìc *Caph* non assimilat, sed est Caph ἀληθινόν. q. d. *Cùm verè hoc feceritis, profectò ultionem capiam de vobis, non desistam*: q. d. *Non priùs desistam, donec de vobis me ultus fuero* [p]. ([p] D.) Licèt hoc *feceritis*, ac speretis jam hâc pœnâ satis mihi factum; tamen nequaquam cœptam ultionem deseram, propter multiplicem, scilicet, ([q] Os.) vestram tyrannidem erga populum Dei [q]. Alii aliter; *Siccine facturi estis? at cùm ultionem sumpsero de vobis, postmodum desistam*, JT. q. d. Ex hoc initio intelligo quid de me facturi essetis, si in manus vestras venirem: atqui non ideirco priùs desistam ab inceptis ([r] Jun.) quàm de vobis ultus fuero [r].

8. *Percussitque eos ingenti plagâ, ità ut stupentes suram femori imponerent*] Nempe, præ stupore & admi- († E.) ratione †. Intensæ hoc & anxiæ cogitationis signum est: tunc enim quasi stupentes solemus suram pedis ([t] La. ex Aug. L. Bo.) unius alteri femori imponere [t]. Ad sententiam Nostrî [i. e. Vulgati interpretis] facilè trahi possunt Hebræa; *Percussit eos plagâ magnâ tibiâ super femur*, h. e. tibiâ femori superpositâ, præ stupore, scilicet: vel, per accu- ([v] Bo.) sativum, ut est apud ο'. *tibiam habentes super femur* [v]. ¶ Heb. *Et percussit eos* שׁוֹק עַל יָרֵךְ] [Variè reddunt.] *Coxâ super femur*, Mo. *in coxa unà cum femore*, P. *Crus* ([x] D.) *cum femore*; nam עַל etiam *cum* significat [x]: i.e. tam in cruribus quàm in femoribus; h. e. vehementer, atque acriter. Gallicè, *Illes batit dos & ventre*. q. d. Fecit ([y] V.) illis stragem magnam [y]. *Tibiam super femur*, ο'. *à cruribus usque ad femora*, Sy. *à pedibus usque ad coxas*, Ar. *ab armo ad femur usque*, Ti. Os. Q. in M. i. e. Egregiè à superioribus ad inferiores partes eos dedolavit; terga ([z] Os.) enim fugientes ipsi obverterant [z]. *Percussit eos ut crura femoribus jungerentur*, M. Ad verb. est, *Percussit eos coxam supra femur*. Ego, cùm hinc nullam aptam possem elicere sententiam, Josephum secutus sum, qui vertit, *Cùm multos in campo Palæstinorum occidisset*. Nam יָרֵךְ non solùm *femur*, sed etiam *regionem*, decla- (* Ca.) rat *. Alii metaphoricè accipiunt, *Percussit eos equites cum peditibus*, Jon. nempe, alludens, quia in bello pe- ([a] E.) dites nituntur tibiis, equites verò insident femori [a], & femoribus in equo sustentantur, &, porrò, femora dividunt. Alii per *tibiam* equites intelligunt, quòd hi in equo tibias distendunt; per *femur*, pedites, eò quòd ([b] Bo.) pedites femoribus subnixi inambulent [b]. Alii sic; *Percussit eos crure* vibrato *in femora eorum*, JT. i. e. Non aliis armis eos petens quàm pede, velut ignavos mili- ([c] Jun.) tes pede contudit eos [c]. Ità calcitrando eos prostravit. Sic Burgensis, qui dicit esse antiquorum Hebræorum ex- ([d] Bo.) plicationem [d]. ¶ *Habitavit in spelunca petræ Etam*, וַיֵּשֶׁב בִּסְעִיף סֶלַע עֵיטָם] *Et mansit*, vel *sedit*, vel *habitavit*, *in cacumine* (*spelunca*, ο'. *eminentia*, (vel, *foramine*, ut vertit M. in D.) Jon. *promontorio*, V. *scopulo*, JT.) *petræ Etham*, P. Mo. *In prærupta petra*, Ti. M. Significat partem rupis quæ excurrit longiùs more ramorum: habi- († M.) tabat enim in regione editiore †. *In spelunca Etam*, ubi, propter locorum angustias, unus aliquis miles plurimis bellatoribus par esse posset. Neque tamen eò secessit metu, sed quò ibi quietiùs vacaret Deo; & nè urbs ([f] La. ex Salviano.) quam adiisset ipsius causâ periclitaretur [f]. Alii סְעִיף est nomen proprium: *In Sahaph, quæ est in rupe Atmin*, Sy. sim. Ar. Hæc petra paulò à Philistæis remotior fuit, nempe, in tribu Juda, ut patet ex hoc capite, & ex ([g] Bo.) 2 Paral. 11. 6 [g].

9. *Ascendentes Philisthiim*] Rectè: Nam è Palæstina ([h] D.) propriè dicta in Judæam ascenditur [h]. ¶ *Castrametati sunt*, וַיִּנָּטְשׁוּ] *Et extenderunt se*, P. Mo. *effusi-* ([i] V.) *que sunt*, vel, *effuderunt se*, more castrametantium [i]: *relictique sunt*, M. ¶ *Lechi*, בַּלֶּחִי] *In Lechi*, P. ([k] V.) Mo. V. Nomen loci postea sic dicti ab eventu rei [k]; ([l] Bo.) nempe, à maxilla asini [l].

11. *Descenderunt—ad specum silicis Etam*] At in summitatem petræ non *descenditur*, sed *ascenditur*. Resp. 1. Descenderunt è Judæa versùs illam rupem. 2. Vel foramen erat in petra, in quo manebat, & in quod illi descenderunt; nam v. 13. *ascendere fecerunt eum è petra*: non è cacumine petræ, sed è specu aliquo ([m] D.) qui erat in petra, unde latentem educebant [m]. Hoc fecerunt ut se apud Pelisthæos purgarent, Schimsone ([n] Jun.) noxæ dedito [n].

12. *Jurate—mihi quòd non occidatis me*, הִשָּׁבְעוּ לִי פֶּן תִּפְגְּעוּן בִּי אַתֶּם] *Jurate mihi, nè fortè occurratis in me vos*, ο'. Mo. *Jurate mihi*, nam timeo *nè incurratis*, &c. JT. Eclipsis, de qua diximus ad Gen. 3. 22 [o]. ([o] Jun.) Ellipsis illa usitata est ante particulam פֶּן [p]. ([p] P.) *Jurate mihi, quòd non irruatis in me*, M. P. Ti. vel, *vos me non læsuros*, Sy. sim. Ar. Potuit Samson suis civibus resistere, sed noluit, ut eos immunes & indemnes redderet à Philistæis. Ità ipse vitam suam pro publica civium & Reipublicæ salute periculo mortis exposuit. Sampson hìc fuit typus Christi, qui à civibus suis Judæis ligatus & traditus est Pilato, &c [q]. ([q] La.)

14. *Vociferantes occurrissent ei*, הֵרִיעוּ לִקְרָאתוֹ] *Ovârunt* (*vociferati sunt*, ο'. Jon. M. P. JT. præ gaudio, JT. V.) *in* (vel *ad*, JT.) *occursum ejus*, Mo. quasi jam partâ victoriâ, & capto hoste [r]. *Vociferati sunt obviàm ei*, ([r] Ma.) i. e. vociferantes obviàm ei iverunt. Ellipses tales verborum prægnantium alibi reperiuntur. Sic Jud. 14. 5. *leo* שֹׁאֵג לִקְרָאתוֹ *rugiebat obviàm ei*, i. e. *rugiens veniebat obviàm ei*. Sic Jud. 19. 3. וַיִּשְׂמַח לִקְרָאתוֹ *lætatus est obviàm ei*, i. e. lætus obviàm processit. Sic apud externos, *audere in prælia*, pro, audenter ruere, 2. Æneid. &, *in flammam jugulant pecudes*, i.e. jugulatas immittunt, Æneid. 11 *. [Plura vide, si lubet, apud authorem.] (* Boot. animadver. 1.10.p.84.) ¶ *Et sicut solent ad odorem ignis ligna consumi*, כַּפִּשְׁתִּים אֲשֶׁר בָּעֲרוּ בָאֵשׁ] *Tanquam lina quæ combusta sunt in igni*, P. Mo. sim. Jon. Sy. M. i. e. *tanquam fila linea*, JT. Ar. Substantivum pro adjectivo; & materia pro re effecta, metonymicè †. q. d. Illico, confestim, nullo negotio [t]. *Tanquam stuppa*, ο'. *ut ligna igne combusta*, Ti. († Ma. ex Jun. [t] Bo.)

15. *Maxillam*, לְחִי חֲמוֹר טְרִיָּה] *Maxillam*, vel *mandibulam, asini humentem*, Mo. JT. Os. D. vel, *putrescentem*, Ti. vel, *tabentem*, Jon. vel, *recentem*, Sy. P. V. D. i. e. recèns mortui, adhuc humidam, succulentam, nondum siccam [v]. Sed quid? An לְחִי fœmininum est? Vi- ([v] V.) de an possit referri ad חֲמוֹר, quod est nomen ἐπίκοινον, ut asinam denotet recèns mortuam & adhuc humentem. Sic, מַכָּה טְרִיָּה, Esa. 1. 6. *plaga humecta*. Id טְרִי sign. apud Arabes. In libris Medicorum humor vel sanies quæ exit è vulnere vocatur טְרִי, ait RS [x]. ¶ *Inter-* ([x] D.) *fecit in ea mille viros*] Asini enim, uti magna & dura habent capita, sic & maxillas, præsertim in Syria, ubi sunt grandiores & fortiores nostratibus. Sed Dei virtus ei adfuit, quæ & maxillam in robore suo conservavit, ut tot ictibus allisa duris corporibus non rumperetur; ac Samsoni vires dedit, ut per illam mille viros necaret [y]. Ossa humida & recentia non ità facilè fran- ([y] La.) guntur quàm quæ exaruerunt. Porrò, oportuit impleri quod tam solenniter promiserat Deus, *Unus ex vobis persequetur mille* [z].

16. *Et ait, In maxilla asini, in mandibula pulli asi-* ([z] BA. 1. 2. 15. 199.) *narum*] Hæc Hieronymi interpretatio præferenda videtur, 1. quia nihil subintelligi oportet; 2. quòd חֲמוֹר *chamor* raro *acervum*, ubique *asinum*, significat [a]. *A-* ([a] Bo.) *cervus chomer*, non *chamor*, dicitur [b]. At hæc versio non ([b] Ma.) potest ferri, quia חֲמוֹר חֲמֹרָתָיִם esset *asinus duarum asinarum*, supple, *filius*; quod quis explicaverit [c]? ([c] BA. 1. 2. 15. 199.) [At Ma. explicat suo modo:] *Asinum* (inquit) *duarum asinarum* poeticè appellare videtur asinum ingentem & robustissimum, quasi quòd ei nutriendo opus fuerint duæ asinæ, [dixisset clariùs, *duabus asinis* [d].] ([d] Ma.) *Maxillâ asini, asini asinarii. Asinus asinarius* eo modo dicitur quo *caprum caprinum*, & *bovem bovinum*, dici annotavimus, & quomodo Judic. 5. *puella puellaris*, i.e. *puella*, dicitur; éstque elegans repetitio, præsertim in sententiis. Neque hìc Magistros Judæos sequi placet, qui חֲמוֹר *acervum* interpretantur. Nam ità & imperfecta foret & minùs elegans sententia; neque iisdem vocalibus scribitur id verbum cùm *acervum* significat, nisi hoc in loco, si illis credimus. Sed ambiguus cùm sit, in testimonium adduci non potest: nec propria interpretatio coactæ locum relinquit *. (* Ca.) ¶ בִּלְחִי הַחֲמוֹר חֲמוֹר חֲמֹרָתָיִם] [Alii vertunt,] *In*, vel *Cum, maxilla*, vel, *Istâ maxillâ, asini acervus, duo acervi*, P. sim. Mo. JT. *Maxillâ asini* (sub. *trucidavi*) *acervum*, imò, *duos acervos*, Ti. ut sit correctio: nam cùm maxillâ hostes (per quorum medium agmen perrupisse videtur †) utrinque prementes cæderet, facti († Ma.) sunt

sunt ex eis duo acervi, hinc & inde[f]. Acervus unus & alter, cadaverum scil. hominum mortuorum, sub. *factus est*[g]. *In acervum coegi eos*, M. *Acervum* item hîc vertunt Jon. Sy. Ar. & omnes Hebræi. Sola Vulgata habet, *pullum asinarum*[h]. Lusit in ambiguo vocis חמור, quæ & *acervum* sign. & *asinum*[i]; nimirum, ab acervis gestandis[k]. *Chamor, asinus*, deducitur à *chomer, acervus*, seu mensura quæ corus dicitur, continétque 30 modios; hoc enim erat asinorum onus†. Gratia est in allusione, quasi si quis Latinè diceret, *maxillâ cervi, acervum acervos*[l]. Paronomasia est[m]. Porrò, canticum hoc fuit, sive illius particula, vel exordium[n]; vel intercalaris versus hic erat[o].

17. *Ramath Lechi*] Ità P. Mo. *Elevatio maxillæ*, ο΄. Locus sic dictus, quòd maxillam elevâsset ad edendam Philistinorum stragem[q]. Alii, *Projectio*, vel *Abjectio, maxillæ*, M. Jun. Tig. not. BA. D. à רָמָה *projicere*. Ità Chald. & K. in BA. Nomen à re: nam eam à se abjecerat[r]. Al. *sanguis maxillæ*, Sy. Ar. pro רָמָא legerunt דְמָא, Daleth pro Resch. Porrò, *Ramath Lechi* contractum est in *Lechi* v. 14. Sæpe enim in nominibus locorum compositis prior pars, compendii causâ, omittitur: ut, *Salem*, pro *Jerusalem*, Psal. 76. 3; *Jemini*, pro *Benjemini*, Est. 2. 5; *Seba*, pro *Beerseba*, Jos. 19. 2; *Sittim*, pro *Abel-sittim*, Num. 25. 1; *Hermon*, pro *Baalhermon*, & *Tholad*, pro *El-tholad*, 1 Par. 4. 29; & *Ataroth*, Jos. 16. 5, 7. pro *Archi-ataroth*. Plura vide in nostro Phaleg, l. 2. c. 24†.

18. *Sitiénsque valde*, &c.] Sitim hanc à Deo missam putant Josephus & Ambros. epist. 20. in pœnam arrogantiæ, quòd sibi, non Deo, victoriam adscriberet, v. 16[t]. Sed refelluntur ex hoc versu 18. ¶ *Tu dedisti—salutem*, &c.] Sibi ergò gratulatus est de adepta, sed Dei ope, victoria[v]. Ex vehementi motu, calore, sudore, sitis nasci potuit[x]: ex labore tum itineris, tum mactandi Philistæos[y]. Voluit eum sitire Deus, ut in tanta fortuna meminisset se mortalem esse*.

19. *Aperuit molarem dentem in maxilla asini*,— וַיִּבְקַע אֶת־הַמַּכְתֵּשׁ אֲשֶׁר בַּלֶּחִי] [Variè accipiunt.] *Et rupit Deus mortarium quod in maxilla*, Mo. *lacum qui in maxilla*, ο΄. *Fidit cavum quoddam quod est in loco Lechi*, JT. sim. D. *Concavitatem*, sive *locum concavum in quo erat dens molaris*, V. Hiatum & aperturam fecit, unde aquæ prodire inciperent. Heb. est, *mortarium*, à similitudine ejus propter cavitatem, infrà cap. 16[z]. Aliis מַכְתֵּשׁ est petra quæ formam habuit mortarii[a], vel dentis molaris[b]. Sic ergò vertendum esset, *Fidit Deus rupem Mactes nomine, quæ est in Lechi.* Ità *Mactes* est nomen loci: Sophon. 1. 11. *Ululate, incolæ Mactes*, i.e. incolæ loci à mortarii figura sic appellati; sive is fuerit Hierosolymis, ut Chaldæus, sive circa Tiberiadem[c]. Chald. vertit, *petram, quæ, scilicet, similis erat mortario*; h. e. saxum quoddam concavum[d]. Sed puto locum in Chaldæo corruptum esse, & pro כֵּיפָא legendum כַּכָּא, (quomodo in exemplaribus nonnullis reperiri K. agnoscit,) quod *dentem molarem* passim significat. Josephus sic habet, *E petra quadam fontem emisit suavem atque copiosum*†. Aliis hæ versiones non placent. Si vel petram vel cavitatem dicere textus voluisset, quid tam exoticâ obscurâque voce *machthesch*, cùm aliæ in promptu essent, opus fuisset[f]? Alii ergò vertunt, *molarem dentem qui erat in maxilla*. Ità (præter Vulgatum) P. sim. M. Os. BA. Credibile est significari hiatum quem in maxilla projecta fecerat dens eâ vi excussus*. *Mentum maxillæ*, Sy. *os mandibulæ*, Ar. Certissimum est מַכְתֵּשׁ esse *mortarium*, ex Prov. 27. 22. & agnoscunt hoc Hebræi, à verbo כָּתַשׁ *terere, contundere*[g]. Hinc significat, vel, *vas* in quo aliquid contunditur, vel, id quod rem aliquam contundit & conterit; sicque dentium molarium, qui cibum maximè conficiunt & commolunt, quilibet vocari potest *mactesch*[h]. Deinde, non minùs certum est, dentium capsulas seu alveolos ὁλμίσκους, seu *mortariola*, nominari. Sic appellat Rufus Ephesius, qui sub Trajano vixit, *de Partium humani corporis appellationibus* lib. 1. c. 8[i]. & Vesalius Anatom. 11. 11. sicut à Græcis vocantur βόθρια, *foveolæ*, φάτνια, *præsepiola*[k]. Ità RS. *Mactes* est fossa in qua dens situs est, facta ad instar mortarii. In hoc ipso igitur aio miraculum esse, quòd ex aperta

f Jun. g V. h BA. 1. 2. 15. 199. i D. k Ma. † La. l BA. ib. m Ma. n Me. ex L. o Ser. ex To. q Bo. Ser. T. r D. † BA. 1. 2. 15. t La. Bo. v Bo. v. 17. x Me. y La. * Mart. z Jun. sim. D. a R. Levi in BA. b He. in M. c BA. 1. 2. 15. 202. d V. † BA. 203. f Ser. * G. g BA. h Ser. i BA. k Ser.

maxilla pro tabo aut sanguine uberes aquæ manaverint; idque eâ virtute factum quâ ex rupe aquæ eruperunt, & farina crevit in hydria, & oleum in lecytho viduæ Sareptanæ[l]. Porrò, ex hac mandibula eruperunt aquæ, vel, 1. cùm eam Samson in manu teneret: ità Sulpitius & Chrysost. Verùm jam eam projecerat, v. 17. Vel, 2. potiùs ex ea humi jacente, ut Greg. Glycas & alii[m]. Sed illam resumpsisse Sampsonem credibile est, ut tam avidè exoptatum liquorem exsugeret[n]. ¶ *Et vires recepit*] Heb. *& vixit*, i. e. revixit, nempe, Samson; vel spiritus ejus vitalis, qui præ siti quasi abierat, nunc reversus est[o]. Sic Gen. 45. 27. *& vixit spiritus Jacobi*, i. e. vigori suo restitutus est[p]. ¶ *Idcirco appellatum est nomen illius, Fons invocantis de maxilla, usque in præsentem diem*] Τὸ *de maxilla* refer ad τὸ *fons*, non ad τὸ *invocantis*, ut patet ex Hebræo[q]. ¶ עֵין הַקּוֹרֵא אֲשֶׁר בַּלֶּחִי] *Fons invocantis*, vel *implorantis*, (sub. *opem Divinam*, V.) *de maxilla*, M. vel, *qui est in Lehi*, Ti. ο΄. *Fons qui datus est in oratione Simpson*, Jon. *Idcirco vocavit nomen ejus fontis, Fons invocantis qui est in* loco *Lebi*, JT. שְׁמָהּ cum affixo fœminino non refertur ad מַכְתֵּשׁ, neque ad מַיִם *aquas*, neque ad מָקוֹם *locus*, (quod sæpe suppleri solet,) hæc enim singula sunt mascul. sed ad עַיִן *fons*, quod plerumque est fœmininum. Fons autem non appellatur liquor è maxilla fluens nisi analogicè & καταχρηστικῶς: ut, *fons lacrymarum*, Jer. 9. 1. *sanguinis*, Lev. 20. 18. & Marc. 5. 29[r]. Porrò, hunc fontem ad sua tempora durâsse scribunt Hieron. & Glycas part. 2. Annal. qui vix 500 annis nostrum seculum antecessit†. Qu. Quomodo hoc verum? Resp. 1. Hinc colligit Pi. τὸ מַכְתֵּשׁ non rectè accipi de molari dente; maxilla enim propter miraculum non fuisset ibi relicta, sed ab obvio quovis arrepta[t]. Resp. 2. Dubitari potest, 1. an in maxilla permanserit fons, an in loco ab eo denominato: 2. an ex sola maxilla fluxerint aquæ, ipsâque pòst remotâ, è terra; an verò etiam cùm ibi jaceret fluxerint è terra illa, sed per molarem dentem[v]. Existimo has aquas è terra erupisse, sic tamen ut per maxillæ in terra jacentis dentísque foramen (tanquam per canalem) eæ defluerent. Ità nihil necesse erat vel siccari fontem, si maxilla auferretur, vel fontem sequi maxillam, si contingeret hanc non conjungi aquarum scaturigini[x]. Resp. 3. Bochartus negat hunc fontem durâsse. Fons hic ad momentum fluxit: nam postquam Sampson sitim sedavit, quorsum durâsset miraculum, & in loco fortè deserto è maxilla exsudaret inutilis humor? Non enim solet Deus miracula exhibere, nisi in quantum necesse est, Jos. 5. 12. 1 Reg. 17. 14. Verba autem, *qui est in Lechi*, vertenda sunt, *qui* [scil. *fons*] fuit *in maxilla*. Nam non est בְלֶחִי *in Lechi*, ut v. 14. עַד לֶחִי *ad Lechi*; sed בַּלֶּחִי, pro בְּהַלֶּחִי, *in maxilla*. Deinde, verba, *qui est in Lechi*, divellenda sunt ab his verbis, *usque ad hunc diem*; ut docet Zakeph-katon super בַּלֶּחִי. Unde sic interpretamur, *Vocatum est nomen ejus, En hakkore asher ballechi*, (i. e. Fons invocantis, qui fuit in maxilla,) *usque ad hunc diem*; ut sensus non sit, fontem durare ad hanc diem, sed ità vocari ad hanc diem, nempe, ab iis qui hujus miraculi meminerunt; quomodo Nimrodus, jampridem defunctus, vocabatur *Robustus venator coram Domino*: Utrobique namque asseruntur quæ sunt in ore vulgi, ut rei gestæ fides adstruatur argumentis captui nostro accommodatis[y].

20. *In diebus Philisthiim*] i. e. Imperantibus Palæstinis toto tempore illius[z]. Ex his verbis perspicuum est annos servitutis includi annis Judicum*.

l BA. 203. m Ser. n BA. o D. p BA. ib. q La. r BA. ib. 204. † Ser. t Pi. v Ser. x Bo. y BA. 1. 2. 15. 205. z V. D. * Li.

CAP. XVI.

1. *Abiit in Gazam*] Alicujus negotii vel mysterii causâ[a]: sive ad hoc à Deo incitatus, sive provocatus spe rei bene in Philistæos gerendæ[b]. Qu. 1. Quomodo audebat eò descendere? Resp. 1. Amabat mulieres Philistinorum[c]. Lex vetabat Israelitidas esse meretrices[d]. Multa amantum atrocia facta & insaniæ

a Aug. in La. b Bo. c To. d G.

saniæ à Poetis passim enarrantur. 2. Fecit hoc confidens robore suo. 3. Vel, putavit se eis satis incognitum esse †. Qu. 2. Quomodo permissus erat quietè intrare? Resp. Vel, mutavit habitum; vel, aliâ ratione delusit portarum custodes; vel, non ausi erant custodes ingressum ejus prohibere, sibi malum metuentes [f]. [Fortè nulli in portis erant custodes in pacato illo rerum statu.] ¶ *Et vidit ibi*, &c.] Hæc verba satis indicant non venisse eò Samsonem animo turpi & libidinoso, sed oblatâ duntaxat occasione, & incautè in mulierem meretricem conjectis oculis, captum fuisse [g]. ¶ *Meretricem*, ità ο'. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. D. [זונה] *Meretricantem*, aut *scortantem*, à זנה *scortari*. Participium loco nominis. Sic רופא *medicus*, מושל *dominator* [h]. Alii vertunt, *cauponariam*, vel, *cibatricem*, vel, *tabernariam*, Jon. V. He. in M. à זון *cibare*. Nulla enim fit mentio quòd Sampson hanc amârit [i]. At זון *cibo* non est usitatum, quod sciam [k]. ¶ *Ingressúsque est ad eam*] Q. sic, Et divertit ad eam [l], quasi in diversorium [m]. Alii, Et congressus est cum ea [n]. Honestè sic Ebræi coitum circumloquuntur [o]. Ità sumitur phrasis Gen. 16. 2. & 2 Sam. 3. 7 [p]. & Psal. 50. 1 [q]. & Gen. 29. *Jacob ingressus est ad eam*. Interdum tamen simplicem ingressum denotat in domum, ut Jud. 4. 22 [r].

2. *Quod cùm audissent Philisthiim*, [לעזתים לאמור] Ad verb. *Gazæis dicendo*, D. Mo. *Hazzæis cùm diceretur*, JT. Videtur esse לאמור pro כאמור †. *Azathæis dictum est*, Ti. vel, *Azzitis*, (sub. *nunciatum*, vel *renunciatum*, *est*, M. V. sim. P.) *dicendo*, M. Omisit verbum, ut indicaret celeritatem renunciationis [t]: q. d. Extemplò eis renunciatum fuit [v]. ¶ *Circumdederunt eum*] i. e. Circum urbem munierunt loca per quæ evadere poterat [x]. ¶ *Et ibi totâ nocte cum silentio præstolantes, ut facto manè exeuntem occiderent*, [ויתחרשו כל הלילה לאמור עד אור הבקר והרגנהו] *Et simulârunt se mutos totâ nocte, dicendo, Ad lucem matutinam, & occidemus eum*, Mo. *Tacuerúntque*, &c. *Usque ad lucem matutinam exspectemus, & occidamus eum*, P. *Conticescebántque* (malim, *quietos se continuerunt*, Pi.) *totâ illâ nocte, dicendo, Conticescamus usque ad lucem*, &c. *tum interficiemus eum*, JT. *Tacentésque totâ nocte, dicebant, In luce matutina interficiemus eum*, M. *Simulârunt se mutos & surdos hoc consilio*, [לאמור accipit de verbo mentis,] *ut eum manè sub lucem occiderent*, Ti. Fortè *dicere* hîc valet, *cogitare apud se*. Quidam, *conticuerunt*, *cùm dixissent*. Verba quartæ conjugationis interdum fictionem denotant: ut, התעשר, *simulavit se divitem*, & מתרושש, *qui se pauperem fingit*, Prov. c. 13. v. 7. & מתחלה, *qui se lassum*, aut *insanum*, *facit*, Prov. 26. 18 [y]. Notant eclipticam esse hanc orationem, ut commotorum & perturbatorum [z]. Qu. Cur Philistæi non Samsonem in domo, & dormientem, aggressi sunt? Resp. 1. Quia, secundùm legem terræ, securitatem debebat habere in loco hospitii [a]. 2. Si villa non habuisset muros, eum intra domum capere conati fuissent: jam verò, clausis portis, eum egredientem capere potuerunt [b]. 3. Poterant quidem domum vel diruere, vel incendere; sed desiderabant ipsum viventem capere, ut exercerent in eo ludibria, sicut postea fecerunt [c]. 4. Timebant nè aliquo advenientium strepitu excitaretur: nè mulier, insidiarum illarum inscia, terreretur, illúmque moneret & expergefaceret. E contrario, putabant fore ut, cùm manè nihil à Philistæis contra se tentatum sentiret, securus ex improviso in omnes unà collectos, paratos & exspectantes, incideret [d]. Non ausi sunt apertâ vi Samsonem, etiam dormientem, aggredi: vel certè tutius censuerunt eum in regressu ex insidiis adoriri, & eminus fortè jaculis impetere; quòd jam experti fuissent apertam vim malè ipsis cessisse †.

3. *Apprehendit—fores*, &c. [ויפעם עם הבריח] *Et transtulit*, vel, *loco movit*, (*evulsit*, Sy. Jon. *exemit*, Ar.) *ea*, vel *eas*, (nempe, fores & postes [f],) *cum vecte*, M. Ti. Mo. V. Al. sic, *profectus est cum eis*, *unà cum vecte*, P. Ang. D. ויפעם pro ויסע עמם; ut alibi in Psalmis יגורך, *commorabitur tecum*, i. e. יגור עמך. Verba enim neutra non admittunt affixa, nisi *commodâ subauditâ præpositione*. Sic alibi, ויסע את יתד, *profectus est cum clavo*, ubi את valet *cum*. Fortè verbum נסע utrobique transitivum est, *transtulit*, &c [g]. Etsi verbum Hebr. plerumque sign. *proficisci*, tamen videtur admittere signif. transitivam; nam & qui proficiscitur, is sese movet de loco in locum. Proficiscendi autem significationi duo refragantur: Primùm, syntaxis; habetur enim ויפעם, non ויסע עמם: Deinde, consequutio sententiarum; tria enim ordine narrantur, 1. quòd fores, &c. arripuerit, 2. quòd eas loco moverit, 3. quòd humeris suis imposuerit. Profectus verò est haud dubiè tum demum cùm illas humeris jam imposuisset [i]. Existimo נסע primariâ significatione esse transitivum, ac significare, *tollere*, *removere*, &c. (quomodo v. 14. & Esa. 33. 20. בל יסע יתדותיו, *non removebit* (supple, *quispiam*) *clavos ejus*;) idem quod Arab. נוע, permutatis ו & ס, ejusdem organi & ferè soni literis: deinde, *auferre pedes è loco*, *proficisci*: prorsus ut apud Chald. נטל, quod primò *levare*, *elevare*, *tollere*, deinde, *tollere se è loco*, *proficisci*, significat. Quâ voce usus est Jonathan hîc & v. 14 *. *Profectúsque est cum eis conjunctis vecte*, JT. ¶ *Portavit ad verticem montis qui respicit Hebron*, [אל ראש ההר אשר על פני חברון] *Ad caput montis qui est super facies* (vel, *è regione*, sive, *ex adverso*, Sy. Ar. M. Ti. sim. P. Ang.) *Hebron*, ο'. Jon. Mo. Ad montem Hebroni vicinum [k]. Urbs Hebron à Gaza distabat 7 penè milliaribus Germanicis. Tam longè & procul hæc pertulit [l]: & tanquam trophæum aliquod in monte Hebronis constituit [m]. [Alii aliter reddunt, & exponunt,] *montis in Hebronis aspectu positi*, Ca. Belg. Mons hic Gazæ vicinus erat, ab Hebron verò procul remotus [n]. Mons altissimus fuit ab Oriente coram Gaza, in cujus vertice (ut ex hoc loco colligi potest) cernebant Hebronem alteri alto monti impositam in occidentalibus Judæ terminis. Huic concinunt chartæ Geographicæ [o]. [Al. sic;] Non portavit Sampson portas Gazæ propè ad Hebronem, vel ad montem unde conspici posset Hebron, sed ad verticem montani (nempe, Judææ) quod excurrit ad Hebronem: & verba sic censent reddenda, *Portavit eas ad verticem montani quod ante Hebronem*. Mons Amorrhæus (quem tabulæ Adrichomii, Tirini, aliæque, perperam producunt ab ipso ferè mari Rubro ad terram ferè Canaanitidem) initium sumpsit à Cadesch Barnea, limite terræ Israeliticæ Austrâli, ac se horrente gibbositate protrusit in Judæam ultra Hebronem; mutato nomine, tandem in *montanum Judææ* [p]. Porrò, etsi mirum sit Sampsonem hoc præstitisse; tollitur tamen admirabilitas cùm res tota ad Divinam virtutem revocatur, quæ has vires ei subministrabat, etiam post peccatum: neque enim gratiæ internæ alligaverat Deus donum illud virium corporis, sed Naziræatui & intonso capillitio [q]. Fortitudo hæc erat gratia gratìs data, non gratum faciens, ac consistebat cum peccato mortali [r]. Qu. 1. Sed unde factum quòd custodes portarum non restiterint Sampsoni? Resp. Hoc referendum, vel ad panicum terrorem qui illos stupidos reddidit; vel quòd, cùm non ad ipsam portam, sed aut supra ipsam, aut ad alterutrum portæ latus, [ut moris est etiam hoc ævo,] excubarent, non satis sciverint quid fieret, tenebris etiam adjuvantibus, donec Sampson longiùs processisset; quem tamen ausi non sunt insequi, nè ab eo malè mulctati recederent †. Qu. 2. Cur Sampson transportavit urbis januas, &c? Resp. 1. Ad ostentandum robur suum. 2. Ut ostenderet se non timere Philistæos, quia non fugiebat quantum poterat, sed lento gradu movebatur. 3. In opprobrium Philistinorum [t]. Sic insigne dedecus urbi, quæ amplissima & fortissima prædicabatur, inustum est [v].

4. *In valle Sorek*] Ubi erant vites & vina præstantissima [x]. Q. confundunt eam cum *valle Botri* Num. 32. Verùm ea erat ad extremos Cananææ ad Austrum terminos; cùm vallis Sorek ad Aquilonem Eleutheropoli fuerit juxta Hieron. & verisimile est, ut Adrich. asserit, eam fuisse in tribu Dan [y]. ¶ *Dalila*] Hanc fuisse Samsonis uxorem aliqui graves auctores sentiunt [z]. Ità RR. nonnulli, & Chrys. & Prosp. & Perer [a]. Non placet. 1. Tunc non ausi essent Philistæi eam tam fidenter solicitare ad prodendum maritum. 2. Nec toties & tamdiu latuissent armati in domo propria Samsonis [b]. 3. Tum duxisset eam Samson in domum suam, non autem ad domum ejus divertisset [c]. Hebræi aiunt Delilam fuisse edoctam

Margin notes (left column): † To. — f Bo. — g Bo. — h D. — i V. — k D. — l V. — m Ma. — n D. Ma. La. Bo. Jun. Pi. — o D. — p Me. — q Ma. — r D. — † D. — t V. — v Ma. — x V. — y D. — z Ma. — a L. — b To. — c To. — d Ser. — † Bo. — f Pi. — g D.

Margin notes (right column): i Pi. — * Di. — k Bo. sim. Ser. Me. — l Ser. — m Ma. — n Adrichom. in Bo. — o Belg. — p Li. centur. chorog. ca. 11. — q Bo. — r La. — † Bo. — t To. — v Ser. — x La. — y Bo. — z Me. — a La. — b T. ex Ser. — c La.

edoctam à Samsone Legem Mosis antequam haberet
d V. commercium cum ea [d]. Alii volunt eam meretricem
† Ità Jo. fuisse †. Meretricium, h. e. insincerum, amorem pro-
To. Ser. didit, non uxorium [f].

La. Bo. T. 5. *Principes Philisthinorum*] Nimirum, quinque Prin-
f Bo. cipes quinque satrapiarum, qui inter se conjuncti &
colligati erant, potiúsque aristocratiam quàm monar-
g Ser. chiam obtinebant [g]. ¶ *In quo habeat—fortitudinem*]
Satìs suspicabantur fortitudinem istam aliunde esse
quàm à naturali constitutione corporis; & fortè intel-
lexerant Samsonem aliquando indicâsse, ex re quapiam
arcana, & nemini alteri præterquam sibi nota, eam for-
h Bo. titudinem pendere [h]. ¶ *Et quomodo eum superare*
valeamus, & vinctum affligere, לְעַנֹּתוֹ] *Ad affligendum*
eum, JT. *ut affligamus eum*, V. i.e. Ad magnam ejus vim
cohibendam, ut communem cum aliis hominibus for-
i Jun. tem experiatur [i]: vel potiùs, ad sumendas de eo pœnas,
eúmque calamitatibus & ærumnis obruendum; ut
k Ma. postea fecerunt, v. 21 [k]. ¶ *Mille & centum argen-*
l Jun. *teos*] Id est, ampliùs 275 thaleris [l]. *Argenteos* hîc
m Bo. pro siclis accipio, ut alibi passim [m]. Mille singularum
provinciarum nomine oblati sunt, & centum à Prin-
n Me. ex Mont. cipibus singulis auctarii & honorarii causâ [n]. Videtur
o Os. *argenteus* non minoris pretii fuisse quàm thalerus [o].

7. *Si septem nerviceis funibus*, &c. יְתָרִים לַחִים
Nervis humidis, ο'. sim. Vulg. h.e. Funibus è nervis quo-
rumcunque animantium compositis, & in morem fu-
p Bo. La. nium contortis [p]. Probabilis esset hæc versio, nisi ve-
hementer impedirent continuò sequentia, *necdum siccos,*
& adhuc humentes. Constat enim nervos humore ad
firmiter arctéque astringendum inhabiles reddi, nam
* Ful. misc. 5. 14. eo laxantur debilitantúrque, ut liquet *. יֶתֶר & *ner-*
q La. *vum & funem* significat [q]. Al. *viminibus humidis*, Mo.
virgis viridibus, P. Al. *funibus*, (*chordis*, Sy. Ar.) vel
restibus, vel *vinculis*, *recentibus*, vel *virentibus*, vel *hu-*
mentibus, Jon. Sy. Ar. M. Ti. V. Talia vincula fi-
unt ex arbore molli & lenta, qualia sunt quibus col-
h He. in V. ligantur fasciculi [h]. Plerique Hebræorum reddunt, *vir-*
gis, vel *viminibus*, propter adjunctum quod sequitur
i Ma. ità Ful. ex K. לַחִים [i]. Funes hi facti sunt ex virgultis & restibus,
non autem de cannabo & lino, cùm illa non recentia,
k M. sed arida, inveniantur [k]. Quòd *funes* reddunt, non con-
sonat cum adjectivo לַחִים *humentes*, seu *virentes*, quippe
qui ex cannabe ejusmodíque materia flaccida, variéque
& multipliciter arefacta atque exsiccata, confician-
† Ful. ib. tur †. Ut responsioni suæ veri speciem affingat
Samson, certas conditiones & circumstantias requi-
l Bo. rit [l]. ¶ *Infirmus ero*] Sic P. vel, *debilis*, Mo. M. Ti. τὸ
m D. ad v. 11. חָלָה signif. *debilitari* & *infirmari* citra morbum [m].

9. *Latentibus apud se insidiis*, *& in cubiculo*, &c.
יֹשֵׁב לָהּ בַּחֶדֶר] *Sedens ei*, vel *apud eam*, *in penetrali*,
Ma. *Manebant*, i. e. delitescebant, in *cubiculo*, nempe,
n V. *secretiore* [n]. *Et insidiator sedens* erat, h. e. sedebat [o].
o Pi. Verbum proprium hac in re: Num. 14. 25. *sedet in valle*,
i. e. insidiatur vobis. *Sedere* insidiantium est. *Sedet in*
insidiis pagorum, Psal. 10. Hinc & *insidere*, & nomen ipsum
p D. *insidiarum* [p]. Non est mirum hîc non fuisse eos Samso-
nem aggressos dum dormiret, & conatos inermem &
incautum opprimere, utpote à quo jam viderant inte-
gros cæsos fugatósque exercitus; ad eum modum
quo nemo leonem dormientem audet aggredi, nè quo
modo excitatus, priusquam omnino opprimatur, eos
q Bo. qui aggrediuntur discerpat [q]. ¶ *Super te, Sam-*
pson, עָלֶיךָ] *Super te* sunt, M. P. ο'. Mo. h. e. Superemi-
nent tibi, jamjam te vincent & vincient. Præpositio
namque עַל, *super*, latissimè patet; & aliquando victo-
riam exprimit, quâ quis supereminet aliis. Sic 2 Sam.
23. 8. עַל־שְׁמֹנֶה מֵאוֹת, *super octingentos* is erat, h.e.
r Glass. gram. p. 548. eos debellando vicit [r]. Al. *imminent tibi*, Ar. Ti. *ve-*
nerunt contra, vel *super*, *te*, Jon. Sy. V. i. e. parati sunt
† V. in te irruere. Hoc dicit ut terreat eum, & periculum
faciat an possit rumpere vincula †. ¶ *Rumpat quis*
filum, &c. פְּתִיל הַנְּעֹרֶת] *Filum stuppæ*, vel *stupeum*, Mo.
JT. Ti. *filum lineum*, Sy. Ar. *filum bombycis*, Jon.
¶ *Cùm odorem ignis acceperit*, בַּהֲרִיחוֹ אֵשׁ] *Cùm olfa-*
cit ignem, P. sim. Mo. ο'. *cùm sentit ignem*, JT. V. Sy.
M. Ti. Metaphora, Jun. Pi. *Olfacere* pro *sentire*; spe-
t D. BA. cies pro genere [t]. Sic Job. 14. 9. *cùm primùm aquam*
olfecerit; Psal. 58. 9. *priusquam intelligant*, i.e. sentiant,
spinæ vestræ rhamnum, i. e. ignem rhamni [v]. Sic in Jo- v D.
bo equus dicitur *prælium odorari*, i. e. sentire, vel præ-
sentiscere, & pugnam futuram præsagire. Sic Dan. 3.
27. וְרֵיחַ *& odor* (i. e. sensus) *ignis non transiit in eos*.
Sic Esa. 11. 3. ubi de Christo, וַהֲרִיחוֹ בְּיִרְאַת יְהוָה,
& odoratus ejus erit in timore Domini, i. e. sensus, judi-
cium, ejus; proinde sequitur, non secundùm aspectum
oculorum judicabit. Quin & duplici tropo, *odor* pro
sensu, & *sensus*, qui animalis est proprius, etiam aliis
rebus tribuitur καταχρηστικῶς, ut arbori Job. 14. 9. ità
hoc loco non solùm insensibili, sed & inanimatæ, rei,
viz. filo stupeo [x]. x BA. 1. 2. 9. 151.

10. *Illusisti mihi*, הֵתַלְתָּ בִּי] *Decepisti me*, mentitus
es mihi [y]. Hinc satis apparet Samsonem de insidiis y V.
non fuisse conscium: & verisimile est ipsam indicâsse
se explorare voluisse veráne ipse dixisset, & rem to-
tam in risum convertisse [z]. z Bo.

11. *Si ligatus fuero*] Heb. *Si ligando ligaverint me*,
i.e. diligenter & exactè constrinxerint me [a]. *Si—vin-* a V.
cirent. Loquutio impersonalis [b]. ¶ *Funibus*, b Pi.
בַּעֲבֹתִים] *In rudentibus*, Ma. Sign. *funes crassiores ex*
tribus constantes [c]. c D.

13. *Si septem crines capitis mei cum licio plexueris*,
אִם־תַּאַרְגִי אֶת־שֶׁבַע מַחְלְפוֹת רֹאשִׁי עִם־הַמַּסָּכֶת]
Si texueris septem cincinnos capitis mei cum licio, P. Mo.
Sy. vel, *cum jugo telæ*, Jon. *Si attexueris*, vel *alligave-*
ris, jugo textorio, Ar. JT. *Telæ*, vel, *cum tela illa quæ in-*
voluta est circum jugum liciatorium, i. e. quæ est jam
texta. Est enim lignum teres & rotundum, sic di-
ctum, quòd tegatur telâ quæ volvitur circa ipsum.
Septem cincinnos, i. e. septem partes capillorum simul
conglobatorum: habebat enim crines oblongos, &
crispos ac intricatos, sive contortos [d]. Capillamen- d V.
tum omne Samsonis in septem cincinnos, quasi licia,
distributum erat †. מַסֶּכֶת hîc tantùm legitur, & † Jun. Bo.
v. 14. [Variè reddunt.] *Licium*, He. in Ma. vel,
telam ipsam, seu pannum qui texitur & operitur, quasi
dicas *opertorium* [f]. Verto, *ad telam*; nam vox Hebræa f Ma.
aliàs *operimentum* seu *tegumentum* significat; telâ au-
tem obtegitur jugum textoris †. In tela duplex fi- † Pi.
lum est: 1. licium, quod oblongum est; 2. subte-
men, (sive trama,) quod transversum est; licio autem
convenit ut subtemen operiat. Consentiunt nostro In-
terpreti ο'. qui διάσμα vertunt, quod Phavor. & Ety-
mologistes reddunt, *primum vestis opificium*: Licia au-
tem ante omnia à textore explicantur [g]. Plerique g Bo.
licium, seu *liciatorium*, instrumentum textorum, per
quod fila fluunt ac funduntur, quod *pecten* appellatur,
esse volunt [h]. Al. *lodicem*, seu cortinam, vertunt; Q. h Ma.
in Ma. M. Fortasse tunc Delilah telam aliquam aut
operimentum texebat [i]. Sensus hujus loci hic est; i Ma.
Si fuerint cincinni capitis mei intra telam contexti,
liciatoriúmque ipsum circa quod tela plicatur clavo
fixum, & ad certum situm firmatum, &c [k]. Paula- k M.
tim ad caput venit Sampson, *lapsuro propior*, ait S. Am-
bros. epist. 70 *. * Me.

14. *Et clavum*, &c. *fixeris*, וַתִּתְקַע בַּיָּתֵד [Variè
reddunt.] *Et fixeris in clavo*, Mo. [Illi תִּתְקַע est se-
cunda persona, eámque cum præcedentibus conjun-
git: sim. Vulg. & Os. qui hæc ponunt in fine vers. 13.
tanquam partem responsionis Sampsonis. At secunda
pers. fœm. est תִּתְקְעִי. Aliis ergò est tertia persona fœm.
& sequentem versum inchoat.] *Infigens illa clavum*,
M. Ti. *fixit clavo*. Subaudiendum aliquid, cujusmodi, *Et*
ità attexuit, *& fixit clavo*, aut *vecte*, sub. *jugum ipsum*; i.e.
firmavit, seu obfirmavit, aut stabilivit, jugum ipsum cla-
vo seu paxillo [l]. Illa *itaque impacto paxillo dixit ei*, JT. Sub- l V.
audi, postquam egisset quæ agenda esse didicerat. Noe-
ma: q.d. His factis impegit paxillum in scapum, nè ju-
gum cum panno cui capilli attexti erant volvi posset [m]. m Jun.
Verto, *Fixit* jugum *paxillo*, *& dixit*. Est autem hîc
βραχυλογία, & synecdoche membri. Significatur enim
actio quæ præcessit ex actione quæ sequuta fuit: nem-
pe, quòd primùm attexuerit cincinnos Simsonis ad
telam jugo circumdatam; deinde, jugum ipsum clavo
seu paxillo fixerit [n]. ¶ *Extraxit clavum*, &c. וַיִּסַּע n Pi.
אֶת־הַיְתַד וגו'] *Abstulit paxillum jugi*, V. & telam quæ
erat super jugum involuta [o]. Profectus est cum *pax-* o V.
illo, JT. sim. P. *Paxillum jugi* vocat paxillum quo ju-
gum

[p] Pi. [q] V. gum erat affixum [p]: qu. d. Traxit secum omnia [q].
15. *Cùm animus tuus non sit mecum*] q.d. Satis osten-
dis me abs te non diligi. Qui enim verè & seriò amat,
[r] Bo. omnia sua arcana amato credit [r]. ¶ [לִבְּךָ] *Cor*
† Pi. *tuum*, i.e. cordis affectus, nempe, amor †. Cùm alieno
[t] V. sis à me animo [t].
16. *Spatium ad quietem non tribuens*, [וַתְּאַלְצֵהוּ] אֵלֶץ
[v] Ma. *Illetz* [in Pihel] alibi in Scriptura non legitur [v]. [Va-
riè reddunt.] Et *molestavit*, vel *oppressit*, vel *angusta-
vit*, *eum*, o'. Jon. Mo. P.K. & Caj. & Buxt. Schindl. alii-
que in Ma. D. *obtudit*, Tig. not. *Compulit*, vel, *molesta ei
fuit*. אֵלֶץ ex חָלַץ; ut אֲרוּזִים ex חֲרוּזִים, (monilia ex
[x] Schindl. in lex. gutture pendentia, Ezec. 27. 24 [x].) nam hæ literæ
[y] D. permutantur [y]. *Artificiosè ursit eum*, JT. *illexit*, Forst.
in Ma. *instituit*, vel, *quotidianis convitiis efflagitavit*,
Merc. in Ma. Noster proculdubiò contulit cum trans-
[z] Ma. posito אֵצֶל, q.d. *erat semper apud eum* [z]. ¶ *Defe-
cit anima*, &c. [וַתִּקְצַר נַפְשׁוֹ לָמוּת] *Et abbreviaretur*,
vel, *decurtaretur*, *anima ejus ad moriendum*, M.D. Anima
mœsta *brevis* & *contracta* dicitur, Num. 21. 4. Jud. 10.
16. Job. 21. 4. Prov. 14. 17. Anima contrahitur in
[a] D. mœrore, dilatatur in lætitia [a]. *Elanguit*, *emarcuit*; i.e.
cœpit elanguescere, i.e. esse animo remissiore solito.
[b] V. Cœpit eum tædere vitæ suæ, & optavit mortem [b]: cùm
nec mulierculæ displicere vellet, nec tamen satis tu-
[c] Bo. tum putaret arcanum suum mulieri aperire [c]. Ità
multos vincit Dæmon & caro continuitate & pro-
lixitate tentationis, qui primò fortissimè ei restite-
rant: sensim enim hâc duratione animi cum viribus
[d] La. languescunt & enervantur [d].
17. *Aperiens veritatem rei*] Factum hoc providentiâ
Divinâ; 1. in pœnam Sampsonis ob libidines, &c.
2. ut in Philistinorum calamitatem tandem hoc con-
† Bo. verteret †. ¶ *Si rasum fuerit*, &c.] Quippe, fœ-
dere violato quod ei cum Deo intercedebat, qui tanti
[f] G. roboris donator erat [f]. Erat in Sampsonis capillo ro-
bur, tanquam in signo gratiæ gratis datæ, seu in sym-
[g] Me. ex La. T. Ser. bolo fœderis inter ipsum & Deum [g]. Fuit qualitas
naturæ viribus superaddita, eáque permanens, quæ
[h] Bo. etiam in quieto & dormiente remaneret [h]; sed cum
[i] La. pacto [i]. Pendebant hæ vires à capillis tanquam causâ
morali, (ratione pacti & promissi Divini,) non na-
[k] Bo. turali [k]. Ex hoc facto orta est historia, seu potiùs fabula,
de Nisi Megarorum Regis, sub idem hoc tempus reg-
nantis, comâ adeò cœlesti, ut quamdiu eam servaret,
nec vinci, nec regno pelli, posset: Sed Scylla, Nisi filia,
amore Minois urbem obsidentis dementata, patri dor-
mienti comam resecuit, itáque patrem & patriam hosti
prodidit [l]. Ille in Græcia tam celebratus Cadmus, è
[l] La. ex Ser. sim. Jun. Palæstina Phœniciâque illuc profectus, quemadmo-
dum *literarum*, ità *fabularum*, auctor fuit [m]. Qu. An
[m] Ser. in solis crinibus, an in omnibus Naziræatûs institutis,
positum erat robur Sampsonis? Resp. Quidam po-
sterius statuunt; v.g. Si sciens ac prudens vinum bibe-
[n] Ità To. ret, mortuos sine Dei nutu tangeret, &c [n]. Aliis non
[o] Ser. Bo. placet [o]. Nam, 1. Naziræatus Sampsonis pollutione
super mortuo non interruptus erat. Vide ad Jud. 13. 4.
2. Aliter respondit Sampson Dalilæ, & solius rasionis
capillorum meminit: at si plures modi fuissent roboris
perdendi, eos commemorâsset; imò potiùs illum mo-
dum commemoraturus fuisset, qui nonnisi se volente
& conscio adhiberi poterat [p]. Porrò, voluit Dominus
[p] Bo. sim. Ser. ad crinem has vires alligare, quia sub re vilissima
erant securiùs; & nè sibi suísque lacertis adscriberet
[q] Ser. Sampson [q].
19. *Dormire eum fecit*] Propinatâ fortassis sopori-
ferâ aliquâ potione, quæ rationis sensum auferret:
quod etiam aliis experimentis à Dalila captis factum
[r] Me. fuisse probabile est [r]. Id à similibus mulierculis facti-
tatum docet Delrio Disquisit. mag. l. 3. p. 1. qu. 2. ex
Virgilio, Apuleio & Cæsario. Addunt alii, propinatum
ei vinum quod in Sorek præstantissimum erat. Et
Samsonem ebrium fuisse insinuant Josephus, Ambros.
Basil. & Theod. Si ità esset, jure perdidit robur, cùm
& contra legem Naziræatûs vinum bibit, & contra
† La. legem temperantiæ plus æquo bibit †. ¶ *Et rasit*]
[t] Pi. D. Nempe, per quendam: h.e. curavit radi [t]. Nempe,
[v] Bo. per tonsorem [v]. Aut ipsa hoc fecit, sumens nova-
[x] D. culam à tonsore [x]. Narrat Herodotus, manu unius ra-
sas multorum unà dormientium maxillas: quantò fa-
ciliùs radi potuit unius in septem quasi catenulas col-
lectus capillus [y]? ¶ *Cœpit abigere eum*] Heb. *affli-* [y] T.
gere. Trudere, itáque excitare ut sibi caveret fugâ, ex
analogia præcedentium actionum [z]. Pronunciando [z] Pi.
de more, *Philisthiin super te, Sampson* [a]. [a] Bo.
20. *Sicut antè*, [כְּפַעַם בְּפַעַם] Ad verb. *secundùm
vicem in vice*: i.e. ut aliàs, hâc quoque vice [b]. ¶ *Et* [b] V.
me excutiam] Ità Mo. o'. V. D. P. Vel, 1. à somno [c]: [c] D. M.
vel, 2. à vinculis quibus ipsa ligaverat ipsum, ad ex-
periendum certitudinaliter si posset vincula rumpere;
quod cùm non posset, Philistæi invaserunt eum se-
curi [d]. At verò nondum Sampson erat vinctus †. Vel, [d] L. † D.
3. *de manibus eorum*; i.e. elabar [f]. *Quum excussero* [f] V.
me, JT. ¶ *Quòd recessisset ab eo Dominus*] Quoad
gratiæ gratis datæ effectum, robur scilicet [g]. [g] Me.
21. *Quem cùm apprehendissent*, &c.] Qu. Quomodo
latitantes Philistæi agnoverunt Sampsonem reverà vi-
res amisisse? Resp. 1. Quòd hâc vice certò sibi per-
suaderent Sampsonem vera esse confessum [h]. At quid- [h] To.
ni, ut semper hactenus, Sampsonem mentitum fuisse
metuerent? Et quid necesse erat Sampsonem excitari?
aut cur non in Sampsonem dormientem irruperunt, si
istud pro certo haberent? 2. Omnino asserendum
videtur etiam hâc vice vincula adhibita, (etsi id factum
Scriptura reticeat;) quæ cùm disrumpere eum non
posse compertum est, tum meretrix signo dato Phili-
stæos ut è latibulis suis erumperent admonuit [i]. [Si [i] Bo.
dicas eum postea vinctum dici, responderi potest,
Sampsonem à Dalila funibus vinctum, quasi ad expe-
rimentum capiendum, à Philistæis postea arctiùs, &
catenis, vinctum.] ¶ *Eruerunt oculos ejus*] Ut si
fortitudo ipsi rediret, illam ei inutilem redderent,
cùm non videret quem feriret. Justè congruâque pœ-
nâ privatur oculis, quia eis lascivè aspexerat Dalilam.
Fuit tamen hæc pœna illi salubris; nam per hanc cæci-
tatem aperti sunt oculi mentis, ut ex pœna agnosceret
culpam, de eâque pœnitens Deum invocaret, itáque
cum eo in gratiam rediens fortitudinem suam ab eo
reciperet [k]. ¶ *Duxerunt vinctum catenis*, [בַּנְחֻשְׁתַּיִם] [k] La.
In compedibus, vel, *catenis*, o'. Jon. Sy. Ar. M. Ti. vel
ferreis, V. Jon. vel *æneis*, M. Ti. D. vel *chalybeis*, JT. BA.
Vox [נְחשֶׁת] & *æs* sign. ut vulgò; & *chalybem*, ut hoc
loco, & Lament. 3. 7. unde est quòd נָחוּשׁ *chalybeum*
Hebræi interpretantur, Lev. 26. 19. Job. 6. 12. Isa.
48. 4 [l]. ¶ *In carcere*, [בְּבֵית הָאֲסִירִים] *In domo* [l] BP. 3. 12. 207.
vinctorum: Sic Hebræi vocant carcerem [m]. Molæ quæ
aquarum illapsu vel ventorum impulsu agerentur, [m] V.
posterioris ævi sunt inventum: prisci illi trusatilibus
molis, quæ jumentis vel mancipiis circumagerentur,
uti solebant; in quorum mancipiorum numero habitus
est Sampson [n]. Hinc apparet in carcere molas fuisse, [n] Bo.
quibus vincti victum parabant [o]; nè otiosi panem co- [o] D.
mederent [p]. Pistrinum hîc *carcerem* vocat, ut Exod. [p] V.
12. 29. Oculi autem adimi in pistrinum damnatis so-
lebant, nè vertigo labori obstaret: qua de causa &
servis lac versantibus, & vas in quo lac erat circum-
cursantibus, ademptos oculos narrat Herodotus Mel-
pomene [q]. Porrò, in ergastulo molere abjectissimæ (& [q] G.
gravissimæ, Ma.) servitutis erat [r]. Vide Exod. 11. 5. [r] D.
Matt. 24. 40. Juvenal. Satyr. 8. —*dignique molam
versare Nepotis* †. † Ma.
22. *Capilli renasci cœperant*, [לְצַמֵּחַ כַּאֲשֶׁר גֻּלָּח] *Re-
nasci ut rasus fuerat*; i.e. ut erat quando rasus fuit [t]. [t] V.
Ut quum abraderetur; i.e. in pristinam suam magni-
tudinem [v]. Al. *postquam rasus*, vel *tonsus*, *esset*, Sy. M. [v] Jun.
P. Ità denuo disponebatur ad recuperandum donum
fortitudinis, accedente insuper pœnitentiâ & orati-
one, ut suadent sequentia v. 28. & Heb. 11. ubi in-
ter sanctos reponitur, & fides ejus commendatur [x]. [x] Bo. La.
Hinc colligunt eum non diu fuisse detentum captivum;
nam capilli resecti illico recrescunt [y]. Per 3 fortè [y] La.
vel 4 menses fuit in carcere: neque enim citiùs ca-
pilli renasci potuerunt [z]. [z] Me.
23. *Convenerunt in unum*] Vel tunc tantùm, ad lau-
dandum deum suum de capto Sampsone; vel quot-
annis dies recurrens solennitatem & panegyrin attu-
lit: sed eo anno captus Sampson valde festivitatem
auxit [a]. ¶ *Dagon deo suo*] Peculiaris hic Philisti- [a] Bo.
norum

norum deus, ut hinc constat, & ex 1 Sam. 5.2. & 1 Paral. 10.10. & 1 Mac. 10.83 [b]. [Unde dictus & qualisnam deus hic fuerit, non convenit inter interpretes.] 1. Quidam à דָּג *pisce* deducunt, quòd piscis formâ effingeretur [c]. Inferiori parte piscis erat [d]. Ab umbilico & infrà piscis figuram, suprà verò hominis formam, habuit; ad eum videlicet modum quo Tritones & Nereides superstitiosa finxit coluítque antiquitas †: ut mirum non sit 1 Sam. 5.4. manus Dagoni adscribi, de pedibus sileri, cùm ἄποδες esse solent prodigiosi hi pisces. Multi sentiunt Dagonem non alium esse quàm *Atergatim*, i. e. אַדִּיר דָּגָה, *magnificus & illustris piscis*. Aliis *Derceto* dicitur, vel *Dercetim* [f]. De hac sic Diodorus Siculus l. 3. *In Ascalone est templum deæ Dercetæ, facie hominis, reliquâ parte corporis piscem referentis.* Similia habet Lucian. de Dea Syria [g]. [Sed hæc sententia non placet Bocharto.] LXX Seniores in 1 Sam. 5. vestigia pedum idoli Dagon in limen cecidisse scribunt, id nunquam additur, si Dagonem credidissent in piscem desiisse. Pisces enim νήποδες dicuntur, quia carent usu pedum. Hoc præcipuum, quòd Tyriis, Nehemiæ tempore, non fuit religio pisces vendere. Igitur undecunque sumpserit originem ista Syrorum superstitio, quâ piscem attingere vel comedere nefas putabant, Nehemiâ recentior est, quo cultum idoli Dagon multò fuisse antiquiorem nemo est qui nesciat. Potior ergò est meo judicio veterum sententia, quâ *Dagon* & *Atergatis*, vel *Astarte*, planè diversa sunt numina. Sic Philoni Byblio *Dagon* frater est, & *Astarte*, *Saturni* uxor. Ibidem *Dagon* Græcè redditur Σίτων, *frumentarius*, quia דָּגָן est *frumentum*. Et additur causa nominis; *quia invenit frumentum & aratrum, vocabatur* Ζεὺς ἀρότριος. Itaque nomen à forma non habuit, sed ab inventione frugum. Ità Philo ex Sanchuniathone, qui, Eusebio teste, Phœnicum historiam scripsit ante Trojani belli tempora, nempe, circa ætatem Jepthe, ut nos alibi probamus. Quidni tam vetusto scriptori de gente sua plùs credam, quàm Hebræorum magistris heri & hodie natis, quíque adeò sibi non constant? *Dagoni* quippe figuram *hominis* tribuit R. Levi; *piscis*, RS. figuram ex utroque mixtam, R. David [h]. *Dagon* à Dagan *frumentum* deducunt, exponúntque, *Deum frumenti*, vel *frumentarium*, nempe, ut sit Jupiter, vel Janus, vel Ceres [i]. At sic diceretur potiùs *Daganon*. Præterea, consentiunt omnes, pisces in summa veneratione fuisse apud Syros ac Phœnices, (testibus Cic. de Nat. deorum, 3. Diodor. 2. 2.) necnon apud Ægyptios, (teste Plut. in Iside & Sympos. 8.8 [k].) *Dagon* erat Triton maritimarum gentium; quales erant Philisthæi [l]. *Dagon* à דָּג, non à דָּגָן. Sunt pisces supernè hominem præferentes, unde gentes numina fecêre, quæ Tritones Græcis. Tales in fœminino sexu *Nereides* & *Sirenes*: quâ specie dea Phœnicum erat *Derceto*, aliis Atargatis. Meminêre Plinius & Arati Scholiastæ Græci & Latini. Puto Græcos literam *R* interposuisse; nomen autem ejus Phœnicium fuisse דגתא *Dageto*, piscis fœmina *.

25. *Lætantésque*, &c. [וַיְהִי כְּטוֹב לִבָּם] Scriptum כִּי טוֹב, lectum כְּטוֹב: Perinde est †. Vertunt; *Et fuit, quum bonum esset cor eorum*, Pi. *cùm bene esset cordi*, Jun. *cùm læto essent corde*, Sy. sim. Ar. P. JT. *Bonum cor*, lætum, Isa. 66.14. *Dies bonus*, i. e. lætus *. ¶ *Et ante eos luderet*, [וִישַׂחֶק לָנוּ] *Et corrideat nobis*, Mo. *ludat coram nobis*, P. V. Vel, *nobis*, i. e. nostro bono, nempe, ad nos oblectandum [m]. *Ut risum nobis faciat*, V. ¶ *Ludebat ante eos*] Quomodo? 1. Saltando & morionem agendo [n]. Sed non verisimile est eum quovis metu ad hoc adigi potuisse; id enim quilibet generosus animus etiam morte propositâ refugeret [o]. 2. Lusus ejus hic fuit, quòd Philistæis ludorum ac risuum materiam suâ ipsius ærumnâ dedit [p]. Non agendo risum movit, sed patiendo omnia quæcunque collibuisset aliis inferre; quæ, nempe, & odium, & ebrietas, & juvenilis petulantia suggesserunt; viz. probra, dicteria, cæcitatis exprobrationes, alapas, protrusiones, desputationes, &c [q].

26. *Ut tangam columnas quibus imminet tota domus*] Noverat hoc Sampson vel visu olim, vel aliorum relatione. Petit autem sibi tantillum quietis concedi, quod nemo nisi inhumanus omnino videretur esse negaturus [r]. Fessum se innuit ex labore pistrini & adventûs sui acceleratione †. Et justus erat prætextus quo à famulo peteret illis potiùs crassioribus columnis, quàm aliis tenuioribus, inniti: nam homini fesso, quò crassius in quod recumbat fulcrum occurrit, eò gratius & ad quietem aptius est *. [Porrò, si quis fidem S. S. in hac historia labefactare conetur, miretúrque tantam molem duabus columnis inniti, medelam ipsius insciitiæ facilè præstabunt exotici scriptores paria referentes.] Refert Plinius, 36.15. de Curionis theatro, quòd uni tantummodo niteretur columnæ; de amphitheatro, quòd duabus: *Quid enim, ait, miretur quisque in hoc primùm? inventorem, an inventum?—— Ecce pop. Rom. universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, & seipsum depugnantem spectat periturus momento aliquo luxatis machinis* [t]. Fuêre olim ædium sive templorum varia genera, sed duo inprimis, nempe, ἐνδόστυλα & ἐξόστυλα, i. e. quæ vel interiùs columnis fulciebantur, vel muniebantur exteriùs. Locus hîc ex priori genere erat. Murus erat quadratus, intra quem distinctis locis variæ columnæ; medium tenebant locum duæ majores columnæ. Supra columnas epistylia posita. A columnis ad murum epistylia alia, sive ex lapide, sive meliùs ex ære, aut cedro, aut ligno quovis idoneo. In mediis duabus columnis abacus erat, à quo ad ambientes columnas lignei vectes, vel ferrei potiùs, aut ænei, aut etiam marmorei, velut radii, tendebantur. Inter columnas & murum tabulatum, sive contignatio asseribus instructa, ad adstantium & spectantium commoditatem & usum; ità ut tota templi area sacrificantibus, epulantibus & ludentibus vacaret, ac viris primariis præberet subsellia. Antiqui enim moris erat, ut in hujusmodi spectaculis & ludis inferior locus nobiliorum ordinibus tribueretur. Hujus verò formâ ædis animo comprehensâ, lectionis hujus integra constabit explicatio [v]. Porrò, domum hanc sacram, & quidem Dagonis templum, fuisse omnes quos vidi statuunt [x]. Probatur ex epulis quæ in deorum templis fieri solebant; Jud. 9.27. 1 Cor. 8.10. Quod & notant Aristot. Politic. 7.12. Virgil. 7. Æneid. Alex. ab Alex. 4.17. alíique plurimi [y]. Præterea, convenerant huc Philistæi ut sacrificarent & gratias agerent deo suo. Debuit ergò & fanum & idolum ibi esse. Ego quidem tot & tantis viris contraire nec possim, nec velim: nonnullam tamen mihi facessit difficultatem, quòd nec in Scriptura nec in aliis authoribus legimus Gazæ vel Dagonis simulacrum vel fanum fuisse, sed Azoti fuisse docet Scriptura, 1 Sam. 5. 1 Mac. 10. & 11. quod & Josephus non semel commemorat [z].

27. *Ac de tecto & solario circiter tria millia*] Amplum ergò admodum fuit hoc templum, in cujus tecto erant 3 millia: quantò plures caperet reliqua tecti planities? quot in inferioribus contignationibus? quot in subjecta area erant Philistæi? Porrò, tecta in Palæstina plana erant, ut in illis commodè consistere & ambulare liceret [a]: habebántque fenestras ità dispositas, ut videre possent quidquid erat in infima domûs parte [b]. Sed cur dicit, *circiter*? Annon Scripturæ Sanctæ auctor est Spiritus Sanctus? & annon is numerum definitissimè novit? Resp. Sic loqui voluit, 1. quia se humano loquendi modo accommodat; 2. ut nos in loquendo modestiam & cautionem doceret [c].

28. *Domine Deus*, [אֲדֹנָי יֱהוִֹה] Nomen *Jehovah* hîc habet puncta nominis *Elohim*, quia proximè præcedit *Adonai*: Quum autem pro *Jehovah* legere solebant *Adonai*, ubi istud ipsum nomen vel antecedit, vel sequitur, pro *Jehovah* legerunt *Elohim* *. ¶ *Redde mihi nunc fortitudinem pristinam*] In Heb. est, *corrobora me, quæso, tantùm hâc vice*. Hinc colligo vires ejus (si evasisset) non perpetuas futuras fuisse, ut antea, cùm tantummodo impetrare nitatur pro hac vice [d]. ¶ *Ut ulciscar me*, &c. [וְאִנָּקְמָה נְקַם אַחַת מִשְּׁתֵי עֵינַי] *Ut ultionem unam ulciscar pro duobus oculis meis*, M. Ti. sim. P. ό. *ut sumam ultionem semel propter ambos oculos meos*, JT. Heb. *ultionem unius*, scil. *vicis*, i. e. unicam †. Al. *Et ulciscar ultionem de uno ex duobus oculis meis*, V. Mo. i. e. de amissione unius, &c [f]. q. d. saltem unius

Marginal notes, left column: [b] Bo. [c] Me. Ser. Bo. Jun. Pi. [d] Jun. † Ità Ser. Bo. Ma. ex He. [f] Bo. Ma. Ser. [g] Bo. [h] BA. 1.1. 6.44. [i] Q. in Ma. [k] Ser. [l] Jun. * G. † D. * D. [m] Pi. [n] La. [o] Bo. [p] Ser. [q] Bo.

Marginal notes, right column: [r] Bo. † Jun. * T. ex Ser. [t] Ser. [v] Mont. [x] Bo. ità Ser. To. [y] Ser. [z] Bo. [a] Me. [b] La. ex To. [c] Ser. * Pi. [d] Bo. † Pi. [f] V.

unius oculi de duobus quos mihi effoderunt Philistæi [g]. q. d. Quando nunc in hanc Phelistæorum frequentiam veni, quos deinceps oculis captus quærere non possum, ac proinde virium, quas de integro tu in me instauras, explicandarum commoditas tanta oblata est; fac ut injuriam hanc mihi effossione oculorum illatam, quâ me affecerunt ad ultiones tuas impediendas, semel nunc demum præstent [h]. Qu. An hanc ultionem licitè desiderare potuit, cùm privata fuisse videatur? Resp. Spectabat Sampson ultionem populi Israelitici, & veri Dei, quem in festivitate & æde Dagonis contumeliis affecerant: sed, his tacitis, solam oculorum effossionem memorat, quâ impeditus erat nè Philistæos quæreret & feriret [i]. Deinde, hæc injuria publica erat, utpote publicæ personæ, i.e. Samsoni, illata. Principis etiam est injurias civium vindicare. Adde, satis videri probâsse Deum hanc vindictam, cùm in eum finem vires restituit [k].

29. *Et apprehendens,* [וַיִּלְפֹּת] Verbum hoc tantùm hîc & Ruth 3. 8. & Job. 6. 18. reperitur [l]. [Variè reddunt.] *Et inclinavit,* Mo. K. in D. R. Levi & Schindl. in Di. Sed quid inclinavit? Columnas. Ità noster [m]. At præposterè dicitur Simson inclinâsse & subvertisse (sic enim reddunt K. & Schindlerus) columnas, deinde utrâque manu ipsis innixus fuisse. Alii, longè meliùs, *tenuit,* vel, *apprehendit,* vel, *complexus est* [n]. Ità *'*. Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. V. RS. in Di. Vide quæ ad Ruth 3. & Job. 6 [o].

30. *Moriatur anima mea*] At anima non moritur. Anima igitur pro toto homine ponitur [p]. *Anima mea,* i. e. ego, & *ego,* i. e. corpus meum. Sic Psal. 16. *Non relinques animam meam in sepulchro.* Synecdoche membri & integri [q]. *Juravit Deus per animam,* i. e. per seipsum. Sic Ennius, —*quem credidit esse meum cor,* pro, *quem ego credidi.* Alio sensu *anima* vitam significat, unde *occidere animam* est, vitam alicui adimere; quæ & *amissio animæ* in Jure civili [r]. Potest esse, vel, 1. votum; q. d. Cùm jam cæcus sim, & Reipublicæ futurus inutilis, cupio mori: vel, 2. concessio; q. d. Per me licet, non recuso, dummodo Philistæi unà opprimantur [†]. *Moriatur,* &c. Id apud Hebræos abiit in proverbium, par isti Latino, *Pereant amici, dum unà inimici interbitent.* Hebræi autem, non tantas edocti patientiæ leges quantas Christiani, aliquas esse mortis sibi consciscendæ causas satis graves existimârunt, ut multis demonstratum est de J. B. & P. 2. 9. 5 [t]. Qu. An licitè fecit Sampson, quòd seipsum interimeret? Resp. Licitè fecit [v]. 1. Quia hoc fecit ex instinctu Dei [x]; ut patet ex viribus ei à Deo subministratis ad patrandum hoc miraculum. Ità Aug. Sed cùm improbi etiam miracula facere possint, posítque Deus ad miraculosum opus in quo illi, aut vanæ studio gloriæ, aut aliter, peccent, concurrere, Matt. 7. 21. & 1 Corinth. 13. 2. non præcisè hîc spectandum miraculum, sed adjungenda summa Dei bonitas, quæ Sampsonem nunc in pristinam gratiam reposuit, &c. 2. Quamvis directè, primariò & per se, suam ipsius mortem deligere & procurare non liceat; licet tamen indirectè, secundariò, ac per aliud, seu in alio, quod per se bonum & honestum cùm sit, non potest nisi morte nostrâ obtineri. Patet in quotidianis bellicæ fortitudinis & martyrii exemplis. Vide Lessium de Justitia l. 2. c. 9. dubit. 6. num. 33. *Non eligitur* (inquit Cajetanus) *in hujusmodi casibus mors propria in seipsa; sed per se eligitur mors hostium, & concomitans propria mors toleranda admittitur propter bonum ultionis. Perspicuum autem est humanas actiones judicandas esse bonas vel malas moraliter ex per se objecto consono vel dissono à ratione recta, quicquid sit de concomitantibus: ut patet de hominem iniquum occidente se defendendo, quamvis iniqui occisionem concomitetur æterna mors in inferno; quia defendens hæc non intendit, quamvis cognoscat, sed intendit defendere se, ad quod sequitur mors æterna* [y]. Non propriè & physicè seipsum occidit Sampson; sed tantùm indirectè & permissivè se in eadem clade, quam evadere non poterat, involvit: quod sicut magnæ fortitudinis fuit, sic & magna pro præteritis culpis pœna fuit. Simile exemplum vide 1 Mac. 6. 46 [z]. Et verò à posteriori Sampsonem in hoc facto non offendisse colligitur, tum

[g] Ma. [h] Me. ex Jun. [i] Ser. [k] Bo. [l] Di. [m] Ser. [n] Di. [o] Di. [p] La. L.D. [q] Pi. [r] D. [†] Bo. ex Ser. [t] G. [v] Mart. Ser. La. Bo. &c. [x] Aug. in La. Ser. Bo. Me. [y] Ser. [z] La.

quòd à Deo vires, &c. acceperit, tum quòd Heb. 11. in sanctorum numero ponitur. Rejiciendæ ergò sunt *Revelationes Mathildis,* quæ Samsonis salutem in dubium revocant [a]. Porrò, multi censent ex historia Sampsonis Gentiles mutuatos esse fabulam Herculis, cùm reverà alius non fuit Hercules, quàm Sampson [b]. Probatur. 1. Nullum unquam omnino talem exstitisse qualis ab Ethnicis describitur Hercules fuisse, agnoscunt Diodorus, Strabo l. 1. Philostrat. l. 5. c. 1. vitæ Apollonii. 2. Certum est multas Gentilium fabulas è veris historiis, & interdum ex Sacris literis, originem ducere. Prius profitetur Palæphatus in præfat. lib. *de Incredibilibus*; posterius, Origenes l. 4. contra Celsum [c]. Fabulæ Titanum ex historia gigantum, Diluvium Deucalionis ex illo Noæ, incendium Phaethontis ex incendio Sodomæ, campi Elysii ex Paradiso terrestri, originem duxerunt [d]. 3. Congruunt tempora Herculis & Sampsonis; ut patet ex Plutarcho in Thesei principio, & ex omnibus qui Trojam ab Hercule captam, Priamóque Iliensium regnum datam, narrant; nempe, Apollod. l. 2. & Diodor. l. 4. Apollodorus autem l. 1. c. 2. dicit ab Ægyptiis Græcos accusari, tum quòd eum Græcum jactent, tum quòd ævum ejus minùs rectè annotent. 4. Conveniunt res gestæ: Vires magnæ animi & corporis. Hercules leonem interfecit; sic Sampson. Hercules in servitutem Eurystheo traditur à Jove, atque, ut se in libertatem vindicaret, tot exantlare debuit labores. Quid hoc nisi Sampson Philistæis serviens, &, ut se suósque liberaret, magna subiens certamina? Fœda item Herculis apud Omphalem servitus & effœminatio, ejusdémque post homicidia & libidines pœnitentia, (de qua Plin. 35. 11.) iteratæque expiationes, tandémque mors in Oeta monte spontè suscepta, nonne clamant Sampsonis primò petulantiam in Dalila, & servitutem acerbam, tum ejus pœnitentiam & sacri Nazirætûs renovationem, tandem & voluntariam ipsius interitum? Quid duæ Herculis columnæ? nonne duæ illæ sunt quas concussit Sampson, & per quas quendam velut oceanum malorum in Philisthæos immisit? Hercules non gladio, hastâ, ferreisque armis, pugnavit, sed clavâ, cum qua pingitur. Sic Sampson nunquam ferro vel galeâ usus est [†]. 5. Hercules colebatur quasi heros & magnus deus à Tyriis & Palæstinis, test. Herod. 1. 20. Cicer. 3. de Nat. deorum, Plin. 37. 5. Atqui circa ea loca floruit Sampson. 6. Congruunt nomina. Sampson idem est quod *parvus Sol: Et reverà Herculem Solem esse vel ex nomine claret,* inquit Macrob. Saturnal. 1. 20 [f]. ¶ *Plures interfecit moriens quàm antè vivus occiderat*] An unâ tantùm vice? imò quàm omnibus simul vicibus [g]. Præter enim tria illa millia quæ è solario spectabant, plures alios qui in interiore domo erant interfecit, intérque eos Satrapas & Principes omnes Philisthæorum: quo factum ut Israelitæ eorum jugum excuterent, nec nisi annis pòst multis hanc in Israelitas dominationem bello Philistini repetierunt [h]. Minùs verè Philo Byblius asserit Samsonem moriendo oppressisse 40 millia hominum [i].

31. *Descendentes fratres*] i. e. Cognati [k]. Potiùs, fratres propriè dicti, cùm à cognatione reliqua distinguantur. Itaque Sampsonis parentes post Sampsonem alios susceperunt liberos, sicut Anna, 1 Sam. 1. fœcunditatem accepit etiam ad plures partus [l]. Insignis erat horum pietas in Sampsonem mortuum, qui post tantam cladem à Phelisthæis intrepidè corpus illius petierunt [m]. Qu. Sed quomodo vel ipsi ausi sunt hoc petere, vel Philisthæi concedere voluerunt? Cur non corpus illud insepultum abjecerunt, & mille modis lacerârunt? Resp. 1. Barbarum multis gentibus habitum est, in mortuos sævire, aut eos sepulturâ prohibere [n]. Vide Stob. serm. 124. & Ælian. lib. 5. Var. hist. Fab. Semestr. 2. 1. *Nè hostis quidem sepulturam invidet*; Tacitus Annal. 1. 2. Cur in nocentis innocentes amicos gravius quidpiam decernerent? 3. In communi omnium Philistæorum luctu crudelitati locus non erat dandus [o]. Istâ clade super modum accisæ sunt res Philistæorum, ut jam non libuerit de vindicta, aut dominatione in Israelitas, cogitare; sed sufficere sibi putabant, si sua pacificè retinerent, nihil

[a] Bo. [b] La. [c] Ser. [d] La. [†] Ser. [f] La. Ser. [g] Ser. [h] Bo. [i] La. [k] D. [l] Bo. [m] Ser. [n] Bo. [o] Ser.

-hil contra eos molientibus Israelitis. 4. Deus molles & faciles eos reddidit [p]. ¶ *Judicavitque Israel*] h. e. Judicis officium gessit. Ità Josephus & RR. & cæteri omnes tam antiquorum quàm recentiorum, præter Masium, qui ad Jos. 24. hoc sine ulla probabili ratione negat [q]. Persuasit hoc Masio Chronologiæ difficultas in Sampsonis annis [r]. Sed Scriptura utitur eâdem voce *judicandi* quâ in aliis etiam usa est; cur ergò ad aliam significationem vox illa hîc transferatur, præsertim cùm & annorum numerus disertè hîc adscribatur, quod in eum finem tantùm fit, ut chronologia per annos Judicum aptè ordinetur. Obj. Non legimus eum hoc officio functum, aut pro tali ab Israelitis habitum. Resp. 1. De multis aliis nihil tale commemoratur, qui tamen pro Judicibus habentur, quòd *Israelem judicâsse* dicantur. 2. Hinc rectè quidem concluditur Sampsonis Principatum nonnihil à cæteris diversum fuisse: Voluit Deus ut novo & occultiore modo magistratum suum obiret, nè factorum Sampsonis invidia in populum redundaret; quod autem præcipuum erat Judicum munus, populum salvare, id cumulatè præstitit †. ¶ *Viginti annis*] Idem dicitur capite præcedenti. Cur hîc repetitur? Resp. 1. Ad eandem rem confirmandam, ut Scripturæ mos est, Gen. 5. 32. collat. cum Gen. 6. 10 [t]. 2. Quia nondum completi erant hi anni cap. 15. hîc autem completi sunt [v]. 3. In priore loco dicitur 20 *annis judicâsse in diebus Philisthiim*, i. e. nondum excusso eorum jugo; quæ restrictio hoc loco non habetur; deinceps enim *judicavit* eos absolutè annos 20, cùm per Sampsonem dominatus eorum convulsus fuisset [x]. Non repetitur illud, *in diebus Philisthiim*, quia nihil necesse fuit, & quia, cùm horum 20 annorum finis fuit, non erat ampliùs illa servitus. 4. Alii hoc dictum volunt, quòd 20 annos vivus Philisthæos devicerit, mortuus verò annos totidem terruit; ut Talmudis Hieros. mentem explicat Zacuth [y]. Quidam hinc colligunt Sampsonem judicâsse, &c. 40 annis [z]. Sed id falsum est [a]. Porrò, Sampson erat illustris Christi typus. 1. Sampsonis ortus prænunciatus est, & quidem matri priùs quàm patri: Ità & Christi. 2. Sampson parvus Sol: Christus Sol justitiæ. 3. Sampson Naziræus erat, Salvator, & Judex, & ut talis prænunciatus: Sic & Christus. 4. Sampsonis sponsa erat Palæstina & alienigena: Sic Christus sponsam quæsivit Deo inimicam, & ex gentibus ferè infidelibus. 5. Sampson portas Gazæ abstulit: Sic Christus portas inferni. 6. Sampson Philistæis traditus est, & ab eis ignominiâ affectus, &c. Eadem Christus passus est à Judæis. Neque in Sampsone ipsius crucifixionis typus defuit; eam enim repræsentat Sampson moriturus ad utramque columnam brachia exporrigens. Septem Sampsonis crines sunt septem Spiritûs Sancti dona, quæ Christum & Ecclesiam exornant. Alii sunt septem Sacramenta †. [Plura de his vide in Bonfrerio & Serario.]

[p] Bo. [q] Bo. [r] Ser. † Bo. [t] Bo. [v] To. [x] Q. in Ser. [y] Ser. [z] RR. in Ser. [a] Bo. † Bo.

CAP. XVII.

1. *Fuit eo tempore*, &c.] Qu. Quando gesta sunt quæ sequuntur ad finem libri? Resp. 1. Paulò post mortem Samsonis [a]. Id colligunt ex his verbis, *eo tempore*. Sed, 1. ea verba non sunt in Heb. nec in ο'. 2. *Eo tempore* significat, quodam sub Judicibus illis tempore [b]. Congruit hæc opinio cum simplici ordine sacræ narrationis, qui mihi maximæ est authoritatis [c]. Resp. 2. Alii volunt hæc facta vivente, sed & languente, Josue; vel, ut alii volunt, tempore Calebi & Seniorum qui post Josue vixerunt [d]. At verò eorum temporibus Israelitæ dicuntur Deo serviisse, Jos. ult. 31. Judic. 2. 7. Sed neque illi idololatriam hanc tolerâssent *. Resp. 3. Alii referunt ad tempus servitutis Assyriacæ, Jud. 3 [f]. Sed non videtur hujus idololatriæ principium servitutis alicujus tempore contigisse. Passim enim videmus ista accidisse cùm res prosperæ essent; nec servitutis tempore libebat Israelitis cogitare de novis idolis, &c [g]. Resp. 4. Videtur igitur referendum ad tempus quod consecutum est Calebi & Seniorum istorum mortem paulò ante Othonielis mortem [h]. Collocanda sunt hæc capita post versum 10. capitis secundi [i]. Probatur hæc sententia. 1. Quia non verisimile est tribum Danis, quæ numerosa erat, diu potuisse propriâ possessione carere, ut caruisse dicitur infrà Jud. 18. 1. & confirmatur Jos. 19. 47 [k]. Ideo Danitæ quæsiverunt novas sedes in Lais, c. 18. quia ab Amorrhæis arctabantur in montibus [l]. 2. Quia Jonathan, sacerdos istius idoli, Jud. 18. 30. erat nepos Mosis, & filius Gersam filii Mosis, Exod. 2. 22 [m]. Erat pronepos Mosis ex Manasse [n]. Non potuit igitur Jonathan iste post Sampsonis mortem vivere, nisi esset 250 annorum, cùm tamen v. 7. adolescens dicatur [o]. 3. Hanc historiam ante sequentem de Benjamitis gestam esse ostendit auctor, cap. 20. 1. Et sub idem tempus contigisse ea quæ narrantur cap. 19, 20, 21. probatur, 1. Ex Phinehaso, qui tunc Sacerdos fuit, Jud. 20. 28. 2. Quòd Jerusalaimorum pars quæ ad Benjaminem spectabat adhuc à Jebusæis tenebatur, Jud. 19. 12. Vide suprà cap. 1. v. 8, & 21. 3. Ex verbis Deboræ, Jud. 5. 14 [p]. [Vide quæ ad illum locum notata.] Loquitur Debora de 40 millibus Israelis à Benjamine cæsis, quasi inter eos non esset gladius vel hasta, Jud. 5. 8. 4. Scelus Gibeæ pro prima ipsorum defectione habetur, Hos. 10. 9. 5. *Mahaneh Dan*, quod ab hac Danitarum expeditione, Jud. 18. 12. sic nuncupatur, in historia Sampsonis memoratur, Jud. 13. 25. 6. *Dan* omittitur inter obsignatos, Apoc. 7. quòd idololatria in ejus tribu cœpit [q]. Quæres, Cur ergò has historias scriptor rejecit in hunc ultimum locum? Respond. 1. Nè quo modo Judicum gesta, quæ sibi sumpserat inprimis scribenda, interrumperet [r]. 2. Ut lector observans civilem eorum politiam in Danita, nempe, Sampsone, deficere, quemadmodum Religio inter Danitas primitùs defecerat, justitiam Dei in eo agnoscerent *. Porrò, hujus & sequentium Capitum status est, Israelitarum Rempublicam tam in Religione quàm in moribus fuisse corruptissimam; quia ex parvis initiis brevi tempore totæ Tribus in idololatriam & aperta scelera ruerunt: quod satis fuit unico tantùm in utroque genere exemplo confirmâsse. Finis autem est, ut judiciorum Dei, quæ suprà à cap. 3. hucusque commemorata sunt, justitia elucescat [t]. ¶ *De monte Ephraim*] Mons dicitur, pro montosa regione Ephraim [v]. ¶ *Michas*, [מִיכָיְהוּ] Ità eum vocat textus cum parte nominis Jehovæ affixa, quæ, cùm idolum erexerat, ei detracta est, & deinceps, vers. 5. מִיכָה dicitur †.

2. *Dixit matri suæ*] Erat hæc, ut apparet, vetula, cùm nepotes haberet adultos, eadémque superstitiosa, &c [x]. ¶ *Quos separaveras tibi*] i. e. Quos seposueras in certos usus, vel, ad incertos casus & occasiones [y]. ¶ [אֲשֶׁר לֻקַּח לָךְ] *Quod captum*, vel *acceptum, est tibi*, Mo. Jon. Ar. JT. *quos accepisti tibi ipsi*, ο'. Alii, *qui ablati*, vel *surrepti, sunt tibi*, Sy. P. Ti. *Quod captum*, i. e. furto surreptum [z]. Capitur hîc לוּקַּח pro נִגְנַב, i. e. *furto ablatum*: Nam ponitur in passivo Piel [a]. *Capio* pro *rapio* notavi aliás. RS. hîc addit, לָךְ positum esse pro מִמֵּךְ, *à te*. Sic alibi עֶזְרָה לָנוּ pro מִמֶּנּוּ, *à nobis*, Gen. 34. 2 [b]. [At nihil tale habetur eo loco, sed 1 Sam. 21. 5. occurrit עֶצְרָה לָנוּ.] Sed potior est nostra versio; nam לָקַח, cùm pro *furari* ponitur, non construitur cum ל, sed cum מִן; ut Gen. 2. 22, 23. Deut. 3. 4. Isa. 49. 24. Contrà verò, cùm aliquis sibi, vel in suum usum, quippiam accipere dicitur, semper cum ל construitur; Gen. 6. 2. & 7. 2. & 12. 19. & 21. 21. & 24. 4. & alibi sæpe [c]. ¶ *Et super quibus juraveras*, [וְאַתְּ אָלִית] *Et tu jurâsti*, Jon. vel, *adjurâsti*, Mo. vel, *maledixisti*, V. vel, *devovisti*, M. *diris devovisti*, Ti. *quia exsecrata es*, JT. *propter quos maledixisti*, P. sim. Sy. V. Os. Pi. scil. furi, ei qui cepit argentum illud [d]. q. d. Ego exsecratione tuâ perculsus agnosco culpam *. Sensus triplex proponitur. 1. *Juraveras*, i. e. jurando voveras te fabricaturum idolum. 2. *Juraveras*, i. e. diris devoveras furem. 3. & planiùs, *Juraveras*, i. e. adjuraveras me, ut si quid scirem de hisce argenteis quos perdideras, id tibi edicerem. Filius ergò (quem mater adjuravit) confessus est se accepisse [f]. Fortè suspica-

[a] Ser. Mart. [b] Bo. sim. L. To. [c] Mart. [d] Ità L. To. Ma. in Jos. & Ribera in Bo. * Bo. [f] Ità Jo. & Chytræus in Ser. [g] Bo. [h] La. Bo. Li. Jun. Ma. [i] Jun. Li. [k] Jun. [l] La. Bo. [m] Bo. [n] Jun. [o] Bo. [p] Jun. [q] Li. [r] Bo. * Li. [t] Jun. [v] Me. ex Ser. † Li. [x] Bo. [y] La. Bo. [z] Pi. D. [a] M. [b] D. [c] Bo. [d] Pi. sic D. Ma. * Jun. [f] La. Bo.

suspicabatur filium aliquid de ea re scire [g]. ¶ *Benedictus filius meus Domino*] Ità o'. Jon. Sy. Al. *fili mi*, P. Mo. *Benedictus*, sub. *sis*, vel, *es*; i. e. Benedicat tibi Dominus: q. d. Sis felix & beatus, & prosperè tibi eveniant omnia à Deo [h]; quòd pecuniam mihi reddere ad sacros usus deputatam tam promptus es [i]. Al. sic, q. d. Ab hac mea exsecratione liber esto [k]. Cui maledixerat nunc benedicit, cùm sciret esse filium. Hoc modo illum liberat ab exsecratione [l]. Quàm superstitiosa fuerit hæc mulier, ex iis verbis apparet: Filium suum quòd pecuniam retulisset collaudat; cæterùm quòd priùs furatus esset non reprehendit. Statim cum eo de idolo agere cœpit: *Tibi*, ait, *non peribit ista pecunia*: Habebis quidem eam, sed in idolo †. Qu. Quis ille qui hîc *Dominus* יְהוָה appellatur? Resp. 1. Idolum illud, vel fictitius deus cui mox paravit idolum, ut sequitur [m]. Dices, Nomen hoc est veri Dei proprium. Resp. Sicut ab impiis Divinitas & Divinus cultus ad idola translata sunt, sic etiam nomen Dei, &c [n]. Sic vitulus, Exod. cap. 32. *Jehova* appellatur; & Sapient. 14. *Incommunicabile nomen lignis tribuerunt* [o]. Sic vocat deum suum, quem putabat esse verum. Sic idola ex opinione idololatrarum *Dii* vocantur, cùm sint *dii nihili* [p]. Resp. 2. Aliis est verus Deus [q]. Erat itaque hæc mulier cultrix veri Dei, simul & idolorum [r]; quales Cuthæi, 2 Reg. 17. Aut in honorem Dei veri fabricavit suum idolum, quasi minorem deum, reverà jungens Deum Dæmoni, volénsque per cultum Dæmonis honorare Deum *. Hinc statuendum idololatriam duplicem esse; 1. quâ deus alienus invocatur; 2. quâ Deus verus colitur, verùm non eo cultu quem ipse præcepit, sed imaginibus, aut aliâ quapiam ratione à nobis excogitatâ. Secundi generis hæc erat. Quoties audimus imaginem factam, & non additur deus alienus, ea imago sub specie cultûs veri Dei est fabricata [t]. [Vide quæ ad Exod. 32. fusè dicta.] Hæc opera Michæ & matris ad cultum Dei veri destinata erant: neque enim ipsis Religionem patriam relinquere in animo fuerit, sed, quomodò publicè tunc temporis in Silo servabatur, in domum suam, privato suo & vicinorum usui & commodo, servandam transferre. 1. Uterque enim cultum Jehovæ hîc profitetur. 2. Et de reperto Levitici generis sacerdote sibi maximopere gratulabantur, v. 13. Hæc Francisc. Monceius De vitulo aureo †.

3. *Reddidit matri*] At idem dicitur v. 4. *reddidit matri*. Resp. 1. *Reddidit*, h. e. reddere paravit. In Scriptura subindè fieri dicitur quod in promptu est ut fiat [v]. *Restituit*; Dixit restituere [x]. 2. Bis ei restituit. Nam primâ vice mater ei reddiderat [y]. 3. Illud, וַיָּשֶׁב, v. 4. verto, *sed restituit*, &c. i. e. nolens argentum recipere, in prima restitutione perrexit [z]. *Restituit*, i. e. quamvis instante matre, detinere apud se recusavit [a]. ¶ *Quæ dixerat ei, Consecravi & vovi hoc argentum Domino, ut de manu mea suscipiat filius meus*, הַקְדֵּשׁ הִקְדַּשְׁתִּי אֶת־הַכֶּסֶף לַיהוָה מִיָּדִי לִבְנִי לַעֲשׂוֹת] *Sanctificavi argentum Domino de manu mea filio meo ad faciendum*,&c. Mo. [ità pleriq;.] H[s]; Et decreveram tradere tibi ad faciendum,&c [b]. *Filio meo*, i. e. tibi. Nomen loco pronominis [c]. *Sanctificavi—Jehovæ*, dimissura *è manu mea*,&c. JT. Mallem sic, *E manu mea filii mei (sub. est) ad faciendum*,&c. Eo sensu ל usurpatur Hebr. לְךָ זֹאת, *tuum hoc est*, לִי זֹאת, *meum hoc est*. Sic hoc loco, *E manu mea filii mei* est, i. e. Me datrice ad filium meum pertinet: itaque tanquam tuum tibi id reddo. Sed cùm, ut omni furti crimine se liberaret, recipere id nollet, sequitur, v. 4. *sed restituit*, &c [d]. [ut jam dictum ex authore.] ¶ *Et faciat sculptile atque conflatile*, ità Mo. M. P. פֶּסֶל וּמַסֵּכָה] *Sculptile & fusile*, o'. Jon. Sy. Ti. JT. D. *fusile sculptile*, Ar. Qu. An *sculptile* hîc à *conflatili* vel *fusili* diversum? Resp. Non liquet *. 1. Q. Diversum faciunt [f]. Duplex idolum erat, alterum sculptum ex marmore, alterum ex argento arte fusoriâ [g]. Probatur, 1. Distinguuntur apertè *sculptile & conflatile*, Jud. 18. 14, 17, 18 [h]. Quippe non conjunctim, sed aliis nominibus interpositis, ibi commemorantur [i]. 2. Necessariò hîc admittenda sunt plura idola, cùm hîc mentio fiat *Teraphim*; quæ etiam

[g] Bo. [h] V. [i] Os. [k] Jun. Pi. [l] D. † Mart. [m] La. Bo. Ma. D. Me. [n] Bo. La. [o] Bo. [p] D. [q] E. ex Orig. sim. Mart. [r] E. La. * La. [t] Mart. † Lib. 1. cap. 7. [v] Bo. [x] RS. in D. [y] D. [z] Di. [a] Jun. [b] V. [c] D. [d] Di. * Pi. [f] Ità La. Bo. Me. Pi. [g] Me. [h] Bo. La. [i] Pi.

in idolis reponenda ostendemus [k]. 2. Aliis idem est sculptile & conflatile [l]. Imago una fuit, intus quidem sculptilis, foris autem fusilis, i. e. laminâ argenteâ inducta [m]. Probant. 1. Quia dicitur in sing. num. *quod fuit in domo Michæ*, non, *quæ fuerunt* [n]. Addi potest, quòd *Dominus* singulari numero dicatur. *At si licet dicere, sculptile & conflatile fuit in domo Michæ*, cur non potuit relativum *quod* sing. num. utrumque referre [o]? 2. Quòd Jud. 18. 20, 30, 31. solius *sculptilis* fit mentio [p]. Resp. Id fit, vel, quia sub *sculptili conflatile* intelligi vellet; vel, quia satis erat indicare unum ad finem hîc propositum, nimirum, ad indicandam idololatriam ex domo Michæ ad Danitas traductam,&c. vel, denique, quia *sculptile* potuit apud Danitas permanere, destructo *conflatili* [q]. 3. His favere videtur argenti quantitas, nempe, 200 sicli. Ex illis enim nè una quidem imago sculptilis aut fusilis, quæ justæ esset magnitudinis, effici potuit: potuit autem ex eis effici lamina, quâ mediocris magnitudinis idolum obduceretur. Dicendum tamen videtur his verbis, *ex eo*, scil. argento, non significari materiam ex qua factum est fusile & sculptile, sed pretium quo idola illa redempta sunt [r]. 4. Confirmatur exemplo. Idolum unicum, quod vocatur *idolum luci* 2 Reg. 21. 7. alibi, nempe, 2 Par. 33. 7. duplici eodem *sculptilis* & *conflatilis* nomine appellatur. 5. Tale simulacrum insinuat Esaias, *Numquid sculptile conflavit faber, & aurifex auro figuravit illud, aut laminis argenteis argentarius?* Esa. 40. 19. Hinc & *dii inaurati* dicuntur Baruch 6. 50. Sic Juvenal. Satyr. 13. *Radat inaurati femur Herculis—*. Porrò, cùm argentum solum in materia, [hujus idoli,] non etiam ligni ulla species, solúsque argentarius, non item faber, ad illud informandum intervenisse memoretur; videtur hoc opus, conflato primùm argento in unam massam, scalpello deinde vel cælo exsculptum fuisse; unde nec inconvenienter *sculptile & conflatile* dici meruit *. Quòd autem legitur *sculptile & conflatile*, illud *&* ponitur pro *sive* [t]. An sensus est, *sculptile aut fusile?* aut, pars erat fusa, & pars sculpta? Sed videtur *fusile* fuisse, non *sculptile*. Nam dedit illud לַצּוֹרֵף *fusori*, aut *conflatori* [v]. ¶ *Et nunc trado illud tibi*] q. d. Quid opus est ut illud ad me referas, cùm, si haberem, tibi redditura essem [x]? *Tradam*, Heb. & o'. i. e. mox tradam, ubi, scilicet, restitueris. Vult autem sibi restitui antequam tradat, quia non totam summam vult in idolum absumi, &c [y].

4. *Tulit ducentos argenteos*] Qu. Quid factum cum reliquis? Resp. 1. Reliquos omnes siclos sibi servavit. Unde filius Michas è suis opibus Ephod aliáque idola sibi fieri curavit [z]. 2. Reliqua pecuniæ summa in ædicula construenda, Ephod, reliquóque idolo sacro instrumento videtur insumpta [a]. Vel, 200 argenteos dedit argentario pro pretio, reliquos exposuit pro sculptili & conflatili formando. Fecit & templum, &c [b]. ¶ *Dedit argentario*, sic P. Mo. לַצּוֹרֵף] ἀργυροκόπῳ, i. e. *sculptori argenti*, o'. *aurifici*, Sy. Ar. *fusori*, JT. Ti. *conflatori*, M. V. D. Qui primùm illud fudit, deinde sculpsit [c].

5. *Et fecit Ephod*] i. e. Amiculum, superhumerale. Vide quæ ad Exod. 28. 4 [d]. Per *Ephod*, velut præcipuam vestem sacerdotalem, cæteræ omnes significantur *. ¶ *Et Teraphim*] i. e. Simulacra habentia figuram humanam; Os. 3. 4. Dicunt illos fecisse simulacra illa in honorem Dei, prætextu quodam religionis ac superstitionis ductos: quod Deus zelotes abominabatur. Iste Micha partim veri Dei cultor erat, partim idolorum. Potest hîc intelligi omne instrumentum istius religionis falsæ [f]. *Theraphim* μορφώματα Cherubinorum formâ, inquit Hieron. ad Marcellam, & 1 Sam. 22. & 2 Sam. 6. 14. quomodo accipiendum videtur Os. 3. 4. Est enim vox media ad bonas malásque imagines pertinens. Hanc interpretationem si sequimur, hæc Teraphim dicemus infrà vocari אֱלֹהִים, id est, *angelos*, quia Angelos significabant. Sculptilia autem & fictilia erant altaria, candelabrum, aliáque ejusmodi minuta, vice magnorum quæ erant in Sanctuario; sicut, *Torquatus nitidas Pario de marmore thermas Exstruxit, cucumam fecit Otacilius* [g].

[k] Bo. [l] To. Mart. D. Monceius. [m] Q. in Pi. Marr. ex K. [n] To. [o] Bo. [p] To. [q] Bo. [r] Pi. * Monc. de vitulo aureo, 1. 17. [t] To. [v] D. [x] Ma. ex Jun. [y] Bo. [z] La. ex Mont. [a] Me. sim. Bo. [b] M. [c] D. [d] Ma. * La. sic L. V. Bo. Jun. Ma. [f] V. [g] G.

[Fr. Monceius, qui vitulum aureum ab Aarone in similitudinem Cheruborum Mosaicorum effictum contendit, de quo fusè diximus ad Exod. 32. similiter de Micha statuit.] Micha [inquit] & mater ejus *sculptile*, &c. & *Ephod* & *Theraphos* ad Mosaicorum ejusdem generis totidem operum similitudinem effinxit. *Sculptile & conflatile* fortasse fuit lamina illa sacra, Exod. 39. 30. non quidem aurea, ut inibi, sed argentea; in qua etiam, sicut in ista factum, nomen Domini sculpendum curavit [h]. *Ephod* non minùs formâ & usu quàm nomine cum Ephode Mosaico convenit [i]. *Theraphim* convenit cum Cherubis Mosaicis [k]. Neque enim Teraphim in malam partem semper accipitur, sed de quovis simulacro indifferenter usurpatur, interdum & in bonam partem, ut Os. 3. 4. [De quo vide ad eum locum σὺν Θεῷ dicenda.] Erant Theraphim idola domestica, quæ domi colebantur, & quasi oracula consulebantur de rebus arcanis vel futuris, quasi Penates & Lares [l]. Videntur idola fuisse quæ interrogantibus responsa dabant: ut facilè probatur ex Ezec. 21. 21. —*interrogavit Teraphim*; Zach. 10. 2. *Teraphim locuta sunt vanitatem*; & 2 Reg. 23. 24. ubi post pythones & ariolos ponuntur *Teraphim*, quasi res conjunctæ, & ad divinationem oraculáque spectantes [m]. Porrò, vel *Teraphim* dicuntur quasi *Seraphim*; Chaldæi enim *S* vertunt in *T*: vel *Teraphim* vocantur imagines probrosæ, turpes, putidæ; quia *theraph* Chaldæis significat *putrescere*, & *probris afficere* [n]. Est autem *Theraphim* vox plur. num. cujus singular. non invenitur, ut proinde, quemadmodum *Elohim*, & *Penates* Latinis, de uno dici posset. *Deus* verò hîc non vocatur *Jehova*, sed *Elohim*, (quod nomen etiam falsis diis & creaturis tribuitur;) nempe, quia verba hæc non sunt idololatrarum, sed scriptoris hagiographi [o]. Potest etiam verti, *diis*; non enim unum fuit in domo idolum, sed plura. Neque id mirum videri debet, cùm is qui semel à Dei veri cultu aberravit in omnem facilè errorem & impietatem labatur, ut ægrè in uno aliquo vel idolo, vel hæresi, consistat *. ¶ *Implevitque manum*] Scil. oblationibus, quo ritu sacerdotes initiabantur [p]. Vide Exod. 28. 41 [q]. *Implere manum alicujus* est, introducere aliquem in possessionem alicujus rei. Seipsum mox declarat, *Et fuit ei sacerdos* [r]. Mirum, hominem laicum & profanum ad hujusmodi consecrationem prosilire: sed quid mirum, si qui deos sibi fingit, idem & sacerdotes cudat? sed, nimirum, quales dii, talis consecratio, tales & sacerdotes *. ¶ *Unius filiorum*] i. e. Primogeniti. Talibus olim competebat jus sacerdotii [t]. Sed hæc ratio non convincit; id enim primogenitorum jus sacerdotio Aaronico exstinctum erat, & potuit Michas ad hanc rem quemlibet filiorum juxta morem Aaronicorum sacerdotum assumere [v]. Hoc fecit ad tempus, donec sibi de aliquo Levita provideretur [x]. ¶ *Et factus est ei sacerdos*] Nimirum, quia publicè sacerdotes officio non fungebantur, per culpam, aut loca infesta latrociniis, existimavit Michas vel privatâ religione Deum sibi colendum; ideóque cùm primùm filium suum voluisset sibi esse sacerdotem, mox repertum Levitam ei prætulit, ut quàm proximè ad Legis constituta accederet. Colebat enim verum Deum יְהוָה, hîc 3. & 13. & c. 18. 5. Et Deus consulenti vera respondet, infrà cap. 18 [y].

6. *Non erat rex*] Vox *Regis* hîc latè sumitur, ut & *Judicem*, sive *Dictatorem*, comprehendat, ut Deut. 33. 5. & in fine Judic [z]. Sic accipitur Gen. 36. 31. & Deut. 33. Nam alioqui penès vindices, de quibus hoc libro hactenus, ordinaria non fuit administratio & regendi auctoritas: vide suprà in 2. 16 [a]. Alii explicant, q. d. Hæc non sunt gesta Regum, sed Judicum, temporibus, quorum non tanta erat potestas coercendi populum ut Regum erat: sic infrà 18. 1. & 21. 25 [b]. Non existimo Judices nomine *Regis* comprehendi debere. Nam cap. 18. ver. 1. idem dicitur de toto illo tempore quo fuit domus Domini in Silo, quod includit tempus Judicum usque ad Saulem, sub quo primùm Tabernaculum legitur fuisse in Nobe [c]. Sensus loci est; non mirum idololatriam irrepsisse, cùm non esset qui efficaciter impediret, cujusmodi erant Reges. Judices autem potiùs hortatu & consilio, quàm efficaci imperio & suppliciis, ad officium suos cogebant; ut colligi potest ex Jud. 2. 16. & 1 Sam. 7. 3 [d].

[h] Monc. [i] l. 1. c. 17. [j] Monc. c. 18. [k] Ib. [l] La. [m] Bo. [n] La. [o] Bo. * Bo. [p] M. simil. V. Me. [q] Pi. [r] V. * Bo. [t] La. Ser. To. [v] Bo. [x] Jun. Ma. [y] G. [z] G. simil. Jun. V. D. Pi. Ma. [a] Jun. [b] Ma. [c] Bo. v. 1. [d] Bo.

7. *Adolescens*, נַעַר] *Puer*, Mo. JT. Pi. Scil. ratione ministerii: ad ætatem quod attinet, vir erat †. Verto, *adolescens*, D. sic ό. Jon. Nam pueri ætas non erat apta ad sacerdotium [f]. ¶ *De Bethlehem Juda*] Illud *Juda* additur, uti & Matt. 2. 1, 5. ad distinctionem alterius *Bethlehem* in Zabulon, Jos. 19. 15 [g]. Ibi natus erat & educatus: non quòd hæc Levitica esset civitas, sed quòd Levitæ ubivis habitare possent. Hîc itaque habitabat quasi peregrinus & advena [h]. ¶ *Ex cognatione ejus*] Heb. *de familia Jehudæ*. Q. referunt ad *Bethlehem*; & ad majorem expressionem positum est; q. d. nempe, ea Bethlehem quæ in tribu Juda sita erat [i]. Plerique alii ad puerum referunt [k]. Dices, At is fuit de familia Levi. Resp. 1. Maternum genus erat à Juda, paternum à Levi [l]. Poterant enim Hebræi, præsertim Levitæ, ex alia tribu uxorem ducere [m]. 2. Erat *de familia Judæ*, non genere & gente, sed nativitate & loco nativitatis [n]. *Familia* hîc pro *tribu* ponitur [o]. ¶ *Erátque ipse Levites*, וְהוּא לֵוִי] *Et ipse* (vel, *qui erat*, P. JT.) *Levita*, Mo. Al. *cujus nomen erat Levi*, Sy. Ar. ¶ *Et habitabat ibi*, וְהוּא גָר שָׁם] *Peregrinatúsque fuerat ibi*, V. P. Mo. i. e. Qui, cùm Levita esset, habitaverat tanquam peregrinus ibi [p]; &, ut jam tum omnia erant perturbata, serviebat ibi servitutem [q].

8. *Peregrinari voluit, ubicunque sibi commodum reperisset*, לָגוּר בַּאֲשֶׁר יִמְצָא] *Ad peregrinandum*, vel *commorandum*, vel *incolendum*, *ubicunque inveniret*, JT. P. Mo. sub. vel, *locum*, Ti. ό. vel, *commodum*, M. JT. vel, *sedem*, sive *habitationem*, *commodam*, vel, *victum*, V. Pauper erat; quia, cùm Levitis nulli essent agri, & populi pietas ac Religio in Deum refrixisset, pauci etiam erant redditus quibus sustentarentur Levitæ, qui alioqui, vigente pietate, non sufficientes tantùm erant, sed abundantes [r]. Decimæ Levitis debitæ iis tum non rependebantur, partim, quia Palæstini Judæos opprimebant; [Hoc dicit, quia hæc gesta existimat post Sampsonis mortem: de quo vide quæ ad vers. 1.] partim, quia non erat Magistratus qui hoc curaret; postremò, quia Israelitæ tunc ad idololatriam propensi erant, nec magni faciebant cultum aut ministros Dei *. ¶ *Iter faciens, & declinâsset parumper in domum Michæ*, עַד בֵּית מִיכָה לַעֲשׂוֹת דַּרְכּוֹ] *Et venit usque ad domum Michæ, ad faciendum iter suum*, Mo. P. ό. V. vel, *viam suam*, Jon. i. e. ut illàc transiret. h. e. Cœpit iter facere juxta domum Michæ [r]. Alii aliter; *animo conficiendi iter suum*, Sy. *ut pergeret viâ suâ*, Ti. *ut perficeret viam suam*, M. *ut reliquum iter conficeret*. Non enim sperabat ibi locum commodum manendi inventurum [v].

10. *Esto mihi parens*] Levitâ isto senior erat Michas, cum tamen parentem vocat honoris causâ [x]. *Pater* dicitur qui alium docet [y]. *Filii prophetarum* dicuntur qui à Prophetis instruebantur, 2 Reg. 2. & 4 [z]. Hinc disce quanta apud idololatras quoque fuerit sacerdotum reverentia [a]. ¶ *Dabóque tibi per annos singulos decem argenteos*, עֲשֶׂרֶת כֶּסֶף לַיָּמִים] *Decem argenti*, vel *argenteos*, (sub. *siclos*, Tig. not. JT.) *in dies*, Mo. *ad tempus opportunum*, Jon. in M. *singulis diebus*, Sy. *in diem*, ό. *quotidie*, Ar. *Ad dies*, i. e. in singulos annos, V. sic P. JT. D. Tig. not. *Per dies* anni, M. Id est, daleros Joachimicos quinque [b]. Vile pretium sacerdoti videtur [c]. Si in singulos dies hæc summa illi decreta esset, collegisset Levita quotannis daleros minimùm 2055: sed nimia ista pecunia; non illis temporibus consentaneum pretium [d]. ¶ *Ac vestem duplicem*, וְעֵרֶךְ בְּגָדִים] *Et ordinem* (*ordinationem*, Os. *demensum*, Ti.) *vestimentorum*, P. Mo. Bo. *Par vestium*, Jon. sim. ό. in Di. i. e. Duas vestes quibus ex ordine uteretur †; ordine temporum dispositas [f]: unam ad æstatem, alteram ad hyemem [g]. *Synthesin vestium*, JT. Tam ad usum proprium, quàm ad ministerium [h]: vel, unam domesticam, alteram forensem [i]. Conveniunt interpretes binitatem hîc indicari; quod probo. Sed cur ea עֵרֶךְ dicatur, nondum satis, quod sciam, explicatum. Fortasse lucem præbebit lingua Æthiopica, ubi

[d] Bo. † Jun. [f] D. [g] Bo. D. La. [h] Bo. [i] Ità V. G. [k] V. [l] La. Bo. Pi. Ma. D. [m] La. [n] Jun. Q. in Ma. [o] D. [p] V. [q] Jun. [r] Me. * Marti [r] V. [v] Os. [x] La. [y] D. [z] Bo. [a] La. [b] Ser. [c] Ma. [d] Ser. † La. [f] Ma. [g] La. Bo. D. [h] Jun. [i] La.

ubi עֵרֶךְ pro *socio* atque *amico* usurpatur, Matt. 11. 19. Est ergò עֵרֶךְ בְּגָדִים *societas vestium*, non una tantùm, sed & altera socia: ut & sanè verbum עָרַךְ apud Hebræos paritatem includit. Significat enim *comparare*, *æquiparare*; quod fit in rei æstimatione: item *alterum alteri adaptare*, *aptè consociare*, quod fit in aciei dispositione [k]. ¶ Sequitur in Hebræo, [וַיֵּלֶךְ הַלֵּוִי] *Et ivit Levita*, Mo. Jon. Sy. JT. Ti. *Et perrexit*, P. V. i. e. Secutus est illum [l]. *Ivit*, i. e. abiit ad negotia necessaria, quæ Micha illi præceperat [m]. *Ivit itaque* secum, M. Belg. i. e. cum Micha in domum ipsius [n]. *Atque ità Levita introivit*, Ang.

11. *Acquievit, & mansit*, [וַיּוֹאֶל הַלֵּוִי לָשֶׁבֶת וגו׳] *Et voluit* (*placuit*, P. JT. M. Ar. *cœpit*, ο'. *consensit*, Sy.) *manere*, vel *habitare*, *cum viro*, Mo. P. Declarat quod dixerat in fine v. 10. *& perrexit* [o]. *Constituit in animo suo, quòd vellet manere cum viro isto*, Ti. Non erant ista in se magna [quæ pollicitus est Micha;] sed famelico huic & temerario juveni magna visa sunt, iisque ut potiretur, fœdissimâ apostasiâ se polluit, &c [p].

12. *Implevitque Michas manum ejus*, [וַיְמַלֵּא וגו׳] *Et implevit* (*consecravit*, P. JT. M. Ti. *perfecit*, vel, *perfectam reddidit*, Sy. Ar.) *Micha manum Levitæ*, Mo. ο'. V. vel, *ministerium Levitæ*, JT. *Implevit manum*, &c. offerendo, scilicet, sacrificia operâ illius, h. e. Constituit eum sacerdotem [q]. Consecravit eum in sacerdotem, traditis ei victimis quas pro inauguratione sua in sacerdotio suscepto offerret [r].

13. *Nunc scio quòd benefaciet mihi Deus*, &c.] Nunc scio me beatum fore apud Dominum *. Nunc Deus, inquit, rem meam augebit: erant quippe multi venturi ad ea sacra, & ipse futurus erat particeps omnium oblationum; atque ità miser quæstum putat esse pietatem [t]. *Benefaciet Deus*, &c. O falsissimam spem! O confidentiam longè stolidissimam! Contrarium sanè potiùs extimescendum. Gravissima hîc enim erant peccata: 1. idololatria; 2. ad eam adolescentis hujus invitatio; 3. sacerdotii violatio triplex. Nam, 1. sacerdotii non erat capax Levita qui non erat ex Aaronis stirpe. 2. Nec Ephraimita poterat sacerdotem consecrare. 3. Sacerdotis ad idolorum cultum traductio. Ut mirum sit Monceium de vitulo l. 1. cap. 19. scripsisse Ephodem ac Theraphim prosperioris fortunæ quæstûsque causam ipsi Michæ fuisse. Imò verò quid nisi Divina vindicta & pœna gravissima deberi Michæ potuit? Hujus autem luculentum initium habemus sequenti capite [v]. Prosperitatem exspectat Micha non à vero Deo, sed ab idolo ipso, quod colere instituerat, cuíque sacerdotem hunc initiârat [x].

k Di. l V. m K. in D. n Belg. o V. p Ser. q Tig. not. r Os. * V. t Mart. v Ser. x Bo.

CAP. XVIII.

1. Usque ad illum diem, &c. לֹא נָפְלָה לוֹ עַד הַיּוֹם הַהוּא בְּתוֹךְ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל בְּנַחֲלָה] *Non ceciderat ei sors usque ad diem hunc in medio tribuum Israel in hæreditatem*, P. vel, *in hæreditate*, Mo. Satis ipsi non acciderat—*inter tribus Israelis in possessione ejus*, JT. Belg. Sed dura hæc est & inusitata ellipsis, Di. *Non ceciderat ei* possessio, supple נַחֲלָה ex membro præcedente [y]. *Non cecidit sibi*——*sors hæreditatis in medio tribuum*, &c. M. Ti. *Non enim divisa fuerat usque in diem illum hæreditas inter tribus Israelis*, Sy. sim. Ar. *Cadere* verbum proprium hac in re. *Non ceciderat ei*, supple, *sors*, vel *funiculus*. Sic Num. 34. 2. Jos. 13. 6. Psal. 78. 55. Prov. 1. 14. & alibi [z]. ¶ *Sortem non acceperant*] Non est intelligendum, quòd nulla omnino illis obtigerat sors [a]: sed quòd non tota [b]; non sufficiens [c]; non idonea & commoda, quæ satis futura esset tam numerosæ Tribui [d]. Hispanicus interpres sic; *Nondum urbes suæ sortis in potestatem redegerat*, vel Cananæos indè ejecerat *. Non poterant eripere Cananæis sortem quam Josue ipsis assignaverat, Jos. 19. 40 [f]. Philistinis hinc acriter resistentibus, & Amorrhæis alia ex parte eos coarctantibus, ut dictum est c. 1. 34. nimis angustè habitabant, & novas sedes quæsierunt [g]. Alioqui vel ipsa nomina Tzorhæ & Eshtaolis demonstrant sortem suam Dani fuisse attributam [h]. *Possessio* ergò hîc intelligenda est, per Synecdochen generis, de possessione sufficiente [i]. Difficultatem habet hic versus, quòd contra historiæ fidem negari videatur Tribui Dan assignata hæreditas. Nos sic conciliamus. שֵׁבֶט non semper integram tribum, sed interdum unius Tribûs familiam, designat, & idem valet quod מִשְׁפָּחָה. Sic Jud. c. 20. v. 12. שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל dicuntur misisse legatos בְּכָל שִׁבְטֵי בִנְיָמִן, *in omnes familias Benjamin*: sic Esa. 19. 13. *Seduxerunt Ægyptum* פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ, *præcipui familiarum ejus*. Ità hoc loco, *In diebus illis familia Danitica quærebat sibi possessionem ad habitandum, quia non ceciderat ei ad hunc diem in medio tribuum Israelis possessio*. Cùm enim Tribui Dan minorem quàm par erat sortem accidisse constet, non mirum familiam quandam, & fortasse ex majoribus, fuisse quæ possessionem adhuc nullam invenisset, sed quasi precariò inter alias habitâsset. Certè v. 11. dicuntur exiisse tantùm 600 viri, & exiisse מִמִּשְׁפַּחַת הַדָּנִי, *è familia Danitica*; iidémque vocantur שֵׁבֶט הַדָּנִי v. 30. At v. 19. vocantur simul שֵׁבֶט & מִשְׁפָּחָה, *tribui & familiæ*, i. e. totius Tribûs familiæ sacerdos. Porrò, de tribu semper dicitur שֵׁבֶט דָּן, vel מַטֵּה דָן, nunquam הַדָּנִי; at hoc de eo dicitur quod à tribu ista denominatur, ut hîc v. 11. & Jud. cap. 13. v. 2. Unde & Jonathan vertit, *Tribus domûs Dan*; non, *ipsa domus*, i. e. posteritas Dan in genere, sed ejus minor quædam Tribus, seu familia. Porrò, בְּנַחֲלָה נָפְלָה significat quidem alibi *cadere in hæreditatem*, sed tum aliud nomen antecedit, à quo verbum נָפַל regatur; ut Num. 34. 2. *terra quæ cadet*, &c. Sed cùm hoc loco nullum nomen antecedat, aut subintelligendum erit אֶרֶץ, aut בְּנַחֲלָה (nullâ habitâ ratione ב) accipiendum pro נַחֲלָה in nom. casu; quomodo vertunt ο'. *non cecidit eis hæreditas*; quos Vulg. Pagn. Belg. sequuntur. Rejicit id Drus. Nos autem nequaquam rejiciendum putamus. Arabibus usitatissimum est nominativum per ב describere: sic dicunt, *Ego sum in credente*, i. e. credens. Ità Luc. 5. 12. *& ecce in viro repleto leprâ*, i. e. vir repletus leprâ. Sic Act. 3. 2. *in viro claudo*, i. e. vir claudus. Nec pauca ejusmodi loca in Hebraismo observâsse videmur, quæ non nisi per coactionem aliter commodè explicari possunt: quæ quidem jam semel huc congerere visum fuit. Sic Exod. 32. 22. בְּרָע הוּא, *quòd malus sit*; Deut. 28. 62. *Reliqui eritis* בִּמְתֵי מְעָט, *viri pauci*; 1 Reg. 13. 34. וַיְהִי בַּדָּבָר הַזֶּה וגו׳, *Et fuit res hæc in peccatum*; 1 Par. 7. 23. בְּרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ, *adversitas erat in familia ejus*; 1 Par. 9. 33. כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה, *quia interdiu & noctu incumbebat ipsis opus*; Esdr. 3. 3. כִּי בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם, *quia terror erat super eos*; Job. 18. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו, *missum est rete in pedes ejus*; Psal. 55. 19. בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי, *multi fuerunt mecum*; Psal. 68. 5. כִּי בְּיָהּ שְׁמוֹ, *nam Jehova est nomen ejus*; Eccles. 7. 13. בְּצֵל הַחָכְמָה וגו׳, *umbra est sapientia, umbra est pecunia*; Esa. 26. 4. כִּי בְּיָהּ צוּר, *Dominus est rupes*; Esa. 40. 10. יְהוִה בְּחָזָק יָבוֹא, *Jehova fortis veniet*; Oseæ 13. 9. כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ, *in me est auxilium tuum* *.

2. *Quinque viros*, &c. חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים מִקְצוֹתָם] *Quinque viros de extremitate sua*. Eadem phrasis habetur Gen. 47. 2 [k]. [Q. exponunt de infimis;] *suorum militum abjectissimos*: tales mittebant ut faciliùs fallerent [l]. Obj. Hunc sensum refutat quod sequitur, *filii belli*, seu fortitudinis [m]. Resp. בְּנֵי חַיִל non *fortes* semper, sed *milites*, dicuntur, ut patet ex multis locis in Numeris, & 2 Sam. 17 [n]. [Alii, de præcipuis, seu primoribus, populi.] Ità Hispanicus interpres. Sic capiunt 1 Reg. 12. 31 [o]. Non sumitur pro abjectioribus, sed pro extremitate eorum qui sublimem tenent gradum. Nec est hîc *Mem* litera præpositio, cùm non sequatur Dages, sed constituit denominativum. Abutuntur autem Hebræi hâc dictione pro *quidam* & *quædam*, cùm extremitas sit pars in integro & toto aliquo [p]. Alii vertunt, *viros de finibus* (*civitatibus*, Belg. *partibus*, Jon.) *suis*, P. Mo. Ti. JT. Ang. ¶ *Fortissimos*, [בְּנֵי חַיִל] *Filios virtutis*, ο'. Jon. V. vel, *strenuitatis*, Pi. *fortes*, P. Ti. V. *exercitatos in militia*, M. ¶ *Ut explorarent*, [לְרַגֵּל] *Ad explorandum* pedibus, Mo. ¶ *Et diligenter inspicerent*, [וּלְחָקְרָהּ] *Et scrutarentur*

y Pi. z D. a M. b V. c Pi. d Jun. Pi. * Ma. f G. g La. Bo. L. h Jun. Pi. i Pi. * Di. k Ma. l Ca. m Ma. n Ca. o Ma. p Ma.

tarentur eam, vel, *considerarent*, V. חקר significat ἐξιχνιάζειν, (i. e. *investigare*[q].) ¶ *Et intrâssent domum Michæ*, עד בית מיכה] *Perrexerunt in domum Michæ*, Ar. sic Sy. Alii, *usque ad domum Michæ*, P. Mo. ό. Jon. Ti. D. ¶ *Requieverunt ibi*] Non, in domo, sed in vicinia ejus; fortè in pago illo[r].

3. המה עם בית מיכה] *Cùm essent* (vel, *pernoctâssent*, Ar.) *domi Michæ*, Sy. *Ipsi cum domo* (vel, *juxta, apud*, sive *ad, domum*, P. JT. Ti.) *Michæ*, Mo. Jon. ¶ *Agnoscentes vocem Levitæ*] i. e. Sermonem aut loquelam, λαλιάν †. Peregrinitatem quandam in ejus pronunciatione agnoscentes: fit enim passim, ut intra eandem provinciam, quæ eâdem linguâ utitur, diversa tamen sit vicinarum etiam civitatum pronunciatio[t]. Variæ erant dialecti in terra Israel; Galilæi peculiarem habebant, & Jerosolymitani etiam[v]. Ephraitæ agniti erant ex pronunciatione *Sibboleth*[x].

4. *Hæc & hæc*, כזה וכזה] *Secundùm hanc & secundùm hanc fecit mihi*, supple, rationem & modum. Demonstrativi pronominis repetitio distributionem indicat. Sic Num. 22. 24. *maceria* מזה ומזה, i. e. hinc illinc; 2 Sam. 12. 8. *Et additurus sum tibi* כהנה וכהנה, *sicut hæc & sicut hæc*, i. e. hæc & alia, alia atque alia[y].

5. *Ut consuleret Dominum*, שאל נא באלהים] *Interroga*, vel *Pete, nunc in Deo*, ό. Pi. Mo. vel, *in dicto Domini*, Jon. *Consule Deum*, M. P. sim. Sy. JT. i. e. Falsum deum[z], idolum[a]. Vel, *deos*, sive simulachra tua. Hæc idola existimabant facta esse in honorem Dei[b]. Nomen *Elohim* vetustissimis Ebræis hîc נמחל aut חול, i. e. *profanum*, videtur. At K. vult esse קדש[c]. Viderant Danitæ Ephod illud factum secundùm formam Ephod legalis, ideo putabant sibi hinc dandum oraculum; præsertim cùm Teraphim adessent, ex quorum inspectione futura nonnunquam Dæmonis revelatione cognoscebantur; etiamsi illi vel per astrorum influentiam, vel per Divinam revelationem, hæc innotescere crederent[d]. ¶ *Ut scire possent an prospero itinere pergerent*, התצליח דרכנו] *An prosperabitur via nostra*, Mo. ό. *an prosperabit Deus viam nostram*, Jon. P. *num prosperum futurum sit iter nostrum*, M. sim. Ti.

6. *Ite in pace*, [sic plerique;] לכו לשלום] *Ambulate ad pacem*, Jon. *Ite in*, vel *secundùm, pacem*, Pi. ¶ *Dominus respicit viam vestram*, נכח יהוה דרככם] *Coram Jehova est via vestra*, ό. P. Pi. Ang. vel, *iter vestrum*, JT. M. *Dominus disponet* (*dirigit*, M. *secundabit*, Ar.) *iter vestrum*, Sy. *Præsens est itineri vestro*, Ti. Hebraismus: Deus aspicit, h. e. favet peregrinationi vestræ †. Deus proposuit iter vestrum secundare. Abutitur nomine Tetragrammato, cùm ex parte idololatra esset. q. d. *Dominus antecedit vos, vobísque auxilio erit*[f]. *Dominum* vocat suum idolum, vel Teraphim: hujus enim erat sacerdos[g]. Porrò, vel finxit Levita sibi redditum responsum[h]; quod illis gratum sciebat, ut illis gratificaretur, locutus est[i]: vel reverâ idolum responsum dedit; quod facilè credi potest[k]. Idolum locutum est, aut aliâ ratione Dæmonis arte respondit[l]. Deus interdum permittit ut Dæmones verum prædicent[m]. Permittit eos dare responsa idololatris, quia ex malitia sua demerentur quòd sic in erroribus nutriantur: & talia responsa aliquando sunt vera[n]. Et reverâ omnia ex sententia, quæ volebant, evenerunt. Sed non sunt metiendæ res ex eventu vel successu, nec indè nostra Deo placere rectè colligitur. Deus autem hoc pacto agit, quia tentat num diligamus eum, Deut. 13. Vide & 2 Thes. 2[o]. Heb. ex verbo sic vertas, *Directio JHVH via vestra*, i. e. diriget viam; vel, *Rectitudo JHVH via vestra*, i. e. recta est apud Dominum. Aliqui reddunt, *Obviat JHVH viæ vestræ*: Anceps verbum, quod in bonum & in malum accipi potest; ut erant ambigua deorum [malim dixisset *Dæmonum*] oracula[p].

7. *Venerunt Lais*] Quæ Jos. 19. 47. (ubi per prolepsin hæc historia narratur) vocatur *Lesem*; postea *Dan*, hîc v. 29. &, composito vocabulo, *Lesem-dan*, Jos. 19; postea, *Cæsarea Philippi*. Erat urbs hæc loco amœnissimo sita, inter duos rivos *Jor* & *Dan*, ad radices ferè montis Libani. Unde Jeroboam in ea, æquè ac in Bethel, posuit suos vitulos aureos. Erat enim ipsa terminus terræ Israel versùs Septentrionem, sicut Bersabee versùs Austrum[q]. ¶ *Viderúntque populum habitantem in ea absque ullo timore, juxta consuetudinem Sidoniorum, securum & quietum*, ויראו את העם אשר בקרבה יושבת לבטח כמשפט צידנים שקט ובטח] [Variant hîc interpretes.] *Ubi animadvertunt populum qui erat in ea* (ut erat *sita in tuto, secundùm rationem Tzidoniorum*,) *quietum & securum* esse, JT. Vide de situ urbis v. 28. Eisdem institutis securè & legibus utentem cum Tzidoniis[r]. Sed hoc aliis durius videtur †. Al. sic; *Et viderunt populum qui erat in medio ejus habitantem*, vel *sedentem*, vel *manentem, confidenter*, (*securè*, Ti. M. *tranquillè*, Sy. *in spe*, ό. *ad fiduciam*, Mo.) *juxta judicium* (*legem*, Sy. *morem*, M. Ti. Ar.) *Sidoniorum, quiescentem* (*quietum*, M. *otiosum*, Ti. V.) *& confidentem*, P. Mo. (*securum*, M. Ti.) *Viderunt populum qui erat in eo securè habitantem*—*securè*, inquam, *habitantem*, Ar. Hîc עם fœmininè construitur. Sic alibi, מדוע שובבה העם הזה[t]. Τὸ יושבת referunt ad העם per Enallagen generis; quia etsi genere referatur ad urbem, sensu tamen ad populum pertineat. Sed & hoc durum est, de העם dici יושבת fœm. & statim שקט ובוטח masc. Et si יושבת לבטח ad *populum* pertinet, quorsum de eodem statim additur ובוטח, quod idem est cum priori? Fateor tamen me hoc potiùs amplexurum quàm quod habet Junius; nam עם fœmin. construitur bis, teste K. Exod. 5. 16. & Jer. 8. 5. quibus adde Jes. 26. 20. Quid si dicamus, nec יושבת nec שקט esse accusativos, sed primò in genere narrari istos viros intrâsse in urbem, &c. deinde, qualis status fuerit, 1. urbis, 2. populi; adeò ut ipsa generis diversitas indicet ellipsin, quæ restituta facilem reddit sensum? Sic verto; *Et conspexerunt populum in ea. Hæc sita erat securè, juxta morem Sidoniorum: ille quietus erat & securus*[v]. Indicatur illis nullum fuisse timorem, sicut nec Sidoniis[x], qui freti suis munitionibus & opibus vim quamlibet externam non timebant[y]. Zidonii sibi non timebant ab Hebræis, quòd non essent è septem populis qui traditi erant eis in possessionem[z]. *Scriptum est*, ET ERIT TERMINUS CANAAN A SIDONE, &c. *Et dicit de Zabulon*, LATUS EJUS USQUE SIDON, *ubi* עד *pro* על; *sed Sidon non erat ex terra Canaan*[a]. Deinde, potentissimi erant Sidonii, & ex seipsis multas deduxerunt colonias[b]. Dicit, *juxta consuetudinem Sidoniorum*, vel, quia eorum moribus & institutis utebantur; vel, quia illis erant altâ pace ac securitate similes[c]. ¶ *Nullo ei penitùs resistente, magnarúmque opum*, ואין מכלים דבר בארץ יורש עצר] Major hîc est difficultas. Nomen עצר nonnisi hoc loco exstat. Verbum עצר duo potissimùm significat; 1. *claudere, concludere, detinere*; 2. *regnare*. Hinc variant[d]. Ad verb. *Et non calumnians verbum in terra possidens retentionem*, Mo. *Et non est deterrens*, vel, *confundens, verbum in terra; possessor exprimens thesauros*, ό. In aliis codicibus est, *Et non potens loqui verbum in terra possessor thesauri*, Nobil. Sic Vulgatus *magnarum opum* ad populum refert, qui, sicut erat quietus & securus, ità erat יורש עצר, *possidens opes domi conclusas* †. *Possidens thesauros*, G. *Et non est qui noceat verbum in terra, possessores parvi*, Jon. יורש עצר à Jonathane vertitur, ירותין ועירין, (sic enim punctandum, non ירותין ועירין.) *Hæredes parvuli sunt*, ut vertit K. qui, nempe, domi adhuc concluduntur & continentur, adeóque limites suos propugnare nequeunt. Tamen RS. videtur ועירין sumpsisse pro *paucis*; vertit enim, *hæredes pauci sunt*, qui si occidantur, non restabunt qui pugnent adversùs invadentes hæreditatem[f]. *Et neminem esse in terra illa perniciosum, néve qui molestiam aut negotium facesserent*, Sy. *At neminem esse in terra eorum qui læderet eos, nec qui affligeret aut vexaret eos*, Ar. Illud יורש עצר K. vertit, *hæres imperii*: quod plerique modernorum sequuntur, sed variè construunt. Plerique דבר sumunt pro בדבר, *in ulla re*, & accusativum subintelligunt, hoc modo, *qui pudefaceret eos*, &c[g]. *Et quòd non esset qui pudore suffunderet eos in aliquo in terra*, P. *Nec esse quenquam hæredem imperii* (Heb. *hæredem interdicti*, vel *probitionis*, synecdoche speciei,) *in ea terra, qui pudore afficeret*, Pi. ex JT. i. e. puniret peccantes. Meton. effecti. Puto vertendum, tanquam *hæres*

Marginal notes, left column: q D. — r Idem. — † Idem. — t Me. — v D. — x Mart. — y Glass. gram. 183. — z L. — a Bo. — b V. — c D. — d M. — † V. — f D. — g La. Bo. — h Bo. La. — i Me. sim. L. — k Bo. — l Me. — m D. — n L. — o Mart. — p Ma.

Marginal notes, right column: q La. Bo. — r Jun. — † Di. — t D. — v Di. — x M. — y Bo. — z Mart. — a K. in D. — b Mart. — c Me. — d Di. — † Idem. — f Idem. — g Idem.

hæres imperii; ut sit ellipsis ב. Est autem periphrasis Regis ex adjuncto adhærente [h]. Significat tam ignavum Magistratum esse, ut nè minimâ quidem notâ maleficum civem audeat tangere, aut etiam reprehendere, (sic enim accipitur verbum Ruth 2. 15.) ac proinde omnia ibi licere. Innuit etiam Rempublicam non Rege, sed alternante Magistratu, regi, cujus minor est auctoritas [i]. *Nec erat qui moliretur inferre quicquam injuriæ terræ illi, aut veluti in regni possessionem accipere.* Capitur hîc עֶצֶר pro מְלוּכָה, ut sit sensus, Nemo erat qui Regem ageret in hac urbe [k]. *Nemo erat in ea regione qui pudefaceret* quenquam aliqua *in re*, nec *erat apud quem esset rerum summa*, Ti. *Non est pudefaciens quicquam (verbum*, i. e. rem.) Nemo eos lædit aut ignominiâ afficit, *ignominiosè lædens*: nec *est hæres regni*, D. Repeto אֵין ex præcedentibus [l]. Minùs hoc durum esset, si יוֹרֵשׁ haberet ו copulam, in quam præcedens negatio influeret; ut 2 Reg. 7. 10. הִנֵּה אֵין שָׁם אִישׁ וְקוֹל אָדָם, *non est ibi vir, neque vox hominis* [m]. Hebraismus hîc est. Nullos habebant hostes, aut, nulla erat discordia; neque etiam erat qui occuparet regnum, aut, qui regni esset hæres [n]. *Nemo eos affligebat in illa terra, neque erat qui eos dominio premeret*: i.e. neque dominum habebant, neque hostem [o]. *Et nullus erat magistratus* (Heb. *possessor*, vel, *hæres interdicti*, Ang. vel, *dominus hæreditatis*, Belg.) *in terra qui eos pudefaceret in* quavis *re*, Ang. sim. Belg. Vertere licet, *Nec erat qui pudefaceret quicquam in terra*, i. e. noceret ulli rei: sicut 1 Sam. 25. 7. *non pudefecimus eos*, i.e. non læsimus, vel fœdavimus, eos: quomodo rectè hîc habet Jonathan, *Et non erat qui læderet quicquam in terra*. Quod ad illud יוֹרֵשׁ עֶצֶר, videant eruditi, annon, omissâ negatione, vertere liceat, *hæreditate habebat imperium*, nempe, populus ille tranquillus & securus. Non electitium, quod turbare sæpe Rempublicam solet, sed hæreditarium, erat regnum; ídque securitatem populi augebat. Posses etiam, omisso commate, יוֹרֵשׁ עֶצֶר conjungere cum מַכְלִים, hoc modo, *Et non lædebat quicquam in terra hæres imperii*, aut, possidens imperium: i. e. Ipse populus in se erat tranquillus; Regem quoque habebat æquum & pacatum. Non video cur hoc rejici debeat. Nec verisimile est, quod vult Kimhi, Laishæ, urbi præclaræ & metropoli, defuisse Regem. Nam quod dicitur in hoc capite, non fuisse Regem in terra, de ea terra intelligendum quæ parebat Israelitis. Tyrus verò & Sidon, &c. suos retinuêre Reges. R. Levi vult, habuisse populum Principem, sed non hæreditarium, qui idcirco noluit periculo se exponere pro conservatione populi, nec increpatione pudefacere peccantes. Sanè hoc verbum pro, *increpare, prohibere*, utpote quo pudor incutitur, sumitur Ruth 2. 15. Sed tunc malim vertere, *Et non erat pudefaciens* (reprehendens) *quicquam in terra possessor imperii* [p]. *Nemo qui* illis *ignominiam intulit*, & nemo *qui imperium hæreditariò possedit*; quasi Rempublicam liberam habuissent, & modò hunc, modò illum, gubernatorem elegissent, qui ideo ipsis displicere noluit [q]. RS. aliter interpretatur מַכְלִים; non fuisse quenquam qui, negando subsidium, & fratrem inopem vacuum dimittendo, pudore eum suffunderet; quia nemo adeò egenus fuerit ut proximo indigeret: quamobrem idem vult esse quod infrà v. 10. dicitur. Minùs rectè, meo judicio [r]. Docent hæc verba quemque fecisse quod lubitum fuit in oculis suis, adeóq; peccata illorum vindictæ Divinæ matura fuisse [†]. עֶצֶר *regnum* vocatur à *retinendo*; nam retinet populum in officio [t]. ¶ *Et procul à Sidone*] Qui auxilio illis esse potuissent, si adfuissent propiùs [v]. Sed illi longiùs aberant quàm ut illis opem ferre possent in repentino hostium incursu [x]. Aberant autem vel unius diei itinere, ait Josephus, vel, ut alii, undecim milliaribus [y]. Lais erat cis orientalem Jordanis fontem; Sidon, ad Occidentis latus maritimum [z]. Fortè his aliquod fœdus cum Zidoniis intercesserat, quod longè dissitis parùm utile fuit [a]. Aut clientes, aut socii, erant Sidoniorum [*]. ¶ *A cunctis hominibus separatum*, וְדָבָר אֵין לָהֶם עִם אָדָם] *Et verbum non eis cum homine*, Mo. *nec commercium habebant cum quoquam*, P. *Et rem non esse iis cum quoquam*, JT. Pi. i. e. singulare fœdus: ità enim sibi confidebant, ut aliorum fœdera rejicerent. Sic infrà v. 28 [b]. Nulli sunt fœderati qui eis succurrent in necessitate [c]. Nullus populus ei peculiari aliquâ necessitudine conjunctus erat; nemo erat qui suppetias ferre aut velit, aut possit [d]. *Lais* colonia videtur fuisse Sidoniorum; sed à Sidone longè absita, nullo vicinorum juncta fœdere, mirè secura, ac dives: quæ omnia incitamenta hostibus [†].

h Pi. i Jun. k M. l D. V. m Di. n V. o Os. sim. Ca. p Di. q Q. in Belg. r Di. † Belg. t D. v Ma. ex Jun. x M. y Bo. z T. ex Ser. a Mart. M. * Ca.

8. *Quid egissent*] Heb. *Quid vos?* P. Mo. sub. *dicitis?* V. vel, *affertis?* Pi. q. d. Quid novi? quid boni affertis [f]? *Quid vos sedetis?* ο'. *Unde venitis?* Sy. Ar.

9. *Surgite*, קוּמָה] Verbum positum vice adverbii hortantis, *Agitè* [g]. Aut est sing. pro plur. aut est infinitivus pro futuro [h]. *Surgite*, ο'. Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Omnes referunt קוּמוּ, quod in ed. altera Veneta notatum in margine, in altera nota est Masoretica, sed nihil præterea; unde suspicor in lectione fuisse קוּמוּ [i]. ¶ *Nolite negligere*, וְאַתֶּם מַחְשִׁים] *Et vos tacentes?* Mo. *siletis?* P. V. i. e. cessatis? h. e. segnes & tardi estis ad expugnandam eam [l]? *Tacere* hîc ponitur pro *quiescere*, D. Jun. & *stare desides*. Ità Exod. 14. 14 [m]. Isa. 62. 1. *Propter Sionem non tacebo*, i. e. non quiescam; vel, ut Jon. *non cessabo, non remittam*, à pœna populorum. Thren. 2. 18. *nè taceat pupilla oculi*, i. e. quiescat [n]. Alii affirmativè legunt, *& vos cessatis*: sed prius præferendum [o].

10. *In regionem latissimam*, רַחֲבַת יָדַיִם] *Latam manibus*, Bo. i. e. locis [*], terminis, spatiis [p]. De hac locutione vide Gen. 34. 21 [q]. Locutio indè sumpta, quòd prisci in limitibus manus apponerent, quæ eos designarent. Psalm. 103. (aliis 104.) 25. *mare spatiosum manibus*; ubi manus sunt termini & littora [r]. Duo sunt capita hujus exhortationis; à facili, & ab utili [†]. ¶ *Tradet*] Heb. *dedit Deus*. Hoc addunt, vel, propter Levitæ verba; vel, quòd ea portio terræ in divisione Tribui Dan cessisset [t].

12. *Manserunt in Cariath-jearim*] Hîc perspicuè *in* ponitur pro *apud*, vel *juxta*. Non enim in ipsa urbe castra habebant, sed ad eam, ut sequitur. Sic Jos. 10. 10. *in Gabaon*, i. e. ad Gabaon [v]. ¶ *Post tergum Cariath-jearim*, אַחֲרֵי וגו׳] *Post*, vel, *à tergo*, *Cariath-jearim*; [ità omnes. At JT. *ab occidente ejus*:] ut Jos. 8. 2. Nam אָחוֹר *occidens*, ut קֶדֶם *oriens*. Siquidem qui Orientem respicit Occidentem habet à tergo: unde *mare posterius*, i. e. occidentale, Deut. 11. 24 [x].

14. *Dixerunt*] Heb. *responderunt*. Hebraico more, *respondere* idem est quod, *sermonem ordiri* [y]. ¶ *In domibus istis*] In domo Michæ & Levitæ. Nam videntur separatim habitâsse ex v. 15. An est plur. pro sing.? Fortè ampla domus erat, quæ ex pluribus constabat, & in una earum Levita habitabat. Valde placet [z]. ¶ *Videte quid vobis placeat*, דְּעוּ מַה־תַּעֲשׂוּ] *Scitote quid faciatis*, P. *Videte*, aut *decernite*, (*cognoscite*, JT.) *quid facturi sitis*, V. JT. i. e. Ut nos fecimus, ver. 5. deos istos de expeditione vestra consulite [a]. Considerate num expediat hæc omnia vi tollere, annon [b]. Annon velitis auferre, ut sint nobis usui, sicut jam semel fuerunt [c].

15. *Et cùm paululùm declinâssent*] A via, jam capto consilio, ut in domum venirent [d]. ¶ *Ingressi sunt domum adolescentis Levitæ, qui erat in domo Michæ*, אֶל־בֵּית הַנַּעַר הַלֵּוִי בֵּית מִיכָה] *In domum Levitæ*, qui erat *in domo Michæ*, P. Etsi enim is de Michæ familia esset, habebat tamen domum, seu domûs partem, separatam, nempe, idolorum ædiculæ conjunctam [†]. *In domum Levitæ, in domum Michæ*, ο'. Jon. JT. *In domum Levitæ*, nempe, vel scilicet, *in domum Michæ*, Sy. M. Ti. Ang. ¶ *Salutaverunt*, &c. וַיִּשְׁאֲלוּ לוֹ לְשָׁלוֹם] *Et salutaverunt eum pacificè*, i. e. precati sunt illi salutem [f]. *Interrogaverunt eum de pace*, D. Jun. i. e. *de prosperitate*, JT. Pi. Synecdoche membri, Pi. i. e. quomodo valeret. Gen. 29. 6. *An pax ei* [g]? Id est, amicè salutatum foras ad sexcentos colloquendo adduxerunt, ut intelligitur ex ver. 17. Metalepsis [h]. Synecdoche membri metonymica: nam unà cum effecto destinato intelligitur finis [i].

17. *Ingressi fuerant*] Nimirum, dum sacerdotem illum sexcenti viri apud se colloquio detinerent in ostio domûs [k].

b Jun. Pi. c Ma. c D. d Bo. † G. f V. g V. D. h V. i D. l V. m Jun. n D. o Bo. * P. p Bo. D. q Ma. r Bo. † Mart. t Mart. v D. BA. f. 2. 50. 990. x D. y Mart. z D. a Jun. b Bo. c Pi. d Bo. † Idem. f V. g D. h Ma. i Pi. k Ma. ex Jun.

18. *Sculptile*,

18. *Sculptile, Ephod*] Vel, *sculptile & Ephod*, ut sit ἀσύνδετον: vel, *sculptile τὸ Ephod*, i.e. quod Ephod habet [l].

19. *Tace, & pone digitum super os tuum*] Digiti super os positio taciturnitatis symbolum. Hinc apud Romanos Angerona, silentii dea, digito ori admoto silentii admonebat. Similiter pingi solitus Harpocrates, apud Ægyptios silentii deus. Hinc Job. 21. 5. *Attendite me,—& superponite digitum ori vestro*; ità & Job. 29. 9. *Manum ad os* dici solet, cùm silentium alicui indicimus. Tale illud—*digito compesce labellum* [m]. ¶ *Ut habeamus te patrem*] Ità honoris causâ appellari solebant sacerdotes, suprà 17. 10. Sic ex sacro privato tribule factum est [n]. ¶ *In una tribu & familia*] Heb. *tribûs* (*nationis*, Sy.) *& familiæ*, Mo. D. P. Ti. vel, *domûs*, ο'. vel, *prosapiæ*, Jon. Per *tribum* hîc partem aliquam notabilem Tribûs intelligi oportet. Nam in hac tribu numerati sunt 64 millia, Num. 26. 43. Nec omnes Danitæ sedem mutârunt, cùm certum sit etiam postea Danitas juxta Philistæos habitâsse [o]. In tribu plures familiæ. Interdum *familia* ponitur pro *tribu* [p].

20. *Et profectus est cum eis*] Heb. *in medio* (*intimo*, Ma.) *populi*, JT. vel armatorum: vel, nè Micha retraheret ipsum domum; vel potiùs, ut speciem aliquam præ se ferret Arcæ fœderis, & sic idolum suum militibus commendaret *.

21. *Et ante se ire fecerunt parvulos*, &c.] Nè essent expositi incursioni hostili illorum qui repetituri essent instrumenta illa sacra [q]. ¶ *Et omne quod erat pretiosum*, וְאֶת־הַכְּבוּדָּה] *Et pretiosum*, Mo. ο'. P. D. *& gravitatem*, Ma. D. *impedimenta*, JT. Ti. D. *Omne onus grave quod habebant, & secum domo abstulerant*, R. Jesaias. Nam è domo Michæ nihil sumpserant quàm Ephod, &c [r]. Al. *substantiam*, Jon. Ar. M. sub. *reliquam*, M. *vasa & mobilia*, K. in D.

22. *Conclamantes*, נִזְעָקוּ] *Congregati sunt*. Nam per clamorem congregatur populus †. ¶ *Secuti sunt*, וַיַּדְבִּיקוּ אֶת־בְּנֵי דָן] *Et insecuti*, vel *persecuti*, (*cohærentes insecuti*, M. *assecuti*, ο'. Jon. JT. V.) *sunt filios Dan*, Sy. P. Mo. Ti. Assecuti sunt persequendo [v]. *Adhæserunt*. Et persecuti & assecuti sunt eos, adhærentes eis [x]. Vel sic, *Agglutinare fecerunt filios Dan*; i.e. conglobare se eos fecerunt, qui sparsim & neglectim incedebant: cùm enim vidissent se insequentes, in ordines se composuerunt & agmen densârunt, exspectantes impetum hostium [y].

24. *Et omnia quæ habeo*] Heb. *Et quid mihi ultrà?* Quid mihi putatis esse reliquum? q. d. Abstulistis quæ mihi erant charissima [z]. Videtur cætera præ idolis suis contemnere [a].

25. *Viri animo concitato*, מָרֵי נֶפֶשׁ] *Amari animo*, Mo. ο'. Jon. M. P. sim. Sy. JT. h. e. iracundi, V. D. ex K. *Anima amara* non tam tristis, quàm iracunda vel aspera. Plautus, *Amariorem me senectus facit*, i.e. asperiorem. *Anima amara* memoratur Job. 7. 11. & 10. 1. & 21. 25 [b]. ¶ *Et ipse cum tua domo pereas*, וְאָסַפְתָּה נַפְשְׁךָ וגו׳] *Et colligas*, vel *recolligas*, *animam tuam*, &c. V. Mo. Pi. scil. in locum animabus destinatum postquam excesserint è corporibus. Periphrasis mortis [c]. q. d. Nè sis author ut Deus revocet ac recipiat ad se animam tuam, & domesticorum tuorum: h. e. Nè sis causa quòd pereas, &c [d]. *Et perdas animam*, &c. P. Ar. JT. *Et apponent* (alii codices, *appones*, Nob.) *animam tuam*, ο'. sub. *ad patres*, vel, *ad populum tuum*, Nob. Capitur hîc אָסַף pro סוּף, *finem facere*. Nam sæpe idem verbum invenitur in diversis ordinibus †.

27. *Veneruntque in Lais*, עַל לַיִשׁ] *Super Lais*, Ma. Vel עַל pro אֶל. Sic עַל עַם, *ad populum securum & quietum* [f]. ¶ *Urbem incendio tradiderunt*] Qu. Cur hoc ab eis factum, cùm eam inhabitare decreverunt? Resp. 1. Ferro flammísque simul grassabantur, è ritu belli [g]. 2. Ut (quia pauciores erant) commodiùs hostes in exstinguendo incendio occupatos opprimerent [h]. Ut turbatis utroque periculo ac malo, civibus nulla vel consilii, vel defensionis, vel saltem fugæ, superesset copia [i]. 3. Ut vicinis habitatoribus terrorem incuterent [k]. Danitæ potiùs astu quàm aperto Marte rem gerere solebant, ideóque à Mose cum Ceraste conferuntur [l].

Margin notes, left column:

- l D.
- m Idem.
- n G.
- o Bo.
- p D.
- * Mart.
- q Pi.
- r D.
- † D. M.
- v V.
- x D.
- y Ma.
- z V.
- a Me.
- b D.
- c Pi.
- d V. sim. D.
- † M.
- f D.
- g Ma.
- h Jun. sim. M.
- i Mont.
- k M.
- l BA. 2. 3. 12. 420.

28. *Erat autem civitas sita in regione Rohob*, אֲשֶׁר לְבֵית רְחוֹב] *Quæ adjacet regioni Rehob*, JT. An בֵּית regionem denotat, quærendum est [m]. *Quæ erat in regione Beth-rehob*, V. De *Rechob* diximus Num. 13. 22 [n]. Est pars Syriæ Trachonitidis, de qua 2 Sam. 10. 6, & 8 [o]. *Rechob* civitas Tribui Asher adscribitur, Jos. 19. 28. quam tamen non possederunt, Jud. 1. 31. esto Levitis esset data, Jos. 21. 31. & 1 Par. 6. 75 [p].

29. *Quæ priùs Lais dicebatur*, וְאוּלָם לַיִשׁ שֵׁם־הָעִיר] *Et quidem* (*certè*, Jon. *at*, M. Sy. *cùm*, Ti. *porrò*, Ar.) *Lais nomen urbis*, Mo. P. At ο'. habent, *Ulam Lais*, i.e. porticus Laischi. Simile habuimus Gen. 28. 19. ubi vide *. לַיִשׁ dicta, quasi *leonina*; vel, quòd fortis esset & prævalida; vel, quòd ea regio leonibus abundaret: quod non mirum, cùm ad Libanum esset [q].

30. *Jonathan filium Gersam filii Mose*, בֶּן־מְנַשֶּׁה] *Filii* (*filius*, ο'.) *Manasse*, ο'. Jon. Sy. Ar. M. V. D. JT. P. Ti. Vulgatus legit מֹשֶׁה, non מְנַשֶּׁה, ut Hebræi codices habent, sed emendatiores, *Nun* suspenso, quo Masoretæ indicârunt hanc literam esse παρένθετον. Gersamus Mosis filius, Exod. 18. 3. 1 Par. 26. 24 [r]. Hinc patet hæc non diu post mortem Josue contigisse, cùm Jonathan nepos Moysi tum erat adolescens. Vide hîc quàm *Heroum filii noxæ*. En tibi tam sancti avi tam sacrilegus nepos, qui factus est idolorum sacerdos primus, & princeps cæterorum, qui eum in Israele deinde plurimi secuti sunt †. Ut hæc una consideratio valere debet ad posteritatis desiderium, si non extinguendum, certè minuendum [t]. Hebræi, ut honori Mosis consulerent, dicunt dictioni משה superpositum נ, ut Gersom iste diceretur filius *Manasse* potiùs (nempe, imitatione, nam cultor idolorum fuit, ut Manasse,) quàm filius *Mosis*; atque ità legeretur, non מֹשֶׁה, sed מְנַשֶּׁה [v]. Verùm hæc non magis derogant honori Mosis, quàm derogatum est Aaroni ex duobus filiis qui percussi erant, Levit. 10 [x]. Sæpe commemorat Scriptura pessimos liberos ex optimis parentibus natos [y]. Porrò, alienum est à Sp. Sancti consuetudine, ob alicujus è posteris impietatem, ipsius Principis familiæ nomen immutare. Et quomodo Jonathan propter imitationem diceretur filius Manassis, quem multis seculis iste præcessit, nec nisi posterior priorem imitari potest [z]? [Alii volunt hunc sive *Mosen*, sive *Manassen*, non fuisse, vel illum, Amrami filium, vel hunc, Regem Israelis, sed alios iisdem nominibus vocatos; & Gersomum hunc alium fuisse ab eo qui Mosis filius erat [a].] Suspensionem autem literæ *Nun* quod spectat, sicut montium excelsitas ipsius terræ rotunditati, ità literæ alicujus elevatio Scripturæ Sanctæ puritati, nihil quicquam detrahit [b]. Qui primus *Mosis* legit, putabat esse Amramis filium [c]. Theodoretus legit, *Filius Manassis, filii Gerson, filii Mosis* [d]. ¶ *Usque ad diem captivitatis suæ*, עַד יוֹם גְּלוֹת הָאָרֶץ] *Ad diem migrare*, vel *transmigrare*, *terram*, Mo. D. Verbum infinitivum loco nominis; quale est, *scire tuum*, pro, scientia tua. Sic, *amare tuum*, i. e. amationis tuæ †. *Usque ad diem transmigrationis*, sive *captivitatis*, *terræ*, ο'. M. P. sim. Sy. Ar. V. i. e. quo abducta fuit captiva terra, i. e. *habitatores ejus*, V. Jon. Qu. Quænam est hæc captivitas? Resp. Tres sunt opiniones. 1. Q. agi volunt de particulari aliqua Tribûs Dan captivitate, quam Scriptura alibi non memorat †. Sed hæc gratis fingitur [f]. 2. Alii intelligunt de captivitate Assyriaca per Salmanasarem [g]. Non placet aliis. Nam, 1. non est verisimile tribum Dan tamdiu perseverâsse in idololatria, nam 1 Sam. 7. dicitur omnis Israel *servire Deo soli* [h]. 2. Quomodo publicam hanc idololatriam in regno suo permisissent David, Josaphat, Asa, Ezecias [i]? 3. Si in Dan fuisset idolum Michæ, Jeroboam non ibidem vitulum collocâsset; suffecisset enim ipsi idolum Michæ ad populum à Jerusalem in Dan abstrahendum. Porrò, vituli aurei ipsius substituti fuêre huic idolo Michæ, ut faciliùs à populo reciperetur, utpote qui jampridem ibidem idolum Michæ coluisset [k]. 4. Paulò pòst definitur tempus quo stetit idolum Michæ esse illud quo fuit domus Dei in Silo: At sub Saule vel Samuele videtur ea translata in *Nobe*, (ibi enim erat 1 Sam. 21.) & sub Salomone exstructum est Templum [l]. Resp. Duo tempora hîc indicantur. 1. Quam-

Margin notes, right column:

- m D.
- n Ma.
- o Jun.
- p Bo.
- * G.
- q Ma.
- r G.
- † La.
- t Bo. ad Jud. 17. 7
- v V.
- x E.
- y Mart.
- z Glas. philol. p. 62.
- a Ità Monc. de vitulo, l. 1. c. 16. Glas. ubi suprà, Marcus Marinus in Glas.
- b Glas. ib.
- c Monc. ib.
- d Nobil.
- † D.
- † Caj. in La.
- f Bo. Ser.
- g Ità Bo. L. Seder olam & Raschi in La.
- h E.
- i La. sim. Ser. E. M.
- k La.
- l Q. in Bo.

1. Quamdiu Jonathan & posteri ejus idolorum sacerdotio functi sunt; & hoc definitur ad captivitatem decem tribuum. 2. Quamdiu illud idolum Michæ steterit; & illud dicitur fuisse quamdiu domus Dei stetit in Silo. Post illud tempus videtur à Saule & Samuele ablatum hoc idolum. Dices, At quomodo Jonathan & posteri ejus sacerdotes erant sublato idolo? Resp. 1. Non dicuntur permansisse *sacerdotes istius idoli*, sed tantùm *sacerdotes* in tribu Dan. 2. Sublato hoc idolo poterant Danitæ, in idola propensi, aliud simile effingere, cùm Salomon exemplo suo licentiam idololatriæ invexerit. 3. Etsi hoc sacerdotium aliquo tempore sub Saule, Davide, Salomone interruptum fuerit, cùm tamen id tempus breve erat præ tempore illo quo antè & pòst sacerdotio functi fuerint, ejus nulla habetur ratio. 4. Fortè Jeroboam hos constituit vituli sui sacerdotes. Nam licèt sacerdotes fecit de extremis populi, id fecit tantùm quia Levitæ noluerint impietati ejus subscribere, 2 Par. 11. 13. Et credibile est eum Levitas desiderâsse, (qui auctoritatem idolo illi conciliarent,) & hos Jonathami posteros libentiùs admisisse, quòd jampridem impio istiusmodi sacerdotio functi essent [m]. At verò unum idémque tempus (scil. sacerdotii Jonathanis, &c. & idoli Michæ) notari satìs indicant verba textûs, præsertim Hebraici [n]. 3. Alii intelligunt de captivitate Arcæ à Philistinis, nempe, 1 Sam. 4. 11 [o]. Quo tempore multi ex filiis Israel abducti sunt captivi [p]; & maximè ex tribu Dan, cujus agri vicinissimi erant Philistæis, ut patet ex historia Samsonis [q]. [Quod verum est de corpore Tribûs, non autem de his qui à reliquis velut avulsi in parte satis dissita à Philistinis sedes fixerant.] Tunc temporis ut cæsi, ità capti, erant plurimi ex omnibus tribubus; ut patet ex 1 Sam. 4. 10. & Psal. 77. 61 [r]. Tunc Arca desiit esse in Silo, ut hîc sequitur †. [Porrò, JT. verba sic vertunt, *usque ad tempus quo migravit* (scil. Arca fœderis, ut percipitur ex collatione versûs sequentis: confer 1 Sam. 4. 21, 22.) *è terra*;] nempe, è terra Israelitarum in terram Pelisthæorum, uti narratur 1 Sam. 4 [t]. Ità הָאָרֶץ vertunt acsi esset מִן הָאָרֶץ. Durum hoc, tamen exemplo non caret. David enim dicit, *Fugite* הַרְכֶם, quod reddunt, *è monte vestro*, cùm reddi posset, *in montem vestrum*, nempe, ubi latitare soliti estis [v]. Hæc opinio non placet Bo. Non enim hîc agitur de pauculorum captivitate, sed communi tribuum transmigratione [x].

31. *Tempore quo fuit domus Dei in Silo*] Unde abductum esse Tabernaculum in Kiriath-jearim tempore Samuelis videtur colligi posse ex eo, quòd tunc ipsa Arca, à Philistæis restituta, in urbem illam illata fuit, 1 Sam. 6. ult. vel, secundùm veterem distinctionem, cap. 7. 1 [y].

m Bo. — n La. — o Ità M. V. D. G. He. in D. Mont. Ser. La. Jun. Pi — p V. M. E. — q E. — r T. ex Ser. — † G. — t Pi. — v D. — x Bo. — y Pi.

CAP. XIX.

1. NON erat rex] Qui suo imperio & potentiâ idololatriam hanc punire & evertere posset. Judices non habebant auctoritatem idoneam [a]. Porrò, illa verba, *non erat rex*, comprehendunt totum tempus Judicum, quia comprehendunt totum tempus quo fuit domus Dei in Silo [b]. ¶ *In latere montis*] Heb. *in lateribus*, i. e. in uno laterum [c]. Sic Jon. 1. *descendit in latera navis*, i. e. in alterutrum latus [d]. Qu. Quo tempore hæc gesta? Resp. 1. Post Samsonis mortem, quia sub Pontificatu *Phinees* contigerunt, Jud. 20. 28. Ità Rabbini, qui idcirco Phineam supra 300 annos vixisse statuunt: quod superat omnem fidem. Adde, post Samsonem proximè Heli Judicem fuisse: at inter Phineam & Heli erant Pontifices plures; vel, tres, ait Jos. Antiqu. 5. ult. vel, septem, 4 Esdr. 1 †. Resp. 2. Calebo vivente, quia Jebusæi tunc Hierosolymam occupabant, v. 11, 12 [f]. Verùm regeri potest eam à Calebo antè captam, sed (ut aliis urbibus contigit) à Jebusæis postea recuperatam: quod eò facilius fuit, quia superior civitas nondum expugnata fuerat. Malim tamen dicere Judæos & Benjamitas communiter habitâsse cum Jebusæis, quod fecisse dicuntur *usque in præsentem diem*, Jos. 15. ult. Jud. 1. 21. quæ verba post hujus tragœdiæ tempora scripta fuisse saltem verisimile est. Illi itaque inferiorem civitatem obtinebant, Jebusæi superiorem & munitiorem, cujus respectu inferiori urbi dominari videri possent. Quanquam & profundissimâ valle à se invicem disjungebantur, nec nisi eminus uni alteris nocere possent. Et hæc fortè est ratio cur v. 12. *Jerusalem* vocatur oppidum gentis alienæ [g]. Resp. 3. Facta hæc Senioribus illis (de quibus Jos. ult. & Jud. 2.) vitâ functis, cùm jam ad idololatriam & omnem impietatem pedetentim fieret inclinatio [h]. ¶ *Qui accepit uxorem*, אִשָּׁה פִּילֶגֶשׁ] *Uxorem pellicem*, Mo. Alii, *uxorem* (vel *mulierem*, Jon. Ar. JT. G.) *concubinam*, ό. Sy. M. P. Ti. Nomen פִּילֶגֶשׁ honestius est quàm Græcum παλλακή, & Latinum *pellex*, quæ tamen inde venerunt. *Pellex* est uxorem habentis, *concubina* potest esse cœlibis. Neque talis conjunctio contra Legem aut bonos mores erat illis temporibus [i]. *Pellex* propriè est, quæ ad aliam superducitur. Uxor ejus erat, sed sine scriptura & sponsalibus [k].

a La. Bo. — b Bo. — c V. D. — d D. — † Bo. — f To. — g Bo. — h Bo. — i G. — k D.

2. *Quæ reliquit eum*, וַתִּזְנֶה עָלָיו] *Scortata cum eo*, JT. Non enim justa uxor erat, donec parentum consensu confirmatum est matrimonium, Exod. 22. 16. quo confirmato, pater illius dicitur Levitæ socer, infrà v. 4. Sic passim accipitur hæc loquutio, Ezec. 16. & 23 [l]. At non poterat scortari cum eo, quandoquidem uxor esset, licèt secundaria, ut *Hagar*, *Bilhah*, &c. Et זָנָה, cùm significat *scortari cum aliquo*, usitatè regit præpos. אֵת vel אֶל, non עַל [m]. Alii, *scortata*, vel *fornicata est super eum*, Mo. vel, *in*, sive *contra*, *eum*, Sy. Ti. Pi. Ang. i. e. contra fidem conjugii quam ei dederat [n]; vel, *apud eum*, M. V. D. Pi. Belg. h. e. dum adhuc esset apud eum, seu domi illius [o]; vel, *sub eo*, sive, *coram eo*, sive, *in conspectu ejus*, D. V. q. d. Non curavit eum, nec abscondit se ab eo dum scortaretur *: vel, *ab eo*, i. e. eo deserto [p]. *Cùm parùm pudica erga illum fuisset*, Ca. Alii aliter; ἐπορεύθη ἀπ' αὐτοῦ, ό. (*abiit ab eo:*) sed vide num legendum ἐπορνεύθη, (*scortata est* [q].) Obj. At dici non potest, ἐπορνεύθη ἀπ' αὐτοῦ, *fornicata est ab eo*. Resp. Hanc loquendi formulam non semel usurpant ό. & Hieron. Psal. 72. 27. Ezec. 23. 5. Os. 4. 12 [r]. ό. legisse videntur תִּזְנֶה. Potest tamen & זָנָה, quod propriè *scortari* significat, translatè significare *abalienationem animi:* quo sensu quidam Græci codices habent, ὠργίσθη αὐτῷ, *irata est ei* †. *Cùm sprevisset ipsum*, Jon. in V. *despexit eum*, K. in D. *lascivivit adversus ipsum*, & *discessit ab eo*, Q. in Ma. ¶ *Et reversa est*, &c. וַתֵּלֶךְ מֵאִתּוֹ] Ad verb. *Et abiit à cum eo*, Mo. *recessit ab eo*, P. [sim. cæteri.] Cùm, scilicet, id innotuisset [t]; metu vindictæ mariti [v]. Qu. Cur non lapidata fuit ut adultera? Resp. Vel, occultum erat crimen; vel, eo tempore leges non bene servabantur [x]. Observanda est hujus fœminæ malitia, cui postea respondit pœna. Hæc enim, scortatione suâ non contenta, insuper, castigationis maritalis impatiens, non exspectat dum domo ejiciatur, ut digna erat, sed spontè deserit maritum, &c [y]. ¶ *Mansitque apud eum quatuor mensibus*, יָמִים אַרְבָּעָה חֳדָשִׁים] *Dies*, id est, annum, & 4 *menses*, D. Ang. ut sit ἀσύνδετον [z]. יָמִים sumi volunt pro circulo dierum annuo, quando, scilicet, sine numero absolutè ponitur, Exod. 13. 10. 1 Sam. 1. 3, 7. & cap. 27. 7. &c [a]. *Dies*, vel *diebus*, *quatuor mensium*, Mo. ό. Secundùm quosdam *diebus* πλεονάζει [b]. *Quatuor mensibus*, Ar. *plenis quatuor mensibus*, JT. Ang. Ebr. *dierum quatuor mensibus*. *Mensis* enim *dierum* est mensis plenus & integer, Num. 11. 20. Sed hæc aliena sunt [c]. Ista versio postulat aliam verborum collocationem & distinctionem [d]. Verùm Hypallage est, pro, *quatuor mensibus dierum*, i. e. quot dies requiruntur ad constituendum quatuor menses; ut sit descriptio integrorum mensium: quod alibi dicitur *mensis dierum*, Gen. 29. 14. Sic, *annus dierum*, pro anno pleno; & *biennium dierum*, Gen. 41. 1. Et Enallagen esse volunt statûs integri pro constructo, יָמִים pro יְמֵי, *dies mensium* [f]. Alii aliter; *Dies aliquot*, nempe, *quatuor menses*, Sy. P. Ti. D. Belg. *Ad tempus*, nempe, quatuor menses [g].

3. *Volens reconciliari*] Hinc colligunt Bo. & Me. eam non admisisse adulterium: tunc enim maritus ejus recon-

l Jun. — m Pi. — n Pi. — o Pi. Belg. — * D. — p D. V. — q D. — r Bo. — † G. — t V. — v Pi. — x E. — y O. — z D. — a Glass. gram. p. 152. — b Glass. ibid. — c D. — d Pi. — f Glass. ib. — g Pi.

(h Bo.) reconciliationem tanto studio non quæsivisset [h]; neque hoc ei licuisset, si adulterium intercesserat, eáque (i Me.) viro alteri nupserat, Deut. 24. 3, 4 [i]. Præterea, adulteria (k Bo.) apud Israelitas severè plectebantur [k]. ¶ *Atque blandiri,* [לְדַבֵּר עַל לִבָּהּ] *Ut loqueretur ad* (vel *super,* JT. Pi.) *cor ejus,* P. *quæ illi essent cordi,* JT. h. e. verba mollia & consolatoria, ut Genes. 34. & 50. 21. Os. 2. 14. Aliud verò est loqui עִם לִבִּי, Cohel. 1. 16. *cum corde meo,* i. e. apud me. ¶ *Et reducere,* [לַהֲשִׁיבוֹ] Ità (l D.) est in scriptura; sed in lectione, לַהֲשִׁיבָהּ [l].

4. *Et amplexatus est,* ità P. [וַיֶּחֱזַק בּוֹ] *Et apprehendit eum,* V. vel, *in eum,* Mo. *retinuit* (*hospitio excepit,* Ar. *firmiter prehendit,* D.) *eum,* ο'. Sy. Ti. ¶ *Comedens,* &c.] i. e. Con- (m Jun. Ma.) vivabantur hilariter. Periphrasis frequens hîc & alibi [m].

5. *Gusta priùs,* &c. [סְעַד לִבְּךָ פַּת לֶחֶם] *Fulci cor tuum buccellâ panis,* P. Mo. [sim. omnes.] *Panis cor ho-* (n D.) *minis fulcit.* Id Ebræis est סָעַד, unde סְעָדָה *refectio* [n]. [Similem phrasin in aliis authoribus notat Ga.] Plaut. Curcul. 2. 3. *Atque aliquid priùs obtrudamus; pernam, sumen, glandulam: hæc sunt ventris stabilimenta.* Horat. Serm. 2. 3. *Deficient inopem venæ te, ni cibus atque Ingens accedat stomacho fultura ruenti.* Lucret. 4. *Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus, Et recreet* (o Ga.) *vires,* &c. Senec. ep. 95. *Vino fulcire venas cadentes* [o].

6. *Sederuntque*] Utrùm hîc signific. *sedere ad mensam,* an *manere?* Si prius, probat veteres ad mensam sedisse, non discubuisse. Quod ex historia probari etiam potest; tum ex Homero, qui heroas introducit (p D.) sedentes in convivio; tum ex Gen. 43. 32 [p]. ¶ *Quæso te,* &c. [הוֹאֶל נָא וְלִין וְיִטַב לִבֶּךָ] *Velis, quæso,* (vel *nunc,* V.) *& pernoctes, & bonum sit cor tuum,* Mo. vel, *& exhilaretur cor tuum.* i. e. Placeat tibi pernoctare, (q V.) ut lætetur, &c [q]. *Acquiesce, quæso,* &c. JT. sim. P. i. e. Acquiesce in hac mea petitione, quâ peto ut perno- (r Pi.) ctes [r]. *Agè nunc, maneas,* &c. ο'. *Mane nunc,* &c. Jon. *Si libeat,* vel *gratum sit, pernocta,* Sy. Ar.

7. *Obnixè cum tenuit,* [וַיִּפְצַר בּוֹ] *Et vim fecit in eum,* Mo. *compulit,* vel *coegit, eum,* ο'. Sy. P. i. e. Magnis († V.) precibus illum retinuit †. *Insistente apud eum socero,* JT.

8. *Donec increscat dies,* &c. [וְהִתְמַהְמְהוּ עַד נְטוֹת הַיּוֹם] [Variè reddunt. Quidam vertunt per secundam personam:] Ità Vulg. & ο'. *Instrue donec inclinet dies;* & Jon. *morabimini,* &c. & Sy. *perambula,* &c. & Ar. *exspecta donec,* &c. Potest esse imperat. plur. secundæ personæ: Et verba hæc sunt soceri, non scripto- (t Bo.) ris [t]. [Alii vertunt per tertiam personam;] *Et tardaverunt donec inclinaret dies.* Sic M. P. Ti. V. JT. Ang. Belg. &c. Aliis est præteritum singulare cum (v Ma.) affixo, *& tardavit eum* [v]. *Donec declinaret dies,* D. i. e. (x Pi.) Sol [x]. Ad vesperam, Sole ad occasum vergente [y]. *Incli-* (y D.) *natur dies,* quando Sol ad plagam occidentalem deflectit: *Laxatur dies,* quando Sol ad Occasum propinquat: *Quiescit dies,* quando atra nox diem abscondit, & omnis diurnus strepitus in quietem vertitur; aut quando Sol post diurnum motum in Occasum de- (z M.) mergitur, & quiescere jam à suo motu videtur [z]. *Donec inclinet dies;* scilicet, æstus frangat, & ad iter pau- (a Me.) lò sit aura commodior [a].

9. *Dies ad occasum declivior est,* [רָפָה] *Remisit se,* Mo. sic JT. Ti. *remissior facta est,* P. *debilitata est,* V. ο. Ang. *laxatur,* M. *inclinata est ad occidentem,* Jon. *recessit,* Sy. *dimidiata est,* Ar. *Remisit dies,* i. e. vigor diei, (b Pi.) nempe, lux & calor [b]. Calor Solis remissus est, ità ut (c V.) dies propinqua sit vesperi [c]. ¶ *Et propinquat ad vesperam,* [הִנֵּה חֲנוֹת הַיּוֹם] [Variant.] *Ecce hospitium hodiernum,* JT. i. e. Aliò tibi non est eundum, sed hîc (d Jun.) hospitandum [d]. *Castrametare tibi hodie,* i. e. Castrame- († Q. in Belg.) tatio tua hîc sit hodie †. Alii, *quiescit dies,* M. *Est desidentia* (f Schindl.) *diei:* tunc Sol desidere & quiescere videtur [f]. *Mansio* est *diei,* P. i. e. Tempus est quo dies convertet se ad hospitium: q. d. Propinquat dies ad vesperam, quo tempore solent homines divertere ad hospitium. Occasum Solis vocat *mansionem:* nam Sol videtur divertere ad hospi- (g V.) tium cùm occidit [g]. *Ecce castrametari diem,* vel, *castrame-* (h Pi.) *tatio est diei,* D. Pi. Ang. Belg. Metaph. καταχρηστική [h]. Tralatio ducta à re militari. Dies castra ponit sub vesperam, quando quieti se dat. Aut verte, *castrametatio solis,* qui *dies* vocatur, eò quòd diem faciat. Nam vesperì Sol vi- (i D. ferè ex K.) detur castra ponere [i]. ¶ *Et cras proficiscêris,* [וְהִשְׁכַּמְתֶּם מָחָר לְדַרְכְּכֶם] Ad verb. *Et manicabitis cras in* (vel *ad,* ο'.) *viam vestram,* Mo. Nonnulla subaudienda, cujusmodi, *ut hinc abeatis ad capessendam viam vestram* [k]. (k V.) *Tum manè surgetis, & abibitis,* Ar. *Manè surgentes redite in domicilium vestrum,* Sy. *Manè consurgetis ad iter vestrum,* M. vel, *in viam vestram,* P. vel, *ut prosequamini iter vestrum,* Ti.

10. *Venit contra Jebus,* [עַד נֹכַח יְבוּס] *E regione,* vel, *ex adverso, Jebus,* Jon. Sy. Ar. P. JT. *usque contra Jebus,* Mo. JT. *usque ad rectitudinem Jebusi,* Pi. i. e. *usque* ad locum qui erat *è regione Jebus,* V. Pi. Jerusalem olim dicta est *Jebus,* à Jebusæis habitatoribus [l]. Distabat (l Mart. Bo.) hæc à Bethlehem 2 leucis, teste Borchardo; vel 6 passuum millibus, ut volunt Hieron. & Adrichom [m]. (m Bo.) ¶ *Asinos onustos*] Ità Sy. Ar. P. חֲבוּשִׁים capitur hîc pro טְעוּנִין *onerati.* Portabant enim asini panem, vinum & pabulum [n]. Verto, *stratos,* seu *instratos,* ο'. Jon. Mo. h. e. (n M.) onustos pane, &c. vel, quibus homines insident [o]. (o D.) *Ligatos,* M. *bijuges,* Ti. i. e. clitellatos, onustos, stratos [p]. (p Tig. not.)

11. *Erant juxta Jebus,* [עִם יְבוּס] *Cum Jebus,* Mo. *usque Jebus,* ο'. *juxta,* vel *prope,* vel *apud, Jebus,* Sy. Ar. JT. Ti. D. P. BA. Ità עִם sumitur Jud. 18. 3 [q]. ¶ *Di-* (q BA. 2. 5. 15. 756.) *es mutabatur in noctem,* [וְהַיּוֹם רַד] *Et dies descenderat,* Mo. *declinaverat,* V. JT. רַד pro יָרַד [r]. (r M. D.)

12. *Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel,* [לֹא נָסוּר אֶל־עִיר נָכְרִי אֲשֶׁר לֹא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵנָּה] Sensus hîc satis perspicuus; turbavit tamen interpretes, quòd post עִיר singulare sequatur הֵנָּה plurale †. [Variant.] *Nè declinemus* (vel, *non de-* († Di.) *clinabimus*) *ad civitatem filiorum populorum qui non sunt è filiis Israel,* Jon. in Di. *ad urbem alieni populi, qui non sunt de filiis Israel,* M. הֵנָּה sumpsit Jon. pro הֵמָּה, per enallagen generis, & retulit ad נָכְרִי collectivè sumptum; quod Tigurini sunt secuti [t]. *In urbem alienam* (t Di.) *eorum qui non sunt ex filiis Israel,* Ti. *ad civitatem alienam in qua non est de filiis Israel isthic,* ο'. vel, *ubi non sunt ex filiis Israel,* Genevenses in Di. i. e. ubi filii Israel non sunt. הֵנָּה sumunt pro הֵמָּה, & אֲשֶׁר pro אֲשֶׁר שָׁם. Minùs bene, si verba spectes, etsi sensus non differat [v]. *Non divertemus in ullam civitatem alieni-* (v Di.) *genæ, ex iis quæ non sunt filiorum Israelis,* JT. Heb. *ex filiis Israelis,* i. e. è civitatibus filiorum Israelis. Metonymia, vel subjecti, vel adjuncti: Subjecti, si filii Israel considerentur ut possessores: adjuncti, si iidem considerentur ut incolæ [x]. *Ad urbem alienigenam, quæ non de* (x Pi.) *filiis Israel huc,* Mo. *ad ullam urbem alienigenarum quæ non est de fil. Israel,* P. Meliùs quàm Junius, qui נָכְרִי sumpsit collectivè, & pluraliter vertit, *alienigenarum.* Sed quare הֵנָּה plurale sumpsit pro singulari הִיא, cùm עִיר quoq; collectivè sumi possit & debeat, ac tum plurale הֵנָּה fœminino genere ei optimè respondeat? Sic verto, *Nè secedamus ad civitates alienigenarum, quæ ex filiis Israelis non sunt.* Nihil hîc esse arbitror ubi quoad constructionem quisquam se torqueat. Constructio eadem est quæ occurrit 1 Sam. c. 17. v. 28. עַל מִי נָטַשְׁתָּ מְעַט הַצֹּאן הָהֵנָּה, *Apud quem reliquisti pauculas oves hasce* [z]? Sed quomodo Jerusal. dicitur op- (z Di.) pidum gentis alienæ, cùm à Caleb expugnata antè erat Jud. 1? Resp. 1. Dicuntur illa cap. 1. per anticipationem, & ea quæ hîc narrantur istis antiquiora sunt [a]. (a E.) 2. Licèt expugnata esset à Caleb, eam tamen postea recuperârunt Jebusæi. Aut potiùs, Caleb expugnavit urbem Jerusalem, non arcem Sion: Quare Jebusæi tenentes arcem dominabantur urbi, in qua mixtim cum Judæis habitabant. Hac ergò de causa Levita hîc noluit pernoctare, nè cum Jebusæis idololatris versari cogeretur [b]. [Vide quæ ex Bo. decerpsimus ad (b L.) v. 1.] Quo tempore hæc gesta sunt, obscurum manet. Illa tamen constant: 1. Non fuisse gesta ante distributionem sortium, eò quòd hîc omnes Tribus, quasi externo hoste vacuæ, in bellum contra Benjamin exierint. 2. Phineem Sacerdotem tunc adhuc superstitem fuisse, v. 28. c. seq [c]. (c E.)

13. *Vade,* [לְךָ] Pro לְכָה. Vide Grammaticam nostram. ¶ *Manebimus,* [וְלַנּוּ] *Et pernoctabimus,* pro וְלַנְנוּ, ob concursum 2 literarum similium [d]. Est לַנּוּ 1. pers. (d D.) præt. plur. sed propter Vau schevatum mutatur tempus ejus: *ut pernoctemus* †. ¶ *Et cùm illuc perve-* († M.) *nero,* [וְנִקְרְבָה בְּאַחַד הַמְּקוֹמוֹת] *Et appropinquabimus in unum*

unum locorum, Mo. vel, *ad alterum locorum*, P. *ad unum* vel *alterum* (sub. *horum*, vel, *istorum*) *locorum*, Ar. Sy. M. Ti. JT.

15. *Nullus eos recipere voluit hospitio*] Mira hominum feritas hîc describitur, ab Abrahami τῷ ξενοδόχῳ moribus ad Sodomæ civium mores deflexo ingenio [f] [f G.]. Boni timebant eos recipere, timentes invasionem domûs suæ ab impiis; quod & ei contigit qui eos recepit: Mali autem homines, vagi & insolentes, non habent hospitia ad recipiendum transeuntes, nè ipsi libenter declinarent ad eos [g] [g L.]. At cur ad cauponam vel diversorium aliquod non se Levites hic conferebat [h] [h Bo.]? Resp. Non erant eo tempore illis in locis diversoria omnibus patentia [i] [i G.]. Cauponæ & diversoria non erant in illius prisci ævi more, sed solebant viatores omnia quæ ad iter necessaria erant secum deferre in sacculis, manticis, vidulis, quibus vel se vel servos vel jumenta onerabant. Hospitium præbebant vel amici & noti, vel viri hospitales; alioquin platea hospitium præbebat, aut ager, aut tabernaculum quod secum quis deferebat. Quo fit ut tantopere apud priscos illos hospitalitas coleretur, & in pretio esset. Docent hoc & præsens caput, & Gen. 19. & exemplum Jacobi pernoctantis in agro, Gen. 28. licèt vicinam haberet Bethel, & in monte Gilead, Gen. 31. & quòd Josephus fratribus cibaria dedit in viam, Gen. 42. 26. & 45. 21, 23. & Jos. 9. ubi Gabaonitæ fidem fecerant ex cibariis quæ attulerant, panibus siccis, &c. utribus disruptis. Imò ex hoc etiam loco colligo, neque moris antiqui fuisse œnopolia & pistorum officinas publicas, alioquin hæc à remotissimis regionibus minimè detulissent. Quod rursus colligo ex 1 Samuel. cap. 21. Nec enim panes sacros illi dedisset Abimelech, si alios aut David, aut in ejus gratiam Abimelech, emere potuisset [k] [k Bo.]. Porrò, illud מְאַסֵּף vertunt, *qui colligeret*, vel, *recolligeret*, P. V. D. *introduceret*, Sy. Ar. *reciperet*, JT. Pi. D. V. Sic Jos. 20. 4. *colligent eum in urbem*. Huc refer, *colligi ad castra*, Numer. cap. 11. vers. 30. pro, *recipere se eò* [l] [l D.].

16. *Peregrinus habitabat*, וְהוּא גָר] *Et peregrinabatur*, P. ¶ *Homines regionis erant filii Jemini*, בְּנֵי יְמִינִי] *Filii Benjamin*, ό. Ar. sive *Benjaminitæ*, JT. Sy. sim. Jon. *filii Jemini*, M. P. D. Qui dictus fuit *Benjamin*, Gen. 35. 18. idem quandoque vocatur *Jemini*; ut suprà cap. 3. 15. [ubi notata vide,] 1 Sam. 9. & alibi [m] [m Me. ex Ser.]. Alii per יְמִינִי, quod *dextram* significat, intelligunt *fortitudinem malitiæ*; q. d. *erant filii malitiæ & nequitiæ* [n] [n M.]. Notant sumi in malam partem pro pravis hominibus; ut 1 Sam. 22. 7. 2 Sam. 16. 11. Sed nihil necesse [o] [o Ma.]. Qu. Sed quomodo dicuntur incolæ hujus urbis fuisse Benjamitæ, cùm Gabaa in tribu Benjamin esset civitas sacerdotalis, ut liquet ex Jos. 21. & 1 Paral. 6 [p] [p Bo.]? Resp. 1. Sunt qui duplicem in Benjamin *Gabaam* agnoscunt, unam montanam, alteram campestrem, vel *in agro*, ut vocatur Jud. 20. 31 [q] [q Q. in Ser.]. Resp. 2. Non tam urbs, quàm regio circumjacens, Benjamitis adscribitur. Sed hoc non plenè satisfacit. Nam ad tribum Benjamin, non ad sacerdotes, legatos mittunt, & adversùs eos bellum suscipiunt. Nec per id tempus tam perditi essent sacerdotes. Dico igitur, 3. Nec sacerdotum is erat numerus qui hasce urbes impleret; nec ob id civitates sacerdotales dicebantur, quasi in iis nemo præter sacerdotes habitaret, aliàs debuissent sacerdotes mechanicas artes ibi exercere; sed quòd eorum fundus esset proprius, à quibus tamen laici fundum domui ædificandæ accipere vel emere potuerunt [r] [r Bo.].

17. *Vidit senex sedentem*, הָאֹרֵחַ] *Facientem iter*, ό. Mo. *viatorem*, Sy. Jon. V. Ar. M. *deambulantem*, P. *qui de via venerat*, Ti.

18. *Vadimus ad domum Dei*] i. e. Schiluntem, ubi Tabernaculum erat, Jos. 18. 1 [†] [† Ma. ex Jun.]. Vel, 1. ut sacrificaret illic, & Deo gratias ageret [t] [t V.], quòd reduce uxore bene rem suam constituisset [v] [v Mart. sim. L.]. Vel; 2. quòd ibi habitaret [x] [x V.]. Silo erat in monte Ephraim, unde Levites ille erat oriundus [y] [y M.]. Vel, 3. ut ibidem invocato Deo, indè incolumes redirent domum in monte Ephraim [z] [z La.].

19. *Et pueri qui mecum est*, לַנַּעַר עִם עֲבָדֶיךָ] *Et puero cum servis tuis*, Mo. i. e. nobiscum; nempe, mecum & cum uxore mea [a] [a Pi.]. Al. aliter; q. d. Tanta copia cibi & vini apud nos, ut etiam servis tuis sufficiat [b] [b D.]. *Cum servo tuo*, M. P. Ti.

20. *Pax tecum*] Non tam salutantis est hoc loco, quàm solicitudinem omnem eximentis [c] [c D.]. Salve, vel, Bono sis animo [d] [d V.]. ¶ *Ego præbebo*] Heb. *Omnis defectus tuus super me*, Mo. sub. *sit*, Pi. Quicquid tibi deerit, hoc mihi incumbet [†] [† D.]. Ego constituo me debitorem: Nam præpositio עַל debitum seu obligationem quandoque notat [*] [* Glas. gram. 553.].

21. *Et pabulum asinis præbuit*, ità P. JT. וַיָּבוֹל לַחֲמוֹרִים] Ità scriptum, sed lectum [scil. in margine] וַיָּבָל. [Vertunt,] *Pabulum projecit asinis*, Jon. Sy. Ar. *Et confudit*, vel *miscuit*, *asinis*, Ma. M. בָּלַל *confundere*; indè בְּלִיל, Job. 24. Nam in pabulo specierum aliqua confusio est [f] [f D. ex M.]. *Et locum fecit asinis*, ό. ¶ *Laverunt pedes*] Sub. famuli, V. Mos hic in calidis istis regionibus, quo pulverem abstergerent [g] [g Mart.]. Discubituri in conviviis pedes laverunt, nè lectos macularent. Quod etiam Græcis usitatum. Vide Athenæum lib. 14 [h] [h D.].

22. *Illis epulantibus*, &c.] Heb. *Ipsis exhilarantibus cor suum*: Ità P. q. d. Hilares erant [i] [i D.]. ¶ *Viri civit. illius, filii Belial*, אַנְשֵׁי הָעִיר אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל] *Viri civit. qui erant fil. Belial*, M. Ti. sive, *viri Belial*, V. *viri filii iniquorum*, Jon. vel, *absque profectu*, Mo. *viri filii nequam*. *Viri filii* dictum ἐκ παραλλήλου. *Filii* & *viri* synonyma [k] [k D.]. *Viri*, vel *homines filiorum Belial*, Jun. Pi. Ma. Non caret emphasi. q. d. Qui improbitatem avitam habent; pravorum hominum prava soboles [l] [l Ma.]. Homines improbi, nebulones, homines nihili [*] [* V.]. Οὐτιδανός sæpe Homero *homo ignavus & nihili* [†] [† Ga.]. ¶ *Fores pulsare cœperunt*, מִתְדַּפְּקִים עַל הַדָּלֶת] *Pulsantes ostium*, P. vel, *ad*, sive *super*, *ostium*, ό. Mo. sim. JT. *impetu ferebantur ad ostium*, Ti. *impellentes ad frangendam portam*, Jon. *insolenter pulsantes fores*, V. Conjugatio Hithpahel hîc magnam vim habet, significátque eos validè & crebrò pulsâsse ostium [m] [m Ma.]. ¶ *Ut abutamur eo*] Venerem masculeam significant [n] [n V. sic M. L. D. Bo. Mart.]. Vir cognoscit fœminam: unde *puella cognita*, i. e. imminuta, Num. 31. 17. & Ovid. *Turpiter illa virum cognovit adultera virgo*; & Propertius, *Sal erit mihi cognitus unus* [o] [o D.].

24. *Educam eas*, אוֹתָם] Pro אוֹתָן; Enallage generum [p] [p D.]. Sic postea, לָהֶם, pro לָהֶן. In hujusmodi locutionibus non vocis, sed sensûs, habetur ratio. Anomaliæ hujus hîc ratio ex flagitiosissimo Benjamitarum proposito dependet. Similis Enallage Jud. 21. 22. *cùm venerint* אֲבוֹתָם *parentes earum*, (nempe, virginum Schiluntinarum,) *aut* אֲחֵיהֶם *fratres earum*, — *dicemus*, *Gratificamini nobis* אוֹתָם *ipsas* [q] [q Glas. gram.]. Contrà, in Ruth est לָהֶן, pro לָהֶם, *eos* [r] [r D.]. ¶ *Ut humilietis eas*, וְעַנּוּ אוֹתָם] *Et affligite illas*, P. *humiliate*, Ti. M. *comprimite*, D. Sign. propriè compressionem quæ fit per vim [†] [† D.]. Qu. An peccabat senex ille offerendo filiam, & Levita offerendo uxorem? Resp. 1. Non peccâsse eos communis est opinio, inquit Menochius, [nempe, inter suos Pontificios: quanquam nec id verum est, ut sequentia docent.] Quia hæc obtulerant ut majus & fœdius peccatum evitarent; quod licitum est [v] [v T. ex La.]. Volenti committere majus peccatum, v. g. adulterium, licet suadere minus, i. e. fornicationem cum meretrice: non enim suadetur hoc malum absolutè, sed sub conditione hac, Si vis planè committere majus peccatum, committe potiùs minus [x] [x La.]. Non tamen id eis licuisset, si uxor vel filia non consensissent ut sic traderentur [y] [y T. sim. La.]. Expertissima videtur ratio eos excusandi, ab ignorantia, quæ in sene illo fuisse probabile est ex v. 16. & fortasse in juvene illo Levita. Alioqui nullo jure poterant eas, de quibus Gabaonitæ non cogitabant, illorum libidini exponere, etiamsi id eo facerent consilio ut majus peccatum vitaretur. Fortè ex Lothi facto utrique erroris occasionem acceperunt [z] [z Me.]. Denique, animi perturbatio & incogitantia culpam eorum valde imminuerunt [a] [a La.]. Resp. 2. Alii eos peccâsse statuunt [b] [b Ità To. E. Mart.]. Nam pro nulla re debemus Deum offendere. Deinde, aut faciebat hoc senex ad evitandam Levitæ culpam, vel pœnam. Sed pro his non debebat senex peccare. Non ad vitandam culpam: potiùs enim debebat senex pati quòd peccaret Levita, quàm quòd ipse peccaret, cum

cùm deberet potiùs animam suam quàm alterius diligere. Et quòd Levita cognosceretur, involuntarium erat, & pœnalis turpitudo. Nec ad vitandam pœnam licebat, quia minimum peccatum pejus est omni pœnâ, etiam infernali. Quod autem dicunt, ex malis minimum eligendum, locum habet in malis temporalibus, non in peccatis, in quibus non recipitur compensatio[c]. In afflictionibus externis minor jactura præferenda est majori, quoniam ea rationem boni habet: Sed in peccato nulla boni est ratio. Et sanè quicquid peccatum est, illico respuatur oportet, sequatur quid velit: Ea enim cura Deo committenda est. *Nemo in cœlum adducendus est per mendacium*, inquit Augustinus. *Minus peccatum committere ut gravius evitetur, est è scelere victimas offerre Deo*, ait Gregor. M[d]. Docet Apostolus non esse facienda mala ut eveniant bona †: & multò minùs facienda sunt minora mala ut evitentur majora mala. Nec possunt hi viri excusari, quasi permiserint minus peccatum ad impediendum majus, quia etiam cooperati sunt producendo stuprandas, & verisimiliter alioqui etiam non peccaturas[f]. Neque his minùs quàm hospiti Levitæ senex iste debebat fidem & tutelam. Nec pater in potestate habet filiam, ut aliis ad libid. exponeret: Nec filia, si pater jubeat, in crimine debet parere[g]. Ægrè vindicantur à peccato, nisi vel ignorantia, vel inadvertentia ex perturbatione orta, vel persuasio quòd alii non essent usuri conditione oblatâ, rei turpitud. tollat, vel certè extenuet[h].

25. *Eduxit ad eos*, &c. וַיַּחֲזֵק] *Et prehendit*, vel, *apprehendit*, P. M. JT. D. Prehensam nolentem & invitam eduxit foras ad servandum se[i]. חָזַק enim significat *validam apprehensionem*, quasi obsistenti injectam manum[k]. Sed cur non tradidit senex filiam suam? Fortasse quòd cives ejus formâ non caperentur, quibus uxor Levitæ admodum pulchra videbatur†. ¶ *Cùm abusi essent*, וַיִּתְעַלְּלוּ בָהּ] *Et facitârunt in ea*, Pi. D. *illuserunt ei*, Ti. sive, *in eam*, Mo. sim. Jon. *vexârunt eam*, Sy. *abusi sunt eâ*, P. *indesinenter*, JT. *exercuerunt in ea cupiditates suas*, Ar. Conjugatio Hithpahel frequentiam actûs, & immanem libidinem, designat[l]. Sign. hîc עָלַל *facere* תּוֹעֲבַת הַמִּשְׁכָּב *abominabilem coitum*, & horrendum designat scelus[m]. Præposteram in ea libidinem exercuerunt. Sic scribit Tacitus Annal. 13. *Neronem illusisse pueritiæ Britannici*[n]. ¶ *Manè*, כַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר] Ità scriptum, sed lectum בַּעֲלוֹת, *cùm ascenderet aurora*. Ut hîc Aurora dicitur *ascendere*, sic dies *descendere* tempore vespertino, v. 11. Porrò, manifestè distinguitur *ascensus auroræ* à *matutino tempore* v. 27. Expende[o].

26. *Et ibi corruit*] Mortis causa erat, vel, 1. summus eorum quæ passa est dolor; vel, 2. summus pudor atque verecundia, ob quam in viri sui conspectum venire non auderet; vel potiùs, 3. quòd labore, vexatione que corporis nimiâ, defatigata, & quasi confracta exanimatáque, fuerit. Sic enim & Thessali, cùm Phocidem vastarent, γυναῖκάς τινας διέφθειραν μισγόμενοι, ὑπὸ πλήθεος, (i. e. *mulieres quasdam occiderunt frequentiâ congressuum*,) inquit l. 8. Herod[p]. Stupratarum ad mortem usque exempla etiam in Moscovitarum & Turcarum historiis habemus[q]. Mulier ista cùm adulterium commisisset, nec fuisset affecta justâ pœnâ, moritur ad extremum in ipso adulterio, & pœnam talionis subit. An pœnitentiam egerit, non dicitur: sed esto, pœnas æternas evasit; Deus tamen vult in Rep. disciplinam conservari, & sumi pœnas de maleficiis, quæ si à pœnitentibus sustinentur, castigationes paternæ sunt, non pœnæ[r]. Porrò, *cecidisse* dicitur *ad ostium domûs domini sui*. Res ipsa indicat, illam ab impurissimis hominibus procul à domo senis tandem fuisse distractam, ac nunc in illum, nunc verò in alium, locum abductam, in singulis verò humiliatam. Manè dimissa domini hospitium repetiit, eóque ægrè pervenit, adeò ut nec vocis compotem esse debilitas & ægritudo siverint, sed animi priùs quàm corporis vigore destituta, ad ipsum limen jacuit†. Non ergò potuit clamare ut aperiretur ei, ideóque Levita ostium non aperuit[t].

27. *Et ecce, concubina*, &c.] Rem non speratam significat. Inopinatè fœminam jacentem offendit, eo prolapsam habitu ac gestu quo facilè cognosci posset

c To. — d Mart. — † E. Mart. — f E. — g Mart. — h Bo. — i D. sim. Ma. — k Ma. — † Mart. — l Ma. — m M. — n Ma. — o D. — p Ser. T. — q G. — r Mart. — † Mont. — t To.

reversæ animus, nimirum, fideliter & anxiè dominum suum repetentis[v]. ¶ *Sparsis in limine manibus*] Vel, quasi indormivisset, manibus capiti subjectis in limine[x]: vel, potiùs, cùm caderet, protenderat manus super limen; hic enim est cadentium habitus[y]. Ostendebat hoc eam mortuam fuisse, quia alioquin corpus suum collectum haberet, sicut viventes habent quando jacent: maximè tempore frigoris, quale erat Aurora[z]. Vel, hic habitus atque gestus quasi opem implorantis, atque vim injuriámque indicantis. Hujusmodi illud apud Virgil. Georg. 4. de Eurydice, *Jámque vale: feror ingenti circumdata nocte, Invalidásque tibi tendens (heu! non tua) palmas.* Eo itaque habitu à morte occupata corruit, eodémque jacuit, cùm præ debilitate immota mansisset[a].

29. *In duodecim partes concîdens, misit in omnes terminos Israel*] Putà ad 12 Tribus, cuique Tribui unam partem[b]: adeóque unam partem misit ad tribum Benjam. quia non ea dum peccârat tota, sed una tantùm urbs, ideóq; poterat & ipsa Tribus ad noxii putridíque unius membri sui sectionem invitari[c]. Ad Benjamin misit, nè viderentur contemni, vel reputari tanquam hostes[d]. Sed non est credibile ad eos misisse, quia latorem occidissent†. Alii igitur pro ea tribu substituunt Levitas. Sed ii nusquam certas sedes habebant, & dispersi erant per omnes Tribus[f]. Vel, duas partes misit ad tribum Manasse, unam cis, & alteram trans, Jordanem[g]. Misit ad tribuum Principes; & verisimile est bajulis injunctum fuisse, ut rem omnem, uti acciderat, illis explicarent. Et ad omnes Tribus misit, quia nullus tum Rex vel Judex esset, qui totius populi principatum gereret[h]. Porrò, hoc Levitæ factum singulare est ac illegitimum: nam & contra Legem Dei est, Deut. 21.23; & contra publica communiáque humanitatis & honestatis jura, quæ sævire in mortua corpora prohibent; & contra officium maritale, quæcunque tandem obtendatur ratio[i]. Verùm non peccavit hîc maritus, quia non concîdit uxorem ad dehonestationem corporis ipsius, sed potiùs ad honorem illi restituendum per vindictam tanti flagitii[k]. Zelo justitiæ & à Deo impulsum hoc fecisse aiunt, ut eos ad vindictam accenderet[l]. Atrocitas facti ad atrocia remedia eum compulit. Nec falsus spei fuit; nam hic conspectus fecit ut omnes Tribus in commune consulerent; quod pridem factum non fuerat[m]. Ultionem cogitans Levita, ab horrendo spectaculo inchóandum censuit. *Segniùs irritant animos demissa per aurem Quàm quæ sunt oculis subjecta fidelibus*—Horat. de Arte poetica[n].

30. *Ferte sententiam*, שִׂימוּ לָכֶם עָלֶיהָ] Ad verb. *Ponite vobis super illud*, Mo. vel, *ad istud*, Pi. super malo isto[o]. *Adhibete vos ad istud*, JT. Vos totos huic negotio applicate, Ma. *Expendite hanc rem*, Ti. Ang. *Ponite vobis ipsis consilium super eam rem*, ο'. *Ponite* (sub. *cor*) *super eam*, vel, *super hanc, rem*, M. P. V. D. Pi. i. e. Diligentissimè perpendite. Hebraismus[p]. *Ponite*, scil. cor. Quæ phrasis integra habetur 1 Sam. 25. 25. Concurrunt igitur hîc duæ figuræ contrariæ, videlicet, ellipsis & pleonasmus: Redundat namque pronomen *vobis*; deest verò nomen *cor*[q]. Bene accusationem instituit: non conquestus est apud Amorrhæos vel Jebusæos, sed apud suos populares. Nec ferendum erat, ut impunè leges palàm & nefariè violarentur[r].

v Mont. — x Jun. — y Ma. — z To. — a Mont. — b La. Mo. D. — c Caj. in Ser. sim. To. Ser. Bo. Mart. — d To. — † D. L. — f Bo. L.D. — g L. — h Bo. — i Ma. — k La. ex To. — l Ma. — m G. — n Mont. — o He. in V. — p V. — q Pi. — r Mart.

CAP. XX.

1. *Egressi sunt omnes*] Exceptis Benjamitis, ut patet ex v. 12 †. ¶ *Quasi vir unus*] Hs: Unanimi consensu[t]. Sic Hippocrates ep. ad Abder. de Democ. περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου ὡς εἷς ἄνθρωπος ἡ πόλις θορυβεῖσθε, (i. e. *Pro uno homine, tanquam unus homo, tota civitas tumultuamini*[v].) ¶ *De Dan*, לְמִדָּן] Ad verb. *de ad Dan*, Ma. vel, *ad ex Dan*, Jon. *à Dan*, ο'. Sy. M. P. Ti. Mo. geminatis particulis, idem quod מִן. Talia sunt in Latio, *inante, depost, exante*, &c. Terminus hic terræ Septentrionalis[x]. ¶ *Usque Bersabee*] Urbs erat in tribu Judæ, vel Simeonis, versùs Philisthæos & Austrum. Hic terminus meridianus, Gen. 21. 33[y].

† Pi. — t V. — v Ga. — x D. — y Jun.

¶ Et

¶ *Et terra Galaad*] Ità Jon. Of. Hîc Trans-jordanini indicantur, quorum terra *terra Gal.* ab adjac. monte appellatur[z]. ¶ וְאֶרֶץ הַגִּלְעָד] *Usque ad terram Gilead*, o'. M. P. Ti. Mo. V. sub. *à mari mediterraneo*, V. *Et terram Gilhadis*, JT. terminum ab Oriente, Jun. Vel, *& à terra Gilead*, P. V. Subaudienda fuit præpositio מִן ex præcedenti. Describit longitudinem Terræ sanctæ, ab Aquilone ad Meridiem, & latitudinem, à Galaad usque ad mare Mediterraneum[a]. ¶ *Ad Dominum in Maspha*] Qu. 1. Quid *Mispa*? & ubi? Resp. 1. Q. Siluntem intelligunt, sic dictam, quòd in editiore loco sita esset; מִצְפָּה autem est specula[b]. 2. Quatuor erant urbes in Judæa dictæ *Maspha*[c]. At *Maspha* hæc erat in confinio Judæ & Benjamin[d]. Ideóque & Judæ adscribitur, Jos. 15. 38. & Benjamin, Jos. 18. 26. Credi tamen potest potissimè à tribu Juda fuisse habitatam, quòd ea Tribus & honoratior esset & numerosior†. Hîc convenerunt, vel, 1. quia vicina erat *Gabaæ*, quam punire volebant, æquè ac urbi *Silo*, ubi Tabernaculum, &c. erant[f]. 2. Quia hîc convenire solebant Israelitæ cùm quid decernendum esset[g]. Hîc sacri conventus celebrabantur, & publicæ orationes populi, 1 Sam. c. 7. v. 6. 1 Mac. 3. 46[h]. & Jer. 40[i]. Hîc autem conveniebant, quòd hîc Dominus magnam salutem concessisset tempore Josuæ[k]; & quòd hîc erat domus orationis[l]. Unicum illis erat Templum, at Synagogæ seu proseuchæ plures; & quædam celebris & princeps hoc loco, à qua ideo Rabbini synagogarum originem repetunt[m]. Qu. 2. Quomodo dicuntur hîc convenire ad Dominum? Resp. 1. Quia *Maspha* erat in alto loco, indéque Silo conspici poterat: ità congregantur *ad Dominum*, eminus in Tabernaculo residentem[n]. 2. Quia ubicunque est multitudo piorum, ibi Deus præsens adest[o]. 3. Quia ibi erat altare (vel mensa, V.) Domini, & domus orationis[p]. 4. *Convenerunt ad Dominum*, scil. consulendum, ex v. 18[q].

2. *Omnésque anguli populorum—convenerunt*, וַיִּתְיַצְּבוּ פִּנּוֹת כָּל הָעָם] *Et steterunt anguli omnis populi*, P. Mo. Pi. D. Jun. Ti. i. e. primores, magnates, proceres[r]. Nam ut anguli in domo sunt præcipua, sic primates in populo†. Anguli sunt ii qui authoritate præstant, & reip. molem quasi fulciunt; 1 Sam. 14. 38. Jes. 19. 13. Soph. 3. 6[t]. Hi, instar angularium lapidum, (qui, cùm majores sunt & firmiores, totum sustinent firmántque ædificium,) Rempublicam sustentant, & firmam continent[v]. Vel sic dicuntur, quia פִּנָּה etiam significat *collem*, vel *fastigium montis*, quod in angulum desinit, Soph. 1. 16. ubi Chald. reddit, *colles excelsos*[x]. JT. sic vertunt, *Constiterunt* usque ab *extremitatibus totius populi*. Subaudiunt מִן, absque causa necessaria[y]. Vel, *omnes anguli*, i. e. omnes populi habitantes in suis locis, quasi angulis. Sed priorem sensum præfero[z]. *Familiæ omnis populi*, Sy. vel, *tribuum*, &c. Ar. ¶ *Et cunctæ tribus*] Vel, *omnium tribuum*, ut ad angulos referatur, *anguli tribuum*, ut Jes. 19. 13[a]. ¶ *In ecclesiam populi Dei*] קְהַל, & ἐκκλησία, idem hîc valet quod Græcum σύνοδος, Latinum *conventus*, aut *concilium*[b]. ¶ *Quadringenta millia peditum*, רַגְלִי] *Peditis*, Mo. *peditum*, o'. Jon. Sy. M. JT. [Ut sit Enallage numeri.]

3. *Nec latuit filios Benjamin*] Heb. *Et audiverunt*, &c. sub. *& tamen nihil curaverunt*[*]. ¶ *Interrogatúsque Levita*, &c. וַיֹּאמְרוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל דַּבְּרוּ וגו'] *Dixeruntque filii Israel, Dicite*, Mo. sim. o'. Jon. Sy. Ar. At alii, *Dixerúntque, Filii*, vel, *O filii, Israel, dicite*, &c. Ti. M. ex K. *Dicebant Israelitæ*, &c. i. e. Legatis missis Benjaminem convocabant, & suum negotium explicare jusserant[c]. Potiùs, Dicebant, scilic. ad Levitam & puerum illius: ut patet, 1. ex cohærentia versûs sequentis; 2. ex vers. 12; 3. ex eo, quòd primæ partes dicendi in judicio dantur accusatori[d].

5. *Volentes me occidere*, אוֹתִי דִּמּוּ לַהֲרֹג] *Me cogitaverunt* (*voluerunt*, Ar. *sibi proposuerant*, JT. *imaginati sunt*, Jun. *præ se ferebant velle*, Ti.) *occidere*, o'. Jon. Sy. P. Mo. i. e. abuti me præposterâ libidine usque ad mortem†. *Occidere*, putà, nisi morem gessissem ipsorum libidini: qui præoptabam mori potiùs quàm scelus illud perpeti. σεμνὸς λόγος[f].

6. *Piaculum*, נְבָלָה] *Fatuitatem*, Ma. *Stultitiam*, vel *stultum factum*. Ferè accommodatur crimini quod contra publicam honestatem est, fœditatémque & ignominiam adjunctam habet[g].

7. *Adestis omnes filii Israel*] Heb. Ecce, *omnes vos filii Israel*. q. d. Hæc injuria non me solum, sed totam Israelitarum rempublicam, attingit[h]. ¶ *Decernite*, &c.] Heb. *Date vobis* (vel, *afferte ex vobis*, M.) *verbum & consilium hîc*, Mo. *Communicate inter vos*, &c. JT. Redundat לָכֶם. i. e. Ferte sententiam, & date consilium[i].

8. *Non recedemus in tabernacula*] Sub. *priusquam ulti fuerimus hoc piaculum*[k].

9. *Hoc contra Gabaa in commune faciamus*, עָלֶיהָ בְּגוֹרָל] *Contra eam per sortem*, V. P. sub. *ascendemus*, vel *ibimus*, V. Jun. Pi. Ti. *Oppugnabimus eam sorte*, JT. i. e. Sortiemur qui annonæ curatores, & qui bellatores, sint futuri[l]. *Sortésque mittamus in eam*, Ar.

10. *Ut comportent exercitui cibaria*, לָקַחַת צֵדָה לָעָם] Ad verb. *ad accipiendum cibum populo*, V. sim. Mo. Jon. o'. vel, *pro populo*, Ti. *ut afferant*, vel *parent*, *cibum*, sive *commeatum*, *populo*, vel *pro populo*, P. Sy. Ar. JT. Pi. ¶ *Et possimus pugnare contra Gabaa—& reddere ei pro scelere quod meretur*, לַעֲשׂוֹת לְבוֹאָם לְגֶבַע כְּכָל־הַנְּבָלָה אֲשֶׁר עָשָׂה] [Constructio paulò intricatior, quam sic evolvunt.] *Ad faciendum venire eos in Geba* (vel *Gebæ*, Ma.) *secundùm omnem turpitudinem quam fecit*, Mo. *Ad faciendum venire eis, ad Geba*, &c. Jon. [Q. sic connectunt cum præcedentibus;] Qui accipiant commeatum pro populo *qui hoc facturus est*, *qui veniat contra Gibeam* (vel, *qui bellum faciat, veniátque contra Gibeam*, Ti.) *propter universam abominationem*, &c. M. Ti. Al. sic; Qui exercitui commeatum subministrarent *ad res gerendas*, [ità exprimit τὸ לַעֲשׂוֹת] *& Gabaam invadendam*, Ca. *Ut abeant contra Gabaam*, & puniant eos *pro universo scelere*, Sy. *Ut faciant* (sub. *populus*, V.) *quum pervenerit in Gibeah juxta omnem fœditatem*, P. Ang. *Ut invadendo Gibham, faciant prout meritum est flagitium*, &c. JT. Heb. *secundùm totum flagitium istud*, Pi. Ut reddant filii Israel illis quod merentur pro tanto scelere[m].

12. *Et miserunt nuncios*] Nihil temerè aut præcipitanter instituunt[n]. In privatis publicísque negotiis, antequam tribunalia summa adeantur, aut arresta expediantur, omnis tentanda satisfactionis pacísque moderata & placida ratio[o]. Nolebant innocentes cum sceleratis involvi[p]. ¶ *Ad omnem tribum Benjamin*] Heb. *per omnes tribus*. Capitur hîc שֵׁבֶט pro מִשְׁפָּחָה, i. e. *tribus* pro *cognatione* & *familia*[q]. *Tribus* & *familia* se mutuò explicant, & pro se invicem ponuntur. Cæterùm *tribus* exponitur *familia* Jes. 19. 13[r]. Porrò, familiæ Benjamin decem erant†, vel duodecim[t]. ¶ *Cur tantum nefas?* מָה הָרָעָה הַזֹּאת] *Quod est hoc malum?* M. Ti. P. JT. sim. o'. Jon. Sy. Ar. *Quod?* i. e. quàm grave & atrox? Nam eos non quærere de ipso facto apparet ex versu sequenti, ubi, factum ipsum extra dubium collocantes, authores illius sibi dedi petunt[v]. מָה *Quantum?* i. e. Quantum esse putatis flagitium istud quod perpetratum est inter vos[x]?

13. *Et auferatur malum*, וּנְבַעֲרָה] *Et abigemus*, Mo. *auferamus*, P. Sy. *exscindemus*, Ti. *ut exterminemus*, M. sim. Jon. *expurgabimus*, o'. ¶ *Qui noluerunt*, וְלֹא אָבוּ ... בִּנְיָמִן] *Et noluerunt filii Benjamin audire*, Mo. Hîc nomen בְּנֵי legitur, & non scribitur: cujusmodi alia sunt in textu Ebraico. o'. & Jon. illud hîc legunt[y]. [Legunt & Sy. & Ar.]

14. *Ex cunctis urbibus*] Sub. *aliis*: sic v. 15[z].

15. *Viginti quinque millia*; ità o'. in codic. Basileensi & Regio, licèt in codice Romano sit 23 millia[*]; עֶשְׂרִים וְשִׁשָּׁה אֶלֶף] *Viginti sex millia*, Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. D. L. To. Hanc lectionem probant Hebræi omnes, Cajet. Vatab. Clarius, Montanus, & Hispanicus interpres[a]. Nihilominus credendum potiùs nostræ versioni quàm Hebræo textui, inquit Bonfrerius, [satis pro imperio. Modestiùs frater ejus Malvenda:] Plerique, inquit, existimant. Nostrum in damno esse, non suâ, sed exscribentium, culpâ, & restituendam in eo lectionem 26 millia[b]. Sed cum hoc numero non concordant sequentia: nam cæsa tantùm sunt 25 millia v. 46. & præterea 100 v. 35. & qui

Marginal notes (left column): z Bo. — a V. — b Mas. ad Jos. 18. ità Jo. in Ma. — c To. in La. — d La. — † Bo. — f La. — g V. M. D. Ma. — h Ma. — i La. — k M. V. — l D. Bo. Mart. — m Bo. La. — n La. Me. — o Mart. ex K. D. — p D. V. — q Pi. — r V. D. La. — † V. — t D. — v Bo. — x BC. 1. 42. 753. — y D. — z La. — a D. — b G. — * V. — c Jun. — d Pi. — † V. — f Jun. Pi.

Marginal notes (right column): g Bo. — h Ma. ex Jun. — i V. — k V. — l Jun. Ma. sim. V. D. — m V. — n Mart. — o Me. — p Mart. — q M. V. D. — r D. — † K. in D. — t V. — v Pi. — x V. — y D. — z V. — * Bo. — a Ma. — b Ma.

& qui evaserunt fuerunt tantùm 600 v. 47[c]. Si ergò erant 26 millia, quid factum de aliis mille viris? Resp. 1. Mille isti viri non pugnabant, sed necessaria exercitui comportabant, iique, flagrante Gibeâ, ad alias urbes fugerunt, ubi ab Israelitis occisi sunt. Nam dicitur infrà, quòd *reversi filii Israel ad reliquias civitatis à viris usque ad mulieres percusserunt*[d]. 2. Quidam arbitrantur eos in prioribus præliis desideratos fuisse, cùm Israelitæ cæderentur *. At 25 mille numerantur v. 46. qui in tertia pugna interierunt[f]. 3. Illi 600 superstites ex illis tantùm describuntur qui in solitudinem versùs rupem Rimmon fugerunt: quum mille alii aliò poterant refugere, aut in Gabaa se recipere, ubi fuerint interfecti. 4. Alii sic conciliant: 26 millia dici numero rotundo, comprehensis 700 Gibeanis, nempe, exactè 25700; nec sequentia reddenda, *præter habitatores Gibeæ qui numerati fuerunt*, &c. sed simpliciter, ut nos vertimus, *Solùm de habitatoribus Gibeæ recensiti fuerunt 700 viri*, [quomodo & Jon. vertit;] q. d. in his 26 millibus soli 700 erant Gibeani viri lectissimi[g]. Dicendum igitur fuisse 26 millia, secundùm Hebraicam literam, cùm veritas librorum nostrorum ex Hebræis assumenda est, ut ait Aug. & habetur in Decret. & Jeronym. in Prologo super Genesin[h].

16. *Ità sinistrâ ut dextrâ præliantes*, אִטֵּר יַד־יְמִינוֹ] *Obturati*, sive *clausi*, (*impediti*, Jo. *mutili*, Sy. *aridi*, Ar.) *manu suâ dexterâ*, P. Mo. Ma. i. e. Capti manu dexterâ; h. e. utentes manu sinistrâ pro dextera: quos scævolas appellamus[i]. *Quorum dextera manus inepta erat*, Ti. vel, *impedita*, M. sim. Cajet. Mont. Clarius, Marinus, & Hispanicus Interpres. Solet scævarum genus promptum esse & audax. Sed unde tot scævæ? Resp. Fortè illis temporibus gloriosum habebatur, usu potiùs sinistræ quàm dextræ valere: nec enim hos penitùs dextrâ captos existimaverim[k]. JT. sic vertunt, *præcludentes manum suam dexteram*; i. e. ità præfidentes viribus & militari peritiæ suæ, ut vel manu sinistrâ cum hoste dimicare auderent[l]. ο'. vertunt, *ambidextros*, qui solent esse strenuissimi, &, facientes pugnam ambiguam, hostibus magno detrimento esse[m]. ¶ *Et sic fundis lapides ad certum jacientes, ut capillum quoque possent percutere*, כָּל־זֶה קֹלֵעַ בָּאֶבֶן אֶל־הַשַּׂעֲרָה וְלֹא יַחֲטִא] *Omnes illi è funda jaculabantur lapides ad crinem*, vel, *pilum capitis*, *& non aberrabant*, M. sim. ο'. Jon. P. Ma. Ti. JT. Pi. Malim, *Fundâ jaciens lapidem*, Heb. *fundibulans lapide*[n], *sine erratione mittebat*, JT. potiùs, *jaciebat*. Heb. *non faciebat* (i. e. sinebat) *peccare*, scil. *lapidem*. Verbum *peccandi* in propria significatione usurpatur, pro eo quod est, à scopo aberrare. Sic Martial. *Frangere dum metuit, frangit crystallina: peccant Securæ nimiùm sollicitæque manus*[o]. Usus fuit verbo *peccandi* eo sensu Herodotus. Et hinc ductâ metaphorâ *peccare* dicuntur qui aberrant à scopo Legis Dei †. וְלֹא יַחֲטִא verti potest, *non committebat defectum*; i. e. non faciebat ut sagitta deficeret à scopo, vel, ut scopo careret. חטא in lingua Æthiopica significat *destitui, carere, non invenire*, aut *assequi*; ut Matt. 18. 25. Luc. 5. 19. Hinc rectè deducitur חֵטְא *peccatum*, defectus, carentia justitiæ legalis; quod omnia peccata, etiam originale, complectitur. Et hinc in Piel חִטֵּא significat, *mundare à peccato, expiare*: est enim propriè, *facere ut persona vel res peccato atque immunditie careat*[q]. Porrò, hyperbolica hæc locutio videtur[r]. Sed non omnino hyperbolen esse, similia exempla docent. *Indi adeò subtiliter jaculantur, ut emisso lapide aut glande pueri extremos duntaxat capillos attingant*: Philost. de vita Apollonii 2. 12. Insulæ Baleares à βάλλειν *jaculari* dictæ sunt. *Harum incolæ tam certò jaculantur, ut plerumque ab scopo sibi proposito non aberrent. Efficit hoc crebra à pueris exercitatio. Parvulis enim pro scopo in stipite aliquo suspensus est panis, quem donec contigerint, jejuni manent*: Diodorus Siculus lib. 5. num. 206. Strab. l. 3. p. 167. Florus 3. 8. Veget. 1. 16 *. Ilerdes currentes feras & volantes in medio aere aves configebant, teste Silio Italico. Gothus miles, authore Saxone, exiguum quodlibet pomum baculo, eidémque longissimè remoto, superpositum primâ spiculi directione feriebat. Et à Rege sub pœna mortis jussus, pomum capiti filii sui impositum sagittâ abstulit. Soranus quidam emissum in aera telum, & jam deciduum, sagittâ alterâ confixit & fregit: qua de re exstant Hadriani Imper. versus. Domitianus Imperator nonnunquam in puerum procul stantem, præbentémq; pro scopo dispansam dextræ manûs palmam, sagittas tantâ arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocuè evaderent[t]. Apud Smyrnæum l. 4. in sagittario certamine pro scopo statuebatur galea setis equinis insignis: Hos pilos sagittâ emissâ Teucer quidam totondit. Et Prorex in Perside semel atque iterum secuit pilum 6 magnorum passuum intervallo à se distantem, ut narrat testis αὐτόπτης Olearius, Itineris Persici l. 4. pag. 399[v]. Porrò, Baleares aiunt *eam artem exercuisse ex quo tempore Phœnices eas insulas occuparent*; Strab. l. 3. p. 167. Phœnices fundas invenisse auctor est Plinius, l. 7. cap. 57[x]. Multum verò ea peritia ad rem bellicam conferebat, cùm frequens esset olim hujus instrumenti in bellis usus, quo non tantùm lapides, sed etiam plumbeas glandes, in hostes dirigerent. Mirum autem omnes Gabaonitas hanc artem calluisse: non dubium tamen assiduâ exercitatione acquiri posse. Et hæc res effecit ut Gabaenses difficulter debellari possent[y].

17. *Quadringenta millia*] Mirum videri possit non plures pugnatores fuisse, cùm in deserto, Num. 1. 2. & 26. numerati essent 600 millia; eósque Deus augeri voluit, ut totam Cananæam implerent, Exod. 23. 30. Idem dubium de Benjamitis moveri posset, qui primo illo censu erant supra 35 millia, hîc infra 26 millia. Dicendum autem, vel, post confecta adversùs Cananæos bella contracta fuisse militiæ tempora, ut, vel seriùs militare inciperent, vel citiùs desinerent; vel, potiùs, eorum multos ob peccata sua bello attritos fuisse[z]. Multæ ac graves calamitates eas afflixerant[a].

18. *Venerunt in domum Dei*; ità P. Mo. Ti. JT. Pi. Bo. nempe, in Silo, ubi erat Tabernaculum Domini[b]; בֵּית אֵל] Alii, *in*, vel *ad*, *Bethel*, ο'. Jon. Sy. Ar. M. Mo. Favere videtur huic explicationi, 1. quòd pro *domo Dei*, vel *Domini*, nusquam in Hebræo legitur בֵּית אֵל; sed vel בֵּית יְהוָה, vel בֵּית הָאֱלֹהִים: 2. quòd *Bethel* proxima esset urbi *Silo*, Jud. 21. 19. ut ob id, cùm castra tam numerosa non possent contineri urbe Silo, in vicina urbe Bethel constiterint, & indè ad Phinees miserint. Nihilominus rectiùs vertitur, *domus Dei*[c]. At Bethel erat prope Siluntem, & fortasse eò Arca translata fuit[d]. Sed hoc gratìs dicitur: Nam domum Dei fixè & constanter toto tempore Judicum fuisse in Silo satìs constat ex Jud. 18. v. ult. & Psal. 77. & ex Jud. 20. v. 27. *eo tempore ibi erat Arca fæderis*; quæ verba satìs indicant eam ibi ab Israelitis inventam, non eò causâ belli impendentis delatam; & ex Jud. 21. 19. *Ecce, solennitas Domini est* (nimirum, aliqua à Deo in Lege præcepta,) *in Silo*. Solennitates autem istæ non celebrabantur extra locum Tabernaculi. Rursus, ibi erat Phinees, summus Sacerdos, v. 28. qui non alibi habitabat quàm ubi Tabernaculum erat *. ¶ *Consuluerunt Deum—Quis erit princeps*, &c?] De victoria nihil dubitant, (freti numero & causæ justitiâ,) nec interrogant[f]. q. d. Statutum est punire sceleratos: vires autem nostræ tantæ sunt, & adeò justa causa, ut de victoria securi sumus: sed non convenit inter nos quis primus procedat[g]. Rectè ad oraculum Dei confugiunt, ad vitandas contentiones; nec sine Duce aliquo rectè geri posset bellum[h]. ¶ Heb. *Quis ascendet* לָנוּ בַתְּחִלָּה] *Nobis in initio?* vel, *principio?* P. Mo. ο'. vel, *primùm?* JT. *in capite?* Sy. i. e. Quæ ex omnibus tribubus prima dimicabit[i]? *Quis ascendet nobis, quo duce geramus bellum?* Ti. *Quis ascendet ante nos in acie?* M. ¶ *Judas sit dux vester*] Hebr. *Juda in principio*, sub. *ascendet*, V. Vox illa *Judas* non hominem, sed tribum, designat. Dices, Non quærebatur quæ Tribus præponenda esset, sed quis ex omnibus Dux futurus. Resp. Deus tantùm de tribu respondit, quòd eâ nominatâ, facile erat in persona præficienda convenire, ut ad id opus oraculo non esset: sive quòd singulæ Tribus suum haberent Principem, quem hîc eligerent; sive quòd sorti id commit-

[c] Bo. Li. [d] To. * D. ità M. [f] M. [g] Ma. [h] To. [i] V. [k] Ma. [l] Jun. [m] Ma. [n] Pi. [o] Pi. † D. [q] Di. [r] Caj. To. La. Glas. * Ma. [t] Bo. [v] BA. 2. 3. 11. 829. [x] Ma. [y] Bo. [z] Bo. [a] Mart. ad v. 2. [b] V. D. [c] Bo. [d] D. M. * Bo. [f] Mart. [g] Ma. [h] Bo. [i] V.

committeretur. Sola inter Tribus contentio metuebatur; at in eadem tribu pauci erant pares, inter quos ſolos potuit eſſe contentio. Porrò, ut Deus non ſolet in neceſſariis rogatus deficere; ità non ſolet in non neceſſariis multus eſſe [k]. Non quærunt, an debeant aſcendere pugnaturi, nec, an Deus velit victoriam dare: itaque Dominus non jubet eos aſcendere, nec promittit victoriam; ſed tantùm reſpondet, Quandoquidem ſine me pugnare conſtituiſtis, Tribus Judæ prima hoſtes aggrediatur [l]. Porrò, ex his ſatìs apertè colligitur hanc hiſtoriam eo tempore contigiſſe cùm adhuc nullus eſſet Judex in Iſrael. Si enim Judex aliquis fuiſſet, ei belli principatus debitus eſſet [m].

21. *Occiderunt de filiis Iſrael—viginti duo millia,* וַיַּשְׁחִיתוּ אַרְצָה] *Et proſtraverunt humi,* Sy. JT. *perdiderunt,* ſive *corruperunt,* (vel, *proſtraverunt,* M. Ti.) *ad* (vel *ſuper,* ο'.) *terram,* M. P. Ti. Mo. V. *perire fecerunt* projectos *ad terram,* Jon. *corruperunt,* (i. e. occiderunt,) *terram verſus* ſternentes, Pi. Qu. Cùm juſtum eſſet bellum, idque etiam conſulto & approbante Domino ſuſceptum, cur tantam cladem ſemel & iterum acceperunt? Reſp. 1. Cauſæ erant Deo, quas nihil mirum ſi neſciamus. Occulta enim & obſcura ſunt Dei conſilia [n]. 2. Quæ cauſæ ſunt (ſunt autem plures) cur viro probo interdum ærumnæ contingant, eædem eſſe poſſunt cur populo innocenti contingunt. 3. Fit nonnunquam ut homines ſibi juſti videantur & innocentes, neque tamen ſunt, & licèt unâ quapiam vacent culpâ, pluribus tamen aliis contaminentur. Fit etiam ſæpe ut bene agant aliquid, ſed cum eo plura peccent [o]. 4. Factum hoc, ut præterita eorum peccata caſtigaret Deus [p]. Vel, 1. quòd idolum Michæ permiſiſſent [q]. At fuit hæc ante Michæ idolum hiſtoria, ut probabimus ad Jud. 21 [r]. Vel, 2. ob cultum Baalim & Aſtaroth *. Ordo id exigebat, ut Iſraelitæ priùs ipſius Dei, poſtea Levitæ, contumeliam ulciſcerentur [t]. 5. Quòd, ſcilicet, nimis in ſua fortitudine, aut numero, confiderent [v]; nec opem Dei poſtulârunt [x]; nec ſatis ſeriò ad Deum acceſſerunt, cum precibus, jejuniis, &c [y]. Temeritate maximâ, hoſte contempto, locum ad pugnam ineptum deligunt, nempe, inferiorem Gibeah, quam in excelſo loco fuiſſe nomen docet; ibique iterum ſtultâ audaciâ pugnare voluerunt [z]. Quare priùs illos Dominus per geminam cladem expiare voluit, ut ultionem Domini contra Benjamitas exercerent [a]. 6. Quòd non conſulerent Dominum an hoc bellum ſuſciperent: Ejus enim rei causâ præcipuè datum erat Urim & Thummim [b]. 7. Fecit hoc Deus, ut majorem in eis excitaret religionem, pietatem, atque animi demiſſionem [c]. 8. Ut populum valde corruptum peſſimorum interitu purgaret: quod & ipſum beneficii genus erat [d]. 9. Ut probaret & excitaret eorum fidem & obedientiam, quæ ſanè hîc magna fuit; nam licèt ſecundò cæſi, tertiò tamen bellum Dei juſſu inſtaurant. 10. Ut oſtenderet ſe ſupremum eſſe necis & vitæ omnium Dominum, itáque omnes ſacro ſuo metu & reverentiâ percelleret: uti & factum eſt. Similibus de cauſis Deus permiſit piiſſimum Joſiam à Pharaone occidi, &c *.

22. *Rurſum filii Iſrael,* &c. וַיִּתְחַזֵּק הָעָם אִישׁ יִשְׂרָאֵל] *Et confortatus eſt,* vel, *confirmavit ſe, populus vir Iſrael,* P. Mo. Jon. vel, *populus virorum Iſrael,* M. [ſim. omnes.]

23. *Ut priùs aſcenderent,* &c.] Hebr. *Et aſcenderunt,* &c. Ma. M. *Quum aſcendentes fleviſſent,* &c. JT. *Aſcenderant autem,* &c. Ti. ¶ *Debeo ultrà procedere?* הַאוֹסִף לָגֶשֶׁת לַמִּלְחָמָה] *An addam* (i. e. pergam, Pi.) *accedere ad bellum,* &c? Mo. V. Pi. Nihil adhuc petunt de auxilio & victoria, ſed, quaſi planè eſſet in ſuis manibus vincere, tantùm quærunt an dimicare liceat: unde nec Dominus promittit victoriam, ſed tantùm poteſtatem facit illis, ſi vellent, dimicandi [f]. ¶ *Contra—Benjamin, fratres meos*] q. d. An ideo ingratum eſt bellum, quia contra fratres ſuſcipitur? Sic nondum pugnaverunt fide [g].

26. *Sedentes flebant*] *Seſſio* habitus eſt flentium. In Sacris opponuntur ſeſſio & reſurrectio, Pſal. 138. 2.

Margin notes (left column): k Bo. — l Oſ. — m Bo. — n Mart. — o Ser. — p La. — q La. V. D. Mart. RR. in Ser. — r Ser. — * La. — t Mart. — v Ser. La. Bo. E. Me. T. Mart. — x Bo. — y Mart. — z Ser. T. — a Me. — b G. ad v. 18. — c T. ex Ser. — d G. ad v. 28. — * La. — f Oſ. — g Jun.

Thren. 3. 63 †. ¶ *Jejunaverunt uſque ad veſperam*] Neque alia apud Judæos uſitata jejunia quam quæ ad veſperam producebantur [h]. Quòd autem jejunârunt & ſacrificia obtulerunt, indicia erant plenioris fidei atque converſionis. Fleverunt autem non perfunctoriè & leviter, ſed acerbè & ſeriò, atque toto die [i]. ¶ *Obtulerunt holocauſta,* &c.] Reſtituerunt decreto publico cultum publicum intermiſſum ob negligentiam, non Phineæ, ſed aliorum ſacerdotum; aut, ob loca non tuta. Vide ſuprà ad 17. 5 [k].

28. *Et Phinees*] Qui vixit 300 annos, propter zelum illum Num. 25 [l]. ¶ *Præpoſitus domus*] Heb. *ſtans faciebus,* ſeu, *ad facies, ejus*; nempe, Arcæ, vel Dei. Vide Deut. 10. 8 [m]. ¶ *Exire debemus,—an quieſcere?*] Plenior hæc eſt interrogatio quàm priores: rem enim omnem Dei arbitrio permittunt [n]. q. d. Quicquid tibi placuerit, faciemus [o]. Seſe jam non ex odio vel invidia (quod hactenus fecerant) agere velle profitentur, ſed ex Dei conſilio atque judicio; quamobrem eos fratres ſuos appellant [p]. ¶ *Cras tradam*] Victoriam eo die promiſit & præſtitit, populo tamen priùs purgato [q], [ut dictum.]

29. *Poſuerúntque inſidias*] Non obſtante Dei promiſſione, *Cras tradam,* &c. Ea res docet, non debere ceſſare induſtriam humanam, etiam ubi certam tenemus promiſſionem Divinam: nam Dei promiſſio hominis induſtriam non excludit, ſed potiùs confirmat, & ad felicem exitum perducit [r].

31. *Eruperunt de civitate,* הָנְתְּקוּ] *Evulſi ſunt,* P. Mo. *extracti,* M. Ti. Jon. *abſtracti,* Oſ. ¶ *Ità ut vulnerarent*] Heb. *cœperant percutiendo confodere,* JT. vel, *percutere confoſſos*: pro eo quod eſt, occidere, atque ità reddere confoſſos †. ¶ *Sicut primo die & ſecundo*] Non æqualitatem notat, ſed ſimilitudinem, quòd eâdem facilitate & ſpe victoriæ hoc fecerunt *. ¶ כְּפַעַם בְּפַעַם] *Secundùm vicem, in vice,* V. Pi. *vice ut vice,* Jun. *ſicut ſemel & iterum,* P. Ti. i. e. Ut aliàs, ità hâc quoque vice [t]. ¶ *Per duas ſemitas,* בַּמְסִלּוֹת] *Per ſemitas,* P. i. e. in conjunctione ſemitarum, h. e. in bivio [v]. ¶ *Altera in Gabaa,* גִּבְעָתָה בַּשָּׂדֶה] *Gibham per agrum,* M. Ti. vel, *in agro,* ο'. Jon. Mo. JT. Pi. ſub. *ſitam,* JT. Per hoc diſtinguitur iſta urbs à Gibha quam tunc Iſraelitæ oppugnabant; quippe quæ ſita erat in monte, ut patet ex v. 23. & 30 [x]. Aſcendit ad campeſtrem civitatem *Gebah,* quæ ab hac *Gibbah* perſpicuè diſtinguitur Joſ. 18. 24, & 28 [y]. Alii ergò illud, *in agro,* conjungunt cum *percutere,* [ità P.] vel referunt ad *viam,* via quæ ducit per agrum in Ghibham [z]. [Ità M.]

33. *Baal-thamar*] Significat *vallem palmæ,* ſive *palmarum.* Unde Jon. hîc reddit, *planities Jericho.* Sed ea nimis diſtabat à Gabaa, nempe, 16 milliaribus Italicis [a]. ¶ *Inſidiæ ſe aperire cœperunt,* וְאֹרֵב יִשְׂרָאֵל מֵגִיחַ מִמְּקוֹמוֹ] *Et inſidiator Iſrael educens de loco ſuo,* Mo. מֵגִיחַ vertunt, *exibant,* P. ο'. *eruperunt,* JT. Pi. *diſceſſerunt,* V. *proripuerunt ſeſe,* vel *abſtraxerunt,* V. Hîc eſt verbum intranſitivum, alibi tranſitivum [b]. ¶ *Quæ circa urbem erant,* מִמַּעֲרֵה גָבַע] [Variè reddunt.] *Poſt denudationem Gibeæ,* JT. i. e. poſtquam Gibhani cum totis copiis exeuntes civitatem præſidio nudaverant [c]. Sumunt מִן *à,* pro *poſt,* more Latinorum: quod ſatis eſt Hebræis inſolens [d]. Alii, *è gramineto Gibeæ,* P. Mo. D. K. in D. He. in M. ſim. M. Ti. V. Al. *è planitie,* Jon. i. e. loco campeſtri, plano, & quaſi nudo. עָרָה Hebraicè ſign. *nudare*; Arabicè, *rectum, planum, facere,* Matt. 20. 12. (Quam ſignificationem commodè adhiberi in Hebraiſmo docebimus ad Pſal. 137. 7. Eſa. 22. 6. Sophon. 2. 14.) Æthiopicè ſign. *complanare,* ut Marc. 1. 3. Luc. 3. 5. Quæ non parùm Jonathæ interpretationem ſtabiliunt *. At planities non videtur accommodata fuiſſe ad inſidiarum occultationem. Rectiùs Hieron. pro מַעֲרֵה legebat מַעֲרָב, quod Occidentem ſignificat. Ità ο'. in codic. Baſileenſi & Regio habent ἀπὸ δυσμῶν, *ab occidente* [f]. Al. *è latere collis,* vel, *è latere Gibeæ,* Q. in Bo. Colles enim ad inſidias tegendas apti †. Al. *ex valle,* Al. *ex cavea,* vel *ſpelunca.* Intelligo, de locis devexis, vel declivibus, Gibhæ *. Porrò, ſequens narratio valde intricata eſt [g]. Fuga enim Benjamitarum videtur anteceſſiſſe captam

Margin notes (right column): † Mo. — h Bo. — i Mart. — k V. — l He. in M. D. Mont. — m Ma. — n Mart. — o Oſ. — p Mont. — q G. — r E. — † Pi. — * Bo. — t V. — v V. — x Pi. — y Jun. — z Ma. — a Bo. — b D. — c Jun. — d Di. — * Di. — f Bo. — † Bo. — * Ma. — g Bo. La.

captam civitatem ex vers. 36. at secutam fuisse ex v. 42 [h Bo.]. Sic autem extrices, & digeras. Israelitæ se diviserunt in tres turmas, sive partes, inæquales tamen. 1. Insidiæ erant à tergo Gabaæ, ut, Benjamitis egressis, urbem ingrederentur. 2. Turma 10 millium, quæ Benjamitas urbe elicuit, ut prior turma urbem interciperet, quæque eos ad tertiam turmam, sive aciem numerosissimam totius reliqui exercitûs, simulatè fugiendo deduxit, dum urbis captæ signum à prima turma per fumum daretur: quo facto convertunt se, & omnes turmæ Benjamitas aggressæ sunt [i La. simil. L. To. Bo.]. Benjamitæ bifariàm divisi sunt; pars persequebatur Israelitas qui fugiebant per unam semitam, alii eos qui fugiebant per aliam semitam, de quibus v. 31. Priores inciderunt in robur exercitûs Israelitici, à quo repulsi urbem versùs refugiunt, & in insidias incidunt; quæ vel simul cum Benjamitis in civitatem irrumpunt; vel potiùs, Benjamitæ in avia diffugerunt. Posteriores item in altera semita videntes urbis incendium fugiunt, & cæduntur [k Bo.].

34. *Ab occidentali urbis parte,* מִנֶּגֶד לַגִּבְעָה] *Contra* (vel *ad,* V.) *Gibea,* P. vel, *de loco qui erat è regione Gibeæ,* V. Collocaverunt se medios inter Gibham & Gibhanos, nè se in civitatem reciperent [l Pi. ex Jun.]. ¶ *Ingravatum est bellum*] Aut, *ingravescere* (i. e. acriùs geri) *cœperat*; q. d. pugnabant inter se acriter. Chald. habet, *& copiæ illæ erant fortissimæ*; i. e. magno animo ingressi sunt eam urbem [m V.]. ¶ *Et non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret interitus,* כִּי נֹגַעַת עֲלֵיהֶם הָרָעָה] *Quòd attingens super eos* (*attingeret eos,* P. *pertigisset ad se,* V.) *malum,* Mo. [sim. omnes.]

35. *In illo die viginti quinque millia*] Bene, *in illo die,* nam & prioribus præliis, quanquam superiores, Benjaminitæ suorum amiserant ferme mille. Vide supra 15 [n G.].

36. *Filii autem Benjamin cœperunt fugere*] Intellige hoc non de omnibus Benjamitis, sed de eorum parte aliqua, quæ in majorem illam exercitûs Israelitici partem inciderat: nam cæteri non nisi post captam civitatem, & viso civitatis incendio, fugere cœperunt [o Bo.]. ¶ *Dederunt eis fugiendi locum, ut ad præparatas insidias devenirent*] Qu. Quo consilio insidiæ fuerant juxta civitatem præparatæ? Resp. 1. Non tantùm ut hostes fugarent & cæderent, id enim Israelitæ jam perficere poterant, sed datâ operâ illos cædere noluerunt. 2. Ut refugientibus ad urbem Benjamitis occurrerent, & simul cum illis eodem impetu in civitatem irrumperent: nam eo modo multas civitates captas legimus [p Bo.].

37. *Qui cùm repentè,* &c. וְהָאֹרֵב הֵחִישׁוּ וַיִּפְשְׁטוּ אֶל הַגִּבְעָה] *Insidiæ autem festinaverunt, & impetum fecerunt contra Gibha,* P. *extractæ sunt super Gabaa,* Jon. *irruerant in,* vel *ad, Gibham,* JT. Ang. Os. *festinantes extenderunt se versùs Gibeah,* M. Ti. ¶ *Ingressi sunt,* וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב] [Variant.] *Et protraxit insidiator,* Mo. *extracti sunt ex insidiis,* M. Ti. [sim. Jon.] *Traxerunt sese,* i. e. proripuerunt sese in urbem [q Q. in V.]. *Protraxerunt seipsos,* Ang. Protraxit se, vel effudit se, post Benjamitas in civitatem [r Bo.]. *Et progressus est insidiator, & percussit,* &c. De hoc usu verbi מָשַׁךְ vide quæ nos ad Jer. 5. 8 [* Di.]. Alii, *& protraxerunt* buccinæ sonitum *insidiæ,* P. sim. V. D. JT. Pi. Ang. Confer Exod. 19. 13 [t Pi.]. Sed non apparet quorsum fuerit illud fumi in sequentibus signum datum, si buccinâ captam civitatem indicaturi essent [v Bo.]. [At fumus longiùs distantibus id ostenderet, quod buccina illis qui propiùs advenerant.]

38. *Signum autem dederant,* &c. וְהַמּוֹעֵד הָיָה וגו׳] *Tempus autem constitutum erat,* &c. P. Mo. Ang. Ca. JT. D. Al. *Symbolum constitutum erat,* M. Ti. *Conventio facta erat,* V. מוֹעֵד, *certum tempus,* & *hora,* quæ, scilicet, insidiatoribus data est quando urbem igni supponerent [x M.]. ¶ *Ut ascendente fumo,* &c. הֶרֶב לְהַעֲלוֹתָם מַשְׂאַת הֶעָשָׁן] Ad verb. *multiplicare ad ascendere faciendum eos elationem fumi,* Mo. *quòd magnâ diligentiâ ascendere facerent incendium fumi,* P. *cùm illi excitarent* (vel, *multiplicando ascendere facerent,* Pi. sim. JT.) *elevationem fumi,* Ti. sim. Sy. *quòd plurimam fumi elevationem facerent ascendere,* M. *quòd multiplicabunt ad ascendere faciendum eos fumi columnam,* Jon. i. e. fumum qui præ se ferret figuram columnæ. Verto, *multiplicare* (vel, *multiplicandi*) *ut ascendere facerent combustionem fumi*; ut sit Macor, quod in quinta conjugatione simile est imperativo; i. e. quàm maximum possent excitarent incendium: vel, est imperativus, ut alloquatur ducem insidiarum; q. d. Da operam ut milites quàm maximum poterunt excitent incendium: vel, est nomen, & tunc deest ב *in*. De מַשְׂאַת vide Jer. 6. 1. Alii vertunt, *incendium permistum fumo* [y V.].

39. *Quod cùm cernerent,* &c. וַיַּהֲפֹךְ אִישׁ יִשְׂרָאֵל בַּמִּלְחָמָה] [Variant.] *Verterant autem* terga *filii Israel in prælio,* V. sic M. Ti. nam simulârant fugam, suprà v. 32 [z Ma.]. *Retrahentibus se filiis Israel à bello,* Sy. *Retraxerunt se Israelitæ à filiis Benjamin,* Ar. Alii sic, *Converterunt se Israelitæ ad prælium,* JT. sim. Mo. o'. Jon. Os. i. e. Animadverso signo incendii & fumi, tunc converterunt se à fuga in prælium, &c. Sed prior sensus rectior est, nam Israelitæ convertent se in prælium v. 41 [a Ma.].

40. *Et viderunt quasi columnam,* &c. וְהַמַּשְׂאֵת הֵחֵלָּה לַעֲלוֹת מִן הָעִיר עַמּוּד עָשָׁן] *Et combustio,* vel *elevatio,* &c. [ut priùs transtulerant,] *cœpit ascendere è civitate, columna fumi,* Mo. ut sit ἀσύνδετον, D. vel, *ut,* seu *tanquam, columna,* P. o'. Sy. Ar. vel, *columna* (sub. *inquam,* JT. vel, *scilicet,* Ti.) *fumi,* JT. vel, atque *columna fumi,* M. מַשְׂאֵת à נָשָׂא, quòd ignis in altum elevetur [b D.]. ¶ *Et flammas in sublime ferri,* וְעָלָה כְלִיל הָעִיר] [Variè reddunt.] *Et ascendit consumptio urbis,* Mo. vel, *consummatio,* o'. *fumus,* Jon. *densus fumus,* Sy. Ar. *incendium urbis,* P. Tig. not. *totum* (vel *universale,* Ma.) *civitatis* incendium, M. כָּלִיל *totalis combustio,* ut sit in holocausto, quod propterea etiam כָּלִיל dicitur; ut עוֹלָה, ab ascendendo [c D.]. *Et universa civitas ascendebat in cœlum,* Ti. i.e. Tota civitas in flammam & fumum conversa ascendebat in cœlum [d Ma. Os.]. *Universitas civitatis,* h. e. universa civitas: Nam in statu regiminis prius substantivum sæpe loco adjectivi positum est [* Glas. Gram p. 2...].

41. *Fortiùs resistebant*] Hebr. *Et vir Israel vertit,* sing. pro plur. i. e. Quisque Israelitarum fugientium antrorsum se obvertit [f Ma.]. *Verterunt,* i. e. versâ facie cœperunt persequentibus resistere [g V.]; ut priùs tergum verterant fugiendo, v. 39. ut eos in insidias pertraherent [h D.].

42. *Adversariis persequentibus,* וְהַמִּלְחָמָה הִדְבִּיקָתְהוּ] *Et prælium assecutum est eos,* P. Jun. sim. Mo. Pi. i. e. præliatores assequuti sunt, Pi. sic M. V. D. Pi. Metonymia subjecti. Sic Rom. 11. 7. *electio consecuta est,* pro, *electi consecuti sunt*: Metonymia adjuncti [i Pi.]. ¶ *Hi qui urbem succendebant,* וַאֲשֶׁר מֵהֶעָרִים מַשְׁחִיתִים אוֹתוֹ בְּתוֹכוֹ] Obscuriùs id dictum, ut nescias an ad hos insidiatores referri debeat [k Bo.]. *Et qui de urbibus* (subaud. *egrediebantur,* V. M. Ti.) *trucidabant eos in medio sui,* P. hoc est, inter cæsos agri & cæsos urbis. *Trucidabant eos,* nempe, illi qui collocati fuerant in insidiis [l V.]. *Homines insidiarum surrexerunt ex urbibus suis, occidentes in illis hinc & hinc,* Jon. Alii, *Et qui prodibant è civitatibus aliis,* &c. i. e. Israelitæ reliqui omnes, qui in propinquis civitatibus præstò erant, & hujus belli eventum exspectabant, ii fusos Benjamitas incluserunt, & omni ex parte exceperunt. Sic in medio cincti undique trucidabantur [m Jun.]. Alii sic, *Et eos qui de urbibus,* reliquis, scilicet, Benjamitarum, in Gabaa erant, hos delebant in medio ejus, i. e. qui in insidiis fuerant, urbémque occupârant. Interea etiam in urbe Gabaa cædibus sæviebant in colluviem hominum qui ex reliquis Benjamitarum urbibus eò confluxerant [n Os.].

43. *Ut ex utraque parte cæderentur,* &c. כִּתְּרוּ אֶת־בִּנְיָמִן] *Et circumdederunt Benjamin,* Mo. Ti. *Cinxerunt,* in modum scil. coronæ [o He. in V.]. Nam כֶּתֶר est *cidaris, corona* [p D.]. ¶ *Nec erat ulla requies,* &c. הִרְדִיפֻהוּ מְנוּחָה הִדְרִיכֻהוּ] *Persequuti sunt eos, à domo requietis eorum contriverunt eos,* Jon. *Strenuè eos insequentes, viámque præripientes eis, nè tutum locum invenirent,* Ti. *Diligenter,* vel *strenuè, persecuti sunt eos* in loco *quietis,* i. e. in quo priùs quiescebant, aut existimabant se posse quiescere. Quidam, *hortati sunt sese mutuò ad persequendum eos, nè esset requies,* ut subaudiatur מִן, vel, *ut nulla esset requies* [q V.]. Legi potest, *à loco quietis abduxerunt*

duxerunt eos [r]. *Persequi fecerunt eum*; hortati sunt alii alios ut persequerentur eum qui in *quiete* erat, i. e. domi manserat, nec arma sumpserat. Q. subaudiunt איש, ut dicat, *virum quietis*. Sic *vinum* ponitur pro *vinoso*, *dolus* pro *doloso*, &c †. Al. *proculcaverunt*, vel *trucidârunt*, *quemque* facilè, Sy. Ang. *quietè* pro, *in*, i. e. *cum*, *quiete*, Pi. *sine* magno *labore*, JT. Aliis *Menuchah* est nomen proprium loci. Ità Forst. Mercer. & Hispanicus interpres. Vide in 1 Par. 2. 52. Jer. 51. 59 [t]. *Conculcaverunt eos à Menucha*, M. Ang. *persecuti sunt eos* usque in *Menucha*, Os. ¶ *Ad orientalem plagam urbis Gabaa*, [עַד נֹכַח גִּבְעָה] *Usque contra Gibea*, Mo. vel, *è regione Gibea*, P. Ang. i. e. Usque ad locum qui erat è regione Gabaa [v]. *Usque ad ipsam Gibea*, M. i. e. Usque ad Benjaminis fines versus Jerusalem [x].

44. *Interfecti sunt*] In ipso pugnæ æstu. Est enim ἐπάνοδος. Itaque rectè vertas, *fuerant interfecti* [y].

45. *Fugâ palantes*, [וַיְעֹלְלֻהוּ] *Et racemaverunt eum*, P. Mo. *quasi racemando succiderunt*, M. sim. Ti. Tralatio à vineis [z]. Palantes & in diversa loca tendentes trucidaverunt. Non dimiserunt ex eis racemos, sed omnes qui inventi sunt in viis trucidaverunt [a]. Etiam reliquias eorum occiderunt [b].

46. *Viginti quinque millia*] Et quod excedit. Vide suprà 35. Commune gentibus omnibus, majores numeros exprimere, reticere minores, ubi parùm ad summam conferunt [c]. Ellipsis usitata ad rotundationem numeri: ut quum 70 Interpretes dicuntur, pro 72; aut in Republica Romana centumviri, pro 105. Sic etiam suprà 11. 26. 2 Sam. 5. 5 [d]. Omittit centum, v. 35 *: item mille qui enumerati fuerant in ipso delectu, qui ceciderant in duobus prioribus præliis [m]. [De quibus vide collectanea nostra ad v. 15.]

48. *A viris usque ad jumenta*, [מְעִיר מְתֹם עַד בְּהֵמָה] *De civitate perfectionem usque ad jumenta*, Mo. מְתֹם sign. *perfectionem*, & à multis accipitur de virili ætate; unde nostri, *à viris*, &c [n]. *De urbe consummationem*, *perfectionem*; i. e. omnia penitùs deleverunt usque ad jumenta [o]. *De urbibus viros*, in agris autem *usque ad jumentum*, P. *Ex urbibus eorum consumpserunt eos usque ad jumentum*, Jon. Ad verb. *à civitate hominis usque ad jumentum*: Hypallage, pro, *ab hominibus civitatis*, vel *civitatum*, *usque ad jumenta*, Pi. M. sim. JT. Ti. Ang. D. *Ex urbe homines usque ad jumenta*. מְתֹם est nomen collectivum de viris [p]: significat ipsum genus humanum; ut viros, mulieres, parvulos includat [q]. Novè nunc dixit מְתֹם, cùm alibi sit מְתִים; quod *mortales* interpretantur. Alibi מְתֹם est *integritas*, *sanitas*, à תָּמַם. Homines in urbibus communiter habitant, jumenta in agris [r]. *De urbe*: sing. pro plur. *In urbibus viros*, qui, scilicet, reliqui erant; i. e. homines utriusque sexûs, ac cujuscunque statûs *. *Urbem* hîc ipsam *Gibbah* plerique intelligunt. Alii omnes urbes Benjamitarum, quæ hîc exustæ dicuntur: quod sanè est verissimum ex Jud. 21. 23 [t]. ¶ *Cunctásque urbes*, [כָּל־הֶעָרִים הַנִּמְצָאוֹת] *Omnes urbes inventas*; i. e. exstantes, & nondum dirutas [v]: *quæ supererant*, Pi. *Invenio*, pro, *sum*, notavi aliás [x]. ¶ *Flamma consumpsit*] Hebr. *miserunt in ignem*: Hypallage [y]: pro, *ignem miserunt in illas*. Sic Psal. 74. 7. Sic Levit. 17. 14. *Sanguis ejus in anima*, pro, *anima ejus in sanguine ejus*: Job. 17. 4. *Cor eorum abscondisti ab intellectu*, pro, *intellectum à corde*. Sic, *sanctitas templi*, pro *templo sanctitatis*. Simile, *dare classibus Austros* [z]. Qu. Num peccârunt Israelitæ in hac tam severa ultione? Respond. 1. Quidam affirmant [a]. Probant, 1. Quòd Deus noluit *filios pro patribus*, &c. occîdi, Deut. 24. & Ezec. 18. 2. Quòd de hoc facto pœnitentiam egerint, Jud. 21. 6, 15 [b]. Resp. 2. Alii negant [c]. Verisimile est Israelitas, cùm jejunâssent & orâssent coram Domino, vovisse חֵרֶם, h. e. votum anathematis, ex quo nihil fas erat reservari. In civitate ad idololatriam deficiente idem faciendum erat ex lege Deut. 13. Benjamitæ autem flagitium apertum defendebant, quod non multùm distabat ab idololatria, & fieri potest ut civitas Gibeah esset idololatrica [d]. [Idem tamen auctor ad Jud. 21. 1. contrario ferè modo respondet.] τὸ חֵרֶם (inquit) minimè licuit nuncupare nisi jussu Dei, quod in ea historia

r Tig. not. — † D. — t Ma. — v V. — x Ma. ex Jun. — y G. — z D. — a V. — b M. — c G. — d Jun. Pi. — * Pi. V. Ma. — m V. — n Nobil. — o Ma. — p Schindl. in lexico. — q He. in Ma. D. — r D. — * V. — t Ma. — v V. — x D. — y Pi. D. V. — z D. — a To. La. ità Suarez & ferè Caj. in Bo. — b Q. in Bo. — c Ità Bo. Mart. — d Mart.

factum non apparet. Deus moderatè punit, nec universos perdere voluit in excidio Sodomæ, mundi antiqui, Ægypti, &c. Oportet in vindicando modum tenere, & sufficit punire sontes. Gravia supplicia minatur Deus Chaldæis, quòd plùs æquo in Judæos sævirent. Nunc Israelitas pœnitet crudelitatis suæ, sed serò *. Passim videmus in atrocioribus criminibus etiam extra Cananæos similem innocentum cladem fieri Deo auctore & præcipi; ut Num. 31. 17. Deut. 13. 15. Jos. 7. 15. & passim in anathematis, fieri Deus præcipiebat; cujusmodi & hoc anathema fuisse satis perspicuè colligitur. Nec si peccâssent Israelitæ, aut nescivisset Phinees, aut de hoc crimine siluisset †. [Plura de hoc dicenda erunt ad cap. 21.]

CAP. XXI.

1. JUraverunt] *Juraverant*, Bo. sim. JT. nimirum, ante bellum initum, Jud. 20. 1. Ad ampliorem, videlicet, facti detestationem [f]. Heb. *juratus fuit*, i. e. juravit. Sic, *juratus in legem Voconiam* [g]. ¶ *Nullus—dabit—uxorem*] Qui tam atrociter uxorem Levitæ tractaverunt, indigni sunt qui ex nobis uxores habeant [h]. Habuerunt illos eo loco quo haberi solent הַמְּנוּדִים, qui synagogâ moti affinitatem contrahere non poterant cum aliis [i]. Qu. An hoc juramentum licitum fuit, & obligationem peperit? Resp. Q. negant [k]. Jusjurandum hoc nec pium, nec legitimum, erat, adeóque non obligavit. Sic Benjamitas oportuit, vel alienigenas uxores ducere, quod erat Lege vetitum; vel perpetuò cœlibes agere, atque ità illa Tribus funditus interiret [l]; simúlque scortationis periculo illi exponerentur [m]. [Sed hæ rationes non satisfaciunt Bonfrerio.] Si quid (inquit) ex ea re mali secutum esset, per accidens id fuisset: quemadmodum si urbs aliqua anathematizata esset, non ob id ab ea pœna infligenda abstinere debuerunt, quòd satis scirent multos ex desperatione seipsos interempturos. Nec constat Deum totas Tribus, si grave flagitium admisissent, nullo modo anathematizari voluisse, cùm integras urbes anathemati subjecit, Deut. 13. & decem Tribus abduxit, &c. Nec credibile est, quod supponit Tostatus, tantam fuisse in toto populo & Phinea ignorantiam, ut juramentum hoc illicitum fuisse nescirent. Dico igitur juramentum hoc ab Israelitis & rectè conceptum, & rectè servatum, esse; non tamen comprehendisse casum illum extremæ necessitatis, quo, nimirum, Tribus exstingueretur, vel ad alia extrema incommoda veniret [n]. Postea consulentes Deum hoc nomine, non libertatem quidem à voto exoraverunt, sed didicerunt artem voti præstandi, & Tribûs conservandæ. Sic quanti utrumque faceret demonstravit Deus, & religionem juramenti, & salutem populi [o]. Porrò, ex hoc loco discimus filiabus non licuisse injussu parentum nubere; alioquin dixisset quispiam, Etsi vos filias vestras illis dare non vultis, illæ suâ sponte sese iis dedent, &c [p].

2. *Cœperunt flere*] Expletâ ultione subit miseratio [q].

3. *Quare—factum est ut—una tribus auferretur?* [לְהִפָּקֵד מִיִּשְׂרָאֵל שֵׁבֶט אֶחָד] Ad verb. *ad deficiendum de Israel tribus una?* Mo. *ut desideraretur*, JT. Heb. *visitaretur*; Metonymia effecti [h]. *Ut requireretur*, ό. quasi in recognitione & numeratione deesset, Nobil. *Ut periret*, Sy. *subtracta sit*, M. q. d. Quid egimus, &c? Actum est de hac tribu, nisi tu, Domine, huic malo remedium insperatum invenias [i]. Postulant ut Deus sibi rationem conservandi tribum explicet [k].

4. *Alterâ autem die*, &c.] Cùm, scilicet, jam impetrâssent consilium quod petierant, ut in sequentibus explicatur [l]. ¶ *Exstruxerunt altare*] Qu. An rectè factum? Resp. Videtur quòd non: 1. quia ibi erat Altare Tabernaculi; 2. quia unicum Israelitis Altare permissum fuit. Nihilominus rectè hoc factum statuo [m]. Non peccârunt, quia in Sanctuario Altare hoc erexerunt. Jam autem Deut. 16. 2. tantùm vetatur nè extra Sanctuarium hostias in Altari immolent.

* Mart. ad Jud. 21. 1. — † Bo. — f Jun. — g D. — h Ma. — i D. — k Ità To. Mart. — l Mart. — m To. — n Bo. — o Ma. ex Jun. — p Mart. — q G. — h Pi. — i Os. — k Ma. ex Jun. — l Jun. — m Bo. ità La. Jun. Mart. T. Mc.

lent [n]. Illicitum quidem erat citra dispensationem Divinam Altare extra Tabernaculi locum erigere; at in Tabernaculo fieri interdum licitum erat [o]. Hoc novum Altare erectum est ob necessitatem. Cùm enim omnes Tribus congregatæ essent, ac singulæ plures vellent Deo offerre hostias, (bello prosperè confecto [p],) unum Altare Tabernaculi illis capiendis non sufficeret [q]. Hic casus necessitatis censebatur exceptus à lege illa communi unius Altaris [r]; ut patet ex facto Salomonis, 1 Reg. 8. 64 †. Quòd unum tantùm Altare Lege imperabatur, ad ambulatoriam rempublicam restringendum est, cùm Altare huc illuc deferendum erat, ut ostendit Moses Exod. 20. 24 [t]. Proculdubio ex singulari Divina revelatione per summum Sacerdotem facta hoc Altare exstructum fuit [v].

5. *Juramento se constrinxerant*, &c.] De hoc nihil superiùs dictum est. Multa quippe in historia prætereuntur, quæ postea, non suo loco, facta indicantur [x].

6. *Ductique pœnitentiâ*] Non ob bellum, quod Deo auctore susceptum fuerat [y]: Sed, 1. ob zelum inordinatum [z]. Pœnitebat eos suæ crudelitatis [a]. 2. Ob eventum [b], & exitium allatum [c]; quòd interfecissent filios Benjamin [d].

8. *Jabes-Galaad*] Est hæc civitas in Galaaditide regione trans Jordanem, in tribu Manasse; de qua 1 Sam. 11. & 31 †.

10. *Decem millia*] At Heb. Chald. ὁ΄. & Josephus constanter habent 12 millia; unde suspicantur in nostrum textum mendum irrepsisse [f]. ¶ *Percutite*, &c.] Pœna ἀστρατείας, (i. e. *militiæ detrectatæ*,) quòd à communi prælio & sceleris vindicta se subduxerint [g]. Josephus ait recusâsse ipsos suppetias ferre [h].

11. *Quæ cognoverunt viros*, וְכָל־אִשָּׁה יֹדַעַת מִשְׁכַּב־זָכָר] *Et omnem fœminam cognoscentem*, sive *expertam, concubitum* (*cubile*, ὁ΄.) *masculi*, Jon. M. P. Mo. Ti. ¶ *Virgines autem reservate*] Hæ enim magis amant primos sponsos quàm corruptæ [i]. Qu. Quomodo dignoscebant virgines? Resp. 1. Per explorationem matronarum [k]. 2. Communi famâ [l]. Satis ad hanc rem fuit moralis certitudo. 3. Ipsa ætas vixdum nubilis in multis fidem facere potuit [m].

12. *Quæ nescierunt viri thorum*, אֲשֶׁר לֹא יָדְעָה אִישׁ לְמִשְׁכַּב זָכָר] *Quæ non expertæ fuerant virum concubitu maris*, JT. Porrò, solas virgines quæ puberes sive nubiles erant, vel mox nubiles futuras, reservatas esse, cum Serario, probabilius puto; quanquam To. existimat etiam alias servatas esse: Scriptura enim indicat tantùm 400 reservatas fuisse [n]. ¶ *Ad castra in Silo, in terram Canaan*, אֶל־הַמַּחֲנֶה שִׁלֹה אֲשֶׁר בְּאֶרֶץ כְּנָעַן] [Variant.] *Ad castra Silo, quæ est in terra Canaan*, Sy. [Alii ad *castra* referunt τὸ אֲשֶׁר:] *Ad castra in Silo, quæ* erant (vel, *quæ* remanserant, JT. V.) *in terra Canaan*, P. i.e. quæ non trajecerant Jordanem, ut Jabesitas oppugnarent [o]. Porrò, hæc in *Canaan* fuisse dicuntur, ad discrimen Jabes-Gilead, quod erat trans Jordanem [p]. Terra cis Jordanem propriè terra Canaan dicta est, utpote quam Cananæi semper possederant; at terram trans Jordanem olim habitârant Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, qui ab Amorrhæis pulsi erant [q]. Porrò, ex hoc loco patet Bethel & Silo eundem locum esse, & Bethel hîc accipi pro domo Dei, non pro certo loco [r].

13. *Et præceperunt eis*] Heb. *locuti sunt*, sub. *per legatos*, qui verba facerent †. ¶ *Ut eos susciperent in pace*] Heb. *& promulgaverunt* (vel, *vocaverunt*, Ma.) *eis pacem*, JT. שָׁלוֹם cum *pace*, P. vel, in *pace*; i. e. appellaverunt eos verbis pacificis. Al. *de pace cum illis egerunt* [t].

14. *Et datæ sunt eis uxores*] In quo juramentum suum non violârunt. 1. Quia non dederant eis suas filias. 2. Jabeseni suas filias illis dare potuissent, si superstites essent, siquidem ipsi juramento illo sese non obligaverant *. ¶ *Alias non repererunt*, וְלֹא מָצְאוּ לָהֶם כֵּן] *Et non invenerunt eis sic*, Mo. V. Ma. i. e. Neque hoc modo, hâcque excogitatâ à se ratione, invenerunt tot uxores quot illi erant [v]. *Neque suffecerunt eis sic*, Jon. Sy. Ar. M. Ti. D. sim. JT. Pi. מָצָא hîc valet *sufficere*; ut Num. 11. 22. Hos. 12. 8. Hinc הִמְצִיא

[n] La. [o] Bo. [p] Idem. [q] La. Bo. [r] La. † Bo. La. Ma. Jun. Mart. [t] Ma. ex Jun. [v] Mart. [x] Idem. [y] Bo. La. E. [z] E. [a] Mart. [b] E. [c] Bo. [d] V. † Bo. [f] Bo. La. [g] La. [h] Bo. [i] La. [k] To. [l] La. [m] Bo. [n] La. [o] Jun. [p] Ma. [q] Bo. [r] M. † V. [t] Idem. * Bo. [v] V.

Levit. 9. 13. *suppeditavit*; Psal. 21. 9. תִּמְצָא יָדְךָ לְכָל, *sufficit manus tua omnibus inimicis tuis* [x].

16. *Dixeruntque*] Hæc dicuntur per recapitulationem de omnibus illis superstitibus: & tunc in fine 18. versûs subintelligentur quæ priùs dicta fuerant de hac materia. Vel ista intelliguntur de ducentis illis tantùm qui non habuerunt uxores unà cum aliis: & ità hîc post *reliquis* subaudiendum erit, *ducentis* [y]. ¶ *Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt uxores?* לְנָשִׁים] Εἰς γυναῖκας, *in uxores*, ὁ΄. Malim, *de uxoribus*, D. *quod ad uxores*, JT. *quod ad uxores attinet*. Sic alibi, *quod ad opera hominum*, לִפְעֻלּוֹת אָדָם. ל ità sæpe sumitur [z].

17. *Providendum est*, יְרֻשַּׁת פְּלֵיטָה לְבִנְיָמִן] [Variant.] *Hæreditas evasionis Benjamin*, Mo. sub. *sit*, P. vel, *sit ipsi* Benjamin, Tig. not. i. e. Studendum est, aut conemur, ut ex tribu Benjamin aliquot serventur, qui sint vice hæreditatis ipsi Jaacob [a]. *Oportet nos relinquere superstitem Benjamino*, Ar. vel, *conservandum esse reliquum Benjaminem*, Sy. *Possessio evasionis filiis Benjamin*, Jon. *Possessio ereptionis est Benjamin*; i. e. Deus hos eripuit & conservavit nobis tanquam partem possessionis aut thesauri [b]. Al. sic; Oportet *hæreditatem esse pro eis qui evaserunt ex Benjamin*, Ang. Al. sic; *Hæreditas in Benjamin eorum erit qui evaserunt*, Ti. sim. M. *Hæreditaria horum qui evaserunt possessio pro Benjamine* futura est, JT. i. e. In sua tribu semper est futura sors quæ antè fuit Benjaminitarum. Heb. *Possessio hæreditaria evasionis Benjamin*, Jun. *Hæreditas evasionis*, i. e. eorum qui evaserunt. Sic, *deportatio*, pro *deportatis*, & *captivitas*, pro *captivis*. Sic alibi, *& erit evasio*, i.e. aliqui qui evadent. Hæreditas hæc à Jacobo Patriarcha, qui voluit ut essent duodecim Tribus in Israel; non igitur hæc exscindenda [c]. Nulla pars hæreditatis ipsorum transferenda est ad aliam tribum: uxores ergò eis dandæ sunt, ut multiplicent, & hæreditatem suam occupent [d].

18. *Constricti juramento*] Quidam negant eos hoc juramento obligatos fuisse, quia & imprudenter factum esset, & illicitum, quia contra charitatem, nempe, contra reparationem Tribûs †. At verò Tribus aliâ ratione reparari potuit, ut sequentia docent; ideóque juramentum hoc servandum fuisse puto [f]. Juramentum hoc obligabat eo casu, quo Benjaminitis reliquis de uxoribus provideri potuisset. Non autem obligabat eo casu, scilicet, quo una Tribus perire debuisset, vel alienigenæ ducendæ essent [g]. Et peccâssent Israelitæ, si jurâssent se in tali necessitate & periculo non daturos uxores Benjaminitis [h]. Quoad errantem tamen conscientiam obligabantur, quia se eo teneri è nimia simplicitate ac imperitia opinabantur [i]. Jusjurandum illud temerè & sine judicio susceptum fuit, neque debuit ullo modo servari. Neque, ut verisimile est, à posteris custoditum est [k].

19. *Ecce, solennitas Domini*] Qu. Quænam hæc solennitas? Resp. 1. Q. intelligunt de nundinis [l]. 2. Erat festum expiationum [m]. Sed celebris hæc saltatio non convenit jejunio publico [n]. Vel, 3. erat solennitas alia festi alicujus [o], Deo dicati. Nam, 1. τὸ חַג aliter non accipitur: 2. dicitur *festum Jehovæ*: 3. locus hoc indicat, nempe, Silo, ubi Tabernaculum [p]. [At Osiander contendit hanc Silo non illam fuisse ubi Tabernaculum, sed aliam, quæ ad Septentrionem Bethel sita erat.] Videtur fuisse festum Tabernaculorum [r]; tunc enim collectis uvis, vites abundant foliis & pampinis, sub quibus raptores hi latebant, v. 20 †. tunc etiam peractâ vindemiâ totos sese hilaritati dabant [t]. ¶ *Anniversaria*, מִיָּמִים יָמִימָה] *A diebus in dies*, ὁ΄. Mo. Ti. Pi. *de tempore in tempus*, Sy. Ar. *de anno in annum*, JT. M. D. P. Capitur hîc יָמִים, more Hebraico, pro *anno*. Jon. accipit pro *tempore* מוֹעֵד *testificationis*, h. e. *calendarum*: sunt autem *calendæ* novilunia [v]. ¶ *Quæ sita est ad septentrionem urbis Bethel*] [Hæc verba quidam referunt ad *Silo*, cujus situs hîc describitur. Ità ὁ΄. Jon. M. Ti. Bo.] Hinc constat *Siluntem* non fuisse in tribu Benjamin, ut vult Adrichomius, sed in tribu Ephraim, ut Hieron. Erat enim Tribus Ephraim Aquilonaris Tribui Benjamin; porrò, Bethel erat in confinio Ephraim & Benjamin. Vide

[x] D. [y] V. [z] D. [a] V. [b] Os. [c] D. [d] Belg. † Q. in E. ità L. [f] E. [g] La. Me. [h] Lo. [i] Ser. sim. La. Me. [k] Mart. [l] Ità To. [m] K. in Mart. [n] Mart. [o] La. [p] Bo. [r] Mart. La. † La. [t] Bo. [v] Me.

Vide Gen. 28. 19. Ergò quicquid ad Aquilonem Bethel erat intra sortem Ephraim concluditur [x]. Miratur K. cur his signis describant Siluntem, cujus situs notissimus erat [y]. [Alii ergò aliter accipiunt.] Designant ac describunt eis locum in quo virgines solebant ducere choros, ubi possent delitescere, & rapere virgines; non autem describunt situm urbis Silo, quem omnes nôrant. Hîc אשר pro באשר positum est, & subauditur *locus* [z]. Sic Sy. *celebratur in Silo, ab aquilone Bethel:* vel, in loco *qui est ad aquilonem Bethel*, P. sim. Belg. Ang. JT. V. *In Silo, & celebrabitur de tempore ad tempus ad lævam Bethel*, Ar.

21. *Cùmque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere*, לָחוּל בַּמְּחוֹלוֹת] *Ad choreas agendas in choris*, Mo. *ad saltandum choreis*, JT. vel, *in choris*, P. i. e. ad ducendum choros [a]. Malim, *ad fistulandum fistulis*. Hâc significatione eædem, aut cognatæ, voces accipiuntur Exod. 15. 20. 1 Reg. 1. 40. Psal. 87. ult [b]. *Ad pulsanda tympana*, Sy. *cum tympanis & sistris*, Ar. Notat Pet. Martyr virgines festo abusas esse, dum in conventu sacro se dederint rebus ludicris & saltationibus, cùm occupari debuissent rebus gravioribus. Festi quippe dies ad id erant instituti, ut populus conveniret, audiret verbum Dei, &c. Proinde non est mirum si raptus hisce puellis oblatus est [c]. Verùm non ex puellari lasciviâ ducebantur hi chori, sed ex religione, patriâque ceremoniâ [d]. Qu. Cur puellas Siluntinas potiùs rapi jusserunt quàm aliarum urbium? Resp. 1. Factum hoc ad tutelam Benjamitarum, quorum sorti Silo conjuncta erat, ut brevissimè possent puellas in aliquam urbem suam ducere, antequam viri Silo eos consequerentur. 2. Fortassis in Silo, & non in aliis locis, fiebat talis solennitas [†]. 3. Non illæ solæ raptæ erant, sed aliæ quæ ex omnibus Judææ civitatibus eò conveniebant, (in annuis solennitatibus, ad quas cum maritis & parentibus sæpe spontè itabant mulieres, licèt ad id non tenerentur [f].) Potiùs tamen nominant filias Silo, quia hæ certò adfuturæ erant, & cæteris ad hosce choros præituræ: de cæteris incertum an venirent; aut etiam, si advenissent, an choris hisce se conjungerent [g]. Raptæ quæ sunt dicuntur quidem Siluntinæ, quia vel Siluntem, vel Silunte, procedebant: fieri tamen potuit ut ex diversis tribubus conjunctæ aliæ fuerint [h]. Non erat solennitas loci, sed populi Israelitici, qui ad festum conveniebant: cúmque non possent omnes Israelitæ unâ civitate contineri, extendebant se in omnes partes vicinas urbi, & ad eas potissimùm quæ hîc describuntur [i]. ¶ *Et rapite uxores*] Qu. An licitè raptum hunc consulere potuerunt? Respond. Q. affirmant [k]. Quia singuli tantùm particulatim jurârunt se eis proprias filias non daturos, (spontè, scilicet [l],) non autem non daturos aliorum filias communi decreto [m]. Non jurârunt se non daturos consilium, quâ ratione Benjamitæ sibi prospicere possent; aut impedituros quò minùs acciperent [n]; aut non permissuros, vel non suasuros, ut vi vel dolo rapiant [o]. Tenebantur tantùm juramento ex conscientia erronea; itaque quâcunque ratione conscientiæ satisfacerent, licebat illis contra eam operari [p]. Juramentum cùm non obstringat ultra mentem jurantis, certúmque sit hunc necessitatis casum, quo defectu sponsarum integra Tribus excidenda esset, Israelitis cùm jurarent non venisse in mentem, certum est eo casu illos ad id obstrictos non fuisse. Quia tamen erroneâ conscientiâ putabant sese obstringi, prudenter ad raptum suadendum diverterunt [q]. Defendit, aut excusat, hoc factum Benjamitarum Ambrosius loco quem protulimus de J. B. & P. 2. 13. 5. Seneca in Excerptis, *Lex eum tenet qui juvat exsulem, non qui patitur juvari.* Symmachus, *Inanem metum divino animo vestro tentat incutere, si quis asserit conscientiam vos habere præbentium, nisi detrahentium subieritis invidiam.* Certè illi innocentes erant qui consilium rapiendi non dederant: quod ipsum factum non fuisset, si Princeps cum imperio fuisset in populo. Vide finem hujus capitis [r]. Porrò, nec parentes filiarum perjuri erant, quia consilii raptûs non erant conscii; nec dederunt filias suas, sed hæ illis abreptæ sunt [†]. Et aliud est permissio, aliud positiva donatio, quam solam sibi

x Bo. y D. z V. a V. M. Ti. b Pi. c Mart. d Mo. † To. f Bo. ad v. 19. g Bo. h Ser. i Mart. k Itâ Ser. La. Bo. l Bo. m La. n Bo. o T. p Me. ex Ser. q T. r G. † La.

interdictam juramenti religione existimabant [t]. Denique, nec Benjamitæ peccârunt; 1. quia ipsi jurejurando non obstringebantur [v]: 2. quia hic raptus consilio vel decreto superiorum ob finem honestum factus est [x]; & sic, ut exspectaretur quoque consensus parentum virginum, & multò magis ipsarum virginum, sicut sequitur v. 22 [y]. [Alii contrà hoc factum damnant.] Quòd isti jusjurandum interpretantur & leniunt, speciem aliquam habet æquitatis: Sed non candidè & simpliciter agunt, nec dolus jusjurandum solvit, imò potiùs astringit. Nolunt exemplum præbere perjurii, & dant raptûs; quod flagitium nihilo levius. Et quid si ex his raptis aliquæ fuissent hæreditariæ? Eam igitur legem violâssent. Adhæc Deus cavit nè matrimonia citra parentum consensum sint rata; at hoc invitis parentibus factum. Ex uno scelere in aliud labuntur, nec Dei sententiam in hoc facto requisiverunt [z]. Supposito quòd juramentum tenuisset, peccavissent isti Seniores hoc consilio. 1. Quia faciunt contra juramentum suum: Intentio enim jurantium erat, ut Benjamitæ nullam uxorem haberent de Israel; hîc autem procurant illis uxores. 2. Quia incitabant alios ad perjurium, siquidem volebant patres virginum filias suas Benjamitis relinquere [a]. Porrò, simili modo Romulus & Romani instituerunt ludos, (magnos Circenses [b],) & adventantes ad eas rapuerunt virgines Sabinas, ut eas haberent uxores. Id factum post annos 700 [c]. Aristomenes Messenius festis Hyacinthinis rapuit de choreis ludentium Spartanarum virgines 15. Hieron. ad Jovin [d].

22. *Miseremini eorum*, itâ Sy. Ar. חָנּוּנוּ אוֹתָם] Ad verb. *Miseremini nostrî eorum*, Mo. *Compassi sumus illis*, Jon. [rectè, si esset חַנּוּ.] *Miseremini nostrî propter eos*, M. P. V. Interpretes nostri communiter hallucinati sunt in hoc verbo, quia חננו, vel חנו, legerunt, pro חנונו. Scribitur enim hîc in duplicatorum ordine, cum affixo plurali primæ personæ; & est sensus, חֲנוּנוּ בַעֲבוּרָם [lege בעבודם,] sicut & nos vertimus [†]. q. d. Non potuimus aliâ ratione dare illis uxores [f]. *Impertite iis hanc gratiam*, Ti. *Gratificamini* (vel, *Donate*, Pi.) *nobis illas*, JT. Heb. *illos*. Enallage, qualis Exod. 1. 21. & suprà 19. 24 [g]. אותם pro אֹתָן; quod crebrum in hoc capite [h]. q. d. Non illis, sed nobis, datæ reputantur [i]. Sinite in gratiam totius Israelis illos habere eas mulieres [k]. K. אותם exponit מֵהֶם, aut, *date illas nobis dono* [l]. Fortè illud נו posterius in voce חֲנוּנוּ posset censeri paragogicum, ut videntur sensisse Pagn. Forst. Tig. & alii qui nullam hujus affixi rationem habuerunt [*]. ¶ *Non enim rapuerunt eas*, כִּי לֹא לָקַחְנוּ אִישׁ אִשְׁתּוֹ בַּמִּלְחָמָה] *Quia non accepimus* (vel, *reservavimus*, Ang.) *unusquisque* (vel, *unicuique*, P. Ti. M. sim. Belg. Ca. Ang. איש pro לְאִישׁ, V.) *mulierem suam in bello*, Mo. vel, in prælio illo, nempe, in Jabes Gilead: In eo non tot accepimus virgines quot sunt viri [m]. Non mandavimus iis quos ad Jabes Gilead misimus, ut si puellarum virginum numerus non esset satis magnus ad uxores dandas singulis Benjamitis, vivas conservarent etiam alias mulieres, donec justum numerum haberent. Quasi dicant, Culpa est imprudentiæ & incogitantiæ nostræ [n]. *Quia non servaverunt secum, dum fugerent, uxores suas*, Ar. Alii aliter; *Quia non excepimus cuique uxorem suam in isto bello*, JT. i. e. quia horum uxores promiscuè tolli cum aliis curavimus unâ expeditione, ut narratum est suprà, 20. 48 [o]. ¶ *Non dedistis, & à vestra parte peccatum est*, כִּי לֹא אַתֶּם נְתַתֶּם לָהֶם כָּעֵת תֶּאְשָׁמוּ] *Nam vos non dedistis illis*, neque jam rei eritis, JT. Glas. Est ellipsis particulæ negativæ ex membro præcedente repetendæ: nam negativa hæc particula in sequentia commata vim suam non rarò extendit; ut Deut. 33. 6 [p]. Sensus est; Non est cur metuatis nè non præstetis fidem vestram; non dedistis, ceperunt ipsi: & siqua culpa est, eam in nos recipimus [q]. *Quia non dedistis eis*, (sub. *filias vestras*, V.) *itâ ut hoc tempore deliqueritis*, P. V. M. Ti. i. e. contraveneritis juramento vestro [r]. *Non enim dedistis illis hoc tempore* ut propterea rei essetis, Ang. *Quia vos non dedissetis eas illis, ut nunc quidem tempora habent, peccabitis*: i. Si maximè ambivissent eas, nihil impetrâssent, propter juramentum quod intervenit: quare si

t Bo. v Ser. x T. sim. L. Ser. E. y E. z Mart. a To. b G. c La. d Ga. † M. f V. D. g Pi. h D. sic V. i Jun. sim. Pi. k V. l D. * Bo. m V. sic Pi. n Pi. o Jun. p Glas. gram. 720. q Jun. r V.

re si eas quas ipsi rapuerunt in hac necessitate repetere volueritis, contra æquum & bonum agetis †.

24. *Reversi sunt per tribus*, &c.] Id est, cùm gregatim primùm unaquæque Tribus ad sortem suam perveniſſet, singuli postea in possessionem suam discesserunt [t].

25. *Non erat rex*, &c.] Vide suprà, cap. 17. ver. 6. & cap. 18. ver. 1 [v].

† Osiand. [t] Ma. ex Jun. [v] Ma.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
RUTH.

Libellus hic est quasi appendicula libri Judicum, quem Hebræi ferè cum libro Ruth unum eundémque faciunt, non malè; nam historia hæc tempore Judicum contigit, cap. 1. v. 1 [a]. Unus est ex illis libellis quos Hebræi vocant חָמֵשׁ מְגִלּוֹת, *quinque volumina* [b]. Pars Ebræorum Hagiographis adnumerant, (quæ sunt Cantic. Eccles. Ruth, Lament. Ester.) Pars compingebant in librum Judicum [c]. Libelli Interseri possit inter 3. & 4. capita Judicum [d]. Libelli Scriptor statuitur, vel, 1. Ezecias Rex; ità Petrus Comestor†: vel, 2. Esdras; cui & alii complures libri tribuuntur [f]: vel, 3. Samuel [g]; is enim consensu omnium libros Regum inchoavit, ideóque de Davidis Regis origine narrationes omittere noluisse est verisimile [h]. Librum hunc editum fuisse existimant ad hoc præcipuè, ut texeretur Christi genealogia, qui secundùm carnem ex Davide descensurus erat [i]. Christum enim tanquam finem tota Scriptura spectat [k]. [In diebus Judicum hæc accidisse affirmat v. 1. sed gravis est & intricata quæstio, sub quo Judice, vel quo tempore, hæc historia Ruth contigit. Variant auctores.] 1. Q. tempore Heli: ità Josephus, Magister historiæ Scholasticæ, & Zonaras [l]. Sed hi manifestè refelluntur, quòd generationum tempora nimis coarctant. Principatui Eli tribuuntur anni 40, 1 Sam. 4. 18; principatui Samuelis & Saulis simul junctorum anni 40, Act. 13. 21. Fames (quam cœpisse supponamus initio principatûs Eli) duravit decem annos, Ruth 1. 4. post quos Boos Rutham duxerit. Ità ab ortu Obed avi Davidis ad ortum Davidis sunt tantùm anni 39. His adde, quòd David erat patris filius minimus, 1 Sam. 16. 10, 11; & quòd cum Goliah congressurus erat circiter viginti annorum; & quòd Isai senex erat in diebus Saulis, 1 Sam. 17. 12 [m]. 2. Alii tempore Boos, quem eundem faciunt cum Abesan Judice, Jud. c. 12 [n]. Sed obstat, 1. temporis ratio; tunc enim fuisset Boos circiter 272 annorum: nam Abesan factus est Judex anno 272. à capta Jerichunte, per Josue c. 6. quando Salmon duxit Rahab, ex eâque genuit Boos [o]. 2. Quòd Abesan habuit 30 filios, neque Obed ullus refertur [p]. 3. Alii hæc sub Gideone gesta volunt [q], vel sub Abimelecho [r]. 4. Alii, tempore Ehud †, vel Samgar potiùs, (quem tamen Hebræi in Ehudis annis includunt [t];) vel, tempore Deboræ & Baraci [v]. Sed hîc difficultas non levis objicitur, quæ alios ad alias sententias traduxit. Sic enim in quatuor generationibus absumpti erunt anni 380, nimirum, à Salmone usque ad Davidem, adeóque & Salmon & Boos & Obed & Isai in senili ætate omnes genuerunt, & (quod difficultatem auget) Salmon quidem 95 annorum ex Rahaba totidem annos nata genuit Boos: quod facilè probatur. Nam ab exitu ad Templum fundatum sunt anni 480, 1 Reg. 6. 1. E quibus deme 40 annos in deserto, & 70 annos Davidis, 2 Sam. 5. 4. & 4 annos Salomonis ante cœptam Templi ædificationem, 1 Reg. 6. 1. manent ergò anni 366. His adde 14 annos, quos Rahab (cui Salmonem faciamus ætate parem) in ingressu in terram Canaan jam attigerat, (neque verò minor esse poterat, cùm meretriciis amoribus operam daret,) erunt anni ab ortu Salmon ad ortum Davidis 380. Ità illi quatuor post 95 annos singuli genuerunt [x]. Difficultatem adhuc augent qui Salomonici Templi structuram non, cum Sacro textu, anno 480. sed vel 520. cum Petavio & Petro Possino, vel 527. cum Nicolao Abrahamo, vel 580. cum Nicolao Raimaro, vel Ludovico Capello, vel 592: cum Michaele Mæstlino, vel 598. cum Laurentio Codomanno, vel 620. cum Johanne Walthero, vel 680. cum Nicolao Serario, post exodum anno cœptum fuisse volunt. Absurdum videtur Saliano, quasi deditâ operâ tam tardas in una eadémque familia ponere generationes; hoc est (inquit) ad miraculum sine necessitate recurrere, & quidem quater in eadem familia iteratum [y]. Hoc incommodum ut vitent, nonnulli tres Boozos statuunt: avum unum, ex Salmone natum; alterum, prioris filium; tertium, nepotem, cui nupsit Ruth [z]. Nec mirum hîc duas generationes omissas. 1. Quia molestum esset toties iterâsse, *Booz genuit Booz*. 2. Occurrunt similia exempla omissarum generationum, & quidem in personis nobilioribus. Sic Esræ 7. 2. dicitur, *Sadoc genuit Sellum*: At ante Sellum hunc septem generationes, quæ ab Achitob & Sadoc illis ad Achitob & Sadoc alteros decurrunt, hîc omittuntur, ut patet ex 1 Par. 6. 3. Sic Matt. 1. 8. prætereuntur *Ochosias, Joas & Amasias* [a]. [De quo vide ad eum locum.] Sed ridiculum est hoc de tribus Boozis commentum [b], & sine ullo fundamento è Scriptura [c]: vel aliunde fingitur, imò contra Scripturam, quæ ubique unicum Booz nominat, eundémque Salmonis filium, & patrem Obed. Ità hoc loco, & 1 Par. 2. 11, 12. Matt. 1. 5. Luc. 2. 32. Quòd si alicubi, ut in genealogia Christi apud Matthæum, aliquæ generationes omittantur, eas alibi Scriptura in libris Regum supplet; quod ni fieret, planè temerarius is censendus esset qui ex suo cerebro vellet novas generationes cudere, & aliis interjicere [d]. Omnino cùm nusquam vestigium exstet intermissi nominis in hac genealogia, ubicunque legitur, à divinatione illa malo abstinere, quàm novæ λεπτολογήσει fenestram aperire †. [Alias igitur solutiones adhibent.] 1. Non superat naturæ ordinem & vires horum patrum longævitas [f]; nec quòd senes generarent [g]; cùm utriusque exempla multa sunt seculorum tum antiquiorum, tum posteriorum [h]. De priscis ante diluvium Patribus res certa est: & quid vetat in quibusdam ad hujus quasi rei testificationem & signum eam vigere vivacitatem [i]? Abraham anno 140. generavit liberos, Gen. 25. Jacob 107. anno Benjaminum genuit, Gen. 35. Caleb anno ætatis 84. firmus & planè vegetus fuit. Joiada Pontifex annos 130 vixit, 2 Par. 24 [k]. *In Tmoli montis cacumine 150 annis vivere, Mutianus author est. Totidémque annos census erat T. Fullonius Bononiensis*: Plin. 7. 48. In censu à Vespasianis acto plurimi erant annorum 120, vel 130; Plin. ib [l]. In finibus Thuringiæ senex erat qui anno 150. confir-

[a] Bo. [b] V. [c] D. [d] Li. † Ser. ad cap. 4. [f] Q. in Ser. [g] Ser. Bo. D. ex Isidoro, & Eugub. To. RR. in Ser. [h] Ser. [i] V. Bo. [k] Bo. [l] Idem. [m] Idem. [n] L. E. RR. in Ser. [o] La. [p] Ser. [q] To. in Ser. [r] Sal. in Bo. La. † Seder olam in Bo. [t] Usser. chronol. [v] Jun. Ma. To. Bo. Torniellus in Bo.

[x] Bo. [y] Usser. chronol. pag. 209. [z] Q. in Bo. [a] Q. in Ser. [b] Usser. [c] Bo. Usser. [d] Bo. † Jun. [f] Usser. [g] Bo. [h] Bo. Usser. [i] Ser. [k] Bo. [l] Usser.

confirmationem ab Epiſcopo accepit [m]. Thomas Ravennas, in 5. capite libri *De vita hominis ultra 120 annos protrahenda*, duos viros ex Lacedæmone, & duos alios in Ægæo mari, ſingulos 130 annorum, viſos fuiſſe affirmat. Dux Anglus Jacobus Weſton anno Dom. 1600, annos 131 natus, vitam finiit. In Hibernia, Comitiſſa Deſmoniæ, Edvardo quarto in Anglia regnante, Comiti marito nupta, vixit annis 140. Laurentius quidam Scotus anno ætatis 140. piſcatum prodiit, teſte Buchan. Rer. Scot. lib. fin. *Nos poſſumus producere quos 120, 125, 130 annos vitæ explêſſe ſcimus, vidimus, meminimus. Unus etiam ſenex amicis noſtris miraculo fuit Lutetiæ, anno Chriſti 1584. qui, major annis 140, omnibus membrorum officiis integris, Lutetiam ſeſe contulerat liticulæ cujuſdam perſequendæ causâ*, inquit Scaliger, in primæ orationis chronologicæ D. Paræi elencho. Et, ut concludam, Thomas Parrus, Johannis filius, Winningtoniæ in agro Salopienſi vixit. Is, anno Chriſti 1483. natus, cùm 80 eſſet annorum primam uxorem duxit; cum qua 32 annos vixit, & ſub qua cum alia adulterii convictus, 105 annorum ſenex publicam in Eccleſia Alberburienſi egit pœnitentiam. Cùm annorum deinde fuiſſet 122, ſecundam duxit uxorem. Ipſeque demum Arundelliæ, &c. Comitis curâ & ſumptibus in lectica Londinum perductus ſub finem Septembris anni 1635. & ibi Regi Carolo eſt exhibitus, cùm annos 152 & menſes aliquot vivendi peregiſſet [n]. Scribit Baldus, 5. Conſ. 437. fœminam an. 50. ætatis concepiſſe atq; peperiſſe filium. Scribit ſuis in Dialogis Speronius, peperiſſe nonnullas quæ 60 & 65 majores: imò de 70 & 75 majoribus memoriæ mandavit medicus Schenckius, 4. Obſerv. 121. Quidni ergò Salmon, Booz, Obed, Iſai, optimâ corporis conſtitutione, potuerint priſcis illis temporibus, illis in Judææ locis, ubi & quando fœcunditas atque longævitas magna benedictio cenſebatur, filios ætate maximâ gignere? præſertim cùm Scaliger etiam hoc tempore in Arabia, partibúſque Marocci, Feſſæ, & tractibus montis Atlantis, & alibi, homines vitam ad 120, 130 annos, & ultrà, propagare oſtendit, in utroque contra David. Paræum Elencho. In ipſa verò Java viſum hiſce ſuperioribus annis fuiſſe Regem qui 150 annorum in prælium ierit, fortitérque prælians occubuerit [o]. In Palatinatu ante aliquot annos ipſe interfui partui cujuſdam fœminæ ampliùs 56 annorum, quæ binos mares uno partu enixa eſt [p]. Ut igitur in horum patrum longævitate non parùm *raritatis*, atque in ejuſdem (ad 3 vel 4 generationes) continuatione Divinæ fuiſſe *benedictionis* plurimum, fatemur libentiſſimè; ità hîc nihil miraculi agnoſcimus, cùm in poſterioribus ſeculis (ut oſtenſum eſt) homines eis ætate pares exſtiterint [q]. Dices, Licèt ſenex generare potuerit ex juvencula uxore, non tamen ex vetula, qualis certè erat Rahab (ut dictum) cùm ex ea Salmon genuit Booz; videtur enim tunc fuiſſe 95 annorum. Is enim numerus ſingulis relinquitur, ſi anni 380 in 4 generationibus abſumantur. Reſp. 1. Quid mirum ſi quod Divino miraculo aliis ſubindè conceſſum mulieribus ſanctis, ut ſteriles vel vetulæ conceperint, id etiam ſanctæ iſti mulieri, tantopere ab Apoſtolo commendatæ, à Deo conceſſum ſit? 2. Sequentes ad Davidem generationes produci poſſunt ad 100. vel 105. annum; atque ità Rahab anno 80. vel etiam 65. Boozum peperit [r]. Rahaba certè ſi vicenaria (cùm in Cananæam ingrederentur Iſraelitæ) exſtitiſſet, & poſt 42 annos Boozum peperiſſet, annum ætatis 62. non exceſſiſſet: poſt quem anicularum noſtro etiam ſeculo parientium non deſunt exempla [†]. Vel Rachaba Boozum peperit 55 annos nata, (ſi ei tribuantur 15 cùm exploratores excipit, Joſ. 2.) & in anno 23. Othnielis, unde ad initium Deboræ ſunt anni 97; quibus ſi addideris 20 priores annos Deboræ, erit Booz 117 annorum cùm è Rutha ſuſcipit Obedum: Obed quoque & Iſai centenarii genuerunt. Si Rachabæ ætas nimia eſſe videatur ad partum, per me licet ut illi minus, aliis plus, ætatis paulò tribuatur [t].

[m] Bo. [n] Uſſer. chron. [o] Ser. ad cap. 4. Ruth. [p] Jun. [q] Uſſer. [r] Bo. [†] Uſſer. [t] Jun.

CAP. I.

1. IN *diebus unius Judicis*, [וַיְהִי בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים] *Et fuit in diebus judicare Judices*, Mo. *in diebus judicandi* (i. e. judicaturæ) *Judicum*, V. Pi. *Et fuit*, eſt pleonaſmus Ebraicus, quo aliquid accidiſſe ſignificatur [a]. ו hîc non copulat, ſed convertit futurum in præteritum [b]. ¶ *Facta eſt fames*] Heb. *& fuit fames*, Mo. *ut eſſet*, D. vel, *quum eſſet fames*, JT. Fuit hæc fames gravis, quæ coegit virum divitem ſolo patrio ſecedere; & diuturna fuit, nempe, 10 annorum, v. 4 [c]. ¶ *In terra*, [בָּאָרֶץ] Heb. vox articulum habet [d]; [quem indicat ־ ſub ב; pro, בְּהָאָרֶץ.] ἐν τῇ γῇ, ο'. De Judæa [*terra*] κατ᾽ ἐξοχὴν dicitur, ut 2 Reg. 8. & Joel. 1. 2 [†]. *In terra Iſrael*, Jon. Ar. Pi. ¶ *Abiitque homo de Bethlehem Juda*] Ubi ſyntaxis eſt ambigua: nempe, vel, *abiit à Bethlehem*; vel, *vir è Bethlehem*, ſcil. oriundus. Prius genuinum videtur, quia verſu ſequente alterum illud expreſsè narratur [f]. *Bethlehem* ſonat domum panis, à fertilitate agrorum. *Bethlehem Jehudæ* dicitur à regione ubi ſita fuit, nempe, tribu Judæ; & ut diſcernatur à Bethlehem in tribu Zabulon [g]. ¶ *In regione Moabitide*] Heb. *in agro Moab*. Metonymia efficientis; ut *Iſrael*, pro Iſraelitis [i], & *ager*, pro regione [k]. ¶ *Cum uxore*] Heb. *ipſe & uxor*. Epanalepſis Hebraica, quâ nomen præcedens repetitur per pronomen, ità ut alia nomina adjungantur. Sic Exod. 20. 10. *Non facies ullum opus, tu & filius tuus*, &c. i. e. Non facies ullum opus, nec filius tuus, &c [l]. Fabulantur Rabbini ſtationem aliam Solis, qualis illa ſub Joſue, præiviſſe hanc famem. De quo vide quæ nos ad 1 Par. 4. verſ. 22 [m].

2. *Elimelech*] Sonat, *Deus meus rex*, Pi. Ma. Hebræi augurantur hunc fuiſſe fratrem Salmonis patris Bohazi. Fides penès ipſos [n]. Fuit hic vir primarius & dives, utpote ex familia Salmon Principis Tribûs Juda, ejúſque filio Booz propinquus [o]. ¶ *Noemi*, [נָעֳמִי] *Nahomi*. Malim, *Nohomi*; quia in Hebræo eſt kamétz hhatúph, ſequente hhatéph kamétz, id eſt, *o* breve, ſequente *o* rapto. *Nohomi* ſonat, *amœnitas mea* [p]. ¶ *Mahalon*, [מַחְלוֹן] Sonat *ægrotum*, *morboſum*, *doloroſum*; vel *choragum* [q]. ¶ *Chelion*, [כִלְיוֹן] Sonat *conſumptum*, *finitum* [r]; vel *defectum*. Appoſitè, quia uterque prœmaturè in Moab diem ſuum obiit [†]. ¶ *Ephrathæi*] Gentile ab *Ephratha*, quæ alio nomine *Bethlehem Juda* [t]: q. d. *nati Ephrathæ*. Ità Bethlehem dicta Gen. 35. 19. Quanquam hîc regionem potiùs intelligo ubi ſita Bethlehem, ſicut Mich. 5. 2. *Et tu Bethlehem Ephratæ*. Cui favet, quòd hîc continenter annectitur nomen *Bethlehemi*, tanquam ſpecies ſcilicet generi. Sic *Beerſhebæ* nomen nunc urbi, nunc regioni, tribuitur. Vide Jun. ad Gen. 26 [v]. ¶ *De Bethlehem Juda*] Abundare quibuſdam videtur; ſed additur lucis causâ [x]. Nam *Ephrathæi* etiam dicuntur qui de tribu *Ephraim*, Jud. 12. 5. *Numquid Ephratæus es?* & 1 Reg. 11. 26 [y]. & 1 Sam. 1. 2 [z]. David dicitur *filius viri Ephratæi*, i. e. Bethlehemitæ [a]. ¶ *Morabantur ibi*] Durante fame, quod licitum erat: Non autem in perpetuum in aliena terra morari licuit, tum propter periculum idololatriæ; tum ob ceremoniarum Legis oblivionem, quæ facilè deſuetudine inducitur; tum quòd ſinguli maſculi ter in anno ad Templum aſcendere tenerentur [b]. Mihi aliter videtur ex praxi Judæorum, qui poſt captivitatem Babylonicam extra Judæam plurimi habitabant, & ubique ferè Synagogas erexerunt, ut patet ex Act. 2. 9, 10, 11. Nec unquam legimus hoc illis vitio datum. Sed neque hos qui foris vivebant obligabat illa lex ter quotannis adeundi Hieroſolymam. Nam & à lege Paſchatis excipiebantur qui in itinere erant, Num. 9. 13. quia morale & legitimum impedimentum habebant. Conſtat hoc etiam ex praxi Judæorum, qui ſacrum ſemiſicli tributum non ipſi qui peregrè habitabant ad Templum deferebant, ſed per alios deferebant, teſtibus Jo. Antiq. lib. 16. cap. 4. & cap. 10. & Philone lib. 3. de vita Moſis [c].

4. *Qui acceperunt*] *Accipere uxorem* ductum ex vetuſto

[a] Pi. [b] He. in V. [c] Bo. [d] Pi. [†] D. [f] Pi. D. [g] Pi. [i] Pi. [k] Pi. V. [l] Pi. [m] La. [n] Ma. [o] La. [p] Pi. [q] Ma, La. [r] Ma. [†] La. [t] D. [v] Pi. [x] D. [y] D. La. [z] E. Me. [a] La. [b] E. [b] To. [c] Bo.

tusto more, quo sponsa tradebatur à parentibus sponso, ísque eam accipiebat. Verti posset, *& assumpserant*, nempe, vivo adhuc patre. Ità Jo. antiq. 5.11 [d]. ¶ *Uxores Moabitidas*] Moabitis est pars Arabiæ Petrææ †, teste Plinio, cujus metropolis est *Petra*, quam hodie *Meccham* esse opinatur Bellonius [f]. Qu. An hoc eis licuit? an verò peccârunt has ducendo? Resp. 1. Videtur licuisse, quia non est vetitum: nec repugnat Deut. 23.3. *Non veniet — Moabita in ecclesiam*, &c [g]. [Sed hoc affirmat tantùm Drusius, nec vel verbulo probare aggreditur.] Excusari possunt, 1. necessitate; quòd in Moab non invenirent Israelitidas, quas ducerent; ac ipsis, utpote juvenibus, periculosus erat cœlibatus [h]. 2. Quòd hoc factum videtur à Noemi ex instinctu Divino, qui Christum ex Moabitide nasci voluit [i]. 3. Quòd Orpha & Ruth erant proselytæ [m]. Sed contrarium constat ex v. 15, 16 [n]. Resp. 2. Alii eos peccâsse volunt [o]. Ità Jonathan; *Transgressi sunt statutum verbi Domini, ducendo uxores peregrinas è filiabus Moab.* Et idem Jon. paulò pòst sic scribit, *Eò quòd transgressi sunt*, &c. *decurtati sunt dies eorum.* Adde rationem legis, Deuter. 7.3. *Nec filiam ejus accipies, quia seducet filium:* Deinde, Ezræ 9.1. *Ammon. & Moab.* cui subnectit, *tulerunt enim de filiabus eorum sibi* [p]. Nihil est quod nos cogat eos à peccato excusare [q]. ¶ *Manseruntque*] Heb. *sederunt*. Notum, *sedere* Hebræis usurpatum pro *habitare* [r]. Meritò autem *Rahabam* & *Rutham* in genealogia Messiæ posuit Matthæus, tanquam præludia vocationis Gentium, quæ per Messiam facienda erat [v].

5. *Et ambo mortui sunt*] Heb. *etiam ambo*. Dictio *etiam* referenda ad Elimelechum [x]. ¶ *Remansitque mulier orbata duobus liberis & marito*, וַתִּשָּׁאֵר הָאִשָּׁה מִשְּׁנֵי יְלָדֶיהָ וּמֵאִישָׁהּ] *Et remansit* (*relicta est*, ὁ. Jon. *superstes relicta est*, JT.) *mulier* (sub. *orbata*, P. Jon.) *à duobus natis suis & à marito suo*, Mo. *Relictaque fuit vidua illa post filios*, &c. M. Ti. [Ità מ sumunt, sicut Latini interdum τὸ *à*, pro *post*.]

6. *Et surrexit*] Ut *sedere* dicitur Ebræis qui in loco manet, ità *surgere*, qui indè digreditur, Jon. 1.3. ¶ *Ut in patriam pergeret*] Heb. *& reversa est. Surrexit & reversa est*, valet, *surrexit ut reverteretur* [y]. *Reversa est*, i. e. reverti cœpit [z]; vel, reverti cogitavit. Quale illud, *pugnavit Israel cum Balac*, pro, *pugnare instituit*; &, *invenit navem euntem*, Jon. 1.3 [a]. ¶ *Quòd respexit*] Heb. *visitavit*, nempe, in gratia. Synecdoche generis: nam interdum visitat Deus homines in ira [b]. ¶ *Escas*] Heb. *panem*, i. e. frumentum, vel, res ad victum necessarias [c].

8. *Ite in domum matris vestræ*] Ità loquitur, vel, quia patre carebant [d]; vel, quia filiæ cum matribus & frequentiùs & suaviùs versantur †; vel, quia fœminæ in gynæceo seorsim à viris habitabant, filiæ cum matribus & sororibus [f]. Majus solet esse desiderium matris quàm patris; & in eo minùs sibi filiæ quàm filii temperant [g]. ¶ *Faciat vobiscum Dominus misericordiam*, עִמָּכֶם חֶסֶד] *Vobiscum*, vel *erga vos*, *benignitatem*, D. JT. seu *beneficentiam*, Pi. In relativo diversitas est generis ab antecedente; quâ enallage putant earum animum virilem & virtuosum denotari [h]. ¶ *Sicut fecistis cum mortuis*] Impropria locutio, sed intellectu facilis; i. e. maritis vestris, qui nunc sunt mortui [i]. q.d. Eos, dum viverent, coluistis, &c. mortuos decenter sepelîstis, luxistis, memoriâ conservâstis, & in eorum gratiam viduæ hucusque mecum permansistis [k]. ¶ *Et mecum*] Officium quod quis tribuit socrui suæ appellatur *pietas*; quæ est virtus erga parentes, eósque qui parentum loco sunt [l].

9. *Det vobis invenire requiem*, &c.] Vitam tranquillam ac beatam [m]. Quietum matrimonium [n], & immune à molestiis, litibus, &c. quæ conjugia comitari solent, 1 Cor. 7.28. Habent etiam requiem uxores, viris rem familiarem curantibus, quo præsidio destitutæ viduæ magnis curarum & molestiarum fluctibus agitantur [o]. Optat eis alias nuptias, & quidem feliciores prioribus [p]. ¶ *Et osculata est eas*] Mos hic veterum fuit, cùm discedentes invicem valedicerent [q]. Mos erat gentium illarum; ità & Medorum, teste Xenophonte [r].

[Margin: d D. — † La. T. — f T. — g D. — h La. — i Bo. ex La. — m La. — n Bo. — o Ird RR. & Fevardent. in Bo. — p D. — q To. Bo. — r D. — v G. — x D. — y D. — z Pi. — a D. — b Pi. — c D. — d Me. Pi. — † Me. — f Me. Bo. — g D. — h Glas. gram. p. 204. — i G. ità omnes. — k La. — l D. — m Pi. — n D. — o Me. — p D. — q D. — r Pi.]

10. *Et dixêre, Tecum pergemus*, וַתֹּאמַרְנָה לָּהּ כִּי אִתָּךְ נָשׁוּב] Ad verb. *Dixeruntque ei, Quia tecum revertemur*, Mo. *Dixerunt ei, Tecum revertimur*, ὁ. M. vel, *revertemur*, Ti. [τὸ כי in versione negligunt. Al. supplementa addunt:] *Et dixerunt*, Non recedemus, *sed ibimus*, &c. Ar. Non revertemur ad populum nostrum, *veruntamen tecum revertemur*, Jon. Non abibimus, *nam tecum revertemur*, JT. Sed hoc supplementum audacius videtur, nec necessarium est †. Vertunt alii, *Dixerunt ei, Certè* (*imò*, Pi.) *tecum revertemur*, P. Pi. Ang. Belg. τὸ כי interdum valet *certè*, per ellipsin; q. d. Certum est *quòd tecum revertemur*; nam כי propriè valet *quòd* [r]. Porrò, dicunt, *revertemur*, pro, *ibimus*. Catachresis est, ut suprà v.7; q. d. Te comitabimur revertentem: neque enim ipsæ reverti poterant unde non fuerant egressæ [v]. q. d. Adeò grata fuit nostra tecum, & cum filiis tuis, conversatio, ut ad tuum populum amandum incitemur [x].

11. *Revertimini*] Qu. Num peccavit Noemi reditum nuribus suis suadendo? Resp. Minimè. Credibile enim est Noemi non defuisse officio suo toto decennio quo illis convixerat, sed eas ad verum Dei cultum excitâsse. Hoc autem posito, quòd idololatriam deserere nollent, non erat conveniens eas infideles in Judæam ducere [y]. Non jubet, sed ex urbanitate id eis liberum esse vult. q. d. Nolo meâ unius causâ vos vel patrium solum deserere, vel Judaicam Religionem amplecti; nè fortè malorum quæ Judaicam fidem amplexis, sed minùs in eo constantibus, evenire solent ignaræ, & scandalum aliis, & vobis exitium, & mihi probrum, creetis [z]. Quod alibi sæpe apertè fecerat, hîc tacitè eas adhortatur, ut convertant se ad fidem & Religionem Israelitarum. q. d. Si vultis mecum pergere in Israel, in fide veri Dei vobis vivendum est: si id facere non vultis, redite ad Moabitas infideles *. ¶ *Filiæ meæ*] i.e. Nurus: q. d. tam charæ mihi ac si essetis filiæ [a]. ¶ *Num ultrà habeo filios in utero meo, ut viros ex me sperare possitis?* וְהָיוּ לָכֶם לַאֲנָשִׁים] *Qui vobis viri sint?* D. JT. i. e. mariti, Pi. Heb. *in viros*. Sic, *Ero in patrem*; &, *hostes fuerunt in caput* [b]. Sumitur autem hæc ratio, 1. ex lege Deut. 25.5 [c]. Ex his autem verbis colligunt Caj. & Ser. hanc legem non minùs obligâsse fratres uterinos, quàm germanos, sive ex eodem patre natos: quod tamen negat AE. & rectiùs, si de quibusvis uterinis fratribus sermo sit, qui non etiam de eadem tribu & familia essent cum fratre defuncto [d]. 2. Ex ea lege quæ ante Mosen fuit, Gen. 38. ubi Thamar suscitavit semen filiis Judæ [e]. Eámque consuetudinem postea Deus Lege firmavit [f]. Alii aliter; Non quòd lege illa, Deut. 25. obligentur nondum nati, sed quòd hoc quoque meritæ videbantur [g].

12. *Senectute confecta sum*, &c. כִּי זָקַנְתִּי מִהְיוֹת לְאִישׁ] *Quia senui ab esse* (vel, *à fieri*, Pi.) *viro*, Mo. i. e. Adeò senui, ut non fiam viro, h. e. non nubam viro [h]. *Quàm ut sim viro*; i. e. possem nubere, aut habere consuetudinem cum viro [i]. Humanè interpretandum: q. d. Si filios haberem, quæ mea erga vos benevolentia, darem vobis in matrimonium [k]. ¶ *Etiam si possem*, &c. כִּי אָמַרְתִּי יֶשׁ לִי תִקְוָה] *Quia dixi, Est mihi spes*, Mo. nempe, prolis, D. *Quinetiam si dicerem*, &c. P. V. i. e. Si hoc mecum reputarem, nempe, quod sequitur [l]. ¶ *Si possem hâc nocte concipere*] Heb. *essem*, vel *fierem, viro*. Alio sensu quàm paulò antè; i. e. concumberem cum viro, & conciperem. Synecdoche generis verecunda [m]. Non tam *nubere* hîc sign. quàm *rem habere cum viro*. Sic Plautus, *hâc nocte mecum fuit jussu hospitis* [n].

13. *Si eos exspectare velitis*, &c. הֲלָהֵן תְּשַׂבֵּרְנָה עַד אֲשֶׁר יִגְדָּלוּ] *Numquid eos exspectabitis donec grandescant*, vel *adolescant*? Mo. P. ὁ. simil. Sy. Ar. *An propter eos exspectabitis?* D. לָהֵן formam habet fœmineam, positum pro לָהֶם [o]. Sæpe in his pronominibus commutantur genera; & videtur hîc fieri propter teneritudinem infantilis & puerilis ætatis [p]. Al. *An propter hæc exspectabitis?* JT. D. *Propter has*, scil. res. Fœmininum acceptum absolutè seu neutraliter, ut in Psalm. 27.4. *Unum petii*, &c. quod in Hebræo est, *unam* [q]. ¶ *Antè eritis vetulæ, quàm nubatis*, הֲלָהֵן

[Margin: † Pi. — r Pi. — v D. Pi. v. 7. — x Ma. ex Jun. — y Bo. ad v. 6. — z T. — * La. ad v. 8. — a Pi. — b D. — c Me. T. Bo. Pi. Ma. — d Bo. La. — e La. Mo. — f Bo. — g G. ex He. — h Pi. — i D. — k D. quæst. 3.16. — l V. — m Pi. — n D. — o Ma. D. — p Bo. v. 13. — q Pi.]

[הֲלָהֵן תְּעָגֵנָה לְבִלְתִּי הֱיוֹת לְאִישׁ] Vox illa תֵּעָגֵנָה alibi non reperitur [r]. [Variè ergò reddunt.] *Nunquid eis clausæ eritis, ad non esse viro?* Mo. *Nunquid retardabimini,* (vel, *differretis,* JT. sim. M. *superstites manebitis,* Ti. *præstolabimini,* D.) *ut non sitis viro?* P. simil. Ca. Ang. Verbum Ebraicum in communi usu est, *tardari:* à quo עָגוֹן, quod *anchoram* significat in Jure Ebraico, sic dictam, quòd navem sistat atque remoretur†. Eruditè hoc observat Drusius; quare malim תֵּעָגֵנָה hîc vertere, *detineremini,* quia per anchoram detinetur navis [t]. ο'. vertunt, αὐτοῖς κατασχεθήσεσθε; *ipsis detinebimini?* Vim hujus locutionis Latini interpretes non sunt assecuti. Videtur enim ea locutio Jurisperitorum esse propria; dicunt enim ipsi, ut probat Budæus, κατέχεσθαί τινι, h. e. *obligari alicui:* nam obligatio moralis est quædam detentio. Et hæc fortè est propria vocis Hebrææ significatio; sic autem vertas, *Num ipsis obligatæ eritis, ut sitis sine marito?* Quamdiu enim frater, vel propinquus, defuncti supererat, qui uxorem ejus ducere posset, si modò ea spes non nimis remota esset, obligabatur defuncti uxor exspectare [v]. Al. *Num illis,* vel, *propter illos, aduremini absque marito?* Ma. ex Forst. & Avenar. Hanc interpretationem probat Paulus; 1 Cor. 7. *Melius est nubere quàm uri* [x]. Deducunt hi vocem à עוּג, *coquere, urere.* [Sed hæc versio non probatur Merc. nec Bonfrerio.] 1. Id nullâ ratione fert res Grammatica [y]; nam à עוּג non esset תֵּעָגֵנָה *tehagena,* sed תְּעוּגֶנָה *tahogna.* 2. Nusquam alibi reperitur עוּג in conjugatione Niphal passiva [z]. Alii vertunt, *Num propter eos vos sedentes tristes?* Jon. *Et prohibebimini nubere?* Ar. Sy. ¶ *Nolite, quæso,* [אַל בְּנֹתַי] *Nè, filiæ meæ,* Mo. scil. *facitote hoc:* nam אַל est prohibentis [a]. *Nè,* sub. *sitis mihi molestæ,* V. vel, *mecum pergite,* He. in V. ¶ *Quia vestra angustia magìs me premit,* [כִּי מַר לִי מְאֹד מִכֶּם] *Quoniam est mihi magna amaritudo propter vos,* M. D. *Valde vestrâ causâ doleo,* Ca. Auget dolorem meum, quòd vos mihi adsitis viduæ & sine liberis [b]. Valde angor, quòd discessum hunc meum adeo ægrè feratis [c]. Alii aliter; *Quia amaritudo mihi valde præ vobis,* vel, *plusquam vobis,* Mo. P. sim. ο'. Jon. Sy. Ar. V. JT. Pi. D. Hæc nostrî divulsio mihi longè molestiùs accidit quàm vobis [d]. Major mea quàm vestra ærumna: vos enim viris tantùm, ego viro & liberis, orbata sum. מִכֶּם compendio dictum, pro מִלָּכֶם: cujus compendii exempla alia licet invenire. Est præterea enallage, pro מִכֶּן †; ut Exod. 1. 21. & Jud. 19. 24. & 21. 22. Porrò, conjunctio illa causalis כִּי, *nam,* hîc servit prolepsi, ac proinde cohæret cum sententia subintellecta, nempe, enunciato hoc discreto, Etsi amarum est vobis quòd à me divellimini, tamen acquiescite ut divellamini: tum sequitur, Nam mihi amarius est quàm vobis, & tamen acquiesco. Argumentum est à minori, i. e. minùs probabili [f]. ¶ *Et egressa est manus Domini contra me*] *Verùm exseruit se contra me manus Jehovæ,* JT. i. e. Jehova percussit me: Metonym. effecti destinati, & Metaphora. כִּי אִם pro כִּי q. d. Verùm patientiam præsto, quia agnosco à Jehova proficisci [g]. Non per me factum est ut vos desererem, sed Divinâ voluntate, quâ ego filiis, vos viris orbatæ estis [h]: proinde, si vobis grave est à me divelli, mihi multò gravius est, &c [i]. Ad alias molestias, quibus me Dominus exercuit, hæc etiam addita est, ut à vobis discedere cogar [k].

14. *Orphah osculata est socrum,* [וַתִּשַּׁק עָרְפָּה לַחֲמוֹתָהּ] *Et osculum dedit Horpah socrui suæ,* Mo. *Et osculata est socrui,* sub. *manus,* vel *os,* Pi. *Osculata est socrum,* P. ο'. JT. Sub. *& reversa est,* V. vel, *abiit,* JT. Osculo dato valedixit ei; ut Gen. 31. 28. 1 Reg. 19. 20 [l]. Quia non Religione, sed humanitate, mota fuit ad sequendam socrum [m]. ¶ *Ruth adhæsit socrui*] Firmissimè, ut quæ glutine conjuncta sunt: est enim דָּבַק *adglutinari,* & significat arctissimam conjunctionem, qualis est viri & uxoris, Gen. 2. 24. Matt. 19. 5. Eph. c. 5. v. 31 [n]. i. e. Comitata est eam, nec recessit ab ea [o].

15. *Cognata tua,* [יְבִמְתֵּךְ] *Fratria tua,* Mo. [ità plerique;] *uxor leviri tui,* D. *uxor fratris mariti tui,* V. ¶ *Reversa est ad populum—& ad deos suos: vade cum ea*] Vel, *ad deum suum,* nempe, Chamos [p]. Hinc colligunt

(Margin: r Bo. — † D. — t Pi. — v Bo. — x Forst. in Ma. — y Merc. in Ma. — z Bo. — a Pi. — b D. — c Me. — d Pi. ex Jun. — † D. — f Pi. — g Pi. — h Jun. — i D. — k Me. — l D. — m Jun. — n D. — o V. — p D. Pi.)

Orpham aut in idololatria sua remansisse [q]; aut à Religione Mosis, quam vivo marito coluerat, descivisse ad religionem patriam [r]. Hoc dicit, ut fidem ejus exploret †. Simile exemplum Jos. 24. 15 [t]. Hortatur ut redeat ad populum suum, permittit verò ut pergat deos suos colere, (quod connexum erat, quódque ipsam facturam sciebat, si rediret:) idque facit ut sincerum & constantem Ruthæ animum exploret, nè ipsa postea quereretur, se Noemi artibus vel fraudibus impulsam transiisse in alienam, ac minùs sibi gratam, religionem [v]. Vel, *ad deos suos,* i. e. ad locum ubi coluntur dii patrii ipsius; ut idem sit cum illo, quod Josephus refert, *in patriam suam* [x].

16. *Nè adverseris mihi,* [אַל תִּפְגְּעִי בִי לְעָזְבֵךְ] *Nè incurras in me ad deserendum te,* Mo. *Nè occurras,* sive *irruas, in me,* scil. hostiliter; i.e. Nè hortator me. Metaphora. Sic ista phrasis propriè accipitur, 1 Sam. 22. 17. 2 Sam. 1. 15. item Exod. 5. 3 [y]. *Nè occurras mihi,* i. e. Nè suadeas me, V. simil. P. *Nè obstes mihi,* Ti. ¶ *Deus tuus, Deus meus*] Patriæ superstitioni valefaciam, tibique adhærebo [z]. Multum erat tempore tam latè regnantis idololatriæ unum Deum credere, infrà 2. 11, 12. Amicitia aliqua esse potest etiam inter diversi cultûs homines, suprà 8. at ea demum firma atque individua est quæ veræ Religionis habet vinculum [a].

17. *Hæc mihi faciat Dominus*] Mala ipsa expressit, putà Egestatem, Famem, Pestem, &c. quæ exprimere historiam hanc scribenti nihil fuit necesse [b]. Imprecandi, vel jurandi, formula est [c]. Est autem ubique aposiopesis mali, quod vel ipsi intelligebant, vel Dei judicio committebant [d]. Per euphemismum illa subticent boni ominis causâ; nè, scilicet, quæ sibi imprecantur reverà eveniant †. ¶ *Si non sola mors,* &c. [כִּי הַמָּוֶת יַפְרִיד וגו׳] Ad verb. *quia mors dividet inter me & inter te,* Mo. *sola mors me a te separabit,* Ti. JT. ὁ θάνατος cum articulo; *mors sola* [f]. *Nisi sola mors separaverit,* &c. P. Sy. *Si aliud quàm mors separet,* M. Ang. Verto, *certè sola mors separatura est,* &c. Heb. quòd sola mors, &c. Ellipsis, pro, *certum est quòd* [g].

18. *Quòd obstinato animo,* &c. [כִּי מִתְאַמֶּצֶת הִיא] *Quòd indurata esset,* V. *fortiter instaret,* JT. *firmiter apud se statuisset,* Ti. sim. M. *obfirmâsset,* D. ¶ *Adversari noluit*] Heb. *destitit loqui ad eam,* P. D. Non simpliciter loqui, sed sic loqui ut hactenus locuta fuerat, nempe, de reditu [h]. *Siluit dicere ei ut reverteretur,* Sy. sim. Ar. *destitit loquendo ei obstrepere,* Ti. *destitit sic loqui,* &c. JT. Verùm in Hebræo non est ellipsis; sed in ipsa phrasi est synecdoche generis, qualis Gen. cap. 31. vers. 24. *Cave tibi, nè loquaris cum Jacobo sive bonum sive malum* [i].

19. *Fama percrebuit,* [וַתֵּהֹם כָּל־הָעִיר עֲלֵיהֶן] *Et commota est* (*læta est,* Sy. Ar.) *tota civitas super eis,* Mo. P. ο'. *perstrepuit propter eas,* Pi. *Tumultuari cœpit propter eas,* i. e. cum strepitu quodam commoveri [k]. *Tota civitas,* id est, omnes cives [l]: mulieres, nam sequens, *dixerunt,* est fœmin [m]. ¶ *Hæc est illa Noemi*] Heb. *An hæc Noomi?* Non tam interrogant, quàm mirantur [n]. Dicebant hoc, vel, cum gaudio & gratulatione; vel, cum admiratione & contemptu, quòd ad paupertatem esset redacta [o].

20. *Nè vocetis me Noemi, (id est, pulchram)*] Malim, *jucundam, amœnam* [p]; *dulcem, suavem* [q]. Non ità alienum id à contrario *Mara,* & ad sententiam multò est aptius quàm *pulchram* [r]. ¶ *Mara, (id est, amaram)*] Ità D. Pi. *Tristem, horridam, animi ægram:* Metaphora†. Translatum ab uno sensu ad alterum, ut significet horrentem [t].

21. *Egressa sum plena*] Habens maritum & filios [v], & fortunarum copiam [x]: plena divitiis & filiis [y]. ¶ *Et vacuam,* &c.] Ità Ar. M. P. Ti. JT. Mo. sive *inanem,* ο'. Jon. Alii, *vacuè,* Sy. Pi. D. רֵיקָם adverbialiter sumitur, ut חִנָּם *gratis, frustrà.* Nam quæ sic terminantur apud Ebræos naturam habent adverbiorum. Si vacuam dixisset, esset *RECA,* cujus masculinum *Rec;* unde *RECIM,* homines vacui & inanes [z]. ¶ *Quàm Dominus humiliavit,* [עָנָה בִי] *Dejecit me,* Ti. *humiliavit me,* ο'. Sy. Ar. M. *afflixit me,* P. Ità olim vertendum opinabar; nunc duo obstare video: 1. genus

(Margin: q Bo. Me. — r D. — † Jun. D. — La. Pi. — t Pi. — v La. ex To. — x D. — y Pi. — z Me. — a G. — b G. — c Jun. D. — d Pi. ex Jun. — † La. — f D. — g Pi. — h D. — i Pi. — k V. — l D. — m Pi. V. — n D. — o Me. — p D. M. V. — q V. — r D. — † D. — t Jun. — v D. Pi. Bo. — x Bo. — y D. — z D.)

nus constructionis, in me; 2. quia est עָנָה ana, non עַנֵּה inna[a]. Alii sic; testificatus est (vel responderit, Pi.) in, vel contra, me, Mo. JT. Ang. Belg. Synecd. gen. Intelligitur enim testificatio judicialis. Itaque simul est metaphora ab adversariis seu actoribus forensibus, qui aliquem ad supplicium petunt; ut patet ex collatione cum Deut. 19. 16. Si surrexerit testis——ad testificandum contra eum, &c. ubi in Hebræo eadem planè phrasis est, לַעֲנוֹת בּוֹ[b]. Quum Dominus, contrà, suis in me protestatus sit operibus, me amœnam non esse[c]. Pia matrona piè admodum vacuitatis omnis suæ Deum auctorem agnoscit, ideóque, ut decebat, æquo animo, patienter atque hilariter fert omnia *. Allevamentum quoddam doloris est in rebus adversis, credere nihil fortuitum, sed mala omnia à Deo esse †. Hîc confitetur pœnam sibi inflictam à Domino pro peccato sui exitûs de terra Israel ‡.

22. *Quando primùm hordea metebantur*] Scilic. in Paschate[d]. *In principio messis hordeaceæ*, JT. Fortasse rectiùs, *messis hordeariæ*. Heb. *messis hordeorum*; qui pluralis reperitur apud Virgil. eclog. 5 †. Hæc messis ante triticeam. Inchoabatur secundâ Azymorum, nempe, 16. mensis Nisan: durabat autem dies 49[f].

Margin notes: a D. — b Pi. — c Ma. — * T. — † D. — ‡ L. ex He. — d La. Bo. — † Pi. — f D.

CAP. II.

1. *Viro——consanguineus*, מְיֻדָּע [in margine verò מוֹדַע] לְאִישָׁהּ] *Notus viro ejus*, Mo. ο'. *notus ad virum ejus*, scil. respectu habito. Synecdoche generis: nam omnis quidem affinis notus est, at non omnis notus affinis[g]. *Consanguineus* (*affinis*, JT.) *ex marito*, P. sim. M. Ti. Sy. Potest verti, τῇ *Noomi erat cognatus*, *viro ipsius*, pro, *& viro ipsius*; ut sit ἀσύνδετον. At si erat cognatus τῇ Noomi, cur sequitur, *è familia Elimelechi?* Opinor, quia fœminæ non habent propriè familiam; transeunt enim in familiam & nomen viri: sed fortasse cognatus ei erat duntaxat per virum[h]. ¶ *Magnarum opum*, גִּבּוֹר חַיִל] *Vir virtutis*, i. e. strenuus, V. *potens opum*, D. sim. JT. Pi. חַיִל πολυδύναμον est, sign. & *opes*, & *exercitum*, & *robur*[i].

2. *Si jubes, vadam in agrum*, אֵלְכָה נָּא הַשָּׂדֶה] *Ibo*, vel *vadam*, *nunc in agrum*, Mo. ο'. Jon. Sy. Ar. M. Mo. h. e. Permitte mihi ut id faciam. Sic 2 Sam. 16. 9. Jer. 40. 15, &c. Nam permissio alicujus negotii apud Hebræos petitur in futuro rei agendæ. Sic Deut. 2. 27. *Transibo per terram tuam*, h. e. Concede, quæso, ut per terram tuam tansire possim[k]. ¶ *Et colligam spicas*, ità M. P. Ti. JT. וַאֲלַקֳּטָה בַשִּׁבֳּלִים] *Colligam quasdam spicas*; ità Genevenses. Videntur sic exprimere voluisse illud ב quod in Hebræo adjungitur[l]. Al. *colligam in spicis*, Mo. ο'. Jon. Pi. Di. D. id est, *è spicis*[m]. Præpositio notat partem[n]. Vel, *inter spicas*. Non intelligit spicas quas ipsa collectura sit, sed quæ in manipulos coactæ erant, inter quas collectura esset; ut manifestum ex v. 7. ubi præfectus messorum, referens Ruthæ verba, dixisse eam ait, *Colligam, obsecro, & congregem inter manipulos post messores*[o]. Licebat hoc viduæ & peregrinæ, ex lege Deut. 24. 19[p]. ¶ *Ubicunque——reperero gratiam*] Heb. *in cujus oculis invenero gratiam*, Pi. D. i. e. Cui sic grata ero ut me colligentem non impediat[q]. Erat autem Judæis hæc benignitas erga pauperes lege præcepta, Levit. 19. 9. & 23. 22. & Deut. 24. 19[r]. Voluit tamen Ruth rogare veniam, v. 7. sed hoc fecit ex singulari modestia & humanitate †; forsan & ignara erat ejusmodi privilegii[t]. Erat spicilegium istud inopiæ certum argumentum; honestum tamen, miniméque probrosum, quia laboriosum[v]. Necessitas Rutham urgebat, & tempus invitabat. Commendatur simul ejus prudentia atque industria, quæ, dum vires annique sinunt, omnis adhibenda, priusquam ad mendicandum sese accingat egenus & pauper[x].

3. *Accidit autem*, וַיִּקֶר מִקְרֶהָ] *Et accidit accidens* (vel *casus*, Jun.) *ejus*, Mo. pro, *& accidit casu*: Enallage, Jun. *Evenit eventus ejus*, V. Casu incidit in agrum Booz[y]. ¶ *De cognatione*] At *cognatio* מוֹדַעַת dicitur, [legendum מוֹדַעַת.] Malim, *è familia*. Id משפחת. E cognatione alicujus esse possunt qui non sunt de familia ipsius[z].

Margin notes: g Pi. — h D. — i D. simil. Pi. — k Glas. gram. p. 259. — l Di. — m Pi. D. — n Pi. — o Di. — p D. — q D. sim. Pi. — r Mo. — † T. — t To. — v T. ex Ser. — x Ser. — y D. — z D.

4. *Veniebat*] Servabat Booz id quod Cato de re rustica 1. 1. præcepit, *Nè opera tua parcas visere*[a]. ¶ *Dominus vobiscum*] Mos erat bene precari opus facientibus, Psal. 126. 5, 6. 129. 9. Vide quæ ad Luc. 1. 28[b]. q. d. Dominus vobis adsit. A Deo enim bonitas messis & cujuslibet rei exspectanda & postulanda est[c].

5. *Qui messoribus præerat*, הַנִּצָּב עַל הַקּוֹצְרִים] *Qui constitutus erat* (ad verb. *stanti*, Mo.) *super messores*, P. Pi. Josephus eum vocat *curatorem agri*[d].

7. *Ut spicas colligeret*, וְאָסַפְתִּי בָעֳמָרִים] *Et colligam spicas*, M. *colligam spicas inter manipulos*, P. sim. Ti. *colligam inter manipulos*, JT. vel, *in manipulis*, D. Pi. ο'. id est, prope, vel circa, manipulos; nam *inter manipulos* plus est, v. 15 †. *De manipulis*, D. [Plura vide ad v. 2.] ¶ *Et de manè usque nunc stat in agro, & nè ad momentum quidem domum reversa est*, וַתַּעֲמוֹד מֵאָז הַבֹּקֶר וְעַד עַתָּה זֶה שִׁבְתָּהּ הַבַּיִת מְעָט] Ad verb. *Et stetit à tunc manè & usque nunc; hæc sessio ejus domi paululum*, Mo. *Perstat jam indè à manè usque nunc*, Ti. sim. M. P. JT. Jon. Ang. Ca. *quòd parumper in domo commorata est*, Ang. *modò paululum hoc quod sedens in domo pusillum*, Jon. *quod sedit in tuguriolo perpusillum est*, Ti. *jam sedere* (vel, *& sedere*, Os.) *ejus in domo exiguum est*. τὸ זֶה sign. *jam*, Num. 14. 22. Videtur autem in ista phrasi ellipsis esse nominis עֵת *tempus*, ut integer sermo sit, זֶה הָעֵת, i. e. *hoc tempore*. Cæterùm in Heb. est, *sedere domûs*, id est, sedere quod fit in domo, vel domi: Genitivus subjecti. Vel, est ellipsis præpositionis Beth[f]. *Jam sessio*, vel *mansio*, *ejus in domo paululum est*, P. V. i. e. parvo tempore: h. e. hinc apparet eam non diu domi desidere[g]. Non solet otiosa domi stertere, sed admodum est laboriosa[h]. *Exceptâ modicâ sessione ejus in tugurio*, M. *Modò sedit paulisper domi suæ*, JT. (sed illud *suæ* non est in textu[i].) Hæc verba sunt exceptio respectu præcedentium; q. d. *Rutha stetit*, i. e. perstitit, seu perseveravit, in spicilegio faciendo, nisi quòd paulò antè domum redierit, ibíque paulisper sederit. Sed huic sententiæ repugnare videtur sequens narratio, maximè vers. 19. ubi socrus ex Rutha quærit ubi illo die fuerit; quod utique jam ei innotuisset, si Rutha ante vesperam domum rediisset. Vel, dicendum erit Rutham domum rediisse, cùm adhuc ignoraret cujusnam esset ille ager, & mox in agrum reversam esse[k]. Video plerosque interpretes per הַבַּיִת intelligere domum Ruthæ, sive Naomi, in qua degebat. Sed existimo intelligi potiùs domum quæ ad Boozi prædium pertinebat, in quam se Rutha ad pauxillulum temporis receperat, sive quòd lassa esset, sive quòd & messores à labore quiescerent; & in qua eam Booz adveniens sedentem repererit. Id proculdubiò sensit AE. qui בַּיִת hoc loco pro סֻכָּה positum dicit, i. e. pro tugurio & tentorio quod in agris figi solebat. [*Tugurium* vertunt & M. & T. ut antè notatum.] Itaque sic verto; *Et venit & mansit ab ipso manè usque ad nunc, jam sedere ipsam* (id est, quòd jam sedet) *in domo paululùm*. Miratus erat Boos quòd peregrinam puellam in tugurio aut domo prædii sui sedentem videret; rogaverat quænam esset: respondetur, esse Rutham——quæ à manè usque hoc tempus spicas collegisset, donec se jam paululùm in tentorium recepisset[l]. *Ex eo manè* quo primùm huc venit; ad verb. *ex tunc manè*: aut dictio *tunc* παρέλκει· *hæc sessio ipsius*. Locus hic diu & acriter me torsit. Utrùm hoc significat, *modò sedet domi paululùm?* an hoc, *ideo sedet domi paululùm?* ob hanc causam tam parùm domi manet. Aut sensus est, *Hîc mansio ipsius*; *domi parùm*, sub. est, vel *sedet*. *In domo*, vel domi[m].

8. *Audi, filia*] Heb. *Annon audisti?* V. Pi. D. q. d. Puto te audire, & volo. *Filiam* vocat respectu, 1. amoris, 2. ætatis[n]. Hinc colligunt Boozum fuisse ætate provectiorem[o]. ¶ *Audi, filia, nè vadas in alterum agrum*, &c.] [Sim. omnes nostri. Aliter veteres accipiunt; hi enim proverbialiter exponunt: *Filia mea, nonne auditum est tibi in proverbio, Nè spicilegium facias in agro non tuo?* Sy. Ar. sim. ο'.] ¶ *Jungere puellis meis*] Ancillis, nempe, quæ & ipsæ spicilegium faciunt[p]: non

in

Margin notes: a Me. — b G. — c La. — d D. — † Pi. — f Pi. — g V. ex He. — h Os. — i Pi. — k Pi. — l Di. — m D. — n Pi. — o D. — p Pi.

in domini sui commodum, (quod Lege vetitum erat;) sed vel in pauperum id cessit commodum, vel in ipsarum puellarum seu ancillarum, quæ sæpe pauperes sunt, quas sibi spicilegium facere permittebat Booz [q]. Porrò, hinc elucet Boozi, 1. prudentia, gravitas & castimonia, qui puellam puellis adjungit; quod honestius, pudorique & castitati tutius, quàm viris adhærere [r]. 2. Liberalitas: Nam cùm fœminis misericordiæ plus inesse soleat, verisimile videbatur puellas in puellam istam fore benignissimas [†].

9. *Et ubi messuerint*, "עֵינַיִךְ בַּשָּׂדֶה וגו] *Oculi tui in agro*, &c. Mo. vel, *ad agrum*, ο'. *ad agrum* sint, M. P. Ti. *Oculi tui*, sub. *intenti sint*, scil. in partem agri ubi metent [t]. ¶ *Sequere*, וְהָלַכְתְּ אַחֲרֵיהֶן] *Et perges*, vel *ibis*, *post eas*, V. D. sic ο'. Mo. JT. Alii, *post eos*, Jon. Sy. Ar. הֶן pro הֵם, ut referatur ad messores [v]. ¶ *Mandavi enim*, הֲלוֹא צִוִּיתִי] *Annon præcepi?* q. d. Certissimè præcepi. Simil. 2 Sam. 10. 3 [x]. Sed quando hoc præcepit? Vel statim, sive per se, sive per puerum; vel præteritum ponitur pro futuro, quia certissimè id facturus erat, ut sit, *mandabo pueris* [y]. ¶ *Ut nemo molestus sit tibi*] Heb. *nè tangerent te*, D. i. e. nè læderent, violarent. Sic Gen. 26. 11. *Qui tetigerit virum istum*; Psal. 105. 15. *Nolite tangere unctos meos*. Catullus, *Flos tactus aratro*, i. e. læsus, percussus [z]. ¶ *Si sitieris, vade*, &c.] Heb. *& sities, & ibis*, Mo. Pi. Ellipsis conjunctionis connexivæ [a]. *Et quando sities, & ibis*, ο'. sim. JT. Jon. ¶ *Vade ad sarcinulas*] Heb. *ibis ad vasa*, in quibus sc. erat aqua [b]. Magna in illis locis aquarum penuria, Gen. 26. & 29. Exod. 2. Num. 20. Deut. 2. Et messis erat tempus, quod torridum & siticulosum. Hinc aquæ haustus in beneficio ponebatur. Vide Virgil. Eclog. 6.—*quale per æstum Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo*. Sed cibum potui cur non adjungit? Quia gradatim procedit virtus. Paulò pòst cibum dabit [c]. ¶ *De quibus*] Heb. *Et bibes* מֵאֲשֶׁר, *ex eo quod hauserint pueri isti*, sive, de aqua quam hauserint: nam relativum אֲשֶׁר cum particula antecedens suum non rarò includit, quod commodè subintelligendum. Sic Gen. 44. 1. & præcepit אֶת־אֲשֶׁר, illi *qui præerat domui*: sic v. 4. & dixit לַאֲשֶׁר, illi *qui præerat*, &c. Atque id crebrò fit, si de loco sermo sit; ut sit ellipsis מָקוֹם; ut Gen. 21. 17. Num. 22. 19. & alibi [*].

10. *Adorans super terram*] Vel, *terram versùs*, Pi. Quo major honor non poterat exhiberi. Vide ad Matt. 2. 11. & 8. 2 [d]. Summisse illum venerata est, corpore in terram inclinato [†]. ¶ *Et nôsse me dignareris*] *Ut me agnoscas*, D. Pi. JT. Ut mei tantam rationem habeas. Infrà 19. *sit cognitor tuus benedictus*. Sic Psal. 8. *Quid homo, ut cognoscas eum?* Nôsse hîc est, eum quem noveris amare [f]. *Agnoscas*, i. e. æstimes, in pretio habeas; Meton. efficientis synecdochica. Nam quod agnovimus bonum, id in pretio habemus [g]. ¶ *Peregrinam*, וְאָנֹכִי נָכְרִיָּה] *Cùm sim alienigena*, JT. P. vel, *peregrina*. Sed malim, *cùm sim ignota*. Ad verb. *& ego ignota*: Ebraicè *Nocria*. Sic vocantur peregrinæ per antiphrasin, quòd earum genus ac parentes ignorentur; vel, quòd peregrino habitu & vultu facilè aliis innotescant. Nota figuram, *ut noscas me*, cùm sim ignota [h].

12. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo*] *Rependet* (malim, *rependat*, Pi.) *opus tuum*, JT. i. e. quæcunque fecisti socrui & marito [i]. *Opus*, i. e. mercedem operis tui [k]. ¶ *Et plenam mercedem recipias*] *Sit* (vel *erit*, JT.) *merces tua perfecta à Domino*, D. JT. Cumulatissimè te remuneretur [l]. *Rependat opus tuum in hoc seculo; sit merces tua perfecta in seculo venturo*, Jon. ¶ *Ad quem venisti, & sub cujus confugisti alas*] *Alarum* nomine tutelam & præsidium denotat [m]; ut constat ex Deut. 32. 11. Psalm. 35. 8. & 60. 5. & 91. 4 [n]. Metaphora est à pullis avium, qui sub alis matrum delitescunt [o]. Aut respexit ad alas Cherubinorum quibus Arca tegebatur. Hoc verius videtur [p]. Magna Boozi pietas apparet, qui fœminæ extraneæ pietatem & miratur, & liberaliter repensat. Tam regalis animi vir dignus erat ex quo Rex nasceretur. Talis Cimon Atheniensis, qui macerias agrorum suorum diruit, ut qui vellent rebus ibi natis uterentur [q].

13. *Inveni gratiam*, אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֶיךָ] *Inveniо gratiam in oculis tuis*, JT. D. q. d. Agnosco me in gratia apud te esse, qui sic me consolatus es, &c [h]. *Inveniam gratiam*, &c. V. Pi. La. Bo. Optat ut Booz gratiam sibi exhibitam continuare pergat [i]. Hebraismus; q. d. Spero me tibi fore gratam [k]. Vel, his verbis modestè recusat beneficium sibi oblatum, ut bibat ex potu messorum, atque ita æquiparetur ancillis Boazi, suprà v. 9. Similem locum vide Gen. 33. 15 [l]. ¶ *Loquutus es ad cor*, עַל לֵב] *Juxta cor*, i. e. placentia [m]: humaniter & blandè [n]. Vide de hac loquutione Gen. 34. 3 [o]. ¶ *Quæ non sum similis unius puellarum tuarum*] Vel, *Cùm non sim* (*& ego non ero*, Mo.) *sicut una ex ancillis tuis*, M. P. Ti. h. e. Quæ non possum conferri cum una ex ancillis; vel, cum iis collata, postrema apparebo [*]. Indignum me duco quæ beneficium illud accipiam quod domesticorum tuorum proprium est [p]. Non utar eodem jure quo illæ, ut, scilicet, bibam ex communi potu [q]. [Alii לֹא omittunt in versione, & sic reddunt, *Et ecce, ego ero sicut una ex ancillis tuis*, Sy. ο'. At in Complut. *non ero*, Nobil.]

14. *Dixitque ad eam*, &c.] [Constructio variat. Illud, *tempore cibi*, connectunt, vel cum antecedentibus, hoc modo,] *Dixit verò ei Booz tempore cibi, Accede*, &c. JT. sim. ο'. Jon. Ar. i. e. quando ipse cum operariis cibum sumpturus erat [r]. [Alii cum sequentibus:] *Dixit Booz, Tempore refectionis accede huc*, M. sic P. Ti. Sy. Mo. Utrum intelligas parùm refert. Intelligit autem tempus prandii. Confer Ruth 3. 3 [†]. ¶ *Comede panem*] *Panis* nomine, Ebræorum more, intellige quemlibet cibum, ipsúmque etiam quod cum pane comedi solet obsonium [t]. Imò de pane propriè sermonem esse percipitur ex sequentibus [v]. ¶ *Et intinge buccellam tuam in aceto*, vel, *in acetum*, P. JT. פִּתֵּךְ בַּחֹמֶץ] i. e. *Frustum* cibi tui *in acetum* [x]. *Frustum*, scil. panis [y]. Aceto utebantur propter calorem, vel æstum [z], & loci, & temporis [a]. *Aceto summa vis est refrigerandi*, Plin. 23. 1. In æstu laborantes refrigerat, nervos astringit, vires corroborat, putredinem tollit. Unde etiamnum in Italia rustici panem aceto aquâ diluto intinctum, quasi offam, manducant. Nota hîc frugalitatem illius ævi [b]. Acetum est condimentum familiare, tenuioribus præsertim [c]. Chaldæus verò interpres per *acetum* intelligit cibos aceto perfusos [d]. ¶ *Sedit ad messorum latus*] Non è regione, nè in ejus faciem oculos conjicere possent [†]. *Messorum* autem nomine intelligo, quæ metebant, fœminas. Nam in hujuscemodi narrationibus masculinum genus fœminas etiam continet, ut complures in Jure commonstrant textus. Nam neque impransæ progrediebantur puellæ; nec se viris quàm illis libentiùs se Ruth adjungeret [f]. ¶ *Et congessit polentam sibi*, וַיִּצְבָּט לָהּ קָלִי] *Et porrexit ei polentam*, ο'. M. P. D. i. e. spicam igne tostam [g]. Genus est farinæ ità dictæ à torrendo [h]. *Porrexit ei tostum triticum*, Mo. vel, far *tostum*, Ti. aristas *tostas*, JT. *farinam tostam*, Jon. *fragmenta spicarum perfricatarum*, Sy. *ptisanam*, Ar. Verbum צבט hîc solùm invenitur [i]. *Porrexit*, vel *proposuit*, sub. vel, *Booz*, Os. vel, *quispiam ex messoribus*, Tig. not. Vel potest verti, *porrecta ei fuit polenta*. Tale est, *reputavit ei pro justitia*, i. e. *reputatum est*, Rom. 4 [k]. ¶ *Et tulit reliquias*] *Et fecit reliquum*, D. sim. JT. Plus ei porrectum fuit quàm edere posset [l].

15. *Etiamsi vobiscum metere voluerit, nè prohibeatis eam*, גַּם בֵּין הָעֳמָרִים תְּלַקֵּט וְלֹא תַכְלִימוּהָ] *Etiam inter manipulos legentem nè pudefacite*, JT. q. d. Non solùm juxta, vel circa, vel post, manipulos, sed etiam inter illos. Amplificatio per collationem imparium. Vide ad v. 7 [m]. *Nè pudefacite*, i. e. Nolite ei exprobrare pauperiem, aut viduitatem, aut sterilitatem; nè afficite illam ullâ ignominiâ, sive dicto, sive facto [n]. Nè reprehendite, néve repellite: Metonymia effecti [o]. *Pudefacere* ponitur pro *prohibere*; qui enim prohibent, aut negant, faciunt ut petentes rubore suffundantur [p].

16. *Et de vestris—projicite*, וְגַם שֹׁל תָּשֹׁלּוּ לָהּ מִן הַצְּבָתִים] *Et etiam solvendo solvetis* (*dimittendo dimittite*, P. *omittendo omittite*, Pi. Jun. *de industria omittite*, JT. sim. Ti.) *de fasciculis*, Mo. vel, *manipulis*, P. Malim, *è mergitibus*: Nam *manipuli* suprà עֳמָרִים vocantur.

Marginal notes, left column: [q] Bo. [r] Ser. Me. [†] Ser. [t] D. [v] Pi. [x] V. [y] Ser. [z] D. [a] Pi. [b] Pi. [c] Ser. [*] Glass. gram. p. 210. [d] G. [†] D. [f] D. [g] Pi. [h] D. [i] D. [k] V. Pi. [l] D. [m] D. M. [n] Ser. [o] D. Pi. M. [p] D. [q] G.

Marginal notes, right column: [h] D. Jun. [i] La. Bo. [k] V. [l] Pi. [m] V. [n] Pi. [o] Ma. [*] Bo. [p] D. ex Jun. [q] Pi. [r] Jun. [†] D. [t] Bo. [v] Pi. [x] V. [y] Pi. [z] AE. in M. V. D. [a] Ità ferè L. [b] La. [c] Bo. [d] M. [†] Me. ex Ser. [f] Ser. [g] He. in M. [h] V. [i] M. [k] D. [l] D. [m] Pi. [n] D. [o] Pi. [p] V.

vocantur [q]. *Ex fasciculis manualibus*, JT. *Quasi ex oblivione dimittite ei ex manipulis*, M. *Spoliando spoliate*, &c. Pi. Di. i.e. Sinite de industria excidere spicas, atque ità manipulos quasi spoliate. Metaphora, & Metonymia effecti destinati [r]. Quum decimæ è manipulis dandæ essent, debebant omnes justam habere magnitudinem & pondus. Vos, inquit, nè jam id curate, sed quasi per spolium & rapinam auferte liberè hinc indè aliquid de manipulis, &c †. Multò plus præstat Booz quàm quod jubet Lex, Levit. 19. 9. & 23. 22. & Deut. 24. 19. Nimirum, præcepta illa specialia Legis rudimenta tantùm erant earum virtutum ad quas feruntur illustres animi [t].

17. *Quasi Ephi mensuram*] *Epha* genus est mensuræ aridorum, & continet tria sata [v]. De ea vide Exod. 16. ult. ¶ *Hordei*] Heb. *hordeorum*, i.e. granorum hordeaceorum [x]. ¶ אֵיפָה שְׂעֹרִים] Pro אֵיפַת, status absolutus pro constructo; ut alibi. Sic Deut. 16. 21. אֲשֵׁרָה כָּל־עֵץ, *lucum omnis arboris*, pro אֲשֵׁרַת; quod K. per ellipsin exponit, q.d. אֲשֵׁרָה אֲשֵׁרַת, *lucum, lucum, inquam*, &c *.

18. *Dedit ei de reliquiis cibi*, &c. אֲשֶׁר הוֹתִרָה מִשָּׂבְעָהּ] *Quod reliquum fecerat*, vel *reliquerat, de saturitate sua*, P. Mo. Pi. *quod* de prandio suo *reliquum fecerat saturata*, V. *ex quo*, vel, *ex eo quo, saturata fuerat*, Pi. JT. Reliquias ciborum, queis saturata fuerat, dedit socrui suæ: vel, Protulit Epham hordei, simúlque ei dedit cibatum qui superfuerat [a]. Dedit ei de apophoretis [b].

19. *Ubi fecisti opus?* וְאָנָה עָשִׂית] *Et ubi fecisti?* ό. Mo. sub. *opus*, M. JT. Pi. Ellipsis nominis conjugati. Sic Matt. 20. 12. ἐποίησαν *fecerunt*, scil. ἔργον *opus* [c]. *Ubi operata es?* P. Ti. Ang. V. D. *Facere* dicunt pro *operari*. Sic Prov. 10. *Pauper fit qui facit manu ignavâ* [d].

20. *Benedictus sit à Domino*, ità JT. P. D. V. בָּרוּךְ לַיהוָה] *Benedictus Domino*, Mo. Pi. D. Sic Act. 7. 20. ἀστεῖος τῷ θεῷ, *urbanus Deo*, i.e. venustus divinitús †. Ter quatérque benedictus; ut, *civitas magna Deo*. Vel, *benedictus Domini*, i.e. Dominus eum beneficiis suis cumulet. Sic Matt. c. 25. v. 34. *Venite, benedicti Patris mei* [f]. Gratus est Domino; plurimùm gratiâ & favore valet apud Dominum [g]. [Sy. & Ar. hæc referunt ad Deum; *Benedictus est Dominus, qui non transtulit*, vel *abstulit, misericordiam*, &c. quasi ל vel redundaret, vel esset nota nominativi, ut interdum fit.] ¶ *Eandem gratiam quam præbuerat vivis, servavit & mortuis*, אֲשֶׁר לֹא עָזַב חַסְדּוֹ אֶת־הַחַיִּים וְאֶת־הַמֵּתִים] *Qui non reliquit misericordiam (benignitatem*, Pi.*) suam cum viventibus, nec cum mortuis*, Mo. Pi. sim. ό. Jon. *qui non desistit à pietate sua erga vivos, & erga mortuos*, Ti. sim. JT. *Erga vivos*, i.e. erga nos. Enallage generis, masc. pro fœmin. *Et erga mortuos*, i.e. maritos nostros. Eâdem operâ benefecit Ruthæ & Nahomi, & illarum defunctis, quatenus istis benefecit in honorem illorum [h]. Mortuis videtur bene fieri, cùm eorum causâ bene fit eis quos illi charos habuêre. Claudianus de laudibus Stiliconis 2. *Non vivis annexus amor meminisse sepultos Desinit: in prolem transcurrit gratia patrum*. Michael Ephesius ad 5. Nicomachiorum, ὃ γὰρ ἡ γυνὴ ἢ οἱ παῖδες ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ φονευθέντος ἔλαβον, τρόπον τινὰ ἐκείνῳ δέδοται, (*Quod uxor, aut liberi, aut cognati, occisi accipiunt, ipsi* [scil. occiso] *quodammodo datur.*) Moriturus apud Procopium 1. Persicorum, τὰ παιδία ὠφελῶν ὠφελήσεις ἐμέ, (*Dum prosis filiis meis, mihi proderis.*) Sic Valentiniano mortuo gratiam in filio ejus reddidit Theodosius, teste Zosimo [i]. ¶ *Propinquus est noster*: in Hebræo additur מִגֹּאֲלֵנוּ הוּא] *Ex redemptoribus* (vel *vindicibus*, JT. D. sim. Sy. *cognatis*, P.) *noster ipse est*, V. Mo. ό. Jon. ἐκ τῶν ἀγχιστευόντων ἡμῶν ἐστιν. Vide Levit. 25. 25 [k]. Ex propinquis, ex his qui secundùm Legem debent suscitare semen marito tuo [l]. Vocantur *redemptores*, quòd ad illos pertineret jus redemptionis [m]. [Idque triplici nomine.] 1. Jus redimendi agri, si venalis esset. 2. Jus uxoris à propinquo sine liberis relictæ. 3. Jus sanguinis, si propinquus occisus esset, vindicandi [n]. Vide de his Levit. 25. 25, &c. Deut. 25. 5 [o]. גֹּאֵל propriè sign. *redemptorem*; & per synecdochen generis, vel meton. efficientis, *vindicem*: nam qui redimebat personam, hoc

[q] D. [r] Pi. † Di. [t] G. [v] V. D. [x] Pi. * BA. 2. 2. 17. 248. [y] Pi. [a] D. [b] G. [c] Pi. [d] D. † Pi. [f] D. [g] V. [h] Pi. [i] G. [k] G. [l] V. Jun. D. [m] He. in V. Bo. [n] Bo. ex La. [o] Jun.

ipso vindicabat eam in libertatem [p]. Ultores sanguinis vocantur גֹּאֲלִים, quia propinqui est ut suos liberet vindicétque ab omni injuria & calamitate [q]. In מִגֹּאֲלֵנוּ desideratur י, ut sit מִגֹּאֲלֵינוּ, in numero multitudinis: plures enim erant in quos jus illud competebat. Aut est heterosis numeri; ut cùm *militem* dicimus pro *militibus*, *ranam* pro *ranis*; solens figura Ebræis [r]. Putatur Booz patruus fuisse Machlonis, sed non maximus natu patruorum †.

21. *Hoc quoque præcepit mihi*, גַּם כִּי אָמַר אֵלַי וגו׳] *Etiam* (vel, *& quidem*, ό.) *quia dixit ad me*, Mo. *Et dixit mihi quoque*, Sy. sim. Ar. *Locutus est insuper ad me*, M. Ti. *Etiam* benedictus, *quia edixit mihi*, JT. Ellipsis elegans supplenda ex antecedente versu [t]. Placeret supplementum hoc, si τὸ *etiam* esset affirmantis: At Heb. גַּם significationem istam nusquam (quod sciam) habet, sed nota est majoris. Itaque aliter supplendum. Quin *etiam* (sub. *nôris*, vel *scias*,) *quòd dixit mihi*, &c. q. d. Bohaz non solùm tam humaniter me excepit, sed etiam (quod plus est) dixit, &c [v]. *Etiam certè dixit mihi*, P. ¶ *Ut—messoribus ejus jungerer*, &c.] Heb. *cum* istis *pueris qui mihi* sunt, vel, *qui ad me pertinent*, Pi. D. Hîc *pueris*; at v. 8. *hærebis cum puellis meis* [x]. ¶ *Donec omnes segetes meterentur*] *Omnem messem*, tam triticeam, quàm hordeaceam [y].

22. *Melius est*, טוֹב] *Bonum est*, i.e. honestum est, vel, placet [z]. ¶ *Exeas ad metendum*] Heb. *quòd exibis*, Pi. sub. *ad colligendum*, V. D. Nam, *ad metendum*, (quod supplet Vulgatus,) neque Ruthæ convenit, nec puellis Boozi [a]. ¶ *Nè in alieno agro quispiam resistat tibi*, וְלֹא יִפְגְּעוּ בָךְ בְּשָׂדֶה אַחֵר] *Nè occurrant tibi in agro alio*, P. sim. ό. Jon. Mo. *ut non irruant*, vel *incurrant, in te in agro alieno*, M. Pi. V. *nè quis tibi in agro obstet*, Ti. *nè occurrant tibi* viri *in agro alio*, Q. ac *non adversi sint tibi* metentes *in agro alio*, JT. *nè in alieno fundo probibearis*, Ca. *nè adversentur tibi*, &c. D.

23. *Reversa est ad socrum*, ità P. וַתֵּשֶׁב] Puto veterem interp. legisse וַתָּשָׁב [b]. Illud וַתֵּשֶׁב vertunt, *& sedit*, ό. Jon. Sy. Ar. Mo. *Sedet* pro *manet*, usitatissimum [c]. *Versabatur*, Ti. *habitavit*, V. *Sedit*, i.e. domi se continuit; non est vagata foris, quum nihil foris haberet negotii, sicut tempore messis [d].

[p] Pi. [q] M. [r] D. † G. [t] Jun. [v] Pi. [x] D. [y] D. Bo. [z] V. [a] D. [b] D. [c] D. [d] Pi.

CAP. III.

1. *Quæram tibi requiem*] Heb. *annon quærerem tibi requiem?* JT. V. D. Ebræi hujusmodi interrogationibus magìs affirmare solent †. q. d. Omnino mei officii est ut tibi prospiciam de commoda ac quieta aliqua conditione [f]. *Requiem* vocat nuptias [g]. *Mulieri nulla requies donec nupserit*, inquit AE. rectéque Plutarchus matrimonium appellat *portum juventutis* [h]. *Requiem*, i.e. vitam tutam sub mariti præsidio *. *Quæram tibi requiem* à laboribus, & ærumnis quas egestas & peregrinitas attulit; & ab orbitate liberorum, quæ animum tuum cruciat, nec quiescere sinit [i]. ¶ *Et providebo ut bene tibi sit*, אֲשֶׁר יִיטַב לָךְ] *Ut* (vel *quò*, Jon. Mo. vel *quâ*, scil. *requie*, JT.) *bene sit tibi*, ό. P. Ti. Pi. V. *Requiem* mariti *qui tibi benefaciat*, M.

2. *Propinquus noster est*, מֹדַעְתָּנוּ] *Cognatio nostra*, Mo. Ma. *cognitus est nobis*, Jon. *notus noster*, ό. *de consanguinitate* (vel *cognatione*, M.) *nostra*, P. Subaudiunt hi præpositionem [k]. *Cognatus*, vel, *propinquus*, vel, *affinis, noster*, Sy. JT. Ti. vir *cognationis nostræ*, Pi. *Cognatio nostra*, pro, *cognatus noster*; quomodo *servitium* dicimus, pro *servo*, *hospitium*, pro *hospite*, *necessitudines*, *pro necessariis*. Sic Levit. 18. 12. *nativitas patris tui*, pro, *nata patris tui*. Hoc genus locutionis, quia rarum, studiosos valde observare volo [l]. ¶ *Et hâc nocte*, &c.] Heb. *Ecce*, &c. Nota attentionis: q. d. Attende ad providentiam Dei, quâ nobis præbet occasionem rei gerendæ [m]. ¶ *Aream hordei ventilat*, זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן הַשְּׂעֹרִים] *Ventilans aream hordeorum*, Mo. P. ό. i.e. *hordeum in area*, JT. V. Pi. Hebraismus est [n]; ut, *gehenna ignis*, pro, *ignis gehennæ*. Et *ventilat*, i.e. ventilare statuit; ut, *reversa est Naomi*, i.e. reverti statuit [o];

† He. in V. [f] D. [g] V. D. [h] D. * G. [i] Me. [k] D. [l] D. [m] Pi. [n] V. D. [o] D.

& Ruth 4. 3. *vendit*, i. e. vendere parat. Sed simplicius est, *Ecce, ipse dormit hâc nocte in area, ut summo manè curet hordeum ventilari* *. ¶ *Hâc nocte*, ità ό. Sy. JT. Ti. הַלַּיְלָה] *Nocte*, Mo. *in ipsa nocte*, M. *sub noctem*, Ca. dispergens areas hordeorum *in vento noctis*, Jon. Nocte faciebant interdum ventilationem istam libenter, partim, quia æstu minùs fatigabantur ventilatores; partim, quia ventorum flatus nocte crebrior. Porrò, magni olim viri ventilationibus adesse soliti. Ità Plin. 22. 25. *Sextus Pompeius — Hispaniæ citerioris princeps, cùm horreis ventilandis præsideret, correptus dolore podagræ, mersit in triticum sese super genua, levatúsque siccatis pedibus mirabili modo, hoc postea remedio usus est* *.

* Ma. * Ser.

3. *Et ungere*] *Unges te*, JT. Mo. P. ut, scilicet, usus erat in regionibus orientalibus; Psal. 104. 15. Matt. 6. 17 q. Mos hic antiquus erat & viris & fœminis, cùm se componerent ad venustatem r. Non dubium quin oleum cuti nitorem adfert, 2 Sam. 12. 20. Ester. 2. 12. Nè autem intelligas, cum Fevardentio, odoriferum unguentum hîc adhibitum; hujus enim odor eam delitescere cupientem detexisset; sed simplex oleum, id enim meliùs & paupertati ejus & facto congruebat †. ¶ *Induere cultioribus vestimentis*] Heb. *pone vestes tuas super te*, V. sim. JT. D. Pi. sub. *elegantiores*, V. D. Pi. *ornare vestimentis tuis*, Sy. Ar. *pone ornamenta*, &c. Jon. Qu. Sed quorsum hic corporis cultus, cùm omnia in tenebris gesta fuisse videantur? Resp. 1. Post cœnam potuit Ruth conspici *. At contrà, 1. cavit hoc Naomi, nè ab eo conspiceretur: 2. & summum in textu de ea conspecta silentium est †. Resp. 2. Sibi persuasit Noemi, facillimè posse contingere ut à Boozo conspiceretur, sive accersitâ lucernâ, sive diei luce obscuriùs intermicante, sive exspectato manè lucis adventu. Quinetiam aliquo modo Boozum eam vidisse probat, quòd sex hordei mensuras ei admetiretur †. Putabat Noemi eam saltem postridie conspiciendam; & voluit, quo licebat modo, conjugii honestatem & decus venerari *. ¶ *Non te videat homo*, אַל תִּוָּדְעִי לָאִישׁ] *Nè præbeas te agnoscendam viro*, V. i. e. *cuiquam*, D. vel, potiùs, *viro illi*, i.e. Boozo t. τῷ ἀνδρί. Pronomen honorificè positum v. ¶ *Donec esum potúmque finierit*] Solent, invectâ penè messe in horrea, epulæ quædam exhiberi operariis, ad eos excitandos recreandósque: de quibus Cato ait, *Eo die quo daps fiebat* (sic vocabatur ejusmodi epulum) *feriæ bobus & bubulcis, & qui dapem facient*. Unde & ab Ovidio *Vacuna* appellantur, quòd post invectos fructus vacarent tum agricolæ à laboribus. Hanc verò feriarum & epularum occasionem putabat Noemi opportunam Ruthæ fore ad animum Boos jam exhilarati commodiùs expugnandum x.

q Pi. ex Jun. r D. † Bo. * To. † Ser. † Bo. * Ser. t D. Pi. v D. x T. ex Ser.

4. *Nota locum in quo dormiat*] Moris tum fuit, ut patresfamiliâs, etiam divites, urgentibus præsertim negotiis rusticanis, in areis etiam ipsis quietem caperent: ut usurpari poterit illud Ovid. Fast. 1. *Non pudor in stipula placidam cepisse quietem, Nec fœnum capiti supposuisse suo* y. ¶ *Discooperies pallium*, &c. וְגִלִּית מַרְגְּלֹתָיו] *Et discooperies*, vel *reteges, pedes ejus*, Mo. Pi. *Ad*, vel *juxta, pedes ejus*; i.e. inferiorem partem lecti z. *Quæ ad pedes ejus*, ό. *à parte pedum ejus*, P. *locum pedum ejus*, Ti. M. *pedales stragulas ejus*, JT. Mallem, *pedes*. Id manifestè sign. τὸ מַרְגְּלוֹת, Dan. 10. 6. nec alibi occurrit. Et, *pedes retegere* propriè dicitur, non item, *retegere stragulas pedales*; hæ enim non reteguntur, sed detrahuntur; quâ quidem detractione fit ut corpus retegatur a. Porrò, notandum areas has fuisse patentes, & accessum ad eas etiam noctu cuivis facilem, tentorio tantùm ad arcendas ab hominibus & frumento pluviæ & roris injurias fixo b. Qu. Num hoc rectè factum? Resp. [Non idem judicant interpretes. Quidam culpant c.] Consilium Noemi imprudens fuit; & si Booz, ex hoc juvenculæ facto, eam tanquam libidinosam & impudicam rejecisset, tum Ruth omni spe matrimonii excidisset d. Modus hic quærendi matrimonium non erat bonus, scilicet, in occulto; ideóque Booz dixit ipsi Ruth quòd factum celaret †. [Alii factum defendunt.] Nihil aliud voluit Ruth hoc facto, quàm Booz, ut propinquum, requirere ut, secundùm legem eam acciperet uxorem f. Illa phrasis, v. 9. *Expande pallium tuum super famulam*, matrimonium sonat g. Tunc clandestina conjugia non erant vetita; quare per consensum mutuum, sive verbis expressum, sive copulâ carnali indicatum, contrahebatur matrimonium h. Si petiit Ruth concubitum, petiit tantùm ut debitum conjugale, ac per illud petiit conjugium: ídque fecit, tum ut suæ & socrûs paupertati prospiceret; tum ut nomini & memoriæ mariti, &c. consuleret juxta legem Dei; qui actus erat obedientiæ & religionis i. Res ergò quam petebat licita erat, & ex lege debita. Hoc omni apparatu & lenocinio non aliud quàm legitimum matrimonium aut intenderunt, aut postulârunt. Fas autem est aptis verborum, gestuum, aliorúmque generum signis, ad matrimonium ineundum honestè invitare; ut Thomas 2. 2. quæst. 15. 4. a. 4. & 169. a. 2. & ibidem Cajetanus *. Porrò, finis hoc loco bonus erat. *Proles* enim quærebatur, & observatio Legis Divinæ †. Exc. At alter erat Boozo propinquior, v. 12. Resp. Fortè mulieres id vel nescierunt, vel non adverterunt, vel de ejus animo ad id conjugium inflectendo desperârunt: Boozum autem priorem rogandum duxerunt, vel ex Dei instinctu, vel quòd ejus prudentiæ & charitati totum hoc afflictarum viduarum & defuncti negotium committerent k. Voluit Noemi Rutham ex sapienti Boozi consilio totam pendere, ut non nisi ex legum præscripto res peragatur l. Porrò, Ruth hoc suâ sponte non fecit, sed jussa & instructa à socru sua. Nec aliter ipse Booz factum interpretatus est, quin magnificè etiam collaudat factum m. Consilium hoc Noemi erat re legitimum, specie inhonestum: sed fidens pietati utriusque & Bohazi senio, illud nurui proponit, ità ut offensionem proximi circumstantiis temporis & loci vitet n. Modus nonnihil insolens & periculosus videri potuerit, mulierem ornatam, clàm per tenebras, solam ad solum, cúmque cubantem, & vespertinâ cœnâ exhilaratum, irrepere, &c. Verùm, qui fortè inspirabat, Deus potuit totum hoc periculum avertere o. Explorata & spectata erat tum Boozi tum Ruthæ castitas, & virtus. Modestè se gessit Ruth: nullis verborum aut tactionum blanditiis usa, ad pedes se transversim collocat, non ad dormientis latus, ut illæ Gen. 19. Totâ nocte quieta jacet, nec dormientem sollicitat: ab eo excitato matrimonium petit, & quidem verecundo atque perhonesto loquendi modo p. Nec nuda, sed vestita, erat q. Factum tamen hoc specie parùm honestum erat, nec imitandum castis hoc tempore r. ¶ *Dicet tibi quid agere debeas*] Scil. quum experrectus senserit vestem stragulam à pedibus suis detractam esse; ac proinde circumspectans quis hoc fecerit, téque conspicans, quæsiverit quænam sis, quídve tibi velis. βραχυλογία †. *Indicabit quid facias*, id est, facere debeas, ut matrimonium quod ambis legitimum sit, h. e. legi quæ lata de hac re consentaneum. Nam certi quidam ritus observandi erant priusquam duceretur per vindicias uxor defuncti, ut sequentia docent t.

y Me. ex Ser. z V. a Pi. b Meyer. c Ità L. Osiand. Carthus. in Bo. d Os. † L. f E. g Bo. Meyer. h Bo. La. i La. * T. ex Ser. † Ser. k Bo. l T. m E. n Jun. Pi. o Bo. p Ser. q Bo. r D. † Pi. t D.

5. *Quicquid præceperis*] Scriptum in Hebræo, *quicquid dixeris*; lectum, *quicquid dixeris mihi*, addito pronomine ex notis Massoritarum v.

v D.

6. *Quæ sibi imperaverat*] צִוַּתָּה pro צִוְּתָה: esset צִוְּתָה, ob accentum; sed placuit corripere: accessit deinde Dagesch euphoniæ causâ. Similia sunt צִוַּתָּה & בְּעַתָּה x.

x D.

7. *Cúmque comedisset*, &c.] i. e. Convivatus esset hilariter, prout solebat fieri messis vindemiæque tempore y. Confer Judic. 9. 27. Psalm. 4. 8. Esa. 9. 3 z. ¶ *Et factus esset hilarior*] Heb. *& bonum fuit cor ejus*, Pi. D. i. e. hilare a: vel, *bonus fuit corde*, h. e. animo hilari & læto b. ¶ *Isséque ad dormiendum juxta acervum manipulorum*, בִּקְצֵה הָעֲרֵמָה] *In extremitate*, vel *extrema parte*, (vel *latere*, Jon. Sy.) *acervi*, P. Mo. Ti. JT. D. sub. *cujusdam*, JT. Magnus alioqui vir in stipula cubuit; quam ad rem assuefieri olim solitam ab anno 12. Lacedæmoniorum juventutem, refert in Lycurgo Plutarchus c. In prædio suo, ruri agens, præsertim in calidissima regione, non multùm sollicitus fuit de molli lecto, sed humi apud fasciculos nondum omnes

y Jun. Pi. z Pi. a Pi. b D. c Ser.

omnes excussos dormivit suavissimé [d]. Nimirum, boni patrisfamiliâs est, suis, dum laborant, adesse, aream à nocturnis furibus tutari, intérque ipsos manipulos somnum captare †.

8. *Et conturbatus est,* וַיִּלָּפֵת] Verbum hoc reperitur hîc tantùm, & Jud. 16. 29. & Job. 6. 18 [f]. [Variè reddunt.] *Et inclinavit se,* Mo. P. K. in Di. Ang. Belg. Ad videndum quid illud esset quod ad pedes jaceret [g]. *Ac verteret,* vel *converteret, sese,* de latere scil. in latus [h]. *Huc illuc se verteret,* JT. *& turbatus est,* ό. Os. *contraheretúrque* præ pavore, M. *Et emollita est instar rapæ caro ejus præ tremore,* Jon. לִפֵּת Rabbinis, לִפְּתָא Chaldæis, לפתה Arabibus, *rapa* est. Sed hæc significatio non convenit Jud. 16. & Job. 6 [i]. *Et quum contrectâsset,* Ti. scilicet, id quod ad pedes suos jacebat [k]. Activè exposuerunt, quum tamen sit passivum in Niphal [l]. *Obstupuit,* Sy. *admiratus est,* Ar. *contrahebat se,* Genevenses in Di. Membra, nempe, sua ad se colligens, timentium more [m]. *Et apprehendit circa se,* Belg. Ang. Verto, *& detentus fuit.* *Expavit,* inquit: unde? *quòd detineretur,* nempe, à muliere, quæ pondere suo stragulam constringeret & comprimeret, aut fortè ipsis pedibus ejus incumbebat [n]. *Distorsit sese,* velut membra sua alia ad alia colligens & apprehendens, timentium more [o]. ¶ *Viditque mulierem*] Potuit enim serenâ nocte sub dio aliquid videre, præsertim cùm à Luna aut sideribus aliquod funditur lumen, ut non difficile fuerit ex peplo, &c. mulierem agnoscere: alioquin nulla esset tantæ consternationis occasio, si in area ampliore, in qua verisimiliter multi obdormierant pridiani ventilatores, unus aliquis ad pedes ejus obdormivisse deprehenderetur. In Hebræo tantùm est, *ecce, mulier* [p]. ¶ *Jacentem*] Q. vertunt, *ecce, mulier dormiebat:* sed verisimile est eam, in omnem occasionem intentam, nihil somni captâsse [q].

9. *Expande pallium tuum super famulam tuam,* וּפָרַשְׂתָּ כְנָפֶךָ וגו'] *Et expandes* (vel, *ut expandas,* JT.) *alam tuam,* &c. Mo. Pi. JT. Ti. i.e. alam vestimenti tui: Meton. subjecti [r]. *Expande oram* pallii tui, P. *Cooperi* (*protege,* Ar.) *ancillam tuam alâ,* vel *extremitate, vestimenti tui,* Sy. Ar. *Alam* vocat oram pallii, vel ipsum pallium, κατ' συνεκδοχήν †. *Et vocetur nomen tuum super ancillam tuam ad accipiendum me in uxorem,* Jon. Sensus est, Contrahe matrimonium mecum, ac desponde me tibi [t]. Ità phrasis sumitur Deut. 22. 30. *Nè retegat alam patris sui,* i. e. Nè rem habeat cum uxore patris: & Deut. 27. 20. *Maledictus qui concubuerit cum uxore patris sui, cùm detexerit* (vel, *quoniam detexit*) *alam patris sui* [v]. Vide de hac phrasi ad Gen. 20. 16 [x]. Obnubito me, (quæso;) duc me in uxorem. Vide Isa. 4. 1. Euripides Peliasi ad virginem, ὅταν δ' ὑπ' ἀνδρὸς χλαῖναν εὐγενοῦς πέσῃς, (i. e. *quando sub vestimentum viri generosi recipiaris.*) Origo autem proverbii, sive formulæ loquendi, erat †, vel, 1. Quòd Judæi tunc solebant (& nunc quoque solent) in nuptiis suis, cùm sponsus fidem dat sponsæ, partem vestimenti sui imponere sponsæ [y]; ut hoc gestu significaret se eam in suam potestatem & tutelam accipere [z]. Expande vestem tuam more eorum qui despondebant uxorem [a]. Vel, 2. Metaphora est sumpta ab avibus, quæ alis suis protegunt pullos [b]: i. e. Me ducens in uxorem, protectionem meam suscipias. Vide suprà 2. 12 [c]. Sub tutelam tuam ut maritus me recipe [d]. Verùm protectio, quæ per alam significatur, per se non magìs significat protectionem maritalem, quàm aliam quamlibet †. Resp. Per synecdochen generis hîc significatur protectio quâ maritus protegit uxorem [f]. Vel, 3. Ex jure connubiali, ad ejusdem thori consortium; q.d. Extende stragulum tuum, (quo, scilicet, Booz operiebatur,) ut me tegat, & intra eundem thorum tecum me recipias. Ità est directa matrimonii petitio, cùm prior illa phraseως explicatio nescio quas ambages sectatur. Porrò, כָּנָף Heb. & πτερύγιον apud ό. non significat *alam* hominis metaphoricè sic dictam, sed oram pallii seu straguli [g]. Quidam volunt his verbis eam concubitum Boozi petiisse [h], præmisso, videlicet, matrimonii contractu, qui eodem ipso in loco iniri poterat [i]. ¶ *Propinquus es*] *Vindex,* JT. D. unus ex vindicibus [k]. Vide suprà 2. 20 [l].

[d] Os. † Bo. [f] Pi. [g] Ma. [h] V. AE. in M. [i] Di. [k] Ma. [l] Di. [m] Di. [n] Di. [o] Merc. in Pi. [p] Bo. [q] Bo. [r] Pi. † D. [t] V. D. G. AE. in M. L. Me. T. Ser. La. Bo. Jun. Pi. [v] D. [x] Jun. Ma. † Ser. [y] T. ex Ser. sim I. [z] La. [a] V. [b] Pi. M. Q. in V. [c] Jun. [d] G. † V. [f] Pi. [g] Bo. [h] Ità RR. & To. in Bo. [i] Bo. [k] D. [l] Pi.

10. *Priorem misericordiam*] Nempe, erga maritum & socrum. ¶ *Posteriore superâsti*] Quâ, scilicet, contempsisti alias nuptias, ut nomen marito defuncto in familia restitueres [m]. Majoris siquidem charitatis & misericordiæ est, alicui benefacere post mortem, quando ab eo temporalis nulla retributio exspectatur, quàm dum adhuc vivit, & gratiam referre potest [n]. ¶ *Quia non es secuta juvenes, pauperes sive divites*] Laudat Rutham, quòd, fœmina juvenis, non virum aliquem, defuncto Mahalone marito suo, quæsiverit in patria juvenem, sive divitem sive pauperem, sed, relictis omnibus, in Judæam venerit, ibidémque non cuilibet nubere voluit, sed ei à quo defuncti nomen restitueretur [o]. Videntur hîc duo commendari. 1. Quòd non ex libidine matrimonium peteret; tunc enim eo tamdiu non abstinuisset, sed jampridem, quasi moræ impatiens, in patria juveni alicui, quem primùm reperisset, sive pauperi, sive diviti, adhæsisset. 2. Quòd satis ostendat se id in gratiam mariti defuncti facere, utpote quæ, desertâ patriâ & parentibus, in peregrinam regionem venerit, ut matrimonium consectaretur, non cujuslibet, sed jam senis, & ejus qui vindex esset [p]. Rarum in juvenculis senilem gravitatem juvenilibus amœnitatibus antehabere. Id honestum facit consilium quod alioqui turpe videretur [q].

11. *Quidquid dixeris mihi*] h. e. Alam meam super te expandam [r]. ¶ *Efficiam tibi*] Scil. quantum in me erit: si, scilicet, per Legem licuerit †. ¶ *Scit enim omnis populus,* &c. כָּל־שַׁעַר עַמִּי] *Omnis,* vel *tota, porta populi mei,* V. D. Pi. Mo. *totum forum populi mei,* Ti. *universus senatus popularium meorum,* Q. in V. Nam in portis erant fora, ubi fiebant judicia [t]. *Sciunt omnes qui sedent in porta synedrii magni,* &c. Jon. in D. Alii per *portam* civitatem intelligunt [v]. *Quisque intra portas populi mei,* JT. Heb. *porta populi,* &c. Hypallage; pro, totus populus meus qui in porta nostræ urbis solet congregari [x]. *Porta* pro *urbe,* ut Gen. 22. 17. Deut. 17. 2. & 28. 57. Abd. 11 [y]. *Universa tribus,* ό. *cognatio,* Sy. sim. Ar. ¶ *Mulierem te esse virtutis,* כִּי אֵשֶׁת חַיִל אָתְּ] *Quia mulier virtutis tu,* Mo. vel, *fortitudinis,* Sy. *quòd sis mulier proba,* P. vel, *virtute prædita,* Ti. V. *strenua,* vel, *strenuitatis,* ut Prov. ult. 10 [z]. Notandum, apud veteres interpretes *virtutem* non *vitio* opponi, sed *virium infirmitati* [a]. *Mulier virtutis* dicitur, quæ industria est & diligens. Nam חַיִל est quidem virtus, sed non propriè illa quæ simpliciter viros bonos efficit; sed robur, fortitudo, diligentia, opes & potentia [b]. Verum quidem est τὸ חַיִל omnia ista significare; at significat etiam bonum animi habitum: nec alia est vox Hebraica quæ id significat [c]. *Mulier justa,* Jon. *optima,* Ar. Animadverterat Boaz Ruth fuisse consternatam, ac veritam nè hoc inceptum sinistrè acciperetur; itaque Boaz eam blandè consolatur, inquiens, *Noli timere,* &c. i. e. Esto bono animo; nè putes me quicquam mali de te suspicari, aut te propter paupertatem contemni: quod dixeris faciam, i. e. ducam te in uxorem, si licuerit [d].

12. *Nec abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior,* וְעַתָּה כִּי אָמְנָם כִּי אִם גֹאֵל אָנֹכִי וְגַם יֵשׁ גֹּאֵל קָרוֹב מִמֶּנִּי] Ad verb. *Et nunc, quia verè quinimo redemptor ego, & etiam est redemptor propinquus præ me,* Mo. sim. ό. Sy. Ar. *Nunc igitur* fateor *verum esse quòd cognatus sum; est tamen* alius *cognatus propinquior me,* P. simil. Ang. Belg. Vertere potes, ut nihil subaudias, & כִּי priore loco positum redundet; *Jam igitur verum est quòd ego sum vindex; est tamen & alius vindex propinquior,* V. Ti. Genev. Sed neque hoc probat Vatablus: quum enim neglecto כִּי vertissent, *Nunc itaque verum est,* &c. annotavit, sub. *agnosco quòd verùm est quòd redemptor seu propinquus sum* *. Al. sic, *Nunc inquam, quia verum* est, *etsi vindex ego* sum, *tamen præterea esse vindicem propinquiorem me,* JT. Duriùs illud אָמְנָם construitur cum fine versûs, intervenientibus, *etsi vindex ego sum.* Et porrò observandum, in omnibus istis versionibus אָמְנָם sumi pro *vero,* sive *veritate,* quasi nomen sit; quum ubique adverbium sit, *verè* [g]. *Sed & hoc nunc utique constat, licèt ego propinquus sim, est tamen* alius *me propinquior,* M. *Nunc igitur, quamvis verè vindex ego* sum, *tamen etiam*

est

[m] D. sim. L. E. Mo. T. La. Bo. [n] E. [o] Me. ex Ser. T. [p] Bo. [q] G. [r] D. † Pi. [t] V. [v] Ità Jun. Pi. D. Bo. P. [x] Pi. [y] D. [z] Pi. ex Jun. V. D. [a] D. [b] Ser. [c] Bo. [d] Os. * D. [g] Di.

est vindex alius, propinquior me. כִּי, quamvis, per epanalepsin πλεονασικῶς ponitur: & vocula אִם, id est, si, pro etiamsi inseritur; quæ videtur glossema voculæ כִּי [h]. In Ebræo, quia vindex; scriptum, quia si, non tamen lectum: & observa geminationem particulæ, quia verè, quia vindex; nos diximus, quia verè licèt vindex, sententiâ ità postulante [i]. Aberit, ni fallor, omnis difficultas, si utrumque כִּי exponamus per quamvis, etiamsi, quod & alibi fieri ex Lexicis videre est, hoc modo; Et nunc etsi verè, (vel, utiq; verè,) etsi vindex sim, tamen est vindex propinquior me. Vel, prius כִּי sit tantùm confirmativum, utique, certè, quod frequens est; alterum כִּי אִם sit etiamsi: neq; enim, quod קְרִי indicat, אִם hîc superfluum puto, sed unà cum כִּי facere etiamsi, sicut 1 Sam. 14. 39 [k]. Est alius me propinquior: Non gradu, sed nascendi ordine, prior [l]. Potuit inter eos qui in æquali gradu essent, imò debuit, certus esse ordo quoad hoc jus & obligationem. Vide quæ nos ad Deut. 25. 5 [m]. Iste erat frater Elimelechi, Booz tantùm erat filius fratris ipsius [n].

[h] Pi. [i] D. [k] Di. [l] G. [m] Bo. [n] He. in D.

13. Si te voluerit—bene res acta est, אִם יִגְאָלֵךְ טוֹב יִגְאָל] Si redemerit te, bonum; (vel, bene, JT. M. Ti. Ang. bene est, P.) redimat, ο'. vel, vendicet, JT. præstet, Ti. Ang. Hoc autem redimere dicitur, quia redimebant unà relictam à fratre hæreditatem. Q. He. sic; Si redemerit te Tob, redimat sanè; ut Tob sit nomen proprium vindicis illius. At certè, si hoc fuit nomen ejus, cur eum sic alloquitur Boozus, Accede huc, N? Indè apparet compositorem hujus historiæ aut hominis nomen omnino ignorâsse, aut ob certam causam edere noluisse [o]. ¶ Ego te—suscipiam, &c.] Mirare hîc insignem charitatem, æquè ac castitatem, Booz, utpote qui Ruth accubantem nec tangere voluerit, sed matrimonium præmiserit. Porrò, castitatem Booz multùm adjuvit durities lecti & frigus; quòd scil. non in lecto plumeo, sed in aere & sub dio, cubaret. Hinc Pharisæi cubantes laminam plumbi renibus (in quibus origo est seminis) admovebant, ad eos refrigerandos, itáque evitandas nocturnas in somnis pollutiones [p].

[o] D. [p] La.

14. Cave nè quis noverit] Ut utriusque honori & famæ consuleret, atque adeò & scandalo occurreret [q].

[q] Bo.

15. Expande pallium, הָבִי הַמִּטְפַּחַת אֲשֶׁר עָלַיִךְ] Da linteum quod super te, Mo. P. pallium, ο'. Ti. sudarium, Jon. vestimentum, Sy. Ar. ventrale, JT. Linteum quo venter tegitur [r]. Intelligo hîc succinctorium muliebre, quòd & semicinctium dicitur, id est, σιμικίνθιον, Act. 19. 12 *. Τὸ מִטְפַּחַת reperitur Esa. 3. 22. Videtur ergò Ventrale apud Hebræos nomen accepisse ab expandendo, quia expanditur super ventrem. טֶפַח est palmus, id est, manus expansa [t]. ¶ Mensus est sex modios hordei, & posuit super eam] Qu. Quomodo poterat Ruth humeris suis tot modios portare? conficiunt enim 160 libras [v]. Est id hominis robusti justum onus: nec hos caperet unius fœminæ succinctorium muliebre [x]. Resp. Hordeum levius est quàm triticum [y]. Erat autem ipsa mulier virtutis, v. 11. i. e. robusta [z]. Vidi mulieres pondera tantæ molis gestantes, ut obstupescerem [a]. [Sed Hebræa aliter se habent.] ¶ שֵׁשׁ שְׂעֹרִים] Ad verb. sex hordeorum, Mo. ο'. [Variè supplent.] Sex mensuras (epha, Ti. modiolos, M. sata, Jon.) hordei, vel hordeorum, Sy. Ar. P. Ca. Ang. Belg. V. Sex gomor, &c. Bo. Hæc familiaris mensura, & decima pars Ephi, erat; cujusmodi & facilè ipsa ferre, & muliebri succinctorio continere, potuerit [b]. Sex hordea, id est, mensuras hordeorum; nam in regiminis statu non rarò occurrit ellipsis substantivi prioris [d]. ¶ Ingressa est civitatem, וַיָּבֹא הָעִיר] Et ingressus est, &c. M. Ti. Belg. JT. nempe, Booz; in urbem, Jon. ad conficiendum quod Ruthæ promiserat, ut sequens caput ostendit. [Q. connectunt cum præcedentibus.] Imponens ei ingressus est, &c. M. Ti. Qui mensus est, qui super eam posuit, idem videtur ingressus, cùm non sit in Hebræo mutatio suppositi: Nihilominus ad Ruth referendum, quia ad hanc referendum quod sequitur, & venit ad socrum [f]. Ingressa est in urbem, P. Ang. sim. Ca. Masc. ponitur pro fœmin. ut sæpe fit [g].

[r] Pi. * D. sim. Bo. [t] Pi. [v] Me. ità ferè Bo. [x] Bo. [y] Bo. ex Ser. [z] La. [a] Me. [b] Bo. [d] Glas. gram. p. 158. [f] Bo. [g] Bo.

16. Quid egisti, filia? מִי אַתְּ בִּתִּי] Quæ tu, vel, Quænam es, filia mea? Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. JT. vel, Quis tu es? Quis, pro Quæ. Sic Plautus, Quis tu es mulier? Vel, interrogavit antequam ostium aperiret [h]; vel, præ tenebris non agnoscebat eam [i]. Sed compellatio ista, filia mea, satìs indicat socrum illam agnovisse [k]. Verùm filiam vocat, i. e. puellam. Sic alloquitur vetula juvenculam. Talem esse agnoscebat ex habitu & onere [l]. Mallem, Quid tu, filia? ο'. in codice Basil. ut מִי sit positum pro מָה [m]. Quid tibi, filia mea? Ti. Quo loco sunt res tuæ quoad matrimonium [n]?

[h] AE in M. [i] Pi. simil. D. [k] Bo. [l] Pi. [m] Bo. [n] Os.

17. Et ait: in Heb. sic scribitur, כִּי אָמַר] Desideratur pronomen אֵלַי in textu Ebræo, sed addendum ex notis Massoriticis [o]. ¶ Vacuam, רֵיקָם] Vacuè; ut חִנָּם gratìs, יוֹמָם interdiu. Alii, vacua, i. e. רֵיקָה [p].

[o] D. [p] D.

18. Videamus quem res exitum habeat, אֵיךְ יִפֹּל דָּבָר] Quomodo (quò, D.) cadat (vel accidat, Belg.) verbum, Mo. vel, res, P. Ang. vel, hæc res, M. Ti. Quomodo non cadat verbum, ο'. quasi cadere verbum hîc sit cassum, inutile, reddi, seu eventu suo frustrari: at rectiùs ea negatio abest à codice Basileensi [r]. Quid tibi futurum sit, Ar. Quemadmodum decretum est ex cœlo, & quemadmodum mirificabitur verbum, Jon. Res, sive negotium, cadere dicitur, quòd omnia decreta è cœlo manent ac prodeant *.

[r] Bo. * He. in V.

CAP. IV.

1. Ascendit—Booz ad portam, עָלָה הַשַּׁעַר] Ascendit ad portam, V. JT. Pi. In Ebræo est ellipsis præpositionis. Sic apud Varronem, Cùm portam sessum venissemus, pro, in portam [t]. Ad portam, i. e. ad locum judicii [v]. In Judaicarum urbium portis celebrioribus exerceri solebant judicia, magníque & publici contractus; Deut. 21. & 25. Jos. 20. 4. 2 Sam. 15. Psal. 126 [x]. Ibi exspectavit dum propinquus rediret peregrè [y]. Chald. habet, ad portam domûs, sive loci, judicii; i. e. fori judiciarii ipsius Senatûs [z]. ¶ Et sedit ibi] Non tanquam Judex [a]; nam in causa propria ut Judex sedere non poterat [b]: sed propinquum, qui necdum advenerat, licèt, ut videtur, evocatus, præstolaturus; vel, scivit eum ad messores, vel operas, portâ egressum [d]. ¶ Cùmque vidisset, &c. הַגֹּאֵל עֹבֵר אֲשֶׁר דִּבֶּר בֹּעַז] Cognatus ille transibat quem allocutus est Boaz, Mo. de quo dixerat, sive locutus fuerat, M. P. Ti. JT. Sy. Ar. nempe, cum Rutha, suprà 3. 13 *. ¶ Declina, סוּרָה] Accede, V. Ti. D. M. ut Prov. 9. 4. Interdum significat abscedere, ut Thren. 4. 15 [f]. ¶ Vocans eum nomine suo, פְּלֹנִי אַלְמֹנִי] O quidam singularis, Mo. tu talis, P. V. Ang. Belg. tu talis & talis, M. quisquis tandem sis, Ti. heus tu, N. JT. Rectè vertas, ὦ δεῖνα, Jun. Pi. D. abscondite, ο'. Sic loquuntur Hebræi, quum certum hominem significare volunt, neque tamen nominare [g]. Nec de hominibus tantùm hoc dicitur, sed etiam de locis, 1 Sam. 21. 2. 2 Reg. 6. 8 [h]. Utramque vocem in unam contrahit Daniel, cap. 8. v. 13: פַּלְמוֹנִי palmoni. Porrò, an significativæ sint hæ voces ambigitur [i]. Q. negant: Hæ voces tantùm vice proprii nominis quod tacetur tanquam notum, aut quod nominari nolumus, poni solent [k]. Alii affirmant. פְּלֹנִי peloni, videtur ortum à פָּלָא occultavit, אַלְמֹנִי verò ab אִלֵּם mutus, quasi dicatur nos mutos esse in nominando eo cujus nomen nobis occultum sit [l]; vel, quasi significetur nomen illud abscondi & sileri [m]: vel, אַלְמֹנִי est à עָלַם abscondere, ע & א inter se permutatis *. Hujus autem nomen hîc omittitur ab hagiographo scriptore, vel, 1. ex nominis ignoratione; id enim asserere nihil habet incommodi [n]: vel, 2. quòd nihil interesset scire [o]: vel, 3. quòd sic mulctare voluit virum ingratum ac superbum; & qui sui nominis adeò studiosus esset, ut de propinqui defuncti nomine nihil omnino laborârit, ipsámque illius viduam Ruth contempserit, indignus ipse censetur qui proprio nomine posteris innotesceret [p].

[t] D. [v] Pi. [x] Ser. [y] Jun. [z] V. [a] L. [b] D. Bo. [d] Bo. * Jun. [f] Pi. [g] Jun. Pi. [h] Ser. Bo. [i] Bo. [k] V. [l] Pi. [m] Bo. sim. Ser. * BP. 4. r. 231. [n] Bo. [o] Bo. sim. Ser. [p] T. ex Ser. sim. To. La.

2. Tollens decem viros] Testimonii causâ, & simul quia Lex jubebat [r]. Decem, &c. quod est עֵדָה, adhiberi

[r] D.

hiberi solita ad actus legitimos, ut Matrimonii, Divortii, Mancipationis, Cessionis in jure *. Decem, qui agendorum testes essent, vel arbitri, ut colligitur ex vers. 9. & 11 [t]. ¶ De senioribus civitatis] Nam civitates suos quæque Senatores habebant, ab illis qui universi populi erant diversos [v]. ¶ Sedete hîc] Locum designat in curia qui Senatoribus proprius erat [x].

3. *Partem agri fratris nostri Elimelech*] *Fratris*, i. e. propinqui vel cognati, Jun. Pi. D. L. Fratris tui reverà, mei autem patrui [y]. ¶ *Vendet*, מָכְרָה] *Vendidit*, Mo. Sy. Ar. Pi. Belg. Sic Levit. 25. 25. Pi. Venditio hæc à Noemi jam antè facta est [z]. Sed hoc perspicuè refellitur ex sequentibus, ubi Booz propinquo illi jus emendi asserit; ideóque illa venditio alteri facta inutilis & cassa fuisset [a]. Alii sic; *vendidit* hîc ponitur pro, *vendere instituit*, vel *decrevit* [b]; vel, *venum proposuit* [c]. *Vendit*, Jon. Ang. Ca. *vendere cogitur*, Ti. M. *Vendet*, Os. præt. Heb. pro fut. *Venditura est* [d]. *Noemi alienavit*, i.e. in filium Machlonem transtulit, quo mortuo ad Rutham uxorem devoluta est. Ambiguè loquitur, ut hominis mentem penitùs cognosceret antequam Ruthæ injiceretur mentio *. ¶ *Vendet Noemi*] Tam pro se quàm pro nuru sua Ruth alenda [f]. Sed quæri potest num vendere poterat: videtur enim totum hujus possessionis jus jam tum fuisse propinqui illius, ex lege quâ possessiones semper in tribubus & familiis permanerent. Resp. Possessionum talium proprietas quidem erat proximi propinqui, earum autem ususfructus erat viduæ, uxoris defuncti, dum viveret, nisi denuo extra familiam nuberet: & hoc jus ususfructûs Noemi & Ruth vendere poterant [g]. Sed cur sola Noemi hîc nominatur? Respond. 1. Ne proximo illi suboleret matrimonii necessitas. 2. Quia Ruth Noemi consiliis regebatur [h]. ¶ *Quæ reversa est de regione Moabitide*] Qu. Quid agro factum dum in Moab esset? Resp. 1. Elocatus fuisse videtur [i]: vel, 2. incultus relictus est; quod non mirum in summa illa sterilitate [k].

4. *Quod audire te volui*, אֶגְלֶה אָזְנְךָ] *Revelabo aurem tuam*, P. Mo. V. D. Pi. M. vel, *retegam aurem*, Pi. Sic 1 Sam. 9. 15. & c. 20. 13. *Revelare aurem* alicujus est, aliquid ei indicare, & de eo admonere [l]. Metonymia est effecti destinati: nam quum aures velatæ sunt, impediuntur nè clarè audiant: ut ergò aliquis, cui aures sunt tectæ, clarè audiat, aures ejus reteguntur [m]. *Ego statui revelare te audiente*, JT. *Revelabo auri tuæ*, Jun. vel, coram *aure tua*, Belg. Similes phrases sunt, *aurem vellere*, Virgil. in Sileno——*Cynthius aurem Vellit, & admonuit*; &, *aurem erigere*, seu expergefacere, & *aperire*, Isa. 50. 4, 5 [n]; &, *aurem perforare*, Psal. 40. 6 [o]. *Cogitavi hæc tibi significare*, Ti. Ang. *Dixi* apud me, *Tibi revelabo*, Tig. not. *Ego indico tibi, nec celabo*, Ar. sim. Sy. ¶ *Coram cunctis sedentibus, & majoribus*, &c.] Vel, *senioribus*. Estne hîc *&* positum ἐξηγητικῶς; an potiùs *assidentes* vocat omnes alios præter Seniores? Ego arbitror generale esse de omnibus qui ibi sedebant, & ipsos quoque Seniores comprehendere, quorum deinde particulatim meminit; quomodo dicitur, *universa Judæa, & Jerosolyma* [p]. *Sedentes* vocat eos qui cum eo sedebant, aut Judices [q]. Alii vertunt, *habitatoribus*. ¶ *De populo meo*] Heb. *senioribus populi mei*; i. e. Bethlehemitarum, vel urbis meæ. Non dicit, *seniores populi* simpliciter, quomodo aliud significaret [r]. ¶ *Si vis possidere*, &c. אִם תִּגְאַל גְּאָל וְאִם לֹא יִגְאַל הַגִּידָה לִּי] *Si redemeris, redime; & si non redemeris, indica mihi*, Mo. [יִגְאַל quidam vertunt per secundam personam;] *si non vis redimere*, P. Ang. sim. Ti. Ca. ό. Jon Sy. Ar. [Alii per tertiam personam;] *si non redimet*, Pi. Ma. *vendicaverit*, D. sim. Jun. in Pi. *Redimat*, sub. *is qui jus habet redimendi*. Subita personæ mutatio [t]. Scribitur tertia persona loco secundæ [v], ut sententia postulat, sive enallage sit, sive apostrophe [x]. Apostrophe ad Seniores primùm, deinde ad vindicem †. Quid vetat suspicari, mendosè scriptum esse יִגְאַל, pro תִּגְאַל [y]? Al. *si non redimetur*, Belg. [Juxta hanc versionem, vel, pro יִגְאַל, legendum aliis punctis יִגָּאֵל; vel, applicanda hîc illa regula, *Activa verba quandoque passivorum significationem assumunt*, peculiari linguæ Ebrææ idiotismo; ut קָרָא *vocavit*, scil. quisque, Gen. 16. 14. i. e. *vocatum est*, &c. De quo vide Glas. Philol. sac. lib. 3. tract. 3. de Verbo, can. 23.] *Si nemo redimere voluerit*, M. ¶ *Nullus est propinquus excepto te*, אֵין זוּלָתְךָ לִגְאוֹל] *Non est præter te ad redimendum*, P. Mo. Pi. scil. jus habens [z]; nempe, qui te sit propinquior [a].

5. *Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque ——— debes accipere*, בְּיוֹם קְנוֹתְךָ הַשָּׂדֶה מִיַּד נָעֳמִי וּמֵאֵת רוּת—קָנִיתִי] *Quo die acquisieris agrum de manu Naomi, & à Ruth* (vel, *tum etiam à Ruth*, Ang. Belg.) *Moabitide, uxore mortui, acquires*, P. Mo. ό. Jon. V. sim. M. Ar. Et non displicet. Ex eo enim quòd ab uxore defuncti emeret agrum, eum quoque ipsam ducere subintelligebatur, ut defuncti nomen conservaretur; neque enim aliter in vendendo illo agro acquievisset, nisi & ipsa in uxorem caperetur [c]. *De Ruth—quoque possidebis*: illa autem renuet, nisi *suscites nomen defuncti*, M. Sed hoc quia plerique apertè hîc significandum, non tacitè innuendum, fuisse censent, à verbis nonnihil recesserunt, ut sensum eum innuerent; &, ad eum sensum inveniendum, מֵאֵת acceperunt pro simplici אֵת, & sic locum vertunt, *Eodem die quo agellum possederis de manu Naomi, possidebis & Ruth*, &c [d]. Ità vertunt Ti. D. sim. Ca. Sy. Sic infrà locutus est v. 10. D. At potest, ni fallor, absque ulla textûs coactione idem sensus inveniri, hoc modo; *Quo die acquisieris agrum è manu Naomi, & à Rutha Moabitide uxorem defuncti acquisieris*, &c. Id est, eo ipso, quòd non tantùm à Naomi, sed ab uxore defuncti, hunc agrum tibi comparabis, scito te & eam ipsam tuam facere, &c. Et hæc quidem secundùm קְרִי, quod legi vult קָנִיתָ: at כְּתִיב est קָנִיתִי, quod sic verto; *Quo die acquiris agrum è manu Naomi, etiam à Rutha Moabitide, uxore defuncti, acquirerem, ad suscitandum nomen defuncti*, &c. vel, *& à Rutha Moabitide uxorem defuncti acquirerem, ad*, &c. Id est, Quin acquiris defuncti agrum, si essem qui es, aut si ex me quæras quid in ea re egomet facturus essem, uxorem quoque defuncti ducerem *. Al. sic; *Quo die acquires agrum è manu Noomi, &* etiam *à Rutha Moabitide acquires, ad suscitandum*, &c. Post נָעֳמִי est pausa, seu distinctio major Athnach: unde sequentia verba non videntur conjungenda cum eo, *& à Rutha Moabitide acquires*, quasi ad agrum referrentur; sed ad seq. *& à Rutha acquires* (*jus*, scilicet,) *ut suscites nomen*, &c. hoc est, Duces eam, statim ac acquisiveris agrum. Simil. Hebr. & ferè Chald. In Hebræo textu non est, *acquires eum*, scilicet, agrum, sed simpliciter, *acquires*, nempe, non *agrum*, sed *Rutham*, &c. quod verba sequentia arguunt, *ad suscitandum nomen demortui*: Ad hoc enim requirebatur non agri emptio, sed uxoris [f]. Al. sic; *Quo die comparabis agrum illum* alienatum *à manu Nahomi, omnino à Rutha* (malim, *tum* alienatum *à Rutha*, Pi.) *Moabitide, uxore demortui, comparaveris*, JT. vel, *emeris*, Pi. Sensus est, Cùm emes agrum defuncti, unà tibi habenda est uxor illius, secundùm legem, de qua mentio Matt. 22. 24 [i]. Nimirum, lege quæ est Deut. 25. 5. & sequentibus, auctore consuetudine à fratribus productâ ad propinquos alios, ut ad eum locum diximus. Hebræi tamen hîc de agro tantùm agi aiunt qui à marito Ruthæ donatus fuerit. At quæ igitur connexio, Si agrum habere vis, debes & viduam habere? Et excalceatio nonne hîc planè ut in Deuteronomio? Tum verò Josephus, legum patriarum non ignarus, ità ut nos diximus, explicat hunc locum [k]. Nonnulli ità distinguunt; *Quo die acquires agrum illum de manu Nahomi, & à Ruth Moabitide, uxorem defuncti acquires* [l]. Porrò, *suscitare nomen* est, restituere nomen fratri suo in familia, quod unà cum prole ipsius mascula exstinctum erat: nam soli filii numerabantur in familia; unde *fœminæ* נָשִׁים dictæ, ab *obliviscendo*, quòd in iis nomen familiæ obliteratur; transeunt enim illæ in familiam viri [m].

6. *Cedo juri*, &c.] Heb. *Non possum vindicare*, sive *redimere, mihi*, Sy. JT. P. Mo. i. e. Non placet mihi: Nam jure poterat [n]. ¶ *Neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo*, פֶּן אַשְׁחִית אֶת־נַחֲלָתִי] *Nè fortè corrumpam*,

* G. — t Me. — v D. — x D. — y D. — z To. — a Bo. — b D. Bo. — d Bo. — * Ma. ex T. — g Bo. sim. L. La. — h Me. Bo. — i La. To. Bo. — k Bo. — l V. — m Pi. — n Ser. — o D. — p D. — q V. — r D. — t V. — v M. D. — x D. — † Jun. — y Pi.

z Pi. V. — a D. — c Di. — d Di. — * Di. ex AE. — f Buxtorf. in vindic. verit. Hebr. part. 2. cap. 11. p. 761. — i D. — k G. — l Ma. — m D. — n Pi.

rumpam, [sive *perdam*, *hæreditatem*, vel *possessionem*, *meam*, Mo. JT. Pi. V. D. G. Qu. Quomodo hoc fecisset? Resp. 1. Transferendo possessionem suam in filium, quem fortasse unicum procrearet, quique in nomen mariti defuncti succederet: quo fieret ut, se mortuo, nomen suum interiret [o]. Eadem ratio fuit Onanis, Gen. 38. 9 [p]. 2. Alii volunt huic homini fuisse uxorem & liberos: Ità Josephus, qui sic, puto, intellexit; Nolo mihi aliam uxorem superaccersere, & alios in domum liberos adducere, nè pacem turbem familiæ meæ, & alienis rebus intentus meas negligam [q]. Mihi & uxor & filii multi sunt, qui possessiones meas & nomen satis tuebuntur: ad hoc, si ex juvencula Ruth plures accederent filii, (nam præter primogenitum, propinquo substituendum, reliqui omnes pari cum prioribus jure censebuntur mei filii & hæredes,) jam meæ possessiones nimiùm dissecarentur & dispergerentur, forsan & litibus involverentur [r]. Quòd uxorem habuerit, testis est Chald. hoc loco. Porrò, in mentem habuisse videtur illud, Levit. 18. 18 *.

7. *Hic autem erat mos antiquitus in Israel*; ità P. sim. M. Ti. JT. [וְזֹאת לְפָנִים בְּיִשְׂרָאֵל] Ad verb. *Et hoc antè in Israel*, Mo. V. ¶ *Ut si quando—cedebat*, &c. [עַל הַגְּאֻלָּה וְעַל הַתְּמוּרָה] *In commutatione propinquitatis*, M. *in redemptione (vindiciis*, JT.) *& commutatione*, sive *permutatione*, P. Mo. Ti. JT. Pi. D. id est, in omni publico alienationis genere; Synecdoche: nam permutatio antiquissimum est alienationis genus, teste Arist. ad Nicom. 5. 5 [t]. ¶ *Ut esset firma concessio*, [לְקַיֵּם כָּל דָּבָר] *Ad confirmandum quodvis negotium*, P. Mo. vel, *rem*, JT. Heb. *verbum*: Metonymia adjuncti [v]. ¶ *Solvebat homo calceamentum suum, & dabat proximo*] [Sim. omnes.] Qu. Quis hoc fecit? num qui cedebat juri suo? an verò is qui jus alterius redimebat? De hac re magna est dissensio inter Magistros [x]. Resp. 1. Is cui fiebat cessio, [vel, qui jus redimebat [y].] Booz exuit calceum suum, & dedit propinquo, tanquam pro hæreditate ipsius. Ut sit commutatio, necesse est ut qui aliquid accipit, idem aliquid det. Dabatur autem calceus dicis causâ, sive pro forma, ut ità loquar [z]. Resp. 2. Solvebat calceum is qui juri suo cedebat [b]: Nam v. 8. dicitur, *& exuit calceum suum*; statimque versu nono, *Et dixit Booz senioribus*, quasi alius omnino sit qui calceum exuerat. Alioqui frustrà nomen *Booz* jam poneretur [c]. At nihil absurdi est, si dicamus in eis verbis pleonasmum esse nominis *Booz*, qualis suprà 2. 20. ubi otiosè lectum, *Et dixit Noomi*, cùm idem in eodem versu paulò antè præcedat. Videtur tamen non absurdè referri ad vindicem. Sed fuit tempus cùm existimarem hæc referenda potiùs ad Boozum. Ità Drusius in hunc locum. [Adeò parùm sibi constat.] Porrò, excalceatio erat duplex: 1. Religiosa, Exod. 3. Jos. 5. 2. Politica. Eáque iterum duplex: 1. in pœnam, Deut. 25. v. 9, 10. 2. in contractûs solennitatem ac firmamentum; ut apud nos *clavium traditio*, *pedum positio*, & similia [d]. Et posterioris hujus (non autem prioris) generis erat propinqui Booz excalceatio, ad confirmanda hæc sua pacta conventa *. Nam, 1. non Legis præscripto fiebat, ut illa Deut. 25. sed ex consuetudine. 2. Ibi mulier calceum detrahit, hîc homo sibi ipsi: sed neque Rutham adfuisse indicatur. 3. Hæc excalceatio locum habuit non tantùm in hoc casu, sed in omni contractu, &c. ut sequitur in Hebræo. Nota verò, sicut apud Jurisconsultos *possessio* dicitur quasi pedum positio, quòd multarum rerum possessio adeatur pedum positione & calcatione; ità videtur hæc calcei porrectio symbolica fuisse, quâ alteri dominium cedebatur, & jus adeundæ possessionis dabatur [f]. Calcei traditione juris cessionem & rei alienationem significabat. q. d. En trado tibi calceum quo hactenus calcavi (aut certè jus habeo calcandi) agrum illum quem nunc tibi cedo, ut in eum calces [g]. Huc facit quòd ubique per calcationem & calceamenti porrectionem significetur subjectio, Deut. 33. ult. Psal. 90. *conculcabis leonem*, & Psalm. 107. 10 [h]. Magis tamen placet ut de personarum commutatione hoc loco accipias: quæ commutatio vulgò substitutio, vel subrogatio, dicitur [i]. ¶ *Hoc erat testimonium cessionis*, [וְזֹאת הַתְּעוּדָה] *Et hoc testimonium (firmum testimonium*, M.) *in Israel*, Mo. V. Subaudi, *cessionis*, Ti. *Hoc erat ejus rei testimonium*, JT. q. d. Hæc erat contestata formula, seu rata ceremonia, contractûs [k].

Margin: o Pi. sim. Jun. — p Jun. — q G. — r T. ex Ser. sim. La. — * D. — t Jun. Pi. sim. D. — v Pi. — x D. — y Q. in Me. — z D. quæst. Ebr. 1 46. — b Me. Ser. sim. Pi. — c Ser. — d Ser. T. — * T. — f Bo. — g Pi. — h Bo. — i Jun. Ma. — k Ma.

8. *Quod statim solvit*] Heb. *extraxit calceum suum*, JT. Ma. Quis extraxit? Resp. 1. Booz †. 2. Ruth. Passus est secundùm legem ab ea cujus connubium recusabat extrahi; ut, cui ea nuberet, illum in cessionis signum traderet. Vide Deut. 25. 9 *. Verùm nulla hîc Ruthæ mentio habetur; imò eam tum domi fuisse colligitur ex cap. 3. v. ult. Simpliciter ergò, ut litera sonat, intelligendus videtur hic locus †. *Extraxit vindex*, seu *redemptor*, *ille calceum suum*, Ma.

9. *Quòd possederim omnia quæ Elimelech, & Chelion & Mahalon*] Omnes eorum facultates [l]. Mortuo Elimelecho Chelion & Mahalon tuêre hæredes: uno ex his mortuo, alter factus erat totius in solidum hæres; & verisimile est superstitem (ex lege vindiciarum) utramq; uxorem habuisse, Ruth & Orpham: utroque autem sine liberis defuncto, hæreditas erat proximi propinqui, non quidem absolutè, sed donec nasceretur ex vidua filius, qui fiebat hæreditatis à defuncto relictæ dominus & proprietarius [m]. Vel, Chelione mortuo absque liberis, & Orphâ ad suos reversâ, nec curante suscitare semen Chelioni, omnia ad Mahalonem devolvebantur [n].

10. *In conjugium sumpserim*] Heb. *in uxorem*: τὸ *in* παρέλκει ex Ebraismo [o]. Qu. Quomodo licuit Boozo Moabitidem ducere, cùm dicatur, Deut. 23. 3.—*Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini?* Hanc ob causam dicit Beza Boozum peccâsse [p]. Resp. Lex illa non de fœminis, sed de solis viris, ità statuit [q]. Ob virorum enim, non fœminarum, culpam inflicta est illa pœna, ut ex Num. 22. colligitur [r]. Lex tantùm ad viros pertinet, qui munerum & officiorum in populo Israelitico capaces futuri essent, eadémque privilegia ad posteros transmitterent *. At qui nati erant ex matre Moabitide, sed patre Judæo, non erant, nec censebantur, Moabitæ, sed Judæi: nam filii referri solent ad genus & stirpem patrum, non matrum [t]. ¶ *Ut suscitem nomen defuncti*] Qu. Quomodo hoc præstitum fuerit à Booz, cùm *Obed*, ex hoc conjugio natus, non fuerit vocatus filius *Mahalon*, vel *Elimelech*, sed *Booz*, tum hîc, tum Matt. 1? Resp. *Booz* satisfecit legi quantum in ipso erat; non prohibuit filium ex Ruth susceptum vocari filium *Mahalon* [v]. Imò curavit Booz ut initio vocaretur filius *Mahalonis*, ut indicat v. 14. Invaluit tamen postea Boozi nomen, sive quòd is potentiâ, opibus, virtute, *Mahalonem* longè præcelleret; sive quòd Dei providentia id effecerit, ut insignem in hoc facto ejus pietatem remuneraretur, idémque hâc ratione in Christi progenitoribus censeretur; præsertim cùm satius esset in Christi genealogia naturales progenitores censeri, quàm legales [x]. ¶ *Nè vocabulum ejus de familia sua ac fratribus & populo deleatur*, [וְלֹא יִכָּרֵת שֵׁם הַמֵּת מֵעִם אֶחָיו וּמִשַּׁעַר מְקוֹמוֹ] *Ut non exscindatur nomen demortui à fratribus suis & à porta loci sui*, Mo. M. P. Ti. D. Pi. JT. Pro *defuncti*, vel *demortui*, in Chaldaicis libris est, שכיבא *dormientis*, i.e. mortui: Sic mors sæpe *somnus* dicitur [z]. *A fratribus*, i. e. de gente, aut cognatione, sua: *A porta loci*, i. e. à civibus; Metonymia [a]. De curia popularium suorum, an potiùs de porta urbis suæ? Chaldæus habet, *è porta synedrii, quæ in loco ejus*. Quo significari videtur familiæ dignitas: hanc excitandam, quæ præsides, qui ad gubernacula reipublicæ sedeant, subministret. Quod in Davide impletum & ejus posteris constat [b].

11. *Sicut Rachel & Liam, quæ ædificaverunt domum Israel*] i. e. Israeli, sive Jacobo. Neque aliter ea phrasis ponitur nisi cum dativo, Exod. 1. 21. 1 Sam. 2. 35. 2 Sam. 7. 27 [c]. [At reliqui ferè sumunt in genitivo:] *domum Israelis*, JT. vel, *Israel patris nostri*, Jon. *Ædificare* sumitur pro sobole instruere, vel procreare, more Ebraico, ut Gen. 16. 2. [Vide ibi annotata.] Qu. Cur *Rachel & Lia*, præ cæteris fœminis à quibus Israelitæ oriundi sunt, nominantur? Cur non *Sara & Rebecca*? cur non *Bala & Zelpha*? Respond. 1. Quia *Rachel & Lia*, utì *Ruth*, patriâ relictâ, Jacobum secuti sunt.

2. Illæ

Margin: † Q. in Ma. — * Jun. — † Pi. — l D. — m Bo. — n Me. — o D. — p T. — q T. ex Ser. Bo. — r Aug. in Ser. — * Bo. — t To. & ex eo Ser. Bo. T. — v E — x Bo. — z D. — a Jun. Pi. — b D. — c Bo.

2. Illæ verecundè & modestè prolem à Jacobo petierunt; quod & fecit Ruth[d]. 3. Ab eis soli Israelitæ sunt propagati; à *Sara* & *Rebecca* etiam Idumæi. 4. *Bala* & *Zelpha* erant ancillæ, pauciorúmque filiorum matres*. 5. Ancillarum filii erant morali æstimatione filii *Rachelis* & *Liæ*, quæ idcirco tanquam matres nomina imponunt, Gen. 30. hinc & illi pari jure cum cæteris hæreditatem nanciscuntur. 6. A *Rachele* & *Lia* erant Tribus maximè illustres, *Ephraim*, *Benjamin*, *Juda*, *Levi*. 7. Bethlehemitæ omnes à *Lia* erant oriundi: *Rachelis* verò illustre sepulchrum erat in suburbano Bethlehem loco. *Rachel* autem *Liæ* hîc præponitur, utpote Jacobo charior[f]. Porrò, formula hæc faustæ apprecationis in nuptiis nunc etiam Judæis usitata*. ¶ *Ut sit exemplum virtutis in Ephrata,* [וַעֲשֵׂה חַיִל בְּאֶפְרָתָה] *Et fac virtutem in Ephratha*, Mo. V. Os. *strenuè age*, &c. M. Ti. Pi. ut Psal. 60. ult. Pi. sim. V. *Compara*, vel *fac*, *opes*, JT. Pi. D. q. d. Precamur, ut qui opes in hoc matrimonio non spectâsti, opulentus ex eo fias[h]. *Ephratha* & *Bethlehem* sunt duo unius urbis nomina[i]: vel, *Ephratha* regio est, in qua *Bethlehem*[k]. ¶ *Et habeat—nomen*, &c. Heb. *& voca nomen*, &c. [וּקְרָא שֵׁם] *Sis illustris*, Ang. *Proclama nomen*, Ang. Belg. sub. *tuum*, Ang. *Compares tibi nomen*, P. Ca. vel, *famam*, V. *Et fac prædicetur* (Heb. *prædica*) *nomen*, &c. tam demortui, quàm tuum ipsius, susceptis pluribus liberis[l]. *Voca nomen.* Mirum genus loquendi, & vix alibi usurpatum; acsi scriptum esset, *Vocetur nomen tuum*[m].

12. *Sicut domus Pharez*] Qui progenitor erat Bethlehemitarum[n]: cujúsque familia ex quinque Judæ familiis præcipua erat[o]. Hoc est, ità illustris atque numerosa sit[p]. ¶ *De semine*] Nota vocabulum seminis hîc, ut alibi, de unico filio dici[q].

13. *Tulit Booz Ruth*] Qu. Quomodo potuit alienigenam ducere? Resp. Quia jam conversa erat ad Deum, nec periculum erat seducendi mariti; quæ unica causa fuit prohibiti cum talibus matrimonii*. ¶ *Dedit—ut conciperet*, ità V. Ti. [הֵרָיוֹן] *Conceptum*, vel *conceptionem*, ο'. Jon. P. Mo.

14. *Qui non est passus ut deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen ejus in Israele,* [אֲשֶׁר לֹא הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל הַיּוֹם וְיִקָּרֵא שְׁמוֹ בְּיִשְׂרָאֵל] *Qui non cessare* (vel *deesse*, ο'.) *fecit tibi* (*non transtulit*, vel *sustulit*, *à te*, Sy. M.) *redemptorem* (*cognatum*, V.) *hodie*, Mo. Pi. *non destituit te hodie vindice*, JT. [sim. reliqui;] *& vocetur*, (*vocabis*, Sy.) vel *vocabitur*, *nomen ejus in Israele*, Mo. P. *hodie vocabitur nomen ejus & memorabitur inter Israel*, Ar. Non permisit ut deficeret tibi hodie cognatus, is, nempe, cujus nomen futurum sit celebre in Israel. *Vocari nomen alicujus in aliquo loco*, pro, celebre fieri[x]. *Ut celebretur* (vel *vocaretur*, M.) *nomen ejus*, &c. JT. *Et vocetur*, pro, *ut vocetur*. Ut nomen ipsius prædicetur, &c. Etenim nomen ejus qui sine liberis discedit quasi extingui videtur. Vel, *vocetur*, id est, *sit nomen ejus*, h. e. nominetur, in Israel. *Vocare*, pro *esse*, tritissimum[y]. [Alii referunt ad Boozum:] *Celebretur nomen ejus*; i. e. pii illius vindicis, qui defuncto propinquo semen excitavit, &c[z].

15. *Et habeas qui consoletur animam tuam,* [וְהָיָה לָךְ לְמֵשִׁיב נֶפֶשׁ] *Et erit tibi in reducentem* (vel *recreantem*, V. sim. P. ο'. Jon.) *animam*, Mo. *Reducet*, vel *revocabit*, *tibi animum*, desperanti de prole[a]. *Consolator animæ*, Sy. *Instaurator animæ*, i. e. vitæ, Ma. ex Jun. ¶ *Et enutriat senectutem,* [וּלְכַלְכֵּל אֶת־שֵׂיבָתֵךְ] *Atque alet* (vel *sustentet*, Ti.) *senectutem tuam*, P. Mo. &c. idque *sustentando canitiem tuam*, JT. ¶ *De nuru enim tua natus est quæ te diligit,* [כִּי כַלָּתֵךְ אֲשֶׁר אֲהֵבַתֶךְ יְלָדַתּוּ] *Quia nurus tua, quæ diligit te, peperit eum*, Mo. [sim. ο'. Jon. Sy. JT. P.] Quidam sic vertunt, omisso כִּי, *Iste quem peperit nurus tua, quæ te diligit, & quæ tibi interim multis liberis præstantior est*, V. Suspicatur Capellus, pro יְלָדַתּוּ meliùs legendum יָלְדָתִי, pro יוֹלֶדֶת, hoc sensu, *quia peperit filium nurus tua, quæ te amat, quæque melior est tibi quàm septem filii.* Alioquin legendum mox erit, הוּא & טוֹב, in masculino genere, hoc sensu, *quia nurus tua, quæ te amat, eum peperit qui tibi melior erit quàm septem filii*; at juxta hodiernam lectionem sensus est perplexus, *quia nurus tua, quæ te amat, peperit eum, quæ tibi melior est septem filiis*†. Respond. 1. יְלָדַתּוּ potest verti, *peperit ei*, scil. vindici, pro, יָלְדָה לוֹ: pronomen enim affixum sæpe ponitur & exponendum est per dativum separatum: ut בִּשְּׁלָם, *coxit eos*, pro, בִּשֵּׁל לָהֶם, *coxit eis*, 1 Reg. 19. 21; נְתַתָּנִי, *dedisti me*, pro, נָתַתָּה לִי, *dedisti mihi*, Jos. 15. 19; אַגִּידֶנּוּ, *indicabo ei*, Job. 31. 37. עֲשִׂיתִנִי, *feci mihi*, Ezec. 29. 3. Sic reddunt hoc loco, *genuit ei*, M. Ti. sim. Ca. Ità nihil est perplexi, & sensus Capelli emergit, & per vindicem intelligitur Boaz, qui, licèt de officio hoc leviri præstandi non teneretur, tamen spontè id suscepit. 2. Si literaliter reddatur, *peperit eum*, sensus non est perplexus; sic verò præcipua pars gratulationis referenda est ad filium natum, cujus, tanquam præsentis atque ante oculos positi, expressam quidem non faciunt mentionem, sed innuunt, dum aiunt, *qui non cessare fecit tibi hodie vindicem*, filio, scilicet, hoc ex illo nato. Non tam ei gratulantur de vindice nacto, quàm de filio ex nuru nato: illum quippe minimùm novem menses jam antea habuerat; hunc vero filium eo demum die acceperat: & cùm filius natus esset, verè *vindex* fuit, per quem & memoria nominis defuncti filii ab oblivione, & hæreditas quoque ab alienis hæredibus, vindicaretur. Itaque quæ sequuntur de filio nato accipienda erunt; *Vocetur nomen ejus in Israele; is tibi erit recreationi*, &c. *quia nurus tua, quæ te dilexit*, vel *diligit*, *peperit eum; quæ tibi melior est quàm septem filii*, V. Illud ergò, *peperit istum*, respicit infantem. Nam pronomina relativa sæpe ponuntur sine antecedente nomine substantivo, nullâque mentione factâ rei ad quam referuntur; quando, scilicet, illa nota, vel præsens & in conspectu, est. Illa autem verba, *quæ tibi melior est quam septem filii*, sic intelligunt: Nurus ista tua, hoc filio ex Bozo, genero opulento, tibi jam melior & utilior est, quàm si plures ex filio tuo edidisset tibi: indè tibi omnia ad vitam necessaria abunde suppetent. 3. Longè magìs perplexum est illud Capelli: nam יוֹלֶדֶת significaret in præsenti, *pariens est*, vel potiùs in futuro, *pariet*, ut Gen. 16. 11. & 17. 19. *Sara* יֹלֶדֶת לְךָ בֵּן, *pariet tibi filium:* Atqui sensus requirit hîc præteritum, de filio jam nato, ut v. 13. *& peperit filium**.

17. *Vicinæ autem*, &c. [וַתִּקְרֶאנָה לוֹ הַשְּׁכֵנוֹת וגו'] *Et vocaverunt ei vicinæ nomen*, Mo. V. Alibi ferè matres imponunt filiis nomina, hîc vicinæ: quanquam hæ dici possint matri & aviæ nomen duntaxat suggessisse[b]. Noomi nomen imposuit de consilio & sententia mulierum[c]. ¶ *Obed*, [עוֹבֵד] i. e. δουλεύων, *serviens*, D. ex Jo. JT. Ratio nominis ex eo quod præcedit, *sustinebit canitiem tuam*[d].

18. *Hæ sunt generationes Pharez*] Recensio eorum qui ex Pharez descenderunt. *Generatio*, pro *genito*; ut *nativitas*, pro *nato*, *captivitas*, pro *captivo*, *custodia*, pro *custodibus ipsis**.

19. *Aram*; ità ο'. & Matthæus, Ma. [רָם] *Ram*. Ità vocatur & 1 Paral. 2[f].

20. *Salmon*, [שַׂלְמָה] *Salma*. Idem dicitur & *Salmon* versu sequenti[g]. Hanc autem genealogiam ex hoc libello desumptam ad verbum inseruit Matthæus genealogiæ Christi; voluítque Spiritus Sanctus eam exstare, ut certi essemus Jesum Nazarenum esse illum promissum mundi redemptorem, quem ex Judæ Patriarchæ & Davidis posteritate nasciturum Prophetæ dixerunt[h].

Margin notes, left column: d Me. & Bo. ex Ser. — * Bo. ex Ser. — f Bo. — * G. — h Jun. — i Bo. — k Q. in D. — l Ma. ex Jun. — m V. — n Bo. — o Me. — p Bo. — q Pi. — * Ità M. — x V. — y D. — z Jun. — a V.

Margin notes, right column: † Capel. critic. — * Buxtorf. vindic. 2. 13. 987. — b Bo. — c D. — d D. sim. Jun. — * D. — f Bo. — g V. D. — h Os.

SYNOP-

SYNOPSIS
CRITICORUM,
Aliorumque Sacræ Scripturæ
INTERPRETUM,
VOLUMINIS PRIMI

PARS POSTERIOR.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
I. SAMUELIS.

Qu. QUis horum librorum Samuelis scriptor? Resp. 1. Plerique in eo consentiunt, non ab uno, sed à pluribus hoc opus contextum esse. Ità Gregor. & Athanasius [a]. Resp. 2. Primum librum Samuelis usque ad cap. 25 (ubi ipsius mors recensetur) à Samuele scriptum volunt Gregor. Theod. Procop. [b] Obj. At in ea parte Samuelis laudes passim recensentur; quod à sanctorum humilitate alienum videtur. Vide c. 2. & 3. & 12. Resp. 1. Sordet in ore proprio laus, si ad ostentationem proferatur; non item, si urgente necessitate, ad Dei gloriam & hominum ædificationem. Sic laudavit se Job, cap. 29. 2, &c. 2. Non ipse Samuel virtutes suas vulgavit; sed Spiritus Dei qui in ipso loquebatur. Auctor Scripturæ Deus erat; homines tantùm scriptores, seu potiùs calami scribentis [c]. Resp. 3. Reliqua pars librorum Samuelis à Davide scripta est; Ità Isidor. & cæteri communiter [d]. Obj. Huic repugnat illa clausula *usque ad diem hanc*, 1 Sam. 27. 6. & 30. 24. [e] Resp. Verùm hæc particula libro jam composito addi ab alio potuit. [f] Resp. 4. Reliquæ istius partis scriptores erant Nathan & Gad. Ità Sixtus Senensis & Bellarm. ut constat ex 1 Paral. cap. ult. v. 29. [g] Erant hi Davidi à secretis & commentariis, ut ejus acta per singulos dies conscriberent. [h] Resp. 5. Cùm à variis libri illi conscripti fuerint, redacti sunt in hunc ordinem, & digesti ab alio; sive à Jeremia, qui ultimam regum ætatem consecutus est; sive ab Ezechia, (de quo vide quæ ad Prov. 25. 1.) sive ab Esdra, qui ut alia plurima, sic etiam Regum historiam [in libris Samuelis, Regum, & I. Chronicorum] ab aliis acceptam, & conservavit ipse, cùm penè cum civitate & templo periisset; & confusam in ordinem coegit [i].

Hic est tertius liber eorum quos vocant Hebræi Prophetas priores, quem *Samuelis primum* inscribunt, quòd de eo agat; Latini, *primum Regum*; ὁ *primum Regnorum*. Dicunt hunc librum subjunctum fuisse libro Judicum, quòd Eli & Samuel fuerint duo postremi Judices. Hebræi tamen alias afferunt rationes *.

[a] San. Ità To. Mart. [b] La. Ità. To. Caj. Ser. V. & L. in La. Mend. Sa. [c] Mend. [d] To. [e] To. [f] La. [g] Mend. Ità. Ser. La. San. [h] La. [i] San. * V.

CAP. I.

1. FUit vir unus] i. e. Quidam. Ità D. JT. Heb. *Et fuit*, &c. Hîc ו non copulat, sed tantùm vertit futurum in præteritum [a]. *De Ramathaim Sophim*) Ità ὁ. P. Mo. Ti. (מִן הָרָמָתַיִם צוֹפִים) *De Ramatha, ex discipulis prophetarum*, Jon. *è colle specularum*, Sy. *vel, explorationis*, Ar. *E duplici Rama Tzophæorum*, JT. i.e. incolarum regionis Tzuphi, de quo infrà 9. 5. [b] At posterior vox cum præcedente non cohæret per syntaxin regiminis, sed convenientiæ. Unde videtur hîc esse ellipsis vocis בְּאֶרֶץ *in terrâ*, quæ exprimitur cap. 9. 5. Eadem autem regio nominatur & *Tzuphi* & *Tzophæorum*: quorum ille videtur fuisse progenitor istorum [c]. *Ex una duarum Ramath*, de cognatione *Tzophim*, M. Sunt qui repetunt præpositionem מִן, legendo *è Ramathaim*, & *è Sophim*, i. e. speculatoribus; q. d. *de familia Sophim*, i. e. Prophetarum [d]. *Ramathaim* dicitur numero duali. 1. Quia duæ erant Ramah [e], una in Benjamin, altera in Ephraim, de qua hîc [f]; acsi vertas, *de altera Ramath*, V. sim. K. in D. quæ dicebatur, *Ramath Sophim* [g]. Pluralis numerus ab Ebræis sæpè usurpatur pro uno aliquo eorum, quæ Pluralis terminatio complectitur [h]. Sic Gen. 23. 6. *in electis sepulchris sepeli mortuum*. Jud. 12. 7. *sepultus est in urbibus Galaad*. 1 Sam. 18. 21. *in duabus gener meus eris*, i. e. unâ ex duabus [i]. Sed cùm quinque Ramoth fuerint, quatuor in Jos. 15. 52. & 18. 25. & 19. 29, 36. & quinta hoc loco, quorsum spectaret hîc numerus dualis [k]? 2. Dicitur *Ramathaim*, (quomodo *Jerusalaim*) quia urbs hæc divisa fuit in duas partes [l], q. d. ex gemina seu bipartita Rama. Sed quid *Sophim*? Resp. Plerique appellativè sumunt [n]. Q. vertunt *respicientes*; hoc modo, *de altero oppidorum Ramath mutuò sese respicientium* [o]. Al. *De Ramath speculantium*; i. in quo habitant speculatores, h. e. prophetæ, sive viri sacrarum literarum studiosi. Propheta speculator vocatur, Ezec. 3, 17 [p]. Urbs hæc dicta *Sophim*, quia in excelso loco esset: vel quia turris ibi erat, unde dissita loca speculabantur [q]. ¶ *De monte Ephraim*] ut ab aliis Ramah distinguatur [r]; i. e. qui habitabat in tribu Ephraim [s], vel, refertur ad *Ramathaim* oppidum, *quod fuerit de monte Ephraim*, h. e. situm in monte Ephraim; ut מִן in מֵהַר sit pro ב [t]. Tribus Ephraim habitabat in loco alto & montoso [v]. *Filii Suph, Ephrathæus*; [בֶּן־צוּף אֶפְרָתִי] Filii *Suph Ephratæi*, Sy. Ar. Mo. P. referunt ad Suph; q. d. *Qui Suph etiam habitabat in monte Ephraim, ut & majores sui* [x]. Al. *Ephrathæus*. JT. Ti. P. Pi. ut ad Elcanam referatur [y]. Sed quare dicitur *Ephratæus*? Resp. 1. Non, ut Ruth 1. 2. quasi esset ab Ephrata, i. Bethlehem [z]. 2. Non appellativè, ut vult Cajet. q. d. *vir augustus, opulentus*, &c. Nam י in fine אֶפְרָתִי juxta Hebræos format nomina patronymica vel gentilia [a]. 3. Non quod genus ducat ex Ephraim; nam erat ex tribu Levi, 1 Par. 6. 33 [b]. Nec Ephratæus erat ex matre, Levita ex patre, ut vult Hi. quia filius à matre non potest nomen habere, nisi fortè hæreditaria fuisset, quod hîc locum non habuit [c]. 4. Sed quòd in tribu Ephraim natus est & educatus fuit [d]. Fuit Ephratæus habitans in monte Ephraim, non de tribu Ephraim [e]. Sic alter ille Levita, Jud. 17. 7 [f]. Levitæ per omnes tribus sparsi erant, adeóque in eis sua habebant oppida, inter quæ erat Rama [g]. Hoc sensu *Ephratæus* sumitur, Jud. 15. 5 [h]. Sic Judæi appellantur, Medi, Persæ, Arabes, &c. Act. 2. quòd in iis locis nati vel educati essent [i].

2. *Habuit duas uxores*] more illius ævi. *Peninnah* ducta videtur non ex concupiscentia, sed ad prolem; quia Anna sterilis erat; sicut Abraham duxit Agar, &c [k]. Bigamus erat, nec tamen reprehenditur, Deo olim ad talia connivente [l].

3. *Et ascendebat*] in Silo. Qu. Quomodo hoc dicitur, cùm Ramah in sublimi sita esset? Resp. At Silo altior erat. Sic Adrichom. *Silo mons est altissimus omnium in circuitu Jerusalem* [m]. Porrò, *ascendebat* ponitur pro *ascendere solebat*, ut Jud. 4. 5 [n]. ¶ *Statutis diebus*, [מִיָּמִים יָמִימָה] *à diebus in dies*. Mo. ὁ. *quotannis*, sive *de anno in annum*. Ar. M. P. Ti. JT. V. D. G. *de tempore in tempus*. Sy. *à tempore solennitatis ad solennitatem*. Jon. nempe ter in anno, juxta Deut. 16. 16 [o]. *statutis diebus*, Paschæ, Pentecostis, & Tabernaculorum [p]. Certis diebus per singulos annos [q]. ¶ *Ut adoraret & sacrificaret*] *Adorare* hîc est orare, Deúmque precari [r]. Et sic legitur apud Virgilium, Propertium, & Ovidium. Nam orantes adorabant Deum corpore in terram prostrato [s]. Priùs adorationis, quàm sacrificii meminit; quia adoratio preces comprehendit, quæ sacrificiis multò sunt potiores [t]. Priùs adoravit, ut quanta cum reverentia sacrificandum sit, significetur [v]. ¶ *In Silo*] Hæc vox non regitur à remotiore, *ascendebat*; sed à proximo, *sacrificandum* [x]. ¶ *Ut sacrificaret*] non per se, (erat enim simplex Levita, non sacerdos) sed per sacerdotes. Quomodo *sacrificâsse* dicuntur David, 1 Par. 21 6. Salomon, 1 Reg. 8. 63. Absalom, 2 Sam. 15. 8 *. ¶ *Domino exercituum*] nempe cœlestium & terrestrium, q. d. cui omnia subjecta sunt tam

[a] V. [b] Jun. [c] Pi. [d] He. in V. [e] V. M. D. San. [f] San. [g] V. [h] San. [i] Mend. San. D.

[k] Ma. [l] Q. in D. Ma. [n] Ma. [o] V. D. [p] Ma. ex He. D. ex Chald. [q] Me. [r] Pi. La. [s] V. [t] He. in V. [v] La. [x] He in V. D. [y] Q. in V. [z] Pi. Men. [a] Mend. [b] T. ex San. [c] Mart. [d] San. T. Ser. L. [e] V. sim. D. [f] Ma. [g] La. [h] San. Pi. [i] T. ex La. [k] La. San. [l] D. [m] San T. [n] Mend. [o] V. D. Sa. [p] La. [q] Mend. [r] D. ex He. [s] D. [t] Mart. ex He. [v] Mend. [x] Pi. * Mend.

tam cœlestia, quàm terrestria [y]. ¶ *Erant ibi duo filii Eli, &c.*] Qu. Cur hi ante suum tempus nominantur [z]? Et cur hi soli, cùm ibi plures fuerint Sacerdotes [a]. Resp. 1. Quia de his, propter iniquitatem, dubitari posset, an tabernaculo adessent. Sic Marc. 16. 7. *Discipulis, & Petro*, nè exclusus propter negationem videatur. 2. Ut ab his sequentis historiæ principium desumeretur [b]. 3. Ut major Elcanæ virtus probaretur, qui noluit cum aliis, cap. 2. v. 17. ab ingressu domûs Dei deterreri; sed quibuscunque injuriis se exponeret, nè divinis sacrificiis deesset; atque itá suo exemplo alios incitabat, &c [c]. Dicuntur hi Sacerdotes Domini, ut hac eorum laude præmissâ, major culpa videatur [d].

4. *Venit ergo dies*] Heb. *Et fuit dies*, Mo. δ. Jon. nempe *solennitatis*, sive *solennis*, Jon. M. K. in D. vel, *festus*, Ti. *Cùm autem venisset dies*, Quo scilicet solebat Elcana sacrificare [e]. *Et immolavit*] Nempe per Sacerdotes [f], [Vide ad vers. 3.] Noluit hic apparere coram Deo vacuus, juxta Deut. 16. 16, 17 [g]. ¶ *Deditque Phenennæ, &c.*] Hoc ergò sacrificium non erat holocaustum, (quia id totum Deo consecrabatur) sed pacificum, seu Eucharisticum; cujus bona pars cedebat offerentibus. Vide Levit. 3. & 7. Deut. 12. & 16 [h]. Hinc docemur totam ejus familiam adfuisse. Exemplum præclarum pietatis. Itá quemque decet suos instituere in timore & lege Dei [i]. Sed cur priùs *Pheninnæ* dedit, &c? Resp. 1. Fortè ut suum erga Hannam amorem dissimularet, & rixandi occasionem tolleret. 2. Potiùs sic collocat, non quòd *Pheninnæ* priùs dederit Elcana, sed quòd de Anna plura dicturus esset Scriptor. Vide ad Matt. 1. 1. & Apoc. 1. 4, 5 [k]. Dabat verò has partes amicitiæ causâ & honoris; sic solebant prisci quosdam γεραίρειν, (*honorare*) Athen. lib. 1. Et erat aliis etiam in conviviis usitata κρεωδαισία vel κρεωνομία (*carnium distributio*,) ut ex Homero & Plutarcho constat [l]. Qui offerebant שְׁלָמִים, iis Sacerdos, detractis suis partibus, cætera reddebat, de quibus instruebatur convivium: convivator autem convivis dabat partes quas vellet, ut Gen. 43. 34 [m].

5. *Annæ autem dedit partem unam tristis*, מָנָה אַחַת אַפָּיִם] *Partem* (vel *distributionem*, Mo.) *unam facierum*, Jun. Pi. vel *vultûs*, V. *partem unam duplam*, JT. Ang. Sy. simil Ar. L. San. q. d. *portionem duarum facierum*, San. Belg. vel *duas facies portionis*. אַפַּיִם enim est dualis numeri [n]. *Portionem dignam* sive *honorabilem*, Ang. Belg. P. V. *spectabilem*, Pi. *electam*, Jon. V. Vult dicere, partem quæ digna est ut accipiatur sereno vultu [o]. q. d. Summâ diligentiâ ex aliis omnibus electam, in quam scilicet oculos conjecerat; vel quæ etiam in convivio lauto apponi posset coram claris convivis; ut scilicet eam exhilararet [p]. Dedit partem quæ speciosa erat & pulchram habebat faciem [q]; quæ intuentium vultus, quantumvis mœstos exhilarare posset: quo sensu panes propositionis, Exod. 25. 30. dicuntur in Hebræo *panes facierum*, quòd Dei oculos ad se raperent [r]. Alii, *dedit partem tristis*, Vulg. ideò scil. quòd in distributione partium, *Annæ* una tantùm pars debebatur, quia liberos nullos habait, quibus etiam portiones darentur [s]. Dedit *partem irarum*; i. e. cum tristitia & mœstu [t]. *Partem unam facie demissâ*, M. vel *tristi vultu*. Ca. אַפָּיִם sumunt pro בְּאַפַּיִם i. e. *cum iris* [u]. Condolens ejus afflictioni [x]. Iratus, quòd non haberet filios, quibus daret partes [y]. Alii *portionem iræ*; i. e. quæ daretur ei ad alleviandam iram [z]. Quid si intelligamus maxillam alteram? nam alteram habebat Sacerdos [a]. ¶ *Annam diligebat*] scil. eximiè. Plusquàm *Peninnam*. Synecdoche generis. Sic Gen. 29. 30 [b]. Itá dilexit, 1. Quia prior erat & antiquior. 2. Quia erat mitissimi ingenii [c]. 3. Teneriùs amari solent infelices [d]. *Dominus autem concluserat*] Verto, *quanquam Jehovah occluserat*; q. d. non passus est amori suo obstare sterilitatem [e]. Tam sterilitas, quàm fœcunditas Deo adscribuntur. Vide quæ dicta Gen. 30. 2 [f].

6. *Affligebat & vehementer angebat*, וְכִעֲסַתָּה גַּם כַּעַס] *Et provocabat eam etiam provocatione*, Jun. Pi. Illud *etiam* emphasin habet; q. d. Non simpliciter eam provocavit; sed hoc fecit provocando & irritando eam [g]. *Irritabat eam etiam irâ*, P. Mo. *vel*, *ad iracundiam*, Sy. *irritando irritavit*; vel, *concitavit eam ejus irritatione*, M.

[Margin notes: y V. — z San. — a Mend. — b Mend. — c Mend. Simil. San. — d Mend. — e V. — f Ma. Mend. — g Ma. — h San. Me. T. Simil. Mend. La. Pi. D. L. — i Mart. Simil. La. — k Mend. — l Ser. — m G. — n San. — o R. S. in D. — p V. — q La. — r Mend. — s Osiand. — t Q. in V. — u Pi. — x M. — y Dras in D. — z Q. in V. simil. K. in D. — a G. — b Bi. — c Mend. — d G. — e Pi. — f G. — g D.]

Provocabat autem eam identidem ad iram, V. כַּעַס [Sic enim legendum, non כעס, ut ter mendosè scribitur hoc loco in Criticis] vel infinitivum est, כַּעַס pro כְּעֹס, ut פְּקֹד, & Pathach loco Tzeri ob gutturalem; & tunc vertendum *irritando* irritavit; vel potius est nomen (ut vulgo creditum) loco infinitivi; ut לְיִרְאָה *ad timendum*, לְמִשְׂרָה *ad dominandum*. Valde hoc se probat mihi [h]. ¶ *Æmula ejus*] Itá Sy. M. JT. *rivalis ejus*, Ar. צָרָתָהּ] *Angustiatrix ejus*, Mo. *angens*, &c. Pi. *irritatrix ejus*. Jon. *divexatrix*, Ti. *tribulatrix ejus*, M. *inimica ejus*. P. He. in V. sim. M. ἀντίζηλος. (*æmulatrix*.) δ. Ubi duæ uxores sunt uni viro, vocantur צָרוֹת, quia inimicitias exercent inter se [i]. *Æmulæ* vocantur, Levit. 18. 18. Propter mutuam inter se Zelotypiam [k]. Rarò contingit domus tranquilla iis qui plures uxores habent. Itaque δίδυμα λέκτρα Euripides in Andromacha dicit esse ἔριν οἴκων, δυσμενεῖς τε λύπας [l]. (*Contentionis, & gravissimorum dolorum causas in domibus.*) *Nec regna socium ferre, nec tædæ sciunt.* Seneca Agam. 2. 2 [m]. ¶ *In tantum, ut exprobraret*, בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ] *ut fremere faceret eam*, Mo. *ut commoveret eam*, M. Jun. *ut mœrore afficeret eam*, V. sim. RS. in D. vel, *ut se conficeret*, RS. in D. *ut commoveretur ipsa*. Itá הַרְעִים est verbum ἀλλοπαθὲς, cujusmodi plurima sunt in illa conjugatione. בַּעֲבוּר Verbis prælatum significat ἵνα, *ut* [n]. *Ut ad invidiam duceret eam*. Jon. *Quatenus tædio afficeretur*, Sy. *Volens per id eam affligere*, Ar. *Propterea quòd ad iram provocaret eam*, P. *Propterea quòd intonabat*, nempe Peninna, Pi. Sic Mend. Ma. i. e. impetuosè conviciabatur. Metaphora hyperbolica. Ad verb. *propter tonare eam* [o]. Obtundebat eam, & quasi quodam tonitru attonitam reddebat. Sic loquitur Tragicus, *Namque improborum me attonat fælicitas*. ר in הַרְּעִמָהּ cum Dagesh præter morem, fortè ad indicandam summam molestiam, & tædium, quod Pheninnah Annæ creabat [p]. Verto, *ut murmurare*, vel *conqueri faceret eam*, quòd Dominus conclusisset vulvam ejus. Sic Syris רועמא μομφή *querela*, Colos. 3. 13. Et pro Heb. נלון Chald. passim habet אִתְרְעַם *murmuravit* [q]. Significat enim רַעַם *murmur* ac *strepitum edere*, non tantùm qualis est nubium tonantium, sed etiam qualis est maris tempestate commoti, Ps. 96. 11 [r].

7. *Sicque faciebat, &c.*] Paulò inferiùs est, *& sic provocabat*. Plerique utramque phrasin referunt ad Peninnam, ut per hanc repetitionem acrior ejus æmulatio exprimatur [s]. וְכֵן יַעֲשֶׂה שָׁנָה בְשָׁנָה מִדֵּי עֲלֹתָהּ בְּבֵית יְהוָה כֵּן תַּכְעִסֶנָּה] *Et sic fecit anno in anno in tempore ascendendi ad domum sanctuarii Domini; sic provocans illam*. Jon. simil. δ. *Et sic faciebat annuatim, & ex quo ascenderet ipsa in domum Jehovæ, &c.* P. Quidam subauditis particulis sic vertunt, *Et cùm pervenerant illuc, ex quo ipsa ascenderat*, V. *Et sic faciebat Peninna singulis annis, tempore quo ascendebat——; sic, inquam, provocabat*, &c. Sy. simil. Ar. At facilè potest hæc tautologia vitari, si priorem partem de Elcana, posteriorem de Peninna accipias [t]. [Ita multi vertunt] *Et cum ille sic annis singulis faceret, & ista quoque ascenderet ad domum domini* (vel, *à tempore quo illa ascenderet*. Ang. Belg.) *irritabet eam*, M. simil. Ti. V. JT. Pi. Ca. Belg. Ang. D. Ma. Mend. *Sic faciebat*, sub. *Elcana*; sic quotannis ascendebat ad tabernaculum Domini & sacrificabat [v]. יַעֲשֶׂה enim masculeum est [x]; at sequens verbum תַּכְעִסֶנָּה est fœmininum, & *Pheninnam* respicit [y]. Porrò, occasio eo tempore exprobrandi duplex fuisse, videtur, 1. Quod *Pheninna* sciret Annam tunc fœcunditatem à Domino postulasse. Exprobrabat ergò, quòd Deus illi iratus, quod postulabat, concessurus non esset. 2. Quòd occasione itineris cum marito Elcana, simul ipsæ ferè semper agere cogerentur; cujusmodi necessitatem domi non habebant, ubi cùm in diversis conclavibus habitarent, commodiùs *Pheninnæ* exprobrationes *Anna* poterat declinare [z]. 3. De negotio partium irritavit eam, quoniam ipsa & filii ejus accipiebant partes; Hanna verò tantùm unam partem accepit, quia improlis erat [a]. Credibile tamen est, non solùm, cùm in templum ascenderent, sed jugiter in domo perseverasse hanc rixam [b]. מִדֵּי Vertunt plerique, *ab ascendendo eam*, vel *quum sanè ascenderet* [c]. ¶ *Et non capiebat cibum*] At dicitur v. 9. *postquàm comederat*, &c. Resp. 1. Nihil, i. e. parum de

[Margin notes: h D. — i He. in D. & in V. — k Ma. ex Jun. — l G. — m Ga. — n D. — o Pi. — p Ma. — q Di. — r Di. D. — s Mend. — t Mend. — v V. D. — x Ma. Mend. — y Mend. — z Me. — a D. simil. To. — b Mend. — c Ma.]

de cibo capiebat. Modicum quasi nihil reputatur [d]. 2. Planè nihil comedebat, propter tristitiam [e]. Initio nihil comedebat, postea aliquantulum, mariti hortatu [f]. 3. Non edebat multum & hilariter; ut moris erat in convivio Eucharistico [g].

8. *Numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filii?*] i. e. Multi, D. Pi. Synecdoche speciei [h]. Numerus certus pro incerto. Sic Esa. *Decem mulieres* [i], q. d. Nonne deberes me pluris facere quàm decem filios? vel, Nonne possum tibi plura beneficia præstare quàm decem filii? Ego enim diligo te vehementissimè [k]. In concorde matrimonio plus boni est quàm in ipsa fœcunditate [l]. Alludit hîc ad Pheninnæ decem filios quos habuit [m].

9. *Postquam comederat & biberat*, אַחֲרֵי אָכְלָה וְאַחֲרֵי שָׁתֹה] *Post comedere & post bibere*, Mo. *Postquam comederant & biberant*, P. simil. ό. Tig. not. Ang. Putant ה additum esse [n]. *Postquàm comedisset & postquam bibisset*, Sy. Ar. M. Ti. *Postquam comedisset ipse.* JT. D. Belg. אָכְלָה pro אכלו, ad verb. *post comedere ipsum.* Nam Hanna nihil edebat. Vide v. 7 [o]. Alii sic, postquàm comedisset *ipsa*. Mend. Pi. simil. Ca. Verbum enim est fœmininum [p]. Et de Hanna sequentia enunciantur [q]. Obsecuta ergo est Hanna suasionibus mariti [r], cui repugnare scelus arbitrabatur [s]. ¶ *In Silo*] In urbe Silo; & quidem, si dapes hæ communes erant, extra atrium tabernaculi; si autem, de pacificis hostiis essent, intra illud [t]. Vel, in privata aliqua domo; vel, coram Domino, id est in vestibulo atrii. Vide quæ dicta sunt ad illa loca, Deut. 12. 16. & 16. 11 [v].

¶ *Et Heli Sacerdote, sedente super sellam ante postes templi*, יֹשֵׁב עַל־הַכִּסֵּא עַל־מְזוּזַת הֵיכַל] *Sedebat super solium*, M. P. Ti. (*in solio*, D. JT. *in magno solio*. V. *Super sellam*, ό. Ar. vel, *sedem*, Jon. Sy.) *super* vel *juxta*, vel, *ad postem templi*, M. P. Ti. Mo. JT. *super limen*, vel, *limina templi*, ό. Sy. Ar. *Juxta postes in latere liminis*, &c. Jon. *In solio*; erat enim Summus Pontifex; *juxta postem*, i. e. ad alterum ex postibus, h. e. ad alterum atrii latus. *Templi*, i. e. loci in quo erat tabernaculum Domini. Per הֵיכָל intelligit atrium, aut totum illud ædificium, quod atrium & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neque edere, neque sedere licebat in atrio, sed extra atrium [x]. Tabernaculum habuit tres partes, quarum quælibet Templum dicebatur, Jerem. 7. 4. 1. Atrium exterius. 2. Partem sanctam. 3. Sancta sanctorum. Eli non sedebat, 1. Ante postes hujus tertii templi: Nam is locus sanctus non sedendo, sed sacrificando dicatus erat. 2. Nec ante postes secundi templi; nam in eum locum, qui erat atrium exterius, non introibant populares: Unde non posset Eli ex eo loco observare vultum Annæ extra atrium orantis. 3. Erat igitur ante postes primi templi, seu atrii exterioris [y]. Qu. Quo fine ibi sedebat Eli? Resp. 1. Ut animum relaxaret, prætereuntes intuendo, &c [z]. 2. Elegit hunc locum, tanquam publicum & communem, in quem frequens erat hominum concursus [a]. Ut venientibus ad templum præstò esset, & consulentibus responderet; ut colligitur ex sella, quam in modum solii erectam fuisse, non autem vulgarem, ex cap. 4. v. 18. patet. Eandem ob causam olim sedebant Judices in portis civitatis, Deut. 16. 18. Ruth 4. 1. & alibi [b]. Solus Pontifex sedebat בעזרה. Nè reges quidem sedebant. Sedebat ut Judex. *Sedere* propriè Judicum. *Sedes pro tribunali judex justus* [c]. Nomine *templi* intelligitur atrium, quod circa tabernaculum erat, nondum enim erat exstructum templum [d]. Eli & Judex erat, & Summus Sacerdos sedebatque in vestibulo, ubi erat vel, Judiciarius thronus, vel, Pontificia sella [e].

10. *Cùm esset amaro animo*] Sic Sy. P. JT. *mœsto animo*, Ti. ό. *Amaritudo animi* tristitiam denotat, quæ Ebræis dicitur מַר נֶפֶשׁ Job 7. 11. & 10. 1. Ruth 1. *vocate me Mara*. Exod. 1. 14. *amara vita*, i. acerba. *Amarius morte*, Cohel. 7. 26. Interdum iracundiam designat, ut Job 21. 25 [f]. ¶ *Oravit ad Dominum*] Ità ό. Os. post prandium scilicet, v. 9. Quod omnes, ait Chrysost. faciunt tempus recreationis, illa facit tempus orationis [g]. Non se contulit Hanna ad externam aliquam voluptatem; adulterinum hoc est tristitiæ levamentum; sed ad Deum confugit; quia morbum solâ divinâ manu medicabilem patiebatur [h]. וַתִּתְפַּלֵּל עַל־יְהוָה] *Oravitque Dominum*, P. Ti. simil. JT. sub. *in atrio ante tabernaculum fœderis*, V. *Oravit apud* (vel, *super*, Mo.) *Dominum*, Pi. vel, *coram Domino*. Sy. Ar. Jon. Verbum ex Hithpahel & præpositio *super*, magnam vim habent; i. ardentissimè supplicavit, toto animo incumbens, aut nixa super Jehovah; sive projiciens se super Jehovah [i].

11. *Et votum vovit*, &c.] Qu. An potuit Anna hoc vovere? videtur quod non. Nam 1. obligatio voti, non nisi ex propria voluntate oriri posse videtur. Resp. Uterque parens potest filios suos, quamdiu parvuli sunt, Deo dicare, cùm filii tunc non tam sui juris, quàm suorum parentum censentur, juxta Philos. 6. Ethic. 2. Mater, repugnante patre, non potest filium vovere. Pater enim est caput mulieris, atque totius familiæ [k]. Resp. Vovit, sive sub conditione; si maritus comprobaret, sive consensum illius antè audiverit. Vide legem Num. 30 [l]. Primùm id pollicetur, quod in sua potestate erat; h. e. filium ritu Nazareorum educare; Deinde confidebat se posse marito persuadere, ut votum ipsius ratum haberet. Et reipsa ità successit [m]. Credendum est Elcanam aut vovisse, aut voventi uxori consensisse, propter maximam hujus viri cum uxore concordiam [n]. ¶ *Domine exercituum*, יְהוָה צְבָאוֹת] At plus videtur fuisse in codicibus aliis: nam LXX vertunt Κύριε (Chrysost. ἀδωναὶ) Ἐλωὲ σαβαώθ: ἀδωναὶ est pronuntiatio vocis יְהוָה; Κύριε autem ejus interpretatio [o]. *Adonai Sabaoth*, i. exercituum, nempe superioris & inferioris. Notant antea non inveniri [p]. ¶ *Si respiciens videris afflictionem*] Heb. *Si respiciendo respexeris*, vel *videndo videris*, i. si dignatus fis contemplari [q]. *Respicere* Dei est favere & benefacere, Gen. 4. 4. Exod. 33. 13. Deut. 26. 15 [r]. ¶ *Famulæ tuæ*] Mox se vocat *ancillam*, deinde & *servam*; acsi nullum esset genus servitutis, quod ipsa pro Deo non libentissimè obiret. Nota ejus humilitatem [s]. ¶ *Recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ*] Geminatio ista emphasin habet, & petitionis vehementiam auget; ut alibi, *Recordare quæ fecit tibi Amalec, nec obliviscaris.* Simile, *confessus est, & non negavit* [t]. ¶ *Dederisque servæ tuæ sexum virilem*, זֶרַע אֲנָשִׁים] *Semen virorum*. V. Mo. D. ό. Pi. i. e. semen virilis sexûs, i. masculum, V. sim. P. JT. *filium*. Ti. *semen humanum*. Sy. *prolem inter homines*. Ar. sim. Jon. אֲנָשִׁים id est זְכָרִים, K. in D. Sic אִישׁ pro זָכָר poni videtur, Gen. 4. 1. & 7. 2. nam cùm dixisset *virum & fœminam*, postea dicit *masculum & fœminam* [x]. Nota vocabulum *seminis* de unica prole intelligi contra errorem Judæorum [y]. Nullus hîc de fœminea sobole sermo; non quia talem non admitteret, sed quia de consecratione fœtûs cogitabat; fœmina autem non erat apta Templi ministerio [z]. Masculum potiùs petiit, quia parentum nomen & genus per masculum, non per fœminam propagabatur. Hinc tanta lætitia & gratulatio de 12 maribus, Gen. 29. & 30. non item de Dina, Gen. 30. 21 [a]. In hoc voto ostendit se nullum suum commodum quærere, aut voluptatem, quàm ex liberorum aspectu parentes capiunt, (cùm eum ad tabernaculum ablegare statuit;) sed filium postulat, qui cultui Dei semper inserviat, atque hic finis esse debet omnium rerum nostrarum, nempe ut nomen & gloriam Dei amplificent [b]. ¶ *Dabo Domino*] ut scilicet ei serviat [c], in templo [d], tanquam Nazaræus perpetuus [e]. Verùm votum non est Nazaræatûs, sed aliquid inde imitari diximus ad Num. 6. vide & Jud. 13. Porrò, hoc matris votum tum demùm ratum esse cœpit, cùm id probavit pater, Num. 30. 7. infrà 21. 23 [f]. Dicit, *dabo Domino*, pro *dabo tibi*, more Hebræorum, qui nominibus loco pronominum utuntur, Gen. 33. 8 & 44. 16. & Deut. 9. 10 [g]. Qu. 1. At quid si aliquid vitii aut maculæ in filio esset, quibus ministrare in tabernaculo prohiberetur? Quid si infirmâ valetudine, ut à vino abstinere non posset? Quid si Deus eo voluisset uti ad alia opera? Resp. Vota semper interpretanda sunt jure divino salvo atque integro. Si Deus puerum ad alia destinâsset, matris votum ei obstare non debuit. Porrò, Deus misericordiam voluit, non sacrificium [h]. Qu. 2. Quorsum hoc promittit, cùm ipso jure Domini esset, tanquam Levita? Resp. 1. Levitæ quidem de jure addicti sunt ministerio Domini [i]; at non omnes debebant, nec poterant actu servire in tabernaculo [k]. 2. Levitæ, nonnisi à 25 vel 30 anno, ad annum 50 ministrabant, Num. 4. 2. & 8. 24.

Margin notes, left column: a L. c D. Mend. f Ma. ex Ser. g Pi. v. 9. h Pi. i D. k V. l G. m He. in La. n D. o D. p Mend. q Pi. r Me. San. s San. t Mend. ex To. v Me. x V. y Mend. z To. a San. simil. To. b Mend. c D. d Me. e San. f D. g Ser. La.

Margin notes, right column: h Mend. i Ma. k Mend. l Pi. ex Jun. m Mart. n Mend. o G. p D. q V. r Mend. simil. D. s Mend. t D. x D. y Pi. z San. a Mend. b Mart. c V. G. d G. e Pi. f G. g Mend. h Mart. i T. k E.

24. Anna verò filium devovet *omnibus diebus vitæ* [l]; mox à primis pueritiæ annis, & per totam vitam [m]. 3. Vovet Nazaræatum, qui neque cum primogenitura, neque cum Levitico ministerio suâ naturâ conjunctus erat *. Porro, Anna voto suo sibi necessitatem imposuit, nunquam filium à Templi servitio revocandi: sed non potuit cogere filium, nè, cùm plenum habuerit rationis usum, si vellet, aliter de se, vitæque modo statuere, posset. Neque enim filii tenentur vota parentum, quæ personalia dicuntur, implere. Unde prudens mater infrà v. 28. dicit *se eum commendasse*, seu, *dedisse Domino cunctis diebus quibus fuerit commodatus*; i. e. quamdiu vita & voluntas ejus tulerit [n]. ¶ *Novacula non ascendet super caput ejus* [Ita ferè omnes.] [וּמוֹרָה לֹא יַעֲלֶה וגו׳] *Novacula non admovebitur capiti*, JT. id est, Naziræus erit ex voto [o]. Chald. pro *novacula* vertit *terrorem*. Sed tunc esset מוֹרָא. *Terror non ascendet*, &c. i. e. imperium hominis; nam imperium est terror homini; i. e. Nemini unquam serviet præterquàm Deo. Rectiùs tamen verteris *novacula* [p]. Dissentio est inter doctores, an מוֹרָה hîc sit *novacula*; quidam negant [q]. ό. hîc habent, σίδηρος ὐκ ἀναβήσεται, i. e. *ferrum non ascendet*, &c [r]. Non frustrà sic vertunt, quia non solùm rasura interdicta erat, sed etiam tonsura. Porrò, sub præcipua Nazaræorum ceremonia, quæ erat capillatura, cæteræ hîc intelliguntur; quemadmodum sub lege circumcisionis tota lex Mosaica sæpe significatur [s]. ό. Ergo hîc addunt, οἶνον καὶ μέθυσμα ὐ πίεται, *vinum & inebriamentum non bibet*, quod Theodoretus videtur agnoscere [t], & Chrysost. & Basil. & Hieron [v]. Abest tamen hoc ab edit. Complutensi [x].

12. *Cùm multiplicaret preces*] Significat multa plura verba retulisse, quàm hîc referuntur. Quomodo Evangelistæ pauca referunt verba ex illa Christi oratione, cùm tamen prolixiùs orasse dicitur, Luc. 22. 43. & ex illis verbis, Luc. 22. 43. *Nonne potuistis unâ horâ vigilare mecum*, nonnulli colligunt eum integram horam orando extraxisse. Deinde, ex fervore spiritûs eadem verba repetebat [y]. Damnat quidem Christus in precibus multiloquium, scil. gentilium, quod vanum & inane erat [z]. Interim non solùm prolixitas, sed etiam perpetuitas orationis commendatur, Luc 18. 1. & 1 Thes. 5. 17 [a]. Audita hîc fuit Hanna in multa precatione; unde colligunt Doctores in *Dras*; *Omnis qui multiplicat preces exauditur.* Sunt tamen alii Doctores, qui Hannam punitam fuisse aiunt ob hanc polylogiam in precibus. Nempe Samuelis anni ideò decurtati sunt [b]. ¶ *Coram Domino*] Coram Sancto Sanctorum, in quo Arca; vel certè coram Arca. Nam orantes respiciebant Arcam, symbolum præsentiæ Divinæ [c]. Diu orabat versùs eam partem, in qua Dominus se præsentem exhibebat [d]. *Orabat coram Domino*, i. e. magna cum attentione & devotione. At Pharisæus iste Luc. 18. non orabat apud Deum, sed apud homines, quorum gratiam captavit [e]. ¶ *Ut Heli observaret os ejus*] Sic JT. sim. ό. Sy. M. P. Mo. D. i. e. sermonem, aut verba ejus [f]. Os ejus, i. e. eam precantem [g]. *Auscultabat ut audiret verba ipsius*, Ar. *Expectavit illam usque quò finiat*, Jon. שָׁמַר Interdum significat *expectare*, ut שְׁמוֹר אֶת־הַדָּבָר & alibi לִשְׁמוֹר עַל־חַטָּאתִי *non differes propter peccatum meum* [h]. Heli non tam curiosè intendebat oculos, ut videret; quàm explicabat aures, ut audiret [i].

13. *Loquebatur in corde suo:* Sic ό. Jon. Syn. P. [מְדַבֶּרֶת עַל לִבָּהּ] *Loquebatur cum corde*, seu *animo suo*. D. JT. *super*, vel *ad* cor suum. Pi. Dirigebat cor suum ad preces suas [k]. ¶ *Tantùm labia ejus movebantur*] Ità ό. Jon. Sy. Mo. Ità fieri præcipiunt Judæi, quòd precationem solo cogitatu nimis frigidam arbitrentur [l]. ¶ *Et vox non audiebatur*] Tam submissâ voce orabat, vel, 1. Quòd bonum petebat privatum, & temporale, & quodammodo erubuit audiri. 2. Nè ab æmula *Peninna* illuderetur. 3. Ut jactantiam vitaret. 4. Nè alios orantes impediret. 5. Et præcipuè quia sciebat, ut Deus audiret, non tam necessarium fuisse vocis clamorem, quàm mentis fervorem [m].

[l] T. Me. Ser. San. [m] E. * Mart. [n] T. [o] Pi. ex Jun. V. [p] V. [q] D. [r] D. Mend. [s] Mend. ex To. [t] D. Mend. [v] Mend. [x] D. [y] Mend. [z] Mend. D. [a] Mend. [b] D. [c] D. [d] V. [e] Mend. [f] D. [g] V. [h] D. [i] Mend. [k] D. [l] G. [m] Mend.

¶ *Æstimavit eam temulentam*, [וַיַּחְשְׁבֶהָ עֵלִי לְשִׁכֹּרָה] *Et reputavit*, vel *existimavit eam Eli ebriam*, P. JT. simil. M. Ti. Ar. *in ebriam.* ό. Mo. Pi. *quasi ebriam.* Sy. Jon. Nam non erat mos ita precandi בלחש tacitè [n]. Hoc collegit Eli, 1. A gestu incondito & indecoro, quòd ebriæ instar, os distorqueret [o]. Naturale autem est, ut iis qui commoto sunt animo, sive irâ, sive timore, sive dolore, labia moveantur & quasi tremant [p]. 2. A precum multiplicatione. Vinum enim fandi copiam subministrat, ut notum. 3. A circumstantia temporis, fuit *à prandio.* Confer Act. 2. 15 [q]. Venerat statim à convivio, ubi liberiùs bibere solent. Vide 1 Cor. 11 [r].

14. *Usque quò ebria eris*, [עַד מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין] Futurum Hithpahel, diversimodè convertunt [s]; *Quousque eris ebria?* ό. Mo. Sy. Ar. vel, *ages ebriam?* JT. V. D. Hithpahel interdum fictionem denotat, non rei veritatem [t]. *Præ te ferres ebrietatem!* P. Geres te, vel ostendes teipsam, acsi ebria esses [v]. *Usquequò tu delirans?* Jon. par. *Digere vinum*, [הָסִירִי יֵינֵךְ מֵעָלָיִךְ] *Aufer (depone*, Ti. *tempera*, Sy.*) vinum tuum à te*, P. JT. V. M. q. d. Excute hanc temulentiam à te [x]. *Digere vinum*, sive expecta, donec per digestionem à te recesserit sumptum vinum [y]. Quin potiùs vide, ut vinum istud tuum edormias, quàm ut turpiter eructes coram Domino [z]. *Resipisce tandem ab ebrietate tua.* Ar. *Amove vinum*, i. e. mentis tuæ perturbationem è vini potu ortam *.

15. *Nequaquam, Domine mi*, &c.] Tacuit ad *Pheninnæ* contumelias, respondet ad contumelias *Eli*. Factum negat, & tripliciter innocentiæ fidem facit, 1. Ex patientia; dum eum appellat Dominum, à quo temulenta dicta esset [o]. Notat hîc Chrysostomus ejus reverentiam, humilitatem, & modestiam; quæ convitium ebrietatis, quod in fœmina est grave & pudendum, patienter tulit; ideòque à Sacerdote benedici, & voti filiique compos fieri meruit [p]. Tanta patientia non poterat juncta esse cum temulentia. 2. Appellando se mulierem, à qua ebrietas alienissima esse videtur; Eccles. 26. 11. Hinc apud Romanos vini usus fœminis interdictus fuit; teste Polyb. l. 6. & Athen. 10. 13. & Plin. 14. 13. Nec minus, quàm adulteræ, plectebantur ebriæ mulieres supplicio capitali. Plin. ib. 3. A statu ejus infælici. Tristes vel, à cibis necessariis abstinent, multò magis à superfluis poculis [q]. ¶ *Non Domine*] Sub. *ita res habet, ut reputas; non sum ebria, sed, &c* [r]. ¶ *Mulier infælix*, [אִשָּׁה קְשַׁת רוּחַ] *Mulier duro spiritu*, P. Mo. D. *Durus* sæpè activè sumitur, pro *difficili* & *moroso*, ut Gen. 49. 7. Exod. 32. 9. Sed interdum passivè pro *misero*, ut Job. 30. 25. Quasi suis malis sic occalluerit, ut sanari non posset [s]. Quæ adversa sunt, Latini *dura* vocant [t]. ό. γύνη ἡ σκληρὰ ἡμέρα, &c. Sed in aliis & apud Chrysostomum, ἐν σκληρᾷ ἡμέρα *in dura die*. *Dura dies*, ut *durum tempus*, i. e. adversum. Ovid.

O mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite——

Videtur hoc velle; Non sum ebria vino, sed malis; quod ἄοινος μέθη dicitur *ebrietas citra vinum* [v]. Alii vertunt, *ægra animo*, JT. Ti. V. *Molesto animo*, M. *Dolentis animi*, Sy. simil Ar. *Angusta* vel *compressa spiritu*, Jon. in. D. Animo Afflicto, quæ gravatè fero sortem meam [x]. ¶ *Vinumque non bibi*] Vel illâ die, vel aliàs, non nisi raro [y].

Sed effudi animam, &c.] Id est, desiderium animi [z]. Angustias, mœrores & afflictiones [a]. Tristitiam de præsenti injuriâ, & spem de prole futurâ [b]. Deprompsi quicquid habebam in animo [c]. Totam animam suam orando quasi Deo repræsentabat; nihil sibi reservans, sed omnia pandens, & in sinum Dei effundens *. Porrò, in mœrore & gemitu tabescit, ac penè effunditur anima, & quasi in lacrymas resolvitur. Vel, q. d. linquor animo, expiro præ dolore. Sic Lucretius lib. 3. dixit, *Credo animam quoque diffundi.* Similis locutio, Job 30. 16. Psal. 45. 5. & 61. 9 [d].

16. *Nè reputes ancillam tuam*, &c [אַל־תִּתֵּן אֶת אֲמָתְךָ לִפְנֵי בַּת בְּלִיָּעַל] [Locus obscurus. Variè reddunt.] *Nè exprobres ancillæ tuæ ante filiam improbitatis.* Jon. Nempe, *Pheninnam* æmulam ejus [e]. Quæ ferocior erit, cùm

[n] R. S. in D. [o] La. Simil. Mend. [p] Me. Sim. La. [q] Mend. [r] Mart. [s] Ma. [t] D. [v] D. [x] V. [y] M. [z] Jun. Pi. * Pi. [o] Mend. [p] La. [q] Mend. [r] V. [s] Mend. [t] San. [v] D. [x] V. [y] Ma. [z] Jun. Pi. La. San. L. [a] La. [b] Mend. [c] V. * Mend. [d] Ma. [e] K. in D.

cùm me senserit abs te contemni. Sed non est probabile, piam mulierem suæ adversariæ tam petulanter maledixisse [f]. *Nè dederis servam tuam in filiam pestilentem.* 6. Vel, ut *unam indisciplinatarum*, Th. *Nè dederis ancillam tuam ad facies filiæ sine profectu*, Mo. *Nè des* (vel, *ponas*, P.) *ancillam tuam coram filia Belial*, Pi. sive *impiâ*, P. *Nè connumeres me inter filias Belial*, Ti. sim. Sy. Ar. *Nè compares eum ulla fœmina nequam*, JT. simil. V. *Nè ponas famulam tuam coram* (Sub. domino. M.) *quasi filiam Belial*. Scilicet, לִפְנֵי הַשֵּׁם כְּבַת בְּלִיַּעַל, M. *Nè reputes*, vel *ponas ancillam tuam pro filia Belial*, Ang. Belg. sim. Mar. *Nè ponas* (scil. æstimatione) *famulam tuam juxta filiam Belial*, ut sit similis filiæ Belial; Forst. in Ma. Homines בְּלִיַּעַל *sine jugo* dicuntur, qui vivendi legem nullam habent. Itaque Græci modò vertunt παράνομοι, modò λοιμοὶ, modò ἀσεβεῖς, modò ἄφρονες [g]. Qui legis jugum & disciplinæ pati non possunt. Vide Jer. 2.25 [h]. *Jugum* pro lege vel imperio sumi, notissimum [i]. ¶ *Ex multitudine doloris & mœroris mei*, [כִּי מֵרֹב שִׂיחִי וְכַעְסִי] *Quia ex multitudine* (vel *magnitudine*, JT. Pi.) *meditationis meæ* (*eloquii mei*, P. Mend.) *& indignationis meæ*, Mo. JT. vel *turbationis meæ*, Ti. *doloris & iræ meæ*, Sy. simil. Ar. *à multitudine invidiæ meæ, & irritationis meæ*, Jon. *à multo mœrore & molestiâ meâ*. שִׂיחַ propriè sign. עִנְיָן *occupationem animi quæ celari non potest, sed per verba & nutus foràs prorumpit* [k]. *Præ multitudine querelarum mearum & ægritudinis* animi mei, q. d. Multa quærens, & ægrè ferens; tamdiu oravi [l]. Vel, diutiùs oravi, aut dolori indulgens, aut ut lenirem animi mœstitiam [m]. Dolenti nihil dulcius est quàm dolorem suum sæpiùs aperire [n].

[f] Mart. [g] G. [h] Me. [i] San. [k] M. [l] V. [m] Ma. [n] Mend.

17. *Vade in pace*, [ita plerique] לְכִי לְשָׁלוֹם] *Abi cum pace*, JT. id est, hac solicitudine te libera, & in Dei providentia conquiescat animus tuus, proculdubiò res tuas curaturi. Sic 2 Sam. 5.19 [o]. Frequens hæc salutatio Hebræis, cùm amici ab invicem digrediuntur, quâ, omnia bona sub pacis nomine, illis imprecabantur [p]. ¶ *Det tibi petitionem*] Ità 6. P. Mo. JT. sim. Jon: *præstet*, &c. Sy. Ti. *concedat*, &c. M. *conficiat negotium tuum*, Ar. In שֵׁלָתֵךְ media radicalis litera Aleph quiescit in Zere voce magnâ [q]. Verba hæc sunt vel optantis, vel potiùs prophetantis [r]. Prophetia est, nam Eli propheta fuit [s]. ¶ *Dabit Deus*, &c.] q. d. Exaudivit te Deus, & daturus est quod petîsti [t]. Sacerdotis verba sæpè Deus regit. Vide Joan. 11.51 [v].

[o] Ma. ex Jun. [p] Mend. [q] M. [r] Mend. [s] D. [t] V. [v] G.

18. *Inveniat gratiam*] Hebraismus, Ineam tecum hanc gratiam, ut pro me orare velis [x]. Ut jam pro me oras, ita precor, ut porrò facias [y]. Simplicius videtur, Quæso te ut me deinceps æquis aspicias oculis, neque de me (ut antè) sinistra suspiceris; quam gratiam exoro & habeo maximam. Videtur Aposiopesis [z]. ¶ *Vultúsque illius non sunt ampliùs in diversa mutati*, וּפָנֶיהָ לֹא הָיוּ לָהּ עוֹד] *Et facies ejus non fuerunt ei ultrà*, Mo. Ma. *Et vultus ejus non est ampliùs turbatus*, Sy. vel *immutatus*, Ar. *Et vultus ejus non erat ampliùs*, sub. *talis*, Belg. vel, *tristis*, Ang JT. Pi. V. M. vel, *ut fuerat priùs*, Jun. D. vel, *malus*, Jon. i. e. mœstus, tristis, D. *Et facies ejus non concidit ei ultrà* 6. Vide Gen. 4 5,6 [a]. *Neque erant ultra facies ejus collapsæ*, M. *Iráque illius non fuit ei ultrà*, P. Heb. *Facies non ampliùs erat ei*. Metonymia subjecti, & Synecdoche generis. Sic alibi per faciem, facies irata significatur, ut Gen. 32.20. *Placabo faciem ejus munere* [b]. *Facies* in plurali apud Hebræos sæpè pro mœrore & ira usurpantur; Psal. 21.10. & 34.17. *Vultus Domini super facientes mala* [c]. *Facies* hîc pro ira, seu supercilio [d]. Verti potest, *tristitiáque ejus*, &c. Facies illa vultuosa, quæ præ se ferebat mœstitiam, &c [e]. Sensus est, post orationem & votum sedato fuit animo, quippe spei plena, ut placido deinceps semper fuerit vultu [f]. Ex hoc loco notat Estius vim & efficaciam benedictionis sacerdotalis, etiamsi fortasse sacerdos non fuerit usquequaque probatus. Nam Eli acriter à Domino reprehensus fuit [g]. Hanna ex ore Pontificis consolationem accepit, & facta hilarior ad sacras epulas rediit, & juxta legem Dei hilara & læta comedit [h].

[x] V. simil. D. Mend. L. Me. [y] Jun. Pi. [z] Ma. [a] Mend. [b] Pi. [c] Mend. [d] Mar. [e] V. [f] Me. [g] E. [h] Mart.

19. *Et surrexerunt manè*] Tempus hoc idoneum & viæ capessendæ, & orationi fundendæ. Vide Psal. 119. 148 [i]. ¶ *Et adoraverunt coram Deo*] i. coram arca [k]. Cùm se esset in viam datura, priùs orationis præsidio se munit [l]. Disce hinc manè Deum invocare, antequam itineri vel operi te accingas [m]. ¶ *Cognovit autem Elcana*, &c.] Modestè conjugalem operam exprimit [n]. Nam in Hebræa lingua nullum est vocabulum, quo res aut actio turpis declaretur, teste Maimon. Duct. Dub. 3. 10. quia non oportet, ut talia nominentur. Vide Eph. 5.3 [o]. Et quæ ad Gen. 4.1 [p]. ¶ *Recordatus est Dominus*] Humano more loquitur [q]. Tunc aliquem oblitum esse putant, cùm nullum apparet memoris animi signum aut officium [r].

[i] Mend. [k] La. [l] Mend. [m] La. [n] San. Mend. [o] Mend. [p] Ma. [q] Me. San. [r] San.

20. *Et factum est post circulum dierum*, וַיְהִי לִתְקֻפוֹת הַיָּמִים] *Et fuit in revolutionibus* (vel *post revolutiones*, Pi. M. Ang. *post expirationem*, Belg.) *dierum*, Mo. P. 6. *revolutis aliquot diebus*, Ti. *post revolutiones temporis*, JT. i.e. Exacto ordinario graviditatis tempore [s]. Capitur *revolutio dierum* pro *diebus impregnationis* [t]. Erudita quidem expositio, sed quam non videtur admittere ordo verborum in Hebræo: quo significatur, Hannam post revolutiones dierum concepisse; non autem postquam illa concepisset, dies revolutos esse. Itaque *post revolutiones dierum*, hîc nihil aliud videtur significare, quàm postquam aliquot dies elapsi essent, ex illo tempore quo Elcana cœperat denuò cum Hanna concumbere: ut significetur, illam non statim in primo illo concubitu concepisse [v]. Al. *in tempore* (vel *post tempus*, Sy.) *dierum*, 6. vel, *perfectionis dierum*, Jon. *Et cùm dies aliquot mansisset*, Ar. *vertentibus temporibus conceptum edidit filium*, Ca. Revoluto ferè anno, elapsis nimirùm decem mensibus, *concepit* (rectiùs *conceperat*) & *peperit filium*; Osiand. *Dies* in plurali annum denotant [x]. *Post circulum dierum*, significat præteriisse legitimum aliquod tempus, intra quod rei uxoriæ operam dari aut lex aut consuetudo non permitteret. Quale fortasse fuit, cùm in Silo ab utrisque orationi vacatum est. Vide 1 Cor. 7.5. vel, ab egressu à domo sua usque ad reditum [y]. Atque hic mos erat Judæorum; ideóque cum Hierosolymam ibant, viri ibant in una comitiva, & mulieres in alia. Vide Luc. 12.44 [z]. Cùm sacris vacarent, videtur eam non cognovisse; non quòd consuetudo cum uxore peccatum sit, sed quòd animum à rebus gravioribus avocet. Vide 1 Cor. 7. & Exod. 19 †. Vel, *concepisse* dicitur, cùm conceptionis signum deprehensum est; quomodo Bersabee loquitur, 2 Sam. 11.5. *Et ait concepi*. Sæpè in Scriptura aliquid fieri dicitur, quando factum esse cognoscitur. Ità *circulus dierum* ille est, quem in formando fœtu natura desiderat; nempe 40 dies [a]. *In circuitibus* (sub. *aliquot*) *dierum*. H[s]. *Transactis autem aliquot mensibus* [b]. ¶ *Concepit Anna & peperit*] Ità Jon. Mo. Ar. וַתַּהַר חַנָּה וַתֵּלֶד] *ut conciperet & pareret*, Pi. Sy. M. Ti. *Ex quo concepit Hanna ut pareret*, JT. Vel, *postquam concepisset Hanna*, P. D. Simile, *iratus fuisti, & peccaveramus*, i.e. postquam peccaveramus [c]. Notandum hîc esse ὕστερον πρότερον. Dici quippe debuit, *Concepit*, & post *revolutiones dierum peperit*. Sed hujusmodi formulæ alibi occurrunt, ut Exod. 14. *Posuit mare in siccitatem, & divisæ sunt aquæ*; cùm priùs divisæ fuerint, quàm exsiccarentur aquæ. Et Isa. 64. *Tu iratus es, & nos peccavimus*; cùm tamen Judæi priùs peccaverint, quàm Deus irasceretur *. ¶ *Vocavitque*] nempe Hannah [d]. Qu. Utrum ad patrem an matrem spectabat nomina filiis imponere? Resp. 1. Ad matrem [e], ut patet ex Gen. 4. 1. & 19.37,38. & 25.26. & 29. 30,35. & 38. 29,30. & alibi [f]. 2. Ad patrem [g]. Nec desunt exempla, Gen. 4.26. & 5.29. & 21.3. & 41.51. Exod. 2.22. Munus nomina imponendi pertinet ad dominum [h]. 3. Existimo nullum fuisse de hac re jus inter Hebræos; sed hoc munus ad utrumlibet parentem absque ullo discrimine spectâsse. Paria enim ferè Scripturæ testimonia pro utrovis referuntur. Jus naturale nullum est, positivum autem non apparet [i]. ¶ *Samuel*, שְׁמוּאֵל] Etymologiæ non sunt semper exigendæ ad regulas Grammaticas. Aliter autem componuntur ab Ebræis, aliter à Latinis. Aliquando enim in compositis Hebraicis cernuntur tantùm primæ literæ vocum è quibus vocabulum componitur; ut ex hoc nomine *Semuelis* est clarum, quod impositum est à muliere, non à viro docto; retinétque tantùm primam literam verbi שָׁאַל, quod *postulavit* significat. *Semuel* dicitur, quasi שְׁאֶלְתִּי אוֹתוֹ מֵאֵל (i e. *Petii eum à Domino* [k]. *Petitum* vel *postulatum à Deo* vertunt Jo. Th. Procop. & Suidas in Ma. M. Mend. Nomen hoc ex duobus corruptis

[s] Jun. simil. Mend. [t] M. [v] Pi. [x] D. [y] San. [z] L. D. † Mart. [a] San. [b] V. [c] D. * Mart. [d] D. [e] Mont. in Mend. [f] Mend. [g] Pineda in Mend. [h] Mend. [i] Mend. [k] V.

&

& ex integro componitur [l]. Duo corrupta sunt, שָׁאַל & מִן, integrum est אֵל. Et huic etymo favere videntur verba subjecta; *nam à Jehova petivi illum* [m]. Dicitur quasi שָׁאוּל מֵאֵל eliso ל, ut in *Babel* pro *Balbel* [n]. Hîc duæ literæ desiderantur [o]; & unum tantum elementum שְׁאֵל hîc apparet. Mallem ergò aliter reddere [p]. Alii ergò sic, שְׁמוֹ אֵל, *nomen ejus Deus*. Ità Hieron. & AE. & Greg. in Ma. Sicut Moses à Deo constitutus erat Deus Pharaonis, Exod. 7.1. Sic & Samuel Saulis & Israelis [q]. Vel, *nomen ejus à Deo*, San. Mend. Al. *posuit eum Deus*, D. Philo. & Fr. Georgius in La. San. *Posuit*, id est, dedit. Tale etymon nominis Seth, Gen. 4. Deus illum posuit in rerum natura, & quasi genuit; nec tam Elcanæ, quàm Dei filius erat Samuel; quia filius orationis fuit [r]. Mallem, *exauditus à Deo*. à שָׁמוּעַ *auditus*, & אֵל *Deus*: h. e. cujus mater exaudita est à Deo, quum eum ab illo peteret [s]. Hoc intendebat pia mater, ut Samuel, quoties suum hoc audiret nomen, recordaretur se Deo tanquam præcipuo parenti debere, & quòd esset, & quòd viveret; atque ità libentiùs perpetuas Nazaræi statûs molestias sustineret [t]. Puer ipso nomine de officio suo admonebatur. Notandum est veteres non temerè nomina filiis imposuisse; sed ex insigni aliquo eventu; nè unquam beneficia Dei memoriâ exciderent, néve suos liberos negligentiùs educarent. Et rectè sané. Sic Deum imitabantur, qui cùm aliquem ad novum opus vocat, frequenter nomen ejus mutat. Ast hodiè nomina sæpè casu imponuntur; quæ præterea nonnunquam sunt Ethnica, quorum ratio ægrè reddi potest [v].

21. *Et omnis domus ejus*] i.e. Domestici [x]. *Et omnes* pro majori parte, ut Heb 11.13. *omnes isti defuncti sunt*; Enoch tamen non erat defunctus, Gen 5.29 [y]. ¶ *Hostiam solennem*, [אֶת־זֶבַח הַיָּמִים] *Hostiam* vel *sacrificium dierum*, ό. Mo. Ti. vel *dierum solennium*, M. *sacrificium solennitatis*, Jon. *hostiam anniversariam*, P.V.D.JT. sim. V. quam in tribus anni solennitatibus offerre solebant [a]. ¶ *Et votum suum*] Ità M.Ti. Sub. *offerret*. Tig-not. Mend. vel *persolveret*, JT. Ellipsis verbi significantis rem consentaneam; sic Psal. 25. 14. *Arcanum Jehovæ timentibus ejus*, scilicet, *aperitur*. Et v. 15. *oculi mei ad Jehovam*, scil. spectant [b]. *Et ad reddendum vota sua*, Jon. [Q. jungunt cum præcedentibus, *Ad purificandum Domino sacrificia dierum voti sui*, Sy. *ut offerret Domino sacrificia diebus voti sui*, Ar.] Sed quodnam hoc votum? Resp. 1. Commune ipsius & uxoris votum de Samuele Deo dicando [c]. Sed quî poterat tunc votum istud persolvere, quum Samuel adhuc esset infans, necdum idoneus qui ad ministerium sacrum adhiberetur [d]? 2. Votum hoc fecerat si Dominus illi prolem ex Hanna daret [e]; quo casu fortasse vovit se donum aliquod ad Tabernaculum allaturum [f]. Fortè pacifica eo casu voverat [g]. Et quamvis in superioribus nusquam fiat mentio talis voti; tamen ex hoc loco satis intelligitur fuisse emissum. Solet enim Scriptura aliquas circumstantias rei, quam narrat, præterire, & eas postea obiter inculcare [h]. 3. Intelligo hoc votum de Samuelis redemptione, quâ redimere illum volebat à sacerdote, ex lege Levit. ult. 5, 6 [i].

22. *Et Anna non ascendit*] Ab eo scilicet tempore quo ascenderat ad Tabernaculum [k]. Nec peccavit domi remanendo; quia lex solis maribus imposita erat, Exod. 34.23 [l]. Licèt videri possit quâ lege excluduntur incircumcisi, (à celebratione Paschatis, &c) etiam excludi fœminas; maximè, cùm in lege soli mares ad tria festa se conferre jubeantur, Exod. 23 17 & 34.23. & Deut. 16.16, &c. Tamen Exod 12 6.47. *omnis cœtus Israel* jubetur Pascha celebrare. Itaque fœminas unà cum viris, solennia hæc festa celebrasse, patet exemplo Hannæ in hoc capite, & sanctæ Virginis, Luc. 2. 41. Neque dubium quin idem præstiterint omnes eorum temporum piæ mulieres; & proinde illis fuit pars in sacris conviviis. Quidni igitur credamus mulieres etiam Pascha participâsse, quod Eucharistici sacrificii genus fuit [m]? ¶ *Dixit enim viro*] h.e. petiit à viro facultatem remanendi; aliàs ascendenti comes adhæsisset [n]. ¶ *Non vadam donec ablactetur infans*, [עַד יִגָּמֵל הַנַּעַר] Aliquid ante ista Hebraica verba subaudiunt; nempe *non ascendam*, P.JT. Ma. vel *manebo*, M.Ar. Vertunt, *donec ablactetur puer* vel *infans*, P.Mo. simil. ό. Jon. &c. Tempus autem lactationis, sive quo

l Jun. — m Pi. — n BA. 1,3, 34,1017. — o D. — p San. — q La. — r San. — s Pi. — t T. ex San. — v Mart. — x D. Mend. — y Mend. — a La. — b Pi. — c Jun. — d Pi. — e M. sim. San. Mend. — f San. — g Ma. — h Mend. — i Pi. — k Pi. — l Mend. — m BA. 1, 2,50,578. — n Mend.

infans communiter sugit, statuunt duos annos [*]. Alii tres, vel quinque annos [o]. Triennium fuisse constat ex 2 Mac. 7.27. quod tempus lactandis pueris idoneum esse docet ex Galeno Vales. sac. Philos. c. 83 [p]. Cùm autem ætas hæc infantilis mollis videretur & tenera, nec à matris sinu atque complexu separanda; quidam metaphoricas quasdam ablactationes excogitârunt [q]. Duplex est ablactatio; 1. à lacte mammillæ, circa initium tertii anni; 2. à lacte pueritiæ, cùm cibis communibus uti incipit; & hoc fit circa decimum annum. De posteriori hîc loquitur Scriptura [r]. Alii sic; Ablactatio est 1. propria, ab uberibus, &c. 2. alia, quæ anno septimo adultum infantem à pædagogo liberat; 3. alia, quæ anno 10 vel 12 tutorem à puero removet. Non de prima ablactatione, sed sequentibus hoc intelligunt. Infans enim (inquiunt) molestiæ plus esset sacerdoti, quàm usui [s]. Nihilominus de prima ablactatione potiùs intelligo [t]. Ità enim dicitur versu sequenti, *donec amoveret eum à lacte*. Deinde v. 24. dicitur fuisse *addactus*, ulnis scilicet [v]. Nec valet ratio contrà allegata. Cùm enim alii, ut est verisimile, non pauci ab infantia forent consecrati; (nec enim hoc Anna sine exemplo fecisse videtur) cautum erat à Sacerdotibus, ut aliqui essent in Tabernaculo, qui teneram illam ætatem alerent, atque curarent [x]. Non decebat puerum, Deo ante conceptionem consecratum, moras trahere in domo paterna. Nec solùm oblatus fuit Samuel ut operaretur; sed præcipuè ut sanctificaretur [y]. [Alii יִגָּמֵל aliter vertunt] *donec educatus fuerit*, JT. i.e. eò usque provectus ut ministrare possit. Nam גָּמַל non tantùm est *à mamma disjungere*, sed *educare*, Num. 17.23. 1 Reg. 11. 20 [z]. At גָּמַל Num. 17. Metaphoricè accipitur; nec sign. *educare*; sed *producere*, aut *ad maturitatem perducere*. Locus 1 Reg. 11. etiam suam habet difficultatem; nam ibi est verbum fœmininum תִּגְמְלֵהוּ *ablactavit eum*; quod de תחפנס, nisi per enallagen generum, accipi non potest. Sed de hoc ubi ad locum illum pervenerimus [a]. Possis hîc reddere: *donec maturescat*, sive maturus fiat puer ministerio & Nazaræatui. Aliter: *donec efformetur puer*, i.e. ut satis membris & robore efformetur ad ministrandum in Tabernaculo [b]. Probabilius mihi videtur Samuelem non ante sextum vel septimum annum adductum. Nam 1. statim post adventum ejus ministrabat Domino, cap. 2. v. 11. 2. Nec quæ nullum antea puerum enixa est, hunc tam citò ablactaret. Quocirca etiam Sara Isaacum non nisi post quintum annum ablactâsse creditur; cùm tempore ablactationis ei illuserit Ismael. 3. Juniores onera fuissent Tabernaculo. 4. Nec voti solutionem hoc pacto distulit; quandoquidem eum offerret, quamprimùm ad ministerium idoneus esset [*]. Qu. Num Anna peccavit? Videtur non servâsse legem purificationis puerperæ die 40 à partu, Lev. 12.2. quando parentes primogenitum redimebant quinque siclis, Exod. 13.2. Resp. Levitæ hâc lege non erant obligati; quòd in ipsorum utilitatem sacrificia illa cederent [c]. Illâ ætate Samuel infirmus erat; idcirco noluit cum periculo exponere; nec poterat ipsa proficisci & puerum domi relinquere. Legem autem illam oportuit ad officia charitatis exigere [d]. [Al. sic] Puto Annam adiisse Tabernaculum, & leges has implevisse, deinde rediisse domum, &c. Obj. At hoc in sacris monumentis non habemus. Resp. 1. Non omnia, quæ contigerunt, sacra prodit historia. 2. Quæ communia sunt omnibus, neque aliquid peculiare continent, quod notari debeat, mandari non solent monumentis [*]. Quod hîc & v. 22. dicitur *non ascendisse*, intellige ad sacrum illud solenne & anniversarium [†]. ¶ *Ut appareat ante conspectum Jehovæ*, [וְנִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְהוָה] *Ut conspiciatur*, vel *appareat*, (*& comparebit*, Sy. ό. *& videatur*, Jon.) *coram Jehova*, P.Ar. *coram facie Domini*, M. nempe ex lege, Exod. 23.17 [e]. *Et appareat*, i.e. statuatur, V. Non dicit, *ut serviat, laboret*, &c. (nam ætas ejus infantilis ad id non erat apta) sed *ut appareat* vel *conspiciatur*, ad hominum ædificationem; ut hujus exemplo ad res humanas repudiandum, & divinis inhærendum moveantur [||]. ¶ *Et maneat ibi jugiter*, [וְיָשַׁב שָׁם עַד־עוֹלָם] *Et maneat* (vel *sedebit*, ό.) *ibi perpetuò*, Ti. *usque in seculum*, M.P.Mo. ό. *in æternum*, Sy. *toto spatio ætatis suæ*, Ar. Quamdiu vixerit [f]; ut Exod. 21.6. Jun. vel, seculum hîc accipitur pro ævo Levitarum, quod 50 completitur annos [g]. Hinc opinio illa Samuelem vixisse 52 annos.

* K. & Avicenna in D. — o D. — p San. — q San. — r L. — s Q. in San. — t Mend. San. To. Item Theod. Procop. Hugo. Caj. & alii in Mend. — v Mend. — x San. — y Mend. — z Jun. Pi. — a D. — b Ma. — * Wil. — c La. Mend. — d Mart. — * San. — † Ma. — e D. — || Mend. — f V. He. in M.D. Jun. Pi. — g He. in M.

annos. Nam seculum continet annos 50, cui addunt duos ablactationis. Sed huic opinioni adversatur, quòd posteà dicitur זָקַנְתִּי *consenui.* At senectus primùm incipit anno 60 [h]. *Maneat ibi,*&c. i.e. ne sit mihi necesse eum educandum reducere; sed maneat à me emancipatus perpetuò: Nam alioquin postea Semuelis domicilium fuit Ramæ, quum ligitimâ suâ administratione functus esset, infrà cap. 7. 16, 17 [i]. Itáque volunt Annam voto suo non fixisse perpetuò Samuelem Tabernaculo; sed à se perpetuò emancipasse. Vide infrà v. 28 [k].

23. *Et mane*] Heb. *sede.* *Sedere* pro *manere*, ut Gen. 22. 5. & 34. 10. & 49. 24. & alibi. Sic Livius, *Pœnis sedentibus ad Trebiam* [l]. ¶ *Precórque ut impleat Dominus verbum suum,* אַךְ יָקֵם יְהוָה אֶת־דְּבָרוֹ] *Veruntamen confirmet Dominus verbum suum,* Mo. [Similiter ferè omnes.] Qu. Quodnam fuerit hoc verbum? Resp. 1. Quod per Eli promisit [m]. i. e. Ratam habeat illam promissionem. Hîc habenda est ratio totius orationis Hannæ [n]. Non placet; Verbum enim Heli jam impletum erat, nempe de nativitate Samuelis; non ergo peteret, ut impleretur [o]. Resp. 2. Hinc videtur præcessisse aliquam revelationem de Samuele, quæ hîc non est expressa. Solet enim Scriptura multa tacere, quæ postea suggerit & supplet [p]. Resp. 3. [Alii aliter vertunt.] *Eventu comprobet verbum tuum,* Sy. Ar. *Firmet Deus quod exiit ex ore tuo.* ὁ. [quasi pro דְּבָרוֹ legissent דְּבָרְךָ] Resp. 4. *Verbum* hîc sumiter pro *re* [q]. Ut alibi sæpè, Exod. 2. 14. & 4. 8. & 9. 5. & passim alibi [r]. Sensus ergò est, Impleat Dominus ac perficiat quod cæptum est. Natus est infans, adolescat, confirmetur; ut gaudium nostrum inchoatum perfectum esse possit [s].

24. *Et adduxit eum*] Et in eodem versu repetitur, *adduxit,* ut Annæ filium offerentis alacritas indicetur [t]. ¶ *In vitulis tribus,* בְּפָרִים שְׁלֹשָׁה] *In* vel *cum juvencis tribus,* Mo. Jon. [Ità ferè omnes] Al. *cum juvenco* (vel *tauro,* ὁ. Ar.) *trienni,* Sy. Ar. ὁ. Favet huic versioni Chrysost. necnon Theodor. dicens Annam obtulisse puerum & vitulum ejusdem ætatis [v]. Sed cur tres vitulos? Resp. Pro amplis sacrificiis & oblationibus faciendis [*]. Unus ex eis primo die mactatus est; alteri duo deinceps aliis festis diebus. Ità R. Levi; vel potiùs, unus destinatus est ad holocaustum, alii duo ad sacrificia pacifica [†]. Unus tantùm immolatus est, v. 25. reliqui duo ad convivia adhibiti [x]. Hos duos aut Sacerdoti dedit, cui filium commendavit; aut pro statis atque solennibus victimis reliquit in Templo [y]. ¶ *Et tribus modiis farinæ*] Hebr. *Ephah.* quod continet tres modios, seu tria sata [z]. Eam partim edebant, partim ad munus, מנכה [lege מִנְחָה] vocant, offerebant [a]. Pro singulis autem vitulis offerendum esse unum Ephi, habemus, Ezech. 46. 7. Quare Anna, ad vitulum unum, quem immolari voluit, satis farinæ attulit pro libationibus [b]. ¶ *Et amphorâ vini,* נֵבֶל] *Utre,* P. JT. Ma. D. *amphorâ, cado, fideliâ,* V. Hæc mensura ejusdem est capacitatis pro liquidis, atque Ephi pro solidis [c]. Hostiæ pacificæ admiscebantur farina & vinum, Num. 15. 10 quæ omnia hîc attulit, liberali manu [d]; Quod autem superfuit, sacrificantibus, seu convivantibus elargita est. Ex quibus colligitur, non solùm sacrificium, sed etiam convivium hîc interfuisse [e]. ¶ *Puer autem erat adhuc infantulus,* וְהַנַּעַר נָעַר] *Et puer puer.* Mo. *Puer autem* (Sub *erat*) *puer,* P. vel *puerulus,* Jon. *adhuc puellulus,* Sy. simil. JT. Ti. K. in D. V. *erat adhuc lactens,* Jon. in V. i. e. Fuit tam tener quasi adhuc sugeret matris ubera [f]. In hac repetitione per epizeuxin, crescit significatio, q. d. valde puer. Sic Psal 67. 13. *dilecti, dilecti* [g]. Prius *puer* personam notat, posterius ætatem [h].

25. *Vitulum*] Vel, unus tantùm immolatus erat; [Vide quæ ad vers. antecedentem] vel פַּר hîc est nomen speciei & collectivum, q. d. immolaverunt tres juvencos [i]. ¶ *Et obtulerunt*] *Adduxerunt;* i. e. Facto sacrificio, introduxerunt [k].

26. *Obsecro, mi Domine*] Ità Jon. Sy. Ar. M. P. בִּי אֲדֹנִי] *In me Domine mi.* Mo. ὁ. Sub *iniquitas,* aut aliquid tale [l]. Illud בִּי interjectionis vim obtinet,

h D. — i Jun. — k Ma. — l D. — m V.D.L. Pi. — n V. — o Mend. — p La. ex Caj. — q Me. Mend. San. — r Mend. — s Me. sim. Mend. San. — t Mend. — v Mend. — * V. — † Mart. — x Me. D. — y Mo. ex San. — z Mend. — a D. — b San. — c Mend. — d San. — e Mend. — f M. — g Mend. — h Pi. — i Ma. — k V. — l AE. in D.

& attentionem excitat [m]. *O Domine mi;* q. d. Audi ancillam tuam, & concede quod petitura sum [n]. Attende *ad me,* JT. ¶ *Vivit anima tua*] Ità Mo. Hæc verba sunt formula, vel, 1. bene precandi; q. d. opto tibi longinquam vitam, ut filium meum queas educare [o]. *Vivat anima tua,* Sy. *Vivas tu incolumis ô Domine.* Ar. q. d. Ità vivas & valeas [*]. Vel, 2. asseverationis & juramenti [p]. q. d. Tam vera sunt quæ dictura sum, quàm verum est te vivere, aut quàm verum est quòd ego opto vitam tuam [q]. Solebant & Ethnici & alii jurare per vitam eorum quos diligebant, Gen. 42. 15. 1 Sam. 17. 55. & 20. 3. Vide & Alexandrum ab Alex. 5. 10 [r]. *Per vitam animæ tuæ,* Jon. P. Per tuam vitam obsecro ut attendas ad me [s]. Malo referre ad sententiam sequentem; q. d. Quàm certò nosti te vivere, tam certò crede quod dico, nempe me esse mulierem illam [t].

27. *Dedit petitionem meam*] *Petitio* pro re petitâ, more scripturæ. Abstractum pro concreto [v].

28. *Idcirco & ego commodavi eum Domino,* הִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה] Variè reddunt. *Petere feci eum Domino,* Mo. *Commodavi* vel *mutuavi* (*addixi,* Ar. *mancipavi,* Ti. *traddidi,* Jon. M. Belg.) *eum Domino,* ὁ. P. V. Ang. Belg. Sy. i. e. ut mihi à Deo donatus est, ità etiam ego illi ipsum dono; vel decrevi, vel vovi me tradituram illum utendum Domino [x]. Optima esset interpretatio, nisi quòd שָׁאַל *commodare,* non tam significat tradere rem jam acceptam, quàm tradere rem iterum accipiendam [y]. שָׁאַל & הִשְׁאִיל Significant non tantùm *rogare* & *postulare,* sed & *postulationem exaudire;* sive *rem postulatam commodare, dare, donare,* per Catachresim: Verba enim Hebræorum actionem nunc inchoatam, nunc perfectam significant, præsertim in Hiphil [z]. Potiùs *commodare* hîc; ut alibi significat *adhærere alicui,* seu sociare aliquem. Probat hoc Pagnin. ex Isa. 14. 2. & 56. 3. Jer. 50. 5. Ità commodat filium Domino, i. e. tradit eum in societatem Domini. Adde quòd Hebræorum debitores suis creditoribus adhærebant. Vide Prov. 22. 7. & Isa. 58. 3. Anna autem filium suum à Deo datum, ac Deo debitum agnovit [a]. *Restitui ei petitionem quam mihi dedit,* Q. in M. *Precariò datum sisto eum Jehovæ,* JT. *Reddidi eum, quem precibus acquisivi Domino,* Ang. simil. Ma. Verto, *Dedo eum:* Heb. *Facio ut sit postulatus Jehovæ;* i. e. ut quoties à Jehova postulatur compareat, & se sistat. Meton effecti destinati [b]. ¶ *Cunctis diebus quibus fuerit commodatus*] i. e. Quantum ipsius vita & voluntas tulerit; neque enim filii hujusmodi vota parentum, (quæ personalia dicuntur [c]) implere tenentur [d]. Ideò prudens mater sibi necessitatem imponit nunquam filium à Templo revocandi; non tamen filio, quin, si adultus voluerit, aliter de se statuat. Ità videtur hic locus exponi posse; aliter enim otiosè hæc clausula addita videretur [e]. כָּל הַיָּמִים אֲשֶׁר הָיָה הוּא שָׁאוּל לַיהוָה] *Omnibus diebus quibus erit commodatus* (vel *mancipatus,* Ti.) Domino, M. P. i. e. Quamdiu erit superstes, profectò datus est Domino [f]. Commodo eum Domino *omnes dies quos ipse vivit, commodationem Domino,* ὁ. *Omnes dies quibus ille superstes, ipse ministrans ante Dominum,* Jon. Mutuavi eum Domino *cunctis diebus quibus ipse victurus est, ut pro me Dominum precetur,* Sy. Addixi eum Domino, ut sit minister in ipsius æde; *toto spatio dierum ætatis suæ; quandoquidem munus est quod postulaveram à Domino,* Ar. Traddidi eum Domino *cunctis diebus quibus fuerit superstes; postulatus est à Domino.* Vel, aliter, *cuncti diebus quibus erit, donatus erit Domino,* Belg. *Quamdiu vixerit commodatus erit Domino.* Vel sic, *Is quem precibus acquisivi, reddetur & quasi redonatus erit Domino,* Ang. Sisto eum Jehovæ; *omnibus diebus quibus fuerit,* (i. e. vixerit, Pi.) *ipse rogatus precariò* (malim *deditus,* Heb. *postulatus*) *est Jehovæ.* JT. A nobis scilicet mancipatur & deditur Domino, ut ministret ei [g]. Pulchra hîc est Paranomasia; Ego *scealti,* i. e. postulavi à Deo & impetravi; & vicissim *hishilti,* i. e. tradidi Deo, ut sit *Shaül,* i. e. commodatus Deo. Alludit ad nomen Samuel, illique aliud dat Etymon; q. d. Priùs ità dictus fuit, quasi *Shaül meel,* i. e. postulatus à Domino; jam

m San. Me. — n V. — o K. in Mart. — * Q. in Ma. — p V. simil. D. La. — q San. Mo. Men. — r V. — s Mend. Jun. — t Pi. — v Mend. — x V. sim. La. San. — y Mend. — z La. — a Mend. — b Pi. — c San. — d Me. San. — e San. — f V. — g Jun.

quasi *Shaül leel.* i. e. donatus vel redditus Domino. *Cunctis diebus quibus fuerit* (superstes) *commodatus* (supple *erit*) *Domino*, ut is ipse eo utatur ad libitum [h]. Duplex potest esse hujus loci expositio. 1. Decrevi dare illum Domino, quamdiu nobis fuerit à Deo datus, i. e. quamdiu vivet. 2. Quamdiu erit שָׁאוּל, h. e. expetitus aut requisitus. Dabo eum Domino quamdiu is eum voluerit, & requisierit. Non enim fuit in potestate mulieris Deo præscribere. Nam poterat Deus eum vel, citò extinguere; vel, ipso uti ad aliud institutum; quod & factum est cap. 7. Nam factus est judex [i]. ¶ *Et adoraverunt*] Ità Sy. Ar. Belg. Osiand. *Et incurvaverunt se ibi.* P. nempe, parentes Samuelis, gratias ibi agentes [k]. Heb. est singulare [l]. וַיִּשְׁתַּחוּ] *Et incurvavit se.* Mo. JT. *adoravit.* Jon. V. D. M. Ang. *gratias egit.* Ti. Quis? Resp. 1. Vel, Eli; q. d. Tunc Eli acquievit precibus mulieris, quæ petebat ut ipse Deo gratias ageret; ille gratias egit pro beneficio quod illa accepisset [m]. Vel, Hanna. Sed verbum est masculeum [n]. Vel, Elcana; vel, ut alii, Samuel [o]. Noster proculdubio eisdem literis, aliis punctis legit *Jishthachu, & adoraverunt*, quæ formula reperitur, Gen. 48. 12 [p].

h La. i Mart. k Os. l Ma. m V. n Ma. o D. Ma. p Ma.

CAP. II.

1. *Et oravit Hanna*, וַתִּתְפַּלֵּל] q. d. *Oraverat Hanna*, h. e. à Deo petierat filium; quem quia ab eo acceperat, nunc *dicit*, seu *gratias agit*. Aut, *Precata est Deum Hanna*, ut acceptum haberet Samuelem; posteà gratias agit de tanto beneficio accepto; vel, *Oravit autem*, i. e. fudit preces, &c [q], q. d. oraverat, &c. At violenta est hæc expositio. Primo intuitu apparet *orandi* verbum cum sequenti cantico, potiùs quàm cum præcedenti oratione, conjungendum. Sed cur canticum *oratio* dicitur? Resp. Quia est quædam mentis loquutio cum Deo, seu elevatio in Deum; & gratiarum actio inter partes orationis recensetur [r]. *Orare*, pro *laudare*, Psal. 71. 20 [s]. ¶ *Exultavit cor meum*, עָלַץ] *Exsultat*, V. D. Plus est quàm gavisum est. Nam exsultat, qui externo signo animi lætitiam internam declarat, quasi exsiliendo atque efferendo se, gestibus ac saltibus affectum animi ostendendo [t]. ¶ *Cor meum*] Profana lætitia corpus circumfluit, in cor non illabitur; os tantùm impletur risu, Job 8. 21. (ubi de temporali fælicitate loquitur) at *in risu cor dolet*, Prov. 14. 13 [v]. ¶ *In Domino*, בַּיהוָה] *Per Jehovam*, i. e. authore Domino, sive beneficio Domini, animus meus plenus est lætitiâ [x]. Vel, tota hæc mea lætitia non est inanis & mundana, ad æmulationem, vel, insultationem comparata: sed solida, tota in Dei honorem composita. Vel, materiam tanti gaudii non mihi arrogo, nihil meis meritis tribuo, sed divinæ gratiæ [y]. ¶ *Exaltatum est cornu meum*] Eadem sententia repetitur aliis verbis [z]. *Cornu* potentiam significat & gloriam [a]. Metaphora ab animalibus cornigeris, quæ cornibus tutantur vitam suam; unde & propter cornua vel fortitudinem suam gloriari solent. q. d. Materiam gloriandi habeo ope tuâ, ô Deus [b]. *Caput meum* firmum, validum, & bene instructum, & sublime effectum est [c]. Sic *cornu* accipi volunt, Job 16. 15. & conferunt cum hoc loco, Psal. 26. 6. Olim invalida eram, nunc aucta filio & potens [d]. Samuelem *cornu suum* vocat, quia robur matris erat; ut Reuben dicitur *fortitudo patris*, Gen. 49. 3 [e]. ¶ *In Deo meo*] q. d. Meam gloriam & à Deo accepi, & in Deum refundo; nullam ejus partem mihi tribuo [f]. ¶ *Dilatatum est os meum*, רָחַב] *Dilatavit se.* q. d. Habeo quod respondeam nunc inimicis meis, si objiciant mihi sterilitatem meam: priùs habebam os clausum [g]. Hactenus pudor sterilitatis Annæ linguam constrinxerat, & os obstruxerat [h]. Os meum quod antea mœrore occludebatur, jam liberum est, & solutum [i]. Aperto ore me jacto & glorior [k]. *Apertum est os meum ad loquendum magnalia Dei*, Jon. in Ma. Al. Dilatatum est os risu & gaudio, ut Psal. 125. 2. *Repletum est gaudio*, (Heb *risu*) *os nostrum.* At *dilatare os* interdum sumitur, pro, *irridere, illudere, conviciari*;

q V. r Mend. s Ma. t D. sim. San. Mend. v Mend. x V. y Ma. z Pi. a Me. La. V. Mend. San. b V. c Ma. ex Jun. sim. M. d Ma. e San f Mend. g V. sim. Me. T. San. La. h T. ex San. i Mart. k Pi.

quòd irridentium gestus esse soleat, aperto ore exertare linguam. Sic Psal. 34. 21. Isa. 57. 4. Acsi dicat Anna: Ampla mihi materia jam reddendi talionem linguæ malevolis meis, & eos sannis excipiendi, &c [l]. ¶ *Super inimicos meos*] i. e. Peninnam, quæ hostiliter mihi insultavit, cap. 1. 6. Synecd. gen [m]. Nota Annæ modestiam, dicit *super*, non *contra inimicos*. Et neminem seorsim designat [n]. *Super*, i. e. contra, adversùs, D. Me. Ma. vel *super*, i. e. magis quàm, &c. q. d. Plus ego possum uno Samuele nato, quàm Pheninna multiplici suâ prole gloriari [o]. Pluris faciendus erat unus filius à Deo datus, & Deo consecratus in Templo, quàm multi in domo paterna viventes [p]. *Super hostes*, Pheninnam & alios [q]. Ejus filios, vel cognatos, &c [r]. ¶ *Lætata sum in salutari tuo*, בִּישׁוּעָתֶךָ] *Per salutem tuam*, i. e. per tuum beneficium, quo fœcunda facta sum [s]. *In* vel *de salute tua*, P. JT. Pi. D. i. e. Propter salutem à te mihi præstitam [t]. Dando mihi filium [v]. In salute, quam cum nato Samuele adepta sum [x]. Vel, In te Domine, qui vera salus es [y]. Deus, cùm salutem præstet hominibus, *salus* sæpe *hominum* appellatur. Vel sic, *in salute tua*, quam videlicet præstare soles, & quam de tua clementia quivis sperare potest [z]. Vocatur Deus *salutare* ab effectu, Deut. 32. 15. Psal. 23. 5. Luc. 1. 47. Alii referunt ad Christum, qui in Scriptura sæpè *salutare* nominatur, Gen. 49. 18. Psal. 50. 14. Isa. 52. 10. Abac. 3. 18. Luc. 2. 26. Ità Aug. Greg. & Rupert [a]. Hebræorum porrò more hîc à tertia persona ad secundam transit; ut in gravi aliquo affectu non rarò contingit [b]. Totum hoc canticum metaphoris, asyndetis & apostrophis refertum est [c].

2. *Non est sanctus, ut est Dominus*] Divino beneficio accepto, divinas laudes aggreditur; easque exorditur à sanctitate Dei, tum quia hæc aliis Dei attributis est nobis notior; tum quia Deus de nulla re magìs quàm de sanctitate gloriatur, Psal. 137. 2. Isa. 6. 3. Amos 4. 2. Apoc. 4. 8. & alibi. Et hoc inprimis orandum docuit Christus, ut *sanctificetur nomen Dei*, Matt. 6. 9 [d]. tum quia Deus in Annæ partu sanctitatem suam declaravit, 1. Ejus innocentiam & probitatem contra Peninnam defendendo. 2. Fidem de prole datam sanctè præstando. 3. Dando Samuelem Prophetam sanctissimum [e]. Porrò, solus Deus sanctus est independenter & perfectissimè; & per naturam sive essentiam; & tum actu, tum potentia: quia nec habet, nec habere potest ullam culpam [f]. *Nullus est sanctus*, q. d. Nullus alius coli debet præter Dominum, nam est clementissimus, &c. Per *sanctitatem* intelligit Misericordiam, Clementiam, Justitiam & reliquas virtutes [g]. ¶ *Neque est alius extra te*, כִּי אֵין בִּלְתֶּךָ] *Quia non* (vel *nihil*, Ti. *Imò nullus*, JT. V.) sub. *est*, P. JT. *præter te*, Mo. D. Q. Sic. *Non est justus* (vel, *sanctus*) *præter te.* Ità 6. q. d. Tu solus sanctus [h]. Non est alius sanctus extra Dominum, vel sine Domino; seu, qui non participat sanctitatem à Domino. Vel, *Non est Deus præter te*, Ar. Ità negatur quælibet alia Deitas, ut Isa. 43. 10. & 44. 6 [i]. *Non est præter te.* Solus Deus revera *est*, quia per se est, & quia æternus est. *Esse* enim significat æternum esse [k]. De solo Deo dicitur, *Ego sum*, Exod. 3. 14. Joh. 8. 58. De creatura autem dicitur *non esse*, Isa. 40. 17 [l]. ¶ *Et non est fortis sicut Deus noster*] Ità P. simil. Jon. Sy. M. וְאֵין צוּר כֵּאלֹהֵינוּ] *Et non petra sicut Deus noster*, Mo. *Nulla est rupes ut Deus*, JT. D. צוּר Proprium Dei Epitheton, Vide Deut. 32. 4 [m]. Psal. 18. & 2 Sam. 22. Psal. 72. 26 [n]. *Petra* hîc designat, vel, fortitudinem & omnipotentiam Dei [o]: (צוּר *Deus*, q. d. es potentissimus [p].) vel, potiùs, præsidium, receptum & refugium, quod præstat iis qui eò confugiunt [q]. Petra in qua contra tempestates & venatores securi tutique consistimus, juxta Psal. 103. 18 [r]. Vel, alludit ad rupes in Canaan, in quibus speluncæ erant, quò urgente hoste confugerunt Israelitæ [ut antè notatum.] Deus est illa petra refugii, in cujus foraminibus columbæ recipiuntur, & muniuntur [s]. Potentiam suam hoc loco ostendit Deus tripliciter, 1. In miraculis faciendis, & Annam ex sterili fœcundam reddendo. 2. Defendendo infirmam Annam. 3. Et debellando superbam Peninnam. Porrò additur,

l Ma. m Pi. n Mend. o Me. p San. q D. r Ma. s V. sim. La. t Pi. v D. x Me. y Me. San. z San. a Mend. b San. c Jun. d Mend. e La. f Mend. g V. h V. i Mend. k D. l Mend. m Ma. n Mend. o Ma. p V. q D. r La. s Mend.

additur, *Deus noster*, nempe Israelis, ad distinctionem falsorum Deorum [t]. [t Mend.]

3. *Nolite multiplicare loqui*, &c. [אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ וגו׳] Ad verb. *Nè multiplicetis, loquamini* altum altum, Mo. Pi. Sunt duo futura continua asyndeta [v]. Fut. Heb. loco infinitivi. *Nè multiplicetis ut loquamini*, pro, *Nè ultrà loquamini* [x]. Observandus hîc novus loquendi modus, ubi verbum pro adverbio sumitur: Ut *magnificavit facere*, pro, *magnificè fecit: adjecit loqui*, pro, *ampliùs loquutus est*. Ità hîc, *multiplicare loqui*, pro, *ampliùs* vel *sæpiùs loqui* [y]. Sic, *addam miserebor*, pro, *ampliùs miserebor*. Hinc regula, Quando duo verba ejusdem temporis vel modi simul leguntur absque copula, vel etiam cum copula, priùs reddi debet per adverbium [z]. *Nè* ergò *posthac* (vel, ampliùs, Sy.) *loquamini*, P. *Non multiplicabitis ad loqnendum*, &c. Jon. *Nè multis loquimini*, JT. *Nè sitis multi in loquendo*, Ti. *Nolite multiplicare* verba *ut loquamini*, &c. M. ¶ *Sublimia gloriantes*, [גְּבֹהָה גְבֹהָה] *Altum, altum*, Mo. Pi. *Magnalia*, Jon. simil. ὁ. *magnifica*, Sy. Ar. Ti. M. *sublime*, vel *arrogans* ac *superbum*, sub. *verbum*, V. sic P. *Admodum elatè*, JT. *Elatum, elatum*, h. e. elatissimè. Nam, in genere, apud Hebræos, effertur gradus superlativus, per continuam adjectivi repetitionem; ità ut Anadiplosis sit loco superlativi; ut הָאָדֹם הָאָדֹם Gen. 25. 30. denotat *rufissimum*. sub *edulium* [a]. Geminatione substantivi significat frequentes fuisse & assiduos in effutiendis verbis superbis [b]. Interdum tamen hæc repetitio tantùm certitudinem rei indicat, ut Num. 3. 9 [c]. Sed cur utitur Anna plurali numero, *nolite*, &c. cùm in solam Pheninnam invehatur? *Resp.* 1. Per syllepsin plurali utitur pro sing. Vel, 2. Honoris gratiâ sic loquitur. Vel, 3. Nè si ageret singulariter, Pheninnam proderet, ejusque calumnias evulgaret. Observemus & nos similem cautionem in perstringendis inimicorum vitiis. Sic illi Exod. 5. 16. *Et injustè agitur*, &c. non dicunt, *tu, ô Rex, injustè agis*: Et David Saulem reprehensurus alios nominat, 1 Sam. 24. 10. Porrò, nota lenitatem Annæ, in reprehendendo; monendo enim nè superbirent, leniter & latenter reprehendebat quòd superbissent; ac proinde non tam objurgare de præterito, quàm informare de futuro videbatur [d]. Reprehendit autem hîc Anna multam & superbam jactantiam, in Pheninna, ejusque filiis & cognatis, de ejus fœcunditate & fælicitate, quæ cum Annæ contemptu conjuncta erat [e]. ¶ *Recedant vetera de ore vestro*, [יֵצֵא עָתָק מִפִּיכֶם] *Egrediatur vetus ex ore vestro*, Mo. *Abeant vetera de ore vestro*, M. *Vetera*, i. e. mala verba jam quasi longâ consuetudine inveterata [f]. Veteres superbi sermones, quibus consueveratis gloriari [g]. Jam aliter de te senti & loquere, quàm priùs solebas [h]. Induito novos mores; hi inveterati parùm vos decent [i]. τὸ עָתָק sign. & *inveterascere*, & *roborare* [k]. τὸ עָתָק significat dictum, seu fabulam veterem, ut quod vulgò olim circumferri solitum, *steriles mulieres ingratas esse Deo*. Hanc communem sententiam Anna hîc redarguit. Ità Montanus ad Psal. 30 19 [*]. [Alii aliter vertunt] Negatio quæ præcessit, secundo loco repeti debet, *Neque egrediatur*, &c [l]. Vertunt ergo, neque *egrediatur* verbum *arrogans* (*iniquitas*, Ar. *blasphemia*, Jon. *magniloquentia*, ὁ.) *ex ore vestro*, P. ὁ. Jon. Sy. Ar. *Nè prodeat superbum* (Heb. durum, densum, Jun.) *quicquam*, &c. JT. *Nè exeat durum*, &c. D. V. Pi. sub. *verbum*, ut Psal. 94. 4. *loquuntur durum*, & Psal. 31. 18 [m]. *Durum* vocat superbum & arrogans verbum, quale est, *Deum non esse omnipotentem*, qui sterili posset dare conceptum [n]. *Dura* sunt, quia ferri non possunt ab iis, contra quos efferuntur [o]. Et ut dura molestiam creant sensui, ità superba dicta menti [p]. Nihil asperius, ac durius verbis contumeliosis [q]. Q. Affirmativè legunt, sed eodem sensu [r]. *Cesset asperior sermo ex ore vestro*, Ti. *Facessat ex ore vestro ferocia*, Ca. ¶ *Quia Deus scientiarum Dominus est*] Omniscius, cui omnia patent [s], etiam hominum cogitationes [t], & opera [v]. Vestram quoque superbiam & calumniandi audaciam intuetur. Ergò ab utraque abstinete: Quis enim coram Judice delinquat? Vide Job 7. 8 [x]. *Nolite gloriari*, &c. quia Deus scit & prævidet omnia, tam futura, quàm præterita & præsentia, illaque cum his connectit; quare ipse scit vestram gloriam, &c.

[v Ma. — x V. — y San. — z D. — a Glass. gram. p. 55. — b V. — c Glass. ib. — d Mend. — e La. Mend. — f L. — g La. — h T. — i Osiand. — k Mend. sim. Mart. — * Ma. — l V. — m D. — n V. — o Mart. — p Pi. — q Mend. — r Ma. — s Me. — t E. V. — v V. — x Mend.]

in ignominiam, &c. vertendam [y]. Novit quid sit eventurum; vosque viis sibi notis perdere potest [z]. Dicitur autem רֵעוֹת *scientiarum*, D. vel, *cognitionum*, V. Quia omnes scientias hominum novit pariter: absque multiplicatione & mutatione apud eum sunt. Quid si, *omnimodâ scientiâ præditus* [a]? *Scientiarum*, q. d. rerum omnium, etiam particularium scientissimus [b]. Hebraismus est, ut *Deus virtutum*, Psal. 45. 8. *ultionum*, Psal. 93. 1. i. e. Deus potens, vindex [c]. ¶ *Et ipsi præparantur cogitationes*, [וְלוֹא נִתְכְּנוּ עֲלִלוֹת] In scriptura est לוא *non*, in lectione לו *ei*. Talia 15 esse notant Masorethæ [d]. [Quidam legunt לו, & sic vertunt,] *Et ipsi præparantur opera*, P. V. i. e. Ordine fiunt ab eo opera magnifica. Alii, *& ipsi numerantur opera*, i. e. ab eo ponderantur & examinantur opera omnium [e]. *Et ei*, i. e. ab eo *disponuntur actiones*. Pi. *Per eum ponderantur actiones*, Ang. *Super omne factum suum extenditur judicium suum*, Jon. *Et opera ejus rectè fiunt*; Confer cap. 18. 25. Belg. *Et conatus* (vel, *cogitatus*, Ti.) *ejus perficiuntur*, M. Exponi potest, vel, 1. de cogitationibus humanis; *Ipsi præparantur*, i. e. ponderantur, & sic manifestantur. Vide Prov. 21. 2. Vel, hoc sensu, *ipsi præparantur*, i. e. in laudem ejus diriguntur, vel dirigi debent. Id הֵכִין significat, Isa. 40. 13. Vel, 2. de cogitationibus divinis. Sic ὁ. *Deus præparans adinventiones suas* [f]. *Actiones* hîc sunt studia & conatus mortalium; vel, actiones ipsiusmet quibus gubernat res humanas. Et sic passim nomen עֲלִילוֹת Deo tribuitur [g]. *Illi cogitationes suæ præparatæ sunt*, ità dispositæ, quomodo cœmentario materia supponitur, ab altero subacta: *Porrò*, *cogitationes* pro *rebus cogitatis*; sive actio pro subjecto, sive termino actionis, frequens est. Atque hæc, si *cogitationes* Dei hæ sunt [*]. Tunc sensus est, q. d. Dei est perficere, non tantùm ea quæ nos cogitamus & cupimus, sed etiam quæ ipse cogitat & vult; quæ sæpè longè alia sunt, quàm nos cogitamus, & volumus; sicut hîc cogitavit fœcundare & exaltare Annam, non Peninnam. Quod si de cogitationibus hominum agatur, sensus est, Deo cogitationes hominum patere, ab eoque dirigi, & vel adimpleri, vel erumpi & allidi; uti mea fœcunditatis desideria adimplevit; Pheninnæ verò arrogantes cogitationes dissipavit [†]. q. d. Videant homines quid faciant, aut cogitent; quia omnia Deus expendit & numerat; neque quicquam relinquet impunitum, si malum; aut non muneratum, si bonum fuerit [||]. *Et ipsi directa sunt opera*, P. in Mend. i. e. finem, ad quem diriguntur, pertingunt. Solæ divinæ cogitationes nunquam frustrantur; humanæ autem sæpe franguntur & corruunt. Nemo igitur de suis bonis gloriari debet [h]. [Alii legunt לוא, & sic vertunt,] *Et non sunt apud eum prætextus*, seu *excusationes*, Sym. Nam illi tantùm quibus aliquid accidit præter intentionem, excusationibus utuntur; quod in Deo locum non habet, qui omnia operatur secundùm propositum voluntatis suæ [i]. *Neque subsistunt actus coram eo*, Sy. *Nec prosunt artes coram eo*, Ar. *Et non disponuntur actiones*, JT. Putà sine ipso, aut sine voluntate & administratione ejus; q. d. ut ut efferamini, tamen nihil omninò sine ipso effetis effecturi [k]. Non perficiuntur conatus filiorum hominum, si Deus renuerit [l]. *Et non numerantur opera ejus*, i. e. nullo numero comprehendi possunt [m]. Al. *Annon opera ejus rectè fiunt?* Q. in Belg. [לוא accipiunt interrogativè, quasi esset הֲלוֹא] Parum interest, sive legatur לוא, sive לו. Nam juxta τὸ Keri [i. e. *lectum* sive לו] sensus erit, Deum disponere consilia sua; h. e. ea rata efficere; juxta τὸ Chetib [i. e. *scriptum*, sive לוא] Sensus erit, impios, contra quos Anna loquitur, non posse aptare, h. e. rata facere consilia sua, adversùs Deum; uterque sensus rectus et commodus est [†].

4. *Arcus fortium superatus est*, [קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים] *Arcus, fortes confracti sunt*, Mo. *Arcus fortium fractorum*, h. e. fractus. Quandoque namque, duobus substantivis subjicitur adjectivum posteriori conveniens, cùm deberet priori, sic Exod. 25. 5. *Pelles arietum rubro tinctorum*, h. e. rubro tinctas. Sic quidam sumunt illud, Gen. 4. 10. *Vox sanguinum fratris tui* צֹעֲקִים *clamantes sunt ad me*, h. e. clamans, ut referatur ad vocem; alii tamen referunt ad *sanguines*. *Vox sanguinum clamantium* [*].

[y La. — z Mart. — a D. — b K. in Mend. — c Mend. — d D. — e V. — f Mend. — g Pi. — * San. — † La. — || San. — h Mend. — i Mend. — k Jun. — l Q. in M. — m Q. in V. — † Capel. Crit. p. 115. — * Glass. gram. p. 52.]

Sic *vox Principum occultantur*, pro *occultatur* [n]. *Arcus & fortes confracti sunt*, P. V. simil. K. in D. *Arcus potentium infirmatus est*, ó. *Arcus gigantum confringentur*, Sy. simil. Ar. *Arcu fortes sive valentes conteruntur*, JT. D. Heb. *arcus valentium*, Hypallage [o]. Quasi esset בְּקֶשֶׁת. Sed id potiùs diceretur, גִּבּוֹרֵי קֶשֶׁת *fortes arcûs*, vel *arcu* [p]. *Arcus fortium contritus est*, Ti. *Arcus cum fortibus contritus est*. Deus robustos cum armis eorum conterit [q]. *Arcus robustorum singuli conteruntur*. Sing. *arcus* jungitur cum plurali ad notandum collectionem singulorum [r]. Fortè Sing. est pro Plur. ut sæpè fit; aut est nomen sing. significans multitudinem, ut *Pars in frusta secant*. Synthesin vocant Grammatici [*]. Sensus est, Arma nihil prosunt fortibus; qui modò videbantur superiores, statim vincuntur; & qui victi, fiunt superiores [s]. *Arcus* hîc ponitur pro potentia, præsertim militari, ut Psal. 36.15 & 43.7. & 45. 10. Olim enim in Sagittariis posita erat maxima vis belli; præsertim apud Orientales, imò & apud Israelitas, 2 Sam.1.18. 1 Paral. 12.1 [t]. Propriè, *arcum* vocat linguam mordacem Pheninnæ, quæ scommata & sannas (quasi sagittas) in Annam jaculabatur [v]. ¶ *Et infirmi accincti sunt robore*, [וְנִכְשָׁלִים אָזְרוּ חָיִל] *Et vacillantes* (*debiles* vel *infirmi*, P. ó. Jon. Sy. Ar. V. M. *qui impingebant*, D. *& collapsi*, JT. Malim, *at collapsi*; nam est Antithesis, Pi.) *accincti sunt*, vel *accinxerunt se robore*, Mo. P. M. Ti. JT. vel *strenuitate*, Pi. *Accincti robore* dicuntur, pro robustis & ad bellum expeditis, ut Gen.49.19. Deut.33.20. Job 38. 3. Latinis etiam *bene cinctus*, & εὔζωνος Græcis pro strenuo ponuntur. Romanorum milites semper cincti erant & caligati [x]. Potest sic verti, *succincti sunt exercitu*, & copiis, videlicet filiorum, è v.5. Sic Liv. lib. 20. de Hannibale, *Succinctus armis, legionibúsque vivat* [y]. *Arcus* arma significat, & generatim id in quo quis præsidium suum constituit. *Arcus* Pheninnæ fœcunditas [z]. Deus fortes quasi viros fecit, debiles quasi fœminas; &c. ut jam Pheninnam, quæ in pariendo tot filios videbatur fortis, fecit infirmam, ut amplius non pariat; & me Annam sterilem ad pariendum fecit validam, ut pepererim Samuelem, & quinque alias proles paritura sim. Pendet enim hic versus à sequenti, *donec sterilis peperit*, &c [a]. Alii tamen hanc sententiam generaliùs accipiunt, & ad quoscunque superbos & humiles referunt. Ità Dionis. Cajet. Euthym. & alii, quod probabilius est. Quamvis enim hujus invectivæ occasio à sola Pheninna processerit; tamen æquum fuit ut uberioris doctrinæ causâ, ad quoscunque superbos extenderetur [b]. *Arcus fortium superatus est*. Providentiam Dei ea maximè ostendunt quæ inopinata eveniunt [c]. Observa hîc extremam infirmitatem in supremam fortitudinem divinitùs commutatam esse. Qui cespitabant, i.e. adeò infirmi erant, ut nè pedibus consistere valerent, accincti sunt, &c. Cingulum, tanquam symbolum fortitudinis, Marti sacratum erat, teste Homero Il. 13 [d].

5. *Repleti priùs pro panibus se locaverunt*, [שְׂבֵעִים בַּלֶּחֶם נִשְׂכָּרוּ] *Saturi pro pane se locaverunt*, P. simil. Mo. JT. *pro mercede conducti sunt*, M. simil. Ti. Pi. συνετρίβησαν, *attriverunt se*, Aq. nempe difficili servitute [e]. Qui priùs vescebantur ad saturitatem usque, laborârunt inopiâ, usque adeò ut pro victu habendo locaverint operam suam [f]. Quod fecerunt Judæi Thren. 5. *Ægypto dedimus manus, & Assyriis ut saturaremur panibus* [g]. ¶ *Et famelici saturati sunt*, [וּרְעֵבִים חָדֵלּוּ] *Et famelici desierunt*, vel *cessaverunt*, M. P. Ti. Mo JT. Sub. vel *esurire*, M. *esse famelici*, D. Pi. vel *locare operam suam*, i. e. qui fame penè conficiebantur habuerunt quod ederent [h]. Ταπείνωσις hæc est, plus sensu quàm verbo exprimens. *Non esurire* sign. bonis omnibus abundare, ut Isa.49.10. Apo. 7.16 [i]. *Et qui fuerunt obscuri, divites facti sunt, & obliti sunt egestatem suam*, Jon. in Mend. ¶ *Donec sterilis peperit plurimos*, [עַד עֲקָרָה יָלְדָה שִׁבְעָה] Illud עַד videtur sententiam obscuriorem reddere [k]. Vertunt, *donec* (vel *usquequò*, Ma.) *sterilis peperit septem*, M. Ti. Mo *quoniam sterilis*, &c. ó. *adeò ut sterilis*, &c. P. V. JT. Sed quia particulæ *donec*, & *adeò ut* referuntur ad præcedentia; partus autem liberorum cum saturitate non cohæret: malo novam hîc sententiam addi, quam verto *usque ad sterilem peperit septem*, i. e. ipsa etiam sterilis peperit, &c. Sic עַד *usque ad* pro *etiam* ponitur, quando

[n] D. [o] Jun. D. [p] D. [q] M. [r] Pi. [*] D. [s] V. [t] Mend. [v] La. ex L. [x] Mend. [y] Ma. [z] Me. [a] La. [b] Mend. [c] G. [d] Mend. [e] Mend. [f] V. [g] San. [h] V. [i] Mend. [k] Mend.

rei auxesin significat; ut 1 Sam. 18. 4. *Dedit illi vestes*, וְעַד חַרְבּוֹ *& usque ad gladium*, &c. i.e. & ipsum etiam gladium [l]. Τὸ עַד interdum valet *adhuc*, Job 1.18. Jon. 4.2. Et observo, *adhuc* post aliorum enumerationem habere quandam epitasin, & significare aliquod ad superiora additum incrementum, ut Mat. 15. 16. Luc. 14. 26. Ità hîc accipio, q. d. *Esurientes satiat—— Quid plura? Etiam quod difficilius videtur factu, sterilem cumulat numerosâ sobole*, &c [m]. vel sensus est, *Adhuc sterilis*, h.e. quæ multo tempore hucusque sterilis fuit, peperit plurimos [n]. Sed quomodo Hanna peperit septem? nam unum jam Samuelem peperit [o], & v.21. tantùm quinque numerantur [p]. Resp. 1. *Septem* pro multis ponitur [q], ut Ruth 4.15 [h]. Levit.26.18. Psal.119.164. Prov.24.16 [i]. Jes. 4. *Septem mulieres*. Numerum septenarium, qui est numerus plenitudinis & perfectionis, Cicero vocat *rerum omnium modum*; & Livius Poeta *cunctarum rerum originem* [k]. 2. Cognovit Hanna propheticè se multos parituram [l]. 3. [Alii aliter vertunt] *sterilis peperit & saturata est*, Sy. Ar. ¶ *Et quæ multos habebat filios infirmata est*, [וְרַבַּת בָּנִים אֻמְלָלָה] *Et multa* (*aucta*, M. Ti *abundans*, JT. Sy. Ar) *filiis infirmata est*, Mo. simil. M. Ti. Pi. P. *elanguescit*, JT. Pi. *facta est infœcunda*, vel *sterilis*, Sy. Ar. Τὸ אֻמְלָלָה sign. *debile aliquid, & marcidum*; quódque fructum ex se nullum proferre possit, ut Joel 1.12 [m]. *Et plena filiis finierunt*, Jon. h.e. parere desierunt. Ità plerique. At alii volunt non tantùm elanguisse pristinam Pheninnæ fœcunditatem; sed & natam ejus prolem interiisse. Quibus assentior. Huic favent L. To. Rabanus & Hieron. & Hebræorum traditio [n]. Dicunt Hebræi quòd quando Anna unum filium peperit, Pheninna duos sepelivit [o]. Vertunt, *& secta*, seu *divisa*, seu *succisa est*, nempe Pheninna à filiis. אָמַל sign. & *infirmari*, & *succidi* [p]. אֻמְלָלָה ex מוּלל *excidere*, significare putant, *excisionem rei*, vel *virtutis ejus rei*, ut fit ampliùs vacua & sterilis [q].

6. *Dominus mortificat & vivificat*] Nota ordinem verborum. Lætis tristia, prosperis adversa præmittuntur. Sic Jer. 1. 10. ——*ut evellas* ——*& plantes*. Procedit à comminatione malorum ad promissionem bonorum [r]. Dominus interficit quos vult, & servat à morte quos vult. Deus est Dominus vitæ & necis. Potest hic versus intelligi, vel 1. de diversis; q d. Interficit unum, alterum autem sanat, de cujus vita desperabatur: vel 2. de eodem, q.d. Istum interficit, & eundem revocat ad vitam [s]. *Moritur* & qui in morbum aut gravem calamitatem incidit. Ea *mors calamitatum* dicitur [t]. Sic sanè Seneca, ——*Mortis habet vices, lentis cùm trahitur vita gemitibus*. Et Martial. epigram.6.69. *Non est vivere, sed valere vita*. Sic exules illi dicuntur *mortui*, & exsilium *sepulchrum*, Ezec 37.11 [v]. *Vivificat*, vitæ restituit, aut in vita conservat. Jon. *dicit vivificare*, i.e. promittit se vivificaturum videlicet in Resurrectione mortuorum, de qua hunc locum enarrat K. ut etiam de Respiratione è malis: Aut innuit retributionem justorum, & pœnam improborum, in animabus ipsorum. Hæc ille [x]. Figuratus sensus est, *Dominus sterilem facit & fœcundat*. Nam sterile corpus *emortuum* dicitur, Rom.4.8 [y]. Et sterilis est *quasi lignum aridum* & emortuum, Isa.56.3 [z]. ¶ *Deducit ad inferos*, [מוֹרִיד שְׁאוֹל] *Descendere facit* (*deducit*, ó. *dimittit*, JT. *dejicit*, Sy.) *infernum*, Mo. *ad infernum* vel *inferos*, ó. Jon. Sy. P. *in extremum barathrum*, Ti. *in sepulchrum*, M. JT. V. Ar. שְׁאוֹל Hebræis tria significat, *Sepulchrum, Inferos, Statum mortuorum* [a]. Affirmat Delrius in adag.197. τὸ שְׁאוֹל nunquam in Scriptura pro Sepulchro usurpari; quod verum non esse videtur [b]. Hîc sanè pro loco damnatorum accipi non potest, nam inde non educit Deus [c]. *Inferi* pro sepulchro ponuntur. Bis idem dicit mutatis verbis. Sensus est; Facit aliquando (Deus) ut quis ità morbo laboret, ut de vita ejus desperetur, & jam penè sit in sepulchro, quem tamen sanat [d]. *Inferi* sæpè sign. quascunque calamitates, ut Psal.17.6. *Dolores inferni circumdederunt me*, h. e. gravissimi & acerbissimi. Sic Psal.114.3 [e]. Sic alibi, *Ascendere fecisti ex inferno animam meam*. Sic Artemidorus, τὸ παρὰ προσδοκίαν σωθέντα φαμὲν ἐξ ᾅδου ἀναβεβηκέναι, (*Aliquem præter spem servatum ex inferis ascendisse dicimus*.) Sidonius Apollinaris hoc dixit, *ab inferna quodammodo sede remeare*. Apuleius, *reducémque ab inferis conspectum*, &c. Sic Terentius

[l] Di. [m] San. [n] Mend. [o] Mend. [p] La. [q] D. G. Ma. Mend. [h] Ma. [i] G. [k] D. [l] Mend. [m] San. [n] Mend. [o] L. [p] Mend. [q] Ma. [r] Mend. [s] V. [t] D. [v] San. [x] D. [y] Mend. [z] La. [a] D. [b] Mend. [c] Ma. [d] G. [e] Mend.

rentius Phormione, —— *sepultus sum*, i.e. Perii. Sic Mat. 11. *usque ad cœlum exaltata es, ad infernum descendes.* Mercerus notat τὸ שאול *omnia loca subterranea* comprehendere; in quibus Sepulchrum. Sed & *interitum* significat. Sensus ergo est, *Deducit ad interitum, & reducit ab eo* [f]. Sepulchrum hîc intelligi patet ex collatione membri præcedentis; eadem enim sententia more prophetico repetitur. Notatur hîc extrema ignominia †.

7. *Pauperem facit,* [Ità ferè omnes] Hebr. מוריש] *egere faciens*, Jon. At R. Jesaias vertit *de hæreditate depellit*, quasi à יָרַשׁ. Nam à רָשׁ esset מֵרִישׁ [g]. Author est divitiarum & paupertatis. Chald. Paraph. intelligit hoc canticum tanquam prophetiam; propterea omnia vertit per futurum [h]. ¶ *Et sublevat*] *Etiam extollit.* Nam plus virium requiritur ad extollendum, quàm ad humiliandum aut deprimendum. Ideò utitur particulâ *Etiam.* Sic Æsopus interrogatus quid Jupiter ageret, respondit, *Alta humiliat, & humilia sublevat* [i]. Sic Hesiodus,

Ῥέα μὲν γὰρ βριάει, ῥέα δὲ βριάοντα χαλέπτει, &c [k].

8. *Suscitat de pulvere, &c.*] Q. alludi volunt ad consuetudinem illarum gentium. Solebant supplices humi se prosternere, & in cinere ac pulvere prostrati supplicare; ut patet ex Homer. Odyss.11. Philone de legat. ad Caium. Apollon. Argonaut.3. Isai 47.1. Judices autem miseratione commoti, reos supplices de pulvere erigebant, & honorificè exceptos in sedibus collocabant. Ità Martinus Roa. *singularium locorum*, l.4.c.2. & Delrio Adag. 175. Quibus non repugno [l]. *Sedere in pulvere* in Scriptura sæpè significat viduitatem & mœrorem [m]. *E pulvere*, i.e. de gradu, sive ordine infimo [n]. ¶ *Et de stercore*] vel *sterquilinio* [Omnes.] At recentior Junii & Tremellii interpretatio (inquit Drusius) *è sterquiliniis*, quasi אשפות plurale esset, ab אשפה. At אשפה sign. *pharetram.* Et אַשְׁפּוֹת sing. est in forma אָחוֹר quod plenè scriberetur אַחְיוֹר. Pluralis autem ejus est אַשְׁפַּתּוֹת, Thren.4 [o]. *E stercore*, i.e. sordibus; h.e. è statu sordidissimo elevat egenum [p]. ¶ *Ut sedeat cum principibus*, [לְהוֹשִׁיב עִם נְדִיבִים] *ut sedere faciat*, vel *collocet* eum *cum Principibus*, P.V.D. *cum potentibus populi*, 6. *cum justis principibus seculi*, Jon. *cum ingenuis*, JT. potiùs, *cum beneficis*, D. *voluntariis*, sive *liberalibus*. Sic enim principes à liberalitate appellantur, Luc.22.25 [q]. Sensus est, ut clarum & nobilem reddat [r]. Obscuro loco natos subvehit ad regiam dignitatem, & deponit potentes de sede [s]. ¶ *Et solium gloriæ teneat*, [וְכִסֵּא כָבוֹד יַנְחִלֵם] *Et solium gloriæ possidere* (vel *hæreditare*, Mo.) *faciat illos*, i.e. illum: q.d. Unumquemque eorum [t]; nempe tenuem & egenum, quæ duo præcedunt; Duobus enim aut pluribus singularibus respondet pronomen plurale. Sic Gen. 1.27. *Masculum & fœminam creavit* אוֹתָם *eos.* Vide & Jud.19.24 [v]. Sensus est, Constituit eos in honoribus & summis magistratibus [x]. *Solia gloriæ fortificans eis*, Jon. vel, in hæreditatem præbens. q.d. Deus non solùm eos evehit, sed erectos confirmat, nè ruant. Qui fortunæ turbine eriguntur, eodem illicò reflante præcipitantur. Qui Deo duce scandunt, ab ipso (nè cadant) retinentur [y]. Porrò, *solium gloriæ*, i.e. regni, ut Esth. 14.2. *vestis gloriæ*, pro regiæ; & Mat 6.29. *Salomon in gloria*, i.e. majestate regni. Esth 1.4. *divitias, gloriam regni sui*; vel *gloriæ regni sui*, i.e. regni sui gloriosi *. ¶ *Domini enim sunt cardines terræ*, [כִּי לַיהוָה מְצֻקֵי אֶרֶץ] *Quia Domino stationes terræ*, Mo. *obumbravit Dominus ima vel profunda terræ*, Sy. Ar. *Domini sunt columnæ terræ*, M.Ti. Ang. Osiand. V.K. in M. i.e. Creavit Dominus ac fundavit terram; éstque Dominus ejus atque omnium quæ in eo sunt [z]. q.d. Nec mirum Deum prædicta præstare, cùm ille sit Dominus universorum, & solus ipse mundi collocaverit columnas, illásque (nè mundus ruat) fortiter sustentet [a]. Al. *fundamenta terræ*, R. Jesaias in D.Q. in Pi. Belg. Confer Job.38.4. & deinceps. Psal.102.26. & 104.5. & 124 [b]. Alii, *cardines terræ*, P.JT.D.G. Id est, poli, quos circum versatur terra. Sic à thesi apud omnes confessa confirmat singularem Dei providentiam [c]. Habet terra suos polos, quibus, aut sustinet se in quiete, aut (ut alii volunt) in motu se librat: quod imitatur magnes [d]. Universæ terræ Dominus est ab uno ad alterum polum; ipse enim est ejusdem fabricator & conservator [e]. A divina potentia sic omnia humana facillimo nutu ver-

f G. † Pi. g D. h V. i D. k G. l Mend. m San. n V. sim. D. o D. p V. q Mend. r V. s M. t V. v Glass. gram. p. 206. x V. y Mend. * D. z V. a M. b Pi. c Jun. d G. e Me.

tuntur, & susque deque feruntur; acsi terra suos haberet cardines, super quos nullo negotio illam, & omnia in illa contenta, Deus quamcunque vellet in partem raperet ac versaret: sicut in cœlo; quia cardinum illius Dominus est, pro libito illud, & omnia in illo fixa astra, perpetuo rotatu circumfert [f]. Hîc ergò subaudienda est similitudinis nota; q.d. sicut in cœlo, &c. sic etiam in terra suos videtur habere cardines, super quos humana omnia versat; quemadmodum in suo cardine magnarum etiam urbium ab imbecillo brachio claustra vertuntur. *Cardo* ergò hîc metaphoricè sumitur; quomodo *cardinem causæ* dicimus, in quo ejus summa continetur [g]. Catachresis hæc est [h], vel metaphora κατάχρησική [i]. Terra enim nullos habet cardines vel bases: sed per מְצֻקֵי i.e. *fundamenta, columnas*, seu *bases*, intellige ipsam terræ firmitatem & soliditatem, ipsi à Deo in prima creatione inditam. In hac enim, quasi in firmis cardinibus basibúsque, licèt in aere pendula, suffulta terra, stabilis, firma, & immobilis consistit. Voluntas & potestas Dei unica est ejus basis [k]. Per hos cardines, terram ipsam significat, ut sit quasi à majori ad minus ratio; Deus mundi hujus fundamenta & columnas sua in potestate habet; quantò magìs omnia quæ jam dixi efficere potest [l]? Vel, *cardinum* nomine metaphoricè significat Principes. Ità Greg. Beda. Jansen. & alii. Non est alienum. Hi enim vocantur *anguli*, Jud.20.2. 1 Sam.14.38. Soph.3.6. & *columnæ*, Psal.74 4. Jer.1.18. Apoc.3.12. Sensus igitur est, Deus pauperes & egenos ab humili statu erigit in sublimem, &c. Quod facilè præstare potest, cùm ipse mundi principes sub suam habeat potestatem; & sicut illis imperii summam detulit, ità possit & auferre [m]. Alii per *cardines* justos intelligunt, quorum merito consistit orbis; juxta illud, *Justus est fundamentum seculi* [n]. Sic Psal.46.10. justi vocantur *scuta*, seu *clypei terræ*, à protegendo eam. Potest verti, *fusuræ*, vel *fusiones terræ*, quasi terra creatione suâ veluti fusa fuerit opere fusorio [o]. ¶ *Et posuit super eos orbem.* Ità M.P.Ti. sim. JT. Belg. Sy. [וַיָּשֶׁת עֲלֵיהֶם תֵּבֵל] *Et suffulsit illis orbem*, V. *Et posuit super eos confusionem*, Mo. בָּלַל à תֵּבֵל quia in hoc orbe habitabili omnia sunt mista & confusa, homines, pecora, arbores, &c [p]. *Coram ipso patent opera hominum, infrà paravit Gehennam improbis transgredientibus verbum ejus, justis autem facientibus voluntatem ejus fundavit orbem*, Jon. *Et habitabiles reddidit super eam regiones*, Ar.

9. *Pedes sanctorum servabit*] Hæc est posterior pars Cantici, quâ Anna prophetat de futuris; sicut priori hucusque de præteritis Dei beneficiis Deum celebravit [q]. Hàctenus (ut rectè observat Cajet.) egit Anna de divina providentia in ordine ad temporalem hujus vitæ gubernationem. Nunc agit de divina providentia circa bonos & malos in ordine ad vitam æternam; quâ illos servat, hos castigat [r]. Conclusio (hæc est) prophetica, quâ divinam protectionem & salutem eis, quos benignè accepit in Christo, promittit: contrà verò iram & exitium ejus adversariis denuntiat [s]. Plerique hîc intelligunt *pedes animæ*, qui sunt affectus nostri: Tostatus, *pedes corporis*. Ego cum Cajet. utrosque [t]. *Pedes* hîc sunt actiones [v], gressus, motus [x], studia, conatus, consilia [y]. Pedes enim instrumenta sunt actionum; sic *lucerna pedibus*, Psal.119.105. *custodi pedem*, Cohel.5.1 [z]. Figurata locutio est, quâ pedes pro toto corpore ponuntur [a]. *Corpus justorum custodivit*, Jon. Sed, cur *pedes* à Deo hîc servari dicuntur? Resp. 1. *Pedes* quasi partes abjectissimas; nobilissimas ergò partes non deseret immunitas [b]. 2. *Pedes*, quia nulla pars magìs lœdi potest quàm pedes. Et quia super eos tota corporis moles sustentatur [c]. Quasi Deus ubi plus cernitur periculi & laboris, ibi majora ac velociora præsidia adhibeat [d]. In via præcipuè laborant pedes, quia ipso incessu atteruntur, & labuntur interdum, &c. Quare qui pedes servabit & reget, totum hominem servabit. Hinc viri sancti à Deo petunt, ut gressus dirigat, Psal.16.5. & 36. & pedum offensione infelix status significatur, Thren.4.18 [e]. Porrò, *servat* Deus *pedes sanctorum*; i.e. in via, 1. Nè cadant in gehennam. Ità Jon. *Corpus justorum custodivit à gehenna.* 2. Nè inter tentationes ruant in peccatum. 3. Dum à deviis & obliquis callibus retrahuntur, & ad prefectionis viam revocantur. 4. Dum stabilitatem & firmitatem, (ut immobiles perseverent) & velocitatem ad currendum viam mandatorum Dei

f T. ferè ex San. g San. h La. i Pi. k La. sim. San. l Ser. m Mend. n He. in D. o Ma. p Ma. q La. r Mend. s Ma. ex Jun. t Mend. v D. La. Mart. x La. Mart. z D. a Mend. b Caj. in Mend. c To. d Mend. e San.

Dei consequuntur [f]. Custodit suos Deus à lapsu, non quidem omni, sed exitiali. Tantisper durant (sancti) quamdiu spiritum suum Deus impertitur, eo verò sublato, statim occidunt [g]. Custodit pedes, nè impingant, juxta Psal. 91. 11 [h]. Nè scilicet ambulent ad malum [i]. ¶ *Sanctorum suorum*, Ità. Ar. M. V. חֲסִידָיו] *Piorum*, (vel, *bonorum*, Ti.) *suorum*, Sy. P. Mo. D. Piorum qui ipsum colunt [k]. Unde *Hasidæi* dicti [l]. *Beneficorum suorum*, qui ad exemplum Dei benefici sunt, Matt. 5. 44, 45 [m]. *Eorum quos benignè accepit*, JT. ¶ *Et impii in tenebris conticescent*, יִדָּמּוּ] *Compescentur*, M. Ti. *peribunt*, vel *exscindentur*, Belg. Ang. D. Qui in tenebris ambulant, opinione citiùs labuntur aut impingunt [n]. *Judicabuntur*, Jon. *quiescent*. Nam dicuntur רְשָׁעִים quòd animo sint irrequieto [o]. *Conticescent*, Sy. P. Mo. JT. Pi. D. Ang. Belg. simil. Ar. Sensus est, vel, 1. Non loquentur ibi verba inflata, ut hîc solebant [p]. 2. Sese mutuò alloqui solarique nequeunt [q]. 3. Obscuri erunt [r]. Metaphora ducta ab auribus ad oculos; sic *lunam* non lucentem *silentem* vocat Plinius [†]. 4. *Conticescent*; i. e. immobiles erunt, præ stupore, sicut Ægyptii, Sapient. 17. 2, 17 [s]. Sic Exod. 15. 16. *Fiant immobiles quasi lapis*, Heb. יִדְּמוּ *taceant*. Sic alibi *silere*, vel *tacere* ponitur pro *quiescere, cessare, vacare*, Exod. 14. 9. 2 Sam. 19. 10. Psal. 27. 1. Jer. 47. 6 [t]. 5. *Conticescent*, confusione & metu; ut piorum os contrà dilatatur, suprà v. 1, 4 [v]. Convincentur & confundentur; Pudor & dolor fauces intercludent. Sic Isa. 15. 1. *Moab conticuit*, i. e. dolore fixus obstupuit, Jer. 8. 4. *Silere nos fecit*, & Jer. 47. 5. Thren. 2. 10 [x]. Non habebunt quicquam excusationis, quod culpæ & gehennæ suæ obtendant [y]. Vide Sap. 3. 18. Matt. 22. 12. Atque hinc infernus vocatur silens & locus silentii, Psal. 93. 17. & 113. 7 [z]. Ità Virgil. 6. Æneid.

Et Chaos & Phlegeton loca nocte silentia latè.

Et *Seneca* in Hippolyto, *Adiit silentem nocte perpetuâ domum* [a]. *Conticescent*, vel *conticescunt*, i. e. intereunt ac pereunt. Impii cùm moriuntur, dimigrant hinc in tenebras; non in lucem, ut pii [b]. *Tenebras* habent impii, 1. In via, tenebras mentis, scil. peccata [c]; *tenebras* imprudentiæ & cæcæ concupiscentiæ peccatorum [d]; *Tenebræ* non tantùm sunt afflictiones; verùm etiam ratio nostra, prudentia carnis, φιλοσοφία. & quicquid in nobis, est citra Dei gratiam. In istis justo Dei judicio relinquuntur, impingunt & corruunt impii. His tenebris opponitur lux, tum exterior, sive verbi; tum interior, quæ illustrat mentem & voluntatem flectit, quâ pios conservat Deus [e]. 2. In termino. Conjicientur in tenebras exteriores [*]. ¶ *Quia non in fortitudine sua roborabitur vir*] Reddit rationem utriusque sententiæ, nimirum à Deo servari bonos, & puniri malos; quia neque illi possunt sibi sufficere, (unde preciditur iis omnis superbiendi occasio) neque hi Deo resistere [f]; q. d. Ideò Deus pedes sanctorum suorum servabit; quia ipsi, cognoscentes infirmitatem suam, confisi sunt in fortitudine non sua, sed Dei, eumque suppliciter invocârunt: impios verò permisit labi in peccatum, & ruere in gehennam; quia ipsi in fortitudine sua confisi, opem Dei invocare neglexerunt [g]. Pii robore suo minimè servantur; & impii cùm affliguntur nullâ ratione possunt resistere [h]. Nemo seipsum servare potest suis viribus [i]. Impii tandem in tenebras conjicientur, ubi nullus se juvare poterit suâ fortitudine, potentiâ & opulentiâ; nec ullus potest evadere manus Dei viventis, cùm ille sit *Judex* etiam *finium terræ* [k]. אִישׁ *Vir* idem est quod *quilibet*. Sensus est, neminem esse, cui aliquid, contra Dei voluntatem & potentiam, subsidii afferre possit potestas ac robur. Quare frustrà contendet, qui obnitente Deo tenere voluerit excelsum locum, aut justos & pauperes opprimere, quia ab his Deus stat, &c [l].

10. *Dominum formidabunt adversarii ejus*, יְהֹוָה יֵחַתּוּ מְרִיבָו] Singuli *contendentes in Jehovam conterentur*, JT *Jehovah conterantur litigantes cum eo*, P. sub. *Samuele*. V. *Hostes Domini conterentur*, Ti. Ang. Q. in V. sim. Belg. *A Domino conterentur hostes ejus*, M. *Jehovæ* (vel, *Domine* Mo.) *conterantur rixæ ejus*, vel *frangentur litigantes ejus*; Similiter Mo. Mend. i. e. qui cum eo disceptant, aut rixantur, Q in V. *Dominus confringet exasperantes se*, Sy. sim. Ar. vel *auctores inimicitiæ*, &c. Jon. *Dominus infirmum facit adversarium suum*. 6. sim. Ca Malim, *Quod ad Jehovam, conterentur qui contendunt cum eo*; Heb. *Jehovah*, &c. Nominativus obsolutè positus, Pi. *Hostes Dei* vocat hostes piorum [m]. Quidam Hebræorum dicunt hîc Annam precari pro filio suo, & simul pro Israele, quem judicaturus erat; ut Dominus conterat adversarios ejus, quod factum est, cap. 7. 10 [n]. ¶ *Et super ipsos in cœlis tonabit*, עָלָו בַּשָּׁמַיִם יַרְעֵם] *Super ipsum* (*super illos*, Jon. Ar. Ti. *contra eos*, Sy.) *in cœlis* (vel *è cœlis*, P. M. Jon. Ar. V. D.) *tonabit*, Mo. Sy. JT. *Super* (*propter*, D.) *ipsum*, i. e. litigantem, pro *ipsos* [o]. *Super* (vel *contra*, JT.) *quemque eorum*, M. ב in בַּשָּׁמַיִם ponitur pro מ [p]. Sic Levit. 22. 4. בַּקֳּדָשִׁים *De rebus sanctificatis non comedet*: item Levit. 8. 32. *Quod residuum est* בַּבָּשָׂר *è carne*, וּבַלֶּחֶם *& pane*. Potest tamen reddi, *in cœlo, Edet tonitru in cœlo ad conturbandum eos*; 6 vertunt, *ascendit in cœlos & intonuit*, pro עָלָו legisse videntur עָלָה. Cœlum hîc est media regio aeris [q]. Plerique hîc Annam prophetare volunt, quid aliquando facturus erat Deus [r]. Hoc fecit Deus, 1. Per Samuelem, cap. 7. 10. & 12. 18 [s]. 2. Super Christum intonuit in Baptismo, Transfiguratione & aliàs, Joan. 12. 28 [t]. Fortassis tamen hîc significatur, Deum pauperum & debilium causam contra potentes tueri, & pro iis pugnare; & eorum hostes quasi tonando & fulminando (Hebræorum more supplenda est similitudinis nota) prosternere, prout olim fecit, Gen. 19. 24. Jos. 10. 11. Judic. 5. 20. Et hinc credo magnum quodvis auxilium hujusmodi proverbiali formâ significari, ut Psal. 17. [lege 18.] v. 16 [v]. ¶ *Dominus judicabit fines terræ*] i. e. Incolas finium terræ [x]. Omnes homines: vel, ut sit fut. pro præsenti. Judicium exercere solet in omnes qui sunt in orbe terrarum quando vult [y]. Potest hoc de Samuele accipi, per quem *judicavit fines terræ*, scilicet *sanctæ*. Judex enim obibat ejus urbes, & totum Israelem in pace & religione conservavit. Sed ad Christum magìs spectat [z]. Priùs dixerat depositos esse principes, & pauperes justosque exaltatos. Horum magister & exemplar fuit Christus; Eumque abjectum & pauperem, Psal. 21. & Isa. 53. Ex pulvere suscitavit, & regno donavit [a]. De extremo judicio nonnulli interpretantur; alii de tempore Messiæ [b]. Deus per Christum judicavit fines terræ, sive totius mundi, 1. Cùm per Apostolos, omnes gentes fidei & legi Evangelicæ subjecit; juxtà, Psal. 2. & 71. (vel 72.) 1. 2. Id magìs faciet in die judicii [c]. De primo Christi adventu exponunt Theod. Procop. & alii. Sed cæteri aptiùs de secundo adventu, extremoque judicio, accipiunt [d]. Omnes adducet in judicium, nè quis arbitretur se in aliquo angulo posse latere, ac judicium Dei effugere [e]. ¶ *Et dabet imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi*] Hoc exponunt, 1. De regibus Hebræorum. Ad quos Anna non immeritò potuit respicere: postquam genuit Samuelem, qui illud regnum auspicatus est, dum primos duos Reges Saulem ac Davidem unxit & inauguravit [f]. Vaticinatur his verbis Reipublicæ mutationem fore ab Aristocratia in regnum. Primis temporibus filii Israel ab Ammonitis, Moabitis, &c. oppressi fuerunt. A Judicibus utcunque adjuti, sed non omninò liberati: verùm postea, cùm Regia potestas invaluit, extra omnem quodammodo formidinem vixerunt. Etenim Palæstini à Saule attriti sunt, à Davide & Salomone fermè prorsus extincti [g]. Non displicet hæc expositio, si ità accipias, ut Deus auferat imperium à *Rege non suo*, [Saule] i.e. qui voluntati Dei non paruit; & tradat *Regi suo*, i. e. justo, qui ad voluntatem Dei se & suos instituet. [Davidem intelligit] Atque ideò illius cornu atque potentiam, quam Principum arrogantia pessundabat, quò plus habeat authoritatis, in sublimem locum excitabit [h]. *Christus* Latinè unctus dicitur. Ungebantur autem & sacerdotes, Exod. 30. 30. Levit. 8. 12. & reges, 1 Sam. 10. 1. & 16. 13. Et prophetæ, 1 Reg. 19. 16. Et hi omnes typi erant Christi, qui eximiè fuit & Sacerdos & Rex & Propheta [i]. *Dabit imperium Regi, &c.* Latissimè propagaturus est fines Regi illi quem uncturus est Samuel, i.e. Davidi. Mysticè tamen ad Evangelium hæc rectè referuntur [k]. 2. Alii hoc de Christo accipiunt [l]. Concinit Chaldæus paraphrastes transferens, *Dabit fortitudinem Regi suo: & multiplicabit regnum Messiæ sui* [*].

Cæteri

Marginal notes (left column): f Mend. g Mart. h D. La. i M. k V. D. l D. m Pi. n D. o D. p San. q La. r La. Mend. † Mend. s La. t Mend. v Jun. Pi. x Mend. y La. z Mend. a La. b V. c Mend. d La. e Mart. * Mend. f Mend. g La. h Mart. i V. k M. l San.

Marginal notes (right column): m D. n V. o V. p V.D. q D. r San. s La. t La. sim. Ser. v San. x Pi. sic D. y V. z La. a San. b V. c La. d Mend. e Mart. f Mend. g Mart. h San. i Ma. k G. l Ità M.V. D. Jun. Pi. Me. T. Mart. Ser. La. Mend. L. To. * Mend.

Cæteri quoque Rabbini Hebræorum, & hunc locum, & alia multò plura ad Messiam accommodant. Et hanc genuinam esse veteris Testamenti expositionem satis testatus est Zacharias, Luc. 1. *Erexit cornu salutis — ut loquutus fuerat —* omninò statuendum est temporaria in veteri Testamento pertinere ad res æternas. Promisit Deus Davidi & posteritati ejus regnum. Id autem de Christo etiam intelligendum est, juxta Luc. 2. *Dabit illi regnum David.* Sic illud Deut. 18. *Excitabit prophetam,* &c. etsi de prophetis intelligi potest, qui nunquam defuturi sunt; Petrus tamen ad Christum transfert, Act. 3. Nimirum in omnibus Dei beneficiis expendendis, redire decet ad fontem, unde dimanant, qui est Christus. Adde quòd unum idemque fœdus est in veteri & novo Testamento; & ceremoniæ ad Christum referebantur. Vid. Heb. 9. Hujus rei non ignari veteres Prophetæ, tractant sic res suorum temporum, ut maximam suæ doctrinæ partem ad Christum accommodent; & ideò nonnunquam pro illis rebus, de quibus agunt, nimis videntur magnificè scribere, neque eventum dictis illorum respondisse. Sic in Zach. pollicetur se *murum igneum* fore, &c. Cùm non multò post eversi sunt Hebræi à Macedonibus. Et Psal. 72. *Prosternentur coram ipso* (i. e. Salomone) *cuncti reges.* Et Isa. 2. 4. *Lanceæ in ligones vertentur*, &c. Quæ si referantur ad illa tempora, sunt prorsus hyperbolica. In Christum autem propriè & verè quadrant. Ideòque nemo conqueri jure potest, si hæc & similia à nobis torqueantur ad Christum [m]. Sensus hujus loci est, Dabit potestatem & authoritatem Christo suo, nempe Messiæ, secundùm Hebræorum interpretationem [n]. Reddet fortem Regem suum; q. d. Dominus mittet Messiam, & illum gloriosissimum & potentissimum faciet. *Cornu* pro gloria, ut v. 1. Vaticinatur de regno futuro in populo Dei, quod propriè pertinet ad Christum: q. d. Suos servabit, & adversarios perdet per regem suum Christum, cui omnem potestatem daturus est in cœlo & in terrâ [p].

11. *In Domum*] Hîc עַל pro אֶל [*]. ¶ *Puer autem erat minister,* &c.] Qu. Quo pacto in illa ætate minister esse potuit? Resp. 1. Canendo & pulsando instrumenta musica, poscente ipso Eli [q]. Ut divinas laudes cum cæteris Levitis in Tabernaculo modularetur [r]. Ab eo siquidem cantores illi extiterunt, de quibus. 1 Paral. 6. & 25 [s]. 2. Discebat Samuel legem Dei [t], & quæ ad Templi ministerium pertinebant; eaque jam, quantum ejus ætatula ferebat, facere incipiebat; ut custodire sanctuarium, lucernas accendere, &c [v]. Magister historiæ hoc ministerium refert fuisse studium literarum, quod & alii pueri ediscebant, quibus tamen Samuel ingenio & studio præcurrebat. Verùm hoc non erat ministerium sacrum, sed ad laicos quoque pertinebat [x]. 3. Fortasse hîc de ætate non puerili, sed jam magis adulta sermo est [y]. Prolepsis est. Non loquitur de illo tempore immediatè post discessum Annæ à Tabernaculo; sed per anticipationem de illo, in quo Samuel per ætatem habilis fuit ad ministrandum [z]. [4. Fortasse non adeò tenerâ ætate ad tabernaculum delatus est, ut hi existimant; sed post 7. vel 10. annos, de quo vide ad cap. 1. v. 23. & 24.] ¶ *In conspectu Domini*] Nempe in Templo, ubi Deus peculiari modo habitare dicitur [a]. ¶ *Ante faciem Eli,* אֶת־פְּנֵי עֵלִי] *Coram (cum faciebus,* Mo. *in conspectu,* Sy. JT.) *Eli,* b. P. Ti. V. D. Hs pro, de mandato Eli, in his quæ illi præcipiebat Eli [b]. אֶת־פְּנֵי idem quod לִפְנֵי *cum facie*, i. e. apud faciem, in conspectu. Erat Eli præceptor ejus [c].

12. *Porrò filii Eli,* &c. וּבְנֵי עֵלִי] *Et filii Eli,* Mo. *Quamvis filii Eli nequam essent,* &c. i. e. quamvis Samueli multæ & graves occasiones offerrentur abalienandi se à cultu Dei & ministerio Sacerdotis Heli per offensiones filiorum ejus [d]. Malim, *Ceterùm filii Eli,* &c. Pi. Collatio quædam fieri videtur inter eos & Samuelem [e]. ¶ *Filii Belial*] Vid. supra 1. 16 [f]. ¶ *Nescientes Dominum*] Videlicet factis, ut Tit. 1. 16 [g]. *Non agnoscebant,* i. e non curabant, honorabant. Meton. efficientis synecdochica [h]. Deum novit qui colit; & contrà, non colit, qui non novit [i]. Hinc David, 1 Paral. 28. 6. moniturus (filium) ut coleret, monuit, ut Deum sciret [k]. *Nesciebant* practicè [l]; Legi ejus non parebant;

[m] Mart. [n] M. Ità Chald. in V. [o] V. [p] Jun. [*] D. [q] V. [r] Q. in Mend. [s] Ser. [t] V. [v] Ser. ex To. [x] Mend. [y] San. [z] Mend. [a] Mend. To. [b] V. [c] D. [d] Jun. [e] Mart. [f] Pi. [g] Ma. ex Jun. D. [h] Pi. [i] D. [k] Mend. [l] La.

imò mutaverant decretum Dei [m]. Virorum excellentium sæpè filii pessimi extiterunt. Causæ, præter physicas, hæ sunt; quòd viri illi eminentes toto animo ad publica ferantur, ut digna magno animo pabula; privatamque rem ideò negligant; deinde quòd liberis ex paterno honore accedat superbia & pigritia, ex spe facili dignitatum. Accedit interdum, ut in Heli, bonitas, quæ ubi nimia est, nomen suum amittere, & dissolutio potiùs disciplinæ vocari meretur [n].

13. *Neque officium Sacerdotum ad populum*] Conjungit hoc Vulgatus cum præcedentibus, hoc sensu, *nesciebant & Dominum & officium Sacerdotum* [o]. [Sic etiam Ti. *Nec jus quod Sacerdotes habuerunt ergà populum.*] Repetunt negationem ex præcedentibus [p]. Ità & LXX accipi possunt, qui sic legunt, καὶ οὐκ εἰδότες τὸν Κύριον, καὶ τὸ δικαίωμα, &c. h. e. *Et non scientes Dominum, & officium,* &c. δικαίωμα enim potest esse accusativi casûs [q]. [Aliis δικαίωμα est nominat. & sic Græca vertunt. *Et justificatio,* vel *jus Sacerdotis,* &c. absolutè & ellepticè. Supplendum aliquid, prout cæteri faciunt. וּמִשְׁפַּט הַכֹּהֲנִים אֶת־הָעָם] Variè reddunt, *Et judicium Sacerdotum cum populo,* Mo. D. M. sub *erat,* M. *Et statutum Sacerdotum à populo,* Jon. *Et jus Sacerdotum accipiebant à populo*, Sy. *Et cum exigerent à populo, hoc est, ab omnibus hominibus qui mactabant victimam, jus Sacerdotum, fiebat,* &c. Ar. *Et jus sibi fecerunt Sacerdotes erga populum,* M. מִשְׁפָּט Hîc sumitur pro חוק *jure,* seu *statuto,* seu lege [r]. Peccandi licentiam in consuetudinem deducebant; & consuetudinem in legem confirmabant. Non solùm sacrificiorum leges violabant; verùm de illis violandis novas leges sanciebant. Ità, ut loquitur Cyprian. *Consensere jura peccatis, & cœpit esse licitum, quod publicum est* [s]. *Judicium* ponitur pro jure & more iniquo seu tyrannico, ut infrà cap. 8, 9. & 11. 3 [t]. Sacerdotes statutum sibi facere præsumpserant [v]. *Habebant Pontifices hoc jus in populum.* Ca. *Ratio enim Sacerdotum istorum cum populo,* hæc erat, JT. Id est, forma quam servabant non lege, sed nefariâ usurpatione & præsidentiâ auctoritatis suæ. Sic 1 Sam. 8. 9, 11. & 1 Reg. 18. 22. Hîc autem reprehenduntur duo; latrocinium inhumanum, & impium sacrilegium, binis versibus [x]. *Nam consuetudo Sacerdotum cum populo,* sub. *erat talis,* P. Belg. Ang. V. D. q. d. Hanc novam consuetudinem introduxerant populo filii Eli, & alii Sacerdotes, Legem Dei immutantes. Nam secundùm legem Domini, Sacerdotes è pacificis hostiis accipere debebant tantùm armum & pectusculum: isti majorem portionem accipiebant; Levit. 7. 31 [y]. ¶ *Sed quicunque immolasset victimam,* כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח] *Quocunque sacrificante sacrificium veniebat puer,* P. sim. Ca. Mo. D. Jon. M. Ti. [Alii sic connectunt cum præcedentibus,] *Et jus Sacerdotum accipiebant à populo, à quovis scilicet victimam sacrificante,* Sy. *Et cum exigerent à populo, hoc est, ab omnibus hominibus, qui mactabant victimam, jus Sacerdotum; fiebat, ut veniret famulus;* &c. Ar. *Cùm aliquis sacrificabat sacrificium,* sub. *pacificum* [z]. Ad verb *Omnis vir sacrificans—veniebat puer,* &c. Barbarè quidem Latinis auribus, sed eleganter quoad Hebraismum; Quod enim Græci per genitivos, & Latini per ablativos obsolutos; id Hebræi, Syri & Arabes per absolutos nominativos exprimere solent [*]. De holocausto nihil potuit sumere Sacerdos; quia totum in altari comburebatur; nec coquebatur, sed assabatur. De victima pro peccato, non erat quòd reprehenderetur Sacerdos, si inde sumeret quicquid vellet; cùm demptis adipe & caudâ, reliqua cederent in Sacerdotum epulas, Levit. 7. 3. Hoc ergò dicitur de victima pacifica, cujus pars aliqua ad Deum, aliqua ad Sacerdotem, aliqua ad victimæ dominum pertinebat, Lev. 3. 9. De his, quæ sequuntur, fortasse alia ratio est [a]. ¶ *Veniebat puer Sacerdotis*] Quis? Vel, 1. Filius Eli, Hophni sive Phinehas [b]. Vel, 2. Famulus impius à Sacerdote submissus [c]. Neutrum mihi satisfacit. Quia non omnia jura ex victimis pacificis, summo Sacerdoti, aut ejus filiis proveniebant; sed iis Sacerdotibus, qui eas victimas immolabant, ut patet Levit. 7. 33. 3. Fortè non erat unus aliquis puer, sed alii atque alii sive filii, sive famuli Sacerdotum, qui immolabant [*]. Non placet; Nam scriptura omnes has injurias filiis Heli tribuit. Dicendum

[m] V. [n] G. [o] Mend. [p] D. [q] Mend. [r] He. in M. ò. & Jon. & K. in D. [s] Mend. [t] Ma. [v] M. K. in D. [x] Pi. ex Jun. [y] V. [z] V. Ità D. ex K. Ser. Mend. San. [*] Di. in Evang. p. 55. [a] San. [b] Tolet. in Mend. [c] Ser. [*] Q. in Mend.

cendum igitur, in victimis quas summus Sacerdos offerebat; hunc fuisse aliquem ejus, aut filium, aut famulum; in aliis victimis aliorum Sacerdotum aut filium, aut famulum. Nec immeritò hoc tribuitur filiis Eli; tum quòd eorum exemplo hoc factum, tum quòd fortassis hic puer esset publicus aliquis minister summi Sacerdotis, aut filiorum ejus auctoritate institutus, in gratiam aliorum Sacerdotum, à quibus pretium aut sperabant, aut paciscebantur [d]. ¶ *Dum coquerentur carnes,* כְּבַשֵּׁל הַבָּשָׂר] Ad verb. *circa coqui carnem,* Mo. *Quando coquebatur caro,* P. [sim. omnes.] *Dum coquerentur carnes,* quæ scilicet laicorum erant [e]. Dum elixarentur. Offerentes enim coquebant carnes sacrificiorum, quæ ipsis debebantur, & Sacerdotibus [f]. ¶ *Et habebat fuscinulam tridentem in manu sua,* וְהַמַּזְלֵג שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם בְּיָדוֹ] *Et fuscinula trium dentium,* sive *tridens in manu ejus,* Mo. [simil. omnes.] Propriè, *triplicata dentibus;* ut שלש sit nomen adjectivum formæ גדול *magnus.* Sic גְּדוֹל הַכְּנָפַיִם *magnus alis,* cujus alæ magnæ sunt. Sic שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם, qu. מְשֻׁלָּשׁ בַּשִּׁנַּיִם, *triplex dentium,* vel *terna dentibus;* ut שְׁלֹשׁ פָּנִים *trinus personis.* Hinc שלוש שִׁלּוּשׁ *τριάς, Trinitas.* Cæterùm licèt naturâ plures dentes sint quàm duo, tamen Ebræi efferunt שִׁנַּיִם numero duali, propter duos ordines dentium, carétque hoc nomen plurali, ut עֵינַיִם *oculi,* יָדַיִם *manus,* רַגְלַיִם *pedes;* quæ omnia pluraliter construuntur; ut & שָׁמַיִם *cœlum,* & מַיִם *aquæ* [g]. Usurpantur dualia quædam, quæ in se quidem dualitatem notant; sed per additum adjectivum, ad pluralitatem manifestè reducuntur. Sic Levit. 11.23. *Et omne reptile volucris, cui* אַרְבַּע רַגְלַיִם *quatuor pedes.* Ezec. 1.6. אַרְבַּע כְּנָפַיִם *quatuor alæ.* Zach. 3.9. שִׁבְעָה עֵינַיִם *septem oculi* [h].

14. *Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive cacabum,* וְהִכָּה בַכִּיּוֹר אוֹ בַדּוּד אוֹ בַקַּלַּחַת אוֹ בַפָּרוּר] *Et percutiebat in concham, vel in ahenum, vel in lebetem, vel in ollam,* Mo. *Incutiénsque in labrum* (*lebetem,* Sy.) *aut in lebetem;* (*cacabum,* Sy.) *aut in ahenum, aut in cacabum,* JT. (sive *ollam,* Sy.) *Et percutiebat in concha,* &c. P. *Et percutiebat* (sub. *carnes* quæ erant) *in concha, aut olla,* &c. i.e. conabatur arripere aut apprehendere carnes [i]. *Lebes, caldaria, olla, & cacabus,* non videntur esse synonyma ejusdem vasis, sed diversa nomina diversorum; differentia, 1. Materiâ, v.g. æneâ, vel fictili. 2. Figurâ. 3. Capacitate. 4. Usu. Quædam enim facta sunt ad lavandas carnes, 2 Par. 4.6. alia ad coquendas. Omnia verò vasorum genera hîc commemorantur, ut injustitia filiorum Heli per omnia latissimè vagata intelligatur. Nullum enim erat sacrificium, nullum coquendis carnibus ahenum, in quod non involarent [k]. ¶ *Omne quod levabat fuscinula*] tergemino morsu, quod certè exiguum non erat; præsertim cùm ab omni extraheretur lebete, & ab omni exigebatur sacrificante. At lex solùm armum, & pectusculum sacerdoti concedebat [l]. His non contentus, rapiebat offerentibus suam partem [m]. ¶ *Tollebat sacerdos sibi,* יִקַּח הַכֹּהֵן בּוֹ] *accipiebat sacerdos in eo,* Mo. Pi. vel *illud,* M. vel *ex eo,* JT. i.e. ex illis carnibus, Tig. not. vel *animæ suæ,* Jon. vel *sibi,* ό. Sy. P. Ti. Ang. Belg. ¶ *Sic faciebant universo Israeli venientium in Silo,* לְכָל־יִשְׂרָאֵל הַבָּאִים שָׁם בְּשִׁלֹה] *Sic faciebant omnibus Israelitis* (vel *universo Israeli,* P. Mo.) *venientibus illuc in Silo,* Sy. M. sim. ό. Jon. Ar. Ti. sub. *ad sacrificandum,* ό. Jon. Ar. *Sic faciebant Schiluntæ, omnibus Israelitis venientibus illuc,* JT. Malim. *Sic faciebant omnibus Israelitis venientibus illuc,* nempe *Schiluntem,* Pi.

15. *Antequam adolerent adipem.* Ità Ti. JT. P. Osiand. בְּטֶרֶם יַקְטִרוּן] *antequam suffire facerent* (vel *incenderent,* M. vel *cremâssent,* V.) *adipem,* Mo. Quod tamen priùs fieri oportuit ex lege Dei, Levit. 7.21. & 23 ut colligitur ex ordine sententiarum [n]. Tam in victimis pacificis, quàm pro peccato adeps Domino adolebatur [o]. Et sicut non expectabant cremationem adipis, ità fortè neq; ipsius separationem à carne; atque adeò cum carne adipem soli Deo debitum auferebant, ut probabile est ex v. 29 [p]. Judæi omnem lapidem movent, ut rigorem legis de non comedendo adipe, Levit. 3.16, 17. & 7. 23, 25. aliqua ex parte emolliant; & inter alia concludunt, eum adipem prohiberi, qui carnem ambit, non qui in media carne latet. Ità Maimonides de vetitis cibis, cap. 7. §.

d Mend. e Osiand. f Me. ex To. g D. h Glas. Gram. p. 87. i V. sim. D. k Mend. l Mend. m D. n Pi. o Me. p Mend.

1, 5 8 [q]. ¶ *Da mihi carnem ut coquam sacerdoti,* לִצְלוֹת] *ad assandum,* Mo. [Similiter omnes.] Moris erat, ut sacerdos carnem elixam acciperet ab offerente [r]. At hi sacerdotes fastidiebant carnes coctas, ut in sacrificiis pacificis apponi consueverant; & assatas, aut artificiosiùs conditas postulabant; quomodo Israelitæ cibo Angelorum manibus elaborato non contenti, varias ejus condituras excogitabant, Num. 11.8 [s]. ¶ *Non enim accipiam à te carnem coctam; sed crudam;* כִּי אִם־חָי] *sed crudam,* Sy. Ar. JT. Ti. D. Osiand. M. sub. *volo,* Os. *Nisi* (*sed,* Pi. *quinimo,* Mo.) *vivam,* D. *nisi* pro *sed,* ut Græcè εἰ μή; ut ibi, *Non justificatur homo ex operibus legis,* εἰ μὴ διὰ πίστεως, *nisi ex fide;* i.e. *sed* [t]. *Vivam* autem carnem vocat non coctam, i.e. crudam [v]: ductâ metaphorâ à belluis rabidis & famelicis, quæ devorant carnem crudam & viventem [x]. Sic *aqua* perennis, *viva* dicitur; *vinum* purum, *vivum*; *tempus* præsens, *vivum*; præteritum enim interiit, & futurum quasi genitum non est. Interdum *caro viva* dicitur pro *sana*: Vide Levit. 13. 10, 15. Nam *vita carnium* est sanitas & bona valetudo [y].

16. *Dicebátque illi immolans,* וַיֹּאמֶר אֵלָיו הָאִישׁ] *Dicebátque ad eum vir,* Mo. sub. *immolans,* M. ό. Ti. *Cui respondebat vir ille,* P. *Quòd si dicebat vir ille,* JT. sim. Ang Belg. ¶ *Incendatur primùm juxta morem*] *juxta morem hodie,* sive *hodiernum*; seu qui ad hunc usque diem inviolatus perseverat. Sic maximè incusat sacerdotum audaciam, qui vigentem & florentem legem proculcare non verentur [z]. ¶ קַטֵּר יַקְטִירוּן כַּיּוֹם הַחֵלֶב] *Suffire facient sicut die adipem,* Mo. *adoleatur primùm* (*sicut decet*) *adeps,* ό. Deo certè, primum quasi ferculum ex convivio offerendum erat [a]. Solet enim primum ferculum & melius nobiliori tribui in conviviis [b]. *Offerant quæso hodierna die,* Sy. sim. Ar. *Potius jam adoleant,* &c. JT. *Incendant adipem, juxta hoc quod hac die solet,* Ti. *sicut hodiè,* ὡς σήμερον, i.e. *reverà hodie,* aut *nunc jam.* Nam est Caph ἀληθινὸν, q.d. *tam verè, quàm verè est hic dies.* Sic alibi, *Jura mihi* כַּיּוֹם, *nunc jam* [c]. *Omninò, quòd ad hunc diem, comburent adipem,* Belg. *Incendant ipsâ die,* &c. M. vel *jamjam,* sive *statim.* Heb. *sicut hac ipsâ die,* Ang. *hodie adoleant,* P. *secundùm hunc diem,* i.e. secundùm hoc tempus, vel hoc tempore, seu hoc ipso momento, hac ipsâ horâ. Synechdoche integri [d]. *Incendatur hodie,* q.d. Non longiùs differendum est quod concupiscis: paulisper expecta; tuis statim votis ac desideriis satisfiet; omnia enim hoc die, imò & horâ consuetâ, nempe matutinâ complebuntur. Si tibi certum est jus divinum violare, &c. hâc unâ pactione desiste: mea tibi omnia jura permitto, partes meas tolle, dummodo abstineas divinis, & debitum sacrificii ordinem non interturbes. Ità non mediocrem laudem, in religione tuenda etiam cum proprio detrimento, merebatur [e]. Notandum est, sacerdotes non oportuisse comedere nisi sancta; at isti etiam prophana comedebant. Nam adipis concrematio fuit instar primitiarum, post quam residuum victimæ sanctum habebatur; quod ante eum prophanum erat [f]. Sic & apud Gentiles, non nisi peracto sacrificio, eo vesci licebat. Unde proverbium: *Haud immolata sacra sæpè devorat;* quod jactabatur in intemperantes & ventri deditos, quales erant filii Eli [g]. ¶ *Qui respondens aiebat ei: Nequaquam:* וְאָמַר לוֹ כִּי עַתָּה תִתֵּן] *Et dicebat ei, quia nunc dabis,* Mo. sim. Jon. *Dicebat hic illi; imò jam nunc dabis,* JT. Alii sic; *Ille dicebat, nequaquam, sed nunc dabis,* P. sim. ό Sy. Ar. M. Ang. Scriptum לו *ei,* & lectum לוא *non.* Utrumque commodum sensum habet [h]. Avenarius pro לו vult legi לוא, sed tres editiones non agnoscunt illud Keri, neque etiam eo necesse est *. ¶ *Nunc enim dabis, alioquin tollam vi;* וְאִם לוֹא לָקַחְתִּי בְחָזְקָה] *Et si non dederis, accipiam vi,* P. sim. M. Sy. Ar. ό. vel, *cum obfirmatione,* Pi. Te invito, velis nolis [i].

17. *Erat ergo peccatum puerorum grande*] Peccatum multiplex erat: Accipiebant carnes; 1. alias, & plus quàm illis debebatur; 2. aliter affectas quàm oportebat, crudas scilicet; 3. alio tempore, v. 15. 4. alio modo, vi scilicet ac minis; 5. alio fine, nempe ad voluptatem suam, v. 14 [k]. *Pueri* dicuntur vel, 1. ætate, erant enim juvenes, quos *pueros* vocat Scriptura [l]; 2. potiùs sensu & intelligentiâ [m], moribus [n]. ¶ *Coram Domino,* אֶת־פְּנֵי יְהוָה] *Cum faciebus Domini,* Mo. *Coram Jehova,* ό. Ar. M. P. Ti.

q BA. 1, 2. 45, 471. r V. ver. 16. s Mend. t D. v D. x Mend. Mend. y Mend. z Mend. a Me. b San. c D. d Pi. e Mend. f Mart. g La. h D. ex K. * Capel. crit. 133. i D. k Ser. l Mend. m D. n Me.

Ti. sim. Jon. *in conspectu Domini*, JT. Hoc additur, vel, 1. quia erat immediatè contra Deum, & cultum ejus; vel, 2. quia erat in loco sacro; vel, 3. (quod mihi germaniùs videtur) q.d. Deo teste ac judice. Nam etsi illa peccata propter sacerdotum auctoritatem obtegerentur, vel fortè ab aliis excusarentur, vel ab humana censura immunia essent; ad divinum tamen testimonium, ac judicium revocata gravissima ac turpissima censebantur. Et aliquid *malum* dicitur, vel *bonum*, vel *magnum*, *coram Domino*, quod reverà & simpliciter tale est, Gen. 10. 9. & 13.13. Luc.1.15. quia oculi Dei falli nequeunt [o]. ¶ *Quia retrahebant homines à sacrificio Domini*, כִּי נִאֲצוּ הָאֲנָשִׁים אֵת מִנְחַת יְהוָה] *Quia contemnebant*, vel *spernebant* (*execrabantur*, M.) *viri* (*populus*, Ang.) *sacrificium* (*oblationes*, Jon. M. *munus*, JT. *cibarium sacrificium*, Ang) *Domini*, P. Mo Jon. sim. Ti. Belg. Ang. Pi. *Munus Jehovæ*, i.e. munus quod offerendum erat ex lege, unà cum sacrificio Eucharistico, seu carne pecudis mactatæ. Synecdoche membri [p]. Cœperunt habere despicatui sacrificia, quæ fiebant in honorem Domini; atque abhorrere ab offerendis victimis & oblationibus, conspectâ avaritiâ sacerdotum [q]; & cùm viderent non servari ritus solitos sacrificiorum *. Israelitæ, tam effræni ministrorum Dei licentiâ, à cultu Dei & reverentia illius abstrahebantur: vide infrà v.24 [r]. Tam ægrè Deus fert alienas injurias, præsertim quæ in damnum cedunt spirituale animarum; ut de illis potiùs quàm de suis conqueratur. Unde sacerdotum peccata exaggerat, non tam ex eo quòd divinum honorem & cultum violabant; quàm ex eo, quòd homines à sacrificio Dei retrahebant [s]. Propter malam vitam ministrorum malè audit religio & cultus divinus [t]. Peccata manifesta sacerdotum populum à vera religione avertunt: & propterea graviter ea Deus punit, & in iis qui admittunt, & in iis qui connivent, infrà 3.12. Neque tamen per hoc impuratur Sacerdotium, cui & talibus temporibus pii piè inserviunt, & ostendunt jamjam sequentia [v]. Vide hìc quàm grave sit peccatum Sacerdotum, ob scandalum quod datur laicis [x]. [Alii hunc locum aliter vertunt.] ¶ *Et erat peccatum puerorum magnum, &c. quoniam contemnebant sacrificium Domini*, 6.] [quasi אֲנָשִׁים hìc non *populum* significaret, sed *viros* sacerdotes] *provocaverant enim iram Domini facinore suo*, Ar. *quòd homines ad iram provocarent in conspectu Dei*, Sy. [Plerique tamen aliter accipiunt, ut dictum.] Porrò, נִאֲצוּ est in formula Pihel, quod significationem auget; q.d. vehementer incessebant, & blasphemabant sacrificium Jehovah [y].

18. *Ministrabat ante faciem Domini*] Hoc dicitur, 1. Quia ministrabat in tabernaculo. 2. Ad nutum, seu imperium Domini [z]. 3. Quia fungebatur suo officio sine culpa [a]. Perfectissimè ministrabat, & singulari animi puritate & sinceritate; ut qui divinis, non humanis oculis placere niteretur. Hebraismus est, quo perfectissimè dicuntur fieri, quæ coram Deo fieri dicuntur. Vide 2 Par. 26.4. Isa.53.2. Mat.6.2,3,4 [b]. Ministerium hoc fuit studium Legis Divinæ, cantare ore, & ludere in instrumentis musicis [c]. ¶ *Accinctus Ephod lineo*. Ità P. Ti. אֵפוֹד בָּד] *Ephod lini*, Mo. vel *byssi*, Jon. Sy. *amiculo* (*sago*, Ar.) *lineo*, JT. Ephod erat indumenti genus, quo Levitæ accessuri ad cultum Dei vestiebantur [d]. Has porrò vestes lineas extra Sanctuarium efferre non licebat. Nec Levitæ, nec sacerdotes ipsi extra Templum ullam privatam habuerunt vestem, & à vulgari diversam, teste Josepho Belli, 6.6 [e]. Porrò, Ephod duplex fuit, 1. Sacerdotale, seu potiùs Pontificale, de quo Exod.28.6. 2. Alterum minoribus sacerdotibus, Levitis, imò & laicis commune, 2 Sam. 6.14 [f]. Quocirca vestis hæc sacra fuisse non videtur, cùm eâ indutus erat Samuel, antequam ad eam ætatem pervenisset, ut consecrari Levita posset. Vide Num.8.6,24 [g]. Ephod genus est vestis quod humeros tegit, & pectus ambit; &, si usum ejus spectemus, semper sacer est, ac religiosus; si verò personas quæ illum induebant, vel Ecclesiasticus erat quo induebantur Pontifices, Sacerdotes, Levitæ: vel Politicus, quo induebantur Laici [h]. Adde quòd Samuel speciali voto Deo consecratus erat [i]. Existimant Procop. & Theodor. hoc Ephod sacerdotale fuisse, & Samueli ex privilegio ab Heli concessum, propter admirabilem gratiam Dei in eo efflorescentem [k]. Ephod erat vestis brevissima, quâ uti solebant

[o] Mend. [p] Pi. [q] V. sim. La. San. [*] Me. [r] Jun. Pi. Ma. [s] Mend. [t] D. [v] G. [x] La. [y] Ma. [z] Mend. [a] V. [b] Mend. [c] M. [d] M. [e] San. [f] Mend. sim. San. [g] San. [h] Me. [i] San. [k] Ser.

qui ministrabant Domino; non quidem omnino dissimilis superhumerali summi sacerdotis; sed neque etiam prorsus illi similis [l].

19. *Et tunicam parvam*] Significat vestem exteriorem, parvam, habitâ staturæ pueri ratione; erat enim vestis longa [m], quâ ornabatur in festis solennioribus [n]; & mater post transactos solennitatis dies illud iterum domum portabat [o]. Videtur hæc vulgaris vestis fuisse, quâ etiam extra ministerium sacrum utebatur. Ità significat Annam de omnibus ad vestitum necessariis filio diligenter providisse; eíque tam vestes, quibus in templo ministrabat, quàm quibus extra templum utebatur, afferebat [p]. Nec minùs sollicita esse debuit mater de aliis vestibus, quæ non videbantur Sacerdotis impendio comparandæ, quàm de Ephod, quod nullo suo sumptu è tabernaculo accipiebant Levitæ [q]. ¶ *Afferebat statutis diebus*, מִיָּמִים יָמִימָה] *à diebus in dies*, Mo. 6. *à tempore solennitatis ad solennitatem*, Jon. *annuatim*, sive *de anno in annum*, P. JT. Belg. Ang. D. M. Non tantùm semel in anno tunicam attulit, sed quoties ascendebat cum viro, &c [r]. Semper cùm ascenderet, faciebat ei novum palliolum; adeò diligebat eum [s]. ¶ *Ut immolaret hostiam solennem*, זֶבַח הַיָּמִים] *sacrificium dierum*, Mo. 6. vel *solennitatum*, Jon. vel *anniversariam*, D. P. JT. Belg. Ang.

20. *Et benedixit Heli Elcanæ*] nimirum Dei verbis, tanquam sacerdos ejus: quamobrem benedictionem hanc illi acceperunt fide, ut supra, 1. 17. & res effecta est sequenti versu [t]. Qu. Quomodo hìc dicitur Eli benedicere Elcanæ, cùm eum antea (nempe v.11.) domum rediisse legatur? Resp. Intellige hoc fecisse Eli ex quo Samuel Deo dicatus fuerit, quoties Elcana Schiluntem venerit *. ¶ *Reddat tibi Dominus semen*, יָשֵׂם זֶרַע] *Ponat* (*reponat*, JT. *det*, V. D.) *tibi semen*, Mo. Pi. i.e. prolem alium [v]. *Semen* hìc vel de uno accipi potest, ut Gen.4.25. vel, quod rectiùs de pluribus, ut patet ex versu sequenti, ubi ex hac benedictione plures filios accepit [x]. ¶ *Pro fœnore quod commodâsti Domino*, תַּחַת הַשְּׁאֵלָה אֲשֶׁר שָׁאַל לַיהוָה] Variè reddunt, *Pro munere quod Domino dedisti*, Ar. *pro commodato*, sive *mutuo quod commodâsti*, (*commodavit*, P. vel, *quod commodatum est*, Ang.) *Jehovæ*, Sy. 6. P. i. e. Loco Samuelis, quem uterque vestrûm petiit à Domino [y]. *Pro semine illo precario, quod exoratum restitueras Jehovæ*, JT. Hæc autem non Heli, sed auctoris verba sunt, cum versûs principio conjungenda [z]. *Pro petitione quam petivit*, vel *postulavit*. Sub. vel *ille*, Ang. vel *illa*, Belg. (Heb. *ille*. Vide similem mutationem fœminini & masculini generis, Gen. 6.1. Exod.31.14. Levit. 2. 8. & alibi *.) vel *uterque vestrûm*, V. M: *domino*, Mo. Pi. vel *à Domino*, Ti. M. Belg. q.d. non sibi aut suo commodo hunc petiit, sed ut Domino consecraret [a]. *Propter petitionem*, i.e. propter filium petitum, qui nunc etiam donatus & Deo dicatus est. Alii; *qui petitus fuit à Domino*, sive *qui postulatus fuit & desideratus coram Domino*, Belg. *Pro exorato illo, quem exoravit Jehovæ*, sive *pro Jehovah*, Pi. *Pro restitutione ejus quod petivit à Domino*, D. ¶ *Et abierunt in locum suum*, לִמְקוֹמוֹ] non לִמְקוֹמָם. Videtur Hanna ex alia urbe fuisse [b]. Vel sub viro fœmina intelligitur; & quod ab uno conjuge factum dicitur, ab utroque factum significatur [c]. Hæc autem antè dicta fuisse puto, cùm puer primùm adductus est in Silo; & per recapitulationem hìc relata: vel (quod idem est) præteritum perfectum pro plusquam perfecto hìc poni; quod sæpè fit: q.d. Benedixerat Heli jam antè Elcanæ [d].

21. *Visitavit ergò*, &c. כִּי פָקַד] *Visitavit enim*; subaudiunt, *reversi sunt*, inquam, *domum læti*, *quod visitâsset Jehova*, &c. crediderant enim verbis Eli. quæ adhibuerat benedictioni illi de futura prole. Vel כִּי redundat [e]. *Visitare*, hìc sumitur in bonam partem, ut Gen. 21.1. Exod.13.19. Jer.15.15. Luc.7.16. alibi in malam partem, Exod.32.34. Levit. 26. 16. Num. 14. 18 [f]. Obscurum est quò referenda sit conjunctio causalis כִּי. Et sanè ad nullam ex sententiis præcedentibus aptè referri posse videtur. Videtur autem referenda ad sententiam subintellectam in verbo *benedixit*; q.d. Eli benedixit Elcanæ & Hannæ, ídque efficaciter. Malim vertere, *Itaque*; ut notetur eventus benedictionis quæ præcessit [g]. ¶ *Et magnificatus est puer Samuel apud Dominum*,

[l] V. [m] V. [n] V. M. [o] M. [p] Mend. [q] San. [r] Mend. [s] D. [t] Pi. ex Jun. [*] Li. [v] V. [x] Mend. [y] V. [z] Jun. [*] Belg. [a] Belg. [b] D. [c] Mend. [d] San. [e] V. [f] Mend. [g] Pi.

Dominum, [וַיִּגְדַּל עִם יְהוָה] *Et grandis evasit* (*crevit*, Jon.Ang.Ti.M: JT. *magnificatus est*, ö. Os.) *apud Dominum*, Mo. JT. apud quem nemo magnus est, nisi qui & justitiâ & sanctitate magnus est [h]. Al. *coram Domino*, ö. Sy.Belg.Ang.M.Ti. *cum Domino*, D.Ma. i. e. ope & auxilio Dei, ut Gen.4.1 [i]. plenus gratiâ & spiritu sancto, ut Dominus esset cum eo [k]. Al. *Et crevit Samuel* ministrans *coram Domino*, Jon. sim. V. *Adolescebat, & ministrabat coram Domino*, Ar. *magnus crevit*, staturâ scil. corporis, & in sapientia vel scientia animi [l]. Hoc pacto magnus dicitur Joannes, Luc.1.15. non corporis, sed animi magnitudine. Commendatur hîc eximia Samuelis probitas inter impios filios Heli. In loco lubrico stetit, nempe in consuetudine improborum, nec lapsus est [m]. *Crevit* ætate, sapientiâ, & gratiâ, ex v.26 [n].

22. *Heli autem erat senex valde*] vel 90 annorum [o]; vel (quod certius) propè 70 annorum, ut ait Torniellus [p]. Hoc autem notatur, vel 1. ut intelligatur occasio peccandi, quam filii habuerunt. Nam valde senes magistratui sunt inhabiles. Unde Plato lib.6. *de legibus* septuagenarios à republica arcebat, teste Seneca philosopho libro de brevitate vitæ, cap. ult. Romani verò etiam sexagenarios de ponte præcipitabant; hoc est, à suffragiis removebant [q]; quia, propter senium Eli non fungebatur sacerdotio; ideo filii ejus faciebant quicquid luberet [r]. Graviores curas Templi, reique publicæ filiis suis permiserat [s]. Vel 2. ad exaggerandum culpam Eli, quòd scilicet non arguerit filios satis acriter, prout senectutem ejus decebat [t]. ¶ *Dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium Tabernaculi*; [אֶת־הַנָּשִׁים הַצֹּבְאוֹת פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד] *Cum mulieribus quæ congregabantur* (vel *quæ excubabant*, M. Ti. vel *quæ turmatim* (sive *per exercitus*, D.) *conveniebant*, ut Exod. 38.8. Vide ibi dicta. JT.Belg Ang.V.D.) *ad ostium Tabernaculi ecclesiæ*, P. Al. *quæ veniebant oratum*, &c. Ar. sim.Jon. Sy.Heb. *quæ militabant*, Pi. Dicuntur autem hæ fœminæ *militare*, seu *in morem exercitûs excubare*, 1. propter multitudinem; 2. propter observantiam & obedientiam, quæ in exercitu maxima esse solet; 3. propter militiam spiritualem, quam profitebantur; 4. propter ordinem [v]. *Militabant*, i.e. convenienti ordine cultum Dei peragebant. Metaphora. Sic Exod.38.8. ubi Græci habent, *jejunabant*; nam jejunium erat insignis pars sacrorum illorum exercitiorum: quod & nominatim commendatur in Anna prophetissa, Luc. 2. 37 [x]. Erant apud Hebræos fœminæ, quæ seculi vanitate contemptâ, se ad ministeria tabernaculi obeunda consecrabant. Hæc autem ministeria aut erant temporalia, nendo, suendo, texendo, abluendo, &c. aut spiritualia, orando, vigilando, jejunando, &c. Præter has fœminas, quæ in templo morabantur, multæ aliæ orandi vel sacrificandi causâ templum frequentabant; quibus etiam certus in templo locus ad ingrediendum & sedendum tribuebatur: teste Jo. Antiq. 8.2. & Bel.6.6. & contra Appion.2. Et harum omnium pudicitiam sacerdotes ambiebant [y]. Virgines erant aut viduæ tabernaculo deservientes, hujusmodi ministeriis, quæ muliebrem artem & industriam requirunt, vel perpetuò, vel ad tempus addictæ [z]. Adulterium hoc erat & sacrilegium, quòd scilicet fœminas Deo dicatas violarent, idque in loco sacro & tabernaculo [a]. Quidam puerperas intelligunt, quæ veniebant ut purgarentur & orarent Deum [b]. Quidam exponunt *excubare* pro *orare*: alii pro *sacrificare*; sicut mulieribus puerperis indicta erat certa lex sacrificiorum [c]. Sed potiùs erant religiosæ mulieres, quæ circum tabernaculum in cellulis aut domunculis, vigiliis, precibus, &c. militabant [d]. Dicit *ad ostium tentorii*: Non enim ingrediebantur mulieres, (inquit K.) tentorium conventûs [e]. Pro fœminis templo consecratis, secessus quidam erant in Templo, aut Templo saltem adjuncti, ubi secretæ viverent à populari turba, Jo. belli. 5. 12 [f]. Porrò, hîc nota Gulæ comitem esse luxuriam; & venter vino æstuans despumat in libidines, ait Hieron [g]. *Monstrum habetur libido sine gula*, ait Tertul [h].

23. *Quare facitis vos hujusmodi?* Ità JT. sim. P. [כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה] *Secundùm verba ista?* V. Pi. Fieri solet per interrogationem reprehensio; cùm ut reprehensor severiorem exprimat animi affectum; tum ut reprehensus quid respondere posset non inveniens, veniam deprecetur [i]. Mollis nimis ac remissa erat hæc reprehensio [k]. In hoc reprehendunt Eli, 1. quòd eos *filios suos* vocat, quos potiùs filios Belial vocare debuisset [l]. Illud *filii mei* blandiùs aliquid sonat, quàm Dei zelo inflammatum animum decebat. Planè se patrem esse meminit, non judicem [m]. At nisi aliud addatur, non assentior. Nam etiam Deus, cùm increpat, appellat *filios*, Jer 3.14. Luc. 16.25. Ità Josue Achanem vocat, Jos. 7. 19. sim. & Lotus Sodomitas, Gen.19.7 [n]. 2. Quòd *non bonam famam* vocat, quam potiùs pessimam ac diabolicam dicere debuit. Sed neque hîc assentior. Modicis enim verbis exaggerati sensus figuratè exprimuntur, Job.27.14. *non saturabuntur pane*, i.e. fame morientur. Psal.49.17. *non sumet omnia*, i.e. nihil secum feret. 1 Tim.6.7. Sic Virgil. Georg.3.

—— *Quis aut Euristhea durum,*
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

i. e. maximè vituperati [o]. 3. Quòd generatim tantùm vitia commemorat; quod levius & auditu facilius, quàm si cum authoritate singula exprobrentur: & quæ seorsim exaggerantur, vehementiùs commovent. 4. Non eos affirmando reprehendit, sed tantùm ex conditione. Sic ad me perfertur, &c. q.d. Si vera sint [p]. 5. Quòd citò cessavit à corripiendo, nè filios contristaret [q]. Debebat autem eos acriter & crebrò objurgare [r]. 6. Non ultrò & sponte suâ reprehendit; sed populi clamoribus quodammodo coactus [s]. 7. Serò admonuit, cùm eorum scelera totum jam Israelem occupaverant. Videbatur in filiorum disciplinam dormire: nec nisi magnis populi clamoribus excitari. Unde cùm malo occurrere voluit, non valuit. 8. Secretò admonuit, cùm publicè debuit; peccata enim publica erant; vide 1 Cor. 5. 2. & 1 Tim. 5. 20. 9. Blandâ, non caperatâ fronte eos corripuit; vide cap.3.v.13. 10. Verbis tantùm processit, non supplicis [t]. Quando correptionem proficere non vidit, debuit eos abjicere [v]; & à sacrificiis amovere, & sacerdotio privare [x]. Debebat pater, paterni nominis oblitus, & rei publicæ atque sacræ memor, cujus erat custos & vindex, severiùs corrigere [y]. Quàm multos videas duris & asperis verbis malefacta reprehendere, (nè fortè & ipsi in aliorum reprehensionem incurrant) quæ tamen impunita relinquunt; ut illa potiùs adulatio sit, quàm increpatio [z]. Digni erant morte hi filii Eli ex lege Dei, quòd patrem monentem contempserint. At Eli paternâ lenitate, non authoritate pontificiâ, usus est. Erat senex; & eâ ætate solent homines esse ad misericordiam propensiores [a]. Qui puniendi jus habent, ii monendo tantùm non defunguntur officio. Vide quæ nos de J. B. & P 2.30. 11. & in Annotatis. Vide & infrà 3.13 [b]. ¶ *Audio res pessimas ab omni populo*] Qui Silontem venit ad sacrificandum; aut à civibus Silontis, qui hæc vestra scelera omnibus memorabant [c].

24. *Nolite filii mei*] Aposiopesis, quæ iratis convenit; sub. *ità facere* [d]. ¶ *Non est bona fama quam ego audio, ut transgredi faciatis populum Dei*; [מַעֲבִרִים עַם יְהוָה] *Fama quam audio, quam transire facit populus Jehovæ*: sub. *de vobis* [e]. [Reliqui omnes aliter exponunt.] *Transgredi* (vel *transire*, Pi.) *facientes populum Domini*, P.Ti.Mo. i. e. facitis ut transgrediantur mandata Dei [f]. *Quòd vos avertatis populum Dei*, Sy. sim. JT. nimirum à cultu Dei, suprà v. 17 [g]. Nam ità faciendo, hinc *abigitis populum Jehovæ*; i.e. efficitis nè huc populus veniat oblatum victimas [h]. *Ut faciatis non servire populum Dei*, ö. *quòd vos deprimatis*, &c. Ar. *quòd prævaricari facitis*, &c. Belg. *exclamare facitis*, Ang. in Marg. Peccandi occasionem ei præbetis, nè veniat Silo ad sacrificandum [i]; tum etiam exemplo vestro ei nocetis. Nam populus ad sacerdotis exemplum se facilè componit [k]. Porrò, populum transgredi faciebant, efficiendo, ut in suis secum sceleribus communicarent, dum mulieres in sceleris consensum pellicerent; deinde efficiendo ut populus Deum blasphemarent, tanquam desidem & ignavum, qui tales ministros inultos reliquit [l].

25. *Si peccaverit vir in virum*, Ità Mo. P. [Sim. omnes.] [אִם יֶחֱטָא אִישׁ לְאִישׁ] *Si peccaverit ullus in alterum*, JT. Potiùs *vir in virum*, propter emphasin antitheseos, quâ viro opponitur Jehova [m]. *Placari ei potest Deus*, [וּפִלְלוֹ אֱלֹהִים] Variè accipiunt. Nam פלל significat & *placare*, & *orare*, & *judicare* [n]. Vertunt, *Judicabit eum Deus*, Mo. *Dominum deprecabitur*, Sy. sim.

Margin notes (left column): h Mend. · i D. · k Ma. · l Belg. · m Mend. · n La. · o To. · p Mend. · q Mend. · r D. · s San. · t Pi. · v Mend. · x Pi. · y Mend. · z Me. · a La. · b L. He. in V. sim. D. · c M. · d Ma. · e D. in Mart. · f San. · g La. · h Mend. · i Mend.

Margin notes (right column): k Me. · l Q. in Mend. · m San. · n Mend. · o Mend. · p Mart. · q F. · r La. · s Mart. · t Mend. · v Hi. in F. · x Theod. in La. · y Mart. · z Calv. · a Matt. · b G. · c D. · d V. sim. D. Pi. Mend. · e Q. in V. · f Pi. · g Pi. · h V. · i D. · k D. sim. Mend. · l Mend. · m Pi. · n Mend.

ſim. Ar. *orabunt pro eo ad Dominum*, ό. *Judicabit ipſum judex*, P.V.M.K. in D. vel *magiſtratus*, JT. ſim. Pi. D. Belg. Ang. *Judices de hoc judicant*, Ti. *Arbitri poterunt eſſe judices*, M. *diſceptant arbitri*, Ca. *annon ibunt ad ante judicem? & audiet loquelas eorum, & exquiret inter eos?* Jon. q.d. Si vocetur in jus, habebit etiam patronum qui defendat eum coram judice [o]. פָּלַל ſignificationem habet *judicii*; unde פְּלִילִים *judices*; & תְּפִלָּה *oratio ad Deum*, quòd in ea judicemus de factis noſtris, coram Deo reos nos conſtituentes, noſtráque omnia damnantes & improbantes [p]. Senſus eſt, Si homo hominem offendit, eſt cognitio civilis aut eccleſiaſtica, quâ res componi poſſunt [q]. Poteſt magiſtratus ſuam interponere auctoritatem, & utroſque pacificare; cujus ſententiæ etiam læſus ſtare, & à vindicta quieſcere cogitur [r]. ¶ *Si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* וְאִם לַיהוָה יֶחֱטָא אִישׁ מִי יִתְפַּלֶּל לוֹ] *Et*, vel *ſed ſi in*, vel *contra Deum*, ſive *Dominum peccaverit vir*, Mo. [ſim. omnes] *quis orabit ei?* Mo. ό. *quis oret illum?* JT. ſcil. *Jehovam*, Pi. Malim, *pro illo*, Pi. M. D Belg. Ang. *quemnam deprecabitur?* Sy. Ar. *à quo orabit, & remittetur ei?* Jon. *Quis judicabit* (vel *diſceptabit*, Ca. Tig. not.) *pro eo?* P.V. *Quis arbitrum illius aget?* M. Quis diſceptabit contra Dominum pro illo? q.d. Nullus eſt excuſationi locus, cùm peccatur in Dominum [s]. Poteſt & ſic verti, *Quis intrabit pro eo in judicium Dei?* M. Qu. 1. Quid hîc vult per peccatum in Deum? Omnis enim qui peccat, in Deum peccat [t]. Reſp. Omnia peccata ſunt contra Deum tanquam Legiſlatorem, quia contra legem ejus; quædam autem ſunt contra Deum tanquam privatam perſonam, ad quam tota injuria ſive offenſa directè pertinet: v.g. ſi quis alium Deum colat [v]. Filii Heli in Deum peccabant, quia circa cultum Dei [x]. *Si quis peccet in Deum*, nempe volens & elatâ manu [y]. Peccatur in Deum, 1. Idololatriâ. 2. Cùm aliquid ex iis quæ pertinent ad cultum divinum, ſive locus ſacer, ſive perſona ſacra, ſive actio ſacra, violatur [z]. Qu. 2. Quomodo dicit neminem pro peccantibus in Deum oraturum? &c. Reſp. Humano more loquitur; q. d. rarus aut nullus invenitur qui apud principem intercedere audeat, pro reo qui principem immediatè læſit: quum alioqui facilis ſit interceſſio, quando inter privatos injuria conſiſtit [a]. Non eſt difficile orare judicem, &c. ſi de legum ſeveritate aliquid velis eſſe remittendum; quando de injuria aliis illata diſceptatio eſt: at quis hoc ipſum audebit poſtulare à judice, ſi contra ipſum ab aliquo peccatum. Loquitur humano modo. Homines ſuas injurias ulciſcuntur, aut judicant, longè aliter quàm alienas *. Omnia quidem peccata Deum offendunt; ſed maximè ea qui directè contra ejus Majeſtatem feruntur. Vide Act. 5. 5. & quæ dicta nobis ad Mat. 12. 31. In talibus autem criminibus Deus deprecationes non ſemper audit; ut apparet infrà, 3. 14. Jer. 7. 16. Ezec. 8. 18. 1 Joan. 5. 16 [b]. Prophanârant ſacerdotis filii tabernaculum Domini inceſto concubitu, &c. conculcârant ſacrificia, legéſque omnes divinas; atque ità, quantum in ſe erat, ſuſtulerant è medio omnia præſidia, quibus ex inſtituto Dei venia & miſericordia peccatoribus extorqueri ſolet: q.d. His igitur à vobis ſublatis, *quis orabit pro vobis?* i.e. quis ſubminiſtrabit aliud ſacrificium, aut orationem ſolennem, quâ vobis placetur Deus, & à peccatis expiemini [c]? Cùm dicit, *quis orabit pro eo?* non eſt ſenſus, neminem eſſe; ſed rarum eſſe, qui pro tali orabit. Ità Hoſ. 14. 10. *Quis ſapiens?* &c. Luc. 12. 42. *quis eſt fidelis diſpenſator* [d]? Quis pro publico Dei miniſtro tam ſcelerato orare audet [e]? Et *impoſſibile* dicitur in ſcriptura, & in omni literatura, quod difficile eſt; ut Jer. 13. *Si mutare poteſt Æthiops*, &c. & Mat. 12. *Quomodo poteſtis bona loqui?* &c †. ¶ *Et non audierunt vocem patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos;* כִּי חָפֵץ יְהוָה לַהֲמִיתָם] [Illud כִּי quidam vertunt, *ideò, idcircò*] *Et non attenderunt ad vocem patris ſui, quapropter voluit Jehova eos occidere* [f]. h.e. quare ſententiam voluntatis ſuæ judiciariæ, de morte plectendis filiis Eli contumacibus, per Prophetam declaravit apertè, ut v. 27. 34. ſequitur. Hoc ſignificatu vocem כִּי Buxtorf. in Lexico exponit. Conjunctio cauſalis interdum ponitur pro concluſiva [g]. Sic Oſ. 9. 15. *Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia* [i. e. idcircò] *ibi exoſos habui eos* [h]. Sic Luc. 7. 47. *remittuntur ei peccata multa*, ὅτι *quia* (h. e. idcircò) *dilexit multùm* [i]. Sic Pſal. 116. 10. *Credidi*, כִּי *igitur loquutus ſum*: 2 Cor. 4. 13. ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα [k]. [Alii autem omnes τὸ כִּי aliter accipiunt, & locum ſic vertunt] *quia voluit Dominus occidere eos*, Mo. Ità Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Pi. Ca. Oſ. Ang. Belg. Ma. Ità ό. ὅτι βουλόμενος ἐβούλετο κύριος διαφθεῖραι αὐτοὺς, *quoniam volens volebat Dominus diſperdere eos.* Quâ verbi repetitione ſignificatur voluntas Dei & propenſa & abſoluta, ſeu omnino exſequenda [l]. *Quoniam voluntas ante Dominum ad occidendum eos*, Jon. *Quia voluit occidere*, i. e. quia decreverat Dominus eos violentæ morti, propter tanta ſcelera objicere. Quare non dedit eis gratiam Spiritûs Sancti, ut reſipiſcerent, & mortem effugerent. Nec tenetur Deus peccatoribus pœnitentiam dare [m]. Dominus extraordinaria ejus auxilia gratiæ eis non tribuit, quibus deſtituti, vitio tamen ſuo perierunt [n]. Iis qui gravia, & diu & ſæpè moniti, peccant, Deus prudentiam adimit, ut ante pœnam improbitas eorum aperta fiat. Hæc eſt induratio peremptoria. Hoc eſt quod voluit Æſchylus;

——θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

(*Deus quidem cauſas ſive occaſiones mortalibus præbet, cùm domum aliquam funditùs perdere voluerit.*) Velleius Paterculus de Varo, *Prævalebant jam fata conſiliis, omnémque animi ejus vim præſtrinxerant; quippe ità ſe res habet, ut plerumque qui fortunam mutaturus eſt, conſilia corrumpat.* Ammianus Marcellinus l. 14. ait, *manum injicientibus fatis, hebetari ſenſus hominum & obtundi.* Vera hæc, vera. Vide 2 Par. 10. 15 [o]. Prima cauſa, eáque directa & propria, cur non audierint patrem monentem, fuit eorum prava voluntas. S. tamen Scriptura, more ſuo, cauſam aliam indirectam aſſignat; ſcilicet in altiſſimam Dei providentiam & judicium id refert; nimirùm, quòd Deus noluerit eorum ob tanta ſcelera miſereri, eiſque dare gratiam efficacem, quâ pœniterent, & mortem evaderent [p]. Cave exiſtimes Deo contumaciam ipſorum attribui, quaſi ipſe Deus peccati ipſorum auctor, ipſi verò extra culpam forent: ſed contrà indicatur, à Deo in reprobum ſenſum traditos, quòd diu ſibi peccandi ſecurè licentiam permiſiſſent [q]. Quicquid vitii eſt in nobis, id totum à nobis ipſis manat. Porrò, incommoda quæ patimur, minimè nobis immeritis accidunt; quia ſemper aliquid antecedit in nobis, ex quo poſſit intelligi, nos indignos minimè fuiſſe, qui eo malo afficeremur [r]. [Atque hæc ſufficiant ad indicandam Spiritûs Sancti mentem in hoc loco, & Interpretum de eo ſenſum. Plura qui velit, adeat ſcriptores controverſiarum, quas hîc præterire animus eſt, quantum patitur natura operis, & ſcripturæ literalis interpretatio.] Qu. Quid egit Deus, ex quo filii Eli obdurationis occaſionem deſumpſerunt? Reſp. Permiſit Deus eos à patre ſolis verbis reprehendi, nullis autem verberibus flagellari: dum igitur impunitos vivere permittebat, ipſi ſcelerum habenas impudentiùs laxabant, & majoribus ſe ſuppliciis à Deo inferendis, exponebant [s].

26. *Puer autem Samuel*, &c.] Samuelis conſtantia clarior elucet, qui inter regredientes progrediebatur; & filiorum Heli perverſitas turpior apparet, qui progredientis exemplo nihilò excitati, magìs indies regrediebantur [t]. ¶ *Proficiebat atque creſcebat*, &c. הוֹלֵךְ וְגָדֵל *Ambulans & grandeſcens*, Mo. vel, *creſcens*, Jon. *Ambulabat* vel *ibat*, & *creſcebat*, P. Pi *eundo* (vel *proficiendo*, Ti.) *creſcebat*, M. Ti. *Pergebat creſcere*, JT. i. e. Promovebat annis & bonitate, bonâque famâ creſcebat [v]. *Magnificabatur valde*, Sy. Ar. ¶ *Et placebat tam Domino, quàm hominibus*, וְטוֹב גַּם עִם יְהוָה וְגַם עִם אֲנָשִׁים] *Et bonus cum Domino; & etiam cum hominibus*, Mo. ſim. ό. *Etiam apud Jehovam, & etiam apud homines*, Pi. ſim. P. JT. *Meliorque fiebat tam apud Deum, quàm apud homines*, M. Ti. *Gratus*, vel *acceptabilis*, vel *gratioſus tam apud Deum*, &c. Belg. JT. ſim. Ang. Sic Syris טִיבוּתָא pro *gratia*, i. e. favore & exiſtimatione ſumitur [x]. Porrò præpoſitio עִם *cum*, inter alia multa, quandoque approbationem & judicium notat, ut hoc in loco; ſenſus enim eſt, Judicio Dei & hominum probabatur; ſic & de Chriſto puero dicitur, Luc. 2. ult. Sic ſumitur & Pſal. 39. 13. *Quia peregrinus ſum* עִמָּךְ *tecum*, ſive *coram te.* Vide & v. 21. hujus capitis [y]. Senſus hujus loci eſt, ſubinde melior & gratior evadebat, tam apud Deum, quàm apud homines [z]. *Et major indies fiebat & melior*, &c.

[o] V. [p] D. [q] Jun. [r] Oſ. [s] V. [t] La. [v] To. [x] E. [y] Jun. [z] Mend. [a] Ma. ſim. Me. * San. [b] G. [c] T. ex San. [d] Mend. [e] La. † Mend. [f] Glaſ. gram. p. 628. Ità San. Me. [g] Glaſ. ib. [h] Sa. in San.

[i] San. Stella in Glaſ. [k] Glaſ. ib. [l] Mend. [m] Oſ. [n] Me. [o] G. [p] San. [q] Calv. [r] Mart. [s] Mend. [t] Mend. [v] V. [x] Ga. Cin. p. 92. [y] Glaſ. gram. p. 563. [z] V.

&c. Ca. Ea conjunxit Samuel, quæ difficillimè conjunguntur, ut & Deo placeret & hominibus. Deo placebat religione, hominibus justitiâ; utrisque verâ charitate. Placere studebat etiam malis, ut boni efficerentur, juxta Rom. 12. 17. & 1 Tim. 3. 7 [a].

27. *Venit autem vir Dei*] Nonnulli aiunt fuisse Eliam, alii Angelum specie humanâ. Hebræi existimant fuisse Phinees, alii Elcanam [b]. Sed incertum est quis fuit [c]. Scriptura non exprimit [d]. Taceamus ergò & nos. Ipsi Judæi in hoc hæsitant [e]. Recentiores Rabbini Elcanam, Antiquiores Phineen fuisse volunt [f]. Erat vir quidam missus à Deo, propheta quidam, vir divinus [g]. Bis arguitur Eli, hîc, & in sequenti capite; nè indictâ causâ puniri videatur [h]. אִישׁ אֱלֹהִים] *Vir*, vel *homo Dei*, M. P. Ti. Mo. JT. *Homo quidam Domini*, Sy. Vel, *nomine Domini*, Ar. *Propheta Domini*, Jon. Id est, Samuel, cujus vocatio per ὑστέρων explicatur capite sequenti. Sic autem modestè Samuel de seipso & administratione suâ locutus est [i]. *Venit*, &c. Prophetæ in exercitio muneris sui & regibus, & sacerdotibus majores *. ¶ *Numquid non apertè revelatus sum*, הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי] Difficultas hujus loci oritur ex הֲ quod propriè simplicem interrogationem notat, quæ apud Hebræos negare solet, quum sensus hîc affirmationem postulare videatur. Quidam הֲנִגְלֹה sumunt pro הֲלוֹא נִגְלֹה [k]. Sic vertunt, *Annon manifestando manifestavi?* P. *Annon* (*nonne*, Pi. *numquid non*, M.) *manifestè revelatus sum*, Ti. M. Pi. Belg. Ellipsis adverbii negandi [l]. Sic & Mercer. ad Job 20. 4. הֲזֹאת accipit pro הֲלוֹא זֹאת *Annon hoc nosti?* commodo sanè sensu. Sic הֲ pro הֲלוֹא positum, 2 Sam. 23. 19. מִן הַשְּׁלֹשָׁה הֲכִי נִכְבָּד, *Ex tribus annon erat gloriosissimus?* i. e. *honoratissimus fuit*, ut habet Jon. Sic Gen. 27. 36. הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב *Annon vocatur nomen ejus Jacob?* Ubi Jon. *Pulchrè vocatur nomen ejus Jacob*. Neque enim cogitandum כִּי, quod cum הֲ conjungitur, hîc efficere negationem. Subservit solummodò interrogationi. Sic quidam interpretantur, 1 Reg. 16. 31. וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות יָרָבְעָם *Et fuit, annon leve erat ambulare ipsum in peccatis Jeroboami?* Et quamvis negationem subintelligere durum videatur; monemus tamen in Arabismo idem accidere; & *an* positum pro *annon*; ipso etiam Golio consentiente, qui proculdubiò omnium Europæorum Arabismi est peritissimus. Vide quæ annotavimus de isto הֲ ad Jer. 3. 9. Junius sic, *An ideo planè meipsum revelavi?* Sensus quidem commodus est, sed supplementum insuetatum & nimis liberum. Dispiciant eruditi, annon interrogatio hæc exprimere queat affectum pœnitentis. *Revelandone revelavi?* q. d. tuæne me familiæ revelavi? adeóne inconsideratus fui, ut sic facerem? atque hoc fortè voluit R. Joseph Kimhi, teste filio Davide, quum dixit esse *HE admirationis*, vel *stuporis*; quasi ipse Deus admiretur & stupeat, se huic familiæ tanta beneficia præstitisse. R. Levi vult esse He verificativum, sed interrogativè sumptum, ut Gen. 17. 17. *An nascetur?* i. e. certè nascetur. Sic, *An revelavi?* i. e. certè revelavi me. Durum id est, & fortassis insuetatum. Sic enim non simplici interrogatione, sed additâ negatione affirmare solent Ebræi. Nec dubium est, quin interrogatio illa, Gen. 17. 17. sit admirantis. Non nego tamen ה hîc esse *verificationis*, sed absque vi interrogandi, cujusmodi duo alia profero loca. Unum ex 1 Reg. 16. 31. וַיְהִי הֲנָקֵל *Et fuit certè leve*, &c. alterum ex Prov. 24. 28. אַל תְּהִי עֵד חִנָּם בְּרֵעֶךָ וַהֲפִתִּיתָ בִּשְׂפָתֶיךָ, *Nè sis testis immeritò in proximum tuum: Nam certè falleres labiis tuis*. Videtur in tribus his locis ה cum cateph pathach eodem modo se habere; & aut augere affirmationem, aut planè otiosum esse, quod in hisce locis visum est τοῖς LXX & Chaldæis Paraphrastis. [Addere potuisset & Sy. & Ar.] Ad sententiæ hujus confirmationem, vide quæ pluribus observavimus ad Jer. 7. 9. & 31. 20 [m]. Mos literæ הֲ, ut abundet in hoc sensu; Ità R. Jesaias. ה in הֲנִגְלֹה non est He interrogandi, sed notat rei veritatem, ut 1 Reg. 21. 19. *An occidisti*, &c? i. e. Revera occidisti [n]. ¶ *Domui patris tui*] i. e. Aharonis [o]. Verisimile est hoc accidisse, cùm Exod. 4. 27. Deus Aaronem allocutus est, eumque Mosis interpretem constituit [p]. Aharonem in Ægypto prophetasse testantur R. S. & R. Levi [q]. Non solet Deus gratis beneficia exprobrare, Jac. 1. 5. ingratis tamen illa objicit, ut appareat & gravitas culpæ, & æquitas pœnæ [r]. ¶ *Cùm essent in Ægypto in domo Pharaonis*, בִּהְיוֹתָם בְּמִצְרַיִם לְבֵית פַּרְעֹה] *Cùm essent in Ægypto, in domo Pharaonis*, P. sim. ò. M. Belg. *Parentis tui*, scil. Levi, *posteritati in Ægypto apud Pharaonem degenti*, Ca. Dices, Deum non se primum Mosi revelasse in Ægypto, sed in deserto, Exod. 3. 1. Resp. 1. *In Ægypto*, ponitur pro *propè Ægyptum*. 2. Vel sensus est, non revelationem ipsam factam esse Mosi & Aaroni in Ægypto; sed cum Hebræi in Ægypto essent [s]. *Cùm essent in Ægypto*, sub. *filii Israel* [t]: è quorum numero erat pater tuus [v]. Alii, *quum essent in Ægypto*, subjecti *domui Pharaonis*, M. sim. JT. ò. Jon. Tota Ægyptus, Pharaonis domus appellatur, quòd ejus possessio erat [x]. Vel Israelitæ in ejus domo fuisse dicuntur, quòd præfectis domûs ejus faciendo lateres inservirent [y]. Vel, quòd sub dominio, & tyrannide ejus fuerint [z]. Incipit à commemoratione beneficiorum, ut ostendat eum ingratum: quod ferè fit in hujusmodi increpationibus *. Solent Principes homines humilis conditionis aspernari. At Deus tum suscepit Israelitas, cùm essent fortunæ abjectissimæ †.

28. ¶ *Et elegi eum*, וּבָחוֹר אֹתוֹ] *Et eligendo eum*, Mo. *Eligendo scilicet illum*, M. Ti. nempe Aaronem [a]. *Deinde eligendo eum*, JT. *Et elegi eum*, P. Sy. Ar. V. Infinit. Heb. pro præsenti [b]. *Et an elegi eum?* Ang. Duo hoc loco beneficia commemorantur; 1. Revelatio secretorum, v. 27. 2. Collatio Sacerdotii, hoc v. quæ hîc commendatur ex singularitate, dignitate & utilitate [c]. ¶ *Ut ascenderet ad Altare*, &c.] Dignitatem Sacerdotii hîc declarat ex tribus muneribus, quæ exercebat Sacerdos [d]. Ea erant; 1. Victimas ad Altare offerre. 2. In interiori aditu suffitum facere. 3. Per Ephod consulere Dominum [e]. *Altare* hoc erat holocaustorum, 1. Quia id *Altare* per se positum significat. 2. Quia sequens membrum agit de Altari Incensi. Ad hoc Altare Sacerdos *ascendere* dicitur, vel propriè; non tamen per gradus, Exod. 20. 26. Sed per viam molliter acclivem: vel metaphoricè, propter operis sublimitatem; imò & ipsæ oblationes *ascensiones*, seu *elevationes* dicuntur [f]. לַעֲלוֹת hic ponitur pro לְהַעֲלוֹת *ad offerendum* *. ¶ *Et adoleret mihi incensum*] Hoc accipi potest, vel, 1. Pro victimis incensis in Altari holocausti; atque ità non novum munus Sacerdotis hîc explicatur, sed præcedens replicatur; vel potiùs, (nè tautologia admittatur) 2. Pro thure, seu aromatibus, quæ incendebantur in Altari thymiamatis [g]. ¶ *Et portaret Ephod*] Nempe polymitum, ex auro, &c. Duæ priores administrationes ei cum inferioribus Sacerdotibus communes erant. Hæc autem propria erat summi Sacerdotis [h]. Et per solum Ephod totus ornatus Pontificius per synecdochen intelligitur [i]. ¶ *Et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel*, אֶת־כָּל אִשֵּׁי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Omnes oblationes* (*ignitiones*, Mo. *ignita sacrificia*, M. sim. T. Pi.) *filiorum Israelis*, P. V. Jon. Sy. Ar. Exponendum per synecdochen membri de carnibus unà cum adipe conjunctis: è quibus adeps igne consumendus erat; carnes cedebant Sacerdoti in cibum. Vide Levit. 6. 17. Deut. 18. 1 [k]. Partem ex victimis omnibus, quas pertinere volui ad Sacerdotes [l]. Reliquias *omnium igne absumendorum*, &c. JT. Ex omnibus sacrificiis aliquid, nam etiam ex holocaustis pellis cedebat Sacerdoti, Levit. 7. 8 [m].

29. *Quare calce abjecistis victimam meam*, לָמָּה תִבְעֲטוּ בְּזִבְחִי] *Cur calcitrastis* (*calcitrabitis*, Mo. Fut. pro præter. vel præs. V. vel *recalcitratis*, JT.) *in sacrificium meum?* P. sic Ang. Belg. *Quare respexisti* (quasi solum patrem reprehenderet [n].) *in victimam meam —— impudenti oculo?* ò. Nimirum oculis proditur & superbia, Psal. 100. 5. Prov. 30. 13. & negligentia, sive contemptus, Gen. 16. 4. Esth. 1. 17. Psal. 34. 19 [o]. *Quare peccâstis in sacrificia mea?* Sy. *Quomodo ergò fraudulenter & iniquè egistis in sacrificia mea?* Ar. *Quare conculcatis*, &c? M. Ti. *Quare velut calcibus abjecistis*, i. e. repellitis, sive contemnitis, &c? Q in V. Contemnitis & quasi pedibus teritis; Metaphora à refractario pecore [p]. Vel metaphora est à brutis, quæ bene pasta lasciviunt, & insultant calcibus; q. d. vos bene pasti,

a Mend. b V. c La. d San. Me. e D. f La. g V. h Mend. i Jun. * G. k Di. l Pi. m Di. n D ex K. o To. La. San. Me. L. V. D. Jun. p Me. sim Ma. Mend. q D.

r Mend. s Mend. t V. Belg. Os. Pi. v Pi. x Mend. y Mart. z Belg. * V. † Mart. a Belg. V. b V. c Mend. d Mend. e Mart. f Mend. * D. g Mend. h Mend. i To. k Pi. l V. sim. Ma. m Me. n Mend. o Mend. p Jun. Pi.

sti, & saginati rapinis sacrificiorum, lascivitis in fœminas, & ferocitis in Deum [q]. Alii, *Quare abigitis è domo mea eos qui antea offerebant victimas & munera* [r]. Calcare pedibus est gestus vehementer contemnentium [s]. Vide Jos. 8. 29. Psal. 55. 3. Jer. 12. 10. Ezech. 34. 18 [t]. *Cur contempsistis?* Tu per filios tuos [v]. Exprobrantur hæc filiis Heli ut facta; ipsi Heli ut dissimulata & impunita [x]. ¶ *Et munera mea quæ præcepi ut offerrentur in templo,* [וּבְמִנְחָתִי אֲשֶׁר צִוִּיתִי מָעוֹן] *Et in oblationem meam quam præcepi in tabernaculo,* P. sim. Mo. vel, *habitaculo,* Belg. D. vel, in meo *habitaculo,* Belg. vel, in illo *habitaculo,* JT. *Quæ præcepi* offerri *in habitaculo,* Ti. V. vel, *fieri* in *habitaculo* meo, M. *Quæ jussi ad offerendum in domo sanctuarii mei,* Jon. Alii aliter, *Et in oblationes quas præceperam in deserto,* Ar. vel, *inde à deserto,* Sy. Vox, מָעוֹן usurpatur, & de Tabernaculo, & de Templo, & de Deo ipso; Psal. 90. & מָעוֹן pro בְּמָעוֹן, ut בֵּית יְהוָה pro בְּבֵית [y]. ¶ *Et magis honorâsti filios tuos, quàm me*] Connivendo ad eorum sceleras, vel non monendo, &c [z]. Hoc fecit; 1. Quia illis meliora dedit, quàm Deo; illa videlicet, quæ Deus sibi reservârat è victimis [a]. Comedebant *primitias*, ut sequitur, i. e. primas sacrificiorum partes; tum tempore, præripiendo partes, antequàm adoleretur adeps; tum dignitate, in optimas partes involando, prout levabat fuscinula, aut animus eorum desiderabat [b]. 2. Quòd filiorum voluntati satisfactum priùs esse voluit, quàm divinæ; & nè filios contristaret, non dubitavit contristare Deum [c]. 3. Permittebat, ut indigni sacerdotes indignè ministrantes Deum inhonorarent: eorum malitiam dissimulans, & infamiam obtegens, ut in bona eos existimatione apud populum conservaret. Non puniebat eos, à Sacerdotalibus ministeriis arcendo, nè Sacerdotalibus lucris spoliaret. Honoratos volebat, hoc est, locupletatos, quamvis per eos divinus cultus maximo dedecore afficeretur [d]. ¶ *Ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei,* לְהַבְרִיאֲכֶם מֵרֵאשִׁית [כָּל־מִנְחַת יִשְׂרָאֵל לְעַמִּי] *Ut impinguaretis,* vel *saginaretis vos (ad impinguandum vos,* Mo.) *de primitiis (de initio,* Mo. *de primordio,* ó. *ex capite,* Jon. *è præcipuis,* Sy. sim. Ar. JT.) *omnium oblationum*, vel, *sacrificiorum Israel populi mei,* P. M. Ti. ó. Jon. Sy. Ar. D. ל in לְעַמִּי παρέλκει *(redundat)* ut ibi, *Occiderunt* לְאַבְנֵר *Abnerum;* &, *Tertius* לְאַבְשָׁלוֹם *Absalom* [e]. Vel לְעַמִּי vertendum, *ante,* vel *apud populum meum*; i. e. vidente & spectante populo meo [f]. R. S. *In oculis populi mei*, vel *coram populo meo*; quod refert ad *honorâsti,* &c. R. Levi, *pro populo meo* [g]. Hæc verba continent manifestationem illius majoris honoris, quem Heli filiis tribuebat, & τὸ *ut* non significat causalitatem finalem, sed quandam consequutionem [h]; q. d. Meum mihi honorem, quàm suum filiis tuis quæstum auferri maluisti. Duplex hinc culpa Heli accrescit; 1. Non solùm permisit, ut filii primitias omnis sacrificii comederent; sed etiam cum illis pariter comedebat; *Ut comederetis* inquit; & quæ filii indignè lucrabantur, pater in suum lucrum indigniùs convertebat [i]. Non dicit *eos*, sed *vos*, quia pater etiam inde se saginabat [k]. 2. Quin his sacrificiorum lucris non ad necessitatem; sed ad voluptatem, non tam ad escam, quàm ad saginam fruebantur; *ut impinguaretis vos,* &c [†]. Significat eos è sacro ministerio id unum, aut præcipuè spectasse (non, ut Deo legitimè atque perfectè servirent, quò omnis illa de Templo commoditas spectare debuit, sed) ut optimum quodque è sacrificiorum primitiis sibi vendicarent. Cùm *Sacerdos* (ait Gregorius) *non prædicat, ut comedat; sed ideò, ut prædicet, manducare debet* [l].

30 *Propterea ait Dominus*] Solebant Prophetæ suis oraculis intermiscere hæc verba; *Hæc dicit Dominus:* duplici de causa; 1. Ut oraculis suis auctoritatem conciliarent. 2. Ut faterentur se non esse Messiam, verum Deum & hominem, sed ejus nuntios. Unde Christus ab his verbis abstinebat; & sicut potestatem habens loquebatur [m]. ¶ *Loquens loquutus sum,* &c] Dubitari potest an hæc locutio fuerit externa, quâ Deus ad Prophetam usus fuerit; seu potiùs interna, quam Deus apud se decreverit. Hoc posterius insinuat Vatablus & To. illud prius supponunt reliqui interpretes [n]. [Q. de decreto accipiunt] *Dixeram,* i. e. Decreveram omninò,

[q] Ma. [r] V. [s] D. sim. Mend. [t] Mend. [v] La. [x] Mend. [y] D. [z] D. [a] San. [b] Mend. [c] San. [d] Mend. [e] D. [f] V. [g] D. [h] Mend. ex To. [i] Mend. [k] D. [†] Mend. [l] San. [m] Mend. [n] Mend.

vel statueram [o]. Planè proposueram [p]. Certè locutus sum, q. d. firmiter decreveram [q]. Et quidem videtur hoc habere sensum improprium, utpote quòd decretum Dei sonet, velut aliquid mutabile: sed tamen potest etiam intelligi de voluntate antecedenti, ut vocant; h. e. quòd nisi Heli & filii ejus peccassent, retinuissent dignitatem Sacerdotii. At ob peccatum eorum voluit Deus, voluntate consequenti, eos Sacerdotio privare. Vide pleniùs ad 2 Sam. 8. & 1 Reg. 2. [r]. Ait se hoc decrevisse olim, & omninò firmiter statuisse [s]. Decreta Dei non omnia sunt absolutè definita, qualia illa de quibus egimus suprà 25; sed multa conditionem in se continent, quâ deficiente deficiunt [t]. [Alii de promissione accipiunt [v].] Et hoc videtur accommodatius, ut Heli argueretur: cui hæc externa promissio notior erat, quàm illa interna [x]. Qu. De qua promissione hîc agitur? Resp. 1. De illa in prima Sacerdotii institutione, Exod. 28. 43. & 29. 9 [y]. Ubi Aharoni & semini ejus promittitur Sacerdotium perpetuum [z]. Non placet; Illa enim promissio non est revocata, sed Sacerdotium in domo Aaronis perseveravit. 2. Non loquitur de promissione facta Phineæ, Num. 25. 12. quia Phinees non fuit pater Eli; sed uterque ab Aarone per diversos fratres descendebant; Phinees per Eleazarum, & Heli per Ithamar; ut docet Jo. Antiquit. 5. ult. & ex dicendis patebit [a]. 3. Dicendum promissionem hanc factam, aut ipsi Heli (fortasse per eundem Prophetam, per quem severum nunc audit vaticinium [b]) aut patri Heli, vel immediato, vel mediato infrà Aaronem: Hæc autem promissio in Heli primùm completa fuit [c]. Sed duo obstant. 1. Quòd nunquam in scriptura talis promissio facta inveniatur. Resp. Scriptura multa passim refert, ut ante dicta, vel facta quæ tamen nusquam scripta inveniuntur [d]. ut Gen. 24. 51. *Sit uxor filii Domini tui, sicut loquutus est Dominus.* (At nusquam legitur eum sic loquutum fuisse:) & 42. 21. Luc. 11. 49. Joan. 11. 28. Act. 20. 25 [e]. Item Os. 12. *Jacob flevisse* legitur; quod non habetur in Gen. Et *terræ motus sub Ozia,* Amos 1. & Zach. 14. De quo nihil in libris Regum [f]. Similiter, quamvis hæc promissio alibi non legatur, ex hoc tamen loco facta intelligetur [g]. Dixit sine dubio aliquis Propheta Heli. At quo tempore, & quam ob causam, nihil certum habemus [h]. 2. Obstat promissio summi Sacerdotii in sempiternum Phineæ facta, Num. 25. Resp. 1. Promissio illa impleta fuit; & brevi duntaxat tempore interrupta per Heli, ejusque quatuor posteros; post quos restitutum iis fuit Sacerdotium, & in iis usque ad excidium Jerosolymæ perseveravit. Promissio facta Phineæ, & promissio facta Eli non repugnant; cùm prior absoluta fuit, & ad suum effectum deducenda; [ut jam diximus] posterior conditionalis, & conditionis requisitæ defectu, (quem defectum Deus prævidit) effectu suo caritura [i]. Hîc verò observandum, promissiones aliquas in Scriptura sacra videri absolutas, quæ tamen omninò conditionatæ sunt. Quod ex eo facilè cognoscitur, quia quæ uno loco sine conditione, illæ eædem [alibi] cum expressa conditione promittuntur. Sic Abrahami posteris æterna possessio terræ Canaan promissa est, sed, propter peccata ipsorum, non data illis. Quod in aliis promissionibus, unâ aut alterâ exceptâ, intelligendum est [k]. Ex promissionibus Dei, aliæ conditionem habent conjunctam; aliæ verò sunt absolutæ & simplices; qualis illa de mittendo filio; quam perfecit, quamvis homines pergerent esse nequissimi; & illa de dando corde carneo pro lapideo; quod subinde facit citra nostrum ullum meritum: nec dixeris, quia credidimus: nam, ut crederemus, priùs oportuit cor saxeum tolli [*]. Non mutat Deus consilium; quia promissio hæc eam conditionem tacitè saltem habuit; si Heli & ejus posteri bene se gererent [l]. Ex hoc loco patet Pontificatum à Deo datum esse Heli; ac ex familia Eleazar translatum fuisse ad familiam Ithamar, ex qua erat Heli; ut patet ex eo quòd Abiathar abnepos Heli, 1 Reg. 2. ex Ithamar prognatus dicitur, 1 Par. 24 [m]. Quare falsò aliqui censent Heli propriâ auctoritate invasisse Pontificatum [n]. Causa translationis ignoratur; sed videtur fuisse vel ignavia, vel peccatum aliquod Eleazaritarum [o]. Et ex occasione hujus negligentiæ Sacerdotium Heli translatum est; cui proinde fieri potuit nova Sacerdotii promissio [p]. Causa cur ad Heli dignitas pervenerit fuit proculdubiò aliorum inobedientia;

[o] V. [p] G. [q] La. [r] E. [s] Mart. [t] G. [v] Ita Mend. [x] San. Jun. Pi. Ma. Me. [y] Mend. [z] Jun. Pi. Ma. Me. [a] Pi. [a] Mend. [b] San. [c] Mend. [d] Mend. sim. San. [e] Mend. [f] San. [g] Mend. [h] San. [i] Mend. [*] Mend. [k] San. [*] Mart. [l] Me. [m] La. [n] La. sim. Mend. [o] La. sim. Mend. & L. Empereur in notis ad Bertram. de rep. Heb. [p] Mend.

bedientiæ, licèt eam non exprimit scriptura, quod cùm ex illius temporis historia, tum ex ordine consueto, quem Deus in suis beneficiis auferendis servare assolet, non est obscurum. Sæpè quidem in divinis promissionibus conditio obedientiæ non exprimitur, cùm de temporalibus bonis agitur; quæ tamen nihilò seciùs tacitè innuitur. Quod satis patet ex Jer. 18. 7, 8, 9, 10. Quod in disputationibus adversùs Judæos observandum. Siquidem illi in promissionibus terræ Canaan, &c. pertinaciæ suæ fundamenta quærunt; ac si cùm illis bonis non fruantur, Messiam adhuc expectare debeant. Cùm tamen illa promissa tantùm erant ex conditione, quod vel ipse R. Lipman in Nizahon Sect. 26. ait; *Omnia pacta, quibus paciscitur Deus, cùm adversa, tum prospera, omnia ista sub conditione decernit* [q]. Quomodo Eli Sacerdos summus evaserit, non scribitur; sed illud ex eo factum conjici potest, quòd cùm à Domino designatus fuisset populi Judex, visus etiam fuit perturbatissimis illis temporibus ad Sacerdotium summum evectus; præsertim cùm inter Sacerdotes instructissimus haberetur ab omnibus rebus necessariis ad Reipublicæ administrationem [r]. Porrò, hæc fuit series Pontificum per filios: *Aaron, Eleazar, Phinees, Abisue, Bocci, Ozi*, ut patet ex 1 Par. 6. 4. & Jo. Antiq. 5. ult. Ab Ozi translatus est Pontificatus ad *Eli*, qui genuit *Phinees*, qui ante patrem occisus fuit: loco Phinees successit *Achitob*, huic *Achias*, huic *Achimelech*, huic *Abiathar* [s]. In quo hæ minæ exsequutionem habuerunt, 1 Reg. 2. 27 [t]. ¶ *Ut domus tua—ministraret in conspectu meo*, יִתְהַלְּכוּ לְפָנַי] *Ambularent coram me*, P. V. Id est, Jungerentur Sacerdotio summo in Tabernaculo meo [v]. ¶ *Absit hoc à me*] Ut domum tuam totam eâ lege stabiliam [x]. ¶ *Quicunque glorificaverit me, glorificabo eum*] Sed quos glorificatores glorificat? Nempe eos, qui Deum glorificant bonis operibus, tum internis, fidei & charitatis, tum externis. Sed quo pacto eos glorificat Deus? Resp. 1. Pressiùs hoc intelligi potest de Sacerdotali gloria. 2. Vel latiùs de quovis gloriæ genere quo eos decorat, vel in hac vita, vel in futura [y]. ¶ *Qui autem contemnunt me erunt ignobiles*, וּבֹזַי יֵקָלּוּ] *Et contemnentes me, vilipendentur*, vel *contemnentur*, P. Mo. sim. M. Ti. Sy. Jon. ὁ. vel *leves fient*, ut pronunciatur, Levit. 10. 3. JT. At tunc יְקַלּוּ aliter punctaretur cum Chirec sub Jod, & Dages in Choph, ut Iesa. 30. 16. τὸ כָּבֵד Hebræis sign. & *gravitatem*, & *honorem*. Contrà τὸ קָלַל sign. & *levitatem*, & *vilitatem* [z]. Porrò, notandum hîc in loquendi modo discrimen. In priori membro loquitur de se activè Deus, *glorificabo eum*; in posteriori passivè, *erunt ignobiles* [a]. Non dicit, *vilipendam eos*, sed *vilipendentur*; q. d. Si non à me, vilipendentur ab aliis [b]. Ex hoc discrimine palàm deprehenditur, quantò pronior sit Deus ad conferendam gloriam, quàm ad inferendam pœnam [c]. Et hinc maledictionibus, Deut. 27. 15. &c. populus acclamabat, *Amen*; non item benedictionibus, Deut. 28. 1. &c. Ut significaretur maledictiones quidem ab hominibus; benedictiones autem à solo Deo emanare [d]. Vel hoc dicit ad majorem ignominiam; Qui Deum glorificant, à Deo glorificantur: qui autem Deum contemnunt, etiam ab hominibus contemnuntur: ut eò ignominiosior sit eorum contemptus, quò à contemptibilioribus oriatur. Porrò, sicut dicuntur Deum glorificare, qui divina præcepta observant; ità Deum contemnere, qui legem divinam transgrediuntur. Vide 1 Sam. 12. 9, 10. Nam à contemptu legis, ad contemptum legislatoris devenitur [e].

31. *Ecce dies veniunt*] Brevi venturi sunt [f]. ¶ *Et præcidam brachium tuum, & brachium domûs patris tui*] *Brachium* robur denotat, ut Job 22. 8, & Psal 37. 17 [g]. *Brachium* alicui *confringere*, aut debile reddere dicitur, qui vires ademit, & agendi facultatem. *Brachium* enim est magnarum rerum instrumentum [h]. *Brachium* hîc significat, vel, 1. Arcam, quæ fortitudo populi censebatur; *arca fortitudinis tuæ*, 2 Par. 6. 41. Vel, 2. Filios Eli & posteros illius familiæ. Filii dicuntur *fortitudo patris*, Gen. 49. 3. Deut. 21. 17 [i]. *Brachium*, id est totam familiam tuam excindam [k]. Patris potentia consistit in potentia filiorum potentium. • *Brachium tuum* intelligendum hoc est, de cæde filiorum Eli, c. 4. & *brachium domûs patris*, de cæde posterorum ejus putà Ahimelechi cum filiis suis & cognatis, cap. 22. 16 [l]. Porrò, cùm brachia pro arborum ramis interdum sumantur, quæ ex uno stipite funduntur: sicut rami vocari possint *stipitis filii*, sic etiam *brachia*, quæ ex corpore quasi ex stipite pullulant, vocari possunt *cognati, ac filii*. Vide Job 5. 32*. Vel, 3. Dignitatem Sacerdotalem [m]. Sacerdotium erat robur & firmamentum illius familiæ [n]. Cùm ab illo haberent potentiam, quâ alios opprimerent, & ad suos usus optimum quodque è sacrificiis assumerent [o]. *Brachium*, i. e. vires, quas vobis conciliat Sacerdotium; ut liquet ex illis verbis, *si non, accipiam vi* [p]. Cùm in hostiis pacificis armus dexter, sive brachium dextrum victimæ, cedat Sacerdoti, Levit. 7. 32. inde factum est, ut *brachii* nomine dignitas Sacerdotalis intelligatur [q]. ¶ *Ut non sit senex in domo tua*, sic M. מִהְיוֹת זָקֵן וגו׳] Ad verb. *Ab essendo senem in domo tua*, Mo. *Nè sit* (vel *nec erit*, Sy. Ar. Ti.) *Senex*, Jon. P. JT. [Quidam exponunt de sene secundùm ætatem.] Ut nemo sit ex familia tua, qui perveniat ad senium [r]. Adeò ut tantùm juvenes aliquot supersint: quod factum, cap. 4. cùm superstites tantùm remanserunt Achitub & Ichabod, de quibus infrà, 14. 3 [s]. Sic se explicat, v. 33. Pœna impiorum præsertim parentibus rebellium (quales fuere filii Eli) congrua est vitæ brevitas, juxta Job 15. 32. & 22. 16. & Psal. 55. 23 [†]. Familiæ tuæ vires frangam, adeò ut posteritas tua, antequàm ætatis ratione ad dignitatem aut potestatem conscendere valeat (is autem annus tricesimus erat) immaturâ morte abripiatur [†]. [Alii accipiunt de sene secundùm dignitatem] *Senex*, i. e. dignitate præditus [t]. *Senex* dignitate potiùs dicitur, quàm ætate; ut nostri Sacerdotes *presbyteri* dicuntur [v]. Senectutem pro magistratu sumi usitatissimum est. Inde dicitur *senatus* Romanis, & concilium *seniorum* Judæis. Accedit, quòd cùm proximè de senectute agatur, non videbatur hoc idem sæpius repetendum. Veruntamen sententiam non muto, cùm graviora solent in scriptura sæpè iterari [||]. Q. *Senex*, i. e. sapiens aut senator; q. d. Nemo eorum sedebit in Synedrio magno. Sic, *honorabis faciem senis*; i. e. Senatoris, aut sapientis. Cæterùm senes erant in quaque urbe qui eam regebant numero 7. quibus adjuncti erant duo Levitici generis [x].

32. *Et videbis æmulum tuum in templo*, וְהִבַּטְתָּ צַר מָעוֹן] Variè reddunt, *Et aspicies inimicum in habitaculo*, P. *Et aspicies æmulum* (sub. *tuum*, V.) *in habitaculo*, Ti. D. Vel, *in habitaculo* Domini, M. Ut ב subaudiatur. Vel, *æmulum habitaculi*, Aq. D. Videbis alium fungi Sacerdotio in Tabernaculo meo [y]. צַר est *æmulus*, ut צָרָה est *æmula*. *Nam ut duæ uxores viro uni æmulantur se invicem; sic duo Sacerdotes in domo sanctuarii. Nam unusquisque aufert partem suam, & oculus ejus angustus est in id quod est socii ejus* [z]. Fert hominum natura, aut potiùs perversa consuetudo, ut duriùs in illos afficiamur, qui locum illum occupârunt, à quo nos sumus ignominiosè depulsi. Hinc & Eliazaræi & Ithamaræi, licèt sibi invicem conjunctissimi, mutuis odiis flagrabant [a]. At quomodo hoc Eli *videre* dicitur, quod multis post eum annis accidit? Resp. *Videbis*, non in persona propria [b]; sed in posteris tuis; i. e. posteri tui videbunt [c]. Nec novum est in scriptura, ut id quod de uno dicitur, in altero impleatur; Vide ad Gen. 27. 29. Sic quæ promissa sunt Abrahæ, in posteris longa post secula impleta sunt [d]. Pater vivere, & videre in filiis dicitur, Ecclesi. 30. 4. *Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se* [e]. [Alii aliter vertunt,] *Et videbis angustiam habitaculi Dei*; i. e. captivitatem arcæ, Belg. sim. JT. Pi. vel, *oppressorem in Sanctuario*. Impletum hoc vide, 4. 11 [f]. Vel, *hostem in habitaculo* meo, Ang. [Sed difficultas est, quomodo hoc congruit cum verbis sequentibus; De iis igitur jam videamus] ¶ *In universis prosperis Israel*, בְּכֹל אֲשֶׁר יֵיטִיב אֶת־יִשְׂרָאֵל] *In cunctis quibus benefaciet ipsi Israel*, Mo. P. [Cum præcedentibus Q. sic connectunt,] *Videbis angustiam habitaculi*, vel, *hostem in Tabernaculo* (vel, *nam postquam intuitus fueris*, nempe cum cruciatu, Pi. *angustiam habitaculi*, JT. Pi.) *in*, vel, *pro omnibus bonis quibus benefecisset Israeli*, Belg. Vel, *in omnibus opibus quas Deus daturus est Israeli*, Ang. vel, *pro omnibus bonis, quibus benefacturus esset Deus Israeli*, Ang. in Marg. JT. Pi. si scilicet, tu & tui cultum

---

[q] Constant. l' Empereur ubi supr.
[r] Bertram de Rep. Jud. c. 15.
[s] La.
[t] L' Emper. La.
[v] V. sim. D.
[x] Jun. Pi. Ma.
[y] Mend.
[z] D.
[a] Mend.
[b] D.
[c] Mend.
[d] Mend. ex Hi.
[e] Mend.
[f] D.
[g] D.
[h] San.
[i] Mend.
[k] Jun. Pi.

[l] Pi.
* Sa[n].
[m] Ità V. D. L. Me. Ti. Mend. Mart.
[n] Mart.
[o] San.
[p] D.
[q] Mend.
[r] V. Ma. L. San. La. D. Jun.
[s] Jun. sim. Pi. D.
[†] La.
[†] Os.
[t] G.
[v] Me.
[||] San.
[x] D.
[y] V.
[z] K. in D.
[a] Mend.
[b] Mend. L.
[c] V. Mend. Me. L.
[d] San.
[e] Mend.
[f] G.

tum

tum Dei conservassetis [g]. *Videbis oppressorem in sanctuario in universis prosperis Israel*; i.e. cæteris rebus prosperis; ut appareat accidere hoc malum ob profanata sacra [h]. [Alii aliter accipiunt, & referunt ad verba antecedentia, sed altero sensu sumpta] *Et aspicies æmulum in habitaculo in omnibus quibus benefecerit Israeli*, Ti. Vel, *& in omni eo quo benefecerit* Deus *Israeli*, M. i.e. Quando multis beneficiis afficiet populum Israeliticum [i]. Eò nunc augetur calamitas, quòd eo tempore sit eventura, cùm Sacerdotalis dignitas erit amplissima, & sacrificia opulentissima [k]. *In universis prosperis Israel*, quæ summam pontificalem dignitatem & authoritatem comitabantur [l]. *Spectabisque in fano æmulum in omnibus bonis in Israelitas collatis.* Videbunt posteri tui, non sine suo dolore, Pontificem non ex te natum, qui sacrificiis fruatur, quæ Israelitæ de collatis sibi divinitùs bonis facient [m]. Sed quis est hic æmulus? Resp. Abiathar Eli pronepos vidit Sadocum Eleazaræum in universis prosperis Israel, hoc est, secum participem omnium honorum & bonorum; Regnante enim Davide, hi duo Abiathar & Sadoc summum Sacerdotium obtinebant: ut colligitur ex 2 Sam. 15. 35. & 1 Paral. 24. 3. Salomon autem Abiathar à Sacerdotio exclusit, & solum Sadoc in Sacerdotio conservavit [n]. Chald. sic reddit, *videbis afflictionem, quæ veniet super homines domûs tuæ, propter peccata, quæ fecistis in sanctuario domûs meæ.* מעון Accepit de *habitaculo*, non *dei*, sed *Eli*; hoc sensu, *& videbis angustiam habitaculi*, scil. *tui*, pro quo dicit, *super viros domûs tuæ*. Quæ sequuntur in Chald. sunt explicatio non verborum, sed rerum, paraphrastica & libera, petita scilicet ex v. 29. ubi מָעוֹן *tabernaculum* sign. q. d. *videbis hostem*, vel æmulum in tabernaculo tuo, in hominibus domûs tuæ, propter peccata quæ fecistis in tabernaculo meo [o]. Porrò צַר potest esse vel adjectivum, *adversarius, arctator, æmulus*; vel, substantivum, *arctatio, angustia*; potest item esse constructum, *arctatorem, angustiam habitaculi*: & absolutum, *arctatorem, angustiam* in *habitaculo* [p]. ¶ *Et non erit senex in domo tua omnibus diebus*] Q. Accipiunt de sene secundùm ætatem [q]. [Vide quæ ad vers priorem] Obj. At credibile non est senem secundùm ætatem semper defecisse in familiâ Eli [r]. Resp. 1. Hebræi tradunt etiam suo tempore quotquot ab Heli familia propagati sunt, nunquam ad senectam, & canos pervenisse. Sed non necesse est eò recurrere. 2. Per illa verba, *in omnibus diebus* longum tempus intelligitur; fortè illud tempus, quo duravit Sacerdotium in Heli familia. Porrò, hæc severa comminatio non est extendenda ad omnes Ithamaræos; (neque enim hîc additur clausula illa, *domus tua, & domus patris tui*, ut v. 30. ubi agitur de Sacerdotio submovendo) sed tantùm ad domum Eli [s]. Alii *senem* hîc, ut priùs, accipiunt de dignitate Sacerdotali [t]. Quâ in perpetuum abdicata est familia Eli; At in ea familia senes ætate semper defecisse non est credibile [v].

33. *Verumtamen non auferam penitùs virorum*, &c. [וְאִישׁ לֹוא אַכְרִית לְךָ מֵעִם מִזְבְּחִי לְכַלּוֹת וגו׳] *Et virum non excidam* (vel, *exterminabo*, V. 6. *non auferam*, Sy.) *tibi ab altari meo, ad consumendum oculos*, &c. Mo. sim. M. Ti. Of. Ca. *Is autem* quem *non exscindam tibi*, (i. e. ex tuis, Belg.) *ab altari meo*, sub. *esset* (vel, *erit*, Ang.) *ad consumendum oculos tuos*, &c. JT. Belg. *Esset*, putà, si tum viveres [x]; q. d Præter calamitatem, quam tuo tempore immittam; non est sobolis tuæ melior futura conditio: nam illa violentâ morte tolletur, infrà cap. 22. 17. Abiatharem autem ex illa clade reservabo ad subeundum magnas calamitates. 1 Reg. 2. 26 [y]. Semper erit aliquis ex tuis nepotibus qui famulabitur ad altare meum, &c [z]. q. d. Tollam à te summum Sacerdotium, quod habes ex privilegio: permittam tibi, seu tuis posteris Sacerdotium secundi ordinis, quod ex jure hæreditario possidebas [a]. Ideò vivent ad tempus aliquod, ut tibi summo dolori sint; quod verbis sequentibus apertiùs explicatur [b]. Non hoc beneficii aut gratiæ causâ fiet; sed ut vitam prose ant ad miseriam. Vide Num. 11. 15. *Interfice me potiùs, quàm ut ista videam*; & Psal. 59. *Nè occidas eos Deus, sed fac ut vagentur in plebe tua, ut omnes videant illorum calamitatem* [c]. ¶ *Sed ut deficiant oculi*, &c. [לְכַלּוֹת אֶת־עֵינֶיךָ וְלַאֲדִיב אֶת־נַפְשֶׁךָ]

g Jun. Pi. — h G. — i V. — k Mart. — l Me. sim. San. — m Ca. — n Mend. sim. Ma. M. La. To. — o Bux. vind. 2. 10. 715. — p Ma. — q Ità San. — r Mend. — s San. — t Mend. Ità La. Me. — v Mend. — x Pi. Ma. — y Jun. — z V. — a Mend. — b G. — c Mart. D.

Ad consumendum (vel, *ad obscurandum*, Jon. Sy. sim. Ar.) *oculos tuos, & ad afficiendum dolore animam tuam*, Mo. P. sim. JT. Ang. Belg. Pi. D. *Ut faciam deficere oculos tuos*, &c. M. [6. variant personam, *ut deficiant oculi ejus, & defluat anima ejus*] *Oculos tuos*, i. e. nepotum tuorum [d]. *Ut tabescere*, vel *marcescere faciam oculos*, &c. præ invidia scilicet in posteris tuis; cùm videbunt alium fungi Sacerdotio, quod ad familiam tuam pertinebat [e]. *Dolere* autem dicuntur, aut *deficere oculi*, cùm illa vident, quæ ægrè afficiunt animum: Invidorum hic morbus est; hinc *invidere* dicitur ab oculorum conjectu; & *oculus vicini* proverbiali formâ *invidus* vocatur. *Invidia* porrò tormentorum maximum. Hinc illud tritum, *invidiâ rumpi*, vel *uri* [f]. לַאֲדִיב hîc ponitur pro לְהַאֲדִיב; ut suprà לַעֲלוֹת pro לְהַעֲלוֹת, *ad offerendum*; sic לַשְׁמִיד pro לְהַשְׁמִיד, *ad exterminandum* [g]. ¶ *Et pars magna domûs tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit*, [וְכָל־מַרְבִּית בֵּיתְךָ יָמוּתוּ אֲנָשִׁים] *Et omnis multitudo* (vel, *incrementum*, Ang. vel, *alumni*, Sy.) *domûs tuæ morientur viri*, Mo. P. sim. Ti. vel, *juvenes*, Jon. vel *adolescentes*, Ar. vel, *in virili ætate*, JT. V. Ca. *Quum viri adoleverunt*; i. e. *in robore*, vel *flore ætatis suæ*, Belg. Ang. h. e. cùm primùm venerint ad virilem ætatem, ut plus tibi doloris inferant in morte sua [h]. Cùm tui, jam non procul à tricesimo ætatis anno abfuerint; jam jamque se (inferioris saltem gradûs) Sacerdotii dignitatem adepturos sperabunt; tum plerique inopinatâ morte abripientur, totaque spes eorum irrita erit [i]. *Et omnis qui supererit domûs tuæ, decident in gladio virorum*, 6. Nulla punitio severior esse potest, quàm quæ dicitur gladio virorum exercenda; qui vel ipsis belluis aliquando solent esse immitiores. Posteri certè Heli hominum gladio crudelissimè occisi sunt, infrà 4. 11. & 22. 18 [k]. *Tota soboles domûs tuæ* reliqua *morientur*, &c. JT. *Omnesque qui in domo tua multiplicantur, morientur viri*, Ti. vel, si fuerint *viri*, M. Non certè vertunt, in *virili ætate*; nam ante hanc aliquis dicitur אִישׁ (unde plur. אֲנָשִׁים *viri*.) Dicitur homo אִישׁ anno 20. ait R. S. imò anno 13 Phesicta, 35. 1. vel 12. quando aptus est ad discenda mandata legis, Comment. in Aboth 68. Vel etiam 9 anno, ait Moses de Kotsi libro præceptorum, 24. 2 [l]. Q. sic, *morientur homines*, i. e. ærumnis confecti, Q. in Ma.

34. *Hoc autem erit tibi signum*] Testimonium divinum ad confirmandum hanc denuntiationem [m]. Et istud signum quod evenit duobus filiis tuis, erit tibi signum quod quæ dico vera sunt [n]. Initium tuarum calamitatum erit à morte filiorum tuorum, ex qua reliqua futura certè cognosces [o].

35. *Et suscitabo mihi Sacerdotem*, &c.] Quomodo? Inclinando corda Regum, quibus jus erat eligere summum Sacerdotem, sed ex Aaronis familia, quamdiu ea exstabat. Idem jus Synedrio fuit, quoties Reges non erant [p]. Dicitur autem *suscitandus*; vel, 1. Quia noviter faciendus Sacerdos qui antea non fuit [q]. Vel, potiùs 2. Quasi sensus sit, Sacerdotes de domo Eleazari intermissos fuisse, & quodammodo sepultos, nunc autem (ait) denuò reviviscent, & suscitabuntur [h]. Sed quis est hic Sacerdos, quem suscitabit? Resp. 1. Samuel [i]. Sed huic sententiæ repugnant; 1. Familia Samuelis. Is non erat ex Aaronis posteris. 2. Ætas. Nam Eli moriente, Samuel, juvenis erat [k]. 3. Nec Samueli dedit Deus domum fidelem. Nam filii ejus declinârunt post avaritiam [l]. 2. Zadoc [m]. Vide 1 Par. 29. 22 [n]. ¶ *Sacerdotem fidelem*] Vel *fidum*. Ità ferè omnes: *firmum*, JT. q. d. Etsi de te & tuis facturus sum, ut denuntiavi: constanter tamen præstiturus sum promissionem meam, de qua suprà, v. 30 [o]. ¶ *Ædificabo ei domum fidelem*] *Firmam*; i. e. Dabo illi familiam amplissimam & numerosam quæ perveniet usque ad senium [p]. *Firmam*, quia ejus posteri manserunt in hoc munere usque ad Ezram Sacerdotem [a], imò usque ad finem legis [b]. *Ædificare domum* in Hebraismo, ponitur pro, dare posteritatem. Vide Exod. 1. 21. Deut. 25. 9 Ruth 4. 11. 2 Sam. 7. 27. Sicut vice versâ, ipsa materialia ædificia, dicuntur in scriptura *filiæ*, Num. 21. 25. & alibi sæpè: & urbium conditores, earum *patres* dicuntur, 1 Par. 2. 23, 50 [c]. ¶ *Et ambulabit coram Christo meo*] Ità 6. M. P. Ti. G. vel *ad facies Christi mei*, Mo. [וְהִתְהַלֵּךְ לִפְנֵי מְשִׁיחִי]

Ut

d V. — e V. — f San. — g D. — h V. — i Of. — k Mend. — l D. — m Pi. — n V. — o Ma. ex Jun. — p G. — q To. — h Mend. — i Ità Aug. & Greg. in La. — k La. — l Mend. — m Ità La. G. San. Mend. Me. Jun. Pi. Ma. M. D. — n Pi. — o Jun. — p V. sim. Mend. — a D. — b Mend. ex To. — c Mend.

Ut indesinenter ambulet coram uncto meo, JT. *Et ministrabit ante unctum meum*, Jon. Sed quis est hic unctus? Resp. 1. Christus. Coram Christo Jesu summo Sacerdote nostro [d]. Cujus typus & minister, ac veluti vicarius fuit, ut sunt omnes summi Sacerdotes in terris [e]. Resp. 2. Rex. *Ambulabit*, i.e. fungetur officio Sacerdotali coram Rege cui regnum dedero [f]. Coram Salomone in regem solenniter uncto [g]. *Unctus* autem dicitur, 1. Quia Deus illum, fratribus majoribus exclusis, Regem constituit. 2. Quia Salomone usus est Deus ad punienda peccata Eli. Quapropter Cyrus vocatur *unctus*, Isai. 45. 1. quod divinas injurias ultus esset in Babylonios, &c [h]. 3. Quia servatorem nostrum in suo regno adumbravit. Dicitur *coram rege ambulare*, quia ejus munus erat Regem docere, eique legem scriptam tradere; vel fortè, quòd (ut Chald. annotavit) futurus esset Regis minister, quod attinet ad doctrinam & eruditionem. Non scribitur debere Regem esse coram Sacerdote, nisi tantùm cùm oraculum captabat; tum enim quodammodo stabat loco indigniori coram Sacerdote [i].

36. *Veniat ut oretur pro eo*, [לְהִשְׁתַּחֲוֺת לוֹ] *Ut sese illi prosternat*, supplicaturus scilicet illi tanquam majori [k]. *Veniat incurvatum se.* Erit inter Sacerdotes minimus, cui nihil aliud quàm Deum orare liceat, non majora peragere [l]. Impletum hoc fuit in Abiathar, 1 Reg. 2. 26. qui non poterat sine cibario Dei, ex suo agello ipse cùm sua familia victitare. Postremò autem publico judicio definitum à Josia, 2 Reg. 23. 9. & divinitùs in perpetuum confirmatum, Ezech. 44. 10 [m]. ¶ *Et offerat nummum argenteum, & tortam panis*, לַאֲגוֹרַת כֶּסֶף וְכִכַּר לָחֶם] Ut incurvet se ei, *pro nummo* (*minuto*, Mo. *obolo*, ὁ. M. Ti. vel *moneta*, M.) *argenti*, P. Sy. *Et buccella* (*placenta*, Sy. *torta*, Mo. *segmento*, JT. *globo*, Ti.) *panis*, P. Supplices, inquit, erunt posteri tui suis adversariis, ut victum nanciscantur; nec lautitias petent, sed obolum, vel frustum panis [n]. Qui olim fastidiebant coctas sacrificiorum carnes, & extorquebant crudas, ut artificiosiùs condirent; nunc pro simplici panis buccella humiliter precantur [o]. Duplex est hujus loci sensus. 1. Inopiâ cogente ad summum Sacerdotem confugient, eique pro tenui victu obtinendo suas operas locabunt [p]. 2. Superstes tuus cùm à suo se peccato expiare velit, summum Sacerdotem supplex adibit, offerens ei nummum sive obolum, &c. Ut pro se sacrificet; item ut ei permittat in ordine vicis suæ Sacerdotale munus obire, &c [q]. *Offerat* nempe in gazophylacium, *minutum argenti*, præ paupertate scilicet. *Et tortam panis*, pro peccato; non bovem, aut pecudem, ac nè avem quidem, præ eadem paupertate scilicet, Levit. 5. 11, 12 [r]. Porro אֲגוֹרָה idem est, quòd גֵּרָה (de quo Levit. 27. 25 [s]. & Num. 18. estque vigesima pars sicli [t].) τῷ Aleph redundante, ut in aliis fit, זְרוֹעַ à אֶזְרוֹעַ [v]. ¶ *Dimitte me, obsecro, ad unam partem Sacerdotalem*, &c. סְפָחֵנִי נָא אֶל אַחַת הַכְּהֻנּוֹת וגו׳] *Adjunge me quæso uni* (vel, *uni parti*, P. sim. Sy. Ar.) *Sacerdotiorum*, G. P. *Præfice me uni ex officiis Sacerdotalibus*, V. sim. JT. i. e. ut fungar, tuâ benignitate, uno ex officiis minorum Sacerdotiorum [x]. Vel, *ad unam vicium*, sive *è vicibus Sacerdotalibus*. Erant autem vices Sacerdotum 24. quas ἐφημερίας vocabant. Vide Luc. 1. [y]. Fac me vel minimæ alicujus operæ adjutorem, ut victum merear. *Ut comedam buccellam panis.* Alimenta tenuia, qualia dari solebant Sacerdotibus à munere fungendo prohibitis, 2 Reg. 23. 9. Ezech. 44. 13. Videntur autem hæc intelligenda, de Abiatharis, ob crimen Majestatis, à summo Pontificatu demoti posteris [z]. Qu. Quomodo hoc evenire potuit, cùm omnibus Aaronitis (etiam corpore vitiatis) ex lege Dei & decimæ obveniebant, & partes oblationum [a]? Resp. 1. Hoc argumento concludit Mendoza, eos Sacerdotem summum adiisse, non ut servirent, sed ut à suo peccato expiarentur; [ut ex eo jam notatum. Resp. 2. Si liceat symbolum meum conferre, quidni permitteret Deus, ex lege talionis, ut his *justa* & *sua* denegarentur à sequuturis Sacerdotibus, qui aliis quæ *sua* non erant injustè extorquere soliti sunt?] Maxima horum erat miseria. Qui antea erecto collo omnibus insultabant; nunc incurvato genu summum Sacerdotem adorant: qui antea de suo imperio gloriabantur, nunc servire compelluntur: qui antea rapinas exercebant, nunc tamen tenuem stipem emendicant [c].

[d] Jun. Ma. [e] Ma. [f] V. [g] G. sim. plerique. [h] Mend. [i] Mart. [k] V. [l] Mend. [m] Jun. Pi. [n] Mart. [o] Mend. [p] Ità Sà. & Mar. & Caj. in Mend. [q] Mend. ex L. & To. [r] G. [s] D. [t] Mart. [v] D. ex He. [x] V. [y] D. [z] G. [a] Mart. [b] Mart. [c] Mend.

CAP. III.

1. *Puer autem Samuel*] Annum jam agebat 12. inquiunt Josephus, Suidas, Zonaras, Torniel. & Salianus [d]. ¶ *Ministrabat Domino coram Heli*] Ità ὁ. Ar. P. Ti. [לִפְנֵי עֵלִי] *Ad facies Eli*, Mo. *in conspectu Eli*, Sy. *in vita Eli*, Jon. Commonstrante & instruente eum Eli [e]. Faciens officium suum, sicut instituebatur à Sacerdote Eli [f]. Sed cur additur *coram Eli*? semperne præsente, & nunquamne absente Heli ministrabat? Resp. Additur, ut significet eum nihilo segniùs eo absente, quàm præsente inserviisse [g]. ¶ *Et sermo Domini erat pretiosus*] Ità M. P. V. D. Sy. Mo. id est, rarus [h]. Sic alibi *pretiosum* ponitur pro *raro*, ut Psal. 116. 15. Isa. 13. 12 [i]. Vel, charus; q. d. Tunc erant rari prophetæ qui verbum Dei annuntiarent populo: rarò Dominus revelabat arcana sua [k]. Hoc dicit, vel, 1. Ut quodammodo exaltetur Samuel, & hoc per parenthesin [l]. Vel, 2. Ut daretur ratio, cur Samuel ter à Domino vocatus, non à Domino, sed ab Heli se vocatum existimaret [m]. Rarum erat, ut cuiquam se Deus revelaret. Vide infrà 21 [n]. Toto tempore Judicum duos tantùm prophetas reperio, Jud. 4. 4. & Jud. 6 8 [o]. Sub id temporis nusquam Prophetæ apparebant. Unde D. Petrus incipit numerare Prophetas à Samuele: quia post illum crebriores erant [p]. ¶ *Non erat visio manifesta*, [אֵין חָזוֹן נִפְרָץ] *Non erat visio aperta*, Sy. M. Pi. Mo. JT. Visio hîc generaliter sumitur pro quavis revelatione [q]. *Non visio distinguens*, ὁ. τὸ פָּרַץ sign. *dividere, aperire* [r]. *Non visio perrupta*, Pi. Ma. La. i. e. latè diffusa, vel sparsa [s]. Sed veluti intra maceriam clausa [t]. *Non visio vulgaris*, Ti. Al. *multiplicata*, à verbo פָּרַץ *erumpere*; i. e. copiosè producere. Aut *diruta*, nemo qui dirueret & violaret eam, ex illo פּוֹרֵץ גָּדֵר *diruens sepem*. Al. *fracta*, vel *rupta*, i. e. aperta. Nam quod clausum, si rumpatur, aperitur [v]. *Non erat prophetia manifesta*, V. Vel, *quæ publicè innotesceret*, Jon. in V. q. d. Fuerunt quidem singulares & privatæ visiones cum piis communicatæ; sed publicè Prophetarum omne officium jacebat [x]. Non erant qui passim ab omnibus Prophetæ habebantur, quales Jesaias, &c [y]. q. d. In mediis scelerum & ignorantiæ tenebris emicuit Samuel, quasi novus quidam sol Israelis [z].

2. *In die quadam*] *Die illâ*, i. e. eo tempore [a]. Nam hæc nocte gesta sunt. Sic, *die quâ eduxi vos ex Ægypto* i. e. tempore quo; nam noctu eduxit. *Die illâ*, nocte illâ, cùm pridie misisset illum Prophetam de quo, cap. 2 [b]. Malim, *tempore illo*: quo scilicet sermo Jehovæ rarus erat [c]. ¶ *Jacebat*, [שֹׁכֵב] *Cubans*, Jon. Sy. Mo. JT. *jacens*, Ar. M. Ti. *dormiebat*, P. ὁ Hoc dicit ad ostendendam ejus negligentiam, & remissionem animi; qui tam gravibus minarum tonitruis de cœlo territus non vigilaret [d]. ¶ *In loco suo*] [Ità omnes.] i. e. In interiore sive penitiore parte atrii, quæ erat propinquior Tabernaculo [e]. Vel potiùs, Non intra, sed juxta Tabernaculum [f]. In exedra juxta Tabernaculum [g]. Post ædificatum Templum erant aliqua pro Sacerdotibus seposita loca, in quibus diversarentur, templo adjacentia: simile aliquid credibile est fuisse ante constructionem illius; præsertim postquàm Tabernaculum fixam aliquo in loco sedem habuit. Cubiculum ergò & cubile habebat (Eli) in loco aliquo à Tabernaculo non longè dissito [h]. In parte atrii interiori dormiebant Sacerdotes; in posteriore, quæ magis aberat à Tabernaculo, Levitæ [i]. ¶ *Non poterat videre*] Scil. *Benè*, vel exactè V. vel clarè; nam tantùm *cœperant caligare* oculi ejus [k]. Cœcitatem hanc mysticè intelligunt Hebræi, de cœcitate mentis Heli in dignoscendis filiorum moribus, ac divinis oraculis contemplandis. Sic è contrà, Isa. 32. 3. *Non caligabunt oculi videntium.* Verùm de propria cœcitate loquitur, ut inferiùs patebit [l]. Hoc dictum est; vel, 1. Ut significet Samuelem coram arca excubâsse, eamque custodivisse; quod Heli, propter ætatem, non poterat [m]. Vel, 2. Ut innuat ætatem Eli, in qua à Deo despicitur; non illo, sed parvulo Samuele in colloquium evocato; palamque fiat, Deum non tam ætatis, quàm sanctitatis habere rationem [n]. Vel, 3. Ad commendandam diligentiam Samuelis, quâ officiosè admodum famulabatur ipsi Eli, qui

tum

[d] La. Ità To. Ser. Mend. [e] V. sim. Jun. Pi. Ma. La. [f] Os. [g] Mend. [h] D. M. JT. Pi. Mend. [i] Mend. [k] V. [l] D. [m] Mend. ex To. [n] G. [o] San. [p] Mend. [q] G. sic M. [r] Mend. [s] La. [t] M. [v] D. [x] Jun. Pi. [y] Me. [z] La. [a] V. D. [b] D. [c] Pi. [d] Mend. [e] V. sim. La. Jun. Pi. Ma. [f] Mend. [g] L. [h] Me. ex San. [i] V. Ma. [k] Ma. Pi. [l] Mend. [m] To. in Mend. [n] Mend. ex To.

tum magis indigebat ministerio alicujus [o].

3. *Lucerna Dei antequam extingueretur*] [Ità ferè omnes] vel, *quum nondum extingueretur*, JT. Jon. Sy. Ar. h.e. Nocte, quando lucernæ candelabri adhuc ardebant; quæ in ascensu auroræ extinguebantur [p]. Vide Exod. 27. 20,21. & 2 Chron. 13. 11 [q]. & Lev. 24. 2,3 [r]. Obj. At lucernæ semper ardebant, Exod. 27.20. Resp. 1. *Semper*, h. e. omni tempore à lege constituto. Quod optimè exprimitur 2 Par. 13. *ut accendantur semper ad vesperam.* Ex usu Scripturæ signa universalia accommodatè ad materiam suppositam explicanda sunt. Porrò, Sacerdos jubetur Exod. 30.7. *manè componere lucernas*, i.e, mundáre & detergere; *vesperi* autem *collocare*, sive *ascendere* facere [s]. Resp. 2. Noctu omnes lucernæ ardebant, manè pleræque extinguebantur [t]. Significat, vocatum Samuelem ante auroram, cùm solus esset in Templo, necdum quisquam Tabernaculum ingressus esset [v]. ¶ *Dormiebat in templo Domini*] in tabernaculo, aut loco illi adjuncto [x], cujus videbatur ab Eli constitutus Curator & custos [y]. *In templo*, i.e. juxta templum, ut priùs dictum. Templum enim ab omni prophano usu alienum esse debuit [z]. Aliis ordo inversus videtur. Sic autem construi debet. *Et cùm lucernæ quæ erant in templo Domini, ubi erat arca Dei, necdum extinctæ essent, & Samuel adhuc dormiret, tum vocavit*, &c. q d. Tempore nocturno cùm adhuc Samuel dormiret, vocavit, &c. Periphrasis est noctis. Totâ enim nocte ardebant lucernæ [a]. Porrò, ארון אלוהים absque articulo, hîc tantùm legi notant Masorethæ, cùm in aliis locis omnibus sit האלוהים [b].

4. *Vocavit Dominus Samuel*] Vox exibat è Sancto sanctorum, & transiliebat locum interiorem, in quo Eli cubabat, progressus ad exteriorem, ubi Samuel erat, qui solus eam audivit; ità volente Deo, cujus facta omnia mira sunt in oculis nostris, ac proinde suspicienda [c]. ¶ *Ecce ego*] Hæc locutio promptum animum ad parendum significat, ut Gen. 22.1. Isa. 6.8. Act. 9.10 [d].

5. *Et cucurrit ad Heli*] Ratus ab illo se ad aliquod aut naturæ levamentum, aut templi ministerium vocari [e]. Affectum parendi sequitur effectus. Quàm promptus extitit animo, tam impiger exivit in opus. Hanc ejus obedientiam multis colligo; 1. quòd statim evigilat ad primam vocem, eámque submissam, quæ ab Heli non audiretur. 2. Non cunctatur, nec expectat geminationem vocis, nè fortè operam perderet; sed statim è lecto se proripit, &c. 3. In ipsa itione festinat, cucurrit [f]. ¶ *Non vocavi*] Non minor mihi videtur obedientia Samuelis in hoc regressu ad cubitum, quàm in illo primo progressu ad sacerdotem. Progrediens voluntatem obedientiæ subjicit; regrediens etiam intellectum, dum potiùs credidit verbo sacerdotis *non vocavi*, quàm proprio experimento. Et vocatum se agnovit, & non vocatum sibi persuasit [g]. ¶ *Et abiit*] Non *cucurrit*, ut priùs. Velocior fuit ad lectum deserendum, quàm repetendum.

6. *Abiit ad Eli*] Non cucurrit ut antè, sed lentiùs processit, & quietiùs; nè fortè dormientem, & non vocantem senem, è somno excitaret. Ità obedientiæ fervorem prudentia temperavit [h].

7. *Necdum sciebat Dominum*] Non assuetus erat locutionibus divinis, ideò vocem Domini non cognovit, nec morem ejus, quo utitur cùm alloquitur suos prophetas [i]. Non novit Deum eâ cognitione quâ prophetæ solent, qui Deum quasi familiarem habent [k]. Sicut *Prophetæ* per excellentiam dicuntur *Deum scire*, quando familiariùs cum Deo colloquium ineunt; ità *non prophetæ Deum ignorare*, quòd illâ experimentali notitiâ, & veluti ostensivâ illustratione, quam Prophetæ habent, destituantur [l]. Nondum agnoscebat vocem Jehovæ apparentis, & alloquentis; nedum sciebat quomodo affanti esset respondendum. Synecdoche generis [m]. Non sciebat Dominum cum Prophetis suis agere voce tam submissâ, quæ ob id בת קול dicitur. Sic Maimonides [n]. Cur autem Samuel à Deo vocatus ad Heli properavit, duplex est divinæ providentiæ ratio. 1. Ut instrueretur de modo, quo se deberet ad divinam locutionem comparare. 2. Ut Eli videns eum à Deo evocatum, ejus dictis, tanquam ex oraculo editis, fidem haberet [o]. ידע sign. *experientiâ aliquid cognoscere; nondum expertus fuerat Dominum.* Vel fortè hoc dicit, Non discernebat inter vocem Domini & alterius. Nam *cognoscere* est discernere, Jona 4. *qui non cognoscebant inter dextram & sinistram.* Vel, loquitur de notitia specialissima, sive prophetica [p]. [Jon. totum locum sic vertit, *Necdum didicerat scire disciplinam ab ante Dominum, & nondum manifestatum erat ei verbum prophetiæ Domini.*]

8. *Et ait, Ecce ego*] Iisdem verbis, quibus se primò & secundò obtulerat, offert & tertiò; nihil perturbatior, vel impatientior, quòd bis elusus tertiò evocetur. Non sic Petrus. Vide Joan. 21.15,16 [a]. ¶ *Intellixit ergò Heli*] vel ex illustratione divina, vel potiùs ex ratiocinatione humana [b]; quia nemo alius ibi erat, qui eum vocaret; & quia Samuel erat Deo gratissimus [c]. Audierat autem Heli Deum olim cum viris sanctis fuisse locutum [d]. Sed cur non Samuel intellexit divinam vocationem fuisse? Resp. Quia Samuel erat verè humilis, qui nihil de se altum suspicabatur. Unde nihil minùs, quàm Deum sibi adesse, & divina secum arcana communicare velle cogitabat [e].

9. *Si deinceps vocaverit te*, אם יקרא אליך] *si vocaverit te*, P. vel *ad te*, Mo. Sub. *Is qui te priùs vocaverit* [f]. ¶ *Audit servus tuus*] q.d. Ego attendo, paratus obsequi: dic quid vis [g]. *Audit*, i e. paratus est ad audiendum. Metonymia finis, pro effecto destinato [h]. ¶ *In loco suo*] i. e. In parte anteriore atrii Levitarum, quod non erat illud, de quo fit mentio in lege, sed appendix ad Tabernaculum [i].

10. *Et venit Dominus, & stetit*, &c.] Priores vocationes erant, 1. tanquam ab aliquo existente procul. 2. Per modum transeuntis. Nunc autem *venit*: Non jam Samuel Dominum absentem, sed præsentem vocationis suæ auctorem recognoscebat. *Et stetit*, q. d. adfuit perseveranter [k]. Significat eum non tantùm menti Samuelis hæc inspirâsse; sed in corpore assumpto, corporali voce illi esse locutum [l]. *Stetit*, i.e. astitit illi: h. e. apparuit illi in quadam forma [m], sive corporali specie, loquens cum eo [n]. ¶ *Et vocavit sicut vocaverat secundò*] Qu. Quomodo *secundò*? Potiùs *quartò*. Nam ter antè vocaverat. Resp. 1. *Secundò* ponitur pro *iterum* & *sæpiùs*. 2. Vel respicit nomen Samuelis secundò repetitum [o]. 3. Hebræa aliter se habent, כפעם בפעם] *Ut semel & iterum*, P. Ad verb. *secundùm vicem in vice*, V. *semel & semel*, ό. פעם interdum valet vice unâ; q d. sicut vocaverat aliquot vicibus [p].

11. *Ecce ego facio verbum*] *Verbum* pro *facto*; & *facio* pro *faciam*, notissima sunt [q]. דבר *Rem, factum, opus*: nempe capturam Arcæ, & cœdem posterorum Eli [r]. ¶ *In Israele*] i. e. in populo Israelitico, Pi. vel *in Israelem*; in populum etiam qui spernebant cultum Dei, c. 2. v. 17 *. ¶ *Tinnient ambæ ejus aures*] [Ità omnes.] Sub. *vehementer*, V. i.e. adeò audiens percelletur, ut præ horrore sensus ejus hebetentur [s]; ut totus percellatur & exhorrescat. Metaphora ducta ab eo qui repentè audit cymbalum tinniens, vel boatum bombardæ magnæ, vel tonitrui ingentis; cujus vehemens sonus percellit, & tinnitum diu durantem in auribus audientium excitat [t]. אזנים nomen est duale; sed quia de pluribus dicitur, ideò adjecit numerale שתי *ambæ* [v].

12. *In Die illa*] *Dies illa* vocatur in Scriptura, & dies magnæ felicitatis; Isa. 4.2. Joel 3.18. Zach. 3 10. & dies magnæ calamitatis, Isa. 22.12. Jer. 4.9. Os. 1 5. Nè hîc intelligas diem unam; sed totum illud tempus (quod longum erat) quo hæc omnia implenda erant. Supplicium autem hoc incepit anno post hanc denuntiationem vel 18, vel 28 *. Probabile enim est Samuelem cum Eli vixisse annos 30 vel 40. Et duodecennem eum fuisse, cùm hæc ei revelata essent. Erat ergò Heli modò annorum 68, vel 78; atque ità ad explendos illos annos 98, quos vixit; illi defuerunt anni 20 vel 30 [x]. Tantum temporis Deus inter minas & pœnas interponit, & hominum pœnitentiam præstolatur. Porrò, certum hujus prædictionis tempus non prædixit, ut perpetuo timore afficerentur [y]. ¶ *Suscitabo adversùm Heli*, אל־עלי] *ad Eli*, Ità Mo. *contra*, vel *adversùs Eli*, P. Ti. D. Pi. Bis in hoc versu legitur אל *ad*, pro על *contra* [z]; *super Eli*, ό. Jon. ¶ *Quæ locutus sum*] Per illum virum Dei, suprà 2.27 [a]. ¶ *Super domum ejus*, Ità Ti. אל־ביתו] *ad* (*in*, ό. *adversùs*, P) *domum ejus*, Mo. *contra familiam ejus*, JT. *super domum*, Ti. *de domo*, Sy. ¶ *Incipiam & complebo*, sic P. החל וכלה] *Incipiendo & finiendo*

Marginal notes (left column): [o] V. — [p] M. sim. Jun. Pi. Ma. E. Me. Ti. V. D. — [q] Jun. Pi. — [r] Ma. — [s] San. — [t] T. sim. L. — [v] San. — [x] Me. San. — [y] San. — [z] Mend. — [a] V. — [b] D. — [c] D. — [d] Mend. — [e] San. v. 3. — [f] Mend. — [g] Mend. — [h] Mend. — [i] M. sim. V. La. Me. Ma. T. — [k] San. — [l] Mend. — [m] Pi. — [n] G. — [o] Mend. ad V. 5.

Marginal notes (right column): [p] D. — [a] Mend. — [b] Mend. sic La. San. — [c] La. — [d] San. — [e] Mend. — [f] V. — [g] V. — [h] Pi. — [i] V. 3. — [k] Mend. — [l] La. — [m] V. — [n] M. — [o] San. — [p] D. — [q] Mend. — [r] D. — * Ma. — [s] Jun. Pi. — [t] La. sim. San. Mend. — [v] D. — * Mend. — [x] Mend. ad cap. 2. v. 22. sect. 6. — [y] Mend. — [z] D. — [a] Pi. D.

niendo, vel *perficiendo*, P. V. D JT. sim. M. Ab initio *incipiam & perficiam*, Ti. *à principio ad finem*, Sy M. *Rem adducam usque ad calcem*, Chald. in V. Similis locutio est, quum dicuntur *res priores & posteriores*; pro eo quod est, *à capite ad calcem*: quæ passim legitur in libris historicis[b]. *Et perdam & consumam eos*, Ar. *Conficiam & consummabo*, Jon. Hebræum חול, sive חָלַל, non solùm significat *incipere*; sed etiam *permanere*, & *conquiescere*; atque adeò non solùm inchoatam, sed etiam consummatam actionem; ut patet ex Job 20.21. & Jer. 30.23. Hîc ergò (si Hebræa & Chaldæa consulantur) non tam celeritas suppliciorum hoc loco præponitur; quàm perseverantia in exequenda vindictâ. Satìs tamen congruus est Vulgati sensus; *Incipiam & complebo*, i. e. Non solùm diligens ero in inchoando; sed etiam constans in perficiendo. Non (ut sæpè aliàs) misericordiâ motus ab ultione desistam; sed eam prorsus consummabo[c].

13. *Prædixi enim*] Prædictione absolutâ, quæ revocari non potest[d]. וְהִגַּדְתִּי לוֹ] *Et indicabo illi*, Mo. V. *Ostendam ei*, Jon. Sy. sim. Ar. Cùm scilicet signum quod dixit illi Propheta evenerit[e]: *annuntiavi ei*, ό. *indico ei*, JT. ¶ *Quòd judicaturus essem domum ejus*, כִּי שֹׁפֵט אֲנִי וגו׳] *Quòd judico ego*, Mo. Præsens pro futuro; *Judicaturus sum*: i.e. quòd ego pœnas expetiturus sum justè de familia ejus[f]. *Me vindicaturum*, JT. Malim, *puniturum*, Pi. *Judicare*, sicut & *visitare*, &c. verbum est ambiguum; sed hîc punitionem significat[g]. Metonymia efficientis, & Synecdoche generis[h]. *Judicare* frequenter ponitur pro *condemnare*, seu *punire*; ut Joan. 3.18. & 16.11. Heb.13.4. Hinc *judicium* ponitur pro *supplicio*; 1 Cor.11.29[i]. ¶ *In æternum*, עַד עוֹלָם] *usque in seculum*, P. Mo. *in perpetuum*, Sy. [sim. omnes.] Dicitur hæc pœna *æterna*, non respectu alterius vitæ; (nam non credibile est vel Heli, vel omnes ejus posteros sic punitos fuisse) sed hujus vitæ: quia illius posteri semel à summo sacerdotio expulsi, nunquam ampliùs ad illud redierunt[k]. ¶ *Propter iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios suos* בַּעֲוֹן אֲשֶׁר יָדַע כִּי מְקַלְלִים לָהֶם בָּנָיו] Ponitur hîc עָוֹן in statu regiminis; ideò subintelligendum est דָּבָר; vel aliud hujusmodi; q.d. *Propter iniquitatem verbi, vel rei, quam novit*, &c. *quoniam Israelitæ maledicunt filiis ejus*, &c[l]. [Locum hunc variè reddunt.] *Ob iniquitatem, quam novit, quòd turpiter sibi egerunt filii ejus*, P. Genevensis & alii in Di. *Propter iniquitatem quam novit* (vel, *quam ipse non ignoravit*, Ti.) *quia contemnebant seipsos filii ejus*, P. (vel, *quia filii ejus maledictos se vel viles fecerunt*, Ang. sim. Belg. vel, *quoniam maledicentes Deum filii ejus*, ό. vel, *quia maledictionem sibi inferentibus filiis suis, non tamen repressit eos*, JT.) At sic dicendum fuerat, בְּעָוֹן אֲשֶׁר יָדַע in forma absoluta. At בַּעֲוֹן, in forma constructa, indicat vertendum, *ob iniquitatem, quòd noverat filios suos turpiter agere*, &c[m]. Verto, *propter iniquitatem hanc quòd novit contemptum sibi creare filios suos*, Pi. Potest tamen quoque verti, *Ob iniquitatem ejus rei, quam novit, quòd turpiter egerint filii sui*. Atque hoc meliùs convenit cum Reviah supra יָדַע; & cum אֲשֶׁר; quod tum propriam pronominis significationem retinet[n]. *In peccatis quæ cognovit; quoniam provocantes sibi filii ejus*, Jon. *Propter crimen quod commiserunt filii ejus; qui populum dehonestârunt*, Ar. sim. Sy. Priùs scriptum erat apud Hebræos, כִּי מְקַלְלִים לִי *contemnebant enim me*: i. e. anteponebant honorem suum, & propriam utilitatem honori meo. Sed quia hoc durum erat, & nimium detrahens honori Dei: correxerunt illud scriptores Hebræi, & scripserunt לָהֶם pro לִי, ut vertit noster interpres[o]: ό legerunt לִי, (vertunt enim ὅτι κακολογοῦντες τὸν Θεὸν[*].) Hic locus unus est ex iis 18, in quibus תִּקּוּן סוֹפְרִים *correctio scribarum*. Fortè τὸ *sibi* (in *maledicentibus sibi*) redundat; ut cum dicimus, *Vade tibi*, *Faciamus nobis*, &c. R. Levi sic, *Quia Israelitæ vilipendebant eos, videlicet filios ejus, propter ea quæ suprà sunt memorata*. Fortè, *quia vilipendebant eos* (Israelitas) *filii ejus*. Nam & Deum vilipendebant, & etiam populum offerentem, cum eos cogerent dare hostiam non coctam[p]. Alii referunt לָהֶם ad ceremonias, quas filii Eli despicabiles faciebant coram populo. Et quidam exponunt מְקַלְלִים in neutro genere; pro *Contemptores harum rerum*[q]. Al. *quia maledicebant propter eas* (i.e. iniquitates) *filiis ejus*. i. e. Quia omnes execrabantur filios ejus propter eorum iniquitates. Al. *Quia blasphemantes eis filii ejus*: i. e. Quia filii ejus blasphemabant; h. e. irrogabant ignominiam magnam, quasi blasphemiam, sacerdotibus omnibus; in sacrilegiis, quæ admittebant circa victimas. Suis sacrilegiis traducebant Sacerdotale nomen & officium[r]. Dicuntur hi *maledixisse sibi*, ut significaret eos peccatis suis, non tam Deo, quàm sibimetipsis nocuisse, Deum maledicendo & contemnendo[s]. ¶ *Et non corripuerit eos*, וְלֹא כִהָה בָּם] *Et non vetuit in eos*, Mo. *Non monebat eos*, ό. *Non objurgavit*, Sy. *Non prohibuit eos*, P. M. vel, *in iis*, Jon. *Non mœrore eos affecit*, Ti. *Nunquam severo vultu aspectúque eos conterruit*, Strig. *Non contraxit rugas* (sive *frontem*, Os.) *in eos*, Belg. Di. i. e. Non fuit satis in eos morosus; non satìs objurgavit eos[t]. Sed fateor me non videre quid desideretur ad maximè seriam objurgationem in illo sermone, 1 Sam. 2. 23, 24, 25. Quare sic sentio, vocem כִּהָה non denotare *corrugationem* frontis Eli; sed *constrictionem* illam, quâ *facto* compescere, & reprimere debuerat eos; & pœnis gravioribus vindicare delicta tam atrocia; neque, vel vitæ ipsorum parcere, ut à sacris functionibus essent exclusissimi[v]. *Non compescuit eos*, Ar. Ang. *Non repressit eos*, JT. Pi. Eâ severitate & modis quibus debuit, pro auctoritate patris, sacerdotis, ac judicis; ac pro scelerum magnitudine[x]. [Vide quæ priùs dicta ad cap. 2. 23. &c]

14. *Idcircò juravi*] Qu. Quando juravit? Resp. Non legitur hoc in illa prædictione, cap. 2. Factum tamen fuit. Novum non est in scriptura, ut ex posterioribus locis suppleantur, quæ in prioribus omittuntur[y]. ¶ *Quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis*, &c. אִם יִתְכַּפֵּר וגו׳] *Si expiabitur*, Mo. P. Nè vivam, *si expiabitur*, JT. D. *Non condonabitur*, Jon. in V. *Quòd non sit expianda*, Ti. M. sim. Sy. Sed quomodo hoc verum; cùm sacrificia secundùm externas ceremonias nullum peccatum expiare poterant; at secundùm internos & debitos affectus omnia poterant expiare? Resp. 1. Non juravit Deus illa sic *non posse expiari*; sed tantùm *non expianda*[z]. 2. Non loquitur hîc de culpa; Sed de pœna temporali[a]. Si quis ex eis veram pœnitentiam egisset, minimè dubitem, illi dandam peccatorum condonationem; quamvis hanc crucem nullo modo à se depellere potuit[b]. Novum non est *iniquitatem* poni pro pœnis; ut patet Gen. 15. 16. Levit. 24. 15. Psal. 7. 14. Zach. 14. 19. Mal. 2. 16. Porrò, multi, expiatis culpis, in hac vita pœnas nihilominùs subierunt; ut patet in Moyse, Davide, Josia[c]. Non ergò exclusi à venia peccatorum erant omnes posteri Heli, & æternis illigati suppliciis; sed hoc supplicium erat Sacerdotii privatio; usus autem est *expiationis* verbo, quia illud exauctoramentum dignitatis, erat macula quædam moralis, quæ Heli familiæ penitùs inhæserat; quæ expiari nullo modo poterat, nisi Sacerdotio restituto[d]. 3. Alii dicunt peccatum hoc expiari potuisse, non quidem sacrificiis; sed precibus & eleemosynis; quibus rebus multò plus tribuit Deus quàm sacrificiis[e]. 4. Simplicissimus sensus est; Deum hîc declarare, sibi non posse fucum externâ ullâ specie fieri; nè sibi ipsi Heli aut filii imponant, quasi, quòd populum Deo reconciliarent, multò magis sibi essent ipsum reconciliaturi. At inutile hoc fore Deus pronuntiat[f]. Filii Heli, putantes Deum per sacrificia placandum esse, multa sacrificia impenderent; sed quia illa essent frustratoria, & non accepta Deo, arcet eos ab his; sicut factum Isa. 1. *Nè offeratis ultrà sacrificium*, &c[g]. Ex hoc intelligitur quàm grave peccatum sit omissio debitæ correptionis; Nam corripuerat quidem eos, sed lentè & remissè[h]. ¶ *Victimis & muneribus*] *Victima* cruenta erat; *munus* incruentum[i]: *Victima* de animalibus; *munera* de non viventibus[k].

15. *Dormivit*, וַיִּשְׁכַּב] Mallem, *cubavit*. Nam credibile non est optimum discipulum, auditis tot suppliciis in caput sui magistri devolvendis, *dormire* potuisse[l]. ¶ *Aperuítque ostia domûs*] Id est, atrii; ut Israelitis adoraturis paterent[m]. *Aperuit*; de more suo scilicet[n]. Post divinum colloquium non intumuit; sed ut solebat anteà, diligens in officio extitit, se modestè atque submissè gerendo. Porrò, munus erat Levitarum, ut æditui essent; fores Tabernaculi, h. e. atrii, aperiendo & clau-

[b] Ma. ex Jun. [c] Mend. [d] Mend. [e] V. [f] V. [g] San. [h] Pi. [i] Mend. [k] Mend. [l] M. [m] Di. [n] Di. [o] V. [*] G. [p] D. [q] M.

[r] Ma. [s] Mend. [t] Di. [v] Cloppenb. in Collat. in L. de Dieu. p. 3993. Critic. [x] Pi. ex Jun. [y] Mend. [z] Mend. [a] Mend. sim. Os. Belg. E. [b] Mart. [c] Mend. [d] San. [e] He. in Mart. [f] Calv. [g] To. [h] F. [i] D. [k] To. [l] Mend. sim. San. Me. [m] Pi. ex Jun. Ma. [n] V.

claudendo [o]. ¶ *Timebat indicare—visionem Heli*] Pudore, siquidem, ac modestiâ impeditus [p]; propter dignitatem atque ætatem Heli; propter suam etiam & humilitatem & ætatem [q]. Impii exultant, quoties aliquid nunciare possunt, quod alteri ægrè faciat. Pii autem flent cum flentibus [r]. Qu. Num peccavit Samuel tacendo? Resp. 1. Q. affirmant; Nam, 1. Prophetiæ idcircò dantur, ut aliorum saluti conducant. 2. Si veremur, nè cui displiceamus, correptio fraterna prorsùs è medio tolletur [s]. Ad Sacerdotem, in sua ignavia torpentem, excitandum, monitione opus esse, ipsa naturalis charitas dictabat [t]. Resp. 2. Alii negant. 1. Nec scriptura, nec Patres eum condemnant. 2. Non præcepit Deus Samueli, ut hoc Eli indicaret. 3. Exiguo tantùm tempore tacuit, dum commodam admonendi occasionem captabat [v].

16. *Vocavit Samuelem,* אֶת־שְׁמוּאֵל] Suprà v. 4. אֶל־שְׁמוּאֵל, *ad Samuelem.* Notavi ad Psal. 2. אֶל aliquando pro אֶת poni [x].

17. *Quis est sermo, quem locutus est Dominus?* דִּבֶּר] *Locutus est*, sub. vel, *Dominus*, Sy. Ar. Pi. vel, *Is qui vocavit te hac nocte*, V. ¶ *Hæc faciat tibi Deus*, &c.] Heb. *Sic faciat tibi*, &c. P. V. Formula est adjurandi & obtestandi Hebræis; q. d. Ità te tractet ut me erat tractaturus, quin graviùs puniat, si me celes [y]. Ἐξορκισμὸς, sive, Latinorum sensu, obsecratio. Vide Jud. 17. 2. Ruth 1. 17 [z].

18. *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat*] Quidam hoc in malam partem accipiunt. q. d. Dominus quod bonum est in oculis suis faciat; Ego verò filiis meis molestiam inferre non possum; Ità S. Ephrem. Gregor. & Rupertus [a]. Sed rectiùs alii plures in bonam partem accipiunt [b]. Dignum Sacerdote & viro religioso responsum: se & sua Deo subjicit, & ab eo omnia æquo fert animo [c]. Dum pœnæ se offert, culpam fatetur. Dices, culpam non emendavit filios castigando [d]. Resp. Non poterat, quia senex erat & debilis [e], magísque timidus, quàm timendus; & filii jam effrænes; & tempus ad correctionem faciendam ante mortem perangustum. Heli & bonitatem, & potestatem Deo ultori tribuit; & proinde obedientiam suam profitetur [f]. Magnam exprimit patientiam, magnúmque cum voluntate divina consensum [g]. Non expostulavit cum Deo, sed humiliter concordavit [h]. Modestè tulit senex à puero reprehendi [i]. Patres putant hæc verba senis ad veram conversionem & resipiscentiam pertinere. Quod quidem probabile est; sed non necessarium. Confessio hæc præclara est divinæ potentiæ, & justitiæ. Impii scelera sua excusare solent, & quandoque Deum accusare [k].

19. *Crevit autem Samuel*] i. e. Ut staturâ promovit, ita gratiâ & favore Dei [l]. Item apud homines opinione sanctitatis eximiæ [m]. ¶ *Et Dominus erat cum eo*] Illi favens, & eum donis suis augens [n] ¶ *Et non cecidit ex omnibus verbis ejus in terram,* וְלֹא הִפִּיל מִכָּל־דְּבָרָיו אָרְצָה] *Et non cadere fecit* (vel, *cadere permisit*, Ang Belg. sim. JT. vel *abjecit*, sive *projecit*, M. Ti.) *ex omnibus verbis ejus in terram*, Mo. P. V. [Totum versum quidem sic reddunt; *Sentiens itaque Samuel, quòd Dominus secum esset*; Sy. Ar. *nullum projecit ex omnibus verbis ejus in terram*, Sy. *Non torpescebat, neque rem ullam negligebat, ex iis quas præcipiebat ei Dominus*, Ar.] Sic Esth. 6. 10. *Nè cadat ad terram ullum verbum*; i. e. nihil omittas. οὐ χαμαὶ πεσεῖται ὅτι ἂν εἴπῃς. (*Non cadet in terram quicquid dixeris.*) Plato *. Ità Livel. Sensus loci est; Quicquid dixit, aut prædixit, evenit; nihil irritum fuit [o]. *Ex omnibus verbis ejus*, nempe Samuelis; vel, ut alii malunt, *Dei*; nullum fuit, quod non opere compleretur [q]. Nullum verbum protulit Samuel, quod esset vanum & inane. Alii referunt ad Deum, *Non permisit ut ullum verbum suum irritum fieret* [r]. *Projicere in terram* idem est, quod, *Otiosum proferre verbum, & quod nullum profert fructum*; vel *irritum facere verbum* [s]. Hebraismus est, & alibi usurpatus; Jos. 21. 45. *Non cecidit verbum*, &c. 1 Reg. 8. 56 & 2 Reg. 10. 10. & Luc. 16. 17 [t]. Sic, Cicero, in hanc fortasse sententiam, dixit; lib. 9. epist. ult. *Se loqui quod in solum cadat* [v]. Metaphora autem desumpta est; vel, 1. A semine, cui sato benedixit Deus [x]. Sed tunc dixisset, *Non cecidit frustrà in terram*; Semina

[o] Mart. [p] Mart. [q] Mend. [r] Mart. [s] Mart. [t] Q. in Mend. [v] Mend. [x] D. [y] V. ex M. [z] G. [a] La. [b] Ità Mend. ex Theod. & Procop. La. San. [c] San. [d] Mend. [e] L. [f] Mend. [g] Mend. annot. 6. in innit. [h] Ibid. §. 2. [i] Ib. §. 3. [k] Mart. [l] V. [m] San. [n] Me. * Ga. [o] D. sim. San. La. Mend. V. M. Me. [q] Mend. [r] V. [s] M. Mend. [t] [v] San. [x] Jun.

enim in terram cadunt: At horum verborum nihil cecidit in terram [y]. Vel, 2, A gladiatoribus, aut militibus; qui id agunt in suo militari, aut gymnico congressu, nè qua sit irrita, aut malè destinata petitio; nè hasta, videlicèt, quæ hostile corpus configere debuit, ab illo deerrans in terram defigeretur [z]: Vel, 3. A liquidis; quæ si effundantur in terram, pereunt; aut ab ædificiis collapsis [a]; in quibus multa diffluunt, dissipantur, franguntur [b]. Porrò, *cadere in terram* dicitur, quod perit & aboletur; ut Matt. 10. 29. *Passer non cadit in terram* [c].

20. *A Dan usque Bersabee*] i. e. per totam terram; quæ hîc describitur è sua longitudine; h. e. è termino septentrionali; (is erat Dan.) & meridionali; (qui fuit Bersabee [d].) ¶ *Quòd fidelis Samuel Propheta esset Domini*, כִּי נֶאֱמָן שְׁמוּאֵל לְנָבִיא לַיהוָה] *Quia fidelis Samuel in prophetam Domino*, Mo. 6. i. e. ut esset Propheta, D. *Quod fidelis esset Samuel propheta Jehovæ*, P. sim. Ti. vel, *in verbis propheticis Domini*, Jon. in D. His, לְ, in לְנָבִיא redundat; ut in, *tertius* לְאַבְשָׁלוֹם *Absalom*. Huc pertinet, quod sequitur in ed. Rom. ἐπιστεύθη Σαμουὴλ εἰς προφήτην γενέσθαι τῷ Κυρίῳ, *Creditus est in Prophetam fieri Domino*. Nam est interpretamentum alicujus ex antiquis interpretibus; Symmachi fortè [e]. *Quòd fidelis Samuel pro Probeta Domini*, M. *Commissum fuisse Samuelem Dei Prophetam*, Sy. *Quòd Samuel à Domino constitutus fuisset Propheta*, Ar. *Quòd fidelis esset*, &c. i. e. Quod aptus esset ac idoneus; qui aliquando evaderet in Prophetam [f]. *Samuelem fidelem* fuisse (vel *fidelem habitum*, sive *inventum fuisse*, Q. in Belg.) *ut esset Propheta*, Ang. in Marg. *Samuelem stabilitum esse Prophetam Jehovæ*, JT. Belg. Ang D. vel à *Domino*, D. Græci, πιστὸν, quod *fidum* sign. quinetiam *firmum & stabilem*. Non enim erat Propheta ad tempus tantùm. Sic domus נֶאֱמָן *firma* [g]. *Samuelem certò esse Jovæ vatem*, Ca. Sed quo pacto Israel hoc cognovit? Resp. 1. Ex prædictione facta, sive à Samuele, sive ab Eli; qui quidem ea omnia, quæ à Deo audiverat, ipso Deo instigante, omnibus prædicebat; ut à peccatis abstinerent, & se ad futura supplicia, expiatis criminibus, præpararent. 2. Ex eventu rerum prædictarum; Unde, per anticipationem, ut putat Abulensis, dicuntur hoc loco cognovisse, quod posteà, cùm tandem accidit, cognoverunt [h]. Prophetiam, impietate illorum temporum extrusam, restituit Deus; primò ad prædicendam ruinam; deinde, ad dirigendam rerum instaurationem: Ità supplere voluit Deus defectum Urim & Thummim, quæ cum Arca statim perdenda erant *.

21. *Et addidit Dominus ut appareret in Siloh*] LXX. addunt, *ei*. scil. *Samueli* [i]. Hebraismus est; q d. Iterum apparuit [k]. ¶ *Quoniam revelatus fuerat*, &c. כִּי נִגְלָה וגו׳] *Quoniam* vel *nam manifestaverat se* (*revelatus est*, M. Ti. sim. Belg Ang.) *Dominus ad Samuel in Siloh*, M. Jon. P. q. d. quia Dominus cœperat apparere Samueli in Silo; hinc, eidem ibidem apparere perrexit *. Deus enim est constans; ideóque constanter sua cœpta promovet & prosequitur: Quare unius beneficii à Deo collatio, est ratio & stimulus alterius conferendi. Secùs fit apud homines; qui, cum sint arctæ mentis, cùm unum beneficium dederint, alterum negant [l]. Vel, *quoniam*, ponitur pro, *sicut*; q. d. Ità apparuit Dominus iterum Samueli, sicut paulò ante apparuerat [m]. Sicut primò ei apparuit in Silo, sic secundò eo in loco apparuit ei †. Alii sic, Pergebat Jehova apparere, &c. *postquam revelâsset se*; i. e. postquàm cœpisset revelare se suprà, v. 7 [n]. Synecdoche generis, qualis Gen. 5. 32 [o]. Verba namque completiva inchoativè sæpe intelligenda sunt; ut *genuit*, pro *gignere cœpit*; Gen 5. 32. & 11. 26. Sic 2 Sam. 2. 10. *cùm regnaret*; i. e. regnare inciperet [p]. Et כִּי hîc, sumitur pro, *quum*, *postquam*; ut alibi fit; Sic 2 Sam. 7. 1. כִּי *Quum habitaret* Rex, &c. pro quo in 1 Paral. 17. 1. habetur כַּאֲשֶׁר *cùm*, seu *postquàm*. Sic Prov. 23. 22. כִּי *Cùm consenuit* [q]. Hæc autem adjecta videntur ex opposito eorum quæ suprà dicta sunt, v. 1 [r]. *Juxta verbum Domini*, בִּדְבַר יְהוָה] *In verbo*, vel *sermone*, *Domini*, Mo. P. Jon. JT. vel *per sermonem*, sive *verbum Domini*, Pi. D. Belg. Ang. Antecedens pro relativo; vel Nomen loco pronominis [s]. Pro, *cum verbo suo*, V. Vel *per sermonem suum*, Pi.

[y] D. [z] San. [a] V. La. sim. Pi. [b] La. [c] D. [d] Pi. D. [e] D. [f] V. [g] D. [h] Mend. * Li. [i] La. Ità V. [k] Mend. P. * La. San. [l] La. sim. Mend. [m] Mend. † M. [n] Jun. Pi. Glas. [o] Pi. [p] Glas. Gram. p. 23. [q] Glas. gram. p. 441. [r] Ma. [s] V. D. Pi. Glas.

Similia, *dixit Dominus, ascende ad Dominum*; i e. ad me. *Perdes eos de sub cœlis Domini*, i. e. tuis [t]. Sic 1 Sam. 15. 22. & 2 Chron. 7. 2. & Levit. 14. 15. *Accipiet Sacerdos —— & infundet in manum Sacerdotis* [v]. Sed quid sibi vult hæc phrasis? vel, Quodnam est hoc verbum? Resp. 1. Christus Jesus: qui, superioribus quidem temporibus, *Angelus Jehovæ* dictus est; deinceps verò, prout succedente tempore se patefecit clariùs, *sermo Jehovæ* appellatur; ut 2 Sam. 7. 21. atque huc respexit illa distinctio quâ auctor usus est suprà. v. 1 [x]. 2. Quidam sermonem intelligunt, de quo suprà [y]. *Cum verbo suo*, h. e. annuntians illi arcana quædam [z]. q. d. manifestavit se ei, ut solet aliis Prophetis; revelando illi arcana sua [a]. Revelavit se ei per somnia & visiones; itemque colloquendo cum eo; quod raro anteà fiebat [b]. Verbo duntaxat; nullâ autem specie sensibili corporis exhibitâ [c]. 3. Alii intelligunt de sermone, quem Samuel postea habuit ad Israelitas, de bello, scil. contra Philistæos suscipiendo. Videndus R. D. [qui & Kimhi] [d]. *Cùm verbo suo*, præcipiens Samueli quædam quæ diceret Israeli [e].

[t] D. [v] Glass. gram. p. 198. [x] Jun. [y] D. [z] V. [a] Mend. ex Sà. & Mar. [b] Belg. [c] Me. ex San. [d] D. [e] V.

CAP. IV.

1. ET *evenit sermo Samuelis universo Israeli*, [וַיְהִי דְבַר שְׁמוּאֵל לְכָל יִשְׂרָאֵל] His verbis caput antecedens claudunt Vulgat. & Chald [f]. [Sed Chald. perperam allegatur, qui iis verbis caput quartum inchoat; Sy. tamen & Ar. ità collocant.] Vertunt, *Et fuit verbum Samuelis omni Israeli*, Mo. sim. M. P. Ti. Sy. Vel, *& factum est verbum*, &c. i. e. concionatus est ad universum populum, hortatúsque ad agendam pœnitentiam [g]. *Fuit verbum*, &c. Præcepit Dominus per Samuelem filiis Israel, (Dominum de hac re consulentibus [h]) ut procederent contra Philistim; ut sic pro peccatis punirentur [i]. Mox dixit eis Samuel, quæ audierat à Domino; nempe de resistendo Palæstinis, & suscipiendâ adversùs eos expeditione [k]. Hinc quæstio v. 3. *Cur percussit*, &c? q. d. Cùm nos hanc expeditionem sumpserimus, Deo ità jubente, cur nos jam affligit [l]? Sæpe Deus ad pugnandum inducit, quos patitur in ipsa pugna superari; ut Jud. 20. Alii, *factum est verbum*, h. e. prolatum à Samuele; fore ut populus à Pelistæis vinceretur. Id si verum, & Samueli prædicenti Israel non acquievit; meritò perfidiæ suæ pœnas dedit [m]. [Alii verba aliter vertunt,] *Et creditus est Samuel Propheta esse Domino, in omnem Israel*, ὁ. *Et fuit verbum Samuelis notum omni Israeli*, Sy. *Factúsque est sermo Samuelis fide dignus apud omnes Israelitas*, Ar. Alii, *Evenit sermo Samuelis*, &c. JT. Pi. D. *Fuit* pro *evenit*, ut Gen. 24. 15. & 41. 13 [n]. *Evenit sermo Samuelis toti Israeli, quum egressi Israelitæ*, &c. JT. *Sermo*; nempe ille qui narratus fuit, cap. 3. v. 11. &c [o]. Nam mala denunciârat non tantùm domui Heli: sed etiam Israeli, 3. 11. &c [p]. q. d. Quæcunque Samuel prædixerat & domui Eli, & Israelitis, reipsâ evenerunt quando egressi sunt Israelitæ in bellum, &c [q]. ¶ *Et factum est in diebus illis*] Nè intelligas (cum Abulensi & Serar.) dies proximè sequentes; sed post 18. vel 28. annos post illam Prophetiam, quæ contigit, Samuele duodenne. Hoc autem bellum, in quo Heli mortuus fuerit, factum est, Samuele 30, vel 40 annum agente [r]. Nam mortuo Heli illicò successit Samuel in præfecturam populi. Erat ergò grandior, & maturæ ætatis [s]. ¶ *Convenerunt Philisthiim in prælium*] Belli causa erat; Vel, 1. Quia vel Philistæi majora tributa imperabant; vel Israelitæ debita non solvebant. 2. Vel, ob stragem à Samsone editam; quam injuriam, quò diutiùs dissimulârunt, eò nunc atrociùs vindicant. 3 Deus videtur Philistæos armâsse, & impulisse [t]. Certè mirabile fuit Dei consilium, unâ eademque operâ, pœnas, de omnibus expetere; de ipso inquam, Eli, ejusque liberis; de Israelitis, & de Palæstinis [v]. ¶ *Et castrametatus est juxta lapidem adjutorii*, [עַל הָאֶבֶן הָעֵזֶר] *Juxta* (vel *super*, ὁ.) *Aben Ezer*, P. Ti. *Ad illum* locum qui dicitur *Eben Hezer*, JT. Malim, apud *Eben Ezer*. neque enim ulla hìc in Hebræo ellipsis est. Et *Eben Hezer* non est nomen loci, sed lapidis, v. 7, 11 [x]. *Super* (vel *prope*, Sy. vel *juxta*, D. vel *ad*, M.) *lapidem adjutorii*, vel *auxilii*, Jon. Sy. Ar. D. Pi. Ità dicitur per prolepsin, sive anticipationem; ex eventu postea secuto, cap. 7. 12 [y]. Nam nunc potiùs erat *lapis offensionis*, vel *cladis*. Notandum hìc, 1. עַל *Super* poni pro *juxta*. 2. Tò ה in הָאֶבֶן παρέλκειν, (i. e. redundare.) Et est simile, הָאֶבֶן הַבְּדִיל quod tamen potest reddi, *lapis stannum*, (i. e. stanneus.) Qualia sunt in Latio; *ventus turbo*; *Petra pumex*, &c. Et in textu sacro, *Munus simila*; *Coma crinis*. Sic fortè, *lapis auxilium*, pro *auxilii* [z]. ¶ *In Aphec*] *Aphec* duplex erat; 1. In sorte Judæ, Jos. 15. 53. 2. In sorte Aser, Jos. 19. 30 [a]. De priori hìc agitur [b]. Nam in sorte Judæ Philistini morabantur [c].

[f] Mend. [g] Osiand. [h] He. in V. [i] M. [k] V. [l] He. in V. [m] Mend. [n] Ma. D. [o] Pi. [p] Jun. [q] Ma. [r] Mend. La. [s] La. [t] Mend. [v] Mart. [x] Pi.

2. *Et instruxerunt aciem.* Ità Sy. Ar. M. P. Ti. [וַיַּעַרְכוּ] *Et instruxerunt. Instruere*, absolutè ponitur pro *instruere aciem*, aut *prælium*. Sic *ponere*, pro *ponere castra*; quod poeta dixit *tendere*, —— *hìc sævus tendebat Achilles*, pro *tendebat castra* [d]. *Ordinaverunt se*, Mo. *Ordinaverunt prælium*, aut *pugnam*, Jon. in D. παρατάσσονται εἰς πόλεμον (*ordinantur ad bellum*) ὁ. ¶ *Inito autem certamine*, [וַתִּטֹּשׁ הַמִּלְחָמָה] Variè reddunt. *Quum consereretur prælium*, JT. Heb. *extenderetur*, vel *explicaretur*, Jun. Pi. D. *Initoque prælio*, M. sim. Sy. Ar. *Et diffusum est* (*expandit sese*, P. *explicavit*, vel *dilatavit*, vel *diffudit sese*, V. *inclinavit*, ὁ.) *prælium*, Mo. i. e. Cæperunt dilatare sese milites ipsi [e]. Sic fieri solet cùm acies congrediuntur [f]. Quum cæpissent sese dilatare & explicare milites [g]. q. d. Cæperunt, non quidem præliari, sed expandi ad præliandum. Unde mira colligitur fuisse ignavia Hebræorum, qui quasi ante pugnam fugam adornârunt. Concidit illa [pristina Israelitarum] pugnandi audacia, postquam hæc vivendi licentia adolevit. Terrore suo exanimavit eos Deus [h]. Al. *Et extensa est pugna*; i. e. longè latéque pugnabatur [i]. *Dilatatum est prælium*, i. e. longè duravit, diu multúmque pugnatum est [k]. ¶ *Terga vertit*, [וַיִּנָּגֶף] *Cæsúsque*, vel *percussus est*, P. V. *Plagâ affectus est*, JT. ¶ *Et cæsa sunt in illo certamine*, [בַּמַּעֲרָכָה בַּשָּׂדֶה] *In acie* (*ordine*, Mo.) *in agro*, ὁ. Jon. Sy. P. vel *per campum*, M. Ti. *Ipso conflictu, in eodem agro*, JT. sive, *in illo agro*, Pi. *In instructione acierum*, &c. à עָרַךְ *aciem instruo* [l]. *In bello cùm instructæ essent acies*, Ar. Rectiùs, *de acie, quæ instructa fuerat in agro*, Os.

3. *Majores natu*] Heb. *Seniores*, V. Quibus plerúmque deferebatur munus rei tum sacræ, & politicæ; tum etiam bellicæ administrandæ [m]. ¶ *Quare percussit nos Dominus hodie coram Philistiim*, [לִפְנֵי וגו׳] *Ad facies*, seu *in conspectu Philistæorum*; i. e. per eos; sive operâ eorum. Hebraismus. Sic Levit. 26. 7. *Corruent coram vobis*; h. e. vestris armis; & v. 17. Sic Deut. 2. 22. & 28. 7, 25. & 2 Sam. 18. 7. *Cæsus est —— coram servis David*; i. e. per servos, &c. 1 Reg. 8. 33 [n]. Prudenter conjectant non ab hominibus, sed ab irato Deo illatam esse cladem [o]. De hoc autem mirabantur. Admirationis causæ erant; 1. Quòd Deo auctore, suasoreque Samuele ad bellandum prodiissent. Simili de causa admirabantur & Moses, Exod. 32. 11, 12. & Joshua. c. 7. 7. & illi, Jud. 20. 2. Quia solos Heli, & ejus filios, hìc intactos, pœnarum reos existimabant: Et quamvis multa & maxima haberent peccata; nulla tamen in seipsis agnoscebant punitione digna; Tanta iis inerat cæca arrogantia. Qu. Sed cur tam graviter eos punivit Deus? Resp. 1. Ob peccata Heli & filiorum. Potest enim Deus punire Principum peccata in subditis; ut 2 Par. 28. 19. 2. Quòd populus peccatis principum consensit, eosque imitabatur; suprà 2. 24 [p]. ¶ *Afferamus ad nos de Silo Arcam*] Mittamus in Silo qui adducant huc *Arcam fœderis*, &c [q]. Sic dicta erat Arca, quia in ea erant tabulæ fœderis, tam fractæ, quàm integræ [r]. Ut homines gravitate ferulæ attoniti loquuntur; sed vacui conscientiâ peccati & indignitatis suæ, cùm Arcam afferri jubent [s]. Paralogismum committunt à non causa, ut causa; qui perniciosus est in practicis consiliis. Victos se putant, quòd Arca non adfuerit. De pœnitentia verò neglecta, de moribus corruptis, de cultu Dei vitiato, nequaquam venit in mentem [t]. Non purgati à peccatis suis frustra spem in Deo collocant [v]. Confidentia Israelitarum, licèt in Deo collocata, vitiosa erat duplici nomine: 1. Quod ista confidentia excluderet

[y] V. ex M. Ità omnes [z] D. [a] Mend. [b] Mend. Jun. Pi. Ma. [c] Mend. [d] D. [e] V. [f] D. [g] Tig. not. [h] Mend. [i] Os. Qu. in Ma. [k] Al. in Ma. [l] D. [m] Mend. [n] Mend. [o] San. sim. Mend. Ca. [p] Mend. [q] V. [r] D. [s] Jun. Pi. Ma. [t] Mart. [v] G.

ret eorum cooperationem. Nullam humanam industriam adhibebant, ut fractas exercitûs vires resarcirent; sed in eodem rerum statu, quem habebant, de reditu ad bellum cogitabant; quod non est in Deo sperare; sed Deum tentare. Non sic fecerunt Jacobus, Gen. 32.28. vel, Moses, Num. 10.31. vel Josua, 6. 7. vel Gideon, Jud. 7. vel Asa, 2 Par. 14. 2. Quia suis peccatis pertinaciter adhærentes, de divina misericordia nimis confidebant; & ex divina bonitate audaciam peccandi sumpserunt. Porrò, in hanc sententiam, de afferenda Arca in prælium, induci potuerunt; quia meminerunt Arcæ præsentiam fuisse olim causam triumphorum; absentiam, ruinarum. Vide Num. 10. 35. & 14. 44. & 31 6. (ubi per vasa sancta Hebræi Arcam intelligunt) Jos. 6. 4. 1 Sam. 14. 18. 2 Sam. 11. 11. collat. cum 12. 26. ¶ *Et veniat in medium nostri*] Arcam in corde castrorum locandam statuebant; quia hic locus erat, vel, 1. nobilior; vel 2. tutior ac munitior; vel 3. accommodatior; ut posset & ab omnibus adiri, & defendere adeuntes [x].

4. *Misit ergò populus*] Qui v. 3. seniores, hîc *populus* dicuntur. Plebs, & populus, ità distinguuntur; ut hæc semper pro ignobilibus; ille etiam pro nobilibus accipiatur: De quo, vide ad 1 Sam. 6. 19 [y]. ¶ *Et tulerunt inde Arcam*] Qu. 1. An licuerit Israelitis Arcam è Tabernaculo efferre? Resp. Licuit; non quidem de lege ordinaria; sed tantùm ex interpretatione legis in casu necessitatis; quam colligere poterant ex eo exemplo, Jos. 6. 4. &c [z]. Verùm Josue hoc semel duntaxat fecit, idque jussu Dei; unde non sequitur idem licuisse populo facere, suo arbitratu. Arca non idcirco fuit elaborata, ut quoties Hebræi pugnaturi essent in castra deferretur: sed ut monumentum esset benevolentiæ ac præsentis auxilii Dei; & ut oracula inde peterentur: utque illâ confirmaretur offerentium & precantium fides [*]. Qu. 2. Quomodo licuerit Sacerdoti summo ingredi Sanctuarium ad exportandum Arcam; cùm id semel tantùm faciendum erat, Heb. 9. 7? Resp. Illud intelligendum de ingressu publico & solenni; & cum sanguine; non item de privato & secreto ingressu, ad locum emundandum, &c. Deinde adhibenda hîc erat aliqua legis interpretatio. Porrò, Heli Pontifex ingressus est sanctuarium, si non suâ sponte, saltem totius populi precibus adductus. Levitæ, vel potiùs Sacerdotes eam portabant [b]. ¶ *Domini exercituum*] Cùm ergo talis sit; roborare potest suos, & debilitare hostes [c]. ¶ *Sedentis super Cherubim*] Ità ό. in Di. Sy. M. P. *Cujus majestas habitabat super Cherubim*, Jon. in Di. Verùm nusquam dicitur Deus sedisse super Cherubim. Arca vocatur scabellum pedum ejus, Psal. 99. 5. & alibi. Sedes, nec ipsi erant Cherubini; nec spatium suprà eos; sed vacuum illud intra ipsorum alas; ut satìs patet ex Exod. 25. 22. & Num. 7. 89 [d]. [יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים] *Sedentis inter Cherubim*, Ti. Sed phrasis Hebræa, non satìs fert illud *inter*. Quidni vertatur, *habitantis Cherubinos*? (ut יוֹשֵׁב אוֹהֶל *habitans tentorium*; Gen. 4. 20. יֹשֵׁב אֶרֶץ *habitans terram*; Gen. 50. 11. *habitans montana*; Jud. 1. 9. *habitans Sionem*; Psal. 9. 11.) Nam Deum in medio eorum sedentem tugurii instar sunt complexi [e]. *Insidentis Cherubim*, Mo. JT. Pi. D. à quibus responsa dabat; Num. 7. 89 [f]. Qu. Quorsum hujus mentio fit hoc loco? Resp. 1. Ut significaretur acerba jactura Arcæ, non quidem solius, sed cum propitiatorio & Cherubinis. 2. Ut vana populi confidentia notaretur [g]. ¶ *Erant duo filii Eli cum Arca*] Deus istos ad supplicium extrahit. Non oportuit Arcam eorum temeritati committere: Sed hoc peccato Deus abuti voluit, quò de aliis eorum sceleribus pœnas sumeret [h]. His præcipua cura Arcæ tuendæ, & custodiendæ, incumbebat. Et refert Jo. Antiq. 5. 16. Heli eis præcepisse, nè ad eum sine Arca ex prælio redirent [i].

5. *Vociferatus est omnis Israel*] 1. Ut lætitiam testarentur. 2. Ut se ad prælium excitarent. 3. Ut hostes perterrerent. Romani solebant cum ingenti strepitu pugnas exordiri [k]. ¶ *Et personuit terra*] Ità P. JT. Ar. sim. ό. Jon. Pi [וַתֵּהֹם הָאָרֶץ] *Ità ut terra tremeret*, Ti. V. Ar. *perstreperet*, JT. *moveretur*, M.

6. *Quænam est hæc vox, &c.*] En quid faciat militaris clamor ante pugnam; monet hostes, ut deliberent, & provideant [l].

[x] Mend. [y] Mend. [z] Mend. sim. Me. E. [*] Mart. [b] Mend. [c] K. in D. [d] Di. [e] Di. [f] D. [g] Mend. [h] Mart. [i] Mend. [k] Mend. [l] Mend.

7. *Timueruntque Philisthiim, dicentes*, [כִּי אָמְרוּ] *Quum dicerent*, Pi. *Retulerunt enim* sub. *exploratores*. i. e. Cœperunt timere Palæstini, audientes exploratores dicentes, *Venit Dominus*, &c [m]. ¶ *Venit Deus*] Arcam *Deum* vocant, vel, quia Arca erat quasi solium Dei; vel putabant hi idololatræ Arcam esse Deum, sive idolum Hebræorum; vel existimabant Dei virtutem Arcæ inclusam fuisse [n]. Philistini corporalem motum & membra Deo tribuebant falso intellectu; licèt phrasis illa non sit aliena à sacra scriptura [o]. Nomen rei significatæ Arcæ attribuunt, quæ signum Dei erat. Sic Israelitæ Exod. 32. *fac nobis Deos* [p]. Dicitur *Deus venire*; quia Arca eum repræsentabat, eratque symbolum præsentiæ illius [q].

8. *Væ nobis*] q. d. Actum est de nobis [r]. Et vera profectò de se ipsis ominantur [s]. ¶ *Non enim fuit tanta exultatio*, [לוֹא הָיְתָה כָּזֹאת] *Non fuit tale quidpiam*, JT. *sicut hoc*, V. *Non est facta talis*, sub. *res*, vel *exultatio*. Hs. Hebræi, pro neutro genere, quo carent, fœminino tantùm pronomine, nullo alio expresso substantivo, utuntur; ut Psal. 27. 4. *Unam petii*. & 118. 23. *A Domino facta est ista*. & 119. 56. *Hæc facta est mihi* [t]. q. d. Non fuit heri talis exultatio in castris Hebræorum. Ratio bellandi mutata est: nam pugnabamus antè cum hominibus; nunc cum Deo pugnabimus [v]. ¶ *Heri & nudiustertiùs*] *Antehac*, JT. Synecdoche speciei, Pi. ¶ *Quis nos salvabit?*] Hoc est, nemo. ¶ *De manu Deorum sublimium istorum*, [מִיַּד הָאֱלֹהִים הָאַדִּירִים] *De manu Deorum illustrium*, Mo. vel στερεῶν (*firmorum*) ό. *excellentium*, Ca. *magnificentissimorum*, JT. Pi. sim. M. vel *fortium*, M. P. Ti. sim. Ang. Non obscurè Deum Israelis suis Diis prætulerunt [x]. Qu. Sed cur plurali numero hîc utuntur, qui antè singulari usi sunt? Resp. 1. Ethnici, more suo loquentes, plures quoque Deos Israelitis tribuebant. Exploratores autem Hebræorum, si qui missi sunt, qui hæc verba illis referebant, loquutionem fortè infidelium ad usum fidelium emendârunt. Reddentes in singulari numero [y]. Appellant *Deos*, ex communi Gentium errore, quæ singulos Deos singulis attribuunt Ministeriis. Cùm ergò tot & tanta audierant aut Hebræis, aut eorum hostibus accidisse, ab uno Deo ea omnia fieri non posse cogitabant [z]. Resp. 2. אֱלֹהִים Tam *Deum*, quàm *Deos* significat. Quidam ergo in singulari vertunt; Ità Jon. *E manu sermonis Domini, cujus opera magna ista*. [Sic Ar. *Dei fortissimi*.] Licèt alienigenæ erant, videntur tamen aliquem sensum habuisse de uno Deo Hebræorum [a]. ¶ *Qui percusserunt Ægyptum omni plagâ, in deserto*, [בְּכָל־מַכָּה בַּמִּדְבָּר] *In omni plagâ*, P. Mo. ό. V. sim. Jon. i. e. multis plagis, V. *Tot plagis*; M. Ti. *omnigenis plagis*, Sy. Ar. *singulis plagis*, JT. Intelligunt illum plagarum denarium in Ægypto [b]. Sed quomodo istæ plagæ dicuntur fuisse בַּמִּדְבָּר *in deserto*? Resp. 1. Non mirum est hos aliosque externos, (qui vel tardo essent ingenio; vel non admodum essent de exploranda veritate soliciti) multa falsò referre. Idem fecerunt Justinus, & Tacitus, & Achior Judith 5. & Josephus non rarò. Quid ergò mirum, si in hac antiquissima historia de Ægyptiorum plagis errârint tam turpiter, ut illas in deserto contigisse crediderint [c]? 2. Per illam in deserto percussionem, intelligunt demersionem in mare rubrum, cui desertum adjacebat [d]. Hæc plaga erat omnium instar. Et reliquæ decem plagæ in hac finem acceperunt, & cum ea comparari non possunt [e]. *In deserto*; i. e. In Mari rubro, quod adjacebat deserto [f]. Alii vertunt, *propè*, vel *juxta*, (vel ad, D.) *desertum*, Pi. Belg. Sic בִּירִיחוֹ, *ad Jericho*. בְּקִרְיַת יְעָרִים, *ad Cariab-jearim*. Huc referri posset ex hoc capite, *castrametati sunt* בַּאֲפֵק, *ad Aphec* [g]. *Desertum* Ethan intellige, ex Exod. 13. & 14. Et בְּכָל־מַכָּה verto, *perfectâ clade*. Heb. *omni* vel *totâ*, vel *consummatâ percussione* [h]. 3. [Alii supplent τὸ ו, vertúntque] Et *in deserto*, ό. Sy. V. Glas. Nam sicut præfixum ו quandoque redundat; sic etiam quandoque deest, & supplendum est [i]. 4. Cùm hic locus videretur repugnare his quæ sunt in lege; alii aliquot verba addunt [k]. *Et populo suo in deserto fecit multa miracula*, Jon. in V. *Et edidit miracula in deserto*, Ar. sim. Os. 5. [Alii בַּמִּדְבָּר aliter vertunt,] nempe, *verbo*, sub *solo*; quod pulchrè convenit: q. d. qui solo suo verbo percussit Ægyptios. Volunt מִדְבָּר significare דָּבָר *verbum* [l].

[m] V. [n] La. ex To. [o] E. [p] Mart. [q] D. [r] V. [s] Mart. [t] Mend. [v] V. [x] Mend. [y] Mend. [z] San. [a] D. [b] Mend. [c] Sanc. [d] Mend. sim. D. [e] D. [f] V. [g] D. [h] Pi. [i] Glas. gram. 693. [k] V. [l] V.

Ità

Ità accipit Joseph C...ius, [sive Kimhi] pater Davidis, [Kimhi;] qui in...pretationem hanc desumsit, ex illo Cant. 4 3. מִדְבָּרֵךְ נָאוֶה, *Eloquium tuum decorum* [m]. Porrò, de Deo H...bræorum non ut de Deo universi, sed ut de Deo popul...ius loquuntur. Confer 1 Reg. 20. 23, 28. 2 Reg. 9. 12 [n].

9. *Et e...te viri*] Heb. *in viros*. H[s]. Sic, *ero eis in Deum*. ...t, *in uxorem esse*. *Vir* autem est nomen ἀρετῆς virtuti... Sic, *virum te præsta*. Cicero in Bruto. *Vidi Mit...nis virum, & vidi planè virum*. Liber Aboth, In ...co *ubi non sunt viri, da operam ut sis vir* [o]. In p...æmia, solæ Lacænæ *viros parere* dicuntur. Et in He...odoto, *Multi sunt homines, pauci viri* [p]. Hinc imbelles solent *mulieres* vocari. Græci Homero, Ἀχαιΐδες, non Ἀχαιοί. Et Trojani Virgilio Æneid. 9. *Phrygiæ*, non *Phryges* [q]. Sensus loci est, Estote animo virili, ac forti; sive, præbete vos viros [r]. Qui se hactenus deploraverunt, subitò se invicem ad pugnandum stimulant; & vires animósque resumunt. Vel, 1. Ex divino instinctu. Vel, 2. Ex militari furore & desperatione. Curtius l. 5 *Ignaviam necessitas acuit; & sæpe desperatio spei causa est*. ¶ *Sicut & illi servierunt vobis*] Miserrimum enim est, cùm quis in servorum ipsius dejicitur servitutem; ab his enim pristinas injurias ulciscentibus immitiùs tractatur [s]. ¶ *Et bellate*] Sub. *contra eos acriter* [t].

10. *Triginta millia peditum*] Qu. Sed nullíne equites corruerunt? Resp. Fortasse nulli; 1. Propter paupertatem illius temporis, & caritatem equorum; 1 Reg. 10. 29. 2. Propter legem divinam, Deut. 17. 16 [v]. Ubi Deus, eis, si non usum, certè copiam equorum vetuit [x]. Ante adventum Arcæ 4 tantùm millia occiduntur; pòst 30 millia. Tantum enim abest, ut improbi ex præsentia Arcæ, adjuventur; ut potiùs in majus exitium devolvantur [y]. Quia, scilicet, propter Arcæ & Templi violati scelus, à Deo irato, & jam in Arca præsente, acriùs puniebantur [z].

11. *Et Arca Dei capta est*] Multi valdè mirantur, quomodo ferret Deus, Arcam suam præsertim ab impiis capi. Sed magìs esset mirandum, si non passus esset id fieri. Nam ut Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter Sabbathum: Sic Arca, sacrificia, &c. hominum servandorum causâ, instituta sunt. Illi autem ea prophanaverant, ut nec ampliùs ipsorum saluti, nec divinæ gloriæ inservirent. Ità deerat finis, ad quem ista erant condita [a]. Sicut Arca legis, non defendit legis transgressores; ità nec à transgressoribus legis patitur se defendi. Permisit hoc Deus; vel, 1. Quia Hebræi contra voluntatem Dei eam eduxerunt è Sanctuario. 2. Ut Arcæ contemptores, Arcâ privarentur. 3. Nè sacra loca sacrilegis aut sceleratis futura præsidia putarentur. 4. Ut signum esset, tum Christi, in Judæorum manus tradendi; tum fidei, à Judæis ad Gentiles, transferendæ [b]. 5. Ut doceret Hebræos rectè viventes Dei providentiæ confidere; peccantes verò neque Arcæ, nec ipsi Deo fidere. 6. Ut Philistæi, Arcam capientes, ejus vim & potestatem ex plagis futuris agnoscerent [c]. 7. Ut castigaret impietatem filiorum Eli [d].

12. *Vir de Benjamin*] Fingunt Hebræi hunc fuisse Saulem [e]. ¶ *In die illa*] Eodem die, sub. *conflictûs* [f]. ¶ *Conspersus pulvere caput*] Heb. *& terra* erat *super caput ejus*. אֲדָמָה *humus*; nempe pulvis. Sic vox sumitur, Jos. 7. 6. Job 2. 12 [g]. Pœnitentiæ, & mœroris causâ, hoc factum; fortasse, ex more tristia nuntiantium; ut audientes ad ictum præpararent, dum priùs habitu, quàm ore loquerentur [h].

13. *Heli sedebat super sellam*] Ità Sy. Ti. Ca. V. vel *Cathedram*, Jon. *Thronum*, vel *solium*, Mo. JT. Pi. At ö. addunt *ad portam*, seu *ostium*. Qu. Juxta quam portam sedebat Eli? Urbisne? an propriæ domûs? an denique ipsius Templi? Resp. Prope Templum sedit, & cecidit; ibi enim sedere consueverat; cap. 1. v. 9. & ubi culpa, ibi pœna [i]. *In solio*, JT. Est quidem articulus in Hebræo, ut videri possit significare illud solium, 1. 9. Sed quum non constet ex solio illo latus viæ observari potuisse; (quod hìc factum narratur.) Præstat putare articulum hìc poni indefinitè; q. d. *in solio quodam*; nimirum quod curaverat sibi collocari juxta viam; ut inde specularetur, nimirum, adventantem aliquem nuntium [k].

m D. n G. o D. p Mend. q Sap. r V. s Mend. t V. v Mend. x La. y Mend. z La. a Mart. b Mend. c La. ex Procop. d La. e L. f V. g Pi. h Mend. i Mend. k Pi.

¶ *Contra viam spectans*, יַד דֶּרֶךְ מְצַפֶּה] *Manu* (vel, *manum*, D.) *viæ speculans*, Mo. *Apud ostium speculans viam*, ö. *In via expectans*, Ar. *Respiciens versùs viam*, Ti. *Et advertebat viam ipsam*, M. *Latus viæ observans*, JT. *Ad latus viæ, speculans*, P. (vel, *& expectabat*, Sy.) *Juxta locum viæ, juxta viam ducentem ad castra, aspiciens*, sub. *Et expectans nuntium*, V. Pro *speculans*, Nauclerus, & Magister historiæ habent, *auscultans*; quia Eli cœcus erat, nec poterat videre [l]. Tò יַד *manus*, alibi *latus*, vel *locum* significat; Jos. 8. 20. Job 1. 14. & 37. 7. Jes. 10. 5. & 56. 5. Cæterùm in lectione est יַד *manus*; in scriptura יַךְ *percussit*; quam sic enarrant; *Percussit cor suum*; aut, *Percussit se cor ejus, viam spectans*. Cor se percutit in magno motu; Sic alibi, *Percussit cor Davidis eum*. Ità Camius [i. e. Kimhi [m].] Sed hìc frustrà est Kimhi; non enim hìc dicitur, יַךְ לֵב sed יַךְ דֶּרֶךְ; Itaque necessariò dicendum, יַךְ positum, pro יַד; ob figuræ similitudinem [n]. ¶ *Erat cor ejus pavens pro Arca Dei*] Cur non etiam pro populo, & filiis suis? Resp. 1. Quia de Arcæ jactura incertus erat; de morte filiorum certus ex prædictione, cap. 2. 34. 2. Quia pluris Arcam, quàm illos faciebat [p].

14. *Festinavit & venit*] Hoc est, festinanter venit. Sic Psal. 102. 3. & 106. 13. Nam cùm duo verba, ejusdem temporis, conjunguntur, sive cum, sive sine copula; prius sæpe per adverbium Latinis exprimitur. Sic Gen. 24. 18. *Et festinavit & dimisit*, i. e. festinanter dimisit [q].

15. *Et oculi ejus caligaverant*, Ità P. Jon. וְעֵינָיו קָמָה] *Et oculi ejus graves evaserant*, Sy. Ar. *Obriguerant*, aut quasi se exeruerant extra locum suum; aut suo ampliùs officio non fungebantur. Complut. in Nob. Alii vertunt, *defecerant*, i. e. כָּלוּ, ut Jer. 14. 6. Alii *rugaverant*; *Quando enim rugant oculi in senectute, desiccatur humor, attolluntúrque nervi oculi, ingreditúrque oculus foramen suum*: inquit doctus inter Hebræos [r]. Sing. pro Plur. hìc ponitur; *caligavit*, sub. *uterque oculus*, V. Est H[s]. quo nomen *plur.* jungitur cum verbo *sing.* [sic indubiè legendum, non *plur.* ut perperam in Auctore habetur] ad notandum collectionem singulorum [s]. *Et oculorum ejus acies caligabat*, JT. Sed istud supplementum videtur audacius [t]. *Stabántque oculi ejus*, M. Ti. Ad verb. *stetit*, Mo. D. Non movebantur palpebræ; quod cœcorum est [v]. *Stare* dicitur oculus in senio, quando se non ampliùs movet; humido nativo exsiccato; nervis in foramen suum ingressis. Tunc homo penitùs caligat, & nihil clarè videt [x]. Sicut operatio, per motum; ità ejus privatio, per quietem explicatur. Porrò, Nomen plur. cum verbo sing. hìc est, Sic etiam Gen. 26. 35. & 27. 29. & 49. 22. & Prov. 14. 1 [y].

16. *Ego sum, qui veni*, &c.] His verbis fidem audientium captat; q. d. Testis fui oculatus, & recentissimus spectator [a].

17. *Respondens ille qui nuntiabat*, הַמְבַשֵּׂר] Notant בִּשֵּׂר esse *evangelizare, annuntiare*, scilicet lætum nuntium [b]. Ità accipitur 2 Sam. 18. 19. 2 Reg. 7. 9. Hìc autem contrario significatu sumitur, per antiphrasin; quomodo קִדֵּשׁ propriè est *sanctificare*; & per antiphrasin *polluere*; Et *benedicere* pro *maledicere*; Job 2. 9 [c]. Specialia verba, interdum generaliter sumuntur Hebræis; ut בִּשֵּׁל *coquere in aqua, & assare* [d]. בִּשֵּׂר Semel accipi videtur pro *eo qui læta nuntiat*, 2 Sam. 4. 10. [Sic legendum, non 1 Sam. 4. 17. ut perperam habetur in Criticis.] Alibi sign. *eum qui nova nuntiat*; sive læta fuerint, sive tristia. Hinc, cùm de lætis dicitur, additur טוֹב; 2 Sam. 18 27. Jes. 52. 7 [e]. ¶ *Arca capta est*, נִלְקְחָה] Gen. fœm. sæpiùs masculinè construitur אֲרוֹן נִלְקַח: Nam terminatio masculina. Sed fœm. construitur etiam ibi; *Venitque ad eos Arca Domini*: nam est בְּאֵר in fonte [f].

18. *Cúmque ille nominâsset Arcam Dei*] q d. Nondum integram, sed inchoatam audiens narrationem, mente prævolans, & exitum præsagiens, ruebat [g]. ¶ *Cecidit de sella*] Eò quòd planè consternatus; ac, præ angore, pavore & stupore, spiritu deficiente, jam se in alta sede continere non posset [h]. *Cecidit*, præ nimio dolore cordis [i]. Mœror & timor mortem repentinam

l Mend. m D. n Capel. Crit. p. 105, 106. p Mend. q Glass. gram. 346 r V. s Pi. t Pi. v Mar. x D. y Mend. a Mend. b Ma. c Mend. d Ma. e D. f D. g Mend. h La. i D.

nam inferri possunt; ut exemplis patet. ¶ *Retrorsum*] Vel sella mutila erat, & ex omni latere rescissa, nullum proinde habens à tergo fulcimentum; ut vult Abulensis; vel corruit pariter sella & sessor [k]. ¶ *Juxta ostium*, בְּעַד־יַד הַשַּׁעַר] *Per manum* (vel, *juxta manum*, i. e. *locum* aut *latus*, D. *Juxta locum*, P. *ante latus*, JT. *Super limen*, M.) *portæ*, Mo. *Juxta* (vel *pone*, Ti.) *portam*, 6. *Ad latus januæ*, Sy. *super gradum viæ portæ*, Jon. Super locum qui adjacebat portæ, V. Porta hæc erat: vel, 1. Atrii, sive templi [l]. Unde solitus erat consulentibus respondere [m]. Vel, 2. Urbis [n]; In portis enim sedebant judices, qualis erat Heli; præsertim, quia ipse avidè exspectabat ab adventantibus ad portam urbis cognoscere eventum prælii [o]. Sensus est; q. d. Cecidit in saxa & marmora, ex quibus portarum limina construebantur: quibus facile erat occiput illidi ac infringi. Quòd si dicas vestibulum Tabernaculi non esse ex marmoribus constructum; saltem erat ex columnis, & basibus æneis; Exod. 26. 37. Dein, fortè non ad ostium Tabernaculi, sed illius domûs, in qua atrium inclusum erat, sedit & cecidit [p]. ¶ *Fractis cervicibus*, וַתִּשָּׁבֵר מַפְרַקְתּוֹ] *Et fracta est cervix ejus*, Jon. Sic Sy. M. Ti. Os. V. Al. *occiput*, P. *os colli*, Mo. Os illud nodosum quod in cervice [q]. *Dorsum ejus*, 6. Ar. *Compago vertebrarum cervicis*, JT. Vox propriè significat cervicis ossa, quæ ex multis partibus constant [r]. Sign. eam cervicis partem, quâ abrumpitur à trunco, sic dictam, quòd varias interruptiones & nodos habeat [s]. ¶ *Senex enim erat vir & grandævus*, וְכָבֵד] *Et gravis*, P. 6. Mo. Jon. Sy. Ar. M. Ti. Gravi corpore, Pi. sim. D. *Et obeso corpore ac succulento*, V. Hæc gravitas erat causa mortis [t]. Non agilis erat. Alii *gravis*, nempe annis. Ut Virg. 9. Æneid.

——*Hic annis gravis*, &c [v].

Senes ob infirmitatem, & obesi ob gravitatem, cadendo ex alto faciliùs obteruntur & exanimantur [x]. ¶ *Et judicavit Israel*] Non immeritò exprimitur hîc dignitas Heli, ejúsque duratio; nè quis putet humanam fœlicitatem ab humanæ vitæ infortuniis liberam esse. Primus hic Judex fuit ex tribu Levi. Primus Pontifex ex familia Ithamar. Primus qui utrâque dignitate & judiciariâ, & pontificiâ gavisus est. A triplici hoc primatu in extremam miseriæ lineam deturbatus est. ¶ *Quadraginta annis*] Ità Heb. & Chald. & Græca in Bibliis Complutensibus, & Regiis habent. At LXX in Bibliis Sixtianis transferunt, *Viginti annis*. Et ità apud vetustos codices inveniri tradunt scholia illorum Bibliorum. Imò Eusebius in Chronico, & Lucifer docent ità reverà LXX transtulisse. Et ità legunt Procop. Chrysost. & Sulpitius Severus: Utrámque lectionem sic conciliant; 20 annis Heli adnumerant 20 annos Samuelis; ut solus dicatur Heli 20 annis; cùm Samuel 40 annis judicâsse. Mallem sic, Heli 20 annis per se solum; 20 per filios judicâsse [z]. Qu. An Heli sit damnatus? Resp. 1. Quidam affirmant. Ità Greg. Pastor. 2 6. Eucherius, & Beda. Idem videntur sentire Hieron. Chrysost. Cæsarius Arelat. & Aug [a]. Et. D. Ephrem *in Apologia de Heli* asserit, non fuisse illi cordi cultum divinum; etiam cùm novit divinam adversùs se prolatam esse sententiam, ab illa erga filios absurditate non recessisse: quòd si illos admonuit; id fecisse veritum populi impetum; ut animos eorum, qui filiis reclamabant, emolliret atque placaret: ac tandem divinis comminationibus ex Samuele auditis, non resipuisse ad culpam; sed tanquam stupidum obduruisse ad pœnam [b]. Resp. 2. Alii eum salvatum volunt. Ità Hieron. Basil. Chrysost. Theodor. Procop. [c]. Horum argumenta sunt; 1. Tanta ejus pro Dei gloria, & Arca fœderis solicitudo [d]. Molestiùs tulit jacturam Arcæ, quàm mortem filiorum. Qui sine Arca Dei vivere non poterat, quo pacto sine Deo ipsius Arcæ moreretur [e]? Certum hoc est testimonium divinæ erga illum benevolentiæ, & quòd eum in electorum numero habuit [f]. Sed hoc argumentum non est necessarium. Non satis liquet suâne re privatâ, an religionis causâ commotus erat. Ab Arca enim dignitas ejus & omnia vitæ emolumenta pendebant. Incerta ergò hæc cùm sint, in medio relinquenda sunt. Quamvis eum salvatum fuisse verisimilius puto [g]. 2. Videtur de peccatis pœnituisse, & duram pœnitentiam à Deo injunctam humiliter acceptâsse, 3. 18 [h]. Filiorum mortem patienter tulit. Magis Arcam, quàm filios æstimabat; spiritualia enim bona temporalibus præferenda judicavit [i]. 3. Innocentia ejus & pietas hinc discernitur, quòd peccata filiorum ei displicerent; ipsósque reprehenderit; licèt remissiùs, quàm par erat. 4. Colligi potest ex eo quod dicitur, Eccl. 46. 11 [k].

19. *Prægnans erat, vicinàque partui*, הָרָה לָלַת] *Prægnans, proxima partui*, JT. Heb. *ad pariendum*, scil. tendens, Pi. *Gravida erat, & proxima partui*, Sy. Sic Ar. Ang. Belg. Ca. V. *Prægnans ad pariendum*, Jon. P. *Ad pariendum* positum videtur pro עֲתִידָה לָלֶדֶת, *inibi ut pareret* [l]. לָלַת pro לָלֶדֶת, extritâ Daleth literâ [n]. Sic אַחַת pro אַחֶדֶת. Nam masculinum אֶחָד cum Daleth in fine. Contà fit in עִמָּדִי *mecum*, ubi Daleth inserta [o]. Alii sic vertunt, *prægnans ad ululandum*, Mo. vel *ejulandum*, Q. in V. Ang. in Marg. Mar. i. e. vicina clamoribus & ejulatui quem emittere solent mulieres parientes; ut sit à יָלַל *ululare* P. לָלַת pro לְיַלֶּלֶת; sicut לָחַת dicimus pro לָחֶנֶת. Ità K. Quod ut probabiliter ab eo dicitur; ità causa nulla est cur hanc novam opinionem receptæ ab omnibus præferamus [q]. ¶ *Audito nuntio, quòd capta esset Arca Dei, & mortuus esset socer*, &c.] Ità Jon. M. P. Ti. [De his vide ad, v. 21.] ¶ *Incurvavit se*, וַתִּכְרַע] Decubuit; h. e. composuit corpus ad modum parturientis [r]. ¶ *Et peperit*] Partum accelerat dolor, sive gravis aliquis & repentinus motus [s]; ut in cervis fit, quæ repentinis tonitruis exterritæ enituntur; juxta Psal. 28. 9 [t]. ¶ *Irruerant enim in eam dolores subiti*, כִּי נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ צִרֶיהָ] *Quia versi erant*, (vel *commoti sunt*, M. vel *irruerunt*, 6. JT.) *super* sive *in eam*, vel *in ea*, *dolores ejus*, Sy. Ti. sim. JT. vel, *angustiæ*, sive *anxietates ejus*, Mo. P. *constrictiones ejus*, Pi. *Effusæ erant super eam*, &c. i. e. obruta erat doloribus partûs. Metaphora sumpta ab aqua quæ ex alto & subitò effunditur [v]. *Dolores partûs occupaverant eam, præ vehementia timoris*, Ar. Heb. *Inversi sunt super eam cardines ejus*. Habet enim venter mulieris gravidæ cardines suos, sicut ostium, quibus solutis effunditur fructus. Alii hos cardines vocant חֲבָלִים *funes & compages*, qui fœtum in utero retinent, donec rumpantur & prodeat fœtus [x]. צִירִים Sunt *cardines januæ*, & *dolores parientis*. Ut janua vertitur in cardine suo, sic parturiens se vertebat in doloribus hisce [y]. *Luxatæ erant super eam vertebræ*, seu *cardines* in quibus juncturæ volvuntur. Forsterus. Al. *reversæ sunt*, &c [z].

20. *Neque animadvertit*] Heb. *non posuit*, sive *apposuit cor*, sive *animum suum*, sub. *Ad id quod dicebatur illi*. q. d. Neque visa est verbis illarum moveri [a]. Gaudebant matres de sexu virili magìs quàm muliebri. Sic Gen. 4. 1. *Acquisivi virum*, i. e. sexum virilem [b]. Vide Gen. 35. 17. & Joan. 16. 21. At illa tantis doloribus hausta jacebat, ut nè minimum quidem inde solatium receperit [c]. Deus cùm decrevit punire, omnem vim consolationibus detrahit [d].

21. *Vocavit puerum Ichabod*, אִי כָבוֹד] *Non est gloria*. Vel, *ubi est gloria?* M. V. D Pi. Vel אִי pro אַיִן *non*, ultimâ resectâ; vel אִי pro אֵי, id. est, אַיֵּה *ubi* [e]? Vel, *væ gloriæ*, Mend. Ma. Ità אִי *sumitur*, Eccles. 10. 16 [f]. ¶ *Dicens, translata est gloria de Israel*] Quid intelligit per *gloriam*? Resp. 1. Quidam intelligunt de illis tribus, Arcâ, socero, & viro suo. Ità Chald. &c [g]. Resp. 2. Alii de Arca tantùm intelligunt [h], super quam Deus apparere solebat [i]. Nam, 1. Sola Arca *translata* dici potuit de Israel. Nam Heli & Phinees potiùs perierunt in Israel. 2. Improbi Sacerdotes non erant gloria, sed ignominia Israel. 3. *Arca* frequenter vocatur *gloria Dei*, Psal. 26. 8. & 62. 2. & 77. & Isa. 64. 11. 4. Docet hoc *Arcæ* repetitio in sequenti versu [k]. Vocat Arcam *gloriam Israelis*, quia Deus in illa domicilium sibi delegit in medio fidelium suorum [l]. Et quia de illa Dominus loquebatur; quare & nubes, ex qua oracula dabantur, dicitur *gloria Domini*; Num. 20. 6 [m]. Quia gloriam afferebat populo Israelitico, & signum erat gratiosæ præsentiæ Dei [n]. Et quia, illâ præsente nihil metuebant adversi [o]. Vel *gloriam* vocat ipsum Deum [p]; qui sic nominatur, Psal. 106. 20. & Jer. 2. 11 [q]. Dicitur autem Deus *gloria nostra*, 1. Activè; quòd nos illum celebremus & glorificemus. 2. Passivè, quòd nos ab eo ornemur, & illustremur [r]. Erat hoc Gentibus olim persuasum, incolumem civitatem aliquam

Marginal notes (left column): k Mend. — l Jun. Mend. Tertul. & Chrys. in La. — m Jun. — n Pi. La. — o La. — p Mend. — q M. — r Mar. — s Ma. — t D. — v Ma. — x Mend. — z Mend. — a La. — b Mend. — c La. Ità L. To. Ser. Mend. La. Calu. Wil. — d Calu. — e Mend. — f Calu. — g Mart. — h La.

Marginal notes (right column): i Mend. — k Wil. — l D. — n D. M. V. — o D. — p V. ex M. — q D. — r V. — s San. — t Mend. — v V. — x M. — y D. — z Ma. — a V. sim. Pi. — b D. — c Mend. — d Mart. — e D. Pi. M. V. — f Mend. — g Mend. — h Ità Mend. M. D. G. La. San. Pi. Ma. — i G. — k Mend. — l M. — m Mend. — n Pi. — o San. — p Mart. Pi. — q Pi. — r Mart.

aliquam esse non posse, si Deos, quos habebat, tutelares, aut excessisse sponte, aut esse ablatos ab hoste contigisset; ut de Palladio notum est. Quare, cùm propè esset ut caperetur civitas, certo carmine ab hostibus evocabantur dii tutelares, teste Macrobio Saturnal. 3. 9. Ex Templo Solymitano Deus excessit, quando illud excisum & subversum fuit, tum à Chaldæis, Ezech. 3. 12. tum à Romanis, teste Jo. *de Bello Jud.* 7. 12. Audiebatur in Templo primò motus & strepitus; posteà verò vox, *Migremus hinc.* Quod etiam ex profanis tradiderunt alii, ut Apollonius lib. 1. Excidii Hierosolymitani; Corn. Tacitus l. 2. Annal. Cum Arca igitur, suspicari poterat nurus Heli, bonam fortunam & libertatis spem ad hostes translatam esse [s]. Quantum ex verbis elicitur, ista mulier nimium sacramentis tribuit. Nam Arcâ abductâ putabat de repub. & religione conclamatum; cùm tamen Deus populum ex Ægypto redemerit, atque illum in deserto foverit, ante Arcam exstructam. Et post captivitatem Babylonicam, populus rebus gestis florentissimus fuit; cùm tamen Arca non extaret. Erant etiam certissimæ promissiones de illo regno usque ad Messiæ tempora duraturo. Non ergò oportuit illam sic animum despondisse [t]. ¶ *Quia capta est Arca Dei, & pro socero, &c.* [אֶל־הִלָּקַח אֲרוֹן הָאֱלֹהִים וְאֶל־חָמִיהָ] *Ad captam esse Arcam, & ad socerum suum*, Mo. *Ob Arcam captam, & ob socerum suum*, &c. Belg. Ang. Sy. M. Ti. Glas. *Quòd capta erat Arca & quòd* mortuus esset socer, &c. P. Jon. Vel, *& propter socerum*, &c. i. e. propter mortem illorum, Pi. אֶל sumiter pro בַּעֲבוּר [v], vel pro עַל [x]; ut hîc & v. 19. & 22. Sic 1 Sam. 1. 27. אֶל *Propter puerum istum oravi*; Sic Ezech. 6. 9. ubi præfixum ל *Lamed* eadem significatione subjungitur. Vide etiam 5. 11 [y]. *Alii*, Audiens *de capta Arcâ, & de mortuo socero*, JT. Malim, respiciens *ad captivitatem Arcæ Dei, & ad socerum*, &c. Pi. Oratio defectiva est, bene ergò, G. & Chald. supplent, *quoniam mortui sunt* [z]. Hæc verba sic inclusa parenthesi (*quòd capta esset Arca Dei, & mortuus esset socer suus & vir suus*) notant esse verba auctoris libri, non mulieris parientis [b].

22. *Eo quòd capta esset Arca Dei*] q.d. Illud eam inprimis cruciabat; nam domesticam calamitatem publicæ postponebat [c]. Eliciamus hinc documentum lamentandi potiùs spiritualia damna, quàm temporalia [d].

[s] San. [t] Mart. [v] V. Ma. [x] D. Glas. [y] Glas. gram. p. 529. [z] Mar. sim. V. [b] Ma. ferè ex V. [c] Ma. [d] Mend.

CAP. V.

1. *Tulerunt Arcam Dei*] Credo, cum ingenti gaudio [e]. Qu. Cur Philisthini Arcam tangentes non interierint, quemadmodum Israelitæ? Resp. Vel, 1. Quia Deus familiaribus domesticisque suis, ut majora confert; ità, si delinquant, majora iis supplicia infert: Hinc Oza permittens Arcam in plaustro deferri occisus est, 2 Sam. 6. 7. non item Palæstini in plaustro collocantes, 1 Sam. 6. 11. Ananiam sacrilegum occidit Petrus, Act. 5. 5. non pariter Simonem, Act. 8. 20. Nimirum, ab externis parum, ab illo tanquam domestico plurimum sperabatur [f]. Vel potiùs 2. Illa lex de non tangenda Arca, ad solos Israelitas spectavit. Unde Philistini Arcam tangentes, non dederunt pœnas, quia culpam non contraxerunt [g]. ¶ *A lapide adjutorii*] *Ab Eben hezer.* Qu. Quomodo hoc factum: Ibi enim erant castra, cap. 4. 1. Arca verò è castris in aciem processerat? Resp. Vel Arca in castris remansit, trepidantibus filiis Heli eam educere in discrimen: vel ab illis inclinante belli aleâ ad castra fuit revocata; vel potiùs totus ille pugnæ locus à termino notiori appellatus fuit *lapis adjutorii* [h]. ¶ *In Azotum*] Cur eò? Resp. Vel quia primùm occurrebat redeuntibus; vel quia urbs potentissima erat; vel quia insigne fanum Dagonis continebat; permittente hoc Deo, ut illustrior esset fidei de idololatria triumphus [i]. In hoc quarta Venus sive Astareta singulariter colebatur [k].

2. *Et intulerunt in templum Dagon, & statuerunt eam juxta Dagon*] Quo fine, non liquet. An in contumeliam, tanquam anathema: an potiùs ad cultum [l]? 1. Quidam in honorem Dagonis factum volunt [m]. Captivam Arcam suo Dagoni sistunt, tanquam Jovi Feretrio spolia opima [n]. Non dubium est quin Dagoni victoriam acceptam tulerint, prout fecerunt, Jud. 16 [*]. [Aliis hoc non placet] Non videtur opportunus spoliis, aut hosti victo, locus ille qui victori consecrabatur; & in quo ab aliis divinus impendebatur honor [o]. Spolia Ethnici in Templorum valvis defigebant. Virgil Æneid 7.

Multáque prætereà sacris in postibus arma
Captivi pendent currus, curvæque secures.

Vel, plurimùm, è tholo, h. e. mediæ testitudinis loco suspendebant, juxtà illud Æneid. 9.

Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

At Philistini in neutro loco Arcam ponunt; sed juxta Dagonem, in loco æquè nobili ac sacro; Ergò illam præcipuè honorare voluerunt [p]. 2. [Alii igitur in Arcæ observantiam hoc factum volunt [q].] Utique honoris ac religionis ergò ibi statuerant; quia magnum numen in Arca latere existimabant [r]. Nec obstat, quòd eam bello ceperant: potuerunt enim putare, Deum Israelitarum id permisisse iratum illis; eò quòd ab eis esset offensus. Certè ab eo valde sibi timuerant, suprà 4. 7, 8 [s]. 3. [Alii utramque opinionem admittunt [t].] Volebant Philistini, ut Arca, & Dagon, mutuos sibi præstarent, acciperéntque honores Et ex iis alii Arcam, alii Dagonem venerabantur [v]. Qu. Quis & qualis fuit Dagon? Resp. 1. Hominem pariter ac piscem referebat; illum supernè, sive suprà umbilicum; hunc infernè [x]. Dagon ergò fuit instar Nereidum, Tritonum, & Sirenum; quæ faciem habent muliebrem, & in piscem desinunt; de quibus Horat.

Desinit in piscem mulier formosa supernè [y].

[Argumenta hujus sententiæ sunt.] 1. דָּג *Piscem* significat [z]. 2. Cùm Philistæi essent accolæ maris, piscationi dabant operam; ideóque coluerunt Dagon, quasi piscium, & piscationis præsidem. 3. Syri & Palæstini pisces coluerunt quasi Deos, ut testantur Xenophon de expedit. Cyri lib. 1. Cicero l 3. de nat. Deorum. Clemens Alex. in exhort. ad gentes. *Unde & Syri ad hæc usque tempora his piscibus abstinentes eos pro diis colunt*, inquit Diod Sicul. 3. 2. 4. Josephus & alii asserunt Dagon esse Dercetem, (quam alii Atergatim vocant) sive Deam Syriam, quæ à Syris creditur in piscem mutata; ideóque specie piscis colitur. Quocirca Diod. Sic. Scal. Ser. L. To. Nebris. in Quinquag. c. 6. & alii censent Dagon, seu Dercetem, esse Venerem. Pisces enim, instar Veneris, luxuriant & mirè prolificant. Unde Venus dicitur nata è mari; indeque nuncupatur Aphrodite; ac à Poetis fingitur in piscem transformari. Favet quòd Herod. lib. 1. tradit, Venerem ab Ascalonitis mirè coli in templo suo antiquissimo; indéque Cyprios eidem simile Templum dicâsse [a]. Porrò Phœnicum *Astarte* (sic illi *Venerem* vocabant; alii *Dercen* scribunt, *Dereeto* & *Atergatim*) superiora mulieris habuit; inferiora piscis; ut testatur Lucianus, testis αὐτόπτης de Dea Syria; & Diodor. l. 2 [*]. Nec obstat diversitas sexuum in Dagon & Dercete; quia Ethnici utrúmque pariter singulis Diis tribuebant, fingentes eos esse Hermaphroditos [b]. [Aliis hæc sententia non placet] Hebræi Dagon à דָּגָן appellatum volunt; sed sine autore, sine exemplo [c]. Theodoretus scribit Dagonem fuisse extremis omnibus partibus, i. e. tam pedibus, quàm manibus mutilatum. Et LXX non modò manum, volas, sed & vestigia pedum idoli in limen cecidisse dicunt; quod quidem de suo addiderunt; sed id nunquam addituri, si Dagonem credidissent in piscem desiisse. Pisces enim Græcè νήποδες dicuntur, quia carent usu pedum. Et planum est, ex Theologia Phœnicum, Dagonem, & Atargatin, sive Astarten, diversa fuisse numina. Statuunt enim Phœnices, apud Philonem Byblium, Dagonem esse fratrem, & Astarten Saturni uxorem. Porrò, hoc præcipuum; quòd Tyriis, Nehemiæ tempore, non fuit religio pisces venales deferre Hierosolymam. Igitur undecúnque sumpserit originem hæc *Syrorum* superstitio, quâ piscem attingere nefas putabant, Nehemiâ recentior est; quo cultum idoli Dagon multò fuisse antiquiorem nemo est, qui nesciat [d]. Resp. 2. Alii censent Dagon fuisse Deum frumentarium, sive frumenti præsidem, qui messis copiam suis cultoribus daret [e]. *Dagon* Græcè redditur Σίτων *Frumentarius*, & à דָּגָן *frumentum* dicitur [f]. Et additur causa nominis; quoniam invenit frumentum, & aratrum, inde dictus erat Jupiter Aratrius. Itaque, nomen à forma non habuit; sed ab inventione frugum. Ità Philo, ex Sanchoniathone, qui Eusebio teste, Phœnicum historiam scripsit ante Trojani belli tempora. Quidni tam vetusto Scriptori

de

[e] Mend. [f] Mend. ex Theod. & Procop. [g] Mend. ex To. [h] Mend. [i] Mend. [k] Mas. ad Jos. 15. 47. [l] Pi. [m] Ità La. Mart. T. L. Procop. & Jo. in Mend. Aug. in La. [n] Mart. [*] Me.

[o] San. [p] Mend. [q] Ità San. T. Pi. [r] T. [s] Pi. [t] Ità Mend. ex Caj. & To. [v] Mend. [x] Mend. He. in M. sim. L. To. San. La. [y] La. San. [z] Ma. La. [a] La. [*] BA. ib. [b] Mend. [c] D. quæst. Ebr. 82. [d] BA. 1. 16 6. 44. [e] Ità Mont. & Pagn. in La. [f] Euseb. & Philo. Bib. in D. Ità D. quæst. 82. BA. ib.

de gente suo plus credam; quàm Hebræorum magistris heri, & hodie natis; quíque adeò sibi non constant? RS. ei tribuit figuram piscis. Unde igitur illi manus? Respondet K fuisse figuram ejus ex homine & pisce mixtam. At R. Levi ei figuram hominis tribuit [g].

¶ *Cúmque surrexissent diluculo*] Qu. Cur tàm citò evigilârunt? Resp. vel, 1. Ad orandum. Nam etiam Ethnici antelucanas preces Diis suis offerebant; Æneid. 11.

Vota Deûm primo victor solvebat Eoo.

Vel, 2. Ad gratulandum Dagoni. Vel, 3. Ad explorandum, quid suo Deo ex vicinitate Arcæ contigisset. Nam Æthnici quædam inter Deos diversarum Gentium dissidia fingebant. Audierant Philistæi Deos Ægyptiorum à Deo Israelis contritos fuisse; & simile infortunium Dagoni suo ab Arca Dei reformidabant. Idcircò hi, qui fortè Sacerdotes erant, vel principes manè surrexerunt; &, ut Chald. habet. *Anticipaverunt homines in Asdod*, i. e. qui eo confluxerant gratulationis causâ; ut, si quod Dagoni detrimentum accidisset, illud resarcirent, antequàm in vulgus proderetur [h]. ¶ *Ecce Dagon jacebat pronus in terra*, נֹפֵל לְפָנָיו אַרְצָה] *Collapsus jacebat facie suâ in terram*, JT. *Projectus super* (vel, *ceciderat in*, P. ό.) *faciem suam*, Jon. sim. Sy. Ar. *Jacebat ante eam in terra*, M. Ti. *Prolapsus erat in faciem suam super terram*, Belg. Ang. Quasi ab Arca prostratus, illi subjectus, illámque adorans [k]. Terram osculans, quod victi faciunt in conspectu victoris [l]. לְפָנָיו hîc exponitur עַל פָּנָיו [m]. Non fugit Dagon penitùs è Templo; sed jacuit ante Arcam: ut ejus imperio dejectus ac ligatus quodammodo videretur. Notetur porrò, Arcam de Dagone triumphasse; 1. In proprio Dagonis domicilio. 2. Cùm Arca maximè dejecta, & Dagon maximè sublimis videretur [n]. ¶ *Et restituerunt in locum suum*] Hoc fecerunt Sacerdotes Azotii, nè populus videns sui Numinis ignominiâ offenderetur. Nota hîc, 1. Hominum malitiam: Dagone cadente, Azotii cervices suas attollunt contra Deum. 2. Dei patientiam: nam Dagonem statim labefecit, homines intactos ad pœnitentiam expectavit. 3. Arcæ majestatem: Dagonem restituunt, sed non ausi sunt Arcam è loco suo demoliri [o].

4. *Rursúmque manè, &c.*] Factum hoc bis, vel etiam sæpiùs ut volunt, Jo. & Ph. & Theod. & Chrysost. Scriptura fortè primum tantùm & ultimum casum retulit; quia inter se differebant: non item intermedios casus; quia, instar primi, sine mutilatione corporis acciderunt. Sed cur Dagon toties erigatur & toties exturbetur? Resp. 1. Ut non ex casu, sed ex Dei consilio ruisse crederetur. 2. Ad majorem Dagonis ignominiam, & Arcæ gloriam; hominibus indies eò confluentibus, &c. Qu. Cur Dagon, ubi primò erigebatur, non statim corruebat? Resp. 1. Solet Deus supplicia sua maturare, non præcipitare. 2. Sic majorem fecit Deus in Philistinis rei eventum spectantibus attentionem [p]. ¶ *Et duæ palmæ manuum ejus*, וּשְׁתֵּי כַּפּוֹת יָדָיו] *Et duæ sive ambæ volæ, vel palmæ manuum ejus*, JT. Mo. M. Ti. P. V. D. Graviùs secundâ vice mutilatur Dagon; ut sic intelligerent Azotii & veri numinis potentiam, & idoli sui vanitatem [q]. Dagonem sic lacerari voluit Deus, nè deinceps supplicium à Sacerdotibus occultetur [r]. Dagoni ruenti amputantur manus & caput. Capite, sapientia notatur; manibus autem vis efficiendi: ut docerentur ejus cultores, nihil ei aut sapientiæ, aut virium ampliùs superfuisse [s]. Manibus extensis fatebatur Dagon se ab Arca victum [t]. ¶ *Super limen*, אֶל־הַמִּפְתָּן] *Ad limen*, Mo. *in limine*, P. sim. Sy. Di. *In ipso limine infero*, JT. D. sim. M. Ti. He in Di. Limen superius כַּפְתּוֹר dicitur. Porrò אֶל hîc ponitur pro עַל; ut alibi אֶל־מֵצַח *super frontem* [v].

5. *Porrò, Dagon solus truncus remanserat in loco suo*, רַק דָּגוֹן נִשְׁאַר עָלָיו] [Variè reddunt;] *Tantum forma piscis relicta est in eo*, M. sim. JT. Ang. in margine, V. Non placet; quia apparet præter id quod piscem referebat, remansisse & brachia, & pectus [x]. Alii, *tantùm truncus Dagonis remanserat*, ό. Sy. Ar. Mar. *In loco suo*, Ar. Mar., *Tantùm truncus ——relictus erat ipsi*, Ang. Ca. Vel, *super illud*, limen scilicet, cùm caput & manus abscinderentur [y]. *Duntaxat Dagon relictus erat in eo*, Ti. D. vel *apud se*, Tig. not. Quærunt, quomodo

[g] BA. ib. [h] Mend. [k] La. sim. Me. [l] San. [m] D. [n] Mend. [o] Mend. [p] Mend. [q] F. [r] Mend. [s] Mart. [t] La. [v] D. [x] Pi. [y] Belg.

Dagon dicitur & *jacuisse*, & posteà remansisse in suo loco? Respondent, 1. Dagon dicitur jacuisse per synecdochen, nempe ejus caput & brachia. Reliqua ejus pars, quâ piscem referebat, relicta est in loco suo [z]. 2. Dicitur in loco suo remansisse, non quidem in altari; sed in eo loco, in quem primùm è suo gradu ciderat; cùm manus & brachia ab eo loco longè rotata, & ad portam usque templi projecta sunt [a]. ¶ *Non calcant Sacerdotes, &c.*] Nempe in honorem & reverentiam Dagonis [b]. Moti scilicet religione, quòd putarent limen sanctificatum esse contactu manuum & capitis Dei sui [c]. Quemadmodum hodie, in monte Gargano aiunt extare Michaelis Archangeli vestigia, in marmore impressa. Quocirca nemo audet locum illum calcibus premere. Eadem utrinque superstitio [d]. Hinc, *limen transilire* dicuntur Palæstini, Sophon. 1. 9. Ubi, propter hanc superstitionem pœnas minatur eis Deus [e]. Nova quoque nupta non debebat tangere limen mariti; nè, ut Servius ait, à sacrilegio inchoaret; si depositura Virginitatem, calcaret rem Vestæ, id est, numini castissimo consecratam. Vide Isid. l. 9. ult. & Brisson. lib. de ritu nupt. fol. 231 [f]. Credebant Ethnici, teste Varrone, in templorum vestibulis Numen aliquod inesse; Juven. Satyr. 6.

——Tarpeium limen adora.

Et Virgil. 2. Æneid. appellat

——Religiosa Deorum Limina [g].

Voluit Deus, miraculi à se dati, monumentum exstare in ipsis idololatrarum ritibus [h]. Per novum hunc & ridiculum ingrediendi modum, nimirum saltu, non molli incessu; non obscurabant, vel obterebant, [quod facere studebant] sed potiùs augebant, æternámque reddebant Dagonis infamiam [i]. Mirum quantum discordant à Deo Philistini. Dagonem Deus ad limen abjecerat; ut ingredientium pedibus calcaretur, & sic despiceretur: illi verò, non solùm non Dagonis caput & membra, sed nè ipsum locum, in quo membra jacuerant, calcare voluerunt [k]. Porrò, *limen Dagon* hîc ponitur pro *limen domûs Dagon*; ut *mons Domini*, pro *mons domûs Domini*; & *clavis David*, pro *clavis domûs David* [l]. Si quid mentis Palæstinis inesset, intellexissent, Deum suum calcandum potiùs, quàm colendum; cùm vel caput ejus, id est, quod in ipso majori dignum reverentiâ, in loco infimo esset, quem omnes calcabant. Sed amens est Venus, & ambitio; quæ neque quid res ipsa postulet, aut portendat, considerant; neque ab ipso etiam Deo se doceri sinunt [m]. Nulla miracula satis magna sunt ad animum impium emendandum citra Dei spiritum [n]. ¶ *In hodiernum diem*] In quo scilicet auctor hujus libri eventum hunc scribebat [o]. Usque ad tempora Samuelis, à quo ista fuerint conscripta [p]. (Spatium autem inter Samuelem judicare incipientem, & hanc historiam literis commendantem, valdè diuturnum esse non potuit [q].) Vel usque ad Esdram, qui ea denuò collegit & resarcivit [r].

6. *Aggravata est*] Induruerunt ad primam plagam: Antea Dagonis aram observabant; posteà verò illius januam summo studio colere cœperunt. Necesse igitur fuit, ut aggravarentur pœnæ [s]. Philistæi captivam Arcam in suis urbibus non aliter detinebant, quàm Spartanus puer gestabat vulpeculam in sinu, quæ interim ejus vitalia carpebat [t]. *Gravis fuit*, i. e. magna. Sic Gen. 41. 31. *gravis fames*, i. e. magna. Item Job 23. 2. Jes. 32. 2 [v]. ¶ *Et domolitus est eos*, [וַיַּשְׁמֵם] *Et desolare fecit*, vel *desolavit eos*, P. Mo. Sy. JT. *vastavit*, Jon Os. *Perdidit eos*, Ar. M. Ti. ¶ *Et percussit in secretiori parte natium*, וַיַּךְ אֹתָם בַּעְפֹלִים] Scriptum est עֲפֹלִים; sed lectum à Masorethis טְחוֹרִים [x]. Quam ipsam vocem suo more inflexam usurpant Chald. & Sy. Sed qualis hîc morbus sit, parùm constat; quia hîc tantùm, & Deut. 28. 27. nominatur. Nec ulla illius symptomata narrantur. Itáque hîc Interpretes in diversissima abeunt: ό. reddunt *sedes*, vel *nates* [y]. *Et percussit eos in altis locis*, Mo. *In sedibus eorum, ità ut occupasset eos dysenteria*, Ar. *In podicibus eorum*, Sy. Ti. D. *Inferioribus ventris*, M. *Vitiis sedis, sive podicis*, V. עֹפֶל sign. *partem extantem, & prominentem*. Podex, ità vocatur per antiphrasin, quòd minimè exstet [z]. Medici tamen dicunt eum exstare propter morbum; nempe, quando procidit [a]. *Dysenteria*, Ar. Jo. in G. Symmachus

[z] F. [a] San. T. [b] Mend. [c] Pi. [d] Mart. [e] Mend. [f] Ser. [g] Mend. [h] G. [i] San. [k] Mend. [l] D. [m] San. [n] Mart. [o] Mend. [p] Mart. [q] Mend. [r] Mart. [s] Mend. [t] BA. 1. 2.36,365. [v] D. [x] M. D. [y] BA. ubi supra. [z] He in D. & in M. [a] V.

modò τὰ κρυπτὰ, *occulta*; modò πρέλυσιν τῆς ἕδρας, *resolutionem sedis*, id est, *sedem prociduam*; qui morbus in pueris frequens [b]. *Podicis morbo*, Condylomatis, cùm procidit sedes, Ca. Aquila, referente Theodoreto habet φαγέδαιναν [c]: id est, *ulcere rodente, & exedente* [d]. Al. *in constrictionibus*, Jon. Sunt qui טְחוֹר exponunt *strictum, & compressum meatum*, à Chald. טְחַר quod *constringere* & *comprimere* sign. [e] Al. *hæmorrhoidibus*, sive *mariscis*. (Quas & *ficus* dicimus à similitudine illius fructûs [f],) JT. D. G. Belg. Ang. Ità plerique Hebræorum, & novi Interpretes ferè quotquot sunt. Distinguendum puto inter טְחוֹרִים & עֳפָלִים, quas Masorethæ tam promiscuè sumunt, quasi voces essent ἰσοδύναμοι. At nobis טְחוֹר est *anus*, seu *podex*, à טְחַר *claudere* & *constringere*; unde טְחוֹר σφιγκτήρ, seu *podex*. Sed עֳפָלִים *illius partis* esse *tumores* puto; quia עָפַל in *Pual*, est *tumere* & *efferre se*; & in *Hiphil* sign. *in altum contendere*. Et nomen עוֹפֶל est *clivus*. Itáque עֳפָלִים sunt morbi, quibus pars illa protuberat, atque intumescit; cùm melancholico sanguine distenditur. Sic sumitur Deut. 28. 27. *Percutiet te ulcere Ægyptio*, וּבַעֳפָלִים. Non ergò *nates* ibi sign. sed *morbi genus*. Ità & hoc loco. Itáque versu 9. dicitur, *Et latebant ipsis APHOLIM*, quod ad *podicem* pertinere non potest; sed ad *mariscas*; quarum quæ intus latent graviùs dolent, & difficiliùs curantur. Eædem tamen, quæ עֳפָלִים vocantur hîc, & cap. 6. v. 4, 5. vocantur etiam טְחוֹרִים *ani*; quia anos referebant cum mariscis adnatis. Itáque illas imagines liberum fuit ab utrovis denominare [g]. Hunc morbum quidam putant fuisse *ficum*; qui in locis secretis interiora ventris depascebatur; alii verò asserunt fuisse sanguinis fluxum incurabilem [h]. Licèt hæmorrhoides durè afficiant illas corporis partes; aliquid tamen Azotiis videtur accidisse molestius, quod ejulatus edere coegit, & ad mortem adduxit. Quare ad hanc vexationem alii alia addunt, viscerum tormina, & ulcera, &c [i]. Videtur hic morbus fuisse peculiaris, & novus, & multiplex [k]. Sicut peccatum Philistinorum Arcam temerantium novum erat, & inauditum; ità novum erat hoc morbi genus [l]. Sed & ignominiosum erat. Ità Deus reddidit mensuram pro mensura. Illi enim voluerunt non modo Judæos ignominiâ afficere, sed etiam eorum Deum [m]. Puerili supplicio eos percussit Deus, qui de victoria, quasi virili suo robore parta, inaniter intumuerunt. Et meritò in sedibus feriuntur, qui Arcam in profana sede, juxta Dagonem collocârunt [n]. Congrua erat hæc pœna Philistæis, quia ventri dediti erant [o], & Sodomitæ [p]. Ex hoc loco satis apparet, quàm brevia sunt impiorum gaudia: Palæstini, qui modò Arcam in triumphum duxerunt, statim ab eo miserè perduntur. E diverso autem crux piorum brevis est, fælicitas veró & lætitia rependitur sempiterna [q]. Meminit Herodotus lib. 1. sub medium, hujus morbi; sed more Gentilium res Judaicas depravantium, vera falsis admiscet; ut notat Josephus Antiq. 10. 1. ait enim, Ascalone esse Templum Veneris, quod nonnulli expilârint, ideóque mariscis percussi sunt [r]. ¶ *Et ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in civitate.*) Hanc hujus versûs partem, nec Hebræa habent, nec Chaldæa, nec Græca in Bibliis Regiis (& Complutensibus. Mend.) Alii tamen Codices Græci interserunt, unde fortè desumptum est. Porrò, absunt hæc à multis Latinorum exemplaribus; Primùm quidem, commentarii loco, margini adscripta fuisse videntur; postea verò textui mista; ut L. & To. existimant [s].

7. *Videntes hujusmodi plagam*, [כִּי כֵן] *Quòd sic*, Mo. sub. *esset*, vel *fieret*, P. M. sim. JT. Ti. V. *Talia sibi accidisse*, Sy. *Quid sibi acciderat*, Ar. *Quòd posita super eos percussio*, Jon. quòd conficerentur sedis vitiis [t]. ¶ *Quoniam dura est manus ejus*, &c.] De culpa nihil; de pœna maximè dolent. ¶ *Super nos, & super Dagon*] Priùs suam, quàm Dagonis pœnam deplorant; parum reverenter [v].

8. *Et mittentes congregaverunt*] *Mittentes*, sub. *nuntios*; ut alibi sit; ex Hebraismo, Psal. 56. 4. & 104. 19. & Matt. 14. 10 [x]. ¶ *Omnes Satrapas*, Fuerunt ergò Philistini ὀλιγαρχούμενοι [y]. ¶ *Responderúntque Gethæi: Circumducatur*, &c.] Sim. ó. *Geth* erat præfectura omnium nobilissima; quæ jus habebat primo loco sententiæ dicendæ. Hujus consilio alii subscripserunt [z]; quia hi, aut dubitantes, aut credentes, hoc factum vel naturaliter vel casualiter, se primos periculo exponunt, juxta LXX, qui pro eo *Circumducatur Arca*, transtulerunt, *transeat ad nos Arca* [a]. Hebræa sic se habent, [וַיֹּאמְרוּ גַּת יִסֹּב וגו׳] *Et dixerunt, Gath circumeat Arca Dei*, Mo. *Ad* vel *in Gath circumducatur*, vel *transeat* (vel *redeat*, Sy. vel *deducamus*, Ar. vel *deducatur*, M. vel *devolvatur*, V.) *Arca*, P. Ti. sim. Ma. V. D. גַּת hîc pro לְגַת positum est [b]. Putabant hanc cladem Azotiis non accidisse ex Arca, sed ex natura loci; v. g. ex infecto aere, vel ex influxu astrorum [c].

9. *Fiebat manus Domini per singulas civitates*, &c. [וַתְּהִי יַד יְהוָה בָּעִיר מְהוּמָה גְּדוֹלָה] *Et fuit manus Domini civitati* (Al. *in civitate* Nobil.) *turbatio magna*, ó. *Et fuit percussio Domini in urbe, conturbatio magna*, Jon. *Percussit Deus cives urbis illius, plagâ asperrimâ*, Ar. *Facta est per manum* [Subaudito ב ante יַד] *Domini in civitate tumultus magnus*, M. *Ut manus Domini immineret urbi, admodum vehementi impetu*, Ti. *Et fuit manus Domini in* vel *contra civitatem contritione magnâ*, Mo. vel *vexatione*, JT. Belg. cum *clade*, Ang. cum *terrore*, Pi. Cum vel *in contritione*, i. e. ità ut attererentur. Mox se explicat, *Et percussit*, &c [d]. *Fieri manum Domini super aliquem* est, divinam potentiam in aliquo ostendi; sive benefaciendo, &c. ut Ezech. 1. 3. sive ulciscendo & vindicando, ut Ezech. 13. 9 [e]. ¶ *Et computrescebant prominentes extales eorum*, וַיִּשָּׂתְרוּ לָהֶם עֳפָלִים] שתר hoc tantùm loco reperitur, idémque significat, quod סָתַר nempe *celare, abscondere* [f]. [Plerique punctant in dextro שׁ; at Buxtorf. & Pagnin. in Lexico punctum in sinistro statuunt שׂ; & reducunt ad סָתַר *abscondere*. Schindler. autem in dextro, & exponit נִשְׁתַּר *percussus fuit*. [Locum hunc variè reddunt.] *Et absconditi iis erant alti loci*, M. *Et percussit eos in sedibus eorum*, &c. ó. vel *in constrictionibus*, Jon. *Et percussit eos*, &c. *Ità ut diffluerent sedes eorum, & prolaberentur podices eorum*, Sy. *Et grassata est in eos disenteria*, Ar. *Et habuerunt secretos morbos*, Heb. *Absconditíque sunt morbi illorum*, M. *Percussitque*, &c. *ità ut laterent morbi*, Ti. Sensus videtur esse; *Et antè ignotæ illis fuerant mariscæ*, ut ipsa novitas morbi ostentum augeat [g]. Heb. *occultabantur eis*, &c. Vertendum puto, *obtegebantur eis ani hæmorrhoidibus*, Pi. *Et abscondita sunt illis sedis vitia*, V. *Occultæ fuerunt mariscæ*, D. *Et in locis occultis*, sive *absconditis fuerunt*, vel *enatæ sunt eis hæmorrhoides*, sive *mariscæ*, P. Belg. Ang. Exorta sunt illis vitia in parte secretiore sive non patente intestini recti [h]. Et quia mariscæ occultæ erant, ideò duriores & difficiliores curatu fuerunt [i]. *Occultæ invalescebant in eis hæmorrhoides*, JT. Sistebatur enim sanguis, qui interanea erodebat; quod est secundum genus hæmorrhoidum, & multo graviùs; ut omnes medici testantur [k]. Quoniam morbus absconditus erat, graviùs eos affligebat; cùm nullam medelam adhibere possent [l]. Nam—— *alitur vitium, crescítque tegendo*, ut bene Mantuanus. Et morbus hic immedicabilis erat; quia ad præcordia irrepserat [m]. Tumores interni erant, ut non potuerit medicus ad eos pervenire, ut sanguinem educeret, cùm putrescebant. ¶ *Et fecerunt sibi sedes pelliceas*] Nempe ut molliùs sederent, quod morbus postulabat. Sed hæc verba omittunt Biblia Regia τῶν ó; item Heb. & Chald. [o]. [Et omnes versiones præter vulgatam.]

10. *In Accaron*] Quæ una erat ex quinque Philistinorum satrapiis [p]. ¶ *Cúmque venisset in Accaron*] Id est, jam antequàm admisissent, quia alienis exemplis percellebantur [q]. ¶ *Exclamaverunt Accaronitæ*] Sunt verba Satrapæ [r], vel principum; nam à popularibus se separant, dicentes, *ut interficiat nos & populum nostrum*. Ubi notandum, eos priùs sibi, quàm suis timuisse & consuluisse, cùm se priùs nominent. Sic Pharao, Exod. 8. 8. ——*ut auferat ranas à me, & à populo meo*. Deinde illud, *ut interficiat*, potest sumi, vel causaliter; quasi hoc intendissent Gethæi, ut pœnarum socios haberent; vel consequutivè; quia ex adventu Arcæ mortem sibi metuebant [s].

12. *Omnes satrapas*] Singulæ urbes, cùm aristocratico regimini subessent, in rebus dubiis habebant jus aliarum urbium

[b] BA. ib. [c] G. [d] San. [e] D. [f] Mar. [g] BA. ib. [h] M. [i] San. [k] La. [l] Mend. [m] Mart. [n] Mend. [o] La. [p] Rupert. & Hieron. in Mend. [q] Mart. [r] La. [s] Brug. in notat. ad Bib. [t] V. [v] Mend. [x] Mend. [y] G.

[z] Mend. [a] Mend. [b] V. D. [c] Theod. et Procop. in La. [d] V. [e] Me. [f] Mend. [g] G. [h] V. [i] D. sim. BA. ubi suprà. [k] Jun. sim. Belg. [l] M. [m] Mend. [o] La. [p] Me. [q] Ma. ex Jun. [r] V. [s] Mend.

urbium Satrapas convocandi. In hoc laudandi sunt, quòd non temerè se præcipitant ad agendum, sed mâturè consultant[s]. ¶ [*Revertatur in locum suum*] Nempe in Silo, sive in terram filiorum Israel[t].

12. *Fiebat pavor mortis*, [מְהוּמַת מָוֶת] *Contritio* (vel *fractio*, V. *strepitus*, aut *commotio*, D. *Tumultus*, M. Sy. Ar. *confusio*, ὁ. *grassatio*, Ti.) *mortis*, P. Mo. *Perplexitas occisionis*, vel *cædis*, Jon. in D. *Vexatio lethalis*, JT. vel *terror mortis*; i. e. lethalis, ut suprà, 9. Pi. Maxima lues, & morbus lethalis; Multi moriebantur[v]. ¶ *In singulis urbibus*, [בְּכָל הָעִיר] Variant, *in omni urbe*, vel *civitate*, M. Mo. Jon. Acsi morbus fuisset in omnibus urbibus Palæstinorum, quod doctoribus minùs probatur[x]. In omnibus quinque provinciis sive satrapiis; ut rectè ait Josephus, & apertè dicitur, cap. 6 5. alioquin non misissent anos quinque aureos, & quinque mures. Sed Scriptura brevitatis causâ non omnes enumerat[y]. Voluit Deus Arcam suam circumduci, ut ab omnibus hostibus Dei quodammodo tributum exigeret[z]. Al. vertunt, *in civitate tota*, ὁ. Sy. Ar. *In tota ea urbe*, P. Ti. V. Philo, in Antiquitatibus Biblicis, refert, occisos fuisse in universum 220 millia[a]. ¶ [*Qui mortui non fuerant, percutiebantur*, &c.] Sensus est, Philistinorum alios ad aspectum Arcæ subitâ fuisse morte sublatos; alios ulcere correptos intolerabili[b]. ¶ [*Ascendebat ululatus—in cœlum*] Usitata Hyperbole, Deut. 1. 28. & Psal. 106. Sic Virgil de Laocoonte:

Clamores simul horrendos ad sydera tollit[c].

[Notat hoc loco Mendoza;] 1. Divina supplicia, non tota simul; sed sensim, & per partes infligi. Deus enim non punit, ut obruat, & vexet; sed, ut corripiat & emendet: 2. Deum priùs sævire in peccandi causas & occasiones, (qualis Dagon Philistinis erat) quàm in peccatores. 3. Philistinos bonorum temporalium, quàm spiritualium jacturam ægriùs pati. Nam de Dagone dejecto, & contrito non movebantur; nec de Arca remittenda cogitabant[d].

[s] Mend. [t] V. [v] V. [x] V. [y] San. v. 10. [z] Jo. in Mart. [a] Mend. [b] San. Me. [c] San. [d] Mend.

CAP. VI.

1. Fuit *Arca in regione Philistinorum*, [בִּשְׂדֵה] ἐν ἀγρῷ τῶν ἀλλοφύλων, *in agro alienigenarum*, ὁ. Proprium hoc interpretum illorum, ut Philisthæos vocent *alienigenas*, nomine generis ad certam speciem restricto[e]. *In agro*, ὁ. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. Cùm nulla civitas auderet Arcam excipere; eam foris reliquerunt sub dio[f]. At Jon. habet, *in urbibus*. Rectiùs Hieron. *in regione*. *Ager* & *regio* se invicem explicant. Ager ponitur pro regione, Gen. 32. 3. & 36. 35. Psal. 78. 12. Sic Plautus Epidico, *in agro Attico*; i. e. tota terra. Sic *ager Romanus* includit omnia, quæ in eo territorio continentur[g]. *In regione*, V. ¶ [*Septem mensibus*] Mirus hic stupor, quòd tamdiu in suo consilio pertinaces hærerent, & tot hominum funere suam insaniam tueri vellent[h].

2. [*Vocaverunt Sacerdotes & divinos*] Quia ad scientiam Sacerdotalem, seu auguralem, quæstionem hanc pertinere arbitrabantur, in qua de re sacra ambigebatur[i]. Magna erat apud omnes Gentes de Sacerdotibus opinio tum sanctitatis, tum sapientiæ[k]. Gentes suos divinos habebant, quos in arduis consulebant; & imprimis Philistæi. Hinc Procop. Jes. 2. p. 58. Ægyptiorum est, *incantatio & veneficium*; ut *astrologia* Chaldæorum; & *divinatio* Allophylorum; [i. e. Palæstinorum, ut dictum ad vers. 1.] & *auguratio* Cretensium[l]. Vocant *Sacerdotes*, qui sacros ritus & ceremonias didicêre; & *divinos*, qui futuros rerum eventus prænoscere, aut conjectare, & si quid impendeat adversi, illud avertere posse existimantur[m]. ¶ [*Quomodo remittamus*, בַּמֶּה נְשַׁלְּחֶנּוּ] *In quo remittamus eam*; i. e. quâ ratione, sive quo pacto remittere debeamus eam[n].

3. [*Si remittitis*] Non dicunt *remittite*. 1. Quia optimi consultores solùm ad interrogata respondent. Interrogaverant autem Philistini, non an deberent Arcam remittere, (decretum enim hoc erat superiori capite[o];) sed quo pacto remittere deberent. 2. Necesse non erat monere Philistinos ad Arcam remittendam, jam ad id suâ sponte incitatos[p]. *Si remittitis*, hoc est, remittere statuitis[q]. Quæ certò futuri sunt, jam fieri dicuntur; vel certè, factum ipsum pro facti proposito usurpatur[†]. ¶ [*Nolite dimittere eam vacuam*, [illegible] רֵיקָם] Donis *vacantem*, JT. Heb. *vacuè*, D. JT. Pi. Heterosis. Pi. Formam habet adverbialem (ut חִנָּם *gratis*, אָמְנָם *verè*[r].) i. e. sine muneribus[s]. Fortè à Judæis vicinis, & sibi subjectis illud didicerunt, Exod. 23. 15. *Non apparebis—vacuus*[t]. Nimirum, ex idololatrarum sententia, *Munera, crede mihi, placant hominésque deósque*. Quod apud Homerum sic positum,

Δῶρα θεοὺς πείθει, δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας,

Reprehendit Plato 3. de republica[v]. Omnium gentium sensus est, ut existiment Deum oblationibus honorari[*]. ¶ [*Sed quod debetis, reddite ei pro peccato*, כִּי הָשֵׁב תָּשִׁיבוּ לוֹ אָשָׁם] *Sed reddendo reddetis* (*omnino reddetis*, Ti. JT.) *oblationem*, M. *Hostiam pro peccato* vel *delicto*, P. D. *Culpatorium*, Mo. *Oblationem expiationis*, Jon. *munera*, Sy. sim. Ar. *reatum*, JT. i. e oblationem pro reatu, ut Levit. 5. 4. & passim: q. d. peccatum non videmus: sed fieri potuit, ut propter omissum aliquem è ritibus ejus, rei sitis[x]. Exsolvite illi quod debetis; nempe oblationem pro peccato, quòd Arcam abduxeritis[y]. Debebant & internam contritionem, & externam oblationem; De priori non curabant, sed tantùm de posteriori; idololatriæ suæ adhærentes. Faciliùs homines externa, quàm interna munera Deo reddunt[z]. הָשֵׁב sign. *reddere & restituere*; quòd homo peccans, quantum ex se est, tollit id quod est Dei, & sibi usurpat; atque ideò tenetur iterum ablatum restituere, si cupiat Deum sibi habere propitium[a]. Restitutio illa est cordis contritio; atque hujus signum, exterior oblatio[b]. Deo non tam dare, quàm reddere possumus: cùm, nonnisi quæ ab illo accepimus, reddamus[‖]. ¶ [*Tunc curabimini, & scietis quare non recedat à vobis manus ejus*] Sim. Sy. M. P. Ti. Mo. Pi. i. e. Quare non desinit vos affligere[c]. Scietis unde hæc vobis punitio oriatur. Nam si alia ex causa sit, post Arcam restitutam perseverabit[d]. [Alii, *&*, per *aut* vertunt] *aut sanabimini, aut innotescet vobis, quare non recedat*, &c. JT. D. id. est, ipsum non esse in causa, cur non recedat à vobis hæc plaga: sed casum esse, ut infrà v. 9[e]. Sed malo τὸ *&* retinere. Sequens sententia corollarium est à præcedente, hoc modo; si sanitatem recuperabimus per oblationem; ergò manus Dei non recessit à nobis percutiendis propter neglectum illius oblationis[f]. Septem mensibus gravissimè affligebantur; & tamen, quo erant mentis stupore, non planè intelligebant quis plagarum auctor, & quænam illarum causa[g]. [אָז תֵּרָפְאוּ וגו'] [Alii sic vertunt,] *Et tunc curabimini, & depropitiabitur vobis*, (vel, *& refrigerium erit vobis*, Jon.) *Nunquid non recedet manus ejus à vobis?* ὁ. Vel, *ad quid non quiescet percussio ejus à vobis?* Jon. Et videtur satis apta sententia[*].

4. [*Quid est*, &c.] Quod confusè dixerant Sacerdotes, clariùs explicari voluerunt Philistini; acsi nihil agere vellent, nisi ex præscripto Sacerdotum[h]. ¶ [*Juxta numerum provinciarum*, &c. מִסְפַּר סַרְנֵי וגו'] *Numerum satraparum*, Mo. *Secundum* vel *juxta numerum*, &c. ὁ. Jon. M. P. Pro (vel, de JT.) *numero*, Sy. Ar. Hæc regio erat πεντάπολις, & quinque habebat Principes. Qui voce Philistæis propriâ, סְרָנִים *sarnim* dicuntur in libris *Josuæ*, *Judicum*, *Samuelis*, & *Paralip.* Quod esset Hebraicè שָׂרִים, ut explicatur, 1 Sam. 29. 9[i]. Pro *satraparum* Vulg. habet. *provinciarum*. Suspicor mendum esse. Nam una tantùm erat provincia[k]. ¶ [*Quinque anos aureos facietis*, עָפְלֵי זָהָב] *Mariscæ*, vel *hæmorrhoides* (vel *ani*, P. D. M. vel *podices*, Sy. Ti. *sedes*, ὁ) *aureæ*, Mo. JT. Pi. Belg. Os. BA. Qu. 1. Qualis hæc figura? Resp. 1. Antonius Sebellicus ait fuisse simulachra illorum quinque urbium[l]. 2. Alii volunt fuisse simulachra hominum[m]. Nec fortasse malè; quia aliter non videtur, quomodo ex figura separata, & sola, cognosci posset, quid sibi vellet insusitata species, & hominum oculis à natura summota. At in humana forma exprimi posset pars illa tumefacta, & saucia; & situs ipse facilè ostenderet morbi genus. 3. Alii tamen communiter, &, ut opinor, meliùs, partem illam à toto corpore secernunt; eamque in circularem formam effigiant; cui à mariscis additur tumor, & quæ à morbo illo, ubi duriùs incruduit, abesse non solent[n]. *Quinque hæmorrhoides*, i. e. imagines hæmorrhoidum. Met. subjecti[o]. Sedes,

[e] D. [f] Theod. & Procop. in Mend. [g] D. [h] San. v. 3. [i] Me. ex San. [k] Mend. [l] D. [m] San. [n] V. [o] Mend. v. 2. [p] Mend. [q] V. in Tig. not.

[†] Mend. [r] D. [s] V. D Ma. [t] San. [v] G. [*] Me. [x] Ma. et Pi. ex Jun. [y] V. [z] Mend. [a] M. ex He. [b] M. [‖] Mend. [c] V. [d] Mend. [e] Ma. ex Jun. [f] Pi. [g] Me. [*] Nobil. [h] Mend. [i] BA. 1. 2. 36. 368. [k] D. [l] Mend. [m] Ità Hugo Card. Dionys. et Carthus. in Mend. Jo. in San. [n] San. [o] Pi.

Sedes, vel podices cum hæmorrhoidibus, sive mariscis, ut infrà v. 11, & 17 p. Qu. 2. Sed cur tam abjectam & sordidam figuram Deo consecrârunt q. Resp. 1. Sic deformitatem suam & turpitudinem, quam habent à peccato, ante Arcam proponunt; & suam, solenni formâ, ignominiam fatentur; ut à Deo scelerum exorent veniam, & supplicii acerbitatem diclinent r. Hoc modo, 1. In illis anis, tanquam in signis, suas culpas agnoscunt. 2. Et significant pœnas à Deo immissas libenter suscipiendas. Non subtrahunt corpora verberibus, sed exponunt, & terga in plagas nudant; promptósque se ad patiendum offerunt; & Deum ad sui misericordiam provocant. 3. Ignominiosæ culpæ ignominiosam pœnam significare voluerunt; & utriúsque pudorem sibi perpetuo affuturum, quem his veluti monumentis perpetuis testantur. Vide Psal. 77. 66. Deformia hæc munera, ac planè erubescenda, magnum in Philistinis ruborem gignebant, ac perpetuum conservabant s. Fœdum ac turpe est, quempiam tali morbo laborantem, eam partem fœdatam ostendere. Et minatur interdum Deus se detecturum pudenda populi sui, quòd viribus suis gloriarentur; Isa. 3. 18. Jer. 13. 26. Ezech. 16. 27. At Philistæi non tantùm pudenda corporum ostenderunt; sed eorum etiam reliquias fecerunt; & partes illas quasi pálàm ostendunt cruorem stillantes; ut in omne seculum essent Dei judiciorum spectaculum & exemplar, & omnium opprobrio paterent. Ex quibus modis Deus suæ Majestatis contemptorum contumaciam contundat t. Resp. 2. Offerunt hæc quasi piaculum plagæ anorum, &c. Sic solent offerri sanctis effigies membrorum, quorum sanitatem ab eis recipimus, quasi anathamata v. Solebant veteres, aliquo metu vel periculo defuncti, præteritorum malorum insignia ac monumenta illis Diis consecrare, à quibus se liberatos putabant. Ità naufragi *Isidi*, vel *Neptuno* tabulam, quæ continebat naufragii imaginem dedicabant. Horat. Od. 5. Juvenal. Sat. 12. Gladiatores arma Herculi appendebant. Horat. Epist. 1. Servi, & captivi in libertatem asserti, catenam Laribus offerebant. Idem lib. 1. Sat. 5. Quin Christiani, horum æmuli, quinto post Christum sæculo, cæperunt donaria in Templis appendere, imaginem habentia partium, quæ aliquo morbo afflictæ convaluerant, v. g. oculorum, pedum, &c. ut disertò testatur Theodoretus *Therapeut.* 8. Philistæi ergò mariscarum imagines illi Deo vovent, à quo salutem expectabant x. Resp. 3. Sensus horum simulacrorum est στοιχειωτικὸς; & ex traditionibus Telesmaticis petendus. *Formæ generabiles & corruptibiles, afficiuntur à cœlestibus; quibus ideò Telesmatici* (Græcè στοιχειωματικοὶ) *utuntur, observantes astrorum introitum.* Ptol. Centiloq. verb. 9. in Καρπός. Sensus est, quod formæ rerum inferiorum respondent similibus configurationibus cœlestibus; & formæ cœlestes habent influentiam in sublunares; ex. g. scorpio, & serpens cœlestis, in terrestres. Ideò *sapientes imaginum, inspiciebant quando planeta de sub radiis solis egrediebatur, & ingrediebatur hos vultus; eúmque in ascendente ponebant, & vultum quem intrabant sculpebant in lapide*, &c. Hæc à Græcis στοιχειώσεις & τελέσματα dicebantur. Horum vim tradit Hali experientiâ comprobatam. Servus ictus à scorpione, ab hero sanatus est hujusmodi lapide, cui scorpionis figura insculpebatur, lunâ existente in scorpione. Famosissima omnium erant Apollonii Tyanei Telesmata. Nam Appollonius, sculpturâ Culicum, & Ciconiarum, culices Antiochiam, Ciconias Byzantium ingredi prohibuit; teste Joan. Tzetze, Cent. 60. tertiæ Chiliad. Idem fundi curavit simulachrum scorpionis æreum; quod, columnæ parvæ superimpositum, in medio civitatis Antiochiæ erexit; & scorpiones in illa regione disparuerunt. Hæc Domninus, citatus à Joanne Antiocheno Melala MSS. in 10. lib Chronograph. Sic Telesma crocodili plumbei, diu tutatum est regionem *Gran Cairo* ab injuriis crocodilorum. Vide Cardan de subtil. l. 9. Scalig. exercit. 196. num. 6. Bodin. magic. dœmonom. 3. 6. Zonar. Annal. Tom. 3. in Anastasio. Et hæc frequenter magis, sed non solùm, in Oriente Obtinuerunt. Et omnia hæc referenda sunt ad pristinum averruncationis ritum. Et hanc dico causam fuisse, cur Astrologi Philistini simulachra hæmorrhoidum conficienda consulerent. Sic ferè Maimon. Moreh Nevochim part. 1. cap. 1. *Dico* (inquit) *ad illud Samuelis de simulachris Hæmorrhoidum, ita dicta fuisse, non tam ob formam suam: quàm ob secretam quandam influentiam, quâ morbo isto mederentur.* Viderunt Astrologi serpentem illum æreum Deo placuisse, Num. 21. 8. quem, primam fuisse puto occasionem arreptam (non dico datam) omnium horum Telesmatum. Hinc etiam scire licèt cur Deus Ekron dictus sit *Baal Zebub*; Nimirum Ekronitæ à Muscis infestabantur: Astrologi, ut hoc malum averterent, simulachrum Muscæ fecerunt Telesmaticum. Vulgus, hujus Ἀπομυίου beneficio, liberatum, illud Deum fecerunt; ut & ipsi Israelitæ serpentem æneum y. Porrò, nobis hîc observandæ sunt illusiones Diaboli. Nam Philistæi, post factam oblationem, plagis suis relevati sunt: Deo tamen non approbante ipsorum sacrificium, ut facilè patebit. Sacrificia enim erant documenta populum ad pœnitentiam invitantia, & ad fidem; ut se maledictos agnoscentes, in Christo satisfactionem quærerent. At nihil tale Philistæi in suis sacrificiis cogitant; sola illic externa species & apparatus, & ridicula divini cultûs imitatio, ejusdémque corruptio z. ¶. *Et quinque mures*, &c.] Nulla murium facta mentio superiùs, nisi ex Dras; quod hinc robur accipit a. Cùm, ex infirmitate ani, etiam intestinum rectum propenderet, & effunderet sanguinem, atque reliquum ventris succum; veniebant mures terræ & intestinum arrodebant, cum maximo, patientis dolere b. ¶ *Plaga una fuit omnibus vobis, & satrapis vestris*, כִּי מַגֵּפָה אַחַת לְכֻלָּם וּלְסַרְנֵיכֶם] *Quia plaga*, vel *percussio una*, sive *eadem est omnibus*, (*omnibus illis*, Mo. *omnibus vobis*, Jon. nec aliter LXX, inquit, D. *vobis*, Sy. sim. Ar.) *& satrapis vestris*, M. P. Ti. Di. Hoc dicit, *omnibus ipsis vobis*. Sic alibi. *Audite populi omnes ipsi*. Pronomen enim, quod in כֻּלָּם, omnium personarum est; ut הֵמָּה *ipsi* aliquando. Sic dicimus *nos ipsi, vos ipsi, illi ipsi*. In margine cujusdam editionis Venetæ, notatum לְכֻלְּכֶם; quod fortè secuti veteres c. כָּל־ non raro jungitur affixo tertiæ personæ; & absolutè sign *omnes*; etiam quando ad eos refertur, quos quis in secunda persona alloquitur; ut Mic. 1. 2. שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם, *audite populi omnes*. Propriè *omnes illi*, pro *omnes vos*. Sic 1 Reg. 22. 28 d. Sensus est; Ad relevandam communem plagam, communis oblatio adhibenda e.

5. *Et similitudines murium, qui demoliti sunt terram*, עַכְבְּרֵיכֶם הַמַּשְׁחִיתִם אֶת־הָאָרֶץ] *Murium vestrorum qui corrumpunt hanc terram*, JT. sim. D. Ma. &c. *Qui perdiderunt*, V. *devastaverunt*, P. Locus iste docet mures non corpus intrâsse, sed regionem vastâsse f. Terram suffodiebant, & frugibus gignendis ineptam reddebant g. Hunc locum aliqua exempla illustrabunt. Referunt enim mures *fugâsse incolas ex Gyaro Cycladum insulâ*. Varro apud Plin. 8. 28. & *ex Troade. Itáque desinit mirum esse, unde vis tanta messes populetur murium agrestium*, Plin. 10. 65. & *ex quibusdam Italiæ locis*, Ælian. de Animal. 17. 41. & ferè *ex Cantabria, ubi mercede conduxerunt, qui mures certo numero venarentur; agréque ita evasisse malum.* Strab. l. 3. p. 165 h. Porrò עַכְבָּר propriè *murem agrestem* sonat; ut patet, 1. Quòd hîc agros vastat. 2. Ex Esa. 66. 17. *Comedunt*—עַכְבָּר *murem agrestem*. Nam murem domesticum nemo in cibum expetit. Arabs ibi habet *aliarbuo*; qui est muris agrestis species; quemque solùm comedi tradunt Arabes. עַכְבָּר dicitur pro עֲכַלְבַּר: ut *Babel*, pro *Balbel*; & *Samuel*, pro *Saül-meel*; quasi petitum à Deo dicas. Chaldæis (quorum fortè vox est) עֲכַל est *consumere*; & בַּר *ager* i. Quæres, quid de his simulachris ab Israelitis factum sit. Resp. Reposita erant in Sanctuario, ad memoriam beneficii sempiternam; quomodo thuribula Num. 16. 38 k. ¶. *Et dabitis Deo Israelis gloriam*] Ità fatebimini vos victos fuisse à Deo Israel, cujus honori detraxistis, cùm cepistis Arcam ejus: ità restituetis gloriam ei l. *Dare gloriam*, &c. hîc sign. proprias culpas confiteri, & omnes plagas à Deo ortas protestari m. Similiter, Jos. 7. 18. Esdr. 9. 8. Joan. 9. 24. Vel potiùs, (cùm Philistini proprio idiomate loquuntur, & alienos Hebraismos non curârunt) *Dare gloriam*, &c. est Arcam muneribus cumulare. Donare enim, *laudare & honorare* est n. *Dare gloriam* est deprecari apud eum culpam: & placare eum muneribus o. ¶ *Si fortè relevet*, &c. אוּלַי יָקֵל מֵעֲלֵיכֶם אֶת יָדוֹ וגו׳] Va-

p Ma. ex Jun.
q Mar. San.
r San.
s Mend.
t Calv.
v La.
x BA. ubi suprà.
y Greg. not. & observat. cap. 8.
z Calv.
a D.
b He. in M.
c D.
d Di.
e Mend.
f D.
g V.
h Ma.
i BA. 1. 3. 34. 1017. &c.
k Mend.
l V.
m Mend. ex L. & To.
n Mend.
o Pi.

[Variè reddunt,] *Si fortè leviorem faciet manum suam de super vobis*, Mo. *Si fortè remittat manus à vobis*, Ti. *Fortassis allevabit (ut allevet*, ὁ.) *manum suam à vobis*, JT. V. *Allevabit manum suam*, desistétque *à vobis*, Pi. Fortè, desistet vos affligere; vel leviùs vos affliget P. *Alleviabitur manus ejus*, P. *Transferet manum à vobis*, Sy. *Quiescet percussio ejus à vobis*, Jon. Porrò, loquuntur illi, ut de rebus suis incertissimi; ut suprà v. 3. nam *quis novit consilium Domini?* Certè homo animalis minimè omnium g. Infideles erant; nec certam de divina misericordia fiduciam habebant. Et dubitare poterant an remitterentur illis pœnæ temporales, quæ nec verè pœnitentibus semper remittuntur; ut patet in Davide r. ¶ *A vobis*] Secundâ personâ loquuntur; unde colligit Cajet. hos Augures alienigenas fuisse; alioquin dixissent *à nobis*. Sed hæc probatio infirma est. Sic enim loquuntur Moses, Deut. 10. & 11. *Deus vester*, & Samuel, 1 Sam. 8. 11. *Filios vestros*, &c. & Christus, Joan. 6. 49. *Patres vestri*, &c s. ¶ *Et à Diis vestris*] Ità ὁ. M. P. Ti. Mo. JT. Mend. D. *Ab erroribus vestris*, Jon. Reliquæ enim urbes Deos suos habebant; ut Gazæi *Marnam*. Et quis credat unum duntaxat idolum fuisse in Palæstina t? Hinc patet, non solum Dagonem, sed & cæteros Philistinorum Deos per Arcam fuisse prostratos, & afflictos v. [וּמֵעַל אֱלֹהֵיכֶם] Alii vertunt, *Et à Deo vestro*, Sy. Ar. Pi. Belg. Strig. Caj. in Mend. nempe Dagone x. *Elohim*, nomen est communis numeri, tam *Deum* significans, quàm *Deos* y.

6. *Quare aggravatis corda vestra*, [תְּכַבְּדוּ אֶת־לְבַבְכֶם] *Aggravabitis cor vestrum*, P. Mo. Ma. *Obfirmabitis animum vestrum*; i. e. quare obstinatè & pertinaciter resistetis, retinendo Arcam a? תְּכַבְּדוּ hìc positum pro תְּכַבִּידוּ b. Dicuntur *aggravari*, qui nimio pondere oppressi ab aliquo opere exequendo retardantur. Peccatum est grave pondus, sub quo homines obruuntur c. *Indurabitis*, &c. Ar. Pertinaces & præfracti estis, M. Βαρύνω, pro σκληρύνω induro, & *cor grave* est cor durum d. Priùs leniter monuerunt, nunc graviter objurgant e. Refert Josephus quosdam in Concilio fuisse, qui istorum malorum causas naturales fuisse dicerent; Dum ergò concilii cunctatione occasiones corrumpuntur, & quisque tueri vult suam sententiam, augetur plaga, ut & RR. notant. Ideò dicunt Sacerdotes *quousque obfirmabitis*, &c f? ¶ *Sicut aggravavit Ægyptus & Pharao*] Generi subjiciunt speciem, aut toti partem, sed præcipuam. Sic Jos. 2. 1. *Inspicite terram, & Jericho*, 1 Sam. 11. 1. 2 Sam. 2. 30. Item, *dicite discipulis & Petro*. *Tota Judæa & Jerusalem*, Matt. 3. 5 g. Pharao ultimus nominatur, ut fiat à minori (i. e. Ægyptiorum) ad majorem (nempe Pharaonis) duritiem progressus h. ¶ *Nonne postquam percussus est*, &c? [הֲלוֹא כַּאֲשֶׁר הִתְעַלֵּל בָּהֶם] *Annon sic ultus est ex iis*, &c? Jon. *Et quemadmodum illuserunt eis, nec dimiserunt eos, tamen abierint*, Sy. *Et posteaquam parvipenderunt eos, nec dimiserunt illos; demùm eduxit illos Dominus, illis invitis*, Ar. *Nonne quando mira operatus est*, &c? P. sim. Belg. V. i. e. quando vires suas deprompsit in eos i. *Quando illusit*, &c. ὁ. Mo. *Postquàm illusisset eis*, Ti. Vel *probrosè egerat cum eis*, Ang. *Cùm ageret contra eos*, M. *Postquàm contrivit eos*. הִתְעַלֵּל sequente ב est *facere opus contritionis*, i. e. *conterere*, D. Vel, *facere opus corruptionis*, i. e. corrumpere, K. in D. Quid si, *postquam exercuit judicium in eos?* Nam *facere* absolutè est *facere judicium* *. *Postquàm præclara gessit in eos*, JT. Heb. *Sese exercuit in eis*. Synecdoche generis, Pi. Ad Deum referunt. Alii impersonaliter sumunt, *nonne, postquàm pro libidine actum est cum illis* k. Sensus duplex esse potest; vel 1. Cur vos Pharaone duriores? Nam hic percussus, populum dimisit: vos autem percussi adhuc Arcam retinetis. Vel, 2. Pharao, quamvis reluctatus fuerit, tamen à Deo victus est, &c. Ità vos divinis viribus impares eritis l. Nota autem erat Palæstinis hæc historia, vel ex traditione majorum, vel ex narratione Hebræorum m.

7. *Arripite & facite*, &c.] Arripiendi verbo celeritatem præcipiunt in exequutione, &c n. Heb. *Accipite & facite unum plaustrum & duas vaccas*, Pi. verborū ἐμπλοκή, Jun. Trajectio, Pi. *Facite plaustrum — & accipite vaccas*, JT. ¶ *Plaustrum novum*] Indignum enim judicabant Arcam plaustro imponere, quod rusticis usibus deservivisset. Sic

- f V.
- q Ma. ex Jun.
- r Mend.
- s Mend.
- t D.
- v La. sim. Sa.
- x Pi. Caj.
- y D.
- a V.
- b D.
- c Mend.
- d D.
- e Mend.
- f Mart.
- g D.
- h Mend.
- i V.
- * D.
- k Ma.
- l Mend.
- m Me.
- n Mend.

David novo plaustro usus est, 2 Sam. 6. 3 o. Ità Christus in sepulchro novo conditus est, Luc. 23. 53. & pullum asinæ selegit, super quem nemo antè sedisset, Marc. 11. 2 p. Quamvis restituendi celeritatem maximè curarent; tamen moras in fabricando novo plaustro ponendas censuerunt: quia diligentia ad divinum cultum maturanda, quidem est, sed non præcipitanda. Porrò, plaustrum faciebant: 1. Quia sciebant Hebræos plaustris usos in deserto ad portanda Sanctuarii onera, Num. 7. 3. 2. Non habebant Levitas, quorum humeris imponerent, nec eâ lege tenebantur; fortè, nec illam sciebant. 3. Ex cursu boum experimentum desumere volebant q. ¶ *Et duas vaccas fœtas*] *Fordas* vocabant Itali veteres, teste Varrone r. [עָלוֹת] *Fœtas*, V. *Fœtæ* vocantur Latinis, & quæ gravidæ sunt, & quæ partu jam liberatæ s. Potiùs *lactantes*, Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. D. Pi. He. in BA. *Primùm enixas*, ὁ. Hoc ad miraculum faciebat, quòd, cùm haberent domi vitulos, quos lactabant, tamen non redirent domum t. ¶ *Quibus non est impositum jugum*] Ἀδμήτας, *injuges*, G. Hæc altera conditio, cujus ratio duplex: 1. Ad honorem Arcæ, ut de novo plaustro dictum. 2. Ad miraculi evidentiam. Nam vitulæ indomitæ jugum excutiunt, de viis exiliunt, liberè evagantur: cùm vaccæ jugo adsuetæ, vias noscunt, & per eas rectiùs ac pacatiùs gradiuntur v. ¶ *Et recludite vitulos earum domi*, [וַהֲשֵׁיבֹתֶם בְּנֵיהֶם מֵאַחֲרֵיהֶם הַבָּיְתָה] *Et reducetis (remittite*, Sy. Ar.) *Filios (vitulos*, M. Ti. Ar. Pi. D. *pullos*, Ar.) *earum à post eas (qui sunt post eas*, P. *à tergo ipsarum*, i. e. sequentes eas, Tig. not.) *ad domum*, Mo. ὁ. Jon. sim. M. Ti. *Pullos reducetis domum, nè eas sequantur*, JT. Heb. *de post eas*; i. e. ex loco illo qui est post eas x. Postquàm junctæ fuerint plaustro, tum retrò abigite vitulos ab ipsis domum y. Recludite eos in stabulo z; ut domi reclusi mugitu suo matres revocarent. Regia & Sixtiana (Biblia) habent, *Et filios earum abducite à tergo, seu à post eas domum*. Quasi à matrum præsentia violenter auferri vellent, unde matres majori commoverentur affectu a.

8. *Tolletisque Arcam Domini*, [יְהֹוָה] Hîc Gentes utuntur nomine Dei proprio b. Verum numen fateri suo malo cogebantur c. ¶ *Et ponetis*] Non dicunt, *Et religate*, ad majorem miraculi evidentiam. Dagon, firmiter & in ara sua religatus, corruit: Arca verò in plaustro soluta, immobiliter stetit. Qu. Sed cur Philistini non dant pœnas, ut Oza dedit, quòd Arcam plaustro imponeret, 2 Sam. 6. 3, 6? Resp. Tenebantur Levitæ eam propriis humeris ferre. Non ità Philistini d. [Vide ad v. 7.] ¶ *In plaustro*] Vel *super plaustrum*. אֶל pro ב aut עַל e. ¶ *Et vasa aurea*] [Ità ferè omnes.] Vas enim apud Hebræos latissimam habet significationem f. Significat quodlibet instrumentum. Sic *vasa Psalmi*, Psal. 70. 22. i. e. organa. *Vasa mortis*, Psal. 7. 14. i. e. jacula. Vide & Gen. 27. 3. 1 Sam. 31. 4 g. *Instrumenta ista aurea*, JT. Ma. i. e. Podices ac mures aureos r. ¶ *Ponetis in capsellam*, [בָאַרְגָּז] Vox hæc rara est, quam תֵּיבָה interpretantur, in queis & Jonathan s. Variè reddunt, Aq. ἐν ὕφει κῳᾶς, *in texto comæ*, D. *In opere textili lanæ & capillorum*. Nimirum sumpsit Aq ארגז pro composito ex ארג *textum*, & גז *lana*. Sic enim גז per κωδ *lana* reddunt ὁ. Deut. 18. 4. Job 31. 20 t. *In sporta*, Sy. *In pera*, Ar. *in capsa*, vel *capsula*, P. Mo. D. Ca. Belg. Ang. JT. M. *In scrinio*, Sym. in Mend. *in arcula*, V. in Mend. *in loculo seu marsupio*, Jo. in Mend. *in Arculam*, Ti. Quidam deducunt ab ארג *texuit*, quasi texturam, nempe *cistam, calathum*; vas ex viminibus, aut arundinibus, seu aliâ materiâ contextum v. Al. ab Æthiopico רגז *perfodit*, Matt. 25. 50. ab effossione & excavatione, quæ in capsa *. ¶ *Ad latus ejus*] Ita P. Sy. Ti. M. Os. *à* (vel *in* Jon.) *latere ejus*, Mo. *Ad latus plaustri*, Ar. *Ad latus Arcæ*, Os. Non super Arcam, cùm Arca esset Dei sedes: Non intra Arcam, tum, quia Philistini non audebant eam ob reverentiam aperire: tum quia volebant, ut sua Hebræis munera conspicua apparerent: at si intùs in Arca essent, perpetuò latuissent; cùm Hebræi nunquam eam aperirent. Quanti hanc capsellam fecerint Israelitæ, patet ex his Galatini verbis, lib. 4. de Arcan. cap. 9. — *Traditio est quòd ex quo abscissa est Arca, abscissa est cum ea urna* —

- o E. San.
- p San.
- q Mend.
- r G.
- s Pi. BA. r. 2. 30. 298
- t D.
- v Mend.
- x Pi.
- y Os.
- z V.
- a Mend.
- b D.
- c Mend. ex Caj.
- d Mend.
- e D.
- f Me.
- g Mend.
- r V. Me.
- s D.
- t Buxtorf. vind. 2. 9. 699.
- v Ma.
- * Di.

urna — & virga Aaron — & capsella, quam miserunt Philistini, &c. ¶ *Et demittite eam ut vadat*] Sine duce, sine auriga, quò instinctus tulerit. Addunt Jo. & Theodor. & Philo Bib. vaccas in trivio collocatas, ut, ex ambiguitate viarum incertiores ad proficiscendum redderentur. Quod non obscurè colligi notat To. ex vers. seq. *per viam finium*, &c. quasi ad differentiam aliarum viarum [x].

9. *Et aspicietis*, וּרְאִיתֶם] *Et aspicite*, P. i. e. Considerate quid eveniet [y]. ¶ *Et siquidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames*, אִם דֶּרֶךְ גְּבוּלוֹ יַעֲלֶה בֵּית שֶׁמֶשׁ] Si in *via*, vel *per viam termini sui* (vel *confinii sui*, Mo. vel *finium suorum*, Os. Mar.) *ascenderit ad* vel *contra Bethsemes*, M. Jon. P. V. sub. *Arca*. Constructio est inversa, pro, *si ascenderit Bethsames, via termini sui*, viz. ipsius Bethsames; q.d. si petierit fines Bethsemitarum [z]. Si rectà pergendo versus terminos suos, & fines terræ Israel ascenderit ipsa Arca in urbem Bethsemes [a]. Heb. *Viâ termini ejus*: h.e. viâ quæ ducit ad terminum ejus, id est, regionem ad quam pertinet. Genitivus subjecti [b]. Alii sic, *si per viam termini ascendentis ad Bethsemes abeat*, Sy. *Si ascenderit*; i. e. si perrexerit; vel propriè; Palæstina enim, utpote maritima, humilior erat, quàm Judæa mediterranea. Porrò, Bethsames hæc erat urbs in tribu Juda, proxima Palæstinis, Jos. 15. 10 [c]. ¶ *Ipse fecit nobis*, &c. הוּא עָשָׂה לָנוּ] *Ipsa fecit nobis*, Mo. P. & M. scil. *Arca*. Dices אָרוֹן est fœm. at הוּא masc. Resp. Sæpe in scriptura relativa à suis antecedentibus genere dissentiunt [d]. Alii, *Ipse fecit*, JT. Os. Ca. Pi. V. sub. *Dominus Deus Israelis*, V. *Dominus affecit nos malo hoc*, Sy. Ti. sim. Ar. Dices, *Deus* non antecessit. Resp. Relativa in S. Scriptura sæpe ad remotum antecedens referuntur [e]. ¶ *Sin autem, minimè*, &c. וְאִם לוֹא וְיָדַעְנוּ כִּי לוֹא יָדוֹ נָגְעָה בָּנוּ] *Et si non & sciemus, quòd non manus ejus tetigit in nos*, Mo. *Si non, sciemus, quòd*, &c. M. *Sin minus, sciemus*, (*utique cognoscemus*, JT. *certi sumus*, Ti.) *haud manum ejus tetigisse nos*, Sy. *Quòd si eam viam minimè carpserint, calamitas nostra non est à Domino*, Ar. ¶ *Sed casu accidit*, sim. Sy. Ti. מִקְרֶה הוּא הָיָה לָנוּ] *Accidens ipsum fuit nobis*, Mo. *Casus est qui accidit*, V. JT. Malim, *sed casum esse quod accidit nobis*. Ellipsis gemina, Pi. sic. P. Usitatum fuit antiquis illis seculis, ut homines certum inter se signum constituerent, ut ex eo cognoscerent quid facto opus esset [f]. Vide Jos. 3. & 1 Sam. 14 [g]. Οἰωνισμὸς (augurium [h].) Qu. An vates hi proprio, an divino spiritu movebantur ad hæc signa exhibenda? Dicet aliquis, divino, rem ab effectu arbitratus. Potiùs tamen cum Cajet. existimo humanam hanc fuisse præsumptionem. Ex consuetudine augurandi, suæ artis legibus insistebant; nec ullum commercium habebant cum Deo, quem tentârunt, novum capiendo experimentum de potestate divina: quam alioqui satis habebant exploratam. Porrò, media, quibus usi sunt, inutilia erant ad finem propositum, nec habebant vel connexionem cum illo naturalem, vel impositionem divinam ad illum significandum. Nec obstat respondisse eventum. Cùm sæpe Deus, improborum atque inimicorum suorum testimoniis, ad suam potestatem & sanctitatem confirmandam utatur, & malitiam impiorum in bonorum utilitatem convertat [i]. Si dixeris hos homines pios fuisse, quòd eorum consilio placata fuerit ira Dei, & populo restituta sanitas. Resp. 1. Id scripturam non dicere. 2. Ab Ethnicis & prophanis multa edita sunt admiranda opera. Cùm se Curtius in hiatum terræ conjecisset, lues horribilis desiit. Et restituto aliquali in Samaria cultu, leones grassari destiterunt. Deus adeò bonus est, inquit Origenes, ut non tantùm virtutes, verùm etiam species ipsas virtutum præmio afficiat. At dices, videbatur sic Deus horum idololatriam confirmare. Resp. Minimè. Non confirmat injustitiam, qui pluit super injustos, nisi per accidens hoc fiat [k].

10. *Concluserunt domi*, כָּלוּ בַבָּיִת] *Clauserunt in domo*, Mo. V. i. e. in stabulo solito: ut vaccæ memores vitulorum suorum reverterentur ad locum suum [l]. Suspicari quis posset כָּלוּ idem esse quod כָּלְאוּ *cohibuerunt*; sicut alibi מָלוּ ponitur pro מָלְאוּ *pleni sunt*; & נָשׂוּ pro נָשְׂאוּ *tulerunt* [m]. LXX in Sextianis habent, *Vitulos ca-*

[x] Mend. [y] V. [z] Mar. [a] V. [b] Pi. [c] Mend. [d] Mend. [e] Mend. [f] Me. ex San. [g] San. [h] G. [i] Mend. [k] Mart. [l] V. [m] D.

rum abstraxerunt in domum. Quasi uberibus matris affixos magna cum violentia inde revellerent, & in præsepia abducerent, ut majori doloris sensu matres tangerentur, & magis redire niterentur [n].

11. *Et similitudines anorum*, וְאֵת צַלְמֵי וגו׳] *Cum simulachris*, vel *imaginibus anorum suorum*, Sy. M. sim. Ca. JT. Pi. [אֵת vertunt *cum*, ut alibi sæpe fit] Metonymia subjecti, vel synecdoche membri metonymica, quâ unà cum subjecto intelligitur adjunctum [o]. [Vide quæ ad v. 5.] Simile quid ab Atticis factum docet nos ad Acharnenses Aristophanis Scholiastes, Μηνίσαντος τοῦ Θεοῦ, &c. (*Morbum immiserat Deus in pudendis hominum, qui sanari non poterat, donec ex monitu Dei phallos sibi tam privatim, quàm publicè pararent*, &c [p]. Non ideò existimandum est hanc suggestionem non fuisse à Deo, quòd hæc effigies inhonesta videatur; cessit enim hoc, tanquam perpetuum rei gestæ monumentum, in Dei gloriam, & Philistinorum sempiternum dedecus [q].

12. *Ibant autem in directum vaccæ*, וַיִּשַּׁרְנָה הַפָּרוֹת בַּדֶּרֶךְ] *Et direxerunt vaccæ super viam*, Mo. *Direxerunt se* (*rectà iverunt*, V. D. sim. M. Ti. JT.) *vaccæ per viam*, P. *Verterunt se boves*, &c. Jon. Sensus illius est, Philistini collocârunt vaccas aversas à Judæa, & conversas in Palæstinam; Illæ autem in Judæam se converterunt [r]. *Dimissæque sunt vaccæ per viam*, &c. Sy. *Vaccásque per viam dimiserunt*, Ar. Novè hìc legitur יִשַּׁרְנָה pro תִּשַּׁרְנָה cum unico signo fœm. Dages in Schin indicat *Jod* primam thematis. Sic alibi וַיֵּחַמְנָה *incaluerunt*, & יַעֲמֹדְנָה *stabunt*: quæ Grammatici ἀνδρόγυνα vocant, quòd simul cum masculo fœmininum conjungatur. Talia tria sunt [s]. Futurum *Jischarenah* in principio habet *Jod* notam masculeam, & in fine *He* notam fœmineam, ut videatur compositum ex tertia persona & masc. & fœm. ut utrúmque sexum significet, fortè ad indicandum, quòd quamvis boves fœminæ essent, at masculeo animo ac robore, ac, velut virili sensu præditæ fuissent, Arcam recto itinere, in destinatum locum deferebant [t]. ¶ *Et itinere uno gradiebantur*, בִּמְסִלָּה אַחַת] *Per viam* (*stratam*, Jon. JT.) *unam* vel *eandem*, P. M. Ti. *Eadem semitâ*, Sy. Non sine vi aliqua divina. Nam buculæ indomitæ, cùm primùm jugantur, tergiversari solent, dissociari amant, & in partes contrarias obnituntur [v]. ¶ *Pergentes & mugientes*, הָלֹךְ וְגָעוֹ] *Eundo* (vel *pergendo*, P.) *& mugiendo*, Mo. *Pergebant mugientes*, Sy. *Indesinenter mugientes*, JT. Memores scilicet suorum vitulorum, quos invitæ relinquebant [x]. Atque adeò, mugitu, naturalem affectum ad vitulos redeundi; progressu autem, divinam vim aliò dirigentem, testabantur [y]. Porrò, voluit Deus Arcam *Bethsames* potiùs quàm ad aliam urbem à vaccis duci, quia hæc erat urbs Sacerdotalis. Sacerdotes autem decebat Arcam custodire & curare [z].

13. *Metebant triticum*] Heb. *messem triticorum*, Pi. *triticeam*, JT. Messis triticea sequebatur hordeaceam intervallo unius mensis. Durabat ad finem Maii, & Pentecoste eam claudebat [a]. Cùm ergò Arca in Philistina fuerit menses 7. capta erat mense Novembri [b]. ¶ *Viderunt Arcam*] Quam facilè cognoscebant, 1. Ex forma peculiari. 2. Vel ex tegumento, si tecta erat, vel, ex splendore, si retecta; cùm & intùs & foris laminis tegeretur aureis [c]. ¶ *Et gavisi sunt, cùm vidissent*, Ità Sy. Ar. M. P. לִרְאוֹת] *Videre*, Ang. *videndo*, Jon. Mo. Pi. Al. *inspiciendo*, retectam contra legem, Num. 4. 5. sive ab illis retecta esset, sive à Philistæis [d]. Verùm vers. 19. de curiosa illa inspectione Arcæ mentio fit, sed aliâ phrasi, nempe *videre in Arca*; h. e. inspicere & accuratè considerare Arcam [e]. Lætitiæ causâ, quòd Arca tam subitò, & sine pretio, & cum tanto miraculo illis restituta esset [f].

14. *Josue Bethsamitæ*, בֵּית הַשִּׁמְשִׁי] Dicitur, ut בֵּית הַלַּחְמִי *Bethlehemites*. *In agrum Josue qui erat in Bethsames*, Jon. & Malim, *è Bethsames*, i. e. Bethsamita. Vel, *in Bethsames*; i. e. in territorio ejus; vel, *propè eam*. Ità ב sumitur [g]. ¶ *Et stetit ibi*] Restitit, substitit; aut mansit [h]. Vaccæ sicut peculiari providentiâ Dei ibant, ità & stabant. Qu. Cur ibi stetit? Resp. 1. Josua erat vir justior cæteris [i]. 2. Ad significandum translationem Arcæ futuram ex E-

[n] Mend. [o] Pi. [p] G. [q] E. [r] Mend. [s] Di. [t] Ma. [v] Mend. [x] Ma. [y] Mend. [z] La. [a] D. [b] Me. ex San. [c] San. [d] Jun. [e] Pi. [f] Mend. [g] D. [h] D. [i] To.

Ephraim in Juda, in qua erat Bethsemes. 3. Quia hic primus erat locus à Palæstina venientibus. Ut viderent Philistini, qui experimentum cupiebant; nec enim ulteriùs ea per vaccas, sed per Levitas portanda erat. Ibi autem cessârunt miracula, ubi necessaria esse desierunt. Ibi & multi erant messores, qui, tanquam oculati testes, Arcæ majestatem prædicarent, quam pauló antè Israelitæ contemptui habuerunt. Nec otiantes cives, sed laborantes messores Arcam inveniunt [k]. ¶ *Erat ibi lapis magnus*] [Itâ ferè omnes] At ó. *Et statuerunt ibi apud eam lapidem magnum*, significantes hunc lapidem tunc primùm erectum in facti monumentum [l]. ¶ *Et conciderunt ligna plaustri*] Ut illis accenderent ignem ad comburendum holocaustum [m]. Sed cur hoc plaustrum sciderunt, & has boves immolabant, cùm aliæ non deerant? Resp. 1. Ut plaustrum & boves, quæ rei sacræ deservierant, nunquam deinceps profanis rebus deservirent. Quomodo Philistini curârunt anteà, ut plaustrum novum esset, &c. [de quo vide ad v. 7.] 2. Sic fæliciter sibi ominabantur, Arcam nunquam ampliùs avehendam esse. Ut in Bæotia. teste Plut. Problem. 28. plaustrum, in quo sponsa in domum sponsi ducebatur, statim cremebatur, ut omnis spes novis nuptis eriperetur ex illa domo exeundi [n]. ¶ *Vaccásque imposuerunt super ea, holocaustum Domino*] Quidam volunt hoc sacrificium fuisse à Philistinis oblatum. Itâ Mar. & Salianus post veteres Hebræos. Rationes eorum sunt. 1. Quia Israelitæ non obtulissent vaccas contra legem. [De hoc statim dicendum.] 2. Bethsamitæ nullum habebant jus ad hoc plaustrum, &c. Resp. Hæc non minùs, quam mures aureos, &c. Philist. liberaliter donâsse censebantur. Alii communiter & rectiùs ab Israelitis oblata fuisse statuunt. Nam, 1. Philistini jussi sunt prosequi, solùm ad videndum, quò pergeret, &c. & illi adhuc suis idolis adhærebant. 2. Hebræis nefas erat cum Gentibus communicare in cultu divino [o]. Qu. An Bethsamitæ in hoc sacrificio peccârunt? Resp. 1. Quidam affirmant [p], his freti argumentis. 1. Quòd ipsi non Sacerdotes obtulerint. Resp. Sacerdotes ex Bethsames urbe Sacerdotali, Jos. 21. 16. adfuerunt [q]. Vel Bethsamitæ, qui immolârunt, Sacerdotes erant; vel immolabant, nempe per Sacerdotes: Vide ad cap. 1. v. 3 [r]. 2. Quòd extra Tabernaculum obtulerunt. Resp. 1. Non semel hoc factum [s], à Samuele, Elia, &c. 2. Ibi fuit Arca, quæ quasi anima erat Tabernaculi [t], & cujus causâ sacrificia fiebant coràm Tabernaculo [v]. Arca locum sanctificavit [x]. 3. Quòd fœmellas sacrificaverint; tùm tamen holocaustum non nisi de maribus fieri præcipitur, Levit. 1. 3. & 22. 19 [y]. Resp. 1. Lex illa locum habuisse videtur in solenni sacrificiorum loco & tempore; non in casu extraordinario [z]; non, si aliud aut necessitas, aut res adjuncta suaderent. Hæ autem vaccæ divinitùs actæ erant [a]; Quare quod à Deo sumptum esse crediderant, id deberi Deo, & ad aram adduci posse arbitrabantur [b]. 2. Fortè peculiari instinctu divino acti sunt, ad eas boves immolandas, nè profanis usibus superessent [c]. Resp. 2. Alii negant Bethsamitas hîc peccâsse [d]. Hujus enim sacrificii causâ eos néc reprehensos, nec plexos legimus [e]. Si in hoc peccatum esset, non tacuisset scriptura, dum causas reddit sequentis plagæ [f].

15. *Levitæ autem deposuerunt Arcam*] Hysterologia est; Priùs enim Arcam deposuerant, quàm plaustrum conciderent, vaccásque superimponerent [g]. *Levitæ*, nempe è Sacerdotum genere, quorum munus hoc erat, Num. 4. 5. seq [h]. Levitæ hi, non erant ex messoribus, non enim vacabant servilibus ministeriis [i]. ¶ *Obtulerunt holocausta*] Non super eundem lapidem, cui Arca superposita erat; sed in aliqua ara facta de lapidibus impolitis, juxta Legis præscriptum, Exod. 20. 25 [k]. *Offerebant*, i. e. suppeditabant animalia Sacerdotibus ad holocausta & sacrificia [l]. *Victimæ*, seu hostiæ pacificæ fiebant in gratiarum actionem pro aliquo beneficio accepto [m].

16. *Et reversi sunt in die illa*] Id est, quàm velocissimè: nam & rei tam insperatæ viso perturbabantur ipsi, aspectúmque Dei potentissimi perhorrescebant; & festinabant etiam aliis renuntiaturi [n]. Adeò erroribus suis excæcati erant, ut post visa hæc prodigia nihilominùs ad suas tenebras, idololatriásque redirent. Pessimum genus hominum, scientium bona, & facientium mala [o].

17. *Hi autem sunt ani aurei*] i. e. Hæc autem sunt donaria & anathemata quæ præ se ferebant speciem anorum, quæ exsolverunt pro expiatione peccati [p].

18. *Secundum numerum urbium*, [Simil. omnes.] [מִסְפַּר] *Numerum*, Mo. [Vide ad v. 4.] ¶ *Quinque provinciarum, ab urbe murata*, &c. [לְחֲמֵשֶׁת הַסְּרָנִים מֵעִיר וגו׳] *Quinque satrapis, ab urbe*, &c. Mo. *Quinque satraparum, à civitate*, &c. ó. *Ad quinque tyrannos*, &c. Jon. *Quinque tyrannorum urbium*, &c. Sy. *Et juxta numerum quinque principum præcipuaram urbium*, &c. Ar. *per quinque satrapias illas*, JT. Nempè, *secundùm quinque satrapas, tam urbium*, &c. Ti. Urbium Palæstinarum; id est, *quinque præfecturarum, quæ continentur ab urbe*, &c. Ca. Civitatum—*pertinentium ad quinque satrapas*, V. Ang. i. e. In quibus habitabant quinque satrapæ [q]. *Tam urbium*, &c. Ang. Nempè *secundùm quinque principes, & ex urbe*, &c. M. *Pro quinque satrapis, & ab urbe*, &c. P. ¶ *Ab urbe murata, usque ad villam quæ erat absque muro*, [מֵעִיר מִבְצָר וְעַד כּוֹפֶר הַפְּרָזִי] *Ab urbe munita*, vel *munitionis, usque ad villam absque muro*, Mo. Pi. Ca. Vel *usque ad vicum pagani*, Pi. Sive *paganum*, Jun. *ad villam non munitam*, M. *Ab urbibus munitis, & usque ad urbes apertas*, Jon. *A civitate confirmata, & usque ad pagum Pherezæi*, ó. *Ad oppidum* (*planitiem*, Ar.) *Pherezæorum*, Sy. Ar. *Tam urbium munitarum, quàm pagorum qui non fuerunt muniti*, Ti. Ang. Nomine *tam civitatum muratarum, quàm vicorum paganorum*, JT. Sub. subministrati erant mures [r]. Significatur tam muratas urbes, quàm villas aliquid contulisse, ut mures aurei fierent [s]. Æquum enim erat, ut sicut plaga ad omnes pervaserat; itâ & oblatio ab omnibus prodiret [t]. Data hæc erant primùm nominè præcipuarum urbium, sive satrapiarum; deinde nomine aliarum civitatum & villarum, quæ sub iis continebantur [v]. Alii volunt præter illos quinque mures, &c. pro primariis urbibus oblatos, longè plures oblatos fuisse, scilicet pro numero villarum [x]. Aliarum civitatum & locorum homines audientes consilium Sacerdotum, voluerunt & ipsi offerre Deo Israel anos & mures aureos; timentes quinque præcipuarum civitatum oblationem sibi minimè suffragaturam. Etiam illi quorum habitatio erat in termino regionis Bethsemitarum, & qui habitabant juxta lapidem luctûs, curârunt proprium offerre murum & anum *. Sed rectiùs non nisi quinque statuuntur pro quinque satrapiis, ad quas aliæ urbes, & pagi reducebantur [y]. Quinque tantùm facti erant mures, quia quinque tantùm præcepti erant [z]. ¶ *Et usque ad Abel magnum*, Itâ Mo. [וְעַד אָבֵל הַגְּדוֹלָה] *Et usque ad lapidem magnum*, ó. Jon. JT. Ang. in Marg. sim. Ca. Ut sit אָבֵל pro אֶבֶן [a]; א in ע verso, quoniam hæ literæ permutantur. Sic לְשִׂכְרָה & נִשְׂכְּרָה [b]. *Usque ad lapidem Abel magnum*, Sy. *Usque ad lapidem luctûs magnum*, M. Ti. *Usque ad luctum*. Nam sic denominatus fuit lapis, affini nomine, à luctu populi, v. 19 [c]. אֶבֶן *lapis*, אָבֵל *luctus*. Paronomasia [d]. *Usque ad planitiem magnam*, P. Caj. & K. in La. Sic *Abel* sumitur, Jud. 7. 23 [e]. *Et usque ad planitiem lapidis illius magni*; i.e. in qua erat lapis ille magnus super quem posuerant Arcam, ut v. 15. dictum est; h. e. etiam urbes & villæ vicinæ Bethsemes, usque ad eum locum, in quo substitit Arca [f]. Ut describatur terminus urbium & Pagorum & Philistææ ditionis; qui erat planities, seu campus ille magnus [g]. Hieron. & ejus perpetuus assecla Rupertus, & Procopius volunt *Abel* hîc esse urbem Bethsames, sic dictam à luctu sequenti; dicique *magnam*, vel à magnitudine luctûs, vel ad distinctionem illius *Abel*, 2 Sam. 20. 18. Si objicias Arcam positam fuisse *super Abel*, respondetur *super* sæpe idem esse quod *juxta* [h]. Quidam volunt esse orationem Eclipticam, *& usque ad lapidem magnum* illum. Supple, *detulerunt Arcam* [i]. ¶ *Super quem posuerunt Arcam Domini, quæ erat usque in illum diem*, [אֲשֶׁר הִנִּיחוּ עָלֶיהָ אֵת אֲרוֹן יְהוָה עַד הַיּוֹם הַזֶּה] *Super quem reposuerunt Arcam Domini usque ad diem hanc*, P. sim. Mo. ó. Sy. Ar. M. Ti. Illud, ad

Marginal notes (left column): k Mend. — l Mend. — m Pi. — n Mend. — o Mend. — p L. To. — q Me. San. sim. Mend. Jun. — r Mend. — s Me. — t San. — v Me. — x Mend. — y Mend. To. L. — z San. — a Me. — b San. — c Mend. — d Itâ San. Me. T. — e Me. — f San. — g Mend. — h Jun. — i Mend. — k Mend. — l Jun. Pi. Ma. — m Mend. — n Ma. (pro more) ex Jun.

Marginal notes (right column): o Mend. — p V. — q V. — r Ma. ex Jun. — s Me. sim. T. San. Mend. — t Mend. sim. T. San. — v Ma. — x Itâ Caj. et Isidor. in Mend. Q. in Ma. — * M. — y Ma. — z Me. — a V. — b D. — c Jun. Pi. sim. San. La. T. V. Me. — d Pi. — e La. — f V. — g Ma. — h Mend. — i Ma.

ad diem hanc referunt, vel, 1. Ad *Arcam*; hoc sensu, Arca erat in eo loco, *usque ad illum diem* quo in urbem invecta est. In Heb. est: *usque in hanc diem:* h. e. per totam diem; non post illum diem in urbem translata est [k]. Putant esse trajectionem, quam ità ordinant: *Super quem deposuerunt Arcam Jehovæ in agro Jehoshuæ Bethshemesitæ; usque ad diem hunc*, sub. *manet*, seu *durat memoria rei gestæ* [l]. 2. Alii referunt ad *lapidem*, vel petram [m]. *Usque ad diem hanc*, sub. *is autem*, nempe lapis, *usque ad hodiernum diem*, sive *usque ad hoc tempus* exstat & visitur in illo agro [n]. *Super quem collocârant Arcam Jehovæ*; is est *usque in hunc diem*. JT.

19. *Percussit autem*] Sub. *Dominus*, V. Percussio hæc & repentina erat, & capitalis [o]. ¶ *De viris*, &c. [בְּאַנְשֵׁי] *In viris Bethsames*, Mo. Jon. *Bethsemitas*, Sy. Ar. *Ex Bethshemitis*, JT. *ex viris*, &c. ut sit ב pro מ V. Aliquot *ex viris*, &c. P. ¶ *Eo quòd vidissent Arcam Domini*, Ità M. [כִּי רָאוּ בַּאֲרוֹן יְהוָה] *Quia viderunt* (*introspexissent*, P.) *in Arca Domini*, Mo. D. *Quòd introspexissent in Arcam*, Ti. sim. JT. *Aspexerunt quæ erant in Arca*. Aperuerunt enim Arcam, & viderunt illud quod erat in medio ejus. Propterea dixit *in Arcâ*, non *Arcam*. Alii exponunt, *& contempserunt Arcam*, ut annotat doctus inter Hebræos [p]. Apud omnes Gentes nefas habitum mysteria conspici nisi ab initiatis *. Al. *quòd extimuerint Arcam*, Sy. [quasi legisset יָרְאוּ] *quòd parvipendissent Arcam Domini, & timuerint introducere eam in domûs suas*, Ar. Quia viderunt Arcam intectam & nudatam, quod sub pœna capitis vetitum, Num. 4 [q]. Imò potiùs, quia introspexerunt, ut viderent num Philistini tabulas legis ex ea sustulissent, vel quid aliud ei imposuissent [r]. Vel ex curiositate ut tabulas legis viderent [s]. Quas spectandi, nulla videbatur postea illis futura facultas [t]. Non mirandum est severiùs Israelitas à Deo punitos esse, quàm Philistæos; quod isti nullas Dei promissiones, nec legis expositionem haberent; ac proinde licèt in hac re peccantes, morte non sunt mulctati. At Israelitis Deus voluntatem suam patefecerat [v]. ¶ *Et percussit de populo*, &c. [וַיַּךְ] *Et percussit*, Mo. JT. *& percussit enim*, Sy. Ar. *percussit inquam*, P. Pi. Ti. scilicet *Jehova* ex fine versûs. Epanalepsis propter interjectam Epembolen. Hanc autem syntaxin postulat ipse modus loquendi: quia verbum percutiendi requirit accusativum; & manifestum est, scriptorem hîc voluisse indicare numerum percussorum [x]. ¶ *Percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis*, [וַיַּךְ בָּעָם שִׁבְעִים אִישׁ חֲמִשִּׁים אֶלֶף אִישׁ] *Et percussit in populo septuaginta viros quinquaginta millia virorum*, Mo. *Percussit è populo 70 viros & 50 millia virorum*, P. Ti. M. Belg. Sic V. D. & —τὸ, subauditur ante חֲמִשִּׁים [y], & numerus minor, ut fit, præponitur [z]. Constructio est inversa, & intelligendum, *percussisse 50 millia virorum, & insuper 70* [a]. Tot occisos fuisse multi statuunt [b]. [Aliis non placet hæc versio] Nam, 1. *70 homines, 50 millia*, &c. sunt ἀσύνδετα; & ut jungantur, supplendum est τὸ *et*. 2. Vocum ordo erit planè inversus. Debebant enim millenarii præcedere numeros inferiores, quod in scriptura perpetuum æquè, ac in linguis nostris; Dicendum itáque fuisset, 50 millia & 70. 3. Vox *hominum* frustrà repeteretur. Sufficit enim dicere, 50 mille, & 70 homines. 4. Quid vero absimilius, quàm Deum Opt. Max. tantam eorum stragem edidisse, qui redeuntem Arcam cum gaudio exceperant, & lætitiam suam multis sacrificiis oblatis testati fuerant? v. 13. 14. Aut in extrema Judæa oppidum vel pagum veriùs, ut à Josepho appellatur, tot hominum myriadas mœnibus suis inclusisse? Qui advenas fuisse regerunt, quos reversæ Arcæ fama ex vicinis urbibus exciverit, non solùm id gratis asserunt, sed & contra scripturam. Nec enim alii percussi leguntur, quàm *homines Beth-shemes*, id est, ex oppidi incolis [c]. Verum planè expresséque dicitur in textu, *Deum percussisse viros Bethshemes, & percussisse de populo 70 viros, & 50 millia virorum*. Non ergò supponendum est omnes illos de oppido Bethshemes fuisse *. Incredibile hîc videtur tantam fuisse multitudinem in Bethsemes; & tantam stragem hominum facere à Dei clementiâ alienum videtur. Sed respondeo, 1. Terram Israel, etsi angustam, fuisse virorum fœcundissimam. Vide 2 Sam. 24. 9. & 2 Par. 13. 3 [d]. Novimus regionem Beth shemes adeò copiosam fuisse, ut 50 hominum millia nutrire potuerit [e]. 2. Deus non minùs justus est, quàm misericors; nec negandum est justitiam divinam in maximas hominum strages interdum effundi, ut patet ex Gen. 7. & 19. & ex aliis locis [f]. Mirare igitur hîc judiciorum Dei severitatem [g]. Junius & Tremellius, in prioribus editionibus, accipiunt de Philistinis, ex quibus tot percussos dici volunt; & pro בָּעָם *in populo*, legendum censent בָּהֶם *in eis*. Ità scriptum invenimus (inquiunt) in vetere codice Heb. MS. S. Princip. Elect. Palatini. Sed postea Junius in editione An. 1617. sententiam mutavit [h]. Ex Israelitis percussi sunt 50 millia & 70 viri, quorum alii in stativis erant, ut suos fines à Philisthæis defenderent: alii frequentiâ maximâ confestim accurrerunt, cùm famam de Arca audivissent. Quamobrem communem lectionem, contrà quàm olim putavimus, hîc servandam esse judicamus [i]. Porrò, affirmant quidam illos 70 fuisse de primatibus, seu nobilioribus, & 50 millia de plebeiis & inferioribus. Ità Greg. Beda, Eucherius & Angelomus †; *Occidit de senioribus populi 70 viros, & de cœtu 50 millia virorum*. Chald. in V. Verùm Heb. אִישׁ utroque numero jungitur ||. [Alii autem tantum numerum occisum negant, & locum aliter vertunt & exponunt, sed non uno modo.] Occisi tantùm sunt septuaginta viri [k]. Mihi hoc valdè videtur verisimile [l]. Josephus enim Antiq. 9. 1. dicit tantùm 70 occisos, quasi plures in ipso fonte non invenerit [m]. Idem doctores Hebræi statuunt. Præterea, hæc accidisse videntur eo die, quo Arca Bethsames appulit; nec tunc alii præter Bethsamitas convenisse dicuntur, nec alii interiisse dicuntur. Et quis credat, ex oppido non admodum copioso, 50 millia mortuos esse, & plurimos relictos, qui eorum funera lugerent? Deinde, cùm illis, quibus Arcam videre contigit, repentinus advenerit interitus; (ut Ozæ exemplum probat) nimis stupidi forent, qui hoc videntes auderent tamen propiùs accedere [n]. Obj. At si 70 tantùm occisi essent, non memoraret scriptura luctum illum ingentem Bethsemitarum, quòd Jehova populum plagâ magnâ affecisset. Quid enim 70 homines ad tantam multitudinem [o]? Verùm, non exigua fuit hæc plaga, quæ 70 viros, eosque, ut verisimile est, præcipuos ademit *. [Al. sic;] Sensus loci est, illos 70 viros tales fuisse, ut æquipararentur 50 millibus de plebeiis, quomodo dicitur, 2 Sam. 18. 3. *Tu unus pro decem millibus computaris* [p]. Vel sic, *Percussit de populo 70 viros, & 50 millia*, sub. *aderant* [q]. Vel sic; *Percussit de populo quinquaginta millium virorum*, seu, *in quo erant viri 50 mille, viros 70*. Ità ut illud 50 *millia* conjungatur cum *de populo*, licèt remotiùs hoc sit. Ligari autem particulam aliquam cum remotiori apud Hebræos non infrequens est. Vide Psal [illegible]. 7. & 119. 8. & 139. 14 [r]. Prior numerus, id est *septuaginta* est numerus cæsorum; posterior 50 *mille* civium omnium qui ibi habitabant. Hebraica sic se habent, *percussit 70 viros, 50 mille*, &c. pro *è 50 mille*, &c [s]. Percussit 70 viros in populo, qui continebat 50 millia virorum [t]. Posset sententiam suam confirmare ex Jud. 5. 8. *Clypeus & hasta si apparuerint in 40 millibus Israel*, loquitur de suo exercitu, qui constabat tantùm decem millibus, Jud. 4. 6. ubi loquitur de minori numero, qui desumptus est ex majori [v]. [Cl. Bochartus sic vertit,] *Percussit ex illo populo 70 homines, quinquaginta* scilicet *è mille hominibus*; ut sensus sit, Deum pro indulgentia sua noluisse in omnes reos animadvertere, sed in partem tantùm eorum vicesimam; vel, quod idem est, in quinquaginta pro mille reis. Reos igitur Arcæ introspectæ sic sequetur fuisse mille & quadringentos; quorum partem vigesimam, i. e. 70 homines Deus percussit. Itáque illa verba 50 *ex mille* nihil quidquam significabunt, quàm proportionem, quam observavit Deus in pœnis exigendis. Quomodo apud *Romanos*, milites mortis reos decimare in more fuit. Sed hanc esse Hebraismi vim, ideo fugit Interpretes, quia non viderunt supplendam esse מ ante אֶלֶף, & reddendum *quinquaginta è mille*, &c. Tamen hujus præpositionis Ellipsi nihil frequentiùs. Sic Exod. 19. 12 *Cavete vobis* עֲלוֹת בָּהָר *ascendere in montem*, pro מֵעֲלוֹת *ab ascendendo*, Exod. 36. 8. *Fecerunt cortinas decem* שֵׁשׁ pro מִשֵּׁשׁ *ex bysso*. Sic & v. 19. & 34. & 35. Jos. 7. 13. *Donec*

[k] Mend. [l] Ma. [m] Ità V. Jun. Ca. Mar. Ang. Belg. [n] V. [o] Mend. [p] V. * G. [q] To. L. [r] La. Me. [s] Me. [t] San. [v] Calv. [x] Pi. [y] V. ex He. D. [z] D. [a] Mar. Ità JT. Ang. [b] Ità Greg. et Theod. et Carthus. in Mend. et Mend. Calv. Jun. La. Ser. &c. [c] BA. 1. 2. 36. 370. * Wil.

[d] Mend. [e] Calv. [f] Mend. [g] La. sim. Ser. [h] Ma. Wil. [i] Jun. † Mend. || Mar. [k] Ità L. To. Carthus. & Hieron. & Rupert. & Sà in Mend. [l] San. sim T. [m] Mend. [n] San. [o] Calv. * San. [p] L. [q] San. Ser. T. [r] San. [s] Mar. [t] Sà in Mend. [v] Mend.

donec ulcisceretur se gens, אוֹיְבָיו pro מֵאוֹיְבָיו *de inimicis suis.* 2 Sam.23.24. *Elchanan filius Dodi* בֵּית לֶחֶם pro מִבֵּית לָחֶם *è Bethlehem.* 2 Reg. 17. 24. *Adduxit rex Assur ex Babel, & ex Cuth, & ex Hara, & ex Hamath,* וּסְפַרְוָיִם pro וּמִסְפַרְוָיִם *& ex Sepharvaim,* quomodo suppletur *in Keri.* Hanc conjecturam maximè firmant vulgò receptæ versionis incommoda [x]. [Quæ antea ex hoc auctore produximus.] Ab omnibus his diversi abeunt Sy. & Ar. qui habent *quinque millia & septuaginta viros.* Ità minori conatu rem expedire videntur; dum pro חֲמִשִּׁים duntaxat legunt חָמֵשׁ; nec ullam aliam mutationem in textum inferunt. Et sic fortassis omnium priorum sententiarum incommoda vitantur. Nec putandum est ex hujusmodi paucissimis,& quidem leviusculis mendis in textu admissis, omnem labefactari S.Scripturæ veritatem & fidem; ut vel imperiti vel impii clamitant; cùm potiùs ex his minutioribus, & plerumque tantùm circa res numerales discrepantiis, (in quibus cardo fidei nostræ minimè vertitur) magìs eluceat singularis illa & planè divina providentia; quâ factum est,ut in illis locis, quæ fidei nostræ acropolin spectant, summus sit & planè stupendus omnium exemplarium,utut diversis linguis,temporibus, locis,exaratorum consensus.]

¶ *Luxitque populus, &c.*] Propter mortuos. At ipsi vivi magìs deplorandi erant, qui solas corporales cædes, non autem spirituales ruinas lamentabantur. Non lugent propter sacrilegia, aliáque eorum peccata, nec propter Arcæ injurias. Quomodo Philistini propter culpas non dolebant, sed propter pœnas ululabant [y].

20. *Et dixerunt*] Vel murmurando in publicis circis & conventibus, ut Num.17.12,13. vel consultando in Concilio. ¶ *Quis poterit stare, &c.*] Similes interrogationes paucitatem, seu raritatem significant, ut Job.4.7. Psal.15.1. Isa.33.14. q.d Rarus, aut nullus [z]; q.d. Videtur à nobis exigere sanctimoniam maximam [a]. Malorum causam in Deum transferunt, de suis sceleribus nihil interim cogitantes. Illum clamant esse durum, difficilem, morosum, & severum, acsi ipsi nihil mali commeruissent [b]. [Al. sic;] Divinam sanctitatem, etiam cùm puniuntur, confitentur; ac proinde non diffitentur suam iniquitatem. Quæ non exigua est laus eorum, qui divina flagella patiuntur. Porrò, ex sanctitate divina rectè colligunt maximam difficultatem in divino obsequio pro dignitate exercendo [c]. [מִי יוּכַל לַעֲמֹד לִפְנֵי יְהוָה] *Quis poterit stare (consistere,* Sy. D.) *ad facies Domini?* Mo. vel *transire coram Domino?* ó. *stare ante Arcam Domini?* Jon. *Quis potest perficere ministerium Domini?* Ar. *Domini* nomine, aut Arcam intellige [d]; quæ est symbolum Jehovæ. Metonymia subjecti [e]. Aut ipsum Deum, non quidem absolutè, sed quatenus ex Arca operabatur, & in illa colebatur. Quasi dicerent, Dominus sanctissimus est, ideò sanctissimos servos requirit, & negligentiores gravissimè punit; Atqui homines multis imperfectionibus involvuntur. Ergò, *quis poterit stare,* &c [f]? ¶ *Et ad quem ascendet à nobis?* [אֶל מִי] *ad quem?* M. Ti. JT. P. V. *ad quem locum?* Jon. *ad quos?* V. *Et quis abducat à nobis Arcam.?* Sy. Ar. Quasi dicerent: Certi sumus de remittenda Arca: incerti de termino ad quem remittatur. Dubitant, nec sine causa; & quis possit eam dignè recipere, & quis velit exponere se periculo eam recipiendi [g]?

21. *Miseruntque nuntios, &c.*] Duplici de causa. 1. Ex prudentia, & modestia. Noluerunt (instar Philistinorum) ità suum damnum effugere; ut illud ad vicinos, præsertim invitos atque inconsultos transferrent. 2. Quia non audebant ipsi acerbam illam stragem experti ad Arcam propiùs accedere, eámq; suis humeris portare. Porrò, fortassè causabantur urbem Bethsames esse perexiguam, parum tutam. & hostibus vicinam [h]. ¶ *Ad habitatores Cariathiarum*] Sive, quia erant viciniores; ad quos proinde citiús posset Arca transferri: sive, quia fortiores; qui proinde arcam à Philistinis, si eam repetere vellent, faciliùs tuerentur: sive, quia nobiliores; apud quos proinde Arca majori cultu ac veneratione servaretur [i]. Urbs etiam Cariathiarim erat munitior, utpote in colle posita. De plaga verò Bethsamitica nihil dicuntur renuntiâsse, vel, quia omnibus nota: vel nè eos deterrerent. Qu. Sed cur Arcam in Silo reducendam non curârunt? Resp. 1. Quia illa longiùs aberat; ipsi verò ad Arcam removendam festinârunt. 2. Divinâ providentiâ ità factum est; quia Silo multis sacrilegiis & sceleribus infecta erat. Vide Jer.7.12 [k].

[x] BA. ubi suprà. [y] Mend. [z] Mend. [a] V. [b] Mart. [c] Mend. [d] Mend. D. Pi. [e] Pi. [f] Mend. [g] Mend. [h] Mend. [i] La. & Mend. [k] Mend.

CAP. VII.

1. VEnerunt *viri Cariathiarim, &c.*] Qu. Cur non timebant eandem plagam, quam Bethsamitæ pertulerunt? Resp. Quia sciebant illam plagam obtigisse non propter Arcam, sed propter irreverentiam, quam diligenter amoverunt [l]. ¶ *Et reduxerunt*] Heb. *ascendere fecerunt.* Nam Cariathiarim erat in monte, Bethsames in valle [m]. ¶ *Intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa*] Nullus enim erat in urbe locus proprius, nempe Sanctuarium [n]. Illud בַּגִּבְעָה variè reddunt; *in Gibhah,* Jon. Sy. Ar. Mo.M. Ti. Hæc autem Gabaa est illa in terra Benjamin [o]. Ità Arca in pluribus locis successivè fuit; in *Jarim,* in *Maspath* in *Galgala,* in *Nobe,* & in *Gabaa*; unde à Davide translata fuit in domum Obed Edom, 2 Sam.6.10. Et præsens locus explicandus est de duplici Arcæ translatione, unâ in *Jarim,* alterâ in *Gabaa*; licèt immediatæ non fuerint, sed una longo tempore post aliam sequuta [p]. Verùm *Gabaa* hæc, non est urbs diversa à *Jarim,* sed pars illius, seu collis in ea inclusus [q]; ut patet ex eo, quòd Arca immediatè de *Jarim* translata esset in domum Obed Edom. Vide 1 Par.13.5,6. 2 Par. 1. 4. & ex versu sequenti, ubi additur Arcam *mansisse in Jarim 20 annis* [r]. Alii ergò vertunt, *in colle,* Ang. Belg. *In ipso colle,* P. V. JT. *quæ* (scil. *domus Abinadab*) *in colle,* ó. vel qui habitabat *in ipso colle,* P.K. in D. Q. subaudiunt, *quæ erat:* alii tamen dicunt אֲשֶׁר in quibusdam codicibus legi [s]. Fortè additur, *in colle,* quia alius erat Abinadab in illa urbe [t]. Locum hunc deligebant, tanquam sublimem & munitum. Sicut David, cùm Arcam transmisit Hierosolymam, arcem elegit Sion, utpote maximè sublimem, quò vis hostilis aspirare non posset [v]. ¶ *Elezarum filium ejus*] Cur non Abinadab patrem? Resp. Abinadab vel decrepitus erat [x], vel mortuus; vel fortè Eleazar sanctior erat; vel potiùs Abinadab, utpote paterfamilias, totius domûs custodiæ attendebat, à qua Deus nolebat eum feriari, nè Arca suo hospiti onerosa redderetur. Eleazarus autem à domesticis curis expeditus erat, &c. Ubi divina bonitas elucet, quæ sua obsequia cum minimo nostro dispendio conjungit [y]. ¶ *Sanctificârunt,* Ità ó. M. P. Mo. JT. Ang. קִדְּשׁוּ vel *consecrârunt,* Ti. Ca, Belg. V. *qui consecravit,* Sy. *Et secrevit,* Ar. Sed quomodo hoc fecerunt? Resp. Ordinaverunt ad hoc sacrum Ministerium *. Consecrârunt vel in Levitam [z]. Potuit Laicus Arcam recipere in domum suam, & custodire [a]. Verùm hic Eleazar erat Levita, & quidem opinione religionis & justitiæ celebris, teste Josepho [b]. Vel, 2. In sacerdotem [c]. Consecratus est per Achitob sacerdotem degentem in Silo [d]. Et hæc Consecratio licèt non necessaria ad custodiendam Arcam, fuit tamen maximè congruens, ut res sacerrima non nisi à sacro custode servaretur. [Alii aliter vertunt,] *Præparârunt,* He. in D. Id קָדַשׁ significat, Exod. 19.10. 1 Sam. 16.5 [e]. Hortati sunt eum, ut per continentiam ab uxore ad tempus, per orationes & sacrificia exhiberet se ad custodiendam Arcam idoneum [f]. Quamvìs antè pius esset, adhuc tamen opus fuit, ut sanctior & purior redderetur. Quantam igitur puritatem requirit ministerium novæ legis [g]? Al. *præfecerunt,* Jon. *destinârunt,* vel *addixerunt,* Me. San. Sic קִדֵּשׁ sumitur, Jer. 1 [h]. ¶ *Ut custodiret Arcam*] nè quid illi indecori accideret, vel adversi [i]. Nè Arcam auferri pateretur [k]. Vel *Arcam,* id est, domum, in qua erat Arca, quam verrebat & mundabat; sed & cubabat ante Arcam; vel fundebat aquam coram Arca [l].

2. *Ex qua die mansit arca,* [מִיּוֹם שֶׁבֶת הָאָרוֹן] *à die manere Arcam,* Mo. *ad residere,* D. *à die quo mansit,* P. M. sim. Ti. Sy. JT. vel *introducta fuit.* Ar. ¶ *Multiplicati sunt,* [וַיִּרְבּוּ] ו non copulat, sed convertit fut. in præt [m]. *A die — multi elapsi sunt dies,* P. sim. Sy. Ar. M Os. ¶ *Erat quippe annus jam vigesimus*] Hi 20 anni non sumendi sunt pro toto tempore, quo Arca

[l] Mend. [m] Mend. [n] Mend. [o] Ità L. & Rupert. in Mend. [p] L. in Mend. [q] Mend. sim. Os. Mar. San. V. [r] Mend. [s] V. [t] K. in D. [v] San. [x] T. [y] Mend. * Pi. [z] Caj. & Theod. & Procop. in Mend. [a] To. in Mend. [b] Mend. [c] Hugo. & Dion. in La. [d] La. [e] Mend. [f] Dionys. in Mend. [g] Mend. [h] San. [i] San. [k] Mend. [l] D. [m] V.

fuit

fuit in *Carjathjarim*; (sic enim plusquàm 40 anni erant, nempe totum tempus Saulis, quod erat 40 annorum, Act. 13.21. Nam David eam transtulit, &c. 2 Sam.6.2.) sed pro tempore, quod decurrit usque ad illam Samuelis concionem, de qua vers. seq [n]. Verba hæc sic intelligo, & sic construi debent; Arcam fuisse 20 annis in Kirjathjearim, antequam Israelitæ requirerent eam, vel ejus jacturam sentirent. Tam altas in illis radices egerant idololatria & impietas; Idcircò dicit Samuel v.3. *si in toto corde revertimini, &c* [†]. Locus hic erat Palæstinis vicinus, & in extremis finibus Israel; quò commodè ex aliis tribubus pietatis ergò accedere non poterant Hebræi [*]. ¶ *Et requievit post Dominum*] Id est, qui priùs vacillabant, & modò in hanc, modò in illam religionem propenderent, jam in Dei obsequio gradum figunt stabilem & certum [o]. Legit נוח יָנוּחוּ à נוח *quiescere*. Ità & Chald. וְאִתְנְחִיאוּ [p]. *Et quieti fuerunt post cultũ Domini*, Jon. [Ità Latinus, Jonathan interpres; at Schindler vertit, *collecti sunt post Dominum*, ut Jer.3. Et Vat. vertit, *congregati sunt*, &c.] [וַיִּנָּהוּ אַחֲרֵי יְהוָה] *Et lamentati sunt omnis domus Israel post Dominum*, Mo. vel *ad Dominum*, Ca. *ingemuerunt ad Dominum*, Belg. *flevit coram Domino*, Strig. Lacrymis deplorârunt summam miseriam religionis & reipublicæ [q]. *Lamentatione quadam post Dominum anheli erant*, Ti. *Lamentati sunt, secutíque Jehovam*, P. *Lamentantes* inclamârunt *Jehovam*, JT. propter graves oppressiones, quas à Philistinis ferre cogebantur [h]. *Respexit* (in Complut. *reversa est*) *post Dominum*, ό. *Et inclinâssent omnes Israelitæ post Dominum*, Sy. *receperunt se ad Dominum*, Ar. *Pœnitentiam egit post Dominum*, M. Verbum נָהָה ponitur in Niphal, quod auget significationem [i]. Locus hic admodum memorabilis est, propter generalem totius populi conversionem & pœnitentiam; cui parem vix habemus in tota Scriptura, nisi in Act.2. & 3 [||].

3. *Ait autem Samuel ad universam domum Israel*] Locus hujus concionis non erat unus, (nullus enim locus iis omnibus sufficeret) sed multiplex. Nam *ibat per singulos annos circumiens Bethel, &c.* v.16. Nec post annum vigesimum, sed statim à prima Arcæ reductione prædicare cœpit, & doctrinam hîc traditam inculcavit; alioquin ignaviam Heli hæreditâsse videretur [k]. ¶ *Si in toto corde, &c.*] In instauranda republica prima ratio haberi debet cultûs Dei. Doctus medicus primùm exquirit causam morbi, deinde facit medicinam. Causa autem dissipationis publicæ erat idololatria. Solebant Imperatores Romani, antequam educerent exercitum, sacra facere, & deos placare [l]. Verùm, Israelitæ omnes post Deum requieverunt, ut vidimus ex versu præcedenti; quo igitur pacto nunc, ut actum agant, admonentur? Resp. 1. Præcepit ut Deos alienos, quos effectu ejecerant, nunc ipso affectu detestarentur; ut omnes propensiones ad eos penitùs abolerent; ut, quod opere compleverant, novo animi decreto firmum ratúmque haberent. Sic post Midianitas omnes occisos, Num. 31.7. ait v.17. *interficite*, q.d. propositum ulciscendi Dei hostes conservate & renovate. Vide & Num. 3.6. & Gen.11. 11. Exod.33.3 4,5,6. 2. Adhuc aliqui eos colebant, licèt pauci, adeóque pro nullis hîc habiti. 3. Fortè aliqui retinebant idola non propter cultum, sed propter pretium auri & argenti, ex quo constabant. Samuel autem volebat, ut hæc idololatrandi occasio, & illecebra tolleretur. Sic Exod.32.20. Deut.7.25 [m]. *Converti ad Deum toto corde* explicatur in sequentibus; éstque sic ad unum Deum aspirare, ut eum solùm nostræ spectent cogitationes atque consilia, nec quicquam ex sordibus alienæ religionis animo adhæreat [n]. Hortatur eos, nè ex parte ad Deum redeant; neque enim divisionem feret, sed totum hominem postulat [o]. *Cor totum*, hoc est, integrum, & integram conversionem postulat [p]. Docet his verbis Samuel aliquid adhuc simulationis in ipsis residuum fuisse, & non serio ad Deum conversos esse; quòd suas superstitiones cultui Dei admiscerent, & adhuc ambiguum & duplicem animum haberent; & Deo ingratum discrimen [q]. ¶ *Auferte Deos alienos*, Ità P. Ar. Jon. M.Ti. [אֱלֹהֵי הַנֵּכָר] *Deos alienigenæ*, Mo. JT. sub. *gentis*, JT. vel *alieni generis*, V. *alieni* (vel *ignoti*, D) sub. *populi*, M.D. ¶ *Et Astaroth*, Ità P. Mo. M. Ti. Jon. JT. Mar. [וְהָעַשְׁתָּרוֹת] *Et lucos*, ό. Fortè legebant אֲשֵׁרוֹת [r].

[n] Mend. sim.Li. [†] Li. [*] San. [o] San. [p] La. [q] Osiand. [h] Jun. [i] Ma. [||] Li. [k] Mend. [l] Mart. [m] Mend. [n] San. [o] Calv. [p] D. [q] Calv.

Sed sensus idem est: quia semper idola, vel ex suo nomine, vel ex suo loco indicantur. Aq. habet, *lucos Astaroth*, ut significet, non solùm idola auferenda, sed etiam nemora, in quibus colebantur, eradicanda; nè si locus remaneret, idololatria repullularet [s]. [Sy. habet, *& phana*. Ar. *& idola fœminarum quæ clanculùm colitis*.] Vide Jud. 2.13. Erant idola formâ ovium [t]. Plurali numero *Asteroth* utitur, vel, ut omnes gentium Deos significet, vel ut ejus prærogativam & excellentiam indicet; quo pacto Deus verus *Elohim* dicitur [v]. Sensus est, Abolete omnia impia & illegitima sacra, & cultus deorum dearúmque omnium [x]. ¶ *Et præparate corda vestra Domino*] vel *ad Dominum*, ό. M. P. Ti. Mo. Ang. Calv. Id est, disponite vos ad colendum eum solùm [y]. Cor habete flexibile, quodque sequi velit mandata Dei. Et nos jubemur in Scriptura parare corda nostra; & Deus legitur id præstare [z]. Sensus est, q.d. Pravos illos affectus, quibus tot annis infecti fuistis, in melius commutate. Idem hic sensus, qui Jer.4.4. Firmum & constans habete propositum Dei sincerè colendi. Significat his verbis Judæos adhuc malè præparatos fuisse, licèt flevissent, & Deum quæsivissent. Probè hoc notandum est. Tanta enim est hominum stoliditas, ut si bene aliquando cœperint, sibi videantur ad scientiæ & sapientiæ cumulum venisse; & publicè se defunctos officio putant, si levem & inanem pœnitentiam simulent, & vel verbo se peccatores esse confiteantur [a]. [Alii aliter locum vertunt.] [הָכִינוּ לְבַבְכֶם אֶל יְהוָה] *disponite corda ad Dominum*, Belg. vel *coram Domino*, Ar. *bene erga Jehovam animati*, Ca. *firmate cor vestrum cultui Domini*, Ar. *firmum habete cor vestrum erga Dominum*, Sy. Cœpistis, inquit, redire ad Dominum: id nunc confirmate, nè sit temporaria & inanis conversio. Vos ipsos hac de re certos reddite [b]. *Dirigite cor vestrum ad Dominum*, Os. Strig. id est, cùm hactenus vos ad idololatricos cultus converteritis; his omissis & abjectis, nunc verâ fide adhærete Deo vestro [c]. כון significat *dirigere, confirmare*, aut *certum reddere* [d]. ¶ *Et eruet vos de manu Philistin*] Non fuit irrita hæc sponsio Samuelis: ut infrà patebit ex victoriis [e]. Observa hîc, plus esse à nobis ipsis cavendum, quàm ab hostium copiis instructissimis: atque ideò magistratus malè saluti consulit publicæ, si militem conscribat, &c. nisi priùs bellum peccatis indixerit [f].

4. *Baalim & Astaroth*] Illud pro solis diis maribus; hoc pro solis fœminis usurpatur; & ex utroque omnis Deorum ac Dearum multitudo de medio sublata indicatur: favente Grammaticâ Hebræorum, apud quos his terminationibus, *Im* & *Oth*, masc. & fœm. distinguuntur [g]. His vocibus significantur Dii Deæque gentium [h].

5. *Dixit Samuel*] Per internuntios, quos misit per totum Israelem [i]. ¶ *In Maspath*, [הַמִּצְפָּתָה] ה est vice articuli; q. d. *in illa Mispah*, quæ insignis illâ victoriâ, Jos.11.3 [k]. Hæc non erat Maspha Jephtæ, de qua Jud.11 11,29. sed alia in confinio tribûs Benjamin & Juda, ut sentit Adrichom. Obj. At eam *Asa* dicitur longè posteà *ædificâsse*, 1 Reg.15 22. Resp. Vel, 1. Asa eam tantùm dirutam instauravit; vel, 2. alia hæc erat urbs cognominis [l]. Qu. Cur in *Maspa* congregantur? Resp. 1. Quia ibi, Deo adjuvante, devicerunt reges, Jos.11 [m]. Locus hic sacris Israelitarum conventibus celebris erat. Vide Jos. 18. 21. & Jud. 20. 1 [n]. Ibi excitaverant Israelitæ altare & locum orationis [o]. 2. Quia eò ex omnibus partibus Israelis commodè conveniri poterat [p]. 3. Erat regni sedes, utpote in quo Samuel judicabat [q]. Voluit Samuel publicam idololatriam non solùm privatâ, sed etiam publicâ abjuratione in loco publico deleri [r].

6. *Hauserúntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini*] [sim.omnes.] Mirabilis & difficilis locus: quem explanatores non satis expediunt [s]. 1. Fingunt Rabbini hanc aquam fuisse probatoriam, qualis illa Num. 5. 12. & Exod.32. ut eâ haustâ labia idololatrarum sibi adhærescerent, nec divelli possent [t]. Verùm aqua effusa legitur, non pota [v]. 2. Alii de pœnitentiæ lacrymis accipiunt. Qui Par. Chaldæum sequuntur, qui sic ait, *Hauserunt aquas è puteo cordis sui, & abundè lacrymati sunt coram Domino, resipiscentes* [x]. Aqua effusa lacrymas signi-

[r] D. [s] Mend. [t] Pi. [v] Mend. [x] Os. [y] To. [z] Mart. [a] Calv. [b] Mart. [c] Os. [d] Mart. [e] Mend. [f] San. [g] Mend. [h] V. [i] Mend. [k] V. [l] Mend. [m] V. [n] Ma. [o] RR. 1 Mart. D [p] Me.si. San. [q] La. e Mend. [r] Mend. [s] Ma. [t] L Md. [v] Mrt. [x] V

significat [y]. Hyperbolica est descriptio ingentis lamentationis; q. d. lacrymarum rivos ex cordis fonte haustos oculis coram Domino profuderunt; quo hyperbolico loquendi genere pleni sunt Psalmi [z]. Similes descriptiones occurrunt, Psal. 6.7. & 119.136 Jer. 9 1. Lam. 3.48, 49 [a]. Etsi potest quoque huic resipiscentiæ externum symbolum ejusmodi accessisse; quod si cui placet intelligere, per nos licet [b]. 3. Alii ergò ad literam congruentiùs dicunt intervenisse hoc loco externam ceremoniam; & aquam reverà de fonte haustam, & coram Domino effusam [c]. Sed quæ & quorsum hæc ceremonia? Resp. 1. Quidam existimant fuisse peculiarem libationis ritum, quo aquam Deo libârunt [d]. Sic fecit David, 2 Sam. 23.16. Et solennes olim fuere Gentilibus ex pura aqua libationes, Homer. Odyss. 12. Virgil. Æneid 8. Heliodor. Æthiop. 2.5. Sed nullum libationis ritum ex pura aqua in lege invenimus; & Davidis factum singulare fuit [e]. Libamina fiebant ex vino, oleo, &c. non ex aqua. Et sacerdotes tantùm libabant. Hîc autem omnes aquam effuderunt [f]. 2. Adhibita hæc ceremonia ad confirmandum fœdus. Solebant autem fœdera variis externis signis firmari [g]. 3. Hæc haustio & effusio aquæ fuit populo in signum fidei remissionis peccatorum, dicenti, Evanescant peccata nostra, ut hæc aqua [in terram effusa] dele peccata nostra [h]. Alii aquas intelligunt quibus corporis sordes eluerint, ut animam significarent à peccatorum maculis pari ratione esse purgandam. Alii, quod verisimilius est, intelligunt aquas in terram effusas, in signum expiationis iniquitatum; juxta illud Job. 11.16. *Ut aquarum quæ transierunt, non recordaberis* [i]. 4. Alii hoc factum volunt in signum humiliationis; q. d. Nos sumus coram te sicut aqua effusa, quæ vilis est, & facilè effunditur, & effusa in nihilum valet [k]. 5. Vel sic significabant affectum cordis, & adhærendi Deo desiderium, quod in conspectu Domini orantes effundebant [l]. 6. Vel modus est juramenti; q. d. Ità pereamus, ut aqua è vase effusa, si pactum cum Deo violaverimus [m]. 7. Factum hoc in detestationem idololatriæ, quam penitùs abjicere volebant; ità ut illius nullum superesset vestigium: sicut aquæ effusæ nihil vasi adhæret, secùs ac fit in oleo, melle, aliísque ejusmodi liquoribus [n]. Aqua effusa nihil sui relinquit in urna, nec colorem, nec odorem, nec saporem [o]. Sæpe in Scriptura sacra videmus, cùm aliquid funditùs exinanitum ostenditur, per aquam effusam significari. Sic Deus *iram suam effundere* dicitur, cùm totam evomit, Deut. 12. Os. 5. Quid mirum ergò, si quod sæpè metaphorico verbo, nonnunquam hieroglyphico signo exprimatur. Symbolum ergò hoc erat animi verè pœnitentis, qui nihil manere patitur vitæ morúmque priorum [p]. 8. Signum externum & visibile hoc erat, quo de sua impuritate admonebantur, & de deponendis sordibus, quibus in se judicium Dei magìs provocabant; quo insuper & se pollutos esse, & suam ablutionem in se non esse, sed aliundè quærendam profitebantur [q]. 9 Symbolum hoc erat devotæ præcationis, quâ veluti effuderunt cor suum, ut suprà 1.15 [r]. 10. Ego nihil eos hîc fecisse puto alienum à lege. Deus enim in lege præceperat multa genera mundationum & baptismatum: Hoc autem pacto se fatebantur immundos esse. Hoc fuit effudisse aquam, sese lavisse ad legis præscriptum, ut purificarentur [r]. Lustrationes aquâ purâ fiebant, Virgil. 2. Æneid.

—— *donec me flumine vivo*
Abluero ——

Victimæ quóque aquâ purâ perluebantur [s]. Porrò, *coram Domino* hoc fieri dicitur, vel, 1. quia coram Arca, eò scilicet deportata ex *Kirjathjearim* [t]. Vel, potiùs 2. quòd ista gerebantur in sacro cœtu: in quo piè & legitimè celebrato, semper Deus ipse præsidet, juxta Mat. 18. Quare sacros conventus negligere non debemus, ut in quibus semper habituri sumus Deum præsentem [v]. ¶ *Et jejunaverunt*] Hoc jejunium vel sponte susceptum erat; vel, quod mallem, à Samuele indictum. Judæorum porrò jejunia stricta erant; unde stricta jejunia dicturus Epigrammatarius Epigram. 4.4. dixit *Jejunia sabbatariorum*. Vide & Sueton in Octav. cap. 76 [x]. ¶ *Judicavítque Samuel filios Israel in Masphath*] Dubium est, cur id hîc scribitur. Resp. 1. Quòd ab hoc tempore munus suum incepit [y]. Non placet; sic enim populus 20 annis inter Heli & Samuel sine Judice fuissent, isque 20 anni addendi sunt ad annos Judicum: unde numerus annorum major erit, quàm Scriptura commemorat, 1 Reg. 6.1 [z]. Hunc locum sic intelligo; Samuelem antè fuisse designatum à Deo Judicem: nunc ab eo publicè declarari. Itaque illum pro ratione muneris sui, populi libertatem asserere. Nam שָׁפַט *judicare*, non est jus dicere, sed vindicare libertatem. Antè Propheta erat Samuel, nunc autem creatur Judex [a]. 2. Ideò hoc commemoratur, quòd ibi non modò populum Deo conciliârit; sed etiam ipsius populi diffidia sustulit, & lites composuit, &c [b]. Nam licèt hæc omnia toto illo vicennio peregerit; tamen in hanc curam studiosior incubuit, eò maximè tempore, quo totus populus ad Deum rediba t[c]. Ibi populo resipiscenti jus dixit, & corruptum Reipublicæ atque Ecclesiæ statum correxit. Vide 1 Paral. 9.22 [d]. Antea per varia loca discurrit Samuel, ut omnes officii proditi, & neglectæ religionis admoneret: Nunc autem stabilem sibi constituit sedem in Masphath, ubi jus diceret, & rem moderaretur publicam [e]. ¶ *Judicavit*] i.e. Diremit lites, & controversias quæ erant inter Israelitas [f]. Cùm jam populus rediisset in gratiam cum Deo, proximum erat, ut intestinæ inter ipsos seditiones & injuriæ componerentur. *Judicavit ergò populum*; id est, dedit operam ut omnis memoria injuriarum in populo funditùs tolleretur [g]. Alii, *judicavit*; h. e. idololatras morte punivit [h].

7. *Ascenderunt in Israel*] Heb. אֶל *ad*; id est, *contra Israel*. Sic אֶל sumitur, 2 Sam 5.19 [i]. Ad annum vigesimum ab Arca restituta, ab utraque parte siluerunt arma; quia satis habuerunt utrique curare sua, & confirmare se à plagis utrisque inflictis; neque tutum putabant, aut opportunum aliena turbare [k]. Cur ergò nunc ad arma convolant Philistini? Resp. 1. Quia Philistini interdixerant Israelitis congregationes populi fieri [l], ut sic eos distraherent, & à se mutuò divellerent, & rebellandi occasionem auferrent [m]. 2. Suspicati sunt Israelitarum rebellionem [n], eósque novi aliquid molituros [o], & aliquid in suum caput ab iis adornari [p]. Hebræi cùm pœnitentiam egerunt, graviùs à Philistinis oppugnantur. Sic qui ad meliorem frugem redire volunt, acriùs à Diabolo tentantur, & majores ab hominibus persecutiones patiuntur. ¶ *Cùm audissent, timuerunt à facie Philistinorum*] Quasi eodem tempore & audiretur fama, & cerneretur præsentia: Repentinus hic hostium adventus terroris causa erat. Cui accesserunt, 1. proprii conscientia peccati. 2. Inæqualis utriusque exercitûs conditio. Nam Hebræi erant inermes, cùm ad sacrificandum & orandum venerint: Philistini tamen armati, cùm venerint ad præliandum [q]. Samuel dum studet populum liberare, videtur accersisse illi gravissimum periculum [r]. Illum igitur imprudentiæ aut temeritatis accusare possent. Quare, quum inimus consilia quæ Deus approbat, si quid sinistri contigerit, nè pœniteat nos facti, neque à recta via deflectamus, sed voluntati Dei acquiescamus [s].

8. *Dixerunt ad Samuelem, Nè cesses clamare, &c.*] Israelitæ, quamvìs perculsi timore, non discedunt ab instituto, non despondent animum, aut quærunt Arcam, quæ proferatur [t]. Ipsi adhuc de suorum scelerum conscientia erubescentes ad Deum accedere non audebant, quemadmodum illi Esdr. 9.6. Luc. 18.13. Tantum autem Samuelis sanctitati deferebant, ut unam illius orationem plus apud Deum, quàm aliorum omnium preces, valituram arbitrarentur [v]. ¶ [אַל תַּחֲרֵשׁ מִמֶּנּוּ מִזְּעֹק] *Ne sileas à nobis, à clamando*, Mo. (vel *clamando*, Tig. not. vel *ab orando*, Jon. vel *ut non clames*, 6.) *Nè sileas pro nobis clamando*, P. i. e. Nè deseras, vel destituas nos, quin clames jugiter ad Jehovam [x]. *Nè sileto pro nobis, quin inclames*, JT. sim. Ti. *Nè cessato à nobis*. Heb. *nè sileto*. Synecdoche speciei [y]. הֶחֱרִישׁ sign. & *silere*, & *quiescere*, *cessare*. Nam qui tacet cessat loqui. Videtur derivari à חֵרֵשׁ *mutus* [z].

9. *Tulit autem Samuel, &c.*] Samuel divinam beneficentiam imitatus plus facit, quàm postulatur. Illi postulârunt tantùm ut oraret, hic insuper & sacrificavit [a]. ¶ *Agnum lactantem*. Ità 6. Ar. M. V. [טְלֵה חָלָב] *agnum lactis*, Jon. P. Mo. V. M. Perperàm nostri vertunt *agnum pinguem*. Aliud enim sign. *haleb*, & aliud *heleb* [b]. טָלֶה ter tantùm occurrit in textu [c]; hîc & Esa. 40.11. ac 65. 25. Solet autem per *agnum* exponi, ex genere ovium.

Marginal notes, left column: y G. — z Jun. — a Glas. rhet. p. 472. — b Jun. — c Mend. Ità ferè omnes. — d Q. in Ma. Jo. & Beda in Mend. — e Ma. — f Mend. — g Mend. — h He. in V. — i BA. 1.2. 34.352. — k Q. in Mend. — l Me. — m Sa. in Me. — n Me. sim. San. — o Caj. in Mend. — p T. ex San. — q Calu. — r Pi. — r Mart. — s Ma. — t Pi. — v Mart. — x Mend. — y Ser. Caj. in Mend.

Marginal notes, right column: z Mend. — a Mart. — b Mend. L. To. — c Mend. — d Jun. Pi. Ma. — e San. — f V. — g Mart. — h He. in La. — i Mend. — k San. — l L. To. — m To. in Mend. — n Caj. in Mend. — o Ma. — p San. — q Mend. — r Mart. — s Calu. — t Mart. — v Mend. — x V. — y Pi. — z D. — a Mend. — b M. — c BA. 1. 2. 43.424.

RR. sic vocant arietem (qui mas ovium) in Zodiaco; Æthiopicè autem est ex genere caprarum; ponitur enim pro hœdis, Matt. 25. 32, 33 [d]. ¶ *Et obtulit illum*] Videri possit plures divinas leges violâsse, sed reverà non violavit; ut ex eo constat, quòd qui malè offert non placat Deum, sed peccat. Non peccavit, 1. in eo quòd sacrificavit, cùm non esset Sacerdos. Nam, 1. Obtulit per Sacerdotem [e]. Quomodo *David, Solomon*, &c. *sacrificâsse* leguntur [f]. Samuel autem non erat Sacerdos; Nam c. 3. fuit janitor Templi, quod munus ad Levitas quidem pertinebat, sed non ad Aaronitas [g]. 2. Vel sacrificavit *Samuel* ex privilegio & divinâ dispensatione; quemadmodum *Gedeon*, Jud. 6. 19. & Elias, 1 Reg. 18 [h]. 2. Non peccavit, quia sacrificavit extra locum à Deo constitutum. Hoc enim fecit ex dispensatione, ut *Gedeon, Manue* & *Elias*. Aliqui volunt Tabernaculum fœderis fuisse per id temporis in Maspath. Sed hoc incertum. 3. Non peccavit in eam legem, Exod. 23. 9. *Non coques hœdum in lacte matris*, &c. nimirùm infra octo dies. At hic agnus adultior erat, quamvìs adhuc lactens [i]. ¶ *Holocaustum integrum*, [עוֹלָה כָּלִיל] ἐν παραλλήλῳ. Nam כָּלִיל idem quod עוֹלָה. Quidam existimant כָּלִיל esse adjectivum ad *holocaustum*; sed obstat genus. Nam עוֹלָה est fœm. כָּלִיל masc [k]. [Variè reddunt] *holocaustum*, Jon. *sacrificium*, Ar. [Ità τὸ כָּלִיל negligunt] *holocaustum totum*; D. Mo. sive *consummatum*, M. sive *integrum*, Sy. Ti. Pi. Os. Sed hîc est magna difficultas. Nam lex holocausti erat, *Divident membra*, &c. Levit. 1. 12. cùm agnus integer hîc flammis traditur [l]. Resp. Angustiæ temporis, quas imminens hostis afferebat, tantæ fuerunt; ut agnum non diviserint in partes, ut moris erat, sed integrum obtulerint; & fortasse cum pelle, pedibus, & intestinis [m]. Sed vix credo eum divinas leges non observâsse. Imò, potiùs dixerim Samuelem etiam in ea rerum perturbatione perfectissimum [nihilominùs] holocaustum obtulisse; seu duplicem integritatem servâsse: unam quodammodò intrinsecam victimæ, omnes illius partes incendendo: alteram quodammodò extrinsecam, omnes holocausti ritus & leges observando: nihil enim tanto ministro dignius videbatur, quàm ut divina officia etiam inter pericula perfectissimè exequeretur [n]. [At LXX aliter reddunt, *holocaustosin cum universo populo*] Ità sensus est, Samuel tanquam minister, cum populo adjutore & precatore obtulit [o]. *Solidum sacrificium*, Ca. in *holocaustum totum*, P. Et *holocautoma integrum*; i. e. prorsus ustulatum, in quo tota hostia flammis absumi solebat [p]. Vel *holocaustum prorsus absumendum*, D. sim. Os. Strig. *Totum* in *holocaustum*, Belg. *in holocaustum integrè*, Ang. Fortè copula desideratur, ut sit *holocaustum & prorsus absumendum*, D. Al. vocem *integrum* referunt ad agnum, *agnum integrum*; i. e. sine defectu aut macula [q]. ¶ *Et clamavit*] Non tam ore, quàm corde [r]. Non enim adscribitur quid clamaverit [s]. ¶ *Et exaudivit*] Heb. *Et respondit*, Mend. Sed unde hoc constitit? Resp. Vel, 1. Ex igne cœlitùs delapso holocaustum devorante, quod erat divinæ acceptationis indicium. Vide ad Levit. 9. 24. Jud. 13. 20. 1 Reg. 18. 38. Psal. 19. 4 [t]. Sed hoc incertum est [v]. Vel, 2. Ex tonitru magno quod Deus edidit, quo etiam Philistæi consternabantur [x]. 3. Alii per metalepsin, aut anticipationem referunt ad eventum [y]. Ab effectu patuit divina acceptatio [z]. Sacrificium non erat magnificum. Verùm Deus animum spectat offerentis, non externam pompam. Proponere voluit Samuel populo agnum illum Dei, in quo petenda erat pax & salus [a]. Ab illo agno vim & efficacitatem desumpsit hic agnus typicus Samuelis [b].

10. *Cùm Samuel offerret*] Inchoato sacrificio, sed non absoluto [c]. Priùs illatum videbant bellum, quàm comparatum audirent [d]. ¶ *Intonuit Dominus*, &c] Sensus loci est; Philistæi exterriti sunt per tonitrua, cæsi vel contriti per fulmina: ut habetur in Ecclesiastic. cap 46 [e]. Ubi cum *Philistæis* contriti etiam dicuntur *principes Tyriorum*. Philistini enim superiori plagâ graviter afflicti, externum sibi asciverunt auxilium à vicinis populis, nempè Tyriis, eorùmque imperio subditis [f]. Addit Josephus terram contremuisse, & magnis hiatibus fatiscentem plurimos devorâsse [g].

11. *Egressique viri Israel de Maspath persecuti sunt*, &c.] Q. Quomodo hoc fecerunt inermes? Resp. 1. Habebant arma ad usum civilem & domesticum, licèt non ad bellum requisita. 2. Incolæ Maspath arma habebant. 3. Philistini (teste Josepho & Sabellico) ità perterriti erant, ut arma abjicerent. Hæbræi autem excussa arma collegerunt [h]. ¶ *Ad locum qui erat subter Bethchar*, sic Sy. P. Ti. [עַד מִתַּחַת לְבֵית כָּר] *Usque ad subter Beth-car*, Mo. 6. *ad locum subjacentem Beth-cari*, JT. *Beth-car* est nomen illius scopuli, vel dentis, de quo v. 11 [i]. *Beth-car* erat vicus ità dictus, vel à copia agnorum, vel ab agno à Samuele immolato [k]. כַּר *agnum* denotat. Plur. כָּרִים *agni*, Amos 6. 4. Vox hæc ad Græcos manavit. Sanè Varrino Κὰρ est *ovis*. Hesychius, Κάρα, αἶξ, &c. *Car* etiam sign. *sagma*; unde בְּכַר in *sagmate*, quod alii interpretantur בָּא כַר *venit agnus*. K. כַּר interpretatur *pascuum*, alii *planitiem*, vel *campum*; idem videlicet, quod כִּכָּר, geminatâ literâ principe. Sic בַּת dicimus, & בָּבַת *pupilla oculi* [l].

12. *Tulit lapidem*, &c.] Ad perpetuam beneficii accepti, victoriæque memoriam. Idem fecerunt alii, Jacob, Gen. 28. 18. & 35. 14. & Moses, Exod. 24. 4. & Josua, c. 4. 8, 9. Qu. Annon Samuel violavit legem illam, Levit. 26. 1. —*Nec insignem lapidem ponetis*—? Resp. Minimè. 1. Lex prohibuit lapidem erigere ad adorandum, non autem ad alios fines [m]. Contrà: prohibebatur erectio lapidum non solùm cum animo, sed etiam cum periculo adorationis [n]. 2. Prohibetur lapis politus, depictus, insignitus; non rudis & impolitus, qui neminem sui specie ad adorandum invitaret [o]. 3. Verior responsio est, Samuelem divino privilegio usum [p]. ¶ *Inter Masphath & inter Sen*, [וּבֵין הַשֵּׁן] [Q. appellativè sumunt] *Inter scopulum illum*, D. JT. dictum *eben-habezer*, de quo cap. 4. 1. Jun. *dentem*, Pi. D. M. Sic vocat lingua Hebraica petram præruptam [q]. *Dentem petræ*; i. e. scopulum, M. Inter *dentem illam*, qui v. 11. dictus est *Beth-car* [r]. *Et inter veterem*, 6. confundunt שֵׁן cum יָשָׁן [s]. [Aliis est nomen proprium] *Inter Sina*, Jon. *Sen*, P. Mo. V. *inter Beth-jasan*, Sy. Ar. Promontorium erat, sive pars rupis quæ procurrebat longiùs [t]. ¶ *Lapis adjutorii*] Græci habent, *lapis adjutoris*. Sed adjutor עֹזֵר, non עֵזֶר [v]. Ethnici statuebant trophæa, sed sibi; Samuel autem statuit Deo. Non ascribit lapidi illam victoriam; sed, pro natura Sacramentorum, quod proprium erat rei, attribuit symbolo [x]. ¶ *Hucusque*, &c.] Innuit hoc auxilium non fuisse ad totalem hostium stragem, sed ad certos tantùm eventus limitatum. Id factum, nè populus victor nimiùm insolesceret, & omni metu solveretur. Satiùs enim est prudenter timere & providere, quàm temerè sperare & exultare [y].

13. *Nec apposuerunt ultrà ut venirent in terminos Israel*] Heb. *Et non addent ultrà ut veniant in terram*: i. e. postea non sunt aggressi filios Israel [*]. Difficultate hoc non caret. Nam Philistini invaserunt Israelitas initio regni Saulis, 1 Sam. 13. 5, 17. & iterum, 17. 1. &c. & omnibus diebus Saulis, 14 52. Vide & 1 Sam. 31. & 2 Sam. 8. 1 [z]. Hebræos autem ità oppresserunt, ut nec arma, nec fabrum ferrarium iis permitterent, 1 Sam. 13. 19. Quomodo ergò hoc verum est eos *non addidisse venire ampliùs* vel *ultrà*? עוֹד *adhuc, ampliùs, ultrà, iterum, rursum, deinceps* [a]. Resp. 1. Illud *ultrà* interdum longum duntaxat tempus, non autem perpetuitatem denotat; ut patet ex Gen. 35. 10. 2 Sam. 7. 10. *Non turbabitur ampliùs*; & tamen postea turbatus est, 2 Reg. 6. 23 [b]. Sic de Sidone dictum, *non adjicies ultrà ut glorieris*, Isai. 23. & de Tyro, *non ædificaberis*, cùm tamen utràque urbs restituta erat, &c. sed post plures dies exactos [c]. Aliquando etiam de brevi & exiguo tempore hoc dicitur, ut Prov. 31. 7. *Molestiæ suæ non recordabitur ampliùs* [*]. Sensus igitur est, Philistinos diu à terra Israel oppugnanda abstinuisse [d]. 2. Sæpe negat scriptura illud ultrà futurum esse, quod minùs sæpe fit, vel non eodem successu. Sic Gen. 35 35. *Non vocaberis ultrà Jacob*; i. e. non tam frequenter: & 2 Reg. 6. 23. Syri *non venerunt ultrà*, nempè non pari successu. Alioquin venerunt rursus. Ità hoc loco, Palæstini, quia non nisi post longum tempus, & rarò, & irrito conatu venerint, dicuntur ultrà non rediisse [e]. *Non perrexerunt invadere*, justo videlicet exercitu, ut dilatarent regionem suam; sed contenti erant stationario milite tueri, quæ acqui-

[Margin notes, left column:] d Di. — e Me. V. — f Mend. — g V. — h Mend. To. Ser. — i Mend. — k D. — l Me. — m Me. ex Saliano. — n Mend. — o Mend. — p V. — q Ma. — r Mend. — s Mart. — t RR. in Mend. — v Mend. — x D. — y Mart. — z Mend. — a Mart. — b Mend. ex Greg. — c Mend. — d San. — e Mend. — f San. — g Mend.

[Margin notes, right column:] h Mend. — i Ma. et Pi. ex Jun. — k La. — l D. — m Q in Mend. — n Mend. — o Q. in Mend. — p Mend. — q M. — r Ma. — s D. — t V. — v D. — x Mart. — y Mend. — * V. — z Mend. — a D. — b Mend. — c San. — * D. — d Mend. — e San.

acquisierant [f]. 3. Illud *ultrà* statim determinatur verbis sequentibus, *cunctis diebus Samuelis* [g]. [De quibus statim dicendum.] ¶ *Facta est itáque manus Domini super Philisthaeos*] *Manus Domini* dicitur *fieri super aliquem* vel in bonum, ut 1 Reg. 18. 46. 2 Reg. 3. 15. 2 Paral. 30. 12. Vel in malum, ut Jud. 2. 15. 1 Sam. 5. 9. & hoc loco [h]. *Et fuit percussio Domini*, Jon. *aspera fuit punitio Domini*, Ar. Israelitae fuerunt superiores Palaestinis [i]. ¶ *Cunctis diebus Samuelis*] Vel, 1. Quamdiu vixit Samuel [k]. At hoc falsum est [l]. Vel, 2. Cùm Samuel esset aetate integrâ [m], usque dum senuisset [n]. Nam tunc non poterat ampliùs propter senium obire urbes eorum, & populum sui officii admonere, sicut anteà fecerat; ideò peccârunt, & fuit manus *Domini* contra eos [o]. Vel, 3. Quamdiu Samuel obtinuit principatum [p]. Ad regnum usque Saulis Philistaei non ausi sunt cum exercitu intrare fines Israelitarum. Posteà verò invaluere iterum, ut apparet infrà, 13. 19 [q]. Obj. At si eo tantùm tempore duravit pax, nihil duravit, quia Samuel ante Saulem solos 20 annos principatum gessit, post quos erat hoc bellum, & pax sequuta. Resp. Fortè loquitur de pace, quae floruit iis 20 annis, excepto uno hoc praelio. Hoc dico, dum alia aptior responsio non occurrit [r]. [Alii tempora aliter computant, de quo deinceps dicendum.]

14. *Et redditae sunt urbes*, וַתָּשֹׁבְנָה] *Et redierunt*, Jon. D. Nam id שׁב propriè significat [s]. *Restitutae sunt*, M. P. Ti. D. *redditae*, ó. *reductae*, JT. D. *reversae*, Jun. Pi. *reddiderunt*, vel *restituerunt*, Sy. V. K. in D. i. e. הֵשִׁיבוּ. Sic alibi שָׁב שְׁבוּת, *restituit captivitatem*, i. e. captivos [t]. Has urbes Samuel, vel vi eripuit, ut vult Joseph. Antiq. 6. 1. Vel à Philistinis sponte oblatas recepit, metuentibus, nè amitterent proprias, si retinerent alienas [v]. ¶ *Ab Accaron usque Geth*] Quod exclusivè intelligendum de urbibus interjacentibus. Nam *Accaron* & *Gath* etiam multò pòst ad Philistinos pertinuerunt [x]. ¶ *Et terminos suos: liberavítque Israël de manu Philistaeorum*] Sim. Sy. Ar. Quomodò liberavit, cùm Philistini ipsos usque adeò oppresserint, ut nec arma, nec fabrum ferrarium eos habere permiserint? Resp. Non tam ab illis liberati sunt Hebraei, quàm eorum compressa vis, & audacia, ne novas agerent praedas [y]. Jugum eorum levius fecit ||. [Sed Hebraea aliter vertunt. וְאֶת גְּבוּלָן הִצִּיל יִשְׂרָאֵל מִיַּד פְּלִשְׁתִּים] *Et terminum Israel abstulerunt de manu Philistin*, ó. *Et terminum earum liberavit, sive eripuit Israel de manu Philistim*, P. Mo. JT. sim. Jon. *terminum*, i. e. terminos, D. Mar. *Terminos suos*, vel, fines: i. e. regionem suam †: aut *terminos earum*, V. D. Of. id est, agros, V. Vel adjacentia loca earum urbium [z]. Alii sic, *Cum terminis earum, asseruítque* (vel rapuit, M.) *eas Israel de manu Philistaeorum*, Ti. M. ¶ *Erátque pax inter Israel & Amoraeum*] i. e. abstinebatur ab omni actu hostili, non ex foedere, sed ex mutuo metu *. Sed quinam hîc *Amorhaei*? Resp. 1. Cananaei reliqui. Ità Jo. in Ma. q. d. solùm cum Philistaeis erat bellum: nam reliqui Cananaei quieti agebant [a]. Sensus est, Nec solùm Philistaeorum jugum excussit Samuel; sed alios vicinos populos, qui penè omnibus seculis Israelem infestare solebant, à bellis abstinere coegit [b]. *Amoraei* autem ponuntur pro omnibus Cananaeis, & hîc & Amos 2. Vel, 1. Quòd Amoraei erant Cananaeorum fortissimi, & eorum regio uber & laeta, & expugnatu difficilis; sicut à regione praecipua nationibus aliis nomen datum est. Vel, 2. Quia ea regio omnium prima Hebraeis occurrit armata, & omnium prima cognita atque superata est. Saepe autem locus qui primus explorantibus occurrit, nomen suum toti communicat provinciae [c]. Fortasse in bello Palaestino reliquae Amoraeorum eis suppetias tulerant, qui nunc pacem colebant, cùm viderunt Philistaeos subactos esse [d]. Sed hoc non habetur in litera; neque in Ecclesiast. 46. ubi haec historia replicatur, & *Tyriorum* mentio fit, non *Cananaeorum*. Porrò, sicut hîc non agitur de bello contra Amorhaeos: ità consequens non erat, ut de pace cum illis ageretur [e]. Resp. 2. *Amoraei* pro *Palaestinis* hîc poni videntur [f]. Qui hîc vocantur *Amoraei*, quamvis non fuerint propriè Cananaei; vel propter vicinitatem & affinitatem cum Cananaeis contractam [g]; vel quia ipsi occupaverant ista loca Amorrhaeorum, unde censebantur Amoraei, hoc est,

f Jun. & ex eo. Pi. Ma. — g Mend. — h Mend. — i V. — k V. sim. Jun. Pi. Ma. Ar. — l Mend. — m Mart. — n D. — o D. Mart. — p Mend. sim. Of. — q G. — r Mend. — s D. — t D. — v Mend. sim. San. — x Mend. — y San. — || Me. — † V. — z Of. — * G. — a Ma. — b T. ex San. — c San. — d D. — e Mend. — f V. M. sic La. Mend. Ma. — g Mend.

è septem gentibus incolentibus terram promissam [h].

15. *Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitae suae*] Difficultas est, quo pacto hoc verum sit, cùm vivente adhuc Samuele, regnârit Saul [i]? Resp. 1. Ex illis 40 annis, Act. 13. 21. Samuel 38 annos judicavit, Saul tantùm duobus, ut habetur, 1 Sam. 13. 1. [De quo vide quae ibi notantur [k].] Haec responsio nullo modo mihi probatur, quia supponit duo, quae falsa videntur; 1. Samuelem nullo tempore vixisse de principatu dejectum. 2. Samuelem nunquam concurrisse cum Saule regnante. Quae utráque ex sequentibus refutantur [l]. Resp. 2. Rectè id dici potuit, cùm duobus tantùm annis extremis vitae suae ab illa administratione cessavit. Est autem usitatum in scriptura, ut cùm ex magno numero exiguum aliquid detractum sit, nihil existimatur fuisse detractum. Sic *omnes* dicuntur *mortui*, cùm pauci sunt superstites [m]. Resp. 3. Samuel etiam regnante Saule judiciariam potestatem retinuit [n]. Non placet; Tunc neque tanta esset injuria Israelitarum, si Samuelem potestate non abdicâssent; nec tanta Samuelis patientia. Judaei Regem pro Judice postulârunt, & Deo annuente acceperunt [o]. Sed quamvis Saul erat rex, tamen Samuel remansit Judex. Erat enim quodammodo rex regum. Nam unxit Saulem, & Davidem; & Saulem increpat, & coram Saule Agagum jussit occidi. Saul habuit magistratum ordinarium; Samuel extraordinarium. Deus enim subinde excitabat Judices, tanquam dictatores, qui alios magistratus coercerent [p]. *Cunctis diebus vitae suae*, etiam comprehenso regno Saulis, ut apparet infrà. Hinc factum, ut Act. 13. 21. Samueli & Sauli conjunctim anni 40 tribuantur, prout communis quoque tribuitur ipsis administratio, infrà cap. 11. 7. *Quicunque non venerit post Saulem & Samuelem* [q]. Dum vixit Samuel non omninò abjecit curam reipublicae [r]. Quamdiu *Saul* fuit probus & obediens, *Samuelem* quasi in principatu socium, imò Prophetam coluit, c. 11. 7. Improbus factus permisit eum in *Ramatha* degere, & omnium qui ad eum recurrerint, lites dirimere [s]. Resp. 4. *Judicavit cunctis diebus vitae suae*, nempè firmae & vegetae, quae sola vita dicitur; Nam quae in senectutem foetam morbis, & effoetam viribus, devergit, *mors est potiùs dicenda, quàm vita*, inquit Tullius in Somnio [t]. Hinc Abraham & Sara *mortui* dicuntur, Rom. 4. 19 [v]. Sed haec responsio ut arguta est, solida non est [x]. Resp. 5. *Judicare* hîc ponitur etiam pro docere & instruere [y]. Sensus est, Samuelem omne tempus suum in publica populi utilitate posuisse, nullum sibi otium indulsisse, ubique & semper judicâsse [z]. Resp. 6. *Judicavit cunctis diebus vitae*, hoc est, usque ad regnum Saulis [a]. Haec enim praecedentis regiminis limitatio ex narratione sequentis facilè colligitur. Saepe in Scriptura propositiones universales per Synecdochen limitantur, & sub eis aliquot particulares excipiuntur; ut patet ex Gen 35. 26. 2 Sam. 16. 22. & 17. 14. Jer. 44. 12. collat. cum 14, 17 [b].

16. *Et ibat per singulos annos*] Quamdiu per aetatem licuit, nunquam cessavit [c]. Rem suam non agebat, sed suorum; nè subditi adeundo suum Judicem, sumptus facerent & tempus perderent, ipse, quiescentibus omnibus, solus discurrebat. Non timebat incommoda temporum, viarum, hospitiorum; nec labori suo parcebat, nec expensis [d]. ¶ *Bethel & Galgala, &c.*] Loca in quibus gubernavit per vices erant quatuor celebres urbes [e]. Eas designavit in locis maximè opportunis [f]. *Gilgal* & *Mitzpa* in media longitudine ità sita erant, ut *Mitzpa* extremitatem latitudinis ad Occidentem, & *Gilgal* ad Orientem attingeret; quare videbantur habendis conventibus commodissima [g]. ¶ *Bethel*] P. Mo. Pi. Locus notus [h]. Judico esse nomen proprium illius urbis cujus mentio fit passim [i]. [Q. appellativè vertunt] *domum Dei fortis*, JT. id est, Kiriath-earim, Arcae domicilium, ubi ex lege maximi conventus habebantur, Exod. 23. 17 [k]. בֵּיתאֵל quandoque quemvis locum notat, ubi Arca Dei fuit *. Non placet; Nam planum est hîc recitari nomina ipsarum urbium: deinde si urbem Jeharimorum hîc intellexisset Samuel, suo eam nomine appellâsset: ut fecit in fine cap 6 [l]. ¶ *Judicabat Israelem in suprà dictis locis*, אֶת־כָּל וגו׳] *In* (vel *cum* Mo.) *omnibus locis istis*, M. Ti. JT. P. D. *Et judicavit Israel omnia loca*

h La. — i Mend. — k Mont. et Adrichom. in Mend. sim. — l Mend. — m San. — n Caj. in Mend. — o Mend. — p Mart. — q Jun. Pi. Ma. — r Of. Wil. — s La. Ser. — t Q. in Mend. sim. San. — v San. — x Mend. — y Carthus. in Mend. — z Ser. — a Mend. D.L. — b Mend. — c San. — d Mend. — e Pi. in Anal. — f San. — g Pi. ex Jun. — h D. — i Pi. — k Ma. ex Jun. — * Glass. gram. p. 762. — l Pi.

loca hæc, Jon. *Judicabátque Israelem & omnes regiones istas*, Sy.

17. *Revertebatúrque in Ramatha*] Heb. *Et reversio ejus*, V. Mar. 6. Ea erat ejus patria[m]. Qu. Cùm Anna voverat Samuelem semper fore coram Domino, quomodo nunc discedit ab Arca & obit provinciam? Resp. 1. Omnia vota hanc habebant conditionem, fore ea firma, quoad Deo secus videretur; Samuel autem à Deo constitutus erat judex[n]. 2. Cum Samuele ergò dispensatum est, ut suo munere rectè fungeretur. Et facilior erat dispensatio, destructo jam ac dissipato illo Tabernaculo loci in *Silo*; ubi Samuelis mater votum suum nuncupaverat; Et si materia voti illum præcisè locum includebat; eo sublato votum tollebatur[o]. Desolatâ Silo, necdum certo loco Arcæ designato, à voto eum liberavit necessitas. Quomodo *Rechabitæ* habitabant in Jerusalem, Jer. 35. 11*. [Vide ibi σὺν Θεῷ notanda.] ¶ *Ædificavit ibi altare Domino*] Illud שָׁם *illic*, Q. referunt ad remotius, nempe *Kirjathjarim*[p]. Unde priorem partem versûs parenthesi includunt, hoc modo (*Erat verò regressio ejus Ramam, quia ibi erat domus ejus, & ibidem judicabat Israelem:*) *& extruxit illic altare ipsi Jehovæ*, JT. Frequenter relativa ad remotiora antecedentia referuntur, ut Gen. 10. 12. infrà 27. 8. 1 Sam 21. 14. Psal. 99. 7[q]. Sed nimis coactum hoc videtur[r]. Alii ergò referunt ad *Ramam*; *Illic*, scil. *Ramæ* extruxit altare[s]. Quia ibi plerúmque morabatur[t]. Qu. 1. An hoc ei licebat? Resp. Licuit. Constat inter omnes Interpretes Samuelem non peccâsse. Dubitatur tamen quo pacto excusetur[v]. 1. [Hoc argumento motus Junius statuit *Bethel* esse *Jarim*:] Nam Samuelem tantum Prophetam, quis homo pius altare exstruxisse alio in loco concesserit, si ad historiam Jos. 22. respexerit[x]? 2. Quoniam non existimandum est, Samuelem (cujus operâ uti voluit Deus ad cultûs sui instaurationem) violâsse illam legem divinam, Deut. 12. 5. nè dubitemus Arcam Dei & sanctuarium (quæ sæpè sedem mutâsse constat) Ramatham adductam fuisse||. 3. Licuit, quia Arca tunc nullam habuit stabilem sedem[y]. Non placet hæc ratio; Nam, 1. Sive Arca sedem stabilem habuit, sive non, valebat ratio istius legis, Deut. 12. 13. quæ erat, nè idololatriæ vel suspicio, vel occasio haberetur. 2. Habuit Arca in eo loco sedem stabilem, ut antè docuimus[z]. 4. Ex dispensatione Dei hoc factum[a]. Samueli multa permittebantur, quæ aliis fortè non licebant. Nam quæ instinctu Dei fiunt, mirari magis debemus, quàm imitari[b]. Prophetis licuit ex speciali Dei revelatione hæc facere[c]. Maximè cùm Arca esset in privata domo, & à Tabernaculo separata, nec locus ei certus constitutus fuisset[d]. Qu. 2. Sed cur Samuel Altare exstruxit? Resp. Quia frequens fiebat ad illum concursus populi, capienda erant consilia, de bellis, de legibus, de universa republica. At ista fieri non oportuit absque publica invocatione nominis Dei. Preces autem nostræ nituntur fide, fides fertur in promissiones; promissiones obsignantur nobis externis symbolis[e].

[m] Mend. [n] Mart. [o] Mend. * Wil. [p] Ità Jun. Glas. [q] Jun. Ma. Glas. [r] Pi. [s] Pi. La. Mend. [t] T. ex San. [v] Mend. [x] Jun. paral. 3. || Calv. F. sim. Mart. [z] Mend. [a] L. Mend. [b] Mart. [c] Os. Wil. [d] Wil. [e] Mart.

CAP. VIII.

1. *Cum senuisset Samuel*] Adcóque multis laboribus ferendis imparem se sensit, onus cum honore abjecit[f]. Cùm non esset adeò valens, ut circuire posset urbes Israelis reddendi juris gratiâ[g]. Fuit Samuel hoc tempore circiter 60 annorum, ac post hæc regem Saulem creavit, & cum eo 16 annos vixit[h]. ¶ *Posuit filios suos judices*] Vice suâ, G. Vel, 1. supremos judices, ut sentire videntur Carthus & Aug[i]. Non inferiores Judices, ut de causis minoribus statuerent; (Id enim Levitis omnibus licuit:) sed sibi eos suffecerat, & in eodem dignitatis gradu collocârat. Alioqui populus injuriis affectus, ab illis ad alios judices provocâsset: Id autem à summa potestate non licuit[k]. Vel, 2. Inferiores Judices, quasi vicarios suos, ità ut ipse Samuel summus Judex esset, & præcipua per se definiret, cætera filiis definienda relinqueret[l]. Potestatem tantùm delegatam filiis suis commisit. Probatur, 1. Quia Samuel *judicavit cunctis diebus vitæ*. 2. Samuel Judicum ultimus semper numeratur. 3. Cùm populus Regem petiit, dicuntur *Deum* & *Samuelem*, non *Samuelis filios* sprevisse. 4. Non Samuelis erat, sed Dei, supremos Judices constituere[m]. Q. Samuelem hîc lapsum fuisse putant[n]. Quòd in re tanta Dominum non consuluit, ut Moses fecit; nec, ut Gideon, repudiavit imperium. Fortè, ut homo erat, ambitione aliquâ tangebatur, ut magistratum in sua familia retineret. Quanquam fieri potest, ut id animo bono fecerit: vel quòd eos videret esse bonâ indole: vel quòd domestico exemplo speraret futuros meliores: Vel, quòd se sciret habiturum in illos imperium, si quid deliquissent[o]. Constituit eos Judices, quia optimè erudierat, & præ cæteris dignos eos judicabat; & fortè initio tales erant, sed honores mutant mores, rarò autem in meliores[p].

[f] Mend. [g] V. [h] Mend. To. [i] Mend. sim. Mart. [k] Mart. [l] La. ex To.

2. *Joel*] Hic 1 Par. 6. 28. dicitur וַשְׁנִי *Vasni*[q]. Fortè à שָׁנָה *mutare*; q. d. *alter*, sive *mutatus*, qui priùs *Joel*, i.e. *Fuit Deus*, (ut interlinearis interpretatur) muneribus corruptus, à priori sanctitate multum degeneravit[r]. ¶ *Judicum in Bersabee*, בִּבְאֵר שָׁבַע] *In Beersheba*. Ità omnes præter JT. [Variè intelligunt.] 1. Per hoc innuitur, quòd non sicut pater eorum circuierunt, &c. sed cogebant Israelitas cum magno eorum dispendio venire ad locum mansionis eorum[s]. Ibi fratres ambo morabantur fortasse ob loci amænitatem. Vide Gen. 21. 33[t]. 2. Erat hæc pars Judææ Australis, quam filiis regendam tradidit; partem verò Septentrionalem sibi reservavit[v]. Quandoquidem Samuel circuire non poterat, filios voluit, populo jus dicendo, in partem oneris venire[x]. 3. Josephus asserit provinciam à Samuele fuisse divisam inter filios, & unum in *Bethlehem* (pro quo Magister historiæ habet *Bethel*) alterum in *Bersabee* præfuisse. Hunc sequuntur Dionys. Rabanus & alii. Dices, cur sola *Bersabee* nominatur? Resp. Vel, quia scriptura brevitati studens præcipuam urbem posuit, ex qua alia intelligeretur; vel quia alter stationem suam deserens ad fratrem in *Bersabee* veniebat[y]. 4. Alii vertunt, *Judices, usque ad Beerseba*. Synecdoche elliptica, supplenda ex Jud. 20. 1. quâ sub una extremitate alteram ei oppositam nempe *Danis* simul intelligit[z]. q. d. qui erant Judices à Dan usque ad Beersheba[a]. Præpositio præfixa ב *beth* inter alias significationes ejus, sæpe denotat *ad* vel εἰς *in* cum accusativo. Sic Levit. 16. 22. *dimittit hircum* בַּמִּדְבָּר *ad* vel *in desertum*; ex v. 21. Sic Job 5. 19. *Non pertinget* בְּךָ *ad te malum*: Psal. 19. 4. בְּכָל *In omnem terram*, ut Rom. 10. 18. *Revertetur* בּוֹ *ad illum*, Esa. 10. 22[b]. Licet exponere *in*, id est *ad Beersabem*. Sic בַּשָּׁמַיִם *in cœlum*, quod K. exponit *usque ad cœlum*; & alibi est אֶל הַשָּׁמַיִם. Vide de literis servilibus lib. 2. p. 45[c]. vel *in Beersabee*, qui locus procul aberat à *Ramah*, in qua ipse habitabat. Si ità est, non peccârunt; sed si hinc sedem sibi delegerunt inscio patre, excusari vix possunt[d].

3. *Non ambulaverunt in viis ejus*] Vel quia provinciam singulis annis, ut Samuel, non lustrabant[e]; vel potiùs, quia parentis mores non exprimebant[f]. ¶ *Declinaverunt post avaritiam*, Ità M.P.Ti.Mo. אַחֲרֵי הַבָּצַע] *Sectati sunt lucrum*, D. JT. H[s]. *Secuti sunt cupiditatem*; q. d. Cupiditate habendi ducti, acceptis muneribus, non reddiderunt jus ex æquo & bono[g]. ¶ *Acceperunt munera*] Quæ excæcant oculos sapientum. Videmus hîc; *Heroum filii noxæ*[h]. Sed cur non punit Deus Samuelem propter filios, sicut priùs punivit Heli? Resp. 1. Peccata filiorum Eli erant plura & graviora, quàm filiorum Samuelis; hi enim occultè tantùm acceperunt munera[i]. 2. Nec horum peccata adeò comperta atque nota erant, vel propter distantiam *Ramæ* è *Bersabee*[k]. Vel potiùs ob ignavum civium timorem, qui ad patrem hæc deferre veriti sunt; nè aut patris benevolentiam perderent, aut filiorum iram incurrerent. Porrò, notetur hoc loco, filios Samuelis declinantes post avaritiam, ut suam diutiùs potestatem conservarent, suam potestatem amisisse[l].

4. *Congregate ergò*, &c.] Furor fit læsa sæpiùs patientia: & nimis oppressa subjectio fit rebellio. ¶ *Majores natu*] Tam ætatis, quàm dignitatis ratione: Erant enim senes & principes; nè tantæ rei novitas aut juvenili imprudentiæ, aut populari inconstantiæ tribueretur[m].

[m] Mend. [n] Ità Mart. [o] Mart. [p] La. ex Dion. [q] D. Mend. [r] Mend. [s] M. sim. Mend. [t] Mend. [v] La. ex To. [x] Me. [y] Mend. [z] Jun. Pi. Ma. Glas. [a] Ma. [b] Glas. gram. p. 665. [c] D. [d] D. [e] Mend. [f] Mend. sim. V. Pi. [g] V. [h] La. [i] La. [k] T. [l] Mend. [m] Mend.

5. *Dixerúntque*

5. *Dixeruntque ei, Ecce tu senuisti,* &c.] Ridiculæ sunt hæ rationes; *Tu consenuisti.* Quasi Rex non poterat senex fieri. *Da regem qui pugnet pro nobis.* Quasi Deus pro illis non pugnaverit, aut pugnare non possit. *Filii non sunt similes tui.* Quid? an Rex non potuit procreare filios malos? *Sicut nationes.* Regem volunt non ex instituto Domini, sed ad præscriptum aliarum nationum [p]. [p Mart.] *Tu senuisti* inquiunt, non potes ergò vel per teipsum rempub. gubernare, vel filios tuos in officio continere. Hæc ratio spectat ad contemptum Samuelis. At potuit *Samuel* & filiis & Reipublicæ providere, ut patet ex iis quæ vivente *Saula* peregit. At hi consueta fastidiunt, & novis student; & nomine senectutis sanctissimum Judicem, è suo munere deturbare nituntur [q]. [q Mend.] Potuerant à Samuele postulare, ut demoveret filios à vicaria functione; & ipse, non terras obiens, sed domi res controversas dijudicaret. Id æquius fuerat, quàm senem & Prophetam optimè meritum detrudere [r]. [r G.] ¶ *Filii tui non ambulant,* &c.] Observa adulatorium planè Hæbræorum artificium: Parentem arguere non audentes, filios arguunt; ut Pharisæi discipulos Christi, cùm ipsum non auderent; Matt. 15. 2 [s]. [s Mend.] ¶ *Ut judicet nos*] i. e. ut regat nos; seu, ut more regio nobis dominetur. Neque enim Regem duntaxat, ut judicaret, postulabant; nam ad judicandum satis erant Judices: sed verbo *judicandi* utuntur vel, 1. Callidè, ut malitiæ suæ venenum paulisper tegerent; & invidiosum *Regis* nomen mitioris potestatis verbo colorarent; & nè Samuelem graviùs offenderent. Vel 2. Ut præcipuas Regis partes exprimerent [t]. [t Mend.] *Ad judicandum*; i. e. gubernandum. Pi. Potiùs *ad vindicandum nos*, JT. Pi. G. Nam & hoc שפט significat, & hunc sensum magìs requirunt sequentia, v. 20 [v]. [v G.] Huic versioni favet, quòd principalis causa quæ illos ad petendum regem movit, fuit periculum quod eis tum imminebat à Nachasho, cap. 12. 14. Ergò iniqua gubernatio filiorum Samuelis fuit tantùm πρόφασις; neque enim propterea opus erat constitui regem: cùm posset iis æquior judex præfici; & incertum esset, an rex designandus æquum sese esset præbiturus [x]. [x Pi.] ¶ *Sicut & universæ habent,* &c.] Omnes antiquas nationes Regibus quondam paruisse dicunt Tullius lib. 3. de legibus sub initium, & Justin. l. 1 [y]. [y Mend.] *Et suetus Regibus Oriens,* ait Tacitus Hist. 4 [z]. [z Ma.] ¶ *Sicut nationes*] Vicinæ scilicet [a]. [a G. ex Jo.] Si peccatum in hac petitione, hîc maximè peccatum. Nam alia ratio Gentium, alia Israelitarum. Gentes indigebant Rege, quia non habebant Regem Deum, quomodò habebant Israelitæ [b]. [b G.]

6. *Displicuit sermo in oculis Samuelis*] Qu. Qua de causa? Resp. 1. Quia displicebat & filiorum improbitas, quam tunc primùm audivit [c]. [c La. I.] 2. Doluit Samuel propter suam dejectionem; idque vel, 1. Humanâ ratione & passione [d]. [d Caj. in Mend.] Insignis erat hæc injuria & ingratitudo erga Prophetam tam benè de eis meritum [e]. [e La.] Ità rerum novarum avidi erant, & pertæsi præsentium, ut nè mortem quidem ejus exspectare possent [f]. [f Mart.] Vel, 2. Quatenus hoc in publicum detrimentum redundabat [g]. [g Mend.] 3. Displicuit propter rationem petendi regem, ut scilicet reliquis gentibus similes efficerentur [h]; [h Mend. ex La.] cùm ipsos gentibus dissimiles esse voluit Deus, Num. 23 9 [i]. [i Mend.] Quòd peterent Regiam potestatem absolutam & tyrannidi proximam, qualem habebant Gentiles, putà Persæ, Ægyptii, &c [k]. [k La. ex] 4. Quòd ex tumultuario quodam & inconsiderato animo, & non pro honore Dei & conservatione justitiæ, Regem postulaverint [l]. [l M.] 5. Præcipua ratio est quòd divino honori detrahebant, hominem Deo præferentes [m]. [m Theod. et Procop. & Sulpit. & Rupert. in Mend. L. To. Jun.] Deum repudiabant, qui ipsorum Rex esse voluit [n]. [n Me.] Deus in Israele non tam μοναρχίαν monarchiam, quàm θεοκρατίαν, i. e. *Deiarchiam* instituerat, inquit Josephus [o]. [o La. Mend.] Exod. 19. 5, 6. *Vos eritis mihi in regnum*; q. d. peculiari ratione me vobis Regem exhibebo. Vide & Num. 23. 21. Deut. 32. 9. Et Jud. 8. 22, 23. *Non dominabor vestri, nec filius,* &c. *sed dominabitur vobis Dominus.* Judices autem cùm fuerint exiguæ potestatis, non illi, sed solus Deus ab illo populo *Dominus* vocabatur [p]. [p Mend.] Magìs fiduciam suam collocabant in hominem, quàm in Deum, qui toties eos eripuit ex maximis periculis [q]. [q M.] Sed mirum videbitur Israelitas hîc peccâsse, cùm iis in terram Canaan ingressis conceditur facultas Regem eligendi, Deut. 17. 14 [r]. [r Mend.] Notant Hebræi tria præcepta fuisse patribus mandata in ingressu Canaan, *constituere Regem, delere Amalec,* & *ædificare Templum* [s]. [s M. D.] Cur ergò Deo displicuit? Resp. 1. Quia malo animo Regem petierunt, non propter præceptum: Deus, quia est καρδιογνώστης (*scrutator cordium*) animum potiùs respicit, quàm externam actionem [t]. [t D.] Ex superbia petebant, quià minùs gloriosum putabant Judici, quàm Regi obtemperare [v]. [v Mend.] Videbantur Deo diffidere, & brachio suo fidere [x]. [x Mart.] 2. Quia petebant Regem Deo inconsulto atque invito [y]. [y La.] Respublica illa *Dei* erat; ideóque ejus injussu nihil in ea oportebat innovari [z]. [z Mart.] 3. Non fiebat concessio Regis eligendi, sed tantùm permissio [a]. [a Mend.] Non ibi mandavit creari regem; sed prædixit eos velle Regem expetere. Itáque voluit illis legem, tanquam frænum imponere: ut cùm omninò habituri essent Regem, illum saltem iis conditionibus haberent. Ità de divortio nihil præcipit: Tamen, si quis vellet omninò divertere, jubet ut det illi libellum repudii, &c. Ad hæc, etsi lex populo concesserit Regem, non tamen ità concessit, ut non expectaretur authoritas Dei; ejus enim fuit Respub. non populi [b]. [b Mart.] ¶ *Et oravit Samuel*] Videtur senioribus respondisse se consulturum Dominum, & quod tulisset responsum se illis cum fide relaturum [c]. [c Me.] *Oravit,* &c. Consulens Deum, quid sibi faciendum esset [d]. [d Pi.] Maximè laudanda hîc Samuelis patientia. Tam graviter lacessitus, nec pusilanimis succubuit, nec iratus excanduit, nec superbus infremuit; sed totum se ad orandum contulit. Et, ut Josephus ait, totam noctem orando extraxit [e]. [e Mend.] Deum ducem sequi mavult, quàm tumultuantem populum, aut prudentiam suam [f]. [f San.] *Oravit,* consuluit Dominum præmissa oratione [g]. [g V.]

7. *Audi vocem populi*] i. e. Acquiesce petitioni populi [*]. [* V. sim. Mend.] Qu. Quo pacto Deus consensit in hanc petitionem? Deus enim nequit in peccatum consentire. Resp. 1. Potest petitio esse illicita, & concessio licita: ut si quis ab alio depositum exigat ad peccandum; hic illicitè exigit, ille verò licitè reddit. Quod tunc contingit, quando res petita non est de se & intrinsecè mala, sed tantùm ex circumstantiis. Non consensit Deus in hanc petitionem, quatenus mala erat; sed eam tantùm permisit: consensit nihilominùs in rem petitam, seu in constitutionem Regis; quia hæc, quatenus fiebat à Deo non erat mala. 2. Concessit hoc eis Deus in pœnam, & in ipsorum exitium, quomodo Psal. 77. 30. Deut. 1. 22. Num. 22. 13, 20 [h]. [h Mend.] Verba hæc sunt irati, ut testatur Hos. 13. 11 [i]. [i Pi. et Ma. ex Jun.] *Audi,* &c. Aliud est velle aliquid ut fiat; aliud sinere fieri, Os. 13. 11 [*]. [* G.] ¶ *Non enim te abjecerunt sed me*] Id est, *non te,* sub. *solùm,* JT. V. D. Ellipsis usitata, ut Gen. 32. 28 [k]. [k Ma. ex Jun. Glass. gram. p. 489. Mend.] Non placet hoc supplementum; quia enervat Emphasin tropi, videlicet synecdoches hyperbolicæ. Intelligitur enim, quòd non spreverint Samuelem principaliter, seu potissimùm; sed Deum: ità ut si contemptus Samuelis cum contemptu Dei conferatur: nullus esse videatur. Similia exempla ἀντιθέτως (nempe notantis comparationem imparium) Vide Gen. 32. 28. Matt. 10. 20. Joan. 7. 16 [†]. [† Pi.] Frequens Hebraismus est, ut cùm aliquid de uno plus quam de altero dicitur, de hoc simpliciter negetur, de illo simpliciter affirmetur. Sic Exod. 16. 7. Os. 6. 6. Matt. 10. 20. Joan. 11. 4. Deus autem ab his contemptus erat, 1. Immediatè & in seipso, quia ipse Deus regnabat super Israelem. 2. Mediatè, & in Samuele legato ac Ministro ejus. ¶ *Nè regnem super eos*] scil. illo immediato dominio, & peculiari providentiâ [l]. [l Mend.] Quid? An ubi Rex, Deus non regnat? David vocat Deum *regem suum.* Ità & David rex erat (nempe super populum) & Deus (super Davidem.) Hîc autem alia ratio. Nam Deus aliter regnabat cùm Judices essent, aliter cùm Reges. Hi enim plus juris habebant in populum, quàm Judices, & sæpe illum ad falsos Deos pertrahebant [m]. [m D.] Exponitur hoc 10. 19. Deus regnat per eos quos spiritu suo afflat, quales erant Judices illi. Samuelem ergò cùm destituunt, Deum quasi deponunt, ut loquitur Josephus. Similis locutio Luc. 10. 16. Et hinc interpretare quod est infrà 12. 17, 19. Alio tempore Regem sibi facere sine culpa potuissent; Deut. 17. 14. Vide quæ ibi dicta [n]. [n G.] Judices non ad suum arbitratum, sive libidinem rem administrabant publicam, sicut Reges & Principes; sed juxta modum à Deo præscriptum. Quare omnes Judices Israel sancti

sancti fuerunt, Heb. 11. & Ecclesiastic. 46. Cùm tamen è Regibus paucissimi fuerint, non idololatræ, & sub eis nomen Dei abjectum & vile haberi cæpit, & patria religio aut omninò prodita, aut magna ex parte contempta [o]. *Nè regnem super eos*; i. e. nè vivant legibus meis [p]. Porrò, Deus his verbis consolatur Samuelem [q]. Afflicto major consolatio esse non potest, quàm si Deum in afflictione socium sortiatur. Consolatur eum non simpliciter mœrorem auferendo; sed per illapsum gravioris mali sensum levioris temperando. Tantus enim viro justo est de divinis injuriis mœror, ut dolor de propriis injuriis quodammodo absorbeatur [r]. Non in te, inquit, hæc contumelia redundat, sed in me. Ego autem illorum injurias patienter fero: quare te quoque eas ferre convenit [s].

8. *Juxta omnia opera, &c.*] Exprobrat eis ingratitudinem tum erga se, tum erga Samuelem [t]. Recensentur autem hîc ea peccata, 1. Ut gravitas hujus contemptûs Dei & Samuelis indicetur, qui gravissimis istis sceleribus confertur. 2. Ad solatium Samuelis, qui hoc fieri putabat ob suam culpam. q. d. Nè cogites te, propter aliquam culpam à te commissam, à populo contemptum: nam & ego ab ipsis contemnor. Abjectionis autem hujus causa est malitia populi, eáque inveterata [v]. Postulatum populi non est inde ortum, quòd tu creditum tibi munus minùs diligenter, aut fideliter impleveris; sed ab innata populi levitate [x].

9. *Contestare eos*, הָעֵד תָּעִיד] *Contestando contestatus fueris*, P. V. i.e. Diligenter contestatus fueris Deum & homines [y]. Ut nulla posthac ignorantia simuletur, & res efficaciùs proponatur [z].

10. *Prædic eis jus Regis*] Hoc est, explica cœco populo, quale jus usurpaturus sit Rex, quem similem regibus aliarum nationum sibi præfici postulant. Nempe qui non communi consilio, sed suo solius arbitratu rem versaret publicam: non tam populi commodis, quàm suæ gloriæ, suo lucro, suæ libidini studeret. Et verò tales Hebræis Reges ut plurimùm obtigisse nimis manifestum est*. *Prædic, &c.* ut dissuadeas vel deterreas à postulatione Regis†.

11. *Hoc erit jus regis*, מִשְׁפַּט] Variè reddunt. *Jus regis*, Sy. Ar. M. P. Ti. Ca. *statutum*, vel *decretum*, Jon. He. in M. δικαίωμα, ό. quod reddunt *justificationem*, cum potiùs, sit *statutum, decretum, institutum* *. *Judicium*, V. Mar. *mos*, Ang. *via*, Belg. *ratio*, Mo. JT. Pi. videlicet, ratio agendi, Pi. Qu. Quale est hoc jus Regis? Justumne an injustum? Resp. 1. Quidam dicunt hæc esse Regibus licita [a], nempe urgente necessitate publicâ [b]. Resp. 2. Alii injustum seu tyrannicum hoc jus fuisse volunt †. Non hîc significatur, quid Reges jure possint, sed quid audeant [c]. Non verum jus hîc proponitur, sed usurpatum [d]. *Hoc judicium*, i. e. his moribus & hac consuetudine utentur erga vos Reges: talem exercebunt tyrannidem; cui parere necesse erit, nec obsistere licebit vobis, sed dicto audientes esse oportebit. Quidam volunt Deum hæc dixisse, ut deterreret populum à petendo Rege [e]. Describit hîc Deus jus Regium, non quidem omnino justum & moderatum, (quod omnium consensu agnoscitur optima esse regiminis forma) sed Barbaricum & Asianum; quale eo tempore & posteà in Oriente viguit. de quo vide Aristot. Polit. 3. 14 [f]. De significatu vocis מִשְׁפָּט vide de J. B. & P. 1. 4. 7. Summam eorum quæ sequuntur explicat Josephus; dicens, fore ut Rex eos tractet tanquam pretio emptos servos. Vicini enim Reges subditis suis imperabant quæ vellent, ut ἀνυπεύθυνοι, *nulli obnoxii* sive *subditi*. *Syros servituti natos*, ait Livius; *de libertate eos nihil cogitare*, Apollonius; *manus patientes esse*, Julianus, ut ostendimus ad J B. & P. 3. 20. 1. ideóque subditi passim in his libris *servi Regum* dicuntur. Dominatus autem hic Regius secum ferebat, ut pro arbitrio Regis delectus facerent; capitationes & operas hominibus, tributa agris, mercibus vectigalia imponerent, contradicente nemine. Illud enim ibi locum habebat, *Rex sum. Nil ultrà quæro plebeius.* Et impunè quidvis facere, id est Regem esse. Si peccarent graviter in Dei legem, ad Deum ultio pertinebat; non ad singulos, ac nè ad populum quidem. Vide quæ sequuntur; & infrà 26. 10, 23 [g]. Illud jus non debebatur Regi ex institutione divina; sed magis prænunciabatur usurpatio regum, qui sibi jus iniquum constituunt in

n San. o V. p Mart. sim. q Mend. r Mend. s Mart. t D. v Mend. x Me. ferè ex San. y V. sim. Mend. z Mend. * T. † La. * D. a Q. He in V. b L. † Ità Mend. Q. He. in Mart. R. Jose in D. c Me. ex San. d Mart. T. La. e V. sim. R. Juda in D. f Ma. g G.

tyrannidem degenerantes [h]. Hoc autem jus iniquum & tyrannicum fuisse probatur, 1. Quia multa ex sequentibus adversantur vel legi naturali, vel divinæ. Qualia, *auferre agros, &c.* contrà Ezech. 46. 18 [i]. Alioquin hoc jure uti potuit Ahab, & vineam Nabotho eripere, 1 Reg. 21 [k]. *Ex civibus servos facere*, contrà Deut. 17. 16, 20. 2. Probatur ex v. 18. *Clamabitis*, &c. At si hæc à Rege justè imponerentur, non habebant, quod clamarent [l]. 3. Dicitur *Jus Regis*, non *Regni*; quasi ad *Regis* potiùs, quàm ad *Regni* utilitatem spectaret [m]. Τὸ מִשְׁפָּט alibi sign. *morem* sive *consuetudinem*, Ità Gen. 40. 13. Exod. 21. 9. Psal. 119. 132 [n]. & 1 Sam. 27. 11 [o]. & Num. 9. 14. & 29. 6 [p]. Porrò, illa *lex Regni* 1 Sam. 10. 25. diversa est ab hoc jure Regis [q]. Nam illam legem exposuit Samuel ad docendum populum: hoc autem jus ad deterrendum, ut ad eum locum patebit [r]. Verum æquumq; jus Regis describit Moses Deut. 17 [s]. ubi sancit, quid rex Deo, quid populo, quid sibi ipsi præstare debet [t]. Optabant Israelitæ Reges, qui non communi consilio, sed suo tantùm arbitratu rem versarent publicam, quales habebant exteræ nationes [v]. Qu. Cujus Regis jus, sive consuetudo hîc describitur? Resp. Regum sequentium, non ità quidem, ut singuli Reges has omnes injurias exercerent; sed ità ut alii aliis uterentur. Vide 2 Sam. 12. 4, 14. Nec opus est ad veritatem hujus prædictionis, ut hæc ipsa posteà à Regibus exercerentur: dummodo similia fierent. Res enim hæ exempli causâ proponuntur: & in exemplis non requiritur veritas [x]. ¶ *Filios vestros tollet*, יִקָּח] *Accipiet*, Ma JT. *capiet* etiam per vim & injuriam [y]. Ità sumitur לָקַח Gen. 34. 2. Job 5. 5. & 15. 12 [z]. & Gen. 20. 3. & 27. 36. & 30. 15. *Auferet*, invitis parentibus [a]. Nihil potuit imperari durius [b]. ¶ *Et ponet in curribus suis, faciétque sibi equites*, וְשָׂם לוֹ בְּמֶרְכַּבְתּוֹ וּבְפָרָשָׁיו] *Et ponet* (vel *disponet*, JT. Pi. sub. *eos*, M. Ti. V.) *sibi in curru suo* (*in currum*, Ti. *ad currum*, M. *in curribus*, JT. vel *in curraturâ suâ*, est enim nomen collectivum, Ma.) *Et in equitibus suis*, Mo. ό. Ma. sim. P. Jon. *Inter equites suos*, Sy. *pro equitibus*, M. *ut sint equites*, Ti. i. e. Quosdam ex eis præficiet curribus ipsis, ut ipsos regant; & alios faciet equites. Hebraismus [c]. Sermo est de curribus militaribus ac civilibus: nam de ruralibus inferiùs dicetur. Sensus potest esse duplex, 1. Utetur filiis vestris, tanquam equis ad trahendos currus; quomodo fecit Sesostres, in Plin. 33. 2. 2. (Quod rectius est) ponet in curribus, ut equites portandos; & aurigas, qui illos regant; quique ex curribus falcatis depugnent; & præcursores quadrigarum, seu aurigas, qui currus moderentur. Atque hoc faciet absque ulla Reip. necessitate, solùm ad ostentationem regiæ majestatis. Gravis hæc injuria erat [d]. Quamvis τὸ פָּרָשׁ *equitem* ubíque interpretes ferè omnes reddant; tamen valde verisimile est, quod observavit Ludovicus de Dieu, ὁ μακαρίτης, etiam פָּרָשׁ alicubi pro *equo* sumi; ut Arabicum *pharas*, quo Æthiopes quoque utuntur. Sic hoc loco vertendum, *& ponet sibi in curribus & equis suis*, ità meliùs cohæret, quàm *& equitibus*. Sic 2 Sam. 1. 6. *Et ecce currus*, וּבַעֲלֵי פָּרָשִׁים *& Domini equorum assequuti sunt eum*; id est, equites; quomodo Vulg. Sy. Ar. rectè habent. *At Domini equitum* essent ἵππαρχοι *præfecti equitum*, ut seniores exponunt; quod videtur alienum. Rursus, Isa. 21. 7. רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים *Currus* est *duorum equorum*; i. e. biga, non *duorum equitum*. Res clarior ex versu 9 ubi רֶכֶב אִישׁ צֶמֶד פָּרָשִׁים ad verbum sign. *currum viri duorum equorum*; i. e. bigam virilem; neque enim dixeris, *currum viri duorum equitum*: & Isa. 28. 28. וּבְפָרָשָׁיו יְדֻקֶּנּוּ *& equis suis* agricola *non conteret illud*; *equis* inquam, non *equitibus*: alludit enim ad morem triturandi, de quo Varro de Re Rustica l. 1. c. 52. *E spicis in aream oportet excuti grana; quod fit apud alios jumentis junctis & tribulâ, &c. apud alios exteritur grege jumentorum inacto, &c* *. Porrò, פָּרָשׁ deducitur vel à *Pharasa, rapere*. (Ità Critici Arabes propter gressûs rapiditatem; Hinc *rapientem* Poetæ vocant. Martial.

Parciùs utaris, moneo, rapiente veredo †.)

vel פָּרָשׁ primò *equitem*, deinde *equum* significat ‖. ¶ *Et præcursores*, וְרָצוּ] Cum accentu in ultima: thema est רוּץ *incurrit* [e]. *Et current*, P. *ut currant*, Pi. V.

h Thomas in Ma. i Mend. k Pi. l Mend. m Mend. ex Caj. n Mend. o Pi. p La. q Mend. La. Hugo et Dion. et To. et L. in Mend. r Mend. s La. Mart. t Mend. v San. x Mend. y Mend. D. z D. a Mend. b Mart. c V. d Mend. * BA. 1. 2. 6. 98. &c. † Ibid. 60. ‖ Ib. 99. e D.

12. Con-

12. *Constituet sibi Tribunos & Centuriones*] Heb. *Principes millium & principes quinquaginta*, Mo. sim. Jon.JT. *Tribunos & quinquagenarios*, M. P. Ti. Sub his duobus comprehendit alios Magistratus militum [f]. Prætorianos milites ad corporis sui custodiam destinatos [g]. Qu. In quo ponitur hujus injuriæ ratio? Videntur enim hæc honoris munia, non dedecoris; vide 1 Reg.9.22. Resp.1. Sub his alia quoque planè servilia continentur, *satellitum, cursorum*, &c [h]. 2. Etiam nolentes militare cogebant [i]. 3. Quantum honorum dabant Reges ex una parte, tantum tributorum ex altera parte exigebant. 4. Erant hæc munera universo populo onerosa, ob electorum magistratuum tum multitudinem, tum indignitatem. Eos enim eligebant obsequentes sibi potiùs, quàm populo consulentes, ut patet ex pronomine *sibi*, *Constituet sibi tribunos*, &c.

13. *Filias quoque vestras*, &c.] Hæc injuria eò gravior, quò major parentum in filias amor; & periculosior filiarum, quàm filiorum à parentibus abstractio [k]; ut testantur *Dina*, & soror Amnonis [l]. ¶ *Unguentarias*. Ità V.JT. D.P. לְרַקָּחוֹת] vel *in pigmentarias*, M.Mo. *Pigmentariæ* sunt siccorum, *Unguentariæ* liquidorum [m]. Sed רקח est *odoramenta qualibet, tam liquida, quàm sicca commiscere*; vide Exod.30.25. & 37.29 [n]. *Pigmentariæ* sunt, quæ ex aromatibus varias parant confectiones [o]. Al. *in textrices*, Sy. Ar. *in ministras*, Jon. in D. ¶ *Et focarias*] Ità V. Videtur innuere coquas, quæ ad focum cibum coquebant [p]. וְלְטַבָּחוֹת] *Et in coquinarias*, Mo. V. P. Malè reddunt. Nam *coquinaria*, quæ & *culinaria*, est ipsa ars. Potiùs *coquas*, D.JT.Jon.M. qui cibum coquunt. Cui firmando quod in Arabismo coquus טבאך vocatur [q]. טַבָּחוֹת accipitur pro mulieribus quæ cibos parant, sive mactent pecora, sive carnes pecorum coquant [r]. *Molitrices*, Sy. Ar. *cupedinarias*, Ti. ¶ *Et panificas*, Sic P. ó. וְלְאוֹפוֹת] *Et in pistrices*, Mo.Sy.Ar.M.Ti.JT. D.V. Vox Hebræa etiam *coquas* denotat, propriè tamen *coquentes panem* [s].

14. *Agros quoque vestros*, &c.] Hactenus de injuriis personalibus. Nunc de realibus *. Non tam agros, quàm fructus eorum, cùm milites ipsius eorum indigebant †. Qui filios Samuelis munera accipientes non tolerabant, Reges privata civium bona per vim diripientes tolerare cogebantur. ¶ *Et olivetta optima*] Deteriora fortè prædia suis possessoribus relinquentes; ut aliquam pietatis liberalitatisque speciem simularent [t]. Ut כֶּרֶם est & *vinea*, & *vinetum*. Ità זַיִת & *oliva*, & *olivetum*; i.e. locus consitus oleis [v]. ¶ *Et dabit servis suis*] Ità crescit injuria, quòd non in suos usus, sed alienos civium bona transferat [x].

15. *Et segetes vestras*, וְזַרְעֵיכֶם] *Et semina vestra*, V.JT.Ma. D. i.e segetes, Hieron. in D.V. vel agros vestros, K. in D. Nam agris semina mandantur [y]. ¶ *Et vinearum reditus*] Heb. *vineas*, i. e. fructum vinearum, V. ¶ *Addecimabit*] Injuria in hoc consistit, vel 1. quòd decimas sacerdotibus debitas in seipsos transferebant: vel 2. hæreditates à sacerdotibus semel decimatas iterum decimabant; & sic populum nimis opprimebant [z]. A quibusdam subditis totos agros extorquebant; aliorum agros decimabant. Possessiones optimas in integrum usurpabant, mediocres decimabant [a]. ¶ *Ut det eunuchis*] Ità Mo. ó. Ma.Sy. M.P. Mart. i. e. hominibus alienis à pietate. Judæis non licuit secare quenquam. Imò, si quis esset sectus, ejiciebatur extra Ecclesiam. Utebantur tamen Judæi eunuchis aliundè importatis [b]. Alii לְסָרִיסָיו vertunt, *ministris ejus*, Ar. *primoribus suis*, JT. *principibus*, Jon. Vocantur tales eunuchi, non quòd exsecti essent, (tales enim ignorabat illud seculum) sed ductâ ab his similitudine; quia sicut exsecti intimis regum cubilibus custodes aderant; ità & hi præcipuis Regum negotiis præponuntur [c].

16. Et juvenes optimos] [Ità ferè omnes.] At ó. τὰ βουκόλια ὑμῶν. (*armenta boum*.) Ergo pro בַּחוּרֵיכֶם legerunt בְּקָרֵיכֶם [d]. At unde constat eos sic legisse? An nullibi à litera textûs Hebræi, vel studio & consilio, vel errore & incuriâ discesserunt? Legerunt sic in sua mente, quia ipsis videbatur melius sic fluere sensus, ut *armentorum* fieret mentio, sicut fit mentio *servorum, ancillarum, asinorum, ovium*. Solitâ ergò libertate utentes ità transtulerunt. Hebræi verò existimantes, boves comprehendi sub צֹאנְכֶם *pecora*; per בַּחוּרֵיכֶם intellexerunt *juvenes selectos*, præstantes & robustos, ad agriculturam & reliquas operas utiles ac idoneos [e]. ¶ *Optimos*, Ità P. sim. JT.V. הַטּוֹבִים] *pulchros*, Ch. elegantes & formosos [f]. Tales ad comitatum deligebant. Reges suorum satellitum gregibus non contenti, alienos servos sibi vendicabunt, vel ad pompam vel ad negotia sua [g]. ¶ *Et ponet in opere suo*, וְעָשָׂה לִמְלַאכְתּוֹ] *Et faciet in opere suo*, Mo.V. vel *ad opus suum*, D. *utetur in opere suo*, D. ipsisque *conficiet opus suum*, Sy. sim.Ti.P. *adhibebit ad opus suum*, JT.M. Per eos sua negotia expediet, quamdiu commodum erit; nihil curans, quòd vobis ipsis interea usui esse possent & deberent [h]. At ó. habent, *decimabit*; vel pro עָשָׂה legebant עָשֵׂר; vel ità hunc locum ex antecedentibus & consequentibus interpretati sunt [i].

17. *Vosque eritis ei servi*] q.d. Et, ut uno verbo dicam, eritis ei servi [k]. Reges suis civibus, tanquam servis, seu potiùs mancipiis utentur. In hac una injuria cæterarum omnium atrocitates continentur. Nihil enim in hac vita durius servitute [l]. Ego vos, inquit Deus, asserui in libertatem, cùm vos educerem ex Ægypto. Et ità nunc insanitis, ut vos velitis in servitutem conjicere *.

18. *Clamabitis*] i. e. Oppressi tyrannide Regis vestri [m]. ¶ *In die illa*] Non fuit dies una, sed multiplex. Unde Chald. *In tempore illo* [n]. Quando clamaverint non habemus; sed non est dubitandum hoc fecisse homines querulos, & laborum atque injuriarum impatientes: Qui enim contra mitissimum Mosen & Samuelem clamârunt; quid non facerent cùm gravia à Regibus acceperint imperia, &c [o]. ¶ *A facie regis vestri*, מִלִּפְנֵי מַלְכְּכֶם] *Propter regem vestrum*, Hs. P. qui ob nimiam potentiam, fastum, &c. erit vobis gravis & intolerabilis [q]. *Ab ante regem vestrum*, Chald. in Me. id est, clam eo; neque enim gemitus liber erit [r]. *De ad facies regis vestri*. Concursus duarum præpositionum significatum auget [s]. ¶ *Et non exaudiet vos Dominus*, &c.] Multa ab initio sunt voluntatis, deinde necessitatis. Exedendum est quod intrîsti [t]. Eos, qui non voluntate, sed necessitate clamabant, meritò repellit; præsertim cùm ipsi se suâ sponte in eas angustias conjecissent; nec optimis Samuelis consiliis obtemperâssent. Surdæ peccatorum aures surdis Dei auribus meritò puniuntur. Vide Prov. 1.24, &c. Zac.7.13. Absolutè decretum fuit à Deo, ut Hebræi usque ad Christum natum sub regibus tenerentur. Frustrà ergò ab hoc jugo liberari postulârunt [v].

19. *Noluit populus audire*, &c.] Vulgus capitur inanibus, & mutationes amat. Pulchrum iis videbatur conspicere hominem auratum & gemmatum; splendidè habitantem & epulantem; procedentem cum ingenti satellitio, καὶ μετὰ πολλῆς φαντασίας, (*cum magna pompa* [x].) ¶ *Nequaquam*, לוֹא] *Non*. Sub. aut *mutabimus sententiam*, V.Ma. aut *hæc ità erunt*, D. aut *hæc contestatio tua nos deterrebit à proposito*, Jun.Pi.D. Ma. Rusticitatis & temeritatis plena responsio. Qui prudenter & humaniter aliquid negant, à mollioribus verbis ordiuntur; ut repulsa levior & benignior videatur. Incredibilis hæc erat, vel, 1. perfidia; quòd Samueli hoc divinitùs prophetanti non crediderint; præsertim cùm illius spiritus propheticus satis perspectus esset, 1 Sam.3.20. vel, 2. contumacia; q.d. Nequaquam desistemus à Rege petendo, quamvis omnia, quæ prædicis, vera sint. Videntes & scientes quæ mala sequerentur, Regem petunt. Huc referunt quidam illud Os. 9.9. ¶ *Rex erit super nos*] q. d. Non quidem, ut tu lævus aruspex ominaris, tyrannus nobis aliquis continget; sed Rex facilis, benignus, mansuetus. Mira perfidia. Vel q.d. Quamvis sit ille, quem hactenus descripsisti, iniquus, tyrannus, &c. hic nobis dominetur. Mira contumacia [y].

20. *Et erimus sicut omnes gentes*] At prima Israelitarum laus erat, quòd à cæteris gentibus distinguerentur, Num.23.9. Deut 33.28. Hi tamen, suâ temeritate excæcati, gloriosos se fore putabant, si reliquis gentibus pares efficerentur. *Erimus sicut gentes*: vel q. d. Si omnes gentes tyrannos habeant, à quibus vexentur; quidni & nos feramus, quod multi ferunt? Vel, q d. Si non omnes Gentes tyrannis subjiciuntur; sed nonnullæ ab æquissimis Regibus gubernantur: cur nobis ejusdem spes non adsit? ¶ *Et judicabit nos*]

Margin notes (left): f V. — g Me. — h Mend. ex Jo. — i Mend. ex To. — k Mend. — l Mart. — m To. — n Mend. — o M. — p D. — q D. — r M. — s D. — * Mend. — † D. — t Mend. — v D. — x Mend. — y D. — z Mend. — a Mend. — b Mart. — c Mend. — d Capel. Crit.

Margin notes (right): e Buxt. vind. 2.8. 639. — f V. — g Mend. — h Of. — i Mend. — k V. — l Mend. — * Mart. — m V. — n Mend. — o San. — p V. — q Ma. — r Me. — s Ma. — t G. — v Mend. — x G. — y Mend.

nos] Causas & lites definiet; vel vindicabit, [vide quæ sd v.5.] seu liberabit nos[z]. Suis legibus reget nos[a]. ¶ *Et egredietur ante nos*] Possunt hæc verba referri; vel, 1. ad præcedentia, id est, ad civilem administrationem. Egredietur ad civilia munia obeunda, ad quemlibet tumultum tranquillandum, ad obeundas provincias. Fortè perstringebant filios Samuelis quæ desides in *Bersabee* morabantur. Vel 2. ad sequentia, id est, ad bellicam administrationem. *Egredietur — & pugnabit*, &c. Non ire jubebit, sed venire, & bellatores præibit[b]. *Egredietur*, &c. Hebraismus; erit Imperator noster, cùm erunt bella gerenda[c]. Hæc etiam fuit Israelitis occasio Regis postulandi; ut scilicet eum in bello ducem haberent, præsertim cum bellum Ammoniticum instaret, ut patet ex cap. 12. 12[d]. Utrolibet sensu sumas, Israelitæ turpiter decepti sunt. Reges habebant plerumque desides, & ignavos, & pessimos, & sui potiùs quàm regni curatores; in pace leones, in prælio cervos[e].

21. *Et locutus est ea in auribus Domini*] H[s]. Exposuit ea Jehovæ: vel retulit ea Jehovæ in oratione sua[f]. Dominum scilicet consulens quid deinceps facto opus esset[g]. Hæc phrasis *in auribus Domini*, vel significat familiaritatem Samuelis cum Deo[h]; vel in secreto cubiculo hoc factum, sive ad jactantiam fugiendam, sive ad populi infamiam vitandam, cùm ea oratio peccata populi contineret[i]. Tanta est misericordia Dei, ut cùm afflicti querimonias nostras deponimus apud illum, nos admittat quodammodò familiariter ad aurem suam. Nulla potest esse suavior consolatio[k].

22. *Vadat unusquisque in civitatem*] Sunt verba assentientis, & totam rei procurationem in se recipientis[l]. Est brachylogia[m]. Aut plura respondit, aut nutu vel gestu se annuere significat. Aliàs non recessissent. Sed cur eos dimittit? Resp. Quia Rex creari non poterat, nisi quem Deus designâsset, Deut.17.15. Quando autem fieret illa designatio incertum erat; proinde, nè diu expectarent, abire jussit. Fortassè solennia erant hæc verba quibus comitia solvebantur; quemadmodum Romanis *ilicet*, h.e. ire licet[n].

z Mend. a V. b Mend. c V. d Me. e Mend. f V. g Mo. h Mend. ex Greg. i Mend. k Mart. l Jun. pi. m Pi. n Mend.

CAP. IX.

1. *Et erat vir de Benjamin*] Benjamita; ut *Mulier de Samaria*, Joh. 4.7. id est, Samaritana[o]. Qu. Quo pacto tribus Benjamin eligitur, ut quidem tanquam perpetuò regnatura, cap.13.13 cùm Deus promiserat regnum Judæ, Gen.49.10. Resp. Deus voluit conferre regnum Benjamin sempiternum decreto quidem conditionato; si Saul legem divinam observâsset. Et quia prævidit eam conditionem defuturam, absolutè decrevit regnum in tribum Judæ transferre[p]. ¶ *Cis filius Abiel*] Obj. At *Cis* dicitur *filius Ner*, 1 Par. 8.33. & 9. 39. Resp.1. Unus eum genuit, alter eum educavit[q]. Confer Gen.36.4,5,15. Dicunt *Ner & Cis* fuisse fratres, filios *Abielis*, ut patet 1 Reg.14.51. & 1 Par.9 36. & mortuo *Abiele* patre, seniorem *Ner* suscepisse tutelam junioris *Cis*[r]. 2.Potiùs dico *Abielem* fuisse binominem, dictúmque etiam *Ner*[s]. ¶ *Filii viri gemini*] Ità M. Ti. *Jeminæi*, 6. Alii, *Benjaminitæ*, Sy.Ar.JT.Ang.D. sim. Jon. *Benjamin* per Aphæresin decurtatum, est *Jamin* vel *Jemin*. Quomodo ex *Benammi* fit *Ammon*, Gen 39.8[t]. Vel potiùs, hic *Jemini* fuit vir celebris ex tribu Benjamin, ad quem idcirco deducitur Saulis genealogia[v]. Alioquin idem superfluè repeteretur; nam priùs appellatur *filius Benjamin*[x]. ¶ *Fortis robore*] Pertinet & hoc ad laudem Saulis. Nam *fortes creantur fortibus*[y]. Vel *potens opibus*; חַיִל & *robur & opes* significat[z].

2. *Saul*] Idem qui *postulatus*, nempe in regem. Nomen videtur ei inditū omine divino[a]. Nulla hîc mentio patriæ *Saulis*, quæ erat Gibea; fortè quia infamis esset propter illud stuprum, Jud.19[b]. ¶ *Electus*. Ità P. Mo. M. בָּחוּר] *Juvenis*, Jon. JT. D. Ti. G. florens ætate, V. ¶ *Et bonus*] Ità Mo. *pulcher*, Jon P.M.Ti. G. K. in G. Animi & corporis dotibus egregiè instructus[c]. Ad animi bona hæc referunt[d]. [Alii ad corpus.] Illud *bonus*

o D. p Mend. ferè ex To. q Hieron. et L. et Hugo in Mend. r Mend. s Mend. ex Caj. K. in D. Jun. Pi. t Caj. et Mar. et Salian. in La. v La. Mend. To. x Mend. y Mart. z D. a La. b Mart. Mend. c Me. d Greg. et To. in San.

noli ad animum referre[e]. *Bonus*, טוֹב sub. *formâ*, JT. Pi. K. in G. Synecdoche generis, ut Gen. 6.2[f]. Sic oppositum רַע pro deformi habetur, Gen 41. 3[g]. Et apud Terentium *forma haud mala*. Sic καλὸν & *bonum* & *pulchrum*[h]. Consentit huic sensui quod sequitur *Ab humero*, &c[i]. Exterior corporis habitus est index interioris[k]. ¶ *Ab humero & sursum eminebat, &c.*] Sic Diana apud Virgil.

—— *gradiénsque Deas supereminet omnes.*

Vide infrà 10 23,24. Amabant etiam hoc in Regibus suis Orientis populi; ità ut apud Æthiopes, honores mandatos ex corporis magnitudine dixit Aristoteles Polit. 4. 4. & Spartæ mulctatus Rex, quòd exigui corporis uxore ductâ, Reges minutos daturus diceretur. Nec spernit Euripides, Εἶδος ἄξιον τυραννίδος, (*species digna imperio*[l].) Facit proceritas corporis ad pulchritudinem & majestatem[m]. Virgil. de Turno Æneid.7.

—— *& toto vertice suprà est*[n].

3. *Tolle tecum unum de pueris, &c.*] vel *famulis*. Hæc erat frugalitas priscorum temporum. *Cato* ille *Portius*, cùm totas Hispanias unus regeret, tribus tantùm servis comitatus publicè incedebat. *Scipio* post 2 consulatus & 2 triumphos, septem tantùm servis comitatus officio legationis functus est[o]. ¶ *Et quære asinas*] Qu. An hoc munus par fuerit dignitati Saulis? Resp. Pastoritium munus non erat priscis seculis ignobile, ut testatur Philo *de sacrif. Abel & Cain*, p. 121. & Jo. p. 453[p]. Hercules egit armenta boum. Apollo pavit boves Admeti. Paris bubulcus erat, cùm a tribus deabus arbiter deligebatur. Non tot tunc erant otiosi, quot nunc sunt[q]. Dices nobiles fuisse pastores ovium, non item asinarum. Sed contrà, Dux & Princeps è posteris Esau pavit asinos patris sui, Gen.36.24[r]. Plurimi ibi fiebant asinæ. Aristoteles ait asinas in Syria fuisse in magno pretio, illísque Syros pro mulis uti solitos, quòd robustæ essent[s]. Asini in Syria sunt præstantiores Europæis; unde filii principum iis vehebantur, Jud.10.4. & 12.14. Hebræi enim equis vix utebantur; ídque ex Dei monitu, Deut.17.16[t]. Illo ævo multus erat usus asinorum in Palæstina[v]. Non ergò mirum si ad asinas conquirendas nobilis juvenis Saul à parente destinetur. Et quemadmodum nunc principes viri venatoriām exercent; itá olim exercere potuerunt & pastoritiam. Nota Saulem in honesta vocatione fuisse versatum, cùm regnum illi contingeret[x]. Potest hæc historia in egregium proverbium verti. *Quæsivit asinas, & invenit Regnum*[y]. ¶ *Per montem Ephraim*] id est, vel per totam tribum, quæ sic dicta quia montosa fuit; ut patet Jos.17.15. & 20.7. & 21.21. vel per certam aliquam ejus partem[z].

4. *Per terram Salisa*] Ea regio plana est in Benjamine, 2 Reg.4.44[a]. Hæc Gen. 14. dicitur *Bale & Segor*[b]. *Per terram australem*, Jon. ¶ *Per terram Saalim*, שַׁעֲלִים] *Saalim*, D. Cujus oppidum, Joan. 3.23. corruptè dicitur *Salim*[c]. Non placet, Nam id Chald. & Sy. dicunt שלים[d]. Eadem sing. num. dicitur terra *Schuhalis*, infrà 13.17. non procul à Gilgale ad Jardenem[e]. ¶ *Et non erant*] Heb. *Et non*. Hebraismus, ut Gen.5.24. *Et non ipse*, & 42. 36. Ità hîc *Et non*, sub. *inventæ erant*[f]. Nusquam apparuerunt[g]. ¶ *Per terram Jemini*] i. e. Benjamitarum[h]. Malim partem esse illius tribûs à viro celebri *Jemini* appellatam. Totam enim tribum non potuit trium dierum spatio perlustrare[i].

5 *In terram Suph*] De qua suprà 1.1[k]. In qua erat *Ramath Sophim*[l], patria Samuelis[m]. *In terram ubi propheta Domini*, Jon. Videtur pro צוּף legisse צֹפֶה Aut existimavit regionem eam sic dictam à צֹפִים, i. e. *prophetis*, sive *speculatoribus*, qui in ea habitabant[n]. Cùm autem hæ duæ tribus *Ephraim & Benjamin* vicinæ essent, ut patet ex Jos.18.11. facilè potuit Saul ab una in aliam commeare: Incertus enim quò abiret, ultrò citróque ferebatur[o].

6. *Vir Dei est*] Id est, propheta; ut suprà 2.27[p]. Sic dicebantur Prophetæ, quòd propter aliquam excellentiam ad Deum proximè accederent; v. g. sanctitate, vel divinatione[q]. ¶ *Vir nobilis*] *Clarus*, *insignis*, V. *honorabilis*, Heb. & Chald. nempe sapientiâ & prophetiâ[r]. ¶ *Venit*, [בּוֹא יָבוֹא] *Proculdubiò eveniunt*, V. At falsi Prophetæ quædam falsa, quædam ambigua

e G. f Jun. Pi. g G. h D. i E. Mart. k Mart. l G. m Me. n Ma. o Mend. p Mend. q Mart. r Mend. s Mart. t La. v Me. sim. San. x Mart. y G. z Mend. a Pi. ex Jun. b H. ex He. in Mend. Me. La. c Jun. Pi. d D. e Jun. Pi. f Mend. g V. h V.D. i Mend. k Jun. Pi. Mend. l Me.D. m D. sim. n D. o Mend. p Pi. q Mend. r Me. sim. L.K. in D.

bigua loquebantur [s]. ¶ *Si fortè indicet nobis*, &c.] Nihil absurdi est de fortuitis quibusdam Prophetas Judæorum respondere solitos, ut hîc & 2 Reg. 1. 3. nè Hebræis daretur occasio inanes gentium divinationes captandi [t]. Dicit autem, *si fortè*, &c. non quod dubitârit de veritate prædicentis; sed de voluntate prædicendi. Ratio autem dubitationis erat propria humilitas [v]. ¶ *De via nostra*, אֶת־דַּרְכֵּנוּ] *viam nostram*, P. JT. i. e. viam quâ nobis eundum est ut asinas inveniamus [x]. ¶ *Propter quam venimus*, Ità M. sim Sy. JT. Pi. אֲשֶׁר הָלַכְנוּ עָלֶיהָ] *super quam venimus*, Jon. *Per quam ambulemus*, P. vel *eamus*, Ti. i. e. causam viæ nostræ propter quam hoc iter suscepimus; nempe ubi sunt asinæ patris tui [y].

7. *Ecce ibimus*] Consilium servi sui non repudiavit Saul. Ità nos quoque oportet, non quis dicat, sed quid dicatur attendere [z]. ¶ *Quid feremus ad virum Dei?*] q. d. Incivile esset sine honorario eum accedere, antè ignotum [a]. [Variè intelligunt.] 1. Putabant Prophetam Dei munera accipere, sicut divini eorum faciebant [b]. Non dicitur *Samuelem* accepisse, sed *Saulem* atque famulum obtulisse in pretium prophetiæ [c]. Sed non credo *Samuelis* ingenium animúmque à muneribus alienum, tam exploratum omnibus, ignotum fuisse Sauli, qui non procul aberat à Ramatha, ubi & commune habuit forum *Samuel*, & domicilium stabile [d]. 2. Non offerebant tanquam divinationis pretium, sed ut munusculum in signum observantiæ [e], erga superiorem suum [f]. Quomodo nemini ad Persarum Reges vacuis à dono manibus accedere licebat [g]. Prophetæ, ut Philosophi, ἀπὸ τῶν γνωρίμων ἐλάμβανον τὰ πρὸς τὰς χρείας. (*à notis acceperunt ad sui sustentationem*) ait contra Celsum Origenes. Vide 1 Reg. 13. 9. & quæ dicta ad Mat. 10. 8 [h]. Nota hîc *Samuelis* modestiam atque parcimoniam; quando etiam leve & vile donum non existimatur ab illo repudiandum. Non sic qui Judicibus Reges successêre [i]. At *Samuelem* ab eo munus excepisse non legimus. Imò contrà, tantum abfuit, ut *Saul* aliquid daret *Samueli*, ut ab eo etiam exceptus sit splendido convivio [k]. Dedit hoc *Saul* ut munus gratitudinis, vel sustentationis causâ [l]. 3. Vel dedit *Saul* stipem vel eleemosynam, quæ pauperum levaret necessitatem [m]. Dedit non in usum Prophetæ, sed in fabricam sanctuarii. Quidam volunt *Saulem* putâsse, adire ad Prophetam, esse quodammodo adire Deum, cui nemo se vacuus sisteret [n]. ¶ *Panis defecit*, &c. כִּי הַלֶּחֶם אָזַל מִכֵּלֵינוּ] *Panis enim evasit* (*abiit*, M. Pi. vel *evanuit*, M. *defecit*, JT. Pi. D.) *de peris* (*vasis*, M. D Pi. *instrumentis*, JT.) *nostris*, V. i. e. destituti sumus cibo [o]. Hoc dicunt, non quòd panem daturi erant pro mercede, sed innuunt defecisse pro viatico. Si panis, multò magìs pecunia quam, &c [p]. quia pecuniam Prophetæ dare non poterant, cùm vix sufficeret eis pro commeatu itineris comparando [q]. ¶ *Et sportulam non habemus*, וּתְשׁוּרָה] *Munus* vel *donarium*, M. P. Ti. Mo. JT. Ma. D. ex K *viaticum*, Sy. *Plus non est nobiscum*, ό. in D. *Quicquam quod rectum est*, Jon. acsi thema esset יָשָׁר, unde תְּשׁוּרָה, ut à יָשַׁע est תְּשׁוּעָה *salus*. *Manahem* exponit *munus quod datur ad videndum Regem, aut hominem qui est in aliquo pretio*; à שׁוּר *aspicere* [r]. תְּשׁוּרָה à שׁוּר, quod aliquando significat *donare* vel *offerre* [s]. ¶ *Nec quidquam aliud*, מָה אִתָּנוּ] *Quid est apud nos!* P. q. d. Nihil [t].

8. *Quarta pars stateris*] Heb. *quadrans sicli argentei*, JT. hoc est, drachma una, quæ æqualis est uni denario, ut ait Villalpandus [v].

9. *Olim in Israele sic loquebatur*, &c.] Totus hic versiculus parenthisi inclusus in Bibliis continetur. Dubitant, quis ejus Auctor [x]. Apparet multò post ista tempora scriptum librum, quo firmatur conjectura posita hujus libri initio [y]. Credo hunc versum huic loco insertum ab Esdra, qui prophetico spiritu afflatus erat [z]. Fortasse à Nathane hoc additum est, de quo, vide 1 Par. 29. Mallem tamen à Samuele, & sic intelligo. Quando Samuel à primis annis spiritu afflatus esset Prophetico, cùm puer adhuc erat, *Videns* compellabatur; posteà verò, exactis, ut opinor, 50 annis, quando hæc texebatur historia, mutatum erat *videntis* in *Prophetæ* nomen [a]. Non placet; Nam post Samuelis mortem vocabantur *videntes*, 2 Par. 9. 29. & 16. 10. & alibi. Ergò Samuel non poterat dicere, *Olim vocabantur videntes*, quasi tunc ea consuetudo jam aboleverit *. At sensus videtur esse. Qui hodie *Propheta*, anteà vocabatur *videns* tantummodò, —*quem nunc vocant etiam Prophetam*. Simile in Ruth. *Olim exuebat vir calceum suum.* Nam ea consuetudo Boazi temporibus adhuc viguit. Sic, *Non vocaberis ampliùs Jacob sed Israel* —Sensus est, *Jacob tantùm* †. Cùm Synonyma sint, *Propheta, videns*, & *Vir Dei*; plurimi tamen *Prophetæ* dicuntur; duo tantùm *videntes*, *Samuel* & *Hananiah*; decem *viri Dei* [b]. Sed & *Zadoc* dicitur רוֹאֶה 2 Sam. 15. 27. & *Gad* חֹזֶה, quod idem est. Liveley ad Esa. 30. 10 [c]. Prophetarum duplex potissimùm est actio; 1. Abstrusissimarum rerum certa & perspicua cognitio. 2. Earundem elocutio vel explicatio. A priori dicebantur *videntes*, à posteriori *Prophetæ* [d]. ¶ *Videns*] A visione scil. Propheticâ *. *Videntes* vocabantur, non solùm quia visiones divinas videbant, & illis apparebat Deus, verùm etiam quia erant veluti aliorum oculi, quorum munus erat, quæ præviderant aliis patefacere, ut ea vel facerent, vel caverent [e]. Porrò externi, profaníque vates *cernere* dicebantur, quæ præsagiebant. Virgil. Æneid. 6. de Sibylla

—*Bella horrida, bella*
Et Tyberim multo spumantem sanguine cerno.

Et Æneid. 7.

Continuò Vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare virum—

Lucan. lib. 5.

Dúmque à luce sacra, quæ vidit fata, refertur
Ad vulgare jubar — [f].

Etiam Græcis προορᾶν, Latinis *prævidere*, de Vatibus dicitur. Confer Num. 24. 4 [g].

11. *Ad hauriendam aquam*] Ex fonte, qui montis radices alluebat [h].

12. *Ecce ante te*] Nimirum graditur [i]. ¶ *Hodie enim venit in Civitatem*] Nempe *Ramatham*. Qu. Quomodo sic loquitur, cùm ibi semper Samuel habitaret? Resp. Aut Samuel habitavit in suburbio, unde in urbem venerit: aut *venit in civitatem* idem est, atque exiit è domo sua in civitatem, prodiit in publicum [k]. ¶ *Quia sacrificium hodie est*] Q. vulgare convivium fuisse volunt [l]. Cùm audîsset Samuel postridiè venturum esse regem, voluit eum excipi honorificè [m]. Observant זֶבַח sæpè *convivium* significare, ut infrà, 28. 24. item Gen. 31. 54. 1 Reg. 19. 21 [n]. & Gen. 43. 16 [o]. Alii autem de vero sacrificio intelligunt [p]. Fuit sacrificium eucharisticum, seu pacificorum [q]. Quorum bona pars redibat ad offerentem [r]. Probatur, 1. Sic זֶבַח propriè significat. 2. Ad benedicendum convivium vulgare, non opus erat Prophetâ; sed singuli convivæ sua convivia benedicebant. 3. Hebræi pro beneficio obtinendo solebant pacifica sacrificare. Atque Samuel volebat à Deo obtinere prosperum successum Regis eligendi †. 4. Ejus locus erat à Samuelis & aliorum civium domibus separatus & excelsus, v. 25, 26. 5. Quomodo puellæ de Samuelis vel alterius alicujus convivio profano scivissent *? Obj. At locus non fuit sacrificiis aptus. Resp. Saltem ex privilegio aptus erat [s]. Quo tempore hæc agebantur, nullus erat locus in quo Tabernaculum esset, aut domus Dei; quia licèt structura antiqui Tabernaculi adhuc staret. erat tamen ab Arca vacua, quæ erat quasi forma & vita Tabernaculi; Arca verò à Tabernaculo separata, *Domus Dei* appellari non poterat. Porrò excelsa loca tunc sacrificiis aptissima visa sunt [t]. Eo tempore ob crebras migrationes nullus erat certus ad sacrificium locus. Vide quæ dicta Deut. 12 8 [v]. ¶ *Sacrificium est populi*, Ità M. לָעָם] *Populo*, P. Mart. JT. Ma. vel *à populo*, V. i. e. quia populus celebraturus est hodie convivium ex reliquiis hostiarum pacificarum [x]. Dicitur *sacrificium populi*, & quia singuli hostias sacrificandas offerebant; & quia ex sacrificatis singuli suas partes reportabant [y]. Solenne erat sacrificium populi; fortè, quia Kalendæ erant. Sponte tamen Samuel de Regis adventu pridiè edoctus plures hostias adjecit; quod docent, 1. Quia ipse invitavit, v. 24. Et 2. Convivis loca dat, v. 22, & partes, v. 23 [z]. ¶ *In excelso*, בַּבָּמָה] Chald. *In domo sessionis*, ubi scil. sedebant ad comedendum; i. e. in cœnaculo [a]. *In excelso*, i. e. In loco editiore, in quo fieri solebant publica convivia [b]. Fuit hæc domus quædam in qua hæc sacri-

[s] Mend.
[t] Mend. fere ex Origene.
[v] Mend.
[x] Pi.
[y] V. sim. D.
[z] Mart.
[a] Jun. Pi.
[b] V. sim. Hi. & Theod. & Procop. & Rupert. In Mend. ad v. 10.
[c] Mend.
[d] San.
[e] Me. T. sim. Mend.
[f] T.
[g] T. ex San. & Caj.
[h] G.
[i] San.
[k] Mart.
[l] La. fere ex Ser.
[m] San.
[n] Mart.
[o] V.
[p] D.
[q] M.
[r] D.
[s] Mend.
[t] V.
[v] Mend.
[x] Mend.
[y] G.
[z] Mend.
[a] San.

* Mend.
† D.
[b] D. obs. 11. 5.
[c] Ga.
[d] Ser.
* V.
[e] Ma.
[f] Mend.
[g] G.
[h] Mend.
[i] Mend.
[k] Mend.
[l] Ità Rup. & Hugo in Mend. Q. in L. Plerique in Ma. He. et Jo. in Ser. Jun. Pi.
[m] Mart.
[n] Ma.
[o] Mend.
[p] Ità I. E. Me. T. La. San. Mend. To.
[q] Ità M. V. D. Mart. Mend.
[r] Mart. sim. M. Mend.
† Mend.
* Ser.
[s] Mend.
[t] San.
[v] G.
[x] V.
[y] Mend.
[z] Ser.
[a] V.
[b] V.

ficia

ficia fiebant; & boni viri illuc confluxerunt pransuri cum Samuele [c]. Excelsus locus ideo visus sacrificiis magis idoneus, quia delusa Gentilitas locos depressos & obscuros, propter arbores densas, & lucos deorum suorum religioni consecravit; licèt hæc quoque excelsa polluerit [d].

13. *Neque enim comesurus est populus donec ille veniat, &c.*] Ubi nota & modestiam populi, & religionem Samuelis [e]. ¶ *Ipse benedicet hostiæ*] i. e. Gratias acturus est hostiæ pacificæ nomine [f]. Qu. An ergò Samuel tantùm Levita posset hostiæ benedicere? Aut si priùs oblata esset per Sacerdotem, quorsum ergò nova benedictio? Resp. Erat Ebræis consuetudo, sicut & nunc Christianis, cibum & potum benedicere [g]. Solebant epulas & à precibus inchoare [h], & precibus claudere; juxta Deut. 8. 10. Vide Matt. 14. 19. & 26. 30 [i]. & Luc. 9. 16. & 24. 30. & Psal. 21. Nunc verò Judæi seorsum cibum & potum benedicunt [k]. Gratias agit Deo Samuel ante prandium de hostia pacifica factum, & solitâ aliquâ formulâ mensam consecrat [l]. Agebant gratias Deo Hebræi ante prandium: præterea moris erat apud eos, ut qui gratias egerat præsentium ciborum causâ illos frangeret ac distribueret. Hîc verò tantùm mentio fit gratiarum actionis, quòd propter morem fractio & distributio facilè subaudiantur. Chaldæus paraphrastes fractionis tantùm meminit, cùm dicit, *Ipse enim divisurus est victimam* [m]. ¶ *Conscendite*] Antè dixerant, *festina*, numero sing. vel, quia solus Saul interrogaverat; vel, quia ex oris gestu eum nobiliorem esse arguebant; nunc familiare eorum consortium intuentes dicunt *conscendite* [n]. ¶ *Quia hodie reperietis eum.* Sic Sy. Ar. Jon. M. Ti. [כִּי אֹתוֹ כְהַיּוֹם תִּמְצְאוּן אֹתוֹ] Ad verb. *quia eum, sicut die, invenietis eum*, Mo. Apud Hebræos est duplicis relativi positio, cùm sufficeret unum. Et repetitio τῶ אותו celeritati & certitudini judicandæ inservit; q. d. hoc ipso certè tempore eum invenietis. Similia Gen. 27. 34. בָּרְכֵנִי גַם אָנִי, *benedic mihi, mihi inquam*, 2 Reg. 20. 19. Prov. 23. 15. & 1 Sam. 25. 24. בִּי אֲנִי [o]. *Sicut dies invenietis eum*; hoc est, certissimè. Forma loquendi usitata Hebræis ad asseverandum aliquid, de qua vide Gen. 25. 31, & 33 [p]. q. d. quàm certum est hodiernum diem illuxisse; tàm certum est Samuelem vobis obviam proditurum [q]. *Secundum diem*, i. e. hoc ipso temporis articulo [r]. Potest verti, *hac ipsâ horâ*, Pi. P. Quidam, *verè illo tempore invenietis eum*; nam est Caph. ἀληθινὸν [s].

14. *Cùmque illi ambulârent in medio urbis*] At v. 13. dicunt, *ingredientes urbem statim invenietis*; h. e. est in ipso urbis ingressu; ergò non in medio. Resp. בְּתוֹךְ sign. intra *urbem* [t]. Ità sumitur, Isa. 6. 5. Jer. 50. 8. Mic. 3. 3 [v]. ¶ *Egrediens*] Domo scilicet [x], ut occurreret Sauli. Præcognovit enim illum eâ horâ adventurum [y].

15. *Revelaverat auriculam*, גָּלָה אֶת־אֹזֶן וגו׳] *Revelaverat* (seu *retexerat*, Pi.) *aurem Samuelis*, P. Mo. Pi. ó. D. V. Significat remotionem velaminis quo auris fuerit velata. Vide Ruth. 4. 4 [z]. Phrasis hæc occurrit, 1 Sam. 20. 2. & 22. 8. Significat per Metalepsin aliquid alicui significare. Nam qui revelat seu discooperit aurem, promptam esse vult, & expeditam ad audiendum, non surdam & obturatam; qui autem promptam reddit, aliquid illi manifestat [a]. *Revelare aurem alicui*, est ei indicare secretum aliquod, ut quæ dicuntur in aurem [b]. *Aurem revelat*, qui alicui aperit quid fieri velit; item qui admonet aliquem de re quapiam. Vide Job 36. 10, 15 [c]. *Revelaverat in aurem*, JT. *prædixerat* (vel *indicaverat*, Ti. vel *revelaverat*, Ar.) *Samueli*, Sy. ¶ *Ante unam diem*] Ut posset parare ea, quæ pertinebant ad honorabilem receptionem Saulis [d]. Non autem citiùs, ne fortè immodicum convivium præpararet [e].

16. *Mittam ad te*] Secreto spiritûs ductu, ipso nihil tale cogitante, sed aliud agente [f]. ¶ *Et unges eum*] Ungebantur Reges omnes, etiam impii; nam licèt persona Regis profana esset; tamen dignitas erat sacra propter quam venerandus erat [g]. ¶ *Ducem*, לְנָגִיד] *In ducem*, P. Mo. *principem*, ó. *regem*, Jon. *Antecessorem*, JT. q. d. præitorem, qui tempore belli ante exercitum procedit [h]. Antiquitùs Rex erat ἡγεμὼν τῆς πρὸς τὸν πόλεμον. Aristot. Polit. 3. 14. Homerus,———

[Margin: c M. · d San. · e Mend. · f V. · g F. sim. L. V. · h K. in Mend. · i Mend. · k San. · l Me. · m V. · n Mend. · o Glas. gram. p. 220. · p Mar. · q Mend. ex Caj. et To. sim. D. · r V. · s D. · t V. Mend. · v Mend. · x V. · y Mend. · z Pi. · a Mend. · b V. in Tig. not. · c D. · d Mend. ex To. · e Mend. · f Ma. ex Jun. · g Mend. · h Jun.]

—Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής. (*Et bonus Rex erat, & strenuus bellator*) Et Tacitus, *Cætera utcunque dissimulari: sed boni ducis imperatoriam* (adde, aut regiam) *esse virtutem* [*]. נָגִיד à נֶגֶד [g], *coram, ante*; q. d. *antesignanum*, eò quòd subditi ponant faciem suam jugiter coram eo, & respiciunt eum in omnibus requisitis suis [i]. Sign. eum qui in conspectu nostro versatur [k]. Sign. potiùs *annuntiatorem, ductorem, doctorem*, qui populum agendo doceat, ad quem populus respiciat & omnia referat [l]. ¶ *Et salvabit populum meum de manu Philistinorum*] Qu. 1. Quomodo hoc factum? Resp. 1. Hæc promissio fuit conditionata, si Saul peccati obicem non opposuisset. 2. Liberavit ex parte, ut patet ex cap. 14. & 19. collat. cum cap. 13 [m]. Qu. 2. Cur non dicit *de manu Ammonitarum*, qui jam eos oppresserant, & à quibus reverà eos liberavit? Resp. 1. *Ammonitæ* non erant tam duri & potentes sicut *Philistæi*; ideo datâ promissione de *Philistinorum* refrænatione, satis intelligebatur dejectio *Ammonitarum*. 2. Deus sæpe plus tribuit, quàm promittit [n]. ¶ *Salvabit, &c.*] Novit Deus etiam ex malis consiliis bonum elicere [o]. ¶ *Respexi populum*] i. e. Afflictionem populi mei implorantis opem meam [p]. Ità Dominus reddit illis bona pro malis, docens nos idem facere [q]. ¶ *Clamor eorum*] Expressus crudelitate Philistinorum [r]. q. d. Justas apud me deponunt querimonias de *Philistinis*, & *Ammonitis*, & filiis *Samuelis* [s].

17. *Dixit*] Ità JT. Pi. Heb. *respondit ei*, M. Mo. ó. Hoc verbo utuntur Hebræi etiam cùm sermo inchoatur [*]. ¶ *Ecce vir*] Anteà revelârat virum mittendum, &c. nunc eum demonstrat; nè *Samuel*, aut aliorum, aut ipsius famuli Saulem comitantis occursu decipiatur [t]. Hoc dixit Deus per arcanam inspirationem. Sic infrà, cap. 16. 8, 12 [v]. ¶ *Iste dominabitur populo meo*, Ità Sy Pi. sim. Ar. ó. M. JT. [זֶה יַעְצֹר בְּעַמִּי] עָצַר Propriè sign. *continere*, M. *Continere in officio, & coercere*, V. Regis est continere populum, nè vadat aut faciat aliquid absque licentia ejus [x]. Nè vel in bellis præcipitanter se ingerant; vel tempore pacis injustè contra proximos agant [y]. *Concludet*, vel *retinebit*; i. e. coercebit à sceleribus per mandata & pœnas. Vel *concludet*, *coarctabit*, id est in ordinem coget certis mandatis vel interdictis [z]. Jon. habet, *auferet dominium* (nempe Philistæorum) à *populo meo* [a]. *Iste prævalebit in populo meo*, Ma.

18. *Accessit Saul ad Samuelem in medio portæ*] i. e. Incurrit in Samuelem statim ut transgressus est portam ipsam [b]. Hîc אֶת positum pro אֶל; ut contrà אֶל ponitur pro אֶת, Psal. 2 [c]. Intellige portam (non domûs, ex qua Samuel exierat, ut vult To. sed) urbis. ¶ *Et ait, Indica, &c.*] Nota, Samuelem, licèt judicem, absque ullo fastu incessisse, & inter vulgares homines, tanquam iis parem versatum esse [d]. ¶ *Ubi est domus videntis?*] Voluit Samuelem domi sedentem convenire, ut non solùm obiter, sed etiam diu, Prophetam alloqueretur [e].

19. *Ego sum videns*] Non jactantiæ est, sed veritatis testimonium [f]. ¶ *Ascende ante me*] Non dixit *sequere me*, vel *perge mecum*, sed *ascende ante me* [g]. 1. In exemplum, tum humilitatis; quia potiores partes cessit Sauli, pone sequens præeuntem: tum obedientiæ, & reverentiæ erga Regem, etiam eligendum [h]. 2. Samuel erat senex, nec poterat pariter illud montuosum celeriter ascendere [i]. ¶ *Et dimittam te mane*] Hîc observandum est, morem illius temporis & gentis fuisse, cibum capere sub vesperum; quòd non essent ordinaria & assueta prandia [k]. ¶ *Et omnia quæ sunt in corde tuo*] Quicquid cogitas ex me sciscitari; quod sequens versus explicat [l].

20. *Et de asinis, quas nudiustertiùs perdidisti*, [וְלָאֲתֹנוֹת הָאֹבְדוֹת לְךָ הַיּוֹם שְׁלֹשֶׁת הַיָּמִים] *De asinabus verò perditis tibi die abhinc tertio*, Ti. sim. M. JT. Sy. Ar. ó. in D. V. Alii, *hodie tres sunt dies*, P. D. sim. Jon. in D. est *trias dierum*, Pi. *hodie est tertius dierum illorum*, Jun. Tempus notat non à quo perierunt, sed à quo quæsitæ sunt [m]. ¶ *Et cujus erunt optima quæque Israelis?* [וּלְמִי כָּל־חֶמְדַּת יִשְׂרָאֵל] [Variè reddunt] *Cujus autem est quicquid expetibile est in Isr?* Sy. sim. Ti. Mo. P. Ar. Mar. Mart. *Cujus est desiderium, &c?* i. e. optima quæque: q. d. Tua sunt, futurus enim es Rex [n]. *Erga quem autem est* (ad quem stat, M.) *totum desiderium Israelis?*

[Margin: g G. · i D. · k Pi. · l Ma. · m Mend. · n Mend. · o G. · p V. · q Mend. · r Pi. · s Mend. · * Mar. · t Mend. · v Pi. · x K. in M. · y Me. · z Pi. · a D. ex M. · b V. · c D. · d Mend. sim. Calv. · e Mend. · f Calv. · g Carthus. in La. · h Mend. · i Carthus. in La. · k Calv. · l Jun. Pi. Ma. · m D. ex K. & Jon. · n V.]

Israelis? JT. vel, *desiderium totius Israelis?* M. Puto voces transpositas esse, pro חֶמְדַּת כָּל־יִשְׂרָאֵל, quales transpositiones frequentes sunt. Versio JT. pugnat cum re, & cum usu linguæ. Nam desiderium Israelis non erat erga Saulem; deinde לְמִי non sign. *erga quem*, sed cui vel *cujus*. Sic, לִי *mihi aurum & argentum*, &c. i. e. meum. *Salus Domino*, id est Domini. Lamed enim notat aliquando genitivum possessivum [o]. *Ad quem stat desiderium*, &c. q. d. Totus Israel desiderat habere Regem; et tu es ille in quem omnium vota nutu divino conspirant [p]. *Cujus est omne desiderium?* Videtur Regnum innuere. Nemo enim erat in Israele, qui hoc non desideraret. Sic Christus in Hag. vocatur *desiderium gentium*, quod ab iis vehementer desideraretur. In libro Precum Ebraicarum Sabbathum vocatur, חֶמְדַּת יָמִים 130. 2. *Desiderium dierum ipsum vocasti* [a]. Sic Daniel vocatur *vir desideriorum*, i. e. maximè desiderabilis [*]. *Et cui speciosa Israel?* ó. Aptè ad naturam regnorum, quæ intùs meram vanitatem continent; foris tamen fucatam quandam speciositatem ostentant. De quo sic Oedipus id expertus in Senec. Oed. act. 1. *Quisquàmne regno gaudet? O fallax bonum! Quantum malorum fronte quàm blandâ tegis?* Porrò interrogatio hîc certitudinem inducit, ut Gen. 4. 7. 2 Reg. 5. 7. Luc. 24. 32 [b]. ¶ *Tibi, & omni domui patris?*] Ità Mo. Jon. Sy. vel *familiæ patris tui*, P. JT. Nempe, vel, 1. Posteris tuis, quibus promissio facta est sub conditione; cap. 13. 13 [c]. Vel, 2. Etiam fratribus & consanguineis. Nam & illi ad honores evehebantur, ut Abner c. 14. 50. quod & de cæteris pariter credendum est [d].

21. *Numquid non filius Jemini?*] *Jemini* hîc vel, 1. Virum indicat, sextum avum Saulis [e]. [de quo vide quæ ad v. 1.] Vel, 2. Tribum? *filius Jemini*, id est Benjamita [f]. Patronymica hanc plerumque terminationem habent, ut עִבְרִי, *Hebræus*, מִצְרִי *Ægyptius*, לֵוִי, *Levita*, יִשְׂרְאֵלִי *Israelita*. Deinde in nominibus compositis sæpe una compositionis pars omittitur, & frequenter prior. Sic *Jerusalem* vocatur *Salem*. Et qui *Benammi* vocatur, Gen. 19. alibi dicitur *Ammon*, vel *Ammi*. Qui 1 Par. 20. 5. vocatur *Bethlemites*, Hebraicè *Lemites* dicitur. ó. convertunt, *virum Jeminæum*, & Chald. *filium Benjamin* [n]. ¶ *De minima tribu*, מִקְּטַנֵּי שִׁבְטֵי] *De minoribus tribubus*, P. i. e. una ex minimis, V. Pi [o]. *de minimis tribuum*, M. D. Pi. Locutio est, ut *Canum degeneres*, *Nigræ lanarum*, *Sapientes mulierum* [p]. Causa hujus exiguitatis fuit bellum illud, Jud. 20 [q]. quo penè excisa fuit illa tribus, adeò ut vix nomine inter *tribus* cæteras exinceps censeretur. Cùm enim duæ tribus semper adhærerent domui David, scilicet *Juda & Benjamin*; passim tamen dicitur sola tribus *Juda sequi domum David*, 1 Reg. 11. & 12. 2 Reg. 17. & alibi; *Benjaminiâ* tribu nomine suo quasi exutâ, & tribui *Judæ* insertâ [r]. Et hinc Mardochæus cùm esset de tribu Benjamin, Esth. 2. 5. *Judæus* tamen vocatur. Suspicabatur ergò Saul ingratum futurum aliis Regium nomen, si in illa familia consedisset, quam omnes præ suis nullo prorsus habuissent in pretio [s]. Docet tribum suam tùm paucissimam esse & infirmissimam; quæ proinde ad alias tribus tuendas non satìs haberet virium: tùm stupro illo Jud. 20. diffamatam [t]; adeóque principatu indignam, æquè ac Reubenem, &c [v]. Verùm eò in minore futurus erat invidia Rex primus [x]. Cogitare potuisset initia regnorum sæpe ab obscuris & infimis profisci, ut patet in *Romulo*, *Cyro*, *Dario*, &c [y]. ¶ *Et cognatio mea novissima*] At domus *Cis*, patris *Saulis* nobilis fuit atque opulenta [z]. Resp. Ista dicit Saul ex humilitate [a]. Ingeniosa humilitas semper aliqua in aliis inquirit, propter quæ illos sibi censeat præferendos. Hæc Saul Samueli objecit, nè in Regem crearetur. Sed cur non objicit Reges ex sola tribu *Juda* creandos esse juxta Gen. 49. 10? Resp. Vel legem nesciebat; vel potiùs credebat Deum velle regnum transferre ab una tribu ad aliam; quemadmodum Sacerdotium ad aliam domum translatum est [b]. ¶ *Inter omnes familias de tribu Benjamin*, שִׁבְטֵי בִנְיָמִן] *In tribubus Benjamin*, JT. Pi. i. e. in familiis. Synecdoche integri metonymica [c]. [*Familia & Tribus*; pro se invicem poni antè notatum.] Vel *in tribubus*, pro *in tribu*. Enallage numeri [d]. Sic 2 Par. 24. 25. *Propter cædes filiorum Joiadæ Sacer-*

[o] D. [p] M. sim. Jun. Pi. Ma. [a] D. [*] Pi. ex Mar. [b] Mend. [c] Me. ex San. sim. L. Mend. [d] Mend. ex To. [e] Ità Mend. [f] Ità V. D. L. Me. T. La. San. [n] San. [o] V. [p] D. [q] Pi. Sic L. Me. T. San. Mend. La. [r] T. ex San. [s] San. [t] Mend. [v] La. [x] G. [y] Mart. [z] Mend. [a] L. [b] Mend. [c] Pi. [d] Pi. BA. 2. 5. 4. 669.

dotis; i. e. Zachariæ, qui solus cæsus est. Psal. 132. 7. *Accedemus ad Tabernacula ejus*, cùm Tabernaculum non nisi unum fuerit, Psal. 137. 1. *Ad flumina Babylonis sedimus*; i. e. ad Euphratem [e]. De familia sua loquitur modestè, eam deprimendo nimis, cùm pater fuerit vir opum potens [f]. ¶ *Quare locutus es*, &c.] Respondet cum stomacho quodam; acsi non solùm regni collationem, sed nè promissionem quidem ipsam, vel etiam levem quandam ejus significationem sibi fieri sustineret. Quamvis Samuel subobscurè regnum prædixerit, tamen Saul prædictionem statim intellexit: Nimirum homines ad sua commoda percipienda acutissimi existunt; cùm tamen ad sua detrimenta agnoscenda cœci videantur [g].

22. *Introduxit eos in triclinium*, לִשְׁכָּתָה] *In cubiculum*, Mo. *cameram*, Ti. *cænaculum*, M. P. JT. *domum*, Sy. Ar. *ad consessum* Jon. *diversorium*, ó. ¶ *Dedit eis locum in capite*, &c.] Locus honorabilissimus in conviviis Romanis erat ultimus, Plutarch. quæst. conviv. 1. 3. Persis medius, Hebræis autem primus, ut patet ex Luc. 14. 8. Qu. Sed cur etiam puerum Saulis in præcipuo loco collocavit? Resp. Quia propter Saulem etiam puer honorandus erat [h]. ¶ *Erant quasi triginta viri*] Qu. Cur tot invitati sunt? Resp. Coram multis testibus eum honoravit, ut consuleret auctoritati Regis futuri; & populi tumultum evitaret, si hominem prorsus ignotum subitò ad regium munus excitari viderent [i].

23. *Da partem quam dedi tibi*, &c.] Qu. Quo tempore hanc partem coco tradidit? Resp. 1. Peracto sacrificio, ante adventum Saulis, Samuel cum invitatis accubuerat; & nè omnes dapes absumerentur, hanc reservârat [k]. Non placet; quia Saul indubiè ante convivium inchoatum accessit ad Samuelem, ut patet ex v. 13, 18, 19, 22. Resp. 2. Non est sensus remansisse armum ex convivio: sed vel remansisse ex sacrificio; aut saltem repositum fuisse: aut tandem, ut RS. interpretatur, in designatione & distributione ferculorum, quæ multò antè convivium facta erat, cùm aliæ aliis partes designarentur, Sauli armum obtigisse. Unde Regia interlinearia pro *Da partem*, &c. habent, *Da distributionem*; quasi singulorum portiones Samuel designâsset, & seorsim, quæ obtigerat Sauli, eidem apponendam poposcisset [l]. Pertinebat ad præsidem convivii more prisco partes distribuere, & honoratissimis vel clarissimis partes optimas tribuere. Diodor. Sic. l. 5. num. 212. de conviviis Gallorum, *Egregiis* (inquit) *viris pulcherrimas carnium portiones honoris causâ apponunt*. Athen. l. 1. cap. 8. *Ajacem, post certamen cum Hectore susceptum, boum tergoribus, Agamemnon, honorario scilicet præmio, donat. Idem, Nestori ætate provecto, ac Phœnici, carnem assam dat. Quin & Menelaus Telemacho bovis terga jussit apponi* [m].

24. *Levavit cocus armum*, &c.] וַיָּרֶם הַטַּבָּח אֶת־הַשּׁוֹק וְהֶעָלֶיהָ] *Sustollens itàque* (vel, *quum deprompsisset*, JT.) *coquus armum*, P. Ti. sim. M. Mo. *& quod erat super ipsum*, P. Sic Ti. M. V. הֶעָלֶיהָ pro אֲשֶׁר עָלֶיהָ ||; i. e. armum integrum & amplissimum, V. *Et quæ hærebant ei*, JT. Fortè meliùs Hebræi, *crus & quod supra illud est*, nempe femur; ut & Jon. habet, *crus & femur ejus*; de quo plura habes in Lexico Pagnini [*]. Femur, quod adhærebat armo [n]; Nam femur supra crus vel armum; quem Senes κωλέαν, Theodor. κοιλίαν, Aq κνήμην *tibiam*, seu crus appellant. R. Johanni הֶעָלֶיהָ est אַלְיָה *cauda*. R. Eleaz. est *Pectus* [o]. Pectusculum est quod jacebat super armum [p]. *Crus cum parte ei imminente*, Sy. *Coxam cum superiore ejus parte*, Ar. Qu. 1. Quomodo poterat Samuel ei armum dare? cùm hæc pars soli sacerdoti deberetur, Levit. 7. 32. nec quisquam, præter ipsum, & servum emptitium atque vernaculum, ex sanctificatis comedere debuit, Levit. 22. 11. Resp. 1. Q aliter vertunt, [ut dictum] *pernam* vel *tibiam*. Ità sanè sumitur Jud. 15. 8. Communiter autem *armum* sign. Exod. 29. 22. Levit. 8. 25. Num. 18. 18 [q]. 2. Præter hostias pacificas poterant hoc loco alia animalia mactari, de quorum uno hic armus esset [r]. 3. Solus armus dexter Sacerdotis erat. Poterat ergò sinister Sauli reservari [s]. Qu. 2. Cur armus Sauli de industria servatus est? Resp. 1. In signum honoris [t]. Hic armus portio erat ejus qui in convivio præcipuæ esset dignitatis; ac proinde Regis ubi is aderat: unde hanc partem

μερίδα

[e] BA. ibid. [f] D. [g] Mend. [h] Mend. [i] Mend. [k] Q. in L. Hugo Cerd. in Mend. [l] Mend. [m] San. [*] K. in D. [*] Di. [n] M. RS. in D. [o] D. [p] Q. in M. [q] Mend. [r] To. in Mend. La. [s] Mend. ex To. La. G. [t] Mend.

μερίδα βασιλικὴν (*partem regalem*) vocat Josephus[v]. Hac collocatione (Saulis)& armi appositione,cœpit dignitatem Saulis invitatis adumbrare: nam honoratæ partes ministrabantur honoratioribus aut charioribus. Vide in Gen. 43.34[t]. Indixerat coquo Samuel ut 30 convivis tot portiones appararet; seorsim tamen unam reponeret: idque ex prisco more, de quo Athen. l. 14. cap. 10. extremo; *Dionysius Tryphonis filius tradit, olim priusquàm introirent convivæ, cuique suam portionem in mensis divisam fuisse*[x]. Porrò, armum in deliciis esse docet Ezeciel,c.24. 3[y]. 2. Partem hanc servavit, ut hoc quasi hieroglyphico symbolo cognosceret,quid à se Regium nomen, & titulus exigeret; pondus videlicèt esse grave, quódque Gygantæos humeros requirat. Armus enim solet oneribus supponi[z]. Talia hoc signo exigit à Rege, qualia lex sacrificalis exigit à Sacerdote, cui idcirco armus datur; (ut laborem ejus atque molestiam significet;) & quidem dexter, in quo plus est roboris atque constantiæ, quàm in sinistro. Puto igitur dextrum armum Sauli datum, quia sicut Sacerdotis, sic etiam regis officium commendat, & ministerium adumbrat[a]. Armus symbolum erat fortitudinis bellicæ, quæ in Rege, præsertim Saule,hoc tempore requirebatur. Sed Sauli cessit armus sine pectusculo [secùs quàm Sacerdoti]quia fuit in eo armus fortitudinis, sed defuit ei pectus sapientiæ,& charitatis[b]. Vel armum dedit ei, ut hoc symbolo moneret eum cum ministris Dei conjunctè vivere[c]. Disce hîc frugalitatem prisci ævi. Non regi perdices, phasianos,&c.sed unum armum apponit[d]. ¶ *Dixítque Samuel*] Heb. *dixit*, Supplent,*Samuel*, ό. M. Ti. &c. ¶ *Quia de industria servatum est tibi, quando populum vocavi,* כִּי לַמּוֹעֵד שָׁמוּר לְךָ לֵאמֹר הָעָם וגו׳] Adeò difficilis hic locus visus est Rabbi Levi, alioqui accurato satis interpreti,ut הָעָם קָרָאתִי putaverit verba esse Saulis; quasi Samuel ei dixerit, Ede, quia hoc ipso tempore,anno proximo,exspectabis & præstolaberis regnum, & dices, populum vocavi, quod certè alienum est; vulgatus לֵאמֹר *quando* vertit, aut planè omisit[e]. [Variè reddunt.] *In testimonium positum est tibi, præter alios*, ό. hoc est, ut te ab aliis discriminaret[f]. *Quia in statutum tempus (in hoc ipsum tempus*, P. JT. Strig. M. *In hoc ipsum constitutum tempus*, Pi. *opportunè*, Belg. *ex composito*, Ca.) *servatum tibi*, Mo. *dicendo,populum vocavi*, vel *invitavi*, P. Mo. Jon. Vel *dicente me*, ad coquum, *invitavi populum*, M. vel, *cùm dicerem, invitavi populum*, Belg. Ti. vel, ex quo *dixi, populum invitavi*, JT. Pi. Ang. id est, ex quo coquo indixi, ut convivium invitatis pararet, Jun. Pi. Sic & Genevenses, nisi quod לֵאמֹר sumpserunt pro *concludere secum & statuere*: sed non videtur id congruere,quia ratio hîc continetur,quare armum reservari jussisset; nempe quia coquo dixerat, עָם קָרָאתִי; quod ad triginta illos invitatos pertinere non potest. Ideò Vatablus rectè observat עָם hîc significare alios quàm triginta; præter triginta invitavi & alios[g]. Sic Ca. *Quod dicerem me invitâsse homines*; i.e. sciebam te adfuturum; ideóque coquo, ut hoc reservaret, mandavi; me enim habiturum convivas alios[h]. Sed quum illi alii,duo tantùm fuerint, Saul cum servo; quæritur, quomodo illi עָם vocari possint? hîc lux aliqua adferenda est. עָם dicitur etiam de paucis; imò unus aliquis indoctus & plebeius vocatur Rabbinis עַם הָאָרֶץ *populus terræ*. Et ut עָם hîc dicitur de duobus, ità de tribus, 2 Reg. 18. 36. ubi *siluerunt* הָעָם *viri*, nempe tres illi, quos Ezechias ad Rabsake ablegaverat. Sic Arabicum קוֹם quod propriè *populum, plebem* denotat, simpliciter pro *hominibus*, pro *quibusdam*, imò pro *uno aliquo* usurpatur, ut Luc. 9. 27. *Sunt quidam*, &c. ubi Arabs, *hic populus stat*. Sic Syris אֱנָשָׁא *homines*, & *hominem, quosdam & quendam* denotat. Similiter in lingua Æthiopica שַׁבָּא, & in Persica *populus*,usitatissimum est pro *quibusdam*; ut Matt. 16. 14. Similiter & דּוֹר *generatio* usurpatur, Prov. 30. 11. *Generatio maledicit patri*; i. e. quidam maledicunt. Verterem igitur hoc loco, *quum dicerem, quosdam invitavi*; id est, præter eos qui invitati sunt ab iis qui sacrificia offerunt, ego etiam quosdam invitavi quibus hunc armum reservari volo. Fuit hoc sacrificium non Samuelis, quale illud cap. 16. sed populi & publicum, v. 12. itáque non tam Samuel populum, quàm Samuelem populus invitavit; adeò ut extraordinarium quid esset, quod præter invitatos à

v G. — t Jun. — x Ma. — y San. — z San. sim. Me. Mend. La. Mart. — a San. — b La. — c Mart. Q. in Mend. — d La. Mend. — e Di. — f Mend. — g Di. — h Ca.

populo ipse etiam quosdam invitârit[i].

25. *Et locutus est cum Saule*] Vel de religione & pietate[k]. Vel de regno administrando[l]. Ità Samuel Saulem instituit; eáque charitate complectitur, acsi fuisset filius; & successorem suum (quem alii nequissimum esse cupiunt) vult seipso esse meliorem[m]. ¶ *In solario*] Heb. *super tectum*, Jon. P. Mo. Ti. ut scilicet familiariter colloqueretur. Tecta enim domorum ibi plana erant. Vide ad Deut. 22. 8[n]. Locus hic commodus erat sermonibus habendis & precibus, Dan. 6. 10. Act. 10. 9[o].

26. *Dicens surge & demittam te*] Ità ό. Sy. P. Mo. JT. At jam dictum erat, *Cùm manè surrexissent*. Resp. *Surge* hîc est vox exhortantis; sicut, *age, veni, eia*[p]. קוּמָה] *Age*, q. d. Para te itineri. Sic mox *surrexit*, pro, *paravit se itineri*[q].

27. *Dic puero, ut antecedat nos*] Qu. Quid opus erat clancularío consilio? Resp. 1. Ut Saul posteà intelligeret hanc rem omnem gestam fuisse consilio Dei; & cùm res esset transigenda sortibus, nihil tamen temerè aut fortuitò contigisse[r]. 2. Nè quis in populo tumultus, vel murmur contra Samuelem excitaretur, dum populus suspicaretur Samuelem magìs ex proprio arbitrio, quam ex divino consilio regnum Sauli detulisse: ut olim factum in pari casu, Num. 16. Antequàm igitur divina voluntas de eligendo Saule innotuerit, opus fuit ut hæc populo celarentur[s]. ¶ *Tu autem subsiste paulisper*, Ità Ang. Sy. עֲמֹד כַּיּוֹם] *Sta* vel *consiste*, vel *subsiste ad tempus*, Ti. M. *nunc* vel *jam*, Strig. Belg. JT. *hoc ipso die*, P. Pi. i. e. hoc tempore, Pi. vel *hîc*, Jon. *in loco tuo*, Ar. vel, *secundùm diem*, i. e. hoc ipso articulo diei; i. e. temporis. h. e. nunc[t]. *Sta sicut hic dies*. Quæ dictio servit ad rei veritatem[v]. q. d. Sta, nè dubites; verissima dicam[x]. *Sta*, ut cum reverentia audies. Vide ad Gen. 49. 33. Num. 23. 22[y].

i Di. — k RS. in Mart. sim. L. To. & Carthus. in Mend. — l K. in Mart. To. in Mend. — m Mart. — n Ma. ex V. — o Ma. ex Jun. — p Mend. — q V. — r Mart. — s Mend. — t V. — v D. ex K. — x Mar. — y Jun.

CAP. X.

1. LEnticulam olei, Ità ό. P. Mo JT. פַּךְ] *Vasculum*, Ar. M. Ti. *phialam*, V. Nota,Regum unctionem, licèt à nulla, quod sciam, lege imperetur; adhiberi tamen solitam passim etiam ante hæc tempora. Vide Jud. 9. 8[a]. Designabatur autem hac ceremoniâ, non minùs reges, quàm Sacerdotes, Deo sacros,& cœlestium donorum unctione plenos esse debere[b]. Monebat eos oleum officii sui; quod erat (instar olei) fovere, curare, sanare populum. Significabat etiam misericordiam quam populo debebant[c]. Causæ unctionis erant, 1. Ut significaretur, tum summam Regis esse dignitatem; tum novas ei vires à Deo infundi. 2. Ut admonerentur reges lenitatis, charitatis, &c. erga subditos exercendæ. 3. Ut essent typus Christi[d]. Sacerdotum exemplo uncti sunt & Reges Hebræi; non Sacerdotes quidem, sed multum habentes sacerdotale; sedem & jus loquendi in sanctuario, inspectionem in sacra, jus eligendi aut destituendi Pontificis Maximi, aliorúmque Sacerdotum, & alia ejusmodi: alio tamen modo; Sacerdotes in fronte decussatim, Reges in vertice ad coronæ modum illito oleo. Deus *unxisse* Saulem hîc, & infrà 24. eum *elegisse* dicitur; nempè κατὰ τὸ θέλημα ἑπόμενον, non τὸ προηγούμενον (*juxta voluntatem consequentem, non antecedentem*) ità enim distinguunt veteres[*]. Porrò, *oleum* hoc non erat oleum unctionis, quo solus David cum posteris unctus fuit; sed oleum balsami, seu opobalsami[e]. שֶׁמֶן sign. *unguentum* & *balsamum*. Quo balsamo vestes non inficiebantur,nam erat instar aquæ; Plin. 12. 25[g]. ¶ *Et deosculatus est eum*] Vel, 1. Ut gratiam prophetalem illi conferret, ut Christus insufflando, &c[h]. Ut significaret Deum illi adfuturum, eúmque ornaturum spiritu suo[i]. Vel, 2. In signum subjectionis[k]. Sic Gen. 41 40. 1 Reg. 19. 18. Psal. 2. 12. Os. 13. 2[l]. Erat osculum fidei & obedientiæ, ut videtur, ex more illorum temporum[m]. Reverentiæ causâ, ut futuri Regis, manum osculatus est. Vide Gen. 41. Psal. 2[n]. Vel, 3. Fuit ceremonia, quâ Saul constitutus fuit Rex. Quomodo, cùm quis Doctor cre-

a T. ferè ex San. — b T. — c Mart. — d La. — * G. — e D. ex Heb. sim. V. — g Mar. — h Theod. et Procop. in Mend. — i Mart. — k Jun. Pi. — l Pi. — m Mart. — n G.

creatur [o]. Vel, 4. Potiùs ex benevolentia ortum hoc osculum, observata quàm à lege, seu consuetudine, cùm reges inaugurarentur [p]. Indicium erat amicitiæ. Non odit, aut contemnit successorem, ut alii ferè solent, sed veneratur [q]. ¶ *Ecce unxit te Dominus*, [הֲלוֹא כִּי מְשָׁחֲךָ וגו׳] Defectiva est oratio [r]. [Sic vertunt;] *Ecce* (vel *jam*, Ar.) *unxit te Dominus*, Sy. *Vides quòd unxerit te*, Strig. *Nonne unxit te?* ό. Ti. *Nunquid unxit*, &c? Jon. *Numquid non unxit te?* M. *Nonne scis quòd unxerim te?* R. Jesaias in D. *Nonne certè unxit te?* D. *Nonne* sæpe adhibetur ad rem firmandam, & ad promptiorem redendum hominem [s]. *Nonne quod unxit te?* P. Mo. Subaudiendum, *Annon ità res habet, quòd unxit?* Cum interrogatione pronuntiant Hebræi quod vehementer affirmare volunt; q.d. Ego ungo te nomine Dei, qui hac unctione, te Ducem super hæreditatem suam constituit. De hujusmodi interrogatione, vide Ruth. 3. 1 [t]; q. d. Certissimum est proculdubiò, quòd te Deus unxit [v]. *Annon facturus essem?* (Malim *facerem?* Scilicet quod facio: nempe quòd te osculor, Pi.) *Nam unxit te Jehova*, &c. JT. i. e. adhibito unctionis symbolo constituit, synecdochicè. Videtur autem Saul impedimentum attulisse, tanquam si vis ipsi fieret insperanti, & ad rei novitatem obstupescenti: ideoque Samuelem his verbis eum cohibuisse. Quid? Nonne facturus essem quod in mandatis habui à Domino? &c. Sic enim hæc verba exponi flagitat Hebræa distinctio, [Videtur intelligere pausam majorem, Rebiam supra הֲלוֹא] & rei ipsius argumentum [x]. Porrò, Deus hîc fecisse dicitur, quod fecit Samuel ejus auctoritate; sicut Deus loqui dicitur in prophetis; unde frequens illud, *Hæc dicit Dominus*. Nec immeritò Balaami superbia arguitur, Num. 24. 15. *Hæc dicit Balaam*, &c [y].

2. *Cùm abieris*, &c.] Tria proponit signa; i. e. oracula, ex quorum eventu colligat Saul suæ unctionis veritatem. Omnia sunt de rebus liberè futuris: ac proinde quæ à solo Deo præsciuntur, & à solo vero Propheta infallibiliter evulgantur [z]. ¶ *Juxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin*] Vel, *in termino Benjam.* [Sim. omnes.] Qu. At quomodo hæc consistunt, cùm *Rachel* sepulta fuit propè *Bethlehem*, Gen. 35. 19. *Bethlehem* autem erat in sorte *Judæ*, Mic. 5. 2. non igitur in finibus Benjamin [a]. Resp. 1. Q. sic construunt; *Invenies duos viros* qui nunc sunt *juxta sepulchrum Rachel*, sed quando invenies eos, erunt in finibus Benjamin [b]. Non placet; neque enim oportebat prædici, ubi viri tunc essent sed ubi postea inveniendi forent [c]. Resp. 2. Tribus *Juda* & *Benjamin* erant confines, Jos. 18. 11 [d]. 3. Termini interdum confunduntur, ut una eadémque urbs legatur fuisse in duobus terminis, cùm esset in finibus duarum tribuum [e]. Inveniri dicuntur *in finibus*, vel *termino Benjamin*; nempe in illo loco tribûs *Judæ*, ubi sese duarum tribuum termini contingunt [f]. 4. *Rachel* non dicitur sepulta in *Bethlehem*; sed in itinere [g], in via, quæ ducit *Bethlehem* [h]. ¶ *In meridie*] Ità ό. id est, tempore meridiano [i]. [בְּצֶלְצַח] [Aliis est nomen proprium loci.] Ità Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. JT. Pi. Ma. Optimè Vulgatus, *in meridie*, sive tempore meridiano; vox צֶלְצַח *umbram claritatis* sonat. Dum plura & minuta magis signa proponuntur, major dictis conciliatur fides [m]. Deus se nonnihil accommodans populi sui ingenio, sæpe suis vera dabat omina, qualia superstitiosi inaniter captabant. Vide Gen. 24. 14 &c [n]. ¶ *Intermissis asinis*] Heb. *omisit* vel *dimisit*; vel *intermisit verba*, i. e. res, negotium, *asinarum* [o]. *Omiserat*, i. e. Postposuerat; h. e. deposuerat curam asinarum, &c [p]. Antequàm scilicet essent inventæ [q].

3. *Cúmque abieris inde*, &c. [וְחָלַפְתָּ מִשָּׁם וָהָלְאָה וּבָאתָ] *Et abibis inde & ulteriùs venies*, &c. ό. *Illinc progressus porrò venies*, &c. P. *Cúmque inde abieris, & ultrà processeris, ac veneris*, &c. V. ¶ *Ad quercum Thabor*] Ità ό. *ad quercetum*, Ti. *ad terebinthum*, Sy. sim. Ar. *ad Elon Tabor*, Mo. *ad planitiem Tabor*, Jon. P. JT. Pi. Planitiem subjectam monti Thabori. Vide Jud. 4. 6 [r]. [Alii aliter] *Thabor* hoc loco non est nomen montis, (is enim est in tribu Zabulon;) sed aut viri, qui quercûs illius Dominus erat, aut loci, in quo sita erat quercus [s]. ¶ *Ad Deum in Bethel*] Difficultas est quænam fuerit hæc Bethel. Resp. 1. *Bethel* potest esse nomen appellativum significans quemlibet locum cultui Dei dicatum [t]. *Bethel* ergo hîc est urbs *Jearim*, ubi tunc Arca pendebat [v]. Resp. 2. *Bethel* hæc erat in *Ephraim* quæ *Luza* priùs dicta erat, Gen. 28. 19 [x]. Cùm eo tempore Tabernaculum vacuum esset ab Arca, & Arca in loco non suo, fas erat, ut diximus, aliis in locis sacrificare [y], in excelsis [z]. Imò & privatim [a]. *Bethel* autem jam inde à tempore *Jacob* locus religiosus censebatur [b]. Quasi illâ visione Dei Gen 28. consecratus fuit locus orationis æquè ac immolationis. Hinc & *Jeroboam* in *Bethel* collocavit aureum vitulum [c]. Ibant isti viri sacrificatum in *Bethel* [d]. ¶ *Tres hœdos*] Hi quolibet sacrificii genere offerri poterant, Levit. 1. 10. & 3. 12. & 4 23 [e]. ¶ *Tres tortas panis*] Alii *tractas*, JT. D. [כִּכְּרוֹת] Majores hæ sunt quàm חַלּוֹת *placentæ* [f]. *Tria vasa panum*, ό. *Panes* vel per se tantùm, ut Levit. 2. 4. vel simul cum hostia pacifica offerri poterant. *Vinum* pro libamento, ut Num. 15. 5 [g].

4. *Cúmque te salutaverint*] Priores Saulem salutant, vel quia jam antè, Saulem, ut se ipsis nobiliorem, agnoscebant: vel ut Regem paulò post declarandum anticipato obsequio præsignarent [h]. ¶ [וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם] *Et salutabunt te cùm pace*, P. V. i. e. dicent tibi salutem [i]. *Interrogabunt te de pace*, D. ex Jon. ¶ *Dabunt tibi panes, & accipies*, &c.] Qu. Quomodo illi darent, si illos ad sacrificium deferrent? Resp. 1. Ut Davidi egenti panem etiam sanctificatum dedit Abimelech, 1 Sam. 21. 6. Ità bene potuerunt panes sacrificio deputatos Sauli indigenti elargiri [k]. Cùm Saulem viderent confectum labore itineris, & enectum fame, dederunt illi panes [l]. Dimiserat Saulem Samuel sine ullo viatico, tum ne Regis gratiam collatis muneribus ambire videretur; tum quia præviderat eum alimenta necessaria ab his viris accepturum [m]. 2. Fortè putabant panes venales fore in Bethel [n]. 3. Plures panes habebant ad usum suum: placentæ autem destinatæ erant ad sacrificium [o]. Porrò, Saul cùm comederet istos panes, non tantùm refecit corpus, sed comedit quodammodo sacramentum regni sui [p]. ¶ *Et accipies*] Tum ad penuriam relevandam, tum ad regium fastum deprimendum, tum, ut pauperis more tractatus, postea benignus in pauperes esset [q].

5. *Post hæc venies in collem Dei*] Ità ό. Sy. P. Mo. M. Ti. Qu. Quisnam hic locus? Resp. 1. In collem urbis *Karjathjearim*, ubi est nunc Arca Dei [r]. *Ad collem in quo Arca Dei*, Jon. Non placet; Saul enim jam erat egressus limites *Juda*, erátque in tribu *Benjamin* [t]. Alii intelligunt *Gabaa-Benjamin*, quæ erat patria Saulis [v]. Hoc enim signum accidit, 1. In fine itineris. 2. inter eos qui Saulem & patrem egregiè noverant. 3. Ubi statio Philist. At hæc erat in *Gabaa*, c. 13. 3 [x]. *Collem Dei*; i. e. editiorem partem *Gibeæ*, ubi est excelsum, sive Synagoga, locus cœtui sacro destinatus: ideò vocatur *collis Dei*. Colles enim ad hanc rem plurimùm adhibebantur [y]. Aliis *collis Dei* est collis altissimus; quomodo dicuntur *montes Dei*, *cedri Dei* [z]. ¶ *Ubi est statio Philistinorum*, Sim. ό. Sy. [אֲשֶׁר שָׁם נְצִבֵי וגו׳] *In quo sunt præfecti* (*præsides*, Mo. *duces*, Jon. *stationes*, Ti. *stationarii milites*; JT. M.) *Phelistim*, P. M. ex K. Sic David *posuit super Edom*, נְצִיבִים *præfectos*, aut *stationarios* [a]. *Ubi præsidia Philistiorum*; V. In conditionibus pacis nuper inter Hebræos & Philistæos initæ, ità urbes redditæ sunt Hebræis, ut præsidium in *Gabaa*, & fortasse in aliis etiam locis relinqueretur [b]. Meliores erant Philistini, quàm nunc multi Christianorum. Parcebant enim iis locis in quibus degebant viri studiis divinis dediti. Vide de J. B. Jun. & P. 3. 11. 10 [c]. ¶ *Gregem Prophetarum*, [חֶבֶל נְבִיאִים] *Cœtum* (*seriem*, Sy. *chorum*, Mo. ό. *turbam*, JT.) *Prophetarum*, ό. Sy. Ar. M. P. Ti Mo. Ad verb. *funem Prophetarum*, Pi. D. i. e. multitudinem hominum longo ordine incedentium. Metaphora [d]. Verto, *cohortem*, quomodo σπεῖρα sumitur [e]. Sed quinam hi Prophetæ? Resp. Plura sunt *Prophetarum* genera; aut, si mavis, plura ministeria. *Prophetæ* propriè dicuntur, qui futura prædicunt [f]. Hîc autem *Prophetæ* sunt, qui erant sacrarum literarum studiosi, sive discipuli Prophetarum qui operam dant legi. Vide Num. 11. 25 [g]. Studiosi, operam dantes Prophetiæ: quorum alii filii, id est discipuli Prophetarum dicuntur; alii Prophetæ simpli-

---

Marginal notes, left column: o La. ex To. — p Me. ex San. — q Mart. — r Ma. — s K. in D. — t V. — v Ma. — x Jun. Pi. Ma. — y Mend. — z Mend. — a Mend. — b RS. in L. — c Mend. — d Mend. L. — e D. — f San. — g Mart. — h San. — i San. — m San. — n G. — o D. Ma. — p V. — q Ma. — r Pi. To. in La. — s Me. ex San.

Marginal notes, right column: t Mend. — v Ità, Pi. et Ma. ex Jun. — x Mend. Ità M. V. — y Me. La. San. — z San. La. M. — a V. — b Me. sim. La. San. — c La. — d Mart. — e Mend. — f D. — g Mend. ex L. et Caj. et Jo. — h Mend. — i V. — k Mend. — l Mart. — m Mend. — n Mart. — o K. in Mart. — p Mart. — q Mend. — r V. He in M. — t La. — v Ità La. ex To. Me. San. Mend. — x Mend. — y Pi. ex Jun. — z Ma. — a D. — b Me. ex San. sim. Jun. — c G. — d Pi. Sic Wasan. tiq. mens. 1. 8. — e D. — f San. — g V. ex Chald. M. Mart.

simpliciter [h]. Solebant Prophetæ à turba se segregare, & juventutem ad pietatem instituere [i]. Observat Genebrardus lib. 1. Chronog. ex Act. 3.24. tempus Prophetarum à Samuele incepisse: non quòd ante eum non fuerint Prophetæ; sed quòd is primus Prophetarum collegia fundavit [k]. *Prophetæ* hîc dicuntur qui laudibus divinis celebrandis vacabant [l]. Origo [nominis] videtur, quòd quibusdam quasi canticis vaticinarentur *Prophetæ*; & quòd omnia in scripturis cantica *Prophetiæ* sunt: quod in Sibillis etiam factum; & à dæmone in oraculis apud Herodotum, & alios: adeò ut iidem χρησμολόγοι & χρησμῳδοὶ, & ipsi, & poetæ *Prophetæ* dicti sunt [m]. Hi *Prophetæ* hymnos & laudes Deo concinebant, tum voce, tum instrumentis musicis [n]. Cantores sæpe in S. Scriptura dicuntur *Prophetæ*, ut patet ex 1 Par. 15. 22, 24. & 25. 1. Horum autem Prophetarum fuerunt quædam collegia instituta; ut in illis ad Dei laudes concinendas exercerentur [o], ut in arte musica atque harmonica occuparentur. De quibus vide cap. 19. 20. item 2 Reg. 2. 3. & c. 6. Porrò, inter hos aliqui erant, qui verè divino instinctu spiritu prophetarent; ut patet ex 2 Reg. 2. 3 [p]. ¶ *Descendentium de excelso*] i.e. De loco convivii [q]. Sed cùm hîc nulla mentio convivii; potiùs dixerim esse locum sacrificii. Nam in *Gabaa* erat excelsum, sicut in *Ramatha*, divino cultui consecratum; in quo Prophetæ divinas laudes concinebant, sicut posteà in Templo canere consueverunt, 1 Par. 23. 5. De Excelso igitur *Prophetæ* descendebant iisdem musicis instrumentis concinentes, quibus in excelsis personabant [r]. Descendebant de colle in quo erat Arca Dei, & præcedebant eos varia musica instrumenta; quòd spiritus Dei non insiliat in eos qui mœsto sunt corde, sed in hilares, ut K. docet [s]. His utebantur pro incitamentis, ut patet ex 2 Reg. 3. 15 [t]. Illis mos erat uti, ubi Deo gratiæ de beneficio aliquo agebantur. Vide quæ dicta Jud. 11. 34. Præterea ea vis est quorundam sonorum, ut animum concitatum tranquillent, infrà 16. 16. Alii torporem excitant, & rebus magnis præparant, 2 Reg. 3. 15. Sic ferocientes animos mollivit Pythagoras, seditiones accensas inhibuit Asclepiades, Damon ebrios ac petulantes juvenes ad modestiam reduxit, lymphaticos morbo liberavit Xenocrates: de quibus vide Capellam Saturæ lib. 10 [v]. ¶ *Et ante eos psalterium*, &c. [נֵבֶל וְתֹף וְחָלִיל וְכִנּוֹר] *Lyra (nablium*, JT. Pi. V. D. Ma.) *Tympanum, tibia, & cithara*, P. *Cum nablio*, &c. i. e. Cum nabliis, &c. Synecd. membri, vel Enal. num [x]. ¶ *Ipsosque prophetantes*] i. e. qui ipsi prophetabunt [y], h. e. instigati spiritu Dei dicent Deo laudes & cantica, atque disserent de rebus divinis [z]. Chald. *qui laudabunt*; i. e. canent encomia, Psalmos & Hymnos in honorem Dei [a].

6. *Et insiliet in te Spiritus Domini*, [וְצָלְחָה עָלֶיךָ רוּחַ] *Insiliet (vel irruet*, V. JT.) *super te*, &. V. *Invadet te*, M. *Promptè invadet te*, Ti. *requiescet (manebit*, Jon. *descendet*, Ar. *Prosperabit*, Mo.) *super te*, P. *Favebitque tibi Spiritus Domini*, Sy. Ex verbo *insiliendi* colligo hoc donum in Saule fuisse per modum actûs transeuntis non per modum habitûs permanentis. Nam permanentia *spiritûs* significatur voce *quiescendi*, Num. 11. 25. & Isa. 11. 2. Hinc cap. 19. 23. dicitur Spiritus Domini iterum fieri super Saulem, Ergò anteà non permanserat. Adde quòd v. 13. hujus cap. dicitur, *Saul cessavit prophetare* [b]. Porrò, nè alii generis ignobilitatem in Saule contemnerent, dat Deus ei spiritum Prophetiæ [c]. ¶ *Et mutaberis in alium virum*] Sim. omnes. Ex rustico scilicet, & pecudum custode, psaltes factus [d]. Talem hominem nec musicam doctum, neque hoc ministerio assuetum inter eximios psaltas, neque indoctè, neque indecorè psallere, non est humani ingenii atque artificii, sed spiritûs divini [e]. Fies ex rudi sapiens, ex duro mitis, ex agresti urbanus, ex privato regius [f]. Animus tuus imbuetur magnanimitate & prudentiâ ad bella gerenda & populum gubernandum [g]. Nec est dubium, tunc Saulem, vel dono prophetiæ ad tempus sibi concesso, vel externis aliquot & patentibus signis, majores spiritus, quàm pro conditione, ostendisse; atque ingentem animum regno dignum palàm præ se tulisse. Vide consimilem rem, Num. 11. 25 [h]. Hæc verba *mutaberis in virum alterum*, sunt veluti declaratio superiorum, *Et prophetabis cum eis*; & sic *mutari*, &c. non est aliud, quàm *prophetare* [*]. Nazianz. ait Saulem

h Jun. Pi. — i G. — k Mend. — l San. sim. La. Mend. Ser. Me. T. To. Caj. in Ser. — m Ser. — n La. — o Me. ex San. — p San. — q V. — r Mend. — s M. — t Pi. ex Jun. — v G. — x Pi. — y V. M. — z M. — a V. — b Mend. — c Mar. — d Me. — e San. — f La. — g Jun. Pi. Ma. sim. La. Mart. — h Ma. — * Mend.

in virum spiritualem commutatum fuisse [||].

7. *Quando evenerint signa*] Nempe signa vocationis tuæ ad munus regium [i]. Quamdiu incerti sumus de vocatione nostra, timidè & diffidenter agimus [k]. ¶ *Fac quæcunque invenerit manus tua*, Sim. P. Mo. &. JT. Ti. V. [עֲשֵׂה לְךָ אֲשֶׁר תִּמְצָא יָדֶךָ] Redundat *tibi*, V. *Fac quicquid valebunt manus tuæ*, Sy. *Fac quod te facere decet*, Ar. *Fac pro te quicquid invenerit*, &c. M. Fac quicquid tibi venerit in manum; q. d. Nè timeas suscipere bellum contra hostes tuos, si res ità ferat: Hoc dicitur per anticipationem [l]. Monet eum Samuel, ut rem militarem, quantacunque contentione potuerit, aggrediatur: non quidem statim post impletionem signorum; quia tunc adhuc privatus homo videbatur: sed post solennem ejus promulgationem in Regem [m]. Prout te vocatum senseris, ità ambulato; & suo tempore regem te præsta: ut fecisse legitur infrà 11. 7. & 13. 2. & 3 [n]. Jonathan putat hoc dictum de paramentis armorum, quæ pro Regno necessaria sunt. Alii intelligunt de rebus omnibus quæ necessariæ sunt pro Regni inchoatione [o]. In omnibus quæ occurrerint, Regium assumas animum, & Regio more tracta atque dispone [p]. Vel potiùs, fœlicem spera successum in omnibus quæ tentaveris [q]. Tum, ubi usus postulat, fortiter capesse rempublicam; aggredere officia vocationis tuæ, si ità res tulerit, ac certò scias te in regem electum esse [r].

8. *Et descendes ante me in Galgala*] Multiplex est hoc loco difficultas. Non prophetat hoc Samuel, sed imperat [s]. Q. Accipiunt absolutè de descensu in *Galgala* ad immolandum, quoties periculum magnum impenderet [t]. Non placet; Sic toties peccâsset Saul, quoties in periculo non descendit in *Galgala*; quod novum videtur. Nec quicquam tale sonant verba Samuelis. Rectiùs ergò alii hoc semel faciendum statuunt; quando, scilicet, certum quoddam periculum occurrisset. Sed dubitatio est, quodnam fuerit hoc periculum. Cajet. intelligit de periculo ex *Ammonitis* cap. seq. Si dicas Saulem non descendisse in *Gilgala* ante adventum *Ammonitarum*, respondebit Caj. id factum quòd repentino hostium adventu præoccupatus fuerit. At Lyra [fortasse rectiùs] intelligit de periculo ex *Philistinis*, de quo cap. 13. [ubi dicta vide.] Obj. At debuit Saul priùs præmoneri de priori *Ammonitarum* periculo evitando. Resp. Id non erat necesse; quia tunc aderat Samuel, qui Saulem suo consilio facilè gubernaret; necdum Saul in regno confirmatus erat. At Samuel eò spectavit, ut Saulem jam confirmatum in regno, de proximo periculo evitando præmoneret. Inst. Istud periculum à *Philistinis* fuit post biennium. Resp. Aut Samuel propheticè hoc prævidit; aut (quæ fortasse verior est interpretatio) hæc verba, *Et descendes ante me*, &c. scripta sunt hoc loco per anticipationem; re autem verâ posteà dicta sunt à Samuele; nempe post ultimam confirmationem Saulis in regno; & paulò ante Philistinorum adventum [v]. *Descendes*, &c. Non continuò id futurum erat, sed postquàm in Regem unctus esset; nunc autem monet, quid facere postea deberet [x]. Verba hæc sunt Samuelis dimittentis Saulem, qui illum prosecutus fuerat aliquousque; q. d. Recipies te in *Galgal*, &c. Hæc videntur dicta per anticipationem. Nam dixerat hæc in *Galgal* Samuel; nec tamen exspectavit [Saul,] sed sacrificavit solus sine Samuele: ob id Regnum ejus non fuit stabile [y]. *Posteà descendes Gilgalem*, scil. posteaquàm Philistæi se congregaverint ad inferendum nobis bellum, cap. 13. Etenim ad illud tempus hæc esse referenda liquet ex cap. 13 8. si conferantur cum verbis sequentibus hujus versûs. Quare hæc non rectè referuntur ad conventum illum, qui mox post victoriam de Ammonitis *Gilgale* celebratus est; in quo Saulis regnum confirmatum est, ut narratur, cap. 12 [z]. [Alii tamen de proximo illo adventu ad *Gilgala* intelligunt] *Descendes Gilgalem*, Intellige autem, primò ad *Mispam* ut apparet ex v. 17. & c. 11. 14. (ibi enim *Saul* sorte delectus erat) deinde ad *Gilgal*, (ubi Saul inauguratus fuit [a].) *Descendes*, &c. nempe quum ea gesseris contra *Ammonitas*, cap. 11. *Gilgalem* autem hîc dicit; quia fuit quidem *Mitzpæ* designatio conventûs, v. 17. sed *Gilgale* habita sunt comitia regni ad consecrationem & confirmationem regis, infrà cap. 11. 14, 15. & 12. 1. &c [b]. Non constituit certum aliquem diem, quando

|| La. — i Pi. — k Mart. — l V. — m Mend. — n Jun. Pi. — o M. — p He in San. — q San. — r Os. — s Mend. — t Ità To. in Mend. — v Mend. — x Mar. — y V. — z Pi. — a Belg. — b Jun.

do profecturus sit in *Gilgala*. Suspicor tamen in certum aliquod tempus indictam esse profectionem, quod, licet subobscurè, indicat tamen cap. 13 [c]. Optimè jungeretur expositio Lyrani & Abulensis; nempe, & tunc temporis ad inaugurationem regni descendisse in *Galgala*; & postea semper de compacto id facere debuisse: ut ex Josepho intelligitur, & infrà cap. 13. 8, 13 [d]. Sed quare jubetur descendere in *Galgala*? Resp. 1. Propter loci opportunitatem, ad occurrendum hostibus [e]. *Galgala* erat vicina Jordani, ad eum, contra hostes, nè per eum transirent in Judæam, defendendum [f]. 2. Propter frequentem Samuelis adventum in *Gilgala* [g]. 3. Locus iste erat orationi & sacrificio dicatus, ex quo Hebræi Jordanem transierint; cujus transitûs monumentum ibi positum est [h]. ¶ *Septem diebus expectabis*] Simil. omnes. Septem dies idcirco determinantur, quia id spatium necessarium & sufficiens videbatur, ut Samuel accersitus adveniret [i]. Septem hi dies non sunt numerandi à tempore unctionis; nec ab eo tempore quo hæc signa cognovit Saul: quia tot acta sunt ex hoc tempore ad illam Saulis profectionem, ut 7. diebus peragi non potuerint [k]; sed à die quo separatus fuerat Samuel à Saul in *Gilgal*; & hoc erat post innovationem regni, ad quam ambo venerant in *Gilgal* cum toto Israele: & cùm elocutus fuisset Samuel verba sua, abiit sibi; Saul autem non est egressus *Gilgal*, sed erat ibi ab innovatione Regni usque ad tempus belli [l]. Quidam autem, illud *septem diebus* jungunt cum *immoles*, ut sensus sit *Descendes, ut immoles septem diebus* [m]. Nam 1. Sicut in consecratione Pontificis septem dies sacrificiis peragendis insumebantur, ut patet ex Exod. 29. 30. & Levit. 8. 33. Sic factum in consecratione Regis. Verùm constitutio Regis non durabat 7. diebus; ut docet exemplum Saulis, v. 24. & c. 11. 15. & reliquorum regum. 2. Si Saul septem tantùm diebus exspectare jubetur, non peccavit; cùm revera expectavit 7. diebus, c. 13. 8. [At non exspectavit 7. dies completos. Vide ad illum locum annotata] Jubetur autem Samuelem exspectare, ut ipse veniat, & ad sacrificandum Deo, & ad Saulem instruendum [n]. ¶ *Ostendam tibi quid facias*] Id est facere debebis [o]. Al. sic, Dicam tibi an Regnum tuum firmum sit futurum [p].

9. *Cùm avertisset humerum*, &c.] Promiserat Samuel, fore ut Saul mutaretur, &c. post tertium signum; Fit autem hæc immutatio ante primum signum. Ità fert divina liberalitas, ut etiam citiùs, quàm promittat, promissio impleatur [q]. ¶ *Immutavit ei Deus cor aliud*] Qu. Utrum hîc Saul fit melior, moraliter, sive moribus suis? an civiliter, vel aptior ad regendos cives? Crediderim utroque modo. Quamvis Interpretes ad statum Regium communiùs referant. Ità To. & Hugo. Cardin. & Carthus. Theodor. Procop. Et rectè quidem; quamvis virtutes morales non excludant, quæ ad Regium munus rectè obeundum requiruntur [r]. q. d. Deus cor Saulis, quod, cùm esset privatus, erat pusillum, abjectum, agreste, servile; jam, eo Rege facto, fecit magnanimum, sublime, amplum, & regale [s]. Immisit in illum Deus cor, sive animum Regium [t]. Fecit eum solito fortiorem ac prudentiorem; & nè dubitaret se regno destinatum, etiam momentaneum Prophetiæ donum ei Deus contulit, v. 11. Simile infrà 19. 20. Spiritum autem illum Regno administrando idoneum, posteà in pœnam peccatorum ei abstulit Deus, infrà 16. 14. Confer Psal. 51. 12 [v]. ¶ *Venerunt omnia signa hæc in die illa*] Quod facilè fieri potuit; cùm civitas *Ramatha*, unde recedebat Saul, parùm distaret ab urbe *Gabaa*, ejus patriâ, quò pergebat.

10. *Et ecce cuneus Prophetarum*, &c.] Duo priora signa prætermittit, tùm quia non pertinebant ad publicam notitiam, & certitudinem de electione Saulis, sed tantùm ad privatam Saulis certificationem; tum quia in illis nihil novi acciderat, quàm quod prædictum fuerat; præsertim cùm ex antecedentibus contigisse manifestè supponuntur. Tertium autem signum seorsim memoratur; quia hoc pertinebat ad certificationem aliorum; ut populus videns eum divino spiritu afflatum, postea in Regem à Deo electum facilè crederet. ¶ *Insiluit super eum*] Innuit donum, & tempus limitatum fuisse. At spiritus sanctus super Christum *descendisse, & mansisse*, dicitur, Joan. 1. 33. ¶ *Et prophetavit*] Hujus prophetiæ duplex hoc loco causa assignatur. Una effe-

c San. — d Ser. — e Mend. ex Caj. — f La. — g Mend. ex To. — h Mend. La. — i Mend. — k San. — l D. — m Ità Rup. & Glossa utraque, in Mend. — n Mend. — o Pi. — p V. — q Mend. — r Mend. — s La. sim. San. — t V. — v G.

ctiva; nempe ille divini spiritûs insultus. 2 Exemplaris, nimirùm præsentia aliorum prophetarum pariter prophetantium. Bonorum societas utilissima est ad mores mutandos [x].

11. *Quòd esset cum prophetis*] cum eis familiariter commorans, Benjamita inter Levitas. Hoc primùm mirabantur; deinde quòd prophetaret is, quem canendi imperitum noverant. ¶ *Num & Saul inter prophetas*] Hæc munia divinas laudes decantandi, ad solos Levitas pertinebant, ut patet ex 1 Par. 16. & c. 25 [y].

12. *Responditque alius ad alterum dicens*, וַיַּעַן אִישׁ מִשָּׁם] *Et respondit vir inde*, Mo. P. Jon. vel *quispiam eorum*, 6. *Et quidam respondens hinc*, M. vel *illinc*, Ti. V. i. e. aliquis qui aderat, V. vel *ex eo loco*, JT. D. vel *illinc oriundus*, Sy Ar. ex populo illo, qui scilicet sciebat antea Saulem non fuisse prophetam [z]. Vel fortassis is unus fuit ex illorum prophetarum numero [a]. ¶ *Et quis pater eorum?*] Ità Jon. P. Mo. M. Ti. Ca. V D. Al. *quis est pater ejus?* Sy. Ar. 6. [Variè accipiunt;] 1. Q. per Auxesin explicant; q. d. Quomodo Saul subitò factus est propheta, imò pater & magister prophetarum? illis enim Saul canendo eminet [b]. Non solùm vates est Saulus, sed etiam vatum pater, h. e. summus*. 2. *Quis pater eorum?* i. e. Saulis & famuli? q. d. Non habent hanc artem à parentibus ignaris musicæ, rusticis, & incultis [c]. 3. *Quis pater eorum?* id est. prophetarum? Sensus est, Non mirum si Saul rusticanis parentibus natus in prophetarum choro canit; cùm & ipsi Prophetæ non nobilioribus, aut doctioribus parentibus, quàm Saul orti sint: quia scilicet prophetandi spiritus & facultas ab alio, quàm à parente derivatur [d]. An patres eorum sunt Prophetæ [e]? 4. Mirum non est si Saul prophetet, quamvis non sit filius prophetæ; cùm Prophetiæ donum ex Deo conferatur, non verò ex traduce derivatur [f]. *Quis fuit magister eorum?* Jon. in V. i. e. quis docuit eos? q. d. qui docuit illos, & dedit illis spiritum prophetiæ; potuit etiam docere Saulem, & dare illi spiritum propheticum [g]. *Pater*; i. e. Institutor: q. d. An putatis hos Prophetas esse, eò quòd tantùm ab hominibus instituti sunt; & non potiùs, quòd divinitus prophetandi donum habuerunt [h]? *Pater* hîc est *magister & præceptor* [i]. Sic *filii Prophetarum* sunt eorum Discipuli [k]. ¶ *Num Saul inter prophetas?*] Ex subita mutatione Saulis hæc vox astantium erupit; quæ versa est in proverbium: simile illi quo dicimus; *Anser inter olores, Corvus inter musas* [l]. Proverbium inter eos qui cùm priùs essent obscuri, fiunt clari & nobiles [m]. Vel de eo qui aliquid præter spem præstat [n]. Ex facto pari repetita hujus proverbii memoria infra 19. 24. q. d. Quis hoc sperâsset in homine militari? At nimirum

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπε.
Sæpe etiam olitor est opportuna locutus.

Et *spiritus ubi vult spirat*, Joan. 3. 8 [o]. q. d. Potest Dominus docere quos vult, & donare spiritu prophetico [p].

13. *Cessavit prophetare*] non tantùm ab actu prophetandi, (sic omnes sæpè cessant) sed ab habitu, in quo differt Saul ab iis, Num. 11. 25. Illi seniores non cessaverunt, quia semper huic muneri deputati remanserunt; Saul cessavit, quia non erat ad hoc munus divinitùs institutus [q]. ¶ *Et venit ad excelsum*] [Variè accipiunt;] In Gabaa [r]. Al. ad collem unde Prophetæ descenderunt, v. 5. in excelso enim erat locus orationis & sacrificii [s]. *Excelsum*, i. e. ædem in colle Dei, de quo v. 5 [t]. Discessit ab illis Saul, & eò abit, unde isti prophetæ venerant; nempe in excelsum in quo sacra fiebant, & reddebantur oracula [v]. Eò ascendit antequam ad suos rediret, ut animum colligeret, & Deo pro tot donis sibi collatis gratias ageret [x]: ac inprimis pro dono prophetandi; id quod ipsa verba videntur innuere, quum expressè dicatur ingressus excelsum, cùm desiisset prophetare [y]; necnon ut oraret Deum, ut sibi regnum fortunaret [z].

14. *Dixitque patruus Saul*] Hic erat *Ner* pater *Abner* [a]. Fortè reperit eum in domo excelsi illius [b]; aut certè in via ad illud vel ex illo. Credibile enim est, famâ Saulis prophetantis omnes ejus cognatos excitos occurrisse [c]; aut ivit in urbem suam, ubi patruus ejus ab eo hoc quæsivit. Nam scriptura interdum quædam hoc modo præterire solet [d]. Sed cur pater ipse non interrogat? Fortè, quia non aderat; aut, quia jam sciebat [e].

x Mend. — y Mend. — z Tig. not. — a Jun. — b Q. in La. — * Ca. — c T. ex Caj. et L. et Hugo. — d Me. Mend. La. — e V. — f La. ex Dionys. et Hugo sim. San. — g V. — h Jun. Pi. Ma. — i M. D. — k D. — l La. — m V. ex M. — n Jun. Pi. — o G. — p V. — q Mend. — r T. San. — s La. — t Jun. — v Mart. — x La. ex To. Hug. & Dionys. sim. Mend. Pi. — y Pi. — z Mart. — a To. et Hugo. et Dion. in La. — b D. sim. V. Mend. — c Mend. — d D. ferè ex V. — e Mend.

¶ *Quas cùm non reperissemus*, [וַנִּרְאֶה כִּי אַיִן] *Et vidimus quòd non*, Mo. sub. *essent*, Ti. sim. ő. Sy. M. JT. vel *invenirentur*, P. V. Plena locutio habetur, v. 21 [f].

16. *De sermone regni non indicavit ei*] Vel 1. ex humilitate & modestia [g]. Erubuit de se hoc dicere, nè se jactare videretur [h]. 2. Quia timuit, nè incredibile videretur; ergò prudenter reticuit [i]. 3. Ut fidem secreti Samueli servaret [k]. 4. Veritus est invidiam etiam consanguineorum [l]. 5. Prudenter rem sinit maturescere; nè ambitûs suspectum se faceret [m]. ¶ *Quem locutus fuerat Samuel*, [אֲשֶׁר אָמַר] *quod dixerat*, Jon. Sy. P. Mo. vel *de quo locutus fuerat*, M. Ti. *quod edixerat*, JT. sub. nè cuiquam indicaret; vide c. 9. versu penultimo [n]. At simplicius est *dixerat*; hoc est, indicârat negotium [o].

17. *Et convocavit populum*] Cùm jam exploratum esset, quid in designando Rege Domino placuisset [p]. Qu. Sed cur Saul & secretè & publicè in Regem eligitur, cùm alterum sufficeret? Resp. 1. Necessaria fuit secreta electio; 1. ad certificandum de Rege Samuelem; 2. ut Saulem doceret, in publicam concionem, & decentem habitum & regalem animum afferre; 3. Ut populus illum prophetantem audiens, & divino oraculo, illum, domi latentem, manifestatum accipiens, de eo Rege futuro non dubitaret. Publica autem electio necessaria erat; nè, si unus Samuel testaretur, ei diffideret; ut olim factum Moysi Aaronem in summum sacerdotem eligenti, Num. 16. 1. præsertim cùm singuli ambitiosi essent, & Benjamin esset tribus minima, & sceptrum videbatur Judæ deferendum, ex Gen. 49. 10 [q]. Noluit ullo modo Deus haberi suspectum Samuelem, quasi studio humano Saulem unxisset [r]. Convocavit eos ad compescendum murmur & indignationem aliorum, qui erant in nobilioribus tribubus [s]. ¶ *Ad Dominum in Maspha*] Quò arcam apportari, & sacerdotem summum cum Urim & Thummim advenire jusserat, ad mittendas sortes & consulendum Deum, infrà 22. Vide ad cap 12. 2 [t]. *Ad Dominum*, i. e. ad Arcam, symbolum præsentiæ Jehovæ. Met. subjecti [v]. Non placet; Nam 1. Arca semper fuit in *Jarim*, ut antè dictum. 2. Populus congregatus fuit ad Dominum in *Maspha*, Jud. 20. 1. & tamen Arca & Tabernaculum erant in *Silo*, Jos. 18. 1. 3. Abiathar consulit Dominum in *Ceila*, 1 Sam. 23. 9. & in *Siceleg*, 1 Sam. 30 7. licèt in neutro loco esset Arca, vel Tabernaculum [x]. Dicitur convocâsse ad Dominum, non quòd ibi Arca esset; sed quia omnis locus, in quo aliquis specialis cultus Deo exhibetur, vel ad quem aliqui religionis causâ adibant, dicebatur esse coram Domino [y]. *Ad Dominum*, i. e. ad comitia, ecclesiam, vel conventum Domini; ubi enim est Ecclesia Dei, ibi est, præéstque ipse Deus. Rursum; *ad Dominum*, i. e. ad Domini sortes & judicium [z]. Porrò, *Maspath* hæc erat civitas Benjamin, Jos. 13 26. In hanc urbem congregabatur populus, quia vel vicinior erat, vel capacior, vel celebrior. Vide ad c. 7. 5, 16 [a]. ideóque comitiis habendis opportuna erat. Hinc Godolias eam elegit quasi præfecturæ suæ sedem, Jer. 40. & 41. & quia ibi erat orationis locus [b]. Erat hîc altare, & domus orationis [c]. Bene autem locus orationis eligitur ad peragenda comitia, quæ divino spiritu dirigente indigent [d].

18. *Ego eduxi*, &c.] Sua beneficia commemorat, ut eorum culpam magìs arguat [†]. ¶ *Et de manu omnium regum qui affligebant vos*, וּמִיַּד כָּל־הַמַּמְלָכוֹת הַלֹּחֲצִים אֶתְכֶם] *Et de manu omnium regnorum opprimentium vos*, Mo. Pi. sim. ő. Sy. P. Sic in Hebræo est anomalia generis; & per regna intelliguntur ipsi populi [f]. *Et è manu omnium regnorum*, (sub. *ab*, vel *& ab*, Ang.) *opprimentibus vos*, JT. *De manu omnium regnorum*, (sub. *hominum*, Tig not.) *qui vexârunt vos*, Ti. M.

19. *Qui solus salvavit vos*] Solus absque alterius consortio [g]. ¶ *Et dixistis, Nequaquam, sed Regem constitue super nos*, [וַתֹּאמְרוּ לוֹ כִּי מֶלֶךְ תָּשִׂים עָלֵינוּ] Quidam pro לו legunt לא Ita ő. Sy. *Nequaquam, sed quia regem constitues*, &c. ő. *dixistis, non sic, sed regem constitue*, &c. Sy. *dixistis, nolumus hoc, sed præfice nobis regem*, Ar. Aut redundat כִּי *sed*; aut subaudiendum aliquid, hoc modo; *dixistísque ei, Nequaquam acquiescemus verbis tuis, sed Regem constituas super nos*. Chald. Par. minùs rectè, *Non poterimus resistere inimicis nostris nisi Regem constituas* [h]. Verùm recta lectio est לו [i]. *Et dixistis ei, quia* (vel *sed*, P.) *regem pones super*

[f] V. [g] D. V. L. [h] Carthus. in Mend. [i] Mend. ex Jo. et Dion. [k] L. To. La. Mend. [l] Me. ex Jo. et To. [m] G. [n] Jun. [o] Pi. [p] San. Me. [q] Mend. fere ex To. [r] Ser. La. [s] L. [t] Jun. Pi. Ma. [v] Pi. [x] Mend. [y] Me. ex To. [z] La. [a] Mend. [b] San. [c] M. [d] Me. [†] Mend. [f] Pi. [g] Mend. [h] V. [i] K. in Buxt.

nos, Mo. P. sim. JT. Ti. M. Buxt. *Ei*, Deo scilicet, & mihi prophetæ ejus, suprà 8. 7 [k]. Quicquid enim Samuel ad populum locutus fuerat, Dei nomine & jussu fecerat; unde quod illi responderunt, non tam Samueli, quàm Deo ipsi dixerunt. Non malè autem Chald. subintelligit לוא. (*Et dixistis ante eum, non sumus servati, sed regem*, &c. Jon.) quia legitur c. 8. 19. ad quem locum hîc respexit Samuel; & propter subsequens כִּי, cum quo etiam aliàs in hujusmodi replicationibus לוא conjungitur, ut Gen. 19. 2. Omisit autem hoc loco Samuel; ut hunc aculeum in cordibus ipsorum infixum relinqueret, quòd hac in re non ipsi, sed Deo restiterint [l]. ¶ *Et per familias vestras*, [וּלְאַלְפֵיכֶם] *& per*, vel *secundùm* (*ad*, Mo.) *millia vestra*, Jon. P. M. Pi. sim. Ti. Erant enim tribus distributæ in millia, quibus singulis sui præerant duces. Sic Jud. 6. 15. Confer Jos. 7. 14. & deinceps [m]. Al. *per duces vestros*, JT. Sub. singularum familiarum, quæ multæ erant in singulis tribubus [n]. Ego scio *ducem* אַלּוּף dici, qui est dux in amicitia, in lege, in dominatu: at hîc est אֶלֶף *mille*. Hunc nodum solvit Mercer, Gen. 36. 16. אֶלֶף interdum pro *familia* sumitur, velut *chiliarchia* [o].

20. *Et applicuit omnes tribus*] Hæc autem applicatio cognationum non erat localis, (acsi singulæ tribus seorsim in loco ponerentur) sed descriptiva, quâ cognationum nomina in urnam mittebantur [p]. וַיַּקְרֵב *Et cùm applicâsset*, P. *Et cùm accedere fecisset*, sub. *ad sortes*, i. e. cùm projecisset sortes [q]. Qu. An hoc rectè factum? Sors enim indigno obvenire poterat. Resp. Divino spiritu actus erat Samuel ad mittendas sortes, eásque à Domino dirigendas novit, juxta Prov 16. 33 [r]. Sors hæc fuit divinatoria, sed à Deo suggesta, ideóque licita. Prudenter hoc factum, nè à Samuele, non à Deo electus videretur [s]. Aristoteles Polit. 6 11. ait, populare esse institutum *magistratus sorte deligere*; id mos quarundam gentium vetus etiam in sacerdotiis recepit. Virgil. l. 2. Æneid.

——— *Laocoon lectus Neptuni sorte sacerdos*.

Vide Act. 1. 26.

21. *Et cecidit cognatio Metri*, vel *Matri*, הַמַּטְרִי] [Pro nomine proprio sumunt.] At 1 Par. 8. 1. posteri de tribu Benjamin longâ serie numerantur, nec tamen usquam inter eos Metri nominatur. Et ה est denominativum, quod proinde propriis nominibus non præfigitur. Quidam ergò volunt esse appellativum [t]. Et fuisse aliquem ex posteris Benjamin, qui cognominatus esset *Metri*; i. e. *jaculator*, quod in arte sagittandi excelleret: in hac enim eminuerunt Benjamitæ, Jud. 20. 16 [v]. מַטָּרָה sign. *signum*, seu *scopum*, ad quem jaculantur, 1 Sam. 20. 20. Job 16. 12. Hinc ortum *Metri* [x]. Verùm indè non potest esse מַטְרִי, cùm sit nomen familiæ; cujus si alibi nulla memoria; tamen non sequitur propterea familiam nullam fuisse ejus nominis: imò dubitare de eo non debemus, cùm disertè dicatur *familia Matri* [y].

22. *Et consuluerunt post hæc Dominum*, sim. P. וַיִּשְׁאֲלוּ־עוֹד בַּיהוָה] *Et interrogaverunt adhuc in Domino*, Mo. vel *Dominum*, M. *Postulavit Samuel à Domino*, Ar. sim. ő. Sy. Qu. Quomodo hoc factum? Resp. 1. Fortè per summum sacerdotem, (quem adfuisse par est credere in tanti momenti negotio) applicato Ephod, de quo vide infra cap. 23. 9 [z]. 2. Interrogârunt per prophetam, nempe per ipsum Samuelem. Ab eo enim totum hoc negotium procuratum est [a]. ¶ *Ecce absconditus est domi*, הִנֵּה הוּא נֶחְבָּא אֶל הַכֵּלִים] *Ecce ipse absconditus* (*abscondit se*, P. Strigel. *latitat*, Sy. Ti.) *ad*, vel *inter vasa*, Jon. P. Ma. sim. ő. M. inter *utensilia*, Sy. *arma*, Ti. V. *impedimenta*, JT. Osiand. V. אֶל pro ב, ut alibi [*]. Hoc est, inter domesticam supellectilem [b]; in populi, qui convenerat sarcinis [c]: idque ex humilitate, qua se regno indignum judicabat, & onus regendi formidabat [d]. Cùm enim audivisset Samuelem Israelitas objurgantem, quòd Regem postulârint; inde novum quendam timorem accedendi ad regnum concepit [†]. Vide hîc, quomodo honor sequentes fugit, & fugientes sequitur [f]. Modestè & prudenter fecit Saul, ut appareret, vocante Domino, nec malis artibus, & ambitu ad regnum venisse [g]. Cùm mutatus esset Saul in virum alterum, nova lux affulsit ingenio priùs inculto, ut prudenter se gereret; nec tam ambitiosè quæsitam, quàm ultrò oblatam præfecturam ostenderet [h].

[k] Jun. [l] Buxt. vind. 2. 13. 975. [m] Pi. [n] Jun. [o] D. [p] Mend. [q] V. [r] Mend. [s] La. [t] Mend. [v] La. sic L. To. He. in La. [x] Q. in Mend. [y] D. [z] Me. sic La. San. [a] Mend. [*] D. [b] Me. [c] La. ex V. [d] La. [†] Mend. [f] La. [g] Me. [h] San.

23.

23. *Altior fuit, &c.*] Sic Anchises Æneid. 8.
—— cunctis altior ibat.
& Turnus l. 7.
—— toto vertice suprà est [i].

24. *Non similis illi*] Laudat eum non ab animæ dotibus, quas non videbat populus; sed à corporis proceritate atque habitu, in quo Regium aliquid apparebat: q. d. Externam videtis hominis speciem; secundùm quam nemo est illo melior; ex illa vos reliqua conjicite [k]. Nota hîc Samuelem nullis invidentiæ aculeis stimulari; imò eum laudat & commendat [l]. ¶ *Vivat Rex*] *Vivere* hîc & alibi est prosperè agere [m]. Chald. *Sit felix Rex*; i.e. Cedant omnia Regi feliciter [n].

25. *Legem Regni*] Alia hæc lex à jure illo, c. 8. Unde observant nonnulli ibi dici, *jus Regis*, scil. usurpandum; hîc autem *jus Regni*, scilicet legitimum, quod & renovatum est, 1 Reg 21 [o]. Græci vertunt δικαίωμα τῆ βασιλέως, quod Josephus interpretatur *mala eventura ex sueta Regibus licentia.* Vide suprà 2. 13. Alii malunt fuisse bene regnandi præcepta, ὑποθήκας, quales habet egregias Isocrates & Stobæus. Fuit ædificium exstructum super fundamentis quæ sunt Deut. 17. 16. & sequentibus [p]. Exposuit populo jus Regiæ dignitatis, quod Rex habebat in subditos. Non continebat jura tyrannidis; sed jura Regni, & æquæ administrationis [q]. Continebat mutua Regis, & subditorum officia [r]. Nè vel Rex tyrannidem exerceret in subditos; aut subditi Regis imperia contemnerent [s]. Vel, hâc lege, tam Regi, quàm populo, Reipublicæ forma proponebatur [t]. Mutato magistratu oportuit novas rogari leges, nè populus ignarus transgrederetur [v]. Vel *Lex Regni* vocantur Acta Comitiorum, quibus ad Regnum Saul evectus est [x]. ¶ *Scripsit in libro*] Hic liber periit cum multis aliis [y]. ¶ *Reposuit coram Domino*] Id est, in Tabernaculo [z]; in quo etiam asservabantur pondera & mensuræ, quæ leges quodammodo sunt, quæ rerum quantitatem explorant [a]; ad latus arcæ Domini [b], nè corrumpi possent: In Sanctuarium non admittebantur, quorum erant suspecti mores & veteratorium ingenium [c]; ut tutiùs servarentur, cùm ab ingressu Sanctuarii omnes, præter summum sacerdotem semel in anno, arcerentur. Dices, at Rex debuit legere. Resp. Fuit igitur hic liber duplicatus, ut de Deuteronomio dicunt Hebræi. ¶ *Et dimisit Samuel populum*] Hoc non fecit Saul; quia quamvìs jam haberet potestatem imperandi; tamen propter ingenuum pudorem ab eo abstinebat [d].

26. *Saul abiit in domum suam*] Quasi propter novos honores, priscos mores non mutâsset; sed in nova dignitate pristinam humilitatem retineret, ad eandem domum pauperem & tenuem redit [†]. ¶ *Abiit cum eo pars exercitûs,* [הַחַיִל] *exercitus*, P. Mo. *milites*, Ar. *copiæ*, Sy. JT Pi. *robustiores*, M. *pars ex populo*, Jon. *pars exercitûs*, Os. *filii exercituum*, ό. (in Regio codice, at in Sextiano *filii virtutum*, Mend.) Eo tempore non tam erat necessarius Rex qui Rempublicam constitueret, quàm qui hostem propulsaret. Quare secuti sunt Saulem non tam senatores, quàm milites [f]. ¶ *Quorum tetigerat Deus corda*] Ità ό. Sy. M. Ti P. Mo. Pi. vel *animos*, JT. Quos Samuelis prophetæ movebat authoritas [g]. Aliquot qui timebant Deum [h]; *timentes peccatum, & datus est timor ab ante Dominum in corda eorum*, Jon. *in quorum corda injecerat Deus obedientiam ejus*, Ar. Quos scilicet divinus spiritus ad obsequium illud novo Regi exhibendum impulit [i]; alioqui enim Saul nondum in regni possessione confirmatus, cogere recusantes non facilè poterat [k]. Externâ vocatione Deus omnium corda tetigerat. Decretum enim suum omnibus proposuerat. Sed id non erat satis; Oportet ut Deus intùs flectat animos [l].

27. *Filii Belial, &c.*] Hi votis omnibus Regem desiderârunt; nunc autem illum repellunt. Ità plerumque accidit hominibus, ut non habita desiderent, habita detestentur [m]. ¶ *Num salvare nos poterit iste?*) Iste scilicet vilis, plebeius, incognitus, inexpertus; Quid faciet hic longolius [n]? Eum proprio nomine non exprimunt, per invidiam & contemptum; quomodo Gen. 37. 19. *Ecce somniator*, & 1 Sam. 22. 9. *Vidi filium Isai* [o]. ¶ [מַה יֹּשִׁעֵנוּ] *In quo salvabit*; i. e. Quâ re aut ratione tuebitur & defendet nos iste qui est infimæ sortis [p]?

[i] La. [k] San. [l] Mend. [m] G. [n] V. [o] E. [p] G. [q] V. [r] Me. sim. San. La. Mend. Ma. D. [s] G. [t] Me. [v] Mart. [x] Me. [y] V. [z] Mend. Me. San. [a] Me. ex San. [b] V. sim. La. San. [c] San. [d] Mend. [†] Mend. [f] San. [g] G. [h] V. [i] Me. ex San. [k] Me. [l] Mart. [m] Mend. ex To. [n] La. [o] Mend. [p] V.

¶ *Et non attulerunt ei munera*] Quò scilicet eum Regem agnoscerent. Chald. par. *Non venerunt eum salutatum.* Hoc de prima salutatione intelligi debet, quæ non fiebat sine muneribus [q]. Mos erat Regi munera offerre quando inaugurabatur [r]. Hæc autem munera offerebantur in significationem, vel 1. Pacis & amicitiæ. Vel 2. Gratulationis & lætitiæ. Vel 3. Subjectionis & obedientiæ [s]. Nulla benevolentis animi signa præbuerunt [t]. Sine muneribus Reges Orientis adiri non solebant. Vide Matt. 2. 11 [v]. Is erat mos apud Persas Cœl. Rhodig. 13. 16. & apud Parthos, Senec. Epist. 17. Et hinc Reges Magi ab Oriente munera Christo offerunt. Apud Hebræos eadem erat consuetudo, Jud. 3. 15. 1 Reg. 4. 21 [x]. ¶ *Dissimulabat se audire*, [וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ] *Et fuit veluti surdus*, P. Mo. ό. *Sicut tacens*, Jon. *conticuit*, JT. Pi. M. *Silentium simulavit*, Sy. *Is verò conniventiâ usus est in eos, continuitque se à damno iis inferendo*, Ar. Sensus est, sic obmutuit ad regerendas injurias, quasi ad audiendas obsurduerit [y]. Singulare hoc prudentiæ Saulis testimonium. Cum odiosum esset illos punire, neque expediret impunitos relinquere, simulat se nihil accepisse, vel nosse illorum quæ contra se obmurmurâssent [z]. ¶ *Dissimulabat, &c.*] Nempe quia novum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama, ait Tacit. Hist. 4 Vide & 11. 13 [a]. Noluit Saul regnum suum à turbatione, lite, & sanguine inchoare [b].

[q] V. [r] D. [s] Mend. [t] San. [v] G. [x] Mend. [y] Mend. [z] San. [a] G. [b] Dion. in Mend.

CAP. XI.

1. A*scendit Naas Ammonites*] Habitabant Ammonitæ in Arabia. Eorum metropolis erat Rabbath, Deut. 3. 11. Qu. Num hic Naas idem cum illo de quo 2 Sam. 10. 2? Resp. Negant plerique; sed affirmat Petrus Dam. Epistol. l. 6. ep. 5. Si ità est, fortasse in odium Saulis se postea exhibuit beneficum in Davidem. Obstat autem, quòd ille Naas obiit ultra 47 annos post hoc prælium [c]. ¶ *Ascendit*] *Ascenderat autem.* Quidam aiunt Israelitas ideo Regem petiisse, quòd audirent Regem istum copias in ipsos parare [d]. Causa belli eadem quæ Jud. 11. 13. Sed quia ibi victi sunt, nunc redintegratis viribus jus suum repetunt [†]. Jam ante in Judæos expeditionem parârat, c. 12. 12. Sed videntur Judæi tunc cum illo talibus qualibus conditionibus transegisse. Jam mense uno post electum Saul in regem, forsan arreptâ hinc occasione, bellum redintegrat tyrannus [f]. ¶ *Adversum Jabes Galaad*] Civitas hæc erat primaria in dimidia tribu Manasse, ultra Jordanem, vicina Ammonitis; unde ab illis primùm oppugnatur [g]. ¶ *Habeto nos fœderatos & serviemus tibi*] Erimus tibi tributarii [h]. Subditi & servi tui erimus, sed fœderati, non mancipia [i]. Ut vitam impetrent, servitutem offerunt [k]. Impiè faciunt, quòd deficiunt à fœdere Dei, & desciscunt ad Ammonitas, cum quibus fœdus inire vetabantur Israelitæ in Deuteron. Nec in Deo fiduciam suam locant [l]. Verùm cum fiducia in Deo temeritatem excludit, & humanam industriam requirit, nisi aliquo divino oraculo innitatur; potiùs credo, prudentes extitisse [m].

2. *In hoc feriam vobiscum fœdus*, sic P. [בְּזֹאת אֶכְרֹת לָכֶם] *In hoc excidam vobis*, Mo. *In hoc disponam testamentum vobis*, ό. *In hoc decernam vobis*, Jon. *Hac lege pangam vobiscum*, JT. Sy. Ar. *fœdus*, Sy. Ar. vel *fœdus feriam*, M. Ti. Heb. *in hoc*, in hac re, hac conditione. Nulla hîc Ellipsis: sed Synecdoche generis. Et nomen fœm. ponitur neutraliter [n]. *Ferire fœdus* dicitur, quòd fœdera cœsis animalibus firmabantur. De quo vide ad Gen. 15. 9. & ad Jer 34. 18 [o]. ¶ *Ut eruam—oculos dextros*, [בִּנְקוֹר לָכֶם כָּל־עֵין יְמִין] *In effodiendo (effodero, Pi. V.) vobis omnem oculum dextrum*, Mo. sim. Jon. Sy. Ar. M. Ti. Vel *oculum dextri*. Sub. *lateris*, M. P. D. ex He. Nomen עַיִן est fœmininum, D. Qu. Quorsum hoc? Resp. Nempe 1. Ut inutiles eos bello faceret; nam sinister oculus sub scuto latere solebat [p]. 2. In opprobrium & contemptum Israelis. Vide Jud. 16. 21. 2 Reg. 25. 7. 2 Sam. 5. 8 [q]. 3. Ut terrorem omnibus

[c] Mend. [d] V. [†] Mend. Mart. [f] T. [g] Mend. [h] V. [i] La. [k] Mend. [l] Mart. [m] Mend. [n] Pi. [o] Mend. [p] G. L. F. Me. T. La. Sa. Mend. ex Jo. & To. [q] Mend.

omnibus Hebræis incuteret [r]. Nolebat autem eos omninò cœcos facere, sui commodi gratiâ, ut eos ad viliora ministeria utiles relinqueret [s].

3. *Concede nobis septem dies*] Talium deditionum factarum in diem sub conditione, exempla quædam posuimus in annotatis ad J. B. & P. 3. 24. 14 [t]. Septem dies petunt, quia nec plures concederent Ammonitæ, nec pauciores sufficerent ad auxilia colligenda. Porrò, concessisse hoc Naas ex hoc loco rectè colligit Josephus Antiq. 6. 5. & To. & Carthus. Alioquin nuntii non fuissent missi. Concessit Naas vel ex stultitia, vel ex arrogantia [v]. Non ex pietate, sed ex animositate; æstimans neminem ausurum sibi occurrere, nec tam paucis diebus exercitum suo parem cogi potuisse [x]. ¶ *Mittamus nuntios ad universos terminos Israel*] Nulla regis fit mentio, quòd Saul ut rusticanus contemneretur [y]; vel ut Naas faciliùs improvidâ securitate lactarent, quasi negotium esset cum ovibus pastore destitutis [z]. ¶ *Et si non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te*] Qu. An rectè hoc decernunt? Resp. 1. Affirmo: quia sic meliori modo, quo poterant, vitæ suæ consulebant [a]. 2. Alii negant. Impiè faciunt, quòd Deum tentant, eíque præscribunt quo modo, tempore, & loco, sibi auxilium ferre debeat [b].

4. *Venerunt in Gabaa Saulis*] Q. sic accipiunt, acsi ad Saulem præcipuè legatio mitteretur [c]. Verùm in eo Jabesitarum spes minimè defigebatur; ergo non ad ipsum, sed ad urbem, in qua ipse morabatur nuntios mittunt. Et inter alias urbes Israelis, ad quas legatio facta est, hæc sola nominatur, ut ex ea sequens Historia continuetur. Misisse autem eos ad omnes terminos Israel, prout decreverant, rectè docet Josephus, quamvis hîc non exprimatur. Nam scriptura quod faciendum dixerat, sæpenumero postea non enarrat factum, sed supponit [d]. ¶ *Et flevit*] Et quòd sibi timerent, & quòd sociorum miseriâ tangerentur [†]. Lacrymantur hîc non Legati, sed illi ad quos legatio fiebat; quasi malis alienis, multò magis, quàm Jabitæ propriis dolerent [f].

5. *Ecce Saul veniebat, sequens boves de agro*] Quidam hoc Rege indignum putantes, aiunt eum animi gratiâ egressum esse rus, & casu in gregem, aut juga boum incidisse, &c [g]. Alii autem volunt eum à cultura, seu aratione agri rediisse [h]. Saul licèt Rex creatus ad solita negotia redit [i]. Quæ talis laus est constantis animi, quali fortasse in tota Saulis vita nulla major [k]. Sic & David post unctionem suam, rediit ad pascendum oves suas [l]. Porrò Saul 1. Agriculturam exercuit, ut vitam sustentaret, cum nondum ab omnibus firmiter haberetur pro Rege; sed à multis contemneretur, qui debita illi munera non afferebant, c. 10. 27 [m]. 2. Nondum quidquam Rege dignum molitus fuerat; nolebat autem ante proprium meritum in imperium cooptari [n]. 3. Nihil illo mense occurrerat, quod regiam sedulitatem aut præsentiam requireret. Et propter obmurmurantes non paucos, fortè regii sceptri æmulos, voluit re ipsâ docere, sese magis delectari rusticanâ vitâ, quàm regiâ; neque nisi necessitate coactum, ab aratro ad sceptrum prosiliturum. In quo sanè heroicus & verè regius animus eluxit, quòd fortunæ adeò blandienti non succubuerit, sed forti constantíque robore dominari porrexit [o]. Porrò hæc ars erat nobilium, & apud Romanos & Græcos. Plin. 18. 3. *Ipsorum*, inquit, *manibus Imperatorum colebantur agri; gaudente terrâ vomere laureato, & triumphali aratore.* Imò addit, optimos tunc Imperatores eâdem curâ semina tractâsse, quâ bella; eadémque diligentiâ arva disposuisse quo castra. Virgil 6. Æneid. inter Imperatores te appellat, —*Sulcos, Serrane, serentem.* Valer. Max. 4. 4. *Illi*, inquit, *prædivites, qui ab aratro accersebantur, ut Consules fierent; voluptatis causâ, solum versabant.* Ovid. 1. Fastorum,

Jura dabat populis, posito modò Prætor aratro,
Pascebátque suas ipse senator oves.

Propertius l. 4. de Romæ primordiis, priscâque majorum simplicitate, ac rusticitate ità cecinit:

Curia prætexto quæ nunc nitet alta Senatu,
Pellitos habuit, rustica corda, Patres.

Tullius in Catone refert, Marcum Curium, cùm de Samnitibus & Sabinis, & de Pyrrho triumphâsset, in colendis agris extremum tempus ætatis consumpsisse [p]. Vide &

[r] La. [s] T. sim. Me. San. [t] G. [v] Mend. [x] La. [y] Me. ex To. [z] Me. [a] Mend. [b] Mart. [c] Hugo. & Carth. in Mend. [d] Mend. [†] Mart. [f] Mend. [g] Hugo & L. in San. [h] Ità Mend. ex Caj. et To. sim. San. La. Me. T. Mart. [i] La. [k] San. [l] La. [m] Mend. [n] Mend. ex To. [o] T. [p] Mend.

mirare simplicitatem & modestiam primorum regum [q]. Sanè Judices Israelis (quorum Sauli proponebatur exemplar, neque enim Regiæ authoritatis exemplar habuit) non abhorrebant à rusticis ministeriis. Sangar. Jud. 3. 31. Philistinos occîdit vomere, eo nimirum instrumento, quod habuit familiare. Et quòd viro Principe ruricæ curæ non sunt indignæ, disces ex Columella lib. 1. de re rust. in præfat. & Varron. de re rust. 2. 1 [r].

6. *Et insiluit spiritus Domini in Saul*] Nempe spiritus fortitudinis [s]; & prudentiæ militaris [t]: & zelus pro patriæ defensione [v]. ¶ *Et iratus est furor ejus nimis*, ויחר אפו מאוד] *Et iratus est* (*incaluit*, Ti. sim. Pi.) *nasus ejus valdè*, Mo. sim. Ti. Pi. Periphrasis iræ ex affectu, Pi. *Exarsit ira ejus valdè*, JT. sim. M. Sy. Ar. in Hammonitas [x]. Ira est instrumentum Spiritûs Sancti: Eant ergo Stoici cum sua apathia [y].

7. *Et assumens utrumque bovem, concîdit in frusta, &c.*] Non tantùm verbis proponit edictum, sed etiam addit symbolum [z]. Fortiùs nempe movent, quæ oculis, quàm quæ auribus capta. Boum autem dissecta membra in publico aliquo atque conspicuo loco proposita existimo, quæ terrorem spectantibus incuterent [a]. Factum illius Levitæ Jud. 19. 29. imitatur [b]. Erat hoc Sauli domesticum exemplum; nam factum illud fuerat in Gabaa patriâ Saulis, in qua tunc degebat [c]. ¶ *Sic fiet bobus ejus*] Additæ minæ iis, qui bellum detrectâssent, ut vel amor patriæ, vel privatum damnum omnes commoveret [d]. Erat hæc magna pœna; quia devitiæ illo tempore pro majori parte in animalibus consistebant. Noluit autem comminari pœnam mortis vel mutilationis in principio regni sui, nè à nimio rigore incipere videretur [†]. ¶ *Per manum nuntiorum*] Heb. *nuntiorum illorum*, Pi. i. e. per nuntios ipsos Jabesitarum, ut magis permoverent de rebus suis agentes [f]. ¶ *Saul & Samuel*] Nam huic expeditioni Schemuelem interfuisse docent, v. 12. & principium cap. seq. Vide suprà in 7. 15 [g]. Seipsum præponit Samueli. 1. Propter auctoritatem regiam [h]. Nam dignitas Regia, major quàm Prophetæ [i]. 2. Quia sermo erat de laboribus & periculis, in quibus optimus quisque vir præire cupit [k]. Addidit Samuelem, quòd nondum approbatus esset Rex ab omnibus; q. d. Qui nolunt sequi Saulem, saltem sequantur Samuelem [l]. ¶ *Timor Domini*] Vel, 1. Quo Jehovam timebant [m]. Quia ipsius Dei loco Regem suum observabant [n]. Non dicit, *timor Regis*, vel *mulcta*; sed *timor Domini*. Timebant, ne offenderent Deum, si socios deseruissent [o]. Vel, 2. Timor immissus à Deo [p], i. e. Quo Jehova terruit populum: vel metus emissus à Deo in cor eorum [q]. Saule foris imperante, Deus reverà in eorum animis sui terrorem altiùs imprimebat [r]. Hoc animadversione dignum est; Deum addere vim & pondus edictis principum, & verbis concionatorum [s]. Dominus spiritum timoris & obsequii erga Principem populo immisit, quo eorum inclinavit animos ut jussa Regis facerent [t]. Vel, 3. Terror magnus & vehemens; ut nomen Dei adjici solet ad augmentum [v].

8. *Et recensuit eos in Bezech*] Ità omnes. Est loci nomen. Alii minùs rectè vertunt *per calculos*; i. e. injectis in unum acervum calculis, quos postea numeravit Saul [x]. Doctores [Hebræorum] exponunt *in fragmentis testarum*. Alii *lapidibus*. Sed quomodo in una urbe tanta multitudo recenseri potuit? Resp. *In Bezec* potest exponi, *in agro*, vel *territorio Bezec*; vel certè, *ad Bezec* [y]. ¶ *Trecenta millia*] Mendaciter Josephus, ut vires suorum Romanis ostentaret habet septingenta millia; ex Juda vero septuaginta [z]. Mirum est tot tam brevi spatio convenisse; sed hoc fecit ingens timor vel Naasi, vel potiùs Saulis [a]. Græca exemplaria Sixtiana habent 600 *millia virorum*. Et fortasse fuerunt multò plures, quàm qui in vulgata recensentur. Nam sub Davide erant 800 millia de Israel, & 500 millia de Juda, 2 Sam. 24. 9. & 1 Par. 21. 5. Ex iis igitur Saul eligere potuit 300 millia, &c [b]. ¶ *Virorum autem Juda triginta millia*] Comprehendunt hîc sub tribu Juda & Simeonem, quæ ei annecti solet. Vide Jud. 1. 3. Minor multò censetur duarum istarum tribuum numerus, quàm reverà intelligi possit; causam hanc esse volunt, quòd Judæorum & Simeonitarum sedes Pelisthæis conterminæ erant; cum quibus tunc bella gerebantur, & quos tunc timere oportebat: ac ideo non poterat tam commodè viris exhauriri, quàm reliquæ tribus.

Hanc

[q] La. [r] San. [s] V. Me. T. Mend. San. [t] Mend. [v] T. San. [x] Pi. [y] Mart. [z] Mart. [a] San. [b] San. T. Mend. [c] Me. [d] Me. [†] L. [f] Ma. et Pi. ex Jun. [g] Jun. Pi. Ma. La. [h] Mend. [i] D. [k] Mend. [l] D. [m] Ma. Mend. [n] Mend. [o] Mart. [p] Ma. Jun. Pi. Mend. Mart. V. [q] V. [r] Mend. [s] Mart. [t] Me. [v] Ma. sim. D. [x] V. Ità tamen RR. in Mar. [y] D. [z] La. [a] San. [b] Mend.

Hanc enim veram esse causam cur tribus Juda hîc seorsim à cæteris tribubus recenseatur [c]. Vel viri Juda segregatim numerabantur, quòd ea tribus erat nobilior & bellicosior [d]. Apparet viros Juda fuisse modestos & probos. Quamvis enim scirent sibi promissum esse jus Regni; tamen cum viderent Saulem creatum esse Regem è tribu Benjamin; nihilominùs statim adfuerunt ad edictum, & communis belli primas partes susceperunt †.

9. *Cras*] [Q. propriè accipiunt [a].] Sequitur enim v. 10. *Manè exibimus*; & v. 11. *Cùm dies crastinus venisset* [b]. Mirare hîc prudentiam & celeritatem Saulis; qui uno die tantas copias conflavit, disposuit, pugnavit & vicit [c]. Et ut reor, sic deceptus est Naas [d]. Obscurum est unde crastinus ille dies numerandus sit; non, credo, à tempore quo nuncii fuerant dimissi. Tam brevi tempore non potuerunt omnia ista peragi †; sed potiùs, die crastino ab illorum reditu, quo egrediendum sibi dixerunt, v. 10 [f]. Josephus dicit hanc salutem promissam fuisse in tertiam diem. Alii *cras* accipiunt de proximo tempore, non autem determinato, ut aliàs sæpe fit [g]. *Cras* i. e. in futuro, sed proximo tamen [h]. ¶ *Erit vobis salus*] Vel, *Salus* metonymicè ponitur pro auxilio salutari [i]; vel certam salutem illis promittunt ope divinâ [k]. Processit autem hæc promissio, tum ex prophetico Samuelis spiritu, tum ex supernaturali Samuelis & Saulis fiducia [l].

10. *Manè exibimus*, &c.] Ironicè, sive irrisoriè loquuntur, quòd sciebant auxilium adfuturum [m]. Dissimulant expectationem auxilii, ut metu solutos Saul hostes inveniat [n]. Quod maximum genus erat stratagematis. Nec damnantur hujusmodi prudentes & doctæ fraudes. Nam si armis uti licet adversùs hostem, cur non licet etiam dolis? Modò nè fides, aut pactum cum hoste violetur [o]. Hostem quem legitimè occidere licet, fallere licet [p]. Peccatum est omnis simulatio, nempe quæ ex intentione ipsius dissimulantis falsum significat; non autem illa quæ ex acceptione audientium tantùm ad falsum significandum detorquetur. Rectè igitur dicunt se exituros, intelligendo, si auxilia non adessent; quia sic non tam ipsi decipiebant suos hostes, quàm permittebant, ut ipsi deciperentur [q]. *Exibimus*, &c. Subaudiunt, nisi suppetiæ advenerint: reticent autem adventum auxilii, ut reperiantur illi imparati; quasi dicant, perstamus in condictis legibus [r].

11. *Constituit populum in tres partes*] Heb. *in tria capita*; i. e. agmina vel turmas [s]. 1. Ut repentè irruentes ex diversis partibus magis terrerent eos [t]. 2. Nè quis eorum evaderet. 3. Ut si una turma deficeret vel succumberet, altera ei succurreret [v]. ¶ *Ingressus est media castra*] Media vocat respectu suorum, qui hostem eodem tempore ad dextram, & ad sinistram invadebant [x]. Ea castra, credibile est, in parte quæ ab urbe aversa erat, non bene fuisse munita; quòd Ammonitæ inde nihil tam repentinum metuerent [y]. Heb. *In medium castrorum*, i. e. in exercitum Ammonitarum [z]. ¶ *In vigilia matutina*] i. e. In tertia vigilia noctis; h. e. sub auroram ipsam. Nox apud Hebræos modò in quatuor vigilias dividitur, modò in tres, ut hoc loco [a]. Tum securi erant propter promissionem pridianam [b]. ¶ *Dispersi sunt*, &c. וַיְהִי הַנִּשְׁאָרִים וַיָּפֻצוּ] Ad verb. *Et fuit, residui & dispersi sunt*, Mo. *Et factum est, & residui dispersi sunt*, 6. *Fuitque ut qui residui erant dispergerentur*, JT. M.P.Ti. Redundat ו in וַיָּפֻצוּ. Nam convertit, non copulat [c]. ¶ *Non duo pariter*, יָחַד] *Simul*, subfugientes [d]. Singulis, ut sibi consulerent, in diversa fugientibus †.

12. *Ad Samuelem*] Potiùs quàm ad Saulem, nè Saulem ad vindictam in propria causa provocarent [f]. ¶ *Num regnabit*, &c.?] At graviùs referunt, quàm illi dixerant, *Num salvare nos poterit*? Deinde debebant eos illo die, quo talia proferebant, compescere, nè seditio grassaretur: nunc autem alieno tempore vindictam postulant [g].

13. *Et ait Saul*] At cur non Samuel? Nam illum alloquuti sunt. Resp. Voluit Saul responsionem Samuelis antevertere; Saul enim, æquum erat, ut proprias injurias remitteret; Samuel, ut alienas vindicaret [h]. Regi condonare ea tantùm licebat, quæ ad suam injuriam pertinebant: quod & philosophi laudant. Senec. de Clem. 1. 20. de Principe loquens, *Longè sit in suis quàm in alienis exorabilior injuriis*, &c. Similiter Livia ad Augustum, Et Anton. & Theod. Vide de J. B. & P. 2. 24. 3. Habebat autem culpa, de qua agitur, excusationis aliquid in hominibus Regno insuetis [i]. ¶ *Quia fecit Dominus salutem*] Non est tam læta dies, cujusquam cæde, funestanda [k]. Bene Saul occasionem misericordiæ accipit ex die partæ victoriæ. *Quam diem vacuam pœnâ ubi inter sacra & vota, quo tempore verbis etiam profanis abstineri mos esset, vincula & laqueus inducuntur?* aiunt Patres de Tiberii sævitia querentes apud Tacitum, Annal. 4. Simile factum, 2 Sam. 19. 22 [l]. Rectè ex misericordia accepta ad misericordiam faciendam ducit argumentum [m].

14. *Dixit autem Samuel*, &c.] Hîc apparent suavitas & prudentia Samuelis, quòd non traxit populum reluctantem, cùm Saulem contemnerent, &c. sed dissimulavit & expectavit donec populus detumesceret: ubi illum paratum vidit, & in Saulem optimè animatum, tunc facilè impulit quò voluit; quos enim frangas, si vim afferas; facilè inflectes, si modum adhibeas [n]. ¶ *Eamus in Galgala*] Locum eum delegit, 1. Quia urbs illa una erat è tribus conventibus ubi jus dici & populus convocari à Samuele solebat; ut publica dignitas in publico conventu, vel traderetur, vel confirmaretur [o]. 2. Non longè aberat ab eo loco ubi populus tunc erat [p]. 3. Voluit regnum ibi renovari, ubi populus circumcidebatur, & fœdus renovabatur; ut eos excitare posset ad pœnitentiam [q]. ¶ *Et innovemus ibi regnum*] Ità 6. Jon. M. P. Mo. Ut confirmemus illic Regem Saulem [r], omnium consensu. Hæc autem dicit, cùm ut eorum, qui priùs Saulem pro rege non agnoverant, peccatum levetur: tum ut omnis imposterum occasio rebellionis præcidatur [s]. Videbat Samuel quosdam animo fluctuare, & non satis pati regem Saulem: ut sanè nova regna difficilè figuntur [t].

15. *Fecerunt ibi regem*, וַיַּמְלִכוּ] *Et regnare fecerunt*. Non creabant eum regem, sive potestatem regiam illi contulerunt; (nam nec populus id poterat; Vide ad c. 8. 5. & Saul Rex fuit & creatus, c. 10. 1. & declaratus in Mispha, v. 24.) sed collatam expedierunt, seu libenter siverunt, ut Saul suo jure uteretur. Sic cùm Deus creaverat Regem, 1 Reg. 11. 37. populus tamen dicitur eum *Regem constituisse* [v]. *Fecerunt*, i. e. Communi consensu eum Regem declarârunt. Simile vide 2 Sam. 5. 1. &c [x]. ¶ *Coram Domino*] Vel, præsente Arcâ ejus. In conventus enim maximos Arca per Sacerdotes adduci solebat: ut confirmatur ex cap. 14. 18 [y]. Vel coram altari Domini quod illic erat exstructum [z]. ¶ *Victimas pacificas*] 1. In gratiarum actionem tum pro victoria parta [a]: tum pro constituto regno [b]. 2. In postulationem, ut pax firma esset [c].

CAP. XII.

1. *Dixit autem Samuel*] Qu. Cur Israelitas modò potiùs, quàm antea reprehendat? Resp. 1. Nè si illos anteà reprehendisset, Saulem nondum confirmatum repudiâssent [d]. Quamvis enim Deus noluerit, ut à populo peteretur Rex: tamen voluit, ut semel petitus admitteretur: Unde colliges Samuelis probitatem, qui facilè potuit populo suadere, ut Saulem excluderent, séque in regimine conservarent, si illum paulò antè arguisset †. 2. Tempus hoc erat lætitiæ; & placebat sibi populus, quòd regem à Deo petiissent: Deum enim jam sibi dedisse viderant & regem clementem & victoriam [f]. Poterant ergò credere se non peccâsse [g]. Prudenter ubi majus erat periculum peccandi, ibi opportunum remedium adhibuit. Et nè effusa lætitia in stultitiam abiret, (ut sæpè fit) eam objurgatione temperavit [h].

2. *Rex graditur ante vos*] Id est, moderatur Rempublicam vestram [i]. *Ecce Rex ductor in capite vestro*. Chald. in La. Sic mox, *Ego ambulavi coram vobis* [k]. Significat ea phrasis non localem motum, sed gubernandi potestatem. Sic Num. 27. 16. Deut. 31. 2. 2 Paral. 1. 10 [l]. Samuel hîc quasi se abdicat principatu; q. d. Ego officio

Marginal notes (left column): c Ma. ex Jun. Pi. — d L. — † Mart. — a Mend. ex Caj. et V. — b Mend. — c La. — d Caj. in Mend. — † San. — f San. Me. — g Dion. et Hug. in Mend. — h L. — i Jun. Pi. — k Ma. — l Mend. — m L. Hugo in Mend. — n Me. — o Mart. — p Osiand. — q Mend. — r Jun. — s Ma. — t L. — v La. Mend. — x Me. — y G. — z V. — a V. — b Pi. — c D. — d V. — † Me. — f Mend. ferè ex To. — g Mend. — h Mend.

Marginal notes (right column): i G. — k Me. La. — l G. — m Mend. ex Carthus. — n Mend. — o Me. San. — p San. sim. La. — q Mart. — r V. — s Ma. ex Jun. — t Ma. — v Mend. — x G. — y Jun. — z V. — a La. Mart. — b Mart. — c La. — d Mend. ex To. — † Mend. — f Mart. — g L. — h Mend. — i V. Ma. — k V. — l Mend.

officio meo perfunctus sum: regem dedi; is deinceps erit dux vester [m]. Jam Rex constitutus est, ego privatus sum: jure ergò mecum quilibet agere potest &, si quid peccavi, per Principem pœnas repetere [n]. ¶ *Ego senui,&c.*] Qu. Cur suam hîc memorat senectutem? Resp. 1. q. d. Totam vitam meam ab ephebis usque ad canos judicio vestro subjicio. 2. De illa tantùm ætate loquitur, quam gubernando transegerat. Nota hîc modestiam Samuelis; eam tantùm partem vitæ commendavit, cujus tunc necessaria erat commendatio. Nihil dicit de pueritia sua, quamvis laudatissima [p]. 3. [Alii referunt ad sequentia verba.] *Porrò filii mei vobiscum sunt*; [Quæ variè exponunt] 1. q. d. si senectus vitam abstulerit, superstites sunt filii mei, quos pro me vobis satisfacere cogatis [q]; qui quod mearum est partium, ipsi præstabunt, &, si quid cuipiam debere deprehendar, meo nomine reddere debebunt [r]. 2. *Sunt vobiscum*, id est, communi vobiscum conditione, in ordinem scilicet privatorum redacti, quum anteà gererent magistratum [s]. *Filii mei*, quos accusatis, apud vos sunt, non subterfugiunt judicium, rationem reddere possunt administrationis suæ, ætatem habent, ipsi pro se loquentur. Me autem num parati estis arguere [t]. 3. *Vobiscum sunt*. Ab illis in meam vitam facilè inquiretis, an ego illorum malitiam foverim, aut juverim; Nec jam sunt sub mea potestate, sed vobiscum. Et vobis tribuenda est illorum malitia, qui nunquam ad me scelera eorum retulistis: non autem mihi; qui, ut illa rescivi, statim eos abdicavi [v]. 4. *Sunt vobiscum*; i. e. succedent in locum meum, poteritis eos consulere de rebus sacris [x]. ¶ *Conversatus coram vobis*, [הִתְהַלַּכְתִּי לִפְנֵיכֶם] *Ambulavi coram vobis*; i. e. Administravi rempublicam vestram [y]. Alii, *seriò & indesinenter conversatus sum inter vos*. Vide Gen. 5. 24. Id Hithpael denotat [z].

3. *Loquimini de me*, [הִנְנִי עֲנוּ בִי] *Ecce ego*; i. e. *Adsum*, q. d. Paratus sum reddere rationem administrationis meæ, &c [a]. *Respondete in* (vel *contra*, 6.) *me*, Mo. *testificamini in* vel *contra me*, Jon. Sy. P. עָנָה non solùm *loqui* significat, sed etiam *testimonium ferre*, ut Exod. 20. 16. Deut. 19. 15. Job 16. 8 [b]. Incusate me, si potestis [c]. ¶ *Utrum bovem—tulerim*, [אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי] *Bovem cujus ceperim*, 6. Mo. [sim. omnes.] *Num violentiâ usus sum in quenquam pro tauro?* Ar. Num *accepi* ad usum, vel opus meum? *& accepi*; i. e. per vim abstuli invito [d]? Probat tria bona, fortunæ, famæ, ac vitæ, à se nunquam violata. Bona fortunæ comprehendit sub bove & asino; quæ duo animalia apud Hebræos fuerunt maximè servilia [†]. ¶ *Si quempiam calumniatus sum*] De voce עָשַׁק egimus ad Levit. 6. 2 [f]. Quem calumniâ opibus privavi [g]? Quem circumveni in bonis suis [h]? עָשַׁק ad bona; רָצַץ [quod sequitur] ad corpus pertinet [i]. Q. vertunt *opprimere*, vel *vim inferre* [k]. עָשַׁק sign. & *vim inferre*, & *calumniam facere* [l]. ¶ *Si oppressi aliquem*, [אֶת־מִי רַצּוֹתִי] *Quem contriverim?* P. Ti. Mo. *vexârim?* Sy. *infestârim?* Ar. *concusserim?* M. Ti. *in corpore*, M. *Cui vim feci?* Jon. in M. *Quem pulsaverim*, aut *pulsandum curaverim*; i. e. quem læserim, aut in pecunia, aut in corpore ipso [m]? LXX ἢ τίνα ἐξεπίεσα *aut quem expressi?* Jon. אַנְסִית *coegi ad aliquid invitum*: unde אֲנוּסִים *coacti*. Sic vocant eos Judæos qui coacti susceperunt ritus Christianos [n]. Alii, *cui complacui*; Ità Caj. i. e. violavi judicium ad placendum alicui. Deducunt à רָצָה [o]. ¶ *Si de manu cujusquam munus accepi*, [כֹּפֶר] ἐξίλασμα, i. e. *placamen*, seu *propitiationem*, 6. *donum* vel *munus*, Ar. D. Ang. Belg. Strig. *pretium*, P. M. *redemptionem*, vel *redemptionis pretium*, V. JT. ut scilicet, in judicio, illi patrocinatus fuerim contra justitiam; aut dissimulaverim in causa non recta [q]. *Operimentum*; Al. quo sign. *largitionem*, quâ Judicis oculi velut obliti, & tecti obcæcantur. Prov. 6. 25. Amos 5. 12. Interdum sign. pretium quo vita hominis redimitur, ut Exod. 21. 30. & 30. 12. Unde hîc negat Samuel, se judicem, vitam hominis morte digni, pretio redemisse; quod præcipitur, Num. 35. 31 [r]. *Munus expiatorium*, Ti. *Mammonam falsitatis*, Chald. Non tantùm negata munera non exigit Samuel, sed etiam ablata repellit [s]. ¶ *Et contemnam illud hodie*] Facillimam illius jacturam existimabo; libenter carebo re illâ, vobísque restituam [t]. [At Hebræa sic se habent, וְאַעְלִים עֵינַי בּוֹ] *Et occulta-*

m La. n Me. p Mend. q Me. r T. s Jun. Ma. Pi. t Me. v Mend. x V. y V. z Ma. a V. b Mend. c V. d D. † Mend. f Ma. g V. h Ma. i D. k Q. in Ma. l Mend. m V. n D. o Ma. q M. r Ma. s Mend. t Me.

verim oculos meos in eo, Mo. vel *ab eo*, P. *Et inclinavi oculos meos in judicio ab eo*, Jon. E cujus manu munus acceperim, *& defixus in eo sit oculus meus*, Sy. Vel, *& oculi mei deflexerint ad illud*, Ar. *Et abscondi oculos meos in eo*, Ol. Mar. Ma. vel *super eo*, M. i. e. & dissimulavi in causa recta [v]. Vel rectiùs, si munus illud me obcæcavit, ut justum & rectum cernere non potuerim [x]. *Ut oculos meos per illud excæcarem*; Vel, *ut absconderem oculos meos ab eo*, seu *ad eum*, Ang. *Ut ei oculis meis conniverim*, Ti. sim. Ca. *Et caliginem oculis meis effundi passus sum*; Strig. *Ut abderem oculos meos propter illud*, JT. id est, ab injuria cognoscenda muneribus corruptus verterem me [y]. *Et texerim oculos meos propter eum*; i. e. in negotio, causa, & judicio illius; dissimulando scilicet me videre peccatum ejus: h. e. cui pepercerim propter munera. Alii, *& tegam oculos meos contra me*; i. e. tantisper dum dicat testimonium contra me; nè scil. videam illud [z]. Al. *Et tegam oculos meos in eo*, id est, ut propter illud pudore suffundar [a]. Vertò, *Imò abscondi oculos meos ab illo munere*, D. (Fut. ponitur pro præterito, ait R. Jesaias.) Sic apud Davidem, וָאֲחַלְּצָה *Imò eripui hostes meos sine causa*. Joseph Kimhi, *si puderet dicere in facie, abscondebam oculos meos nè contemplarer illud* [b]. LXX aliter locum hunc vertunt, ἐκ χειρὸς τινὸς εἴληφα ἐξίλασμα καὶ ὑπόδημα, ἀποκρίθητε κατ᾽ ἐμοῦ, *De manu cujus cepi propitiationem, vel calceamentum* (q. d. vel munus vilissimum, Mend.) *respondete contra me*. Legerunt נְעָלִים pro אַעֲלִים; deinde עֲנוּ בִי pro עֵינַי בּוֹ [c]. Hieron. vertit, *& contemnam*: Nam qui aliquid contemnit, abscondit oculos suos ab eo [d]. ¶ *Restituámque vobis*] Heb. *& restitui vobis*, magno sensu; q. d. non differam, sed hîc extemplò restituam; putate jamjam vobis restitutum [†]. Passim hic Hebraismus, occurrit, quem alii resolvunt, *ut restituam* [f]. Potest & sic verti, *& respondebo vobis*, paratus scilicet rationem reddere de factis meis [g]. De magistratu abiens, censuræ, quam ferre non tenebatur, ultrò se subjicit; & optimæ conscientiæ fiduciâ accusatores provocat [h]. Porrò ex hoc loco colligitur Samuelis modestia. 1. Quòd se laudat in sola materia justitiæ; non, ut poterat, de aliis virtutibus. 2. Non dicit quæ bona fecerit, sed quæ mala fugerit. Non se laudavit Samuel ad ostentationem, sed necessitate compulsus, & his de causis; 1. Ut Saulem suo exemplo doceret [i]. Sciebat & necessariam Regi esse admonitionem; & Reges admonitionis impatientes esse [k]. Meminerat Samuel, quid dixerat de Jure Regio. Id nè Saul putaret sibi licere, proponit illi vitam suam, tanquam exemplar legitimi & moderati magistratûs [l]. 2. Ut populi peccata liberiùs incusaret. Neque enim aptus est ad alienas culpas arguendas, qui propriis infestatur [m]. Eos reprehensurus, fortè verebatur, nè populus eo exulceratus aliquid falsò fingeret; nunc ergò de sua integritate publicum & frequens advocat testimonium [n]. 3. Occulta hæc erat populi accusatio, qui eum à principatu depulerunt [o]. 4. Volebat se subjicere Sauli Regi, & obedientiæ exemplum præbere [p]. Priùs autem se non justificavit regno nondum constituto; nè videretur regnum appetere, aut in judicatura continuari velle [q].

5. *Et dixerunt*; *Testis*, Ità 6. Jon. [וַיֹּאמֶר עֵד] *Et dixit* (sub. *Israel*, M.) *testis*, P. Mo. M. *dixítque* populus *testis* est, JT. sim. Ti. ille est *testis*, Belg. Ang. *Et dixit*, Unus pro omnibus. Vel *dixerunt*, sub. *omnes una voce* [r]. In Massora *Duodecim sunt in* libro quæ scribantur וַיֹּאמֶר, & leguntur וַיֹּאמְרוּ. *Et dixit*, sub. *universus Israel*, aut *quisque Israelitarum* [s]. *Dicunt, testis est*, Sy. *dixerunt testis est Deus hujus rei*, Ar. *Et responderunt, Omninò testes erunt*, nempe Deus & Christus ejus, Strig. *Testis* sit Dominus tuæ innocentiæ, Os. Alii referunt ad בַּת קוֹל *vocem cœlitùs demissam*; ut, & Deus qui cordis secreta novit, Samuelis protestationi subscripserit [t]. Omnis Israel simul dixerunt, testis; ideò dixit וַיֹּאמֶר, num. sing. Sed Doctores nostri dixerunt vocem egressam quæ dixerit, *TESTIS* [v].

6. *Dominus, qui fecit Moysen & Aaron*] Imperfecta est oratio; & ut sensus constet, aliquid subintelligendum videtur [x]. (Sub. adest & est testis) *Dominus qui fecit*, &c. Me. San. q. d. habeo innocentiæ meæ Deum testem gravissimum, qui Mosen, &c [y]. *Testis Dominus qui fecit*, &c. 6. Jon. sim. JT. Mar. *Dominus est solus Deus qui fecit*,

v M. x Ma. y Jun. Pi. z V. a Q. in Ma. b D. c Buxt. vind. 4. 265. d D. † Mend. f Ma. g M. h G. i Mend. ex Chrysost. La. Mart. k Mend. l Mart. m Mend. n San. o E. sim. Mend. p Mend. q E. sim. Mart. r V. s D. t M. v K. in D. x Me. y V.

fecit, vel *creavit*, &c. Sy. Ar. ¶ יְהוָה אֲשֶׁר עָשָׂה אֶת־וגו׳] *Dominus qui fecit Moseh & Aharon*, P. Mo. 6. Sy. Ar. M. D. Ti. *Qui magnificavit*, &c. JT. Mar. M. vel *claros fecit*, V. Belg. vel *provexit*, Ang. *edocuit*, M. *Qui ornavit & ad dignitatem evexit*, D. sim. Mend. Ità τὸ *facere*, sæpè sumitur, ut Deut. 32. 6 [z]. Gen. 12. 5. *Animas quas fecerat in Haran*; i. e. instituerat. Sic *facio* sumitur Psal. 95. 6. & Sirach. 47. 10. Rursum Psal. 149. 2. *In factore suo*, qui ipsum auxit & educavit, Job 35. 10. Jes. 54. 5. Marc. 3. 14. *fecit duodecim*, id est constituit: ut *fecit regem*. Sic Ebr. 3. 2. *fecit ipsum* [a]. Sic Job 40. 15. *Behemoth, quem feci tecum*; q. d. quem ego tot dotibus insignivi. Isa. 43. 7. —*In gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.* Ubi priùs dicitur *creari* & *formari*, quàm *fieri*; quia hoc ad ornatum pertinet, Psal. 22. 32. *Populo, qui nascetur, quem fecit Dominus*, Psal. 118. 24. *Dies, quam fecit Dominus*; h. e. impensiùs exornavit, Deut. 21. 12. *faciet ungues*, i. e. resecabit & perpurgabit. Ità hoc loco, *QUI FECIT MOSEN*, &c. id est, qui eos magnis virtutibus illustravit [b]. Alii sic locum vertunt, *Qui fecit virtutes per Mosen*, &c. Jon. *Qui fecit eos ad redemptionem vestram*, K. in D. Licet exponere, *qui constituit Mosen & Aharonem ut educeret vos*, &c. Sic *facere regem*, pro *constituere* [c]. [Verti posset, *qui fecit cum Mose*, &c. id est, per Mosen, magna scilicet & mirabilia. Nam אֵת pro *cum* solenne est. Vide ad vers. seq.]

Margin: [z] Jun. Pi. [a] D. [b] Mend. [c] D.

7. *Nunc ergo state*] Ità P. Mo. Ti. M. Hebræi divinum verbum, majoris reverentiæ causâ, nonnisi stantes audiebant, Exod. 20. 18. & 33. 8 [d]. ¶ הִתְיַצְּבוּ] *Surgite modò*, Sy. Ar. *Sistite vos*, JT. Belg. *adeste*, Ca. *accedite ergò*, Strig. *subsistite*, Ang. Belg. *State*, manete inquam; nondum omnia acta aut transacta sunt; habeo plura quæ vobiscum ex mandato divino agam †. ¶ *Ut judicio contendam*, וְאִשָּׁפְטָה אִתְּכֶם] *Et dijudicer vobiscum*, Mo. M. *Judicabor vobiscum.* Sic κρίνεσθαι partium est, non judicis [f]. *Redarguar*, RS. in D. *Sistámque me judicio vobiscum*, Ti. Vel *subeam judicium*, V. *Ut judicem vos*, Sy. *& judicabo vos*, 6. *Ut judicium ineam vobiscum*, Ar. *Ut disceptem* (*& contendam*, JT. *& disceptabo*, Jon. *ut contendam judicio*, V.) *vobiscum*, P. Belg Ang. שָׁפַט in Kal. sign. *judicare*; in Niphal *judicio contendere*, ut patet, Jer. 2. 9. Ezec. 20. 36. Mic. 6. 1 [g]. ¶ *De omnibus misericordiis Domini*, אֵת כָּל־צִדְקוֹת] *Cum omnibus judiciis Domini*, Mo. *De omnibus justitiis*, Jon. Ti. Jun. Vel *justis factis*, JT. Belg. Ang. *Juxta omnes justitias Domini, quas*, &c. M. *Pro tota justitia sua*, Sy. *Et annuntiabo vobis omnem justitiam Domini*, 6. sim. Ar. *De tot Jovæ*, —*erga vos*, &c. *meritis*, Ca. *Propter omnia beneficia Domini*, Strig. *De omnibus eleemosynis Domini*, Sym. in D. *De justitiis*, i. e. de beneficiis quæ contulit in vos Dominus. *Justitiam* pro *beneficio* Hebræi aliquando accipiunt; sive pro *eleemosyna*, quòd homines justos declaret [h]. Ità *justitia* sumitur, Matt. 6. 1 [i]. Pro *misericordia* ponitur, & *justitia* in Deo; Psal. 24. 5. & 143, 1, 2. & *justitia* in homine, Psal. 112. 9. 2 Cor. 9. 10. Dan. 4. 24. Matt. 6. 1 [k]. Samuelis institutum erat divina beneficia populo in memoriam revocare. Et nihilominùs singulis beneficiis singula supplicia interposuit; quasi ipsa supplicia inter beneficia reponenda judicaret. Nec immeritò: cùm non minùs utilitatis ex suppliciis, quàm ex beneficiis oriatur [l]. *Justitiæ Domini* hoc loco significant tam beneficia ex promissione, quàm supplicia ex ipsorum meritis, ut sequentia indicant [m].

Margin: [d] Mend. † Os. [f] D. [g] Mend. [h] V. [i] Mar. [k] Mend. [l] Mend. annotat. 11. sect. 3. [m] Jun. Pi.

8. *Quomodo Jacob ingressus est*, &c.] Ità Jon. Sy. M. P. Ti. Mo. Alii, *postquàm venisset*, JT. sim. 6. Ca. Qu. Cur exempla renovat antiqua, eáque pauca tantùm. Resp. Illa tantùm beneficia repetit quæ eos in præsenti rerum articulo confirmare possent. Quare narrat, quoties populus talia vel timuerit, vel pateretur, qualia nunc horrebant; (diras nempe Naas Ammonitæ conditiones, quæ eos ad Regem petendum impulerunt.) Deum duces vel judices excitâsse, qui illos ab iis malis eripuerunt [n]. Porrò non exorditur Samuel ab antiquioribus Patriarchis, Abraham & Isaac; quia hi non tantùm Israelis, sed aliorum populorum erant conditores; Jacob autem illius tantùm populi parens erat [o]. Multa hîc desiderantur, quæ supplenda ex historia sacra. Nam non clamârunt, cùm Jacob ingressus est, sed diu post [p]. Brevissimis verbis Samuel longas rerum series includit [q]. ¶ *Et misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto: & collocavit eos in loco hoc*, וַיּשִׁיבוּם] *Et habitare fecerunt eos in loco hoc*, Mo. Ma. *collocaverunt*, scilicet Moses & Aaron. At eos non introduxisse Israelitas constat ex Num. 20. 12 [r]. Resp. 1. *Collocaverunt*, vel *statuerunt*, quia fuerunt causa per doctrinam suam ut illuc venerint [s]. Fuerunt hi in causa, ut per Josuam introducerentur [t]. 2. *Collocaverunt*, non quidem ambo, sed solus Moses: quia Aharon antè mortuus est, Num. 20. 28. Synecdoche integri [v]. *In loco isto*; i. e. Cananæâ regione cis & trans Jordanem [x]. Synecdoche membri. Nam Moses & Aharon collocârunt eos tantummodo in regione trans Jordanem: Joshua verò collocavit eos in regione cis Jordanem [y]. 3. Alii ad solum Deum hoc referunt, quamvis in Hebræo plurale sit [z]. *Misit Dominus Mosen & Aharonem, & extrahens patres vestros è terra Ægypti, collocavit eos in regione ista*, Sy. Ar.

Margin: [n] San. [o] Mend. [p] D. [q] Mend. [r] Mend. [s] V. [t] Mend. [v] Pi. [x] Jun. Pi. [y] Pi. [z] Ità Mend. post vulg.

9. *Qui obliti sunt Domini*, &c.] Ut *recordatio Dei* significat ejus beneficia; ità *oblivio hominum* gravissima eorum scelera denotat, ut patet Isa. 17. 10. Jer. 3. 21. Ezec. 22. 12. ταπείνωσις hæc est, seu λιτότης, i. e. *humilitas*, seu *tenuitas*, quâ plus sensu, quàm verbis continetur. Sic Job 27. 14. *Non saturabuntur pane*, id est fame peribunt, Psal. 109. 16. De crudeli Juda dicitur—*non est recordatus facere misericordiam.* Nota hîc prudentiam Samuelis in reprehendendo. 1. Ut ex veterum reprehensione, juniorum atque præsentium animos ad reprehensionem liberiùs audiendam emolliret. 2. Ut ostenderet illam ingratitudinem esse valde inveteratam, adeóque deteriorem; & proinde efficaciùs incumbendum ad eam ex animis extirpandam, antequàm fortior inolesceret. 3. Mollissimo verbo usus est ad dirissimum facinus exprimendum, *Obliti sunt*, &c [a].

10. *Postea clamaverunt*] Unde patet afflictionis utilitas. Statius—*ignotæ tantùm fœlicibus aræ.* ¶ *Et dixerunt*] Ità 6. & Jon. in D. In scriptura est וַיֹּאמֶר, in lectione וַיֹּאמְרוּ. Fortean unus est ex illis 12 locis de quibus suprà ex Massora. Ebræi cum de populo loquuntur, modò utuntur numero sing. modò plur [b]. ¶ *Dereliquimus Dominum* (*cultum Domini*, Ch.) *& servivimus Baalim*, &c) Vel distinguit duplex peccatum, scil. desertionem cultûs divini, & idololatriam; quasi per quosdam gradus à levioribus peccatis in graviora prolaberentur: vel loquitur de peccato idololatriæ, per illas duas & communes omnibus peccatis deformitates, aversionem à Deo, & conversionem ad creaturam [c].

11. *Et misit Dominus*, &c.] Imploratus à vobis festinus aderat, & auxilium præstabat. Numerat Judices, non omnes; neque antiquiores; neque alios aliis proximè succedentes [d]. ¶ *Bedan*, בְּדָן] Hic vel, 1. Est Jair Manassites, de quo Judic. 10. 3. Nam hoc congruit cùm ordini rerum, quo utitur Samuel: tum loco 1 Chron. 7. 17. ubi inter nepotes primi *Jairis* recensetur *Bedan*: sic autem diacriticῶς videtur appellatus, ut ab antiquiore illo *Jaire* distinguatur, de quo Num. 32. 41 †. Vel, 2. Sampson [f]. Qui dictus est *Bedan*, pro *Ben-dan*, *filius Dan*; i. e. Danita [g]. Sicut dicimus *filius Juda*, pro Judæus, & *filius Napthali* pro Napthalita: nam erat ex familia Danitica. Et quanquam secutus sit Jepthem, tamen ei præponitur, quia major eo erat [h]. Sic autem vocatur Sampson per antonomasiam, quasi Danitarum omnium præstantissimus. Sicut Aristoteles vocatur *Philosophus*, & Paulus *Apostolus* [i]. Vel *Bedan* dicitur, quòd de eo scriptum sit, *spiritum Domini cœpisse cum eo esse in castris Dan*; nam בְּדָן Latinè sonat in Dan [k]. Qu. Cur non usurpat Samuel vulgatius nomen, *Sampson*, sed ignotius, *Bedan*? Resp. Fortè quòd *Bedan* erat nomen abjectius, quippe quòd ex tribu abjectiori derivatum. Unde tacitè arguebat Hebræos, speciosum Regis nomen postulantes, cujus patrocinio defenderentur: quasi immemores divinæ omnipotentiæ, quæ ex tribu abjectissima fortissimum Judicem eduxerit ad Philistinos conterendos. Eandem fortè ob causam *Jepthe* proprio nomine appellavit; ut significaret, si Deus ad externos hostes tam abjectum hominem (filium meretricis, &c.) erigebat; frustrà eos Regem ad eundem effectum postulâsse: quasi non possent aliter hostes suos propulsare [l]. ¶ *Et Samuel*] Debuisset dicere, *& me.* Sed ità moris est. Sacræ literæ nomen

Margin: [a] Mend. [b] D. [c] Mend. [d] Mend. † Jun. Pi. [f] Ità L. F. Me. T. M. V. ex Chald. Mart. La. San. D. ex K. [g] D. sic M. V. Me. T. [h] D. [i] T. ex San. [k] Glas. gram. p. 815. ex Brentio. [l] Mend.

nomen usurpant loco pronominis. Sic *uxores Lamech*, pro, *meæ*, Gen. 4 [m]. Seipsum nominat non inanis jactantiæ causâ, (à Deo enim, non à se omnia profecta fuisse innuit [n]) sed quia res ità postularet; superiora enim illa videri poterant præsentibus tantùm inserviisse, aut fortasse majora facta, quàm fuerant; res autem à Samuele gestæ & maximæ erant, & in oculis positæ [o]. ¶ *Et eruit vos*] Dominus, non Judices; ut tota victoriarum gloria uni Deo tribueretur. Additur *per circuitum*: ut perfecta liberatio significetur [p]. ¶ *Et habitâstis confidenter*, בֶּטַח] Pro לָבֶטַח. D. *securè*, V. cum *fiducia*, Pi.

12. *Videntes autem*, &c. וַתִּרְאוּ וגו׳] *Denique videntes*, &c. JT. Potiùs *attamen*, Pi. *& tamen*, V. quia hîc habetur antithesis ingratitudinis Israelitarum erga beneficia commemorata [q]. ¶ *Dixistis mihi*] Dehortanti scilicet, nè alium Regem peteretis quàm Dominum [r]. ¶ *Nequaquam*] Sub. *acquiescemus verbis tuis*, V. βραχυλογία, & synecdoche membri. Vide suprà 8. 19 [s].

13. *Nunc ergò præsto est Rex vester, quem elegistis*] Qu. Quomodo eum elegerunt? Resp. Vel quia voluerunt, & optârunt Regem habere [t]. Vel, quia in regni innovatione ipsi eum elegerunt [v]. Aliquid hîc subamarum & ironicum agnoscit August. quasi ipsi in caput suum malum sibi ultrò accersivissent [x].

14. *Si timueritis Dominum*, &c.] Non est hîc inanis verborum repetitio. Sed vel, more scripturæ, cùm res magni momenti exprimitur, pluribus verbis idem significantibus exprimit; ut major conatus, fervor & studium significetur. Similia vide Levit. 26. 3. Deut. 28. 1. &c. Psal. 89. 31. Vide & Joan. 1. 20. Vel potiùs singula verba diversos habent significatus. *Si timueritis*, &c. A timore Domini, tanquam à primo perfectionis gradu auspicatur. Addit, *& servieritis ei*. Satìs non est ille internus timor, nisi ab eo externa obsequia oriantur [y]. ¶ *Et non exasperaveritis os Domini*] Ità P. וְלוֹא תַמְרוּ אֶת פִּי יְהוָה] *Et non irritaveritis os Domini*, Mo. Os Domini exasperatur, cùm provocatur ad iracundiam; qui enim irati sunt faciem exasperant, & vultum tristem & minacem induunt [z]. *Exasperare* est naturam mitem & clementem, difficilem reddere & acerbam; aut eò quenquam furoris adducere, ut verba evomat minacia, & offensionis plena. Id enim est *exasperare os* [a]. Vel *os Domini* accipitur pro legibus vel præceptis, quæ ipse ore suo eduxit; q. d. *Si non offenderitis legem, eámque quasi ad iram provocaveritis*. Est prosopopœia, quâ legi tribuitur anima, sensus & ira. Verùm per legem intelligitur Deus legislator [b]. *Neque rebellaveritis ori (sermoni*, V. Sic M. Jon. *mandatis*, Pi. sim. JT. Ca.) *Jehovæ*, Ti. V. Jon. sim. ὁ. Meton. efficientis, & Synecdoche generis. *Os* pro sermone, & *sermo* pro mandato [c]. *Nec ad iram provocaveritis eum*, Sy. Ar. *Et non mutabitis os*, &c. Vide ad Num. 27. 14 [d]. *Amarum feceritis os Domini*, La. Est anthropopathia, desumpta ab illa amaritudine, quæ in hominum palato sæpe nascitur. Cùm enim se contemni vident, excitatur bilis & os amarum redditur [†]. ¶ *Eritis & vos & rex —— sequentes Dominum*, וִהְיִיתֶם גַּם אַתֶּם גַּם הַמֶּלֶךְ אַחַר יְהוָה] *Et eritis tum vos, tum rex—post Dominum*, P. sim. Mo. Ti. Belg. Mar. Vel, *post Dominum ambulantes*, ὁ. *Post cultum Domini*, Jon. *Manebitis —— sequentes Dominum*, Sy. *Ambulabitis vos & rex vester—in obedientia Domini*, Ar. Ostendit ex virtute populi proculdubiò confirmandam, augendámque Regis virtutem [f]. Diu permanebitis, sive longo tempore vivetis, *post Jehovam*; h. e. in cultu Jehovæ. ו in וִהְיִיתֶם non copulat, sed convertit præt. in fut [g]. *Utique permanebitis—sequentes Jehovam*, JT. sim. Ang. ambulantes *post Jehovam*, Pi. Variè exponitur hic locus; vel sic; Ibitis post Dominum, ut illi nolitis antevertere. Nam qui sequuntur hominum traditiones & inventa sua, præcurrunt, & quodammodo præscribunt Domino. Vel sic; eritis tuti & florentes: Deus vos defendet [h]. Subsistetis, longo tempore vivetis & valebitis [i]. q. d. Deus erit rex vester, ut priùs, & more ducis ante vos ibit, vósque sub ejus tutela securè degetis [k]. Etiamsi graviter peccâstis, petendo regem, Deúmque, regem vestrum, quasi non ampliùs ad gubernationem idoneum, deseruistis & sprevistis; si tamen posthac piè vixeritis, Dominus vos non deseret; sed regi, & vobis, dux & protector erit, ut sub ejus imperio fœliciter degatis. Cùm enim seriò resipiscimus, tum etiam ea, quæ malè & illegitimè incepta sunt, si videlicèt ea per se non sunt peccata, fœlicem eventum consequi possunt [l]. Alii, *Eritis sequentes Dominum*; q. d. ostenderetis reipsa vos ex toto corde sequi Dominum, tanquam filii patrem, subditi regem. Quod vobis erit magna gloria, magnúmque emolumentum. Deus enim vos quasi cultores suos proteget, & prosperabit [m]. *Esse post Dominum* est sequi post eum [n].

[m] D. Mend. [n] San. [o] Mart. [p] Mend. [q] Pi. [r] V. [s] Pi. [t] Mend. E. [v] E. [x] Me. [y] Mend. [z] Me. sim. La. [a] San. [b] La. [c] Pi. [d] Ma. [†] Mart. [f] Mend. [g] V. [h] Mart. [i] Ma. [k] Me. ex San. [l] Osiand. [m] La. [n] D.

15. *Erit manus Domini super vos, & super patres vestros*, בָּכֶם וּבַאֲבוֹתֵיכֶם] *In vos, & in patres vestros*, M. Ti. Mo. Puniuntur parentes defuncti in liberis [o]; certè infamiâ [p]. Nam liberi partes quodammodò sunt parentum. Alii ità exponunt, futurum, ut promissiones factæ patribus locum habituræ non sint in liberis [q]. *Et contra patres*, id est paternas vestras domos, seu familias [r]. Alii, *in* vel *contra vos, ut contra patres vestros*, P. Jon. Sy. Ar. Mar. Belg. Ang. JT. V. D. ו hîc ponitur pro *ut* [s]. τὸ ו quandóque habet significationem comparandi, *sic, ut*; & vocatur Vau הַשְׁוָאָה *adæquationis*. Ità Prov. 10. 25. *Sicut transit turbo*, וְאֵין, *sic non est* (vel perit) *improbus*. Sic cap. 17. 3. & 25. 23. &c. Esa. 53. 7. *Velut ovis ——*; וְלוֹא *Sic non aperit os suum*, Act 8. 32. Vide Amos 9. 7. Sic Matt. 6. 10. *Sicut in cœlo & in terra*; h. e. sic in terra. Vide & Act. 7. 51. Job 20. 21 [t]. Al. sic; *super vos & super regem vestrum*, ὁ. Ca. *Contra patres vestros*; i. e. contra Reges vestros, qui debent esse ut patres filiis [v]. Princeps enim est Pater patriæ, Aristot. Ethic. 8. 11. Ethnici, Reges suos *patres* appellabant. Agamemnon est *pater & pastor populorum* Homero [x]. Hinc—*pater Æneas* Virgilio. Et Augustus à Senatu dictus *pater patriæ*. Porrò, hanc expositionem ratio convincit: nam sicut v. 14. præmia & populo, & regi promittuntur: ità æquùm erat, ut hîc utrique supplicia proponerentur. *Patrem* tamen potiùs, quàm *Regem* nominavit, tum ut eum officii sui admoneret; tum quia de supplicio agebat; nè illum, antequam peccâsset, verbo saltem offendere videretur; & ut regiæ dignitati debitam reverentiam deferret, adeóque Hebræos in reverentia & obedientia suorum Regum contineret [y].

17. *Numquid non messis tritici est?*] Ità Jon. M. Ti. sim. Sy. Pi. Ti. הֲלוֹא קְצִיר חִטִּים] *Nonne messis frumentorum?* ὁ. Mo. *Nonne* dies, vel tempus *messis est*, JT. Ar. P. Qu. Num hoc miraculum erat? Resp. Ità. Eo enim tempore non solent esse pluviæ in Palæstina [a]; ut scribit Hieron. testis oculatus in Amos 4. 7 [b]. Tonitru illud tempore messis præter naturam fuit, ideóque mirabile; propterea quòd vere tantùm & autumno fiunt tonitrua. Cujus rei causa est, quòd concitantur ex conflictu calidi & frigidi; qui conflictus, neque hyeme, superante frigore, neque æstate, superante æstu, fieri potest; præsertim in æstuosis terris, qualis Syria est: nam apud nos non rara sunt æstate tonitrua [c]. Dicit *messis tritici*, non *hordei*: quia in hac, cum prior sit, aliquando pluit [d]. Ex intempestiva ergò & inutili ea pluvia, indicavit populi petitionem, ut regem scilicet daret, inutilem extitisse [†]. Sed utcúnque se res habeat, erat sudum cùm hæc dicebantur [f]. *Messis tritici est hodie*, Dies serenus, qualem messores optent [g]. *Dies messis*, id est cœlum sudum, quale ad tempus messis tempestivum est [h]. Quasi diceret, Isto tempore non consueverunt talia fieri: & si aliquando fiant, non tamen ità repente, vel subitò; sicut factum est ad preces Samuelis, absque dispositione aeris præcedente [i]. Porrò, tempestatem hanc solitò graviorem fuisse, docet, quòd & præsentem mortem populo intentaret, v. 19. *Ut non moriamur*; & vel invitos fateri cogeret, se gravissimè peccâsse [k]. ¶ *Et dabit voces*] Tonitrua, D. Mo. *sonos*, JT. Synecdoche speciei κατaχρηστική [l]. ¶ *Et scietis & videbitis*, וּדְעוּ וּרְאוּ] Elegans paronomasia [m]. *Et scitote & videte*, P. i. e. tum cognoscetis & intelligetis [n]. Hoc enim signum à Deo dari postulo, ut sit testificatio divina hujus, quam nunc eloquor, veritatis; quòd scilicet malè feceritis cùm Regem postulâstis [o]. Miraculum hoc petiit Samuel sive divino instinctu admonitus, sive bono & simplici animo ductus. 1. In populi utilitatem; ut si non verbis humanis, saltem prodigiis divinis, ad peccatum suum cognoscendum inducerentur. 2. In suam auctoritatem. *Deus excitavit ista tonitrua* (inquit R.S. in L.) *ut confutaret pervicaciam populi*:

nam

[o] Mart. [p] Mar. [q] Mart. [r] Q. in Belg. [s] V. Glas. [t] Glas. gram. 690, 691. [v] He. in V. [x] La. [y] Mend. [a] M. V. D. [b] La. [c] Ca. [d] Mend. ex To. [†] Mar. [f] V. [g] G. [h] Jun. Ma. [i] L. sim. Mend. [k] T. ad V. 18. [l] Pi. [m] Pi. [n] V. [o] Me.

nam si tantæ erant vires Samuelis, ut possit cœlum commovere, & tonitrua devocare; quomodo non potuit hostem profligare, & Reipublicæ præesse p? ¶ *Petentes regem*] Sub. *Alium ab eo*, nempe Jehova q.

19. *Et timuit*] Dominum cui tonitrua, imbres & tempestates famularentur: Samuelem qui illa tam facilè impetraret r. ¶ *Ora*] Non fuit levis tempestas, quæ populum clamare coegit obstinatum antè, &c s. Ipsi suorum scelerum conscii, impetrandi fiduciam non habebant; Videbant autem Samuelis orationem ad impetrandum efficacissimam. ¶ *Pro servis tuis*] Paulò antè, se à Samuelis servitute eripuerunt, nunc eidem iterum se addicunt; ut qui extra eam peribant, ad illam redeuntes salvarentur. Sed vereor nè potiùs officioso mendacio, quàm veraci obsequio Samuelis servos se profiteantur t. ¶ *Ad Dominum Deum tuum*] q. d. qui te exaudire solet v. Non dicunt *nostrum*, quia se illum offendisse sciebant x. Peccatores non audent Deum suum appellare.

20. *Nolite timere*] Nempe timore servili z. Consternati erant repentinâ tempestate, verentes nè simile quid sibi accideret, ut regibus illis, Jos. 10. Deus autem non patitur eos desperare a. *Veruntamen nolite recedere*; q. d. Etiamsi graviter à vobis peccatum sit, misericordiâ suâ vos respicit, modò nè vos ab eo ampliùs avertatis b.

21. ¶ *Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt*] Sim. Mo. Sy. Ar. Strig. vel *nihil sunt*, ό. Jon. [וְלוֹא תָסִירוּ כִּי אַחֲרֵי תוֹהוּ אֲשֶׁר לוֹא יוֹעִילוּ וְלוֹא יַצִּילוּ כִּי תוֹהוּ הֵמָּה׃] Particula כִּי hìc planè turbat c. [Variant.] Ad verb. *Et nè declinetis, quia post vanitatem, qui non prosunt, neque eruunt; nam vanitas sunt*, V. *Neque declinabitis post idola, quæ non proderunt, nec eruent, quia idola sunt*, P. Vel sic, *Nè declinate utique post idola*; Vel, *Nè declinate post idola, quia ipsa non prosunt*, &c. ut sint voces transpositæ, ordo autem & constructio quam dixi d. *Nè recedatis, inquam, præsertim post vana*, &c. Ti. *Nè declinetis*, sive *recedatis*, (sub. *à Domino*, V. D. Belg.) *alioquin*, vel *quia tunc*, (sub. *recederetis*, vel *declinaretis*, Jun. Pi. V. vel *sequeremini*, Belg. vel *ambularetis*, Ang. Glass.) *post vanitatem*, vel *inanitatem*, vel *res vanas*, (h. e. sequeremini idola, seu Deos vanos e) *quæ non prosunt, neque eripiunt, quia sunt inanitas*, vel *vanitas*, JT. V. M. Belg. Ang. Oratio concisa, multa supplenda. *Non declinetis* post idola, *quoniam* euntes post illa, eunt *post vanitatem*, Mar. *Nolite declinare post vanitatem: quia sunt hi qui non prosunt*, ut sit ordo dictionum inversus f. Sensus est, si recesseritis à Domino, non superest, nisi quòd coletis Deos alienos, qui vobis in nulla re opitulari queunt, cùm sint תֹהוּ, h. e. *nihil*, nullam habentes virtutem, aut potestatem g. Idola verè *vana*, imò *nihil* sunt, 1 Cor. 8. 4. Nihil sunt, non quidem materialiter, sed formaliter, seu in repræsentando; nam nec verè, nec verum repræsentat h. Nihil divinum in se habent, nec utilia sunt, &c *. Dii vani & falsi, quibus nullum verum numen inest †. תוֹהוּ est *vastitas* aut *solitudo*. Hujusmodi sunt idola. Sunt enim vacua non solùm divinitate, sed etiam omni bono i. ¶ *Quia vana sunt*] De Magicis agi putat Maimonides, quæ περίεργα rectè dicuntur, Act. 19 19. *Res nullius profectûs*, Jer. 16. 19. Nam ut non aliud adsit mali, tempus, res tam pretiosa, in illis inutiliter perit k. Porrò illa verba, *quæ non prosunt, neque eripiunt*, valent, q. d. quæ maximè oberunt vobis, & iram Dei ac pœnas vobis accersent; sic & Jer. 8. 2, 11. Nam verba negantia pro contrariis affirmantibus per quandam μείωσιν sæpiùs ponuntur. Sic Exod. 20. 7. לוֹא יְנַקֶּה, *non habebit* seu *declarabit insontem*; h. e. declarabit sontem. & proinde gravissimè puniet, Levit. 10. 1. *Quod* לוֹא צִוָּה *non præcepit eis*; h. e. quod ipsis fortiter prohibuerat. Num. 21. 23. וְלוֹא נָתַן *Et non dedit*, seu *permisit Sihon Israel transire per terminum suum*; h. e. omni vi adhibitâ prohibuit. Confer Deut. 2. 30. Sic & Gen. 20. 6. & 31. 7. & Exod. 3. 19. Quidam λιτότην, *lenitatem* vocant hanc figuram l.

22. *Et non derelinquet Dominus populum suum*] q. d. Non solùm non destruet; verùm etiam non deseret, præsidium non auferet m. *Non derelinquet populum*, scil. in periculis o. ¶ *Propter nomen suum magnum*] Sed quid hoc? Resp. Vel, 1. Propter misericordiam

Margin notes (left column): p Mend. — q V. — r Me. — s San. — t Mend. — v V. — x Me. — z Mend. — a Mart. — b Ma. ex Jun. — c D. — d D. — e V. — f Q. in V. — g M. — h T. — * Belg. — † Ma. — i Mart. — k G. — l Glass. gram. p. 286. — m Mend. — o Osiand.

Dei, quæ sæpè per *nomen Dei* significatur, ut Psal. 25. 11 p. Vel, 2. Propter Christum. Vide Act. 4. 12 q. Vel, 3. Propter seipsum. Nam Dei nomen in sacris literis frequenter pro ipso Deo usurpatur r. Vel, 4. Propter famam suam, quæ de providentia & beneficentia sua erga hunc populum, etiam apud Ethnicos ferebatur s. q. d. nè de illo Gentes malè incipiant opinari. Hoc argumento utitur Moses, Exod. 32. 12 & Num. 14. 13, &c. & Josua, c. 7. v. 8, 9. & David Psal. 78. 9, 10. & 113. 2 t. Nè, si populus Dei intereat, nomen ipsius inter gentes & hostes blasphemetur, quasi populum suum eripere non potuerit v. *Propter nomen*, &c. At cur non dicit, propter populi pœnitentiam? Credo, nè populus superbiret, & suis moribus arrogaret, quod divinæ misericordiæ tribuere debebat. Sic 2 Reg. 19 34. *Salvabo eam propter me*, &c. At cur non dicit, propter Ezeciam & Isaiam? Optimè Glycas 2 parte Annal. citatus in Glossa. *Hæc verba*, inquit, *ità divinitùs prolata sunt, nè putaret Ezechias orationem suam, justitiæ causâ, quâ præditus erat, exauditam esse*. Quod etiam dicere posset de Isaia; illum enim, quò sanctior erat, eò magis ab opinione sanctitatis suæ removeri oportebat x. [Perpendant hæc verba, qui merita sanctorum identidem crepant; & discant, quantum intersit, inter subtilias commentatoris cogitationes, qui hoc agit, ut mentem Dei percipiat; & perversas ratiocinationes, quas hominibus, quibus θέσιν διαφυλάττειν statutum est, extorquet disputandi ardor.] Cùm dicit propter nomen suum, excludit omne meritum nostrum y. ¶ *Quia juravit Dominus facere vos sibi populum*, [כִּי הוֹאִיל לַעֲשׂוֹת וגו׳] τὸ הוֹאִיל sign. & *jurare*, & *velle*, & *incipere*. Et omnia illa significata ad sententiam pulchrè conveniunt z. *Quia placuit Domino* (*voluit Dominus*, P. Mo. sim. Jon. V. vel *consensit*, Sy.) *facere vos sibi in populum*, JT. Pi. M. Belg. Ang. Ar. sim. Ti. i. e. Nè malè audiat inter gentes, quæ audierunt eum velle vos facere populum suum a. *Quoniam admodum suscepit vos Dominus sibi in populum*, ό. Alii sic, *quia cœpit vos sibi facere populum*, Os. Strig. Quia Deus cœpit vos diligere, & pro populo suo habere, regere, defendere, &c. non est ille mutabilis, ut abjectis vobis (licèt talem pœnam meritis) mox alium atque alium populum diligendum & salvandum assumat b. Non tantùm voluit Deus, aut juravit, sed etiam jamdudum incepit. Dedit vobis Deus legem, terram, victorias Hæc vobis certa signa esse debent, Deum velle præstare vobis illud fœdus, quod olim percussit cum Abrahamo c.

23. *Absit à me hoc peccatum, ut cessem orare*, [גַּם אָנֹכִי חָלִילָה לִּי וגו׳] Ad verb. *etiam ego, absit à me*, &c. V. Mo. Sub *quamvìs spreveritis me* d. *A me quoque absit*, &c. P. *Etiam quòd ad me, absit ut peccem Jehovæ, ut desinam supplicare pro vobis*, JT. sim. M. Ti. Sy. Ar. Licèt jure posset populo succensere Samuel, quòd ab illo esset ignominiosè repulsus, precationis tamen officium pro illis non intermittit †. Dicitur v. 19. populus timuisse & Dominum & Samuelem. Utroque timore ipsos liberat, dum illis proponit divinam misericordiam; v. 22. & suam patientiam hoc versu; ubi ostendit se paratissimum ad orandum pro suis contemptoribus f. Discesserat Samuel à persona civilis magistratûs, non tamen à munere Prophetæ. Itàque ait, *Absit, ut non orem pro vobis, & doceam vos*. Ista duo munera pertinent ad ministerium Ecclesiæ. Orare pro aliis, opus est ardentis charitatis: præsertim verò pro illis, à quibus læsus sis. Amovet suspicionem Samuel odii & iræ; nè videatur malo animo adversùs populum fulmina illa & tempestates precibus suis elicuisse. Ministri cùm acriter insectantur & reprehendunt vitia suorum, videri sæpe possunt eos odisse. Atqui illi tum eos maximè amant, quod docet exemplum Mosis, & Stephani, & Servatoris nostri g. ¶ *Et docebo vos viam bonam & rectam*] Ità P. Belg. Ang. Sy. Ar. vel *in bona via*, &c. Mo. [וְהוֹרֵיתִי אֶתְכֶם בְּדֶרֶךְ וגו׳] *Docebóque vos*, &c. Aliquid hìc subaudiendum, *Orabo quidem pro vobis, & docebo vos* h. *Nequaquam fuxit Deus, ut peccem, & omittam precari pro vobis, & docere vos viam rectam & bonam*, Ar. *Ostendam vobis viam*, &c. ό. *Docebo vos, ut eatis in via statuta & recta*, Jon. *Dirigam vos ad viam*, &c. M. vel *in via*, Ti. *Imò instituam vos in via* (vel *de via*, Pi.) *optima & rectissima*, JT. Pi. Id est, prophetico munere perfungar donec vivam; nam *væ mihi, si non evangelizem*, 1 Cor. 9. 16 i.

Margin notes (right column): p Mend. ex Greg. — q Mend. ex Hug. — r Mend. La. — s Mend. sim. Me. La. Mart. Osiand. To. V. et Sa. in Mend. — t Mend. — v Osiand. — x Mend. — y Mart. — z Mart. — a V. — b Osiand. — c Mart. — d V. — † San. — f Mend. — g Mart. — h V. — i Jun.

Utrúmque præstare debet optimus Pastor, ut & Deum oret, & populum suis admonitionibus exhortetur[k]. Per *viam rectam* hîc intelligit verbum Domini. Nam hominum inventa inflexa & curva sunt. Omnis enim homo est mendax. *Bona* hæc via dicitur, quia ad salutem ducit[l].

24. *Igitur timete Dominum*] Postquàm promisit se oraturum pro populo, monet populum ad cooperandum, nè oratio irrita effundatur[m]. ¶ *Et serviatis ei*] *Servitus* est eorum quæ sunt πρὸς τί; quæ hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur. Quicquid ergò servus aut est, aut valet, aut potest, id omne referre debet ad Dominum[n]. ¶ *In veritate*] h. e. foris, & intus; ore & corde pariter. ¶ *Toto corde*] q. d. Totum animi affectum in Deum effundite; & nullam cordis partem idolis, aut rebus temporalibus reservate[o]. ¶ *Vidistis enim magnifica quæ in vobis gesserit*, Ità ό. [כִּי רְאוּ אֵת אֲשֶׁר הִגְדִּל עִמָּכֶם] *Nam videte quòd magnificè fecit vobiscum*, P. *Considerate quàm magnifica vobis fecerit*, Ti. M. sim. JT. Sy. i. e. Videte mirabilia quæ fecit ante vos, vel, in gratiam vestrî[p]. Referunt, vel, ad proximam tempestatem[q]. Vel, ad beneficia divina[r]. *Et scitote eum amplificaturum ergavos beneficia*, Ar.

25. *Quòd si perseveraveritis in malitia*, [וְאִם הָרֵעַ תָּרֵעוּ] *Et si malefaciendo malefeceritis*, Mo. *Si quod malum est feceritis*, M. *si pergetis malefacere*, Ti. *si iniquè & perversè egeritis*, Ar. *Si ultrò malefeceritis*, Sy. JT. Si deditâ operâ, & destinato consilio peccatis[s]. ¶ *Et vos & rex vester peribitis*] [Ità ferè omnes vertunt תִּסָּפוּ] At ό. *apponemini*. Sub. *ad patres vestros*. i. e. easdem pœnas subibitis, aut potiùs eâdem involvemini ruinâ[t]. Et populi scelera in regis caput; sicut & Regis peccata in perniciem populi sæpè convertuntur[v]. Rex & populus politicè sunt quasi una persona: quare sicut unum quid fiunt in culpa, sic & in pœna[x]. Peribit Rex & propter suum peccatum, & quia vos peccantes non punivit[y]. Sic 2 Reg. 17. 2. Osea minùs peccavit, quàm alii Reges; graviùs tamen prioribus punitus est, propter peccata populi. Ità hîc prædicitur fore, ut Rex Saul, aut quicúnque alius ex posteris propter peccatum populi in peccatum ruere permittatur, & cum populo pariter extremo supplicio flagelletur[z].

[k] Mend. [l] Mart. [m] Mend. [n] Mart. [o] Mend. [p] V. [q] Ità To. D. [r] To. Caj. [s] Mart. [t] Nobil. [v] Mend. [x] La. [y] Mart. [z] Mend.

CAP. XIII.

1. *Filius unius anni erat Saul cùm regnare cæpisset*, [בֶּן־שָׁנָה שָׁאוּל בְּמָלְכוֹ] *Filius anni erat Saul in regnando ipsum*, M. Mo. *Filius anni* (sub. *unius*) *erat Saul, quando regnabat ipse*, P. Ti. sim. JT. Belg. Ang. *Filius anni*, vel *anniculus Saul in regnare suo*. i. e. quum recens regnum suum iniret, statim in ingressu prioris anni regni sui[a]. Impossibile videtur filium unius anni regnâsse[b]. Locus hic subdifficilis variè elucidatur[c]. Sed 1. Nonnulli omittunt hunc versum. Ità ό. (nempe in Sixtiana editione; habetur autem in Regia, & Complut. item in Sym. & Theodor) & Jo. & Hieron. (qui tamen eum inserit cap. 10. ante vers. 2[d].) 2. *Filius unius anni erat Sauli, cùm regnare cœpisset*, nempe *Isboseth*, nam Jonathan senior erat†. Deest tantùm לְ [ante שָׁאוּל] Et idcirco videtur Isboseth cap. seq. v. 49. omitti, quasi ejus jam mentio hîc facta esset[f]. Plerisque hoc non placet; 1. Non solent Regum exordia à filiorum ætate computari. 2. Sic nulla esset cum sequenti historia connexio; neque ulla in hoc libro fit mentio Isboseth. 3. Isboseth tum erat 20 annorum, ut patèt ex 2 Sam. 2. 10. collat. cum sequentibus[g]. 3. Nonnulli aliquid hîc deesse putant. *Filius—anni Saul*, &c. i. e. 30 vel 40 *annorum*[h]. *Filius* dicitur, unius *anni*, nempe, supra vigesimum, quod non opus erat commemorari, cùm lege, Num. 1. 3. supponeretur[i]. Vel vox *viginti*, scriptorum vitio, omissa est[k]. At hoc verum esse nequit, cùm Saulis filius tunc esset 20 annorum; [ut ex dicendis patebit.] Alii ergò transtulerunt, ut in Sixtiana refertur. *Filius triginta annorum*, &c. At sic puerum decennem parentem faciunt[l]. Arbitror hoc in loco scriptum fuisse quot annos natus Saulus Regnum iniverit, quotque annos regnaverit; sed locum esse mutilatum. Neque enim duos tantùm annos regnavit, sed 40, Act. 13. & Jo. Antiq. l. 6[m]. Sed nimia hæc est audacia sic supplere & mutare sacras *Scripturas*[n]. 4. Alii sic, *Filius erat unius anni*, non ætate, sed probitate[o]. *Filius anni*; i. e. *innocens ab iniquitate, ut filius lactens*, He. in V. *Quasi filius anni, in quo non sunt peccata, Saul quando regnavit*, Chald. in V. Huc valde faciunt verba ultima præcedentis capitis — *& vos & Rex vester peribitis*. Hîc perbellè subjungitur, non diu innocentem fuisse Regem; cum tamen instar pueri unius anni innocens, & purus regnum iniisset; atque ideo regnum illius fuisse perbreve, & secundo ex quo cœpisset anno finitum; quæ summa quædam complexio est regni Saulis. Rectè supplent τὸ כ quod sæpe subauditur, ut patet ex Psal. 11. 1. *Transmigra in montem, passer*; i. e. sicut passer, & 12. 6. —*eloquia casta, argentum*; id est, sicut argentum: & 73. 23. *Jumentum factus sum*; i. e. ut jumentum. Sic Gen. 49. 9. *Juda, catulus leonis. Nepthali cervus, Benjamin lupus*, &c. Porrò sæpe in sacris literis innocentia per pueritiam indicatur, vide Matt. 18. 3. 1 Cor. 14. 20. 1 Pet. 2. 2[p]. Exprimitur autem hoc loco Saulis innocentia; 1. Ut ostenderet Deus se fecisse officium optimi electoris, optimum virum ad maximam dignitatem eligendo[q]. 2. Ut doceat se cum majori dignitate, majorem etiam sanctitatem conferre solere; nisi nostra iniquitas obsistat[r]. 3. Ut præmissâ Saulis probitate, gravior deinceps ejus iniquitas videretur[s]. 4. Nè quis sibi de sua virtute blandiatur, aut præsumat de sua justitia, videns etiam Saulem de tanta innocentia corruisse[t]. Hic sensus communis est & commodus; sed tropologicus potiùs videtur, quàm literalis. Nam sicut duo anni, quibus dicitur regnâsse Saul, simpliciter pro annis propriè dictis accipiendi sunt; sic & unus ille annus[v]. 5. Alii sic, *Filius unius anni erat Saul*, nempe ab eo tempore quo Rex creatus est[x]. Hunc annum ad spatium regnandi, non ad Saulis ætatem referunt. Non placet; Non enim diceret, *annum agens*, seu *natus annum* in regnando, pro eo quod est, cùm jam annum regnavisset; cùm hæc loquendi ratio, *natus tot annos*, nunquam apud Hebræos, sicut nec apud Latinos, dicatur nisi de hominis ætate, à nativitate numerando. Deinde non diceret, *Natus annum*, sed *natus annum unum*. Solent enim Hebræi numerum exprimere, etiam cùm de uno loquuntur. Præterea supplenda essent nonnulla, id quod locum reddit suspectum. Solet autem in his libris Regum ætas & regnandi tempus initio narrationis rerum ab eis gestarum poni; ut l. 2. c. 2. & alibi[y]. Sensus loci est, Intercesserat annus unus ab inunctione Saulis, (vel ab electione in Mispah, c. 10. 24*.) usque ad innovationem regni sui[z]. Ex quo regnare cœpit; h. e. jam regnaverat uno anno ab inunctione sua[a]. Cùm hæc fierent, Saul annum unum in regno exegit; quando scil. regnum ejus in Gilgal renovatum erat[b]. Cùm ista acta sunt, quæ jam narrata sunt, annum fermè in regno egerat Saul[c]. Nihil aliud his verbis designat, quàm Saulem, quum hoc primùm movit bellum Philisthæis, egisse adhuc primum regni sui annum: q. d. Hic erat prior annus è duobus quibus universim regnavit in Israele. Ità Hebræi in Seder Olam, Arius Montanus, Gerardus Mercator, Adrichom. Constantinus Phrygio, Mariana & alii[d]. Sensus est, Saul partâ victoriâ de Naas, adeóque rursum unctus, c. 11. agebat, & fortè exigebat primum regni sui annum. Hunc sensum, 1. Exigit phrasis Ebræa, *Filius unius anni—in regnare ipsum*; q. d. jam regnabat Saul unum annum. 2. Ex eo, quòd Naas septimo mense à creatione Saulis invasit Galaaditas, ac tum Saul eum cecîdit, & regnum innovavit. Unde hæc omnia fuere acta anni primi regni Saulis†. Genebrardus sic exponit, *Post annum à sua electione regnare cœpit*. Ità Eucherius; Uno anno, inquit, postquàm Rex electus est à Samuele, in domestica domo sedens dissimulavit se esse Regem: reliquis duobus annis judicavit Israelem. Similiter Beda. Ità commendatur Saulis modestia & humilitas[f]. Hebraismus hic est. Hebræi enim tempori, diei, mensi, & anno tribuunt nomen *filius*, ut *filius hujus anni, diei*, vel *temporis* dicatur, quia in eo natus est. Dicuntur annus, dies, &c. quasi patres, generare eos qui in iis nascuntur; quia adducunt parentes, qui generant. Sic agnus dicitur *filius anni*, Exod. 12. 5. Hedera, *filia noctis*, Jon. 4. 10. quia illâ nocte nata. *Filii Orientis* vocantur, Jud. 6. 33. in Oriente

[a] Pi. [b] La. [c] Ma. [d] Mend. † Ità Rabanus et Srabus in Mend. Ser. [f] Ser. [g] Mend. [h] Scal. in Ma. [i] Q. in Mend. [k] Canus in Mend. [l] Mend.

[m] Ca. [n] Ma. [o] Ità Mend. San. He. in V. Greg. Hi. Aug. Theodor. To. Caj. Delrio Sà. RR. in Mend. L. Me. [p] Mend. [q] Greg. in Mend. [r] Carthus. in Mend. sim. L. [s] Mend. ex L. [t] L. To. in Mend. [v] La. [x] Eucher. Brixian. et alii in Mend. [y] Ca. * He. in Ma. [z] He. in V. R. Levi in D. [a] V. [b] M. [c] G. [d] T. † La. [f] Mend.

ente nati. Vide & Job 5. 7. & 41. 20. Isa. 14. 13 [g]. [Quidam sic totum versiculum reddunt.] *Cùm autem uno anno, vel duobus regnâsset Saul in regno suo super Israelem, elegit sibi Saul*, &c. Sy. sim. Ar. *Agens primum annum Saul in regno suo, (duobus autem annis regnavit super Israelem:) elegit sibi Saul tria millia*, &c. Id est, quum recens regnum suum iniret Saul, statim in ingressu prioris anni regni sui gesta sunt, tam quæ gesta narrantur duobus superioribus capitibus, quàm quæ describuntur sequenti versu [h]. Nec absurdè quis sensum hujus versûs ità conceperit. *Regnavit Saul anno uno, & duobus annis, quando elegit sibi tria millia*, &c. id est tertio anno regni sui elegit, &c [i]. *Filius anni in regno*, qui annum unum regnavit. Nam simul cum Regno quasi genitus fuit de novo. Sic Deus ait apud Davidem, *filius meus es tu, ego hodie genui te*; h.e. inquit R. D. quo die inungebatur in Regem. Nam tunc quasi genitus fuit ad regnum [k]. ¶ *Duobus annis regnavit super Israel*] Qu. Quomodo hoc consistit cum Act. 13. ubi regnâsse dicitur annis 40? Resp. 1. De Isboseth etiam hæc verba, sicut & præcedentia intelligit Rabanus. At sic nulla est cum sequenti historia connexio †. 2. *Duobus annis regnavit*, scilicet in bonitate & innocentia sua [l]. Posteà regium ejus imperium abiit in tyrannidem [m]. Sed non puto tam citò accidisse peccatum illud Saulis, propter quod rejectus fuit [n]. 3. Duobus annis regnavit, nempe solus, & post mortem Samuelis [o]. Nam reliquo tempore Samuel administrationis reipublicæ particeps erat. Ità Mont. Mercat. Adrichom. & alii [p]. Hæc expositio verum quidem assumit: nam Saul duobus annis supervixit Samuëli, ut testantur Jo. Antiq. 6. ult. Clemens Alex. Stromat. 1. 11. Verùm hîc non agi de ultimis Saulis annis, sed de primis, docet connexio cum sequenti historia, quæ de his, non illis, agit [q]. 4. *Duobus annis regnavit*, nempe legitimè, antequàm abjiceretur à Deo, & per Samuelem regno privaretur [r]. Post duos annos scilicet privatus est quidem dignitate regiâ, mansit tamen apud eum administratio reipub. pluribus annis [s]. Uncto Davide, regno excidit [t]. Confirmatur hæc interpretatio, 1. ex cap. 14. 47. ubi *regnum cœpisse* dicitur Saul, id est, tyrannicè occupâsse. 2. Ex multis ejus bellis & persecutionibus in Davidem. 3. Ex tempore, quo David exul Tziklagi cum suis egit, infrà 27. 7 [v]. Hanc nos expositionem facilè recipimus, nisi quòd paulò subtilior videtur [x]. Sed contrà, 1. Sic duo tantùm anni intercederent inter unctionem Saulis & Davidis, quod falsum est; alioquin David 12 tantùm annos natus unctus esset; quod refellitur ex 1 Sam. 16. 18. & 2 Sam. 5. 4. 2. Quicquid sit de tyrannico usu, habuisse tamen Saulem legitimum regni titulum, usque ad mortem, etiam Davidis judicio, patet ex 1 Sam. 24. 5 & 26. 11. & 2 Sam. 1. 14 [y]. 5. [Alii hos duos annos referunt ad electionem horum trium millium, &c.] *Cùm autem anno uno vel duobus regnâsset — elegit sibi Saul tria millia*, Sy. sim. Ar. *quum duobus annis regnâsset — tum elegit*, &c. Ang. sim. Belg. *Duobus annis*, Connectenda hæc cum sequentibus, ut intelligatur biennio demùm regni exacto contraxisse copias illas militares [z]. 6. Saul per biennium duntaxat Rex fuit, & in fine biennii occubuit [a]. Hoc verba clarè indicant, *& duobus annis regnavit* — Ubi cùm reliqua, quæ adjacent, propriè dicantur; non est cur existimemus hæc dicta figuratè. Neque cùm primùm de Saule jam rege scribi cœptum est, obscuris & impropriis verbis actum oportebat [b]. Non placet [c]. [Multa obstare videntur.] Obj. 1. Quod 40 anni Sauli tribuuntur, Act. 13. 21 [d]. Resp. 1. Licèt nonnulli Sauli tribuant hos 40 annos; (Ità August.) vel 38. (ut Jo. qui tradit Saulem vivente Samuele regnâsse 18 annos, & eo mortuo viginti.) Veriùs tamen alii communiter hos 40 annos ex annis Samuelis & Saulis conflari putant; Atque ideò de tempore quo præfuit Samuel, Paulus nihil definit. Probatur, 1. Cùm annis multis necessariò judicaverit Samuel, si omnes 40 annos Sauli adscribas, plures anni erunt ab egressu ex Ægypto ad Templi fabricam, quàm numerantur. 2. Si David unctus fuit anno secundo Saulis, in quo reprobatus est Saul, ut communis est & vera sententia; id est 38 annis ante Saulis interitum; cùm David tricenarius regnum susceperit, 2 Sam 5. fit illum multò antè creatum regem, quàm natum. Ergo hi 40 anni non sunt uni Sauli adscribendi. Resp. 2. Alii illos 40 annos ex æquo dividunt, & alterutri 20 annos adscribunt. Sed Saulem non præfuisse 20 annis, hæ conjecturæ indicant; 1. David unctus est secundo anno Saulis; & *regnum suscepit* anno ætatis 30. Quòd si intercessere 18 anni Saulis, David designatus est rex anno ætatis 12. quod sanè non videtur credibile. Dices, at David, quando unctus est, vocatur קָטֹן *parvulus*. Resp. 1. קָטֹן dicitur sæpe non qui absolutè parvus est, sed comparatè. Sic *Luna* קָטֹן dicitur Gen. 1. & *Rachel*, Gen. 29. & *Benjamin*, Gen. 42. qui tamen erat 34 annorum; & *Roboam*, 1 Sam. 12. 2. parvulus cùm dicitur, dicitur etiam *fortissimus*, & *vir bellicosus*, & *prudens*, c. 16. 18. Erat etiam David armiger Saulis; & illi traduntur arma Saulis, cap. 17. Sed instabis; si non multi anni intercessere inter illud tempus quo psallebat David coram Saule, atque illud in quo rediit à certamine cum Goliath, quomodo nec Saul, nec Abner eum cognovit? Resp. 1. Cum ætate facta est magna mutatio, & crevit ei barba, dum abesset; inquit August. 2. Sauli, ex frequenti dæmonis vexatione, debilis fuit memoria; & imaginativa facultas impedita. 3. Potuit hoc fieri ex mutatione habitûs, & vestium. 4. De Abner nihil mirandum, quem rei militaris cura in castris potiùs continuit, quàm in palatio. 2. Probatur idem ex iis verbis, *filius unius anni erat — & duobus annis regnavit*, &c. [de quibus dictum.] Resp 3. Neque Samuelem minùs quam 38 annis regnâsse, nec Saulem plus duobus multa indicant. 1. Quia Samuel juvenis suscepit regimen, c. 12. v. 2. Et anno 20 post Arcam captam & restitutam, eum judicantem legimus, c. 7. collat. cum c. 3. & 4. Et probabile est illum ante id tempus Magistratum iniisse. Si ergò illi ætati adjicias annos duntaxat 20. qui vulgò Samueli adscribuntur; quomodo impediri se dicit Samuel senectute, quò minùs publica munera sustineat? Multò sanè grandior esset Saul, si illius regno 20 annos attribuas; cùm ad regnum ea ætate accesserit, ut filium haberet Jonatham, quem propter ætatem mille viris præficere potuit. Porrò, Sauli nonnisi duos annos adscribi ostendimus †. Rectè Salianus & alii censent, Samuelem solum præfuisse Israeli per annos 22; deinde cum Saule præfuisse annis 16. eo mortuo Saulem duntaxat biennio regnâsse [f]. [Atque hæc de prima objectione.] Obj. 2. Extincto Saule, filius ejus Isboseth quadragenarius esse dicitur, 2 Sam. 2. Ergò Saul jam senex ad regnum vocatur, quod incommodum videtur. Resp. Ità omnino dicendum: Nec tam in bello valent ducis lacerti, quàm prudentia, & auctoritas quæ in ætate senili plerúmque sunt. Suscepisse ergò regnum videtur anno suo circiter 58. Inst. Saul, quando creatus est Rex, erat in paternis ædibus, & patris potestati subjectus; quod ei ætati non convenit. Resp. Hæc objectio gravis illi tantùm videbitur, qui antiquum Hebræorum morem ignoravit. Notum est enim filios eorum post nuptias retineri à parentibus domi, illorúmque operâ eos uti ad communes & domesticas curas. Patet hoc exemplis Jacobi & Esaui; item filiorum Jacobi, & filiorum Abessan, Jud. 12. 8. Quod etiam sub Abessanis tempus inter Gentiles observatum; Nam in Priami domo erant 50 filii, & totidem thalami. Homer. Iliad. ult. Virgil. Æneid. 2 [g]. Obj. 3. Tam multa Saulis prælia & facta intra duos annos peragi non poterant [h]. Resp. Hoc illi non videbitur mirum, qui expenderit proximum esse hostem, prompta Israelitarum studia, bellum cum Naaso uno & altero die confectum, habitos jam delectus, arma expedita, & militem ex victoria alacriorem [i].

2. *Et elegit sibi Saul tria millia*] Qu. 1. Quando elegit? Resp. 1. Immediatè post innovatum regnum in Gilgale [k]. Resp. 2 Duobus annis post [l]. Sic enim dicitur *duobus annis regnavit, & (vel tunc) elegit*, &c [m]. [De quo videsis annotata ad versum præcedentem.] Obj. Priorem sensum suadere videntur verba sequentia, *cæterùm populum remisit in tabernacula*, nempe illa 330 millia, de quibus c. 11 8. Nam quæ alia fuit apud Saulem populi multitudo, ex qua ille tria millia cooptavit [n]? Resp. 1. Dico post alios duos annos iterum convocatam fuisse multitudinem, quamvis hoc non exprimitur; sed ex hac discessione colligendum relinquitur. Resp. 2. Vel dici potest, non factam fuisse novam militum congre-

[g] La. [h] Jun. [i] Ma. [k] D. † Mend. [l] L. [m] Q. in La. [n] San. [o] San. in Me. [p] Me. [q] Mend. [r] Ità L. To. D. Jun. V. [s] V. [t] D. [v] Jun, Pi. [x] Ma. [y] Mend. [z] G. sim. Mend. La. To. Genebr. & Pined. in Mend. [a] He. in Seder Olam. Mercat. & Mont. & Adrichom. in La. Ità San. T. [b] San. [c] Mend. La. [d] Mend.

† San. [f] La. [g] San. [h] Mend. La. [i] San. [k] To. & Caj. in Mend. D. [l] Q. in D. La. [m] Mend. [n] Caj. To.

gationem; sed tantùm Saulem ex vicinis urbibus tria millia elegisse: reliquum verò populum *remisisse in tabernacula sua*; hoc est, quietum & tranquillum ad sua tabernacula curanda permisisse. Nam שלח significat *dimittere*, seu *permittere alicui, ut suo arbitrio liberè utatur*. Ità Job 8.4. Prov. 29.15. Qu. 2. Quorsum hos elegit? Resp. Quasi præsidionarios, seu stationarios milites, qui semper in promptu essent ad quamlibet necessitatem regni[o]. Rectiùs intellexerim prætorianos cohortes ad custodiam corporis deputatos, & ad belli subita[p]. Qu. 3. Cur dicitur *elegisse sibi tria millia*, cùm ex his mille Jonathæ assignatum? Resp. Vel illud *sibi* vacat, quomodo *tibi*, Gen. 12.1. Cant. 1.8. Vel cùm pater & filius pro uno reputantur, rectè dicitur patrem sibi elegisse, quòd filio communicârat[q]. ¶ *Duo millia in Machmas*, &c.] Qu. Cur in his locis? Resp. Quia hæc loca viciniora erant Philistinis; ac proinde aptiora, ut eorum conatus irruentium inde reprimerentur[r]. *Machmas* erat in finibus Æliæ, novem ab ea millibus distans, juxta urbem Rama, inquit Hieron; & Bethel erat in tribu Benjamin, ubi etiam erat hæc Gabaa[s].

3. *Et percussit Jonathas stationem*, &c. [נְצִיב] Variè reddunt. *Nasib alienigenam*, ό. in D. quasi esset nomen proprium viri[t]. Alii, *præfectum*, sive *præsidem*, sive *ducem*, Mo. Jon. Q. in V. RS. in D. נְצִיבִים *nitsabim* plurale ab נְצִיב sign. *præfectos*, 1 Reg. 4.7,27[v]. *seniores* Palæstinorum, &c. Ar. Alii *stationem*, vel *præsidium*, M. Ti. P. V. D. ό. in Regia; & Aq. & Theod. in Mend. *stationarios milites*, JT. Philistini enim (ut Josephus, Theodor. Procop. & alii interpretantur) in locis munitioribus præsidia collocaverant, ad reprimendas seditiones†; & ut caverent, nè qua arma à Judæis cuderentur. Ideò nec officinæ ferrariæ permittebantur nisi Philistæis; qui in variis Judææ locis stationes suas habebant, ad quas se conferre cogebantur Israelitæ[*]. Qu. Quo pacto hoc fecit Jonathas, si nullos habebat gladios, ut v. 19. dicitur? Resp. Potuit hæc percussio fieri, vel 1. flammâ, non ferro: vel 2. suffossione humi, rotatione saxorum, &c. vel 3. agrestibus instrumentis & armis, quomodo pugnabant Rutuli in Virgil. Æneid. 7.

Stipitibus duris agitur, sudibúsque præustis:

vel 4. astu & dolo: Poterant in ipsos incautos involare, eorúmque arma præoccupare, &c[x]. [Sed si נְצִיב vertas *præfectum*, evanescit planè hæc difficultas.] ¶ *Quæ erat in Gabaa*] Ità Jon. Sy. Ar. *In Gabaa Benjamin*, RS. in D. At anteà dixit, *mille viros fuisse cum Jonatha in Gabaa Benjamin*. Quomodo ista cohærent? An dicemus mille istos viros fuisse *ad Gabaa*, in qua postea, cùm eam cœpissent, occiderunt præfectum, vel stationem quæ ibi erat? Sic Josue fuisse dicitur in *Gabaon*. K. ait *Gaba* & *Gabaa* diversa esse loca. Certè inter urbes Benjamin memoratur גֶּבַע, Jos. 18. 24. & גִּבְעָה v. 28[y]. [בְּגֶבַע] Alii aliter vertunt; *in colle*, ό. P. M. Ti. in colle quodam, i.e. Præsidium dissipavit, quod in finibus Israeliticis habebant[z]. *In colle*, sub. *Carjath-jearim*, ubi erat Arca Dei. Ibi enim erat præsidium Philistinorum, c. 10.5[a]. ¶ *Cùm audissent Philistiim, Saul cecinit*] Heb. *& audierunt — & clanxit*, &c. *Audierunt*, ac proinde commoti sunt ad bellum inferendum Israelitis. Synecdoche membri metonymica: quâ unà cum efficiente intelligitur effectum[b]. Cùm Saul prudenter conjicerat cladis famam ad Philistinos jam pervenisse, clanxit, &c[c]. ¶ *Dicens, Audiant Hebræi*] [Ità ferè omnes.] *Audiant Hebræi*, etiam illi Hebræi, qui trans Jordanem habitant. Hos enim Hebræos appellari patet ex sequentibus[*]. *Audiant*, nempe præsidium Philistinorum cæsum esse à Jonatha, & se accingant bello[d]. Hæc fortasse fuit solennis præconum formula, cùm aliquid populo principis nomine proponeretur. Cui non dissimile illud Dan. 3.4†. *audiant*, ut sibi caveant à Philistinis, & arma sumant. Judæi vocantur *Ebræi* ab Ebero; licèt alii ab hoc descenderant; sed nomen generale restrinxerunt ad certam speciem. Sic *viventes*, & *creaturæ*, & *caro* sæpe restringuntur ad homines. LXX hîc habent οἱ δοῦλοι. Error est legentium *Daleth* pro *Res*. Contrà, c. 17. lectum עִבְרִי pro עֲבָדִי, *servi Saulis*. Sæpe peccatum in his literis[f].

4. *Audivit hujuscemodi famam*, [שָׁמְעוּ לֵאמֹר] *Audiverunt dicentes*, JT. sim. ό. i.e. viros rem gestam promulgantes[g]. Ad verb. *dicendo*, V. *quod diceretur*, P. V. Ti. *à dicente*, M. *Audiverunt dictum esse*, Ang. ¶ *Percussit Saul*] At vers. 3. *Jonathæ* tribuitur. Resp. 1. Jonathan percussit ex mandato Saulis. Minister domino tanquam comes adjungitur[r]. Victoria militum principi adscribitur[s]. Vel adulantes, & Sauli faventes hoc dicunt[t]. ¶ *Et erexit se Israel adversus Philistiim*, [וְגַם נִבְאַשׁ יִשְׂרָאֵל בַּפְּלִשְׁתִּים] *Et etiam fœtuit*, vel *fœtidus factus est Israel in*, vel *apud*, vel *inter Philistim*, M. P. Mo. Ti. V. D. Id est, Palæstini abhorrebant ab Israele tanquam à re malè olente & putida; q. d. oderant maximè Israelitas[v], ob Jonathæ factum[x]. *Et concitatus est Israel in Philisthæos*, Jon. *vicítque Israel Palæstinos*, Sy. Ar. *Pudore affecti sunt*, ό. in D. ¶ *Clamavit populus*, [וַיִּצָּעֲקוּ] *Et acciti sunt*, Mo. D. per *clamorem*, D. Mar. *congregati sunt*, Jon. M. P. sim. Sy. Ar. JT. Ti. ¶ *Post Saul*] Ità Ma. Pi. *ad sequendum Saulem*, JT. Alii sic; *Clamavit populus post Saulem in Gilgala*, Strig. id est, Inclamârunt auxilium regis sui, qui tum erat in Gilgal; petentes, ut daret operam, nè quid respublica detrimenti caperet. Non dubium est autem, quin multi malè de Jonathan loquuti sunt, quasi intempestivè hostes suos, videlicet Philistinos irritâsset[z]. Sed cur in *Galgalem* concurrebant? Resp. Quòd sic præceperat Samuel, quoties in aliquod periculum adducerentur, c. 10.8[a].

5. *Triginta millia curruum*] falcatorum[b]. At incredibile hoc videtur. Nam Pharao tantùm 600 currus habuit, Exod. 14.7. & Jabin, 900, Jud. 4.3. & Salomon, 1400, 1 Reg. 10.26[c]. Nimium hoc pro numero equitum qui sequitur[d]. Dicunt igitur, 1. Magnum semper curruum usum fuisse apud multas gentes†, maximè in oriente[f]. Apud Syros, & Arabes, &c. Vide Diod. Sic. l. 6. c. 1. aliàs 10. Xenophon l. 6. Pædiæ. Strabo l. 17. Hérod. 4. & 7. Curtius 4. Pomp. Mela 3.6. 2. Illos currus non fuisse omnes Philistinorum, sed sociorum, ac finitimorum regum, qui illis auxilia submiserunt[g]. Fortè illis aderant Tyrii, qui illis in bello cap. 7. suppetias tulisse dicuntur, Ecclesiast 40.20[h]. 3. Vel currus hi fuerunt inferioris pretii, aut magnitudinis[i]. 4. Vel *currus* hîc sumuntur pro hominibus in curribus existentibus, indéque pugnantibus[k]. 5. [Alii mendum agnoscunt.] Menda in numeris passim accidere nemo negaverit, qui non sit idem harum literarum rudis atque imperitus. Id hoc loco accidit; nam 30 millia curruum, &c. res est omnino παράδοξα[l]. Itaque sunt qui postremas duas literas abjiciendas censent, ut sint *tria millia*, שְׁלֹשׁ אֶלֶף[m]. Et sic habent Sy. & Ar. quomodo illos legisse par est in *Hebræis*, quibus usi sunt, exemplaribus; quod & ipsum valde multum est. Sed in his tribus millibus fortasse plerique currus fuerunt sarcinarii[n]. Et sic apta erit proportio curruum & equitum; Nunquam autem tanta fuit curruum falcatorum & armatorum copia, quantum equitum[o]. Sed hæc conjectura, inquit Buxtorf. audax est, & impia, & scandalosa, & ad atheismum ducens. [Verùm pace istius magni viri, multò satiùs videtur mendum in rebus numeralibus, vel historicis (in quibus fidei nostræ cardo minimè vertitur) interdum agnoscere, quàm S. Scripturam ludibrio impiorum exponere.] ¶ *Et sex millia equitum*] Pineda hîc intelligit *equos*. Nam id פָּרָשִׁים sign. 2 Sam. 1.6. & Joel 2.4. At magìs propriè sign. *equites*; q. d. *pungentes*, à פָּרַשׁ *pungere*. Sed cur tantum exercitum colligerunt? Resp. Adversus novum regem. De summa rei certamen futurum suspicabantur[p]. ¶ *Ad orientem Bethaven*] Sic eam vocat ob idolorum in ea cultum: aliàs dicitur *Bethel*, quòd ibi Dominus apparuerit ipsi Jacob[q]. Sed fallitur Vatablus. Nam agitur hîc de *Bethaven Benjamitica*, non *Ephraimitica*[r]. Huc ascenderant, quia in ea resciverant Saulem commoratum, suprà Num. 2. quem sine dubio intercepissent nisi in *Galgala* commigrâsset. Ità Saulis effugium constitit ex obedientia Samuelis præcepto præstita[s].

6. *Quod cùm vidissent viri Israel se in arcto positos*, (*afflictus enim erat populus*) &c. [כִּי צַר לוֹ כִּי נִגַּשׂ הָעָם] *Quòd angustia sibi, quia coarctatus* (*pressus*, Ti. D. *consternatus*, Strig. *afflictus*, *constrictus*, V.) *erat populus*; Mo. sim. P. JT. Ti. Belg. Ang. V. D. *quod afflictio eis, quia oppressus est populus*, Jon. *coangustati sunt*, *obtinuitque*

Marginal notes, left column: [o] Jun. Pi. [p] Ma. [q] Mend. [r] To. & Carth. in Mend. [s] Mend. [t] D. [v] Mend. † Mend. [*] T. [x] Mend. [y] D. [z] Osiand. [a] V. [b] Pi. [c] Mend. [*] Os. [d] V. Me. † Ma. ex San. [f] D.

Marginal notes, right column: [g] Mend. [r] Pi. [s] Carthus. in Mend. [t] Mend. [v] V. sim. M. [x] M. [z] Mar. Os. [a] Mend. [b] sim. Mart. Me. Mart. [c] Mend. [d] G. † Mend. [f] Mart. [g] Mend. [h] Me. [i] Mend. [k] L. Carthus. in Mend. [l] BA. l. 2. 9.156. [m] G. Ità Capel. Crit. [n] BA. ib. [o] Cap. [p] Mend. [q] V. [r] Mend. ex To. & Sa. [s] Mend.

itque metus populum. נִגַּשׂ passivum hîc scribitur cum puncto *Smol* [i. e. *sinistro*; quomodo scribunt Buxtorf. & Schindler. & Pagnin. in Lexicis suis; licèt in Hebræo codice Plantinianæ editionis, & in B.b. Polyglottis punctetur in dextro] & sign. idem quod נִדְחַק *angore concussus est; & non appropinquavit,* ut quidam ex nostris perperàm verterunt [t]. *Quòd angustia sibi.* Quasi neque ad evadendum locum; neque ad confligendum animum haberent. Additur per parenthesin (*afflictus enim erat populus*) ubi difficultas est, cujus rei redditur ràtio; cognitionisne, an afflictionis? Resp. 1. Non afflictionis; quia sic explicaretur idem per idem. Dices rationem reddi à priori, tristabantur intrinsecùs, quia reverà in periculo, quod erat objectum tristitiæ, versabantur. Verùm צַר *angustia*, & נִצַּר *angustiatus*, æquum est eodem modo sumi. [At in textu non est צַר sed נִגַּשׂ] Resp. 2. Redditur ratio cognitionis per externam afflictionem, sive per afflictionis objectum; h. e. cognovit se in periculo constitutum, quia reverà ità erat. Quod non inaniter dictum est. Nàm sæpe qui securi sunt, putant se periclitari; & qui periclitantur, securi sunt [v]. [Alii aliter locum vertunt,] *Et vir Israel vidit, quia angustè sibi, nè ipsi accedat,* ὁ. id est, ità sibi rem in arcto esse, atque ità se laborare, ut minimè possit congredi cum adversariis: & idcircò occultavit se. Complut. planiùs, sed longiùs ab Hebræo; *quia premuntur, & recessit populus, & occultavit se* [x]. *Israelitæ videntes rem suam in angusto esse, propinquantibus illis,* Ca. *Cùm vidissent se in angustia, seu tribulatione positos; appropinquaverat enim populus;* id est, Philistini enim propè cum castris suis prædictis ad Israelitas accesserant: itaque Israelitæ metu perculsi, delapsi passim absconderunt se [y]. [Expende, annon hic sensus & verbis Hebraicis & contextui apprimè quadrat.] ¶ *Absconderunt se in speluncis,* &c.] [Ità omnes.] Regionem illam plenam fuisse ejusmodi latebris, & illas in aperto discrimine subire solitos Israelitas, patet ex Jo. de bello, 1. 12. & Jos. 10. & 1 Sam. 24 [z]. ¶ *Et in abditis,* וּבַחֲוָחִים] *Et in munitionibus,* P. Mo. Jon. K. in M. D. *in scissuris montium,* Caj. in Mend. *in cryptis,* Sy. *in spinetis,* Ti. V. JT. RS. in D. Nam *spina* חוֹחַ dicitur, unde חֲוָחִים *spinæ* [a]. ¶ *Et in antris,* וּבַצְּרִיחִים] *Et in turribus,* P. Mo. *in locis excelsis,* M. D. vel *præruptis.* V. *in arcibus,* JT. Ti. *in speluncis saxi,* vel *petræ,* Jon. in D. *in foraminibus,* Ar. ¶ *In cisternis*] vel puteis, vel foveis. [Ità omnes.]

7. *Hebræi autem transierunt Jordanem,* וְעִבְרִים עָבְרוּ אֶת הַיַּרְדֵּן] *Et Ebræi transierunt Jarden,* Mo. οἱ διαβαίνοντες, *transitores,* ὁ. Articulus ostendit non esse repetitionem verbi propter ornatum; sed significari illos, quos paulò antea ab Aquila notavimus vocatos esse *Hebræos*; à Symmacho *transfluviales* [b]. *Porrò, trans-Jordanes* (seu *ulteriores,* Q. in M.) *trajecerunt,* Ti. Jonathan tamen interpretatur *Judæos* citra Jordanem existentes & hi trajecerunt [c]. *Ebræi verò* (*hoc est, qui erant alterius ripæ Jordanis*) *trajecerunt,* &c. Sy. Ar. *Ebræi autem,* sub *aliquot,* vel *quidam,* P. D. M. vel *alii,* JT. Israelitarum alii occultârunt se, alii trajecerunt Jordanem, alii trepidârunt post Saulem [d]. Malim, *Hebræi verò,* omisso supplemento, i. e. Illi verò Israelitæ, qui non agebant cum Saule in militia. *Hebræi* hîc opponuntur populo vers. 6. quod intelligendum videtur de populo qui erat cum Saule, id est, de militibus †. Porrò, hos qui Jordanem transierunt *Hebræos* potiùs quàm *Israelitas* vocâsse videtur sacer textus; ut esset quædam allusio ad significationem vocis Hebrææ, quæ *transitores* significat [f]. Frequentes sunt in Scriptura sacra, sicut etiam in prophana, allusiones: sic 1 Sam. 25. *secundùm nomen suum stultus est.* Et Sophon. 2. 4. *Accaron* עֶקְרוֹן *eradicabitur,* id עָקַר sign. Sic Philem. v. 11. *Onesimum utilem futurum esse* dicit; nempe juxta nomen suum. Ità nunc Hebræi dicuntur, quia juxta nomen suum Jordanem trajecerunt. Vel fortasse, Transjordanini vocantur *Hebræi,* quia necesse erat ut Jordanem transirent, si vellent sese cum reliquo populo conjungere. Et eam ob causam crediderim eos *Hebræos* communiter appellari [g]. Vocantur hi *Hebræi,* non *Israelitæ,* nempe quia nomen *Israelis* fortitudinem sign. *Hebræus* autem sign. *transitorem,* seu *transfluvialem.* Itaque contemptim tanquam fugientes ultra Jordanem sic dicti sunt [h]. ¶ *In terram Gad & Galaad*] Cur omittit terram *Ruben?* An quia procul aberat à Jordane [i]? ¶ *Populus perterritus est, qui sequebatur eum,* וְכָל־הָעָם חָרְדוּ אַחֲרָיו] Et omnis populus intremuerunt (*commoti sunt,* P.) *post eum,* Mo. sim. ὁ. V. *sequens eum trepidabat,* Strig. sim. Ti. Ang. Belg. *trepidârunt post eum,* i. e. trepidârunt, & iverunt post eum. Ellipsis [k]. *Trepidi occurrerunt post eum,* JT. sim. V. *movitque se post eum,* M. *congregati sunt post illum,* Jon. *universus populus erat cum eo,* Sy. sim. Ar. Hîc videre potuit populus vanitatem sui consilii. Volebant habere principem, sub quo securè & tranquillè agerent. Atqui hoc nullus rex præstare potest [l].

8. *Et Exspectabant septem diebus juxta placitum Samuelis,* וַיּוֹחֶל שִׁבְעַת יָמִים לַמּוֹעֵד אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל] Ad verb. *Et expectavit septem dies ad tempus statutum quod Samuel,* Mo. *usque ad tempus à Samuele constitutum,* Sy. M. Ti. sim. Ca. *secundùm* (vel *post,* Jon) *tempus quod dixerat Samuel,* P. D. Mar. LXX sic, *distulit septem dies testimonio sicut dixerat Samuel.* Confundunt מוֹעֵד cum עֵד *testimonium.* Quanquam nomine *testimonii* significari hîc putant, statutum tempus, & constitutionem quandam. Aq. & Sym. sic, *expectavit septem dies ad constitutionem Samuelis.* Hic אֲשֶׁר שְׁמוּאֵל valet *Samuelis,* & ità nihil subintelligendum. Porrò, in Scriptura est וַיּוֹחֶל & in lectione וַיִּיחֶל quod est futurum Hiphil à יָחַל [m]. Qu. Cùm Saul hîc expectâsse dicitur septem diebus, quomodo præceptum Samuelis à Saule violatum dicitur? Resp. Quod septimum diem completè non exspectavit [n]. Exspectare tenebatur toto illo diei tempore, in quo licebat sacrificare; (Samuel enim ad sacrificandum venturus erat) sacrificia autem licitè offerri possent usque ad Solis occasum, ut patet ex Exod. 29. 38, &c. Ille verò antè sacrificavit; nam, finito sacrificio, venit Samuel ad sacrificandum, atque adeò ante Solis occasum. Porrò, sacrificavit Saul vel in aurora diei septimi, ut vult To. vel, quod credibilius, aliquot horas ante Solis occasum, ut vult Carthusianus [o]. Ità Saul brevissimi temporis expectatione neglectâ, utrumque regnum temporarium pariter & æternum amisit [p]. *Et exspectavit,* &c. Voluerat Samuel conventui & sacrificio supersederi, donec ipse advenisset. Saul verò cùm post septem dies eum expectâsset, ultrà exspectare Prophetam Divinæ voluntatis indicem noluit; quod ei pro peccato gravi imputatum est [q]. ¶ *Et non venit*] scilicet usque ad illam partem diei septimi, in qua Saul de ejus adventu desperavit. ¶ *Dilapsúsque est populus ab eo*] Non simul, & subitò; sed continuè per hos septem dies [r].

9. *Holocaustum & pacifica)* Ex triplici genere sacrificiorum, holocausto, sacrificio pacifico, & pro peccato, duo tantùm priora obtulit; tertium prætermittit, quia nullum peccatum recolebat, à quo se vellet expiari. ¶ *Et obtulit holocaustum*] Intellige, *& pacifica,* quamvis id non exprimatur [s]. [An obtulit Saul per se, an per sacerdotem, dicendum in sequentibus.]

10. *Ecce Samuel veniebat*] i. e. Renunciatum est illi Samuelem adventare [t]. ¶ *Ut salutaret eum*] Ità P. Jun. Pi. Ca. Os. D. לְבָרְכוֹ *ad benedicendum ei,* Sy. M. Mo. JT. ὁ. *ut fausta precaretur illi,* Ar. *ad interrogandum de pace ejus,* Jon. in D. *ut gratularetur adventui ejus,* Ti. M. Duplicem honorem Saul exhibuit Samueli, occurrendo & salutando [v]. *Benedicere* hîc valet *salutare,* quomodo Gen. 47. 7. Prov. 27. 14. Nam salutantes dicebant, *Benedicat tibi Dominus.* Vide Psal. 129. 8 [x]. Voluit Saul iram Samuelis, quàm in se concitatam verebatur, hoc honore demulcere [y].

11. *Quid fecisti?*] Noverat planè omnia Samuel, vel, ex revelatione divina; vel, ex relatione humana; vel, etiam ipso prorsus experimento; adhuc enim fumabant altaria. Cur igitur interrogat? Resp. 1. Nè indictâ causâ sententiam ferre videretur. 2. Ut delinquentem magis premeret, urgeret, & accusaret. 3. Ut eum ad confessionem, vel contritionem provocaret. ¶ *Quia vidi,* &c.] Non solùm se excusat, sed omnes, quotquot potest, accusat. 1. Milites suos, quia fugiebant: 2. Hostes, quia instabant: 3. Samuelem, quia intra tempus non veniebat [z]. Hypocritæ adduci non possunt, ut seipsos accusent. Nec tantùm defendunt, sed etiam interdum ornant peccata sua; acsi

[t] M. [v] Mend. [x] Nobil. [y] Os. [z] San. [a] D. [b] Nobil. [c] M. [d] D. Mar. † Pi. ad 6. et 7. [f] Me. [g] San. [h] F. sim. Mend. [i] D. ex K. [k] Pi. [l] Mart. [m] D. [n] Mend. ex Greg. et L. et Carthus. La. Ità Es. Me. T. ad v. 13. [o] Mend. [p] Mend. annotat. sect. 1. [q] G. [r] Mend. [s] Mend. [t] V. [v] Mend. [x] D. [y] Mend. [z] Mend.

acsi non oportuerit aliter fieri. Et toti in eo sunt, nè peccâsse videantur. Vera autem causa sacrificii anticipandi erat, quod plus fiduciæ in militibus suis collocaret, quàm in Deo [a]. ¶ *Et tu non veneras juxta placitos dies,* [לְמוֹעֵד הַיָּמִים] *Ad tempus dierum,* Jon.P.Ti. sub. *constitutorum*; i. e. ad diem constitutum & præfixum, V. sim. Mo. Sy. JT. M. Dices, si Samuel statuto tempori non defuit, quo pacto ausus erat Saul hoc dicere? Resp. 1. Quia credidit placitos dies numerandos esse inclusivè, à die quo Samuel fuerat accersitus. 2. Fortè non dubitavit suæ excusationi inserere mendacium [b]. 3. Vel, non significavit eum non venisse, sed quod suspicatus esset eum non venturum esse [c].

a Mart. b Mend. c Mend. sim. La.

12. *Dixi*] i. e. cogitavi, Pi. Mend. Ità sumitur Jud. 15. 2. 2 Reg. 5. 11. Eccles. 2. 1. Sensus est, Illas sacrificandi rationes non leviter expendi; sed profundâ cogitatione ponderavi. Nititur Saul non tantùm se innocentem ostendere, sed etiam prudentem. ¶ *Descendent*] Quod valde probabile erat, tum ex vicinitate locorum, tum ex declivitate viarum; *Galgal* enim depressior erat quàm *Machmas*, utpote juxta Jordanem sita [d]. ¶ *Et faciem Domini non placavi,* [וּפְנֵי יְהוָה לוֹא חִלִּיתִי] *Et facies Domini non oravi,* Mo. P. vel *rogavi,* M. i. e. Nondum deprecatus sum, V. 6. JT. vel *nondum viderim,* &c. Ar. Sy. *necdum Dominum consulueram,* Ti. [Quidni sic verti posset, *Iram Domini non deprecatus fueram.* Ità interdum sumitur פָּנִים; (quomodo אַף & *vultum* & *iram* significat) & ex illo rerum statu Deum iratum esse rectè colligere poterat.] Jon. sic, *Coram Domino non precatus sum.* Nam, teste Camio, per holocausta precabantur plerumque [†]. ¶ *Necessitate compulsus obtuli,* [וָאֶתְאַפַּק וָאַעֲלֶה] *Roboravi itaque me, (roboratus vel confortatus sum,* 6. Jon. *coactus sum,* Ca.) *& obtuli,* Mo. i. e. obfirmavi animum; q. d. Etiam reclamante animo obtuli holocaustum præ timore [f]. *Quapropter ausus sum* (sub. *vel invitus,* Ti.) *sacrificare,* Sy. Ar. Ti Strig. *Quùmque continuissem me,* (scilicet ad tempus, expectans te, Pi.) *tandem obtuli,* JT. *Et cùm mihi vim fecissem,* &c. M. Mea mihi conscientia dictabat, te expectandum esse: sed pericula cogebant ad sacrificandum. Quare dum inter se confligerent voluntas & necessitas; tandem vicit necessitas. Sed falsa est hæc excusatio. Nam nulla erat necessitas offerendi sacrificia contra voluntatem divinam; immò summa erat necessitas ab illis abstinendi: tali enim sacrificio non placaretur Deus, sed irritaretur [g].

d Mend. † D. f V. sim. K. & RS. in D. g Mend.

13. *Stultè egisti*] Ità Jon. M. P K. sim. JT. 6. Cùm magna Regibus reverentia debeatur, mirabitur aliquis cur Samuel tam acriter in Saulem incurrat. Sed sic solebant prophetæ, supremi numinis auctoritati & majestati innitentes, acriter invehi in Reges. Vide 1 Reg. 14. 6. & 18. 18. & 21. 19. & 2 Reg. 1. 16. & 3. 13, 14 [h]. Pulchrè rem gerit Samuel. In eo ipso, in quo Saul videri volebat prudenter fecisse, Samuel eum appellat *stultum.* Tum sapientes sunt homines, quum sequuntur verbum Dei: cùm autem sequi volunt inventa sua, stulti sunt [i]. נִסְכָּלְתָּ] Alii vertunt, *deliquisti,* Sy. Ar. *stultus factus es,* Ti. Mo. Mend. quasi non in uno tantùm facto stultè egisset, sed ad omnia stultitiam induisset. ¶ *Nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi*] Singula verba habent emphasim. *Dei,* q. d. non tantùm dominus tuus est, sed & *Deus.* *Tui,* specialiter, dum tibi tot munera imposuit. *Quæ præcepit,* non omnibus generatim, sed *tibi* speciatim [k]. ¶ *Jam nunc præparâsset regnum tuum super Israel in sempiternum,* Ità 6. Ti. [כִּי עַתָּה הֵכִין יְהוָה מַמְלַכְתְּךָ עַד עוֹלָם] *Quia nunc stabilierat,* vel *stabilivisset,* Mar. *Dominus regnum tuum usque in seculum,* P. Mo. sim. Jon. D. Sy. JT. V. Ang. Belg. Mar. Qu. Quo sensu hoc dicitur, cùm regnum antea promissum erat tribui Judæ? Resp. 1. עוֹלָם sign. durationem longam, non tamen æternam [m]. Propriè est illud tempus quod intermedium est inter duo Jubilæa [n]. *Perpetuò,* id est, totâ vi â tuâ, Jun. Longo tempore dignitas illa Regia mansisset in tua stirpe [o]. *In sempiternum,* i. e. quamdiu Saulis posteritas viveret [p]. Transmisisset Deus regnum ad posteritatem tuam per multa secula [q]. Resp. 2. Promissio tribui Judæ facta absoluta erat, & infallibiliter implenda; Promissio Sauli facta conditionalis erat [r]. Et quia prævidit Deus Saulem à conditione deflexurum, potuit certò ante prædicere, sceptrum ab eo tollendum, & in tribum Judæ transferendum [s]. [Arabs hæc verba cum antecedentibus hoc modo connectit, *Peccâsti, quòd non servaveris mandatum Domini quod tibi præceperat, quando firmavit regnum tuum super Israel; & dixit, Ego firmabo te in perpetuum.*]

h Mend. i Mart. k Mend. et La. ex Greg. m Mend. sim. M. n V. in Tig. not. Mar. Mend. o V. p G. q Of. r Mend. s T. ferè ex Mend. sim. Mo. Pi. San. La.

14. *Sed nequaquam regnum tuum ultrà consurget,* [לוֹא תָקוּם] *Non stabit,* 6. P. Mend. *non firmabitur,* Jon. in Mend. *non permanebit,* V. Mend. Ar. Nota hîc misericordiam Dei. Minatur, sed non statim pœnas infert [t]. ¶ *Quæsivit*] Ità 6. M. P. Ti. Mo. JT. Pi. Et quæsitum invenit, atque elegit, ἀνθρωποπάθεια. Quippe ab æterno decreverat eum eligere [v]. Significat Deum non obvium quempiam elegisse, sed magnâ curâ, ac diligentiâ quæsitum [x]. בִּקֵּשׁ *elegit,* Sy. Ar. *firmavit,* Jon. ¶ *Virum*] Spiritus propheticus hoc ipsi aperuerat; nondum tamen sciebat quisnam ille esset [y]. Et *virum* vocat ad fortitudinem ejus indicandam. Sic *vir* sumitur 1 Sam. 4. 9. & 26. 15. & 1 Reg. 2. 2 [z]. ¶ *Juxta cor suum.* Ità 6. M. P. Ti. Mo. Pi. [כִּלְבָבוֹ] *secundùm animum suum,* JT. *ex animi ipsius sententia,* Ca. *virum sibi gratum,* Ar. *facientem voluntatem suam,* Jon. sibi, nempe Deo, placentem [a]. ¶ *Et præcepit ei — ut esset Dux,* [וַיְצַוֵּהוּ לְנָגִיד] *Et præcepit ei (mandabit eum.* 6. Jon.) *in ducem,* Mo. *ut sit dux,* M. P. Ti. Of. Strig. *esse regem,* Jon. *esse antecessorem,* JT. *regere populum,* Sy. sim. Ar. *Præcepit,* i. e. præceptum est. De re futura loquitur Samuel, tanquam de præterita, ut solent Prophetæ [b], ad indicandam certitudinem rei [c], vel providentiæ divinæ [d]. Vel *præcepit,* id est, ordinavit, in corde suo edixit, & quasi præceptum sanxit; sed illud necdum promulgavit. Sic 1 Reg. 17, 4. *Corvis præcepi,* i. e. statui, ordinavi, *ut pascant te* [†]. ¶ *Eò quòd non servaveris quæ præcepit Dominus*] Qu. 1. Quodnam erat hoc loco peccatum Saulis? Resp. 1. Quòd officium sacerdotale usurpavit [f]. [Aliis hoc non placet.] 1. Litera hoc non dicit. Dicitur quidem *obtulisse,* nempe per sacerdotes. Sic immolâsse dicuntur *Elcana,* 1 Sam. 1. 4. & *Salomon,* 1 Reg. 3. 4. Immò & ipse *Saul* jubetur offerre suprà 10. 8. 2. Samuel de hoc non accusat Saulem; sed tantùm quòd non custodierit mandatum Domini, quod solùm fuit de expectando Samuele, cap. 10. 8. [Vide ad eum locum annotata.] 3. Nec de eo Saul se excusavit. 4. Dicit se necessitate compulsum obtulisse. Necessitas autem nulla erat ad offerendum per se: nam ibi plures aderant sacerdotes; tum ad comitandum Arcam, tum ad clangendum tubis [g]. Resp. 2. In eo peccavit, quod totum præstitutum tempus non expectavit [h]. [De quo vide ad v. 8.] Qu. 2. Num hoc tam grave fuit peccatum Saulis, ut propter illud regno privaretur [i]; propter primum peccatum viri antea tam innocentis [k]? Resp. 1. Nos tantùm externa videmus; Deus omnia habet sub oculis, & videt ex infirmitaténe an ex contemptu, aliquid fiat [l]. 2. In mandatis divinis non tam spectari debet qualitas vel quantitas materiæ, quàm præcipientis majestas & voluntas [m]. 3. Non exiguum peccatum fuit non paruisse. Vide infrà c. 15. 23 [n]. 4. Solet Deus (ut notat Isidor. Pelus. epist. 181.) ad sanciendam legum suarum disciplinam, graviter eos plectere, qui in aliquo genere primi peccant [o]. Idcircò tam graviter punivit Deus, 1. Adamum. 2. Cainum primum homicidam [p]. 3. Eum qui lignum colligens Sabbathi legem recens latam non servavit, Num. 15. 32 [q]. 4. Primos Christianos Ananiam & Saphiram. Primus fuit Saul rex in Israele; Primum præceptum, quod à Domino accepit, hoc fuit [r]. Expediebat maximè, ut Reges futuri certò persuasum haberent, in administrando regno, ne vel in re minima à Dei jussis recedendum esse [s]. Qu. 3. Propter quam inobedientiam Saul regno suo privatus est? propter hanc? an propter illam c. 15. non destruendo Amalecitas? Videtur enim litera utramvis, tanquam totalem hujus privationis causam assignâsse; hanc hoc loco, & illam c. 15. v. 23, 28. Et ante illam inobedientiam nec Samuel Saulem deseruit, v. 15. 35. (immò tractabat ut Regem) nec spiritus Domini recessit à Saule, ib. v. 14. nec David in Regem unctus fuit, cap. 16. 13 [t]. Resp. Propter priorem inobedientiam meruit Saul regno privari: propter posteriorem autem de facto privatus est [v]. Non videtur Saul per hæc verba rejectus omnino à Domino,

t Mend. v Pi. x Mend. y D. Mend. z To. Pi. Mend. a Pi. b Me. c Mend. d L. † La. f M. L. Ità Carthus. et Rupert. in Mend. g Mend. ad v. 9. h Mend. F. Me. M. L. La. San. i San. k T. l Mart. m T. n Me. o Me. sic T. San. p San. q Me. T. San. r San. s T. ex San. t Mend. v To. San.

Domino; sed minæ tantùm intentatæ, nisi pareret in posterum: comminatio autem ad effectum deducta est, c. 15. 26 [x]. Et duæ hîc regulæ observandæ sunt. 1. Aliquid tunc dicitur aut videtur factum, cùm dignum est ut fiat. 2. Quod inchoatum est, censetur pro perfecto [y]. [Non placet hæc sententia Mendozæ.] Si sermo sit de privatione Regni in ipso Saule, per neutram inobedientiam privatus fuit; semper enim, dum vixit, Regnum retinuit. Si autem sermo fit, de privatione regni in ejus posteris exercenda, per utrâmque inobedientiam privatus fuit; itâ tamen, ut post priorem inobedientiam, hujus privationis sententia ferretur: post posteriorem verò magis confirmaretur [z].

15. *Surrexit autem Samuel*] Ergò Saul nondum reprobatus erat, quia Samuel illum non deseruit [a]. *Surrexit, &c.* i.e. Accinxit se itineri cum Saule [b]. Alii aliter; Pergebat Saul *Galgala* cum exercitu, ut sequitur; sed Samuel præcessit, & se à Saule separavit, ut se iratum ostenderet [c]. Credo eos in *Gabaa* pariter ascendisse; sed alio atque alio itinere inter se dissociatos, absque ullo commercio, ad tempus habitâsse in *Gabaa*. Nam in sequenti bello nulla fit mentio Samuelis; nec per eum Saul consuluit Deum [d]. Al. sic; Pro *Schemuel* videtur legendum *Schaul*. (Facilis enim lapsus erat, præsertim si scripta fuerunt sine punctis: nempe שְׁמוּאֵל & שָׁאוּל) Quippe quum nihil narretur quod ibi egerit Samuel; quúmque verisimile sit, ipsum offensum inobedientiâ Saulis, ab eo discessisse; sicut fecit, c. 15. 26, 27 †. Qu. Cur ascendit Samuel in Gabaa? Resp. 1. Ut populum eò quoque ascensurum, præsentiâ suâ animaret. 2. Ut se abderet in collegiis Prophetarum, quæ erant in *Gabaa*, c. 10. 5 [f]. Ibíque laudibus Dei vacaret, & pro Israele oraret [g]. ¶ *Et reliqui populi ascenderunt post Saul, obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin*] Hæc verba in Exemplaribus Hebræis, Chaldæis, & Græcis Regiæ, & Complutensis Editionis non habentur; quamvis in Sixtiana similia habeantur. Sensus est, Reliqui de populo nempe Israelitico, qui scilicet ex magna illa dispersione superfuerunt, ascenderunt obviam populo, scilicet Philistæorum, qui Philistini expugnabant eos, scilicet Israelitas, venientes de Galgalis in Gabaa, quæ erat in colle, seu tribu Benjamin. Itâ significatur mutuus inter eos conflictus [h]. ¶ *Qui inventi fuerant cum eo*] i. e. qui cum ipso erant [i]. *Inveniri* pro *esse*; & הַנִּמְצְאִים pro הַנִּמְצָאִים [k].

16. *Philisthiim consederant in Machmas*] *Machmas* non procul aberat à *Gabaa*, in qua vires & castra conjunxerant Saul & Jonathas, ut patet ex cap 15. 5 [l]. Quare commodè potuit Jonathas in castra Philistinorum irrumpere [m].

17. *Et egressi sunt ad prædandum*, וַיֵּצֵא הַמַּשְׁחִית] *Et egressus est corrumpens*, Mo. *vastator*, P. sim. JT. Pi. *Vastatores*, vel *depopulatores*, Sy. Ar. Belg. Ang. Viri militares & fortes, ut terram Israel devastarent [n]. Prodibant, non ad pugnam, cùm putarent nullos fore hostes oppugnandos; sed ad prædam [o]. ¶ *Tres cunei*, שְׁלֹשָׁה רָאשִׁים] In *tribus capitibus*, P. Mo. *turmis*, Ar. *agminibus*, Sy. Ti. JT. V. Hoc fecerunt; vel, 1. Ex nimia securitate [p], scientes quòd Hebræi inermes essent & pavidi [q]. Vel 2. Ex providentia periculorum, ut sibi invicem subvenire possent [r]. ¶ *Ad terram Sual*, שׁוּעָל] A vulpibus nomen habere videtur, quòd iis forsan abundaret. Vide supra 9. 4 [t]. *Hophra* autem hîc memorata erat oppidum Benjamitarum, de quo Jos. 18. 23. Id est, septentrionem versùs, ratione loci, ubi Philistæi castra habebant.

18. *Ingrediebatur per viam Bethhoron*, יִפְנֶה] *Respiciebat*, Jon. P. Ti. Mo. *obvertit se*, JT. *tenebat*, Sy. *perrexit*, Ar. In tribu Ephraim, Occidentem versùs [x]. ¶ *Ad iter termini imminentis valli Seboim*, עַל גֵּי הַצְּבֹעִים] *Super* vel *contra*, vel *versus vallem tzebohim*, P. Mo. Jun. M. Ti. *Vallem basiliscorum*, seu *regulorum*, V. Chald. & He. in Ma. Qui sic dicuntur, quòd variis tincti sint coloribus [y]. Alius interpres, *in vallem hyænarum*. Th. ex Aq. *caprearum*. Confundit צְבָאִים cum צְבֹעִים [z]. Locus est in tribu Benjaminis versùs desertum Jordanis [a]. *Vallis Seboim* dicitur, quòd in ea olim extiterit illa *Seboim*, de qua, Deut. 29. 23. Sic Gen. 10.

[x] Me. ex San. et To. [y] San. [z] Mend. [a] San. [b] V. [c] La. [d] Mend. † Pi. [f] Mend. ex To. La. [g] La. [h] Mend. [i] V. [k] D. [l] Me. ex San. [m] San. [n] K. in M. [o] Mend. [p] Caj. et To. in Mend. [q] San. [r] Mend. [t] Ma. [v] Pi. ex Jun. [x] Jun. Pi. Ma. [y] V. [z] D. [a] Pi. Jun.

19. Termini Canaan, tempore Moysis dicuntur esse Sodoma, Gomorrha, &c. cùm tamen illæ urbes non tum extarent [b].

19. *Faber ferrarius non inveniebatur*, וְחָרָשׁ לֹא יִמָּצֵא] *Faber non inveniebatur*, Sy. P. Mo. JT. Intellige de fabris ferrariis, Jun. Pi. Ar. *Artifex faciens arma*, Jon. Nomen generale restringitur ad certam speciem [c]. ¶ *Caverant autem, nè fortè facerent, &c.*] Heb. *dixerant*, sub. *Tollamus omnes fabros ferrarios è regione, nè fortè, &c.* V. In lectione est *dixerant*; In scriptura, *dixit*, nempe quisque Philistinorum [d]. Durum hoc, sed prudens consilium †. Servis interdictus erat apud Romanos armorum usus. Vide Valer. Max. 7. 6. & Alex. ab Alex. 6. 22. Vide & Aristot. Polit. 2. 2 [f]. *Caverant hoc Philisthiim*, Extorto fœdere; cui non dissimilis lex, quam Porsena in fœdere cùm Romanis posuit, *nè ferro nisi in agricultura uterentur*. Tacent id Historici, ut pudendum victori postea gentium populo: at Plinius ingenuè fatetur, l. 34. 14 [g]. Quod hoc tempore fecerunt Philistini, posteà fecere Chaldæi, 2 Reg. 24. 14. & Jer. 24. 1. & 29. 2. ubi omnem fabrum tam lignarium, quàm ferrarium abstulerunt, & qui nôsset aut munire urbem, aut metari castra [h]. Unde incæpit hæc armorum prohibitio, non constat. Non tempore Saulis, cùm hactenus nullum prælium intulerant [i]. Cùm tempore senectutis Samuelis Phelistim iterum dominium consecuti fuissent super Israel, & stationes suas intra terram Israelis collocâssent, abduxerunt omnes fabros, &c [k]. Verùm Samuel in nullo prælio iis succubuit; imò semper eos superavit, juxta illud c. 7. 13. *Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis.* Quod ità intelligendum est, ut Samuel novum Philistinorum jugum non admiserit; quamvis omnia vetera non excluserit: nam, illo gubernante, suas adhuc stationes in terra Israel retinebant. Antiquior igitur erat hæc armorum prohibitio. Alii ergò cœpisse volunt tempore *Heli*: Alii *Sampsonis*, qui idcirco mandibulâ se armavit: Alii tempore *Samgar*, quia is percussit Philistinos *vomere*, Jud. 3. 31. non gladio, vel hastâ, nempe quia jam illa lex vigebat [l]. Cùm ad eam diem serviissent Hebræi Philistæis, horum jussu caruerant fabris, qui nondum erant restituti [m]. Armorum non solùm usum, sed fabricandi potestatem abstulerunt; Et propterea omnes fabros de terra Canaan exulare voluerunt; & fortasse in suam Palæstinam commigrare, nè repatriarent [n]. Addit Abulensis eos cavisse, tum per supplicia capitalia, quæ statuebant; tum per militaria præsidia, nè vel armorum fabri admitterentur; vel arma ab exteris importarentur. Sed parum profecerunt Philistini hac prohibitione [o]; ut patet ex hoc loco, & Jud. 3. 31. & Jud. 15. Nam ubi humana præsidia auferuntur, divina accumulantur [p]. Armati ab inermibus victi sunt, ut victoria uni Deo tribuatur [q].

20. *Descendebat omnis Israel ad Philisthiim, ut exacueret unusquisque vomerem suum, &c.*] Non est credibile in regionem Philistinorum, quæ à multis partibus terræ Israelis longè distabat, descendisse Hebræos, ut vomerem, &c. acuerent; sed habuisse Philistinos in variis locis, stationes suas, & in iis officinas ferrarias. Et hoc quoad illorum consilium, perinde erat, atque si in Palæstina tantùm essent [r]. [Nec Hebræa respuunt hunc sensum, *Descenderunt* הַפְּלִשְׁתִּים, Vertunt, *ad Pelestim*, P. M. vel *ad Phelistæos*, JT. & ferè omnes. Quod verum est, si ad ipsorum præsidia descenderent.] ¶ *Ut exacueret vomerem suum*, Sic M. P. Mo. לִלְטוֹשׁ אִישׁ אֶת מַחֲרַשְׁתּוֹ] *Ad poliendum vomerem*, JT. vel *falcem*, Sy. *Ad reficiendum cultrum aratorium*, Ti. *ad fabrificiendam falcem*, Ar. sim. 6. *Ad acuendum stimulum*, Jon. מַחֲרַשְׁתּוֹ sign. *Instrumentum quo utebantur & lignarii, & lapicidæ artifices* [s]. Vel *quodcunque instrumentum aptum ad omnem fabricationem*, sive *ad omne opus artificis.* Deducunt tamen à חָרַשׁ arare [t]. Alii intelligunt *sarculum fossorium* [v]. ¶ *Et ligonem*, Ità M. P. Mo. JT. וְאֶת אֵתוֹ] *Et vas*, vel *instrumentum suum*, 6. in Mend. *& vomerem suum*, RS. in D. Sy. Ti. K. *paxillum jugi*, Jon. in D. aut *clavum*, D. *clavum boum*, K. in D. ¶ *Et securim*] Ità 6. Jon. M. P. Mo. Ti. JT. Jon. וְאֶת קַרְדֻּמּוֹ] *Et ligonem suum*, Sy. *bipennem*, Ar. V. Dicunt bipennem tunc temporis fuisse instar cultri latomi [x]. ¶ *Et sarculum*, Ità P. Ti. וְאֵת מַחֲרֵשָׁתוֹ] *Et fossorium suum*, Mo. *marram*,

[b] Mend. [c] D. [d] D. † San. [f] Mend. [g] G. [h] San. [i] Mend. [k] M. K. in To. [l] Mend. [m] Me. ferè ex L. [n] Mend. ex L. et To. et Hug. [o] Mend. [p] Mend. Annot. 15. c. 3. [q] La. ex Gre. [r] San. sim. Me. [s] Q. in V. K. in M. [t] V. [v] M. [x] V.

ram, &. *rutrum*, Sy. JT. *securim*, Ar. *ferramenta*, Jon. *Cætera ferramenta*, Ca. *Atque instrumenta sua fabrilia*, M. à חָרַשׁ *aravit*. Videtur esse instrumentum quo arant, & porcas sulcósque ducunt in terra y. y D.

21. *Retusæ itaque erant acies vomerum*, &c.] Sim. M. Ti. Ca. q. d. Instrumenta rustica, quæ possent pro bellicis inservire, habebant obtusa, & ad prælium inepta z. z Mend. Continuâ aratione hebetebantur & retundebantur; ac Hebræis difficile erat, ad ea acuenda, toties ire in Philisthiim a. a La. Sed longè aliter est in Hebræo b. b Mar. ¶ וְהָיְתָה הַפְּצִירָה פִים לַמַּחֲרֵשׁוֹת] *Erat autem lima*, (*lima dentata*, Mar. *lima ora* habens, Mo.) *vomeribus*. P. *Alioquin*, (nempe iis qui nolebant, vel non poterant Philistæos adire c) c Jun. *adhibebatur* (Heb. *erat*, Jun.) *lima pro rutris*, &c. JT. verò, *Nam illic erant limæ*. Heb. *Erat lima*. Ellipsis & Enallage numeri. *Lima*, Heb. *instantia orium*. Id est instrumentum quo instatur oribus, hoc est aciebus ferramentorum acuendis. Periphrasis & metaphora. Per quam metaphoram dicitur *os gladii*, Jos. 6. 21. vel 24. & *gladius orium*, Psal. 149. 6. Prov. 5. 4 d. d Pi. Aiunt *limam PETZIRAH* dici, vel ab insistendo; vel à *rumpendo*, quòd quæque rumpat; vel quòd multas habeat rupturas, seu incisuras. Al. sic; *Et erat lima habens ora*, vel *multa oribus*, *vomeribus*, &c. q. d. Vomeres, limis magis similes, crebris rupturis obtusi erant. Vel, *lima ora habens*, i. e. plena incisuris ad acuendum ferrum. Al. *Et erat serratio acierum vomeribus*, &c. i. e. vomeres in speciem serrarum depravabantur. Al. *Et facta est ruptura*, *obtusio*, *retusio acierum vomerum*, &c. id est acies vomerum erant ruptæ, obtusæ, &c †. † Ma. Al. sic; *Et lima quæ latior erat*, *vertebatur in falcem*, Sy. *Et ad componendum ex lima latiore falcem*, Ar. *Lima multa oribus*; i. e. instrumentum habens multas incisuras, velut *ora* f. f He. in V. *Et facta est coactio orum in vomeribus*. Est autem פִים plurale (contractè pro פִיִּים) à nomine פֶּה, quod tamen frequentiùs sic invenitur פִּיפִיּוֹת. Porrò per *coactionem* intelligitur serratio ipsa aciei, ut quando cultellus ex multo usu in serræ speciem depravatur, opus est ut per fabrum restauretur g. g K. in M. ¶ *Et tridentum*, וְלִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן] *Et tridentibus*, Mo. D. M. Ca. JT. *trifurco*, Ma. *furcis tridentibus*, Ti. קִלְּשׁוֹן est instrumentum ferreum dentatum, quo auferunt fimum & paleam h. h K. in D. *Furca*, RS. in D. Alii *rastrum*, alii *palam* vertunt i. i P. Hîc, non alibi, vox legitur k. k Ma. ¶ *Et securium*, וּלְהַקַּרְדֻּמִּים] *Et securibus*, Mo. M. Ti. Ca Hîc ה articulus post ל, quod rarissimum. Sic alibi לְהָעָם & לְהַגְּרוֹר l. l D. ¶ *Usque ad stimulum corrigendum*, וּלְהַצִּיב הַדָּרְבָן] *Et ad statuendum* (*collocandum*, Belg. Ang. *aptandum*, JT. *reficiendum*, Ti. Ca. *acuendum*, P.) *stimulum*, Mo. tam partem illam quæ veruto infigitur; quàm alteram quâ stimulantur jumenta m. m Jun. *Ad collocandum* (i. e. inserendum in fustem) *aculeum*, stimuli scilicet boum n. n V. *Et infigendæ furcæ*, M. *Et ad stabilimentum stimuli*, Jon. *In hastam stimuli*, Sy. *Fecerúntque bipennes*, *& hastas cuspidibus ut essent in jacula*, Ar. דָּרְבָן est *stimulus*; Lignum, cui acies infixa, vocatur מַלְמָד, quo boves punguntur o. o D.

22. *Dies prælii*] Quando acies utrinque concurrebant. מִלְחָמָה hîc *prælium*, alibi *bellum* sign. Sic differunt πόλεμος & μάχη *pugna*. Prælium propriè קְרָב dicitur. *Bellum* est totum illud tempus quo hostes sunt in armis p. p D. ¶ *Non est inventus ensis*, &c.] Mirum hoc videbitur, quomodo inermes vel stationem illam Philistinorum, vel Ammonitarum exercitum percusserint; & quomodo non plus armorum habuerint, quæ ab istis auferre poterant; nec credibile est neglexisse postea quæ ad pericula tum impendentia adeò necessaria erant q. q San. Resp. 1. Non dicitur omnes Israelitas ensibus caruisse; sed hos sexcentos qui essent cum Saule: quos fortasse Dominus inermes esse permisit ut luculentior esset victoria r. r Me. Arma tantùm iis ablata sunt qui erant in *Gabaa* s. s Carthus. et Hugo. in Mend. Sed adversatur hoc vers. 19. *In omni terra Israel*, & v. 20. *Descendit omnis Israel* t. t Mend. Si quid armorum à Philistinis vel Ammonitis direptum est, id totum abstulerant ii, qui à Saule diffluxerant v. v San. 2. Crediderim etiam plerósque milites, qui Sauli adhæserant, fuisse ex *Gabaa*, quæ illis cum Saule communis erat patria; Gabaitæ autem fundâ jaciendis saxis plurimùm valebant, Jud 20. 16. Quare non improbabile eos alia armorum genera neglexisse, ut posteà David cum Goliah pugnaturus x. x Me. Licet armis ferreis carerent, urgente, scilicet, statione Philistinorum quæ erat in *Gabaa*, ad ea deponenda; tamen aliis abundârunt: atque adeo fundis ac lapidibus armârunt se y. y Mend. Fundarum usus Israelitis frequens erant. Vide Jud. 20. 16. 2 Reg. 3. 25. Zach. 9. 15. Judith, 6. 12. 1 Mac. 9. 11. David non aliis indiguit armis, ut Goliath sterneret. Beleares hoc solùm habent armorum genus, neque aliis in pugnando inferiores visi sunt. Quare sine ferro & hastis res agi potuit non incommodè z. z San. 3. Quamvis enses non haberent Israelitæ, aliis tamen telis non caruerunt; & rustica etiam instrumenta ad usum belli facilè convertere potuerunt a. a Me. ex San. [Quod & Ar. sensisse videtur, qui antecedentem versum sic reddit, *Et ad componendum ex lima latiore falcem*, *composuerúntq*; *sibi paxillos & cuspides è limis*, *fecerúntque bipennes & hastas cuspidibus ut essent in jacula*.] Aderant arcus, quorum magnus in bellis usus. Obj. Verùm sagittas non habebant præferratas b. b To. Resp. In nonnullis regionibus pro ferrea cuspide extremæ sagittæ silicem inserunt, qui non minùs corpora trajicit, quàm si foret è chalybe c. c San. [Sed nec credibile est Philistinos eâdem severitate arcus & sagittas, quâ alia arma prohibuisse.] Cornum usque adeo validam, & firmam dicit esse Plinius l. 16. 40. ut ferrei clavi vicem obire soleat. Adde, quòd olim ante inventas hastas conto præferratas, & postea etiam, pro hastis erant præustæ sudes; Quod testantur Curtius l. 3. de Persis, Virgil. Æneid. l. 7.

——Non jam certamine agresti
Stipitibus duris agitur, *sudibúsve præustis*.

Propertius Eleg. 4. 1.

Miscebant ustâ prælia nuda sude.

Statius lib. 1. Achilleid.

Nec modus aut arcus lentare, *aut fundere glebas*;
Aut torrere sudes, *galeásque attollere conis*.

Silius l. 8.

Gestabant tela ambustas sine cuspide cornos d. d San.

Pugnabant Israelitæ baculis, fustibus, fundis, sudibus, more veterum. Vide Jud. 5. *Inter 40 millia non erat gladius*. Et in Paralip. præstantes illi viri, qui accesserunt ad Davidem usi sunt arcubus & fundis, ut & dextrorsum & sinistrorsum ferirent. Adde, quòd hoc pacto Deus testatam suam vim voluit †. † Mart. K. putat Israelitas habuisse vetera sua arma, sed nova non fecisse f. f Wil. Ista prohibitio non fuit adeò severa, ut nihil omninò armorum superesset; superesse tamen adeò rara, præsertim in tanto populo, ut nulla viderentur g. g To. in Mend.

23. *Egressa est statio Phelisthiim*, וַיֵּצֵא מַצַּב] *Et exiit præfectus* vel *dux*, Mo. Jon. *præsidium*, P. *explorator*, Ar. *statio*, Sy. JT. Ti. M. i. e. Stationarius, vel stationarii milites h. h M. D. Capitur מַצַּב pro נְצִיבִים i. i M. **The standing Camp**, Ang. LXX ἐξ ὑποστάσεως, quod reddunt *ex statione*, & subaudiunt *populator* k. k D. ¶ *Ut transcenderent in Machmas*, אֶל מַעֲבַר מִכְמָשׂ] *Ad* vel *in transitum* (*vadum*, Jon. *oppositum latus*, Ar. *angustias*, JT) *Michmas*, P. Mo. V. i. e. in eam partem quæ erat inter *Michmas* & *Gabaa* Benjamin; h. e. collocaverant præsidium ultra Michmas, significat viam sive agrum per quem transeundum est l. l V. Ibi castra locârunt eo consilio, ut Saulem in *Gabaa* obsiderent, & cum urbe ipsum caperent, & occiderent m. m Me. His angustiis occupatis, patebat illis aditus in Benjamitarum campos; de illis cap. 14. 4. & Isa. 10. 29 n. n Jun. *Ut transiret ultra Michmas*, M. At Philistæi erant in *Michmas*, v. 5. 11. quomodò ergo transcendunt in *Machmas*? Nimirum, egressi de castris, progressi sunt sive ad vadum, sive ad iter quod ferebat Machmas o. o Mar. *Et exercitus Philistæorum præteribat Machmas*, Strig. Sensus est, Pertingebat statio Philist. usque ad terminos *Machmas*: quâ occasione Jonathas stationem aggressus est p. p Os. Sed hic versus videtur rectiùs fuisse junctus cum seq. capite q. q Os. sim. Jun.

CAP. XIV.

1. *Accidit quâdam die*] Ità P. Ti. Heb. *Et fuit dies*, Jon. Mo. V. D. sub *unus*, (i. e. quidam) Num. 11.

11, 27. הַנַּעַר *puer* unus. Vide Exod. 21. 10. & Num. 7. 3 [a]. *Dies* hîc accipitur pro tempore indefinitè, ut 2 Reg. 4. 11. Job 1. 6. Isa. 2. 17; q. d. Quodam tempore, scilicet nocturno, ut docent Jo. T. Sabellicus, & alii [b]. Nox erat aptior clandestinis irruptionibus. ¶ *Ad armigerum*] Quem fidelissimum, & probissimum agnoscebat [c]. Vide infrà 14. & 16. 21. Talis Automedon Achilli, Æneæ Achates. Vulgus *scutarium* vocat [d]. Heb. *portantem arma ejus* [†]. ¶ *Veni*, Ità Jon. M. Ti. V. ό. לְכָה] *Ito*, Mo. *age* vel *agedum*, P. Ar. Jun. ¶ *Transeamus ad stationem Philistinorum*, אֶל־מַצַּב] *Ad stationem* (*præsidium*, P. Ti. *aciem*, Ar.) *Philistin.* Mo. Jon. Jun. M. Vox Hebræa significat congregationem militum fortissimorum & armatorum egregiè collocatorum in prima acie, ut accipiant impetus [f]. Inceptum hoc planè temerarium, & summè periculosum videbatur; sed non temerè de piorum hominum consiliis judicemus, quamvis primâ fronte absurda videantur [g]. Nitebatur Jonathan promissionibus Dei in Deut. *Unus persequetur mille*, &c. & hostes *venturos per unam viam, & per septem vias fugituros.* Huc accesserat peculiaris promissio, fore ut populus sub Saule rege liberaretur à Palæstinis. Sequutus igitur est Jonathan & vocationem suam & promissionem Dei [h]. Non desunt exempla aliorum, qui non minùs dura aggressi sunt, quales Sampson, Jud. 15. & viri fortes David, de quibus 2 Sam. 23. & 1 Paralip. 11 [i]. Factum hoc non erat temerarium, quia divinitùs fuerat inspiratum [k], ut patet ex victoria miraculosa [l]. ¶ *Quæ est trans locum illum*, אֲשֶׁר מֵעֵבֶר הַלָּז] *Quæ à transitu isto*, Mo. *Quæ* (vel *quod trans* locum *istum*, M. V. P. *quæ* vel *quod* est *in* (vel, *à* V. Pi.) *latere illo*, JT. V. Heb. *in transitu illo*, Jun. Pi. *è regione hujus loci*, Ti *In latere illo*, remoto scilicet, V. in Tig. not. הַלָּז de remoto dicitur, הַזֶּה autem de propinquo [m]. ¶ *Patri autem non indicavit*] Qu. Quid ità? Resp. 1. Ut omnem jactantiam effugeret. 2. Ut servaret secretum, quod illis tantùm, sine quibus geri nequit, aperiendum est [n]. 3. Nè à patre impediretur [o]. Neque enim permisisset Saul, ut juvenis præceps in interitum rueret. Quo Deus vocat, nullo alio adhibito consultore, maturandum est; nè, dum humanum consilium capitur, divinum præceptum contemnatur [p]. Qui à Deo ad aliquid faciendum commoventur, non debent aliorum sententias exspectare. Obj. At non licet injussu Imperatoris pugnare. Resp. Fateor quidem eam esse disciplinam castrensem: Verùm hoc stratagema non humanum fuit, sed divinum [q].

2. *Morabatur in extremâ parte Gabaa*] Sim. Mo. M. Ti. In extremis finibus & terminis urbis, seu agri Gibhani [r]. בִּקְצֵה הַגִּבְעָה] *In extremitate* (*summitate*, ό. *finibus*, Jon.) *collis*, JT. ¶ *Sub malogranato*] Ità ό. P. Mo. Sy. Ar. D. vel *malo punico*, JT. quod idem est; & *granatum*, à granorum multitudine appellatur; E Pœnorum regione primùm in orbem nostrum translatum est [s]. *In planitie granati*, Jon. Aliis est nomen proprium loci, sic dicti vel à malis Punicis, quæ ibi erant, vel quòd formam mali Punici referret [t]. ¶ תַּחַת הָרִמּוֹן] Sub. *Rimon*, M. Ti. Est hic idem locus, qui Jud. 20. 47. quò confugerant isti sexcenti viri. Erat enim propè *Gabaa* & locus munitissimus [v]. Latebat in speluncis Saul, observans quid facturi aut aggressuri essent Phelistæi [x]. ¶ *In Magron.*] *Migron*, M. Ti. JT. Agri nomen est ab altera angustiarum parte Gibham versùs, Isa. 10. 28 [y]. Græcè ἐν μαγδών, Daleth pro Res [z].

3. *Et Achias filius Achitob fratris Ichabod*] Ità ό. Jon. Sy. M. P. D. Ca. Os. Alii habent, *frater Ichabod*, Ità Ar. Ti. Strig. Belg. Ang. Sed vertendum *fratris*, ut res ipsa docet. Non enim *Achias*, sed *Achitob* fuit frater *Ichabod* [a]. Si enim is *frater* fuisset *Ichabodis*, fuisset filius *Pinchasi*, nempe propriè dictus; de qualibus filiis hîc sermonem haberi ex ipsa generationum serie manifestum est; adeóque non fuisset filius *Achitub*, nempe propriè dictus [b]. Qu. Quomodo hîc *Achias*, cùm cap. 22. 9. *Achimelech* filius *Achitob* Pontifex fuit? Eundem esse non videtur dubium [c]. Resp. 1. Idcirco quidam nolunt hunc *Achiam* esse summum sacerdotem. Et si dicas eum portâsse Ephod, quod erat summi sacerdotis proprium; respondent id fuisse non ex lege, sed ex privilegio; impedito vel patre, sive senectutis causâ, sive aliunde; vel fratre seniore [d]. Vel, 2. *Achiæ* fratri seniori sine liberis mortuo, in Pontificatu successit *Achimelech* frater junior [e]. Vel, 3. *Achias* alio nomine vocabatur *Achimelech* [f], *Achias* est *frater Dei*; & *Achimelech frater regis.* Deus autem est Rex Regum [g]. Arcam nunc adduxerat Saul in castra, (ut olim factum, c. 4.) ideóque summum sacerdotem secum habebat [h]. ¶ *Portabat Ephod*] Periphrasis summi sacerdotis. Heb. *gestans* erat; Ellipsis usitata. *Gestabat*, scilicet in castris Saulis, quum postularet necessitas [i].

4. *Erant autem inter ascensus——eminentes petræ*, וּבֵין הַמַּעְבְּרוֹת וגו׳] *Et inter transitus*, &c. Mo. P. V. Sed quomodo dicit, inter ascensus fuisse hos scopulos, quasi ipsi scopuli essent medii; cùm tamen scopuli fuerint ex utráque parte ascensûs, & ascensus fuit inter scopulos? Hæc duo pugnant. Resp. Hypallage est, qualis Jud. 1. 8. *Civitatem miserunt in ignem*, pro *Ignem miserunt in civitatem.* Sic—*onerántque canistris Dona laboratæ Cereris*—— pro Onerant canistros donis. Ità hoc loco *Erant inter ascensus scopuli*, pro *Erant ascensus inter scopulos* [k]. [Ar. sic locum reddit, *Aditus autem ad illos erat inter duas petras.*] Per *transitus* vel *vada* Hebræi intelligunt vallem quandam, cui incumbebant duæ prærupta petræ; erátque una ad Israel, & altera ad Philistim exposita [l]. ¶ *Petræ ex utráque parte*, &c. שֵׁן־הַסֶּלַע מֵהָעֵבֶר מִזֶּה וגו׳] *Dens petræ* (Sub. *erat*, JT.) *à transitu hinc* vel *inde*, &c. P. Mo. *Petra una*, &c. Ar. *scopulus*, JT. *promontorium unum petræ*, Sy. *prærupta petra*, Ti. He. in M. *Dentem petræ* vocat promontorium, scopulum, prominentiam, acutum scopulum; quòd more dentis promineat atque longiùs excurrat [m]. Hebraicè est status absolutus, non syntacticus; *dens petra*, appositio & hypallage; i. e. petra quæ erat dens, nempe prærupta & dentata [n]. ¶ *Nomen uni Boses*, בּוֹצֵץ] Sign. vel *lubricitates*, Jon. in D. vel *in eo flos.* Locus fortasse floribus abundabat [o]. Sic *Remmon* dictus à *malogranato* [p]. ¶ *Et nomen alteri*, וְשֵׁם הָאֶחָד] *Et nomen unius*; i. e. *secundi*, RS. in D. i. e. alterius. Sic interpretantur אֶחָד, quando bis ponitur in oratione [q]. ¶ *Sene* סֶנֶּה] Significat *rubum.* Ibi fortasse rubi & spinæ [r]. Alii reddunt, *Locum calcatum*, Jon. & RS. in D.

5. *Unus scopulus prominens ad Aquilonem*, הַשֵּׁן הָאֶחָד מָצוּק מִצָּפוֹן] *Dens* vel *scopulus unus stabat* (vel *situs* erat, JT. D. sive *collocatus* erat; i. e. מָעֳמָד. K. in M. & in D. vel *prominebat*, V. vel *trahit*, Sy. vel *respiciens*, Jon. Strig. vel *vergebat*, M. vel *porrigitur*, Ar. vel, *fixus*, Ca.) *ab Aquilone*, Ti. Jon. Sy. Ar. M. Ti. JT. D. *A latere Aquilonis*, D. Alii, *ad Aquilonem*, Pi. Hi. in D. Quod מִן aliquando sign. & situm absque motu designat, ut Gen. 13. 11. 2 Sam. 6. 2. collat. cum 1 Par. 13. 6. Græci hîc habent, ὁδὸς *via*, pro ὀδοὺς *dens*, errore scribarum, ut existimo [s]. Vocem מָצוּק quidam faciunt participium præteritum verbi inusitati מָצַק *matzak*, *constituit*; Alii nomen substantivum verbi צוּק; vertúntque, *dentis unius statio*, [Ità Mo.] vel *fundatio.* Propriè; *Dens unus erat pressura, coarctatio ab Aquilone*, id est premebat, arctabat angustias illas à septentrionali parte: Elegans Hebraismus [t]. ¶ *Ex adverso Machmas*] [Sim. plerique. At ό. *Venienti Machmas.*] ¶ *Ad meridiem contra Gabaa*] Scil. scopulus prominebat è regione Gabaa; Porrò Hebræi & Saul erant in Gabaa, v. 2. Indicat ergò per scopulum quæ ad meridiem erat, ascendisse Jonatham [v].

6. *Transeamus ad stationem incircumcisorum*] Sicut Ethnici Hebræos per contemptum vel ludibrium *Apellas*; h. e. circumcisos nuncupabant; Horat Satyr. 1. 5.

——*Credat Judæus Apella*—

Ità vice versâ Hebræi Ethnicos per opprobrium vocabant *incircumcisos*, Gen. 34. 14. Jud. 14. 3. & alibi. Confer Jos. 5. 9 [x]. Hîc non caret emphasi; Intelligit enim abjectos, exosos, & alienos à fœdere Dei: Itáque eos faciliùs vinci posse ab illis qui Deum timerent [y]. Vel sic generosum adolescentem provocat, nè despicatissimos hostes agminibus Dei Israel insultare pateretur [z]. ¶ *Si fortè*, &c. Ità M. Ti. אוּלַי] *Fortè*, P. Mo. Jon. Sy. Ar. Qu. An ergò dubitavit Jonathan de divino auxilio? Resp. 1. Τὸ *fortè* interdum non includit dubitationem, Joan. 4. 10. & 5. 46. & 8. 19. Resp. 2. Potuit dubitare; Quamvis enim ad illud facinus aggrediendum divino

K

Marginal notes, left column: [a] D. [b] Mend. sim. Me. [c] Mend. [d] G. [†] M. [f] V. [g] Os. [h] Mart. [i] To. [k] Mend. ex Caj. sim. To. La. [l] La. [m] V. [n] Mend. [o] L. Mend. ex To. [p] Mend. [q] Mart. [r] Q. in Ma. [s] D. [t] Ma. [v] T. ex San. sim. Me. [x] Jun. Pi. [y] Jun. [z] D. [a] Mar. Pi. [b] Pi. [c] F. [d] To. in Mend.

Marginal notes, right column: [e] La. ex Mend. [f] F. Me. T. Mend. La. San. [g] La. [h] San. [i] Pi. [k] Mend. [l] M. [m] V. [n] Ma. [o] Me. ex San. [p] San. [q] D. [r] Me. ex San. [s] D. [t] Ma. [v] Mar. [x] Mend. [y] Mart. sim. Pi. [z] Mend.

no spiritu ageretur; adhuc tamen futurum rei eventum poterat ignorare; sic Israelitæ ex divino oraculo pugnantes, eventum tamen pugnæ ignorabant, Jud 20. Sic Jos. 14. 12. *Si fortè sit Dominus mecum.* Ubi spem metu mixtam præferebat: quia licèt de misericordia divina bene speraret; tamen de propria conscientia metuebat [a]. Sic loquitur, quia non habuit specialem promissionem victoriæ: sed fretus tantùm fuit promissione generali, quæ nitebatur conditione pietatis. Et hac ipsâ fretus fuit cum hac exceptione, si Deo victoriam dare placeret: quippe bonum corporale [b]. Alia est fidei nostræ firmitas in corporalibus beneficiis à Deo petendis; alia in spiritualibus bonis à Deo expectandis; de quibus accipiendis omnino non habemus hæsitandi ansam [c]. Non ista Jonathas dubitanter pronunciat; senserat enim se instigatum esse à Deo, & populum liberatum iri: Sed an hac viâ, an hoc tempore id futurum esset, nesciebat: De salute autem populi nihil dubitabat [d]. Etsi certâ spe expectabat Jonathas victoriam; tamen paratus erat etiam (si Domino ità videretur) occumbere pro populo sibi commisso †. ¶ *Faciat Dominus pro nobis*, [יַעֲשֶׂה לָּנוּ] *Faciat Dominus nobis*, Mo. Vel, *pro nobis*, M. Ti. JT. D. Sic *Dominus* לִי *pro me*. *Facere* pro *facere opus* notum est. Hinc *fecerunt horam unam*; i. e. operati sunt. Nam עָשָׂה & פָּעַל se invicem exponunt. *Opus* autem *Dei* est judicium quod exercet in improbos, quos dum punit, servat suos. *Facit* ergò cùm salutem dat fidelibus. Ità sumitur Exod. 13. 8. Mal. 3. 17. & 4. 3. item Psal. 119. in Ain, *Tempus faciendi Domino*, i. e. ut faciat judicium. Sic Psal 22. 31. *Quia fecit*, sub. *judicium* [f]. *Operabitur pro nobis*, V. Ang. Belg. vel *cooperabitur nobis*; i e dabit nobis victoriam [g]. *Juvabit nos*, Sy. sim. Ar. *stabit à nobis*, Ca. *faciet* aliquid *pro nobis*, Belg. *Aliquid per nos efficiet*, Strig. *Faciet nobis signum*, sive *miraculum*, Jon. in D. *Faciet per nos*, P. vel *efficiet nobis*, Pi. sub. *salutem*, P. Pi. Hoc supplementum peto partim ex collatione sequentis ætiologiæ; partim ex collatione, Esa. 26. 18 ubi ista phrasis plenè exstat [h]. Verbum *faciendi* absolutè positum magnam emphasin habet, si fortè faciet nobis JHVH mirabilia ac se digna. Sic Psal. 36. 6. Isa. 44. 23. & infrà v. 45 [i]. Porrò לָנוּ reddunt vel *nobis*; i. e in nostram utilitatem: vel *pro nobis*, h. e. in nostri gratiam; vel *per nos*; h. e. utendo nostrâ operâ [k]. ¶ *Quia non est Domino difficile*, [אֵין לַיהוָה מַעְצוֹר] *Non Domino restrictio*, Mo. *restrictum*, ὁ. *difficile*, Jon. Ti. Mar. Ar. *retentio*, D. *prohibitio*, P. D. *remoratio, retardatio*; i. e. non remoratur sive retardatur à salvando [l]. *Cohibitio* vel *coercitio*, Pi. *obstaculum* vel *impedimentum*, Sy. M. JT. מַעְצוֹר propriè sign. *continentiam*; hîc *impedimentum*, seu *difficultatem* [m]. Q. adjectivè reddunt, *quia non Jehovæ retentor*; i. e. non est, qui retineat, aut detineat Jehovam [n]. ¶ *Salvare vel in multis vel in paucis*] Vel *cum multis*, &c. P. Sententia hæc in usu apud Hebræos. Apparet 2 Par. 14. 11. & 1 Mac. 3. 18. 2 Mac. 15. 27. Exempla vide Jud. 7. 4. infrà 17. 47. 2 Par. 25. 8. Similis sententia, Psal. 147. 10 [o].

7. *Fac omnia quæ placent*] Singularem promptitudinem exprimit. 1. Ad plura se obtulit, quàm postulabatur. 2. Armiger minori imperio, quàm Jonathas, parem cum illo difficultatem subibat. Nam Jonathas erat divino instinctu actus; armiger humanâ tantùm voce excitus [p]. ¶ *Perge quo cupis*, [נְטֵה לָךְ] *Declina* vel *diverte tibi*, V. Pi. D. JT. Pleonasmus, Pi. Quidam, *inclina tibi*, vel *indulge tibi*, Ma. ¶ *Et ero tecum ubicunque volueris*] Heb. *Ecce sum tecum*, &c. i. e. Sequar te quocunque voles pergere [q]. *Ego tecum juxta cor tuum*, vel *sicut cor*; i. e. tantum mihi fidere potes, ut cordi tuo; tam intimè tibi inhærebo, ut cor tuum [r]. *Ecce me tecum facturum ex sententia animi tui*, Pi. ex Jun.

9. *Si taliter locuti fuerint*, &c.] Cùm Jonathas non omninò certus esset, an incitatio illa animi divinitùs esset immissa, signum statuit, & omen captat, ex quo certior fiat de divino motu [s]. Qu. Num in hoc peccavit Jonathan? Videtur duplex peccatum incurrisse, divinationis scilicet, & tentationis Dei, 1. Divinationis, quia verba illa in signum proposita, nec ex natura rei, nec ex divina impositione eventum futurum significabant: Ergo Dæmonis tantùm industriâ. 2. Tentationis Dei: quia

[a] Mend. [b] Pi. [c] Wil. ex Os. [d] Mart. † Os. [f] D. [g] V. [h] Pi. [i] Ma. [k] Mend. [l] V. [m] M. [n] Ma. [o] G. [p] Mend. [q] V. [r] Ma. [s] Me.

Deum tentare, est periculum seu experimentum de ejus potentia & sapientia, & voluntate facere, postulando miraculum, cùm nulla urget necessitas [t]. Resp. Nullatenus peccâsse Jonatham conveniunt Interpretes; Ità Hugo, Caj. Salian, Suar. aliique [v]. 1. Talia signa postulâsse viros sanctos, discimus ex Gen 24. 13. & Jud. 6. 37, 39 [x]. Horum exemplo Jonathas incitari potuit [y]. 2. Ex divino instinctu hoc factum [z]; ut patet ex tanta animositate Jonathæ potiùs divinâ, quàm humanâ, & ex tam felici eventu ejus [a]. Credibile est, Deum, qui mentem illi injecerat, ut ad Philistæorum castra ascenderet, etiam ut signum noscendæ divinæ voluntatis constitueret, suggessisse [b]. Porrò de augurii vel ominis ratione est, quòd non à Deo, sed à Dæmone tacitè, vel expressè futurus eventus expectetur. At constat Jonatham à Deo tantùm hunc expectâsse [c]. Nec tentavit Deum Jonathas. Tentando Deum peccatur dupliciter; 1. quia deest fides: 2. Quia curiosè fit, sine necessitate, vel utilitate. Neutrum in Jonatham conveniunt; Nec deerat fides, nec utilitas, &c. Credidit ille omnia regi divinâ potentiâ, & impiorum etiam hominum linguas ab eo ad loquendum incitari. Porrò nos nec Jonatham, nec Gedeonem debemus imitari, nisi certò sciamus nos eodem spiritu & instinctu commoveri. Si exempla conveniant cum lege communi, imitanda sunt; sin minùs, potiùs admiranda. Hæc cautio adhibenda est in exemplis [d]. Porrò omini Jonathæ simile fuit omen Pæonum, de quo sic Herod. init. l. 5. *Pæones, qui sunt à Strymone, admoniti divino responso, ut bellum Perinthiis inferrent: & si quidem, à Perinthiis ex adverso confidentibus provocarentur, nominatim compellantibus, eos invaderent: sin minùs ab invadendo abstinerent. Ità fecerunt & vicerunt* †. [Nimirum diabolus est Dei simia, & Ethnici furunculi scripturarum.] Hoc signum quidam sic interpretantur: si dixissent, *Accedemus ad vos*, id futurum fuisse signum animi fortis & parati ad dimicandum. Contrà verò si dixissent, *Accedite ad nos*, id futurum fuisse signum, eos jam fractos esse & debilitatos [f]. ¶ *Manete*, [דֹּמּוּ] *Silete*, Mo. id est quiescite. Synecdoche speciei καταχρηστικὴ [g]. *Subsistite*, Sy. sim. Ar. JT. *Moramini*, Jon. *quiescite*, M. *expectate*, P. D. ex He. Vide Jos. 10. 12, 13 [h]. ¶ *Stemus in loco nostro*, [תַחְתֵּינוּ] *Subtus nobis*, Mar. *in eodem loco*, V. Expectantes & fortiter sustinentes impressionen eorum [i].

10. *Quia tradidit*] Hoc dicebat spiritu prophetico, aut quòd ità præsagiret animus ejus [k].

11. *Egrediuntur de cavernis*] Commodè accidit Jonathæ viam illam arduam & insuetam tentâse, nè existimaretur à Philistinis adoriri castra; sed potiùs egredi de cavernis necessitate compulsus [l].

12. *Ascendite ad nos*] Ità statim, *ascendamus*; Cùm tamen potiùs descendendum esset: Jam enim scopulos illos ascendisent; & Philistæi in locis planis & campestribus metati sunt; neque enim tot equi, & currus in arduis angustísque locis considere poterant, imò neque ascendere. Ortum ergo hoc puto ex Hebræorum idiomate, quibus tam *ascendo*, quàm *descendo* idem est, quod *venio*. Hinc 1 Sam. 29. 4. *Non descendit in prælium*; pro quo v. 9. *non ascendet*. Et *David descendit in petram*, 1 Sam. 23. & 1 Sam. 17. Goliah dicitur *ascendisse*, qui tamen è montibus *descendebat*, ut docet v. 3 [m]. ¶ *Et ostendemus vobis rem*, [וְנוֹדִיעָה אֶתְכֶם דָּבָר] *Et scire faciemus vos verbum*, Mo. ὁ. *Docebimus vobis verbum*, Jon. *Ostendemus vobis rem*, M. Ti. sim. Sy. Pi. JT. V. Ut doceamus vos quid sit temerè se committere periculo: hoc est, ut cædamus vos [n]; docebimus vos, quid sit nos lacessere [o]. *Docebimus vos rerum conditionem*, Ar. *Docebimus vos rem* militarem, Strig. *Verbum* pro re; q. d. est quod vobiscum communicare velimus, Mar. *Scire faciemus vos verbum*; i. e. volumus vobis aliquid dicere [p]. Ostendemus id quod tanto studio quæritis, nempe mortem [q]. ¶ *Ascendamus*] Appositè hoc omen Jonathæ dedit Deus; quia signum fortitudinis & victoriæ est, prævenire & invadere hostem, licet potentiorem, itáque eum metu percellere & fugare [r]. ¶ *Tradidit eos in manus Israel*] Non dicit, in *manus meas* vel *nostras*; Nota Jonathæ modestiam & humilitatem. Totum sibi periculum, populo totam gloriam facinoris reservavit. Verùm non indonatus abiit. Deus enim, qui exaltat humiles, victoriæ gloriam

[t] Mend. [v] Mend. Ità San. La. Me. Mart. [x] Me. [y] San. [z] La. sim. Mend. Theod. & Procop. in San. [a] La. [b] Me. [c] Mend. [d] Mart. † Ma. [f] He. in Mart. sim. M. [g] Pi. [h] Jun. [i] Os. [k] V. [l] San. [m] San. [n] Pi. [o] Ca. [p] V. [q] L. [r] La.

s Mend. fiam, quam ipse aliis tribuit, sibi reddendam curavit, in primis ab ipso populo [s].

t Me. Mend. ex Caj. et To. et Jo. v Mend. x Jun. Pi. Ma. sim. Mend. 13. *Ascendit autem*] Non in conspectu Philistinorum, sed ex alia parte [t], nè à Philistinis deorsum saxis truderentur; Proinde ascendebant per aliam viam multò difficiliorem & inaccessam creditam [v]. ¶ *Manibus & pedibus reptans*] Ità V. vel *nixus*, JT. Pi. Nam arduus & præruptus erat ascensus [x]. Arma verò, aut mordicus apprehensa, aut de collo in tergum rejecta, aut lateri affixa secum asportabant. Porrò illo modo ascendebant, nè conspicui forent Philistinis, sed improvisi in fastigium evaderent, & latenter ad hostium tabernacula properarent [y]. Vel, fortè proverbiale est, *manibus ac pedibus*; i. e. omnibus viribus, aut pro virili [z]. ¶ *Alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat sequens eum*] Sim. Sy. M. P. Ti JT. sumptis scilicet armis ab aliquo ex interfectis [z]. וְנֹשֵׂא כֵלָיו מְמוֹתֵת אַחֲרָיו] Ad facies Jonathan, *& ferentis vasa ejus interficientis post eum*, Mo. Jon. sic, *cadebant debilitati, infirmati*, vel certè *confossi, vulnerati*. sim. K. aut hoc dicit K. *cadebant, & armiger interficiebat* [a]. Jonathan iter faciebat ense per hostes [b]. Qu. Quomodo tanta strages à duobus fieri potuit? Resp. 1. Quia irruerunt in dormientes [c]. Non assentior, quia Philistini paulò antè vigilantes & loquentes introducuntur [d]. Verùm Hugo secutus Josephum, dicit Jonatham mutâsse locum, & secessisse ab eo, in quo à vigilibus visus fuerat; & divertisse in alium, unde hostes dormientes, & securos invaderet. Conjectura non displicet †. Resp. 2. Philistini non tam à Jonatha & armigero, quàm à seipsis per mutua vulnera occisi sunt. Quod factum, vel, 1. Ex nebula repentè offusa [f]; Verùm nebula illa non minùs Jonatham impedîsset, nè viderent hostem, quàm hostes à conspectu istorum [g]. At hæc ratio non cogit; Nec enim necesse erat, ut Jonathan hostem videret, cùm præter unum armigerum reliqui essent hostes. Gravior est altera ratio, quia tunc pugna, & strata hominum multitudo à speculatoribus non esset cognita [h]. Vel, 2. Quòd subitâ irruptione turbati, & credentes non à duobus tantùm, sed à cunctis hostibus impetum factum esse, se invicem non agnoscerent, quippe qui ex variis gentibus & linguis in unum exercitum coaluerant [i]. Vel, 3. Ex ἀορασίᾳ sive cœcitate divinitùs immissa, sicut Gen. 19. 11. 2 Reg 6. 18, &c [k]. Et sicut illi, cùm alia viderent, tamen non viderant ostium, Samariam, Helisæum; Sic videtur hoc loco contigisse; Videbant quidem Philistæi alia omnia, videbant armata corpora; non tamen cognoscebant, quod eo tempore maximè illis foret ex usu; an hostes essent, quos ferro peterent, an socii. Eandem ἀορασίαν accidisse suspicor, quoties hostes dicuntur mutuis se vulneribus concidisse, ut Jud. 7. 22. 2 Par. 23 Aliquid simile narrat Pausanias in Phocicis paulò post medium, accidisse Gallis, aut Galatis, cùm Apollinis Delphici templum compilare tentarent. Sed est, credo, in illa narratione aliquid fabulosum [l]. Resp. 3. Pavorem panicum in eos Deus injecerat [m]; quo illi correpti, & quodammodo lymphatici, in mutua vulnera irruebant [n]. Perturbatio magna erat atque tumultus ex repentino Hebræorum adventu, & armorum strepitu, quem ubique audiebant [o]. Facile erat Deo perturbare eorum phantasias, ut amicos putarent inimicos: sicut naturaliter fieri videmus in malancholicis & maniacis [p].

y Mend. ferè ex V. — z Jun. — a D. — b V. — c Jo. in Mend. — d Mend. — † Ma. — f L. — g E. — h San. — i Jo. in Mend. — k E. ex L. San. — l San. — m La. sim. Me. Mend. ex Caj. & To. — n Mend. — o San. — p La. ad v. 14.

14. *In media parte jugeri, quam par boum in die arare consuevit*, כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה] [Variè reddunt,] *Fermè in dimidio jugero*; id est, boum *jugatorum actu*, JT. Heb. *paris jugo*, Jun. Vocem שָׂדֶה non exprimit; cur illud *actu* adhibuerit, nescio. Et מַעֲנָה *jugerum* vertit, quod malim cum RS. & K. & R. Levi *sulcum* intelligere, id est lineam, quam arator ducit bobus eâ mensurâ quam vult. Jon rectè vocat *itionem boum*, per sulcum enim boves arando eunt. Confirmat id origo vocis. Est enim מַעֲנָה propriè depressio terræ, quam facit aratrum; ab עָנָה *deprimi*: idem est quod מַעֲנִית Psal. 129. 3. ubi proculdubio *sulcum* notat [q]. *In media parte jugeri, & spatio agri duorum boum*; hoc est, quantum spatii duo boves per diem in agro arare possunt, M. sim. Vulg. & Jon. & K. & RS. & R. Levi in Di. *Circiter spatium dimidiæ ambulationis jugi boum in agro*, Jon. sim. Ang Be'g Sed vide quàm multa hìc ponantur [r]. 1. צֶמֶד esse *par boum*. 2. שָׂדֶה poni pro בְּשָׂדֶה [s]. 3 *Par boum* hìc poni pro spatio quod par boum arant uno die; quas meras esse conjecturas quivis vidit [t]. *Quasi in dimidio jugeri, jugeri* scilicet *agri*, Pi. V. i. e. in tantillo spatio, quanta est dimidia pars jugeri, aut sulci ducti à pari boum per integrum jugerum terræ; q. d. Brevissimo spatio interfecerunt viginti [v]. צֶמֶד propriè est par animalium conjugatorum, &c. Metonymicè ponitur pro agro quem tale par die uno arare potest [x]. *Quasi in medio, vel dimidio sulci jugeri agri, sive terræ*, Mo. Mar. Ang. (sive *in agro*, Ti) *In agri spatio dimidii ferè jugeri*, Ca. Commendatur hìc fortitudo Jonathanis, quòd in tam exiguo spatio, ubi sibi invicem tam vicini essent hostes, & alter alteri auxiliari posset, tam multi ceciderint. Sed annon amplum satìs spatium videtur, si in longitudine dimidium sulci capias; in latitudine verò quantum par boum uno die arare potest? adeóne mirum viginti ibi viros cecidisse? Ego longè contractius spatium fuisse arbitror. צֶמֶד sign. *par*, ut Jud. 19. 3. צֶמֶד חֲמוֹרִים *par asinorum*: צֶמֶד פָּרָשִׁים *par equitum*. Ità hoc loco צֶמֶד שָׂדֶה *par agrorum*. Quid autem hic *ager* est? Docet id quod præcessit מַעֲנָה *sulcus*; nempe esse id quod ducendo sulcos efficit agricola; sive longum illum pulvillum, qui ab initio unde sulcus inchoatur, ad finem arvi ubi desinit inter duos sulcos protenditur; cujusmodi agellos multos interdum in uno arvo efficit agricola, prout plures, aut pauciores ducit sulcos. Ità exiguum admodum fuerit spatium; scil. in longitudine dimidii sulci, in latitudine duorum agellorum. Quòd si quis majus spatium designari existimet, vertat, *Fermè in dimidio sulci jugeri* [y]. Vulgatus sua periphrasi jugerum intellexit; quod longum est pedes 240. latum 120 [z]. Dimidium jugerum Hebræi exponunt spatium quadrantis milliaris. Tale spatium Hebraicè & Metonymicè duplici nomine insignitur; 1. Dicitur מַעֲנָה vel מַעֲנִית *Aratio*; i. e. Quantum par boum in die exarare potest. Sic K. & Hi. quanquam K. *sulcum* etiam reddit & *lineam* vel *liram* quæ aratur bobus. Sic dicitur, vel à עָנָה *opprimere, subigere*, &c. quasi *terræ oppressionem* vel *subactionem* aut *subactum* dixerit. Vide Psal. 129. 3. vel à עָנָה *respondere*, quòd sulcis aut strigis pari ordine sibi respondentibus constet: Cujusmodi jugerum pedes Hebræorum, quando ἑτερόμηκες est (*ex una parte longior*) habet longitudinis 192, latitudinis 96, areæ 18432, juxta Capellum, quem videris. 2. צֶמֶד *par* vel *jugum* à צָמַד *tzamad, conjungare, copulare*, &c. quasi spatium terræ quod strenuum par vel jugum boum die arare potest [a]. [His aliquid lucis affulgebit ex iis quæ annotat, Ma.] Varro *de re Rustica*, 1. 10. *Jugum* (inquit) *vocant, quod juncti boves uno die exarare possint. Jugerum quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus qui & latus est pedes 120, & longus totidem.* Isidor. *Orig.* 15. 15. *Actum provinciæ Bæticæ rustici agrum vocant.* Plin. 18. 3. *Jugerum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset. Actus, in quo boves agerentur, quum aratur uno impetu justo. Hic erat 120 pedum: duplicatúsque in longitudinem jugerum faciebat.* Festus, *Actus significat modo in Geometrica minorem partem jugeri, id est, 120 pedum* [b]. [Ex his patet, cur Junius illam vocem *actu* adhibuerit, quod se nescivisse profitetur, Di.] Non suspicor Jonatham aliquid præterea aut curâsse aut tentâsse; cùm jam assecutus esset quod volebat: neque tutum erat in castris ità confusis diutiùs manere, cùm arderent omnes & furerent insaniâ; & obvium quemque interficerent [c].

q Di. — r Di. — s Ità M. K. in Di. P. — t Di. — v V. — x Pi. — y Di. — z Mar. — a Waserus de Antiq. mensur. Heb. 4. 13. — b Ma. — c San.

15. *Et factum est miraculum in castris, per agros*, וַתְּהִי חֲרָדָה בַמַּחֲנֶה בַשָּׂדֶה] *Et fuit tremor*, vel *pavor* (vel *stupor*, ὁ. *conturbatio*, Jon.) *in castris, & in agro*, Mo. *in illis castris, in agro*, JT. id est, vel, tam in castris, quàm in agro; vel, in castris, quæ erant in agro [d]. ¶ *Et populus stationis*, &c. וּבְכָל־הָעָם הַמַּצָּב וְהַמַּשְׁחִית חָרְדוּ גַּם הֵמָּה] *Et universus populus qui in Massab, & qui vastabant, obstupuerunt*, ὁ. *Et in omni populo stationis, & vastatores turbati sunt etiam illi*, Jon. *Tum in omni populo qui erant in præsidio, tum hi qui grassabantur territi sunt*, Ti. *Sed & qui de statione erant prædatrice territi erant*, M. Alii sic, *Et in toto sive omni populo; statio & corruptor* (vel *præsidium & vastator*, P.) *expaverunt, etiam ipsi*, Mo. P. *Et in toto illo populo, stationarii & populatores* (Heb. *stationarius & corruptor*. Enallage numeri,

d Me.

numeri, Pi.) milites *trepidaverunt ibi quoque*, JT. Id est, tum qui in stativis manebant ad castrorum custodiam, tum ferentarii, qui extra castra populaturi & excursuri in Israelitas mittebantur †. Pro *ibi quoque* legendum *ipsi quoque*: q. d. Non solùm milites gregarii, & minùs exercitati, &c [f]. Tres illi cunei, de quibus c. 13.17. aut alii, eodem fine digressi, eandem passi sunt ἀορασίαν, aut insaniam, quod minimè incredibile est [g]. *Statio*, (i.e. qui in statione collocati erant) *& prædator, trepidaverunt etiam ipsi*, V. מַצָּב à יָצַב; *Hi sunt lancearii, qui eunt ante exercitum, & ipsi stare faciunt populum:* מַשְׁחִית autem sunt *qui exeunt ex insidiis* [h]. ¶ *Et conturbata est terra.* Ità Jon. [וַתִּרְגַּז] *Commotaque est*, P. Mo. Ma. sim. JT. *obstupuit terra*, ὁ. *tremuit terra*, M. Ti. Ar. Sy. Ca. Strig. nempe propter trepidationem Philistinorum. Metaphora [i]; vel Hyperbole, quâ significatur Philist. consternatio [k]. *Terra* pro *habitatoribus terræ* [l]. *Terra*, i.e. ea pars terræ in qua erant castra Philistim, h.e. stationarii milites, &c. Synecdoche integri, & Metonymia subjecti [m]. Vel, fortè terra ipsa repente tremuit [n]. Mirus erat terræ motus, indéque terror & perturbatio à Deo iis immissa [o]. *Tremuitque terra super eos*, Ar. ¶ *Et accidit quasi miraculum à Deo*, [וַתְּהִי לְחֶרְדַּת אֱלֹהִים] *Et fuit in trepidationem* (vel *in pavore*, P.) *Dei*, Mo. *Invasit eos terror Domini*, Sy. [Dupliciter exponunt.] 1. Trepidatio maxima, Ita JT. *ut evaderet in trepidationem maximam*, V. D. Pi. ut Gen. 1. 2. & 30. 8 [p]. Quæ magna sunt Dei esse dicuntur, ut *montes Dei*, *cedri Dei*, *ignis Dei*, &c [q]. Verùm hæc tantùm est secundaria & consequens significatio; nam *Dei* nomen additum primariò & propriè causam efficientem denotat [r]. 2. *Trepidatio Dei* hîc intelligitur à Deo immissa [s]. *Et factus est pavor à Domino*, ὁ. *Et fuit in turbationem ab ante Dominum*, Jon. *Et incidit in corda eorum vehemens pavor à Domino*, Ar. Solebant etiam gentes metum vel turbationem, cujus nulla apparet causa, alicui Deorum attribuere: *Pani* videlicet, unde Panicus casus. De tali metu à Deo immisso, vide Gen. 35. Exod. 23 Deut 7. Isa. 37 [t].

16. *Speculatores Saul*, [הַצֹּפִים לְשָׁאוּל] *Speculatores Saulis*, ὁ Mo. M. Ti. Sy. Ar. vel *Sauli*, Jon Ma. Ità dicitur, ut מִזְמוֹר לְדָוִד; תְּפִלָּה לְמֹשֶׁה *precatio Mosis*; *Psalmus Davidis*. Ebræi supplent אֲשֶׁר לְשָׁאוּל [v]. *Videntes autem speculatores ubi retulerunt ad Saulem*, JT. ¶ *In Gabaa Benjamin*] Ità omnes. [Miror neminem τὸ בְּגִבְעַת hîc vertere, *in colle Benjamin*. Qualis locus speculatoribus maximè commodus erat. Et sic vertunt eandem hanc phrasim, c. 13. 16.] ¶ *Et ecce multitudo prostrata, & huc illúcque diffugiens*, [נָמוֹג וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם] *Dissolvebatur* (*trepidaverat*, Sy. Sim. Ar.) *& abibat & quassabatur*, Mo. *abibat & frangebatur*, i.e. subinde magis atterebatur; q. d. subinde augebatur strages [x]. *Promovebátque & atterebatur*, P. *discesserat & profligatus fuerat*, Sy. *profligatus dissipabatur*, Ar. *Et ecce vulgus Philistin dissolvebatur, & eundo concutiebatur*, M. *colliquescebat, & pergebat, & contundebatur*, Belg. *Et pergebant contundentes se invicem*, Ang. *Quòd ecce multitudo illa colliquesceret, & pergeret indesinenter tundere se*, JT. Heb. *& iret eundo & contundendo se*, Jun. Pi. Infinitivum pro indicativo ponitur, Q in Ma. *Et ecce diffluxit multitudo ultro citróque discurrens*, Ti. Vulgatus τὸ הֲלֹם vertit *huc*: id est, *& ambulavit & huc*, subaudi *illúcque* [y].

18. *Applica Arcam Dei*, Ita M. Ti. [הַגִּישָׁה אֲרוֹן הָאֱלֹהִים] *Accedere fac* (*admove*, Sy. Ar. P. V. JT. Pi.) *arcam Dei*, Mo. Jon. Ut consulamus Dominum quid opus facto sit [z]; an debeam persequi Philistæos [a]. *Applicare arcam*, hîc non est illam adducere de loco suo ad eum. Nimis hoc superbum esset & otiosum. Dicitur autem *applicari arca*, quomodo dicitur adhiberi consiliarius, aut testis; cùm non illi ad nos, sed nos ad illos contrà veniamus [b]. *Applica arcam*, id est, adhibe, admove præsidium quod arca subministrat; q. d. Indue Ephod, quod juxta arcam adservatur, & per Urim & Thummim coram arca consule Dominum [c]. *Applica tibi arcam*, pro *Applica te arcæ*. Hypallage [d]. LXX hîc habent, *Affer Ephod*. Non tam arcam admovebant, quàm Ephod; in cujus pectorali erant Urim & Thummim † Hæc indicant Samuelem non adfuisse, aut certè Saulem eum consulere noluisse. Maluit Saul adhibere istum sacrifi-

Margin: † Jun. Pi. — f Pi. — g San. — h K. in D. — i D. — k M. — l Mar. — m Pi. — n Mar. Me ex Sal. Mart. — o La. — p V. — q San. sim. D. Me. — r Glas. gram. 65. — s Ità Glas. San. V. D. — t San. — v D. — x V. — y Ma. — z V. — a Pi. — b San. — c T. sim. Me. Os. V. — d Ma. — † D.

culum, qui pro ipsius nutu & arbitrio aut consuleret Dominum, aut desisteret: Nam Samuelem ut nimis severum aut rigidum non potuit ferre [f]. ¶ *Erat ibi arca Dei*] Arca è Carjathjarim adducta erat, quia ejus præsentiam utilissimam fore judicavit Saul [g]. Adduci facilè potuit, cùm esset extra tabernaculum, & quasi in hospitio. Fortassè, cùm Samuel discessisset, Saul arcam adferri jussit. Videri enim volebat studiosus legis, & nihil facturus injussu Domini [h]. ¶ *Cum filiis Israel*] Heb. *Et filii Israel*. *Et* igitur hîc valet *cùm*. Sic Exod. 15 *& Joseph*. pro *cùm Joseph* [i]. Sic Gen. 46. 1. *Profectus est Israel* [וְכָל] *cum omnibus quæ erant ei*. 2 Sam. 8. ult. *Et Benaiah* [וְהַכְּרֵתִי] *cum Cerethæo*, &c. scil. *erat*, h. e. præerat Cerethæis, &c. cap. 20. 23. ponitur in eadem locutione עַל *super*. Contrà etiam עִם pro ו ponitur, ut alibi notatur [k].

19. *Cúmque loqueretur*, &c.] Non legimus quomodo Deus consultus fuerit, aut quomodo ad interrogata responderit [l]. Aliqui ità exponunt; dum loqueretur, id est, dum præciperet sacerdoti, ut consuleret Dominum: alii verò, cùm præponeret illi capita interrogationum [m]. *Cùm hæc diceret Saul sacerdoti*, Sy. Sim. Ar. ¶ *Tumultus magnus exortus*, &c. [וְהֶהָמוֹן אֲשֶׁר בְּמַחֲנֵה פְלִשְׁתִּים וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וָרָב] *Et turba* (*major pars exercitûs*, Sy. sim. Ar. *multitudo illa*, JT.) *quæ erat in castrametatione Philistim, & ibat eundo & multiplicabatur*, Mo. sim. Jon. *pergebat indesinenter conflictari*, JT. *ibat, eundo & conflictando*, Jun. Pi. *diffluebat*, Sy. *aufugit*, Ar. Al. sic; *Tumultus* (*& sonus*, ὁ.) —— *ibat eundo, & crescebat*, P. *procedendo latiùs serpebat ac crescebat*, M. sim. Ti. Ca. V. ¶ *Contrahe manum tuam*] Extenderat enim manus ad orandum [o]. Is gestus orantium, Psal. 27. 2. & 43. 21. Jubet, nè oret ampliùs, aut sciscitetur à Deo oraculum [p]: q. d. desine sollicitus inquirere de voluntate Dei; jam res ipsa & hostilis clamor loquitur, opem nostram certò deposci; ut & Jonathan periculo eruamus, & hostes turbatos opprimamus [q]. אֱסֹף יָדֶךָ *Collige* (*recollige*, P. Mo. *reduc*, vel *retrahe*, V. Ti. *recipe*, Sy. JT. Pi.) *manum tuam*, ὁ. q. d. sine illic Ephod, noli illud capere: non enim est mihi otium consulendi Dominum [r]. Jubet eum colligere manus ad se, nè aperiat Urim & Thummim, & nè consulat Deum per eos [s]. Non ampliùs hîc in consulendo Deo hærendum est: sed propiùs ad Philistæos accedendum [t]. Quare rem aggressus est Saul inconsulto Deo; neque fortasse aliam ob causam stultè egit, dum militibus ad noctem usque jejunium indixit [v]. Pergit hîc Saul prodere animum à Deo alienum [x]. Videre est hîc ingenium hypocritarum in Saule. Hi enim in periculis videntur valdè religiosi; paulo autem post, cùm viderint abesse periculum, Deum non ampliùs quærunt aut curant [y]. Quia non habebat citò responsum desistit à petitione [z]. Antea præ se tulit, se fine consilio Dei nihil facturum: At hîc satis declarat, quanti voluntatem Dei faciat; q. d. satis scio quid sit agendum. Non opus est ut Deum consulas [a]. *Contrahe manum*] Ità fermè Capaneus Thebaidos Papinianæ 3. ad Amphiaraum;

——sed prima ad classica cùm jam
Hostilem Ismenon galeis Dircénque bibemus;
Nè mihi tunc moneo lituos atque arma volenti
Obvius ire pares, ventísque aut alite visâ
Bellorum proferre diem; procul hæc tibi mollis
Insula, terrificíque aberit dementia Phœbi:
Illic augur ego, & mecum quicunque parati
Insanire manu —— [b].

20. *Conclamavit ergo Saul*, &c. [וַיִּזָּעֵק שָׁאוּל וְכָל] *Tum exclamans Saul*, &c. Sy. Ar. *Conclamavit itaque Saul ad arma*, Os. *Et congregatus* (*clamore convocatus*, Ti. *accitus*, Mo.) *est Saul, & populus*, &c. P. Jon. ¶ *Venerunt usque ad locum certaminis*) Heb. *usque ad prælium*. Hîc עַד pro אֶל [c].

21. *Hebræi qui fuerant cum Philistiim*, &c. [וְהָעִבְרִים הָיוּ לַפְּלִשְׁתִּים] *Et Hebræi* (*Hebræi quidam*, JT.) *fuerant Pelistæis*, Mo. Jon. JT. vel *inter Pelistæos*, M. *Et servi qui erant*, &c. ὁ. Pro עִבְרִים legerunt עֲבָדִים [d]. Alii sic, *Ebræi qui fuerunt cum* (vel *pro*, Tig. not.) *Pelistæis*, &c. P. Ti. Ca. Ang. Strig. id est, qui Palæstinis priùs favebant †. ¶ *Ascenderántque cum iis in castra*,

Margin: f Mart. — g Ser. — h Mart. — i D. — k Glas. gram. p. 690. — l San. — m Mart. — o Me. T. San. L. — p San. — q T. ex To. — r V. — s K. in D. — t Pi. — v San. — x Jun. Pi. — y Osiand. — z L. — a Mart. — b G. — c D. — d D. — † V.

strâ, [אֲשֶׁר עָלוּ עִמָּם בַּמַּחֲנֶה סָבִיב] *Qui ascenderant cum iis ad* vel *in castra, circumquaque*, JT. Belg. sim. Mo. Jon. vel è regionibus *circumquaque*, Ang. *Qui ascenderant cum iis in castra*, erant *per circuitum*, P. Mart. i. e. subduxerant sese à reliquo exercitu [f]. Verto *positi in circuitu*, scilicet castrorum: hoc est, ad impedimenta. Erant enim mancipia Philistæorum [g]. Coacti erant eorum impedimenta portare. Impedimenta autem solent castris esse pro vallo [h]. *Erántque inter exercitum*, M. *Agmen clauserant*, Ca. *castra eorum secuti fuerant*, Strig. ¶ *Reversi sunt ut essent cum Israel*, &c. [וְגַם הֵמָּה לִהְיוֹת עִם יִשְׂרָאֵל] Ad verb. *Et etiam ipsi ad existendum cum Israel*, Mo. *Ipsi* (sub. *conversi sunt*, vel *revertebantur*, 6. P. Ti. Ang. Os. Jon.) *ut essent cum Israel*, 6. P. &c.

22. *Sociaverunt se cum suis*, [וַיַּדְבְּקוּ] *Adhæserunt*, Mo. 6. *assecuti sunt*, D. pro יַדְבִּיקוּ, ut alibi, וַיַּדְרְכוּ pro יַדְרִיכוּ [*].

23. *Et salvavit Dominus Israel*, &c.] Judæi quidem hoc beneficio indigni erant: Rex impius; populus Deo diffisus confugerat ad antra. Quare hîc non populi merita spectanda sunt, sed sola fides & promissio Dei. Patres ità se gerunt erga liberos suos; interdum peccantes puniunt, interdum verò peccantibus indulgent. Quidni Deus idem faceret [†]? ¶ *Pugna pervenit usque ad Bethaven*, [וְהַמִּלְחָמָה עָבְרָה וגו׳] *Et bellum* (vel *prælium*, 6. Sy. vel *pugna*, M. Ti.) *transiit Bethaven*, Mo. Alii, *Et bellatores transierant*, P. sim Jon. D. *exercitus transiit*, JT. Heb. *bellum*; metonymicè, Jun. *viri pugnæ*. Hîc desideratur nomen אַנְשֵׁי, ut & aliàs. Sic *dolus* pro *vir doli*, i. e. dolosus; *vinum*, pro *vir vini*, i. e. vinosus [i].

24. *Et viri Israel sociati sunt sibi*, [וְאִישׁ יִשְׂרָאֵל נִגַּשׂ] *Et vir Israel exigebatur*, Mo. *coarctatus erat*; P. V. *pressus*, D. *vexatus*, *afflictus*, K. in D. *Israelitæ pressi sunt*, JT. sim. M. nempe fame, M. V. *lassati*, Os. *languefacti*, Strig. Alii sic. *Cum coivissent Israelitæ*, Ca. sim. Ti. [Alii legunt נִגַּשׁ, vertúntque *Accedens Saul*, &c. Sy. Ar. Illa autem verba וְאִישׁ יִשְׂרָאֵל rejiciunt ad præcedentem versum; vel sic, *Cúmque transiret prælium inter Aven & viros Israelis*, Sy. vel aliter, *Eodémque die bellum gesserunt Israelitæ in Bethaven*, Ar. ¶ *Adjuravit autem Saul populum*] vel *adjuraverat*. Ità Jon. P. Mo. M. Strig. Belg. Ang. [וַיֹּאֶל שָׁאוּל אֶת הָעָם] *Quia execratione (maledicto*, 6.) *obstrinxit Saul populum*, JT. Pi. *jurejurando obstrinxerat*, Ca. Futurum וַיֹּאֶל plerique ab אָלָה per Apocopen deducunt pro וַיָּאלֶה, quasi formam à יָאַל *jaal* haberet; aut certè cum אָלָה significatione congruere volunt. Alii componunt ex *jaal* & *alah*, convertúntque, *& dissolvit adjurando Saul populum*. Possis reddere, *Et resolvit Saul populum*; h. e. dissolvit, labefactavit; vel, *& resolvit Saul ad* vel *apud populum*, vel *cum populo*; id est, statuit, decrevit, eleganti Hebraismo. Nonnulli propriam verbi Jaal in Hiphil significationem retinent; *& voluit Saul cum populo dicere* [k]. *Ausus est Saul populum juramento obstringere hisce verbis*, Ti. Porrò, ו in וַיֹּאֶל ponitur pro כִּי [l], valet hîc *postquam* [m], ut Jes. 64. 5. *Ecce iratus es*, *& peccavimus*; pro *quia peccavimus, iratus es*. Ità hîc, *& adjuravit*, pro quòd adjurâsset Saul [n]. *Adjuraverat enim*, P. *quia obstrinxit*, &c. JT. Potest hoc factum esse cùm irent ad prælium de Gabaa. Nam Jonathas non audivit. Alii aiunt hoc dixisse Saulem inter persequendum [o]. ¶ *Qui comederit panem*] Ullum cibum; nam etiam mel comprehendit [p]. Potus non videtur interdictus, quia brevior in bibendo mora, & urgentior illius necessitas æstu & pugnâ fatigatis [*]. ¶ *Donec ulciscar*, [וְנִקַּמְתִּי] *Et* (pro *ut*) *ulciscar*, V. *donec ulciscar*, P. Glas. ו præfixum quandoque sign. *donec*, ut Gen. 18. 4, 5. וְאֶקְחָה *donec accipiens afferam*, &c [||]. Qu. An prudenter & sanctè hoc dixit, fecítve Saul? Resp. 1. Q. affirmant [q]. 1 Lex illa nec dura, nec inepta fuit; cùm brevi morâ elabi hostis posset, & occasio divinitùs oblata perire. Durior solet esse disciplina militaris, & graviora jubet, quàm die uno jejunare. 2. Deus ipse videtur edictum probare; quia post illud violatum noluit respondere; &, per sortes docet non Saulem, sed Jonathan peccatorem esse, v. 41 [r]. Legem hanc jejunii indixit ex recto zelo, nè hostes elaberentur; & ut hoc

f V. g Pi. h Mart. * D. † Mart. i D. k Ma. l V. ex He. m D. n V. o V. p D. ex K. * Me. || Glas. gram. 690. q Ità To. La. Ambros. in San. Ser. Sal. in La. r La.

jejunio Deo gratias ageret pro victoria, eúmque provocaret ad illam planè plenéque perficiendam. Hinc apparet Saulem fuisse virum pium. Deúmque ei favisse; licèt cap præced. ejus, quasi minùs perfectè obedientis, posteros regno privârit; tamen eum non abjecit, donec graviùs inobedientiæ crimen commiserat [s]. Resp. 2. Alii Saulem peccâsse volunt [t]. Edictum hoc Saulis, hominis & imperiosi & προπετοῦς (*præcipitis*) imprudentiam arguit: nam & diu pugnantibus opus cibo refici; & pœna gravior tali delicto. Præterea, excipi debent ignorantes [v]. Finem bonum sumendæ de hostibus ultionis, duo bus malis mediis corrupit; nimirum interdicto necessarii cibi; & adjuratione, seu execratione. Hoc est secundum argumentum destituti Saulis spiritu Dei [x]. Videtur Saul arrogantiâ inductus ista facere: sic enim ait, ut ulciscar me de hostibus meis [y]. Peccavit Saul dupliciter; 1. quòd malè juravit; 1. quia sine necessitate: Deus enim victoriam sufficientem dederat; & non erat necessitas insequendi hostes ulteriùs absque divino consilio, quod Saul non expectavit; 2. non excepit, quod excipere debuit, nempe casum necessitatis; 3. fuit occasio peccandi populo; vide ad v. 32. 2. Peccavit quia juramentum malè implere voluit [z]. Et hunc errorem, qui sanè levis non fuit, inde natum existimo, quòd cùm Deum consulere esset aggressus, illius tamen non exspectavit responsum: quod aliquid habet inurbanæ cujusdam impietatis; quasi tempus illud periret, quod religiosa illa, & quodammodo necessaria consultatio consumeret. Quid si ideò Deus, secundo loco, non respondit, v. 37. quòd, priori ipsius oraculum neque æstimatum, ut par erat, neque exspectatum fuit? Quæres, Quomodo, si Saul peccavit, probavit hoc Deus per sortes? Hujus rationis vim, quæ sanè infirma non est, sic videor diluere posse. 1. Hoc factum, ut hinc discerent homines & parendum esse Regibus etiam dura imperantibus; & quanta esset vis anathematis, seu maledictionis, quæ est à superiore potestate; quæ licèt sit injusta, timenda tamen est. 2. Ut stultitiam & peccatum Saulis hoc modo puniret [a]; & ad declarandam Jonathæ innocentiam: multi enim scientes eum comedisse scandalizari potuerunt [b]. ¶ *Et non manducavit*, [וְלֹא טָעַם] *Et non gustavit*, V. D. *Gustare* ponitur pro *comedere*, 2 Sam. 3. 35. Jon. 3. 7. Act. 10. 10. & 20. 11. Sic Cæsar de Britannis, *Leporem & anserem gustare fas non putant* [c]. Abstinuit populus ab omni esca [d]. Laudanda est ista modestia populi: sed vicissim vituperandi sunt, qui non æquè reveriti sunt edicta Dei [†].

25. *Omnéque terræ vulgus venit*, [וְכָל־הָאָרֶץ בָּאוּ] *Et omnis terra venerunt*, Mo. Populus *terræ*, P. *omnes habitatores terræ*, M. Jon. populus *totius regionis*, JT. *universa terra*, id est, universus exercitus Hebræorum [f]. *Terra* pro incolis terræ, ut infrà v. 30. & Gen. 41. 57 [g]. [Alii locum aliter vertunt, & אֶרֶץ accusativum faciunt;] *Et quamvis totam illam terram perlustrâssent, & sylvas ingressi essent; essétque mel in sylva*, Sy. *Et obierunt totam illam terram, & ingressi sylvam quandam*, Ar. ¶ *In saltum*, [בַיָּעַר] *In sylvam*. Ità omnes. ¶ *In quo erat mel super faciem agri*, [וַיְהִי דְבַשׁ עַל פְּנֵי הַשָּׂדֶה] *Erátque mel super facies* (vel *in superficie*, M. P. Ti. JT.) *agri*, Jon. Mo. Sy. *in campo*, Strig Belg. *in agri solo*, Ca. *super solum*, Ang. Sunt quædam nomina, quæ aliis addita planè redundant; inter quæ est פָּנִים, & hoc loco, & Gen. 1. 2. *Et tenebræ erant* עַל פְּנֵי תְהוֹם *super facie abyssi*; i. e. in abysso. Ità planissimè Gen 23. 3. *Surrexit Abraham* מֵעַל פְּנֵי מֵתוֹ *à facie mortui sui*; h. e. à mortuo suo: ubi masculino utitur affixo, cùm tamen de mortua Sara sermo est, quia respicit ad גוּף *corpus* [h]. *Ecce erat in sylva mel decurrens ex apum nido*, Ar. In cavis arborum truncis, aut in petrarum scissuris, aut in ipsis terræ cavernis passim apes favos fingebant, &c. Idem nos in Hispania videmus in sylvestribus ac confragosis locis, ad quorum radices mellis rivi copiosi decurrunt [i]. Apes sylvestres in sylvis mellificant; uti videre est in Polonia & Moscovia; ubi proinde cum ursis sylvestribus depugnant, apibus nares ursorum pungentibus, &c [k]. Maldonatus in Matthæum refert se pauperes homines in Bœtica vidisse, qui mel ex sylvis colligerent, eóque vendendo quæstum factitarent. Itaque apum quæ vel in cavis arborum, vel in arundinetis, aut in antris nidificant, Poetæ passim meminêre; Hesiod. Theog. v. 2301.

s La. t Ità L. San. Chrys. in San. Me. Mart. Jun. Pi. G. v G. x Jun. Pi. Ma. y Mart. z L. a San. b L. c D. d V. † Mart. f V. g Jun. Pi. Ma. D. h Glas. gram. p. 145. i San. k La.

2301. Vide Schol. Phocyl. aut quisquis est, in Νουθετικῷ vers. 160. Virg Georg. 4.

Sæpe etiam effossis, &c.——

Ità & Philosophus, hist. 5. 22. Itaque etiam alibi mel sylvestre reperire est: sed in Judæa frequentiùs, quæ sæpe dicitur *terra fluens lacte & melle*; id est, eorum proventu fertilissima; phrasi etiam poetis usitatâ. Virgil. Eclog. 3.

Mella fluant illi ——

Ovid. Metam. 1.

Flumina jam lactis ——.

Job 20. 17. *torrentes mellis & butyri*. Porrò, hujusmodi rupes [mel emittens] vocatur *rupes mellis*, Psal 81. 17. Et mel inde manans *mel è petra*, Deut. 32. 13. Sic à voce יַעַר *jaar*, quæ *sylvam* sonat (ut *jar* Punicè lignum apud Augustin. in Psal. 23.) יַעַר *jaar*, vel יַעְרָה *jaara*, est *favus propriè in sylva repertus*. Sic hoc cap. 14. v. 27. —— *immersit eam* (i e. virgam) בְּיַעְרַת הַדְּבַשׁ *in favum mellis*. Et Cant. 5. 1 *Comedi* יַעְרִי *favum meum cum melle*

¹ BA. 24. 12. 517. *meo* ¹.

26. *Et apparuit fluens mel*, וְהִנֵּה הֵלֶךְ דְּבַשׁ] *Et ecce decurrebat* (*stillabat* Ang.) *mel*, P. *fluebat mel decurrens*, Ar. Defluebat mel in terram. V. *Fluxus* (vel *decur-*

ᵐ M. *sus*) *mellis*, M. Ti. D. BA. הֵלֶךְ capitur pro הֲלִיכַת ᵐ. Ad verb. *ambulatio*, vel *itio mellis*, Mo. D. Mel quod

ⁿ D. fluit per Metaphoram *ire* dicitur ⁿ. Ità in Ovid. Metam. 1.

—— *jam flumina nectaris ibant*;

id est, fluebant. הֵלֶךְ propriè est *ire* vel *incede-*

† BA. ib. 518. *dere* †. ¶ *Nullúsque applicuit manum ad os suum*] *Cum melle* videlicet: aut manum suam melle delibutam *.

* D. V. Pi. ° Jun. Pi. 27. *Jonathan non audierat*] Nondum ex quo Philistæos invasit ad exercitum redierat °. ¶ *Cùm adjuraret*] Malo vertere. *cùm maledicto obstringeret*; vel *cùm obtestaretur*. *Adjurat* enim qui ad jurandum alium adigit. Hoc non fecit Saul. Et שְׁבוּעָה non tantùm sign. *juramentum*, sed etiam *maledictum*. Sic exponitur hoc

* D. ad V. 26. & 27. nomen Jes. 65. 15. Vide K. ad Num. 5 21 *. ¶ *Extenditque summitatem virgæ*] aut hastæ, quam portabat ut bellator & miles; aut sceptri, seu baculi, quem ut dux

ᵖ San. exercitûs in manu gerebat ᵖ. ¶ *Intinxit in favum mellis*] Ità ferè omnes vertunt בְּיַעְרַת הַדְּבַשׁ. *In nido mellis*, Jon. ¶ *Et illuminati sunt oculi ejus*. Ità Sy. P. Belg Ang. Os. D. וַתָּרֹאנָה עֵינָיו] *Et viderunt & suspexerunt*, ὁ. *illuxerunt*, Jon. *lumen receperunt*, Ar. JT. V, vel *clariores redditi sunt*, Ti. V. qui scilicet priùs

ᑫ V. D. Me. Mar. ʳ G. præ fame caligabant ᑫ. Ex inedia tenebræ oboriuntur, ut Plautus ait, Curculione ʳ. Experientia hoc docet. Novi ego hominem, cui inedia oculis videndi facultatem ademerat; cui sumptus cibus animum visúmque restituit:

ˢ San. quod millies aliis accidisse audio ˢ. Nempe in talibus, debilitati defectíque spiritus optici jam novo cibo restau-

ᵗ Me. ex La. rati sunt, & refocillati ᵗ. Porrò, in scriptura est תְּרוּאֶנָה

ᵛ D. *viderunt*; in lectione תָּאֹרְנָה ab אוֹר *luxit* ᵛ; quod

ˣ D. ad v. 29. melius esse docet v. 29. ubi est אֹרוּ ˣ. Eodem recidit

ʸ D. utrovis modo legas ʸ. Vel est Synecdoche membri. *Lumen receperunt*, id est, vires recepit; unde singuli sensus re-

ᶻ Pi. ex Jun. creati sunt ᶻ.

28. *Respondénsque unus de populo*] Conjunxerat se Jonathas cum parente, cúmque his qui victoriam persequebantur; &, ut alii pedites, gradiebantur: quod veri-

ᵃ San. ad v. 27. simile facit loci natura confragosa, & aspera ᵃ. Milites, qui admonent Jonatham, rectè faciunt. Magni enim momenti est disciplina castrensis. Ille, cùm id audisset, ab-

ᵇ Mart. stinuit ᵇ. ¶ *Qui comederit panem hodie*] id est, usque ad vesperam, ut suprà v. 24. Nam vespera diem

ᶜ Pi. et Ma. ex Jun. desinentem terminat, & ineuntis principium statuit ᶜ. ¶ *Defecerat autem populus*, וַיָּעַף] *Et fatigatus est*, M. Jon. Ità Mo. V. D. Pi. i. e. atque ità factum est ut penè defe-

ᵈ V. cerit populus præ fame & lassitudine ᵈ. *Ità defatigatus*

† Ma. ᶠ D. *est*, JT. q. d. vires nos ità deficiunt, ut longiùs persequi non possumus †. Quamvis delassatus esset persequendo hostem, tamen non violavit jusjurandum ᶠ. *Exagitatus erat populus*, Sy. *defecit*, ὁ. P.

29. *Turbavit pater meus terram*] Ità ὁ. Sy. Mo. JT. vel *populum terræ*, P. Jon. Mar. M. Ti. homines terræ

ᵍ L. suæ ᵍ. Vult dicere, milites qui hostem persequebantur ʰ.

ʰ D. Tralatio ab aquis turbatis. Confudit mentem & victori-

ⁱ D. ex K. am eorum ⁱ. *Peccavit pater meus in populum*, Ar. Non bene consuluit regno Israelitico hoc tam gravi edicto. Fecit Saul, ut quidam inepti magistratus, qui conantur sibi auctoritatem ipsâ asperitate mandatorum suorum conciliare. Neque enim opus erat, ut tam importuno mandato Israelitarum vires exhauriret, cùm Deus ipse contra hostes pugnaret; & satius esset unum civem Israelitam servare, quàm mille Philistinos occidere ᵏ. Porrò, juvenili- ᵏ Os. ter hoc dixit Jonathan; & peccavit patris prohibitionem publicè reprehendendo, quam potiùs excusare debebat, nè populus tumultuaretur ˡ. ˡ La.

30. *Quantò magis si comedisset*, &c. אַף כִּי לוּא אָכוֹל וגו׳ אָכַל] *Quantò magis si comedendo comedisset hodie populus de spoliis inimicorum suorum quæ invenit?* M. P. Ti. Belg. Ang. sim. V. Pi. *Quantò magis*, sub. *fortis factus esset*, *si*, &c.? V. vel, *quantò magis*, scilicet illuminati essent oculi populi, hoc est vires refectæ; ità ut majore clade afficere potuissent Philistæos. Usitatissimum est אַף כִּי pro *quantò magis*. Nec inusitatum est, ut לוּא idem valeat quod *si*. Imò hæc nativa est ejus significatio. Quum autem valet *utinam*, usurpatur per Ellipsin consequentis: v. g. Gen. 17. 18. *Si Ismael viveret coram te*. Sub. id mihi satis, vel gratum esset. Sententia est, Utinam vivat. Cæterùm posterius כִּי hîc positum est pro כִּי אִם, id est, *at*. Quæ Ellipsis usitata est ᵐ. Alii sic ᵐ Pi. vertunt, *Utinam comedisset*, &c. ὁ. *Enimverò, si comedisset*, &c. Jon. [Alii sic reddunt totum versum] *Jam verò quia non comedit hodie populus* —— *propterea haud magna est strages Philistæorum*, Sy. sim. Ar. Strig. [Pro לוּא *utinam*, legebant לֹא *non*.] Al. sic; *Etiam quia (utinam liberè comedisset hodie populus, de præda hostium suorum, quod sufficeisset) quia, inquam, jam non infertur in Pelistæos plaga amplior*, JT. Sed illa versio neque cohæret cum sententia præcedente; & syntaxin habet contortam °. ¶ *Nonne major plaga facta fuisset?* ° Pi. כִּי עַתָּה לוּא רָבְתָה מַכָּה] *Quia nunc non* (*nonne*, M. P. V. D. ex K. & R. S.) *crevisset plaga* in Philistin? Mo. M. &c. Hîc לוּא pro הֲלוּא ᵖ; legendúsque est iste ᵖ V. ex M. versus, דֶּרֶךְ תְּמִיהָה [*per modum admirationis*] ut K. monet ᑫ. Porrò, illud אֲשֶׁר מָצָא vertunt, aut *quam* ᑫ M. *invenit*, i. e nactus est; aut *quod sufficeisset*, (Ità JT. *quantum satis esset*, Ca.) מָצָא utrumque significat. (Vide ad Num. 11. 22. Ma) Si populus cibo refectus esset, plus virium habuissent ʳ. Improbat Jonathan pa- ʳ D. tris consilium, 1. ab effectu, quòd populus viribus destituitur; quod probat exemplo suo. 2. Ab eventu, quòd non adeò cædebantur Philist. 3. A correctione ex abrupto, quâ pium suum votum opponit patris adjurationi: quia libertatem populo præripuit; & prædæ à Deo oblatæ usum intercludens, populum in necessitatem conjecit ˢ. ˢ Ma.

31. *Percusserunt ergo*, [ità plerique] וַיַּכּוּ] *Veruntamen percusserunt*, &c. Belg. [Alii cum priore versu connectunt, *Et quidem trucidâssemus*, Sy. sim. Ar. ¶ *Usque in Ajalon*] quæ erat in tribu Dan, Jos. 19. 42 ᵗ. ᵗ Jun. Pi. Magnâ igitur clade afficiebantur Palæstini ᵛ. ᵛ Mart.

32. *Et versus ad prædam*, וַיַּעַשׂ הָעָם אֶל הַשָּׁלָל] *Et fecit populus ad spolium*, Mo. *vertit se populus*, &c. M. sim. Ca. Ità Chald. exponit τὸ וַיַּעַשׂ ˣ. *Et fecit*, id est, ˣ M. *collegit* ʸ. *Et populus paravit spolia*, Strig. [Ità עָשָׂה ʸ K. in D. alibi sumitur.] Porrò, in scriptura est וַיַּעַשׂ; at in lectione וַיַּעַט ᶻ, à עָטָה, quod interpretantur *accessit*, & *di-* ᶻ D. sim. M. V. *vertit* ᵃ; *respexit*, aut *reflexit se ad prædam*, Jon. *inhia-* ᵃ D. *vit prædæ*, Sy. sim. Ar. *contendens ad prædam*, JT. *Et* ᵇ V. *congregavit*, i. e. convertit populus ad prædam ᵇ. *Et divertit*, ὁ. P. alii [codices] *irruit*, ὁ. in D. Ità Ti. *dispersus fuit populus*, R. Jes. in D. Ità *involârunt in prædam*, Belg. Ang. R. S. in D. BA. more rapacis avis, quæ dicitur עַיִט *ajit*, unde Græcum ἀετός, *aquila* ᶜ; quia præcipua in rapacibus, & maximè eximia ᵈ. Et sanè phrasis illa ᶜ BA. 1. 2. 46. 520. וַיַּעַט אֶל שָׁלָל paulò post occurrit, cap. 15. 19. unde ᵈ BA. 839. fortè orta est τῶ Keri Masorethici hujus conjectura. At nihil tamen necesse est sollicitare τὸ *Chetib*; cùm legi commodè posset יָעַשׂ à radice עוּשׁ, [Sic enim legendum in Capello, non יָעַט à radice עוּט, ut insigni errore legitur] quod *convenire & turmatim coire* significat; q. d. populus turmatim convenerunt ad prædam †. ¶ *Com-* † Capel. Critic. 3. p. 110. *edítque populus cum sanguine*] Ità ὁ. M. P. V. *cum ipso sanguine*, JT. Ti. Pi. præ festinatione non planè depurato & expresso sanguine ᶠ. Jugulabant humi boves, & ità ᶠ Jun. Pi. Ma. sim. M. L. San. La. D. caro ebibebat expressum sanguinem. Vel, *populus non exspe-*

exspectabat ut sanguis fluxisset, quod verius videtur. Alii, *nondum sanguis effusus erat*. Ostendit quantâ fame urgerentur [g]. Vetitum hoc erat Gen. 9. 4. Levit. 17. 14. & Deut. 12. 16 [h]. Ideò lapidem poposcit, ut ex eo mactarentur animalia, quò sanguis meliùs effluere posset [i]. עַל הַדָּם, *super sanguine*, Jon. Sy. Ar. Mo. *juxta sanguinem*, ut idololatræ, quod erat prohibitum [k]. Paulò post est אֶל הַדָּם v. 34. Sed עַל pro עִם poni notissimum est [l]. [Quod ferè omnes vertunt *super sanguine*.] Oportuit pecudes suspendere, ut sanguis efflueret [m]. Crudas etiam, vel semicrudas carnes instar luporum vorabant [n].

33. *Nuntiaverunt Sauli*] Rectè. Deferendum enim est ad magistratum, si quid peccetur publicè. Alioqui peccata non possunt puniri. ¶ *Qui ait, Prævaricati estis*] Rectè populum reprehendit; sed oportebat seipsum etiam reprehendere, qui dedisset occasionem huic malo [o]. Verùm Saul, hypocritarum more, non sibi, sed populo irascitur [p]. ¶ *Volvite ad me jam nunc saxum*] ad extruendum altare, de quo infrà, v. 35. ut coram Deo & se spectante animalia jugularent [q]. Ut ex eo, pendente capite jugulati pecoris, sanguis statim efflueret: priùs autem in terra plana illa jugulabant, ubi sanguis ægrè, nec nisi lentè tardéque effluere poterat, quod ipsi præ fame exspectare nequibant [r]. Porrò הַיּוֹם valde bene interpretatur *jam nunc*: quia יוֹם apud eos sæpe tempus significat; Num. 3. 13. Psal. 78. 42. Esa. 30. 26. Ostendunt sequentia jam noctem fuisse [s].

34. *Dispergimini in vulgus*, vel *in populum*. [Ità plerique] פֻּצוּ בָעָם *excurrite*, vel *discurrite per populum*, Sy. JT. *spargite in populo hoc mandatum*, Strig. ¶ *Et occidite super istud*, בָּזֶה] *In hoc* sub. *loco* [t]. Super hoc saxum [v]. Hieron. *super istud* sub. *saxum*. Probarem, nisi אֶבֶן fœmininum esset, ut vult Mercer. At commune faciunt Clenardus & Cevallerius. Sanè Cohel. 10. 9. בָּהֶם refertur ad אֲבָנִים *lapides*. Cæterùm unus lapis non sufficit ad altare extruendum. Ideò Gen. 28. 18. & 22. putant poni אֶבֶן pro lapidum strue. Alii vertunt, בָּזֶה *hoc cultro*. Ità veteres Hebræi [x]. ¶ *Et non peccabitis*] Qui suas leges rigidè vult observari, divinas pro temporibus flecti vult. Inter lege Dei vetita est, Edere coram sanguine; i. e. non amoto aut obtecto pecudis sanguine, Levit. 17. 13. & 19. 26. Bene hîc Josephus, συμβαίνει μὴ κρατεῖν λογισμοῦ τοὺς εὐτυχοῦντας, (*Vix contingit prosperâ utentem fortunâ secundùm rationem agere* [y].) ¶ *Cum sanguine*] אֶל pro עַל. Sic alibi אֶל *super montes non comedit*, i. e. עַל [z]. ¶ *Bovem*] Sub quo intellige & alia animalia mactata [a].

35. *Ædificavit Saul altare*] 1. Ut in eo offerrentur sacrificia pacifica pro re feliciter gesta [b]. 2. Ut posteris monumentum esset victoriæ divino beneficio adeptæ [c]. Existimo super hunc lapidem primò jugulatas pecudes, deinde erectum ex eo altare, tum ad monumentum, tum ad sacrificia [d]. ¶ *Tuncque primùm cœpit ædificare altare Domino*] Dices, jam antè Saul ædificârat altare, c. 13. 9. & ibi sacrificaverat †. Resp. 1. Hoc primum erat altare Deo gratum [f]. 2. Illud altare non ab ipso, sed ab alio constructum fuerat [g]. Hebræa sic se habent, אֹתוֹ הֵחֵל לִבְנוֹת מִזְבֵּחַ לַיהוָה [Variè reddunt;] *Illud cœpit ædificare altare Domino*, ô. Jon. P. Mo. V. D. vel, *ut esset ara Domino*, M. i. e. fuit illud altare primum quod exstruxit Saul [h]. Al. sic, *ex eo lapide cœpit ædificare*, &c. Q. in V. Ità R. Levi אֹתוֹ refert ad אֶבֶן quam vocem ait modò esse masc. modò fœmin [i]. Hæc posteriora verba sumenda sunt ἐξηγητικῶς, (i. e. præcedentia verba explicant:) *Ædificavit Saul altare*, id est, *cœpit ædificare*, primus lapidem jecit ad ædificandum altare [k]. [Desunt hæc verba in Syro: Cum sequentibus ea connectit Ar. hoc modo, *& cùm cœpisset exstruere altare Domino, dixit Saul, Descendamus ad Philisthæos*, &c. videtur hoc innuere, Saulem opus tantummodo incepisse, & postea negligenter destitisse, quomodo antea fecit, quando Deum consuleret.]

36. *Et vastemus eos*, וְנָבֹזָּה] *Deprædemur*, ô. Sy. Ti. Mo. P. JT. *diripiamus*, M. Ca. ponitur pro *interficere*; sicut sæpè apud Homerum ἐναρίζειν *. *Occidamus eos*, Ar. Jon. ¶ *Dixit sacerdos, Accedamus huc ad Deum*] q. d. placet consilium tuum, sed Dominum

[Margin: g V. — h Me. ex San. — i D. — k Q. in V. — l D. — m Mart. — n La. — o Mart. — p Os. — q Pi. Jun. Ma. — r La. ex Caj. — s G. — t D. — v V. D. — x D. — y G. — z D. — a V. Mar. — b Me. sim. V. San. La. Mart. — c Me. ex La. San. ex To. — d Ma. — † La. — f La. ex L. — g Me. ex La. — h V. ex M. — i D. — k G. — * Ca.]

consulamus [l]. Oportebat antequam res aliqua magni momenti susciperetur, consuli Dominum. Ejus mandati litus fuerat Saul, qui satìs sibi sapere videbatur [m]. ¶ *Huc*] i. e. vel ad aram à rege excitatam [n], vel, potiùs ad Arcam [o]: Nam ab eo sacerdos non recedebat [p].

37. *Et non respondit ei*] Offensus enim erat Deus, vel 1. Sauli ob legem temerè latam, ait Chrysost. vel (quod mallem) ob hypocrysin, inquit Greg [q]. vel quia suâ temeritate fecerat, ut populus sanguinem comederet, quod capitale erat. Verùm hoc ille flagitium satìs habuit uno verbo reprehendere; sui autem edicti violatorem omninò voluit morte persequi [r]. Vel 2. offensus erat Jonathæ; [de quo plura statim dicenda sunt.]

38. *Angulos populi*] Ità P. Mo. Ti. M. V. D. ô. Principes, seu primores populi, qui in republica id sunt, quod anguli in ædificio [s], qui rempublicam fulciunt [t]. Anguli sunt ex lapidibus majoribus [v]. [Vide Jud. 20. 2.] *Capita populi*, Jon. פִּנּוֹת הָעָם] Alii sic vertunt, *cohortes populi*, Strig. *ordines exercitûs*, Ca. *familias populi*, Sy. Ar. *usque ab omnibus extremitatibus populi*, JT. Omnes adsint, etiam qui in extremis sunt castris [x]. ¶ *Per quem acciderit peccatum hoc*] Ex Domini silentio orta Saulis suspicio, nè propter alicujus peccatum universo Israeli iratus esset, ut olim Jos. 7 [y]. בַּמֶּה] *In quo*, i. e. in qua re sit peccatum hoc, V. Pi. Vel *per quem* hoc peccatum commissum sit, M. Ti. sim. Ar. Sed quomodo non proditur Jonathas vel ab aliis qui eum viderant comedere, vel à seipso. Resp. Quia non putârunt crimen hoc vel capitale fuisse, (illud enim supplicium proposuerat Saul) vel tanti, ut eâ causâ noluerit Deus respondere [z].

40. *Separamini vos in partem unam*, לְעֵבֶר אֶחָד] *in transitu uno*, Mo. Jon. *in latere uno*, Sy. M. P. Ti. JT. V. D. Duæ erant pyxides; in una erat totus populus, in altera Saul & Jonathas [a].

41. *Da indicium*, הָבָה תָמִים] *Da*, vel *cedò integritatem*, Mo. D. vel *perfectionem*, P. vel *sanctitatem*, ô. i. e. Da signum, quo significes te amare sanctitatem, & abhominari culpam: vel, ut peccatore sublato, populo tuo sanctitas, à qua excidit, reddatur [b]. *Præbe æquabilitatem*, Sy. *decerne integritatem*, Ti. V. i. e. sortem veram, V. *Cedò integrum*, JT. D. Pi. Declara innocentem, sive quis sit innocens; pro eo quod est, declara nocentem: sed Euphemismo utitur, ut solent hypocritæ, 1 Reg. 20. 10 [c]. Est igitur Ironia, vel Antiphrasis [d]. *Ostende innocentem*, Ang. in marg. *Da sortem integram* vel *perfectam*, M. Strig. Belg. Ang. sim. He. in M. Provocatio est superba, nec satìs pia ad exactam Dei justitiam †. *Age severè*, Ca. Potest etiam esse תָמִים pro בְּתָמִים, *Da integrè & verè*. Aut, *Cedò integer*, i. e. integrè; *ut ambulans integer*, id est, integrè [f]. *Fac venire*, (sub. *sortem*, V.) *in veritate*, Jon. in V. vel, pro rei veritate; ut sors cadat super peccantem [g]. Al. *Da perfectionem*, seu *perfectum*; id est, opus illud inquisitionis perfice. Al. *Da integrum*; i. e. da sortem integrè, perfectè, simpliciter, aut universaliter; nec scilicet quenquam à sorte excipiat [h]. ¶ *Populus autem exivit*, וַיֵּצְאוּ] *egressi sunt*, ô. Jon Sy P. Mo. non ab urna, sed à periculo [i]. *Evasit*, Ar. M. Ti. Strig Belg. Ang. absoluti erant à sortibus [k].

42. *Mittite sortem*, הַפִּילוּ] *projicite*, ô. Mo. sub *sortem*, M. P. V. Jon. *sortimini*, Sy. JT. ¶ *Et captus est Jonathas*] Quid hoc est? Saul graviter peccaverat, & præteritur; Jonathas, qui levissimè deliquerat, deprehenditur. Resp. 1. Reipsâ Saul notatur, quamvìs Jonathas deprehenditur. Hoc autem sic putant accidisse; vel 1. ut Saul magìs affligeretur. Quis enim sumpsisset de illo supplicium, si peccâsset? At Jonathane deprehenso, necesse est arsisse viscera: vel 2. ut consuleret Deus dignitati regiæ, & nè populus eum contemneret [l]: ut stabiliret Deus eam, quæ principibus debetur, obedientiam [m]: vel 3. ut sanciret disciplinam castrensem [n]: vel 4. ut hoc exemplo doceret, quæ vis esset parentum execrationum, quas culpæ non affinibus filiis noxias fuisse legimus [o]: vel 5. quia voluit Deus Jonathanem justificare; & ut omnes intelligerent eum edicti ignarum comedisse [p]. Resp. 2. Quidam Jonathan peccâsse volunt; 1. Quia licèt nesciret patris legem, eam tamen facilè scire potuit, ex iis quos secum habuit; viditque eos quamvis

valde

[Margin: l Me. — m Mart. — n San. — o San. La. — p San. — q La. — r Mart. — s V. ex M. D. — t Me. — v Mar. — x Ser. To. & I. in Me. — y Me. — z Mart. — a K. in D. — b Me. — c Jun. Pi. — d Pi. — † M. — f D. — g V. — h Ma. — i Me. — k V. Jun. Pi. Ma. D. — l Mart. — m Me. — n Mart. — o Me. — p Mart.]

valde famentes nihil gustâsse [q]. 2. Quod ità insolenter reprehendit edictum patris. Principum enim edicta, quamvis videantur gravia, non sunt publicè rescindenda [r].

43. *Et ecce ego morior,* [הִנְנִי אָמוּת] *En ego moriar?* P. V. *Sumne propterea reus mortis!* Jon. in V. *Morior*, i. e. morti destinor. Quomodo quæ jam proxima sunt, ut fiant, pro factis censentur [s].

44. *Hæc faciat mihi Deus, &c.*] Eò quòd tam facilè prorumpit in juramentum, videtur assiduus fuisse jurator: & rationem majorem habet juramenti, quàm juris, ut, qui integer est, à morte servetur: Ità in seipsum sententiam fert, quam Deus in ipsum suo tempore exsequutus est. Vide de hac forma ad Ruth 1. 17 [t]. ¶ *Morte morieris Jonatha*] Miri ingenii homo, qui Regi impio, quàm bono filio mallet parcere. Vide caput sequens [v]. Cùm Saul potuerit parcere & Agago, & illis qui sanguinem comederant, cur non potuit filio ignoscere? Hoc planè est humanum ingenium, ut hodie videmus; quòd sua decreta magni faciant, Dei autem leges & mandata contemnant. *Morieris*; sed cur non consulit Dominum, prophetas, sacerdotes? Cur non exemplo Jephthæ sapit? Sed hîc apparet Saulis, 1. ambitio; quòd suis decretis nimium tribueret. 2 Hypocrisis quòd vellet videri studiosus legis Dei, quam reipsa prorsus contempsit. Bis peccavit Saul, 1. quòd temerè juravit; 2. quòd stultè voluit persolvere [x].

45. *Quia cum Deo operatus est*, Ità V. D. JT. Ang. [עִם אֱלֹהִים עָשָׂה] *cum Deo fecit*, Mo. P. vel *egit*, M. Ti. עָשָׂה & פָּעַל se invicem explicant [y]. Hebraismus, q. d. authore Deo, vel ope Dei fecit hanc salutem [z]. *Coram Deo manifestum est quòd peccaverit per ignorantiam*, Jon. *Deus per eum efficax fuit*, Strig. *Bonum fecit cum Deo, & cum populo; posuit fiduciam in Deo, & tradidit animam suam pro populo Domini* [a]. Fecit quòd Deo placuit, & populo profuit [b]. *Populum Dei liberavit*, Sy. Ar. ¶ *Liberavit ergo populus Jonathan*] Non imperio, sed deprecando; quomodo populus Romanus Fabium Rutilianum apud Papirium Dictatorem, Liv. l 8 Neque hîc obstare debebat jusjurandum Saulis, ut quod injustam in se atrocitatem contineret. Vide dicta de J. B. & P. 2. 13. 6. Attamen peccavit Saul προπετῶς ὀμνύων, (*præcipitanter jurando*) & diræ ab ipso pronunciatæ tandem in ipsum reciderunt [c]. Si hæc populus seditiosè fecerint, quasi Jonathanem regi per vim erepturi, nullo modo possunt excusari. In Rep. enim omnia debent ordine & sine tumultu fieri [d]. Talia heroica facta, quale fuit hoc populi, non temerè sunt imitanda; sed precibus tentandus magistratus, ut sententias duras mitiget †.

46. *Nec persecutus est*] Nox enim iis locum & tempus effugii præbuerat: Deinde quia Deus non responderat, non audebat eos insequi [f].

47. *Confirmato regno,* [שָׁאוּל לָכַד וגו׳] *Et Saul cepit regnum*, P. Mo. Pi. Belg. Ang. nempe ut capitur hostis [g]. *Obtinuit* (*tenuit*, M) *regnum*, Sy. *occupavit*, Pi. *vendicavit sibi*, V. *prosperatus* (*roboratus*, He. in V.) *fuit in regno*, Jon. *sorte cœpit regnare*, ὁ. *confirmavit se in regno*, K. in D. *acceptum obtinuit regnum*, JT. id est, tyrannicè occupavit & administravit, nempe post duos priores annos justæ & legitimæ ejus administrationis [h]. Vide suprà 13. 1 [i]. Alii sic, *Porrò, Saul nactus regnum Israel bella gessit*, Ti. sim. Ca. Strig. ¶ *Pugnabat, &c.*] Cùm jam exercitum habebat copiosum & alacrem, hostes subjugandos statuit; quod, cùm illi vicini essent, non fuit difficile brevi spatio, semestri putà aut annuo conficere [k]. ¶ *Contra Moab & filios Ammon*] Hebræis vicinos ex parte Orientali. ¶ *Edom*] Idumæos, qui erant Hebræis finitimi versùs Meridiem. ¶ *Reges Soba*] Quorum regnum erat ad partem septentrionalem terræ Israel: Itaque rex Syriæ Damasci opem tulisse scribitur Aderezer regi Soba, 2 Sam. 8. 5. Damascus autem est in boreali parte terræ sanctæ. Reges etiam Soba inimicitias gerebant cum regibus Emath; terra autem Emath est ad plagam aquilonalem Israel. Vide ad Num 34. 8. *Reges Tzobæ*, Tzobæorum populorum, qui regionem tenebant à Batanæa ad Euphratem. De quibus vide 2 Sam. 8 [m]. ¶ *Et quocunque se verterat*] [sim. ferè omnes] [וּבְכֹל אֲשֶׁר יִפְנֶה] *Et in omnibus, quæ respiciebat*, Mo.

q La. ex Ser.
r Mart.
s San.
t Jun. Pi. Ma.
v G.
x Mart.
y D.
z V
a K. in D.
b Mar.
c G.
d Mart.
† Osiand.
f D.
g Pi.
h Ma.
i Jun.
k San. T.
l Me.
m Jun. Pi.

In omni loco quocunque respiciebat, Jon. ¶ *Superabat*, [יַרְשִׁיעַ] [Variè reddunt;] *Vincebat*, Sy. sim. Ar. *viriliter agebat*, P. *intrepidè se gerebat*, V. *Prævalebat ut improbus, qui prævalet socio suo, et diripit opes suas* [n]. *Inquietabat*, JT. Buxtorf. D. Nam הִרְשִׁיעַ opponitur τῷ הַשְׁקִיט, Job 34. 29. quod sign. *quievit*; & רֶשַׁע dictum putant *ab animi inquietudine* [o]. *vexavit*, Ang. *terrebat*, aut *turbabat*, He. in V. *perdebat*, Jon. in V. tanquam noxios scilicet [p]. *Pœnas exigebat*, Belg. Strig. Marinus in Ma. *reos peragebat*, R. Levi in D. *pro impiis habebat*, vel tractabat; scilicet excindebat, vastabat eos, &c [q]. *Impiè*, vel *improbè agebat*, Ma. Pi. L. [Sed hoc diversimodè explicant.] Impius fiebat [r]. Protervè, insolenter agebat [s]. Potiùs videtur hoc poni pro, satagebat; sicut poeta dixit, *laborem improbum* [t]. Græci habent, *quocunque se vertebat, salvabatur*. Pro יַרְשִׁיעַ legerunt יִוָּשֵׁעַ sensu non minùs commodo [v].

48. *Congregatòque exercitu,* [וַיַּעַשׂ חַיִל] *Et fecit virtutem*, Mo. ὁ. *congregavit exercitum*, Jon. M. P. sim. Sy. D. ex K. & R S. Ti. JT. ¶ *Percussit Amalec*] Quod bellum capite sequenti narratur [x].

49. *Filii Saul, &c.*] Nulla hîc mentio Isboseth, nempe, quòd non esset aptus ad bellum [y]. Eos tantùm nominat, qui in bello patrem sequebantur, ibíque ceciderunt [z]. Isboseth autem erat Sauli superstes [a]. ¶ *Issui*] Hîc vocatur Abinadab, 1 Par. 8. 33 [b].

52. *Quemcunque viderat virum fortem*] Belli temporibus viri fortes suo pretio æstimantur [c]. ¶ *Sociabat eum sibi*] *Recepit eum ad se*. Fortè sensus, *in domum suam*. Sic *irruit ad Pompeium*, i. e. ad domum Pompeii [d].

n D. ex R. Jes.
o D.
p V.
q Ma.
r L.
s Ma.
t Pi.
v Capel. Critic. 4. 261.
x Me. T.
y Mart. Sa. in Me.
z Ma.
a La.
b Me. Ma. Jun. Pi.
c G.
d D.

CAP. XV.

1. **M**E *misit Dominus ut ungerem te*] q. d. Delectus es Rex à Deo. Quare par est, ut illi præsertim inservias. Cúmque omnes Reges debeant parere Deo, tu tamen debes maximè [e]. Qu. Quomodo Samuel *missus* dicitur ad *Saulem*, cùm contrà Saul missus fuerat ad Samuelem? Resp. Non loquitur de missione per externum motum, sed per internum & propheticum instinctum. Hoc sensu dicuntur *ad gentes missi*, & Jeremias c. 49. v. 14. & Abdias v. 1. Sic & Ahias dicitur missus ad uxorem Jeroboami, 1 Reg. 14. 6. cùm tamen Regina ad ipsum venisse referatur ||. ¶ *Super populum ejus Israel*] Heb. *super populum ejus super Israel*. Ex elegantiis Ebraici sermonis hæc est. Sic Gen. 21. 10. *cum filio — cum Isahaco*; & 32. 6. *ad fratrem, ad Esau*. Sic Gen. 4. 2. Zach. 11. 10 [f]. ¶ *Nunc ergo audi vocem Domini*, [שְׁמַע לְקוֹל דִּבְרֵי יְהוָה] *Audi ad vocem verborum Domini*, Mo. Sy. sim. D. M. P. Ti. Eadem phrasis Deut. 1. 34. & 4. 12. & Job 33. 8. & 34. 16. Id est, ausculta voci loquentis Dei. Nam est vox *fletus, cantus*, &c. Quidam habent, *audi vocem, verba Domini*, ut sit ἀσύνδετον pro *& verba*, &c [g]. *ausculta voci verbísque Domini*, JT. *nunc ergo audi ad vocem verborum*, &c. i. e. Oraculorum Domini. Plura enim fuerunt de evertendo Amalec divina oracula, Exod. 17. 14. & Deut. 25. 17. & hoc loco; ut inde gravior Saulis culpa censeatur, qui mandatum sæpiùs repetitum violârit †.

2. *Recensui*] Ità Mo. Ti. Humano more loquitur; q. d. Evolvi annales, & reperi Amalec pœnas mihi debere [h]. פָּקַדְתִּי *Recordor*, Jon. Sy. P. V. Ang. *Recogito*, M. *Vocavi ad calculos*, Strig. *Novi*, Ar. *Visitavi*, JT. Pi. i. e. recognovi, & visitare statui [i]. Consideravi. Metonymia effecti destinati, & Metaphora. Nam qui aliquid visitat, ideò id facit, ut statim id consideret; vel, *visitavi*, i. e. certè visitabo, scilicet ulciscendo [k]. Sed *visitare* hoc sensu ferè post se habet particulam עַל *contra* [l]. Vis hujus loquutionis frequentissimæ in S. S. est exequi promissum bonum, vel denunciatum malum [m]. ¶ *Quacunque fecit Amalec*] Duplicem Amalecitarum populum nonnulli statuunt; unum ex Eliphaz filio Esau, Gen. 36. 12. alterum longè ante Esau, Gen. 14. 7. Ità sentire videntur Orig. & Strabus ad Exod. 17. Plerique tamen rectiùs unum tantùm populum faciunt, & illos Gen. 14. 7.

e Mart.
|| Mend.
f D.
g D.
† Mend.
h Me. ex San.
i Jun.
k Pi.
l D.
m Ma.

7. per Prolepsin sic vocatos ||. [Vide annotata ad eum locum.] Dicitur nunc Deus meminisse, quia antea videbatur esse oblitus. Diu enim distulerat hanc ultionem [n]. Nota peccatum hoc ante 400 annos admissum, nè nunc è divina recordatione deletum esse *. ¶ *Quomodo restitit ei in via,* [אֲשֶׁר שָׂם לוֹ בַּדֶּרֶךְ] *Quid posuit illi in via,* M. Ti. *opposuit enim sese illi,* V. D. Belg. *qui opposuit ei aciem in itinere,* JT. Pi. Ang. He. in V. vel, *posuit illi insidias,* P. Mo. D. ex K. sim. Jon. Nota *ponere* absolutè, pro, *ponere insidias.* Alibi sign. *ponere castra,* Ità Psal. 3. 6. Sic Virgil *tendere* dixit. Quid si, *posuit contra eum*; ut sit לוֹ pro עָלָיו? Expende [o]. *Occurrit ei in via,* 6. ¶ *Cùm ascenderet ex Ægypto*] Propria & potissima causa cur Deus tam severè jusserit Amalecitas deleri, fuit; quòd ipsi Hebræos jam recenter Deo in Sina copulatos, ut velut in fide & religione novitios, Deúmque ducem sequentes in terram promissam, ab eo avertere, imò, totum hoc Dei opus evertere conati sunt. Hinc disce, quàm graviter ferat puniátque Deus eos, qui novitios in fide scandalizant, & ab ea avertere satagunt. Hi enim in eis nascentem quasi Deum Christúmque occidunt, & proinde sunt quasi Deicidæ & Christicidæ [p]. Amalecitas profligatos dixerat, c. 14. v. 48. Ea autem pugna propter lapsum Saulis hìc seorsim describitur diligentiùs [q]. Gravissimæ erant horum injuriæ, 1. Quòd omnium primi Israelem oppugnarent, indéque eos impugnandi occasionem aliis gentibus per circuitum darent. 2. Quòd Israelitas invaderent & magnâ violentiâ & fraudibus. 3. Quòd pietatis jura violarent, consanguineos oppugnando: vetera nimirum illa odia inter Jacobum & Esavum, in ipsorum præcordiis hærebant, & recrudescebant. 4. Quòd in miseros irruerent, in lassos & extremos, &c. (Deut. 25. 18.) & in populum fame laboréque confectum; &, ubi plurimum erat miseriæ, plurimum ostenderunt suæ sevitiæ: quod ferinum est †.

3. *Demolire universa,* [וְהַחֲרַמְתֶּם] *Anathemati subjicite,* h. e. in nihilum redigite omnia. Quæ vivunt occidite, quæ non vivunt comburite & devastate, ut nemini hinc utilitatis aliquid accrescat. Hoc enim sign. verbum חָרַם, etiamsi aliquando significet, *Aliquid Deo dicare & consecrare* [r]. ¶ *Non parcas ei*] Cùm nostram causam persequimur, aliquid dandum est misericordiæ. At cùm agitur gloria Dei, jubétque Deus aliquid severè fieri, non amat Deus importunam clementiam. Hinc semper inculcat nè tangerentur misericordiâ erga Cananæos vel Amalecitas [s]. Punitio Amalec verbis multis variisque jubetur, *Percute, Demolire,* &c. quibus sign. vehementissimum puniendi affectum, quomodo Jer. 1. 10 *. ¶ *Et parvulum atque lactantem*] Hi etiam sine ulla culpa, non tamen sine causa occiduntur; Deúsque, qui ità fieri jubet, vitæ ac necis Dominus est [t]. Voluit etiam Deus eorum aboleri memoriam; ea autem in posteris perdurabat [v]. Parvuli quoque ob peccatum originis rei erant mortis [x]; eísque cita mors erat beneficium potiùs quàm supplicium; nè, si adolescerent, graviùs peccarent, & acriùs punirentur [y]. Omnes posteri Amalec retinebant avitum odium in populum Dei; omnésque rei erant ejusdem criminis. Nam & Agag multas mulieres orbas fecisse dicitur. Deinde, multi propter aliena peccata temporali (licèt non æternâ) pœnâ feriùntur etiam humano jure †. ¶ *Bovem & ovem, &c.*] Hæc omnia ità distributè & diligenter enumerat, nè quis postea locus Sauli relinquatur ad excusationem. Nec mirum est, si pecora involvantur maledicto populi. Sunt enim possessiones hominum [z].

4. *Præcepit Saul populo,* [וַיְשַׁמַּע] *Et congregavit Saul populum,* Jon. P. Mo. D. M. He. in V. Ad verb. *audire fecit*: nam per præconem congregavit eos [a]. *Convocavit,* Ang. Ti. Ar. *& condixit,* 6. *Indixit toti populo bellum,* Sy. *Nunciavit populo,* Belg. sim. Strig. Of. id est, evulgavit hoc mandatum Dei de delendis Amalecitis; ut scirent Israelitæ mandato divino sibi arma capienda; Promptè itaque adfuerunt [b]. ¶ *Et recensuit eos quasi agnos,* [וַיִּפְקְדֵם בַּטְּלָאִים] *Et recensuit,* vel *numeravit eos in Telaim,* Sy. M. Ti. P. Mo. JT. Nomen loci est [c]. Sed contra dicunt, quòd præfixum habet articulum ה, (cujus punctum sub ב præfixo ponitur [d],) qui ante nomina propria locum non habet. Kimhi vero affert exempla in contrarium, veluti בַּקַּרְקֹר, Jud. 8. 10. בַּשִּׁטִּים, Num. 25. 1 †. Non solet articulus nominibus propriis præponi, nisi cum eadem appellativa sunt; Ità *Succhoth* appellativè *Tabernacula* sign. & *Settim, spinæ genus*; & קַרְקַר est *destruere parietem* [f]. In agro *Telemi,* oppidi tribûs Judæ, de quo Jos. 15. 24 [g]. Non placet; Nam à *Telem* esset in plurali *Telamim,* nòn *Telaim* [h]. Fortassè locus dictus est ab agnorum copia [i]; quomodo Græcis *Rhine, Arne, Polyrrhenium* [k]. Aliis est nomen appellativum: *Numeravit eos in,* vel, *cum agnis Paschalibus,* Jon. He. in V. Id טְלָאִים denotat, Isa. 40. 11 [l]. Volunt tempus Paschatis fuisse, & ideò quemlibet agnum suum adduxisse secum; qui agni posteà numerati sunt [m]. Vel, per Paschæ victimas, quæ plerúmque per decurias comedebantur, initus est populi census [n]. Sed neque hoc congruit: Non enim milites erant omnes illi decem, sed partim senes, pueri, fœminæ [o]. Porrò sic eos numeratos volunt Hebræi; quia prohibitum fuit numerare populum, quod & Davidi malè cessit. Sed alia hìc est ratio. Nam nec sine necessaria causa hoc fecit Saul; nec omnem populum, sed tantùm exercitum numeravit. Quare non opus est confugere ad *agnos* [p]. Auctor Tanchumæ cum hoc loco confert 1 Sam. 11. 8. *recensuit,* בְּבֶזֶק, quod He. vertunt, *per lapides,* vel *calculos* [q]. [Vide quæ ibi congessimus.] Vulgatus legisse videtur כַּטְּלָאִים [r]. Vertítque *quasi agnos.* Mos enim pastorum est accuratè oves & agnos recensere, per angustum aliquem locum eos è caulis educentes [s]. Vide Levit. 27. 32 [t]. LXX habent, *in Galgalis*; Vel, quòd idem locus utrúmque nomen haberet; vel quòd hæc loca vicina essent, & unus ex alterius celebritate manifestior redderetur *. (Sic & Jo. in Mend.) Nomen minùs notum permutârunt cum notiore: quod crebrum in illa editione. Sic alibi *Jehu* mutatum in *Juda*, & *Pathuel* in *Bathuel*; & alia sexcenta. Porrò, mirantur Grammatici de forma טְלָאִים, quæ deberet potiùs esse טְלָיִם; ut à טָמֵא *pollutus* dicimus טְמֵאִים *polluti*; & à צָמֵא *sitiens,* צְמֵאִים *sitientes.* Nam à טָלֶה regulariter esset טְלִים; ut à קָנֶה *canna, calamus,* קָנִים *calami.* Scire licet simile in Ebraismo esse נְכָאִים *percussi,* Jes. 16. 7. à sing. נָכֶה, 2 Sam. 4. 4. & 9. 3. & Jes. 66. 2 [v]. ¶ *Decem millia virorum Juda*] Hi seorsim numerantur, quia validiores erant & bellicosiores [x]. Et quia obedentiores erant Sauli quàm Benjamitæ, licet ipsi essent de tribu Regia. Porrò Saul hoc loco de divino præsidio certus pauciores copias requirit †.

5. *Ad civitatem Amalec*] Metropolin scilicet & regni caput [y]. ¶ *Tetendit insidias in torrente*] Sim. 6 M. Mo V. Vel *ad torrentem,* Strig. וַיָּרֶב acceperunt pro וַיֶּאֱרֹב, ab אָרַב *insidiari* [z]. [וַיָּרֶב בַּנָּחַל] *Et insidias posuit in valle,* Pi. Ang. *Et castra statuit in fluvio,* Jon. Alii, *pugnavit,* vel *contendit* (sub. *cum eo,* Jun. Pi.) *in valle,* Pi. Ang. sim. Q. in M. & in V. Radicem putant esse רִיב *disceptavit, contendit* [a]. At רִיב non de dimicatione & conflictu hostili, (qua de re hìc sermo est) sed de contentione verborum, seu lite atque jurgio usitatè accipitur [b]. Imò verò רִיב ponitur pro pugna, sive prælio, testibus R. Levi, & RS. Et sic vertunt 6 in Gen. 13. 7 & alibi, & Jud. 11. 25. & Gen. 26. 20. Neh. 13. 17. Hinc יָרֵב *Jareb,* nomen Regis, an urbis? Hos. 10. 6 [c].

6. *Dixit Saul Cinæo, abite, &c.*] Qui medii haberi volunt segregare se ab hostibus debent, & æquos se præstare utrisque. Vide dicta de J. B. & P. 3. 17 [d]. Kenæi in finibus Jehudæ & Amalecitarum habitabant, Jithronis Gentiles, Jud. 1. 16 *. Hinc docemur, 1. Vitandam malorum consuetudinem & vicinitatem, nè quid mali contingat propter vicinum malum †. 2. Quantum prosit affinitas & conjunctio Sanctorum. Servat hìc Deus quod promiserat Abrahamo, *Benedicam benedicentibus te,* &c. Amalecitæ affixerant Judæos, Cinæi illis profuerant; Itaque illi perduntur, isti servantur [f]. ¶ *Descendite*] Nam in editis locis, & rupibus habitabant Cinæi, quà iter erat in Hamalekum, Num. 24. 21 [g]. Forsterus de Kenæis exponit antecedentia verba, *Et litigavit in torrente,* scilicet cum Kenæo, donec persuaderet illi, ut istinc discederent; quia רִיב tantùm de verbali contentione dicitur [h]. Porrò, *Abite, Recedite, Descendite,* Congeries est asyndeton, celeritatis index. Sic Gen. 18. 6. q. d. quàm celerrimè recedite [i]. ¶ *Nè fortè involvam te cum eo,* [פֶּן אֹסִפְךָ עִמּוֹ] *Nè fortè te cum illo perdam,* M. Ti. Mo. P. Jon. sim. Sy. Ar. Est אָסַף idem quod סוּף. M. *Nè auferam,* vel *nè è medio*

Margin notes, left column: || Mend. — n Mart. — * Mend. — o D. — p La. — q Mart. — † Mend. — r M. — s Mart. — * Mend. — t Me. — v La. — x La. sim. Mart. Mend. — y La. ex Mend. — † Mend. — z Mart. — a D. ex V. — b Of. — c V. ex He. K. in Buxt. — d Glas. gram. p. 760.

Margin notes, right column: † Buxt. vind. p. 778. — f D. — g Jun. Pi. — h D. — i Ma. — k BA. 1. 2. 43. 423. — l D. — m D. ferè ex V. & M — n BA. — o San. — p D. — q BA. 423. — r La. Capel. — s Me. ex San. — t San. — * Mend. — v D. — x La. — † Mend. — y Me. — z D. — a M. — b Pi. — c D. — d G. — * Pi. ex Jun. — † San. — f Mart. — g Jun. — h Ma. ad v. 5. — i Ma. sim. V.

medio tollam te cum eo, Pi. sim. JT. *Ne addam te cum eo*, ὁ. *Ne colligam te cum eo*; i e. uno exitio traham, Ma. ¶ *Tu enim fecisti misericordiam*, &c.] Heb. *Et fecisti*, &c. Particula & sæpe causalis est; sic Isa. 64. 5. *Iratus es, &* (pro *quia*) *peccavimus*, Joan. 5. 39. *Scrutamini scripturas, & illæ sunt*, &c. h. e quia illæ sunt*. Jethro, quorum genus Cinæi erant, beneficus fuerat in Mosen & Israelitas, consiliis salutaribus, offerendo hostias, Exod. 18. 12. eos dirigendo, Num. 10. 31 [k]. Factum patris tribuitur nepotibus [l].

* Mend. [k] Me. T. [l] V.

7. *Percussitque Saul Hamalec, ab Hevila, donec venias Sur*] Ellipsis hîc est participii: sic autem legendum, *percussit—Amalec* habitantem inde à *Chavila* [m]. Non enim describit hîc terminum, quem depopulatus est Saul; sed regionem, quam occupabant Hamalekitæ, qui Sauli occurrerant: non enim omnes Hamalekitæ cæsi sunt, sed isti tantùm, ut apparet ex 1 Sam. 30 [n]. Sic Num. 24. 19. deficit participium; *Et dominabitur ex Jacob*, scilicet *natus* [o]. De Havilah & Sur, vide ad Gen. 25. 18 [p].

[m] Glass. gram. p. 704. Os. [n] Glass. ex Jun. [o] Glass. ib. [p] Ma.

9. *Et pepercit Saul, et populus, Agag*] Qua de causa? Resp. 1. In triumphum servavit; Fornicem enim triumphalem erexit, v. 12. 2. Sperabat Agagum se grandi pecuniâ redempturum [q]. Hoc probabile facit, quòd optima quæque reservaret [r]. 3. Ex stulta misericordia [s]. 4. Fortasse deferre voluit aliquid majestati regiæ. 5. Vel, captare voluit opinionem misericordiæ. Addit Josephus, Agagum fuisse pulchro & præstanti corpore. At verò Agagum, ante alios omnes, occisum oportuit: Ille enim erat caput malorum. Pingitur hîc corruptela humani ingenii. Ubi agitur nostra causa, ibi severi esse volumus supra modum: At si causa sit Dei, ibi modestiùs & lentiùs agimus. Hinc servabant Israelitæ *Cananæos*, & *Moabitidas mulieres*, &c. quos perdere debebant [t]. ¶ *Et vestibus*, הַמִּשְׁנִים] [Variè reddunt;] *Pinguibus*, P. Mo. Sy. V. Jon. in V. M. Ti. Strig. i. e. pinguibus suâ ipsorum naturâ [v]. Plures per transpositionem literarum מִשְׁנִים dici putant, pro שְׁמֵנִים *pingues*: qualis transpositio est in כֶּשֶׂב & כֶּבֶשׂ *agnus*; in שִׂמְלָה & שַׂלְמָה *vestis* [x]. Vel, boves pingues מִשְׁנִים dicuntur eo sensu quo dicitur כֶּסֶף מִשְׁנֶה *argentum duplum*; eo quod tales sint duplici carne [y], & pinguedine [z]. Al. *secundos* vel *secundarios*, JT. Pi. D. Belg. Ang. i. e. secundos ab optimis. Sic *secundarius Regis*, qui & secundus à Rege. *Et secundarius* M. Crassi, vocabatur Q. Arrius, quod secundum à M. Crasso eloquentiæ locum obtineret [a]. Al. *secundogenitos*, Q. in D. secundo partu genitos; tales enim sunt præstantiores [b]. Vel *secundi anni*, i. e. bimos, quales inter pecora eminent [c]. Potiùs *secundarios*; q. d. pepercerunt primis & optimis quibusque, item qui secundas ab illis obtinebant; tantùm vilissimum quodque percusserunt. Hanc genuinam esse Hebraicæ vocis significationem, quicquid alii dicant, docent literarum ordo & vocalium notæ [d]. Hanc interpretationem amplectuntur Forst. Mercer. Avenar. & Buxtorf. Alii מִשְׁנִים à שָׁנָה *anno* deducunt, anniculos agnos, qui solent esse teneriores & præstantiores. Vulg reddit *vestes*, fortè respiciens ad שָׁנָה *mutare*, ut *mutatorias* intellexerit †. ¶ *Et arietibus*, וְעַל הַכָּרִים] *Et saginatis*, P. V. Jon. Sy. Industriâ humanâ scilicet [f]. *Et super agnos*, Mo. sim. M. Ti. Ca. Strig. Belg. Ang. *Super verveces*, Vide ad Deut. 32. 14. Ma. *Et erga ovium duces*, JT Pi. Ut commodiùs greges suis ducibus assuefactos abducere possent. Ità autem accipiendam esse Hebræam vocem docet perpetua apud prophetas metaphora, quâ duces hominum hanc appellationem obtinent: ut 2 Reg. 11. 4, 20. Ezec. 39. 18 [g]. Aliqui legisse videntur. בְּרִיאִים vel בָּרִים, *electos, puros, saginatos* [h]. ¶ *Quicquid verò vile fuit & reprobum*, וְכָל הַמְּלָאכָה נְמִבְזָה וְנָמֵס] *Quicquid autem* (vel *omne opus*, sive *opificium*, ὁ Mo. *omnis res*, Jon. vel, *substantia*, V. vel *supellex*, Sy.) *contemptibile* sive *vile*, & *dissolutum* (sive *contemptum*, ὁ. Jon. Ar. *caducum*, M. *flaccidum*, Ti. *languidum*, Strig. *reprobum*, Os. *tabescens*, Heb. *liquescens*, JT. Pi. *marcidum*, V.) *erat*, P. Cæterùm מְלָאכָה hîc sign. Vel, 1. pecora, ut Gen. 33. 14. לְרֶגֶל הַמְּלָאכָה *ad pedem hujus operis*. Sic Exod. 22. 8. & 36. 6. 1 Sam. 25. 2 [i]. Vel, 2. potiùs reliquam supellectilem [k]. Vel, 3. pro omni re in qua collocamus nostram operam; i. e. peculium, vel substantiam [l]. Res omnis, in qua homo seipsum exercet, vocatur מְלָאכָה & מַעֲשֶׂה, sive fuerit opus artificum, sive opus terræ, sive in pecore [m]. Et nota quòd hîc scribitur נְמִבְזָה pro נִבְזָה *contemptum et flaccidum* [n]; literâ additâ, quod non ità tritum. Nota simul legi masc. נָמֵס & fœm. נְמִבְזָה; sic alibi רוּחַ גְדוֹלָה וְחָזָק, quod exemplum hîc adducitur, licèt nomen רוּחַ sit communis generis [o].

[q] Me. ex San. La. [r] Me. [s] San. ex To. [t] Mart. [v] V. [x] D. [y] RS. in Iuxt. vind. 2. 10. 748. [z] RS. in Ma. [a] D. [b] V. [c] Ma. [d] Jun. † Ma. [f] V. [g] Pi. ex Jun. [h] Ma. [i] D. [k] M. [l] V. [m] K. in D. [n] M. [o] D.

11. *Pœnitet me*] Loquitur humano more. Dicitur, Deum pœnitere, cùm id facit quod homines solent facere cum illos pœnitet [p]. Hi autem consulta mutant, aut constructa dissolvunt [q]. Propriè in Deum, cum sit immutabilis, sapientissimus & beatissimus, nulla cadit pœnitentia, prout dicitur, v. 29. sed pœnitet eum, cum beneficia sua retractat & revocat [r]. ¶ *Contristatus est Samuel*] Heb. *exarsit*, scilicet *nasus*, h. e. mœrore affectus est. Synecdoche speciei κατὰ γένους, ira pro mœrore; nam ira mœror quidam est [s]. ¶ *Clamavit ad Dominum*] Ut scilicet eum placaret [t]. Non est Samuel ἐπιχαιρέκακος, ut de alterius malis gaudeat. Nisi fuisset vir bonus, gratulatus sibi esset de tali successore. At ille contrà orat & quidem totâ nocte [v].

[p] Me. ex San. [q] San. E. [r] La. [s] Pi. [t] V. [v] Mart.

12. *Ut iret ad Saul manè*] Ut eum in tempore conveniret. Intellexit enim, peccatum, postquàm semel radices egit, non ità facilè curari posse [x]. ¶ *In Carmelum*] Non illum Carmelum celebratissimum, de quo Jos. 12. 22. sed alium montem, vel aliud oppidum tribûs Judæ; quod redeunti Sauli ab Hamalecitis in itinere erat, de quo vide Jos. 15. 55 [y]. ¶ *Et erexisset sibi fornicem triumphalem*, וְהִנֵּה מַצִּיב לוֹ יָד] *Et ecce constituit sibi manum*, Mo. Manus pro loco sumitur [z]. *Constituit* (*erexit*, Ang. *parabat*, Sy. Ar.) *sibi locum*, M. P. vel *stationem*, JT. id est, cum exercitu consisteret, ut recrearetur à labore [a]. Designavit sibi locum in quo castra poneret, nempe ut illìc divideret prædam [b]. Ità Jon. *locum ad dividendam in eo prædam*. Alii aliter, *Et ecce statuit sibi trophæum*, Ti. Sic Ca. Strig. Pi. Mart. monumentum memoriale victoriæ, Belg. Ma. Sic יָד sumi videtur 2 Sam. 18. 18. Ma. Pi. Ità vocatur, Vel, 1. quòd fortassis figurâ manûs extructum esset [c]. Vel, 2. quòd fortè trophæis manus imponebant, ad significandum hostes validâ manu devictos [d]. Vel, 3. sic metonymicè vocatur insigne opus manûs †. Quomodò imaginem aut scripturam dicimus *manum artificis* [f]. *Erexit sibi*, ex ambitione; & in sui, non in Dei honorem; sibi victoriam hanc adscripsit [g]. Alii putant fuisse altare sacris faciendis [h]. *Et ecce statuit sibi manum*, nempe militarem, præsidium [i]. Designavit locum militibus, ubi excubare possint, sive ad tuendos fines, sive ad occupandam tyrannidem [k]. ¶ *Descendissétque in Gilgala*] Transvecti sunt longâ pompâ, usque ad *Gilgal*, ut ostentarent prædam [l]. Ubi sibi monumentum excitaverat, quasi illa prima omnium cura esse debuerit, descendit in Galgala, ut pacifica immolaret. Ibi enim altare erat, c. 11. 14 [m].

[x] Mart. [y] Ma. ex Jun. [z] Mar. [a] Jun. [b] V. K. in M. [c] Belg. Pi. [d] Me. † La. [f] San. [g] Os. [h] Mart. [i] Q. in Ma. [k] Q. in Mart. [l] Mart. [m] San.

13. *Benedictus tu Domino*] Salutandi formula Hebraica [n]. q. d. te Dominus deligit, ac tibi plurimùm favet, qui revelat tibi secreta sua [o]. Verba sunt hominis conscientiâ percussi, ac blandientis Samueli, ut eum demulceat [p]. Vel, q. d. fœlix tu, cui à Deo concessum futura prænoscere, ut ex hoc eventu colligo [q]. ¶ *Implevi verbum Domini*] Miser transgressionem Legis appellat obedientiam: Ità prorsus sensum omnem peccati amiserat [r].

[n] Pi. [o] V. [p] Ma. [q] San. [r] Mart.

14. *Quæ est hæc vox gregum*] *Quid sibi vult?* JT. *Quid est?* pro, cujus rei signum est [s]? Ità eum manifesti mendacii coarguit [t].

[s] Pi. [t] Me.

15. *Pepercit populus*] Quasi se invito, aut ignorante hoc factum; quod fieri non potuit, cùm toto illo tractu, nec sine longa mora, greges illi trajecti sint [v]. Quando reprobi arguuntur, culpas aliquando negando tegunt, aliquando in alios transferunt [x]. ¶ *Ut immolarentur Domino*] Ità pietati hoc adscribit, non avaritiæ [y]. q. d. Jussit quidem Deus, ut perderemus omnia: & tamen idem jussit, ut immolaremus. Quare illa pecora relinquenda erant ad sacrificium [z]. Sed eum apertò refutat, v. 9. ubi legimus eum universis in suo genere pulchris pepercisse, cùm tamen horum pleráque altari essent minùs idonea. Addit, *Deo tuo*; q. d. quem tu colis & amas, atque ideò hoc non potes non probare [a].

[v] San. [x] Greg. in San. [y] San. [z] Mart. [a] San.

16. *Sine me*, הֶרֶף] *Desine*, JT. *permitte*, P. *sine*, sub. *me loqui*; i. e. ut indicem tibi, &c [b].

[b] V.

17. *Nonne cùm parvulus esses*, &c?] Ità P. *Quum parvulus videbaris*, JT. Pi. vel *factus es*, M. Ti. *Quamvis*

vis parvus esses, V. *Ecce parvus eras in oculis tuis*, Sy. vel *in judicio tuo*, Ar.

18. *Misit te in viam*, בְּדֶרֶךְ] *Per viam*, P. V. Pi. i. e. ut accingeres te itineri [c]. *In via*, Pi. *In expeditionem hanc*, JT. *hoc iter*, Jun. q. d. viam tibi ostendit, quâ tu incederes [d].

19. *Quare non audîsti, &c.*] q. d. Cur non perstitisti in primæva tua humilitate; sic enim perstitisses in obedientia: Radix ergò lapsûs Saulis fuit, quòd ipse nimis sui judicii esset tenax; nec illud Dei voluntati & judicio submitteret. Judicabat enim satius esse, servare prædam Amalec, ad suos suorúmque usus, quam illam disperdere sine fructu [†]. ¶ *Sed versus ad prædam es*, וַתַּעַט אֶל הַשָּׁלָל] *Et* vel *sed divertisti* (*conversus es*, Sy. Strig. sim. Ar. Ti. *respexisti*, Jon. *contendisti*, JT. *ad spolium* vel *prædam*, Mo. P. *irruisti*, ò. propriè *involâsti*; Metaphora a feris avibus involantibus ad prædam [f]. Verùm τὸ עוט & עַיִט non ad solas aves pertinet, sed ad animal quodvis, quod in prædam irruit. Hinc Ezec. 39. 4 τῷ עַיִט additur τὸ צִפּוֹר διακειπκῶς, quia etiam feræ rapaces eo nomine continentur [g]. ¶ *Malum in oculis Domini*] i.e. quod maximè displicet Domino [h].

20. *Imò audivi vocem Domini*, Ità M. Ti. sim. P. JT. Ca. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי וגו׳] *Quòd audivi*, &c. Mo. sim. Jon. *audivi*, &c. Ar. sim. Sy. [quasi redundet אֲשֶׁר] LXX sic habent, *propterea quòd ego audivi vocem populi*. Defendit se Saul, & ex malo deterior fit, & in peccato pertinacior. Nihil Deo minùs placet, quàm ἐθελοθρησκεία. Jussit quidem Deus offerri sibi primitias, & sacrificia. Sed idem posteà jussit omnia Amalecitarum bona prorsus deleri. Hîc ergò, cùm duæ essent Leges propositæ contrariæ, parendum erat posteriori. Id Ethnici etiam viderunt, ut apparet in Pandectis. Ad quæ Glossa sic ait; Quia Leges priores supplentur, determinantur, corriguntur à posterioribus. Ità Abraham cùm sciret esse mandatum Domini, nè quis occidat; tamen jussus à Deo occidere filium, relicto priori mandato, paret secundo [i]. ¶ *Et adduxi Agag*] Sub. *captivum*. Neque permisi ut faceret quod liberet [k].

21. *Tulit populus*] q. d. Non ego feci, sed populus à quo timui, infrà v. 24 [l]. ¶ *Primitias eorum quæ cæsa sunt*, רֵאשִׁית הַחֵרֶם] *In principio anathematis*, Jon. in V. [quasi deficiente ב ante רֵאשִׁית] i. e. priusquam inciperet perdere animalia [m]. *Initium* (*præcipua*, P. Sy. Ti. sim. JT. Pi. Strig. *primitias*, M. V.) *anathematis*, Mo. i. e. animalia præstantiora, quæ prorsus delenda erant [n].

22. *Numquid vult Dominus holocausta, &c.*] Comparatè hæc intelligi debere sequentia ostendunt [o]. Obedientia potior est victimis [p]. Qu. Quare? Resp. 1. Quia obedientia est magìs necessaria, quàm offerre victimas; hoc enim liberum est & spontaneum [q]. 2. In victimis, aliena caro; per obedientiam voluntas propria mactatur [r]. 3. Sacrificia tollunt peccata. At obedientia facit, nè peccetur [s]. 4. Sacrificia interdum à Deo repudiantur, Psal. 50. Isa. 1. Jer. 7. Ergò necesse est minoris esse, quàm illud quod Deus semper expetit. Tale est obedientia. 5. Victimæ sunt communes Deo cum idolis: obedientia autem est propria Dei [t]. ¶ *Quàm offerre adipem arietum*] Additur hoc per amplificationem. Confert obedientiam non jam cum victimis, in quibus multa lex damnat & rejicit; & multa etiam in usus hominum convertuntur; sed cum adipe, qui soli Deo immolatus est. Vide ad cap. 2. 15. Vel *adeps* hîc ponitur pro victimis adipatis & pinguibus: quomodo *caro & sanguis* pro iis quæ carne & sanguine constant [v].

23. *Quasi peccatum ariolandi est, repugnare*, כִּי חַטַּאת קֶסֶם מֶרִי] *Quia peccatum* (sicut *peccatum*, P. JT. Ang. Jon.) *divinationis* (*magiæ*, M. Ti Ca. Belg.) est *rebellio*, P. JT. Mo. V. M. (Vel, *inobedientia*, Strig. Belg. sim Ca. *contumacia*, Ti.) Tam grave peccatum est, & tam gravis punitio ei debetur [x]. *Ut culpa virorum qui petunt ab ariolo*, Jon. qui fiduciam ponunt in augurio & ariolandi arte [y]. *Sic culpa omnis viri qui rebellat super verbum Domini*, Jon. sim. M. Vox קֶסֶם omne genus vetitæ divinationis, qui per dæmones fit, comprehendit; ut etiam *ariolatio*, quæ ab aris dicta, circa quas preces aut sacrificia offerebant dæmonem consulentes [z]. Hunc locum detorquent Papistæ ad obedientiam quæ sibi debetur

[c] V. [d] San. [†] La. [f] Ma. [g] BA. 1. 3. 11. 839. [h] V. [i] Mart. [k] V. [l] Ma. ex Jun. [m] V. [n] V. [o] G. [p] Mart. [q] La. [r] Greg. in San. La. [s] R. Ben. Gerson in Mart. [t] Mart. [v] San. [x] V. [y] M. [z] Me. ex San.

& suis traditionibus. At non de illa loquitur Samuel; sed de ea, quæ debetur mandato Dei [a]. *Ariolationem* Latinus vocat quam Græci alii οἰώνισμα, alii μαντείαν, quæ opponitur τῇ προφητείᾳ, ut idola Deo. Vide Levit. 19. 26, 31. & 20. 6. 27. Deut. 18. 10. 11 [b]. ¶ *Et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere*, וְאָוֶן וּתְרָפִים הַפְצַר] *Et mendacium* (vel, *idolum*, P. *iniquitas*, V. Ang. sicut *superstitio*, JT. Bene suppletur nota similitudinis [c].) *& Teraphim* (vel, *& idola*, JT. *idololatria*, Ang) *transgredi*, Mo. Mar. V. sub. *voluntatem Dei*, V. (vel, *contumacia*, Ang *repugnantia*, JT.) q.d. Voluntatem Dei transgredi, addere præcepto ejus, tam grave est peccatum, quàm velle scire futura per simulacra [d]. *Et iniquitas idololatria, nolle parere*, M. vel *obfirmare animum*, Ti. sim. Strig. Belg. Sym. in G. *Vanitas Teraphim*, &c. ubi vox *Teraphim*, quæ media est, ut alibi diximus, per adjunctum *vanitatis* ostenditur sumi in malam partem [†]; τὸ אָוֶן sign. *iniquitatem, mendacium & falsitatem*, & etiam ipsa Gentium *idola*; quòd aliud non sint, quàm mendacia, fallentia homines. *Teraphim* vocat simulacra per quæ futura sciuntur. De qua voce vide Gen. 31. 19. Qui transgreditur præceptum Dei; i. e. addit aliquid; videtur negare Deum esse prudentissimum, & se Deo ipso facit prudentiorem [f]. הַפְצַר vel est Infinitivus, vel nomen Infinitum; unde reddunt, 1. *Abrumpere se*, vel *abruptio*; quando quis non vult obsequi, sed abruptionem facit, & avellit se. 2. *Instare, perseverare*, in peccando. 3. *Resistentia*, vel *reluctantia*, sub. *Deo*, vel *ejus mandato*. 4. *Cogere, compellere*; id est, quasi vim inferre Deo [g]. פָּצַר sign. *verbis cogere*, Gen. 32. *Coegit eum accipere*; & Jud. 18. *coegit eum manere*. Eadem vox usurpatur de illis qui volunt inflectere legem Dei, & efficere, ut illa sibi obtemperet. Cogunt enim eam suis rationibus, faciúntque parere sibi [h]. פָּצַר sonat hîc, *Per vim & contra rationem velle adhærere vanitati* [i]. Porrò non vult Samuel hoc loco exæquare peccata; sed exaggerare inobedientiæ malum [k]. Nam in se gravius crimen est magia vel idololatria, quàm inobedientia; hæc tamen utrique similis est, 1. Inobediens similis est ariolo; quia conjectat de voluntate Dei, ex mendacibus judicii sui figmentis; sicut ariolus de futuris, ex garritu & volatu avium. 2. Similis est idololatræ, quia illi Deus est proprium judicium & propria voluntas; huic se suáque omnia dicat & tradit; ad hanc omnes actiones refert [l]. ¶ *Abjecit te Dominus nè sis Rex*] Heb. *à rege*, pro *ab* essendo *regem*, Pi. q. d. Posthac non eris Rex [m]. Justa & congrua pœna Saulis; ut qui Deo suo subesse noluit, regno privetur, nè subditi ei subsint. Porrò Saul regno suo privatus est, quasi in actu primo; non secundo: h. e. potestate regiâ illum dejicit Deus; sed permittit tamen ei illius usum & administrationem ad vitam. Aut potiùs denuntiat ei privationem Regni, cujus executio paulò post facienda erat. Saulem enim Regem posteà mansisse patet; quia eum ut Regem suum habuit & populus, & ipse David, & Samuel, v. 32 [n].

24. *Peccavi*] Pœnitentia hæc non fuit seria, sed ex metu infamiæ, & regni amittendi [o]. Indicio est, 1. Quòd à se culpam in populum derivet [p]. 2. Quòd non priùs dixit *peccavi*, quàm regnum transferendum audivit [q]. 3. Quòd honor à populo habendus hanc illi pœnitentiam extorsit [r]. ¶ *Timens populum*] Culpam suam falsò obumbrat; cùm non ipse esset in obedientia populi, sed contrà [s]. Eum non adeò populum timuisse docent illa duo decreta, 1 Sam. 11. 7. & 14. 24. Q. Nec laboraret populus pro regis Agagi salute, ex qua ad illum nulla sperabatur commoditas [t].

25. *Porta peccatum*, שָׂא נָא אֶת חַטָּאתִי] *Dimitte, quæso, peccatum meum*, V. *Aufer*, nempe, apud Deum, deprecando [*]. Minister dicitur remittere peccata, 1. Quòd orat Deum ut remittat. 2. Habet claves, & concionatur remissionem peccatorum per Christum [v]. *Ferto, vel tolle, remitte, peccatum meum*, veniam impetrando precibus & sacrificiis tuis, ut solent Sacerdotes; vel dissimula peccatum meum [x]. ¶ *Et revertere mecum*] h. e. cum revertente me venito. Exierat Saul extra *Gilgal* in occursum Samueli; & necdum Samuel in *Gilgal* ingressus fuerat, ut illuc dici posset *reverti*. Vide suprà v. 13. Similem loquutionem habes Ruth. 1. 10, & 22. & cap. 2. 6. Sic infrà 26. 30, 31 [y]. Acutum hoc

[a] Mart. [b] G. [c] Mar. [d] V. [†] G. [f] V. [g] Ma. [h] Mart. sim. La. [i] M. [k] Mar. sim. La. [l] La. [m] V. [n] La. [o] La. sim. Me. San. Mart. [p] San. [q] San. ex Greg. [r] Mart. ad v. 30. [s] L. [t] San. [*] G. [v] Mart. [x] Me. [y] Ma.

erat, callidúmque consilium Saulis, *revertere*, *ut adorem*, &c. q. d. redeas mecum ad instaurandum, aut continuandum officium victimarum, quas ex Amalecitarum præda tunc immolabat. Ità suâ præsentiâ ostenderet Propheta gratum esse Deo munus illud ex spoliis Amalec. Hoc cùm prævidisset Samuel, negavit se cum Saule ad intermissa sacra, vel ad alia illius cogitata reversurum [z]. *Ut adorem*, ut coram te & per te sacrificem Deo [a].

26. *Non revertar tecum*] Videtur Samuel falsum dicere, nam posteà reversus est. Resp. Tunc non intendebat reverti; sed pòst mutavit propositum ex causis quæ dicentur. Sic Christus Joan. 7. dixit, *Ego non ascendam*, & statim postea, *ascendit* [b].

28. *Scidit Dominus regnum*] Antanaclasis ex collatione cum versu præcedente [c]. Occasione præsentis facti, velut signi divinitùs oblati, Samuel judicium Dei, culpâ Saulis, in eum superventurum denunciat [d]. Ex re nata omen accipit. Antè comminatus est tantùm, nunc denuntiat definitum & factum. Vel, ante minatur regnum à filiis auferendum, nunc ait nè ipsum quidem Saulem illud diu esse habiturum [†]. *Scidit*, i. e. scindere decrevit [*].

29 *Triumphator in Israel non parcet*] Ità dicitur Deus, quia arbitratu suo in omnem partem agit, & versat Israel [f]. Hoc nomine usus videtur, ut deprimeret insolentes proximâ victoriâ spiritus Saulis, & ut Saul Dei metueret potentiam, qui regna suo arbitratu commutat, quíque facilè perficeret, quod nunc comminatus est [g], et ut obiter sugillaret Arcum triumphalem Saulis, & tacitè innueret trophæum potiùs Deo statuendum esse [h]. ¶ וְגַם נֵצַח יִשְׂרָאֵל לוֹא יְשַׁקֵּר] *Et etiam fortitudo*, sive *robur* (vel *victoria*, Mo. V. Pi. *nobilissimus*, Sy. *sanctus*, Ar. *victor*, Ti. Strig. *triumphator*, Ca. *qui est æternitas*, JT.) *Israelis non mentietur*, P. Mar. Sy. Ar. Belg. Ang. Pi. *Non committet mendaciter*, JT. Deus, qui est auctor victoriarum Israelis, non mentietur illi, cui dedit Regnum tuum [i]. *Non fallet*, M. Ti. Ca. Os. i. e. non frustrà minatur, Os. Alii, *& etiam virtutem Israelis non faciet irritam*, sub. *Dominus*; i. e. neque tamen destituet Dominus Israelem pristinâ virtute [k]. *Non fallet victoria Israelitis*. Sensus est, Licèt regnum à te scissum sit, tamen Deus non deerit populo suo, nec permittet concidere regnum Israelis; sed delegit sibi virum alium, &c [l]. Porrò נֵצַח in abstracto ponitur (quod majorem vim habet) & sign. *Excellentia*, *victoria*, *virtus*, &c. q. d. non tantùm excellentissimus est, sed etiam ipsa excellentia. Notant quoque נֵצַח interdum esse temporis, & significare victoriam seu triumphum temporis; h. e. *perpetuitatem & æternitatem*; ut Isa. 34. 10 [m]. ¶ *Et pœnitudine non flectetur*] Sim. 6. P. Ti. JT. M. Os. לוֹא יִנָּחֵם] *Non revertitur ab eo quod dixit*, Jon. *Neque consilium petit*, Sy. Ar. *Neque animum mutabit*, Ca. Dicitur *pœnitere*, v. 11. quoad effectorum scilicet immutationem; & hìc *non pœnitere*, nempe quoad seipsum [n]. Mutat Deus sententiam per prophetas significatam, non autem consilium [o]. [Vide ad v. 11.] ¶ *Neque enim homo est*, &c.] Non est mutabilis, sicut homines, qui in æstu iracundiæ sæpè minantur atrocissima quæque se aliis facturos; posteà ubi deferbuerit ira, pœnitet eos prioris vehementiæ [p].

30. *Honora me*] Hìc proditur hypocrisis Saulis, & causa pœnitentiæ ejus [q].

31. *Reversus ergò Samuel*] Qu. Cur reversus est? Resp. 1. Non ut adoraret, id est, simul sacrificaret cum Saule; neque enim Samuel, sed *Saul* (nempe solus) *adorâsse* legitur [r]. Noluit Samuel cum eo precari Dominum, sed eum planè excommunicavit [z]. 2. Ut honorem deferret magistratui, etiam impio [a]. Nè populus Regem sperneret & regno pelleret [b]. 3. Ut quæ Saul omiserat, ipse perageret [c]; nempe ut Agagum occideret [d]. 4. Nè Saulem in desperationem, vel furorem adigeret [†].

32 *Oblatus est ei Agag pinguissimus & tremens*, מַעֲדַנֹּת] *Cum* vel *In deliciis*, P. Mo. Jun. Pi. *delicatè*, M. Ca. *delicatus*, Ti. *delicatè cultus*, Pi ex JT. *deliciarum*, scil. vir, Os. cum *voluptatibus*; i. e. gressu ac incessu regio ac superbo [f], perinde quasi mortem minimè horreret [g], sed eam vitæ præferret [h]. Alii vertunt, *in catenis* vel *vinculis*, K. & Caj. in San. quasi eum vinctum adducerent. Ità vox sumitur Job 38. 31 [i]. ¶ *Siccine separat amara mors?*] A divitiis, deliciis, regno, vitâ. Vide Ecclesiastic. 41. 1 [k]. [At Hebræa sic se habent]

[z] San. [a] La. [b] L. [c] Pi. [d] Ma. ex Jun. [†] Mart. [*] La. T. [f] Me. ex San. [g] San. [h] Me. [i] V. [k] V. [l] Ma. [m] Ma. [n] Ser. [o] Mart. [p] Osiand. [q] Mart. [r] San. [z] Mart. ad v. 26. [a] Mart. [b] La. [c] San. [d] Mart. [†] La. [f] V. ex Ma. [g] M. [h] V. [i] Ma. [k] Me.

¶ אָכֵן סָר מַר־הַמָּוֶת] [Variè reddunt;] *Heu, mi Domine, amara est mors*, Jon. in M. סָר scilicet exponens per בְּבָעוּ, quod aliquando est interjectio dolentis [l]. *Verè amara mors est*, Sy. sim. Ar. *Si sic* [quasi pro אָכֵן legissent אִם כֵּן] *amara mors*, 6. *Verè* vel *certè recessit amaritudo mortis*, Mo. JT. Pi. T. sim. Ca. Strig. [Diversimodè autem hoc intelligunt.] Periculum mortis evasi, quandoquidem ab armato rege ad senem Prophetam abducor [m]. Alii putant eum hæc verba dixisse, ut ostenderet se contemnere mortem; *Recessit*, inquiens, *à me metus amaræ mortis*. Intrepidus accedo; tantùm abest ut vobis supplex fiam pro mea liberatione [*]. Alii aliter vertunt, *Verè venit*, *sive accedit amaritudo mortis*, sive *amara mors*, M. ex K. P. Mar. V. in Tig. not. *Declinavit*, sub. *ad me*; i. e. irruit in me, vel *invasit me amaritudo mortis*; q. d. Actum est de me, Penè jam morior [†]. Al. סָר in Cal. ponitur pro Hiphil, *recedere facit*, id est, separat [n].

33. *Sicut fecit*, &c. *gladius tuus*] Heb. *sicut orbavit*, sub. *liberis*, vel *maritis*, V. Jus Rhadamanthi. Vide de J. B. & P. l. 2. 5 [o]. Dicitur hoc de Agag. Vel, 1. Non in persona propria, sed de rege illo Amalec, de quo Exod. 17. & Num. 14. & Deut. 15 [p]. Vel, 2. De ipso Agago, qui vel per se, vel per alios occiderit, &c [q]. Nota deliciosos, qualis Agag erat, sæpè esse crudeles; quia omnem amorem, quem habent, in seipsos impendunt; & alios spoliant, ut habeant quibus delicientur [r]. ¶ *Et in frusta concîdit eum Samuel*] Vel, 1. Per se [s]. Id verba sonant [t]. Nihil hìc à Samuelis ingenio, vel pietate abhorrens. Idem enim fecerant Levitæ, Exod. 32. Phinees, Num. 25. 8. & Elias, 1 Reg. 18 [v]. Fuit Samuel *carnifex*, sed Dei, quod honorificum [x]. Vel, 2. Per suos [y]. Qu. Quo jure Samuel privatus Agagum occiderit? Resp. 1. Quidam putant Samuelem non prorsus abiisse magistratu, quod mihi non placet. 2. Non habuit Samuel gladium ordinarium: Sed Deus nullis est obstrictus legibus, quin gladium suum dare possit, cui velit. 3. Fecit hoc Samuel ex impulsu divino [z]. Cessantibus in officio Regibus, sæpè per Prophetas Deus legis suæ sanctiones exequebatur, 1 Reg. 18 [a]. Nobis tamen vivendum est legibus, non exemplis, ut rectè Demosthenes; Et exempla quædam virorum clarorum miranda magìs sunt, quàm imitanda. Porrò observa hìc ingeniorum varietatem. Saul in omni vita crudelissimus parcit Agago, nempe ex superbia, ut suæ gloriæ consuleret. Samuel semper clementissimus (oravit enim pro Saule inimico ejus acerrimo) Agagum interficit, sed ex præscripto Dei. Hìc etiam comprobari videmus vaticinium vetus [de quo vide Num. 23.] Hæc nominatim prædicta de Agago ante 400 annos. Ità Cyrus & Josias nominatim prædicti antequàm nascerentur [b]. ¶ *Coram Domino*] Vel coram Arca, quæ tunc fortè aderat [c]. Vel coram altari, quod ibi exstructum erat; vel in plena concione & sacro cœtu [d]. Ubi populus Dei est, ibi est Deus. (Meminerimus igitur, quanta cum reverentia versari debemus in cœtu sacro.) Vel, quòd eum occideret in honorem Dei. Instar enim est sacrificii, cùm impii occiduntur jussu Domini [†]. Fuit quasi quædam victima Domino, &, ut fiebat in holocaustis, sectus erat in frusta. Nec novum est in scriptura victimam vocari cædem inimicorum Dei, Isa. 34. 6 [f].

35. *Et non vidit Samuel ultrà Saul usque ad diem mortis suæ*] Id est, nunquam perrexit eum videre. Ità sæpè significant adverbia *donec* & *usque*. Vide Gen. 28. 15. Deut. 34. 6. 2 Sam. 6. 23. In quibus omnibus, simpliciter præcedens tempus ponitur, non attendendo ad subsequens [g]. Dices Samuelem vidisse Saulem, c. 19. Resp. Sensus est, Non invisit, aut adivit eum, officii, vel amicitiæ gratiâ [h]; vel consilii dandi causâ [i]. Hoc sensu *videre* sumitur, infrà c. 20. *Vadam*, *& videbo fratres*: & 1 Reg. 14. Veni, & *videamus nos*; & Heb. 13. *videbo vos* [k]. ¶ *Lugebat Samuel Saulem*] Verbum in Hithpahel magnum & continuum luctum significat: Lugebat autem, 1. Saulem regno privari. 2. Timens nè vitâ æternâ privaretur [l]. Nota hìc discrimen inter Samuelem & Saulem. Samuel nihil transgressus est, & tamen luget: Saul transgressus est mandatum Domini, & tamen nihil commovetur. Non enim scribitur se afflixisse. Rectè discessit à Saule, nam cum improbis non est familiariter versandum. Rectè tamen orat pro eo; Ità enim debemus nos gerere etiam erga excommunicatos [m].

[l] M. [m] Jun. Pi. R. Levi in M. [*] M. [†] V. [n] La. [o] G. [p] He. in L. [q] Ità San. La. [r] La. [s] Ità Ser. San. Me. Mart. [t] Me. sim. San. [v] San. [x] Mart. [y] La. ex Jo. [z] Mart. [a] G. [b] Mart. [c] Ma. [d] Ma. sim. Mart. [†] Mart. [f] Me. ex San. [g] Glas. gram. p. 456. [h] T. ex San. sim. F. [i] E. Me. [k] E. [l] La. [m] Mart.

CAP.

CAP. XVI.

1. Usquequò tu luges Saulem] Et lugendo oras pro eo restituendo [a]. Interrogatio reprehendentis [b]. ¶ *Imple cornu*] Non lenticulam, ut suprà c. 10. 1. quod notat, vel, abundantiam gratiæ in Davidem conferendam [c], vel, regni Davidici firmitatem; quia cornu solidum, lenticula fictilis fragilis est [d]. ¶ *Oleo*] Scil. unctionis †. ¶ *Providi enim*, &c. [רָאִיתִי] *Vidi*, Mo. 6. *previdi*, vel *prospexi*, M. P. Ti. JT.

2. *Vitulum de armento*, [עֶגְלַת בָּקָר] i. e. Vitulam armenti; aut *vitulam* filiam *bovis*, ut sæpe [f]. ¶ *Tolles in manu tua*] Ferebat, opinor, Samuel manu suâ ligatum vitulum, quasi signum quòd sacrificaturus esset [g]. ¶ *Et dices, ad immolandum Domino veni*] Credibile est, Samuelem sæpè solitum sacrificare pro statu ac salute Reipublicæ; atque eâ causâ obiisse diversas civitates [h]. Neque hoc mendacium erat: Vera quidem causa hæc fuit, sed non sola [i]. Unam causam dicit, alteram tacet; civilis hæc erat prudentia, nec illicita [k]. ¶ [לִזְבֹּחַ לַיהוָה וגו׳] *Ad celebrandum convivium Jehovæ venio*, JT. Sic eadem vox infrà pro convivio sumitur; & suprà 9. 12, 13. Additur, *Jehovæ*, ut intelligatur ex mandato Jehovæ ad rem aliquam divinam esse institutum [l]. Non placet; Nusquam [זָבַח] sign. *convivium celebrare*; sed vel *mactare*, vel *sacrificare* [m]. Alii vertunt, *ad sacrificandum*, 6. Jon. Sy. Ar. Pi. Ma. Obj. At hoc convivium intra privatos Isai parietes celebrabatur: sacrificia autem ex lege tantùm facienda erant in loco designato [n]. Resp. 1. Celebratum non fuisse in Isai domo ex eo apparet, quòd Samuel Isai & filios ejus invitârit, v. 5. hoc non facturus, si esset domi ipsius Isai [o]. 2. Auctoritas Prophetæ facit, ut sacrificium, ubicúnque is adest & imperat, ritè fiat. Subsunt enim Prophetæ imperio Leges rituales, fatentibus Hebræis [p]. Samuel ex peculiari mandato hoc fecit. Sic suprà c. 7. ult. & 10. 12 [q].

3. *Et vocabis Isai ad victimam*, [בַּזָּבַח] *Ad sacrificium*, V. Pi. Ma. i.e. propter victimam comedendam [r], vel *ad convivium*, V. ex Jon. quod celebrabitur de carnibus victimæ pacificæ immolatæ [s]. Sacrificiis Eucharisticis adjungebantur convivia [t].

4. *Admirati sunt*, [וַיֶּחֶרְדוּ] *Et contremuerunt*, Mo. sim. Pi. Mar. V. Ellipsis, quia subauditur, *& iverunt*, Pi. *trepidi accurrerunt*, JT. V. *exierunt*, Sy. Ar. *congregati sunt*, Jon. Itâ multi in M. *consternati sunt*, Os. *obstupuerunt*, Ti. Quia ex quo Rex datus, & præsertim post Saulis peccatum, se domi, ut plurimùm, continere solebat [v]. ¶ *Occurrentes ei*] Confertim obviam ei processerunt, honoris causâ [x]. ¶ *Dixerúntque*, [וַיֹּאמֶר] *Et dixit*, senior eorum, M. qui primus erat, sive nobilissimus omnium [y]. *Dixit*, vel quispiam, Ti. vel, *quisque*, JT. Verbum singulare, junctum nomini plurali, plerúmque distributionem notat. Sic Gen. 35. 26. *Filii, qui editi sunt*, Heb. [יֻלַּד]. Exod. 17. *Fuit manus ejus* [plur.] *firma*; & Exod. 31. 14. Num. 32. 25. Eadem quoque ratio est participii, ut Psal. 87. 3. Prov. 3. 18 [z]. ¶ *Pacificúsne est ingressus tuus*, Itâ Sy. P. sim. M. [שָׁלֹם בּוֹאֶךָ] *Pax ingressus tuus?* Jon. Mo. sim. 6. *Pax advenire te?* Jun. *Prosperéne* (*salvúsne*, Ti.) *advenis?* JT. Ti. Propter inopinatum (& solitarium [a].) Prophetæ adventum timebant [b]. q. d. Accidítne aliquid adversi; vel aliquídne apportas infausti nuntii [c]? Timebant, vel, 1. Nè aliquid mali natum esset in civitate sua [d], quod ab illo esset expiandum †; nè aliquem punire vellet [f]. Vel, 2. Nè fugeret Saulis sævitiam [g]; & nè ejus iram in Bethlehemitas, quasi Samuelem recipientes, devolveret. Vel, 3. Nè triste aliquid prænuntiaret [h], vel annuntiaret, sive ab externo hoste, sive à Saule [i].

5. *Sanctificamini*] Ex isto verbo percipi potest hîc agi de sacrificio [k]. ¶ [הִתְקַדְּשׁוּ] *Præparate* (*comparate*, JT. *sanctificate*, Pi.) *vos*, V. *Sanctificari* idem est, quod *parari*. Vide Exod. 19. *Sanctifica eos*——Et paulò post. *Estote parati*. Æquum erat, ut qui sacris interesse vellent, puri accederent, & mundi; sed illi imprimis qui non tantùm sacrificiis intererant, sed etiam cibis è sacrificata victima vescebantur [l]. Sanctificatio autem ista consistebat in lotione vestium, & abstinentia à mulierum concubitu; ut Exod. 19. 14, 15 [m]. ¶ *Sanctificavit ergo Isai*, &c.] Heb. *Et præparavit*, id est jussit præparatos esse, nominatim scilicet [n]. Hoc fecit, pridiè ante sacrificium. Vocavit hos, non tantùm ut sacrificanti interessent cum aliis de plebe; sed ut victimæ participes essent, quod etiam non Sacerdotibus licebat, vide cap. 7 [o].

6. *Cúmque ingressi essent*] *Ingredientibus illis*, scilicet filiis Isai. Hoc est, ingredi incipientibus: quia tum solus Eliab, maximus natu ingrediebatur: ut percipitur ex sequentibus. *Ingredientibus autem*, intellige, in conclave aliquod, ubi sacrificio peracto convenerant, atque consederant, tum seniores civitatis, tum Isai, &c. ¶ *Et ait*] nempe apud animum suum; cogitavit. Synecd. gen [q]. ¶ *Num coram Domino est Christus ejus*] Estne coram te Domine futurus Rex [r]? ¶ [אַךְ נֶגֶד יְהוָה מְשִׁיחוֹ] *Certè coram Jehova*, vel *Domino* est *Christus*, sive *unctus ejus*, 6. M. P. Ti. Mo. JT. Strig. Ang. id est probatus est Jehovæ in regem, ut Jud. 18. 6 [s]. Putavit quod Dominus eum delegisset in Regem [t]. Imprudenter dictum videtur, quod sequentia corrigunt: quale Nathanis, 2 Sam. 7. 3 [v]. Extra revelationis tempus accidit ut errent Prophetæ, 2 Sam. 7 [x]. Sed [אַךְ] potest esse quoque dubitantis: *Forsitan coram Dom.* Sic Psal. 139. 11 [y]. Vel Hebraismus est; Quàm maximè favet Dominus Christo suo. Aut, *Dominus erit cum Christo suo*. Vel, *Coram Domino sit Christus ejus*; i. e. Custodiat Dominus Christum suum [z]. *Pulchrè providit Deus de Messia*, Jon. in V. E. q. d. Hic formam habet, & staturam rege dignam [a]. *Adest nimirum apud Jehovam*; q. d. hîc O Jova, &c. Ca. *Secundùm Dominum unctus ejus*, Sy. *Unctus Domini pro voluntate ipsius est*, Ar. *Certè hic homo est coram Domino unctus ejus*, Belg.

7. *Et dixit Dominus*] Scilicet per Arcanam inspirationem [b]. ¶ *Nec juxta intuitum hominis ego judico*, [כִּי לוֹא אֲשֶׁר יִרְאֶה הָאָדָם] *Non enim quod videt* (*quod considerat*, V. *sicut videt*, M. Strig. 6. Jon. *Quod spectare solet*, JT.) *homo*, Ti. Mo. P. sub. vel, *video*, sive *aspicio*, Jon. V. JT. vel, *videt Deus*, M. Strig. ¶ *Homo enim videt ea quæ parent*, [לַעֵינַיִם] *Ad oculos*, Mo. *Quæ sunt præ oculis*, P. sim. JT. Ti. *Vident in oculis suis*, Jon. *Eget intuitu oculi*, Ar. *Spectant homines faciem*, Ca. Homo ex rebus externis de homine judicat [c]. ¶ *Dominus intuetur cor*] Idem facere debent, ut Dei imitatores, ii quibus eligendi Regis jus contigit. Vide quæ hac de re Aristoteles, Polit. l. 3. c. 13 [d]. [Quærit P. Martyr. Cur non vidit cor Saulis, antequam ungeretur: sed nihil respondet. At responderi potest, Deum illis regem tunc dedisse, non qualem ipse probavit, sed qualem populus meruit.] Ellipsis hîc est; ut patet ex v. 8. *Neque hunc elegit*. q. d. Dixi paulò ante de Eliabo, quòd eum non elegerit Jehova: (hoc enim indicâsse eum Isaio innuitur, ídque in hunc finem, ut proximum ab illo introduceret) nunc idem dico de Abinadabo. βραχυλογία †.

10. *Adduxit Isai septem filios suos*] Habuit ergo octo filios. Nam David absens erat octavus. Dices, 1 Par. 3. cum Davide numerantur septem tantùm filii *Isai*, sive *Jesse* (nam duo ista nomina idem sunt.) Resp. 1. Ibi non omnes numerantur, sed unus prætermittitur ob causam nobis incognitam: fortè, quòd octavus sit ex concubina, vel uxore secundaria. Sicut c. 14. 49. omittitur *Isboseth*, de quo 2 Sam. 2 [f]. 2. Unus ex his septem nepos fuit [g]. Dicunt Jonatham filium Samma, cujus auditur nomen, 2 Sam. 21. 21. adoptatum fuisse ab Isai; sicut Ephraim & Manasses à Jacobo [h].

11. *Numquid jam completi sunt filii?* [הֲתַמּוּ הַנְּעָרִים] *Súntne consummati* (*finiti*, M. P. Sy.) *pueri?* Mo. *An absolverunt transire?* JT. Similis loqutio Matt. 10. 23. Jun. *Adsúntne omnes*, V. Ti. sim. Ang. *Estne numerus puerorum completus?* Strig. H[s]. *nullum præter istos habes filium?* V. ¶ *Adhuc reliquus est parvulus*, [הַקָּטָן] *Minor*, Mo. P. *minimus*, Sy. JT. V. *parvus*, 6. Non quòd ætate puerili esset, aut exiguo corpore; (nam mox v 18. vocatur *Vir bellicosus, & fortissimus robore*; erátque tunc David 28. annorum, ut tradunt Hebræi in Seder Olam [i], vel potiùs 20 annorum [k]) sed quia fratrum erat minimus. Sic Benjamin Gen. 43. 29. vocatur parvulus; cùm tamen decem suscepisset filios, ut constat Gen. 46. 21 [l]. ¶ *Et pascit oves*, [Itâ ferè omnes.] [רֹעֶה בַּצֹּאן] *Pascens in pecora*, Mo. 6. [Constructio huic similis est v. 8. לוֹא

Marginal notes (left): a La. sim. San. Me. — b Pi. — c La. ex Rup. — d La. ex L. To. — † V. — f V. — g San. — h Mart. — i Me. ex San. — k Mart. sim. L. — l Jun. — m Pi. — n Jun. — o Pi. — p G. — q Pi. — r V. — s V. — t Pi. — v Me. ex San. — x V. — y V. — z Glas. gram. p. 397. — a La. — b M. — c Me. — d M. — † Mart. — f Me. Mar. — g Mart. sim. San. L. — h La. — i San. — k Pi. — l San.

Marginal notes (right): m Pi. sim. L. T. La. — n V. — o San. — q Pi. — r Me. — s Ma. ex Jun. — t M. — v Ma. ex Jun. — x G. — y Ma. — z V. — a E. — b Pi. — c Os. — d G. — † Pi. — f La. To. in San. — g Jun. Pi. — h Q. in San. — i T. — k La. — l T.

לוא בחר באלה] *Non elegit in illis*, pro *illos non elegit*.

11. *Parvulus*] q.d. Is ejusmodi est, ut de illius aspectu laborare non debes[m]. Vide hîc, quàm diversa sunt judicia Dei & hominum[n]. Non bene, ut apparet, Davidis ingenium atq; virtutem nôrat Isai[o]. ¶ *Nec enim discumbemus*, Ità 6. Jon. M. P. Ti. [לוא נסוב] *Non circumsedebimus*, Mo. sim. Ma. id est circulariter sedebimus, ut indicet modum, quo tunc ad mensam in conviviis sedebant[p]. *Non deflectemus*, JT. Pi. nimirum ad convivium. Eodem sensu accipitur idem verbum, Gen. 42.24[q]. Ergò convivium in alio conclavi celebrandum erat[r]. *Non revertar*, Sy. *Non revertar ad locum meum*, Ar. [Videntur legisse אסוב] *Non revertemur*, id est, non abibimus hinc[s]. Hoc dicitur quòd post sacrificia pacificorum edebantur consecrata[t]. Pleni zelo Dei omnes ipsius præcepta urgent, nec differri volunt[v]. Et ante prandium res arduæ tractari solent[x]. Sed quomodo, inquies, potuit David accedere ad sacrum epulum, cum non esset sanctificatus? Resp. 1. Fortè David adfuit, & cum aliis sanctificatus est, &, cùm victimæ cæderentur, astitit; postea verò rus ivit, nè grex relinqueretur sine pastore. 2. Deus, author legis, potuit decretum suum relaxare. 3. David fuit ità pius & mundus, ut hujusmodi ritu non eguerit. Videmus hic Samueli non omnia statim revelari. Ità nos Deus pedetentim adducit ad veri cognitionem[y].

12. *Erat rufus*] Ità ferè omnes. *Rubeus*, Mo. *rubicundus*, nam puto referendum ad crinem, non ad genas[z]. ¶ *Et pulcher aspectu*, [עם יפה עינים] *cum pulchritudine* (*nitore*, P. JT) *oculorum*, 6. sim. Jon. Sy. Ar. Mo. Ultra id quòd habebat nitentes & elegantes oculos, erat eleganti specie decorâque facie[a]. עם *cum* hic ponitur pro ו & [b]. ad verb. *cum pulchro oculis*; h. e. & pulcher oculis. Sic cap. 17.42. Q. *cum pulchritudine*. Sed in Hebræo non abstractum est (quod יְפִי scribitur, Ezech. 28.7. vel, יְפִי Zach. 9.17.) sed concretum, יְפֵה quod constructum est ex יָפֶה *pulcher*. Sic & Gen. 39.6. יְפֵה in statu constructo ponitur. Ità Nahum. 3.12. *Omnes munitiones tuæ* (sicut) *ficus*, עם *& primitivi fructus*[c]. Porrò solet pulcher animus etiam in vultu apparere. Vide Platonis convivium[d]. Erat in Davide forma, non fracta, aut mollis, sed virilis ac militaris. Oculi ipsius bellicam quandam ferociam spirare videbantur[†]. ¶ *Decorâque facie*, [וטוב ראי] *Et decorus visu*, V. Est nomen ראי hic ejusdem formæ cum חולי *infirmitas*[f].

13. *Et unxit eum in medio fratrum ejus*] Qu. An fratres negotium intellexerint? Resp. 1. Q. negant[g]. Certum est fratres ejus unctionem vidisse; non ità certum eos intellexisse quid illa unctio designaret[h]. Fortasse, cùm postea Davidem audirent canere & prophetare, putabant illum eâ unctione factum esse Prophetam[i]. Alii putant Samuelem nihil indicâsse de regno; sed tantùm hoc dixisse, Deum elegisse aliquem ex filiis Isai ad magnum aliquam rem administrandam; & nè ipsum quidem Davidem (nec Isæum[k]) intellexisse eum futurum regem[l]. Constat cavisse Samuelem, ut hæc occultissimè fierent. Quòd si fratres id nôssent, facilè emanaret in vulgus, ex fratrum invidia, vel gratulatione, adeóque nec Samuel, nec David ipsiúsque familia furorem Saulis effugerent. Deinde non bene cum illa inauguratione regia conveniebat, eum statim ad rusticum opus esse remissum[m]. Nec tam liberè eum fratres objurgâssent[n]; nisi fortè hoc contempsissent, & habuissent pro ludibrio[o]. Resp. 2. Alii affirmant. *Unctus est*, quum priùs tamen Samuel ei, & circumstantibus patri & fratribus explicâsset voluntatem Dei. Vide 2 Sam. 5.2[p]. ut pluris ipsum fratres deinceps facerent, minoréque invidiâ laborarent, cùm sibi eum præferri viderent[q]. David unctus est coram testibus. Samuel enim moriturus erat, antequàm David publicè inauguraretur. Itáque factum illud oportuit patris Isæi testimonio, & Davidis ipsius conscientiâ confirmari[r]. Credibile est eum Davidi & Isai mysterium indicâsse[s]. Porrò hæc unctio Davidi non Regnum dedit, sed Regno eum destinavit; júsque ei dedit semet conservandi, quibus posset modis, ad tempus usque adipiscendi Regni[t]. Accepit tunc David jus imperii *in populum*, sed nondum *in populo*. Quomodo Jurisperiti dicunt filium vivente patre habere jus *in bona*, sed non *in bonis*[v]. Unctus est, non ut statim regnaret; sed ut Sauli morienti in regno succederet[x]. Vide quàm innocenter David vocetur ad regnum. Nullâ

m San. n La. o San. p Ma. sim. M. q Jun. r Pi. s Ma. t M. v Ser. La. x La. y Mart. z Pi. a V. b He. in V. Glas. c Glas. gram. p. 587. d G. † Mart. f M. g Ità Me. San. Mart. h San. i Mart. sim. Caj. in San. k Caj. in San. l Mart. m San. n San. Mart. o Mart. p Ma. & Pi. ex Jun. sim. La. Ser. To. in La. Sà. in Me. q Theod. in La. r Mart. s Me. t G. v F. x La.

ambitione utitur, nullâ prehensatione, utpote prorsus ignarus, quid ageretur[y]. ¶ *Et directus est spiritus Domini à die illa in David, & deinceps*, ותצלח רוח יהוה אל דוד מהיום ההוא ומעלה] *Et prosperavit* vel) *mansit*, P. sim Jon. in M. *requievit*, V.) *spiritus Jehovæ super Davidem à die ipsa, & suprà*, Mo. 6. Jon. vel, & *deinceps*, P. *Invasit*, vel *pervasit eum*, M. ex K. Alii, *agitare cœpit*, Q. in M. *Perrupit in Davidem*, magnâ scilicet vi atque efficaciâ. De hac voce plura vide suprà cap. 10.6. & Judic. 14.6[z]. *Et irruens spiritus Domini in Davidem* egit eum *à die illo, & deinceps*[a] Heb. *& sursum*. Catachresis: Nomen loci ad significandum tempus[b]. Porrò spiritus hic non pertransiit, sed constanter mansit in David[c]. *Spiritus Domini*, hîc, est spiritus fortitudinis, prophetiæ, & prudentiæ[d]. Ab hac unctione David & psallere cœpit, & leonem & ursum aggredi ausus est[†]. ¶ *Surgénsque Samuel abiit in Ramatha*] Rei eventum permittens Deo, nec quicquam externarum virium conferens ad obtinendum regnum[f].

14. *Spiritus Domini recessit à Saul*] Spiritus bonus[g], spiritus ille Regius[h]. Unde qui priùs in bellis erat acer & victor, deinceps extitit in bellis & iners, nec quicquam præclarè gessit[i]. Spiritus ille fortitudinis & prudentiæ[k]. ¶ *Et exagitabat eum*, [ובעתתו] *Et terruit* (*turbavit*, M. Ti. JT. V. *suffocabat*, 6. *vexabat*, Sy.) *eum*, Jon. P. Mo. *exagitare cœpit*, V. scil. ad invidiam, odium, crudelitatem[l]. *Cœpit liquefacere corpus ejus*, Ar. Radix Hebraici verbi est בעת & non בעה, ut hîc non fuerit à quodam vertendum, *inflavit eum*[m]. ¶ *Spiritus nequam* (vel *malignus*, 6) *à Domino*] [Ità ferè omnes.] Exteriùs ostendens quod intus latebat[n]. Id est, ità permittente, Domino, aut immittente[o]; *permissu Domini*, Ar. Qu. Quis fuit hic spiritus? Resp. 1. Non intelligitur substantia spiritûs, sed effectum. Illud autem erat impulsus aliquis vehemens à spiritu vel bono vel malo concitatus. Tales animorum motus *spiritus* vocantur. Sic *spiritus timoris*, *fortitudinis*, *sapientiæ*, *stuporis*, *infirmitatis*[p]. 2. Q. censent fuisse morbum ex atra bile natum, sive melancholiam, & maniam[q]. Morbus erat dœmoniacus, ità ut præfocari videretur[r]. Morbus autem hic per musicam facilè levabatur[s]. 3. Communis est Patrum Doctorúmque sententia, Saulem verè fuisse energumenum, id est obsessum, et intùs exagitatum à Dœmone[t]. Subitos terrores & perturbationes à Dœmone immissas morbum Saulis fuisse, satìs indicat significatio verbi Hebraici. Vide infrà v. 23[v]. *Mali spiritus*, sive *Dœmonia illum insidebant*[†].

15. *Spiritus Dei*] Sic vocatur, vel, 1. Quòd creatus à Deo esset[x]. Natura ejus bona est, & à Deo[y]. 2. Quòd faceret voluntatem Dei[z].

16. *Jubeat Dominus*, &c. יאמר נא אדנינו עבדיך לפניך יבקשו איש וגו'] *Dicat nunc*, vel *quæso*, *Dominus noster*, Mo. Jon. *Servi tui ad facies tuas quærent*, &c. Mo. *Servi tui*, vel, & *servi tui ante te*, vel *qui sunt coram te quærent virum*, Jon. P. *Ecce servi tui præsto tibi sunt*; *quærant virum*, Sy. sim. Ar. *Edicat, quæsumus, dominus noster servis tuis adstantibus tibi, ut perquirant virum*, JT. sim. M. Ti. Ità subauditur ל; sed doctioribus magis placet, ut hæc per parenthesin legantur: (*nam servi tui ante te*,) i. e. præsto adsunt ad imperata facienda[a]. ¶ *Scientem psallere cithara*, [Sim. omnes.] יודע מנגן בכנור] *Scientem, pulsantem* (Malim *peritum pulsandi*, Pi.) *citharam*, JT. *qui sciat ludere* (*canere*, Ti. Strig.) *in cithara*, M. מנגן formam participii Pihel habet, sed, quod pro Infinitivo usurpetur: ut etiam מנצח præfixo ל, præsertim in titulis Psalmorum[b]. ¶ *Et levius feras*] Heb. *Et bonum tibi*, Ma. *Téque sublevet*, Sy. vel, *refocillet*, Ar. Qu. Sed quid potuit Musica & cithara Davidis in Dœmonem Saulem agitantem? Resp. 1. Magnam esse in musicis numeris vim, ad sedandos componendósque animos, antiqua testimonia, & quotidiana satìs supérque probant experimenta[c]. Solebat Asclepiades τῇ ᾠδῇ, sive morbus animi musicâ sedare; teste Cels. c. 12. Timotheus fidicen, cùm caneret τὸν ὄρθιον νόμον (qui cantus erat concitatior) Alexandrum M. usque eò impulit, ut ad arma procurreret. Græcorum civitates, Martiano Capella teste, sanxerunt, ut animorum corporúmque morbi ad lyræ modulos curarentur. Xenocrates lymphatos carminum modulis à dementia liberavit. Porrò, musica legitur,

y Mart. z Ma. a Jun. b Pi. c La. sim. Mart. ex Chald. d V. La. San. Mart. T. † T. ex San. f Mart. g V. h G. i La. sim. San. k La. San. Mart. l Ma. m M. n G. o V. p Mart. q La. San. Ità He. & Jo. & Caj. et Genebr. & Delrio in La. r Jo. in San. s La. t T. Ità L. To. Ser. La. Me. San. v Ma. † Jo. in G. x V. y T. z V. ad v. 14. a V. in Tig. not. b Ma. c San.

legitur, & iram repressisse, Ælian. l. 14. & Ischiaticos sanâsse, teste Gellio, & Paracelso; nec non morsos à phalangio, &c. Vide Alex. ab Alex. 2. 17 [d]. Plutarchus lib. de Musica, ad finem, à Terpandro musico sedatum esse dicit motum Lacedæmone excitatum. Pythagoras perturbationes animi lyrâ componebat, ait Seneca de ira, 3. 9 [†]. Vide quæ dicta suprà ad hunc librum 10. 5. Marinus de Proclo, παρεκέλευε ἐν ἑκάστοτε ὕμνους λέγειν; κὴ λεγομένων τῶν ὕμνων, πᾶσα εἰρήνη τῶν παθῶν ἐγίγνετο κὴ ἀταραξία. *Jubebat subinde hymnos canere; & recitatis hymnis, omnimoda pax & tranquillitas affectuum suborta est.* Apollonius de Miris, ἰᾶται ἡ καταύλησις τῆς διανοίας ἐκστάσεις (Sanat musica etiam mentis abalienationem,) ubi & alia ad hanc rem. *Pythagoreis moris fuit*, ait Quint. 9. 4. *Cùm somnum peterent, ad lyram priùs lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum componerent* [f]. 2. Musica naturaliter pellit melancholiam, quâ Dæmon utebatur ad cruciandum Saulem. Nullus enim humor hoc opportunior est Diabolo, ut homines vexet, tentet, incitétque ad mœrorem, invidiam, iram, desperationem. Quare eo utitur Dæmon, (qui per causas naturales agit) ad homines adigendum in angores, scrupulos, odia, cædes [g]. Humor enim melancholicus cor deprimit, gravat, contristat, & atrâ fuligine obnubilat; ut per eam omnia atra, tristia, noxia, horrida videantur [h]. Vis ergò naturalis musices & citharæ in duobus consistebat; 1. Quòd diverteret ejus phantasiam à tristium rerum cogitatione 2. Quòd ipsa voluptas cantûs eum exhilararet, itáque melancholiam abigeret, vel minueret [i]. Hac ergò melancholicâ dispositione ut gaudet Dæmon; ità eâ sublatâ, per accidens & indirectè, vel abigitur, vel impeditur [k]. Subit Dæmon corpus, ut animum graviùs afficiat; Id probat Lunaticus Matt. 17. qui tunc pessimè habuit, cùm gravius aliquid pateretur à luna. Quare qui κακοπάθειαν aut tolleret, aut levaret, ille aliquid diabolo in hominem potestatis adimeret [l]. Musica quidem nihil potest in Dæmonem, directè, cùm spiritus sit; potest tamen per accidens; quia mitigatis affectibus, per quos in animos nostros Diabolus se insinuat, etiam ipse pellitur. Hinc illud Eph. 4. 26, 27. *Sol nè occidat super iracundiam vestram, nè detis locum Diabolo.* Et sicut radios solis, qui neque gladio secari, neque flatu extingui, neque ullo conatu averti queunt, clausâ tamen fenestrâ, ex cœnaculo excludimus; Ità Diabolum excludimus, obstructo aditu, quo animorum arcem invadit. Denique Musica malum spiritum eodem modo abigit, quo bonum accersit; quod facit, dum perturbatum animum pacat, nè in mente nostra quidquam sit, quod Sanctum spiritum repellat. Vide 2 Reg. 3. 15. & Matt. 17. 15, 18. ubi morbus crescente Lunâ intendebatur. Itáque si medicus morbum illum sanâsset, is ægrum eâdem operâ à Dæmone liberâsset. Sed & agnoscendum est, Deum extraordinariam Musicæ peritiam Davidi indulsisse, ut sic illi viam ad majora paulatim præstrueret [m]. 3. Aliquid hîc supernaturaliter factum esse volunt [n]. Majorem fortasse vim habebant Davidis cantica ex materia divinas enim laudes exequebatur, quibus in fugam Dæmon agebatur [o]. David citharæ pulsu mentem suam excitabat, æquè ac Elisæus, &c. ut ferventiùs oraret pro Saule [p]. [Aliis hæc responsio non placet;] Certum est servos Saulis; i. e. Medicos, de materia cantûs parùm solicitos, hoc solùm quæsivisse, ut vocaretur peritus κιθαριστὴς. Proinde Sacerdotem, aut Prophetam non postulant, sed musicum [q].

17. *Bene psallentem*, sim. ὁ. Jon. M. P. מֵיטִיב נַגֵּן] Ad verb. *beneficantem psallere*; i. e. qui doctè pulset citharam *Bene scientem modulari*, Mo sim. Ti.

18. *Unus de pueris*] Hunc virum Doegum fuisse fingunt Hebræi, qui hæc dixit ex odio in Davidem, ut Saul illum accerseret, tandémque occideret. Ego existimo ex quo David, cum unctione, alia quoque dona accepit planè rara, eum vicinis fuisse notissimum. Nam & eximii erant illa dona, & inopinata atque nova [r]. ¶ *Ecce vidi*] *Prospexi*, JT. *Dispexi*, Pi. ¶ *Filium Isai*, לְיִשַׁי] i. e. apud *Isai*, V. *Filius est ipsi Isai*, JT. ¶ *Bellicosum*] Heb. *virum belli*, i. e. fortissimum, vel peritissimum artis bellicæ [s]. ¶ *Prudentem in verbis*, וּנְבוֹן דָּבָר] *Et prudentem*, vel *sapientem sermone*, ὁ. sim. Mo. Sy. Ar. Ad verb. *& intelligentem rei*, i. e. intelligentem quæ facere oportet, optimi consilii hominem [t]. *Prudentem rerum*, Ca. vel *in rebus gerendis*, M. V. JT. ¶ *Et virum pulchrum*, וְאִישׁ תֹּאַר] *Et virum formæ*, Mo. V. sub. *bonæ*, V. *pulchrum aspectu*, Jon. Ar. Sy. Quidam notant ex his, quorum nomine hîc commendatur David, satis colligi, eum jam antè Goliath interfecisse; unde apparuit ipsum esse bellicosum, & Deum adesse ei: nam ante interfectum Pelisthæum nulla videtur David belli specimina edidisse. Unde existimant hanc historiam contigisse post occisum Goliathum: sed hîc proleptice poni, quod ipsa verba indicant [v].

20. *Tulit asinum plenum panibus*, &c. וַיִּקַּח חֲמוֹר לֶחֶם וגו׳] *Cepitque asinum panis*, &c. Mo. Defectiva est oratio, He. in V. *Asinum* ferentem *panem*, P. He. in V. *asinum* onustum *pane*, Jon. in V. M. Ang. sim. Sy. Ar. *asinum* cum *pane*, JT. Belg. Nomen rectum sæpe denotat adjunctum adhærens, & connexum cum subjecto. Sic Esa. 51. 20. תּוֹא מִכְמָר *bubalus retis*, i. e. irretitus. Mat. 26. 7. *alabastrum unguenti*, h. e. unguento repletum [x]. Quibusdam phrasis hæc insolens visa est; occurrit tamen in Sosibio, qui poeta tragicus fuit non inelegans;

Ἔσθει μὲν ἄρτων τρεῖς ὄνους ——

Ter in brevi die, *comedit panum tres asinos*, id est, trium asinorum onus, ut rectè observavit magnus Casaubonus in lectionibus Theocriti, cap. 12 [y]. *Asinus panis* dicitur quomodo *saccus panis, uter vini, amphora aquæ* [z]. [Al. aliter;] γόμορ ἄρτων, *Chomer panum*, ὁ He. in BA. Voluerunt nempe חֲמוֹר hîc idem esse quod חוֹמֶר [a]. Alii exponunt, *acervum, tumulum panis*, ut Judic. 15 16 [b]. Al. sic, *Accipiens Isai asinum, panem*, &c Ti. ¶ *Et lagenam vini*, נֹאד יַיִן] *utrem vini*, Ma. [Quidni in ablativo vertatur, *utre*, &c. hoc modo, *accepit asinum oneratum pane, & utre vini*, &c? Non enim probabile est Davidem ipsum hæc portâsse.] Hoc misit Sauli in observantiæ signum, ex illorum temporum consuetudine [c]. Munus pro sua tenuitate magnum, pro Rege exile. Quod tamen in castris, quæ non semper necessariis abundant, contemni non solet. Notum est quo animo Artaxerxes aquam haustam è flumine à rustici cujusdam manibus acceperit. Ad hunc modum Jacobus misit donum exiguum ad Ægypti præfectum. Vide Gen 43. 11 [d].

21. *Stetit coram eo*] i. e. Astitit illi, ministrando [†]. ¶ *Et factus est ejus armiger*] Quia minùs honorificum fuit Regi, si eâ tantùm causâ habuisset apud se David, ut morbum leniret, & arreptitio occineret [f]. Designavit ergò illum armigerum; hoc tamen munus nunquam exercuisse legitur; quia antequàm bellum à Philistæis ingrueret, in patriam reversus est [g].

22. *Misit ad Isai dicens, Stet David in conspectu meo*] Revocat David, quem remiserat, putans se morbo solutum; vel, quia bellum ingrueret, nec locus musicæ in castris esse videbatur; vel, quia melancholicorum ingenia morosa sunt, & eadem modò querunt & volunt, modò refugiunt & respuunt [h]. Dedit Saul volubilis atque inconstantis ingenii, tum erga Davidem, tum erga Jonatham, c. 20 v. 33. clara documenta [i].

23. *Quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saul*, בִּהְיוֹת רוּחַ אֱלֹהִים אֶל־שָׁאוּל] *Cùm esset spiritus Dei* (sub. *malus*, ὁ Jon. Sy. Ar. M.) *super Saulem*, P. Ti. M. *apud Saulem*, Jon. Pi. *inesset Sauli*, JT. Solent enim talibus malis esse sua intervalla. Vide quæ ad Mat. 4. 24. & 17. 15 [k]. Malignus spiritus vocatur *spiritus Dei*, vel 1. quòd naturam habuit à Deo; vel potiùs 2. quia divinæ justitiæ minister erat [l]. *Malus* erat ob vitium; *Dei* ob ministerium [m].

Margin notes: d Ser. — † San. — f G. — g La. — h Valess. in La. — i La. sim. Ser. — k Ser. — l San. — m BA. 1. 2. 44. 461. — n Ità Ser. ex L. — o Me. sim. San. — p La. ex Jo. & To. — q BA. ubi suprà. sim. Mart. — r San. — s V. — t V. — v Ma. ex Jun. Pi. — x Glass. gram. p. 110. — y BA. 1. 2. 13. 184. — z San. — a BA. ib. — b Ma. — c Me. ex San. — d San. — † V. — f Me. ex San. — g San. — h Me. ferè ex San. — i San. — k G. — l E. — m Gr. Cin. p. 164. ex Pseud. August.

CAP. XVII.

1. *Congregantes Philisthiim*] Videbant nempe Judæos suas terras possidere: Eos antea sæpe profligârunt, & nunc Saulem sciebant esse furiosum. Hæc belli occasio [a]. Est autem toto hoc capite digressio hyperbatica, (sive πρωθύστερον) ad confirmandum verba, quibus Saulis servus Davidem commendabat, c. 16. v. 18. Talium hyperbatorum exempla extant plurima, ut Gen. 5.

Margin note: a Mart.

Jos.

Jos.2 & alibi †. ¶ *Inter Socho & Azeca*] Oppida tribûs Judæ, Jos. 15.35 *. Erat alia *Socho* trans Jordanem, Jud 8 15 [b]. ¶ *In finibus Dommim*] Ità Aq. in D. Ca. sim. M.P. Ti. Mo. JT. [בְּאֶפֶס דַּמִּים] Aliis est nomen proprium. Ità Jon. Sy. Ar. ὁ. Ma. Glass. ut patet ex 1 Paral. 11. 13. ubi contractè vocatur פַּס־דַּמִּים [c]. Nomina autem propria sæpe omittunt literas quasdam, variis in locis [d].

2. *In vallem terebinthi*] Ità ὁ. Heb. *in convalle Elah*, Ma. Vide de voce אֵלָה, Gen.35 4 †. ¶ *Direxerunt aciem*] Heb *ordinaverunt bellum*: ut parati essent occurrere Philistæis [f].

3. *Super montem*, &c.] Utrinque apparet fuisse industriam castrensem. Utraque pars castrametatur in colle, ut hostis, si ea oppugnare voluisset, pugnaret ex inferiori loco. Dices, magnam exercitûs partem fuisse in valle. Respondet K. castra quidem fuisse in monte, sed acies omnia complevisse usque ad vallem [g]. Imò, contrarium sonant verba K. quæ sic se habent, *castra jacebant in valle —— sed ordines acierum ascenderant in montem adversùs Philistæos*. Et ideo עומדים *stantes in monte* dicuntur [h]. Instruxerunt Philistini primam aciem in monte, reliquus verò exercitus erat in valle: ex altera parte montis castra posuerunt Israelitæ [i].

4. *Et egressus est vir spurius*, [הַבֵּנַיִם] Variæ sunt hujus vocis interpretationes [k]. *Spurius* seu *illegitimus*. [Ità T. aliíque vulgati asseclæ.] Mihi maximè probatur. Sumpserunt quasi diceretur hic homo *unus filiorum*, id est, sine patre, σποράδην conceptus. Notant Hebræorum nonnulli, cognomen hoc esse gigantum, qui legum omnium & matrimonii contemptores, ob id incerto patre nascebantur [l]. Huic favet, quòd in ejus genealogia nunquam *patris* nomen exprimitur, sed solius *matris*, nempe *Arapha* [m]. *Benaim* sonat *inter duos*, scil. patres conceptus, cujus scilicet pater incertus est. Quia enim furtivi amores solent esse vehementes, idcirco totos se suáque in generatione effundunt, ac procreant gigantes & monstra [n]. Porrò, *gigas* & *spurius* idem sunt, quia uterque *filius* vocatur *terræ*. Vide Pers. Satyr 6.

—— *Præsto es mihi Manius hæres*
Progenies terræ ——

& Juvenal, Satyr.4.

Prodigio par est in nobilitate senectus,
Unde fit ut malim fraterculus esse gigantum.

Cùm ergo *spurium* dicit, *gigantem* dicit [o]. Et sic alii vertunt, *gigas*, Sy. Ar. Strig. *vir immanis*, q. d. *vir filiorum*, i. e. hominum, (nam *filius* pro *homine* dicitur) i. e. excellens: sicut Latini dicunt hominem paucorum; & Galli *enfant de maison*, *filius domûs*, pro filius locupletis aut nobilis domûs; h. e. magno loco natus [p]. δυνατὸς *potens*, ὁ. in G. q. d. *excellens inter filios*, nempe Philistinorum. Q. Alii deducunt à בין *inter* [q]. *Inter duo*, i. e. inter duas acies stans [r]. *Duellator*, JT. *Qui inter duos*, supple, pugnam singularem decerni postulabat, infra 8, 9, 10 [s]. Dualis numerus indicat ad hanc constructionem omninò hoc pertinere; sed Latinus sermo non satis commodè efferre hoc potest [t]. *Intermedius*, P. Mo. Sic dicebatur, quòd soleret prodire in medium: erat velut quidam antesignanus inter duo castra stans [v]. *Vir medietatis*, Schindl. in Lexico. *Vir è medio ipsorum*, Jon. in Di. sic *vir medietatum* diceretur, quòd è medio Philistæorum exiret. Id jejunum. Rectiùs Hebræi, *inter duo castra*, quod Jarchius optimè videtur exprimere, quum eum designari ait, qui esset *potestate præditus exeundi ex acie sua, ut staret inter duos exercitus*; q. d. non erat vir aciei, qui aliorum militum instar aciei suæ ordinem tenere, ab eáque non digredi deberet; quíve aliorum ducum instar aciem suam ducere cogeretur: sed erat vir medietatum, cui procul ab acie sua deflectere, séque inter duo castra sistere liceret [x]. Putant intelligi processisse eum εἰς τὸ μεταίχμιον, (*in spatium inter acies*) ut & Homerus & Euripides loquuntur. Sic in medium inter castra pontem processit Gallus ille provocator, quem interfecit Manlius Torquatus, Liv. l. 7 [y]. Alii *benaim* vertunt *instar duorum*, vel par duobus, tam magnitudine, quàm robore [z]. ¶ *Nomine Goliath*] Differt hic ab illo Goliath 2 Sam. 21. 19. qui hujus *frater* esse dicitur, 1 Par. 20. 5 [b]. ¶ *Altitudinis sex cubitorum & palmi*] Ità Jon. Ar. M. P. Ti. Mo. V. Sub. *unius*, vel & *dimidii cubiti*, i. e. tri-

(Margin: † Jun. Pi. — * Jun. — b Me. — c Glass. Ma. — d Glass. gram. p. 766. — † Ma. — f V. — g Mart. — h Di. — i V. — k G. — l G. — m T. ex San. — n La. — o San. — p Ca. — q G. — r V. Jun. & K. in M. — s Pi. ex Jun. — t Glass. gram. p. 766. — v V. — x Di. — y G. — z La. ex San. — a Hostius in histor. Monomach. c. 2.)

tum palmarum [c]. זרת sign. non *palmam minorem* digitorum quatuor, sed *majorem* digitorum duodecim, quem Plinius 7 3. *dodrantem* vocat, tres nempe pedis quadrantes; novem uncias seu pollices. Hieron. ad Ezec. 40. ait, à quibusdam hunc non *palmum* vocari, sed *palmam*, quod factum observamus, Jud. 13. 16 [d]. Sed frustrà fingunt duplicem palmum; nam palmus minor 4 digitorum, sive 3 unciarum, pedis quadrans, unicus & solus & verus est palmus; nec alium agnoscunt autores probati †. זרת *spithamam* vertunt Sy. JT. *dodrantem*, Host. Estque intelligendus dodrans *pedis*, non *cubiti*, qui continet pedem Græcum & duos digitos, h. e. 18 digitos Græcos [f]. Gigantæa moles hæc est, quæ pænè communem duplicat ætatis nostræ hominum staturam [g]. Plus tertiâ parte, alium quemvis militem excessit [h]. Immensæ proceritatis & virium homines primis temporibus fuisse docet scriptura, Gen. 6 4. & 14. 5. Deut. 1. & 2. & 9. & confirmant prophanæ historiæ. Hinc fabulæ poetarum de Cyclopibus, & Gigantibus in Homer. & Virg. Apud Diodorum Siculum est lib. 1. *Ægyptios scribere Isidis ætate fuisse vasto corpore homines, quos Græci dixere Gigantes. Sacerdotes Ægyptii monstra quædam, ab Osiride postmodum devicta. Hos verò nomen sortitos casû, cùm multa præclara edidissent opera. Orestis* (hic filius erat Agamemnonis) *corpus oraculi jussu* (de quo mentio in Herod. 1. & Gell. Repetit. 3. 10.) *refossum septem cubitorum fuisse monumentis* traditur, ait Plin. 7. 16. h. e. pedum 12, cum quadrante, teste Gell. 3. 10. Eleazarum Judæum 7 cubitos altum Tiberio Cæsari ab Artabano rege Parthorum dono missum refert, Jo. Antiq. 18. 8. Alium novem pedum & totidem unciarum legere est in Plin. 7. 16. Idem 6. 30. auctor est *Syrbotas gentem Æthiopum Nomadum octona cubita longitudine excedere*. Porrò, vastiora olim fuisse hominum corpora, & nunc, quasi in mundo senescente, rerum atque hominum decrementa esse, & Plin. 7. 16. & Gell. 3. 10. ex Homero referunt. Exempla extant in Homer. Iliad. 5. & 7. & 20. & Virgil. Æneid. 12. de Turno saxum ingens tollente hæc habet;

Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Quales nunc hominum producit corpora tellus.

S. August. de Civit. Dei, 15. 9. refert, *A se & ab aliis quibusdam in Uticensi littore visum esse molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim conscinderetur, centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicujus fuisse crediderint* [i]. [Inscitiam ergo suam produnt, qui narrationes scripturæ de Gigantibus, tanquam fabulam olentes, deridiculo habent.] Porrò, pro *sex cubitis*, Q. habent *quatuor cubitis*, Ità ὁ. Jo. in Ser.

5. *Et cassis ærea*, [וְכוֹבַע נְחֹשֶׁת] *Et galea ærea*, Mo. P. Jon. Sy. Ar. vel *chalybæa*, V. Nomine æris intelligitur omne genus metalli: itaque hoc loco *æs* pro *ferro* accipitur [k]. Infrà scribitur קובע cum ק [l]. ¶ *Et lorica hamata*] sim. ὁ. sed legendum *squamata* [m]. [וְשִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים] *Et lorica squamata*, M P. Ti. JT. V. in Tig. not. Mar. thorax è ferreis (vel æreis, V.) laminis squamatim contextis [n]. Habens squamas more piscium ità clausas, ut nullum inter eos interstitium esset [o]. Sic Virgil. 11. Æneid. de Turno,

[illegible]que adeò Rutulum thoracâ indutus, ahenis
[illegible] squamis —— [p].

Veteres disertè scribunt cataphractorum equitum (quos clibanarios vocant Persæ) loricas fuisse ex squamis vel laminis consertas, nè motus impediretur. Laminæ æreæ (inquit Heliodorus) & ferreæ ferè palmares, undequaque in quadrangulam formam ducentes, & aliam super aliam, ad extrema laterum adaptantes (ità ut inferiorem superior, & transversam adjacens, continuâ serie semper transcendat) & suturis subter commissuras, texturam connectentes, tunicam quandam squamatam efficiunt [q]. קַשְׂקֶשֶׂת dicitur à קָשָׂה *asperum esse*, quamvìs hoc per *Schin*, illud per *Sin* scribatur [r]. ¶ *Pondus loricæ ejus quinque millia siclorum erat*] [Ità omnes.] Siclus erat ponderis semiunciæ [s]. Ità pondus erat 208 librarum Romanarum [t]; vel librarum Zygostaticarum (quæ sunt 16 unciarum) 156 cum quadrante [v] Ità hoc pondus fide majus videtur. Fortassis ergo sicli hi minores erant [x]. *Sicli æris* hìc dicuntur: postea *siclorum ferri* mentio fit, fortè quòd

(Margin: c V. — d Mar. — † Host. ib. c. 4. — f Host. ib. — g San. — h Mart. — i Host. ib. c. 3. — k Q. in L. — l Ma. — m La. — n Me. T. sim. L. V. — o RR. in Di. — p Ma. — q BP. 3. 13. 217. — r BA. 1. 16. 38. — s Me T. Ma. Host. — t Me. T. — v Host. c. 5. num. 79. — x Mar.)

quòd aliud esset pondus æris, aliud ferri [y]. Siclus duplex; 1. major, sive sacer, qui continebat semunciam, vel quatuor drachmas. 2. Minor, seu prophanus, dimidio minor; continebat quartam partem unciæ [z]. Quatuor sicli communes efficiunt unciam; ità continebat 1250 uncias, id est, 78 libras cum duabus unciis [a].

6. *Et ocreas æreas in cruribus*, Ità ó. sim. M. T. Strig. Sy. [וּמִצְחַת נְחשֶׁת עַל־רַגְלָיו] *Et frontale æris super pedibus ejus*, Mo. Ocreæ *frontale* vocantur, quòd instar frontalis ex lamina essent [c]; vel quòd similitudinem haberent frontalium [d]; vel quòd sicut frons tegit anteriorem partem capitis, ita tibialia tegunt anteriorem partem crurum *. *Lamina lata ferrea, vel chalybea*, V. *lamina ærea*, P. M. *tibialia chalybea*, Pi. *ocreæ ferreæ*, JT. vel *chalybeæ*, Ti. erant *super pedes ejus*, JT. P. i. e. crura ejus ità muniebant, ut etiam pedes tegerent †. Al. sic, *Et vasaria*, vel *frontaria versùs pedes ejus*, quia de galea super verticem descendebat quædam lamina operiens nasum, & tendens deorsum usque ad collum versùs pedes, sicut solebat fieri in antiquis galeis [f]. ¶ *Et clypeus tegebat humeros ejus*] vel *inter humeros*, Ità ó. P. Mo. Ti. M. V. sub. *erat*, Ti Humeri ejus tegebantur clypeo æreo: cassis enim illa habebat appendicem quandam quæ demittebatur usque ad humeros: vel hoc erat illi vice clypei; significat enim partem illam quæ tuetur dorsum; h. e. Erat à tergo optimè munitus [g]. *Tegebat humeros*, dejectus in humeros interim dum non pugnabatur, revocandus ad pectus tempore conflictûs [h]. [Al. כִּידוֹן aliter reddunt.] Hæc enim כִּידוֹן disertè distinguitur ab ejus clypeo, de quo agitur versu sequenti; [ad quem vide annotata.] Quibusdam erat *species humeralis*, aut ferreum ἐπιβραχιόνιον, quo vel humeri vel collum ab ictibus defenduntur, Ità K. & RS. & R. Levi. His præiverat Chaldæus interpres, cui *chidon* erat *integumentum æreum prominens ex casside elatum inter humeros ejus*; ubi pro מחפא malè legitur in Chaldæo מסחפא, & in Kimchio מחצפא voces nihili, in quibus explicandis Lexicographi frustrà laborant. Et *chidon* esse *humerale* colligunt ex eo, quòd illud ferebat Goliath inter humeros ejus; cùm potiùs ex illis verbis concluditur non fuisse humerale; neque enim *inter*, sed *super* humeros humerale est; nè dicam Goliatho non fuisse opus humerali, quia loricatus erat; lorica autem tegit humeros. Porrò, ex v. 45. *tu in me venis cum gladio & hasta, & chidon*; omninò colligitur *chidon* fuisse aliquod teli genus æquè ac gladium & hastam. Josephus locum hunc sic expressit, *Hasta autem erat non leve dextræ gestamen, sed eam humeris tollens ferebat.* ᾧ חֲנִית *hastam* esse convenit inter interpretes; & *chidon* fuisse telum brevius ex eo ipso colligere est, quòd ferebatur inter humeros appensum: Ità enim habent verba Hebræa, *Et chidon ex ære inter humeros ejus*, ex quibus nempe pendebat. Mihi igitur persuasissimum est ᾧ כִּידוֹן esse *hastile*, aut *lanceam*, aut simile aliud teli genus [i]. *Lanceam* vertit Ca. *hastam*, Jo. in BA. Per כִּידוֹן significari putant רוֹמַח *cuspidem*, vel *hastam*. Alii putant esse *collarium*, *quo colli nuditas protegitur* [k]. Alii vertunt *clavam*, seu *pilam*, quâ utebantur ad capiendum & feriendum. Al. *spiculum*, *telum*. Nos *rhomphæam*, aut *frameam* [l]. De voce *chidon* vide ad Jos. 8. Ma. Sed Kimhi ait, כִּידוֹן hîc non esse *lanceam*, ut in Jos. 8. sed licèt sono conveniant, significatione tamen differre ait ||.

7. *Hastile autem hastæ*, [וְחֵץ חֲנִיתוֹ] Quædam exemplaria hîc habent חֵץ *spiculum hastæ*; alia עֵץ *lignum hastæ* [m]. [Plerique sequuntur Masoreticam lectionem עֵץ.] Vertunt, *lignum* (*contum*, Ti.) *hastæ*, sive *lanceæ*, Jon. Sy. Ar. Strig. Alii, *hastile hastæ*, vel *lanceæ*, ó. M. Mo. JT. Ca. Putant Masorethæ ח legi loco ע, tum quia עץ scribitur, 2 Sam 21. 19. tum quia Deut. 19. 5. ligneum securis manubrium vocatur עֵץ; At nihil tamen necesse est sollicitare lectionem ᾧ *chetib* cum חֵץ *sagitta* possit rectè significare *hastile*, seu *contum lanceæ*, quomodo aptè reddiderunt ó. Præterea, solæ editiones Plant. & Bamb. agnoscunt illud Keri, reliquæ de eo tacent †. ¶ *Quasi liciatorium texentium*, Ità ó. Mo. [כִּמְנוֹר אֹרְגִים] *sicut jugum textorum*, Jon. Sy. sim. M. Ti. JT. Ca. Jugum circa quod textores telum circumvolvunt; quod intellige quoad hastilis crassitiem [n]. Hujus autem crassitudo minimùm ferè esse solet, ut illud cingat filum quod pedem longum sit. Crassitudinem hastæ ex collatione ostendit, longitudo conjecturâ colligenda est ex corporis statura; Hastarum autem longitudo habet proportionem duplam cum sesquialtera, & paulò ampliùs ad hominis staturam. Ideo Hectoris ἔγχος in Homer. Iliad. ς. est ἑνδεκάπηχυ *undecim cubitorum*; id est, pedum Græcorum 16 cum semisse pedis. Ità statura Goliath ferè 10 pedum Græcorum, exigit hastam propemodum 26 pedum [o]. ¶ *Ferrum hastæ*, [וְלַהֶבֶת חֲנִיתוֹ] *Et flamma* (*ferrum*, P. *mucro*, Sy. Ca. Ar. *mucro ferreus*, JT. *lamina*, M. Ti. Pi. *acies*, Jon.) *lanceæ*, Mo. Mucro Hebræus *flamma* dicitur, vel propter fulgorem igneum; vel quia tenuatur ut flamma, & in acumen desinit: Deducunt à radice לָהַב quod verbum significat *vibrare*, *micare*, *splendere*, &c. Sed hoc verbum apud Hebræos non usurpatur, quamvìs sit frequens apud Arabes; adderem etiam apud Chaldæos, nisi quod hi non usurpant sine prosthesi literarum ש aut ת [p]. *Lamina splendens, tersa, polita, in morem flammæ fulgens* [q]. ¶ *Sexcentos siclos*] seu semiuncias [r]. Libras nimirùm 25 [s], libras Zygostaticas 18 cum dodrante; h. e. cum tribus quadrantibus [t]. [Sed de pondere siclorum consule annotata ad versum 5 hujus cap.] Reliquorum pondera ex conjectura petenda sunt. Hastile tam crassum, & longum pedes 26, habuit pondus 600 siclorum minimùm: ut tota hasta fuerit siclorum 1200. Ponderis galeæ hîc nulla mentio fit; unde itidem conjecturâ colligendum erit. Aiunt autem artifices galeæ pondus gravissimum hodie esse ferè 10 librarum, sive siclorum tetradrachmorum 320. Quòd si itaque pondus galeæ hujus gigantis statuis esse ἡμιόλιον tantùm; h. e. ut proportio sit sesquialtera, erunt sicli tetradrachmi 480, qui faciunt libras Zygostaticas 15. Clypeus certè non minoris ponderis fuisse censendus est, quàm librarum 30. Restat gladius, qui si tantùm fuerit siclorum 130, fuit librarum Zygostaticarum 4, cum uncia. Fuit ergò pondus totius armaturæ Goliath siclorum 8730; h. e. librarum Zygostaticarum 272, cum 13 unciis. Tanto onere hoc monstrum onustum in prælium progrediebatur. Alcimus quidam Epirota, ut est apud Plutarchum in vita Demetrii, usus est armaturâ minarum Atticarum 120, cùm cæterorum militum arma tantùm essent minarum 60. Budæus lib. 4. de Asse scribit, *justum bajuli onus esse librarum Zygostaticarum 160*. Quod apud Plinium est meritò admirantur omnes, cùm inquit, *Fusius Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigiosæ ostentationis quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnísque quingentorum pondo calceatum in scenam ingredi.* Sexcenta illa pondera Romana 12 unciarum, quibus onustus Fusius ille scalas scandebat, faciunt unciarum 7200; ex quibus colliguntur libræ Zygostaticæ 16 unciarum, quæ hodie in usu sunt, 450. Bis quingenti verò Athanati pondo sunt mille libræ Romanæ 12 unciarum, & faciunt 1200 unciarum, unde colliguntur libræ Zygostaticæ 750 [v]. ¶ *Et armiger ejus*, [וְנֹשֵׂא הַצִּנָּה] *Et ferens scutum*, vel *clypeum*, vel *parmam*, Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. Sign. majorem clypeum, qui totum ferè hominem obtegit [x]. Al. *ferens hastam*, Ti. Al. *lanceam acutam instar spinæ*, vel *parvam*, seu *scutum parvum habens acumen prægrande*. Hanc vocem conferunt cum שָׁנַן *acuere*; & sic dici volunt, quicquid est præacutum, & perforat, seu penetrat [y].

8. *Quare venistis?* &c.] *Quare egrediemini?* vel *egrediemini?* q. d. non est opus ut egrediamini omnes †. *Quare prodiretis?* q. d. Quid opus est prodire instructâ acie, quum res possit expediri minore apparatu, videlicet prælio singulari inter me & unum è vobis [z]. ¶ *Ego Philistæus*] i. e. è libera & bellicosa gente ortus: *vos servi Saul*, q. d. qui cùm liberi essetis, colla jugo regio submisistis [a]. ¶ *Eligite ex vobis virum*, &c.] Frequentes tales sponsiones illis seculis: ut inter Lacedemonios & Argivos Othryadis tempore; inter Romanos & Albanos, cùm Horatii & Curiatii decertàrunt [b]; inter Parin & Menelaum, Iliad. 3. Proponit hoc Goliath, ut hoc bellum minori cum damno, & majori cum fructu, finiatur [c].

9. *Si quiverit pugnare mecum*, &c.] Subinde licet bellum vertere in duellum: cùm id publicâ auctoritate fit, ut unius cæde multorum strages redimatur [d]. Ità loquitur

[y] Mart. [z] Mart. San. Waser. de Antiq. num. 2. 9. Di. [a] Belg. [c] Mar. [d] V. * Pi. † V. [f] L. [g] V. [h] Me. ex San. [i] BA. 1. 2. 8. 136. [k] M. [l] Ma. || BA. ubi supra. [m] M. † Capel. Crit. 3. 93. [n] Me. ex San. V. Host. Ma. [o] Host. c. 5. [p] BA. 1. 2. 8. 135. [q] Ma. [r] Ma. [s] Me. [t] Host. [v] Host. ib. c. 5. [x] He. in Ma. [y] Ma. † V. [z] Pi. ex Jun. [a] Host. ib. c. 6. [b] G. [c] Host. [d] La.

loquitur Philistæus; sed non legimus hanc conditionem à partibus hîc fuisse pactam. Nec debuit Saul, qui de eventu certus non erat, totum Dei populum exponere periculo servitutis Philistinorum. Nec stabant pactis Philistæi, sed fugerunt †. ¶ *Servi eritis, & servietis nobis*] Geminatio vim habet: & verba sunt victoriam sibi præfidenter pollicentis; q.d. omnino servietis nobis [f].

10. *Ego exprobravi*, &c.] Verto, *Ad me quod attinet, probro affeci*, &c. scilicet provocando Israelitas ad certamen singulare, ad quod nemo illorum audet descendere. Sic infrà v.25. & 26. Nominativus absolutè positus, ut ostendit accentus distinguens [g].

11. *Stupebant & metuebant*] Ità torpebant ignaviâ, quòd non fiderent promissionibus Dei. Unus anteà Jonathas profligaverat exercitum Palæstinorum; nunc universus exercitus Israelitarum non audet se uni Goliatho opponere. Atque id mirum, præsertim de Jonatha. Sed hîc videmus sanctos viros non semper eosdem esse, nec eodem spiritu & impetu semper duci. Hæc signa sunt Dei, vel irati & infensi, vel faventis & propitii. Si credimus Deo, unus nostrûm profligabit mille hostes: Si non credimus, mille nostrûm non erunt satis uni. Porrò, voluit Deus hanc victoriam uni Davidi deberi, eúmque his initiis innotescere [h].

12. *David autem erat filius viri Ephrathæi, de quo suprà dictum est*, Ità V. וְדָוִד בֶּן־אִישׁ אֶפְרָתִי הַזֶּה וגו׳] — *Et David filius viri Ephratæi; iste ex Bethlem Juda*, ό. MSS. *David verò iste* erat *filius viri Ephratæi*, P. *David autem ille filius Ephratæi* — JT. sim. Ma. *Ille*, nempe cujus mentio suprà facta, c 16. 19 [i]. Atque hoc pronomine confirmatur illud πρωθύστερον, de quo dictum ad v.1 [k]. Alii, *David erat filius cujusdam Ephratæi*, Sy. Ar. M. Ti. Strig. Glass. Os. Pronomen demonstrativum הוּא, זֶה *ille, iste*, &c. quandoque pro indefinito *quidam* poni videtur. Ità hîc, & v.34. *Venit leo, & ursus, & abstulit* זֶה *illud* (h. e. aliquid) *ex grege*; (quanquam ibi שֶׂה legunt & Chald. & Francofurt. edit. & duo MSS. teste Junio) sic 1 Reg.19.5. *Et ecce* זֶה *ille* (id est, quidam) *angelus tangens eum*, &c [l]. ¶ *Qui habebat octo filios*] Adnumerato nepote (nepotes autem filii dicuntur) fortasse *Jonadab* Schammæ filio, de quo 2 Sam. 13.3 [m]. ¶ *Et erat vir in diebus Saulis senex, & grandævus inter viros*, וְהָאִישׁ בִּימֵי שָׁאוּל זָקֵן בָּא בַאֲנָשִׁים] *Is autem erat in diebus Saulis senex*, P. sim. Mo. Jon. Sy. JT. &c. *veniens* (*veniebat*, Ti.) *inter homines*, ό. P. Mo. Ti. sub. *senectutis*; sic Gen.24.1. *venit in dies*, nempe senectutis, ut exponunt Hebræi; q.d. annumeratus senibus & debilibus [n]. *Provectus inter homines* senes, JT. *senex venerat in hominibus*, h. e. maximè senuerat præ reliquis hominibus. Nam superlativus quandoque effertur gradus per adjectivum regens ablativum cum præpositione ב *in*. Sic Psal.94.8. בֹּעֲרִים בָּעָם *bruti in populo*, h. e. brutissimi populorum. Prov.30.30. גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *fortis in bestiis*, h. e. fortissimus bestiarum, Cant. 1.8. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulchra in mulieribus*, h. e. pulcherrima mulierum. Jer 49.15. קָטֹן בַּגּוֹיִם *parvum in gentibus disponam te*, וּבָזוּי בָּאָדָם *& contemptum in hominibus*, h. e. minimum gentium, contemptissimum hominum [o]. *Provectæ erat ætatis*, Ar. Ca. *annumeratus erat inter electos*, Jon. i. e. fortes ac inclytos [p]. q. d. annis senex erat, viribus juvenis [q]. Alii contrà, inter morbidos, & imbecilles propter ætatem [r]. *Ingressus inter infirmos.* Hæc sententia videtur simplicissima. Id enim אֱנוֹשׁ propriè significat [s]. *Venit inter homines senectute confectos*, ut non posset venire ad bellum [t]. *Senex & grandævus inter viros*,; itaque jam vacationem à militiâ obtinuerat [v]. Non senex tantùm, sed & inter senes maximè provectæ ætatis. Pro בַאֲנָשִׁים libri quidam habent בַּשָּׁנִים, quod non malè loco convenit [x]. Ità legerunt ό. Nam in Complutensi editione habent ἐν ἔτεσι, *in annis*; *provectus erat annis*, Sy. sim. Strig. Ea lectio omninò melior est, quàm בַאֲנָשִׁים phrasi obscurâ atque ignotâ [z]. [Aliter visum Buxtorf.] Phrasis illa בָּא בַשָּׁנִים nullibi aliàs occurrit [a]. Alii vertunt, *Venit cum viris*; ut quocunque pergeret, stiparent eum causâ honoris [b]. Abarbanel sic exponit; quòd senex fuerit, ac proinde non ipsemet ampliùs ad bellum processerit; sed loco suo misit אֲנָשִׁים *viros*; (atque sic sensus erit verborum בָּא בַאֲנָשִׁים *venit, progressus est* ad bellum, licèt

† F. — [f] Ma. — [g] Pi. — [h] Mart. — [i] Jun. Pi. Ma. — [k] Pi. — [l] Glass. gram. p. 187. — [m] Jun. Pi. — [n] V. — [o] Glass. gram. p. 57. — [p] V. — [q] Mar. Ma. — [r] Ma. K. in Buxt. — [s] Buxtorf. vindic. 2. 13.996. — [t] M. — [v] Osiand. — [x] G. sim. Ca. — [y] Capel. — [z] Cap. Critic. — [a] Buxt. vind. ib. — [b] Q. in M. Talmud. in Buxt.

non per se, tamen per viros à se missos [c].)

15. *Abiit David*] Ad fratres missus identidem à patre, ex collatione, v.17 [d].

16. *Procedebat manè & vesperè*, הַשְׁכֵּם וְהַעֲרֵב] Ad verb. *manicando & vesperando*, i. e. veniendo manè, & veniendo vesperi †. Infinitivus verbo finito additus, quandoque loco adverbii ponitur [f]. ¶ *Stabat quadraginta diebus*] Collocans se scilicet singulis diebus ante conspectum filiorum Israel, eósque probris afficiens [g].

17. *Accipe fratribus tuis*, &c.] Ex hac tam sedula cura Isai, ut filiis suis de alimentis prospiciat, colligi posse videtur, Israelitas primis illis Regii imperii temporibus non Regio sumptu, sed propriis stipendiis militâsse [h]. קַח נָא] *Cape nunc*, sub. *ut perferas* [i]. ¶ *Ephi polenti*] Ità P. Polenta aptus cibus militibus in castris [k], pastoribus ruri, & viatoribus per iter [l]. Fit ex hordeo madefacto, deinde siccato & tosto, denique molis contuso, & in farinam comminuto [m]. Ex eo varios sibi, ac delicatos cibos parabant, admixtâ vel aquâ, vel lacte, butyro, melle, oleo, &c [n]. Est autem Ephi mensura quæ decem viris pro victu diurno sufficiat [o]. אֵיפַת הַקָּלִיא *Epha* (*mensuram*, Jon.) *tosti hujus*, Mo. Ti. *frumenti*, Ti. *farinæ spicarum tostarum*, V. sim. JT. Vide Levit.23.14. V. *Satum* (*Mensuram*, Ar.) *tritici fricti*, Sy. Ar. ¶ *Et curre ad castra*, וְהָרֵץ הַמַּחֲנֶה] *Et curre ad exercitum*, i. e. Celeriter defer, V. *Currere fac*, M. Pi. Metaphora καταχρηστική, Pi. i. e. curriculo defer.

18. *Et decem formellas casei*] i.e. Decem caseolos recentes ex forma vasis sic dictos [p]. Minùs propria est hæc versio; nam *formellæ* sunt fiscellæ, ex quibus caseus exprimitur [q]. חֲרִצֵי הֶחָלָב *formellas lactis*, Mo *factas ex lacte*, V. *caseos lactis*, Belg. M. P. Ti. JT. Sy. *caseos recentes*, Ca. Strig. *caseos parvulos*, Mar. Propriè *strictiones, compressiones*, vel *excretiones, concretiones lactis* [r]. Vel fortè חֲרִיצֵי dicti sunt à forma serraturæ [s]. Arabes vocant *mollem caseum*, mutando ח in כ (כריץ) quod iis solenne est. Græci reddunt τρυφαλίδας, id est, Hesychio interprete, τμήματα *segmenta casei mollis*; quod Hebræum prorsus exprimit: nam חָרַץ est *secare* [t]. ¶ *Deferes ad tribunum*] Heb. *ad principem millium*, sub quo fratres tui militant [v]. Multa nempe ab his, qui præsunt, dura atque indebita patiuntur milites [x]. ¶ *Et fratres tuos visitabis, si rectè agant*, תִּפְקֹד לְשָׁלוֹם] *visitabis ad pacem*, ό. Jon. Ma. vel *in pace*, P. Mo. Sy. V. i. e. ut scias quâ sint valetudine [y]. Vel *pacem*, Ar. vel *pro pace*, M. Al. *Et requires de pace*, i. e. salute, Ma. *visitans* cognoscito *de prosperitate*, JT. vel *de pace*, Pi. ¶ *Et cum quibus ordinati sunt disce*, וְאֶת־עֲרֻבָּתָם תִּקָּח] Quæ verba vulgatus optimè reddidit [z]. *Mixtionem* (Id עֲרֻבָּה sign.) *eorum accipies*; sive intelliges cum quibus mixti sunt [a]. עָרַב cùm multa significet, ea tamen omnia ad *commixtionem*, *conventionem*, & *commercium* referuntur. Sanè pro societate, ac familiari commercio sumitur, Psal.105. (vel 106.) 35. Prov.20.19. & 24.21. ut rectè hîc significare posset consuetudinem, sive consensionem militum sub eodem signo. Et *accipere* (לָקַח) *Latinis* sign. *cognoscere*. Ità dicunt, *Hoc accepimus* (i.e. didicimus) *à majoribus, vel à philosophis*, &c [b]. [Alii aliter vertunt] *Quæcunque cupiant*, sive *quibuscunque indigeant, cognoveris*, ό. MSS. Legerunt nimirum צָרְכָּתָם pro עֲרֻבָּתָם ex affinitate literarum ע & צ, item ב & כ [c]. *Et mistionem, vel commixtionem accipies.* [Sed hoc non uno modo explicant] vel sic, mixtionem vestium; seu vestimenta eorum vel sordida, vel attrita [d]. Vel sic, *commixtionem*, seu *Ordinationem*, scilicet in acie disce; significabis mihi viam & locum castrametationis eorum. Ità R. Samuel Laniado ex Abarb †. Cum quibus ordinati sunt, sub quo militent [f]. Non est tamen verisimile patrem eorum nescîsse sub quo militarent [g]. Alii intelligunt per עֲרֻבָּה *mixturam*, varios eventus, quos cupiebat pater ad se referri; unde & עִנְיָנִים exponunt [h]. *Et statum* vel *conditionem ipsorum adduces*, h. e. referes, Jon. in Buxt. Sumpsit עֲרֻבָּתָם qu. *Negotiationem* ipsorum, à עָרַב *negotiari*; q. d. quid tractent, vel agant, successum, &c [i]. *Nuntium eorum ad me deferto*, Sy. Ar. *Accipe denique diversi generis quæ illis* adferas, Ti. *Mandata ab iis accipe*, Strig. Alii, *& eorum arram*, vel *pignus*, vel *tesseram accipies*, JT. Pi. M. Ca. V. Belg. Ang. He. & nostrorum plerique ait Ma. [Sed in sensu variant.] 1. Accipe

[c] Buxt. ib. — [d] Pi. — † V. — [f] Glass. gram. p. 348. — [g] M. — [h] T. ex San. ad v. 18. — [i] V. — [k] Me. T. — [l] T. — [m] Me. — [n] T. — [o] T. Os. — [p] T. ex L. — [q] BA. 1. 2. 33. 316. — [r] Ma. — [s] K. in M. — [t] BA. ib. — [v] V. — [x] San. — [y] V. — [z] San. — [a] Mar. — [b] San. Non displicet Buxt. — [c] Capel Crit. 4. 286. — [d] Q. in Ma. — † Buxt. vind. 2. 11.782. — [f] Q. in V. — [g] V. — [h] M. — [i] Buxt. ib.

cipe pecuniam tecum; ut ſi fratres tui rem aliquam loco pignoris expoſuerint, (ut deficiente pecuniâ ſolent milites [k]) tu impignorationem illam pecuniâ diſſolvas [l]. R. S. vult עֲרֻבָּתָם hîc eſſe ex ſignificatione הַצָּלָה *liberandi*, ſicut ſumitur Pſal. 119.122. עֲרוֹב עַבְדְּךָ לְטוֹב, *ſponde pro ſervo tuo in bonum* [m]. 2. Accipe ſymbolum, viz. aliquid ex iis, quod me de proſperitate eorum certiorem reddat, tecum deportato [n]. 3. Miſerant illi ad patrem ſuum pro neceſſariis; eíque quem ablegârunt, dederunt pignus ad patrem deferendum; quod cùm pater agnoſceret ipſorum eſſe, remiſit [o].

19. *In valle pugnabant*] [Sim. omnes] Sed verto, *ad convallem*, ut v.2. Non enim conſiſtebant in valle, ſed in monte, ut docet v.3 [p].

20. *Surrexit mane*] Non pigritavit, quia & fratres amavit, & parentes coluit [q]. ¶ *Et onuſtus abiit*, וַיִּשָּׂא] *Et portavit*, vel *tulit*, Mo. ό. Jon. *portavit* ea, Sy. ſim. Ti. Ca. *deferens* prædicta, M. ſim. Ar. *oneravit ſeſe*, P. ¶ *Et venit ad locum Magala*, הַמַּעְגָּלָה] Plerique pro appellativo capiunt [r]. Vertunt, *ad* vel *intra vallum*, P. Mo. V. Ca. *ad caſtra*, Jon. Sy. *ad exercitum*, Sy. Ar. V. vel, *ad locum exercitûs*, V. *in vallem caſtrorum*, Ti. Strig. ad locum in quo tentoria fixerant Iſraelitæ. Sic autem *vallum* dicitur, quòd eſſet formâ circulari [s]; ut moris eſt [t]. *Ad plauſtrorum ambitum*, id eſt, ad locum impedimentorum, quibus caſtra circumvallata erant, ut infrà 26. 5. Synecdoche; Plauſtra pro omni impedimentorum genere [v]. ¶ *Et ad exercitum qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat*, Ità ό. Rectè Hebræa vertunt [x]; וְהַחַיִל הַיֹּצֵא אֶל־הַמַּעֲרָכָה] Plerique Chaldæum ſequuti vertunt acſi ſcriptum eſſet הַחַיִל יוֹצֵא *exercitus exibat*. Sed alia eſt conſtructio הַחַיִל הַיֹּצֵא [y]; [ut dictum] *Et exercitus egreſſus erat* (vel *educebatur*, Strig.) *ad ordinem*, Mo. *ad* vel *in aciem*, M. T. Strig. i.e. ut diſponeretur in aciem V. ¶ *Vociferatus erat in certamine*, וְהֵרֵעוּ בַּמִּלְחָמָה] *Et vociferati ſunt* (*clanxerunt*, Jon.) *in prælio*, P. Mo. Jon. *in pugna*, M. *Clanxerant* (*exclamaverant*, Ar. *claſſicum canebant*, Ti.) *ad prælium*, vel *pugnam*, Sy. Ar. Ti. JT. Pi. In hunc finem, ut Philiſthæos provocarent ad prælium. Præpoſitio ב hîc notat cauſam finalem [z]. Al. ſic; & exercitus exiens ad aciem *vociferabatur in bello*. ו in וְהֵרֵעוּ non copulat aliam enunciationem, ſed ſuperfluum eſt, copulans ſolummodo prædicatum cum ſubjecto, à quo, interjectis aliquot dictionibus diſtabat; quo nihil eſt linguâ Hebræâ uſitatius, ut 1 Sam. 25. 27. *Et nunc benedictio hæc —— detur* (וְנִתְּנָה) *pueris*. [De quo vide quæ ad eum locum.] *Vociferabantur*, clamor magnus exaudiebatur in ipſa acie [b].

21. *Direxerat enim aciem*, &c. וַתַּעֲרֹךְ יִשְׂרָאֵל וּפְלִשְׁתִּים וגו׳] *Et ordinaverat Iſrael, & Philiſtin ordinem in occurſum ordinis*, Mo. *ordinaverant aciem contra aciem*, P. ſim. ό. MSS. Sy. Ar. Ti. *Inſtruxerat ſe Iſraelitarum & Philiſtæorum acies altera adverſùs alteram*, JT.

22. *Derelinquens vaſa*, &c.] Ad verb. *Et reliquit — vaſa — ſuper manum cuſtodis vaſorum. Vaſa Davidis* vocat ſarcinam quam humeris geſtabat; (vel potiùs jumento impoſuit [c]) *Vaſa* item ſecundo loco poſitum vocat impedimenta bellica [d]. Hoc in loco, ut alibi ſæpe, Heb. עַל־יַד *ſuper manum*, reddendum *inter manus* †.

23. *De caſtris Philiſtinorum*, מִמַּעַרְוֹת פְּלִשְׁתִּים] *De graminetis Philiſtim*, Mo. K. putat מַעֲרוֹת hoc loco ſignificare *planitiem*; quòd ordinata ipſorum acies eſſet in planitie, ſeu valle ſubjecta colli, affértque locum ex Jud 20 33. ubi מַעֲרֵה redditur à Jonatha *planities*; q. d. nudum & patentem campum; nam עָרָה ſign. *nudare*: Verùm vel מַעֲרֵה iſtîc eſt nomen proprium loci; vel *ſpeluncam* ibi ſign. vel cum ό. legendum מַעֲרָב *occidens*. Rectiùs ergo alii cenſent τὸ כ deficere, & legendum מִמַּעַרְכוֹת de *ordinatis aciebus Philiſt*. Nam מְעָרוֹת ſunt *ſpecus*, *ſpeluncæ*; quæ ſignificatio hîc non quadrat [f]. Duplex hîc Hebraica lectio; 1. in textu מִמַּעַרְוֹת quod reddunt *de graminetis*, vel *de vallibus*; i.e. de convalli graminoſa, ubi poſita erant eorum caſtra; vel de *detectionibus*, *nuditatibus*, &c. i.e. campis patentibus. Vide ad Jud 20.33. 2. In margine מִמַּעַרְכוֹת [g]. [Maſoreticam lectionem ſequuntur ferè omnes.] Vertunt *de*, vel *ex aciebus* (*ordinibus*, Jon. Ti. *copiis*, vel *exercitu*) *Philiſtæorum*, M. P. JT. Sy. Ar.

[k] V. [l] M. ſic V. K. & RS. in Buxt. [m] Buxt. [n] Jun. Pi. [o] R. Levi ben Gerſon in Buxt. [p] Pi. [q] San. [r] Ma. [s] V. [t] Ma. [v] Pi. ex Jun. [x] Di. [y] Di. [z] Pi. [a] Di. [b] V. [c] San. ex To. [d] V. † BA. 1.2. 14.196. [f] Capel. Critic.3. 104. [g] Ma.

24. *Cùm vidiſſent virum, fugerunt*, &c. [Sim. ferè omnes;] בִּרְאוֹתָם אֶת־הָאִישׁ וַיָּנֻסוּ] Ad verb. *in videndo eos virum et fugerunt*, Mo. *conſpectum hujus viri fugiebant*, Strig.

25. *Et dixit*, &c.] Videmus hîc Saulem nè ſimulachrum quidem retinuiſſe avitæ pietatis. Nam cùm eſſet animo ità dejecto & conſternato, nec invocavit Deum, nec fecit ſacrificium, nec juſſit accerſiri aut conſuli prophetam. Hîc nihil videmus eſſe, niſi civiles & politicas rationes. Proponit præmia, &c. (longè aliter ſe gerit Ezechias, 2 Reg. 18. & 19) Nec meliori mente videtur fuiſſe populus: Omnes enim ſe mutuo ad deſperationem cohortantur. David unus intrepidus erat [h]. ¶ *Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſrael aſcendit*] Ità Pi. Ma. Al. ſic, *Nonne vidiſtis hunc virum qui aſcendit, ad probro afficiendum Iſraelem aſcendere?* JT. *Aſcendere* hîc idem eſt quod *progreſſum eſſe*. Alioquin potiùs deſcenderat in vallem [i]. ¶ *Et filiam ſuam dabit*] Ut Creon Jocaſten ſororem ſuam pollicitus eſt ei qui Sphingem ſuperaret, fœminam quæ ex inſidiis, quæ ænigmata vocabant, multa mala inferebat Thebanis, arce defenſâ. Hæc eſt ejus fabulæ veritas, quam optimè intellexerunt Attici in carmine ad Demetrium, quod eſt apud Athenæum [k]. ¶ *Et domum patris ejus faciet abſque tributo*] id eſt, dabit ei quæ hodie appellantur nobilitatis præmia & privilégia [l]. Inter jura Regis erat ſicut tributa imponere, ità à tributis, quem vellet, virtutis ergô, liberare. Græci hoc ἀτέλειαν vocant, Latini *immunitatem*, barbari *Franciſiam* [m]. Τὸ חָפְשִׁי Ch. vertit *claram ac nobilem*, V.

26. *Quid dabitur*, &c.] q d. Scire cupio, operámque meam deferre ad hoc certamen. ¶ *Quis enim eſt*, &c?] Ratio ſententiæ ſubintellectæ, nempe quod David velit cum iſto provocatore congredi. Brachylogia [n]. Duplici argumento utitur; 1. à perſona hoſtis injurii & alieni à Deo, ejúſque fœdere: 2. à dignitate eorum, qui afficiuntur injuriâ, quorum probra in ſe recipit Deus [o].

28. *Iratus eſt, & ait*, &c.] Dixit hæc vel ex invidia vel fortè ex fraterna charitate [p]. ¶ *Quare veniſti?*] Videtur non ſum accepiſſe paterna munera [q]. ¶ *Quare dereliquiſti*, &c? עַל מִי נָטַשְׁתָּ מְעַט הַצֹּאן] *Apud* (*ſuper*, Mo.) *quem reliquiſti pauculas illas oves?* ό. Ar. ſim. Sy. Ar. *parum pecoris*, Ma. *exiguum pecorum*, Jon. ¶ *Novi ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui*] Videri vult καρδιογνώστης. Quod ſummis laudibus ferendum erat, nempe quòd patris imperata fecit, ut fratribus ſubveniret, id hîc Davidi datur crimini. Accuſat eum frater, quaſi reliquerit miniſterium & vocationem ſuam, &c. Idem Chriſto accidit [r]. Frequens eſt ut virtuti nomen aliquod detur affinis vitii. Vide Horat. Satyr. 3. lib. 1.

At nos virtutes ipſas invertimus —— †.

29. *Quid feci? Nunquid non verbum eſt?* הֲלוֹא דָּבָר הוּא] *Annon verbum eſt?* M. P. Mo ό. *Nonne verbum fuit quod dixi?* Jon. V. i.e. merus ſermo eſt quem dixi; ſine facto ac ſine re [s]. Opere non perfeci [t]. *Equidem verba tantùm dixi?* Ar. Quid feci nunc loquendo & audiendo? Annon liberum eſt loqui? An id quod feci eſt aliud quàm merum verbum [v]? *Verbum dixi quod in ore omnium verſatur: ob idne peccavi* [x]? *Verbum* interdum idem eſt quod proverbium, i.e. quod in familiari hominum ſermone verſatur, ut Zach. 7.7 [y]. Al ſic: *Jam verò hæc verba ſunt?* Sy. Hactenus ſola verba protuli; quid dices quando opera ipſa videbis? certè non ſola me verba Thraſonicè feciſſe diſces ex ipſo facto [z]. Al. *num injuſſus feci?* Ca. *annon mihi mandatum eſt?* Strig. *Nonne negotium fuit?* cujus videlicet conficiendi cauſâ miſit me pater huc [a]. *Annon cauſa eſt?* Oſ. Belg Ang. cur huc veni; non meâ voluntate, ſed patris voluntate profectus ſum [b].

31. *Et annuntiata in conſpectu Saul. Ad quem cùm fuiſſet adductus*, וַיַּגִּדוּ לִפְנֵי שָׁאוּל וַיִּקָּחֵהוּ] *Et indicârunt ad facies Saulis, & cepit eum*, Mo. *& tulit* (*duxit*, Jon.) *eum*, M. *juſſit eum adduci*, Sy. *mittens accepit eum*, Ar. *qui accerſivit* (*aſſumpſit*, P. ό. *accepit*, Pi.) *eum*, Ti. ſim. JT.

32. *Non concidat cor cujuſquam in eo*, עָלָיו] *in ſe ipſo*,

[h] Mart. [i] Me. ex San. [k] G. [l] Pi. ex Jun. [m] G. [n] Pi. [o] Jun. [p] Mart. [q] San. [r] Mart. † G. [s] V. [t] M. [v] Ma. [x] M. [y] San. [z] Ma. [a] Jun. Pi. [b] Oſiand.

K. in M. Mar. *in ipso*, P. *super eum*, Mo. ὁ. *ab eo*, Jon. *propter istum*, Sy. JT. Belg. Ang. Pi. M. scil. Philistæum, Pi. Mar. vel *propter hanc rem*, Pi. Strig. nempe periculum à Philistæo illo [c]. *Nemo animum propterea despondeat* [d].

c Pi. d Ca.

33. *Quia puer es*] Annorum erat 14 aut 16 ait Aug. & Theod. vel 22. inquit Salianus [†]. Puerum vocat non ætate, sed usu & pueritiâ rei militaris [f]. *Puer*, i. e. juvenis, imperitus bellandi [g]. Patet hoc, 1. ex Antithesi; *Hic bellator ab adolescentia sua*; ubi ætati Davidis opponitur peritia, & diuturnus usus rei militaris [h]. *Puer*, i. e. tyro in re militari. Ætas ex usu Scripturæ tam Sacræ quàm prophanæ, non tam ex annis, quàm ex qualitate & meritis computari solet. Quare ignorantem aut stultum senem vocamus *puerum, infantem*, &c [i]. 2. Ex vers. 38. ubi David arma Saulis induit [k]. [De quo ibi dicenda vide.] *Tu adolescens*, Ti. Ar. *Puer* vocatur, & *David* senior factus, Luc. 1. Act. 4. 25. & *servus Abrahæ*, qui senior fuit, Gen. 24. v. 52. collat. cum v. 2. & *Christus* suprà 30 annorum, Act. 4. 27 [l].

† Me. f T. ex an. g Pi. h T. ex San. i San. k T. ex San. l San.

34. *Et veniebat leo vel ursus*, [וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב] *Et veniebat leo & ursus*, ὁ. Jon. M. P. Ti. [At Sy. & Ar. habent *leo & lupus*.] Hoc loco est *Enallage casuum*: nam accusativus cum particula אֶת pro nominativo ponitur, Ad verb. *Et ursum*, pro *& ursus*. Sic Neh. 9. 19. אֶת־עַמּוּד *columnam (i. e. columna) nubis non recessit*. 2 Reg. 6. 5. *Et fuit uno dejiciente trabem*, וְאֶת־הַבַּרְזֶל *Et ferrum cecidit in aquam*: quanquam alii ibi אֶת *cum* vertunt, *& trabs cum ferro cecidit*, ità Jun. & Kimhi [n]. *Et venit leo, &* quidem *cum urso*, Pi. *leo unà cum urso*, Ca. Sed multa habet incommoda hæc versio. 1. Supponit leonem & ursum, quasi ex compacto, venari simul; cùm leo nè leænam quidem in venationis societatem admittat, teste Ælian. l. 4. c. 3. & Damir Arabe: unde leo dicitur μονόλεον, quia solitarium est animal. 2. Si ità sit, ad quem referes illa sequentia, *& abstulit ovem, & exivi post eum?* Cur non dicit *abstulerunt, & exivi post eos?* Et quî potuerint & leo & ursus unam oviculam conjunctim auferre? aut David utrumque barbâ corripere? Proinde ut vitentur hæc incommoda, vertendum *leo aut ursus*. [Ità vertunt JT.] Copulativa enim *&* non rarò ponitur pro disjunctiva *aut*, ut Exod. 21. 15, 17. collat. cum Mat. 15. 4. Nam si *&* esset copulativa, dixisset בָּאוּ *venerunt*. Porrò, Hebræi cùm tempus imperfectum nullum habeant, perfectum per imperfectum Latinè reddendum, quoties res ità postulat. Sic ergò reddo, *Et veniebat leo, aut ursus, & auferebat ovem è grege* (id est, sive leo, sive ursus irruens auferret, &c.) *egrediebar in eum, & percutiebam eum*, &c. Itaque non agitur de singulari eventu, sed de re, quæ non semel acciderat: Deus enim, qui Davidem ad magna destinaverat, eum ab adolescentia voluit his periculis exerceri; ut Dei auxilium sæpe expertus animum in rebus adversis obfirmaret; & vocationis suæ quicquid esset intrepidè aggrederetur. Singularem autem eventum hunc non fuisse docet duplex pugnæ genus hîc descriptum. Quandoque enim feras cum præda fugientes primo statim congressu pedo, &c. lethaliter feriebat; aut, si in pastorem rectè irruerent, eas David maxillâ, aut faucibus unâ manu correptas, alterâ confodiebat. Porrò, Davidi præter magnam animi præsentiam, robur corporis non vulgare fuit; unde est quòd Psal. 18. 34. *arcum chalybeum* brachiis suis frangi asserit [o]. [Notandum tamen eos qui reddunt *& ursus*, quoad sensum cum Bocharto ferè congruere] *leo & ursus*; diversis tamen temporibus: nam de duabus historiis David conjunctim loquitur, brevitatis studio [p]. Modus loquendi, non semel, aut bis, sed sæpe de feris reportatas indicat esse victorias [q]. *Leo*, vel leo quidam: vel leo aliquis. Nam nomini Hebraico præfixus est articulus הַ acceptus indefinitè [r]. ¶ *Tollebat arietem de medio gregis*, [שֶׂה מֵהָעֵדֶר] *Agnum (pecus*, M. Ti *hædum*, Ang.*) de grege*, Jon. Sy. Ar. M. P. Ang. τὸ שֶׂה sign. tum agnum, tum hœdum: ut liquet ex Exod. 12. 5 [s]. *Parvam pecudem* verto, Chaldæum Paraphrasten, & duos codices manuscriptos secutus: alioquin pro hac voce in vulgatis exemplaribus legitur, *Et auferebat hoc à grege*; mutatâ unâ literâ proclivi lapsu [t], nempe ut scriptum sit זֶה pro שֶׂה. At lectio זֶה planè mutila est, quippe nihil habens quò referatur [v]. [In Bib. Plant. est זֶה, in Bib. Polygl. שֶׂה]

n Glaf. gram. 100. o BA. 1. 3. 4. 754. p Osiand. q San. r Pi. s Pi. t Jun. v Pi.

35. *Eruebámque*] Sub. *ovem*, V. sim. Pi. ¶ *Mentum eorum*, [בִּזְקָנוֹ] *Apprehendi barbâ*, Ti. Ang. Belg. sim. Sy. P. Mo. Os Strig. V. Alii, *mento*, vel *mandibulâ*, vel *maxillâ*, Ar. Jon. Q. in M. *Mento cum barba*, K. in M. Græci reddunt ἐκράτησα τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ, *Et faucibus ejus corripiebam*. Leoni quidem barba convenit. Sed cùm hîc tam de urso, quàm de leone agatur, maluerunt eâ voce uti, quæ utrique esset communis [x]. Porrò Oppianus urso tribuit asperum & patulum os, ex quo David ovem tanquam ex barathro abreptam eruebat; & in Davidem *insurgebat* ursus; nempe in posteriores pedes, ut eum priorum amplexu suffocaret, & contereret; juxta illud Statii, *Prælia villosis ineunt complexibus ursi*: At leonem maxillâ, aut mento arreptum, ut à morsu cohiberet, David pastorali pedo impetebat & confodiebat [y].

x BA. ubi suprà. y BA. 1. 3. 8. 807.

36. *Et leonem & ursum interfeci*] Venatus egregiè homines bello parat [z]. ¶ *Erit igitur*] Sub. *ut spero*; i. e. tam facilè ego interficiam illum, &c [a].

z G. a V.

37. *De manu leonis*] Id est, de leone, τὸ יַד sæpè redundat. Sic 1 Reg 8. 53. *Sicut* dixeras בְּיַד *per manum Mosis*; h. e. per Mosem. Sic Psal. 22. 20. & 49. 15. &c [b]. ¶ *Dixit Saul, vade*, &c.] Non, puto, credidisset hæc Saul (cùm sciret à juvenibus multa de rebus suis superbè prædicari) nisi accessissent aliorum de his gestis testimonia, quæ facilè haberi poterant. Nam proximè aberat Bethlehem; & res hujusmodi etiam remotas provincias pervaderent [c]. Porrò hæc à Davide gesta sunt post unctionem, quando jam uberiora spiritûs sancti dona ipsi fuerunt divinitùs collata [d].

b Glaf. gram. p. 148. c San. d Os.

38. *Et induit Saul vestimentis suis*, [מַדָּיו] Sign. vestes commensuratas, justas, quibus arma aptè & commodè superindui possent; ut solet fieri in armatis [†]. [Quidam hoc intelligunt de armis corpori Saulis aptatis [f].] Ex hoc loco colligo Davidem procero fuisse corpore, cui tam proceri hominis vestes aptarentur. Neque David cùm illa exueret, negabat quadrare suo corpori, sed solùm se non talibus assuevisse, iisque nimis gravari [g]. Deinde idem colligitur ex eo quòd gladio Goliath utique valde longo & gravi, David expeditè uteretur, neque inconcinnè cingeretur infrà 21. 9 [h]. [Aliis hæc sententia non placet;] quia Saul *altior erat omni populo ab humero & sursum*, c. 10. *Arma* igitur *Saulis* hîc dicuntur quæ ex armamentario regis Saulis deprompta sunt [i]. [Aliis neque hoc placet;] ut in illis castris armamentarium esset Saulis, & in eo arma quæ non distributa erant, in tanta præsertim armorum inopia, non puto. Adde quòd modus loquendi ad hanc explicationem nimiùm est durus [k]. Malim vertere, *vestimentum ejus*, quàm *arma*; nec tamen erat vestimentum Saulis vulgare, sed militare; Quod tamen non intelligo de armis duris & rigidis, sed de aliis militaribus ornamentis, qualia nimirum Jonathan in Davidem contulit, c. 18. 4. Ità sentit Josephus, Saulem nempe eum induisse loricâ suâ, quæ fortasse, instar loricæ Goliathi (de quo suprà v. 5.) *squamata* erat, & minori, quàm Saulis, corpori adaptari poterat [l].

† Ma. f Ità T. La. San. ex To. Hug. & Dion. g T. ferè ex San. h T. ex To. i E. ex L. Sic Ser. Os. Mart. k San. l Wil.

39. *Cœpit tentare si armatus posset incedere*, &c.] [וַיֹּאֶל לָלֶכֶת כִּי לוֹא נִסָּה וַיֹּאמֶר לוֹא אוּכַל וגו׳] *Et voluit ire; quia non expertus erat; & dixit David, non possum*, &c. Mo. *& tentavit ire, non enim periculum fecerat; dixit verò*, &c. P. *Conatúsque est incedere, quandoquidem nunquam periculum fecerat; & dixit*, &c. Ti. V. sim. Ang. *Quum vellet incedere, quia non expertus esset, dixit*, &c JT. *Voluit abire, sed quia non assuetus erat, dixit*, &c. M. *Sed ingredi conatus, (neque enim assueverat) negavit se cum illis posse incedere*, &c. Ca. *Et cœpit progredi, sed quia non assueverat his, dixit*, &c. Strig. ¶ *Non usum habeo*, Ità ὁ. [כִּי לוֹא נִסִּיתִי] *Quia non exercui me*, M. *Non* vel *nunquam periculum feci*, P. Mo. Ti. Non sum assuefactus talia ferre [m]. Etsi enim aliquando Saul eum armigerum creaverat; tamen ipse David non videtur armis indutus fuisse; nec enim adhuc unquam anteà in bellum fuerat cum Saule profectus; dixit itáque, usum non habeo, ut videlicet armatus incedam [n].

m V. n Os.

40. *Et tulit baculum suum*] i. e. quem anteà gestare solebat [o]. Pastorum arma sunt virga, & pedum, & quibus eminus pugnant, arcus, sagittæ, fundæ & lapides [p]. Pastor videri maluit, quàm miles, ut gloria divinæ, non humanæ, virtuti adscriberetur [q]. ¶ *Elegit sibi quin-*

o V. p BA. 1. 2. 44. 458. q San.

que

que limpidissimos lapides, חַלְּקֵי אֲבָנִים] חַלְּקֵי τὸ alibi
non invenitur. חָלַק duo sign. 1. partiri; 2. mollem
lævem, glabrum esse. Posteriorem significationem om-
nes quos vidi Interpretes hîc sequuntur; & quidem vo-
[r] Di. lunt esse adjectivum, læves lapidum [r]; ità Pi. id est, ex
lapidibus lævibus, (sed lege levibus, quia Græcè λεῖος, non
λαῖος.) qualis syntaxis est in illo, nigræ lanarum. Ge-
[s] Pi. nitivus totius, seu partitivè positus [s]. Læves lapides, ὁ.
Mo. JT. V. glabros, Strig. V. politos, M. h. e. rotundos
[t] V. & non asperos [t]: qui facilè possunt excuti de funda, &
[v] San. ad destinatum scopum certiùs ferri [v]. Alii substantivum
faciunt, lævitates lapidum; (Ità Jon.) per hypallagen,
[*] Di. pro lapides lævitatum; i. e. lævissimos [*]. Lubricitates
lapidum; i. e. lubricos lapides; Nam priùs substanti-
vum, ex duobus in regimine positis, sæpe loco adjectivi est;
sic 2 Reg. 19. 23. Succidam קוֹמַת אֲרָזָיו מִבְחַר בְּרוֹשָׁיו,
proceritatem cedrorum ejus, delectum abietum ejus; h. e.
† Glas. procceras cedros ejus, lectissimas abietes ejus †. Nemo
gram. 29. non videt hæc esse duriuscula; præterquam quòd glabri
lapides, & undequaque politi, non tam ad hanc rem apti
videntur, quàm asperi, dirupti, & acutas habentes pro-
minentias, qui longè faciliùs & certiùs fronti infiguntur;
non video cur non primam potiùs verbi significationem
sequamur, & vertamus, partes vel potiùs partitiones,
seu divisiones lapidum; id est, quinque divisos lapides,
non integros; ut idem sit atque חֶלְקֵי אֲבָנִים, quomo-
do & legi posset, si punctis textus destitueretur. Affinis
huic est locus Esa. 57. 6. בְּחַלְּקֵי נַחַל חֶלְקֵךְ, quod e-
tiam vertunt, in lævitatibus torrentis; i. e. inter lævos
lapides. At ego verto, in divisionibus torrentis; i. e.
[x] Di. rivis in quos se torrens dividit [x]. [Plura vide ad eum lo-
cum, Deo volente, annotanda.] ¶ De torrente]
Ità Jun. Pi. Ma. vel, de valle, Jun. Pi. [Ità plerique.]
ex arena, Ar. Sy. Quinque lapidibus se armat, ut, si
[y] Host. in primo ictu aberraret, cæteris ictu iterato uteretur [y].
Mono- ¶ In peram, &c. בִּכְלִי הָרֹעִים אֲשֶׁר לוֹ וּבַיַּלְקוּט]
mach. c. 10 In vase (instrumento, Ti.) pastorum quod sibi, & in pe-
ra, Mo. Intra peram pastoralem, & intra thecam fundæ,
M. in qua reponebatur lapis ad torquendum & jaculan-
dum, Ma. In instrumento pastorali, quod habebat, id est,
in pera, Jon. P. JT. V. sim. Sy. Belg. Ang. Glass. Copu-
la ו &, quandoque significat, id est. Sic infrà 28. 3. Et
sepeliverunt eum in Rama, וּבְעִירוֹ, id est, in civitate sua.
Sic 2 Sam. 17. 12. Sic Gen 35. 12. tibi dabo eam וּלְזַרְעֲךָ
id est, semini tuo, ut Act. 7. 5. Levit. 5. 1. Anima cum pec-
caverit וְשָׁמְעָה, id est, audîerit vocem juramenti, Num.
31. 6. & vasa sancta, וַחֲצֹצְרוֹת id est, tubæ clangoris
[z] Glas. in manu ejus [z]. Quidam hîc duo vasa fuisse volunt. Sic
gram. p. verto, posuit in vase, seu sacculo, aut pera pastorali, & in
691. collectione, sub. vestis, seu in veste reducta. Sic in vetu-
stis lapidum monumentis cernere est funditorem Roma-
num, qui sagulo, aut chlamyde reductâ lapides sinu præ-
fert. Ità David in utroque loco lapides posuit, ut prom-
ptiùs essent ad manum. Alii putant τὸ jalkut fuisse sin-
gularem capsulam colligendis lapidibus destinatam. Alibi
[b] Ma. hæc vox in scriptura non legitur [b]. ¶ Et fundam manu
tulit] In omnibus autem veterum præliis funditores mili-
tâsse nullus ignorat, Veget. de re militari, 1. 6. ubi &
[c] G. multa alia ad laudem fundarum [c]. Vide Virgil. 9. Æneid.

Stridentem fundam——

& Diodor. Sic. l. 6 de usu, & peritia fundæ in Balearibus
insulis; & Liv. Decad 8. 4. qui funditores refert ità pe-
ritos, ut coronas modici circuli magno ex intervallo loci
assueti saxa globosa trajicerent: & non solùm capita
hostium vulnerarent, sed quem locum destinâssent oris.
Fundæ usus creber, & peritia admiranda quoque fuit in
populo Israelitico. Vide Jud. 20. 16 [ad quem locum
plura congesta reperies.] Magnæ quidem peritiæ est, sco-
pum immobilem certò tangere posse: sed longè magìs
admirandum erat certò ferire scopum mobilem, & fron-
[d] Host. ib. tem hominis concitato gradu incedentis [d].

41. Ibat incedens] Superbum significat incessum, quasi
† San. ad nuptias progrederetur & triumphum †.

42. Despexit eum] Despexit ejus arma, ætatem &
[f] La. pulchritudinem [f]. Triplex argumentum contemptûs ad-
hibebat. 1. Ætas imbecillitatem; 2. Color temeritatem;
3. Species mollitiem hominis, & imperitiam monstrare
[g] Ma. ex videbantur [g]. Videbat eum esse juvenem & pulchrum
Jun. aspectu: quales Martiales homines esse non solent, quos
radii solares & assidua fatigatio deformes reddunt [h]. [h] M.
¶ Rufus & pulcher, עִם יְפֵה מַרְאֶה] Simul pulcher
aspectu, Mo. [Vide de hac phrasi c. 16. 12.]

43. Numquid ego canis sum?] Non multum errat.
Re enim verâ, David eum habuit, ut erat, pro bestia [i]. [i] Mart.
Verè canis erat impudentiâ, spurcitiâ, & infidelitate [k]. [k] La.
¶ Cum baculo] Heb. baculis. Indefinitè dictum; plu-
rale pro singulari: ut Gen. 21. 7. & 46. 7 [l]. ¶ Et [l] Me.
maledixit David in diis suis. Vel, per Deos suos. [Ità
ferè omnes.] וַיְקַלֵּל בֵּאלֹהָיו] Devovit Davidem diis
suis, Ti. imprecatus est ei, &c. Ar.] Detestatus est per
Deos, &c. Ca q. d. Dagon aut alius Deus meus te per-
dat [m]. Sic olim apud Romanos usitatum illud, Dii te, [m] V.
Deæque perdant [n]. Hinc animos & omen victoriæ [n] Me.
accipiebat David, tum quia maledicos punire, tum
quia Deos gentium humiliare solet Deus cum suis
cultoribus [o]. [o] La.

44. Et bestiis terræ, לְבֶהֱמַת הַשָּׂדֶה] Et jumentis
agri. Observat RS. Goliathum impropriè loqui, cùm ju-
menta non sint carnivora; ac pro inde Davidem paribus
minis illi retaliantem dixisse לְחַיַּת feris. Sed feras quo-
que sub nomine בְּהֵמוֹת behemoth non raro contineri pro-
bat K. ex Isa. 18. 6. Jer. 27. 4. Quibus adde Deut. 14.
6, 7 [p]. [p] BA. 2. 5.

45. Cum gladio] Id est, fretus armis tuis. ¶ In
nomine Jehovæ] Id est, fretus promissione Jehovæ, qui
scilicet promisit se protecturum servos suos qui quærunt
gloriam ipsius [q]. ¶ Domini exercituum Dei agminum [q] Pi.
Israel] Dei nomen hîc in duas partes distribuitur. Pars
prior denotat potentiam Dei: pars posterior voluntatem
Dei, benignúmque ipsius animum erga populum su-
um [r]. [r] Host.

46. Et dabit te] Heb. concludit. Magnam habet em-
phasin. Nam concludere solemus feras bestias, & homi-
nes furiosos, & maleficos [s]. ¶ Cadavera castrorum [s] Mart.
Philisthiim] [Ità ferè omnes. At ὁ. Cadavera tua, &
cadavera castrorum.] Cadaver Palæstinorum; id est, tu-
um cadaver, qui es Palæstinus, V. in Tig. not. ¶ Est
Deus in Israel, לְיִשְׂרָאֵל] Pro Israele, JT. Malim, Israeli,
Pi. P. Sensus est, quòd Israel habeat Deum verum, &
hoc nomine dignum: ut qui reipsâ demonstrârit, se De-
um esse, dum me servum suum protexit [t]. [t] Pi. sim.

47. Ecclesia hæc] Congregatio hæc populorum [v]. V.
¶ Ipsius est bellum] i. e. A Domino est victoria, quæ [v] Me.
reportatur ex bello. Ità Chald. Paraph [x]. Jehovæ est [x] V.
hoc bellum. Vos Jehovæ bellum infertis, nos pro eo geri-
mus [y]. Sic infrà 18. 17. dicit Saul Davidi, Gere bella [y] Jun.
Jehovæ. Videtur tamen potiùs indefinitè dictum, Jeho-
væ est bellum, id est, in manu & potestate Jehovæ [z]. Bella [z] Pi.
Dei dicuntur ea quæ geruntur in populos illos à Deo dam-
natos, cætera Bella regni [a]. [a] G.

48. Cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthæi, sim. M.
Ti. Ca. וַיָּרָץ הַמַּעֲרָכָה לִקְרַאת הַפְּלִשְׁתִּי] Et cucurrit
in ordinem (vel, in aciem, Sy. P. JT. vel, aciem versùs,
Pi. Os. Belg. Ang.) in occursum Philisthæo, Jon. Mo. vi-
delicet ad locum pugnæ destinatum inter exercitus [b]. [b] Belg.

49. Et infixus est lapis in fronte ejus, & cecidit, &c]
Res hæc mira, fateor. Sed Deus ipsi libravit ictum [c]. [c] Mart.
In fronte, In parte inermi: erexerat enim partem illam
galeæ quæ frontem tegit [d], cùm superbus gigas ab in- [d] V. Sic
ermi, & belli inexperto nihil sibi metueret †. Impruden- Me. La.
ter factum; cùm constaret inter Israelitas fuisse certissimos † Me. ex
fundibularios, Jud. 20. 16 [f]. Ego potiùs dicerem, datam San.
à Deo & Davidis dexteræ eam firmitatem, & excusso la- [f] Me.
pidi eam duritiem, atque impetum, ut cassidem perfringe-
ret [g]. Immersus fuit lapis, i. e. altiùs infixus, ac planè [g] San. sim.
perfractâ galeâ & cranio in ipso cerebro demersus, eâ fa- La. V.
cilitate, quâ fuisset in aquis immersus. Nec mirum id cui-
quam videbitur qui ista de Balearibus legat in Diod. Sic.
l. 5. c. 207. Lapides multò grandiores, quàm alii, jacti-
tant, idque tam validè, ut à catapulta quadam missile in-
torqueri putetur. In collata verò acie scuta galeásque, &
omnem, quâ corpora teguntur, armaturam perfringunt.
Et tam certò jactus dirigunt, ut plerúmque ab scopo sibi
proposito non aberrent. Virgil. 9. Æneid. de Mezentio,
qui fundâ Arcentem stravit:

Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multâ porrectum extendit arenâ.

Vide quæ ad Jud. 20. 16 [h]. Galeæ pars ἐπωφθάλμιος ali- [h] Ma.
quid

quid habet apertum, unde prospicit qui galeatus est; Chaldæi & Syri vocant בית עיני *domum oculorum*; In eam igitur partem lapis impactus Goliathi frontem feriit; Unde Chaldæus, *& Philistæum percussit ad domum oculorum ejus, & immersus est lapis in domum oculorum ejus* Nec Syrus multò aliter. Josephus Antiq. 6.11. & Suidas. voce χερωθεὶς, lapidem dicunt fronti allisum ad cerebrum usq; penetrâsse, & gigantem κεραωθέντα *veterno correptum*. Porrò non minùs hunc lapidem direxit Deus, quàm lapidem quo percussus Abimelech; Jud. 9. 53. & telum quo Achab; 1 Reg. 22. 34. & ferrum illud, Exod. 21. 13. & Deut. 19. 5 [i].

i BA. 1. 2. 44. 460.

50. *Prævaluitque David adversus Philisthæum*, [מן הפלשתי] *Præ Philistæo*, Mo. *Robustior fuit Philistæo*, P. [Sim. omnes.]

51. *Tulit gladium*] Hinc colligo Davidem fuisse virum robustum, qui gladium Goliah tractare poterat, &c. Vide c. 21. v. 9 [k]. ¶ *Interfecitque eum*] Sed quomodo nunc occidit quem occiderat antea? Resp. Ictu lapidis prostratus fuerat, nondum tamen exhalârat animam [l]. Salianus tamen, & alii, ictu lapidis planè extinctum putant [m]. Porrò gladium suum nondum evaginârat Goliah, hastâ primùm, deinde, si opus foret, gladio pugnaturus [n]. Vel Davidis prompta celeritas non illi satis temporis reliquit, ut illum expediret [o].

k San. — l Me. sim. Mart. ex Jc. — m Me. — n Me. ex San. — o San.

52. *Usque dum venirent in vallem*] Heb. *usque ad venire te vallem*; id est, per iter totius vallis illius, cujus suprà v. 3. facta mentio. ¶ *Viâ Saraim*] Oppidum erat in finibus Judæ. De quo vide Jos. 15. 36 [p].

p Ma. ex Jun.

54. *Assumens caput*] Idem posteà Gentiles fecerunt, ut de hostibus triumphum agerent. Ità gestabatur caput Ptolemæi, Justin. l. 14. item Pisonis, & Galbæ, Tacit. l. 17. Annal. Vide infrà, c. 31 [q]. ¶ *Attulit in Jerusalem*] Nec obstat quòd Jebusæi arcem Sion tenerent; imò triumphus hic Davidis ad illos terrendos faciebat [r]. Circumtulit etiam idem caput per alias civitates, per quas victor exercitus transibat, ut constat ex seq. cap. n. 6. Nam ex urbibus dicuntur egressæ mulieres, & epinicium Sauli, & Davidi cecinisse [s]. ¶ *Arma verò ejus posuit in tabernaculo suo*, [ואת כליו] *Et vasa ejus*, ὁ. Mo. *arma*, Jon. Sy. M. P. Ti. JT. *vestimenta*, Ar. At. c. 21. *gladius Goliah erat in Nobe*; quomodo igitur hîc David eum ponit *in tabernaculo suo?* Resp. 1. Distingue *gladium* ab *armis* (reliquis); *Arma* erant in *tabernaculo Davidis*; *gladius in Nobe* [t]. 2. David arma posuit primùm in suo tabernaculo. Nam habuisse tabernaculum proprium, in quo militari more degeret in castris, cùm jam nobilis haberetur, & princeps, nemo, credo, dubitabit. Ibi fuerunt durante triumpho, ut populus ea spectaret; posteà ad Tabernaculum transmissa, ut eo dono fateretur divinæ fuisse virtutis victoriam illam [v]. 3. Alii sic, *in tentorio suo*; id est, quod Arcæ Dei ipse tetenderat, 2 Sam. 6. 17. & 1 Chron. 15. 1. & seq. Prolepsis est, ut Exod. 16. 33. Non enim videtur hoc statim à victoria factum, sed diu postea; tum fortassis, cùm Arca Dei, ipso etiam rege constituto, Jeruschalaima translata est, & ibi tentorium erectum, 2 Sam. 6. 17 [x]. 4. Alii, *in tabernaculo suo*; i.e. in domo sua, (vel in domo patris [y],) quæ erat in Bethlehem [z].

q San. — r Me. sim. San. T. — s Me. ex San. — t K. in Mart. sim. La. — v San. — x Jun. Pi. & pleriq; teste Ma. — y La. — z V.

55. *De qua stirpe descendit hic adolescens?*] Qu. Quomodo id potuit ignorare Saul, cùm Davidem haud ità pridem Psaltem & Armigerum habuit? Respondent; 1. David non satìs notus erat Sauli, quòd frequenter rediret ad oves pascendas [a]. 2. Viderat eum, & genus ejus audierat Saul, jam antè suprà 16. 18. sed facilè talium oblivio subit Reges in tantis negotiis, in tanta eos adeuntium multitudine, præsertim si & morbi accedant [b]. Reges non solent vel propè, vel attentè, vel otiosè intueri; ac consequenter, neque nôsse famulos suos, neque ullius rei faciliùs oblivisci, quàm obsequii sibi præstiti [c]. 3. Alii referunt ad perturbationem animi Saulis [d]. Læsa erat ipsius phantasia, ac proinde memoria ablata [†]. 4. Id factum ex mutatione tum vultûs, (jam enim grandescens David barbâ vestiebatur) [f], tum habitûs, & vestium; qui priùs aulico, nunc pastoritio habitu indutus est [g]. 5. Non ignota erat Sauli persona Davidis, sed sola stirps, tribus & familia: nam de his solis jam inquirit. Et verò intererat plurimùm Saulis hæc nôsse, cùm ex pacto filiam illi suam daturus esset uxorem [†]. 6. Multò verò propensius est, Saulem hactenus non cognovisse Davidem: nam quæ suprà c. 16. v. 18. &c. referuntur proleptica esse, & post hæc tempora contigisse, ut eodem loco notabamus [h]. [Vide quæ ad illum locum notavimus.] ¶ *Vivit anima tua, rex si novi*] Abner enim militiæ præfectus sæpiùs ab aula aberat, & in castris versabatur; unde Davidem vix videre & nôsse poterat [i].

a V. — b G. sim. La. V. — c T. ex San. — d V. — † T. ex L. & Procop. — f La. — g T. ex To. La. — † T. ex San. sim. Me. V. La. E. — h Ma. — i La. sim. L.

CAP. XVIII.

1. *CUM complêsset loqui ad Saul*] Quæ quæsivit aliqua, ut de genere ipsius, &c. eique gratulatus [k]. ¶ *Anima Jonathæ conglutinata est animæ David*] Egregia amicitiæ descriptio. Sic amicis μίαν ψυχὴν esse notat Aristot. Nicom. 9. & *ligari pectora* dixit Papinius. Significat idem *concordiæ* vox, atque ὁμονοίας. Adde quod infrà 20. 17 [l]. Conjunxit eos occultus Dei spiritus. Erat etiam summa in utroque similitudo ætatis, pietatis ac studii erga rempub [m]. *Et dilexit eum*, [ויאהבו] [Ità scribitur hæc vox in Bibliis Polyglottis; sed in Plantinianis ויאחבו. Omnes autem Interpretes sequuntur Masoreticam lectionem ויאהבהו *& dilexit eum*.]

k Me. — l G. — m Mart.

2. *Tulitque eum Saul in die illa*] Qu. De quo die loquitur? Et num ordo hic rectus est, vel aliqua anticipatio, sive recapitulatio? Resp. 1. Ordo hic continuus est; Et hæc facta sunt immediatè post ea, quæ capite præcedenti gesta sunt [n]. Resp. 2. Alii exponunt, *ipsâ die*, non quâ, interfecto Philistæo, adductus est ante Saul suprà, c. 17. 57, 58. sed quâ, missis legatis ad Isai, petiit ut apud se relinqueretur: quod prolepticè narratum fuit suprà 16. 18. &c. Est enim regressio ad historiam intermissam [o]. [Sententiam suam sic probant;] 1. Causa quæ movit Saulem, ut Davidem in aulam assumeret, alia fuit; nempe ad pulsandam citharam, suprà 16. 16. 2. Si *dies* hæc fuit interfecti Goliathi: sequitur quòd Saul ex illa die eum secum retinuerit in aula, ut hîc dicitur. At si hoc: non igitur ab Isaio per nuntios petivit ut illum ad se mitteret. Petivit autem, ut expressè narratur. 3. Si ordo rectus hîc servatur, tum David uno eodémque tempore & notus fuisset (utpote armiger & citharædus Saulis) & ignotus, juxta c. 17. 55 [p]. [Sed de his vide annotata ad illum locum.]

n To. — o Ma. ex Jun. Pi. — p Pi.

3. *Inierunt fœdus*] i. e. Perpetuam amicitiam mutuò promisêre. Vide infrà 20. 3 [q].

q G.

4. *Expoliavit se tunicâ, &c.*] Potuit Jonathas alia munera amico dare; sed maluit vestes, ut quàm primùm aulico cultu eum ornaret, nè pastoritio habitu despiceretur; voluítque tanquam alterum Jonatham ab omnibus honorari, eósque se quasi in illo agnoscere, & contemplari [r]. Ità exuit David pastorem, & induit principem [s]. ¶ *Usque ad baltheum*] Ità loquitur sacer textus; vel, ut ostendat nullam vestimentorum partem, etiam minimam, Davidi datam non esse; vel, quia baltei olim pretiosi, ut honoris insignia, fuerunt, ad exaggerandum benevolentiæ magnitudinem. Vide Job 12. 18 [t]. Baltheus erat præcipuum militum ornamentum; eóque privari magnum erat supplicium [v].

r Me. — s San. — t Me. — v San.

5. *Prudenter se agebat*, [ישכיל] *Intelligens agebat*, Mo. *intelligebat*, ὁ. *prudenter se* (vel *rem*, Ti.) *gessit*, P. Ti. sim. M. Ca. vel *Prosperans*, Jon. sim. Ar. V. i. e. Magnâ fælicitate negotia conficiebat [x]. Quæ cum prudentia fiunt, prosperè eveniunt [y]. ¶ *In conspectu famulorum Saul*] Qui tamen poterant illi invidere [z]. Paucos gloria ejus urebat [a]. Porrò hæc per anticipationem dicuntur; præcesserunt enim quæ versu 6. & sequentibus narrantur [b].

x V. — y Mar. — z V. — a G. — b Me. San.

6. *Quum reverteretur percusso Philistæo, &c.*] Ferè omnes intelligunt de interfecto Goliath. Aliqui verò accipiunt universè de aliqua alia pugna adversus Philisthæos prosperè gesta [c]. Enallage numeri est, sicut c. 19. 5. Gen. 25. 19. *Philisthæus*, pro *Philisthæis* [d]. Ità Virgil. 2. Æneid.

—uterúmque armato milite complent.

Ità sensum esse volunt; q. d. redeuntibus ab aliqua alia pugna contra Philistæos [†]. Quò minus referri hoc possit ad Goliathum refragantur; 1. Quod David jam tum erat

c Ma. — d Jun. Pi. — † Ma.

erat minister regis, v. 4. quum fœminæ istud encomium cecinerunt. At quum occideret Goliathum, nondum erat minister regis, quippe ignotus ei, c. 17. 55. 2. Saul isto encomio offensus, non fuisset Davidem in aulam assumpturus: unde patet illum anteà in aula fuisse. 3. Illa verba v. 8. *quid superest, nisi regnum?* significant eum jam tum in honore fuisse. At ante occisum Goliath, magistratum nullum gessit [f]. ¶ *Egressæ sunt mulieres*] Id enim fuit illo ævo solenne, ut in victoriis virgines læto carmine, Dei, victorúmque laudes exequerentur. Sic Exod. 15. 20 [g]. ¶ *De universis urbibus*] Per quas victores transibant, cùm irent in Jerusalem [h]. ¶ *Cantantes,* לָשׁוּר] [Ità *Chetib* sive scriptura; At *Keri*, sive lectio, לָשִׁיר] *Ad canendum*, ore scilicet carmina in laudem victorum [i]. ¶ *Choróśque ducentes,* וְהַמְּחוֹלוֹת] *Cum tibiis*, Ti. *Et fistulæ*, sub. *erant in manibus earum*; h. e. canentes ore, ac fistulis, egressæ sunt, inquam, in occursum [k]. מְחוֹלוֹת Id potiùs quàm *choros* significat. Sed & vox *chori* instrumenta significat; de quo plura Psal. 149. 3 [l]. Alii vertunt, *Et chori*, Mo. P. M. *mulierum*, P. *choreæ* earum, JT. *Choros ducentes*, ut in publico gaudio. Vide quæ ad Matt. 11. 17 [m]. ¶ *In tympanis lætitiæ,* בְּתֻפִּים בְּשִׂמְחָה] *In tympanis, in lætitia*, Mo. ὁ. Jon. Ti. M. *Cum instrumentis lætitiæ*, P. V. i. e. Cum instrumentis musicis, quibus excitari solet lætitia [n]. ¶ *Et in sistris,* וּבְשָׁלִשִׁים] *Et in cymbalis*, ὁ. Jon. Ar. V. à tribus chordis sic dictum est instrumentum [o]. *In panduris*, JT. cujus meminit Athenæus, 4. 23. & 25. & Julius Pollux Onomast. 4. 9. 2. *Trichordum verò*, (inquit) *quod Assyrii panduram vocant, etiam illorum inventum fuit* [p]. *Et fidibus*, Ti. *instrumentis musicis*, M. *Citharâ trium chordarum*, Mar. *in trifidis instrumentis*, Mo. Alii, *cum canticis nobilibus & eximiis*, V. Aliqui à *SCHALISCHIM*, *principibus, ducibus*, derivant significationem, reddúntque, *in magnificis*, scil. canticis; aut simpliciter *in canticis*, sic dictis, quòd cantiones principatum inter sermonum genera obtineant [q].

7. *Et præcinebant*, Ità V. וַתַּעֲנֶינָה] *Et respondebant*, Ma. Mo. JT. Pi. Jon. *Alternis canebant*, P. Ti. Strig. *respondebant*, id est hunc amœbæum versum [r]. Moris antiqui fuit ut victoribus pueri, puellæque & milites ejusmodi ballistea canerent. De quibus vide Vopiscum in Aureliano, & in eum, Casaubonum & Salmasium [s]. ¶ *Percussit Saul mille,* בַּאֲלָפָו] *In millibus suis*, ὁ. Jon. Mo. *percussit millia*, Sy. Ar. M. P. JT. ¶ *Et David decem millia sua,* בְּרִבְבֹתָיו] *Myriadas suos*, Sy. Ar. M. P. JT. Alii, *in myriadibus*, sive *in denis millibus suis*, ὁ. Jon. Mo. q. d. tot homines percussit, quasi fuisset adjutus hominum myriadibus [t]. Dicitur autem utrobique *suos*. Nempe victi victorum sunt jure belli [v]. Vera laus & Davidi congruens, cui totius exercitûs clades referri debebat [x]. Nam sublato gigante reliqui abjectis animis & armis vel internecioni dati sunt, vel turpi fugâ dilapsi [y]. Porrò, ut in luctu familiarem formam habuerunt, Jer. 22. 18. & 34. 5. sic etiam in triumpho [†].

8. *Iratus est Saul nimis*] Ut Nero Corbuloni, Domitianus Agricolæ. Vide Tacitum [z]. *A malo principe tanquam successor timetur quisquis est dignior*, Plin. Panegyr [a]. Tyranni omnem laudem suam volunt esse propriam. Accessit timor de regno [b]. Conjiciebat hunc esse, in quem regnum suum erat transferendum [c]. Chrysost. & alii damnant mulierum imprudentiam; omnis enim comparatio odiosa, etiam inter pares; quantò magis si inferior majori æquetur, aut anteponatur? Itaque Saul jure mulieribus iratus est, non autem Davidi innoxio [d]. Mulieres illæ Saulem non læserant: ille enim reverà nihil meritus fuit. Nam per 40 dies præ timore se in castris continuit. Laus ergò ea propria Davidis fuit. Tamen mulieres in aliquam ejus honoris partem asciscunt Saulem. Utcunque, David carmen illud nec composuit, nec cecinit [†]. [Porrò phrasis hujus loci, וַיִּחַר לְשָׁאוּל מְאוֹד, eadem est quæ Gen. 4. וַיִּחַר לְקַיִן מְאוֹד quam mirabilem constructionem vocat Maluenda. Vide ad illum locum.] ¶ *Quid superest, nisi solum regnum?* וְעוֹד לוֹ אַךְ הַמְּלוּכָה] Ad verb. *& ultrà illi?* [At. Mo. legit sine interrogatione] *certè regnum*, V. *Et ultrà*, sub. *quid super est? certè regnum*, etiam illi dabunt, V. sim. Jon. *Et porrò*, (vel *adhuc*, M. Strig. vel *ampliùs*, JT.) *profectò* (*tantummodo*, JT.) *illi regnum*, sub *dabunt*, M. Ma. vel *accesserit*, JT. q. d. Video Dei gratiam, populi favorem, virtutem & fælicitatem bellicam à me transiisse in Davidem. Quid superest, nisi ut regnum meum in illum transferatur [f]?

9. *Non rectis oculis aspiciebat*] Heb. *Et fuit Saul* עֹוֵן] Ad verb. *oculans* Davidem, V. Pi. *aspiciens malignè*, Mo. sic Ti. Ca. V. vel *torvè*, P. Strig. sim. M. *Erat suspiciens*, vel *suspicans*, ὁ. MSS. *insidians Davidi*, Jon. M. *Cœpit Saul odio prosequi Davidem*, Sy. Ar. *Et configebat Saul oculos in Davidem*, JT. id est, limis intuebatur, & observabat eum, ut ei noceret [g]. Invidorum modus est respicere ex obliquo [h]. Affectus hominum maximè relucent in oculis. *Heu*, inquit ille, *quàm difficile est crimen non prodere vultu* [i]. Hic unus est ex iis locis, ubi Jod medianum, sive in media dictione censetur deficere: Legi volunt (nempe Hebræi, Ma.) עֹיֵן ut sit Benoni Kal verbi עָיַן à nomine עַיִן *oculus* efformati [k]. (At nonnulli à עָוָה *Ghavah* deducunt, exponuntque: *Et fuit Saul iniquitatem tendens*, seu *intendens in Davidem*.) Quidam *Jod* additum volunt, ad indicandum Saulis perversum animum, vel torvum intuitum [l]. Sed quidni dici possit Jod radicale hîc mutatum fuisse in Vau; ídque sacri scriptoris certò fortè consilio, ut vox illa esset dubia ad עַיִן *oculus*, & עָוֹן *iniquitas*, ut sic designaretur Saulem oculo maligno & perverso intuitum esse Davidem [m].

10. *Et prophetabat*, Ità ὁ. MSS. Sy. Mo. Ar. M. Ti. V. וַיִּתְנַבֵּא] *Et prophetico more agebat*, JT. id est, extra se erat, atque ità sermones & actus suos composuit, ut boni prophetæ solent [n]. *Prophetavit, hoc est, pythonum verba protulit*, Ar. *Insanivit*, vel *desipuit*, Jon. He. in M. id est more desipientium aliena atque absurda loquebatur [o]. *Prophetâsse* dicitur, vel, 1. Verè, sicut anteà quoque fuit inter Prophetas; c. 6 [p]. Vel, 2. Quòd more prophetantium, carmina & psalmos sibi anteà ignotos decantabat, ut solent insani, & energumeni [q]. Vel, 3. Impropriè, nempe quia more arreptitiorum aliena & absurda loquebatur [r]. *Prophetare* dicuntur stulti, id est absurda effutire, quòd non intelligant ea quæ dicunt; quemadmodum Prophetæ absurda & ridicula videntur dicere iis, qui Spiritu Dei carent, sine quo non possunt illa intelligere [s]. Hinc Prophetæ vulgo censebantur insanire, ut 2 Reg. 9. 11 [t]. Metaphora est in voce יִתְנַבֵּא, qualis sæpè apud Latinos in voce *limfari* [v]. Quin & Plato in Timæo, & Plutarchus lib. de oraculis, Enthusiastas, qui spiritu malo acti mira dicunt, faciúntque, vocant *Prophetas*: ac Cicero Orat. pro Sextio *vaticinari & insanire* dixit. Sic Seneca in Medea: *Incerta qualis entheos* (id est, Dei spiritu instincta) *cursus tulit. Cùm jam recepto Mænas insanit Deo.* Et Virgil. l. 6. Æneid. de Sybilla Æneæ: *Bacchatur vates*, inquit, *magnum si pectore possit Excussisse Deum*——[x]. ¶ *Tenebátque lanceam,* וַיָּטֶל שָׁאוּל אֶת הַחֲנִית] *Et sustulit* (*jaculatus est*, Ar. P. Ca. Sy. JT. sim. Mar. Strig. Os.) *Saul lanceam*, ὁ. Jon. Mo. *Tollens lanceam*, &c. M. Ti.

11. *Putans quòd configere posset*, &c. וַיֹּאמֶר אַכֶּה בְדָוִד וּבַקִּיר] *Et dixit* (sub. *apud se*, V.) *percutiam in David, & in parietem*, Mo. vel *Davidem usque ad parietem*, JT. Ang. i. e. Uno ictu, confosso Davide, lanceam parieti figam, aut adigam in parietem [y]. Sic à dæmone afficiebatur Saul, ut tamen liberum haberet rationis usum [z]. ¶ *Declinavit à facie ejus secundo*] A facie cujus? Resp. 1. A facie lanceæ [a]. (Sic dicimus *à facie famis, frigoris, arcûs, gladii*; id est, à fame, &c. Ità bis eodem tempore petitum volunt Davidem, & bis declinâsse [b].) Sed obstat; 1. Affixum mascul. in מִפָּנָיו. At חֲנִית, licèt semel mascul. sit, frequentissimè tamen est fœmininum, & fœmineam terminationem habet. 2. Nec verisimile est, aut eos, qui aderant, furenti Sauli lanceam reddituros; aut Davidem ibi amplius mansurum [c]. Resp. 2. A facie Saulis [d]. Bis autem dicitur declinâsse à Saul, illiúsque domum, atque consuetudinem devitâsse. 1. Paulò ante bellum. 2. Hoc tempore [†]. *Secundò*, Bis enim telum in Davidem contorsit, (licèt semel tantùm à scriptura narretur [f].) Sed an eodem tempore, necne, non liquet [g].

12. *Et timuit Saul*] Nè David eligeretur à populo in regem, ex collatione sequentium, & ex v. 7 [h]. Quâ autem ratione excutere sibi volebat timorem, illâ eum auget maximè [i].

13. *A-*

Marginal notes (left column): f Pi. — g Me. ex San. T. — h Me. T. — i V. — k V. — l Mar. — m G. — n V. — o V. K. in M. — p Ma. — q Ma. — r Pi. sic Ma. — s Ma. — t V. ex M. — v E. — x Me. — y T. — † San. — z G. — a Ga. — b Mart. — c La. — d Me. — † Mart.

Marginal notes (right column): f La. — g Jun. — h L. — i Matt. — k Capel. Crit. p. 147. — l Ma. — m Cap. Crit. ib. — n Jun. — o V. — p Me. — q T. — r E. — s V. — t Me. — v G. — x La. — y V. — z San. — a Rupert. in La. — b San. — c San. — d Ità L. To. La. San. — † San. — f Me. — g Pi. — h Pi. — i Mart.

13. *Amovit à se*] Recesserat David ab aula, ut diximus; revocaverat tamen illum, quia non aliter fortè existimabat satisfieri posse populi votis & amori erga Davidem [k]. ¶ *Fecit eum tribunum*] Specie quidem honoris. At aliud voluit Saul, 1. Ut seipsum à periculo liberaret, nè eum solum in cubiculo David confoderet. 2. Ut videretur stare promissis. 3. Et præcipuè, ut David de medio tolleretur [l]. 4. Nè in aula gratiam sibi aulicorum conciliaret *. ¶ *Egrediebatur & intrabat*] Ingredi & egredi est Ducem agere, & cum potestate præesse [m]. Vide Num. 27. 17. Deut. 31. *Non possum egredi*, &c. Act. 1. *Intravit, & exivit inter nos*. Liberam hæc, summámque potestatem denotat, quâ quis suo res administrat arbitratu [n]. Educebat populum ad bellum, & reducebat, ut Imperatores solent facere [o].

15. *Vidit quòd prudens esset, & cœpit cavere eum*] Conscientia mala durissimus est carnifex, & omnia metuit. Recreare potiùs debuit animum Saulis Davidis prudentia & fælicitas: sed hausit è medicina venenum, & contra se armari putavit prudentiam illam, & robur, quæ pro ipsius, sicque populi salute ac gloria laborabant [p].

17. *Ecce filia mea major Merob*] Quam ei antea promiserat, c. 17. 25 [q]. Promisit, sed non præstitit; vel quia fictè promisit, vel quia eum pœnituit: timuit enim, nè per filiam ad regnum evaderet [r]. ¶ *Tantummodo esto mihi vir fortis*] Hebraismus, Eâ lege, ut sis Dux & Imperator mei exercitûs [s]. לְבֶן חַיִל *filius strenuitatis*; i. e. strenuus, fortis; vel *filius exercitûs, copiarum*; i.e. bellicosus [t]. ¶ *Et præliare bella Domini*] i. e. bella Israelitici populi ad tuendum honorem Jehovæ contra Gentes idololatras [v]. ¶ *Non sit manus mea in eum*] H[s]. Non interficiam eum [x]; nè infamiam & indignationem populi mihi conflem. ¶ *Sed—manus Philistinorum*] Vide malignitatem & calliditatem invidiæ Saulis qui semper in pejora delabitur [y]. Verùm incidit Saul in foveam quam Davidi facerat. Nam ipse à Philistæis occisus est [z].

18. *Quis ego sum*, &c.] q. d. Quàm tenuis & abjectæ conditionis homo †? At meminerat David se unctum fuisse regem, sibíque hoc ex pacto deberi. Submissè tamen de se & loquitur & sentit, quomodo Abraham, & Paulus sanctíque alii solent [a]. Non cogitabat David cognationem Saulis suâ ignobiliorem fuisse; nec pecuarium (qualis David) ab asinario (qualis olim Saul fuerat) multum distare: Tantum abest, ut præmium victori à Saule promissum exigeret, ut ultrò oblatum ingenuè recuset [b]. Mira hîc elucet humilitas & modestia [c]. ¶ *Aut quæ vita mea?* [וּמִי חַיַּי] i. e. quæ ratio status seu conditionis meæ [d]? *Quis* auctor *vitæ meæ*? JT. Malim, ut vox *auctor* non sit supplementum: sed adhibeatur ad exprimendum tropum. Sensus est, Quæ est vitæ meæ origo? h. e. quales sunt mei progenitores? In Hebræo est anomalia numeri: pronomen enim est singulare; nomen verò plurale; ut si Græcè dicas, τίς αἱ ζωαί μου †.

19. *Data est Hadrieli*, &c.] Singulari injuriâ, & perfidiâ; cùm sponsam jure belli debitam, & toties ultrò oblatam, non jam à spe conjugii, sed ab ipso penè sponsi complexu distraheret. Ob similem injuriam Sampson exussit fruges, vineas, &c. Jud. 15. Sed David prudenter compresso dolore, dissimulatâ injuriâ, vindictam uni Deo transcripsit. Quam & suo tempore sumpsit. Vide 2 Sam. 21. 9 [f].

21. *Dabo illi, ut fiat ei in scandalum*] Instar alterius Dalilæ. Mihi enim ut obnoxia, sic fida erit filia in Davide prodendo [g]. Sed hoc consilium non successit. Non enim exitio fuit Davidi, sed saluti [h]. Apud *Michol* plus valuit conjugis amor, quàm patris observantia. Similem instantiam, vide Dan. 11. 17. &c [i]. *Erit laqueus*, P. *offendiculum*; q. d. propter eam corruet in exitium. Hoc dicit propter Palæstinos quos interfecturus erat ante nuptias [k]. ¶ *In duabus rebus gener meus eris*, [בִּשְׁתַּיִם] Ad verb. *in duabus*, Mo. *Per utramque*, Sy. [Quidam de *personis* exponunt, alii de *rebus*.] Sic dictum, quòd ambæ fuerint ei in uxores, quia post mortem *Merob* accepit *Michol* [l]. *In duabus*, sub. *uxoribus* [m]. q. d. duas filias meas tibi addixi, ideóque duplici titulo gener meus eris. *Merob* tibi despondi (esto ob casum occurrentem

k San.
l Mart.
* La.
m Me. sim. Jun. Pi. Ma.
n San.
o V.
p San.
q Me.
r La.
s V.
t Ma.
v Pi.
x V.
y La.
z Mart. ad v. 20.
† Pi.
a Mart.
b San.
c La.
d Pi.
† Pi.
f T.
g T. ex San.
h Mart.
i T. ex San.
k V.
l He. in V.
m He. in La.

illa posteà tradita sit alteri) ac *Michol* nunc tibi despondeo & trado [m]. Alii sic, *in una*, vel *in altera*, sive *per alteram duarum*, Jon. M. Ti. JT. Ca. Strig. P. Sic Jud. 12. 7. *Sepultus est in civitatibus Galaad*; i.e. in una civitatum [n]. *In una ex duabus*, &c. una quidem jam est elocata, igitur altera tibi debetur *. Heb. per *duas*; i. e. secundam [*]; numerale cardinale pro ordinali, ut 2 Reg. 15. 32 [o]. Sic *unus* ponitur pro *primus*, Gen. 1. 5. & 8. 5. 2 Chron. 29. 17 [p]. Heterosis, Pi. [Alii de rebus exponunt,] At *rebus* non est in Hebræo [q]. Resp. Infantilis est hic error. Notum enim est, Hebræos, pro neutro, quo carent, fœmineum genus substantivè ponere, ut Psal. 27. 4. *Unam petii à Domino*, &c. Imò hoc ipsum שְׁתַּיִם in terminatione fœminea, sine ullo adjectivo, neutraliter ponitur, & duas res significat, Job 13. 20. Psal. 62. 12. Prov. 30. 7. Isa. 51. 19. Optimè ergo vertit Vulgatus, cui consentit Hispanica translatio antiquissima [r]. [Verùm qui sic vertunt, sensu variant;] 1. *In duabus* rebus; i. e. propter duplex meritum, occisionem scilicet Goliæ, & præputia, quæ adnumerabis mihi [s]. 2. In uno duorum eris gener meus, scilicet dote dandâ, vel præputiis; quorum posterius Saul posteà elegit, cùm David paupertatem suam causaretur [t]. 3. Hieronymus id dictum sentit, quoniam bis obtulit præputia Philistinorum; priùs pro *Merob*, licèt id non exprimatur; secundò pro *Michol*; ut hîc ponitur [v]. 4. *In duabus rebus*, Heb. *secundò*, affinitatem mecum contrahes hodie; i. e. primâ vice non successit hæc affinitas; sed nunc alterâ vice continget tibi uxor ex filiabus meis [x].

23. *Num parum*, &c?] Prudenter & modestè non recusat matrimonium, sed respondet se pauperem esse & ignobilem. Nihil interim queritur de perfidia Saulis, nec jactat merita sua: videbat enim se versari inter scorpiones [y]. Pauperem se dicit, ut significaret se nihil habere, quod dotis nomine daret uxori [a].

25. *Non habet rex sponsalia necesse*] Heb. *Non beneplacitum est regi in dote*, &c. H[s], Rex non quærit aliam dotem, &c [b]. Nota, ut apud Romanos, ità & apud Hebræos, nuptias coemptione fieri solitas. Sic Oseæ emit uxorem fornicariam: Jacob Liam & Rachelem: Christus Ecclesiam [c]. Vide quæ nos ad Exod. 4. 26 [d]. ¶ *Centum præputia Philistinorum*] Sed cur præputia deposcit Saul? cur non capita? Resp. 1. Nè qua fraus irreperet, néve pro Philistæis hostibus, Israelitas, aliósve amicos, invaderet David: quod jam facere non poterat, quia Israelitæ carebant præputio †. 2. Ut animos Palæstinorum in Davidem incitaret. Illi enim nihil magis horrebant, quàm circumcisionem. David autem videri posset eos vel mortuos circumcidisse, si vivi nollent [f]. 3. Tot capita nec afferri, sine molestia; nec à Rege sine horrore conspici poterant [g]. ¶ *Post paucos dies*] Heb. *Et non impleti fuerunt dies*. Nondum erat impletum tempus à rege præfinitum [h]; tempus præstitutum dandi præputia illa [i]; aut tempus nuptiis designatum, sive à Rege, ve à consuetudine [k].

27. *Percussit ducentos*] Ut liberalitatem, & generositatem Saüli ostenderet *. ¶ *Et annumeravit ea regi*, [וַיְמַלְאוּם לַמֶּלֶךְ] *Et impleverunt ea Regi*, Ma. Mo. P. *plenè* (vel, *ad plenum*, V.) *tradiderunt*, P. sim. JT. Mar. i. e. numeraverunt ei illa omnia. Numero perfecto & completo tradiderunt ||. Verbum מָלֵא hîc per se ponitur cum ellipsi נְתוֹן *dare*; *implevit dare*; ut alibi cum ellipsi לָכֶת *ire*, ut Num. 14. 24. & 32. 11, 12. Deut. 1. 36. Jos. 14. 8. 1 Reg. 11. 6. In utróque casu adverbialiter, per *plenè* explicandum est †.

29. *Factúsque est inimicus*] Vidit Deum esse cum Davide, & tamen eum odit. Quid hoc aliud erat, quàm Deum ipsum odisse in Davide [l]?

30. *Et egressi sunt principes Philistinorum*] Ad bellum contra Israelitas; Vel, 1. Ex antiquo & innato in Hebræos dissidio & odio [m]. Vel, 2. Ad delendam ignominiam in cæde Goliæ contractam [n]. Vel, 3. Ob recentia damna à Davide illata [o]; quòd ducentos eorum occidisset, & præputia eorum Sauli obtulisset: quod ingens æstimabant ipsi suum esse probrum & ludibrium. Aliam causam addunt Rabbini; quòd David, utpote novus sponsus, primo anno abstenturus esset à bello, uxori & familiæ vacaturus, juxta legem Deut. 24. 5. Verùm hæc lex non jubet, sed permittit tantummodò eum à bello

† La. ex He. Q. in San.
n Q. in San.
* M.
o Pi. ex Jun.
p Glas. gram. 52.
q L.
r San.
s Me. T. La. San. Sà. & To. & Rupert. in T.
t Me.
v Mar.
x Os.
y Mart.
a Mart.
b V.
c T.
d La.
† T. ex San.
f Mart.
g San. La.
h Jun. Pi. V.
i Ma. San.
k San.
* La.
|| V.
† Glas. gram. p. 348.
l Mart.
m La. sim. San. Me.
n La.
o Me.

bello abstinere [p]. ¶ *A principio egressionis eorum*, [מִדֵּי צֵאתָם] Ad verb. *à tempore egredi*, vel *egressus eorum*. V. *Cum egrederentur*, M. Exponunt, מִדֵּי per בְּכָל־זְמַן *omni tempore*, K. & Jon. in M. *Quotiescunque prodibant*, JT. ¶ *Prudentiùs se gerebat*,&c.] Ità M. P. Ti. JT. [שָׂכַל] *Intellexit*, Mo. *prosperè egit*, Jon. sim. Sy. V. JT. fœlicior fuit in bello, V.

[p] La. ex San.

CAP. XIX.

1. *Locutus est ad Jonatham*] Etsi illum sciebat Davidi fœderatum esse. Putabat enim illum majorem habiturum esse rationem utilitatis suæ, quàm fœderis. ¶ *Et ad servos suos*] Nemo tamen illorum se interponit. Vide hîc perfidiam aulicorum [q].

3. *Egrediens*] Heb. *egrediar*, sub. *Crastinâ die mane*, V. ¶ *Juxta patrem meum*, [לְיַד אָבִי] *Ad latus patris*. Sy. JT. *Ad manum patris*, P. V. Cui scilicet solet inniti quando ambulat [r]. *In loco patris*; i. e. ad quem exire solet pater animi causâ [s]. ¶ *Et ego loquar de te*] Ità Sy. Ar. P. JT. [בָּךְ] *In te*, Mo. *pro te*, ό. Ti. ¶ *Et quodcúnque videro*; *nuntiabo tibi*, Sim. M. Ti. [וְרָאִיתִי מָה וְהִגַּדְתִּי לָךְ] *Et videbo quid, & indicabo tibi*, Mo. *Et videbo quid nuntiabo tibi*, Jon. *Et videbo*(*explorabo*, Sy. Ar.) *quid* (sub. vel *sit*; Ca. vel *respondeat*; P. vel *in animo habeat*; Sy. Ar.) *Atque renuntiabo tibi*, P. Frequens occurit in sermone sancto ellipsis verbi. Sic Gen. 25. 28. *Quia venatio in ore ejus*, sub. נָעֵם *dulcis*, vel *grata erat*, Num. 16. 28. *Et non ex corde meo*, sub. *confinxi*; seu, *non à meipso*, scilicet *veni*. Ità 2 Sam. 4. 10. *Qui* scilicet venerat, *ut darem ei præmium nuncii* [t]. *Et ubi percepero aliquid, nuntiabo tibi*, JT.

6. *Placatus*] Magna in Saule mutatio, sed tantùm πρόσκαιρος [v]: Istæ sunt virtutes impiorum. Emicant quidem interdum, sed dicto citiùs evanescunt. Oblatâ occasione, Saul statim redit ad ingenium [x]. ¶ *Juravit*] Videmus, quantum fidei tribuendum sit jurejurando impiorum [y]. Ex animo juravit, non simulatè; nam placatus erat [z].

8. *Motum est autem rursum bellum*, P. sim. Sy. Ar. [וַתּוֹסֶף הַמִּלְחָמָה לִהְיוֹת] *Et addidit bellum esse*, Mo. sim. M. *Et addiderunt facientes bellum esse*, Jon. *Perrexit bellum esse*, JT. *Processit bellum fieri*, ό. *Addidit esse*; i. e. rursus fuit. Nam verbum finitum cum infinitivo junctum sæpè adverbialiter exponendum; Sic Gen. 8. 10. וַיֹּסֶף שַׁלַּח *& adjecit mittere*; id est iterùm emisit; & Gen. 12. 11. Psal. 78. 17, &c [a].

9. *Et factus est spiritus Domini malus*] Ex victoria Davidis, & ex tristi cogitatione, redit ad ingenium, & incipit furere [b]. Heb. *Et fuit*—[אֶל־שָׁאוּל] *apud* (*super*, ό.) *Saulem*, Jon. *Factus est—in Saule*, Ti. M. *Quum inesset Sauli*, JT. Heb. *esset ad Saulem*; Vel potiùs, *fieret ad Saulem*: h. e. invaderet eum [c]. *Irruit in Saulem*, Ar. Permisit hoc Deus, ut Saulis invidiam cruciando castigaret [d]. ¶ *Tenebat lanceam*] Id illi erat penè perpetuum, etiam in mensa, c. 20. v. 33. rursùm ad cubile; infrà †.

10. *Nisus est configere David*] Prosperis Davidis successibus irritatus, illiúsque incrementis [f]. ¶ *Et declinavit David à facie Saul*, Ità P. [וַיִּפְטַר וגו׳] *Et demisit se*, Mo. *recessit* ,ό. Sy. *aufugit*, Ar. *subduxit se*, M. Ti. *sublatus est*, K. in M. *liberatus est*, Jon. V. aufugit, in domum scilicet, V. *Et aperuit* sibi locum; viam sibi inter eos, qui aderant, fecit ad fugiendum; *erupit*, *laxavit se* [g].

11. *Misit Saul—ut custodirent eum, & interficeretur manè*] Qu. Sed cur non occiderit eum per noctem, quod facilè potuerit? Resp. 1. Turpe videbatur, & proditorium, hominem domi suæ, & in lecto agentem opprimere [h]. 2. Illum non aggressus est noctu, nè per tenebras noctis fugâ elaberetur [i]. 3. Cædem in auroram distulit, ut hominem in judicium evocatum, & calumniis circumventum capitali sententiâ damnaret [k]. Volebat Saul habere colorem occidendi: nè totus Israel clamaret contra eum, quum omnes Davidem diligerent. 4. Deus volebat, ut non moreretur David, ideóque hoc posuit in corde Saulis [l]. 5. Ut coram ipso adeóque certò occisum eum cerneret [m]. ¶ *Quòd cùm annuntiâsset*] Qu. Unde hoc Michal rescîscere potuit. Resp. 1. Nuntiatum illi fuit ex aula. 2. Vel, cùm illi David periculum suum narrâsset, & vidisset satellitibus obsideri ædes, prudenter hoc collegit [n].

[q] Mart.
[r] V.
[s] He. in V.
[t] Glas. gram. 701.
[v] Mart.
[x] Mart. ad v. 9.
[y] Mart.
[z] Me.
[a] Glas. gram. 347.
[b] Mart.
[c] Pi.
[d] La.
† Me.
[f] Me.
[g] Ma.
[h] Me. L. in To.
[i] Sal. in Me.
[k] Jo. & To. in Me.
[l] To.
[m] La.
[n] Mart.

13. *Tulit Michol statuam*, [אֶת־הַתְּרָפִים] *Imagines*, vel *simulachra*, Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. *Statuam unam*, vel *Imaginem quandam*, V. sim. JT. Strig. Ang. Non sign. hoc loco *idola*, ut Gen. 31. 19, 30 [o]. Neque enim David talia tolerâsset [p]. Sed quid si Michal, clam Davide, Teraphim coluerit, & unum ex Diis penatibus lecto substituerit [q]? Hæc vox hîc pro quâvis effigie referente speciem hominis accipitur [r]. *Teraphim* hîc sunt grandes pupæ cujusmodi unam fecit Michal tumultuario opere, quæ ad hominis formam utcunque accederet; quales sunt μορμολύκεια in hortis, aut in agris ad terrendas aves poni solita [s]. Porrò Michol consilium fuit, ludibrio statuæ tantisper satellites Saulis morari, donec David longiùs abiret [t]. ¶ *Pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus*, [וְאֵת כְּבִיר הָעִזִּים שָׂמָה מְרַאֲשֹׁתָיו] Interpretes hîc mirè dissident. *Et jecur caprarum posuit ad caput ejus*, ό. Pro כְּבִיר legerunt כָּבֵד *jecur* [v]; Stragulis supposuit hepar caprinum, recens detractum & calens, quod palpitationis præ se speciem ferret [x]. Solet enim id, postquam excisum est, adhuc aliquamdiu palpitare [y]. Sed nè umbram veritatis hoc habet; & quicquid fuerit (כְּבִיר) non latebat sub stragulis, sed eminebat מְרַאֲשֹׁתָיו *ad pulvinar ejus*, nempe Davidis [z]. Alii sic; *& pellem caprarum* (*pulvinar caprinum*, JT. P.) *posuit capitibus ejus*, Mo. *sub capite*, P. *cervical* (*ad cervical*, Sy.) *ejus*, Jon. *Cervical caprinum posuit loco capitis ejus*, M. τὸ כְּבִיר Jon. vertit *utrem*; Aq. *orbem pilorum*; K. *pulvinar*. Pomarius *modium*. aut *lagenam*. Nam Kimchii כַּר *car*, *pulvinar*, legit כּוֹר *cor* seu *corum*, mensuræ genus; Hieron. *pellem pilosam*; Ego verò existimo τὸ כְּבִיר esse in regimine, & statum absolutum esse כַּבִּיר quod *multum*, aut *magnum* sign. Job 8. 2. & 15. 10. & 31. 25. & 34. 17, 24. & 36. 5. item Jes. 17. 12. & 28. 2. &c. Verto igitur, *Et posuit magnum* (seu longiorem) *caprarum*, supple *pilum*; cujus ellipsis frequentissima est, ut Exod. 25. 4. שֵׁשׁ וְעִזִּים *byssus & capræ*; i. e. & pilus caprarum; & 26. 7. יְרִיעֹת עִזִּים *aulæa caprarum*; i. e. è pilo caprarum; & Exod. 35. 26. טָווּ הָעִזִּים *neverunt capras*; i. e. pilos caprarum. Cant. 4. 1. *Capillus tuus est* כְּעֵדֶר הָעִזִּים *ut grex caprarum*; i. e. ut pilus gregis caprarum. Ità hîc, *magnus pilus caprarum*. Nam alicubi capræ sunt longiore pilo, & tondentur, ut oves, & in varios usus adhibentur eorum villi; ex iis etenim saga fiebant & tentoria. Villus autem talis rectè כַּבִּיר dicitur; q. d. indies crescens, & fruticans; Nam Arab כבר *cabara* sign. *pilorum incrementa*; & Heb. הִכְבִּיר sign. *augere*, & *multiplicare*, Job. 35. 16. & 36. 31. Hujus autem duæ sunt species; una crassior, unde fit pannus, cujus usus est in saccis & ciliciis; alter longè subtilior, ex quo fiunt panni cymatiles tantæ tenuitatis, ut sericeis parùm cedant; & laterè aiunt hanc quasi lanuginem sub crassioribus caprarum pilis. Hanc verò Michal in promptu habuisse nihil mirum; cùm illorum temporum matronæ inter cætera nere discerent caprinos villos. Vide Exod. 35. 26 [a]. Porrò Michal viri sui cæsariem quomodocúnque imitari conata est [b]. Caprini enim in Oriente pili humanis non sunt prorsus absimiles; Unde Callisthenes dicit capras in Lycia esse bene capillatas, ità ut ab iis dependere dixeris quasi quosdam comarum cirros [c]. Nota, Capræ in Palæstina, fulvas alunt lanas, seu villos, ut patet ex Cant. 4. ubi de capillis sponsæ dicitur, *Capilli tui sicut greges caprarum* [d]. Neque hoc mirum, cùm in variis regionibus propter aquarum, pabulorúmque diversitatem, varios etiam colores pecudes habeant. A natura fulvæ sunt lanæ ad Bætin, teste Plin. 8. 48. Martial. Epigram. 12. 100. item ad Sibarin & Cratim flumina, teste Ovid. Metamorph. 15. & ad Xanthum, Plin. 2. 103. & ad Scamandrum †. Unde pellis illa villosa capræ, quæ statuam cingebat, fulvam Davidis cæsariem naturaliter referebat [f]. Aut certè molli hâc pelle ægroti Davidis caput confovere videbatur; unde Vatablus vertit *cervical* [g]. *Cervical caprarum*; i. e. ex pelle caprina, adhuc pilosa [h].

14. *Misit Saul apparitores*] Novos scilicet, qui domum Davidis

[o] M.
[p] E.
[q] Ma.
[r] V. ex M.
[s] BA. 1. 2. 51. 623.
[t] Me.
[v] BA. ib.
[x] Jo. & Græci in Mart.
[y] T.
[z] BA. ib.
[a] BA. ib.
[b] BA. sim. San. La. Me. T.
[c] BA ib.
[d] Me. ex San.
† San.
[f] T. La. ex Theod. & To.
[g] La.
[h] V.

Davidis invaderent, tumque inde abriperent. Videns custodes priores tardare, putabat Davidem domi se continere; & moræ impatiens, timénsque nè David elaberetur, aut (ut suspicax est invidia) nè custodes muneribus vel promissis corrumperet. In his angustiis composuit David Psal. 58. (vel 59.) *Eripe me de inimicis.* &c [i]. ¶ *Ægrotaret*] Ac simul Michol apparitoribus Saulis non credentibus, vel dubitantibus, eminùs simulachrum Davidis in obscuro angulo lectóque decumbens ostendit, quod illi ipsum Davidem esse rati, rem totam ad Saulem detulerunt [k].

17. *Alioquin interficiam te*] Heb. *Quare occidam te?* q. d. Cur committes, ut interficiam te [l]. Officiosum Micholis mendacium [m].

18. *Et venit ad Samuel*, &c.] Ut in Prophetarum collegio & Samuelis consortio Davidis animus confirmaretur, & mirificam Dei administrationem, cui ipse fidebat, experiretur: fortasse, ut in collegio illo, velut in asylo, tutus à Saule esset; quod apud omnes gentes etiam receptum fuisse historiæ prophanæ docent; & exemplum confirmat suprà 10.10. ubi nec Philistæi cætum Prophetarum infestârunt [n]. Vel, ut Samuelis ope, auctoritate ac dignitate protegeretur: item ejus consilio dirigeretur [o]. ¶ *Et morati sunt in Naioth*] Tanquam in scholastica universitate, ut ibi, quasi in portu quodam se recreent, & respirent. Afflicti igitur, consolationis causâ, sese ad cœtum audientium verbum Dei conferant [p]. Scribitur נָיוֹת & legitur נָוית, transpositis literis *Van* & *Jod* [q]. Heb. & נוית *Navoth* & נָיוֹת *Naioth* dicitur, ab amænitate loci [r]. Significat *locum studiosorum*, V. *In Naioth*, P. Mo. Ti. *In domo doctrinæ*, Jon.

19. *In Naioth in Ramatha*] *Naioth* creditur fuisse locus *Ramathæ* vicinus, adeóque ad urbem illam pertinens, in qua fuerit schola prophetarum [s]. *Naioth* est locus situs in agro *Ramath* [t]. *Naioth* non erat locus distinctus à *Rama*; nisi fortè ut pars à toto, & contentum à continente [v]. Fortè *Naioth* erat locus civitati *Ramæ* suburbanus, in quem aut animi, aut meditationis gratiâ cum suo cœtu Samuel soleret aliquando secedere [x].

20. *Cùm vidissent cunaum prophetarum*, וַיַּרְא אֶת־לַהֲקַת וגו׳] *Et vidit*, (sub. vel *maximus*, sive *præcipuus eorum*, V. vel *quisque*, JT. V. eorum, V.) vel *viderunt*, ό. Sy. P. *cœtum prophetarum*, Mo. sim. omnes. לַהֲקַת pro קְהִלַּת transpositis extremitatibus [y]. Nempe quia radix קָהַל non לָהַק usitata est, non refragor. Æthiopicè tamen להק est *crescere*, Matt. 6.28. & 13.30. deinde dicitur etiam de eo qui major altero est natu, Matt. 22.25. unde & מלהקת חוב sunt πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ *seniores populi*. Hinc לַהֲקַת הַנְּבִיאִים posses vertere, vel, *magnum numerum prophetarum*, quasi incrementum prophetarum dicas; vel, *Senatum, presbyterium Prophetarum*. Nam seniores dici Prophetas non magis mirum, quàm LXX illos Bibliorum interpretes, LXX seniores vulgò dici [z]. ¶ *Prophetantium*] i.e. Laudantium Deum canticis & carminibus [a]. ¶ *Et Samuelem stantem super eos*, עוֹמֵד נִצָּב עֲלֵיהֶם] *Stantem, constitutum* (*præsidentem*, Sy. ό. *antistitem*, Ti. *qui præerat*, JT. *docentem*, Jon.) *super eos*, P. Mo. *Constitutum juxta illos*, Me. *præfectum illis*, V. Stans docebat illos [b]; dirigebat, & instruebat eos, chorúmque ducebat [c]. ¶ *Prophetare cæperunt etiam illi*] Chald. *Et laudabant*, sub. *Deum*, V. Quidam putant omnes ità animo & voluntate fuisse mutatos, ut ex vera pietate id fecerint; sicut illi Joan. 7. Alii probabiliùs dicunt eos divinitùs ità compulsos fuisse ad laudandum Deum, sicut Balaam ad benedicendum [d]. Verto, *ut more prophetico agerent*; Apparet autem eos deposuisse habitum illum militarem, quo capturi Davidem venerant, ex ultimo versu hujus capitis, ut habitu & gestu prophetas agerent †. Fortè *Prophetare* hìc sumitur pro *bacchari*. [Sic vertit Ca.] & absona loqui; Eò enim pertinere videtur se nudare, &c. Fortassis non uno modo omnes prophetârunt; Sed Saul & milites alienato sensu; filii prophetarum laudantes Deum; Samuel & David vaticinantes futura [f]. Sensus est, cantabant carmina sacra, eique exercitio vacabant, & delectabantur; obliti interim impii sui propositi, quòd scilicet ad capiendum Davidem venissent [g]. Hoc effecit Deus, ut Saul Dei potentiam, contra quam frustra pugnabat, agnosceret, & ut simul intelligeret quanti Deus David faceret, quem hoc mira-

i La. — k La. — l Ma. V. sim. Jun. — m Me. — n Jun. Pi. — o Ma. — p Osiand. — q M. — r Ma. — s Os. — t V. ex He. — v To. in La. — x San. — y M. — z Di. — a V. — b V. — c Ma. — d E. — † Pi. ex Jun. — f Mar. — g Osiand.

culo tuebatur [h]. Disce hìc quantum valeat bona societas. Impii hi nebulones inter prophetas facti sunt prophetæ [i].

23. *Et factus est super eum spiritus Domini*, וַתְּהִי עָלָיו גַּם הוּא רוּחַ וגו׳] *Et fuit super eum etiam ille* (vel *idem*, Belg.) *spiritus Dei*, Mo. *Et mansit super illum etiam ipsum spiritus*, &c. Jon. *Invasit eum quoque ipsum*, &c. JT. ¶ *Et ambulabat ingrediens & prophetabat*, &c. וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וַיִּתְנַבֵּא וגו׳] *Et ivit eundo & prophetavit*, &c. Mo. Sensus est, decorè & modestè incessit, & prophetabat, &c [k]. *Indesinenter pergens*, &c. JT. Donum prophetandi interdum etiam impiis concedit Deus, ut Balaamo. Vide Matt. 7.22 [l].

24. *Et exspoliavit etiam ipse se*, &c.] i.e. Deponens militarem habitum, sicut fecerant priùs ab ipso missi, ut se in speciem prophetæ componeret [m]. Duo significantur accidisse Sauli, quæ lictoribus non acciderunt. 1. Eum, antequam Prophetas videret, prophetâsse. 2. Spoliâsse se ornamentis Regalibus, quod lictores non fecerunt. Quo significavit Deus, quàm non reprehendendi fuerint lictores, quòd datum à Saule negotium non impleverint, contra quos ille vehementer exarserit [n]. ¶ *Coram Samuele*] Samuel tamen non invisit, neque adiit illum, neque dignatus est eum alloqui; prout antè dixerat, *se non visurum*, &c [o]. Saul quidem prophetavit, non est tamen Samuelem allocutus; fortasse neque novit illum [p]. ¶ *Et cecidit*] i.e. de mentis statu excessit; Num. 24. 4 [q]. *Et corruit*, sub. *in terram*: ut & alii qui correpti erant ac possessi spiritu illo divino: non enim fungebantur sensus exteriores officiis suis [r]. ¶ *Nudus*] Quidam aiunt eum abjecisse omnia vestimenta: & rectè. Spiritus enim Dei adimit omnem pudorem iis quos possidet, ut liberè sine alicujus metu laudes Dei prædicent [s]. Dixisset meliùs, nihil cuiquam pudori esse debere, quod ad laudem divinam pertinet [t]. Quando Prophetæ tangebantur spiritu Dei, amittebant sæpenumerò usum sensuum. Unde abjecerunt vestes suas & corruerunt in terram, ob internam Dei locutionem non potentes subsistere in pedibus suis. Quidam erant dormientibus similes, alii mortuis, alii loquebantur ex spiritu Dei [v]. Plerique tamen nudatum tantùm intelligunt summis & extimis vestibus [x]. *Nudus*, in interula, ut Esa. 20. 2. Vide de hoc loquendi genere ad Joan. 21.7 [y]. Sic Noe *nudatus* dicitur Gen. 9. quia ab ea parte, &c. nudus erat; & Petrus *nudus*, Joan. 21. licèt tunc vestes haberet interiores, quod docet vox ἐπενδύτης, quæ illam vestem significat quæ super alias inducitur; & Isaias *nudus*, Isa. 20. dicitur, non simpliciter, (ut patet; 1. Quia tunc frustrà adderetur, τὸ *discalceatus*. 2. Quia habitus iste Propheticus designabat captivorum habitum. Captivi autem non tam nudi erant, quàm malè vestiti, aut certè brevi induti tunicâ, & ad serviendum idoneâ,) sed quia vestem abjecit prophetalem. Ità & Seneca de beneficiis, 5.13. ——*Sic qui malè vestitum, & pannosum vidit, nudum se vidisse dicit* [z]. Sic David, 2 Sam. 6. dicitur *nudus* ante Arcam saltâsse, cùm tamen Ephod lineo indutus esset [a], nempe, quia paludamento regio spoliatus [b]. Ità *siccus* vocatur Nilus, Esa. 19. quando minus habet aquæ; & *jejunus* dicitur, qui, parùm comedit, Act. 27 [c]. ¶ *Cecidit totâ die & nocte*] Hoc dicit, vel quia more *adorantis*, sæpe procidebat in terram, venerationis & honoris ergò, ut solebant illi prophetantes *; vel potiùs quia viribus & sensibus destitutus erat †. Porrò, David ubi Saulem advenisse vidit, statim se conjecit in fugam; Saul autem diem integrum & noctem pergit prophetando, nè quid Davidi esset in mora ||. ¶ *Num & Saul inter Prophetas?*] Proverbium est de eo qui præter exspectationem, vel, spiritu Dei impellitur ad aliquid agendum, ut suprà 10. 12. vel divinitùs cohibetur à præstando conatu suo; quod confirmat exemplum, Num. 23. & 24. & Act. 9 [d]. Hoc proverbium pertinet ad summam laudem potentiæ Dei, cùm volumus ostendere ipsum multa facere præter hominum opinionem. De re quæ prima fronte videbatur absurda dicebatur: q. d. Nonne Saul prophetavit, & spiritu Dei raptus est, cum Prophetas vellet perdere? q. d. Prophetavit. Vel, Num Saul Propheta erat cùm coram Samuele in Ramath prophetavit †. ¶ *Num & Saul*, &c] q. d. Res mirabilis & prodigio similis [f]. Idem de Saule dictum, c. 10. sed ibi novitas; hìc autem contrarietas, fuit ratio & causa proverbii.

Mira-

h Me. — i La. — k Of. — l G. — m Pi. ex Jun. — n San. — o V. — p Mar. — q G. ex Jun. Pi. sim. Me. — r V. — s V. sim. E. in San. — t San. — v M. — x Ma. ita San. Jun. Pi. L. Me. Ti. La. Mart. — y G. — z San. — a San. — b T. — c San. — * T. ex San. — † San. ex V. — || Mart. — d Pi. ex Jun. — † V. — f Me.

Mirabantur enim omnes Saulem Davidi tam infestum, invidúmque itá mutatum fuisse [g].

[g] La.

CAP. XX.

1. FUgit de Naioth] Dum scilicet Saul prophetabat [h]. ¶ *Veniénsque*] Nempe Gibeam Saulis, ubi tum erat Jonathan, ut patet ex v. 5. & 35. & 40. ¶ *Quærit animam*] scil. ad perdendum. Synecdoche generis [i]: i. e. vult me interficere [k].

2. *Absit,* חָלִילָה] Sub. *hoc à te*; q. d. Pater meus non decrevit interficere te. Tribuebat enim omnia, quæ fecerit Saul Davidi, spiritui maligno [l]. Fallebatur Jonathan, quia non est verisimile Saulem indicâsse ei, quòd vel missurus esset Naiothas ad capiendum Davidem, vel profecturus [m]. *Neque enim faciet quidquam, —nisi priùs indicaverit mihi*, Heb. *Non faciet, & non indicabit mihi*; h. e. quòd non priùs indicet mihi, Glass. V. Conjunctio copulativa quandoque usurpatur pro nomine relativo; Sic Exod. 10. 25. *Permissurus es in manu nostra victimas—,* וְעָשִׂינוּ *& faciamus* (h. e. quas faciamus) *Jehovæ.* Ruth 3. 16. *Et venit ad socrum ejus,* וַתֹּאמֶר *& dicebat*, pro, quæ dicebat. Psal. 118. 27. *Deus fortis Jehova,* וַיָּאֶר *& illuxit nobis*, pro, qui illuxit nobis [n]. *Non facit & non revelat*: id est, Non facit itá ut non revelet: seu, quum facit, revelat. qualis copulatio est in illo, *Non sunt dii & non est divinatio*: id est, si sunt dii, divinatio quoque est. Enuntiatum copulativum constans duabus negationibus vim habet connexivi affirmantis [o]. [Porrò in textu est לוֹא עָשָׂה *non* facit, pro quo Masorethæ in margine legunt יַעֲשֶׂה] *Non faciet*; i. e. Non solet facere, V. JT. Mar. Conjiciebat hoc Jonathas ex eo quòd non itá pridem pater ad eum detulisset consilium de occidendo Davide [p]. *Indicaverit*, Heb. *& non revelabit*, seu *reteget aurem meam.* De qua phrasi vide quæ ad Ruth 4. 4. ¶ *Hunc sermonem*] Heb. *hoc verbum.* Verbum pro re vel negotio [q].

3. *Et juravit*, &c.] i. e. Eadem autem adhibito juramento confirmavit [r]; nempe patri stare sententiam, ut videlicet illum occideret [s]. *Jurare* vocat religiosè affirmare, quod facit sequentibus his verbis, *Quàm certum est Jovam, quàm certum est te vivere*, &c [t]. Sed parùm differt hic sensus à juramento, cujus formam esse, *Vivit Dominus*, patet ex Jer. 4. & Os. 4. vel ergo non excusandus est David de levitate juramenti; vel sic dicit, quia Jonathas hoc non credebat, [itá legendum, non, *hoc credebat*, ut nullo sensu ponitur in Bibliis Maximis] ut patet ex antecedentibus, *Absit; non morieris* [v]. Utiliter fit juramentum, si faciat, ad confirmandum animum proximi, aut gloriam Dei [x]. ¶ *Uno tantùm gradu, ego mórsque dividimur*, כְּפֶשַׂע וגו׳] Scribitur cum Smol, [i. e. puncto sinistro [y].] Vertunt, *quasi passus* (sub. *unus*, P.) *inter me et mortem* est, JT. P. [Sim. omnes.] Tales passus bis mille in Sabbathi itinere [z]. q. d. Mors in me fertur præcipiti cursu, & uno vix passu à me distat [a]. Sic navigantes in mari, ut poeta ait, *quatuor* tantùm *digitis* distant à morte [b]. Parùm abest quin interficiar [c].

4. *Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi*] At nostri [intelligit Junium & Tremellium] verbum תֹּאמַר accipiunt in persona secunda masculina, ac proinde verba trajiciunt hoc modo, *Eloquere quod sit desiderium tuum.* Sed ista trajectio nimis dura est, nec necessaria; quum תֹּאמַר possit esse tertiæ personæ fœmininæ, ut conveniat cum nomine נֶפֶשׁ, ídque sensu commodissimo. Verto, *Quid dicit animus tuus ut faciam tibi?* vel *faciam tibi*; i. e. quid petis, &c. q. d. paratus sum tuâ causâ facere quicquid petiveris [d]. Intellige modo nè inhonestum vel injustum sit †. *Animus* vel *anima* ponitur pro desiderio, ut Psal. 26. 12. & alibi frequenter [f]. Itá Job 38. 39. & Ezech 7. 19 [g]. Jonathas suscipit causam Davidis, ídque duplici suo cum periculo; 1. pater voluit eum occidere; 2. videbat certam amissionem regni. Magnum hoc est, amici causâ, velle in periculum venire, & de imperio & de capite [h]

5. *Calendæ sunt*, Itá P. חֹדֶשׁ] *mensis*, Jon. Mo. *novilunium*, JT. sic ó. Ti. *principium mensis*, Sy. Ar. M. Primus dies mensis [i]. Solennis hîc erat Hebræis [k], & dies solennis epuli, Num. 10. 10. Psal. 81. 3 *. Itá Calendæ celebres erant apud Romanos, Macrob. Saturn. 1. 16 [l]. Apud Gentiles erant festa ἐπιμήνια (*menstrua*) de quibus Turneb. adversar. 3. 15. 4. c. 19. ubi notat Judaicas Calendas ab Horatio *tricesima Sabbatha* vocari. Postridie verò etiam celebrabat Saul, vel majoris religionis ergò, vel ut reliquiæ consumerentur, juxta Levit. 7. consule l. 1. antiq. conviv. fol. 115 *. Festum hoc institutum erat in memoriam beneficii divini in rerum conservatione [m]. Illo die sacrificium, indéque convivium cum amicis agitabant. Vide ad Num. 28. 11. Hac de causa David, quasi gener regis, solebat mensæ Saulis accumbere [n]. Sed verisimile est eum singulis diebus ad regiam mensam adhiberi, maximè cùm à malo spiritu vexaretur Saul; ideóque v. 27. non solùm in Calendis, sed & die proximo desideratus est David [o]. ¶ *Et ego ex more sedere soleo,* וְאָנֹכִי יָשֹׁב אֵשֵׁב] *Et ego sedendo sedebo*, Jon. Mo. V. *sedere soleo*, P. JT. sim. Sy. Ar. Ca. Pi. *quum discumbere deberem*, Ti. sim. M. ¶ *Dimitte me*] Quandoquidem patris vices eo absente geris, v. 25. Nam interea Saul Naiothis hærebat, suprà 19. 24 [p]. ¶ *Ut abscondar in agro*] In agri spelunca aliqua faciliùs cavere potuit insidiantium oculos, & linguas, quàm in civitate [q]. ¶ *Usque ad vesperam diei tertiæ*] Sim. plerique. Quæ scilicet est secunda à Calendis [h]. Postridie Calendas tota res gesta est, sequenti autem die non latuit, sed summo manè discessit [i]. *Dum erit vespera tertiana*, JT. Malim *tertia*, Pi. id est; nocte illâ, à qua incipit tertius dies mensis, me abscondam, & expectabo dum abs te certior fiam, &c. vide infrà 12 [k]. Sensus est, Abscondam me tertiâ adhuc vesperâ, à qua incipit novilunii, seu novi mensis dies secundus, &c. Confer v. 12, 19. 34. 35 [l].

6. *Si respiciens requisierit me,* אִם פָּקֹד יִפְקְדֵנִי] *Si visitando visitaverit me*, Ma. *Si recordando recordatus fuerit mei*, P. *si recensendo desideraverit me*, JT. *si planè desideraverit me*, Pi. Si requirat ubi sim [m]. Qu. Sed quî putaret Saulem præsentiam ejus desideraturum, quem antè voluisset occidere; ideóque existimare poterat Saul Davidem periculi vitandi causâ in conspectum Regis non venturum? Resp. Verisimile est, & Saulem putavisse Davidem insidias istas suas tributurum furori; & Davidem id fecisse, aut certè de opinione Regis itá sibi persuasisse: præsertim quum David antea post tales insidias Sauli reconciliatus in aulam rediisset, suprà cap. 19. 7 [n]. ¶ *Rogavit me,* נִשְׁאֹל נִשְׁאַל] *Postulando postulavit à me*, P. Ma. sim. ó. Sy. Ar. *obnixè precatus est*, Ti. sim. Strig. V. *Rogando rogavit*; Passiva vox capi potest pro activa; vel, *precibus obtinuit* [o]. *Obnixè se excusavit apud me*, JT. *exorando se exoravit se à me.* Sic infrà v. 28. Pi. An verè hoc dixerit David, an non, scriptura non aperit [p]. Hæc excusatio quin vera sit, nihil impedimento est [q]. Fieri potuit, ut reverá David in Bethleem profectus fuerit, & redierit ad tertium diem, post Calendas, ut patet ex verbis præcedentibus; & Bethleem non itá longè inde fuit dissita, quin potuerit facilè David eò proficisci, & ad diem tertium redire [r]. Sortes Juda & Benjamin erant conjunctæ; itá quòd citò poterat aliquis ire de una ad aliam, & redire [s]. Quod si non fecerit, mendacium erat officiosum. [Itá legendum, non *otiosum* [t].] ¶ *Victimæ solennes ibi*] Heb. *sacrificium dierum*, Ma. V. id est, anniversarium, ut suprà 1. 21 [v]. Forsan jam invaluerat præpostera religio, ut extra Tabernaculum pacifica immolarentur aliis locis, sic infrà v. 29 [x]. Sacrificium certis anni diebus celebrari solitum [y]. Per *victimas* intellige sacrificium, & ex eo convivium [z]. Convivium quod inter se habebant cognati post sacrificium pro ipsorum salute. Simile convivium solenne apud Romanos *Charistia* dictum, *cui præter agnatos & affines nemo interponebatur*, ut loquitur Valer. Max. 2. 1. Ovid. Fast. 2.

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et venit ad socios turba propinqua Deos [a].

Idonea & probabilis excusatio. Superbum enim hujusmodi invitationes non admittere [b]. Si ipse absit, qui, propter affinitatem, omnium princeps erat, cognati iniquiùs acciperent [c].

7. *Scito, quia completa est malitia ejus*, Itá P. דַּע כִּי כָלְתָה רָעָה מֵעִמּוֹ] *Scito quòd consummata, vel absoluta est malitia à cum eo*, ó. Jon. Mo. *apud ipsum*, Ti. V.

[h] Me. Jun. [i] Pi. [k] V. [l] V. [m] Pi. [n] Glass. gram. 523. [o] Pi. [p] Me. [q] Pi. [r] V. [s] Mar. [t] Ca. [v] E. [x] Mart. [y] M. [z] G. [a] Me. [b] La. [c] V. [d] Pi. † Mart. [f] Ma. ex Jun. [g] San. [h] Mart.

[i] V. [k] San. * Jun. Pi. Ma. [l] La. * Ser. [m] F. ex L. [n] La. ferè ex San. [o] San. [p] Jun. [q] F. [h] V. [i] F. [k] Ma. ex Jun. [l] Pi. [m] V. [n] Pi. [o] M. [p] E. [q] Ma. ex Jun. [r] E. [s] L. [t] E. Ma. [v] V. Pi. [x] Ma. [y] Pi. [z] Me. [a] G. [b] Me. ex San. [c] San.

V. *definitum esse malum ab eo*, Sy. JT. Heb. *absolutum.* Meton. finis; nam consummandi seu perficiendi facinoris causâ definitur ipsum priùs in mente [d]. Scito illum omnino decrevisse me perdere †. *Quod paratum sit mihi malum ab ipso*, Of. Probabilis admodum conjectura; nam inimicorum dicta, factáque probari non solent. Adde, Saulem aliquo signo edito ostensurum quomodo in Davidem esset animatus [f]. Sed dices, satis vidisse Davidem animum Saulis sibi infestum esse: quid ergo opus erat istis artibus? Resp. Videbat id quidem; sed hoc etiam videbat, illum agitari malo spiritu, & eâ causâ sibi putabat infestiorem. Quod si ad se rediret, putavit illum odium positurum: aut si pergeret odisse, tamen hac pœnâ contentum fore, ut se ex aula subduceret: non autem necesse fore ut fugeret patriam, & abesset à sacris & ceremoniis populi Dei. Hæc David exquiri voluit per Jonathanem [g].

[d] Pi. † V. Me. [f] Me. [g] Mart.

8. *Fœdus Domini*] Sic vocat, vel 1. quia coram Domino [h]. 2. Quòd sancitum esset per nomen Dei [i]. 3. Domini voluntate [k]. 4. Dei respectu, veneratione, & amore sancitum [l]. 5. Quòd faceret ad gloriam divini nominis, & ad liberandam Rempublicam. 6. Quòd fœderati inter se numinis instar habere debeant, ad se mutuò juvandos. 7. Quòd Deus sit ultor fœderis violati. Hinc Ethnicorum d i ὅρκιοι (*fœderum*, sive *juramentorum vindices* [m].) Porrò, in Heb. est *in fœdus venire fecisti* — Sic etiam Latini loquuntur. Virgil. 4. Æneid.

— *aut hæc in fœdera veni* [n].

[h] Me. La. V. [i] Mart. sim. La. [k] Me. [l] La. [m] Mart. [n] Ma.

¶ [*Tu me interfice*] q. d. Moriar potiùs amici manu, quàm inimici. Amicus enim mortem mollissimam inferret, & casum amici lachrymis prosequeretur; cùm contrà inimici sæviant in eos, quos occidunt, &c [o]. Sic Phœdra in Seneca,

Nimis opto amantis immori manibus.

Similiter Japones suos amicos à Rege ad mortem damnatos suâ manu obtruncant, nè id fiat per carnificem. Utitur hac phrasi ad Pathos, ut cor Jonathæ cruciet, eúmque adigat ad causam suam peragendam [p]. Porrò, quàm rectè David agat, ex eo patet, quòd primò se confert ad Samuelem, ut consolationem aliquam caperet ex Dei verbo; postea, refert se ad humana subsidia, & amicum Jonatham consulit [q].

[o] Me. sim. La. [p] La. [q] Mart.

9. *Absit hoc à te*] Ità V. sub. *ut suspiceris illud de me*, V. RS. & K. & R. Levi in Di. vel *absit*, ut scilicet innocens manu meâ interficiaris [r]. ¶ *Si certè cognovero completum esse*, &c.] Heb. *Quoniam si cognovero consummatam esse malitiam patris mei, ut veniat super te*, וְלוֹא אֹתָהּ אַגִּיד לָךְ, *& non illud annuntiem tibi*, Mo. P. ו in וְלוֹא superfluum faciunt Vulgatus & Pagninus [inquit Di.] Alii omittunt & negativam particulam quæ est in וְלוֹא אֹתָהּ Ità R. Levi, *Si cognovero* — *indicabo tibi* [s]. [Ità Sy & Ar. qui vertunt, *& indicabo tibi.*] *Annon illud indicarem tibi?* JT. *Et non ipsum annuntiabo tibi?* Ità Jon. [prout Interpres eum reddit in Bibliis Polyglottis. Aliter autem reddit Di. ut videbimus.] *Annon* putas *quòd tibi sim indicaturus?* M. Ti. Rectiùs LXX & Jon. *quia si certò cognovero* — *& non indicavero illud tibi*, supple, *sic faciat mihi Deus, & sic addat.* אִם [in כִּי אִם יָדֹעַ וגו׳] particula jurandi est; quæ primam conditionatæ propositionis partem ponit, altera quâ execratio continetur, subticeri solet. Id simplicissimum & ἐμφατικώτατον hoc loco esse arbitror [t]. Non in omnia filii patribus parere debent: quam materiam latè tractavimus de J B. & P. 2. 26. 3. Davidi apud Jonathis animum proderat & innocentia ipsius, & Dei promissa Jonathani non incognita. Id clarum infrà 23. 17 [v].

[r] Me. [s] Di. [t] Di. [v] G.

10. *Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit pater durè* —] Ità ὁ & Jon. in Mar. JT. Hîc אוֹ ponitur pro אִם per Heterosin: & מַה valet *aliquid*; quæ usitatè valet *quid* interrogativum [y]. מִי יַגִּיד לִי אוֹ מַה יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשָׁה Concisa oratio; propterea subaudiendum aliquid [z]. *Quis renuntiabit mihi* bonum? *aut quid* (vel *si*, nam מַה per אִם etiam à Rabbinis exponitur) *responderit tibi pater tuus durè*, P. sim. M. V. ex He. Ma. Heb. *durum*, sub. *verbum*; i. e. utrum velit me omnino perdere, an tantummodo expellere domo suâ [a]. Porrò, hæc dixit David, quia difficile hoc erat; nec enim Jonathas ad Davidem egredi facilè poterat, ità ut omnium oculos fugeret, nec famulis arcanum tutò committi [b].

[y] Pi. [z] V. [a] V. [b] Me. ex L.

11. *Egrediamur in agrum*] Vel, ut familiariùs colloquantur [c]; vel, ut cœlum intuentes Jovam jurarent [d]; jurare enim sub dio solebant †. ¶ *Cúmque exissent*] Jonathas proprio in habitu, David in ementito [f]; atque adeò sine hasta, aut gladio, ut ex sequentibus colligitur [g].

[c] V. [d] Ca. † G. [f] Me. ex Ser. [g] Me.

12. *Domine Deus Israel*, &c.] [Variant;] 1 Quidam hunc versum sequenti jungunt, hoc modo, *Jehova Deus Israel, si investigavero*, &c. *& non misero*, &c. *Jehovah, inquam, sic faciat.* Ità V. ex vulg. Sic P. Mo. sim. JT. Ang. Alii non jungunt sequenti, sed scribunt concisam esse orationem, propterea aliquid subaudiendum [h]. Solent Hebræi proverbia, aut quæ proverbialem habent formam, non integra ponere, sed illorum partem; ut contingere solet his, quæ usu teruntur familiari, ut aliquid ex iis deteratur. Qualia sunt juramenta, conventa, &c. Sic etiam Latini dicunt, *Dii, vestram fidem*, nempe *obtestor*, aut *imploro. Mehercule, Mecastor, Medius fidius*, sub *amet, juvet* [i]. [Porrò, hunc locum variè supplent;] *Dominus Deus Israel*, sub. vel *novit*, ὁ. vel *vivit*, V. vel *testis sit*, Sy. Ar. vel *aspiciat.* Modus est jurandi, M. vel *sic faciat*, V. Pi. quod supplendum ex principio sequentis versûs [k]. Consequens connexi prioris in principio sermonis abruptum est: in fine autem resumptum & absolutum. Ellipsis & Epanalepsis [l]. Vel sic, *Domine*, &c. sub. *tuam testor fidem, si fallo, tu perfidiæ testis esto, tu me perde* [m]. Jonathas ex æstu amoris perturbatè, interruptè, & incisè loquitur, uti solent facere amantes. Mentem & os à Deo ad amatum Davidem convertit [n]. Hic versus & tres sequentes perplexi sunt, utpote concisionibus & affectibus pleni duorum amicorum inter se metu & amore certantium [o]. ¶ *Si investigavero sententiam patris mei*, [כִּי אֶחְקֹר אֶת אָבִי] *Quod* (vel *si*, P. Mar. Ti. V. vel *quum* Pi. M.) *investigavero* (*inquiram*, Jon.) *patrem meum*, P. Jon. V. sim. Ti. M. Mar. Ang. i. e. animum ac sententiam patris mei [p]; vel *à patre meo*, JT. Pi. ¶ *Crastino vel perendie*, [כָּעֵת מָחָר הַשְּׁלִשִׁית] Ad verb. *juxta tempus cras tertiæ*, V. vel *tertia*, Mo. Ma. i. e. hâc ipsâ horâ, cras, aut perendie [q]. *Cras, horâ diei tertiâ*, Ar. Sy. *secundùm hoc tempus cras* aut *postridie*, sive *perendiè*, JT. Pi. P. in V. Sic M. Ti. *juxta tempus hoc cras, vel diei tertiæ*, Jon. in V. *In tempore, cras, & tertiâ*, scilicet die, Mar. *Cras quolibet tempore*, aut *tertio* die, Ang. ¶ *Et aliquid fuerit super David*, [וְהִנֵּה טוֹב אֶל־דָּוִד] *Et ecce bonum in David*, Mo. si *bonum fuerit super Davidem*, P. vel *de David*, ὁ. *si ecce bonus fuerit erga David*, JT. Pi. *Si benevolum se* ostenderit, Ti. sim. M. Sy. Ar. si bona sit responsio, si bene loquatur de te [r]. ¶ *Et non statim misero ad te*] [Sim. plerique. Sensum continuant cum sequenti versu, *Hæc faciat* &c.] Tum, inquam, *ità faciat Jehovah*, &c. Pi. וְלֹא אָז אֶשְׁלַח אֵלֶיךָ, *Et non tunc misero ad te?* P. Mo. *Missurus sum ad te*, Ar. *Annon tunc mitterem ad te?* JT. Est vox exclamantis cum admiratione, q. d. Deus bone, fieríne posset, ut ego, qui adeò te amo, officium istud non præstarem [s]? ¶ *Et notum tibi fecero*] Heb. *Et revelabo ad aurem tuam*, Ma. De qua phrasi vide ad Ruth 4. 4 [t]. & 1 Sam. 9. 15 [v].

[h] V. [i] San. [k] V. [l] Pi. [m] San. sim. La. [n] La. [o] Ma. [p] V. sim. Ar. [q] V. [r] V. [s] Jun. [t] V. [v] Me.

13. *Si autem perseveraverit patris mei malitia adversum te*, [כִּי יֵיטִב אֶל־אָבִי אֶת־הָרָעָה עָלֶיךָ] Ad verb. *Quia bonum erit ad patrem meum, malum super te*, Mo. *Si placuerit* (*maluerit*, M. *bonum videbitur*, JT. *si visum fuerit*, Ti.) *patri meo adducere malum super te*, P. sim. M. Ti. V. יָשַׁר pro יֵיטִב. *Si rectum visum fuerit patri*, &c [x]. *sin nocere cupiat*, &c. Ca. *Quòd* (pro *si*) *bonum fuerit patri meo* (i. e. si penitùs decreverit) *malum contra te*, Mar. sive *super te*, V. Si velit te perdere, indicabo tibi [y]. Aposiopesis hîc est contrarii per Euphemismum; q. d. Ità benedicat, ut revelabo: aut maledicat, ut non revelabo [z]. ¶ *Et sit Dominus tecum*, &c.] q. d. Et sis felix in preliis tuis (in pace & bello [a]) cùm eris Rex [b]. *Quò sit Dominus*, &c. i. e. ut divinæ voluntati inserviam, quæ tibi regnum, patri meo collatum, adjudicavit [c]. ¶ *Sicut fuit cum patre meo*] primo scilicet regni tempore, priusquam ab innocentia sua deficeret [d]. Tacitè Jonathas regnum Davidi vaticinatur †.

[x] M. [y] V. [z] Ma. ex Jun. [a] Q. in Ma. [b] V. sim. M. [c] Jun. Pi. [d] San. † La.

14.

14, 15. *Et si vixero, faciet mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero*, v. 15. *Non auferes misericordiam tuam à domo*, וְלוֹא אִם עוֹדֶנִּי חָי וְלוֹא תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד יְהוָה וְלוֹא אָמוּת וְלוֹא תַכְרִית וגו׳] Litera Hebraica est multùm obscura [f]. [Variè reddunt;] Ad verb. *Et non si adhuc me vivente* (vel *ego vivens*, V.) *& non facies mecum misericordiam Domini, & non moriar. Et non exscindes*, &c. Mo. *Et siquidem adhuc me vivente, & facies misericordiam mecum; & si mortuus fuero, non auferes misericordiam à domo meâ*, ό. [Particulam לוא ter repetitam, vel negligunt, vel per אִם exponunt.] *Utinam autem id accidat me vivente*, [Intelligunt, opinor, de regno Davidi obventuro] *verùm præsta mihi beneficium propter Deum, antequam moriar; & nè prives domum meam beneficio tuo* &c. Ar. sim. Sy. [Legisse videntur וְלוּא pro וְלוֹא.] Alii liberiùs [inquit Vatablus] sic, *si id non* præstitero, *nec mihi vivo, nec mortuo, beneficium Domini præstiteris*, Ità Ti. sim. Strig. [Quasi legissent וְאִם לוֹא pro וְלוֹא אִם.] *Nec* timeo *quamdiu vivo, quòd non facias mecum misericordiam Domini, nec cùm mortuus fuero, sed nec succides*, &c. M. ex K. *Et non* peto à te, *si fuero adhuc vivens; non enim* vereor quin *facturus sis misericordiam Jehovæ mecum, & non moriar; sed* peto *non rescindas misericordiam è domo mea*, &c. P. *Et non* petam adhuc *me vivente; & non* petam *facias mecum misericordiam Domini*: q.d. supervacanea ea petitio esset, ut regnum adeptus mihi faveas; *Si verò mortuus fuero*, &c. Sic ό. At Heb. *Et non moriar*; quæ verba vitiata puto, & pro וְלוֹא אָמוּת legendum וְאִם אָמוּת; neque jungendum cum superioribus, ut est in Heb. sed cum sequentibus, ut Noster & ό. posuerunt [g]. Et *nonne* [וְלוֹא interrogativè sumunt, quasi esset הֲלוֹא] *tantisper dum vixero*, (verto *si adhuc vixero*, scilicet regnum te obtinente, Pi.) *nonne*, inquam, *tu vicissim exerciturus erga me benignitatem Jehovæ hanc, quòd non moriturus sum?* (i. e. Non afficiar morte, cujus pater meus totam familiam suam ream peregit [h]) *neque præcisurus es benignitatem tuam à familia mea usque in seculum?* JT. sim. La. q. d omnino facies & non exscindes, La. *Et annon vis, si tunc adhuc superstes fuero*, (viz. cùm Dominus tecum fuerit, &c. i. e. cùm fueris Rex, &c.) *immo*, inquam, *annon vis manifestare mihi misericordiam Domini, ità ut non moriar? Atque etiam non exscindes*, &c. Belg. Et *non tantùm, quamdiu adhuc ego vixero, bonitatem Domini mihi ostendas, ut ego ipse non moriar; sed* etiam *non exscindes benevolentiam tuam à domo meâ*, &c. Ang. *Si* ego *non* ostendam tibi misericordiam *dum vixero*, (ibi enim Athnach primam clausulam terminat, & distinctionem facit) *tum neque tu ostendas mihi misericordiam Domini, ne quidem quum mortuus fuero*, Wil. Restipulatio est, quâ idem officium in se, & in posteros suos à Davide postulat [i]. Hoc stipulatur ob mores malos vicinorum Regum, qui Regum antecedentium liberos & propinquos interficiebant, nè quid suspectum circa se viderent. Eodem respicit Saulis postulatio infra 24. 21 [k]. Porrò, *misericordia Domini* hîc vocatur, vel 1. quasi Domino grata ac placita, ait Pagnin. vel 2. coram Domino, Dominíque nomine interposito mihi à te in fœdere promissa, c. 18. 3. sicut vocavit *fœdus Domini*, v. 18 [†]. vel potiùs 3. *Domini*, id est, magna, & insignis; qualem scilicet Dominus suis fidelibus & amicis exhibet; quæ enim Domini sunt, magna sunt. Sic dicuntur *cedri Dei, montes Dei*, &c [*].

15. *Non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra*, וְלוֹא בְּהַכְרִת יְהוָה אֶת־אֹיְבֵי דָוִד אִישׁ מֵעַל פְּנֵי הָאֲדָמָה] *Nè tunc quidem cùm exscindet Jehovah inimicos Davidis, unumquemque è superficie terræ*, JT. P. sim M. V. Jon. Mo. ό. *Aut non* (scilicet auferes misericordiam) *in eradicando* (pro *quando eradicaverit*) *Dominum inimicos David*, &c. Mar. Sed hîc multa addita sunt à Vulgato, quæ in Hebraico textu, quem nunc habemus, non inveniuntur [l]. *Auferat Jonatham de domo suâ, & requirat Dominus de manu inimicorum David*, Vulg. Quibus verbis resumit imprecationem in se antè prolatam, nisi patefecerit Saulis voluntatem, &c [m]. Dicit, *de manu inimicorum David*, q. d. expetat ultionem etiam de me, qui hoc pacto me inimicis Davidis aggrego [n]. Si te in hoc fallam, in hostium tuorum numero haberi volo, & eadem subire quæ hostibus infers [o].

[f] M. [g] Mar. [h] Pi. [i] Ma. ex Jun. [k] G. [*] La. [*] La. ex San. [l] San. [m] Me. [n] Me. [o] La.

16. *Pepegit ergo Jonathas fœdus cum domo David*, וַיִּכְרֹת יְהוֹנָתָן עִם בֵּית דָּוִד] Ad verb. *Et abscidit Jonathan cum domo David*, Mo. [Quidam optativè accipiunt;] *Inveniatur nomen Jonathan à domo David*, ό. *Exurgat Jonathan cum familia Davidis*, Sy. Ar. *Exscindat & David Jonathan unà cum domo sua*, Ti. [Quemadmodum nonnulli sequens וּבִקֵּשׁ *& requisivit*, vertunt *& requirat*; ità alii וַיִּכְרֹת *& exscidit*, vertunt *& exscindat*: negligere videntur ו conversivum, sine quo futurum pro optativo sæpe ponitur. Osiander cum antecedentibus convertit hoc modo, & sic vertit,] *Et tametsi* aliquando *Dominus eradicaturus sit inimicos David*, &c. (tectè notat Saulem patrem, ejúsque reliquos filios) *tunc* non [supplet τὸ *non* ex antecedentibus] unà *exscindat David Jonathanem* cum sua posteritate [p]. Alii, *Pepigit* (Heb. *scidit*, vide Gen. 15. 18) *itaque* fœdus *Jonathan cum domo Davidis*, P. Sic M JT. Ang. Belg Strig. Ma. V. i. e. Pollicitus est se servaturum quamdiu viveret totam familiam Davidis [q]. Subaudiunt τὸ *fœdus*, cujus hîc Ellipsis est, ut supra 11. 2. & infra 22. 8 & 1 Reg. 8 9 [r]. Integra autem phrasis extat Deut. 5. 2. Sæpe autem occurrit Ellipsis accusativi verbum sequentis; Exod. 23. 5. *relinquendo relinques*, sub. *rem tuam*. 2 Sam. 6. 6. *Et extendit Uzza*, sub. *manum suam*, ut completè dicitur, Exod. 9. 15. 1 Chron. 13. 9. *Tunc tradidit David* —— scil. Psalmum hunc, cujus verba statim subjiciuntur [s]. ¶ *Et requisivit Dominus de manu inimicorum David*] Interrumpit hîc Auctor libri seriem historiæ & pacti, ut significet ità reipsâ evenisse postea, sicut imprecatus fuerat Jonathas; scil. Deum vindictam exegisse de Saule, aliísque, &c [t]. [Hebræa sic se habent, וּבִקֵּשׁ יְהוָה מִיַּד אֹיְבֵי דָוִד] *Et requirat Dominus de manu inimicorum David*, Mo. Ti. Mar. sim. Sy. Ar. [Alii supplent *dicens*, vel *dicendo*, vel *& dixit*] *requirat Jehovah*, &c. P M Pi. Ang. Belg. scilicet violationem fœderis [v]. Sub. *Si non præstitero quod polliceor*, V. vel *si violatum fuerit*, M. ex He. Heb. *Requirere*, Infinitivus pro Imperativo [x]. *Requirere de manu alicujus*, est vindictam sumere. sicut Gen. 9. 5. 2 Paral. 24. 22 [y]. *De manu inimicorum David*, i. e. meâ meorúmque filiorum, si inimici Davidis evaserint. Synecdoche generis [z]. Etiam de me, qui non detegendo Davidi quæ contra illum molitur Saul, me quodammodo Davidis inimicum constituo [a]. Alii dicunt, *inimicos Davidis* per Euphemismum sumi pro ipso Davide [b]; quæ figura ab aliquo vocem illam summovet, quæ aliquid sonat dirum & infaustum. Sic infra 25. 22. *Hæc faciat Deus inimicis David*, &c. Ibi aliquid sibi imprecans mali, pro seipso, boni, ut reor, ominis gratiâ, inimicos adhibuit. Sic dicturus amico, *Malè sit tibi*, sæpe se cohibet, & dicit *O malè sit illis, qui tibi malè cupiunt*; vel, ut Hispani dicunt, *O malè sit diabolo*. Sic Romani dicere solebant, *Quicquid mali* tibi *dixi, mihi* sint *& capiti meo* Plura ex prophanis exempla vide in Brisson. formul. l. 1. Et addunt Hebræi hoc in Davide impletum; nam sicut David Mephibosheth Jonathæ filio dimidiam bonorum partem ademisset, (Zibæque adjudicâsset) 2 Sam. 19. ità Deus in pœnam violati fœderis regnum Davidis divisit. Sed non convenit tam severa adjuratio, vel cum amore ingenióque liberali Jonathæ, vel cum afflicta Davidis conditione. De eo plura vide ad 1 Sam. 25. & in Abulensi [c]. [M. sic vertit, *Requirat Dominus per manus inimicorum David*; nempe, ab ipso Davide, quod ex more reticet. Alii cum priore parte versûs sic connectunt] *Pepigit fœdus, ut requireret Jehovah*, &c. JT. Glas. Conjunctio copulativa *&* quandoque significationem habet causalis *ut*; sic Exod 7. 16. *dimitte populum meum*, וְיַעַבְדֻנִי *ut serviant mihi*, sicut cap. 5. 1. Sic Thren. 1. 19. *Quærunt escam sibi*, וְיָשִׁיבוּ *ut reficiant animam suam*; & cap. 3. 26. טוֹב וְיָחִיל *bonum est, ut expectet*, &c. Jon. 1. 11. *Quid faciemus tibi*, וְיִשְׁתֹּק *ut conticescat mare?* Sic & Esa. 53. 2. & Hos. 2 2 [d]. Porrò, primum fœdus initum post Goliam occisum fuit privatæ amicitiæ; hoc latiùs patet, & pertinet ad conservandas mutuò utriusque familias [†].

17. *Et addidit Jonathas dejerare David eò quòd diligeret illum*; וַיּוֹסֶף יְהוֹנָתָן לְהַשְׁבִּיעַ אֶת דָּוִד בְּאַהֲבָתוֹ אֹתוֹ] Ad verb. *Et addidit Jonathan ad jurandum ipsi David*;

[p] Os. [q] V. [r] Ma. ex Jun. Glas. [s] Glas. gram. 698. [t] La. [v] Pi. [x] Pi. [y] San. [z] Pi. Sic Mar. V. in Tig. not. [a] Me. [b] He. in San. [c] San. [d] Glas. gram. p. 689. [†] Me.

v'd, in diligendo eum ipsum, Mo. vel propterea quòd diligeret ipsum, P. sim Jon. Sy. Ar. Mar. propter amorem ejus quo amabat eum, Pi. Addidit dejerare, id est, aliis juramentis confirmare [f], ut Davidis animum omni metu liberaret [g]. Ad hæc juravit Jonathan Davidi, per dilectionem nempe quâ illum diligebat, Ti. [Alii aliter;] Similiter de integro adjuravit Jonathan Davidem pro amore suo erga eum, JT. Sic Ang. Belg. Pi. Similiter, &c. i. e. sicut ipse juraverat Davidi, sic ipse vicissim adjuravit Davidem [h]. Et adjecit Jonathan adjurare David per dilectionem suam quâ illum diligebat, M. ¶ Sicut enim animam suam, ità diligebat eum, כִּי אַהֲבַת נַפְשׁוֹ אֲהֵבוֹ] nam juxta amorem animæ suæ amabat ipsum, P. Sic Jon. Belg. Ang. Alii sic, amore sui ipsius amabat eum, Sy. JT. Pi. Heb. animæ suæ. Synecdoche membri [i]. Amavit ipsum pari ac seipsum amore, Ar.

f Me. g San. h P. sim. Belg. i Pi.

18. Et requireris, Ità Sy. וְנִפְקַדְתָּ] Et visitaberis, Mo. Jon Pi. id est, memoraberis, Mar. P. V. desideraberis, M. Ti. JT. כִּי יִפָּקֵד מוֹשָׁבֶךָ] quia visitabitur sessio tua, Jon. Mo. Mar. Ma. Pi. id est, visitando deprehendetur vacare. Meton. efficientis [k]. Quia vacua erit domus (i. e. locus) ambitûs tui, Jon. quia (vel quum, JT) vacabit sedes tua, Sy. JT. P. Visitari hîc sign. deficere, ut Num. 31.49 [l]. An Saul cum convivis suis accubuerit, an sederit-ve, incertum est; hoc tantùm noto, ante ingressum in Ægyptum Hebræi solebant assidere, Gen. 43. postea discumbebant. Vide Exod. 12. Cant. 1. Ezech. 23. Amos 6 [m].

k Pi. l Mar. M. m San.

19. Usque perendie. Descendes ergo festinus, וְשִׁלַּשְׁתָּ תֵּרֵד מְאֹד] Ad verb. Et tertiabis, & descendes valde, V. Mo. Tribus igitur diebus delitesces, & descendes valde, P. Sic V. i. e. abdes te in loco humili atque demisso valde [n], nè videri possis [o]. Quùmque ad triduum abfueris (Heb. tertiaveris. Synecdoche generis. Confer suprà v. 5 [p].) descendito diligenter, JT. Pi. nempe Bethlehemo. Confer suprà v. 6 [q]. Et cùm per tres dies commoratus fueris, tunc celeriter descendes, Ang. sim. Belg. Tertio autem die descendes continuò, Ti. vel citò, Strig. Per triduum igitur descendes, &c. M. Descendes autem ad summum ter. Meminisse convenit, quòd paulò antè dictum est cras, aut perendie. Est igitur hæc sententia, si potero, cras ad eum locum adero. Sed si cras scire non potuero quomodo sit pater meus animatus, operam dabo, ut id saltem perendie sciam. Descendes ergo cras. Quòd si non veniam cras, putato me nondum potuisse scire; itaque descendito etiam perendino, aut etiam tertio abhinc die, si fortè perendie non venero; ut quocunque horum trium dierum ego venero, tu adsis. Pro descendes ter, in Heb. est tertiabis descendere: Sic alibi, rectabis facere, pro rectè facies; & Jer. 49. Profundate manere, pro profundè manete: h. e. abstrudite vos penitùs. Gallicè Triumphat facere, pro Triumpho digna facit. Sic Horat.

Cujus octavum trepidavit ætas
Claudere lustrum.

h. e. trepidè clausit [r]. Et tertiabis, & speculaberis, & venies, ó. Alii sic, Et horâ tertiâ instanter postulaberis, venies autem; &c. Sy. Cùm ergo elapsâ horâ tertiâ appositum fuerit prandium, túque requisitus, veni, &c. Ar. ¶ In die quâ operari licet, בְּיוֹם הַמַּעֲשֶׂה] In die operaria, ó. In die profesto, Jon. Ti. die laboribus destinato, Strig. nè scilicet tum iter facientibus videaris; die enim Calendarum, cùm non liceat, sicut nec Sabbatho, longiùs ab urbe progredi, minùs erunt necessariæ latebræ [s]. Vel aliter; quia illo die liceat tantum itineris ambulando conficere, quantum Sabbati, vel alterius festi solennitas non permitteret [t]. Unde duo colligo, meo judicio necessariò; 1. In Neomeniis non potuisse servile opus exerceri, contrà quàm To. & La. & Ribera existimant. Hoc enim cum aliis solennibus religio concedat, non negandum est diei noviluniorum, qui celeberrimus erat Psal. 84. Obj. At Neomeniæ non numerantur inter festa, Levit. 23. Resp. Ibi de annuis tantùm festis agitur. Unde nec Sabbatha post illa verba, Lev. 23. 4 Hæ sunt feriæ, &c. numerantur [v]. 2. Hinc colligo lapidem hunc longiùs ab urbe abfuisse, quàm bis mille cubitis, quod Sabbathi erat iter [x]. [At alii locum longè aliter vertunt;] Et venies ad locum in quo delitueras in die operis, Mo P. V. i. e. die negotii, V. Ang. in die illius facti, B. vel transactionis, Belg. quando opus fiebat, M. quo die gestum est illud negotium, JT. scilicet, liberationis tuæ à manu patris me intercedente [y].

n V. o M. p Pi. q Pi. r Ca. s Me. t T. ex San. v San. x T. ex San. y Jun. sim. Belg.

Quando negotium tuum egi apud patrem, & ille mihi pollicitus est jurejurando adhibito, quòd non interficeret te [z]. Quo die negotium hoc fiet, Ca. ¶ Et sedebis juxta lapidem, cui nomen est Ezel, וְיָשַׁבְתָּ אֵצֶל הָאֶבֶן הָאָזֶל] Et manebis, vel sedebis ponè lapidem Azel, Ti. M. Ca. Strig. apud lapidem viatorium, P. Mo. vel viæ, i. e. indicem viæ, sive itineris: Lapidem Mercurialem intelligit [a]. Ad verb. Lapidem itionis; qui iter facientibus viam ostendit [b]. Sed talis locus minimè aptus esset ad Davidis latebras, cùm tales lapides in biviis aut triviis statuantur [c]. Alii sic dictum volunt, quòd Jonathan & David eò ire solerent, si quid arcani inter se tractare vellent [d]; vel quia eò frequenter ire & convenire plures solebant animi causâ †. Juxta speculam hanc lapideam, JT. Heb. lapidem aditionis, Jun. Sed fortè legendum abitionis. אזל est abire, supra 9 15. In specula oculi quasi abeunt ad speculandum advenientes [f], prope lapidem illum, Sy. sim. Ar.

z V. ex M. a V. b Pi. c Mo. d Pi. † Ma. f Pi.

20. Tres sagittas, (Heb. triadem sagittarum, Pi.) mittam juxta eum, צִדָּה אוֹרֶה] ad latus jaciam, Mo. ad latus ejus, P. V. JT. id est, lapidis, M. V. Mar. ה hoc loco non habet punctum in ventre, quod signum est pronominis fœminini, tametsi id significet [g]. ¶ Quasi exercens me ad scopum, לְשַׁלַּח לִי לְמַטָּרָה] mittendo mihi (mittendo illas, P.) ad scopum, Mo. Ti. Sic JT. Pi. M. sim Jon. Sy. Ar. Aq. & Sym. in D. vel signum, G. Ità sumitur Job 16. 12. Lament. 3. 12 [h]. מַטָּרָה dicitur à נָטַר φυλάττω, unde nil mirum si φυλακὴν reddit eam vocem interpres contentiosus, qui verborum etymologias exprimere solet [i]. Redundat mihi [k]. At LXX εἰς τὴν Ἀμματταρεὶ, quasi proprium esset loci nomen [l]. Sed puto legendum εἰς τὸ Ματταρὰ, vel certè λαμματαρά: Glossæ veteres, Lammatara, signum, vel conditio, (lege condictum.) Sym. Ad ordinatum, vel condictum scopum [m]. Porrò, hoc signum constituit, quia nesciebat si solus venire posset ad loquendum cum David; vel, si veniret secretò, aliquis supervenire poterat [n]. Dedit autem magis signum sagittarum, quàm lapidis, vel lanceæ, &c. ad vitandam suspicionem; quia Jonathas ad artem sagittariam nimis se assuescebat, eâque excelluit; ideóque & puerum secum assumpsit, quia ità semper consuetus erat facere [o].

g V. h G. i D. k V. Pi. l G. m D. n L. sim. To. San. o To.

22. Ecce sagittæ intra te sunt, הִנֵּה הַחִצִּים מִמְּךָ וָהֵנָּה קָחֶנּוּ וָבֹאָה] Ad verb. Ecce sagittæ à te & infrà, (à te, & hîc, ó.) cape eam, & veni, Mo. ó. sunt citra te, Sy. Mar. Ca. retrò te, Of. à tergo tuo, Ar. præter te citeriùs, JT. ante te, M. jacent post te, Strig. jacent huc versùs, Ti. Ad verb. & huc, sub. veniendo, V. ¶ Accipe eas, & (vel eum, Pi.) veni] Sy. Ar. Sic Strig. Of. vel accipe unamquamque earum: Heb. accipe eum, genere masculino: quia חֵץ sagitta, ad quod pronomen istud refertur, masculeum est. Et Sing. pro Plur [p]. Alii vertunt, accipe, vel assume illum, (sub. puerum, Tig. not.) & veni, Ti. Permisit Jonathas ut longiùs abiret puer antequam sagittam mitteret, & tunc sagittam misit, quæ ad ipsum non perveniret puerum [q]. ¶ Pax tibi est, & nihil est mali, וְאֵין דָּבָר] Et non verbum, Mo. nec est quicquam, sub. mali, vel periculi, Jon. Sy. Ar. M. JT. Pi. Mar. Of. Synecdoche generis [r]. Nihil est negotii, Ti. id est, nihil impedit, quò minùs venias. Elegans Hebraismus; nulla est res quæ tibi nocere, aut impedimento esse possit [s]. ¶ Sagittæ ultra te sunt, מִמְּךָ וָהָלְאָה] A te & ultrà, P. Mo. sub. sunt, P. à te & illuc, Jon ante te, Ar. Strig. ultra te, Belg. Ang. Sy. ante te & ultrà, M. à te, & ultra promissæ jacent, Ti. sunt præter te ulteriùs, JT. ultra ipsum, Ca. ¶ Dimisit te Dominus, i. e. jubet te discedere [t].

p Pi. q Me. r Pi. s Ma. t V. sim. Jun. Pi.

23. Sit Dominus inter me & te] Heb. Ecce Dominus inter me & te, Mo. subaudiunt testis, ó. P. JT. G. &, si quis fallat, vindex; quod omni jurijurando tacitè inest, ut diximus de JB. & P. 2. 13. 10 [v]. Sit judex noster, &c [x].

v G. x M.

24. Absconditus est, &c.] Ad constitutum diem, suprà 5. intra quod tempus contigerunt quæ describuntur undecim versibus sequentibus [y]. Quærit To. unde habuit cibum David in his diebus, quibus latuit; & respondet, Davidem secum aliquid de urbe tulisse [z]. [At juxta nonnullas versiones, non ibi mansit per tres dies; sed eò ter vel sæpiùs venit intra triduum. Vide ad v. 19.] ¶ Et sedit Rex ad comedendum panem, עַל הַלֶּחֶם לֶאֱכוֹל]

y Jun. Pi. z To. sim. Me.

[Marsoretæ

[*Masoretæ legendum volunt* אֶל, quod & puncta suadent. Fortasse tamen עַל esset, quam particulam in textu habent & Jon. & Sy.] Vertunt, *Sedit juxta (super, Jon.) panem ad vescendum*, Mo. Jon. *ad cibum ut comederet*, JT. sim. Sy. *accubuit mensæ ad vescendum*, P. sim. Strig. M. Ti.

25. *Cúmque sedisset Rex super cathedram suam, &c.* אֶל־מוֹשַׁב הַקִּיר] *ad sedem parietis*, Mo. vel *juxta parietem*, P. sim. omnes. מוֹשָׁב *lectum* reddit Jon. in V. Consuetudo fuit comedere in lectis; cubabant enim antiqui vescentes [a]. At videtur Saul sedisse; quare mos discumbendi posterior erat [b]. ¶ *Surrexit* (vel *assurrexit*, P. Ti. V. Jun.) *Jonathas, & sedit Abner*] Ità M. Mo. *assurrexit*, sub. *venienti Abner*, V. ut illi locum daret [c]. Abner enim patruelis erat Sauli, & primus copiarum dux [d]. Fortasse tardus venit Abner, capitaneus militiæ Saulis; ei honoris ergò locum cessit Jonathas, cujus humilitas & modestia nobis imitanda est [†]. [Alii aliter vertunt;] וַיָּקָם יְהוֹנָתָן וַיֵּשֶׁב אַבְנֵר] *Surgens Jonathan accubuit cum Abnero*, Sy. [Subintelligit אֶת vel עִם ante אַבְנֵר] *Et prævenit ipsum Jonathan* (ut intelligatur post Saul secutum esse Jonatham [f]) *& sedit Abner*, 6. *Et stetit Jonathan, & sedit Abner*, Jon. *tum discubuit post istum Jonathan à dextra Regis, & Abner discubuit à sinistra Saulis*, Ar. Videtur mensa fuisse longior, in cujus capite versùs parietem sederet Rex solus; inde ad ejus dextram Jonathas, & deinceps cæteri ejus fratres & sorores. Ad sinistram primo loco Abner, tum David, & deinde reliqui principes ordine suo [g]. [Alii hunc versum sic reddunt; —— *& sessuro Rege in sede sua* —— *assurgebat Jonathan*, &c. JT. qui scilicet patris vices gesserat, eo absente. jam autem reverso cederet [h].

26. *Cogitabat enim, quòd fortè evenisset ei, ut non esset mundus ac purificatus*, מִקְרֶה הוּא בִּלְתִּי טָהוֹר הוּא כִּי־לֹא טָהוֹר] *Accidens ipsum, quia non purus ipse, quia non mundus*, Mo. *accidit ei aliquid, ut sit impurus & non mundus*, M. *accidit ei aliquid, ità ut non sit mundus; imò certè non est mundus*, Belg. *Non est mundus, sanè non est mundus*, Ang. Repetitio, vel ad Davidis contumeliam spectat [i]; vel (ut noster indicat) priùs ad immunditiam refertur, posterius ad purificationem non susceptam [k]. *Casus est, non est mundus: quia non est mundus*, non venerit, &c. JT. nempe ad epulum, &c. Jun. *Casus*, aliquis ex iis casibus, quibus homines sordidantur. Vide Levit. 11, &c [l]. Vox קְרִי ad eam speciem pertinet, de qua egimus Levit. 15.16. *Nec purificatus*, quod fiebat lotione & adventu vesperæ [m]. Alii sic; *Accidens est absque eò quòd*, vel *præterquàm quòd est mundus*, vel *quia non est mundus*, P. (vel, aut *cogitabat eum impurum esse*, V.) i. e. Accidit Davidem non venisse propter occupationem: est quidem purus, sed accidit eum esse occupatum, ac impeditum negotiis. Aut certè impurus est, pollutione scilicet nocturnâ [n]. *Accidit ei aliquid aliud quàm ut fit immundus; aut fortasse non est mundus, atque ideo non venit*, K. in M. Porrò, facilè Hebræi legalem aliquam immunditiem contrahebant [o]. Epulum Eucharisticum in novilunio celebrabatur, Num. 10. 10. ex quo immundis comedere nefas erat [p]. Ex hoc loco patet convivium hoc Saulis fuisse de sacrificiis pacificis, quæ fortè singulis Calendis, pro felici totius mensis decursu Deo offerre consueverat [q]. Illo die fiebant oblationes luculentæ & plurimæ, ut patet ex Num. 28. 11 [r].

27. *Dies secunda post Calendas*] In novilunio dies secundus verbo Dei non jubetur esse festus. Cur ergo Sauli festus fuit? Resp. 1. ut Religiosior videretur. 2. Ut si quid ex pacificis superesset, postero die comederetur, juxta Levit 7. Davidem autem tunc adfuturum putabat. Nam si quis immundus esset tempore Paschæ, secundo mense Paschæ comedebat. Id isti transtulerunt ad alios festos dies [s]. הַשֵּׁנִי *secundo*, sub. *die*, sequente Calendas scilicet, idem bis dicit [t]. ¶ *Filius Isai*] Ità illum vocat contemptim, & cum stomacho. Sic *Nabal* cap. 25. 10 [v]. Ità nec Jonatham nominat, sed eum vocat *filium mulieris*, &c. Illorum quos odimus, nomen audire recusamus, sicut etiam cernere imaginem [x].

28. *Rogavit me, &c.*] Mentitur Jonathan, sed officiosè, ad excusandum Davidem [y]. [Sed non opus est illi mendacium impingere, ut ex prædictis videri potest.] ¶ *Ut iret in Bethlehem*] [In Hebræo tantùm est, *usque ad Bethlehem*, sed omnes supplent, *ut iret*, vel *ut percurreret*, Sy. JT.]

[a] He. in V. [b] La. [c] Mar. [d] Belg. [†] Os. [f] Nobil. [g] Me. [h] Jun. Pi. Ma. [i] Mar. [k] Mar. Sic 6. Os. [l] Pi. ex Jun. [m] G. [n] V. [o] Me. [p] Jun. Pi. Ma. [q] T. ex To. & ex San. [r] San. [s] Mart. [t] V. [v] Me. [x] San. [y] La.

29. *Unus de fratribus meis accersivit me*] Heb. *Mandavit mihi frater meus*, Jon. P. Mo. vel 1. ex mandato patris [z]; vel 2. minores fratres parebant majoribus natu [a]. Mandavit per nuncium ad me [b]. ¶ *Vadam citò*, אִמָּלְטָה] *Elabar*, V. M. i. e. *salvabor*, scil. à ministerio Regis [c]. Reverà ut se periculo eriperet, sed loquitur ambiguè [d].

30. *Fili mulieris virum ultrò rapientis*] *Fili puellarum transfugientium*, 6. Pro נַעֲוַת legisse videntur נְעָרוֹת [†]; quasi in Hebræo ad verbum dicatur, *puellarum rebellionis*. Nam vox מַרְדּוּת sign. vel *dominationem*, à רָדָה; vel *rebellionem* à מָרַד. Puto vertendum, *fili meretricis*. Heb. *Fili mulieris incurvantis sese ad dominationem*. Periphrasis [f]. Noster legit מַרְדּוּת *mardoth*, i. e. *dominantium*; quæ scilicet viris suâ formâ & illecebrâ dominantur; vel legit מוֹרְדוֹת i. e. *descendentium ad viros, & ultrò se iis ingerentium* [g]. In Hebræo est בֶּן נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת וגו׳, *Fili perversæ (vel iniquæ*, M.) *rebellionis*, Mo. M. Ang. vel *perversæ rebellis*, Ang. *Tu contumax nebulo*, Strig. *Fili perversissimæ, contumacissime*, JT. *Fili*, sub. *mulieris*, vel *matris, inurbanæ*, Sy. sim. Ar. vel *rebellis*, Ti. vel *perversa rebellis*, Ang. *perversæ & rebellis*, V. *perversæ rebellione*, Mart. *reprobatæ ob rebellionem*, K. in M. Ut *hominis filium* vocant Hebræi hominem; ità Saulus *improbæ filium* vocat improbum, sed à matre, nè se ipse damnet [h]. *Fili mulieris pravæ ad summam usque contumaciam*. Solent filii parentibus esse similes. Saul, qui se accusare non vult, culpam duri ingenii in matrem rejicit [i]. q. d. Imitaris mores matris tuæ, quæ non parebat mihi [k]; quæ ob id quòd mihi rebellis fuit, reproba & perversa meritò est judicanda [l]; q. d. spurius es, nec in ulla re refers patrem; quem ego odi, tu diligis. Ut tu te adjunxisti ad hostem meum, ità mater adjunxit se ad alium virum [m]. Davidem magis amas quàm me, quasi ille vel aliquis cognatus ejus sit pater tuus, non ego [n]. ¶ *Et in confusionem ignominiosæ matris tuæ*] Heb. *in confusionem*, vel *pudorem nuditatis*, (id est, pudendorum: Pi.) *matris tuæ*. [Ità ferè omnes.] Nam dicent eam commisisse adulterium; q. d. Non videris filius meus, sed potiùs adulteræ, quòd non pareas mihi [o]. Dum tantopere amas Davidem suspectam reddis matrem tuam, quasi te concepisset ex patre illius [p]. Vel, quia hoc pacto illa filio Rege gloriari non poterit [q]. Suspicor Saulem, ut illa ferebat ætas, plures habuisse uxores; & plures item filios è diversis. Sanè à Respha concubina duos habuit filios, 2 Sam. 21. 8 [r].

31. *Filius mortis est*] Dignus est qui moriatur [s]. Sic *Filii gehennæ*, Mat. 23 [t]. *filii iræ*, Eph. 2. 3 [v]. Nullam tamen adfert causam, quamobrem debeat mori [x].

33. *Et arripuit Saul lanceam, &c.*] Saul, quoniam rationem reddere non potest facti sui, convertit se ad tyrannidem, &c. Relictus à Deo fit ἄστοργος, et secum pugnat. Vult enim filium regnare, & tamen eundem vult occidere [y]. Præstò semper hasta fuit Sauli ad manum. Fortè, Reges hastam pro sceptro tunc in manu gerebant. Justin. l. 43. de Romulo, *Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixere*. Euripides in Hecuba, de Polymnestore, *Regens populum hastâ* [†]. ¶ *Quòd definitum esset à patre suo, &c.* כִּי כָלָה הִיא מֵעִם אָבִיו לְהָמִית אֶת־דָּוִד] ad verb. *quia conclusio ipsa à cum patre interficere. Davidem*, Mo. *quòd decretum esset à patre*, &c. Sy. P. sim. Jon. Ti. Strig. *quia consummata est malitia hæc à patre suo interficiendi David*, 6.

34. *Quòd confudisset eum pater suus*, כִּי הִכְלִמוֹ אָבִיו] *Quia calumniaverat (pudefecisset*, Ti. *defamâsset*, M. sim. P.) *eum pater ejus*, Mo.

36. *Affer*, מְצָא] *Inveni*, P. V. i. e. Quære, & inventas affer sagittas [z]. ¶ *Jecit aliam sagittam trans puerum*, וְהוּא יָרָה הַחֵצִי לְהַעֲבִרוֹ] *Et ipse jaculatus est sagittam, transmittendo eum*, Jun. Pi. *jaculatus est ultra eum*, P. i. e. vel ultra scopum, M. V. vel ultra puerum, V. Ti. Ar. Nota quòd hîc חֵצִי scribitur pro חִצִּים [a].

37. *Venit ad locum jaculi*] vel *sagittæ*, [ità plerique.] Periphrasis scopi. *Usque ad scopum* [b].

38. *Festina, &c.*] Videbat enim tempus aptum esse, ut solus cum Davide loqueretur, eò quòd nullus esset in agro [†].

[z] Jun. Pi. [a] V. [b] Ma. [c] M. [d] Ma. [†] Pi. La. [f] Pi. [g] La. [h] Ca. [i] G. [k] V. ex M. [l] M. [m] Mart. [n] La. [o] V. [p] Pi. [q] Me. ex San. [r] San. [s] V. [t] L. [v] Pi. [x] Mart. [y] Mart. [†] Ma. [z] V. [a] M. [b] Jun. [†] L. sim.

41. *Surrexit David*, &c. וְדָוִד קָם מֵאֵצֶל הַנֶּגֶב] *Surrexit David de latere australi*, P. Sub. vel *lapidis*, V. M. Jun. Pi. Ità Jon. Sy. vel *agri*, Jun. Pi. Jonathan miserat sagittas ad latus septentrionale (vel alioversùm [f]) nè puer incurreret in Davidem [g]. ¶ *Fleverunt pariter, David autem ampliùs*, וַיִּבְכּוּ אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ עַד דָּוִד הִגְדִּיל] *Et fleverunt vir cum socio suo (alter cum altero*; P. *alter super alterum*, Sy.) *usque quò David multiplicavit*, Jon. *donec David excederet*, Ang. M. *in fletu*, M. [Sim. omnes] *donec David magnificâsset flere*. Cui sententiæ favet tum ipse verborum ordo, tum initium versûs sequentis [i]. [Unus Junius ab omnibus diversus abiit. & sic vertit,] *Fleveruntque alter cum altero, donec David idem erexisset*. Heb. *magnificâsset*, vel *sustulisset*, ut Psal. 41. 9. id est, consternatum animo confirmâsset, ut sequens versus ostendit, prout etiam postea fecit cap. 23. 17 [k]. Uberiùs lachrymavit David, quia jam distrahendus erat ab amico, ab uxore, à republica, & à Sacris populi Dei [l].

42. *Vade in pace: quæcunque juravimus*, &c. לֵךְ לְשָׁלוֹם אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְנוּ וגו׳] *Vade in pace*, vel *abi cum pace: quòd* (vel *quandoquidem*, Ang.) *juravimus*, &c. Mo. Pi. Ang. *Abi cum pace ejus quod juravimus*, JT. [Alii aliter;] Eclipsis hîc est, quæ mirè convenit dolentibus [m]. Vis enim doloris, intercluso spiritu, plura eloquendi facultatem ademit [n]. Sic Laodamia in Ovid. epist. 13.

Solvor ab amplexu, Protesilae, tuo.
Linguáque mandatis verba imperfecta reliquit;
Vix illud potui dicere triste, vale [o].

Similes Aposiopeses sive reticentiæ sunt frequentissimæ in Scripturis; ut *Si David mentiar; si introibunt in requiem*: His affine est Psal. 23. 5. *Calix meus inebrians*. Et Luc. 19. 42. *si cognovisses*, &c [p]. [Variè autem supplent] *Vade in pace*, & esto memor ejusce rei, *quam juravimus*, &c. P. Sic Mar. Alii, Et Dominus sit testis istius *quod juravimus*, Ang. Alii sic, *Et quæ nos juravimus*, &c. sub. *rata, firma sint*, M. Ti. sim. Ca. Strig. Belg.

[f] Ma. [g] V. Mar. [i] Pi. [k] Jun. [l] Mart. [m] V. [n] T. ex La. & San. [o] San. [p] San.

CAP. XXI.

1. VEnit *David in Nobe*] Vocatur *Nob*, sed hîc superadditur ה locale [q]. *Nobe* urbs duplex erat, una trans Jordanem, Num. 32. 42. Jud 8. 11. Altera cis Jordanem, *in confinio tribûs Juda & Benjamin* [r]. Erat hæc in tribu Benjaminis propè Hanathothas, ubi assignata erat habitatio & ager familiæ isti [sacerdotali] Nehem. 11. 32. 2 Reg. 26 [s]. Non procul abfuisse à Jerusalem, Isa. 10. 32. satis innuitur [t]. [De hac Benjamitica Nobe plerique accipiunt; alii autem de trans Jordanina [v].] Ibi erat tabernaculum ex quo Heli obiit; arca verò in Carjathjearim, 2 Par. 1 [x]. De cis Jordanina non agi videtur, quòd Gabaæ Saulis pervicina erat. David verò hîc v. 5. se illinc non eodem die, sed ab heri & nudiustertius egressum ait [y]. [Sed probatio non satis firma videtur; nam nec David rectà inde venit, nec omnia quæ hîc dicit David sunt veritati consentanea.] Porrò, Nobe fuisse urbem sacerdotum, quam ipsi incolerent, ex hoc loco & infrà 22. 19. patet [z]. At neutra Nobe in sacerdotalibus urbibus numeratur, Jos. 21. Resp. 1. Plures postea urbes quàm istæ 48 à sacerdotibus, vel levitis, vel possessas, vel habitatas fuisse, patet ex 1 Par. 6 [a]. 2. Civitas hæc cessit sacerdotibus occasione, ut videtur, Tabernaculi eò translati; cui inservire debebant sacerdotes [b]. Huc venit David, 1. quia rebus ad victum vitámque necessariis indigebat, quæ hîc habere potuit [c]. 2. Ut per sacerdotem Deum consuleret [d]. 3. Ut in loco sacro Deum ardentiùs oraret, ut fortunaret fugam suam [†]. ¶ *Ad Achimelech*] In Marc. 2. 26. est *Abiathar*. Vel ergò & pater & filius binomius erant [f]; vel *Abiathar* ibi nominatur, 1. quia cum patre tunc adfuit [g] 2. Quia patre absente vel ægrotante ejus vices obibat [h]. 3. Quia hîc propter sacerdotium patre interfecto statim adeptum diúque obtentum, notior erat parente suo. Ità Salian. Mar. & Sa [i]. [Plura de hac quæstione vide ad Marc. 2.] ¶ *Quare tu solus*, &c?] Sed gravis hîc est difficultas: Nam alii *cum eo erant*, teste Christo Matt. 12. Marc. 2 [k]. Et infrà quærit Ahimelech, *si mundi sunt*, &c [l]. Resp. 1. *Solus* dicitur comparativè ad illos, qui secum ire solebant. Sic dicimus, nulli sunt in foro, cùm pauci adsunt [m]. Solus erat, nempe cum duobus tantùm vel tribus [n]. Idem tenent Dionys. Hugo. Athanas. Abulensis. Sic *jejunum* dicunt, qui modico cibo jejunium solvit; & *nudum*, qui malè vestitus est. Non placet; nam David & solus latuit, & solus in terram Philistinorum venit. Nec servi venissent ab alimento vacui [o]. Resp. 2. David sine ullo comite venit ad Ahimelech, socios verò habuit in alio loco, quibus mox panes communicârit [p]. Advocati nempe sunt à Jonatha aliqui fideles servi Davidis, & ab eo edocti quò fugerat: Illi igitur studio assequendi, & comitandi domini sui nihil sibi alimenti paraverant. Ad illos igitur venit David oneratus panibus [q]. Dices; At David solus in terram Philistinorum venit. Resp. Non visum est Davidi satis tutum in hostili terra comitatum habere. Quare illos, unde egressi fuerant, redire jussit [r].

[q] M. [r] La. [s] Pi. ex Jun. [t] Ità San. Me. Jun. Pi. Ma. [v] Ità Ser. Mar. [x] Mar. [y] Ser. [z] Ma. [a] Ser. [b] La. [c] San. [d] Me. [†] Mart. [f] Q. in Ma. [g] Ma. [h] La. [i] T. [k] San. [l] L. [m] L. [n] Me. [o] San. [p] Me. ex Saliano. sim. Mart. San. [q] San. ex To. [r] San.

2. *Rex præcepit*, &c.] Mendacium hoc erat officiosum [s], ex infirmitate humana, ut occultaret suam fugam [t], quod ad perniciem vitandam cum Euripide & Diphilo licitum putavit. Condonandum aliquid illis temporibus, latente multùm vitâ æternâ [v]. ¶ *Pueris condixi in illum & illum locum*, וְאֶת־הַנְּעָרִים יוֹדַעְתִּי אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמוֹנִי] Ad verb. *Pueros autem scire feci* (*Pueris autem indicavi*, M. Ti. sive *condixi*, P.) *locum talem & talem*, V. M. P. Ti. i. e. quendam & certum, in quo scilicet eos reperiam. His nominibus utuntur Hebræi cùm nominibus propriis parcere volunt. Idem significant quod Græcis δεῖνα, i. e. *quendam, aliquem*, vel *talem*; q. d. *ad locum talem & talem, quem impræsentiarùm non nominabo*. Vide Ruth 4. 1 [x]. Ad locum nescio quem; vel, ad locum quem nôsse tuâ non interest [y]. Vel *ad locum cujusdam*, N. JT. *ad locum*, i. e. domum, aut urbem, *talis & talis*, sub. *hominis*, sive cujusdam hominis certi [z]. *Ad locum illum & illum*, M. *hunc & illum locum*, Strig. *ad locum obscuri ignoti*, Mo. *locum abditum & occultum* (sive *custoditum*, Jon.) Sy. sim Ar. פְּלוֹנִי idem est quod מְכוּסֶּה *opertum*, & אַלְמוֹנִי idem quod נִסְתָּר *absconditum* [a]. Verbum יוֹדַעְתִּי anomolum est pro הוֹדַעְתִּי [b]. Potest etiam esse ut יוֹדַעְתִּי sit de conjugatione Meruba [c]. אֶל item ponitur pro אֶת [d].

3. *Si quid habes ad manum*] Heb. *Quid est sub manu tua?* Quid habes ad manum & in promptu [†]? *quid penes te, vel in potestate tua* [f]? Lassus de via, non petit dapes, sed panem propriè dictum; nam de eo respondet sacerdos [g].

4. *Sed tantùm panem sanctum, si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus*, אִם נִשְׁמְרוּ הַנְּעָרִים אַךְ מֵאִשָּׁה] *Si modò pueri servaverint se maximè* (vel *utique*, JT. *præsertim*, Ti. *saltem*, M.) *à muliere*, P. sim. JT. Mo V. Pi. [6]. i. e. à concubitu cum muliere, nempe uxore. Synecd. generis [h]. *A mulieribus*, M. Ti. *ab immunditia mulieris*, Jon. A pollutione quæ contrahitur cum muliere; h. e. si non fuerint polluti [i]. Quærit hoc sacerdos ex analogia mandati, de quo Exod. 19. 15. & ex oraculo Dei, de quo infrà cap. 22. 10 [k]. In Sacris hoc exigi solebat. Vide Tibullum 1. 3. Propertium 2. 22. Ovidium Amorum 1. 8. & 3. 8 & 9. Metamorph. 10. Vide quæ dicta ad Exod. 19. 15 [l]. Volebat Dominus in V. T. ut manducaturi de cibis sacris ad tempus abstinerent à conjugali consuetudine; non ut significaret matrimonium esse impurum vitæ genus; sed ut moneret conceptionem & nativitatem nostram esse peccato originali infectam & & pollutam [m]. Jussit quidem Deus populum biduò abstinere ab uxoribus, Exod. 19. Non tamen ideo peccatum erat, aut immunditia legalis in concubitu. Jussit enim Deus Levit. 10. ut sacerdotes, &c. à vino abstinerent; nec tamen peccatum est aut legalis immunditia vinum bibere. Hic sacerdos nimis videtur fuisse scrupulosus. Quid enim si David fuisset immundus? Ideóne voluit eum fame mori [n]? Porrò, hic locus ità sonare videtur, quasi David ejúsque pueri, si mundi essent, licitè possent comedere panem propositionis etiam extra casum necessitatis. Sed non ità est. Nam secundùm legem solis sacerdotibus id licebat; ut habetur Levit. 24. 9. Num. 28. Mat 12. 4. Interrogat itaque sacerdos an mundi essent? Non, quin & immundi comedere potuissent, in extrema necessitate; sed ut significaret hominem in necessitate constitutum teneri

[s] L. F. Ma. Jun. Pi. [t] Pi. [v] G. [x] V. [y] San. [z] V. [a] M. [b] Buxtorf. in Lexic. Sic M. [c] M. [d] Buxt. [†] V. [f] Q. in Ma. [g] Mart. [h] Pi. [i] V. [k] Ma. ex Jun. [l] G. [m] Osiand. [n] Mart.

neri legem, licèt non plenè, tamen quantum potest observare [o]. Modestè quærit Pontifex de munditia Davidis, quamvis illius nomen non exprimat [p]; quod ostendit Davidis responsum [q]. Et licèt aliæ immunditiæ majores essent, de hac tamen quærit, quòd magis esset communis [r]. [Sy. & Ar. locum aliter vertunt, *dummodo servaverint se pueri ab oblationis esum impedientibus*, Sy. sim. Ar. legisse videntur מֵאִשָּׁה, *à sacrificio ignito*, vel in genere *à sacrificio, seu oblatione*; quomodo Sy. & Ar. sæpe vertunt τὸ אִשֶּׁה, & מֵאִשָּׁה acceptisse pro, *ab impedientibus oblationē*, Sicut alibi, *fructus* ponitur pro, *defectu fructuum*, Lam. 4. 9. & *pinguedo* ponitur pro *defectu pinguedinis*, Psal. 109. 24.]

o E. p Me. q Ma. r Me.

5. *Si de mulieribus agitur: continuimus nos ab heri & nudiustertiùs, quando egrediebamur*, כִּי אִם אִשָּׁה עֲצֻרָה לָנוּ כִּתְמוֹל שִׁלְשֹׁם בְּצֵאתִי] *Quinimò mulier prohibita (clausa*, Pi. *intercepta*, JT.*) est nobis sicut heri* (sub. & P.) *nudiustertiùs, in exeundo me*, Mo. P. *Mulieres quidem reclusæ fuerunt, tam heri, quàm nudiustertiùs, quum exirem*, M. Ti. Mulier remota fuit, procul fuit à nobis, nè esset nobiscum [s], jam per triduum. Tantum temporis requirebatur ad legalem sanctificationem; Vide Exod. 19. 15 [t]. [Sy. & Ar. hîc etiam variant, *Oblatio licita est nobis ab heri & nudiustertiùs quando egressus sum*, Sy. Ar. אִשָּׁה sumunt, ut versu 4. & τὸ עֲצֻרָה quod alii sumunt in sensu *prohibendi*, vel *cohibendi*; hi accipiunt in sensu contrario, viz. *potestatem habendi*; De quo usu verbi vide quæ suprà c. 9. 17. & 2 Chron. 14. 11. & consule Lexicographos. Porrò illud בְּצֵאתִי ὁ. conjungunt cum sequentibus, *in exeundo me omnes pueri fuerunt purificati*.] ¶ *Et fuerunt vasa puerorum sancta*] Ità M. Ti. sim Mo Ar. Jon. Per vasa intellige, Vel, 1. Corpora [v]. Sic accipitur 2 Cor. 4. 7. & 1 Thes. 4. 4 [x]. Sed hujus significationis exempla in veteri testamento desidero [y]. Vel, 2. Vestes sive indumenta [z]. Vestes puerorum sanctificatæ & purificatæ sunt; i. e. purificavimus nos more eorum qui volunt se itineri committere [a]. *Instrumenta*, JT. id est, quibuscunque ad iter hoc conficiendum instructi sunt. Hæc expositio simplex videtur & genuina [b]. ὁ. hîc habent, *omnes pueri sunt purificati*. ¶ *Porrò via hæc polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vase*, וְהוּא דֶּרֶךְ חֹל וְאַף כִּי הַיּוֹם יִקְדַּשׁ בַּכֶּלִי] Ad verb. *Et ipsa (Et ipse*, Ma.*) via profanationis, & etiam quia hodie sanctificabitur in vase*, Mo. Ma [Locum hunc variè vertunt, & exponunt;] Vox *viæ* multa sign. modò *vitæ rationem*; aut *in re gerenda modum*, modò *consuetudinem & opera*; modò idem quod *res*. Quare *via* hîc appellari potest, aut panis, aut modus petendi, quo David est usus; aut interrogandi, quem Sacerdos adhibuit; aut Davidis institutum militare, aut certè negotium, quod tum suscepit. Hinc multiplex explicatio [c]; *Et hæc via profana, quoniam sanctificabitur hodie per vasa mea*, ὁ. *Si prophana via hæc, hodie sanctificabitur*, Theodor. in Nobil. *Et hic publicus mos est; quantò verò magis hodie sanctificatur* panis *in vase*, Ti. *Quòd si hæc via non est sancta, tamen hodie sanctificabitur in vase*. *Vas* pro *corpore* accipit, & *sanctificare* pro usu concesso, ut Tit. 1. *Sanctificatur cibus per verbum*, &c [d]. *Quòd si profectio ipsa profana fuit, at hodie quidem lustrabitur in corporibus*. Id est, si fortè famuli mei, cùm profecti sunt, fuerunt cum uxoribus; at hodie quidem puri erunt, quoniam hic dies tertius est; quod temporis spatium lustrandis corporibus est destinatum †. *Cum tamen via sit profana*; i. e, cùm hanc peregrinationem negotii profani *causâ* instituerimus, tamen sanctificavimus nos; (curavimus ut vestes nostræ purificarentur; V. in Tig. not.) *quantò magis hodie sanctificabitur* via nostra *in vasis ipsis* [f]. Tanquam הוּא esset fœm. referunt ad דֶּרֶךְ quod est fœm [g]. [At דֶּרֶךְ potiùs est communis generis.] *Tametsi via hæc sit vulgaris, seu non sacra*; (i. e. negotium politicum sit, non religiosum) *nihilominùs hodie sanctificabitur per vasa*; i. e. non peccabimus edendo sacros panes, quia corpora nostra munda sunt, non polluta [r]. *Fueruntque vasa puerorum sancta, etiamsi via profana fuerit; & quantò magis hodie erit in vasis sanctitas?* Hunc habent sensum; Licèt prophanum arripuerimus iter, non quidem cogitantes, quòd opus haberemus panibus sanctis; nihil tamen accidit immundum in itinere quod nos coercere posset ab esu sanctorum panum: & quanto magis hodie, cùm eguerimus rebus sanctis, abstinuisse nos putas à qualibet immunditia quæ corpora & indumenta nostra polluere potuisset! Alii pro *via profana* legunt *viam pollutam*; alii *morem publicum* [s]. Alii sic; *via hæc polluta est*. q. d. in via, qua venimus, immunditias contraximus legales [t]. Vel sic; *Via* hic est institutum militare, quod profitebatur David; vel negotium quod à Saule sibi mandatum simulaverat; Fatetur ergo hanc viam satis esse pollutam; i. e. pollutioni obnoxiam [v]. Vel sic; *via hæc*, id est, mos hic Laicus, immundus & pollutus est; quòd scilicet Laici vescantur panibus propositionis [x]; *Sed sanctificabitur in vasis nostris*, i. e. in corporibus; q. d. panis hic sanctus non polluetur, sed sanctè & mundè recipietur à nobis in gravi hac famis necessitate [y]. Porrò *sanctificari* dicitur panis, quia non polluitur; juxta regulam Hebræorum, apud quos, illud dicitur aliquis accipere, quod non amittit. Sic ille *vivificatus* dicitur, qui ab hoste non est interfectus; ut 1 Sam. 27. *Virum & mulierem non vivificabat David*: i. e. omnes occidebat. 2 Sam. 8. *Mensus est duos funiculos,——unum ad vivificandum* [z]. [Alii hîc supplent vocem *panis* & sic vertunt;] *Quinetiam* panis *ille* est *instar communis* panis, vel *habet rationem communis* panis, Pi. *quodammodò communis*, Belg. Ang. *ratione* [explicatiùs dixisset, *ratione quadam*, vel *modo quodam*,] *communis*, JT. *more*, (seu *viâ*, Jun.) *prophani*, P. penes Sacerdotes, JT. i. e. æquè ac alio pane Sacerdotes eo vesci possunt. Vide Levit. 24. 8, 9 [a]. quum antea à nemine comedi possent, quamdiu in mensa coram Domino fuerint [b]. *Quanto magis sanctificabitur in vase?* P. *Præsertim cùm* (vel, *idque eò magis*, quòd Pi. Belg.) *hodie sanctificabitur* alius *in vase*, JT. Pi. Belg. Ang. in margine. Quasi diceret David, Non opus est, ut adeò sis scrupulosus in dando nobis hósce panes; quia licèt sancti sint, quamdiu sint in mensa coram Domino; attamen cùm jam oporteat, mutentur, & recentes eorum loco ponantur, vel jamjam positi sint; sanctitas eorum talis non est, qualis antea fuit; quodammodo namque communes erunt; quia Sacerdotes eorúmque familiæ eos comedunt, quum antea à nemine comedi possent: Itáque secundùm charitatis legem, quæ ceremoniis omnibus major ac superior est, alii etiam urgente necessitate de iis comedere possunt [c]. Leges rituales facilè ab aliqua necessitate aut utilitate magna vinci se patiuntur. Vide quæ dicta ad Matt. 12. 4 [d]. ——*Communis est, imò quamvis hodie sanctificaretur in vase*, Ang. Quidam sic convertunt, *sed &* panis amotus à mensa Domini est *more panis profani* quo vesci licitum est; *& etiam quamvis hodie sanctificatus esset in vase* quod est super mensam; vesci tamen eo licitum esset, cùm alium non habeas, & ego sim in necessitate constitutus †. Erant verò in ædibus Laici panes; sed nè vel proderetur, vel tardaretur, eos quæri nolebat David [f]. Al sic; *Quantò magis hodie*, &c i. e. Quantò magis servabitur in puritate ac sanctimonia sua panis ille in vase ipso in quo reponetur? q. d. Majore diligentiâ servabimus in puritate sua vasa nostra [g].

s V. t Pi. v San. La. ex To Me. L. Os. Mar. Ca. x Me. y Pi. z M. V. a V. b Pi. c San. d Strig. † Ca. f Q. in V. g V. r Os. s Ma. t Me. v San. x La. ex La. y La. ex L. & To. Me. San. z San. a Jun. b Belg. c Belg. d G. † Q. in V. f Ser. g V.

6. *Dedit ei sanctificatum panem*, &c.] Hoc in fame licitum erat. Sic in Samariæ fame caput asini comedebant, 2 Reg. 6. 25. Et Maimon. tractat. *de Regibus*, 8. 1. Expediti ad militiam, cùm in fines Ethnicorum irruperint, &c. licèt discerpta, atque porcum, &c. comedere, si esuriant, nec alia ad esum apta reperiant [h]. Hinc patet non exspectandam fuisse summam necessitatem, ut his panibus vesci possent. Præter panes probabile est dedisse ei & alia cibaria [i]. ¶ *Neque ibi erat panis, nisi*, &c.] Qu. Nullíne erant in domo Pontificis panes communes? Resp. 1. Fortè nulli; Panes enim recentes jam posuerat; adeóque veteres sustulerat ad victum suum; neque alios coxerat, eò quòd illi sufficerent [k]. 2. Alii non erant panes in tabernaculo. Ibi enim, non in domo fuit David, qui & festinationem simulabat [l]. ¶ *Qui sublati fuerant*, הַמּוּסָרִים] *Qui remoti erant*, ὁ. M. P. Ti. ¶ *Ut ponerentur panes calidi*, לָשׂוּם לֶחֶם חֹם בְּיוֹם הִלָּקְחוֹ] *Ut ponerentur panes calidi eo die quo illi auferebantur* M. P. sim. ferè omnes. Hoc singulis fiebat Sabbathis, Levit, 24. 8 [m]. Qu. Quomodo *calidi* erant, cùm Sabbatho operari prohibitum fuerit? Resp. In fornace calida servati erant in hanc horam [n].

h BA. 1. 2. 13. 190. i Me. k To. in La. l La. m Me. sim. M. n M. ex He. sim. Mart.

7. *Intus* (At legendum, *Tentus*, Ser.) *in Tabernaculo*, נֶעְצָר לִפְנֵי יְהוָה] *Detentus* (*qui demorabatur*. P. *continebat sese*, V. M. *clauserat se*, Ar.) *coram Domino*,

Sy. M. Ti. JT. ό. Pi. Hoc dicitur, vel, quòd ab aliquo dæmone, vel morbo vexaretur. Vox enim Hebræa valet coarctationem ac pressuram tentationis & minarum [o]: vel, ut offerret sacrificia, & audiret legem Dei [p], orationis causâ [q]; ut religioni vacaret [r]; ut adoraret [s]; vel, religione sabbathi [t]. Vel, ut solveret votum suum [v], quo se obligaverat ad orandum ad tempus aliquod in loco sancto [x]. Hoc est ingenium hypocritarum. Volunt assidui esse in Templis & videri sancti [y]. ¶ *Doeg Idumæus*] Idumæus erat vel 1. Habitatione, non genere; qui scil. habitaverat, vel habitabat etiam adhuc, in Idumea [z]. Sic Urias dictus est *Hethæus*, & Obed-Edom *Gethæus*; à regionibus ubi peregrinati fuerint [a]. Vel, 2. Gente *Idumæus*, religione *Hebræus* proselytus [b]. Vel, 3. *Adomæus*, ex Adomo oppido, Jos. 3. 16. Sed prius præfero [c]. ¶ *Potentissimus pastorum*, Ità P. Mo. Sy. [אַבִּיר הָרֹעִים] *Princeps (magister*, Jon. *maximus*, Ar. V. *præfectus præpotens*, Ti.) *pastorum*, V. Qui universæ rei pecuariæ Saulis præfectus erat [d].

8. *Arma mea non tuli mecum*] Arma illi deerant, vel quòd ab uxore per fenestram dimissus cum armis commodè exilire non poterat [†]; vel quia descenderat David in agrum ad latendum; at si arma secum portâsset, locum dedisset suspicioni [f]. ¶ *Sermo enim regis urgebat*, Ità P. Sy. Ar. JT. [הָיָה נָחוּץ] *Fuit festinatum*, Mo. Ti. sim. ό. Jon. vel *acceleratum*, V. Ma. *properandum fuerat*, M. Urgebat me quantociùs abire [g]. Negotium vel mandatum regis urgebat [h]. נָחוּץ Alibi non legitur. Ex agnatis verbis exponunt, ut dictum; Alii accipiunt pro לָחוּץ *arctatum, oppressum*; seu *arctans, opprimens* [i].

9. *Ecce hîc gladius Goliath*] Cap. 17. arma Goliathi posuit David in tabernaculo suo. Post, ut credibile est, religione motus suspendit in tabernaculo [k]. ¶ *Post Ephod*, [Sim. ferè omnes.] id est, post eum locum in in quo reponitur Ephod; h. e. vestes Sacerdotales [l]. [אַחֲרֵי הָאֵפוֹד] Q. aliter reddunt; *postquàm quæsivit illi in Ephod*, Jon. *postquàm* applicuisset *amiculum*, JT. id est, postquàm de his postulatis Davidis indutus amiculo Deum consuluisset [m]. Ità accipiendum docet historia seq. capitis v. 10, 13, 15. Similem loquutionem vide Deut. 24. 20, 21. *Non racemabis post te*; i. e. postquàm excusseris, vel vindemiaveris [n]; item Gen. 24. 67 [o]. *Synchysis* est, sive *verborum trajectio*, & quasi *commixtio*, in vocibus conjunctis. Alii ἐμπλοκὴν, sive μετάθεσιν, sive ὑστέρωσιν vocant. Sic Cant. 1. 5. *Nigra sum, sed formosa, —sicut tabernacula Cedar*; ubi illa, *sicut tabernacula Cedar* non possunt connecti cum *formosa*, erant enim ipsa deformia, utpote æstu adusta, nigra, fœda, sed cum *nigra*. Similia vide Gen. 13. 10. Exod. 12. 15. Deut. 32. 5 [p]. Ità hoc loco, τὸ, אַחֲרֵי אֵפוֹד jungunt, JT. cum initio versûs, in hunc modum, *Cui dixit Sacerdos, postquàm* applicuisset *amiculum, gladius Goliathi*, &c. Confirmatur ex cap. 22. 10. ubi Doeg dicit, *Et consuluit pro eo Jehovam* [q]. ¶ *Da mihi eum*] Erat gladius ille Deo donatus; sed urgente necessitate inde auferri poterat, non minùs, quàm panes absumi [r]. Seneca in Controversiis, *Pro republica plerùmque templa nudantur*. Vide & alia allata de J. B. & P. 3. 5. 2. & in annotatis. Adde §. Sacra res. Institut. de rerum divis. & quæ nobis dicta eodem illo libro c. 20. §. 23. Iolaus in Heraclidis Euripidis arma de templo sumit, Ἐς' ἐν δόμοισιν ἔνδον, &c [s]. Sic Reges Judæorum coacti sunt pacem à Regibus Syriæ, &c. datis illis vasis Templi, redimere; nec ideo à Prophetis reprehensi sunt. Porrò habiturus erat David hunc gladium pro sacramento quodammodo: quo in mentem revocaret beneficium Dei, & spem suam confirmaret. Tamen propter istum gladium, & Sacerdotes interibant, & David, si quis Palæstinus ipsum agnovisset, se in gravissimum periculum conjecisset. Ità sancti quoque viri interdum falli possunt, & sibi aliisque malè consulere [t]. Ex hoc loco duo observo, 1. Davidem fuisse robusto, ac procero corpore, addo & ætate provectiori quàm multi putant, cui hic gladius inhabilis non erat. 2. Quæ Deo dicantur majori nobis usui esse quàm quæ nobis retinemus. Plus Davidi attulit hic gladius quàm arma alia, quæ domi habere potuit [v].

10. *Venit ad Achis regem Geth*] Consilium hoc temeritatis & audaciæ plenum; ire ad Philistæos, quos tot cladibus & contumeliis affecerat: ac imprimis ad Getthæos, quorum columen interfecerat, & quidem cum gladio Goliath, qui omnibus notus erat [x]. Sed Davidem ab imprudentiæ suspicione defendit necessitas. 1. Scivit sibi mortem à Saule certissimam fore: Sed neque in alia regna vicina tutò fugere potuit; quia illa tunc pacem habebant cum Israelitis, idcóque ipsum Sauli traderent [y]: & in iis multi erant Israelitæ quibus David notus erat [z]. 2. Sperabat quòd Philistini eum non cognoscerent; neque enim eum unquam viderant nisi in impetu belli, in quo nemo potest vultum alterius diligenter speculari; & fortè David in bellis habebat caput velatum armis [†]: A Philistæis vel habitu pastorali olim, vel postea tantùm armatus visus fuerat [*]. Sed nec facilè crederent Davidem, præsertim solitarium, venturum ad ponendum se in manibus eorum. Et si Achis vel servi ejus certissimè cognovissent eum Davidem fuisse, eum neutiquam dimisissent [a]. 3. David occultare potuit gladium, nè Getthæi illum agnoscerent. 4. Si quid accideret adversum, maluit David perire manibus Achis, quàm Saulis. Vide supra 20. 8 [b]. 5. Poterat Achis sibi adventum Davidis gratulari, & amicum ex hoste facere conari; quandoquidem rebus angustis ad se confugisset. Si ità accidisset, suâ industriâ David servatus videretur. Sed Deus manifestum opus suum apparere voluit. Quare pro blanditiis Regis iram excitat, &c [c]. 6. Fortasse aut divino instinctu, aut edito per Sacerdotem Oraculo venit Geth [d]. Sed credibile est, aut eum non consuluisse Deum, aut Deum non respondisse, ut ex successu videtur; & ex c. 22. 5 [†]. *Achis* erat nomen Regis proprium; at *Abimelech* dicitur, Psal. 34. 1. communi Philistæorum regum appellatione [f].

11. *Numquid non iste est David Rex terræ?*] Vel, 1. *Rex*; i.e. Dux terræ. Vox enim hæc impropriè interdum sumitur, ut Deut. 33. 5 [g]. *Rex*; i.e. gubernator terræ, ut Gen. 36. 31 [h]. Synecdoche speciei. *Istius terræ*, vicinæ, Judææ [i]. Vel, 2. *Rex hujus regionis?* i. e. Ad quem pertinet Regnum hujus regionis propter devictum Goliath. Eâ enim lege pugnatum erat ut victor possideret regionem victi; q.d. Cùm ad istum videatur Regnum tuum, ô Achis, pertinere, cur admittis [k]. Vel, 3. David ille inclytus, & quasi alter Rex Hebræorum [l]; regio triumpho & applausu exceptus à suis, acsi fuisset Rex terræ [m]; qui ubique præliatur, vincit & dominatur [n]; qui princeps est omnium bellorum contra nos [o]. Vel, 4. Quia divulgatum fuerat ipsum fuisse inunctum à Samuele [p]. Non placet; Nam nec Sauli & Israelitis (nedum Philistinis) hoc cognitum erat; alioqui Saul Samuelem occidisset [q]. *Rex*; q. d. Qui apud Israelitas creditur jam regno ipsorum destinatus, propter tot heroica facta [r].

12. *Et extimuit*] Quia cum putaret se incognitum latere posse, consilium non procedebat [s].

13. *Et immutavit os suum*, [וַיְשַׁנּוֹ אֶת־טַעְמוֹ] *Et immutavit illum sensum suum*, V. Mo. Relativum ante suum antecedens, pro, *sensum illum suum*, vel *mentem suam*; i. e. finxit insaniam [t]. Abundat hîc affixum relativum, ut Exod. 2. 6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת הַיֶּלֶד *& vidit ipsum, puerulum* [v]. *Mutavit rationem suam*, Jon. *Saporem suum*, Sy. id est, prudentiam; ostendit se esse imprudentem, & non sapere [x]. *Habitum suum*, Ti. Fortassis ridiculum & delirum habitum sibi induit, ut solent moriones [y]. *Sermonem*, P. vel, *eloquium*, M. maximè quoad pronuntiationem & accentum, nè Judæus videretur [z]. *Gestum suum*, Ca. G. Strig. *Speciem suam*, id est gestus, verba, & quidquid cadere potest in hominum sensum [a]. Translatum nomen à sensu gustûs ad visum, & auditum, & si qui sunt alii sensus, quibus homo hominem explorare potest [b]. Heb. *gustus*, quo homines dant aliquod specimen sui, ut possit intelligi quales sint: quemadmodum ex sapore & gustu discernere solemus cibos [c]. *Vultum suum*; Metaphora. Nam ut cibi suaves acceptantur, insulsi repudiantur: ità qui vultu est constante & gravi, acceptus habetur; repudiatur autem qui vultum hominis stulti præ se fert [d]. Mutavit habitum oris & vultûs sui, illum detorquendo, contrahendo, dilatando, &c [†]. ¶ *Et collabebatur*] Sicut Epilepticus [f]. Sed explicandum ex Heb. Chald. & Græc. de lapsione mentis [g]. [וַיִּתְהֹלֵל] *Et stupidus factus est*, Jon. *fœdum se reddidit*, Sy. *finxit se furere*, G. Mo. sic Ti. *agebat insanum*, JT. sim. V. *Simulavit stultitiam*, V. sim. M. Os. ¶ *Inter manus eorum*] Id est, circumdatus ab ipsis [h]. Dum erat in eorum potestate, Psal. 34. 56 [i]. Insaniam fingit; i.e. quia insani miseri-

cordiâ

Marginal notes (left column): o Theod. in Nob. — p M. — q Mar. — r Os. — s V. — t Ma. ex Jun. — v Ar. Jun. Ma. Os. — x Q. in Me. — y Mart. — z V. sim. Mart. — a Mart. — b Me. sim. Jun. Pi. — c Jun. — d Os. — † San. ex I. — f To. — g M. V. — h V. — i Ma. — k E. — l V. sic Me. La. — m Jun. Ità Pi. Glass. Wil. RS. in Glass. — n Jun. Pi. — o Pi. — p Glass. gram. 748. — q Glass. ex R. Jesaia. Wil. — r Me. sic San. ex To. — s G. — t Mart. — v San.

Marginal notes (right column): x San. — y To. — z San. — † To. — * Me. — a To. — b San. — c Calv. — d Me. ex Sal. — † San. — f Jun. Pi. Ma. — g G. — h Ma. ex Jun. — i Pi. — k V. — l Me. — m Mart. — n La. — o To. — p L. — q To. — r Os. — s Me. — t V. — v Glass. gram. 217. — x Ma. — y Ma. — z Ser. — a Jun. sim. Mart. — b Jun. — c Mart. — d Pi. — † La. — f L. — g Ser. — h G. — i Jun.

cordiâ potiùs digni videntur, quàm supplicio. 2. Nè illi se putarent Davidem esse, de cujus virtute & prudentiâ tam multa audîssent [k]. ¶ *Et impingebat in ostia portæ,* [וַיְתָו עַל־דַּלְתוֹת הַשַּׁעַר] *Et designabat* (*describebat,* P. *pingebat,* G. ex RS. M. *lineavit,* Jon. *exaravit* unguibus suis, Ti.) *super portæ fores,* Mo. [sim. ferè omnes.] *Signabat valvas portæ,* JT. more stultorum [l]. ¶ *Defluebántque salivæ ejus in barbam*] Vide Marc. 9. 18, 20. Luc. 9. 39. & quæ ibidem dicta [m].

15. *An desunt nobis furiosi?* [חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי] *Careône insanis ego?* P. sim. Mo. ὁ. Jon. M. Ti. An desunt nobis furiosi, aut fatui in Aula [n]? Satis stultorum hominum est in Palæstina, neque stultos foris asciscI oportet [o]. *Num ego sum demens?* Ar. vel *sensûs expers?* Sy. ¶ *Quod introduxistis istum; ut fureret me præsente;* [לְהִשְׁתַּגֵּעַ עָלָי] *Ut insanum ageret coram me,* P. sic M. *apud me,* JT. *super me,* Mo. *in me,* Sy. Ar. ¶ *Hiccine ingredietur domum meam?*] Non temerè David in regiam irruerat, sed alicui ex optimatibus se obtulerat, tanquam militem gregarium militaturum regi. Ità inductus in regiam [p]. q. d. Procul hunc hominem abigite, non enim est dignus qui in regiam meam ingrediatur [q]. Non vana erat hæc amentiæ simulatio, quam Deus effectu carere noluit [r]. Ità secum cogitat Achis, servi isti mei longè falluntur. Iste enim non est David, sed insanus quispiam de trivio. Sic Deus tractat & flectit regum corda. Potest Deus suos servare per sapientiam, imò per insaniam, per infirmitatem, &c. Porrò *stultitiam simulare in loco,* inquit ille, *prudentia summa est.* Ità fecerunt Ulysses, nè cogeretur ire militatum; & Brutus, cùm animo cogitaret patriæ liberationem [s], & Solon, ut ea loqueretur, quæ capitale erat loqui [t]. Qu. An David peccavit fingendo se stultum? *Resp.* 1. Affirmant nonnulli, quia fictio est mendacium non verbi, sed facti [v]. At verò simulatio hæc non mendacium erat, sed silentium duntaxat vel dissimulatio veritatis justâ de causâ. Quali usi sunt Joshua, c. 8. & Gideon, Jud. 7. 20. & Samuel, l. 1. cap. 16 [x]. Non illicita erat hujusmodi fictio, cùm fiat ad utilitatem suam sine alterius præjudicio [y]. *Resp.* 2. Alii negant [z], quia ad eam summa necessitas ipsum adegit: & eo tempore composuit duos præstantissimos Psalmos, scilicet 34. & 57 [a]. Si simulatio hæc profluxit ex nimio timore & diffidentia, non potest non reprehendi; at si conjunctam habuit fidem, (ut videtur ex Psalmis dictis) non video, cur non debeat laudari. Non oportet nos imitari simulationem Davidis: sed hoc potiùs spectare, quòd ille salutem suam, non simulationi suæ acceptam tulerit, sed misericordiæ Dei [b].

[k] Mart. [l] V. E. [m] G. [n] Os. [o] San. [p] Me. [q] V. [r] San. [s] Mart. [t] La. [v] Q. in La. [x] La. [y] To. [z] Ità La. To. Os. [a] Os. [b] Mart.

CAP. XXII.

1. IN *speluncam Odollam*] Erat id oppidum in sorte Judæ: Hujus speluncæ mentio extat quoque, 2 Sam. 23. 13. 1 Paral. 11. 15. Ea videtur fuisse naturâ & arte munita [c].

2. *Qui erant in angustia constituti,* Ità P. [כָּל־אִישׁ מָצוֹק] *Omnis vir angustiatus,* Mo. sim. JT. Sy. *In necessitate,* ὁ. *afflictus spiritu,* Jon. Quibus domi angusta res erat, qui vel potentium odiis, vel æqualium invidiâ, vel suorum injuriâ domi hærere non poterant; hi omnes rebus novis studebant [d]. ¶ *Et oppressi ære alieno,* sic Ar. sim. M. Ti. [וְכָל־אִישׁ אֲשֶׁר לוֹ נֹשֶׁא] *Et cuicunque erat creditor;* P. Sy. V. vel *exactor;* JT. vel *dominus fœnoris;* Jon. *omnis debitor,* ὁ. Qu. Quo jure hos admisit in præjudicium creditorum? Videbatur hoc pacto asylum aperire latronibus †. *Resp.* 1. Illi solvendo non erant [f]. Duros habebant exactores, possessionibúsque cedere coacti sunt [g]. 2. Non defendit eos à creditoribus, sed ipsos suo tempore juvit, 2 Sam. 2. & 15 [h]. Omnes suos ad justitiam & honestatem optimè instruit David, ut patet ex Psal. 33. quem tum composuit. 3. Fundi, si quos habebant, creditoribus cedebant: si nihil habebant, tenuitas ipsa satis eos excusabat [i]. In hoc etiam David erat typus Christi [k]. נֹשֵׁא hîc ponitur pro נֹשֶׁה [l]. Vide quæ diximus ad Jud. 11. 3 [m]. ¶ *Factus est eorum princeps,*] Rectè David quæsitus ad necem in alieno auxilio salutem quærit, & paratis utitur ad justum & necessarium finem [n]. Jure satellites habet à Deo Rex designatus [o].

[c] Ma. [d] Me. † Mart. [f] V. Caj. in T. [g] M. [h] Ser. [i] Mart. [k] La. Mart. [l] M. [m] G. [n] Me. [o] Mart.

3. *In Maspha Moab*] Sic dicta, ut distingueretur à Maspha Israelitica, ubi Samuel convertus habebat, c. 7 [p]. ¶ *Ad regem Moab*] Qu. Cur ad illum? Resp. 1. Quia hic hostis erat Saulis, ut apparet, 1 Sam. 14. 47 [q]. 2. Propter cognationem Davidis cum illa gente, per Ruth. Vide Ruth 4. 10 [r]. ¶ *Maneat pater meus,* &c. [יֵצֵא נָא אָבִי וְאִמִּי אִתְּכֶם] *Egrediatur, quæso, pater meus & mater mea vobiscum,* Jon. Mo. *Egrediatur,* sub. vel *de patria sua,* V. vel *de spelunca,* Mar. *vobiscum,* pro, *ut sint vobiscum,* Mar. Sint (Habitent, Ar. morentur, Sy.) *apud te,* ὁ. *egrediatur* & *habitet vobiscum,* P. *Egrediatur—ad vos,* M. Ti. *egressi, quæso maneant* JT. ¶ *Quid faciat mihi Deus*] i. e. Quo statu & loco futuræ sunt res meæ [s]. *Quid facturus sit* לִי *de me* [t]. Vide modestiam Davidis. Non dicit, Quid ego meis viribus aut consiliis facturus sum; sed quid Dominus, &c. Et quod tam cupidè expectavit, accepit. Misit enim Deus, Prophetam [v]. Magnam pro Davide curam ostendit Deus, nunc per Prophetas, nunc per Urim & Thummim eum instruens [x].

4. *Et reliquit eos ante faciem regis Moab,* [וַיַּנְחֵם אֶת־פְּנֵי מֶלֶךְ] *Et eduxit eos in* vel *ante conspectum* (*cum faciebus,* Me.) *regis Moab,* JT. M. Ti. Alii, *Et reliquit* (vel *manere fecit,* Jon.) *apud Regem Moab,* Sy. Ar. [quasi legissent וַיַּנִּחֵם ab הִנִּיחַ *relinquere*] *Et deprecatus est facies,* &c. ὁ. ¶ *In præsidio,* Ità ὁ. [בַּמְּצוּדָה] *In eo propugnaculo,* JT. *In arce illa,* P. i. e. In Maspha, quæ erat arx firmissima [y]. In præsidio, in quo à Rege Moab collocatus fuerat [z]. Alii volunt arcem hanc fuisse in valle, vel juxta vallem Odullam, &c [a].

5. *Noli manere*] Jubet eum Deus ex Moabitarum finibus migrare; vel, quia eorum, quos impia imbuit religio, parùm est constans & secura fides [b]: vel, quia rex aut proceres malum aliquid Davidi molirentur: vel, quòd variis eum casibus exerceri vellet: vel, quia Israelitis, qui eum sequebantur, occasionem ad idola declinanda voluit eripere [c]. ¶ *Vade in terram Juda*] Nam 1. Tribus & cognatio Davidis non permitteret Saulem cum eo tyrannicè agere [d]. 2. Ità voluit Deus malitiam Saulis educere in lucem: ut omnes viderent eum dignum esse, qui abjiceretur. 3. Sic Davidi authoritatem conciliavit. 4. Hæc res bono erat Israelitis: isti enim milites Davidis hostes repulerunt à finibus †. ¶ *In saltum*] Quia multæ ibi latebræ; & quia non multum illa loca à finibus Philist. distabant [f].

6. *Quòd apparuisset David,* Ità Sy. V. [כִּי נוֹדַע דָּוִד] *Quòd notus esset,* P. Jon. sim. ὁ. Mo. JT. M. *In publicum venisset,* M. vel, *prodiisset,* Ar. Ti. h. e. famam esse aliquot homines adjunxisse se Davidi [g]. Famâ vulgatum, ubi David & socii ejus erant [h]. ¶ *In nemore,* [תַּחַת הָאֵשֶׁל] *Sub arbore,* M. Ti. Mo. P. Jon. *sub arboreto,* ὁ. *sub nemore,* JT. Sub arbore illa insigni quæ erat in loco edito urbis *Ramah* [i]. ¶ *In Ramah*] Ità ὁ. Jon. M. Ti. P. Mo. *In colle,* Ar. *in excelso,* JT. ¶ *Hastam manu tenens*] Quasi paratus ut supplicium sumeret ipse de deprehenso [k]. Potiùs; tanquam sceptrum, & insigne regiæ dignitatis. Vide suprà 20. 33 [l].

7. *Filii Jemini*] Id est Benjaminitæ, ut patet ex Esth. 2. 5. q. d. Vos cognati & contribules mei [m]. Debetis mihi magis favere, quàm David, qui Regium sceptrum nititur transferre à tribu vestra, &c ||. ¶ *Num dabit—agros,* &c.] Ironia, q. d creditis vos plura beneficia accepturos ab eo quàm à me [n]. Dederat quidem multa Saul militibus suis, ut tyranni solent; sed de alieno dedit, & de publico, non de suo [o]. ¶ *Filius Isai*] Subticet *Davidis* nomen per contemptum [p].

8. *Conjurâstis adversum me,* Ità P. JT. sim Ar. M. Ti. [קְשַׁרְתֶּם] *Ligati* (*compositi,* ὁ.) *estis,* Mo. *rebellâstis,* Sy. De Davide innocente defendendo licita erat conjuratio: de Saule invadendo injusta: non enim jus subdito ad invadendum principem suum, quamvis injustè se gerat [q]. ¶ *Et non est qui mihi renuntiet*] Heb. *Non est qui revelet aurem meam,* P. vel, *revelaverit mihi in aurem,* Mo. Vide de hac phrasi Ruth 4. 4 [r]. ¶ *Maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Isai,* [בִּכְרוֹת בְּנִי וגו׳] Qui revelaverit in aurem meam, *in excidendo filium meum cum filio Isai,* Mo. *Quum fœdus iniret,* vel *pangeret,* &c. JT. P. sim. ὁ Jon. *Nec est qui mihi revelet pactum filii mei,* &c. Sy. sim. Ar. *Nec est*

[p] La. Me. [q] Pi. [r] Mart. [s] Me. [t] V. [v] Mart. [x] G. [y] V. [z] Me. [a] Ità Os. [b] San. [c] Me. T. [d] M. † Mart. [f] Me. [g] V. [h] Mart. [i] V. [k] Jun. Pi. [l] Ma. ex San. [m] San. || M. sim. La. [n] V. [o] Mart. [p] V. [q] Me. [r] V.

qui revelet—quòd & filius meus, &c. Ti. [M. hoc membrum ad sequentia refert, *Et cùm filius meus fœdus percusserit——nemo mihi condolet—*] Videtur hoc ex suspicione divinâsse Saul; nam fœderis illius nemo conscius erat. Suprà 20. 23 [s]. ¶ *Non est qui vicem meam doleat ex vobis*, וְאֵין חֹלֶה מִכֶּם עָלַי] *Et non est ex vobis*, P. 6. Mo. JT. Ti. *qui doleat* (*ægrotans*, Mo.) *super me*, P. Mo. *Qui condoleat mihi*, Sy. Ar. M. sim. Ti. JT. Verto, *non est qui sollicitus sit de me* qui sollicitus rem meam curat. In lingua Æthiopica חלה aut חלי (solent enim in illa ה quiescens Hebræorum mutare in *Jod*) sign. *sollicitum esse*, *sollicitè cogitare*. Ut Matt. 6. 28. simil. Marc. 4. 19 [*]. ¶ *Quòd suscitaverit*, &c.] Injusta & falsa criminatio [t]. Audiens Davidem cum copiis reversum esse in regnum, & videns Jonathan abesse, ex quo in eum hastam vibraverat, suprà 20. 33. hoc suspicatur [†].

[s] Me. [*] Di. [t] Me. [†] Pi.

9. *Qui assistebat, & erat primus inter servos Saul*, וְהוּא נִצָּב עַל עַבְדֵי שָׁאוּל] *Qui constitutus* (*præpositus*, Jon. Belg. *præerat*, Sy. Ang.) *super servos Saulis*, P. Mo. Alii aliter, *Qui astabat cum servis Saulis*, Ar. JT. *Qui & ipse stabat inter*, vel *juxta servos Saulis*, M. Ti. sim. Ca. Strig. ¶ *Vidi filium Isai*] Nec Davidem nominat, ut Principem imitetur [v].

[v] Mart.

10. *Qui consuluit Dominum*] Hugo vult Doegum hoc fingere, & mentiri, ut iram Saulis concitet [x]. Vide suprà 21. 9. Certè mendacii eum arguit David, Psal. 51. (vel 52.) 4 [y]. Alii putant reverâ Deum in causa Davidis à Sacerdote consultum [z]. Hoc sanè innuunt verba Achimeleci, v. 15. Obj. At sic non poterat David fugam suam celare Sacerdoti. Resp. Poterat igitur generali quâdam specie interrogare; v. g. An quod tentaret, succederet [a]. Consuluit quidem an sacros panes & gladium semel Deo sacratum ad alios usus transferre fas esset. Sed hoc impius Doeg reticet, ut suspicaretur Saul Sacerdotem conspirationis reum esse [b].

[x] La. [y] Ma. [z] Ità San. L. pleriq; in San. [a] San. [b] Ma. ex Jun.

12. *Audi fili Achitob*] Non compellat eum nomine, contumeliæ causâ [c].

[c] Me.

14. *Pergens ad imperium tuum*, וְסָר אֶל־מִשְׁמַעְתֶּךָ] *Et recedens ad auditum tuum*, Mo. *Qui pergit ad obedientiam tuam*, P. *Incedens in tui obedientia*, JT. sim. Sy. Ar. V. *Qui ad jussa tua recessit*, Ti. *Pergit ad imperii tui auditum*, M. *Peregrè proficiscens*, (Heb. *recedens*, seu *divertens*) *ad obedientiam tuam*, Pi.

15. *Num hodie cœpi pro eo consulere Deum?*] Ità Sy. P. Ti. sim. 6. Ar. JT. q. d. Id sæpe feci, cùm scilicet erat deducturus copias tuas aliquò [d]. [Alii sine interrogatione] *hodie quidem cœpi consulere*, &c. M. sim. Jon. q. d. hic primus est dies quo illud facere cœpi, ignorans quidem, &c [†]. ¶ *Absit hoc à me*, Ità Sy. P. Ti. חָלִילָה לִּי] *Absit mihi*, Jon. Mo. JT. *Absit hoc à me si scivissem*, M. *Absit*, Ar. ut scilicet conjurem contra te; quod dixerat Saul, v. 13 [||]. ¶ *Nè suspicetur Rex adversùs servum suum rem hujusmodi in universa domo patris mei*, אַל יָשֵׂם הַמֶּלֶךְ בְּעַבְדּוֹ דָבָר בְּכָל־בֵּית אָבִי] *Nè imponat rex servo suo verbum* hoc, (vel *nè imputet rem* hanc, Ti.) *in universa domo patris mei*, M. Ti. sim. Jon. Mo. Ma. Alii sic; *Nè imputet rex servo suo quidpiam*, (sub. vel *&*, P. 6. vel *aut*; JT. vel *nec*, Sy. Mar.) *Toti familiæ patris mei*, P. Sic 6. *Ulli ex familia patris*, JT. Sy. Negatio uno loco posita suppletur altero. Periculum commune erat; sic pro omnibus respondet Ahimelech [*]. ¶ *Non scivit quidquam*, &c.] i. e. Crimen aliquod [†]. Qu. Quomodo nescire potuit David fuisse proscriptum? Resp. Credibile est Davidem tantùm generatim de via sua Dominum interrogâsse, eúmque generatim respondisse. Sed quid si scivisset? an idcirco David innocens non erat juvandus [f]? ¶ *Super hoc negotio*, בְּכָל־זֹאת] *Ex omni hoc*; i. e. In omnibus quæ dicis non agnoscit servus tuus crimen aliquod parvum aut magnum quod admiserit contra te [g].

[d] V. [†] M. [||] Ma. ex Jun. [*] Ma. [†] V. Pi. [f] Mart. [g] V.

17. *Ait emissariis*, Ità V. 6. Ti. לָרָצִים] *Cursoribus*, P. JT. Mo. Jon. Sy. Ità vocantur satellites, quòd Regem præcedant & sequantur [h]. *Ad satellites*, M. Strig. Belg. Ang. *ad pedites*, Ang. viatoribus seu apparitoribus [i]. ¶ *Convertimini & interficite*, סֹבּוּ וְהָמִיתוּ] *Circuite*; i. e. circumeundo interficite [k]. *Circumgyrate, cingite illos*, nè ullus evadat, *& interficite* [l]. ¶ *Manus eorum cum David est*] Ità P. i. e. Favent ei, stant à partibus Davidis [m], consociati sunt ei. Vide in Levit 5. 21 [n]. & Levit. 6. 2 [o]. ¶ *Noluerunt*] Reveriti & innocentiam, & ordinis sanctimoniam. Quod de parentibus antè diximus, de Regibus repetendum, Piè interdum detrectari Imperia sæva atque impia. Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε, (*Non enim mihi Jupiter est qui hæc edixit*,) aiebat Apollonius contra Neronis edictum: quod Tertullianus dixit, *Subditos nos esse debere principibus intra limites disciplinæ*. Vide de J. B. & P. 2. 26. 3 [p]. Sciebant quòd non erat obediendum Regi in illis quæ sunt contra Deum [q]. Principes sunt tantùm vicarii Dei: itaque Deo potiùs, quàm illis parendum est. Mandatarius enim si quid velit facere extra mandatum, id jubetur esse irritum [r]. Laudandi ergò sunt hi servi Saulis [s].

[h] Me. [i] Jun. [k] V. [l] Ma. [m] V. [n] Jun. Pi. [o] Ma. [p] G. [q] L. [r] Mart. [s] La. ex Theod. Ser.

18. *Convertere tu*, &c.] Talia ex causa imperare in potestate Regum erat comprehensum. Vide 2 Sam. 1. 15. Verùm cogitandum & illud fuerat, *Regum timendorum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est Jovis* [v]. ¶ *Idumæus*] Genere; quod non sine causa observatur, ut Israelitidem gentem à tanti sceleris turpitudine liberaret [x]. Idumæi autem, qui ex Esau, &c. intestino, & penè naturali odio ab Israelitis diffidebant [y]. ¶ *Vestitos Ephod lineo*] Id est, Sacerdotes & Levitas qui id gestabant [z]. Vide Exod. 28. 40, 41. Functionem sacram obeuntes [a]. *Vestiti* dicuntur, quia jus habebant illud portandi; ut *incorruptum* dicimus judicem, qui corrumpi nec solet, nec potest [b]. [Alii tamen volunt eos in Sacerdotali habitu Regem accessisse] Vel, 1. Ut Pontificem honoris gratiâ comitarentur [c]. Vel, 2. Ob reverentiam erga Regem [d]. Vel, 3. Ut iram regis mitigarent [†]. Facilè suspicabantur se Davidis causâ accersiri [f]. [Alii aliter, ut dictum:] Non quòd tum ferrent Ephod, cùm interficerentur; sed quòd essent in ea ætate, eóque ordine ut ferre possent; h. e. ministrare in Sacerdotio Domini [g].

[v] G. [x] San. sim. L. [y] San. [z] La. [a] Ma. ex Jun. [b] San. [c] San. [d] E. [†] E. ex L. [f] E. [g] V.

19. *Nobe civitatem percussit*] i. e. percuti jussit, scil. impius Saul [h]. Vel ipse Saul id fecit sicariorum manu stipatus; vel, alii, Saulis jussu [i]. Hic qui antea contra Dei mandatum pepercit Agago & gregibus, nunc nec pueris, mulieribus, &c. parcit: Nec loco, quem Deus ad suum cultum delegerat [k]. Statuit urbem hanc in *cherem*, seu *anathema* [l]. Specimen edere voluit odii sui erga fautores Davidis. Interim Saul injustâ suâ sententiâ justam Dei sententiam exequitur adversùs familiam Eli. Nec tamen Saul de voluntate Dei quicquam cogitat, itaque de hoc scelere punitur [m].

[h] La. [i] San. [k] Mart. [l] La. [m] Mart.

20. *Evadens unus*] Vel fugâ, vel quia domi remanserat, ut Sacra curaret [n]. Probabile ergò est Saulem jam Pontificatum restituisse familiæ Eleazari, & Pontificem constituisse Achitobum patrem Sadoc. Qui mortuo Saule receptus quidem est à Davide in gratiam, sed in Pontificatu non est permissus, nisi ut vicarius Abiathari [o]. ¶ *Fugit ad David*] Quem assecutus est Kebilæ infrà 23. 7 [p]. Inde patet prolepsin esse [q].

[n] Me. [o] T. ex To. [p] Jun. Pi. Ma. [q] G. Ma.

22. *Ego sum reus omnium animarum patris tui*, vel *familiæ patris tui*, Sy. אָנֹכִי סַבֹּתִי בְּכָל־נֶפֶשׁ וגו׳] *Ego causam præbui in omnem animam domûs patris tui*, P. Mo. V. sim. Belg. i. e. ut interficerentur [r]. *Occasio fui mortis omnium*, &c. M. Ang. *In causa fui* cur sæviretur *in omnes*, &c. JT. סָבַב sign. *circuire*, at hîc mutuatur significationem à nomine, quo notatur causa, nempe סִבָּה [s], (quo nomine RR. *causam* significant [t].) Sicut אוֹפָן *rota*; ità simili ratione *circulus* pro causa, seu occasione usurpatur. *Ego circuivi*, *circumgyravi in omni anima*, &c. i. e. causam & occasionem devolvi in omnem animam, seu vitam, &c [v]. *Peccavi in omnes animas*, Ar. *Occasio fui omnium interfectorum*, &c. Ti. [נֶפֶשׁ accipere videtur pro *cadavere*, ut alibi fit] *Ego converti in omnem animam*, &c. sub. gladium Saulis; i. e. fui in causa ut verteretur gladius, &c [x]. [Idem hîc verbum, quod suprà 18, 19. *Converte te in Sacerdotes*.] Possis reddere, *ego circumveni omnem*, &c. i. e. oppressi, vel *circumvolvi*; i. e. meis calamitatibus involvi [y]. *Sum reus*, Ex me sumpsit Saul occasionem cædis. Nota hîc Davidem non Sauli, vel Doego, sed sibi soli, qui tantùm per accidens occasio fuisset, culpam omnem adscribere. *Bonarum mentium est*, inquit Gregor. *Ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est* [z].

[r] V. [s] Pi. [t] M. [v] Ma. [x] Q. in Ma. [y] Ma. [z] Me.

23. *Si quis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam*] Sim. K. in M. Qui quæsierit me perdere, quæret perdere te [a]. q. d. Communem habemus hostem Sau-

[a] V.

Saulem [e]. ¶ *Mecúmque servaberis,* כִּי מִשְׁמֶרֶת [אַתָּה עִמָּדִי] *Quia custoditus eris* (*custodia tu*, Mo.) *penes me*, P. Ti. 6. Jon. vel, *mecum*, V. i. e. custodiam te, tanquam meipsum, velútque rem depositam apud me [d]. *Tu custos mecum eris*, Sy. *in custodia tu es apud me*, M. JT. *Custodia eris.* Emphaticè dictum, q. d. nedum custoditus sed eris ipsamet observatio & custodia; i. e. quàm diligentissimè & securissimè costoditus †. Sic verto, *Nam ad custodiam tu eris apud me*; i. e. præfectus eris custodiæ cultûs divini. Id מִשְׁמֶרֶת creberrimè significat. Huic expositioni favet quod dicitur de amiculo infrà 23. 9. & 30. 7 [f].

e V. d V. † Ma. f Pi.

CAP. XXIII.

1. PHilistiin oppugnant Ceilam] Hoc fecerant, quia nôrunt jam Davidem à Saule discessisse [g]. *Ceila* erat urbs *Judæ*; ut patet ex c. 22. 5. & Jos. 15. 44 [h]. ¶ *Diripiunt areas*] Id est, messem & frumenta in areis, & horreis reposita [i]. Porrò areas habebant extra urbem. Vide Jud. 11. 6 [k]. In hoc populo familiare erat sata corrumpere. Vide Jud. 6. & 15. & 2 Sam. 14. 30 [l].

g San. h Pi. sic V. Me. La. ex Hi. i La. sim. Jun. k Pi. l San.

2. *Consuluit Dominum*] Vel, 1. Per Abiathar ad se profugum, ut patet v. 6 [m]. At is nondum venerat, ut liquet ex v. 6 [n]. Vel, 2. Per Prophetam [o], per Gadem, quem in comitatu suo habebat, suprà 22. 5 [p]. Habuit David utrúmque ministerium, ordinarium & extraordinarium; ideóque jam certus esse potuit de regno. Et hoc primum est bellum quod Saul gessit auspiciis suis [q]. Magnus amor patriæ in Davide, qui à Rege perduellis judicatus, patriæ tamen non nocet, sed & prodest, de hostico vivens [r]. Quasi oblitus periculi sui, de contribulibus solicitus est [s].

m La. ex L. n Me. sim. Jun. o Jo. in Me. p Ma. ex Jun. q Mart. r G. s Os.

3. *Quantò magis si ierimus in Ceilam*] Sim. Jon. M. P. Ti. JT. V. *Quantò magis*, sub. *timendum erit.* Si inimicos à fronte & à tergo habeamus [t]. Copiæ enim Saulis ad urbem tutandam aderunt [v]. Dices etiam Ceilam esse in tribu Judæ. Resp. Erat, sed in finibus Judæ. Unde non opponuntur hîc loca quasi in diversis sita tribubus, sed quasi diversis periculis exposita. q. d. Hîc in media Judæa, procul à Saule, procul à Philistæis positi, timemus tamen utrósque. Quantò magis si viciniora utrisq; loca adierimus [x]. אַף כִּי נֵלֵךְ וגו׳ *Quomodo abimus in Keilam?* Sy. Ar. *Quomodo erit si iverimus*, &c. 6.

t Jun. Pi. Ma. v T. x T.

4. *Rursum consuluit*, &c.] Non suâ, sed suorum causâ [y]; ut metum suis eriperet. Sic olim Gideon, Jud. 7 [z]. Nè detrectarent expeditionem [a]. ¶ *Tradam*] Heb. *Do.* Præsens pro futuro [b]. Potiùs tempus præsens significat Deum illicò traditurum, nempe antequàm Saul eum adoriri possit [c].

y Jun. Pi. Ma. sim. V. z Me. a Ma. b V. c Pi. ex Jun.

5. *Et abegit jumenta eorum*, Quæ adduxerant ad portandum in terram suam bona Hebræorum [d]. וַיִּנְהַג [אֶת מִקְנֵיהֶם] *Et abduxit* (vel *abegit*, V.) *pecora* (*greges*, V. ex Jon.) *eorum*, P. Qu. Num pecora fuerunt in pugna? Resp. 1. David & viri ejus insecuti sunt fugientes Philistæos in terram suam, unde abduxerunt pecora †. Vel, 2. Philistæi pecora secum adduxerant, ut alerent exercitum [f].

d L. † M. sim. V. f V.

6. *Ephod secum habens descenderat*, [אֵפוֹד יָרַד בְּיָדוֹ] *Ephod descendit* (*descendere fecit*, Jon. *secum detulit*, Ar. M. *portavit*, K. in M. *descendit cum Ephod*, JT. Belg. Ang) *in manu sua*, Mo. *Incidit Ephod in manum ejus*, Sy. P. i. e. fortè fortunâ, & non deditâ operâ secum detulerat, & posuerat inter sarcinas suas [g]. *Pervenit amiculum in manum ejus*, scilicet dum festinans corriperet vestes suas [h]. *Descendit* habens *Ephod in manu sua*, Mar. q. d. venit, non ipse Ephod vestitus, sed portans in manu [i].

g V. sim. M. h Pi. i Ma.

7. *Tradidit eum Deus*, Ità Jon. Sy. Ar. M. Ti. [נִכַּר] *Alienavit*, Mo. *conclusit*, P. JT. *vendidit*, 6. Videntur legisse מָכַר, quo verbo hoc sæpe significat scriptura, ut Jud 3. 8. & 4. 9. & alibi [k]. ¶ *Conclusúsque est*, &c. [כִּי נִסְגַּר לָבוֹא בְּעִיר] *Quia clausus*, vel *conclusus est ingrediendo civitatem*, Mo. P. sic 6. M. *Quia traditus est ut intraret*, &c. Jon. *Quoniam conclusus* (*comprehensus*, Sy.) *est*, *quum scilicet venit in civitatem*, Ti. sim. Sy. *Quandoquidem venit inclusum se*, Heb. *inclusit se veniendo in civitate.* Hypallage est, Jun. Glass. seu inversio vocum, qualis suprà Jud. 1. 8. 2 Reg. 9. 24. & 30. Psal. 74. 7 [l]. Hæc versio notat consilium Davidis, ut ibi se includeret in civitate munita. Sed simplicius est, ut retineatur ordo verborum, & eventus inopinatus notetur; q. d. Dum vult esse tutus in urbe munita, hoc ipso inclusit se, ut non possit evadere [m]. Hypocritæ semper prædicare solent, Deum à se stare, & sibi esse propitium [n]. ¶ *Urbem in qua portæ & seræ*, [בְּעִיר דְּלָתַיִם וּבְרִיחַ] *In urbem portarum & vectis*, Mo. P. *Habentem portas & vectes*, M. sim. Sy. munitam *foribus*, seu *valvis & vecte*, Ti. JT. Ar. sim. V.

k Pi. l Glass. gram. 738. m Pi. n Mart.

8. *Et præcepit Saul omni populo*, &c.] Erat hoc inter jura regia [o]. Saul, qui antea noluit succurrere Ceilæ, tamen armatur in Davidem, ut videri possit factus, non ad servandum populum, sed ad perdendum. Fortasse, ut militem faciliùs alliceret, dissimulavit se iturum in Davidem. Contrahit exercitum in Davidem, quasi contra publicum hostem, cum ille reverà esset publica salus [p]. ¶ *Obsideret David*, &c. Ità M. P. Sy. Ar. JT. Ti. [אֶל דָּוִד] *Super David*, Jon. [quasi pro עַל]

o G. p Mart.

9. *Cùm David rescisset*] Vel per Jonatham, ut quidam volunt, vel per alios. Habet enim Deus Pegasos, si sit opus [q]. ¶ *Præpararet ei clam malum*, עָלָיו מַחֲרִישׁ [הָרָעָה] *Machinaretur* sive *meditaretur Saul contra cum malum*, V. Ti. M. sic Sy. Ar. Ca. Strig. Ca. in M. *Tacens malum*, Mo. *tacitè cogitaret malum*, P. *insidiaretur malum*, Jon. *clam intenderet*, Belg *clanculum ageret*, Ang. Qu. Quomodo *clam*, cùm universum Israelem in Davidem armaret? Resp. Intentio Saulis occulta erat. Præ se ferebat arma sumere contra Philistæos: re verò ipsâ contra Davidem ibat [r]. ¶ *Applica Ephod*] Verto, *Affer amiculum*, scil. mihi, vel ad me: ut plenè dicitur infrà 30. 7. Sub. *Et coram me indue*: ut Deum pro me consulas. Brachylogia [s].

q Mart. r T. s Pi.

10. *Ait David*] Vel ipse David, qui cùm Propheta fuerit, hoc nihil habet absurdi [v]; vel, Sacerdos hæc protulit nomine David [x]. Statim se confert ad Deum, quem pii semper libenter habent à consiliis †.

v Jo. in Me. x Me. † Mart.

11. *Si tradent —— & si descendet*, &c.] Hæ duæ interrogationes simul scriptæ sunt, non autem sic factæ. Sed habito responso de prima, facta fuit secunda [y]. Rabbini aiunt Deo uno tempore unam tantùm proponendam esse quæstionem [z]. Qu. Quomodo hæc oracula Dei vera sunt, cùm liqueat neutrum factum? Resp. Non quærebat David, quid absolutè futurum esset, alioqui frustra fugisset [a]. Porrò sensus responsionis est; Vel, 1. *Tradent*, supple, sub conditione, si manseris, &c [b], nisi inde excesseris [c]. Vel, 2. Saul & viri Ceila habent in animo illa facere [d]. *Tradent*, certò & infallibiliter. Talis enim est Dei scientia & præscientia *. Deus certò præscit, non solùm quæ reipsâ & absolutè futura sunt, sed etiam quæ quâvis conditione posita futura essent †. Non loquitur de providentia, aut prædestinatione sua; Ità enim nec Saul discensurus erat, nec Ceilani eum traditiri. Sed respondet ex hypothesi, ut rectè ait Lyra. Et quia hypothesis mutari potuit, illud quoque mutari potuit, quod erat secuturum [f]. *Tradent*; Ingrati homines, qui, viri tam præclarè meriti deditione, periculo se subducere volebant. Quantò meliùs Athenienses, qui Demosthenem & Oratores alios dedere noluerunt, idque poscenti Alexandro [g]! Qu. Annon debebant Ceilani prospicere civitati suæ? Resp. Debebant, sed aliâ ratione, nempe orando Davidem, ut ad tempus discederet, &c. aut debebant eum apertè defendere, & confidere Deo. ¶ *Viri Ceilæ*, [בַּעֲלֵי] *Majores*, P. V. Domini seu magnates, V. optimates, Mart. Eos magis habebat suspectos, quàm populum; Nam plebs sæpè non ità aliena est à vero [i].

y L. z Mart. a E. b F. c T. d F. Mart. * La. † T. La. f Mart. g G. i Mart.

13. *Surrexit ergò David*, &c.] Abiit haud dubiò tristis. Videri potuisset in tuto collocatus. Habuit urbem munitam, præsidium militare, erat in sua tribu; tamen omnia ista nihil prosunt. Deus voluit fiduciam ejus ab omni humana ope abducere. Abit David tacitus, nihil accusans populum ingratitudinis, aut de quoquam illorum sumens supplicium. ¶ *Sexcenti*] Ingressus autem fuerat cum quadringentis. Ità in rebus afflictis & desperatis, tamen numerus militum & vires crescunt. Semper in cruce crescit numerus piorum; quod ex omnibus sacris historiis facilè possumus intelligere [k]. ¶ *Vagabantur*

k Mart.

bantur incerti, [וַיִּתְהַלְּכוּ בַּאֲשֶׁר יִתְהַלָּכוּ] *Et pergebant, (ibant, 6.) quò (vel quocunque, M. Ti.) pergebant*, P. V. i. e. *Per viam accidentalem*; h. e. quò sors ferebat, He. in V. *Quocunque poterant*, Strig. Belg. Ang. sim. JT. Os. Exiverunt nescientes ad quem locum, in quo tuti essent, diverterent; sed vagabantur per nemora, donec invenerunt latibula, &c[l].

14. *In monte solitudinis Ziph*] Ziph ad tribum Juda pertinet[m]. Erat hic mons Idumææ vicinus, ut patet ex Jos. 15. 24. cujus regionis prærupti montes, & scissuræ petrarum ab Abdia celebrantur, vers. 3[n]. ¶ *In monte opaco*] Arboribus[o], vel nebulis P. ¶ *Non tradidit*] Hoc dicit Sp. Sanctus: At Saul dixit, *Tradidit*. Ità falsus erat opinione suâ Saul[q].

15. *In Sylva*] Ità τὸ חוֹרְשָׁה vertunt, Jon. Sy. Ar. P. Mo. *In sylvestri loco*, JT. ה est adjectitium & locale[r].

16. *Surrexit Jonathas*] Quem David per nuntios docuit, quo loco & tempore eum exspectaret[s]. ¶ *Confortavit manus ejus in Deo*] Ità 6. Sy. JT. sim. Jon. M. P. Mo. *In Deo*, divinis promissionibus[t].

17. *Ero tibi secundus*, Ità M. P. Ti. [לְמִשְׁנֶה] *In secundum*, 6. Jon. Mo. ¶ *Et Saul scit hoc*] 1. Ex prædictione Samuelis. 2. Ex successu Davidis. 3. Quòd Jonathas & populus illi studerent[v]. 4. Ex aliorum sermone suprà, 20. 30, 31 & 22. 8[x].

18. *Percussit fœdus*] Tertiâ jam vice. 1. Non ex timore, nè alterutrum facti pœniteat; sed ex amore: juvat enim amantes amoris actus iterare[y]. 2. Hominum fides naturâ sua fluxa est & caduca: Itaque sæpe opus est renovatione fœderum. Hîc Jonathas parùm morigerus est patri; Rectè, quando ille injusta præcipit, aut pugnantia cum lege Dei[z]. ¶ *Coram Domino*] 1. Jehovâ teste[a]. 2. Coram Gad Propheta & Abiathar Sacerdote[b]. 3. Deo auctore & arbitro[c]. En modestiam Jonathæ: Non hîc commemorat injurias, quas Davidis causâ tulisset[d].

19. *Ascenderunt Ziphæi*] Veriti, (quemadmodum antea Ceilani) nè idem illis accideret quod anteà Nobensibus†. Ziphæi descenderunt à Ziph, qui fuit de genere Caleb. 1 Par. c. 2. & c. 4. adeóque de tribu Juda[f]. Idumæi longè humaniùs Davidem tractant, quàm Ziphæi ipsius tribules. Quapropter eos *alienos* vocat in Psalmis, non stirpe, sed animo[g].

20. *Sicut desideravit anima tua ut descendes, descende*, [לְכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ לָרֶדֶת רֵד] *Ad* vel *juxta omne desiderium animæ tuæ descendendo descende*, Jon. Sy. Ti. Mo. P. *Poteris pro omni voto tuo descendere*, Ti. *Juxta omne desiderium animæ tuæ poteris descendere, descende*, M. *Tuum est descendere, si tibi visum fuerit*, Ca. ¶ *Nostrum erit, ut tradamus*, &c. Ità M. P. Ca. Ang. sim. JT. Belg. [לָנוּ הַסְגִּירוֹ] Ad verb. *Et nobis concludere eum*, Mo. *Nos trademus eum*, Jon. Sy. Ti.

21. *Benedicti vos à Domino*] i. e. Dominus prosequitur vos singulari favore[h]. Pro fide laudat Saul perfidiam. Aliter se gessit David erga perfidos illos qui Saulem & Isbosethum occiderant[i].

22. *Abite*, &c. [לְכוּ נָא הָכִינוּ עוֹד] *Ite, quæso, parate adhuc*, 6. Mo. sic P. Jon. Ti. Ang. *præparate (sub. rem) adhuc*, Belg. *Rem certiùs explorate*, Strig. *Informate vos certiùs*, JT. Diligenter & exactè desquirite adhuc[k]. ¶ *Locum ubi sit pes ejus*, [אֲשֶׁר תִּהְיֶה רַגְלוֹ] *In quo sit pes ejus*, P. Ti. M. sim. M. JT. *In quo manens*, Jon. *Cui loco vestigia pedum impressa sunt*, Strig. *Quo in loco versetur*, Ca. *Ubi latibula, sive loca quæ frequentat*, Belg. Ang. locum in quo habitat[l]. ¶ *Recogitat enim de me, quòd callidè insidiet ei*, [כִּי אָמַר אֵלַי עָרוֹם יַעְרִם הוּא] *Dixit enim mihi, quòd callidissimus esset*, P. sim. Mo. [Variè accipiunt[r].] *Dixit Saul, ne fortè hic callens callidè agat* 6. Complut. [pro אֵלַי legisse videntur [אֵלִי]] *Dixerunt mihi eum astutissimum esse*, Sy. *Dixit mihi*, sub. *animus meus*; i. e. ità præsagit, eum calliditate suâ elapsurum[m]. *Dicebat mihi* (scil. David, quum familiariter mecum versaretur, rogatus quâ ratione tam facilè hostibus potiretur[n],) *se astu admodum solere uti*, JT. Q. in V. *Dixit ad me*, id est, *de me*, [Ità אֵלַי interdum sumitur] h. e. cogitat; quid cogitat? *Callidè agit ipse* Saul[o]. [Alii passivè exponunt] *Dixit*, pro *Dictum est mihi*, Ti. sic Ar. Strig. Belg. Glass. More Hebraico usitatissimo, tertia persona præteriti activa ponitur pro impersonali[p]. Sic Gen. 16. 14. קָרָא *Vocavit*, scil. quisque; i. e. *vocabatur puteus*, Exod. 10. 21. וְיָמֵשׁ *Palpabit*; h. e. palpabuntur tenebræ[q]. *Dixit ad me*; i. e. quispiam, Mar. David, ut ingenio valens, ex noto in se Saulis animo facilè ejus concilia conjectabat, suprà 15. præterea crebris exploratoribus utebatur, ut solent Duces providi[r].

23. *Revertimini ad me, ad rem certam*, [אֶל־נָכוֹן] *Ad rectum*, Mo. id est, rectà, Ma. [*Ad paratum*, 6. Complut. in Nobil.] *ad certum tempus*, Ti. *cum certitudine*, JT. Ang. *Cum re certâ* P. Belg. *Cum certo responso*, vel *nuncio*, M. V. K. in M. *Ut me certiorem faciatis*, Sy. *in veritate*, Jon. *Revertimini ad me*, ut vobiscum *re compertâ* proficiscar, Ca. ¶ *Quòd si in terram se abstruserit*] In cavernis[s]. Heb. *Si fuerit ipse in terra*; i. e. in regione vestra[t]. ¶ *Perscrutabor eum in cunctis millibus Juda*] i. e. Assumptis omnibus chiliadibus Juda[v]. Cum omnibus copiis tribûs Juda, in qua ille versatur[x]. Ut Ziphæos animaret, significat bellatores illius tribûs esse contra David; Et forsitan ità erant vel timore, vel favore regis[y]. Alii sic, *inter omnia millenaria Juda*: nam certum habeo eum inter suæ tribûs homines abscondi. Singulæ tribus in Chiliades distribuebantur. Vide Jud. 6. 15[a].

24. *In Deserto Maon*] Pars hæc erat latiùs patentis deserti Ziph[b].

25. *Descendit ad petram*] Ità 6. P. sic Jon. M. Ti. V. Descendit primò, nempe in vallem intermediam; inde conscendit in rupem[c]. ¶ [הַסֶּלַע] Alii, *è petra illa*, JT. id est è colle Chacilæ, ex v. 19[d]. *Ad Selaa*, Sy. Ar.

26. *Desperabat se posse evadere*, [נֶחְפָּז לָלֶכֶת] *Festinabat ire*, P. V. Pi. sim. Mo. Ar. JT. *Festinavit præcipitanter ut effugeret*, Ti. *Tegens se in eundo*, 6. [legisse videntur נֶחְפָּה *tectus*.] *Fuit anxius quomodo abiret*, M. *Fuit abreptus*; i. e. se abripuit celeriter†. *Fuit solicitus & festinus*, He. in M. Hinc nomen חִפָּזוֹן quod sign. *angorem animi*, & *mobilitatem* seu *instabilitatem*, quæ pavorem habet annexum[f]. ¶ *In modum coronæ cingebant David*, &c. [עֹטְרִים אֶל־דָּוִד] *Cingentes in David*, Mo. *cingebant*, &c. M. Ti. sim. P. JT. *Castrametati sunt super David*, 6. *Insidiantes*, &c. Jon. *Oberrabant circùm Davidem*, Sy. *Solliciti erant in quærendo Davidem*, Ar.

27. *Infuderunt se*, [פָּשְׁטוּ] *Diffuderunt se*, Mo *impetum fecerunt*, P. sim. Ti. *impressionem* (vel *incursionem*, 6. Ca.) *fecerunt*, Strig. *irruerunt*, V. JT. *straverunt se*. M. *extracti sunt*, Jon. *occupârunt terram*, Ar. Ità sæpe hostis externus malis civilibus adfert spiramenti aliquid. Exempla apud Livium multa[g].

28. *Petram dividentem* [הַמַּחְלְקוֹת] *Divisionum*, M. Strig. Ar. Os. Mar. V. vel *diremptionum*, JT. sic Sy. vel *distractionum*, V. ex He. Vel, 1. q. d. Variarum sententiarum. Quidam hoc referunt ad Saulem, cujus animus distrahebatur in partes varias, capturúsne esset priùs Davidem, an Palæstinis occursurus. Alii referunt ad milites Saulis, qui diversa sentiebant[h]. Vel, 2. Quia illa petra, in medio duorum castrorum interjecta, illa dividebat[i]. Vel, 3. Quòd ibidem Dominus, quasi miraculo, Saulem à Davide divisisset & abstraxisset; Decet enim gratâ mente memoriam beneficiorum Dei conservare[k].

CAP. XXIV.

1. *In locis tutissimis Engaddi*] Engaddi juxta mare mortuum est[l]. Ibi fuit civitas, unde ager, & solitudo vocabantur[m].

2. *Cum reversus esset*, &c. [מֵאַחֲרֵי פְּלִשְׁתִּים] *A post Philistim*, 6. Jon. Mo. *A persequendis*, &c. JT. sim. Sy. Ti.

3. *Super abruptissimas petras*, &c. [עַל פְּנֵי צוּרֵי הַיְּעֵלִים] *Super facies* (*in superficie*, Sy. *in summitatibus*, M. Ti.) *petrarum*, sive *rupium*, (*versus*, JT. *contra*, Ca. *super*, Belg. Ang. *rupes*,) *hircorum sylvestrium*, Mo. vel *rupicaprarum*, Ar. Ca. Belg. Ang. JT. Pi. Ti. *Caprarum sylvestrium*, V. *ibicum*, Sy. V. Rupicapræ rupes montium colunt,

Marginal notes (left column): l M. — m Hi. in San. — n Me. — o Me. — p H. in Me. — q Mart. — r Q. in Ma. — s San. sim. Mart. — t Ma. ex Jun. — v Mart. sim. Me. Jun. Pi. — x Jun. — y Me. — z Mart. — a V. sic Me. — b Me. sic Jun. Pi. — c Jun. Pi. — d Mart. — † Mart. — f L. Mart. — g Mart. — h V. — i Mart. — k V. — l V. — m V. — n Jun. Pi. — o Mar.

Marginal notes (right column): p Ma. — q Glass. gram. 302. — r G. — s L. — t V. — v V. — x Me. — y L. — a Ma. — b To. in Me. — c Q. in Ma. sic V. — d Jun. Pi. — † Q. in Ma. — f M. — g G. — h V. — i San. Ma. — k Os. — l Hi. in San. — m San. sic Me. T.

colunt, non tamen summas, ut ibices, Psal. 104. 18 יעל à עלה *ascendit.* Ibex semper ad summa scandit, Gesn. p. 192 [n]. *Montes Engaddi* (inquit Brocardus) *tam præruptæ sunt, casum minitantes in valles subjectas, ut transeuntibus terrorem incutiant* [o].

4. *Et venit ad caulas ovium, &c.*] Ut, si fortè pastores invenisset, ab illis disceret de David [p]. *Caulas* has puto esse speluncas, in quas turbidis temporibus sua pastores pecora cogebant [q]. ¶ *Erat tibi spelunca*] Ejusmodi speluncæ frequentes valde in terra Judææ, ad quas confugere solebant, tempore incursûs hostilis, etiam integri vici vel urbeculæ [r]. *Arabiam & Ituræam versùs* (inquit Strabo. l. 16.) *sunt montes asperi, & altis speluncis insignes, quorum una 4 hominum millia recipere possit.* Sic Trachonitæ in immanibus speluncis diu se tutati sunt adversùs Herodem, teste Jo. Antiq. 14. 27 [s]. ¶ *Quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem,* [להסך את רגליו] *Ad tegendum pedes suos,* P. Mo. JT. Pi. *Ad provocandum* (i. e. ciendum, Nobil.) vel *deponendum,* Theod. vel *exinaniendum, ventrem,* Aq. *ut meieret,* M. *Ut faceret necessitatem suam,* Jon. in M. Vide quæ ad Jud. 3. 24 [t]. His verbis exprimitur purgantis ventrem mos, vestibus pedes tegentibus [v]. Sedentibus aut incurvatis vestes productiores (quales erant Hebræorum vestes, secùs quàm aliarum nationum [x].) super pedes effunduntur [y]. Sed quia hoc neque perpetuum, neque facile semper est; arbitror *pedes* hîc figuratè sumi pro partibus obscœnis, (de quo vide quæ adduximus ad Isa. 6. *Duabus velabant pedes ejus*) quas etiam Herodotus *pedem ventris* appellat [z]. *Pedum* nomine pudenda ipsa interdum veniunt. [Vide ad 2 Reg. 18. 27. & Isa. 7. 20. σὺν Θεῷ dicenda.] Cavebant sedulò Judæi, quum alvum exonerarent, nè pudenda ac femora in conspectum venirent. Ità Ds. Guidott. in MSS. ad me misso. Verecundè loquitur Hebraismus de exinanitione Vesicæ, Renum, & Alvi [a]. [At Sy. & Ar. aliter vertunt, *ingressus speluncam illam dormivit* (*jacuit,* Ar.) *illic,* Sy] Ingressus est speluncam Saul, quia illud opus latebras amat & secessum [c]: Vel, quia Deus stercora operiri jussit, nè tangerentur à radiis solis, Deut. 28. eadémque de causa in secreto loco deponenda erant [d]. Solebant postea magnates ad ventris onus excipiendum vas aliquod portare. Vide Juvenal Satyr. 1. 6.

Te pueri lasanum portantes———.

At illa priora tempora erant simpliciora; nec Rex erat in Israel ante Saulem, cujus hic exemplum sequeretur [†]. ¶ *In interiori parte speluncæ latebant,* [בירכתי] *In lateribus*; i. e. intimâ parte [f]. Hunc locum delegit David ut securior esset; quia Saul suspicaretur eum esse in locis secretissimis: non autem propè viam, & in loco publico [g]. Simili modo in spelunca latuit aliquando Masinissa. Vide Appiani Punica [h]. Qu. Quomodò Saul huc ingressus viros David nec auribus, nec oculis percepit? Resp. Hæ speluncæ, licèt intus latissimæ essent, ad primum tamen ingressum subinde sat arctæ erant. Porrò intrantibus obscurum locum non videntur neque apparent quæ intus latent; etsi qui recèns intrant facilè ab illis videantur [i]. Collocutionem verò, seu mussitationem eorum nè perciperet Saul, impediebat strepitus transeuntis exercitûs, & equorum & curruum [k].

5. *Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam,* &c.] Qu. Ubi & quando hoc dixit Deus? Resp. 1. Verè ità dictum erat, sive per Prophetas, Gad, vel Nathan, vel Samuel [l]; sive alio modo [m]. Potiùs per Samuelem, quando primùm noctu effugerat [n]: vel etiam ipsi Davidi (qui Propheta erat,) hoc dictum. Hoc autem David sociis suis aperuerat, ut eorum animos solaretur [o]. Resp. 2. Non probabile est Dominum hoc dixisse. Fuisset enim illa promissio includens mandatum, quod proinde David expedivisset. Sensus ergo est, *Dicit,* id est, tam opportunam occasionem tibi præbet interficiendi inimici, acsi illud expresè tibi mandaret. Metaphora. Heb. *dixit.* Enallage temporis. Confirmatur ex v. 11 [p]. Qu. Num ergò licebat Davidi Saulem interficere? Resp. 1. Q. affirmant. His verbis data erat hæc potestas [q]. Invasus potest prævenire invadentem, ut docent Less. & Thom [r]. Aiunt, 1. fas esse vim vi repellere. Fateor, sed cum inculpata tutela: h. e. si non possint fugere, nec se aliter defendere. 2. David jam Rex erat. Resp. Esto, at nondum publicè inauguratus [s]. Resp. 2. Alii

Margin notes (left column): n BA. 1. 3. 23. 916. — o Ma. — p San. — q T. ex San. — r T. — s Ful. misc. 4. 6. — t V. Pi. — v Mar. — x San. — y Me. — z San. — a M. — c San. — d Q. in To. — † San. — f V. — g To. — h G. — i T. sic Me. — k T. ex Jo. & To. — l La. — m Me. — n T. ex San. — o San. — p Pi. — q Ità Caj. in T. — r La. — s Mart.

negant [t]. Nam, 1. Non ità David intellexit illa verba [v]; sed ab hac cæde semper abhorruit. 2. David necdum erat Rex sed privata persona [x]. 3. Quomodo id licuisse dicunt, quod ad scandalum & eversionem reipublicæ pertinuerit? 4. Cavere debuit David, nè malis exemplis omnia perturbaret. Noluit Deus Davidem per homicidium adducere ad regnum. Docemur hoc exemplo, manum mittendam non esse in magistratum [y]. ¶ *Ut facias ei sicut placuerit*] Non dicit, *ut occidas eum* [z]. ¶ *Surrexit ergò David*] Quo animo incertum [a]. Eo animo ivit, ut Saulem occideret. Vide v. 11 [b]. Sed in medio cursu mutavit animum [c]. *Et præcidit oram* (*alam,* Mo. JT. *fimbriam,* Sy.) *chlamydis* (*pallii,* P. Mo. JT. Sy. &c.) *Saul silenter,* [בלט] *in secreto,* Mo. V. *tacitè,* V. *clam,* P. JT. Sed mirum videbitur Saulem nec vidisse, nec sensisse Davidem hoc facientem [d]. Resp. 1. Eximia erat Davidis agilitas & dexteritas [†]. 2. Fortè Rex chlamydem deposuit, ut illi naturæ operi commodiùs vacaret, & à se longiusculè reposuit [f]. 3. Solebant Judæi in hoc opere, & caput & pedes tegere [g]. 4. David amputavit partem parvam, quæ sufficeret in signum; alioquin conspexisset Saul notabilem defectum. 5. Aliquid hîc operatus erat Deus supernaturaliter. Multoties enim Deus in actibus David contra Saulem operabatur miraculosè, ut infrà c. 26 [h]. [6. Aliter expediri potest, si cum Sy. & Ar. intelligamus, Saulem hîc dormivisse, ut dictum. Solent etiam dormientes tegere pedes. Et quidni Saul itinere suo defessus ad dormiendum se componeret?] 7. Non sensit hoc propter turbam & strepitum militum. 8. Sed quid plura? Deus fortunavit hoc factum, & voluit ità fieri [i].

6. *Percussit cor suum David*] Addita fortassis pectoris tunsio in doloris argumentum [k]. [ויך לב־דוד אתו] *Percussit cor Davidis eum,* Ma. sic. M. P. sim. Ca. *Afficit animus Davidis ipsum,* JT. *Reprehendit Davidem cor suum,* Ti. Redarguit eum conscientia sua [l]. *Doluit in corde suo,* Jon. sim. Ar. Perculit eum metu offensionis Dei [m]. Fortè refertur hæc percussio, ad illam cogitationem interficiendi [n]. ¶ *Quòd abscidisset, &c.*] Cogitârat priùs Saulem occidere; sed ab eo consilio compunctum animum conscientia deterruit, & satìs habuit chlamydem abscindere; imò propter illud *percussit eum cor;* &c [o]. quòd factum hoc primâ fronte appareret injuriosum & ignominiosum erga Regem [p].

7. *Propitius sit mihi Dominus,* [חלילה לי מיהוה] *Absit* hoc mihi *à Jehovah*; i. e. Nè permittat ut hoc faciam; prohibeat Dominus, &c [q]. *Prohibitio sit mihi,* &c. La. *Prophanatio mihi,* &c. q. d. Prophanus ero Jehovæ, si id fecero [r]. Est hîc in textu defectus hujusmodi verborum; *Et reversus David——ferens oram vestimenti—— Dixerunt illi—— Quare non occidisti—? Respondit David, Absit,* &c [s]. ¶ *Domino meo*] Ideóque lex & natura jubent, ut illius vitam incolumem servem, non adimam [t]. ¶ *Christus Domini est*] Unctus ad regnum, ac proinde sanctus & munitus ab omni injuria, ut suprà 12. 5. & infrà v. 11 [v]. Regum persona omnibus sancta esse debet, 26. 9, 11. Deus enim eorum judex, 13. 16. Vide dicta de J. B. & P. 1. 4 6 [x]. Corpus illud sacrosanctum erat ab unctione sacra; sacra verò violare religio vetat [y]. Propter hanc unctionem David Saulem & honoravit vivum, & vindicavit occisum [z].

8. *Confregit David viros suos sermonibus,* [וישסע] *Et scidit,* Mo. *confregit,* P. *suasit,* ό. *persuadendo flexit,* Strig. *à sententia abduxit,* Sy. sim. V. *commonuit,* Ar. *cohibuit,* vel *detinuit,* Ca. Ang. *pacavit,* Q. in V. *Fregit iram illorum,* He. in V. *avulsit,* T. M. Ti. *separavit,* Belg. *dispescuit,* JT. i. e. jam ex utraque parte speluncæ, ubi latebant, exsurgentes, ut in Saulem irruerent, utrinque repressit [a]. Heb. *diffidit,* Metaphora καταχρηστικὴ [b]. Dilaceravit, & inanem reddit militum conjurationem ad Saulem occidendum [c]. Ità animati erant ad occidendum Saulem, ut David vim eis adhibere debuerit, ut hos eorum animos infringeret. Tantâ vi pugnavit David pro ejus vita, à quo assiduè impugnabatur; Nimirum hoc erat animi placidi, excelsi, & regii [d]. *Qui parcit hosti, non cum summis modò Heroibus conferendus, sed & Deo quàm simillimus censendus est,* inquit Tullius [†]. [Fortè שסע innuit eum vehementer & quasi *scindentibus verbis* (ut alicubi exprimit Psaltes) ipsos objurgâsse] *Fregit,* sed mode-

Margin notes (right column): t Ità Me. T. ex To. & Salian. Mart. — v Me. — x To. in La. — y Mart. — z Me. — a San. — b Me San. ex To. RR. in Mart. — c San. — d San. — † Me. — f San Me. — g Pellican. in Wil. — h To. — i Mart. — k Me. — l M. sim. L. Me. La. — m Jun. Pi. — n E. — o San. — p Mart. sim. Jun. — q V. — r Ma. — s M. — t San. sim. Pi. Mart. — v Ma. & Pi. ex Jun. — x G. — y San. — z Aug. in Me. — a Jun. Pi. — b Pi. — c Belg. — d La. — † T.

modestis verbis & accommodatâ oratione [f].

10. *Quare audis verba hominum loquentium,* לֵאמֹר] Ad verb *dicendo*, V. *cujusquam dicentis*, JT. Crimen transfert David in delatores; quasi Saul illorum consilio, non suâ malitiâ ista faceret [*].

11. *Et cogitavi ut occiderem te,* וְאָמַר לַהֲרָגְךָ] *Et dixit ad occidendum te*, Mo. Ma. sim. M. sub. vel *animus meus*, Ma. vel *aliquis, quispiam*, P. V. *Et dixerunt alii*, Jon. vel *socii mei*, Ar. sim. Sy. *Fuerunt quidam qui dicerent*, Ti. *Et dictum sanè fuit*, Os. Alii referunt ad Deum, *Viderunt oculi tui*, Jehovam *tradidisse te*——, *ac si* ipse Jehova *dixisset, ut occiderem te* [g]. ¶ *Sed pepercit tibi oculus meus,* וַתָּחָס עָלֶיךָ] *Et* (vel *at*, P.) *pepercit tibi* ò P. sim. Jon. Sy. Ar. Ca. Strig. [legisse videntur וָאָחוּס *vel* saltem sensum, non verba respexisse] *Pepercit tibi*, V. (vel *super te*, Mo.) Sub. vel *Jehova* [h]; vel *anima mea*, M. Ma. V. vel *oculus meus*, JT. V. Os. Ma. Glass. Plena loquutio legitur Deut. 7. 16. & alibi [i]. Tribuitur autem actio, & verbum activum quandoque signo cuipiam actionem quacunque ratione signanti [k]. Solet opus illi attribui, quod ab alio factum esse ostendit. Sic *Sol* Ecclesiastici 48. dicitur *adjecisse dies Ezeciæ*, quia signum fuit vitæ longioris. Quia ergò oculi produnt quod in animo latet, sibi vendicant, quod animorum proprium est; nempe *dolere, lætari*; & hîc *misereri* sive *parcere*, quia animum miseratione commotum ostendunt [l]. Vide Deut. 13. 8. & Isa. 13. 18 [m]. Aliqui impersonaliter vertunt, *parcitum est tibi*. Q. in Ma. Ità Ti. vel, sed *connixum est super te*, à connivendo & indulgendo [n].

12. *Pater mi*] Ità appellat, 1. Quia ætate grandior [o]. 2. Quia socer. 3. Quia Rex est pater populi & Reip. [p] Reverentiæ causâ, quomodo Naamanem famuli ejus vocabant [q]. ¶ *Non est in manu mea malum*] Nec animo, nec re, verso malum adversùm te [r]. ¶ *Tu autem insidiaris,* צֹדֶה] *Venaris*, P. i. e. more venantium insidiaris [s]. Cùm innocentiam suam docuisset, nunc modestè iniquitatis coarguit Saulem [t].

13. *Ulciscatur me Dominus ex te*. Ità P. Mo. Jon. sim. Sy. Ar. Ca. Ti. וּנְקָמַנִי יְהוָה מִמֶּךָּ] *Ulciscetur*, &c. Os. JT. *Vindicabit me contra te*, Strig. sim. Mar. ex ò. V. Me. Puniet hanc tuam injustitiam & crudelitatem, quam contra me exerces [v]. Non est optantis, aut imprecantis, sed prædicentis futurum ut Dominus ipsum ulciscatur [x]. Non est vindictæ à Deo petitio; nec sic [i. e. *si ità esset*] ulla in Davide culpa: ut enim qui privato jure suas injurias non persequitur, magistratum adire potest, & postulare ut in vexantem jure agat; ità & potiori jure in sinum supremi judicis, ac vindicis, querelas nostras deponere possumus; modo tollatur privatum odium, & acerbitas animi [y].

14 *Sicut in proverbio* &c. כַּאֲשֶׁר יֹאמַר מְשַׁל הַקַּדְמֹנִי] *Quemadmodum dicit proverbium antiqui*, Mo. P. M. sub. *hominis*, M. V. P. (vel *authoris*, Ma. ex V.) *qui primus dixit hoc proverbium, postea fuit in ore omnium hominum* [z]. Ponitur hîc מְשַׁל in statu regiminis: id quod puncta arguunt [a]. Vel *proverbium antiquorum*, M. vel *antiquum*, ò. *quod ab antiquis*, Jon. *dicit*, (*dicet*, id est, dicere solet, Pi. sub. *quisque*, Jun. Pi.) *sententiam illam*, Jun. (vel secundùm *parabolam*, Pi.) *antiqui*, Jun. Pi. ¶ *Ab impiis egredietur impietas*. Ità P. Mo. Ar. Ti. M. sim. ò. JT. id est egredi, solet, V. מֵרְשָׁעִים יֵצֵא רֶשַׁע] *Ex impiis exibit culpa eorum*, Jon. [Variè exponunt;] *Impietas* vel *iniquitas*, &c. sign. vel, 1. peccatum; vel 2. ejus pœnam. Hinc duplex sensus: Vel enim Davidem à peccato illo purgat, vel Saulis pœnam innuit [b]. [Q. ad Saulis pœnam referunt] Impii suo se gladio jugulant; h. e. committunt facinus propter quod pereunt; q. d. Tu tibi tandem eris causa interitûs, nisi resipueris [c]. Impios sequitur pœna impietatis suæ, sicut reum carnifex. Non est ergo opus, ô Rex, ut ego manum meam in te extendam; tua te impietas occidet: occideris ab impio, non à me [d]. Non deerit aliquis impius, qui hoc audeat & compleat. Quod sanè ità accidit, c. 31 [†]. Hoc proverbio utebantur, quando Dominus per aliquem malum sumebat vindictam de alio pejore aut æquè malo [f]. Ità Erasmus chil. 1. cent. 9 adag. 26 [g]. Alii רֶשַׁע exponunt opus impium; h. e. Scio impios impiè acturos; q. d. ut sciam te impiè acturum, tamen nunquam injiciam manus violentas in te [h]. Simile Græcorum illud, Κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν, (*Mali corvi malum ovum*) Solent acti-

Margin notes: [f] Mar. [*] Mart. [g] Jun. in Ma. Pi. [h] Ma. [i] Ma. ex V. [k] Glass. gram. 296. [l] San. [m] Glass. [n] Ma. [o] Me. [p] Me. Jun. Pi. Ma. G. [q] Mart. [r] Ma. ex Jun. [s] V. [t] San. [v] Os. [x] San. [y] Me. [z] V. [a] Ma. [b] San. [c] V. [d] La. sim. Me. [†] San. sim. To. & L. & Dion. in San. [f] Os. ex L. [g] Os. [h] V.

ones esse prout est animi qualitas [i]. Ex impiorum corde nihil procedere potest quam quod impium sit [k]. Al. sic, Desinent impii aliquando impiè agere, cùm nullum violentum sit perpetuum [l]. Sententia est, Impii impiè, pii verò agunt piè. At ego tecum piè egi, non ergo credendus sum tibi insidias struxisse [m]. Si ego essem impius, non potuisset tam diu latere impietas mea. Arbor mala non potest fructus bonos edere. Dices, Hypocritæ celant interdum nequitiam suam. Certè; sed tantùm ad tempus. Oblatâ autem occasione erumpit statim [n]. Sensus est; Non opus est ut me metuas; non injiciam in te manus meas: impii namque sunt qui talia peragunt flagitia; pii verò homines seipsos vindicare non solent; sed vindictam suam Domino committunt: ità ego faciam; manus meas regicidio minimè polluam [o]. *Ab improbis*, seu *inquietis, turbatoribus, seditiosis*, (id enim vox רְשָׁעִים significat) proficiscitur *improbitas, inquietudo, turbatio, seditio*: Id enim propriè est רֶשַׁע. Quidam referunt ad v. 10. *Quare audis verba hominum loquentium*, &c? *sicut dicit vetus proverbium, Ab improbis exibit improbitas*: q. d. improbi non nisi improba loquuntur [p].

15. *Canem mortuum*] q. d. hominem debilissimum & abjectissimum [q]. *Egregiam verò laudem & spolia ampla referes*, si maximè me, & meos, miseros scilicet & ferè inermes, aut certè resistere nolentes, exules, instructissimo exercitu oppresseris: Malè ergo dignitati tuæ consulis [r]. Facis quod est tanto rege indignum [s]. Indignum est rege cum pulice certare; sicut indignum fuit Domitiano muscas venari [t]. Valde ταπεινὴ oratio, & index summæ Davidis modestiæ, de qua vide Psal. 131 [v].

16. *Et videat*] i. e. Consideret causam utriusque. ¶ *Judicet causam meam*] *Litiget litem meam*; i. e. agat causam meam, patrocinetur mihi [x]. ¶ *Et eruat me de manu tua,* וְיִשְׁפְּטֵנִי מִיָּדֶךָ] *Et judicet me de manu tua*, P. i. e. Judicio suo liberet me de manu & potestate tua [y]. *Judicare* sumi potest pro vindicare & liberare, ut posuit Chald. & Hieron [z]. *Ulciscatur* (*vindicet*, ò. *liberet*, Ti. Jon.) *me de manu tua*, M.

17. *Numquid vox hæc tua?*] Procul à Saule steterat David, itàque de facie illum nôsse non poterat; agnoscit tamen vocem ejus [a]. ¶ *Et flevit*, &c.] Quidam volunt Saulem callidè & fraudulenter hæc egisse & dixisse, ut Davidem retraheret in aulam, atque incautum interficeret. Sed nihil necesse est ista dicere. Est enim in impiis magna vis conscientiæ, cujus vero motu in erdum tanguntur. Sed quoniam sunt πρόσκαιροι (*temporarii*) facilè redeunt ad ingenium [b].

18. *Justior tu es quàm ego*] Confessio extorta invito, animo nihil emendato. Vide & infrà 26. 21 [c]. Ego injustus, tu verò justus [d].

19 *Et tu indicâsti hodie quæ feceris mihi bona: quomodò tradiderit me Dominus in manum tuam,* וְאַתָּה הִגַּדְתָּ הַיּוֹם אֵת אֲשֶׁר עָשִׂיתָה אִתִּי טוֹבָה אֵת אֲשֶׁר סִגְּרַנִי וגו׳] [Variè reddunt;] *Et indicâsti hodie quod fecisti mecum bonum; quia* (vel *quod*, Jon. vel *quandoquidem*, Ang.) *conclusit me Dominus*, &c. Mo. Belg Jon. Ang. Alii, *quæ fecisti mihi bona, sicut conclusit*, &c. ò. Al. *quod res erat, quæ nimirum feceris mihi bona, quomodò scilicet tradiderit*, &c. Os. Al. *quomodò contuleris in me beneficium; quomodò tradiderit me*, &c. V. Al. *te afficere me bono*, (Heb. *facere mecum bonum*, Pi.) *qui quamvis dederet me*, &c. JT. Al. *quantum mihi feceris bonum*, M. P. sim. Ar. Ti. Ca. Strig. *quoniam* (vel *quòd*, Ti. Strig.) *cùm Dominus tradiderit me*, &c. M. P.

20. *Quis enim cùm invenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona?* וְשִׁלְּחוֹ בְּדֶרֶךְ טוֹבָה] *& mittet eum in via bona?* Jon. Mo. *& demittet* (vel *an demittet*, JT. sim. M.) *eum per* (vel *ad*, M.) *viam bonam?* P. *in via boni*, Jun. Pi. *indemnem?* Ca. sim. Ti. *cum beneficio?* JT. *cum pace*, Strig. [Alii hæc cum sequentibus connectunt hoc modo, *Cùm invenerit aliquis inimicum*, &c. *& demiserit eum*, &c. *Dominus rependet illi bonum*, Sy. sim. ò. Ar. ¶ *Pro eo quod hodie operatus es in me*] vel *fecisti mihi*, P. sic JT. Ar. Heb. *pro hodierno die quod fecisti mihi*. Trajectio, ut Gen. 5. 29 [†]. *pro isto die quod tu operatus es in me*, M. vel *quo* (*in quo*, V.) *mihi benefeceris*, Ti. Sensus est, pro bono hujus diei. Constructio Hebraicè inversa est [f].

21. *Scio*,

Margin notes: [i] G. [k] Q. in M. [l] He. in M. [m] Me. sim. La. [n] Mart. [o] Belg. [p] Ma. [q] V. sic La. San. Me. [r] Osiand. [s] Jun. [t] La. [v] G. [x] V. [y] V. [z] Mar. [a] Me. [b] Mart. [c] G. [d] Me. [†] Jun. Pi. Ma. [f] Mar.

g T. ex To. 21. *Scio, &c.*] ex singulari illa erga Davidem providentia [g].

h Mart. 22. *Jura mihi, &c.*] Petit jusjurandum, quòd Davidem suo metiretur pede. Novit, quòd solent principes, ut securè regnent, competitores tollere [h]. ¶ *Nè deseras semen meum*] Heb. *Si abscideris,&c.*V. *quòd non abscindes, &c.* P. i.e. quòd non exterminabis prolem meam i V. me mortuo [i]. ¶ *Neque auferas nomen meum,&c.*] k V. *Non perdes*, sive *delebis nomen meum de familia mea paterna* [k]. Sensus duplex esse potest; vel 1. per *nomen* intelligit progeniem suam; quâ stante, staret quoque nomen Saulis. Pater enim in filiis suis quasi vivere existimatur. Ità eadem est sententia cum priori. Vel 2. quia solebant filii degeneres non solùm ab hæreditate depelli, sed etiam expungi à filiorum censu, & abdicari à familia; quomodò etiam ex illustrium familiarum imaginibus sublati sunt Cassius & Brutus: timebat ergo Saul, nè illius nomen è paterna familia deleretur, quia id illius exigebant peccata, nè ipsius nomen unquam audiretur in Israel. Et l San. videtur quidem Saul ex familia sua expunctus. Hinc nomen ejus omissum, Esth.2.5 [l].

23. *Et juravit David Sauli*] Qu. Quomodo hoc præstitit David, qui tot filios Saulis suspendit? Resp. Illi Dei jussu suffixi sunt in crucem. Omnia pacta, promissa, vota, jurejuranda ad hoc caput referenda sunt, si Deus m Mart. sim. Wil. velit [m]. ¶ *Ascenderunt ad tutiora loca*] Noluit n Jun. se fidei Saulis deinceps committere [n]. Noverat enim Saulis ingenium, inconstantem animum, & ineffrænatum impetum, maximè ex quo illum malus exagitavit spiri- o San. tus [o].

CAP. XXV.

1. SEpelierunt *eum in domo sua*] Solebant privatæ esse sepulturæ eo tempore. Vide Gen. 23. 9. & 50. 5. q G. Matt.27.60 [q]. Moriebatur dum Saul persequeretur Dar V. videm [r]; & quatuor mensibus ante obitum Saulis, inquis T. unt Hebræi in Seder Olam [s]. ¶ *Descendit in det Ma. ex Jun. Me. sertum Pharan*] Ad meridianos terminos tribûs Judæ [t]. v Ma. De *Paran* vide Gen.14.6 [v]. & Habac.3.3 [x]. x Me.

2. *Erat vir in solitudine Maon*,[וְאִישׁ בְּמָעוֹן] *Et vir* (sub. *quidam habitabat*, Sy. P.) *in Maon*, Mo. Nomen y V. loci juxta desertum Pharan [y]. *Maon* pars est deserti z Me. *Pharan* [z]. De Mahone & Carmelo vide Jos. 15. 55 [a]. a Jun. ¶ *Et possessio ejus*, [וּמַעֲשֵׂהוּ] *Et opus ejus*, Mo.Ma. JT. sive *negotium*, Pi. id est, res pecuaria: ut liquet è sequentibus. Metonymia adjuncti, & Synecdoche generis. In b Pi. eadem significatione [מְלָאכָה] sumitur Gen.33.14 [b]. *Oc M. pus* ponitur pro *possessione*, vel *pecore* [c]: pro *peculio, ovid V. sim He. in Mar. bus & bobus, in quibus versatur totum opus hominis* [d]. Vel pro *lucro*, & *cultura*, ut ό. ἐργασία: vel ut Chald. pro *substantia*, quæ opus vocatur, quòd cum labore quæra- † Mar. tur & servetur †. *Cujus opes*, Sy.P.V. *cujus operæ*, Ti. ¶ *In Carmel*] Alius hic à celebri monte Carmelo ad mare in tribu Aser, de quo egimus Jos.12.22. Hic autem Carf Ma. mel fuit in tribu Judæ, Jos. 15.55 [f]. Hic mons fuit, & in monte erat urbs. Hîc Saul fornicem triumphalem erex g La. it; 1 Sam.15 [g]. *Carmel* & *Maon* oppida sunt propè h M. desertum Paran [h]. ¶ *Tonderetur grex, &c.* [וַיְהִי בִּגְזֹז אֶת צֹאנוֹ בַּכַּרְמֶל] *Et erat in tondendo pecus suum in Carmel*, Mo. *Factum est (fuit*, P.) *ut tonderet, &c.* M.Ti.P. *Et fuit tondens, &c* Belg. Ang. *Erat*, [*Comma appono, ut sensus authoris liqueat*] *quum tonderentur oves suæ, Carmeli*, JT. [Sy.& Ar. versum tertium parenthesi includunt, & versum quartum cum secundo connectunt, hoc modo, *dum tonderet oves* —— v.4. *audisset David,&c.*] Porrò, solebant plerumque in tonsura ovium i Os. hilariora convivia celebrari [i].

k Pi. V. 3. *Durus*] Inhumanus. Metaphora [k]. ¶ *Pessimus, &c.* [רַע מַעֲלָלִים] *Malus factis*, Jon. sim P. M. *studiis*, ό. *moribus*, Sy. *malis studiis præditus*, Ti. V. *malis actionibus deditus*, JT. ¶ *Erat autem de genere Caleb*, Ità M.V. [וְהוּא כָלִבּוֹ] [Masora legit [כָלִבִּי] *Et ipse Calebita*, Mo. sic P.Ti.JT. *ex domo Caleb*, Jon. Stemmate suo inclytus erat; prout scilicet multi majorum suorum splendore superbiunt, ipsorum autem virtutes non l Os. æmulantur [l]. Nabal, ut Caleb, ad tribum Juda pertinebat, ex quo illius ingratitudo major in Davidem hominem de tribu eadem, & de se bene meritum denotatur [m]. m Me. [Alii appellativè sumunt;] *homo caninus*, ό. sim. Ar. *rabidus*, Sy. Mutatis punctis sign. *sicut cor ejus* [כְּלִבּוֹ] Itàque erat durus & malitiosus, sicut cor ejus [n]: h.e. n Mar. animo & actionibus erat perditissimus. Aliqui volunt *Jod* in *Vau* degenerâsse, ob aliquod mysterium: fortè ut indicaretur eum à Calebi moribus plurimùm degenerâsse [o]. o Ma.

6. *Et dicetis, Sit fratribus meis & tibi pax, &c.* [וַאֲמַרְתֶּם כֹּה לֶחָי וְאַתָּה שָׁלוֹם וגו׳] [Variè reddunt] *Et dicetis sic: ad vitam*, Mo. vel *sic ad vitam*, M. Mar. id est, In hunc modum sis ad longam vitam, tam tu quàm familia tua, & omnia quæ habes [p]. Vel hæc lætitia diei p M. hujus jugis sit; vel junge cum sequentibus, q. d. dum vivis, & tu pacem —— sub. habe [q]. *Et dicetis sic, per* q Mar. *vitam tuam*, Jon. vel *vivas*, Os. id est, Deus tibi vitam proroget [r]. Vel *vivas, & multis annis tondeas*, Ar. Græci r Os. εἰς ὥρας *(in horas)* i.e. *Longa sit tibi prosperitas* [s]. *Di-* s G. *cetisque vitam, pacem, &c.* sub. *optamus tibi, &c.* Ti. *Ità tibi vivo*, sive *viventi*, proximo anno contingat facere, nempe ut incolumis tondeas oves; sisque salvus, &c. Hoc genere sermonis longiorem vitam imprecari solent Hebræi, sicut & Galli. Vel ut alii, *Sic tibi accidat quamdiu vixeris, nempe ut sis salvus, &c.* ut &, sive ו appositivè vertatur. Aut, *tale bonum sit tibi per vitam tuam, his opibus abundes quamdiu vixeris, &c* [t]. *Ità dicetis ei, Si* t V. *incolumis est*, JT. Heb. *viventi*; i. e. pace jam & prosperitate fruenti, meo nomine ejus continuationem precamini [v]. *Dicetis sic*, viro *huic prospero*, Belg. *ei qui vivit* v Jun. in prosperitate, Ang. Heb. *viventi*. Intelligitur autem vita jucunda per Synecdochen [x], ut in illo Catulli, *Viva-* x Pi. Ità Glass. Belg. *mus, mea Lesbia, atque amemus.* Item in illo,

Sera nimis vita est crastina, vive hodiè [y]. y Pi.

Sic 1 Sam.10.24 & 1 Reg.1.25. [יְחִי הַמֶּלֶךְ] *Vivat Rex*, ubi Targum [יִצְלַח] *felix sit, prosperetur* [z]. Vulgatus legit z Glass. gram. 265. [לְאָחִי] Mar. G. *Dicetis, Si valeas, bene est; pax sit tibi*, Strig. [Illa [אַתָּה שָׁלוֹם] variè vertunt;] *pacem* optamus *tibi*, Ti. *Pax* sit *tibi*, &c. Strig. Belg. Ang. *Tu sis in pace*, M. *Et tu salvus, &c.* P. ό. vel *incolumis*, Sy. [שָׁלוֹם] *thear* est, sive *adjectivum*, significans *pacificum*, sive *salvum*, non *pacem* [a]. *Pace* fruitor, JT. Verùm locutio hæc non a V. ex He. est Elliptica, sed Emphatica [b]; quâ ponitur substantivum b Pi. pro adjectivo [c]; vel abstractum pro concreto, quomodò c Pi. Glass. sim. Ma. Gen.46.34. [תּוֹעֲבַת] *abbominatio est*, i. e. abbominabilis [d]. *Et tu pax*, Jon. Mo. Pi. sub. *Sis*, Pi. Sensus est, Et d Glass. gram. 25. tu prosper sis, & domus tua prospera sit, &c. Similem locutionem vide Gen. 12. 2 †. Porrò, [שָׁלוֹם] *pax, inco-* † Pi. *lumitas*, à perfectione nomen habet, & omnigenam beatitudinem exprimit [f]. f Glass. gram. 25.

7. *Nunquam eis molesti fuimus*, [לֹא הֶכְלַמְנוּם] *Non affecimus eos verecundiâ*, Mo. vel *pudore*, V. vel *ignominiâ*, P.Ti.Pi. vel *contumeliâ*, Pi. vel *injuriâ*, JT. sim. M. q. d. Cùm petierunt à nobis aliquid, non sunt passi repulsam [g]. g V. *Non læsimus eos*, Jon. sim. Sy. Ar. In lucro ac beneficio ponunt agricolæ & pastores, si nihil accipiant damni à militaribus viris: Id enim quantàvis curâ stud óque ducis vix obtineri potest. Itàque verè beneficium contulerat in Nabalem David, suos in officio continendo, &c [h]. h Me. ¶ *Nec defuit quidquam.* Sic P. Ti. [וְלֹא נִפְקַד לָהֶם מְאוּמָה] *Neque desideratum est ab illis quicquam*, JT. Heb. *non visitatum iis*, Mo. Pi. Metonymia efficientis, qualis suprà 20.6 [i]. Verbum [פָּקַד] interdum *defectum* sig- i Pi. nificat; unde in lingua Æthiopica pro *egere* usurpatur, ut Mat.3.14 [k]. k Di.

8. *Inveniant gratiam*] Heb. *invenerunt*. Præteritum indicat certam ipsorum spem de obtinendo beneficio [l]. l Ma. ¶ *In die enim bona venimus*] Ità M.P. sim. ό. Mo. *die fausto*, Sy. *læto*, JT. V Pi. et hilari, h. e. festo, quo liberalitatem tuam exerces erga tonsores [m]; quo proventus tuos m V. è gregibus recipis: Et æquum est ex lege Deut 15.7. ut ex tua abundantia aliquid cum fratribus egentibus communices [n]. Vel, q d. Non est opus novâ impensâ; vel, n Jun. Pi. quoniam hilares libenter concedunt, quæ ab eis postulantur [o]. Mos fuit veterum ut, cùm tonderent oves, solenne o Mar. instruerent convivium [p]. Vide 2 Sam.13.24,27. Pariter, p M. cùm fructus perciperent ex agris vel vineis. Vide Isa. c. 9 et c.16 et Jer.48.33 [q]. [כִּי עַל יוֹם טוֹב בָּנוּ] [Maso- q San. ra notat *Aleph* deficere, legendúmque [בָּאנוּ], eámque le-

P ctionem

ctionem omnes sequuntur.] *Quandoquidem ad te venimus faustum diem precaturi* Ar. Deficit א in ובנו fortè ut indicet eos vacuos remissos [r]. ¶ *Quodcunque invenerit manus tua*] i.e. Quod habebis in promptu [s]. Vide Levit.12.8. G. ¶ *Da servis tuis*] Qui ut sumus ex animo, ita etiam factis servorum officium præstitimus apud servos tuos, et David officium filii [t]. Mavult David quæ sibi sunt necessaria, ac proinde et ipsi, ut à Deo destinato Regi, debita, petere quàm rapere [v]. Etsi non haberet, quibus aleret milites, tamen non patitur eos cujusquam Judæi fortunis manus adferre. Quæres, Unde igitur David alebat milites suos? Resp. Prædabatur ex Palæstinis et Syris hostibus à Deo declaratis. ¶ *Et filio tuo David*] Ità se vocat, vel quòd esset ex eadem cognatione, vel quòd ætate minor [x].

9. *Et siluerunt*, וינוחו] *Et conquieverunt*, i.e. desierunt loqui [y]. Nihil locuti sunt ampliùs quàm mandatum ipsis erat [z]. *Tacuerunt*, M. Sic Virg.3.Æneid.

Conticuit tandem, factóque hic fine quievit [a].

Vel *quieverunt*, scilicet post fatigationem itineris [b]. *Quietè se continuerunt*, JT. Patienter Nabalem invehentem in se et in Davidem, ad finem usque audiverunt [c].

10. *Quis est David?*] Interrogatio contemnentis [d]; ut Exod.5.2. *Quis est Dominus* [†]? ¶ *Filius Isai*] Ità illum per contemptum appellat [f]. ¶ *Hodiè increverunt servi qui fugiunt dominos suos*, היום רבו עבדים המתפרצים איש מפני אדניו] *Increscunt hodiè servi qui sigillatim se separant*, &c. M. *Increverunt*, &c. q.d. hodiè increvit David, qui est servus Saulis, ut audeat se Regi suo opponere [g]. Verùm hæc non Davidem tantùm spectant, sed ejus socios [r]. רבב (pariter *incresco* Latinis) significat incrementum non solùm in quantitate & numero, sed etiam in qualitate & dignitate; unde רב *magister* vel *doctor* appellatur: q.d. Hodiè servi vilissimi, &c. increverunt, i.e. spiritus arrogant sibi Regios, ut ab aliis, quasi à vectigalibus & subditis, victum imperiosè exigant [s]. *Hodiè multi (multiplicati, Mo.V.) sunt servi qui separant se singuli à faciebus dominorum suorum*, P. *Servi recedentes*, &c. ó. *dividentes se*, &c. Mo. *qui defecerunt*, &c. Sy. *qui fugiunt, & absconduntur*, &c. Jon. *qui rebellârunt*, &c. Ar. *subducunt se*, &c. V. *abrumpunt se*, &c. Ti. Pi. id est, aufugiunt. Metaphora ab equis refractoriis, qui abrumpunt sese à vinculis, & aufugiunt [t]. *Qui erumpentes deficiunt*, &c. JT. i.e. qui perrumpunt officii sui fines, adversantes magistratui suo, tanquam si flumina retrò properarent. Metaphora ab exundantibus fluminibus [v]. Vel aptiùs à latronibus, vel grassatoribus, qui leges & jura perrumpunt [x]. Sensus est, Hodiè servi, qui propter sua flagitia, aut æs alienum, effugiunt, multi sunt, &c [y].

11. *Tollam ergo panes meos*, &c? ולקחתי] *Et tollam*, &c? P.Sy. *scilicet acciperem*, &c? JT. *Et acciperem*, &c? Pi. vel *Acciperémne*, &c? Pi.Ar. q.d. Hócne putatis æquum esse [z]? Alii præcedentibus jungunt, interpositâ parenthesi, sic, *Et quis est filius Isai (multi sunt hodiè servi, &c.) ut tollam panem*, &c? Ità V. in Tig. notis. ¶ *Et aquas meas*] Malim *aquam meam*. Nè miremur autem aquam in tanto pretio à Nabale haberi; nam regio illa arenosa est, nec puteis abundabat. Vide ad Gen.21.25. & 26.15 [a]. [At ó. hîc habent *vinum*. Sy. & Ar. *& potum meum*.] Per *aquas* intelligitur hîc quilibet potus; sicut per *coctionem*, omnis cibus præter panem [b]. ¶ *Et carnes pecorum quæ occîdi*, &c. ואת טבחתי] *Et victimam meam*, P. Mo. ó i.e. escam, &c. V. *convivium meum*, Mar. ex Jon. Quando offerebant sacrificia, instruebant etiam convivia [c]. *Mactatas carnes meas*, JT. *mactationem meam*, Pi. *coctionem meam*, M.

12. *Nuntiavit unus de pueris*] Prudenter & fideliter fecit hic servus, fortè & commotus erat suo periculo [d]. ¶ *Ut benedicerent*, &c. לברך את אדנינו] *Ad benedicendum* (i.e. *salutandum*) *dominos nostros*. Sic pluraliter de uno Nabale loquitur honoris causâ; vel certè inclusit etiam ipsam Abigailem [†]. ¶ *Et aversatus est eos*, ויעט בהם] *Et* (malim *Sed*, Pi.) *invectus est in eos*, Mo. P. Ti. Mar. K. in M. scil. duris verbis [f]. Metaphora à עיט volucri rapace, quæ invehitur in escam [g]. *Fastidivit eos*, M. sim. Jon. Sy. ó *derisit eos*, Ar. *abegit eos*, JT. Statim amandavit, & quasi avolare coegit suâ responsione durâ & incivili [h]. *Declinavit ab iis*, ó.

15. *Boni*] *Benigni*, V. *utiles*, Pi. ¶ *Nec quidquam periit*, ולא פקדנו] *Neque requisivimus*, vel *desideravimus*: i.e. neque requisivimus quicquam perditum, cùm nihil unquam perdiderimus [i].

16. *Pro muro erant*] Contra Philistinos [k], vel feras & prædones [l].

17. *Completa est malitia*, כלתה הרעה] *Definitum (completum*, P. *consummatum*, ut suprà, 20.7. Pi. *decretum*, V.) *est malum*, JT.V.Pi. nempe exitium. Synecdoche generis, quam articulus innuit [m]. *Decreta est infelicitas*, sub. *ut veniat*; i.e. certissimè ventura est: q.d. Alioqui actum est de hero nostro & ejus familia [n]. Colligebat hoc ex verbis signísque nuntiorum [o]; & ex spiritu ingenióque Davidis, quod servi ex longa consuetudine noverant [p]. ¶ *Et ipse est filius Belial, ità ut nemo possit ei loqui*, והוא בן־בליעל מדבר אליו] Ad verb. *Et ipse est filius Belial (sine profectu*, Mo.) *à loquendo (præloqui*, Mo.) *cum eo*, V. (*ad eum*, Ma.) *improbior*, vel *nequitior est, quàm ut quispiam possit illum alloqui*, P. sim. ó. *quàm (magis quàm*, Pi.) *ut alloquar eum*, JT. *Et ipse vir improbus ad loquendum cum eo*, Jon. Al. aliter; *Quum ille, ut filius Belial, locutus sit contra istum*, M. Videtur מִדַּבֵּר accepisse; vel pro partic. מְדַבֵּר *loquens*; vel pro מִתְדַּבֵּר: defectum verò ת characteristici conjugat. Hithpahel facilè supplet Dagesch in ד *Daleth*.] De voce *Belial* vide Deut.13.13. Sensus est, improbior est quàm ut loqui liceat de hac re ad eum [q]. *Nemo possit loqui*, &c. Ità ut asperum aliquod responsum non ferat [r].

18. *Festinavit Abigail*] quia nullam vis morbi medicinæ moram patiebatur [s]. ¶ *Quinque arietes coctos*, וחמש צאן עשוות] *Et quinque oves factas*, ó.Mo. vel *coctas*, Os. Strig. vel *paratas*, Sy.M.P.Ti. ut Joan.13.2: *cœna facta*, i.e. parata [t]. Vel mactatas, & ad coquendum paratas [v]. *Pecora saginata*, Jon. *pecudes paratas*, JT. Mar. oves, capræsve; nam צאן utrumque genus comprehendit [x]. Ità plerumque sumitur, sed interdum caprino generi opponitur, ut suprà v.2 [y]. ¶ *Sata polentæ*] Ità P.Mo. vel *tritici fricti*, Sy. Ar. M. *farinæ spicarum tostarum*, V. De voce סאה vide ad Gen. 18. 6. & de קלי 1 Sam.17.17 [z]. Satum continebat sesquimodium [a]. ¶ *Centum ligaturas uvæ passæ*, vel *uvarum siccarum*, P. ומאה צמקים] *Et centum botros aridos*, Mo. Ti. vel *uvas passas*, JT. *uvas exsiccatas, aridas, flaccidas*, Q. in Ma. *centum fasciculos uvarum siccatarum*, in clibano scilicet, aut ad solem [b]. *Palmites uvarum passarum*, Jon. *botros uvarum siccarum*, He. in V. Fortasse fuerunt uvæ passæ in massam compressæ & compactæ, quomodo ex Græcia ad nos deferuntur. Forsitan etiam *ligaturæ* dicuntur, quòd botri bini & bini colligarentur, ut fit in Apulia, tanquam dimittantur in vasa; non autem quòd iis sacculi infarti funiculis ligarentur [c]. Alii intelligunt certas uvarum massas certi ponderis vel mensuræ. Quare ó. vertunt *Gomor* (Aq. *Ephi*) *uvæ passæ*. Id continebat 96 uncias uvæ passæ. Confer cum hoc loco 1 Par.30.17. ubi duo *Tsimmukim* illi Ægipto dantur. Vel potiùs *ligatura* sign. colligationem plurium botrorum, ut fit in regno Neopolitano [d]. [At Sy. & Ar. hîc habent *centum caseos*; fortè intelligunt massas formâ caseorum factas.] ¶ *Et ducentas massas caricarum*, Ità P. vel *ficuum*, Ti. ומאתים דבלים] *Et ducentas caricas*, Mo. *palathas*, ó. Sy. *ficuum*, Sy. *tortas ficuum siccarum*, He. in V. i.e. simul congregatarum donec fiant tanquam tortæ panis. Chald. *ducentas libras massarum caricarum*. *Caricas* vocat ficus aridas, siccatas ad solem [†]. Sign. ficus in massam compressas, & aliqua ratione compactas, ut faciliùs conserventur, nè nimium arescant, succóque destituantur [f]. Qu. Num Abigail rectè fecit? Et num mulieri liceat de mariti bonis ipso inscio quicquam tollere? Resp.1. Uxor plus juris habet in bona mariti, quàm vel servus, vel liberi; nec servili, sed civili ratione, marito subjecta est. 2. Potest igitur interdum hoc facere, ubi studetur & gloriæ Dei, & conservationi mariti; ubi insuper maritus est stolidus, vel qui nihil dari permittet ad sublevandas aliorum necessitates. Ità Joanna uxor Chuzæ Oeconomi Herodis Christo ministrabat, Luc.8.3 [g]. [Alii aliter.] 3. Communia bona largiri injussu viri, esset matrimonii jura violare.

[r] Ma. [s] V. [t] Jun. Pi. [v] G. [x] Mart. [y] V. Jon. [z] M. G. [a] Ma. [b] M. C. in V. [c] Pi. [d] Pi. [†] San. [f] Me. [g] La. [r] San. sim. Mart. [s] San. [t] Pi. [v] Jun. [x] Mo. [y] San. [z] Pi. [a] Pi. [b] M. sim. Mar. [c] Mar. [d] Mart. [†] Ma. [f] Pi. sim. Mar. [g] Pi.

[h] V. [i] V. [k] G. [l] Pi. [m] Pi. [n] V. [o] Me. [p] San. [q] V. [r] Me. [s] San. [t] Mar. [v] Pi. [x] Pi. sic Mar. [y] BA. 2. 43. 432. [z] Ma. [a] Pi. [b] V. [c] Me. [d] La. [†] V. [f] Me. [g] Wil.

lare. Dandæ quidem ſunt eleemoſynæ, ſed de ſubſtantia tua [h]. 4. Neceſſitas Abigailem culpâ liberat, quia maritum alloqui non poterat. Ad naturalem ſiquidem ſtupiditatem ebrietas acceſſerat. Si quis verò hoc in exemplum traheret, ut quibuſvis mulieribus quidvis de maritorum bonis auferre liceret, toto cœlo aberraret. Maritus enim eſt uxoris caput, &c. Et minimè dubium eſt, quin Deus ſuo Spiritu fœminam hanc direxerit [i]. Iſte ergò caſus alienus eſt, & extraordinarius [k].

19. *Præcedite me*] Hoc juſſit, ut oblatis muneribus Davidem à vindicta ſumenda remorarentur; ſumpſit illa opinor aliquid moræ, ut ſe honeſtè componeret, quò Regiis oculis gratior appareret [l].

20. *Et deſcenderat ad radices montes*, [בְּסֵתֶר הָהָר] *In abſcondito* (*in occulto*, Oſ. *per abditum*, P. JT. *per operta*, Sy. *in tegmine*, ὁ.) *montis*, Mo. *clam montem*, Ti. *deſcendit ſecretò* ad latus *montis*, M. *In latebra montis*, Strig. *per latus montis*, Jon. in V. Solent latera montium occulta eſſe venientibus & deſcendentibus ab altero latere [m]. In via denſa arbuſtis [n]; unde nec ipſa Davidem cum ſuo comitatu videret [o]; nec ipſe eam donec convenirent [p]. Fortè compendio per ſecretiorem montis partem iter fecit *, nè impediretur ab aliquo qui occurreret; vel ut meditaretur ſecum quid Davidi diceret, &c [q]. Vel, *abſconſionem montis* appellat inferiorem ejus partem, quæ non ità conſpicua eſt, & eminet †. ¶ *Deſcendebant*, &c.] Tam David quàm Abigail *deſcendit*; vallis ergo interjecta eſt [r].

21. *Et ait*, [אָמַר] *Dixit*, Mo. *dixerat*. [Ità ferè omnes.] Priuſquam itineri ſe committebat; vel *dicebat*, in ipſo itinere [s]. ¶ *Fruſtra ſervavi*, [לַשֶּׁקֶר] *in vanum*, Jon. M. Mo. *fruſtrà*, Sy. Ar. P. JT. *ſecundùm falſitatem*, Pi. *ah quàm falsò ſervavi*, &c. i. e. quàm fruſtratus ſum ſpe meâ [t]! *Vanum eſt quod cuſtodivi*, Ti.

22. *Hæc faciat Deus inimicis David*, &c.] Juramentum eſt cum execratione, vel imprecatione [v]. Dixit David, *Hæc faciat Deus mihi*: ſed καʹ εὐφημιζμὸν immutata eſt locutio. Vide Ruth 1. 17 [x]. *Hoſtibus Davidis*, id eſt, ipſimet Davidi. Ironia καʹ εὐφημιζμὸν: qualis ſuprà 14. 41. Job 2. 10 [y]. Et ſic Græci reddunt, *Hæc faciat Deus Davidi*, Ità habent ὁ. Alioqui nulla foret execratio, & juramentum ridiculum eſſet, ſi tantùm hoſtibus ſuis malum imprecaretur [z]. Ità loquitur ad molliendam imprecationem, quam in ſeipſum intorquere inſanum videtur [a]; quia naturâ abhorrent homines ab imprecando ſibi ipſis malo [b]. Similis phraſis eſt ſuprà cap. 20. [Vide ibi annotata.] Videtur David hîc imprecari ſibi aliquid adverſum, hoſtibus verò proſperum ac lætum; q. d. Det hoſtibus meis Deus, ut ſint in acie adverſùm me ſuperiores, ut me de vitæ ſtatu dejiciant, niſi, &c [c]. ¶ *Si reliquero — mingentem ad parietem*, [מַשְׁתִּין בְּקִיר] *mingentem in* vel *ad parietem*, M. P. Ti. Mo. Qu. Quid hac phraſi ſignificatur? Reſp. 1. Senſus eſt, nè canem quidem relinquam [d]. Solent canes levato crure ad parietem mingere †. Sic Aurelianus in Flavio Vopiſco, *Quum Thyanam veniſſet, eámque occluſam reperiſſet, iratus dixiſſe fertur, Canem in hoc oppido non relinquam* [f]. Ità nunc de omnimoda internecione ſic loquimur; *nè canem* quidem relictum eſſe, nec felem [g]. [Aliis non placet hæc interpretatio,] nam 1. hæc deſcriptio non pertinet ad omne canum genus, ſed ſolùm ad mares, eóſque demum ſexto aut octavo menſe, teſte Ariſtot. hiſt 6. 20. Plin. 10. 63. 2. Si ità accipias, nullâ ratione illa cohærebunt, *Exſcindam, &c. mingentem ad parietem, clauſum, & derelictum in Iſraele*, 1 Reg. 14. 10. & 21. 21. & 2 Reg. 9. 8 [h]. [Vide ad illa loca notanda.] Reſp. 2. Alii intelligunt *mares* aut *viros* [i]. Ad parietem enim *viri* mingunt, non item *fœminæ* [k]. Ità accipienda eſt phraſis in locis jam citatis, 1 Reg. 14, &c. Cùm enim Jehu oraculum illud implevit, ſolos mares interemit, 2 Reg 10. 11, &c. fœminam omnino nullam, exceptâ Jezebele, de qua idcirco peculiaris fuit prophetia, 2 Reg. 9. 8, 9, 10. quòd altera prædictio ad ſolos mares pertineret. Et ſolos viros cædebant etiam in atrociſſimis bellis. Vide Gen. 34. Num. 31. Deut. 20 13, 14. Fruſtra vir doctus [intelligit Lud. de Dieu, in quo hæc & ſequentia habentur] objicit viros in oriente ad parietem non mingere, ſed mulierum more ſubſidere. *Europæus quidem*, inquit, *is mos eſt, qui veſtes ad id aptatas habent, ſed non Aſiaticis, qui veſtes geſtant talares*, &c. Nam 1. de ſolis *Perſis* illud verum eſt, *Turcæ* more noſtro mingunt ad parietem, teſte Olear. Perſ. itin. l. 5. p. 570. Idem fecerunt & *Græci*, ut patet ex Æſopi vita, & ex Laertio (ubi Diogenes quoſdam, qui illi, tanquam cani, oſſa projecerant, perminxit ut canis) & Heſychio voce ἐν Πυθίῳ (ubi Athenienſes minxerunt ad ſepem Templi Apollinis, &c.) & Herodoto (qui, ut probet Ægyptios in pleriſque aliter ſe gerere, quàm reliquos homines, inter cætera hæc habet) *Fœminæ quidem ſtantes mingunt, viri autem ſedentes*. Pariter & Romani. Vide Lucret. verſ. 1020. Sed & Hebræi, ut docet lex illa Talmudica, *Nemo mingat ad vicini ſui parietem, niſi poſtquam ab eo tribus palmis receſſerit*. Addit vir doctus lotium Hebræis vocari *aquam pedum*, quia dum ſubſidunt, inter pedes emittitur. Quaſi neſcierit Hebraicè *pedum* nomine cenſeri quicquid eſt infra ventrem, & maximè partes illas unde emittitur lotium. Vide ad Gen. 49. 10. Deut 28. 57. Quæres, ſi *mingens ad parietem* nec *canem* ſignificet, nec *virum*; ut contendit vir doctus: quid ergò intelligemus? *Puerilem*, inquit, *ætatem, quam non pudet ad parietem mingere*. Non placet; nam 1. viris excluſis, nè pueri quidem ſupererunt; quia *viros* hîc accipimus, non ut *pueris*, ſed ut *fœminis* opponuntur †. At verò de ſolis viris hoc exponi non poſſe patet ex v. 34. *Deus prohibuit me, nè perderem te*. Si autem id verùm eſſet, nihil periculi fuiſſet Abigaeli *. 2. Si qui excludendi eſſent, id ad pueros potiùs pertineret, qui ob id ipſum, quòd eos nihil pudet, non tam mingunt ad parietem, quàm ubivis in propatulo †. Genus hoc dicendi Hebræorum, ſi quando ſe nihil prorſus relicturos ſignificare volunt; q. d. Perdat me Dominus ſi non evertero omnia quæ habet Nabal, &c [l]. [Alii locum aliter vertunt;] *Si quicquam relictum fuerit — appenſum ad parietem*, Sy. ſim. Ar. Pro [מַשְׁתִּין] legebant [מוֹשְׁתִין] *ponentes*, vel *poſitos* ad parietem. Quæ lectio inepta eſt & abſurda. Ità tamen legebat Jonathan, qui reddit *ſcientem ſcientiam*: Alludit enim, ut volunt Hebræi, ad Jer. 4. 19. ubi præcordia vocantur *parietes cordis*; ac proinde, ex illius mente, *ponentes in pariete*, ſupple *cordis ſui*, eos dici, qui per ætatem rationis jam ſunt aliquo modo compotes. At, ut cætera taceam, hæc interpretatio cum Hiſtoria Sacra ſtare non poteſt, quæ docet in Achabi domo nulli ætati parcitum [m]. Porrò, David hoc juramento concepto peccavit [n]; 1. quia ab affectu vindictæ profectum eſt. 2. Quia graviorem peccato pœnam inferre ſtatuebat [o]. Neque enim capite luere debebat Nabal incivilitatem, ſeu ingratitudinem, vel etiam contumeliam. 3. Et ut ſcelus fuiſſet capitale, debebat tantùm à magiſtratu puniri [p]. 4. Quia in innocentes ſævire animus fuit [q], contra legem Deut. 24. Vide & 2 Reg. 14 [r]. Peccavit jurando, ſed magìs peccâſſet juramentum complendo [s]. Juravit ex impetu & fervore juvenili & militari [t]. Magnæ injuriæ interdum etiam ſummam manſuetudinem expellunt [v].

23. *Deſcendit de aſino*] Deſcendebat enim abſque dubio David pedes de monte [x]. ¶ *Procîdit*, &c.] Hoc ſigno abjectiſſimè & humillimè ſupplicans, 2 Reg. 4. 27 [y]. Hoc ſitu orationem habuiſſe videtur [z].

24. *In me ſit, domine mî, hæc iniquitas*, [בִּי אֲנִי אֲדֹנִי הֶעָוֹן] Ad verb. *in me, ego, here mî*, (*domine*, Mo.) *iniquitas*, Ma. *In me* (*ego* peccavi *domine mî*) *iniquitas*, P. Mar. Oratio perturbata; q. d. cogita me peccâſſe, mihi imputa, de me vindictam ſume [a]. *In me, me inquam* — *ſit iniquitas*, JT. ſim. Ti. Glaſſ. vel *in me* recidet, M. vel *mihi culpa* imputetur, Sy. *Rogo te domine mî ut condones, culpa hæc mea eſt*, Ar. *Obſecro* (ità vertunt בִּי) vel ô, ego, *domine mî, iniquitas* eſt in meipſa; reputa me peccâſſe, atque *ità audi verba ancillæ tuæ* [b]. Affixum & integrum pronomen quandoq; concurrunt cum eleganti emphaſi. Sic etiam Gen. 27. 34. בָּרְכֵנִי גַם אָנִי Ità 1 Reg. 20. 19. Prov. 23. 15 [c]. Obſerva elegantiſſimam & ſapientiſſimam hujus fœminæ orationem [d], qualem in ſummo etiam oratore admiraremur †. Crimen initio transfert ab odioſa perſona in favorabilem [f]; ut Paulus ab Oneſimo ad ſeipſum, Epiſt ad Philem. Mihi hoc crimen imputa [g]. Luam ego pœnas eorum quæ in te Nabal peccavit [h]. *Iniquitas* hîc peccati pœnam ſignificat. Liberat Davidem Abigail à metu imprecationis ſuæ, v. 22. dum in ſeipſam derivet, quod ille a perjurio timere poterat

Marginal notes (left column): [h] Mart. [i] Calv. [k] Mart. [l] San. [m] V. [n] Oſ. [o] Oſ. Sic Mar. V. [p] Oſ. * Ma. ex Mart. [q] Mart. † Ma. [r] Ca. [s] V. [t] Q. in Ma. [v] E. Me. T. ſim. L. Pi. San. [x] G. [y] Pi. ſim. San. Mo. T. L. La. Mart. [z] E. La. [a] Me. [b] Pi. [c] T. [d] Ità V. San. Ca. He. in M L. E. La. Mart. Me. Jun. Pi. † L. ſim. V. [f] Ma. [g] E. La. [h] BA. 1. 2. 56. 675. [i] Sic BA. Mart. Q. in M. R. Levi & Elias in in BA. [k] Elias in BA.

Marginal notes (right column): † BA. ib. * Mart. † BA. ubi ſuprà 676. [l] V. [m] BA. ib. [n] Me. T. [o] Me. [p] T. ſim. La. Me. [q] Me. ſim. T. Mart. [r] Mart. [s] T. [t] La. [v] G. [x] San. [y] Pi. ex Jun. [z] San. [a] Mar. [b] V. [c] Glaſſ. gram. p. 220. [d] Oſ. † San. [f] Oſ. [g] G. [h] Me.

i San. terat [i]. [Sed undenam illa juramentum Davidis resciret?]
¶ *Loquatur ancilla tua*, &c.] Antithesin hæc habent ad
convitia Nabalis, *Quis est David*, &c? Hæc ergo illum
k Mart. salutat ut Dominum [k].
25. *Nè ponat cor suum*] Nè attendas quæ facit aut lo-
l Me. quitur Nabal [l]. Nè cures, sed contemnas [m]. ¶ *Su-*
m V. *per virum istum iniquum*] Heb. *Belial*. Videtur allude-
n Ma. re ad Deut. 15. 9 [n]. ¶ *Secundùm nomen suum stultus*,
o Pi. &c. נָבָל שְׁמוֹ וּנְבָלָה עִמּוֹ] Elegans Paranomasia [o]. *Na-*
bal nomen ejus, & vilitas cum eo, M. Ti. Mo. *dedecus*
ejus comitatur eum, Sy. *stultitia cum eo*, P. Os. Pi. vel
penes eum est, JT. sim. ó. Jon. Ca. i. e. stultus est, ut vo-
p V. catur. Repetitio est, idem enim bis dicit [p]. *Nabal nomen*
ejus indicat actiones & ineptias ejus, Ar.
Stultitiam patiuntur opes ——
q Ga. Horat [q]. sim. Euripides & Menander [r]. Hoc modo maritum
r G. à gravitate sceleris excusat; quasi errore potiùs & stupore
s San. mentis lapsus fuerit, quàm consilio [s]. Non debes hominem
fatuum tanti facere. Prudentes tanti non faciunt, si à
t Mart. morionibus contemnantur, quàm si à prudentibus [t]. Ne-
v La. mo curat dicteria & probra stulti & amentis [v]. Qu. An
non peccat virum suum appellando *stultum*? Resp. 1.
Ipsius stultitia decantata erat, & in vulgus nota. 2. Ista
dicit (non quòd scommatibus & dicteriis maritum insequi
x Calv. delectabatur [x], sed) ut virum servet. Sicut Chirurgus
partem carnis interdum amputat, &c. Pari modo Chri-
stus ipsos excusat, *Ignosce illis, nesciunt quid faci-*
y Mart. *unt*, [y].
26. *Nunc ergo*, &c. וְעַתָּה אֲדֹנִי חַי יְהוָה וְחֵי נַפְשְׁךָ
אֲשֶׁר מְנָעֲךָ יְהוָה מִבּוֹא בְדָמִים וְהוֹשֵׁעַ יָדְךָ לָךְ וגו׳]
Nunc autem, domine mi, P. V. (At in meo codice est
וְאַתָּה *& tu*; Nominativus absolutè positus. Verto, *Ad*
z Pi. *te verò quod attinet* [z].) Sub. *res ità se habet*, q. d. per
a V. sic La. Deum vivum non vidi pueros tuos [a]. *Vivit Dominus, ac*
Mar. *vivit anima tua*, P. Mo. *quia prohibuit te Dominus, nè*
venires in sanguines, & nè servaret manus tua te; nunc
sint sicut Nabal, &c P. sim. Mo. *sicut prohibuit te Domi-*
nus, &c. ó. *Per Dominum, pérque vitam animæ tuæ, ne-*
quaquam patiar te in sanguines ingredi; quin potiùs ser-
vet te Dominus ab eis, Ar. sim. Sy. *Qui prohibuit te Je-*
hovah, sub. *vivit, inquam*: nam istud *Jehovah* conjun-
gitur cum illo; sic, *Vivit, inquam, Iehovah qui prohibuit*
te; nè venires in sanguines (Jon. *nè effunderes sanguinem*)
& nè servaret, &c. H[s], nè ulciscereris te manu pro-
priâ. Doctus inter Hebræos exponit, *qui servavit ma-*
b V. *num tuam tibi*; i. e. nè effunderes sanguinem [b]. *Per*
viventem Jehovam, &c. *quandoquidem cohibet te Jehova*
(providentiâ suâ mei occursum disponens) *nè ineas cæ-*
des, vindicet manus tua te; nunc inquam, sint sicut Na-
bal, JT. *Sicuti vivit Dominus*, &c. *quum Dominus te*
cohibuerit à veniendo ad effundendum *sanguinem, & à*
vindicando, sive *salvando teipsum manu tuâ; sint jam*,
&c. Ang. *En prohibuit te Dominus, nè eousque erumpe-*
res, ut sangvinem funderes, servavitque tibi manum tu-
c Ma. *am*, Ti. id est, continuit eam, nè in cædes rueret [c]. *En*
prohibuit te Dominus, nè venires in sanguinem; & tu quo-
d M. *que libera manum tuam* ab effusione sanguinis [d]. *Ut*
vivit Jehova, &c. ità certum est *quòd cohibeat te Jehova nè*
venias. &c. *nunc ergo sint*, &c. Pi. Quàm verum est,
quòd *Dominus vivit*, &c. *Dominus est, qui impedivit te*
à veniendo cum effusione sanguinis (Heb. *cum sanguinibus*,
ut infrà v. 33. & Gen. 4 10.) ut *manus tua te liberaret*,
&c. Belg. Sensus loci est, Quàm certum est Deum vivere,
& te; tam indubitatò credere debes, te divinitùs, meo
adventu impeditum, nè sanguinem effunderes; sed De-
† Os. us ipse vindicabit te de Nabal †. Davidi callidè gratu-
latur, quasi divinitus prohibitus sit, &c. simúlque osten-
f Me. dit non benefacturum fuisse, si ulciscatur, &c [f]. *Jehova*
g Jun. *te cohibet*, nempe lege suâ, quæ ultionem sui prohibet [g].
Non debes putare, me miseram mulierculam ista tibi di-
cere; Deus ipse me excitavit (tum interno spiritûs im-
pulsu, tum externo verbo suo & præcepto) ut te à scelere
h Mart. retraherem [h]. Davidi nondum regnum adepto licebat se
i G. tueri, non etiam se regio more ulcisci, infrà 39 [i]. ¶ *Fi-*
k Me. sim. San. *ant sicut Nabal*] Tam facilè superabiles [k]. Subdantur
tibi, tuámque gratiam implorare cogantur, ut ego ean-
l La. dem pro Nabal imploro [l]: sicut Nabal futurus esset, si
m Jun. in tuo consilio pergeres [m]. Non sint fœliciores marito
meo Nabal, quem certè scio à Deo propter impietatem

suam brevi graves daturum pœnas [n]. Prophetìcè hoc n Os.
dicit [o]. Ratio argumenti hæc est; Inutile est, velle ab eo o Q. in Mart.
vindictam expetere; Deus te ulciscetur, quare illi debes
relinquere. Vel sic, Convitiatus quidem est, sed non
potest te lædere. Sint tales hostes tui [p]. *Sicut Nabal*, p Mart.
nempe debiles & stulti [q]; vel in tua potestate [r]; experi- q V.
antur vindictam tuam [s], sint contemptibiles [t]. ¶ *I-* r Ma. La. s Pi.
nimici tui] q. d. Non autem ego & familia mea, quæ t Me.
bene tibi volumus [v]. ¶ *Qui quærunt —— malum*] v Pi.
Argumentum ab æquitate per comparationem facti Na-
balis, cum alieno: q. d. non de illis qui stultitiâ delin-
quunt, ut Nabal, ultio sumenda est; sed de illis qui stu-
dio contra suum officium veniunt [x]. x Jun. Ma.
27. *Suscipe benedictionem hanc*] Id est munus, sive do-
num [y]; id est, rem à benedictione Dei profectam. Sic y V. Jun.
Gen. 33. 11 [z]. Paulus sanctorum munera appellavit Pi. &c. z Pi.
εὐλογίας. Nam benedicere est laudare. Laudamus autem
vel verbis, vel rebus ipsis. Qui munere aliquem afficiunt,
videntur eum reipsâ laudare [a]. ¶ *Quam attulit* a Mart.
ancilla tua, שִׁפְחָתְךָ] *Servus ancillæ tuæ*. Verbum e-
nim [nempe הֵבִיא] est masculeum. Non meminit au-
tem servi, quòd ipsa imprimis erat quæ afferebat munus [b]. b V.
Rectiùs, de se verbo masculeo usa est, ut ostenderet, se
hac in re partes viri sui suscepisse, ac quasi mariti nomine
munusculum afferre [c]. ¶ *Qui sequuntur te*, c Ma.
הַמִּתְהַלְּכִים בְּרַגְלֵי אֲדֹנִי] Ad verb. *Qui eunt in pe-*
dibus (vel *ad pedes*, V. Ca.) *Domini mei*, Ca. sim. Mo.
Ma. P. V. *ad vestigia*, JT. qui ministrant vel serviunt
tibi [d]. Vel in potestate tua sunt: quale est illud d V. Ca.
Homeri
—— Θεῶν ἐπὶ γούνασι κεῖται;
Ad Deorum genua situm est; h. e in potestate & arbitrio †. † Ca.
Qui te comitantur, Ca. Vide de hac phrasi ad Exod. 11.
8 [f]. q. d. Ista tuâ quidem virtute non sunt digna, distri- f Ma.
bue tamen illa servis tuis [g]. g Mart.
28. *Aufer iniquitatem famulæ tuæ*] Se enim peccati
illius ream quodammodo constituerat, v. 24 [h]. *Condona* h Me. La.
defectionem, JT. Heb. *tolle defectioni*, seu *transgressioni*,
scilicet reatum. Phrasis elliptica, passim obvia: ut Gen.
50. 17. Jos. 24. 19. Psal. 25. 18 [i]. *Aufer*, recipiendo i Pi.
xenium, in signum remissionis offensæ, &c [k]. ¶ *Fa-* k L.
ciet Dominus tibi —— domum fidelem] *Domum*; i. e. fa- l Pi. V. T.
miliam regiam [l]. Futurus es rex [m]. Jam enim id vulgò m V.
notum erat [n]. Regem decet omnis clementia [o]; q. d. n San. sim. Mart.
Minimè decet, regem privatas injurias ulcisci. Sic Ha- o V.
drianus Imperator occurrenti (pristino) inimico dixit, *eva-*
sisti: neque enim potest privatas injurias honestè perse-
qui Imperator [p]. *Fidelem*; i. e. stabile manebit regnum p T. ex San.
in familia tua [q]; non ad breve tempus, ut in domo Saul, q T.
sed in perpetuum [r]. Deus tuus bonus est, debes igitur r Me. sim. Mart.
ejus bonitatem imitari. Quòd si cædem injustè feceris,
fortasse evertes res tuas, ut Saul evertit suas [s]. ¶ *Quia* s Mart.
prælia Domini præliaris] Pro Dei gloria [t]. Deus te ad t San.
pugnandum vocavit, non ad latrocinandum. Non debes
victorias tuas commaculare, &c [v]. *Prælia Domini*, non v Mart.
privatas ultiones tuas [x]. [Vide de hac phrasi suprà 18. x Ma. ex Jun.
16.] Sic vocat quæ in Philistinos parísque conditionis
gentes alias geruntur. His nocebat David, civibus par-
cens [y]. Verto, *quum bella Jehovæ geres, & non invenietur*, y G.
&c. Pi. ¶ *Malitia non inveniatur*, &c. וְרָעָה לֹא תִמָּצֵא
בְךָ מִיָּמֶיךָ] *Et malitia* (*malum*, Jon. Ar. JT. id est noxa,
culpa, Pi.) *non inventa est in te à diebus tuis*, Sy. M. P.
Mo. V. i. e. ex quo es, seu vivis [z]. *Post dies tuos*; id est, z V.
inde ab hoc tempore per omnes dies vitæ tuæ [a]. *Unquam*, a Pi.
ó. Ar. *à die tuo*, Jon. *in diebus tuis*, JT. [quasi מ pro ב
positum esset.] *Hactenus dum vixisti*, Ti. Commendat
eum à justitia; q. d. Hactenus non est inventa iniquitas
in manibus tuis [b]; unde omnium gratiam promeruisti. b Mart.
Hortatur igitur eum, nè novo errore illam æquitatis o- sim. San.
pinionem contaminet [c], vel se à regno impediat. Omnes c San.
enim clementem cupiunt regem, non vindictæ cupidum [d]. d La.
Cave nè ullâ injustâ, vel crudeli actione polluas initia
regni tui †. [Ca. accipit de malo pœnæ, & sic cum ante- † Os.
cedentibus connectit. *Sic tuam tibi domum bella Jova-*
na gerenti —— confirmet Jehova, ut tibi per omnem vi-
tam nihil mali eveniat.]
29. *Si enim surrexerit*, &c.] q. d. Si Nabalo hosti
tuo condonas, Deus tibi vicissim vitam tuam, contra Sau- f La. sim.
lem, & omnes persequentes tuebitur [f]. Qui in alios cle- Mart.
mens

mens est, divinam sibi vindicat clementiam [g]. *Ut, quamvis surgat homo*, &c. Ma. ex JT. *Et surrexit homo*, Ma. q. d. Quidam Saul [h]. ¶ *Erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viventium, apud Dominum*, [צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים אֵת יְהוָה] *Erit anima*, seu *vita——ligata*, vel *colligata*, vel *illigata* (*conclusa*, *constricta*, Ma.) *in fasciculo vitæ*; P. (vel *vitarum*, Mo. vel *viventium*, JT.) *cum Domino*, Mo. P. i. e. Diutissimè vivas, colendo Dominum Deum [i]. *Apud Dominum*; JT. Q. in V. ό. Sy. *Erit reposita in thesauro vitarum seculi ante Dominum*, Jon. *Est asservata, cui Dominus tutelam imposuit*, Ar. Metaphora ab agricolis, qui decisos ab arbore surculos colligant in fasciculum, & aquam infundunt, nè arescant [k]. Potiùs *fasciculus* congregationem significat, maximè parium vitæ instituto, & moribus. Vide Isa. 24. & Matt. 13. q. d. inter viventes numeraberis; Mors enim hominem à viventium fasciculo dissolvit [l]. Res recondita est in fasciculo, vel legamine, ut illæsa servetur; res verò ponitur in fundâ, ad hoc ut ejiciatur [m]. Erit vita tua firmissima, & secura, ut avelli tibi à quoquam non possit, servante te Jehova [n]. Colligamus res pretiosas, nè nobis excidant [o]. *Servabitur*, ut Deus servat animas amicorum & electorum suorum: *Fasciculum* eleganter dixit, ut sciamus numeratos esse omnes electos, & nullum ex eis periturum; præsertim si consideremus *fasciculum* hunc *viventium* esse, Amos 9. 6. [de quo loco plura, si Deus dederit.] Ribera ad Amos 9. 7, 8 [p]. *Apud Jovam esse* dicuntur qui hac vitâ (quam curat Jova) fruuntur. Vide Psal. 116. & Isa. 38 [q]. Illi tutissimè vivunt qui apud Dominum, vel sub protectione Domini vivunt. Hebræi per *fasciculum viventium* intelligunt *solium majestatis*, sub quo aiunt animas justorum in seculo alio quiescere. Hinc tumbis suis insculpunt, *sit anima ejus ligata in fasciculo viventium*, &c [r]. Eris in numero, seu congregatione eorum, quos Deus conservat vivos & incolumes [s]. *Erit anima*, &c. ponitur pro *sit anima*, &c. Nam precatio est [t]. Q. hoc referunt ad hanc vitam; alii ad alteram; Ego de utraque intelligo *. ¶ *Inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu & circulo fundæ*, [יְקַלְּעֶנָּה בְּתוֹךְ כַּף הַקָּלַע] *Fundâ jaciet*, sive *jaculabitur* (*rotabis*, ό. *volare* faciet, Jon. *projiciet*, Ar. *ejaculabitur*, Sy. JT. Ti. *ejiciet*, M. Sub. *Deus*, P. Sy. Ar. M.) *In medio* (*per medium*, Pi.) *curvaturæ* (vel *sedis*, P. *lancis*, Sy. *volæ*, Jun. Pi. Ti.) *fundæ*, Mo. sub. *animam positam*, Sy. vel *è medio cavo fundæ*, JT. Partem fundæ latiorem intelligit, ad quam alligantur duo funes [v]. *Projiciet, sicut lapis fundâ jacitur*, Ar. sim. Jon. Ca. Os. *Veluti è fundæ manu*, M. id est, violenter illis (vitam) eripiens, quam longissimè abjiciet [x]; ejiciet celerrimè & citissimè ex hoc mundo [y]. Metaphora à re præsenti, id est ab armis Davidis & sociorum [z]. q. d. Vita hostium tuorum erit instabilis, vaga, incerta, vertiginosa, quasi rotata fundâ [a]. Susque deque volventur, in jugi quadam sollicitudine, ac turbine versabuntur, & tandem in mortem sempiternam projicientur [b]. Profugi dissipabuntur, ut lapides rotati, &c [c].

30. *Cùm fecerit tibi——quæ loquutus est bona*] Heb. *Secundùm omne quod loquutus est bonum illud de te*. Trajectio antecedentis post relativum [d]. *Bonum illud, secundùm omnia*, &c. JT. Cùm Dominus te affecerit summo illo beneficio, quod tibi est pollicitus; h. e. cùm te Regem constituerit. Seipsam exponit [†]. ¶ *Et constituerit te ducem*, &c. [וְצִוְּךָ לְנָגִיד עַל־יִשְׂרָאֵל] *Et præceperit tibi in ducem super Israel*, ό. Mo. vel, *ut sis dux*, &c. M. P. Ti. *Et juberi faciet te esse regem*, &c. Jon. *Præceperit tibi, ut regas Israelitas*, &c. Ar. *Teque moderatorem præposuerit*, &c. Sy. *Mandato instituet te antecessorem*, &c. JT. *Constituet te in antecessorem*, &c. Pi.

31. *Non erit tibi hoc*, &c. [וְלֹא תִהְיֶה זֹאת וגו׳] *Et non erit hoc tibi*, &c. Jon. Mo. ό. *Tunc hoc non erit tibi*, &c. P. Ti. [τὸ *non* in exemplari meo deficit, vitio typographi.] *Non erit istud*, &c. M. *non sit*, &c. Sy. *ne quæso, hoc quod facere cupis sit*, &c. Ar. *Ut tibi hoc non sit*, &c. JT. Hæc verba pendent à principio v. 30. *Sic erit*; id est, sic fiet ut, &c. Pi. *In singultum* [לְפוּקָה] *In vacillationem*, Mo. Ti. *luxationem*, Ma. *titubationem*, Sy. JT. *anxietatem*, Jon. *offendiculum*, P. M. V. Ar. *ruinam*, M. *abhominatio*, ό. Non te anget hoc, &c [f]. *In——amotionem, dissolutionem, collisionem*, Q. in Ma. Vox hæc

[g] San. [h] V. [i] V. [k] Me. sic San. ex L. [l] San. [m] La. [n] Jun. [o] Mart. [p] Ga. [q] Ca. [r] M. [s] T. [t] Mar. * Mart. [v] V. [x] Jun. [y] V. [z] Jun. [a] Ma. [b] San. [c] Me. [d] Pi. ex Jun. [†] V. [f] V.

alibi non occurrit [g]. ¶ *Et in scrupulum cordis*, [וּלְמִכְשׁוֹל לֵב] *Et in offendiculum cordis*, Mo. M. Sy. Ti. sim. P. JT. *scandalum*, ό. *in pondus cordis*, Jon. *Et cogitatio quam reformides*, Ar. Non erit tibi causa dolendi & mœrendi [h]. ¶ *Quòd effuderis sanguinem innoxium*, [וְלִשְׁפָּךְ דָּם חִנָּם] *Et ad effundendum* (vel *effundere*, ό. *effudisse*, Sy. *quòd effuderis*, P. sim. Pi. *effundendo*, Jun. *ut effundas*, M. *ut scil. effunderes*, Ti. *si effuderis*, Ar.) *sanguinem*, Jon. Mo. V. Sy. *innocentem*, ό. vel *sine causa*, Ti. P. *gratis*, Ar. V. Pi. M. *immeritò*, Pi. Glas. id est, immeritum. Adverbium substantivo additum, adjectivi significationem non rarò induit [i]. Qu. Quomodò sanguinem hunc *innoxium* vocat, quum Nabal adeò peccâsset? Resp. 1. Nabal nihil admisit capite luendum. 2. Sanguis reliquorum (quos cum eo David occisurus erat) innoxius fuit [k]. ¶ *Aut ipse te ultus fueris*, [וּלְהוֹשִׁיעַ אֲדֹנִי לוֹ] [Constructionis ferè idem modus, qui in præcedenti sententia] *Aut, quod fecerit salutem Dominus meus sibi*, P. *aut vindicet se*, &c. JT. *& se liberet*, M. *salutem efficiat sibi*, Pi. *& ut servet* (i. e. ulciscatur se) *Dominus meus*, sub. de inimicis suis [l], de Nabale [m]. Pollicetur, quasi premii loco, ingens bonum, tranquillam conscientiam. Carnificina enim horribilis est conscientia perturbata [n]. ¶ *Et cum* (vel *sed cum*, M.) *benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ*] Sic P. Ti. JT. M. V. vel, *recorderis*, &c. Sy. Ar. sim. Ca. Heb. *Et benefecerit*, &c. *& recordaberis*, &c. Mo. Gratias mihi ages pro hac admonitione. Synecdoche membri [o]; hoc meum factum ità accepturus es, quasi ante acceptam injuriam obliteraverim hoc officio meo; nec eam porrò in animum tuum revocabis. Nam *nuntii mortis sunt regis indignatio*, Prov. 16. 14 [p]. Potest exponi generaliter; Nam si quid fausti alicui prædicimus, solemus addere: In tanta tua fœlicitate memineris mei. Ità Josephus, Gen. 41. vel, Abigail, cum videret Nabalem esse moriturum, & se fore viduam, prudenter consideravit, tum demùm sibi opus fore alieno præsidio [q].

32. *Benedictus Dominus*] Reliqua laudat, tanquam instrumenta Dei, & ab eo profecta [r].

33. *Et benedicta tu*, [בָּרוּךְ טַעְמֵךְ] *Benedicta* (vel *laudanda*, V.) *discretio tua*, Mo. sic V. ex Jon. *Consilium tuum*, JT. Pi. Heb. *sapor tuus*, Pi. Sy. Metaphora. Nam ut sapor commendat cibum, ità consilium hominem [s]. Al. *sermo* vel *eloquium*, M. P. Mar. Heb. *sensus*, Mar. *Gratiam habeo moribus tuis festivissimis*, Ti. in Ma.

34. *Nisi citò venisses——non remansisset*, &c. [כִּי אִם נוֹתַר וגו׳] *Quia si remansisset ipsi Nabal*, &c. Mo. sim. Jon. *Si remanebit*, &c. ό. *Non remansissent*, &c. Sy. P. sim. Ar. Ti. JT. *Putas, quòd remansissent ipsi Nabal mingens*, &c? M. Porrò pro *venisses*, ponitur [תָּבֹאתִי], vox composita ex duobus temporibus, præterito & futuro; ad indicandum eam summam diligentiam in veniendo adhibuisse *.

35. *Honoravi faciem tuam*] q. d. Condonavi tibi omnia, cùm sis mihi gratissima [t]. Heb. *levavi faciem*. Erexi te pavidam pro salute domûs tuæ [v]. *Suscepi faciem*. Vide scholia in Gen. 19. 21 [x]. Gratissima mihi sunt quæ dixisti & attulisti [y].

36. *Quasi convivium Regis*] Propter ciborum abundantiam, & convivarum multitudinem [z]. ¶ *Non indicavit ei verbum*] De instituto Davidis, suâque intercessione [a]. Prudenter factum [b]. Captandæ enim sunt occasiones [c]. *Cavendum, nè ex remediis vitia fiant, quod evenit nimiâ, aut intempestivâ medicinâ*, Plin. 17. 27. Cleostratus dicenti, οὐκ αἰσχύνῃ μεθύων, &c. *Non pudet te ebrium esse? respondit, non pudet te ebrium corripere?* Stob. 2. 34 *.

37. *Emortuum est cor ejus*, &c.] Propter missum munus, quod ità hominem illum [כִּילַי] i. e. *parcum*, discruciavit, ut quasi lapis insensibilis redderetur [d]. Obstupuit, instar lapidis, præ metu scilicet, cùm intellexit periculum in quod inciderat [†]. Sic obstupuit, ut omnem amiserit sensum; (quod sæpè in metu, atque dolore contingit [f].) & ut in periculum subitaneæ mortis inciderit [g].

38. *Cùmque pertransissent decem dies*] Tot dies decubuit & contabuit; ut omnes videre possent judicia Dei; & nè videri possit aut fatali, aut naturali morte obiisse [h]. ¶ *Percussit Nabal, & mortuus est*] Præ metu; quam & Mario

[g] Ma. [h] Me. [i] Glas. gram. 44. [k] San. [l] V. [m] M. Ca. [n] Mart. [o] Pi. sim. San. [p] Ma. ex Jun. [q] Mart. [r] Mart. [s] Pi. * Mar. ex He. [t] V. [v] Ma. [x] Pi. [y] V. [z] Me. [a] Pi. [b] Me. [c] Mar. * Ga. [d] M. [†] V. [f] San. T. [g] Pi. [h] Mart.

Mario ſepties Conſuli cauſam fuiſſe mortis multi prodiderunt [i]. *Percuſſit eum*, novâ aliâ plagâ [k]. Sideratus erat [l]. Fortaſſe tantùm ingraveſcente magìs cordis duritie interiit [m]. ב [in בַּעֲשֶׂרֶת] valet *poſt*, ſicut Num. 28. 26. Eccleſ. 11. 1. *poſt decadem dierum*, Pi. [At alii legunt כַּעֲשֶׂרֶת]

39. *Benedictus Dominus qui judicavit*, &c.] Qu. Quomodò David lætatur de morte Nabalis? Reſp. Non lætatur ob mortem Nabalis, ut malum ejus fuit; id enim ab odio proficiſcitur, & animum offenſione adhuc exulceratum ſapit [n], & ab ejus charitate alienum eſſet [o]; lætatur ergò in providentia divina [p], & de juſtitia Dei, juxta Pſal. 58. 10. —— *lætabitur quum videbit ultionem*, &c. Nam quum pateſiunt judicia Dei, pii hominis eſt illis applaudere [q]. Agit gratias Deo, quòd non permiſerit vindictam ſumi à mortali manu, ſed ipſe injuriæ vindex eſſe voluerit [r]. Non licet hoſtis interitum à Domino exoptare, ideóque nec de eo mortuo gratias agere; (eadem enim eſt utriuſque ratio.) Cùm igitur David gratias agat quòd Nabalem Deus percuſſerit; apparet eum antea in votis habuiſſe, de quo gratias agit, nempe ultionem. Periculoſum ergò eſt ſanctiſſimorum virorum exempla imitari, &c. Licet tamen, quum charitatis officiis defuncti fuerimus, Dei juſtitiam advocare, ut cuique reddat pro meritis; & de pœnis improborum quodammodo lætari poſſunt probi, quòd erga fideles ſuos amor Dei apparet, &c. Non dubium eſt, quin David optaverit Nabalem pœnitentiam agere: ſed quum Deo aliter viſum fuerit, ipſúmque à Domino reprobatum fuiſſe conſtaret, judiciorum Dei juſtitiæ acquieſcit, & gratias agit [s]. ¶ *Loquutus eſt ad Abigail*, בַּאֲבִיגַיִל] *Cum Abigail*, P. Rectiùs, *De Abigail*, &c. V. Miſit legatos, ipſe non ibat, 1. Ut conſenſum haberet liberum. Multa enim legatis ſæpè negantur, quæ, ſi princeps coram peteret, negari non poſſent. 2. Nè ſi repulſam tuliſſet, pudore ſuffunderetur [t]. Miſit non ſtatim à Nabalis morte, ſed aliquo ſpatio interpoſito, ut & ſuo conſuleret pudori, & mulieris [v]. Porrò licebat Davidi illam in uxorem ducere, quòd Michol ipſi adempta, & cum altero ſcortata eſſet [x].

41. *Adoravit*] Quaſi præſenti David in famulis reverentiam exhibens, vel beneficium Davidis agnoſcens, & pro illo Deo gratias agens [y].

42. *Et feſtinavit*, &c.] Non conſiderat tempus, aut conditionem Davidis, aut potentiam & furorem Saulis, ſed tantùm promiſſionem Dei Davidi factam [z]. Non cum ipſis nuntiis profectam crediderim ad David, ſed aliquantò pòſt, &c [a]. ¶ *Puellæ*] Miniſtræ ingenuæ. Vide dicta Gen. 30. 3 *.

43. *Sed & Achinoam*, &c.] *Achinoam* duxit, antè Abigailem [b]. Nam, 1. Ubicunque de uxoribus Davidis agitur, ipſa primo loco nominatur. 2. Amnon primogenitus Davidis erat ipſius filius [c]. Qu. Cur violat David legem Dei, Deut. 17. *Rex nè multiplicet ſibi uxores*, Reſpondent, de magno uxorum numero intelligi, non quaſi non liceret duas aut tres habere; Sequitur enim, *nè multiplicet equos*, &c. Et addunt legem intelligi de uxoribus alienigenis. Sequitur enim, *Quæ avertant animum ejus à Deo* [d]. [De Polygamia hîc fusè diſputat P. Martyr quem videſis.]

44. *Dedit Michol Phalti*, &c.] Qui & *Phaltiel*, 2 Sam. 3. 15. Jun. Hinc apparet inſtabile Saulis ingenium; cùm enim priùs illum futurum eſſe regem agnoviſſet, à quo precibus obtinuit, ut generis ſui rationem haberet, jam filiam aufert, quæ ſervandæ fidei, atque amicitiæ vinculum eſſe poterat †. Abſtulit hanc, 1. Ut Davidi ægrè faceret. 2. Quia noluit videri generum ſuum perſequi. Putavit novis iſtis nuptiis veterem illam affinitatem extingui poſſe; ſed fruſtrà, & ſtultè [f]. Non caruit culpâ Michol, quæ non repudiata alteri nupſit, & in adulterio vixit, donec à David revocata eſt, 2 Sam. 3. 14 [g]. Quare, velut non facto divortio, recepit eam David [h]. ¶ *De Gallim*] Civitate Benjamitarum [i], non procul à Gibba Saulis, ut colligitur ex Iſa. 10. 29. vel 30 [k].

[i] G. [k] T. San. [l] Jo. in T. [m] San. [n] Me. [o] Mart. [p] Me. [q] Mart. ſim. L. [r] San. [s] Calv. [t] Mart. [v] Mart. ſim. Me. [x] Calv. [y] Me. [z] Mart. ſim. San. [a] Me. * G. [b] Me. ex Jo. Mart. [c] Me. [d] Mart. † San. [f] Mart. [g] Me. [h] G. [i] Me. ſim. Jun. Pi. [k] Ma. ex Jun.

CAP. XXVI.

1. ET *venerunt Ziphæi*, &c.] Cùm ſemel incepiſſent prodere Davidem, noluerunt ab incepto deſiſtere. Deſperârunt enim ſe unquam poſtea cum Davide redituros in gratiam [l]. Sed cur non diſceſſerit David ex agro Ziphæorum, quorum perfidiam antea expertus erat? Reſp. Quia fortunæ & facultates Abigaelis, in illis locis erant poſitæ [m]. ¶ *Ex adverſo ſolitudinis*, עַל פְּנֵי] *Ex adverſo*, V. ad dextram nimirum ejus partem, ſuprà 23. 19 [n].

3. *In Gabaa-Hachila*] Potiùs, *in colle Hachilah*, V. Me. San. ¶ *In via*, Sic Sy. Ar. Oſ. עַל הַדָּרֶךְ] *Super* (*juxta*, M. P. Ti.) *viam*, ó. Jon Mo.

4. *Didicit quòd illuc veniſſet certiſſimè*, אֶל נָכוֹן] *Ad certum*; Mo. *ad certum* negotium, Ti. Strig. Belg. Q. in M. *certò* vel *pro certò*, M. P. *revera*, He. in M. *verè*, Ca. ſim. Jon. Ang. *ad locum certum*; i. e. quod jam certum locum caſtris ponendis cepiſſet [o]. [At ó. habent, *quia venit Saul paratus.*]

5. *Et ſurrexit clam*] Id eſt, abſconditè, & mutato habitu [p]. ¶ *Et venit ad locum*] Vel ipſemet venit, vel per exploratores [q]. Eſt hoc egregii Ducis, explorare locorum ſitus; unde magna ſæpe momenta rerum [r]. David, etſi certus de ſalute ſua, nihil per ſocordiam prætermiſit [s]. ¶ *Cùmque vidiſſet*, &c.] Dormientes *vidiſſe* dicitur, quia reverà dormiebant, & ipſe nullum motum animadvertebat, & populum videbat ad quietem compoſitum [t]. ¶ *Dormientem in tentorio*, בַּמַּעְגָּל] *In rotunditate*, Mo. Aq. in Nobil. *& cavitate*, Aq. ib. *in ſemita*, Sy. *in via*, Ar. *in vallo*, P. Jon. V. *juxta vallum*, Ti. *intra caſtra*, ſive *in gyro caſtrorum*, qui ſcilicet fit ex curribus, equis & cuſtodibus, vocatúrque *vallum* [v]; *in ambitu plauſtrorum*, JT. Heb. *in plauſtro*; i. e. inter plauſtra. Enallage numeri, Pi. Nimirum impedimentis omnibus caſtra ſua munierat, â Davide metuens [x]. *In ſtragulis præclaris & pretioſis*, Lucifer in Nobil. ó. ἐν λαμπήνῃ. Ità vocabatur currus regius, teſte Polluce; optimè. Nam Reges ſolent, ubi domus non ſunt, dormire in curribus; & vox עֲגָלָה ab eadem origine *currum* ſæpè ſign. & apud Arabes eadem vox eundem ſignificatum retinet [y].

6. *Ad Achimelech Hethæum*] Id eſt, ex ea gente ortum, religione tamen Iſraelitam [z]. ¶ *Quis deſcendet mecum?*] Magno ſe periculo expoſuit, ſed non temerè; quia ſe divinitùs ad facinus incitari ſentiebat [a]. Deus autem iterari clementiæ Davidis exemplum voluit, ut plus à populo deligeretur, & Saulis ingratitudo magìs appareret [b]; & ut à Davide depelleretur illa calumnia, quam ſparſerant Saulini milites, Davidem Saulis vitæ moliri inſidias. Rectè David Saulem de æterna ſalute periclitantem, cum capitis ſui periculo ſervare ſtuduit. Expertus autem erat Saulis animum beneficiis inflecti poſſe. Porrò David certus fuit ſeſe evaſurum & fore Regem [c].

7. *Haſtam fixam in terra ad caput ejus*, ſim. M. P. Ti. Mo. מְעוּכָה, *Impreſſa*, Mo. *poſita*, Sy. Ar. מְרַאֲשֹׁתָיו] *Capitibus ejus*, Mo. *ad cervical ejus*, Jon. JT. V. ſic dictum, quòd capiti ſupponatur [d]. *Verſùs cervicalia*, vel *pulvinaria ejus*, Ma.

8. *Perfodiam eum lancea in terra*, vel in *terram*, ó. ſim. M. Ti. P. בַּחֲנִית וּבָאָרֶץ] *Et in lancea & in terra*, Mo. (*in terram*, V.) *percutiam eum in haſta, & configam eam in terra*, Jon. *Percutiam eum hac lancea, quæ eſt humi defixa*, Sy. Vel *ſpiculo, quod eſt ad caput ejus*, Ar. Ità percutiam, ut ipſo transfoſſo infigam haſtam terræ †.

9. *Quis extendet* —— *& innocens erit?*] Nuſquam magìs elucet clementia Davidis, quàm hoc loco, & c. 24. nam etſi ab Abiſai incendatur, non patitur eam ſibi extorqueri [f]. Privato (qualis adhuc erat David, non actu Rex. Vide ſuprà 16. 13 [g].) non licet Regem ſuum occidere [h], quamlibet tyrannum [i]. Diſcamus hinc omnes venerari & honorare qui ſedent ad rerum gubernacula [k].

10. *Vivit Dominus*, &c. כִּי אִם יְהוָה יִגְּפֶנּוּ או וגו׳] *Quia ſi Dominus percuſſerit eum*, Mo. [Hæc verba variè connectunt, & ſupplent.] *Vivit Dominus*, ſub. *ſi percutiam eum*, aut *ſinam eum percuti*, V. *Vivit Dominus, quòd Dominus percutiet*, &c. q. d. non eſt opus, ut eum interficias, nam brevi morietur, Q. in V. *Vivit Jehova, ſed Jehova percutiet*, &c. P. *Vivit Dominus*, non ſinam, *ſed Dom.* &c. JT. [Alii continuant cum ſe-

[l] Mart. ſim. L. [m] Mart. [n] Me. ſim. V. [o] Oſ. [p] L. [q] Me. [r] G. [s] Mart. [t] Me. [v] M. [x] Jun. [y] G. [z] Jun. Pi. [a] Me. ſim. Mart. Wil. [b] Me. [c] Mart. [d] V. † V. [f] Mart. [g] F. [h] F. ſic Me. Mart. [i] Mart. F. [k] Calv.

sequentibus verbis,] *Vivit Dominus, nisi percusserit*, &c. Strig. sim. 6. Sy Ar. Ma. ¶ *Nisi Dominus percusserit eum*] Morbo scilicet [m]. Tria genera mortis hic tangit David, ex morbo, ex senectute, ex casu, v. g. in bello [n]. ¶ *Aut dies ejus*] Scilicet ultima [o]. Periodus vitæ ejus [p]. ¶ *Aut in prælium descendens perierit*, [וְנִסְפָּה] *Et apponatur*, 6. [Intellige, *ad patres*, vel *ad plures*, scilicet ad mortuos.] *Et intereat*, Sy. M. vel *occidatur*, Jon. Ar.

11. *Propitius sit mihi Dominus*] Heb. *Absit hoc mihi*, vel *à me, à Jehova*, P. V. i. e. non permittat ut percutiam [q]. ¶ *Tolle hastam*, &c.] At v. 12. *Tulit David hastam*, &c. Nam timebat, nè Abisai inferret illi manus violentas [r]. Fieri potest, ut Abisai ea primùm sustulerit, deinde tradiderit Davidi [s].

12. *Et scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul*] Qu. Quid erat, & cui usui? Resp. 1. Erat matella, quâ urina excipitur [t]. Hebræis, *aqua pedum* urina dicitur, Ezech. 7. 17. *Omnia genua fluent aquis*, urinâ scilicet, ut fit in magno timore [v]. Et *sumere aquam* Latinis pro meiere, sic Ovid.

Sumendæ detur quum tibi tempus aquæ [x].

2. Ad noctis vigilias indicandas valuisse dixerim: cùm apud Cæsar. & Veget. l. 3. eum ad finem in castris clepsydras fuisse legamus [y]; in quibus non arena (ut in nostris fit) sed aqua fluxit [z]. 3. Fortè præstò erat aqua ad lotionem, si qua pollutio incidisset. Judæi enim semper à cubili lavantur, ait Clemens [a]. Facilè ab illis maculæ contrahebantur; unde hydrias in privatis domibus habebant, Joh. 2. Poterat in somniis aliquid impurum accidere; quare & nocte, & in lecto sæpè tingebantur, ait Clemens Strom. 4. 7 [b]. 4. Potiùs erat vas aquæ, ad sedandam sitim, aut ad ardorem refrigerandum [c]. Tempus erat tondendarum ovium, adeoque æstuosum [d], & Saul itinere fatigatus erat [†]. Judæorum potus in militia non vinum fuisse videtur, sed aqua, inquit Stuckius lib. 1. Antiq. conviv. [f] In callidis illis regionibus non erat ordinarius vini potus, & ex sobrietate assuevit Saul aquam bibere [g]. ¶ *Sopor Domini*] i. e. vel à Deo immissus, (nè scilicet sentirent adventum Davidis [h].) Vel, sopor vehemens, seu maximus [i]. Similem soporem Adæ immisit Deus, Gen. 2 [k]. Deus suâ vi somnum & profundiorem fecerat & continuaverat: quod interdum & Medici faciunt [l].

13. *Cúmque transîsset ex adverso*, [וַיַּעֲבֹר דָּוִד הָעֵבֶר] *Et transivit David transitum*, Jon. Mo. vel *ipsorum* (scil. castrorum) *aditum*, sive *ingressum*, JT. Pi. ubi excubiæ collocantur [m]. *ultra*, 6. *In ulteriorem locum*, M. Ti. ¶ *In vertice montis*] Inde clamavit, ut & in tuto esset, & melius audiretur [n].

14. *Nónne respondebis Abner*] q. d. Jam clamavi sæpiùs, & non respondes [o]? ¶ *Quis clamas, & inquietas regem*, [אֶל הַמֶּלֶךְ] *Ad* vel *juxta regem*; i. e. audiente Rege; q. d. qui audeas Regem excitare à somno suo [p]. Ità videlicet solicitus erat de somno principis sui, cùm ejus salutem negligeret [q].

15. *Numquid non vir tu es?*] Sic M. P. Ti. Mo. id est vir egregius, insignis & præclarus [r]. Heb. *vir*. Synecdoche generis: qualis Psal. 49. 3. & Prov. 8. 4 [s]. Vox אָדָם hominem *plebeium*; אִישׁ *nobilem* sign [t]. Ironicè dictum, vel ità laudat, ut laudem in exprobrationem vertat; q. d. Tu tantus vir, tam diligenter Regem custodis [v]? ¶ *Quare non custodîsti Dominum tuum?* Ità M. P. Ti. [לוֹא שָׁמַרְתָּ אֶל־אֲדֹנֶיךָ] Ad verb. *Non custodîsti ad Dominum?* Mo. *non observâsti* ad stans *Domino?* JT. sim. Pi. ¶ *Ingressus est unus ——ut interficeret regem*] *Venit unus populi*, vel *è populo*, 6. Jon. Mo. V. i. e. Plebeius quidam, V. *venit quispiam*, Ar. Ti. venit Abisai, &c [*]. Vel *venit*; i. e. venire posset quispiam [x]. Scilicet, si tu ità negligenter agas [y]. *Dominum tuum* dicit, non *meum*. quia à Saule tanquam alienus, & hostis tractabatur [z].

16. *Filii mortis estis*] H[s]. digni morte [a]; *rei mortis*, JT. Nam hoc ex jure gentium capitale est [b]. Qui excubias palatii deseruerit, capite punitur. L. *Qui excubias*, D. *de re militari* [c]. Sed dices, Deus immiserat illis soporem. Cur ergò accusantur? Resp. 1. Imò contempserunt Davidis paucitatem, ideóque nec vigiles disposuisse legimus. 2. Non semper justa est excusatio necessitatis; nempe si eam nobis attulerimus, prout hi fecerunt, regem impium sequendo, Davidem persequendo, &c [d]. ¶ *Vide ubi sit hasta*, &c.] Nè te immeritò accusatum putes [†].

m Me. sim. L. n Me. sim. R. R. in Mart. L. o L. p V. q V. r V. sic RR. in Mart. s Mart. t Ca. in Ser. v Me. sim. Ser. San. x Ma. y Ser. z La. a Ser. b San. sim. La. ex Jo. c San. sim. Me. Ser. San. d San. † Me. f Ser. g Calv. h V. i V. Jun. Pi. Me. E. M. k La. l G. m Jun. Pi. n Mart. o V. p V. ex Chald. sim. Ma. q Mart. r V. Jun. Ma. s Pi. t Mar. v Me. * Me. Ma. x Me. Ma. Jun. Pi. y Pi. z Me. a V. b Jun. Pi. Ma. c G.

17. *Fili mi David*, &c.] Lenitas eximia aut ex inimicis amicos facit; aut, si durities est nimia, facit, ut ipsi se intùs damnent; sæpe & verbis id prodant. Vide suprà 24. 18. & hîc infrà, 21 [*].

19. *Si Dominus incitat te adversum me*] Si justa est hæc ira [f]. Si Deus, propter aliquod occultum meum scelus, voluerit ità me affligere. Qu. Num Deus excitat vel provocat quemvis ad peccandum? Resp. Minimè: nisi obliquè & per accidens; quomodo lex ad peccandum irritat: Sensus est, si tu ex eo incitatus sis, quòd ex Samuele te abjectum esse, &c. audiveris; redi ad Dominum, & odoretur ipse sacrificium tuum [g]. ¶ *Odoretur sacrificium*, Sic P. Ti. [יָרַח מִנְחָה] *Odoretur munus*, JT. i. e. sacrificium, Pi. sim. 6. M. *Offeramus sacrificium*, Sy. offer illi munus, hâc spe, quod accepturus est; ità ut tibi placetur, ac proinde desinat te incitare contra me [h]. Si Deus immisit tibi spiritum malum, quo exagitatus propter peccata tua, conquiescere, nisi me capto, non potes; age, placetur Deus aliquo sacrificio, ut te ab isto mentis furore liberet [i]. Alii, *Indica mihi, ut offeram sacrificium*, Ar. *olfaciat*; i. e. fit mihi propitius, cùm feram illi munera [k]. Alii *olfaciet sacrificium*, sub. *meum*, Q. in V. sim. Jon. i. e. placabo iram ejus munere [l]. Deum mihi iratum sacrificio conciliabo [m]. Alii sic, Præsto sum ad mortem subeundam, quasi victima Deo consecrata in odorem suavitatis [n]. Nihil aliud peto, quàm ut ei acceptum sit sacrificium etiam meipsius per mortem, (ad quam, tibi, ô Rex, legitimè cognoscenti meipsum offero [o].) Munus pro oblatione tota, Synecdoche metaphorica [p]. ¶ *Si autem filii hominum*, &c.] Hæc secunda causa; Erat & tertia, ex qua hæc provenire potuit vexatio, nempe genius, seu spiritus Regis. De hac licèt verissima esset, tacet ex observantia in Regem [q]. Culpam à Rege in Doegum & ejus similes consiliarios derivat, ut faciunt prudentes [*]. ¶ *Maledicti sunt*] Ità JT. M. P. Malim *sint*, Pi. Sy. Ar. Ti. ut sit imprecatio, ex vi antitheseos [r]. ¶ *Ejecerunt me hodiè, ut non habitem in hæreditate Domini*, [מֵהִסְתַּפֵּחַ בְּנַחֲלַת יְהוָה] [Variant;] *nè habitem* (*inhærerem*, Sy. *essem*, Ar.) *in hæreditate Jehovæ*, Jon. Sy. Ar. *Nè adhæream* (*conjunctus sim*, V. sim. Ti. *affixus sim*, M. *cooptatus hæream*, JT. *me adjungam*, sive *associem*, Pi.) *hæreditati* (*possessioni*, JT.) *Jehovæ*, P. i. e. populo Dei, qui ei ità charus est, ut homini hæreditas sua [s]. Vel, *in hæreditate*, &c. i. e. in terra populo Dei in hæreditatem data [t]. ¶ *Dicentes, Vade servi Diis alienis*] Non verbis sed factis hoc suadebant [v]. Perinde faciunt, acsi dicerent, *Abi, cole*, &c [x]. Adigunt me ad gentes, & quodammodò cogunt ad culturam idolorum [y]. Conjiciunt me in eas angustias quibus pressi multi, etiam non Idumæi, à Deo & Lege essent recessuri. Illa enim fœcunda martyrum tempora nondum venerant [z]. Nibil solicitus est David de ereptis agris, villis, & patrimonio; sed de habitatione inter idololatras [†].

20. *Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino*, [אַל יִפֹּל דָּמִי אַרְצָה מִנֶּגֶד פְּנֵי יְהוָה] *Nè cadat sanguis meus in terram è regione facierum* (*è conspectu*, P. Ma. *à facie*, Strig.) *Domini*, Mo. *coram Domino*, Ti. Di. G. sim. 6. Jon. (Vide de מִנֶּגֶד ad Prov. 14. 7 [a].) Deo inspectante, & vindice futuro, 2 Par. 24. 22. Sic vox *coram* sæpe sumitur in his libris [b]. Al. *procul à conspectu Jehovæ*, JT. i. e. nè priùs morte afficiar, quàm legitimè de causa mea sit cognitum, & sistar magistratui: qui judicia Dei exercet, & in cujus medio Deus præsidet [c]. Tibi supplico, nè meum sanguinem innocentem effundas [d]. Illud *in terram* proverbiali figurâ aliquid indicat inutile. Vide suprà ad c. 3. 19 [†]. Fac, ô Rex, nè cadat [f], vel; Oro Deum, in cujus conspectu versor: nè tibi permittat, ô Rex, ut effundas sanguinem. *Nè cadat ——à coram facie*, &c. i. e. Deus videat & puniat [g]. *Non effundatur*; quod effunditur, contemnimus, in oblivionem venit. Ergo non effundetur sanguis, i. e. non erit in oblivionem, semper poscet vindictam contra te à Deo [h]. *Nè cadat*, &c. H[s]. nunquam obliviscatur Dominus sanguinis mei, &c. si interficias me; sed sit semper in conspectu ejus, & requirat illud [i]. Alii sic; Ratio est ab impossibili,

d Mart. † Me. * G. f G. g Mart. h Pi. i Os. k V. l V. m Mart. n Me. sic T. San. La. o Ma. ex Jun. p Jun. q San. * G. sim. Me. r Pi. s Pi. t Me. v Me. T. x V. y M. z G. † Mart. a Di. b G. c Jun. d La. † San. f Pi. Belg. g Belg. h Mar. i V.

bili, *Non effundetur sanguis meus*, &c. q.d. Ludis operam; Deus non fallet fidem suam; Non potes fundere, &c. Addit *in conspectu Jihovæ*, quòd non dubitaret, se sub oculis & defensione Dei vivere [k]. *Non permittet Dominus, ut cadat sanguis*, &c. Ità ferè Ca. Ma. *spero tamen haud effundendum sanguinem meum —— quia Dominus custos*, &c. Ar. ¶ *Ut quærat pulicem*] Ità omnes vertunt פַּרְעֹשׁ. Si pulex unus quæratur, vix invenitur, & inventus vix capitur, & captus venatori levis est præda, Regi maximè [l]: q.d. sanguis meus tibi effundenti nec usui esset, nec gloriæ [m]. ¶ *Sicut persequitur* [Passivè accipit Vulgatus hoc verbum, ut asserunt & defendunt Sanctius & Tirinus] *perdix in montibus*, כַּאֲשֶׁר יִרְדֹּף הַקֹּרֵא] *quemadmodum persequitur* (sub. *quispiam*, P.) *perdicem*, M. P. Ti. Sy. JT. Ma. sim. Jon. Ar. Auceps sæpe totum diem se cruciat, ut unam perdicem capiat. Illa enim multis rationibus & artibus saluti suæ consulit. Et si capiatur, fructus non potest videri tanti [n]. Vox קוֹרֵא bis tantùm occurrit, hoc loco & Jer. 17.11. *Perdicem* non esse constat. Nam 1. קוֹרֵא *kore* avis (quæ Chald. dicitur *koraa*, vel *korea*; & Arabicè *karia*) habet longum rostrum, quod testantur Beresith Rabba, Aruch, R. Aquinas, David de Pomis, & Hebræi omnes, necnon Arabici scriptores. 2. Est avis viridis, ut docent Arabes. Est ergo avis ignota nobis. Huic tamen proximè accedit ὁ σκολόπαξ, vel ἀσκαλώπαξ Aristotelis, nempe *gallinago*, vel *rusticula*, sive *rustica perdix*. Dicitur autem קוֹרֵא à קוֹרָה (א finale pro ה, ut in נִקְרָא pro נִקְרָה, 2 Sam. 1.6.) quod primò *trabem*, vel tignum, deinde *palum acutum* sign. quia rostrum habet longum & rectum instar σκόλοπος, id est, *pali*; unde & Græcè σκολόπαξ dicitur. Porrò, *kore* cum *scolopace* convenit, quod utraque 1. edulis est. 2. Breves habet pedes. 3. In montibus degit [o]. Quæres, cur igitur omnes interpretes *perdicem* vertunt. Resp. 1. Græci, qui reliquis præiverunt, sumere poterant קוֹרֵא *kore*, pro כָּרָא *cara*, quod *perdicem* sonat hodiéque apud Arabes. 2. *Scolopacem* definit Herodianus *perdicem rusticam*. Et sapor idem est, *rusticæ* & *perdici*, teste Martiale [p]. Porrò, קוֹרֵא à Græcis vertitur πέρδιξ *perdix*, Jer. 17.11. & hoc loco νυκτικόραξ *nycticorax*, ex prava haud dubiè lectione. Pro קוֹרֵא legerunt קֹרֵא, quæ vox apud Hebræos desiit esse in usu: sed inde Chaldæi formârunt קַרְיָא, quod Chaldæus habet pro כּוֹס Levit. 11.17. כּוֹס autem Græcis alibi est *nycticorax*. Ergo כּוֹס & קוֹרֵא unde קַרְיָא sunt synonyma [q].

[k] Mart. [l] BA. 2.4. 19.586. [m] San. [n] Mart. [o] BA. 2.1. 12.82. [p] BA. ib. p.89. [q] BA. ib. p.83.

21. *Revertere*] ad antiquum locum & ordinem [r]. ¶ *Pretiosa fuerit anima mea*] Vita mea, cui tanquam rei pretiosæ pepercisti, nec eam perdere voluisti. ¶ *Stultè egerim, & ignoraverim multa nimis*] Veritatis inopiâ laborant principes, cùm inter aulicos, qui illos circumstant, adulandi certamen fit [s]. הִסְכַּלְתִּי וָאֶשְׁגֶּה] *Stultè feci & erravi*, Mo.

22. *Ecce hasta Regis*, &c.] Hastam reddit, nè videatur tanquam hostis spolium retinere; Sauli autem non fidit, meritò suspicatus nè, ut aliàs, rediret ad ingenium [t].

23. *Dominus retribuat*, &c.] Vel *reddet*. Potest enim esse vel pronuntiantis, vel optantis. Cum Saul nullum haberet supra se Tribunal, David provocavit ad Deum. ¶ *Secundùm justitiam suam*] Illud pronomen, & ad *Dei* justitiam referri potest, & ad *nostram*. Dei est, quia ab illo proficiscitur; nostra, quia per nos exercetur [v]. Secundùm justitiam causæ suæ [x]. *Justitia* hîc est voluntas suum cuique reddendi [y]. ¶ *Et fidem*] i.e. constantiam in officio [z]. *Fides* hîc est, quâ stamus constanter pactis & promissionibus [a]. ¶ *Tradidit te in manum meam*, Ità M. Ti. בְּיָד] *in manum*, P. *in manum* mihi, JT.

25. *Faciens facies, & potens poteris*, גַּם עָשֹׂה תַעֲשֶׂה וְגַם יָכֹל תּוּכָל] *Etiam faciendo facies, & etiam valendo valebis*, P. Mo. sim. ô. *Et facies*, Ti. Ang. Strig. (sub. *magna*, Ang.) *& omnino perficies*, Ti. sim. Strig. Ca. *continuò prævalebis*, Ang. Præclara opera facies, & magnis viribus pollebis [b]. Deus dabit tibi vires & successum [c]. *Jam præclarum opus fecisti* (*opere complêsti*, Sy.) *& vicisti*, Ar.

[r] San. [s] Me. [t] Me. [v] Mart. [x] Jun. Ma. [y] Mart. [z] Jun. Ma. [a] Mart. [b] V. [c] Os.

CAP. XXVII.

1. A*It in corde suo*, אֶל לִבּוֹ] *ad* (*apud*, Jun.) *cor suum*, Mo Pi. (Sim. plerique) *cum corde suo*, JT. Dicebat tacitus & secum [d]. ¶ *Aliquando incidam*, &c.] Hæc verba labascentem & inclinantem ipsius fidem exprimunt †. [Alii aliter;] Non dubitabat de promisso Dei implendo [f], sed ex humanæ prudentiæ legibus sibi cavit [g]. Vel peccata sua reputans dubitare potuit, nè Deus sententiam suam de regno mutâsset, sicut fecerat in Saule [h]. ¶ *Ut desperet Saul*, וְנוֹאַשׁ מִמֶּנִּי שָׁאוּל] *desperabit Saul à me*, Pi. *desperabit*, sub. *se consecuturum me*, V. *dimittet*, vel *cessabit à me*, Jon. in M. *ut spem abjiciat mei prehendendi*, JT. Verbum נוֹאשׁ sign. *usque adeò obrui aliquo malo ut de cœpto suo quis diffidat, & desistat atque consilium mutetur* [i].

[d] V. † Jun. [f] E. [g] Me. sim. E. [h] Ma. [i] Ma.

2. *Et abiit ad Achis*] Qu. 1. Quomodò ausus est ad eum fugere, cujus manus evaserat? Resp. 1. Miserat priùs ad eum legatos, & operam suam atque suorum obtulerat, & sic acceptâ fide publicâ ad ipsum profectus erat [l]. 2. Quia nunc ubique constabat inveteratum odium Saulis in Davidem, nihil sibi metuebat à Davide, imò sperabat eo se duce contra Saulem usurum [m]. Tunc enim videtur aliquid in Israelitas hostile meditatum esse [n]. Putabat Davidem extorrem damna daturum populo suo. Ità Xerxes recepit Themistoclem; Lacedemonii Alcibiadem [o]. Qu. 2. Cur ad Philistæos potiùs confugit, quàm ad Ammonitas, vel Idumæos, vel Tyrios Israelitis tunc confederatos? Resp. Confederati noluissent fugitivum Regi Sauli repetenti denegare, nè molem belli ad se traherent. At Philistini eum libentiùs excepturi erant, quòd Saulis inimicus esset [p]. Qu. 3. Num rectè fecit David? Resp. 1. [Q. negant, Davidémque culpant [q].] 1. Indignum videtur illis supplicare quos vicerat. 2. David, Imperator designatus, nunc agit transfugam, & consilia Dei, quantum in ipso erat, evertit; & credibile est pactionem intercessisse, ut contra Saulem arma gereret. 3. Cogitur colligere gratiam tyranni non bonis artibus. Mentitur se in Judæos invasisse. Videtur cum loco mutâsse ingenium. Nam anteà nihil gessit nisi apertè & candidè; nunc nihil nisi insidiosè & fraudulenter. Apertè se patriæ hostem profitetur. 4. Non erat prudentis viri se committere inimico reconciliato. 5. Hæc defectio Davidis magnum attulit Judæis detrimentum. Nam cùm ad Davidem confluxerant copiæ numerosissimæ, 1 Paral. 12. quibuscum poterat David excursiones facere in Palæstinos, & ità patriam suam juvare; hoc pacto factum est, ut Achis cum parte tantùm copiarum confligeret. Saul, quâ erat modestiâ, Davidem quem propè in manibus haberet, reliquit, ut Palæstinos repelleret; atque ità privatis inimicitiis commune bonum prætulit. David autem publico exitio privatas inimicitias ulciscitur. 6. Patitur nunc se illorum devinciri beneficiis, adversùs quos postea non sine ingratitudinis nota pugnaturus esset [r]. [Resp. 2. Alii Davidem culpâ eximunt [s], his freti argumentis.] 1. Non erat reprehensus David, cùm antea fugeret ad Moabitas. Resp. Alia fuit ratio & temporis, & animi, & gentis: 1. non tot eo tempore secum trahebat milites. 2. Non ivit ut militaret Moabitis, sed ut parentes deponeret. 3. Nec ità alieni erant Moabitæ à Judæis, ut Palæstini. 4. Inde à Deo per Gaddum revocatus erat. 2. Necessariò aut moriendum erat, aut fugiendum, &c. Resp. Infirmum est dilemma. Considera quid Deus promisit, & quid illius causâ antehac fecit. Neque hâc fugâ periculum vitavit, sed cum majori permutavit. Nec propter timorem facienda erant quæ personâ suâ indigna [t]. 3. Credibile est Davidem consuluisse Deum [v], & Deus occulto suasu eum direxit. Resp. Illud parùm est probabile. Deus enim antea monuerat, ut rediret in Judæam [x].

[l] Ma. ferè ex Jun. sim. M. Me. [m] La. [n] San. [o] Mart. [p] T. ex To. [q] Ità Mart. [r] Mart. [s] Ità L. E. Me. [t] Mart. [v] Me. [x] Mart.

3. *Vir & domus ejus*] i.e. cum familiis suis [y]. Putabant eas parùm tutas fore in Judæa à furore & insidiis Saulis [z].

[y] L. T. [z] T. ex San.

4. *Non addidit ultrà quærere eum*] Vel quòd difficile esset eum assequi: vel quòd jam haberet quod quærebat, exitium videlicet Davidis [a]. [יָסַף, præteritum est, *addidit*, juxta Masoram; sic redundat [b], vel potest aliis punctis

[a] Mart.

punctis legi יוֹסֵף Benoni, kal, addens; vel addebat, &c.]

5. *Cur manet servus tuus in civitate regis tecum?*] Veræ causæ, cur David noluerit manere in Geth, erant, 1. Ut liberiùs excurreret in Philistæos & Amalecitas, ex eísque prædas ageret [b]. 2. Ut pudori uxorum militúmque consuleret [c]. 3. Ut suos ab idololatria (reliquísque aulæ vitiis [d]) subduceret †. 4. Nè cogeretur apertè pugnare contra Judæos. Nam in Geth non latuisset vicinos vastans [f]. At David aliam causam prætexit [g]; quasi non deceret exules cum rege commorari [h], præsertim Judæos, nè pugnæ inter milites orirentur [i]; nè Regi esset oneri, aut angustias faceret; vel nè ipse cum tanto comitatu quasi alter Rex existimetur velle videri; vel nè suspicio foret, quasi Regi aut regno insidiaretur [k].

6. *Dedit ei Siceleg*] Magna ergo oportet fuerit fama & exspectatio de Davide [l]. Ità Themistocles donatus est civitate à Rege Persarum [m]. Hinc apparet eximia hujus Regis liberalitas & humanitas; ut non sine causa David ad hunc potiùs quàm alium Philistinorum satrapam, sibi confugiendum putârit [n]. *Dedit*, non solùm ad inhabitandum, sed ut in illius dominium cederet [o]. ¶ *Facta Siceleg Regum Juda, usque in diem hanc*] Bello scilicet posteà suborto, 31. 1. nam quæ tali tempore apud nos deprehenduntur, nostra fiunt. L. *Transfugæ*, §. 1. D. *de Acquis.* &c [p]. Fuerat quidem assignata Jehudæ, Jos. 15. 31. sed tamen hactenus obtinebatur à Philistæis [q]. Hac donatione quasi revolvebatur ad justum possessorem suum [r]. Hæc verba ostendunt postremam hujus libri partem tardiùs aliquanto scriptam esse; fortassis ab aliquo Samuelis discipulo, ut conjectat Salianus; vel, ut alii, hujusmodi verba inserta sunt ab Esdra, alióve propheta. Vide Abulens [s].

7. *Fuit numerus dierum —— quatuor mensium*, Ità 6. יָמִים וְאַרְבָּעָה חֳדָשִׁים] [Variè reddunt;] *annus* (*annus plenus*, Heb. annus *dierum*, Ang. *annus* unus, Ca. Strig. JT.) *& quatuor menses*, Ar. Sy. Belg. Ang. Ca. Strig. JT. Ità Q. Hebræi & plerique nostrorum accipiunt; nec minus tempus assignari posse videtur tot ejus excursionibus, prædis, &c. Confer c. 29.3 [t]. [Alii aliter;] *Dies* aliquot *& quatuor menses*, M. P. Ti. San. V. i. e. dies aliquot supra quatuor menses; vel *&* pro *id est, aliquot dies, nempe quatuor menses* [v]. Non est verisimile Davidem longiùs abfuisse [x]. Nam Davidis fuga fuit post mortem Samuelis, quæ præcessit mortem Saulis septem duntaxat mensibus [y]. Saul duobus tantùm annis regnavit; omnia autem quæ gessit Saul cum Davide octo mensibus perfici potuerunt [z].

8. *Agebant prædas de Gessuri*] Gessuritæ erant reliquiæ Cananæorum, Jos. 12.5 [a]. qui ad adventum Israelitarum Ghessurem in Gilhade reliquerunt, ut ad Amalecitas se reciperent [b]. *Gessuri* duplex in Scriptura reperitur; 1. trans Jordanem, *Gessur Syriæ* dicta, quia Syriæ contermina erat, pertinuítque ad tribum Manasseh. (Vide de ea 2 Sam. 3.3. & c. 13 & 15 [c].) 2. Vicina Amalecitis, cujus alibi non fit mentio quàm hoc loco; sicut neque de *Gerzi* [d]. ¶ *Et de Gerzi*] *Gerzitæ* transpositis literis (ut notant Masoritæ †) iidem qui *Gezritæ*, qui & ipsi portio Cananæorum, Jos. 16.3 [f]. Ergo nec hospitibus suis nocuit, nec popularibus [g]. ¶ *Et de Amalecitis*] Deleverat Saul Amalecitas ex locis vicinis, in quos irruperat; istos autem, qui longiùs habitabant, non attigerat [h]. ¶ *Hi enim pagi habitabantur in terra antiquitùs, euntibus Sur*, כִּי הֵנָּה יֹשְׁבוֹת הָאָרֶץ אֲשֶׁר מֵעוֹלָם בּוֹאֲךָ שׁוּרָה] *Hi enim inhabitabant terram quæ* (sub. *fuerat*, P.) *à seculo, ingrediente te Sur*, Mo. P. Jon. V. *Quæ à seculo*, i. e. Antiquam, ideò populosam [i]. Sign. eas regiones non mutâsse dominos, neque bella habere; securos in terra, quam à majoribus acceperant, habitare, eoque opportunos injuriæ [k]. Illud, *inhabitantes*, importat securitatem & otium, & quòd nullius hostis deprædationem perpessi fuerant [l]. Sed obstat huic expositioni, quòd hîc numerantur Amalecitæ, qui paulò ante hoc tempus à Saule pene deleti fuerant [m]. [Verùm Junius refert τὸ *habitaverant*, ad *Gesburæum* & *Girzæum*, non ad *Amalecitam*.] Vide suprà 7.16 [n]. *Hi enim erant incolæ terræ ab antiquo*, Sy. sim Ar. *procedebant autem contra Gesbur*. Sy. *abiit, inquam, à termino Gesur*, Ar. [Utrique pro שׁוּרָה legisse videntur גְשׁוּרָה] *Illæ enim sunt gentes quæ olim habitaverant ipsam terram, quâ venis Schurem*, JT. sim. M. Ti. Ca. At nomen, *gentes*, quod mascul. est, suppleri non potest; quia pronomen est fœmin. Malim, *Hæ enim urbes* (intelligit *Gesurem & Geserum*) *habitatrices erant istius terræ, quæ jam olim habitatrices ejus fuerant*. Urbes nominantur pro incolis urbium [o]. *Habitaverant terram*, i. e. Judæam cis & trans Jordanem [p]. Verùm non in has urbes involabant, sed in pagos [q], ubi agebant præcipuè viri qui greges alebant; pagos ergo istos penitùs everterant, & greges abduxerant. Neque enim sexcenti illi viri civitates illas oppugnare vel poterant, vel audebant. Quare relicti sunt posteà Amalecitæ, Gessuræi, & Gerzæi; quos debellare, aut sociali fœdere adjungere sibi possent Reges Israel [r].

Marg.: b La. sim. San. Me. — c La. ex San. — d La. — † Ma. La. — f Mart. — g La. — h San. — i La. — k Me. — l G. — m Mart. — n T. ex Salian. — o Me. T. — p G. — q Jun. Pi. — r Jun. — s T. — t Ma. — v San. — x Mart. — y Mar. sic M. V. Mart. — z V. — a G. ex Jun. Pi. — b Q. in Ma. — c T. — d Me. T. Salian. in La. — † Jun. — f G. ex Jun. — g G. — h Mart. — i V. — k Mart. — l Hi. in San. — m San. — n Jun. — o Pi. — p Jun. — q T. ferè ex San. — r San.

9. *Et percutiebat omnem terram*] i. e. Incolas illius regionis [s]. Qu. Quo jure? Resp. 1. Amalecitæ delendi erant juxtà Exod. 17.14. 2. Reliqui comprehensi sunt inter terminos terræ promissæ [t]; quales Dominus jusserat occidi. 3. Vel fecit hoc David instinctu Domini [v], quem per Abiathar subinde consulebat [x]. ¶ *Nec relinquebat viventem*] Nempe nè ab ipsis proderetur, & religionis odio apud hospites in periculum veniret, v. 11 *. ¶ *Tollens oves*, &c.] Dices, Saulem jussum fuisse omnia demoliri suprà cap. 15. Resp. Vel Sauli duntaxat illud præceptum impositum fuit; vel David eâ lege solutus fuit à Domino †. Metus homines alioqui mites sæviores facit. Vide de J.B. & P. 3.4.9, 10 [y]. ¶ *Et veniebat ad Achis*] tum ut quid ab illo peractum esset, referret [z], tum ut illi prædam impertiretur [a].

10. *In quem irruisti hodiè?* אַל פְּשַׁטְתֶּם הַיּוֹם] *Quò diffudistis vos hodiè?* Mo. *Quò* (*in quem*, JT. *super quem*, 6.) *irruistis?* 6. *Quò extracti estis?* Jon. *Ubi fuistis?* Sy. Ar. *Ubi fecistis impressionem?* Ti. sive *incursionem?* M. אַל ponitur pro אָן *quò*, juxta Chaldæum, qui habet לְאָן; vel pro עַל, subaudito pronomine מִי, *contra quem?* quæ interpretatio sequentibus verbis comprobatur [b]. AE. exponit אַל pro לוֹא, sed interrogativè. *Non prædam exercuistis hodiè? Hodiène effusi estis in prædam* [c]? ¶ *Contra meridiem Juda*, עַל נֶגֶב יְהוּדָה] *super meridiem*, &c. V. Mo. *contra*, sive *è regione Juda*. At hoc non fuit in terra Judæa, sicuti intellexit Achis, sed in regionibus Judææ conterminis [d], ad partem ejus meridionalem †. Ità David, humanâ infirmitate, regem fefellit, eique verbis ambiguis imposuit [f]. Perplexè locutus hîc David, ut Achis quidem crederet eum Judæis eorúmque sociis damna intulisse; ipse autem sentiret se invasisse finitimos eorum. Vide quæ suprà 21. 2. & de J.B. & P. 3.1.10 [g]. Sic dissimulabat David veritatem, ut nihil veritati falsum affingeret [h]. Sic respondit, ut & verum diceret David, & Rex non intelligeret, neque tamen idem Rex ulla in parte læderetur. Excurrebat quidem ad meridiem Juda; sed gentes quæ ex ea parte adhuc hæreditatem tribûs Juda possidebant, devastabat [i]. His verbis ludificatur Achishum, plus deflectens à simplicitate, quàm virum bonum decet [k]. ¶ *Et contra meridiem Jerameel*] [*Et* pro *id est* hîc accipiunt] q. d. in regionem Jehudæ, quam possident posteri Jerachmeelis [l], primogeniti Chetzronis, de quo 1 Chron. 2.9, 25, &c [m]. ¶ *Et contra meridiem Ceni*] vel *Kenæi*, de quo vide Judic. 1.16 [n]. Familia erat Jethro, quæ habitabat in medio filiorum Juda, Jud. 1.16 [o]. Erant hæc nomina partium quarundam sortis Juda [p].

11. *Non vivificabat*] i. e. occidebat: Phrasi Hebræorum; apud quos is dicitur aliquid accipere, qui nihil amittit. Sicut *non sanctificare* idem est quod *polluere*; & *sanctificare* idem quod *non polluere*. Vide quæ ad Jud. 21.5 [q]. ¶ *Nec adducebat in Geth*, לְהָבִיא גַת] *ad adducendum Gath*, Mo. 6. *ut introduceret*, P. *quem adduceret*, JT. aut fœminam, quæ *venire posset ad Gath*, Ar. *nec sinebat illos venire in Gath*, M. ¶ *Dicens, Nè fortè loquantur*, &c. לֵאמֹר פֶּן יַגִּידוּ עָלֵינוּ] *Dicendo, Nè fortè renuntient contra nos*, P. *Hoc nempe consilio, fortè annuntiarent de nobis aliquid*, Ti. *Dicens* (sub. vel *cavendum*, JT. vel *neminem relinquamus*, Ar. sim. V.) *nè indicent*, &c JT. *dicens* apud se, V. Pi. i. e. cogitans, Pi. ¶ *Hæc fecit David; & hoc erat decretum illi omnibus diebus*, &c. כֹּה עָשָׂה דָוִד וְכֹה מִשְׁפָּטוֹ כָּל הַיָּמִים וגו׳] *Sic fecit David, & sic fuit consuetudo ejus omnibus diebus*, &c. P. [Sim ferè omnes.] Huic expo-

Marg.: s V. — t Me. — v F. — x Me. E. — * G. — † Me. — y G. — z San. — a San. sim. Me. — b Glas. gram. 477. post V. Pi. — c M. — d Belg. — † San. — f Belg. — g G. — h San. — i Cl. — k Jun. Pi. — l Ma. — m Ma. ex Jun. Pi. sic V. — n Ma. — o V. — p Me. — q San. T.

expositioni distinctio textûs Hebraici favere videtur. At sensus apertè ineptus est, quasi scilicet, qui dicturi fuissent, *Sic fecit David*, iidem dicturi fuerint, *& ità fuit ratio ejus omnibus diebus*, &c. Puto igitur hîc annecti novam sententiam, & hæc verba esse scriptoris [s].

12. *Credidit ergo Achis Davidi*] Ut Babylonii Zopyro, teste Herodoto, l. 3. & Justin. & Gabii filio Tarquinii, de quo Livius & Florus [t]. Facilè credimus ea quæ cupimus esse vera [v]. Divinæ inprimis providentiæ hoc tribuendum, qui Davidis consiliis & votis favit, alioquin talia vix occultari possent [x]. Immisit Deus inadvertentiam & cœcitatem in Achis, ejúsque aulicos [y]. Fortassè valde parvi & obscuri erant illi pagi [z]. Heb. *credidit in Davidem*; quod potest intelligi, *confisus fuit in Davide*. Confer Exod. 14. v. ult [a]. ¶ *Multa mala operatus est*, &c. [הַבְאֵשׁ הִבְאִישׁ בְּעַמּוֹ בְּיִשְׂרָאֵל] *Abhominando abhominatus est populum suum Israelem*, P. vel *in populo suo*, 6. *magnam nauseam habet super populo suo*, M. Aversatur populum suum, Mar. *Omnino sordet illi gens Israelitica*, Q. in V. Alii sic, *Planè fœtidum se reddidit populo suo*, JT. vel *apud populum*, Pi. vel *in populum*, V. i. e. odiosum, & invidiosum se reddidit suis popularibus [b]. Alii, *fœtere fecit*, i. e. fœtida reddidit ac invisa opera sua popularibus suis; quòd abhorreamus à re fœtidâ, putida, ac maleolente. Similis locutio legitur & Gen. 34. 30. & Exod. 5. 21 [c]. ¶ *Erit mihi servus sempiternus*] Cùm scilicet irreconciliabiles cum sua gente inimicitias gerat [d].

s Pi. — t G. — v Mart. — x San. — y La. — z Mart. — a Pi. — b V. sim. Pi. Os. Strig. — c V. — d Me.

CAP. XXVIII.

1. *Congregaverunt Philisthiim*, &c.] Quòd Davidem abesse, & Samuelem mortuum esse cernerent. Contigit hoc admirabili Dei providentiâ. Jam enim Saul impleverat mensuram scelerum suorum, & tempus erat ut daret pœnas [†]. [וַיִּקְבְּצוּ אֶת מַחֲנֵיהֶם לַצָּבָא] *Et congregaverunt castra sua in* (vel *ad*, Jon) *exercitum*, Mo. vel *in pugnam*, P. vel *ad militiam*, JT. id est, agmina sua ad bellum [f]. *Copias suas militares*, sive *ad militiam*, V. *turmas suas, ut exercitum construerent*, M. *congregabant turmas, exercitúmque conscribebant*, Ti. ¶ *Mecum egredieris*, &c.] Hîc tenetur David in nassa constrictus; ne aut noceat reipublicæ, aut ingratus esset erga eum cui salutem debebat. Vix videtur posse carere scelere. In has angustias conjectus est, quòd à carne potiùs consilium cepisset, quam à Deo [g].

2. *Nunc scies quæ facturus est servus tuus*, [לָכֵן אַתָּה תֵדַע וגו'] *Profectò* (*hinc*, vel *inde*, M. Ar. *Sic* Jon. *ità nunc*, 6. *ergo*, Ti. Ca) *scies*, P. Mo. &c. *hoc pacto experieris*, Sy. JT. vel *propterea*, &c. V. Pi. quia scilicet me dignaris hoc honore, mihíque tantopere confidis [h]. Egregiam meam operam contra Hebræos experieris. Promittit hoc ἑκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ, (*volens, sed & invitus*) ut olim Themistocles Persis [i]. Ità sonant verba, & ità intellexit Achis [k]. Ambiguè respondet, quòd non dignum videtur candore Davidis [l]. Intelligi volebat David de sua in bello pro Philistæis industria: at ipse intelligebat de industria sua in exercitu regis prodendo [m]. Consultò nil certi affirmat David regi Achis, eò quòd necdum statuisset, quid in prælio facturus esset, sed rem totam divinæ voluntati (quam inquisiturus erat) permittere decrevisset [n]. Deus verò providentiâ suâ consuluit & famæ & conscientiæ Davidis [o]. [Quærunt hîc Interpretes quid David facturus erat.] Resp. 1. Pugnaret pro Achis contra Saulem. 1. Quia illi tenebatur ex beneficiis receptis. 2. Fieri potuit, ut bellum Achis adversùs Saulem justum esset, ob pacta quædam fortè à Saule violata. 3. David habebat jus in regno Israel, quod acquirere potuit virtute armorum, & auxilio Philistinorum [p]. At verò David nondum Rex erat, (ut ex eo patet, quòd Saulem semper agnosceret esse Regem & *dominum suum*) nec licuit ei armis vendicare jus suum, vel pugnare contra populum suum [q]. Porrò, tam longè erat, ut Saulis optaret interitum, ut ejus occisorem perimeret [r]. Resp. 2. Voluit David prodere Achis [s]. Probabile hoc ex eo

† Mart. — f Mart. — g Mart. — k Pi. — i G. — k Me. — l Mart. — m Pi. — n T. sic Me. To. Burg. & Sal. in T. — o T. — p L. — q Mart. — r Caj. in San. — s Caj. in San.

judicant, quòd statim declaratus Rex bellum suscepit contra Philistinos, quamvis nunc vitam illorum præsidio tueretur. Sed falluntur; nam Palæstini non lacessiti à Davide, ultro illi bellum priores intulerunt [t]. Resp. 3. David nec contra Palæstinos, nec contra suos pugnare voluit, sed expectavit divinam aliquam occasionem, ut nec ab illis, nec ab his stare cogeretur [v]. ¶ *Et ego custodem*, &c. [לָכֵן וגו'] *Hac de causa*: quòd scilicet videam te ità paratum ad obsequium meum [||].

3. *Samuel autem mortuus est*] Meliùs erat, G. JT. & ità sequentia. Repetit enim scriptor quod suprà dictum erat, 25. 1. ob connexionem historiæ sequentis [x]; ut meliùs constaret Saulem egisse contra veritatem & jura naturæ, quòd Samuelem præsumebat arte magicâ esse reversurum [y]. Ut intelligeremus, 1. Cur Saul eum revocari voluit. 2. Quanta esset Judæorum calamitas, cùm & Davide & Samuele carerent [†]. ¶ *Et sepelierunt eum in Ramatha urbe sua*] Ità M. Ti. sim. 6. Heb. *In Ramah, & in urbe sua*, Ma. *In Rama, id est in urbe sua*, P. V. JT. Pi. Mart. Glass. Conjunctio copulativa posita ἑρμηνευτικῶς, (*exegeticè*:) ut sæpe apud Latinos, apud Hebræos rariùs [z]. Id additum est, vel quòd esset duplex Ramah [a]. Vel, quòd sepultus fuerit *in urbe*, non autem foris *in agro* [b]. Alii, *& luxerant eum in Ramah*, qui scil. illic aderant; *& in singulis urbibus suis*, qui scilicet abfuerant [c]. ¶ *Et Saul abstulit magos*, &c.] Intellige, *abstulerat*, secundùm legem, Levit. 19. 31. & 20. 6, 27. Deut. 18. 11 [d]. Fecit hoc, quando melior erat [†], in initio regni sui [f]; quum interfecit Gebeonitas, de quo, 2 Sam. 21. 1 [g]. Vel Samuelis auctoritate & consilio hoc fecit: vel cùm ipse maligno exagitaretur spiritu, voluit hâc maleficorum victimâ placare sibi Deum, dæmonémque ex suo corpore exigere. Et fortè in mercedem illius operis id ei concessum erat, neque enim in posteriori vitæ Saulis tempore mentionem ampliùs audimus maligni illius spiritûs [*]. ¶ *De terra*, [מֵהָאָרֶץ] i. e. de regione illa [h]; Nempe Israeliticâ, quod articulus innuit [i].

4. *In Sunam*] Oppidum est in termino Issachar, Jos. 19. 18 [k]. ¶ *In Gelboe*] Montes sunt non procul à valle Jezreel: nam ibi prælium consertum [l]; è regione Sunem, in eadem tribu Issachar [m]. Erant ergò ità dispositi exercitus, ut Saul meridianam plagam occuparet; Philistæi, Aquilonarem; vallis autem Jezrael esset utrique exercitui interjecta [n].

5. *Et vidit*] Ex edito illo loco, in quo sederat cum exercitu [o]. ¶ *Expavit cor ejus nimis*] Vel, 1. Quia multorum malorum facinorum sibi erat conscius [p]. Videbat hostem instare, & suo vitio Davidem ad eum transfugisse [q]. Vel, 2. Ob ingentes hostium copias [r]. Vel, 3. Quia Dominus ei timorem immisit [s], sicut comminatus est, Lev. 26. Deut. 28 [t].

6. *Consuluitque Dominum*] At 1 Paral. 10. dicitur *non consuluisse*; Quòd enim verè & ex animo non fit, perinde est acsi non fiat: vel potiùs reverà non fit [v]. ¶ *Et non respondit ei*] Contemnens hominem prophanum, & tot Sacerdotum sanguine pollutum [x]. ¶ *Neque per somnia*, [ità plerique.] [גַם בַּחֲלוֹמוֹת] *Etiam in somniis*, Mo. Alii supplent aliquid; *tentavit* (*consuluit*, Ar.) *per somnium etiam*, Sy. Nec per somniatores, sive divinos, qui per somnia quærebant responsa [y]. Conjunctio גַם posita distributivè [z]. ¶ *Neque per Sacerdotes*] Heb. *per Urim*. De quo vide Num. 27. 21 [a]. i. e. per Sacerdotes; nam summus Pontifex gerebat Urim & Thummim [b]. Qu. Quomodò hoc faceret, cùm Abiathar fugisset cum Ephod? Resp. 1. Misit ad Abiathar in Siceleg, ut consuleret per Ephod [c]. 2. Cùm Abiathar fugisset, fecerunt alias vestes sacros, & creârunt alium Sacerdotem [d]. 3. Idcirco non respondit Deus per Urim, quia Ephod sublatum esset ab Abiatharo, c. 23. 6 [†]. 4. Non dicitur Saul *consuluisse Sacerdotem*, sed tantùm Deum *non respondisse per Sacerdotem* Hinc apud Samuelem resuscitatum non meminit Urim & Thummim [f]. ¶ *Neque per Prophetas*] Qui juxta Gabaa patriam Saulis plurimi erant [g]. Qui fuerant discipuli Samuelis, inter quos quidam afflari solebant spiritu Dei, & futura percipere [r]. q. d. neque ordinariè, neque extra ordinem [s].

7. *Quærite mihi mulierem*, &c.] Sustulerat magos, &c. ut Deus hoc facto placatus sententiam suam, quæ eum regno privaret, abrogaret: non quòd scelus odisset, sed

t Mart. — v Mart. sim. San. — || V. — x G. — y Ma. ex Jun. Pi. — † Mart. — z Pi. — a Mart. — b K. in Mart. — c Q. in V. — c Q. in V. Jon. in Mart. — d G. — † Me. — f La. — g Ma. ex Jun. Pi. — * T. — h V. — i Pi. — k Jun. Pi. — l Me. Ma. — l Jun. Pi. — m Jo. in Me. — n Me. — o Me. — p G. Me. sim. Mart. — q Mart. — r Me. sim. San. — s Me. — t Mart. — v Mart. — x G. — y M. — z Pi. — a Ma. — b V. — c He. in M. Q. in Mart. — d Q. in Mart. sim. San. ex To. — † Me Jun. Pi. Ma. — f Mart. — g T. ex San. — r Mart. — s Ma. ex Jun. Pi.

sed quòd regnum amaret [t]. Non dubitabat aliquos adhuc superesse, mulieres præsertim, quæ leviores, & ad superstitionem proniores esse solent [v]. Tales etiam imbecilli sunt ingenio, & facilè falli possunt; & gloriam, quam nequeunt ex rebus gestis, adipisci velint malis artibus [x]. ¶ *Habentem pythonem*, Ità P. Ti. בַּעֲלַת אוֹב] *Pythonis Dominam*, Mo. Pi. vel *quæ possidet pythonem*, Pi. *quæ pythones educere sciat*, Jon. (vel *ascendere compellat*, Sy. *Pythone* (*Phœbo*, Ca.) *præditam*, JT. *In qua sit spiritus pythonicus*, Strig. (vel *familiaris*, Ang. vel *divinans*, Belg. *pythonissam, quæ mortuos è sepulchris evocet*, Ar. ἐγγαστρίμυθον (*ventriloquam*) ό. in G. Sic dictam, quòd Dæmon, ut quidam volunt, per inferiora ventris detestabiles ederet voces [y]. [De quo plura anteà dicta sunt.] Tales erant apud Græcos quæ Pythiæ dicebantur, à Pytho, quod nomen urbi Delphorum [z]. *Pythonis* nomen Græci tribuunt serpenti illi, quem ab Apolline interfectum fabulantur; unde Apollo *Pythius* dictus, & qui ab eo afflati credebantur, *Pythii*, &c. Re autem verâ fuit serpens ille antiquus, qui eorum interiora subibat, &c [a]. Porrò animi impii hæc vox erat, qualis illa,

Flectere si nequeam superos, Acheronta movebo [b].

¶ *Et sciscitabor per illam*] Sub. *quid facto opus sit*, V. ¶ *In Endor*] Oppidum erat Manassitarum cis Jordanem, Jos. 17. 11 [c].

8. *Mutavit habitum suum*, וַיִּתְחַפֵּשׂ] *Mutavit sese*, M. P. sim. Jon. *Transfiguravit seipsum*, Sym. in Nobil. *Cooperuit se*, ό. *mutavit* (vel *detraxit*, Sy.) *vestes suas*, Ar. Strig. sim. Ti. V. *alium se simulat*, Ca. sim. Belg Ang. 1. Nè à muliere agnosceretur, metúque illius divinationem exercere nollet [d]. 2. Volebat alios latere, quòd consuleret Pythonissam [†]. 3. Clàm profectus est, nè regis absentia exercitui timorem crearet [f].

9. *Tu nôsti quanta fecerit Saul*] Externa disciplina, etsi non flectit animos, multum tamen efficit ad continendum populum in officio [g]. ¶ *Quare insidiaris animæ meæ?* מִתְנַקֵּשׁ בְּנַפְשִׁי] *Offendiculum ponis* (*laqueum tendis*, Ti. sim. ό. Strig.) *animæ meæ*, P. sim. Mo. *quare vexaris*, &c. Sy. Ar. *concitatus es*, &c. Jon. *causam quæris, contra animam meam*, &c. M.

10. *Non veniet tibi quidquam mali*, &c. אִם־יִקְּרֵךְ עָוֹן] *Si evenerit tibi perversitas*; Mo. vel, *iniquitas*, V. Pi. *injustitia*, ό. *pœna*, JT. Meton. efficientis, qualis Gen. 4. 13 [h]. *culpa*, Jon. *Vivit Dominus, si quid culpæ tibi ex hac re imputetur*, Ti. *Non erit tibi nocumentum*, Sy. *Si obveniet*, &c. Sub. *faciat mihi Jehovah*, &c. ut suprà 25. 22. Ellipsis consequentis in enuntiato connexo continente imprecationem [i].

11. *Samuelem mihi suscita*] Sperabat enim pro antiqua benevolentia, eum suæ summæ necessitati opem laturum [k]. Credibile est putâsse Saulem non spectrum fore; sed ipsum Samuelem, hoc est, Samuelis animum ad se revocari posse; Neque enim spectrum tam reverenter excepisset. Porrò quanta hîc est mutatio! Quem ex præcepto Dei audire noluerat viventem, eum nunc contra voluntatem Dei vult audire mortuum [l]. Νεκυία (*Divinatio ex mortuis*) omnium divinationum antiquissima, & signum creditæ τῆς τῶν ψυχῶν διαμονῆς, (*durationis animarum*, scil. post mortem.) Frequenter id in Oriente factitatum docent Æschylus & Herodotus [m]. De hac manium evocatione multa Gentiles. Virgil in Pharmaceutria.

His ego sæpe lupum fieri———

& l. 4. Æneid.

Nocturnósque ciet manes, &c.

Horat. Satyr. 8. Seneca in Oedipo. Lucan. l. 6. Vide Del Rio Mag 4. 2. 6 [n].

12. *Cùm autem vidisset mulier Samuelem, exclamavit*] Qu. Quæ causa exclamationis? Resp. 1. Quia priùs affuit, quàm illa carmen necromanticum absolvisset; neque enim vi incantationis, sed Deo ità volente Samuel apparuit [o]. [Hoc dicunt, ut causam suam de vero Samuele apperente statuminent, de quo statim.] 2. Vel quia non eo modo apparuit, quo evocati mortui apparent; pedes nimirum sursum habentes, caput verò deorsum; vel supini, ut in sepulchris condi solent; sed erectus, eo situ quo sunt homines viventes [p]. 3. Exclamavit procul dubio præ stupore, cùm videret divinam Samuelis speciem, tam diversam à cæteris nigris umbris, quas evocare solebat [q]. 4. Vel metu Saulis, quem tum agnovit [r].

[t] La. ex Justin. [v] Me. [x] Mart. [y] Me. [z] G. [a] Ser. [b] Pi. [c] Ma. ex Jun. Pi. [d] Me. ex L. sim. Os. [†] L. [f] Me. [g] Mart. [h] Pi. [i] Pi. [k] Me. [l] Mart. [m] G. [n] San. [o] Me. sim. La. [p] Me. ex RR. [q] Ma. ex Jo. [r] Ma.

¶ *Tu es Saul*] Qu. Quo indicio hoc cognovit? Resp. 1. Indicavit id ei vel Samuel [s]. Vel, 2. Dæmon ejus familiaris [t]. Vel, 3. Novit ex spectri sive verbis, sive gestu [v]; quòd spectrum exhiberet honorem Sauli, tanquam regi [x].

13. *Noli timere*] Quasi venerim explorandi tui causâ [y]. ¶ *Quid vidisti*] Heb. *Nam quid vidisti?* Putà ob quod tibi tantopere metuas [z]. Verto, *sed dic quid*, &c. כִּי pro כִּי אִם: & ellipsis [a]. ¶ *Deos vidi ascendentes ex terra*] Ità ό. Sy. Ar. P. Mo. Ti. Strig. JT. id est divinas quasdam imagines, quibus Diabolus ante suas illusiones præludere solet; ac proinde in præterito loquitur *vidi*; quia jam tum disparuerant, quum Samueli apparituro præcessissent [b]. אֱלֹהִים עֹלִים *Angelum Domini qui ascendit*, &c. Jon. *Deum* (*quempiam*, Pi.) *vidi ascendentem*, V. Pi. *Divum video*, Ca. Divinum virum & humanâ formâ augustiorem [c]; personam majestate plenam [d]. Plur. pro Singul. ut ostendit relativum singulare quod sequitur [†]. *Qualis est forma ejus* [f]? & mulier respondet in singulari, *Vir senex ascendit* [g]. Plurali verò utitur; vel, 1. Honoris gratiâ, ut Exod. 22. 28 [h]. Vel, 2. More Ethnico, & ut venefica. Quidam per *Deos* hîc intelligunt simulatum Samuelem, turmâ malorum spirituum comitatum [i]. Dicit *ascendentes*, quòd mortui defodiantur in terram, ut si velint redire, necesse sit eos ascendere [k]. Ex his autem & sequentibus apparet, quòd venifica illa, formam quidem Samuelis viderit; vocem autem nullam audierit; contrà, Saul audivit vocem fictitii Samuelis, sed formam non vidit [l]. *Vidi Deum*, i. e. judicem, seu gubernatorem: id quod arguebat ex illius forma, quam enarrat v. 14. Metaphora à similitudine potestatis; ut Exod. 21. 6 [m]. Al. sic, *Vidi hominem magnum rectâ ascendentem staturâ*, K. in M.

14. *Qualis est forma ejus?* Sic M. P. Ti. Strig. מַה־תָּאֳרוֹ] *Quæ forma* (*aspectus*, Jon. Sy.) *ejus?* Mo. *Cujusnam est conditionis?* Ar. ¶ *Amictus est pallio*] Prophetico scilicet; quale Saul laceravit, c. 15. 27 [n]. Habitus iste regius erat & Sacerdotalis. Samuel fuerat judex, & in magistratu usus est pallio [o]. ¶ *Et intellexit*, &c.] Ex verbis veneficæ; nam ipse Samuelem hunc fictitium non vidit [p]. ¶ *Et adoravit*] Ut homo supplex ante majorem aliquam potestatem, vel excellentiam [q]. Fortasse blandiri illi voluit, quem in vita meminerat fuisse inexorabilem [r]. Hîc porrò gravis est quæstio, an verè ac propriè excitatus est Samuel [s]. Resp. 1. Q. nihil hîc apparuisse volunt, sed totum à muliere fictum esse [t]. Resp. 2. Alii volunt verum hunc fuisse Samuelem, sive ejus spiritum [v]. [Sed non uno modo.] 1. Q. volunt Samuelis animam his incantationibus ab inferis eductam esse. Ità Origenes Comment. in 1 Sam. 28. & ante eum Justin. Martyr. Dialogo cum Triphone, &c. & post eum Anastasius Antiochenus in Ὁδηγῷ qu. 112 [x]. [Hæc sententia nec Reformatis placet, nec Romanensibus.] Nemo prudens admitteret veram alicujus animam, præsertim viri sancti, magicis incantationibus è suis sedibus evocari posse [y]. 2. Alii volunt verum hunc fuisse Samuelem, non tamen vi incantantis Pythonissæ excitatum; sed Deo ità volente [z]. [Verum Samuelem fuisse probant his argumentis.] 1. Ex Ecclesiastici 46. 23. ubi hoc disertè affirmatur [a]. Cui loco sine dubio acquievissent omnes Patres, si fidem illi libro Canonicam inesse cognovissent [b]. 2. Qui apparuit perpetuò *Samuel* vocatur, & additur *Saulem* (non dicit *putâsse*, sed) *intellexisse quod esset Samuel* [c]. Scripturæ autem proprietas, quando nihil impedit, semper retinenda est [d]. 3. Hîc futura prædicuntur, quæ à Samuele ità definitè prædicta nunquam antè fuerant, *de filiis, de crastino die*, &c [†]. Ea prædixit, quæ Diabolus scire non potuit, nempe futura contingentia, quæ solus Deus cognoscit juxta Esa. 41 [f]. 4. Hic Samuel *Jehovam* pluries nominat, cùm Dæmon non potèst sustinere, nè audire quidem nomen Jehovæ [g]. 5. Ex testimoniis tum Patrum, tum Rabbinorum. Ità statuunt Justin. August. Basil. Ambros. Procop. Item RS. R. Eleazar, R. Saabias, [lege Saadias] Midras, & Josephus [h]. [Verùm hæc argumenta aliis satis non faciunt.] Respondent ergò ad (1.) 1. Notandum Origenem aliósque Patres (inter quos hoc utrinque desceptabatur) hoc Ecclesiastici testimonio (quod tamen illos latere non poterat)

[s] T. ex Jo. & To. San. Me. [t] Me. ex San. [v] Pi. [x] Os. [y] Pi. [z] Ma. ex Jun. [a] Pi. [b] Jun. in Ma. [c] Ca. [d] Mar. [†] V. San. T. [f] San. [g] T. [h] V. [i] Belg. [k] Mart. [l] Os. [m] Pi. [n] Me. [o] Mart. [p] Belg. [q] San. [r] Mart. [s] San. [t] K. Aliiq; RR. in Ser. [v] Ità Ser. La. San. &c. [x] Leo Allat. de Engastrimutho c. 7. [y] San. [z] Sic Me. Ser. San. La. &c. [a] Ma. San. &c. [b] San. [c] Ser. Bellarm. sic San. & Orig. [d] Ser. [†] Ser. [f] Bellarm. [g] Bel. [h] Ser.

non usos fuisse, ideóque argumentum hoc non judicâsse validum esse. 2. Nihil determinat Ecclesiasticus, an verus fuerit Samuel, an fictitius, sed tantùm secutus est historiæ narrationem; prout in libris Regum habetur ac proinde sicut illa loquitur de imaginario Samuele, tanquam de vero, ità & ista, inquit Jansenius ad istum Eccles. locum. simil. Rupertus in lib. Reg. Comment. l. 2. c. 17. Hac de causa Patres isti locum hunc prætereunt [i]. 3. [Alii addunt librum istum Ecclesiastici Apocryphum esse, ideóque argumentum non valere [k].] Ad (2.) respondent, 1. Scriptura multa enuntiat accommodatè ad captum humanum; multa etiam ex ore & opinione aliorum: Sic Ananiam *Prophetam* vocat in Jeremia, non quia talis esset, sed crederetur; & Poetam *Prophetam*, Tit. 1. & *Prophetas, insanientes*, in Hos. & *prophetare* dicuntur Baalis Prophetæ, 1 Reg. 18. Hoc modo *Deos* vocat, 1 Cor. 8. 5. & *tres viros*, Gen. 18. & *virum*, qui cum Jacobo luctabatur, Gen. 32. & *serpentes* atque *ranas*, quæ specie tantùm & opinione hominum, non autem reverâ tales essent, Exod. 7. & hoc ipso loco *Deos ascendentes* vocat, qui tamen *dii* non erant, nec ejus incantamentis evocati. Denique *Samuelem* vocat ipsius duntaxat spiritum, & de eo loquitur acsi corpore & animâ constaret. Ità non mirum *Samuelem* dictam imaginem hanc illi similem, & sic visam Sauli & Pythonissæ [l]; gessit enim personam & similitudinem Samuelis. Sic Virgil. Æneid. 1.

——*mirantur Iulum*.

Nec tamen erat Julus Ascanius, sed Cupido indutus specie Juli. Ità *mortui* dicuntur, Deut. 18. (*qui consulit mortuos*) Dæmones evocati, qui mortuorum specie apparebant, non quòd ità sint, sed quòd ità esse videantur [m]. Fatemur aliquando contingere, ut figuræ, atque umbræ, rei figuratæ partes, & proprietates, tribuantur. Sic *spicas* & *vaccas* vocat Pharao in somnis visas [n]. 2. Probabilius est, quod addit Bellarm; *Non diceret scriptura Saulem intellexisse, (nisi id verum esset) sed cogitâsse vel putâsse, quòd esset Samuel.* Sed resp. Multò majus est *scire*, quàm *intelligere*, saltem paria sunt. Atqui utitur scriptura verbo *sciendi*, in iis quæ tantùm putantur, & falsò quidem, Mat. 25. *Noveram te durum esse*, &c. Et paulò pòst, *serve male & piger, sciebas me metere*, &c [o]. Porrò Samuel evocatus vel erat cum corpore, vel sine corpore; si illud, vidisset eum Saul; si hoc, ergò non cognovit Samuelem: Samuel namque ille erat, qui erat ex corpore & anima Samuelis [p]. Ad (3.) respondent, 1. Multa non solùm ex scientia rerum prædicuntur futura, verùm etiam ex conjectura. Sic ille Jud. 17. *Coram Jehova est iter vestrum*: [Vide ibi annotata.] Permittit Deus aliquando Dæmones responsa dare Idololatris; quia ex malitia sua demerentur, ut sic in erroribus exerceantur. Exempla hujusmodi prædictionum multa sunt. Ut ancilla illa Act. 16. quæ nisi vera prædixisset, magnum Dominis suis quæstum minimè præbuisset. Multa de oraculo Delphico referunt omnes historici. Crœso sciscitanti, num futurum esset, ut filius mutus loqueretur; respondit, infausto die loquuturum esse: quod & accidit [q]. Larginus Proculus publicè prædixit in Germania Domitiani mortis diem. Hâc causâ Romam missus damnatur capite; tamen exsecutione remoratâ, Domitianus eo die interiit, & absolutus à Nerva Imperii successore sestertia 40 dono accepit. Zonaras Annal. tom. 3. ait, Dæmonem, habitu juvenis apparentem, Juliano prædixisse, illi in Phrygia moriendum esse: quod & evenit. Xiphilinus ex Dione in Vita Antonini Caracallæ ait, quendam vatem in Africa prædixisse Macrinum, ejúsque filium Diadumenum futuros imperatores; quod accidit. Anus quædam cœca Viennæ, Juliano urbem ingrediente, exclamavit hunc Deorum templa reparaturum. Ammian. Marcel. l. 15 [r]. Appius Claudius consulens Apollinem Pythium de eventu belli ingruentis inter Cæsarem & Pompeium; responsum accepit, *Nihil ad te hoc Romanum bellum, Eubœæ cœlum obtinebis.* Valer. Max. 1. 8. Oros. 6. 15. Et sic evenit; nam in loco quodam, cui Eubœæ nomen, quò se receperat ante Pharsalicum certamen, morbo consumptus periit eâ morte, quam Delphica notârat. Valer. Max [s]. 2. Non videtur ità arduum fuisse, cladem Israelis, necémque Saulis (& Davidis in regno successionem [t],) præcognovisse Dæmonem. Potuit hæc nôsse vel, 1. ἀπὸ τῆς περὶ αὐτὸν ὀργῆς τοῦ Θεοῦ (*ex ira Dei adversùs ipsum declarata*) Ità incerti scholion ad 1 Sam. 28. Vel, 2. Quia signa soleant quædam apparere morituris, quæ Dæmones facilè descernunt. Vel, 3. Quòd observatum esset, tales homines post nefariam consultationem non posse diu vitam protrahere [v]. Vel, 4. Ex prædictionibus Propheticis de Saule & Davide, c. 15. 16. quomodo Serapis scire potuit (& prædixit [x],) evertendum esse templum (*suum*,) ut notat Augustin. (de divinat. Dæmon. c. 1.) quoniam hoc prædictum est ab Isaia. Vel, 5. Quòd videret exercitum Philistæorum plus habere audaciæ & roboris; & Saulis animum fractum esse, &c [y]. Vel, 6. Ex causa aliqua nobis occulta. Vel, 7. Dæmones sæpè prænuntiant, quæ ipsi (Deo permittente) facturi sunt [z]. Fieri potuit ut Deus exequeretur sua judicia Dæmonis ministerio in Saule, tanquam in Achabo, 1 Reg. ult. & in Job. 1. Inde facilè potuit Satanas prædicere, v.g. quòd Sabæi percuterent servos Jobi, &c. Sed instat Bellarminus, Quomodo poterat Dæmon prædicere hoc futurum crastino die, dicit enim, *Cras tu & filii tui mecum eritis.* Resp. Ut Apollo dictus est λοξίας propter ambages in iis quæ nesciebat, ità Samuel iste personatus satis cautè loquutus est. *Cras* sæpe significat tempus futurum, ut patet ex Exod. 13. 14. Deut. 6. 20. Jos. 4. 6, 21. quomodo *herì & nudiustertius* per similem Synecdochen pro tempore præterito usurpantur, Exod. 4. 10. Jos. 3. 4. Porrò *cras* hìc non significare diem proximè sequentem ex circumstantiis loci manifestum est. Verisimile est Hendorem abfuisse à castris in Gilboa saltem itinere unius diei. Dicitur enim Saul, v. 20. nihil comedisse *toto die & totâ nocte illâ*; id est, eâ parte noctis, quæ in itinere consumpta est. Est autem perverisimile cibum cepisse, priusquàm è castris egrederetur, cùm noctu eò pervenerit. Post oraculum acceptum tantisper præstolatus est, quoad cœna appararetur. Unus dies reversioni detur. Castra postea bis mota sunt; quod sine tempore & aliqua difficultate fieri non potuit. Denique observa antithesin inter *hodie* & *cras*, *Rem hanc tibi facit Jehova HODIE*; & sicut *hodie* notat totum tempus periculi ingruentis; ità *cras* notat malum consequuturum [a]. Ad (4.) respondent illud planè falsum est; Dæmon erat in ore Prophetarum istorum, 1 Reg. 22. 22. Atque Zedecias unus eorum dicit, *sic ait Jehova*, &c. v. 11. Ità & reliqui, v. 11, 12 [b]. Dæmones non profligantur *nomine Dei*, vel *Jesu*; sed *fide Jesu*: Act. 19. 13. 1 Pet. 5 [c]. Ad (5.) respondetur; 1. Ipsi fatentur complures ex Patribus contrarium tueri [d]. Non verum Samuelem, sed ipsius umbram apparuisse Sauli docent Tertul. Justin. Augustin. Hieron. Basil. Rupert. Isidor [†]. [quorum loco citata vide in authore.] 2. Multi ex Pontificiis nobiscum sentiunt, nempe Felis. Ruiz. Jansen. Vaer. & Prateol. & alii [f]. 3. Falsum est omnes Hebræos cum ipsis sentire. A nobis sunt K. & AE. & recenset K. tres suorum sententias, 1. Hæc omnia à muliere per fraudem facta. 2. Samuelem ipsum apparuisse immissum à Deo. 3. (Quæ ipsi probatur) fuisse Dæmonem Samuelis specie [g]. [Atque hæc de secunda sententia dixisse sufficiat] Resp. 3. Non verè Samuel erat, sed spectrum, sive spiritus pythonicus qui induerat speciem Samuelis [h]. Quanquam ubique *Samuel* vocatur, credibilius tamen est fallacem spiritum fuisse, ejus generis de quo Porphyrius 2 de *Abstinentia animantium*, γένος ἀπατηλῆς φύσεως παντόμορφόν τε καὶ πολύτροπον, ὑποκρινόμενον καὶ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ ψυχὰς τεθνηκότων. Videturque id ipsa mulier satis significare cùm dicit אלהים *Deos ascendisse de terra*; ità appellans spiritus illos quorum unus Samuelis figuram induerat; cæteri ei velut comites erant. Vide Tertul. *de anima*, circa finem [i]. Meræ præstigiæ hæ erant à Dæmone confictæ, inquit Eustathius Antiochenus, qui Originem *de Ventrilequa* oppugnavit singulari tractatu, quem jam edimus Græcè & Latinè primi omnium [k]. [Argumenta hujus sententiæ sunt;] 1. Cùm Deus Sauli respondere nollet, nec per Prophetas, nec per Sacerdotes, nec per somnia; non est credibile eum voluisse illi responsa dare per mortuos [l], & præsertim, cùm id Lege disertè prohibuisset. Deinde id oportuit aut voluntate Dei fieri, aut vi artis. Voluntate Dei non potuit: quia prohibuit: nec vi artis. Magæ enim non habent potestatem in pios: Deinde Samuel aut sponte verit, aut invitus. Non sponte, concessisset enim arti Magicæ; invitum autem venisse dicere indignum est [m]. Dicunt nonnulli tempus hoc opor-

[i] Leo Allat. c. 24.
[k] Vide Rainold. de lib. Apoc.
[l] Leo Allat. c. 19, 20.
[m] Rainold. de lib. Apoc. prælec. 80, 90.
[n] San.
[o] Rainold. ib. prælec. 90.
[p] Eustath. in Leon. Allat. c. 15.
[q] Rain. præl. 91.
[r] Leo Allat. c. 21.
[s] Rain. ib.
[t] Mart.

[v] Leo Allat.
[x] Id.
[y] Rain.
[z] Leo Allat.
[a] Rainold. præl. 92.
[b] Rain. præl. 93.
[c] Rain. præl. 94.
[d] Rain. præl. 88.
[†] San. Vide Rain. præl. 88. & 89.
[f] Rain. 89.
[g] Rain. præl. 94.
[h] V. ex He. Ita G. Mart. Os. Jun.
[i] G.
[k] Leo Allat. c. 10.
[l] Mart. Author de mirabil. s. script. 2. 11.
[m] Mart.

portunissimum exspectâsse Deum, quo illi aperiret, quid ipsum manebat, ut hoc etiam peccatum consulti Pythonis lueret. Resp. 1. Si ità esset, cur Samuel hîc personatus, aliis peccatis ejus enumeratis, hujus non meminit? 2. Tempus hoc importunissimum erat: Impedivisset certè Deus, nè verus Samuel incantationibus illis ascenderet; nè fides illis rebus ab hominibus haberetur: & nè auctoritas Dei minueretur, si quid ipse contra Pythonicos illos spiritus egisset. Potuit quidem Deus in hoc tempus [responsum] transtulisse; non tamen ideò voluit & egit. Comprobanda est (hæc) voluntas Dei ex aliquo scripturæ loco [n]. 2. Argumentum gravissimum & firmissimum ab Eustathio, Tertul. Cyril. aliisque pertractatum tale est; solius Dei est animas ab inferis evocare. Dæmon nullam habet potestatem in animas, etiam rerum minimarum, præcipuè justorum, vel Prophetarum [o]. Animas & spiritus sanctorum non subjicii Pythonissæ incantationibus, imò nec universis quidem potestatibus inferorum. Concedit hoc Bellarminus. Addo, Ista larva, vel umbra subjecta fuit incantationibus Pythonissæ [p]. Respondent, Samuelem non fuisse Necromantiæ vi excitatum; sed divinâ voluntate, idque antequàm nefariis suis ritibus venefica ista uteretur [q]. Hoc probant ex perturbatione mulieris, quæ exclamavit rei novitate & miraculo perculsa [r], quòd videret Samuelem apparuisse antequàm evocaretur [s]. Sed quomodo id probat Bel? Nempe, *quòd RR. dicunt umbras mortuorum magiæ vi evocatas, capite deorsum verso ascendere; Samuelem autem rectâ figurâ ascendisse*: inde intellexit Pythonissa, ex intimis nimirum Necromantiæ mysteriis, non fuisse Samuelem evocatum suis incantationibus, sed venisse jussu Dei: similiter atque illi apud Ovidium in Cadmi historia. Atqui causa perturbationis in contextu hîc exprimitur, quòd ea intellexerit fuisse Saulem [t], à quo jam in scelere deprehensa pœnas expectaret. Neque jurijurando fidere potuit, cùm se in aliis deceptam ab eodem, qui jusjurandum præstiterat, videret [v]. Aiunt, exercente muliere incantationes suas, Deum impedivisse Dæmonis conatum, & divinâ virtute atque imperio animam Samuelis evocâsse; Quemadmodum exercente Balaamo maleficia sua, non Dæmon (quòd ille quærebat) sed Deus implevit os ejus, &c. Sic Ochosia mittente qui consulerent Beelzebub, prævenit Dominus responsionem Diaboli, misso Elia qui mortem prædiceret. Ità Salian. simul. Cajet. Resp. Potuisse Deum hoc facere non dubito. At voluisse Deum non lego. Et Dei voluntatem in rebus quæ naturæ vires excedunt, minimè debemus asserere intercessisse, nisi expressa illius mentio in divinis literis reperiatur. Evolve totum caput, nonnisi voluntatem Saulis & Pythonissæ jussa comperies: divinæ voluntatis nulla mentio. Exempla Balaami & Ochosiæ nostram sententiam confirmant. Nam scriptura ipsa satis apertè voluntatem opúsque Dei fuisse manifestat; (ut patet ex Num. 22. & seq. & 2 Reg. 1. &c.) & porrò studium Balaami & Ochosiæ reprehendit; *Nunquid non est Deus in Israel*, &c? Pariter dixisset piùs Samuelis animus, *Quia venisti in Endor*, &c. *quasi non esset Deus in Israel*, &c. *Ideò Regnum amittes*, &c. At fictitius ille Samuel Sauli blanditur, & vim incantationis fatetur, *Quare inquietâsti me*, &c? adeóque decepti hominis fovet errorem. Non dicit, *Licèt me inquietare aggressus es, & id frustrà; Dominus tamen me misit*, &c. Sed dolet, quasi nolens extractus sit. *Hæc enim est fraudulentia malignorum spirituum, ut quòd ultro faciunt, & dictant hominibus faciendum, operosè dissimulent, ut hoc facere judicentur inviti*; inquit Sarisberiensis [x]. 3. Urgent illa verba, *Cur inquietâsti me, faciendo me ascendere?* Si ista umbra fuit Samuel, Samuel mentitus est; quia ista umbra dicit se inquietatam esse & suscitatam à Saule [y]; quasi turbatio Sanctorum animis, quæ tunc in sinu Abrahæ erant, caderet; vel justorum animæ in manu Dæmonis essent, &c [z]. Verus Samuel nec *evocari* potuit nec *inquietari* à Saule; sed neque jussum Dei atque obedientiam *inquietationem* vocâsset [a]. Non magìs inquietandus fuerat Samuel, si missus esset à Deo, quàm Moses & Elias, missi, Mat. 17. 3. Non inquietari possunt justi mortui, cùm dicantur *ingredi pacem*, & *requiescere in cubilibus*, Isa. 57. *frui quiete*, Luc. 16. 25. *Requiescere à laboribus*, Apoc. 14 [b]. 4. Verus Samuel non passurus fuisset se à Rege adorari. Ità Eustathius. At inquiunt, inclinare se in supplici majorum observantia Hebræis penè legitimum fuisse, vide 1 Sam. 24 & 25. Verùm hæc Saulis adoratio ab istis omninò diversa fuit. Illæ enim, cùm ad homines deferrentur, minimè cultum latriæ præ se ferebant. At hæc deferebatur ad Deos ascendentes de terra, & Samuelem, in quem æquè ac in Deum, spem suam fixerat. Et quemadmodum multum Dæmoni potissimùm præstiterat, in quem erat conversus, ità & potissimâ adoratione veneratus fuit [c]. Porrò in omni Necromantia id postulatur ut colant eum quem excitant, & adorent. Jam verò Diabolus cùm adorari vellet à Christo, postulavit tantùm προσκύνησιν & externam adorationem [d]. 5. Vaticinium hoc, præter impia multa, etiam falsa enunciat; (quod Samuel minimè faceret.) Dicit enim, *Cras tu & filii tui cadent*, cùm tamen hæc die proximè sequenti non evenerint, [ut ex antè dictis patet.] Ostendit hoc tabula sive programma sequens, quod ex S. Scriptura collegimus. Primo die congregantur utrique exercitus, 28. 1, 5. & Saul Pythonissam inquirit, nocte Endor appellit, Pythonissam alloquitur, v. 7, 8. Achis David *custodem capitis sui creat*, 28. 2. sed ob minas Philistiim dimittit, c. 29. Nocte proximâ Saul *non capit cibum*, 28. ab 8. ad 21. Eâdem nocte David surrexit, ut *summo mane proficisceretur*, 29. 11. Secundo die Saul capto cibo quiescit, 28. 21. ad 25. Amalecitæ erumpunt, &c. 30. 14. Nocte proximâ Saul ad castra revertitur, 28. 25. Tertio die David adhuc in via ad Siceleg, quæ tunc succensa erat, 30. 1. &c. Quarto die venit in Siceleg, & Amalecitas persequitur & invadit, 30. 11. &c. Quinto die in pugna ad vesperam perseverat. Hoc die Philistiim pugnant contra Israelem, eósque vincunt, &c. Sexto die, Philistiim caput Saulis præcisum mittunt in terram suam, 31. 9. Septimo die homo veniens de castris annuntiat Davidi mortem Saulis, 2 Sam 1. Dicunt *cras* sæpe tempus futurum significare. At nulla hîc causa est, cur ex primo & proprio suo significato deduceretur in aliud, nisi quia absurdum videbatur hunc Samuelem esse mentitum. Dicunt præterea res Davidis & Amalecitarum per anticipationem ante Saulis obitum recensitas. Sed hoc falsum esse patet, quia Saul eodem die occisus est quo David à cæde Amalec reversus est in Siceleg, 2 Sam. 1. 1. &c [†]. 6. His adde quod hic Samuel multa impia infarcit. *Quare inquietâsti*, &c? [De quo jam dictum.] *Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit?* Quasi de misericordia Dei desperandum esset. Davidem malignè vocat *æmulum suum*. Dicit, cras *tu & filii eritis mecum*: quasi Saul in eadem cum Samuele quiete futurus esset. Nihil dicit de animæ ipsius bono, nec Saulem reprehendit, quòd ventriloquos consuleret. Hoc certè divinus Samuelis zelus non tacuisset [f]. 7. Suspiciosum est illud אֱלֹהִים *Deos*; si plures apparuerint, (quod participium plurale additum credibile facit) Dæmones fuerunt, in quorum consortio qualis quæso erit Samuel? Sed esto, ut אֱלֹהִים significet *virum præstantem*, addit, *Deos vidi ascendentes è terra*; At Samuelis anima è cœlo descendisset, non ex terra ascendisset [g]. 8. Producunt varia Patrum aliorúmque Testimonia de quibus consule Leonem Allatium Syntagm. de Engastrim. cap. 7, 8, 9, 10, 11. & Rainold. de libris Apocryphis prælect. 88. & 89. Bellarmin. quidem ait omnes qui hanc sententiam tuentur, aut incertos esse, aut obscuros, inter quos etiam Basilium ponit. Sed non obscurus erat Eustathius, *primus & Coryphæus Patrum Nicænorum*, qui librum adversùs Originem de Engastrimutho scripsit, quod fecit & Methodius Martyr Patrensis Episcopus. Hanc sententiam astruunt Gregor. Nyssen. epist. ad Theodosium, sive ad Timotheum de Engastrimutho, Hieron. in Mat. 6. Cyril. Alex. lib. 6. de Adorat. Philastrius de Hæresibus, c. 26. Procopius Gazæus, Rupert. Abbas ad 1 Sam. 17. Ex recentioribus item Jansenius ad Eccl. 46. Remigius Dæmonol. 2. 1 Et videtur determinatio Ecclesiæ, cap. *Illud* 26. quæst. 2. & cap. *Nec mirum*, quæst. 5. ubi expressè dicitur *non fuisse Samuelem, sed ejus phantasma*. Mallem cum his errare, quàm cum reliquis (unum mihi excipio Romanæ Ecclesiæ os infallibile, quod certè scio, nunquam à tantis Patribus recessurum) bene sentire [h].

15 *Quare inquietâsti me ut suscitarer?* לָמָּה הִרְגַּזְתַּנִי לְהַעֲלוֹת אֹתִי] *Ut quid*, vel *quare commovisti* (*perturbâsti*, ὁ. Sy. Ar. *irritâsti*, Mo. Os. *inquietum reddidisti*, Ti. Pi.) *me* (scilicet, *à requie mea*, M.) *faciendo* (*ad faciendum*,

[n] Leo Allat. c. 23.
[o] Id. c. 12.
[p] Rain. 75.
[q] Ser. sic Bel. San. La. Me. &c.
[r] Ser.
[s] Bel.
[t] Rain. præl. 75.
[v] Leo Allat. c. 23.
[x] Id. ib.
[y] Rain. 78.
[z] Leo Al. c. 18.
[a] Id. c. 23.
[b] Rain. præl. 78.
[c] Leo Allat. c. 23.
[d] Rain. præl. 87.
[†] Leo. Al. c. 16, 17.
[f] Id. c. 18.
[g] Rain. 79.
[h] Leo Allat. c. 11.

ciendum, Mo.) me ascendere? P. ô. Sy. Ar. vel *evocando me*? JT. *Ut me reduceres*? Ti. *Excitando me*? Strig. sim. V. Ut specie Samuelem, ità verbis mentiebatur diabolus: sic in toto capite [i]. Animæ enim justorum non inquietantur. Sed Samuel humano more loquitur ex mente Saulis; qui suis evocationibus hoc factum credidit [k]. Turbatio non cadit in animas sanctorum; sed *inquietari* dicuntur communiter, qui è loco quietis & pacis educti molestis negotiis implicantur [l]. Si verus hic Samuel, mentiretur; nam nec Saul eum evocare potuit, nec *inquietationem* duxisset mandatis divinis obsequi [m]. At Saul non fuit causa, sed occasio ut suscitaretur [n]. Resp. Utcunque falsum est illum *inquietatum fuisse* [o].

[i] Jun. [k] Ma. [l] Me. [m] Leo Allat. c. 23. [n] La. [o] Rain.

16. *Quid interrogas me?*] q. d. An ignoras me tibi favere non posse, cùm sis inimicus Domini mei [p]? ¶ *Et transierit ad æmulum tuum*, וַיְהִי עָרֶךָ] *Et sit inimicus* vel *hostis tuus*, M. Ti. JT. Pi. Ca. Strig. Belg. Ang. *Et factus est æmuli tui*, Mo. *Et sit cum inimico tuo*, P. V. ex Jon: i. e. faveat illi, V. *sit cum proximo tuo*, ô. sim. Sy. [Videntur transpositis literis legisse רֵעֶךָ]

[p] Me.

17. *Faciet enim tibi Dominus*, וַיַּעַשׂ יְהוָה לוֹ] *Et faciet*, vel *fecit Dominus illi*, Jon. Sy. P. Mo. Ang. V. id est, Davidi. Sic ô. & Jon. in Mar. ut sit relativum pro antecedente; vel *illi*, nempe inimico tuo; i. e. Davidi *. Davidis causâ fecit [q]. Al. *fecit sibi*, JT. sive *pro seipso*, Ang. suâ causâ fecit: ut verum esset quod prædixit eventurum [r]; in gloriam ejus, & pro beneplacito suo [s]. *Et quidem Dominus egit pro se*, M. Alii, *tibi fecit*, vel *faciet*, ô. Ca. Strig. לְךָ malui legere, quod est in margine; quomodò Hi. & ô. verterunt, quàm לוֹ [t]. Tertia persona sumitur pro secunda; quia sic mos Hebræis permutandi personas [v]. ¶ *Et scindet regnum*] Sic dixit, quia imperium inter Davidem & Isbosethum quodammodò lacerabatur [x]. Etiam malos spiritus Deus sæpè cogit verum dicere. Vide Matt. 8. 29. & Tertul. Apolog. *Ità de contactu nostro*, &c [y].

* V. [q] Mart. [r] Mart. [s] sim. Jun. Belg. [t] Ca. [v] Mar. [x] Mart. [y] G.

18. *In Amalec*] Unicum hoc Saulis peccatum commemorat. Reliqua, etiam majora dissimulat; quòd Sacerdotes occiderat, Davidem innocentem profligaverat, & nunc ad magam & idololatram confugit. Non est pii concionatoris, aliud dicere, & aliud, quod non minùs dicendum sit, tacere [z]. Dicit, *non fecisti iram ejus*, &c. id est, illud quod ex ira mandaverat Dominus [a], nempe internecionem Amalecitarum. Metonymia efficientis [b].

[z] Mart. [a] Pi. sic V. [b] Pi.

19. *Cras tu & filii tui mecum eritis*] Ità omnes [præter, ô. qui habent, *tu & filii tecum cadent*.] *Mecum eritis*, vel, 1. In thalamo justorum. Interficieris quidem tu, &c. sed peccatum illud expiabitur per obedientiam tuam, quando pro populo Dei pugnam non recusas [c]. *Mecum*; Intelligit in eadem quiete. Divinos honores sibi affectat Dæmon. Tempus determinat, *cras*; & dignitatem suam insinuat, *mecum*. Quomodò Christus, *hodie mecum eris in paradiso* [d]. Vel, 2. *Mecum*; i. e. mortui eritis, ut Samuel †. Vel, simul apud inferos, sed non in eadem parte [f]. Ludit Dæmon ex ambiguo, innuens Saulem secundùm animam cùm ipso diabolo futurum; id quod de Jonatha verum non fuit [g]. Tam astutè Satan mentiri novit, ut multis veris quædam mendacia aspergat, quare cauti simus, ut Satanæ figmenta deprehendamus, nè nobis imponat [h].

[c] M. [d] Leo Allat. c. 18. † Jun. sic Pi. Ma. E. Me. La. [f] La. sim. E. [g] Pi. [h] Os.

20. *Cecidit porrectus in terram*, Ità ô. Strig. וַיְמַהֵר וַיִּפֹּל מְלֹא קוֹמָתוֹ אַרְצָה] *Et festinavit Saul & cecidit plenitudo* (*de plenitudine*, V.) *staturæ ejus in terram*, Mo. V. i. e. statim corruit, ut erat erectus. Verbum loco adverbii posuit; ut sæpe aliàs, & v. 24. maximè in hoc genere dicendi [i]. *Statim corruit, quantus quantus erat*, P. Ti. Gallicè *d'aussi hault qu'il estoit*, V. *plenâ* (vel *totâ*, JT. M.) *staturâ suâ*, Jon. *Totâ mole concidit*, Ca. In magna enim trepidatione sanguis & spiritus revocantur ad cor: Unde fit, ut partes extremæ iis destitutæ corpus non possint sustinere. Ità Diabolus non tantùm ludificatur animam, sed etiam perdit corpus. Hujusmodi solatia suis consultoribus Diabolus propinat. Interim nullæ hîc audiuntur preces Saulis: ità prorsus jam induruerat [k]. ¶ *Robur non erat in eo*] Ut scilicet se erigere posset [l].

[i] V. [k] Mart. [l] V.

21. *Ingressa est itaque mulier illa*] Tantisper enim discesserat, ut Saul cum Samuele liberiùs rem, remotis arbitris, colloqui posset [m]. ¶ *Posui animam meam in manu mea*] H. Exposui me periculo [n]; sicut ea quæ manibus tenemus, quæ excidere possunt, aut eripi è manibus, &c [o]. Vide ad Jud. 12. 3 [p].

[m] Me. sim. La. ex To. San. [n] V. [o] San. [p] Pi.

22. *Audi & tu vocem ancillæ*, &c.] Humanitatem hujus mulieris notat Josephus, idque perditis Saulis rebus, licèt tantâ injuriâ affecta esset à Saule; (qui artem prohibuerat, unde illa victum sibi suppeditaverat.) Sed addere possumus, mulierem astutam facilè cogitâsse, si Rex apud se fuisset mortuus, se postea daturam pœnas, acsi illius scelere interiisset [q]. ¶ *Ut comedens convalescas, & possis iter agere*, וִיהִי בְךָ כֹּחַ כִּי תֵלֵךְ בַּדָּרֶךְ] *Et erit* vel *ut sit in te vis*, sive *robur, ut vadas in via*, Mo. sim. P. Jon. Ti. vel *per viam*, P. *Et tunc perges per viam*, M. *Quandoquidem viam ingressurus es*, Sy. sim. ô. Ar. *Cùm proficisceris in via*, JT. sim. V.

[q] Mart.

23. *Non comedam*] Maluit enim inediâ perire, quàm ferro hostili [r]. ¶ *Coegerunt eum*, Ità ô. M. P. sim. Mo. וַיִּפְרְצוּ בוֹ] *Invaluerunt in eum*, Jon. *rogârunt eum*, Ar. sim. Sy. *Institerunt apud eum*, JT. Heb. *ruperunt in eo*. Metonymia affecti. Sic Germani dicunt *alicui tunicam lacerare*. Confer suprà 15. 27 [s].

[r] San. [s] Pi.

24. *Habebat vitulum pascualem*, עֵגֶל מַרְבֵּק] *Vitulum pinguem*, M. Ti. sim. Jon. JT. *nutritum*, Sy. sim. Ar. *Vitulum saginarii*, P. Mo. Pi. Mar. Ma. *Saginarium* dicitur locus ubi animalia saginantur [t]. מַרְבֵּק *marbek* (vel, רִבְקָא *ribka*, quod idem est, K. & Jon. in BA.) propriè sign. *vincula*, (*colli*, BA. 303.) *quibus vituli triturantes alligantur* [v]. Arabicè enim *rabaka*, vel *ribka* est vinculum propriè in collo bovis. *Vituli* ergo *marbek* sunt vituli, qui in vinculis grana triturant, & eorum esu pinguescunt. Rectè tamen vertas *saginati*. Consequens pro Antecedente [x]. *Vitulum stabuli*, vel *altilem*. Mar. Tales vitulos ad delicias alunt paulò lautiores, qualis hæc videtur esse, cùm etiam lectulos habuisse videatur discubitorios [y]. ¶ *Et coxit azyma*, וַתֹּפֵהוּ מַצּוֹת] *Et coxit eam* (vel *ex ea*, P. JT. M. Ti.) V. *infermentata*, Mo. P. sic ô. Jon. Sy. *azymos panes*, M. Ti. JT. Verto, *azymas* placentas. Nam ista vox alibi (ut Exod. 12. 39.) exprimitur, & convenit genere cum posito adjectivo, scilicet מַצּוֹת [z]. Ob festinationem fermentare non potuit [a].

[t] Pi. [v] BA. 1. 2. 32. 311. [x] BA. 1. 2. 31. 302. [y] San. [z] Pi. [a] Mar. sim. V.

25. *Ambulaverunt per totam noctem*] Videntur pedites iter fecisse, quòd sic faciliùs & suos latere possent, & hostes; si in aliquos eorum per noctem dùm iter faciebant, incurrissent [b].

[b] Me.

CAP. XXIX.

1. *In Aphec*. Oppidum erat in tribu Aser, Jos. 19 30 [c]. ¶ *Super fontem, qui erat in Jezrahel*, בַּעַיִן אֲשֶׁר בְּיִזְרְעֶאל] Q. volunt nomen esse loci, *In Ain*, Q. in V. Ità M. Ti. Sy. [Alii appellativè sumunt.] *Ad fontem* (*apud* vel *juxta fontem*, Pi. *in fonte*, P. Mo.) *qui* (sub. *est*, JT. vel *erat*, P.) *in Jizraele*, JT. De quo vide quæ ad Judic. 7. 1 [d]. Fuit hic fons in pede montis Gilboe, atque dimidiâ leucâ distabat ab urbe Jizrehel †. Cùm *universa Philistinorum agmina*, & *universus Israel convenisse* dicantur, certò colligitur supra 400 utrinque millia convenisse. Nam contra solos Ammonitas gentem multò minorem, adduxerat Saul 330 virorum millia. Nec ab illo tempore ullam cladem Judæi acceperant [f].

[c] Ma. ex Jun. [d] Pi. † Ma. [f] T.

2. *Incedebant in centuriis & millibus*, עֹבְרִים לְמֵאוֹת וְלַאֲלָפִים] *Transibant* (i.e. *procedebant*, Pi.) *ad* (vel *per*, Jon. V. Ti. vel *ante*, Sy) *centena & millena*, Mo. ô. vel *cum centenis & millenis*, JT. Strig. sic M. Lustrantes copias suas transvehebantur [g]; ordinandi & adhortandi & videndi gratiâ, an omnia rectè haberent [h]. ¶ *David —in novissimo agmine*, בָּאַחֲרֹנָה] *In novissimo*, Mo. Jon. *in extremo*, P. sub. *agminis*, V. *in posteriori* agmine, Ti. sim. JT. V. *ultimo loco*, M. Tanquam propriæ Imperatoris cohortes, & ut apud Romanos Triarii, qui erant fortissimi [i]. ¶ *Cum Achis*] Locus ille Achi obtigerat, vel sorte, vel quòd omnium satraparum præstantissimus esset [k], supremus erat inter ipsos imperator [l]; Et satis constat Getheos, quorum ipse satrapa erat, omnium Philistæorum fortissimos fuisse, teste Goliah, & aliis [m].

[g] Jun. [h] A. e. [i] T. sim. Me. [k] Me. [l] Jo. in T. [m] T.

3. *Quid sibi volunt Hebræi isti?* מָה] *Quid hîc agunt?* vel *Quorsum adsunt?* q. d. Nihil eis hîc negotî est [n]. Illos faciliè nôrant ex dialecto, vestitu, vel armo-

[n] Pi.

rum

rum genere [o]. ¶ *Et est apud me multis diebus vel annis,* זֶה יָמִים אוֹ זֶה שָׁנִים] *Jam diebus, vel (imò, P.) jam annis,* Mo. P. *his vel istis diebus, aut his annis,* Jon. Ti. M. *Dies aliquot, imò verò annos aliquot*, V. sic JT. *Dies, hunc secundum annum* ό. *duobus annis & mensibus,* Sy. *Anno & mensibus aliquot,* Ar. *Anni & dierum spatio,* Strig. *Per hósce dies, vel potius annos,* Ca. sim. Pi. Qu. Quomodo hoc dicit, cùm David apud eum fuisset quatuor tantùm mensibus & aliquot diebus? Resp. 1. Mentitus est Achis, ut fidem Davidis magìs exploratam redderet Philistæis [p]. 2. Sensus est; q. d. quem ego cognosco jam à multis annis [g]. Vel, 3. q. d. *Eum tam bene novi, quàm si mansisset apud me annos aliquot* [h]. 4. Annos retulit ad primam commorationem, quæ ante annos aliquot inchoata erat; q. d. Jam pridem ab annis circiter duobus mihi adfuit, & notus est. 5. Vel annos intelligit de partibus duorum annorum [i]; finem prioris, & posterioris initium, quomodo etiam explicari possunt, ό. qui habent, γέγονε, &c. *Mansit apud nos dies*, plurimos scilicet, *hic quippe secundus annus est* [k]. Aliquot *annis*; i. e. jam altero anno. Indefinitè dictum; Vide suprà 27. 1 [l]. ¶ *Ex die, quo transfugit ad me,* מִיּוֹם נָפְלוֹ] *A die cadere ejus,* Mo. sim. Pi. vel *deficere sui,* Jun. *Ex quo die defecit,* Ti. JT. *Dilapsus est* ad me, M. *Venit* (*incidit,* ό. *confugit,* Sym. in Nobil.) ad me, Sy. Ar. *divisit se* ad me, Jon. in V. i. e. divisit se à Saule, & venit ad me [m]. *A die, quâ habitavit mecum,* P. V. Ità נָפַל aliquando significat, ut Gen. 25. 18 [n]. Vide annotata eo loco, & Judic. 7. 12 [o].

4. *Revertatur vir iste*] Mirè Deus per hostes ipsos efficit nè David se Hebræo sanguine contaminet, ac sic se minùs idoneum regno faciat [p]. Deus illi adest ἀπὸ μηχανῆς: Nam suâ prudentiâ nunquam se potuisset explicare. Davidi acerbum fuit, haberi pro proditore. Sed istâ specie falsæ proditionis, eum à vera proditione liberat. Nam si mansisset in castris & pugnâsset, fuisset impius in patriam; si non pugnâsset, fuisset proditor Palæstinorum. Nec tantùm honori Davidis consulit, sed etiam commodo; ut omnia bona sua, &c. amissa ab Amalecitis recuperaret [q]. ¶ *Sedeat in loco suo, in quo constituisti eum,* אֲשֶׁר הִפְקַדְתּוֹ שָׁם] *Quo constituisti* (*collocâsti,* ό. Ar. JT. *præfecisti,* Jon. Sy. P.) *eum ibi,* Mo. In domicilio illi designato [r]. ¶ *Nè fiat nobis adversarius*] Tacitus Hist. 4. de ala Batavorum, *Quæ jam pridem corrupta fidem simulabat, ut, proditis in ipsa acie Romanis, majore pretio fugeret* [s]. ¶ *Quomodo —poterit placare— Dominum?* וּבַמֶּה יִתְרַצֶּה זֶה אֶל־אֲדֹנָיו] *Et in quo acceptabitur* (*placebit,* P. *conciliabitur,* ό. Jon. sim. V. JT. Ti.) *hic ad Dominum suum?* Mo. sim M. ¶ *Nisi in capitibus nostris,* הֲלוֹא בְּרָאשֵׁי הָאֲנָשִׁים הָהֵם] *Nonne in capitibus virorum istorum?* ό. Jon. P. Mo. JT. id est, nostris & nostrorum [t]. Synecdoche membri [v]. Fortè tertia persona sumitur pro prima [x].

5. *Percussit,* &c.] Vide obscura hæc verba explicata suprà, c. 18. v. 7 [y].

6. *Vivit Dominus,* חַי־יְהוָה] Qu. Quomodo hic jurat per Jehovam, cùm ab ejus religione esset alienus? Resp. 1. Dedit hoc Achis pietati Davidis, qui colebat Jehovam [z]. 2. Ethnici prudentiores unum Deum agnoverunt. Dices, quæstio non est de re, sed de nomine *Jehova.* Resp. Illud nomen Palæstini habere poterant à majoribus suis; (erant enim posteri Canaan) vel ab Abr. If. & Jac. &c. qui ibi peregrinati sunt, vel à Melchisedecho. Abimelech quoque Rex Geraræ habuit aliquam veri Dei notitiam. Porrò Achis agnoscit providentiam Dei: Confitetur enim Angelos v. 9. per quos curat Deus res humanas [a]. Fortè hæc didicit Achis ex conversatione cum Davide, cujus prædicatio efficacior erat, quòd cum ea conjuncta erat simul innocentia vitæ, ut Achis testatur [b]. ¶ *Quia rectus es tu*] Sub. *In oculis meis*; i. e. habeo te pro viro probo [†]. ¶ *Et exitus tuus, & introitus tuus*] Commercium tuum, sive conversatio tua, & vita [f], adeòque omnia opera tua [g]. Ità phrasis significat, 2 Sam. 3. 25 [h]. ¶ *Ex die qua venisti*] Addit correctionem. Nam David, antequam profugisset, multis modis Palæstinos afflixerat [i]. ¶ *Satrapis non places*] Prudenter Achis quid in Davide timuerint Philistæi tacitus transmittit; solúmque generatim, ait Satrapis illum non placere [k].

[o] Me. [p] T. ex San. Me. ex To. [g] V. [h] He. in M. & in V. [i] T. [k] Me. [l] Pi. ex Jun. Ma. [m] V. [n] Mar. Ma. [o] V. [p] G. [q] Mart. [r] Mar. [s] G. [t] Jun. Pi. [v] Pi. [x] Mar. [y] E. [z] K. in Mart. [a] Mart. [b] E. [†] V. [f] V. sim. Me. T. [g] T. San. [h] San. [i] Mart. [k] T.

8. *Quid enim feci,* &c? כִּי מֶה עָשִׂיתִי] Aut כִּי redundat, aut subaudiendum, *Hoc me malè habet: nam quid feci* [l]? *At quid feci?* JT. vel *nam.* ut in Terent. Pythias, *Quam tu rem actura obsecro es?* Thais, *Nam quid ità* [m]? Bene agit David quam cæperat fabulam [n]. Necessaria querela, ne si taceret, suspicionibus Philistæorum suffragari videretur [o]. Dissimulavit David animum suum [p], & turpiter adulatur Achi, ídque astutissimo genere adulationis, sub specie libertatis, ut possit videri non adulari, sed potiùs refragari [q].

9. *Bonus es, sicut Angelus Dei*] h. e. Ego te habeo pro homine divinitùs ad me misso [r]. Videris mihi tam bonus quàm est Angelus Dei [s]: secundè fluunt omnia ubicunque ades [t]. Meminit Angeli Dei, sicut à Davide, aut aliis Hebræis in familiari colloquio usurpari audîerat. Vel etiam eum dicendi modum Philistæi à vicinis hauserant Hebræis; conterminæ enim regiones, ut experientia docet, multas voces, & phrases communes habent [v]. Magna & divina à Deo missa, aut de cœlo lapsa dicunt. Hinc Juvenal.

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Agnoverunt & Gentiles Deorum nuntios [x]. ¶ *Sed principes —— dixerunt*] Coguntur sæpè in bellis Reges aptare se eorum desideriis quorum operâ indigent [y].

10. *Consurge manè*] Antequàm ineatur prælium [z]. Lucem jubet antevertere, summo manè discedere, nè reliquus exercitus, eorum quæ gerebantur ignarus, mali aliquid suspicaretur, aut animis deficeret [a]. Vel nè Davidi à principibus insidiæ struerentur in via: aut ab illis opprimeretur in castris, si diutiùs mansisset [b]. ¶ *Et servi Domini tui*] Nempe Saulis [c]. Vel, mei servi, qui sum Dominus tuus [d].

11. *Ascenderunt in Jezrahel*] Ad castra Hebræorum. Non expectant, dum Hebræi ad se veniant. In Davidis discessu magnâ elucet Dei providentia. Nam si mansisset in castris, Palæstini non tulissent, ut mortuo Saule, ille succederet in regno. At cùm esset in Siceleg, non erat difficile, sese, cùm vellet, recipere in Judæam [†].

[l] Q. in V. [m] Pi. [n] G. sim. Me. [o] Me. [p] San. [q] Mart. [r] Mart. [s] Ma. ex V. [t] Ma. ex Jun. [v] Me. [x] San. [y] G. [z] Ma. ex Jun. [a] Me. [b] Mart. [c] V. Mart. [d] Pi. [†] Mart.

CAP. XXX.

1. DIE *tertiâ*] Nempe ex quo David discessit ex castris Philistæorum, inter quæ & Ziklag tantum itineris intercessisse docet initium libri sequentis, v. 2 [f]. ¶ *Amalecitæ*] Cùm scirent Davidem abesse, usi sunt occasione se ulciscendi [g]. ¶ *Percusserant Siceleg*] Scribit וַיַּכּוּ *percusserant,* pro וַיַּהַרְסוּ *subverterant, diruerant* vel *destruxerant* [h]; (Nemo enim interfectus est, v. 2.) ut aliàs Scriptura dicit *sanari* ædificium, aut *vivificari,* quando instauratur ac reparatur [i]. Deus hîc Davidem ab injusto bello (contra suos) revocat ad justum; Homines reprobos diu expectat & tolerat. Suos autem statim revocat, nè hæreant in peccatis [k].

2. *Et captivas duxerant mulieres ex ea, à minimo usq; ad magnum*] Tam minores natu quàm majores. Hæc nomina genere Grammatico non congruunt cum præcedente nomine, *mulierum.* Itáque videtur post voces אֶת־הַנָּשִׁים deesse voces וְאֶת־טַפָּם *& parvulos eorum.* Cui opinioni favet versus sequens [l]. Ità Græci post γυναῖκας rectè supplent καὶ πάντας τοὺς, &c [*]. Meminit mulierum solùm, quia viri iverant cum Davide ad exercitum [m]. [At Sy. & Ar. pro הַנָּשִׁים *mulieres* legerunt אֲנָשִׁים viros, quod non congruit cum veritate rei gestæ.] ¶ *Non interfecerant quenquam*] Quod mirum, cùm David occidisset omnes, c. 27. 9, 11. Sed 1. Deus ipsorum furorem mitigavit; & paris ultionis seu memoriam, seu appetitum exstinxit [n]. Ità Deus semper prospicit suis etiam aliud sæpe cogitantibus. Miro Dei dispositu (hoc factum) qui neque Davidi quicquam perire voluit, neque aliis propter Davidem [o]. 2. Non humanitatis id erat, sed avaritiæ [p]; quia volebant eos vendere in servos & ancillas [q]. Porrò hæc omnia demum Davidi acciderunt, cùm jam sibi videretur esse in tuto. Evaserat enim è manu Saulis [r].

4. *Donec deficerent in eis lacrymæ*] Fit hoc, aut cùm homines stupent, aut cum humor ille deficit [s].

[f] Ma. ex Jun. [g] Me. T. [h] M. V. [i] V. [k] Mart. [l] Pi. [*] Ca. [m] V. [n] T. [o] G. [p] Mart. [q] L. [r] Mart. [s] San.

6. Et

6. *Et contristatus est*, וַתֵּצֶר לְדָוִד מְאֹד] *Et angustia fuit Davidi valde*, Mo. *Valde anxius*, &c. M. Ti. Davidi tribuitur verbum fœmineum, propter fractum tunc & graviter perculsum ejus animum. Alii; *Et coangustata fuit Davidi valde*, sub. *anima*; [Nam תֵּצֶר est fœmin. generis [t].] ¶ *Volebat enim eum populus lapidare*] Tanquam cladis auctorem; vel, propter irritatos Amalecitas; vel, quòd abductis omnibus militibus, urbem præsidio nudatam reliquisset [v]. Dolor nimius rationem obruebat; Accedebat innata Hebræis animi levitas, quâ, huc atque illuc facilè momento flectebantur. Vide Exod. 17 [x]. Cladem acceptam sæpe seditio sequitur, ut notat Tacitus Histor. 2 [†]. ¶ *Confortatus est David in Domino*, וַיִּתְחַזֵּק] *Et fortificatus est (roboravit se*, P. Mo. Ti.) *in Domino*, V. *In dicto Domini*, Jon. Promissionibus ipsi de regno factis [y]; resumpsit animum, fretus spe ac fiduciâ in Deum [z]. *Patienter ferens confidit in Deo*, Ar. Bonâ spe imbutus amissa recuperandi, Deo juvante [a]. ¶ *Deo suo*] h. e. quem sibi faventem & propitium, & anteà semper expertus fuerat, & tum maximè sentiebat [b].

7. *Applica ad me Ephod*] Ut eo indutus David oraculum consuleret. Respublica Judæorum *regnum Sacerdotale* appellatur, Exod. 19. 6. Et Reges eorum erant personæ, ἱερωμέναι, i. e. *sacratæ*; (nempe quòd unctione initiati essent) nec modo res civicas, &c. moderati sunt, sed religionibus etiam sacrísque & ceremoniis præfuerunt [c]. [Alii aliter;] Non petit David indui Ephod, sed vult ut illud sibi applicet sacerdos [d]. Verte, *Affer amiculum*, simul intelligendum, *Et indue coram me*, &c. Brachylogia [†]. Non legitur consuluisse Dominum, cum fugeret è Judæa, neque cùm ab Achi oppidum peteret, neque cùm Amalecitas, &c. vastaret c. 27. nec cùm Achim sequeretur ad bellum contra suos. Nunc autem postquam sensit manum Domini, ac verè pœnituit, jubet applicari Ephod, &c. Itaque Deus invocatus adfuit, & illum multis modis fortunavit [f].

8. *Persequar*, &c.] Non quærit utrum bellum justum esset sua per vim erepta recuperare, id enim certum erat [g]. ¶ *Dixit, Persequere*] Hæ tres literæ effulserunt רדף puta in nominibus *Issachar, Dan, Napthali*; cætera ἐξηγητικῶς adduntur [h]. [Sed de modo consulendi & respondendi per Ephod. &c. vide quæ antè prolixè congessimus ad Exod. 28. 30.]

9. *Ad torrentem Besor*] Hic torrens ex montanis Judæ derivatus in Occiduum mare fluit propè Gazam [i]. ¶ *Et lassi quidam substiterunt*, וְהַנּוֹתָרִים עָמָדוּ] *Et residui*, vel *reliqui* (id est, pars, Mar. *aliqui*, Strig. *reliqui isti*, JT. ducenti, v. seq. Jun.) *substiterunt*, P. Mo. 6. JT. Mar. V. vel *constiterunt*, Ti. Subaudiendum aliquid, cujusmodi, *Bona autem pars transivit, reliqui verò substiterunt* [k].

10. *Persecutus est*, &c.] 1. Quia ignoravit eorum multitudinem. 2. Fretus est promissione Dei [*]. 3. Sciebat Amalecitas à Deo damnatos esse [†]. ¶ *Qui lassi transire non poterant torrentem*, אֲשֶׁר פִּגְּרוּ מֵעֲבֹר אֶת־הַנַּחַל] *Qui pigrescebant à transeundo torrentem*, Mo. *pigriores fuerunt*, præ ficta lassitudine scilicet; i.e. qui simulabant tantam lassitudinem ut non possent transire [l]. Vel, *qui lassi fuerunt, ne transirent*, &c. P. V. *Ità defecti erant viribus*, &c. JT. Verbum פִּגֵּר (quod sign. *pigrescere* & *lassari*) est à nomine פֶּגֶר quo significatur *corpus absque spiritu*, sive cadaver [m]. Sic אָוֶן, item הָאָוֶן, mutuantur significationem à nomine אוֹן [n]. *Prohibiti sunt à transeundo*, &c. Jon. *Constituerunt ad ripam torrentis, ut caverent nè quis trajiceret torrentem*, Ar. sim. Sy. *Qui resederunt, nè trajicerent*, &c. Ti. [M. cum præcedentibus sic connectit, *manserunt enim ducenti viri, qui fatigati erant, ultra torrentem*.]

11. *In agro*] Sub. *jacentem*, V. ¶ *Et adduxerunt eum ad David*, Ità P. וַיִּקְחוּ אֹתוֹ אֶל דָּוִד] *Et ceperunt (capientes*, JT. vel captum, Ti. duxerunt. JT. Ti.) *eum ad David* Mo. ¶ *Dederunt ei panem*, &c.] Nota humanitatem Davidis, & ejus militum. In ipso cursu & ardore militari hominem miserum sublevant, ídque cùm adhuc nescirent, quis vel unde esset. Sed non ludit operam David. Ejus indicio persecutus est hostem [o].

12. *Fragmen massæ caricarum*, &c.] De quibus vide c. 25. 18 [p]. Ferebant secum milites aliquid viatici; prudenter utique, cùm versùs loca deserta iter facerent [q]. דְּבֵלָה propriè sign. *palatham ficuum*, ut percipitur ex 2 Reg. 20. 7. ¶ *Reversus est spiritus ejus*] Id est, vel, 1. respiratio; vel 2. ipsa anima; tunc est metonymia efficientis hyperbolica, quasi ille prorsùs exanimis esset; nam exanimis respirare non potest [r].

[t] Ma. [v] Me. sim. T. Mart. [x] T. ex San. [†] G. [y] Pi. [z] V. [a] Me. [b] Mart. [c] Cunæus de Repub. Heb. 1. 14. [d] Me. sim. [†] Pi. [f] Mart. [g] Mart. [h] G. [i] Me. [k] V. [*] To. [†] Mart. [l] V. [m] M. Pi. [n] Pi. [o] Mart. [p] V.

13. *Dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertiùs*] Immanis erat ac ferus hic Dominus, qui servum relinquit, tanquam brutum pecus, quem tamen facilè poterat (cum præda [s]) currui imponere, præsertim cùm hostis non urgeret [t]. Sed hujus inhumanitatis pœnas luit [v]. Nam Deus illo servo usus est ad exitium totius exercitûs [x]. כִּי חָלִיתִי הַיּוֹם שְׁלֹשָׁה] *Quòd ægrotarem, hodiè tres sunt dies*, P. (vel *abhinc die tertio*, JT. sim. Sy. Ar. *hic dies est tertius*, Pi.) quòd tribus diebus ægrotâssem, Ti. *Eò quòd ante triduum ægrotarem*, M. sim. Strig.

14. *Ad Australem plagam Cerethi*] *Cerethæi* sunt Philistæi [y], ut ostenditur infrà v. 16. & Ezec. 25. 16. & Tzephan. 2. 5 [z]. & 2 Sam. 8. 1 [a]. Gens est, vel provincia in Palæstina [b]; quod si ità est, pertinebat is locus ad Satrapiam Gazæ, quæ omnium maximè ad Austrum vergit [c]. Ex hac regione collegit David legiones fortissimas, inde dictas *Cerethim*, qu. *exscindentes*; & *Pheletim*; q.d. *liberatores*, [d]. ¶ *Et contra Judam*, עַל אֲשֶׁר לִיהוּדָה] *In id quod est Jehudah*; i. e. quod pertinet ad tribum Juda; h. e. in agrum Juda [†]. Terram Juda montanam, in qua posteri Caleb habitabant [f].

15. *Potes me ducere ad cuneum istum?* Qu. An rectè fecit David, quòd servum incitet ad perfidiam contra Dominum? Resp. Hoc statuerunt etiam Leges Romanæ, *servus in gravi morbo dimissus à Domino, liber esto*. Et alibi, *si herus negaverit servo suo alimenta, & alius suppeditet, sit occupantis*. David ergò non adigit servum ad perfidiam. Debuit ille servus Davidi vitam. Et jure belli inciderat in potestatem ejus [g]. ¶ *Jura mihi quòd non occidas me*, &c.] Heb. *si occides me*, &c. scilicet te imprecari tibi mala. Ellipsis usitata [h]. ¶ *Non tradas me in manus domini*] Si fortè aliquâ conventione fit cum Amalecitis paciscendum, ísque me reposcat [i]. ¶ *Ducam te ad cuneum istum*] Qu. Qui poterat, cùm triduò abfuerit? Resp. Solent latrones certa designare loca in quibus prædas conferant & distribuant, vel etiam se oblectent [k]. Fortasse ex abeuntibus cognoverat quò essent profecturi [l]. ¶ *Et juravit ei David*] Indicia impunitate remuneratur, ut Tacitus loquitur, Annal. 15 [m].

16. *Discumbebant*, נְטֻשִׁים] *Relicti*, Mo. *diffusi*, P. *prostrati erant*, M. V. vel *jacentes & requiescentes*, V. *dimissi*, Ma. *dissiti*, JT. *extensi*, Jon. *profusi*, 6. *disjecti jacebant*, Ti. *castrametati fuerant*, Sy. *descenderant*, Ar. ¶ *Et quasi festum celebrantes diem*, sim. Pi V. חוֹגְגִים] *Tripudiantes*, P. Me. in honorem Deorum suorum, quibus hanc se prædam debere profitebantur [n]. *Securum hostem, ac successu rerum socordiùs agentem invadunt; cæsi vigiles, perrupta castra*, Tacitus Hist. 2. *Fermè res secundæ negligentiam creant*, ait Liv. lib. 26. Titus Martius eques Romanus, hostem victoriæ fiduciâ incompositum aggressus, nè nuncios quidem cladis reliquit. Frontinus id narrat. l. 2. c. 10 [o]. Sed cur ità solutè & securè vivunt? Resp. 1. Quòd longè abessent à terra Judæorum [p]: quòd jam essent in patriis finibus [q]. 2. Quòd crederent Davidem longè gentium agere [r]. Tam Palæstini, quàm Hebræi acies habebant utrinque paratas, nec poterant vires distrahere [s]. Itáque nulli erant exploratores, excubiæ nullæ. Videmus securitatem non longè abesse à discrimine [t].

17. *Et percussit eos David à vespere usque ad vesperam alterius diei*, מֵהַנֶּשֶׁף וְעַד־הָעֶרֶב לְמָחֳרָתָם] *A crepusculo usque ad vesperam, in crastinum eorum*, Mo. vel, & usque *ad crastinum illarum*, P. vel, *postridie expeditionis in eos*, JT. vel simpliciter *posteri diei*, Heb. *crastini eorum*, Nempe Davidis & militum ejus. Id est, postridie quàm David & milites ejus insecuti fuerunt Amalecitas [v]. q. d. *In crastina exitûs eorum (Davidis & virorum ejus) percusserunt eos ab aurora usque ad vesperam* [x]. *A crepusculo usque ad vesperam posterioris diei, & usque ad crastinum illarum*, Ti. [נֶשֶׁף variè accipiunt, nempe pro crepusculo, sive vespertino, sive matutino. 1. Q. intelligunt de vespertino, & locum sic vertunt.] *A*

vespera

[q] Me. [r] Pi. [s] Me. [t] Mart. [v] Me. sim. Mart. [x] Mart. [y] Ità K. in Me. Jun. Pi. Ma. [z] Ma. & Pi. ex Jun. [a] Ma. [b] V. To. in Me. [c] Me. [d] T. La. [†] V. [f] Me. sim. Jun. [g] Mart. [h] Pi. [i] Me. [k] San. [l] Me. [m] G. [n] Me. [o] G. [p] Mart. [q] San. [r] Mart. [s] San. [t] Mart. [v] Pi. [x] Q. in M.

vespera illa (vel *à tenebris*, Jon. *ab obscura luna*, Aq. *Ex quo cœpit obtenebrescere*, Sym. in Nobil. *à crepusculo*, sub. *nocturno*, V.) *usque ad vesperam crastinæ* (vel *sequentis*, V.) *diei*, M. sim. Strig. Os. Ang. *In crastinam diem illarum*, sub. *vesperarum*; i.e. Usque ad diem sequentem duas illas vesperas; q. d. Toto triduo percussit eos [y]. Accipiunt נֶשֶׁף pro prima vespera, & עֶרֶב pro alterius diei vespera, & לְמָחֳרָתָם pro crastina die utriusque vesperæ; h. e. pro tertia die primæ vesperæ [z]. Alii sic; Duæ sunt Hebræis vesperæ; [de quibus vide annotata ad Exod. 12. 6.] Sensus ergò est, *à priori vespera*; i.e. ab hora nona, quando aut epulis operam dabant, aut temulenti atq. gravati somno decumbebant, *ad nocturnam vesperam*; i. e. ad undecimam horam [a]. *Duravit hæc cædes à prandio usq; ad vesperam* [b]. Satis id spatii fuit tantæ cædi edendæ. Et si nox intercessisset, illa vias ad fugam varias atque expeditas aperuisset. Sed non nimis urget hæc ratio; nam etiam noctu pugnatum est; & qui ex castris se subduxerant, & in saltu, &c. se abdiderant, commovere se non audebant, nè strepitu suo ad se traherent Hebræos, qui in omnem partem, tanquam ad conclusam prædam excubabant. Cùm igitur illuxisset crastina dies, hostes maximâ illius diei parte scrutabantur, &c. Non enim dubitandum est in sequentem diem productam esse cædem [c]. Crepusculum vespertinum hîc intelligendum est, 1. Quia matutino crepusculo non solitum est bibendo & tripudiando debacchari. 2. Quòd verisimilius est Davidem ob paucitatem copiarum ejus potiùs selegisse nocturnas tenebras, quàm matutinam lucem [d]: [Alii accipiunt de crepusculo *matutino*.] *A diluculo usque ad vesperam posteri diei*, Ca. sive *crastini*, Os. i. e. usque ad vesperam ejus diei; Hebræi enim vesperam hodierni diei ad diem crastinum referunt [†]. *A crepusculo matutino*, quando illos cœpit cædere, *ad vesperam ejusdem diei*. *Crastinam diem* referunt ad initium persecutionis. Nam circa vesperam incepit persequi eos, & totâ nocte insecutus eos manè invenit eos effusos *super terram* [f]. דּ נֶשֶׁף usitatè *crepusculum vespertinum*, hîc autem *matutinum* sign. ut patet ex antithesi דּ נֶשֶׁף & עֶרֶב quæ hîc opponuntur tanquam unius diei termini. Ità sumitur etiam Psal. 119. 147. *In ipso crepusculo*, pro quo dicitur Psal. 88. 13. *Et in ipso mane*, &c. Non est probabile statim adortos esse, quum ad eos venissent sub crepusculum vespertinum, quia ipsi erant fessi: sed per noctem quietos se continuisse, & summo manè in incautos & dormientes irruisse. Hæc expositio confirmatur per verba sequentia. *Postridie expeditionis eorum* [g]. [Sy. & Ar. sic vertunt, *e matutino ad vesperam usque à tergo ipsorum*. Fortè legebant לְאַחֲרֵיהֶם *ad posterius*, sive *posteriora eorum*.] ¶ *Non evasit quisquam nisi*, &c.] Mirum plures non evasisse. Credibile est situm loci fuisse [legendum opinor, *favisse*] Davidi; eósque quasi caveâ inclusos evadendi facultatem facilè habere non potuisse [h]. Pugnatum non est; totus labor fuit vino madidos, cibo distentos, tripudio fatigatos conficere, & fugam arripientes assequi [i]. Inermes & somnolenti minimè restiterunt. Videmus hîc, 1. Vicissitudinem esse in rebus humanis. 2. Longè aliter res succedere piis, aliter impiis. Nam piorum calamitas exit in lætitiam: impiorum autem impotens lætitia in summam miseriam [k].

19. *Quæcunque rapuerant*] Iis exceptis, quæ incendium absumpserat; vel in cibum & potum cesserant [l].

20. *Et tulit universos greges & armenta, & minavit ante faciem suam*, וַיִּקַּח דָּוִד אֶת כָּל־הַצֹּאן וְהַבָּקָר נָהֲגוּ לִפְנֵי הַמִּקְנֶה הַהוּא] *Et cepit*, vel *tulit*, vel *accepit* (vel *reduxit*, Sy) *omnes greges & armenta*, Ti. P. 6. Ang. Os. (sub. *hostium*, Os. vel *pecus & bovem*, Mo. sim Jon. Sy. *oves & boves*, Belg. Strig. *Totum reliquum gregem, & armentum*, JT. quæ scilicet hostes aliunde compilaverant [m],) & *ducebant* illa; P. M. Ti. (vel, quod *abducentes*, JT. malim, *ducentes*, vel *agentes*, Pi.) *ante pecus*; P. *ante res illas*; Ti. *ante pecora sua*; JT. sim. Jon. M. Quæ sibi fuerant erepta, versu proximo [n]. *Ante hæc alia pecora*; Ang. *Et egerunt ante possessiones illas*; i. e. egerunt armenta & pecora ante reductos captivos, & ante reducta spolia [o]. *Duxerunt ad facies acquisitionis illius*, Mo. *Tulit omnes greges*, &c. i.e. quæ Amalecitæ abegerant de Juda alisque regionibus. *Ante pecus*; i. e. quod abegerant Amalecitæ de Siclag. Greges autem Siclag non appellabant *prædam*: nam ii restituebantur Dominis suis [p]. Sensus est, vel 1. Duxerunt ea pecora quæ erant omnibus communia, ante alium gregem quem ipsius David, velut singulare munus esse volebant [q]. Vel 2. Duxerunt ante pecora sua, quæ Amalecitæ abduxerant, aliam gregem pecorum quem sustulerant de terra Amalekitarum [r]. *Greges & armenta*; In quibus postliminii jus non erat, quod locum habebat in capitibus liberis. Vide de J. B. & P. 3. 9. 5. & 14 [s]. Qu. Cur David prædam servat ex Amalecitis, cùm Saul ob id repulsus esset à Deo? Resp. Quia Sauli id vetitum erat, non item Davidi [t]. ¶ *Dixeruntque*] Milites, sive socii Davidis [v]. Hi Davidi duci suo tantæ victoriæ auctori, atque auspici recinerunt hoc epinicium [x]. ¶ *Hæc est præda David*] [Sim. omnes.] *Hoc est quod recuperavit David*, Sy. *Hæc præda*, &c. q. d. Præter vestra quæ restituuntur vobis, hæc adducit David [y]. Intercalaris est versiculus in epinicio [z]. Pœana canebant, ac triumphum quodammodò Romano more celebrabant. Porrò hi milites antea videbantur eum lapidibus acturi. Nunc, post successum, &c. immoderatè illi gratulantur. Sic solent homines ex eventis res metiri, non ex consiliis [a].

21. *Qui lassi substiterant*, &c.] Heb. *Quos piguerat sequi Davidem*; h. e. qui præ lassitudine, sive verâ, sive fictâ, non secuti sunt, &c [b]. ¶ *Qui egressi sunt obviam David*] Gratulabundi de victoria, quàm noverant ab aliquo, qui boni nuncii gratiâ alios anteverterat [c]. ¶ *Salutavit eos pacificè*] Quòd innuit hos in nulla culpa fuisse; nisi Davidis mansuetudini hoc tribuamus [d].

22. *Vir pessimus*] Heb. *Et belijaal.* Vide Deut. 13. 13 [†]. Nequitia illis adscribitur, qui avaritiâ ducti erant. Πλεονεξία enim omnium ferè malorum est mater [f]. ¶ *Non venerunt nobiscum*, עִמִּי] *Mecum*. [Singulare est; Sic enim loquutus hic dicitur *omnis vir pessimus*, &c.]

23. *Non sic facietis fratres mei*] i. e. Commilitones. Loquitur more Imperatorum [g]. Fratres vocat, ut à monente se amari arbitrentur. *Fratres* erant & religione & natione [h]. ¶ *De his, quæ tradidit nobis Dominus*] Non satis est aliquem corripere, nisi id videaris cum ratione facere. Addit ergo rationem. Nostris viribus, inquit, hæc victoria non stetit, sed beneficio Dei [i]; q. d. Quum Dominus tam liberalis in nos fuerit, non est æquum adversus fratres nostros esse tenaces [k]. Illa verba אֵת אֲשֶׁר־נָתַן—וַיִּשְׁמֹר vertunt, *de* (vel *cum*, P.M.) *his quæ dedit Jehova nobis, & custodivit nos*, P. sim. Strig. Jon. Ti. M. Alii, *postquàm tradidit*, &c. 6. *Quandoquidem largitus est*, &c. Sy. sim. Ar. *Præterquàm quòd tradidit*, &c. *servans nos*, JT. vel, *servavit nos*, Pi.

24. *Nec audiet vos quisquam*] Sicut probabile est, quod omnibus videtur, vel pluribus, vel prudentioribus; ità contra, quod nemini videtur, absurdum est [l]. ¶ *Æqua enim pars erit*, &c.] Prudens constitutio; nè ægrè reperirentur qui castra custodirent. Pisidæ partem prædæ dabant his qui domos servabant; meminit Chalcocondylas l. 5. Intelligenda autem hæc lex de parte dimidia prædæ, nam altera dimidia Regis erat. Terræ bello captæ totæ erant in Regis arbitrio [m]. Justa est hæc lex. 1. Quòd de communi consilio ibi mansissent. 2. Disjuncti erant locis, non autem societate. 3. Cùm lassi substiterint, & alioqui in hostem ire voluissent, voluntas ea habenda fuit pro facto. 4. Quòd illis commune esset periculum, si priores illi cecidissent, vel hostis illos oppugnâsset [n]. 5. Utríque ad nutum Imperatoris sunt parati [o]. 6. Æqualiter ad victoriam cooperati sunt. Neque enim prælianetes vicissent, sed metu perdendi sarcinas timidiùs pugnâssent, nisi hi eas custodiissent [p]. Legem hanc servârunt Romani, teste Polyb. l. 10. Scipio expugnatâ Carthagine: *Tribuni*, inquit, *æquis portionibus inter milites pecuniam dividunt: non solùm his, qui in subsidio manserunt; sed his quoque qui tentoria, & sarcinas custodierant. Imò & ægrotis, & his, qui ad muneris alicujus curationem fuerant aliò missi* [q]. Similiter Paulus JCtus ad Digest. l. 40. tit. 7. *Sed & si quibusdam diebus aut valetudo, aut alia justa causa fuerit, quò minùs serviat; & hi anni imputandi sunt: servire enim nobis intelliguntur etiam, quos curavimus ægros; qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur* [r]. ¶ *Similiter divident*, כְּיַחְדָּו יַחֲלֹקוּ] *Pariter*

Marginal notes: [y] V. — [z] Q. in M. — [a] Sam. — [b] Jo. in Sam. — [c] Sam. — [d] Q. in Belg. — [†] Os. — [f] Q. in M. — [g] Pi. — [h] Me. — [i] Me. — [k] Mart. — [l] Me. — [m] Jun. — [n] Jun. — [o] Os. — [p] V. — [q] Q. He. in M. — [r] Al. in M. — [s] G. — [t] Mart. — [v] Me. T. — [x] Mart. Sam. Sam. — [y] V. — [z] T. — [a] Mart. — [b] V. — [c] Sam. — [d] Me. — [†] V. — [f] Mart. — [g] V. — [h] Mart. — [i] Mart. — [k] Me. — [l] Mart. — [m] G. — [n] Mart. — [o] Me. — [p] La. — [q] Sam. — [r] Ga.

ter (*simul*; i. e. ex æquo, V.) *partientur*, P. JT.

25. *Et factum est hoc ex die illa & deinceps*] Sic M. Ca. vel & *ultra*, 6. Jon. Tanta fuit apud omnes Davidis auctoritas, tanta legis humanitas; ut deinceps in eo populo egregium illud factum decreti publici vim obtinuerit [s]. Qu. Quomodo hoc dicatur nunc primùm à Davide constitutum, cùm antea observatum esset Gen. 14. & Num. 31? Resp. 1. Abraham id observavit, sed facto suo legem non introduxit. Moses non perpetuam legem præscripsit, sed pro loco & tempore tantùm ità fieri ordinavit [t]. 2. Discrimen est inter hoc factum & illud Num. 31. Nam ad illos qui in castris remanserant Num. 31. aliorum comparatione pars minima pervenit; sed neque illi se bellorum objecêre periculis; His verò non animus, aut studium, sed vires ad iter & pugnam defuerunt. Nihilominùs aliquod hîc opinor exemplum antiquum habuisse Davidem, quod sequeretur [v]. [Cui favent nonnullæ versiones.] *Fuit* vel *fuerat ab eo die & suprà*, Mo. V. (vel, *& jam olim*, Ti.) i.e. ab initio mundi usque ad eum diem [x]. Q. omnia hæc venisse aiunt ab Abrahami temporibus. Asserunt enim Escolem & Mambrem mansisse ad impedimenta; Abrahamum autem jus suum remisisse [y]. Illi, quantum ex historia liquet, non pugnârunt. Fortasse relinquebantur apud impedimenta. Et Sacerdotes omnes alebantur quotidie ex oblationibus, licèt non omnes quotidie ministrabant [z]. Habentur & alia exempla, Jos. 22. 7, 8. & 2 Macchab. 8. 28 [a]. Fortè antiquum morem David renovavit [b]. ¶ *Constitutum*, &c.] Heb. *Et posuit illud in statutum*, &c. Ma. sim. JT. *Et vertit in statutum*, &c. V. ¶ *Usque in diem hanc*] Sub. *quod durat*, Pi. V.

26. *Et misit dona*] Hoc fecit vel, 1. Eodem die, quo Saul prælium cum Philistæis iniit, & occubuit; cui proinde in regno Judæ successit David Dei consilio, nè Philistæi victoriam prosecuti totam Judæam vastarent [c]. Vel, 2. Post nuncium acceptum de morte Saulis. Biduo vel triduo non potuit instaurare collapsa in Siceleg, aut dissoluta componere, ac tandem per otium hæc munera dispensare [d]. ¶ *Senioribus Juda*] Nam 1. Cognati erant Davidi. 2. Et illius causâ multa pertulerant. 3. Graves illi incursiones ab Amalecitis passi fuerant. 4. Illi eum abdiderant apud se [†]. ¶ *Proximis suis*, לְרֵעֵהוּ] Capitur pro לְרֵעָיו, *amicis suis* [f]. Vel, Et *amicis suis*, Q in V. ¶ *Benedictionem*] Munus, donum. Sic suprà cap. 25. 27. & Gen. 33. 11 [g]. ¶ *De præda hostium*] Hoc addit, ut intelligant se non persequutum esse suas privatas inimicitias, sed communes hostes spoliâsse [h]. *Militaribus viris speciosissimum est divitem aliquem spoliis hostilibus facere*, Seneca de Beneficiis, 3. 33 [i].

27. *His, qui erant*, &c.] Sub. *Misit, inquam, iis qui habitabant*, &c. V. ¶ *In Bethel*] Quæ erat in tribu Benjamin [k]. Alii vertunt, *in domo Dei*. Ità JT. In urbe Jeharimorum, ubi Arca resedit [l]. Vide suprà 10. 3 [m]. ¶ *In Ramoth ad meridiem*] De qua vide Jos 19. 8 [n]. In tribu Gad trans Jordanem. ¶ *Jether*] In tribu Juda, civitas Levitica [o]. De qua vide Jos. 15. 48 [p].

28. *In Areer*] In tribu Reuben [q]. De qua Num. 32. 34 [r]. ¶ *Sephamoth*] In tribu Juda, licèt in catalogo urbium ejus non reperiatur [s]. Alibi non nominatur [t]. Hæc Num. 34. 10. *Sepham* appellatur [v]. ¶ *Esthamo*] Quæ *Esthemo*, Jos. 21. 14 [x]. De qua vide dicta ad illum locum.

29. *Rachal*] In tribu Juda fuit [z]. Alibi non occurrit. ¶ *Jerameel & Ceni*] Fuerunt parvulæ provinciæ in tribu Juda [a]. De *Jerachmeel* vide suprà 27. 10. & de *Ceni* ad Judic. 1. 16 [b].

30. *Arama*] In tribu Nepthali, Jos. 19 [c]. Heb. *Chormah*. De qua vide ad Jud. 1. 17 [d]. ¶ *In lacu Asan*] Heb. *Cor Ghasan*. Vocatur *Ghasan*, Jos. 15. 42. & 19. 7 [†]. ¶ *Athach*] In tribu Juda [f].

31. *Hebron*] Clarissima civitas in montanis Juda [g]. ¶ *In quibus commoratus fuerat*] *Quò itaverat*. Ad quos frequenter se receperat, quum fugeret à Saule [h]. Misit hæc in grati animi significationem propter accepta ab illis beneficia [i]. Non fecit jacturam David humanitatis suæ. Postea enim tribules ejus constanter ab illo steterunt.

s San. t F. v San. x V. y G. z Mart. a Ma. ex Jun. ad v. 22. b M. c La. d San. † Mart. f M. g Ma. h Mart. i G. k Me. l Pi. ex Jun. m Ma. n Ma. o Me. p Ma. q Me. r Ma. s To. in Me. t Me. v Ma. x Me. Ma. y Ma. z To. in Me. a Me. b Ma. c Me. d Ma. † Ma. f Hi. in Me. g Me. Ma. h Pi. ex Jun. i Me.

CAP. XXXI.

1. *Pugnabant*] *Pugnâsse* dicuntur Philistæi, quia ipsi ultrò priores Israelitarum copias invaserunt [k].

2. *Irruerunt*, וַיַּדְבְּקוּ] *Inhærebant*, M. *Apprehenderunt*, K. in M. *assequuti sunt*, JT. Mart. Saul non statim occiditur. Deus vitam ejus protraxit, ut filios suos interfici videret [l]. ¶ *Et filios suos*, &c] Mirum est, Saulem ipsos voluisse prælio interesse, quod adversum fore sciebat. Sed vel divinum decretum sensit esse immutabile; vel eos non admonuit, nè præmaturo mortis nuncio, consternationem animi in eis crearet [m].

3. *Pondus prælii versum est in Saul*, וַתִּכְבַּד הַמִּלְחָמָה אֶל שָׁאוּל] *Et invaluit* (*aggravatum est*; Mo. P.) *prælium contra* (vel *in*, Mo.) *Saul*, Sy. M. Ti. *Invaluerant facientes bellum super Saul*, Jon. ¶ *Viri sagittarii*, אֲנָשִׁים בַּקֶּשֶׁת] *Viri cum arcu*, P. i. e. *gestantes arcum*; seu periti sagittandi [n]. ¶ *Et vulneratus est*, וַיָּחֶל] Potest deduci vel à חָלַל *vulnerare*, vel à חוּל *timere*; Neque ex punctis Hebræis constat ab utro verbo derivetur [o]. [Hinc variè reddunt;] *vulneratus est*, 6. Mo. Ti. sim. Ca. Strig. Os. Ang. LXX hîc addunt, εἰς τὰ ὑποχόνδρια (*in hypochondriis*.) Th. εἰς τὸ μέρος ἐγγὺς τοῦ ἥπατος, (*in parte quæ est prope jecur.*) [Aliis hæc versio non placet.] Nondum enim Saul vulneratus erat [p]. [Proinde reddunt.] *Et timuit*, Jon. Ar. M. P. JT. Sy. Belg.

4. *Ad armigerum suum*] Qui juxta Hebræos, aliósque plurimos erat Doeg [q]. *Evagina gladium*] Quem, ut in fuga, vaginâ condiderat; vel certè, quia res sagittis agebatur [r]. ¶ *Nè veniant incircumcisi isti, & interficiant me*, וְהִתְעַלְּלוּ בִי] *Et ludicrè agent in me*, Ma. *illudántque mihi*, 6. Ar. M. P. JT. V. i. e. crudeliter me trucident [s]; aliquo mortis genere indigno me afficiant [t]. *Me probro afficiant*, Sy. *Illusiones fiant in me*, Mo. Meminerat, credo, Saul, quomodò illusissent Sampsoni [v]. Non potest oblivisci gloriæ suæ superbus princeps [x]. ¶ *Et noluit armiger*] Veritus Regi manum inferre, quamvis volenti. Nam, ut mox videbimus, *ultor est quisquis successit*; ut nos docet Tacitus Histor. 1 [y]. ¶ *Irruit super eum*] Ex quo vulnere mortuus est. Nam narratio Amalecitæ, 2 Sam. 1. mendax censetur [z]. Armiger enim vidit Dominum suum occisum esse, & statim ipse se occidit, v. 5. Si enim tum vixisset armiger, non permisisset Amalecitam Regem occidere [a]. At Jo. & He. in honorem Saulis fabulantur Saulem non se occidisse; vel quòd loricatus esset, vel quòd gladium non satis firmâsset: occisum ergo esse ab Amalecita [b]. Pepercerat Saul Agago contra mandatum Dei: nunc sibiipsi non parcit. Idem telum, quo anteà petiverat Davidem, nunc convertit in viscera sua. Sic moriuntur tyranni [c]. Qu. 1. Num rectè fecit Saul se occidendo? Resp. 1. Affirmant Jo. et RR. quibus favet L. 2. Damnat hoc fides orthodoxa, & meliores Philosophi, Plato in Phædone, Aristot. Ethic. 5. ult. Quid de hac re judicaverint Hebræi diximus de J. B. et P. quæ tamen à Christianis, majoris patientiæ debitoribus, et in conspectu habentibus exempla Apostolorum, &c. in exemplum trahi non debent [d]. Gravissimum peccatum est seipsum occidere, quod & Ethnici damnârunt, Cicero in somnio Scipionis, Plato l. 9. de legibus, Virgil. Æneid. l. 6.

Proxima deinde tenent mœsti loca: qui sibi lethum
Insontes peperêre manu——

Tales etiam sepulturâ indignos judicabant [†]. Non licet occidere alienum servum; omnes autem nos sumus servi Dei. Sunt qui putant hoc licere, si quis videat ea quæ passurus sit, redundatura ad ignominiam Dei. Sed constans & æterna est illa regula, non esse faciendum malum, ut eveniat ex eo bonum [f]. Qu. 2. Num Saul damnatus? Resp. 1. Negant Hebræi; quia auditam Domini sententiam de morte sua, &c. patienter acceptavit; & venit ad prælium, secundùm eam ibidem moriturus: & quia Samuel ei dixit, *Cras eris mecum* [g]. [Lyra dubitanter loquitur.] 2. Affirmant plerique [h]. Mortuus enim est in peccato Magiæ, & seipsum interfecit; nec pœnitendi vel animum, vel tempus habuit [i]. Nullum uspiam extat vestigium veræ pœnitentiæ [k].

6. *Et universi viri ejus*] Scilicet domestici, & familiares

k Me. l Mart. m Me. n V. o Mar. p M. q Me. r Me. s V. t Jun. v San. x Mart. y G. z Me. ex San. To. T. a To. in San. b La. c Mart. d G. † San. f Mart. g L. h Ità San. La. T. Ser. & To. & Caj. in La. i La. k Mart.

liares Saulis, ut exponitur, 1 Par. 10. 6 [l]; qui illi propinqui erant, sive qui aderant in illo certamine [m].

7. *Qui erant trans vallem*] עבר pro circumstantiis significat, vel *ultra*, vel *citra* [n]. Hinc alii, *citra vallem*, Ità P. alii, *ultra vallem*, Ità V. *In transitu vallis*, Mo. Pi. Me. *circa convallem*; i. e. ab utraque parte loci, in quo prælium commissum fuerat [o]. Vallis hæc erat vel, 1. Quæ adjacebat monti Gelboe [p]. Nempe vallis Jezrael, ubi pugnatum est [q]. Vel, 2. Vallis omnium nobilissima, *Engaddi* [r]. Porrò, hi fuerunt Issacharitæ, quorum in sorte erat tota ea vallis, quæ porrigebatur usque ad Jordanem. Deinde qui erant prope Jordanem, & quasi in transitu fugerunt & ipsi [s]. ¶ *Et trans Jordanem*] Ità ὁ. Os. Ca. Strig. vel, *ultra Jordanem*, Jon. M. P. *In ulteriori convalle Jordanis*, Ar. Hi erant tribus Reuben, Gad, & Manasse, Num. 32 [t]. Porrò illud *trans Jord.* intellige respectu Jabesitarum: nam reverâ cis Jordanem erant. Nam Pelisthæi nihil ultra Jordanem occupaverunt [v]. [Alii עבר aliter reddunt] qui habitabant, *citra Jordanem*, JT. Ità Sy. Ti. *in transitu Jordan.* Pi. Mo. ¶ *Reliquerunt civitates suas,*] Et in tutiora loca commigrârunt [x]. Vide quàm illis opus fuerit Rege [y]. Percusso pastore disperguntur oves [z].

8. *Die altera*] Disciplinâ militari cautum est, nè miles hostem interfectum statim spoliet. Primùm vincere oportet, deinde spoliare [a]. ¶ *Jacentes*, Ità P. [נֹפְלִים] *Cadentes*, Mo. *prostratos*, JT.

9. *Præciderunt caput Saulis*] Solebant inimicorum capita præfixa contis circumferri ab hoste victore, ut ostendimus ad cap. 17 [b]. Hoc antè factum de capite Goliathi; nunc de capite Saulis. Ea est vicissitudo in rebus humanis [c]. *Ut annunciaretur in templo Idolorum*, [לְבַשֵּׂר בֵּית עֲצַבֵּיהֶם] *Ad annunciandum in templo*, vel *æde*, vel *domo idolorum suorum*, Sy. Ar. sic M. Ti. P. ὁ. vel *errorum*, Jon. *dolorum*, Mo. Mar. Sic vocantur idola propter dolores, quos cultoribus suis afferunt [d]. Al. *Terricularum*, G. JT. (Lucilius,

Terriculas Lamias, Fauni quas Pompiliique
Instituêre Numæ—— †.)

i. e. idolorum, quibus terrentur animi superstitiosorum [f]. Confer hæc & reliqua hujus capitis cum 1 Chron. 10 [g]. ¶ *Et in populis*, [וְאֶת הָעָם] *Et populo*, P. Jon. ὁ. Sy. JT. *in* (vel *cum*, Mo.) *populo*, M. Ti. *inter populum*, Ar.

10. *In templo Astaroth*] LXX benè εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον. Sic enim dicunt Græci Ἡραῖον, Ποσειδώνιον. Arma ab hostibus capta in locis sacris ponebantur. Vide suprà 21. 9. Virgil. Æneid. 7.

Multáque præterea sacris in postibus arma, &c [h].

[l] Ma. Ità T. ex San. [m] Ma. ex V. [n] Ma. [o] Pi. ex Jun. [p] V. [q] T. Ità Me. [r] T. ex San. [s] Me. [t] T. [v] Ma. [x] T. ex San. Mart. [y] G. [z] Mart. [a] Mart. [b] San. [c] Mart. [d] Mar. Sim. Pi. † G. [f] Jun. [g] Ma. ex Jun. [h] G.

Appianus in Annibalicis: *Cùm armis egerent Romani, quæsita aliis bellis, & ad decus affixa templis spolia detraxerunt.* Simil. Liv. lib. 10. Simile quid præceptum à Domino, Num. 31. 28. & præstitum, v. 49. item 1 Sam. 6. & 17 [i]. Posuerunt exuvias in templo Astaroth: caput autem in templo Dagonis, ut habetur in lib. Paralip. Et fortasse Dagon erat Neptunus; Astaroth Juno, aut Venus. ¶ *Corpus verò suspenderunt*] Et Saulis, & filiorum ejus, ut docet vers. 12 [k]. Loco publico, & sublimi unde ab omnibus prætereuntibus spectari posset; nempe, ut solent latronum cadavera notis imponi in triviis [l]. Sic *corpora extra vallum abjecta ostentui*, ait Tacitus Annal. 1. Talia corporum ludibria illis temporibus, ac locis fuisse non infrequentia, apparet ex Jos. 8. 29. & 10. 26 [m]. ¶ *Ad murum*] Id est, in platea muro juncta, 2 Sam. 21. 12. ¶ *Beth-san*] Quod & *Bethshean* dicitur, Jud. 1. 27. & alibi. Hoc in sorte Manassis erat; sed nondum ereptum Philistæis, ibidem [n].

11. *Quod cùm audissent*, [וַיִּשְׁמְעוּ אֵלָיו] *Et audiverunt ad eum*, Mo. Al. *de eo*, P. JT. *de hac re*, M. Ang. marg. sim. Belg. [אֵלָיו sumere videntur quasi esset עָלָיו] *Audientes hoc*, Ti. ¶ *Habitatores Jabes Galaad*] *Cives Jabes* in *Gilead*, Ti. Memores beneficii à Saule accepti, initio regni ejus suprà, 11. 11 [o].

12. *Combusserunt ea ibi*] Ità Mo. Sy. Ma. M. P. Ti. Quòd scilicet jam essent putrida, & plena vermibus combusserunt carnem usque ad ossa [p]. *Ea*; i. e. carnem eorum, nam ossa sepelierunt, v. seq. Synecdoche integri. Carnem autem eorum combusserunt. 1. Quia computruerant. 2. Nè corpora illa ludibrio exponerentur; quod & veteres (Romani) observârunt, quemadmodum de L. Sylla Dictatore testantur Tullius lib. 2. de *legibus*. Plin. 7. 54. & Plutarch [q]. Quidam per hanc *combustionem* intelligunt aromaticam perfusionem; quali Joseph usus est, Gen. 50 [r]. [Sic ergo vertit Jon. *Et cremaverunt super illos, sicut cremant super reges.* Ar. autem sic, *Accenderunt eis lampadem, ut solet fieri regibus.*]

13. *Sepelierunt in nemore*, [תַּחַת הָאֵשֶׁל] De qua voce vide Gen. 21. 33 [s]. *Sub arbore*, P. V. *sub insigni, & pulcherrimâ quadam*. 1 Par. 10. 12. dicitur fuisse *quercus*. Q. vertunt, *sub ulmo*, V. Non tum erat usus Cœmiteriorum [t]. ¶ *Et jejunaverunt septem diebus*] Non ex lege, aut consuetudine, sed sponte suâ, in benevolentiæ erga Principem argumentum [v]. Quidam (non malè) referunt ad illud septiduum induciarum, quod Naas olim Jabensibus dederat [x]. Sic in luctu publico fieri solebat, 2 Sam. 1. 12 [y]. Lugebant autem vel damnum suum, vel commune peccatum, vel iram Dei. Verisimile est eos preces addidisse [z].

[i] San. [k] Mart. [l] T. ex San. [m] G. [n] Jun. Pi. Ma. [o] Ma. ex Jun. Pi. V. L. T. San. M. [p] V. [q] Ma. ex Jun. Pi. [r] M. [s] Ma. [t] Mart. [v] Me. [x] Mart. [y] G. [z] Mart.

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
II. SAMUELIS.

CAP. I.

1. *Maneret in Sicelag*] Non enim urbs adeò deflagraverat, ut in ea commorari non liceret. Noluit ad alia Philistinorum loca migrare, nè eorum augeret suspiciones [a].

2. *Adoravit*] Regiam in Davide dignitatem agnoscens [b].

3. *Unde venis?* —— [אֵי מִזֶּה תָּבוֹא] Ad verb. *ubi unde venies?* Fut. pro præs. i. e. *ubi est locus unde venis* [c]?

4. *Saul & Jonathas*] Hos tantùm nominat, quia hi soli futuro Davidis regno obstare videbantur. Reliqui minùs celebres erant, & minùs ad Davidem pertinebant [d].

6. *Et ait adolescens*, &c.] Q. volunt hunc vera dixisse. Ità Jo. in L. & He. in San. & multi, inquit E. Alii volunt eum in gratiam Davidis mentitum esse †. [Vide quæ ad 1 Sam. 31. 4. annotata sunt.] ¶ *Casu veni*, Ità M. [נִקְרֹא נִקְרֵיתִי] *Eveniendo eveni*, Mo. *casu incidi*, Ar. sim. Sy. V. *Fato quodam impulsus veni*, M. ¶ *Et Saul incumbebat*, Ità M. JT. V. Sy. [נִשְׁעָן] *Innixus erat*, ὁ. Mo. P. Ti. ¶ *Super hastam suam*, Ità Jon. Ar. M. JT. Ti. [עַל חֲנִיתוֹ] *Super lanceam*, ὁ. Mo. P. vel *jaculum*, Sy. Hîc se produnt mendacia, &c. Nam Saul corruit

[a] Me. [b] Me. [c] V. ex He. [d] Me. † Ità L. San. Me. Mart. Ma.

corruit super gladium [f]. At *gladius* phrasi scripturæ omne telorum genus significat, ut cùm minatur Deus populum *peste, gladio*, &c. periturum [g]. ¶ *Currus*] falcati scilicet [h]. רֶכֶב sing. est, sed pluraliter intelligitur [i]. ¶ *Et equites*, Ità P. Strig. וּבַעֲלֵי פָּרָשִׁים] *Domini* vel *Præfecti (exercitus*, Jon. *agmina*, M.) *equitum*, 6. Ti. Mo. Ma. Sed hoc alienum est; Malim, *Domini equorum*; i. e. equites, BA. [Vide suprà 1 Sam. 8. 11.] *Currus virorum cum equitibus*; Sy. Ar. *turmæ militum*, qui פָּרָשִׁים dicuntur, quòd calcaribus pungant equos. Al. *duces*, vel *præfecti militum* [k].

8. *Amalecites ego sum*] Filius hic erat Doegi [l]. Obj. At Doeg *Idumæus* erat. Resp. Id non est tanti. Omnes Amalecitæ erant Idumæi; licèt non omnes Idumæi erant Amalecitæ. Fortasse hic unus erat ex illis quos Saul contra mandatum Dei servaverat; adeóque justo Dei judicio ab illo occiditur [m]. Hic etiam mendacia se produnt. Nam si urgebant hostes, non intermisisset Amalecites fugam, in qua de vita ipsius agebatur, ut armillam & coronam acciperet. Nec adeo solicitus esset Saul de illius genere, cui erat jugulum porrecturus; nec minùs odiosum illi esset Amalecitæ, quàm Philistæi ferrum [n].

9. *Tenent me angustiæ*, Vel *caligines*, Sy. sim. 6. vel *dolores*, Ar. כִּי אֲחָזַנִי הַשָּׁבָץ] *Quia apprehendit (corripuit*, V. *tenet*, P.) *me angustia*, P. Ang. sim. Strig. Ca. *tremor* sive *trepidatio*; i. e. palpitatio, V. Sic Schindl. Est nomen morbi ex vulnere seu percussione gladii [o]. *Corona*, Ti. scil. hostium circulo me sunt complexi [p]. *Inclusio*, scil. equitum [q]. Al. *Detinuit me hæc ocellata chlamys*, JT. Pi. Buxt. in Lex. Ang. marg. Belg. P. in Lex. R. Levi & Merc. in Ma. hæc impedivit hastam, nè in corpus meum altiùs penetraret [r]. Alii, *equites induti tunicâ ocellatâ*, P. in Lex. שָׁבָץ hîc tantùm reperitur. Vox cognata Exod. 28. 4. est epitheton tunicæ. Et aliàs significat fundas quibus gemmæ includuntur, Exod. 28. 11, 13 [s]. ¶ *Tota anima mea in me est*] Ex vulgi sensu loquitur, quasi per partes exeat anima, cùm paulatim membra extrema emoriuntur [t]. Adhuc sum plenus vitâ & vigore animi [v].

10. *Sciebam quòd vivere non poterat*] Ità loquitur ut factum excuset, si fortè David illud minùs probet [x]. ¶ *Et tuli diadema*] Coronam regiam [y]. Q. volunt Saulem in ipso prælio diademate usum non fuisse, nè illo insigni conspicuus fieret; sed Doegum armigerum Saulis filio suo dedisse, ut illud deferens ad David, in ejus gratiam se insinuaret [z]. Sed illum diademate conspicuum fuisse suadet, v. 6. *Pondus prælii versum fuit in Saulem* [a]. ¶ *Et armillam de brachio*] Hoc ornatu etiam viri usi illis in gentibus; Num. 31. 50 [b]. אֶצְעָדָה non habet etymon ab Hebræo צָעַד *incedere*, (non enim pedum, sed brachiorum ornamentum erat) sed ab Æthiopico צער *albus*, Mat. 5. 36. & 17. 2. & Marc. 9. 3. fortè, quia albis candentibúsque gemmis nitebat [c].

12. *Et super populum Domini, & super domum Israel*] Hic ו ponitur pro *id est*. Populus enim Jehovæ erat domus Israel [d]. Usitata est ejusdem rei repetitio [†]. Vel *populus Domini* sunt Sacerdotes & Levitæ Domino consecrati [f].

13. *Unde es tu?* אֵי מִזֶּה] *Ubi unde*, ut v. 3 [g]. Hoc ille dixerat, sed David rei novitate perculsus non advertit [h]. Præbet hîc exemplum boni judicis: examinandus est reus semel atque iterum; non statim primo responso credendum [i].

14. *Christum Jehovæ*] In quo duplex est imago Dei; nam & homo est, & minister Dei [k].

15. *Irrue in eum*] Simile fuit factum Canuti, occiso æmulo ejus Everhardo. Vide historias Danicas [l].

16. *Sanguis tuus super caput tuum*] i.e. Sanguis quem effudisti est causa mortis tuæ [m]. *Sanguis*; id est, peccatum effusi sanguinis revertitur super caput tuum; pœnas dabis pro eo [n]. Sanguinis tui effusionem tibi tuóque capiti imputa [o]. Sanguis pro sanguinis effusione ponitur; & hæc pro causa effusionis illius. Sic Levit. 20. 9 [p]. ¶ *Os tuum locutum est adversus te*] Ea locutum est, propter quæ interficiendus es [q]. Vel verum iste narravit, vel falsum. Si verum, est homicida; si falsum, dicit falsum testimonium in re capitali, (in causa sanguinis) quod capitale erat. Justè ergo à David occiditur. Qu. An cuique de seipso credendum sit? Resp. Canones hîc

Margin notes: f San. — g Me. — h V. — i Pi. — k V. — l He. in L. — m Mart. — n San. — o Schindl. Lexic. — p Mar. — q Q. in M. — r Jun. Pi. R. Levi. — s Pi. — t Me. sim. San. — v V. — x Me. — y G. — z To. & Salian. in Me. — a Me. — b G. — c Di. — d V. — † Me. — f To. in Me. — g V. — h Mart. sim. L. — i Mart. — k Mart. — l G. — m V. — n Me. — o La. — p Pi. — q Me.

contrarii videntur; sed Glossa ità conciliat: si quis in judicio sponte de seipso confiteatur, & postea maneat in confessione, id esse satis. At si in quæstione extorta sit confessio, eam non sufficere. Sæpe enim (ut notat August. de Civit. Dei 19. 6.) innocens de alterius peccato torquetur; & sæpe luit certas pœnas pro peccato incerto. Rectè Lud. Vives. Qui potest ferre tormenta, non dicet, qui non potest, mentietur [r]. Ambrosius de hoc facto Davidis, *Quia honestatem prætulit utilitati, utilitas honestatem sequuta est.* Tacitus hist. 1. post narratam cædem Galbæ, *Plures quàm* 120 *libellos præmia exposcentium ob aliquam notabilem illo die operam Vitellius postea invenit, omnésque conquiri & interfici jussit, non honore Galbæ, sed tradito principibus more, munimentum in præsens, in posterum ultionem.* Seneca Tragœd. *Regi tuenda maximè est Regis salus.* Non dissimile quod C. Julius Cæsar statuas Pompeii reponens suas stabilìsse dictus est [s]. Qu. An rectè fecit David, qui nondum habebat regiam potestatem? Resp. Ità. Nam 1. David mortuo jam Saule ex Dei dispositione potestatem habuit regiam [t]. 2. Deus jusserat omnes Amalecitas occidi [v].

18. *Et præcepit ut docerent filios Juda arcum*, וַיֹּאמֶר לְלַמֵּד בְּנֵי יְהוּדָה קָשֶׁת] *Dixitque*, vel *præcepit ut docerent filios Jehudah arcum*, Sy. Strig. (*arcu*, Ti. usum *arcûs*, Ang. jaculari *arcu*, P. sim. Jon.) Hæc verba non pertinent ad lamentationem David. Sed cùm mortui essent tam præclari viri, monet suos, ut arma bellica, inter quæ præcipuum locum tunc *arcus* tenebat, tanquam desperati non deponerent; sed magìs filios suos militiam docerent [x]. *Dixerat autem*, &c. i. e. Antè hortatus fuerat ut docerent —— arcum, i. e. rem militarem; nec desperent propter mortem Saulis; futuri enim sunt clari arte bellicâ [y]. *Et edixit* (Heb. *dixit*. Synecdoche generis) *ut docerent* (nempe præfecti rei militaris) *tractare arcum*, videlicet exemplo Saulis & Jonathæ [z]. *Quam protulit, ad docendum —— tractare arcum*, JT. id est, hanc lamentationem protulit, ut eâ enunciatâ per contribules suos, quasi hortamento excitaret eos ad peritiam jaculandi comparandam [a]. Hoc primo loco dicit, ut animos Judæis adderet, nè deficerent hac sequente lamentatione [b]. Sensus est, voluit David eos institui in arte bellica; (*arcus* enim pro omni armorum genere sumitur [c]) & potissimùm in arte sagittandi, cujus eo tempore magnus usus in bello [d], ut Philistæis opponi possent, qui ejus artis scientissimi erant [†], ut patet ex 1 Sam. 31. 3 [f]. Sed non putandum est viros Judæ tum docendos usum arcûs; vulgare hoc erat tunc temporis exercitium militare. Hebraismus *arcûs* similis est illi *panis*: usurpatur pro omni armorum genere [*]. Volebat David indicare gravissima à Philistæis imminere bella, ideóque debere omnes in armis exerceri [g]. Quæres, Quid commercii lamentationi cum bello? Certè, ut clade admoniti, excitentur ad artes bellicas majori curâ, nec demittant animos. Sed quare *doceret filios Jehuda*? quia inter tribus principatum tenebant; & ipse de ea tribu erat [h]; & ea tribus habebat à Deo promissionem de regno, & de fortitudine in re bellica, Gen. 49. 8, 9, 10 [i]. [Alii locum planè aliter intelligunt.] *Arcus* hîc est titulus sequentis cantilenæ [k], quia arcus Saulis & Jonathæ hîc commendatur [l]. [Hanc expositionem sic probant;] 1. Quia de hoc arcu dicitur, *Ecce scriptus est*, &c [m]. 2. LXX dicunt David edidisse *threnum hunc*; nec ullum aliud nomen habent quod arcui respondeat. 3. Refertur David ideo dixisse, ut doceret filios Juda: Quam rem? ipsum scilicet, quem solùm nominârunt *threnum*. 4. Quia moris erat hujusmodi threnos docere & dicere, ut patet ex Deut. 17. 2 Par. 35. 25. Jer. 9. 20 [n]. 5. Moris olim fuit variis istiusmodi nominibus carmina insignari, ut est *ovum, ala, securis*, apud Simmiam Rhodium; *fistula*, & *scutum* apud Theocritum [o]. Sic apud Græcos Ode quædam dicta est *Harmodium*, quia heroica facta Harmodii celebrat. Aliæ Odæ dictæ sunt *Daphnis*, & *Niobe*, quia eos dilaudant [p]. Sic aliqui Davidis Psalmi à titulo dicti sunt, ut Psal. 21. *à cerva matutina*, & Psal. 44 *à liliis* [q]. 6. Alioqui nulla hîc est connexio; quid enim arcus ad planctum [r]? *Præcepit ut doceret*, &c. Curavit ut inter exercitamenta militaria hi versus cantarentur. Ostendit hoc carmen figuras poeticas non minùs apud illas gentes, quàm apud Græcos aut Latinos floruisse [s]. ¶ *Sicut scriptum est*

Margin notes: r Mart. — s G. — t T. ex To. & Caj. sim. La. San. — v La. — x M. — y V. — z Pi. — a Jun. — b Belg. — c San. T. sim. Mar. — d Me. — † T. — f E. — * Greg. not. & observ. ca. 1. — g T. ex San. — h Mar. — i Belg. — k Ità Mar. San. Ser. La. T. Greg. — l San. — m Ser. — n Ser. La. — o Ser. — p La. ex San. — q San. Greg. — r La. — s G.

est in libro justorum] Qu. 1. Quis hic liber? Vide de eo dicta ad Jos. 10. 13 [t]. Resp. 1. Liber *Geneseos*, qui est liber Ab. If. & Jac. virorum rectissimorum. Id enim (nempe de militia docenda) iste liber sæpe docet, ut Ge. 49. 8. *Erit manus tua in cervice hostium* [v]. 2. Liber Samuelis, ubi continentur prophetæ justi Samuel, Gad, & Nathan, in quo scriptum quomodò Saul à Deo recedens periit. Sed idem liber & auctor non citaret seipsum [x]. 3. Liber Legis sive Pentateuchus [y]. 4. Liber hic (quem excidisse puto) erat directorium, in quo agitur de justo vel recto, (notandum enim non dici librum ישָׁרִים *rectorum*, sed יָשָׁר *recti*) de jure, ac lege, & officio uniuscujusque tum regis tum populi, in omni publica functione. In eo continebantur & beneficia Dei, & modus agendarum Deo gratiarum. 5. Fortasse tamen hic liber erat, in quo describebantur pia carmina, & psalmi à variis compositi, ex quibus Psalterium concinnatum est; è quo tamen hæc & alia carmina, quia cum Deo non loquuntur vel laudando vel precando, &c. postea rejecta sunt [z]. Qu. 2. Quidnam in hoc libro scribendum erat? Resp. 1. Epicedium hoc [a], cujus pars tantùm hîc habetur [b]. Docendos esse milites arcum, sive disciplinam militarem: hoc enim, utpote maximè necessarium, meritò ponitur in *libro Recti*, sive officiorum; ut Princeps modum habeat honestè & pacatè regendi rempublicam [c].

19. *Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt*, [הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל עַל בָּמוֹתֶיךָ חָלָל] [Variè reddunt;] Στήλωσον, &c. 6. qu. fixè incumbe in hanc considerationem, Nobil. ἀκρίβασον, Aq. i. e. *diligenter expende*, La. Legebant הַצֵּב à יָצַב [d]. [Fortasse rectiùs dixisset הַצֵּב ab הִצִּיב] Hoc est næniæ initium †. [Reliqui verò τὸ צְבִי longè aliter accipiunt, locúmque sic reddunt;] *O Decus* vel *Decor Israel*, P. Mo. Belg. *O gloria*, vel *desiderium*, V. Exordium patheticum, Jun. [Per *decus* intelligunt] vel 1. Deum. Periphrasis est Dei [f]; à quo omnis decor & gloria Israelis devenerat. Confer Deut. 4. 7, 8. & 33. 29 [g]. Vel 2. Saulem [h]. *Decor Israelis occisus est*, &c. Ang. sim. Ca. Vel 3. terram. Alloquitur terram Israel. *O inclyta terra Israel* [i]. Prosopopeia est [k]. *O nobilis Israel*, M. Epitheton hoc est terræ Judæ, aut Hierosolymæ, ut hîc & Dan. 8. 9. aliquando templi vel arcæ, ut Ezec. 7. 20 [l]. Vel 4. Juventutem Israelis florentem [m]. *Nobilissimi Israelis interfecti sunt*, &c. Strig. *Super* vel *in excelsis tuis vulneratus est*, P. Mo. sim. M. In montibus terræ tuæ, ut infrà 21. & 25 [n]. Nihil illis profuit vel fortitudo, quâ præditi sunt, vel locorum munitio; divina ea fuit ultio [o]. *Confossi* (Heb. *confossus*) sub. *jacent*, scil. Saul & Jonathan [p]. Obscurior paulò est lamentatio ista, in qua multa subaudienda sunt, quòd hæc tanquam ab homine amicorum morte turbato dicantur. Hîc ergò aliquid subaudiunt, Ceciderúntne, vel Quomodò ceciderunt *super colles* vel *tumulos tuos* interfecti [q]? [Alii aliter;] *stetistis Israel, super domum fortitudinum vestrarum elevati (sunt occisores*, Jon. *Cerve Israel, super colles tuos occisi?* Sy. Ar. ¶ *Quomodò ceciderunt fortes?*] Heroes, viri fortissimi? q. d. Fieri hoc non potuit ope humanâ, sed divinâ ultione: nam & fortissimi erant, & in loco eminentiore [r].

20. *Nolite annuntiare in Geth*] Quæ urbs *Gitta* Polybio in Fragmentis [s]. q. d. Utinam id lateret hostes nostros [t]. Duas præcipuas præfecturas hîc nominat. Qui abripiuntur affectibus sæpe optant quæ fieri non possunt. Sic David optat pennas columbæ [v]. ¶ *Nè lætentur filiæ*, &c.] Harum potissimùm meminit, quia puellæ cantu & choro victorias celebrare consueverant, 1 Sam. 18 [x]. Vel *filiæ* hîc sunt urbes †.

21. *Nec ros nec pluvia veniant super vos*] Maledicit loco [y]. Gravitas doloris etiam rebus inanimatis maledicere consuevit. Sic Job c. 3 [z]. Non seriò illis maledicit [a], sed suum in defunctos animum & studium sic ostendere voluit [b]. q. d. Æquum est ut in memoriam tantæ cladis privaremini omni rore & pluviâ [c]. Est poetica exclamatio cum hyperbolica imprecatione, ad figurandum horrorem, quo pii recordantes accepti mali percellantur [d]. Q. volunt vaticinium esse, & reipsâ fuisse impletum; & hos montes antea fertiles, postea steriles evasisse †. Sed hos refutant testes αὐτόπται Brochardus, & alter Burchardus, qui pluviam & rorem ibi experti sunt. sim. Jacob. Vitriac [f]. ¶ *Neque sint agri primitiarum*,

Margin (left): t G. Me. — v M. ex He. — x La. — y Chald. in Sam. — z San. — a San. Ser. La. Pi. Ma. — b La. ex Ser. — c San. — d G. — † Mar. — f Jun. Pi. sim. Belg. — g Belg. — h Q. in M. — i V. ex M. — k M. — l Ma. — m Q. in Ma. — n Jun. Pi. — o Mar. — p Pi. — q V. — r V. sim. Me. San. — s G. — t V. — v Mart. — x San. Me. — † Ca. — y V. — z Me. — a T. — b San. — c T. ex To. & Caj. — d Ma. ex Jun. — † Raban. & Glos. in La. — f Ma.

[וּשְׂדֵי תְרוּמֹת] *Et agri elevationum*, Mo. sive *primitiarum*, 6. sive ἀφαιρεμάτων, i. e. *ablationum*, i. e. qui seliguntur & eximuntur ad usum sacrum, Aq. in D. *Et super agros remotos*, Sy. Q. exclamativè: *O agri elevationum, sive editi!* id est, nec ros, &c [g]. *Neque rore, neque imbribus, ut arva eximia perfundamini*, Ca. *Et agri oblationum*, sub. *nè sint in vobis*, V. Mar. *neque sint agri*, &c. Ti. sim. Belg. Ang. Pi. Strig. Os. Subauditur negatio proximè præcedens [h], & ἀπὸ κοινοῦ sive per Prozeugma repetitur [i]; i. e. ità ut non sint in vobis agri fertiles, h. e. ferentes fructum, unde fiat posthac oblatio Domino [k]. ¶ *Quia ibi abjectus est clypeus fortium*; [כִּי שָׁם נִגְעַל מָגֵן גִּבּוֹרִים] *quia ibi projectus est* (*fractus*, Sy. Ar. *reprobatus*, M. *refutatus*, Ca. *detractus*, Strig. *fastidio fuit*, JT. i. e. *cum fastidio abjectus fuit*, Pi. sim. Ti. *abjectus*, V.) *clypeus fortium*, Mo. 6. P. M. Jon. vel *heroum*, Sy. sim. Strig. Os. *lancea gigantum*, Ar. abjectus, tanquam res abhominabilis, posteaquàm fuerint illic interfecti [l]. Ignominia gravis militi erat abjecisse clypeum, aut quovis modo perdidisse. Hoc igitur dolet David. Vel, quod mallem, dolet, quòd defuerit patriæ clypeus & murus, viri nempe fortes; quibus sublatis hostium prædæ & ludibrio exposita est [m]. Vel plures projecerunt clypeos, ut expeditiùs fugerent; vel *clypeus abjectus* dicitur, quia non poterat eos à sagittis defendere *. ¶ *Clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo*, [מָגֵן שָׁאוּל בְּלִי מָשִׁיחַ בַּשָּׁמֶן] *Clypeus Saulis, acsi non esset unctus oleo*, M. P. Ti. Pi. Belg. Ang. V. Quæ versio duplicem sensum admittit: ut intelligatur vel de clypeo, vel de Saule [n]. 1. Q. de clypeo [o]; i. e. quasi Saul non præparâsset clypeum suum ad bellum, h. e. quasi strenuè non restitisset hostibus suis in prælio [p]. Hoc dicit, quia solebant ungere clypeos illos coriaceos, (vide Isa. 21. 5. Pi.) ut non facilè jacula & ictus susciperent [q]. [Aliis non placet;] quia aliquid præcipuum dicitur esse in Saule, dum unctus dicitur oleo [r]. Alii volunt clypeum Regis ungi solitum, sed alia de causa, nempe ut ejus dignitas ac fortitudo hâc unctione repræsentaretur [s]. Verùm clypei Regii non sunt ejus materiæ ut oleum bibant *. 2. Alii de Saule intelligunt [v], *acsi Saul non fuisset unctus*. Quæ expositio doctioribus magis placet [x]. Saul Reip. clypeus erat & unctus Domini [y]. Sacrosanctum erat Regum nomen apud plerasque nationes [z]. [Alii locum aliter vertunt;] *clypeus Saulis, per consumptionem ejus qui unctus erat oleo*, JT. בְּלִי deduxerunt à בָּלָה *consumere*, [quomodò accipitur Isa. 38. 17.] Ego exposuerim; *Nequidquam* (i. e. frustra) *uncti oleo* [a]. Al. *absque uncto oleo*, i. e. Clypeus Saulis separatus est ab uncto, nempe à Saule [b]. Deplorat David Saulem sic interiisse, quasi esset unus de promiscua & ignobili plebe [c].

22. *A sanguine interfectorum*, [חֲלָלִים] i. e. Interficiendorum [d]. ¶ *Ab adipe fortium*] Quâ phrasi significat vel bellatores strenuos, qui se opponerent †: vel ipsum adipem, non solùm sanguinem, &c. q. d. sagitta Jonathæ perrumpebat thoraces, adipem, sanguinem, viscera scrutabatur [f]. ¶ *Nunquam rediit retrorsum*] *Redeo, revertor*, &c. conatum significant, & petitionem irritam, Isa. 45. 23. collat. cum Isa. 55 11. Sic Ezec. 21. 5. collat. cum Jer. 50. 9 [g]. ¶ *Non reversus inanis*] sed vulnus aut mortem afferens [h]. *Non vacuus*, ità ut non expletus esset sanguine [i]. Sagittæ contactis armatorum corporibus non revertebantur, sed corpora penetrabant & interficiebant [k]. Sensus est, Cùm hæc ità sint, quomodo hi fortissimi viri ceciderunt? Quoniam Deus iratus est [l]. Hæc dicit, ut populum ad pœnitentiam excitet [m].

23. *Amabiles & decori in vita sua*, [הַנֶּאֱהָבִים וְהַנְּעִימִם בְּחַיֵּיהֶם] *Amabiles* (*amici*, Ar. *dilectissimi*, JT.) *& jucundi*, Sy. M. Ti. *chari*, P. *venusti*, Mo. *speciosi*, 6. *amati*, Jon. *benigni*, Ar. *jucundissimi*, JT. *dilecti*, sub. *vicissim*: i. e. sese mutuò amantes. *Et dilecti* (*suaves*) *in vita sua*; i. e. qui sese in vita sua plurimùm dilexerunt [n]. Laudare voluit David Saulem, quâ parte potuit. Nec tamen mentitus est. Laudat enim tantùm civiles virtutes & externa bona. Pulchri erant (inquit) sive speciosi, & optimis moribus. Hostem laudare rara est virtus: Hæc est piorum modestia, ut spectent, si quid in hostibus suis occurrat laudabile: à peccatis verò avertunt oculos

Margin (right): g Jun. in Ma. — h V. — i Pi. — k V. — l V. — m San. — * L. — n Pi. — o Ità M. V. RS. in La. — p V. — q M. V. — r San. ex To. — s To. in La. — t San. — v Ità F. San. La. To. — x V. Me. — z Mart. — a Ma. — b Belg. — c E. — d V. — † San. — f Me. sim. San. — g San. — h Me. sim. V. — i Pi. — k V. — l Mart. — m Mart. ad v. 25. — n V.

[o] Mart. in locum & in v.25. [p] Me. oculos [o]. Putat San hæc verba solennia fuisse & legitima, passim in funeribus à præficis usurpari solita, ut illa, *Væ frater*, &c. Jer. 22. & 36 [p]. ¶ *In morte non sunt divisi*] Hîc tacitè purgat Jonatham. Erant enim qui suspicabantur eum contra patrem conspirâsse. ¶ *Aquilis velociores*] 1. corpore; ad insequendum hostem,& declinanda pericula. 2.Animo, q. d. non differebant bonas occasiones. ¶ *Leonibus fortiores*] Tum corpore, ad superandum, & ad repellendum hostem; tum animo, rebus difficilibus non terrebantur [q]. [q] Marts

24. *Filiæ Israel —— flete*] Illæ anteà solebant ornare victorias Saulis [r]. [r] Mart. *Filias* alloquitur, nam earum erat carmina, vel triumphalia, vel nuptialia, vel lugubria cantare [s]. [s] San. ¶ *Qui vestiebat vos coccino in deliciis*, עִם עֲדָנִים] *Cum deliciis*, M. ex K. P. JT. *idque delicatè*, Ti. Sic K. in M. q. d. vestivit vos coloratis & delicatis indumentis [t]. [t] M. *Eleganter*, Strig. *cum voluptatibus*, i. e. aliis vestibus pretiosis, sive delicatis, quas mulieres habere solent in deliciis [v]. [v] V. Belg. *Cum aliis deliciis*, Ang. *in deliciis*, i. e. festivitatibus earum [x]. [x] Q. in Ma. Porrò, hoc fecit Saul, cùm ex vicinis regionibus, quas populatus fuerat, has delicias reportabat [y]. [y] Me. Milites autem reversi domum ornamenta illa conferebant in uxores & filias suas. Apposite commemorat ornamenta muliebria; Illæ enim ea pluris facere solent, quàm omnia alia [z]. [z] Mart.

25. *Jonathas in excelsis tuis occisus est*] O decus Israelis, ex v.19 [a]. [a] Pi. Subaudienda quædam hoc modo, *Quomodo cecidisti, ô Jonathan? in excelsis tuis interfectus es?* q. d. in patria tua, in loco eminentiore, meliore, ac tutiore; cùm esses alioqui vir invictissimus, interfectus es tamen [b]. [b] V.

26. *Super amorem mulierum*] Vel activè, quo mulieres filios amant, aut maritos; vel quo ipsæ vicissim à viris diliguntur [c]. [c] San. sic L. Me. Mart. V.

27. *Quomodo ceciderunt*, &c.] Carmen intercalare, sive sæpiùs repetitum, ad ornatum & affectum magnam vim habet. Hoc igitur artificio alibi utitur David, Psal. 106. & 117. Sic Theocritus Idil. 1. & 19. Virgil. in Pharmaceut. Catullus & in Epithalamiis & in Elegiis [d]. [d] San. Idem sæpiùs repetit more lamentantium: sunt enim verba hominis turbati [e]. [e] V. ¶ *Et perierunt arma bellica*] i.e. Viri fortissimi, imò planè periit omnis gloria bellica; Saul scilicet & Jonathan, qui erant vera vasa ac instrumenta bellica Israelis [f]. [f] V. Saulem & Jonatham hîc intelligit, quos *clypeos* appellavit [g]; [g] Me. sim. Mart. vel dolet arma bellica in Philistæorum spolia detrahentium potestatem venisse, quod ad victorum dedecus pertinet [h]. [h] Me. Luget quòd populus posteà futurus esset inermis [i]. [i] Mart.

CAP. II.

1. *Consuluit Dominum*] Per Urim. Vide 1 Sam. 23. 6, 9 [k]. [k] Pi. ¶ *Num ascendam*, &c?] Certus erat se fore regem: non item quando, aut in quo loco. Consuluit ergo Deum ubi & quando capturus esset auspicia Regni [l]. [l] Mart. Habebat jam David jus Regni; possessionem tamen injussu Dei adire noluit [m]. [m] Mart. sim. L. ¶ *In unam de civitatibus Judæ*] Quòd ibi haberet tribules suos, cognatos, &c [n]. [n] Mart. ¶ *In Hebron*] 1. Quia ibi Patriarchæ (quibus promissio data fuit de habitanda terra Canaan, & regno in tribu Juda constituendo [o]) & vivi habitaverant, & mortui sepulti fuerant. [o] Mart. 2. Hebron tunc erat metropolis Judæ; nam Jerusalem adhuc Jebusæi, saltem quoad arcem, obtinebant [p]. [p] Me. La.

3. *Et manserunt in oppidis Hebron*, בְּעָרֵי חֶבְרוֹן] *In urbibus*, vel *oppidis Hebron*, ô Mo. & plerique; i.e. quæ sita sunt in montano tractu Hebronis. Vide Jos. 22. 11, 12 [q]. [q] Jun. quæ pertinebant ad oppidum Hebronis [r]. [r] Ol. sim. Belg. Erat enim Hebron urbs metropolis [s]. [s] V. Nè graves essent socii ejus civibus suis, eos distrahit inter vicina oppida [t]. [t] Os. Hebron distat à Jerusalem 22 mil. ad meridiem [v]. [v] Mar.

4. *Veneruntque viri Juda, & unxerunt ibi David*, &c.] Perniciosum hoc exemplum erat, nisi Dei voluntas cognita omnem legem perfringeret [x]. [x] G. Hæc tribus, quòd authoritate polleret, aliis præire voluit. Et cùm haberet promissionem, atque oraculum Dei, schisma non fecit, cùm Davidem eligeret. Alioquin jus electionis ad universum populum pertinebat. Porrò, Davidem sæpiùs ungi voluit Deus, quò voluntatem suam faceret testatiorem [y]. [y] Mart. Ter unctus est David; sed primæ unctioni nihil per reliquas derogatum est. Prima erat declaratio voluntatis divinæ, ut David suo tempore Rex fieret; deditque ei jus ad regnum, sed nondum usum aut exercitium sui juris. Secundâ verò & tertiâ unctione, quia fiebant consensu & authoritate populi, tradebant ei subditi jus in regno [z]. [z] E.

¶ *Et nuntiatum est David*] sciscitanti de corpore mortui regis, ut ipsum honorificè sepeliret [a]. [a] Jun. ¶ *Quòd* אַנְשֵׁי יָבֵשׁ גִּלְעָד אֲשֶׁר קָבְרוּ אֶת שָׁאוּל *viri Jabes Galaad sepelîssent Saul*,] *Viri Jabes Gilead quòd sepelierunt Saulem*, Mo. Ma. Noster & plerique trajectionem esse volunt, pro *quòd viri Jabes*, &c [b]. [b] Ma. *Viri Jabes Gilead sunt qui* [vel, *fuerunt illi qui*, Ang.) *sepelierunt Saulem*, P. M. JT. Ang. Belg. אֲשֶׁר non suo loco positum: Sic ergo vertunt, *dicendo*, quòd *viri*, &c. Q in V. Alii subaudiunt דָּבָר, i. e. *negotium*, vertentes, *dicendo* quid egissent *cives Jabes Galaad*, nempe quòd *sepelîssent* [c]. [c] V.

5. *Benedicti vos Domino*] benedicti estis, vel estote, Pi. *à Jehova*, i. e. apud Jehovam, h. e. digni estis, quos Jehova summo favore prosequatur [d]. [d] V. Laudandi & prædicandi in Domino [e]. [e] Ma. ¶ *Qui fecistis misericordiam hanc*] Non ergò omnes αὐτόχειρες (*suicidæ*) ἄταφοι (*sepulturâ destituti*) apud Hebræos. Et nota sepeliendi officium misericordiæ tribui; quomodò & à Seneca, Philone, &c. Vide de JB. & P. 2. 19. 1 [f]. [f] G.

6. *Misericordiam & veritatem*] Misericordiam veram, sive juxta veritatem, i. e. fidem sive promissionem ipsius [g]. [g] Me. Hæc duo significant omne opus virtutis, tam liberale, (qualis est *misericordia*) quàm debitum, (qualis est *veritas*) i. e. æquitas, fidelitas, & justitia [h]. [h] La. ¶ *Sed & ego reddam gratiam*, &c.] Sylla, Marius, Octavius, &c. proscripserunt hostium suorum fautores. Davidis autem studium erat promovere virtutem. Non vulgaris certè erat ista virtus Jabensium. Docebant enim se & colere magistratum, & memores esse beneficii [i]. [i] Mart. Prudenter illos sibi conciliat David [k], [k] San. & laudat factum, ob quod illi suspicari potuerunt Davidem sibi iratum esse [l]. [l] Mart. ¶ אֶעֱשֶׂה אִתְּכֶם הַטּוֹבָה הַזֹּאת אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם הַדָּבָר הַזֶּה] *Faciam vobiscum bonum, sive beneficium hoc, quia fecistis rem hanc*, Mo. sim. ô. Strig. P. Pi. vel *vobis qui fecistis*, &c. JT. sim. Jon. Ti. vel *bonitatem talem, qualem fecistis hac in re*, M. sim. Ca. הַטּוֹבָה הַזֹּאת refertur ab aliis ad id quod à Deo optaverat: quam benignitatem vobis precor à Deo, eandem præstabo vobis: ab aliis ad id quod Jabesitæ præstiterunt Sauli. Videant eruditi, annon simpliciùs & clariùs referatur ad præsens beneficium legationis, ut sic vertatur, *Et ego etiam facio* (fut. pro præs.) *vobiscum bonum hoc* (quòd nempe legatis meis vos saluto, vos laudo, &c.) *quia fecistis rem hanc* [*]. [*] Di.

7. *Licèt mortuus sit*] Sim. Pi. Heb. כִּי. Alii, *Quum mortuus est*, Pi. q. d. Si Saule defensore destituti estis, me paratum habebitis, jam constitutum regem Jehudæ [m], [m] Jun. Si Palæstini fortè vim faciant, quòd corpora, &c. tulistis, polliceor me venturum esse subsidio [n]. [n] Mart.

8. *Abner autem tulit Isboseth*, &c.] Hoc fecit vel 1. ex fide in Saulem; vel 2. ex invidia in Davidem; vel 3. quia se non pari apud Davidem potestate fore putabat, ut apud Isboseth [o]. [o] Me. Voluit ambitiosus hic veterator umbram & nomen regni esse apud Isboseth, ut ipse interim regiâ potentiâ frueretur [p]. [p] Mart. ¶ *Et circumduxit eum per castra*] Quæ metu Philistæorum non uno loco posita erant, sed variis quasi dispersa & dissipata [q]. [q] Me. Militibus eum commendans, ut Othonem sui apud Tacitum [r]. [r] G. Sed ubi hæc castra, fusis nuper Israelitis? Plerique ergo pro nomine proprio loci accipiunt [s]. [s] Ma. Ità Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Pi. &c. ¶ וַיַּעֲבִרֵהוּ מַחֲנָיִם] *Et transire fecit*, sive *traduxit*, vel *deduxit eum Mahanaim*, Ma. &c. Locus erat ultra Jordanem in tribu Gad [t]. [t] Ma. ex Jun. De quo vide Gen. 32. 2. Jos. 13. 26. & 21. 38 [v]. [v] Ma. Jordanem transmittit Abner [x], [x] Mart. Jo. in Ma. 1. ut Jabenses retineret in officio; 2. ut Rex ibi haberet commodum hospitium. Nam regio fertilis erat. [Quòd is locus à Philistæis remotior esset.] Porrò, cùm tot impedimenta Davidi adhuc objiciantur; discamus & nos, ubi res non ex animo succedunt, sed multa occurrant

rant adversa, non statim despondere animum & de functione sive vocatione nostra dubitare [y].

9. *Super Galaad*] i. e. Tribus, vel regionem trans Jordanem [z]. Synecdoche, ut in sequentibus [a]. ¶ *Et super Gessuri*] vel *Gessur*, Sy. Ar. *Gessuri* est pars aliqua regni illius, cujus mentio infrà 3. 3. licèt enim illâ potiretur Tholmai, fortè aliqua regionis portio ad Israelitas pertinebat [b]. Israelitis, ut puto, vectigalis erat hujus Rex; eúmque ut sibi devinciret David, & Isbosetho adversarium faceret, filiam ejus Machaam sibi in uxorem deposcit [c]. [In Hebræo est, וְאֶל הָאֲשׁוּרִי vertunt, *super Assuri*, M.P.Ti.Mo. Strig. Os. vel *Assuraeos*, Ca. JT. *populum domûs Aser*, Jon. id est, regionem summam à septentrione: nam Synecdochicos, hâc & sequentibus vocibus tota latitudo regionis à mari ad Jordanem intelligitur [d]. ¶ *Et super Jezrael*] id est, tribum Issachar, ubi latissima erat vallis Jezrael †, regionem mediam Zebulonis, Issacharis, & Napthali [f]. ¶ *Super totum Israel*] Nominantur hîc undecim tribus *Regnum Israel*; & sola tribus Juda vocatur *Regnum Jehuda* [g].

10. *Quadraginta annorum*] Ergo Saul sexagenarius erat cùm regnare cœperit; nam duobus tantùm annis Saul regnavit. De quo vide ad 1 Sam. 13. 1 [h]. ¶ *Et duobus annis regnavit*] Qu. Quomodò hoc intelligendum? Nam quamdiu super Israelem dominatus est Isboseth, David super unam tribum Juda regnavit: at David regnâsse dicitur in Hebron 7 annos & 6 menses [i]. Resp. 1. Interregnum erat in Israel per quinque annos; vel 1. antequam Isboseth regnum iniisset [k]; quòd decem tribus ambigerent tam diu utrum Isboseth an Mephiboseth Regem reciperent; & alii Davidi faverent. Vel 2. postquam Isboseth occisus esset; neque enim decem tribus statim accesserunt Davidi [l]. Vel 3. partim antequam regnare cœpisset, partim postquam occisus esset Isboseth; ut biennium hoc sit in medio hujus septennii [m]; vel (quod mallem) propiùs finem septennii [n]. Resp. 2. Duobus annis regnâsse dicitur, non simpliciter (nam septem annos regnavit, quod docent To. & Ser. & Genebr. & Torn. & Salian [o].) sed cùm illa scriberentur [p]. Vel cùm gesta sunt quæ infrà dicuntur [q]. *Duobus annis regnavit*, nempe tranquillè & quietè [r]. Cum hoc verbo (*regnaverat*) cohæret v. 12. (& vers. 11. Parenthesi includendus est.) Itáque indicatur non quot annos regnavit Isboseth; sed quoto regni anno bellum Davidi inferre cœperit. Confirmatur ex cap. 3. 1. *Longum erat bellum inter domum Saulis & Davidis* *. ¶ *Sola domus Juda*) *domum* vocat tribum Juda [s].

11. *Septem annorum & sex mensium*] At 1 Reg. 2. 11. est *septem annorum*. Nempe numerus vel perfectum excedens, vel ab eo deficiens, aut omitti aut addi solet [t].

12. *Egressus est Abner*] nempe ut tribum Juda ad reliquos, & ad regnum Isboseth adjungeret [v].

13. *Joab*] Vir fortis, & militiâ bonus, sed ambitiosus, iracundus, ultionis cupidus, &c [x]. Qu. Quomodò ausus est David se tot tribubus opponere? Resp. 1. Tribus Juda & robore & numero præstantissima erat. 2. Socii David assueti erant victoriis. 3. Multi de decem tribubus adhæserunt Davidi. Vide 1 Par. 12 [y]. [4. Fretus erat promissioni Dei de regno.] ¶ *Et occurrerunt eis*] Noluit Joab pugnam inchoare, vel 1. quia vidit Abnerum se fortiorem esse [z]. Vel 2. Davidis jussu, qui jusjurandum de non extinguendo Saulis semine (quod ab eo Saul exegerat) violare noluit; ideóque nec in Isbosethum pugnare, sed tantùm vim illatam voluit repellere [a].

14. *Surgant pueri, & ludant coram nobis*] *Ludere* hîc poni pro *dimicare gladio* docet eventus [b]. Intelligitur ludus militaris, id est, pugna; eo schemate, quo res odiosa blandiore vocabulo mitigatur. Sic Gen. 21. *lusisse* exponitur Galat. 4. *persecutum esse* [c]. Ludant, ludo gladiatorio, & duello, ut solent in theatris [d]. *Ludant*, i. e. descendant in singulare certamen, & ostendant an sint periti rei militaris †. Eò jam perventum erat, ut homines, barbarico & belluino more, sese mutuò saucian tes spectare, pro ludo haberetur [f]. Solius animi & vanæ virium ostentationis gratiâ, oblatum erat atque admissum hoc certamen [g]. Pugna instar ludi erat; singuli cum singulis dimicabant; ut in tripudio, alisque ludis fit, ut paria ludant [h]. In bellis solent duces præludia sive velitationes permittere; vel ut experiantur sive suas sive hostium vires; vel gloriæ militaris studio; vel, ut si minùs se paratos viderint, publicum certamen evitent. Sic sæpe fecit Cæsar de bello Gal. l. 2. & Maximus teste Appiano de bello Hispanico. Hoc ergo indixit Abner, ut pugna illa diem illum extraheret, ut ipse noctu fugeret. Neque enim putabat tot Davidi advenisse copias auxiliares, quas antè retulimus [i]. Vel instituebatur hoc, quasi divinatorium victoriæ indicium [k], quo Germanos olim usos fuisse Tacitus testatur [l]. Solebant & Hebræi certa sibi signa constituere, quibus de successu rerum conjectarent. Vide dicta ad 1 Sam. 14 [m]. Viri inter arma educati civium sanguinem effundere, vel animi causâ, parvi ducebant [n].

15. *Transierunt numero*, Ità M. Ti. Ang. בְמִסְפָּר *In numero*, ό. Jon. P. Mo. pari *numero*, Ar. JT. *juxta numerum*, i. e. certo numero [o]. ¶ *De Benjamin*] Tribu bellicosâ, ut apparet ex Jud. 20 [p]. Illa sola ex decem tribubus ambiebat regnum [q]. *Transiverunt*, hi scil. piscinam Gibeonis, ex v. 13 [r].

16. *Apprehensóque unusquisque capite*] id est, Apprehenderunt à crinibus, quos more gentis longos habebant. Unde colligo, non hostile certamen (tunc enim caput galeâ texissent) sed ludum gladiatorium fuisse. Quorum apud Romanos multa erant genera; ubi certi instituuntur pugnandi leges & formæ, & armorum habituúmque genera; quod & hîc factum videtur. Neque enim verisimile est omnes involaturos fuisse in aliorum capita, nisi ità præciperent theatrales leges [s]. Mirum est idem genus pugnæ placuisse omnibus [t]. Porrò, τὸ *unusquisque* quidam restringunt ad Joabi pueros, quos salvos & victores fuisse volunt, cæsos verò omnes & solos Abneritas [v]. Hoc mihi non displicet: Non enim credibile est vires & peritiam omnium adeò æquales fuisse, ut omnes eodem modo & tempore perierint [x]. Verùm alii passim τὸ *unusquisque* ad omnes tam Abneritas quàm Joabitas referunt, qui omnes mutuis vulneribus cæsi sunt [y]. ¶ *Defixit gladium in latus contrarii*, וְחַרְבּוֹ בְּצַד רֵעֵהוּ *Et gladius suus* (vel *cujusque*, Heb. *ejus*, V.) *in latus socii sui*, Jon. P. Mo. Sub. *adactus fuit*, V. [Similiter supplent Sy. Ar. M. Ti. JT.] ¶ *Ager robustorum*, חֶלְקַת הַצֻּרִים *Chelcath hassurim*, P. Mo. Ti. Belg. Ang. *Ager* (*portio*, vel *hæreditas*, ό. Jon. JT.) *robustorum*, sive *fortium*, V. ex He. M. JT. Strig. Pi. vel *occisorum*, Jon. in V. vel *irruentium*, ό. vel *acierum*, i. e. ensium, Q. in V. vel *mucronum*, quia punctim pugnabant, Jun. vel *rupium*, h. e. ubi illi juvenes instar rupium fortiter in pugna restiterunt [z]. Non erat illa vera fortitudo, sed rabies. Excitatum ergo est monumentum non virtutis, sed sceleris [a].

17. *Fugatúsque est Abner*, cum Israelitis, V. וַיִּנָּגֶף *Cæsus erat*, non tamen usque ad mortem. Vide v. 19 [b]. *Percussus est*, Pi. *plagâ affectus*, JT. *fractus*, Jon. in Me.

21. *Apprehende unum de adolescentibus*, &c.] Sensus est, Redi ad tuos; nos te occidere nolumus, quamvis in medio nostrî sis. Et si times, tolle tecum unum ex pueris nostris qui te conducat. Et si illum quoque times, accipe arma ejus ab eo [c]. ¶ *Tolle tibi spolia ejus*, אֶת חֲלִצָתוֹ *arma ejus*, Jon Sy. Ar. Mo. ό. Ti. V. *exuvias ejus*, P, JT. V. perizoma, sive cingulum ejus, i. e. ensem quo est accinctus, Jon. in V. *mutatoriam vestem ejus*, Mo.

22. *Levare non potero faciem ad Joab*] i. e. Posthac non audebo aspicere Joab [d], sub. *si te percussero*, Ma. cum illo ampliùs de fœdere aut pace agere non audebo; erit enim mihi ob hanc cœdem infensus †. Cogitabat Abner quòd David prævaleret, & tunc indigeret gratiâ ipsius Joab [f]. Nollem nimium exasperare fratrem tuum, cum quo, licèt in adversis castris militemus, familiaritas & privata amicitia intercedit [g].

23. *Qui audire contempsit*] ex juvenili ardore (& temeritate [h]) ut imperatoris exuviis gloriam obtineret eximiam [i]. ¶ *Percussit eum aversâ hastâ*, בְּאַחֲרֵי הַחֲנִית *In posterioribus* (*posteriore*, sub, *parte*, P. Ti. V. vel *stylo*, JT. *extremitate*, Ar. sim. Sy.) *lanceæ*, sive *hastæ*, Mo. Me. Pi. id est, cuspide, & ferro posteriori; gemino enim

Marginal notes, left column: y Mart. — z Me. Ma. Jun. — a Jun. Pi. — b Me. — c T. — d Jun. Pi. — † Me. — f Jun. Pi. Ma. — g M. — h San. — i San. E. — k Q. in Mart. Q. in San. — l Q. in Mart. — m San. ex Caj. — n San. — o T. — p Mart. — q R. Levi in V. — r Ser. La. sim. E. Me. T. Mart. — * Pi. — s V. — t San. — v San. — x G. — y San. — z M. — a Mart. — b M. sic Ca. — c E. — d T. ex Ma. & La. — † V. — f Mart. — g T.

Marginal notes, right column: h Mart. — i San. — k Ser. sim. San. — l Ser. — m San. — n G. — o V. — p Me. — q Mart. — r Pi. — s San. — t Mart. — v Ità Jo. & Raban. & Angelom. in La. — x San. — y La. sic Mart. — z Pi. — a Mart. — b V. — c M. K. in Mart. sim. V. — d V. — † Me. — f L. — g Os. — h G. — i San.

enim ferro lanceas præfigunt [k]. ¶ *In inguine*; Ita ὁ [אֶל הַחֹמֶשׁ] *ad quintam*; Mo. sub. *costam*, P.M. V.Me.L.JT. qua in parte jecur & fel [l]. Verba Hebræa Græcè sonant εἰς τὴν πεντάδα [m]: q. d. *ad ipsum quinionem*, scilicet *costarum spuriarum*; q. d. ad vel circa aliquam costarum notharum; quarum quælibet ratione cæterarum *Quinta* numeratur. Non ergo intelligendus est locus de superioribus costis (quas *legitimas* vocant) quæ septem sunt; sed de inferioribus, (quas *nothas* ac *spurias* vocant, quia ad os pectoris non pertingunt) nam hæ quinque omnino existunt. Pars autem illa corporis, quia inanis est, (unde Græcis κενεὼν vocatur) laxa mollisque, ictibus violentis maximè est pervia. Porrò, dexterâ hastam gestavit Abner: quare eâdem corporis parte (hac enim dexteræ Abneri fugientis adversa fuit) Hasaelem vulneravit. Ibi fel, & jecur [n]. Græci reddiderunt ἐπὶ τὴν ψόαν. Per ψόας autem intelliguntur duo maximi musculi in interna lumborum regione siti [o]. *In pectore ipsius*, Ar. Sy. *ad viscera vitalia*, Ti. Alii חוֹמֶשׁ exponunt pro *fortitudine*, juxta illud Exod.3. חֲמֻשִׁים *armati ascenderunt*, ut scilicet sit locus corporis ubi est habitaculum vitæ & caloris naturalis, nempe cor [p]. ¶ *Et transfodit*, [וַתֵּצֵא הַחֲנִית מֵאַחֲרָיו] *Et egressa est lancea è tergo ejus*, i. e. Adegit cuspidem lanceæ ultra tergum ejus [q]. ¶ *Et mortuus est in eodem loco*, [וַיִּפָּל שָׁם וַיָּמָת תַּחְתָּיו] Ad verb. *Et cecidit (corruit) ibi, & mortuus est in loco suo*, V. Sic Jon Ar. M.JT. Belg. Ti. Sy. vel, *in eodem loco*, Ang. in eo loco in quo fuit percussus [r], vel in quo ceciderat [s]. Jacebat mortuus super locum ubi steterat, sive ubi transfixus erat [t]. *Ceciditque ibi in loco in quo mortuus est*, P. *mortuus est sub se*, ὁ.Mo. Phrasis Hebraica est, quæ significat in suo sive eodem loco [v]. *Et ibi cadens, mortuus est coram eo*, Strig. [nempe Abnero. Fortasse verti posset, *sub eo*, scil. occisore.] Hostes non sunt nimis acriter insequendi. Imò, illis fugientibus (ut ille ait) munienda est via [x].

24. *Sol occubuit*] Ità Deus ipse voluit modum statuere huic cædi [y]. ¶ *Ad collem aquæductûs*] Id אַמָּה significat [z]. ¶ *Qui est ex adverso vallis*] Heb. גִּיחַ quod plerisque proprium nomen est [a].

25. *Conglobati in unum cuneum*, [לַאֲגֻדָּה] *in globum*, Mo. *cœtum*, Jon. sic P. *agmen*, Ar. Ti. Heb. *fasciculum*, Pi. ¶ *In summitate tumuli*] Heb. *in vertice collis*, id est, formâ & loco ad sui defensionem commodo [b].

26. *Num ad internecionem mucro desæviet?*] Heb. *num in perpetuum devorabit gladius?* V. Gladius hîc *devorare* dicitur eâdem Metaphorâ, quâ os illi sæpe tribuitur; q. d. satis iræ indultum [c]. Bruti dictum hinc non longè abit, *Bella civilia acriùs esse prohibenda, quàm in superatos iracundiam exercendam*; & Cæsaris illud in pugna Pharsalica, *Parce civibus* [†]. ¶ *Periculosa desperatio*] Desperantes enim acriùs pugnant, nè inulti cadant [d]. Heb. *amaritudo erit in novissimo*; q. d. res hæc utrinque in summam calamitatem abitura est [*]. כִּי מָרָה *Quòd amarus erit*, scilicet gladius. Vox enim *Marah* propter accentum, Benoni est ex duplicantibus, & jungitur cum *gladius*. Sic & ὁ. Amarus autem hic esset tum propter pœnitentiam ob cæsos fratres; tum propter damnum, quod accipitur ab iis qui in angustiis positi non cadunt mutili [||], [lege *inulti*.] Potest fieri, ut milites fusi ex desperatione recipiant animos, & pugnent. Mars autem est ἀλλοπρόσαλλος (*ambidexter*.) Nè ergo nimium instes, &c. Ità tacitè concedit Joabo victoriam. ¶ *Persequi fratres suos*] q.d. Eundem habemus parentem, Deum, rempub [f].

27. *Vivit Dominus*, &c. חַי הָאֱלֹהִים כִּי לוּלֵא [דִּבַּרְתָּ כִּי אָז מֵהַבֹּקֶר נַעֲלָה הָעָם אִישׁ מֵאַחֲרֵי אָחִיו] Duæ sunt interpretationes apud R.S. Prima est לוּלֵא poni pro לוּ *si*; ità Vulg. & fateor sensum esse simplicissimum, & cum præced. optimè cohærere [g]. *Vivit Deus, quòd si loquutus fuisses, quòd, inquam, jam à mane ascendisset populus quisque à tergo fratrum suorum*, P. *si istud dixisses, jam à mane destitissent milites fratres suos persequi*, Ca. sim. Strig Os. Me. At verò לוּלֵא nusquam pro *si* extitit, & repugnat compositio, ex לוּ *si*, & לֹא *non* [h]. Altera interpretatio est, *nisi locutus fuisses*, vel *dixisses* (nempe *surgant pueri, & ludant* &c. v. 14. M. V. Mar. &c.) *quòd jam inde* (ad verbum *tunc*) *à matutino tempore* (vel, *jamdudum*, ut habet Ti.) *ascendisset*, &c. i. e. recessisset jussu meo *populus* mihi subditus, *quisque omisso fratre suo*, V. sim. Mo. ὁ. Jon. Sy. M. Ti. Mar. Belg. Ang Ità K. & R. Levi in Di. Vix assentior. 1. Verba illa occasio erant prœlii inchoandi, non tamen causa belli. Nec verisimile est, etsi ea verba tacita fuissent, alterutrum statim discessurum fuisse 2. Hujus versûs cum præcedenti cohærentia indicat, Joabum respicere postrema illa verba Abneris, quibus pacem petierat [i]. *Si locutus fuisses*, si te victum fassus esses [k]. *Nisi locutus fuisses, certissimè nequaquam retraxissem populum, quemque ab insectatione fratris sui usque ad matutinum.* Ar. [Intelligit matutinum tempus futurum, sive sequentis diei, non ut reliqui, præteritum, sive mane præsentis diei.] *Ut vivit Deus ipse, nisi locutus fuisses* (i. e. nisi prior sermone provocâsses, suprà v. 14. Jun. Pi.) sub. *nihil fecissemus*, &c. *Nam inde à mane*, &c. JT. Glass. Ellipsis est integri membri in oratione connexa, cujus hoc in loco posterius membrum deest. Sic Gen. 30. 27. *Si nunc inveni gratiam*, &c. sub. *missa faciamus hæc*, vel *maneas mecum*. Sequitur enim ratio, *Experimento didici*, &c. & 2 Sam. 5. 8. *Quicunque percusserit Jebusæos*, &c. sub. *is erit dux*, &c. Sic Jer 46. 18 *Ut vivo ego, &c. quamvis ut Tabor in montes, & ut Carmel in mare procedat*, &c. sub. *tamen hæc futura sunt*, nempe de quibus prophetia editur [l]. Mihi videtur לוּלֵא abruptam facere orationem, sicut Ps. 27. 13. [ubi σὺν Θεῷ notanda vide] *nisi credidissem* — sub. *periissem*. Ità hoc loco, *nisi locutus fuisses*, supple *periissetis*; quod eò minùs durum est, quia præcedit juramentum, *Vivit Deus*; in quo, more Hebræorum, subticetur ea pars quæ execrationem aut comminationem in se continet. Sequentia sic verto, *Alioqui* (vel *Certè*, id כִּי usitatè sign.) *jam à matutino tempore abductus fuisset populus, nè alterum persequeretur*. Si nempe verbulum pacis, ut nunc facis, locutus fuisses [m].

29. *Et lustratâ omni Bethoron*, [וַיֵּלְכוּ כָּל־הַבִּתְרוֹן] *Et perambulaverunt totam* (sub. *regionem*, Os.) *Bithron*, Jon. M. Ti. P. Mo. *totam porrectam*, ὁ. i. e. planitiem παρατείνουσαν. Nobil. *Obeuntes totum tractum separatum* (Heb. *totam separationem*, Pi.) Jordane, JT. Sic Cant. 2. v. ult. Jun. Pi. Duplex est *Beth-horon*, & utraque cis Jordanem; 1. superior in Ephraim; 2. inferior in Benjamin, aut certè in Manasse, ut significatur Jos. 16. Lustravit ergo Abner *Beth-horon*: postea Jordanem transiit: licèt inverso ordine priùs transitûs Jordanis mentio fiat in textu [n]. ¶ *De pueris David*, &c.] Heb. *de servis David novemdecim viri & Asahel*. Et hîc valet & *præsertim*; is enim facilè primus erat inter eos. Sic Jos. 2. 1. *Inspicite terram istam & Jericho* [*].

31. *De Benjamin, & de viris*, &c.] Heb. *in Benjamine, & in*, &c. ב hîc notat partem [o], & ו *&*, pro *id est* [p].

32. *In ipso crepusculo pervenerunt in Hebron*, [וַיֵּאֹר לָהֶם בְּחֶבְרוֹן] *Et illuxit*, vel *diluxit eis* (sub. *dies*, Sy. vel *aurora*, Ar.) *in Hebron*, ὁ. Jon. P. Mo. quum venissent *in Hebron*, Ti. Porrò, labor hic non erat exiguus. Nam iter à Gabaon ad Bethlehem est horarum quatuor, inde usque in Hebron horarum sex [q].

Margin notes (left column): k Me. — l G. ex He. — m Pi. — n Ful. misc. 5. 1. — o Pi. — p Q. in M. — q V. — r V. — s Pi. sim. Ca. — t Belg. — v Nobil. — x Mart. — y Mart. — z V. — a Ma. — b Ma. sim. San. — c Mart. — † G. — d Me. vide San. & La. — * M. — || Mar. — f Mart. — g Di. — h Di.

Margin notes (right column): i D. — k Me. — l Glass. gram. 708. — m Di. — n Me. — * Glass. gram. 589. — o Pi. — p Mo. — q Me.

CAP. III.

1. **L***onga concertatio*] Non armis, sed studiis, ad retinendos & conciliandos animos [r]. At Salianus vult etiam armis certatum, cui favet textus hîc, & vers. 6 [s]. ¶ *David*] *Sed Davidis*, JT. scil. *domus*. Ità hîc esset Hypozeugma. At simpliciùs est, *Sed David pergens*, &c. ut probat vers. seq. & quòd τῷ הוֹלֵךְ opponitur הוֹלְכִים i. e. plures personæ uni [t]. ¶ *Proficiscens*, &c.] Heb. *ambulans erat & robusta erat*, Pi. *Pergens invalescebat*, JT. id est, subinde invalescebat, Pi. ¶ *Domus Saul decrescens*, [וּבֵית שָׁאוּל הֹלְכִים וְדַלִּים] *Et domus Saulis euntes & tenues*, Mo. *pergentes attenuebantur*, JT. Est Synesis, quam Synthesin vulgò dicunt; qualis in illo *Turba ruunt* [v]. Sic 1 Reg. 1. 40. [וְהָעָם מְחַלְּלִים] *& populus ipse fistulantes erant*, &c. Ità Thren. 1. 11 [x].

Margin notes: r San. — s Me. — t Pi. — v Pi. — x Glass. gram. 421.

2 Na-

2. *Natique sunt filii David, &c.*] Ità ostendit Davidem quotidie seipso robustiorem factum [y]. *Non legiones, non classes, æquè firma imperii munimenta, quàm numerus liberorum*, Tacitus hist. 5 [z].

3. *Cheleab*] Cui alterum nomen Daniel, 1 Par. 3.1 [a]. Sonat Chileab, quasi *Ipse pater*. Erat patri David in omnibus conformis [b]. ¶ *Absalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur*] Geschur pars est Syriæ, contermina Gilhadi in Trachonitide, Deut. 3.14 [c]. Vide dicta ad cap. præced. v. 9 [d]. & 1 Sam. 27. 8. & 2 Sam. 13.37 [†]. At vetuerat Deus Heb. conjugium cum Cananæis. Resp. 1. Non tamen vetuit id cum omnibus gentibus, sed tantùm cum iis quæ terram promissam incolebant. Extra eam fuit hæc Gessuri: quare alia hæc est ab illa Gessuri in tribu Manasse, Jos. 13, 11, 13 [f]. Gessuræi non erant de septem populis, sed Amalecitæ erant [g]. 2. Cùm David prædas ageret de Gessuri, 1 Sam 27 8. fortè hanc captivam cepit; & juxta præcepta Deut. 21. in uxorem duxit [h]. Eam in bello captam ad Judaismum invitam coegit: & ob id putant ex ea natum Absalom filium tam rebellem [i]. 3. Conversa hæc est ad veri Dei cultum [k]. 4. Eam duxit, ut si quid ex ea parte moveret Isboseth, cognatus Rex (Gessur) Davidis rebus commodaret [l].

4. *Saphathia filius Abital*] Obscura mater, nec notior filius [m].

5. *De Egla uxore David*] Sic P. Mo. &c. Qu. Quænam hæc Egla, & cur sic dicta? Resp. 1. Eadem hæc est quæ Michol [n], & vocatur עֶגְלָה id est *vitula*, (sicut illa Jud. 14.) qu. dilectissima, & ei conjuncta in juventute. Vocatur autem *uxor*, quia primò accipiebatur; qualis uxor specialiter vocatur Gen. 44 [o]. [Aliis hæc sententia non placet;] Nam 1. *Egle* filius hìc est *Jethraam*; At Michol sterilis erat usque ad mortem. Sed 1. responderi posset Micholi non esse natum filium, nempe ex quo die risit Davidem [p]. [At anteà filium habere poterat.] 2. Cùm aliæ uxores, ordine quo ductæ sunt, numerentur, non debuit Michol posteriori loco poni. 3. *Eglam* hìc reddunt 6. Chald. & recentiores omnes [q]. Resp. 2. *Egla* sic vocatur, quòd non erat nobilis, nec ullo alio nomine nota nec celebris, nisi quòd esset uxor Davidis [r]. Verùm idem ferè de *Haggith* & de *Abital* dici potuit [s]. Resp. 3. Egla priùs fuit uxor Saulis, 2 Sam. 12.8 [t]. [Vide ibi notanda.] Resp. 4. Aliquid hìc supplendum: vertunt, *Ex Hegla, quaque uxore Davidis*, JT. Sed hoc supplementum videtur carere exemplo. Nec necessarium [v]. Resp. 5. Ego hìc figuram agnosco, quam Græci Zeugma, (Hypozeugma, Pi.) Latini Adjunctionem vocant, quæ unam vocem ad multas orationes adjungit. Sic 2 Cor. 9. *Neque adulteri, neque rapaces, &c. possidebunt*. Eph. 4. *Amaritudo & ira, &c. tollatur*. Ubi *possidebunt*, & *tollatur*, in orationibus singulis repetenda sunt. Sic Æneid. 3.

Trojugena interpres divûm, qui numina Phœbi,
Qui volucrum linguas, qui præpetis omina pennæ,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sydera sentis.

Ubi *sentis* in singulis periodi partibus iteratur. Sic etiam vox *uxor* singulis fœminis, ex quibus David filios suscepisse traditur, adhibenda est, *de Achinoam uxore, &c. de Abigail uxore, &c* [x].

6. *Abner regebat domum Saul*, וגו׳ [הָיָה מִתְחַזֵּק] *fuit fortificans se* (*præeminebat*, Jon) *in domo Saulis*, Mo. *viriliter agebat pro domo, &c.* P. sim. V. *sese confirmâsset*, JT. id est, authoritatem & opes sibi comparâsset [y].

7. *Dixit, quare ingressus es, &c?*] Vel libidinis causâ, vel ut eam in uxorem ducas, itáque regnum mihi eripias [z]? Dixit hoc, sive ex falsa suspicione, sive ex certa notitia [a]. Calumnia hæc erat [b]. [Aliis vera suspicio fuisse videtur [c];] sed homines impii & superbi nolunt peccata sua notari [d]. Nihil de hac re certum est [†]. In Hebræo est, *Dixit ad Abner*, Jon. Mo. *dixit Isboseth Abnero*. [Ità cæteri omnes] ex ver. 9. Frequens est Ellipsis nominativi verbum præcedentis, ut Gen 3.1. *Et dixit mulieri*, scil. serpens; & Gen. 14. 20. *Et dedit ei decimam*, scil. Abraham; & Gen. 41.13. *me* הֵשִׁיב *restituit*, nempe vel Pharaoh, vel Josephus. [Consule excerpta nostra ad illum locum.] Et 2 Sam. 24.1. *Et incitavit Davidem*, scil. Satan, ex 1 Par. 21.1. vide & 2 Sam. 21.8 [f].

[y] Me. [z] G. [a] G. ex V. [b] M. [c] Pi. Ma. [d] Me. [†] San. [f] La. sic Me. [g] Mart. [h] San. E. [i] M. [k] E. sic San. Mart. Me. He. in La. [l] Me. [m] Me. [n] L. ex He. [o] L. [p] Mar. San. [q] San. [r] V. [s] San. [t] Me. in Mar. Mart. [v] Pi. [x] San. [y] Jun. Pi. [z] La. sim. [a] L. Mart. Me. [b] Pi. [c] Ma. Jo. in La. [d] Ità Mart. San. [f] Mart. [†] V. [f] Glas. gram. 696.

8. *Numquid caput canis, &c.* הֲרֹאשׁ כֶּלֶב אָנֹכִי [אֲשֶׁר לִיהוּדָה הַיּוֹם אֶעֱשֶׂה חֶסֶד עִם בֵּית שָׁאוּל] Tò אֲשֶׁר hìc obscuritatem non exiguam parit [g]. [Locum variè reddunt;] *Numquid caput canis sum, qui ad tribum Jehuda* (*caput canis ego, quòd Judæ*, Mo.) *hodie feci* (*faciam*, Mo.) *misericordiam cum domo Saulis?* P. Mo. *Num caput canum Juda sum?* Sy. *Egóne præfectus sive custos canis*, (id est, canum) *qui ad tribum Jehudah pertinet?* h. e. canum Davidis inimici tui. Súmne tam vilis & abjecti officii? non pluris me facis quàm canem [h]? Ità רֹאשׁ metaphoricè accipiunt, & כֶּלֶב collectivè pro *canibus*, & אֲשֶׁר referunt ad כֶּלֶב [i]. Præfectura autem canum ideo vilis est, quia canis ipse est vile animal; proinde leonem cani opponit Eccles. 9.4. ut præstantissimo vilissimum [k]. *Numquid caput canis ego sum qui Judæ?* q. d. Ego non sum unus è canibus, hostibus nostris è tribu Juda, (hostes se mutuò *canes* vocant) *hodiè faciam*, pro *feci*, &c? q. d. an obscura & recentia sunt mea beneficia [l]? *An persona canina sum, qui fuerim* (vel *sim*, Ma.) *Judæ?* JT. id est, qui à te defecerim cum tribu Juda, suprà 2.4 [m]. Al. *ut essem de* vel *cum Juda? an ergo hodiè misericordiam facerem, &c* [n]. Alii, *Num caput canis ego sum, qui contra Jehudam hodiè beneficiis prosequar domum Saulis?* Ti. sim. M. Strig. Ca. Ang. Os. Al. sic, *Num caput canis —— coram Juda?* &c. Num apud Judam & Davidem adeò contemptus sum, ut non verearis, nè ad Davidem regnum transferam [o]? RS. sic vertit, *An vellem esse caput in domo tua? melius mihi est ut sim canis & plebeius in domo Davidis*. Durior est hæc sententia. Notat autem hìc RS. כֶּלֶב רֹאשׁ non rectè conjungi tanquam duo substantiva in regimine Genitivi, quum quadantenus divellantur; quia רֹאשׁ habet accentum paschta Regium valentem [illegible]; & כֶּלֶב per Makkaph arctissimè copulatur cum sequente אָנֹכִי; quod mihi suggerit aliam interpretationem; *an caput sum? canis sum, qui sit Jehudæ?* i. e. egóne tibi tanquam caput, tanquam princeps honoror? potiùs ut canem, &c. me habes. Vel (si, cum K. Jon. & LXX accentus hìc non observes) perpende, annon אֲשֶׁר possit esse adverbium, aut conjunctio, (ut alibi sæpe) & exponi; *si, ut, eò quòd*, &c. Observavi quoque sæpe auxesin denotare & valere, *etiam, imò etiam, quinetiam, imò verò*, ut in 1 Sam. 15.20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *imò verò auscultavi*. Psal. 106. אֲשֶׁר לוֹא בְרָע *imò etiam non in malo ero*; & 95.11. & 144.12. Esa. 8.20. Hab. 3.16. Sic hoc loco, *an caput canis ero? imò etiam Jehudæ?* id est, adeóne tibi despectui essem, ut non tibi tantùm, sed & hostibus tuis Judæis pro capite canis haberer [p]? *Num caput canis sum adversùm Juda*, &c. Vulg. q. d. Adeóne vilis, & regno tuo in hoc certamine adversùs Jehudam inutilis sum [q]? Propter te, &c. dicor caput canis esse contra Judam, eò quòd non reducam Israel ad David, quem scio unctum esse, &c [r]. A Juda habeor, quasi princeps canum, i. e. stultorum hominum [s]. Vel sic; Canis tibi videor: verùm non me canem experti sunt viri Juda, sed leonem [t]. Vox *canis* sign. rem vilissimam & odiosissimam, ut patet ex 1 Sam. 24.15. 2 Sam. 9.8. & 16.9. Deut. 23.18. Job 30.1. Porrò, *canis caput* pro cane est H[s]. [v] Caput pro toto homine, Erasmus. *Obsessum omni crimine caput*, Hieron. Theodosio. ὦ *lepidum caput*, Terent. Eunuch [x]. Apud veteres cùm libido, tum impudentia canum proverbio usurpatur. Unde apud Aristophanem quidam dicitur κυνοκέφαλος, & apud Homerum κυνῶπις, de quibus vide Pierium in Hieroglyphicis [†]. ¶ *Et non tradidi te*] Scribitur in Hebræo הִמְצִיתִי pro הִמְצֵאתִי, i. e. *feci invenire te in manu David*, pro *tradidi* [y]. ¶ *Et tu requisîsti in me, &c.* [וַתִּפְקֹד עָלַי עֲוֹן הָאִשָּׁה] *Et* (vel *& tamen*, P. V. *& nunc*, Jon.) *visitâsti* (*visitas*, V. id est, increpas me, V. Mar. *inquiris*, 6. Ti) *super me iniquitatem mulieris*, Mo. P. vel *istius mulieris*, JT. Pi. velut commissam cum hac muliere [z]; potiùs, in hanc mulierem [a]; cùm debueris ad hoc connivere [b]. q. d. Et tu nè hanc quidem gratiam mihi reddidisti, ut levem culpam mihi tacitus condonares [c]. Ità putat stuprum esse rem nihili [d]. *Et tu improperas* (*imputas*, JT. Strig. Mar. Ca. *imponis*, M.) *mihi culpam ejus mulieris*, Ar. ità me increpas, quasi verum sit me rem habuisse cum ea [†]. Ità inficiatur objectum sibi crimen; nam nihil tale commisisse legitur [f]. Fortassis à se in mulierem peccatum avertit; q. d. Jun.

[g] Di. [h] V. sic K. & RS. in Di. M. [i] Di. [k] BA. 1. 2. 56.685. [l] Mar. [m] Jun. Pi. [n] Belg. [o] E. [p] Di. [q] Me. [r] Hi. in La. [s] La. [t] San. sim. T. [v] San. [x] Ga. [†] Ser. [y] M. [z] Jun. [a] Pi. [b] V. Ma. [c] Me. [d] Mart. [†] V. [f] Ma. ex

q. d. mihi imputas in quo illa deliquerit [g].

9. *Nisi quomodò juravit*, &c.] Hoc antè cogitatum oportuit quàm bellum civile susciperetur [h]. Utitur *jurandi* voce ut divinæ promissionis firmitatem significet; alioqui non apparet ubi juraverit [i]. Non potuit hoc Abner antè nescire, sed de industria, sciens & prudens se opposuit voluntati Dei [k].

11. *Quia metuebat illum*] Sim.P. Et [*legendum puto*, Ut] David Joabum v.39 Sic *Othoni nondum auctoritas inerat ad prohibendum scelus*, ait Tacitus histor 1 [l]. Intempestiva fuit objurgatio, quæ odium tantùm peperit [m]. [Hebræa sic se habent, מִיִּרְאָתוֹ אֹתוֹ] *à timendo eo eum*, Mo. *præ timore quo timebat eum*, JT. Sic scribendum, *Præ timore ejus quo timebat eum*. Ità est genitivus objecti, vel *præ timore suo*, ità est genitiv. subjecti recipientis [n]. Nomina verbalia, tam absoluta quàm constructa, casum verbi sui, adeóque accusativum regunt, ut Num. 10.2. וּלְמַסַּע אֶת הַמַּחֲנוֹת *& ad motionem castra*, id est, castrorum. Deut. 1.27. [בְּשִׂנְאַת יְהוָה אֹתָנוּ] *propter odium Domini nos*, h. e. adversùm nos. Quidam Ellipsin conjugati ponunt, ut sit propter *odium domini quo odit nos*. Sic Deut.7.8. Ità hoc loco, *propter timorem ejus ipsum*; h. e. ab ipso, seu præ ipso [o].

12. *Misit pro se*, Ità M. Ti. Mo.V. [תַּחְתָּו] *de loco suo in quo erat*, Jon. in V. cùm ipse domi apud se maneret [p]. *Secretò*. K. in M. *loco sui*, P. *in loco suo*, id est, è vestigio, ut suprà 2.23 [q]. *suo nomine*, Ca. non Regis, aut Israelitarum nomine [r]. ¶ *Cujus est terra?*] Ità M. P. Ti. q. d. Nonne ad te ut Regem pertinet [s]? Tua est de jure [t]. Deus tibi dedit, tu liberâsti populum, tibi debetur [v]. [לְמִי אָרֶץ] *Cui terra?* Mo. *ad quem terra*, scil. respicit, desiderat? q. d. hoc est votum commune gentis, ut regnes [†]. Hæc regio tua est, non liberorum Saulis [*]. ¶ *Et ut loquerentur*; *Fac*, &c. [לֵאמֹר כָּרְתָה] *dicendo, pange*, Mo. & *dicerent* (vel, & *qui dicerent*, V) *pange fœdus*, JT. Heb *seca*, vel *scinde*. Vide ad Gen.15.18 [x]. Qu. An licuerit Davidi pacisci cum Abnero? Videtur David ei offerre occasionem peccandi, & consentire malum facienti, contra Rom. 1. ult. Resp. Non peccavit Abner populum ad Davidem traducendo [y]; nec David, qui jure suo & Abneris peccato in bonum & commodum suum usus est [z]. Potuit David Abneris peccato rectè abuti; quódque ab illo malè datum esset, bene recipere potuit. Sic Christiani jusjurandum Ethnicorum, quod per nomina idolorum suorum oblatum erat, recipiebant. Sic excusatur, qui necessitate coactus, pecunias mutuò sumit. Sic Paulus gaudet de iis, qui malo animo Evangelium prædicant. At si res suâ sponte mala sit, non licet eam assensu nostro approbare: si non sit, possumus, uti dictum est, necessitate coacti illi assentiri. Admonendus tamen est ille cum quo contrahimus errati sui. In his autem David excusari non potest; 1. Quòd Dominum non consulit, sed consilium temerè præcipitat. 2. Quòd fœdus init cum viro perdito, scortatore, &c. & proditore Isboseth [a]. David Abneris culpæ non est particeps, ad voluntatem autem Abneris non nisi permissivè se habuit, eámque in rem suam convertit, sicut Deus studiis impiorum utitur [b].

13. *Qui ait, optimè*, [טוֹב] *bene*, Mo. *bonum*, Pi. q. d. Placet conditio [c]. ¶ *Non videbis*] i. e. Nè studeas visere me [d]. ¶ *Antequàm adduxeris Michol*, [כִּי אִם לִפְנֵי הֲבִיאֲךָ אֵת מִיכַל] *Nisi priùs adduxeris Michal*, Sy.M. P.Ti. sim.V. Jon, [JT. cum sequenti verbo nectunt, & hoc modo reddunt, *nisi antequam introducant te, cum Michale adveneris*, &c.]. Difficultatem Interpretibus magnam peperit illud לִפְנֵי; quæ prorsus tollitur, si consideremus particulam istam non tantùm tempus, sed & locum ac situm, ac in genere cujusvis rei præsentis repræsentationem denotare; idem quod ἐνώπιον *coram, in conspectu*, quasi Græcè dicas εἰ μὴ ἐνώπιον τῦ φέρειν σε, *nisi coram adducere te Michal*; i. e. nisi hoc præsens, coràm & in conspectu sit, te adducere Michal; id est, nisi simul adducas, & cùm teipsum sistes, sistas etiam filiam Saulis, efficiásque ut ejus adductio coràm sit [*]. ¶ *Et sic venies, & videbis me*, [בְּבֹאֲךָ לִרְאוֹת] Ad verb. *In veniendo te ad videndum*, V. Causæ repetendæ uxoris erant. 1. Amor erga ipsam. 2. Nè illa in adulterio cum suo dedecore ampliùs hæreret [†]. 3. Ut animos hominum

[g] Mar. [h] G. [i] Me.T. [k] Mart. [l] G. [m] Me. [n] Pi. [o] Glass. gram. 162. [p] Mar. [q] Pi. [r] Mart. [s] Me. [t] L. [v] Mart. [†] Mar. [*] V. [x] Pi. [y] Mart. [z] Me. [a] Mart. [b] T. [c] V. [d] V. [*] Di. [†] Me. sim. Mart.

sibi conciliaret, viámque muniret ad regnum [f]. 4. Ut experiretur in ea re Abneris fidem [g]. Quid responderit Abner, colligere est ex versu seq. nempe, non tutum esse invito Isboseth sororem suam abducere; quare peteret ipse ab Isboseth, se verò curaturum, ut ille Davidis votis annueret [h].

14. *Misit David ad Isboseth*] Ut regi & uxoris fratri id honoris deferret, nè eo inconsulto Michol revocaret, utque sibi eum conciliaret; nè occasionem novis jurgiis præberet inter Isboseth & Abner. Tandem nè fœdus factum cum Abner patesceret [i]. Sed & ostendere voluit, se non esse animo erga illum implacabili [k].

15. *Misit ergo Isboseth*] Sensit David irritandum non esse, cùm Abner alienato erat animo [l].

17. *Sermonem intulit*, &c. [וּדְבַר אַבְנֵר הָיָה עִם וגו׳] *Et verbum Abner fuit cum senioribus*, &c. Mo. *Sermonem* (*orationem*, Ca. Strig.) *habuit*, &c. P.Ti. ¶ *Ad seniores Israel*] quorum judicio res administrabatur publica [m].

18. *Nunc ergo facite*] Hactenus in ea re vobis obstiti. Nunc liberum facio. Agite ergo, &c [n]. *Facite*, sub. *ut regnet super vos*, nunc licet [n]. ¶ *Quoniam Dominus loquutus est ad David*, [אֶל דָּוִד] *de Davide*, 6, Sy. Ar. JT. Strig San. Ca. Illud *ad* sæpe idem valet quod *de*. Sic Heb. 1. *Et ad angelos dixit*, i. e. de angelis; & Heb. 4. *ad quem nobis sermo*, i. e. de quo. Vide quæ nos ad Act. 2.25 [o]. Abner tamen non sequitur voluntatem Dei, sed æstum & tumorem animi sui, & cauponatur verbum Dei. Eodem enim Dei verbo, & Isbosethum vendere voluit, & Davidem emere [p]. ¶ *Dicens, in manu David salvabo populum*, [הוֹשִׁיעַ אֶת עַמִּי] *Servabo populum meum*, P. Ti. sim. 6. Jon. Sy. JT. M. Strig. Glass. Est Enallage temporum; Infinit. pro Futuro; הוֹשִׁיעַ pro אוֹשִׁיעַ [q]. Alii, *salvum fecit*, Mo. Mar. pro *salvum feci*; tertia persona pro prima; vel, *salvum facere*; scilicet *dixit*. Sed priùs præfero [r]. Qu. Ubinam hæc dixit? Resp. Dixit per Samuelem [s]. Quæ prædictio pervulgata jam fuit, & per manus ab aliis ad alios pervenit [t]. Sæpe de ea re locutus est Samuel, nec necesse est omnia scriptis mandari [v].

19. *Locutus est Abner ad Benjamin*] Qui in Saulis domum affecti erant [x]. Præstabat hæc tribus & numero, & armorum usu. [De numero ἴσως ob internecinam illam cladem, Jud. 20.] Hos ità prorsus conciliat Davidi, ut ab ejus posteritate nunquam discesserint. Vel ex eo videre possumus, quantus artifex Abner fuerit ad tumultus [y].

20. *Fecit David Abner —— convivium*] Tanquam indicium initi fœderis. Secuta est magna hilaritas, quæ tamen postremò exivit in perniciem. Semper Deo displicet societas piorum cum impiis. Frustrari voluit Deus hæc consilia, ut David illud beneficium sibi deberet, non proditori [z].

21. *Ut congregem ad te*, &c.] Multum sæpe unus homo apud ingentem multitudinem valet: minus id mirum in Duce; cùm *duo manipulares susceperint imperium populi Romani transferendum, & transtulerint*, Tacit. histor. 1 [a]. ¶ *Et ineam tecum fœdus*] Publicâ ceremoniâ, & populo præsente ac spectante [b]. [וְיִכְרְתוּ וגו׳] Ad verb. *Et percutient tecum fœdus*, Q. *ut ineant fœdus*, V. ¶ *Et imperes omnibus, sicut desiderat anima tua*] Vel sic, *Et tu regnes in omnibus quæ concupiscit anima tua*, i. e. in omnibus quæ voles [c].

22. *Venerunt cæsis latronibus*] Philistæis [d], vel Idumæis, Amalecitis, &c. qui occasione discordiæ inter Saulem & Davidem captatâ, in Israelis finibus prædas liberiùs agebant [†]. [בָּא מֵהַגְּדוּד] *Venit* (*venerat*, V.) *de castris*, Jon. P. *redierunt ex acie*, Ar. *veniebat* sive *rediebat ab excursione*, Ti. 6, *à turma*, sub. vel *hostium*, M. vel *persequenda*, JT. vel *spolianda*, Sy.

24. *Quid fecisti?*] q. d. Stultè egisti [f]. Urebat eum gloriâ militari par & æmulus [g].

25. *Et sciret exitum tuum*, &c.] Hs. pro, *quomodo te geras?* V. Actiones tuas & agendi consilia [h]: arcana regni: omnem tuam vitæ rationem domi forísque, pace bellóque. Vide Num. 27.17 [i].

26. *Egressus itaque*, &c.] Iratus & indignè ferens regem non respondere. Quod rege authore non potuit, decrevit suâ ipsius authoritate velle facere [k]. ¶ *Misit nuncios*]

[f] Mart. sim. Me. [g] Mart. [h] San. [i] Me. [k] Mart. [l] Me. [m] Mart. [n] V. [o] San. [p] Mart. [q] Glass. gram. 361. [r] Mar. [s] San. Jo. in Mart. [t] Mart. [v] San. [x] Me. [y] Mart. [z] Mart. [a] G. [b] Me. [c] V. [d] To. in Me. [†] San. [f] V. [g] G. [h] Pi. [i] Me. [k] Mart.

κηντίος] Regis nomine [l]. Nec Dei judicium reveritus, nec iram Regis. Atque hinc David tam diligenter se excusavit [m].

27. *Seorsum adduxit eum*] Finxit se velle ipsum remotis arbitris alloqui nomine Regis [n]. ¶ *Ad medium portæ*] Celebritas loci effecit, ut Abner negligentiùs ageret [o]. ¶ *Ut loqueretur ei in dolo,* בַּשֶּׁלִי] [Variè reddunt;] *In quiete*, M. Mo. sim. Sy. Ar. *pacificè*, P. *quietè, blandè*, V. *in errore*: He. in V. Pi. ex Jun. id est, per errorem, Jun. quia Abner ignorabat cor illius, quòd vellet eum occidere [p]. Græci ἐνεδρεύων i. e. *insidians*: item ἐν παραλογισμῷ; i. e. *Per falsam ratiocinationem.* Mallem, *in tranquillitate*: i.e. clam, absque arbitris: ità ut à nemine interpellarentur [q]. *Confestim*, sive *repentè*, He. in V. *ignoranter*, Q. in M. *Ut loqueretur cum eo imprudente*, JT. ¶ *Percussit illum in inguine,* הַחֹמֶשׁ] *In quinta costa*, M. Vide suprà 2. 23. Pi. Abutitur hîc Deus malitiâ Joabi ad gloriam suam, & pœnam Abneris, & Davidis bonum. Non tamen excusatur Joab, qui tantùm explere voluit odium suum, non sequi judicia Dei. Joab indigna facit, sed Abner digna patitur; & David honestiori viâ aspirat ad Regnum. Si Abner vixisset, nimis fuisset insolens & importunus; & David quodammodò pependisset ab ejus nutu [r]. ¶ *In ultionem sanguinis Asahel,* בְּדַם] *In sanguine*, V. *propter sanguinem*, P. JT. Pi. i. e. cædem Asahel, Pi. Ut ipse Joab dicebat, & credi volebat. Potior tamen (& vera, Mart.) causa erat nè Abner se gratior aut potentior fieret apud regem [s]. Eandem ob causam occîdit Amasam, infrà c. 20 [t].

28. *Ait*] Asseveranter & seriò, manibus ad cœlum sublatis, qui habitus jurantis [v]. ¶ *Mundus ego sum*] Prudenter David auctoritatem defugit, & adversùs conscientiæ suspiciones se purgat de eo crimine quod ob Regni novitatem & belli civilis reliquias punire non poterat. Vide infrà 37 [x]. David, aut cùm hæc diceret, lavabat manus ad significandam innocentiam, more Hebræorum, Deut. 21. 6. Psal. 25. Mat. 27. aut ad illam consuetudinem respicit [y]. ¶ *Et regnum meum*] q. d. Joab nullo consilio publico hoc fecit [z]. Deus propter Principum peccata subditos nonnunquam plectit [†]. ¶ *Apud Dominum*] Ità M. JT. *à Jehova*, Pi. ό. Ti. *de cum Jehova*, V. Mo. Belg. i. e. à pœna coram Domino, Belg. Genus dicendi videtur ἐλλειπτικὸν ut subaudiatur, *Quò minùs plectendus sim.* Et tùm sequens מִדְּמֵי reddendum, *propter sanguines* (Ità מִן sæpe sumitur.) i. e. propter cædem, seu quod attinet ad cædem. Metonymia, qualis antè, sed hæc expressior, propter numerum pluralem: quia quum quis occiditur, sanguis ejus dispergitur, & ità ex uno sanguine plures quasi sanguines efficiuntur. Sic Gen. 4. 10 [a]. *A conspectu Domini*, Sy. Jon. in V. pro, *in conspectu*, V. *coram Domino*, Ar. P. Strig. Ang. Q. in V. id est, teste Jehovâ, V. *Jovam ego testor*, Ca. Scit Jehova me non esse conscium mortis Abner [b]. ¶ *Usque in sempiternum*] q. d. Id mihi nunquam in animum venire potuit [c]. Nec metuo ullum mihi, meísve supplicium in æternum [d].

29. *Et veniat super caput Joab,* יָחוּלוּ] *Maneant*, M. JT. V. nempe sanguines illi, M. *incurrant*, ό. *cadat*, P. Sy. sim. Ti. *stillent*, Jon. *recumbat*, Ar. *dolebunt*, id est, cum dolore & cruciatu ingruent, Ma. Ascribatur hoc crimen Joabo, ejúsque pœnas det [†]. ¶ *Nec deficiat*, &c. Ità P. JT. יִכָּרֵת] *Exterminetur*, V. *exscindatur*, Mo. Pi. id est, semper sit aliquis, &c. Pi. ¶ *Fluxum seminis sustinens,* זָב] *Fluens*, P. Mo. Jon. *Fluxum patiens*, JT. Pi. V. nempe *seminis*, Ar. Pi. γονοῤῥυὴς, *gonorrhœam habens*, ό. in Pi. Hic morbus fœdus erat; & apud Hebræos infamis. Vide Levit. 10. (& Levit. 15. San.) Eo laborans inutilis erat ad generandum. Punitur ergò Joab sterilitate & ἀπεκνίᾳ [f]. Porrò tales contabescunt toto corpore, & exterminabantur ab Ecclesia [g]. ¶ *Et leprosus*] Tales & miserè cruciabantur, & à cœtu populi Dei disclusi erant. ¶ *Et tenens fusum*] Ità Sy. sim. Ar. Sic פֶּלֶךְ Prov. 31. 19. vertunt ό. & P & V. (& M.) & alii passim [h]. Id est egenus, qui vili ac muliebri opificio vitam sustentet [i]. Est autem viris ignominia maxima colus & fusum, ut docent exempla Sardanapali in Justin. 1. & Herculis [k]. Sint effœminati & molles, & ad colum & fusum aptiores, quàm ad rem bellicam [l].

[l] San. ex Jo. Me.
[m] Mart.
[n] Me. ex L. Pi.
[o] Mart.
[p] V.
[q] Pl.
[r] Mart.
[s] Me. sim. L. T. Mart. Ser. ex Jo. & Procop.
[t] T. ex L.
[v] Mart. ex Jo.
[x] G.
[y] San.
[z] Mart.
[†] Me.
[a] Pi.
[b] V.
[c] Mart.
[d] San.
[†] V.
[f] La.
[g] Mart.
[h] La.
[i] Me. sim. San.
[k] San.
[l] Mart.

מַחֲזִיק בַּפֶּלֶךְ *Et apprehendens* sive *tenens scipionem vel baculum*, P. Mo. V. sic JT. Pi. M. &c. cui scilicet innitatur præ morbo pedum [m]. Id est, sit valetudinarius, podagricus, tabidus, &c [n]. paralyticus; q. d. circumferant quodammodò viva cadavera [o]. *Cæcus*, Aq. in Pi. cæci nempe baculo prehenso duci solent. ό. habent, κρατῶν σκυτάλης, id est, *tenens fustem* [p]. ¶ *Cadens gladio*] Morte immaturâ [q]. ¶ *Et indigens pane*] Horribile genus mortis, fame mori [q]. Familiare hoc erat in execrationibus, Psal. 59. 6, 14 & 109. 10 [r]. Diris desigere facinorosorum posteros mos erat illorum. Vide Psal. 109. 10, 12 [s]. Porrò his verbis continetur non mera prædictio, ut quidam volunt, sed imprecatio [t]. Non possumus statuere, utrum David divino spiritu impulsus, an humano tantùm, suóque obsequutus animo ista dixerit [v]. Suspicionem criminis à se amolitur David hac imprecatione, &c [x]. Videtur David, quasi Propheta, prophetice maledicere Joabo, & prædicere vindictam à Deo; nisi malis cum aliis, hæc verba significare quid Joab meritus fuerit [y].

30. *Joab & Abisai*] Joab manu, Abisai consensu & auxilio [z]. Tribuitur quandoque actio & verbum activum consentienti & actionem approbanti. Vide Jud. 9. & confer v. 4, 5, 18, 24 [a]. ¶ *Quod occidisset Asahel —in prælio*] Heb. *in illo prælio*, Pi. de quo suprà 2. 23. Hac circumstantiâ amplificatur cædis indignitas; quòd rem fervente bello, & nolente Abnero gestam, fratres compositis rebus, & in pace maxima huic rependerunt [*].

31. *Dixit ad Joab*, &c.] Voluit David Joabum exequiis interesse; 1. Ut adduceretur ad pœnitentiam ex populi luctu [b]. 2. Nè si desideraretur Joab cum suis, infrequens esset exequiarum celebritas [c]. 3. In pœnam Joabi. 4. Ut honorificè lugeatur Abner. Joab autem summus erat in aula, atque exercitu [d]. [5. *Fortasse, ut Joabo invidiam conflaret apud populum, nimiámque adeò ipsius potentiam deprimeret.*] Qu. An David jubet Joab hypocritam esse, & simulare luctum? Gaudebat enim hoc facto. Resp. David hoc tantùm imperat, ut Abner honorificè lugeatur. Si Joab simulat, id non fit vitio Davidis. ¶ *Scindite vestimenta*] Signum hoc erat magni luctûs [†]. ¶ *Rex——sequebatur feretrum,* הֹלֵךְ אַחֲרֵי הַמִּטָּה] *Ibat post feretrum*, Sy. Ar. Jon. P. Ti. sic M. JT. *post stratum*, sive *lectum*, Mo. ό. Pi. scil. in quo jacebat Abner; nam articulus additur [f]. Ante feretrum ibant mulieres [†]. Fecit hoc David præter dignitatem suam, & consuetudinem Regum, ut magis indicaret dolorem suum [g]; & ut longiùs suspicionem à se amoveret [*]. Romani etiam in lectis efferebantur [h].

32. *Et flevit*, &c.] Lacrymæ Regis non simulatæ erant, sed veræ; tum quòd perempta videretur ejus morte occasio commodissima adipiscendi Regni; tum quòd ea cædes videri posset ipsius aut jussu aut consilio esse facta [i].

33. *Ut ignavi,* הַכְּמוֹת נָבָל] *Num sicut moritur stultus*, &c? P. [sim. plerique.] *vilis*, Ma. *Nabal*, ό. Sy. Stultus tali morte dignus est, non sapiens Abner. Interrogatio indignantis simul & negantis [k]. *Ut moriuntur improbi*, Jon. [tales passim in scriptura *stulti* vocantur.] Numquid, ut mori solent stulti, sive ignavi, abjecti ac viles homines, ità mori debuit Abner? q. d. Non [l]. An tam indignè virum strenuum mori oportuit [m]? Non mortuus est, sicut impii, qui propter impietatem occiduntur [n].

34. *Manus tuæ ligatæ non sunt*] Q. referunt ad constantiam Abneris; q. d. Non is tu eras, qui sine delectu rerum manus tuas alteri commodares. Noluisti ad imperium Saulis Sacerdotes occidere [o]. Al. sic, Ignavi in bello facilè capiuntur, & nè fugiant, vinciuntur, & posteà coguntur mori. Hoc tibi non accidit [p]. Al. *manus tuæ non fuissent ligatæ*, JT. si scilicet occisores tui apertè te aggressi essent. i. e. manibus tuis strenuè usus fuisses in te defendendo, itémque pedibus [q] ¶ *Pedes tui non sunt compedibus aggravati,* לֹא לִנְחֻשְׁתַּיִם הֻגָּשׁוּ] *Non erant* (*non fuissent*, JT. Pi. ut in priore membro) *admoti* (*applicati*, M. *compacti*, Ti.) *compedibus*, P. Mo. *æreis*, P. i. e. Non erant vincti, V. M. ¶ *Sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis*] Qui sub simulatione amicitiæ eos interficiunt [r]. i. e. dolo interfectus es [s]. His verbis Joab coràm & in os perstringitur [t].

[m] Mart.
[n] Pi. ex Jun.
[o] Mart.
[p] Pi.
[q] Mart.
[r] San.
[s] G.
[t] Ser. sim. Mart. San. T. L.
[v] Mart.
[x] T.
[y] La.
[z] G.
[a] Glass. gram. 293.
[*] Ma. ex Jun.
[b] Me. Mart.
[c] Me.
[d] Mart.
[†] Mart.
[f] Pi.
[†] G.
[g] Mart.
[*] G.
[h] Ma.
[i] Mart.
[k] Pi.
[l] V.
[m] Ma. ex Jun.
[n] M.
[o] He. in G.
[p] Mart. Ità plerique in Ma. San.
[q] Pi. ex Jun.
[r] L.
[s] Jun. P. Ma. V.
[t] Mart.

35. *Cibum capere cum David*] Convivia parentalia sive funebria Hebræis solennia erant [v]. Vide Jer. 16. 5. Ezec. 24. 17. & Jo. de bello. 2. 1. Sic & Atheniensibus teste Hieron. ad Jer. 16. & Persio, Satyr. 6.

——*sed cœnam funeris hæres*
Negliget iratus——[x].

De his vide Pollucem, Suidam. Athen. l. 7. & 8. Proclum in Hesiod. Eustath. Il. ψ [y]. ¶ *Clarâ adhuc die*, Ità M. Ti. [בְּעוֹד הַיּוֹם] *Vigente adhuc die*, Sy. *quum adhuc esset dies*, P. JT. V. id est, ante vesperam [z]. Populus peracto funere, prandere voluit, cùm esset jam meridies. Si vespera fuisset, non recusâsset David, neque enim violabatur jejunium comedendo ad vesperam [a]. ¶ *Panem vel aliud quicquam*, Ità M. Ti. [אוֹ כָל־מְאוּמָה] *Vel omne quicquam*, Mo. Jon. *Aut quicquam quantulumcunque fuerit*, P.

36. *Omnisque populus audivit*, &c. [הִכִּירוּ וגו׳] *Cognoverunt*, P. ό. Ar. V. Sub. rem illam non factam Regis consilio, V. sim. Ar. Seipsum exponit versu seq [b]. *Quo agnito populus approbavit quicquid fecerat rex*, Sy. *Populus audivit & pulchrum fuit in oculis populi, at omne quod fecit rex fuit bonum*——Jon. *Ut omnia quæ faciebat rex*, ità hoc quoque (nempe quòd tam ægrè tulerit mortem illius [c]) ——*placuit*, P. V. *Et quidquid rex faciebat, bonum erat*, &c. Q. in Ma. *Omninò prout fecerat rex*, videbatur *in oculis populi bonum*, JT.

38. *Dixit quoque*, &c.] *Nam dixerat*, &c. nempe sequentia, ex quibus populus intellexit regem non fuisse cædis conscium [d]. Verùm hæc ad servos suos dixit, non ad populum. Et jam indicatum erat, unde populus istud cognoverit. Verto igitur, *postea dicebat* †. ¶ *Num ignoratis?* &c?] q. d. Vestrâ interest scire [f]. q. d. Benè ergò collocata est exequiarum hæc pompa in tantum virum [g]. Qu. Cur laudat David virum illaudabilem? Resp. 1. Solent sancti viri in improbis, præteritis malis, bona tantùm spectare; quæ (licèt mala admista sint) verè laudari possunt. 2. Non magna sunt, quæ in Abnero laudat, nempe fortunam & robur corporis [h].

39. *Ego adhuc delicatus*, [רַךְ] *Tener*, vel *tenellus*, Mo. P. V. Pi. Ma. *infirmus*, JT. *timeo*, Sy. Ar. [q. d. tener sum corde.] *Recens est Regnum meum* [i]. Tenellus sum & infirmarum virium [k]. Metaphora sumpta, vel à puero tenero & imbelli [l]; vel à ramis tenellis, qui facilè franguntur; q. d. nunc primùm mihi videor esse Rex, quasique hodie primò unctus in Regem. Nam Abner converterat Israelitarum mentem ad Davidem. Alii, *facilis*, vel *clemens sum*. Doctis hæc interpretatio probatur. Nam רך ità sumitur [m]. ¶ *Et unctus rex*, Ità P. Mo. Pi. [וּמָשׁוּחַ מֶלֶךְ] *Utpote unctus rex*, JT. i. e. Designatus quidem totius Israelis rex, sed nondum planè regnum consequutus [n]. Hoc notat, quòd non sit natus Rex. Adductiùs enim imperant qui hæreditate ad regnum veniunt; aut certè quorum potentia longo tempore firmata est [o]. Culpâ vacat, qui scit, sed prohibere non potest. Vide dicta de J. B. & P. 2. 32. 2 [p]. Al. *quamvis unctus sim Rex super Judam*, V. ¶ *Filii Serviæ*] Nempe Joab & Abisai, nepotes mei ex sorore Servia, 1 Par. 2. 16 [r]. Novo exemplo eos appellat à matre. Fortè quia pater obscurior erat [s]. ¶ *Duri sunt mihi*, [קָשִׁים מִמֶּנִּי] *Satìs duri sunt mihi*, M. Ti. *Duriores me*, Pi. P. sim. Mo. i. e. potentiores, Pi. quàm ut ferre possim *. *Firmiores*, i. e. militaribus viris acceptiores, ut apparet infrà cap. 19 [t]. *Difficiliores*, (*asperiores, inclementiores*,) *sunt me*; i. e. quàm pro negotio meo deceat eos esse. *Ego clemens sum*, pepercerâm Abnero; illi autem *inclementiores* ipsi non pepercerunt [v]. Sensus est, sapientis est videre non tantùm quid debeas, sed etiam quid possis. Jam verò non possum hoc vindicare, quin periclitetur regnum. Mussitanda igitur ad tempus est hæc injuria, & expectandum, quam occasionem commodam daturus est Deus. Quod differtur, non aufertur [x]. ¶ *Retribuat Dominus*] Ut sit imprecantis [y]. Vel *rependet*, JT. Pi. Sumet de eo supplicium; vel, me facultate instruet, ut ipsius judicium exerceam. Vide initium exequutionis infrà 19. 14. progressum, 1 Reg. 2. 5, & 6. complementum ibid. v. 34 [z]. Qu. Num excusatio hæc Davidis probari debeat? Resp. 1. Q. negant, & Davidem in hoc peccâsse putant [a]. Rationes has proferunt. 1. Lex Dei (juxta quam Rex imperare debuit) jussit homicidiam etiam ab altari abstrahi, Exod. 21. 14. Nec permittitur hominibus ἐπιείκεια in lege Dei [b]. Resp. David igitur non ignovit illi; sed Salomoni puniendum reliquit [c]. Exc. Nimis longa hæc erat dilatio [d]. 2. Lenitas Eli in puniendis filiis exitium illi accersebat. Resp. Eli, sine ullo periculo filios coercere potuit; quod David non poterat †. 3. Debet magistratus fortis esse, &c. Exod. 18. nec cujusquam personam accipere, Deut. 1. 4. Punitus est Rex Israel, qui Benhadad dimisit [f]. Resp. Benhadad erat hostis externus, qui tutiùs occidi potuit, quàm Joab amicus domesticus [g]. 5. Ex hac lenitate Davidis alii ad flagitia sunt animati, ut occisores Isbosethi, Amnon, Absalom, &c *. Resp. 2. Q. affirmant, & Davidem culpâ eximunt [h]. Rationes eorum sunt hæ. 1. David non potuit Joabum punire sine tumultu & damno Reip. gratiosus enim erat & præpotens. Pœnæ sunt instar pharmacorum, ut rectè ait Plato, nec rebus desperatis adhibendæ sunt [i]. Apud milites plus potuit Joab, quàm David, c. 18. 19 [k]. Resp. 1. Videbat quidem David periculum, si eum puniret; at habuit promissionem Dei stabilem atque æternam. 2. Saltem tentâsset David eum punire; at nihil facit, sed rem in Deum rejicit [l]. Ratio 2 hæc est; Præceptum illud de puniendis sceleribus affirmativum erat; nec obstringebat ad omne tempus, sed cùm erit opportunum. Debuit ergò David punire, sed potuit exspectare. Resp. Potuit differre, non tamen usque ad mortem. 3. Deus ipse differt supplicia. Ergò David rectè differt. Resp. Dispar est ratio. Deus cùm æternus sit, si hodie non puniat, cras, vel ubi voluerit, puniet. At homo mori potest. Quis tum supplicium sumet de impio? 4. David hoc fecit ductu spiritûs sancti. Resp. Non hoc dicit David, sed aliam rationem profert [m].

Marginal notes (left column): v San. Ser. La. Mart. — x San. — y Ser. — z V. — a Mart. — b V. — c V. — d Ma. ex Jun. — † Pi. — f V. — g Me. — h Mart. ad v. 33. — i G. — k V. — l Pi. — m V. — n Jun. Pi. — o G. ferè ex La. — p G. — r San. — s Mart. — * Me. — t Pi. — v V. — x Ma. ex Jun. — y Pi. — z Pi. & Ma. ex Jun. — a Ità Mart.

Marginal notes (right column): b Mart. — c Wil. — d Mart. — † Wil. — f Mart. — g Wil. — * Mart. — h Ità Wil. G. Jun. Ma. — i Q. in Mart. — k Wil. — l Mart. — m Mart.

CAP. IV.

1. *Dissolutæ sunt manus*] Cœpit esse animo remisso, ac despondere animum [n]. Nam extincto Abnere, inops erat consilii & præsidii [o]. ¶ *Omnis Israel perturbatus*] Rei novitate, quasi præcisâ suorum consiliorum viâ [p].

2. *Duo viri principes latronum*, Ità Sy. [שָׂרֵי הַגְּדוּדִים] *Principes* (*Præfecti*, Strig. M.) *agminum*, sive *turmarum*, ό. P. Mo. JT. Ang. *cohortium*, M. G. *Principes capita exercituum*, Jon. *Duces militum*, Ca. Militum populantium sive discurrentium ad prædam [q]. Milites olim vocabantur *latrones*, quasi laterones, à latendo [r]. Maximè prætoriani milites sic vocabantur, teste Varrone, quòd latera stiparent principum [s]. Erant hi duces cohortis Regiæ [t]. ¶ *Erant filio Saul*] Ità ό. P. Mo. JT. *Cum filio* (*filiis*, Ar.) *Saulis*, Jon. Sy. *Habuit filius Saul duos*, &c. Belg. Ang. Significat eos fuisse antè cum illo; deinde ab illo fugisse: nunc dolo reversos esse [v]. ¶ *Siquidem & Beroth reputata est in Benjamin*] Ut patet ex Jos. 18. 25. & 9. 17 [x]. Jure ad Benjamitas pertinebat, quanquam vi à Philistinis tenebatur; 1 Sam. 31. 7 [y].

3. *Et fugerunt Berathitæ*] *Fugerant autem*, auditâ scil. morte Saulis, metu Palæstinorum [z]. RS. & Caj. intelligunt de omnibus civibus *Beroth*. Sed quid hoc ad præsentem historiam? Fugerunt ergò *Baana* & *Rechab* à facie Isboseth, ob facinus aliquod commissum [a]. ¶ *In Gethaim*] Quæ scilicet longiùs distabat à Palæstinis [b]. Ubi fuerit, non potest certò sciri. Alii in Edom, alii in Arabia collocant [c]. ¶ *Fueruntque ibi usque ad tempus illud*] Heb. *ad diem istam*. Quâ historiâ hæc præscripta est; nam singula historiarum membra, per viros Dei, in Actis publicis auctoritate publicâ perscribebantur. Sensus est, locum incolatûs sui ità probaverunt, ut non laboraverint de reversione in Civitatem suam, ex quo post Saulis cladem metu Pelischtæorum profugerant *.

4. *Erat Jonathæ filius debilis pedibus*, [נְכֵה רַגְלָיִם] *Percussus* (*claudus*, Sy. P. Ti. *affectus*, Ar. JT. *saucius*, M. *læsus*, Ca. *captus*, vel *fractus*, V.) *pedibus*, ό. Jon. Mo. Pi. Di. à verbo נָכָה, quod in Kal Hebræis quidem est

Marginal notes (Cap. IV): n V. — o Me. — p Ma. — q Belg. — r Mar. sim. San. La. Ser. — s T. — t Me. — v Mar. — x Me. — y G. — z V. sim. Pi. Me. — a La. — b V. — c Mart. — * Jun.

est inusitatum, at Syris נכא, & Æthiopibus נכי est usitatissimum, ac lædere significat d. Totus hic versus includendus est parenthesi †. Non frustra hoc loco istud refertur f; Vel, 1. Quia fecit percussores audaciores, quòd is, ad quem vindicta sanguinis Isboseth spectabat, membrorum suorum compos non erat g. Vel, 2. Ut significetur ex stirpe Saulis nullum superfuisse masculum regno idoneum: Nam Mephiboseth, qui solus supererat, claudus erat, ineptúsque ad bella gerenda h; cùm Israelitæ opus habebant Rege, qui posset versari in armis & res gerere. Erant enim undique cincti hostibus. Erant quidem Sauli plures filii, sed ex concubinis, quales succedere non poterant i. Quare mortuo Isboseth regnum necessariò transferendum erat in Davidem k. Vel, 3. Quòd illi militâssent olim sub Jonathan, (quem intelligunt nonnulli per *filium Saulis*, v. 2 l.) ideóque favebant Mephibosetho, quem regem creare voluerunt, & conspirâsse in necem Isboseth; sed Mephiboseth rem detulisse Isbosetho, quare fugerunt m. 4. Hæc etiam obiter, & per parenthesin narrantur occasione fugæ Berothitarum, de qua vers. præc n.

5. *Ingressi sunt fervente die*] Cùm jam omnia essent solitaria. A prandio enim homines, aut ad opus se conferunt, aut ad somnum; in illis præsertim regionibus o. Custodes igitur aut dormiebant, aut, quod probabilius est, alii aliò diverterant p. ¶ *Qui dormiebat super stratum suum meridie*, Ità M. והוא שכב את משכב הצהרים] *Et ipse dormiebat in cubili*, sive *cubiculo meridei*, ὁ. Mo. vel *meridiano*, P. i. e. in quo solebat dormire meridiano tempore q. *Et ille dormiens somnum regum*, Jon. i. e. tempore quo dormiunt Reges r; fortè quia cæteris noctu dormientibus eos meritò vigilare oportet; vel potiùs, quia mollium & delicatulorum videtur somnus meridianus s. Multi in Italia aliisque regionibus calidis meridiantur, & meridie levem somnum capiunt t. [Innuit Sanctius Isboseth fuisse tunc somno & cibo & vino plenum v.] ¶ *Et ostiaria domûs purgans triticum*] Jam trituratum, eximendo lapillos, paleas, &c. ac singula quasi grana seligendo, ut planè pura sint ad delicias x; ad polentam, quæ apud illos frequens erat, & in deliciis. Hoc opus nec Regiam domum, nec honestam & delicatam fœminam dedecebat y. Hæc autem non sunt in Hebræo sed ex LXX accepta, quibus lucem adfert illud Petronii Satyr. p 73. *In aditu januæ stabat ostiarius——atque in lance argentea pisum purgabat* z.

6. *Ingressi sunt domum latenter*, &c. באו עד תוך הבית לוקחי חטים] *Ingressi sunt*, sive *venerunt usque in medium* (i. e. penitiorem partem, V.) *domûs accipientium frumenta*, Mo. vel tanquam *emptores frumentorum*, P. sim. Jon. i. e. habitu & specie mercatorum tritici a. Id venale afferentium, & specimen aliquod manu præferentium b. Sed moris illius nullum vestigium reperio c. Al. *cùm mercatoribus tritici*, Q. in V. Mart. *quasi accepturi triticum*, M. Ti. sim. Ca. Strig. Os. Cum bajulis qui annonam supportabant ad exercitum d. [Non mirum triticum in Regia domo repositum esse. Nimis delicati sunt, & antiquæ simplicitatis ignari, qui ad hodiernam aularum elegentiam pristinas Regum aulas exigunt.] *Bajulantes triticum*, JT. i. e. bajulorum specie triticum importantium †. לקח sign. & *importare* & *exportare* *. Vel quasi tritici spicas afferrent, regi scilicet oblaturi munera & primitias f. Vel spicas virentes detulerunt ostiariæ, ut illa purgaret, &c. itáque faceret polentam g. ¶ *Et percusserunt*] Paucis describit hîc mortem Isboseth per anticipationem; seq. versu pluribus h.

7. *Cùm autem ingressi*, &c. Ità plerique vertunt ויבואו] *Ingressi sunt, inquam*, &c. P. ¶ *Interfecerunt*] Frequenter talia accidunt in bellis civilibus, spe veniæ ac præmiorum i. ¶ *Super lectum suum in conclavi*, בחדר משכבו] *In conclavi cubilis* (*strati*, M.) *sui*, Mo. sim. P. Ti. *In cubiculo suo dormitorio*, Sy. Ar. ¶ *Totâ nocte*] De Mahanaim [ubi Isboseth occisus est] ad Hebron est spatium 30 horarum k.

8. *Filii Saul inimici tui*] Artificiosus sermo, conatur enim ei invidiam conflare à persona patris l. ¶ *Qui quærebat animam tuam*] Scil. ad auferendum eam; i. e. insidiabatur vitæ tuæ. Synecd. generis m.

9. *Vivit Dominus, qui eruit*, &c.] q. d. qui promis-

d Di. † Pi. Me. f G. sim. San. Jun. Ma. g G. h La. i Mart. k La. San. l Q. in Ma. m He. in La. n Me. o Mart. p San. q V. r V. s Ser. t La. v San. x La. y San. z Ma. a V. T. E. Me. b T. c San. d Mart. † Jun. Wil ex P. * Wil. f Ser. sim. L. La. g La. h G. i G. k Me. ex Adrichom. l Me. m Pi.

sionem suam de me servando, non maleficiorum operâ, ut vestra est, sed sanctè hactenus præstitit, & præstiturus est n. [Plerisque autem hæc est forma juramenti.] Ut vivit Jehova, ità faciam vobis quod mox dicam. Sunt verba jurantis, sed abrupta & præcisa o.

10. *Quoniam eum qui annuntiaverat*, &c. כי המגיד לי וגו'] [Obscura est horum verborum connexio. Plerique connectunt cum antecedenti jurandi forma, his modis, *nisi eum, qui nunciavit mihi*, &c. Sy. *Quòd qui indicavit mihi*, &c. Jon. *Quòd quemadmodum egi cum eo qui nunciaverat*, &c. sic ab hominibus sceleratis, &c. vindicabo, &c. Ar.] Alii sic; *Cùm eum, qui nunciabat*, &c. *occiderim*, &c. *Quantò magis*, &c. Jun. Pi. ¶ *Qui putabat se prospera nunciare*, והוא היה כמבשר בעיניו] *Et ipse erat velut evangelizans* (*læta nuncians*, JT. sim. Sy. Ar. &c.) *In oculis ejus*, Mo. P. ¶ *Cui oportebat mercedem dare pro nuntio*, sim. ὁ. אשר לתתי לו בשרה] Ad verb. *Qui daturum me sibi præmium nuncii*, Mo. *Quòd mihi erat ei præstandum nuncium*; q. d. quæ merces illi jure ex me debebatur, tanquam justum ipsius εὐαγγέλιον P. *Cui præmia à me deberi videbantur*, Strig. *Potiùs quàm dederim ei mercedem pro nuncio*, Sy. *Ut darem ei præmium pro nuncio*, Ti. M. qui putabat *quòd daturus essem sibi pro nuncio præmium*, M. *qui* putabat me lætitiâ *perfundere ut darem ei præmium nuncii sui*, He. in V. *qui venerat ut darem*, &c. Pi. Q. in V.

11. *Quantò magis nunc*, &c. אף כי אנשים רשעים הרגו וגו'] *Etiam quia homines impii occiderunt*, &c. Mo. *Multò magis cùm viri impii interfecerint*, &c. *exposcam sanguinem*, &c. Sy. simil. M. Ti. *Quantò magis* oportet *hominibus improbis* qui *occiderunt*, &c. JT. subaudi ex fine præcedentis versûs *præstare me tale præmium nuncii* q. Malim sic, *Quantò magìs* occidam *homines improbos*. i. e. vos, Pi. sim. V. in Tig. not. ¶ *Virum innoxium*] Heb. *justum*. Qu. Quomodò eum sic vocat, qui alienum regnum tenebat, &c? Resp. 1. Censebat ille bonâ fide ad se, quasi Saulis filium pertinere; Jus enim Davidis ei non erat liquidum: vel putare poterat id solam tribum Judæ spectare r. 2. *Justum*; i. e. qui non erat reus mortis s. *Hominem qui ipsis nihil nocuerat*, ac proinde ab ipsis nihil tale exspectabat t. Ut contrà illi improbi; i. e. injurii dici solent, Exod. 2. 13. & alibi, qui injuriâ afficiunt alterum v. 3. Justus erat, si cum istis latronibus conferretur. Quomodò in Ezec. Juda justificâsse dicitur Samariam, &c x. *Virum* dicit, non *Regem*; neque enim jure factus Rex erat y.

12. *Præcidentésque manus & pedes*, &c] Illis adhuc vivis, qui deinde sic mutilati in crucem acti z. Sed scriptura innuit eos illico occisos, gladio vel lanceâ; ac mox manus, quibus cædem patrârant, & pedes, quibus ad eam contenderant, fuisse præcisos, & suspensos ad sceleris memoriam & vindictam a. Facit hoc ad conciliandos Israelitarum animos b. Fecit hoc David ultra præscriptum Legis. Rabbini notant, nihil imminui posse de suppliciis in Lege nominatis; (Deus enim pro sua misericordia decrevit supplicia, quàm possint esse æquissima & minima) sed fas esse magistratui, propter atrocitatem peccati aggravare & augere supplicia. Ità Adonibezek amputati sunt digiti manuum & pedum, quod ille antè aliis fecisset; Jud. 1. & David octo oves reddi jussit, 2 Sam. 12 c.

n Jun. o Pi. p Jun. q Pi. r La. s Jun. t G. sim. Jun. Pi. Ma. v Jun. x Mart. y G. z Me. ex Theodor. a La. b Mart. c Mart.

CAP. V.

1. *Venerunt universæ tribus*, &c.] Victæ non armis; sed, quæ pulchrior est victoria, justitiâ ac pietate Davidis d. Populus ultrò se subjecit Davidi. In quo is erat typus Christi, Psal. 110 †. ¶ *Tribus*] Id est, legati tribuum f. Vel, ex omnibus tribubus aliquot millia. Qui, & quot, vide 1 Par. 12 g. ¶ *Os tuum; & caro tua*] Non peccabimus in legem Deut. 17. 15. si Regem sumamus ex popularibus h. Etsi non ex eadem tribu; tamen ex eodem patriarcha Jacob procreatus i. Propinqui & cognati tui sumus k. Vide phrasin Gen. 29. 14. Judic. 9. 2 l.

2. *Herì & nudiustertiùs*] i. e. Anteà, V. *Plerè antehac*, JT. χθὲς καὶ πρώην. Proverbium Græcis usitatum, ut

d G. † Mart. f Pi. & Ma. ex Jun. g Mart. h G. sic Me. Mart. i Mart. k Ma. ex V. sic Pi. l Ma.

ut docent Athenagoras, Euseb. Iren [m]. ¶ *Dixit Dominus*] Quum te ungeret, 1 Sam. 16. 13. Etsi hoc ibi brevitatis causâ reticetur [n]. Non omnia à Prophetis dicta scriptis mandata erant. Vide ad 2 Sam. 3. 18 [o]. *Occultâ lege fati & ostentis ac responsis destinatum Vespasiano liberisque ejus Imperium, post fortunam, credidimus*, ait Tacit. Hist. 1 [p]. ¶ *Tu pasces*] Sic Homerus Regem vocat *pastorem populorum* [q].

3. *Venerunt seniores Israel*] Senatores magni synedrii [r]; sive septuaginta illi, de quibus, Num. 11 [s], & cum his principes [t]. Venerunt hi, vel 1. Ante adventum tribuum [v]. Vel, 2. Quum per legatos de conditionibus fœderis dispexissent [x]. ¶ *Percussit cum eis fœdus*] Hoc fœdus erat mutua promissio, quâ promisit David se recturum juxta leges, Deut. 17. & populus, se illi obedientes & fideles fore [y]. Omnis conventio Hebræis בְּרִית vocatur, qualis hæc fuit, quâ David illis indulgentiam anteactorum promisit, ipsi verò Regi obedientiam [z]. ¶ *Coram Domino*] Id est, vel, 1. Spectante Jehovâ, & advocato in testem fœderis [a]. Vel, 2. Coram toto cœtu fidelium, cui præsidebat Deus [b]. Vel, 3. Coram Arca, quam solebant in publicos ejusmodi conventus adducere. Vide 1 Sam. 14. 18 [c]. Vel, 4. Coram tabernaculo Domini, quod David in Hebron construxisse videtur. Neque enim consultum erat subditos Davidis in Gabaon Isboscetho subjectam ter in anno se transferre. Et ex cap. 15. constat solita in Hebron offerri sacrificia [d]. Vide quæ diximus ad finem 1 Sam. 7 [†]. ¶ *Unxeruntque*] Nec summus sacerdos, nec sacrum oleum jam deerant [f].

4. *Quadraginta annis*] Solidis, omissis mensibus, quorum sequetur mentio [g]. Numerus rotundatus [h].

6. *Et abiit rex in Jerusalem*] Cùm populus ad ejus coronationem armatus venisset, eam occasionem David perire noluit. Locus ille in medio (regni) positus erat, ideóque commodissimus videbatur, ubi jus divinum & humanum redderetur [i]. In Jerusalem duæ erant partes; una in montis descensu, quam habuerunt Judæi, Jud. 1. 8. Jos. 15. altera superior, sive in vertice montis, quæ dicitur *Sion*, quam hactenus summo cum Israelis dedecore obtinuerant Jebusæi [k]. ¶ *Dictúmque est David ab iis*, וַיֹּאמֶר לְדָוִד לֵאמֹר] *Et dixit ad David dicendo*, Mo. (vel *hoc modo*, P.) *Allocutus est* ille (nempe Jebusæus; Tig. not. sim. Jon.) *Davidem, dicendo*, JT. vel *dicentes*, Sy. *Miserunt Jebusæi & dixerunt*, Ar. *Et dictum est ipsi David*, ὁ. ¶ *Non ingredieris huc*] Ità ὁ. Sy. Ar. P. Mo. &c. ¶ *Nisi abstuleris cæcos & claudos*, כִּי אִם הֱסִירְךָ הַעִוְרִים וְהַפִּסְחִים] Plerique interpretum הֱסִירְךָ pro Infinitivo habent, & vertunt, *nisi removeris*, &c. Ità RS. & K. & R. Levi, item Jon. quod non mirum; quum certum sit eum omnia sine punctis legisse, & textus vocales Infinitivi etiam admittat. Repugnat tamen analogia Grammatices. Vocales enim volunt sit præteritum, quia chatephsegol natum est propter affixum ex tsere; sine affixo enim esset הֵסִיר; sicut הֱסִירָהּ *removit eam*, 2 Par. 15, 16. at in Infinit. est הָסִיר, unde cum affixo fit הֲסִירְךָ, sicut, Jos. 7. 13. Jer. 32. 31 [l]. [Locum hunc variè reddunt.] Ad verb. *quin removere te cæcos & claudos*, Mo. *Nisi removeris*, sive *abstuleris cæcos & claudos*, P. M. Ti. Sy. V. sim. Ar. Ca. i. e. nisi expugnaveris, &c. V. [JT. cum antecedentibus nectunt, reddúntque hoc modo *non es vivus huc venturus*, sed *quum quis sustulerit te*; (id est, abstulerit de medio, Ma.) illud verò *cæcos*, &c. ad sequentia referunt, *cæcis & claudis, dicentibus*, &c.] Miror si hoc cuiquam placere potest. Vidit Junius הֱסִירְךָ præteritum esse; sed quia singulare est, cùm עִוְרִים sit plurale, sic exposuit: sed usitatum est Hebræis verb. sing. construere cum nomine plur. quod distributivè exponendum, ut Jes. 14. 32. [& alibi.] Alii etiam הֱסִירְךָ pro præterito habent, & rectè Sic AE. *Claudi & cæci impediente te*; & ὁ. διότι ἀντέστησαν οἱ χωλοί, &c. (*Quia adversati sunt cæci & claudi*:) nos paulò pressiùs, *verùm removebit te quisque cæcorum & claudorum, dicentium*, &c [m]. *Non ingredieris, quin cæci & claudi te propulsabunt*, Belg. Qu. Quid intelligendum per *cæcos & claudos*? [Mitto fabulas Rabbinorum de duabus imagunculis, una Isaaci cæci, altera Jacobi claudi: ut per eas admonerentur Hebræi fœderis cum Abimelecho icti; De quo vide, si lubet, L. & M. & San.] Resp.

[m] D. Prov. 2. 3 90. [n] Ma. ex Jun. [o] San. [p] G. [q] Ma. ex Pi. [r] G. [s] T. ex San. [t] San. Mart. [v] V. Ma. [x] Ma. ex Jun. [y] La. Me. [z] G. [a] V. sim. Me. San. Ma. [b] La. [c] Ma. [d] T. ex San. [†] San. [f] San. [g] G. sic Pi. [h] Pi. [i] Mart. [k] San. [l] Di. [m] Di.

1. Davidis milites, quos ità probrosè lacesserunt; q. d. alii oportet sint milites, quàm tui apparent, qui hoc præstiterint [n]. 2. Puto significari eos quos *Atlantas* Græci, *Telamones* Latini appellant, quæ signa sunt virili figurâ mutulos aut coronas in ædificiis sustinentia. Hi cæcorum claudorúmque figuram referebant [o]. Significat ædium fastigia, in quibus illi affixi erant; q. d. nisi transcensis ædium nostrarum fastigiis, non ingredieris [p]. Vel statuæ erant cæcorum & claudorum in muris effictæ; ad significandum arcem adeo celsam & munitam esse, ut vel à statuis istis defendi posset [q]. Sed hæc refutat v. 8. *Qui percussisset istos cæcos & claudos* [*]. [Verùm hoc non cogit; neque enim omnes τὸ *cæcos* conjungunt cum *percussisset*, ut videbis in annotatis ad illum versum.] 3. Idola, quæ Jebusæi quasi Deos tutelares in muris collocârunt [r]. Talia Israelitis cæca & clauda dicebantur, Psal. 115 [s]. 4. Chald. sic exponit, *nisi abstuleris peccatores & culpatos*, qui appellantur *cæci & claudi*, quia nihil rectè vel videant, vel faciant. Unde liquet habuisse David amicos in ea civitate, licèt major pars esset Jebusæorum [t]. 5. Seipsos intelligunt Jebusæi, quasi convitio militari sic à Davidicis vocati essent; vel à Davide se pro talibus haberi censerent [v]. Militari licentiâ hoc subinde ingerebant Jebusæi; *Non huc accedes quin te arceant cæci & claudi*; id est, ignavissimi quique [||]. 6. Significant urbem ità munitam esse, ut vel à cæcis & claudis propugnari posset [x]. Tibi non opponemus fortes, sed debiles, invalidósque, quòd locus munitissimus per se pauco præsidio tutari se possit [y]. Tales milites ibi collocârunt Jebusæi ad sarcasmum & irrisionem Davidis [z]. Fortasse, quod Athenis in Prytaneo scimus factum, in ea arce alebantur milites bello inutiles facti, quos ad resistendum satis fore aiunt [a]. Similis est historia Ezec 27. ubi Tyrii freti arcibus suis, Pygmæos in mœnibus posuerunt, eósque cum arcubus laxatis & tritis [b]. Sic ratiocinantur, David non potest removere è statione sua cæcos & claudos qui nobiscum sunt, nedum videntes & integros [c]. ¶ *Dicentes, non ingredietur David huc*, לֵאמֹר וגו׳] *Dicendo* (*tanquam dicerent*, P. V. *qui dicunt*, Jon. Ti. *& dixerunt*, Sy. Ar. *qui dicebant*, M. *dicentes*, ὁ. Os. scil. apud se & aliâs, Os.) *non ingredietur*, sive *veniet huc*, V. Mo. Potest referri ad Jebusæos, qui sic dicebant [d]. Plerique referunt ad cæcos & claudos, qui jactarent se arcem defensuros [†].

7. *Hæc est civitas Davidis*] i. e. Posteà sic dicta, v. 9 [f]. Cum Domino mutatur nomen, nè quod antiquæ impietatis vestigium maneret [g].

8. *Proposuerat præmium*] Heb. *Dixit* (*Dixerat*, V.) *namque*, P. Declarat quâ ratione arx illa fuerit expugnata [h]. Bene supplet Latinus quod subauditur in Hebræo [i]. ¶ *Qui percussisset*, &c. כָּל־מַכֵּה יְבֻסִי וְיִגַּע בַּצִּנּוֹר וְאֶת הַפִּסְחִים וְאֶת הָעִוְרִים שְׂנֻאֵי נֶפֶשׁ דָּוִד] *Quisquis percusserit Jebusæum, & attigerit canales*, sive *fistulas*, quibus pluvia tecti excipitur, V. *fistulam*, Mo. *Et accesserit ad imbrices*, Ti. *Pertingens ad illud emissarium*, JT. i. e. illum canalem, Pi. *Et tetigisset domatum fistulas*, Vulg. Rectè omninò. צִנּוֹר enim (quod bis tantùm occurrit, hîc & Psal. 42. 7.) propriè est tubus per quem aqua in declive fertur, putà ex monte vel ex tecto. Et ità ad Psal. 42. exponunt. Vulg. & ὁ. & Chald. & K. & AE [†]. Aquis corruptis cepit [David] arcem. Similia exempla vide apud Frontin. 3. 7 [k]. *Et tetigerit munitionem*, Mar. sim. Jon. [At Sy. & Ar. vertunt *tetigerunt clypeo cæcum*, &c.] *& claudos cæcósque*, sub. *percusserit*, M. P. Ti. JT. Ang. V. vel *dejecerit*, Os. vel *tetigerit*, Mar. (*qui pervenerint ad canales & ad cæcos & claudos*, AE. in M. sim. Ca. Strig. Belg. illósque telamones abstulerit, Ca.) *odio habitos animæ Davidis*; P. Ti. Mo. sic Ang. JT. Pi. Os. Bochartus sic vertit, *Quisquis percusserit Jebusæos, is dejiciat in alveum muro proximum, tam cæcos quàm claudos Davidi maximè exosos*. Quæ cùm planissima sunt, non erat cur viri docti in illorum expositione se adeo fatigarent. Gordonium imprimis miror, qui dicam hîc impingit, quasi fontes Hebræos hoc in loco corruperint. Porrò *Jebusæorum* nomen movet in *Ebuso*, insula prope Hispaniam, ubi una fuit ex Phœnicum coloniis [*]. Exosi erant ei, propter impedimentum allatum expugnationi, & quòd Jebusæi eas (statuas) colerent [l]. Vel propter illum sarcasmum,

v. 6.

[n] Belg. [o] Ca. [p] Q. in Ser. [q] Q. in La. [*] Pi. [r] Burg. in La. Os. [s] San. [t] Mart. [v] Q. in Ser. [||] BC. 4. 36. 344. [x] San. V. G. La. E. T. Pi. [y] V. [z] La. ex Procop. & To. Jo. Antiq. 7. 2 sic Mart. T. Mar. Ma. [a] Mar. [b] Mart. ex L. [c] Pi. [d] Ma. [†] Ma. Ità Jun. [f] V. [g] San. [h] V. sic Pi. [i] G. [†] BC. 1. 28. 599. [k] G. [*] BC. 4. 36. 345. [l] Mar.

v. 6 [m]. à simulachris ad homines per jocum transeunte dicterio: unde & natum proverbium [n]. Al. *Odientes animam Davidis*, M. *Et peccatores & culpatos* [hîc subaudiendum existimo *quos*] *abjicit anima Davidis*, Jon. Porrò sensus adhuc imperfectus est, ideò aliquid hîc supplent ex 1 Par. 11. 6. scil. *Erit caput & princeps militiæ meæ.* Ità V. sic P. JT. Ma. AE. in M. Hoc loco omittitur præmium, ut in Genesi pœna ejus qui occiderit Cain. [Ità Vatablus in notis ad Tigurina Biblia, ubi multa alia scitu non indigna reperies, quæ malo fato omissa sunt in illa Notarum Vatabli editione quæ habetur in Criticis.] Reticetur præmium, quia ità usitatum est in promissionibus & juramentis [o]. In oratione connexa quandoque ellipsis est posterioris membri, ut in hoc loco [p]. Ellipsis hæc est consequentis [q], & anantopodotos altero membro destituta [r]. Porrò quoties hujusmodi præmia proponuntur, semper intelligi debet, quantum liceat per legem Dei. Si quis enim fortè sceleratus, ut fit, ista præstitisset, qui supplicio potiùs quàm præmio afficiendus esset, David non debuisset promissis stare; &, nisi spiritûs impulsu hoc fecerit, (quod vix est credibile) certè peccavit præfecturam dando Joabo homini nefario, &c [s]. [Sy. sim. Ar. sic vertunt sine supplemento, *Quicunque percutiens Jebusæos, cæcum aut claudum clypeo* [forte pro צנור legebant צנה *clypeus*] *tetigerit, odio habet animam Davidis.*] ¶ *Idcirco dicitur in Proverbio*, sic Strig. [על כן יואמרו] *Ideo dicebant*, P. Mo. sim. M. Ti. vel *dicunt*, Sy. Ar. Mar. supple, *statutum esse*, Mar. *dicent*, ϐ. Pi. *dici solet*, JT. Pi. Locutio impersonalis [t]. ¶ *Cæcus & claudus non intrabunt in templum*, [לוא יבוא אל הבית] *Non intrabit in domum*, P. Mo. sic Jon. Sy. Ti. Of. Strig. sim. Pi. Ca. *In eam domum*, M. JT. Vel *in eam arcem*, M. V. G. Sionis. G. *In civitatem Domini*, ϐ. *Domum Dei*, Ar. Sensus hujus loci est, vel, 1. Obtento fortalitio, quod Jebusæi putabant per cœcos & claudos ab hostibus tuendum, dicebant David & viri ejus irrisoriè, *Non cœcus & claudus venient ampliùs in domum*, seu *arcem istam*, qui ipsam tueantur, sed viri fortes [v]. Proverbialis locutio locum habere videtur, quòd invalidi & infirmi arcendi sunt à propugnaculis [x]; Vel, 1. Quòd inepti & inutiles repelluntur ab officio, quod ambiunt [y]. Vel, 2 Proverbium est in eum qui se jactaret in re vana; q. d. Nè jacta te, &c. nè idem tibi eveniat, quod Jebusæis, qui in *cœcis claudisque*, &c. sese contra Davidem jactârunt; sed frustra [z]. Vel, 3. In eum qui id pateretur, quod molitus est alteri. Illi mirati sunt, se velle excludere Davidem ex arce. Sed ipsi ex ea ità ejecti sunt, ut nunquam possent in eam postea redire [a]. Fuit quidem apud gentes observatum boni ominis causâ, ut pullati aut deformes non prodirent in conspectum regum. Hoc verò ordinariè (ait Spiritus Sanctus) in domo Davidis fuit observatum, non omnium, sed claudorum & cœcorum respectu, neque ominis superstitiosi causâ, sed ad perpetuam historiæ hujus recordationem. Exceptus fuit ab hac lege Mephibosheth validiori aliâ lege pietatis & gratitudinis [b]. Constituit David ne quis in eam arcem ingrederetur cœcus aut claudus in historiæ antedictæ monumentum [c]; Hoc in odium istius irrisionis lege sanxit [d]. *Dicunt, David nunquam admittet in ea arce cœcos &* (aut) *claudos*, vel *dixerunt*; i. e. statuerunt, *nè postea ullus cæcus aut claudus intraret in eam arcem.* Fut. Heb. pro Præt. vel Præs †. Observandum est nomen sæpè homini, aut genti ab aliqua voce imponi, in qua aliquid singulare est. Sic Antigonus Rex Maced. *Doson* appellabatur, quia illi multum in ore erat δώσω; i. e. *dabo*; promittebat videlicèt multa, largiebatur nihil. Sic Gideon dictus est *Jerubbaal*, Jud. 6. 32. Ità hoc loco à dicterio suo, *nisi abstuleris cœcos & claudos*, Jebusitæ convitiali proverbio *cœci & claudi* dicti sunt [f]. Vel, 2. Instauravit David legem Mosis, nè cœci & claudi templum intrarent [g]. Antiquum erat dictum *cœcum & claudum à ministerio repellendum esse*, Levit. 21. 18. Id ex hoc tempore cœpit habere usum proverbii. Sensus autem est, Jebusæos nunquam in templum ingressuros, sive in locum unde expulsi sunt; eodem enim res recidit; cùm templum futurum erat in Jerusalem, & arca Domini in arce Sion, sive in civitate David. Neque id de omnibus Jebusæis intelligendum est, sed de his superioris civitatis incolis, nam & Areuna erat Jebusæus, de quo infrà cap.

[m] Pi. sim. Ca. [n] Ca. [o] Q. in Belg. [p] Glas. gram. 708 [q] Jun. [r] Ma. [s] Mart. [t] Pi. [v] M. [x] Ma. [y] Q. in Ma. [z] Pi. [a] Mart. [b] Ma ex Jun. [c] G. sim. Salian in Me. [d] Mar. † V. [f] San. [g] Mar.

24 [h]. Templi ingressu arcet cœcos & claudos, non quidem Hebræos (hos enim in Templo curavit Christus, Mat. 21. 14.) sed Jebusæos [i]. 3. Mihi id maximè placet, hoc solitum esse dici, quoties id accidisset, quod putabatur non posse fieri. Cœci & claudi negabant Davidem capturum arcem, & tamen cœpit [k]. 4. Putant hoc dici de re impossibili, quam quis tentat, *cœcus & claudus non intrabunt in templum*; q. d. Rem impossibilem tentas, sed frustrà [l]. 5. Sensus est, Nemo collocet idololatricas imagines in domo sua, quia nihil in eis est neque auxilii, neque præsidii [m]. [Ità omnes proverbium hoc esse volunt; quod tamen non videtur necessarium; nam neque phrasis hoc cogit, quæ aliter non rarò accipitur: & potest esse tantùm repetitio prioris dicti, tanquam argumenti quo motus David præmium hoc victori proposuerit, *quia* (ad verb. *propter sic*) *dixerunt* (fut. pro præt. quod tritissimum est) vel *dixerant, cœcus & claudus non intrabunt domum hanc, sive arcem*; i. e. cœci & claudi Davidis milites non intrabunt, &c.]

9. *Et ædificavit*] Sub. *murum*, V. vel *civitatem*, ϐ. ¶ *Per gyrum à Mello & intrinsecus*, [סביב מן המלוא וביתה] *Per circuitum à Millo, & intra*, Ti. Vel *intra domum*, P. *Ab obstructione & interiùs*, Jon. *A munitione ipsa introrsum*, JT. *A Millo introrsum*, sub. *vergendo*, V. *In circuitu à summo, & domum suam*, ϐ. Qu. Quid hîc *Millo*? Resp. 1. Locus erat & platea comitiorum, ubi congregabatur populus [n]. Sic dicebatur, quòd hominibus impleri solebat [o]. Ergo forum exstruxit, & circumcirca alia ædificia [p]. 2. Agger qui cingebat arcem [q]. 3. Fossa circa arcem, quòd aquâ impleretur, sic dicta [r]. At Jerusalem erat in loco siticuloso, & semper laboravit aquarum penuriâ [s]. 4 Erat vorago quædam, & vallis profunda & lata, quæ montem Sion à civitate inferiore distinguebat; quam Salomon tandem coæquavit, & complevit, unde *Mello* dicta [v]. Ità per prolepsin dicitur hoc loco [x].

11. *Misit Hiram*] Exstabant horum Regum inter se epistolæ in Tyriorum archivis Josephi tempore [y].

12. *Et cognovit David*, &c.] Ex prospero successu [z]. Vel potiùs ex spiritu Prophetico [a]. [Vel ex utroque.]

13. *Accepit adhuc Concubinas*] Vide quæ suprà Jud. 8. 31 [b]. item Gen. 35. 22 [c]. Hoc consilio, 1. Ut multos haberet filios, qui sunt firmamenta domorum [d]. 2. Ut sibi præcipuas Israelitarum familias vinculo affinitatis adjungeret †. 3. Ut unus saltem filius esset, qui Deo placeret, & sibi in Regno succederet [f]. Habuit David 8 uxores, & decem concubinas, ut ex historia Absalomi patet. Hoc fecit David in tanta fœlicitate, quod fortasse probari non possit. Sed neque ex tot uxoribus libido adulterandi extincta est. Et certè David, quod nunc cupidiùs ingurgitat, posteà coactus est evomere. Eas enim constupratas posteà à se dimisit [g]. [Alii aliter;] In hoc non videtur peccâsse, tum quia Deus eas in donum quodammodò dedisse videtur; tum quòd nusquam ea de causa reprehensus sit [h].

16. *Elisama*] Bis hic ponitur 1 Par. 3 6. & 8. quia duos habebat filios sic dictos, vel simul, vel successivè [i].

17. *Audierunt ergo Philistim*, &c.] Prævidit hoc Deus, nè David prior illis inferret bellum, nè videretur ingratus. Palæstini, cùm audirent Judæos civili inter se dissensione laborare, prudenter bellum distulerunt; ut à se mutuò lacerarentur, & nè, si accessisset externus hostis, illi inter se, ut fit, redirent in gratiam. Nunc autem incipiunt totis viribus bellum gerere [k]; ut eliderent recentem hanc plantam, [Davidem] antequam adolesceret [l]. ¶ *Ut quærerent David*] Scil. ad dimicandum cum eo [m], vel ad necem [n]. ¶ *Descendit in præsidium*, [אל המצודה] *In munitionem*, ϐ. Mo. sim. M. vel *arcem*, Jon. P. Ti. ut ex arce procederet contra Phelistæos, ut explicatur 1 Paral. 14. 8 [o]. Descendit ad pedem sui propugnaculi, & ibi stativa posuit [p], non ut operam suam subtraheret subditis, sed nè temerè Deóque inconsulto se periculo objiceret [q]. *Descendit*, quia urbs Jerusalem arce altior erat [r]. Occupavit loca munita, aditus, &c. nè possent Pelistæi irrumpere [s]. [Sy. & Ar. מצודה accipiunt pro nomine loci.] *Descendit* nempe cum exercitu*.

18. *Diffusi sunt*, [וינטשו] *Et diffuderunt se*, P. Mo. Ti. V. sim. M. Vox נטש, sicut & פשט, sign. *diffundi ad prædam*, v. 2 [t]. *Et concurrerunt*, ϐ. *expansi sunt*, Jon. *dissiti*

[h] San. [i] La. [k] Mart. [l] La. [m] Of. [n] He. in V. [o] K. in M. [p] Mar. [q] Q. in V. [r] Q. in V. [s] Mart. [v] Me. La. San. L. Jo. & Adrichom. in La. [x] La. [y] Ma. [z] G. [a] Me. [b] San. [c] G. [d] V. † Me. sim. Mart. [f] Q. in Mart. [g] Mart. [h] Me. [i] La. [k] Mart. [l] San. [m] Mart. sic Me. V. [n] Pi. [o] Ma. [p] Ma. ex Jun. [q] Of. sim. Jun. [r] Mar. [s] Q. in Ma. * Q. [t] Mar.

dissiti sunt, JT. *castra fixerunt*, Sy. Ar. sic V. ¶ *In valle Rephaim*] Ità Mo. [& omnes nostri.] *Gigantum*, Sy. Ar. *Fortium*, Jon. *Titanum*, ὁ. Ibi olim gigantes habitârunt [v]. Est loci nomen propè Jerusalem [x]. Fuit ea vallis in tribu Benjamin ferè extrema versùs Occidentem, & Philistæorum regionem [y].

19. *Et consuluit Dominum*] Per Abiathar sacerdotem [z]. Confer 1 Sam. 23. 9. & 30. 7 [a]. ¶ *Tradens dabo*] Verba hæc geminata insignem pollicentur victoriam [b], & certissimam [c].

20. *Sicut dividuntur aquæ*, כְּפֶרֶץ מַיִם] *Secundùm* vel *juxta rupturam (divisionem*, P. *tanquam irruptione*, JT.) *aquarum*, Mo. Ma. V. sic Sy. id est, sicut aquæ inundationis tempore ripas & omnia perrumpunt [d]. *In morem inundationis aquarum*, M. *sicut aquæ disrumpuntur*, ὁ. Ar. vel *funduntur*, Ca. *dissipantur*, Ti. sicut aquæ, quæ scilicet effusæ dissipantur, exsiccantur, & tandem evanescunt [†]. Proverbialis est locutio significans facilè aliquid & omninò perire [f]. Significat ipsorum animos redditos fuisse molles & effœminatos. Aquæ enim facillimè omnibus modis, vel baculo, vel pede, vel etiam digito secari possunt. Ità illi fugiunt, multis viis dissipati [g]. ¶ *Vocatum est nomen loci*] Heb. *vocavit*, scil. quisque, vel, qui nomen loco imposuit, vel ponitur impersonaliter, pro, *vocatum est* [h]. Sancti viri volunt æternam extare memoriam beneficiorum Dei: atque eâ causâ trophæa excitant [i]. ¶ *Baal Pharasim*, בַּעַל פְּרָצִים] Id est, *Dominum* vel *Deum ruptionum*. Fortè irridet Deum Palæstinorum, qui in conflictu eos & se deseruit, ut tanta ruptura hominum deorúmque sit edita [k]. *Habens rupturam* vel *fracturam*, La. *In planitie rupturarum*, V. Jun. Pi. He. in M.

21. *Reliquerunt ibi sculptilia sua*] Heb. *dolores suos*, Vide 1 Sam. 31. 9. Hinc colligitur Gentes illas solitas idola secum in bellum sumere [l]. Solebant Gentes secum & viæ socios, & pugnæ duces habere tutelares Deos. Vide Virgil. Æneid. 6.

Errantésque Deos, agitatáque numina Trojæ.

& lib. 8. ubi in pugna Actiaca Ægyptios Deos cum Romanis componit:

Omnigenúmque Deûm monstra, & latrator Anubis, &c.

Sic anteà Hebræi Arcam in castra tulerant [m]. *Quæ tulit David*, sic M. Ti. Mo. Sy. Ar. וַיִּשָּׂאֵם] *Quæ sustulit*, JT. *abstulit*, Ca. G. incendio, ut habetur 1 Par. 14. 12. ex lege Deut. 7. 5 [n]. *Ceperunt*, ὁ. non ut sibi retinerent, sed ut ea incenderent [o]. *Quæ combussit*, P. Jon. Sic exponit hoc loco istud verbum doctus inter Hebræos [p].

22. *Et addiderunt*, &c.] Nè victi quidem possunt conquiescere. Et redeunt in eundem locum, ubi tantam cladem acceperant, ità bis ad eundem lapidem impingunt. ¶ *In valle Rephaim*] Nec immeritò. Perinde enim acsi fuissent ex veteri Gigantum stirpe oriundi, Deo ipsi arma infesta attulerunt [q].

23. *Consuluit Dominum*] Quem agnoscit authorem victoriæ. Nihil sibi tribuit [r]. ¶ *Non ascendas*] Sub. *nunc*, Ma. ex P. q. d. expecta tantisper. vel, *non rectà*, i.e. à fronte, sed post tergum [s]. ¶ *Contra eos*] Pro quo habetur 1 Par. 14. 14. *Non ascendas post eos*. Post Philisthæos ire bene dicitur is, qui rectà tendens ad Philistæorum castra, per eam viam graditur, cui etiam illi insistere solent, cùm ad suos post velitationes aut prælium revertuntur [t]. ¶ *Gyra post tergum eorum*] Ità M. sim. Mo. Ma. Jon. Ti. Unde minimè venturus puteris. Stratagema [v]. הָסֵב אֶל אַחֲרֵיהֶם *Reverte ab eis*, ὁ. *Diverte à persequendis eis*, JT. *Revertere à tergo eorum*; Sy. *Invade illos à tergo ipsorum*, Ar. *Circumeas post eos*, Ti. ¶ *Ex adverso pirorum*, מִמּוּל בְּכָאִים] *Ex adverso mororum*, P. Mo. JT. M. G. Mar. Ma. ex He. Ti. Nomen habet à fletu. Notant hanc arborem producere baccas succo plenas, quæ expressæ profundunt succum instar lacrymarum [x]. *E regione arborum*, Jon. *ab adverso* (vel *in montibus*, Ar.) *bochim*, Sy. Ar. πλήσιον τοῦ κλαυθμῶνος, *prope plorationem*, ὁ. Locus dictus est *plorationis*, quòd hîc Philistæi stragem, & suam & idolorum, deplorârint [y]. Videtur esse *locus flentium*, de quo Jud. 2. 5. Dicunt Hebræi Davidem irrupisse in castra Philistæorum eò loci, ubi erant idola, in quibus Philistæi maximè confidebant [z]. Hesychius βάκχον, κλαυθμὸν φοίνικες. An hinc βάκχοι [†].

[v] Me. [x] Mar. sic La. [y] Me. [z] Me. Pi. [a] Pi. [b] Me. [c] V. [d] V. sim. Str. g. Mar. M. [†] Os. [f] San. [g] Mart. [h] Ma. [i] Mart. [k] Ma. [l] Pi. [m] San. [n] G. sic Me. La. Pi. [o] Mar. [p] V. [q] Mart. [r] Mart. [s] Ma. [t] Me. [v] G. [x] Ma. sim. Mar. [y] He. in La. [z] La. [†] G.

24. *Cùm audieris sonitum gradientis*, &c. אֶת־קוֹל צְעָדָה] *Vocem*, sive *sonitum incessûs*, P. Mo. Ti. Sy. V. vel *ingressûs*, scil. mei, cùm audieris me gradientem, &c [a]. Strepitum quasi hominum gradientium super cacumina, &c [b]. *Vocem clamoris*, Jon. sic Os. *gradientis*, Heb. *vocis incedentis*, Os. *sonitum commotionis*, M. strepitum foliorum à vento excitatum [c], præ quo Pelisthæi non poterant percipere strepitum exercitûs Davidis adventantis [d]. Intelligo sonos quasi curruum, & advenientis exercitûs, sicut 2 Reg. 7. 6. Favent ὁ. qui habent συγκλεισμοῦ, vocem *conclusionis*; q. d. hostilis exercitûs, à quo concludendi sint nè fugiant, & cædendi. Alii legunt συσσεισμοῦ *concussionis*; h. e. quasi exercitûs per sylvam ambulantis, eámq; concutientis [†]. *Sonitum ungularum equorum super cacumen montium Bochim*, Ar. *Cùm audieris nemora commota sponte suâ sine vento*, Theod. in Nobil. Quando videris arbores commoveri, & fragorem quendam in summitatibus suis, hoc tibi erit signum præsentiæ meæ; scito Angelos advenire qui pugnabunt, &c [f]. ¶ *Tunc inibis prælium*, אָז תֶּחֱרָץ] *Tunc movebis te*, Mo. P. sic JT. Pi. M. Mar. & castra tua, Pi. q. d. tunc irrues in hostes [g]. *Roborabis*, vel *fortificabis te*, Q. in V. *Tum gnaviter rem geras*, Ti. *Tunc incides, decides, decernes*, ferro. Propriè, *tunc acues, stringes, exertabis vires tuas*, Ma. ¶ *Tunc egredietur Dominus*, יְהוָה] Deus pater de Deo filio loquitur [h]. *Jehovah*, per angelos suos [i]. *egredietur angelus Domini*, Jon. in V. egressus præcedet te [k]. Pollicitus erat Deus Levit. 28. se effecturum, ut hostis fugiat à strepitu folii volitantis [l].

25. *De Gabaa*] Ubi exordium pugnæ factum est [m]. At 1 Par. 14. est *Gabaon* [n]. Vel, eadem urbs est [o]. Vel, hæc loca vicina sunt [p]. Aut ager, ubi pugnatum, vel utrique communis erat, vel ab utraque æqualiter distat [q]. Heb. *Ghebagh*. Hæc est illa famosa Ghebagh Saulis, in sorte Benjamin, de qua Jos. 18. 24. ¶ *Usque dum venias Gezer*] De hac vide Jos. 10. 33. & 16. 10 [r]. Urbs erat in tribu Benjamin [s]; vel in tribu Ephraim [t]. Eam tum occupabant Palæstini [v]. *Usque Gezara, quod oppidum in utrorumque confinio situm erat* [x].

[a] Mar. [b] V. [c] Os. sim. Mar. Ma. [d] Ma. [†] Me. [f] M. [g] Mar. [h] Os. [i] Pi. [k] V. [l] Mart. [m] San. sim. Me. [n] San. [o] La. [p] La. ex San. [q] San. [r] Ma. [s] V. [t] Me. Ma. [v] V. sim. Ma. [x] Jo. in Mo.

CAP. VI.

1. *Congregavit rursum*, וַיֹּסֶף עוֹד] *Et collegit* vel *congregavit adhuc*, ὁ. Mo. Pi. *rursum* vel *iterum*, M. Ti. JT. Sy. *secundò*, Ma. Ratio loquendi concisa pro וַיֹּסֶף עוֹד לִקְבּוֹץ, *Et perrexit David insuper colligere*. Ità R. Jesaias. Notat hic Kimhi, וַיֹּסֶף idem esse quod וַיֶּאֱסֹף *Et collegit*; ut וַיּוֹתֶר *moratus est*, 2 Sam. 20. 5. ab אֵחַר. item תֹּסֵף *colligis spiritum*, &c. Psal. 104. 29. pro תֶּאֱסֹף. Potest tamen esse à יָסַף *addidit*, vertíque, *Addidit adhuc colligere*, Ità Jon. Hæc K [*]. David bis eandem ob causam eos congregâsse docetur, 1 Par. 13. à vers. 1. ad 6 [y]. At potiùs referendum hoc ad priorem congregationem Israelitarum ad pugnandum cum Philistæis; quod quidem non expressè narratur, sed ex narratione colligitur suprà, cap. 5. v. 17. &c [z]. ¶ *Omnes electos*] Malim *juvenes*, Pi. sic ὁ. Id בָּחוּר significat [a]. *Omnem delectum* militem, Ti. robore & fortitudine præcellentes, vel ut ante arcam saltarent; vel, nè Philistæi venirent, & arcam ipsis eriperent, sicut fecerant tempore Saulis [||]. ¶ *Triginta millia*] Ità omnes. At Græci *septuaginta millia* ponunt [b]. In Complut. autem habent *triginta millia* [c]. Vera lectio videtur esse 300 millia, quo nos trahit 1 Par. 12. collat. cum 1 Par. 13. 1 [d]. Sed præceps & temeraria est hæc conjectura, quia omnes libri ità legunt. Et ex illis verbis יֹסֶף עוֹד colligunt Interpretes, duas (vel plures, K in Buxt.) populi collectiones factas esse, 1. In Hebron, ad Davidis inaugurationem in Regem, quæ præcessit, & est major illa summa 340000, 1 Par. 12. 2. Ad comitandam & deducendam arcam, de qua agitur 1 Chron. 13. & 2 Sam. 6. Collegerat antea ad bellum Philistæorum, jam verò ad deducendam arcam, inquiunt K. & Abarb [†]. In Paralipomenis videtur historia nonnihil perturbata. Ibi enim bellum narratur susceptum post reductam arcam: hîc autem confecto bello, arca reducitur. Ubi arcem Sionis expugnavit, non vacat otio

[*] Buxt. vind. p. 1011. [y] Ma. ex Jun. [z] Pi. [a] Pi. [||] Abarb. in Buxt. [b] G. [c] Nobil. [d] G. sic Capel. in Crit. [†] Buxt. ib. 1012.

otio & deliciis, sed animum confert ad studia pietatis †.

2. *Surrexitque David, & abiit, & universus populus qui erat cum eo de viris Juda*] Ità M. Sy. sim. Ca. Strig. Os. Mar. *A Dominis Jehuda*, Mo. *de principibus Juda*, ó. sim. Os. *ex civibus* (*civitatibus*, Jon.) *Juda*, Strig. *Cum omnibus copiis Judaicis*, Ca. *Populus Juda*, Ar. [Ità hi vertunt, מִבַּעֲלֵי יְהוּדָה] Favent huic interpretationi accentus Hebraici. בַּעַל item *virum & principem* significat [f]. Aliis autem est nomen proprium loci, sive urbis [g]; quod docet collatio alterius loci [scil. 1 Par. 13. 6.] & relativum מִשָּׁם *exinde*, quod ad præcedentem certum locum respicit †. Dicitur alio nomine *Cariathjearim*, ut vides Jos. 15. 9 [h]. & 1 Par. 13. 6 [i]. & *Kirjath Baal*, Jos. 15. 60. & *Baala*, 1 Par. 13. 6 [*]. Nomen hîc est plurale, *de Bahalibus Jehudæ* [k], quòd urbs b partita & gemina esset. Vide ad 1 Sam. 7. 1 [l]. In eo loco ad hoc tempus fuit Arca, 1 Sam. 6. 21. & 7. 1 [m]. *De Baala* (*Bahalibus*, JT.) *Juda*, V. P. G. Ti. Ang. Belg. Ma. Sed videtur hoc diffidere à 1 Par. 13. 6. ubi legitur David contendisse בַּעֲלָתָה *Baalam*, ut arcam inde aveheret; at hîc discedere מִבַּעֲלֵי, *à Baale*, ut abducat arcam [n]. Quid dicendum? Resp. 1. Hoc Cl. Fullerum ità perculit, ut מִבַּעֲלֵי etiam verteret *ad Baalam* [o]. מ inter alia multa, quandoque *ad* sign. sive motum ad locum, ut suprà Gen. 13. 11. *Profectus est* מִקֶּדֶם; id est, *ad orientem* [Vide ibi de ea re fusè annotata.] Huc pertinet Esa. 18. 2. (aliter 17. 3.) & *fugiet* מִמֶּרְחָק, *ad longinquum*; h. e. procul, sive quàm longissimè [p]. Resp. 2. Non opus est novam ת״ל Mem significationem affingere. Utrumque enim verum est: *Davidem* primò ivisse *Baalam*, 1 Par. 13. deinde ex ea discessisse, ut arcam abduceret, 2 Sam. 6. Sic exploratores à Mose missi & in vallem Escol venerunt, & ex ea discesserunt [r]. *Abiit Bahalibus*, [vel *de Bahale*, &c.] quò fuerat cum populo profectus, 1 Chron. 13 [s]. Loquitur [hoc loco] de reditu [t]. Resp. 3. Potest hic esse sensus, *Ivit David*, &c. *& populus qui erat cum eo ex Baale Jehuda*; ut innuat cives loci istius ascendisse ex civitate sua ad Davidem, ut deinde illum & arcam suam comitarentur: sic nihil est inconveniens, nisi quòd nomen loci reticetur, in quem deducenda fuit arca [v]. ¶ *Ut adducerent arcam Dei*] Tum ut haberet David arcam apud se, & coram ea Deum coleret; tum ut honoraret arcam, collocando ipsam in urbe regia; tum ut evaderet calamitates, quas Deus immiserat ob neglectè habitam arcam in Gabaa [x]. ¶ *Super quam invocatum est*, &c. אֲשֶׁר נִקְרָא שֵׁם שֵׁם יְהוָה צְבָאוֹת יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים עָלָיו] Bis hîc in Hebræo est שֵׁם [y]. [אֲשֶׁר item & עָלָיו variè *reddunt*. Hinc versionum varietas.] 1. Fortè priori loco legendum שָׁם [z]. *ibi*, vel *istic*; *ubi* (h. e. *super quam*) *invocatur nomen Domini*, &c. vel expungendum est alterum שֵׁם, & priùs punctandum שָׁם *Isthic*, hoc modo, *Ubi* (h. e. *super quam*) *invocatur Deus* [a]. 2. Nonnulli שֵׁם accipiunt non pro proprio Dei nomine, ut Levit. 24. 11, 16. (quomodò P. & JT. sumunt) sed appellativè; Ità RS. & K. hoc modo, *Cujus vocatur nomen, nomen* (scribo *Nomen*, Di.) *Jehovæ exercituum* [Hactenus cum iis consentiunt, Di. M. Ti. Os. Strig.] *sedentis in* (*habitantis inter*, M. Ti.) *Cherubim* (hîc suppleo *est*, Di.) *supra eam*, Di. M. Ti. *Habitat super ipsam inter Cherubim*, Strig. *Habitat super Cherubim in ea*, Os. [Sed Capello hic sensus non placet, ut arca vocetur *nomen Domini*, &c. vel יְהוָה; sic enim nomen Jehovæ non erit soli Deo proprium; quod contendunt Sociniani.] At nihil videtur necesse [b]. 1. Si ad verbum reddamus, non tamen nomen יְהוָה arcæ tribuitur, Sed hic erit sensus: *Quæ* (*arca*) *vocatur*; *Nomen, Nomen, inquam Domini*, &c. h. e. quæ inde celebratur, quòd Deus illic se præsentem ostendat [c]. 2. Simplicissimum est, ut אֲשֶׁר non ad אֲרוֹן *arcam*, sed ad אֱלֹהִים *Deum* referatur, ac vertamus, *qui vocatur Nomen, Nomen Jehovæ*, &c. (vel *cujus* (scilicet Dei) *nomen, vocatur Nomen Dei exercituum*, &c. Q. in Buxt.) Egregia est Arcæ commendatio, quòd sit arca istius Dei, qui quum sit incomprehensibilis, vocatur absolutè *Nomen*, & quidem *Nomen Jehovæ*, &c [d]. 3. Aliis ellipsis est ב ante שֵׁם †, *Quæ* (*Arca*) *vocatur* בְּשֵׁם *de nomine, nomine Domini*, &c. Buxt. Confer similem phrasin Esa. 4. 1. & alibi [f]. quia scilicet vocatur Arca Dei, qui mag-

† Mart. — f Mar. — g Ità V. G. Glass. — † V. G. sic M. — h Glass. gram. 662. — i G. — * BA. — k Ma. ex JT. — l Ma. — m G. — n BA. 1. 2. 37. 371. — o BA. ib. — p Glass. 662. — r BA. ib. — s Pi. sim. V — t V. — v Buxt. vind. 395 — x Is. — y G. — z G. ex Cap. — a Capel. Crit. — b Di. — c Buxt. vind. 2. 13. 999. — d Di. — † Buxt. 2. 13. 874. — f Di.

num & adorandum illud Nomen gerit. *Cujus nomen vocatur nomine Domini exercituum, qui habitat inter Cherubim*, Ang. 4. Vel ità, *super quam invocatur nomen, nomen, inquam Dei*, &c. eodem sensu. Sic 2 Chron. 6. 33. *Quòd nomen tuum invocatur super domum hanc*; h. e. quòd vocetur domus tua. Esa. 63. 19. *Non vocatum fuit nomen tuum super eos*; h. e. non vocati sunt de nomine tuo. Vide & Deut. 28. 10. Jer. 7. 11. &c. Frequentissima est illa constructio נִקְרָא cum עַל [g]. 5. [Veteres omnes ad *Deum*, non ad *Arcam* hoc referunt.] *In quo* (*super quam*, ó. *ubi*, Sy.) *invocabatur nomen Dei*, vel *Domini*, &c. Jon. ó. Sy. *Ex qua nomen Domini fortissimi vocatum est*, *Dominus Cherubim*, Ar. sim. Belg. *Per quam* (arcam scilicet) *nomen invocatur*; *nomen Domini exercituum*. Confer Levit. 24. 11. Deut. 28. 58 [h]. Sed quomodò invocatum est nomen? Resp. 1. Quia arca vocatur *arca Domini*. 2. Quia coram arca fundebant preces ad Deum sedentem super Cherubim; atq; ità quod sequitur, *sedentis in Cherubim* est, redditio causæ ob quam invocaretur super arcam nomen Domini [i]. 6. [Alii notant de arca hîc non prædicari nomen *Jehova*; sed totam hanc sententiam: de quibus partim dictum, & porrò agendum. Sic ergò ipsi vertunt.] *Super quam invocatur nomen, nomen* inquam *Jehovæ exercituum sedentis inter Cherubim*, qui sunt *supra eam*. Ità P. & ferè ó. & Vulg. At non potest verti *super quam*, &c. nisi ת״ל אֲשֶׁר addas עָלָיו in fine versûs, quod perperam reddunt rursus in fine. Id ergo rectè omisit Junius, sed עַל pro *ad* vel *juxta* accepit [k], *ad* vel *apud quam* (Heb. *quâ*, Mar.) *invocabatur* (i. e. colebatur; Synecdoche usitata, ut Gen. 4. 25 [l].) *nomen, nomen Jehovæ exercituum insidentis Cherubinis*; JT. Sic Mar. Glass. Ang. Buxt. עָלָיו construitur cum אֲשֶׁר per pleonasmum tritissimum [m]. אֲשֶׁר cum aliis etiam relativis sæpè conjungitur, ut Gen. 1. 11. אֲשֶׁר זַרְעוֹ בוֹ *quo sit semen suum in eo*; h. e. in quo sit semen suum, Exod. 25. 29.——& *scopulas ejus*, אֲשֶׁר יֻסַּךְ בָּהֵן *quibus tegetur in illis*; i. e. quibus tegetur. Jer. 1. 2. אֲשֶׁר *Quem fuit verbum Domini* אֵלָיו *ad eum*; h. e. ad quem fuit verbum, &c. Sic etiam Exod. 6. 4. Psal. 1. 4. Marc. 7. 25. Act. 15. 17 [n]. Convenientissimus est hic loci sensus. קָרָא Sæpe ità constructum reperitur cum אֲשֶׁר & עַל, ut 2 Chron. 7. 14. Jer. 7. 10, 11. & 34. 15. Dan. 9. 18. Geminatio שֵׁם est de emphasi & elegantia. Vide Thes. Gram. 2. 2. Accentus Revia, priori שֵׁם impositus, tantùm exiguæ respirationis nota est, quæ hîc facienda. Præterea Deus sæpe vocatur יוֹשֵׁב הַכְּרוּבִים *Insidens Cherubinis*, nec ullibi additur, *qui sunt super arcam*, nè quidem ubi arcæ mentio præcedit, ut 1 Sam 4. 4 [o]. & in loco parallelo huic nostro 1 Chron. 13. 16, Vide & 2 Reg. 19. 15. Psal. 80. 2. & 99. 1 [p]. Constructionem hanc probavit Abarbanel, sed paulò alio sensu. עָלָיו Sumit pro *per* seu *propter quam*, & קָרָא in sensu *proclamandi* vel *prædicandi*, ut Jon. 3. 2. *Per & propter quam promulgabatur & mirabiliter divulgabatur nomen, Nomen Domini*, &c. *tam in terra Philistinorum, quàm in medio Israelis*. Nempe *propter miracula quæ fecit arca*. Elegans expositio. In 1 Chron. 13. 6. habetur, *arcam Dei*——אֲשֶׁר נִקְרָא שֵׁם quod reddendum videtur, *quæ vocatur SCHEM nomen*. Sed locus hic concisus perficiendus est hoc loco Samuelis pleniore & planiore, אֲשֶׁר עָלָיו נִקְרָא שְׁמוֹ [q]. Super *quam invocatur*, &c. Hebraismus, *quæ vocatur*, sive *dicitur arca Dei* [h]. *Super quam invocatum est nomen Domini*, &c. i. e. Arcam, quam Hebræi appellabant figuratè *Dominum exercituum* [i]. *Vocatum est nomine Domini*. Tanta erat Arcæ dignitas & majestas. Neque hoc rarum, aut novum. Nam Sacramenta sæpe gerunt nomina earum rerum, quas significant [k], *ad* vel *apud quam*, &c q. d. super quam est Domini majestas, quæ ibi invocatur. *Sedentis in Cherubim super eam*. Super alas Cherubim quæ propitiatorium inumbrabant [l].

3. *Imposuerant arcam Dei super plaustrum novum*] Haud dubiè exemplo Philistæorum, 1 Sam. 6 [m]. Mendosè. Humeris enim portanda fuit, Num. 4. 15. hîc infrà 13. 1 Par. 15. 15 [n]. atque ob id ipsum plaustra boum Koathitis non concessa fuerant, ut reliquis Levitarum [o]. Plaustrum novum nec usu attritum alieno adhibuerunt, ex pietate. Vide quæ ad 1 Sam. 6. 7 [p]. ¶ *Tuleruntque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa*] Hæc verba explicata vide

g Buxt. 998. — h Belg. — i Mar. — k Di. — l Jun. — m Buxt. 872. — n Glass. gram. 3. 2. p. 321 — o Buxt. 873. — p Buxt. 997. — q Buxt. 874. — h V. — i G. — k Mart. — l Me. — m Pi. et Ma. ex Jun. Mo. — n G. sic Jun. Pi. Ma. Mart. Me. BA. — o BA. 1. 2. 37. 371. — p San.

vide ad verf. feq. ¶ *Filii Abinadab*] Videtur ipse Abinadab jam deceffiffe; alioqui non receffiffet ab arca, cujus tamdiu fidelis fuerit cuftos; neque omiffo patre, filiorum tantùm facra hiftoria meminiffet q.

q San.

4. *Cùmque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa cuſtodiens arcam Dei*, וַיִּשָּׂאֻהוּ מִבֵּית אֲבִינָדָב אֲשֶׁר בַּגִּבְעָה עִם אֲרוֹן הָאֱלֹהִים] *Et tulerunt* (vel *tulerunt, inquam*, P.) *eam de domo Abinadab quæ in colle*, ὁ. Ang. vel *in ipſo colle Dei*, JT. Vel *quæ erat in Gibea*, Sy. P. V. Mo. fim. Ar. [Referunt τὸ אֲשֶׁר ad בֵּית *domum*. Ultima autem verba prætereunt ὁ. & Ar. reliqui verò fic reddunt;] *arcam Dei*, Sy. P. V. Glafs. Jungitur cum *eam*; *eam nempe arcam Dei*. עִם pro אֶת accipiunt r. Sic vertendo repetitur verfus præcedens s. Notant Hebræi antecedens, feu nomen, ad quod relativum refertur, quandoque repeti poft relativum, ad *augendam declarationem*, & tollendam amphibolism. Quod K. fic exprimit; *venit notificativum, ſeu nomen ipſum poſt pronomen*, &c. fic Gen. 13. 16. *Quem ſi quis poterit numerare pulverem terræ*, & Gen. 2. 19. *Et quodcunque vocaret* לוֹ *ipſi Adam*, נֶפֶשׁ חַיָּה *animæ viventi*. Nomen חַיָּה præcedit, cui refpondet relativum לוֹ mafc. (quia habetur ratio fexûs mafculi tanquam dignioris) & tamen חַיָּה repetitur. Vide & Exod. 7. 11. (al. 14.) & 35. 5. Jof. 1. 2. Jerem. 27. 8. Huc referunt hunc locum,—— *eam è domo*——, *arcam Dei* t. Capellus cenfet verfum quartum hîc redundare, eò quòd fit mera repititio antecedentium, neque extet 1 Chron. 13. 8. errore orto ex repititione τῶν *plauſtrum novum*, in medio & fine verfûs tertii. Nempe cùm librarius abfolviffet defcribere verfum 3. putavit fe tantùm dimidium verficulum defcipfiffe: itáque denuo defcripfit ifta, וַיִּשָּׂאֻהוּ &c v. [At Buxtorf. illi fic aurem vellit;] 1. Quomodò unus fcriba errans omnes inficeret codices? 2. Cur repetitiones judicantur fupervacaneæ? Nullúfne illorum ufus eft, quia nos eam non videmus? 3. Rectiùs K. *Iteratò dicitur, ET TULERUNT EAM; quod v. 3. dictum fuit, quod illi deduxerint eam; explicatur jam v. 4. quomodò deduxerint; quòd ſcil. Achio iverit ante arcam, Uza autem cum arca.* 4. Q ultima verba aliter reddunt x. *Et tulerunt eam cum arca Dei*, Jon. Mo. Q. in V. הוּ in יִשָּׂאֻהוּ volunt referre *arcam*, feu *capſulam, in qua erant repoſita donaria Palæſtinorum*, quam tulerant è domo Abinadab unà cum arca Dei y. Vel, *& deportaverunt illud* (plauftrum) *è domo Abinadab cum arca Dei*, fcil. impofita. Ità הוּ referendum ad *plauſtrum*. Obj. Differunt genere, nam הוּ eft mafc. at plauftrum in Heb. eft fœmin. Refp. Hæc enallage fæpe contingit. Vel fupplendum hîc aliquod participium, ut à Junio factum z. Scriptura abbreviata eft a, *Tulerunt eam è domo Abinadab*——(fub. vel *euntes*, cum JT. in priori editione, tefte Buxt. vel *Uza eunte*; vel *& venerunt*, Buxt. ex RS. & R. Jef.) *cum arca Dei*. Vel *comitantes arcam Dei*, ut JT. in pofteriori editione b. Errant qui relativum אֲשֶׁר referunt ad arcam, quo implicatur conftructio; Refertur potiùs ad Abinadab c. Porrò גִּבְעָה hîc non eft nomen urbis d; fed appellativè ponitur, & fign. *collem*. Ità V. ὁ. JT. Ang. Me. Hic autem collis erat in urbe *Cariath-jearim*, quod expreffè habetur, 1 Par. 13. 6 †. ¶ *Abio præcedebat arcam*] Nimirum ut duceret boves quæ plauftrum trahebant, ex v. 6 f. Vel ut currui quodammodò muniret viam g. Subaudi, *Et Uzza ibat pone arcam*, (ut obfervaret nè illa de plauftro decideret h,) Ellipfis contrarii i.

r V. ex He. s V. t Glaff. gram. 216. v Capel. Crit. x Buxt. vind. 2. 2. 429. y Q. in V. z Glaf. gram. 216 a RS. in Buxt. b Glafs. c Mar. d Me. † Me. f Pi. g Mart. h Pi. i Ma. ex Jun.

5. *Ludebant*, Ità Pi. P. מְשַׂחֲקִים] *Ludentes*, Mo. *laudabant*, Jon. *canebant*, Ar. *exultabant*, V. fim. JT. Pi. ¶ *Coram Domino*] Coram arca, fymbolo præfentiæ Jehovæ k. ¶ *In omnibus lignis fabrefactis*, בְּכֹל עֲצֵי בְרוֹשִׁים] *In omnibus lignis abietum*, five *abiegnis*, Mo. Jon. Ar. JT. Ti. Pi. V. vel *cedrinis*, Sy. M. Strig. *omne genus pineis inſtrumentis*, Ca. Verto, *omnis generis inſtrumentis, è lignis abiegnis*, Pi. fim. V. *itémque citharis, & nabliis*, &c. Generi fubjiciuntur fpecies. Quibus tamen admifcentur heterogenea, putà fiftra & cymbala, quæ non ex ligno fed ex metallo aliquo fiunt l. ¶ *Et ſiſtris*] Ità Heb. וּבִמְנַעַנְעִים Vertunt Sy. M. Ti. P. JT. * Siftra autem funt ærea tympana in Ægypto maximè ufitata, quibus & bellum accendunt m. Dicta funt à נוּעַ *moveri* n, à quatiendo & exagitando o, quòd ad fui lufum totius corporis requirunt agitationem p. Mo. vertit *in commoventibus*; Jon. *in quaternis*, nimirum lyris, quæ plectro pulfantur, & quatuor chordas habent; cum quo Hebræus confentit q. [Per *Hebræum*, & hîc & alibi intelligit Mar. non textum, fed Rabbinum aliquem, fortè Kimchi.] Ca. habet *tibiis*.

k Pi. l Pi. m Mar. n M. o Q. in Ma. p He. in M. q Mar.

6. *Poſtquam venerunt ad aream Nachon*, Ità ὁ. P. Mo. JT. *ad horreum Nachon*, M. *ad Goren Nachon*, V. Ità vertunt גֹּרֶן נָכוֹן [עַד גֹּרֶן נָכוֹן] eft nomen proprium viri, vel loci; pro quo 1 Par. 13. 9. ponitur *Chidon* r, horreum כִּידוֹן; q. d. *horreum perditionis Uzzæ* s. Binomius ergo fuit hic vir t, vel locus v. Puto hunc locum per anticipationem fic dictum; propter Uzzam ibi percuffum: à verbo נָכָה *percutere*, נָכוֹן *percuſſio*; formâ רָצוֹן, גָּאוֹן, שָׁאוֹן &c. In Chronicis item eft *area Chidon*, quia כִּיד exitium fonat. Sy. habet *area Ramin*. Sed puto legendum *damin*, ut fit *area ſanguinum*; propter Uzzæ fanguinem ibi effufum x. Alii נָכוֹן appellativè accipiunt; *in locum paratum*, Jon. *in aream paratam*, Ti. Aq. in BA. fim. Sy. Ar. Frigidè, ut videtur, tunc enim effet נְכוֹנָה, quia גֹּרֶן eft fœmin. Nec noftrâ refert fcire, an areæ quæ in hac via occurrebant, fuerint paratæ, nécne y; *Ad aream apparatûs*, vel *præparationis*, He. in Ma. i. e. in qua vel præparatum erat holocauftum; vel populus præparatus ad deducendam arcam; ut indicetur in primo pompæ ferè ingreffu percuffum Huzam. Alii, *ad aream ſtatutam*, quò, ex condicto, conveniendum erat z. ¶ *Extendit manum ad arcam*] In Heb. tantùm eft, *Et miſit Uzza ad arcam Dei*, &c. Mo. [Sed omnes fupplent *manum*.] ¶ *Et tenuit eam*, וַיֹּאחֶז] *Et retinuit*, fcil. nè caderet a. ¶ *Quoniam calcitrabant*, &c. כִּי שָׁמְטוּ] Quid illa vox fignificet, valde incertum eft; occurrit hîc & in Paralipom. nec fibi conftant veteres Interpretes; nam aliter hîc quàm illic reddunt; Hîc enim habent περιέσπασεν αὐτὴν, *Eam* (arcam) *circumflexit*, ὁ. *propulerunt*, Jon. *ſubtraxerunt ſe à loris*, Ar. ex Sy. At in Paralipomenis habent ἐξέκλινεν αὐτὴν, *inclinavit eam*, ὁ. Sic Vulg. fim. Jo. & Suidas. [Recentiores interpretes fic vertunt,] *dimoverant eam*, RS. in BA. JT. Verùm tunc cum Affixo fcriptum fuiffet שְׁמָטוּהוּ b. *Declinabant*, Ti. Of. P. fubaudi ab actu, feu à regia via; & videbatur currus ruiturus d. *Calcitrabant*, i. e. calcitrando dejecturi videbantur arcam in terram †. *Excuſſerunt ſe*, M. *extra viam eruperant*, Strig. *labaſcebant*, Mo. fim. Entych. in BA. Hactenus, quod viderim, nihil allatum vero propriùs. Sed placet aliud afferre. Hebræum *Schin* Arabes fæpe fæpiùs mutant in *Thau*; [ut multis exemplis oftendit BA.] Itáque conjugata effe puto Hebræum *SCHAMAT*, & Arabicum *THAMAT*, quod fign. *lutum tenue, in quo jumenta detinentur*. Itaque שָׁמְטוּ hîc fignificabit boves in molli & tenaci luto hæfiffe. Nè igitur aut Rex & populus nimias ibi moras necterent; aut nè in ipfo conatu boum plauftrum rueret; illi manum admovit, & cœpit arcam: eo fortè confilio, ut illam cum fratre ferret ufque ad montem *Sionis*, à quo credibile eft aream, quam diximus, non fuiffe valde remotam f.

r Mar. s M. t T. v Me. BA. x BA. 1. 2. 37. 372. y BA. ib. z Mar. a V. b BA. 372. d Of. † V. f BA. ib.

7. *Percuſſit eum ſuper temeritate*, Ità P. V. Strig. Ca. fim. Ti. עַל הַשַּׁל] *propter errorem ejus*, M. vel *errorem illum*, Pi. vel *hoc imprudens factum*, JT. vel *ignorantiam*. Ponitur qui ignorans peccat g. *Eò quòd deliquerit*, Jon. *eò quòd extendiſſet manum ſuam*, Sy. Ar. *ad arcam*, Ar. Qu. In quo erat peccatum Ozæ? Refp. 1. Quòd arcam, quæ humeris portanda erat, plauftro imponeret h. Hoc David apertè fignificat, cùm correcturus hunc errorem, non plauftro fed humeris arcam imponeret, 1 Par. 15. 2. 12 *. Exc. At multi in opus vel confilium illud confenferunt; idcóq; multis pereundum erat i. Refp. Fortè is auctor fuit confilii k. Refp. 2. Quòd arcam tetigerit. [Sed hîc variant] 1. Quòd eam tetigit qui non debuit tangere, &c. Nec enim facerdos, nec Levita erat; prout fenfiffe videtur, Jo. Antiq. 7. 4. Ità mihi videtur, 1. quòd Cariath-jarim (ubi habitavit) non erat Levitica civitas, nec inter eas numeratur, Jof. 21. 2. Ex 1 Par. 15. 11. ubi ad facerdotes & Levitas fic loquitur,——*quia non eratis præſentes*. At Theodor. vult effe Levitam; quòd 1 Sam. 7. 1. Eleazar filius Abinadab *ſanctificatus* dicitur, ut cuftodiret arcam. Refp. 1. *Sanctificare* fæpe fumitur pro *deſtinare* ad quemvis ufum; idcóque dicitur de Perfis & Medis, Ifa. 13. 3.

g V. h Ità L. Me. & G. ad v. 3. Ma. Mart. * T. i San. k T. ex L. Theod. & Procop. & RR. in Ser.

τὸ *custodire arcam* non erat sacra functio[l]. 2. Levita quidem erat; non tamen ex Caathitis, quibus solis arcæ portandæ munus impositum fuit, Num. 4[m]. 3. Levita erat, non autem sacerdos. Sacerdotum verò tantùm erat arcam tangere, Num. 4. 15. & 18. 3. Jo. Antiq. 7. 4[n]. 4. Quòd arcam tetigit nudam, quod Levitis fas non erat, Num. 4. 7[o]; Dum enim 1 Paral. dicitur arcam tetigisse, intelligitur eo modo quo vetantur Levitæ tangere, scil. apertam non involutam. Sed objiciunt (& quidem optimè[p]) L. & To. cùm arca ferretur, eam semper velatam fuisse. Resp. At vela non colligata erant, sed ità superposita, ut huc illuc vento aut plaustri agitatione ventilarentur & agitarentur[q]. Verùm ridiculum est existimare tam facilè nudatam iri arcam, quæ tanto studio, triplicíque velamine esset à sacerdotibus involuta[r]. 5. Quòd arcam tetigerit aliquo modo immundus, vel non exploratâ conscientiâ; vel quod irreverenter tetigerit[s]. 6. Quòd tetigerit arcam ex diffidentia, quasi casura esset; nec de arca, & divina potentia, æqua sentiret[t]. 7. Quòd sine necessitate tetigerit[v]; vel, si qua necessitas erat, illi causam dedit Oza, eam in currum imponendo[x]. Si quis Deum putet graviùs quàm par erat, h. l. in Ozam animadvertere, cujus intentio pia fuit; meminerit, 1. Intentionem piam esse non posse, quæ contra Dei legem est. Bonâ intentione Saul pepercit Amalecitis, 1 Sam. 15. 21. & Judæi tum Christum tum Apostolos occiderunt, 1 Cor. 2. 8. Joh. 16. 2. 2. Uzam peccâsse in legem disertissimam, ídque geminato crimine, & quòd arcam non humeris sed plaustro devexit; & quòd eam manibus attingeret[y]. 3. Judicium incipere à domo Dei, Deúmque severiùs agere cum eis quos amat, nè cum mundo damnentur, 1 Cor. 11[z]. Non legimus eum sic percussum, ut nihil illi fuerit temporis ad cognoscendum & detestandum peccatum[a]. 4. Hoc fecisse Deum ad constituendam disciplinam in populo suo[b].

8. *Contristatus est David*, וַיִּחַר] *Iratus est*, P. Mart. *ægrè tulit*, V. sim. JT. *perturbatus fuit*. Per iram hîc notatur tristitia, per Synecdochen speciei: nam & ira tristitia quædam est[c]. Iratus est, non contra Deum, quem sævitiæ, aut injustitiæ accusare non poterat; sed contra peccatum vel sacerdotum vel suum. Multum fortasse hoc detraxit de authoritate & existimatione Davidis[d]. Contristatus est, 1. Ozæ commiseratione, qui hoc ipsius voluntate susceperat. 2. Populi conturbatione ad hunc casum territi. 3. Violatione sacrorum. 4. Timore, nè Ozæ culpa ad se pertineret[†]. Metuit & sibi (nè indignus videretur tanto hospite, vel nè ipse percuteretur) & urbi. Meminit quid passi sunt tum Palæstini tum Bethsamitæ ob arcam temeratam[f]. ¶ *Quod percussisset*, כִּי פָרַץ פֶּרֶץ] quòd *rupisset rupturam*, Mo. V. P. Ma. sic ό. Ti. vel *ruptione*, Sy. *irrupisset irruptione in Uzzam*, JT. *quòd dissipationem fecisset propter Uzzam*, M. ¶ *Percussio Ozæ*] nomen hoc inditum, ut commonefaceret homines ad colendam disciplinam[g].

10. *Et noluit divertere ad se*] Veritus nè aliquo suo vitio malum sibi accerseret[h]. Nonnihil hîc peccavit David: Facilè poterat ex sacris literis videre ista non ritè geri. Si nesciebat David voluntatem Dei, de arca in Sionem deportanda, non debuit incipere: si certò sciebat, non debuit desistere. Peccat paralogismo, à non causa ut causa. Non enim arca erat causa ejus calamitatis, sed peccatum, quo sublato, Deus propitius foret[i].

11. *In domum Obed Edom Gethæi*] Levita hîc erat, ut patet ex 1 Par. 15. 18, 21, 24. & 16. 5, 38. & 26. 4[k]. Quomodò ergo *Gethæus* fuit? Resp. Qnòd ibi natus sit, vel habitârit, sicut Elimelech in Moab, Ruth 1[l]. Peregrinabantur illis temporibus Levitæ, & habitabant ubicunque commodum erat. Vide Judic. 17[m]. Fortè ibi cum Davide exulavit, ut Saulem effugeret, qui sacerdotes interfecit[n]. Vel pater ejus ibi peregrinatus erat[o]. Potiùs *Gitthæus* dicitur à *Gath-Rimmon* urbe Levitico, Jos. 21. 24, 25[p]. Qu. An Davidi licuit proximum suum in periculum conjicere, ut seipsum eriperet? Resp. David neminem coegit, ut arcam apud se asservaret; sed Obededom sponte suscepit, quo fidem pietatémque suam ostendit[q]. Sed ubinam erat hæc domus? Resp. Vel in urbe Jerusalem, vel in loco ei vicino[r]; ut patet, 1. quia ibi erat *area*

[l] San. [m] Q. in Ser. [n] La. [o] Ser. [p] San. [q] Ser. [r] San. [s] Q. in La. & in Ser. [t] He. in San. [v] Q. in Ser. & in La. [x] Mart. [y] BA. p. 375. [z] Mart. [a] San. ad v. 11. [b] Mart. ad v. 8. [c] Pi. [d] Mart. [†] Me. [f] Mart. [g] Mart. [h] Me. [i] Mart. [k] Me. Ità L. La. Ser. Ma. Mart. [l] La. ex Ser. [m] Ma. [n] Mart. [o] Me. [p] Ma. ex Jun. [q] Mart. [r] La. ex Jo. San. ex To.

Nachon, & eodem loco *area Araunæ*, infrà 24. 18, 22. ubi templum posteà ædificatum erat. 2. Nisi hoc accidisset Jerosolymæ, in civitate videlicet notissima; non tacuisset sacer Historicus urbem ubi essent domus Abinadab, & area Nachon; domo tantùm, atque areâ nominatis[s]. ¶ *Benedixit Obed Edom*] ejus gregibus, frugibus, negotiis omnibus[t]. Omnia prosperè cesserunt ei[v]. Magnis subitò opibus auctus fuit[x]. Auxit eum bonis spiritualibus & temporalibus[y].

12. *Abiit ergo David*, &c.] Illectus benedictione prædictâ[z]. Deus quidem propter se expetendus est; sed bona illa externa optat David, seu testimonia quædam voluntatis erga se Dei; ut in eis spectaret & prædicaret bonitatem Dei. ¶ *Cum gaudio*] Lætitiam ejus auxerant alia quæ intereà acciderant, de legatis ab Hiramo, & victoriis in Palæstinos[a].

13. *Cùm transcendissent sex passus*, &c.] Scilicet à loco unde arcam sumpserunt[d]. Ibi oblatam victimam dicunt Hebræi, quoniam inter id spatium Ozæ calamitas accidit[†]. Nunc ergo gratias agunt, quòd nihil mali contigisset, &c[f]. [Alii non semel, sed sæpiùs hoc factum volunt.] Post sextum quemque passum sacrificia fiebant, ut dicitur 1 Par. 15[*]. Habebant Levitæ metas suas, ubi aliquousque progressi subsisterent ac quiescerent; ac quoties sex tales stationes habuissent, antequàm septimo progrederentur, curavit Rex, ut offerretur bos & aries; ídque factum est septies inter domum Obed Edom & arcem Davidis, 1 Par. 15[†]. ¶ *Immolabant bovem & arietem*, שׁוֹר וּמְרִיא] [Variè vertunt;] *bovem & crassum*, Mo. *bovem, eúmque pinguem*, Jon. Mar. *boves saginatos*, Sy. sim. Ar. *bovem & pecus pingue*, M. Ti. Os. sic Pi. *boves & pinguia* sacrificia, JT, *bovem & bubalum*, P. V. sing. pro plur. V. Malim מְרִיא distingui à צאן & בָּקָר, ut *animalia saginata* significet, sive oves sint sive boves, sive alterius speciei. Ità accipit David de Pomis. Sic ό. Ezec. 39. 18. מְרִיאֵי vertunt *pinguefacti*. Ità Q. in K. Apud Rabbinos הַמְרָאָה est *saginatio*[g]. De voce מְרִיא sunt quatuor sententiæ. 1. Quòd est *agnus*, vel *aries*, vel *ovis*. Ità plerumque Græci, & interdum Vulg. Ratio est, quòd pro *bos & meri* hoc loco sunt *juvenci & arietes*, 1 Par. 15. 26. Sed non cogit; neque enim agitur de eodem sacrificio. Hîc *bos & meri*, à Davide: ibi verò *juvenci* 7, *& arietes* 7, à Levitis immolantur. [At David alíique sæpe sacrificâsse dicuntur per alios, nempe per Levitas, &c.] 2. Quòd est *bos pinguis*. Ità RS. 3. Quòd est generale nomen omnis animalis saginati. Ità R. Hai & Pomar. & Mardoch. & Chald. & Sy. 4. Quòd peregrinum est animal bovi simile, sed majus, nempe *bubalus*. Ità K. & AE. & R. Esaias & Abarb. & Aquin. qui cùm à majoribus accepissent, *meri* esse bovem sylvestrem, putârunt *bubalum* significari. *Bubali* autem per vulgi imperitiam dicuntur *feri boves Germanici domesticis majores*, qui veriùs *uri* sunt, ut notant Plin. 8. 15. & Solin. Existimo מְרִיא idem esse animal cum Syro & Africano bubalo, quem à se visum testatur Bellonius Observ. 2. 50. Probatur, 1. ex nominis similitudine. Est hoc Arabum *Almari*, quod levissimum esse dicunt, & pilis admodum æqualibus. Idem de bubalo docet Bellonius. 2. Ex natalibus. Est ex Assamia, ait Bellon. id est, Syria, quam Arabes vocant *Assam*. 3. Quia *bos* & *meri* sæpe in Scriptura junguntur, ut vicina animalia, hîc & 1 Reg. 1. 9, 19, 25. Isa. 1. 11. 4. Hos ab arvina commendat Esaias, *Satur sum adipe MERIUM*. Ità & Bellon. bubalos. Et hinc *meri* per quandam analogiam, extenditur ad animalia quævis pinguia[h]. Porrò, immolabat David hoc loco, subitario altari ex cespitibus excitato[i].

14. *Et David saltabat totis viribus*, Ità M. P. Ti. JT. Di. מְכַרְכֵּר] Ità vertunt per conjecturam sensu loci id suadente. Pro quo facit Syriacum כָּרָא *exultatio, gaudium*[k]. [At ό. habent, *pulsabat in organis modulatis*. Jon. *laudabat*. Sy. & Ar. *canebat*.] *Saltabat in morem capræ*, Mo. vel *agni*, à כַּר *agnus*. Agnus enim est animal ἁλτικὸν & πηδητικόν[l]. *Saltabat*, aptans vocem, motúmque corporis musicis instrumentis, quæ vel alii, vel ipsemet pulsabat[m]. Quæres, an principem deceat saltare publicé? Resp. Si corripiatur eodem spiritu quo David. Nihil hîc leve erat, aut nugatorium. Omnia referebantur ad gloriam Dei. Plato ait, saltationem apud veteres aliam fuisse ἐνοπλίαν, & pyrrhicam, robustam, severam, & mili-

[s] San. [t] T. [v] G. Me. [x] Ser. ex Jo. [y] L. [z] La. [a] Mart. [d] Mar. [†] Mar. RR. in Mart. [f] Mart. [*] Ser. [†] Os. [g] Di. [h] BA. 1. 2. 28. 284. [i] G. [k] Di. [l] AB. 1. 2. 46. 515. [m] Me.

militarem: aliam autem modestam & compositam, quam appellat ἐμμέλειαν. Neroni vitio data est publica saltatio, nec injuriâ; neque enim ibi saltatio erat in usu, neque ille saltavit ad gloriam Dei [n]. ¶ [*Ephod lineo*] Alia erat vestis à veste sacerdotali [o]. Vide quæ diximus de hujusmodi Ephod ad 1 Sam. 2.18 [p]. Deposuit David, tanquam coram Deo, Regiam majestatem & ornatum [q]; non & quodammodò gessit se pro servo; nam in cultu Dei non est discrimen personarum. Induit Ephod, ut fortiùs saltaret & expeditiùs [r]. Ephod etiam homines non sacri induere poterant, in religiosa tamen functione [s]. Ephod triplex erat; 1. summi sacerdotis; 2. populare, ut hîc & 1 Sam. 2.18. 3. consulentium idola, Jud. 17.5. Diabolus Deum imitatur [t].

16. *Michol prospiciens per fenestram*] Unde appropinquantem prospectavit pompam. Viri & fœminæ secuti sunt arcam, pompámque hanc honestârunt, & in his fortasse aliæ uxores Davidis. Verùm Michol videtur domi se continuisse [v]. ¶ *Vidit Regem subsilientem atque saltantem*, Ità M. P. &c. מְפַזֵּז וּמְכַרְכֵּר] *contentissimè* (vel *gnaviter*, Ti.) *saltantem*, JT. Pi. Ut vox כִּרְכֵּר ab agno, ità vox פִּזֵּז à dorcade sumitur [y]. *Saltantem & palsantem*, ô *seipsum fortificantem*, & sese ad hoc totis viribus componentem, & *saltantem* [z]. ¶ *Et despexit eum*] de paterno ingenio nonnihil trahens, & natalibus superba [a]. Præ gaudio immenso David vehementer saltabat, ità ut nasutis, non judicantibus rectè de pio Davidis zelo, regiæ dignitatis oblitus videretur [b]. Putavit Michol ipsum prorsus insanire [c].

17. *In medio tabernaculi quod tetenderat ei David*] Quo scilicet obvolvebatur, quasi Mosaico velo. Locus hic fuit extra Regiam domum; Nam postquam in eo sacrificatum fuit, dicitur Rex reversus in domum suam [d]. Vetus tabernaculum asservabatur in Gabaon, ut patet ex Paralipomenis. Tentorium autem ædificat, non sacellum; quia arca adhuc vaga erat, & templum jam tum animo destinârat [†].

18. *Benedixit populo*] Beneprecatus est populo per nomen Domini [f]. Erat hoc inter jura Regia, 1 Reg. 8. 55 [g]. Conjunctæ erant functiones Regis & Pontificis; itáque mirum non est, si multa illis fuerint inter se communia. Uterque benedixit populo. Uterque populum pro officio suo admonebant & docebant [h]. Fortè *benedixisse* dicitur, quòd cibum illis distribueret; nam *benedictio* interdum donum sign. ut diximus ad 1 Sam. 25. 27 [i].

19. *Collyridam panis*, חַלַּת] Erat hæc torta panis, cui aliquid admixtum est operis dulciarii [k]. ¶ *Et assaturam bubulæ carnis*, אֶשְׁפָּר] *frustum carnis*, M. JT. Mo. &c. quantum viro in refectione sufficere potest [l]. *Portionem amplam*, qu. pulchram dicas; à שָׁפַר *placuit, pulcher fuit*. Vel componitur vox ex אֵשׁ *ignis*, & פַּר *bos*, quasi *ignitum bovis* dicas. Vel sign. *dimensam partem*, ab Æthiopico שפר, quod sign. *metiri*, Mat. 7.2 [m]. ¶ *Et similam frixam oleo*, וַאֲשִׁישָׁה] *lagenam*, M. ex K. V. &c. sub. *vini*, V. JT. Pi. Ellipsis adjuncti usitati [n]. Al. *pultem*, Ità Ti. & nostri, inquit M.

20. *Discooperiens se —— & nudatus est*] non omninò; sed quòd deposuisset extimam vestem Regalem, ut Ephod indueret [o]. ¶ *Ante ancillas servorum*] Fingebat hoc. Puellæ enim, quarum chori fortasse arcam præcesserant, non vulgares, sed ingenuæ fuisse videntur. Tales erant Maria soror Mosis, & Jephthe filia [p]. ¶ *Quasi si nudetur*, כְּהִגָּלוֹת נִגְלוֹת] *sicut nudari nudando*, Mo. *sicut exuitur & revelatur*, Jon. *prorsus ut retegit se*, JT. Geminatio spectat ad augendam significationem [q]. ¶ *Unus de scurris*, אַחַד הָרֵקִים] *Unus è fatuis*, P. *vacuis*, Jon. M. V. *unusquispiam è vanissimis* hominibus, Sy. JT. Pi. unus ex otiosis, vel scurris, i. e. ut quidam vilis & abjectus [r].

21. *Ante Dominum*, &c. לִפְנֵי יְהוָה אֲשֶׁר בָּחַר וגו׳ וְשִׂחַקְתִּי לִפְנֵי יְהוָה] Q. juramentum esse volunt, *Coram Deo* (seu, *Deus vivit*) *qui elegit me*, &c. *quia ludam* nempe *coram Domino*, &c [s] *Coram Jehova, qui elegit*, &c. *& ludam*, (*saltabo*, ô. *laudabo*, Jon) *coram Jehova*, P. ô. Jon. *Coram Jehova* (sub. *id feci*, V. Ar. vel *gestivi* sive *lusi*, JT. Pi. sim. M.) *&* (*atque ideo*, M.) *gestiam*, sive *ludam coram Domino*, JT. Pi. M. Eclipsis est antecedentis,

n Mart. o V. p San. q G. r Mart. s Me. t Mar. v San. y BA. 1. 2. 46.515. z Belg. a G. b Os. c Mart. d Me. † Mart. f V. Mart. San. g G. h Mart. i San. k San. sim. La. l R. Levi in M. m Di. n Pi. o La. sim. San. E. Me. p San. q Mar. r V. s Q. in San.

sive hypozeugma, quod indicat copula [t]. *Coram Jova*, inquit, *qui me*, &c. *Coram Jova*, inquam, *lusi*, Ca.

22. *Et ludam & vilior fiam*, &c. *& gloriosior apparebo*] Supplendam hîc puto particulam *si*, quod alibi factum; Prov. 1. 28. *invocabunt me*, (i. e. si invocaverint) *& non exaudiam*. Job. 7. *Quæretis me, & non invenietis*; i. e. si quæsieritis, &c. Ità hoc loco, *Ludam & vilior fiam*, &c. i. e. si lusero, & vilis fuero, &c. tum gloriosior apparebo scilicet in oculis Domini. Alia nempe sunt Dei, alia hominum judicia [v]. וּנְקַלֹּתִי עוֹד מִזֹּאת וגו׳ *Et vilior ero hac*, sub. *vilitate*; i. e. dabo operam ut vilior videar, si *vilitas* dici debeat [x]. *Et vilior ero quàm hoc*, &c. Q. in Ma. vel, *quàm nunc*, &c. Al. in Ma. [q. d. *quàm hoc tempore*] *Quò autem abjecero me adhuc ampliùs*, &c. JT. ¶ *Et cum ancillis —— gloriosior apparebo*, וְעִם הָאֲמָהוֹת אֲשֶׁר אָמַרְתְּ עִמָּם אִכָּבֵדָה] *Apud istas ancillas de quibus locuta es*, & *apud illos* (nempe Israelitas quos *servos* meos appellâsti, Jun.) *gloriosior ero*, JT. [τὸ עִמָּם vertunt *illos*, quòd, cùm masculin. sit, non conveniat cum fœmin. אֲמָהוֹת. Alii autem hæc connectunt per Enallagen generis, vertúntque] *Apud ancillas —— apud istas inquam*, Sy. Pi. sic M. Ti. &c. Sensus est, quò meipsum humiliorem putavero, eò gloriosior ancillis, i. e. populo apparebo [y]. Multum est, in Regia potestate hanc retinere virtutem [z].

23. *Igitur Michol non est natus filius*, &c.] Sterilitate perpetuâ punita est [a]. Non leve pœnæ genus [b], inter Hebræos hoc habitum erat [c]; præsertim in Regia conjuge [d]; quæ cùm esset è Regio genere, & aliis Davidis uxoribus illustrior, si quem è Davide filium esset enixa, ille videbatur ad Regiam dignitatem esse venturus [†]. At dices infrà 21.8. quinque filii Michol attribuuntur. Resp. 1. Id factum, quia ab ea adoptati sunt; at filii erant Merob [f]; ut ex eo constat, quòd filii esse dicuntur *Hadrielis*, &c. cui non *Michol*, sed *Merab* nupsit, 1 Sam. 18. 19 [g]. 2. Vel filii erant *Michol*, sed ex altero viro, non ex Davide [h]. 3. Vel à die tantùm despecti mariti sterilitate mulctatam fuisse, cùm tamen anteà filium Davidi genuerit [i]. Vide suprà 3.5. & infrà 21.8 [k].

t Jun. v San. x V. y Mar. sim. M. z G. a Me. b G. c San. d G. † San. f He. & plerique in San. g San. h Jo. in Ser. i Q. He. in Ma. k Ma.

CAP. VII.

1. *Cum sedisset*] Notatur hoc verbo tranquillus status, ut patet ex sequentibus [a]. ¶ *Dominus dedisset ei requiem*, &c.] Qu. Quomodo hoc dicitur, cùm postea tot bella gesserit? Resp. Sed illa bella David prior, & sponte, suscepit. Alioquin gentes vicinæ jam quieverant [b].

2. *Dixit ad Nathan*] Vir hic fuit prudens, lenis, &c. quod Josephus addit, ἀστεῖος, i. e. suavitate quadam gravitatem temperans, & qui etiam cum Regibus nôsset vivere [c]. ¶ *Vidésne*] τὸ רְאֵה *Vide* sæpe ponitur pro הִנֵּה *ecce*, quod illius loco habetur 1 Par. 17. 1. Sic suprà Gen. 27.27. רְאֵה *vide, odor filii*, &c. pro הִנֵּה *ecce*; neque enim de visu, sed de odoratu propriè loquitur. Sic ἴδε *vide*, pro ἰδοὺ *ecce*, in N. Test. usurpatur, Mat. 25. 20, 22, 25. Marc. 2. 24 [†]. ¶ *Ego habitem in domo cedrina*] Talis & Cadmi Regia apud Euripidem Phœnissis [f]; q. d. non decet ità fieri. Quare arcæ domum cedrinam ædificabo. Βραχυλογία [g]. ¶ *Arca Dei*] Sub qua intelligit quoque Mensam, Candelabrum, & Altare incensi [h]. Arcam solam meminit, quia hujus gratiâ ista instituta sunt [i]. ¶ *Posita sit in medio pellium*, בְּתוֹךְ הַיְרִיעָה] *Juxta cortinam*, i. e. sub cortinis, h. e. in tentorio facto ex pellibus [k]. Propositum hoc Davidis templum struendi eventu caruit, non autem mercede, hanc enim Deus promittit v. 11 [l].

3. *Vade, fac*. לֵךְ] *age, fac*. לֵךְ imperativus est, qui pro particula hortantis, & concedentis, sive permittentis, frequenter usurpatur [m]. Hoc dicit sensu humano, (ut homo prudens [n]) non spiritu prophetico [o]. Non omnis Prophetæ loquuntur ex prophetico spiritu; sed suis interdum ducuntur, imò abducuntur consiliis [p]. Ità Jonas [q], & Elizæus, *dominus* (inquit) *me hoc celavit*. Et Samuel, qui putavit Eliabum regem futurum [r]. Erravit Nathan,

a Pi. sim. Me. b Mart. c G. † Glos. gram. 467. f G. g Pi. sim. h M. i Mart. k V. l G. m V. n G. o V. sim. G. L. E. T. San. p San. sim. Ti. La. Mart. q San. r Mart.

Nathan, quia Deum non consuluit [s]. Mirum est eum ità temerè pronunciare, ut nè hoc quidem addat, *quantum ego video* vel *scio*. Sed temeritatis suæ pœnas dat, coactus ad palinodiam. ¶ *Quia Dominus tecum est*] in rebus gerendis. Ergo nunc quoque tecum est. Est paralogismus à secundùm quid ad simpliciter [t]. *Tecum est*, Qui tibi mentem hanc inspiravit [v]. *Tecum est*, vel *erit*, in hoc sancto instituto †.

[s La. — t Mart. — v Me. — † Mart.]

4. *In illa nocte*] Deus non patitur suos diu decipi, cùm videat illos simpliciter errare [x]. Per ipsum Nathan Davidem monuit; ut ille idem Propheta erudiretur in posterum, nec facilè inconsulto Domino, quasi ex Dei oraculo, responderet [y]. Sed cùm David esset propheta, quid illum oportuit per alium prophetam admoneri? Quia Deus indicare voluit membrorum ecclesiæ conjunctionem inter se, & neminem tam sanctum, atque omnibus virtutibus & præsidiis cumulatum esse, ut non opus habeat alio [*].

[x Mart. — y Me. — * Mart. ad v. 6.]

5. *Numquid tu ædificabis?*] Qu. Cur David retrahitur, & Judæi in Hag. 1. arguuntur quòd non ædificent, &c.? Resp. Quòd David non haberet verbum Dei, Judæi autem haberent [z].

[z Mart.]

6. *Sed ambulabam in tabernaculo*] Nempe arca ambulabat. Rei tribuit, quòd propriè tribuendum erat symbolo; quomodò corpus Christi frangi dicitur in cœna, quòd ejus ibi frangatur symbolum [a]. Porrò Dominus de domo certa & stabili hactenus non curavit, quia dux erat populi, & pro eo in variis locis pugnabat. Imperator autem abesse neque solet, neque debet à castris. Sed dices jam cessâsse populi peregrinationem, ideóque debuisse domicilium extrui stabile. Resp. De hac re antè providerat Deus, jubétque Deut. 12. 11. locum eligi, &c. non quidem cùm primùm cessatum sit à bellis, sed cùm absque metu habitarent [b]. *Tabernaculum* & *Tentorium* sic distingui videntur, ut illud sit ipsum habitaculum ex aulæis pretiosis confectum; hoc autem dicitur de aulæis è lana caprina factis [c].

[a Mart. — b San. — c Pi.]

7. *Numquid locutus sum ad unam de tribubus Israel?* Ità plerique. [אֶת אַחַד שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל] At in 1 Chron. 17. 16 pro שִׁבְטֵי habetur שֹׁפְטֵי, quomodò & hîc legendum vult Capellus [d]. [At sunt qui vocem שִׁבְטֵי eodem sensu accipiunt, & verba hæc sic reddunt.] *Loquutúsne sum quicquam ulli moderatorum*, vel *præsidum Israelis?* JT. Ca. He. in Mar. Heb. *sceptrorum*. Synecdoche Jun. שֵׁבֶט sign. *sceptrum*, & metonymicè *sceptrigerum, regem, judicem*, ut Gen. 49. Sic utrobique eadem res, sed diversis vocibus exprimitur †. Verto, *tribunum*. Quâ tamen voce intelligo judicem seu gubernatorem ex tribu aliqua constitutum [f]. Dicit, *ad unam de tribubus*, quia de omnibus ferè tribubus fuerant aliqui pastores populi Israel [g]. ¶ *Cui præcepi, ut pasceret populum*] [simil. omnes, præter M. qui sic vertit, *postquàm præcepi judicibus*, &c. i.e. postquàm institui rectores in populo [h], כַּאֲשֶׁר sumit pro אֲשֶׁר, ut non rarò fit.] Voluntas Davidis bona fuit, & placuit Deo; sed in eo erravit, quòd non haberet verbum Dei, à quo exspectare debuit & locum, & tempus, & peculiare mandatum. Ceremoniarum omnis dignitas pendet ex verbo Dei [i]. Ostendit Deus sibi molestum non esse Templo carere, quòd de eo nunquam conquestus sit [k]. In hac Dei oratione nonnulla omittuntur, quæ alibi posita sunt, tanquam hoc tempore & loco dicta, ut 1 Reg. 8. 16, 18, 25. 1 Par. 22. 8, 9. & 28. 6 [*]. Ex aliis locis discimus, 1. Promissiones has esse conditionales, 1 Reg. 2. 4. 1 Par. 28. 7. qualis & illa fuit, 1 Sam. 2. 30. 2. Causam cur David ab ædificando templo prohibitus esset, 1 Par. 22. 7. Observo usum esse scripturæ non totum semper referre sermonem, sed brevem quandam illius summam. Vide quæ diximus ad illa Act. 2. *Aliis etiam verbis testificatus est*, &c. Existimo igitur plura Nathanem tunc dixisse, quàm quæ hîc exhibentur. Cajetanus autem vult aliis temporibus Deum alia per Nathanem, aliúmve prophetam addidisse, Quod quidem verisimile est ex 1 Par. 28 †.

[d Critic. — † Buxt. vind. 383 &c. — f Pi. — g L. — h M. — i Mart. — k Me. — * Ser. sim. San. — † San.]

8. *Servo meo David, &c.*] Commemorat beneficia quæ illi contulit, & quæ vult conferre, nè se contemni putet (vel non amari [l];) quòd ab eo nolit templum extrui [m]. Quoniam acerbissimum hoc fuit Davidi excludi à domo Dei ædificanda, consolatur eum Deus; q.d. Non inimico animo hæc prohibeo [n].

[l V. Me. — m Mar. — n Mart.]

10. *Et ponam locum populo meo*] i. e. Statuam, & dabo eis locum beatum [o]. Fœlix autem & florens populus est decus principis [p]. ¶ *Et plantabo eum*] Id est, firmiter radicabo [q]. Quæ plantata sunt, non facilè à radicibus auferuntur [r]. ¶ *Et habitabit sub eo*, תַּחְתָּיו] *Sub se*, Mo. *per se*, ô. *apud se*, Gallicè, *chez soy*, V. distinctus ab aliis gentibus, utpote colens legem Dei [s]. *In loco suo*, P. V. JT. M. Ti. *ibi*, Strig. Ca. q. d. non in ditione aliena, ut in Ægypto, vel ut captivi solent [t]. Italicè diceremus, *in casa sua* [v]. ¶ *Non turbabitur*, sim. Ca. Strig. [וְלֹא יִרְגַּז] *Et non movebitur*, Sy. Mo. sic M. JT. V. vel *agitabitur*, V. Belg. vel *pavebit*, V. sim. Jon. Ar. *Non erit sollicitus*, ô. *Non tumultuabitur*, Ti. Qu. Quomodò stetit Deus promissis suis? Populus enim vehementer posthac afflictus fuit [x]. Resp. 1. Promissiones hæ habent adjunctam conditionem [y]. Largiri vult Deus, non profundere & perdere beneficia sua. Jurisconsulti dicunt, *Qui abutuntur beneficio, indigni sunt beneficio*. Et *qui contemnit legem, non potest uti beneficio legis*. 2. Ista adumbrata tantùm sunt in regno Davidis, perficiuntur in regno Christi [z]. 3. Intelligenda ea sunt ex comparatione superiorum temporum, & sub judicibus [a]; sub quibus status reipublicæ erat admodum perturbatus [b]. Dices, sub Ehud Judice habuerunt pacem per 80. annos; quod Davidis & Salomonis tempus æquat. Resp. Pacem tum habebant, sed Cananæi nondum ejecti erant [c].

[o V. sim. M. ex Heb. — p Mart. — q L. sim. La. Pi. — r Mart. — s Theod. in Nobil. — t Ma. — v Me. — x Mart. — y Mart. sic Me. — z Mart. — a Mart. sim. L. V. Os. — b Os. — c Mart.]

11. *Ex die qua constitui judices*, &c. וּלְמִן הַיּוֹם אֲשֶׁר צִוִּיתִי שֹׁפְטִים עַל עַמִּי] *Et à die qua præcepi judices super populum meum*, Mo. P. Jon. Ma. *ab ea scilicet die*, &c. Sy. M. Ti. sim. Pi. ô. At Ar. *quemadmodum fuerant à die, qua præcepi tibi, ut regeres populum meum*. Al. sic, *verùm ex quo die mandatis instruxi judices*, &c. i. e. judicia Israelitarum reformavi, quæ Saulis & asseclarum injuria fuerant corruptissima [d]. ¶ *Prædicit tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus*] Antecedens [*Jehovah*] pro relativo, [*Ipse* †.] *Domum facere* dicitur Deus Hebraicâ locutione, quando dat sobolem, & ampliat familiam [f]. Dabo prolem & familiam regiam, quæ antonomasticè *domus* dicitur [g]. Vide quæ ad Exod. 1. 21 [h]. Tu decreveras ædificare mihi domum; at ego domum firmam tibi ædificabo. Hoc præclarum erat; at Regiam habere domum, eámque in populo Dei, id verò longè est præclarissimum [i].

[d Ma. ex Jun. — † V. — f V. — g La. — h Me. — i Mart.]

12. *Cùm completi fuerint dies tui*] Non tolleris violentâ morte, sed implebis dies tuos [k]. Liberat eum ab illo metu, nè cum Davide extingueretur imperium, quod ab ipso robur & pulchritudinem acceperit [l]. *Suscitabo* (*statuam*, Jon. P. Mo. *erigam*, Sy. Ar.) *Semen tuum post te*) Ità Jon. P. Mo. *Suscitare* hîc est in solo collocare [m]. ¶ *Quod egredietur de utero tuo*] i.e de uxore tua [n]. מִמֵּעֶיךָ *Ex ventre tuo*, P. *ex intestinis*, vel *visceribus tuis*, Ma. JT. Q. in V. id est, è renibus vel lumbis tuis. Synecdoche integri [o]. *Filius qui nasciturus est ex te*. Ergo Adonias & Absalom, cùm invaderent regnum, fecerunt contra verbum Dei [p]; [quia hi non nascituri erant, sed jam nati.]

[k Mart. — l San. — m G. sim. Mart. — n G. — o Pi. — p Mart. sim. M.]

13. *Stabiliam thronum ejus usque in sempiternum*] Qu. De quo hæc prophetia est intelligenda? Resp. 1. Q. de solo Christo; 2. Alii de solo Salomone. 3. Alii de utroque intelligunt. 1. Q. de solo Christo intelligunt. Ità Angelomus, Gloss. ordin. &c, ut videtur, Aug. de *Civ. Dei*, 17. 8, 9, 12, 13 [q]. Huc facit, quòd Heb. 1. 5. de Christo exponitur [r]. Nec Salomoni videntur ista congruere de regni æternitate, tantáque securitate; & de suscitatione filii post mortem Davidis, antè quàm & natus erat Salomon, & evectus in regnum [s]. [Aliis hæc non placent, & ad ista argumenta sic respondent.] 1. *Æternum* ex usu scripturæ non sempiternum tempus sign. sed longum [t]. 2. In Salomone hæc sunt imperfecta atque inchoata; in Christo ad perfectionem adducta [v]. 3. Salomon vivente patre designatus est rex, at nondum cæperat regnare [x]. [Porrò argumenta adversùs illam sententiam hæc proferunt,] 1. Nisi hæc aliquo modo convenirent in Salomonem, labasceret fides historiæ. Certum est hîc agi de externo templi visibilis ædificio [y]. De eo loquitur, qui post Davidem fabricaturus erat templum, quod David ædificare prohibitus est. Is erat Salomon [z]. 2. Quædam hîc ad Christum accommodari nullo modo possunt; quale illud, *arguendum esse illum, si iniquè se gesse-*

[q Ser. Ità Tertul. in San. — r San. — s Q. in Ser. — t K. in Mart. — v San. ex To. L. T. — x San. — x Mart. — y Mart. — z La.]

gesserit [a]. Qui Christo hæc tribuunt, eum aiunt non per semetipsum peccare, sed in suis membris; sicque interdum castigari. Sed contextus indicat eundem peccare posse in seipso, qui in seipso templum illud ædificaturus esset [b]. Christus potest dici habere peccatum, vel, 1. Quia peccata nostra in se suscepit, & languores nostros portavit; & Christus ipse Psal. 21. (rectiùs 22.) queritur de nostris peccatis, tanquam de suis. Vel, 2. Quia peccata, quæ hærent in corpore & membris, videri possunt aliquo modo pertinere ad caput. Et hæc mihi videtur verior responsio, quod Psal. 89. ubi extant eædem promissiones, hæc omnia proponuntur in numero multitudinis, quæ hîc efferuntur in singulari, *si dereliquerint filii ejus*, &c. *visitabo iniquitates eorum*, &c [c]. 2. Alii tantùm de Salomone intelligunt [d]. [Hujus sententiæ argumenta, eorúmque solutiones partim ex præcedentibus, partim ex sequentibus peti possunt.] 3. Alii igitur de utroque accipiunt †. De Salomone agi probatum est. De Christo etiam agi patet, 1. ex Heb. 1. 2. Quòd perfectè ista Salomoni tribui nequeant, sed inchoatè tantùm. 3. Ex Judæorum quorundam confessione apud Aug. 4. Ex similitudine Psal. 71. (72.) & 88. (89 [f].) Nec typus à reipsa detrahendus est, nec res à typo [g]. Q. omnia de Salomone accipiunt, modo tamen altiori de Christo [h]. De Salomone literaliter; de Christo allegoricè accipiendum docent Hebræi & multi ex Latinis, & rectè [i]. Al. sic, in hac prophetia quædam de Salomone, quædam de Christo ad literam accipienda sunt. Frequenter enim in prophetiis hoc accidit, ut repente à figura transiliat Propheta ad figuratum [k]. [Atque hæc de illa quæstione impræsentiarum sufficiant.] Porrò עד עולם apud Hebræos tempus non infinitum, sed pro materia de qua agitur bene longum significat. Itáque in possessionibus privatis ad 50 annos porrigitur, in Regnis longiùs. Duravit autem in posteritate Davidis Regnum per annos plus quingentos, successorum serie ultra viginti: quòd satis rarum [l].

14. *Ero ei in patrem, &c.*] h. e. volo paternè, id est valde clementer, cum eo agere ob Davidis memoriam [m]. Intelligendum hoc, 1. De Salomone [n], ut filio ex gratia adoptato [o]. 2. De singulis Regibus è Davidis sanguine [p]. 3. Maximè & singulariter de Christo [q], ut filio Dei unigenito [r], & per naturam [s]: sic interpretatur hunc locum Apostolus, Heb. 1. 5 [t]. ¶ *In virga virorum, & in plagis filiorum hominum*] Sic P. Mo. &c. Sicut patres castigant filios suos, &c. h. e. humano more, & pœnâ humanâ; i. e. benignâ ac clementi: interim miserebor ejus [v]. Castigabo paternè ut pater, non rigidè ut judex [x]. Humanæ plagæ divinis, i. e. inexuperabilibus, opponuntur [y]. Rursùm castigabo sicut homines, pœnâ humanâ, temporariâ & clementi; non sicut dæmones æterno exitio [z]. [Alii distinguunt.] *Virgâ virorum*; i. e. morbis [a]. Vel, ut alii, gladio inimicorum [b]. Impletum hoc 1 Reg. 11. 14. &c [c]. *Plagis filiorum hominum*; i. e. agrorum sterilitate; Vel, incommoditatibus corporum humanorum [d]; morbis, egestate, infamiâ, &c †. Alii volunt posteriorem sententiam esse prioris repetionem [f].

15. *Misericordiam non auferam*, &c.] Regnum in tam longo tempore illis non auferam, ut Saulis posteritate abstuli [g].

16. *Et fidelis erit domus*, &c.] *Fidelis* hîc significat idem, quod *stabilis*. Ità sumitur 1 Reg. 11. 38. Isa. 22. 23. Act. 13. 34 [h]. πιστωθήσεται, ó. id est *firmabitur quasi juramento*. נאמן est præt. Niphal, & sign. *firma erit* [i]. ¶ *In æternum ante faciem tuam*, לפניך] *Ad facies tuas*, Mo. *Coram me*, ó. Sy. [quasi legissent לפני] *coram te*, P. Strig. Jun. Ma. V. [Quod variè exponunt,] 1. *Tibi erit expositum*, JT. id est, ut à tua posteritate possideatur. Sic sumitur *coram te*, Gen. 3. 9 [k]. [Ubi annotata vide.] 2. *Coram te*; i. e. ut nunc est, te vidente [l]. Sed quomodò poterat videre, quod æternum fore ait? Resp. 1. Vidit initium complementi harum promissionum in Salomone, unde securus de reliquis esse possit, quasi jam complementum omnium oculis suis spectâsset. Vide 1 Reg. 1. 43. & 2. 4 [m]. 2. Alii igitur aliquid hîc supplent; *domus tua quæ est ante faciem tuam*; i. e. quam vides & possides, *stabilietur*, &c [n]. Non alienè expones *respectu (intuitu, gratiâ) tui* [o]. Al. *te vidente*, nam animæ

a San. sim. Ser. — b Ser. — c Mart. — d Ità RR. in Ser. — † Ità L. Ser. San. Aug. & H g. et Dion. in San. Me. — f Ser. — g Mart. — h To. in San. — i La. — k Me. — l G. — m G. — n G. sic Pi. Mart. La. San. — o Pi. — p G. — q Mart. — r Pi. — s L. — t Pi. — v V. — x La. sim. Jun. M. — y Ma. ex Jun. — z La. sim. San. — a G. — b He. et To. et Caj. in San. — c San. — d He. et To. et Caj. in San. — † T. ex L. — f Sic M. — g G. ex Jo. et He. sim. Jun. Ma. — E.T. Mart. — h Me. ex San. — i Mar. — k Jun. — l V. — m Belg. sim. Os. — n Mar. — o Ma.

vivunt, & vident, post mortem [p]. Al. sic, *ante faciem* idem est, quod *in posterum*. *Ante*, futurum tempus denotat; *post*, præteritum, sive quod nobis à tergo relictum est. Metaphora à viatore, (cui similis est, qui vitam hîc agit) qui quod confectum est viæ post se relinquit; & ante faciem habet, quod superest spatii [q].

17. *Secundùm omnia verba hæc*] Hs. Fideliter Nathan omnia retulit [r]. Non dubitat palinodiam canere, & sententiam suam revocare. At Jonas mori maluit, quàm ut videret minas suas abire irritas. Multos hoc impedit, nè errores suos agnoscant; Infame, inquiunt, erit ministerium meum, si ità fecero. Discamus hinc & modestiam à Nathane, & prudentiam à Davide. Alius enim rex dixisset, Qualis hic propheta? modo hoc dicit, modo illud, &c. At David eum non minùs in honore habuit, quàm antea [s]. Rectè Nathan veritatem suæ authoritati anteponit. Sed paucos habet imitatores. Multi malunt totam ecclesiam errare, quàm suæ famæ jacturam facere [t]. ¶ *Visionem*] i. e. Divinam patefactionem, per visionem factam Nathani [v].

18. *Et sedit*] Ità ó. Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. Contra orantium morem sedit David [x]. Quod miratur Simplicianus, sed ei respondit Aug. l. 2. q. 4. non esse præscriptum quomodò corpus constituatur ad orandum, dummodo animus præsens peragat intentionem suam: ideóque posse nos orare, & stantes, & geniculantes, & sedentes, & jacentes [y]. Sacræ literæ jubent, ut oremus: nihil autem præcipiunt de gestu corporis [z]. [Aliis hæc non placent] τὸ *sedere* hîc non desidem indicat & mollem oratoris habitum, qui supplicem minimè decebat; sed constantiam in orando significat; quia diutiùs homo sedendo, quàm stando, &c. perseverat. Nisi malis *sedisse* Regem in pulvere, ut dicitur, Isa. 47. Thren. 1. & 2. 10. Procidit enim David in faciem suam, inquit Jo. Ant. 7. 4 [a]. [τὸ ישב ergo alii vertunt,] *mansit*, Ità Os. Strig. Pi. V, (vel *stetit*, V.) vel *restitit*, JT. Id ישב propriè sign [b]. *Coram Jehova*, oraturus scilicet. Nemini licebat sedenti orare Deum, præterquàm Regi [c]. Sic *stare* non semper erectam corporis positionem significat, sed quietem, & mansionem. *Plus animo* (inquit Cajet.) *quàm corpore sedit quietus coram Domino* [d]. *Sedit*, quasi diutiùs & familiariùs cum Domino, eo permittente, collocuturus †. ¶ *Quis ego sum?*] q. d. Quàm humili conditione sum! Synecdoche generis. ¶ *Domine Deus*, אדני יהוה] Nomen יהוה hîc habet puncta אלהים, quia præcedit אדני: quod ubi occurrit cum יהוה, Hebræi pro יהוה legerunt אלהים: nè cogerentur bis pronunciare *Adonai*: per quam vocem aliàs legunt vocem יהוה [f]. ¶ *Quia adduxisti me hucusque*] Ad tantum dignitatis fastigium [g]. τὸ *adduxisti* emphaticum est, quo sign. se suis viribus nunquam potuisse ad illum gradum aspirare. Intelligit non tantùm dignitatem regiam, sed etiam omnia superiora Dei erga se benificia. Impii inflantur & superbiunt donis Dei: pii autem magis magísque dejiciuntur. Si David tantus vir & tam sanctus propheta; tamen mereri non potuit à Deo ista dona, quid ità hodie insaniunt nostri sanctuli, ut propter suas nescio quas opellas, polliceantur sibi regnum cœlorum [h].

19. *Nisi loquereris de domo servi tui in longinquum*] Sim. ó. Jon. M. P. Mo. JT. Ti. *In tempus longè futurum*, Belg. Ang. Me. *Nisi remota prædiceres*, Strig. [Ità exponunt למרחוק hac voce explicat, quod antè dictum erat, עד עולם [i]. Sensus est, etiam de Messia ex me post multa secula nascituro dixisti [k]. [Cui nonnihil favere videtur, quòd Jon. למרחוק reddit *in seculum quod venit*, quasi nomine seculum Messiæ indigitare solent Hebræi.] Sy. habet, *quòd de domo servi tui longè antè dixisti*, Ar. *Quòd de servo tuo——pollicitus es, duraturam illi posteritatem*. ¶ *Ista est enim lex Adam Domine Deus*] Sensus est, sicut cum Adamo pro ipso & tota ejus posteritate pactum inivisti; ità mecum, & cum domo mea pacisceris, &c [l]. Vel sic, *An hæc est lex Adam!* q. d. Eum morti obnoxium fecisti, me immortalem, regno in familia mea stabilito [m]. וזאת תורת האדם אדני יהוה, *Et hæc est directio ipsius Adæ, ô Domine Deus*, Ti. *Et* vel *At ista est lex (hic mos*, M.) *hominis, Domine Deus*, P. Mo. *Et hæc est visio filiis hominis (vel humanum institutum est hoc*, Sy. *vel hoc sanè homini computandum est*, Ar.) *Domine Deus*, Jon. Hic usus & mos hominum est,

ut

p Sà in Me. — q San. — r V. — s Mart. — t Strig. — v Pi. — x RR. in Ser. — y Ser. — z Mart. — a San. — b Ma. — c V. — d Me. ex Sà. — † Me. — f Pi. — g Pi. — h Mart. — i San. — k Os. — l Me. — m Mar.

ut quantiscunque polleant opibus, honoribus, &c. non tamen putent sibi plenè satisfactum, nisi posteris quoque pari modo prospectum sit [n]. תורה hîc sign. *scopum*; q. d. Ad hunc scopum maximè collimant homines; ut & ipsi honores habeant, & ad posteros transmittant [o]. JT. sic vertunt, *idque ratione humanâ*, &c. id est, per humanissimam institutionem. Heb. *Et hæc est lex*, sive *doctrina hominis* [p]. Verus sensus est, Familiariter mecum agis, quomodò homines cum hominibus agere solent [q]. Ità commendat beneficia Dei à forma & modo, ut antè à re ipsa [r]. *Talis est provisio humana*, Jon. in M. ut scilicet suis in longinquum provideant de Imperii stabilitate [s]. תורה accipio pro תְּכוּנַת *dispositione* [t]. Q. per אָדָם *hominem magnum* intelligunt [v]. [Qualis tamen potiùs איש dici solet, si vera sit doctorum ἐπίκεισις.] Sensus loci est; quæ *lex*, i. e. conditio seu sors, est magni viri & excellentis, non hominis vilis & abjecti, qualis ego sum: q. d. Id quod locutus es decet solum hominem præclarum & insignem [x]. Viri magni & nobiles magna pollicentur & dant [*]. Sed dubito an nomen *Adam*, eo sensu sumatur. Juvat tamen hanc expositionem 1 Par. 17. 17 [y]. *Respexisti me secundùm dispositionem hominum præstantium*, vel *excellentis viri*; quod tamen multo rectiùs referri possit ad Christum; q. d. Das mihi illa non secundùm merita mea, sed propter Christum eximium illum & præstantem hominem [z]. Aliis contra *Adam* hîc *vilem hominem* sign. ut sensus sit, siccine hominem terrenum, & vilem amplecteris & ornas? Nonne lex mortis contra Adam omnésque mortales lata est? Quid est, quòd me quodammodò æternum esse vis [a]? Al. *atque hoc secundùm legem hominum*; i. e. sicut homines solent disponere domum, bona & posteritatem illorum [b]. Al. *Estne hæc consuetudo, vel mos hominum, ô Domine Deus?* Ang. Belg. id est, ità cum hominibus agere? Ità sensus erit; Num homines digni sunt ut eos tam amicè de rebus tantis alloquaris? Nimium est hoc, ô nimium, O Domine, Domine [c]. Oratio est admirantis; q. d. an hæc est conditio hominis, ut tu illum tantâ charitate complectaris [d]? Id optimè ad Christum transferetur: Estne hæc mea conditio, ut Christus ex mea stirpe sit nasciturus [†]. [Alii etiam ad Christum referunt.] Sic verto, *Et hæc est lex hominis, Dei Domini, sive Jehovæ*; id est, intelligo te de tali Messia locutum, cujus rationes exigent, ut sit simul verus homo, & æternus Deus [f]. Vides ergò Davidem probè intellexisse illa Dei verba ——*ipse erit mihi filius* —item *constituam eum super regnum meum in æternum* [g]. [Nec est quod miretur quisquam, vel id hoc loco Davidi significâsse Deum, qui ad Messiam pleraque in antiqua illa œconomia retulit; vel id intellexisse Davidem, qui propheta erat insignis; cùm alii prophetæ & ante & post Davidem luculentiora de Messia testimonia protulerint.] *Et hoc est institutum hominis, qui est Dominus Deus*; q.d. Nimis hoc arduum, & gloriosum est, quod mihi promittis, ex meo sanguine nasciturum tibi æqualem, & gubernatorem æterni regni tui. O rem mirandam! Sic 1 Par. 17. dicit, *Aspicis me in forma hominis*, (i.e. *schemate inventum, ut hominem*, Phil. 2.) *qui in supernis es Dominus Deus* [h]. Notandum *legis* vocabulum Hebræis sæpè significare *modum* aut *rationem rei* [i]. Nonnulli תורה hîc potiùs à תור, quàm à ירה deducunt; reddúntque, *& hæc est dispositio, forma, ordo, ratio, series, status, gradus*, &c [k].

20. *Quid addere poterit ——ut loquatur*, &c.] i. e. Quid plura dicet David? plura dicere non potest, nec opus est pluribus, cùm *tu noveris servum*, &c [l]. Non necesse est, ut verbis apud te, qui omnia nôsti, patefaciam, quanto me tibi beneficio obligatum putem; cor meum tibi patet [m]. Tam liberalis fuisti, ut nihil sit reliquum, quod abs te deinceps petam; *Tu scis servum*, id est quibus rebus indigeam; non opus est multiloquio. Vide Matt. 6. Confirmatur hæc expositio ex 1 Par. 17. 18 [n]. *Quid adjiciam petere!* qui Christum ex mea stirpe nasciturum promisit, cum eo omnia dabit [o]. *Quid ergo*, &c? q. d. Majora fecisti, quàm ausus fuissem petere [p]. ¶ *Tu scis servum*] Id est, curas, amas, dirigis, exaltas. Sic explicatur 1 Par. 17. 18. Scientia hæc non speculativa est, sed practica; sicut Matt. 25. 12. 2 Tim. 2. 19 [q]. & Psal. 1. 6 [r].

21. *Propter verbum tuum*] Ad me per Nathanem [s],

[Marginal notes: n T. ex To. La. sim. L. — o Q. in Mart. — p Pi. — q G. post Jun. Me. Ma. — r Jun. Ma. — s M. ex K. — t K. in M. — v He. in Mar. — x V. — * Ser. ex V. — y Ma. — z Mart. — a San. — b Belg. — c Belg. — d R.S. in Mart. — † Mart. — f Os. — g Strig. — h Strig. ex Luth. — i Os. — k Ma. — l V. — m Me. — n San. — o Mart. — p L. — q La. sim. San. Mart. Ma. — r Ma. — s Pi.]

& per Samuelem [t]; ut impleres promissiones tuas [v]. Propter promissiones tuas patribus olim dictas, & me Regem fecisti, & Messiam promisisti [x]. *Propter sermonem tuum*; i. e. propter Christum, qui æternus est sermo, patri ὁμοούσιος. Vide 1 Sam. 3. 21. 1 Par. 17. 19. Proponit causam & fontem omnium beneficiorum Dei erga populum, & erga se, nempe Christum [y]. ὁ hîc habent, *propter servum tuum*, (at in Complut. est *propter verbum tuum*) quomodò occurrit 1 Par. 17. 19. Nempe ut illi bonum conciliares nomen, &c. vel sic loquitur, quòd totum beneficiorum pondus in se recipere voluit, ut magis pro illis ageret gratias [z]. ¶ *Et secundùm cor tuum*] Id est, voluntatem, beneplacitum tuum; quia sic tibi placuit [a], propter voluntatem tuam; q. d. Imò ultro fecisti; quia tibi placuit [b]. q.d. non tantùm ut impleres promissiones, sed ultro, &c. Ità correctio est [c]; quia insigniter bonus es [d]. Hoc procedit ex tua mera liberalitate, non ex mea dignitate [†]. Nihil ex tot beneficiis David suis meritis ascriptum esse vult, sed totum benignitati divinæ refert acceptum [f]. Hæc præstitisti non propter merita mea, sed propter promissiones tuas [g]. ¶ *Ità ut notum faceres servo tuo*, לְהוֹדִיעַ אֶת־עַבְדֶּךָ] *Ut cognoscere faceres servum tuum*, Jon. sim. ὁ. P. Mo. M. Ti. nempe magnalia ista, ut legitur 1 Par. 17. 19. amplitudinem, quam posteritati meæ daturus es [h]. *Præstas has res omnes maximas notas faciendo servo tuo*, JT. *Ità ut notum faceres*, &c. per Nathanem [i]. Mihi tuum consilium aperiendo, ut amicus cum amico [k]. Puto אֶת־עַבְדֶּךָ esse dativum acquisitionis. Magnalia hæc nota dicuntur esse Davidi; id est, in Davidis gratiam; ut ipsum homines observarent & amarent; sive ut per illa servum suum Davidem manifestaret [l]. [Huic favet Sy. qui sic vertit, *ut notum redderes servum tuum*.] Al. sic, *ut notam faceres —servo tuo magnitudinem hanc*; Gratias Deo agit, quod non tantùm frui & uti possit beneficiis Dei; sed quòd imbutus sit eo animi lumine, ut possit ea intelligere & considerare. Sic 1 Cor. 2. 12. *Spiritum accepimus, per quem scimus quæ à Deo data sunt nobis* [m].

22. *Neque est Deus extra* (vel *præter*, Mo. &c.) *te, in omnibus quæ audivimus*, sic ὁ. בְּכֹל אֲשֶׁר־שָׁמַעְנוּ] *Juxta omnia quæ audivimus*, M. P. &c. sim. V. *Nec alius est Deus* (*quod auribus nostris audierimus*) *præter te*, Sy. *Non est tibi par, nec auribus nostris auditum est reperiri Deum præter te*, Ar. *In vel ex omnibus quæ audivimus*, &c. aut de nostris, aut de externis regionibus, in quibus alieni dii dominantur, nihil deprehendimus, quod à divina virtute videatur profectum esse; nisi quæ de tuis magnalibus accepimus [n]. Quantum unquam fando audivimus, fateri cogimur te unum esse verum Deum [o]. Nulla gens quæ de iis, quos Deos putat, idem possit prædicare [†]. Observa hîc unitatem divinæ essentiæ; in sequentibus autem, (*Iverunt dii*) pluralitatem personarum [*]. *Omnino prout audivimus*, &c. id est, quæ majoribus nostris fuerant promissa, jam reipsâ consignas mihi [p].

23. *Quæ est autem, ut populus tuus Israel, gens in terra?* וּמִי כְעַמְּךָ כְּיִשְׂרָאֵל גּוֹי אֶחָד בָּאָרֶץ] *Et quis sicut populus tuus, sicut Israel, gens una in terra*, M. P. Mo. *Populus unicus* (vel *unus electus*, Jon.) *in terra?* Sy. *gens singularis?* V. *Et quis, sicut populus tuus,——gens alia?* ὁ. Pro אֶחָד *una* legebant אַחֵר *alia* [q]. *Quæ enim est, sicut——populus——gens ulla?* JT. id est, quæ fœlicitate & gloriâ cum illis comparari possit [r]. ¶ *Propter quam ivit Deus, ut redimeret eam sibi in populum*, sic P. Strig. אֲשֶׁר הָלְכוּ אֱלֹהִים לִפְדּוֹת לוֹ לְעָם] *Quem ivit Deus ad redimendum sibi in populum*, Ang. Belg. sim. Mo. JT. Pi. Ma. [Sy. aliter verba ordinat, *populo, ad quem sibi redimendum*, &c.] ὡς ὡδήγησεν αὐτὸν ὁ Θεός, ὁ. *Quomodò duxit se*, vel *eum Deus*, Nobil. *Cujus Deus iret, ut sibi in populum redimeret*, M. Ti. Heb. *iverunt dii*. Sic Gen. 20. 13. *Elohim* de vero Deo construitur cum verbo plurali [s]. Vide quæ ad Gen. 1. 1 [t]. Hinc colligimus personarum pluralitatem in divinis [v]. Alii referunt ad Mosen & Aaronem, qui à Deo missi sunt [x]. Qui refutantur ex 1 Par. 17. ubi de vero Deo hoc dicitur, *tu redimisti*, &c. K. vult plurale de Deo dici honoris gratiâ. Cur ergò subjicit, Tu *Domine*, &c. in singulari; nam Deus semper debet omnibus honoribus cumulari [y]. ¶ *Et poneret sibi nomen*] Id est, ut excitaret sibi famam [z]. Qui sensus firmatur ex 1 Par. 17. 21, vel, *ad comparandum*

[Marginal notes: t La. San. M. — v V. — x Os. — y Ma. ex Jun. — z San. — a Mar. — b V. — c Ma. — d Me. — † L. — f San. — g La. — h V. sim. Man. Pi. Jun. — i Os. — k Me. — l San. — m Mart. — n San. — o Os. — † G. — * Os. — p Ma. ex Jun. — q Mar. — r Os. — s Ma. ex Jun. — t Ma. — v Os. Mart. — x Q. in Mart. R.S. & Jon. in M. — y Mart. — z V. To. in La. San. Ti. Ma.]

a Ma. dum ei nomen; i.e. populo, ut populum faceret celebrem [a]. Vel, ut Israel hunc titulum acquireret, ut vocaretur populus Dei [b]. ¶ *Faceretque eis magnalia*, &c. וְלַעֲשׂוֹת לָכֶם הַגְּדוּלָּה וְנוֹרָאוֹת לְאַרְצֶךָ מִפְּנֵי עַמְּךָ אֲשֶׁר פָּדִיתָ לְּךָ מִמִּצְרַיִם גּוֹיִם וֵאלֹהָיו [Variè reddunt;] Omnis difficultas oritur ex גּוֹיִם וֵאלֹהָיו, nempe quò referantur, & unde regantur [c]. *Et ad faciendum*, sive *præstandum vobis* (vel *pro vobis*, Belg.) *magnitudinem* (*magnalia*, M. Jon.) *& terribilia terræ tuæ*, &c. Mo. sim. P. JT. Jon. vel *ad terram tuam*, Belg. vel *in terra tua*, M. Strig. *propter terram tuam*, V. vel *& timenda ipsi terræ*, Ma. *reverenter suscipienda* (Heb. *reverenda*) *terræ tuæ*; i. e. à terra tua, Ma. ex Jun. Convertit sermonem ad Israel, deinde iterum ad Deum dicens, *terribilia in terra tua* [d]. *Vobis*, Apostrophe ad populum [†]. Sed hoc nimis durum. Malim legendum לָהֶם *illis*, nempe Israelitis [f]. [Huic favet Ar. qui sic reddit, *per miracula erga ipsos peracta, & beneficia quibus eos prosequutus es*; & Ca. qui sic, *ut ejus causâ——faceret*, &c. Al. aliter,] verto, *ad faciendum tibi*. Res ista postulat, ut eodem referatur, quò sequentia affixa, nempe ad Deum; cui & hîc affixum plurale, deinde affixum singulare eodem jure convenit, ac verbum plurale & affixum singulare in eadem constructione fuere attributa, quum dictum fuit הָלְכוּ אֱלֹהִים לִפְדּוֹת לוֹ לְעָם [g]. [Huic sententiæ favet Sy. qui sic reddit, *ad faciendum sibi magnalia*, &c. *super terram*. Porrò sequentia verba sic reddunt] *à facie* vel *faciebus populi tui* (vel *propter populum tuum*, M. Ti. V. Mar. vel, *coram populo tuo*, Strig. Os. Mar. Ang. Belg. vel expellendo *à facie populi*, JT. Pi. vel, ad expellendum *à facie*, &c. Ma. sim. ô. Hæc vox subauditur ex 1 Par. 17. 21 [h].) *Quem redemisti tibi ex Ægypto*, Mo. P. M. Ti. &c. *gentibus & diis ejus*, Mo. *Ex gentibus & diis* (vel *judicibus*, Q. He. in M.) *ejus*, sive *eorum*, P. Belg. Ang. Strig. Os. Videtur hic sensus colligi ex v. 24 [i]. i. e. Quem in libertatem asseruisti, ex Ægypto, & ex gentibus & diis ejus, sub Ægypti. Aut sing. est pro plur. *earum* [k]. Vana illa numina non poterant populum diutiùs retinere, &c [*]. vel sic, erepti sunt ab Ægyptiis, & ab eorum idololatria; nam in Ægypto coluerunt idola, Deut. 2. & Ezec. 16 [†]. Al. *populum —— cujus tu es Deus*, Sy. Ar. [גּוֹיִם vertunt *populum*, & וֵאלֹהָיו accipiunt quasi esset וְאַתָּה אֱלֹהָיו *& tu Deus ejus*, sub. *es*.] Al. & percussisti *gentes & deos earum*, vel *ejus*, Q. in V. [Alii cum antecedentibus hoc modo conjungunt,] *propter populum quem redemisti —— gentem cum judicibus ejus*, M. Ti. sive *senioribus* populi, M. Mosen intelligit & alios principes, qui Dii vocantur, Joan. 10 [l]. Al. *qui redemisti tibi ex Ægypto gentes* (i. e. Israelem quem *gentes* vocat quòd constet pluribus tribubus & familiis) *& Deos*; i. e. primores eorum, Q. in V. Al. & *Deum earum*; i. e. teipsum; Deus enim videbatur affligi, cùm sui affligerentur [m]. Vel Deus redimi dicitur, id est cultus ejus, quem Ægyptii contemnebant [n]. Al. sic locum vertunt: *fecit magnalia super terram*, &c. *& super gentem*, *& super Deum ejus*. לְ *super* quod est ante *terram*, præpono etiam ante *gentem*, & *Deum*: Et certè in his tribus magna accidisse legimus: Nam in adventu Israelitarum terra Amorhæorum mota est, scopuli murique inclinati, apertus Jordanis; contra gentes illas pugnatum est, de cœlo & aliter, Jos. 5. & 6. & 1 Sam. 7. & 14. Diis etiam eorum horribilia contigerunt, Dagoni, 1 Sam. 5. & Baal, Jud. 6. & Ægyptiorum diis, Num. 33. 4 [o]. Al. sic, *Et ad faciendum tibi magnificentiam, & terribilia terræ tuæ, gentibus & Diis ejus, propter populum tuum quem redemisti tibi ex Ægypto*, quod sensu planè convenit cum 1 Par. 17. 21. Hoc enim idem est acsi è terra sua gentes & Deos ejus ejecisse dicatur in gratiam populi sui. גּוֹיִם וֵאלֹהָיו refero ad לְאַרְצֶךָ, & ab illo לְ reguntur; est enim אֶרֶץ communis generis. Et per גּוֹיִם intelligo gentes & Deos terræ Canaan; ut patet ex 1 Par. 17. 21. *Gentes & dii ejus*; id est, terræ tuæ. Porrò rectè David hanc ipsam gentem, suo tempore viventem, ex Ægypto redemptam dicit. Nam, ut ait Maimonides, *Tenetur quivis quovis seculo ità se componere, acsi ipsemet jamjam è servitute Ægypti exivisset* [p].

25. *Verbum—suscita*] i. e. Præsta promissionem, quæ dum suspensa est, nec executioni mandetur, dormire videtur. Sic dicimus *suscitare arcum, juramentum*, &c. i. e. facere nè ociosa sint & vacua [q]. Heb. est הָקֵם, id est, statue, confirma [r].

Margin notes (left column): a Ma. | b La. San. | c Di. | d M. | † Jun. | f Pi. | g Di. | h Ma. Pi. | i Ser. | k V. | * Os. | † Mart. | l Ser. | m V. sic Mart. | n Mar. ex Hi. | o San. | p Di. | q San. | r La.

26. *Ut magnificetur nomen tuum——atque dicatur*, &c. וְיִגְדַּל וגו׳ לֵאמֹר וגו׳ [*Et magnificetur nomen tuum, dicendo*, &c. P. Mo. JT. i. e. ut dicant posteri: vel *& dicent*, sive, *nam dicent*, si vertas, *magnificabitur* [s]. Al. *Quemadmodum dixisti*, Sy. Ar. *& dicetur*, &c. Strig. [Alii aliter;] Belg. *Sic enim magnificabitur nomen tuum*, &c. *à dicentibus*, &c. M. vel *ut dicatur*, &c. Ti. Belg. ¶ *Dominus exercituum, Deus super Israel*] Sensus est, vel, 1. Deus potens & invictus curam Israel suscepit. Vel 2. Qui Deus est Israel, ille Deus est exercituum [t].

27. *Revelâsti autem*] De qua phrasi vide quæ ad Ruth 4. 4 [v]. & ad 1 Sam. 20. 2 [x]. ¶ *Propterea invenit servus tuus cor suum, ut oraret*, &c. עַל כֵּן מָצָא עַבְדְּךָ אֶת לִבּוֹ לְהִתְפַּלֵּל וגו׳ [*Ideò invenit servus tuus cor suum* (sub. *gratum*, *alacre*, La. vel *paratum*, *aptum*, vel *dispositum*, V. sic Mar.) *ad orandum*, &c. sive *ut oraret*, &c. Mo. P. ô. M. *Fuit in corde servi*, &c. Jon. *Invenit corde suo* &c. Ti. *Cogitavit in corde suo*, &c. Sy. sim. Ar. *Judicavit* (Heb. *invenit*, Jun.) *cum animo* (Heb. *corde*, Jun.) *suo*. JT. Dum perpendi tuas promissiones in corde meo, decrevi, attestante corde meo, rectè me facturum, si te pro earundem promissionum impletione orarem [y]. *Invenit cor*, &c. fiduciam nactus est [z]. *Cor* multa sign. inprimis robur & audaciam aliquid aggrediendi. Non *habere* dicuntur *cor* ad aliquid, qui ab illius consecutione desperant. Qui spem & vires recuperat, *animum invenisse* dicitur. David igitur promissione Dei confirmatus, ausus est illud orando petere, de quo priùs cogitare neque auderet, neque posset [*]. *Cor meum apprehendi*, &c. Emphaticè dictum. Est enim labile & fugax cor nostrum, nisi apprehendatur à nobis & quodammodò stringatur & vinciatur, non consistit. Nisi Deus nobis revelaret auriculam, non auderemus ad illum accedere. Dices, si scivit David Deum hæc daturum, quid opus erat precibus? Resp. Promissiones Dei sæpe habent adjunctam conditionem, nempe si nosmet piè ac sanctè geramus. Et licèt Deus certò aliquid daturus sit, tamen omnino vult interponi ista media [a].

29. *Incipe ergo; & benedic*, Ità ô. Jon. Ar. Strig. הוֹאֵל וּבָרֵךְ [*Velis*, (*acquiesce*, M.) *& benedic*, Mo. P. Jun. Mar. i. e. volenter benedic [b]. *Placeat tibi benedicere*, JT. V. Hebraismus est [c]. Verba duo, cum, vel sine, copula, usurpantur apud Hebræos, sicut apud Latinos verbum cum Infinitivo. Sic Gen. 9. 20. *cœpit & plantavit*, &c. h. e. cœpit plantare. Item Deut. 2. 31. *incipe, posside*, pro, incipe possidere; & Jos. 7. 7. *Utinam voluissemus & mansissemus*, pro voluissemus manere [d].

Margin notes (right column): s V. | t Me. | v Pi. | x Ma. | y Os. | z Me. Mar. | * San. | a Mart. | b Mar. | c V. | d Glass. gram. 344.

CAP. VIII.

1. *Post hæc, percussit David*, &c.] David, quamvis accepisset promissiones, tamen noluit esse otiosus, quasi Deus omnia sibi dormienti esset confecturus [†]. Eò animum appulit, ut regnum hæredi pacatum traderet, & bellorum semina præcideret: nè quid filii studium in Templi fabrica retardaret [f]. ¶ *Et tulit David frænum tributi*] Ità P. id est מֶתֶג הַמַּס BA. Heb. *frænum cubiti*. Sed quia cubitus mensura est, & tributum ad mensuram imponitur, ideò tributum *mensura* seu *cubitus* vocatur [g]. מֶתֶג הָאַמָּה [Variè accipiunt; 1. Q. pro nomine proprio accipiunt. *Metheghaamah*, P. Mo. K. & R. Levi, qui fortasse (inquit) erat nomen termini, sive tractûs illius [h]. Sim. Ca. *Ramathgama*, Sy. & Ar. Malim *RAMATH-GOME*, *collem junci* [i]. *Frænum Amgaris*, JT. *Claustra montis Ammæ*, ibi erat *Gitta* oppidum, 1 Par. 18. 1 [*]. *Amma* est proprium nomen montis Pelischtæorum, ex quo & altero nomine *Gar*, sive *Gerar* conflatum est nomen *Amgaris*, de quo Plin. 5. 13 [k]. Hoc nomen illi compositum videtur ex אַמָּה & הַר *mons*, quòd facilè in *Gar* transire pronunciatione potuit [l]. 2. Alii appellativè accipiunt, vertúntque τὴν ἀφωρισμένην, *separatam*, seu *partem definitam*, ô. in Glass. id est, tributum injunctum, Ser. *Frænum subjectionis*. Significat imperium, quod Philistæi in Israelitas hactenus habuerunt, per David sublatum [m]. *Frænum frontis*, Ti. *frænum servile*, Strig. *frænum* (sive *instaurationem*, Jon. in V.) *aquæductûs*, vel *rivi*, Mar. Nobil. ex Jon. V. Aq. in Ser. Urbs aut Regio *Methegammah* dicta à *fræno rivi*, quomodò Hebræi æquæductus vocant, quòd per canalem ducamus

Margin notes (Cap. VIII): † Mart. | f San. | g Mar. | h Glass. gram. p. 855. | i BA. 1. 2. 18. 225. | * G. | k Jun. | l Glass. ib. | m M.

amus aquam quò volumus, ut fræno equum [n]; scilicet, aquam, quâ rigabantur campi, aliò divertit [o]. Hæc vocis explicatio fluit ex usu Rabbinorum, quibus, teste Guid. Fabricio אמת & אמתא *rivum aquæ* sign. Sed de hoc meritò dubitatur [p]. Per *Methegammah* proculdubiò intelligit Gath cum vicinis oppidis, quia pro eo habetur 1 Par. 18. 1. *Gath & filias ejus* [q]. Metonymia subjecti; nam in monte Amma sita erat urbs Gath: & erat quasi frænum quo regio illa continebatur, in officio [r]. Frænum autem metaphora regni. Virgil. 1. Æneid.

——*& gentes frænare superbas.* [s].

Fortè מֶתֶג per metathesin facta ex גַּת cum מ prosthetico (quod in propriis nominibus fieri solet, ut ostendimus in observ. 4. p. 766.) & vox בְּנוֹתֶיו *filias ejus* in Paralip. hîc exprimitur ex natura relatorum, per הָאַמָּה voce deductâ ab אֵם *mater*, quod metaphoricè *metropolin* sign. 2 Sam. 20. 19. Sic idem in utroque loco, tantùm variatis vocibus dicitur [t]. Aliis מֶתֶג sign. κέντρον sive *stimulum*. Ità RS. hoc loco, & Græci ad Prov. 26. 3. RS. ait Gath ità nominari, quòd *stimulus fuerit, aut baculus in Philistæos dominans.* Quò refert, quòd è quinque Satrapis solus Gathensis *Rex* dicitur [v]. In 1 Par. 18. 1. exprimuntur civitatum nomina; hîc verò earum usus, nempe ut acuant *frænum*, vel *stimulos*, quo arcerentur Palæstini, & ad pendenda tributa adigerentur; (quem olim usum præstabat Palæstinis statio illa, 1 Sam. 13.) Ad hoc commodæ erant hæ urbes, utpote munitæ, & in ipso duarum regionum confinio positæ. Per hanc urbem Philistæi olim frænabant Judæam; nunc David frænat Philistæos, imponens illi militare præsidium [x].

2. *Et mensus est eos funiculo, coæquans terræ,* וַיְמַדְּדֵם בַּחֶבֶל הַשְׁכֵּב אוֹתָם אַרְצָה] *Et mensus est eos in funiculo, faciendo jacere eos super terram,* Mo. sic P. vel *sternens eos super terram*, ό. sim. Jon. Sy. Ar. M. Ti. Ca. Strig. Os. Vel, ut alii, *coæquando eos terræ.* Mensuravit eos fune; h.e. eos mensurâ certissimâ, numeróque certissimo, quos voluit interfecit [y]. *Mensuravit eos sorte, projecítque eos in terram*, Jon. in M. Est metalepsis seu metaphora ab agricolis & mensoribus, qui terram æquam funiculo dimetiuntur, ut tot jugera sementi, tot pascuis, &c. destinent ad libitum. Ità David fecit de Moabitis [z]. Possis reddere, *mensuravit eos in parte*, vel *portione* regionis *prosternendo*, &c. Sic חֶבֶל plerumque sumitur, ut Deut. 3. 4. & 32. 9. q.d. non totam terram Moabiticam, sed aliquem ejus tractum ità vastavit [a]. *Qumque metiretur eos* (id est regionem eorum) *funiculo, dejiciendo eos in terram*; (i. e. civitates eorum æquando solo) &c. JT. Quidam accipiunt de turribus & arcibus Moabitarum, quas planè dejecit [b]. Alii de agris Moab, quos quasi victor occupavit, & ad libitum suis distribuit [c]. ¶ *Mensus est autem duos funiculos* (vel *duobus funibus*, Sy.) unum *ad occidendum, & unum ad vivificandum*] Prius *unum* noster rectè addit [d]. Illud exigit τὸ *plenitudinis funiculum*, &c. q. d. David plures in vita servavit, quàm occîdit. Honorificum hoc erat clementi victori, & utile; ut à vivis tributa exigeret, quæ mortui præstare non possunt † [sim. vertunt Sy. & Ar.] וַיְמַדֵּד שְׁנֵי חֲבָלִים לְהָמִית וּמְלֹא הַחֶבֶל לְהַחֲיוֹת, *Et mensus est duos funiculos* (vel *duobus funiculis*, JT. Ti. M.) *ad mortificandum* sive *interficiendum*, Mo. P. Ti. *& plenitudinem funiculi* (*plenum funiculum*, P. M. *integrum funem*, Ti. *integro funiculo*, JT.) *ad vivificandum*, Mo. *ad servandum in vita*, Ti. sim. P. M. JT. *In tres partes divisit, quarum duas morti destinavit, tertiam totam conservavit*, Ca. sim. Strig. Os. Sic ό, & Jon. & Theodor. & Procop. & Jo. in La. G. V. Hîc impleri incipiunt promissa illa magnifica, Gen. 15 18. Num. 24. 17. Tres designavit partes terræ Moabiticæ; in quarum una tantùm indigenas reliquit superstites, occisis cæteris, nè difficilis esset custodia [f]. De bellatoribus hoc intelligunt plerique cum Josepho [g]. Hoc autem fecit David, quòd Moabitæ parentes ejus & fratres occiderant [h].

3. *Adarezer*] Sic vocatur 1 Chron. 18. 3. hîc verò *Hadad-Eser.* ד & ר facilè permutatis [i]. Hanc historiam refert Nicolaus Damascenus hist. 4. & regem hunc *Adad* nominat, quod commune fuisse ait Regum Damascenorum nomen. Ità dictus ille 1 Reg. 11. 14. hinc *Benhadad* rex Syriæ dictus, 1 Reg. 15. 18. à quo omnes postea reges *Aram*; i. e. Syriæ & Damasci vocati sunt *. ¶ *Regem Soba*] Qu. Quis hic? & ubi erat *Soba*? Resp. 1. Rex ille Sobæ Philistais vicinus; ut colligere est 1 Sam. 14. 47. in Euphratis accolas bellum ferens, non postulato innoxio itinere, fines Israelitarum vi invaserat; ejúsque rei pœnas dedit [k]. 2. *Soba* hæc erat pars Syriæ *Sophene* dicta, inter utramque Armeniam ultra (& citra [l],) Taurum [m], cujus regia civitas erat *Hemath*, sive *Epiphania.* Transmisit hic Euphratem, ut fines suos proferret, & agros Judæorum occuparet [n]. 3. Syria duplex erat, teste Strab. l. 16. quædam cis, quædam trans Euphratem. De illa hoc loco dicitur, eáque rursùm vel *Sophena* est, vel *Damascena.* De utraque hic agitur [o]. *Rex Soba*; additur 1 Par. 18. 3. *regionis Hemath*; i. e. Syriæ. *Soba*, sivè *Suba*, sive *Subal* est pars Syriæ inter Libanum & Hermon interjacens, quæ *Cælesyria*, sive *cava Syria* dicitur; vel potiùs hujus pars, juxta Palmyram & Hermon, non longè à Damasco [p]. *Syria Soba*, sive *Cælesyria*, & *Syria Damasci* erat utraque contermina Manassitis ultra Jordanem; illa ex oriente, hæc à septentrione [q]. ¶ *Quando profectus est*] Quis? David? an Hadarezer? Incertum est ex Hebræo, & Græco & Chaldæo [r]. De Hadarezer accipiunt Dionys. & Hugo [s], qui Moabitis auxilium tulit, & suspensa [lege, suspecta] habens incrementa Davidis, regionem ad Euphratem sibi vindicare voluit [t]. De Davide alii accipiunt, *quum proficisceretur* David [v]. Sed Davidi non congruit illud quod sequitur. *Quum iret ad statuendum*, vel *constituendam manum*, vel *potentiam ejus*, &c. cùm termini regni Davidici nondum eo usque extenderentur [x]. [Sed huic quæstioni sequentia verba lucem commodabunt.] ¶ *Ut dominaretur super flumen Euphratem*, לְהָשִׁיב יָדוֹ בִּנְהַר פְּרָת] *Ad convertendum manum suam in flumine Perath*, Mo. Mar. ex ό. *Ad imponendum manum suam super flumen*, ό. *Ad versandam manum suam*, (i. e. *auctoritatem exercendam*) *in flumen*, Sy. *Ad repellendam*, (*avertendam*, Pi.) *manum ejus, versùs flumen*, JT. *Ut constitueret* (*reduceret*, Ti. M. *recuperaret*, Ang. *produceret*, vel *prorogaret*, V.) *terminum suum in flumine*, P. *ad flumen*, Ang. Ti. *juxta fluvium*, M. Alii, *ut instauraret dominium suum in flumine*; i. e. regionem adjacentem Euphrati, quam antea ceperat à filiis Israel [y]. *Ad porrigendum imperium suum ad fluvium*, Ca. *Ut recuperaret potentiam suam*, &c. Strig. Quando profectus est David ad comparandum terminos imperii Israelitici divinâ promissione constitutos, Gen. 15. 18 [z]. Sed pro לְהָשִׁיב legendum puto לְהַצִּיב, quod habetur 1 Chron. 18. 3. צ pro שׁ posito, quomodò 1 Sam. 17. 34. est זֶה pro שֶׂה supposito ז pro שׂ.) Sic ergò verto, *Quum iret*, nempe David cum exercitu *ad statuendum*, sive *constituendum manum suam*, hoc est, stationarios suos juxta flumen; oppressis scilicet Zobæis. Sicut v. 6. *posuit stationarios in Syria.* Metaphora. Nam sicut manu aliquid tenemus, ità reges operâ stationariorum continent subditos in obedientia, nè rebellent. τὸ ב hic valet *juxta* vel *apud.* Porrò ambæ lectiones τὸ הָשִׁיב & τὸ הַצִּיב simul consistere nequeunt, cùm implicent contradictionem. Quippe qui statuit, is in eodem loco retinet: qui verò avertit, is è loco amovet [a]. Finis hujus belli, ut fines regni eò produceret, hac occasione; juxta Gen. 15. 18. quod innuit 1 Paral. 18. 14 [b].

4. *Mille septingentis equitibus*, Ità Jon. P. Mo. Ti. Ca. אֶלֶף וּשְׁבַע מֵאוֹת פָּרָשִׁים] *Mille* (sub. *currus*, ό. Jon. Jun. Pi. Glass.) *& septingentos equites*, JT. Al. *& septies mille*, ό. Ità habetur 1 Chron. 18. 4. Unde intelligitur hîc per *equites* intelligendas equitum decurias [c], quæ efficiunt 7000 equites. Sic infra 10 18. Ellipsis observanda in ratione numerandi; ut cùm apud Latinos dicuntur *quinquagies, sexagies* H-S, & similia, ferè intelliguntur, millia [d]. Jo. habet *mille currus & quinquies mille equites.* Ità in his non minùs quàm in aliarum historiarum codicibus jam olim variavit numerorum scriptura. Confer quod infrà 10. 18. videbis hæc Græcorum aut Josephi magis servare proportionem †. [Alii differentiam hanc numeri ab illa 1 Par. 14. aliter conciliant;] Universim capti erant 7000 equites; ex quibus 1700 primarii erant ac præcipui [f], qui erant ex regio satellitio [g]; qui singularibus equis vehebantur; (de quibus solùm hic loquitur). At in Paralipomenis adnumerantur inter equites, illi qui equis curulibus insidebant. Sic qua-

[n] V. [o] Ità La. San. [p] Glass. gram. p. 856. [q] BA. r. 2. 18. 225. [r] Pi. [s] Ma. [t] Glass. gram. [v] BA. ib. [x] San. [y] V. [z] La. sim. San. T. ex L. & Caj. [a] Ma. [b] L. et Caj. in La. [c] Al. in La. [d] San. ex To. La. † La. [f] G. [g] Ma. Ità V. [h] M. L. ex RS. [i] Di. sim. Ma. * Scal. ad Fragm. Nicol. in Ga.

[k] G. [l] Mart. [m] Jo. in Wil. Mart [n] Mart. [o] Ser. [p] La. [q] Me. [r] Me. sic San. La. [s] San. Ità Me. G. Wil. Mart. Mar. [t] Me. [v] Jun. sic Pi. San. ex To. [x] Wil. [y] V. [z] Q. in Ma. [a] Pi. [b] Jun. [c] Pi. [d] Ma. ex Jun. † G. [f] La. sic Buxt. vind. 2. 394. K. et To. in Me. [g] Me.

quadrigis vecti *equites* appellantur, Isa. 21. 7. & 22. 6 [h]. Quis autem dubitat in quadrigis mille (quot recensentur in Paralip.) 5300 equites vehi posse? His adde hos 1700. & sunt 7000. Rectè etiam monet Abulensis in libris Paral. multa addi, vel explicari quae in libris Regum vel omissa sunt, vel obscurius habentur [i]. Porrò adjectivum saepè tantùm exprimitur, substantivo commodè subintellecto; ut Gen. 25. 30. *Da mihi de rufo*, scilicet edulio, Gen. 35. 2. *removete Deos* הַנֵּכָר *alieni*, scilicet populi, 2 Sam. 21. 16. *accinctus novo*, scil. gladio. Ità hoc loco *mille* sub. *currus* [k]. ¶ *Subnervavit omnes jugales curruum*, [וַיְעַקֵּר אֶת כָּל הָרֶכֶב] *Et subnervavit (dissolvit*, ὁ. *extirpavit*, Sy. *enervavit*, Strig. *inutilem reddidit*, Ti.) *omnem currum*, Mo. P. Jon. *dissolvit vehiculorum rotas*, Ar. *truncavit omnium curruum* equos, M. *succidit suffragines* (vel *talos*, K. & Ar. in BA. vel *ungulas*, Pomarius in BA.) *omnium curulium equorum*, JT. Pi. Ma. *Currus* pro equis curulibus [l]. Sic & 2 Sam. 10. 18. *Occidit septingentos currus*; i. e. equos curruum; Psal. 76. 6. *Dormiit & currus & equus*; i. e. tam equi curules, quàm qui equitantur, Ezec. 39. 20. nisi pro רֶכֶב legatur רַכָּב i. e. eques pro curru, vel equo curuli; quod sequuntur Graeci, Vulg. & Sy. & Ar [m]. Sensus est, praecidit crura equis omnium curruum; h. e. eam cruris partem, quae est nervosa, nè essent tam celeres & apti ad bellum; non autem nè omnino graderentur. Ad verb. *abstulit bases*: sunt enim crura animalibus veluti bases & fundamenta [n]. Succidit suffragines [o], aut poplites, ut nulli usui esse possent [p]. Sic hominibus Romanis Annibal succidit femina & poplites; Liv. l. 22. Valerius Maximus quosdam ab eo *relictos* ait *infimâ pedum parte succisâ*, 9. 2 [q]. Porrò τὸ עקר sign. *evellere & eradicare*, Eccles. 3. 2. Dan. 7. 8. Sophon. 2. 4. *Jumenti autem pedes*, inquit K, *sunt illius fundamentum & radix*. Sed quid si per Metathesin עָקַר dicatur pro עָרַק, tanquam à nomine עוֹרֶק, quod nervum sonat? Ità veteres sensisse videntur, qui νευροκοπεῖν, & *subnervare* reddiderunt; quam versionem maximè probo; quia sic equi fiunt planè inutiles [r]. Hoc autem fecit David, quia Regi interdicitur equorum multitudo, Deut. 17. 16 [s].

5. *Venit quoque Syria Damasci*] Syria, in qua sita est Damascus [t]. [Vide quae ad v. 3.] Distinguitur à *Syria Tzba*, sive *Cava* [v]. Hi suo capiti metuentes, copias pro Adarezer instruunt [x].

6. *Posuit praesidium*, [נְצִיבִים] *Stationes*, Ma. *constitutos*; i. e. deputatos ad custodiam provinciae [y]. ¶ *Ad quaecunque profectus est*, [בְּכֹל אֲשֶׁר הָלָךְ] *Quocunque perrexit*, V. sim. P.

7. *Tulit David arma aurea*, [שִׁלְטֵי הַזָּהָב] *Scuta* vel *clypeos*, (*armillas*, sive *torques*, ὁ. Aq. in Nobil. *balteos*, Ar. *umbones*, JT. Pi. *pharetras*, Sy. Ca.) *auri*, Jon. M. P. Ti. Mo. Strig. Mar. Sic Alexander magnus milites Argyraspidas habuit, sic dictos à parmis argenteis [z]. Porrò haec arma, vel tum gestata sunt in bello, vel in armamentario regio servabantur [a].

9. *Thou Rex Emath*] De Hemath vide ad Gen. 10. 18. & Num. 13. 21 [b]. Hemath duplex erat vel major, quae est Antiochia; vel minor, quae Epiphania [c].

10. *Misit Joram*] Qui 1 Par. 18. 10. *Hadoram* [d]. ¶ *Ut salutaret eum congratulans*, [לִשְׁאוֹל לוֹ לְשָׁלוֹם] *Ad interrogandum eum de pace*, Ma. Pi. *Ad rogandum de prosperitate*, JT. Ut salutem illi diceret, & congratularetur illi [†]: ut optaret illi ampliorem fortunam, &c [f]. Alii, *ad petendum sibi pacem*, Q. in Ma. ¶ *Et gratias ageret*] Heb. *ad benedicendum eum*; i. e. laudandum, celebrandum eum, &c [g]. ut offerret illi munera. Munus enim dicitur *benedictio* [h]. Vide 1 Sam. 25. 27 [i]. ¶ *Hostis erat* &c. [כִּי אִישׁ מִלְחֲמוֹת תֹּעִי הָיָה הֲדַרְעָזֶר] *Quia vir bellorum Thoi fuit* (sub. *cum*, V. ex Jon.) *Hadadezer*, Mo. V. (*Gerebat enim bella cum Thoi Hadadezer*) P. sim. Jon. M. JT. *Thoi hostis erat infensus*, &c. Ti. *Vir bella*, scil. gerens, *erat*, &c. Mar.

11. *Quae sanctificavit David*] *consecravit* vel *dedicavit*, V. De hoc more praedae partem sacrandi vide Gen. 14. 20. & de J. B. & P. 3. 6. 20 [k]. Sic Ethnici spolia opima Jovi Feretrio consecrabant [l].

12. *De Moab, & filiis Ammon*] Videntur hi se adjunxisse ad Moabitas [m].

13. *Fecit sibi nomen*] id est, ingentem famam sibi peperit [n]. ¶ *In valle salinarum*] Haec non longè est à mari mortuo, pertinétque ad Idumaeorum fines [o]. ¶ *Caesis decem & octo millibus*] vel Edomaeorum, ut expressè dicitur 1 Chron. 18. 12 [p]. vel partim Syrorum, partim Idumaeorum, qui eis erant socii. Horum sex millia occidit Abisai, deinde Joab 12 millia, 1 Par. 18. 12, Psal. 60. 1 [q].

14. *Et posuit in Idumaea custodes*] Et praefectum, qui, jus redderet, ut 1 Reg. 22. 47 [r].

15. *Regnavit super omnem Israel*] id est, 1. non tantùm super tribum Juda. 2. Obtinuit quicquid ad Israelis possessionem pertinebat, nempe regiones usque ad Euphratem, quas alieni possidebant; eos autem David vel expugnavit, vel tributarios fecit [s]. ¶ *Faciebat judicium & justitiam*, &c.] Hic debet esse finis belli, &c. Non, ut Alexander, se ad venationes & libidines confert [t]. *Judicium*, jus administrabat secundùm legem. *Justitiam*, Praemia dabat bene meritis [v]. Jus suum unicuique reddebat, neque quenquam laedebat. *Judicium* ad eos inter quos lis erat, refertur: justitia verò aequitatem & benevolentiam erga omnes significat. Vel fuit severus in quos oportuit, & in quos oportuit misericors [x].

16. *Erat à commentariis*, Ità M. P. Ti. Ca. ὁ. [מַזְכִּיר] *Commemorans*, Mo. vel *commemorator*, Sy. Ar. Ang. sive *Chronicorum scriptor*, Ang. Scribebat res à Rege gestas, & omnia mandabat memoriae. Chald. *erat praepositus super memoriis*, q. d. *super libro memoriarum*, vel *historiarum*, ut exponit doctus inter Hebraeos [y]. Ex hujus & similium commentariis, quae etiam *ephemerides* dictae sunt, posteà annales confecti sunt [z]. Al. sic; hujus officium erat suggerere Regi quae agenda essent [a]; & supplices porrigere libellos, ut communiter sunt *à secretis*, sive *secretarii* principum [b]. Vel fortassis is erat qui rationibus praeficitur [c].

17. *Et Sadoc filius Achitob*] Alius hic *Achitob* ab illo nepote Heli, 1 Sam. 4. ille enim ex *Ithamar* descendit; *Sadoc* verò ab *Eleazar* [d]. ¶ *Et Achimelech filius Abiathar*] Est hîc valdè difficile, quòd *Achimelech sacerdos* esse dicitur *cum Sadoc*, & vocatur *filius Abiathar*; cùm potiùs *Abiathar filius* fuerit *Achimelech* et *sacerdos*, summus scilicet; ut patet ex 1 Reg. 4. 4 [†]. Videtur ergò potiùs dicendum *Abiathar filius Achimelech* [f]. Ità reverà erat 1 Sam. 21 [g]. Resp. 1. *Abiathar* erat Pontifex, ut patet 2 Sam. 15. 35. Sed *Achimelech filius* patris sui vices obibat, sive ob patris senium, vel infirmitatem, sive ob alias graves ejus occupationes [h]; sicut antè fecit Phinees filius Eli. Abiatharem secum esse voluit David; cùm ergò Tabernaculo adesse non posset, quod tunc erat in Gabaon, ejus loco ministrabat filius ipsius Abimelech [i]. Resp. 2. Idem pontifex vocabatur *Abiathar* ex familia, cui commune nomen id erat; & *Achimelech* ex nomine proprio [k]. Tam *Abiathar* quàm *Achimelech* binomii erant, & uterque nomine utrovis utebatur [l]. ¶ *Erant sacerdotes*] Qu. Num ergo duo sacerdotes summi erant? Resp. Ambo erant summi pontifices, sed munus illud per vices, & alternis ministrantes [m]; cui favet 1 Paral. 24. 3 [n]. Divinâ dispensatione concessum hoc Davidi, vel inspiratum; ut, sicut alterum tabernaculum excitaverat, alterum etiam haberet pontificem [o]. Fuit quidem Abiathar sacerdos, utpote filius Achimelechi, qui legitimè deponi non posset; quare secum habuit Ephod, per quod etiam Deus saepe oraculum dedit. Sacerdotium verò Sadoci (quem Achimelecho substituit Saul) Deus ipse approbâsse videtur, 1 Sam. 2. *Fidelem excitabit*, &c [p]. Porrò, praecipuus semper fuisse videtur *Sadoc*; nam, 1. ipse apud legitimum tabernaculum mansit, 1 Par. 16. 39. Et 2. ipse in Scriptura *Abiathari* semper praeponitur: Ejus igitur auctoritate & consensu sacerdotium obtinuit Abiathar [q]. Unicus fuit sacerdos functione officii, seu possessione illius dignitatis, scil. *Abiathar*; *Sadoci* autem partes juris ad eandem dignitatem potiores erant, cùm illi sacerdotium promissum erat, Num. 25. & suo tempore restituendum. Nominantur hoc loco duo primarii sacerdotes, sive Archipresbyteri, duobus locis, in quibus exercebatur cultus Dei, praepositi, Gabaone scilicet & Sione; quibus tamen praeerat Abiathar summus sacerdos [r]. Sacerdos unicus erat *Abiathar*, cujus filium *Achimelechum* David cum Sadoco aequavit, ut illi duo proximi essent summo sacerdoti. Quidam putant illos duos fuisse sacellanos regios,

Margin notes (col. 303): [h] Me. ex Sap. [i] San. [k] Glass. gram. p. 48. [l] Ma. BA. [m] BA. 1. 2. 6. 99. [n] V. [o] Me. G. [p] Me. [q] G. [r] BA. 1. 2. 11. 178. [s] Me. [t] V. [v] Ma. [x] San. [y] M. [z] Mar. [a] San. [b] Ma. [c] La. ex Jo. & Procop. [d] Ma. [†] V. [f] M. [g] Ma. [h] V. ex M. [i] Ma. [k] G. [l] Mart. [m] Mart.

Margin notes (col. 304): [n] Me. sic San. La. T. [o] Me. [p] Pi. [q] G. [r] G. [s] San. sim. Me. [t] Mart. [v] G. [x] V. [y] V. sim. San. Me. La. [z] San. [a] Q. in V. [b] Q. in Ma. Me. San. [c] Mar. [d] La. [†] San. [f] T. [g] E. [h] La. ex To. [i] San. [k] La. ex San. [l] T. San. ex Theophyl. & Salmer. [m] Jo. & To. in Me. [n] Me. San. [o] Ser. [p] San. [q] Ser. [r] Dionys. & Salian. in T.

regios, per quos Dominum consuleret. ¶ *Saraias scriba*] Fortè quæstor erat ærarius, qui rationes agrorum & redituum Regiorum referret in tabulas, aut qui leges & acta conscriberet [s].

[s] Mart.

18. *Benaias —— super Cherethi & Pheleti*] Heb. *Et Benaiah —— atque haccerethi, & hapheleti*, Mo. M. *atque* pro *super* [t]. *Erat super Creti & Pelethi*, M. Ti. Os. Sic exprimitur 1 Par. 18. 17 [v]. *Præerat*, vel *præfectus erat Cherethæis*, &c. JT. Ca. Strig. *Fuit Benaiah cum Cherethi*, &c. Belg. Q. in Ma. Notant alibi ו *& positum* pro עם *cum*, ut Exod. 1. 5. וְיוֹסֵף הָיָה בְמִצְרָיִם, quod explicant, *cum Josepho fuit in Ægypto*; item Isa. 1. 13. *Non possum ferre iniquitatem*, וַעֲצָרָה *& feriam*, h. e. cum feria. Sic in 1 Chron. 18. עַל ponitur pro עִם, ut Exod. 35. 22. *Et venerunt viri* עַל הַנָּשִׁים *super mulieres*, h. e. cum mulieribus †. Qu. Sed quinam hi erant? Resp. 1. Q. appellativè vertunt, *præpositus super sagittarios & funditores*, Jon. à qua significatione non abit Corytus *. *Præpositus* nobilibus (vel *ingenuis*, Ar.) *& militibus*, Sy. Al. volunt fuisse Sanhedrim sive consiliarios summos [x]. Quomodò & Græci sensisse videntur: dicunt enim, καὶ Βαναίας —— σύμβουλος· καὶ ὁ Χερεθὶ, &c. (*Et Benaias —— consiliarius; & ipse Cerethi*, &c *.) Sic dicti sunt, quòd haberent verba præcisa & opera mirabilia [y]. Hi erant quasi Prætoriani milites, & Regii corporis custodes. Jo. vocat eos σωματοφύλακας [z]. Duæ cognationes erant, quæ nunquam recedebant ab aula Davidis [a], quæ semper stipabant latera Regis, paratæ ut exsequerentur imperium [b]. Dicti sunt à כָּרַת *exscindere*, & פָּלַט *tueri*: quòd illorum esset mactare sontes; horum autem tueri & conservare insontes. Nec obstat quod est פְּלֵתִי; nam ת in ט quandoque convertitur [c]. Vel sic dicti, quasi *interfectores & mirabiles*, scilicet viribus, à פָּלָא [d]. Sunt hæc nomina propria familiarum in Palæstina, quæ fuerunt bellicosissimæ, ut patet ex 1 Sam. 30. 14, 16. 2 Sam. 15. 18. Ezec. 25. 16. Zeph. 2. 5 †. Si admittimus fuisse partes Philistinorum, fortè horum כְּרֵתִי posteri erunt *Cretes* ||. Erant hi populi vicini Hebræis, ex quibus David custodes corporis delegerit; ut hodiè solent principes ex Scotis & Helvetiis [f]. Sed mihi non videtur voluisse eum uti Ethnicis corporis custodibus [g]. *Cerethæi* sunt milites Israelitici qui degebant in Philistæa, aut ex illis dilecti erant: nam Philistæi nominantur *Crethi*, 1 Sam. 30. 14. *Pelethæi* sunt milites Israelitici degentes Japhleti in tribu Josephi, Jos. 16. 3 [h]. Dico de his, 1. fuisse milites ex c. 16. 6. 20. 7. 1 Reg. 1. 44. 2. Non erant cujuscunque modi milites, alioqui sub Joabo fuissent; sed erant Regis custodes. 3. Nec quicunque stipatores; sed ii tantùm, qui ad Davidem fugientem se aggregârant, ut docet c. 15. v. 17. & *Gethæi* vocantur. 4. Nec omnes isti *Gethæi* sic dicti sunt, sed tantùm fortissimi, honoratissimi, Regíque deditissimi, c. 15. 8. Erant, sicut apud Romanos cohors Prætoria; apud Macedones cohors amicorum. 5. Dicti sunt fortè initio à locis Palæstinæ, ubi cum Davide fuerant; sed multò magis à re ipsa postea, quòd ad hostes cædendos, Regemque liberandum essent exercitatissimi & propensissimi. 6. Fieri interdum potuit, ut sagittis fundísque valerent, 1 Par. 12. & in Regis consilio saltem bellico versarentur, feriendísque fœderibus adessent [i]. ¶ *Filii autem David sacerdotes erant*] Ità M. Mo. Strig. At fieri id non potuit per legem [k]. כֹּהֲנִים ergò alii aliter vertunt *Principes*, Sy. Ar. P. K. in Mar. Jon. in V. q. d. majores & præfecti omnibus illis [l]. Αὐλάρχαι (*Principes aulæ*) b. in G. & Hebræi; qui addunt indignatum Absalomum, quòd non et ipsi talis αὐλαρχία obtigisset [m]. *Præsides erant*, JT. Explicatur 1 Par. 18. 17. *primi ad manum Regis*. Videtur idem officium 1 Reg. 4. 5. vocari כֹּהֵן עַל הַנִּצָּבִים, ubi Græci ἐπὶ τῶν καθεσταμένων. Ità sumi videtur infrà 20. 26 [n]. et Gen. 41. 45. Exod. 2. 16 [o]. Verbum כָּהַן sign. λειτουργεῖν *ministrare*; inde participium in verbalis significationem transiens, si ad Deum referatur, significat λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ *sacerdotem*; si ad Regem, ejus *ministrum* [p]. כֹּהֵן in genere sign. aliquem publicæ functioni præfectum, sive ecclesiastica et sacra sit, sive politica seu civilis [q]. Sign. hîc ministros Regios primarios, dignitate quasi sacerdotibus æquales. Porrò, hoc ad omnes præcedentes referunt, *Et Benaiah —— & Cherethæi, &c. & filii Davidis principes erant*, sive primi *ad manum Regis* [r]; id est, parati jugiter juxta Regem [s]. Aliis כֹּהֲנִים sign. *discipulos sapientium*, Q. in M. *Principes & servos Domini timentes Dominum*, V. ex He. *Sacerdotes* hîc dicuntur consiliarii Regis, qui scilicet expediendis regni negotiis occupantur, & jure dicendo reip. inserviunt; nam & hodiè jurisconsulti *sacerdotes justitiæ* appellantur [t]. Rex est quasi Deus terrestris: unde per Catachresin ejus ministri dicuntur *sacerdotes* [v]. Subaudio hîc notam similitudinis, *Filii David erant* quasi *sacerdotes*, quia illos observabat & alebat populus. Vide quæ ad Isa. 61. *eos sacerdotes*, &c [x].

[t] M. [v] Ma. † Buxtorf. vind. 2. 418. * G. [x] Q. in M. * G. [y] Q. in V. ex M. [z] Me. San. La. Mart. [a] Ma. ex Merc. & Forster. V. [b] V. [c] M. [d] Mart. [e] Me. † Forst. in Ma. || G. [f] Q. in Mart. [g] Mart. [h] Jun. [i] Ser. [k] G. [l] V. [m] G. [n] G. [o] Mar. [p] G. [q] L. [r] Q. in Buxtorf. vind. 2. 419. [s] Belg. [t] Os. [v] Me. [x] San.

CAP. IX.

2. *Erat servus nomine Siba*] Cananæus hic erat, propterea non donatur libertate mortuo hero suo [a].

3. *Ut faciam cum eo misericordiam Dei*] id est, vel 1. Magnam sive eximiam [b]. 2. Similem misericordiæ Dei, quæ ingratos, indignos, & rebelles complectitur [c]. 3. Debitam propter Deum, Deique juramentum cum Jonatha, 1 Sam. 20. & 23 [d]. ¶ *Debilis pedibus*] Claudicatio illa effecerat, ut regno inutilis videretur; nec ulla esset suspicio illum affectaturum esse regnum †.

4. *In domo Machir*] Viri primarii, ex illustri familia Machir filii Menasse Patriarchæ, quem Mephibosheth quasi patronum & tutorem quæsivisse videtur, Davidem timens. ¶ *In Lodobar*] Fuit civitas in monte Galaad [f].

7. *Restituam tibi omnes agros Saul*, Ità V. M. כָּל שְׂדֵה *universam possessionem*, sive *hæreditatem*, Jon. in V. K. in M. Ea erat fisco addicta propter rebellionem Isboseth [g]. Talium bonorum penes Regem erat arbitrium [h]. Filii etiam Rizpæ concubinæ Saul multa sibi usurpaverant [i]. *Agros* quos, antequàm fieret Rex, habebat ex paterna hæreditate, vel sibi acquisierat [k]. Sanè habuit Saul *asinarum greges*, 1 Sam. 9. & *agros* quos coluit, 1 Sam. 11. & *vineas agrósque*, 1 Sam. 22. 7. quos servis dare poterat, qualia Davidem pauperem præstare non posse Saul ibi innuit [l].

8. *Respexisti super canem mortuum*] nempe si conferat tecum. *Canis* erat animal immundum, & canis mortui nullus est usus [m].

9. *Dedi filio domini tui*] id est, 1. Michæ filio Mephiboseth [n]. Sequitur enim, *Mephiboseth autem comedet*, &c. q. d. Tibi non impono curam hanc ut alas Mephiboseth, sed tantùm ut filium ejus Micha sustentes [o]. Vel 2. Mephiboseth filio Jonathæ [p].

10. *Et inferes*] Ità V. sub. *in horrea proventum ejus*, V. ¶ *Erant Ziba quindecim filii & viginti servi*] Qu. Quomodò ipsi servo tot erant servi? Resp. Tres olim erant gradus & ordines servorum; 1. Erant servi ordinarii. 2. Vicarii. 3. Mediastini, sive infimi. Dabatur interdum servis honestioribus aliquid peculii quo illi uterentur, & unde rem facerent; &, si vellent, alios etiam sibi servos compararent [q].

11. *Sicut jussisti —— sic faciet servus tuus: Et Mephibosheth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis Regis*, וּמְפִיבֹשֶׁת וגו׳ *Et Mephibosheth*, &c. q. d. Si tibi placeat, non soli filio, sed & parenti prospiciam de omnibus necessariis, quasi *uni de filiis Regis*; i. e. splendidè tractabo, ut decet filium Regis. τὸ *&* ponitur pro *imò*, vel *imò etiam* [r]. Si apud me divertere voluerit, honor ei erit, ut Regis filio [s]. Hîc ו ponitur pro *quamvis* [t]. Conjunctio copulativa pro adversativa ponitur, ut Gen. 3. 2. וּמִפְּרִי *sed de fructu*, &c. Sic Gen. 18. 27. וְאָנֹכִי *quamvis ego sim pulvis*, &c. & 30. 30. & 42. 10. Zach. 12. 3. וְנֶאֶסְפוּ *etiamsi congregentur*, &c. Ità & hoc loco [v]. *Quamvis*, vel *Quanquam Mephiboseth comederet*, &c. P. V. Glass. sic JT. Pi. q. d. Nihil hactenus defuit illi: alui enim eum regio apparatu, quemadmodum ali solent filii Regum; h. e. lautissimè [x]. Simulat hic œconomus magnam fidelitatem, cùm esset insignis nebulo [y]. Jam dixerat David v. 7. & 10. *Comedes panem super mensam meam*. Intereà ipse Mephiboseth erat conviva ipsius Ziba [z].

[a] V. sim. sim. Jo. & To. in Me. Mart. [b] Me. T. V. [c] T. [d] T. sim. Mart. † Mart. [f] Me. [g] V. sic G. Me. T. [h] G. [i] M. [k] La. [l] San. [m] Mart. [n] Ità M. V. San. Jun. Mar. [o] San. [p] La. Me. Wil. [q] Mart. [r] Me. & T. ex San. [s] G. [t] V. [v] Glass. gram. 688. [x] V. [y] Os. [z] V.

[Alii aliter vertunt;] *Et Mephiboseth comedebat (comedens, Mo.) super mensam David,* &c o. Jon. *Igitur Mephiboseth fuit panem comedens super mensam Regis,* Sy. sim. Ar. Plerique tamen volunt esse verba non Zibæ, sed Davidis. Aliquid ergò subaudiunt [a]. *Ergò* vel *sed Mephiboseth,* &c. sub. *inquit ille,* Ca. *dixit Rex,* Belg. Ang. M. Ti. Mar. Fortè prima persona stat pro secunda [b]. Q. pro *mensam meam,* legunt *mensam tuam* [c]. Alii sic conciliant, Mephiboseth cibos ex mensa regis allatos, comedet super mensam meam. Verùm hoc repugnat, v. 13 [d].

12. *Omnis cognatio domûs,* [וְכָל־מוֹשַׁב בֵּית וגו׳] *Omnis habitatio domûs,* Mo. ὁ. P. i. e. quotquot habitabant in domo †.

a Ma. b Mar. c To. in La. d La. † V.

CAP. X.

1. REX *filiorum Ammon*] *Naas,* indubiè idem, de quo 1 Sam. 11. Davidi fortè amicus erat tanquam Saulis hosti [f].

2. *Faciam misericordiam,* [חֶסֶד] Ea vox sign. omne benignitatis genus [g]. ¶ *Sicut fecit pater ejus*] Quænam fuerit hæc ejus misericordia, incertum est [h]. Res gesta non narratur in Scriptura, sed habetur ex traditione. Fugit David ab Achis rege Gath, ad Naas, qui multa illi bona impertitus est [i]. Vel idem erat Rex *Ammon & Moab,* (quod interdum accidit [k].) Cum rege verò Moab David patrem & matrem reliquerat [l]. Sed cum hoc non convenit 2 Sam. 8. 2. si ante hoc tempus bellum istud acciderit [m]. Quamvis non deberent Hebræi prævenire beneficiis Ammon aut Moab, Deut. 23. 6. Præventi tamen ab eis beneficiis ex lege naturæ ad gratitudinem tenebantur [n]. ¶ *Consolans eum,* &c.] Mos amicorum Regum inter se [o]. ¶ *Super patris interitu,* [אֶל אָבִיו] *super* vel *de patre suo,* sive *ejus,* ὁ. Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. JT. Ca. [אֶל sumunt pro עַל] *propter mortem patris sui,* Ti. Strig.

3. *Dixerunt principes,* &c.] Nihil est tam bonum quod non in aula pravos interdum interpretes recipiat [p]. ¶ *Putas,* &c? [בְּעֵינֶיךָ] *In oculis tuis,* V. Sub. *videtur,* JT. Hebraismus. Tuâ sententiâ & opinione; q. d. *Putas quod honore afficeret,* &c? ¶ *Ut investigaret,* [בַּעֲבוּר חֲקוֹר] Ad verb. *propter investigare,* Mo. vel *in transitu* (i. e. dum pertranseunt urbem & regionem) eam *explorare,* Ma. ¶ *Et exploraret,* [וּלְרַגְּלָהּ] & *ad explorandum,* JT. [sim. plerique] *ut peragraret eam,* Mar. sic Mo. ¶ *Et everteret,* [וּלְהָפְכָהּ] *Et ad evertendum eam,* Mo. JT. &c. *ut versaret eam,* scilicet more eorum, qui rem pulchram videre cupientes, versant in omnes partes [q]. *Ut scrutaretur eum,* P. sub. *diligenter,* ab הָפַךְ *evertit, subvertit,* & etiam *scrutatus est*: quòd quæ scrutamur, evertere soleamus in utrumque latus [r]. Sed quid illos movit, ut ista suspicarentur de Davide? Resp. 1. Mala mens, malus animus. Semper adversati erant Ammonitæ Israelitis. 2. Perturbata conscientia: Malè meriti nihil expectant boni. 3. Fortè illud audierant, Deut. 23. 6. *nè quæras eis bona,* &c. q. d. Amicitiam simulat; tamen lex sua longè aliter imperat [s].

4. *Rasitque dimidiam partem barbæ,* [אֶת־חֲצִי זְקָנָם] *Dimidium barbæ eorum.* Hanc contumeliam deligebant, quòd sicut cæsaries apud omnes penè gentes decori erat, teste Aristot. sic calvities summo probro. Hebræi inprimìs à radendo capite, vel barba, valde abhorrebant; nisi in luctu, quando id honestum faciebat consuetudo [t]. In luctu solebant barbam & caput radere tum Ægyptii, Herod. l. 2. tum Assyrii, Strab. l. 16 [v]. & Ammonitæ; à quo ritu Hebræi abhorrebant, quia vetabatur illis, Deut. 14. 1. Cùm ergò tunc defunctum Naas lugerent, voluerunt per contemptum legatos cogere, ut etiam ipsi, ut in funere, capita & barbam rasam gestarent [x]. Sic barbam vellere inter contumeliosa maximè [y]. Sic Horat. 1. Satyr. 3.

Vellunt tibi barbam lascivi pueri.

Vide quæ ad Isa. 50. 6 [z]. Probro ducebant, si vel unus pilus, quocunque de casu, sibi de barba cum injuria detrahatur [a]. Lacedæmonii apud Plutarchum in Agesilao: *Fugientibus ex acie* (inquit) *ignominiæ causâ barbam partim radunt, partim promittunt.* Vide Jun. de coma, 2 [b]. Novum hoc spectaculum dimidiæ barbæ erasæ pueris aliisque ludos præbebat. Porrò in 1 Par. 19. dicuntur hi nuncii decalvati; dimidium caput existimo fuisse ad cutim quoque detonsum [c]. ¶ *Et præscidit vestes eorum medias usque ad nates,* [וַיִּכְרֹת אֶת־מַדְוֵיהֶם בַּחֵצִי עַד שְׁתוֹתֵיהֶם] *Et vestes eorum præcidit per medium, usque ad nates eorum,* P. JT. &c. *Usque ad locum confusionis eorum,* Jon. Ità podicem vocat [d]. Nempe à medio ad imum, ut ea nudarentur quæ tegi vult honestas †: ut turpitudo eorum coram aulicis & civibus suis appareret, & circumcisio derideretur [f]. Hebræi enim, exceptis sacerdotibus, dum sacra facerent, femoralibus non sunt usi [g]. Vox מַדְוֵיהֶם deducitur à מָדַד *dimetiri*; q. d. *vestimentum mensuræ,* (quomodò 1 Chron. 20. 6. *vir mensuræ,* scilicet *magnæ,* ut K. & RS. exponunt) Ità denotat *vestem ambitu permagnam,* ut quæ cæteris omnibus superjecta eas amplexu suo coerceret. Rectè igitur interpretemur *penulas eorum.* *Penula* quippe, erat *vestimentum itinerarium & pluviæ,* ut loquitur Lamprid. in Alex. vita. Penulatos eos iter fecisse credibile est. LXX plerumque μανδύαν transferunt, eâ voce utentes, ut illius derivationem à מַדְוִים (per consuetam epenthesin τοῦ, N.) exprimerent; De quo eorum more vide quæ nos lib. 2. cap. 10. Alioqui μανδύας propriè est vestis belli index [h]. [Alii aliunde vocem derivant.] מַדְוֵי propriè sign. *inquinationes,* & *menstrua muliebria,* quòd usque ad eum locum succisa fuerint, ubi plerumque ventris purgatione inveniuntur immunda. Vide Ben. Gerson, qui per מַדְוֵי putat intelligenda *subligacula,* quæ semper turpia inveniuntur. Porrò radix vocabuli est דָּוָה *.

5. *Manete in Jericho*] Ea civitas prima fuit redeuntibus ab Ammonitis [i]. ¶ *Donec crescat barba*] Qu. Sed cur non abraserint reliquam barbam? Resp. Quia non consueverunt tunc Judæi barbas radere, nisi tempore luctûs [k]. Vide Isa. 15. 2. Jer. 41. 7. & 48. 37 [l]. Apud Romanos rasisse barbam, molle & parum virile videbatur [m].

6. *Syrum Rohob*] i. e. Ex ea parte Syriæ, cujus metropolis erat *Rohob.* Sunt qui putent *Rohob* esse nomen principis provinciæ patris Adarezer, qui *filius Rohob,* cap. 8. 3, 12. sed adversatur, quòd ibi *Adarezer filius Rohob* dicitur *Rex Soba*; cùm hîc *Syrus Soba, & Syrus Rohob* distinguantur [n]. Heb. *Syriam domûs Rechob,* Ma. Subditi hi erant Hadadezer. Vide in Num. 13. 22. & 1 Sam. 14. 18 [o]. ¶ *Et Syrum Soba*] Vide suprà 8. 3 [p]. & 1 Sam. 14. 47 [q]. ¶ *Et à rege Maacha*] Finitimæ Gilhadis in Trachonitide: vide Deut. 3. 14 [r]. & Gen. 22. 24 [s]. ¶ *Et ab Is-Tob*] Ità plerique. At alii, *& è viris Tobi,* JT. Belg. Regio est quæ *Tob* dicitur, ad quàm fugit Jephte [t].

7. *Misit Joab,* &c.] Non ratus expectandum, dum illi priores in terram suam irruant [v]. Ob legatos contumeliosè habitos Romani bella sumpsere in Tarentinos, Illyrios, Ligures, Senonas, Issios, Corinthios, ut notavimus ad J. B. & P. 2. 18 †.

8. *Ante introitum portæ*] Vel *Rabba* nimirum metropolis Ammonitarum [x]. Vel, *Medeba,* vel *Medaba* ubi pugna commissa fuit, 1 Par. 19. 9 [y]. De qua vide Num. 24. 30. Erat in fine Hammonitarum [z]. ¶ *Syrus autem,* &c. *seorsim erant in campo*] Ut si Israelitæ in Ammonitas impetum fecissent, illos in medio interciperent [a]. Syros extra civitatem constituerunt, quòd viderent periculosum esse, recipere mercenarium militem in civitatem [b].

9. *Videns Joab,* &c.] Vidit Joab primò causam esse bonam: deinde fidit Deo: tertiò adhibet prudentiam [c]. ¶ *Quòd præparatum esset adversùs se prælium,* [כִּי הָיְתָה אֵלָיו פְּנֵי הַמִּלְחָמָה] *Quòd esset contra se facies belli.* Verbum הָיְתָה respondet posteriori substantivo, scil. הַמִּלְחָמָה, cùm deberet priori פְּנֵי; sic Job 15. 20. מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ *numerus annorum absconditi sunt*; h. e. absconditus est [d].

12. *Pro populo nostro,* &c.] Finis bellorum est, non ut inferantur, sed ut propulsentur injuriæ †.

13. *Fugerunt à facie ejus*] Ut sæpe solent qui nullo causæ respectu mercede solâ militant. *Ut quibus temerè col-*

f San. Mart. g G. h Me. i La. ex Hi. sim. San. L. To. in La. T. k Mart. l R. R. in L. m San. n Me. sim. Mart. o G. p G. q Mar. r V. s Mart. t T. ferè ex San. v San. x Me. ex Mart. y G. z San.

a Ser. b Ma. ex Ser. c Ma. ex Ser. c San. d M. † V. sim. Me. San. Mart. f Me. g La. ex San. h Ful. misc. 6. 2. * M. i Mart. k Mart. sim. M. l San. m Mart. n Me. o Jun. p Me. q Ma. r JT. s Ma. t Mar. ex V. v Mart. † G. x Me. y Ma. ex Jun. T. z Jun. a Mart. sim. T. b Mart. c Mart. d Glass. gram. p. 688. † Mart.

collectis neque in victoria decus esset, neque in fuga flagitium, ait Hist. 2. Tacitus: quare prudenter Joab, antequàm conjuncti essent hostium exercitus, externos & prætio conductos priùs impugnandos censuit [f].

14. *Videntes quia fugissent Syri*] In quorum virtute, ac multitudine spem suam collocaverant [g].

15. *Videntes igitur Syri, &c.*] Metuentes nè, ut fieri solet, ab auxiliatore hostium suorum pœnas David deposceret, quod & factum est. Vide infrà 19 [h]. ¶ *Congregati sunt*] Illi ipsi qui fugerant, ignaviæ notam abstergere volentes [i].

16. *Misitque, &c.*] Sub. *nuncios*; i. e. missis nunciis eduxit Syros qui habitabant trans Euphratem [k]. Eduxit autem, non imperio, ut subditos; sed prætio, ut mercenarios [l].

17. *Venitque in Helam*] Urbem Syrorum [m]. Alii putant esse locum ubi congregati erant Israelitæ transjordanini, quos ut vicinos Ammonitis, semper in armis paratos esse oportebat [n]. Fortè oppidum illud est quod Ptol. *Alamtham* vocat, apud Trachonitas Arabas [o].

18. *Occidit David septingentos currus*] At 1 Par. 19. 18. est *septem millia curruum*. Quid dicendum? Resp. 1. Error numeri hîc commissus ab exscriptoribus, illud in 1 Par. rectiùs est [p]. 2. Hîc numerantur tantùm nobilissimi & præcipui currus: ibi autem omnes etiam vulgares [q]. 3. *Currus* hîc ponuntur pro militibus, qui iis vehebantur [r]: per metonymiam quæ in re continenti rem contentum intelligit [s]. *Septingentorum curruum* equites, JT. id est, septingentas decurias equitum; qui curribus vehebantur ut supra 8. 4 [t]. In singulis enim curribus decem milites pugnabant [v]. Dicuntur hi *currus occisi*; Milites autem occiduntur, non currus [x]. ¶ *Et quadraginta millia equitum*] At. 1 Par. 19. 18. est *quadraginta millia peditum*. Quomodò hæc inter se conciliantur? Resp. 1. Equidem non video. Videtur subesse mendum [y]. 2. Alii trajectionem esse volunt, & sic verba ordinant; *occidit septingentorum curruum* equites, *& quadraginta millia* peditum, quod subaudiunt ex 1 Par. 19 [z]. 3. Utrumque verum est occisa fuisse *quadraginta millia* & *equitum*, ut hîc dicitur; & *peditum*, ut in 1 Par. habetur [a]. In libris Paralipomenon ea tradantur, quæ in libris regum omissa; aut explicantur quæ ibi dicuntur obscuriùs [b]. 4. Alii putant fuisse pedites, sed vocari *equites* ob fortitudinem; sicut hodie quivis strenuus dicitur *cavallier*. 5. Alii existimant hos 40000 fuisse equites, sed cùm currus prostrarentur, & periclitarentur, illos ab equis descendisse, & ut pedites pugnâsse [c]. 6. Sub. *equitibus* intelligo *pedites* illis pro more immixtos; quare hîc *equites*, ibi *pedites* vocantur: id est, quadraginta millia virorum, tum equitum, tum peditum [d]. ¶ *Et Sobach*, שׁוֹבָךְ] At 1 Par. 19, 18. est שׁוֹפַךְ: utrum rectius non dixerim †.

19. *Et servierunt eis*] Vectigales facti sunt [f].

f G. g Me. h G. i Me. k V. l Jo. in Me. m To. in Me. n Me. o Jun. p G. q Mart. Di. Abarb. in Buxt. r V. San. La. Me. T. Jun. Pi. Ma. s San. T. t Jun. Pi. v Me. x La. y Pi. z Q. in Ma. JT. a San. Me. T. La. b San. c Q. in Buxt. vind. 2. 420. d Di. † G. f G.

C A P. XI.

1. *VErtente anno*, Ità Jun. Pi. לִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה] [Variè reddunt;] *In reversione anni*, Mo. V. Mar. id est, anno altero, sive sequente [g]. *Revertente anno*, ὁ. P. Ti. Me. *Post annum revolutum*, M. *Secundùm conversionem, vel reversionem anni*, Pi. *Sub finem anni*, Ar. sim. Jon. Sy. Mar. Intellige vel, 1. De fine anni, ex quo prædicti Reges egressi sunt ad bellum [h]. Vel, 2. De fine anni absolutè [i]. Exacto jam mensium circulo, in seipsum recurrente anno, & novum cursum inchoante; quod apud Hebræos, uti & Astrologos, fiebat in æquinoctio verno, juxta Exod. 12 [k]. In principio anni, quum sol revertitur ad punctum, unde initio anni progressus fuit [l], hoc est, initio veris [m]. ¶ *Eo tempore, quo solent reges ad bella procedere*, לְעֵת צֵאת הַמְּלָאכִים] *Ad tempus egressionis regum*, ὁ. sic Jon. Mo. V. *Quo tempore prodeunt reges*, JT. Sy. Sub. *ad bellum*, Sy. Pi. M. V. h. e. tempore æstivo quo suppetunt cibi hominibus & jumentis [n] Similis ellipsis est Gen. 10. 11. *Ex illa terra egressus est*,——sub. *ad bellum inferendum* [o]. [Vide ibi annotata.] Alii hoc intelligunt, de Regibus Syriæ; q. d. completo anno, ex quo Reges Syriæ, ut suorum ulciscerentur cædem, ad bellum processissent [p]. ¶ *Et obsederunt Rabba*] Erat hæc urbs potens, regia, metropolis Ammonitarum; ità dicta à magnitudine urbis, vel à multitudine civium. Eadem dicta est *Ammon*, vel *Amman*, & *urbs aquarum*, 12. 27. eò quòd Jabboc torrens eam circumfluat, postea à Ptolemæo Philadelpho dicta *Philadelphia* [q]. *Rabbathamana*; i. e. Ammonis Polybio [r].

2. *Ut surgeret David de strato suo post meridiem*] Somno & cibo pastus distentúsque, ideóque in venerem proclivis [s]. Ibi dormierat somnum pomeridianum, ut Isboseth suprà 4. 7 [t]. Argumentum hoc mollioris animi [v], & hominis securi atque otiosi [x]. Ovidius,

Quæritur Ægisthus quare sit factus adulter:
In promptu causa est: desidiosus erat [y].

Erat mos veteribus, qui etiamnum obtinet, æstivo tempore meridie somnum leviusculum capere. Varro de re rustica 1. 2 [z]. Attentè legenda est hæc historia, non ut patrocinentur homines vitiis suis; sed, 1. Ut boni hoc exemplo admoniti invocent Deum, nè se patiatur labi. 2. Ut lapsi non desperent, sed revocentur ad pœnitentiam [a]. 3. Ut sancti se divinâ gratiâ indigere sciant. 4. Ut eos sciamus esse homines, quos imitari possumus [b]. ¶ *Deambularet in solario*] Supra palatii tectum, quod de more regionis planum erat, & peribolo cinctum ut in eo deambulare liceret [c]. Vide ad Deut. 22. 8 [d]. ¶ *Viditque mulierem se lavantem*] Vel, 1. In horto †. Habebant enim in hortis balnea: imprudenter [f]. Vel, 2. In aliqua domus parte, quæ, fenestrâ quapiam apertâ, alióve modo fortuito, conspici posset [g]. Lavabat se vel ad sanitatem & corporis valetudinem, vel voluptatis gratiâ [h]; vel ad naturalem corporis, vel legalem immunditiam abstergendam; vel ut se à calore, cùm tempus esset æstivum, refrigeraret [i]. Domi suæ lavacro purgabat immunditiam menstruorum, juxta Levit. 15. 19 [k]. ¶ *Ex adverso super solarium*, מֵעַל הַגָּג] *E tecto*. Verbo præcedenti jungendum, *vidit è tecto*, nempe per fenestram domûs in qua lavabat [l].

3. *Misit, & requisivit, quæ esset, &c.*] Ut si soluta esset, eam acciperet in uxorem; invalescente autem tentatione, sciens quòd esset maritata, nihilominùs mandavit eam adduci, &c [m]. ¶ *Nuntiatúmque est ei*] Heb. *dixit*, Is videlicèt, cui negotium erat commissum [n]. ¶ *Filia Eliam*] Sign. *Deus meus populus*. Hic transpositis literis *Ammiel* vocatur, 1 Par. 3. 5. quod idem sign. nempe *populus meus Deus* [o]. Porrò hic *Eliam* erat filius *Achitophel*, inquiunt Hebræi apud Hieron [p]. & docet nos 2 Sam. 23. 34 [q]. & hæc fortè causa conjurationis Achitophel, ut illatam nepti & nepoti injuriam ulcisceretur [r]. ¶ *Uxor Uriæ Hethæi*] *Hethæus* dicitur, Vel, 1. Quia ex Hethæis progenitus, sed proselytus erat [s], atque, ut apparet, in numerum Cerethi & Pelethi ob robur & fidem adscriptus, unde & domum habuit regio palatio vicinam [t]. Vel, 2. Quia *Hethæus* erat habitatione, licèt non genere [v]. Vel, 3. Quòd ipse aut pater ejus præclari quidpiam apud eos gessisset; quemadmodum Archias dictus est *Samius* apud Herod. l. 3. cùm esset *Lacedæmonius* [x]. Vel, 4. Ex loco *Eth* vel *Heth* dicto, in regione Hebronis, teste Adrichomio, quod veriùs videtur [y].

4. *Missis itaque nunciis, &c.*] Ecce quàm libido illum expectorato pudore atque prudentiâ cœcum reddiderit, cùm non dubitet animi vulnus tam fœdum nunciis aperire [z]. ¶ *Tulit eam*] Non vi, sed suasione ac prece [a]. ¶ *Quæ cùm ingressa esset ad illum*] Quæ verba indicant eam non multùm, vel diu, reluctatam esse [b]. Fortasse commota est vel dignitate Regis, vel ambitione. Fortasse putabat Regem effecturum, ut remisso libello repudii, à marito suo repudiaretur, & foret regina [c]. Videtur Bethsabea fuisse fœmina non impudica, sed quæ spe dominationis, ut Agrippina mater Neronis, nihil abnueret. Adeò *cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est*, ait Tacit. Annal. 15. 53 [d] ¶ *Statímque sanctificata est ab immunditia sua*, וְהִיא מִתְקַדֶּשֶׁת מִטֻּמְאָתָהּ] *Et ipsa sanctificata*, sive *purgata* (*sanctificans se*, Mo. *Purgaverat sive sanctificaverat se*, M. Ti. V.) *ab immunditia sua*, ὁ. Jon. sic G. Referri potest ad priorem lotionem, quam vidit David †. Purgaverat sese à pollutione men-

g V. h Mar. sim. Q. in Ma. i Mar. k T. l Pi. m P. G. ex K. Me. T. L. San. n V. sim. Me. Mart. o BA. 2. 4. 2. 48.

p He. in San. sim. Mar. q La. r G. s La. t V. v San. x Mart. y G. z Ga. a Mart. b Ser. c Me. d V. † Ser. f G. g Ser. h San. i Me. k V. Ma. l V. m L. sim. Mart. n V. o Me. La. p La. Me. q Me. r T. La. s Theod. in Ser. V. t T. v V. x Ser. y La. sic Me. z San. a T. b San. sim. Mart. c Mart. d G. † Mar.

mensium, dum scilicet vidit eam rex levantem se; q. d. Non peccavit quòd rem habuerit cum immunda; nam erat munda; sed quod deterius multò, adulterium commiserit [f]. Al. sic; purificavit se statim à concubitu cum Davide per lotionem, ex lege Lev. 15. 18 [g]. Solebant se à coitu purificare lavacro & Hebræi & Gentiles. Vide ad Exod. 19 [h]. Al. sic; desiit vel cessavit ei immunditia menstrua; id est, concepit; nam prægnantibus menses non fluunt. Liberata fuit ab immunditia mensium concepto fœtu [i]. Cessante illo fluxu sanctificata sive purificata dicitur; id est, non polluta aut immunda; quo sensu vivificatus ille dicitur, qui non est mortuus [k]. Al. sic, Hoc ideò additur, nè miraremur illicò eam concepisse [l] φύσει μὲν ἡ σύλληψις γίνεται μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν ταῖς γυναιξὶ [Naturaliter concipiunt mulieres post cessationem menstruorum] ait Aristot. de Histor. Animantium. 7. 20 [m].

5. Mittensque nuntiavit——Concepi] q. d. Vide, consulas & nomini tuo, & saluti meæ [n]. Verebatur vel infamiam, vel pœnam Legis, nè lapidaretur, vel sævitiam mariti, si hoc rescivisset [o]. Cessatio menstruorum [de qua dictum, v. 4.] certum erat signum imprægnationis [p].

6. Mitte ad me Uriam] Ut si reversus Urias uxorem cognovisset, natum infantem suum credidisset [q]. Injustitia hæc erat, & furtum, intrudere filium suum in hæreditatem Uriæ [r].

8. Et lava pedes tuos] Ut solebant ex itinere venientes [s]. Lotio in Palæstina propter loci naturam frequens erat [t]. Synecdoche, q. d. Recrea te à labore itineris [v]. ¶ Secutúsque est eum cibus regius, [וַתֵּצֵא אַחֲרָיו מַשְׂאַת הַמֶּלֶךְ] Et egressum est post eum ferculum (cibus, Jon. munus, Sy. demensum, 6.) regis, Mo. JT. refectio (donatio, Strig. sic P) regia, M. in favoris & benevolentiæ signum [x]; reipsâ autem, ut lautiùs & hilariùs exceptus ad voluptatem alliceretur [y]; deinde, ut per illos nuntios rescisceret, an ille se domum contulisset [z].

9. Dormivit—ante portam domûs regiæ] Cum aliis prætorianis militibus ad regis custodiam [a]. Nocturnas ad limen excubias servorum habuerunt Domini potentiores, Lips. ad Tacit [b]. ¶ Et non descendit ad domum suam] Deo volente patefieri hoc Regis tam bene instituti flagitium [c]. David omnibus modis tegere vult peccatum suum; Deus autem omninò vult illud patefacere. Credibile est uxorem aut misisse, aut venisse ad illum; displicebat enim ista secubatio, quia sic scelus non posset tegi. At is nec dignitate regis, nec formâ uxoris vinci potuit [d].

10. Non de via venisti?] q. d. Cùm sis fatigatus ex itinere, debebas descendere in domum tuam [†].

11. Arca Dei] Quæ in castra ferri solebat, vel ut testimonium Dei faventis [f]; vel ut, postulante necessitate, Dominum coram illa consulerent [g]. Al. sic, Arca non in domo aliqua fixa aut lapidea, sed in tentorio penè tumultuario, quod David in civitate sua tetenderat, manebat [*]. ¶ Et dominus meus Joab] Magister militum [h]. Fuit Urias armiger Joabi [i]. ¶ Super faciem terræ manent] Humi cubant, ut fit in castris [k]. Ostendit se, ut bonum militem, abesse à deliciis [l]. ¶ Per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ] Idem est tuam, & animæ tuæ. Non ergò est duplex juramentum, sed repetitio ejusdem rei [m]. Hæc oratio maximè debebat Davidem pungere. Sed dolet David de hac virtute & constantia militis, de qua imprimis sibi gratulari oportebat. An Urias subolfecerit consilium Davidis, non constat [n].

13. Et inebriavit eum] Notum est ventrem vino æstuantem despumare in libidines. Vide Gen. 19. & Prov. 31. 5 [o]. Sed Urias non passus est se ingurgitari, etiamsi ex vino factus esset hilarior [p]. Viri boni, motâ etiam mente, in modestia perstant, ut equi boni laxis habenis, Plut. inter signa confirmati habitûs [q].

14. Scripsit epistolam, &c.] Sic Prætus, (ut in fabulis habetur [r],) Bellerophonti dedit literas ad Jobatem, quibus Bellerophontis nex mandabatur. Meminit Homerus, & alii [s]. Fabulam autem istam ab Uriæ historiæ provenisse credibile est. Jobatas non procul diffidet à Joab: neque infrequens est Poetas in suis fabulis veras, imò canonicas historias includere, ut in diluvio, Sampsone, &c. vidimus [t].

[f] V. [g] Q. in Ma. To. in San. La. Ca. [h] San. [i] Q. in Ma. [k] San. [l] G. sim. Pi. Q. in Ma. [m] G. [n] T. [o] Mart. [p] T. [q] Me. [r] Mart. [s] Me. [t] San. [v] Ma. ex Jun. Pi. sim. Mart. [x] Ma. ex Jun. [y] Me. ex To. [z] Mart. [a] Mart. [b] Ga. [c] G. [d] Mart. [†] V. [f] G. sim. Mart. [g] Pi. sim. Mart. [*] Ma. [h] G. [i] Jo. in Mart. [k] G. sic V. [l] G. [m] Me. [n] Mart. [o] San. [p] E. [q] Mar. [r] San. [s] G. [t] T. ex San.

Hinc proverbium, Uriæ vel Bellerophontis literas profert. Plautus Bacchide, Bellerophontem jam tuus me fecit filius; Egomet tabellas detuli, ut vincirer [v].

15. Ex adverso belli, &c. [אֶל מוּל פְּנֵי הַמִּלְחָמָה הַחֲזָקָה] E regione (vel ex adverso, 6. JT. in fronte, Sy. Ar.) prælii fortis, P. sim. 6. Jon. (aciei, Ar. pugnæ acrioris, M. imminentis validæ pugnæ, Ti. præliatorum fortissimorum, Meton. Jun.) Quasi in maximo crimine deprehensum [x]. Sic ex vitio vitium gignitur [y]. Abstulit, 1. Uxorem per adulterium: 2. Mentem per inebriationem: 3. Nunc etiam honorem innocenti adimit: 4. Mox & vitam: Et novo miseriæ genere ipsum suæ necis cooperatorem esse vult [z]. ¶ Et derelinquite eum, &c.] Si peccant qui talibus in periculis bonos commilites deserunt, quid qui deseri jubet? Tiberius Germanicum sibi invisum dolo & casibus objectabat; Tacitus Annal. 2 [a]. Infœlix David prorsus degenerat. Pepercerat antè hosti suo Sauli; nunc militi fortissimo amicóque fidelissimo non parcit. Oderat anteà fraudes: nunc odit simplicitatem & fidem.

16. Joab posuit Uriah] Injustè fecit Joab obediendo. Novit Legem Dei, nec sontes tolli debere, nisi testibus adhibitis. Imperium principum & tyrannorum non tollit culpam illorum satellitum & carnificum, qui homines pios tollunt, vel cruciant; Alioquin quinquagenarii isti 2 Reg. 1. excusare se potuissent. Porrò hic sæpe est fructus formæ conjugis, ut ob eam maritus pereat [b]. Al. sic; Paruit Joab existimans Uriam scelus aliquod contra regem admisisse, ideóque mortem esse commeritum; velle tamen regem in eum ità animadvertere, ut simul ejus honori parceret [c].

17. Et ceciderunt, [וַיִּפֹּל] Sing. pro Plur. cecidit, i. e. mortui sunt [d]. Aggravat hoc peccatum, quòd Uriæ causâ & alii interfecti fuerint [†].

18. Omnia verba prælii] Ità V. i. e. eventum belli, V. negotia belli, Jon. in V.

20. An ignorabitis quòd multa desuper ex muro tela mittantur? [אֵת אֲשֶׁר יֹרוּ וגו׳] Quòd è muro jaculaturi erant? M. &c. Quàm ejacularentur è muro obsessi? JT.

21. Filium Jerobaal] Heb. Jerubbeseth, V. P. בּשֶׁת boscheth pro pudendo idolo Baal expressè sumitur, Jer. 11. 13 [f]. ¶ Dices, etiam Urias occubuit] Ut commemoratione rei optatæ regis indignationem leniret [g].

22. Quæ ei præceperat, [אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ] Sim. 6. Jon. Sy. Ar. Omnia quibus miserat, Mo. Propter vel, ad quæ miserat, M. Ti. Ità Mar. P. JT.

23. Et dixit,——Prævaluerunt, sic M. [וַיֹּאמֶר כִּי גָבְרוּ וגו׳] Et dixit, quia prævaluerunt, Mo. 6. Jon. Et dixit——quum fortiter se gerentes, &c. JT. sim. Ca. ¶ Facto impetu persecuti sumus, &c. [וַנִּהְיֶה עֲלֵיהֶם] Et fuimus contra, vel super eos, Mo. V. 6. i. e. resumptis viribus irruimus in eos [h]. Propulsavimus eos, Jon. Et instaremus illis, JT. sim. Sy. M.

25. Non te frangat ista res] Eminet in his verbis animi malè voti compotis lætitia [i]. Vide adulterium quomodò immutet virum sanctum. Obduruit ad omnes dolores [k]; ut suæ obsequatur libidini omnia devorat. Ægrè non fert suorum cœdem, quorum debuit providere saluti [l]. Non te frangat ista res, [אַל יֵרַע אֶת הַדָּבָר] Nè malus sit [אֶת הַדָּבָר] iste sermo, vel verbum, Mo. &c. אֶת Non est hìc signum accusativi, ut annotant Hebræi. ¶ Nunc hunc, & nunc illum, [כָּזֹה וְכָזֶה] Sic & sic; i. e. varius est eventus belli. ¶ Conforta, &c.] h. e. Jube milites bono esse animo ac forti in capienda urbe ac evertenda. ¶ Exhortare eos] Heb. Corrobora illum, nempe Joab [m]. Sic Apostrophe est ad nuncium; vel potiùs, corrobora illum; i. e populum, vel exercitum [n]. Illum; i. e. militem, seu exercitum; præcedit enim [מִלְחָמָה]. Relativum sæpe pro antecedente ponitur, quod commodè ex ipso textu eruendum est. Sic Num. 7. 89. Cùm ingrederetur Moses in tentorium conventûs, ut loqueretur אִתּוֹ cum illo; h. e. cum Deo, ut verba sequentia docent [*].

26. Et planxit eum] Lacrymis qualibus Cæsar Pompeium [o]. De quo verè Lucanus.

——Lacrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitúsque expressit pectore læto [p].

Lu-

[v] D. Prov. 1. 5. 36. [x] T. [y] Isidor. in Ser. [z] T. [a] G. [b] Mart. [c] M. ex L. [d] V. [†] L. [f] Mas. [g] Me. [h] V. [i] Me. [k] Mart. [l] San. [m] V. [n] Ma. [*] Glass. gram. 195 [o] G. San.

Lugebat lugubri veste [q]. Quanto tempore planxit non exprimitur; vel per septem dies, Hebræorum more, Ecclesiastic. 22. 13 [r]. vel paulò plus, quod probabilius, ad occultandum adulterium [s]. Tempus luctûs (quod Romanis mulieribus erat annus, vel decem menses, intra quod tempus nubere eis non licebat.) Hebræis in Lege non erat constitutum; tempus tamen certum habebant, intra quod non ducebatur uxor, ut hîc videmus. Putatur fuisse mensis ex Deut. 21. 13. ubi jubetur *per mensem lugere parentes*; &c. Ex hac narratione apparet luctum non fuisse diuturnum. Nam posteà facta uxor nimis citò peperisset: nec potuisset tegi adulterium [t]. Adde quòd puer multò antè conceptus natus est in domo David [v].

27. *Introduxit eam in domum suam & facta est ei uxor*] Qu. An mœchus possit ducere mœcham? Resp. Pontificiæ leges tale matrimonium irritum esse statuunt [x]; nè scilicet homines verterentur ad cædes maritorum, ut conjugibus eorum potirentur [y]. [Alii aliter] Nihil de hac re definit scriptura, neque hoc inter impedimenta matrimonii ponit; cujus tamen causa esse possit, quòd tales ex Lege Mosis lapidandi erant [z]. Deus non seperavit Davidem & Bathsabam [a]. Nuptiæ hæ non erant irritæ, nec filius illegitimus. Multa enim in hoc genere non probè fiunt, quæ tamen rata sunt. Nec frustra Bethsabea in genealogia Christi disertè nominatur; ut ejus exemplo moniti Judæi minùs aversarentur illos alienigenas qui vitiis quondam obsiti vitam emendaverant [b]. [Plura vide ad verba sequentia.] ¶ *Et displicuit verbum hoc*] i. e. Res, G. tota hæc res [c]. Hoc ergò aliud peccatum erat uxorem ducere, cujus virum adulter occiderat, ut docet c. 12. v. 9, 10. ubi, ceu distincta peccata numerantur, cædes & nuptiæ; unde constat vetita iis fuisse talia matrimonia; non tamen (si contraherentur) omninò nulla [d]. Incommodo sunt talia matrimonia, & à Magistratu tum impediri, tum puniri possunt; si tamen consummentur, non sunt irritanda †. *Displicuit*—adulterium nuptiis conglutinatum, c. 12. v. 9. Nec tamen irritæ erant nuptiæ, &c †. [ut ex authore diximus. Al. sic;] Displicuit ei, non quòd eam duxisset, &c. (nullâ enim lege hoc facere vetabatur, & alioqui hac ratione famæ illius, quæ lapidationis rea erat, consulebat) sed adulterium & cœdes; nisi fortè dicamus hoc displicuisse quòd eam duxit ex venereo affectu, non ex amore prolis [f]. Frustrà & hoc & cædem Uriæ excusant Judæi, contrà quàm Nathan ei ostendit, & ipse agnovit Psal. 51. & Josephus qui πλᾶσμα δεινὸν meritò vocat, & Deus judicavit hoc v. 27. & 12. 11 [g]. Fingunt Hebræi, consuevisse bellum profectos uxoribus domi manentibus libellum repudii dare; ut si fortè cæderentur, liberè aliis nubere possent [h]: ideóque David cum Bathsheba legitimè congressum [i]. Sed 1. hoc non habetur in sacris literis. 2. Cur igitur de hoc reprehenditur David? aut cur Uriam voluit cum ipsa consuescere, quod non licuit cum repudiata? (Deut. 24. 2.) aut cur non eam superstite Uriâ duxit David [k]? [Vide plura in To. & in San.] Notandum porrò Davidem longo tempore hæsisse in hoc luto. Intereà colebat Sabbata, aderat in sacro cætu, purificabat se cum aliis. Sed Deum immortalem, quò animo? Nihil verè, nihil piè fecit, sed omnia ex hypocrisi [l].

[q] Mart. [r] To. in Me. Ser. [s] Me. [t] Mart. [v] San. [x] Wil. Mart. [y] Mart. [z] Wil. [a] Mart. [b] G. [c] Ma. [d] Ser. sim. La. † Wil. ex Os. † G. [f] Me. [g] G. ad v. 4. [h] Mart. [i] San. [k] Mart. [l] Mart. ad v. 5.

CAP. XII.

1. *Misit ergò Dominus*, &c.] Vide quàm cæcus per peccatum evaserit David. Nam per novem menses quibus Bethsabee ex eo conceptum fœtum utero gestavit & peperit, securus cum Bethsabee indulgebat [m]. Idcirco Deus ejus misertus misit ad eum Nathan [n]. Sed cur non citiùs misit? Resp. 1. David aliis modis illo tempore fortè admonitus erat, vel per inspirationem, vel dum sacras literas legeret, vel per verba Uriæ. 2. Voluit Deus agnosci infirmitatem naturæ humanæ. Etiam sancti lapsi perpetuò agerent in sordibus, nisi Deus potenti verbo eos educeret, ut hoc exemplo docemur [a]. ¶ *Nathan*] Alius hic ab illo *Nathan* filio Davidis, qui parvulus erat. Hic enim Nathan fuit Propheta familiaris Davidi, & huic ità dilectus, ut ab eo filium suum Nathan vocârit, ut ait Genebrardus [b]. Porrò licèt David propheta esset, à propheta tamen juvari jam debebat, sicut medici quando ægrotant, medicorum aliorum consilio egent [c]. ¶ *Duo viri erant*] Est ἄνος & appositus & prudens. Nam quia, ut in vetere proverbio est, *Semper homo aliud in se fert, aliud in alio judicat*; ideò ità rem proposuit, ut non opus haberet propheta regem damnare; sed Rex semet ipse damnaret [d]. Parabolæ Syris, & maximè Palæstinis familiares erant †. Ferramentum fecit Deus ex lingua Davidis, ad secandum vulnus ejus. Sed Nathan velut prudens medicus ferrum parabolâ tegebat [f]. Ut regis animum amoribus sopitum & superbum à somno peccatorum excitaret, neque ipsum irritaret [g]. Porrò solent novi & insoliti casus nos attentos reddere, &c. Servat Nathan mediocritatem; non exclamat, ô adulterum, latronem? sed personam subducit, & indefinitè loquitur; an verò seorsim hæc dixerit; an astantibus regni proceribus, (ut putat Chrysost.) dubium est. Puto tamen seorsim in conclavi allocutum esse [h]. Particulas singulas parabolæ, Davidis facto accommodare velle; inutile est; multa enim in parabolis adduntur quæ decoro tantùm serviunt [i].

[m] La. sim. San. Mart. [n] La. [a] Mart. [b] La. [c] Ser. ex Chrysost. [d] G. † San. ex Hi. [f] Ser. ex Aug. [g] La. [h] Mart. [i] Me.

3. *Præter ovem unam, quam emerat*, &c.] Dando pro eo dotem [k]. Qui ducit uxorem, *emit* eam, secundùm Hebraismi proprietatem [l]; vel *emit*, pro, acquisivit sibi vel possedit [m]. ¶ *De pane illius comedens*, &c.] Qu. Quomodò hæc ovi conveniunt? & quomodò non olfecit David parabolam esse? Resp. 1. Potuit David existimare, hyperbolicè ista dicta ad significandum amorem ipsius erga oviculam. 2. Sæpenumerò animalia quædam sunt in deliciis, ut catuli: cervi cicurantur, veniunt ad mensam, homines comitantur [n]. Talis fuit cervus Cyparissi, de quo Ovid. lib. 10. Metam. & Virgil. l. 7. Æneid [o]. Commodus Imperator scribitur, apud Dionem, leonem cicuratum in deliciis habuisse, qui eum secutus sit ut canis: osculabatur eum, noctu cubabat juxta lectum ejus [p]. Dracones cum pueris vel puellis peramanter dormire solitos referunt idonei auctores, Plutarch. in lib. *Utra anim.* &c. Plin. 8. 17. ex Democrito. Ælian. 6. 7. & 63. Varro 13. 46. ex altero Æliano. Ut jam nemini sit mirum de ove hoc idem asseri: maximè, cùm soleant Arabes insignem aliquam ovem apud se habere, quam mansuefaciunt, & domi mulgent nec foras pastum dimittunt [q]. ¶ *Erátque illi sicut filia*] i. e. Unicè dilecta. Hoc dicit, quòd Urias esset eâ natu major [r].

4. *Cùm autem peregrinus*, &c.] Hospes hic, cui David comedendam obtulit alienam oviculam, fuit libido. Hunc hospitem diabolus ad Davidem misit cum mandatis, ut se furtivâ venere saturaret, &c [s]. ¶ *Parcens ille sumere de ovibus suis*] *Quisquis peccat inops, minor est reus.* Petron. Satyr. Ἡ τῆς ἀνάγκης χρεία φέρει τινὰ συγγνώμην, &c. inquit Demosthenes. Id est, *Veniam aliquo modo illis concedimus, qui necessitate adacti peccant; qui autem in abundantia sua scelerati evadunt nullam habent idoneam excusationem* [t].

5. *Filius mortis est*] i. e. Mortis reus [v]. Dices, furtum non erat capitale, Exod. 22 [x]. Resp. 1. Hoc dictum hyperbolem continet [y]. q. d. posset videri reus mortis: quomodò Judex audito aliquo gravi facinore, dicit, is mille meretur mortes, cùm tantùm una ex legibus possit infligi. 2. Lex quidem communi & æquabili ratione servari debuit; sed (quia legislator omnes casus exprimere non potest) in manu Judicum positum fuit, ut pœnas vel augerent, vel imminuerent pro ratione circumstantiarum [z]. Mortem meruit ob summam improbitatem, quæ facit ut sæpe etiam supra leges pœna intendatur [a].

6. *Ovem reddet in quadruplum*] [Ità ferè omnes.] Secundùm legem Exod. 22. 1 [b]. אַרְבַּעְתַּיִם Alii vertunt, *bis quadruplicatam*, P. ad verb. *bis quater*; i. e. octies [c]. Quatuor reddet ex lege, Exod. 22. 1. quatuor alias, quia pauperi abstulit [d]. Nam est אַרְבַּעְתַּיִם dualis numeri †. [Aliis hoc non placet.] Dualis terminatio non semper dualitatem infert, ut patet ex voce שִׁבְעָתַיִם, quæ Isa. 30. 26. est *septuplum* [g]. Et ubicunque est שִׁבְעָתַיִם, *septuplum* tantùm significant, ut patet ex Gen. 4. 15. Psal. 12. 6. & 79. 12. & præcipuè ex Esa. 30. 26. Et lux solis erit שִׁבְעָתַיִם *septupla, sicut lux septem dierum.* Itáque Dualia ista non significant duplicari quaternarium, & septenarium; sed rem ipsam, de qua agitur, per quaternarium, aut septenarium geminari,

[k] L. [l] M. [m] Mart. [n] Mart. [o] San. [p] Mart. [q] B. A. 1. 2. 46. 52 2. [r] V. [s] T. [t] Ga. [v] Me. ex L. [x] Mart. [y] Me. ex To. et Caj. Mart. [z] Mart. [a] G. [b] Pi. [c] V. ex M. Mar. [d] Mar. sim. M. V. † M. Glass. gram. 87. [g] Glass. ex Jun.

nari, & multiplicari. Et sic omnes veteres versiones in locis citatis accipiunt; nisi quòd in hoc Samuelis loco. Jon. habet עַל חַד אַרְבְּעִין *pro uno quadraginta* : & Græcus ἑπταπλασίονα *septuplam*. Sed utrumque mendosé. Itáque in editionibus Complut. Paris. & Anglic. legitur in Targum אַרְבְּעָה *quatuor*, & in Græco τετραπλάσιον *quadruplicem*. Sic etiam accipiunt Jo. & Theodor. & Ambrof. Porrò, similis locutionis exempla sunt in Romana lingua: Sic Plin.8.25. scribit, *cerastis cornicula sæpe quadragemina* esse; i.e. (non *octo*, ut sumunt barbari Interpretes, Vincentius & Bellonius, sed) *quaterna*, ut habet Nicander, quem sequitur. Sic Virgil. 6. Æneid.

Et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

Id est, *septeni*, à septem ostiis. Sic *Arces Romæ septemgeminas* vocat Claudian. i.e. septenas in septem Romæ montibus. Sic Liv.1. de *Horatiis* & *Curiatiis* inquit, *Tergemini arma capiunt*; pro quo infrà *terni juvenes*. Sic Virgil.4.Æneid.

Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

& 8.Æneid.

Tergemini nece Gerionis ———

Porrò, notant Hebræi vetustiores hæc verba ominosa fuisse [h]. Hoc enim passus est David, cui pro unius Uriæ morte quatuor filii mortui sunt: 1. Filius adulterinus hic, v.15. 2.*Amnon*, 3.*Absalom*, 4.*Adonias* [i]. At R.S. & K. *Adoniæ*, qui patri superstes fuit *Thamarem* substituunt [k]. Et pro una corrupta Bethsabea decem ejus concubinæ polluebantur [l].

7. *Tu es ille vir*] ——— *mutato nomine de te Fabula narratur* ———

ut ait Horatius.

8. *Dedi tibi*] Titulo confiscationis ob partes Isbosethi [n]. ¶ *Domum*] id est, regiam potestatem [o]. Successit enim Sauli in Regnum [p]. Vel potiùs quicquid pertinebat ad familiam Saulis, servos putà, uxores, opes, &c [q]. ¶ *Domini tui*] Heb. *dominorum*. Plur. pro Sing. i.e. Saulis [r]. ¶ *Et uxores domini tui in sinu tuo*] Forma nuptialis, ut nova nupta in gremio mariti jaceret, Lipf. ad Tacit. annal.11. Sic Juvenal,

——— *ingens*
Cœna, sed & gremio jacuit nova nupta mariti.

Sim. Catullus & Apuleius [s]. Intelligunt hoc de Egla uxore Saulis, & Michal filia Saulis [t]; vel de Michal & Rispha [v]. Viduæ Regis nisi Regi nubere non poterant ex moribus [x]. Sed quî fieri potuit, ut David soceri concubinas duceret [y]. Resp. 1. Non significatur actus, sed jus & potestas ipsius in uxores Saulis, ut posset eas ducere, si vellet [z]. 2. *Dedi tibi uxores*, &c. non ut duceres, sed ut tractares quomodo velles [a]. Sic tradidit illas in sinum, ut ipsum (i.e. Saulem) in manum, 1 Sam.24 11. quem tamen occidere non licebat [b]. 3. Potuit fieri ut aliæ (Davidis) uxores ad familiam Saulis aliquo modo attinerent [c]. 4. נָשִׁים non tantùm *uxores*, sed & *fœminas* quaslibet significat. *Fœminæ* autem, id est, filiæ Saulis fuere *Merob* & *Michol*, quas Deus Davidi dedit uxores [d]. [Pro *in sinu tuo*, JT. habent *ad votum* tuum:] Metonymia. Sic Psal.89.50†. Sed nihil tale est in illo loco [f]. ¶ *Et si parva sunt ista, adjiciam tibi multo majora*, וְאִם מְעָט וְאֹסִפָה לְּךָ כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה] *Et si parum est hoc, adjicere potuissem* (*additurus fui*, JT. sic P. *adjecissem*, Ti.) *talia & talia*, M. *secundùm hæc & secundùm hæc*, i.e. multò majora his dedissem tibi [g]. Al. sic, adjiciam tibi multò majora; i.e. possum majora tibi data beneficia commemorare [h]. Al. sic; Duplex sensus esse potest: 1. *Si parum*, sub. *adhuc expectâsses, & non peccâsses*, majora tibi dedissem, vel additurus eram [i]. 2. Si parum, scilicet hoc tibi videbatur, & majora cupiebas; à me petere debebas, non per te tibi sumere. Si petiisses, dedissem, &c [k]. ¶ *Adjiciam majora*] v.g. stabile in domo tua regnum; nasciturum ex te Messiam, &c [l]. Hæc exprobrat Nathan Davidi. Dices, *Deum non exprobrare* cuiquam, Jac.1. Resp. 1. Ibi de precibus agitur; dat Deus affluenter, nec exprobrat, ut solent homines; q.d. si millies petas, semper accipies. 2. Non exprobrat eo nomine ut homines pudefiant; vel ut probris animum suum expleat; sed ut pœnitentiam eliciat [m].

[h] BA.1.2. 40.395. [i] Me.ex L. BA.ex He. [k] BA. ib. [l] Me. [n] G. [o] San. [p] V. [q] San. [r] Pi. [s] Ga. [t] Ità M. He. in V. [v] He. in V. [x] G. [y] Mart. [z] La.ex L. & To.Me. T. [a] Q. in Mart. [b] Ga. [c] Mart. [d] La. † Jun. [f] Pi. [g] V. [h] Mar. [i] V. Mart. [k] Mart. [l] T. San. [m] Mart.

9. *Quare contempsisti verbum Domini?*] Divinam legem violâsti [n]. Potiùs *verbum* est promissio Dei de regno in ejus familia stabiliendo, & Messia ex ipso nascituro; quam contemnere videtur, qui quod benefactori videt esse gratum, non præstat; & quasi nihili facit, quòd hoc modo irrita fortè fuerit promissio [o]. ¶ *Uxorem illius accepisti*] Accipere eam hac viâ, nempe priùs stupratam, & occiso marito, hoc malum erat [p]. ¶ *Interfecisti eum gladio filiorum Ammon*] q. d. gladio incircumcisorum: quæ magna est injuria [q]. Peccatum exagitat, quòd is qui lædebatur, erat in fœdere Dei [r]. Interficit qui injustam morti occasionem dat [s]. Tribuitur actio mandanti & procuranti. Sic Gen.46.29. *Et junxit Joseph currum*, &c. i.e. jungi per administros curavit [t]. *Ipse facis quicquid fieri jussisti*, Theodosio Ambrof. epist.29. *Restat hoc unum insuper, Tuis ut etiam sceleribus fiam nocens. Tua illa, tua sunt illa; cui prodest scelus, is fecit*, Senec. Med.3.2 [v].

10. *Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum*] i.e. tempore diuturno [x]. Dum vives [y]. Sic 1 Sam. 1.22 [z]. עַד עוֹלָם sumitur pro subjecta materia diversè. Referenda hæc ad mortes violentas Ammonis, Absalomi, &c [a]. Tui peribunt ense [b]. Al. sic; quamdiu durabit tua regia stirps & regnum Israelis [c]. Q. extendunt ad tempora Christi: quod parum congruit cum Exod. 20. ——— *ad tertiam & quartam generationem*, &c [d]. ¶ *Eò quòd despexeris me*, [sim. plerique] עֵקֶב כִּי וגו׳] *Mercede quòd contempsisti me*, Mo. *Merces ejus quod*, &c. Merces, עֵקֶב *calcaneum* vocatur, quia ut in corpore calcaneum est ultimum, sic in opere merces; & merces hîc sumitur pro pœna †.

11. *Ego suscitabo*, &c.] Deus facere dicitur quod non impedit. Sic & *tollere* & *dare* in sequentibus [f]. Eadem actio Deo & Absalomo tribui videtur; huic, quà peccatum est; ut autem pœna est, ad Deum pertinere potest. Nam illius est judicium. Sic peccatum non erat, sed pars justitiæ. Neque hoc excusat peccantes, qui ista fecerunt alio fine, & ex propria malitia; quam Deus non instillavit in ipsos, licèt istorum actiones gubernaret [g]. ¶ *Malum de domo tua*] de sanguine conjunctis, quod acerbissimum est. Vide Psal.55.13 [h]. Notum est illud Cæsaris, καὶ σὺ τέκνον, *tu quoque fili* [i]. ¶ *In oculis tuis*] i.e. te sciente [k], nec valente prohibere [l]. Palam, & nullo tui respectu [m]. Alioquin David ista non viderat, c. 16 [n]. ¶ *Proximo tuo*] & consanguinitate & amore, nempe Absalomo [o]. לְרֵעֶיךָ *sodalibus tuis*, i.e. uni ex sodalibus tuis, h.e. Absalom. ¶ *In oculis Solis hujus*] i.e. spectante Sole isto: h.e. publicè & palam [p]; claro die [q]. Noctem, vel latebras non obducet [r]. Prosopopæia est, qualis illa, *Mare vidit, & fugit: montes saltârunt*, &c [s]. Fecit hoc Absalom *in solario*, c.16. eodem indubiè in quo David mulierem vidit, &c [t]. Publicam infligam pœnam sceleris quod occultum esse voluisti [v]. Huc usque concio Nathanis pulcherrima sanè; ad cujus exemplum, qui docent in Ecclesia, vel alios corrigunt, suas formare debent. Primò, proponit parabolam, tanquam textum; deinde adaptat ad res præsentes: mox peccatum exagitat, ejúsque causam aperit; nempe quòd David Deum contempserit: ad extremum comminationes adjicit, ut consolationi tandem locus detur [x].

13. *Dixit David ad Nathan, Peccavi*] Declarat hîc Deus utilitatem & dignitatem externi ministerii. David sciebat se peccâsse, legebat sacras literas: tamen non movebatur. Hac verò (Nathanis) oratione perculsus est [y], qui hactenus excors, & sine mente fuisse videtur [z]. Confessio Pœnitentiæ grata comes [a]. ¶ *Peccavi Domino*] seu *contra Dominum*, Ser. Hoc acerbiùs exulceravit animum Davidis, quàm ipsius infamia, fœtor ulceris, &c. Et hoc clariùs affirmat in Ps.50. (rectiùs 51.) *Tibi soli peccavi*, &c [b]. vel, *coram Domino*; eo vidente, etsi hominibus idipsum celârim [c]. Confitetur paucis verbis; non delectatur Deus multiloquio [d]. Dolor Davidis non tam erat ex metu pœnarum, vel amissione commodorum, sive hujus, sive alterius seculi, quàm ex offensione ejus, quem amavit supra omnia †. Porrò, verba ista cum dolore immenso prolata sunt, & lacrymis; ut patet ex Psal. 51. ad eam rem composito; & ex maturitate veniæ. Saul dixit *Peccavi*; sed *in simili voce dissimile pectus erat, quod divinus oculus discernebat*; ait Aug. contra Faustum. 22.

[n] Me. Plerique in San. [o] San. [p] Mart. [q] V. [r] Mart. [s] G. [t] Glas. gram. 291. [v] Ga. [x] San. [y] G. sic Jun. Pi. Ma. [z] Jun. [a] G. [b] V. [c] La. [d] Mart. † Mar. ad v.6. [f] G. [g] Mart. [h] San. Me. [i] San. [k] V. Mart. [l] Mart. [m] Me. [n] San. [o] Me. sim. San. sic Ma. Pi. G. [p] V. sim. T. M. [q] Ma. [r] San. [s] Mart. [t] San. T. [v] T. [x] Mart. ad v.7. [y] Mart. [z] San. [a] G. [b] San. T. [c] La. [d] Mart. † San.

22.67 [f]. Saul non doluit ob culpam, sed tantùm ob pœnam [g], 1 Sam. 15.30, &c. *honora me,* &c [h]. ¶ *Dominus transtulit peccatum tuum,* הֶעֱבִיר] *transire fecit à te,* T. sustulit, dimisit, 1. quoad culpam [i], 2. quoad pœnam æternam [k], 3. mortem quam per me comminatus erat Deus, quámque timebat David, *Non morieris* [l]. Pœnam quam tu ferre debebas, in familiam transtulit [m]. Personam tuam libero peccato & pœnâ, quam tu in te pronunciaveras, suprà v. 5 [n]. ¶ *Non morieris*] Erat quidem David supra legis pœnas, ut Rex, & post ipsum etiam Regina. Sed Deus eorum, quæ magistratus punire non poterant, aut nolebant, se vindicem fore minatus erat, Levit. 26.14, &c. Non eo tamen sibi ademerat ignoscendi potestatem, quâ hîc itâ utitur, ut solâ mortis pœnâ & amittendi regni Davidem liberet, multa alioqui mala alia ei inflicturus [o].

14. *Blasphemare fecisti inimicos Domini,* sim. P. Pi. [כִּי נִאֵץ נִאַצְתָּ אֶת אֹיְבֵי יְהוָה] *Quia convitiando convitiari fecisti (provocâsti ad iram,* ϛ. *irritâsti,* Aq. in Nobil.) *inimicos Domini,* Mo. *aperuisti os inimicorum,* &c. Jon. in V. *ridendi tui occasionem præbuisti,* &c. Ar. *occasionem dedisti inimicis,* M. Ti. JT. Ca. *blasphemandi,* Ti. vel *maledicendi,* Ca. vel *malè loquendi* de Israel, M (in quo tantum flagitium commissum fuit, non à vulgari homine, sed à Rege, qui tam impiè fidelem militem in manus tradidit hostium, quò liberiùs uxore ejus potiretur [p];) vel *irritandi contemptim Jehovam,* JT. Heb. *irritando irritâsti per inimicos Jehovæ.* Nomen fungens officio antecedentis & relativi, ut Gen. 15.6 [*]. Exponunt; 1. Ammonitas ad blasphemandum hoc pacto provocatos esse; & cum Urias, aliíque Israelitæ occumberent, insultâsse Deo, &c [q]. 2. Occasionem præbuisti impiis quibusvis hominibus (tum Hebræis, tum alienigenis [r]) malè sentiendi de Dei justitiâ, bonitate, providentiâ, &c [s]. dicent enim eum constituisse Regem improbissimum populo suo [t]. Cùm viderent tanta à Davide scelera impunè patrata; cùm meminissent Saulis ob leviora regno excussi, impiè jactabant vel acceptorem personarum esse Deum, vel humana negligere, vel non omnia videre, vel etiam scelera comprobare [v]; cùm vir ille quem *juxta cor Dei* esse audierant, talia patrâsset [x]. Dicerent, Hæccine est sanctitas populi Dei? hæccine pietas regum & prophetarum [y]? Aliis hæc sententia, non placet, quia nondum eruperat adulteri fætor, &c [z]. Resp. Secretum esse non poterat, quod & nuntii & administri sceleris Davidis, & tota familia Bethsabee, & Joab, & ab iis forsan alii compertum habebant [a]. Emanârant Davidis scelera. 1. Conjecturis ex nuptiarum acceleratione. 2. Subitâ uteri tumefactione. 3. Servulorum sermunculis [b]. 4. Ex Uria occiso [c]. Gravis ad peccatum accessio, occasionem dare impiis gentibus malè sentiendi de lege divina, quam sperni à primis Hebræorum videant [d]. Porrò נִאֵץ hoc in loco est infinitivus Piel pro נַאֵץ *contemnere, contemnendo,* &c [†]. ¶ *Filius, qui natus est tibi,* [הַיִּלּוֹד לְךָ] יִלּוֹד est in Piel: at יִלֵּד in Pihel non sign. *nasci* aut *gignere,* sed *obstetricari.* Rectiùs multò legeretur הַיִּלוֹד, ut sit Particip. Pahul ex Kal [f]. At 1. Quis dixit Critico יִלֵּד non olim significâsse *gignere?* quia scilicet in Bibliis hoc significatu non occurrit. At hæc ratio nulla: quia universus linguæ Hebrææ usus non est in Bibliis comprehensus. Esto itâ significâsse verbum, tamen Nomen תֹּאַר seu Adjectivum & participiale inde deductum id significare potest. Sic שִׁכּוֹר est *ebrius,* ex Piel; cùm tamen שִׁכֵּר non reperiatur in Bibliis: nec, si reperiretur, *inebriari,* sed *inebriare* significaret. 3. Rectam esse punctationem docent alia loca, ubi hac formâ, & hoc usu occurrit, ut Exod. 1.22. Jos. 5.5. 2 Sam. 5.14. Jer. 16.3. Hiccine vult Authores sacros docere, quomodò loqui vel scribere debeant [g]?

15. *Et desperatus est,* [וַיֵּאָנַשׁ] *Et acerbè doluit,* Mo. *debilitatus est,* Jon. *ægrotavit,* ϛ. P. sim. Ar. JT. *Graviter ægrotavit,* M. Tig. not. *Ità ut de eo actum esset,* Ti. sim. Ca. Strig. *Et aggravatus est,* scil. morbus, Mar. *Desperatum est,* scil. de sanitate sua, M.

16. *Deprecatus est Dominum*] Dices, orabat contra verbum Dei, qui dixerat, *morietur.* Resp. Ignorabat quodnam genus comminationis erat: fortè conditionem annexam habere potuit [h]. Voluntas Dei non semper

[f] Ser. [g] Me. [h] San. [i] Me. Ser. sim. Mart. [k] Ser. [l] San. [m] Q. in Mart. [n] Jun. [o] G. [p] M. [*] Jun. [q] Mart. sic To. & Caj. in San. Jun. [r] San. [s] Ma. [t] V. sim. Me. [v] T. ferè ex San. [x] San. [y] La. [z] Dion. in San. [a] T. [b] Ser. [c] San. [d] G. [†] Buxt. lex. M. [f] Capel. in Crit. [g] Buxt. vind. 2.13 859. [h] Mart. sim. L. Me.

tota manifestatur, aliquid sibi servat. Dicebat Deus Abrahamo, *Macta filium:* servabat in mente eum liberandum. Sic Ezeciæ dixit *morieris,* &c. Vide & Jer. 18. & alibi. Dixit Deus se deleturum populum; intercessit Moses, & exauditus est [i]. ¶ *Et jejunavit,* &c.] Jejunium, secubatio ab uxore, illuvies, χαμευνία, (*cubatio humi*) viles vestes, fletus, alimenta sunt precationis. Vide infrà 20, 21, 24. Fuisse Davidem φιλόστοργον (*liberorum amantissimum*) non ex hac tantùm historia, sed & ex indulgentia circa Absalomum & Adoniam apparet [k]. ¶ *Pro parvulo*] Nomen נַעַר hîc tribuitur infanti per catachresim [l]. ¶ *Et ingressus seorsum,* [וּבָא] *Et ingressus,* sub. *cubiculum,* V. P. Alii, *cùm rediisset,* à domo Dei, ubi eum requisiverat [m].

17. *Nec comedit cum eis cibum*] Solebant viri principes cum rege simul cibum sumere. Sic 1 Sam. 22 [n].

18. *Die septimâ*] Vel, 1. A nativitate [o]. Non ergò circumcisus erat, nec idcirco damnatus, neque enim David hoc lamentatur [p]. Vel, 2. Ab ægritudine, qui dies criticus appellatur, & graviter ægrotantibus periculosus est [q]. Huic sententiæ objicitur, quòd durum videtur Davidem septem dies jejunum transegisse. Resp. 1. Non dicitur inchoâsse jejunium, quando percussus est puer, sed cùm ejus desperari cœpisset salus. 2. Vel jejunavit Hebræorum more, abstinendo à lautis cibis, non ab omnibus. Vide Ezec. 4.9. & Dan. 10.3 [*]. ¶ *Quantò magìs, si dixerimus, mortuus est puer, se affligit?* [וְעָשָׂה רָעָה] *Quomodò dicemus* (*diceremus,* Pi.) *ad eum mortuus est infans?* Pi. sic Mo. P. *Et faciat malum,* Mo. vel *mala,* ϛ. *Ut faciat* (*non faceret,* Pi.) *malum* sibi, P. Pi. *Proculdubiò malum sibi inferet,* Sy. sim. Ar. *id afficiet eum malo,* JT. *quin graviter feret?* Ti. *Quàm malè faciet?* M. *faciet malum,* scil. corpori suo, Mar.

19. *Mortuus est*] Opus hoc erat non odii, sed benevolentiæ divinæ. Nam & clementer actum est cum puero ante tempus rapto, nè malitia mutaret intellectum ejus; & puer ille vivus assiduus testis esset paternæ libidinis & crudelitatis [r].

20. *Ingressus est domum Domini*] Neque enim ex luctu vel lacrymis contrahebatur immunditia, sed exeundo ad exequias, aut defuncti cubiculum ingrediendo [s]. ¶ *Et adoravit*] Id est, 1. Gratias egit ob condonatum peccatum, &c. 2. Confessus est, laudavitque Dei justitiam, nec de severitate nimia conquestus est. 3. Preces fundebat, ut reliquæ cruces leviores fierent, atque utiliores. His tribus adoratio perficitur [t].

22. *Quis scit si fortè donet eum mihi,* &c? [יְחָנַּנִי] *Miserebitur* vel *misereatur mei.* [Ità plerique] non dicit *pueri;* pater enim in filio puniebatur [v]. [At Sy. & Ar. ad puerum referunt, *an misereatur illi,* Sy. *Fortè miserebitur infantis,* Ar. quasi esset יְחָנְנוֹ. Masora notat legendum וְחַנַּנִי, ut in margine habetur.]

23. *Quare jejunem?* [sim. plerique.] [לָמָּה זֶּה אֲנִי צָם] *Ut quid jam ego jejunans?* Mo. sic P. *Ut quid hoc ego jejuno?* ϛ. [Cæteri negligunt זֶה] Non leve signum pœnitentiæ, in pœnis, quas Deus ob peccata immittit, acquiescere. ¶ *Ego vadam magìs ad eum*] Romani dicebant, *Vale; nos te ordine quo natura permiserit cuncti sequemur,* teste Servio ad 3. Æneid. & in inscriptionibus [x]. Immortalitas animorum innuitur, quum dicit, *ad eum ibo* [y]. *Abiturus sum ad ipsum,* per mortem, corpore quidem in sepulchrum, animâ verò in cœlum [z]. Si perseveravero in luctu, potiùs ego me conficiam, quàm illum revocavero [a]. ¶ *Non revertetur ad me*] Scilicet ad vitam hujus conditionis & statûs [b]. Non dubitabat David de animorum immortalitate, nec de corporum resurrectione [c]. At si hæc ratio valida est; cur luxit David Saulem, Jonatham, Absalomum, &c? Num illos à morte revocare poterat? Resp. Dispar est ratio infantum morientium, atque adultorum. Hi enim lugentur, quòd idonei sint reipublicæ, ideóque in horum morte facta est jactura publici alicujus boni. Nec illi moriebantur citra peccatum, saltem occidentium. Hinc luctus [*].

24. *Consolatus est David Bathsabee*] Tunc mærentem, 1. Ob peccatum suum, irámque divinam [d]. 2. Quia mortuus puer, qui fidelis videbatur animorum nexus.

[i] Mart. [k] G. [l] Pi. [m] Q. in Ma. [n] San. [o] V. Mart. ex He. [p] Mart. sim. San. [q] Me. [*] San. [r] San. [s] Me. [t] Mart. [v] Mar. [x] G. [y] Mart. [z] Pi. [a] Ma. [b] Mart. [c] Me. [*] Mart. [d] Mart.

3. Nè pœniteret Davidem non modò peccati, sed etiam initi connubii; ipsámque utpote incendii facem repudiaret †. Consolatus est eam, 1. Suadens ut in voluntate divina acquiesceret [f]. 2. Promissione regni in filium, qui ex illa nasceretur, transmittendi. Ità Pineda & Salianus [g]. 3. Deum utrisque placatum esse docens [h]. ¶ *Ingressúsque ad eam*] Scil. in cubiculum [i]. ¶ *Et vocavit nomen ejus Salomon*] Ità mater monita per Prophetam vocavit puerum; pater autem vocavit, *Jedidia* [k]. [Alii aliter.] *Vocavit*, nempe David (ex jussu Dei 1 Par. 22. 9 [l].) est enim verbum masc. ויקרא [m]. Vel *vocavit* Deus, 1 Par. 22 [n]. ¶ *Salomon*] Id est, pacificus; Vel, 1. Quia David jam Deo reconciliatus. Vel, 2. Quia dives hic erat & fœlix rebus omnibus. ¶ *Et Dominus dilexit eum*] Prævenit eum suâ gratiâ, & donis; quia destinabat eum fabricatorem templi, & typum Christi [o].

25. *Misítque in manu Nathan*] Idem qui antea reprehenderat, nunc fœlicia nunciat; nè si alius venisset, existimarent homines æmulationem quandam inter prophetas esse, hunc læta, illum tristia nunciare. Aliqui ad Davidem referunt: quòd Salomonem Nathani educandum miserit; ut alios liberos sacerdotibus erudiendos tradidit; unde *Cohanim* dicti suprà in calce 8. cap [p]. *Misit* (vel *Miserat*, P.) Dominus *per Nathan*, Mo. V. Hoc nuncio confirmatæ sunt nuptiæ inter Davidem & Bethsabam, quæ alioqui infirmæ videbantur [q]. Al. sic; *misit*, nempe David. Nathan renunciavit Davidi eum fore Deo amabilem; ideò per eum Rex mandatum misit ad Bethshabe, ut vocaretur Jedidiah [r]. *Vocavit*, nempe David, ex se & suâ sponte *. ¶ *Et vocavit nomen ejus, amabilis Domino*, ידידיה] *Jedidiah*. Ità omnes. Sign. *dilectum Dei*, vel *à Deo* [s]. *Jah* enim deductum est à *Jehovah* [t]. Itáque Salomon binomius fuit; licèt secundùm hoc nomen alibi non referatur [v]. Sic Jacob non sæpe appellatur *Israel*, licèt dicatur, *vocaberis non Jacob*, sed *Israel*, Gen. 32. 28. Multa nomina Christo imposuit Deus, Isa. 7. & 9. & alibi; vix tamen illorum in Scriptura tota aliquod occurrit. Observandum igitur, ut *nomen* sæpè idem est, quod res; (v. g. *nomen Dei* idem quòd *Deus*) sic *nominari*, seu *vocari*, idem est quod *esse*, ut Isa. 62. *Non vocaberis ultrà Derelicta*, &c, i. e. non eris derelicta: & Esa. 9. *vocabitur* (i.e. erit) *consiliarius*, &c. Sic Salomon vocari dicitur *Jedidiah*, quia *Deo amabilis erat*; quod sanè res ipsa docuit [x]. ¶ *Eò quòd diligeret eum Dominus*, Sic Ar. Pi. V. בעבור יהוה] *Propter Jehovam*, Mo. P. V. &c. Ità Jon. At LXX, habent *in verbo Domini*; id est, ut Deus eum vocavit [y]. [Vide antè dicta ad hunc versum.] Vel *propter Jehovam*; id est Christum; in quo Salomon Deo gratus fuit, & typum exhibuit regni æterni ejus [z].

26. *Expugnabat urbem regiam*, המלוכה] *Regni*; i. e. quæ erat sedes regni. Urbs regia (quæ & *urbs aquarum*, dicta, v. 27.) adjacebat ipsi Rabbath, eámque defendebat [a]. Alii ipsam *Rabbah* intelligunt, sive Philadelphiam [b]. Exponunt, *capiebat civitatem*; i.e. partem ejus, ubi erat regia [c]. Vel, capta universe hîc dicitur urbs, modum autem capiendi sequentia docent [d]. Vel *expugnabat*, pro expugnare satagebat; sive graviter oppugnabat, ut Psal. 128. (129.) 1. significatur ergò actus inchoatus, non perfectus †.

27. *Et capienda est urbs aquarum*, גם לכדתי את עיר המים] *Etiam cepi urbem aquarum*, ὁ. M. P. Ti. Mo. &c. *Etiam subegi urbem regiam*, Jon. Sy. Ar. Eadem urbs erat *regia dicta*, v. 26. & *aquarum*, v. 27 [f]. Erant duæ conjunctæ civitates, quarum minor vocabatur *civitas aquarum*; alia *Rabba*, in qua manebat Rex. Primam cepit Joab, & alteram Rex [g]. *Urbem aquationis*, id est, *urbis partem in qua erat aquatio*; sicut *Major & Minor Basilea* dicitur, pro *majore & minori parte Basileæ*; & *reliquum corpus*, pro *reliquâ parte corporis* [h]. Sic *Syracusarum* urbs quatuor constabat partibus, *Insulâ, Acradinâ, Tychiâ, Neapoli* [i]. Dicitur *urbs aquarum*, propter ingentem vim aquarum, quâ cingebatur [k]; unde munitissima fuit [l]: quòd amplas fossas haberet, quæ aquâ implebantur [m]; quòd eam circumflueret torrens Jabok [n]. vel à frequentibus fontibus [o]: propter multas aquas quæ erant in ea [p]. Pars hæc erat *exterior* urbis, quam alluebat aqua [q]; altera *interna* pars, & quasi umbilicus urbis

† San. · f Me. · g Me. sic He. in Mart. · h Mart. · i Pi. · k M. · l Ma. · m Pi. Ma. La. ex Ser. · n Mart. · o La. · p Mart. · q Mart. · r Mar. · * V. · s La. · t Ma. · v Me. sim. San. · x San. · y Mar. · z Jun. · a V. · b Q. in Ma. La. · c Ma. · d Al. in Ma. · † La. · f V. · g M. · h Ca. · i Mart. · k V. sim. Me. · l Me. · m Mart. · n La. ex Ser. · o Ma. · p M. · q Pi. Q. in Ma.

nondum capiebatur [r]. [JT. locum sic vertunt, *Etiam intercepi à civitate aquam*. Hypallage [s].] His favet: tum Josephus (qui narrat *præcisis aquaductibus*, &c. *obsessos fame atque siti laborâsse*, &c [t].) tum Polybius l. 5. p. 415. de eadem hac urbe ab Antiocho capta agens, qui sic ait, *Donec captivorum aliquis subterraneum obsidentibus meatum ostendit, per quem obsessi aquatum descendebant*: hoc igitur *refracto——& obstructo—— præ aquæ inopia deditionem fecerunt* [v].

28. *Congrega reliquam partem populi*] Novum tecum delectum militum affer [x]. ¶ *Nomini meo adscribatur victoria*, ונקרא שמי עליה] *Et vocetur nomen meum super eam*, Mo. *Vocetur meo nomine*, Ti. *Prædicetur de ea nomen meum*, Sy. JT. *Mihi tribuitur victoria*, Ar. Jun. Mirare hîc fidelitatem & modestiam Joab [y]. Sic *Craterus* in *Artacanæ* obsidione. *Ille* (inquit) *omnibus præparatis, Regis expectabat adventum, captæ urbis titulo (sicut par erat) cedens* [z]. Hoc fecit Joab, vel quòd amans esset principis; vel ut invidiam declinaret, quam David olim apud Saulem incurrisset ob laudes mulierum, &c [a].

30. *Diadema Regis eorum*, Ità ὁ. Jon. Sy. Ar. &c. מלכם] Alii, *idoli Moloch*, vel *Melcham*. Ità Hi. & Pineda, & Villalp. aliíque apud Salianum [b]. ¶ *Pondo auri talentum*, ומשקלה ככר זהב] *Et pondus ejus talentum auri*, Mo. P. &c. Talentum autem continebat 100 (imò 125 [c].) minas [d], vel 3000 siclos, seu semiuncias; Immane pondus, cui ferendo caput Davidis par non erat †. Quid dicendum? Resp. 1. Talentum hîc minus intelligendum est, id est, decima talenti majoris [f]. Vide quæ ad 1 Reg. 9. 28. Mar. 2. Corona hæc vel ad breve tantùm tempus ab ipso gestata erat [g], vel (ceremoniâ quadam & ritu [h].) supra caput David sedentis in throno suspendebatur [i]. 3. Quamvis משקל propriè pondus sign. tamen pro valore promiscuè sumitur [k]. Neque enim ex auro tantùm corona constabat, sed ex gemmis, quæ ad pondus auri non exiguntur; Proinde τὸ שקל Græci quandoque vertunt, τίνω, τιμᾶν, &c. *solvere & æstimare*; Latinè quoque *pendere, impendere, rependere, compensare, dispensare*, &c. quamvis à pondere sumptæ voces; tamen ad rerum pretium, valorem, & æstimationem non rarò referuntur [l]. Sic dicimus, *pende mihi argentum*, &c. i. e. solve. Sæpè fit, ut mutatâ rerum specie antiquus tamen retineatur dicendi modus. Sic *assem* vel *libram* dicimus quod nec unciam unam pendit, quia tantum valet, quantum pondus illud majus [m]. 4. Dicitur David diadema sibi fecisse ex corona; quia partem coronæ aptavit in diadema, non autem totam. Quemadmodùm Gedeon dicitur fecisse Ephod, ex inauribus illis quæ pendebant circiter 70 libras; non quòd totum illud aurum expensum esset in solum Ephod; (quis enim vestem ferret tanti ponderis?) Sed pars in Ephod expensa est, & pars in alia ornamenta *. ¶ *Habens gemmas pretiosissimas*, ואבן יקרה] *Et lapis pretiosus*, Mo. P. sic ὁ. Sing. pro plur. *lapides pretiosi*; h. e. ultra lapides pretiosos quibus ornabatur [n]. *In illo lapis bonus*, Jon. Eum *sardonychem* fuisse affirmat Josephus, credo, quia sic accepit τὸ מלכם; *sardonyx* enim vocatur & μολοχὰς, inquit Epiphanius in capite de *Sardio* [o]. *In quo erant lapides optimi*, Sy. M. Ti. *Cum lapidibus* (*gemmis*, Ca. Strig.) *pretiosis*, JT. sim. Ar. ¶ *Impositum est super caput David*] Heb. *fuit supra caput David*; quod interpretantur; Ità bene convenit Davidis capiti quasi ei propriè fuisset destinata. Regis victi non corona tantùm, sed omnis ornatus ac supellex Regi victori cedebat, ut Talmudistæ notant. Simile illud apud Macedonas, *Tradito more ut victorem victi Regis tabernaculo exciperent*, apud Curtium. Vide ad J. B. & P. 3. 6. 24. & adde 1 Par. 20. 2 [p].

31. *Populum quoque ejus adducens serravit*, &c. וישם במגרה וגו'] *Et posuit sub serra* (*super serras*, M.) *& sub trahis*, (*tribulis*, JT.) *ferreis, & sub securibus ferreis*, P. sim. plerique. [At Sy. *injecit in compedes & catenas ferreas*, sim. Ar.] *Serratio* non incognitum terris istis supplicium, quo & Esaiam affectum à Manasse aiunt Hebræi. Vide Heb. 11. 37. Idem in milites quosdam usurpavit Valens Imperator. Sunt ejus supplicii exempla & in Historia Suedica, Turcica & Neopolitana [q]. Serris eos dissecabant [r]. Ità 1 Par. 20. 3. ser-

r Q. in Ma. · s Jun. · t Bo. · v Ma. · x San. · y La. · z G. · a Mart. · b Me. sic La. · c La. BA. · d San. · † Ma. · f Q. in Ma. Mar. · g K. in M. · h Ma. · i M. · k BA. 1. 2. 58. 380. · l BA. ib. · m San. · * La. ad Jud. 8. 26. · n V. · o BA. 2. 5. 7. 699. · p G. · q G. · r Ma. ex V.

serravit, in serra. Alii hos damnatos volunt ad secandos seu serrandos lapides sectiles, ad quod olim sancti Martyres damnabantur [s]. ¶ *Et sub trahis,* [בַחֲרִצֵים] *In cuspidibus ferri,* Caj. in Ma. *In rotis ferri,* Marinus; Quod genus supplicii nunc in Italia usitatum [t]. Tribulis, sive trahis, (horrentibus silice, aut acutâ cuspide [v],) quæ ab equis trahebantur, proterendos curavit [x]. ¶ *Et traduxit in typo laterum*] Id est, per eum locum, in quo lateres formantur, & igni durantur [y]. Verùm cùm duplex hîc sit locus; 1. Area, in qua lateres formantur ex luto: 2. Fornax, in qua coquuntur: plures ad priorem referunt; q. d. David Ammonitas in area & fortè officina lateritia traduxit; id est, volutavit, subegit, calcavit, discidit & dissecuit, *sicut lateres dividi solent, qui ex paleis & luto conficiuntur,* ait Hieron. omnia præcedentia lacerationem significant, non ustionem [z]. וְהֶעֱבִיר אוֹתָם בַּמַּלְכֵּן [Ità legitur in textu, sed in margine est בַּמַּלְבֵּן, quod plerique sequuntur, vertúntque, *per fornacem,* 6. P. Pi. *Conjecit eos in fornacem calcariam,* Ti. sic Ca. vel *lateritiam,* M. Strig. sive *tegulariam*] in qua decoquebantur lateres [a]. Id est, combussit eos [b]. Quidam putant per acutos lateres, aut per laterum acervos raptatos esse, & sic lento ac crudeli tractu fuisse laceratos atque dissectos. Alii in area, lateribus ex arte dispositis strata atque æquata, passos esse volunt aut dentatas carpentorum rotas, aut acutos tribularum silices [c]. [Al. sic vertunt,] *Et transire fecit eos per mensuram,* Sy. *Transire fecit eos ante conspectum suum, statâ quadam mensurâ,* Ar. [Alii legunt מַלְכֵּן, ut in textu, vertúntque,] *per Malchen,* id est per locum idoli Molech; h. e. per ignem [d]. In loco scilicet ubi pro honore Dei sui Molech filios suos flammis exurendos immolabant †. *Traduxit eos in fornacem Moleci,* JT. Dignum impio scelere & inhumano supplicium [f]. *Laceravit eos in plateis,* Jon. in Pagnin. Lex. ait La. Qu. Num à Davide in hoc supplicio peccatum sit. Resp. 1. Q. affirmant [g]. Immania erant hæc supplicia, & perniciosi exempli, quod postea Ammonitæ imitati sunt, Amos 1. Hoc quidem exemplum humano generi perniciosius erat, quàm violatæ legationis scelus esse impunitum. Sed neque omnes Ammonitæ hoc commeruerant. Ex his ergò cogor existimare Davidem tam dira sumpsisse supplicia, cùm cæcus esset propter peccatum, maximè luxuriæ, quæ omnem ab illo pudorem & humanitatem expectoraverat. Notum est luxuriosos plerumque esse crudeles. Talia non faceret David, quando audivisset translatum esse peccatum, & mortis supplicium ab ejus capite depulsum. Graviùs certè peccaverat David, quàm Ammonitæ, &c. Quare alius erat David peccator ab illo Davide, qui toties Sauli pepercit, qui injurias suas ulcisci noluit, &c. Existimo igitur hanc historiam, à vers. 26. ad finem hujus capitis conjungendam cum fine cap. 11. & illa omnia à vers. 1. hujus capitis ad 26. per hyperbaton interjecta esse in locum alienum. (Frequens enim est Prolepsis in scriptura, nec semper eo ordine res narrantur quo gestæ sunt.) Alioquin in obsidione Rabbath ultra 20 menses insumpti sunt; nam intra id spatium, captus est amore Bathshebæ; conceptus & natus est, tum filius in adulterio genitus, tum etiam Salomon. Porrò arca tempore obsidionis in castris erat, c. 11. 11. quæ quo tempore infans mortuus est, videtur in suam sedem restituta [h]. Verùm alii censent Davidem hæc fecisse eo ordine, quo hîc narratur, scilicet post pœnitentiam; (in ejus enim mercedem hanc Davidi victoriam dedisse videtur Deus [i].) Duravit autem hæc obsidio ultra annum, nempe quia David tum in sordibus jacuerat. Promiserat Deus obedientibus victoriam, &c. at immorigeris contraria [k]. Resp. 2. Alii Davidem à sævitia liberant [l]. Nam, 1. Dicitur David omnia rectè fecisse, *excepto sermone Uriæ,* 1 Reg. 15 [m]. Resp. Non sine causa dictum est, non *peccatum Uriæ,* sed *sermo,* id est, historia *Uriæ*; quia ad illum sermonem, sive historiam pertinet quidquid sub id tempus à Rege admissum est [n]. 2. Ammonitæ sceleratissimi erant, Legatos contra jus gentium violârunt; cùm Uriam aliósque viros strenuos interfecissent, ipsi Deo insultârunt, ut dictum. Et cùm injuriis affecissent Davidem, primi arma moverunt in eum, & universam Syriam conturbârunt; quódque maximum est, in gratiam idoli filios comburebant [o]. Porrò crebrò Judæam invaserant, & effossionem oculorum minati sunt, 1 Sam. 11 [p]. 3. Deus incitabat Davidem ad ista non sine causa; [ut vidimus.] Et semper in illis suppliciis quæ non reprehenduntur in Scripturis, existimo Deum gubernâsse istos patres. Alioquin multa crudelia videri poterunt; v. g. summitatem manuum & pedum Adonibezek præcidere, Jud. 1. supplicium de viris Succoth sumptum, Jud. 8. crucifixio filiorum Saulis. Non sunt crudelia, quæ Deus sceleratis infliget in gehenna [q]. 4. Si quid crudeliùs designatum fuit, Joabo fortè adscribi potest [r]. 5. Hæc supplicia non sunt toti populo illata, sed aliquibus de singulis civitatibus, iis videlicet, qui auctores fautorésve fuerant injuriæ prædictæ [s]. Ego aliquos exceptos ab istis suppliciis crediderim: infrà enim c. 17. Davidi auxiliatur *Sobi* filius *Nahas* regis, quem (fratre ejus occiso) videtur David regioni præfecisse [t].

Margin (left column): s Ma. — t Ma. — v San. — x V. Ma. — y Me. — z La. — a V. — b Mar. — c San. — d V. — † M. sim. Jun. — f Jun. — g Ità San. — h San. ad v. 26. — i La. — k Mart. — l Ità To. in San. La. Mart. — m To. in San. — n San. — o Mart.

Margin (right column): p La. — q Mart. — r Me. ex Sal. — s La. ex L. & Dion. — t Mart.

CAP. XIII.

1. **A**Bsalom *sororem adamavit,* &c.] Eâdem cum eo matre genitam [v]; Ea erat, Maaca filia Tholmai Regis Gessur, suprà, 3. 3 [x]. Porrò, *Absalom* sign. *patris pacem*; *Tamar palmam*; *Ammon, fidelis & stabilis*: quare hæc nomina illis non competunt, nisi per antiphrasin [y].

2. *Et deperiret eam valde,* &c. וַיֵּצֶר לְאַמְנוֹן לְהִתְחַלּוֹת בַּעֲבוּר תָּמָר] *Angebatúrque Ammon in tantum ut ægrotaret propter Thamar,* M. sim. Mo. P. Ti. 6. Jon. &c. Medici morbis accensent eum qui ex amore contrahitur; *Pallidus in Lyricen silvis errabat Orion* [z]. Quòd amor vehemens languorem corporibus inducat, res est testatissima. Sic Antiochus Seleuci filius ex amore novercæ Stratonices incidit in morbum, Valer. 5. 7 [a]. Amor ex sola forma conceptus, quò magis est inhonestus, eò solet esse validior, nitente in vetitum humano ingenio [b]. ¶ *Cùm esset virgo*] i. e. Bene custodiretur, ut solebant virgines. Vide ad Matt. 1. 23 [c]. continebatur domi [d], in Gynecæo vel Parthenone inter cæteras virgines †. ¶ *Difficile ei videbatur*] Sive *erat,* 6. Jon. P. *Impossibile videbatur,* Ti. Heb. *Mirabile erat in oculis Amnon,* Mo. Pi. ¶ *Ut quippiam inhonestè cùm ea ageret*] Heb. *Ad faciendum ei quicquam*: id est, concumbendum cum ea. Synecdoche generis [f]. Ità *facere* sumitur & Hebræis & Latinis. Sic Gen. 19. 8 [g].

3. *Prudens valde*] Ad mala scilicet; i. e. callidissimus & astutissimus [h]. Prudentia illa est naturalis quædam sagacitas, id est, facilitas inveniendi apta media ad qualemcunque finem [i].

4. *Fili regis*] q. d. Qui voti cujuscunque compos esse possis [k]. ¶ *Per singulos dies,* [בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר] *Mane, mane,* Jun. sic V. *Singulo quoque mane,* JT. Propter nimiam scilicet cogitationem quâ noctu vexabatur, magis macer videbatur [l].

5. *Languorem simula*] Ægritudinem paulò graviorem quæ lecto affigat; nam priùs etiam, sed leviter ægrotabat [m]. Jonadab unus erat eorum, *quibus omnia Principum honesta atque inhonesta laudare mos est*; ut ait Tacitus [n]. Aulæ abundant istis consultoribus [o]. ¶ *Thamar Soror*] Sic vocat ad amoliendam suspicionem meditati facinoris [p]. ¶ *Et faciat pulmentum,* Ità P. V. [הַבִּרְיָה] *Cibum,* Mo. M. vel *refectionem,* M. *jusculum,* Ti. *lagana,* Sy. *artocreata,* Ar. ¶ *Ut comedam de manu ejus*] Sic enim spero cibum magis sapidum fore, quum videro quàm mundè coxerit [q]. Mirum est Davidem alioqui sagacem nihil mali suspicatum esse. Sed voluit Deus Davidem castigare: avertit sæpe Deus sapientibus oculos [r].

6. *Faciat — sorbitiunculas,* [וּתְלַבֵּב לְבִבוֹת] *Ut faciat,* vel *paret lagana,* P. Sy. *placentas,* Jon. V. Jun. gratas & suaves, χαρίσια, Athen. 14 [s]. *Cordialia,* i. e. cor reficientia, Pi. *liba,* Ti. *pastillos,* M. Verbum nomini conjugatum est; q. d. *laganet lagana,* Pi. sic Mo. seu *placentet placentas,* Pi. Utraque vox à corde derivatur; q. d. cordialiter conficiat, &c. ità ut modus conficiendi eas mihi placeat, & cor meum reficiat, æquè ac ipse cibus [t].

8. *Farinam,* [אֶת־הַבָּצֵק] Sic *farina* hoc loco dicitur

Margin: v Me. — x Ma. La. — y V. La. — z G. — a San. — b G. — c G. sic Jun. L. Me. Pi. — d V. La. — † La. — f Pi. — g G. — h V. sim. M. E. — i E. — k Me. — l V. — m Me. — n G. — o Mart. — p Me. — q Os. — r Mart. — s Jun. Pi. — t Belg.

à fine suo; nam frumentum molitur ut fiat farina, & è farina conspersio [v]. ¶ *Commiscuit*, Ità Jon. M.P.V. וַתָּלָשׁ] *Et conspersit*, Mo. ó. *pinsuit*, Jon. Ar. *depsuit*, Sy. JT. *subegit*, Ti. Ca. Strig. Conjecit in aquam ferventem, ut posteà frigeret illam [x].

9. *Tollénsque*, &c.] Heb. *Et tulit sartaginem, & effudit coram eo*, M. P. Ti. &c. De sartagine scilicet in scutellam, aut aliud vas [y].

10. *In conclave*] Vel *cubiculum*, sub. *secretius*, V. ubi jacebat Amnon; Thamar autem tunc erat extra cameram Amnon tenens cibos, & expectans quando Amnon vellet eos sumere [z].

12. *Noli frater mi*] q. d. Frater es, qui me tueri deberes, si qui me constuprare vellent; non debes esse corruptor [a]. ¶ *Neque fas est in Israel*] Sancto scil. populo, vel sanctitatem professo [b]; quem aliis sanctiorem esse debere satis audierat [c].

13. *Ego ferre non potero opprobrium meum*] Heb. *Et ego quo pergere*, vel *abire faciam probrum meum?* Nemini matrimonio copulari potero [d]. ¶ *Quasi unus de insipientibus*] Εἷς τῶν ἀφρόνων, LXX. Nam ἀφροσύνη (*stultitia*) proprio quodam jure de rebus Venereis dicitur. Hecuba in Troasin Euripidis,

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς
Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.

[*Stultitiæ omnis causa Venus est mortalibus, Hinc rectè incipit nomen Deæ dementiæ.*] ¶ *Loquere ad regem & non negabit me tibi*] Qu. Quomodò sic dicit? Resp. 1. Dicit RS. Maacham duxisse Davidem gravidam ex altero viro, ex quo nata est Thamar †. Vocari autem eam sororem Absalon ex vulgi consuetudine *. 2. Nata est Thamar ex primo concubitu Davidis cum bello capta: ità autem genitis nulla est cognatio [f]. 3. Id fortasse licitum putavit ex ignoratione legis [g]. Tantum esse jus Regis existimavit, ut connubium non jure gentium incestum posset permittere; aut etiam putavit non interdictas nuptias Fratrum & Sororum, qui non essent ὁμομήτριοι (*ex eadem matre* [h].) Talia connubia inter Gentiles suos non putabantur illegitima [i]. 4. Metu turbata id quod primùm animo occurrit imprudenter eloquuta est [k]. Quidvis dixit ut se præsenti periculo subtraheret [l]. Promissione nuptiarum vel eludere voluit, vel retardare fratris insaniam [m]. Sed cur non clamavit, juxtà Deut. 22? Resp. Fortè nè fratrem probro & supplicio extremo exponeret; fortè clamavit, & nemo accessit ad liberandum eam; aut fortè speravit, se conjugem ejus fore [n].

15. *Et exosam eam habuit*] Sic sæpè ex turpi consuetudine horrenda odia nascuntur. Semiramis plerosque amasios suos, & in iis etiam proprium filium, crudeliter interfecit [o]. Sic Medea in Seneca amasium suum Jasonem ità odit, ut in ejus vindictam filios communes jugulârit [p]. Idem, de amore post cupiditatem expletam in odium mutato, Honorii in sororem Placidiam, narrat Olimpiodorus; cujus excerpta habemus Photii beneficio [q]. Sed quæ hujus causa? Resp. 1. Acerbissima convitia, quibus Tamar eum læserat, vocans *stultum*, &c [h]. 2. Ex confusione & conscientiæ perturbatione [i], & pudore infamiæ secuturæ [k]. 3. Justa Dei vindicta erat, quæ brevem voluptatem sic punit [l]. 4. Id egit Dæmon, ut expulsâ virgine, & propalato crimine, turbæ domi, odia, cædésque nascerentur [m]. 5. Odium hoc non supervenit naturaliter, (vel necessariò, nam contrarium effectum cernimus in Sichemo, Gen. 34. 2, 3 [n].) sed ex peculiari Dei providentia, ut hac ratione peccanti pœna detur congrua [o]. Deus sciri voluit facinus, ac ità puniri Davidem in liberis. ¶ *Surge, vade*] Non nomine proprio, nec sororem appellat [p].

16. *Majus est hoc malum*, &c. אַל־אוֹדֹת הָרָעָה [הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת מֵאַחֶרֶת אֲשֶׁר עָשִׂיתָ עִמִּי לְשַׁלְּחֵנִי] *Ob hanc causam malum majus est hoc quàm aliud quod fecisti mecum, emittendo me*, P. sim. ó. & Vulg. inquit Di. non placet; in ea phrasi adjectivum [הַגְּדוֹלָה] nec ה Emphaticum habere debebat, nec post suum substantivum collocandum fuisset, sed dicendum גְּדוֹלָה הָרָעָה [q]. *Propterea malum magnum hoc præ altero quod fecisti mecum, tu dicis ut emitterer*, Jon. Vulg. & Jon. legerunt עַל pro אַל [r]. *Quamobrem? hoc malum majus est altero, quod in me admisisti, quòd me expellis*, Ti. *Nè fiant causæ (non sunt causæ*, Di. *non est occasio*, JT. *Nèquæso occasio sit*, Pi.) *mali hujus majoris* (i. e. quod futurum est majus, V. *Mali magni*, vel *maximi hujus*, vel *majoris*, JT. Pi.) *altero quod admisisti adversùm me, ejiciendo me*; i.e. quod admittes si me ejeceris: jungitur enim cum præcedenti [s]. Vel, *quòd me emittas*, Di. sim. JT. *ut expellas me*, Pi. *Nè causas mali (scilicet hujus quæras;) majus est hoc*, &c. *Nullæ sunt causæ cur expelleres me; malum hoc majus esset altero quod mihi fecisti?* Belg. *Nulla est causa; hoc malum, me scilicet expellendo, majus est altero, quod mecum perpetrâsti*, Ang. [Et Belg. & Ang. τὸ לְשַׁלְּחֵנִי transferunt ad initium verborum.] Hoc rectè dicere potuit [t], licèt violatio in se turpior esset [v]. 1. Illa enim violatio ex naturali libidine profluxit, quam ipsius pulchritudo exciverat; Hæc autem expulsio ex barbara inhumanitate & ferina crudelitate [x]. 2. Primum scelus fortè habet remedium, ut celetur, alterum non. Dum enim publicatur crimen, matrimonio inepta redditur [y]. Reddebat hoc illam palam & apud omnes infamem [z], tanquam meretricem [a], & ab Amnone ob vitium aliquod in illa deprehensum expulsam †. 3. Quòd violatæ virgini grave proponebatur supplicium [b]. 4. Sic nomen Dei blasphemiis inimicorum pateret, David gravissimè affligeretur, & Absalom ad sumendam de fratre vindictam excitaretur. Quæ omnia vitari potuissent, si factum celâsset [c]. [Alii locum aliter vertunt.] *Non habes causam tanti mali post ea quæ gessisti mecum, quòd nunc me dimittis*, Os. [מֵאַחֶרֶת quod alii vertunt, *præ alio* sive *altero*, Os. vertit *post ea*, quomodò מֵאַחַר interdum sumitur pro *post*. Et sic accepisse videntur Ar. & Sy. *Post tam ingens malum in me designatum expellis me?* Ar. *Jam, cùm tam atrocem injuriam intulisti mihi, amandas me?* Sy.]

18. *Talari tunicâ*] Vel polymitâ. De qua vide ad Gen. 37. 3 [d]. Inde illustrior fit ejus ignominia †. ¶ *Filia Regis*] Hinc constat eam fuisse Maachæ filiam ex Davide, non ex altero ejus conjuge.

19. *Aspergens cinerem*, &c.] Hæc in dolore gravi fieri solebant, tum apud Hebræos, tum etiam apud Ethnicos *. Vide Job 2. Jer. 36. 24. Ezech. 27 [f]. ¶ *Impositis manibus super caput*] Signum hoc doloris, & pudoris, Jer. 2. 37. & quidem naturale. Pueri enim cùm aliquid accidit, cujus ipsos pudet & dolet, nec celare possunt, solent faciem vel etiam caput totum manibus operire [g]. ¶ *Clamans*] Nè si in re jam manifesta leviter injuriam ferre videretur, non vim passa, sed volenter corrupta crederetur [h]. Clamat nunc post factum, in incestu non clamabat [i].

20. *Dixit Absalom*] Qui videbatur propinquior vindex patratæ injuriæ [k]. ¶ *Numquid Amnon concubuit tecum*] Non illa rem aperuit; sed odoratus est Absalom: & ex suo ingenio, & naturâ ad libidinem pronâ, (ut posteà videbimus) conjecturam capiebat [l]. Vocat eum *Aminon* contemptûs causâ [m]. ¶ *Tace, frater tuus est*] Hoc vult. Vel, 1. Nemo igitur suspicabitur te in stuprum consensisse [n]. Vel, 2. Fratribus condonandæ sunt injuriæ [o]. Vel, 3. Etsi ipse fraterni juris oblitus est, tu tamen ejus memor esto, nè ejus infamia in te, & in nos omnes redundet [p]. Memor sis dignitatis nostræ familiæ [q]. Domestica mala silentio sunt obtegenda: non malè hoc dictum. Neque tamen hoc sentiebat Absalom; sed altè abditum ulciscendi consilium prodere ante occasionem nolebat [r]. Vel, 4. Rex non tui tantùm, sed etiam illius rationem habiturus est, qui similiter filius est, & quidem primogenitus: nihil ergò efficies tuis querimoniis [s]. Absalom fratrem non accusat, vel quia jure agere noluit; Fastuosi sæpe suas injurias vindicare volunt; vel quòd dubitavit de fide patris, cogitavit, lenis est in Amnonem, non dicet mihi jus; vel nè sororem infamaret [t]. ¶ *Neque affligas*, &c.] Heb. *Nè pone cor tuum ad verbum hoc*, Pi. Nè cures de hac re [v]. Nè considerato facti hujus qualitatem, néve propterea contristator [x]. ¶ *Mansit—contabescens*, &c.] Heb. *Et mansit Thamar, & desolata*, &c. Ma. *mansit tristis & desolata*, Q. in Ma. *consedit*, idque *desolata*, JT. Pi. instar viduæ, cujus nuptias nemo expetebat [y]. וְשֹׁמֵמָה *Et attonita*, Ar. *stupore capta*, Sy. *Mansit—desolata*, M. [negligit τὸ ו.]

21. *David contristatus est valde*] Tum propter admissum

Margin notes (left column): v V. — x V. — y V. — z To. — a Mart. — b Pi. — c G. — d Mart. — † San. — * Mar. — f He. in V. — g Me. sim. G. — h G. — i T. ex To. — k Q. in Ma. — l G. — m T. ex San. sim. Me. Mart. La. Ser. ex Jo. — n Mart. — o T. ex La. — p La. — q G. — h Q. in Mart. — i Mart. sim. Me. — k Me. — l T. — m Me. — n Anglic. annot. — o La. ex To. — p Mart. — q Di. — r V.

Margin notes (right column): s V. — t Angl. Annot. — v T. — x Angl. — y Mart. — z T. — a Mart. — † La. ex San. — b San. — c Angl. annot. sim. Belg. — d Mart. — † Me. ex San. — * San. — f San. — g T. — h Me. — i Mart. — k Mart. — l San. — m M. & V. ex He. — n Me. — o Pi. — p Ma. ex Jun. — q Mart. — r G. — s Ma. ex Jun. — t Mart. — v V. — x Pi. — y Pi.

missum scelus, tum quia sibi ascribi posset, quòd filios sic educâsset [x]. Heb. *& exarsit ei*, scil. nasus; id est, irâ accensus est. Vide 1 Sam. 15. 11 [a]. ¶ *Et noluit contristare spiritum Amnonis filii sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei*] Hæc sunt in Græco, (& in Josepho, Mart.) non in Hebræo [b]. Filium nè asperiùs quidem appellavit [c]. Cujus & alia ratio fuit; quòd David in eodem genere gravissimè peccavit, & verecundatus est id filio exprobrare, quod in caput suum retorqueri potuit. Ut enim vitæ innocentia audaciam parit; sic sceleris conscientia omnem adimit ad reprehendendum libertatem [d]. Certum est Regem Amnoni pepercisse. At David erat administrator legum Dei nec personas accipere debuit. Sunt tamen qui Davidem excusant. 1. Quia Amnonem pœnituit. Resp. Si ità esset, resipiscentia valet quidem sceleratis, ut reconcilientur Deo; non ut temporarium supplicium devitent. 2. Nemo erat qui accusaret, testes non adsunt: an Rex liberos accusare debuit? Resp. Speciem hoc habet. Verùm accusatores non semper sunt expectandi. Judex interdum ex officio debet inquirere, si scelus aliquibus indiciis constet. Hinc Lex Julia de Adulteriis; si quis uxorem post adulterium retinuit, damnatur lenocinii, idque sine accusatione. Cùm auctor cædis nesciebatur, inquirebatur Deut. 21. & in Exod. suspectus furti juramento se purgavit. David non inquisivit, nec juramentum obtulit. Porrò non deerant Davidi certa & magna indicia, & fama est loco accusationis. Sed quod corrigere noluit David, Deus punivit. Hinc secuta fratrum odia, familia Davidis malè audiebat, blasphemia adversùs Deum oriebatur †.

22. *Nec malum, nec bonum*] De ea re scilicet [f]. Synecdoche generis [g]. Si autem ab omni planè ejus colloquio abstinuisset, suspectum eum habuisset Amnon, & ab eo sibi cavisset [h]. Biennio toto eam rem ità dissimulavit quasi nihil ejus sciret [i].

23. *Post tempus biennii*, [sim. plerique.] [לִשְׁנָתַיִם יָמִים] *Ad duos annos dierum*, Mo. i. e. integros [k]. ¶ *Ut tonderentur oves*] Quod tempus celebre & lætum erat illo ævo; Judæis rei pecuariæ intentis, quare convivia tunc agitabant. Vide ad 1 Sam. 25 [l]. Sicut Puerorum in urbibus erat κουρεῶτις ἑορτή, ità Ovium ruri. Numerabantur enim tunc pecudes, & de incremento gaudebatur. Cato senex interrogatus, *quid in re familiari esset primum?* respondit *Bene pascere*. Is tum quæstus Regum filios dedecere non putabatur.

—— habitârunt Di quoque sylvas.

Virg. Eclog. 2. [m]. Filius Regis erat pecorarius, uti & cæteri principes illius ævi candidi & simplicis [n]. ¶ *In Baalhasor*, [ità Mo. & plerique.] [בְּבַעַל חָצוֹר] *In planitie Chazor*, Jon. M. JT. ¶ *Quæ est juxta Ephraim*] Ità P. & plerique. Heb. *Cum Ephraimo*; i.e. apud Ephraimum, scilicet sita [o]. Dices, at hæc planities *Hazor*, de qua Jos. 15. 25. erat in finibus Ascalonis [p]. Resp. Non tribum Ephraim intelligit, sed civitatem in tribu Juda *Ephraim* vel *Ephrem* dicta, de qua Joan. 11. 54 [q]. ¶ *Et vocavit*] Sub. *ad convivium*, V. ¶ *Filios regis*] Solebant tunc Domini istis interesse conviviis. Vide Gen. 38 [r].

24. *Veniat, oro, Rex*] Cum tota familia [s]. Non quòd Regem interesse vellet, sed ut suspicionem meditati criminis amoliretur [t].

25. *Et gravemus te*, [וְלֹא נִכְבַּד עָלֶיךָ] *Nè simus tibi graves*, propter impensas [v]. Apparet Absalonem sua sibi bona habuisse, & conjugem & liberos, cap. seq [*]. ¶ *Benedixit ei*] Bene precatus est illi, vel valedixit [x], sermone, fortassis & munere [y]. Beneprecatur, sed non est auditus. Vel sensus est, q.d. gratias tibi ago pro tua humanitate [z].

26. *Veniat Amnon*] Erga eum simulat amorem, sed intùs odium fovet [a], *Amnon*, qui repræsentat personam tuam tanquam primogenitus [b].

27. *Coegit eum*] Ità V. [sim. plerique.] sub. *precibus*; i. e. obnixè rogabat [c]. [וַיִּפְרָץ בּוֹ] *Et vim fecit in eum*, Mo. Tam morosus David in danda venia videtur mali aliquid timuisse [d]. Consensit tandem, quòd ex hac intercessione pro Amnon speraret omnem offensam esse depositam; & quòd reliqui filii regis unà proficiscerentur †: quos eo consilio ire permisit Rex, nè Absalom quicquam contra Amnon hostile moliretur [f]. Cùm hora supplicii imminet, solet Deus mentem eripere. Itaque Amnon & David decipiuntur: iste ducitur ad lanienam, & quidem mittente patre, ut posteà doleret se quodammodò causam cædis fuisse. Si cessat magistratus, Deus tamen non cessat; mille sunt viæ ulciscendi scelera. David, alioqui prudens non sentit dolos [g].

28. *Cùm temulentus fuerit vino*, [בְּיַיִן] *Ex vino*. JT. ב *in* notat causam efficientem [h]. Dum enim sobrius erat, reluctari potuisset, & fortassis evitare mortem [i]. Fortè stuprum Amnonis ex luxu atque intemperantia ortum habuit. Jam quia ad luxuriam & temulentiam rediit, vitam amisit. Fugienda erat occasio, quæ priùs ruinæ causa fuit [*]. Nota hîc justitiam Dei; Inter cibum ut priùs peccavit, ità hîc punitur †. ¶ *Ego sum, qui præcipio vobis*, [הֲלוֹא כִּי אָנֹכִי וגו׳] *Nonne* ità res habet quòd ego præcepi vobis hoc, V. sim. P. i. e. nonne estis id facturi mandato meo [k]? ¶ *Ego sum*, &c.] Filius Regis, Regi carus, & Amnone mortuo Regni hæres [l]. Putabat Absolom unâ eadémque operâ duo conficere, ultioni simul & ambitioni suæ inservire [m]. Ex his impunitatem ipsis pollicetur. Vide 14. 7 [n]. ¶ *Ego sum*, &c] q. d. Ego periculum vestrum in me recipio [o]; potentiâ meâ atque authoritate tutos vos præstabo [p]. Voluntatem suam pro Lege habet. Principes tales servos volunt, qui nihil inquirant [q].

29. *Fecerunt ergo pueri Absalom*] Probabile est fuisse istos alienigenas ex Regno Gessur; ut patratâ cæde cum Absalone aufugerent, nec filios aut familias suas incerto vitæ, ac fortunarum discrimine relinquerent [r]; nec enim aliter id ausuri videbantur [s]. ¶ *Ascenderunt mulas suas*] Qu. Unde eas haberent? Resp. Commixtio feminum prohibita quidem fuit; sed usus rerum, quæ inde procreabantur, concessus. Sic adipem, quem comedere Judæis non licuit, ad unctiones adhibere poterant. ¶ *Et fugerunt*] Veriti nè omne semen regium delere conaretur. Quod id non fecit, providentiæ divinæ ascribendum est. Præscribit Deus diabolo certum terminum [t].

30. *Fama*] Ut sæpe solet, mendax; quæ tamen divino consilio ad majus Davidis supplicium pertinebat [v]. Plerumque fama deteriori parti favet. Vitiata natura malis delectatur. Diabolus auget famam, ut David gravius percellatur. Fortè qui hæc referebat, cùm videret Ammonem occidi, aufugerit, & id futurum de aliis putârit [x].

31. *Cecidit super terram*, &c.] Heb. *Jacuit in terra*, P. V. In signum scilicet luctûs & mœroris [y]. Cogitabat 1. Qui peribant, nempe filii, quibus nil dulcius, quorum amantissimus erat David, in quibus maximam voluptatem capiebat. 2. A quo occisi, nempe à fratre. 3. Quo modo, proditione scilicet, & sub specie convivii. *Mensura pro mensura*, ut dicunt Hebræi. Voluptatem ceperat, cùm audivit Uriam aliósque occisos [z].

32. *Respondens autem Jonadab*] non ex spiritu prophetico, sed ex quadam astutia; vel quòd illarum rerum conscius esset. Interim tacet se scelerum istorum caput & authorem fuisse; Id quia non sciebatur, Regi astat securus [a]. Alii illud cognitum à Rege fuisse volunt, sed hunc impudentissimum evasisse [b]. ¶ *In ore Absalom erat positus*] Vel *posita*, P. V. sub. *cades*, V. i. e. semper ei mortem minabatur [c]; semper narrabat amicis se eum occisurum [d]. [כִּי עַל פִּי אַבְשָׁלוֹם הָיְתָה שׂוּמָה] *Nam super os Absalom erat*, &c. Mo. *In corde*, vel *animo Absalom fuit*, &c. Jon. Sy. Ar. decreverat statim interficere illum †. *In ore* propriè accipi non potest, quia consilium suum Absalom mirâ dissimulatione texerat [f]. De hoc secum loquebatur, nihil aliud meditabatur, & fortè cum intimis loquebatur. Jucundum enim est de ultione cogitare [g]. *Nam ex præstituto, sive mandato Abs. factum est id quod proposuerat, ex quo die compressit ille Thamarem*, JT. Heb. *secundùm os*, sic Num. 3. 16 [h]. Os pro sermone, & sermo pro mandato [i]. *Quod proposuerat*, Heb. *positio*, Pi. *propositum*, Jun. Pi. *Super os ejus fuit positio, decretum*, Q. in Ma. [שׂוּמָה] participium passivum, vel nomen est [k]. *Ad præceptum Abs. constitutum fuit ab eo die*, &c. Ti. *Nam in sententia Abs. hoc fuit constitutum*, M.

33. *Nè ponat super cor*] Ità V. vel *ad cor*, Pi. i. e. nè

Margin notes, left column: x Mart. a Pi. b G. c Me. d San. † Mart. f G. Pi. sim. Me. g Pi. h Me. i G. k V. l Me. sim. San. L. m G. n La. o Pi. p Ma. q Me. sim. Belg. r Ma. ex Jun. s Me. t San. sim. Me. Mart. v V. * Me. x V. sim. Ma. Pi. y Jun. z Mart. a Mart. b Me. c V. ad v. 25. d Me. sim. San. † Os.

Margin notes, right column: f San. g Mart. h Pi. i Mart. * San. ex Angelom. † Li. k V. l G. m Mart. n G. o Me. p Pi. q Mart. r Me. T. ex L. & D. on. San. s San. t Mart. v Me. x Mart. y V. z Mart. a Mart. b Ità San. c Mar. d V. ex He. † V. sic Me. f Me. g Mart. h Jun. i Pi. k Ma.

nè persuadeat sibi [l]. Nè credat hujusmodi verbis, nempe *Omnes filii*, &c. ¶ *Quoniam Amnon solus mortuus est*] Admonet Masoreth, variarum lectionum Hebraicarum in Bibliis index, scribi כִי אִם, & solùm legi כִי. Potest tamen constare sensus si vertas juxta scripturam כִי אִם, *sed Amnon solus*, &c [m].

34. *Fugit Absalom*] En quod homicidæ servi in Absal. habuerunt perfugium, quando ipse præsidium petit à fuga. Cum eo fugerunt & servi [n]. ¶ *Per iter devium ex latere montis*] Compendia viarum sectati sunt, non viâ regiâ progressi [o]. הֹלְכִים מִדֶּרֶךְ אַחֲרָיו מִצַּד הָהָר *Euntes de via* (*vel veniebant in via*, Ti.) *post eum, ex latere montis*, Mo. sim. Ti. V. ὁ. Ma. Jon. Relativum ante suum antecedens; i. e. per viam quæ erat post montem. Per latus montis cæpit eos speculator videre, cùm fuerunt in latere montis; erat enim veniendum illac in urbem [p]. Eos vidit, quum primùm de parte posteriori montis ad latus montis, quod versùs urbem prospiciebat, se ostendere cæperunt [q]. *Veniebat de via quæ erat post montem de latere ipsius*, P. *Veniebat per iter, à latere, per posteriorem partem montis*, M. *Venit per viam à posteriore latere montis*, Strig. *Ex itinere post eum*, scilicet speculatorem; à tergo ejus veniebat populus [r]. *Per viam à latere montis post eum*, viz. post Absalom; qui scilicet per istam viam ad Baalchazor iverat, &c [s]. *A via ad illum* (Heb. *post illum*,) *viâ à latere montis*, JT. *A via quæ ducebat ad illum*, videlicet Absal. cujus facta mentio in principio versûs [t]. *Ad illum*, id est, illius domum, ubi tondebantur oves [v].

35. *Juxta verbum servi tui*] Jactat suam providentiam. Tales nollent solertiam suam absconditam esse [x].

37. *Abiit ad Tholomai*] Ad avum maternum confugit, ubi leges Dei locum non habebant. Nam urbes receptûs non texissent deliberatò parricidam, quanquam datâ iræ causâ. Sola cædes vindicari privato ausu impunè ab occisi proximo poterat, non & aliæ, quantumvis graves, injuriæ [y]. Subito Regis & populi furori cedendum putavit [z]. ¶ *Luxit ergò David filium suum*, עַל בְּנוֹ] *Propter filium suum*, P. ¶ *Cunctis diebus*] Sic Os. V. Mo. ὁ. Jon. Ang. Ti. quibus scilicet luxit; h. e. tribus annis [a], ut sequentia docent; nam postea rex à luctu suo cessavit [b]. *Omnibus diebus* vitæ suæ; quæ voces sæpè hoc modo supplentur [c]. Non potuit excutere ex animo tam tristem filii sui casum [d]. כָּל־הַיָּמִים *Omnibus diebus illis*, JT. *Diebus multis*, Sy. Ar.

39. *Cessavitque rex David prosequi Absalom*, וַתְּכַל דָּוִד הַמֶּלֶךְ לָצֵאת אֶל אַבְשָׁלוֹם] Verbum כָּלָה & *consummare* & *cupere* significat. Inde variæ interpretationis occasio †. *Et cessavit David regis egredi ad Absalom*, Mo. *Et cessavit rex David exire*, &c. ὁ. *Abstinuit ab exeundo*, &c. Sy. *cessavit persequi*, Vulg. Os. Aliquoties armatâ manu militum quæsierat eum antè ad supplicium [f]. Non difficile fuisset Davidi Absalomum etiam renitente Tholomai capere: sed satis videtur habuisse animum ostendere plenum indignationis. Nôrat in se peccatum Absalomis, cùm ipse quoque per fraudem, virum, quem inebriare antè voluerat, occidisset. Quare neque hunc eo conatu, quo debuerat, persecutus est: dum ardorem suum peccati non dissimilis conscientia restingueret. Conscientia sceleris timidos reddit animos alioqui constantes & audaces [g]. Qui vertunt, *cessavit persequi*, &c. non advertunt verbum תְּכַל hîc scribi in transitiva conjugatione [h]. *Et cessavit ira Davidis nè ultrà educeret exercitum ad quærendum Absalom*, Ti. [Alii aliter vertunt,] *quum consumeret Davidem regem desiderium exeundi ad Absalomum* JT. Heb. *exire*. Infinitivus pro nominativo verbi transitivi, Jun. *Et consummavit David* (id est omninò decrevit) *egredi ad Absalom*, Forster. in Ma. [Notant תְּכַל, quod hîc Davidi tribuitur, esse generis fœminini;] Vel, 1. Ut emollitum & quasi effœminatum ejus animum significaret; q. d. *Et maternus affectus tetigit Davidem ut egrederetur*, &c [i]. Solet scriptura, cùm quis aliquid facit infirmum & indignum virili pectore atque constantiâ, genus illi tribuere muliebre [k]. Vel 2. Ellipsis hîc est sive ה הַתַּאֲוָה, *desiderium*; eo sensu, *consumpsit eum desiderium exeundi*, &c. sive ה נֶפֶשׁ *anima* [l]. *Desideravit anima regis —egredi*, &c. Jon. V. ex He. Glass. Forst. in Ma. Ang. Belg. Inseritur autem hæc vox ex Psal. 84. 3. & 119. 81. ubi similis occurrit phrasis integra [m]; sed verbum ibi non in Piel, sed in Kal ponitur; כָּלְתָה נַפְשִׁי *consumitur* seu *anxiè exspectat anima mea*. Ellipsin ה נֶפֶשׁ firmare videtur Masoretharum nota ad hoc verbum; [תְּכַל *bis* (inquiunt) *legitur, sed in duplici significatione*. Alter locus Gen. 24. 19. est, in quo cùm vox תְּכַל transitivè sumatur, sequitur, quòd in hoc intransitivè ex ipsorum mente sit explicanda [n]. Vide Job 19. 27 [o]. *Et anima Davidis languescebat* sive *consumebatur ut exiret*, &c. Ang Belg. *Desiderabat egredi*, id est, illum invisere; Mar. cum illo congredi, Strig. aliquem mittere ad eum reducendum, Belg. *Voluit egredi quæsitum eum*, &c. Ar. Cæpit rex teneri maximo desiderio Absalomis absentis: ac subinde suspirabat, cum meminerat filii [p]. [Alii aliter supplent.] *Et desiderare fecit Davidem* sub. *uxor sua*, &c. (mater Absalomi [q].) Sic alter ex doctioribus Hebræorum; (qui AE. in M.) quod tamen aliis minùs probatur [r]. At vox *mater* alibi etiam subauditur, ut Num. 26. 59. 1 Reg. 1. 6 [s]. ¶ *Eò quòd consolatus esset super Amnon interitu*, כִּי נִחַם עַל אַמְנוֹן כִּי מֵת] *Quia consolationem acceperat super Amnon quòd mortuus esset*, P. sic Mo. Sy. JT. Factum autem infectum reddi non potuit [t]. Tempore dolorem mitigante & furorem sedante; maximè cùm expenderet Amnonem justas suæ necis causas dedisse [v].

[l] Pi. [m] V. [n] San. [o] Me. [p] V. [q] Ma. [r] Mar. [s] Belg. [t] Pi. [v] Ma. [x] Mart. [y] G. [z] Ma. ex Jun. [a] V. Belg. [b] Belg. [c] Q. in Belg. [d] Os. † Mar. [f] Os. [g] San. [h] M. [i] Forst. in Ma. [k] Glass. 83. [l] Glass. 400.

[m] Belg. [n] Glass. 401. [o] Belg. [p] V. ex He. [q] Ma. [r] V. [s] Ma. [t] Jun. [v] T. ex San.

CAP. XIV.

1. *Intelligens Joab*] In aula nunquam desunt homines, qui solerter exquirunt quibus affectibus animi Regum laborent, ut possint sibi gratiam illorum comparare. Aulicus bonus erat Joabus. David volebat reducere filium. Repugnat Lex Dei. Joabus molitur inventum astutissimum; Nititur Davidem obligare vi promissionis ac juramenti, & quasi populus id requirat: ità ut Rex quodammodò cogatur id facere, quod maximè cupiebat. Summa est, ut David sententiam ferat de quodam casu, sententiâ prolatâ; sentiátque se adstringi, ut in causa Absalonis idem judicet [a]. ¶ *Quòd cor Regis versum esset ad Absalom*, כִּי לֵב הַמֶּלֶךְ עַל אַבְשָׁלוֹם] *quod cor Regis esset ad* (vel *super*, Pi.) *Absalom*; V. i. e. quòd teneretur desiderio Absalom [b]. Hîc simul intelligendum, Davidem non habuisse in promptu rationem honestam Absalomi reducendi; unde Joab talem ei rationem suggessit. Brachylogia [c]. Pronus erat Rex in Abs. quia natu maximus esset, pulcherrimus, & populo charus [d]. Porrò, Joab beneficio hoc eum, quem sperabat hæredem regni fore, sibi devincire voluit, ut posteà Adoniam. Et hinc ortum hoc consilium, David, ut erat solers, facilè olfecit infrà 14. 19 †.

2. *Misit Themam*] Civitatem in tribu Juda [f], prope Bethlehem [g]. Qu. Cur Themam misit? Nullàne sapiens mulier erat in Jerusalem? Resp. 1. Fortè illa Themitis præ aliis singularem habebat gratiam. 2. Vel potiùs externam adhibuit Joab, quia narrare debebat aliquid obscurum & incognitum regi. Jerosolymitana autem potuisset à rege statim refelli [h]. ¶ *Plurimo tempore lugens*] nempe pro sua in defunctum benevolentia, non funeris exequias celebrans, quæ paucis diebus finiebantur [i].

3. *Posuit verba in ore ejus*] Quasi mulieris ore ipse loqueretur [k]. Sperat Joabus Davidem moveri parabolâ, ut antè factum, c. 12 [l].

4. *Serva me Rex*] Familiaris supplicum, & quasi legitima hæc erat formula. Vide 2 Reg. 6. 26. & 1 Par. 16. 35. Hinc frequens in Hebræorum orationibus *Osanna* [m]. *Serva*, i. e. fer opem [n]. [Notandum in hoc versu וַתֹּאמֶר bis occurrere, sic autem exprimunt,] *Itáque alloquuta est — quum procidens*, &c. *dixitque*, &c. JT. *Et quum — regem alloqui vellet — adoravit dicens*, &c. Strig. *Itáque dixit mulier — dixit, inquam, Serva ô Rex*, Pi.

5. *Heu mulier vidua ego sum*, אֲבָל וגו'] *Profectò*, Mo. P. *verè*, Jon. Sy. M. sim. Ar. Ti. *heu*, Vulg. q. d. luctus mihi quæ vidua sum; ab אָבַל *lugere* [o]. *At*, vel *Ast*,

[a] Mart. [b] V. [c] Pi. [d] Ma. ex Jun. † G. [f] Jun Pi. [g] Me. Ma. ex Hi. [h] T. [i] Me. [k] Me. [l] Mart. [m] San. T. [n] V. [o] Ma.

Ast, est Paralepseos genus elegantissimum in adversativis orationibus frequens; q.d. quid mihi sit rogas, ô Rex? aut quòd te interpellem miraris? at causæ mihi sunt gravissimæ, &c. sic etiam 1 Reg. 1.43 [p]. Sermo abruptus, q.d. Putare posses nihil mihi deesse: at plurimum mihi deest, nam sum vidua. Brachylogia [q]. Dicit se viduam esse, commendat se à persona sua. Viduas astringebatur Rex audire ex officio [*].

[p] Jun. [q] Pi. [*] Mart.

6. *Erant duo filii*, &c.] Q. hanc veram fuisse historiam volunt, quam ipsa ex pari applicavit Abs[r]. Sed probabilius est rem totam confictam [s]. ¶ *Nullúsque erat qui eos prohibere posset*, [וְאֵין מַצִּיל בֵּינֵיהֶם] *Et non eruens (nec adesset dirimens*, Sy. JT. &c.) *inter eos*, Mo. sim. P. Ma. *& non liberans*, Mar. *qui liberaret*, V. simul indicat sine testibus superstitem damnari non posse, juxta Deut. 17.6 [t]. ¶ *Et percussit alter alterum, & interfecit eum*, Sic Jon. M. P. Ti. Pi. In Hebræo redundat prius pronomen affixum [v]. וַיַּכּוּ הָאֶחָד אֶת הָאֶחָד] *Et percussit eum unus unum*, Mo. vel *alter hunc qui unicus est*, JT. [Probarem nisi obstaret ה utrique אֶחָד æqualiter præfixum.] Argumentum est; cùm frater, repellendo vim, alterum occiderit, non est reus mortis. Talibus dabat Deus civitatem refugii [x]. Porrò, non fatetur crimen vidua, cùm testes non adessent, nec id reus fateretur; sed accusatorum orationem referebat [y].

[r] He. & Rab. & Angelom. in San. [s] San. La. [t] Mar. ex V. sim. L. [v] Pi. [x] Mart. [y] To. in Me.

7. *Trade —— ut occidamus eum*] juxta legem Num. 35. 18, 21. Id quidem *impunè* potuit facere cognatus sanguinis ultor, non tamen *sine culpa*; sicut alia sunt plurima quæ permittunt leges, sed non probant [z]. ¶ *Et deleamus hæredem*] Notat illorum intentionem, non enim hoc verbis dicebant, sed factis [a]. Erant hi cognati ex parte patris, qui, occiso filio superstite, hæredes futuri erant; itáque non zelo justitiæ, seu hæreditatis amore in viduam insurgebant [b]. ¶ *Et quærunt extinguere scintillam meam*, [וְכִבּוּ אֶת גַּחַלְתִּי אֲשֶׁר נִשְׁאָרָה] *Ità extinxerint (sic conantur extinguere*, Ti. V.) *prunam (scintillam*, V. Ti.) *meam quæ remansit*, JT. Aptissima metaphora; q. d. cùm unicus supersit, tanquam pruna residua in mediis cineribus, & luctuosis familiæ meæ reliquiis, potiùs ferendus quàm extinguendus est [c]. *Prunam meam*, i. e. opitulatorem meum, eúmque exiguum, & maximè necessarium; sicuti pruna exiguum calorem præbet, & necessaria est ad ignem accendendum [d]. Sic Cicero *scintillas belli* vocat belli reliquias. Anima & vita comparatur igni, quia illa, sicut ignis, 1. In calore consistit. 2. Lucet & splendet. 3. Sicut una lucerna deficiens accendit aliam, in qua quasi superstes fulget; sic homo moriens vivit in filio [†]. Lucerna pro successione ponitur, quia ut illa apparere facit ea, quæ alioqui laterent in tenebris: sic etiam filii parentes quasi præsentes & conspicuos faciunt. Vide Eccles. 30.4. In lucerna exprimuntur quæ pulchra sunt & lucida, hominúmque memoriam pariunt, qualis honor, soboles, &c. Davidis regnum, gloria, posteritas, *lucerna* dicitur, 1 Reg. 11.36. & 15.4 [f]. *Scintillam meam*, in qua extinctus jampridem pater reviviscat, & ego propediem moritura, deinceps vivam [g]. ¶ *Ut non supersit viro meo nomen*, [לְבִלְתִּי שִׂים וגו׳] *Ut non ponant*, &c. i. e. ut non relinquant ullum filium, qui nomen patris referat, vel memoriam conservet [h]. *Viri* nomen memorat, non *suum*, quia filii patribus succedunt, non matribus, & ab illis denominabantur [i]. Argumentum sumit à pietate quæ mortuis debetur [k].

[z] San. ex Caj. [a] T. [b] Me. ferè ex L. [c] Ma. ex Jun. [d] Pi. sim. La. [†] La. [f] San. [g] T. [h] V. [i] T. [k] San.

8. *Ego jubebo pro te*] Quod opportunum fuerit, & necessarium, nè injustè premaris [l]; supposito quòd tu dicas verum, &c [m]. Dabo mandata pro te vel propter te, i. e. ut filio tuo nihil mali fiat [n]. Justum erat hoc judicium, 1. quia testes homicidii deerant, 2. quia lex jubebat occidi homicidam voluntarium, non verò repentinum & casualem [o].

[l] Me. [m] L. [n] V. sim. Pi. [o] La.

9. *In me sit iniquitas*, [עָלַי הֶעָוֹן] *super me (hæc*, M.) *iniquitas*, ô. P. Belg. vel *culpa*, Jon. *culpa hæreat in me*, Strig. Regi eximit omnem scrupulum condonationis homicidii [p]. Ego ità sum persuasa de filii mei innocentia, ut culpam in me recipere non dubitem [q]. Si quid hac in re mali est, ego mater luam [r]; mihi incumbito pœna hujus iniquitatis, si qua inest sententiæ tuæ [s]. Sic Abigail 1 Reg. 25.24. mariti sui peccatum, & Rebecca Gen. 27.13. maledictionem Isaaci in se recepit [t]. Sic Judæi ad Pilatum Mat. 27. *Sanguis super nos*, &c [v]. Sic prophani sæpe; Tibul. Eleg. 1.2.

Et mala siqua tibi dixit dementia nostra,
Ignoscas: capiti sint precor ista meo [x].

[p] La. T. [q] Jun. [r] G. [s] Pi. sim. Mart. [t] T. ex San. La. [v] La. [x] San.

[Alii aliter vertunt, & explicant] *Scelus (crimen*, Sy.) *hoc mihi*, &c. *imminet*, Ti. Sy. Pœna iniquitatis sit in me, &c. Rex autem sit exsors pœnæ; q. d. si quid mibi aut filio meo interim acciderit te negligente quærimoniam meam, lues pœnas. Retorsit enim in se mulier quod erat tribuendum Regi, honoris causâ [y]. Abiens à me Rex variis negotiis destinebitur, hujus oblivíscetur, nihil periculi subibit, videbitur innocens. At hæc pœna & damnatio erit in me [z]. Filius meus interficietur, & tu eris innocens, quia præter intentionem tuam istud fiet: q. d. placeat tibi istud magis firmare [a]. A Rege sibi cavere vult interposito juramento; sed quia in juramento concipiendo aliquid solet contingere non æquum, quod in jurantis capite expiari solet, id totum in se recipit mulier [b]. [Ca. locum sic vertit, *Verùm mihi, Domine Rex, meæque familiæ periculum imminet, insciò te tuóque solio.*]

[y] V. [z] Mart. sim. L. ex He. [a] L. [b] San.

10. *Adduc eum ad me*, [sic ferè omnes] [וַהֲבֵאתוֹ] Verbum est masculinum, vel 1. ut indicaret, quòd magno ac virili animo id faceret ea mulier. Vel 2. quòd Hebræis facilè mutantur genera [c]. Vel 3. quòd unum ex pueris suis alloquatur, quem dat mulieri comitem: quia sine hoc mulier eum adducere non potuit [d]. *Adduc eum*, ego nominatim ei interdicam, nè tibi molestus sit [†]. ¶ *Non addet ut tangat te*] noceat, M. ex Jon. *nec vexabit te*, Ar. sic Pi. Subitâ quadam misericordiâ motus hoc dixit David, non sumpto ad legem recogitandam spatio. Nam etiamsi vindex cessâsset, senatûs erat, inquirere de homicidio, & pœnas exigere; & si Senatus cessâsset, ejus qui gladium gerit, id est Regis [f].

[c] Mar. [d] V. Mar. [†] Me. [f] G.

11. *Recordetur Rex Domini Dei sui)* Hebraismus pro *Jura mihi per Deum* [g]. Qui jurant, mentionem Dei faciunt, eum testem vocant. Sæpe fit, ut qui malam causam habent, vix fidant nudis promissionibus, sed extorquere juramentum conentur [h]. *Juret quæso Rex per Dominum*, &c. Ti. *Memento, quæso Rex, per Jovam Deum tuum*, &c. Ca. [Al. sic] *Recordetur Dei*, id est, legis Dei, quâ cavit securitati illorum qui aliquem occidissent ex improviso, Num. 35 12 [i]. [Al. sic] Recordetur Dei, qui clemens est [k]. Exemplo Dei discat Rex aliis ignoscere [l]. Non vult Deus homicidas indiscriminatim occidi [m]. Respicit exemplum Cain, cui (quamvis fratrem occidisset) Deus pepercerat [n]. [Huic sententiæ favet Arabs, qui locum hunc sic vertit, *Memineris, ô Rex, quòd Dominus Deus tuus nequaquam puniat omnem homicidam, nec ilicò perimat eum, sed misereseat: nè permittas itáque, ô Rex, interfici filium meum.*] ¶ *Ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum*, &c. [מֵהַרְבִּית גֹּאֵל הַדָּם לְשַׁחֵת וגו׳] *Nè multiplices propinquos, vel ultores sanguinis* (sub. *effusi*, V.) *ad perdendum*, P. V. i. e. nè sis causa ut multiplicentur, h. e. nè multi existant ultores sanguinis, qui conentur perdere filium meum [*]: q. d. Si interdixeris uni tantùm, statim emerget alius, qui filium meum occidat. Sit ergò, Rex, edictum tuum generale [o]. Dixerat enim mulier, universam cognationem adversùs ipsam consurrexisse; petit igitur ut omnes ab accusatione repellantur [p]. Alioqui uno amoto insurget alius [q]. [Ti. hæc verba Parenthesi includit, locúmque totum sic reddit atque ordinat, *Juret* —— *per Dominum Deum tuum (siquidem multi sunt vindices sanguinis, qui perdere tentant) nè exscindant filium meum.*] *Nè tot sanguinis vindices nocere parati perdant filium*, Ca. *nè in immensum crescat vindicum licentia*, Strig. nè cædes multiplicentur [r]. *Ut ultor sanguinis non multiplicetur*, Belg. [Al. sic] *nè multiplicet perimere vindex sanguinis*, Jun. Ang. i. e. nè, uno perempto, addat interficere alium [s]. *Nè plus vindex sanguinis perimat*, JT. *ut non permitteres sanguinis vindices ulteriùs delere*, Ang. [Nota מֵהַרְבִּית irregulare esse, & pro eo Keri esse מֵהַרְבַּת] ¶ *Non cadet de capillis*, &c.] Hoc proverbio exprimitur maxima securitas, aut salus integerrima [t]. Jurat David audacter, quia insidias non metuit, nec injustè. Dum enim res dubiæ sunt, & desunt justæ rationes, leges volunt, ut pro reo feratur sententia [v].

[g] V. sic M. Mart. San. L. [h] Mart. [i] Pi. Ma. ex Jun. Belg. [k] Os. [l] San. [m] Os. [n] Q. in Belg. [*] V. sim. M. [o] V. [p] Me. [q] Mar. sim. M. [r] Mar. ex Jon. [s] Ma. [t] San. [v] Mart.

12. *Le-*

12. *Loquatur ancilla tua*, &c.] Jam propiùs ad causam accedit, facultate loquendi à rege petitâ [x].

13. *Quare cogitâsti*, &c? וְלָמָּה חָשַׁבְתָּה כָּזֹאת עַל־עַם אֱלֹהִים] *Et quare cogitâsti simile* (*tale*, 6. Strig. sim. Sy. M. JT. *sicut*, vel *secundùm hoc*, Jon. Mo.) *contra populum Dei*? P. Ti. id est, vel 1. contra Absalonem (& eos qui cum ipso aufugerunt tanquam ministri cædis [y]) qui, nisi revocentur, futuri sunt idololatræ, in damnum & dedecus populi Dei [z]. Si meum filium, quamvis parricidam, conservare vis, quantò æquiùs tam multos conservare debes [a]? Vel, 2. contra Israelitas; nam restitutum cuperent Absalonem [b]. Cur Absalonem persequeris, ad quem totius populi oculi sunt conversi tanquam ad prunam suam, successorem tuum? Hinc colligitur Chileabum tunc mortuum fuisse [c]. Contra omnium vota, & bonum totius regni; cùm Absalom, ut pòst videbimus, multorum ad se studia atque animos pellexit, qui illum armis suis reducerent [d]. Conjicies populum tuum in bella civilia, si, alio tibi successore designato, Absalom auxiliis Gessuræis jus suum tueri pergat †. Innuit ejus reductionem è re populi fore, ut patri tandem succederet [f]. Non bene de Rege sentiret populus, si ità obstinatè persequeretur Abs. qui Amnonem interfecerat justo dolore permotus [g]. Vel sic; quomodò cogitas populum tuum talia sentire ac velle facere, nempe tam impia & inhumana, ut velint interficere filium meum? Certè hoc non est credibile de populo justo & prudente. Cur ergò tu illud ipsum facis [h]? ¶ *Et locutus est rex verbum istud ut peccet*, וּמִדַּבֵּר הַמֶּלֶךְ הַדָּבָר הַזֶּה כְּאָשֵׁם] *Loquitur enim rex verbum hoc tanquam imprudens*, P. V. *quasi reus*, Sy. sim. Jon. *quasi qui deliquit*, M. *ut fiat reus*, Strig. Quare locutus es verbum istud, scilicet quod mox sequitur, non reducturum te Absalonem, ut peccet; Heb. *sicut peccator*, ut peccatores solent facere, qui non remittunt offensas [i]. *Annon rex delinquit cùm loquitur tale verbum* nè reducat rex expulsum suum? Ti. Loqui videtur rex verbum hoc, quòd scilicet non interficiant filium meum, tanquam imprudens; eò quòd non revocet Rex filium suum; q. d. Non advertis teipsum condemnare, qui non revoces Absalom [k]. *Ex eo enim quòd loquitur rex hanc rem ipsam; quasi reus est*: Pi. JT. nempe injusti judicii: ut qui in paribus causis dissimilem sententiam ferat [l]. Dilemma adhibet. Rex aut bene aut malè judicavit: si malè, indignus est regio munere: si probè, stet judicatis. Sed reverà argumentum infirmum erat, casus dissimiles erant [m]. Unus ex filiis viduæ alterum in agro non meditatus interfecit, ubi testes non erant. At Absalom per biennium cogitavit istam cædem, & patravit in meridie coram filiis regis. Mulieri extinguendus erat carbo, ut stirps propagari non possit. At David plures uxores & natos habuit. Nullus est qui non videat discrimen, sed rex noluit refellere [n]. At videbatur mulier ista tutò dixisse, quia rex juraverat. Resp. 1. Juraverat de *ipsius* filio, non de *suo*. 2. Juramenta irrita sunt, quorum materia est injusta. Pulchrè Isidor. *In mala causa rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: Impia est promissio quæ impletur scelere* [o]. ¶ *Et non reducat ejectum suum*, לְבִלְתִּי הָשִׁיב הַמֶּלֶךְ אֶת־נִדְּחוֹ] *Eò quòd non revocet* (vel *dum non revocat*, JT. *ut non reducat*, M. Jon.) *expulsum suum*, P. M. sim. Pi. est enim oratio reciproca [p]. *Dispersum suum*, Jon. *depulsum illius*, scil. populi, qui exilium ejus triennium tulit, sic v. 14 [q]. *Et quare non reduces errantem*, Ar? *Ut fiat reus, nec reducat exulem*, Strig. [Ti. etiam cum antecedentibus connectit, ut in priore membro dictum.] *Locutus est rex verbum istud ut peccet*; Heb. *quasi peccatum, & ut non reducat electum suum* nempe Absalonem, Os.

14. *Omnes morimur*] Heb. *moriendo namque morimur*, V. Glass. H[s]. Omnes brevi moriemur [r]. Mortales sumus & ad mortem appropinquamus. Sic Gen. 2. 17. *moriendo morieris*; id est, morti certò obventuræ obnoxius eris; Exod. 4. 14. *loquendo loquetur*; h. e. loquendi facultate pollet [s]. [Variè exponunt, 1. De Absalomo, nec unâ sententiâ.] *Nam omninò morituri sumus*, nos Israelitæ; nisi scilicet restituatur nobis Absalomus [t]; sine illo vita nobis ingrata est, & regni status defluxurus videtur, ità ut redintegrari deinceps non possit [v]. Cur cupienti populo non condonas Absalomum, ut mihi filium

- [x] San.
- [y] Mart.
- [z] Me. sim. Mart.
- [a] Mar.
- [b] Mart.
- [c] Jun.
- [d] T. ferè ex San.
- † Q. in Ma.
- [f] Pi.
- [g] San.
- [h] Ma. ex V.
- [i] Mar.
- [k] V.
- [l] Pi.
- [m] Mart.
- [n] Mart. ad init. cap.
- [o] Mart.
- [p] Pi.
- [q] Ma. ex Jun.
- [r] V.
- [s] Glass. gram. 289.
- [t] Pi.
- [v] Jun.

meum? Quis tibi succedet nisi Absalomus? Dices, te habiturum alios: Sed quid si priùs moriare? mortales enim sumus: quò magis curandum est ut genus nostrum propagemus [x]. [Al. sic,] Nè, quæso, acceleres mortem Absalomi: citò enim satis morietur [y]. Non est cur illum adeo persequaris, quem ipsius naturæ satis persequitur infirmitas [z]. [2. Alii de Amnone intelligunt [a],] Et quid proderit Amnoni vindicta sui causâ quæsita, cùm non possit ad vitam revocari [b]? Quod factum est infectum esse non potest. Cur ergò malum malo cumulemus, & non potiùs veniâ & indulgentiâ illud reparare studeamus [c]. Æquum est ut Reges qui ad publicum instituuntur bonum, mala potiùs depellant, quàm accersant. Malum mortis omnibus nobis imminet, non ergò est antevertenda hora. Defles Amnonem, quem mori oportuit: at non vis reconciliare tibi Absal. qui diu non supervivet [d]. ¶ *Et quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertuntur*, וְכַמַּיִם הַנִּגָּרִים אַרְצָה אֲשֶׁר לֹא יֵאָסֵפוּ] Et (sub. *sumus*, P. vel, *futuri*, JT.) *veluti aquæ effusæ*, (*quasi aqua defluimus*, M. Strig.) *in terram, quæ non colligentur*, Mo. sim. P. 6. Jon. Sy. Ar. Ti. Ca. V. Mart. Pi. id est, quæ colligi non possunt, scil. in vas aliquod †. Ut aqua in declivi loco semper labitur, donec se marinis fluctibus infundat; sic ad mortem properat vita mortalium [f]. Potiùs *aquas* hîc intellige non fluminis, sed pluviæ, quas terra absorbet, ut nil ex eis remaneat, quod congregari possit [g]. Corpora nostra haud secùs quàm aqua à terra sunt absumenda [h]. Anima nostra brevi exibit à nobis, neque revertetur in corpus ante resurrectionem [i]. *Non potest colligi*, nempe naturali ratione: nihil hîc præscribit potentiæ Dei [k]. ¶ *Nec vult Deus perire animam*, וְלֹא יִשָּׂא אֱלֹהִים נֶפֶשׁ] [Variè accipiunt;] *Et non tollet* (*nec auferet*, Sy. Ti. Mar.) *Deus animam*, Mo. Deus non delectatur hominis interitu, sed cogitat conservare eos, qui aliàs satis miseri sunt coram hominibus, nè ab ipso impulsi corruant, & funditùs pereant. Tectè autem admonet Davidem, quòd ipsi quoque Deus adulterium & homicidium condonârit, nec eum ad supplicium duci jusserit [l]; q. d. si tam severus in te fuisset Deus ob occisum Uriam, quàm tu es in filium, periisses; sed mavult Deus parcere supplicibus, quàm sontes plectere; ídque quomodò fieri possit, etiam atque etiam cogitat [m]. Ratio ducta ex clementia Dei [n]. [Al. sic,] *Quia non sustulit Deus vitam illius*, scil. Absalomi, quem poterant interficere fratres, nisi Deus providentiâ suâ vitam ejus conservâsset [o]. [Al. sic;] *Non suscipiet Deus animam*, P. V. i. e. personam, vel faciem, cujusquam, ità ut non moriatur [p]. *Nec Deus parcit ulli animæ, quo minùs moriatur*, M. V. *Nec respicit Deus personam quamvis*, Ang. "Tu quoque Rex obnoxius es morti; si cras morieris," filius tuus bellum concitabit, revoca ergò exulem [q]. Porrò argumentum hoc non est firmum, nam si esset; quando magistratus de sontibus supplicium sumeret [r]? ¶ *Sed retractat cogitans nè penitus pereat qui abjectus est*, וְחָשַׁב מַחֲשָׁבוֹת לְבִלְתִּי יִדַּח מִמֶּנּוּ נִדָּח] [Variè accipiunt;] *Et cogitabit cogitationes, ut non expellat à se expulsum*, Mo. *Cogitet ergò cogitationes, ut non rejiciat à se, qui est rejectus*. Cogitabis igitur ut non rejicias ullum à te qui est rejiciendus; vel qui jam est rejectus, sed potiùs cura ut revocetur [s]. Al. sic; *Cogitat Deus cogitationes ut interficiat homines variis modis, ut nullus sit qui effugere possit manus ejus, quantumlibet ab hominibus sit ejectus, aut effugerit manus illorum*. Capitur enim hîc *ejici* pro *effugere* [t]. Al. sic; Quia non sustulit vitam illius; i. e. Absal. *etiam inivit cogitationes, ut non maneat depulsus ab illo, (ab ipso*, Pi. nempe populo, Jun. Pi.) *is qui depulsus est*, nempe Absal. ut sit sensus: Putarésne hoc studium tantùm humanum esse? & non potiùs Deum, qui providentiâ suâ in vita adhuc conservavit eum, illud excitare in populo, ut eâ ratione revocetur Absol. ab exilio [v]. Quia Deus non abstulit vitam ejus, *deliberavit, etiam & procuravit media ut exul ejus non expellatur ab eo*, Ang. marg. Al. sic, nemo mortem vitabit, sed *cogitabit cogitationes*, &c. i. e. & ille, viz. Rex media inveniet, & procurabit, ut post mortem ejus regnum successore non privetur; ità ut non expellat expulsum, viz. Absalomum ab eo, ut non revertatur ad Dei populum [x]. Al. sic; Rationem ducit ex benignitate Dei, qui neque suâ voluntate occidit, & pœnitentes

- [x] Ca.
- [y] V. sim. San. La. Ti.
- [z] San.
- [a] Ità plerique in San.
- [b] T. ex San. sim. Me.
- [c] Me.
- [d] Mart.
- † Pi.
- [f] San.
- [g] La.
- [h] M.
- [i] V.
- [k] Mart. sim. La.
- [l] Os.
- [m] Ca.
- [n] La. sim. San.
- [o] Pi. ferè ex Jun.
- [p] V.
- [q] Q. in Mart.
- [r] Mart.
- [s] M.
- [t] R. Levi in M.
- [v] Jun.
- [x] Q. in Belg.

tentes recipit [y]. Deus sæpe ad preces peccatorum revocat sententiam mortis contra eos latam [z]. Deus minas revocat, & animum paternum sumit in illum, in quem spiritus antè biberat hostiles, cùm illum peccati pœnituisse cernit. Cujus exemplum fuit ipse David, &c [a]. Cogitat Deus conservare eos, qui aliàs satis miseri sunt, &c [b]. [Vide reliqua ad antecedens membrum versûs.] *Neque solet Deus vitam eripere, sed etiam atque etiam cogitat de non abalienandis à se eis qui sunt abalienati*, Ca. *Et Deus non vult auferre vitam, sed secum deliberat, nè pereat qui abjectus est*, Strig. Al. sic; *sed cogitavit cogitationes, ut non expellat à se expulsum*, P. V. Hebraismus; sanxit legem quòd *repulsum & exulem non repellet à se*, i.e. revocat ad se extorres, & eos qui exsulant ad tempus propter scelus aliquod, ut etiam est in Lege [c]. Hoc ad urbes refugii referri debet [d]. *Deus cogitat cogitationes*; i.e. posuit judicia, *ut non expellatur homicida* †. Deus ergò imitandus est. Cogites ergò tu quomodò revoces exulem. Sed casus est dissimilis. Nam, 1. Absalom de industria fratrem occidit. 2. Nec homicida redire poterat, nisi mortuo sacerdote ||.

15. *Nunc igitur veni ut loquar — verbum hoc*, [וְעַתָּה אֲשֶׁר בָּאתִי לְדַבֵּר וגו׳] *Nunc autem quòd veni ut loquerer* ——, &c. Sub. vel *causa est*, P. [Sim. plerique;] vel *veni*, JT. ¶ *Præsente populo*] Sic vertit, כִּי יֵרְאֻנִי הָעָם quasi esset à רָאָה *videre* *. *Quia aspiciet me populus*, ϐ. Volui hæc dicere præsente populo, ut omnes noverint sententiam Regis filium meum absolventis [f]. Voluit Themitis, vel potiùs Joab multos è populo juramenti regis testes adesse [g]. [Reliqui verò verba aliter reddunt,] *Quia terruit me populus*, Jon. P. V. M. Mo. sim. Sy. Ar. JT. Pi. Ca. Strig. Os. Belg. [Non tamen eodem modo explicant;] *Terruerunt me*, scilicet, quòd citra offensam tuam non possem tecum loqui [h]. *Terruit me populus*, sub. *qui dicebat, si rem apertè tibi declararem, fore ut excandesceres.* Ergò *loquar verbum*; i.e. parabolam, sive consilium meum, proponam illi historiam de duobus filiis meis [i]. Locum hunc difficilem reddit, quòd miscet filii sui liberationem, cum Absalonis restitutione [k]. *Veni itaque, &c. etiamsi terruerint me quidam è populo*, Ti. omnes dixerunt me frustra niti, ego autem bene speravi, par ergò est nè frustrer spe meâ. Ratio hæc multum valet ad percellendum judicis animum: omnes cupiunt de se bonam haberi expectationem. Hinc grati nobis sunt adulatores, quia videntur nobis multum tribuere; sed non valida est hæc ratio; non enim rex sontes absolvere debet, ut suam opinionem tueatur [l]. [Al. sic] *Terruit me populus*; q.d. Videbam periclitaturum esse populum, nisi ei restitutione Absalomis succurreretur [m]. Vidi populum mœstum ob exilium Absal [n]. Populus non cessat me urgere, ut, dum pro filio meo oro, simul etiam pro tuo intercedam [o].

16. *Et audivit Rex*, [כִּי יִשְׁמַע הַמֶּלֶךְ] *Quia* (vel *Nam*, Pi. sic P. *certè*, Mar.) *audiet* (sub *me*, Pi.) *Rex*, Mo sic ϐ. Jon. Ti. Est continuatio mimeseos institutæ versu præcedente, ubi mulier ista recitare cœpit verba sua de suo proposito alloquendi regem [p]. *Quum auscultaverit rex eripiendo*, &c. JT.) ¶ *Ut liberaret ancillam suam*, [לְהַצִּיל] *Ad eruendum*, Mo. *ut liberet*, P. Ti. *eruat*, ϐ. *& eruet*, Theodor. & Complut. in Nobil. *eripiendo ancillam*, &c. JT. ¶ *De manu omnium, qui volebant delere me*, [מִכַּף הָאִישׁ לְהַשְׁמִיד אֹתִי] *De vola*, vel *manu, viri perdere me*, Mo. Sub. *volentis*, P. Mar. *quærentis*, Jon. V. ϐ. *intendentis*, Belg. Dicit *perdere me*; vel quia filio suo non posset supervivere [q]; vel quia mater ratione filii, & cum filio paternis bonis fruebatur; qui si à cognatis occideretur, ad cognatos tota illa parentis hæreditas abibat; vel quia ipsa hoc filio orbata non poneretur in censu filiorum Israel [r]. *E manu viri perdituri me*, nisi tua authoritas intercederet [s]. *De manibus hominum, nè me perdant*, &c. Sy. ¶ *De hæreditate Dei*] Ità Sy. Mo. P. id est, de paterna possessione, quæ hæreditas Dei dicitur; quia à Deo per Josue sic est distributa, ut ad filium suum longâ successione pervenerit; vel *hæreditas Dei* est terra promissionis & domus Israelis, ex qua sic deleretur filius, &c [t]. *De hæreditate populi Domini*, Jon. *A* (vel *ex*, Pi.) *possessione Dei*, JT. Pi. i.e. ex populo Dei. Metaphora [v]. Attingit periculum Absalomi imminens idololatriæ; q.d. Qui Absal. revocari nolunt, eum à cultu Dei avellunt. Sic honor Dei periclitatur, & imminet illi mors æterna. Sed constans regula est, non facienda mala, ut eveniant bona P.

Margin: y Mar. — z La. — a San. — b Os. — c V. — d V. sic Mart. — † Q. in M. — || Mart. — * Mar. — f Me. ex To. & Theodor. — g San. — h M. — i V. — k Mar. — l Mart. — m Jun. — n Me. — o Os. — p Pi. — q V. sim. Ma. Jun. — r San. — s Jun. — t San. — v Pi.

17. ¶ *Dicat ergo ancilla tua*; Ità ϐ. [וַתֹּאמֶר] *Dixitque*, Sy. Jon. in Mar. *dixit ad hæc*, vel *præterea*, Pi. P. *dixit ergò*, JT. *dixit*, i.e. cogitavit, ut v. 15. Belg. Mallem, *dicit*, quasi novas preces addat, *ut fiat*, Heb. *fiat obsecro verbum*, &c [q]. ¶ *Ut fiat verbum Domini mei regis sicut satrificium*, [יִהְיֶה נָּא דְּבַר אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ לִמְנֻחָה] *Sit quæso verbum Domini mei regis in sacrificia*, ϐ. *Verum erit verbum*, &c. *eritque sacrificium*, Sy. *fietque veluti sacrificium*, Ar. Legerunt nostri לְמִנְחָה [r]. *Fiat verbum regis*, nempe promissum de indemnitate fratricidæ curandâ, *sicut sacrificium*; id est, sacrosanctum, ratum, & cui nihil desit, quod non perfectè compleatur [s]. Ratum sit, idéoque Deo gratum, ut sacrificium [t]. Fœmina hæc vel, 1. Dicit se celebraturam Davidis in promisso præstando fidem, ità ut Regis verbum sanctum sit, utpote sanctè confirmatum, sicut esse solet sacrificium; vel 2. Hortatur Regem, ut non aliter promissa consideret, quàm si res esset Deo consecrata, nempe ob jusjurandum interpositum [v]. Vel sic, sicut sacrificium Deo est gratissimum, sic hoc votum meum pro Abs. sibi sit gratissimum. Tu enim es quasi Deus noster terrestris [x]. Optantis est, ut ϐ. sumpsere, εἴη δὴ (non εἰ ἤδη, ut vulgo legitur) ὁ λόγος, &c. εἰς θυσίας. respondet id τῷ *minchah*, Levit. 2. quod ϐ. sæpe θυσίαν vocant. Sensus est; sit Deo hoc responsum tam acceptum ut solet esse munus è simila [y]. Vel sic, Gratum Deo sacrificium erit, sive liberatio filii mei, sive restitutio Absalonis [z]. [At plerique legunt לִמְנֻחָה prout in textu habetur, & sic vertunt.] *Jam erit* (vel *sit*, Ti. Belg. V) *Verbum Domini mei regis* (sententia quam feret de causa mea [a].) *ad quietem*, JT. *ad solatium*, Strig. sim. M. *ad tranquilliatem*, Ti. Nempe, 1. Mihi & filio meo, V. Belg. Hs. q.d. Jubeat nos esse salvos [b]. Consolabitur me Rex ab afflictione mea †. 2. Absaloni [c]. 3. Ipsi regi & universo populo post Absalonem inhianti, &c [d]. q.d. Ità cogitabam; si in hac causa privata rex ratione mei habitâ, filio meo consulendum judicabit: multò magis in publica causa filio suo ad publicam tranquillitatem totius populi consulturus est †. ¶ *Sicut enim Angelus Domini, sic est Dominus meus rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur*, [כִּי כְּמַלְאַךְ הָאֱלֹהִים — לִשְׁמֹעַ הַטּוֹב וְהָרָע] *Quia sicut Angelus Dei, sic Dominus meus rex ad audiendum bonum & malum*, ϐ. Jon. Sy. &c. id est ad dijudicandum inter justas præces & iniquas [f]; ut intelligat, sive discernat; h. e. ad ponendum discrimen inter causam justam & injustam [g]. Audis utrámque partem, potes statuere [h]. Sapientiâ & prudentiâ æquas Angelum. Hæc expositio petita est ex v. 20 [i]. *Sicut Angelus, quum audit* (tanquam Judex, Pi.) *bonum & malum*, JT. q.d. in simili causa idem judicium constanter laturus est (Rex) angelicâ æquitate, positis humanis affectibus [k]. Licèt aliqui fortè, vel odio, vel perverso studio, id dissuadeant [l]; hoc tamen decet constantiam tuam, qui instar es Angeli, ut sermonibus hominum non movearis, sive bene, sive malè de te sentiant & loquantur, modò facias quod justum est [m]. Laudabit te populus (vel, Ego te celebrabo) tanquam Angelum Dei, ob constantiam in promissione præstanda [n]. [Al. sic,] scio te tantâ esse pietate & mansuetudine, ut patienter audias non modo quæ grata sunt, sed etiam ingrata, nec statim adversùs dicentem excandescas. Itáque confido te meam etiam pro filio tuo intercessionem non ægrè laturum [o]. [Al. sic,] Ità clementer locutus est, ut Angeli solent Divinæ bonitatis nuncii. Hæc omnia eò pertinent nè Rex se legi adstringat; quod quàm malè ei cesserit sequens historia ostendet [p]. ¶ *Et Dominus est tecum*] Id est, adest tibi, ut rectà judices [q]. Heb. *Et Jehovah erit tecum*; i.e. quum hoc feceris (sententiam justam quam pronuntiâsti fueris exsequutus [r],) aderit tibi benedictione suâ [s]; quâ nihil majus & optabilius cogitari potest. Ità potentissimo argumento orationem suam concludit [t]. Multi in hac parabola multa desiderant; quia non omnino æquat Absalonis historiam. Verùm non opportunum esset commentum, si omninò foret simile historiæ veræ: facilè enim Rex artificium odoratus esset. Tantùm voluit id obtinere, quod maximè videbatur difficile; nempe absolvi illum, quem lex & consuetudo damnaverat, hoc est filium, sive Absalonem. Quare, cùm id esset consecuta, quòd cætera essent omnino diversa, nihil habebat pensi [y].

Margin: p Mart. — q Mar. — r M. — s T. — t Me. sim. L. — v San. — x La. — y G. — z Mar. — a Pi. — b V. — † M. — c Belg. — d Belg. sim. Jun. Pi. Mart. — † Ma. ex Jun. — f Mar. — g V. — h Mart. — i V. sim. Jun. Pi. Ma. Mart. — k Ma. ex Jun. — l T. — m Me. sim. T. — n San. — o Os. sim. La. — p G. — q Ma. — r Pi. — s Jun. Pi. — t Mart. — y San.

19. *Nunquid manus Joab*,&c?] *Manus* pro consilio, opera, &c. ut suprà 3. 12 [x]. Metaph. κατωχενσικὴ [y]. ¶ *Per salutem animæ tuæ*, &c. חֵי נַפְשְׁךָ אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ אִם אִשׁ לְהֵמִין וּלְהַשְׂמִיל מִכֹּל־וגו׳] *Vita animæ tuæ Domine mi rex, si vir ad dextrandum, & ad sinistrandum ab omnibus quæ locutus est Dominus meus rex*, Mo. *Per vitam animæ tuæ*, &c. P. V. sim. Jon. i. e. per salutem tuam [z]. *Non est* quispiam qui possit, [videtur pro אִשׁ legisse יֵשׁ, sicut alii,] *declinare ad dextram, vel ad sinistram*, &c. P. Ad verb. *non est vir dextrificare vel sinistrificare*, si Latinè dici posset. Legitur & אִם אִישׁ *si vir*, vel *quisquam*, &c. Q. vertunt, *non est* (f. e. licet, sub. *cuiquam*,) *declinare neque ad dexteram*, &c. q. d. Dictura sum tibi veritatem, non tergiversabor, nec quicquam celabo; cùm tu sagacissimus sis, qui statim deprehendas mendacium [*]. *Nemo alius* præcepit mihi *ut declinarem aut ad dexteram*, &c. *ex omnibus* quæ dixi tibi: *quemadmodum locutus est Dominus*, ità res habet; i. e. ex sententia aliorum nihil adjeci, solus Joab, &c [a]. *Non est flectendum*, &c. JT. Verto, *Non deflectam*, &c. id est, sine ambagibus dicam quod res est. Heb. *si est*, cum animo meo; h. e. si est voluntas mea, vel propositum meum ad deflectendum; sub. puniat me Deus. Ellipsis autem ista firmari potest exemplo sermonis pleni qui exstat Gen. 23. 8. *Si est cum animo vestro* [b]. τὸ *si* sumitur pro *non*; ut, *si est iniquitas*, &c. pro, *non est iniquitas*, &c. q. d. rem attigisti [c]. Planè dixi quæ ille suggessit. Non dissimulat mulier auctorem parabolæ; sive quia Joab illi id permiserat; sive quia, cùm cor regis versum esset ad Absalom, tum erat illorum officium, qui de eo revocando agebant [d]. *Si est quispiam*, &c. i. e. Nemo cooperatus est mihi præter unum Joabum [†].

20. *Ut verterem figuram sermonis hujus*, לְבַעֲבוּר סַבֵּב אֶת פְּנֵי הַדָּבָר] *Ut verterem* (*immutarem*, Jon.) *faciem*, (*formam*, V.) *sermonis*, vel *verbi hujus*, P. 6. Jon. M. i. e. ut tibi proponerem sermonem figuratum [f]. Joab faciem hujus sermonis, מָשָׁל i. e. *figuratam istam locutionem* dictavit, suggessit, præcepitque; ut sic circuirem schemate istius orationis [g]. *Ut circumduceret speciem hujus sermonis*, &c. JT. id est, ut versando hunc sermonem de filio meo, illum tandem devolveret ad causam Absalomi [h]. *Ut verterem* (*inverterem*, Ca.) *faciem rei*, V. Ca. i. e. ut poneret tibi ante oculos rem ipsam; h. e. negotium Absalom; h. e. ut tacitè & velut aliud agens, rem ipsam tibi indicaret Joab, dúmque hoc narrarem, intelligeres fabulam de te narrari, misit me ad te [i]. Sensus est, Joab indidit ori meo hæc verba, ut ego impetratâ abs te securitate filii mei, verterem faciem rei, ità ut transferrem ad causam filii tui Absal. tanquam similem. * Sed reverà causa non erat similis [k]; [ut antè notatum.] *ut hujus causæ patrocinium susciperem*, Strig. *ut mihi morem gereres*, Sy. sim. Ar. ¶ *Ut intelligas omnia super terram*, כָּל־אֲשֶׁר בָּאָרֶץ] *Quicquid fit in hac terra*, JT. [latere putant, ־ה in Kametz sub. ב, ut sit pro בְּהָאָרֶץ.] Sed articulus hoc loco non est relativus, sed demonstrativus, verto igitur simpliciter *in terra* [l]. *Omnia quæ sunt in terra*, P. V. scilicet, quæ ad salutem & cognitionem tuam pertinent [m]. *Negotia tua, & negotia aliorum*, He. in V.

21. *Ait ad Joab*,&c.] Non dat oratrici revocationem Abs. quia instrumentum tantùm fuit. David etiam simulat se dare Joabo id quod ipsemet cupiebat [n]. ¶ *Feci*] Ità 6. Jon. Sy. Ar. Mo. V. M. Ti. P. Strig. [sequuntur *Keri* sive lectionem Masoreticam vel marginalem, quæ est עָשִׂיתִי] *Feci rem hanc*; i. e. quod volebas [o]. Consensi in petitionem tuam de reducendo Abs [p]. Al. עָשִׂיתָ *fecisti rem* hanc, JT. Pi. [sequuntur *Chetib* pro עָשִׂיתִי] superiùs narratam; id est, suasisti mihi per mulierem illam ut reducam Absalomum [q]. Vel *fecisti*; i. e. curâsti mihi proponi eam parabolam; q. d. Cùm tu sis author hujúsce rei, vide, revoca, &c [r]. ¶ *Revoca puerum Absalom*] At vir erat, ut patet ex c. 13. 28 [s]. Quòd *puerum* vocat, vel tacitam habet criminis excusationem ex imprudentia, fervore & temeritate juvenili; vel, etiam formula est blandè, indulgenter & amanter filium charissimum appellantis [t].

22. *Benedixit regi*] Verbis officiosis, quæ sequuntur, gratias agit [v]. ¶ *Inveni gratiam*] Indicium hoc est me à te amari. At fallitur, ut sequentia docent [x]. ¶ *Fecisti sermonem servi tui*] [Sequitur Vulg. Masoreticam lectionem עַבְדֶּךָ. Sed in textu est עַבְדוֹ cum literis τῶ עבדו *servi sui*, quomodò omnes reddunt; & punctis τῶ עַבְדֶּךָ.]

x Ma. ex V. — y Pi. — z V. — * V. — a He. in V. — b Pi. — c Mar. — d Me. sim. Mart. — † M. — f V. — g M. sim. Ti. — h Jun. — i V. — k Pi. — l Pi. — m Mart. — n Mart. — o V. — p Pi. — q Pi. — r V. — s Pi. — t Me. — v Me. — x Mart.

23. *Surrexit Joab*,&c.] Honorificum erat Absalomo, quòd tantus vir eat ad exulem reducendum. Nec fortè cuivis Absalon fidem habuisset [*]. ¶ *Adduxit Absalom*, &c.] Qu. Num rectè factum? Resp. 1. Q. affirmant [y]. Leges generatim decernunt quid communiter agendum; singulares autem casus prudentiæ principis relinquuntur. Talis hic erat. Periculum erat nè post mortem Davidis bella orirentur de successione in regnum, inter filios Davidis; & Absalomum juvaret avus ejus [z]. Fecit David quod potuit; cum in exilio vivere permisit, deinde ægrè reduci sinit, & reducem noluit faciem suam videre, v. 28. occidere non potuit, utpote populo dilectissimum [a]. Resp. 2. Alii negant [b]. Nemo, qui sapiat, causam Davidis probare potest. Non de *suo*, sed de *Dei* jure largitur ei David; quia parcit homicidæ. Possunt pœnæ propter circumstantias interdum aggravari; sed, lex Dei ipsa cavet, ut homicidæ occidantur; nec *judicialis* est hæc lex sed naturalis; adeò ut usurparetur proverbii loco, *qui gladium accipit, gladio peribit*; Ante legem hoc dixit Deus filiis Noæ. Dices Cainum non fuisse occisum. Resp. Non Adamus ei pepercit; sed Deus (qui legum suarum arbiter est) inserviens ibi necessitati propagationis [c]. Resp. 3. Media via tutissima est; ut nec damnemus hoc factum, nec justificemus. Multæ illud excusant circumstantiæ. 1. Erat filius Regis, & populo charus; 2. Vindicta hæc erat Dei de Amnone sumpta. 3. Occultâ Dei providentiâ reservatus est Absalon pœnæ severiori. 4. Nulli erant accusatores vel vindices [d]. Quando propinqui occisi pacem concedebant interfectori, ad petitionem ipsorum rex hoc concedere poterat [†]. [5. Addunt alii testes defuisse; de quo antè dictum:] Si dicas adfuisse Regis filios; respondet RS. quòd illi propinqui erant interfecti, ideóque ad testimonium ferendum non erant idonei [f].

24. *Revertatur in domum suam*, &c.] Prudenter se gessit David, tanquam memor justitiæ & humanitatis, licèt Joab & populi votis satisfacere voluit [h]. Sic fecit, 1. Ne ex aspectu Abs. dolor filii Amnonis renovaretur [i]. 2. Nè cognati Amnonis horrerent ejus conspectum, & vindictam appeterent [k]. 3. Ut honori suo consuleret [l]. 4. Nè videretur contemnere, imò approbare parricidium [m]. 5. Ut sensum peccati in Absalomo excitaret [n]; ut ex pœna diuturniore criminis gravitatem agnosceret. 6. Ut ferox Absalomis ingenium in officio contineret [o]. Permolestum erat ei sic manere, alioqui ambitioso & elato [p]. Silanus filius Manlii Torquati, cùm pater illum à domo & conspectu suo abire jussisset, *suspendio se proximâ nocte consumpsit*, inquit Valer. Max. 8. 8 [q].

25. *Sicut Absalom vir non erat pulcher*] Hujus mentio fit, 1. Ut intelligamus in exilio nihil de ejus forma detractum esse [r]; 2. Ut hinc eluceret Davidis justitia, quia talem filium tamdiu videre noluit; 3. Quia hoc initium erat seditionis [t]. Superbiâ efferebatur. Unde? à forma corporis; quæ illi conciliavit populum [v]. Solet stulta multitudo formam admirari, eámque imperio dignam judicare. Regem eligebant Æthiopes, qui pulcherrimus esset. Sic & alii teste Lucretio, l. 5. *Nam facies multum valuit*, &c [x]. Jactatum est inter Ethnicos illud de Priamo, quòd species ejus digna esset imperio. Porrò non mirum ipsum tam speciosum fuisse, nam patrem habuit pulcherrimum, & matrem formosam. Verùm sub eleganti illa specie barbaricam crudelitatem tegebat [y]. Tam vana sunt hujus mundi bona, & malis permixta [z]. ¶ *Et decorus nimis*, יָפֶה לְהַלֵּל מְאוֹד] *Pulcher ad laudandum*, &c. i.e. Ità ut laudarent eum homines vehementer, &c. h. e. forma ejus maximâ commendatione digna erat [a]. Al. vertunt, *splendendo valde*, id est, erat formâ longè splendidissimâ [b].

26. *Et quando tondebat capillum*, אֶת־רֹאשׁוֹ] *Caput suum*: i. e. cæsariem suam [c]. ¶ *Semel in anno*, מִקֵּץ יָמִים לַיָּמִים] *A fine* (*à principio*, 6.) *dierum, ad vel in dies*, Mo. 6. *A tempore opportunitatis ad opportunitatem*, Jon. *Quotannis*, P. sim. Ti. Mo. Sy. Ar. M. nempe *in fine anni*, M. Promisit Absalom comam suam, vel, 1. Quòd Nazaræus erat [d]. Verùm tunc non quotannis tonderet crines suos. Vel, 2. Quòd placebat sibi

hac

* Mart. — y Ità La. — z La. — a Wil. — b Ità Mart. — c Mart. — d Wil. — † Q. in L. — f L. — h San. — i Mart. sim. San. — k L. — l Mart. — m Mart. sim. San. — n Mart. — o Me. — p Mart. — q San. — r Jo. in Mart. — t Mart. sim. M. San. — v Mart. — x San. — y Mart. — z La. — a V. — b Ma. — c V. — d He. in Mart.

hac re. Muliebre est nutrire comam, 1 Cor. 11 †. ¶ *Quia gravabat eum cæsaries,* כִּי כָבֵד עָלָיו] *Quia gravis erat super ipsum,* sub. שֵׂעָר *pilus*: quæ vox paulò pòst exprimitur. Atque ità constructio refertur ad sensum, non ad vocem *. ¶ *Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico,* וְשָׁקַל מָאתַיִם שְׁקָלִים בְּאֶבֶן הַמֶּלֶךְ] *Et ponderabat crinem—— ducentis siclis pondere* (*lapide*, Mo. Pi. *siclo*, ſ. Ar.) *regio*, Jon. Sy. Ti. P. JT. V. id est publico f. Vel civili, non sacro g; vel pondere justissimo; Mensura enim & pondera justissima à magistratibus asservata sunt, ad quæ alia exigebantur. Vide Exod. 30. 13 h. Siclus valebat quadrantem thaleri Imperialis, itáque pondus hoc fuit 50 thalerorum i. Siclus ponderabat quatuor drachmas, h. e. dimidiam unciam. 200 ergo sicli ponderabant centum uncias, i. e. 8 libras cum 4 unciis k; vel potiùs quinque pondo vel libras l. Ducenti sicli ponderabant uncias 50. id est 4. libras Romanas & 4 semuncias: nummularias verò sive selibras publicas sex, cum quarta libræ parte †. Sed prodigiosum aliis videtur hoc pondus m, cùm hominum aliorum capilli annui vix sint 50 vel 60 siclorum n. [Quid dicendum?] 1. ſ. hîc habent *centum siclos*. 2. Fortè sicli illi regii minores erant, neque quatuor drachmarum, ut sicli sanctuarii o. Siclos communes fuisse docet *ponderis regii* mentio. *Pondus* enim *regium*, (quod & *publicum, civile, prophanum* dictum) oppositum est ponderi sacro sive sanctuarii p. 3. Fortè hi (sicli) aurei erant. 4. Quid si pro *ducentis* legamus *viginti*, uncias decem, facili mutatione *Caph*, quæ nota viginti est, in *Resch*; i.e. ducentos q? 5. Fortassis pondus illud hyperbolicè intelligendum r. 6. Pondus hoc mirum videri non debet, tum quia ut res rara recensetur, tum quia erat pondus comæ totius anni. Minùs autem sentiebatur ab Absalomo hoc pondus, quàm si extrinsecum esset. Sic non sentimus pondus corporis, quod est plus quam 50 librarum, quia anima illud informans quasi suum sustentat. Sentitur autem pondus cadaveris, ut vix ab homine robusto portari possit ||. 7. Alii non ad pondus referunt, sed ad pretium quo vendebantur s. Vendidit hos capillos mulieribus Jerosolymitanis ad ornatum t. Capillos enim hos flavos rutilósque fuisse nemo dubitat, quales illæ amabant v. [Aliis hoc non placet;] Incredibile est prodigum illum juvenem et regis filium tam turpem quæstum fecisse x. [Verùm, 1. nulli vel avidiùs vel sordidiùs quæstum faciunt quam qui effusissimè prodigunt. 2. Status istorum temporum & Regum ad hodiernos mores non est exigendus, ut in historia Saulis, antè notatum, & res ipsa docet.] 3. Absalon non vendidit capillos, &c. sed dono dedit cui volebat à suis, qui deinde pretium, quale dixi, ab istis facilè extorquebant y. [Quomodò in hunc usque diem, Regum, & alimenta, & vestimenta, & ornamenta, quæ ipsi servis suis gratuitò donant, ab iisdem servis venduntur aliis. Porrò, וְשָׁקַל *ponderabat* non necesse est, ut ad Absalom referatur, sed ad alium quemvis, fortè ad tonsorem, cui jus capillos domini sui habendi atque vendendi concessum est; & locus sic verti potest, *Et quando tondebat*, sub. *tonsor*, cujusmodi supplemento nihil frequentius, *Ponderabat*, id est, appendebat venales *capillos capitis ejus*, &c.]

27. *Filii tres*] Qui etiam pulchri fuisse videntur; Hæc altera causa elationis contra patrem z. Obj. Dicitur c. 18. 18. *filium non habebat.* Resp. Filii ipsius statim mortui sunt a. Vel Abs. eos & regno & vitâ indignos sciebat b, adeò debiles vel stolidi erant, ut pro mortuis haberi poterant, tanquam inutiles rebus administrandis c. ¶ *Thamar*] Nomen ei dedit, vel amita ipsius Thamar, consentiente patre; vel Absalom, in memoriam, vel desiderium sororis d. *Thamar* dicta quasi *palma*, à pulchritudine; ut Ester dicta *Edessa*, הֲדַסָּה *myrtus*, quæ planta speciosissima; unde Venus *myrtea* dicitur Poetis; & *Susanna*, quasi lilium. An verò Thamar dicta fuerit ab initio, vel posteà, formâ ejus proditâ, ità ut non tam nomen, quàm cognomentum esset, incertum est. Posterius tamen mihi probabile est; noménque hujus aliud erat, nempe *Maacha*, quæ & *filia Absalomi* & *Roboami uxor* dicitur †, 2 Par. 11. 20. vel *Maacha* illa, 2 Par. 11 20. erat *filia*, i.e. neptis Absalomi f. Vel *Absalom* iste ab hoc Absalomo diversus est; nam idem 2 Par. 13. 2 vocatur *Uriel de Gabaa*, quæ *Gabaa* erat tribûs Benjamin. At hic Absalom fuit ex tribu Juda g.

† Mar. — * Pl. — f V. — g Jun. Pi. Was. — h Ma. — i Pi. — k La. — l Jo. in Mart. — † Waser. de Antiq. num. Heb. 2. 9. — m Ità San. T. — n To. in Ser. — o Mar. — p Was. ib. — q Mar. — r Was. ib. — || La. — s Ità San. T. Sal. in La. Sà. in Wil. — t He. in Was. — v San. — x Was. — y T. — z Mart. — a Ser. ex Theod. San. — b He. in Ser. — c San. — d Me. — † San. — f La. ex Jo. — g La.

28. *Duobus annis*] Heb. *annis dierum*, i.e. integris, h.e. toto biennio h.

29. *Ut mitteret eum ad Regem*] Ut illo uteretur tanquam legato apud patrem. Probabile est Absalonem non habitâsse Hierosolymis, sed in agro suo aliquo; hujúsq; procrastinationis Joabi eam causam fuisse i. ¶ *Noluisset venire ad eum*] vel veritus, nè Regem offenderet, si secundò pro homicida rogaret k; putabat fortè conspectum Absalomi ingratum patri. Vel quia capillus calamistratus ei displicebat, vel quia nolebat Joabus æmulum in aula l.

30. *Scitis agrum Joab*, רְאוּ חֶלְקַת יוֹאָב] *Videte* (*considerate*, P.) *partem Joab*, Mo. *possessionem*, P. JT. *hæreditatem*, Jon. Hæreditatem dixit pro parte vel agro, quoniam hæreditas dividitur inter hæredes *. *En agrum*, Ti. *Videte, est prædium Joab*, M. *videte partem.* Prædium vocatur pars, quia agro diviso in partes constituuntur prædia civium †. ¶ *Juxta agrum meum,* אֶל־יָדִי] *ad manum meam*, Mo. Mar. id est, *ad* (vel *juxta*, V.) *locum*, vel *prædium meum*, Mar. sic P. M. *quem habet penes me*, Ti. sim. Sy. *portio——est contigua mihi*, ſ. sim. Jon. quæ est propinqua possessioni (vel agro) meæ m. ¶ *Ite, & succendite*, &c.] Simile habuimus suprà Jud. 15. 5. Apparet audax & violentum fuisse Absalomi ingenium; ad hæc ipsum magnificum, popularem, eloquentem, ac per hæc omnia ad seditiones etiam excitandas validum, ut Gracchos ei comparare possis n. Et ulcisci vult contemptum sui, & Joabum cogere, ut ad se veniat o. [In Heb. textu est וְהֹצִתִּיהָ; sed Keri est וְהַצִּיתוּהָ *incendite eam*, quod sequuntur omnes.]

32. *Misi ad te*, &c.] Etsi non habeatur in textu, dubitandum non est, quin Joabo illud damnum se reparaturum promiserit, eúmque blandè compellârit, &c p. ¶ *Quare veni de Gessur?*] Ubi in honore eram, hîc sum tanquam reus & excommunicatus. Ibi non sensissem patris indignationem. Res molestæ, si sint procul, minùs nos cruciant. Ità comparatum est ingenium humanum, ut si multa bona nobis undique affluant, & unum desit, magìs cupiamus illud unum, quàm afficiamur illis omnibus quæ possidemus. ¶ *Ut videam faciem Regis*] Ità putabat se meliùs ei insidias tendere posse. Fortè ex illo exilio odium in patrem conceperat, & in otio mala consilia agitavit q. ¶ *Si memor est iniquitatis meæ*] Heb. *Si sit in me iniquitas*; id est, si iniquè egerim interficiendo Amnon fratrem meum, quòd violâsset sororem meam r. Nullo tangitur peccati sensu, putat se fratrem jure interfecisse. ¶ *Interficiat me*] q. d. tandem exaturet odium, quod in me concepit. Uno mortis malo finiantur multa mea mala. Fingit se tanti facere patrem, ut præ ista repulsa mori cuperet. Verùm is nullâ tangebatur στοργῇ, crudelis in patrem fuit: pudebat illum quasi reum haberi: vitabatur ab omnibus; cupit moliri patri insidias s.

33. *Osculatúsque est rex Absalom*] Osculum signum reconciliationis. David pessimè agit; reconciliat sibi parricidam, &, quod deterius est, impœnitentem. Si mala hinc horrenda consequuta sint, sibi ascribat David. Si parcitur sceleratis, gradus eis ad majora scelera sternitur t.

h V. — i Me. — k Ol. — l Mart. — * Mar. — † Mar. — m V. — n G. — o Mart. — p Me. — q Mart. — r V. — s Mart. — t Mart.

CAP. XV.

1. *Currus & equites*] Heb. *currum & equos*, i. e. equites, V. *Currum*; collectivè, Pi. Sing. pro Plur. V. Alii singulariter intelligunt, currum, quadrigam cum equis v. ¶ *Et quinquaginta viros qui præcederent eum*] sic V. Heb. *currentes ante eum*, Ma. sim. Pi. *Celeres* vocaverunt Latini, quos nunc *satellites* dicimus x. Paravit sibi satellitium regium, quia interfecto Amnone, & Chileabo vel extincto, (vel ad regnum inepto habito, nihil enim de illo legitur y) ipse hæres futurus erat z. Satellitium sibi comparavit, cùm se ad res novas accingeret *. Putavit non licere sibi Salomonem præferri, quamvìs ex Bethsabe dilectâ uxore genitum, juxta Deuteron. *Si quis duas uxores habuerit, &c. non licet filium dilectæ primogenitæ ex altera nato præferre.* Ve-

v Q. id Ma. — x V. — y Mart. — z Ma. ex Jun. sim. Ma.

rum exciderat jure suo, propter parricidium; & Dominus verbo suo Salomonem prætulerat. Nolebat Absalon expectare obitum patris; verebatur enim, nè se præterito, tanquam ex alienigena nato, regnum Salomoni traderetur. Fortè incitabant eum vel mater, vel avus maternus rex Gessur. Incendebatur exilio triennali; efferebatur præstantiâ formæ. Commendabat se populo curribus & equis, quorum usus non erat in Israele, nam lege prohibebantur. Divinum hoc & eximium videbatur populo, qui nova solet admirari. Ut David habet *Cherethi & Pelethi*, ità ille suos stipatores & σωματοφύλακας. Ità successionem ad regnum sibi deberi reipsâ ostendit. Pater filium non reprehendit, nec prohibet, licèt hæc adversarentur legi Dei [a].

a Mart. 2. *Et manè consurgens*] Multo manè, ut videretur ad publicum commodum invigilare [b]. ¶ *Stabat juxta introitum portæ*, sim. M. [עַל־יַד דֶּרֶךְ הַשָּׁעַר] *super manum* (vel *juxta locum*, P.) *viæ portæ*, Mo. P. *ad latus viæ, quâ itur ad portas*, Ti. *secundum viam ipsius portæ*, JT. palatii scilicet regii [c]. Non mirum eum ad aulam venire, nam filii regis aularchæ erant [d]. Alii intelligunt de portis urbis [e], ubi publicæ causæ disceptabantur, & frequentes populorum conventus [f]. ¶ *De qua civitate*, [אֵי מִזֶּה עִיר] Ad verb. *ubi ex qua civitate*; i. e. ubi est civitas unde es tu [g]? quasi statum causæ ipsius cognoscere vellet [h]. *De qua*, &c. Nimirum, ut Horatius ait,

b San. c Jun. sim. Ma. V. Mart. d Mart. e Ità San. T. f T. g V. h Mart.

——— *Hic multum in Fabia valet, ille Velinâ* [*].

* G.

3. *Sermones tui boni & justi*] Multi causas malas habuerunt, sed studebat omnibus placere. ¶ *Non est qui te audiat*] q. d. Pater est effœtâ ætate, non potest jus dicere [i]. Judices, quos constituit, corrupti sunt, neque favebunt causæ tuæ. Non enim religio, vel justitia, sed sola largitio dominatur in foro [k]. Præcipuè accusat fratres ex matre alia, qui aulæ & desideriis civium ad Regem referendis præpositi erant. Ex arte plebem aggreditur. Ità Demea in Adelphis,

i Mart. k T.

Paulatim plebem primulum facio meam.

Sic Manlius Capitolinus apud Livium l. 6. *Ego nequicquam*, &c [l].

l G.

4. *Quis me constituat*, &c ?] Interrogatio optantis [m]. *Utinam poneret*, JT. lege *ponerent*, scil. Israelitæ [n]. Utinam cognitio causarum mihi committeretur: Ità sperat se posse patrem regno exuere. Cognoscere causas, jus dicere, regium munus erat. Ità obtrudit se contra legem, Deut. 16. ——— *præficies quem Deus elegerit* [o]. *In alienam plerique sortem oculos conjiciunt, ut mœchi in uxores*, &c. *& plerique in superiores*, &c. *cùm potiùs ad inferiores convertere oculos suos deberent*, &c. Plutarch. de Tranquil. *Sceleratis ingeniis & plusquam civilia cupientibus non dominari instar servitutis est*, Calpurn. Declam. 6 [p]. ¶ *Ut ad me veniant*, &c.] Ambitionem tegit studio salutis publicæ [q]. ¶ *Omnes*, &c.] indiscriminatim, ut ostendat se non respicere personam, sed tantùm de bono communi esse sollicitum [r]. ¶ *Et justè judicem*, Ità ὁ. V. sim. Jon. in Mar. [וְהִצְדַּקְתִּיו] *Justitiam faciam ei*, P. *dirimam rectè causas illorum* [s]. *Et justificabo eum*, Mo. Ma. Mart. He. in Mar. sim. Sy. JT. V. Pi. scilicet, cujus rationes bonæ sunt & rectæ, de quo suprà v. 3 [t]. Al. sic; omnes causas approbat, populo enim placere voluit; ideò meminit tantùm partis plausibilis: at regum erat etiam sontes condemnare [v]. Compellavit tantùm homines, qui causâ ceciderant [x].

m Pi. ex Jun. Ma. sic. n Pi. o Mart. p Ga. q Mart. sim. L. r Me. s V. t Ma. ex Jun. v Mart. x Jo. in Mart.

5. *Cùm accederet* ——— *ut salutaret illum*] Heb. *ad incurvandum se ei*, h. e. ad honorandum eum [y], tanquam regis filium [z]. Patitur se adorari, qui honor tantùm ad Regem pertinebat [a]. ¶ *Extendebat manum*, &c.] Illum humanissimè erigebat, complectebatur, osculabatur [b]. *Prensabat*, ut Latinè loquar. Sic Otho non deerat *protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, & omnia serviliter pro dominatione*, Tacitus hist. 1 [c]. Vult esse Rex, & intereà fit servus contemptissimorum hominum [d]. Depingitur hic ingenium hominis aspirantis ad principatum. Hoc primum est, ut venetur corda plebis simulatâ humanitate: & hoc tum promissâ libertate, tum etiam culpando negligentiam, vel etiam iniquitatem, & tyrannidem legitimi principis [e].

y Pi. z L. a Mart. b Me. c G. d Mart. e Ei.

6. *Et sollicitabat corda virorum Israel*, [וַיְגַנֵּב גּוּי] *Et furabatur* (*suum faciebat*, ὁ. *abduxit*, Sy.) *cor virorum Israel*, Jon. P. Ti. Mo. &c. Hebraismus. His dolis & artibus inibat gratiam [f]. Latenter se insinuabat in cor, illorúmque favorem sibi conciliabat [g]. Pulcherrima est furandi metaphora. Furtum enim hoc erat; Populus Davidi obstrictus fuit juramento, & fœdere, ac electione Dei. Dicitur & furtum, quia clanculum fiebat. Sic Aristoteles dicit, κλέπτεται ἀκροατὴς, *celatur auditor*. Latebat etiam populum qui seducebatur [h]. [Vide quæ ad Gen. 31. *furatus est cor Laban*, &c.] Etiam Italicè de eo qui, cùm egregiis animi, corporísque dotibus sit ornatus, benignus est, & humanus, dicimus, *furatur corda* [i]. *Inclinârunt ad Absalonem corda omnium Israelitarum*, Ar. Non dubito quin miraturi sint lectores rerum humanarum non imperiti, quomodò Absolomus tantam populi partem concitare potuerit in Regem tantis meritis & victoriis, adde & virtutibus præclarum. Ii igitur considerent fuisse in populo multos Sauli quondam charos, nunc non pari in honore & gratiâ: multos qui Isbosethi partes secuti fuerant, sibi aut metuisse, aut certè de profectu desperâsse. Tum verò, ut ait Tacitus, *unius invidiâ ab omnibus peccatur*. Joabi superbia, & in atroci facinore impunitas, Regem onerabat, qui eum impunè sinebat in cives grassari. Cæteris quoque Davidis ministris, sicut prudentia non aberat: ità ex longa potestate & diu blandiente fortunâ elatiores minúsque populares facti erant animi. Davidis ipsius pauca quidem erant peccata; sed illa in Uriam gravia, quæ omnes homines incertos reddiderant rerum omnibus carissimarum, conjugii & vitæ. Apud fœminas quoque infame fuisse Bethsabeæ nomen, invisam potentiam credibile est. Ad has odii causas accessit vindex Deus, ferri quà vellent sinens accensos semel animos. Libido Pisistratidas, Tarquinios, regno evertit, aliósque in Aristot. Pol. 1. 10 [k]. Misera plebs sibi beata videbatur. Rustici, si Reges eos alloquantur, existimant se cœlum digito tangere. Stultus est populus, putat eum bonum esse (in ipsos) qui in patrem & Deum est perfidus [l].

f V. Ma. g Pi. h Mart. i Me. k G. l Mart.

7. *Post quadraginta annos*, Ità M. ὁ Complut. in nob. Strig. [מִקֵּץ אַרְבָּעִים] *à* vel *in fine quadraginta annorum*, ὁ. P. Mo. *exactis quadraginta annis*, JT. Pi. *appetente anno quadragesimo*, Ti. Sed valde obscurum est unde ducendum horum annorum principium [m]. [Variè hanc difficultatem expediunt.] 1. Q. pro *quadraginta* legunt *quatuor*, [id est, אַרְבַּע pro אַרְבָּעִים] Ità Sy. Ar. Theodor. in Nobil. Ca. G. Capel. Jo. Antiq. 7. 8. in Capel. & quidam Latini codices, Gothici inprimis; San. Haud dubius hic error scripturæ additis ad vocem אַרְבַּע duabus literis. Et hoc verum esse res ipsa loquitur [n]. Sic exordium hujus numeri esset à restituto vel in urbem, vel ad regiam consuetudinem, Absalomo. Sed hæc lectio penè ab omnibus explosa est [o]. 2. Quadraginta anni numerandi sunt à tempore quo Israelitæ petierunt Regem [p]. Id erat anno decimo Samuelis; & Saul cum Samuele regnavit annum unum: duos verò regnavit per se seu solus, unde emergunt tres anni; quibus adde triginta septem Davidis annos, habes quadraginta [q]. Non placet Abarb. nam à tempore quo Saul constitutus est Rex, ultrà quinquaginta anni jam effluxerant [r]. Samuel & Saul regnârunt quadraginta annis, Act. 13. 21. nec erat cur anni Davidis inde inchoarentur, cùm istius populi peccati minimè particeps esset [s]. 3. Alii numerant à tempore interfectorum sacerdotum, [à Saule] 1 Sam. 22. cui rei David occasionem præbuit; ob illud igitur peccatum punitus est David hâc rebellione filii [t]. Sed & certum est hæc ei evenisse propter alia peccata, juxta prædictionem 2 Sam. 12 [v]. Regerunt tamen plura peccata bene esse posse causas partiales unius pœnæ [x]: 2. non solet Scriptura annos duorum regum simul compingere. 4. Alii totidem annos Jubilæi exactos volunt, sed illud computum in Scriptura non reperio [y]. 5. *Post quadraginta annos*, nempe Æræ vulgatæ regum in Israele, quæ cœpit ab electione Saulis. Solet enim calculus annorum inchoari ab aliqua magna & notabili reipublicæ mutatione. Sic Æra Græcorum seu Seleucidarum ab occupata Syria anno duodecimo post mortem Alex. Æra Augusti ab occupato Imperio Romano post expugnatam Ægyptum. Erant ergò jam transacti in regno à Davide circà triginta septem anni; quibus adde biennium Saulis, habebis annum quadragesimum [z]. Quidam numerant à prima unctione Sà.

m San. n G. o San. p V. ex M. K. ex RR. in Buxt. q K. ib. r Abarb. in Buxt. s Wil. t He. in L. v F. L. x L. y Wil. z T. ex San. sim. To. ex RS. & K. Mar.

unctione Davidis[a]. Sed 1. Hæc paucis post prima Saulis initia mensibus contigit; (Vide quæ ad 1 Sam. 13, 1.) atque ità ferè in idem recidit cum Æra Saulis[b]. 2. Illa unctio privatim facta non potuit esse regula computi publici[c]. Supputationes à rebus claris & evidentibus sumi solent[d]. 6. Alii intelligunt de annis regni Davidis*; [sed & hìc variant.] 1. Non præcisè & exactè sumendi sunt hi anni; Ideò dicitur, מִקֵּץ *à fine vel circa finem 40 annorum*; h. e. in Denario quarto, sicut dicitur, Deut. 15. 1. מִקֵּץ שֶׁבַע שָׁנִים *à fine 7 annorum*; id est, in anno septimo†. *Cùm David ferè 40 annos regnâsset*, circa finem scil. regni sui, paulò ante quadragesimum annum, etiamsi duobus vel tribus annis posteà regnaverit. Numeri enim in scriptura non sunt cum præcisione intelligendi[f]. Imperfectorum numerorum, sive excedant perfectos, sive ab illis deficiant, haberi ratio non solet[g]. Sed dices Davidem septuagenarium fuisse debilem, vide 1 Reg. 1[h]. At hoc tempore vividus erat ac vegetus[i]; egressus enim est pedes, & arma (posteà) sumpsit contra Palæstinos, c. 21. 15. ubi tamen pugnando defecit, quod argumento est in senili corpore exhaustas esse vires. Porrò 3 aut 4 annis in ætate jam deflexa magna fieri solet mutatio[k]. 2. Alii præcisè intelligunt[l]. Videntur hæc paulò ante mortem Davidis contigisse. Possis exponere, *ab extremitate* 40 *annorum*; id est, initio anni quadragesimi regni Davidis. קֵץ utramque extremitatem & initialem & finalem sign. Vide ad Deut. 15. 1[m]. Fuit hic ultimus regni ipsius annus, quod mihi certum videtur. David vixit 70. regnavit 40 annis. Successit illi Salomon; qui, cùm cœpit regnare fuit annorum circiter 11 vel 12. Natus autem est post commissum adulterium. Igitur cùm peccavit David fuit 58 vel 59 annorum. (Si enim à 70 auferas 11. supersunt 59.) Post illud tempus erat stuprum Thamar; Absalom silet duobus annis, in Gessur triennium agit, 2 annis non vidit patrem, posteà per duos annos molitus est conspirationem. Sic fiunt novem anni. Fortè vulgata erat fama, inquit R. Levi, Davidem ultra 40 annos non regnaturum. Id arripuit Absalom, nè alius regnum occuparet[n]. Exprimit hoc scriptura, *post* 40 *annos*, &c. ad indicandum, quòd hoc etiam fuerit ex causis impellentibus eum ad Regnum affectandum; nempe Patris grandior ætas[o]. ¶ *Dixit ad David, vadam*, &c.] Si patre insalutato discessisset, fuisset res suspecta. ¶ *Reddam vota*, &c.] Scit nomine religionis quidvis à pio patre impetrari posse. Religioni στοργὴν erga patrem conjungit, Vovi, ut ad te reverti possem[p]. ¶ *In Hebron*] Ibi requiescebant corpora Patriarcharum, Abr. Is. & Jac[q]. Ibi erat nobile excelsum ab Abrahamo ædificatum. Licuit autem, templo nondum ædificato, sacrificare in excelsis[r]. Ibi natus est Abs *.

8. *Cùm esset in Gessur*] q. d. Dum essem inter idololatras, cultum tamen Dei retinui[s]. ¶ *Sacrificabo Domino*, וְעָבַדְתִּי אֶת־יְהוָה] *Et serviam Domino*, 6. Mo. P. V. *sacrificiis scilicet*[t]. *Colam Jehovam*; scil. sacrificio eucharistico[v]; *adorabo*, &c. Sy. sim. Ar. *colam*, &c. i. e. cultum Dei, solenni professione & gratulatione apud Gentiles meos profitebor[y]. Parùm probabilis erat hic prætextus; nam jamdudum reversus erat ab exilio, & vota, si quæ conceperat, jamdudum debuisset persolvisse; deinde locus sacrificiorum tunc non erat Hebron, sed aut Gabaon, aut Sion. Fortassis David sensit fraudem, sed voluit potiùs videri parùm prudens, quàm nimium suspicax. Vel etiam id egit Deus, qui per Absalonem exercere Davidem parabat[z].

9. *Vade in pace*] i. e. incolumis; q. d. sit fausta & fœlix profectio tua[a]. ¶ *Abiit in Hebron*] Locum delegit sibi opportunum: Natale ejus solum erat, & metropolis tribûs Judæ; ibi David regnum auspicatus est; videbatur ergò locus faustus & bene ominatus, distabat Jerosol. 16 milliaribus[b].

10. *Misit*, וַיִּשְׁלַח] *Miserat autem*, V. ¶ *Exploratores*] i. e. Concitores vulgi, in quibus fortè erant Sacerdotes & Levitæ, genus hominum ad res turbandas, ubi suis indulgerent affectibus, maximè idoneum[c]. Qui nunciorum speciem præ se ferebant; re tamen ipsâ explorarent animos præcipuorum, & in partes Absalomi adductos Chebronem indicato conventûs fine invitarent; infrà 17. 4. ut sequentia demonstrant[d]. ¶ *Dicens*, לֵאמֹר] *Dicendo*, V. *ut dicerent*, P. sim. Ma. Mo. *hisce*

a Salian. in Me. Os. La. — b T. ex San. — c Wil. — d Mart. — * Ità Jun. Pi. — † Abarb. in Buxt. vind. 2. 13. 1004. — f Pellican. in Buxt. — g San. — h Q. in San. — i Cap. in Buxt. — k San. — l Ità Mart. Wil. — m Ma. — n Mart. — o Abarb. in Buxt. — p Mart. — q Me. — r Mart. — * Jun. — s Mart. — t V. — v Pi. sim. Os. — y Jun. — z Me. — a V. — b Mart. — c G. — d Ma. ex Jun. sim. Os.

mandatis, Q. in V. ¶ *Regnavit Absalom in Hebron*] Cum regalibus insignibus etiam ceremonia unctionis in regem adhibita est, cap. 19. 10†. Ibi etiam fidelitatis juramentum à populo exhibitum est[f]. Hoc divulgârunt nuncii; & quod principales de civitatibus festinarent illuc ad faciendum Absalomo debitam reverentiam[g]. *Regnavit*; i. e. pro rege est agnitus; *Quod in re tali difficillimum; prima vox*, Tacitus Hist. 2*.

11. *Euntes simplici corde*, לְתֻמָּם] *In simplicitate* (*perfectione*, Mo. *integritate*, Jun. Pi.) *sua*, M. P. Ti. Jon. 6. sim. Sy. *Ignorantes quod habebat in animo*, Ar. Multi apud hostes sunt qui hostes non sunt. Vide de J. B. & P. 3. 11. 3[h]. Qu. Cur hos vocavit. Resp. 1. Ut viderentur secum facere, cùm proclamatio novi regis audiretur. Inde captabatur favor[i]. 2. Ut detractis ducentis viris strenuis (*& servis Davidi fidelibus*] infirmaret patris exercitum[k]. 3. Ut conjurationis suspicionem adimeret[l]. Licuit autem illis, ut vocati irent ad sacrificia, ad quæ multos vocabant. Nam in sacrificiis habebant & convivia[m]. 4. Ut populo fucum faceret omnia ista fieri, volente ac jubente patre; à quo in eam rem submissi essent, tam multi notæ fidei ministri. Jactabatur Davidem jam ætate gravê sceptrum in eum transcripsisse, utpote omnium Davidis filiorum nobilissimum, & etiam ex matre prolem regiam[n].

12. *Achitophel*] Vel quia Bethsabee avus fuerit, ideóque Davidi infensus[o]; vel quòd eum promissis largiter, oblatísque officiis obligaret[p]. Solent consiliarii, rege jam sene, filium respicere. Certè creditur istius conjurationis author; aut saltem magnus adjutor fuisse[q]. Plurimùm nocere Regibus possunt quibus nota sunt Regum consilia[r]. וַיִּשְׁלַח אֶת־אֲחִיתֹפֶל *Et misit ad Achitophel*; 6. Sy. Ar. Mo. P. *Misit Achitophel*, Jon. *miserat Achit.* accersitum (*accersivit*, Ti. Ca.) JT. *misit pro Achit.* M. ¶ *Quum immolaret victimas*] [Similiter plerique; sed veteres incertum relinquere videntur, num Absalon, an verò Achitophel sacrificaret.] Referunt vel, 1. Ad sacrificia. Ità Noster accepisse videtur, quòd impiè Absalom gratiam & opem Dei captaret ad rebellionem[s]. *Quum sacrificaturus esset sacrificia*, scilicet eucharistica, quibus persolveret votum suum, v. 8[t]. Vel 2. ad convivium; *quum mactaturus esset animalia*, Heb. *mactationes*; ut Gen. 31. 54[v]. *Cum immolaret*, &c. Potiùs *cùm immolâsset*; i. e. in convivio. Sic *Civilis primores gentis & promptissimos vulgi, specie epularum sacrarum in nemus vocatos, ubi nocte ac lætitiâ incaluisse videt, à laude gloriâque gentis orsus, injurias & raptus & cætera servitii mala enumerat.* Hist. 4. Tacit[x]. Vel, 3. ad cæsa animalia in fœdere ineundo, ut moris erat: quò conjuratio validior esset fœdere sancita[y]. ¶ *Populúsque concurrens augebatur*, &c.] Honesta erat species improbi consilii; nemo enim accusaret populum, quòd interesset victimis, quòd religionem coleret; quòd Regis filio inter sacrificandum bene precaretur[z].

13. *Venit nuntius*] Sed serò; credibile est conjuratos vias obsedisse[a]. ¶ *Universus Israel sequitur Absalom*] Quod sanè mirandum est[b]. In causa erat, 1. Absalom gratiosus erat apud populum[c], tum regiâ ab utroque parente nobilitate, tum pulchritudine, tum promissis amplis. Dicitur *furatus populi cor*; i. e. excordem reddidit, & amentem populum: Is etiam florens erat ætate, & diu regnaturus videbatur; David autem moriturus erat. *Plures solem adorant orientem, quàm occidentem*[d]. 2. Populus allectus erat dulcedine rerum novarum; Multi patrimonii & nominis naufragium fecerant. Accurrunt alii ut ineant gratiam apud regem novum†. 3. Deus voluit Davidem punire. Objecit ergò menti populi tum dotes & gratiam Absal. tum Davidis vitia, quò factum, ut Davidem fastidirent, & Absalomum ambirent[f]. [Plura vide ad vers. 6.]

14. *Surgite, fugiamus*] Pavor ingens[g]. Fugiet tantus bellator? & quidem ex urbe adeo munita, ut à solis *claudis & cœcis* propugnari possit[h]; quámque David egregiè instruxerat, adeò ut vocaretur *civitas David*? Verùm fuga hæc non erat à timore, sed à solertia. Videbat cum Deo sibi fore pugnandum; juxta cap. 12. 11. Quare pœnitentis hominis, potiùs quàm strenui ducis speciem assumit. Maluit etiam fugere, quàm civitatem periculo

† Me. — f Me. ex L. — g L. — * G. — h G. — i Mart. — k To. in San. — l San. — m Mart. — n T. — o Salian. in Me. Q. — p Mart. — q San. — q Mart. — r G. — s Ma. — t Pi. — v Jun. — x G. — y Ma. — z San. — a Mart. ex L. — b San. — c La. — d San. — † Mart. — f La. — g G. — h T. ex San.

periculo exponere [i]. Neque urbs tanta commeatu necessario instructa erat, quò vel paucis diebus obsidionem tolerare posset [k]. Si mansisset, Deum tentâsset. Invulgabantur passim scelera Davidis. Dolet non tantùm de reipsa, sed etiam de causis: scit enim se causam dedisse. Porrò dicitur populus corde sequi Abs. q. d. volentes & ultronei. Propensio ad malum exprimitur [l]. ¶ *Neque erit effugium à facie Absol.*] Sic P. [Aliter JT. vertunt atque connectunt, *fugiamus ante adventum Absal.*] Nullus nostrûm evadet, si eum exspectaverimus [m]. ¶ *Et impellat super nos ruinam*] Vel *malum*, Sy. M. P. Mo. vel, *istud malum*, JT. i. e. magno impetu nos perdat [n]. Abstinere voluit David, si posset à bello civili. Sperabat res aliquo modo componendas esse [o].

15. *Dixerunt servi, &c.*] Servi fideles erant, filius perfidus [p].

16. *Egressus est rex & universa domus ejus, pedibus suis*, בְּרַגְלָיו] *In pedibus ejus*, ὁ. P. Mo. Pi. Non vecti equis, malis, curribus, sed pedites fugerunt [q]. Quid ità? Vel, 1. festinatione [r]; quæ tanta fuit, ut non exspectaret rex dum sibi insterneretur mulus. Confer vers. 30 [s]. Vel, 2. patiendi desiderio; ut humiliter & reverenter flagella Dei exciperet [t]. Afflicta fortuna talem postulavit habitum. Erat tempus lugendi peccata, & precandi. Vel, 3. ut inter alios esset quasi gregarius miles, & non agnosceretur [v]. Vel, 4. ut exemplum aliis esset ad ferendos labores [x]. [Alii locum aliter vertunt.] *Totúsque populus post vestigia ejus*, Sy. vel *cum eo*, Ar. [sic nempe vertunt, Sy. & Ar. vers. 17. hîc autem prætereunt.] *Cum tota familia sua sequente vestigia ejus*, JT. nimirum ordinario suo comitatu [y]. ¶ *Dereliquit concubinas*] Secundarias uxores, reliquis secum adductis [z]. Quis enim ladat mulierculas [a], quas ipsa naturæ imbecillitas contra barbarorum impetum tuetur [b]? Implendum erat Dei oraculum —— *tollet uxores tuas. &c* [c].

17. *Stetit procul à domo*, וַיַּעַמְדוּ בֵּית הַמֶּרְחָק] *Et steterunt (qui substiterant*, Jon. P. Mart.) *procul*, Sy. *procul à domo*, Ti. Ca. Strig. à domo regia, Os. procul ab urbe, & ab ejus domibus [d]. *In domo longinquitatis*, Pi. vel *quæ longè*, ὁ. sim. Jun. Mo. *In loco longinquo*, sive *remoto*, Jon. P. Mart. V. Belg. Ang. Glass. In Hebræo deficit præpositio [†]. Nomen בֵּית *domus*, in statu constructo positum pro quovis continente, vase, aut loco; ut Deut. 5. 6. *Domus servorum* pro loco ubi servituti obnoxii erant. Confer Levit. 26. 13. Jud. 16. 21. *Domus vinctorum*; id est, carcer, 2 Sam. 20. 3. *domus custodiæ*; h. e. custodia [f]. Ibi exspectavit illos David qui eum sequebantur [g]; ut suos ordinaret, qui confusè ob festinationem egressi fuerant [h]; atque ità torrentem Kidron pertransirent [i]. Vel *stetit à domo*; id est, non ingressi sunt domos, ut latè circumspicerent, si qui ad eos de amicis se reciperent, uti postmodùm factum est [k].

18. *Cerethi & Phelethi*] De his vide ad 8. 18. V. ¶ *Gethæi*] Hi erant vel 1. Proselyti qui ad Davidem venerunt postremis temporibus allecti ejus pietate atque fælicitate [l]. Pars Philistinorum quos David subegerat*. Nati hi in Geth Philistæorum, qui cum Ethai item Gethæo inde ad Davidem fugerunt, &c [m]. Sed hoc refutat Abulensis [n]. Vel, 2. Judæi, qui ad Davidem fugerant, & cum eo in exilio fuerint [o]. Dicuntur venisse de *Geth*, licèt brevi tempore ibi fuerint, quia *Siceleg* ad illam Satrapiam pertinebat; quomodò *Toletanum* vocamus, qui in ditione urbis *Toleti* vixerit, quamvis *Toletum* nunquam viderit [p]. *Siclag* erat prope *Gath* [q]. Porrò hi adhuc erant sexcenti, nam cùm aliquis ex hac legione desiderabatur, alium David in ejus locum sufficiebat [r]. Quicquid sit, fuerunt viri bellicosi, quorum Dux *Itthai* fuisse creditur. Ex *Ittai* autem peregrini fide elucet perfidia perfugarum [s]. ¶ *Qui secuti eum fuerant de Geth pedites*, אֲשֶׁר בָּאוּ בְרַגְלוֹ]. *Qui venerant in pede suo (pedibus suis*, M. Strig. ὁ. *pedites*, Ti.) *de Gath*, Mo. P. *Qui secuti erant vestigia ejus è Gath*, Sy. sim. JT.

19. *Revertere*, שׁוּב] Debet verbum istud jungi verbis posterioribus hujus versûs, *Revertere in locum tuum*; i.e. in Jerusalem, ubi est habitatio tua [t]. ¶ *Et habita cum rege*, sic. ὁ. וְשֵׁב עִם הַמֶּלֶךְ] *Et mane (sede*, Jon.) *cum Rege*, M. P. Ti. Mo. JT. novo scil. & nuper creato, Absalom [v]; non dicit *cum parricida, fratricida*, &c. sed *cum rege*. Nota & mirare Davidis modestiam & lenitatem [x]. Non vocat eum *tyrannum*, quia sic locutus, quod volebat, non persuasisset [y]. [Al. locum aliter vertunt,] *siste à sequendo rege*, Sy. [sic ellipsis est præpositionis מ *mem*, ante עִם *cum*.] Vel, *nè egrediaris cum rege*, Ar. ¶ *Quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo*, כִּי נָכְרִי אַתָּה וְגַם גֹּלֶה אַתָּה לִמְקוֹמֶךָ] *Quia alienigena*, vel *peregrinus tu*, Mo. ὁ. Jon. Sy. &c. id est, non es è domesticis meis ac proinde periculum tibi non erit à novo rege [z]. *Et etiam migrans (vel profugus*, Ma.) *tu ad locum tuum*, Mo. Ma. *Et quoniam transmigrâsti tu de loco tuo*, ὁ. Strig. Os. Vel *de patria tua*, Sy. *Ad nos venisti de patria tua, perfugium quærens*, Ar. *Instabilis es in loco tuo*, M. *Vagus, certas sedes non habens*: V. ex M. qui nondum apud nos habitationem tuam satìs confirmâsti: huc commigrâsti longioris habitationis causâ: nè ergo me sequaris [a]. *Et etiam vagus ad* quærendum *locum tuum*, Q. in Ma. *Et etiam remigraturus es in locum tuum*, JT. Pi. id est, Gathum in stationem tuam; (fuit enim præfectus præsidiariorum Gathi antè à Davide occupati [b],) si rex nolit uti tuâ operâ [c]. [Alii aliter reddunt & punctant;] *Revertere (& mane cum rege; quia alienigena es & profugus) ad locum tuum*, P. *Quia alienigena es, & etiam si migrans tu; vade tibi ad locum tuum*, Jon. Non æquum est te peregrinum nostris turbis jactari, ídque tui apud nos incolatûs initio [d]. Non fuit David ex eo genere hominum, qui omnia ex suis commodis metiuntur; modò ipsis bene fit, nihil curant. Peregrinos nobis commendat Deus. Non ergò nudat se David, sed potiùs armat præsidio Dei [†].

20. *Herì venisti?* תְּמוֹל בּוֹאֶךָ] *Herì venire tuum*; Mo. vel, *adventus tuus* fuit, P. *advenisti*, Ti. M. *nuperrimè venisti*, JT. תְּמוֹל *herì* sumitur pro quolibet tempore præterito; sic 2 Reg. 9. 26. Job 8. 9. Isa. 30. 33 [f]. ¶ *Et hodie compelleris nobiscum egredi?* וְהַיּוֹם אֲנוּעֲךָ [אֲנִיעֲךָ Keri] עִמָּנוּ לָלֶכֶת] *Et hodie movere faciam te nobiscum ad eundum?* Mo. vel *ad veniendum?* V. *Tollam te nobiscum, ut venias?* Jon. *Transferam te ut vadas nobiscum?* M. sim. JT. Heb. *Moverem te nobiscum veniendo?* Jun. ¶ *Ego autem vadam quo iturus sum*, וַאֲנִי הוֹלֵךְ עַל אֲשֶׁר אֲנִי הוֹלֵךְ] *Vadò quo vado*, P. *Quò me ire contigerit*, JT. Sy. &c. Cùm vadam nescio quò. Eadem locutio legitur 1 Sam. 23. 13 [g]. Quò Deus voluerit, annona enim mihi non est parata [h]. ¶ *Reduc tecum fratres tuos*] Cives tuos, ac socios Gethæos, qui te ducem sequuntur [i]. Sexcentos illos, quorum mentio, v. 18 [k]. ¶ *Et Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem*, עִמָּךְ חֶסֶד וֶאֱמֶת [עִמָּךְ יהוה] Q. connectunt cum antecedentibus, *reduc fratres tuos tecum*, ὁ. Jon. M. Reliqui ferè ad sequentia referunt.] *Misericordia (bonitas*, Ti. *gratia*, V.) *& veritas (fides*, Ti. V.) *tecum*, Mo. Ti. Mar. vel, *tecum erit*, P. V. Sub. *à Deo*, vel *à me*, Mar. Rependam tibi posteà, memor hujus beneficii, & fidei tuæ, quòd volueris me sequi etiam fugientem [l]. *Revertere, & redde fratribus tuis tecum benignitatem ac fidem*, JT. i. e. gratiam habeto tibi & sociis à me, eorúmque saluti & tranquilitati consule benignè fidelitérque, ut opto [m]. *Reduc fratres tecum, pietatem & veritatem* à me expectaturi, M. *tibi*, &c. *beneficentia & fidelitas* contingat, Strig. Belg. qualis mihi à te ostensa est, Belg. Dominus faciat *tecum misericordiam*, &c. Os. Fortassis perinde est acsi dicat, in te inveni gratiam & veritatem [n]. [Alii tamen עִמָּךְ ut jam dictum, ad antecedentia referunt.] *Et reducit fartres tuos tecum: misericordia & veritas*, sub. *nota est*; i. e. gratitudo animi tui satìs mihi nota est. Doctioribus hoc magìs placet [o]. *Reduc fratres tecum, & fac cum illis misericordiam & veritatem*, Jon. *Maneto & fratribus tuis commodam habitationem curato*, Sy.

21. *Quoniam in quocunque loco, &c.*] Heb. כִּי *ki*, id est, *quod*, per ellipsin, pro eo, quod plenè diceretur, *Certum est quòd*. Itáque reddi potest, *Certè*. P. Sic Deus suos in afflictionibus consolatur, ut dum sibi conjunctos, hostes sentiunt, exteros benevolos sibi & fideles reperiant [q].

22. *Veni & transi*] In talem scilicet ordinem; vel potiùs, ut ex consequentibus intelligitur. Transi torrentem Cedron [r]. Ibi exspectabat qui sibi usui forent, cæteros remittit in urbem [s]. ¶ *Et reliqua multitudo*, וְכָל־הַטַּף אֲשֶׁר אִתּוֹ] *Et omnes parvuli qui erant cum eo*, Jon. M. P. Pi. vel *secum*, JT. sed sermo hîc non est reci-

Margin notes (left column): [i] San. [k] T. [l] Mart. [m] V. [n] V. [o] Mart. [p] Mart. [q] Plerique in Ma. [r] Pi. Me. [s] Pi. [t] Me. [v] Mart. [x] San. [y] Jun. sim. [z] Me. [a] Mart. [b] San. [c] Mart. [d] Mar. [†] Pi. [f] Glass. gram. 143. [g] Mart. [h] Me. Os. [i] Belg. [k] Me. [l] Mart. * G. [m] Ità Theodor. in San. [n] San. [o] San. La. Me. Jo. & alii in Mart. [p] San. sim. Me. [q] Mart. [r] Me. [s] Mart. [t] V. [v] V. sim. Pi. [x] Theod. in San.

Margin notes (right column): [y] Me. [z] Jun. [a] V. [b] Jun. [c] Pi. [d] Me. [†] Mart. [f] Glass. gram. 436. [g] V. [h] Mart. [i] Me. [k] Pi. [l] V. [m] Jun. [n] Mar. [o] V. [p] Pi. [q] Mart. [r] Me. [s] San.

reciprocus [t]. Id est, cum uxore & teneris liberis, viz. cùm ejus, tum 600 virorum qui cum eo [v]. *Et omnis familia (turba*, ὁ. *comitatus*, Sy. *pubes*, Ti.) *quæ secum*, Mo. vel *cum eo*, Sy. Ar. טַף sæpè pro familia ponitur, seu pro multitudine præsertim domesticâ [x].

23. *Omnésque flebant voce magnâ*] Heb. *tota terra*, nempe circa Hierosolymam †. Ex misericordia erga senem regem, sanctum, &c. Flebant omnes Davidici; contrà Absalomici triumphant: sed Deus arbiter sedebat, &c [y]. ¶ *Rex quoque transgrediebatur*] Postremus; ut suos servet, periculo se exponit; quasi dixisset ut c. 24. 17. *Ego sum qui peccavi*, &c [z]. ¶ *Torrentem Cedron*, קִדְרוֹן] Ità dicitur ab *obscuritate*; quia situs erat in loco aliquo opaco, & umbroso [a]. Et torrens hîc & clivus Olivarum dolores Messiæ præfigurant. Vide Joan. 18. 1. Matt. 26. 36 [b]. ¶ *Contra viam*, &c.] Hæc dicuntur per anticipationem. Nam sacerdos cum Arca ad Davidem antè pervenerunt, quàm ille torrentem pertransiret [c]. Rectà tetendit populus ad desertum, David autem parùm deflexit ut transiret torrentem. [Hebræa sic se habent.] *Et omnis populus transibat*, עַל פְּנֵי דֶרֶךְ אֶת־הַמִּדְבָּר *Viâ quæ ducebat ad desertum*, M. Ti. *Versùs viam ad desertum*, JT. P. sim. Jon. Ar. Desertum hoc situm erat Orientem versùs inter Jerusalem & Jericho [d].

24. *Venit & Sadoc*] Hic erat Pontifex, quando *sacerdos* vocatur, & penes eum erat arca. Abiathar erat princeps sacerdotum, non autem Pontifex †. Fortè vices erant ministrandi, & Zadoc tunc ministrabat [f]. ¶ *Et universi Levitæ*] Laudanda horum constantia. Periclitati erant in Nobe, quòd Davidi favissent, nec tamen desistunt eum amare, & cum eo periclitari *. ¶ *Portantes arcam*] Ut Davidi præsidium esset [g]; & ut pro eo, cùm res ferret, Deum consulere possent [h]. ¶ *Et deposuerunt Arcam Dei*, וַיַּצִּקוּ] *Et statuerunt* (*collocârunt*. M. Ti. JT. V.) *Arcam Dei*, ὁ. Jon. P. Mo. in loco idoneo [i]. Vel, 1. ut Deum consulerent [k]. Vel, 2. donec omnes adessent qui Davidem sequi volebant [l]. Vel, 3. ut Arcæ religio multos ex urbe evocaret [m]. Vel, 4. ut eam honorare possent, & Dominum in ea adorare [n]. ¶ *Et ascendit Abiathar*] Etsi eâ hebdomade non ministraret [o]. *Ascendit*, id est, concessit ad latus itineris unà cum arca; donec omninò transisset populus egressus de civitate [p]. *Ascendit*, nempe in locum editiorem [q], fortasse ad summitatem montis Olivarum, ut inde exploraret, quando omnis populus transiissent Kidron [r]; vel, desiissent transire de civitate *. Vel, cùm arca prope Cedron in loco sublimi deposita esset, reversus est Abiathar in urbem, ut reliquos Regi utiles futuros suâ auctoritate extruderet: quod cùm fecisset, urbe egressus est, & ascendit ad arcam [s].

25. *Dixit rex ad Sadoc*] Alloquitur eum, quia prior venerat: posteà cùm supervenisset Abiathar, ipsum quoque alloquitur. ¶ *Reporta Arcam Dei*, &c.] Mirum in tantâ desperatione eum à se tantam consolationem rejicere voluisse. Quæ causa? Resp. 1. Arca sacramentum erat, &c. sed contentus erat re Sacramenti, sive re significata [t]. 2. Quia consulente Dominum Abiathar responsum non tulit David, unde intellexit Deum nondum sibi placatum esse [v]. 3. Noluit periculo exponere vel arcam [x]: vel sacerdotes, quòd olim fecerat [y]. 4. Alii, quòd nefas esset arcam à loco suo, id est, Hierosolymâ moveri. Verùm 1. Arca nondum invenerat locum proprium. 2. Educta fuerat arca ad expugnationem Rabbæ, cap. 12. Extructo autem templo vetiti sunt eam educere, ut 1. & 2. Paralip. habetur. 5 Vera causa hîc exprimitur, quòd sacerdotes (sine quibus arca manere non potuit) utiliores ei essent in urbe quam apud se in castris [z]. ¶ *Ostendet mihi eam & tabernaculum suum*] Vel *ejus*, M. P. *& domicilium* vel *habitaculum ejus*, Mo. Sy. V. i.e. in quo reponitur arca [a]. Tentorium in civitate Davidis, in quo ordinariè tunc collocabatur arca [b]. Al. *Et decorem ejus*, ὁ. & *videbo eam in loco suo*, Ar. וְהִרְאַנִי אֹתוֹ וְאֶת נָוֵהוּ *Ostendet mihi se, & habitaculum suum*, Ti. sim. JT. *Et videre faciet me ante se, & serviam ante eum in domo Sanctuarii ejus*, Jon. *Sinet me frui ejus conspectu & domus suæ*, Strig. [Alii ad arcam referunt;] *Et ostendet mihi ipsam*, Sy. sim. Ar. Mo.

26. *Non places*] Non es mihi gratus, nec te amo [c].

[Margin: t Pi. — v Os. — x Mar. — † Pi. — y Mart. — z San. — a V. — b G. sim. La. — c Me. — d Me. — † Mar. — f Mart. sim. Jun. — * Mart. ad v. 26. — g San. — h Me. — i V. — k L. — l Me. — m San. — n Me. — o Ma. ex Jun. — p V. ex M. — q Os. — r Belg. sim. San. ex To. Pi. — * Pi. — s San. — t Mart. — v L. — x San. — y Mart. — z Mart. — a V. — b Pi. — c V.]

De salute sua certus erat David; sed hîc loquitur de restitutione in regnum [d]. ¶ *Faciat quod bonum est*] Paratus sum sustinere quæcunque immiserit †. Hæc est vera mortificatio; voluntatem Dei regno & restitutioni suæ anteponit. Initium perditionis in Adamo fuit, facere voluntatem suam: initium salutis est, Dei voluntatem facere. Nihil adversùs Deum, vel Absalomum; de peccato tantùm suo cogitat [f].

27. *Ad Sadoc*] Qui erat, ut videtur, eo tempore סְגָן i. e. *Vicarius summi Pontificis* [g]. *O videns, revertere*, &c. הֲרוֹאֶה אַתָּה שֻׁבָה וגו׳ [Variè reddunt,] *O tu videns, redi*, Strig. Os. *Videntes* appellabantur prophetæ & sacerdotes, qui oracula Dei accipiebant, aliísque referebant [h]. Vocatur hîc *videns* fortè propter donum prophetiæ [i], vel quia consulebat Dominum per Ephod; hic enim unà cum Abiathar Pontifex erat [k]. Rectiùs *propheta* dicitur, quia in divino obsequio psallentibus, & prophetarum oracula recitantibus præerat. Vide 1 Paral. 15. 22 [l]. *Nonne videns tu es*, &c? P. Mo. V. Ang. Sed τὸ *nonne* respondet τῷ הֲלוֹא, non τῷ הֲ [m]. *Esne tu videns?* id est *Propheta*, ut Jon. & alii accipiunt [n]; doctor, qui populo debes ἐπισκοπεῖν [o]; q.d. si Dominus responderit tibi redeundum in urbem, redito [p]. *Ipse es videns*, JT. Pi. Mart. Heb. *videns tu*; הָ in הָרוֹאֶה rectè punctatur cum Kametz הָ, (non הֲ) & sic habetur in duobus MSS. exemplaribus Hebraicis, & Chald. paraphraste [q]. Sensus est, munus tuum non est me privatâ conditione fugientem sequi; sed reipublicæ in rebus sacris inservire, & in statione tua residere [r]; tu nunc fungeris officio prophetæ, consulendo Deum, &c [s]. Tuo officio mihi hîc præstare nihil poteris, quod non in urbe etiam posses; (siquidem ibi orare potes, & pro me consulere Dominum) & aliquid majus etiam, nempe cognoscere quid moliantur hostes; vel sensus est, *tu videns es*; id est, potes vaticinari, cognoscis verbum Dei, versatus es inter oracula; audi consilium meum, judica an bonum sit; suadeo redeas in urbem [t]. Al: *videte* (Complut. *vide*,) *tu reverteris*, ὁ. *Num—videns tu?* (pro *vides*) scil. me justa petere; *revertere* [v]. *Nonne vides?* G. Belg. quo loco sunt res scilicet [x]; quomodò res agantur, & quid opus sit faciendum, &c [y]. *Vidésne tu?* i.e. Valésne consilio? q. d. Si valeas consilio, revertere; plùs enim mihi profueris redeundo quàm manendo [z]. [Fortasse sic accipi potest, *Num tu videns?* q. d. Num te videntem ostendis, qui non vides tuam cum arca in civitate stationem, rebus sic stantibus esse necessariam?] ¶ *Achimaas & Jonathas*] Illos fortè delegit tanquam adultiores & sapientiores [a].

28. *Abscondar in campestribus deserti*] [simil. ferè omnes, sequentes τὸ *Keri*, quod est בְּעַרְבוֹת, at *Chetib* est בְּעַבְרוֹת] *Quod vertunt in transitibus* (i. e. in saltibus, Ma.) *deserti*, Mo. Ma. *In Araboth deserti*, ὁ. [quasi esset proprium nomen.] ¶ *Donec veniat sermo à vobis indicans mihi*, עַד בּוֹא דָבָר מֵעִמָּכֶם לְהַגִּיד לִי] *Donec veniat verbum à vobis, ut nuntietis mihi*, P. sim. Mo. vel *certiorem me reddens*, M. *Donec nuncium à vobis venerit, quod me certiorem reddat*, Ti. *Donec venerint à vobis, qui nuntiet mihi aliquid*, JT. In Heb. *donec veniat aliquid à vobis qui enunciet mihi*; ἐμφατικὴ verborum [b]. *Donec venerit aliquid à vobis quod indicetur mihi*. Heb. *donec veniet verbum à vobis ad indicandum mihi* [c]. Vel *ad renunciandum mihi*; i. e. nuncium à vobis quod renuncietis mihi [d].

30. *Ascendebat clivum olivarum*, בְמַעֲלֵה הַזֵּיתִים] *In ascensu* (vel *per ascensum*, P. M. Pi. *per clivum*, Ti. JT. V. Sy. sim. Ar. *olivarum*, Mo. ὁ. vel, *montis olivarum*, Ti. JT. Jon. V. i. e. per montem oliveti †. Eò ascendit tum ut per eum iret in desertum; tum ut esset typus Christi, qui in illo monte sudavit sanguinem, &c [f]. ¶ *Flens*] Non ex animi dejectione, sed ex peccatorum suorum dolore [g]; quòd ipse causam dederit tot ærumnis [h]. Sciebat non tam cum Absalomo, quàm cum Deo sibi rem esse: eum itàque priùs pœnitentiæ armis expugnare decrevit [i]. ¶ *Nudis pedibus*] Habitus lugentium. Peccatum ortum habuit ex deliciis; nunc è diverso agit, commoditatem carnis & pedum abjicit. Isti sunt fructus solidæ pœnitentiæ. Aliqui dicunt hoc signum fuisse cedentis. Exuebant enim calceos, qui agrum, &c. proximo cesserunt, in libris Deuteron. & Ruth. Sed prius præfero [k].

¶ Et

[Margin: d Mart. — † V. — f Mart. — g G. — h Os. — i Me. — k Q. in Me. — l Me. — m Pi. — n V. — o Belg. — p V. — q Pi. ex Jun. — r Jun. — s Pi. — t Mart. — v Mar. — x G. — y Belg. — z V. — a Mart. — b Jun. — c Pi. — d V. — † V. — f La. — g Me. — h Mart. — i La. ex San. — k Mart.]

¶ *Et operto capite*] Hebræi, æquè ac posteà Romani, nudo capite incedebant quasi liberi & expediti; in luctu verò caput operiebant, ut patet c. 19. 4. & Jer. 24. [lege 14. v. 3, 4 [l].] sic incessit, ut misericordiam sui moveret [m].

31. *Nuntiatum est David*, &c. sic ὁ. Jon. [וְדָוִד הִגִּיד] *Nuntiavit autem*, vel *indicavit Davidi*, sub. *quispiam*, P. sim. Pi. Ellipsis τῶ ל ante דָוִד [n]. Vel sub. *Sadoc*, & [mallem esset *vel*] *Abiathar* [o]. ¶ *Abitophel*, &c.] Pungebat hoc Davidis animum, imò in eo aculeum reliquit; patientiâ ergo singulari opus erat. Nihil tristius ei nunciari potuit; astuta enim consilia magis noxia sunt, quàm apparatus bellicus [p]. ¶ *Infatua*, sic M. P. Jon. [סַכֶּל־] *Stultum redde*, JT. Aq. in Nob. *futile effice*, Ca. *irritum fac*. Sy. Ar. *dissipa*, ὁ. at Complut. *redde vanum*, Nobil. Optat vel ineptum ab eo dari consilium, vel tanquam ineptum & inutile contemni [q].

32. *In quo adoraturus erat*, &c.] Vel, 1. Quia inde patebat prospectus ad Hierosolymam, ubi arca erat [r]. Nulla est hîc superstitio. Nam arca locus erat quem Dominus elegerat, arcæ conjunctas habuit promissiones. Sic Daniel faciem vertit versùs Hierosolymam. David videtur quasi valedicere velle Arcæ fœderis [s]. Vel 2. quia ante Templum erectum in excelsis sacrificabant [t]. Vel 3. quia solitus est David, sicut posteà Christus, in hoc monte Deum adorare †.

33. *Eris mihi oneri*] Curam tui geram. David non suis tantùm malis, sed & comitum premebatur. Annonâ non abundabat [v]. Fortassis melior consilio, quàm gladio; fortè propter ætatem oneri esset [x].

34. *Et dixeris Absalom, Servus tuus sum*] Non deserebant in tantis malis Davidem suæ artes: sed ubi leonina non proderat, assumit vulpinam, verè ἀγχίνους, & quæ ex usu erant reperire solers [y]. Qu. Num rectè hoc factum à Davide & Chusai? Resp. Interdum Deus extra communes regulas aliquid à sanctis fieri vult; v. g. homicidium ab Abrahamo, & à Sampsone. Mendacium hîc erat, sed officiosum. Si ex instinctu Dei hoc fecerunt, non peccârunt; si humano impulsu peccârunt, & non sunt excusandi. Non facienda sunt mala, ut bona eveniant [z]. ¶ *Servus tuus sum Rex*: עַבְדְּךָ אֲנִי הַמֶּלֶךְ אֶהְיֶה] *Servus tuus ego rex ero*, Mo. sic P. Ti. M. &c. vel *sum*, Jon. Ar. *Servus tuus*, (sermo abruptus, quo & nunc utimur,) *ego regis ero*, Belg. ¶ *Sicut fui servus patris tui*, עֶבֶד אָבִיךָ וַאֲנִי מֵאָז] *Fui servus patris tui ex tunc*, P. sic Mo. vel, *jam olim*, Sy. V. *multo tempore*, V. *jamdiu*, JT. *anteà*, M Strig. Belg. *hucusque*, Ang. ¶ *Sic ero*, וְעַתָּה] *Et nunc*, i. e. posthac, V. ¶ *Dissipabis*] Heb. *dissipabis*, vel *infringes mihi*, Mo. P. ὁ. i. e. in utilitatem meam [a].

36. *Sunt cum eis duo filii eorum*] Sic putabat David, ignorans eos patrum jussu substitisse ad fontem Rogelis, infrà 17. 17 [b].

[l] La. ferè ex San. sim. Ma. Me. [m] G. [n] Pi. [o] Jun. [p] Mart. [q] Me. [r] Mart. sim. Jun. G. L. Me. [s] Mart. [t] San. † M. [v] Mart. [x] Me. [y] G. [z] Mart. [a] V. ex M. [b] Me.

CAP. XVI.

1. **A**Pparuit *sibi*, &c.] Is egressus est, vel, 1. ex urbe [Jerusalem.] ut docet v. 3 [c]. vel ex aliqua proxima villa Mephibosethi, cujus erat curator bonorum [d]. Sagax erat Siba, persuasum habet Davidem restituendum, alioqui ad Absalomum se convertisset. Opportunitatem captat, personam induit hominis officiosi †. ¶ *Alligaturis uvæ passæ*, sic P. Ti. צִמּוּקִים] *Botri sicci*, Mo. *botri passi*, ὁ. *palmites uvarum*, M. Jon. *passarum*, Jon. *Fasciculos uvarum passarum*, Os. *centum uvæ passæ*, JT. ¶ *Et centum massis palatharum*, מֵאָה קַיִץ] *Centum æstivos fructus*; Mo. *Centum æstatis* (vel *fructuum æstivorum*, Ti.) sub. vel *fructus*: Pi. vel *massas*, Mar. Ti. Ellipsis, & genitivus subjecti [f]; id est, fructus qui æstate siccantur, ut ficus [g]. *Massas ficuum æstivalium*, M. vel *caricarum*, P. *centum palathas*, ὁ. Chald. in Mar. id est caricas, Mar.

2. *Domesticis regis*] Id est uxoribus [h]. Detrahit de munere suo, tanquam indigno Rege [i]. לְבֵית הַמֶּלֶךְ *Domui* (*familiæ*, P. JT. M.) *regis*, Ti. Mo. id est asinis vehentur familiares, &c [k]. si aliquis è domo tua fatigatus fuerit [l]. Al. *ad ferendam sarcinam domus regis*, Sy. sim. Ar. ¶ *Panes*] [Sic omnes; sequentes τὸ *Keri*, quod est וְהַלֶּחֶם. At *Chetib* est וּלְהַלֶּחֶם vel, ut BA. legit, וּלְהַלֶּחֶם] *Asini isti sunt pro regis familia ad equitandum, & ad pugnandum*; Verùm absurdum judicabant interpretes asinos bellicis usibus inservire *; sed sine causa; Nam *Saraceni ex asinis, ut Græci ex equis, pugnabant*, ait Ælian. 12. 34. Et cum Darius Scythas adortus esset, *lascivientes Persarum asini perturbârunt Scytharum equos*, inquit Strabo. Et *Merwan* Chalipharum 21 dictus est *asinus Mesopotamiæ*, *eò quòd in bello consisteret*; *quia bellicus asinus nunquam fugere dicitur*. Ità Elmacinus Hist. Sarac. 1. 21 †.

3. *Ubi est filius domini tui?*] Mephiboseth; non enim intellexit David sermone illa, an domini sui nomine daret [m]. ¶ *Dicens, hodie, restituet*, &c.] Ingens calumnia. Vide 19. 26. Sunt quadam ità speciosæ calumniæ, ut etiam prudentissimo Regi possint imponere [n]. Verisimile hoc videri potuit; 1. Quòd regna sunt res appetendæ; 2. Quòd hìc nepos esset Saulis; 3. Quòd eum in comitatu suo non vidit, quem maximè decebat interesse. 4. Conditio temporum suspicionem augebat; omnia confusa erant, multi infidi erant, qui fidi maximè esse debebant [o]. Improbabilis tamen hæc fuit calumnia, cùm desiderium omnium in Absalonem conversum fuerit; & Mephiboseth membris captus, & in domestico otio nutritus, regno non esset idoneus [p]. Vel sola Jonathanis memoria, & debilitas Mephibosethi retinere Davidem debuerant nè quid temerè crederet. Vetus dictum, Principibus imprimis utile, Νῆφε καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν, (*Vigilans esto, & memento diffidere* [q].)

4. *Tua sunt omnia*] Nimia sanè Davidis credulitas [r], & temeritas; condemnat enim inauditum & sine testibus; contentus est accusatione Sibæ. Erat præterea ingratitudo in hac sententia: deinde violatur juramentum. Mirum quòd nullus consiliariorum admonet eum ut sustineat sententiam. Nolunt isti regis reprehensionem incurrere. Hinc fit, ut non corrigantur qui sunt loco magno. Magna est calamitas Davidis, patitur injuriam & infert. Vincitur duobus gravibus malis, adulatione & corruptione munerum [s]. Sed non putavit mentiri Sibam in re tam gravi, & cujus veritas facilè deprehendi posset. Adde eos qui calamitosis opem ferunt, ut nunc Ziba Davidi, viros bonos videri; & dolore aliquo perturbatos minùs aptos esse ad pervidendum quid verum sit: quæ tamen David non excusant, ut non peccaverit inauditum damnando [t]. Porrò hanc injustitiam David, quâ unum servum injustè locupletârat, per alterum servum (Simei) castigavit Deus [v]. Putabat fortè Ziba, dominum illicò occidendum esse, & sibi demandandam hanc provinciam, ideò tam audacter agit [x]. ¶ *Tua sint*, &c.] Nempe ex confiscatione ob crimen perduellionis. *Multa interim Reges, in bello præsertim, opertis oculis donant*, ait Senec. Benef. 4. 37. *Sic delatores, genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coercitum, per præmia eliciebantur*, Tacitus Annal. 4 [y]. At majores nostri in dominum de servo quæri noluerunt; (nisi de incestu. Excipiunt etiam Jurisconsulti adulterii crimen, fraudati censûs, & majestatis) non quia non posset verum inveniri; sed quia videbatur indignum esse, & domino morte ipsâ tristius, inquit Cicero †. ¶ *Oro, ut inveniam gratiam coram te*] Sim. P. Ti. q. d. pluris facio gratiam tuam, quàm donum quod tribuis mihi [z]. Non huc veni accusandi causâ, aut ut in Mephibosethi bona immitterer, sed ut animum meum tibi patefacerem, & gratiam promereri possem, quæ mihi instar erit bonorum omnium [a]. Modestè & astutè contendit, ut beneficium illud velit esse perpetuum [b]. Ità mihi sis gratiosus in posterum, ut nunc es [c]. הִשְׁתַּחֲוֵיתִי אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֶיךָ *Incurvavi me*, Mo. V. (*gratias ago*; Chald. in V. Ca. Qui gratias agunt, aliquo signo exteriore solent animi gratitudinem ostendere [d]: *adoro*, Mo. ὁ. [nempe Complut.] *incurvans me* honorem habeo, JT.) *inveniam gratiam*, &c. Mo. V. &c. q. d. Utinam semper ità me ames †. Scribitur hîc præteritum loco præsentis *. ¶ *Usque Bahurim*] Urbs erat in tribu Benjamin quæ dicta *Almath*, 1 Par. 6. 60 [f]. & à Chaldæo paraphraste; & 1 Par. 3. cap. item 8 & 9. Nec mirum, sunt enim hæ voces ἰσοδύναμαι, *BAHURIM* juvenes, & *ALAMUTH* juventutem significat [g]. *Bahurim*

[c] San. [d] Me. † Mart. [f] Pi. [g] Mar. [h] V. ex Ma. Me. Mart. [i] Mart. [k] V. [l] L. * BA. 1. 2. 2. 12. † BA. 1. 2. 13. 189. [m] Me. [n] G. [o] Mart. [p] Me. [q] G. [r] Me. [s] Mart. [t] Me. [v] La. [x] Mart. [y] G. † Ga. [z] Mar. [a] Me. [b] San. [c] Ma. ex Jun. sim. Os. [d] V. † V. * M. [f] V. ex He. Mart. [g] Mart.

h V.Glass. hurim hîc ponitur pro *agro Bahurim* h, (ut alibi fit) nam
i Glass. gram. de ingressu in urbem v. 14. demùm narratur i. Vel,
hoc per anticipationem dicitur; nam quæ priùs illi acci-
k V. derint, exponuntur k. ¶ *Semei*] Homo impudens,
l G. & qui Cynicos maledicentiâ facilè vicisset l.
6. *Mittebat lapides*] Non quòd Regem attingere pos-
set, quem populus cingebat; sed illudebat intentatâ sal-
tem lapidatione: & illum vile aliquid esse significabat, &
lapidatione dignum tanquam adulterum, Deut. 22. Ezec.
m Sal. 23. 45, 47 m. ¶ *Omnis autem populus à dextrâ*, &c.]
Quamvis totus populus, &c. JT. [At alii in accusativo
ponunt, hoc modo, *& lapidibus petiit Davidem, omnémque populum*, Ti. Sy.]
n Me. 7. *Egredere*] Exi ex finibus regni Israelis n. Deponito
o Mart. regnum o. ¶ *Vir sanguinum*] i. e. homicida p.
p V. Pi. q V. ¶ *Vir Belial*] Vide Deut. 13. 13 q.
8. *Premunt te mala tua*, וְהִנְּךָ בְּרָעָתֶךָ] *Et ecce tu*
in malo tuo, Mo. ô. sub. *es*, P. id est, in pœna maleficio-
r Jun. rum tuorum r. Venisti *in malum tuum*, M. *Es in ma-*
litia tua, Jon. *Compensata est malitia tua*, Sy. sim. Ar.
s V. Calamitate & afflictione opprimeris s.
9. *Dixit Abisai*, &c.] Bonam causam habet, sed
t Mart. studium & zelum malum, sicut illi Luc. 9 t.
10. *Quid mihi & vobis?*] q. d. Quid habeo com-
v V. mune vobiscum v? Quid mihi vobiscum negotii est?
x Pi. ut Joan. 2. 4 x. q. d. *Omittite me* y. ¶ *Filii Zer-*
y Me. z Pi. sim. *viæ*] Hinc colligitur, Joabum quoque idem petivisse z.
L. Mart. Vel fortè veniebat ei in mentem Joabum præcipitem esse
a Mart. ad cædes a. ¶ *Dimittite eum, ut maledicat*, כִּי יְקַלֵּל]
b Di. τὸ כְּתִיב (*Chetib*) est כִּי; τὸ קְרִי (*Keri*) est כֹּה b. [Q.
sequuntur *Keri*,] *sic maledicat*, Jon. M. ô. Ita & Gene-
venses; sed hoc obscurum. Ideò R. Jes. dicit sensum
c Di. esse, sic ego acquiesco & maledicat. Non placet c. *Si-*
nite eum conviciari, Sy. sim. Ar. Strig. *Sic maledicit*,
Ti. hoc perspicuum; tamen meliùs quadrat τῷ *Chetib*,
d Di. quod quidam sequuntur d. *Quid mihi*; &c. *si* (*quia*,
Mo.) *maledicat*, P. sic JT. G. q. d. si fortè præceptum
† G. à Deo habet me maledictis puniendi, quis impediet †.
Malim, *enimverò maledicat*, ut כִּי augeat, sicut Gen 45.
26. *Joseph vivit* וְכִי *& enimverò ipse dominatur*, &c.
1 Sam. 14. 41. Jes. 7. 9. *Si non credetis*, כִּי *enimverò*
f Di. *non firmabimini*. *Sanè maledicat* f. ¶ *Dominus*
enim præcepit, וְכִי יְהוָה אָמַר] [Ità *Chetib*; at *Keri*
כִּי sine ו.] *Quia Dominus dixit*, Jon. sic ô. Ang. Ti.
Mo. *nam dixit*, &c. Belg. Verto *etenim* (hoc plus est
g Di. quàm *enim*,) ו ante כִּי auget causalitatem g. *Quid si*
Jehovah, &c? Ca. *atque si*, &c. JT. *nam si*, &c. Pi. Da-
vid verorum criminum conscientiâ tactus, si cum Deo res
fit, scit magna probra se meritum. Semei autem, cùm
nullum haberet à Deo præceptum, gravissimè hîc pec-
cavit contra legem, Exod. 22. 28. ita ut morte affici eo
h G. nomine posset; infrà 19. 20, 21. 1 Reg. 2. 9 h. *E-*
dixit, &c. JT. Heb. *dixit*; id est mandavit, Pi. Non
ità intelligendum est, quasi Dominus, vel Verbo, vel
Spiritu istud præceperit; sed comparativè, à secreto du-
ctu & providentia Dei, quæ Simei libidini suæ tradidit,
atque ità tamen malitiam istam ejus propriam ordinavit,
i Belg. ut per eam nunc Davidem castigaret, &c i. *Mandavit*,
k Pi. scil. per arcanum impulsum mali alicujus spiritûs k. [*Sed*
pes hîc aliquantisper figendus est; & videndum quodam-
modo Interpretes hunc locum explicant. Natura enim
hujus loci, & similium me invitum trahunt ad ea quæ
mallem scriptoribus polemicis relinquere. Dicam, sed
breviter, & quantum ad loci intelligentiam necesse est,
& quidem ex mente auctorum, neque enim meum judicium
(qualecunque) interponam.] Videtur hîc Deus statui
l Mart. author peccati, cùm à Deo proficiscatur hæc execratio l.
Et si Dominus præcepit ei, non peccavit Simei, sed Da-
m L. sim. vid præcipiens illius interfectionem, 1 Reg. 2 m. [Quid
E. dicendum?] 1. Deus non est per se causa peccati; nec
malæ res habent causam efficientem, sed deficientem,
ait August. de Civ. Dei. 12. 7. Est autem causa impro-
priè dicta, nempe removens prohibens; quomodò sol
discedens facit tenebras; & columnam amovens ruinam
n Mart. lapidum & ædificii, quæ tamen suo pondere ruunt n.
Deus est causa actûs, (cùm enim motus animi nostri sint
o Mart. res quædam, à Deo pendere non est dubium o,) non
autem defectus: quomodò in claudicatione motio est à
virtute motiva; deformitas autem & defectus ex curvi-
tate tibiæ. Constantia & audacia Semei, & entitas illi-
us actionis fuit à Deo; sed defectus, & quòd iniquâ vo-
luntate hoc fecerit, à libero arbitrio Semei profluxit p. p L.
Utitur Deus actionibus omnium rerum, etiam malorum
hominum ad sua consilia stabilienda; quemadmodùm ve-
nena adhibet medicus, ut sanet ægrotos; magistratus
Atheniensis, ut tollat sontes. Sic Deus peccata quæ causas
proprias habent depravatas regit, &c. Ità hoc loco, vo-
luit Deus & patientiam Davidis, & judicia sua contra Da-
vidis adulterium, &c. patefacere: Simei autem voluit
odium erga Davidem ostendere, & suis cupiditatibus non
autem voluntati Dei obsequi q. 2. Tò *præcepit* impro- q Mart.
priè accipitur pro *permisit*, vel *decrevit permittere* hanc
maledictionem, eamque *positivè ordinavit* ad meam pœ-
nam. Sic 1 Sam. 13. 14. *præcepit* Davidi; i. e. ordina-
vit ut regeret Israelem. 1 Reg. 17. 4. *Corvis mandavi*,
i. e. ordinavi, ut pascerent, &c r. Præceptum hoc non r La.
aliud est, quàm ordinatio Dei, quâ voluntate Semei ma-
lâ jam & ad maledicendum paratâ obtulit opportunita-
tem loci, & miseriæ ac fugæ regis, &c s. Non spectat s E.
Deus otiosus, sed judicis partes agit, & peccatum regit
quod ad tempus, modum, speciem, materiam; ut videli-
cet modò potiùs in hunc, modò in alterum feratur. Sug-
gerit Deus aliqua naturâ suâ bona, quæ incurrentia in
malam naturam fiunt occasiones peccandi t. *Præcipere* t Mart.
ponitur pro ordinare, Psal. 148. *Mandavit & creata*
sunt, Matt. 8. *imperavit ventis*, &c v. 3. Dominus v E.
dici potest propriè *ei præcepisse*, tanquam lictori suo, *ut*
maledicat Davidi: id est, sua Davidi scelera exprobret,
& publicè coarguat; licèt Simei limites excederet mandati
divini, & veris criminibus inter exprobrandum multa
falsa admisceret x. Porrò nihil potentius ad sedandum x T.
confirmandúmque animum contra omnes injurias & in-
commoda, quàm si consideremus ea non fortuitò, aut à
mortalium perfidia fuisse profecta, sed potiùs à vidente, &
jubente aut annuente Domino contigisse, adversùs quem
nemo quicquam molietur, in quo est vel pietas, vel pu-
dor, vel mens y. Non cogitat David de causa proxima, y Sal.
malâ voluntate Simei; sed recurrit ad providentiam Dei,
ut Josephus, Gen. 45. & Job 1 z. z Mart.
11. *Ecce filius meus*, &c.] q. d. Si fero majores in-
jurias, cur minores non ferrem? Filius meus, non tan-
tùm jacit probra (quod facit Simei) sed me occidere
vult a. ¶ *Qui egressus est de utero meo*, Sic M. P. a Mart.
מִמֵּעָי] *de visceribus meis*, Sy. Ti. Mo. JT. *è ventre*, ô. *à*
dorso, Ar. *ex corpore*, Strig. Belg. מִמֶּנִּי *ex me* habet. Ma-
nuscriptum b. ¶ *Filius Jemini*] i. e. Benjamini- b Jun.
ta c, & de cognatione Saulis. Vir, neque domo, neque c V.
familiâ, neque tribu meus d. ¶ *Dimittite eum ut* d Me.
maledicat?] Qu. Num rectè fecit David, quòd contume-
lias ferat, quas Magistratus punire debet? Resp. Rectè
& sanctè fecit. 1. Typum Christi gerebat contumelias
in cruce ferentis. 2. Regis est, fateor, punire scelera;
at cùm tempus datur: non prorsus pepercit, distulit sup-
plicium. Nunc erat tempus patientiæ & resipiscentiæ,
crucem ferebat, occupabatur aliis rebus, nec vacabat ul-
tionibus; tunc considerabat peccatum suum, & refere-
bat ad vindictam divinam, &c. 3. Veritus est, nè atroci-
ùs commoveretur, & tunc satius erat continere se intra
suos fines. 4. Spiritu vidit (propheta enim fuit) Deum
velle ipsum contumeliam istam tunc ferre †. † Mart.
12. *Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam*,
בְּעֵינִי] vel בְּעֹנִי quod Q. sequuntur. *Fortasse respiciet*
ad afflictionem (*humiliationem*, ô. *summissionem*, Sy. *mi-*
seriam, Ca.) *meam*, P. Ti. JT. Strig. Belg. Ang. Ac si
esset בְּעָנְיִי, quum sit absque affixo בְּעֹנִי éstque ἐμφατι-
κώτερον, *Respiciet afflictionem*, ut sit generalis sententia f. f Di.
[At alii sequuntur τῷ Chetib, quod est בְּעֵינִי] *ad* vel *in*
oculum meum, Mo. i. e. lacrymas oculorum meorum g. g V. ex M. Jon. & R S. in Di.
Ad lacrymas meas, Ang. Belg. *Aspiciet id quod ego oculo*
meo video, nempe contemptum & injuriam h. Kimhi Mart.
putat hîc scribi עֵינִי pro עָנְיִי. i. e. *causam*, vel *negotium* h R. Levi Ben. Gers.
meum i. Notant Hebræi fuisse olim בְּעֵינוֹ, ut dicatur *si* in M.
fortè respiciat Dominus in oculum suum, i. e. ad se rede- i M.
at. Mutatum hoc, quia videbatur sonare duriùs k. k G.
¶ *Et reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna*,
הַיּוֹם] *hodiè*. Hodiè me liberabit, Ità Q. Sed malim
referre ad maledictionem l. *Pro maledictione* quâ male- l Mart.
dixit *hodiè* m. Qu. Unde novit David sequuturam esse m Pi.
salutem?

salutem? Resp. 1. Ab exemplis Josephi, Jobi, &c. 2. Promiserat Deus se erepturum eos, qui ad ipsum clamarent. Dicit autem, *fortè*, dum enim gravitatem peccati sui cogitat, de restitutione sua in pristinum statum dubitat [n].

13. *Et mittens lapides*] non quòd pertingere ad Davidem possent, sed ignominiæ causâ [o]. ¶ *Terrámque spargens*, [וְעִפַּר בֶּעָפָר] Ad verb. *& pulverabat in pulvere*, Mo. *spargebat pulverem*, M. Ti. &c.

14. *Venit*] sub. *in Bahurim*; V. Pi. ex vers. 5. Pi. ¶ *Lassus*] non modò labore, sed etiam mœrore, qui exsiccat ossa, & fatigat corpus [p]. ¶ *Et refocillati sunt ibi*, [וַיִּנָּפֵשׁ שָׁם] *Et requievit* (*respirabat*, Mo. sic &. *recreavit se*, JT.) *illic*, P. Jon.

15. *Ingressi sunt Jerusalem*] eodem tempore quo David pervenit ad campestre desertum [q]. [Non ergò sine causâ David maturavit fugam.]

16. *Salve Rex*] *Vivat Rex*; quem tamen sublatum cupit. Perniciosa erat adulatio, & præclarum mendacium. Potiùs mori debuit, quàm scelerato in suo scelere blandiri [r]. Ludificatur ei ambiguo sermone [s]. Sic verba componit, ut Absalon ad se trahat, cùm ipse de Davide intelligat [t].

17. *Hæc est gratia tua*, &c? Sic V. [חַסְדְּךָ] *misericordia*, P. Mart. *benignitas*, Ma. q. d. Hæc rependis amico tuo pro beneficiis ab ipso acceptis [v]? Qualem ego te mecum futurum sperem, qui amicum deseris [x]? Quamvis excœcatus esset Abs. vidit amicorum officium esse, non deserere amicos. Sed in altero reprehendit Abs. quod in se non arguit. Is enim patrem deserebat: Non nominat patrem, quia eum odio habet [y].

18. *Nequaquam*: &c.] Liberat se à suspicione in Davidem. ¶ *Quem elegit Dominus — & Israel*] q. d. Vox populi est vox Dei; ideóque jure regnat Absalom [z]. Duas causas adfert; 1. Non est adversandum Deo. Voluntas ejus præferri debet omnibus vinculis. 2. Sum privatus, non debeo plebis consultis publicis adversari [a]. ¶ *Illius ero*] Ità Jon. Sy. M. P. Ti. Pi. sim. Ca. Strig. Scribitur hîc לוֹא pro לוֹ [b]. [Alii legerunt לוֹא, vertúntque] *non ero?* Mo. *non essem ejus*, &c? JT.

19. *Sed ut & hoc inferam*, [וְהַשֵּׁנִית] *& secundò*, P. JT. &. & Jon. in Mar. *secunda*, Mo. M. sub. *ratio movens me ut tibi adhæream* [c]. ¶ *Nonne filio Regis?* [לִפְנֵי בְנוֹ] *coram filio ejus*. Vacat istud *coram* quibusdam; aliis non item, quòd ea sit verbi עָבַד constructio; sic mox, *coram patre tuo* [d]. ¶ *Ità parebo & tibi*] Heb. *Ero coram te*, sub. *servus*, i. e. serviam tibi †. q.d. Nihil peccat in Regem, qui filium Regis bonis consiliis instruit [f]. Non video regnum ex una familia in aliâ transferri: non magna est mutatio. Absalon hîc patitur pœnam talionis. Dolis patrem circumvenerat, ità nunc dolis ipse capitur: malo nodo, malus cuneus [g].

21. *Ingredere ad concubinas*] Qu. Quæ causa hujus consilii? Resp. 1. Ut adeò gravem patri irroget injuriam, ut planè omnes sibi persuadeant nullam inter ipsos reconciliationis spem superesse [h]. Aliqui timidè sequebantur Absalomum, veriti nè patre & filio reconciliatis pœnas luerent [i]. Homo vafer scit nihil magis timere eos, qui principes sanguinis regii in factione sequuntur, quàm nè ii Principes reconcilientur cum Rege; & sic Rex compos iterum regni factus occasiones semet vindicandi quærat. Itaque solent hoc agere qui in tali parte sunt, ut res perducantur ad abrupta, nullámque sanationem recipientia. Sic Artabanes Persarmenius multos Persarum occîdit, ut ad Romanos transiens fidem apud eos inveniret, ut narrat Procop. Goth. 4. Thorum autem patris qui violat, is planè creditur nullum sibi receptum ad ejus gratiam relinquere. Quantus hinc dolor ex Jacobi animadversione in Reubenem intelligi potest; nec minùs ex Phœnicis de suo peccato narratione Iliadôs ι.

Οἷον ὅτι πρῶτον λίπον Ἑλλάδα, &c [k].

Nullum gravius erat scelus, quódque Regem magis pudore ac dolore compungeret. Hinc ergò conjiciebat, quòd, licèt juveniles impetus facilè franguntur, & David exorabilis esset; hoc tamen facto, nunquam fore, ut adolescens, aut pudore, aut metu violati parentis in suscepta cogitatione langueret. Resp. 2. Scimus usurpatum aliquid quod ad regiam personam pertinet, auspicium fuisse, aut initium regni. Hinc regiam vestem induere capitale erat, teste Plat. Confer 1 Reg. 2.22 [l]. 3. Sic Achitophel ulcisci voluit neptis injuriam, nempe Bathsabæ, quæ dicitur filia *Eliam*, 2 Sam. 11. *Eliam* verò dicitur filia Achitophelis, 2 Sam. 23. Ergò neptis ejus fuisse videtur ex filio, ut Hebræi volunt [m].

22. *In solario*] Heb. *super tectum*, scil. domûs regiæ [n], ut populus posset facinus istud spectare [o]. Tecta ibi plana erant. Vide ad Deut. 22.8 [p]. ¶ *Ingressúsque est*; &c.] Absalonis incestus gravior erat quàm Amnonis; Deus enim interdum concessit, ut frater sororem duceret, nunquam ut filius novercam haberet. Hoc incestu ostendit Absalom, se non voluisse, occidendo Amnonem, tollere crimen incestûs, quòd ab eo abhorreret [q].

23. *Quasi quis consuleret Deum*] Hyperbole est [r]. Comparatio est, non Æquiparatio. Comparatur autem cum divinis oraculis, non rectitudine. Sed 1. pretio in quo tum fuit [s], authoritate responsis Dei pari [t]. 2. Certitudine eventorum. Fuit in eo naturalis quædam circumspectio, quâ apta media ad quemvis finem excogitare, & opportunè applicare potuit [v]. Sensus est, Etsi facinus, omnium judicio per se horrendum erat: tamen tanta erat apud omnes Achitophelis auctoritas, ut rem Absalomo & factiosis Israelitis probaverit [x]. Vel hoc additur, ut doceat in quanto periculo David versatus fuerat [y]. ¶ *Et cum David & cum Absalom*] Qu. Quomodò sanctus David tam scelerati viri consilio tamdiu uti voluit? Resp. Achitophel se rebus præsentibus accommodavit, erga bonum Regem malitiam celans, erga pravum ostendens [z].

Marginal notes: [n] Mart. [o] Mart. [p] Mart. [q] San. [r] Mart. [s] Ma. ex Jun. [t] Ma. [v] V. [x] Me. [y] Mart. [z] G. [a] Mart. [b] M. Pi. [c] M. sim. Mar. V. [d] V. † V. [f] G. [g] Mart. [h] Me. sim. Jun. Pi. Ma. L. San. Mart. M. [i] Me. [k] G. [l] San. [m] Mart. sim. M. [n] Jun. Pi. sic V. [o] Pi. [p] Ma. [q] Mart. [r] Me. [s] Mart. [t] V. [v] Me. [x] Ma. ex Jun. [y] Mart. [z] Procop. in San.

CAP. XVII.

1. *Eligam mihi duodecim millia*] q. d. Fac mihi potestatem deligendi [a]; ex illa multitudine, quam ex Hebrone secum Absalom attulerat [b]. Breve consilium: rem ponit & causas rei. Adeò confidit suo consilio, ut ipsemet velit periclitari. ¶ *Persequar hâc nocte*] 1. ad horrorem incutiendum; 2. ad celeritatem [c]. Frequenter in bellis quæritur, Festinare rectius sit, an bellum ducere, & majores copias opperiri; qualis consultatio egregia inter Othonianos duces, Tacit. hist. 2. Hîc autem haud dubiè dies erat pro legitimo Rege. Primùm fuga ex urbe magnum haud dubiè pavorem in sectantes ipsum intulerat; quo recente facilè opprimi ille potuit; Deinde locum hîc habebat illud quod idem ille Tacitus habet hist. 1. *Daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum consensui spatium: scelera impetu, bona consilia morâ valescere*. Livius, *Nunquam defuturos*, ait, *qui gratiam melioris partis bono publico velint quæsitam* [d]. Consilium hoc utile erat & opportunum †; *Occasio plus valet in bello quàm virtus*, ait Veget. 3.28. Celeritas plurimùm valet; unde illud Cæsaris, *Veni, vidi, vici* [f]. De Pompeio dixit Cæsar, *Penes hostem hodiè victoria fuit, si eâ scivisset uti* [g]. Si statim insecuti fuissent Davidem, eum inermem, desertum, & imparatum oppressissent [h]. ¶ *Lassus est*] Optimè hoc videbat. Gravabatur, 1. molestiâ animi; 2. labore itineris; 3. inopiâ rerum. Sed non cogitabat Deum reficere Davidem posse, &c.

2. *Est remissis manibus*, Ità P. Mo. Sy. Jon. sim. &. [וּרְפֵה יָדַיִם] *Et debilis manibus*, i. e. animo remisso; q. d. quem inveniam fatigatum & remissum [k]. Non suppetunt ei vires pristinæ. *Manus* robur sign [l]. ¶ *Percutiam eum*] Heb. *terrebo*. Mart. sim. Ma. repentino meo adventu. Nox item erat, & videbat multos defecisse [m].

3. *Et reducam*, &c.] Difficilis satìs hic est versus. LXX non possunt cum textu conciliari; nec Vulgatus; etsi propiùs accesserit [n]. [כְּשׁוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה מְבַקֵּשׁ כָּל־הָעָם יִהְיֶה שָׁלוֹם] [Variè reddunt;] *Secundùm redire omnem virum, quem tu quærens*, &c. Mo. *cùm revertitur omnis vir quem tu quæris*, &c. Q in Di. Non placet; nam 1. הַכֹּל per (accentum) Zakeph gadol distinguitur, nè cohæreat cum sequenti הָאִישׁ, 2.

Sic

Marginal notes: [a] V. [b] San. [c] Mart. [d] G. † San. La. [f] La. [g] Mart. [h] La. [i] Mart. [k] V. [l] Mart. [m] Mart. [n] Di.

Sic dicendum fuerat הָאִישׁ כָּל non הַכֹּל־הָאִישׁ sicut bis in hoc versu dicitur כָּל־הָעָם *omnis populus*; quia sicut apud Arabes & Syros, ità apud Hebræos כֹּל substantivè usurpatur, regitque alterum substantivum in genitivo; nec tum ה emphaticum ante se admittit [o Di.]. [At Sy & Ar. in suis versionibus accentum negligere videntur, sic vertentes, *Ac si rediret quisquis quem velles*; Sy. *Quemadmodum conversus est universus populus, quoscunque volueris & optaveris*, Ar. Sic & alii nonnulli.] *Cúmque omnis vir reductus fuerit, quemadmodum quæris*, &c. Os. (*Cúmque omnes viri, quos tu cupis, ad te reducti fuerint, pax erit*, &c.) Ti. [Parenthesi includunt.] *Postquam omnes ad te reducti fuerint, sicut tu expetis, universus populus pacem colet*, Strig. [Alii separant הַכֹּל ab הָאִישׁ, & Ellipsin faciunt,] *Et cùm reversi fuerint omnes, & interfeceris virum quem tu quæris, —— populus erit in pace*, P. sim. Jon. teste K. in Di. *Perinde ac si reducerem quamcunque rem*; *& quum* percussero *virum quem tu quæris*, &c. M. *Sicut revertitur omnis res quam vult homo reducere ad se, tam facilè erit mihi reducere ad te omnem populum*, K. in Di. *Vir quem tu quæris*, sub. *fiat de eo petitio tua, & occidetur*, RS. in Di. Sed non sunt frustra fingendæ tantæ Ellipses [p Di.]. *Cùm reversi fuerint omnes, vir quem tu quæris, veniet in potestatem tuam.* Alii, converso ordine, *Vir quem tu quæris reputabitur ut reversio omnium*, i. e. interfectio Davidis erit causa cur omnes revertantur, &c. Alii item converso dictionum ordine, *Cúmque reversi fuerint omnes, universus populus erit in pace*; (i. e. salvus:) *nam is quem quæris est vir ipse*, i. e. caput & dux populi: h. e. tu solum principem quæris [q V.]. *Quasi restitutio rerum omnium est is quem tu quæris*, JT. At restitutio, esset הָשִׁיב in *Hiphil*, cùm hîc sit שׁוּב in *Kal*; & הַכֹּל ad personas referendum potiùs, de quibus hîc agitur, quàm ad res [r Di.]. *Quasi reversio omnium est vir, sive is, quem tu quæris*, Pi. Di. ex R. Levi & Genev. Sive, est *ac si omnes reverterentur*, Ang. R. Levi in Di. nam interfectio Davidis id trahet secum, quòd revertentur ad te omnes, &c. R. Levi in Di. Vel sic verti potest, *Quum revertuntur omnes, quilibet quem tu quæris, totus populus erit salvus.* הָאִישׁ sumitur pro *quilibet*, etiam cum ה emphatico, ut Psal. 1. *Beatus vir*, הָאִישׁ i. e. quilibet, &c [s Di.]. Sensus est, unus peribit, parcetur multitudini [t Mart.]. Bellum civile sæpe unius hominis sanguine transigitur. Sic Pisone occiso, levata Othoni omni sollicitudine mens. Præcipuè verò id locum habet ubi proximus ad regni successionem regnum senectâ patris detineri non patitur. Talis enim ipso crimine unde damnandus esset absolvitur. *Honesta quædam scelera successus facit* [v G.]. Pacem sibi promittit, ut solent impii: sed res longè aliter cadit [x Mart.].

4. *Placuitque*, &c.] Heb. *rectum fuit*. Quæ recta sunt, placent [y V.].

5. *Vocate Chusai —— & audiamus quid etiam ipse dicat*, [מַה־בְּפִיו גַּם הוּא] *Quid in ore suo*, vel *ejus, etiam ipse*, Mo. vel *etiam ipsius*, ό. vel *etiam ipsi*, JT. *ut audiamus ipsum quoque quid dicat*, Ti. Nota providentiam divinam; licèt Achitophelis verba instar essent oraculi, tamen in illis non satis acquiescert, nisi etiam Chusai accedat authoritas [z San.]. Excæcaverat Deus Absalomum, ut Chusai sibi fidum amicum crederet, qui Davidi intimus fuerat. Ità merebatur. Attendamus, Absalomum Arcam & sacerdotes habuisse: Deum tamen non consulit: sat habet humanorum consiliorum [a Mart. ad v. 13.].

7. *Non est bonum —— hac vice*] q. d. aliàs bona sæpe dedit consilia [b Pi.]; modestè & urbanè discedit à consilio Achitophelis, nè se suspectum redderet; q. d. bona cum venia prudentissimi istius viri dixerim, in hac causa fallitur [c Ma. ex Jun.]. *Quandoque bonus dormitat Homerus* [d L.]. Chusai primùm evertit consilium Achitophelis, tanquam plenum periculorum, deinde suum profert [† Mart.].

8. *Et amaro animo*] Ità V. i. e. vehementer irati [f V.]; animo exacerbato [g Pi.]; q. d. periculosum est cum desperatis hominibus pugnare, non inulti cadent [h Me. sim. San.]. Ulcisci volunt injurias & Regis & suas. ¶ *Veluti si ursa raptis catulis*, &c.] quæ in primum quem obvium habet incurrere solet [i Mart.]. Sic poetæ, nec magis tutò,

Fumantem vivi nasum tentaveris ursi [k G.].

Dicitur & ursina rabies de vehementer iratis. Vide & Prov. 17 [l Mart.]. ¶ *Nec morabitur cum populo*, [וְלוֹא יָלִין אֶת־הָעָם] *Et non pernoctabit* (*non moratur*, M.) *cum populo*, Mo. P. [sim. plerique] i. e. non capiet somnum [m V.]. Novit astutias quasque bellicas, & non moratur ultra unam noctem in uno loco, nè ab hostibus incautè obruatur [n M.]. Excubias habebit, non de improviso opprimetur, ipse latitabit [o Mart.]. Vel sic, *non pernoctare sinet populum*, Os. [Vox יָלִין est in Hiphil.]

9. *Latitat in foveis*, &c. נֶחְבָּא בְּאַחַת הַפְּחָתִים או [בְּאַחַת הַמְּקוֹמוֹת] *Latens in una fovearum*, Mo. V. sim. P. JT. (vel *in spelunca*, Ti. sic Jon. Strig.) *vel in uno locorum*, Mo. *in quodam alio loco*, P. sic Sy. Ar. Ti. *in aliquo loco* tuto, M. *in aliquo è locis suis*, JT. i. e. ipsi jam inde à persequutione Saulina cognitis [p Jun.]. Sensus est, insidias tendit [q Mar. sim. Os.], et expectat occasionem, quâ subitò in exercitum impressionem faciat [r Os.]. ¶ *Et cùm ceciderit unus quilibet in principio*, [וְהָיָה כִּנְפֹל בָּהֶם בַּתְּחִלָּה] *Cùm inciderint in illos initio*, P. sic ό. Cùm tui inciderint in ea loca occupata à David, aut in ipsum David, &c [s Nobil.]. Cùm milites tui irruerint in illos ad prælium paratissimos [t V.]. *Jam si* (vel *cùm ergò*, Ar.) *irruerimus in eos ut anteà*, Sy. sim. Ar. *cùm ceciderint ex istis* (vel *in eis*, Jon. sub. *aliquot*, JT. sic M.) *in* vel *à principio*, JT. M. vel *ad primum congressum*, Ti. ¶ *Facta est plaga*, &c.] Hoc volebat quod Tacitus dixit histor. 2. *Ut initia belli provenissent, famam in cætera fore* [v G.]. Prima pugna, qualis qualis, totius certaminis præjudicium quoddam videbitur [x Mart.]. Solent homines, in bello, mercatura, navigatione, ex principiis futura conjectare [y San.].

10. *Et fortissimus quisque*] Heb. *Ipse etiam filius virtutis*, V. vel *roboris*, Pi. Quivis fortissimus, vel ipse etiam Achitophel, qui dat hoc consilium [z Me.], quamvis fortissimus, trepidabit [a V.].

11. *Sed hoc*, &c. [כִּי יָעַצְתִּי] *Quoniam consului*, Mo. *sed consulo*, P. [sim. plerique.] *sed consuluerim*, Tig. not. *sic consulo*, כִּי pro כֵּן Mar. ¶ *Congregetur universus Israel quasi arena*, &c.] Quid spectat consilio suo? Dilationem temporis; non vult citò Davidem opprimi, nè imparatus foret. Hoc dicit, Diversum consulo, non dico noctu fiat; differatur, securè pugnemus, non exponamus nos periculis fortunæ [b Mart.]. *Congregando congregetur*, i. e. citissimè congregetur [c V.]. ¶ *Tu eris in medio eorum*, [וּפָנֶיךָ הֹלְכִים בַּקְרָב] *Et facies tuæ euntes in conflictu*, Mo. *pergant* (*eant*, Tig. not.) *ad prælium*, M. *euntes ad accedere*, i. e. ad bellum, Mar. *Et facies tua vadat in bellum*, P. *& facies tua pergens in medio eorum*, ό. *tu ipse præsens adsis in conflictu*, Ti. V. Præsentia tua est necessaria in prælio; sic enim populus erit animosior [d M.]. Te milites pluris facturi sunt, quàm Achitophel, (à quo mercedem non erant accepturi [† San.]) & tu incommodis omnibus faciliùs occurrere possis [f T. ferè ex San.]. Quantum confert Imperatoris adspectus in bellis omnes annales docent. Vide Plin. Panegyr. ad Trajanum, & Onosand. Strateg [g San.]. Tibi etiam ascribetur victoria, non legato tuo. Intereà quæritur exitium Absalomi; nam tùm præsens est, ibi interficitur. Docet eam confidere multitudini: in quo maledictio latitat. Nulla mentio auxilii divini. Omnia sunt Thrasonica [h Mart.], & ad adolescentis insani vanissimum ingenium accommodata [i San.].

12. *Et operiemus eum*, [וְנַחְנוּ עָלָיו] *Et castrametabimur super* (vel *adversus*, V.) *eum*, Mo. ό. à חָנָה *castrametari*, Q. in V. *obsideamus eum*, Sy. sim. Ar. *& decidemus super illum*, Jon. *irruemus in eum*, P. Ti. *& commodè ingruamus ei*, JT. *& quiescamus* (*requiescemus*, V.) *super eum*, Jun. Pi. à נוּחַ (*quiescere*) i. e. *occupabimus, obruemus* eum, aut subitò, aut multitudine [k V.]. [Fortè נַחְנוּ pro אֲנַחְנוּ, quod fieri solet, ut breviter & emphaticè sit dictum, *& nos super eum*, sub. *erimus*, seu *incidemus super eum*.] *Et operiemus eum*, sic Cl. Marcellus in declamatione pro trecentis ad Thermopylas, *Non vincent nos, sed obruent.* Et Xerxis adulatores, —— *illâ mole non vinci solùm Græcia, sed obrui posset*, Seneca de Benefic. 6. 31 [l G.]. ¶ *Sicut ros*] Cujus guttulæ innumerabiles sunt [m Me.].

13. *Circumdabit civitati illi funes*] Heb. *ferent* vel *levabunt funes*, M. i. e. machinas bellicas funibus ductiles, sive scansorias sive demolitorias [n Ma. ex Jun.]. *Funes afferent*, nempe ad ædificandas machinas militares, quarum multæ funibus contexuntur [o Mart.]. *Funes, vincula, & libramenta tormentorum*, Tacit. hist. 3 [p G.]. Vel est Hyperbole, quam

Hebræi גווטא vocant [q]. Dictum hoc militari jactantiâ [r]. Omnia tragicè & magnificentissimè loquitur, ut consilium juveni ambitioso probaret. Vel חֲבָלִים sign. *cuneos* vel *turmas*, ut 1 Sam.10. Ità sensus erit, admovebimus cohortes undique circa civitatem [s]. *Cingent eam turmæ*, Jon. in M. ¶ *Trahemus eam in torrentem*] Ità Mo.P.&c. id est, in fossas urbis. Eæ plerumque aquis plenæ sunt [t]. *Usque ad torrentem*, JT. vertò, *torrentem aliquem*. Articulus ה hîc valet pronomen indefinitum [v]. Omnes ruinæ reliquias aut cineres in amnem deportabimus tot manuum facili labore, ut ità in mare ferantur nunquam conspiciendæ ampliùs [x]. Proverbialis & hyperbolica gloriosorum militum jactatio; qualis Isa. 7. *ut avellamus eum* (Judam) *ad nos* [y]. Sic facilitatem & gravitatem excidii exprimit, ut 1 Reg. 20. 10 [z]. אותו est masc. cùm עיר sit fœmin. K. ergò מִגְדָּל *arcem* intelligit [a]. ¶ *Nè calculus quidem*, צְרוֹר] *lapillus*, Mo.P.Pi. dictus à צרר arctavit, quòd lapillus in calceo arctat & molestat pedem [b]. Similes alibi hyperbolæ occurrunt, ut Ezec. 26. *Radam pulverem*, &c. Mat. 24. *Non relinquetur lapis super lapidem*. ¶ *Ex ea*, שָׁם] *ibi*, scil. in illa civitate; vel *in illo torrente*; nam torrentes lapillis abundare solent [c].

14. *Domini nutu dissipatum est consilium Achitophel utile*, וַיהוָה צִוָּה לְהָפֵר אֶת עֲצַת אֲחִיתֹפֶל הַטּוֹבָה] *Et Dominus præceperat*, Mo. V. Pi. sub. vel *angelis*, V. vel *Chusaio*, ut tale consilium daret; h. e. indiderat animo ejus, & eò impulerat. Metaphora [d]. *Præstituerat*, JT. (*præcepit*, ö. & Jon. in Mar. i.e. voluit, providit, Mar.) *infringere* (*destruere*, P. *irritum facere*, JT.Pi.) *consilium Achitophel bonum*, Mo. P. Scriptura loquitur more humano; *bonum* dicit, id est, aptum atque utile medium ad id consequendum quod proponebatur [†]. Bene Ammianus l. 14. *Manum injicientibus fatis, hebetari sensus hominum & obtundi*. Sic Homerus,

——Τῷ δ' φρένας ἐξέλετο Ζεύς [f],

(*Huic Deus mentem abstulit*.) Duo consilia dederat Achitophel, 1. ut patris uxores violaret, 2. hoc de quo agimus. Prius non fregit Deus, quia statuerat Davidem pœnâ talionis punire. Alterum frangit, quia decreverat Davidem non occidi ab istis. Consilia ergò impedit Deus prout contra sua decreta faciunt aut non faciunt. Hæc est maxima consolatio piorum. Videmus hîc corda regum esse in manu Dei; amplissima est providentia Dei; admiscet se rebus omnibus [g].

15. *Et ait Chusai*] Chusai prodit arcana. Sæpe consiliarii jurati sunt nè revelent arcana. Sed omnia juramenta interpretanda sunt salvis Dei mandatis, salvâ charitate, nec ullum juramentum de arcanis non dicendis est, quod ità obstringit nos, quin si in salutem proximi, rei publicæ, aut ecclesiæ faciat, liceat revelare. Juramentum non est vinculum iniquitatis [h]. ¶ *Sacerdotibus*] i. e. summis, sive Pontificibus [i].

16. *Nè fortè absorbeatur Rex*] Sic M. Ti. JT. vel *nè absorbeatur Regi*, Pi. sim. Mo. q. d. nè absorptio accidat Regi [k], פֶּן יְבֻלַּע לַמֶּלֶךְ, *nè fortè pereundum sit Regi*, Jon. *nè pereas tu*, Sy. Ar. *nè absorbeat Regem*, ö. Sed quare voluit hoc Davidi nunciari, cùm omnes sententiam suam approbâssent [b]? Resp. Nè fortè iterum Absalon in Achitophelis consilium inclinet [c]. Novit populum levem esse, Regem inconstantem, prout viderat; laudârat enim consilium Achitophel, mox ab eo discedit: astutus erat Achitophel, & multùm valebat gratiâ [d]. Vel monet Davidem, ut Jordanem trajiciat: quò majus spatium haberet colligendi exercitûs, &c [†].

17. *Juxta fontem Rogel*, Sic JT. V. sim. ö. P. Mo. בְּעֵין רֹגֵל] *Prope fontem* (vel *puteum*, Ar.) *fullonis*, Sy. sim. Jon. Locus hic fuit in termino Judæ & Benjaminis, prope Jerosolymam, Jos. 15.7. & 18.16 [f]. Loci fuit & fontis nomen [g]. Fuit hic fons in suburbanis Hierosolymæ versùs orientem [*]. Ibi stabant, ut cùm illis esset renunciatum quid dicerent, proficiscerentur [h]. ¶ *Abiit ancilla*] quasi vestes lotura, ut res occultior esset [i]. ¶ *Et illi profecti sunt*, &c. וְהֵם יֵלְכוּ וגו'] *Ipsi verò ituri erant, & renunciaturi*, &c. P. *ut euntes indicarent*, &c. Sy. JT. &c. ¶ *Non enim poterant videri, aut introire civitatem*, לֹא יוּכְלוּ לְהֵרָאוֹת לָבוֹא הָעִירָה] *Non poterant comparere, aut ingredi* (vel *ingrediendo*, Pi.) *in civitatem*, JT. *Non poterant ostendere se ingrediendo*

q M. r M. s Mart. t Mart. v Pi. x G. y T. ex San. z Ma. ex Jun. a Mart. b Pi. c Pi. d Pi. † Mart. sim. Jun. Ma. f G. g Mart. h Mart. i La. k Pi. b Mart. c Me. sim. Ma. ex Jun. d Mart. † Me. f Ma. ex Jun. g Mar. * Me. h V. i Mar. ex Hi. sim. Jo. & He. in San.

(vel *videri ingredi*, Mo.) *urbem*, P. *Non poterant videri ad intrandum*; constructio inversa, pro *non poterant introire, nè viderentur* [k]: *illi enim palam urbem ingredi non audebant*, Ti. *non autem audebant illi apparere, ut ingrederentur*, M. *Non poterant*, id est, ex condicto parentum non debebant. Verba potestatis sæpe sumuntur pro verbis debiti aut juris, ut Gen. 44.26 [l].

18. *Habebat puteum in vestibulo*, בַּחֲצֵרוֹ] *in atrio suo*, P.Mo.&c. Paucæ in illis locis erant aquæ manantes, unde frequens cisternarum, seu lacuum, qui etiam putei dicebantur, usus. Hi verò putei interdum sicci erant, quales illi erant in quos demissi erant Josephus, Gen. 37. & Jeremias. Puteus hic illis occultandis commodissimus fuit, quia nemo existimaret in loco patenti illos latuisse [m].

19. *Expandit velamen super os putei*] Ità ut nè puteus quidem ipse appareret, cùm careret peribolo [n]. ¶ *Quasi siccans ptisanas*] Ptisana est hordeum decorticatum [o]. וַתִּשְׁטַח עָלָיו הָרִפוֹת, *Et distendit*, vel *expandit super eum contusa grana*, P.Mo. sim. Jon. Jun. Tig. not. *hordeum* (vel *triticum*, M.) *contusum*, Ar. Ti. Ptisanas hîc posuit, quasi multo anteà illas ad solem siccare voluisset. Atque hinc colligitur æstate ista contigisse [p].

20. *Respondit, Transierunt*, &c.] Mendacium hoc erat, animus tamen ejus bonus fuit; qui placuit Deo [q]. ¶ *Transiverunt — gustatâ paululum aquâ*] sim. ö. nempe Complut. in Nobil. [At Romana editio habet, *prætererunt pusillum aquæ*,] quasi מִיכַל vel מְכַל fuisset ab אכל mutato א in י, sicut מֵימַר ab אמר; ità divinantes de nomine ipsis ignoto [r]. עָבְרוּ מִיכַל הַמָּיִם, *transierunt rivum*, vel *decursum aquarum*, Mo. Ti.M. sic JT. V. Buxt. ex He. *Vadum aquæ*, P. Sed vox מִיכַל pro rivo nusquam comparet [s]. Vox nihili est, quare legendum מִיבַל per ב, nempe à יָבַל, unde אוּבַל & יוּבַל pro fluvio [t]. [Respondit Buxtorf.] 1. Critici מִיבַל nusquam comparet. 2. מִיכַל deduci posset à יָכַל; ut sit *fortitudo, vehementia aquæ*, seu *fluxus* vel *cursus aquæ*; ut RS. utrumque enim ea vox notat [v].

21. *Transite citò fluvium*] Infirmioribus utile est amnem inter se & hostes interponere [x].

22. *Et transierunt Jordanem, donec dilucesceret*; sim. Jon. P. Mo. Ti. עַד אוֹר הַבֹּקֶר] *Usque dum illuxit manè*, V. [Alii hæc verba cum sequentibus connectunt, versimque sic reddunt] *transierunt Jordanem: dum illucesceret manè nè unus deerat*, JT. *& cùm orta esset aurora, nemo remansit*, &c. Sy. sim. Ar. Transit fluvium noctu, ità ut sub auroram omnes transmiserint [y]; vel naviculis, vel vado [z]. Nemo vel deficit in tantis laboribus, vel perit in aquis, vel in tenebris aberrat. Agnoscimus typum veri Messiæ. *Non perdidi quenquam* [a]. ¶ *Nè unus residuus fuit*, עַד אַחַד לֹא נֶעְדָּר] *Non unus defuit*, M. sic Jon. JT.P. Ti. manè lustrato exercitu invenit neminem desiderari [b]. *Nemo remansit qui non transiverit*, &c. Sy. sim. Ar. *non defuit*, &c. Mo.

23. *Abiit in domum suam & in civitatem suam*] i. e. Quæ erat in urbe sua: nam habebat alias domos quæ sitæ non erant in eadem urbe [c]. ¶ *Et dispositâ domo suâ*, וַיְצַו אֶל־בֵּיתוֹ] *Et mandavit domui suæ*, ö. sim. Mo. *præcepta dedit familiæ suæ*, P. sic JT. *de familia sua*, i. e. Cùm mandâsset aliqua de his quæ vellet fieri se mortuo [d]. *Et dispositâ re familiari*, Sy. *Et cùm dedisset filiis suis præcepta ac monita quæ voluit*, Ar. Sensus est, Testamentum fecit. Sic Isaias dixit ad Ezechiam, *Dispone domui tuæ*. Magna hæc stultitia erat; Cogitat de domo sua, agris, &c. de anima & vita æterna nihil [*]. ¶ *Suspendio interiit*, וַיֵּחָנַק] *strangulavit* (vel *suffocavit*, ö) *se*, Mo.P. *strangulatus est*, Ti. vel à seipso, vel à servulo, cui id jusserit [†]. Vox חָנַק quæ *suspendium*, eadem & *indignationem* significat, & sic Arabes usurpant. De voce Græca ἀπήγξατο vide quæ diximus Mat. 27.5 [f]. Quidam Hebræorum morbo eum suffocatum volunt [g]; ab angina; absurdum enim putant virum prudentem seipsum suspendisse. Sed ferè omnes ad suspendium rectiùs referunt; חָנַק in conjugat. *Niphal* verbum reciprocum esse docet Pagninus [h]. Id fecit, 1. Ex indignatione ob reprobatum ipsius consilium [i]. Impatiens erat istius repulsæ & ignominiæ [k]. Maluit mori, quàm ingloriùs vivere: nam si vinceret Absalon, Chusai consilio, non suo vicisse videretur. 2. Ex metu [l]; suspendium infame & violentum redemit suspendio spontaneo [m]. Victoris iram antevertit;

k Mart. l Glas. gram. 260. m San. n Me. sim. San. o Mat. p San. q Mart. r Buxt. vind. 971. s G. Cap. t Capel. Crit. v Buxt. vind. 971. x G. y Mart. z Me. a Mart. b Ma. ex Jun. c V. d V. * Mart. † Ma. f G. g Ma. h San. i L. k San. l Mart. m La.

antevertit; prævidit enim Absalomum spreto suo consilio certissimè periturum [n]. Cogitat reconciliationi nullum locum esse. Impii alios suo pede metiuntur. At David placito erat ingenio, solebat resipiscentibus veniam dare. Malum consilium consultori pessimum; foveam fecerat Davidi, in quam ipse cecidit. Habebatur sapiens consultor, sed sibi sapiens non fuit [o].

24. *Venit in castra*] Heb. *in Machanaim*, Ma. Est hîc nomen loci [p]. Civitas hæc erat juxta regionem Galaaditidem, haud procul ab Ammonitide, ut colligitur ex v. 27 [q]. Pulcherrima erat ac munitissima illius tractûs urbs [r]. Fuit regia Isboseth [s]. Ibi Jacob habuit Angelos adjutores, Gen. 32. & David sperabat simile auxilium [t], simili metu affectus. Erat civitas sacerdotalis & refugii. Ibi contraxit majorem exercitum [v]. ¶ *Et Absalom transivit Jordanem*] Non statim, sed post aliquot dies, expectato ex Chusai consilio Israelitarum conventu. Constat ex eo, quòd multi, qui longè aberant à Machanaim, quales Ammonitæ fuerant, Davidi ante Absalomi adventum subsidia attulerant [x].

25. *Qui vocabatur Jetra de Jesraeli*] Civitate Juda, sicut & Achinoam uxor Davidis [y]. Heb. *Israelita*, Ma. V. M. Unâ literâ mutatâ videtur hîc olim fuisse positum יִשְׁמְעֵאלִי, ut in Hebræo, Græco, & aliis interpretibus, 1 Par. 2. 17 [z]. Sed Hebraici codices hîc constanter legunt *Israelita* [a]. *Israelita* erat genere, *Ismaelita* habitatione, quòd aliquandò apud hos habitâsset [b], ut suprà 15. 18. sexcenti illi Davidis viri appellantur *Gethæi*, quia in Geth fuerant [c]. Vel potiùs, *Ismaelita* erat genere, *Israelita* religione [d]. Erat, opinor, proselytus, qui cùm uxorem duxit Israelitidem, mutavit patriam & nomen. Alioquin cur *Israelitem* diceret, cùm nihil in eo esset novi? An novum est Israelitidem fœminam Israelitæ viro nubere †. ¶ *Qui ingressus est*] Modus hic loquendi furtivum indicat concubitum [f]. Fortè ante nuptias ceremoniales; Doctiores verò sic exponunt, *qui rem habuerat cum ea, ut vir cum uxore sua*; h. e. qui duxit uxorem [g]. ¶ *Ad Abigail filiam Naas*, &c.] *Naas* hîc est nomen, vel, 1. fœminæ, uxoris Isai [h]; vel, 2. viri: Is est *Isai* [i]; vel *Jesse*, qui binomius erat, ut constat ex 1 Par. 2. 13. ubi iidem filii & filiæ, & nepotes tribuuntur *Isai*, qui hoc loco dicuntur esse *Naas* [k]. Ut non opus sit crisi Capelli, qui pro נחש legendum vult ישי, quia ό. habent Ἰεσσαὶ; At 1. Illi respexerunt ad sensum, pro ignoto *Nachas* substituentes notius *Jesse*. [Ut ab illis alibi fieri antè notatum est.] 2. Alii codices Græci legunt Ναὰς conformiter Hebræo [l]. Erant ergò *Amasa* & *Joab* consobrini, filii duarum sororum [m]. Mirum est quomodò Absalom illi fideret, contra Davidem patruum ipsius. Sed is hoc honore eum obstrinxit, virum, ut videtur, ambitiosum. Primus hic locus erat post regem, quoad civilia: alioqui pontifex primus erat [n]. Porrò alia hæc erat *Abigail* ab illa cujus mentio, 1 Par. 2. 16 [o].

27. *Sobi filius Naas*, &c.] Hic erat vel, 1. Israelita, qui in Rabbath remanserat, eâ à Davide expugnatâ [p]. *Ammonitam* hunc dictum volunt, quòd inter illos peregrinaretur [q]. Vel, 2. Erat frater *Naas*, quem superaverat David in Rabbah [r]. Vel, 3. Erat frater *Chanun* filii *Nachas* regis Ammon, qui clemens olim fuit erga Davidem. At filius ejus *Chanun* legatos Davidis contumeliâ affecerat. Misericordiam igitur quam illi rependere non potuit, dicunt eum alteri fratri *Sobi* rependisse ac dedisse ei principatum. Unde fuit gratus erga Davidem, excepit eum liberaliter [s]. Vel, 4. Erat filius Hanon [t]. ¶ *Et Machir*] Idem qui *Mephiboseth* nutriebat. Vide suprà 9. 4 [v]. ¶ *Barzillai*] De quo posteà fiet mentio [x]. Videntur hi fuisse viri locupletes & nobiles [y].

28. *Obtulerunt ei*] Spontè, nec exspectantes donec rogarentur, quæ vera est misericordia. Sic solet Deus, cùm usitata auxilia longè absunt, suis de improviso succurrere. Filius Davidis insectatur eum. Alieni, qui non sunt de tribu Juda, clementer eum tractant. *Nemo propheta acceptus est in patria sua*, ait Christus. Nemo præscribat Deo modum opis ferendæ; suis opem fert quando & quomodò voluerit. ¶ *Stratoria*, &c.] Deerant enim illi & annona, & omne genus supellectilium. Illi ergò utroque rerum genere illum juvârunt [z].

[n] Ma. ex M.
[o] Mart.
[p] Græci in G. sic L. Mc. T. Ma. Mart.
[q] V. San.
[r] T.
[s] Jo. in Ma. T.
[t] Ma.
[v] T. ex San.
[x] Mart.
[x] San.
[y] Me.
[z] G.
[a] Ma.
[b] V. sic T. Mart.
[c] San.
[d] Ma. ex San.
† San.
[f] Me. & T. ex San.
[g] V.
[h] Q. in Ma.
[i] V. He. in M. T. ex San.
[k] T. ex San. sim. Mart. Buxt. vind. 591.
[l] Buxt. ib.
[m] Ma.
[n] Mart.
[o] G.
[p] He. in V.
[q] Mart.
[r] V.
[s] Mart. & plerique in Mart. sim. San.
[t] T. Me.
[v] Q. in V.
[x] Me. sic Ma. Mart.
[y] Mart.
[z] San.
[z] Mart.

Multa in beneficii nomen veniunt ob tempus quo dantur. *Quanti æstimas in solitudine hospitium, in imbre tectum, in frigore balneum aut ignem?* Senec. de Benef. 6. 15. Darius Sylosonti in Thalia Herodoti, Ὦ γενναιότατε, &c. *O generosissime mortalium, tu is es, qui mihi nihil habenti dedisti, parva licèt, at vel maximis (quæ abs te nunc acciperem) paria* [a]. ¶ *Stratoria*, מִשְׁכָּב] *Cubile* vel *lectum*, Mo. P. Sing. pro Plur. V. sic Sy. Ar. V. M. Ti. JT. *Strata*, M. *stratoria*; i. e. quæ pertinent ad lectum [b]. *Sindones, linteamina*, Jon. in V. *decem cubilia*, ό. ¶ *Et tapetia*, וְסַפּוֹת] *Et scyphos*, Mo. *crateres*, P. *pelves*, Ti. JT. He. in V. *hydrias*, V. *lagenas*, Jon. *& strata*, Sy. Ar. *tapetia*, ό. fortasse stragula & lectorum operimenta [c]. ¶ *Frumentum*, sic Mo. P. ό. Jon. Ca. וְחִטִּים] *Et triticum*, JT. ¶ *Et polentam*] Ita ό. Jon. V. P. &c. *triticeam* scilicet. In fine versûs polentam intelligit *leguminariam*; i. e. ex leguminibus factam [d]. וְקָלִי] *Et tostum*, Mo. *spicam tostam*, JT. qualis est farina avenacea, quæ non nisi tosta molitur †. Attulerunt duplices tostas spicas. Quædam erat ex tritico, & aliæ ex leguminibus [f]. ¶ *Fabam & lentem, & frixum cicer*, וְקָלִי] Eadem, quæ antè, vox [g]. [Eam ό. hîc omittunt. Reliqui reddunt,] *tostum*, Mo. *polentam*, P. Jon. *far tostum*, Ti. *tostam leguminum*, M. Vox *Kali* utrobique est in regimine & regitur ab ea, quæ ipsam præcedit, voce; Illud *& farinam* וְקָלִי est q. d. *tostum farinæ*: Hoc verò, *fabam, & lentem*, וְקָלִי est *tostum fabæ & lentium* [h]. *Et fabas & lentes etiam tostas*, JT. *Fabas, lentes, & fruges tostas*, Ca. Duo genera sunt τῶ *kali*, 1. ex frugibus; 2. ex leguminibus [i].

29. *Et pingues vitulos*] *Lactantes vitulos*, ό. [juxta Complut. edit. at juxta Roman. *Saphoth boum*.] וּשְׁפוֹת בָּקָר *Et eminentias boum*; i. e. præstantissimos ac pinguissimos boves [k]. *Et coagulationes bovis*, Mo. *Caseos vaccinos*, sive *bovinos*, P. Ti. Sy. M. Ca. Ma. *Caseos lactis vaccarum*, Jon. BA. ex He. Sic dicti, vel, à forma eminentiore, sive celsiore, unde & caseus גְּבִינָה dicitur [l]; vel à שָׁפָה, quod Hebræis & Chaldæis inter cætera significat *colare*, vel *percolare*; caseus autem non aliter fit, quàm *percolando*, ut serum effluat. Vide Job 10. 10. & Tibull. eclog. 2. 3 [m]. *Lac vaccinum*, Ar.

[a] G.
[b] V.
[c] Me.
[d] V.
† Ma. ex Jun.
[f] M.
[g] Ma.
[h] Mar. sim. Ma. BA.
[i] BA. 2. 16. 9. 46.
[k] Ma.
[l] Ma.
[m] BA. 1. 23. 32. 316.

CAP. XVIII.

1. *Considerato populo suo*, וַיִּפְקֹד] *Et visitavit*, Ma. ἐπεσκέψατο, ό. in G. i. e. cùm videret copias suas non minores hostilibus [n]. Habuit 4 bellatorum millia, ait Jo. sed ego plura habuisse suspicor [o]. ¶ *Constituit*, &c.] Priùs cum Deo agit, orat, flet, scelerum suorum eum pœnitet; deinde humana media quærit. Idem & nobis faciendum.

2. *Tertiam partem*, &c.] Distributio hæc in tres acies est tum commoda, tum usitata, ut exercitus instruatur circuli figurâ, itâ ut duo sint cornua, dextrum & sinistrum: deinde pars media in centro collocetur. Cavit confusionem. Ordo in acie maximum robur addit [p]. ¶ *Egrediar & ego vobiscum*] Novit quantam alacritatem afferat principis præsentia [q]. Noluit ipse in otio & extra periculum esse, dum alii sui causâ labores susciperent [r].

3. *Non magnopere ad eos de nobis pertinebit*, לוֹא יָשִׂימוּ אֵלֵינוּ לֵב] *Non ponunt* (vel *adjicient*, V.) *ad* vel *super nos cor*, ό. Jon. P. Mo. M. vel *animum*, Sy. JT. non valde curabunt, vel non magnificient victoriam illam [s], quamdiu teipsum non sustulerint [t]. ¶ *Tu unus pro decem millibus computaris*] Sim. Ca. Strig. sic ό. ὅτι σὺ ὡς ἡμεῖς δέκα χιλιάδες, *quia tu ut nos*, (id est nobiscum comparatus) *decies mille es*. Unde apparet illos pro עַתָּה legisse אַתָּה [v]. Eundem errorem reperies 1 Reg. 1. in oratione Bathsabæ ad regem *. [Non placet, Buxt.] Quidni אַתָּה subintelligi possit, quasi esset כִּי אַתָּה עַתָּה, quæ ellipsis nec dura est, nec insolens? Sic supplet Chald. Pagn. & alii, itaque hîc, ut sæpe, sensum reddiderunt, non verba [x]. *Et tu, sicut nos decem millibus*,

[n] G.
[o] San.
[p] Mart.
[q] San.
[r] Mart. sim. San.
[s] V. sic M. Mar. Ma.
[t] Os.
[v] Pi. Ca. pel. Ca.
* Ca.
[x] Buxt. vind. 574.

millibus, Sym. id est, tantundem vales tu unus ac decem millia nostrum [y]. *Nunc*, &c. i. e. Nunc autem cùm salvus sis. Subaudienda quædam; q. d. Pro decem millibus nobis similibus computaris; q. d. Te tanti faciunt. &c [z]. כִּי עַתָּה כָמֹנוּ עֲשָׂרָה אֲלָפִים *Quia nunc sicut nos decem millia*, Mo. *Nunc autem tu es quasi decem millia ex nobis*, M. *Etiamsi nunc perierint decem millia virorum similium nobis*, He in V. Sed hoc coactum nimis putant doctiores [a]; non magnificient victoriam te incolumi [b]. *Quamvis nunc vel jam ut sumus decies mille essemus*, Pi. JT. i. e. etiamsi decuplo plures, & instructiores essemus, non tanti facerent, &c [c]. *Quamvis nunc nostrûm sint quasi decem millia*; vel *quamvis nunc adhuc decies mille essent sicut nos*, si nostrûm adhuc decies mille plures essent. Non novum est, ut כִּי sign. *quum, quamvis* [d]. *Etenim nostrûm fermè sunt decem millia*, Ti. *Quare sufficiunt nobis decem millia*, Sy. sim. Ar. *Nam nunc tu potes roborare sicut nos decem millia*, Jon. *Quasi decem millia virorum nobiscum essent, tam bonum est si tu in urbe manseris, & inde nobis auxilieris*, K. in M. Quia sicut nos facilè reperiri nunc poterunt decem mille; id est, innumerabiles; fient tu verò, nullus [†]. ¶ *Melius est igitur ut sis nobis in urbe præsidio*, [וְעַתָּה טוֹב כִּי תִהְיֶה לָּנוּ מֵעִיר לַעְזוֹר] *Et nunc bonum* (*melius*, P. *consultius*, Sy.) *quòd sis nobis à* vel *ex civitate ad auxiliandum*, Mo. V. sim. P. ó. Ti. Glass. h. e. opitulans; ל infinitivo præfixum per participium exponitur, ut Jos. 2. 5. *Et erat porta* לִסְגּוֹר *claudenda* [f]. Al. *in civitate*, M. sic Ca. ó. *Si fueris nobis præstò è civitate*, Pi. [Alii aliter.] *Si fueris nostrâ causâ pervigil ad ferendum opem*, JT. מֵעִיר accipiunt pro participio Hiphil à עוּר; verùm ita non esset *pervigil*, seu *evigilans*, sed *evigilare faciens*, seu *excitans* [g]. Prior sensus simplicior est [h]. Præstat ut nobis opem feras ex urbe, precibus & consilio [i]; vel milites, aut commeatum mittendo [k]. Davidi erant commeatus, urbes, & trahendi artes [l]. Davidem exire noluerunt; quia nôrant totum pondus prælii cæteris missis in regem inclinaturum esse, ut antè in Saulem, & post in Ababum; q. d. Te salvo bellum redintegrari potest. Tam David, quàm populus in ista re non sua quærebant [m]. Tiberio *fixum* (erat) *neque se, neque rempub. in casum dare*, Tacit. Annal. 1. Distinctione tamen opus est. Nam *si status Imperii, aut salus Galliarum, in discrimen verteretur, debuit Cæsar in acie stare*, &c. Idem in fine histor. 4. Ideò Hist. 2. cùm narrâsset, *dubitatum interesse pugnæ Imperatorem Othonem, an seponi meliùs foret, perpulsumque tandem, ut Brixellum concederet, ac dubiis præliorum exemptus, summæ rerum & imperii seipsum reservaret*; addit, *Is primus dies Othonianas partes afflixit.* Tantum refert quo tempore aut loco quidque fiat. *Rarissimum, nec nisi ratione disciplinæ concessum, plus reponere in duce quàm in exercitu*, ait Tacitus ubi Cattos laudat. Virgil. de Apibus,

———*rege incolumi, mens omnibus una est*:
Amisso, rupere fidem——— [p].

Nota hîc providentiam Dei. Si adfuisset David, fortè non passus esset, ut Absalon pœnas daret: urgebat autem Absalomum divinum judicium, erat enim occidendus; ideò præsentem esse in bello oportuit [o].

4. *Quod vobis rectum*, &c.] Sic Claudius *unum se civium consensui imparem dicebat*, Annal. Tac. 12. Præcipuè verò *civilibus bellis plus militibus quàm ducibus licet*, ut ait Hist. 2 [p]. Decet Reges interdum subditorum consiliis parere [q].

5. *Servate mihi puerum*, Ita ó. [לְאַט לִי לַנַּעַר] *Leniter* (Heb. *sensim*, Jun.) *mihi* (*propter me*, P. JT. M. *in meam gratiam*, V. Mar.) *ad puerum*, Mo. *erga puerum*, JT. *cum puero*, M. Ti. *sub. agite*, M. Pi. Ti. vel *gerite vos*, R. Jes. in Di. *puerum sub. tractate*, P. Strig. Plerique [ut videmus] τὸ לְאַט adverbialiter accipiunt pro *leniter*, aut *quietè*, tum ellipsis est. Fortè est Imperativum à לָאַט *obvolvit, texit*; q. d. *Tege mihi puerum*; alloquatúrque Joabum tanquam præcipuum ducem præsentibus Abisai & Ithai; sic R. Levi sentire videtur, qui vertit *absconde propter me hunc puerum.* Et confirmari videtur ex v. 12. *observate quis in puerum*, sub. *involaturus sit*, & ab ejus vi protegite ipsum [r]. [Vide quæ ad v. 12.] φείσασθέ μοι τοῦ παιδαρίου, *parcite mihi puerulo*, ó. in Di. [vel *puerum*, ut vertitur in Bib. Polyglot.] *Cavete vobis mihi in adolescente*, Jon. in Di. *Habete curam pueri*, Ar. *Prehendite mihi puerum vivum*, Sy. Videtur subaudiri conditio, *si viceritis* [s]. Vel certus erat de victoria, cùm ex successu voti de divertendo Achitophelis consilio, sentiebat sibi numen esse placatum [t]. Leniter meâ causâ incurrite in illum, nolite sævire in illum [v]. Quantum vestrâ vigilantiâ potest provideri, cavete nè trucidetur; Ego quid de illo deinceps statuam, videro [x]. Dicit *mihi*; q. d. non ejus causâ; scio illum mereri mortem: hoc mihi date, non ejus meritis [y]. Nec *filium* eum vocat, nè crimen exaggeraret, sed *puerum*; q. d. Inconsideratè potiùs & imprudenter lapsus est, quàm impiè. Talibus prudentes veniam negare non solent [z]. Qu. Cur illi parcere cupiebat? Resp. 1. Quia videbat se non tam filii perfidiâ, quàm suâ culpâ ità vexari, & justo Dei judicio hæc pati [a]. 2. Ex στοργῇ vehementi quâ David laborabat erga liberos. Clemens erat David in hostes, magìs ergò in filium. Fuit typus Christi, qui orabat pro crucifigentibus ipsum [b]. 3. Noluit filium perire animo & corpore; quæsivit illi pœnitendi spatium [c]. Si dilationem tantùm pœnæ voluit David, non est reprehendendus; si omninò ignotum illi voluit, non est excusandus; si condonat, de suo, non dat [d]. Nimis indulgenter [agit David] & cum publica pernicie. Atqui Romanis antiquis non populi tantùm salus, sed & disciplina castrorum antiquior fuit, quàm caritas liberorum, L. Postliminium. §. Filius. D. de captivis. Cicero de finibus primo de Manlio Torquato agens, ait eum *ipsi naturæ patrioque amori prætulisse jus majestatis atque imperii* [†]. ¶ *Præcipientem pro Absalom*, [עַל דְּבַר אַבְשָׁלוֹם] *Propter* (*de*, JT.) *Absalom*, P. *de verbo* (id est re vel negotio,) *Absalomi*, Pi. sim. V.

6. *In saltu* (vel *sylva*) *Ephraim*, [בְּיַעַר] *In Sylva*, V. *ad* (i. e. prope, Pi.) *sylvam*, JT. Pi. nam ex verbis præcedentibus colligitur, prælium commissum fuisse in agro seu campo. Atque ità ב passim sumitur [*]. Sed quomodò *in sylva Ephraim*? Certum est prælium ultra Jordanem commissum esse [f]; non autem in tribu Ephraim. Nam 1. Et David & Absalom Jordanem transmiserant [g]. 2. Peracto bello David ut Jerosolymam rediret, Jordanem trajecit. At tribus Ephraim erat cis Jordanem [h]. [Variè expediunt.] 1. Nomen *Ephraim* appellativè sumunt, pro *in sylva augmenti*, aut *fertili* [i]. [Sy. & Ar. tantùm habent *ad desertum*.] 2. Videtur David denuò trajecisse Jordanem. 3. Aut potiùs ultra Jordanem saltum illum possidebat Ephraim [k]; forsan eum prætio coemerat [l]. 4. *Sylva* ista *Ephraim* dicebatur, quòd transmisso Jordane Ephrathæi illuc pastum pecora deducebant; quod vetitum non erat [m]. 5. Vel ob memorabile aliquod facinus quod Ephraimitæ ibi fecerant [n]. Fortè quòd ibi *Oreb* & *Zeeb* tempore Gedeonis interfecerant [o]; vel quòd ibi olim cæsi erant Ephraimitæ à Jiphthaco, Jud. 12 [p]. Multa loca ab aliquo facto nomen invenerunt. Sic *Ephrata* vocata est *Rachel*, quia ibi *Rachel* sepulta est; & locus alius dicebatur *planctus Ægyptiorum*, ab eo planctu, Gen. 50 [q]. Qui mos etiam nunc receptus est [r].

8. *Fuit ibi prælium dispersum*, &c.] q. d. statim turbati sunt ordines Absal. quod non mirum; Erant enim sine duce, quibus ipsa multitudo erat impedimento. Nec spatium illis dedit David, ut aciem disponerent [s]. [וַתְּהִי שָׁם הַמִּלְחָמָה נָפֹצֶת וגו׳] *Et fuit prælium dispersum in superficie universæ terræ*; M. P. Mo. vel *totius terræ*; JT. Pi. nempe illius, ubi committebatur prælium; q. d. non solùm agri, sed etiam sylvæ vicinæ. Hæc expositio confirmatur è sequentibus [t]. *Cùm ibi prælium esset sparsum*, &c. JT. sim. Ti. *Cùmque vehementer grassatum esset bellum inter eos*, Ar. Clades latè fusa [v]. *Et fuerunt ibi præliantes dispersi*, &c. Jon. *Ibique prælium*. &c. i. e. Tota ea regio operta erat militibus pugnantibus [x]. ¶ *Multo plures saltus consumpserat*, &c. [וַיֶּרֶב הַיַּעַר לֶאֱכֹל בָּעָם מֵאֲשֶׁר אָכְלָה הֶחָרֶב] Ad verb. *& multiplicavit sylva perdere*, vel *consumere in populo, ab iis* (vel *præ illis*, Jon. *super eos*, ó.) *quos devoravit gladius*, Mo. *Plures sylva consumpsit quàm gladius*, P. sim. JT. [Qu. Qui id fieri potuit? Respondent,] 1. Lacerati sunt à feris, sive bestiis malis [y]. *Plures devoravit bestia sylvestris*, &c. Sy. sim. Ar. Sed Chald. in illud

y Nobil. z V. a V. b Q. in Ma. c Jun. d Buxt. ib. † Q. in Mar. f Glass. gram. 681. g Pi. h Glass. i V. k Me. sic Mart. l G. m Mart. n G. o Mart. p G. q Mart. r Di.

s Me. t To. in Me. v V. x Os. y Mart. z San. a Mart. ex R. Levi. b Mart. c Mart. sim. Os. E. L. d Mart. † G. * Pi. f T. San. g Me. h T. ex San. i Q. in Ma. k Mar. l Ma. m V. n San. ex To. Me. ex Torniel. & Salian. o Sal. in Me. p Jun. Pi. G. San. T. q San. r T. s San. t Pi. v Me. x V. y He. in L. Mar. M. Mart.

illud haud verisimile fuit, cùm ex strepitu prælii potiùs
z Ma. aufugissent feræ z. 2. Ob crebras scrobes a; per præci-
a V. pitia & in scrobes (vel foveas, L. vel terræ voragines,
b Mart. Me.) cadebant b; vel in eas imminente à tergo hoste ab-
c Me. jiciebant se, nè gladiis confoderentur c. Confirmat hoc,
quòd Absalom hîc legitur in foveam magnam proje-
d L. Me. ctus d. 3. [Aliis modis perire poterant,] oppressi sunt
† Q. in M. ab arboribus †, vel in stipites impingebant, vel lignis
acutis se induebant, vel ob multitudinem in locis impe-
f Ma. ditis se comprimebant & conculcabant f. 4. Vulnerati
g M. qui fugerunt ad sylvam perierunt in ea g. In latebris in-
* G. terfecti sunt pecorum ritu *. Josephus sic exprimit,
*Fugientes deinde per saltus & abrupta insequendo, alios
captivabant, alios trucidabant: ità ut multò plures*
h Ma. *in fuga caderent, quàm in prælio* h. Illi dicuntur *à sal-
tu consumpti*, qui palantes & fusi in fuga ceciderunt, vel
lassitudine, vel fame & siti, vel potiùs insequentium fer-
ro. Frequens est, ut id ab aliquo loco factum dicatur,
quod in loco ab aliis perfectum est, sic *plorare* dicitur *urbs*;
i. e. incolæ urbis; & *terra devorare habitatores*, Num.
i San. 13. 32 i. [Vide ibi annotata.] & *urbs triumphare*, in
k T. qua triumphatum est k. Omnia pugnabant adversùs
Absalomicos: Nunquam tutum est populis, sumere ar-
ma contra principem legitimum, & bene imperantem.
l Mart. Dant pœnas perfidiæ l.

9. *Ut occurreret servis David*] Fugere cœpit, sed
studium ejus nihil profuit. Incidit in Davidicos qui illi
spatium dederunt, ut fugeret, sciebant enim quid Da-
m Mart. vid eis mandâsset m. וַיִּקָּרֵא *Et obviam factus est*,
JT. sim. plerique [pro וַיִּקָּרֵה] *Casu verò incidit*, Sy.
Videtur ergò Absalom potiùs pugnantes ex secreto ali-
n San. quo & securo loco spectâsse, quàm in acie dimicâsse n.
¶ *Sedens mulo*] Qu. Quomodò muli Hebræis in usu e-
rant, cùm mixta genera iis prohibita essent? Resp. 1.
o San. ex To. Prohibetur talium admissura, non usus o; 2. Est in
Syria genus unum & simplex mulorum & mularum, teste
p San. Aristot. histor. animal. 1. 6. & 7. 24 p. ¶ *Cùmque
ingressus fuisset mulus subter condensam quercum*, תַּחַת
שׂוֹבֶךְ הָאֵלָה] *Subter densitatem (perplexitatem*, Jun.)
quercûs, Mo. Jun. vel *perplexam quercum*, JT. ¶ *Ad-
hæsit caput ejus quercui*, Ità P. וַיֶּחֱזַק רֹאשׁוֹ בָאֵלָה]
Et tenuit se (circumplicatum est, ó. *apprehensum est*, Jon. sic
JT. *retentum est*, M. Ti. Sy.) *caput ejus in quercu*, Mo.
q Q. in Mart. vel caput incussit in acutum ramum, & ità pependit q.
r Pi. Vel adhæsit crinibus r, ramis implicitâ cæsarie s, quam
s Me. sim. L. V. M. puto fuisse in aliqua capillorum discrimina, floccos, aut
tricas collectam. Tales erant septem Sampsonis capilli,
Mart. Jud. 16. 13 t. Mirum hoc erat ità momento implexam
t Me. ramis cæsariem, ut penduli corporis (& quidem armati)
pondere nec extricari, nec discindi potuerint. Adde, quòd
capilli longiores non solent sursum erigi, ut se ramis in-
tricent, sed ad tergum rejici. Ab ultrice Dei providen-
v San. tiâ hoc factum v. Indignus erat qui gladio periret, su-
spendi debuit, maledictio illa est, *Maledictus qui pendet
ex ligno*. Sublimis esse voluit, sublimis pendet. Caput
Davidis unctum persequitur, jam ipse capite suspenditur.
Efferebat se comâ, sed jam efficitur ei laqueus. Per quæ
x Mart. quis peccat, per ea punitur x. Galeâ (quæ tunc magis
opportuna esset) comam premi noluit. Sic solent vani
homines etiam in extremo vitæ actu rebus studere inani-
bus. Perpende quàm perniciosa sæpè sunt hominibus
aut ornamenta fortunæ, aut naturæ beneficia. Quæ in-
strumenta gloriæ, eadem sunt mortis instrumenta. Tria
hîc habemus exempla. Asahelem perdidit velocitas,
y San. Achitophelem prudentia, Absalomum preciosa cæsaries y.
Galeam non videtur habuisse, vel fortè detraxerat, ut
videret in fuga regiones, vel æstuabat. Fortè non habe-
z Mart. bant stapedes, ut nunc z. Vel ad fugiendum expeditiùs
a L. galeam deposuerat a. Servi Davidis non ausi sunt eum
b San. persequi b, sed Deus armat arborem in Absalomum *.
* Mart. ¶ *Et illo suspenso inter cœlum & terram*, וַיֻּתַּן בֵּין וגו']
Et datus (positus, P. sim. JT. *suspensus*, Jon. Sy.) *est in-
ter*, &c. Mo.

10. *Vidi Absalom pendere de quercu*] Vel, non ausus
est in eum manus injicere, vel opima hæc spolia militiæ
principi reservare voluit, vel jussui Davidis paruit, quod
c Me. verius esse sequentia docent c. Hinc constat Absal. ali-
d San. quamdiu è quercu pependisse d.

11. *Si vidisti*, &c. וְהִנֵּה רָאִיתָ וגו'] *Et ecce vidisti*,
&c. Q. interrogativè. *Et ecce vidisti? Cùm videris,
quare non percussisti*, &c. V. ¶ *Quare non confo-
disti eum cum terra?*] De quercu dejectum, & hastâ ità
transfixum ut mortuus terræ adhæresceret †. ¶ *Et* † Me.
ego dedissem tibi, &c. וְעָלַי לָתֶת לְךָ וגו'] *Et super me*
(sub. *fuisset*, Jon.) *tibi dare*, &c. Mo. Jon. *Et mea in-
terfuisset*, &c. Pi. *Nam penes me erat tibi dare*, &c. JT.
Meum fuisset, &c. V. in Tig. not. ¶ *Decem argenti
siclos*] [Ità supplent ferè omnes.] Heb. *decem argenti*, ó.
Jon. vel *argenteos*, Mo. JT. ¶ *Et unum baltheum*]
Militare cingulum f. Quanto in pretio baltheus habe- f Me.
retur docuimus, 1 Sam. 18. 4 g. g San.

12. *Si appenderes in manibus meis mille argenteos*,
וְלֹא אָנֹכִי שֹׁקֵל עַל כַּפַּי וגו'] *Et si ego appendens* (vel
appenderem, V. ó. in quibusdam codicibus Nob. Jon. JT.
si appenderes, P. *si numerares solveréque*, Sy. Ti. *si
appendentem*, sub. *invenirem*, Mar. vel *haberem*, Q. in
Ma.) *super volas*, vel *manus meas*, &c. Mo. Si præsen-
tem tantam pecuniam numeraret mihi quispiam, non fa-
cerem h. Alii pro לֹא legunt לוּא i. *Non ego accipe-* h Jun.
rem si ponderares in manus meas, M. ¶ *Custodite* i Ma.
mihi puerum, שִׁמְרוּ מִי בַּנַּעַר] [Variè reddunt;] *cu-
stodite* vel *servate mihi puerum*, ó. Sy. sim. Ar. Capel.
Pro מִי legerunt לִי, ex vers. 5. לְאַט לִי k. At ó. non le- k Cap. crit.
gerunt לִי, sed sensum, prout sibi videbatur, reddide-
runt l. *Observate quis in puerum*, Mo. *Observate quis* l Buxt. vind. 572.
(vel *cavete nè quis*, M. P. Ti.) sub. *irruat*, vel *manum
mittat*, Buxt. vel *involaturus sit*, Di. ex Mo. Aliis בּ
πλεονάζει m. *Quis puerum*, sub. *tangat*, P. M. Ang. K. m Buxt.
in Di. vel *lædat*, Ti. sim. Strig. Ellipsis est verbi n, n Buxt. Glass.
qualis 2 Sam. 23. 17. *An sanguinem istorum hominum*,
&c. sub. *biberem*, quod 1 Paral. 11. 19. suppletur o; & o Glass.
1 Reg. 22. 23 p. R. Levi habitâ ratione accentûs Mak- gram.
kaph מִי conjungit cum præcedenti שִׁמְרוּ, *cavete quisquis* p. 401.
vestrum est, nè mittat manum suam in puerum. Eum p Buxt.
sequitur Junius, *observate quicunque estis de puero*. [sim.
Belg. Ang.] Optima est hæc sententia, sicut infrà v. 22,
23. יְהִי מָה, *sit quicquid fit*. Potest & hoc modo
commodè verti, *Cavete quicunque in puerum*, sub. *in-
ciditis*, simil. RS q. *Observate eum qui est in puero*; me q Di.
scilicet, quia mea pars est, meus filius. Ità R. Samuel
Laniado. Porrò vir hic non ipsa verba Davidis, quæ
alia erant v. 5. retulit sed sensum; sicut nempe in illa
consternatione ipsi succurrerunt; si autem id voluisset di-
cere ut ó. reddiderunt, prout contendit Capellus, di-
xisset, שִׁמְרוּ לִי לַנַּעַר vel הַנַּעַר r. r Buxt. ubi suprà.

13. *Sed & si fecissem contra animam meam audacter*,
אוֹ עָשִׂיתִי בְנַפְשִׁי שֶׁקֶר] *Aut fecissem in animam meam*
[ק keri est בְּנַפְשִׁי] *mendacium*, P. Mo. *Aut utique fa-
ciam in anima mea falsitatem?* Jon. *Aut si commisero
ex meipso* (Heb. *in animo meo*, Jun.) *falsitatem*; JT. id
est, cædem illam Absalomi, quam postea falsò inficiatu-
rus essem apud regem, ut liberarem me, & vitæ meæ
consulerem s. *Aut, si fecissem, cur mentirer cum peri-* s Jun.
culo vitæ meæ? Ti. *Aut feci in anima mea mendacium*,
Mar. sic Chald. q. d. si pravè agerem, & scelus animo
conciperem; anima pro conscientia t. *Alioquin falsitatem* t Mar.
contra vitam meam perpetrarem, Ang. Gall. [Q. pro אוֹ
vertunt *si*,] *aut si fecissem*, M. [sim. Sy. V. Ar. Os.]
Fecissem *iniquè contra animam meam*; M. (*in meipsum
deliquissem*; Sy. *fecissem rem iniquam in perniciem me-
am*, V.) *quòd si periculo animæ meæ injustè aliquid fecis-
sem*, Strig. *Aut facerem contra animam meam rem ini-
quam*, sive *facinus occultum & latens*; q. d. Neque pla-
nè, sive apertè, neque occultè velim nocere filio regis v. v V.
*Nedum ut ego tam perfidiosè, tanto cum vitæ meæ periculo,
facerem*; Ca. Si reluctanti conscientiæ meæ vim intu-
lissem x. *Sed si fecissem contra vitam ejus* [quasi esset x Me.
בְּנַפְשׁוֹ, quomodò & ó. legunt, sed alio modo] *præva-
ricationem*; i. e. si vitâ illum privâssem, &c y. ¶ *Ne-* y Os.
quaquam hoc regem latere potuisset, וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד
מִן הַמֶּלֶךְ] *Et omne verbum non abscondetur à Rege*, V.
sim. Mo. P. Fut. pro præs. i. e. nihil latere solet regem z. z V.
Ut enim longas manus, sic & acutissimum auditum habent
reges a. ¶ *Et tu stares ex adverso?* וְאַתָּה תִּתְיַצֵּב a Os.
מִנֶּגֶד] *Et tu stetisses (stares*, Mo.) *ex adverso*, P. M. Mo.
tu teipsum adversùm me stitisses, Ang. Gall. sim. Strig.
Tu ipse fortè tum in me damnares coram rege, quod nunc
me facere jubes b. *Ac tu procul stetisses*, Sy. sim. Ar. V. b Os.
Em-

Eminùs, à longè; q. d. & non patrocinatus esses mihi, sed potiùs instituisses contra me apud regem ut occiderer [c]. *An tu stiturus es te ex adverso?* JT. sim. Ti. id est, regi me damnanti repugnaturus es ad defensionem mei [d]. Fieresne patronus meus? num eriperes me de manu irati regis [†]? Ratio ejus talis est; Dares, inquit, pecuniam; sed vitam meam (quæ opibus præponenda est) in discrimen adduceres. Peccarem in animam meam, hoc est, contra vitam meam, vel contra conscientiam meam, rem facerem injustam [f]. *Stiturus esses ex adverso*, vel regis, ad me defendendum; vel mei; i. e. resisteres mihi & oppugnares me [g].

14. *Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te*, [לוֹא כֵן אוֹחִילָה לְפָנֶיךָ] *Non sic expectabo* (vel *morabor*, JT.) *coram te*, P. Ti. V. sim. Mo. Sub. *ut tu fecisti: non hîc subsistam coram te diutiùs: jamjam occidam*. Vel, *Non faciam ut tu fecisti: non morabor etiam te spectante interficere ipsum*; q. d. Sine mora interficiam Absalom, te etiam præsente: ut scias me non exigere à te quod ipse facere nolim. Alii vertunt, *Non est rectum quod exspectem coram te*, sub. *ut interficiam eum, nè eripias eum*. Vel, *Non est bonum quod præsentia tua revocet me à cæde* Absalom; q. d. Interficiam Absalom, nec verebor tuam præsentiam [h]. *Non sic mora trahenda est ante faciem tuam*, M. præteriens scilicet occasionem hostem occidendi [i]. *Videbis me non ità cunctantem*, Ca. *Non possum apud te nectere moram*, Strig. *Non bonum sic, expectabo coram te*; i. e. ut exspectem, nempe sicut tu fecisti [k]. *Hoc ego aggrediar, non sic manebo coram te*, ὁ. At in Complut. *propter hoc* [quasi accepissent pro עַל כֵּן] *aggrediar coram te*, Nobil. *Nequaquam, non ità; ego te prior incipiam*, Ar. sic Sy. ¶ *Tulit ergò tres lanceas*, Ità M. [שְׁבָטִים] *Spicula*, Mo. Ti. *tela*, P. Jon. JT. *sagittas*, Ar. *hastas*, Sy. Pi. vel *hastilia*, Pi. *lanceas* vel *hastas minutas*; i. e. subtiliores & minùs crassas [l]. ¶ *Infixit eas in corde Absalom: cúmque adhuc palpitaret*, &c.] *Cor* hîc sumitur pro medio, (ut alibi sæpe) q. d. in thorace vel pectore Absalomi. Neque enim tres hastæ in uno hominis corde infigi poterant: & sanè si cor esset ab una tantùm lancea percussum, non potuisset postea retinere vitam; at post tres lanceas dicitur adhuc *palpitare*, &c [m]. nec opus fuisset armigerorum fustibus, qui suis plagis illum interfecisse hîc memorantur [n]. Hebræa sic se habent, וַיִּתְקָעֵם בְּלֵב אַבְשָׁלוֹם עוֹדֶנּוּ חַי בְּלֵב הָאֵלָה, *Et fixit eas in corde Absal. & ipse adhuc vivebat in medio arboris*, M. sim. Ma. V. Firmatur hic sensus ex sequenti versu [o]. *Et tamen necdum erat mortuus*, Q in V. *Et infixit in corde*, &c. *adhuc ipso vivente*, &c. ὁ Jon. P. Mo. sim. Sy. Ar. vel *adhuc viventis*, JT. nempe ante infixionem spiculorum; id est, nondum mortuus fuerat ex suspensione [p]. Qu. Num peccavit Joab interficiendo Absalomum contra regis mandatum? Rationes habentur in utrámque partem [q]. [Q. Joabum absolvunt [r].] Joabus non quid præcepisset David, sed quid præcipere debuisset, spectavit; putavítque minus in hoc facto esse periculi; quàm si Absalomum Regem pati aliquando coactus esset. Quoties hæres futurus Regni in Regem arma sumit, illum interire, bonorum omnium interest, nè quod ex officio fecerunt, luant pro crimine, quia *Nulla manus, belli mutato judice, pura est* [s]. Rationes habet Joab. Crimen Abs. magnum erat & patebat. Semel & iterum fuerat ei parsum, videbatur ergò inemendabilis. Scandalum ingens erat futurum, si ignovisset ei. Filii rebelles lapidandi erant, Deut. 21. Periculum erat nè liberatus ex arbore bellum civile redintegraret & extraheret. Inter causas Joabi occidendi hoc non recenset David 2 Reg. 2. [Alii Joabum damnant] Infirma sunt, quæ contrà producuntur. Eventa non spectanda, sed an res justa sit. Parendum erat Regi, nè violaretur disciplina civilis. Absalom quidem justè dabat pœnas, at isti non justè sumebant, Joab judex ordinarius non fuit. Mandat lex Deut. 16. ut justa justè fiant. Cogitare debebat quanta tristitia ad Davidem reditura erat. Bene interpretari potuit regis præceptum: vult filium servari, ut resipiscat. Cavendum erat, nè contempto rege militibus gratificari videretur, ut eos à metu liberaret. Quod civile bellum attinet, aliter poterat Joabus rei consulere: poterat illum capere, & vinctum patri tradere. Quod ad 2 Reg. 2. reticet qui-

c V. — d Jun. — † Me. — f Mart. — g Pi. — h V. — i Jun. — k Mar. — l V. — m San. ferè ex M. — n M. sim. V. — o Ma ex V. — p Ma. — q Mart. — r Ità G. — s G.

dem David hanc cædem, sed satis erat graviora crimina recensere [t].

15. *Cucurrerunt*] Heb. *cinxerunt* eum, vel eam, i.e. arborem [v].

16. *Retinuit populum*] Bene. Vide suprà 2. 26. & adde Ciceron. epist. l. 4. epist. 7. *Sapientem & bonum civem initia belli civilis invitum suscipere, extrema non libenter persequi* [x]. Modestè videtur uti velle suâ victoriâ, ut parceretur civili sanguini. Contentus erat cæde Absalomi. Existimabat enim sublato capite conjurationis, totam seditionem facilè restingui posse. Tantæ autem fuit authoritatis, ut omnes ejus imperio acquieverint [y]. ¶ *In foveam grandem*] Ità sepultus est sepulturâ asini [z]. ¶ *Comportaverunt super eum acervum lapidum*] Ut quodammodò eum lapidarent, juxta legem quæ jubebat incestos & rebelles filios lapidare [a]. Acervus iste illis temporibus pro trophæo habebatur [b]. Noluit Joab cadaver deferri ad Davidem, nè oculi augerent parentis dolorem, quem sciebant acerbissimum fore [c]. וַיַּצִּבוּ עָלָיו *Et erexerunt super illam*, jam scilicet repletam lapidibus [d]. ¶ *Fugit in tabernacula sua*] i.e. Domos. Manebat autem illud vocabulum, quòd prior fuit usus tabernaculorum, quàm domorum. Sic *libros* Latinè vocamus, qui libri non sunt; quoniam principiò, in libro; h. e. in arborum cortice, scribi solebat [†].

18. *Erexerat*, [לָקַח וַיַּצֶּב לוֹ] *Tulerat & statuerat*, Mo. ὁ. *Ceperat* hoc consilium *& erexerat*, P. V. i.e. *Acceperat* consilium *& collocavit*, M. *assumptam* (malim *acceptam*, Pi.) *statuerat*, JT. Induxerat sibi in animum erigere; dum adhuc viveret, &c [f]. *Acceperat & erexerat*, Sy. Jon. Hoc citat obiter hujus libri author, ut ostendat manifesto argumento Absalom fuisse superbum & laudis avidum [g]; longéque aliter ei contigisse, quàm ipse secum anteà meditabatur; nam loco superbi mausolæi probroso lapidum acervo tectus fuit: qui ipsi apud posteros, non laudi, sed horrori est, & execrationi, etiam Mahometanis; (qui lapides cum execratione eò mittere solent, dicentes *Maledictus sit parricida Absalom, & quicunque injustè parentes suos persequuntur, maledicti sunt in æternum* [h].) ut testantur qui loca terræ sanctæ peragrârunt [i]. Aut ironicè hæc dicuntur, quòd congestis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Davidis multò alia quàm illa, quam sibi, dum viveret, excitaverat [k]. ¶ [*Titulum*, מַצֶּבֶת] *Statuam*, M. JT. &c. *pyramidem*, Ti. V. vel *arcum triumphalem*, V. *monimentum*, P. *simulachrum*, Sy. *marmoream columnam* [l]. ¶ *In valle regis*] Putant fuisse (hanc vallem) instar stadii & circi, ubi reges cursum exercebant, & ludi habebantur [m]. In valle scilicet *Cedron*, seu Josaphat, quæ inter Jerusalem, & montem Oliveti jacebat, & à rege Melchisedec dicta ut volunt ὁ [n]. Duobus stadiis distabat ab Hierosolyma [o]. ¶ *Dixerat enim* (i. e. cogitaverat, V.) *non habeo filium*] Ità ferè omnes. At suprà 14. 27. *Nati sunt Absal. tres filii, & filia una* [p]. Resp. 1. Eo vivente mortui erant [q]. 2. Vel inepti erant ad imperium [r]. Adeò superbus fuit, ut putaret se nullum filium procreare posse qui parentem exprimeret. Si extincti sunt liberi, justitiam Dei agnoscamus. Qui extinguere conatur patrem, indignus est, cujus genus propagetur per liberos. Vel, 3. Consideravit quòd filii mori possent, ideóque hoc monumento memoriam suam permanere voluit [s]. [Ca. ergo vertit, *si fortè liberis privaretur*.] Vel, 4. Titulum hunc erexit, cùm nullum adhuc filium haberet, & futuræ prolis spem abjecisset [t]. ¶ *Et hoc erit monimentum nominis mei*, בַּעֲבוּר הַזְכִּיר שְׁמִי] *Qui* (vel *ut*, Jon.) *memorari faciat nomen meum*, P. Jon. sim. Mo. *qui conservet*, (vel *ut relinquam*, M. Ti.) *memoriam nominis mei*, aut *ad perpetuandam memoriam*, &c. V. *Ut in memoria conservem*, &c. vel sic, *dicebat, non est mihi filius: quare ponam statuam, ut in memoria conservem nomen meum*. Hæc diversitas nascitur ex forma verbi Hebraici, quod est infinitum, nempe הַזְכִּיר [v]. ¶ *Appellatur manus Absalom*] Ità Sy. Ar. Mo. id est; opus Absalomi [x], quòd manus est penè omnium operum artifex [y]. Sic Martial Epigram. 8. 51.

Mentoris hæc manus est, an Polyclete tua [z]?

Vel statua sic dicitur à figura manûs [a]. Aut potiùs, locum

t Mart. — v V. — x G. — y Mart. — z Mart. — a Mart. sim. He. in San. Me. L. — b G. — c Me. — d V. — † Ca. — f V. — g V. sim. E. — h San. — i T. ex San. — k V. sim. F. — l Jo. in T. — m Mart. — n Me. — o Jo. in Mart. — p V. — q G. sic M. V. L. Me. T. — r Q. in M. — s Mart. — t San. in T. — v Pi. — x Mart. Me. San. — y Me. ex San. — z San. — a Pi.

locus Absalom, G. Ità Jon. M. P. ut Deut. 23. 12. & alibi [b]. *Monimentum Absalomi*, Ti. JT. &c.

19. *Nuntiabo regi, quia judicium fecerit,* [כִּי שְׁפָטוֹ] *Quòd judicaverit eum Dominus*, Mo. P. V. i. e. judicio suo liberaverit [c]; *liberavit*, Jon. *vindicavit*, Sy. Ar. sic JT. Pi. Meton: efficientis [d]. ¶ *Non eris nuntius in hac die,* [לוֹא אִישׁ בְּשֹׂרָה אַתָּה הַיּוֹם הַזֶּה] *Non vir nuncii* eris *hodie*, P. *Tu non is es qui* perferas *nuncium hoc die*, Pi. ex JT. *Hodie non eris faustus nuncius*, Ti. *Non es hodie vir boni nuncii*, &c. M. Non es aptus ad perferendum nuncium †. Nomen אִישׁ *vir* altero substantivo additum, efficientem respectu actionis cujusdam vel effecti quandoque denotat; ut hoc loco, *vir nuncii*; i. e. qui nuncium perferas. Sic Jud. 12. 2. *vir rixæ*; i. e. habens litem: Esa. 46. 11. *virum consilii mei*, scil. effectorem. Vide 1 Sam. 17. 4 *. ¶ *Sed nuntiabis in alia*] Quum scil. alia occasio dabitur læta nuntiandi, confer cum, vers. 22 [f]. ¶ *Filius enim regis est mortuus*, [כִּי עַל־כֵּן בֶּן הַמֶּלֶךְ מֵת] [Ità Chetib, At Keri, est [כִּי עַל־כֵּן בֶּן וגו׳] Vertunt, *quia ideò* vel *eò quòd*, P. sim. ό. *quandoquidem*, JT. Ti. *filius regis mortuus est*, Mo. *Nam filium regis mortuum esse nuntiares*, Sy. *Quale enim feres nuntium? Quòd filius regis mortuus est?* Ar. q. d. magnum hoc mærorem patri afferet [g]. עַל כֵּן vertunt *propterea quod* K. & RS. sim. R. Jes. Fatemur, sic usurpari, Num. 10. 3. & 14. 43. & alibi. R. Jes. profert Gen. 19. 8. sed ibi tantùm valet *propterea*. Id enim propriè & frequentissimè sign. Sed hoc locum hîc non habet, sed nec prior significatio. Vulg. & Jun. & Pagn. & Ti. neglexerunt עַל כֵּן & simpliciter verterunt כִּי בֶן הַמֶּלֶךְ מֵת. Sed Rabbini, quòd illud negligi noluerunt, multa per ellipsin subintelligere coacti sunt, *propterea quòd regis filius mortuus est*, sub. *tu non es aptus ut annunties*, K. sim. RS. Hæ ambages ex τῷ קְרִי oriuntur; quanto facilius & simplicius τὸ כְּתִיב, אֵת כִּי עַל בֶּן מֶלֶךְ מֵת *quia de filio regis mortuo*, sup. *annunciares* *.

21. *Et ait Joab Chusi*, [לַכּוּשִׁי] Cuidam nomine *Chusai*, Os. [Ità plerique.] Plebeio cuidam qui ità appellabatur [h]. Non est hic *Chusi Arachites*, iste aliter scribitur [חוּשַׁי] *erátque cum Absal* [i]. Al. vertunt, *Æthiopi cuidam*, G. JT. V. aut natione, aut propter nigrorem faciei; i. e ad virum qui vocabatur Æthiops [k]. Huic enim etiamsi quid triste accidisset à Rege leve damnum existimabat [l]. Nigrum fortè delegit, quia lugubria nuncianda erant [m].

22. *Quid si ego curram?*] Putabat Davidem exhilarandum fore, suo nuncio, vel ex vindictæ suavitate, vel quòd Deus à partibus ejus stetisset. Meliùs callebat Joab animum regis, quàm ille adolescens. Sciebat Davidis clementiam in hostes, & στοργὰς erga liberos. Sed juniores non facilè credunt senibus [n]. וִיהִי מָה אָרֻצָה *Quicquid sit*, Jon, P. sic Mo. *quicquid tandem sit*, JT. sive *futurum sit*, Pi. *Et erit quid*, i. e. quicquid eveniat in omnem eventum, non curo [o]. *Curram quæso*, Jon. P. Pi. *excurram*, JT. *Quid erit si cucurrero?* ό. Complut. in Nob. *Quid verò fieret? si & ego currerem?* Ti. *fiat quod fiet, curram?* M. ¶ *Quid vis currere fili mi?* Mi adolescens, qui mihi charus est instar filii. Metaphora [p]. ¶ *Non eris boni nuntii bajulus*, [וּלְכָה אֵין בְּשׂוֹרָה מֹצֵאת] *Et tibi non nuncium bonum contingens?* Mo. *Cùm tibi non sit nuncium se offerens*, V. ex P. i. e. quod se offerat ad perferendum [q]? *Et tibi non est nuncium datum?* Jon. *Cùm tibi non sit nuncius conveniens*, JT. Heb. *inveniens*, Pi. vel *sufficiens*, ut Num. 11. 22. Pi. ex Jun. *Cùm tibi pro nuncio nullum sit obventurum* (vel *eventurum*, Q. in Pi.) *munus*, M. Sed מָצָא quum significat *evenire*, regit accusativum: ut videre est, Deut. 4. 30. & 31. 17 [r]. Heb. *Et tibi nulla nuncii inventio*. Sed nos sensum expressimus [s]. *Cùm nemo daturus sit tibi mercedem pro nuncio?* Sy. sim. Ar. Ti. He. in V. q. d. Curres gratìs. Alii מוֹצֵאת deducunt à יָצָא *egredi*, & exponunt, *cùm nullum habeas nuncium ratione cujus egrediaris hinc*, vel, *quod te compellat exire*. Alii, *Nullum nuncium inveniens?* sub: *prosperitatem & bonum*; i. e. tibi conducibile, sive quod sit tibi lucro [t].

23. *Currens per viam compendii*, [דֶּרֶךְ הַכִּכָּר] *Viam quæ Checar*, ό. Sy. sim. Ar. [quasi esset nomen loci.] *Per viam planitiei*, sive *planam*, P. Mo. JT. M. Jon. *per iter campestre*, Ti. viam planam & campestrem faciliorem & compendiosiorem [v]. Æthiops autem cucurrit per viam montosam, ideò illum Achimaas antevertit [x]. Brevior erat via montana [y], sed hæc expeditior [z]; sæpè fit, ut longior via sit commodior [a].

24. *Sedebat inter duas portas*] Eas nempe, quæ sunt in murorum parte munitissima, quarum altera extrorsùs, altera introrsùs, ut hodie etiam fit. Ibi priùs stabat, exeunte exercitu [b]. *Inter duas portas*, urbis scilicet & septi, quod ante portas ex trabibus, aut aliâ materiâ fieri solet ad munimentum tempore belli *. ¶ *In fastigio portæ super murum*, [אֶל גַּג הַשַּׁעַר אֶל־הַחוֹמָה] i. e. Super coronam quâ cingebatur murus [c]. Speculatores collocari in locis excelsis mos est: 2 Reg. 9. 17. Ezech. 33. 2 [d].

25. *Si solus est, bonus est nuncius*, [בְּשׂוֹרָה בְּפִיו] *Nuncium est in ore ejus*, P. Nuncium offert, V. Prudentur conjectat †. Nam victi turmatim fugiunt [f], se invicem trudentes & impellentes, atque hoste eos urgente [g]. Victores verò occupantur spoliis detrahendis, & persequendis hostibus: & Imperator unum aliquem destinat, qui victoriam nunciet [h]. *Properante*, &c. [וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְקָרֵב] *Et ibat eundo & appropinquando*, i. e. statim, vel subinde propiùs accessit. Hebraismus [i].

27. *Vir bonus est*, &c.] Est fidelis & bonus miles, non ergò prior fugeret, si res adversæ essent [k]. ¶ *Et nuncium portans bonum venit*, [וְאֶל בְּשׂוֹרָה טוֹבָה יָבוֹא] *Et pro nuncio* (*ad evangelicum bonum*, Ma. *cum nuncio*, P.) *venit*, i. e. boni nuncii causâ venire solet †.

28. *Benedictus Deus*, &c.] Victoriam Deo adscribunt, non regi, Joabo, exercitui [l]. ¶ *Deus tuus*] id est, Deus qui tuam causam suscepit, sic dicimus, *populus est meus*; i. e. meæ causæ favet [m]. ¶ *Qui conclusit*, [אֲשֶׁר סִגַּר] *Qui concludit*, ό. M. Ti. Mo. i. e. in angustias redegit, ut liberè vagari non audeant, sicut feræ à venatoribus concluduntur [n] *Qui tradidit*, vel *dedidit*, Jon. Sy. P. JT. *Qui tradidit in manus tuas*, Ar.

29. *Estne pax puero Absalom?*] Alludit ad nomen ejus, quod valet *patris pax* [o]. Salvúsne est [p]? ¶ *Vidi tumultum magnum*, Ità Mo. Ti. P. [הֶהָמוֹן הַגָּדוֹל] *Turbam* vel *multitudinem magnam*, V. JT. Ca. *strepitum magnum*, M. ¶ *Cùm mitteret Joab servus tuus, ô rex, me servum tuum*, [לִשְׁלוֹחַ אֶת עֶבֶד הַמֶּלֶךְ יוֹאָב וְאֶת עַבְדְּךָ] *Cùm Joab servus regis mitteret servum tuum*, Ti. sic Strig. *Dum mitteret* (*in mittendo*, Mo.) *servum regis* Chusi, M. sic Jun. V.) *& me servum tuum*, P. ¶ *Nescio aliud*, [וְלוֹא יָדַעְתִּי מָה] *Sed non novi quid*, P. (*aliquid*, Mo. ό. sim. M. *quid fuerit*, Ti. sim. JT. Mentitur (ut constat ex v. 19 [q].) nè regem offenderet [r]. *Non novi quid*, sub. *ultrà evenerit*: vel, *quid sibi vellet turba illa* [s].

30. *Transi, & sta hîc*] Abire eum vult post se, aut ad latus, nec tamen longiùs discedere, ut ex utroque nuncio pleniùs cognosceret pugnæ eventum [t].

31. *Bonum apporto nuncium*, &c. [יִתְבַּשֵּׂר וגו׳] *Nunciatur — regi*, Jon. P. Mo. V. Fut. Heb. pro Præs. *nuncium accipiat*, Sy. Ar. vel *accipiet*, JT. *gaudeat*, Ti. *evangelizetur*, ό. *Bonum nuncium portatur regi*, M. sic Strig. sim. Ca. ¶ *Judicavit pro te*, [שְׁפָטְךָ] *Judicavit te*, P. V. id est liberavit [v]; vindicavit, ut v. 19 [x].

32. *Fiant sicut puer*] i. e. Ità accidat illis, ut puero [y]. Sic fatetur illius mortem, alioqui bene precaretur inimicis regis [z]. Pereant sicut iste. Synec. generis [a]. Id optant fideles subditi ut regis hostes pereant [b].

33. *Quis mihi tribuat ut ego moriar pro te*] Certus erat de salute sua, ergò optat ut pro eo moreretur, in quo typus fuit Christi, qui pro inimicis mori voluit. Luget David æternum filii exitium, & quòd periisset hic filius fortè ex nimia ipsius indulgentia. Sensit manum Domini super se, & quòd ipse occasio fuisset tantorum malorum [c]. Nimis πειπαθὴς David [d].

Marginal notes (left column): [b] G. — [c] V. — [d] Pi. — † V. — * Glass. gram. 126. — [f] Jun. sim. V. — [g] Me. — * Di. — [h] Me. — [i] Mart. — [k] V. — [l] G. — [m] Mart. — [n] Mart. — [o] V. — [p] Pi. — [q] V. — [r] Pi. — [s] M. — [t] V.

Marginal notes (right column): [v] V. — [x] Pi. — [y] Mart. — [z] Mar. — [a] Mart. — [b] San. — * Me. — [c] V. — [d] G. — † San. — [f] Me. — [g] Mart. sim. San. — [h] Me. — [i] V. — [k] Mart. — † V. — [l] Mart. — [m] San. — [n] San. — [o] San. — [p] Me. Pi. — [q] Pi. — [r] Mart. — [s] V. — [t] Me. — [v] V. — [x] Pi. — [y] V. — [z] Me. — [a] Pi. — [b] Mart. — [c] Mart. — [d] G.

CAP. XIX.

2. VErsa est victoria in luctum] Heb. *Facta est salus in luctum*: id est, conversa in luctum, ut

† Pi. Exod. 4. 3. *factus est*, (i. e. conversus) *in serpentem* †.
Causæ luctûs hujus erant, 1. Transgressio mandati regis
f Mart. de Absal[f]. 2. Dolor regis[g]. Lugente rege par non erat
g San. populum triumphare. 3. Victoriæ in bello civili lu-
ctuosæ esse solent, aliis cognatos, aliis amicos, &c. desi-
h Me. derantibus[h].

3. *Et declinavit populus*, &c. וַיִּתְגַּנֵּב הָעָם
לָבוֹא הָעִיר] *Et furatus est se populus ingrediendo*
(*veniendo*, Jun.) *urbem*, Mo vel, *ut ingrederetur urbem*, P.
Furtim veniebat in civitatem, JT. sim. Ca. V. Ti. non
cum triumpho, ut victores solent; (quamvis etiam apud
i Mart. Romanos de victoriâ civili non triumphabant[i];) sed ut ii
k V. qui fugâ elapsi sunt & victi[k]. *Subduxit se furtim ab*
ingressu civitatis, M. *Ab intrando urbem*, ó. sim. Sy. Ar.
Os. Mar. Fortassis non ingressi sunt in urbem per illam
portam, in qua rex erat, sed per alias portas clam &
l Me. furtim[l].

4. *Operuit caput suum*] Vel, ex pudore, nè palam
m Ma. ex V. tantus rex flere videretur[m]; vel ex more lugentium[n].
n M.V.Me. Vide quæ ad cap. 19[o]. Sic pictor Agamemnonem lu-
o T. gentem obvoluto capite pinxit[p].

p Mart. 5. *Ingressus Joab*, &c.] Non est eum consolatus, sed
reprehendit, & quidem acerbè atque petulanter, quamvis
& rex esset & avunculus ejus. Dicunt tamen alii vehe-
mentiam orationis exegisse opportunitatem temporis;
nam imminebat defectio, & quòd loquebatur ad regis
q Mart. commoditatem, non suam[q]. Joab, qualis in Tacito
Annal. 4. C. Silius Hist. 3, & 4. Primus Antonius,
immodicus linguâ, obsequii insolens, nimius commemo-
randis quæ meruisset. Beneficia tam immodicè jactata
pro gratia odium accersunt. Et vitam nemo libenter de-
r G. bet[r]. ¶ *In domum*, הַבַּיִת] Pro הַבַּיְתָה defici-
ente ה locali. In domum ubi degebat rex, sive is adhuc
s Pi. fuerit in cænaculo, sive inde descenderit[s]. ¶ *Confu-*
disti, הֹבַשְׁתָּ] *Pudefecisti*, V. in La. JT. q. d. fecisti ut
t Jun. tuum exercitum victorem facti sui pudeat[t]. *Mæstos red-*
didisti, Ar. *Exsiccâsti facies*, &c. h. e. siccas & flaccidas
v Ma. fecisti præ mæstitia[v]. ¶ *Qui salvam fecerunt a-*
nimam tuam] i. e. vitam, Pi. Me. in quam Absalom con-
juraverat. ¶ *Et filiorum*] Quos ille interfecturus
erat, ut regnum suum stabiliret, sicut fecit Abimelech,
x Me. Jud. 9. 5[x]. Ità amplificat regis ingratitudinem[y]. Seneca
y Mart. in Consol. Martiæ 2. *Assidentibus liberis & nepotibus,*
lugubrem vestem non deposuit, non sine contumelia om-
nium *suorum, quibus salvis orba sibi videbatur*. Et ib.
Hæc quidem natura mortalium est, ut nihil magìs placeat,
quàm quod amissum est, iniquiores sumus adversùs relicta,
z Ga. *ereptorum desiderio*[z].

6. *Diligis odientes*, &c.] Disertè & categoricè loqui-
a Mart. tur; non dicit, *Videris diligere*, &c[a]. ¶ *Ostendisti*
hodie; quia non curas de ducibus tuis, &c. כִּי אֵין לְךָ
שָׂרִים וגו׳] *Quòd non tibi* (sub. vel *sint curæ*, P. M. vel
in pretio sint, JT. Ar.) *principes ac servi*, Mo. Jon. *quòd*
b Pi. *nihil tibi sint*, id est, pro nihilo à te habeantur[b]. Tam
c Mart. parum curas acsi tibi non essent[c]. *Declarâsti te nec li-*
beros habere nec servos, Sy. ¶ *Tunc placeret tibi*]
Hoc falsum erat; suos enim cupiebat incolumes, sed
d Me. Absalonem quoque[d]. Voluit filium aliquantisper ser-
† Mart. vari †.

7. *Surge*, &c.] Addit non consilium, sed præceptum.
a Mart. Videtur loqui cum famulo suo[a]. ¶ *Et alloquens*
satisfac, &c.] Heb. *loquere ad cor*, h. e. blandè & leniter,
b V. quæ futura sunt grata servis tuis[b]. Gratulare eis victo-
c Mart. riam, honores, & præmia largire, aut saltem polliceri[c].
¶ *Si non exieris*, [sim. omnes] כִּי אֵינְךָ יוֹצֵא] *quòd*
non tu egrediens, &c. Mo. *nisi egrediaris*, Sy. Ar. ad po-
pulum, præ te ferens grata tibi esse quæ ab ipso tuâ causâ
d Me. facta sunt[d]. ¶ *Nè unus remansurus sit*, אִם יָלִין]
Si pernoctabit, Mo. *non manebit tecum hac nocte*, P. JT.
si pro non, Mar. Omnes, te deserto, rebus suis consu-
† Me. lent †. Videntes sibi tot periculis offensam regis partam,
f G. alium quærent cui ista imputent[f]. *Non pernoctabit*, sci-
g Pi. licet ex meo jussu. Βραχυλογία[g]. Dicit Joab, Ego exer-
h Jo. in Mart. citum & regnum alteri tradam[h]. Tantâ flagrabat gra-
tiâ, ut posset ferè quicquid vellet. Prospicient sibi de
alio Rege, si te æquum habere non possunt. ¶ *Et*
pejus hoc erit, &c.] Nam in multitudine & benevolentia
i Mart. subditorum est & gloria & salus Regis[i].
k Me. 8. *Surrexit Rex*] E loco, in quo sedebat lugens[k].
Descendit de cœnaculo, in quod antè ascenderat, ut in
eo secessu liberiùs filium lugeret[l]. ¶ *Et sedit* l San.
in porta] sub. *urbis*, i e. ubi omnes convenire solebant[m]. m V.
Non obdurat animum, sed Joabo obtemperat: agnovit
vera hæc esse, respexit rem, non verba & animum.
¶ *Venit coram Rege*] ut studium erga illum ostende-
ret; ut fructum caperet victoriæ, & præmia & honores
consequeretur[n]. ¶ *Israel autem fugit*] nempe qui n Mart.
Absalomum sequuti erant[o]. o Me.

9. *Omnis populus certabat*, Sic Mo. P. M. ó. V. נָדוֹן]
judicatus est, quisque alterum scil. objurgando, & culpam
in alium rejiciendo[p]. Loquitur de populo Absalonem p Ma. ex M. sim. Mart.
secuto[q]. *Reprehensus est*, Jon. *disceptans* (*litigans*, Pi.) q V.
apud se, JT. sim. Ti. Certatim contendebat de redu-
cendo Rege[r]. Ut anteà se contra Davidem incitaverant, r V.
ità vicissim nunc agunt, &c. sic solent stulti; vulgus mo-
bile est. Repentè mutantur corda eorum. Sic Deus
electis suis hostes conciliat. ¶ *Rex liberavit nos*,
&c.] Revocat Deus ipsis in memoriam beneficia Davi-
dis, quorum antè obliti erant[s]. Ista tum privatim in cir- s Mart.
culis, tum publicè in civicis conventibus commemorârunt.
¶ *Fugit de terra*] *ex hac terra*, JT. de tribu scilicet suâ
Juda[t]. t Me.

10. *Absalom, quem unximus*] Vel propriè, licèt ab-
fuerint ab eo Sadoc & Abiathar; nam ab aliis quàm à Sa-
cerdote summo Rex ungi potuit; vel *unctio* sumitur pro
designatione, &c. ut ceremonia sæpe ponitur pro re ab
illa designata[v]. ¶ *Usquequo siletis?*] Ità ó. Jon. v San.
P. sim. M. Mo. V. id est, *cessatis?* V. Ti. *quiescitis?* JT.
Silere interdum valet *cessare*, aut *quietum esse*, ut Job. 3.
nunc dormiens silerem; & in Psalmis, *Domine nè sileas*,
&c. & Marc. 4 39. dixit mari, *Tace*. Ità hîc cessationis &
tarditatis se accusant[x]. *Cur hæsitatis?* Sy. quare non initis
de Rege reducendo consilium[y]? x San. y Me.

11. *Misit*] sub. *nuncios*, V. ¶ *Ad Sadoc & Abia-*
thar] Ut per sacerdotes admoneret eos officii ac fidei, quod
ministrorum officium erat[z]. ¶ *Cur venitis novissi-* z Mart.
mi, &c?] nempe viros Juda domi continebat conscientia
sceleris & perfidiæ, quâ præ reliquis peccârant, & fortè
primi rebellionis Absalom fautores ac sequaces fuerant;
ut qui ei propiùs frequentiúsque assueverant. Metuit
ergo David, nè desperantes de gratia, &c. urbem regiam
adversùs se defenderent, &c. ideóque eos conciliare stu-
det[a]. Prudenter fidem facit non veniæ tantùm, sed & a T. ex San.
redditæ benevolentiæ. *Bellorum egregii fines, quoties*
ignoscendo transigitur, ait Tacitus 12. Annal. Præterea,
æmulatu tribuum studia in se accendit[b]. ¶ (*Sermo* b G.
autem omnis Israel pervenerat ad Regem in domo ejus)]
[Parenthesi hæc verba includunt etiam P. Ti. Strig. Belg.
Ang.] Verba hæc sunt authoris libri; q. d. Dum hæc
dictaret nunciis, Rex accepit literas ab omni Israele[c]. c He. in V.
Alii sine Parenthesi legunt,] וּדְבַר כָּל־יִשְׂרָאֵל בָּא אֶל
הַמֶּלֶךְ אֶל בֵּיתוֹ] *Et* (vel *nam*, Pi. vel *siquidem*, M.)
verbum omnis Israel venit ad regem, in domum ejus, Mo.
ó. Jon. Pi. M. *cùm sermo*, &c. *pervenerit ad Regem* de
reducendo Rege *domum suam?* JT. Glass. Ellipsis verbi
ex membro præcedente repetendi, ut Exod. 22. 15. *Si*
mercede conductum est, nè rependito, *venerat pro mercede*
sua. Repetendum illud ex vers. 14. Sic Deut. 1. 4. *Et Og*,
&c. sub. *percussit*, *in Edrei*[d]. d Glass. gram. p. 718.

12. *Fratres mei*, &c.] Ex tribu mea, in qua multos
consanguineos & affines habeo †. ¶ *Os meum*, † Me.
&c.] q. d. Putatísne me ultorem vestrum? non possum
odio habere carnem meam[f]. f Mart.

13. *Et Amasæ dicite*, &c.], quem Absalom principem
militiæ constituerat, suprà 17. 25[g]. Qui idcirco vel pu- g Ma. ex Jun.
dore, vel metu, à congressu Regis deterreri poterat;
hinc illum specialiter accersit David[h]. Sic Christus ex- h San.
pressit specialiter Petrum, Marc. 16. quia non fuisset ausus
inter discipulos comparere[i]. ¶ *Nonne os meum?*] i L.
i. e. nepos meus[k]? ex sorore Abigail[l]. ¶ *Si non* k V. Me.
magister militiæ, &c.] Mansit quidem Joabo sua legio, l Me. sic Mart.
20. 7. sed summa belli Amasæ concredita est, 20. 4. quam,
eo mortuo, Joab metu magìs quàm favore Davidis recu-
peravit; 20. 23. & 24. 2[m]. ¶ *Pro Joab*] Abdica- m G.
to Joab, quod jure facere poterat; 1. propter Absalo-
nem occisum contra Regis imperium; 2. propter cædem
Abner; 3. quia Regi gravis, in illum inverecundus &
imperiosus erat[n]. Fortè multa alia habuit vitia, quæ Da- n Me. ex Mart.
vidi

vidi notiora erant quàm aliis. Cogitabat sæpiùs David abrogare imperium Joabo, sed non poterat: valebat apud milites, &c. Nunc putat sibi oblatum hominem, qui tam valeat potentiâ atque auctoritate, quàm ille. Tempus opportunum erat, ut illum dejiceret. At debuit David Joabo virum pium præferre, non perfidum Amasam; (nisi dicamus quòd videret Joabum non emendari, de Amasa spes erat emendationis.) Quicquid sit, contemplor hîc providentiam divinam, quæ voluit, 1. ut per Amasam cor Judæ, &c. ad Davidem inclinaretur; 2. ut Amasa perfidiæ pœnas daret, occasione cædis hinc datâ [o].

14. *Et inclinavit,* &c.] Quis? Resp Vel 1. Amasa [p]; vel 2. alter pontificum, Zadok vel Abiathar [q]; vel 3. David; hâc oratione ad sacerdotes missâ flexit animos omnium [r]. Chald. tamen vertit intransitivè, *& inflexum est cor,* &c. tanquam legerit וַיֵּט *vajet* [s]; [Est autem in textu וַיֵּט nempe in Bibl. Polyglot. at in Plant. וַיֵּט]. ¶ *Dicentes, Revertere tu,* &c.] Ante hæc mandata non videtur expeditus in Hierosolymam reditus. Nam statim movit Rex, &c [t].

15. *Reversus est Rex*] Cum iis qui aderant ex sua tribu frequentes, cùm nondum convenissent qui ex aliis tribubus exspectabantur, quæ res jurgio causam dedit; de quo infrà Num. 40 [v]. ¶ *In Galgalem*] Locus fuit vicinus Jordani [x], à quo distabat stadiis 50 [y]. ¶ *Et traduceret eum Jordanem*] ut comitaretur (velut juvaret) Regem in trajiciendo Jordane [z].

16. *Festinavit autem Semei,* &c. *& descendit,* &c.] id est, festinanter vel properè descendit [a].

17. *Cum mille viris,* &c.] Ut officiosus videretur in Regem; vel tribunus erat inter suos, ideóque sibi subjectos milites adduxit [b]; vel, adduxit illos tanquam intercessores [c]. ¶ *Et irrumpentes Jordanem ante Regem,* [וְצָלְחוּ הַיַּרְדֵּן לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ] *Et transierunt (transvadârunt,* Jon. *paraverunt,* vel *parati trajecerunt,* Belg. *prosperè trajecerunt,* M. Ti. Mo.) *Jarden ante Regem,* P. V. Strig. i. e. ut irent in conspectum Regis, qui erat in ulteriore ripa Jordanis [d]. Vel, antequàm Rex ad Jordanem veniret †. Irrumpentes non sine summo periculo, &c [f]. Viri scilicet Juda, qui venerant ut Regem reducerent, vada explorantes, fortasse sedentes in equis, nè quod periculum Rex, aut ejus familia adiret in Jordane transmittendo [g]. *Pontem extruxerunt Jordani ante regem,* Sy. sim. Ar. Jo. in Mart. Fortè rates intelligit [h]. *Et perruperunt,* i. e. transierunt mulis aut equis [i]. *Transmiserunt,* JT. Pi. צָלַח notat motum alacrem & impetuosum [k].

18. *Transierunt vada,* &c. וְעָבְרָה הָעֲבָרָה לַעֲבִיר [בֵּית הַמֶּלֶךְ] *Et transivit scapha (vel navis,* M. Ti) *ut traducerent familiam regiam,* P. Mo. &c. *transivit ponto ille,* JT. quem præmiserat tribus Juda ad reducendum Regem [l]. Malim, *ponto quidam*; quia pontonis nulla antè facta mentio [m]. Sing. hîc ponitur pro Plur. nam multi pontones & naviculæ necessariæ videntur [n]. *Transierunt scaphæ,* Jon. [Al. aliter] *Et parârunt vada,* Sy. *attulerunt quoque sublicia,* Ar. ¶ *Domum regis*] i. e. uxores Davidis, ancillas, & parvulos [o]; nam alii vado in equis, &c. vel pedibus transiverunt [p].

19. *Nè reputes*] μὴ δὴ λογισάσθω, s. in G. Est in hoc sensu λογίζεσθαι *(imputare vel reputare)* contrarium τῷ ἀφιέναι *(remittere)* Rom. 4. 7. Idem alibi κελεύειν pœnam expetere [q]. ¶ *Iniquitatem*] sub. meam V. ¶ *Neque memineris injuriarum,* [אֵת אֲשֶׁר הֶעֱוָה] *ejus quod iniquè egit,* P. sim. JT. V. id est, injuriæ tibi illatæ [r]. ¶ *Neque ponas in corde tuo*] Heb. *ut ponat super cor suum?* Hs. pro, ut curet Rex de injuria accepta [s]. Sed contemnat quasi rem nihili [t].

20. *Agnosco,* &c.] Heb. *cognovit servus tuus,* (id est, *ego,* Pi.) *me peccavisse,* JT. Heb. *quòd ego peccavi,* כִּי ponitur εἰδικῶς, *(specificativè)* non αἰτιολογικῶς, *(causaliter.)* Porrò, ista mutatio personarum usitata est [v]. ¶ *Primus de omni domo Joseph,* Sic M. Ti. Pi. sim. P. [רִאשׁוֹן לְכָל־בֵּית יוֹסֵף] *primus omni domui,* &c. Mo. Qu. Quomodò hæc dicit Semei, qui erat de tribu Benjamin? Resp. Nomine *Joseph* intelligit, vel 1. universum Israel [x], sic Ps. 80. 1 *qui reducis velut ovem Joseph:* & 81. 5. *testimorium in Joseph:* & Ps. 77. 16. *redemisti—filios Jacob & Joseph* Ratio appellationis videtur, quòd Joseph

[o] Mart. [p] La. He. in V. San. [q] V. [r] Q. in V. [s] Ma. & plerique in Ma. [s] V. [t] San. [v] Me. [x] Mart. [y] Jo. in Me. [z] V. [a] V. [b] Me. [c] Mart. [d] Ma. ex V. † Ma. ex Jun. [f] Os. [g] Me. [h] Mart. [i] V. [k] Pi. [l] Ma. ex Jun. [m] Pi. [n] Ma. [o] Ma. ex V. [p] Ma. [q] G. [r] V. [s] V. [t] Me. [v] Pi. [x] V. T. ex San. Mart.

tum in Ægypto fratribus pro parente fuit, tum loco Ruben primogenituram nactus est, 1 Par. 5 [y]. 2. Vel omnes tribus præter Judam, quia in Judam & Joseph divisa sunt jura primogenituræ. Vide 1 Par. 5. 1 [z]. Vel 3. has tres tribus *Benjamin, Ephraim, & Manasse* [a]. Cùm militatum iretur, tribus Benjamin sub vexillo Josephi ibat. Non in tribubus Josephi computat se, sed computat cum illis cum quibus alioqui militabat [b]. Benjamin sub vexillo Ephraim militabat [c]. Tribus Joseph & Benjamin conjunctim intelliguntur, eò quòd illi fuerint fratres uterini [d]. 4. [Alii locum aliter vertunt,] *prior tota familia Joseph,* Sy. sim. Jon. Ar. JT. q. d. Tantâ diligentiâ ad te properavi, ut anteverterim etiam omnes posteros Josephi, quorum ager tibi secundùm Jordanem è Machanaimis huc ad vadum venienti est vicinior, Jos. 16. 1. nam Benjamitarum ager remotior erat, Jos 18. 11 †. *Prior universo Israel & domo Joseph,* 6. [Sed hæc sententia non placet Pi.] nam רִאשׁוֹן non regit præp. מִן, sed לְ [f]. Captabat gratiam Regis restituendi, q. d. meo isto adventu exemplum proposui cæteris quid facere debeant. Vel sic; Vide, ego primus venio ad te: oculi Hebræorum in te conjecti sunt, vident quid facturus sis contra me: specimen hîc dabis aut severitatis aut clementiæ. Hinc scient alii quid se maneat. Ità Hebræi. Non displicet [g].

21. *Numquid pro his verbis non occidetur,* [הֲתַחַת זֹאת וגו׳] *Numquid propter hoc?* P. V. propter hanc humiliationem? K. in M. vel supplicationem? V. sim. Pi. Me. ¶ *Quia maledixit,* [כִּי קִלֵּל] *Cùm* (vel *quamvis* vel *cùm* tamen, Pi.) *maledixerit,* V. JT. ¶ *Christo Domini*] Davidi, Prophetæ unctione in Regem inuncto [h].

22. *Quid mihi & vobis?*] An vestrum munus est, ut me perpetuò regatis [i]? ¶ *Cur efficimini mihi in Satan?*] Vide Mat. 16. 23 [k]. Heb. *in adversarium?* Jun. Pi. Mart. Simulatis vos juvare res meas, at non facitis. Importunus amicus interdum magis nocet, quàm inimicus. Quæ dicebat Abisai aliena non erant à ratione, sed à tempore: iste articulus aliud requirebat; q. d. rebus nondum sedatis, quid novas turbas excitatis [l]? Erat reipsâ hujusmodi consilium inimici; mors quippe Semei omnes tribus à Davide alienas reddidisset, dum de venia desperarent, & par supplicium sibi formidarent [m]. ¶ *Hodiè interficietur,* &c.] Confer 1 Sam. 11. 13 [n]. Dies lœtus ob recuperatum regnum clementiæ potiùs quàm severitatis exempla poscit [o]. ¶ *Me factum Regem?*] i. e. mihi restitutum esse regnum [p]. Censebat se illo die inaugurari, nolebat auspicari regnum à sanguine. Existimat injuriam premendam, non promendam. Pronus erat David ad injuriam condonandam, quia vexatus erat. Anima divexata videtur propinquior Deo fieri. Cùm pii sentiunt peccata sibi condonata esse, ipsi quoque prompti sunt ad condonandum [q].

23. *Non morieris. Juravítque ei*] Sed videtur David hoc juramentum violâsse, 1 Reg. 2. 9. *Tu noli pati eum innoxium* [r]. Resp. 1. *Non morieris,* scil. manu meâ, aut quamdiu vivam [s]; non meo jussu [t]. Vide 1 Reg. 2. 8. *Juravi —— dicens: non te interficiam.* Ecce hîc clarè explicat quid juraverit, nimirum quòd ipse non interficeret, &c *. Porrò, hanc conditionem non expressit David, sed in animo habuit. Videndum igitur est, quomodò interpretandum sit juramentum; an ad sensum jurantis, an illius cui juratur Resp. Si de foro civili agatur, verba jurantium accipienda sunt, ut vulgò intelliguntur. Si de conscientia, qui candidè & simpliciter jurat, non adstringitur ad servandum nisi ea quæ cogitaverit; qui verò fraudulenter, sciat se adstringi ad sensum ejus quem fallere voluit †. Pro successoribus suis David non juravit [v]. Juramentum, ubi alia causa non subest, personam jurantis non egreditur, neque hæredem obligat. Vide 1 Reg. 2. 8, 46 [x]. Quoties non personæ jus nascitur, —— sed Deo obstringitur fides, hæres jurantis non tenetur. Quia ad hæredem sicut bona transeunt, id est, quæ in hominum sunt commercio; ità bonorum onera: non item alia quæ quis ex officio, putà pietatis, gratiæ, fidei debuit. Hæc enim ad illud quod strictè jus dicitur inter homines non pertinent: ut alibi quoque ostendere meminimus [y]. Resp. 2. *Non morieris,* scil. hodie, vel jam [z]. Respicit David ad Abisai, qui ill[illegible] eum volebat [a].

[y] San. [z] Me. ferè ex La. [a] M. plerique in M. [b] Mart. [c] V. [d] Pi. sim. Mart. † Ma. ex Jun. [f] Pi. [g] Mart. [h] Me. [i] Mart. [k] G. [l] Mart. [m] Me. sim. L. [n] Pi. [o] G. sim. Me. Mart. [p] V. [q] Mart. [r] E. [s] Me. sim. Os. [t] Jun. Ma. Pi. La. † Mart. [v] Os. [x] G. [y] G. de J. B. & P. 2. 13. 17. [z] San. ex To. Pi. La.

bat occidere; unde illum retundens ait, *Ergône hodiè*
interficietur, &c? Potuit David gratiam & veniam limi-
tare ad libitum suum. Quòd in vita pepercerit ei, opus
fuit magnæ clementiæ: quòd verò in morte occidi jusse-
a La. rit, opus fuit justitiæ a. Resp 3. *Non morieris*, nempe
b F. sic L. propter hanc causam b; nec præcepit Salomoni, ut ob
eam puniret ipsum, sed tantùm dicit, *Noli pati eum esse*
innoxium, i. e. impunitum; sed eo modo quo justè pote-
rit: Id committit prudentiæ Salomonis. Nempe solent
principes ità dimittere peccata, præsertim seditiosis, ut si
contingat eos iterum peccare, simul puniatur prius pecca-
c F. tum cum posteriori; atque ità in Semei factum est c. Non
præcepit David, ut Semei innocenter viventi, nihil ominus
mortem inferret; sed si Semei de novo aliquid designa-
d Os. ret, tum pœnas morte lueret d. Resp. 4. Quæ malè
jurantur, non debentur perfici. David rem non licitam
nec justam promiserat, nempe ut homini scelerato parce-
retur, qui illam legem violavit, *Principi populi tui nè*
maledixeris. Mirum ergò non est, si David posteà monuit
† Mart. Salomonem, ut hoc malum corrigeretur †. Tam effrons in
Regem maledicentia non debuit relinqui impunita, ad ali-
f La. sim. Os. orum exemplum f.

24 *Mephiboseth filius Saul*] Ità Jon. Mo. P. Ti. M.
nepos Saulis, JT. Os. sim. ó. Sy. Ar. Hebræi ut majores
g San. vocant *parentes*, sic minores vocant *filios* g. ¶ *Illotis*
pedibus, [לוֹא עָשָׂה רַגְלָיו] *Non fecerat pedes suos*, Mo.
V. *Non curaverat pedes*, ó. JT. Pi. *non aptaverat*, P. *Fa-*
h San. Nobil. *cere* inter alia sign. *concinnare & aptare* h. [Vide annotata
nostra, ad Deut. 21. 12.] *Non curaverat præscindendos*
ungues pedum suorum, Q. in V. ó. aliquid hîc addunt,
nempe in Sixtiano codice, *non curaverat pedes, neque fe-*
i San. *cerat ungues*, Græcè οὐκ ὠνυχίσατο, *non præfecuit ungues* i.
Non laverat pedes, Jon. Sy. Ar. M. Ti. Ca. Mar. Os. G.
k G. ut in publico luctu k. Solebant Judæi, quia ex complexi-
one olent, æquè ac Arabes, instar hircorum, unde Judæi
à Poëtis & vulgo *fœtentes* vocabantur, (vide Ammian. l.
l San. 2. de Imper. Marco, & Martial. Epigram. 4. 4 l.) corpus,
& præsertim pedes, utpote pejus olentes, crebro lavare;
maximè quia multi in Judæa, quasi regione calidâ, ince-
debant nudis pedibus, aut non nisi soleâ tectis; pedes ergò,
m La. ferè ex an. incedendo per lutum & pulverem, sordidabant m. Porrò
illo: i pedes facilè comparebant, cùm Hebræis non essent
tibilia, & sandalia quæ illis erant pro calceis, non omninò
n San. pedes contegerent n. ¶ *Et intonsâ barbâ*, [וְלוֹא עָשָׂה
שְׂפָמוֹ] *Et non fecerat* (*aptaverat*, P. *curaverat*, ó. JT.
Pi. *raserat*, vel *totonderat*, Jon. Sy. M. Ti. Ca. Mar. *pur-*
gaverat, Strig.) *mystacem suam*, Mo. JT. (vel *labrum*
suum, P. ó. Jon. *labrum superius*, Mar. *barbam suam*,
M. Ti. Ca. *barbam superioris labri*, V. sic M.) Indicia
o Mart. hæc erant lugentium o. Quicquid insolitum, ad luctum
adhiberi solet; quale est capil los habere, aut, 1. ad cutem
detonsos, ut patet ex Levit. 21. 5. Isa. 15. Jer. 41. 5.
Aut 2. nimis prolixos, quod & Romanis solenne erat,
testibus Liv. Decad. 1. 6. & 3. 7. & Frontin. Stratag. 4.
p San. 5 p. *Rediit mœroris impatiens, barbâ capilloque promisso*,
q Ga. Sueton. Calig q. ¶ *Vestes non laverat*] Nempe lineas,
interulas, &c. Hoc etiam in luctu solenne erat. Vide
Ovid. in Epist. de Laodam. Ex hoc corporis & vestium
neglectu apertè agnovit David vera esse quæ dicebat Me-
r Me. phiboseth r.

25 *Cùmque Jerusalem occurrisset regi*, [וַיְהִי כִּי בָא
יְרוּשָׁלַםִ לִקְרַאת הַמֶּלֶךְ] *Cùm venisset Hierosolymam*
obviam regi, Ti. sim. M. P. ó. Jon. Sy. Mo. *Cùmque pro-*
fectus è Jerusalem occurrisset regi, Ar. *Fuitque obvius*
regi, quum rediret rex Jerusalem, JT. *Cùm autem venit*
Rex Jerusalem, venit Mephiboseth *obviam regi*, Q. in V.
¶ *Quare non venisti mecum?*] Severè ingratitudinem
s San. exprobrat s.

26. *Contempsit me*] Heb. *decepit* vel *fefellit me*, Me. M.
JT. ó. recedendo scilicet absque me, qui tamen strave-
t M. ram asinum, &c t. Jumenta & viaticum non para-
v Me. vit v.

27. *Accusavit me*, &c. [וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ] *Et detraxit*
in servum tuum, Mo. *Et* (sub. *Ziba*, M.) *accusavit*
(*falsò traduxit*, M. Ti. *sed detulit*, V.) *me servum tuum*,
P. Ti. *Fallaciter egit in servo tuo*, ó. ¶ *Sicut Ange-*
x Pi. sic *lus Dei es*] i. e. Ità sapiens x.
y Me. V. 28. *Morti obnoxia*, &c, [כִּי אִם אַנְשֵׁי מָוֶת] *Nisi*
viri mortis, P. V. morte digni y, ex summo illo rigore
quo omnes qui apud hostes sunt pro hostibus habentur z. z G.
Hoc dicit propter persecutiones Saulis a. Unde deberem a V.
æquo animo ferre, si omnia eriperes mihi. Utinam er-
ga Deum sic simus affecti. At si aliquantulum imminuat
de beneficiis, illicò quiritamur b. Si placet me reum cre- b Mart.
dere, & non solùm possessionibus, sed etiam vitâ privare,
id facilè potes c. ¶ *Quid ergo habeo justæ querelæ*, c Me.
&c? [וּמַה־יֶּשׁ לִי עוֹד צְדָקָה וְלִזְעֹק עוֹד אֶל־הַמֶּלֶךְ]
Et vel sed quid est mihi ultra justitia, (*justitiæ*, P. V. id
est justæ querelæ, V.) *& ad clamandum* (vel *ut clamem*,
P. vel, ut conquerar, *& vociferer*, Ità subaudiunt pro-
pter ל. Q. in V.) *Ultra ad regem?* Mo. P. *Quæ mihi*
est justificatio, ut ego vociferer, &c? ó. *Et quod est*
mihi amplius meritum ut clamem, &c. Jon. *Nunc neq;*
me justificare possum, neque loqui coram rege, Sy. sim. Ar.
Quid juris habeo, ut consequar [Lege meo periculo *con-*
querar] *ampliùs adversùs regem?* Ti. vel *ut ampliùs*
vociferer ad regem? M. sim. Ang. Belg. *Et quid est*
mihi ampliùs juris postulandum? (scil. propter bona
adempta, detractum honorem, &c d.) *aut* (Heb. *&*, Pi.) d Jun.
expostulandum ampliùs apud regem? JT. Heb. *claman-*
dum, &c. implorando opem ejus contra servum meum †? † Pi.
Quid si *justitia* hîc sumitur pro *misericordia*, ut fit in
aliis locis? q. d. quis mihi veniæ locus f? f Mar.

29. *Quid ultrà loqueris?* [לָמָּה תְּדַבֵּר עוֹד דְּבָרֶיךָ]
Ut quid loqueris ultrà, vel adhuc verba tua? ó. Jon. M.
P. Mo. Mart. *quare eloquereris*, &c? JT. q. d. accipio
excusationem; pluribus apud me non opus est g. *Sufficiant* g Jun.
quæ loquutus es, Ar. *Quid opus est pluribus verbis?* Ti.
V. Me. Loquendi modus indicat longiorem intercessisse
sermonem, præsente fortasse Zibâ, & se, ut poterat,
mendaciis & calumniis defendente h. Sensus est, non h Me.
possum ferre prolixam excusationem. Probabilis ei visa
est causa Sibæ i. Respondet David ei durè, & plus æ- i Mart.
quo credulus fuit Zibæ k. ¶ *Fixum est, quod locutus* k M.
sum, [אָמַרְתִּי] *Dixi*, ó. Jon. M. P. Mo. V. *Pronunciavi*,
Sy. Ti. *Jam verò edixi*, Ar. *jubeo*, Ca. i. e. stat sententia l. l V.
Dico. Enallage temporis m. ¶ *Tu & Siba dividite* m Pi.
possessiones, [אֶת־הַשָּׂדֶה] *Agros*, P. V. i. e. hæreditatem
tuam paternam n. q. d. Sententiam meam nolo totam re- n V.
tractare, sed tantùm ex parte, uterque vestrum dimidi-
um habebit o. Qu. Quid putandum de hoc facto Davi- o E.
dis? Resp. 1. [Q. defendunt.] Quidam putant Sibæ
restitutum jus illud colonarium, de quo suprà 9. 10 p. p G.
[Hinc אָמַרְתִּי vertunt, *edixeram*, JT.] q. d. posteriorem
sententiam revoco, quâ prædia tua Zibæ adjudicavi, suprà
16. 3. & priorem suprà 9. 10. latam redintegro, quâ eum
colonum partiarium agrorum Mephiboshethi institue-
ram q. Dubitavit David ob speciosas rationes Zibæ, an q Ma. ex Jun.
illi, an Mephiboseth credere deberet r. Potiùs judico, r Q. in La.
cùm Davidis liberale ingenium intueor, ipsum jacturam
illam Mephib. aliâ ex parte, liberali manu compensâsse s. s San. ex To. T.
Resp. 2. Alii peccâsse Davidem arbitrantur t. Siba me- t Ità He. in G. M. L. E. Me. La. Mart.
rebatur suspendium, non dimidium bonorum v. Cùm
accusâsset Dominum proditionis, &c. ac probare non pos-
set, debuit ipse ex lege talionis subire pœnas proditorum.
At David Sibam nè verbo attingit, sed sancto viro ser- v E.
vum nequam æquat x. Facilè cognovit David, nullam in x Mart.
Mephibosetho hæsisse culpam, tum ex ejus illuvie & sor-
dibus jam pridem contractis: tum ex silentio Sibæ ad-
stantis, nec contradicentis, ut colligitur ex v. 17 y. Me- y T. ex
phibosethum inauditum damnaverat [calumniæ servi] San. La.
credens z. Servi, juxta leges civiles, nisi in certis causis, z Me.
non audiuntur, imò nec torquentur contra heros suos,
quia multæ solent offensiones intercedere inter dominos
& servos a. Noluit David decretum suprà 16. 4. omni a Mart. ad v. 26.
ex parte rescindere, vel, 1. Ex verecundia *. Nè nimis * T.
apertus esset ipsius error b; *Sæpè infesta patrono* (*ira*) b G. sim. La.
reum damnat: etiamsi ingeritur oculis veritas, amat &
tuetur errorem. Sen. ira 1. 16 c. Vel, 2. quòd nimias c Ga.
Mephibosethi opes suspectas habuit d. Vel, 3. nè ingra- d G.
tus videretur erga Sibam †. Verùm aliunde debuit rex † T.
beneficia Sibæ compensare, non de bonis Mephibosethi.
Oblitus erat David meritorum Jonathæ. Ità fieri solet,
beneficia recentiora obliterant vetera f. Vel, 4. ex præ-
judicio; pravam opinionem conceperat de Mephibosetho,
quam ille suâ oratione evellere non potuit. Nimis indul-
get David Semei; hîc nimis durus est; ibi ignoscit impio;
hîc premit bonum. Homo erat; Sancti sæpe labuntur:
non

[f Mart.] non laborandum, ut eum defendamus [f]. Ad hoc peccatum [g He. in G. & in M.] respexit Deus, cùm Roboami regnum bipartivit [g]. At scriptura alias istius rei causas assignat [h]. [h V.] Notant quidam Davidem non punivisse Sibam, quia omnibus ob lætitiam diei parceba t[i]. [i Q. in Me.] Violâsse videtur David fidem Jonathæ datam [k]. [k La.]

30. *Etiam cuncta accipiat*, &c.] Davidem commotum videns molli oratione placandum duxit; quod sinistrâ manu David ei dedit, ipse dextrâ accepit. Considerabat Deum fortè peccata Saulis in posteris ejus adeóque in ipso punire [l]. [l Mart.]

31. *Traduxit regem Jordanem, paratus etiam ultra fluvium persequi eum*, וַיַּעֲבוֹר אֶת־הַמֶּלֶךְ הַיַּרְדֵּן לְשַׁלְּחוֹ] אֶת־בַּיַּרְדֵּן Pro אֶת־בַּיַּרְדֵּן, quod est *Chetib*, τὸ *Keri* habet אֶת־הַיַּרְדֵּן; τὸ Chetib retinendum censeo [m]. [m Di.] [Variè reddunt,] *Et* (vel *quare*, Q. in Ma.) *trajecit*, vel *transiit cum rege Jordanem*, P. Mo. JT. Di. &c. *Ut transmitteret eum ultra Jarden*, Jon. M. P. vel *in Jarden*, Mo. vel *Jardenem*, ὁ. *ut deduceret eum* (vel *prosequeretur eum*; i. e. comitaretur abeuntem, V. vel *prosequendo eum*, JT.) *per Jordanem*, Ti. V. *Ut illinc deduceret eum*, Sy. *Ut ei valedicto rediret*, Ar. *Eique se comitem per Jordanem præbuit*, Strig. *Ad dimittendum eum in Jordane.* Volebat enim eum salutare ibi, & inde domum reverti, ut patet ex v. 33 [n]. [n Mar.] *Ut demitteret eum ab in Jordane.* Sensus est, transiit fluvium cum rege eo animo, ut non longiùs quàm ad ulteriorem ripam procederet, ibíque ab illa ripa quæ in Jordane est eum dimitteret, & ab eo discederet. אֶת hìc sumo pro מֵאֵת, ut alibi fit, Gen. 4. 1. אֶת־יְהוָה *à Domino*, & Gen. 49. 25. מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי, *A Deo patris tui, & juvabit te, & ab omnipotente*, &c. Mic. 3. 8. *Repletus sum robore*, אֶת־רוּחַ *à spiritu Domini* [o]. [o Di.]

32. *Præbuit alimenta regis, cùm moraretur in castris*, בְּשִׁיבָתוֹ בְּמַחֲנָיִם] *In conversione ejus in Machanaim*, Mo. *dum moraretur*, &c. P. *dum esset*, Ar. *resedit*, JT. *maneret*, Sy. M. Scribitur בִּשִׁיבָתוֹ pro בְּשִׁיבָתוֹ. Est autem שִׁיבָה nomen verbale [p]. [p M.]

33 *Veni mecum*, &c.] Cupiebat enim David illi gratam vicem pro beneficiis rependere [q]. [q Me.]

34. *Quot sunt dies*, &c.] q. d. Quid opus est ad tantulum tempus vitæ quod mihi superest sedem mutare [s]. [s Me.] Ætas mea non est idonea peregrinationibus [t]. [t Mart.]

35. *Numquid vigent sensus mei*, &c? הַאֵדַע וגו׳] *Num discernam*, &c? P. V. num pro senio discernere possum inter suave & insuave, &c [v]? [v V.] Comprehendit his speciebus omnes voluptates aulicas [x], [x Mart.] quibus se idoneum non esse significat [y]. [y Me.] ¶ *Audire possum*, &c?] q d. Hæc ætas non capitur his quæ audiuntur in aulis principum [z]. [z V.] ¶ *Quare servus tuus sit oneri*, &c?] Senio confectus nullo tibi usui esse possum [a]. [a Me.] In aulis onerosi sunt senes. Vellent reges habere quibuscum confabulari & jocari possent. *Ætas nostra odiosa est adolescentibus: fabula sumus senex & anus*, ait senex in Terrent [b]. [b Mart.]

36. *Paululum procedam ab Jordane tecum*, כִּמְעַט יַעֲבֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן אֶת־הַמֶּלֶךְ] *Quasi paululum transibit Jarden cum rege*, Mo. *Perparum transibit*, &c. ὁ. sim. Jon. *vix enim trajecit*, &c. Sy. *Nonnisi magna cum difficultate Jordanem trajeci cum rege.* Ar. *paululum transibit*, &c. P. M. Ti. i. e. parum procedet ultra Jordanem prosequendo te, posteà revertar, &c [c]. [c V.] *Perparum transierit servus tuus Jardenem*, &c. JT. Pro tantillo officio, eóque debito, tantâ retributione opus non est [d]. [d Jun.]

37. *Moriar in civitate mea*] Rogat quod gratissimum est senibus, ocium & agrum paternum [†]. [† Mart.] ¶ *Servus tuus Chamaam*] Chimham filium meum [f]. [f M. V. Ma.] Vel proximum sanguinis necessitudine [*]. [* Ma.] Parentibus datur quod collocatur in liberos [g]. [g Mart.] ¶ *Ipse vadat*] Heb. *transibit*, nempe usque in Jerusalem [h]. [h V.]

39. *Benedixit ei*] *Bene precatus est ei*, V. i. e. valedixit, Ma. Cedit David rationibus illius. Sunt homines, qui dum volunt videri officiosi, sunt nimium importuni: obtrudunt beneficia quæ non expediunt nobis [i]. [i Mart.]

40 *Transivit ergò rex*, &c. וַיַּעֲבֹר הַמֶּלֶךְ הַגִּלְגָּלָה וְכִמְהָן עָבַר עִמּוֹ וְכָל־עַם יְהוּדָה וַיַּעֲבִירוּ אֶת־הַמֶּלֶךְ] Secundùm τὸ *chetib* legendum esset וַיַּעֲבִירוּ [k]. [k Di.] Sic vertunt; *Et transivit rex in Gilgal, & Chimham transivit cum eo, & omnis populus Jehudah, & transire fecerunt regem*, Mo. Ma. Non placuit hoc Masorethis; sic enim populus Judæ fuisset antè ultrà Jordanem, & cum rege transîisset cis Jordanem, quod falsum esse patet ex v. 16. Hinc monstrosè punctârunt וַיַּעֲבִירוּ, ut legeretur הֶעֱבִירוּ, atque ità difficultas ista evaderetur. Junius scrupulum illum aliâ ratione evadit, nempe τὸ עָבַר sumendo non pro actione regis, quâ Jordanem transiit, sed quâ jam transgressus progressus est, vertítque, *Deinde progresso rege Gilgalem, & Cimhame progrediente cum eo*, [hactenus Arab. sequitur,] *quum totus populus Jehudæ prosequerentur regem*: & in margine *progredi facerent regem*, [*quum tota gens Judæ cum rege transîsset*, Ar.] Nos neutrum probamus, & miramur ipsos in τῷ *Chetib* quicquam scrupuli invenisse. Est sanè, si vau in וַיַּעֲבִירוּ debeat esse copulativum; at quid est necesse? quum ex usitatissimo Hebraismo possit esse, & sit reverâ hoc loco retributivum, & וְכָל־עַם יְהוּדָה sint nominativi absoluti, Hebræis similiter usitatissimi, hoc sensu, *Et transiit rex Gilgalem, & Chimhan transiit cum eo; & totus populus Jehudæ* (id est, ad totum populum Jehudæ quod attinet) *transire fecerunt regem.* Ità τὸ כְּתִיב planè idem est quod τὸ קְרִי [הֶעֱבִירוּ] nec opus est textui mendum tribuere; narrantur enim hìc filii Judæ id fecisse, ad quod faciendum v. 16. venisse dicti erant. Tale vau extat Gen. 22. 4. בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי וַיִּשָּׂא, *die tertio elevavit*, sic 2 Sam. 10. 12. וְעָמַד; & 1 Reg. 12. 17. וַיִּמְלֹךְ [l]. [l Di.] [Alii locum paulò aliter vertunt,] *Et transivit rex*, &c. *& omnis populus Judah traduxerunt regem*, Jon. P. rectè, ait Di. vel *deduxerunt*, &c. Ti. *& conduxerunt regem*, M. ¶ *Et media tantùm pars affuerat de populo Israel*] sim. Strig. Ut suæ tribûs viris David satisfaceret, non expectatis reliquis ex aliis tribubus, qui illum deducere parabant, se dederat in iter [m]. [m Me.] וְגַם חֲצִי עַם יִשְׂרָאֵל Et (vel *simúlque*, Ti.) *dimidium*, (vel *pars*, JT. *media pars*, M. *pars aliqua*, V.) *populi Israel*, ὁ. P. Mo. sim. Sy. Ar. Ti. i. e. Illi qui secuti fuerant Davidem dum fugeret, & mille illi de tribu Benjamin quos adduxerat Semei [n]. [n V.] Judæ numerus duplò major erat quàm totius Israel [c]. [c Sand]

41. *Quare te furati sunt?*] Sic ὁ. M. P. Mo. *Cur abdiderunt te?* Sy. sim. Jon. *Quare celaverunt nos transitum tuum*, &c. Ar? *Quare furtim abduxerunt te?* Ti. JT. id est, non expectatis nobis (qui constitueramus te, ut regem decet, omni pompâ reducere) hunc honorem præripuerunt [d]? [d Ma. ex Jun. sim. Me. T.] Cur illi soli fuerunt comites ut reducerent te? debebant nos advocare [†]. [† V.] Illi ambitiosè nos à deducendo rege suo festinatione excluserunt [f]. [f Me.] Quæ clam fiunt, videntur fraudulenter & dolosè fieri. Quanta est instabilitas vulgi: priùs conspirârunt in Davidem, nunc omnes ità præ se ferunt studere commodis Davidis, ut res tandem in invidiam exeat. A Deo pendent regna, non à populo. Homines alioqui inconstantes sunt [g]. [g Mart.] Honestum certamen, & ex spe Davidis; quod tamen accensum acerbitate verborum, occasionem præbuit res novare volentibus. *Honesta quidem, sed ex quibus deterrima orirentur*, ait Tacit. fine Annal. 11 [h]. [h G.] ¶ *Traduxerunt regem & domum ejus Jardenem, omnésque viros David cum eo?*] Ità Mo. Jon. M. P. Ti. *Et omnes Judæos tecum?* Sy. sim. Ar. *Et omnes homines Davidis cum eo?* JT. i. e. tribules suos, & qui pro Davide militârunt [i]. [i Jun.] [Alii aliter,] *Et omnes viri David cum eo*, ὁ. *Omnes autem homines Davidis erant cum eo.* Hæc verba non sunt Davidis [diceret, opinor *non sunt virorum Israelis*] sed scriptoris [k]: [k Pi.] ad indicandum causam tam confidentis responsi tribûs Jehudæ: quia scilicet à partibus suis habebant milites Davidis [l]. [l Pi. ferè ex Jun.]

42. *Respondit* —— *quia mihi propior est Rex*, כִּי קָרוֹב וגו׳] *Respondit*, vel potiùs *responderunt*, &c. traduximus *quia propinquus*, vel *cognatus*, &c. Aut istud subaudiendum, aut כִּי redundat, ut sæpiùs fit. Hoc dicunt, quòd David habitaret in tribu Juda. ¶ *Numquid comedimus*, &c.] H[s]. Num cibos à Rege propterea accepimus [m]? [m V.] Quid si primùm veni, an tibi propterea quicquam decessit [n]? [n Mart.] ¶ *Aut munera nobis data sunt*, אִם נִשֵּׂאת נִשָּׂא לָנוּ] *Num* (*Si*, Mo.) *donativum donavit nobis?* P. JT. sim. ὁ. Jon. Sy. vel *accepimus nobis?* Ti. sim M. q. d. Non meum commodum quæsivi, tantùm officium feci [o]. [o Mart.]

43. *Decem partibus*, &c. עֶשֶׂר יָדוֹת לִי בַמֶּלֶךְ] *Decem manus* (*partes*, P. Mar. *portiones*, Sy. sub. *sunt*, P.) *mihi*

mihi in rege, P. JT. &c. Pi. Emphaticè; id est in regno: ut patet ex eo quod sequitur [p]. Sic *rex* pro regno sumitur, Hos. 10. 15 [q]. Major pars totius reipublicæ ego sum, & ad bellum plures milites adducere possum; ideóq; rex curam nostri debet habere majorem [r]; sumus enim decem tribus [s]. ¶ *Magísque ad me pertinet David quàm ad te*, [וְגַם בְּדָוִד אֲנִי מִמְּךָ] *Et etiam in Davide ego præ te*, Mo. vel *plus quàm tu*, P. V. Idem bis dicit, V. *Ac proinde in Davide plus quàm vos*, Sy. sim. Ar. *In Davide*; i.e. in jure quod habeo in Davide, tanquam rege, quia nimirum in Davide creando rege plus poterant decem tribus quàm duæ [t]. Si David spectetur ut privatus, magis ad vos pertinet, quia ex vestra tribu; si verò ut rex, magìs ad nos; quia maxima illius regni pars sumus*. *Sed & in Davide ego sum ante te*, M. vel *te supero*, Ti. Etiamsi illi sit de tribu tua, ego tamen potior sum, magìs ad me pertinet [v]. *Atque adeo pro Davide potior sum te*, JT. *In Davide ego supra te*, sub. *complaceo*, Q in Ma. *Davidem* deligo *supra te*; i.e. magìs quàm tu [x]. *Et etiam David volumus plusquam te*, Jon. [Chald. מִנָּךְ quod potiùs vertendum *plusquam tu*.] ¶ *Et non mihi nunciatum est priori ut reducerem regem meum?* [וְלוֹא הָיָה דְּבָרִי רִאשׁוֹן לִי לְהָשִׁיב אֶת מַלְכִּי] *Et non fuit* (vel *ut non esset*, M) *verbum meum primum* (*priùs*, Jon.) *mihi* vel *ad me*, *ad reducendum regem meum*, Mo. M. sim. Os. Strig. Ca. Quare mihi non dedisti primum locum, ut verbum seu imperium apud me, tanquam apud majorem, maneret, & illud tibi non usurpares [y]. Primi in officio reducendi Regis esse debemus, sive Reubenum spectes, qui naturâ primogenitus erat, sive Josephum qui sub ogatione. Et numero & dignitate, ego vinco [z]. *Ad nos pertinebat esse priores ad reducendum regem*, Sy sim. Ar. Al. sic; *Annon fuit sermo meus prior apud me* (vel *verbum meum primum mihi*, ʿ. & Jon. in Mar. P. V.) *de reducendo rege meo?* JT. *Annon ego prior verba feci*, &c? Ti. V. H[s]. nonne priùs dixi, vel decrevi, vel statui [a]. Decretum hoc à nobis primùm factum est [b]. ¶ *Duriùs responderunt*, &c. [וַיִּקֶשׁ דְּבַר וגו׳] *Et durum* (vel *rigidum*, Ma. *durius*, P. JT.) *Fuit verbum viri Jehuda præ verbo viri Israelis*; i.e. in refellendo Israelitarum rationes, & ludificando eos [c]. *Sermo durior*; i.e. vehementior atque efficacior [d]; arrogantiùs ac insolentiùs locuti sunt†. *Prævaluit verbum Judæorum*, Sy. *Superârunt Judæi Israelitas verbis suis*, Ar. sed quibus verbis usi sunt, ex scriptura non habemus [f]. Tumultus adeò vehemens videtur, ut rex non auderet quodammodò se interponere. Videtur tamen nonnihil connivere suæ tribui, itáque aucta est seditio [g].

p Pi. ex Jun. Ma. q Ma. ex Jun. r Mart. s V. t Pi. * Me. v Mar. x V. y M. z Mart. a V. b Mart. c Ma. d Pi. † V. f Me. g Mart.

CAP. XX.

1. *Accidit quoque ut ibi esset*, [וְשָׁם נִקְרָא] *Et ibi evenit vir*, &c. Mo. *Casu aderat*, JT. sim. P. V. vel, *oblatus*, Ti. *Occurrebat*, Pi. ʿ. Complut. in Nob. scil. Israelitis jurgantibus cum tribu Juda. Sic נִקְרָא accipitur, Exod. 5. 3 [h]. [pro נִקְרָה, de quo vide ibi annotata.] *Prosiliens*, Ar. *audacter se proferens*, Sy. *cùm illuc venisset*, Strig. M. vel *occurrisset*, Jon. in M. *Et ibi advocatus filius*, &c. ʿ. Res fortuita hæc erat quoad homines, sed providentiâ Dei evenit. Voluit Deus, 1. Exercere fidem Davidis, ut à se uno pendeat, non ab inconstante vulgo; 2. Regnum ejus à factiosis repurgare; 3. Sebam punire; 4. Animadvertere in Davidem, tum ob proditum ab eo Uriam, tum quòd nimiâ erga Semei clementiâ usus fuisset. Si in eum animadvertisset, fortè Seba & alii tantum non fuissent ausi [i]. ¶ *Vir Belial*] Vide Deut. 13. 13. Rectè, jugum scilicet excutiens, improbus & seditiosus [k]. ¶ *Sheba—vir Jemineus*] Heb. *vir Jemini*; i.e. de tribu Benjamin [l]. Fortasse, ut Simei, Saulis propinquus [m]. Videtur hic Seba fuisse unus è ducibus Absalomi contra Davidem, ac fortè primus post Amasam [n]. ¶ *Cecinit buccinâ*,] Captans attentionem populi [o]. ¶ *Non est nobis pars in David*, &c.] Hæc Hebræorum erat formula, (sive proverbialis locutio [p],) quâ negabant sibi cum aliquo futurum commercium [q]. Similis phrasis est, 1 Reg. 12. 16. & Act. 8. *Non est tibi pars*, &c. Sic Romani in repudio solebant dicere, *Res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito* [r]. Nihil habemus commune cum Davide [s]. Juxta sententiam tribûs Judæ non habemus partem in Davide: soli illi volunt habere suum regem, habeant igitur: rex nostri rationem non habet, neque nos ejus habeamus [t]. Illi dicunt, aut facto ostendunt Davidem ad nos non pertinere [v]. ¶ *Neque hæreditas in filio Isai*] Contemptim sic vocat, nam Isai erat vir privatus. Q. sic, jus regni non est hæreditarium in posteritate Isai; sed puto esse interpretationem prioris, non pertinemus ad hæriditatem ejus. ¶ *Revertere in tabernacula*] Quorsum? fortè ut in pristinam formam rempublicam reducerent, qualis fuerat tempore Judicum; vel ut de novo rege creando deliberarent; fortè etiam seipsum eligerent. Conveneramus ut Regem reduceremus, nunc re infectâ abibimus [x]. Abeamus in tentoria nostra, & Davidem, tanquam rem alienam, abjiciamus [y].

h Pi. i Mart. k Me. l V. sim. omnes. m Me. n La. ex San. o Mart. p T.

2. *Et separatus est omnis Israel*] Non difficile erat persuadere discessionem populo, quem ambitio & jactata utrinque convitia inflamabant [z]. ¶ *Viri Juda adhæserunt regi*] Videtur ergo & Benjamin non stetisse cum Davide: dicunt tamen alii, tribum Benjamin ferè semper in tribu Juda includi [a]. *A Jordane* (scilicet descendo regem [b]) *usque Jerusalem*, Pi.

3. *Tradidit eas in custodiam*] Heb. *in domum* (vel *domo*, P. *custodiæ*, Jun. Pi. i. e. in carcerem, V. sic Sy. *Alimenta eis præbens*) vel tanquam mercedem præcedentis famulatûs, vel quia aliis nupturæ non erant, à quibus alerentur [c]. ¶ *Sederant clausæ*, [צְרֻרוֹת] *Vinctæ*, P. Mo. JT. Pi. non in vincula conjectæ, sed in domo custodiæ detentæ [d]. *Detentæ*, ʿ. *custoditæ*, Jon *conclusæ*, M. Ti. Ca. V. ¶ *In viduitate viventes*] Fortè in nostra legendum *viventis* †. אַלְמְנוּת חַיּוּת In *viduitate vitæ*, P. V. Pi. Jun. sub. *permanentes*, V. *viduitate in vitam*, JT. *viduæ manentes* per omnem *vitam*, Pi. *viventes viduæ*, Ti. sic ʿ. *Viventes in viduitate*, M. ut sit hypallage [f]. *Viduæ viri ipsarum viventis*, sive *superstitis*, Jon. *Viduitas mortis* est cùm vir obiit; *viduitas vitæ*, cùm, eo vivente, conjuges separantur [g]. Qu. Cur ità fecit David? Resp. Videntur peccâsse; non enim leguntur reluctatæ esse, aut clamâsse; si assensæ fuerint, debebant lapidari vel comburi. Sed videbat vim intercessisse, ergò temperavit supplicium, dedit vitam, non autem conjugium [h]. Ignovit quidem timori; sed à filio tactas neque ipse tangere voluit, ut sibi impuras, (ex lege Levit. 18. 15. factæ autem hæ erant quasi nurus ipsius [i];) neque tangi ab aliis, quippe regias concubinas [k]; quales privatis nubere tutum non erat [l]. Deinde si progressæ fuissent in publicum, memoria rerum ab Absalomo turpiter gestarum fuisset renovata [m]. Fortè acquieverunt concubinæ huic conditioni [n]; nec eas reluctantes, sed voluntarias conclusit, illásque de honesta & regia alimonia providit [o].

4. *Dixit rex Amasæ: Convoca*, &c.] 1. Ut novum ducem exercitui imponeret, prout promiserat, 19. 3 [p]. 2. Ut seditionem Seba opprimeret [q]. Amasam delegit, tum quia erat ex illa tribu; tum quia Absalomo fuit princeps militiæ, adeóque seditiosorum animos demereri potuit [r]. ¶ *Et tu adesto præsens*] Sim. M. Ti. Sy. Heb. *& tu hîc sta*, Mo. Jon. vel *stare*. Infinit. pro Imperat [s]. *Hîc te siste*, sub. eodem die [t].

5. *Et moratus est*, &c. [וַיּוֹחֶר מִן הַמּוֹעֵד אֲשֶׁר יְעָדוֹ] Keri [וַיּוֹחֶר] *Et moratus est* (vel *sivit iste ut tardarent*, JT. Ma. vel *tardare fecit*, Ma.) *ultra tempus* (vel *à tempore statuto*, Mo.) *quod constituerat* vel *condixerat*, (sub. *rex*, Pi.) *illi*, P. Sy. Jon. Pi. Ti. vel, *quòd constitutum erat ipsi*, JT. Tardavit autem, vel, 1. quòd varia, ut fit, intervenirent impedimenta [v]; res illa plus habuit difficultatis, quàm principiò videbatur [x]. Vel, 2. quòd Juda valde amaret Joabum, nec facilè novo imperatori nomina dabant. Amasa hoc non significabat regi, nè minueretur ejus authoritas [y].

6. *Ait David ad Abisai*] Joabi operâ uti nolebat, quia eum dejicere decreverat [z]; & nè timeret Amasa Joabum præfecturæ suæ restituendum [a]. Non creat David Abisai imperatorem totius exercitûs, sed pro tempore ejus operâ uti videtur [b]. ¶ *Tolle servos Domini tui*]

q Me. sic T. ex San. r T. ex San. s Ma. ex Jun. t Mart. v V. sim. La. Jun. x Mart. y V. z San. a Mart. b Pi. c Me. d Pi. † Mar. f Pi. g Mar. ferè ex V. h Mart. i Me. ex San. sic F. L. k G. l Mart. m Mart. sic E. L. n Mart. sim. San. o San. p Me. sim. Mart. q Me. r San. s Ma. t Jun. v Me. x San. y Mart. z Mart. a Me. b Mart.

tui] Id est, vel 1. Davidis; de se loquitur in tertia persona†. Vel 2. Milites Joab principis militiæ meæ c. Vel 3. milites Amasæ, sub quo tu militas. Sic Urias Joabum *dominum suum* vocat c. 11*. ¶ *Nè fortè inveniat civitates munitas*] i. e. Nè occupet civitates, &c d. *Festinandum antequàm cresceret invalida adhuc conjuratio paucorum*, Tacit. hist. 1 †. Vidi ego in Belgio 22 militum regiorum rebelliones ob tardata stipendia, quarum nonnullæ datâ temporis morâ ità crevere, ut urbem aliquam occupantes & munientes factæ sint inexpugnabiles, & hostibus ipsis nocentiores f. ¶ *Et effugiat nos*, וְהִצִּיל עֵינֵנוּ [τὸ *Keri est* עֵינֵינוּ] *& effugiat* vel *eripiat se ex oculis nostris*, P. M. JT. Ca. sim. Ti. V. Mo. ità ut nesciamus quò ierit g. *Et teget (& eruat*, Sy. Ar.) *oculos nostros*, ό. Pugnandi copiam non faciat, ut deinde longis obsidionibus eum expugnare opus habeamus h.

† Me. c V. ex M. * Pi. d V. † G. f La. g V. sim. Mar. h Of.

7. *Viri Joab*] Qui antè militaverant sub Joabo, tunc sub Amasa. Vide suprà 19. 14 i.

i Pi.

8. *Juxta lapidem grandem, qui est in Gabaon*] id est, juxta collem illum saxeum, in quo altare erat, quódque dicebatur *excelsum Gabaon*. ¶ *Amasa veniens occurrit eis*] Cùm viros Juda evocâsset k, iísque certum diem & locum condixisset; eos autem simul cum Amasa profectos non fuisse, fidem facit, quòd alioquin sequaces Amasæ in Joabum arma convertissent l. ¶ *Porrò, Joab*] Is non vocatus venit, sed ultrò, & malo animo, ut interficeret Amasa, cui principatum invidebat, ut antè Abnero m. ¶ *Vestitus erat tunicâ strictâ ad mensuram habitûs sui*, וְיוֹאָב חָגוּר מִדּוֹ לְבֻשׁוֹ [*Erat Joab accinctus tunicâ* (*sago*, Mo. *chlamyde suâ*, JT. potiùs *chlamyde*; nam ו in מִדּוֹ paragogicum est n) *vestimenti sui*, P. V. Mo. JT. Pi. i. e. sago quo uti solebat in expeditione militari o. Vel *lumbari vestimentorum suorum*, Jon. *accinctus tunicâ quâ erat indutus*, Ti. *accinctus tunicâ suâ*, M. *Cingulo vestem suam adstrinxerat*, Strig. *Joabi vestis quâ se induerat, accincta erat apud eum*, Ang. *indutus mantellum, vestimentum suum*, ό. *præcinctus erat instructu armorum suorum*, Sy. sim. Ar. לְבוּשׁ est generale vestis vocabulum, & מַד speciale*. ¶ *Et, desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia*, וְעָלָיו חֲגוֹר חֶרֶב מְצֻמֶּדֶת עַל מָתְנָיו [*Et super ipsum* (nempe *sagum*) vel *eam* (nempe *vestem*) *cingulum gladii adhærentis lumbis ejus*, P. vel *super ilia ejus*, Mar. vel *conjuncti super lumbis ejus*, Mo. *cingulum cum gladio lumbis ejus affixo*, Ang. *cingulum* habebat *ad quam ligatus erat gladius super lumbis ejus*, Belg. *super eam accinctus erat gladio, qui junctus erat lumbis suis*, M. *super quam erat zona cum gladio* (Heb. *zona gladii*, Jun.) *copulato lumbis ejus*, JT. *Balteus gladii hærentis*, &c. i. e. quod stringebatur balteo quo dependebat ensis p. Supra vestes, præter morem gerebat gladium, ad majorem utendi facilitatem, 1 Reg. 2. 5 q. Gladius ad lumbos elatus erat, nè inter ambulandum nutans, & crus allidens incedenti impedimento esset, ut pedites Germani solent r. *Ferrum à latere diripuit, elatúmque deferebat in pectus*, &c. Tacit. annal. 1. Rectè *à latere*, nam mos priscus gladium ex humero suspendere, & demittere ad latus, Homer. Il. β.

k San. l San. ad v. 9. m Mart. n Pi. o V. sim. Belg. * M. p V. q Mar. r Jun.

—— Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος.

Nec heroum tantùm seculo, sed posteà, Claudian.

Gestat' ósque patri scapulis radiantibus enses.

Gladius ad latus, sica sive parazonium femori appendebat, ideò Græcis παραμήριον, Lips. ad Tac s. ¶ *In vagina*, בְּתַעְרָהּ [*in vagina sua*, Mo. P. &c. vel *ejus*, Mar. ¶ *Qui fabricatus levi motu egredi poterat & percutere*, וְהוּא יָצָא וַתִּפֹּל [*Et ipse egressus est & recidit*, Mo. Ma. [Q. utrumque ad gladium referunt,] *succinctus erat gladio, qui in vagina jugi in modum ad lumbos pendebat; sic ut facilè exiret, & excideret*, Ti. *& nullo negotio educi & recondi poterat*, Strig. Ità & ό. καὶ ἡ μάχαιρα ἐξῆλθε· καὶ αὐτὴ ἐξῆλθε καὶ ἔπεσε, *Et gladius exivit, & ipse* [nempe gladius] *exivit, & recidit*. Q. יָצָא referunt ad *gladium*, sed obstat genus masc t, cùm חֶרֶב sit fœmin v. [Alii utrumque ad Joabum referunt,] *Et ipse ambulans impegit*, Jon. *& incidit manus ejus super gladium suum*, Sy. *cúmque egressus esset, porrexit manum suam ad ensem suum*, Ar. [Alii, & quidem pleriq; prius ad Joabum, posterius ad gladium referunt,] *qúmque* Joab *egressus esset* (*proficisceretur*, Ang. *progrederetur*, ab ordine scilicet suo divertens, vel à loco ubi se refecerat, ad salutandum Amasam x,) *tum cecidit* (*elapsus est*, M. *excidit*, Belg. Ang.) sub. *gladius*, P. V. Mar. M. Ang. Belg. *ut ipso eunte caderet* gladius, JT. *qúmque ipse prodiret, excidebat* gladius, Pi. Cùm egressus esset Joab obviam Amasæ venienti, cecidit gladius, &c y. Ità pendebat in vagina gladius, ut facilè de vagina excideret; quod & Joabo leviter adjuvante evenit; ità ut Amasa crederet delapsum humi gladium ab eo tolli, ut eum in vaginam reponeret z. Describitur in hoc versu habitus Joabi; non erat tectus armis, tantùm penulam habebat & gladium a. Gladius hîc dicitur ad ilia seu lumbos dependere, quòd Hebræi milites altiùs accingi solebant, putà sub axillam, aut supra pectus, ut nonnulli hodiè gerunt; aut certè, ut alii nunc communiter, supra femur, ut Psal. 44. (45.) *accingere gladium super femur*; & Cant. 3. *ensis super femur suum*. Si in femore gladium habuisset Joab, non commodè amplexatus Amasam, illum è vagina potuisset eximere b.

s Ca. t M. v Mar. x Belg. y V. z G. a Mar. b San.

9. *Salve, mi frater*] i. e. Collega. Æmulum ferre Joab non poterat c. ¶ *Et tenuit mentum*, בִּזְקַן [Ad verb. *in barba*, Ma. Urbanitatis olim id erat & officii d. Hic enim erat mos osculantium †. Usitatum hoc erat Hebræis & Græcis f. *Antiquis Græcis in supplicando mentum attingere mos erat*, Plin. 45. Sic Thetis Il. ί. Jovi supplicatura illius genua & barbam apprehendit g. Sic Reginarum genas tangebant, teste Euripide in Hecuba, quæ sic Ulyssem alloquitur, ἥψω, &c. *tetigisti supplex hanc anilem genam* h.

c G. d T. † Me. f T. ex San. g Me. ex San. h San.

10. *Non observavit gladium*, וְלֹא נִשְׁמַר בַּחֶרֶב [*Non cavebat sibi à gladio*, P. [sim. omnes.] ¶ *Quem habebat Joab*] Heb. *qui in manu Joabi*, Ma. scilicet sinistrâ, quâ receperat gladium qui exciderat i. ¶ *Percussit eum in latere*, אֶל הַחֹמֶשׁ [*In quinta*, P. V. sub. *costa*, Pi. Al. *in inguine*. Chald. *in latere femoris ejus* k. Vide suprà 2. 23. Pi. ¶ *Nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est*, וְלֹא שָׁנָה לוֹ וַיָּמֹת [*Et non iteravit ei, & mortuus est*, P. Mo. V. Non inflixit illi alterum vulnus l. *Adeò ut non iterato ei ictu moreretur*, JT. Mirum sibi non cavisse Amasam à sanguinario, quem sciebat Abnerum eandem ob causam interfecisse. Sed quid humana prudentia potest contra consilium Dei? Deus aufert hominibus sapientiam, &c m. ¶ *Joab et Abisai persecuti sunt*, &c.] Resumpsit sponte Joab locum suum, non exspectavit donec à Davide restitueretur. Omnes post eum cœperunt ire. Hinc apparet favor militum erga ducem n. Joab omnia videns impunè ei cedere, plura audet. Atrox hîc perfidia o.

i Pi. k V. l V. m Mart. n Mart. o G.

11. *Ecce, qui esse voluit pro Joab comes David*, מִי אֲשֶׁר חָפֵץ בְּיוֹאָב וּמִי אֲשֶׁר לְדָוִד אַחֲרֵי יוֹאָב [*Quis est cui placeat in Joab? et quis est Davidis*, (sub. *qui velit esse*) *post Joab?* id est, Si quis velit Joabum gradu honoris dejicere, & priores partes, depulso Joab apud Regem habere, quod Amasa fecit, is ad hunc modum, sicut Amasa, tractabitur. Insultat igitur nebulo Amasæ mortuo; & domini sui Joab scelus laudat p. *Quis audet se opponere Joab? aut quis se adjunget Davidi loco Joab?* Strig. En quis, qui voluit esse pro Joabo, id est, loco Joabi imperator exercitûs, & qui ipsi Davidi voluit esse princeps militiæ, exauctorato Joabo, en qualis jacet! Hic est sensus nostri, & quidem egregius q. In Heb. est, *qualis est qui voluit esse pro Joab, et qualis est qui voluit esse Davidi post Joab*, id est, Joabi successor in militum præfectura r. [Reliqui autem aliter accipiunt, vertúntq;] *Quis qui voluit in Joab; et quis qui Davidi post Joab?* Mo. *Quis est qui voluit esse pro Joab? & quis voluit esse Davidi post Joab?* P. *Quis volens Joab, & quis ipsius David post Joab?* ό. *Quis est qui amat Joab?* V. vel *qui sibi complaceret in Joab?* Jon. sim. Pi. JT. *& quis est qui sit*, aut *velit esse pro Davide?* V. vel *& quis est qui hæret* (vel *esset*, Jon.) *Davidi*, Pi. qui fovet partes Davidis, V. *post Joab*, sub. *eat*, Jon. M. V. Pi. *Qui favet ipsi Joab, quíque Davidi, sequatur ipsum Joab*, Ti.

p Of. q Ma. r Me.

12. *Amasa conspersus sanguine jacebat*, מִתְגֹּלֵל בַּדָּם וגו׳ [*Volutans in sanguine*, jacebat *in medio viæ*, V. vel *viæ tritæ*, JT. מְסִלָּה sign. *viam aggestam*, scil. lapidibus s. ¶ *Quòd subsisteret omnis populus*] Favor erga Joabum non ità incitabat milites, quin ad cadaver

s Pi.

ver subsisterent, quare sapiens quidam submovit & contexit [t]. ¶ Nè subsistrent, &c.] Idque spectaculum odia omnium in Joabum vehementiùs concitaret [v].

13. *Amoto ergo illo*, &c. כַּאֲשֶׁר הֹגָה] *Quando amotus fuit*, P. Mo. JT. *avertit illum*, Jon. *declinavit*, ó. *cùm traxisset eum*, Sy. Ar. הוגה idem est quod הוסר à radice הגה. Alii à יָגָה esse volunt [x].

14. *Transierat per omnes tribus*] Quis? Resp. vel, 1. Joab [y]; Is transivit quacunque intellexerat Sebam cum exercitu progressum, usque ad Abelam, &c [z]. Vel, 2. Sheba [a]; Iste peragrârat tribus, nimirum eas ad defectionem solicitando [b]. Pervenerat ad tribum Nepthalim, quæ ultima est Septentrionem versùs, à tribu enim Juda digressus, alias tribus perambulaverat [c]. ¶ *Et omnes viri electi*] Heb. *Cum omnibus Beræis*, JT. Pi. id est, civibus *Beerothærum*, oppidi Benjaminitarum, Jos. 18. 25. contribulibus & fortassis civibus suis [d]. Alii per *Berim* provinciam intelligunt, in qua esset Abela & Bethmaaca, quæ pertinet ad Galilæam superiorem, sive *Gal. gentium*, Isa. 9. 1 †. *Et omnia loca Berim*, Chald. Heb. *& omnes Berim*. Sed noster appellativè accepit pro *omnes electi*, à ברר [*]. ¶ *Congregati fuerant ad eum*, וַיִּקָּלְהוּ וַיָּבֹאוּ אַף אַחֲרָיו [*Keri* וַיִּקָּהֲלוּ] *Et congregati sunt, & venerunt etiam post eum*, ó. Jon. P. Mo. Mar. scilicet viri illi *Berim* adhæserunt Seba [f]. *Isti verò insecuti sunt eum*, Ti. *Pérque omnes civitates insecuti sunt eum*, Sy. *Qui congregantes se etiam sequebantur eum*, JT. [Nempe Sheba, ut ex verbis antecedentibus liquet.] *Et isti congregati venerunt post eum*, M. Refert Joab [g]. *Et ipsi*, viz. Israelitæ *congregârunt seipsos*, & post eum profecti sunt; i.e. habitatores locorum istorum secuti sunt Joab [h].

15. *Venerunt*] Sub. *viri Israel*, V. Joab & exercitus ejus, Pi. ¶ *In Abela, & in Bethmaacha*] Ità Jon. Sy. M. Strig. Unus est locus, vel sunt duo loca conjuncta [i]. Loca vicina erant, per quæ Seba ibat, contemplando ubi se continere posset [k]. Josephus unum nomen facit [l]. *In Abela Bethmaacha*, Mo. Mar. Ar. Belg. vel *Bethmaacæ*, Ang. Et sign. id est; nec enim Seba erat in duabus urbibus, sed in una, quam obsedit Joab. Audi Adrichom. p. 101. num. 2. *Abela, quæ & Abel Bethmaacha*, sive *Abel domus Maacha*, insignis ac munita, superioris Galilææ urbs, ac Israelitarum metropolis [*]. *Abel* nomen est civitatis: ה [in אָבֵלָה] motum ad locum sign. *Bethmaaca* fortè regionis nomen, in qua civitas sita erat [m]. Hoc cognomine hæc *Abel* distinguitur ab alia ejusdem nominis civitate. Erat hæc urbs in tribu Napthali, ex adverso Syriæ, quæ *Maacha* dicitur. Vide & 2 Reg. 15. 29 [n]. Ubi sit *Abela*, non ità certum est. Hieron. duas facit: unam propè Philadelphiam, quæ in tribu Nepthali fuisse videtur; altera non procul à Gadara, in tribu Juda: hæc mihi videtur potiùs esse *Abela* illa quæ ad tribum Ephraim pertinet. Dicitur ea etiam *Maacha*: Maacha verò olim Amoræorum erat Jos. 12. ad Jordanem juxta montem Hermon [o]. *In Abela* sub. *quæ erat juxta* (vel *quæ est in regione*, Os.) *Bethmaacha*, P. Ti. ¶ *Et circumdederunt munitionibus civitatem*, וַיִּשְׁפְּכוּ סֹלְלָה אֶל־הָעִיר] *Et effuderunt* (*fuderunt*, M. Ma. quia effossa terra effunditur & congeritur in aggerem [p]. *fecerunt*, Os. *straverunt*, JT. i.e. excitârunt, V. *acervârunt*, Jon. Belg. Ang.) *aggerem ad* (vel *contra*, P. M. Os. Ang. vel *super*, Jon.) *civitatem*, P. Mo. Ti. Ma. JT. Belg. ó. Ex terra congesta, quâ repleverunt foveas urbis [q], ut faciliùs murum conscenderent [r]; complanârunt fossam [s]. *Cinxerunt enim aggeribus*, Ar. *Et circumvallârunt civitatem*, Strig. *Et everterunt aggerem civitati*; i.e. propugnaculum aliquod ante murum pro munimento excitatum [t]. Alii, *& effuderunt ballistam*, seu *arietem ad*, vel *contra civitatem*. Aiunt enim סוֹלְלָה esse machinam bellicam, quâ lapides projiciuntur, &c [v]. ¶ *Et obsessa est urbs*, וַתַּעֲמֹד בַּחֵל] *Et stetit in antemurali*, P. Mo. V. vel *in fossa*, Ang. Utrumque sign. חֵיל [x]. תַּעֲמוֹד Est fœmineum, & ad civitatem, vel aggerem, vel prælium, vel fossam, vel mulierem, quæ omnia Hebræis fœminea sunt, referri potest [y]. *Et stetit*, nempe civitas *in propugnaculo*, G. ex ó. Vel *in* solo *muro*, M. nempe interiori, qui civitatem adhuc tuebatur: exterior autem per aggerem erat demolitus [z]; q. d. propè erat, ut caperetur civitas, †. *Adeò ut*

[Margin: t Mart. — v G. — x M. — y Os. sic Sy. Ar. — z Os. — a Jun. Pi. Me. Ma. Mart. — b Mart. — c Me. — d Jun. Pi. — † Me. — * Mar. — f Mar. — g V. — h Belg. — i M. — k K. in Mart. — l Mart. — * La. — m Mart. — n Belg. — o Mart. — p Ma. — q V. — r Ma. — s G. — t Q. in Ma. — v Al. in Ma. — x V. — y Ma. — z M. ex He. — † Ma.]

staret civitas solo instructa muro, Ma. ex JT. absque fossa, vel destructo & everso aggere [a]. Sed illud *solo* audax videtur supplementum [b]. *Adeò ut staret super murum externum*, Belg. sim. Ang in marg. *Et stetit* mulier sapiens *in propugnaculo*, Ti. ut inde faciliùs ab exercitu exaudiri posset [c]. *Et stetit in strenuitate vel fortitudine*, Ma. Q in M. ut sit sensus, stabat bellicus ille exercitus fortiter, ut dejiceret murum; תַּעֲמֹד ad מִלְחָמָה relato [d]. *Adeò ut ille* (scil. *agger*) *staret ad* (vel *apud*, quod ב sæpe valet) *antemurale*, Pi. sic V. Mar. i.e. pertingebat usque ad antemurale †. Agger murum adæquabat [f]; vel potiùs, *stetit*, sub. *bellum*, vel *prælium*, V. vel, *populus Joab*, Os. vel, *populus civitatis*, Q. in Ma. vel de utrisque accipi potest, *& stabatur in propugnaculo*, ex quo strenuè pugnatum est [g]. Alii, *& remansit urbs capienda in antemurali*. Sensus est, Venerunt ad priorem murum, vel ad fossam urbis jam repletam terrâ ingestâ [h]. *Et mansit obsessa*, Sy. *Et obsederunt eam castra*, Jon. *Ità ut cives ejus in summam redacti essent miseriam*, Ar. [quasi חיל deduxissent ex חול *indoluit*, *timuit*, &c.] ¶ *Moliebatur destruere muros*, מַשְׁחִיתִים לְהַפִּיל הַחוֹמָה] *Corrumpentes ad evertendum murum*, Mar. sim. Mo. *cogitaverunt* (vel *contendebant*, Sy. vel *moliebantur*, P.) *dejicere* vel *subruere murum*, ó. Jon. Sy. P. G. ex Jo. securibus nempe & dolabris, ut Hist. 2. Tacitus nos docet [i]. *Corrumpentes* (*concutiebant*, Ang. sic M.) *murum ad dejiciendum*, Belg Ang. vel *ut dejicerent eum*, M. *Volebant vastare & dejicere murum*, Ti. *subvertebant*, vel *dissipabant ut cadere facerent*; i.e. subvertere nitebantur [k]. Corrumpentes, nempe vectibus evellebant lapides, ignem admovebant portis [l].

16. *Mulier sapiens*] Bene cogitandi, dicendíque vi pollens. Talis Græcis *sapiens* dicitur [m].

18. *Sermo dicebatur in veteri proverbio*, דַּבֵּר יְדַבְּרוּ בָרִאשֹׁנָה] *Loquendo loquebantur* (vel *omninò loquebantur*, JT.) *in principio*, Mo. JT. V. vel *olim*, P. V. vel *ab antiquo*, M. jam inde à principio conditæ hujus urbis [n]. *Verbum locuti sunt imprimis*, ó. *Omninò primùm loquendum erat cum Abel*, Ti. *Dicto ferebatur antiquitùs*, Sy. *Aiebant homines anteactis diebus*, Ar. *Loquebantur* (ad verb. *loquentur*, Fut. pro præt. imperf.) *anteà*; i.e. istud quod sequitur, nempe, *Interrogando*, &c. tanquam proverbium jactabatur [o]. ¶ *Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic perficiebant*, שָׁאֹל יְשָׁאֲלוּ בְּאָבֵל וְכֵן הֵתַמּוּ] [Diversimodè accipiunt. 1. Q. proverbium esse volunt.] Videtur proverbium hoc antiquitùs usurpatum, in honorem hujus urbis, quòd in ea sapientes multi extiterint [p], ad quos interrogandos se conferrent, qui difficilem habebant quæstionem [q]. Commune quoddam, & celebre totius Israelis oraculum hîc fuit. Civitas hæc erat, aut bonorum ingeniorum ferax, aut bonarum literarum altrix, quales sunt Academiæ. Habebant Israelitæ gymnasia & Academias: [Vide ad Jos. 15. 15] Ex illis hæc una erat [r]. Probabile est proverbiale fuisse dictum, cujus ignota est origo. Fortè ex ea urbe datum aliquando fuit prudens & utile responsum, cujus memoria hoc proverbio celebratur; quo admonebantur qui gravius aliquod negotium suscepturi erant, nè inconsultò susciperent, sed potiùs, si aliunde non adesset consilium, in Abela prudentes consulerent. Appositè hoc ad rem præsentem adducit, ut antiquum urbis beneficium mitigandæ iræ Davidis valeret [s]. Sensus est, veteres dixerunt, priusquàm aggrediamur aliquod arduum negotium, rem esse consultandam: si deessent consultores, vel ab *Abela*, quod oppidum fuit in extremis finibus, esse petendos; vel quòd ibi essent sapientes, &c [t]. [Sic vertunt,] *Interrogando interrogent in Abel; & sic perfecta sunt*, Mo. vel *sic perficiebant*, P. nempe quod susceperant [v]. *Qui vult interrogare, interroget in Abel; & sic prosperè eveniebat*, Strig. *Consulendo consulent in Abela, & sic perfecerunt*, Belg. vel *rem finiverunt*, Ang. Capto consilio illud sequebantur, & negotia sua fæliciter conficiebant [x]. Cùm consilio hujus oppidi obsecutum erat, res bene gestæ fuere, sive sic controversiam finierunt: sive, ut alii, sic negotium finient, ac perficient [y]. *Omninò consulent Abilæos*, (Heb. *Abelum*. Meton. subjecti.) *& ità perficiebant* rem. Verbum שָׁאַל, quum regit præpositionem ב, significat consulere. Exempla vide suprà 16. 23. Os. 14. 12. 1 Sam. 22. 10. Jud. 20. 18 †.

An-

[Margin: a Ma. — b Pi. — c Ma. — d Q. in M. — † V. — f Mar. — g Ma. ferè ex V. — h V. — i G. — k V. — l Mar. — m Mart. — n Pi. — o V. — p Belg. sim. Me. Pi. — q Me. ferè ex San. — r San. — s V. — t Q. in Mart. — v V. — x Me. — y Belg. — † Pi.]

Audacter, sive *confidenter Abelam consilium petituri adire solebant*, *& sic etiam fieri solet*. Ità Gallica versio. 2. Alii volunt hæc referri ad legem, Deut. 20. 10. *Cùm accesseris ad urbem——clamabis—Pacem*, &c [z]. Ità Hebræi, & alii ferè omnes [a]. *Recordor nunc quod scriptum est in libro Legis, ut rogetur civitas imprimis: sic quoque fuerat interrogandum pro Abel, an pacem vellent*; Jon. in V. Multa sunt subaudienda, ut clara reddatur sententia [b]. *Interrogando primùm interrogent pro pace*; quantò magìs id fieri debuit *in Abel? sic enim hucusque continuaverunt*, M. Argumentum est à minori ad majus; Hoc dicit, Interrogent, loquantur, proficiant, prout responsum tulerint. Hæc facere Israelitæ debebant erga externos, quantò magìs nobiscum, qui sumus Israelitæ & pacifici [c]? *Haud dubiè interrogabunt Abelæos, & ità absolverint*, JT. id est, cives mei omninò sibi principio persuadebant fore, ut per legatos exponeres petitionem tuam, & omnia, prìusquàm armis experieris: quod si factum fuisset, jam confectum esset negotium. Sic modestè Joabo objicit mandatum Dei, Deut. 20. 10. civium suorum de Joabo opinionem bonam; denique facilitatem omnium ad efficiendam & præstandam rem justam [d]. Non malè censent referri à muliere ad id quod ob initio inter se dixerant oppidani, *Mittent ad nos obsessores, & percunctabuntur an pacem velimus: & sic brevi confiet negotium* [†]. Omninò primùm loquendum erat cum Abel, *déque repetundis agendum* [שָׁאוֹל sumit in sensu *repetendi*, sive *requirendi*,] *sicque peragenda postulatio*, Ti. *Si interrogâssent Abel, tunc sic finivissent*; i.e. si interrogâssent duces vel milites tui cives Abel, num vellent recipere leges pacis, & se dedere, tunc statim, sive jamdudum finivissent bellum; h.e. tradidissent se potestati tuæ, & leges pacis recepissent; vel *loquebantur cum Abel, & sic perficiebant*, nempe quod præcepit Lex de proponenda pace [f]. *Debuit priùs iniri ratio de inquirendo in Abel, atque ità perfici res*, Ca. Respici volunt Deut. 20. At ibi non est verbum *quærendi* aut *interrogandi*. Potiùs respici puto legem, *Deut.* 13.—*inquiras an res se ità habeat, sin ità sit, civitatem exscindes*. Quod de idololatria loquitur, huc transfert; sive Deut. 13. sive 20 respiciat, parùm refert. Sed cur dicit *in Abel?* Quod generatim dictum erat, contrahit ad suam urbem, suóque negotio adaptat [g].

19. *Nonne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel?* [אָנֹכִי שְׁלֻמֵי אֱמוּנֵי יִשְׂרָאֵל] *Ego pacificarum fidelium in Israel*, Mo. *Ego sum* (sub. *una*, M. Strig. Ang. Mar.) *ex pacificis* (*inter pacificas*, &c. P.) *& fidelibus* (sub. *urbibus*, Pi.) *Israel*, M. Strig. Ti. P. sim. JT. V. Pi. id est, ego Abel (compellat enim Joabum totius suæ civitatis nomine [h];) sum ex pacificis, (q.d. à consiliis belli abhorreo [i],) & illis qui fidem servârunt Davidi; q.d. Ego non defeci à rege, &c [k]. At non penitùs excusari poterant. Receperant seditiosum; portas imperatori clauserant: quomodò igitur sic loquitur? Fortè majorem civium numerum respexit; vel *Seba* non omnia verè exposuit. Utcunque Joabus se convictum ostendit [l]. *Nos pacifici sumus in fidelitate cum Israel*, Jon. *Nos Israelitæ sumus pacati atque fideles*, Ca. Alii sic, *Ego pacificans fideles Israel*; q.d. Ego Abela sum quæ Israelitarum dubia & lites omnes decido, itáque litigantes pacifico, dum iis veritatem, verámque dubii resolutionem respondeo; q.d. Ego Abela abundo viris sapientibus, súmque doctorum Academia, à qua omnis Israel documenta & consilia petat. Pete ergo tu quoque ô Joab ab ea consilia, & ilicò bellum finies [m]. ¶ *Evertere matrem*] Matrem scilicet & altricem sapientiæ & religionis [n], Metropolin [o], arcem munitissimam, & quidem metropolitanam [p]. Instar matris sapienter & fideliter consulentem aliis [q]. ¶ *Quare præcipitas hæreditatem Domini?* [תְבַלַּע] *Absorberes?* JT. sic Ma. *Quæris deglutire*, vel *perdere*, V. *populum Domini?* Pi. Nos quidem ad Deum pertinemus, quemadmodum & vos. Idem verbum v. 20. habetur [r]; q.d. Peccabis non in nos tantùm, sed in bonum publicum, & in Deum ipsum [s].

21. *Homo de monte Ephraim Seba*, &c.] At *Seba* erat *Benjamita* v. 1. Resp. 1. Fortasse in eo monte habitavit [t]. Interdum extra tribus suas propter certas necessitates habitabant, indéque nomen accipiebant; Sic Urias *Hethæus* dictus, Obed-Edom *Gethæus*, Elcana *Euphrathæus* [v]. Verùm non licebat quemquam extra tribum suam habitare [x]. Resp. 2. *Mons Ephraim* erat in tribu Benjamin; sic tamen dicebatur, vel quòd ex Ephraim radices traheret, vel quòd respiceret tribum Ephraim; sicut nos *portam fluminis* vocamus quæ ducit ad flumen [y]. Resp. 3. Dicitur *mons Ephraim*, quia aliquid ibi accidit Ephraimitis; sive adversum, sive prosperum, quomodò *saltus Ephraim*, c. 18 [z]. [de quo ibi dicta vide.]

22. *Ingressa est*] Scil. in urbem, è muro descendens [a]. ¶ *Sapienter*] Heb. *cùm sapientia*, sive *prudentia sua*, P. V. Pi. i.e. prudentissimè oravit coram populo, quem convocavit [b]; q.d. cum sapienti suo consilio de capite Seba ad Joabum projiciendo [c]. ¶ *Abscissum projecerunt*] Plus fecerunt quàm postulabatur. Sic Scribonianus sub Claudio interfectus finem bello imposuit [d]. ¶ *Recesserunt*, [וַיָּפֻצוּ] *Et dispersi sunt*, P. V. i.e. sparsi recesserunt ab urbe, ut irent singuli in tentoria sua quæ erant in variis locis sita [†]. ¶ *Joab reversus est ad regem*] Quem, mœrorem animi ex Amasæ cœde dissimulantem, naratione civilis belli fœliciter oppressi, recreavit [||]. David eum non reprehendit, quia non audebat; Joab enim fœnum habebat in cornu, milites ad nutum ei parebant. Fortè reprehendit, quamvis id non exprimitur; at si insignis fuisset reprehensio, scriptura non tacuisset, nam in cœde Abneri commemoratur [*].

23. *Joab super exercitum*] Imperium improbè recuperavit [f], invito potiùs, quàm volente rege [g], exstincto Amasâ [h]. Videtur David necessitati parere. Sæpè autem coguntur reges ferre quæ nollent [i]. Alius sine magnis motibus substitui non poterat [k]. Census hic magistratuum repetitur, ut ostendatur quomodò David rursus creatus sit rex: tanti enim illi fuere motus, ut videretur suo loco dejectus. ¶ *Super Cerethæos*, &c.] Cohortes regis; Tametsi enim Joab super totum exercitum esset, tamen peculiarem illi habebant præfectum [l].

24. *Super tributa*] i.e. Præerat pecuniæ recipiendæ ex tributis [m]. Quæstor regni [n]. ¶ *A commentariis*, [הַמַּזְכִּיר] *Memorator*, ut apud nos secretarius, vel cancellarius [o]; à memoria, vel à libellis supplicibus [p]. Vide suprà 8. 16 [q].

25. *Scriba*] Ab epistolis, vel qui acta & res gestas consignabat [r]. Vide cap. 8. 17 [s].

26. *Erat sacerdos David*, [לְדָוִד] *Davidi*, S. Sy. M. Mo. Strig. Ar. *Sacerdos* propriè dictus, qui Davidi aderat, & pro eo sacris operabatur [t]; sicut hodie reges suos habent sacellanos; q.d. sacellanorum Davidis primus & præcipuus erat [v]. [Alii politicè accipiunt] [כֹּהֵן] *Præses pro Davide*, JT. vel *Davidi*, Pi. *Princeps Davidis*, P. Jon. *antistes*, Ca. *Primus consiliarius*, *amicus intimus* [x]. Quomodò filii Davidis dicuntur *sacerdotes*, c. 8. 18 [y]. Fortè Achitopheli surrogatus erat [z]; q.d. *sacratissimus Davidi*; i.e. intimus [a].

Marginal notes: z Ità M. Ti. Ca. L. E. Mart. Mar. — a V. — b E. — c Mart. — d Jun. — † G. — f Q. in V. — g Mart. — h Jun. — i Mar. — k V. — l Mart. — m La. sim. San. T. — n La. — o Me. — p V. — q Pi. — r V. — s Mart. — t Me. — v Mart. — x San. — y T. ex San. — z San. — a Pi. — b V. — c Pi. sim. Me. — d Q. — † V. — || Me. — * Mart. — f Jun. — g Ma. — h San. M. — i Mart. — k Me. — l Mart. — m V. — n Me. — o Pi. — p Mart. — q V. — r Mart. — s Me. — t San. ex To. & Theodor. — v La. — x V. sim. La. San. Me. Os. Mart. Ma. — y Mart. La. — z Mart. — a Ma.

CAP. XXI.

1. *Facta est fames*, &c.] Quo tempore hæc acciderint incertum est; num post occisum Seba, (cujus seditionem tertio famis anno accidisse volunt nonnulli,) an verò, longè priùs, ut alii volunt, cùm seditio Sebæ ad extremum vitæ Davidis acciderit [b]. Sicut in seq. parte colligit scriptor bella Davidis contra Philistinos, quia nihil jam bellorum supererat, quod historiæ mandaret; sic etiam quia calamitates numerârat, quibus Deus peccata Davidis castigaverat, hanc etiam, licèt non suo loco, attexere voluit. Nihil hîc certum video, mallem tamen hîc res ordine narrari, quo gesta sunt [c]. Fames hæc orta ex siccitate, vide v. 10 [d]. ¶ *Consuluit oraculum*] Cur non citiùs? Resp. 1. Fortè suspicabatur hactenus famem ex causa naturali provenisse, non propter peccata immissam. Resp. 2. Vel Deus hactenus ad interrogata respondere noluit; sive quia peccatum in castris reclamabat; sive quòd Deus tribus annis punire populum fame statuisset [†]. ¶ *Propter Saul*] Sic P. Jon. Sy. Ar. [& omnes nostri.] אֶל־שָׁאוּל *ad Saul*, Mo. אֶל pro עַל quandoque ponitur, ut Gen. 37. 35. *descendam* אֶל־בְּנִי

Marginal notes: b Mart. — c San. — d Pi. — † San.

אֶל־בְּנִי *propter filium meum*, 1 Sam. 4. 21. *emigravit gloria*—אֶל־הִלָּקַח וגו׳ *propter capi arcam Dei*, (h. e. propterea quòd capta esset) confer v. 22. Huc pertinet 1 Sam. 1. 27. אֶל *propter puerum istum oravi*. Sic Ezec. 6. 9. ל sumitur, vide & v. 11 [f]. ¶ *Et domum ejus sanguinum*, וְאֶל־בֵּית־הַדָּמִים] *Et propter familiam* (vel *domum illam*, Sy.) *sanguinariam*, P. JT. &c. i. e. propter Saulem hominem sanguinarium, qui effudit sanguinem innocentem [g]. *Propter Saulem, & familiam ejus, qui sanguines effuderunt*, Ar. Quia Saul sanguinarius fuit, & familia ipsius, quæ etiam aliquo modo hoc ipsius scelere contaminata est [h]. Sed non videtur æquum ut propter unius peccatum, populus, David, & posteri Saulis affligantur [i]. *Resp.* 1. Rex est publica persona, & rempub. repræsentat. Quod ergò rex peccat, hoc respub. peccat [k]. Voluit Deus inter homines vinculum esse arctissimum. Cœtus hominum est veluti unum corpus; afflicto autem uno membro reliqua languent. Interdum Deus, cùm punit impios, involvit & sanctos; & vicissim propter bonos admixtos sceleratis parcit: ità homines copulatos inter se voluit. Sic efficitur, ut quisque proximi sui curam habeat. Porrò nec pii puniuntur innocentes; defectus suos habent, non satis corrigunt, dolent, orant. Obj. At patres non occidendi sunt pro liberis, nec liberi pro parentibus. 1. Respondet K. Deus legem magistratibus proponit, non sibi præscribit. 2. Adversa infliguntur ob diversas causas, vel ad emendationem; vel ad probationem; vel ad præservationem vel peccantis, vel aliorum à sceleribus. 3. Posteri Saulis fuerunt, ut dicit textus, viri sanguinum, eo propensum habebant animum. K. ait eos fuisse Saulis adjutores in persequendis Gabaonitis. 4. Populus punitur, quia de eo facto gaudebant, & sperabant se frui posse bonis ipsorum. 5. Videbatur & David rem negligere: potitus regno non succurrebat oppressis [l]. ¶ *Quia occidit Gabaonitas*] Qu. Quando? *Resp.* 1. Cùm sacerdotes trucidavit in Nob. Erant enim Gibeonitæ apud Sacerdotes, cædentes eis ligna, &c [m]. Non placet, 1. Tunc mentionem sacerdotum hoc loco fecisset. 2. Nec ex zelo, sed ex ultionis affectu factum hoc diceretur [n]. *Resp.* 2. Occidit eos, ut eorum urbes & possessiones Israelitis traderet, indignum ratus, ut præstans illa terræ portio ab alienigenis occuparetur [o]. *Resp.* 3. Factum hoc erat, quum pythones & hariolos exterminaret è terra, 1 Sam. 28 3, 9. quia isti zeli fuit commune, gentes, & gentium studia è medio tollere [p]. Consilium Dei hîc erat; 1. ut constabiliretur regnum Davidis, & isti auferrentur, qui regnum Davidis turbare potuissent. 2. Voluit Deus ostendere se esse adjutorem oppressorum, & delectatum esse istorum Ethnicorum conversione, qui typum gerebant gentium vocandarum. 3. Voluit perjurium puniri [q]. Ex hoc loco patet jurametum hoc, non obstante fraude Gabaonitarum, obligâsse tum Josue & principes, &c. tum eorum successores [r].

2. *Erant—reliquiæ Amorhæorum*] At *Hevæi* erant, Jos. 11. 19 [s]. *Resp.* 1. Fortè in finibus utriusque populi habitabant [t]. 2. Dicuntur *Amoræi* synecdochicè [v]. *Amoræi* vocantur ex parte validiori decem populi, Gen. 15. 16 [x]. ¶ *Voluit percutere*] Id est occidere [y]. Et percussit quosdam, ut jamjam sequitur, & narrat Josephus [z]. ¶ *Zelo, quasi pro filiis Israel & Juda*] Id est, quasi suppleturus id quod illi omiserant [a]. Putabat Josuam, & populum peccâsse eos demittendo [b]. Mandato Dei sibi proposito, Exod. 23. 33. & Deut. 1. 20 [c]. Bonum publicum prætexebat Saul, quòd istos exstirpare vellet, quò Israelitæ bona eorum haberent [d]; ut hæreditatem eorum adjiceret ad Judam, &c [†]. Maximè incendebat eum, quòd habitârint isti in *Gabaon*, unde oriundus erat Saul, *Cephirah*, &c. Fortè sibi & familiæ suæ cupiebat illa bona. Notanter dicitur *zelo suo*, qui ex ipso, non à Deo erat, nec pro gloria Dei, sed ut plausum hominum captaret. Qu. Cur Gabaonitæ, mortuo Saule, non conquesti sunt Davidi? *Resp.* Id eis accidit, quod solet hominibus oppressis: nihil audent. Fortè suspicabantur generum Saulis noluisse rescindere acta soceri [f]. Zelum habuit Saul, sed non ex scientia, ut Rom. 10. 2. Nullo enim obtentu violari debuit fides publica. De qua vide Jos. 9 [g].

3. *Dixit ad Gabaonitas*] Ad ipsorum legatos [h].

f Glass. gram. p. 529. g V. h Os. i Mart. k La. l Mart. m Q. in M. n Mar. ex Jun. o Q. in Ma. sim. V. San. p Ma. ex Jun. q Mart. r Fi. s Me. t Mart. v Ma. ex Jun. x G. sim. San. y Pi. z G. a T. Me. b T. c Ma. ex Jun. d Mart. † V. f Mart. g G. h Pi.

¶ *Quid faciam vobis?*] Æstimate litem [i]; sed nimis liberaliter agere videtur. Optio illis non erat danda. Ex legibus mulctæ sunt imponendæ. *Resp.* Existimandum est oraculum, & causam mali ostendisse, & remedium, ut rependeretur eis quod postulâssent [k]. ¶ *Quod erit vestri piaculum?* וּבַמָּה אֲכַפֵּר] *Et in quo expiabo?* vel *purgabo?* scil. culpam Saulis, nè ejus reatus & pœna in nos recidat [l]. *Et quâ re placabo?* sub. *vos*, V. sic Pi. erga Israelitas [m]. ¶ *Ut benedicatis hæreditati Jehovæ*] Sic vocat tam regionem, quàm incolas [n]. *Ut bene precemini*, V. G. Mart. Videbat enim ipsos Deo gratos esse. Qui pios vexant, coguntur posteà eorum preces petere [o]. *Ut benedicant*, &c. JT. His verbis orationem convertit ad consilium suum; q. d. ut reconciliationem testatam facientes, iram ejus ab Israele avertant; sic Gen. 20. 7 [p]. Fortè impersonaliter accipiendum more Hebræorum, *ut benedicatur*; propriè imperativus est וּבָרְכוּ *& benedicite* [q]. *Ut benedicatis*; i. e. nè efficiatis ut divina maledictio exitio nobis fit [r].

4. *Non—super argento*, &c. [*Keri* לָנוּ] אֵין לִי כֶּסֶף וְזָהָב עִם שָׁאוּל וגו׳] *Non mihi*; i. e. populo Gibeonitarum; vel, *non nobis*; nam duplex est lectio in Hebræo; sed posterior recta est, ut patet ex membro sequente [s]. *Non nobis argentum & aurum cum Saul*, &c. Mo. Ma. *Non est nobis* quæstio *super argento & cum Saule*, &c. P. sim. JT. V. *non nos* indigentes *accipere argentum*, &c. *à Saul*, Jon. *non* poscimus *nobis aurum*, &c. Ti. sim. M. V. Ca. Sic dicunt, quia pauperes erant, & putabant Davidem credidisse hanc litem æstimari posse pecuniis [t]. *Non est nobis argentum—apud Saulem*, &c. quod scilicet reposcamus; sicut creditores dicuntur habere pecuniam apud debitores [v]. *Non debet* vel *debebat nobis Saul*, &c. Sy. Ar. Sensus est, habemus actionem cum Saule, & posteritate ejus, quæ non est de bonis & fortunis, sed de ipsorum personâ & vitâ [x]. ¶ *Neque volumus ut interficiatur homo* (sub. *ullus alius*, Os.) *de Israel*, וְאֵין לָנוּ אִישׁ לְהָמִית בְּיִשְׂרָאֵל] *Neque nobis est* voluntas *interficiendi quemquam in Israele*, P. scilicet exceptâ familiâ Saulis, Pi. *Neque est nobis vir*, seu *quisquam* (sub. *ex aliis*, V.) *ad occidendum*, &c. i. e. quem vellemus occidi, P. D. *Nec agitur nobis de interficiendo quoquam*, &c. Sy. JT. *Nec ullus est nobis inter Israelitas inimicus, quem interficere velimus*, Ar.

5. *Virum qui attrivit nos*, &c. הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ וַאֲשֶׁר דִּמָּה לָנוּ נִשְׁמַדְנוּ מֵהִתְיַצֵּב וגו׳] *Viri* (vel *viri illius*, JT. vel *vir ille*, Nominativus absolutè positus ex idiotismo Hebræorum; q. d. *quòd attinet ad virum illum*, Pi. vel, *vir ille* est, P. V. nempe Saul, V.) *qui consumpsit*, vel *excidit nos*, Mo. P. JT. Pi. Jon. *Et qui cogitavit in* vel *contra nos*, Mo. P. Jon. JT. Pi. sub. vel *malum*; i. e. perniciem, Pi. vel *cogitationes pravas*, V. [*ut*] *disperderemur à stando* (vel *& deleti* vel *excisi sumus, ut non subsistamus*, P. V. Jon. vel *adeò ut deleti simus*, V. vel per quem *exterminati sumus, nè consisteremus*, JT. Pi.) *in omni* (vel *ullo*, JT. Pi. P. Jon.) *termino Israel*, Mo. [Excisionem dictam hi referunt ad Gabaonitas. Porrò ex his nonnulli sensum suspendunt, & cum sequenti versu continuant, v. 5. *Viri illius*, &c. v. 6. *ex illius* ergò *filiis dentur*, &c. JT. sim. Ar. Pi. Alii excisionem ad Saulis posteros referunt, locúmque aliter reddunt,] *virum illum qui perdidit nos*, &c. *perdemus* vel *delebimus* (vel *deleamus*) *nè stet*, vel *extet, in ullo termino Israel*, M. sim. Ti. i. Sy. Ca. Mar. *Nè quis ei superstes sit ex omnibus finibus Israel*, Strig. Huic sensui favet accentus Athnach, quo sensus distinguuntur; ut post illum, de aliis loquatur, nempe de posteris Saulis. Priori verò sensui favet verbum נִשְׁמַדְנוּ, quod passivum est, & sign. *excisi sumus*. Verùm quia leges Grammaticæ in Hebræa lingua non semper servantur, præstat ut passivum pro activo sumatur, dicamúsque, *disperdamus*, scil. virum, &c [y]. Noster שָׁמַד in Niphal activè & transitivè accepit, quod non est penitùs insolens in ea formula [z].

6. *Dentur nobis septem*, &c.] Priùs omnes extinguere volebant, posteà septem tantùm postulant. Fortasse David, dum hi miscebantur sermones, significaverat se Mephibosethum non daturum; itaque septem tantùm petunt, ut David, & si cui alii voluerit, parcere possit [a]. Agnosco hîc naturam furentis animi, qui primos impetus habet acres, & ad omnia projectos: illis autem sedatis, saniora

i G. k Mart. l Ma. m Mart. n V. o Mart. p Jun. q Ma. r Me. ex San. s Pi. t Mart. v Pi. x Os. y Mar. z Ma. a Me. sim. To. in San.

saniora cogitat, & se moderatur ac corrigit [b]. ¶ *De filiis ejus*] i. e. nepotibus [c]. ¶ *Ut crucifigamus eos*, Sic V. וְהוֹקַעֲנוּם] *Et figemus eos*, M. aut *affigamus*, V. *suspendamus*, Mo. JT. Ma. &c. *distendemus*, Ma. ἐξηλιάσωμεν, ó. hîc; i. e. *sub dio palàm eos de ligno suspendamus*, nempe priùs interfectos; quod tacitè intelligitur; ut Num. 25. 4 [d]. ¶ *Domino*] In honorem Jehovæ †. *Ad placandum Dominum* [f]. Significatur per hoc manifestatio Divini judicii, qui per hunc modum voluit ulcisci innocentiam Gibeonitarum [g]. Vel in loco, ubi est arca Domini [h]. ¶ *In Gabaa Saulis*] Ea erat patria Saulis. Pertinebat hoc ad magnum ejus dedecus [i], ut quod splendoris regii fuerat, idem suspendii foret theatrum [k]. Sic Aman ad ignominiam augendam domi suæ patitur [l]. Suspendium eligerunt, ut supplicium magis perspicuum esset, & admonerentur Judæi, 1. nè proselytos malè acciperent; 2. ut in posterum juramenta servarent [m]. ¶ *Quondam electi Domino*] id est, quem Deus olim in Regem elegerat [n]; q. d. qui tamen jussu Domini electus fuerat Rex [o]. Sed non est probabile, Gibeonitas tam honorificè de Saule hoste suo loqui voluisse [x]. בְּחִיר יְהוָה *electi Domini*, Mo. [& plerique] electi ut Rex esset [q]. *O electe Jehova!* JT. ut sit Apostrophe ad Davidem [r]. Verto, *In Jova monte:* בְּהַר non בְּחִיר legendum videtur, ut paulò post idem verbum repetit: alioquin inepta est sententia *. ¶ *Et ait Rex, Ego dabo*] Consultis Prophetis, quod hîc disertè adjicit Josephus; & fames δείλαιος exigebat. Et certè aliter si esset, non tantùm peccâsset David in legem satis apertam, Deut. 24. 16. semper observatam à bonis Regibus, 2 Reg. 14. 6. 2 Par. 25. 4. & in legem alteram Deut. 21. 23. Verùm etiam apud omnes prudentes suspicione se onerâsset, quasi prætextus quæreret, ut se & posteros suos liberaret à posteris Saulis, uno tantùm, eóque debili servato. Vide quæ de hoc argumento dicta de J. B. & P. 2. 22. 14 [s]. Verisimile est oraculo (quod David consuluit v. 1.) responsum fuisse, ut petitione Gabaonitarum, injuria ipsis facta expiaretur. Atque ità David non tam fecit officium judicis, quam executoris sententiæ divinæ. Dei autem judicio, apud quem nemo innocens, rectè filii pro peccatis patrum luunt [t].

7. *Pepercítque rex Mephiboseth*, וַיַּחְמֹל] *Misertus est autem*, i. e. non tradidit illum [v]. Rex pepercisse dicitur, quia, ut alii parcerent, impetravit; vel, cùm Gabaonitæ septem tantùm petierint, illum exemit è septenario numero; vel precibus suis, aut auctoritate obtinuit à Gabaonitis, nè supra septem ad crucem exposcerent [x].

8. *Filios Michol —— quos genuerat Hadrieli, &c.*] Difficilis hîc quæstio est, quomodò hæc vera sint, cùm *Michol* non nupserit *Hadrieli*, sed *Phaltiel*, 1 Reg. 25. & 2 Reg. 3. *Hadrieli* verò nupsit *Merob* soror *Micholis* [y]. Et Michal filios non habuit [z]. Resp. 1. Legendum omnino videtur מֵרַב *Merab*, non verò מִיכַל *Michol* [a]. Sed magna (hæc est) confidentia, cùm in omnibus linguis *Michol* ponatur. Quid enim id aliud esset quàm locos omnes eâ exceptione dubios facere [b]? ó. & Chald. & Hebræi codices omnes constanter legunt *Michal* [c]. Resp. 2. *Micholis filii* dicuntur impropriè, quòd ex Merobe sorore natos ipsa educavit [d]. *Merob* aut jam decesserat, aut à priore fortuna ceciderat, quare eos Michal adoptavit †. Sic Gen. 36. 2. *Oholibama* vocatur *filia Anæ*, (quia hic pater verus fuit.) *filia* autem *Sibhonis*, (quia in ejus ædibus educata.) Et Exod. 2. 10. filia Pharaonis Mosen vocat *filium suum*. Sic Num. 3. 1. filii Aharonis seipsos nuncupant *stirpem Mosis*. Sic filius Ruth dicitur *filius Naomi*, Ruth 4. 17 [f]. Sed obstare videtur, quòd Michol *genuisse* dicitur hos filios [g]. Resp. יָלְדָה [quod hîc vertunt *genuerat*, vel *pepererat*,] aliquando sumitur pro *educavit*, ut Gen. 50. 23. & Ruth 4. 17 [h]. *Pariendi* verbum accipitur pro eo quod est, natos tollere atque educare pro suis μεταληπτικῶς [i]. Ut *filii Michol* figuratè dicuntur, subauditâ similitudinis formâ, *sicut, quasi*, &c. quia quasi filii erant, scil. amore & curâ, sic eâdem figurâ vocantur geniti, id est, quasi geniti, quia ab ea ità tractati sunt, acsi ab ipsa concepti, &c forent †. Sic Liv. 4. 10. *Theoxena, ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit; & tanquam omnes enixa foret suam sororísque filios in eadem habebat cura* ‖. Græci non vertunt, *quos peperit*; sed τοὺς τεχθέντας, *qui geniti sunt Adrieli*; sub. *ab uxore ejus Merob* [k]. Suspicabar eos legisse non יָלְדָה sed יָלְדוּ [l]. *Peperit*, ponitur, pro *qui geniti sunt*; ex vera matre. Sic 1 Reg. 21. 8 *Michalis filii quos* una *peperit*, nempe non ipsa, sed Merob *. Chald. vertit, *filios Merob, quos* educaverat Michol, quos pepererat (scil. Merob) Hadrieli, Jo. 7. 4 [m]. Resp. 3. Eclipsis hîc est nominis cognationem significantis, qualis infrà v. 19 [n]. *Quinque filios sororis Michalæ, &c.* JT. Sic Jer. 32. 12. *avunculus* dicitur pro avunculi filio, τῷ *filio* ex v. 7. suppleto. Usitatum est Hebræis curto loquendi genere omittere verba agnationis, ut *fratris, sororis, filii*, &c [o].

9. *Qui crucifixerunt*, &c.] Gabaonitæ suffixerunt eos, non David, nec ipsius satellites. Id verò agitur, ut David non fiat perjurus [p]. ¶ *In monte*] At vers. 6. dicitur *in Gabaa*. Resp. 1. Etiam in versu 6. Theodor. & Complut. habent *in colle* [q]. 2. Utrumque verum; nam mons ille erat prope Gabaa. Sic Christus baptizavit in Bethania, Johan. 1. id est, prope eam [r]. ¶ *Coram Domino*] Vel 1. quòd arca Domini esset in urbe proxima [s]; vel 2. ad placandum Dominum [t]; vel 3. in honorem Dei, ejúsque justitiæ [v]; vel 4. publicè, in conspectu justi judicis Dei [x]. Sub dio, ad aerem; sic Horat. Od. 1.

—— *Manet sub Jove frigido*
Venator [y].

¶ *Et ceciderunt*] Sic V. *mortui sunt*, P. Qui moriuntur dicuntur *cadere*, unde *cadaver* Latinis [z]. ¶ *Incipiente messione hordei*] Quæ fit in Judæa circa æquinoctium vernum, & festum Azymorum [a]. Totum messis tempus bifariàm dividebatur; prius scil. hordeaceæ, & posterius triticeæ messis. Hordeum Martio, triticum Aprili demum mense metebatur [b].

10. *Donec stillaret aqua*] Quamdiu excubias has egerit, non constat [c]. Usque ad Septembrem, quando defluit imber, nempe serotinus [d]. Vide Jos. 3. 15. Si ità fuerit, per aliquot menses, singulari pietatis exemplo, custodivit. Plusquam virili pectore erat, quod nil territa esset, vel sanie tabóque cadaverum, & fœtore inde exhalante, vel feris, &c †. Hîc mansit orans Dominum, ut propter supplicium filiorum suorum averteret iram, & pluvias daret, &c [f]. *Donec stillaret*, &c. & sic appareret Deum esse placatum: nam fames per siccitatem evenit [g]. Significatur pluviam citò datam. Nam non poterant corpora crucifixorum relinqui suspensa [r]. Quia Saulis peccatum prohibebat pluviam, probabile est non multò post horum crucifixionem imbrem decidisse [s]. Nec necesse erat ad Septembrem usque corpora à feris custodire, cùm post tot menses nihil illis reliquum foret. ¶ *Neque bestias, &c.*) Hinc colligo cruces non semper altas fuisse, alioquin feræ non potuissent cadavera laniare, nisi proxima terræ cadavera penderent. Ità putat Lipsius de Cruce 2. 13. Solebant martyres in cruce lacerari à feris, Euseb. 5. 1. Sic Martial. in Amph. epig. 7.

Nuda Caledonio sic pectora præbuit urso,
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Certum est apud gentes corpora damnatorum in cruce relinqui; hinc illud Horat. l. 1. epist. 16.

—— *non pasces in cruce corvos* [t].

Qu. Cur hæc corpora tamdiu pendent, quæ eodem die de crucibus deponenda erant, juxta Deut. 21. 23? Resp. 1. Ibi agitur de eo, qui ob proprium scelus, crucifigitur in pœnam; hîc verò de iis qui ob alienam & publicam culpam, ideóque totius populi fiunt piaculum ad reducendam pluviam [v]. 2. Crucifixio hæc non fiebat ab Hebræis, sed à Gabaonitis, (quorum voluntati David totam hanc causam permisit [x];) qui lege Hebræa non tenebantur, quomodò Christus, & latrones à Romano judice damnati, non fuissent juxta legem Judæorum à crucibus eodem die depositi, nisi Judæi precibus id à Pilato impetrâssent, Joan. 19. 31. Gabaonitæ autem voluerunt corpora tamdiu pendere, ut publicum divinæ ultionis & patrocinii sui monumentum diu extaret, nè quis in posterum simile quid adversùs se attentaret [y]. Gentes, licet in cæteris amplecterentur religionem Judaicam, nihilominus non ad omnes ceremoniales & forenses leges erant alligatæ [z]. 3. Deus peculiariter nunc ità fieri voluit. Leges imposuit hominibus, non sibiipsi [a]. Voluntatem hanc suam Deus per Nathanem significavit [b]. Cujus ille finis esse potuit, ut

[b] San. [c] V. Pi. [d] G. † Pi. [f] V. Me. Pi. [g] M. [h] Mar. [i] Mart. [k] San. sim. Me. [l] San. sim. Mart. [m] Mart. [n] Os. [o] V. [p] Pi. [q] Me. [r] Ma. * Ca. [s] G. [t] E. [v] V. [x] San. [y] F. [z] G. [a] Cap. Crit. sic Caj. in E. Salian. in Me. Canus in T. Os. Nebrissensis Quinquagen. c. 30. [b] Mar. [c] Buxt. vind. 2. 13. [d] He. in G. sim. E. Me. San. Mart. Ma. K. & RS. &c. in Mart. † San. [f] Buxt. ib. [g] E. [h] Buxt. [i] Jun. sim. Bertram. in Luc. Frankt. c. 6. ubi plura vide. † San. ‖ Ga.

[k] Buxt. [l] Mar. * Brought. Conc. in Ga. [m] Mar. [n] Jun. Pi. Ma. sic Wil. [o] Wil. [p] Mart. [q] Nobil. [r] San. [s] V. [t] Me. La. [v] La. [x] Os. [y] Ma. [z] V. [a] Me. ex San. [b] BA 1. 3. 13. 858. [c] San. [d] RR. in San. † Me. ex San. [f] M. [g] G. ex M. V. Pi. E. Me. [r] E. [s] Me. ex San. [t] San. [v] La. ex To. [x] San. [y] T. ex San. [z] Os. [a] Mart. [b] L.

omnes inde cognoscerent, quàm Deo esset invisum scelus juratæ priùs, & deinde violatæ fidei [c]. 4. Rex de cruce eos pendere voluit usque ad supervenientem pluviam, quia illa erat signum divinæ clementiæ exoratæ, ad quam propitiandam illi suspensi erant, & suo illam modo implorabant [d].

12. *Et tulit ossa Saul*, &c.] Excitatus exemplo Resphæ †. Imitatio rerum bonarum nobis præcipitur à Deo; vultque nos imitari non tantùm sanctos, sed & formicas, Prov. 6. & volucres, Mat. 6. Multi adeò arrogantes sunt, ut non dignentur quenquam imitari. Nam putant se sapientissimos esse. Placent Deo & severitas & στοργὴ, atque clementia [f]. Sic ostendit David se injuriarum sibi à Saule illatarum esse immemorem, & pro maleficiis beneficia rependere [g]. ¶ *Qui furati fuerant*] Vide 1 Sam. 31. 12 [h].

13. *Et colligentes ossa*, &c.] Hinc percipitur, illos posteaquàm de cruce depositi fuissent, crematos esse, ut Jabesitæ fecerant Sauli, &c. Brachylogia [i].

14. *Sepelierunt ea cum ossibus Saul*, &c.] Honos alicujus est condi in monumentis majorum potiùs quàm alibi. Vide suprà 2. 32. 2 Par. 35. 24 [k]. ¶ *In latere*] Montis alicujus extra oppidum Gabaa, de more Hebræorum, qui extra urbem sepulchra habebant [l]. בְּצֵלָע est proprium nomen loci. Sic P. & V. & Sa. & Salian [m]. *In Selah*, Mo. Est nomen urbis, de qua vide Jos 18. 28 [n]. ¶ *Repropitiatus est terræ*, וַיֵּעָתֵר לָאָרֶץ] *Et placatus est* (*exorabilis fuit*, Mo. *exoratus est*, JT. Pi.) *Deus terræ*, P. Sy. *i. e. terræ*, JT. nempe terræ Israelitarum, Pi. *incolis terræ*, Ar. Pi. ¶ *Post hæc*, Ità P. Mo. Jon. M. Ti. אַחֲרֵי כֵן] *posteà*, Sy. Jon. *post illud*, JT. id est, postquam suspensi sunt illi; nam relativum ad remotius refertur. Vide 1 Sam. 7. 16 [o].

15. *Factum est rursum prælium*, &c.] Quatuor hîc bella commemorantur [p]; quo tempore aut ordine suscepta non constat [q]. Acciderant hæc ante famem prædictam [r]; imò longè ante hæc tempora: hic autem numerantur, tanquam gestorum contra Philistinos epilogus [s]. Recensentur hîc ex occasione, quia belli facta est mentio, ut Dei bonitas illustrior esset, & ut facilè epinicio sequenti connecterentur [t]. [Rationes hujus sententiæ sunt hæ;] 1. Quia hîc narratur prælium Davidis adolescentis cum Goliath [v]. [De quo plura vide ad v. 19.] Porrò, 1 Par. 20. tria tantùm bella gesta dicuntur à Davide sub hæc tempora. Quare illud de Golia aliò referendum [x]. Duo bella ibi memorata statim post bellum Ammoniticum describuntur [y]. 2. Quòd conjuratio Absalomica postremo tempore vitæ Davidis contigit, non ergò tot postea bella geri potuerunt. Sed quatuor bella brevi temporis spatio gesta fuisse, non mirum est. Potest fieri, ut cæsi statim redintegrârint bellum, & sic secundâ & tertiâ vice cæsi sunt. [Al. sic;] Primum bellum Davide jam sene contigisse, nemo dubitat; sed tria alia bella non isto tempore accidisse colligunt, quia post primum bellum, factum est decretum nè David in bellum descenderet. Fuerit: non tamen necesse est ut dicamus, eum tribus illis [reliquis] interfuisse; per legatos geri poterant [z]. Impedimentum illud, cur Davidem non permiserint ire ad bellum, fuit singulare, quòd ad mortem quærebatur, c. 17. & 18. Hîc autem videntes ipsum viribus debilitatum, ordinaverunt & juramento firmaverunt, quòd de cætero non iret ad prælium in propria persona [a]. [Alii aliter statuunt.] Hæc prælia eo ordine, quo hîc narrantur, contigisse videntur [b]. Hoc enim exigit simplex historiæ narratio [c]. Non facilè interrumpendum historiæ filum judico [d]. Illud *rursus* repetitum indicat bellum, & renovata Palæstinorum odia. Deinde satis explicatè atque distinctè ponitur præliorum ordo, dum dicitur *primum*, *secundum*, &c †. ¶ *Deficiente autem David*, וַיָּעַף] *Et fatigatus est*, Jon. M. Ti. Mo. V. *deficit*, P. Jam enim multos annos habebat [f].

16. *Qui fuit de genere Arapha*, הָרָפָה] Aliqui nomen mulieris putant [g]. Fingunt Rabbini hanc fuisse Orpham nurum Naomi. Sed obstat ætas, & quòd illa scribitur עָרְפָּה [h]. *In natis*, vel *ex filiis Harapha*, Mo. *ipsius Rapha*, ó. *robusti*, Jon. *gigantis*, M. P. V. i. e. hominis Palæstini cognomento *gigantis*, qui habitabat in Gath [i]; vel ex filiis gigantum, V. G. ut apparet 1 Par. 20. 4, 6 [k]. id est, gigas; i. e. homo ingentis proceritatis & fortitudinis [l]. Est hîc הָרָפָה idem quod רְפָאִים [m]. *Ex filiis Rephaim*, Ti. ¶ *Cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat*, וּמִשְׁקַל קֵינוֹ שְׁלֹשׁ מֵאוֹת מִשְׁקַל נְחֹשֶׁת] *Et pondus lanceæ*, vel *hastæ ejus* (vel *pondus mucronis*, JT. vel *ferrum hastæ*, M. Ca. Strig. vel *pondus ferri hastæ ejus*, P. Mo. vel *loricæ pondus*, Sy. Ar.) *erat pondus* 300 *siclorum æris*, P. Jon. sim. ó. Mo. vel *æquabat* vel *pendebat* 300 *pondera*, M. vel *siclos æris*, Ca. Strig. sive, ad rationem ponderis æris, V. Noster exponit *trecentas uncias*, 12 scilicet libras cum dimidia. Vide dicta 1 Sam. 17. 5 [n]. Fortè intelligit uncias minores, seu dimidias. Siclus enim dimidiam tantùm unciam pendebat [o]. ¶ *Et accinctus erat ense novo*, sic Sy. Ar. M. P. Ti. JT. Ca. חֲדָשָׁה] *Novo*, Mo. i. e. optimo, V. Adjectivum sine substantivo. Sic Habak. 1. 16. *Et cibus ejus*, *pinguis*, sub. *ovis* [p]. Non tam puto ensem esse novum, id est recentem, quàm recenter tunc gladio fuisse succinctum; q. d. primo die, quo bellum est aggressus, periit; τὸ חֲדָשָׁה in terminatione fœminea usum habet interdum adverbii [q]. [Alii aliter,] *accinctus clavâ*, ó. He. in Mart. vel *cingulo novo*, Jon. Q. in V. unde scilicet dependebat ensis [r]. Tunc primùm ad honorem aliquem militarem promotus fuit. Nam cingi dicuntur, qui aliquam dignitatem assequuntur. Cinguli meminerunt leges civiles in C. & H. de Testamento militari. Fortè ut specimen daret suæ fortitudinis, invadere voluit ipsum Davidem, quem à suis avulsum vidit, ut refert Josephus [s]. Sensus est, Erat tyro, ut major ejus audacia commendetur [t]. ¶ *Nisus est percutere David*] Quem scilicet videbat lassum & cedentem ex acie [v]. וַיֹּאמֶר *Et dixit*, i. e. statuit sive decrevit, V. *cogitavit*, P. *studuit*, ó. *Dixerat se occisurum*, M.

17. *Juraverunt*, &c.] Consuluerant hoc in prælio Absalomico, nunc decreto & juramento interposito confirmant [x]. ¶ *Nè extinguas lucernam Israel*] i. e. nè tecum pereat gloria & splendor Israelis [y]. Meritò David *lucerna* appellatur, qui & populo maximum fuit ornamentum, &, sicut viva quædam lex, præivit omnes & vitæ exemplo, & zelo justitiæ [z]; præluxit eis consiliis & actionibus suis [a]. *Epicurus lumen vestrum*, ait Cic. de fin. 2. *Alexandro defuncto exercitus similis est Cyclopi excæcato*, ait Demades apud Plutarch. Apophthegm [b].

18. *In Gob*] In 1 Paral. 20. 4. dicitur hoc bellum gestum in *Gazer*. Fortè locus ille utróque nomine appellabatur. Porrò *Gazer* erat in tribu Ephraim, & dicebatur etiam *Gazera*, & *Gezer* [c]. Nomen videtur habere, quòd locustis infestaretur [d]. ¶ *Sobocai*] Hic 1 Par. 11. 29. numeratur inter fortes David †.

19. *In quo percussit Adeodatus filius saltûs polymitarius Bethlehemites Goliah Gittæum*, וַיַּךְ אֶלְחָנָן בֶּן־יַעְרֵי אֹרְגִים בֵּית הַלַּחְמִי אֵת גָּלְיָת הַגִּתִּי] Vulgatus hîc, ut alibi millies, appellativa ponit nomina pro propriis, seu nominum significationes pro ipsis nominibus [f]. *Elchanan* vertit *Adeodatum* [g], vel *Deo gratiosum* [h], (per quem Davidem intelligunt Hebræi. Chald. Raban. Rupert. & alii; meliùs tamen alium fuisse à Davide censent. To. & Caj. & Ser. & Salian, &c [i].) *Ben Jaghare-Oregim*, vertit *filium sylvarum*, *Textorum* [k]; vel *filium saltûs*, seu *sylvæ* (quòd in sylva vel natus sit, vel versari consueverit [l],) *polymitarium*, i. e. tinctorem variis coloribus [m]. Heb. *textorum*, quia oriundus erat ex textoribus, vel unus ex textoribus erat, qui *polymita*, i. e. licia variegata contexunt [n]. [Alii partim propriè, partim appellativè accipiunt,] *Occidit David filius Isai textoris veli domûs sanctuarii qui de Bethlehem*, &c. Jon. *Elhanan filius Malapæ textoris Bethlehemitæ*, &c. Sy. Ar. *Elhanan Jaare filius textor Bethlehemita vicit*, &c. Ca. [Plerique, tanquam nomina propria accipiunt,] *Percussit Elchanan filius Jaghare-Oreghim*, *Bethlechemita Goliah Gittæum*, Mo. Ma. sic ó. M. Ti. P. JT. Strig. Idem hic, qui 1 Sam. 17. ubi historia fusiùs narratur, quæ hîc breviter perstringitur [o]. Unde patet hoc bellum fuisse primum, non tertium, (quo loco hîc ponitur) & ordinem narrationis, non temporis hoc loco servari [p]. Alii, *percussit Goliath Palæstinum*, Sy. Ar. vel *Goliath quendam Gittæum*, Ti. vel alterum *Goliath Gittæum*, P. qui scil. mortuo illo quem interfecerat David, dictus est etiam *Goliath*, quòd accederet ad robur illius [q]. *Percussit*, &c. *Beth* lechemita

Marginal notes (left column): c San. d Me. † La. f Mart. g La. h Pi. i Pi. k G. l Me. m Me. n Ma. o Me. ex Jun. p Mart. q San. r L. sim. T. ex To. s Q. in San. t Q. in Mart. v San. x Q. in San. y Q. in Mart. z Mart. a L. b La. sim. San. Mart. L. To. & Caj. & Ser. & Salian. in La. c La. d Mart. † San. f Os. g Ma. h San. i V.

Marginal notes (right column): k G. l V. m Me. n Me. o Ma. p V. q San. r V. s Mart. t Ma. v V. x Mart. y V. Me. z San. a Pi. b Ga. c Me. d Ma. † Me. f T. ex San. g T. ex La. h Ma. i La. k Ma. l San. m T. n La. o Q. in Ma. p L. ad v. 18, & 19. q V.

lechemita Goliathi Gittæi fratrem, JT. Sic enim expressè scribitur, 1 Par. 20 5. ubi vides eclipsin esse nominis cognationem significantis, qualis etiam habetur suprà v. 8 [r]. Frequentes sunt ellipses vocum relativarum, quales sunt, *pater, mater, uxor, filius*, &c. Ellipsis est 1. *uxoris*; Matt. 1. 6. ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, *ex ea, quæ Uriæ*, sub. γυναικός, *uxore*, Joan. 19. 25. *Maria Clopæ* scil. *uxor*. 2. *Patris vel matris*; Act 7. 16. *A filiis Emmor*, τοῦ Συχέμ, h. e. patris Sichem. Confer Gen. 33. 19. Sic Marc. 15. 40, 47. *Maria Jose* mater; & Marc. 16 1. Luc. 24. 10. *Maria Jacobi* mater, quod Syrus exprimit ex Marc. 15. 40. 3. *Filii*; sic Matt. 4. 21. *Jacobus Zebedai*, Marc. 2. 14. *Levin Alphai*, Joan. 21. 15. *Simon Jonæ*, Act. 1. 13. *Jacobus Alphæi*, sub. [in his locis] *filius*. 4. *Fratris*; Luc. 6. 16 *Judas Jacobi*, scilicet frater, Jud. v. 1. Pariter in prophanis, Sic Dion. Hal. carn. παρὰ τῷ τοῦ Ὀλόρου *ab Olori*, scil. *filio*, Thucydide. *Ab Aristonis*, sub. *filio*; i. e. Platone. Pers. Satyr. 4. *Dinomaches ego sum*, scil. *filius*. Et Virgil. Æneid. 6. *Deiphobe Glauci*, scil. *filia*. Sic *Cyrus Cambysis*, scil. *pater* [s]. [Alii aliter,] τὸ אֹרֶג in Samuele, scriptum pro אֵת, quod habetur in Chronicis, ut rectè observat Ludovicus Capellus ὁ μακαρίτης; ח enim & ה, ut sunt figuræ persimiles, facilè permutantur [t]. Vel ibi, frater dicitur Goliath, non sanguine, sed robore & staturâ, sicut Prov. 18. 9. *Qui mollis est*, &c. *frater est dissipantis*, &c [v]. Nihil novum, si hîc subaudiatur similitudinis nota; q. d. Ille quem occîdit, &c. erat quasi Goliath Gethæus, vel alter Goliath; Quomodò si quis cum callido, vel cum forti contenderet, optimè diceret, cum Mercurio, atque Hercule mihi res est. Et fortasse *Goliath* hic vocabatur à vulgo, ob robur & molem. Sic Virgil. Æneid. 9.

Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem [x].

Porrò pro אֵת לַחְמִי in 1 Chron. 20. 5. hoc loco scribitur בֵּית הַלַּחְמִי *Bethlehemita*, quod est longè melius [y]. At quam ob causam? Utrumque bonum, quia utrumque sic scriptum; Cur non potest *Bethlechemita* concise & abbreviatè vocari *Lechemita?* ut sæpè maxima occurrit varietas in nominibus propriis. Locus autem hic ità reddi potest *Percussit*, &c. *Bethlehemita* quendam qui erat *cum Goliatho Githæo*; i. e. fratrem ejus. Et 1 Chron. 20. 5. vertendum est, *Et percussit* (non *Lechemitam*, &c. sed) *Lechemita* (ut אֵת sit nota nominativi,) *fratrem Goliathi*, &c. vel, *percussit Elchanan*, &c. *cum Lechemita* (scil. Davide, ejus auxilio & ope) *fratrem Goliathi*, &c. Ità enim אֵת potest esse præpositio, & *cum* significare [z]. [Alii hîc reddunt.] *Percussit*, &c. Belg. *Beth-halachmi* qui erat *cum Golia*, &c. ¶ *Quasi liciatorium texentium*] i. e. Jugum circa quod textores telam circumvolvunt, nempe quoad crassitiem hastilis [a]. כִּמְנוֹר אֹרְגִים *Tanquam jugum liciatorium texentium*. Sic 1 Sam. 17. 7. Sic & Jud. 16. 14. *Cum clavo* הָאֶרֶג *texturæ*, vel *jugi liciatorii* [b].

20. *Vir excelsus*, [אִישׁ מְדוֹן] Ità est Chetib. At Keri est מָדוֹן *vir litis*; i. e. *rixosus, contentiosus*; minùs bene, nec ad rem multum pertinens; describitur enim vir mirâ corporis formâ, &c [c]. Ex מִדָּה 1 Chron. fit hîc מָדוֹן vitio librariorum [d]. Sed utrumque potest esse verum; ut qui ratione staturæ esset prægrandis, ratione animi fuerit litigiosus, ut sæpè fit †. Quid si dicamus מָדוֹן esse idem quod מִדָּה, formæ גָּרוֹן, חַלּוֹן, Dagesch fortè resoluto, & compensato per vocalem longam, ut מָדוֹן dicatur pro מִדּוֹן [f]? [Hæc de *Keri*; At omnes ferè sequuntur τὸ *Chetib* מְדִין] quod hîc proculdubiò rectum est [g]. Vertunt, *vir mensuræ*, Mo. Jun. Sic vocatur 1 Par. 20. 6. אִישׁ מִדָּה [h]. *Vir magnæ mensuræ, sive staturæ*, M. P. sim. Ti. *vir gigas*, Sy. Ar. *procerus*, JT. *vir mensurarum*, Di. ex Jon. Buxt. Plurale est, formæ Chaldaicæ, qualia sunt רָצִין *cursores*, 2 Reg. 11. 13. מַלְכִין *reges*, Prov. 31. 3. עִיִּין *acervi*. Mic. 3. 12. Idem hoc plurale extat, Jer. 13. 25 *pars* מִדַּיִךְ *mensurarum tuarum*. Sicut ergo Ægyptius, 1 Par. 11. 23. dicitur אִישׁ מִדָּה, *vir mensuræ*, ità hîc Philistæus, *vir mensurarum* [i]. Capellus ait, *legi commodiùs posset* מִדְיָנִי *Midianita*, sed rationem nullam reddit. Audax factum [k]! 6. reddunt *vir Madon*, quasi nomen proprium esset. ¶ *Qui senos digitos*, &c.] Plin. 11. 43. *Digiti quibusdam in manibus seni. Caii Horatii ex patritia gente filias ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium sedigitum illustrem in Poeti-*

[r] Ma. ex Jun. Pi. [s] Glass. gram. l. 3. tract. 1. p. 155. [t] BA. 1. 2. 50. 591. [v] T. [x] San. [y] Capel. Crit. [z] Buxt. vind. p. 420. [a] Me. [b] V. [c] Di. [d] Capel. † Buxt. ex Abarb. [f] Buxt. vind. 422. ex K. & Schindl. [g] Di. [h] Buxt. vind. 879. [i] Di. [k] Buxt. 880.

ca [l]. ¶ *Ceciderunt in manu David & servorum*] Davidis tanquam ducis [m]. Licèt David neminem suâ manu occiderit, per servos tamen occîdit [n]. Solent regi, vel imperatori ascribi, quòd illius exercitus aut consequutus est boni, aut passus mali [o].

[l] G. [m] Pi. [n] La. [o] San.

C A P. XXII.

Hoc caput nihil aliud continet, quàm Psal 17 P. [rectiùs 18.] paucis tantùm additis, vel detractis vel immutatis [q]; qui commodiùs suo loco cum aliis Psalmis explicabitur [r]. David priùs hunc Psalmum rudiore quodam modo & stylo composuit, qualem hîc habemus; posteà verò limatum magìs tradidit sacerdotibus, & talis extat in libro Psalmorum [s]. [Eum ibi explicatum σὺν Θεῷ dabimus.]

[p] Me. [q] Ma. [r] Me. [s] T.

C A P. XXIII.

1. *Hæc sunt verba David novissima*] i. e. Habita ab eo, post mandata Salomoni data, 1 Reg. 2. & preces pro eo, Psalm. 72. quum jamjam esset moriturus [t]. [Alii sic.] Non absolutè ultima erant [v], sed quæ post omnes Psalmos dixit [x]. Ut verba ista sint quasi sigillum omnium Psalmorum [y]; quæ Psalterio suo subtexuit prorsus ultimo loco. Sed possent non incommodè primo loco collocari, cùm sint quasi titulus & præfatio & summa totius Psalterii [z]. Hæc Prophetia in Psalterium non est relata, quia numeris metricis, ac musicis concinnata non est [a]. Vel *novissima sunt*, nempe quæ spiritu prophetico locutus est [b]; nam alia multa non prophetica post id loquutus est, ut capite sequenti, & libro sequenti apparebit [c]. Possunt dici extrema verba, quia id continent quod David usque ad extremum vitæ tempus in ore habuit. Testamentum est & confessio Davidis. Rectè hîc subjicitur; quia in præcedente Psalmo de victoriis partis gratias agit: nunc commemorat ea quæ sunt in posterum danda, ac de iis quoque gratias agit [d]. Addit Chald. dici *novissima*, quia prophetiam continent de Christo in ultima mundi ætate nasciture †. [Sed audiamus ipsius verba.] *Et hæc verba prophetiæ David, quæ vaticinatus est in consummatione seculi, diebus consolationis qui futuri sunt ut veniant*, &c. Jon. Omnes Hebræi (præsertim Chaldæus) convicti veritate, hæc de Messia exponunt. Et certè cùm David in isto cantico narret promissionem cui unicè confidat, oportet de Christo intelligamus; quia in nullo [alio] posterorum fiduciam collocare potuit, quàm in Christo [f]. Vel *novissima* dicuntur, quia memoriæ maximè commendanda, uti sunt apud filios novissima patrum monita [g]. Sunt novissima verba quæ magnifiunt à nobis, ut quæ Christus dixit post novissimam cœnam. ¶ *Dixit David filius Isai*] Non incertus quispiam vates. Non pudet illum parentis sui. Solebant Prophetæ parentum nomina adscribere [h], & notas, quibus cognosceretur auctor prophetiæ. ¶ *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob*] Sensus nostri est, vel, 1. in cujus favorem de regno illi tribuendo à Deo constitutum est, atque decretum [k]. Vel, 2. cui stabilitum, firmatum est super Christo Dei; i. e. cui immutabili Dei verbo promissus est Messias de semine ejus nasciturus [l]. וּנְאֻם הַגֶּבֶר הֻקַם עַל מְשִׁיחַ אֱלֹהֵי יַעֲקֹב *Et fidelis* [Ità τὸ נְאֻם vertunt in verbis proximè præcedentibus] *quem suscitavit Dominus in Christum Dei Jacob*, 6. *Dixit vir qui erexit jugum Christi & Dei Jacob*, Sy. *Dic ô vir qui portavit jugum Christi sui Dei Jacob*, Ar. *Dixit vir de Messia Dei Jacob confirmatus*, Strig. qui certificatus est de Messia ex se oriundo juxta 1 Sam. 7 [m]. עַל accipiunt pro præpositione *super* vel *de*, &c [n]. At עָל cum Kametz est nomen [o]. [Aliâ aliter.] *Et dixit vir* (*vir ille*, M. T. *dictum inquam viri*, JT. *fidelis sermo prævalidi*, Ma.) *qui sublimatus est in regnum, unctus in dicto Dei Jacob*, Jon. *Qui constitutus erat in Christum Dei Jacob*, M. *constitutus excelsus*, Mo. P. Mar. JT. *Messias* (scil. *Christus*) *Dei Jacob*, Mar. *ux-*

[t] Jun. [v] M. [x] V. ex M. E. [y] E. [z] T. ferè ex San. [a] San. [b] Me. sic San. G. [c] G. San. [d] Mart. † La. [f] Mart. [g] La. ex L. [h] Mart. San. [k] Me. ex San. [l] Ma. [m] Os. [n] Ma. [o] Merc. in Ma.

unctus Dei, &c. JT. sim. Ti. עַל idem quod עֶלְיוֹן P. *Qui est constitutus à Deo in loco sublimi*; i. e. in magna dignitate [q]. De se loquitur David, quem regem constitutum esse dicit [r]. ¶ *Egregius psaltes Israel*, sim. M. Ti. V. [וּנְעִים זְמִרוֹת יִשְׂרָאֵל] *Et jucundus*, vel *suavis*, vel *amanus in carminibus* (*psalmis*, Mo. JT. *in canticis*, V.) *Israel*, P. composuit enim psalmos suavissimos, quibus utitur Israel in laudando Deo [s]. In usum totius ecclesiæ, à qua jam recepti sunt & approbati, ut cantarentur [t]. Quicquid pii doctrinæ habent, intelligunt non suum, sed ecclesiæ esse [v]. *Dulcis in psalmis*, Mar. Strig. scil. pangendis, Mar. sacrarum cantionum scriptor & modulator [x], tam eximius inter suos, ut ex Israele toto evocatus fuerit ad exhilarandum Saulem [y]. *Israeliticarum carminum deliciæ*, Ca. *qui suaves reddidit cantus Israelis*, Sy. simil. Ar. *Et constitutus ut præficiat in ludo suavitatis laudem Israel*, Jon. [Si quis arrogantiam Davidi imputet, quòd hos titulos sibi adscribat, expendat velim; 1. Viros θεοπνεύστους in sacra scriptura pangenda, non suum, sed spiritûs sancti ductum sequi debere, sive in laudibus, sive probris suis recitandis, quod utrumque interdum faciunt. 2. Quòd non necesse est hæc verba quasi à Davide profecta accipere, ut vulgo sentiunt; possunt enim esse scriptoris verba, qui hoc veluti præludio viam sternit sequentibus Davidis dictis.]

2. *Spiritus Domini locutus est per me*] Ità M. P. Ti. Pi. *Per me*, ex collatione sequentis membri, *per linguam meam* [z]. דִּבֶּר בִּי *Locutus est in me*, Mo. ò JT. ¶ *Et sermo ejus per linguam meam*] Sic JT. Pi. P. sub. *factus est*, P. sim. Sy. Ar. וּמִלָּתוֹ עַל לְשׁוֹנִי *Et sermo ejus super linguam meam*, V. vel *in lingua mea*, M. Ti. sub. *fuit*, M. Ti. V. id est, spiritus sanctus per me locutus est Psalmos [a]. Illius verba sunt, non mea. Itaque eam, præcipuè de Messia promisso, doctrinam omnibus, quibus æterna salus cordi est, studiosissimè commendo [b]. Non jactat David, sed ista proponit ad ædificationem. Non tantùm interiorem instinctum ascribit spiritui sancto, verùm etiam verba [c]. Sunt qui hinc eliciunt tres personas divinitatis [d]. 1. *Spiritus Domini loquitur*. Attribuit spiritui sancto, 1. Actionem *loquendi*, Actiones autem sunt personarum, non accidentium. Ergò persona est. 2. Opus Dei, Psalmi enim ex Deo sunt, Act. 4. 21. Vide & 2 Pet. 1. 25. Ergò naturam habet divinam. 2. *Deus Israel loquutus est*, v. 3. hìc intelligunt patrem. 3. *Petra Israel dixit*, h. e. filius, qui petra & est & dicitur, 1 Cor. 10. 4 [†]. Isa. 28. 1 Pet. 2 [f]. Efficaciter probatur (Trinitas) ex multis locis, & cùm videmus huc alludere scripturas, debemus amplecti [g].

3. *Dixit Deus Israel mihi*] Sic P. & ferè omnes. לִי *Super me*, Jon. *de me*, M. Di. V. לִי capitur pro בַּעֲבוּרִי, pollicitus fuerat per Samuelem se constituturum me regem [h]. *Locutus est fortis Israel*, [צוּר] *Petra* vel *rupes*, Mo. V. JT. *fortissimus*, Ar. M. Ti. sic Sy. *Israelis*, i. e. quem Israel colit [i]. Ostendit his verbis firmitatem verborum suorum; q. d. Deus est non fallax, aut infirmus, qui aut nolit, aut non possit verba sua præstare, sed fortis, & qui rebus humanis dominatur, &c [k]. ¶ *Dominator hominum, justus dominator in timore Dei*, מוֹשֵׁל בָּאָדָם צַדִּיק מוֹשֵׁל יִרְאַת אֱלוֹהִים] Hæc verba variè reddunt & accipiunt, 1. Q. de Deo exponunt, & tanquam partem tituli Deo adscripti cum antecedentibus connectunt,] Ità L. San. Q. in Mart. *Potentissimus Israelis, qui præest hominibus justis, qui dominatur in timentes Deum*, Sy. sim. Ar. San. Dicitur *dominari in timore*, non quòd ipse timeat, sed facit ut sui eum revereantur [l]. [2. Alii de Messia accipiunt.] *Verax Judex dixit, quòd constitueret me regem, ipse est Messias, qui futurus est ut surgat & dominetur in timore Domini*, Jon. *Petra Israelitarum locutus est, justus dominator inter homines, dominator in timore Dei*, Strig. sim. Os. rectiùs *dominator timoris Dei*; i. e. qui subditos suos ità spiritu suo gubernat, ut ex vero Dei timore sanctitati vitæ studeant [m]. [Alibi de Messia dicitur, quòd *dominabitur in timore domini*, & quòd *spiritu timoris Domini unctus sit*.] *Numen Israelitarum, rector hominum justus, rector religiosus*, Heb. *Rector metus Dei*; i. e. metu Dei præditus. Nec alienum est, quòd *Dei metum* attribuit Deo: nam de Christo loquitur, qui genus humanum à Patre regendum accepit, ut est in Psal. 2 [*]. Messiam Deum esse probat appellatio *petra*, quæ in Psalmis soli vero Deo tribuitur, Psal. 18. & 144. Hominem esse docet illa particula, *Dominator inter homines* [n]. [3. Alii de Davide tanquam rege intelligunt; idque dupliciter, vel 1. tanquam promissum, sive prædictum,] *Dominator* erit *in hominibus justus*; (*in* vel *cum justitia*, V.) & *dominator in timore Domini*, P. h. e. prædixit me fore Regem justum & timentem Dei [o]. Declarat, publicâ se sententiâ Dei promulgatum fuisse regem justum & Dei timentem [p]. [Vel 2. tanquam præceptum Davidi, & cum eo omnibus regibus datum.] *Dominator super homines* (*hominibus istis*, JT. scil. Israelitis, Jun. malim *hominibus*, sensu indefinito [q].) *justus*, (sub. *esto*, Pi. JT. vel *sit*, Ti. vel *esse debet*, M.) *dominator* habeat *timorem Dei*, Ti. *dominans in* (vel *cum*, M.) *timore Dei*, JT. M. sub. *esto*, Pi.

4. *Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluviis germinat herba de terra*, וּכְאוֹר בֹּקֶר יִזְרַח שָׁמֶשׁ בֹּקֶר לֹא עָבוֹת מִנֹּגַהּ מִמָּטָר דֶּשֶׁא מֵאָרֶץ] *Et sicut lux manè, sive matutina cùm exortus est Sol*, P. sim. V. M. Ti. JT. Strig. Mar. Os. Belg. *manè* inquam *absque nubibus à splendore & pluviâ herba de terra*, P. Concisus sermo obscurum locum reddit, proptereà aliquid subaudiendum, cujusmodi, purgatum *à splendore & à pluvia*, ex qua *herba germinat de terra*; i. e. quod non constat *splendore & pluvia* descendente super *gramen* quod egreditur *de terra*; h. e. in quo Sol partim lucet, & partim non lucet, cadente pluviâ super gramen. Q. vertunt, *propter splendorem & propter pluviam, herbam elicit ex terra* [r]. *Manè non densitates, à splendore à pluvia germen de terra*, Mo. Al. *quæ non habet nubes præ fulgore suo, propter pluviam* videlicet, (vel, aut *propter pluviam*, Q. in V.) *quæ herbam à terra elicit*, Ti. *Ut mane non nubilo herba tenera è terra*, existit *à splendore post pluviam*, JT. id est, virescent perpetuò, ut herbæ quibus pluviæ & calores tempestivè adveniunt [s]. *Manè, inquam, quod non habet nubes, & migrat à splendore, & à pluvia, ut proferat germen è terra*, M. Etiam *manè sine nubibus*, sicut *tenerum gramen* germinans *è terra, à claro splendore post pluviam*, Ang. *Sicut manè, inquam, sine nubibus, quam claro splendore post pluviam, tenera gramina* germinant *è terra*, Belg. *Manè sine nubibus, de splendore, & de pluvia herba terra enascitur*, Os. [Alii totum versum sic reddunt,] *Et sicut luce matutinâ oritur Sol*; Di. sim. Mar. *sicut tempus matutinum* est *absque nubibus, præ splendore*: Di. (vel *absque nubibus ab splendore à pluvia*; i. e. non erit vicissitudo, ut quando dies est nubilosus, jam splendet, jam obscuratur pluvia, non ità regnum meum [t];) *sicut è pluvia existit herba tenera è terra*, Di. sim. Mar. *Estque sicut lux manè orientis solis, cùm aurora est sine ullis nubibus, & serenitas effulgens post pluvias, faciens ut ubique omnia vireant*, Strig. Comparatio hìc est, cujus primum membrum est v. 4. teste כּ similitudinis in וּכְאוֹר; alterum est v. 5. teste כֵּן ἀποδοτικῷ. Instituitur autem comparatio, cum tribus rebus naturalibus, quæ gratissimæ quidem sunt hominibus, sed non stabiles; Nam 1. Sol oritur manè, & rursus occidit sub vesperam. 2. Serenitas auroræ primo ortu discutit nubes, sed brevi redeunt nubes, aut succedunt aliæ, quæ cœlum obscurant. 3. Tenera herba læta est & utilis, sed subitò flaccescit. Nihil in his est עֲרוּכָה בַכֹּל וּשְׁמֻרָה *ordinatum ubique*, &c. *Non sic est domus mea*, &c [v]. Illud כּ *sicut*, etsi semel tantùm ponatur, ter repeti debet secundùm tria comparationis membra [x]. Sunt duæ hìc προτάσεις, & duæ ἀνταποδόσεις, utcunque permiscentur, nos distinguemus. Proponitur nobis duplex genus lucis, aut splendoris matutini. Unum nascitur candidum, & semper augetur, éstque absque nubibus, ità ut totus dies magna serenitate fulgeat. Altera verò lux quidem est, sed tamen in progressu obfuscatur nubibus: admiscetur etiam aliqua pluvia, quæ non inutilis est rebus humanis. Priori simile est promissum de imperio Messiæ dando; posteriori imperium Davidis, &c. Istæ sunt duæ redditiones [y]. Hæ similitudines intelligi possunt; vel, 1. de sacris Psalmorum canticis, ut de omnibus scripturis, quæ *lucidæ sunt*; &c. Psal. 18. (19.) 8 [z]. Confer Deut. 32. 2 [a]. Sic Ar. *ad quos* [nempe *pios*] *oracula ipsius sunt veluti lux matutina*

Marginal notes, left column: q He. in V. — r V. — r Mar. — s V. Jun. — t Os. — v Mart. — x Me. — y San. — z Pi. — a V. sim. Os. — b Os. — c Mart. — d Mart. sic Os. Strig. — † Mart. — f Os. — g Mart. — h V. ex M. — i V. — k San. — l Mart. — m Os.

Marginal notes, right column: * Ca. — n Strig. — o V. sim. — p Mart. — q Di. — q Pi. — r V. — s Jun. — t Mar. — v Di. — x Di. sim. Mar. — y Mart. — z Me. sim. San. — a San.

matutina exoriente sole, & lux matutini in quo nulla ex-
tant nubes nascente aurorâ, & veluti pluvia quæ herbam
in terra producit, Ar. Vel, 2. de justis, quorum vita
splendet & animi donis, & bonis fortunæ, quorum tum
sanctitas, tum honor illi debitus exprimitur. Huic favet,
b San. quod Psal. 72. eadem propè verba & eædem similitudines
reperiuntur [b]. [Ubi annotanda favente Deo videri pos-
sunt.] *Et erunt*, [homines sub tali rege, vel sub *erit*, Pi.
d Sic San. scil. rex justus] *ut quum lucente mane*, &c. JT.
M. Mar. Vel, 3. De domo & regno Davidis [d]. Sensus est, crescet
V. Ca. Regnum meum, sicut *lux matutina*, quæ paulatim in
Mart. majorem crescit claritatem. *Lux* autem quæ *nube* tur-
batur, aut *pluviâ*, nihil prodest, nisi quòd *herbam crescere*
facit citò perituram. Non sic erit regnum meum, quod
* M. fœdere interveniente est firmatum *. Et dixit splendo-
rem seu decus Regni sui fore simile lumini temporis ma-
† V. tutini, quod crescit ad meridiem, & quod non est ne-
bulosum; i. e. quod non obscuratur adventu nubium †.
Sicut Sol & pluvia stirpes alunt, efficiúntque ut eorum
genus nunquam intercidat; sic Dei favor & studium me-
f Ca. am posteritatem fovebit, &c [f]. Prædicat stabilitatem &
perpetuitatem regni sui; quam amplificat per comparati-
onem cum tribus rebus amænis quidem, sed instabilibus.
Non sic, inquit, est domus mea coram Deo, æternum ea
g Di. fœdus habet [g]. Vel, 4. de Messia. David comparat reg-
num Messiæ verno tempori, in quo matutinam pluviam
largam & fœcundam, excipit sol cum amabili serenitate
oriens. Ut enim tunc *frondent sylvæ*, &c. pulsâ hyeme;
ità Evangelii grata vox auditur, & mox sol Christus o-
ritur in cordibus nostris, cùm consolationem accipiunt,
dispulsis Mosaicis nubibus, & tempestate tonitruum &
h Strig. sim. Os. Belg. fulminum legis [h]. Adventus Messiæ gratissimus erit, &
ecclesiæ utilissimus, sicut quæ hîc dicuntur terræ, ejúsque
proventui prosunt. Confer Psal. 110. 3. Isa. 43. 3, 4.
& 55. 10, 11. & 60. 1, 2. Hos. 6. 3. Mal. 4. 2. Luc.
i Belg. 1 [i]. Vaticinium hoc est de Christo, à quo ait David &
& domui suæ (ex quâ servator ortus est) & universo
mundo tantum affulsisse lucis, quantum sol manè affert,
k San. cùm nocturnas tenebras abigit, &c [k]. ¶ *Nec tanta est*
domus mea apud Deum, [כִּי לוֹא כֵן בֵּיתִי עִם אֵל] *Quia*
non (vel *non enim*, P. vel *quamvis non*, JT. *non inquam*,
Ti. M. *utique non*, Di.) *sic* (sub. vel *est*, P. Di. *sit*, JT.
vel *erit*, M. Ti. *non sic se habet*, Ar. V. *non est ejusmodi*,
Sy.) *domus mea cum Deo*, vel *apud Deum*, P. Mo. ό. JT.
M. Ti. V. h. e. talem promissionem imperfectam non
l V. fecit mihi Deus [l]; sed plenam & splendidissimam [m]. Res
m Ma. illæ [de quibus v. 4.] sunt inconstantes & instabiles;
n D. Non sic domus mea, &c. æternum ea fœdus habet [n]. *Non*
* Mar. *sic*, &c. scil. ut eas vicissitudines patiatur *. *Plus est*
quàm hæc domus mea ante Deum, Jon. τὸ כִּי verto *utique*,
sæpe enim est non causale, sed confirmativum, ut in Gen.
22. 17. כִּי בָרֵךְ ubi ό. habent ἦ μὴν, quod & Paulus al-
legat Heb. 6. quæ non jurandi ut quidam volunt, sed
† Di. confirmandi particula est †. *Quamvis non sit ità*, &c. JT.
Ang. Belg. *quamvis* autem *non* sit *ità* comparata, Pi.
id est, ego & regnum meum, quamvis hæc non ità exactè
præstemus, ac proinde rei sumus non servati fœderis cum
o Jun. Deo, *quandoquidem fœdus perpetuum*, &c [o]. Quamvis
p Belg. ego & domus mea indigni simus, &c [p]. *Quàm prorsus*
enim nihil est domus mea coram Deo? Strig. Indigna
q Me. sim. L. est, cui tanta præstaret Deus [q]. [Al. aliter,] *Sic planè*
meæ posteritati cum Deo actum iri ——— exopto. Quòd
כִּי לוֹא sic interpreter, ut aiat, non neget, eodem modo
ponitur כִּי לוֹא Gen. 18. ubi idem est quod *imò*. Nam
לוֹא non semper negantis est, ut Ezec. 3. ubi עִם לוֹא
positum est pro *quòd si*: quod etiam adhiberi solet in
jurando & affirmando pro eo quod Græci dicunt ἦ μὴν,
ἦ μάλα. Item 2 Sam. 13. & 2 Reg. 5. & Ezec. 15. וְלוֹא
confirmantis est; & alibi sæpe; ut & Ecclesiastici 29.
εἰ δὲ μὴ significat *quinetiam*: & Matt. 6 & Marc. 2. *alio-*
quin; & 2 Tim. 2. μήποτε *si fortè*: sicut Græcis οὐκοῦν u-
nâ voce affirmantis est. Quòd si hîc כִּי לוֹא negantis
esset, dissimilitudo foret absurda, & naturæ similitudi-
r Ca. ríque ab eodem Davide in Psal. 1. positæ contraria [r].
[Aliis autem satis apposita videtur hæc dissimilitudo, ut
diximus.] ¶ *Nec tanta est* —— *ut pactum æternum*
iniret mecum, firmum, &c. כִּי בְרִית עוֹלָם שָׂם לִי
[עֲרוּכָה בַכֹּל וּשְׁמֻרָה] *Quia* vel *Quoniam* (vel *sed*, Sy.
Ar. vel *quandoquidem*, JT. *tamen*, Ang. Belg. tamen *quia*,

Pi. *fœdus* sive *pactum* (vel *juramentum*, Jon.) *æternum*
vel *perpetuum* (vel *seculi*, Mo.) *posuit* (vel *disposuit*, JT.)
mihi, Mo. V. Sy. Di. M. vel *iniit* sive *pepigit mecum*, P.
ό. Ar. Ti. *dispositum* (vel *ordinatum*, P. ό. Ti. Ang. quod
bene *dispositum*, Belg. ídque *ordinatum*, Pi. *ordinatè* san-
citum, M. *præparatum*, V. *firmum*, Strig. *ordinatum*
perstat, JT.) *in omnibus* (sub. *rebus*, JT. Ang.) vel *per*
omnia, *& custoditum*, Mo. P. Di. Pi. vel *& servatum*,
Ti. Belg. V. *conservatum*, M. JT. *fidele*, Mar. *inviola-*
bile, Q. in V. *certum*, Ang. *paratum in perpetuum*, Ar.
& omnia parata sunt atque conservata, Sy. Hoc dicit ut
opponat tempori matutino quod conspurcatur interventu
nubium. Omnia hæc intelligenda sunt de Christo [s]. Nec s V. sic L.
aliter regnum Davidis sempiternum fuit, vide Luc. 1.
Et regnabit in æternum, &c. Porrò hoc pactum *munitum*
esse dicit vel ex juramento, vel ex decreto divino [t]. Fœ- t San.
dus hoc ubique rectè ordinatum est, & in eo ordine custo-
ditur [v]. Sensus est, quanquam in Regno Christi multæ v Di.
videantur esse confusiones, ex persecutionibus, hæresibus,
scandalis, &c. tamen apparebit tandem Deum rectè &
sapienter omnia disposuisse, & nihil mali permisisse, ex
quo non magnum aliquod bonum sit consecutum. Et
tametsi Satan hoc regnum evertere studeat, erit tamen
custoditum; i. e. Deus custodiet suos, nec sinet Evan-
gelium deleri [x]. Nihil impediet adventum Messiæ & im- x Os.
perium ejus. Manet mihi conservatum & repositum.
Quamvis peccent posteri mei, Christus tamen ex eis nas-
cetur; Rom. 3. *Si quidam non crediderunt, num inanis*
est promissio [y]? Penes ipsum Deum est ordinatio & con- y Mart.
servatio optatissimi illius & salutaris fœderis, in domo
mea, regnóque universo & ecclesia per Christum; ídque
se effecturum recepit, & reipsâ perficit ibidem, ut fidelis
Dominus [z]. Promisit mihi Deus *domum*; i. e. posteri- z Ma. ex Jun.
tatem & stirpem regiam, perpetuandam usque ad Chri-
stum, indéque in æternum [a]. *Quia juramentum æter-* a La.
num mihi juravit, quòd esset regnum meum firmum, sicut
firmi sunt ordines Beresith [i. e. *creationis*] *& custodi-*
tum in seculum quod veniet, Jon. [Intelligit seculum
Messiæ, quod eo modo exprimunt veteres Hebræi.]
¶ *Cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est*
quidquam ex ea quod non germinet, [כִּי כָל־יִשְׁעִי וְכָל־חֵפֶץ
כִּי לוֹא יַצְמִיחַ] *Quoniam* (vel *quandoquidem*, P.) *cun-*
cta, sive *tota* sive *universa salus mea* (sub. *ipse est*, V.
Mar. Me. San.) *& omnis voluntas*, ό. P. Mo. Glass. vel
omne desiderium, V. *omne studium*, Glass. sub. *fertur in*
eum, V. vel *omnis voluntas*, sub. *mea ipse est*, illum amo,
illi adhæreo, ab illo spero omnia [b]; q. d. quod Deum ti- b San.
meo, & amo, &c. beneficium Dei est, qui mihi bonam
mentem tribuit [c]. *Quòd* (vel *quia*, Mo.) *non germinare* c Me.
faciet, P. Mo. vel *non producet*; i. e. non excitabit, sub.
alium Regem qui non sit de familia mea; q. d. In familia
mea manebit perpetuò regnum [d]. *Quoniam non germi-* d V.
nabit iniquus; ό. [τὸ בְּלִיַּעַל primam versûs sequentis
vocem, cum ultima voce hujus versûs conjungunt.]
Quum (vel *nam*, Ang.) *tota salus mea, totúmque desi-*
derium (sub. *sit*, JT. nempe in illo Dei fœdere, Jun.)
vel *hoc est*, Ang.) *quando* [id est, *quamvis*,] *non facit ut*
pullulet, JT. sim. Ang. q. d. Non propter merita nostra
id effecturus est, sed propter nomen suum, & fœdus
æternum per Christum †. Pignus autem conservandi à
Deo fœderis est primitiæ spiritûs, quo inspirante uni- † Ma. ex Jun.
versam salutem meam fœderi gratioso Dei acceptam fe-
ro [f]. *Quando non facit*, &c. i. e. propter peccata nostra f Jun.
non exserit illam prosperitatem quam v. 4 adumbraverat.
Sic anticipat objectiones; unam, quòd non pareant
mandato Dei: alteram quòd Deus promissa non præstet.
Statuit enim inobedientiâ suâ fidem Dei inanem reddi
non posse, ut Rom. 3. 3 [g]. *Certè in illo omnis salus* g Ma. ex Jun.
mea & delectatio est, quamvis non efflorescere illud sinat,
Pi. *Utique omnis mea salus est in eo* [nempe fœdere]
& omne desiderium meum; licèt adhuc germinare non fa-
ciat illud; id est, quamvis promissum germen Isai vel
Davidis, nempe Messias nondum venerit. Confer Isa.
4. 2. & 11. 1. Jer. 23. 5. & 33. 15. Zach. 3. 8. & 6.
12. Alii sic, *utique omnis mea salus, & delectatio est*,
quòd non germinare faciet, nempe quia jam germinavit,
nec unquam peribit [h]. *Quandoquidem omnis salus mea*, h Belg.
& omnis voluntas firma est; *neque ut germen crescit*, Ti.
Non erit ut germen agri, quod evanescit: sed perpetuò
regnabit

regnabit ille qui est salus mea & desiderium meum, Christus, &c [i]. *Non sic erit regnum meum, quod fœdere —— est firmatum*, ex quo procedet *salus mea*, &c. scilicet Christus Dei: *hoc non crescet sicut herba*, quæ mox arescit; sed regni ejus non erit finis [k]. *Quia omnis salus mea*, &c. *quia non germinabit*, pro *non germinabit*, (ut redundet כִּי sicut Ruth 4. 12. & alibi) q. d. Etsi ego in regno multa salutariter & feliciter gessi; tamen hoc omne decus meum caducum est; &, si cum regno filii mei, scil. Messiæ, conferatur, obscurum est, & veluti aridus ramus & truncus qui non germinat. Hæc simplex videtur hujus loci sententia; הַצְמִיחַ autem in Hiphil, neutraliter pro *florere*, seu *germinare* alibi etiam accipitur, Esa. 45. 8, &c [l]. [Ca. totum hunc locum sic reddit, *Fatum est Deus*, &c. *quales lucescente matutino in ortu Solis, matutino sereno, ex splendore à pluvia existunt ex terra stirpes; sic planè meæ posteritati cum Deo actum iri (qui mecum fœdus æternum fecerit, stabilitum omnino atque ratum) quæ mea posteritas ut planè floreat, ego omni ope omnique studio exopto.*] *Omnem enim voluntatem meam, omne mandatum meum ipse perficit*, Sy. sim. Ar. *Etsi omnem salutem meam & omnem voluntatem, etsi*, inquam, *progerminare non faciat*; vel, *utique progerminare non faciat*. כִּי verò *etsi*, quod & alibi sæpe valet; de quo vide Thes. Pagnini [m].

[i] Hec in V. [k] M. [l] Glass. gram. 616. [m] Di.

6. *Prævaricatores autem quasi spinæ evellentur universi*,] וּבְלִיַּעַל כְּקוֹץ מֻנָד כֻּלָּהֶם [*Impii autem* (vel & *Belial*, Mo. V. vir *Belial*, ut plenè habetur 2 Sam. 16. 7. Ellipsis אִישׁ, sicut Ruth 3. 2 [n] vel homines *improbitatis*, Ca.) *omnes*, (sub. *sunt*, vel *erunt*) P. V. &c. *instar spinarum*, Sy. *sicut spina ejecta*, ὁ. *tanquam spina, motus*, Mo. *veluti spina duræ*, Ar. *ut spinæ remotæ*, JT. Pi. Sic Di. Heb. *ut spina amota*, Pi. *tanquam spinæ quæ propelluntur*, P. vel *propulsantur*, pede scilicet aut baculo [o]. [Alii כֻּלָּהֶם aliò referunt] *vir perditus* (vel *impius Belial*, M.) *erit ut spina in universum* (vel per *totum*, M.) *avulsa*, Ti. M. *ut spinæ radicitus extirpandæ*, Strig. ¶ *Quæ non tolluntur manibus*, כִּי לֹא בְיָד יִקָּחוּ [*quia non manu capient*, P. Sic Mo. V. vel *capiunt*, sive *capere solent*; (Futurum notat actum continuum, & locutio est impersonalis [p]) sub. *illas*, V. *Non manu sumentur*, ὁ. vel *capiuntur*, Sy. JT. *non potest homo capere*, &c. Ar. *quia manu non possunt capi*, Di. nam tangere volentium manus cruentant [q]. *Nemo manu attrectat*, Ti. q. d. ut homines tractare non solent manibus spinas, imò illas à se propellunt, sic Deus depellet à se impios [r]. Qu. De quibus loquitur? Resp. 1. De viris improbis; [*in genere*] Qualis Deus futurus est erga justos docuit v. 3. hîc docet qualis erit erga impios. Idem ergò hoc loco complectitur quod Psal. 1. statum bonorum ac malorum exprimit; est itaque hæc summa quædam totius Psalterii [s]. *Homines nequam*, id est, qui mandata Dei non amplectuntur, neque promissionum sunt participes, id est, reprobi. Antithesis est ex comparatione cum superioribus [*]. 2. De impiis Regibus; *Impii verò & viri Belijaal*, qui Regnis tyrannicè præsunt, *sunt ut spinæ quæ sine ferreis instrumentis tractari non possunt*, aut certè igne sunt exurendæ. Sic omnia regna mundi tandem degenerant in interitum: Solum regnum Davidicum & Christi manet in æternum [t]. 3. De impiis ex Davidis familia; q. d. Nepotes mei, qui permanebunt in fide, perpetuò regnabunt: at qui inter eos impii erunt, castigabuntur à Deo, depellet eos à se Deus; tamen non auferet à familia mea misericordiam suam [v]. Vel 4. intelligit impios qui regno ejus insidiabantur, & felicitatem ejus concoquere non poterant [x]. Confert regnum hoc cum regno Diaboli, Antichristi, & impiorum. Videbat David in suo regno utcunque extirpatos impios; sed magis in regno Messiæ id futurum prævidebat [y]. Ejicientur omnes impii è regno Christi [z].

[n] Glass. [o] V. [p] Pi. [q] Mo. [r] V. [s] San. [*] Ma. ex Jun. [t] M. [v] V. [x] Ma. [y] Mart. [z] Os.

7. *Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato*,] וְאִישׁ יִגַּע בָּהֶם יִמָּלֵא בַרְזֶל וְעֵץ חֲנִית [*Et quicunque volet tangere eas*, P. sim. M. (*qui attrectaturus est eas*, JT. *si quis eas attingere* cogatur, Ti.) *replebitur* (vel *repletur*, V. P. sub. *ipse*, V. vel *ejus manus*, V. Pi. vel *armet* manum suam, M.) *ferro, aut hastili lanceæ*, P. vel *ligno hastæ*, sive *lanceæ*, M. Ti. Mo. Di. id est, capiet instrumentum ferreum, quo succidet illas, aut hastile lanceæ, quo propellat illas [a]. Non verò cum Vulgato *armabitur*; nec cum Junio *munitur*; sive enim quis excidere velit spinas, ferrum quidem & lignum securis adhibere, non autem hastæ solet: sive manum suam munire, ne attingendo lædatur, neutiquam hastæ ferro ac ligno uti consuevit. Sed sensum esse puto, spinas non pati se capi; si quis attingat, spinarum aculeos infigi manui, eíque inhærentes replere facta vulnera, non aliter quàm ferrum lignúmque hastæ, &c. & quando spinæ altè infiguntur, non aliter se res habet, quàm ubi non solùm ferri mucro, sed & cum ferro ipsum hastæ lignum transadigitur [b]. ¶ *Ignéque succensæ comburentur usque ad nihilum*, וּבָאֵשׁ שָׂרוֹף יִשָּׂרְפוּ בַּשָּׁבֶת [*tum destinat illas ad accendendum ignem in usum & quietem*, Ar. sim. Sy. *Et* (vel *aut*, M. Ti.) *igne comburendo comburentur* (vel *prorsus comburantur*, JT.) *in loco suo*, P. V. *in ipso*, sive eodem *loco*, Ang. *in eadem sede*, JT. i. e. ubi succisæ fuerint [c]. *In sede*, i. e. non aliò asportantur; sed in loco ubi nascuntur spinæ, ibi comburuntur [d]. *In habitaculo*, vel *mansione*, V. id est, defert domum, ut ibi comburantur [†]. Impiorum extirpatio hîc notatur. Comburuntur sæpe in loco in quo stant. Id Judæis accidit tempore Titi. Est tacita antithesis ad bonas fruges, quæ comportantur & conservantur [f]. Sensus est, quando Deus obstinatos Judæos à regno Messiæ exterminare volet, non tractabit eos clementer, sed armis Romanorum aggredietur, ac superabit eos, tandémque cum urbe Hierosolyma comburet [g].

[a] V. [b] Di. [c] Jun. [d] Mar. [†] Ma. [f] Mart. [g] Os.

8. *Hæc nomina fortium David*] Heroum ejus temporis, quorum virtus modum humanum visa excedere [h]. Fuerunt hi cum Davide antequam regnum acciperet. Describi eos vult Deus, nè suâ laude frustrentur. Ità illorũ nomina, qui Christo se conjunxerunt, in cœlis descripta esse dicuntur [i]. ¶ *Sedens in cathedra sapientissimus*, יֹשֵׁב בַּשֶּׁבֶת תַּחְכְּמֹנִי [Variant. Q. appellativè reddunt,] *sedens in sede* vel *cathedra* (more scil. eorum qui aliis consulunt, *consultus* [k]) *sapiens*, vel *prudens*, P. Mo. V. *Sedens in solio sapientiæ*, M. vel *judicii*, Jon. Q. hæc verba de Davide exponunt [l], legúntque, *David sedens*, &c. Verùm codices Sixtini distinguunt, David. *Sedens*, &c. Et in Heb est לְדָוִד *Davidi* [m]. Alii putant hunc alium quempiam fuisse, &c [n]. Et sapientiâ & robore valebat. Sedebat in sede inter alios Sanhedrim. Erat enim jurisconsultus [o]. Sic vocabatur propter jugé studium ejus in lege divina [p]. Alii tamen hæc, ut dictum, de Davide accipiunt, sequentia verò de alio [q]. *Hæc sunt nomina heroum quos habuit David, cùm sederet in solio sapientiæ, præcipuus inter tres hic fuit*, &c. Ti. Al. *Qui primam sedem occupabat*, Ar. sim. Sy. [Aliis hæc sunt nomina propria,] *Josheb basshebeth tachemonita*, JT. sim. ὁ. Os. *Jasobeamus Hacmonis filius*, Ca. Sic appellatur 1 Par. 11. 11 [r]. Inde hunc locum transtuli. Nam hic ità corruptus est, ut nulla possit deprehendi sententia [s]. *Josheb baschebeth* filius *tachkimoni*. Vox *filius* hîc inserta est ex 1 Par. 11. 11. & *Thachmoni* ponitur ibi pro *Tachkimoni* [t]. Priora duo sunt nomina propria viri, tertium est nomen patriæ ipsius [v]. תַּחְכְּמֹנִי hîc est adjectivum Heemanticum [x]: *Tachemonites* pater fuit, & *Adino* filius [y]. Illud *sedens in cathedra* est Periphrasis, aliis verbis vim nominis proprii exprimens, quod ex 1 Par. 11. 11. discimus fuisse *Jasbaham* [z]. Res significata pro nomine proprio ponitur [a]. Vulgus ipsum ità appellavit, quòd Hebræa vocabula illud importarent. Frequentes hujusmodi paronomasiæ, & allusiones ad nomina propria, ut *Nabal stultus*, 1 Sam. 25. *Phassur pavor undique*, Jer. 20. *Non vocate Noemi*, i. e. *pulchram*, Ruth 1 [b]. ¶ *Princeps inter tres*, רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁי [*Caput tertiarius*, Mo. (vel *triarius*, Ma.) *primarius tribunorum*, JT. id est, dux summus primi agminis: ut quinque sequentes fuerunt suorum agminum duces suo ordine [c]. *Præcipuus* (*princeps*, Ca.) *inter tres*, M. Ti. Os. *Princeps*, vel *caput tertii*, vel *ternarii*, ὁ. Q. in Ma. *Caput magnorum*, vel *principum*, vel *magnatum*, P. V. Mar. ¶ *Ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus*, &c. הוּא עֲדִינוֹ הָעֶצְנִי עַל שְׁמֹנֶה וגו׳ [Quibusdam est nomen proprium,] *Erat Adino Eznita*, P. Mo. Os. Belg. Ma. Ang. G. sim. ὁ. & He. in G. ut nomen *Hetznita* sit gentilitium, vel à familia, vel à gente, vel à patria [d]. Sententia Vulgati est, *Jesbaham* fortissimum fuisse, & 300 occidisse, 1 Par. 11. & conferendum cum *Adino Eznita*, antiquo scilicet, & apud Hebræos celebri heroe

[h] G. [i] Mart. [k] V. [l] Ità He. in M. Chald. & L. & Dion. in San. [m] San. [n] M. [o] Mart. [p] M. [q] San. [r] Ma. [s] Ca. [t] Belg. [v] Q. in Ma. [x] M. [y] Q. in M. [z] Me. [a] T. [b] San. [c] Ma. ex Jun. [d] Ma.

heroe, qui 800 interfecit, &c. Dicitur autem *ipse Hadino*, non quasi idem esset *Jesbaham*, & *Hadino*; sed similitudinarie tantùm, sicut de fortissimo viro dicimus, *Est alter Achilles* †. [Alii appellativè vertunt,] *Ipse erat delicatus*, (& sincerus in studio legis) *& ligneus*, i.e. contra hostes fuit quasi lignum durum & insensibile [f]. *Quasi vermiculus*, &c. Vulg. qui licèt mollissimus, tamen solida ligna peredit, ac terebrat [g]. *Huic gratum fuit hastato* (Heb *hoc gratum fuit ei lignato*, Jun.) *unâ vice invadere*, &c. JT. *Hic eduxit gladium suum*, ó. *qui excitabat*, vel *levabat hastam suam semel*, &c. Ti. V. in Wil. sim. Ca. Strig. Vatablus derivat à עֵדֶר quod sign. *elevare*: eodem sensu quo עור, quod 1 Par. 11. usurpatur; tunc verò litera נ cum affixo paragogicè additur; sicut ני in הָעֶצְנִי. Probabile hoc facit collatio 1 Par. 11. 11. verùm הָעֶצְנִי à עֵץ *ligno*, meliùs redditur *hastatus*, vel *ligneus*, i.e. ligno vel hastâ armatus; quàm *lignum*, vel *hasta* †. [Ang. utramque versionem conjungit *Is Adino Eznita, qui hastam levavit*, &c.] ¶ *Qui octingentos interfecit impetu uno*, עַל שְׁמֹנֶה מֵאוֹת חָלָל בְּפַעַם אֶחָד] *super octingentos occisos* (vel *vulneratos*, P. Ti.) *in una vice*, Mo. sic P. Ti. *& percussit* 800 *unâ vice*, Strig. 800 *semel peremit*, Ca. *huic gratum* fuit *unâ vice invadere* 800 *confodiendos*, JT. Tò עֲדִינוֹ deducit à עָדַן *oblectari*, & affixo ו. Verùm sic superfluit הוּא, nec verbum est in textu quod *invadere* sign. tantùm עַל ejus loco ponitur *. Qui sese opposuit *octingentis*. Alii, *qui superior fuit*, sive *prævaluit contra* 800, *qui occisi fuerunt ab eo eodem tempore* [h]. Præpositio עַל *super* quandoque victoriam exprimit, quâ scilicet quis supereminet aliis, ut Jud. 16. 9. *Philistini* עָלֶיךָ *super te*; h.e. supereminent tibi, jamjam te vincent, & vincient [i]. *Super* 800 *prophanum se fecit vice unâ*, M. [τὸ חָלָל pro verbo accipit, quomodo Ca. & Strig. accipere videntur, quasi esset חִלֵּל, cùm sit חָלָל cum duplici Kametz, quod nominis est indicium.] Qui fuit *super* 800, &c. P. Hebraismus est; q.d. Qui in uno prœlio manu suâ trucidavit octingentos [k]. Qu. 1. Quî fieri potuit? Resp. Novimus quot angelus unâ nocte interfecit; annon eandem facultatem Deus homini potuit concedere? Fuerunt sanè viri heroici. Illis Deus & impulsum dedit & successum [l]. Scimus à Sampsone inermi mille homines, illósque neque inermes, neque infirmos, occisos esse. Videtur occasionem captâsse; fortè illos aggressus est, vel bene potos, & pastos, somno vinóque sepultos; vel in loco angusto depressóque conclusos, qui facilè urgeri possint, & opprimi ex superiori loco. Credo illum solùm hoc perfecisse. Nam si cohortis dux id fecit, non tam laudandus erat; quanquam non vulgaris sapientiæ est, à qua hîc commendatur, rem ita moderari, ut sine ullo suorum detrimento tot hostes tam brevi, faciléque confecerit [m]. Qu. 2. Quomodo hîc 800, cùm 1 Par. 11. 11. tantùm 300 confodisse dicitur? Resp. 1. Alius hic (*Jesbaham*) erat ab illo (Adino) in Paralip [n]. [Vide ad priora hujus commatis verba ex Me. annotata.] Non placet, 1. quia magna est in Hebræo nominum similitudo. 2. Tam hic, quàm ille princeps est primi ternarii [o]. Resp. 2. Utrumque præstitit, occîdit & 800, & 300, non autem eodem loco & tempore [p]. Illud autem prius, quia illustrius, collatum est in libros Regum, ubi præcipua consignantur; posterius in Paralip. ubi ante prætermissa referuntur [q]. Resp. 3. Manu suâ 300 occîdit; reliquos per eos qui cum ipso erant, quorum gesta Duci ascribi solent [r]. Resp. 4. In una pugna 800 vulneravit, ex quibus 300 mortui sunt [s]. Vel 300 mortui sunt in ipso prælii loco [t]. חָלָל enim significat & *vulnerare* & *occidere* [v].

9. *Post hunc*] i.e. Qui erat secundæ dignitatis ab eo [x]. ¶ *Filius patrui ejus*] Nempe adoptivus & legalis, ex Lege Deut. 25. 6. Naturalis filius erat fratris vivi; i.e. parentis sui; legalis fratris mortui, id est patrui. Alii fermè omnes illud דודו nomen proprium esse putant. Quod ego non improbo. Prius tamen præfero, quia consentit cum vulgato [y]. ¶ *Ahohites*, בֶּן־אֲחוֹחִי] *Filius Ahohi*, P. i.e. Ahohæus, sive de familia Ahohæorum [z]. At 1 Par. 11. rectè omittitur בֶּן, nam *Achochi* est nomen patriæ, *Achochites*, non avi [a]. Verùm quis hoc Critico dixit? K. ait esse nomen familiæ. Hîc dicitur *filius Achochi*; illic *Achochi*, sicut dicitur בֶּן קְנַז & קְנִזִּי *filius Kenaz* & *Kenissi* [b]. [Junius refert ad Dodonem, *Filius Dodonis Achochæi*] ¶ *Inter tres fortes*, &c.] i.e. Qui unus fuit trium fortium qui erant cum Davide, qui optimè rem gessit [c]. ¶ *Quando exprobraverunt Philisthiim*, בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים] *Quum probris vel convitiis afficerent*, sive *lacesserent Philistæos*, P. Ti. V. sim. M. ó. Mo. Philistæis exprobrantibus exprobavit [d]. At חָרַף alibi non construitur cum ב objecti; sed semper cum accusativo, expressâ ejus notâ אֶת, vel subintellectâ; semel cum ל 2 Par. 32. 17. Verti potest, *cùm convitiis afficerent ipsos inter Philisthæos*; i.e. passivè, cùm convitiis afficerentur inter Philistæos; sic enim alibi sæpè Infinitivus Piel activus vertitur passivè, ut Exod. 9. 16. וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי, *Et ut narrent nomen meum*, &c. i.e. ut narretur †. *Quando exprobraverunt* (*eos*, Sy.) *Philistæi*, Jon. sim. Sy. Ar. *Quum exponerent vitam suam* (scribe, *vitam suam*, tanquam supplementum [f],) *contra Philistæos*, JT. *cùm abjicerent*, sub. *animas suas*; ex collatione Jud. 5. 18. Et hoc significat verbum Hebræum, in Job 27. 6. *non abjiciet eam* (i.e. justitiam meam) *cor meum* [g]. חָרַף sign. *discrimini se exponere* [h]. *Ad contemnendum* (scil. animam suam) *inter Philistæos*, ut Jud. 5 [i]. *Apud Horpam*, &c. Ca. [quasi proprium nomen esset.] ¶ *Et congregati sunt illuc*, נֶאֶסְפוּ שָׁם] Qui *congregati erant ibi*, P. V. in Tig. not. i.e. ubi erat David, ut dimicarent cum Israelitis [k]. [Ad Palæstinos plerique hoc referunt] Ità ó. Jon. Sy. Ar. [Q. referunt ad viros fortes,] *qui exprobrârunt Philistæis, & collecti sunt ibi* M. sim. Ti. ¶ *Cúmque ascendissent viri Israel*, ויעלו וגו׳] *Et ascenderunt viri Israel*, V. Mo. Jon. Sy. *quum jam ascendissent*, P. i.e. aufugissent, V. in Tig. not. T. sic habetur 1 Paral. 11. 13. *quum hinc ascenderent*, M. *quum recederent*, Ca. abeuntibus *Israelitis*, JT.

10. *Ipse stetit & percussit*, קָם וַיַּךְ] Hs. Is confestim & sine mora, ubi vidit suos populares fugisse, percussit, &c. Hoc pacto utuntur Hebræi verbo *Surgendi* [l]. Non stetit hic solus, sed unà cum *Jesbaam*, ut habetur, 1 Par. 11. fortè & cum *Semma*, de quo idem hîc asseritur v. 12 [m]. Omnibus fugientibus ipse solus immobilis perstitit & hostem in fugam vertit. Quod reliqui videntes reversi sunt & despoliaverunt occisos *. ¶ *Donec deficeret manus ejus, & obrigesceret cum gladio*, וַתִּדְבַּק יָדוֹ אֶל הַחֶרֶב] *Et adhæreret manus ejus ad gladium*, Mo. ó. sim. Jon. Sy. Ar. P. Mo. Ca. JT. Factum hoc vel 1. Quòd præ nimio labore, manus, quæ gladium tenebat, spasmum contraxit, ità ut finito conflictu vix potuerit educi è manu ejus gladius. Spasmus est tendonum contractio quæ aliquando fit inanitione; h.e. cùm præ nimio sudore tendones siccescunt & contrahuntur [n]; Vel 2. Ex stupore, qui contractos digitos cum capulo constrinxit [o]. Ex stupore nervorum & musculorum [p]; Vel 3. propter copiam sanguinis [q]; ex qua gladii capulus manui ità adhæsit, ut finitâ pugnâ difficilè avelleretur [r]. Vel 4. Sensus est, q.d. quamvis lassus, validè tamen gladium manu prehensum semper retinuit, acsi manui ejus adglutinatus foret [s].

11. *Et congregati sunt Philisthiim in statione*, לַחַיָּה] Variè reddunt. *Ad haiatha*, Jon. [quasi nomen esset proprium loci.] *In feras*, ó. quasi de venatione agatur; cui tamen vacare in hostico neque licet, neque tutum est [t]. *Ad animalia prædanda*, Sy. sim. Ar. Verùm hoc sensu חַיָּה nusquam usurpatur [v]. *In statione*, Vulg. At חַיָּה ità sumi, exemplo caret [x]. *In villa*, vel *pago*, P. Mo. V. i.e. juxta pagum quendam hæc gesta sunt [y]. *In globum*, Ti. *in catervam*, JT. vel *turmam* RS. in BA. Id חַיָּה sign. v. 13. Probarem, si יֵאָסְפוּ לַחַיָּה esset phrasis Hebræa. Magis probo quod ó. in Complut. edit. habent, ἐπὶ σιαγόνα, *ad maxillam*; quasi legissent לְחַיָה *ad Lechi*: Ità ה locale in fine supplet vicem τοῦ ל initialis, & sensus est apertissimus. Nempe venisse prædabundos ad eumpse locum, in quo centum antè annis à Sampsone cæsi fuerunt; ubi & Deus alterum Sampsonem excitavit, qui eorum impetum sustinuit, & fregit [z]. ¶ *Erat ager lente plenus*] [Sim. omnes.] At 1 Chron. 11. 13. est שְׂעוֹרִים *hordeo*, ex quo per metathesin literarum & mutationem ד in ר fortè factum hîc עֲדָשִׁים *. Sed nimis hæc enormia sunt. Utrumque verum erat; fuisse in eo agro & hordeum & lenticulas; In hoc agro primùm fu-

Marginal notes (left): † Me. — f M. — g Ma. — † Wil. — * Wil. — h Belg. — i Glass. gram. 548. — k V. — l Mart. — m San. — n Me. Q. in San. — o San. — p San. K. in Wil. — q San. — r Q. in Buxt. vindic. 2. 2. 406. — s Os. Wil. — t ex Jun. — t Q. in Belg. — v Belg. — x V. — y San. — z V. — a Capel. Crit.

Marginal notes (right): b Buxt. vind. 389. — c V. — d M. — † Di. — f Pi. — g Pi. — h V. — i Q. in Di. — k V. — l V. — m T. ex San. — * M. — n V. — o San. — p Mart. — q Mart. — Me. ex Jos. — r Me. — s Ma. — t BA. 1. 2. 15. 201. — v BA. ib. — x BA. ib. — y V. sic M. — z BA. ib. — * Cap.

erant manipuli, ſive hordei, ſive lenticularum, nam pars illa agri jam demeſſa fuit; deinde attulerunt illuc de agris aliis, alios manipulos, &c[a]. Utroque ſemine ager ille ſatus eſſe potuit, aut ex utroque in aream comportata meſſis[b]. Vel uno anno hordeum, altero lentes ibi ſeminabant[c]. Fortaſſe hîc Samma cum Eleazaro (cui hoc ferè adſcribitur 1 Paral. 11.) ſimul ſtetit in agro, &c[d]. Commiſſum eſt prælium in hoc agro, in cujus una parte, ubi erant hordea, Eleazar eos invaſit, &c. in altera, ubi lentes, &c. Shamma †.

12. *Et tuitus eſt eum*, וַיַּצִּילֶהָ] *Et liberavit eam*, ſub. *lentem*; i. e. agrum plenum lentibus[f]. In quo ſtudebant Palæſtini aut aridam materiam incendere, aut virentem proculcare, & Jud. 6. 4[g].

13. *Antè deſcenderant tres*, &c.] Qu. Quinam erant hi? Reſp. 1. Tres ſuprà nominati[h]. Jeſbaham, Eleazar & Samma[i]. Poſtquàm deſcripſit quid ſigillatim illi effecerint, nunc declarat quid copulati egerint[k]. Reſp. 2. Alii tribus ſuccedentibus hoc opus attribuunt[l]. Obj Sed illud *deſcenderant* in tempore pluſquàm perfecto non tam bene convenit ſequentibus quàm præcedentibus. Reſp. 1. Sic exprimit, quòd fortè quæ hîc narrantur in priori bello geſta ſunt; quæ autem tres ſuperiores fecerant, in poſteriori. 2. Vel Pluſquàm perfectum ponitur pro perfecto, ut perfectum ſæpè ponitur pro pluſquàm perfecto. Cujus ea eſt ratio, quòd in Hebræo pro utroque tempore una tantùm terminatio eſt[m]. ¶ *Tres qui erant principes inter triginta*, שְׁלֹשִׁים מֵהַשְּׁלֹשִׁים רֹאשׁ] [Keri שְׁלֹשָׁה] *Tres ex triginta*, ὁ. *ex 30 capitibus*, Mo. *principibus*, P. *heroibus*, Sy. *Hi tres principes*, vel *præcipui inter triginta*, Ca. Strig. quorum nomina infra recenſebuntur; majorem autem numerum exprimere contentus fuit; potuiſſet enim dici *inter* 37, tot enim erant heroes Davidis[n]. Illud *inter triginta*, vel, ut eſt in 1 Par. *de triginta*, explico, præ triginta; i. e. fortiores ſunt illis 30, qui ſtatim numerantur. Ità מִן vel מ ſumitur Pſal. 137. *mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me*; i. e. ſuprà quàm ego aſſequi queam, Ezec. 16. 52. Oſ. 10. *Ex diebus Gabaa*, i. e. graviùs quàm peccârunt Gabaitæ[o]. *Tres iſti ſuprà triginta primarii*, JT. *Tres iſti principes, qui erant ex præcipuis ducibus*, M. ſim. V. ¶ *Venerant tempore meſſis ad David*, אֶל־קָצִיר] *In meſſe*, P. i. e. tempore meſſis, V. *ad meſſem*, ſcil. *à vi hoſtium defendendam*, in qua eripienda David occupatus erat[p]. In 1 Chron. 11. 15. pro eo eſt עַל הַצּוּר *ad rupem*, quod melius videtur; indéque factum videtur אֶל קָצִיר ex literarum ה & ק ſimilitudine[q]. Sed utrumque bonum eſt; *venerunt ad Davidem, in rupem, tempore meſſis*[r]. ¶ *In ſpeluncam Odollam:*] Vide 1 Sam 22. 1. vide ver. ſeq[s]. Senſus poteſt eſſe; q. d. Hi tres, jam antè ad Davidem venerant, cùm eſſet in ſpelunca Odollam, & Saulem fugeret. Conſtat enim ex 1 Sam. 22. inter eos qui convenerant *Abiſai* unum fuiſſe. Hoc autem tempore in illa ſpelunca non videtur fuiſſe; neque enim locus ille ad explicandas acies erat accommodatus[t]. Juxta ſpeluncam illam erat inſignis petra, quæ præſidium & veluti arx David fuit[v]. Ea *præſidium* vocatur v. ſeq[x]. ¶ *Caſtra autem Philiſtinorum*, &c. וְחַיַּת וגו׳] *Et turma*, vel *agmen*, vel *caterva caſtra haberet*, &c. JT. M. Ti. &c. חַיָּה nonnunquam ſign. *cœtum & collectionem*[y]. Diſtinguenda ſunt *caſtra* Philiſtinorum à *ſtatione*. *Statio* in Bethlehem fixa erat, & in ea præſidiarii milites degebant: caſtra verò erant in valle gigantum, & prout ferebat uſus, huc & illuc transferebantur[z]. ¶ *In valle gigantum*] Vel *Rephaim*, V. Me. Ma. De qua vide ſuprà 5. 18[a]. Fortaſſe ibi, aut perierant, aut aliquid egerunt egregium viri fortes, vel gigantes, &c[b]. Non procul diſtabat à ſpelunca Adullam[c].

14. *Et David erat in præſidio*] Ità ὁ. Jon. Mo. P. M. *in ſuo propugnaculo*, JT. id eſt in Jeruſalem[d], à ſe paulò antè expugnatâ, ex qua prodiit Hadullamum verſùs, Peliſhtæos aggreſſurus †. Vel potiùs in arce & ſpelunca *Odollam*, de qua ſermo præceſſit[f]. Porrò ſpelunca Odollam, per antonomaſiam, opinor, appellatur *præſidium*, 1 Sam. 22. 4, 5. ¶ *Et ſtatio Philiſt. tunc erat in Bethlehem*] Sicut antè in *Gabaa*, 1 Sam. 13. 3. ubi notata vide[g].

15. *Deſideravit, & ait*, וַיִּתְאַוֶּה וַיֹּאמַר] *Concupivit autem, & ait*, P. i. e. præ deſiderio dixit, V. ſim. Sy. M. Ti. JT. ¶ *Potum aquæ de ciſterna Bethlehem*] Fuit David in præſidio; fortaſſis ibi aquæ commodæ non erant, & erat æſtas. Non jubebat afferre, ſed obiter dixit[h]. Omnes amant fontes & bona patriæ ſuæ; patria autem Davidis erat Bethlehem[i]. Novi ego, qui cùm aquis optimis abundaret, tamen aquam è patrio fonte appeteret quæ inſuavis erat & craſſa. Sed magìs placet alia ſententia. Non tam aquam ſitiebat David, quàm patriæ libertatem, ut depulſis inde Palæſtinis, vel ipſe, vel cognati ejus ſine metu ibi habitarent. Hoc explicat, meo judicio, modus loquendi: Sic Maro Ænæid. 7.

Qui Tiberim, Fabarimque bibunt.

i. e. qui regiones propè eas incolunt. Et Eclog. 1. eodem ſenſu,

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Sic Martial. in Amphitheat. epigram. 3. de populis Orientalibus,

Et qui prima bibit deprenſi flumina Nili.

Porrò in aqua, quæ ex aliquo fluvio, ſive fonte portatur, aut terræ glebâ, ſignificatur illius regionis poſſeſſio. De quo vide quæ nos ad Dan 8. v. 2. Obj. De aqua propriè intellexerunt tres illi viri. Reſp. Militum animi non ſunt adeo exculti, ut quæ dicuntur obſcuriùs, aut expendant, aut curent; ſed quicquid primùm acceperunt, confeſtim arripiunt, & in omne *diſcrimen ambitioſè ſe conjiciunt*[k].

16. *Noluit bibere*] 1. Nè videretur cupiviſſe ut tanto cum periculo illi aqua pararetur[l]. Nè quis exiſtimaret vilem ſibi eſſe ſubditorum ſalutem, & ut conſtaret ſe ignaro & invito, hoc præſtitum[m]. 2. Ut milites temperantiam in ſiti doceret[n]. Sic Alex. in communi militum ſiti, aquam noluit bibere, Curt. l. 7[o]. 3. Nè videretur illorum ſanguinem potâſſe[p]. ¶ *Libavit eam Domino*] Heb. *effudit eam*, ſub. in terram, in honorem Jehovah[q]. Genus libationis fuiſſe videtur. Vide 1 Sam. 7. 6[r]. Aquam tam pretioſam dignam judicavit, quæ Domino libaretur[s].

17. *Propitius ſit mihi Dominus*, חָלִילָה לִּי יְהוָה] *Abſit mihi* (vel, *à me*, M. Ca. Strig.) *Domine*, vel, *ô Jehovah*, Mo. P. ſic JT. vel *ab ante Dominum*, Jon. *Nequaquam permittat Dominus ut hoc faciam*, Sy. ſim. Ar. *Procul ſit hoc à me, Domino adjuvante*, Ti. *Nefas mihi à Jehova*, ſub. *imputabitur*, ſi ſcilicet illud facerem; יְהוָה ponitur pro מֵיְהוָה, ut plenè exprimitur, 1 Reg. 21. 3 *. Deficit hîc מ *mem* ut Joſ. 10. 13. *Donec vindictam ſumeret populus* אֹיְבָיו pro מֵאֹיְבָיו *de hoſtibus ſuis*: Ità infrà v. 24. *Filius Dodonis* בֵּית לֶחֶם pro מִבֵּית לֶחֶם *de Bethlehem*, ſcilicet oriundus; & v. 32. בְּנֵי יָשֵׁן pro מִבְּנֵי יָשֵׁן *de filiis Jaſan* erat *Jonathan*, ſcil. inter illos 30 heroas †. חָלִילָה (à חָלַל *prophanare*, unde & חול *prophanum*, 1 Sam. 21. 4. Lev. 10. 10.) idem eſt ac τὸ βέβηλον, *res prophana*, vel *nefas*; unde pro abhominantis particula uſurpatur; ídque vel abſolutè, ut 1 Sam. 14. 45. *abſit*; vel cum nominibus, &c. *abſit tibi*, Gen. 18. 25. *abſit à ſervis tuis*, Gen. 44. 7. & h. l. *abſit à Domino* ||. ¶ *Num ſanguinem*, &c. הֲדַם הָאֲנָשִׁים הַהֹלְכִים בְּנַפְשׁוֹתָם] *Num* (ſub. *bibam*, P. JT.) *ſanguinem virorum abeuntium*, ſive *qui abierunt* (vel *profecti ſunt*, illuc, Ti.) *in* (vel *pro*, Jun. M.) *animabus ſuis?* Mo. ſic ὁ. Jon. vel, *cum periculo vitæ ſuæ?* Pi. Sy. ſim. Ar. JT. vel, *in animas ſuas abierunt*, ſub. *quæſitum aquam*, V. *Annon hic eſt ſanguis virorum*, &c? M. Strig. *Sanguinem*, i. e. aquam allatam cum diſcrimine vitæ[t]. Obſervate hîc, quòd aquam hanc *ſanguinem* appellat, quia periculo ſe expoſuerunt; & mirantur in Euchariſtia vinum *ſanguinem* dici, ubi ſervator noſter non tantùm ſe expoſuit periculo, ſed etiam reverà ſanguinem fudit[v].

18. *Princeps erat de tribus*, הוּא רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁי] Keri eſt הוּא רֹאשׁ הַשְּׁלֹשָׁה, *Ipſe erat caput*, vel *princeps trium*, Mo. P. ὁ. JT. i. e. primas tenebat inter tres poſteriores[x]. *Alterorum trium princeps*, Ca. *præcipuus inter tres*, Strig. M. *illos*, M. *caput ternarii*, Ti. In ſecundo ternario duo nominantur, *Abiſai* & *Benaias*[y]. Tertius non exprimitur, quod non mirum; Sic in Paral. Primi ternarii princeps non nominatur[z]. Imò tertius hic erat Aſahel[a]. ¶ *Levavit haſtam*, &c. עוֹרֵר אֶת־חֲנִיתוֹ וגו׳] *Suſcitavit* vel *Excitavit* (vel *vibravit*, Sy. JT. Ca.) *haſtam*, ſive *lanceam ſuam ſuper* (vel *contra*, P.) *trecentos occiſos*,

Marginal notes (left column): [a] Buxt. vind. p. 414. [b] San. ex Caj. & Hug. [c] Q. in Mart. [d] San. † Ma. ex Jun. [f] V. [g] San. [h] Jun. Ma Jo. & V. & Mar. in San. [i] Me. [k] Mart. [l] San. ex Caj. & To. & He. K. in Mart. [m] San. [n] Oſ. [o] San. [p] Abarb in Buxt. vind. 414. [q] Capel. [r] Buxt. ib. [s] Ma. [t] San. [v] M. [x] Me. [y] M. [z] Me. [a] Me. [b] San. [c] V. [d] Ma. ex Jun. ſic & To. [illegible] [f] La. ſic M. San. Me. [g] San.

Marginal notes (right column): [h] Mart. [i] La. ſim. San. [k] San. [l] Me. [m] San. [n] Me. ſim. San La. [o] La. G. [p] San. [q] Ma. ex V. [r] Ma. [s] Me. * Glaſs. gram. 636. † Glaſs. gram. 663. || Glaſs. 636. [t] V. [v] Mart. [x] V. ſim. Jun. Ma. [y] Mart. Oſ. [z] Mart. [a] Oſ.

occisos, P. Mo. 6. Jon. Sy. vel *quos confodit, sive stravit*, JT. Ti. V. in Tig. not. ¶ *Contra trecentos, quos interfecit*] Pro quo noster 1 Par. 11. *quos vulneravi*, Me. Id credibile est accidisse, cùm Davidem deficientem periculo eripuit, suprà 21. 17 [b]. Non constat an uno congressu hoc fecit, an diversis temporibus [c]. ¶ *Nominatus*, שֵׁם לוֹ] *Nomen ei*, P. *fama præcipua*; i. e. erat celeberrimus [d]; præcipuum *habuit nomen*, Ti. sim. M. ¶ *In tribus*] Vel *inter tres*. [Sic omnes.] At Sy. *Ipse princeps erat horum triginta.* [quasi pro בַּשְּׁלשָׁה legisset בַּשְּׁלֹשִׁים]

19. *Ad tres primos non pervenerat*] Fortitudine non æquabat *Jesbaham*, *Eleazar*, & *Shamma* †.

20. *Banaias filius Joiadæ viri fortissimi: magnorum operum*, בֶּן־אִישׁ חַי רַב פְּעָלִים] Keri est אִישׁ חַיִל. Vertunt *Filius viri virtutis* (vel *fortitudinis*; i. e. fortis, V. P. sim. M. Ti. JT.) vel *filius Ischai*, Os. sive *Ischail*, Strig. vel *vitæ*; i. e. vivacis, robusti ac bellicosi, V. vel *vir strenuissimus*, Sy. *erat gigas robustissimus*, Ar. [Ad ipsum Benaiam, non, ut reliqui, ad ipsius patrem, referunt Sy. & Ar.] *Multus operibus*, P. Mo. 6. *magnus rebus gestis*, M. Ti. JT. sim. Os. Strig. magnarum rerum patrator, V. Mallem tamen hæc magna opera ad patrem ejus Joiadam referre, ut explicatur, 1 Par. 11. 22. Patris igitur virtutem moribus suis expressit Benaias [f]. ¶ *De Gabseel*] Oppidum erat in sorte Judæ, Jos. 15. 21 [g]. ¶ *Percussit duos leones Moab*] Sic M. Ca. Strig. Heb. *leones Dei*; i. e. fortissimos [h]. Fortè leones Moabitici (sicut Punici) ferociores erant [i]. שְׁנֵי אֲרִיאֵל מוֹאָב *Duos fortes* (vel *fortes ut leones*, Mo.) *Moab*, P. Mo. *valentissimos Moabitas*, JT. *magnates* (vel *gigantes*, Sy. *gigantem quendam*, Ar.) *Moab*, Jon. *Duos filios Ariel ipsius Moab*, 6. *Duas arces munitissimas*; i. e. duo loca fortissima, quorum uterque dicebatur *Ariel*; i. e. homines qui defendebant duo loca fortissima regionis Moabitarum [k]. *Duos duces Moab. Ariel* idem est quod *leo fortis* [l]. ¶ *Percussit leonem*, הָאֲרִיה] Keri הָאֲרִי. Hoc loco alio utitur vocabulo, ut significet se hic de bestia, paulò antè verò de hominibus locutum [m]. ¶ *In media cisterna*] [Sim. omnes.] Unde effugium sibi præcidit, necessitatémque perficiendi incepti sibi imposuit [n]. ¶ *In diebus nivis*] Cùm leones fortiores sunt [o], (utpote calidissimi & ignei [p]; & assueti cœlorum ac temporum injuriis [q],) & sæviores, sive ferociores [r], penuriâ victûs [s], & plùs homini insidiantur [t]. Tunc continentur oves in caulis; & cùm desit illis pastus, irascuntur; Ira autem est eos fortitudinis [v]. Tunc & hominum membra rigent [x], & minùs apta sunt ad arma tractanda [y]. Non fuit hic vitæ prodigus, sed credendum est leonem perniciosum fuisse provinciæ [z].

21. *Virum dignum spectaculo*, אֲשֶׁר מַרְאֶה] Keri est אִישׁ, quod omnes sequuntur,] *Virum aspectûs*, Mo. Pi. *spectabilem*, 6. *conspicuum*, Jon. *formosum*, Ar. P. sim. Sy. Ti. quem aspiciebant propter venustatem formæ [a]. *Spectabilem magnitudine*, JT. sim. Ca. *magni aspectûs*, qualem Gigantes habent; 1 Par. 11. 23. scribitur אִישׁ מִדָּה *vir personatus & magna statura* [b]. *Terribili specie virum*, Strig. ¶ *In virga*] Vel *baculo*. [Ità omnes.] q. d. Inermis, virgam tantùm manu tenens [c].

22. *Nominatus inter tres*] Heb. *Nomen ei inter tres*, Mo. P. *inter hos tres*, Jon. *inter tres illos*, P. i. e. fama inter tres illos sequentes. Vel dignus erat ferè qui annumeraretur inter tres illos fortes qui attulerunt aquam. Sic vertunt qui eum septimum constituunt: nam fuit medius inter illos ternarios & 30 sequentes [d].

23. *Qui erant inter triginta nobiliores*, מִן הַשְּׁלוֹשִׁים נִכְבָּד] *Præ triginta* (vel *præ robustis*, Jon.) *gloriosus*, vel *honorabilis*, Mo. sim JT. *celebris inter triginta*, Sy. sim. M. *ex triginta præstantissimus*, Ti. *istorum* 30 (sub. *sequentium*, V.) *gloriosissimus*, P. vel *nobilissimus*, V. ¶ *Ad tres non pervenerat*] *Sed tamen ad tres*, &c. P. V. i. e. ad dignitatem trium priorum †. *Ad tres primos*, M. ¶ *Fecit eum auricularium, à secreto*, Vel *& à secretis*, V. אֶל־מִשְׁמַעְתּוֹ] *Ad auditum suum*, P. Mo. Jon. *ad auditiones suas*, 6. *ad audientiam suam*; h. e. fecit eum præsidem Concilii [f]. *In consilium suum*, M. ex He. sim. Ca. *Usus est ejus operâ in secretis consiliis*, Strig. *Consiliarium*, qui audiret subditorum querelas, & ad regem referret, atque super eis cum rege & aliis consultaret [g]. Valuit ergò non tantùm viribus corporis, sed etiam sapientiâ [h]. Vir fortis bonus consiliarius esse solet [i]. *Ingredientem ad se, & egredientem*, Ar. sim. Sy. *præposuit eum satellitio suo*, JT. Belg. Ang. Heb *auscultationi suæ*; i. e. militibus stipatoribus suis, qui semper præstò erant ad imperium ipsius, 2 Sam. 9. 4. & 20. 23 [k]. Heb. *ad mandatum ejus*, Ang. *Super viros obedientiæ suæ*; i. e. præfecit eum viris sibi obedientibus, hoc est, Chærethæis &. Pelethæis [l]. Hi semper aderant regi, ut audirent quid mandaret, & facerent quod juberet [m].

24. *Hasael in triginta*] Vel, *supra triginta istos*, h. e postremus quidem secundi ordinis, seu ternionis; sed præstantior triginta Chiliarchis, quos deinceps ordine nominat. Nam sex isti duorum ternionum hactenus nominati quinis Chiliarchis præerant, ut Joab erat imperator omnium: sunt enim hæ duæ voces *supra triginta* ἀπὸ κοινοῦ sex illis duorum ternionum prædictis accommodandæ, quorum nomina & gesta modò explicata sunt †.

25. *Semma de Harodi*] Heb. *Samah Charodites*, cum *Cheth*; At 1 Paral. 11. 27. appellatur *Samoth Harodites* cum *He*. De loco *Charod* unde dictus, vide Jud. 7. 1 [n].

26. *De Phalti*] Heb. *Phaltites*, 1 Par. 11. 27. dicitur *Phelonites* [o].

27. *Mobonnai de Husati*] Heb. *Chusathites*; i. e. de familia Chusah, è tribu Judæ, 1 Par. 4. 4. Hic 1 Par. 11. 29. vocatur *Sibechai* [p].

29. *Salmon*] Hic *Gilai*, 1 Par. 11. 29 [q].

29. *Heled*] Heb. *Cheleb*. Hic *Cheldai*; 1 Par. 27. 15 [r].

30. *Heddai*] Heb. *Hiddai*. Qui 1 Paral. 11. 32. vocatur *Churai* [s].

31. *Abi-Albon*] Qui 1 Paral. 11. 32. dicitur *Abiel* [t]. ¶ *De Beromi*] Heb. *Barchumites*, vel *Barchumæus*, 1 Par. 11. 33. vocatur *Bacharumites*, vel *Bacharumæus*; i. e. ex Bachurim oppido Beniamitarum [v].

32. *Filii Jasen, Jonathan*] Vox *filii*, Heb. est pluralis; Ma. Ex *filiis Jasen*, V. JT. Ità plerique in Ma. id est filius [x]. [Aliter sentit Grotius, qui ad ista verba v. 39. *Omnes triginta septem*, hæc annotat; Qui hîc ab *Asahele* ad hunc numerum desunt, ii fuere *filii Jassen* suprà memorati commate 32 [y].] Qui hîc *Jasen*, in 1 Paral. 11. 34. vocatur *Hasem* [z].

33. *Filius Sarar*] 1 Par. 11. 35. *filius Sachai* [a]; *filius Sacharis* [b].

34. *Eliphelet filius Aasbai*] 1 Par. 11. 35. *Eliphal filius Ur* [c]. ¶ *Eliam filius Achitophel*, &c.] Hic 1 Par. 11. 36. scribitur *Achijah Phelonites* [d].

35. *Hezrai*] Heb. *Chetzrau*, vel *Chetzrai*; nam Heb. est gemina lectio; 1 Par. 11. 37. vocatur *Chetzro* †. ¶ *Pharai*] 1 Par. 11. 38. *Nagharai* [f]. *Naharaius* [g].

36. *Igaal filius Nathan*] Hic 1 Par. 11. 38. *Joel frater Nathan*, [h]. [Vitium scribæ in alterutro loco esse contendit Capellus, & יִגְאָל pro יוֹאֵל positum, ex similitudine literarum ו & ג. Respondet Buxt.] In Genealogiis & Chronologiis multa esse ἄπορα. Fortè diversi erant, hic frater, alter filius Nathanis, & unius mentio fit in uno loco, alterius in altero *. [Satis constat ex Paralip. alios fuisse Davidis fortes, quàm qui hîc numerantur.]

39. *Omnes triginta & septem*] Hi nempe triginta & unus, & sex fortes duarum illarum triadum [i]. Si exactè numeres, comprehensis duobus prioribus ternionibus, sunt tantùm 36. sed rectè notant his quoque annumerandum Joabum summum imperatorem, qui omnibus præerat [k]. Selegerat David triginta è suis fortissimos, quibus posteà alii etiam supra numerum aggregati sunt, manente tamen denominatione *triginta fortium*. Sic Apostoli dicuntur duodecim, licèt postea Paulus & Barnabas additi sint [l]. Porrò isti non sunt in hunc gradum asciti propter censum, aut nobilitatem; sed prout se bene gerebant in defendenda republica. Non datur hîc locus gratiæ. Nullus fratrum David hîc descriptus invenitur [m].

Marginal notes (left column): b Me. c San. d V. † Me. f San. ex To. g Ma. ex Jun. h Mar. San. i San. k V. l M. m Os. n San. o La. sic V. San. p San. La. q San. r V. La. San. Mart. s Jun. sim. La. t M. v Mart. x Mar. y San. z Mart. a V. b M. c Me. d V. † V. f M.

Marginal notes (right column): g Os. h Mart. i Mar. k Jun. l Q. in V. Mart. m Mart. † Ma. ex Jun. n Ma. o Ma. ex Jun. p Ma. fere ex Jun. q Ma. ex Jun. r Ma. ex Jun. s Ma. ex Jun. t Ma. ex Jun. v Ma. ex Jun. x V. y G. z Ma. ex Jun. a Ma. b Jun. c Ma. ex Jun. d Ma. ex Jun. † Ma. f Ma. g Jun. h Ma. ex Jun. * Buxt. vind. 416. i V. k Ma. l Me. sim. San. m Mart.

CAP. XXIV.

1. ET *addidit furor Domini irasci*, [וַיֹּסֶף וְגוֹ] *Et addidit, &c.* P. Pi. *Rursus iratus est*, V. ut scilicet paulò antè, c. 21. 1 [h]. *Perrexit ira* (vel *nasus*, Pi.) *Jehovæ accendi*; JT. Confer suprà 22. 8, 9 [i]. Prior Satan concitavit David, 1 Par. 21. Dehinc iratus est furor Domini [k] Q. per furorem Domini hîc Diabolum intelligunt [l]; qui sic dicitur, quòd furoris Dei minister sit; sicut Assur dicitur *furor Dei*, vel *furoris virga*, & *indignatio Dei*, Isa. 10 [m]. Alii hæc non Diabolo, sed indignationi Dei attribuunt, sed variè explicant [n]. [De quo vide quæ sequuntur.] ¶ *Irasci contra Israel?*] Qu. Quæ causa? Resp. 1. Quòd populus cum Absalome contra Davidem rebellâssent [o]. Sed ob hoc peccatum cæsa sunt 20 millia, c. 18 [p]. 2. Rebellio populi, Sheba sequendo, &c. quæ in sola Sheba punita erat [q]. 3. Peccata populi permulta erant, cæterùm occulta quæ Deus optimè noverat [r]. Redditâ fertilitate fortè diffluebant luxu, & otio. Suis peccatis occasionem dederunt principis lapsui. Rectè Gregor. *Pro qualitatibus gregis actiones, & opera pastorum disponuntur: & sæpè fit, ut pastor alioqui bonus delinquat propter malum gregis* [s]. Non ergò debent subditi principibus irasci, cùm in aliquem errorem vel vitium labuntur; sed lapsûs causam sibi suísque peccatis adscribere [t]. ¶ *Commovitque David in eis*, [וַיָּסֶת אֶת־דָּוִד בָּהֶם] *Et concitavit Davidem in eis*. Mo. G. ό. nempe *diebus*, G. vel *in eos*, Jon. Sy. M. Ti. P. vel *inter eos*, Strig. [Referre videntur ad Dominum, vel ejus furorem; nam sine ullo supplemento cum præcedentibus hæc verba connectunt. Alii aliter] *Quum incitâsset* adversarius *Davidem*, JT. Supplementum hoc desumptum est ex 1 Chron. 21. 1. nam nomina conjugata verbis suis, ut contrà verba nominibus inclusa latent ex linguæ proprietate, ut Gen. 18. 21 [v]. Sed audax est hoc supplementum, quod ipsa verborum consecutio respuit; nam apertè de Jehova utrumque dicitur, quòd ira ejus accensa fuerit, &c. & quòd incitavit Davidem [x]. *Et ille* (viz. *Satan* ex 1 Chron.) *incitavit contra eos*, Ang. *Incitavit* cor Davidis *Davidem*; q. d. David à propria concupiscentia fuit tentatus [y]. Vel activum ponitur pro passivo, *commovit David* pro *commotus est*, nempe à Diabolo, ut habemus, 1 Par. 21. 1. Diabolo autem locum facit incuria ac negligentia circa mandationem legis ac preces [z]. *Eò impulsus est rex David*, Ca. [Alii ad Deum hoc referunt [a],] Hîc *Deus concitavit*; At 1 Par. 21. *Satan incitavit*; unde intelligimus Satanam iræ Dei flabellum esse, ut corda hominum, quocunque voluerit Deus, impellat [b]. Deus excitavit indirectè, Diabolus directè [c]. Sic Jehova dicitur *incitâsse Saulem*, 1 Sam. 26. 19 [d]. Non est abhorrendum ab illis loquutionibus, quæ alibi reperiuntur, ut Jos. 11. *A Domino fuit, ut Cananæi se obfirmarent*, &c. Isa. 19. Deus *errorem miscuit*, &c. & 63. *fecit eos errare*; 2 Thes. 2. *Immittit in illos efficaciam illusionis*, &c. Neque scriptura nos decipit illis loquutionibus; vera sunt quæ dicuntur, sed sanè intellecta †. Qu. Quid vel Quomodo hoc agit Deus? Resp. 1. Hoc agit Deus permittendo, &c [f]. Verum hoc est; Fert peccata, non impedit, Deus; At si accipias, quasi Deus relinquat homines sibiipsis, non regat mala, dicimus non satìs esse. Actiones hominum non subtrahendæ sunt divinæ gubernationi. Ista permissio pertinet ad voluntatem Dei; permittit non coactus, sed volens. 2. Deus removet prohibens, nempe gratiam suam. 3. Quatenus actiones sunt, ad eas concurrit Deus. 4. Dat occasiones, quibus novit Deus malos malè usuros. 5. Non sinit grassari temerè in quosvis; sed in aliquos quos vult punire: utitur peccatis, & gubernat ea [g]. Divina justitia commovit Davidem ad numerandum populum, quatenus numeratio ista erat in pœnam populi [h]. Deus ita manu suâ continet diabolos, & malos homines, ut, licèt ardeant ad malefaciendum, tamen nusquam erumpere possint, nisi quò ipsos, ut eant, miserit, vel positivè ipse permiserit, ad peccatorum castigationem [i]. Peccatis utitur propter aliud, ut castiget, &c. Si autem initia scelerum quærimus, satìs habemus in nobisipsis: non exteriùs sunt quærenda; Deus non instillat mala, nec vult iniquitatem [k]. *Commovit David in eis dicentem: Vade, &c.* [לֵאמֹר לֵךְ] *Dicens*, ό. *dicendo*, Jon. P. JT. Pi. non externo sermone; confer suprà 16. 10. sed inspirando, nempe per Satanam. Confer 1 Reg. 22. 22 [l]. *Et dixit ad eum*, Sy. Ar. *ut diceret*, M. Ti. Strig. Cor Davidis incitavit ipsum, ut diceret intra se, *Vade*, &c [m]. *ad dicendum*, Ang. *Eò impulsus est David, ut juberet—numerari*, Ca. [Τὸ לֵאמֹר plerique ad Deum referunt, nonnulli ad Satanam, hic ad Davidem refert.] ¶ *Numera Israel*, &c.] Qu. Quodnam hîc tam grave peccatum? Resp. 1. Ambitio & superbia [n]. Multò autem gravius peccatum est superbia, quàm vulgò creditur [o]. Magìs confisus erat David in multitudine populi, quàm in nomine Domini [p]. A modestia ad jactantiam deflexit [q]. Censum instituit suo nomini celebrando, & ad ostentandam suam potentiam, & dominium in populum, quem Deus suo solius nomini dominióque celebrando reservârat *. Fortè ex isto censu voluit David professionem habere subjectionis †. 2. Populus nullo modo censeri potuit, nisi vel cùm delectus conscriberentur militares, vel jubente Deo, ad cujus honorem spectabat ista numeratio [r]. Non quotidiè, nec nisi justa de causa census fieri debuit *. Justam causam indicendi hunc censum non habuit David; tantùm affert, *ut sciam*, &c. Curiositas hæc erat. At alius censûs finis proponitur, Exod. 30. 12. [De quo statim dicendum.] Ad honorem Dei, & utilitatem populi dirigere debuit *. Fuit hæc numeratio sine ulla legitima causa, sive ecclesiastica, ut Exod. 30. sive politica, ut est tempore belli; contra promissiones Dei, & fidem suam priorem, & contra publicam quietem ||. 3. Fortè nova tributa imponere voluit, quod non decebat. Is finis censûs Augusti, & Romanorum, unde non capita tantùm, sed & facultates censebantur; quod an à Davide factum, incertum est [s]. 4. Promiserat Deus populum suum fore innumerabilem, ideò noluit à quoquam numerari [t]. Potiùs curare debuit, ut populum bonum faceret, quàm numeraret [v]. 5. Peccatum erat, (nempe populi, sicut alio respectu à Davide peccatum, ut notavimus [x];) quòd in hoc censu non solverent dimidium siclum, quem jussit Deus ut singuli solverent, Exod. 30. 12, 13. *Singuli pretium—& non erit plaga in eis* [y]. Erat autem non leve peccatum, in tanta rerum opulentia Deum suo jure velle fraudare [z]. Tributum hoc in agnitionem supremi Dei dominii solvendum, à plerisque fortasse (connivente rege regiísque ministris) persolutum non fuit [a]. 6. Fecit contra expressum Dei mandatum, Exod 30. 14. & 38. 26. Num. 1. 3. & 22. & c. 26. 2. ubi præscriptum, ut in censu agendo, à vicesimo anno sursùm versùs recenserentur, minimè autem infra eum annum. At David omnes bello aptos recensuit, ut patet ex Joab executione, qui omnes conscripsit, *qui gladium distringere possent*, virîque viderentur ex statura potiùs & corporis habitudine, quàm ex legitima ætate. Hoc verò evinco ex 1 Chron. 27. 23, 24. ubi Spiritus S. rationem reddit, cur, cùm alii census in libros Chronicorum relati essent, hic unus ex mandato Davidis prætermissus fuerit; nempe quòd census ille constaret *ex filiis viginti annorum & infrà*; quibus verbis intelligit non solùm eos qui viginti annos nati sunt, sed & eos qui 20 annis minores sunt: ut patet ex collat. Matt. 2. 16. sic etiam *filii 20 annorum & suprà* sunt, & qui 20 annos nati sunt, & qui majores *.

2. *Ad Joab principem exercitûs sui*, [שַׂר־הַחַיִל אֲשֶׁר אִתּוֹ] *Principem* (vel *imperatorem*, M. Ti. *magistrum*, Jon.) *exercitûs* (vel *virtutis*, Mo. ό.) *quem habebat secum*, P. sim. JT. Sy. *quem* (nempe, exercitum, V.) *habuit*, M. Ti. aut verte, *qui* Joab erat *cum eo*, V. *Joabo, & ducibus militum, qui cum eo erant*, Ar. ¶ *Perambula*, [שׁוּט] *Circui*, Mo. Ti. *discurre*, Sy. M. P. JT. *transi*, ό. *obite limites*, &c. Ar.

3. *Adaugeat Dominus*, &c.] Sensit Joab rem hanc importunam fore. Sagax erat Joab, sed in alienis magìs quàm suis: bene consulebat Davidi, at nihil effecit [b]. Deterrere vult Regem; sed quia difficile erat hominem potentem & senem à sententia depellere, captat benevolentiam [c]. Emphasin habet hæc oratio; q. d. certissima est tibi multiplicatio populi, quasi jam ea facta sit, si desistas ab hoc proposito tuo [d]. ¶ *Quantus nunc*

est

[h] V. Jun. Ma. Pi. [k] T. [l] Ità Me. To. & Hi. in San. [m] To. in San. [n] San. [o] Theod. in San. [p] La. [q] L. Caj. in La. [r] Q. in Mart. sim. To. in La. [s] Mart. [t] La. ex Greg. [v] Jun. [x] Pi. [y] V. & M. ex He. [z] G. [a] Ità Caj. & Theod. in San. T. La. Pi. [b] V. Ma. [c] La. [d] Pi. † Mart. [f] La. San. ex Theod. [g] Mart. [h] Caj. in San. [i] La.

[k] Mart. [l] Pi. [m] M. [n] Sulpit. & Ambros. in La. San. Os. [o] Os. Mart. [p] M. [q] Mart. * T. † Mart. [r] San. * Mart. ex K. * Mart. || Ma. ex Jun. [s] Mart. [t] O. in San. Mart. [v] Mart. [x] T. [y] Jo. Caj. & To. in La. sic G. M. T. E. He. in G. [z] G. [a] T. * Bertram. Lucubrat. Franktal. c. 2. [b] Mart. [c] San. [d] Ma.

est, iterúmque centuplicet, כָּהֵם וְכָהֵם מֵאָה פְּעָמִים] *sicut eos, & sicut eos* (vel *sicut hi*, &c. vel *ipsi*, &c. Tig. not. Q. in Ma. vel *sicut sunt*, &c. Jon P. JT.) *centum vicibus*, 6. Mo. P. *quotquot sunt centuplùm*, JT.[l] *angeat populum centuplò*, Ar. sim. Sy Strig. ¶ *In conspectu Domini mei Regis*] Heb. *Et oculi Domini mei Regis videntes*, Mo. 6. vel *videant*, P. Jon. Mar. Ti. *sint videntes*, M. vel, *hoc videant*, Sy. *idque oculis Regis videntibus*, JT. ¶ *Sed quid sibi vult, &c?*] Interrogat de causa, sciebat illum eam reddere non posse †. Argumentum est ab inutili; seu non necessario; *Nonne omnes servi tui sunt?* 1 Par. 21.3 [f].

4. *Obtinuit autem sermo Regis, &c.*] Paruit Joab citra noxam; quia res erat per se indifferens, & bono fine fieri poterat [g]. [Alii aliter.] Opponit se Regi, sed molli brachio. Cùm lugeret Absalomum Rex, fortiùs egit. Jussionem, quam sciebat legi adversari, recipere contra conscientiam non debuit. Sed noluit principis gratiam amittere. ¶ *Et principes militum*] Milites duxisse videtur Joabus, si qui fortè resisterent, res enim odiosa fuit [h].

5. *In Aroer*] Quæ erat in finibus Gad & Reuben; unde videntur tribum Reuben primùm percensuisse; hîc enim erat initium possessionis Israelitarum trans Jordanem [i]. ¶ *Et per Jazer*] Est enim Jazer, sicut & Aroer, ad torrentem Arnon in via ad perlustrandam totam regionem Galaaditidem, quæ montibus Galaad ab Oriente clauditur, & pertinet ad tribum Gad [k]. Heb. est אֶל־יַעְזֵר Quibusdam est una dictio, *El jaazer*. Alii, *juxta Jaazer*, i.e. non procul à Jaazer [l].

6. *In terram inferiorem Hodsi*, Sic Ti. P. תַּחְתִּים חָדְשִׁי] *Tachtim Chodsi*, Mo. *Ad terram australem Chodsi*, Jon. *In terram inferiorem recèns comparatam*, JT. temporibus Saulis, 1 Chron. 5.10 [m]. expulsis inde Hagarenis [n]. *Terram inferiorem ubi nova fuit* habitatio, M. ¶ *Et venerunt in Dan sylvestria*] Heb. *In Dan Jaghan*, quod simpliciter *Dan* dicitur, Jos. 19.47. celebris urbs, aquilonis terminus terræ promissæ. Noster legisse videtur *Dan sylvæ*, vel *Danis sylvestria*. Dan circa fontes Jordanis prope Libanum montem [o]. ¶ *Juxta Sidonem*, וְסָבִיב אֶל־צִידוֹן] *Et circa Sidon*, V. JT. i.e. ad loca quæ erant circa Sidonem [p]. Agrum tenebant Israelitæ, quamvis Cananæi urbem: quemadmodum & de Tyro in sequenti versu dicendum est [q].

7. *Prope mœnia Tyri*] *Ad urbem munitam* (vel *munitionem*, Pi.) *Tyri*, JT. nempe *Palætyri*, sive *antiquæ Tyri*; quæ 30 stadiis à nova Tyro insula aberat, teste Strabone l.16 [r]. Rectiùs Græci nomen loci proprium hîc ponunt Μαψαρώρ, quod eodem modo restituendum in Græco Jos. 19.29. quo loco Græci pro עִיר malè videntur legisse עִין, & copula in Græco abundat [s]. ¶ *Veneruntque*, וַיֵּצְאוּ] *Unde egressi sunt*, P. i. e. unde reversi sunt [t].

8. *Lustratâ universâ terrâ*] Nempe Israeliticâ, non tamen numeratâ; nam *Levi & Benjamin non numerabantur*, 1 Paral. 21.6. & Joab *cœperat numerare, nec complevit*, &c [v].

9. *Dedit Joab numerum descriptionis populi*, אֶת־מִסְפַּר מִפְקַד הָעָם] *Numerum census* (vel *numerationis*, P. *supputationis*, V. *recognitionis*, 6.) *populi*, Mo. JT. id est, summam populi numerati, V. *Numerum & summam* (Heb. *numerum numerum*, Mar.) *populi*, Sy M. Ti. Mar. *numerum, censúmque*, &c. Ar. *supputationem numeri populi*, Jon. ¶ *Octingenta millia*, &c] At 1 Paral. 21.5 sunt *undecies centena millia*. Quomodo concordant? Resp. 1. Utrumque verum. Quod alter tacet, alter supplet; & qui majorem numerum ponit, minorem includit: & qui minorem scribit, non negat majorem. Diversa autem narratio numeri nata fuit ex eo quòd bis relatio numeri facta fortè fuit, & à diversis scribis [x]. 2. Non displicet quod plerique sentiunt, alium ex Israele toto collectum esse numerum, alium (eúmque minorem) à Joab ostensum esse Regi [y]: sive quia non voluit augere materiam gloriandi [z]; sive, quod malim, ut pavidum Regis animum recrearet & confirmaret, quasi inchoatus tantùm esset, non absolutus census: *Percusserat* enim (sic verto in v. 10. per Plusquàm perfectum) *David animus suus*, cùm audisset in censu aliquos (fortè qui semisiclum pendere nolebant) aut morte sublatos, aut fœdè percussos. Et hoc fortasse erat quod Joabum à numerando deterruit. Vide 1 Chron. 27.24. & 21.7. ubi ante diram illam luem *percussus* dicitur *Israel* [a]. 3. Hîc non numerantur tribus *Levi & Benjamin*, quæ in Paral. recensentur [b]. Verùm in Paralipom. subditur Levi & Benjamin non fuisse numeratos [c]. 4. Numerus major in Par. est eorum qui recensiti sunt; numerus minor in Sam. est eorum qui relati sunt in fastos regios. Vide 1 Par. 27.24 [d]. 5. Negotium hoc numerandi & Joabo, & aliis principibus datum est, v. 4. His omnibus præerat Joab, qui tamen sic aliis diversas populi provincias describendas commisit, ut sibi cum aliis aliquas tribus voluerit esse communes; tribum videlicet Juda, & vicinas tribus Benjamin, & Ephraim, & Simeon; quas sic lustravit Joab, ut alii eandem curam sibi assumpserint, quod ideò fecerunt, quia Joabum videbant invitum accedere, rémque tractari animo inerti, & molli manu. Cùm ergò illi rem diligentiùs & accuratiùs agerent, multò majorem (quàm Joab) invenerunt numerum †. 6. Pluribus, ut dictum, subitò prostratis, territus Joab ad Regem excurrit, detulítque numerum censorum ad id tempus capitum. Tum percussus corde David supersederi jussit, vetuítque numerum in fastos referri. Sed intereà pergebant alii principes, qui in remotioribus tribubus censui præerant; & antequàm his innotuit Regis inhibitio, collegerant alia 300 millia [f]. 7. In Paralip. numerantur omnes qui essent supra viginti annos, erántque 1100 millia. In hac verò ætate multi sunt imbecilli ac languidi: Ex eo ergo numero fortes & strenui erant 800 millia, ut hîc habetur [g]. 8. Duplex erat descriptio, 1: principum per singula oppida, &c. in privatis libris, sic erant 1100 millia; 2. quâ ex privatis his libris nomina transcribebantur in librum majorem, quem habebat Joab, ut eum traderet Regi, itáque in fastos referrentur; & hi erant tantùm 800 millia. Causa fuit, partim quòd Joab invitus describeret, ideóque moras necteret; partim quòd inhibita est à peste transcriptio; unde 300 millia omissa, ut patet ex 1 Par. 27.24. quæ scriptor Paralip ex privatis catalogis supplevit [h]. 9. Duo catalogi decem tribuum à Joabo conscripti erant; prior censum legitimum habebat, nempe virorum strenuorum, & qui nati erant 20 annos & ampliùs; erántque 800 millia: posterior illegitimum, nimirum eorum qui superiores & inferiores viginti annis apti essent bello; quales erant 1100 millia: quasi Joabus Deo primùm suum honorem habuerit, deinde & Davidi suum imperium detrectare non ausus fuerit. Similiter dicendum de tribu Juda, duos fuisse catalogos, &c [i]. 10. Consuevit David singulo quoque mense habere 24 millia ad expeditionem parata; &, ne alii gravarentur, altero mense alii stabant: isti jam erant conscripti, non ergo novum censum de illis facere oportebat [k]. At de hoc nihil habetur in sacris literis. Octingenta millia erant extra legiones ordinarias, quæ sub 12 erant ducibus, ut colligas ex 1 Par. 27.1 [l]. Nam expeditæ semper habebantur distributiones 12, una in unamquamque tribum habens 24 mille stringentes gladium; qui numerus summam efficit militum 288 millium: his autem præerant sui duces 12, cum sua quisque chiliade atque chiliarchis [m]. Acutè & subtiliter excogitatum [n]. 11. Fortè, præter Levi & Benj. urbem Jerusalem nondum numeraverat, deinde cohortes regios. Hanc sententiam ego magis probo. 12. Quidam erratum in numero putant: sed non libenter descendo ad hoc genus solutionis: retinenda est sacrarum literarum auctoritas [o]. ¶ *Et de Juda quingenta millia*] At 1 Par. 21.5. sunt tantùm 470 millia. Sed hæc non est tanta difficultas [p]. Resp. 1. Omnes numerati erant 500; selectiores 470 millia [q]. 2. In numero majori fortè comprehenduntur proselyti [r]. 3. Vel tribus Juda æstimatur juxta antiquos suos terminos, intra quos partes tribuum *Simeon* & *Dan* receptæ sunt, Jos. 19 [s]. Confirmatur ex eo quod Joab dicitur venisse *ad meridiem Juda, in Bethsabee*, v. 7. cùm tamen oppidum illud esset in tribu Simeonis [t]. 4. Annumerantur hoc loco 30 millia, quorum milleni singulis chiliarchis parebant. de quibus suprà cap. 23. 8. quæ in Paral. omittuntur [v]. Sed probent illos 30 mille cap. 23 fuisse ex tribu Juda, ex qua nec omnes chiliarchi fuerant [x]. 5. Vel Joab auxit numerum suæ tribûs; vel alii principes de Judæ censu aliquid detraxerunt, ut tribus suas ornarent

† Mart. [f] San. [g] Me. [h] Mart. [i] Me. [k] Me. [l] V. [m] Jun. Pi. [n] Ma. [o] Ma. [p] V. [q] Ma. ex Jun. [r] Ma. [s] G. [t] V. [v] Me. ex San. [x] Caj. in San. [y] San. [z] Mart.

[a] San. [b] Q. in La. Abarb. in Buxt. [c] La. [d] Me. † San. [f] T. [g] San. [h] San. [i] Bertram in Luc. Frankt. c. 2. [k] He. in Mart. [l] G. ex Jun. [m] Jun. [n] Ma. [o] Mart. [p] Mart. [q] La. ex Ser. [r] Me. La. [s] Me. & La. ex Salian. [t] La. [v] Jun. [x] Ma.

rent [y]. 6. Desunt in Paral. 30 millia, sed usitatum est in Scripturis, ut numerus centenarius, aut millenarius, licèt non plenè perfectus, pro perfecto censeatur. Sic pars anni pro anno ponitur. Sed mirum quomodo tribus Juda tot millia habuerit. Respondent, 1. Et nativos censitos fuisse & adjunctos, sive bellatores ex exteris nationibus. 2. Ornata erat *(singulari)* fœcunditate. Deus promissis suis non defuit [z].

10. *Percussit cor David eum*] Ità Pi. Cœpit penitere, &c. vel angi ob illud factum [a]. Tactus est à Deo, vel per verbum externum prophetarum, vel per internum afflatum [b]. ¶ *Peccavi in hoc facto,* אֲשֶׁר עָשִׂיתִי] In eo *quod feci*, P. *quia feci*, vel *quòd fecerim* hoc, V. ¶ *Transferas iniquitatem*] H[s]. Condona hoc peccatum servo tuo [c]. ¶ *Quia stultè egi*] כִּי vel adversativè sumitur pro *quamvis*, ut Jos. 17. 13. Psal. 25. 11. & 41. 5. vel, quod malim, propriè, hoc sensu; *quia* agnosco & confiteor peccatum me peccâsse; quæ integra phrasis extat Psal. 51. 5, 6. Confessio, licèt non sit causa promerens remissionis, est tamen conditio quædam pœnitentibus necessaria [d]. *Nam stultè egi*; i. e. agnosco me stultè egisse †.

11. *Surrexit manè*] Conscientiæ stimulo illum excitante & urgente [f]. Noctem videtur duxisse insomnem & perturbatam, &c [g]. Noctu Dominum invocavit; statim Gad mittitur. Clamantibus ex corde adest Deus [h]. ¶ *Videntem David*] i. e. Qui prophetare solebat, & prædicere Davidi voluntatem Dei [i]. Sacellanus erat Regis [k]. Sensus est, quòd visio illius prophetæ ad David dirigebatur [l].

12. *Loquere ad David*] Non dicit, *ad David servum meum*, &c. ut ostendatur quædam peccati detestatio [m]. ¶ *Trium tibi datur optio*, שָׁלֹשׁ אָנֹכִי נוֹטֵל עָלֶיךָ] *Tria ego imponens* (vel *ferens*, Mar. *impono*, M. V. *porto*, 6. *propono*, JT. *defero*, vel *affero*, Ti. V. *offero*, P.) *super te*, vel *tibi*, Mo. *Tria mala sum tibi illaturus*, Sy. *Tres plagas sum immissurus*, &c. Ar. i. e. unam ex tribus, V. *Unum ex tribus ego projicio contra te*, Jon. ¶ *Ut faciam tibi*] Sub. *quod elegeris*, V. Non dicit, ut olim Nathan, *Deus transtulit peccatum*; sed statim supplicia ostendit, ut doceat Deum studiosum esse disciplinæ [n]. Non statim ad pœnitentiæ professionem tolluntur pœnæ [o].

13. *Aut septem annis ——— fames*, &c.] At 1 Par. 21. 12. tres tantùm anni famis proponuntur. Resp. 1. 6. hic habent *tres annos*. Videntur numeri olim per notas scripti, ut & apud gentes alias; & inde facilis mutatio [p]. 2. *Septem anni* pro multis ponuntur [q]. 3. Vel septem à principio proposuit; deinde (ad preces sive Gadis sivè Davidis [r]) ad tres descendit [s]; sicut Gen. 18. numerum 50 justorum redegit ad decem. Cùm autem libri Paral. supplent omissa in libris Regum, trium annorum meminit, ad quos illa summa contracta est [t]. 4. Fames duratura erat septem annis, sed tribus gravissima erat [v]. 5. Tres anni præterierant antequam hæc dicerentur [x], propter Gibeonitas [y]. Dicendum igitur, quòd hæc res mox gesta est post tres illos famis annos [z]. Hic quartus est annus, quo datâ pluviâ testatus est Deus se reconciliatum esse: sed hoc tuo peccato offensus, proponit tibi alterum triennium, quod superioribus conjunctum efficit septem [a]. [Alii paulò aliter;] Numerantur hic etiam illi tres anni propter Gibeonitas, 1 Par. 21. Et quoniam sexto anno, qui adhuc sterilis fuit, propter pluviarum retentionem, seminari non poterat, septimus quoque annus famelicus fuit [b]. ¶ *Et illi te persequentur*] Heb. *Et ipse persequens te*; i. e. vel hostis, Ma. Pi. & *ipse* pro *Ipsi*, Pi. vel Deus; q. d. ità ipse Deus tibi infensus ipsorum contra te conatus secundet. Vide 1 Par. 21. 12 *. ¶ *Vide quem respondeam*, &c. מָה אָשִׁיב שֹׁלְחִי דָּבָר] *Quod*, vel *quale verbum* (vel *quid*, M. Ti. &c.) *respondeam* (*referam*, M. Ti.) *mittenti me*, Mo. P. Jon. *quid responsum reddas*, &c? Sy. Ar.

14 *Melius est, ut incidam in manus Domini*, &c.] Obj. *Horrendum est incidere in manus Dei*, Heb. 10. Resp. Nimirum Dei, ut severi judicis, impœnitentium. At David considerat Deum punientem in hoc seculo, ut patrem [c]. Per *manum Dei* intelligit opus ipsum Dei per seipsum agentis, non per instrumenta, ut in bello. Magis apparent miserationes Dei, quum per seipsum punit, quia correctionem spectat, & benefacere per se vult. At homines volunt satisfacere crudelitati. Vide Isa. 10 [d]. Quocunque modo plecteretur David, semper incidebat in manus Domini, nec homines plus illi nocere poterant, quàm Deus permisisset; sed loquitur modo populari, quo dicere solemus, mitiùs nobiscum Deum agere, quàm homines. Deus enim ut pater castigat; parentes verò humaniùs filios puniunt, quàm justitiæ ministri. Videtur ergò David famem, aut pestem elegisse, excluso bello †. Qu. Quæ ratio hujus optionis? Resp. 1. Elegit pestem, in qua par est omnium conditio, nè videretur ipse flagellum Dei voluisse effugere [f]; Nam adversùs famem ipse & divites facilè sibi providissent de victu; & adversùs bellum fuissent protecti auxilio pugnatorum, & refugio fortalitiorum [g]. Sic ostendit David & pœnitentiam suam, & charitatem erga populum. Oportet cogitent principes se factos in gratiam subditorum [h]. 2. Sed aliam rationem adducit David, nempe à magnitudine clementiæ divinæ, &c [i]. 3. Reliqua mala conjunctum haberent opprobrium suæ gentis, & Dei. 4. Deligit, quod peccato (non soluti semisicli) fuit consentaneum. Vide Exod. 30. ——— *nè fiat plaga*, &c. 5. Congruebat hoc maximè cum consilio divino; quod est, ut homines ad se vocet, utque vitam emendent. In bello parant se ad resistendum, &c. simil. in fame. At cùm peste affliguntur, solis precibus locus relinquitur. 6. Bellum & famem expertus erat David, pestem non item [k].

15. *De mane*] Simulátque David pestem delegerat, eodem mane, eodem temporis vestigio grassari cœpit contagio [l]. Manè & surrexit David, & statim adfuit Gad, &c. Ità brevi res peracta fuit [m]. ¶ *De mane usque ad tempus constitutum*, sic P. JT. Strig. וְעַד עֵת מוֹעֵד] *Et usque ad tempus constitutionis*, Mo. *ad tempus definitum*, Ti. *ad præfinitum spatium*, Ca. Qu. Quodnam est hoc tempus constitutum? Resp. 1. Ad meridiem [n]. Tria sunt diei tempora quoad solem, quæ constituta dici possunt: matutinum si sol oritur: meridies quando in summo vigore est: deinde si est in occasu [o]. Ità sex tantùm horis pestis duravit, nempe à mane ad prandium. *Ità benignus & clemens Deus minis longè minora infert supplicia* [p]. [Non placet aliis hæc sententia,] Non ità celebris erat hora prandii apud Hebræos, neque tempus illud *constitutum* vocatur [q]. [Veteres tamen sic vertunt, *usque ad horam prandii*, 6. *usque ad horam sextam*, Sy. Ar] 2. Usque ad vesperam [s]; ad tempus statum sacrificii vespertini [t]. Commendat hoc misericordiam Dei, qui pro tribus diebus unum tantùm elegit [v]. Tempus מוֹעֵד videtur esse *tempus conventûs*; i. e. tempus quo ad vespertinas preces conveniebat populus circa horam nonam, Act. 3. 1. quomodo tabernaculum sæpe dicitur אֹהֶל מוֹעֵד *tabernaculum conventûs*, & *synagogæ* מוֹעֲדֵי אֵל *conventûs Dei*, Psal. 74. 18. id est, loca in quibus populus ad Deum colendum conveniebant ||. 3. *Ad tempus constitutum*, nempe tridui, suprà 13 [x]. si nulla priùs facta fuisset mentio temporis, &c. esset divinationi locus; At cùm paulò antè plaga dicta fuerit triduo duratura, móxque dicatur durasse ad tempus constitutum, vis utique affertur scripturæ, si aliò referatur [y]. Ab hac sententia non planè abhorreo; quia non video cur alia tempora ab aliis designata appellari potuerint *constituta*, sine ulla adjectione. Nec legimus tempus contractum fuisse. Nec pestis illa videtur tentâsse Hierosolymam, nisi post alias provincias fœdatas *. [Aliis tamen hæc sententia non placet,] 1. Eam refutat historia; nam dicitur Dominum pœnituisse mali, & repressisse angelum, qui conatus erat percutere [z]. Deum autem non pœnitet pœnæ jam inflictæ, sed infligendæ, ut ait Jer. 26. 3, 13. nec *repressisse angelum* diceretur, si jam implevisset ille quicquid erat sui muneris [a]. Sed Cajetan. Dion. Salian, &c. censent pestem durâsse per duos integros dies, & partem tertiæ, donec Deus dixit percutienti Angelo, *sufficit*, v. 16 [b]. Dicitur etiam *Deum pœnitere*, ejus quod fecit; v. g. hominis facti, Gen. 6. 6. Et dies tertius inchoatus erat, non tamen perfectus, ut Angelus, nisi à Deo repressus, perrexisset percutere †. 2 Credibile non est, aut Angelum, non nisi post triduum, Hierosolymam venisse [c], aut Davidem toto triduo distulisse pœnitentiam agere, & pro populo deprecari [d]. Quanquam hæ rationes non admodum-

[y] San. [z] Mart. [a] V. sim. Ti. Ma. [b] Mart. [c] V. sim. E. Mart. [d] Glass. gram. p. 608. † Ma. ex Jun. [f] Me. [g] San. [h] Mart. [i] V. sim. Me. [k] Mart. [l] M. [m] Mart. [n] Mart. [o] G. ad v. 10. [p] G. [q] Mart. Me. ex San. [r] La. [s] San. La. Ma. [t] San. [v] Q. in San. Q. in Ma. [x] V. sim. Jun. Ma. M. [y] Jun. [z] M. [a] Ma. ex Jun. [b] M. sim. V. * Jun. [c] E.

[d] Mart. † Me. [f] E. sim. L. Jo. & Theod. in San. [g] L. sim. Mart. [h] Mart. [i] San. [k] Mart. [l] T. ex San. [m] San. [n] Q. in M. sim. Jo. & Theod. in San. [o] K. in Mart. sim. M. [p] Theod. & Ambr. in San. [q] San. [s] V. sim M. [t] Jon. in Mart. San. L. T. Sà. & Dion. & Hug. & He. in San. BA. [v] V. || BA. 1. 2. 38. 377. [x] Jun. sic La. Me. Ma. To. et Caj. & Salian. in La. Of. Wil. [y] La. ex To. * San. [z] Mart. BA. [a] BA. 1. 2. 38. 377. [b] La. † Wil. [c] San. [d] T. ex San.

dum premunt †. 3. Matutino tempori quidquid opponitur, ejusdem diei debet esse pars: sive sit pars *indefinita*, ut Ruth 2. 7. *A manè usque nunc stat in agro*; sive *definita*, putà *meridies*, *à manè usque ad meridiem*, 1 Reg. 18. 26. Nehem. 8. 3. aut *vespera*, quod multò est frequentius; quia manè & vespera sunt diei partes maximè oppositæ. *A manè usque ad vesperam* occurrit, Exod. 18. 13. Job 4. 20. Esa. 38. 12. Act. 28. 23. Sirach. 18. 26. 1 Macchab. 9. 13. & 10. 80. Quomodo *matutino* tempori *vespertinum* sæpè opponitur. *A vespera usque mane*, Levit. 24. 3. Num. 9. 21. Ergò tempus מוֹעֵד pertinet ad illum ipsum diem. Quod agnoscunt Hebræi omnes, quamvis inter illos non conveniat, quæ sit illa pars diei. Chald. reddit *A tempore, quo immolatur juge sacrificium, usque quò adoleatur* [f]. Plerique tempus pestis abbreviatum fuisse statuunt, & rectè [g]; quomodo *decurtat dies*, &c. *propter electos*, Matt. 24. 22. Non, quòd Deus sit mutabilis, sed quia quæ decreverat sub certa conditione revocat, cùm in conditione aliquid deest. Decreverat luem toto triduo grassaturam, nisi David & populus fuissent pœnitentes [h].

16. *Cùmque extendisset manum*] Scil. cum gladio, 1 Chron. 21. 27 [i]. ¶ *Super Jerusalem*] Multis ibi jam cœsis, ut patet ex 1 Par. 21. 15 [k]. ¶ *Misertus est*, &c.] Heb. *Pœnituit mali*; i. e. Mutavit sententiam de afflictione, &c [l]. ¶ *Percutienti populum*, הַמַּשְׁחִית בָּעָם] *Disperdenti populum*, P. *Exterminatori*; i. e. cui jusserat perdere populum [m]. ¶ *Sufficit*, רַב עַתָּה] *Multum nunc*, Mo. 6. M. *est*, M. *satis nunc*, Jon. sic Ti. *satis est*, JT. *sat occidisti*, Sy. sim. Ar. ¶ *Contine manum*, הֶרֶף] *Remitte*, JT. *quiescere fac*, P. *cohibe*, V. vel ergò nescivit Angelus numerum interficiendorum, vel hæc more humano narrantur [n]. ¶ *Juxta aream Areuna*] Qui infrà v. 18. vocatur *Araniah*, & 1 Par. 21. 24. *Ornam* [o]. Vel ergò mendum subest [p]; vel binomius, [imò trinomius] erat [q]; vel qui Hebræis *Areuna*, Jebusæis *Ornan* appellatur [r]. Nomina peregrina diversimodè pronunciantur. Sic Hebraica à Græcis deflexa sunt, & Romanorum nomina à Græcis scripta, ut apud Plutarchum: sic accidebat in nomine hujus viri [s]. ¶ *Jebusæi*] Origine & gente, non autem religione [t]. Proselytus erat & gratus Davidi [v], & erga Judæos benevolus. Proinde in urbis expugnatione nihil illi molestum accidit [x]. Alii proselytum fuisse negant ex v. 13. *Deus tuus* [y]. Porrò hæc area sita erat in monte Moria, in quo Abraham voluit filium immolare [z], ubi posteà templum exstructum [a]. Qu. Cur pestis seriùs invasit Hierosolymam? Resp. 1. Civitatem illam supra omnes diligebat. Vide Psal. 86. *Diligit portas Sion*, &c. 2. Fortè illi pendebant semisiclum; tum quòd tabernaculum præsens illis clamare videbatur, tum quia sacerdotes ibi aderant, qui ipsos de eo docerent [b].

17. *Ego sum qui peccavi*] Neque tamen innocens planè populus, qui silentio factum Davidis probaverat. Præterea ipsius Regis maxima pœna, damnum populi. Vide de J. B. & P. 2. 22. 17 [c]. Nesciebat peccata populi, sua cognovit. In calamitatibus quisque nostrum de suis peccatis cognoscere debet. Anteà David coram Deo, nunc coram senioribus fatetur peccata. ¶ *Oves sunt*] Ergò pastorem habent; vel tuæ oves sunt, vel meæ; si tuæ, debes illis parcere; si meæ, ego puniendus sum. Qu. Cur David priùs non sic diceret? Resp. Putabat initio se quoque moriturum; cùm videret sibi ignosci, in hæc verba prorupit. Quòd David petit mori pro populo, in eo & typus erat Christi, & summam ostendit pietatem. Idem fecerunt quidam Ethnici, sed gloriam spectantes. ¶ *In me & domum patris*] In propinquis maluit puniri, quàm in populo, 1. Quia sicut per ipsum evecti sunt, sic æquum est & cum ipso aliqua patiantur. 2. Hi minùs remoti erant à peccato, quàm populus; restiterunt quidem, sed non satis. Non præscribit Deo, sed intelligendæ sunt conditiones, si tibi visum fuerit, &c [d]. ¶ *Domum*] i. e. familiares, consiliorum participes †.

18. *Venit autem Gad*] Idem minister est legis & Evangelii *. Venit ex jussu Dei per angelum, v. 19. & 1 Par. 21. 18 [f]. Vixdum peccatum confessus erat David. Ecce quàm potens est peccatorum confessio [g]. ¶ *Ascende*] Erat David in arce Sionis, editiore monte Moria, sed interjecta inter utrumque collem vallis *Mello*; ideò priùs descendendum Davidi fuit, ut rursum ad dictam aream ascenderet [r]. Vel, David non jam fuit in arce Sion, sed aliquo loco inferiore Jerusalem. ¶ *In area Arauna*] Erant autem multa sacrificandi loca, Gilgal, Silo, Nobe, Gabaon; illa omnia postponit. Sic viris & mulieribus Israeliticis præferuntur & Sareptana vidua, & Naaman Syrus Luc. 4. & Samaritana Joan. 4. Ista erant præludia vocationis gentium [s]. Qu. Quomodo hæc fieri monet, cùm Angelus jam à cæde se continuerit? Resp. 1. Deus, etsi vult ignoscere, vult tamen & rogari [t]. Multa sic prædestinantur, ut precibus obtineantur [v]. 2. Ob Angelum gladio minantem adhuc erat pestis metus; imò reliquiæ, nec enim sanati, qui infecti erant. 3. Alii volunt necdum cessâsse Angelum, sed illud dictum v. 16. per anticipationem [x].

20. *Conspiciénsque Areuna*, &c.] Triturationem omiserat Areuna præ timore, quem jam seponit; timor enim ab officio debito nos avocare non debet [y]. וַיַּשְׁקֵף Exserto scilicet capite aspexit, nam delitescebat metu Angeli [z].

21. *Ut veniat Rex*] q. d. Ordo rerum invertitur, ego ad te venire debui [a]. ¶ *Et cesset interfectio*, וְתֵעָצַר] *Et restringatur*, P. Mo. *cohibeatur*, 6. Jon. JT. *comprimatur*, V. *arceatur*, M. Ti. i. e. nè ultrà grassetur pestis [b].

22. *Habes boves*, רְאֵה הַבָּקָר] *Vide*, (*En tibi*, V.) *boves*, P. *Vide do*, &c. Illud supplementum confirmatur ex versu seq [c]. ¶ *Et plaustrum*, וְהַמֹּרִגִּים] *Et trahas*, Ma. *plaustra*, P. Ti. *rastra*, Mo. *rotæ*, 6. *tribulæ*, Jun. JT. V. Vox Hebræa sign. instrumenta quibus teritur triticum, & terræ glebæ comminuuntur [d]. ¶ *Et juga boum*, וּכְלֵי הַבָּקָר] *Et instrumenta* (*vasa*, Mo.) *boum*, P. Ti. M. 6. Jon. JT. id est, instrumenta necessaria pro agrorum cultura †. *Atque jugum*, Sy. ¶ *In usum lignorum*] Heb. *pro lignis*; h. e. ut facias ignem [f].

23. *Omnia dedit*] i. e. Quantum ad seipsum, dedisse conatus erat [g]; *dedit*, i. e. promptè obtulit [h]. ¶ *Areuna rex regi*, הַמֶּלֶךְ לַמֶּלֶךְ] *Rex* (*Regulus*, M. JT.) *regi*, Mo. Ti. Quondam *Rex* Jebusæorum, ante captam Jerusalem [i]. Vel, sic dicitur quòd ex Regum Jebusæorum sanguine erat [k]. Vel fuit Rex Jebusæorum, qui adhuc in urbe erant, sub tributo tamen David, & ab idolis semoti [l]. Vel *Rex* appellatur, quoniam Regio quasi more, in hoc negotio se gessit [m]. [Alii omittunt prius הַמֶּלֶךְ. Ità P. 6. Sy. & Ar.] Non legebatur הַמֶּלֶךְ in plerisque vulgatæ exemplaribus ante Sixti correctionem, nec in Jon. ævo Kimchii *.

24. *Nequaquam sed emam*] Nam alienum solum consecrare nefas [n]. David noluit possessiones Araunæ auferre; regum est eas tueri. Intelligebat David, quod dixit Salomon, *Honora Deum de tua substantia*, Prov. 3. 9 [o]. ¶ *Emit ergò aream*, & *boves*, *argenti siclis quinquaginta*, וַיִּקֶן ——— בְּכֶסֶף שְׁקָלִים חֲמִשִּׁים] *Et emit David aream*, & *boves argento*, nempe *quinquaginta siclis*. Quod valde torquet interpretes; quia 1 Par. 21. 25. hæc eadem area emitur à Davide, ut quidam putant, *aureis siclis sexcentis* P. Variè expediunt. 1. Potuit dare 50 siclos & postea ex regia munificentia 600 [q]. 2. *Emit ergò David aream*: Hic ponendum colon; emit autem *siclis auri sexcentis*, 1 Par. 21. 25. Quod sequitur, pretium est multò minus, victimarum scilicet [r]. Dedit 50 siclos pro bobus (& plaustro, tribulâ, &c [s].) & 600 pro area [t]. Cujus pretium hîc omissum posteà suppletur in Paralipomenis [v]. 3. Dedit 50 pro horreo, & bobus [x], vel, pro ea parte areæ in qua altare ædificaret; & 600 pro reliqua parte areæ [y]; pro toto ambitu & prædio istius loci [z]; pro area dati sunt 50 sicli, pro hortis, domibus & ædificiis 600 [a]. 4. Ego in hoc loco *siclos aureos* intelligo, in Paralip. *argenteos*, quorum proportio est duodecupla, ut docet locus Platonis in Hipparcho; ità ut 50 aurei sicli valeant argenteos 600. Sic ergò locum verto, *Et emit*, &c. *pecuniâ* nempe *quinquaginta siclis* aureis. τὸ כֶּסֶף, quod hîc *argentum* vertunt, ut materiam siclorum significet, *pecuniam* hîc, ut alibi sæpè, significat, ex quacunque materia fit. Quod vel ex hac historia constat, in qua David hæc emptururus שִׁקְלֵי זָהָב בְּכֶסֶף מָלֵא *argento pleno* pro solutione dat *siclos*

Margin notes (left column): † San. — [f] BA. ibid. — [g] Mart. BA. ex K. — [h] BA. — [i] Pi. G. — [k] Me. — [l] V. — [m] V. — [n] Me. — [o] Ma. — [p] Pi. — [q] Me. — [r] San. — [s] Mart. — [t] Me. — [v] Mart. — [x] BA. 1. 378. ex Jo. — [y] Ità Ma. — [z] V. Me. — [a] M. — [b] San. — [c] G. — [d] Mart. — † Ma. — * Mart. — [f] Ma. ex Jun. — [g] San.

Margin notes (right column): [r] Me. — [s] Mart. — [t] San. ex Ambros. — [v] San. ex Greg. — [x] La. — [y] Mart. — [z] V. — [a] Mart. — [b] V. — [c] Pi. — [d] V. sim. M. Mar. — † M. — [f] V. — [g] Belg. — [h] Ol. — [i] V. — [k] G. — [l] M. — [m] Belg. — * BA. 1. 2. 38. 378. — [n] G. — [o] Mart. — [p] BA. ubi suprà. — [q] Mar. — [r] G. ex L. sim. Jun. — [s] San. — [t] San. Me. — San. — [x] M. — [y] V. — [z] M. — [a] Mart.

ficlos aureos, 1 Par. 21. 21, 22, 23, 24. Illud autem 1 Par. 21. 25. *ficlos auri justissimi ponderis sexcentos*, sic verto, *dedit ficlos aureos valoris sexcentorum*, supple *siclorum vulgarium*, seu *argenteorum*. τὸ מִשְׁקָל propriè *pondus*, sign. hîc *valorem*, sicut 2 Sam. 12. 30. [ubi annotata vide,] Hinc שָׁקַל Græci reddunt τιῶν & τιμᾶν; i. e. *solvere & æstimare*. Et Latinè *pendere*, *compensare*, &c. quamvis à pondere sumptæ voces, tamen ad rerum pretium & valorem non rarò referuntur. Porrò hoc sibi proposuit Esdras in Paralipom. ut doceret hos siclos non fuisse vulgares, i. e. argenteos; sed aureos [b]. ¶ *Et ædificavit ibi altare*] Sed cur non ivit ad *Gibeon*, ubi tabernaculum? Resp. Hîc exauditus erat; putat igitur se posse sacrificare. Scriptura dicit eum non potuisse ire; terror incussus ab angelo infirmum reddidit. ¶ *Holocausto*] Ut cædes sisteret. ¶ *Et pacifica*] Quum se adjutum vidit [c]. ¶ *Et propitiatus est*] Cujus signum erat ignis de cœlo missus, 1 Par. 21. 26. Vide quæ ad Gen. 4. 4. Quo ignis signo ostendit etiam Deus velle se eodem loci templum erigi [d].

[b] BA. ib. sim. Masius & Alcasar. & Villalp. in La.
[c] Mart.
[d] La.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

I. REGUM.

HIC liber à Solomonis rebus incipit; additâ tamen pro initio narratione ostendente quomodo Solomon ad Regnum pervenerit. Solomoni ego Numam comparo: Uterque fato quodam perductus ad Regnum; sapiens uterque; templum struxit uterque; ceremonias externas uterque introduxit. Numa filios privatos post se reliquit; Solomon filium Regem ex sextante. Bipartito Regno videbis Israelis Reges omnes malos. Judæ Reges malos aliquot, mediocres satìs multos, bonos tot quot facilè in annulo inscribi possent [a]. Hactenus de regno Israelitarum sub uno Rege unito actum est, nunc de Regno dilacerato; Salomonis tamen regnum hîc refertur, quia schismatis causa ostendenda erat [b].

[a] G.
[b] Mart.

CAP. I.

1. REx David *senuerat*,] Natus scilicet annos 70[c]; ut patet ex 2 Sam. 5. 4, 5 [d]. ¶ *Cúmque operiretur vestibus, non calefiebat*, וְלוֹא יִחַם לוֹ] Et *non calefiebat*, ó. Sy. Ar. JT. *non calescebat ei*, Jun. Pi. sim. Mo. Jon. Redundat τὸ לוֹ †. Qu. Quæ causa? Resp. 1. Ætas nimia [f]. Calor nativus in eo penè erat exstinctus [g]. Senes *frigere* solent; Neque ipsorum frigori succurrunt vestimenta; quia hæc non calefaciunt per se, sive calore proprio, sed tantùm quia calorem retinent nostrum [h]; & aerem frigidum repellunt [i]. 2. Fortè morbus frigidus accessit, inducens tremorem, ac paralysin [k]. 3. Plurimus effusus in bello sanguis [l]. Varia enim bella gessit. 4. Multa seminis effusio; plures enim habuit & uxores & liberos. 5. Exercitatus erat laboribus, tum animi, tum corporis, metu, & mœrore, qui *ossa exiccat*, Prov. 17. Non ergò mirum citò fuisse exhaustum in eo vitalem h morem, quo arefacto, debilitatur calor, & frigus succedit [m]. 6. Aliam causam fingunt Judæi, nempe quòd oram chlamydis Saulis absciderit [n].

[c] Pi. Ma. L. Me. Ser. Jun.
[d] Ma. ex Jun.
† V.
[f] Ser. ex To.
[g] V.
[h] San. sim. Mart.
[i] Mart.
[k] San. sim. Ser. ex To.
[l] Ser. ex To.
[m] Mart.
[n] San.

2. *Quæramus adolescentulam*, &c.] Calor à corpore juvenili ac sano maximè prodest senibus [o]. Galen. l. 7. Methodi, de curatione frigidi & sicci, inquit, *Boni habitus puellus unà sit accubans, ut semper abdomen ejus contingat* [p]. Medicorum hoc erat consilium [q]. Puellum non quærunt, quia ille neque præstare posset, quod hæc facit; nec tam esset ille concubitus à turpitudine vacuus. Uxores aliæ Davidis vetulæ fuerunt, nam à regno totius Israelis inito non legimus eum uxorem, aut concubinam accepisse, præter *Bethsabee*. *Virginem* quærunt, quia quæ puerperæ fuerant, calorem habent, aut magìs tenuem, aut minùs salubrem [r]. Conceptu & partu multum perit moderati caloris [s]. ¶ *Et foveat eum*, Ità M. P. Ti. sic Strig. Ang. Belg. וּתְהִי לוֹ סֹכֶנֶת] *Et sit ei proficiens*, Mo. *ut utilitatem afferat illi*, He. in V. calefaciendo scilicet illum [t]. סֹכֶנֶת *eam* sign. *quæ alicui prodest*, quomodo autem, explicant sequentia [v]. *Erit eum fovens*, ó. M. scil. *in sinu*, Pi. haud secùs quàm mater infantem in gremio fovet [x]. *Sit ipsi ministra*, Sy. sim. Ar. vel *adjutrix*, JT. vel *curatrix*. Sic *Sebna*, Isa. 22. 15. dicitur סֹכֵן *curator*, seu *procurator* [y]. *Sit illi propinqua*, Jon. in V. i. e. admovens se, sive corpus suum, corpori regio, ut calefaciat illum [z]. ¶ *Dormiátque in sinu suo*] Qu. An eam David duxerit in uxorem? Resp. 1. Probabilius est non duxisse [q]. Erat concubina illius, licèt non אִשָּׁה [r]. [Illud tamen negat, M.] Egit illa סֹכֶנֶת non פִּלֶגֶשׁ officium [s]. Si non fuit conjux, exemplum non est sequendum; nam & se & illam gravissimo periculo exposuisset. Non magnoperè laborandum, ut patres à culpa semper eximamus, qui etiam gravandi non sunt, nisi cogat historia. Porrò non sponte, nec libidine, sed medicorum consilio hoc fecit [t]. Resp. 2. Uxor Davidis fuit [v]. Probatur; 1. Utquid enim diceretur *à Davide non cognita*, nisi legitimè cognosci potuisset? 2. Nec tam grave esset peccatum Adoniæ, si Regis tantùm ancillam petiisset [x]? Obj. At quomodo Adonias tam impudens fuisset, ut patris uxorem peteret contra expressam legem Levit. 18 [y]? Verùm de hoc suo loco dicam [z]. Resp. Lex illa intelligitur de ea, quæ perfectè uxor erat, nimirum quæ per copulam

[o] G.
[p] Ma. ex La. San.
[q] Mart.
[r] San.
[s] Mart. sim. M. V.
[t] V. ó. in G.
[v] G.
[x] M.
[y] Pi.
[z] V.
[q] Abenmelech & To. in Ser. E.
[r] To. in San.
[s] M.
[t] Mart.
[v] Mart. San. ex Theod. & Procop. & Dion. & Caj. T. L. La.
[x] San. T.
[y] E.
[z] Mart.

pulam matrimonium cum ea consummavit; aut certè, Adonias legem istam ignorabat, utpote laicus, & juvenis aulicus*. 3. Alioquin non admisisset Rex tam periculosum animæ suæ fomenti genus[a]. Qu. Num rectè fecit David frigidus & impotens, quòd uxorem duxerit? Resp. 1. Fortè credebatur restitui posse quoad frigiditatem. 2. Si puella id noverit, & assensum tamen præbuit, nullam patiebatur injuriam. Sic enim leges dicunt, *Si mulier novit impedimentum viri, & contrahit, non potest resilire.* Porrò Deus hac occasione usus est ad opprimendum Adoniam, & ad constabiliendum regnum Salomonis[b]. *Et calefaciat regem*, Ità Jon. Ar. וְחַם לַאדֹנִי הַמֶּלֶךְ *Et vel ut calefiat Dominus rex*, ǒ. Ti. &c. *calefiat caro Domini regis*, P. *Et foveat—regem*, V. *Et fiat calor domino meo regi*, Mo.

3. *Quæsierunt speciosam, &c.*] Nè, si deformis esset, fastidium stomacho regis moveret[c]. Virgines pulchræ calorem naturalem exsuscitant, etiam citra venereum congressum[d]. Omnis decor naturaliter ad se trahit appetitum, & jucunditatem causat. Solent plerique gratiùs suscipere cibos de manu quorundam, quàm aliorum, & maximè infirmi, qui valde sequuntur desideria sua†. ¶ *Sunamitidem*] E Schunemo, oppido Issacharis, Jos. 19. 18[f].

4. *Rex non cognovit eam*] Hoc exprimitur, 1. in laudem abstinentiæ Davidis. 2. Ut sign. eam Rege mortuo virginem permansisse. 3. Quia confert ad causam Adoniæ[g].

5. *Elevabatur*] Ità ǒ. Mo. ambitioso spiritu, Me. מִתְנַשֵּׂא *Efferebat* (*efferens*, Ti. JT.) *sese*, P. sim. Ar. M. V. *Superbiâ elatus, aiebat*, &c. Sy. affectabat Regnum[h], se in imperii possessione constituere voluit[i]. ¶ *Dicens, Ego regnabo*] q.d. Meum est regnare, jure naturæ: qui primus sum, senioribus fratribus extinctis, infrà v. 6. & 2 Sam. 3. 4[k]. Jam nunc regnare volo. Non semel id evenit, ut filii patris mortem exspectare nollent. Exempla habemus in Sennacheribi filiis duobus, Darii filio Artaxerxe, Philippi Macedonis Perseo, Ptolemæo Evergete, & aliis multis[l]. Porrò hoc dixit, vel audacter & liberè[m]; vel tantùm iis, qui sibi favebant[n]. Obtrudebat seipsum, non vocatus ad regnum. At sancti principes vocati sunt, dum aliud agerent, ut Moses, David, &c[o]. ¶ *Fecitque sibi*] *Paraverat*, JT. *constituit, seu comparavit*, V. ¶ *Currus & equites*] Absalomum imitatus[p]; cujus exemplo non deterretur[q]. Signa hæc erant regnum ambientis[r]. Vetitum erat etiam regibus hæc multiplicare, quæ tamen iste facit, imperium nondum assecutus[s]. ¶ *Qui currerent ante eum*] i. e. Qui præcedentes arma ejus gestarent[t]. Sic Absalomus, 2 Sam. 15. 1[v].

6. *Nec corripuit, &c.* וְלֹא עֲצָבוֹ] *Et non contristavit eum*, P. sim. Mo. V. JT. M. nempe corripiendo, V. Malim, *dolore affecerat*, Pi. *non prohibuit*, ǒ sim. Ar. *non increpavit*, Sy. V. sim. Ar. ¶ *Aliquando*, Ità Sy. sim. ǒ. Ar. JT. מִיָּמָיו] *à diebus suis*, P. Mo. V. Jon. in Mar. (vel *ejus*, V.) quod positum pro *in diebus suis*[x]; h. e. quamdiu vixit[y]. Dum adhuc regnum gubernabat. Malim, *A diebus ejus*, scil. Adoniæ[z]. Taxat nimiam indulgentiam Davidis[a]. Ad illam immodicam στοργὴν accesserat senectus, quæ homines incuriosos rerum, & segnes facere solet[b]. Non ignorabat David quid fecerit Adonias, (nam sine strepitu & tumultu fieri hæc non poterant) nec quò ista spectarent, eum tamen non corripuit[c]. Quæ nimia levitas ei exitio fuit[d]. Existimabat David hæc ab eo comparari ex juvenili vanitate atque jactantia; non quòd regnum affectavit; id enim cùm sensit David, occurrit conatibus ejus†. Sunt qui putant senem, & lecto affixum quæ fierent ignoràsse, quod parùm est probabile; aut metu majoris mali dissimulandum censuisse[f]. ¶ *Erat pulcher valde*] Hoc & populum sibi conciliavit, & paternos oculos cepit. Pulchritudo est animorum conciliatrix[g]. Absalomus & pulcher fuit, & eadem fecerat, miserè tamen perierat; quo exemplo Adonias minimè deterritus est[h]. וְגַם הוּא טוֹב וגו׳ *Et ipse quoque bonâ formâ*, JT. ut Absalom[i]. Verùm cùm Absal. nulla præcesserit mentio, puto τὸ גַּם non ἀνταπόδοσιν istam notare, sed referri ad v. 5. q. d. non solùm utebatur comitatu regio, sed etiam erat formosus; quod populum ei conciliabat[k], qui formâ mirificè capitur[l]. ¶ *Secundus*

* La. ex Caj. — a San. — b Mart. — c San. — d La. ex Dion. — † To. — f Jun. Pi. V. — g Me. — h V. — i G. — k Pi. ex Jun. — l G. — m San. — n L. — o Mart. — p Me. — q Mart. — r San. — s Mart. — t V. — v G. — x Mart. — y V. — z Pi. — a V. sim. San. Mart. — b G. — c San. — d Mart. — † Q. in Mart. — f Me. — g San. sim. Mart. — h Mart. — i Jun. — k Pi.

natu post Absalom, וְאֹתוֹ יָלְדָה אַחֲרֵי אַבְשָׁלוֹם] *Et ipsum pepererat post Absalom*, ǒ. Sy. Mo. [im. ferè omnes;] sub. *mater ejus*, M. (*Haggith*, Jon. P. JT. G. Glass.) *post Absal.* nempe natum ex alia matre[m]. Vide 2 Sam. 3. 3, 4[n]. Ellipsis interdum occurrit nominativi verbum præcedentis[o]. [Al. sic;] *Genuerátque eum post Absalomum*, Ti. [τὸ יָלְדָה videtur ad Davidem referre per Enallagen generis.] Secundus erat Absalom, qui erat mortuus. Ad hunc ergò videbatur pertinere regnum. Sed Deus dat quibus vult[p]; non semel natu minores anteposuit majoribus, ut Abelum, Isaacum, Jacobum, &c. quo adumbrabat Deus infirma & stulta eligenda esse, rejectis nobilibus, &c. 1 Cor. 1[q].

7. *Sermo ei cum Joab & cum Abiathar, &c.* וַיִּהְיוּ דְבָרָיו עִם יוֹאָב וגו׳] *Et fuerunt verba ejus cum Joab, &c.* ǒ. Mo. *Fuerunt ei sermones cum Joabo, &c.* JT. Sy. i. e. communi consilio cum eis conspiravit*. *Fuerunt consilia ejus* (vel *communicabat res suas*, Ti.) *cum Joab*, M. *committebat res suas, consilium suum, militésque suos Joabo*, Ar. Joab & Ab. illi favebant; vel 1 quòd sibi persuaserant regnum illi ut primogenito deberi; vel 2. ut sibi eum devincirent, & in muneribus suis confirmarentur[r]. Verebatur Joabus, nè cædium (Abneris & Amasæ[s]) pœnas daret; quas satis perceperat Davidem cordi habuisse[t]; volebat Joab regnum esse sui beneficii†. Urebant Abiatharem verba Samuelis de posteris Heli à pontificatu dejiciendis; & quòd Zadocus ex familia Eleazaris apud Davidem esset gratiosus. Ad hæc David senex, &c. negotia sua proceribus commiserat, Joabo & Abiathare seclusis. Videmus hìc principes, etiam benemeritos, cùm senuerint, à suis contemni. Fastidiunt Salomonem tanquam tenerum ætate, & natum ex adultera. Toti sunt in eo, ut novi Regis gratiam conciliarent[v]. ¶ *Qui adjuvabant partes Adoniæ*, וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה] *Et adjuvabant* (vel *fuit auxilium eorum*, M.) *post Adonijah*, Mo. ǒ. *qui adjuverunt euntes post Adonijah*, P. Jon. *Qui adjuverunt Adonijam sectantes eum*, Pi. sim. JT.

9. *Immolatis ergo, &c.*] Non per seipsum, sed sacerdotum ministerio[x]. Ità mos erat in Regum inauguratione. Vide 1 Sam. 11. & 1 Par. 29. 21[y]. Regnum à sacris auspicatur, partim ut religiosus videretur: partim ut fausto bonóque omine regnum iniret[z]. וַיִּזְבַּח Verbum hoc ambiguum est. Græci reddunt ἐθυσίασε *sacrificavit*, mallim, *& mactavit*, ut de Pythonissa dicitur, 1 Sam. 28. 24[a]. Non sacrificium erat, sed convivium[b]. ¶ *Arietibus*, צֹאן] Plerumque *ovem* signi capitur hìc collectivè, & comprehendit *oves & capras*, ut patet ex Levit. 1. 10[c]. ¶ *Et universis pinguibus*, וּמְרִיא] *Et pinguia*, P. *& pingue*, Pi. Græci hìc vertunt *agnos*; at Esa. 11. 6. reddunt *taurum*. Sed videtur in genere significare *pecus pingue, & altile*[d]. Pecora saginata†. [JT. connectunt cum verbo præcedenti, *bobus, iisque pinguibus.*] ¶ *Juxta lapidem Zoheleth*, זֹחֶלֶת] [Plerique pro nomine proprio sumunt; alii verò appellativè] *Juxta lapidem magnum*, Sy. Ar. In cujus motione & tractione viri fortes experiebantur vires suas[f]. *Juxta petram speculæ*, Jon. *juxta lapidem decursûs aquarum*; nam aderat fons Rogel, &c[g]. Sign. vox *scaturientem*; quòd ibi essent scaturigines fontis Rogel*. Lapis hic fuit, super quem, è pannis in vicino fonte lotis, fullones fustibus aquas guttatim stillantes exprimebant. τὸ זָחַל sign. *cunctari*, Job 32. 6. unde *reptile* זוחל dicitur à tardo motu; unde & Saturnus זחל *Zachal* Arabicè vocatur. In Thalmudicis מַיִם זוֹחֲלִים sunt *aquæ sensim fluentes*; & מַזְחִילָא *suggrunda*, super quam aqua de tecto fluens leniter fertur. Hæc obiter de voce זוחל non satis nota[h]. ¶ *Qui erat vicinus fonti Rogel*, אֵצֶל עֵין רֹגֵל] *Juxta En Rogel*, V. *Apud*, vel *juxta fontem Rogel*, P. JT. de quo vide Jos. 15. 7. & 18. 16. & 2 Sam. 17. 17[i]. *In latere fontis fullonis*, Jon. Sy. Ar. Fons *Rogel* dictus à רֶגֶל quòd pedibus illic vestimenta lavarentur, ut suprà quoque meminimus[k]. Locus deligitur celeberrimus[l], & Hierosolymæ vicinus, ut patet ex 2 Sam. 17. 17[m]. ¶ *Vocavit fratres*] Ad convivium, quod semper hujusmodi sacrificia sequebatur[n]. ¶ *Et omnes viros Juda*] Exceptis versu seq. nominatis[o]. ¶ *Nathan & Benaiam non vocavit*] Partim contemptu, partim quòd eos suis consiliis adversos crederet, ut amicos Bethsabeæ[p]. Noverat eos à voluntate Regis pendere,

m G. — n Pi. — o Glass. gram. 696. — p V. — q Mart. — * Jun. — r Me. — s L. — t L. — † G. — v Mart. — x Me. — y San. — z Mart. — a Pi. — b Ma. — c Pi. — d Pi. — † V. — f Me. ex L. — g K. in M. — * Mar. — h BA. 1. K. 9. 59. — i Ma. ex Jun. — k M. — l Mart. — m San. — n Me. — o Pi. — p G.

nec non ab oraculo de successione Salomonis q. ¶ *Et Salomonem*] Tanquam æmulum suum r.

11. *Num audîsti, &c ?*] Quia uxores regiæ, ut decebat, in gynecæo erant, quò minùs sæpe veniunt, quæ foris fiunt; ideò cùm res esset explorata vulgo, ignorabat tamen Bethsabee s. ¶ *Quòd regnaverit*] i. e. Jam regnum invaserit t. ¶ *Et David hoc ignorat*] q.d. Illius jussu hoc factum non est, nec eò res deducta est, ut disturbari non possit; connitendum ergò, ut Adoniæ conatus irritos reddamus v.

12. *Salva animam tuam*, &c.] Prudenter; quasi dicat cum Muciano; *Confugiendum tibi est ad imperium:* quod gloriosissimum idem tutissimum hîc erat x. Vobis exitium imminet y, ab Adonia regnum occupante z. Nôrat Nathan quàm præceps sit ambitio, cœca, & amens, quàm nihil curet humanitatis, atque naturæ leges. Fratres suos regnandi cupiditate occiderunt, Abimelech, Jud. 9. Joram, 2 Par. 21. Ochus Persarum Rex, Justin. l. 10. Phaartes Parthorum Rex, Justin. l. 42 a. Industriâ utitur Propheta, quod laudi dandum. At suam causam agit. Imò imprimis Dei, ut consilium Dei impleatur b. Qu. Sed quomodo de hoc timebat Nathan, cùm promiserat Deus Salomonem regnaturum? Resp. Promissiones illæ sunt conditionales; & timere poterat, nè ex peccato vel David, vel Bethsabee, vel Salomonis impedimentum aliquod provenisset c. Novit Deum & finem velle & media; justam ergò diligentiam adhibet, nè Deum tentaret, & quia per ipsum Deus oraculum illud fudit d.

13. *Nonne jurâsti, &c.*] Haud dubiè Deo auctore per Nathanem Prophetam, quod fatetur Adonias infrà 2.15. & apertissimè 1 Par. 28. 5 †. Quando juravit, diximus 2 Sam. 12. 24 f. Qu. Unde hoc novit Nathan? Resp. Vel ex ipso rege, vel ex Bathsheba, vel quòd eo præsente rex juravit g. ¶ *Ancilla tua*] Itâ se vocat, ad significandam animi sui demissionem & reverentiam erga ipsum h.

14. *Complebo sermones tuos*] Itâ ó. P. Mo. V. i. e. Sermonem à te cæptam de Adonia persequar ad finem usque i. *Et explebo, &c.* Ar. *perficiam*, Sy. *Colophonem addam verbis tuis*, Ti. *confirmabo, &c.* Jon. JT. M. Admonebo ipsum de voluntate divina, & ipsius Davidis decreto de hac re k.

15. *Ingressa est Bethsabee*] Etiam non vocata. Jure suo, quòd uxor esset, licuit ei, quando vellet, ad regem ingredi; quod aliis fas non erat, ut patet ex v. 23 l.

16. *Inclinavit se & adoravit*] Prior vox תִּקֹּד sign. *verticem demittere*. Orientales non possunt tam facilè aperire caput quàm nos aperimus, quod aliter tegant ac ornent illud quàm nos. Secunda vox תִּשְׁתַּחוּ à שָׁחָה est *totum corpus incurvare*. Demisso capite inclinavit, sive prostravit se; q.d. statim atque ingressa est cubiculum, verticem inclinavit; & cùm parùm progressa esset, etiam totum corpus incurvavit. Hæc verba idem significantia indicant ipsam summo honore Davidem affecisse. Alia est vox בָּרַךְ, quæ sign. *genu flectere*, nostro more Psal. 95.6 m. ¶ *Adoravit*] Adoratione civili, non religiosa. Sic testantur homines subjectionem regibus. Modus hic captandæ benevolentiæ n. ¶ *Quid tibi vis?*] Novum aliquid & magnum suspicatur, cùm, ex quo ille rei conjugali ineptus esse cœpit, neque illam neque ullam uxorem, &c. ad se vocaverit, vel admiserit o.

17. *Tu jurâsti, &c.*] Qu. Quando juravit? Resp. Cùm Bethsabee ob mortuum puerum graviter dolentem consolaretur p. Repudiavit illa verba consolatoria, quòd vereretur se propter illud scelus in perpetuum hominibus opprobrio fore, Dúmque omnes ejus liberos interempturum: Respondit ergò David rem aliter à Deo institutam esse, nempe ut filius ejus regnaret. Et, nè verba sibi dari putaret, juravit hoc sibi patefactum q. Novit David Salomonem à Domino delectum esse ad regnum, 1 Par. 28. 5. promissio enim illa 2 Sam. 7. 12. erat de filio non *nato*, sed postea *nascituro*: neque enim post illud tempus alium David suscepit filium r.

18. *Te ignorante*, 'וְעַתָּה וגו] Itâ legitur in exemplari Veneto s. [Itâ legunt vertúntque,] *Et nunc*, Mo. V. M. P. Ti. i. e. in hac ætate vicina morti t. [Alii legunt וְאַתָּה vertúntque *Et tu*,] Itâ ó. in G. Jon. Sy. JT.

q Mart. r La. Mart. s San. t V. v Me. x G. y Me. z Ma. ex Jun. a San. b Mart. c L. sim. Mart. d Mart. † G. f Me. g Mart. h Pi. i V. k Os. l Mart. m V. n Mart. o San. p San. ex To. & Hi. q Mart. ex He. sim. San. r San. T. s Pi. t V.

Pi. Ar. Rectum est אַתָּה, ut liquet tum ex re ipsa, tum ex collatione v. 11 v. *Te ignorante*, Utique non sine contemptu tui, quem tanti negotii non solùm conscium, sed auctorem etiam fieri oportebat x. Nè regem inconstantiæ videretur accusare, subdit hæc illo inscio fieri y.

19. *Mactavit boves, &c. plurimos*, לָרֹב] *In multitudinem*, Mo. Jun. *in multitudine*, P. ó. Jon. *magnâ copiâ*, Sy. sim. Ar. M. Ti. JT. ¶ *Salomonem servum tuum*] Πάϑος. q. d. qui te fideliter colit, ut regem. Metaphora. Erat enim filius z.

20. *Veruntamen, &c.* וְאַתָּה] *Et tu*, Pi. ex ó. Itâ habetur in exemplari Veneto; id est, Ad te quod attinet; Nam nominativus ponitur absolutè ex more Hebræorum: quod fortasse non attendentes quidam mutârunt וְאַתָּה in וְעַתָּה a. ¶ *In te oculi respiciunt*, עָלֶיךָ] *Super te*, Mo. Ma. sub. *conjecti*, V. i. e. Omnium animi ad te conversi sunt, exspectantes sententiam tuam *. q.d. Populus non approbat Adoniæ ambitionem, sed exspectat tuam determinationem b. ¶ *Quis sedere debeat*] Ἦϑος verecundiæ, quatenus loquitur in genere c. Indicat his verbis penes Regem esse, quem vellet ex filiis præponere. Sic Roboam, cùm multos haberet filios, eósque Abiâ natu majores, ut videtur ex 2 Paral. 11. 18. Abiam tamen elegit, quem susceperat ex *Maacha*, quam postremo loco duxit. Postea verò, aut legibus, aut consuetudine introductum est, ut primogenitus succederet. Vide 2 Par. 21. 3. Quod sumpsisse videntur Hebræi à finitimis regibus. Vide Exod. 11. 5. 2 Reg. 3. 27 d.

21. *Cùm dormîerit*] i. e. Cum vitâ functus fuerit. Similis loquutio est, Gen. 47. 30 †. *Quum cubaverit*, i. e. obdormîerit; h. e. mortuus fuerit. Metonymia effecti destinati, & Metaphora. ¶ *Cum patribus suis*] i. e. Colligatur ad animas piorum patrum in cœlum f. ¶ *Erimus peccatores*] Itâ ó. Sy. M. P. Mo. JT. Pi. V. h. e. Extranei erimus à Regno, vel *imputabitur nobis iniquitas*, propter quam filius meus ut ineptus reputabitur pro Regno g. *Abjecti erimus*, Jon. in M. *Erimus falsi & frustrati*, He. in V. h. e. frustrabimur spe nostrâ, quasi aberrantes à scopo h. [Id חטא interdum sign. ut antè notatum.] Sed videtur plus significari, quia dixerat Nathan v. 12. *salva animam tuam* i. Perdemur tanquam peccatores k. Invenietur prætextus aliquis, ut tanquam criminis alicujus rei morti tradamur, ut securiùs regnet Adonias l. Habebimur passim ego ut adultera, & Salomon ut Mamzer; i. e. de scorto & adulterio natus m. Agetur nobiscum ut cum sontibus, & de vita periclitabimur. Sic Gen. 44. 10 n. Rei mortis (*habebimur*) crimine Regni affectati o. Multum ponderis habebat hæc ratio apud Regem, à quo profluxit flagitium illud Bethsabee, & infamia inde orta p. *Erimus peccatores*; h.e. reputabimur. Verba quæ *esse* vel *facere* sign. quandoque pro rei opinione ponuntur, & intelligenda sunt φαινομένως & *reputativè*. Sic Gen. 42. 30. וַיִּתֵּן *Et dedit*, seu *posuit nos tanquam exploratores*; i. e. reputavit nos tales, Prov. 3. 7. *Nè sis sapiens in oculis tuis*; h. e. nè videaris tibi sapiens q.

23. *Et nuntiaverunt regi, &c.*] Atrienses, qui servârunt ostia, & venientes ad Regem admittebant, vel excludebant r. Nathan non ingreditur ad regem, nisi licentiâ impetratâ, cùm Bathsheba liberè accederet, ut antè notatum s. ¶ *Cúmque introîsset*] Egressâ jam tum Bathshebâ, ut apparet, ex v. 28 t; aut urbanitatis causâ; aut ad Salomonis causam meliùs expediendam v. ¶ *Et adorâsset*] Non enim veniebat jam ut Propheta, sed ut amicus Regis x.

24. *Tu dixisti, &c.*] Itâ Mo. [Reliqui omnes interrogativè vertunt, *Tune dixisti?*] quasi miraretur rem tantum se inconsulto peractum y; vel quasi explorare velit, an Deus aliter (quàm antea) Davidi ostenderit z.

25. *Illis vescentibus, &c.*] Heb. *Comedunt & bibunt coram eo*, P. V. i. e. Recumbunt coram eo comedentes & bibentes. Hebraismus a.

26. *Me servum tuum*, וְלִי אֲנִי עַבְדְּךָ] Ad verb. *Et me ego servus tuus*, Mo. *Me verò (& meipsum*, ó. *me verò me*, JT.) *servum tuum*, M. Ti. *Me autem qui sum servus tuus*, P. Jon. Sy. Ar. ¶ *Salomonem famulum tuum*]

v Pi. x Me. y Mart. z Pi. a Pi. * Pi. sim. Me. b L. c Pi. d San. † V. f Pi. g M. h V. i F. k V. l Me. sim. E. m T ex San. Hi. in Ma. n Ma. ex Jun. o G. sim. Pi. p San. q Glass. gram. 282. r San. s Mart. ad v. 15. t Jun. Pi. Ma. v San. x G. y San. z Mart. a V.

tuum] q. d. Naturâ filius est, servus parendi voluntate.
b Mart. Non adversatur tibi, sicut Adonias. Sic mirificè illi
gratiam conciliat [b].

27. *Et mihi non indicâsti?*] Qui sum secretarius tuus,
& tibi revelavi voluntatem Domini de regno Salomonis
c L. post te; & ideò si fuit aliqua causa mutationis hujus ex a-
lia revelatione tibi facta, debuisti utique dicere mihi [c].
¶ *Servo tuo*] Sic omnes vertunt עַבְדְּךָ, [in quo ' red-
dundat, secundùm puncta Masoretarum. At Ar. vertit
servis suis, quasi legisset עֲבָדֶיךָ.]

28. *Et respondit*] Absolutè intelligendum, pro, *altâ
voce profatus est*, ídque affando ministros, non Natha-
nem, (ad quem JT. malè referunt:) tunc enim ad Na-
thanem referendum esset sequens *dixit*, quod respuit
*Pi. syntaxis *. ¶ *Vocate ad me Bathsheba*] Nam eâ in-
gressâ Propheta loco cesserat, ut illa cum Rege sola
posset colloqui, & nè rex animadverteret rem ex com
d Mart. posito fieri [d].

29. *Vivit Dominus*, &c.] Res erat gravissima, ideò
iterum jurat; tum ut conatus Adoniæ frangeret, tum ut
† Mart. uxorem rei novitate admodum turbatam consolaretur †.
¶ *Qui eruit animam meam*, &c.] Non aliena ratio;
quia quò pluribus à Deo beneficiis cumulatus est, eò plu-
rium est debitor, atque ità constantior esse debet pro-
f San. missorum fides [f].

30. *Sicut juravi*, &c.] Hinc constat eum anteà ju-
g Mart. râsse, licèt hactenus historia non expressit [g]. Heb. *quòd
quemadmodum juravi*, &c. *quòd ità facturus sum.* Sensus
est, Quàm verum est quòd vivit Jehova, tam verum est
quòd facturus sum quemadmodum juravi. Et *ellipsis* est,
nempe in verbis, *Quàm verum est quòd, tam verum est*,
† Pi. & *pleonasmus*, in repetito *quòd* †.

31. *Vivat David in æternum*] h. e. Vitâ æternâ. Vi-
h K. in Mart. sim. M. debat quippe illum diu non posse vivere [h]. Vel potiùs
i Me. sim. Mart. diuturniorem vitam ei precatur [i]; q. d. mihi satis est de
k Ma. ex Jun. jure confirmari, non peto ut te regno spolies [k]: quamvis
filio meo regnum magnâ solicitudine procurare videor,
i Mart. capio tamen te diu superstitem esse [i]; post diuturnum
k Me. tempus Salomonem regnare opto [k].

33. *Servos Domini vestri*] Heb. *Dominorum vestro-
rum*; i. e. tum meos, tum Salomonis, qui jam vobis à
l Jun. me Dominus præficitur [l]. *Mallem*, Domini: sic *Adonim*
m Pi. usurpatur, Gen. 24. 9. & 40. 1. & 42. 30 [m]. De se plu-
n Q. in Ma. raliter loquitur David ob dignitatem & auctoritatem [n].
o Me. *Servos*, &c. i. e. Cerethi & Pelethi, ad propulsandam
vim, si fortè Adonias tentet illam inferre [o]. ¶ *Im
ponite super mulam meam*] Propriam. Id regii honoris
p Me. indicium erat [p]. Maximum hunc fuisse honorem patet
q Mart. sim. San. ex Ester 6 [q]. Argumentum erat affectati regni, aut obti-
nendi prognosticon, his rebus uti, quæ regiam personam
r San. comitarentur, aut ornarent. Vide ad 2 Sam. 16. 15 [r].
¶ *Ducite eum in Gihon*, עַל גִּיחוֹן] [Ità punctatur vox
in Bibliis Bolyglottis; at in Plantin. עַל; τὸ *Keri* autem
est אֶל] Vertunt, *In* vel *Ad* (vel *super*, Mo.) *Gihon*, ὁ,
P. &c. De *Gihon* nihil habemus certum; quidam montem
esse volunt, alii fontem; quidam intra civitatem, alii extra
eam. Plerique tamen rectè fontem esse volunt, aut ri-
vum; quod & nomen innuit, *Gihon* enim est fluvius Pa-
s San. radisi, Gen. 2 [s]. Fons erat in parte Occidentali urbis
David, ab extrahendo sic dictus, quòd ejus aquis riga-
t V. rentur horti [t]. *Gichon* rivus erat alluens civitatem Da-
v Jun. Pi. vidis, & Jeruschalaima, 2 Chron. 32. 30. & 33. 15 [v].
Fons hic, aut rivus oppositus erat fonti *Rogel*, ubi Ado-
x Me. T. nias inaugurabatur [x], ut nihil interturbarent, sed res
y Me. priùs confecta esset, quàm ipsi sentirent [y]; & nè duo
exercitus, si in vicina loca coiissent, manus inter se con-
z T. ex San. sererent, & inaugurationem civili sanguine cruentarent [z].
a Theod & To. in San. Mar. *Gihon* hic idem fons, qui *Siloe* vocatur [a]. Idem signifi-
cant nomina *Siloe*, & *Gihon* [b]. Hîc ungi eum voluit
Mart. V. ex Jon. David, vel, 1. quia aqua hujus perennis erat, ut signi-
b V. ficaret votum suum Regnum Salomonis perpetuum fo-
c V. sim. Mar. re [c]; vel 2. ut ante unctionem corpus lavaret [d]; vel
d Mar. 3. quoniam ibi videtur magna semper fuisse hominum
† Os. Mart. frequentia †; vel 4. quòd aquæ illæ leniter fluerent; regis
f Mart. autem officium est cum subditis mansuetè agere [f]; vel
g Q. in Mart. 5. ut notet regnum transferendum in Selomoh, eo jure,
ut derivaretur per ejus posteros; sicuti ex fontibus aquæ
fluviorum subitò scaturiunt [g].

34. *Et ungat eum*] Ità fit, quòd successio perturbata
videretur; alioqui filius regis non ungebatur [h]. Apud h Mart. ex He.
Hebræos, Reges, extra controversiam regni hæredes ungi
non solebant; sed exortis controversiis adhibita unctio
ad majorem cautionem. Quod autem hîc fecit David,
idem post eum fecit Artaxerxes; qui ad præscindenda in-
ter fratres certamina vivus Darium filium Regem fecit.
Idem fecere & Persæ Reges alii, imperatorum Romano-
rum multi [i]. ¶ *Sadoc Sacerdos*] Ità in Sadocum ta- i G.
citè Pontificatus transfertur [k]. Vicarius summi Sacer- k Mart.
dotis in ejus absentia omnia ejus munia fungebatur [l]. l G.
¶ *Et canetis buccinâ*] Pertinebat hoc ad publicam pro-
mulgationem. ¶ *Dicetis, Vivat Rex*] Voluit ex-
primi vota & preces astantium, & novi regis approbati-
onem [m]. m Mart.

35. *Et ascendetis post eum*] i. e. Sequentes eum [n]. n V.
¶ *Sedebit super solium meum*] Legitima in possessionem
introductio [o]. ¶ *Regnabit pro me*] Non dicit, *Post* o G.
me; quia nimirum vivo Davide rex erat futurus, Davide
sponte regno cedente [p]. Cum Davide Salomonem reg- p Me.
nâsse sequentia persuadent, 1. Josephus 7. 9. affirmat;
& August. de Civit. 17. 8. 2. quòd in solio collocatus
est, & adoratus [q]. ¶ *Illíque præcipiam*] i. e. publicè q San. ad v. 50.
commendabo regni tutelam, atque administrationem [r]. r San.
וְאוֹתוֹ צִוִּיתִי *Et (Nam, P.) illi præcepi*, V. q. d. Non
ille seipsum obtrusit [s]. ¶ *Super Israel, & super Ju- s Mart.
dah*] Qu. Cùm Juda sit una ex tribubus Israel, cur seor-
sim numeratur? Resp. 1. Tanquam tribus nobilissima.
Sic quæ in genere suo excellunt, licèt sub communi no-
mine contineantur, separatim tamen nominari solent, ut
2 Sam. 22. 1. *de manu inimicorum, & de manu Saulis*,
ubi plura exempla adduximus. Resp. 2. Quia *viri Ju-
da* dicuntur ab Adonia *vocati* v. 9. cúmque regem salu-
târunt; q. d. Etiam qui Adoniam Regem elegerunt, Sa-
lomoni subjecti erunt [t]. t San.

36. *Et respondit Benaias*] Suo & reliquorum nomine,
ut apparet v. 47 [v]. ¶ *Amen*] i. e. Ità fit; sic statuat v Jun. Pi.
futurum [x]. Est particula confirmantis & optantis [y], pro x V. sim. T. Pi.
הָאָמֵן. Est enim Imperativus passivus primæ conjuga-
tionis, & interpretatur, *Verum fiat*, vel *Probetur* [z]. y Mart.
¶ *Sic loquatur Dominus*] i. e. Compleat vel confirmet z M.
verba tua [a]. Alioqui si verbum hoc ab hominibus a Le. M.
penderet, omnis ista pompa & ritus nihili essent [b]. b Mart.

37. *Sublimius faciat solium*] Non timuit offendere
Davidem; hoc enim optant parentes, ut à suis fœlicitate
vincantur [c]. Pater manet quodammodo in filio; ideóque c Me.
bonum filii est bonum patris [d]. Nôrat Davidis ingeni- d L.
um, quàm non esset invidum, quàm filiorum amans, at-
que indulgens †. *Filiis comparatus pater inde fœlicior* † San.
incipit esse, quia vincitur, Sidon. Epist. 7. 9. *Sunt in
quibus nostro bono vincimur.* Sen. Benef. 3. 36. Gen.
45. 11. *Paterna pietas à filiis in honore vinci victoriam
ducit*, Savar. ad Sidon *. * Ga.

39. *Sumpsítque Sadoc Sacerdos*, &c.] Qui nondum
erat Pontifex; nec necessarium erat Regem à Pontifice
inungi; David enim & Saul à Samuele inuncti sunt; sed
& hîc Nathanis ministerium intervenit, v. 34. *Ungat
eum Sadoc, & Nathan* ||. ¶ *Cornu olei*] Id est. || Me.
vas, ut habet Arabs; genus pro specie. Apud Græcos
etiam κέρας *cornu* in poculis fuit, unde κεράσαι est *miscere
potum* †. ¶ *De tabernaculo*] Quod tetenderat Da- † BA. 1. 2. 33. 317.
vid arcæ, 2 Sam. 6. 17 [f]. Verùm tabernaculum tunc fuit f Jun. Pi. Ma.
in Gibeon, & inde cornu olei accepit [g]. Unctio facta g Mart.
tempore Mosis ad inungendum reges & pontifices, servа-
batur reverenter in tabernaculo [h]. h L.

40. *Et populus canentium tibiis*, וְהָעָם מְחַלְּלִים
בַּחֲלִלִים] *Et* (vel *Atque is*, P.) *populus fistulantes*
(vel *fistulabant*, Pi.) *fistulis*, Mo. M. Est enim חָלִיל
instrumentum musicum multa habens foramina [i]. *Pul- i M.
sabant systra*, Sy. *ludentes tympanis quadratis*, Ar. *ca-
nebant* (*canebat*, P.) *tibiis*, M. JT. Ti. &c. Nomini
collectivo singulari respondet participium plurale. Sic
2 Sam. 3. 1 [k]. *Choreas ducebant in choris*, ὁ *canebat* k Glass. gram. 421.
choris, Jon. ¶ *Et insonuit terra*, וַתִּבָּקַע] *Et scin-
debatur*, Mo. *ità ut sinderetur*, Sy. JT. Pi. *& rumpeba
tur*; i. e. rumpi videbatur, V. ex P. Hyperbole sum-
pta à fragoris similitudine [l]; nam maxima & solida in- l Ma. ex Jun.
genti fragore diffinduntur [m]. *Ut tremeret*, Jon. sic Ar. m Ma.
M. vel *ut commoveretur terra*, M.

41. *Andivit Adonias*] Vide quantam festinationem
huic

huic negotio adhibuerit Nathan. Consilium enim erat
n G. quod laudari non poterat nisi peractum n. ¶ *Quid sibi vult clamor*, &c? מַדּוּעַ קוֹל הַקִּרְיָה הוֹמָה *Cur vox* (vel *strepitus*, M. vel *vox ista*, JT.) *civitatis tumultuantis?* Mo. P.M. vel *perstrepentis*, JT. *frementis*, V. sub. vel *sit?* P. vel *editur?* JT. vel *auditur?* M. V. *Quænam vox civitatis sonantis?* ὁ. *Quænam vox hæc? civitas commota est*, Jon.

43. *Nequaquam:* אֲבָל] Q. reddunt *profectò*. Al. *At*, *Ast*. q. d. *bonum verò?* *At Dominus noster*, &c. tantum abest, ut annuntiem prospera, &c. Possis red-
o Ma. dere, *luctus*, scil. tibi, tuísque instat o.

47. *Et ingressi*] Sub. *in cubiculum regium*, V. ¶ *Benedixerunt domino regi*, לְבָרֵךְ אֶת אֲדֹנֵינוּ] *Ad benedicendum cum Domino nostro*, JT. Nimirum ut simul omnes pro Salomone, vel bene precarentur, vel gratias
* M. agerent *. [Reliqui aliter vertunt] *Ad benedicendum Domino*, vel *Dominum*, Mo. ὁ Jon. Sy. Pi. M. אֶת hîc non valet *cum*, sed est nota accusativi casûs. Confer v. 36,
p Pi. 37 p. Id est, bene precaturi, vel congratulaturi q.
q V. ¶ *Et adoravit Rex*] Vel, 1. Adoravit David Salomonem; h. e. aliquâ externâ significatione in filio regiam
r San. dignitatem agnovit r. Vel 2. Adoravit David Deum,
s V. sic Me. Jun. Pi. Ma. Os. Mart. gratias illi agens, &c s; ut patet sequenti versiculo t. Confer Gen. 47.31 v. Deum precatus est ut cœpta hæc bene Salomoni, bene populo verterent x.
t Me. v Jun. x G.

49. *Territi sunt*] Hæc anteà providenda erant. Extrema gaudii (mundi scil. & carnis) luctus occupat. Ità comparata sunt audacia ingenia, ut fortitudinem ante pericula Thrasonicè jactent; sed cùm ad ea ventum est,
y Mart. sunt galeati lepores y. ¶ *Ivit in viam suam*] In domos suas, ut ibi se abderent, & dissimularent se Ado-
z Me. niæ favisse z.

50. *Tenuit cornu altaris*] Vel, 1. ejus altaris, quod
a V. Mar. David exstruxerat in urbe sua a. Vel, 2. abiit in Gibeon, ubi erat tabernaculum Mosis, & altare holocausto-
b Me. sic Ma. rum, 2 Paral. 1. 3 b. Jerosolymis stationarium altare ad arcam constitutum non est verisimile: cum uno loco tantum ordinariè ex lege sacrificandum esset: & David omnes sacerdotes Gabaonem ad altare & sacrificia aman-
† Ma. dâsset, 1 Par. 16. v. 39 †. Erat aliud altare, nempe
c Mart. suffitûs; sed ad illud tantùm sacerdotes accedebant c. Ad aram confugit non ex Legis instituto, sed ex gentium more, ut & Joab, 2. 28. Vide de J. B. & P. 2. 21. 5.
d G. & Comœdias passim d. Immunitatis privilegium maxi-
† Me. mè altari tribuebatur †. Eò accessit ut tutus esset; Cùm enim, qui prudens alium occiderit, ab altari abducendus dicitur, Exod. 21. satis innuit propter alia crimina
f Mart. fuisse ad altare nonnullam securitatem f. [Alii aliter,] Eò fugit, non ut tutus esset, donec de causa cognosceretur: sed ut misericordiam imploraret ob Numinis re-
g Jun. Pi. verentiam, sicut Joab infrà 2. 29 g.

51. *Juret mihi hodie*, Ità ὁ. Sy. Ar. P. sim. M. Ti. כַיּוֹם] *Sicut hodie*, Mo. Jon. acsi dixisset, ex hodierno die. Rogat ut se posthac judicet, non secundùm opera præterita, sed consecutura. Eadem locutio Gen. 25. *Vende ex hac die* כַיּוֹם ut postbac primogenitus ex hoc die habe-
h Mart. ex He. ar h. ¶ *Servum suum*] Humilis oratio, & idonea
i Me. veniæ impetrandæ i.

k San. 52. *Dixitque Salomon:*] An etiam juravit, non constat, ità tamen videtur k. ¶ *Si fuerit vir bonus*, לְבֶן חָיִל] *Filius virtutis*, P. Hebraismus est, pro *præditus virtute ac fortitudine animi*, *ac amans virtutis*; i. e.
l V. probus. Chald. *Si fuerit homo timens peccare* l; *in filium roboris*, Pi. *strenuus*, JT. Fortitudine opus est ad vincenda peccata. Qui possit sibi imperare. חַיִל πολύσημον est, ut *virtus* Latinis, significans tum fortitudinem,
m Mar. tum probitatem m. ¶ *Non cadet capillus*] *Non cadet quicquam de cæsarie* (*comâ*) *ejus*, V. Magna se ab initio ostendit sapientia Salomonis, haud dubiè sustentata virorum magnorum Nathanis, Sadoci & Banaiæ consiliis. Condonat enim crimen rerum novarum, quod punire in fratre & quidem primogenito odiosum satis fuerat; sed eâ lege, si nihil faciat in posterum, quo suspectum se possit facere; quæ lex aut frænum futurum erat Adoniæ, aut honesta πρόφασις Salomoni. Non dissimile est, quod in causa Semei infrà constituit Salomon. Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι n. (*Semper enim rectè cadunt Deorum*
n G. *tesseræ*.)

53. *Adoravit*] Quo symbolo, jure ad regnum se ab-
dicavit o. ¶ *Vade in domum tuam*] Res tuas priva- o Mart.
tas cura, nec ampliùs auctoritatem tibi arrogato exeundi
& redeundi coram populo p. Sic in divortiis forma erat, p Jun. Pi. sim. San. Mart.
Res tuas tibi habeto, res tuas cura, &c q. Apparatum curru-
um & anteambulonum depone. Cave, nè pacem publicam q San.
turbes r. [Al. sic;] Hac voce non ablegat eum ab aula; r Mart.
sed ei securitatem in domo sua pollicetur s. s Me.

CAP. II.

2. *Ingredior viam universæ terræ*] [Sim. omnes] *omnium terricolarum*, Ar. sic V. q. d. Sentio quòd brevì moriturus sum, sicut cæteri homines †. Periphrasis verbi † V.
moriendi. Plautus in Casina Prolog. *Qui nunc abierunt in communem locum*; & in Trinummis, *Penetravit se ad plures* ||. *Omnium idem exitus est, sed & idem domicili-* || D. Quæst.
um, Petron. Satyr. *Omnes eodem cogimur*, &c. Horat. epist. 2. 34.
carm. 2. 3 *. ¶ *Confortare & esto vir*] q. d. Etsi * Ga.
tener es ætate, fac robore animi virum te præstes t. Me t Mart.
superstite adolescentem tibi agere licuit; nunc virum te
præstes necesse est fortitudine & sapientiâ v. Constantia v Me.
& fortitudo animi omnibus necessaria est, qui ex lege Dei vivere nituntur, præsertim Regibus: His enim permulta se objiciunt impedimenta, adsunt adulatores, opes, potestas; videntur legibus soluti, non habent vindices, qui se corrigant, dum labuntur. Illorum est non modò legem Dei custodire, sed curare ut alii compleant; bonos præmio afficere, malos pœnis coercere; quod utique perarduum est. Jure itaque David à filio inprimis fortitudinem exigit x. x Mart.

3. *Et observa custodias Domini*, אֶת מִשְׁמֶרֶת] *Observationem*, V. Pi. JT. i. e. quæ custodiri ac servari jussit Deus, nempe præcepta y. Actio sæpe ponitur pro y V. sic
ejus effectu, vel objecto; ut *timor* pro re tremenda; *Ti-* Me. T. San.
morem eorum nè timueritis. Sic *visio* pro re visa, *auditio*
pro sermone z. Observantia legis vocatur *custodia*, vel z San.
quòd sit opus nostrum custodire præcepta; vel quòd nos
ipsi hâc obedientiâ custodiamur & corrigamur a. ¶ *Ut* a Mart.
ambules in viis ejus] id est, imiteris illum, *servando decreta*, &c b. *Via* est forma, institutum, & modus vivendi b V.
nobis à Deo patefactus c. ¶ *Ut custodias cere-* c Mart.
monias ejus, חֻקֹּתָיו] *Statuta ejus*, M. V. JT. sive decreta,
V. Sic vocantur, vel 1. quorum ratio ignoratur d, ut d M. He. in V.
non seminabis diversa semina, &c †. Vel 2. præcepta ce- † M.
remonialia f. ¶ *Præcepta ejus*, Sic M. V. JT. f L. Me. sim. Mart.
מִצְוֹתָיו] Sic vocant, vel 1. ea quibus additur verbum
præcipiendi h; quæ habent rationem adjunctam i. Vel h M. i V.
2. Moralia k. ¶ *Et judicia ejus*, Sic M. V. JT. k Me. L. sic Mart.
מִשְׁפָּטָיו] id est, Leges l. Quæ accommodantur ad ju- l V.
dicia m. Præcepta judicialia n. Quæ inter hominem & m Mart.
proximum suum decernuntur o. ¶ *Et testimonia*, n Me. ex L.
Sic M. V. JT. עֵדְוֹתָיו] Illa sunt, quæ aliquid testantur, o M.
sive alicujus rei memoriam faciunt; ut est *Sabbathum*,
Pascha, &c p. quæ revocant nobis in memoriam ea quæ p M.
fecerit Deus, ut sunt Sabbatha, &c q. Pacta & leges à q V.
Domino præscriptas r. Tria ista præceptorum genera vocat r Me.
testimonia Dei. Sunt enim attestationes, quibus & Deus,
quid velit, contestatur; & homines testantur se esse filios
Dei s. Vel *testimonia* sunt promissa in Lege de Christo s Mart.
venturo t. [Alii sic;] Idem valent hoc loco *custodia*, t L.
viæ, *ceremoniæ*, *præcepta*, *judicia*, *testimonia*, sicut alibi
sæpè v. ¶ *In lege Mosis*] Deut. 17. 18. G. Re- v San. T.
mittit filium ad antiquissimam vitæ normam, quæ Regibus præscribitur in Deuteronom. Non proponit seipsum imitandum; nam se hominem esse meminerat, & graviter interdum lapsum; sed regulam constantiorem propo-
nit x. ¶ *Ut intelligas universa quæ facis*, Sic ὁ. x Mart.
לְמַעַן תַּשְׂכִּיל אֵת כָּל־אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה] *Ut prudenter agas omnia quæ feceris*, Mo. Ti. Hinc facilè intelliges quæ sint agenda, & in quem finem dirigenda; Hoc quanti faciendum sit inde haberi potest, quòd multi per varias regiones interdum peregrinantur, ut instituta & rationes vivendi percipiant. Hinc & de operibus tuis judicabis
injustáne an justa sint y. [Alii sic,] *Ut secundes* (vel y Mart.

ut prosperè tibi succedat, M.) quicquid feceris, JT.M.Pi. sim.P.Jon.Sy.Ar. Eodem sensu dictum quo Exod. 20. 12. *ut prolongent dies tuos*[z]. ¶ *Et quocunque te verteris*, Sic Ar.JT.Pi. sim.P.Ti. וְאֵת כָּל־אֲשֶׁר תִּפְנֶה שָׁם] *Et in omni* loco ad *quem te verteris*; Volunt אֵת pro בּ accipi[a]. *Et omnem locum ad quem respexeris*, Jon. *& quocunque perrexeris sis beatus*, Sy. *Et in omnibus ad quæ respexeris*, M. sim. Mo.

4. *Ut confirmet*, יָקִים] *Ratum habeat*, i.e. adimpleat promissionem, &c[b]. *Ut præstet*, JT.Pi. Heb. *excitet*, vel *statuat*, Pi. ¶ *Locutus est de me*] Vel *super me*, Pi. *mihi*, P. ¶ *Dicens*, לֵאמֹר] *Dicendo*. Est Pleonasmus repetitionis ejusdem, quoad verba, qualis occurrit Exod. 12. 50. *Et fecerunt filii Israelis —— sic fecerunt*[c]. ¶ *Et ambulaverint coram me in veritate*] i.e. in simplicitate, non fictè & hypocriticè, ità ut quærant non quæ sua sunt, sed purum Dei honorem[d]. Aliqui autem sic acceperunt; ex lege vivendum, & non juxta sensus peregrinos. ¶ *In omni corde, & in omni anima*] Hæc verba desumpsit David ex lege, Deut. 6. Quæ si justè expenderentur, perirent opera supererogationis, omnésque nostrorum meritorum rationes. Quid enim superest nobis quod non est obstrictum Deo †? ¶ *Non auferetur*, לֹא יִכָּרֵת] *Non abscindetur*, P. i.e. Habebis semper aliquem ex nepotibus tuis qui sedeat, &c[f]. Notandum duo fuisse Davidi promissa; 1. Absolutè; nempe Messiam ex ipso oriturum, licèt filii ejus mali fuerint. 2. Conditionale; scil. regnum in ejus familia conservandum esse, si posteri se sanctè gerant[g].

5. *Quæ fecerit mihi*] Absalonem scil. occidendo, imperiosè agendo, afflictum exacerbando, & seditionem minando, 2 Reg. 19. 7. Adoniæ favendo, &c[h]. Vel contra dignitatem, ac vitam Davidis cogitavit[i]. [Alii ad sequentia referunt,] *Mihi*, i.e. adversùm me, mihi totíque regno noxium[k]. Qu. Cur dicit *mihi*? Resp. 1. Κατά τι, per consequentiam: dum interfecerit quos ego in fidem meam receperam[l]. Gravis hæc erat nomini meo injuria. 2. Magistratui fit injuria, cùm leges (quorum ille custos est) contemnuntur; & si peccata non puniat, ipse peccati reus fit, & languoris, atque vecordiæ accusatur[m]. 3. Mihi, quòd duos principes tam utiles, tam necessarios sustulit[n]. ¶ *Quos occidit*, וַיַּהַרְגֵם] Illud ו valet *id est*, ut sic consequentia præcedentibus jungas, *Quæ fecit duobus*, &c. *hoc est, occidit eos*[o]. ¶ *Et effudit sanguinem belli in pace*, sim. M. Ti. וַיָּשֶׂם דְּמֵי מִלְחָמָה בְּשָׁלֹם] *Et posuit sanguines belli in pace*, ó. P. Mo. Pi. Quidam jungunt illud *In pace*, præcedentibus, *Occidit eos*; & exponunt, *quos occidit in pace*; i.e. incautos, & nihil suspicantes; *& posuit sanguinem eorum sanguinem belli*; i.e. cædem eorum non minùs licitam reputavit, quàm si interfecisset eos in ipso prælio. Alii exponunt, *Occidit eos, & posuit* (i.e. effudit) *sanguinem belli*; h.e. reputavit cædem fratris sui Asahel factam ab Abner in conflictu, quasi factam *in pace*; i.e. quasi interfectus fuisset tempore pacis, nec minore studio ultus est, &c[p]. *Et reputavit eorum necem, velut ejus qui trucidatur in bello*, Ar. sim. Sy. Jon. *Designans cædem bellicam in pace*, JT. i.e. patrans cædem pacis tempore, quæ tantùm bello convenit[q]. ¶ *Et posuit cruorem prælii*, &c. וַיִּתֵּן דְּמֵי מִלְחָמָה בַּחֲגֹרָתוֹ אֲשֶׁר בְּמָתְנָיו וּבְנַעֲלוֹ אֲשֶׁר בְּרַגְלָיו] *Et dedit* (*effudit*, Jon. *ut reposuit*, JT. Pi. *ponénsque*, Ti. M. *posuit, inquam*, P.V.) *sanguines belli in cingulo*, vel *baltheo suo*, (vel *zona sua*, ó. JT.) *qui* vel *quod* (sub. *erat*, Pi. vel *adhærebat*, JT.) *in lumbis ejus*; *& in calceo suo qui* (sub. *erat*, Pi. sim. JT.) *in pedibus suis*, Pi. P. Mo. M. Ti. sim. ó. Jon. Sy. Ar. Sensus est, Fœdavit gladium suum, qui hærebat in lumbis suis sanguine, &c. Calceamenta etiam sanguine respersa sunt[r]. *In balteo*; i.e. ense quo facta fuit ea cædes, accinxit se de industria[s]. Alludit ad id quod dictum 2 Sam. 20. 8. supra sagum cinxisse gladium præter morem; nam alii infrà gestabant[t]. *Et in calceamento*, &c. i.e. occidit eos in ipso loco, ità ut corruerint mortui ad pedes ejus[v]. Cruentatum ensem in vaginam reposuit, & cruentatis pedibus ambulavit: neque eo nomine magis affectus est, quàm si nihil commisisset[x]. Adeò non verecundatus est illis cædibus, ut aliorum nec oculos, nec judicia exhorruerit; sed illorum sanguinem circumferebat,

z Pi. ex Jun. — a Q. in V. — b V. — c Glass. gram. 729. — d Mart. sim. San. — † Mart. — f V. — g Mart. — h Me. — i Q. in San. — k T. — l Jun. Pi. Ma. — m San. — n T. — o Q. in V. — p V. — q Jun. Pi. — r M. — s V. — t Mar. — v V. — x Jun. Pi.

virtutis argumentum bellicæ; nec balteus, vel calcei sanguine fœdati illum à militari sive conventu, sive præfectura revocabant, neque liberum ipsius ubivis incessum retardabant[y]. Sanguis (præsertim Amasæ) exiliens, baltheum, & calceos cruentavit, quippe qui eum complexum tenebat[z].

6. *Facies juxta sapientiam tuam*] Id est, tempus & rationem faciendi sapienter observans; q.d. Homo est novarum rerum cupidus: non diu quiescet, quin se obnoxium, &c. faciet[a]. Viri audaces & apud milites auctoritate valentes periculosi sunt in Regno novo Regis adolescentis[b]. Timuit David, nè Joab Salomonis juventutem despiceret, & regnum turbaret[c]. ¶ *Canitiem ejus*] i.e. Ipsum jam senem, & canum[d]. Licèt enim Davidis nepos esset, illi tamen ætate suppar erat[†]. Per annos 40 castris præfuit; nempe ex quo David primùm consedit in Hebron: nec illam curam tricenario minor administraturus videretur[f]. ¶ *Pacificè*] Impunè, M. *Cum* vel *In pace*, JT. Pi. Ma. i.e. morte naturali[g]. Nocentes, inquit, pestes sustinere non debes, sed eliminare[h]. Non remiserat illi crimen David, nec per legem remittere poterat; sed distulerat pœnam hominis & potentis & in bello utilis[i]. Tale illud apud Tacitum Hist. 3. *Nec illis aut honorare eam cædem jus hominum, aut ulcisci ratio belli permittebat*, & Annal. 15. *Atilla mater Annæi Lucani, sine absolutione, sine supplicio dissimulata*[k]. Josephus Antiq. 7. 12. Davidem inducit sic loquentem *Memento—Joab, quandoquidem hactenus pœnam evasit, quòd meipso esset potentior*. Sed quomodo Salomon adhuc puer consequeretur, quod non ausus est David? Resp. 1. Silebant tunc arma, nec in pacato regno Joab necessarius fuit: 2. Joab tunc senex erat, & bello parum idoneus[l].

7. *Sed & filiis Berzillai*] Novis regibus plurimùm conducit, si paternas amicitias colant. Memorem se præbet David acceptorum beneficiorum. Sed mirum est Davidem oblitum esse Mephibosethi, & sanctissimæ amicitiæ olim cum Jonatha initæ. Causam ignoro. Fortè hîc lapsus est*. ¶ *Eruntque comedentes in mensa tua*] Heb. *inter comedentes*, seu, ut ità loqui liceat, *comessores mensæ tuæ*; id est, cibi in mensa appositi. Metonymia subjecti, licèt duriuscula; Græci tamen ità verterunt[m]. ¶ *Occurrerunt enim mihi*, כִּי כֵן קָרְבוּ אֵלַי וגו׳] *Quia sic accesserunt*, vel *appropinquaverunt ad me*, P. Mo. V. ó. i.e. cum misericordia & gratia; h.e. cum amplis muneribus, 2 Sam. 19. 31. Tu ergò *facies illis misericordiam*; i.e. magnis beneficiis eos cumulabis[n]. *Quia similiter appropinquârunt ad me*; i.e. appropinquantes idem officium exhibuerunt mihi, 2 Sam. 17. 27[o]. *Administrârunt mihi omnia*, Sy. sim. Ar. Jon.

8. *Habes apud te Semei*, &c.] *Ecce apud te Simei*, sub. vel *est*, Pi. vel *esto*; i.e. nè sinito eum vagari; sed certum ei locum circumscribito, quo se contineat; nè quid cum suis Benjamitis moliatur[p]. Sed illa ellipsis insolens est, & versu demùm nono de illo præcepta dat[q]. ¶ *Maledictione pessimâ*, נִמְרֶצֶת] *Roboratâ*, Mo. *vehementi*, P. *execrandâ*, M. *amarâ*, Jon. Sy. *acerbâ*, ó. *acri, forti*, V. *acerrimâ*, JT. sim. Ti. Hæc, quatenus pœna erat, à Deo fuit, & ferenda; ut verò fuit impietas, à Semei ortum habuit, & justas pœnas merebatur[r]. ¶ *Et juravi, —non te interficiam*] Sub. quoad vixero; Non ergò perjurus fuit hæc mandando[s]. Noluit David ulcisci privatas injurias, præsertim illo die, qui sumendo supplicio opportunus non fuit; Sed cùm Reipublicæ intererat tale scelus puniri, jubet filio, ut illam è populo tollat offensionem, satísque faciat communi causæ[t]. [De his vide dicta ad 2 Sam. 19.]

9 *Noli pati eum esse innoxium*, אַל תְּנַקֵּהוּ] *Non justificabis eum*, ó. Jon. *nè absolvas*, V. sim. JT. Pi. *nè impunem* (vel *innocentem*, P.) *dimittas*, Mo. sim. Ti. V. *nè parcas*, Ar. *Nè mundato*, vel (q.d.) *nè innocentem dimittas eum*, P. simil. habet M. ¶ *Vir sapiens es*] Ergò Salomon tunc non erat 8 annorum puer, ut vult S. Ignatius; neque 11 vel 12. ut Hieron. sed, ut minimùm, 20 annorum. Idem colligitur ex c. 11. 4. ubi senex vocatur, needum exactis 40 regni sui annis. Adde quòd *Seder Olam* dicit Davidem vidisse nepotulum Roboamum ex Salomone. Ità Pineda & To. & L. & San[v]. ¶ *Ut scias quæ facies ei*] Quâ ratione illum punire

y San. — z Me. ex San. — a Jun. Pi. — b G. — c Theod. in San. ad v. 5. — d Pi. — † Me. — f San. ad v. 8. — g V. Pi. ex Jun. — h M. — i G. sim. San. — k G. — l San. ad v. 8. — * Mart. — m Pi. — n V. — o Jun. Pi. — p Jun. — q Pi. — r Mart. — s Me. — t San. — v T.

punire debeas [x]. Facilè homo inquieti ingenii dabit tibi εὔλογον αἰτίαν. Vide infrà 37 [y]. Invenies causam, quâ curabis eum interficiendum [z]. Non jubet eum propter maledictionis crimen occidi; ne videatur jusjurandum violâsse. Vult autem, ut deprehensum in alio novo peccato ipsum puniat [a]. ¶ *Cum sanguine*] Id est, cum cæde, morte violentâ [b].

10. *Et sepultus est in civitate David*] i.e. In ea parte Jerosolymæ, quam ipse à Jebusæo abstulerat, & suo nomine vocârat, Jo. & To. &c. putant Davidem, cum palatio, sepulchrum sibi exstruxisse, sed sat exile; Salomonem verò auxisse & in magnificum mausolæum commutâsse; quod, post urbem toties excisam, duravit tamen ad tempora Apostolorum, Act. 2. 29. & Hieronymi, ut ipse testatur; & ad hoc quoque nostrum ævum, ut testatur Sebast. Serlius l. 3. Architecturæ; ex testimonio Cardinalis Grimani, qui ipse vidit [c].

12. *Firmatum est regnum*] Populi, omniúmque ordinum consensu, & propensâ in illum voluntate [d]. Id videtur adjecisse auctor ad sugillandam temeritatem, & audaciam Adoniæ, qui confirmato jam regno Salomonis, ausus est nova regni invadendi consilia agitare †. Vel dicitur hoc per anticipationem, interfectis nempe inimicis ejus, ut est in fine hujus capitis [f].

13 *Pacificúsne*, &c.] Heb. *An pax* (vel, cum *pace*) est *venire tuum?* Pi. Id meritò dubitare poterat; quia ab illa regno dejectus erat [g]. Adversísne pacis ergo [h]?

14. *Sermo mihi est ad te*, דָּבָר לִי אֵלָיִךְ] *Verbum mihi est ad te*, P. Pi. *Aliquid mihi est quod dicam ad te*, Pi. Mulierem aggreditur, (quomodo Diabolus Evam:) Cogitavit enim mulieres ad misericordiam esse pronas, & facilè decipiendas, & apud viros gratiosas [i].

15. *Meum erat regnum*] Titulo primogenituræ & electionis [k]. At hoc Reginæ animum magis alienare videretur, quàm calefacere; Sed tamen utcunque captat misericordiam, quæ illis impendi consuevit, qui suo loco moti fuerint; & hoc beneficio illatam injuriam sarciri petit [l]. *Præposuerat Israel*, &c.] Heb. *super me posuerant faciem suam*, Pi. vel, conjecerant oculos in me, sperantes atque exspectantes me fore Regem. ¶ *A Domino enim*] i. e. Jehovâ volente ac jubente [m]. *Constitutum est ei*, הָיְתָה לוֹ] *Factum est* (sub. *istud*, V.) *illi*, V. Pi. Quò minùs putetur id ægrè ferre, & nomen *fratris* posuit, & rei *Deum* inscripsit auctorem. Tale illud——*tua est Lavinia conjunx*: *Ulterius nè tende odiis* [n]. Fingit se hoc credere, nè denuò aspirare ad regnum videretur. Vera dicit, sed non verè [o].

16. *Nè confundas faciem meam*, אַל תָּשִׁבִי אֶת פָּנָי] *Nè avertas* (*averseris*, M. vel *avertere facias*, Mo.) *faciem meam*, ό. Sy. sic JT. Pi. *Nè reverti facias*, &c. Jon. P. V, i. e. nè rejicias me, & repellas, & quasi vacuum remittas; huic contrarium est *sustinere faciem alicujus*; i. e. Nè deneges mihi: nè abjicias me, more denegantium [p]. *Nè neges*, &c. Ti. *nè recuses*, Jun. *nè me rejeceris*, Ar.

17. *Det mihi Abisag*] Multæ satis erant in Judæa fœminæ; sed hanc voluit quòd Regis fuisset. Non ferebat autem mos Hebræorum, ut aut qui in ministerio fuerant Regio, alterius se quàm Regis successoris ministerio addicerent: aut quæ uxores aut concubinæ fuerant privato sociarentur. Hanc ergò cupiens, jus ad se regni pertinere ostendit; tentâtque animum Salomonis, ut si metu juvenili hoc ei concessisset, auderet mox majora. Mulierem autem aggreditur, ut regnandi ignaram, ità amoribus facilem [q].

19. *Surrexit Rex, adoravítque*, &c.] Summum honorem matri habens. Apud Persas, in matris conspectu sedere nefas erat; unde nec Alexander considere antè voluit, quàm Darii mater Sisigambis (quam filii pietate prosequebatur) annueret. Curt. l. 5 [r]. ¶ *Thronus matri regis*] i. e. Suæ. Antecedens pro relativo. כִּסֵּא *Sedes, cathedra* [s]. ¶ *Sedit ad dexteram ejus*] Qui locus post Regis locum honoratissimus. Vide quæ dicta ad Matt. 20. 21 [t].

20. *Neque fas est ut avertam faciem tuam*] Pudore, & dolore repulsæ; quasi vel parùm te diligam, vel te insipientiæ arguam, quòd ea postulaveris, quæ concedi non possunt [v]. Dum omnia pollicetur, intelligendum, si petiisset honesta [x], usque ad aras; nam, ut habetur in 6. Juris regula, *In generali Juris concessione, non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter concessurus* [y].

21. *Detur Abisag*] Qu. Quomodo ausus Adonias uxorem patris petere contra Lev. 18. 7? Resp. 1. Aut ignarus erat istius legis; aut amore vel ambitione excæcatus eam parvipendit [z]. 2. Ibi tantùm vetatur ducere uxorem à patre cognitam. Abisag autem non fuit cognita à Davide [a]; ideóque videntur tantùm sponsalia intercessisse, ex quibus non sequitur impedimentum matrimonii, &c. Unde Kimhi affirmat, per legem Dei, Abisag vel à filiis, vel à fratribus, Davidis potuisse duci [b]. [Alii planè negant eam Davidis uxorem fuisse, ut antè notatum.]

22. *Postula ei & regnum*] q. d. Populo non ingratus est, formâ honestâ, quæ multitudinis conciliatrix [c]; Hoc unum illi deest, ut ducat Abisag [d]; nuper reginam, & populo propter formam, & honestos mores gratissimam †. ¶ *Est frater meus major*] Stat ab eo primogenii jus, quod commune gentium, & quasi naturale jus erat; Israelitæ autem petebant Regem, qualem gentes habebant [f]. ¶ *Et habet Abiathar*, &c. וְלוֹ וגו'] *Et ei*, *& Abiathar*, &c. *& Joab*, &c. Mo. Repete ἀπὸ κοινοῦ, *pete regnum* [g]. q. d. Ille non solus hoc modo petit regnum: sed simul illud ei petunt Ebiathar & Joab; i. e. Instinctu illorum petitionem hanc proponit [h]. Sed horum nemo phrasin Hebræam animadvertit; Optimè phrasin Heb. intellexerunt Jon. qui sic, *annon in consilio fuerunt ipse*, *& Abiathar*, &c. & ό. qui paulò planiùs, *Et ipsi Abiathar*, &c. *& ipsi Joab*, &c. ἑταῖρος. (*socius*) Usitata phrasis est, *Quid mihi & tibi?* & אֵין לִי וָלָךְ *non est mihi & tibi*; i. e. nihil mihi tecum rei, nulla communio. Sic hoc loco, *Et ipsi & Abiathari*, &c. i. e. ipsi cum Abiathare, &c. res est. Socii sunt, & communia consilia habent [i]. *Et illi est* consilium *& Abiathar*, V. in Di. Putavit ellipsin esse vocis עֵצָה consilium, quia phrasin non intellexit [k]. *Et habet pro se* (vel *à se*, Ti.) *Abiatharem*, &c. Sy. Ar. M. Ti. Non malè, Di. Quorum consilio adjutus & auctoritate fretus gradum sibi ad Regnum struit, nisi fortiter obstiterim [l].

23. *Juravit*, &c.] Quo aliorum faciliùs repelleret intercessionem, omnem sibi præcludit aditum ad veniam [m]. *Quia* vel *Quòd in* vel *contra animam suam*, Ità ό. Jon. P. Ti. Mo. M. Pi. Est autem oratio ἀνώμαλος: כִּי pro אִם לֹא, *si non*, vel *nisi*. Sic 1 Sam. 14. 44. item 2 Sam. 3. 9. At ibidem v. 35. habetur כִּי אִם, *quòd si*, in juramento negativo [n]. *Nisi contra vitam*, &c. Sy. *ut contra vitam*, &c. JT. i. e. in perniciem suam [o]. [Ar. longè aliter, *quòd Adonias hac in re non nisi necem meam intendit*, quasi pro בְּנַפְשׁוֹ legisset בְּנַפְשִׁי, facili sanè lapsu ex 'in '.] Execratio hæc intelligenda est sub conditione, eáque duplici, vel, 1. si non locutus est hoc contra animam suam; vel, 2. si non vindicem in Adoniam, qui contra animam suam locutus est [p].

24. *Fecit mihi domum*] i. e. Dedit familiam claram & insignem [q], vel regiam [r]. ¶ *Quia* (vel *Quòd*, Pi.) *hodiè occidetur*] Illud כִּי pendet à verbis juramenti; q. d. ut verum est, quòd vivit Jehova; ità verum quoque est quòd morietur, &c [s]. Qu. An rectè, & qua de causa? Resp. 1. Aliqui injustitiæ & crudelitatis accusant Salomonem, quòd ex levi suspicione fratrem, quasi reum majestatis occiderit. 2. Alii jure fecisse putant; idque Salianus divinæ tribuit inspirationi, quæ, ut ei patefecit insidias, ità voluntatem statim occidendi suggessit: Sanè eo nomine nusquàm Salomon reprehenditur in scriptura [t]. 3. Alii interfectionis causam assignant, quòd nuptias incestas petierit. Morte puniebatur illud scelus, Levit. 18 & 20. Non placet, 1. Cùm Selomoh Adoniam redarguit, hoc crimen minimè attigit. 2. Nec Abiathar fuisset auctor istius consilii, si res fuisset nefaria, & per leges illicita. 3. Lex pœnam infligit abutenti uxore patris, non petenti. At videtur judicium Salomonis præceps. Adonias non est auditus, non adsunt testes. Fortasse tunc, sicut hodie fit, in crimine læsæ Majestatis, indicia loco probationum habebantur, præsertim quando mora est periculosa, ut nunc fuisse apparet. Constabat & Bathshebam ab eo submissam; vel fortè judicii hujus processus non refertur in S. script [v]. 4. Punitur ob seditionem [x]. Si daretur illi Abisag, omnes intelligerent ad

Marginal notes (left column): x Me. y G. z V. a Mart. b Me. c San. Me. d Me. † Ma. f V. g Me. h V. i Mart. k Me. l Mart. m V. n G. o Mart. p V. q G. r Ser. s V. t G. v Me.

Marginal notes (right column): x Mart. y Ser. z La. a Jo. & Caj. & Ser. in La. b Mart. c T. d Me. sim. T. † T. ex San. f San. g Pi. sic V. Hi. in Mar. Ang. h Pi. ex Jun. i Di. sim. K. in Di. k Di. l G. m San. n Pi. o V. Me. sim. E. p E. q V. r Me. sim. M. s Pi. t Me. v Mart. x Mart. sim. G. San. L. Pi. V. &c.

ad eum pertinere Regnum. Hebræi etiam aiunt nemini
y V. licere tangere mulierem qui cum Rege concubuisset, nisi
Rex esset y.

25. *Misit per manum Benaiæ*, &c.] Sic fermè Romulus
Remum occidit per centurionem Fabium Celerem. Sicut
autem Romæ eo tempore omnia manu à Regibus guber-
nabantur, ità & apud Hebræos olim. Vide 2 Sam. 1. 15.
& hîc infra 29. 46. Tùm verò nihil in discordiis civilibus
festinatione tutius, *ubi facto magis quàm consulto opus*,
Tacitus Hist. 1. Et sunt quæ moram non recipiunt, *non
pœnæ festinatione*, sed *præveniendi periculi causâ*, L. si
quis. D. de injusto—testamento. *Nec se exspectari
jubent leges, cùm ei qui exspectare velit antè injusta pœna
z G. luenda sit, quàm justa repetenda*, ut Cicero ait pro Mi-
lone z. Principes olim per milites & corporis custodes
a San. pœnas exegerunt, 1 Sam. 22. 2 Sam. 1. & 4. Dan. 1. 24.
Sic Herodes spiculatorem misit, ut Joannem decollaret a.
Illis temporibus non videtur fuisse usus carnificum, sed ip-
b Mart. si principes in reos animadvertebant. Ità Gideon, Jud.
ad v. 29. 8. & Doeg. &c b.

26. *Vade in Anathoth*, Sic P. Mo. Ar. Ti. sim. & JT.
Jon. Sy. [עֲנָתֹת לֵךְ] *O Anathothites vade*, V. *Vir A-
nathoth*, M. [Ità quidem M. in Criticis; At in Munste-
rii Bibliis seorsim editis tantùm habetur, *Anathoth vade*.]
Erat *Anathoth* civitas sacerdotalis in tribu Benjamin, ut
c Me. Ma. patet Jos. 21. 18 c. Inde oriundus erat, & ibi suos ha-
ex Jun. bebat agellos d. ¶ *Ad agrum tuum*] In posses-
d Mart. sionem, domum, urbem, patriam tuam †. Sacerdotibus
† V. suburbana tantùm cesserunt f. At sacerdotes, &c. alios
f Mart. agros emere poterant, de quo vide ad Jer. 32. 7 g.
g San. ¶ *Portâsti arcam*,] Vide 2 Sam. 15. 24 h. Alii sy-
h Pi. necdochicè de Ephod accipiunt, quem portavit i. ¶ *Do-
i Mart. mini Dei*] Hîc, pro *Jehovah*, Hebræi legunt *Elohim*, ità
monentibus punctis: nè cogantur repetere nomen *Ado-
k Pi. nai*, quod aliàs pro *Jehovah* pronunciant k. ¶ *Su-
stinuisti laborem*, &c.] Heb. *afflictus fuisti*, &c. P. sim.
V. In desertis enim cum Davide fatigabantur, esuriebant,
l Mart. sub dio cubabant, &c l.

27 *Ejecit ergò Salomon Abiathar ut non esset sacerdos*,
[מִהְיוֹת כֹּהֵן] *Nè esset sacerdos*, P. V. i. e. privavit eum
m V. dignitate Sacerdotali m. Summi Sacerdotes apud Hebræ-
os, sicut à Regibus instituebantur, ut alibi diximus; ità
& ab iisdem gravi ex culpa destitui, imò & morte puniri
poterant; erant enim subditi: ideóque sedente Rege
n G. stabat summus sacerdos n. In sacra Historia nusquàm
Pontifices dejecerunt Reges; at Reges, è diverso, aucto-
ritate suâ Pontifices in ordinem redegerunt atque dejece-
o Mart. runt o. [Alii sic;] Salomon non privavit Abiatharem
jure sacerdotii, directè & ex intentione; (posteà enim cap.
4. Sadoc & Abiathar junctim nominantur Sacerdotes,
p E. ut anteà 2 Sam. 20.) sed tantùm ex consequenti p, &
q La. indirectè q; dum eum exilio mulctaret r; sacerdotio au-
r T. sim. E. tem fungi non licebat extra Templum, quod erat Hiero-
s E. solymis s; Debebat pontifex residere Jerosolymis, ut sa-
cerdotes dirigeret, Sanhedrim præsideret, regi foret à
t La. consiliis, &c t. Divina etiam intervenit ordinatio, cujus
v Me. ex executor Salomon erat v. [Verùm non est nostri insti-
Theod. & tuti controversias tractare, sed S. scripturæ sensum eruere]
Proc. ¶ *Ut impleretur sermo Domini*] Heb. *Ut impleret* (*ad
implendum*, Ma.) *verbum Jehovæ*; id est, ut Jehovah im-
pleret verbum suum. Nomen pro se, & pro relativo. Sic
n Jun. Gen. 9. 6 n. Est ellipsis reciproci & possessivi pronomi-
Glass. nis, ut infrà 13. 10 o. scilicet Deo ipsum ità gubernante
o Glass. etiam præter cogitationem animi sui. Confer Matt. 13.
gram. 35. & 27. 35. Joan. 12. 38. & 18. 9, 32. & 19. 24 p.
214. ¶ *Loquutus fuerat super domum Heli*] Vide 1 Sam. 2.
p Pi. 33 q. Ut hæc liquidiùs cognoscantur, sciendum est, Aa-
q Jun. Pi. ronem duos filios reliquisse, Eleazarum & Ithamarum.
Sacerdotium cessit Eleazaro, tanquam primogenito, e-
jùsque familiæ; & in ea duravit, usque ad tempora Eli,
quando translatum est (quo autem modo, non exprimi-
tur) in familiam Ithamari. Porrò sententia Dei dilata
fuit per annos 80; nam Saul 40 annos, & David totidem
regnârunt; sed licèt Deus tardus videatur, tandem eam
exequitur. Posteros autem minimè ferit minis quas pro-
nunciavit majoribus eorum, nisi ipsorum peccata inter-
r Mart. cesserint. Etenim Abiathar non citra culpam dejicitur r.

28. *Venit nuntius ad Joab*] Heb. *Venit fama usque ad
Joab*, Jon. sim. & Mo. &c. scil. de Adonia cæso, & Abi-
athar loco moto s. [Alii aliter;] Venit ad Joab fama, s Mart.
quòd in Salomonis curia diceretur illum declinâsse ad A-
doniam t. ¶ *Quòd Joab declinâsset post Adoniam, &* t Me.
post Salomonem non declinaret] Ità & Sy. nec *amavit Sa-
lomonem*, Ar. Aliter Hebræa sunt, *quia Joab declinavit
post Adonijam, & post Absalomum non declinavit*, Ma.
[Sic reliqui omnes.] *Joab enim declinavit post Adoniam,
quamvis post Absalomum non declinâsset*; q. d. qui anteà
fuit fidelis, posteà defecit v. Secutus fuerat partes Ado-
niæ; q. d. is qui initio non fuerat secutus ipsum Absa- v Q. in Ma.
lon, tandem conjuravit in herum suum x. Additum hoc x V.
ad indicandum, Joabum, non amore in Adonijam, sed odio
Salomonis, partes Adonijæ suscepisse fovendas; quum par-
tes Absalomi, quem unicè amabat, non fuerit sequutus y. y Q. in
[Al. sic;] De Absalomo quidem Joabus erat sibi bene Ma. sic
conscius; quod fortasse opinabatur in Adoniæ causa non- Mart.
nihil sibi profuturum. Ignovit David Absalomicis, &
Salomon Adoniæ. Sic se evasurum putabat z. Non tan- z Mart.
tùm illi obfuisset si Absalomum in conspiratione ejus se- ex K.
cutus fuisset, sicut modò, quando alterâ vice conabatur
rempub. turbare a. a M.

28. *Fugit ergò Joab*] Ità seipsum prodidit, quòd huic
novæ conspirationi non defuit b. ¶ *In tabernacu-* b M.
lum] Quod tum erat Gibhone, ut patet ex 1 Reg. 3. 4.
collat. cum 2 Chron. 1. 3, 5 c. ¶ *Et apprehendit* c Pi. sic
cornu altaris] Præter civitates refugii, etiam altare erat Ma. Mart.
asylum & quidem sanctissimum, ut docet Exod. 21. 14 d. d San.
Aræ, apud Ethnicos, supplices immunes præstabant.
Eurip. in Andron. Ἔχει γὰρ καταφυγὴν, &c.
*Habent confugium feræ quidem petram, Servi autem a-
ras Deorum*. Virg. l. 6. Æneid.

Talibus orabat dictis, arásque tenebat.

Plautus Mostel. act. 5. scen. 1. *Ego interim hanc aram
occupabo*: & Rudent. act. 5. sc. 3. *Tange aram*. Te-
rentius, *Nec tu aram tibi, nec precatorem parâris*.
Apud Romanos ad *Comœdiæ aram* si quis confugisset, tan-
quam à Cæsaris statua revelli eum indè nefas habebatur †.
Verùm altare homicidæ prodesse non debebat per Le- † Ritter-
gem, Exod. 21. 14. Euripides, shusius de

Ἐγὼ γὰρ, ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ Immun.
Βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν, Asylorum
Πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἂν οὐ τρέσας θεούς· c. 3.
Κακὸν γὰρ ἄνδρα χρὴ κακῶς πάσχειν ἀεί.
*Ego enim si fortè quispiam vir injustus
Aræ assideret, legi valedicens,
Ad supplicium eum raperem, nil metuens Deos,
Malum enim virum malè perire decet* *. g O.

Sed quare fugit ad altare, cùm fuerit vir sapiens, & in Lege
peritus? Nam secundùm Hebræos fuit caput Sanhedrim f; f M.
Resp. 1. Ut ibi interfectus sepeliretur apud patres suos;
quod factum non fuisset, si per Judicum decretum fuisset g He. in
occisus g. 2. Potiùs, quòd ex dilatione pœnæ sibi pollici- M.
tus fuerit aliquam sceleris condonationem. 3. Fortè volu-
isset longiùs fugere, sed temporis brevitate impediebatur h. h Mart.

29. *Interfice eum*] Scil. ubi eum jusseris exire è loco
sacro. Vide vers. seq i. i Pi. sic

30. *Non egrediar, sed hîc moriar*] Sperabat Joab, Jo. & al. in
quòd loci sanctitas eum tutaretur k. Mart.

31. *Fac sicut locutus est*] Quod jure fieri poterat, k La.
ex Lege, Exod. 21. 14 l. Sanctius in Salomone & Banaia l Me. T.
damnat, quòd Joabum in sacrario jugularent. Sed Jun. Ma.
Abulensis id excusat; eò quòd supplicium de impio sum-
ptum, etiam in loco sacro, non minùs fit grata hostia Deo,
quàm arietum, &c. qui quotidie istic mactabantur m. m T.
Perinde erat eum, ad aram, vel, inde extractum alibi, ju-
gulare; utrovis enim modo locus violabatur, nisi legis
dispensatio intervenisset n. [Verùm alii hoc negant, ut n Me. La.
vidimus.] At credibile est, eum, quamvis reluctantem,
à Banaia, per prætorianam cohortem, avulsum ab altari
extra tabernaculum cæsum fuisse; ut postea Athaliæ fa-
ctum, 2 Reg. 11. 15. Nam in ipso sacrario non videtur
citra necessitatem humanus sanguis profundi potuisse o. o T. sim.
Videtur Christus taxare, & Pilatum, Luc. 13. quòd san- Mart.
guinem Galilæorum cum sanguine victimarum miscuerit;
& Hebræos, Matt. 23. quòd Zachariam inter templum &
altare interfecerint p. ¶ *Et sepeli*] Sub. *in sepul-* p Mart.
chro majorum suorum, V. Id enim viri dignitati, & ge-
neri David par erat q. ¶ *Amovebis sanguinem in-* q Me.
nocentem, [וַהֲסִירוֹתָ דְּמֵי חִנָּם] *Et*, vel *ut auferas san-
guinem*

guinem (sanguines, Pi. Glass.) *gratis*, P.V. vel *sine causa*, nempe effusum, Pi. vel *immeritò*, q. d. sanguinem innocentiæ. Sic alibi substantivum construitur cum adverbio. Itâ Prov. 26. 2. קללת חנם *Maledictio gratis* seu *immerita*, Ezec. 30. 16. צרי יומם *hostes interdiu*; h. e. quotidiani [r]. Cædem innocentis; h. e. culpam vel crimen cædis immeritæ [s]. ¶ *A me, & domo patris mei*] Dupliciter amovebatur, &c. 1. Quia suspicari populus posset, aut jubente, aut conscio Davide, istas cædes factas esse; ea autem suspicio sic exstincta foret. 2. Quia inultus istorum sanguis clamaret vindictam in regem, cujus erat homicidam punire [t]. Ostenditur scelus, cùm non punitur, in Magistratibus inhærere; Hi, si patiantur sicarios vivere, se illorum sceleribus admiscent [v]. ¶ *A me, &c.*] Sumptum ex Lege Num. 35.31. & Deut. 19. 13. Non dissimile illud Livii l. 1. *Illorum pœnam in se vertit* [x].

32. *Et reddet sanguinem ejus*] i. e. Quem effudit [y]; h. e. culpam cædis ab eo factæ [z]. ¶ *Super caput ejus*] Ut scilicet capite luat quod peccavit [a]. *Super caput ejus*, i. e. super eum; *Caput* sæpe totum hominem sign. Sic dicimus, *tot capita sunt in civitate*, &c [b]. ¶ *Meliores se*] Quoad istam causam. Neuter quippe illorum sanguinem innocentem per proditionem effudit [c].

33. *Et in caput seminis ejus*] Quos verisimile est, ignobilem & miseram duxisse vitam, utpote ob parentem odiosos [d]. ¶ *Sit pax*] Id est, integritas, incolumitas, fælicitas [†]. Sedulò cogitent Magistratus, si scelera impunita relinquant, se non fore pacatos [f].

34. *Interfecit*] Amputato capite [g]. ¶ *Sepultúsque est*] Ex lege Deut. 21. 23 [h], & ratione dignitatis atque cognationis regiæ. ¶ *In domo sua*] Ubi sepulchrum sibi paraverit [i]. ¶ *In deserto*] i.e. Extra urbem in loco arabili, nec consito arboribus [k]. *Desertum* significat; 1. locum qui non habitatur; 2 eum qui non colitur, sed saltus habet & pascua. Fortè Joabus armenta & greges habebat, & domum ubi hæc aleret [l].

35. *Et Sadoc sacerdotem posuit*] Jure Regio [m]. Vide quæ ad v. 27.]

36. *Vocavit Simei, &c.*] Voluit eum Hierosolymis manere. Nam ibi facta & dicta ejus omnia poterant facilè observari: Itá facilè occasio necis ejus dari potuit, quam imprimis rex captabat [n]. Credibile erat, hominem contumacem, & omnia sibi licere volentem, non obtemperaturum diu præcepto. Pœna hæc ea est, quàm Martianus l. Exsilium de interdictis & relegatis, inter cæteras posuit, ubi omnibus locis præter unum interdicitur, valdè apta coercendis hominibus qui in turba turbas facere possent [o]. Relictus liber multa moliri poterat, vel cum Palæstinis, vel cum Israelitis [p]. Non leve supplicium inde excedere, ubi cognationem, & amplas possessiones, & potestatem dignitatémque haberet; & habitare in aliena tribu & civitate, (quasi in liberiori aliqua custodia) in qua ob priorem procacitatem non odiosus esse non poterat [q].

37. *Et transieris torrentem Gedron*] Id videbat à Simei minùs observari posse, quia per Cedronem patebat exitus ad civitatem ejus patriam, Bahurim [r]. Ab urbe distabat ferè milliare Italicum. Itá dabatur ei aliquid spatium, ut prodeambularet animi causâ [s]. *Cedron* nominavit; at sententia (generalis) est, si vel tantulo spatio ab urbe excesseris quantum est usque ad *Cedron*; nam quando ivit in *Geth*, torrentem hunc reverâ non transivit; torrens enim erat civitati ad orientem, *Geth* verò ad occidentem [t]. *Torrens Cidron* dicitur; i. e. *obscuritatis*, quia situs erat in loco opaco, obscuro, & umbroso [v]. ¶ *Sanguis tuus erit super caput tuum*] i. e. Caput tuum sanguine tuo fœdabitur & intingetur, q. d. jubebo te interfici, erísque causa mortis tuæ [x].

38. *Dixitque Simei*] Adhibito juramento, ut apparet ex v. 43 [y]. ¶ *Bonus sermo*] H[e]. *Placet mihi quod dicis*. Sermo concisus est [z]. Conditionem collaudavit, quòd sibi duriora metuerit, cùm videret supplicium capitale sumptum de Adonia & Joab [a].

39. *Ut fugerent* ——— *ad Achis regem Geth*] Vel eundem, ad quem antè fugerat David [b]; vel ejus filium [c]. Fortè servi Philistæi erant, & ex Geth [d].

40. *Et surrexit Semei, &c.*] Temerè atque animo

[Margin notes: r Glas. gram. 116. — s V. — t San. — v Mart. — x G. — y V. Pi. Me. — z V. — a Me. — b San. — c Mart. — d San. — † Ma. — f Mart. — g Jo. in Me. — h G. — i Mart. — k V. — l Mart. — m G. — n Mart. — o G. — p Mart. — q San. — r San. — s Mart. — t Me. — v V. — x V. — y Jun. Pi. Ma. Mart. — z V. — a Mart. — b Jo. in Me. Mart. — c Mart. — d Me.]

perturbato seu avaritiâ incitatus; dum voluit iste vir servos recuperare, fortunas & vitam amisit [†].

41. *Nuntiatum est*] Quia (ut verisimile est) custodes ei clàm adhibuerat [f].

42. *Nónne testificatus sum?* השבעתיך] *Adjuravi te*, i. e. jurejurando te astrinxi. ¶ *Et prædixi tibi*, ואעד בך] *Et protestatus sum tibi*, P.V. adhibitis scilicet testibus [g].

44. *Reddidit Dominus malitiam tuam, &c.*] Hæc adjecit Salomon, se ostendens non illum punire propter antiquum peccatum; sed ut gubernationem humanarum rerum in Deum referat, qui occasionem procuravit, ut priorum facinorum pœnas lueret. Deinde ista commemorando ad resipiscentiam illum incitabat, & eâdem operâ fidem patris liberavit [h]. In pœnam prioris peccati, Deus te in hoc alterum peccatum labi permisit, ut utrumque nunc unâ eâdémque ultione puniretur [i].

45. *Thronus erit stabilis*] Cùm de sontibus justæ pœnæ sumuntur, regna corroborantur [k]. Significat regnum suum labefactandum, nisi in Semei advertisset [l].

46. *Qui egressus percussit eum*] Quia fas non erat in conspectu Regis quenquam obtruncari [m]. Justa pœna erat, 1. quia vetus crimen condonatum ei non fuerat, nisi sub conditione, cui non stetit; & 2. quia speciale præceptum Regis violare capitale erat, non minùs, quàm si quis statione decessisset [n]. Transgressus erat præceptum sub pœnâ mortis datum, & à se acceptum [o]. Prius crimen punire, ex patris præcepto, maximè intendebat Salomon; noluit tamen veniam à patre datam simpliciter mutare, sed honestâ conditione limitare; quam quia violavit Semei, hinc Salomon veniam patris abrogavit, ac Semei culpam & pœnam revocavit [p].

CAP. III.

1. *Confirmatum est*] Sublatis hostibus domesticis [q]. ¶ *Pharaoni*] Cui nomen Vaphres [r]. Pertinebat hoc ad confirmandum regnum, quia Rex Ægypti & finitimus erat, & valde potens [s]. ¶ *Accepit namque filiam ejus*] Qu. Num in hoc peccavit Salomon? Resp. 1. Q. existimant eum peccâsse [*]. Prohibita erant Israelitis connubia cum alienigenis, Exod. 34.16. Deut. 7. 3 [t]. Verùm restringenda est illa prohibitio ad Cananæos, à quibus majus perversionis & idololatriæ periculum [v]. [Aliis id non placet.] 1. Cananæarum tantùm ibi meminit, quia de iis institutus est sermo. 2. Excluduntur omnes gentes, & jubentur ex sua tantùm gente, imò ex sua tribu uxores ducere, Num. 36. 7 [x]. 3. Ratio, sive causa legis, generalis est, nè scilicet homines à Deo avertant [y]. Resp 2. Alii peccâsse Salomonem negant [z]. Probant, 1. quòd nusquam hoc nomine reprehenditur [a]. 2. Quòd initio regni vehementer commendatur [b], dicitúrque Deum amâsse [c]. 3. Apparet hoc ex Psal. 45. & ex Cantico in sacros libros relato [d]. Quæ scripta non sunt quidem hujus argumenti, (quid enim ad ecclesiam illa hoc e jam tempore celebrari?) scripta tamen sunt à Davide & Salomone, quum hâc occasione ad cœlestis illius conjugii cogitationem evecti essent, & in meditatione illius occuparentur [†]. 4. *Accepit eam*, factam [priùs] Legi subjectam [f]. Salomo eam erudiri fecit in Lege, licèt postea ab ea recesserit [g]. ¶ *In civitatem David*] i. e. In arcem in monte Sion extructam [h]. Ibi regiam suam habebat, sed angustiorem, quàm ut tantam reginam caperet [i].

2. *Attamen populus immolabat in excelsis*] Hæc excelsa, toties memorata, erant luci sive sylvæ, in excelsis collibus consiti. Talia loca deligebant gentes, 1. quòd cœlo viciniora essent; 2. quia condensa & silentia nemora, sacrum quendam horrorem incuterent. Excelsa Hebræorum erant duplicia. 1. In quibus idola colebant, de quibus Jer. 7.31. Ezec. 6.3,4. Os. 10.8. 2. In quibus Deo vero sacrificabant, ut Jud. 6. 1 Sam. 9. 19 [k]. *Attamen*, &c. q.d. Hoc tantùm committebatur contra legitimum Dei cultum [l]. רק *Cæterùm*, i.e. immolabat victimas Deo in altaribus antè constructis, & ad id ordinatis [m]. Causam

[Margin notes: † Mart. — f Mart. — g V. — h Mart. — i Me. — k Mart. — l Me. — m Mart. — n G. — o Theod. & Jo. & Ser. in La. — p La. — q San. — r Ser. Me. — s Me. sim. La. — * He. & & Theod. Procop. in Ser. — t San. — v La. — x San. — y Mart. San. — z L. E. Me. He. in. M. G. Jun. La. Ser. San. Pi. — a Me. — b F. — c Jun. E. Me. — d G. ex Jun. — † Ma. ex Jun. sim. La. — f G. sic Jun. Pi. Me. &c. — g M. ex He. — h M. sic Me. — i Jun. Ma. — k La. — l Pi. — m V.]

ſam reddit, cur Salomon priùs templum quàm domum ſuam ædificârit [n].

3. *Dilexit Dominum*] *Et amavit*, Ma. *Amavit enim*, JT. Malim, *Amabat tamen*; q. d. quanquam patiebatur populum ſacrificare in excelſis, tamen in cæteris rectè colebat Jehovam [o]. *Dilexiſſe* dicitur Dominum, & quòd ex animo eum amavit, & quòd eum victimis, aliiſque externis pietatis officiis coluit; pro his enim τὸ *diligere* interdum ſumitur [p]. τὸ *dilexit* oſtendit cultum ejus interiorem; τὸ *ambulans*, &c. cultum exteriorem [q]. Nondum corruptus erat, ſed adhuc Deo adhærebat [r]. ¶ *Excepto quòd in excelſis immolabat*] Qu. Num in hoc peccavit Salomon? Reſp. 1. Q. peccâſſe putant [s]. Vox רַק indicat Salomonem non perfectè imitatum veſtigia patris [t]. Etſi tolerabantur excelſa, in iis tamen ſacrificare non erat perfectorum hominum [v]. Excelſa ante templum licita fuiſſe negant Theod. & Procop. & To. & Ribera, quia ob hæc vituperatus eſt Salomon [x]. Locus unus erat ad ſacrificia deſtinatus, Levit. 27. Deut. 12. 13, 14. Et quia duæ tribus extra illum locum altare erexiſſent, bellum adversùs ipſos decretum erat, Joſ. 21 [y]. Et hoc peccato omnes Reges Iſrael & Juda peccâſſe dicuntur præter David, Ezechiam, & Joſiam, Eccleſ. 49. 4. David non toleravit excelſa, idémque filio mandavit; unde hîc dicitur *ambulâſſe in præceptis ſui patris David, excepto quòd in excelſis*, &c. Porrò, diſplicuiſſe hoc Deo, etiam in Salomone, vel indè colligitur; quòd obeunti varia excelſa, & in iis immolanti, nuſquam apparuerit Deus, ſed tantùm in *Gabaon*; h. e. loco legitimo [z]. Reſp. 2. Alii tamen eum peccâſſe negant; cenſéntque excelſa licita fuiſſe, non quaſi Deo abſolutè grata eſſent, ſed tanquam ab eo permiſſa, donec ædificaretur templum [a]. Non videtur (*hîc*) eſſe exceptio de integritate Salomonis eo tempore; ſed quod de populo dictum fuit, idem dictum de Salomone; nempe quia nondum ſtructum erat templum, ſacrificia ab eo facta duobus in locis; ubi erat tabernaculum, i. e. Gabaone, 2 Par. 1. 3. & Hieroſolymis ubi arca, infrà 8. 1 [b]. [Hinc JT. vertunt,] *tantummodò in iſtis excelſis ipſe ſacrificabat*; q. d. quum eſſet Dei amans, & cultor patriorum præceptorum, ideo neque ipſe alibi offerebat, neque alios offerre patiebatur, quàm ubi David ſacrificaverat, nempe Gab. & Jeruſ [c]. [Sed iſta verſio non placet Pi.] In Hebræo non eſt pronomen relativum, *iſtis*; nec articulus habet vim ἀναφορικὴν; quia non præceſſit mentio certorum excelſorum, ſed indefinitè excelſorum: ſicut & hîc. Nec *tantummodò* conſtruendum eſt cum, *in excelſis*; ſed cum verbo, *ſacrificavit* [d]. Hoc loco non taxatur Salomon; tunc enim illi licebat: quòd in altari Moſaico immolare non poſſet, quod erat in Gibeon †.

4. *Illud quippe erat excelſum maximum*] Non mole [f], vel loci ſublimitate [g], ſed dignitate [h]; quia ordinarium miniſterium ibi erat [i], & altare jugis holocauſti, 1 Par. 16. 39. & 21. 29. & 2 Par. 1, 3, 5, 6 [k]. Ibi præſtantiſſimum altare fuit, nempe æreum illud altare à Moſe factum [l]. Maxima fuit hujus excelſi religio, quia ibi adhuc ſtabat Moſis tabernaculum [m].

5. *Apparuit*] Quâ formâ Scriptura non expreſſit [n]. ¶ *Per ſomnium nocte*] Sic V. Alii, *in ſomnio nocturno*, Q. in V. Pi. *per ſomnium eadem nocte*, JT. quæ proximè ſacrificium Salomonis ſubſequuta eſt, 2 Par. 1. 7 [o]. At pronomen relativum hîc non exprimitur, ſed tantùm articulus habetur [p]. [Heb. eſt הַלָּיְלָה] Qu. Quare fuit hoc ſomnium, aut quomodo in ſomnio orare poterat? Reſp. 1. Conſtans eſt omnium ſententia, quæ & vera videtur; Salomonem in ſomnis, nec propriè orâſſe, nec meruiſſe, quia nullum habuit uſum liberi arbitrii. Interim orationi Salomonis conceſſa dicitur ſapientia, ut docet Salomon, Sapient. 7. 7. Difficultas hæc non eſt levis [q]. Sed dicendum; Deum non reſpondiſſe orationi, quam habuit Salomon in ſomnis; ſed quam vigilans habuit, aliis ſæpe temporibus [r], & eâdem illâ nocte ante ſomnum [s]; item poſt ſomnum; quia evigilans ſtatim è cubili exiluit, Deúmque adoravit, inquit Joſephus, & hanc orationem iteravit [t]. Non placuit Deo Salomon dormiendo, ſed illi apparuit Deus in ſomnis, quia vigilando & præcogitando placuerat; ait Bonaventura [v]. Aliquo modo verè oravit ſomnians; quia vehemens illa precatio pro ſapientia, quæ anteceſſit, effecit, ut ipſa ſomniantis precatio actus quodammodo humanus foret; ratione ſcilicet cauſæ, è quâ iſtiuſmodi ſomniantis precatio; quam Thomas 2. 2. quæſt. 95. art. 6. vocat cauſam interiorem. Nam

Omnia quæ ſenſu volvuntur ſenſa Diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies,

ait Claudianus. Et ſic adulterii ſomnium poteſt ad Tartarum ducere, &

Teſtis adeſt ſomno (Deus) *ſi qua eſt imitata voluptas* [x].

Sic Lucret. l. 4.

Somnia, quæ mentes ludunt ———
Non delubra Deûm ———
Sed ſibi quiſque facit. Nam cùm proſtrata ſopore
Languent membra, quies, & mens ſine pondere ludit,
Quicquid luce fugit, tenebris agit, &c.

Ita Seneca in Octavia,

Quæcunque mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer, & arcanus refert,
Velóxque ſenſus ———

Somnium, inquit Nonnus, *eſt exemplum operis peracti*. Sic Greg. Nyſſen. lib. de opuſc. hominis, *Somnia quædam ſimilia eſſe* dicit *citharæ, cujus fides etiam dum ceſſant, aut digiti, aut plectrum, adhuc tamen moventur & tinniunt*. Hinc Baſilius orat. 2. de precat. *Noli mediam vitæ partem inutilem facere; ſed tempus noctis divide, cujus partem tribue ſomno, partem precationi, imò etiam & ipſe ſomnus pietatem meditetur: ſolent enim utplurimùm imaginationes quæ in ſomnis fiunt, veluti extremæ quædam reſonantiæ eſſe curarum diuturnarum*, [fortè legendum *diurnarum*.] Et hic videtur fuiſſe caſus Salomonis [y]. Salomon vigilando rem bene & crebrò meditatus fuit, cùm dormiens eam petierit; nam quæ vigilantes cupimus, ea conſueverunt in ſomnis occurrere [z]. Reſp. 2. Probabilius videtur hoc ſomnium divinum fuiſſe, ac propriè à Deo immiſſum; nec tam ſomnium, quam viſionem propheticam vel extaſin, qualis fuit ſomnus Adæ, Gen. 2. Tale & ſomnium Abrahæ, Gen. 15. & Joſephi, Gen. 37. 5. Probatur, 1. quia vera hîc fuit apparitio Dei & locutio, quam Salomon excepit, ut prophetæ excipiebant Dei oracula per viſiones tam nocturnas quàm diurnas. Salomon reſpondet prolixè, nec minùs ſapienter, quàm vel vigilans loqui potuit. 2. Deus præmium huic poſtulationi annuit, & reverà in ſomno ſapientiam illi indidit. Ità L. & Dion. & Salm. & Suar. & Hugo, & Gloſſ. &c. 3. In 2 Par. 1. 7. ubi eadem hæc hiſtoria narratur, nulla ſomnii fit mentio, ſed tantùm quòd *apparuit Deus*. Fuit ergò vera viſio. Obj. At ſomnus impedit uſum rationis, &c. quia ſenſus tum ligantur. Reſp. In ſomno naturali hoc verum eſt, non item in divino. Poteſt enim Deus infundere ſpecies, ſine converſione ad phantaſmata, ſomnum non impedientes; aut potiùs poteſt ità confortare & clarificare phantaſiam, & vapores omnes, qui illam in ſomno impediunt, depellere, ut verè & apprehendere, & judicare poſſit; conſervatis interim ſenſibus externis in eadem diſpoſitione, quam in ſomno naturali habent; ut Suarez docet. Porrò, per noctem apparuit Dominus, quia per diem Salomon occupatus erat in immolatione hoſtiarum [a]. ¶ *Poſtula quod vis*] Sciebat quid vellet; ſed voluit eâ interrogatione attentionem renovari, & affectum ad rem præſentem applicari [b]. שְׁאַל מָה אֶתֶּן־לָךְ] *Poſtula* (ſub. *à me*) *quid dabo tibi*: i. e. quid vis ut dem tibi? vel, *Pete quid dem tibi* [c]?

6. *Feciſti miſericordiam*] i. e. Multa beneficia contuliſti in patrem [d]. ¶ *Sicut ambulavit in conſpectu tuo*] Vel *coram te*, V. i. e. ex tua voluntate, & ad tui imitationem †: q. d. cui miſericordiæ ipſe correſpondit [f]. ¶ *In veritate & juſtitia*] i. e. Citra ullam ſimulationem erga Deum, & injuſtitiam erga proximum [g].

7. *Tu regnare feciſti*] Quare cùm impoſueris hanc perſonam, tuum etiam eſt largiri, quæ ad Regnum adminiſtrandum conducunt. Regnum voluntate tuâ, non meis viribus, vel naturâ adeptus ſum; quippe juvenis ſum, & fratrem habui majorem natu [h]. ¶ *Ego ſum puer*] Quot annorum erat, incertum eſt; Scriptura non dicit [i]. Erat 12 annorum cùm inungeretur [k]. Sic Hieron. & Ignat. Et communis eſt Hebræorum, noſtrorúmque ſententia; eáque probabilis eſt [l]. Nam eo tempore natus eſt, quo Amnon ſororem oppreſſit [m]. Dices, *ſenex* vocatur cap. 11. 42. poſt 40 annos; h. e. in 52 anno ſuo:

[n] San. [o] Pi. [p] San. [q] L. [r] Mart. [s] Ità San. & Sà. in Me. T. [t] M. [v] Mart. [x] Ser. [y] San. [z] T. [a] L. & Ser. & He. in La. [b] G. [c] Ma. ferè ex Jun. [d] Pi. † V. [f] L. T. [g] Mart. [h] T ſim. L. [i] Mart. ſic Ma. ex Jun. [k] Ma. [l] V. [m] Me. [n] Me. [o] Ma. ex Jun. [p] Pi. [q] San. [r] San. ex Aug. & Thoma. [s] T. ſic Ser. [t] Ser. [v] San.

[x] Ser. [y] San. [z] Mart. [a] La. [b] Me. [c] V. [d] V. [d] Mart. [f] Me. [g] V. [h] Mart. [i] Mart. ſim. San. [k] M. [l] San. [m] Mart.

quod non videtur conveniens. Resp. 1. Quinquagesimus annus reverà pertinet ad senectutem; 2. senectus immatura accidere illis solet, qui Veneri indulgent, quod fecit Salomon [n]. Aliis exordium regni illius fuit in anno 15 vel 16 [o]. Hoc tempore Salomon erat 20 annorum [p]. Alii volunt eum regnum iniisse anno 20 [q]. [Difficultatem movet Sanctius de Roboamo; sed ea alibi commodiùs solvetur.] *Sum puer*, i. e. adolescens [r]. *Puer*, ratione, vel ætatis, vel virium ad tantum munus [s]. Plurimùm conciliat misericordiam divinam nostræ infirmitatis sincera confessio [t]. ¶ *Ignorans egressum & introitum meum*] i. e. Quomodo me gerere debeam in administratione regni [v]. Vide Num. 27. 17 [x]. Metaphora sumpta vel à puero, (quomodo se vocavit) qui, docente matre, discit egredi & ingredi in domum [y]; vel à pastoribus, qui egrediuntur domo ante gregem, & ante gregem domum ingrediuntur; vel à ducibus militaribus [z]. Hæc phrasis potestatem sign. Principes enim, qui clavem habent Regni, ingrediuntur, egrediuntúrque quocunq; libuerit [a].

8. *In medio populi*] *Esse in medio populi*, est populi curam habere, sumptâ Metaphorâ à præfectis operum, qui spectant populum sibi commissum, ut quàm diligenter peragat opus sibi injunctum [b]. Plato jubet urbem regiam in medio regionis constitui, ut Regem omnes undique ex æquo conveniant [c]. ¶ *Populi, quem elegisti*] q.d. Ut numero, ità dignitate præstant. Gravior est culpa, cùm in populum Dei peccatur; idcirco difficilis est provincia principum, qui Christianis præsunt [d].

9. *Dabisque servo tuo cor docile*, Ità Sy. sim. V. לֵב שֹׁמֵעַ] *Cor* (*mentem*, V. *animum*, JT.) *audiens*, Mo. Ti. vel *intelligens*, Jon. M. P. Pi. *sapiens*, Ar. &. in Mar. Princeps qui audit, est sapiens; sed & *audire* est obedire; nempe nemo imperare scit, nisi qui obedire novit †. Cor obediens Deo [f]. Cor capax divinarum legum [g]; quod doctrinam, id est, prudentiam à te audiat, & in se hauriat [h]. Cor docile, ut cùm illi desit ætas, judicium, & experientia, sapientum consiliis adhæreat, & ab iis se Regi sinat [i]. *Sapientiam* (circa agenda) *& intelligentiam* (legis) 2 Par. 1. 10 [*]. ¶ *Et populum tuum judicare possit*] Id est, lites populi tui [k]. Consiliarii parùm prosunt principibus sapientiâ destitutis, quippe qui, dum varia illis consilia proponuntur, sæpe deteriora admittunt [l]. ¶ *Quis enim poterit*, &c.] Sine tua speciali illustratione [m]. ¶ *Populum tuum multum*] Heb. *gravem*, ut Num. 20. 20 [n]. Est & Romana phrasis. *Grave & graviter multum sign.* inquiunt Nonius & Titinnius, *Placere hoc cœpit graviter*, ait Cæcilius. Sic Gen. 50. 9. Exod. 10. 14 [o].

10. *Placuit ergo sermo*] Quia petitio erat ordinata ad divinum honorem, ad propriam salutem, & ad bonum populi regimen [p].

11. *Dies multos*] i. e. Longævitatem. ¶ *Aut animos inimicorum*] Scil. ad adimendum eas [q], ultionem, & mortem inimicorum [r]. ¶ *Sed postulâsti tibi sapientiam ad discernendum judicium*, הָבִין לִשְׁמֹעַ מִשְׁפָּט] *Intelligentiam* (*intelligere*, Mo. *discretionem*, JT.) *ad audiendum* (*ad intelligendum*, JT.) *judicium*, Jon. P. *intelligentiam, & discretionem in judicio*, M. *Ut intelligeres, & audire posses judicium*, Ti. sim. Pi. id est, audire litigantes in judicio [s]. Nimirum, Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον. (*Nulla possessio est sapientiâ præstantior.*) Simil. Sophocles & Menander [t].

12. *Dedi tibi cor sapiens*] Sed David antè eum *sapientem* vocaverat, cap. 2. Resp. Auxit Deus priorem sapientiam, & cor ejus dilatavit ad facilè percipiendum tam experientiâ, quàm studio, majorem sapientiam. Utroque enim modo profecit, Eccles. 1. & 2 [v]. Cavendum nobis est, 1. nè à bonis quæ accepimus, per negligentiam, vel ingratitudinem, excidamus; 2. ut bona illa in nobis augeantur [x]. Qu. Qualis erat hæc sapientia, & quomodo data? Resp. 1. Mens sapiens & sagax, sive prudens, sub. *in agendis rebus* [y]. Prudentia ad populum regendum; illam enim petierat [z]; ad intelligendum & præstandum, quæ erant officii sui [a]. Resp. 2. Verùm non illam solùm, sed & artes omnes atque scientias simul divinitùs infusas accepit [b]. Quod probatur, 1. Ex *Sapient.* 7. 17. (ubi hoc de se affirmat) & Eccles. 47. & 1 Reg. 4. 29. 2. Ex comparatione cum Orientalibus & Ægyptiis, qui in his excelluerunt. 3. Ex effectis hoc capite

n San. ad v. 1. o To. in San. p La. q L. ad 1 Reg. 11. in San. r Me. s Ser. t San. v V. sim. Jun. Pi. Ma. M. x Jun. y La. z V. a San. b V. c Ma. d Mart. † Mar. f Me. sim. V. g Var. h La. i San. * G. sim. San. k V. l Mart. m L. n Jun. o BA. 2. 4. 17. 55. p L. q Pi. r Me. s Pi. t G. v Me. x Mart. y V. z Caj. in San. a Jun. b San. sim. La. T. Ser. Mart.

v. 17. & cap. 4. 32. & cap. 10 [c]. Tot autem rerum intelligentiam Salomon assequi non poterat, sive ante initum regnum, cùm parvulus esset; sive postea, cùm templo & reipublicæ mentem impenderet, adeóque otium non habuit ad studia disciplinarum [d]. 4. Etiam artes, &c. in scriptura vocantur *sapientia* infrà 7. 14. & Exod. 31. 3, 4 †. Resp. 3. Accepit & sapientiam supernaturalem, sive mysteriorum fidei [f]; quantum satis erat ad suam & populi salutem [g]. Resp. 4. Hanc sapientiam accepit, & quantitate maximâ, respectu objectorum ab ipso comprehensorum, quæ erant sicut arena maris, infrà 4. 29. & modo perfecto, ut habitus scilicet haberet, non actus tantùm, ut in prophetia; deinde per infusionem, non per studium & laborem [h]; & gradu valde intenso, & ità ut oblivisci non posset [i]. ¶ *Nullus ante te similis tui, nec post te*] Qu. Quomodo hoc verum? Num sapientior fuit Adamo, Mose, Apostolis, &c? Resp. 1. Verum hoc est, licèt pauci excipiantur; Nam universale signum non semper significat universaliter [k]. 2. Non comparat cum omnibus, sed tantùm *Regibus*, & quidem *Israelis* [l]; quod vers. seq. exprimitur. Ellipsis hîc est vocis ex membro sequenti repetendæ, ut Num. 9. 5. Jos. 3. 3 [m]. 3. *Nullus*, scil. eorum qui studio & industriâ sapientiam acquisiverunt *similis erit tui*; Adamo autem & Apostolis scientia infusa erat à Deo [n]. 4. Sapientior erat Adamo & Mose & Apostolis, nempe in rebus naturalibus & politicis; non item in mysteriis fidei [o]. Plerique tamen sentiunt Adamo, utpote humani generis parenti, ad posterorum instructionem & gubernationem, plus sapientiæ infusum fuisse [p]. Adamus enim erat perfectionum exemplar, ad quas in hac vita homo evehi potest [q]. Salomon erat Mose sapientior in rebus naturalibus, non divinis [r].

13. *Dedi tibi divitias & gloriam, ut nemo similis tui*] Hæc dedi tibi velut ἐπίμετρον, Matt. 6. 29 [*]. At 2 Par. 1. 12. est *dabo*. Resp. 1. Jam dedit opes plurimas, nempe à patre quæsitas; 2. *Dedi*, i. e. dabo & certò & brevì. Quæ sic fiunt, solent per præteritum explicari [s]. Qu. Quomodo hoc verum, cùm in his præcelluisse videntur Alexander, Augustus, Sinarum Rex, &c. Resp. 1. Hoc intelligendum est de istis tribus simul concurrentibus; scilicet sapientiâ, gloriâ, & divitiis [t]. 2. Intelligendum hoc de regibus Israelis futuris, ut ipse explicat Eccles. 2. 7 [v].

14. *Si ambulaveris*, &c. *longos faciam dies tuos*] Loquitur בתנאי *cum conditione*: & quoniam illam non servavit, non prolongavit ejus dies, nec vixit ultra 52 annos [x]. Noverat Deus eum non *ambulaturum in viis Domini*, cur ergo eum admonet? Resp. Ut cum decurtarentur ejus dies, & adversa acciderent, id non crederetur temerè, vel casu fieri, sed judicio Dei certo ac severo [y].

15. *Evigilavit, & intellexit quòd esset somnium*] Scil. divinitùs immissum [z]; vel, quodnam esset somnium; vel, quid somnium illud portenderet [a]. וַיִּקַץ וְהִנֵּה חֲלוֹם וגו׳ *Et evigilavit, & ecce somnium*, M. Mo Jon. Pi. Sic P. Ti. V. sub. *erat*, q. d. Non fuerat res ità gesta, sed erat somnium. Sic Gen. 41. 7 [b]. Sensit se somniâsse, ac cœpit meminisse somnii tam magnifica promittentis [c]. Ecce somnium aderat, nimirum ejus menti atque animo: Divina somnia firmiùs retinentur [d]. Divinum somnium fuisse intellexit ex ipso effectu, & fructu inde consecuto, nempe maxima sui mutatione ex sapientia infusa †. Sensus est; In se experiebatur datum sibi munus sapientiæ, etiamsi somnium esset [f]. *Cùm autem evigilâsset Salomon, viso somnio, venit ad Jerusalem*, Sy. *Experrectus —— & sciens id quod viderat esse visionem à Deo factam venit*, &c. Ar. *Deinde expergefacto Salomone, quum ecce adesset somnium, venit*, &c. JT. i. e. quum, abeunte somno, sentiret somnium non fuisse evanidum; sed ornatum se esse donis, quæ in somno promissa fuerant [g]. Sed alienum hoc à simplicitate literæ, & supplementum videtur audacius [h]. Ostendit hic locus somnia non semper esse vana; & in iis Deum etiam vera prædicere [i]. ¶ *Cùmque venisset*, &c.] Heb. *Et venit Jerusalem*, non solus, sed cum magna procerum turba, ut constat ex Paralipom. ¶ *Stetit coram arca*] Ut Deo gratias ageret de promissione & dono [k]. ¶ *Et grande convivium*] Non enim tantùm holocausta obtulit, sed etiam pacifica, quorum hæc

c Ser. d San. † Ser. f La. g Mart. h Ser. i La. ex Ser. k San. sim. Me. l V. sic Glass. L. Mart. m Glass. gram. 724. n La. ex Ser. o La. ex To. p San. q Me. r He. in V. * G. s San. t L. sim. Mart. Ser. v San. sic Mart. x M. y Mart. z Me. F. T. sic La. San. a San. b Pi. c V. d Mart. † T. ex San. f M. g Jun. h Pi. i V. k Mart.

hæc ratio erat, ut pars domino, pars ſacerdoti cederet; reliquum verò comederetur inter eos, qui domum attulerant [k]. Hic erat, veluti nuptialis Salomonis, cum ſapientia; vel natalis, quum natus ſit ſapiens. Tales autem dies feſti erant [l].

16. *Duæ mulieres meretrices*] Ità Sy. ὁ. in G. M. Ma. Ti. P. Si tales erant, præter aliarum meretricum morem, & pariunt, & fœtus ſuos amant [m]. Joſepho ἑταῖροι τὸν βίον, extraneæ, ſcilicet, non comprehenſæ Lege, Deut. 23. 17 [n]. זונות *Cauponariæ*, Jon. & doctiores in V, ſic JT. Pi. Utrumque vox ſign. vide ad Joſ. 2. 1. Eorum mariti tum fortè aberant negotiationis ergò [o]. Meretrices non fuiſſe multa docent, 1. quòd tales nec ſolæ noctem tranſigere, nec liberos eniti ſolent; ut de his dicitur [p]: Verùm meretrices non concipere verum eſt, non de omnibus, ſed tantùm de iis, quæ paſſim, & multis vulgant corpora [q]. 2. Tales Hieroſolymis non paſſus fuiſſet David [r]; 3. Nec tales regios oculos ſubire auſæ fuiſſent [s]. Alii tamen meritrices fuiſſe volunt [t]; quia nulla maritorum mentio eſt [v]; & ſolæ erant in domo [x]; & ipſæ per ſe litem conteſtantur. Sunt enim meretrices iracundæ, impudentes, litigioſæ [y]. Apertè cauponariam exercebant, clàm verò ſpecie cauponæ meretriciam; nam publicas atque famoſas meretrices fuiſſe, credibile non eſt [z]. ¶ *Ad regem*] Nam & rex judicabat, erátque inter eum & Senatum præveniendi jus [a]. Erant judices inferiores; ſed, 1. cauſa hæc difficilior erat; 2. fortè mulieres ad ſummum tribunal appellaverant. Voluit Deus; ut novus Rex percepti doni & ſpecimen haberet, & aliis daret; ut authoritas illi adderetur [b].

17. *Obſecro, mi Domine*] q. d. Fer mihi opem [c].

18. *Tertiâ die, &c.*] Igitur infantes ætate non poterant internoſci; veriſimile eſt & puellos fuiſſe. ¶ *Nullus alius nobiſcum*] Teſtibus ergò, tabulis, argumentis agi non poterat [d]. ¶ *Oppreſſit eum*, שָׁכְבָה עָלָיו] *Jacuit* (*incubuit*, Jon. P. ſic Ar. Ti. JT. *dormiebat*, V.) *ſuper eum*, Mo. i. e. dormiens oppreſſit illum [*]. Dicit hoc ex conjectura; cùm nulla præceſſiſſet infirmitas [†]. Fortè crimen infanticidii, quod ſibi ab æmulo ſtrui ſuſpicata eſt, à ſe depellere, & alteri objicere voluit; quia forſaſſe ſupplicium erat ſive ex lege, ſive ex conſuetudine conſtitutum non tantùm iis, qui ultrò, ſed iis etiam qui per incuriam, infantes opprimerent, quod poſteà decretum legimus apud Burchardum [f].

20. *Noctis ſilentio*] Heb. *mediâ nocte*. Nox idonea furtis, & maleficiis [g]. ¶ *Tulit filium meum*] Non prolis amore, ſed ex invidia [h]. ¶ *De latere meo*, ſic JT. מֵאֶצְלִי] Ad verb. *de apud me*, V. *qui erat apud me*, P. *à propinquitate mea*; i. e. ex eo loco qui erat propè me [i].

21. *Filio meo*] Quem ſcilicet meum eſſe putabam [k]. ¶ *Diligentiùs intuens*, וָאֶתְבּוֹנֵן אֵלָיו] *Et intendi ad eum*, Mo. *animadverti de eo*, JT. *conſideravi eum*, P. ſic M. Ti. (vel *contemplata ſum*, Jon. Ar.) *diligenter*, Ti. ſic V.

22. *Contendebant*] Eadem verba repetentes, quod non debet judicibus grave & moleſtum eſſe. Quid hîc faceret Rex? Non poterat recurrere ad mores & vitas petentis & negantis; cùm pares eſſent, & utræque viles. Nihil probari potuit. Sed cur quæſtionibus & tormentis non agebatur? Dicerem eâ ætate hoc genus examinis fortè non fuiſſe in uſu; nec in lege Dei adhibitum legimus. Dubiæ item ſunt tales probationes; cùm in eis non ſuperent magìs veraces, ſed magis robuſti & pertinaces. Salomon ergò ad conjecturas deſcendit, quod neceſſe erat [l].

24. *Afferte mihi gladium*] Puerile hoc judicium populo primùm videbatur, inquit Jo. 8. 11 [m]. quaſi vellet gladio ſecare cauſas [n].

25. *Dividite, &c.*] q. d. Satellites præparent ſe ad hujuſmodi ſectionem [o]. ¶ *In duas partes*] [Ità plerique.] לִשְׁנַיִם *In duas*, Mo. *in duo*, M.

26. *Commota ſunt viſcera*, ſic P. M. V. נִכְמְרוּ רַחֲמֶיהָ] *Incaluerant miſerationes ejus*, Mo. Sy. *æſtuabant* (vel *calefacta ſunt*, Mar. *contorta*, Sy. *rotabantur*, ſeu *volvebantur*, Jon in M. *incaluerant* miſeratione, Ti.) *viſcera ejus*, JT. *viſcera* ſynecdochicè *cor* ſign. quod affectu amoris & miſericordiæ quaſi incendi atque inflammari ſolet [p]. *Miſeratione commota fuit*, Ar. V. ¶ *Obſecro*, בִּי] *Quæſo*, q. d. Parce puero; ſubticet enim reliqua præ dolore: quæ omnia ſunt ſigna animi perturbati [q].

27. *Hæc eſt enim mater ejus*] Apparet hinc ἀγχίνοια (*ſolertia*) Salomonis egregia [r]. Magni judicii eſt hominum internos ſenſus explorare, cùm nulla apparent indicia. Sic Eraſiſtratus detexit morbum Antiochi Seleuci filii, qui matris amore languebat [s]. Inter ſigna εἰκότα (*probabilia*) validiſſimum eſt ad matrem indagandum στοργή [t]. Non diſſimile illud Ariopharnis Regis Thracum, qui de tribus, quorum ſinguli ſe Cimmeriorum Regis filium eſſe dicebant, eum pro filio habuit, qui juſſus cadaver patris jaculis inceſſere, noluerat; rejectis duobus, qui illud transfixerant [x]. Item Claudii, qui fœminam non agnoſcentem filium, dubiâ utrinque argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimonio juvenis; ut ait Sueton [y]; eo enim negato, quod horrebat natura, filium agnovit [z]. Hæ ſunt illæ fraudes quibus uti Magiſtratum bono ſubditorum & medicamenti vice vult Plato de Rep. 5 [a]. Matri quidem veræ metum injecit, ſed brevem; & ut jugi periculo perdendi filium liberaret [b]. Quid fecit alteri mulierculæ, non refertur, quia non erat ad ſcopum. Crimen tamen ſatìs grave erat, nempe plagii [c].

Marginal notes: [k] Mart. [l] San. [m] V. [n] G. [o] V. [p] San. [q] Me. [r] Mart. [s] San. [t] Ità Salian. & Pined. &c. in La. Me. [v] Me. La. [x] Me. [y] La. [z] Jun. Pi. [a] G. [b] Mart. [c] V. [d] Mart. [*] V. [†] M. [f] San. [g] Me. [h] Me. [i] Pi. [k] Me. [l] Mart. [m] San. [n] Mart. [o] E. [p] Pi. [q] V. [r] G. [s] San. [t] G. ſim. La. Ser. G. ex Diod. Sic. [x] La. [y] G. [z] La. [a] G. [b] La. [c] Mart.

C A P. IV.

1. **R**Egnans *ſuper omnem Iſraelem*] i. e. Magno omnium conſenſu regnavit [d]. Vel ſic; *regnans*, &c. nempe initio Regni ſui, quod non contigit Davidi [†]. Vel Salomoni hoc attribuitur reſpectu ſucceſſorum ipſius, quorum nemo ſic regnavit [f]. ¶ *Principes*] Viri primarii, ſupremos magiſtratus in curia gerentes [g].

2. *Azarias filius Sadoc Sacerdotis*] Filius, i. e. nepos; Erat enim filius *Achimaas*, qui erat filius *Zadoc* [h]. Ità הַכֹּהֵן eſt genetivi caſûs [i]. [Aliis eſt nominativus] בֶּן־צָדוֹק הַכֹּהֵן *Azarias filius Zadoci ſacerdos*, Q in Ma. ut ſimul cum patre fungeretur officio ſummi ſacerdotis [k]. Vel, erat proprius Salomonis ſacerdos, qui apud ipſum verſaretur, & pro eo quotidie preces funderet, & victimas immolaret [l]. Alii, ſic; *Filius Zadoci* (non ſacerdotis, ſed alterius [m]) *præſes*, JT. Pi. nempe ſummus [n], ſive, vices regis agens in regni totius adminiſtratione. Sic diſtinguitur ab eo præſide, v. 5 [o]. כֹּהֵן, *princeps*, ſub. *principum*; i. e. primus ex principibus aulæ Salomonis [*]. Vox כֹּהֵן tam politicum quàm eccleſiaſticum præſidem ſignificat. Vide ad 2 Sam 9. 4. vel, ſecundùm diſtinctionem veterem, cap. 8. v. ult. *Sacerdos* hîc non eſt. Nam principes in genere ſacerdotali indicantur demum v. 4 [p]. Potiùs hîc ſign. *intimum* (q. d. *ſacratiſſimum*) *regis* [q]. Alii conjungunt hunc cum ſequentibus [r]; hic cum duobus ſequentibus ſcriba erat [s].

3. *Elioreph & Ahia filii Siſa ſcribæ*] Quod munus eſſet ſcribæ diximus 2 Sam. 8. 17 [t]. Vide ad Eſth. 3. 12. vel, *ab epiſtolis*. Gallicè, *Secretaires des commandemens* [v]. Hi decreta regum literis exarabant. David unum habuit ſcribam; (nempe *Ziſam* hunc, qui in ea functione liberos inſtituiſſe videtur) Salomon duos, quia hujus regnum multò latius erat [x]. Scribarum munus erat ſcripturas rectè legere, & interpretari [y]. ¶ *A commentariis*, מַזְכִּיר] *Memorator*, ut 2 Sam. 8. 16. Jun. Pi. ſic ὁ. in G. Qui id munus obit, μνήμων Ariſtophanis Scholiaſtæ in Nebulis; *Magiſter memoriæ*, L. eos qui C. de Excuſationibus munerum lib. 10. Anglis, *Rememorator*; Gallis, *Magiſter libellorum ſupplicum* [z]. Vide 2 Sam. 8. 16. Hic omnia redigebat in Acta, *Le Greffier*. *Hiſtoriographus*, qui mandabat literis res geſtas Salomonis [a].

4. *Super exercitum*] *Magiſter militum*, G. ¶ *Sadoc & Abiathar ſacerdotes*] Nempe ſummi [b]; i. e. Principes ſacerdotum. Hi duo erant, ut alter alterum ſublevaret. Quorum alter *Pontifex primarius* dicebatur; alter, *Pontifex, qui obtinebat ſecundas partes*; Gallicè *Le Suffragant* [c]. Sacerdotes primarii, in ordinibus à Davide conſtitutis, 1 Chron. 24 [d]. Qu. Sed quomodo *Abiathar*

Marginal notes: [d] V. ſim. Mart. [†] Q. in V. [f] Pi. [g] Me. [h] V. [i] Mart. [k] Ma. [l] Mart. [m] Jun. [n] Pi. [o] Pi. ex Jun. [*] V. [p] Pi. [q] Ma. [r] Mart. [s] Me. [t] Me. [v] V. [x] Mart. [y] Salian in Me. [z] G. [a] V. [b] T. V. [c] V. [d] Jun. Pi.

athar inter sacerdotes ponatur, qui antè dejectus fuit? Resp. 1. Alius hic fuit ab illo †. 2. Sic vocatur, quia talis olim fuerit [f]; ideóque nomen & dignitatem retinebat; ut solent Episcopi, qui Episcopatu cesserunt [g]. Sadoc re, [sacerdos erat.] Abiathar solo nomine; ut *Vacantes* in Imperio Constantinopolitano [h]. 3. Revocaverat ipsum Salomon, (confirmatus in regno [i],) non quidem ad summum sacerdotium, sed, ut ministraret in templo, & viveret de altari, juxta prædictionem, 1 Sam. 2 [k]. 4. Recensentur hîc omnes officiales Salomonis, sive qui jam tum erant, sive qui fuerant, sive qui futuri erant, ut patebit v. 11. & 15 [l]. quidam per Anacephalæosin, repetitis, nominibus, & ministeriis; quidam denique per prolepsin, anticipatâ narratione commemorantur, ut v. 11. & 15. ubi dicuntur quidam filias Salomonis duxisse, quod non nisi multis pòst annis contigit [m].

5. *Super eos qui assistebant regi,* [עַל הַנִּצָּבִים] *Super præfectos*, M. P. Mo. V. Ti. Jun. sim. Jon. Sy. vel *curatores*, Ar. *sitarchos*, JT. P. illos duodecim, de quibus v. 7 [n]. qui scilicet erant curatores mensæ regiæ [o]. Heb. *super constitutos*. Synecdoche generis [p]. Ad eum cæteri confugiebant, reddentes rationem expensorum [q]. Alii, super consiliarios; Præses consilii Regii [r]. ¶ *Zabud filius Nathan sacerdos,* Ità Mo. M. Ti. Ma. P. [כֹּהֵן] *Princeps*. Erat Aularcha; i. e. princeps aulæ [s], *præses* nempe regii consilii [t]. Alii sic, *filius Nathan sacerdotis,* Jon. Sy. Ar. ¶ *Amicus regis,* [רֵעֶה] *Socius, sodalis*, V. *familiaris*, ὁ. in Pi. charus Regi. Ital. *Favorito*; vel nomen est muneris alicujus [v]; intimus, arcanorum particeps [x]. Nathan nutrierat Salomonem; propter quod, filios ejus honorabat [y].

6. *Præpositus domûs*] Ità V. Magister aulæ magnus [z]. *Oeconomus*, ὁ. in Pi. Major domûs, qui reciperet in aulicorum numerum, & ab aula repelleret [a]. *Comes rei privatæ* Constantinopoli [b]. ¶ *Super tributa*] i. e. Præerat tributis exigendis [c]. עַל הַמַּס *Super tributum*, P. Pi. scil. personale. Synecdoche generis [d]. *Comes sacrarum largitionum* †; *præfectus delectui*, de quo infrà 5. v. 14 [f].

7. *Præfectos*] Heb. *constitutos*, [ut priùs] nisi malis, *constitutores*, qui scilicet constituebant culinam regis. Et sic Pharisæi dicuntur פְּרוּשִׁים *pheruschim*, id est explanatores, formâ vocis passivâ [g]. ¶ *Qui præbebant annonam regi,* [וְכִלְכְּלוּ אֶת הַמֶּלֶךְ] *Qui alebant regem*, P. V. Præbebant ei necessaria [h]. Neque annonam videntur gratis cepisse, sed pretia dissolvebant. Facta autem est horum partitio juxta fœcunditatem agrorum; non autem distributi erant per singulas tribus; quoniam hæ nec magnitudine, nec fertilitate pares erant [l].

8. *Benhur,* [בֶּן־חוּר] *Filius Hur*. Vocavit nominibus patrum suorum, quòd notiora essent; subaudiendum autem, *præerat*; *manebat, regebat, administrabat* [m].

9. *In Macces*] i. e. In tractu qui obtigerat tribui Danis, Pelischtæis contermino: unde nomen habet quod sonat finem, quasi dicat, terminalem tractum [n]. ¶ *Et in Elon, & in Bathanam*] Heb. *Et Elon Beth-hanan*; i. e. Et in Elon quæ sita erat in loco qui dicebatur *Beth-hanan* [o].

10. *In Aruboth*] Nomen tractûs in Jehuda [p]. ¶ *Socho*] De qua Jos. 15. 35 [q]. Ea duplex erat, una in planitie, ibid. altera in monte, Jos. 15 48. sed erant vicinæ [r]. ¶ *Terra Hepher*] Alter tractus Jehudæ, possessus à Chephero filio Aschuris, 1 Chron. 4. 6 [s]. Diversus ergo est à Chepher Zebulonis, Jos. 19. 13 [t].

11. *Nethath Dor*, Ità Sy. Ar. [נָפַת־דּוֹאר] *Clima* (*tractus*, JT. Pi. *terminus*, P. M. Ti. *regiones*, Jon.) *Dor*, Mo. In Manasse cis Jordanem, Jos. 17. 11 [v]. ¶ *Filiam Salomonis*] Anticipatè hoc dicitur; nondum enim nubiles filias habere potuit [x].

12. *Thanac & Megiddo*] In Manasse cis Jordanem [y]. Ibi & sequens *Bethshan* [z]. ¶ *Juxta Sarthana*] De qua vide Jos. 3. 16. ¶ *Usque Abelmehula*] De qua Jud. 7. 22 [a]. ¶ *Jennaan*] *Jokmehamum*, in termino Zebulonis, Jos. 19. 11. & 21. 34 [b].

13. *Avothjair*] Est nomen proprium [c]. *Villæ* (*vici*, Jon. in Mar. *civitates*, ὁ. in Mar.) *Jair*, JT. De quibus Num. 32. 41 [d]. & Deut. 3. 14. Comprehendebant hæ ea quæ sequuntur in hoc versu †, quæ omnia διαιρετικῶς adjecta sunt, nè intelligantur hæc de illis alteris villis

† Q. in E. [f] Kim. in Mart. [g] Ser. in La. [g] Me. [h] G. [i] E. [k] L. E. [l] La. [m] T. ex San. [n] V. sic M. [o] L. [p] Jun. Pi. [q] G. [r] Pi. [s] Mart. [t] Me. [s] Mart. [t] Jun. Pi. [v] Q. in Me. [x] Mar. [y] L. [z] Jun. Pi. [a] Mart. [b] G. [c] V. Me. [d] Pi. † G. [f] Jun. Pi. [g] Pi. [h] V. [l] Mart. [m] V. [n] Jun. [o] V. [p] Jun. [q] Jun. [r] Ma. [s] Jun. [t] Ma. [v] Jun. Ma. [x] Me. ex L. He. in Mart. San. [y] Ma. ex Jun. [z] Ma. [a] Jun. Ma. [b] Jun. [c] Mar. [d] Jun. Mar. † Mar.

Jairis, de quibus Jud. 10. 4 *. ¶ *Civitatibus magnis atque muratis*, &c. [חוֹמָה וּבְרִיחַ נְחֹשֶׁת] Ad verb. *murus & vectis æris*, Mo. *urbes* munitæ *muris & vectibus æneis*, M. sic P. vel *chalybeis*, JT. *muris, repagulis & seris*, Ti. *muris, portísque æneis cum vectibus* (vel *seris*, Sy.) *suis*, Ar. Sy. Per *repagula ænea* intelligo portas firmatas repagulis [f]. ¶ *Quæ habebant seras æneas*, Vulg. Ex more antiquo [g].

16. *In Baloth,* [וּבְעָלוֹת] *Et in Haloth*, Mo. sic Ma. Jon. Sy. Ar. M. Ti. P. *in superioribus* partibus; i. e. in montanis, quorum pars ad Danem, pars ad Ascherem pertinebat: pars à Schelomone fuerat recens acquisita, 2 Chron. 8 [h]. ¶ *In terra Galaad*] Scil. reliquâ ab ea, quam suprà vers. 13. nominavit [i].

19. *Super omnia quæ erant in illa terra,* [וּנְצִיב אֶחָד אֲשֶׁר בָּאָרֶץ] *Et præfectus unus qui in terra*, Mo. *Et præfectus unicus* erat qui præerat *illi terræ*, P. sim. Ti. JT. Mar. V. vel, in tota illa regione [k]; quæ fuerat duorum regum [l]; q. d. quamvìs admodùm ampla esset [m]. *Et præfectus unus erat, qui fuit per totam terram*, M. Præterea erat *unus* qui præerat in tota *terra*, sub. *Israel*; nempe cui subjecti erant 12 illi præfecti [n]. *Hi ergò præfecti inierant possessionem terræ*, Sy. *Et quilibet horum curatorum vacabat terræ suæ & ditioni suæ*, Ar.

20. *Comedentes*, &c.] i. e. Cum magna animi securitate & lætitia viventes [o]. Ergò si quid pendebant Regi, totum id eis bene compensabatur [p].

21. *A flumine terræ Philistiim*] Ità Mo. Sy. τὸ *terræ* nè refer ad τὸ *flumine*, (nam Heb. est נָהָר absolutè positum, non נְהַר, uti esse deberet in regimine genitivi, si regeret genitivum *terræ*) sed ad τὸ *regna*; q. d. obtinebat omnia regna terræ Philistim, à flumine, id est quæ interjacent ab Euphrate ad terram Philisthiim inclusivè [q]. מִן הַנָּהָר אֶרֶץ וגו׳ *Quæ à flumine Palæstinæ terræ*, &c. Ca. *Ab aqua quæ est in regione Philistinorum*, Strig. Qu. Quodnam sit hoc *flumen terræ*? Resp. 1. Rivus Rhinocoluræ, qui disterminat Philistæam ab Arabibus [r]. 2. Jordanes, vel potiùs origo Jordanis in Libano [s]. 3. Euphrates [t]. *A flumine illo* (i. e. Euphrate) *& à terra Philisthiim*, &c. Præpositio מִן uno loco posita altero suppleatur [v]. *A flumine* vel *fluvio terram* (usque ad *terram*, Jon. M. P. Ti.) *Philisthiim*, G. i. e. ab Euphrate [x], ut apparet ex sequentibus [y]. Hic per antonomasiam sic plerumque vocatur [z]. Hic est ad Orientem terræ sanctæ. Describitur latitudo imperii Salomonis. *Phelisthiim* erant ab Occidente; Ægyptus à Meridie: Septentrionalis partis paulò pòst fit mentio [a]. Non intelligit omnia Regna adjacentia fuisse Salomoni subdita; sed quòd eorum Reges timebant Salomonem, & *mittebant*, &c [b]. ¶ *Ad terminum Ægypti*] Hic terminus erat amnis Sichor, Jos. 13. 3. iisque à meridie [c].

22. *Cori*] Est כּוֹר *corus* idem quod חוֹמֶר, continétque triginta Sata & decem mensuras Ephi. De quibus vide Exod. 16. 36. & Levit. 5. 11 [p]. Cùm ergo singula sata, quæ & modii dicuntur, singulis hominibus in diem unum sufficiant; sequitur panem Salomonis quotidianum 2700 hominibus suffecisse [q]. Magna hæc affluentia videri posset; sed habuit plurimas uxores; item cantatrices, &c. & maxima ex parte hæc pertinent ad magnificentiam [r]. ¶ *Farinæ*] Crassioris scilicet: nam simila erat tenuior farina [s].

23. *Boves pascuales*, [sic omnes.] [בָּקָר רְעִי] *Boves pascuæ*, Jon. Mo. non saginati, quibus opponuntur *pingues* [t]. Capitur רְעִי pro מִרְעֶה [v]. ¶ *Bubalorum*, [וְיַחְמוּר] [De qua voce vide quæ ad Deut. 14. 5. congessimus.] ¶ *Et avium altilium*, [בַּרְבֻּרִים אֲבוּסִים] [Variè reddunt;] 1. *Aves* (*capones*, Mo. V. Pomar. & Aquin. in BA. *galli*, P. & RS. in BA.) *saginatas*, Jon. sim. Sy. Ar. (vel *castratas*, M. vel *electas*, ὁ. in BA. & in Pi.) Non placet; 1. אֵבוּס in S. scriptura est *pecudum*, aut *jumentorum præsepe*; non *avium saginarium*. 2. Si *aves* intellexisset, nulla est ratio, cur צִפֳּרִים i. e. *aves* disertè non nominaverit. Idémque de *gallis*, &c. objici potest. 2. Quibusdam בַּרְבּוּר est pro אֲבַרְבּוּר ab אֵבֶר *ala*; Ità *volucres* in genere sign. Hoc sequi videntur Jo. & Chald. & Sy. & Ar. & Vulg. & Levi, & Mardoch. Sed res est propè sine exemplo, ut prima Radicalis excidat ex Nominibus, quæ fiunt ex Quiescentibus *Pe Aleph*. 3. Aves hæ erant ex Barbaria allatæ; Ità Baal Aruch. item

* Jun. [f] V. in Tig. not. [g] G. [h] Jun. [i] Ma. ex Jun. [k] V. [l] Jun. G. [m] Os. [n] Q. in V. [o] V. [p] Mart. [q] La. [r] T. o. in La. T. [s] Q. in La. [t] La. [v] Mar. [x] G. Ità V. Jon. Me. T. Pi. &c. [y] G. [z] Ma. [a] V. [b] V. ex M. [c] Pi. [p] M. Me. [q] Me. [r] Mart. [s] V. [t] V. [v] M.

item K & Elias ex RR. Quod non debuit tanto sibilo excipi, quasi *Barbariæ* nomen sit hodie & heri natum. Nam præter illam *Barbariam* ad occasum Africæ, quæ mari mediterraneo objacet; est & alia *Barbaria*, cujus nomen multò antiquior erat, nempe Æthiopica & orientalis, ad Arabicum sinum, sive Rubrum mare: quam memorant Ptol. Arrian. Steph. necnon Talmud. & Paraphrastæ. Inde ergò afferri potuere meleagrides, quarum ibi magna copia, testibus Agathare & Diod. &c. Porrò in Rubro mari classem instruxit Salomon, unde in illam Barbariam iter erat. Sed neque hoc placet; 1. Tunc non dicerentur *barburim*, sed *Barbarim*. 2. Nec constat illam Barbariam ævo Salomonis ità fuisse dictam. 3. Cur in censum venirent potiùs Barbaricæ istæ aves, quàm tot aliæ in Judæa, & vicinis regionibus natæ [x]? Alii vertunt, *saginata & altilia*, Ti. *altilia, ad præsepia*, Os. *lectissima quæque altilia*, BA. JT. Pi. Heb. *præsepiata*, id est, quæ ad præsepia saginantur [y], non ut alia in pascuis. Placet hæc versio; Nam 1. in ea asserenda conspirant seniores cùm Talmudicis; unus è Græcis reddit ἐκλεκτῶν σιτευτά; σιτευτὰ verò dicuntur *animalia, quæ inclusa saginantur*. 2. Favet analogia; sicut à חָרַר *ardere* est חַרְחוּר *summus ardor*, Deut. 28. 22. Sic à בָּרַר *eligere*, fit בַּרְבּוּר *res lectissima*, radicali prima geminatâ, ut significatio sit intensior. Sic à קָלַל est קְלוֹקֵל *res levissima*, vel *vilissima*; à צָלַל est צְלָצַל *umbra densior*. 3. Oves *electæ* vocantur בְּרֻרוֹת in loco quasi parallelo, Nehem. 5 18. ideóque בַּרְבֻּרִים propter literam geminatam sunt electissima [z].

24. *A Thapsa usque ad Gazan*] Heb תִּפְסַח; Qu. Quisnam hic locus? Resp. Alia hæc videtur ab illa *Thapsa*, de qua 2 Reg 15. quia illa non fuit trans flumen, (quod de hac Thapsa dicitur) sive Euphratem, sive Jordanem intelligas. Sed prope Thersam, quæ olim caput erat decem tribuum [a]. Sunt hi termini latitudinis regni ejus, sicut v. 21. erant termini longitudinis. Itaque *Taphsa* erat ultra Jordanem [b]. *Thapsa* hìc opponitur *Gazæ*: unde videtur sita fuisse juxta Euphratem [c]. Haud dubiè id oppidum quod olim *Thapsarum* vocatum dicit Plin. 5.24. ad Euphratem [d]. Celebris erat hæc urbs, de qua Xenophon Cyrop. 1. pag. 254. Ptol. 5.19. Strab. 2. & 16 †. ¶ *Et cunctos Reges, &c.*] Hyperbole est, pro *multis regionibus ultra Euphratem sitis* [f]. Ipse dominabatur in tota regione quæ erat ultra Euphratem, à qua scilicet afferebantur ei munera illa [g]. [Alii aliter] Reges ultra Jordanem, putà Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Syriæ, &c. quos David subjugavit [h]. Erant illi Reges in Salomonis fide atque tutela, & ob id certi aliquid pensitabant [i]. ¶ *Habebat pacem ex omni parte in circuitu*, מִכָּל־עֲבָרָיו מִסָּבִיב] *Ex omnibus lateribus* (*transitibus*, Mo.) *ejus à circuitu*, P. sic Jon. JT. V. q.d. vicini ejus non audebant quicquam moliri contra eum [k]. Alii, *cum omnibus servis ejus*, &c. M. Ti. [quasi legissent עֲבָדָיו]

25. *Sub vite sua, &c.*] q.d. Etiam ruri liberè agebant nullum timentes hostem [l]. Solebant Judæi præ cæteris arboribus vites ac ficus diligenter colere, ob fructuum suavitatem, & umbræ commoditatem [m]. *Sub vite, &c.* Comedendo videlicet fructus eorum [n].

26. *Habebat quadraginta millia equorum currilium*, אַרְבָּעִים אֶלֶף אֻרְוֹת סוּסִים לְמֶרְכָּבוֹ] *Quadraginta millia equilia* (*præsepia*, Jon. Sy. Ar. M. Ca. vel *septa*, Ti.) *equorum* (vel *equorum in equilibus*, P.) *ad currum ejus*, Mo. vel *pro curribus ejus*, P. Jon. Tig. not. vel *ad rem suam curulem*, vel *equorum curulium*, Strig. sive *jugalium*, Ca. At alii vertunt, *pro equitatu suo*, Sy. M. sim. JT. Ar. [Sed hìc gravis occurrit difficultas.] Pro hoc habetur 2 Chron. 9 25. *Quatuor millia præsepiorum equilium.* Resp. 1. Vel corrupti hìc sunt numeri, & legendum est אַרְבַּעַת אֲלָפִים, ut in Paral. vel (ut contendit Cl. Jac. Capellus) אַרְבָּעִים sign. *quatuor*, ut אַרְבַּע. Quomodo שְׁמוֹנִים Jud. 3 30. vult esse *octo annos*. Et in Talmudico tractatu *Jebamoth* cap. 4. fol. 48. ubi legitur תִּשְׁעִים יוֹם יֶרַח שְׁלוֹשִׁים res ipsa clamat reddendum esse, nam *dies 90 sunt menses 3, non 30.* Item in *Beresith Rabba* cap. 53. ejici dicitur Ismael, בֶּן־עֶשְׂרִים וְשֶׁבַע שָׁנִים *natus annos 17, non 27* [o]. Resp. 2. Hìc censentur *equi*, at in Paralip. *stabula* [p]; q d. Fuerunt equi 40000 in equilibus 4000 [q]. Sic conciliant

[x] BA. 2. 1. 19. 135.
[y] Pi. sic BA.
[z] BA. ib.
[a] San.
[b] Me.
[c] La.
[d] G. post Jun-Pi.
† Ma.
[f] M.
[g] V.
[h] San.
[i] G.
[k] V.
[l] Me. ex V.
[m] Glass. rhet. p. 296.
[n] V.
[o] BA. 1. 2. 9. 157.
[p] R. Levi in BA. ib. Abarb. in Buxt. vind. 2. 2. 402.
[q] Abarb. in Buxt.

plerique interpretes; ait Buxt. [cujus fides penes ipsum esto] Sed legendi sic palam utrobique אֻרְוֹת censeri, i.e. *stabula*, &c [r]. Resp. 3. Hypallage hìc est; *Habebat 40000 præsepia equorum*, id est, 40000 *equos in præsepiis* [s]. Quæ præsepia erant 4000, ut habetur in Paralipom [t]. Nempe in quolibet equili decem equi [v]. Resp. 4. Nomen *præsepium* hìc accipitur propriè: in Chronicis verò per Synecdochen membri pro stabulo continente decem præsepia [x]. Hìc *præsepia* censentur, ibi *septa præsepium*, quorum singula decem equos continuerint; vel, quod idem est, 4000 erant *equilia majora*, quæ 40000 *minora* conficiebant. Quod & voces indicant. Hìc enim est אֻרְוֹת, at in Chron. אֻרְיוֹת, nempe equilia talia, in quibus decem equi continebantur; in cujus signum *Jod*, numeri denarii notam, insertam fuisse aiunt [y]. אֻרְוֹת hoc loco non sunt *stabula*, sed *in stabulis loculi distincti*, ex quibus singula jumenta carpunt pabulum; אָרָה sign. *carpere*. Hinc 2 Par. 32. 28. Ezechias struxit אֻרְוֹת לְכָל־בְּהֵמָה וּבְהֵמָה *loculos omni jumento & jumento*, i.e. singulis jumentis: Sic enim reddenda phrasis, ut Esth. 9. 21. בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה *In omni anno & anno*, i.e. singulis annis: Et ibid. v. 28. בְּכָל־דּוֹר וָדוֹר *in singulis ætatibus* [z]. ¶ *Et duodecim millia equestrium*, וּשְׁנֵים־עָשָׂר אֶלֶף פָּרָשִׁים] *Et duodecim millia equitum*, Mo. JT. M. Ca. &c. *Equus* pro *equite*, & contrà *eques* pro *equo*, in omni ferè natione, sumi solet. Vide Aul Gell. l. 18. cap. 1. *Equites* ergò hìc idem valent, quod *equi*. Porro, *equi* hìc duorum generum erant; 1. jugales, 2. nobiliores [a]. Erant ergò 40000 equorum jugalium, qui vel currus, vel plaustra, vel aratra trahebant; quibus ad rem rusticam, ad templi, & tot palatiorum constructionem egebat. Erant & 12000 equorum nobiliorum, quibus & honorarii Regis, & familiares vehebantur in comitatu Regis saltem solemniore [b]. Illi 40000 *equi curriles* currus trahebant bellicos, vel rusticos. Erant enim alii currus nobiliores 1400, 2 Par. 14. ad devehendas pro dignitate tot reginas & concubinas [c]. [Q. hæc verba cum antecedentibus connectunt, locúmque sic reddunt,] *Et habuit 40000 præsepia equorum* לְמֶרְכָּבוֹ *ad vectaria sua* (seu ad expeditionem curruum suorum) וּשְׁנַיִם *& ad duodecies mille equites.* (Ellipsis præfixi ל pro וְלִשְׁנַיִם) q. d. his duobus usibus, expeditioni scilicet curruum, & equitum, 40000 illi equi inservierunt [d]. Verùm, cùm currus Salomonis essent tantùm 1400. [ut jam dictum] numerus equorum nimius videtur, quamvis pro singulis curribus quaternos constituas. Resp. Tot aluit, ut equi integri fessis, laborantibúsque invicem succederent †. Qu. Num peccavit Salomon multiplicando equos? Resp. 1. Plerique eum peccâsse putant, cùm disertim id vetitum esset, Deut. 17. 16. Et ideò tam *Josue*, quàm *David* subnervabant quos nacti sunt equos, & currus incendebant. Et fortè sumptus nimius, de quo questi sunt 1 Reg. 12. 4. hinc ortus est [f]. Peccavit Salomon contra Deut. 17. Sed magis peccavit in causa, scilicet in multiplicatione tot uxorum, quas alere debebat populus [g]. Nimis rigidi hìc sunt Judæi, per quos, nè unum quidem equum vacuum habere Regi licet [h]. Resp. 2. [Q. Salomonem vindicant,] saltem à culpa gravi [i]. Peccavit Salomon in Legis τὸ ῥητὸν, non autem in διάνοιαν, sive mentem Legis, (quæ inprimis attendenda est [k].) Prohibitionis istius causæ videntur, 1. ad vitandum fastum & fiduciam in equis: 2. nè subditis nimis gravis esset Rex: 3. nè populum reduceret ad Ægyptum ad multiplicandos equos [l]. Cùm itaque Salomon plures currus & equos non haberet ad fastum, sed ad necessarias vecturas, populíque defensionem videtur in eam Legem non peccâsse [m]. Adde in Salomone aliquid fuisse peculiare, quem Deus externo splendore eminere voluit; cùm quia sic promiserat, tum ut in illo Messiæ typum haberemus expressiorem. Utut sit, Salomon his equis se non fidisse profitetur, Prov. 21. 31 [n].

27. *Cum ingenti cura præbebant*, לֹא יְעַדְּרוּ דָּבָר] *Non sinebant desiderari* (vel *deficere*, Mo. *deesse*, P. V.) *quicquam*, Sy. JT. P. V. Alii, *Non deficiebat illis quicquam*, Q. in V.

28. *Et paleas equorum & jumentorum*, לַסּוּסִים וְלָרֶכֶשׁ] [Prius omnes vertunt *equis*. De posteriori variant.] רֶכֶשׁ est animal celerrimum, vecturæ & equitatui aptum, Ità Forster & Buxtorf. & Mercer. in Ma. vertunt, *& Dro-*

[r] BA. ib.
[s] La.
[t] Ma. V.
[v] V.
[x] Pi.
[y] Q. in Glass. philol. p. 71.
[z] BA. ubi sup. à.
[a] San.
[b] T. ex San.
[c] T.
[d] Glass. philol. p. 71.
† Q. in San.
[f] T. ex San.
[g] La.
[h] BA. 1. 2. 9. 175.
[i] Ità To. in San.
[k] BA. ib. sic Mart.
[l] BA. ib. 173.
[m] Mart. sim. BA.
[n] BA. ib.

Dromedariis, Mo. Elias in BA. V. vel & camelis, V. & mulis, M.P. Pro רֶכֶשׁ ponitur פְּרָדִים muli, 2 Par. 9. 24 o. & equabus, Sy Ar. & jumentis, Ti. & angariis, i.e. celeribus equis, (qui vulgò dicuntur postæ) in stationibus Regis dispositis. Vide Esth. 8. 10. 14 p. Nos equum interpretamur, aut equi velocis speciem 1. Richsa in Syra paraphrasi cent es ità sumitur. 2. Ità רוכבי הרכש Esth. 8. 14. Græci ἱππεῖς reddunt. 3. Ità sumunt K. & R. Levi, & plerique Hebræorum. Obj. At K. colligit diversum esse animal, quia dicitur equis & τῷ reches. Resp. E vulgo equorum eximitur reches, ut equi genus præstantissimum. Sic Psal. 18. de manu hostium, & de manu Saulis. Et Act. 1. 14. cum mulieribus, & Maria. Sic Esth. 8 10. per manum cursorum in equis, equitantium τὸ reches. Quod addi videtur ἐπεξηγητικῶς, ut eos equis expeditissimis vectos fuisse significet. Quare v. 14. omittitur vox הַסּוּסִים; & הָרֶכֶשׁ utramque suppler. Alibi רֶכֶשׁ pro equo in Scriptura non occurrit. רְכַשׁ est acquirere, unde רְכוּשׁ possessio; & רֶכֶשׁ, quod primò pecus, vel jumentum quodvis, ut Græcè, κτῆνος ἀπὸ τῆς κτήσεως, deinde jumentorum nobilissimum, equus q. ¶ Deferebant, יָבִאוּ] Adducebant, i. e. adducere solebant. Fut. pro prat. imperf r. ¶ In locum ubi erat Rex] Ità ό. in Mar. Ti. V. Bene supplent vocem Rex s. Verùm non referendum est ad Regem, de quo nullum ibi verbum; sed ad proximum antecedens לָרֶכֶשׁ, quod singulare nomen est pro plur t. אֶל מָקוֹם אֲשֶׁר יִהְיֶה שָׁם ad locum quo esset ibi, Mo. Redundat ibi, V. in quo (ubi, Sy) erat, P. in locum in quo Salomon esse contingebat, Ar. ad locum qui cuique erat constitutus M. ad locum ubi erat, JT. quocunque locorum erant, sub. equi, sive adesset Rex, sive abesset v. [Fortè, ad locum in quo esset ibi: i. e. ubi pabulum istud equorum reponi & asservari debebat.] ¶ Juxta constitutum sibi] sic P. V. Rectè; modò id ad mensuram, od tempúsque referatur, etiam ad locum x. אִישׁ כְּמִשְׁפָּטוֹ Vir sive quisque pro more suo, V. sim Jon. pro munere, Sy. pro ratione sua, JT. secundùm jus suum, i e. jus sibi præscriptum y. Prout astringebantur z. Prout jubebantur, Ar. juxta demensum suum, M juxta ordinem suum, ό.

29. Sapientiam] Spectat hæc ad rerum cognitionem, sicut prudentia ad administrationem a. ¶ Et prudentiam] Ità V. Mar. In Hebræo est intelligentia, ut suprà 3. 12. Vide Deut. 1. 13 b. ¶ Et latitudinem cordis] Ità P. Mo. & Pi. i.e. animi vel mentis, h. e. mentem multarum rerum capacem d, mentem capacissimam †. וְרֹחַב לֵב Et dilatationem cordis, Jon. cor capax, Strig. amplitudinem animi, JT. mentis capacitatem, Sy. Intelligit magnanimitatem, quâ quæ sapientia ei suggerebat, audebat confestim in opus conferre, nullo metu, nullo scrupulo retardante. Sine qua dote frustra esset prudentia; nam cui hæc bono, si quis non audeat uti f? Dedit ei magnificentiam & magnanimitatem, sive cor regium, tantis oneribus atque operibus par g. Latitudo cordis, interdum in malo sensu sumitur, & superbiam denotat, ut Prov. 21. 4. interdum in bono sensu, & sign. præter sapientiam summam, etiam fortitudinem audaciámque ad res aggrediendas & perficiendas †. ¶ Quasi arenam, &c. כְּחוֹל וגו׳] Secundùm arenam, &c. Mo. q. d. capiens penè infinita h. Secundùm amplitudinem arenæ, JT. Tam amplam mentem, quàm amplum locum occupat arena quæ est juxta mare i. Tam multiplex fuit in eo cognitio rerum, ut excederet numerum arenæ maris. Vel, ut arena maris mensurari non potest, sic nec sapientia Salomonis k. Donatus est immensâ & impervestigabili sapientiâ l. [Cl. Baconus noster De Augment. Scient. initio operis locum hunc sic παραφράζει; tanquam arenam maris, cujus quanquam massa prægrandis, partes tamen minutissimæ; Crasis hæc planè mirabilis; quæ cùm maxima quæque complectatur, minima tamen prehendat, nec patiatur effluere: cùm perdifficile videatur, vel potiùs impossibile in natura, ut idem Instrumentum, & grandia Opera, & pusilla aptè disponat. Hæc ille.]

30. Sapientiam Orientalium] i. e. Arabum m; qui ad Orientem Judææ. Vide ad Matt. 2. 1. qui præclari jam olim in omni parte philosophiæ n. Necnon Chaldæorum, Persarum, Indorum, &c. qui tunc plurimùm in philosophia, mathematica, astrologia, & magia florebant.

o Merc. in Ma. p Pi. ex Jun. q BA. 1. 2. 6. 100, &c r V. s Mar. t BA. 1. 2. 9. 158. 51. v BA. ib. x Mar. y Pi. z V. a San. b G. d V. † Pi. sic Me. f T. ex San. g La. † Belg. h Me. i V. k M. l Ol. m G. Ma. n G.

Vide Diog. Laert. in Præfatione ad vitas Philosophorum o. Orientales primâ ætate sapientissimi erant. Primi omnium astrorum cursus observârunt. Inter eos erant Jobus & amici ejus; Gymnosophistæ, & Brachmanes. Ad tales viros se conferebant discendi causâ, Pythag. Democr. & Apol. Tyanæus p. ¶ Et Ægyptiorum] Apud quos Sacerdotes siderum cognitioni, Mathematicis artibus rerumque naturalium cognitioni eximiam operam dabant q. Ipsorum magos & incantatores excelluit r. Fuerunt cumprimis Geometræ; atque ab Aristotele, primo Metaphysic. sapientes prædicantur. Moses ab eorum doctrina commendatur. Ab Ægyptiis Græci (& nominatim Plato) doctrinam suam se hausisse minimè inficiantur s.

31. Sapientior cunctis hominibus] Sui temporis t; & suæ gentis v. ¶ *Ethan] Qui poeta & musicus insignis erat, 1 Par. 15. 19 Psal. 88 x. ideóque reliqui sequentes tales fuisse videntur y. Videntur etiam Levitæ fuisse z; & cùm essent Cantores, divinarum rerum peritissimi erant a. ¶ Heman] Is creditur, cui Psal. 88. inscribitur. Obj. At Ezrahita ibi habet א; non ità hoc loco. Resp. Apud Hebræos novum non est, ut א lateat, aut quiescat b. Inter principes cantorum numeratur, 1 Par. 15. 19. & 25. 4. 5. Reliquorum, qui hîc numerantur, nusquam alibi meminit scriptura c. Qui hîc nominantur Philosophi, filii fuere Zaræ, nepotes Judæ, ut apparet 1 Par. 2. 6 d. Unde credibile est Machol esse fœminæ nomen; & legendum in Paralipomenis, ut hîc, דַּרְדַּע †. Mahol, i. e. Zerah, sive, ut alii scribunt, Ezra: fuit enim binomius f. Quidam volunt omnes hos fuisse fratres; & Ezrahitam eundem esse qui Mahol, quod & cognomen Ezrahitæ esse volunt, non proprium nomen, à מָחוֹל choro; quòd Musicâ, versibus & choro filias [legendum videtur filios] instituerit. Ità R. Levi Ben Gerizon g.

32. Locutus est, וַיְדַבֵּר] Et dixit; i. e. composuit h. Non dicitur scripsisse, sed loquutus esse. Et hæc, & reliqua Salominis opera non tam ab illo videntur scripta, quàm dicta; quæ ab illius ore alii acceperunt, &, vel ad familiarem usum exprompserunt, vel in scripta retulerunt; quod illi fecerunt, Prov. 25. 1 i. ¶ Tria millia parabolas] Parabolarum, i.e. sententiarum obscurarum k. Γνώμας (sententias l.) Pulcherrima dicta de rebus in hominum vita, vel expetendis, vel fugiendis: aut de natura Dei, ac ejus voluntate m. Perierunt hi libri, in captivitatibus n; sed providentiâ Dei multa ipsius monumenta sunt conservata, & ea præsertim, quæ maximæ sunt utilitatis; Discamus his bene, & cum gratiarum actione uti o. Harum (sententiarum) excerpta habemus in libro מִשְׁלֵי, de cujus vocis usu diximus ad Matt. 13. 3. & in Prolegominis ad dicta Poetarum apud Stobæum. Dicemus suo loco, γνώμας illas non omnes Solomonem habuisse repertorem; sed collectas ex Historicorum & Poetarum scriptis p. Partem harum habemus in Proverbiis q, ubi versus sunt 915 r. A capite 10. incipiunt parabolæ; & se porrigunt, ad libri finem per versus 658. qui totidem quasi continent parabolas s. ¶ Carmina ejus] Intellige qualia Horatii; aut Idyllia qualia Theocriti. Quorum unum restat, quod ὀαεισῶ dixissent Græci, Hebræi שִׁיר הַשִּׁירִים vocant t. Liber Odarum quam ediderat complectebatur mille & quinque Odas v. Non Philosophus tantùm fuit, sed & Poeta insignis x. Sunt qui dicunt ex Canticis & Proverbiis Salomonis solùm utiliora Sp. sancti instinctu reservata, & in libellos eos coacta qui adhuc hodie exstant, & pro fragmentis judicantur y.

33. A cedro—usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, מִן הָאֶרֶז וְעַד הָאֵזוֹב אֲשֶׁר יֹצֵא בַּקִּיר] A cedro (quæ plurima crescit in Libano z) usque ad hyssopum quæ egreditur de vel ex pariete, M. P. Ti. vel, in pariete, Sy. Ar. Mo. vel per parietem, ό. Qu. Quid hîc אֵזוֹב? [De eo vide quæ fusè annotavimus ad Exod. 12. 22. Parciùs ergò hîc agam, & de iis quæ hunc locum particulatiùs respiciunt.] Sempervivum, reddit Sy. rorem marinum, Pi. origanum, K. in San. Sed hæc herba nec usque adeò humilis est, nec in pariete communiter nascitur. Adiantum esse volunt Levinus Lemnius & Pineda; quia hæc herba & magnum habet in medicina usum, & in parietibus nascitur, & in puteis, &c a. Hyssopum hîc intellige parietariam b. τὸ אֵזוֹב hyssopum esse multa suadent;

o Ma. sim. V. p Mart. q G. r M. s Mart. t Mart. L. v M. x T. ex San. sic La. Mart. y Me. z Mart. sic Me. ex L. a Mart. b Mart. sic Me. c Me. d G. post Ma. & Jun. † G. f V. g Mart. h V. i San. sim. Mart. k V. sim. Me. l G. m Mart. n He in M. V. o Mart. p G. q La. r M. s La. t G. v V. La. x G. y M. z V. a San. b La.

suadent; [quæ pete ex annotatis ad Exod. 12.] Hoc autem objiciunt quòd neque hyssopus, neque herbæ congeneres in pariete nascuntur. Resp. 1. Illud בַּקִּיר aliter accipiendum. Cùm Hierosolymis hoc scriptum esset, τὸ קִיר de mœnibus urbis intelligere potuit. Neque enim קִיר solùm *privatos parietes* significat, sed & *urbium mœnia*, ut Num. 35. 4. & Jos. 2. 15. Porrò *in muro* crescere dici potest herba summœniana, etiamsi ex ipso muro non crescat. Ità ut בַּקִּיר sit *ad* vel *propè murum*, ut בְּגִבְעוֹן Jos. 10. 10. est *propè Gabaonem*; & Jud. 18. 12. *In Kirjath jearim*; i. e. prope eam; & Heb. 9. 4. *in arca*, est prope eam. Porrò *Isaac Ben-Omran* [scriptor Arabicus] & αὐτόπτης, de hyssopo sicca loquens, *Herba (ait) est in montibus Hierosolymitanis proveniens*, &c. nempe in illis montibus, quibus urbs illa inædificata, & cincta fuit, Psal. 87. 1. & 125. 2. Resp. 2. Dato, non concesso, agi de planta verè parietaria, hoc tantùm sequetur, τὸ אֵזוֹב latiùs patere, quàm ὕσσωπον. Quòd ultrò concedimus, cùm Hebræi 4 ejus species numerant. Ità Maimonides; inter quas est אֵזוֹב כּוֹחְלִי *Cochaliensis*, pro quo libenter rescripserim כּוֹתְלִי i. e. *parietariam*, vel *summœnianam*, à כּוֹתֶל *paries*, vel *murus*. Certè literæ ח & ת facilè permutantur. Vide 2 Sam. 21. 19[c]. [c BA. 1. 2. 50. 590.] Cedrus nominatur inter procerissimas arbores; hyssopus inter humillimas herbas. Cùm disputaret itáque de maximis & minimis, consentaneum est, ut de mediis quoque disseruerit[d]. [d Mart.] Non mirum hyssopum cum cedro jungi, licèt aliæ plures essent magìs ignobiles, atque humiles; 1. quia in lustratione conjungebantur, Lev. 14. 4, 6, &c. 2. quia utriusque in medicina magnus est usus, ideóque non inutile fuit Salomoni, aut cognovisse sibi, aut tradidisse aliis, quid de utrisque consecutus sit[†]. [† San.] Sensus loci est, Disseruit de natura stirpium[f]. [f V.] Tractavit historiam Plantarum, &, quod jam sequetur, Animantium egregias naturæ partes[g]. [g G.]

34. *Et veniebant*] Sub. *in Jerusalem*, V. ¶ *De cunctis populis*] Nimirum vicinis[h]. [h Mart.] ¶ *Et ab universis Regibus terræ*] Sub. *missi*, V. Non illi per se venerunt, sed legatos suos ad eum miserunt[i]. [i Mart.] ¶ *Qui audiebant*, &c. [אֲשֶׁר שָׁמְעוּ וגו׳] *Qui aliquid audierant de summa ejus sapientia*; vel *ut audirent*, &c[k]. [k V.] Similiter ad Titum Livium contemplandum nobiles quidam ex Hispaniæ, Galliæque finibus Romam venerunt[l]. [l San.]

CAP. V.

1. MIsit Hiram servos suos, &c.] i. e. Legatos, qui illi gratularentur, & offerrent omnia sua, ut solent Reges[m]. [m V.] Sed cur tamdiu distulit Hiram legationem suam? Resp. Fortè legati multò antè missi sunt, sed nunc mentio legationis fit per occasionem, quòd ab ea petita sit materia templi extruendi[n]. [n Mart.] De Epistolis & ænigmatis inter Hiramum & Salomonem vide quæ congessimus in Annotatis ad l. 3. de V. R. C[o]. [o G.] ¶ *Amicus David omni tempore*] Heb. *omnibus diebus*, nempe ex quo amicitiam contraxerunt[p]. [p Mart.]

3. *Propter bella*] Quibus premebatur undique[q]; [q V.] vel, *bella*, i. e. bellatores, (sive hostes[r];) [r Pi.] Probabilis est hæc ratio, non tamen vera; noluit enim detegere peccatum patris[s]. [s V.] ¶ *Sub vestigio pedum ejus*] i. e. Davidis. Scribitur רַגְלוֹ, sed legitur רַגְלַי *pedum meorum*, nempe Salomonis[t]. [t V. ex He.]

4. *Nunc requiem dedit Dominus*] Non dicit, *David dedit*, sed *Dominus*, &c. Ità & nos, quæ per causas secundas bona proveniunt, ad primam causam referamus. Porrò noluit Salomon abuti ad ignaviam otio sibi divinitùs concesso; q. d. Quia foris non est quod agam, domi religionem instaurabo[x]. [x Mart.] ¶ *Non est Satan*] *Adversarius*, G. T. qui conatibus meis obsistere, aut possit, aut velit[y]. [y T.] ¶ *Neque occursus malus*, [פֶּגַע רָע] i. e. Qui infestet patriam meam incursionibus, & cujus occursum timeam[z]. [z V.]

5. *Nomini Domini Dei mei*] In honorem Dei quem colo[a]. [a V.]

6. *Præcipe igitur*, &c.] Quòd operâ Gentilium templum ædificatum sit, duplex mysterium insinuat[b]; [b E. sim Mart.] 1. Vocationem Gentium; 2. Piis licere Ethnicorum artibus (& scriptis & factis[c]) uti[d]. [c E. d Mart. sim. E.] Judæi, vellent nollent, Ethnicis opus habebant ad ædificandam ecclesiam. Sed cur Salomon ab Hiramo potiùs opem petit, quàm ab aliis? Resp. 1. Ob pristinam amicitiam; & quòd Hiram ligna cedrina Davidi donâsset. Vide 2 Sam. 7. 2. Ob Tyriorum, &c. peritiam. ¶ *Cedros*] Has petit, quia hoc lignum, 1. non curvatur sub pondere, & panditur; sed retinet rigorem suum; 2. teredines & tineas non gignit, nec alit; 3. odoratum est, speciosum, nec multum onerat parietes; 4. Durat ad æternitatem. Probat ergo Deus quodammodo hoc lignum, 2 Sam. 7. *Quare non —— è Cedris*, &c. Templum Dianæ cedro tectum fuit[†]. [† Mart.] Qu. Cur de his tantoperè laboret Salomon, cùm satis antè provisum à parente fuerit, de lignis, & de latomis fabrísque, &c. 1 Par. 22. 4. 14? Resp. 1. Aliquid amplius cogitavit Salomon, quàm fuit à patre præscriptum; licèt eandem formam servaret[†]. [† To. in San.] 2. Designavit Salomon & alias fabricas; ut sequentia docent. 3. A Tyriis tantum petit, ut ligna cædant, &c. nam ad illa polienda videtur meliores habuisse artifices, quos congregârat pater[*]. [* San.] ¶ *De Libano*] Hic mons ad Tyrios & Sidonios pertinebat[f]. [f San.] *Imò verò* fuit Libanus in terra Israel; atque ideò non rogavit Hiramum pro lignis dandis, sed ut mitteret fabros[g]. [g M.] Libanus mons Hebræorum fuit. ¶ *Non est*, &c.] Videmus hîc Deum dona sua variè partiri; Hebræis materia concessa, aliis artificium[h]. [h Mart.] ¶ *Sicut Sidonii*] Propter vicina nemora[i]. [i G.] Multa observanda sunt, ut nobilis materies ritè cædatur. Vitruv. 2. 9. multa de his tradidit; 1. ut tempus observetur; 2. ut arbores dejiciendæ priùs incidantur propè ad medullam; & sic stantes aliquando linquantur, quò reddantur aridiores; &c. Hæc annoto, ut intelligatur non vulgarem industriam in his exigi[k]. [k Mart.]

7. *Benedictus Dominus*, [יְהוָה] Hoc nomine, etiam Tyrii & gentes aliæ vocabant Deum Israelis[l]. [l G.] Videtur Hiram ex familiaritate cum Davide verum cognovisse Deum[m]; [m La.] Videtur fuisse vir pius, & in cultu Dei bene institutus à Davide amico ejus; Amicorum enim est mutuam salutem curare[n]. [n Mart.] [Alii aliter.] Dii Tyriorum erant, *Belsamen*; i. e. Jupiter Olympius; *Astarte*, i. e. Venus; & *Melicartus*, i. e. Hercules[o]. [o G.] Hos patrios Deos coluit Hiram[p]; [p T. ex San.] qui & instauravit templa Herculi & Astartæ[q]; [q San.] Quia tamen in Deo Hebræorum, reperit aliquid eximium & veneratione dignum, voluit etiam ipsum hîc laudare, ac glorificare[r]. [r T.] Putabant plerique Gentiles plures esse veros Deos; ac proinde ità colebant singuli suos patrios Deos, ut tamen etiam alienos non contemnerent. Sic Athenienses ignotis sibi Diis aras ponebant; & Romani suo πανθεῶν Templo cavebant, nè ulli usquam Deorum suus etiam Romæ cultus deesset. Sic in scriptura Deum Hebræorum timuerunt, vel coluerunt *Philistini*, 1 Sam. 4. 8. & *Darius*, Dan. 6. 16. & *Seleucus*, 2 Mac. 3. 3[s]. [s T. ex San.] Fortè Hiram cum diis patriis simul coluit Deum Hebræorum; sicut *Assyrii*, 2 Reg. 17[t]. [t La.]

8. *In lignis cedrinis & abiegenis*, [בְּרוֹשִׁים] *Abiegenis*. [Ità plerique.] Non placet; Abies ad ædificia non est apta; quia, ut tradit Vitruvius, rigiditatem habet, neque curvatur, levis est, teredines & lineas gignit, non durat, ignes facilè concipit[v]. [v Mart.] [Alii ergo aliter vertunt;] *piceis*, Ti. *larignis*, Q. in M. *buxeis*, Q. in L. *pineis*, Ca. Q. in Mart. vel *cupressinis*, Q. in Mart. *fraxineis*, Forst. in Mart. Potiùs est genus Cedri[x], [x Mart. He. in M.] nempe minoris, cujus meminit Theophrastus. Cùm ergo pertineat ad Cedros, meritò illi conjungitur[y]. [y Mart.] Alia ligna petiit Salomon, 2 Par. 2. 8. quibus Libanus abundabat[z]; [z T.] quæ hîc omissa sunt, quia minor illorum usus esset ad templi fabricam[a]. [a San.]

9. *De Libano*] *Materies ex Libano monte ratibus & turribus faciendis vehebatur*, Curt. l. 4. Menander Ephesius de eodem hoc Hiromo, ὕλην ξύλων ἀπελθὼν ἔκοψεν ἀπὸ —— Λιβάνου, κέδρινα ξύλα εἰς τὰς τῶν ἱερῶν στέγας (*Lignum cædebat ex Libano*, &c.) ¶ *Ad mare*, nempe internum, quod Phœnicem Judæámque attingit; id enim intelligendum ubi simpliciter *mare* nominatur[b]. [b G.] ¶ *Componam ea in ratibus in mari*, [אֲשִׂימֵם דֹּבְרוֹת] *Et ego ponam* (vel *componam*, Sy. Ar. M. Ti. *deducam*, Ang.)

Ang.) *ea per rates*, Jon. P. vel *ratibus*, Mo. *in rates*, Sy. Ar. Ti. *in ratibus*, M. Ang. Curabo ea composita per rates deducenda ad mare, &c [c]. Hebræa indicant non posuisse ligna in ratibus; sed ipsa ligna in modum ratium disposuisse, & inter se colligâsse, ut per mare, quasi rates, traherentur ac impellerentur: quod indicat etiam quod mox subditur, *& dissolvam, dissipabo, ea tibi* [d]. *Curabo eas formâ ratium coagmentari*, Strig. Sunt דוברות *fasces magnarum trabium*, quæ per aquas ab una regione ad aliam transmittuntur. Significat enim דָּבַר uno modo, *ducere & deducere*; & est frequens in illo significato apud Chaldæos †. ¶ *Et applicabo ea tibi*, וְנִפַּצְתִּים שָׁם] *Et dissolvam* (vel *dispergam*, Ma.) *ea ibi*, P. V. Ma. *ea*, i. e. ligna, quæ in modum ratium connexa erant & colligata, ibi dissolvam & dissipabo [f]; id est, Dissoluta & dissipata traham ea in littus [g]. Significat נָפַץ propriè aliquid *confringere*, sed hîc *solvere connexa* [h]. ¶ *Ut detur cibus domui meæ*] Quò scilicet alantur ii, qui tibi inservient, quod clariùs habetur, 2 Par. 10 [i]. [Alii aliter;] Facies mihi gratum, si dederis cibum, quo alere possim familiam meam [k]. Tyrii enim & Sidonii colebant insulas ferè steriles, & annonâ destituebantur. Petit ergo pro mercede victum suæ domûs ex annona Israelitica [l]. Petit, ut ad sterilem illam civitatem comportari permittat frumentum; non tamen gratuitum, sed venale, inquit Jo. 8. 2 [m].

11. *Coros tritici viginti millia*] Et totidem hordei ac vini, 2 Chron. 2. 10. Synecdoche [n]. At ibi legitur, *vini, & olei bathos*, &c. Ergo *corus* & *bathus* fuerunt mensura eadem. At alii tradunt, bathum fuisse decimam cori partem, sicut ephah in aridis [o]. ¶ *In cibum*] Scribitur מַאֲכֹלֶת pro מַכֹּלֶת [p]. ¶ *Et viginti coros purissimi olei*, וְעֶשְׂרִים כֹּר שֶׁמֶן כָּתִית] *Et viginti coros olei contusi*, sive *tusi*, Jon. M. P. Ti. Mo. JT. ὁ. in Mar. vel *expressi*, Sy. vel *loti*, Ar. Est oleum contusum quod ex olivis absque contritione earum educitur; & est purius eo quòd ex contritis colligitur olivis [q]. Fructus arboris olivæ, ubi maturuerunt, contunduntur, & inde exprimitur oleum [r]. [Sed expendenda hîc difficultas.] Pro his, *viginti choris olei*, ponuntur *viginti millia batorum olei*, 2 Par. 2. 10. Resp. 1. Q. mendum esse volunt. Pro כָּתִית scribendum בַּתִּים, & pro אֶלֶף ponendum כּוֹר, vel, vice versâ [s]. Non placet; Nam, si in 2 Par. 2. legas כָּתִית, nomen *mensuræ* deest. Resp. 2. *Corus* longè amplior mensura est, quàm *Bathus* [t], ut patet ex Ezec. 45. 11, 14 *. Pro כּוֹר legendum בַּת, inquit Georg. Agric. de mens. 1. 144. & confirmat ex eo quòd nusquam alibi כּוֹר est mensura liquidorum [v]. Sed licèt *Corus* propriè sit mensura aridorum, aliquando tamen etiam de liquidis reperitur, ut Ezec. 45. 14 [x]. *Corus* continebat decem Ephas [y]; i. e. medimnos Atticos, sive 30 *seas*; i. e. modios Romanos [z]. Mensura hæc vocatur *Homer*, Lev. 27. 16 [a]. Resp. 3. Ellipsis hîc est vocis אֶלֶף *mille*, quæ ex membro immediatè præcedenti repetenda [b]. Sæpe enim una vox duobus versûs membris communis est. Sic Psal. 9. 18. *spes pauperum peribit*, pro *non peribit*, subaudito לוֹא ex præcedente membro [c]. Repete ἀπὸ κοινοῦ *millenos* [d]. [Quidam sanè veterum sic vertunt, *Et vicies millenos coros*, &c. Sy. *vicies millenos bathos*, &c. ὁ. in Pi.] Resp. 4. Videntur hi loci 1 Reg. 5. & 2 Par. 2. haudquaquam esse paralleli; quod suadet & lectionis, & rerum, diversitas. Nam, præter ea quæ diximus, hîc *triticum* datur & *oleum*; illic *hordeum* additur, & *vinum*; hîc *triticum* מַכֹּלֶת *in cibum*; illic *triticum* מַכּוֹת *contusum* †. Hæ historiæ diversimodè describuntur in illis libris, nec quidem plenè, sed per epitomen, & à quoque scriptore, prout instituto suo conveniebat [f]. Resp. 5. In Reg. refert, quid Hiramo ipsi (& domui ejus [g],) datum, (vel, pro pretio lignorum, & jure fundi; ut vult R. Levi; vel,) ex regia Salomonis munificentia continuè & annuatim, etiam post cessationem operis: At in Paral. refertur, id quod dedit servis Hirami pro labore, &c. Ità R. Samuel Laniado: sim. Abarb. & K. & R. Levi Ben Gersom [h].

12. *Dedit sapientiam*, &c.] Quæ in amicitiis & societatibus deligendis maximè elucet [i]. Hoc ideò repetitur, quoniam in hac pactione cum Hiramo, sese patefecit [k]. ¶ *Percusserunt fœdus*] Ad utilitates mutuas; unde & *fratres* alter alterum vocabat 9. 13 [l].

c V. sim. Belg. — d Ma. sim. Me. — † M. — f Ma. — g V. — h M. — i Me. — k V. sim. Mart. San. — l Mart. — m San. — n Jun. — o Pi. — p M. — q M. sim. Mar. — r Of. — s Capel. Crit. — t Buxt. vind. 2. 2. 423. — * Glass. — v Glass. phil. l. 1. tract. 1. p. 72. — x Buxt. 423. — y Jun. Belg. — z Jun. ad cap. 4. v. 22. — a Belg. — b Agric. & Buxt. in Glass. 72. — c Buxt. in Glass. — d Pi. — † Glass. ex Rothmalero. — f Buxt. 422. — g Rothmal. in Glass. K. in Buxt. — h Buxt. sic Rothmal. in Glass. ib. — i G. — k Mart. — l G.

13. *Elegitque Rex operarios*, וַיַּעַל הַמֶּלֶךְ מַס] Ad verb. *Et ascendere fecit tributum*, Mo. V. Pi. *Indixit* (vel *assumpsit*, Sy. *imposuit*, Mar. Jun.) *tributum*, P. scilicet personale, seu è personis constans, ut è sequentibus percipitur [m]. *Indixit* (vel, *eduxit*, Pi) *delectum*, JT. *extraxit summam*, M. Ti. ¶ *Et erat indictio*, &c.] Heb. *tributum*, i. e. ut darentur ei ex Israele triginta millia virorum [n]. Creduntur hi fuisse de filiis Israel; qui solùm cum servis Hiram succidebant arbores, & cum quadrigis ducebant ad mare [o]. Præfecti operum hi erant, qui curarent nè cessaret opus, ut patet ex c. 9. 22 [p]. Reliqui verò, qui graviores fecerunt labores, erant proselyti. Porrò, quidam exponunt hîc מַס pro *tributo pecuniæ*, quæ pro præmio dabatur 30 millibus virorum; sed hoc Kimhi confutat ex sequentibus, *Misit eos in Libanum*, &c [q]. [Jon. locum sic vertit, *Et præposuit convectores tributorum 30 millia virorum*.]

14. *Per menses singulos vicissim*, בַּחוֹדֶשׁ חֲלִיפוֹת] *In mense, vicibus*, Mo. vel *vicissim*, Jon. *per mensem* (vel *singulis mensibus*, Sy. sic P. vel *in mensem*, JT.) *alternatim*, Ti. Sy. *alternis*, JT. sim. M. Heb. *mutationibus*, Jun. Pi. Alii, *permutatim*, quia singulis mensibus permutabantur & innovabantur [r]. Sic humanitatem exercuit Salomon; noluitque eos lassare, vel opprimere [s]. ¶ *Super indictione*] i. e. præerat huic tributo; id est, omnibus illis [t].

15. *Qui onera portabant*] In his aurigas, & nautas intellige, & alios hujus generis artifices, qui tot & tantis operibus maximè erant necessarii [v]. Bajuli, qui deferrent lapides è latomiis ad locum ad quem currus accedere possent [x]. ¶ *Latomorum*, חֹצֵב בָּהָר] *Excidentium* (scil. lapides, V.) *in monte*, P. V. Sub latomis, id est, lapicidis, intellige lignorum cæsores; sed lapicidæ soli numerantur, quia hi plures erant quàm lignicidæ [y]. *Excidentium, cæsorum, in monte*, nempe Libano, qui per excellentiam *mons* dicitur. Ambiguum illud *cæsorum*, an lapidum, aut lignorum. Haud absurdè utrumque intelligemus. חָצַב ordinariè ac propriè de excisione lapidum usurpari solet; quamvìs Isa. 10. 15. de lignorum cæsione dici videatur [z]. An hic mons fuerit *Libanus*, non constat. Conjiciunt aliqui, diversos fuisse montes [a].

16. *Absque præpositis*, לְבַד מִשָּׂרֵי הַנִּצָּבִים] *Solùm à principibus assistentibus*, Mo. *præter principes & præfectos*, P. sive qui præfecti erant, h. e. quos præfecerat Salomon operi [b]. ¶ *Qui præerant*, הָרֹדִים] *Qui dominabantur*, i. e. qui solicitabant operas [c]. ¶ *Trium millium & trecentorum*] At in 2 Par. 2. 18. numerantur *ter mille sexcenti*. Quomodo concordant hi numeri? Resp. 1. Ex illis sexcentis erant trecenti, qui ipsis præpositis sive præfectis præerant [d]. Trecenti erant immediatè præfecti operariis, his præfectis alii 300 præfecti erant †. Resp. 2. 300 erant ordinarii; 300 alii superadditi, qui in casu necessitatis, decedentibus quibusdam, illorum locum supplerent; ut semper 33000 completi essent [f]. Præter peregrinos illos ter mille, de quibus 2 Chron. 2. 2. & ult. quos curatores illi Israelitæ, de quibus v. 13. præfecerant 150 millibus operariis: ità ut essent è 3000 singuli 50 operariis præfecti: sexcenti verò reliqui alternis ab his 3000 rationem exigerent, singuli ab eorum denis. Ideo hîc tantùm sunt 3300. In Chronicis 3600, additis etiam 300, qui vicarias operas præstabant [g]. Resp. 3. Illi 300 supernumerarii in Chron. fuerunt artifices & operarii subtiliores, de quibus dicitur, *Et sculpserunt —— & Giblai*, &c [h]. Resp. 4. Trecenti erant bajulorum & latomorum præfecti; 300 præfuerunt operis in monte Libano [i].

17. *Ut tollerent*, וַיַּסִּעוּ] Ad verb. *& proficisci fecerunt*, V. *ut adveherent*, P. ¶ *Lapides pretiosos*] Non quidem gemmas: sed in genere suo formâ & magnitudine præstantes [k], optimos [l], vel maximi pretii [m], quales ad splendida ædificia adhibentur [n]. marmorei erant [o]. ¶ *Et quadrarent eos*, אַבְנֵי גָזִית] *Lapides dolatos*, P. *politos*, V. Hi vel superponebantur fundamento [p], vel ponebantur in fundamentis, ubi rudes lapides solent poni. Pertinebat ergo hoc potiùs ad magnificentiam quàm ad necessitatem [q].

18. *Giblii*, הַגִּבְלִים] *Et Giblim*, P. V. Mo. Ti. Strig. Phœnices qui *Gabala* tenent. *Gabalen* promontorium nominat

m Pi. — n V. — o M. — p T. — q M. — r V. — s Mart. — t V. — v Me. sim. La. — x V. — y La. — z Ma. — a Mart. — b V. — c V. — d Me. ex Sà. & Caj. & Dion. & La. ex V. & Salian. He. in V. ad Paralip. sim. G. Mart. — † Q. in Ma. — f Buxt. vind. 406. — g Jun. — h Abarb. in Buxt. — i Q. in Mart. — k Jun. Pi. — l Me. — m V. Me. — n T. — o La. — p Ità V. — q Mart.

nominat Plinius 5. 20 [r]. Quidam, *& cives Gebal*, qui erant peritissimi latomi [s]. De hac *Gebal* Psal. 82. 8 [t]. Hujus & Ezeciel meminit. Ethnici eum appellârunt *Biblum* [v]. *Giblii*, sive *Biblii* (nam *b & g* subinde commutantur) dicuntur à Biblo, Phœnices civitate, teste Adrichom. q 185. n. 11. in qua erant Adonidis templa, Strab. l. 16 hodie *Gaeta* dicitur [x]. [Alii appellativè reddunt,] *cæsores*, Jon. *fabrique*, Ca. *lapicidæ*, Sy. *qui præerant dolaturæ lapidum*, Ar. Fabri hi dicuntur גבלים quòd dolando lapides eos eleganti figurâ terminarent [y]; vel, quòd certis terminis lapides finiant [z], quòd singulari industriâ sculptos lapides adaptarent muris & angulis eorum [†].

r G. s V. sim. t T. ex San. Mart. u T. v Mart. x La. y Q. in La. z Q. in Mart. † M.

CAP. VI.

1. *Quadringentesimo & octogesimo anno egressionis*, &c.] Ità Heb. & Chald. & plerique Græcorum codices. Multi tamen conciliandæ Judicum Chronologiæ, summæque totius cum partibus suis componendæ difficultate deterriti, varias vel lectiones vel sententias protulerunt [a]. Ab egressu ad fundationem templi, Gliras p. 2. numerat annos 330. Melch Canus 374. *b* (prout à Sixto 5. correcti, & à Sulpitio citati sunt, quos etiam sequitur Oecumen.) numerant annos 440. Beda annos 490. Joseph. Antiq 8. in Ruffini versione 502. Sed in Græco textu, & in Gesleni versione 592. Sulpicius, prout à Sigonio corrigitur, 510, sed prout in textu, 588 Clem. Alex 566. sim. Tyrii apud S. Theophilum. Cedrenus 672 [b]. Ego numero 680 annos [c]. Sentio annos non solum esse 480, sed centenos huic numero addi oportere [d]. Quæ viros doctos huc perpulerunt, ut textum aut immutarent aut distorquerent, duæ fuerunt præcipuæ rationes; altera ex Act. 13. 20. altera ex numeris annorum in libro Judicum expressis, qui longiùs quàm 480 annorum intervallum postulare videntur [†]. [*Alii tamen numerum in textu positum servant, ut videbimus. Dispiciamus ergo quomodo viri docti difficultatem hanc expediunt.*] 1. Quidam mendum in numeris agnoscunt, vel hîc, vel in Act. 13. 20. Ità Capel. & Cajet. Luth. Func. Mercat. Bunting. Temporar. Perkins. Pius, Lydiat. Lansberg. & alii [f]. *Locus librariorum negligentiâ corruptus est*, ait Sulpit. l. 1. histor. Et ad eum sic Sigonius, *In numeris annorum Regum Judæ & Israel tanta diversitas, & aliquando absurditas est, ut tutius esse videatur, confiteri eos librariorum culpâ aliquando vitiosos esse, quàm ad ineptas interpretationes & solutiones confugere* [g]. Non est hæc aut fidei, aut religionis quæstio, quæ hîc de numero habetur [h]. [Gerhard. Vossius numerum annorum à se positum sic astruit,] Israelitæ erant in deserto annis 40. A fine illorum, sive à morte Mosis ad Othonielem tempus non potest certò præfiniri; sed videtur fuisse 34 annorum: quorum 26 tribuantur Josuæ & Senioribus, accensito spatio quo Israelitæ peccando irritârunt Deum. His adde annos 8, quibus Chusan servierunt, Jud. 3. 9. fiunt 34. Othoniel præfuit per annos 40, (Jud. 3. 11.) Sequitur servitus Moabitica, (de quo Jud. 3. 14.) an. 18. Aod præest annis 80, (Jud. 3. 30) Israel servit Cananæis, an. 20. (Jud. 4. 3.) Debora & Barac præsunt an. 40. (Jud. 5. 31.) Isr. servit Midian an. 7. (Jud. 6. 1.) Judicat Gedeon an. 40, (Jud. 8. 28.) Abimelech an. 3. (Jud. 9. 22.) Thola an 23. (Jud. 10. 2.) Jair an 22, (Jud. 10. 3) Fuit servitus Ammonitica per annos 18. Jephte præest an. 6, (Jud. 12. 7.) Abesan an. 7, (Jud. 12. 9.) Achialon an. 10, (Jud. 12. 11.) Abdon an. 8, (Jud. 12. 14.) Servitus sub Philistæis, (ut est Jud. 13. 1.) annis duravit 40. (in quibus includuntur 20 Sampsonis anni, quos ideo non numero.) Heli (ut est 1 Sam. 4. 18.) judicavit an. 40, Sic fiunt anni 496. (Optimè hoc convenit cum Act. 13. 20. ubi Judicibus tribuit annos 450: deme à 496 annos Mosis 40. & Josuæ sexennium ante divisionem terræ, manent 450.) Sequuntur anni Samuelis & Saülis 40. Davidis item 40, & tres Salomonis. Inde confiunt anni 83. Jungantur reliquis, fiunt anni 579; sive annumerato quarto Salomonis anno, quo templum condi cœpit, fiunt anni 580. Quid his apertius [i]? [Quomodo hoc cum præsenti loco concordat, ex ipso tandem audiemus. Serarius, ut audivimus, annos centum his addit; & 680

a Abrami Pharus lib. 10. c. 2. b Abram. ex Ser. c Ser. d Vos. Isagog. chronol. c. 7. † Usser. chronol. c. 12. f Usser. ib. p. 194. sic Ser. g Ger. Vos. chron. c. 7. h Canus in Usser. i Vos. Isagog.

numerat. Centum verò illos annos sic colligit,] 1 Pro 34. annis quos Vossius numerat à Mose ad Othonielem, supponit 8 annos fuisse primæ servitutis, Jud. 3. & 50 alios annos Josuæ, & status utriusque ante Judices. [in quo superat Vossii calculum annis 24.] 2. Sampsoni post 40 annos Philist. servitutis annos tribuit 20. 3. Post Sampsonem tempus Historiarum, Jud. 17. & 18. facit annorum 8. [Quod tamen Vossius intra 34 illos primos annos gestum fuisse existimat.] 4. Samueli paulò ante Heli mortem, & deinceps prophetam agenti adscribit annos 20. Et 5 eidem Samueli soli ante Saulem gubernanti annos assignari vult ad minimum 28 [k]. 2. [Alii annos ab egressu ex Ægypto ad fundatum Templum rectè hîc numerari statuunt. Sed non uno modo rem expediunt.] 1. Judæi, populum nunquam Judice caruisse arbitrati, annos *quietis*, Judici ibidem nominato attribuunt; in quibus & opprimentium annos (ut sub eorum præfectura cœptos & finitos) comprehendunt. Hos sequitur Eusebius & plerique Chronologi. Acsi Scripturæ hic fuisset sensus: (v. g.) Othoniele principe, qui annis 40 judicavit, pax fuit & otium, tyranno judicis auspiciis superato [l]. [Aliis hæc sententia non placet;] Contradictionem involvit, Hebræis uno & eodem tempore tribuere & quietam libertatem, & exercitam servitutem [m]. Manifestè distinguit scriptura inter tempora servitutis, sive pœnæ; & tempus quietis atque misericordiæ; ut liquet ex inspectione horum locorum, Jud. 2. 18. & 3. v. 8, 9, 10, 11, 12, &c. & 4. & 6. 1, 7 [n]. Libenter agnoscimus belli & servitutum tempora, à pacis & quietis temporibus secernenda esse [o]. 2. Vox *exitûs* ex Ægypto diversimodè sumi potest; ità ut vel principium, vel medium, vel finem ejus indicet. De principio res clara est; de medio item & fine eadem dicitur, Psal. 113. vel 114. 3 *In exitu*, &c. ——— *mare vidit*, &c. *Jordanis conversus est retro*, &c. & Deut. 4. 45. *Quæ locutus est* ——— *quando egressi sunt de Ægypto trans Jordanem*, &c. Hæc tamen loquutus est anno 40 à primo exitu [p]. Non est novum ex eo loco unde eximus denominari totam profectionem, quamvis diuturnam, quæ durat donec perveniatur ad locum cujus adeundi causâ iter suscipiebamus [q]. Chronologorum mos est, ut, cùm interstitium inter extrema duo metiuntur, finem antecedentis spectent, & initium sequentis; ut si dicam à Regibus ad Augustum erant 500 anni; nemo non intelliget tempus à Regibus exactis ad Augusti initia computari. Hîc autem peculiaris etiam ratio fuit. Cùm enim ædificatione Templi potissimùm Arcæ sacrarium quæreretur, 1 Paral. 22. commodissimè ducitur Chronologiæ ratio ab eo tempore, quo, egressu Israelitarum, & longâ illâ in deserto peregrinatione finitâ, Arca requievit [r]. *Exitus ex Ægypto* tempus illud comprehendit, quo Israelitæ in deserto oberrantes ad itineris terminum pervenerunt, & Jordanem transierunt; ait Dion. Petavius, quem sequitur Petrus Possinus. Sed non placet. Distinguendum est inter illa loca, in quibus est בצאתם (quod habetur Deut. 4. 45.) quod tempus post *exitum* generatim tantùm & indefinitè designat; vertique potest, *quum exivissent*, &c. (ב enim sæpe valet *post*, ut Gen. 35. 9. Exod. 2. 23. Num. 27. 26.) & ista in quibus est לצאת, quod præcisè & determinatè, à primo discessûs ex Ægypto mense, ut à certa & nota epocha, supputationem esse deductam indicat, ut à Mose diligenter observatum, Exod. 16. 1. & 19. 1. & Num. 33. 38. Eadémque phrasis hîc habetur [s]. [Videamus tamen quomodo procedit Abrami supputatio, posito illo fundamento, & quâ viâ hanc difficultatem solvit. Quæ ille satis intricatè proponit, breviter expedire conabor. Sic ergò statuit.] 1. Supputationem inchoat (ut dictum) à finita peregrinatione in deserto, & à quiete Arcæ. 2. Scriptura (inquit) non exprimit annorum numerum à Mosis obitu ad primam illam servitutem, Jud. 2. 8, &c. ut cuique liceat, prout explicandæ Chronologiæ commodum fuerit, annos contrahere aut prorogare. Josuæ annos tantùm 7 quidam tribuunt, Petav. 14. Beda & plerique 17 [t]; sed fit præfectura ejus annorum vel 14 vel 20. Senioribus, qui dicuntur *longo tempore vixisse post Josue*, Jud. 2. 7. tribuo annos decem; (Jurisconsulti autem longum tempus decennio definiunt.) Interregno illi, quo & Micha, & alii Israelitæ ad idola prolapsi sunt, & tribus Benjamin penè deleta, annos excerpant, vel 2.

k Ità Ser. l Usser. chron. p. 196. m Abram. Phar. 10. 5. n Vos. Isagog. chron. c. 3. o Usser. chron. p. 197. p Abram. Phar. 10. 27. q Laurent. Codom. chron. in Usser. p. 190. r Abram. c. 28. s Usser. t Abram. 10. 10.

 vel

[v Id. c.16. & c. 29.] vel 4 [v]. Ex his fiunt anni vel 26, vel 34. 3. A prima illa servitute, Jud.3. ad mortem Abimelech. annos numerat 256 [x]. [x Id.c.11.] [In quo reliquos vel nihil vel parùm dissentientes habet.] 4. Sed de cæteris (inquit) major est difficultas. Anni nonnullorum Judicum, & servitutum inter se implicandi videntur. Thola judicavit annis 23, nec dicitur *terra* sub hoc Judice *quievisse*; sicut neque sub *Jair*, qui judicavit annis 22. Quare in hujus tempora incidisse poterant tum anni 18 servitutis Ammoniticæ, (quos in totidem ejus annis absorberi statuunt Gordon. Torn. Salian. & Bonfr. &c.) tum etiam anni 9 Philistinæ servitutis: Hæ enim duæ servitutes, licèt in narratione divellantur, videntur eodem tempore accidisse, dum aliæ tribus Palæstinis serviebant, aliæ Ammonitis; ut non obscurè significatur, Jud.9.6,7, 8,9. Porrò, ab Ammonitis asseruit Galaad.tas Jepthe, & eam tribuum partem sex annis judicavit; cui successerant Abesan an.7. Ahialon an 10. Abdon an. 8. A Philistinis opprimentibus alias tribus Sampson liberare incœpit, Jud. 13.5. Heli sacerdote inter eas jurisdictionem sub Philistinorum dominio precariam tunc obtinente. Non dubium est & Sampsonis præfecturam 20 annorum, (Jud.15.20.) & Heli præfecturam 40 annorum, (1 Sam.4.18.) Philistinæ servitutis annis 40 implicari. Hæc enim servitus finem habuit initio Samuelis, ut dicitur 1 Sam. 7. 13. Porrò, Eusebius Sampsonis Abdonísque præfecturam eidem planè tempori consignat. Ex dictis constat, illos Jairis annos postremos 18, totidem Ammoniticæ servitutis, 40 servitutis Palæstinæ, 40 Heli, 20 Sampsonis ità sibi mutuò complicatos esse, ut annos tantùm 49 efficiant; qui, si evolverentur explicarentúrque, ad 185 excrescerent. Ità à prima servitute ad obitum Heli & exortum Samuelis anni erant 331 [y]. [y Idem. c. 12,13,14.] His si adnumeres annos Mosis 40, annos 26 Josuæ & Seniorum, & ἀναρχίας usque ad primam servitutem; Samuelis & Saulis (quos plerique conjungunt) annos 40, Davidis 40, Salomonis 3, habes summam 480 annorum [z]. [z Id.c.15.] Vel potiùs, ut dictum, ab Arcæ depositione incipiamus; indéque ad initium servitutis numeremus annos 34 Josuæ & Seniorum, &c. His adde 331 annos prædictos; Præfecturæ Samuelis seorsim demus annos 33, Sauli 40, Davidi 40, Salomoni 4. Jam consiunt anni 482. Deme de Saulis annis duos, quibus regnavit Isboseth, quíque, Josepho teste, Sauli adnumerantur, sunt 480 [a]. [a Id.c.29.] [Vel de Samuelis annis deme 2, & sint an. 31, summa est 480 annorum. Samuelis annos, quos plerique cum annis Saulis conjungunt, separari mavult, post Serarium Abramus.] Nam 1. Samuel sub Heli Judice natus, consenuit ante unctionem Saulis, 1 Sam.8.1. & 12.2. ideóque multis annis populo præfuisse videtur. 2. Probatur ex Act.13.21. *Dedit illis Saul annis quadraginta*. Quid disertius esse potuit? Siccine loqueretur de Saule, quia Samuel, qui ipsum inauguravit, judicaverat annos 38; ipse duos regnavit, qui inauguratus fuerat aliquo tempore quod illo 40 annorum spatio continetur? Quid est Scripturæ vim inferre, si hoc non est [b]? [b Id.c.21.] Objiciunt aliqui, 1 Sam. 13.1. *Filius unius anni erat Saul —— duobus autem annis regnavit*, &c. [De quo vide & quæ Abramus hoc loco, & quæ nos ad illum locum digessimus. 3. Cl. Vossius rem hoc modo expedit;] Mihi (inquit) videtur, verba Hebræi codicis non debere intelligi ἁπλῶς, sed restringenda esse ad solum tempus, τῆ ἀρχῆς, non etiam ἀναρχίας, ac servitutis. Contentus erat scriptor prioris generis annos commemorare, neglectis cæteris, quorum memoria erat tristis, & à quovis poterat colligi, & superiori numero superaddi. Hæc interpretatio, ut duriuscula videatur, mollior tamen est, quàm quibus (alii) tot loca scripturæ detorquent. Si non admittatur, satius est mendum agnoscere [c]. [c Voss. Isag. c. 7.] 4. [Cl. Usserius nostras integritatem textûs asserit, & sic procedit.] Libenter (inquit) agnosco belli & servitutum tempora, à pacis & quietis temporibus esse secernenda; sed annorum notatione, *quieti* terræ appositâ, quietis illius initium, non autem vel ipsius quietis, vel præfecturæ Judicum durationem designari statuimus. Itaque illud וַתִּשְׁקֹט *quievit*, idem esse dicimus quod *quiescere cœpit*; sicut וַיּוֹלֶד Gen.5 32 & 11.26. nobis est, *gignere cœpit*; & וַיִּבֶן in hoc versu est, *ædificare cæpit*; atque ubi toties in Scriptura Rex aliquis tot vel tot annorum fuisse dicitur בְּמָלְכוֹ *quum regnare inciperet*, illud significare nemo dubitat. Cúmque numeri notari solent, vel 1. *quando* res contigerit; vel, 2. *quamdiu* ea duraverit; quæ duo Græci & Latini casuum (quibus Hebræi carent) variatione sæpe distinguunt; in annis Oppressorum posteriorem explicationem, in annis Quietis priorem hîc accipio; ut sub Othoniele, v. g. 40 non *annos*, sed *annis* terra quievisse intelligatur, id est, à præcedente aliqua epocha *anno* 40. Quod, licèt cum versione vulgatâ non conveniat, tamen cum verbis Hebraicis satis congruere Fr. Ribera ostendit; (de Templo. l. 1. c. 1.) Hebræorum consuetudinem esse docens, ut ab uno ad decem aliquando, à decem verò & ulterius semper, *numeralibus Cardinalibus utantur pro Ordinalibus*. Certior verò nulla Epocha, à qua primæ sub Othoniele quietis terræ supputatio deducatur, quàm celeberrima illa terræ quies à Josua constituta; Jos. 11. 23. & 14. 15. Superatis igitur Mesopotamiensibus, (qui post illos Cananææ Reges primi universæ terræ Israeliticæ bellum intulerunt) quies (annis post prioris illius initium *quadraginta*) reddi cœpta est, victore deinceps Othoniele [d]. [d Usser. Chron. 197.] His præmissis, annos sic distribuit; 1. Ab exitu, &c. ad transitum Jordanem anni erant quadraginta. 2. Inde ad quietem terræ per Josuam datam an. 6. (Jos. 14. 7, 10.) 3. Inde ad quietem per Othonielem restitutam an. 40. quibus terra *quievit*, Judic. 3. 11. id est, quiescere cæpit quadragesimo anno post quietem à Josua constitutam; Ità intra illud spatium sunt, 1. anni servitutis sub Cushane; 2. anni Josuæ, & seniorum; Obj. At illi post primam quietem יָמִים רַבִּים, sive *longo tempore* superfuerunt, Jos. 24. 31. Resp. Sic bellum cum Cananæis gestum legimus יָמִים רַבִּים, Jos. 11. 18. quum tamen omnia ista bella intra septem annos peracta essent. 3. Anni ἀναρχίας, in quibus contigerunt, quæ Jud. cap.17, 18, 19, 20, 21. (Quanquàm nihil vetat ἀναρχίαν fuisse, etiam tempore seniorum; quos non dicit scriptura gubernâsse, sed diu vixisse post Josuam, Jud.2 7. & fortasse, non tam authoritate, quàm venerabili senectute, & vitæ exemplo populum in officio continuerunt [f].) [f Voss. Isag. c. 2. p. 112.] 4. Inde ad quietem per Ehudem terræ restitutam, anni 80. Ità Jud. 3. 30. *quievit—80 annis*; id est quiescere cæpit anno 80 post pacem ab Othoniele restitutam. 5. Inde ad quietem per Deboram & Barak restitutam an. 40. Jud. 5. 41. *quievit* 40 *annis*; id est, quiescere cœpit anno 40. post quietem ab Ehude redditam: Intra quod spatium etiam tempus Samgaris comprehenditur. 6. Inde ad quietem per Gideon restitutam an. 40. Jud. 8. 28. *Et quievit* 40 *annis*, id est anno 40 post quietem Deboræ, &c. cœpit quiescere, &c. Ità à quiete ad quietem annorum supputationem instituimus. 7. Inde ad initium regni Abimelechi, an. 9. Hoc spatium in scriptura non exprimitur, sed ex reliquis membris collatis, id addendum esse intelligimus. 8. Abimelechi, Tolæ & Jairis, anni 48. Ubi notandum 18. annos servitutis Ammoniticæ, de qua Jud. 10. 8. in Jairis tempora incurrisse; non autem, ut vult Euseb. Chron. post illa fuisse; quod sic probatur; 1. In anno hujus calamitatis 18. & ultimo, & ante Jepthæ principatum, dicitur Deus ipsorum resipiscentium misertus esse, Jud. 10. 16. 2. Ammonitæ à Jeptha depressi erant, 20 eorum civitatibus captis, Jud. 11. 33. 3. Non depugnâssent contra se invicem Jeptha & Ephraimitæ, Jud. 12. nisi à servitute & Ammon. & Philist. immunes fuissent. Obj. 1. Ante Ammonitarum oppressionem mors Jairis in Scriptura commemoratur, Jud. 10. 5, 6, 7. Resp. Per prolepsin hoc fit, (cujusmodi ὕστερα πρότερα in ipso sequentis capitis, Jud. 11. initio, & Gen. 11. & alibi passim) ut deinceps, ordine non interrupto, de causis, duratione & fine servitutis Ammoniticæ, à Jepthe demùm sublatæ, simul ageretur; & locus Jud.10.6. sic reddi potest, *Isr. iterum fecerant malum*, &c. (Hebræi nempe unico suo præterito sæpe plusquamperfectum comprehendunt,) jam inde videlicet à morte Gideonis, Jud. 8. 33. Obj. 2. Quomodo diceret Jeptha Israel. per 300 annos in terra Gilead. habitâsse, Jud. 11. 26. cùm non plures quàm 264 anni juxta nostras rationes fuerint. Resp. Perfecto & rotundo numero usus est, vel, quòd magis ad 300. quàm ad 200. is numerus accederet; vel, ut causam suam juvaret; vel, quia modus loquendi passim id ferebat. 9. Jepthæ anni 6. 10. Ibsanis, Elonis & Abdonis anni 25. Hos autem,

autem, non tantùm Galaaditidis, ut vult Abramus, sed totius Israelis Judices facio; dicuntur enim (non secus quàm Tola & Jair, Jud. 10,1,3.) *Israelem judicavisse*, Jud. 8. 14. totum utique, non illius portionem, & quidem minorem & deteriorem. 11. Eli & Sampsonis 40. Ad hoc membrum referuntur 40 illi anni Philistææ oppressionis, Jud. 13.1 [f]. [Et hoc membrum cum sequentibus ulteriùs demonstraturus Reverendissimus Primas, scribendi simul & vivendi finem fecit; ut in calce libri refert vir doctissimus qui hoc opusculum edidit.] 12. Samuelis anni 21. 13. Saulis Regis an. 40. 14. A morte Saulis ad jacta fundamenta Templi, anni 43. Summa est [additis hîc illic nonnullis mensibus] ann. 479 [g]. quot annos & dies 17. intercessisse liquet, non integros annos, 480 [h]. [Hactenus Usserius integritatem Textûs astruens. Sed adversùs eam aliud adhuc telum torquent, & producunt Act. 13. 20. ubi Deus dicitur *dedisse Judices per annos 450. usque ad Samuelem*. Vel ergo hic numerus falsus est, vel ille.] Resp. 1. Quidam ibi mendum agnoscunt, [ut antè notatum] & τετρακοσίοις poni pro τριακοσίοις [i]. Resp. 2. Alii verba trajecta volunt [k], & annos illos 450. non ad Judicum durationem, sed ad tempus partitionis Terræ referunt; Sic vulgatus, *Sorte distribuit eis terram, quasi post 450 annos: & post hæc dedit Judices.* Sic & MSS. quidam Græci codices, ut Mariana testatur. Sic antiquissimum illud Alexandrinum in Anglia. Similiter alius codex à Beza, ad hunc locum productus; & alius in Novo Collegio Oxon. Tandem hoc ipsum inter diversas lectiones ad Novum Testamentum à se excusum Paris. an. 1568. subjecit Robertus Stephanus [l]. Numerentur anni hi 450. à nato Isaaco, cui terra promissa erat. Inde ad exitum ex Ægypto sunt anni 400, ut est Gen. 15. 13. Adde quadraginta annos in deserto; & sex annos ante sortitionem terræ. Sunt anni 446. vel, ut Apostolus annis circiter 450 [m]. Nonnulli ellipsin tantùm participii esse volunt, & sic legunt; *Et post hæc annis quadringentis & quinquaginta* (sub. *peractis*) *dedit Judices.* Qualem ellipsin esse volunt, Matt. 1. 11 [n]. Resp. 3. Locus ille cum præsenti sic conciliatur; *Dedit Judices*, nempe *principes illos, qui judicabant plebem*, quos Moses suasu soceri elegit primo peregrinationis anno, Exod. 18. 28. *usque ad Samuel*; id est, ad obitum Samuelis; quem paucis ante Saulem mensibus obiisse plerique censent: 43. annis ante conditum Templum. Hos 43 annos si deducas de 480 supersunt 437. id est, ut Paulus habet, *annos quasi 450* [o]. [Hæc fusiùs tractare placuit, quia nodus hic est vindice dignus; & amplam religionis hostibus cavillandi materiam præbet, & veluti cynosura quædam est, quâ in explicandis aliis multis scripturæ locis certiùs dirigamur.] Multi putant in numero hîc erràsse scribam, & 400 positam pro 500. verùm hæc alii, quibus otium est, subtiliùs expendant. Sic & Templi mensuram atque formam libenter aliis inquirendam relinquo [p]. Hos annos ità colliges. In deserto 40. Sub Josua 17. Judicibus 299 Heli, Samuele & Saule 80. Davide 40. Adde Salomonis 4. efficiunt 480 [q]. ¶ *In anno quarto, mense Ziv (ipse est mensis secundus) regni Salomonis*] Sim. Mo. Sy. Ar. JT. *Anno quarto, mense Aprili (ipse est mensis secundus, quo regnare cœpit Salom.* &c. *ædificavit*, &c. P. sim. Jon. *Anno quarto (mense Zif, is est mensis secundus) quo Salomon regnavit*, &c. M. Ti. בְּחֹדֶשׁ זִו *Mense Aprili*, P. V. Sy. Ar. Aprili plerumque respondet [r]. Sic dicitur à *splendore* [s]. *Mense apertionis florum*, Jon. in V. Nomen hoc mensis, ut & *BUL* infrà 38, Chaldaicum est. Eóque convincitur serò scriptum hunc librum, ac fortè ab Jeremia [t]. Mensis hic secundus, non regni Salomonis, sed anni cujusque, habitâ ratione festorum, sive anni sacri [v]. Qu. Cur tam diu dilatum hoc opus? Resp. Præter ea, quæ reliquit David, multa paranda erant, ligna dissecanda, lapides eruendi, & expoliendi, &c. Sed cur non primo mense susceptum? Resp. Impeditus erat festo paschatis, quod eo mense agebatur [x]. ¶ *Ædificari cœpit*,] וַיִּבֶן *Ædificavit*, P. Mo. Jon. *ædificare cœpit*, M. Ti. JT. Sy. Ar. Sic exponitur, 2 Chron. 3. 1. Sic Gen. 5. 32. & infrà v. 37 [y]. *Fundata est domus*, i. e. cœpta fundari. Verba completiva sæpè inchoativè sunt intelligenda [z]. ¶ *Domino*] In honorem Jehovæ [z].

f Uss. Chron. — g Uss. p. 203. — h Uss. p. 189. — i Uss. Voss. — k Ità San. in Voss. p. 127. — l Uss. 195. — m Voss. 127. — n Uss. ib. — o Abram. Phar. 10. 18. — p G. — q Pi. ex Jun. — r M. — s V. — t G. — v Me. — x Mart. — y Pi. ex Jun. — z Glass. gram. p. 235. — z V.

2. *Sexaginta cubitos*, &c.] Forma Templi, non multum differt à forma Tabernaculi [b]; duplò tamen auctior erat, ut patebit conferenti [c]. Brevis hæc mensura videbitur, si de nostris & Ethnicorum Templis cogitemus. Verùm hîc tantùm describuntur Vestibulum, & Sanctum, & Sanctum Sanctorum [d]. Quod de longitudine & latitudine dicit, intelligendum est non de toto Templo, sed de cella & penetrali [†]. Porrò cubitus duplex est, 1. communis, qui constat 5 palmis, id est 20 digitis. 2. legalis, sive Templi, qui communi palmum addit teste Ezec. 43. 13. constátque digitis 24 [f]. Cubitos hîc intellige Sacros & Geometricos, in metiendis corporibus solidis receptos; nam ideò dicuntur *primarii*, 2 Chron. 3. 3. Vide infrà 7. 2, & 15 [g]. Sermo etiam hîc est de vacuo Templi spatio; nam si craffitiem murorum comprehendas, longitudo erat 100 cubitorum, latitudo ferè 60 altitudo 50. ut Villalpando placet, Tom. 2. l. 5. cap. 14 [h]. ¶ *Et triginta cubitos in altitudine*] At Templum altum dicitur 120 cubitos, 2 Par. 3. sic & Josephus [i]. Resp. 1. Ego id in Paralip. referò ad porticum, quæ, turris instar, erat 120 cubitos alta [k]. Resp. 2. Hîc loquitur de altitudine infimi habitaculi; in Paralip. de altitudine totius domûs [l]. A pavimento Templi ad [*primam*] contignationem erant 30 cubiti; suprà eam erant varia gazophylacia, bicamerata, & tricamerata loca, quæ 90 cubitos in altitudine tenebant [m]. Erat enim quasi aliud ædificium supra Templum, ubi repositi sunt thesauri, donaria, &c [n]. Domus duplex erat, 1. inferior, de qua potissimùm scriptura loquitur, quia in ea sacra omnia fiebant; Hæc alta erat 30 cubitos. 2. Superior, quæ inde ascendebat adhuc per 90 cubitos [o]. Erant in eo tabulata: sed quot, & quo modo disposita, non liquet [p]. Qui hæc statuunt, sic suam sententiam probant; quòd, cùm Templum in Esdra esset 60. cubitos altum, Herodes (teste Josepho) dixit defuisse illi ædificio 60 cubitos, quoad altitudinem, à Templo Salomonico: Quanquam alii hoc Herodis dictum de solo Templi vestibulo accipiunt. Nec illis verisimile est vel homines super Sancta Sanctorum ambulàsse; vel scripturam de ostio tacituram, per quod ascenderetur ad illa cænacula [*]. Conjicio altitudinem hîc dici, non totius Templi, sed cellæ & penetralis, quæ esset 30. cubit. viz. quanta erat ædicularum altitudo, quæ essent singulæ 10 cubitorum. Supra hanc altitudinem patebat Templi murus 30. cubitos, infrà superius ædificium, quo in spatio erant fenestræ. Huic toto ædificio impositum erat superius alterum ædificium, in altitudinem non quinque (ut hîc scriptum est. in quo mendum videtur esse) sed 60, ut tradit Josephus, cubitorum. Sed hæc ità dico, ut affirmare non ausim. Nam tanta ædicularum altitudo cellam & penetrale redderet obscurum. Itáque mihi suspectus est locus [q]. Ad istas superioris domûs contignationes ascendebatur per cochleam, quæ in ipsa murorum crassitie fabricata erat, & januæ erant ad latera, quibus ad superiores contignationes ascenderetur v. 8 [r].

3. *Et porticus erat ante Templum*, &c.] וְהָאוּלָם עַל־פְּנֵי הֵיכַל הַבַּיִת וגו׳ *Et porticus* (vel *vestibulum*, sub. *erat*, P. Sy.) *ante Templum* (vel *ante ostium*, sive *januam*, Sy. Ar. *ante structuram*, sive *ædificium*, Ti. M. *ante cellam*, Ca. *ad frontem*, Mar. *super facies Templi*, Mo.) *domûs*, P. Jon. JT. Belg. Ang. Porticum Hebræi vocant *domum portæ*; i. e. ædificium quod adjacet portæ. *Ante templum ejus domûs*; i.e. ante secundam partem domûs. Tota structura dividebatur in duas partes, nempe דְּבִיר *adytum*, seu *oraculum*, in quo erat Arca, &c. & הֵיכָל *templum*, in quo erant candelabrum, altare thym. &c [s]. ¶ *Juxta mensuram latitudinis Templi*, עַל־פְּנֵי רֹחַב הַבַּיִת *Super facies* (vel *secundùm frontem*, JT. Ca.) *latitudinis domûs*, Mo. sim. Ca. V. *secundùm* (vel *ante*, P. Jon. Ar.) *latitudinem domûs*, M. Ti. Strig. Belg. Ang. q. d. Tam longum erat vestibulum, quàm erat lata domus ipsa [t]; quare longitudo porticûs latitudini templi adjuncta & adæquata; latitudo verò porticûs adjuncta fuit longitudini templi [v]. ¶ *Habebat decem cubitos latitudinis ante faciem Templi*, עַל־פְּנֵי הַבָּיִת *Super facies* (vel *in facie*, M.) *domûs*, Mo. *ante domum*, Jon. P. Ti. JT. Strig. Belg. Ang. *ante longitudinem ædis*, Ar. sim. Sy. *ante* (vel *secundùm*, Ca.) *frontem domûs*, V. i. e. sumendo eam latitudinem, secundùm longitudinem ipsius Templi, per quam latitudinem vestibuli intrabant templum.

b Mart. — c T. — d Mart. — † Ca. — f San. — g Jun. Pi. Ma. — h Me. — i Ca. — k Mar. sim. Ma. & Pi. ex Jun. V. San. ad v. 3. — l Strig. sic Os. Mart. — m Q. in M. sim. La. — n La. sim. Ser. — o Ser. ex Theodor. & Ribera. — p Ser. — * Mart. — q Ca. — r Ser. — s V. — t V. sim. La. — v La.

plum [x]. Latitudo Templi erat à septentrione ad Meridiem. Vestibulum igitur erat in Orientali parte, teste Jo. & Ezec. c. 8. quod & apparet ex tabernaculo, ad cujus imitationem hoc factum est. Quod ideò dico nè quem fallat hodiernorum Templorum consuetudo, quæ omnia ab Occidente habent aditum; videlicet ex Romanorum consuetudine, quam imitati sunt nostri [y]. Ethnici ad Orientem orabant, Hebræi verò ad Occidentem: Deus quippe illos idololatriam voluit omnibus modis cavere; a que sic instituit, nè suus populus adorando versùs plagam Orientalem, solem Orientem adoraret [z]. Porrò duæ tantùm dimensiones hîc ponuntur, longitudinis & latitudinis: altitudinis verò describitur, 2 Chron. 3. 4. videlicet 120 cubitorum [a]. Erat hoc vestibulum tum ad magnificentiam, tum ad usum [b]; sicut in principum aulis, & sacris basilicis excitari solent altissimæ turres, quæ & ornamento sint, & munimento [c].

x V. — y Ca. — z Mart. — a Ma. et Pi. ex Jun. — b La. — c San.

4. *Fecitque in templo fenestras obliquas,* חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים] Voces Schkuphim & Atumim notæ non sunt, fenestras formâ aliquâ significant eo tempore vulgo notâ [d]. [Variè reddunt.] *Fenestras prospectivas & occlusas,* Mo. *obliquas, densásque,* Sy. *cancellatas* vel *reticulatas, & occultas,* ó. in San. i. e. quæ interrasili saxo, aut ligno fiunt [†]. *Fenestras, lumina videlicet valvata,* Ti. *Fenestras apertiles & clusiles;* h. e. quæ aperiri claudíque possent; h. e. quæ fores haberent; ad earum differentiam, quæ habent tantùm lumina, non autem fores [f]. Ad verb. *apertas clausas,* V. *Prospectui accommodas, clausas,* JT. Heb. *fenestras prospectuum clausorum,* Jun. (seu *compressorum,* Ma) i. e è lato contractas utrinque usque ad mediam crassitiem muri. Ità lux commodiùs undequaque intromittitur. Clausæ autem erant vitro, ad arcendas cæli injurias [g]. *Fenestras prospectuum clausas;* i. e. cancellatas, &c [h]. *Fenestras latas,* sive *laxiores* (vel *apertas,* Jon.) *intrinsecus, angustas extrinsecus,* P. sic Ar. V. Strig. Me. [Alii contrario modo vertunt;] *foris latas, & intus angustas,* M. He. in Mar. Fenestræ sic erant formatæ, ut Templum illud magis divino splendore illustratum fuerit, quàm corporali lumine: alioquin contraria dispositio adhibita fuisset fenestris. Quæ enim plurimum lucis dare debent, foris contractæ, & intùs deductæ esse debent [i]. *Fenestræ perspicuæ, clausæ;* i. e. ità factæ, ut lumen quidem in Templum transmitterent, sed tamen nemo qui forinsecus extra Templum obambularet, in Templum per eas inspicere posset [k]. Hæ fenestræ erant in parte Templi exteriori; nam pars interior, sive Sancta Sanctorum, fenestris caruit [l]. Fenestræ hæ erant in eo domûs spatio, quod secundo, aut tertio tabulato respondebat; de quo mox agendum [m]. Sextus versus docebit tres thalamorum, sive cellarum ordines fuisse in circuitu Templi, unúmque thalamum suprà alterum extitisse, unumquemque verò thalamum fuisse 5 cubitos altum. Ità omnes thalami ascenderunt ad 15 cubitum parietis Templi; supersunt ergo usque ad summum quindecim; Illic, arbitror fenestras fuisse collocatas. Ità liberum lumen in Templum recipiebatur. Alii autem putârunt thalamos non fuisse continuos, neque unius contignationem esse pavimentum superioris. Fingunt autem inter infimam & mediam alam fuisse spatium 7 cubitorum cum dimidio, idémque spatium inter mediam & supremam. In illis spatiis, sive interstitiis fenestras collocant; quasi fuerint ii ambitus, vel alæ, quemadmodum ambulationes, *Galleries;* Verùm sic fenestræ liberum lumen non admisissent *.

d Mar. — † San. — f Ca. — g Jun. ex R. Jehuda Pi. — h Ma. ex Hi. — i M. — k Of. — l San. Me. — m San. — * Mart.

5. *Et ædificavit super parietem templi tabulata per gyrum*] Obscurus locus, & qui vix intelligi potest sine descriptione Templi Ezechielis [n]. וַיִּבֶן עַל קִיר הַבַּיִת יָצוּעַ סָבִיב *Et ædificavit super parietem (super parietes,* Jon. Sy. Ar. *in pariete,* M. Strig. *juxta,* vel *ad murum,* P. La. San. sim. Ma. Ca. quo sensu עַל *super* sæpè sumitur, La. ex San) *domûs, thalamum circumquaque,* Mo. P. יָצִיעַ vertunt *thalamos,* M. Strig. *prominentiam,* Jon. *appendicem;* i. e. ædificium illi adjunctum, non comprehensâ porticu [o]. *Peribolos,* Sy. *cellas,* Ar. *ædiculas,* Ca. *deambulatorium,* Of. L. *ambitum,* Ti. Tres hîc ambitus faciunt nostri, Templum ferè totum cingentes. Id si verum est, ubi locus fenestris? ut taceam multa Hebræa vocabula, quæ hîc scribuntur, huic non astipulari P. *Substructionem,* i. e. solum cujusque contignationis. Vide ad v. 6 [q]. Imaginabimur parietem ligneum, vel lapideum extra Templum erectum, ad distantiam 5 cubitorum à pariete Templi. Tegebatur hoc spatium trabibus muro Templi externo inhærentibus: trabibus imponebantur tigna & asseres; & sic ambulatio infima ceu ala contegebatur [r]. Per *tabulata* intellige cubiculorum ordines tabulatis distinctos, nam Templum gemino pariete cingebatur, & inter parietes spatium erat 5 cubitorum, in quo cubicula erant intra utrumq; parietem inclusa [s]. Fecit hæc Salomon, tum ad ornamentum, tum ad custodiam Templi [t]; quia illud sic ambiebant ut tamen non attingerent; ideóque Ezech. 40. sæpiùs *ædificium separatum* appellatur [v]. In his cubiculis reponebantur Templi supellex, vel thesauri; in eísque se recipiebant sacerdotes [x]. ¶ *In parietibus domûs per circuitum Templi & oraculi*] Ubi vides, per *domum* præcipuè Sanctum, & Sanctum Sanctorum intelligi; cùm enim dixerit *juxta murum domûs,* sic explicat, *per circuitum Templi,* &c [y]. אֶת קִירוֹת הַבַּיִת וגו׳ *Cum parietibus domûs circum Templum & oraculum,* Mo. *juxta murum domûs,* &c. P. *ad muros,* &c. à parte exteriori [z], *qui* (scil. *thalami*) *ambiebant Templum,* &c. Strig. *thalamos hærentes in parietibus domûs,* &c. M. *cum parietibus ædis circumquaque, tam Templo, quàm adyto,* Ti. *parietibus cinxit Templum,* &c. Sy. sim. Ar. Ca. Dicit, *in parietibus,* quia ad utrumque parietem tabulatum pertinebat, illísque hinc & inde innitebatur [a]. ¶ *Et fecit latera in circuitu,* וַיַּעַשׂ צְלָעוֹת סָבִיב] *Et fecit appendices circùm,* Mo. sic Jon. V. Significat appendicem multas mansiones habentem; nam צֶלַע significat *ædificium laterale,* quod ad latus majoris ædificii exstruitur [b]. *Fecit thalamos,* P. *latera,* Ti. *laterales domunculas,* sive *thalamos,* He. in M. *contignationes,* M. Strig. *alas,* i. e. extantes muros alarum instar, ad alteram partem substructionis sustinendam [c]. *Et fecit in lateribus domûs,* istud, (scilicet *deambulatorium*) *in circuitu.* Hebræi enim ea quæ obscuriora sunt, solent repetere aliis verbis [d]. *Latera* vocat (quomodo & Ezechiel) tabulata, sive ædificia separata [†]. Hæc enim latera explicat dum subdit vers. 6. *Tabulatum,* &c. pro quo Heb. & ó. habent *latus* [f]. Sic vocat, 1. quia lateraliter cingebant Templi latera [f]; (non secùs quàm *costæ,* id צֶלַע sign. hominis cor muniunt [g],) vel, 2. potiùs, quia unum super aliud lateraliter extabat & prominebat, ac superius erat latius, quàm inferius [h]. צְלָעוֹת sunt ligna è pariete prominentia, super quæ ponuntur capita trabium. In fabrica Templi quatuor hæc nomina, צֶלַע, יָצִיעַ, תָּא, & לִשְׁכָּה ferè synonyma sunt [i]. *Fecit latera,* Utrumque Templi parietem, ad majorem firmitatem, hinc inde lateribus, sive costis, quas *antas,* sive *anteridas* vocant Architecti, munivit. Ità aliqui. Sed verius videtur hæc latera fuisse parva cubicula inter muros intercepta, de quibus dictum [k]. Porrò hæc ædificia totam domum circumvallabant, nisi ab Oriente, ubi à porticu muniebatur [l].

n Ca. — o V. — r M. — q Pi. ex Jun. — r Mart. — s Me. — t San. La. — v Sar. — x Me. sim. La. — y V. — z Pi. ex Jun. Ma. — a Me. — b V. — c Pi. ex Jun. — d Of. — † San. La. — f La. — g San. — h La. — i He. in Ma. — k Me. — l San. sim. Ser. La. Mart.

6. *Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos,* &c. *medium sex,* &c. *& tertium septem,* &c.] Erant hi thalami triplici ordine dispositi, infimi scilicet, medii, & tertii [m]. In quolibet latere Templi erant tres cellarum, sive tabulatorum ordines, & superior ordo semper inferiore latior est uno cubito [n]. Qu. Quæ causa? Resp. 1. Angustia areæ in monte Moriæ fecit, ut imæ cellæ essent angustæ; quare superiores oportuit facere latiores per trabes prominentes [o]. 2. Quia Templi muri post 10 cubitos semper reducuntur, [de quo statim dicendum;] & in reductionibus istis cellæ superædificatæ sunt P. 3. Fit hoc ob cochleas, per quas ab inferioribus ad superiora ascenditur; Supremum cubiculum est 7 cubitorum, quia nullam habeat cochleam: medium habet 6 cubitos, ob cochleam: infimum habet 5 cubitos; quia ex eo ad duo cubicula, ex medio tantùm ad unum cubiculum ascenditur [q]. 4. Infimi thalami adhærebant parieti; sed eam non ingrediebantur, sicut medii, qui per unum cubitum sedebant super parietem; unde uno cubito infimis latiores erant. Tertii & supremi habebant pro pavimento contignationem mediorum thalamorum, ingrediebantúrque murum per cubitum unum [r]. In his cubiculis, sicut in Templi longitudine, seu latitudine, non consideratur murorum crassities, sed spatium tantùm vacuum, quod intra parietes cohibetur [s]. ¶ *Trabes posuit in domo per*

m M. — n Ser. Me. — o La. & Ser ex Ribera. — p Ser. ex Mo. & Theodor. sim. Mart. — q San. — r M. — s San.

circuitum

circuitum forinsecus, [כִּי מִגְרָעוֹת נָתַן לַבַּיִת סָבִיב חוּצָה] *Quia dedit diminutiones domui in circuitu extrinsecus*, Mar. sim. Mo. M. sic vocat *sedes*, ubi murus per cubitum contrahebatur, & quibus trabes thalamorum nitebantur [t]. *Projecturam* (vel *mutulos*, Sy. *projecta*, Ar.) *fecit domui*, &c. Jon. *Posuit contractiones* muri *in domo*, &c. M. *Prominentias muri fecit*; i. e. fulcra quædam lapidea de muro egrediebantur [v]. *Contracturas indiderat domui*, &c. JT. id est, quinto quoque cubito assurgentis muri, crassitiem ejus diminuerat cubito uno extrinsecus, ut projecturæ illæ muri essent cubilia substructionis trabibus [x]. * His verbis causam reddit cur illæ ædiculæ [*de quibus jam dictum*] circa Templum constructæ essent inæqualis latitudinis; quòd nimirum murus assurgens, ter introrsus retrahebatur cubito uno [y]. *Nam foris defectiones ædi fecerat*, &c. Ti. *Siquidem retractiones posuerat in domo*, &c. P. V. sive *restrictiones*, aut *reductiones*; sic vocat, quando murus abducitur introrsum, ità ut inferior muri pars laxior sit, & promineat magis quàm superior, ad collocanda capita trabium. Gallicè *les retraictes* [z]. ¶ *Ut non hærerent muris Templi*, לְבִלְתִּי אֲחֹז בְּקִירוֹת הַבָּיִת] *Ne apprehenderent* (sub. *trabes*, Mar. *capita trabium*, V. *trabes thalamorum*, M.) *muros domûs*, P. sim. M. Mar. V. Ti. i. e. nè trabes hærerent parietibus; h. e. nè necesse esset fieri foramina in pariete, in quæ inderentur capita trabium appendicis [a]. Nè murus perforaretur propter trabes; cùm lapides muri omnes essent integri, nullúmque ferreum instrumentum ibi audiretur [b]. *Nè hærerent muris domûs*; id est, ut exemptiles essent sine damno Templi, & tantùm projecturis incumberent [c]. *Nè ædiculæ attingerent Templi parietes*, Ca.

7. *De lapidibus dolatis atque perfectis* [אֶבֶן שְׁלֵמָה מַסָּע] *Lapide perfecto*, sive *integro*, P. Mo. M. Ti. JT. &c. *advecto* è monte, P. vel *advectionis*, Pi. Os. V. sive *profectionis*, Mo. V. sive *adductionis*, V. id est, talibus lapidibus, quales allati fuerant [d]. *Lapidibus perfectè elaboratis, qui devehebantur*, Sy. Lapide affabrefacto prorsus antequam adveheretur †. Cùm ergò integri essent lapides, foramen nullum erat in quod capita trabium immitterentur [f]. ¶ *Non sunt audita in domo*] Intellige de instrumentis ad secanda, aut dolanda ligna, aut lapides, pertinentibus, quæ ferè ferrea sunt; non autem de instrumentis aliis necessariis ad conjunctionem & compositionem lignorum, & lapidum inter se [g]. Non opus erat his instrumentis, quia in lapidicinis dolabantur lapides & parabantur [h], ad normam sibi ab Architectis datam [i]. Aiunt Hebræi fissos lapides è verme dicto שָׁמִיר [k]. Porrò hoc factum; 1. ad facilitatem vecturæ ex diminuto lapidis pondere [l], 2. Nè Salomonis, & spectatorum aures strepitu offenderentur [m]. 3. In mysterium, ut doceat strepitus contentionum, & schismatum in ecclesia, non esse audiendos [n]; vel, 4. ut significaret in hac vita electos multis adversitatum veluti tunsionibus exerceri, ut in cœlesti Templo, summâ quiete perfruantur [o].

8. *Ostium lateris medii*, Ità Ti. Os. פֶּתַח הַצֵּלָע הַתִּיכֹנָה] *Ostium thalami* (vel *appendicis*, Mo. V. *periboli* Sy.) *medii*, P. M. vel *inferioris*, Jon. *Medianæ porticus*, Ar. *porta ad alæ medianam*, JT. quâ scil. ascendebatur ad medianam contignationem [p]. *Appendicis mediæ*; i. e. mediæ partis appendicis [q]. Porta hæc secretior erat [r], & familiaris tantùm sacerdotibus, per quam multa commodè subducere & introducere possent, quæ loci cultus postularet: Non procul erat ab altari & mensa [s]. ¶ *In parte erat domûs dextræ*, אֶל־כֶּתֶף הַבַּיִת הַיְמָנִית] Erat *in latere* (*humero*, Mo) *dextero*, P. M. Ti. JT. &c. *meridionali*, Sy. sic Jon. Mar. La. Pi. Sic Psal. 89. 13. *Aquilonem & meridiem*, Heb. *& dextram* [t]. Spectantibus enim ad Orientem, Meridies est ad dexteram [v]. Templum spectabat Orientem versus [x]. ¶ *Et per cochleam ascendebant*, &c. וּבְלוּלִּים] *Et per cochleas*, &c. M. P. Ti. JT. Mo. *Per gradus ligneos*, Ar. Cochleæ verò duæ fuisse videntur [y]; quia vox pluralis est, & commodius hoc fuit; per unam ascendebatur in tabulata Templi, per alteram in tabulata cellarum. Porrò, *ascendebat hæc cochlea intra crassitiem muri [z]. ¶ *In medium cœnaculum*, עַל הַתִּיכֹנָה] *ad medium*, P. Mo vel *medianum*, Sy. Ar. JT. scil. thalamum, Ti. In mediam partem appendicis [a]. ¶ *In tertium*, אֶל־הַשְּׁלִשִׁים] *ad tertia*, Mo. *tertium*, M. P. Sy. *in tristega*, i.e. ad thalamos tertiæ regionis appendicis [b]. *Ad tertiana cubicula*. Hinc ex parte apparet singulas contignationes distinctas fuisse in diversas cellas: clariùs verò adhuc ex 2 Reg. 11.2. & 1 Chron. 28. 12 [c].

9. *Texit domum laquearibus cedrinis* וַיִּסְפֹּן אֶת הַבַּיִת גֵּבִים וּשְׂדֵרֹת בָּאֲרָזִים] *Et texit domum testitudinibus, & ordinibus in cedris*, Mo. vel *trabibus cavatis, & supra illas erat ordo multiplex capitum tignorum cedrinorum*, Jon. vel *cedris tam suprà quàm in parietibus*, Strig. *testitudinibus, & trabibus cedrinis*. Ea sunt laquearia, Mar. vel *trabibus incurvatis, & tabulatis cedrinis*, P. Texit partem superiorem ædis trabibus fornicatis; h. e. instar fornicis arcuatis, quæ videbantur contra pondus surgere; & lignis cedrinis super trabes illas dispositis. Ligna vocat *tigna* [d]. *Concameravitque ædem, fornicis in modum, ordinibus asserum cedrinorum*, Ti. *Posuítque contignationem unam demissiorem*, & alium *per ordinatos cedros*. Præter tectum erat duplex contignatio; 1. Inferior ex lignis ברושים, quæ hîc vocatur גֵּבִים quòd *foveas* sonat; quia inter istam & superiorem contignationem concavitas quædam esset. Alii exponunt *recurvationem*; ut scil. inferior contignatio in modum cœli foret hæmisphærica. Unde K. putat גֵּבִים idem esse quod *costas*, ob curvam hujus contignationis, ut costæ, figuram. 2. Superior ex cedris, quæ certis distintiis à se invicem ordinatæ sunt †. *Contignationem fecit incisis valleculis in strictiores tabulas, ordinibus cedrinis infulsis*, Q. in M. Alii, *tignis*, seu *trabibus incisis*, vel *sculptis instar fossarum*, aut *cisternarum*, quasi imbricatis, ut aqua deflueret. Atque tunc intelligetur de tecto exteriori; *& ordinibus in cedris*; i. e. tabulis cedrinis dispositis, compactis ab interiori parte tecti [f]. *Obtexit cantheriis & coaxationibus* (Heb. *dorsis & ordinationibus*, Jun.) *cedrinis*, JT. Pi. גֵּבִים hîc sunt laquearia; h. e. trabes excavatæ, in devexo circa medium, specie fornicis Supra has trabes tigna cedrina, ordine disposita erant, suprà quæ credibile est tegulas fuisse. Atque ità dicendum, si (quod verum puto) ad finem 30. cubitorum terminata est domûs altitudo. Sin verò supra sacram ædem fuissent cœnacula, non erit hoc primum aut supremum tectum, sed contignatio quædam, seu tabulatum [g].

10. *Ædificavit tabulatum super omnem domum*] Tectum fastigiatum, non planum, ut fieri solebant in Palæstina. Factum hoc ad majorem loci religionem, nè liceret in tecto ambulare, & versari [h]. Hoc porrò tabulatum altum erat cubitis quinque, à parte viz. media & summa ad parietem [i]. [Alii aliter.] Tabulatum hoc erat peribolum circa summum tectum ad prohibendum casum, & præbendum commodum apricandi, ambulandi, aut orandi locum [k]. Videtur loqui de cellarum tabulatis, vel tabulato summo, inquiunt To. & Caj. nam altitudo Templi erat 90. cellarum tantùm 60. cubitorum teste Josepho [l]. In Hebræo est, וַיִּבֶן אֶת־הַיָּצִיעַ עַל כָּל־הַבַּיִת [Variè reddunt;] *Et ædificavit thalamos ad*, vel *contra* (vel *peribolos super*, Sy. *podia circa*, Ar. *ambitus ad*, Ti. *ligamenta per*, δ. *contignationes per*, Theodor. in. Nob. *deambulatorium super*, Os.) *totam domum*, M. Strig Belg. Ang. *thalamum illum cum tota domo*, P. sic V. *substructionem quamque circa domum*, JT. ædiculam super Templum [m]. ¶ *Quinque cubitis*, &c.] Heb. *quinque cubitorum altitudo ejus*, P. &c. nempe thalami; i. e. singularum mansionum appendicis [n]. ¶ *Et operuit domum lignis cedrinis*, Ità Jon. Strig. וַיֶּאֱחֹז אֶת הַבַּיִת בַּעֲצֵי אֲרָזִים] *Et apprehendebat* (vel *junxit*, Os. *connexuit*, Sy. *confirmavit*, Ar.) *domum per trabes cedrinas*, P. sic Sy. sim. Mo. vel *pineas*, Ar. *quam* [*nempe substructionem*] *adjecit domui lignis cedrinis*, JT. id est, imposuit projecturis muri domûs. Vide suprà v. 6. *Et sic adjecit domui lignis cedrinis* [o], *hærebántque* [*nempe thalami*, M. vel *ambitus*, Ti.) *ad domum per ligna cedrina*, M sim. Ti. V. nam capita thalamorum erant collocata super retractiones sive reductiones quæ erant in muro Templi [p].

12. *Domus hæc quam ædificas*] [Ità plerique.] Suspensus hîc est sensus; Nominativus pro more absolutè ponitur, ut Psal. 10, 4: Isa. 11.1. *In die illa radix*, &c [q]. De hac domo, &c. Ang. Belg. *Quod ad istud*, &c. Ca. *Domus hæc*, sub. *grata est mihi*, Os. Mart. *Hæc sit domus quam tu ædificas. Si ambulaveris*, &c. Discernit Deus templum

[t] M. [v] Os. [x] Pi. ex Jun. [y] Ma. [z] V. [a] V. sim. Mar. Os. [b] M. [c] Jun. Pi. [d] V. sim. M. Ti Jun. &c. † Jun. [f] V. [g] F. sim. L. Mart. [h] V. sim. Me. La. &c. [i] Me. [k] G. [l] San. [m] La. [n] Mart. [o] E. [p] Jun. [q] V. [r] Me. [s] San. [t] Mar. [v] La. [x] Pi. [y] La. ex Jo. [z] La. [a] V.

[b] V. [c] Pi. ex Jun. [d] V. † M. [f] Ma. [g] Mart. [h] Me. sim. San. [i] San. [k] Salian. in Me. [l] La. [m] Ca. [n] V. [o] Pi. ex Jun. [p] V. [q] San.

templum verum à saxeo. Non enim habitat Deus in templis manufactis, sed homo conversus ad Deum est verè templum & domicilium ejus; juxta illud Joan. 14. *Mansionem apud eum faciemus* [r]. ¶ *Si ambulaveris, &c.*] i. e. In templo hoc promissa mea præstabo, responsa hinc reddam, templum & urbem tuebor, si tu successorésque tui secundùm legem meam vivatis [s]. Monet eum, ne sibi persuaderet ob illam ædificationem regnum sibi perpetuandum fore. Verum id præstabo, *si ambulaveris, &c.* Existimo hæc dicta, dum in opere versaretur; alii, pòst operis absolutionem; & hîc per anticipationem posita volunt [t].

15 *Et ædificavit*] id est, texit, vestivit, ornavit; nam parietes ædificati sunt ex lapidibus [v]. *Contabulavit, intrinsecus tabulatis* (vel *costis*, Mo. *asseribus*, Sy. *lateribus*, Jun. *tabulis*, M.P.JT.Ti.) *cedrinis*, Ità Jon. *Costæ* pro tabulis [x]. ¶ *A pavimento domûs usque ad summitatem parietum, & usque ad laquearia*, מִקַּרְקַע הַבַּיִת עַד קִירוֹת הַסִּפֻּן] *A pavimento* (vel, *id est*, *à pavimento*, P. Exponit quod priùs dixerat [y]. *A solo*, V. JT. *à fundamento*, Ar. Sy.) *domûs usque ad contignationem*, vel *ad parietes contignationis*, P.Mo. *ad cælum ejus*, Sy. sim. Jon. *ad culmen ejus*, Ar. *ad tabulatum*, h. e. tectum, V. *usque ad tegmen murorum*, Heb. *ad muros tegminis*, i. e. ad muri summam partem, cui incumbit tegmen [z]. ¶ *Operuit lignis cedrinis intrinsecus*, צִפָּה עֵץ מִבָּיִת] *operuit ligno* (vel *ligno* cedrino, M. sic Jon. Os. V.) *intrinsecus*, P. Ti. Mo. ¶ *Et texit pavimentum domûs*] Non adyti, sed prioris partis. Synecdoche, ut apparet ex v. 17. Vide 2 Chron. 3. 5 [a]. ¶ *Tabulis abiegnis*, Ità P. Jon. &c. בְּצַלְעוֹת בְּרוֹשִׁים] *In costis abietum*, Mo. [At Ti. *lignis pineis*.] Ligno potiùs quàm lap. de usus est Salomon, 1. quia lignum commodius erat ad cælaturam recipiendam; 2. quia aurum faciliùs hæret, atque affigitur ligno, quàm lapidi [b].

16. *Ædificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi*, וַיִּבֶן אֶת־עֶשְׂרִים אַמָּה מִיַּרְכּוֹתֵי הַבַּיִת] *Et ædificavit* (*contabulavit*, JT.) *viginti cubitos* (vel *spatio viginti cubitorum*, Strig. M) *à lateribus* (vel *extremitatibus*, Jon. Sy) *domûs*, Mo. Mar. Ti. vel *à lateribus* oraculi domûs, M. vel *super latera domûs*, Belg. vel *in utroque latere domûs*, Strig. *ad latera ipsius domûs*, JT. Sensus est, Texit spatium longum 20 cubitos, septum scilicet transversarium: h. e. ex 60 cubitis longitudinis (quæ erat longitudo Templi [c]) viginti separavit, &c [d]. Texit parietem intermedium, quo Sanctum distinguebatur à Sancto Sanctorum [†]. Qu. Cùm totum templum altum esset 30 cubitis, quomodo hîc Sanctum Sanctorum habuisse dicitur 20 cubitos altitudinis? Resp. 1. Sanctum Sanctorum decem cubitis fuit humilius priori parte [f]. Resp. 2. Alii verisimiliùs dicunt 20 cubitos fuisse continuati & similis operis, contectos cedro & auro. Supremos verò decem cubitos fuisse lapillis pretiosis contectos [g]. Alii volunt nudos fuisse parietes illis 10 cubitis [h]. Resp. 3. Tabulato huic 20 cubitorum imposita erat fornix cedrina, quæ ascendebat ad decem cubitos [i]. Resp. 4. Hi 20 cubiti altitudinis non sunt accipiendi quoad omnia latera Sancti Sanctorum; sed tantùm quoad partem Orientalem, sive spatium, quo à reliqua domo sepereratur. Ibi apertura 10 cubitorum relinquebatur, tum ut suffitus ex arca thymiamatis ad Sanctum Sanctorum penetraret; tum ut lux candelabri per illam aperturam eò diffunderetur [k]. [Resp. 5. Cùm hi 20 cubiti dicantur ædificati מִן הַקַּרְקַע עַד הַקִּירוֹת quod plerique reddunt, *à solo* vel *fundamento ad parietes*, vel *ad cœlum*, *tectum*, &c. Quidam aliter vertunt,] *à solo usque ad ipsos muros*, JT. id est, solum totum ab uno muro ad alterum [l]. Et eo præstabat hoc pavimentum exteriori, quòd tabulis cedrinis contectum erat, illud abiegnis [m]. ¶ *Et fecit interiorem domum oraculi in Sanctum Sanctorum*, וַיִּבֶן לוֹ מִבַּיִת לִדְבִיר לְקֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים] *Et ædificavit sibi* (vel *ipsi*, nempe Deo, Jun.) *in domo* (i. e. *in parte domûs interna* [n], vel *intus*, Strig. vel *intra*, sub. *tabulas*, Mar.) *oraculum*, *ut esset sanctitas sanctitatum*, P. sim. V. Strig. Mar. vel *in Sanctum Sanctorum*, Jon. V. JT. i. e. Adytum, quod alio nomine dicitur *Sanctum Sanctorum* [o]. *Ædificavit* —— *interius ad adytum Sancti Sanctorum*, Ti. *Intrinsecus scilicet ædificans, juxta secretiorem*

r Strig. s G. t Mart. v La. x Mar. y V. z Jun. a Pi. ex Jun. b Mart. c Belg. d V. † Belg. f Q. in Mart. g Mart. h Ribera in La. i La. ex Villalp. k Mart. l Pi. ex Jun. m Ma. n V. o V. sim. Ar.

Templi locum, in Sancto Sanctorum, M. *Et struxit illi* (scil. domui, aut templo) *intrinsecùs oraculum, in Sanctum Sanctorum*; id est, quod esset Sanctum Sanctorum; ut utrumque ל in לִדְבִיר & לְקֹדֶשׁ sit accusativi casûs, ut alibi sæpe; idem quod אֶת, quod & Syris usitatissimum [*].

17. *Quadraginta cubitorum*, &c. וְאַרְבָּעִים בָּאַמָּה הָיָה הַבָּיִת הוּא הַהֵיכָל לִפְנָי] *Et quadraginta cubitorum erat domus*, P. Jon. V. sim. Mo. Os. id est, reliqua pars domûs, nempe ipsum sanctum [p]. Hoc necessariò fit, quia ex 60 cubitis, quibus tota domus constat, interior 20 detraxit [q]; *ipsa est templum oppositum oraculo*, P. sim. Jon. &. V. i. e. ante faciem oraculi. Alii, *parte internâ*. Siquidem פָּנִים *facies* sive *formas* significat: unde לִפְנָי quod ponitur pro פְּנִימִי *toar*, & ל redundabit [r]. Alii, 40 *cubitorum erat domus illa, illud templum anterius*, JT. vel *nempe ipsum sanctum per se*, Ti. vel *nempe Templum, quod erat ante illud*, Belg. sim. Ang. vel *ipsum templum ad facies meas*, Mo. Mar. vel *ad facies ejus*, i. e. oraculi, Mar. [quasi legisset לְפָנָיו, & fortasse ו excidit.] i. e. intrinsecus, Ma. *erat in interioribus*, sive *parte internâ*, V. respectu scilicet vestibuli, sive porticûs, non oraculi [s]. 40 *cubiti erant pro ipsa domo, hoc est, pro templo exteriori ante oraculum*, M. sim. Ca. Strig.

18. *Intrinsecus vestiebatur*, פְּנִימָה] Parte internâ, V. sic Ma. propriè *anteriùs*. Sic vocant Hebræi, quod *interiùs*; nam introrsus pergentibus exteriora sunt retro, & interiora antè [t]. ¶ *Habens tornaturas*, &c. מִקְלַעַת פְּקָעִים] *Sculptura instar fundæ colocyntarum*, Mo. *incisæ colocynthides*, JT. Heb. *incisuræ colocynthidum*, vel *fungorum*, Jun. Pi. *depicta instar cucurbitarum*, P. *sculptura* vel *cælatura cucurbitarum*, V. Mar. (per quas intellige fructum & truncum ipsum [v];) vel *pomellorum*, M. *extruebant nodos prominulos*, Ti. מִקְלַעַת aliis est *ocellatio*, al. *rotula*, *rotatio*, q. d. sculptura in modum rotularum. Propriè *fundibulatio*, hoc est, incisura in modum fundæ facta. פְּקָעִים verò aiunt esse *folliculos figuræ oblongæ rotundæ, in modum colocynthidis seu ovi oblongi* [x]. *Sculpsit visionem ovorum*, Jon. *insculpsit tabulis figuras pomorum*, Ar. ¶ *Et cœlaturas eminentes*, וּפְטוּרֵי צִצִּים] *Et apertiones* (vel *cœlaturas*, M. P.) *florum*, Mo. V. Jun. Pi. sub. *variorum*, *erant in illis*, V. *& aperti flores*, JT. Ti. *& fasciarum & liliorum*, Jon. Sy. Ar. ¶ *Omnia cedrinis tabulis vestiebantur*] Vide ad 2 Sam. 7. 7 [y]. Obj. Verùm domus, quæ hîc *cedrina*, in 2 Par. 3. 5. *abiegnis tabulis* vestita dicitur. Resp. Addenda ibi (& in aliis locis paribus) particula *etiam*; locúsque sic reddendus est, *domum texit tabulis ligneis etiam abiegnis*. De cedrinis tantùm tabulis loquuntur libri Regum, quia iis majori ex parte, tecta erat domus; abiegnis verò, aut parùm, aut multò minùs. Sed cùm ad tegendum lapides aliquid insertum esset ex abiete, id omittere noluit scriptor Paralipomenon, cujus propositum erat, non omnia referre, sed ea tantùm, quæ in libris Regum fuerunt prætermissa [z].

19. *In medio domûs*, &c. וּדְבִיר בְּתוֹךְ הַבַּיִת מִפְּנִימָה הֵכִין] *Sic adytum* (*oraculum*, Mo. *domum oraculi*, Jon.) *intra domum* (*in medio domûs*, Mo. P.) *intrinsecus paravit*, JT. sim. M. Ti. Sy. &c. id est, in abditissima parte domûs [a]; i. e. Intimum erat hoc penetrale. Tacitus, *Templum intimis clausum* [b]. *In medio* sæpe sign. tantùm esse intra locum; Sic Tyrus dicitur esse in medio maris, licèt parùm distet à littore [c].

20. *Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis*, &c. וְלִפְנֵי הַדְּבִיר עֶשְׂרִים אַמָּה אֹרֶךְ וגו'] *Intrinsecus* (*Parte verò internâ*, V. vel, *In priore loco*, M.) *erat oraculum*, P. vel, *quod autem ad anteriorem adyti partem*, JT, *Viginti cubitorum erat longitudo ejus*, &c. P. JT. sim. M. *Et ante domum oraculi*, 20 *cubitorum erat longitudo*, &c. Jon. *Quod adytum per se habuit* 20. *cubitos*, &c. Ti. *Et ad faciem* (scil. *domûs*, ut Chald.) sive, *è regione*, *oraculum*, 20. *cubit. longitudo*, &c. Mar. *Oraculum* (vel, *locus oraculi*, vel *spatium*, sive *facies loci Oraculi*, Belg.) *in parte anteriori* (quæ nempe ingredienti ab Ortu versùs Occasum anterior jacebat, in fine Sancti [d],) *erat* 20. *cubit.* &c. Ang. Belg. [Alii sensum suspendunt, usque ad finem versûs hoc modo, *Et ante oraculum, quod erat longum* 20. *cubitis*, &c. *texit altare cedris*, Strig.

¶ Et

* Di. p V. q San. r V. s V. Mar. t Ma. v V. x Ma. y G. z San. a V. b G. c San. d Belg.

¶ *Et viginti cubitos altitudinis*] Dices, domum totam fuisse 30 cubitis altam. *Resp.* 1. Viginti cubiti erant solo auro tecti; decem tecti erant lapillis pretiosis †. [† V. ex M.] *Resp.* 2. *Viginti cubitos* intellige sine pastophoriis superstructis aliis super alia. Vide 2 Par. 3. 4 *. [* G.] *Resp.* 3. Non de oraculo hîc agitur, sed de pariete, qui oraculum à Templo disclusit, in quo spatium 10. cubitorum relinquebatur vacuum f, [de quo antè dictum.] [f L. Ricard. & Bed. in San. sim. Mart.] Non placet. 1. Neque enim oraculum diceretur 20 cubitos altum, propter illum parietem medium, qui non magis ad interiorem domum pertinet, quàm ad exteriorem; 2. Habet oraculum suam propriam altitudinem, de qua, non minùs quàm de longitudine & latitudine sermo est g. [g San.] *Resp.* 4. Erat Adytum decem cubitis depressius Basilicâ Templi. Vide suprà 2 h. [h G. sim. San.] Neque hoc extra symmetriam est, cùm etiam longitudo eâdem proportione minor sit. Fortè conclave augustius erat, quia demissius; & sicut vestibulum, reliquis partibus multò sublimius, minus habuit sanctitatis; ità Sanctum, quod minùs quàm Adytum erat augustum, potuit esse sublimius. Porrò Pavimentum Templi non erat æquale, quod de Ezecielis Templo constat. Nam Ezec. 40. ab externo muro ad primum atrium, & ex atrio sacerdotum ad vestibulum per gradus ascendebatur; cùm ergò Templi area quò magis accederet ad Occasum magis esset acclivis, verisimile est ab exteriori æde ad interiorem per plures gradus futurum ascensum: Quare ex eo pavimento ad tectum, quod utrique domui æquale fuit, altitudo longè minor fuisse videtur i. [i San.] ¶ *Vestivit auro purissimo*, וַיְצַפֵּהוּ זָהָב סָגוּר] *Et operuit illud* (id est, totum quod suprà dictum est k,) [k V.] *auro optimo*, M. Ti. Ar. vel *purissimo*, Sy. P. *defæcatissimo*, V. *concluso*, Mo. Sic dicitur quòd ab avaris claudatur & custodiatur l. [l V.] *Auro asservato*, à Davide in hunc finem, 1 Chron. 28. 14. Vide 2 Chron. 3. 6 m. [m Jun. Pi.] ¶ *Sed & altare vestivit cedro*, Sic Di. sim. Mo. P. Sy. Ar. M. Ti. Jon. וַיְצַף מִזְבֵּחַ אָרֶז] *Et sic obduxit altare* quod *cedrinum* erat, Ang. *Obduxit etiam altare cedrinum*, nempe auro. Ità Jun. & Belg. & Genev. At tum in forma constructa dicendum fuerat מִזְבַּח אֶרֶז n. [n Di.] Hoc altare erat thymiamitis, sive incensi, quod erat ante Oraculum o. [o M. sim. La. Me. Ma.] Non placet; 1. Altare incensi erat ex lignis Setim, Exod. 30. 1. At hoc altare ex lapide; alioqui cur tegeretur & cedro & auro? 2. Altare hoc dicitur fuisse in oraculo, de quo tantùm hîc agit; de exteriori domo in sequentibus. Erat ergò aliud altare, super quod collocaretur arca, quum super nudum pavimentum positam fuisse non puto p. [p San.]

21. *Domum*] i. e. Eam partem domûs, nempe Oraculum q. [q V.] ¶ *Et affixit laminas clavis aureis*, וַיְעַבֵּר בְּרַתּוּקוֹת [Keri בְּרַתִּיקוֹת] זָהָב לִפְנֵי הַדְּבִיר וַיְצַפֵּהוּ זָהָב] Mirè variant r. [r Ma.] Ad verbum. *Et transire fecit (vectavit, Mo.) in catenis aureis ad facies oraculi*, &c. V. sic Mo. sub. *vectes*, V. ex He. id est, vice pessuli, quòd soleant occludere fores vectibus ac repagulis; occlusit fores Oraculi catenis aureis s. [s V.] *Et traduxit catenis aureis domum oraculi*, Jon. *Et occlusit catenis aureis* parietem qui erat *ante oraculum & texit eum auro*, P. *eum*; i. e. parietem distinguentem oraculum à domo, auro internè & externè texit *. [* V.] *Traducens repagula auro obducta ante adytum, & obduxit parietem illum auro*, Ti. *Et fecit transire vectes aureos antè oraculum, operuitque illum* locum *auro*, M. Erat murus quidam inter Oraculum & Templum, ubi velum ponendum erat, & huic adhibiti fuerunt vectes illi. Quidam putant fuisse catenas t. [t M.] *Traduxit vectes, seu catenas auri*, &c. h. e. catenis aut vectibus oraculum clausit v. [v Mar.] *Et fecit interjectum* (Heb. *transmisit*,) parietem, *præter funes aureos* (quibus scil. pendebat velum ante parietem & portam ad Sanctum Sanctorum; Synecdoche x.) [x Jun.] *ante adytum*, &c. JT. *Et vectibus aureis munivit oraculum, quod auro operuerat*, Strig. *Et transvexit* velum *per illud* (viz Sanctum Sanctorum) *aureis catenis*, &c. sensus est, velum fieri curavit, quod ab aureis catenis pendebat y. [y Belg.] *Et partitionem fecit per aureas catenas*, &c. Ang. *Penetrale auro interstitio præcludebat*, &c. Ca. עִבֵּר propriè *transire fecit*, Hebræi exponunt *vectavit, repagulavit*; id est, trajecit tanquam vectes, repagulo, vel pessulo proclusit, ex usu Chaldaico, & ex sensu vocis: Nam pro בְּרִיחִים, *vectes* Exod. 26. 26. Chald. habet עַבְרִין; & significatio est eadem; nam *BERICHIM* propriè sunt *transfugitoria, transcursoria*; & *GHABBERIN transitoria, transductoria*; quòd vectes ab una extremitate in aliam transfugiant z. [z Ma.] Catenulæ, pessula & obices aurei ostio Penetralis sunt affixi, in parte (ut opinor) exteriori a. [a Mart.]

22. *Altare oraculi*, אֲשֶׁר לַדְּבִיר] *Quod erat ante Oraculum*, P. Me. i. e. ante ostium oraculi b. [b Ma. ex V.] *Quod ad oraculum*, sub. *pertinebat*, V. *quod juxta Oraculum*, M. vel *in Oraculo*, Jon. vel *pone adytum*, Ti. vel *intra domum*, Ar. *altare Sanctuarii*, Sy.

23. *De lignis olivarum*, [שֶׁמֶן] *Olei*, Jon. Mo. *olivæ*, Jon. in V. M. *oleosis*, JT. *oliegenis*, Strig. *ex lignis pineis*, P. Ti. *cupressinâ materiâ*, Ca. ex 8. Hanc enim in materia Templi Josephus nominat, cujus tamen, nulla, nisi hîc, mentio. Ex cupresso oleum fieri docet Plinius. In Hebræo est *ex arbore olei*, quam quidam volunt esse olivam. Sed 2 Esd. 8. 15. (vel, Nehem. 8. 16. Belg.) *olea* (quæ זַיִת sine controversia est) ab *arbore olei* manifestè distinguitur c. [c Ca.] ¶ *Decem cubitorum altitudinis*, קוֹמָתוֹ] *Altitudo ejus*, Jon. P. Ti. V. i. e. statura singulorum, V. *longitudo*, M. Sy. Ar. *statura ejus*, Mo. *altitudo utriusque eorum*, JT. Gigantæa magnitudo; quæ tamen ad magnificentiam pertinebat, Deique magnitudinem æstimandam d. [d Me.]

24. *Ala Cherub*] Cherubinorum formam nemo vidit, nec quænam esset illorum species cognosci poterat †. [† Jo. in San.] Forma eorum humana erat, quod docet 1 Par. 13 f. [f San. sic AE. in Mart.] Forma alati & imberbis juvenis g. [g La.] De his loquor, non de illis, quos vidit Ezeciel, quorum dissimilis erat figura ac rati h. [h San.] Mosaicis Cherubinis [qui, cùm ab Arca divelli non possent, in Adyto necessariò positi sunt,] duos alios addidit Salomon: Hi autem à Mosaicis differebant; 1. quòd illis longe majores erant, & illos cum Arca, suo corpore & alis velarent: 2. situ; Mosaici erant supra Arcam, alis expansis utrinque se mutuo prensantes; Hi verò Salomonici consistebant in pavimento, pedibus erectis, unus juxta alterum, quasi ejus collatero i. [i La.] Mosaici Cherubini tangebant parietem Orientalem & Occidentalem; Salomonici verò tangebant Aquilonalem & Australem, & vultum conversum habebant versùs Orientem, quasi venientes ac ingredientes aspicerent. 3. Materiâ, quæ in Mosaicis aurum erat, in Salomonicis lignum oleæ, quod durissimum est & diutissimè durat k. [k Mart.] ¶ *A summitate ala——ad summitatem*, מִקְצוֹת וגו׳] *Ab extremitatibus alarum ejus, ad extremitates alarum ejus*, V. sic Jon. M. P.

25. *In mensura pari & opus unum*, וְקֶצֶב אֶחָד] *Et incisio eadem*, Jon. Mo. P. *modus*, Ca. *forma*, Ti. *statura*, Sy *incisura*, V. *sculptura*, M. *proportio*, JT. Idem opus & eodem modo factum l. [l Me.]

27. *In medio Templi interioris*] i. e. intra domum internam, h. e. in oraculo. ¶ *Extendebant autem alas suas*] Heb. *alas Cherubim*. Antecedens pro relativo m. [m V.]

29. *Et omnes parietes Templi*] Heb. *domûs*: nempe tam *debir* quàm *hechal*, ut patet ex 2 Par. 3. 7. Alii vertunt, *muros istius domûs*, nempe adyti, de qua hactenus à v. 19. loquutus est n. [n Ma.] ¶ *Per circuitum sculpsit*, Ità P. [מֵסַב קָלַע] *circumducens exsculpsit*, Ti. vel *effigiavit*, Mo. *ambivit figuris*, Jon. sim. Sy *circuitu incisio*, Heb. *incisuræ*, Jun. Pi. ¶ *Variis cælaturis & torno*, [פִּתּוּחֵי מִקְלַעוֹת] *Apertiones cælaturarum*, Mo. *sculpturis incisurarum*, JT. *cælaturis sculpturarum*, P. V. i. e. cælaturis & sculpturis p. [p V.] ¶ *Cherubim & palmas*] Sic P. Mo. Ti. &c. Alternatim positas. Cherubinis non erant quatuor capita, ut plerique putârunt; monstrum id esset loco sancto indignum: sed quatuor formæ, sive figuræ animalium; homo videbatur in vultu, brachiis, manibus, cruribus, & corpore erecto; leo in cervicibus, armis, & pectore jubatis; aquila in alis; vitulus in bifidis pedum ungulis. Ità Villalp. & Salian q. [q Me.] Porrò in *Cherubinis* cœlestes spiritus intelliguntur, qui toti sunt in divinis laudibus, in *palmis* Israelitæ; Palmam autem symbolum esse Judææ, probat & loci natura, quæ palmis abundat; & palmæ nobilitas, quæ symbolum esse debuit regionis nobilissimæ. Hinc Vespas. victoriam suam de Judæis in palma quasi jam domita expressit r. [r San.] *Cherub* hîc ponitur pro *cælatura* ramorum & florum s. [s AE. in Ma.] *Fecit*

Fecit Cherubim, nempe cælatos, quod Lex non vetat. Vide infra 32.& Ezec. 41.18,20,25 [r]. ¶ *Prominentes*, &c.] Heb. *intrinsecus & extrinsecus*; i.e. Parte internâ in Oraculo, & parte externâ in Templo & Sancto. Sic v. 30 [y]. Sic versu sequente. Al. sic, *intrinsecus*, nempe omnes parietes intra adytum: & *extrinsecus*, nempe parietem, qui distinguebat adytum à Templo, scil. in parte ejus exteriori, quæ Templum spectabat [x].

(G. — r V. — x Ma. ex Jun.)

30. *Intrinsecus & extrinsecus*] *Tum in adyto*, tum (quod minùs probabile videbatur) *in Templo*, Pi. sim. Jun. V. La. Me. Ma. &c. Hæc vox *extrinsecus* non est accipienda de parietum Templi externâ facie, sed de Vestibuli & Cellularum circa Templum internis parietibus; Illa enim respectu Sancti & Sancti Sanctorum (quæ duo *Templum* propriè dicuntur) erant externæ partes ||.

(|| L. Capellus in deliniatione Templi Hierosol. ad cap. 42. Villalp.)

31. *Fecit ostiola —— postésque angulorum quinque*, הָאַיִל מְזוּזוֹת חֲמִשִׁית] *Superliminare, postes, pentagona*, Mo. *Superliminare & postes* erant *quinque laterum*, P. Me. vel *quinque angulorum*, fortè quia superliminare non erat planum, & jacens, sed acuminatum, & figuram Δ Delta referens [y]. *Limine & postibus quinquangulis*, Ti. sim. Os. *Projectura erat quinaria*, sed hunc locum non intelligo [z]. *Postibus ejus inter se ordinatis*, Jon. *firmis validísque parastadibus*, Sy. Erántque tam *superliminare*, quàm *postes quintuplices*, M. Fecit in introitu quintuplices postes & quintuplicia superliminaria, id quod facilè imaginari poteris, si cogites postem unum gradatim altero esse eminentiorem & contractiorem [a]. Ad verb. *fecit ex quinta*, sub. *figura*; i.e. pentagono. Alii referunt ad proportionem; i.e. superliminaris ac postium ad valvas erat proportio subquintupla: nam quantò ampliores sunt valvæ, tantò crassiores esse debent postes & superliminare; h. e. erant quinta pars valvarum, sive æquales erant quintæ parti valvarum [b]. *Superliminare cum postibus quinta* parietis; id est, altitudine & latitudine suâ quatuor continebat cubitos, qui efficiunt quincuncem parietis [c]. Alii sic; In postibus & superliminari erat compositio quinque asserum, ut unus alteri superimponeretur, magísque altero promineret, ut tandem superliminare speciem tectuli habuerit. Opinantur alii hoc ostium ipso numero quintum fuisse; 1. Ostium Atrii laicorum; 2. Atrii sacerdotum; 3. Vestibuli, 4. Sancti; 5. Sancti Sanctorum. His favet, quòd postea *ostium Sancti quartum* fuisse dicit [d].

(y Me. — z Ca. — a M. — b V. — c Jun. Pi. — d Mart.)

32. *Et operuit —— auro*, וַיָּרֶד זָהָב] *Et extendit* (*obduxit*, Ti. *diduxit*, JT.) *aurum*, P. Mo. *Tenues auri laminas adhibens*, nam si crassiores essent, tota sculptura obliterata fuisset †.

(† M. sim. V.)

33. *Fecitque postes quadrangulatos*, מֵאֵת רְבִיעִית] *Quadrilateros*, Jon. P. *quadratos*, V. *de quarta*, V. Mo. id est, quadratâ figurâ [f]. *Quadrangulos*, Ti. *quadruplices*, M. *ex ligno quadrato*, Ar. *ex quarta parte*; i. e. latitudo postium erat æqualis quartæ parti valvarum [g]. Proportio, vel numerus ostiorum quartus attingitur; Cujus obscuræ loquutionis tot interpretationes occurrunt, quot suprà de quinto [h]. *E quarta parietis*; i. e. quinque cubitis lata, & totidem alta: nam hic est triens parietis [i]. *Quadrangulatos*, Fuerunt ergò in portis majoribus valvæ geminæ, quarum limina, postes, & superliminare, quadrangularem figuram referebant [k].

(f V. — g V. — h Mart. — i Pi. ex Jun. — k Me.)

34. *Et duo ostia altrinsecus*] Hinc & inde [l]. Unum ex uno latere, alterum ab altero [m]. ¶ *Utrumque ostium duplex erat*, &c. שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים וּשְׁנֵי קְלָעִים הַדֶּלֶת הַשֵּׁנִית גְּלִילִים] *Duæ costæ ostii unius volubiles, & duæ sculpturæ ostii secundi rotundæ*, Mo. *Et duo latera valvæ unius*, &c. *& alterius rotunda*, P. V. opere tornatili facta nempe ex columnellis [n], vel *volubilia* Ti. *duo cardines portæ unius*, &c. *& alterius rotundi*, Jon. *Utrumque latus januæ*, &c. *cælatum erat*, Sy. Erántque *in utroque latere januæ*, &c. *cælaturæ*, M. *Valvas binas; quarum utraque fores verterentur*, &c. Ca. *ut unaquæque janua haberet duas alas, quæ in suis cardinibus vertebantur*, Strig. *Duæ valvæ* (Heb. *latera*, seu *costæ*, Pi.) *foribus unis, ac duæ valvæ incisæ foribus alteris, versatiles erant*, JT. *Duo latera portæ unius, circuli; & duæ sculpturæ portæ secundæ, circuli.* In utroque latere & facie portæ gemini erant circuli incisi; Quid verò intra circulos erat, docet vers. seq [o]. Utrumque ostium erat plicatile, & habebat vertebras, quibus una pars tenebat aliam [p]. *Ostium duplex* dicitur, quia utræque duæ fores ostiola parva habebant [q].

(l Me. — m La. — n V. — o Mar. — p La. — q Me.)

35. *Operuit laminis aureis, opere quadro ad regulam*; וְצִפָּה זָהָב מְיֻשָּׁר עַל הַמְּחֻקֶּה] *Et operuit* (vel *obduxit*, Jon. Sy. Ar. Ti. JT.) *auro directo super impressum*, Mo. vel *insculptum*, P. *Texítque* (sub. *cælaturas illas*) *auro directo*; i. e. rectè, aptè, artificiosèque collocato, *super id quod insculptum erat*, nempe, ut postea apparerent cælaturæ [r]. Al. *auro quod attenuatum ponebatur super sculpturas*, M. scil. ad mensuram ipsius sculpturæ [s]. *Auro adaptato ad sculpturam*, JT. *Obduxit antepagmenta auro justificato*, Ti. vel *auro extenso figuram*, Jon. vel *auro pulcherrimæ cælaturæ*, Sy.

(r V. — s Mar.)

36. *Et ædificavit atrium interius*] Propinquius Templo, pro sacerdotibus, 2 Chron. 4.9 [t]. Atrium hoc ante vestibulum tantùm fuisse vult Ribera; at Josephus circa totam domum [v]. Sub dio erat, ut fumus victimarum in aerem exhalaret; hîc enim erat altare holocaustorum [x]. Erant & alia duo atria, unum Israelitis, (nempe mundis [y]) alterum omnibus commune [z]. ¶ *Tribus ordinibus lapidum politorum, & uno ordine lignorum cedri*] [Sim. ferè omnes.] *Ædificavit atrio tres ordines lapidum sectorum, & ordinem epistyliorum cedrinorum*, Sy. *Fecitque tres margines lapideas, & marginem de ligno pineo*, Ar. [Variè hunc locum exponunt] 1. De tribus tabulatis sive contignationibus, quibus totidem additæ erant deambulationes suffultæ columnis. Duo primi ordines ex lapide politi, tertius ex cedro, ea fortasse de causa, ut levius esset pondus [a]. 2. [Alii de muri crassitudine accipiunt;] Murus constabat tribus lapidum ordinibus, & uno cedrinarum trabium, nempe arrectariarum; scilicet interiore, quæ lapides obduceret [b]. 3. [Alii de altitudine intelligunt;] Paries erat tres cubitos altus, ut populus spectaret quid intùs à sacerdotibus ageretur [c], non tamen ingrederetur [d]. Huc venerunt oblaturi victimas, quas ibi dabant in manus Levitarum, &c. & conversâ facie ad Sanctum, Jehovam adorabant. Ex illo septo sacerdotes ad plebem stantem concionabantur. Murulus hic ex triplici quadratorum lapidum ordine constitutus erat, & super murum posita erant signa cedrina, nec latiora, nec angustiora muro [f].

(t Pi. ex Jun. sic San. La. Me. V. — v Ser. — x La. — y La. — z Me. ex San. — a Me. ex San. — b Ca. — c Mart. — d La. — † Mart. — f M.)

37. *Anno quarto*] sub. *regni Salomonis* [g]. ¶ *Fundata est*] *Cœpta fundari*, V. ex He. & Jon. Jun. Synecdoche, qualis suprà v.1 [h]. ¶ *Mense Zio*, זִו] *Aprili*, P. V. Sy. Ar. sic dicitur à *splendore* sive *decore florum* [i].

(g V. Jun. — h Jun. — i V.)

28. *Anno undecimo*] Regni Salomonis [k]. ¶ *Mense Bul*, בּוּל] id est, *Octobri*, P. V. Sy. Partim Octobri, partim Novembri nostro respondet. Sic dicitur, vel quasi מַבּוּל *diluvium*, propter *pluviarum*, quæ tunc fiunt *redundantiam* [l], vel à נָבַל *marcessere*, quòd tunc è terra nata marcescant [m]. ¶ *Perfecta est domus in omni opere suo, & in universis utensilibus suis*, לְכָל־דְּבָרָיו וּלְכָל־מִשְׁפָּטָיו] *Cum omnibus rebus suis*, V. JT. &c. & *cum omnibus judiciis* (*operibus*, Sy.) *suis*, V. sim. Mo. Ma. vel, *& secundùm omnes rationes ejus*, JT. *cum omnibus utensilibus* (*partibus*, Jon.) *atque omnibus quæ ad illam pertinebant*, P. V. *Per omnes partes suas, & juxta cunctam dispositionem suam*, M. *Secundùm omnes res suas, & secundùm omnes regulas suas*, vel *formas*, aut *exemplaria*, Q. in V. ¶ *Annis septem*] Sub. *integris*. Supple, *& sex mensibus* [n]. Sed illi pertinent ad annum duodecimum [o]. Solet scriptura integros annorum numeros consignare, minutias omittere [p]. Sic suprà 2.11 [q]. & 2 Sam. 5.5. Jud. 20.46 [r]. Sed mirantur tanto tempore tot homines in hoc opere laborâsse. Resp. 1. Non agitur tantùm de ædis fabricâ, sed & de atriis amplissimis. 2. Non parùm temporis impensum est in solo æquando, quod, Josepho teste, anteà fuit vastum, & inæquale, & hiatibus plenum. 3. Cæsa tunc materia videtur ad regia ædificia [s]. 4. Plurima erant subterranea loca constructa, ubi culinæ, gazophylacia, horrea, &c. quæ adeò capacia erant, ut in illa inferri possent omnes primitiæ & decimæ totius Israelis, ut suis temporibus Levitis, &c. distribui possent [t]. 5. Considerent alia exempla. In ædificando Dianæ templo tota Asia, ut refert Plinius, 200 annis laboravit, in eo verò ornando 400. In una pyramide ædificanda 360 millia hominum, 20 annis laborarunt, Plin. 36. 12 [v].

(k Me. — l M. — m V. — n V. sic San. La. — o V. — p La. sim. San. — q V. — r Ma. — s Mart. — t La. — v Mart.)

CAP.

CAP. VII.

1. **D***Omum suam*] Nempe regiam, aut regias suas [x]. Unicum erat palatium, cujus partes erant tam quæ a Rege, quàm quæ à Regina habitabantur, & insuper tertia pars saltûs Libani, quæ utriusque recreationi inserviebat [y]. Fœminæ à viris seorsim habitabant, Gen. 24. & 31. Ester 1. Pharonis filiam eandem, cum Salomone, domum habuisse docet 1 Reg. 3. 1 [z]. Alii sic; Hæ tres domus distinctæ fuerunt [a], sed quia contiguæ erant & connexæ, vocantur *una domus*, 1 Reg. 9. 10. 2 Par. 8. 1 [b]. Magnifica erant quæ Salomon exstruxit, sed & commoda, utrique apta. Insanierunt alii Reges in Colossis, & Obeliscis, & Pyramidibus construendis; nominis tantùm gratiâ, quod tamen non compararunt. Nam, etsi pars illarum exstructionum maneat, ignoratur tamen quisnam ædificârit. De Urbana domo parùm hîc dicitur; vel quòd ea, & domus saltûs Libani simillimæ fuerint, ità ut qui unam nôrit, ambas nôrit; vel, quod malim, quia major illius pars à Davide exstructa esset. Porrò succinctè, & obscurè de his domibus loquitur. Non fit mentio cœnaculorum, tricliniorum, culinarum, &c. Prophana enim hæc erant ædificia [c]. ¶ *Tredecim annis*] [Ità ferè omnes.] Non mirum plus temporis his impendi, quàm Templo; quia, neque materiam paratam invenit (quæ ad Templum parata erat à Davide, 1 Par. 22 14, 15 [d].) neque tot operas, neque tantam diligentiam & alacritatem adhibuit [†]. In his non urgebatur Salomon præcepto, vel Dei, vel patris. Et Deus fortè favore suo ædificium Templi magis prosequebatur [f]. Populi etiam maxima erat devotio, &c [g]. Alii sic vertunt, *usque ad decimum tertium annum regni sui*, nempe biennio post consummationem Templi [h]. Sed refelluntur ex c. 9. 10. ubi 20 *anni consumpti* dicuntur *in constructione*, &c [i].

2. *Ædificavit domum saltûs Libani*] Sic dicitur, non quòd ibi sita esset; nam in monte *Sion* erat [k], cum quo monte Libanum continuari perperam fingunt [l]. Sed, vel, 1. ob copiam materiæ cedrinæ [m], quia columnis cedrinis Libani cedros imitabatur [n]; vel, 2. quòd Libanus inde prospici posset [o]; vel 3, quòd constructa esset ex lignis Libani [p]. Sed hac ratione etiam reliquas Salomonis domos opportuisset sic nominari [q]; vel 4. quòd erat in nemore quod *Libani* nomine vocabatur; Verto, *nemorensem Libani domum*. Jo. vocat *quercetum*, aut *nemus Libani*. Hæc domus erat Hierosolymis *, vel, non procul à Jerusalem †; vel 5 quòd *Libanum* referret amœnitate [r], nemoribus, & umbrâ [s]; Ibi Rex aucupia & venationes habuit. Sæpè fit ut nomen alicujus loci ad alium, ob similitudinem, transferatur. Sic loca amœna *Carmel* sæpè vocantur [t]; necnon *Tempe*, & *Hesperidum horti*; Sic omnes aquarum sinuosi decursus *Euripi* vocantur; & Ciceronis villa dicta est *Academia* [v]. Sed huic opinioni adversatur, quòd domus non nominatur *saltus Libani*; sed *domus saltûs Libani*. Et probabile est hanc domum æstivam fuisse, ut ibi umbra & aura captaretur [x]. Chald. vertit *domum refrigerii* [y]. In ipso monte Libano ædificabatur, post captam à Salomone Chamatham Libani regiam, 2 Par. 8. 3 [z]. ¶ *Centum cubitorum longitudinis, &c.*] Nec tamen regia domus Templo latior erat, si cum Templo comprehendamus vestibulum & atria [a]; Cubiti etiam non erant sacri & majores, sed communes & minores [b]. ¶ *Trigixta cubitorum altitudinis*] Vel, 1. ad primum tabulatum, à quo ad tectum 30. alii cubiti intercesserunt; vel, 2. usque ad tectum; Ex his 15. cubiti inferiori parti, 15 superiori dati fuerunt. Ità altitudo hujus & sacræ domûs æqualis erat [c]. ¶ *Et quatuor deambulacra inter columnas*] Infernè & sub domo. Ex quibus duo erant inter ipsas columnas; duo inter columnas & parietes domûs [d]. עַל אַרְבָּעָה טוּרֵי עַמּוּדֵי אֲרָזִים *Super quatuor ordines columnarum cedrinarum*, P. Mo. V. JT. &c. In singulis ordinibus quindecim erant columnæ †; quod probari potest ex tabulato primo primæ mansionis; nam dicit in mansione superiori fuisse 15 columnas; totidem ergo erant in singulis ordinibus [f]. Hæc infima est domûs contignatio [g]. Extremæ columnæ cingebantur muro, non enim aperta fuit tota domus, nec spacia intercolumniorum intus vacua erant; verùm distincta & distributa in diversas mansiones & officinas. Superior verò domus tres tantùm columnarum ordines habuit, quia hujus columnæ minùs gravabantur [h]; Et ut locus capacior esset, quia multi convenirent ad Regem *. [Al. sic,] Illud *super* sumo pro *juxta*, aut pro *præter*; q. d. præter columnas, ea erat mensura domûs, quæ hîc ponitur. Verùm, in quem usum eæ columnæ? fortè porticibus circumdatum impluvium erat omni ex parte. An plura tabulata? omnino, uti jam explicabitur [i]. ¶ *Ligna quippe cedrina exciderat in columnas*, וּכְרֻתוֹת אֲרָזִים עַל הָעַמּוּדִים] *Et trabes excisæ* (vel *coronæ earum*, Jon. *epistylia*, Sy. *tigna*, Ar. *trabes*, M. P. V. *trabes dedolatæ*, Ti.) *super columnas*, Mo. sub. *erant*, P. scilicet jacentes, non erectæ [k]. Trabes dispositæ erant secundùm latitudinem, non secundùm longitudinem [l]. Columnis imponebantur transtra, videlicet transversa, his imponebantur tabulata; h. e. ædificium ipsum [m]. [Alii sic connectunt eum præcedentibus, vertúntque.] *Super 4 ordines, &c. & trabes cedrinas impositas columnis*; h. e. Solum medianæ contignationis, cui impositæ 45 columnæ, de quibus v. 3. efficiebant medianam contignationem. Est igitur hîc metonymia materiæ [n].

3. *Et tabulatis cedrinis vestivit, &c.* וְסָפֻן בָּאֶרֶז מִמַּעַל עַל הַצְּלָעוֹת וגו׳] *Et tecta erat tabulis cedrinis sursum super trabes* (*costas*, vel *latera*, Mo. Jun. *tabulata*, Jon.) *quæ super columnas* 45, P. sim. Mo. Sy. *Deinde* posita est *contignatio cedrina super trabes illas, quæ columnis incumbebant* 45, *scilicet tigna*, M. *Et tectum cedrinum supernè* (tertia hæc est, & summa contignatio) *supra contabulationes* (quibus scilicet mediana contignatio circumsepta erat) *quod erat supra columnas* 45. Jun. Super columnas erant collocatæ trabes; super trabes, tigna, quæ Gallicè *Solires* apellamus; super tigna autem erant tabulæ cedrinæ [o]. Porrò spatia inter columnas non erant vacua, sed plena, & juncta tabulis cedrinis, ut absoluta esset contignatio [p]. ¶ *Unus ordo habebat columnas quindecim*, חֲמִשָּׁה עָשָׂר הַטּוּר] *Quindecim ordine*, Mo. Jon. JT. vel *per ordines singulos*, P. sim. Sy. Ar. Ti.—Strig. Hinc apparet fuisse tres ordines: nimirum 4. ordines erant columnarum, id est, ad 4 latera fabricæ; & rursus tres, si altitudinem respicias: tres contignationes habuit fabrica, pergulas totidem, per quas in cubicula ibatur; columnæ 5. erant in singulis trium laterum impluvii: in quarto latere 4. sic omnes uniùs ordinis, & contignationis columnæ 15 erant [q].

4 *Contra se invicem positas*. וּשְׁקֻפִים שְׁלֹשָׁה טוּרִים וּמֶחֱזָה אֶל־מֶחֱזָה שָׁלֹשׁ פְּעָמִים] *Et fenestrarum* (*prospectuum*, JT. i. e. fenestrarum ad prospiciendum Jun. *luminum*, Ti. *perspectoriorum*, M. *podiorum*, Sy. Ar.) *tres ordines* erant, P. sim. Mo. M. Ti. *fenestráque ad* vel *contra fenestram* erat (vel *fenestræ juncta erat*, Ti vel *quorum aspectus ad aspectum* dirigebatur; i. e. inter se parallelogrammæ, & convenienter in singulis contignationibus superiores inferioribus ad perpendiculum respondebant [r].) *triplici serie* vel *ordine*, JT. Pi. id est æquè in longitudinis latera duo, atque in altitudinem, fenestræ habebant convenientem responsum [s]. Alii, *ídque tribus parietibus*, Ti. Mar. ex He. Quo indicat fenestras in tribus tantùm partibus fuisse, quartam verò partem non habuisse fenestras, (quoniam adjuncta porticus impediebat [t],) nec cubicula [v]. Tres erant contignationes, & in unaquaque contignatione erat unus ordo fenestrarum [x]. Tot fenestras habuit, quia domus æstiva erat [y]. Inter hos ordines erat paries solidus ad firmitatem molis [z].

5. *Et è regione se respicientes, &c.* וְכָל־הַפְּתָחִים וְהַמְּזוּזוֹת רְבֻעִים שָׁקֶף] *Et omnia ostia* (*januæ*, Sy. *portæ* JT. Mar.) *& postes quadrata erant*, P. Mo. *fenestra*, Mo. Mar. pro, *cum fenestra*. In porta qualibet fenestella erat, ad videndum scilicet qui pulsarent; quod fit in Monasteriis [a]. Al. unà cum *fenestris*, P. V. Sing. Heb. pro plur. i. e. cum lignis fenestrarum quæ ambiebant fenestram; q. d. Omnia superluminaria portarum, & postes, cum lignis fenestrarum erant quadrata [b]. Al. *quadrata uniusmodi prospectûs*, Belg. ex Jun. *Portæ, &c. quadratæ jugumento*, JT. *Omnia foramina fenestrarum postésque* (vel *forésque*, Ca.) *quadrata erant*, Ti. [שֶׁקֶף transferunt

Marginal notes (left): x V. — y Me. ferè ex San. Pineda. & To. in San. — z San. — a La. ex L. & Caj. & V. — b La. — c Mart. — d E. — † Ma. ex Jun. — f Mart. — g E. sim. La. ex Jo. — h Q. in V. — i Mart. — k La. sim. Mart. — l Mart. — m V. — n Theod. in La. — o Mo. in Me. — p To. & Ser. in La. — q Pi. — * Ca. — † V. Mar. — r La. ex Theod. sim. V. Mart. M. T. — s La. Mart. — t Mart. — v T. ex San. — x Pi. — y V. — z Ma. ex Jun. — a Mart. — b Ma. ex Jun. — c Mart. — d La. — † V. Mart. — f V. — g Pi. ex Jun.

Marginal notes (right): h Mart. — * V. — i Mar. — k Of. Mar. — l V. — m Ca. — n Pi. ex Jun. — o V. — p Ma. — q Mar. — r Jun. — s Jun. — t Mart. — v Mar. — x Ma. — y Mart. — z Of. — a Mart. — b V.

transferunt à fine ad medium commatis.] *Ostia cum postibus & superliminari, in quadrangulari erant forma,* M. simil. Strig. [Sic exprimunt שֶׁקֶף רְבֻעִים, quæ ad verbum verti possunt *quadrata aspectu.*] ¶ *Quadrangulata ligna in cunctis æqualia,* [ומול מֶחֱזָה וגו' *E regione autem fenestra erat contra fenestram tribus vicibus,* P. &c. [ut versu præcedente.] Solent enim Hebræi interdum prædicta repetere. Fenestræ autem oppositæ erant, ut aer permeare posset, & aula esset salubrior [c]. Sensus est; omnia ligna fenestrarum sibi invicem respondebant, triplici ordine [d]. Significat has fenestellas quæ in portis erant, atque adeò portas se mutuò respicere, & inter se respondere †. *Et directuram* [ה מול videntur pro nomine accepisse] *aspectus ad aspectum triplici serie,* JT. id est, ità ut duorum laterum fenestræ & portæ, ex diametro singulæ ad singulas dirigerentur, in singulis contignationibus [f].

6. *Et porticum columnarum fecit*] sic Jon. Sy. P. Ti. Mo. JT. [אוּלָם הָעַמּוּדִים] *porticum columnatam,* Ca. vel, *habentem columnas,* Ar. i. e. constantem ex multis columnis [g], & tecto illis imposito [h]; vel, *de columnis,* Strig. vel *juxta columnas* domum ferentes, M. Porticus ingressui domûs apposita erat; 1. ut ibi vitarent, & pluviam, & solis æstum; 2. ut prætoriani milites in ea versarentur [i]; 3. ut aulici, præsertim inferiores cibum ibi caperent. Atque hæc porticus non fuit alta, nè domum obscuraret [k]. ¶ *Quinquaginta cubitorum longitudinis*] Ut ejus longitudo protenderetur in latitudinem domûs [l]. ¶ *Triginta — latitudinis*] hæc annexa erat longitudini domûs, quæ inde evasit longa 130 cubitos [m]. ¶ *Et alteram porticum in facie majoris porticûs, & columnas, & epistylia super columnas,* [ואוּלָם עַל פְּנֵיהֶם וְעַמֻּדִים וְעָב עַל פְּנֵיהֶם] *Erátque ea porticus ante faciem* (*super facies,* Mo. vel *è regione,* Mar. Os.) *illarum, columnaque & trabes* (vel *trabs densa,* Mo. vel *limina,* Jon.) ante *faciem* (vel *è regione* Mar. Os.) *illarum,* P. V. Mar. sub. *columnarum,* V. Mar. nempe domûs saltûs, V. vel *portarum & fenestrarum,* de quibus proximè. Itaque porticus hæc non erat conjuncta domui saltûs, neque ejus columnis, sed è regione posita, & aliis columnis imposita [n]. Sensus est, Porticus illa objecta erat domui illi quæ tot habebat columnas, nempe domui saltûs Libani [o]; vel sensus est, Habebat hæc porticus suas columnas & trabes, non minùs quàm magna domus [p]. *Porticus super ipsas erat columnas; & ante has atrium,* Sy. *Porticum hanc collocavit è regione columnarum, atrium autem ante porticum,* Ar. *Ità ut porticus esset secundùm aspectum illarum; id est columnæ & columen secundùm aspectum illarum,* sub. *portarum,* de quibus v. 5. [q]. *Erátque vestibulum* illud stans *super faciem illarum,* & aliarum *columnarum; nam erat lignum crassum* positum *in superficie* illarum, M. Hoc lignum incumbebat columnis domûs, & partim sustinebat porticum [r]. *Et porticus* scil. alia *super facies earum;* id est, ante priores illas columnas interioris porticûs; *& columnæ & trabes* hujus exterioris porticûs, *super facies earum;* i. e. ante columnas illas interioris atrii [s]. Altitudinis, ordinis & numeri [harum] columnarum mentio non fit; opinor, quia eadem ista fuit cum ratione ac dispositione interioris domûs. Atque hinc bis ponitur עַל פְּנֵיהֶם quod est *juxta dispositionem & rationem eorum,* quæ nimirum dicta fuerant de ipsa domo [t].

7 *Porticum solii, in qua tribunal est, fecit,* [וְאוּלָם הַכִּסֵּא אֲשֶׁר יִשְׁפָּט שָׁם אוּלָם הַמִּשְׁפָּט עָשָׂה] *Et porticum solii,* (vel *tribunalis,* V. JT. Sy. *quo judicaret ibi,* Mo. P. Ti. *porticum judicii fecit,* Mo. vel, nempe *porticum judicii fecit,* P. Ti. *porticum* inquam *ad jus dicendum fecit,* Sy. *Fecit & porticum solii, ubi judicabat, quæ porticus erat judicii.* Posterior sententia est repetitio prioris ||; q. d. destinavit hanc porticum juri dicendo [v]. Hîc erat solium illud, de quo infrà 10. 18 [x]. Est hæc tertia porticus, non vestibularis, sed judiciaria; ideóque non, ut reliquæ, domui saltûs annexa, sed separata [y]. Erat hæc in Jerusalem [z], juxta regiam [a], ante domum suam. Et huic foro conjunctum erat atrium pro populo, ut colligitur ex versu seq. [b]. ¶ *A pavimento usque ad summitatem,* sic ó. Os. Mar. Belg. sim. Sy. Ar. [מֵהַקַּרְקַע עַד הַקַּרְקַע] *A pavimento usque ad pavimentum,* Mo. P. sim. Jon. M. Ti. q. d. totum pavimentum à pariete ad parietem [c]. *Ab hac soli usque ad illam soli extremitatem,* JT. *à solo ad solum,* Synecdoche integri [d].

Marg.: c Os. d V. † Mart. f Jun. Pi. g Pi. ex Jun. sim. V. h Pi. ex Jun. i Mart. k Os. l Pi. & Ma. ex Jun. m La. n Mar. o V. p Os. q Jun. Pi. r M. s Ma. t Mart. || M. v Os. x To. & Pineda in La. y La. z Mart. Jun. a Mart. b Pi. ex Jun.

8. *Et domuncula, in qua sedebatur &c.* [וּבֵיתוֹ אֲשֶׁר יֵשֵׁב שָׁם חָצֵר הָאַחֶרֶת מִבֵּית לָאוּלָם כַּמַּעֲשֶׂה הַזֶּה הָיָה] *Et domui suæ, quâ manebat ibi,* (sub. *fecit,* P.) *atrium alterum intra porticum illam; secundum opus istud erat,* P. sic Mo. V. Jon. id est, factum est simili opere, quo facta erat porticus solii. Cùm *alterum* dicit, oportuit duas fuisse porticus in regia. Ex domo igitur regia ingrediebatur atrium, ex atrio in porticum, &c †. *Atrium alterum,* scilicet ab exteriori illo atrio, quod 2 Reg. 20. 4. appellatur *medianum; interius istâ porticu;* i. e. inter porticum & domum regiam [f]. *Domus verò ejus, &c. aliud atrium habuit à domo ad porticum, &c.* Ti. *Domus autem ejus in qua ipse manebat,* & quæ erat *in atrio alio extra vestibuli domum, facta est simili opere,* M. *Et domum suam* (sub. *sibi paravit,*) *in qua habitaret,* eam ædificavit, *in parte atrii posteriore domûs porticûs;* i. e. post longam illam domum, seu aulam, quæ prædictas tres porticus habebat: domus hæc non erat contigua illi domo centum cubitorum, sed tamen *secundùm illud opus fuit;* i. e. habuit in inferiori parte columnas, ubi deambulare possent, & se ab æstu tueri: Fuit enim illa regio calidissima [g]. *Et ad domum ejus, ubi habitabat, atrium erat internum magìs quàm porticus illa,* Belg. *Et domum, &c. in atrio alio* (vel *postremo,* Ar.) *cis* (vel *intra,* Ar.) *porticum, &c fecit,* Sy. Porticus hæc erat inter duo atria, interius & exterius [h]. Sensus est; In tertia hac porticu erat domuncula, in qua erat solium Salomonis jam dictum [i]. domunculâ hæc erat quadrata, longa & lata 30 cubitos [k]. Rex penè clausus sedebat, ut tutior esset ab insidiis. Qualia fuisse & veterum Latinorum regum solia notat Servius [l]. ¶ *Domum fecit filiæ Pharaonis — tali opere, &c.* [כָּאוּלָם הַזֶּה] *secundùm* (*sicut,* Jon. Ti.) *porticum hanc,* Mo. P. *similem porticui isti,* JT. sim. Sy. Ar. M. quæ omninò tecta erat tabulis cedrinis [m]. Domus hæc non erat conjuncta cum regia, sed illi vicina [n].

9 *Omnia hæc*] Quæ hoc & superiore capite commemorantur ædificia, Confer. v. 12 [o]. ¶ *Lapidibus pretiosis,* [יְקָרוֹת] i. e. optimis, V. ex M. qui tum erant in magno pretio [p]: raris [q], sic infra 10. 11. & supra 5. 17 [r]. Facta erant ex marmore pario, porphyretico, &c [s]. ¶ *Qui ad normam, &c.* [כְּמִדּוֹת גָּזִית מְגֹרָרוֹת בַּמְּגֵרָה] *secundùm mensuras* lapidum *dolatorum* (lapidum *excisionis;* id est excisorum & quadratorum, V.) *serratorum serrâ,* P. Jon. *& ad normam veluti expolitis & quadratis,* Ti. *secundùm dimensiones cæsi lapidis* unius; (i. e. structura isodomo, sive æquali [t],) *secti serrâ,* JT. ¶ *Tam intrinsecus quàm extrinsecus*] i. e. omni parte [v]; tam eâ parte, quæ tabularis operiebatur, quàm illâ, quæ in conspectu prostabat, extrinsecus [x]. ¶ *A fundamento ad summitatem,* sim. Sy. Ar. [וּמִמַּסָּד עַד הַטְּפָחוֹת] *Et à fundamento usque ad palmares,* sub. *lapides* Mar. Mo. sim. P. V. qui palmi mensurâ è pariete prominent, ad excipiendas trabes, mutulos [quomodo vertit Ca.] vocant [y]: *ad trabes* prominentes per *palmum,* M. *ad tectum,* Strig. Os. *ad suggrundia,* Ti. *ad præcinctiones,* JT. Heb. *palmas,* quia ferè palmares sunt projecturæ, projecturæ verò sunt summi muri loricationes, quibus incumbit tectum [z]. ¶ *Et extrinsecus usque ad atrium majus*] sic. P. Mo. vel *magnum,* JT. M. &c. nempe domûs regiæ, ubi populus conveniebat [a]. Sensus est; Et ædificia, & atrium hoc magnum, quod regiam circumdabat, murum habebat ex sectis lapidibus [b]. [Alii aliter] q. d. Parte internâ omnia constructa erant lapidibus optimis, usque ad lapides palmares; & parte externâ usque ad eam partem quæ respiciebat atrium magnum in quo populus orabat. Non ergò erat porticus solii procul remota ab atrio magno [c].

10 *Fundamenta, &c.* [וּמְיֻסָּד אֲבָנִים וגו'] *Fundatum autem erat, &c.* P. Ti. V. sub. *hoc ædificium,* V. *Et fundamentum erat factum;* id est, constabat *lapidibus,* Q. in V. sing. pro plur. *fundamenta, &c.* V. ¶ *Lapidibus magnis decem vel octo cubitorum*] Egregia magnitudo [d]; Lapides hi quadrati erant; si autem undequaque quadrati fuerint, unus ex his lapidibus contineret plus quàm quingentos solidos pedes lapidis, quod incredibile. Intelligendum ergò hoc est de solida mensura, quâ

Marg.: c M. sim. V. d Pi. † V. f Jun. g Os. h Mart. i La. k Jo. in Me. l G. m V. n V. Jun. Pi. o Pi. ex Jun. p V. Me. q Jun. Me. r Jun. s La. sim. Me. t Ma. ex Jun. v Mar. x Os. y Mar. sim. V. z Jun. a Ma. ex Jun. b Os. c V. d Mart.

quâ & ligna & lapides communiter mensurantur: Secundùm quam unusquisque lapis erat tantùm duobus cubitis latus, & duobus longus, & duobus altus †. Hi lapides erant 10, vel 8 cubitorum in longitudine f.

11. *Et desuper lapides pretiosi, æqualis mensuræ, &c.* וּמִלְמַעְלָה אֲבָנִים יְקָרוֹת כְּמִדּוֹת גָּזִית וָאָרֶז] *Et suprà* (i. e. supra fundamentum, V.) vel *supernè* erant *lapides pretiosi*, P. Ti. sic Jon. M. Ca. *secundùm mensuras lapidis dolati*, Mo. Jon. (vel, *&* *ad quandam normam quadrati*, Ti. sim. M. Ca. Strig.) *& cedri*; Mo. Ti. *& cedrinæ tabulæ*; P. *& cedro*, M. *sub. operti*, M. Mar. Strig. sim. Os. Belg.

12. *Et atrium majus rotundum*, סָבִיב] *Per circuitum*, P. V. id est, per omnia latera. Porticus ista magna erat in qua populus orabat, quæ non erat tecta, quæ 2 Par. 4. 9. dicitur *atrium magnum* g. ¶ *Trium ordinum, &c. Tres erant ordines lapidis cæsi: & ordo trabium cedrinarum*, Sy. P. JT. &c. ¶ *Necnon & in atrio domûs Domini, &c.* וְלַחֲצַר בֵּית יְהוָה וגו'] *similiter interiori atrio domûs Domini* (nempe atrio sacerdotum h,) *& porticui domûs*, Sy. P. JT. &c. *Porticum* vocat atrium ante Tabernaculum in vestibulo Templi. Docti existimant vestibulum, atrium sacerdotum, & atrium populi, fuisse continentia ædificia: q. d. Idem sentiendum de atrio interiore & de porticu i. [Alii aliter vertunt:] juxta normam *atrii domûs Domini interioris & vestibuli Templi*, M. q. d. Atrium cingens regiam Salomonis ad eundem modum factum erat, sicut atrium, quod cingebat Templum, &c k.

14. *Viduæ de tribu Nepthali, patre Tyrio*] At 2 Chron. 2. 14. mater ejus è tribu *Danis* erat. Quomodo hæc conveniunt? Resp. 1. Erravit Tyri Rex (quod minimè mirum) in assignando Israelitico genere l. 2. Erat hæc fœmina *Danitis*, sed vidua Nepthalitæ m. 3. *Dan* hîc non est nomen tribûs, sed civitatis in tribu Nepthali. Vide Adrichom. n. 37 n. 4. Mater fuit ex tribu *Dan*, ut dicitur, 2 Par. 2. 14. & pater de tribu *Nephthali*, qui tamen *Tyrius* vocatur habitatione (quomodo Obededom Levita *Gittæus* dicitur o, & Paulus *Tarsensis* p,) & exercitio artis q. Hiram magistrum habuit *Tyrium* r. Verba hæc, *è tribu Nepthali* non sunt referenda ad nomen proximum, *viduæ*: sed ad nomen remotius, *filius*. Verto, *è tribu Nepthali oriundus* s.

15. *Decem & octo cubitorum altitudinis*] At 2 Par. 3. 15. columnæ hæ sunt 35 cubitorum. Quid dicendum? Resp. 1. Scapus, qui propriè *columna* dicitur, erat cubitorum 18. His adde capitella, bases, lilia, &c. facilè erunt cubitorum 35 t. Non placet: 1 quia in Paral. post illos 35. alii 5. pro capitellis numerantur v. 2. Nulla est proportio, ut istorum altitudo ipsi columnæ penè æquetur x. Resp. 2. Illi 35 cubiti in Paral. de utraque columna intelligendi sunt y. Dices, sic in Paral. esset non 35. sed 36. R. 1. Hîc 18 erat, nempe plùs minùs: non enim scriptura sacra curat de præcisa quantitate, mensura, & numero z. Paulum deerat a: sed exigui numeri non habetur ratio. Hîc cubiti 18 fuisse dicuntur: at exactè erant 17. cum dimidio, prout explicat scriptor Paralipomenωn, cujus institutum erat, ea vel addere, vel explicare, quæ in libris Regum, vel omissa erant, vel obscuriùs tradita b. 2. In utraque columna medius cubitus insertus erat suo capitello, in eóque abconditus non apparebat c. 3. Singulæ columnæ cum basi erant 17. cubit. cum dimidio, seclusâ plintho, (plinthus autem est ima pars basis) quæ absolvit decimum octavum. Seclusionis autem plinthi ea causa est, quòd reliqua columna cum sua basi cava foret, (quod ex Jer. 52. 21. discimus d,) quam propterea oportuit super solidam plinthum inniti, ideóque seorsim à columna plinthum fundi †. Resp. 3. Hi 18. cubiti erant sacri; i. e. 36 communes: excipitur autem basis, quæ unius cubiti communis altitudine erat, quæ efficit tricesimum sextum cubitum f. ¶ *Linea duodecim cubitorum*] ideóque diameter, seu linea dimetiens, erat circiter quatuor: est enim à peripheria ad diametrum proportio ferè tripla g. At Villalp. & ex eo Salian. volunt *utramque columnam* simul junctam habuisse hos 12 cubitos, & *alterutram* tantùm 6. hoc enim exigit symmetria, ut quæ alta erat 18 crassa non esset, nisi 6 cubitis. Sed obstant, 1. quòd unicuique columnæ hos 12 cubitos tribuunt, & Josephus & Jerem. 52. 21. *funiculus* 12 *cub. circuibat eam*, scil.

† Potter de Interpret. numeri 1666.
f Os.
g V.
h V.
i V.
k Os. sim. La. Mart.
l San.
m Q.
n Me.
o Mart.
p La.
q T. ex La.
r Me.
s Pi.
t To. & Caj. Villalp. in San. sim. L. Mart.
v San.
x La.
y San. ex V. & Ribera & Mar. La. ex Villalp. & Sal. Me. T.
z V.
a G.
b San.
c V. & Rib. in La.
d M.
† La.
f Pi. ex Jun.
g V. sim. Jun. Pi. Mar.

columnam unam h. (Verùm τὸ *eam* referri potest ad שְׁנֵי quod *utrumque* sign i.) 2. Erant ergò hæ non tam columnæ, ad proportionem architectonicam fabricatæ, (neque enim pondus ullum sustinebant k,) quàm moles ingentes ad Templi magnificentiam & munimen erectæ; quales columnæ Trajani & Antonini. 3. Architecti priores diversas proportiones spectabant à posterioribus. 4. In proportione spectatur non tam circuli, quàm diametri crassities: Cùm ergò columna esset 18. cubitos alta, & 4 tantùm cubitos crassa, proportio hæc satis æqua videtur. 5. Columna erat 23. cubitos alta quorum 18. erant scapi, & 5 capitelli l. ¶ *Ambiebat utramque columnam*, Ità Ti. [Hæc verba cum præcedentibus in Heb. sic se habent:] וְחוּט שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה אַמָּה יָסֹב אֶת הָעַמּוּד הַשֵּׁנִי] *Et filum 12 cubitorum circumdabat columnam secundam*, P. Mo. vel, *ambiebat* crassitiem *columnæ alterius*, M. vel, *poterat metiri ejus ambitum*, Strig. vel, *ambiebat alterutram*, Ang. *secundam*, intellige etiam primam; eadem enim utriúsque crassities m. *Quam filum, &c. cingebat, ut columnam secundam*, JT. *Et filum, &c. ambiebat eam; & sic fecit columnæ secundæ*, Jon. sim. Sy. Ar. &. in La.

16. *Duo capitella*, Ità Jon. P. Mo. Sy. Ar. כֹּתָרֹת] *Coronamenta*; id est, epistylia, V. Jun. quorum partes, erant ternæ; capitulum, abacus, & corona n. *Epistylia sphærica*, Ti. *capita*, M. Capitellum hîc est moles rotunda in sphæræ modum, quæ opus complet, & epistyliis insidet o. ¶ *Fusilia ex æro*, מֻצָק נְחֹשֶׁת] *Fuso ære*, Mo. *fusa ex ære*, P. Jon. V. Subauditur מִן P. Ex *ære fuso*, Sy. Ar. M. JT. ¶ *Quinque cubitorum altitudinis*] Si tres istas partes comprehendas; nam capitulum unius cubiti erat: abacus, unius: corona, trium. Ideò infrà v. 19. coronæ cum abaco quatuor cubiti tribuuntur, at 2 Reg. 25. 17. coronæ soli tres cubiti q. Tota trabeatio (sic vocatur illud omne ornamentum quod columnis imponitur) erat 5. cubitorum: cùm alibi dicit capitellum fuisse 3. cub. sejungit *coronidem*; cùm dicit fuisse 4. cubitorum, omittit epistylium, i. e. trabem capitellis superimpositam r. Horum 5. cubitorum 3. erant figuris ornati, 2 Reg. 25. 17 s.

17. *Et quasi in modum retis, & catenarum, &c.* שְׂבָכִים מַעֲשֵׂה שְׂבָכָה] *Reticula* (vel *retiacula*, Mo. *cancellos*, M. Ti. V.) *opere retis*, P. sim. M. Ti. Mo. Os. V. i. e. in quorum plagis & foraminibus exstabant malogranata t. *Opere intricato*, Jon. *encarpum quoque fecit*, Sy. *Super eas fecit cælaturam figuræ pomorum*, Ar. *Encarpi opere implexo*, JT. Heb. *perplexitates opere perplexo*; id est, totum capitulum, ex florum, frondium ac fructuum implexu coronario incursantium, constabat, quaternis ordinibus, qui ternis fasciis redimiti erant v. Retiacula hæc erant in coronidis parte inferiori, & latiori, quæ terram versùs pendet x. Columnarum capitula erant rotunda, floribus ornata; septenis circumdata plagis perplexis, non à summo deorsum tendentibus, sed à dextra ad sinistram cingentibus capitula, quomodo solent tendi retia. Plagarum stamina & fila; h. e. funes, ex quibus erant confectæ plagæ, erant concatenati; h. e. multiplicibus toris contorti, ut fieri solet. Ac per sex quidem plagarum maculas apparebant capitulorum flores. Sed capitulorum ventres; h. e. quâ parte maximè tument capitula, quæ pars eorum media est, habebant per circuitum binos ordines malorum punicorum, ità ut singula capitula haberent ducenta punica per medianas plagas opposita ventri eminentia y. ¶ *Et catenarum*, &c. גְּדִלִים מַעֲשֵׂה שַׁרְשְׁרוֹת לַכֹּתָרֹת] *Zonas* vel (*vittas*, M. *fascias*, JT. *funes*, Mo. P. V.) *opere concatenato*, Ti. (vel *catenarum*, P. Mo sic JT.) *coronamentis*, Mo. JT. sim. Jon. vel *capitellis*, P. sim. M. *ad epistylia*, Ti. ¶ *Septena versuum retiacula in capitello uno*, שִׁבְעָה לַכֹּתֶרֶת הָאֶחָת] *Septem* (sub. funes concatenati, sive *reticula* V.) *coronæ*, sive *coronamento uni*, Mo. JT. comprehensis encarporum, ac fasciarum, seu filamentorum ordinibus z. Unumquodque retiaculum septem habebat, quasi lineas, aut virgas, aut fascias inter se cancellatas, & inter cancellaturas erant malogranata a. Existimo retiacula fuisse separata à capitellis, & non tam educta seu nata ex capitellorum ære, quasi illius propria, quàm extrinsecus allata, &, tanquam aliquid alienum, apposita; sicut v. g. reticulum humano capiti impositum, nam à retiaculis capitella

h La.
i Me.
k San.
l La.
m Os.
n Jun. Pi.
o San. P. V. ad v. 15.
q Jun. Pi. Ma.
r Me.
s G.
t V.
v Jun. Pi.
x Villalp. Me.
y Ca.
z Jun. Pi.
a Me.

[b San.] pitella tegi lego infrà v. 18, & 42. item 2 Reg. 28 [b].

18. *Et perfecit columnas*,&c. [ויעש וגו'] *Et*(vel Ergo,M. P.vel sic, Belg.) *fecit columnas*, Mo. Os. *Quæ aptavit ad ipsas columnas*, JT. *quùmque fecisset columnas*, Ti. [Sy. & Ar. conjungunt cum sequentibus.] *Fecitque colummellarum binam seriem circumquaque*,&c.Sy. In *perplexo opere*, [sive *reticulis*] erant columnellæ quædam per circuitum floribus & palmis tectæ [c]. [c Q. in M.] *Cælaturæ quæ erat super concham, duplicem fecit ordinem parvarum columnarum*, &c. Ar. ¶ *Et duos ordines per circuitum retiaculorum*, &c.] Singula capitella, & consequenter singulæ columnæ, habebant duo retiacula, sive duplicem coronam reticulatam & cancellatam, quæ instar retis ambiebant capitellum [d]. [d San. in La.] In quolibet ex 4. lateribus coronidis erant duo ordines retiaculorum, *ut tegerent capitella*; i. e. eam partem capitelli, ex qua malogranata pendebant; vel, ut ex parte tegerent malogranata †. [† Me.] Ego sic intelligo, unicuique coronamento sive epistylio 7 fuisse ordines encarporum, & filamentorum cingentes epistylium; & super unumquemque istorum ordinum, fuisse 2 ordines malogranatorum [f]. [f Ma.] [Hebræa sic se habent.] [ושני טורים סביב על השבכה האחת לכסות את הכותרות אשר על רואש הרמונים] *Et duos ordines in circuitu,in* (vel *super*, Mo.)*reticulo* (*opere perplexo*, M.) *uno*, P. *ad tegendum coronamenta quæ super caput malogranatorum*, Mo. Jon. vel, *ut tegerent capitella, quæ erant super caput, malogranatis*, P. vel, *ad operiendum capita quæ erant in summitate malorum punicorum*,M. In his duobus ordinibus erant collocata *mala punica* sive sphærulæ parvæ, pro decore columnarum. Judæi in expositione harum columnarum & basium, æquè ut Latini, inter se dissident. Quid igitur nos certi pronunciare possumus in tam obscuris locis [g]? [g M.] *Et fecit duos ordines*,&c. *cum malogranatis*,Ang. *Et fecit duos ordines*, sub. *malogranatorum*, V. sim. Ca. Strig. Mar. Belg. Os. (Constructio est inversa, & τὸ *malogranatorum* jungendum est cum *duos ordines* [h].) [h Mar.] *In reticulo uno*, Idem de secundo intelligendum; *Capitella* hîc sunt media pars capitelli, nempe tertius ille cubitus. *Quæ super caput*; i. e. quæ erant imposita summitatibus, sub. *columnarum*. *Malogranatis*; i.e. ut malogranatis tegeretur pars media capitellorum [i]. [i V.] *Fecit duos ordines*, &c. *in una plaga, ad tegenda capitula, imposita fastigio*,Ca. vel, *in uno circulo, quo corona tegebatur*, Strig. *ad tegendum capitella* (i. e. coronas, supremam viz. capitellorum partem, vide suprà in v. 16.) *quæ fuerunt supra caput*, seu *summitatem malogranatorum*, Belg. sim. Os. *Addidit operi reticulato alterius* columnæ *duos ordines malorum punicorum*, *quæ ambirent & tegerent epistylia, quæ essent in summo columnarum*, Ti. *Deinde duos ordines* (i. e. abacum duobus ordinibus malogranatorum cinctum) *circumquaque super encarpum unum, ad tegendum coronas quæ imponendæ erant summitati malogranatorum*; i. e. abaci malogranatis cincti, quæ artifices *guttas* vocant. Metonymia adjuncti [k]. [k Pi. ex Jun.]

19. *Capitella autem*, &c. *fabricata erant in porticu quatuor cubitorum*, [מעשה שושן באולם ארבע אמות] Locus hic valde obscurus & implexus est; Sed notandum tria fuisse singulis columnis capitella; 1. Epistylium, 2 Par. 4. 12. quod primum erat & imum, & scapo columnæ proximè impositum, erátque altum cubitos tres, 2 Reg ult. 17. 2. Secundum capitellum (*Zophorus* dicitur Vitruvio,) imo impositum erat, de quo jam dictum est v. 16. & seq. nam circa illud erat retiaculum cum malogranatis. 3. Supra hoc extabat tertium, (*Coronicem* vocat Vitruvius) scil. coronis capitelli. De quo dicitur v. 20. Hoc versu 19. describitur epistylium [l]. [l La.] Mihi non displicet, quod alii sentiunt, capitella quinis cubitis constare; ex quibus unum malogranata occupant, 4 reliquos lilia ornant [m]. [m San.] [Hebræa sic vertunt.] *Capitella autem illa quæ erant super caput columnarum*, erant *opus lilii in porticu, quatuor cubitis*, P. Jon. Al. *in porticum*; i. e. in porticûs ornatum sculpta erant, San. *Opere erant liliorum*, V. Belg. sim. Sy. Ar. Ma. Mo. vel *rosarum*, Os. sim.M.Ca.Strig. vel *florulento*, Ti. *Quale fuit in porticu*, 4 *cubitis*, Ti. *quale fuit in porticu*, scil. Templi *. [* Hispan. interp in Ma.] Opere in tali quale visitur in vestibulis domorum elegantioribus [n]. [n V.] *Ante porticum*, 4 *cubitorum magnitudine*, Strig. *in porticu* (i.e. columnæ hæ statuendæ erant in porticu) 4 *cubitorum*, Belg. *Quæ quidem erant opere rosis florido, columnis in vestibulo positis, quaternos occupantibus cubitos*, Ca. *Idem fecit in porticu, quatuor cubitis*, Sy. Idque *in porticu quatuor cubitorum*; i. e. ità ut versùs porticum, hoc est in latum, non verò in altum, essent 4 cubitorum [o]. [o La.] *Ex imo coronæ* egrediebantur in atrium, seu porticum, lilia 4 cubitorum; ità ut lilia extenderentur, non super columnam, nec super coronam; sed super spatium aeris in atrio seu porticu: & unumquodque lilium habebat 4 cubitos, non autem in directum; flexa enim & repanda sunt liliorum folia [p]. [p Q. in Ma.] *Capita autem*, &c. *tegebat opus rosarum* perplexitate sursum *versus palatium per 4 cubitos*, M. *Ità ut coronæ* (viz. cum suis abacis: vide suprà 15. Synecdoche membri [q],) [q Pi. ex Jun.] *quæ erant* super *capitulum columnarum opere liliaceo, collocandarum in porticu, quatuor cubitorum* essent, JT. *Opus lilii*, &c. *quatuor cubitis*; i. e. per 4 cubitos reliquos; duos inferiores scilicet, & duos superiores; nam medium erat sparsum malogranatis. Ex quinque partibus, quatuor erant opertæ liliis [r]. [r V.]

20 *Et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper*] Hîc agitur de tertio, sive summo capitello, quod erat quasi coronis columnæ addita [s]. [s La. sim. Me. San.] ¶ *Contra retiacula*] i. e. Supra retiacula, & è regione eorum [t]. [t La.] ¶ *Juxta mensuram columnæ*] i. e. Habebant eandem crassitiem, quam columna, scilicet 12 cubitorum [v]; [v La. San.] vel, eam mensuram, quam columnæ proportio exigit [x] [x Me.] [Hebræa sic se habent,] [וכותרות על שני העמודים גם ממעל מלעמת הבטן אשר לעבר השבכה] Ad verb. *Et coronamenta super duas columnas etiam desuper, è propinquo ventris qui trans retiaculum*, Mo. *Et coronæ erant super duas columnas, etiam desuper, è regione cohærentiæ quæ erat trans reticulum*, Jon. *Talia erant epistylia, duabus columnis superposita, etiam in superiori parte ex adverso lateris encarpo oppositi*, Sy. *Et capitella quæ super caput columnarum, etiam desuper & è regione ventris* (i. e. medii) *quæ & trans retiaculum*, Mar. Similiter sub *capitibus in illis duabus columnis, desuper, è regione ventris & contra opus reticulatum*, erat caput aliud, M. *Capitella* (Intellige coronam, sive supremam partem capitelli, quæ rotunda erat, & globo similis, sive, quoad magnitudinem, pilæ similis, sive ovo in longitudine [y],) [y Belg.] *erant super hasce duas columnas, imò super illud contra ventrem qui juxta reticulum erat*; Belg. Per ventrem intellige, vel, mediam globi seu pilæ partem, maximè prominentem [z]: [z Belg.] vel, foramen istud quod supernè erat in medio columnæ, intra quod capitella ponebantur, ut fixa manerent [a]. [a Q. in Belg.] *Coronæ autem impositæ duabus istis columnis, etiam sursum versus sitæ* erant *è regione projecturæ*, (Heb. *ventris*, Jun.) *quæ erat in latere encarpi*, JT. id est, coronarum scapi ab ima parte sua usque ad eam quâ expanduntur flores, ad perpendiculum respondebant parti illi encarpi quæ maximè prominebat. Synecdoche integri [b]. [b Pi. ex Jun.] *Capitella autem illa quæ erant super duas columnas, etiam desuper è regione ventris* capitelli, *qui erat ultra reticulum*, sub. *habebant malogranata*, P. q d. Non solùm habebant lilia, sed etiam malogranata. Describit autem quid esset in cubito quinto omisso. Præterea quoniam superiùs non explicârat ubi essent malogranata, hîc explicat. *Ventrem capitelli* vocat partem laxiorem quæ magìs prominet in pila [c]. [c V.] ¶ *Malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi*, [והרמונים מאתים טורים סביב על הכתרת השנית] *Malogranata* sive *Mala punica ducenta erant in duobus ordinibus per circuitum super capitellum* (*coronam*, Jon.) *secundum*, P. vel, *in capitello secundo*; i. e. altero, h. e. in primo, similiter & in secundo [d]. [d V.] Vel, etiam *ad coronamentum alterum*, JT. vel, *super caput illud secundum*, M. *Et 200 malogranata ordinibus duobus erant circumcirca; atque etiam sic super alterum capitellum*, Belg. Significat in epistylio seu scapo columnæ trans retiaculum esse 200 malogranata ordine distincta; ea an addita essent, an ex ipso ære expressa, non explicat; aut dic fuisse 200 ordines, ut ponit Hieron. in singulis bina malogranata, ut sint 400. quod dicitur, 2 Chron. 4. 13 †. [† Mar.] *Et 200 malogranata binâ serie cingebant epistylium unum, eodémque modo epistylium alterum*, Sy. vel, *coronabant concham unam; idémque fecit columnæ alteri*, Ar. [Totum versum nonnulli sic reddunt;] *Habuerunt & epistylia, quæ erant*

erant supra duas columnas, desuper è regione ventris, citra opus reticulatum, ordines 200 malorum punicorum, idque per ambitum utriusque epistylii, Ti. *In capitulis autem insuper secundùm ventrem, qui erat contra plagam, erant ducentorum malogranatorum ordines, utriusque columnæ capitulo circumdati*, Ca. *Et erant mala punica 200 in ordinibus per circuitum supra & infra circulum qui ambiebat ventrem coronæ, in qualibet corona duarum columnarum*, Strig. *Et capitellum* tale erat *super utramque* [Id שְׁנִי significare antè notatum.] *columnam*; (sicut dictum est paulò antè) *Et supernè, versùs ventrem* capitelli *super quem erat rete, malogranata* 200, *ordinibus* duobus, *circumcirca erant super secundum capitellum*; Id est, post formam rosæ erant duo ordines malogranatorum; post malogranata, sequebantur in ventre capitelli retia illa, & catenæ, de quibus suprà dictum est. Hic erat columnarum ornatus [f].

[f] Os.

21. *Et statuit duas columnas in porticu Templi*] Sic M. P. Mo. JT. vel, *porticûs*, Sy. *porticui*, Ar. *in vestibulo*, Jon. Ca. *Ante porticum*, Ti. Strig. Os. Inter Sanctum & atrium Sacerdotum [g]. Columnæ hæ ad ornamentum spectabant [h]. Videntur tamen etiam auxilium divinum indicâsse; Fortè monumenta hæc erant *columnæ fumi*, & *columnæ ignis*, quæ præsentiam Dei Israelitis ostendebat [i]. ¶ *Vocavit Jachin——— & Booz*, בוֹעַז———יָכִין] Nomina ista non leviter indita sunt [k]. Significabant autem votum Salomonis pro Templo [l]. יָכִין sign. *confirmet*; q. d. Utinam stabiliat Deus hanc domum, & perpetuam faciat: בוֹעַז sign. *fortitudinem & vigorem*; q.d. Utinam sit in ea domo vigor perpetuò; sitque in fortitudine [m]. Potiùs יָכִין est *directio* à כון *dirigere*; & בוֹעַז est, *in eo fortitudo*: Per *Jachin* ergò sign. Templum hoc mirâ sapientià fabricatum esse; per *Booz* verò fortissimè fundatum, & munitum: iisdémque nominibus votum suum patefacit; q.d. Utinam Deus hoc templum, quasi suum *Jachin* dirigat, ac quasi suum *Booz* roboret [n]. Secundùm literam tamen hæc significatio non est sortita suum effectum; quia posteà illæ columnæ per Chaldæos destructæ sunt [o]. Propheticè hoc referendum est ad Ecclesiam [p]; cujus robur plusquam aheneum prædicat Salomon his nominibus [q]. *Stabiliet*, nimirum templum suum spirituale; i.e. ecclesiam: *Bohaz, in ipso* scil. *Jehova, est robur*; Jehova suo populo est instar robustæ & æreæ columnæ [r]. *Jachin* sign. *præparationem*, & *Boaz, firmitatem*: Voluit ergò Deus his duabus columnis admonere accedentes ad exhibendum cultum divinum, ut promptum & paratum animum adferrent ad serviendum Deo, non coactum, vel hypocriticum: id *Jachin* sign. deinde ut in tam prompto & pio proposito firmi permanerent, quod *Boaz* innuit [s].

[g] La. ex Villalp. [h] Mart. sim. San. [i] Mart. [k] F. [l] La. [m] V. [n] La. ex Caj. sim. T. [o] E. [p] E. sic Jun. Pi. La Ma. [q] Jun. Pi. [r] Pi. [s] Os.

22. *Et super capita*, עַל־הָרוֹאשׁ] in summitate illarum columnarum [t]. ¶ *Opus in modum lilii posuit: perfectúmque est*, &c.] [sim. omnes] *Quum impositum esset*, &c. *capitulo*, &c. *opus lileaceum, absolutum est opificium columnarum*, JT. Sensus est; Utraque columna in suprema parte fuit instar rosæ formata, seu dilatata, ut suprà dictum est. Hebræi enim solent quædam ad inculcandum, vel etiam ad amplificandum, repetere [v].

[t] V. [v] Os.

23. *Mare fusile*] sic Jon. M. vel *fusum*, Sy. P. Ti. Mo. *lacum fusum*, JT. Ca. *Mare* pro *lacu* passim dicitur in Evangeliis [x], ingens vas ad capiendum aquam [y]. Hebræi aquarum collectionem paulò majorem *mare* vocant [z]. ¶ *A labio usque ad labium*] sic Os. Mo. *à labri parte una ad alteram*, JT. id est ex diametro [a]; nempe lineâ rectâ per centrum ductâ ab extremitate circumferentiæ una ad alteram [b]. ¶ *Rotundum in circuitu*, סָבִיב] i.e. Tàm parte summâ, quàm infimâ: erat rotundum à summo ad imum [c]. ¶ *Resticula triginta cubitorum*, &c.] Hinc percipitur diametrum esse tertiam partem circumferentiæ; quia dictum est, diametrum fuisse cubitorum decem [d]. 30 *cubitorum*, ferè; quia diameter ad circumferentiam se habet ut 7 ad 22. non ad 21. sed scriptura minutias negligit [||]. Profunditas illius erat 5. cubitorum [f]. Labium non erat planum, aut acutum, sed incurvatum modicè, atque repandum instar lilii [g]. Inserviebat hoc vas ablutionibus tum victimarum [h], tum sacerdotum & Levitarum qui manus & pedes subinde lavabant, non *in eo*, (ut habet Latinus, Exod. 30. 19) neque enim decebat, ut in vas illud, quod mundissimum esse oportebat, immitterentur pedes; sed (ut in Hebræo est) מִמֶּנּוּ, *ex eo*. aquâ scilicet inde per fistulas eductâ [k]. Et hinc infertur sacerdotes nudis pedibus in Templo ministrâsse [l]. Denique mare hoc erat in atrio sacerdotum juxta altare holocaustorum, ac respondebat illi labro æneo, de quo vide ad Exod. 30. 18 [m]. [Ex hoc loco Cubiti mensuram colligit doctissimus Theologus nostras Johannes Palmer, eámque sic astruit,] Quoniam diameter Maris ænei erat cubitorum 10, & profunditas 5, sequitur capacitatem fuisse cubitorum $392\frac{1}{2}$. Sed Mare *capiebat* Bathos 2000, v. 26. id est capere solebat: *capiebat* autem Bathos 3000. 2 Chron. 4. 5. id est capere potuit, si ad marginem impleretur; quod tamen fieri non solebat, nè per ventos exundaret. Ergò cubiti $392\frac{1}{2}$ æquantur Bathis 3000; & consequenter Cubitus unus æquatur Bathis $7\frac{643}{1000}$, sive Omeris $76\frac{43}{100}$ (quia Omer est decima pars Ephæ, Exod. 16. ult. Bathus autem & Epha, hæc aridarum, ille liquidorum mensura, sunt æquales, Ezec. 45. 11.) Hinc probari potest, Cubitum Hebræorum fuisse circiter unciarum 18 mensuræ Londinensis, aut saltem non fuisse bipedalem. Nam si Cubitus statuatur 18 unciarum, erit soliditas ejus 5832 unciarum, quæ æquantur Omeris Mannæ $76\frac{43}{100}$: Itaque Omer continebit uncias $76\frac{1}{3}$; id est, Ova mediocria $23\frac{1}{2}$, sive pintas vinarias mensuræ Londinensis $2\frac{18}{29}$, quæ sufficere videntur pro demenso unius diei in singulos homines. Quòd si Cubitus statuatur bipedalis, sive unciarum 24, erit soliditas ejus unciarum 13824, atque hac ratione Omer continebit uncias 181; i. e. Ova 56, sive pintas $6\frac{7}{29}$, quod longè nimium esse videtur. Nota quòd Ovum mediocre est unciarum $3\frac{1}{4}$, & pinta Londinensis continet uncias $28\frac{875}{1000}$; id est, Ova ferè 9: & uncia est triplum longitudinis unius grani hordei nostratis.

[x] Ca. [y] Jun. Os. [z] Os. [a] Jun. Ma. [b] Pi. [c] V. [d] Pi. sim. Os. L. La. [||] Me. sim. Mart. [f] San. Jo. in Mart. [g] San. [h] Mart. [k] San. [l] La. San. [m] La. ex San.

24. *Et sculptura*, וּפְקָעִים] *Et colocynthides*, JT. sic. Mo. *cucurbitæ*, sive *cucumeres sylvestres*, Mar. sim. Os. *tubercula instar colocynthidum*, P. sive *cucurbitarum*, in quibus erant formata capita boum, ut ex 2 Par. 4. 3 videre est [n]: *figuræ ovorum*, Jon. *capitella*, Sy. *supercilia*, Ar. *sphærulæ*, M. *nodi*, Ti. Strig. *globi cucurbitarum sylvestrium similes*, Ca. ¶ *Subter labium circuibat illud*, מִתַּחַת לִשְׂפָתוֹ סָבִיב סוֹבְבִים אוֹתוֹ] *subter labium ejus circumquaque cingebant ipsum*, JT. sim. M. V. &c. scil. *mare*, Mar. Ti. Malim, *cingunt*, videtur enim hoc labrum adhuc durâsse. Heb. *cingentes*, ad quod potest subaudiri vel *erant* vel *sunt* [o]. ¶ *Decem cubitis ambiens mare*, עֶשֶׂר בָּאַמָּה מַקִּיפִים אֶת הַיָּם סָבִיב] *Decem cubiti ambiebant mare in circuitu*, Jon. sim. Sy Ar. Qu. Quomodo 10 cubiti ambiebant mare, quod 30 cubitos in circuitu colligebat? Resp. 1. Ex quo loco illius vasis ambitus, quod semper angustius erat versùs fundum, ad 10 cubitos, redactus erat, ex eodem calaturæ adhibitæ. Hoc significatur, 2 Par. 4. 3 [p]. Sculptura totam imam partem conchæ ambiebat, quæ decem tantùm cubitorum erat [q]. Resp. 2. Non totum mare cingebat, sed tertiam ejus partem [r], ut patet ex 2 Par. 4. 3 [*]. Respons. 3. Q. sic vertunt; *Et hoc ipsum mare, quod decem cubitos patebat, cingebant nodi*, &c. Strig. *Decem cubitorum ambiens mare*; i. e. licèt mare haberet decem cubitos in diametro, nihilominùs per totam circumferentiam ambiebant mare [s]. Resp. 4. Alii aliter accipiunt, vertúntque, *decem in cubito* (sub. *uno*, M. Ti.) *ambiebant mare per circuitum*, P. sic. M. JT. Pi. sim. Ca. Belg. Ma. Mar. i. e. In singulis cubitis erant dena tubercula: erant ergo trecenta [t]. ¶ *Duo ordines sculpturarum striatarum erant fusiles*] *Striatarum*, i. e. habentium strias: *striæ* autem sunt canaliculi aut sulci, qui per lignum aut æs ducuntur ad elegantiam, ità ut una pars emineat, altera subsidat [v]. שְׁנֵי טוּרִים הַפְּקָעִים יְצֻקִים בִּיצֻקָתוֹ] *Duo ordines* (*Duo scilicet ordines*, Ti.) *tuberculorum fusorum in fusione illius*, P. V. viz. *maris*, Belg. sim. Ti. Ca. M. i. e. Fuerunt fusa, quando mare illud fuit fusum; q. d. Non fuerunt adventitia, sive appositititia [x]. Vox פְּקָעִים videtur significare *omne genus picturarum*, sive scil. florum, foliorum, vel fructuum; item animalium, sive cujusvis rei in ornamentum formatæ: nam 2 Chron. 4. 3. ad ulteriorem illius versûs expositionem ponitur similitudo Boum. Porrò hi nodi non erant sculpti super mare, sed cum eo fusi [y].

[n] V. [o] Pi. [p] Me. [q] Caj & To. in La. [r] La. ex San. [*] San. [s] Os. [t] V. Pi. Ma. Belg. Jun. [v] La. [x] V.

25. *Super duodecim boves*] Hoc erat contra Legem, ideóque Josephus & Hebræi hinc initium sumunt culparum Salomonis. Alii conjectant intercessisse jussum Dei, qui supra Legem est[z]. Boves hi solidi fuisse videntur, ut tanto ponderi ferendo, maris scil. & aquarum pares esse possent[a]. Usus horum boum ex interpretibus colligitur. Etenim in ore cujusq; illorum verticillum erat, unde hauriebatur aqua: Tot verò erant, ut multi simul possent lavare[b]. ¶ *Tres ad Aquilonem, &c.*] Hi 12 boves mysticè significabant 12 Apostolos, qui jussu Christi per omnes mundi plagas prædicârunt[c]. ¶ *Intrinsecus latitabant*] sim. V. JT. verò, *introrsum spectabant.* Nam ה [in ביתה] est locale[d].

26. *Trium unciarum,* טפח] *palmi,* V. sim. JT. Pi. Tres unciæ sunt quarta pedis pars; id est quatuor digiti: quæ mensura *palmus* dicitur, 2 Par. 4. 5[†]. ¶ *Quasi labium calicis*] i.e. repandum, ut sunt calices & lilia[f], & modicè flexum in exteriorem partem[g]. ¶ *Folium repandi lilii,* כמעשה שפת כוס פרח שושן] *Secundùm opus labii calicis, & floris lilii:* P. sim. V. sunt enim flores lilii curvati. Alii vertunt, & *flos lilii* erat in eo; i. e. maris labium sparsum erat floribus lilii, sic Chald. Par[*]. ¶ *Duo millia batos capiebat*] Bathus est mensura liquidorum, ejusdem capacitatis cum Epha, de qua Exod. 16. 35. Amphora Attica[h]. Batus æqualis Amphoræ Romanæ, quæ continebat 48 sextarios, uncias 960, libras 80. Batus decima pars Cori[i]. At 2 Chron. 4, 5. dicitur capere tria millia batos. Resp. 1. Illi erant bati vulgares, tertiâ parte minores batis sacris[k]. Resp. 2. Ad summum poterat continere *ter mille*, sed non solebat impleri nisi ad *bis mille*[l]. Et hoc significatur, 2 Par. 4. 5. מחזיק *fortificare facienti, capiebat 3 mille*; q. d. si impleas quantumquantum est[m]. Peripheria superior, quia erat amplissima, facilè capiebat mille batos. Liber autem Paralip. supplet quæ in libris Regum omissa sunt[n].

27. *Decem bases,* Ita Jon. M. P. V. JT. Pi. Ma. המכונות] *machinas,* Ti. *lagenas,* Sy. Ar. Bases, quæ scil. supponendæ erant decem conchis, sive lavacris[o]. Id patet ex v. 38. & 2 Par. 4. 6. P. Victimas, primò integras & vivas in probatica piscina; deinde excoriatas & dissectas in his labris, abluebant. Quocirca mare æneum erat in medio horum luterum[q]. Bases erant trusatiles sive ambulatoriæ sedes labrorum[r]. Rotas habebant, quibus de loco in locum traherentur. Formâ erant instar arcæ quadratæ[s].

28. *Et ipsum opus basium,* וזה מעשה המכונה] *Hoc autem erat opus basis,* P. V. i. e. Singularum basium apparatus erat hujusmodi[t]. ¶ *Interrasile erat*] Sic vocatur, quod per intervalla raditur, & exsculpitur[v]. מסגרות להם *Clausuræ ipsis,* Mo. Mar. Pi. id est, vel labia seu coronæ[x]; vel, latæ fasciæ, quibus insculptæ essent imagines[y]. *Zophori,* JT. *Labium foris porrectum Zophoro simile,* Ar. *latera,* Strig. *areolæ,* Ca. *abaci,* Ti. *mutuli,* Sy. *cinctura erant in ipsis.* P. V. i. e. in singulis basibus[z]. Difficilis admodum est hæc descriptio, quia concisis verbis traditur, & ambiguis. Caput attamen est, machinam istam fuisse curulem instar quadrigæ. In parte ejus superiori erat zona, seu corona, seu fascia, quæ ambit 4 latera, seu facies istius areæ quadratæ. *Clausura* appellatur, non quòd concluderet vel terminaret locum quempiam, sed, quòd spatium esset inter duas projectiones, vel coronices conclusum; ita ut superior projectio instar tecti super animantium capita prominere videatur: Inferior autem est, ut vectis, cui pedes animantium innitantur[a]. *Clausuræ ipsis*; i. e. erant clausæ undique 4 tabulis æneis à 4 lateribus, & quintâ tabulâ æneâ superiore, quæ erat tanquam stratum basis, cui imponebatur concha seu labrum[b]. ¶ *Et sculpturæ inter juncturas,* ומסגרות בין השלבים] *Et cincturæ* vel *clausuræ,* &c. *inter climacteras,* Mo. *inter limbos conclusos,* Ti. *commissuras,* Jon. *transmissuras,* Ma. *fimbrias.* Strig. *juncturas,* 6. Sign. extremitates, quibus tabulæ æneæ, ex quibus basis constabat, jungebantur inter se[c]. *Inter denticulatos toros,* JT. *inter prominentias,* P. V. Mar. Os. Sic vocat, quæ spondis lectorum veteri formâ structorum erant similes; quæ sic dicebantur Hebræis quòd essent instar graduum; q. d. Pars illa ima & summa prominebat. Singulæ cincturæ erant inter prominentias duas, imam scilicet & summam[d]. *Inter gradus,*

[z] G. [a] Me. [b] Mart. [c] La. [d] P. [†] Me. [f] Pi. ex Jun. Ma. Me. [g] Me [*] V. [h] Jun. Pi. [i] La. [k] Mar. in Me. sim. La. ex Villalp. & Alcasar. [l] G post Jun. Pi. Riber. in Me. Sa. in T. [m] Me. ex La. [n] La. [o] V. M. sim. omnes. [p] La. [q] La. sic Mart. [r] Jun. [s] Mart. [t] V. [v] Me. [x] Mar. [y] Jun. Pi. [z] V. [a] Mart. [b] Ma. [c] Me. [d] V.

M. Mar. sive scalas ex tabulis gradatim prominentes[†]. Ita bases habebant gradus superiori parte angustiores gradibus inferioribus[f]. Clausuræ autem seu juncturæ æneæ in quatuor angulis basis incastratæ erant[g]. *Clausuras* vocant sculpturas extantes & eminentes, quia hæ quasi claudunt & terminant tabulam planam & rasam, puta spatia intermedia tabulæ plana[h].

29. *Et inter coronulas,* &c. [בין השלבים] *Inter climacteras,* Mo. *inter prominentias,* P. nimirum imam & summam. In summitate magnæ basis erat alia parvula basis, sive columnella quædam vice basis[i]. [ut verba sequentia ostendunt.] ¶ *Leones,* &c.] Hæ sculpturæ leonum, &c. tegebant juncturas tabularum ænearum, nè apparerent esse compactæ, sed viderentur esse continuæ[k]. ¶ *Et in juncturis similiter desuper,* ועל השלבים כן ממעל] *Et super prominentias* [vel *commissuras,* &c. ut priùs] erat *basis* (vel *fulcrum,* JT. *pes,* Ti.) *desuper,* JT. P. Mo. Ma. id est, area sive superficies statuminata, quâ fultum nitebatur labrum[l]. [Alii τὸ כן vertunt *sic, similiter,* &c.] *& super juncturas, sic & desuper,* 6. *Et similiter super gradus superiores,* M. *Itidémque super tegumenta, tam supernè, quam infernè leones,* &c. Sy. *Eodémque modo fabrefecit operculum earum, & tam supremæ, quàm infimæ illarum parti leones,* &c. *incidit,* Ar. ¶ *Et subter leones & boves*] Subaudi [ex priori parte versûs] *& Cherubinos,* V. Jun. Pi. Synecdoche, Pi. qui scil. erant in cincturis illis[m]; qui sculpebantur in ipsa basi. Per *Cherubim* intellige, vel, imagines juvenum alas habentes[n]; vel, aquilas[o]; Ex figura Aquilæ bovis, leonis, & hominis constabat Cherub. Est autem συνεκδοχή· nam pars Cherubis *Cherub* dicitur; ut Bos est *Cherub,* Ezec. 10. 14 P. ¶ *Quasi lora ex ære dependentia*] i. e. Deorsum tendentia; Heb. *opus discensionis.* Appositè sculpsit hæc lora, quia boves & leones loris alligari & copulari solent[q]. לויות מעשה מורד *Additamenta* (sub. *quædam,* M. V. P.) vel *adjectiones* (*adjunctiones,* Ma. vel *copulationes,* Mo. Os. *regiones,* 6. *opus descensûs,* Os. sic 6. Ma. *opere bracteato,* Ti. vel *tenui,* M. vel *ducto,* JT. *ductili,* M. vel *extenso,* P. V. Mo. Adjectitia quædam facta opere extenso; i.e. quæ non fuerunt facta cùm funderetur basis ipsa[r]. A רדד *extendere* fit מורד *opus extensum,* sicut מורג *traha* à גרר *trahere*[†]. Fasciæ è venusto opere implexo & continente appositæ[s]. Erant tubercula quædam adjectitia quæ erant vice basium, quibus scilicet videbantur incumbere animalia illa: ut poni solent sub simulacris[t]. *Opere venusto & continenti,* Ar. *opificium pulcherrimi aspectûs,* Sy. [Alii totum hoc membrum versûs sic reddunt,] *Et latera, in quibus erant leones & boves, habebant fimbrias, suprà & infrà, quibus pedes additi erant,* Strig. *Clausulis autem, tam supra, quàm infra leones & boves, erant superadditi tori, opere simo,* Ca. לויות *Torósne,* an *cymatia,* an *scotias,* an *simas,* significet nondum mihi constat: ne quis erret. Intereà *toros* appellabo. Quòd si tori sunt, *simos* appellat, qui non perfectam habebant rotundationem, sed ad circinum delumbatum[v]. *Et super gradus basis supernè,* (i.e. superior gradûs pars basis erat pedibus substrata, eóque nullâ figurâ distincta) *& subtus leones & bos* (pro *boves*) *copulationes* (i. e. copulati) *opere extenso*; i. e. copulata inter se quantum opus extendebatur, scil. per totum. Itáque in fronte graduum, quam vocat partem inferiorem, ea ornamenta erant, non autem ubi pedes ponebantur[x].

30. *Et quatuor rotæ*] Quibus huc illuc bases rotari & moveri viderentur[y]. ¶ *Et axes arei,* [וסרני נחשת] *Et tabulæ* (vel *asseres,* Jon. Ca.) *æneæ,* M. P. V. [ita omnes; præter Sy. qui habet, *& circulus æneus,*] Quibus scil. latera basis quadratæ tegebantur, & quæ adjacebant prominentiis[z]. Hæ tabulæ instratæ erant axibus, ut sibi impositas bases sustinerent[a]. ¶ *Et per quatuor partes quasi humeruli,* [וארבעה פעמותיו כתפות להם] *Et in quatuor* (vel, *& quatuor,* Mo.) *angulis* (*impagibus,* JT.) *ejus* (sub. *basis*; i. e. singularum basium[b],) erant *humeri* (*sustentacula,* V. *scapulæ,* JT. *columnellæ,* V. *quasi humeri,* M.) *eis,* P. Ti. &c. Rectè *humeros* vocat; quia sicut onera humeris feruntur, ita fulcris istis conchæ sustinebantur[c]. In plano tabulato basis sub concha erant sculpti leones, &c. id est, capita singulorum cum alis, quæ quasi humeris concham sustinerent[d]. *Et*

[†] M. [f] Mart. [g] M. [h] San. [i] V. [k] La. [l] Pi. ex Jun. [m] V. [n] M. [o] Jo. in G. [p] G. [q] La. ex Rib. [r] V. ex M. [s] BA. 1. 2. 32. 310. 62. [s] Jun. Pi. [t] V. [v] Ca. [x] Mar. [y] La. [z] V. [a] Jun. Pi. [b] V. [c] Mart. [d] Me.

4 *angulis humeri*; i. e. ansæ, Mar. Extremæ tabulæ in formam humerorum è 4 angulis assurgentes, nè inter trudendum vacillaret labrum †. Bases 4 angulos habebant, non reliquo planè pares, sed in humerorum modum protumentes, qui lavacrorum ventres exciperent, collocati contra & supra toros, quibus ambiebantur bases *. ¶ *Contra se invicem respectantes*, מֵעֵבֶר אִישׁ לֹיוֹת] *Ex transitu viri* (pro *è latere cujusque*, Mar.) *copulationum*, Mo. vel, *copulationes*; id est, *humeri copulati*; Ansæ quas humeros vocat, copulatæ erant; i. e. inhærentes ipsi luteri f. *Quodque è regione additamenti*, M. vel *adjectionum cujusque* labri, JT. i. e. ornamentorum, quæ erant ad collum labri sub projecturis ejus, dimidio cubito infra summitatem labri: vide infrà v. 35 g. *Ex latere singulorum additamentorum*, P. V. h. e. In fundo conchæ h. *Quisque è regione alterius ponè additamentum*, Ti. *Protracto opere adhæsionis*, Jon. *E regione cujusque conjunctionis*; id est, eâ parte emergebant humeruli, quâ superior tabula fuit infimæ conjuncta, nimirum in 4 angulis i.

† Jun. Pi. * Ca. f Mar. g Pi ex Jun. h V. i Os.

31. *Os quoque luteris*, וּפִיהוּ] *Et os, sive orificium ejus*, Mo. P. sub. vel, *basis quadratæ*, V. (Sed τὸ *ejus* est masc. & *basis* fœm k.) vel, *labri*, JT. Ma. hoc in Heb. est masc l. id est, æquabilis cavitas sub projectura m. Vocat *os basis* supremam partem, cui luter insidebat, & fortasse cavum erat, ut luterem acciperet *. De figura oris dissentiunt; Volunt, vel, 1. in tabula projectionem quandam eminentem, seu tuberculum fuisse, in quo ipsa concha fuerit infixa, ut quæ fundum suum habuerit sinuatum, seu concavum: vel, 2. os tabulæ fuisse apertum, seu cavum; fundum verò lebetis turbinatum, atque in os machinæ insertum. Utrumlibet verisimile. Stabat itaque luter in ore machinæ, ceu in sua sede admodum firmus & immobilis n. In medio basis capite assurgebat in dimidium cubitum capitulum rotundum, quod inserebatur in sinum, quem lavacrum habebat in fundo intrò protuberantem. Itâ fiebat, ut cùm lavacri os ab imo fundo ad summam crepidinem in altum pateret unum cubitum & dimidium; à capituli summo ad crepidinem pateret tantùm unum cubitum, quoniam capitulum detrahebat dimidium cubitum o. *Os lagenæ*, Sy. *eminentia illius*, M. ¶ *Intrinsecus erat in capitis summitate*, מִבֵּית לַכֹּתֶרֶת] *Intra capitellum*, P. V. i. e. intra basin ipsam parvam p. *Ab interiori parte ambitûs coronarii*, JT. i. e. circuli in quem indebatur ex labro sesquicubitus q. Heb. *coronæ*, Pi. *intra coronamentum*, Mo. Ti. vel *coronas*, Jon. *Vergebat ad rotunditatem* labri, M. ¶ *Unius cubiti*, &c. וּמַעְלָה בָּאַמָּה] *Et suprà cubitum habebat*, Ti. *sursum versus* exstabat *uno cubito*, JT. sim. M. *& supernè, in cubito*, P. sic Mo. *Et sursum*; i. e. parte supernâ, q. d. Si quis parte supernâ ad umbilicum ejus metiri velit columnellam illam mensurâ cubitali, habebit cubitum & dimidium latitudinis r. Cubitus erat ab area ambitûs coronarii usque ad summas scapulas s. ¶ *Erat totum rotundum*, וּפִיהָ עָגֹל] *Et os ejus rotundum*, Sy. Ma. *cujus* ambitûs *os rotundum erat*; i. e. æquabilis cavitas sub area, in quam indebatur labri dimidia altitudo t. Quod dicit *lavacri os undique rotundum* ostendit ejus latitudinem. Si enim erat ejus altitudo unius cubiti semis, latitudo erat dupla; h. e. 3 cubitorum; cùm os esset undique rotundum; h. e. dimidii globi figura. His 3 cubitis adde octavam partem unius cubiti, quam altitudini adimebat basis capituli: Cui si addas lavacri crassitudinem, & si quid repanda (ut fit) erant labra, habebis quam tradit auctor lavacrorum latitudinem, sive longitudinem; quæ eadem est, viz. cubitorum 4 quanta erat mensura basium v. מַעֲשֵׂה כֵן *Opere basis*, Mo. P. V. i. e. factum ad similitudinem basis x. *Opere fulcri*, JT. id est, justo, & ad proportionem labri, quod rotundum erat, accommodato: ut fulcimento esset ei undequaque. *Opere convenienti*, M. ¶ *Cubitum & dimidium*] Pro mensura imi labri, quod recipiebat y. Dimidius cubitus in cavitate includebatur, & latebat; & cubitus unus eminebat à sinu, & extabat z. Dimidium cubiti fuit in suprema sui parte rotundum, quâ in eo concavum luteris inferebatur: Cubitus verò inferioris partis, quadratæ fuit figuræ a. ¶ *In angulis*] Heb. *super os ipsum*, P. vel *ejus*, Ma capitelli, V. in area illa quadrata baseos, cujus medium ambitus coronarius occupabat b. ¶ *Et intercolumnia*, וּמִסְגְּרוֹתֵיהֶם] *Et cinctura earum*, nempe omnium basium c. *Zophtri earum*, JT. i. e. eas circumcludentes ab extremis areæ quadratæ partibus d. ¶ *Quadrata*] Cincturas latas fuisse dicit, ut sunt zonæ latæ; non rotundas, ut sunt zonæ rotundæ †. Itáque basis cavum rotundum erat, sed ornamenta exteriùs quadrata f. Quód *areolas* dicit esse *quadratas*, hoc intelligendum est de basium areolis suprà memoratis; non de areolis sculpturarum oris; ut apparet ex eo quòd continuò subjungitur areolis subesse rotas. Non enim lavacris protinus suberant rotæ, sed basibus g.

k Ma. l Ma. m Jun. Pi. * Mar. n Mart. o Ca. p V. q Pi. ex Jun. r V. s Jun. Pi. t Jun. Pi. v Ca. x V. y Pi. ex Jun. z Me. a Mart. b Jun. Pi. c V. d Jun. Pi. † V. f Mar. g Ca.

32. *Quatuor rotæ cohærebant sibi subter basin*] Id est, sibi aptè respondebant h. Vel, τὸ *sibi* redundat, ut in iis, *vade tibi, surge tibi*, &c. nam contra rotarum naturam erat, ut seipsas contingerent i. ¶ וִידוֹת הָאוֹפַנִּים בַּמְּכוֹנָה] *Et axes* (vel *manus*, Mo. *radii*, Jon.) *rotarum* (sub. *erant*, Ca. M. vel *affixi erant*, JT.) *in basi*, Mo. Ma. Strig. sic M. Ca. P. (vel, *in machina*, Ti. *in lagena*, Sy.) q. d. non supponebantur basi, sed erant intra ipsam basim k. Axes sub basibus erant, scil. currûs ad instar, ut ferrentur, quò opus esset. *Manus* vocat axes, quibus rotæ volvebantur l.

h Me. i San. k V. l Mar.

33. *Tales autem rotæ*] q. d. Tales erant, ut viderentur posse rotari & moveri, cùm reipsâ essent fixæ, nec rotari possent, quamvis haberent omnia, quæ habent veræ rotæ m. מַעֲשֵׂה אוֹפָנִּים *Opus rotarum*. P. V. Forma, V. ¶ *Axes*, sic Sy. M. Ca. JT. יְדוֹתָם] *Manus* (*radii*, Jon.) *earum*, Mo. Ar. ¶ *Et radii*, Itá Mo. וְגַבֵּיהֶם] *Et latera* (*canthi*, Ca. *circumferentiæ*, M *dorsa*, 6. *modioli*, Ti. JT. Strig. P. V. Modiolus autem est pars illa rotæ, ex qua existunt radii n; vel, cui infixi sunt radii o; *costæ*, Jon.) *earum*, Sy. Ar. Modioli sic dicuntur à forma gibbosa. Vox propriè sign. *excelsitates, eminentias*, &c *. ¶ *Et canthi*] Sic P. V. JT. Mo. Canthus est modioli extrema pars, ex quo axis eminet p. וְחִשֻּׁקֵיהֶם *Et cardines*, M. *radii*, Ti. Strig. *modioli*, Ca. *lilia*, Ar. *ligamina*, Jon. *ornamentum earum*, Sy. *tractatio*, 6. Sic vocantur canthi, quòd circumvolventes complectantur rotas: vox propriè sign. *complexiones, complicationes* †. ¶ *Et modioli*, וְחִשֻּׁרֵיהֶם] *Et radii earum*, M. P. Ca. JT. V. *canthi*, Ti. *orbes*, Strig. *narcissi*, Ar. *ligamina*, Mo. *subligacula*, Jon. *concinnitas earum*, Sy. omnes interpretantur *colligantias, colligationes, radios*, quibus rota colligatur & compingitur q.

m Ja. sim. San. n Me. o Mar. * Ma. p Me. † Ma. q Ma.

34. *Humeruli per angulos*, אֶל־פִּנּוֹת] *Ad angulos*, Mo. JT. erant *super angulos*, P. ¶ *Basis unius*, Itá P. הַמְּכוֹנָה הָאֶחָת] In *base una*; i. e. in singulis basibus r. ¶ *Ex ipsa basi*] Itá P. V JT. ex eadem massa ænea; q. d. Non erant adjectitia, sed fuerant fusa unà cum base s.

r V. s V.

35. *In summitate basis*] Sub. *quadratæ*; intelligit basin illam parvam t; supra basin & scapulas ejus v. ¶ *Quædam rotunditas dimidii cubiti*, חֲצִי הָאַמָּה קוֹמָה] *Dimidium cubiti in altitudine*, P. V. *Itá ut* ——— *dimidii cubiti altitudo* — (summi videlicet labri, ut dictum suprà v. 30 x.) exstaret, JT. i. e. Erat columnella quædam, seu basis rotunda, alta dimid. cub y. Superimponebatur hæc ipsi basi magnæ quadratæ z. ¶ *Itá fabrefacta*, &c. וְעַל רוֹאשׁ וגו׳] *Nam in summo basis manus illius, ut zophori illius, ex ipsa erant*, JT. *Manus illius*, id est scapularum summitates, quibus veluti manibus fulciebatur labrum: fortè etiam manibus fuerunt similes, seq. v a. *Et juxta summitatem illius* parvæ *basis* superpositæ magnæ basi, *erant prominentiæ ejus*; h. e. habebat suas prominentias: & *cincturæ singularum* erant ex eadem materia, ut v. 33 b. *Et in summo machinæ, limbi ejus, & abaci ejus ex ipsa*, Ti. Al. *Et in summitate illius basis procedebant tam gradus, quàm clausuræ ex ipsa basi*. Al. *Et super summitatem basis loca ejus, & clausura ejus ex ipsa*; i. e. loca, quibus excipiebatur fundum conchæ; id est, justè & aptè ei adæquabantur, ex ipsa basi erant, & unà cum ipsa fusa c.

t V. v Jun. x Jun. y V. z Ma. ex V. a Pi. ex Jun. b V. c Me.

36. *Sculpsit quoque in tabulatis*, &c. וַיְפַתַּח עַל־הַלֻּחֹת יְדֹתֶיהָ וְעַל מִסְגְּרֹתֶיהָ כְּרוּבִים וגו׳] *Et aperuit super tabulas manuum ejus, & super clausuras ejus, Cherubin*, &c. Ma. Mo. *Sculpserat enim in tabulis gradus, & juxta clausuras, picturas*, M. vel, *in tabulis illorum laterum & fimbricarum, Cherubim*, Strig. vel, *super tabulas radiorum ejus*, &c. Jon. *Aperuit* (i. e. sculpsit)

sculpsit) *in tabulis* (i. e. in planitie quaque, in spatiis planis) *manuum* (i. e. ansarum) *ejus*, & super *clausuras ejus*, Mar. *super clausuras*; i. e. in prædictis spatiis quadratis & circularibus [d]. [d Os.] *Impresserat in ejus processuum tabulis, inque areolis*, &c. Ca. *Tabulas habebat sibi annexas, & manibus & labiis insculpti leones*, Ar. *Et super tabulas, axes & mutulos ejus excidit*, Sy. *Et fecit cælaturas in tabulis prominentiarum ejus*, (intelligit spatia quædam ornata elegantibus sculpturis quæ erant inter prominentias ipsas †,) [† V.] *& in cincturis ejus*, P. nempe parvæ columnæ, sive basis [f]. [f V.] *Insculpsit autem tabulis illius*, (efficientibus summam aream) *manibus illius*, (i. e. exstanti scapularum parti, Synecdoche) *& zophoris illius*, (nimirum areæ, de quibus suprà v. 31.) *Cherubinos*, &c. Jun. Pi. ¶ *Quasi in similitudinem hominis*, &c. [כְּמַעַר אִישׁ וְלֹיוֹת סָבִיב] *Secundùm nuditatem* (*effusionem*, Ma.) *viri*, Mo. Mar. (i. e. ad vivum; sic nudi homines pinguntur; aut *viri* sumitur pro *cujusque*, & sensus est, *sculpsit leones & juxta nuditatem cujusque*; i. e. perfectionem [g]) [g Mar.] *Et copulationum* (*adjunctiones*, Ma.) *circumquaque*, Mo. vel, *copulationes in circuitu*; i. e. conjuncta sine interstitio [h]. [h Mar.] *Prout cælaturis cujusque & adjectionibus circumquaque* conveniebat, JT. Pi. Heb. *secundùm effossuram cujusque*, Pi. *Quódque è regione alterius quod per circuitum additum erat*, M. *Quemadmodum in abaco quolibet & additamento circumquaque*, Ti. [Castalio locum sic reddit, *humanâ specie circumdantibus toris*,] *Ex latere cujusque additamentorum per circuitum*, P. *Quasi profunditatem cujusque & additiones circumcirca*; i. e. Unumquodque profundè sculptum erat, & habebat seu additamenta quæ ornarent opus [i]. [i Os.] *Sicut applicationem cujusque & copulationes in circuitu*, Q. in Ma. i. e. in diversitate tabularum cælaturæ fusæ ad amussim sibi correspondebant, applicabantur, & copulabantur; nimirum pars, v. g. leonis unius tabulæ, ità exactè conjungebatur cum altera parte leonis alterius tabulæ, ut perfectam leonis effigiem redderet. Al. *secundùm spatium uniuscujusque*, & *corollaria circuitu*. Al. *secundùm adhæsionem*, vel *cælaturam cujusque*, nempe ex Cherubis, &c. Al. *secundùm nuditatem viri*; i. e. secundùm spatium nudum & vacuum cujusque [k]. [k Ma.] Vox מַעַר nota non est. Plerique *nuditatem* explicant [l]. [l Mar.] Alii volunt esse *cælaturam*, quòd cælando & exsculpendo res antea tecta denudetur & retegatur [m]. [m Ma.]

37. *In hunc modum*, sic P. [כְּזֹאת] *Secundùm hoc*. V. vel *hanc*, Pi. ¶ *Sculpturâ consimili*, [קֶצֶב אֶחָד] *Sculptura* (*Proportio*, JT. *Incisio*, P. Mo. Jon. *Statura*, Sy. *Capacitas*, Ar.) *una vel eadem*, V.

38. *Fecit decem luteres*] Quorum bases hucusque descripsit [n]. [n La.] ¶ *Erátque quatuor cubitorum*] Hos quidam altitudini, alii diametro attribuunt [o]. [o Mart.]

39. *Ad dexteram partem Templi*, &c.] Ibi constituti dicuntur, quia dextera templi latera respiciebant; nam luteres non erant in Templo, sed in atrio sacerdotali [p]. [p Me ex San.] [עַל כֶּתֶף הַבַּיִת] *In latere* (*Ad latus*, P.) *domûs*; i. e. atrii sacerdotum, quod erat conjunctum domui, sive Templo [q]. [q V.] ¶ *Contra Orientem ad meridiem*, [קֵדְמָה מִמּוּל נֶגֶב] *Ad orientem è regione sive à latere meridiei, sive austri*, ō Jon. Mo. In ea parte atrii, quæ Orientem spectat, ad Australe tabernaculi latus [r]. [r Me. ex San.] Altare [sed de Altari nullus hic sermo; Lege igitur, meo periculo, Mare.] æneum ad plagam Australem posuit in infima parte versus januam, quæ fuit in Oriente, quò Sacerdotes ingressi atrium, aquam ad abluendum manus atque pedes statim in promptu haberent [s]. [s Mart.] *Meridiem inter & Orientem*, Ar. Sy. *meridiem versus*, Sy. *Orientem versus & contra meridiem*, M. sic P. h. e. In septentrionali parte; hæc enim ingredientibus in Templum erat ad dextram [t]. [t M.] Ingressus Templi ad Orientem erat. Mare primùm occurrebat, deinde Conchæ. Neque in Mari lavabant sese Sacerdotes; neque in Conchis holocaustæ lavabantur: Verùm Sacerdotes aquâ, quam per salientes hauriebant ex mari ipso, abluebant manus & pedes: holocausta autem tantùm abluebant frigidâ sumptâ ex Conchis per salientes [v]. [v V.] Porrò ex Aristæa, &c. discimus fuisse in Templo occulta & subterranea receptacula aquarum, mirâ magnitudine, ad diluendum sanguinem hostiarum, & omnia mundandum atque abluendum [x]. [x La.] Historia sacra in his ornamentis describendis videri potest leptologa & curiosa, nec quicquam utilitatis præ se ferre: Verùm in divinis libris omnia ad ædificationem conducunt. Si nobis aliter videtur de nonnullis locis, non profectò illis sed tarditati nostræ adscribendum est. Nec dubito multas utilitates ex hac ædificatione elici posse. 1. Sic voluit Deus Ethnicorum superbiam reprimere, qui populum Dei contemnebant, ut destitutum sapientiâ, & bonis artibus, cùm tamen secus fuerit; ut vel inde patet, quòd hostis eos inprimis captivos duxerit, qui artifices erant. 2. In his demiserat se Deus ad captum hominum rudium, illo seculo tardiori; Cùm enim ea cernerent ornamenta atque artificia in domo Domini, animis evehebantur ad ejus majestatem impensè colendam. 3. Symbola hæc erant interioris ornatûs, nempe virtutum, quem adsciscere debemus ad ornandum templum spiritûs internum, nimirum corda nostra [y]. [y Mart.]

40. *Et hamulas*, [אֶת הַמִּזְרָקוֹת] *Et pelves*, P. V. Vasa erant è quibus spargebatur aqua & sanguis.

41. *Funiculos capitellorum*, [וְגֻלֹּת הַכֹּתָרֹת] *Et vasa rotunda* (vel *bina hæmisphæria*, sive *dimidiatos globos*, V. *rotunditatem*; i. e. ventrem rotundum, Os.) *capitellorum*, P. Mar. vel *coronamentorum*, Mo. *coronarum*, Jon. Dixit *vasa*, comparatione malogranatorum, quæ continebant [a]. [a Me.] Ipsamet capitella *vasa rotunda* vocat [b]: [b Mar.] *rotunda capita*, M. vel *capitula* Ca. *convolutiones cincturarum*, Ma. *rotundas coronas*, Strig. *existylia cum coronamentis*, Ti. *lagenas*, Sy. *discos*, Ar. *orbes coronarios*, JT. *vertibilia*, ō. in La. *Funiculos capitellorum* vocat media capitella, eò quòd in modum funis spiras & gyros haberent, (qui capitellum in orbem circuibant;) Heb. sign. *revolutiones coronæ*, vel capita suis spiris in gyrum circumdata & coronata [c]. [c La.]

45. *De aurichalco*, [נְחֹשֶׁת מְמֹרָט] *Ex ære polito*, vel *terso*, P. Ti. V. Os. vel *puro*, Strig. *repurgato*, M. *bono*, Jon. *Corinthio*, Sy. *Græco*, Ar. mundo ab omni rubigine [d]. [d V.]

46. *In argillosa terra*, sic JT. sim. Ca. Jon. [בְּמַעֲבֵה הָאֲדָמָה] *In densitate*, vel *crassitie terræ*, Ma. ō. V. P. sic Ma. Mar. In terra densa; h. e. argilla, apta scilicet ut ex ea fiant moduli in quibus funduntur vasa metallica †. [† V.] *In argilla densa*, M. Ti. Strig. *In pinguedine terræ*; i. e. terrâ pingui [f]. [f Mar.] Argilla, quæ maximè, & præ metallis omnibus igni resistit, fusioni aptissima est [g]. [g Me.] Qui aliquid ex ære conflat, ex terra tenaci formas sibi fingit, quæ æs jam liquatum igne informet, atque fingat. Sed ingentia vasa, aut moles, quales sunt tormenta muralia, æreæ columnæ, & qualia hæc Salomonis, nisi in defossa terra fundi non possunt, nè vis æris colliquefacti formas disrumperet [h]. [h San.] ¶ *Inter Socoth, & Sarthan*] Hæc duo loca sita erant in tribu Gad trans Jordanem, teste Adrichomio *. [* Me.] *Succoth* est in tribu Gad trans Jordanem: Vide Gen. 33.17. & Jos. 13.27. *Tzarthan* est in tribu Ephraim cis Jordanem, Jos. 3. 16 †. [† Pi. ex Jun.]

47. *Et posuit omnia vasa*: *propter multitudinem*, &c. [וַיַּנַּח אֶת כָּל־הַכֵּלִים מֵרֹב מְאֹד] *Et omisit*, M. Mo. P. JT. (vel *deposuit*, Ma. *reliquit*, Ti. *reposuit*, Jon.) sub. *pendere*, &c. JT. sim. M. *Et dimisit*; i. e. neglexit disquirere rationem ponderis æris [i]. [i V.] *Posuit vasa*, suis scilicet locis [k]. [k Me.] ¶ *Non erat pondus æris*, [לֹא נֶחְקַר מִשְׁקַל הַנְּחֹשֶׁת] *Non exploratum vel pervestigatum est pondus æris*, Mo. JT.

48. *Fecit— vasa in domo Domini*, [אֲשֶׁר בֵּית יְהוָה] *Quæ* erant pro *domo* (vel *quæ* pertinebant ad *domum*, V.) *Jehovæ*, V. ¶ *Altare aureum*] Altare incensi, sive thymiamitis [l]. [l V. sic L. Me. Mart. La. Jun.] *Aureum*; i. e. cedrinum obductum auro. Synecdoche integri [m]. [m Pi. ex Jun. sim. Me.] Qu. Num hoc idem altare cum Mosaico? Resp. Negant plerique. Altare Mosis inter alios Templi thesauros repositum est, & novum à Salomone constructum erat [n]. [n San. ex To. & L. & Villalp. & Pineda, &c. sim. La.] Probant, 1 quia altare Salomonis, & erat è cedro; & intra Sanctum Sanctorum inclusum videtur: (vide ad Heb. 9. 1.) Altare verò Mosis, & erat de ligno Setim; & in exteriori domo fuit servatum. 2. Hoc loco Salomon *fecisse* dicitur *altare aureum*. 3. David aurum reliquit pro altari; 1 Par. 28 18. Oppositum tamen tenent Azorius, & Ribera de Templo, 2. 8. qui aliorum rationibus non omnino malè respondet. Magis tamen placet prior sententia [o]. [o San.] Salomon omnia vasa Templi nova fecit, exceptâ arcâ cum propitiatorio

torio & Cherubim p. ¶ *Et mensam auream*] Mensam accipe συλληπτικῶς pro instrumento mensali toto, ut exponitur 2 Chron. 4. 8 q. Synecdoche membri; nam erant mensæ decem; in quarum unica tantùm proponebantur panes r Mensa Mosaica una fuit, eáque honoris causâ fuit conservata: Salomon tamen alias decem fieri curavit s; ex quibus una excellens fuit, quæ panes propositionis duntaxat super se haberet t.

49. *Candelabra quinque —— & quinque*] Tempore Mosis unicum erat candelabrum, hîc decem; quia & locus erat capacior, nec vasa Templi erant aliò transferenda v. ¶ *Quasi lilii flores*] Habebant etiam calamos, & scyphos, & sphærulas; ut olim habuit Mosaicum, ad cujus similitudinem hoc factum esse docet, 2 Par. 4. 7. sicut *jussa erant fieri*, nempe Moysi x.

50. *Et hydrias*, Ità Jon. P. [סִפּוֹת] *vasa*, Ma. *scyphos* Mo. *pelves*, JT. *crateres*, M. Ti. Strig. *vasa munctoria*, Sy. ¶ *Et fuscinulas*, [הַמְזַמְּרוֹת] *Incisoria* fortè, *emunctoria, forcipes*, quibus ellychnia igne usta præscinduntur, Ma. *cultros*, Strig. *falces*, M. Ti. *laternas*, Sy. *clavos*, ‡. *psalteria*, P. Mo. Jon. *instrumenta musica*, JT. V. ¶ *Et cardines ostiorum*, [הַפֹּתוֹת] *Cardines*, ‡. Jon. Mo. *Cardines fœminas*, JT. id est metas cavas, sive ferramenta januis affixa, circa quæ cardines volvuntur y. פּוֹת propriè sign. *concavum illud*, in quo innititur portarum stimulus, & cum illo simul volvuntur portæ z.

51. *Intulit quæ sanctificaverat David, &c.*] Aurum &c. infectum quod supererat, nec fuerat in vasa formatum *. Noluit ea Salomon ad suos; id est, profanos usus convertere †.

p La. q Jun. Pi. r Pi. s Mart. t Jo. in Mart. v San. x Me. ex San. y Ma. ex Jun. z San. * Me. † San.

CAP. VIII.

1. CONgregati sunt, Heb. *congregavit*, scil. mandato a. ¶ *Majores natu*, [זִקְנֵי] *Seniores*, JT. Senatores magni Synedrii b, senatores, seu judices, seu denique gubernatores & magistratus c. ¶ *Duces familiarum filiorum Israel*, [נְשִׂיאֵי הָאָבוֹת לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל] *Principes* (*Prælatos*, Mo. *Magnates*, Jon. *Primores*, Ti.) *patrum* (vel, Et eos qui *duces* erant inter *patres*, M.) *filiorum Israel*, P. vel. *inter filios Israel*, Strig. *Duces majorum*; i. e. antiquarum familiarum d. Præstantissimos in omnibus familiis, &c †: *principes paternarum familiarum cum Israelitis*, JT. [אֶת pro ל sumit, ut אֶת interdum sumitur, pro *cum*.] *elati patrum*, &c. i. e. qui authoritate præstabant inter patres f. ¶ *Ad regem Salomonem*] Sic V. *Ad se*: Antecedens pro relativo g. ¶ *Id est, de Sion*, [הִיא צִיּוֹן] *Ipsa est Sion*, P. i. e. Quæ alio nomine dicitur *Sion* h. *Tzijon*; i. e. Urbs ædificata super montem *Tzijon* *.

2. *In mense Ethanim*, Ità Ti. Mar. [בְּיֶרַח הָאֵתָנִים] *In mense fortium, seu robustorum*, Mo. V. Mar. Ma. Mensis hic September; vel, partim nostro Septembri, partim Octobri respondet i. Sic dicitur; vel, 1. propter fructuum quæ in eo fiunt collectiones k, & quibus vigor hominis conservatur l: vel, 2. quòd fructus tunc *fortes* sunt & maturi m: vel, 3. propter crebra & magna festa illius mensis, (in quibus à fortibus & piis Deus colebatur n,) nempe *Tabernaculorum*, & *Expiationum*, & *Dedicationis* o: vel 4. Quia in eo posita sunt *fortissima*; i. e. fundamenta, mundi p: vel 5. Quia tunc fortes dignoscantur, ferendo ægritudines Autumni q. *In mense Septembri*, P. *In mense quem veteres vocant mensem primum*, Jon. Sic vocabant à creatione, quòd mundus eo mense conditus sit; sed post egressum ex Ægypto est mensis septimus r. *In mense proventuum*, Sy. *Mense horridorum* agrorum, JT. quo collectis proventibus, agri inculti horrescunt s. Heb. *in luna robustorum*, vel *asperorum*; id est, horridorum. Sic Deut. 21. 4. *vallis robusta*, pro horrida t. Qu. Cùm Templum perfectum esset mense octavo, c. 6. v. ult. quomodo hîc dedicatum dicitur mense 7? Resp. 1. Absoluta erat fabrica mense septimo; & Salomon festinavit, ut eo mense dedicaretur populi causâ, qui alioqui ad festum conventurus erat;

a Pi. b G. c Pi. d V. † Os. f Pi. g V. h V. * Pi. i T. ex San. La. V. k M. sim. V. Mar. l Mar. ex V. m La. n La. o V. sim. M. p Ma. q La. sim Mart. r He. in V. s Jun. Pi. t Pi.

sed mense sequenti instrumenta domûs perfecit, & oblationes ordinavit. Nec necesse fuit, ut in ipsa dedicatione omnia hæc absoluta fuerint v. Non placet, quia clarè dicuntur omnia perfecta esse, c. 7. v. 48, 51 x. Resp. 2. Dilata erat dedicatio in annum sequentem, ut parietes meliùs siccarentur, & omnia ad dedicationem necessaria compararentur y. ¶ *In solemni die*] vel, 1. In festo Expiationis z; Sed solenne illud jejunium non videtur cum lætitia dedicationis congruere a: vel, 2. In festo, vel, sub festum, Tabernaculorum b. Ità Vatablus, [quem nescio quibus de causis in contrarium citant & La. & Me.] Non placet; nam hoc festum incipiebat die mensis 15; dedicatio verò ante illum diem: nam die 23 mensis præteriti erant 4 dies hujus festi, v. 65 c: vel, 3. Intelligitur hîc festum dedicationis d; quod 8 die cœpit, & duravit per dies 14, usque ad diem 23. (Vide 2 Par. 7. 10.) In his diebus includebatur Festum Tabernaculorum, cujus die octavâ populus dimissus est †. Hanc temporis festique occasionem captavit Salomon, ut majori populi frequentiâ dedicatio celebraretur f. ¶ *Ipse est mensis septimus*] Ex divina institutione, Exod. 12. 2 g; nempe in anno sacro, nam in civili, is mensis erat primus h.

3. *Tulerunt arcam Sacerdotes*] Sacerdotes ter Arcam tulerunt; cùm transierunt Jordanem; cùm circuierunt Jericho; cum eam reduxit David; & hîc quartò in Templum: Nam Levitarum munus erat Arcam deferre; non licebat autem illis intrare in Sanctum Sanctorum, quòd si potuisset Pontifex solus deferre, non fuisset opus operâ Sacerdotum i. At 2 Chron. 5. 4. legitur Arcam portatam fuisse à *Levitis*. Resp. 1. Ibi nomen *Levitarum* accipitur generaliter, pro oriundis è Levi, in quo numero erant Sacerdotes k. 2. vel, Levitæ tulerunt ad Sanctum Sanctorum, posteà intulerunt Sacerdotes; vel, 3. Sacerdotes intulerunt Arcam, & Levitæ reliqua in thesaurum Templi l.

4. *Et tabernaculum fœderis*] nempe Mosaicum, quod hucusque fuerat in Gabaon m; hoc enim propriè dicitur *fœderis*. Obj. Illud autem non erat in *Sion*, sed in *Gabaon*. Resp. Non dubium est illud ex *Gabaon* fuisse à Salomone translatum in *Sion*, indéque in Templum n. Alii hoc intelligunt de tabernaculo quod David arcæ fabricavit in Sion o. Verùm tabernaculum Davidis non videtur compactum ex tabulis, sed contextum ex pellibus, 2 Sam. 7. 2. & 1 Par. 15. 1 p. Utrumque Tabernaculum, tam Mosis, quàm Davidis, à Salomone translatum fuit in Templum, perinde ac cætera omnia vasa sacra à Mose fabricata; ne extra Templum Dei cultus celebraretur, & ut caveretur periculum superstitionis & idololatriæ q. ¶ *Ferebant ea sacerdotes & Levitæ*] Arcam sacerdotes, tabernaculum & vasa Sanctuarii Levitæ r. Quíque pro munere suo, Num. 4. Nam etsi eo loco nihil de sacerdotibus legitur; tamen certum est, aucto sacerdotum numero, portandi arcam munus illis impositum fuisse, Deut. 31. 9 s.

5. *Gradiebatur cum illo*, [אִתּוֹ] *secum*, Mo. *ibant* (vel, *erant*, P. vel, *stabant*, Sy. Ar.) *cum eo*, M. sic JT. *Erat juxta*, vel *apud ipsum*, V. ¶ *Immolabant*] Suppeditabant sacerdotibus ad immolandum t.

7. *Cherubim*] Quatuor Cherubini arcæ adfuerunt; duo Mosaici, affixi arcæ, à qua separari non poterant, qui ad Aquilonem & Austrum conversi erant; (& sese mutuò respiciebant v.) & duo Salomonii, qui Orientem spectabant, & tam Arcam, quàm Cherubinos Mosaicos alis suis obumbrabant x.

8. *Cùmque eminerent vectes*, &c. [וַיַּאֲרִכוּ הַבַּדִּים וַיֵּרָאוּ רָאשֵׁי הַבַּדִּים מִן הַקֹּדֶשׁ עַל פְּנֵי הַדְּבִיר וְלֹא יֵרָאוּ הַחוּצָה] [Locus nonnihil implexus; variè redduntur.] *Et prolongaverunt* (*extraxerunt*, P. *protruserunt*, Pi. *elongare fecerunt*, Mo. V. *protenderunt*, JT. *fecerunt ut prominerent*, Ti.) *vectes*, M. Jon. sim. Strig. V. Ca. sub. *in partem anteriorem versùs introitum Oraculi*, V. Non fecerunt eos longiores, sed extraxerunt, ut illic eminerent, ut Sacerdos semel in anno ingrediens inter vectes illos incensum poneret y. Non totos extraxerunt, sed partem aliquam. Vectes in extremitatibus Arcæ, per latitudinem, non per longitudinem, dispositi erant z: *& apparebant*, vel, *ità ut viderentur capita, sive extremitates vectium*, P. Mo. M. Ti. sim. Strig. Ca. Jun. Pi. *è sanctitate*, P. Mo. (*è* vel *à Sanctuario*, Sy. Ar. V. i. e. è templo, V.

v Mart. ex He. sim. La. ex To. & Sal. x Ser. y La. ex Ser. z Q. in Mart. a Mart. b Ità Jun. Pi. Mart. c La. d La. & Ser. & Sal. & Torn. † San. La. f La. g Jun. h Pi. i V. k Pi. sim. V. Mart. l V. m T. ex San sic La. ex To. & Ser. & Jo. Jun. Pi. n La. o Ità Sal. & Sà in La. p San. q La ex Caj. r Me. s Jun. Pi. t Me. v Mart. x San. ex To. & Rib. & Villalp. sic Mart. y M. z V.

de sancto, M. Ti. JT. *ex sacrario*, Ca. *in sancto*, Strig. *ex illo loco sancto*, Li.) *super facies*; vel, *in facie Oraculi*, P. V. Li. sic Jon. i. e. in parte quæ erat in fronte; h. e. in introitu Oraculi [a]; (*coram oraculo*, P. *usque ad templi frontem*, Sy. *ante adytum*, Ti. Pi. *intra ipsam oraculum*, M Strig. *in conspectu penetralis*, Ca. *versus partem anteriorem*, JT.) *& non apparebant*; vel, *videbantur extrinsecus*, sive *foris*, P. Mo. V. Sy. M. Ti. Ca. &c. extra Sanctum [b]. Non excedebant Oraculum ipsum [c]. In Basilica Templi non spectabantur, interced nte velo [d]. [Sed quærendum ulteriùs de sensu & veritate hujus loci, quem non uno modo explicant.] Q. sic; Vectes tam longi erant, ut illorum capita ab iis, qui in Sancto erant, cernerentur; non quidem nuda, sed interposito velo, quod minimè penetrabant, sed tamen attingebant, & impellebant, & sic intuentibus apparebant; sicut fœminarum ubera, licèt velo tecta, tumore suo se produnt †. Non placet; Neque enim vectes poterant velum impellere, cùm ante illud murus esset, & in muro portæ, quæ utramque domum dividerent [f]. Verùm hinc ostium fuisse apertum colligo; quod etiam ex eo patet, quod, scisso in morte Christi velo, quæ in Sancto Sanctorum erant, visa sunt. Porrò vectes hic positos volunt, non propter angustiam spatii, sed ut Pontifex ingrediens non vago incessu discurreret huc aut illuc; sed inter vectes quasi duos limites ad arcam medius incederet, ut ibi & sanguinem aspergeret, & suffitum faceret [g]. Alii sic; Summitates vectium videri poterant ab iis qui ad adytum Sancti Sanctorum stabant [h]; (utrinque, ut arbitror, ex lateribus veli ante Oraculum oppansi [i],) non autem ab iis qui erant longiùs [k]; quia nimirum locus obscurus erat [l]. Hi vectes non erant Mosaici, sed iis longiores, qui pertingebant usque ad ostium Sancti & Sancti Sanctorum, quod præ iis claudi non poterat [m]. In hanc illos sententiam duo perpulerent; 1. quòd קֹדֶשׁ de loco Sancto extra velum accipiunt; quod tamen accipiendum de illo loco eximiè Sancto, sub alis Cherubinorum, de illo enim loco jam dixerat v. 6, & 7. quare מִן הַקֹּדֶשׁ vertendum, *ex illo loco sancto*, ut patet ex 2 Chron. 5 8. ubi pro hoc ipso מִן הַקֹּדֶשׁ ponitur מִן הָאָרוֹן *ex arca*; idcóque הַקֹּדֶשׁ nec *Sanctum*, nec *totum Sanctum Sanctorum*; sed *locum illum eximiè Sanctum*, ut jam diximus [n]. [Sic etiam JT. accipiunt, vertúntque,] *è sancto*, i. e. ex arca sancta, 2 Chron. 5. 8 [o]. Sane illic legitur, *ex arca*. At verò voces illæ non pendent à verbo *conspiciendi*; sed à participio subaudito, *productarum* scilicet vectium. Id ergo non videtur obstare, quò minùs hìc per *Sanctum* intelligenda sit pars Templi anterior: ut locus notetur, ex quo potuerunt summitates vectium conspici [p]. 2. Quòd illi authores τὸ עַל פְּנֵי strictè acciperent, quasi stans aliquis ad ostium inter Sanctum & Sanctum Sanctorum, haberet coram se Sanctum Sanctorum, cùm hìc sumenda sint, quomodo Gen. 1. 20. *volanto super terram*, עַל פְּנֵי רְקִיעַ quod Anglicus interpres bene reddit, *in aperto cœli expanso vel firmamento*: Pariter hìc vertendum, *videbantur ex illo loco sancto in aperta facie Oraculi*. Alæ Cherubinorum tegebant arcam; capita autem vectium extrahebantur extra alas Cherubinorum versùs ostium Oraculi, & comparebant in aperta facie loci sanctissimi; & inter hos vectes stetit Pontifex coram Arca, ad offerendum incensum die expiationis [q]. *Et ordinârunt vectes* eo modo, *ut apparerent principia vectium à Sancto* (i. e. versùs Sanctum) *coram Oraculo*: *& tamen non apparebant* extra Sanctum Sanctorum; id est, sic collocabant arcam cum vectibus, ut ingredienti Sanctum Sanctorum apparerent principia vectium, & tamen præ alis Cherubim non conspiceretur arca; & quamvis vectes in Oraculo videbantur, tamen extra Oraculum non extendebantur; nam inter Oraculum & Sanctum erant paries, & ostium, quod non aperiebatur, nisi cùm Pontifex ingrederetur [r]. *Non videbantur exteriùs*, i. e. extracti & separati ab arca, id enim lege vetitum erat [s]. ¶ *Usque in diem hunc*] Quo hic liber scriptus est [t].

9. *In arca non erat aliud nisi duæ tabulæ*] Obj. Heb. 9 4. καὶ τὴν κιβωτὸν, &c. ἐν ᾗ στάμνος, &c. ——— *arcam*, *in qua urna*, &c. *& virga Aaron*, &c. *& tabulæ*, &c. Resp. 1. Tempore tabernaculi in arca fuerunt virga & urna; neque enim commodiùs locari poterant in instabili illa conditione: cùm autem exstructum esset Templum, stabile illud, & lautum domicilium, extractæ erant ex arca, ut suis deinde sedibus, quasi in thesauris reposita servarentur [v]. De arca loquitur Apostolus, ut erat tempore Mosis [x]. Resp. 2. Illud relativum ἐν ᾗ, non ad propinquius κιβωτὸν, sed ad remotius σκηνὴ referendum, ut omnia illa in tabernaculo, non in arca fuisse intelligantur [y]. In tabernaculo certè, non in arca eas servari jussit Deus, Exod. 16. 33. Num. 17. 10 [z]. Huic sententiæ repugnat quod sequitur ὑπεράνω αὐτῆς Χερουβὶμ, &c. (*super eam Cherubini*, &c.) quæ certè ad idem referuntur, ad quod ἐν ᾗ pertinet, nempe *ad arcam*, quomodo & Sy. & Ar. ibi accipiunt [a]. Resp. 3. Istud רַק non excludit urnam, & virgam: sed sensus est, Nihil aliud ex tota lege scilicet, continebatur in arca, nisi &c [b]. Quòd verò leges aliæ extra arcam servatæ fuerint in tabernaculo, constat ex Deut. 31. 26. Vide & 2 Par. 34. 14 [c]. Resp. 4. Præpositio ἐν duobus modis exponenda est: nempe per *in*, quatenus refertur ad tabulas; & per *juxta*, quatenus refertur ad reliqua duo. *In* autem pro *juxta*, in libris sacris passim occurrit: Ità in hoc versu, *In Horeb*, pro, *ad* sive *juxta Horeb*. Non enim in ipso monte Moses tabulas in arca collocavit; sed in castris, ut patet ex Exod. 40 [d]. Et Heb. ב & Græc. ἐν, non semper denotat rem quæ intra aliam est, sed & quæ alteri annexa est, & adhæret, ut Gen. 1. 22. *volatile multiplicet se* בָּאָרֶץ *in terra*, non *intra*, sed *super*, &c. Christus sedet ἐν δεξιᾷ; i. e. *ad dextram Dei*. Sic Latinis dicitur *pendere in ligno*, qui ligno appendet. Ità hoc loco, dico tria illa fuisse in arca, sed diversimodè: tabulas *in*, id est intra *arcam*: urna & virga *in*; id est, ad *arcam* †: sed durum videtur, unius vocis semel in aliquo loco positæ significationem mutare; & τὸ *in*, aliter in uno loco, & aliter in alio accipere: cùm eodem prorsus modo omnibus applicetur [f]. [Sed de his, plura dicenda sunt, si divinus favor nostros labores ad illum locum perduxerit.] ¶ *Quas posuerat in ea Moses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel*, [אֲשֶׁר כָּרַת עִם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל] [variè reddunt:] *quando excidit Dominus cum filiis Israel*, Mo. *quando pepigit*, sub. *fœdus*, &c. P. Sy. Ar. JT. Pi. Vide similem ellipsin, 1 Sam. 20. 16. & 22. 8 [g]. Heb, *scidit*, vel *secuit*, vide Gen. 15 18 [h]: *in quibus Dominus fecit fœdus*, &c. M. Strig. *quas* [nempe *tabulas*] *exciderat Dominus*, &c. Ti. *quod fœdus pepigerat*, &c. *Tabulas* vocat *fœdus*, sive *conditiones fœderis*, quòd in illis scriptum esset fœdus. Chald. *In quibus erat descriptum fœdus quod pepigit*, &c [i].

10. *Cùm exissent sacerdotes de Sanctuario*] *E sancto*, JT. i. e. anteriore parte Templi [k]. *Sanctuarium* hìc est Oraculum, in quod ideò intrabant sacerdotes inferiores, quia arca ab uno sacerdote induci non poterat [l]. ¶ *Nebula*] Testis divinæ præsentiæ ac tutelæ, Exod. 16. 10. & 24. 15, 16. Num. 9. 15. Adde Psal. 105. 39 [m]. Qu. Qualis fuit hæc nebula? Resp. Nebula fuit non obscura, sed lucida, qualis illa Mat. 17. quam ideò sacerdotes sustinere non poterant [n]. Verùm hanc nebulam caliginosam fuisse docet 2 Par. 5. 14 *propter caliginem*, &c [o]. Nubes splendida erat, sed adjunctâ caligine, sicut in lignis, quæ humidiora comburuntur; ibi flamma interiùs resplendet, fumo autem exteriùs circumdatur [p]. Nebulâ Deus se & repræsentabat, & velabat. Significabat Deus; 1. Gloriam suam esse hominibus invisibilem & inaccessam [q]: 2. Nostram infirmitatem in divinis, quæ nonnisi per nebulam videre possumus [r]: 3. Se in hac vita, non oculis, sed auribus nostris, & ex verbo cognosci velle [s]. Porro Deus hoc modo & favorem, atque præsentiam testatur; & reverentiam excitat, ne ad idola, & excelsa, ut antea, vagarentur. ¶ *Implevit domum Domini*] Templum [t]: Domum & interiorem & exteriorem, & prætereà Atrium sacerdotum; quia propter hanc dicuntur sacerdotes non potuisse ministrare: Præcipua autem horum ministratio erat in Atrio, ubi cædebantur victimæ: nam in Oraculo tantùm ministrabat summus sacerdos; in adjuncta domo, erat tantùm impositio thuris in altari thymiamatis, aut lucernarum compositio, quod uniùs tantùm sacerdotis opus erat [v].

11. *Non poterant stare*, &c.] Tum ob reverentiam Dei [x], tum quia nebula hæc offendebat oculos sacerdotum, eorúmque aciem obtundebat [y]. Non poterant splendorem hunc tolerare, sicut nec Apostoli Matt. 17 [z].

[a] V. [b] Pi. [c] V. [d] G. † RS. in L. sim. Mart. [f] San. [g] Mart. [h] Me. sim. L. San. [i] Me. [k] L. sim. San. [l] San. [m] R. Levi K. & RS. in Li. [n] Li. [o] Jun. sim. Ang. [p] Pi. [q] Li. de Templo c. 15 sect. 4. [r] Os. [s] Mar. [t] Jun. Pi. Ma. sim. San.

[v] San. [x] Mart. [y] Jun. in Di. sim. L. Caj. To. Rib. & Azor. in San. [z] San. [a] Di. sim. San. [b] V. [c] San. [d] Pi. † Di. ad Heb. 9. 3, 4. [f] San. [g] Pi. ex Jun. [h] Pi. [i] V. [k] Pi. [l] San. [m] G. [n] L. To. in San. [o] San. [p] Mart. [q] La. [r] Mart. [s] Os. [t] Mart. [v] San. [x] L. La [y] La. ex Caj. [z] Mart.

12. *Tunc ait Salomon, &c.*] Cùm videret sacerdotes perturbari; q. d. Omen accipio, & Deum adesse intelligo [z]. Nolite trepidare ad hoc ostentum, non est res nova, nec iræ, sed gratiæ signum [a]. ¶ *Dominus dixit ut habitaret in nebula* לִשְׁכֹּן בָּעֲרָפֶל] *Se habitaturum (ad habitandum,* Mo.) *in caligine,* M. Ti. Pi. sim. Ar. Sy. Strig. vel, *se habitare,* JT. *quòd habitaret,* P. *Dixit,* i. e. statuit ac decrevit; q. d. Per hanc nubem intelligo Deum delegisse hanc sedem, tanquam sibi gratissimam. Chald. *Deus statuit ut majestas sua habitet in Jerusalem;* i. e. Templo exstructo Hierosolymis [b]. Qu. Ubinam hoc dixit Deus? Resp. Levit. 16. 2. *In nube apparebo super oraculum* [c]; & v. 13. ubi impleri jussit Oraculum fumo, antequam in illud ingrederetur [d], id etiam collegit ex patris sui scriptis, Psal. 18. 10, 12 [†]. Sciebat & Deum sic apparuisse in Sina; nubémque implevisse Tabernaculum tum primùm erectum, Num. 9. Tenebat adhæc nubem Israelitis fuisse itineris signum & ducem [f].

13. *Domum in habitaculum, &c.* בָּנֹה בָנִיתִי בֵּית זְבֻל לָךְ מָכוֹן לְשִׁבְתְּךָ עוֹלָמִים] *Habitaculum tibi,* Mo. sim. P. Ti. Sy. Ar. *locum ut* (vel, *habitaculum in quo,* M.) *habites ibi in secula,* P. M. vel *perpetuò,* Ti. *stationem in qua resideas,* JT. Heb. *ad sedere te,* sive *tuum:* i. e. ad residentiam tuam [g], *commodum mansioni tuæ,* Ar. *paratum stationi tuæ,* Sy. *paratum in domum majestatis tuæ in secula* Jon. *directionem ad solium tuum,* La. Ma. Officium Templi est, non præstare Deo habitationem, sed hominibus directionem ad solium divinum sempiternum, quod in cœlis est [*]; in hunc enim finem conditum est Templum [†]. Habuit Deus multas mansiones, *Gilgal, Nob,* &c. sed non erant durabiles [h]. At v. 27. negat Deum *habitare super terram.* Resp. Negat, hoc sensu, ut Deus spatio domûs, vel terræ capiatur & circumscribatur; illo verò sensu ibi habitare dicitur, quia ibi exaudit, & præsentem se exhibet, &c [i]. Videtur Salomon constituere quandam antithesin inter nebulam tenebrosam, & domum auro, gemmísque radiantem; nebulam levem & volatilem, & domum perpetuò duraturam [k].

14. *Convertitque Rex faciem suam*] Stetit Solomon in suggesto quod erectum est in Atrio Israelitarum. Ex hoc loco undique à populo Rex videri poterat, & ipse rectà ad altare holocaustorum erat obversus. Se ergo rex, convertisse dicitur, quia priùs versùs altare aspiciebat [l]. ¶ *Benedixit omni ecclesiæ Israel,* וַיְבָרֶךְ אֵת כָּל־קְהַל יִשׂ׳] *Et benedixit omni concioni,* vel *congregationi Israelis,* Mo. Ma. i. e. bene precatus est [m]; precatus est eis timorem Dei, pacem, & omnia bona [n]. Alii aliter; *Benedixit* (sub. *Deo,* ut infrà v. 56. sic Psal. 34. 1. & 103. 1 [o].) *cum tota congregatione,* JT. Pi. אֵת sæpè valet *cum.* Hanc interpretationem confirmat ipsum argumentum orationis quæ hîc subjicitur; *Benedictus Jehova,* &c [p]. ¶ *Israel stabat*] Adorandi causâ. Ideóque in atrio sedere non licuit, ut tradit R. L. Ben Gerizon, [al. Gersom;] Rex tantummodo ibi sedebat [q].

15. *Benedictus*] i. e. Laudetur, vel laudandus est à nobis [r]. ¶ *Qui locutus est ore suo ad David patrem meum*] Sim. Mo. P. Sy. Ar. JT. *Qui pepigit fœdus in dicto suo cum David,* &c. Jon. ¶ *Et in manibus ejus perfecit, dicens,* וּבְיָדוֹ מִלֵּא לֵאמֹר] *Et* (vel *prout,* JT.) *manu suâ implevit, dicendo,* P. Mo. JT. *Manu suâ executus est, dicens,* M. Ti. vel, *dixerat enim,* &c. Sy. Ar. *Manu,* id est, potentiâ [s]; opere [t]; liberalitate [v].

16. *Non elegi civitatem, &c. sed elegi Davidem*] [Sim. ferè omnes.] *Non elegeram,* &c. JT. non significaveram me elegisse. Metonymia subjecti [x]. *Nullam approbavi civitatem,* &c. Ar. Ecliptica est oratio, nam adjicere oportuit, *sed elegi postea Jerusalem, & elegi Davidem,* &c. quomodo in Paralipom. habetur [y]. Al. sic; *Non elegi civitatem,* &c. *sed elegi Davidem,* quia locus templi Hierosolymis per Davidem in area Areunæ ostensus fuit [z]. *Elegi David;* i. e. tali electione, quæ ad posteros propagaretur; quod Sauli non contigit [a]. *Sed elegi,* וָאֶבְחַר, i. e. usque ad hoc tempus quo elegi Davidem [b].

18. *Bene fecisti*] Nec tamen hoc fieri voluit; Deus interdum ea probat, quæ fieri non vult. Nam considerat animum & consilium nostrum quod sæpè ei probatur; sed ex altera parte ordinem suæ providentiæ stabilem esse vult [c].

[z] Mart. [a] Os. [b] V. [c] San. Me. T. [d] San. La. [†] Mart. La. [f] Mart. [g] Pi. [*] La. ex Caj. [†] Ma. [h] M. [i] E. [k] Me. [l] Me. sim. San. [m] San. Mart. [n] Mart. [o] Pi. [p] Pi. [q] Mart. [r] V. [s] Me. V. [t] Mar. [v] V. [x] Pi. [y] Mart. [z] K. in Mart. [a] Me. [b] V. [c] Mart.

21. *Locum arcæ; in qua fœdus Domini est*] *Fœdus* appellat duas tabulas fœderis; cùm tantùm signum fœderis fuerint; appellatione rei significatæ, ut solet, signo attributa; (ut in eo, *Hoc est corpus meum*) neque enim lapides & literæ erant fœdus [d]. *Fœdus,* i. e. Tabulæ fœderis [†], in quibus erant præcepta atque conditiones fœderis [f]. Metonymia adjuncti. Vel, potiùs leges secundùm quas pactum fuit fœdus. Meton. subjecti [g].

22. *Stetit ante altare*] Holocaustorum [h], quod erat in atrio. Vide 2 Chron. 6. 12, 13 [i]. faciem versùs Altare & Sanctuarium habens, (in qua etiam plaga erant Sacerdotes & Levitæ;) populus autem per tres alias plagas Orientis, Meridiei & Septentrionis erat [k]. ¶ *In conspectu ecclesiæ Israel,* נֶגֶד כָּל־קְהַל יִשׂרָ׳] *Coram tota congregatione,* &c. JT. sive, *è regione totius congregationis,* &c. Jon. Pi. נֶגֶד pro לְנֶגֶד [l]. ¶ *Et expandit manus*] Heb. *volas,* seu palmas. Gestus orantis [m], etiam apud Ethnicos, Æneid. 2.

Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas,

Aristot. de mundo, cap. 7. *Omnes* (inquit) *homines ad cœlum manus tollunt preces facturi* [n].

23. *Qui custodis*] Heb. *custodivisti,* id est, præstitisti [o].

24. *Firmentur verba tua*] *Verbum,* i. e. promissio, te habitaturum in domo à me ædificata, 2 Sam. 7. 13. Synecdoche generis gemina [p].

27. *Ergóne putandum, &c.* כִּי הַאֻמְנָם יֵשֵׁב אֱלֹהִים עַל הָאָרֶץ] *Quandoquidem Deus certissimè super terram habitavit,* Ar. sic Sy. *Num verè* (*Quoniam num verè,* Mo. *Itáne verè,* Ti. *Etenim an reverà,* JT. *e nimverò,* Ca.) *Deus habitabit,* (vel *habitat,* Ti.) *super terram?* M. Mo. *verúmne est quod* &c. P. Inverti debent hæc verba, [hoc modo,] הַאֻמְנָם כִּי. *Ergóne putandum est,* &c [q]? Verto, *Quanquam;* Particula serviens prolepsi & correctioni [r]. *An putandum est Deum versari in terra?* Strig. *Nam quis opinabitur,* &c. *quòd in veritate volet Deus ponere majestatem suam inter filios hominum,* &c. Jon. Affectus est admirantis, non vox dubitantis de divina præsentia [s]. ¶ *Cœlum & cœli cœlorum*] Sim. JT. Malim, *Et quidem* (vel, *atque adeò*) *cœli cœlorum,* Pi. id est cœlum summum [t], quod est capacissimum [v]. *Cœlum* hîc, est totum spatium quod nobis apparet usque ad sphæram lunæ; *cœli cœlorum,* totus ambitus firmamenti [x]. Superlativum gradum, quem Hebræi non habent, hoc modo exprimunt; Sic עֶבֶד עֲבָדִים *servus servorum;* i. e. vilissimus, Gen. 9. 25. הֲבֵל הֲבָלִים *Vanitas vanitatum:* h. e. vanissima, Eccles. 1. 2. ubi etiam repetitio emphasin auget. Ità hîc *cœli cœlorum:* i. e. cœli altissimi [y]. ¶ *Te capere non possunt,* לֹא יְכַלְכְּלוּךָ] *Te non continent,* P. comprehendunt, ut locus rem locatam. ὁ. οὐκ ἀρκέσουσί σοι, id est, *non sufficient tibi.* Verbum Hebræum interdum significat *sustentare* [z]. ¶ *Quantò magis domus hæc, &c?* אַף כִּי וגו׳] *Etiam quia,* &c. Mo. *Etiam quòd,* q. d. Ergo etiam certum est, quod domus hæc, repete ἀπὸ κοινοῦ, *non capiet te* [a]. *Nedum,* Ca. *quo modo,* M. Strig. sim. Ar. *multò minùs,* Sy. *quantò minùs,* P. Ti. JT. Vetus [sive Vulgata versio,] *Quantò magìs,* quod propriùs accedit ad Hebraismum. Formula ista quadrat consequenti affirmativo quod deducitur ex antecedente affirmativo, ut Deut. 31. 27. *dum vivo, rebelles fuistis,* &c. *quantò magìs post mortem meam?* ubi in Heb. *& etiam quòd post mortem. Quantò magìs,* scil. *non capiet te* [b]. Deum implere omnia statuerunt Gentiles: Ità Aratus

—*Fora sunt Jovis omnia plena,*
Compita cum pagis, omnes & cum æquore portus, &c [c].

Virgil,

—*Jovis omnia plena.*

Lucanus,

Estne Dei sedes nisi terra, & pontus, & aer,
Et cœlum, & virtus [d]?

28. *Ad orationem, &c. & ad preces, &c.* אֶל תְּפִלַּת עַבְדְּךָ וְאֶל תְּחִנָּתוֹ] *Ad orationem servi tui, & ad deprecationem ejus,* P. V. Mo. Jon. JT. vel, *& ad precationem,* Sy. M. Strig. Ti. *preces atque supplicationem,* Ca. *Oratio* est nomen generale; *deprecatio* autem fit pro necessariis, aut pro impetranda peccatorum remissione [†]. ¶ *Audi hymnum,* לִשְׁמֹעַ אֶל הָרִנָּה] Exaudiendo (vel, *Ad audiendum,* Mo. *Ut audias,* M. Ti. Strig. *Et exaudi,* Ar. Os.)

[d] Mart. [†] Jun. Pi. V. [f] V. [g] Pi. [h] La. Pi. [i] Pi. L. c. V. [k] La. [l] Pi. [m] Pi. [n] San. [o] Pi. [p] Pi. [q] V. [r] Pi. [s] Me. [t] Pi. Me. [v] Pi. [x] V. [y] Glass. gram. p. 56. [z] Pi. [a] Pi. [b] Pi. [c] San. [d] G. [†] He. in V.

Os) *clamorem*, P. sim. JT. vel *precationem*, Sy. sim. Ar. vel, *laudem*, V. Strig. *gratiarum actionem*, Os. *orationem quæ fit clarâ voce*, V. *votum*, M. Ti. *ad præconium*, Mo.

29. *Ut sint oculi tui aperti*] Providentiæ & favoris tui [f]. Metaphora ab hominibus qui erga amicos habent oculos apertos & renidentes; hostes autem, vel, non aspicere sustinent, vel torvè intuentur [g]. ¶ *Erit nomen meum ibi*] i. e. Illic agnoscetur gloria mea, illic colar [h]. ¶ *Quam orat servus tuus in loco isto*] Sic M. P. Ti. Glass. Præpositiones *ad* & *in* sæpè inter se permutantur. Sic Gen. 49. 29. *sepelite me* אֶל הַמְּעָרָה *ad speluncam*; i. e. in spelunca; sic 1 Sam. 10. 22. Ità vers. seq. *ad locum*, &c. & *ad cœlos*; id est, *in loco*, &c. & *in cœlis*, pro quo in 2 Chron. 6. 21. ponitur מִן *ex loco*, &c. & *ex cœlis*; quod sensu idem est; nam in cœlis Deus exaudit, & ex cœlis exauditionem manifestat [i]. Alii aliter vertunt, אֶל הַמָּקוֹם הַזֶּה *Contra faciem loci hujus*, Jon. *pro loco isto*, Sy. *pro conservatione hujusce domûs*, Ar. *ad locum istum*, P. *versus locum hunc*, JT. Pi. id est, horsum conversus, quasi respiciens ad promissionem tuæ præsentiæ in hoc loco. Vide Dan. 6. 10 [k].

30. *In loco habitaculi tui in cœlo*] Sic M. Ti. JT. sim. Mo. אֶל מְקוֹם וגו׳ *De loco habitationis tuæ, id est de cœlis*, P. sim. Sy. Jon. ¶ *Propitius eris*] Condones, JT. scil. peccata [l].

31. *Si peccaverit homo in proximum suum*, sim. P. Ti. Mo. M. JT. אֵת אֲשֶׁר יֶחֱטָא וגו׳] *Cùm peccaverit*, &c. P. Mo. JT. Ti. *Si peccaverit*, M. V. Sy. i. e. si aliquis depositum neget [m]. *Si quis injuriam socio suo intulerit*, Ar. *Cùm debuerit vir socio suo*, Jon. אֲשֶׁר ה׳ quòd quandoque ponitur pro אִם *si*. Ut Levit. 4. 22. אֲשֶׁר *si princeps*, &c. collat. cum vers. 3, & 27. ubi, in simili locutione est אִם. Vide & Exod. 21. 13. Sic Deut. 11. 27. *benedictionem* אֲשֶׁר *si obedieritis*, &c. collat. cum v. 28. ubi pro eo est אִם *si* [n]. ¶ *Et habuerit aliquod juramentum, quo teneatur adstrictus*, וְנָשָׂא בוֹ אָלָה לְהַאֲלֹתוֹ] *Qui exegerit ab illo juramentum, & jurare cogat illum*, Jon. *Et exegerit ab eo*, &c. Sy. He. in V. ut sit à נָשָׁה & א pro ה [o]. *Susceperitque super se juramentum, quo sese obstringit*, Ti. *Et detulerit in eum juramentum, ità ut cogat eum jurare*, P. (vel, *ad adjurandum eum*, Mo.) Referunt ad Judicem; i. e. sententiâ suâ statuerit illum juraturum [p]. *Qui detulerit ei* (sed τὸ *Qui* obscuritatem parit, quasi significetur, delationem juramenti præcessisse peccatum, quum tamen significetur planè contrarium; Malim ergò, *Et ille detulerit ei*, (Heb. *tulerit*; i. e. sustulerit, *in eum*, seu, imposuerit ei, scilicet per judicem [q],) *juramentum exsecrationis*, (Heb. *exsecrationem*, Meton. adjuncti synecdochica [r],) *exsecratione adjurando eum*, JT. Heb. *faciendo ut execretur se*; i. e. ut juret adhibitâ exsecratione sui [s]. ¶ *Et venerit propter juramentum coram altari tuo in domum tuam*, וּבָא אָלָה לִפְנֵי מִזְבַּחֲךָ בַּבַּיִת הַזֶּה] [Q. parenthesi includunt, & sic vertunt, (*Nam veniet exsecratio ante altare tuum in domum hanc*) JT. Quibusdam autem τὸ אָלָה est verbum; Ità ὁ. in Pi. Jon. Sy. Ar.] *Et venerit, & juraverit*, &c. Jon. Ar. vel, atque *exsecratus sese fuerit*, Pi. Ità suppletur conjunctio, & verba, לִפְנֵי מִזְבַּחֲךָ non pendent à verbo *venerit*, sed à verbo, *exsecratus fuerit*. Cui syntaxi Hebraica distinctio favet [t]. [Aliis אָלָה nomen est] *Et venerit juramentum ante altare tuum*, &c. P. sim. Mo. Ti. Ca. Os. Si אָלָה sit nomen, subintelligendum est אִישׁ [v], ut sit אִישׁ אָלָה *vir juramenti*; i. e. is qui per sententiam Judicis debet jurare [x]; nam בָּא masc. non convenit cum אָלָה fœm. sed cum subintellecto אִישׁ; sic ergo reddo, *Et venerit ille cui exsecratio imposita est, ante altare tuum in domum hanc*, vel potiùs *in domo* hac. q. d. quod [scil. altare,] est *in domo hac*, subaudito אֲשֶׁר [y]. *Et venerit jurans ad altare*, &c. Strig. *Coram altari*; Tacto altari jurare mos omnium propè Gentium. *Sumptis in manus altaribus*, ait Justin. l. 24. In Plauti Rudente, G. *Tange aram hanc Veneris*. L. *Tango*. G. *Per Venerem hanc jurandum est tibi*. Cicero pro Flacco, Si aram tenens juraret. Juvenal.

——*Tangens arámque fidémque*. & alibi

——*Intrepidi quicunque altaria tangunt*.

Martial.

Hunc puer ad Libycas juraverat Annibal aras [z].

Sensus loci est, si in jus vocatus, negaverit se peccâsse, & juramento (de more) depulerit à se suspicionem sceleris, tu Deus reum detege, &c. Ità hæc explicantur, 2 Par. 6. 22 [a]. [Al. sic;] Si quis injuriâ affecerit proximum, & tamen juramento id negârit, nec poterit testibus convinci, ideóque, qui damnum accepit, supplicabundus, coram altari tuo, querelas effuderit, tuámque opem imploraverit, &c. tum exaudi [b].

32. *Tu exaudies in cœlo*, sic P. Mo. הַשָּׁמַיִם] *Cœlo*, Mar. *è cœlo*, Sy. Ar. sim. Jon. JT. *Exaudias*, sub. *orationem ejus qui justam causam habuerit*, V. ¶ *Et facies & judicabis*] h. e. Certissimè facies judicium [c]. *Facias*, i. e. Fac, ut reus agnoscatur ab omnibus [d]. Fac illud, quod iste qui se exsecratur, à te petiverit; h. e. puni eum si juraverit falsò, & contrà tuere, si juraverit verè [†]. ¶ *Condemnans*, לְהַרְשִׁיעַ] Ad verb. *impipium faciendo*; i. e. ostendendo quòd causam injustam habuerit [f]; improbum pronuntiando, seu declarando, hoc est damnando [g]. Patefacit hîc locus verba hujusmodi ad forum pertinere, quandoquidem agitur de judicio [h]. ¶ *Reddens viam*] i. e. Facta; Metaphora [i]. H[s]. *reddendo illi juxta malum ejus*, V. ¶ *Justificans*, וּלְהַצְדִּיק] *Et absolvendo* justum; i. e. Ostendendo quòd justam causam habuerit [k].

33. *Si fugerit*, בְּהִנָּגֵף] *Quum corruerit*, M. Ti *cæsus fuerit*, P. vel, *profligatus*, Sy. Ar. vel *plagâ* (malim, *clade*, Pi.) *affectus*, JT. i. e. Terga dederint hosti persequenti [l]. ¶ *Et agentes pœnitentiam*] Heb. *Et reversi fuerint*, sub. *alii*; i. e. reliquus populus qui remanserit in Urbe [m]. ¶ *Confitentes nomini tuo*, וְהוֹדוּ] *Et confessi fuerint*, P. V. i. e. Gloriam & laudem dederint tibi, agnoscendo scilicet scelera sua [n]. ¶ *Et oraverint——in domo hac*] Qu. Quomodo ab hostibus ejecti ex propriis finibus, in Templo orarent, & peterent, ut sibi in patriam redire liceat? Resp. Non hîc agitur de captivis, (de quibus loquitur v. 46.) sed de iis qui è suis sedibus ejecti abierunt, non quidem in aliam terram, sed ad alios funiculos, unde Templum adire possent [o]. Agit, vel, de iis, qui post cladem acceptam Templum ingrediuntur; vel, qui in captivitatem abducti ad Templum respicerent [p]; vel, qui post infœlicem pugnam fratrum, reliqui manserunt in terra Canaan [q]. Notant hîc ordinem liberationis; Primùm homines peccata sua intuentur, & ad Deum convertuntur, celebrant ejus nomen, deinde orant & audiuntur [r].

35. *Si clausum*] Cohibitum à pluvia [s]. Frequens hæc loquutio de cœlis claudendis & aperiendis [t]. ¶ *Cœlum*] Scil. infimum, i. e. aer [v]. Hæc & sequentia confer cum Deut. 28 [†]. ¶ *Conversi fuerint propter afflictionem suam*] Ubi videtur legendum, *propter afflictionem tuam*; i. e. quâ tu eos afflixeris [x]. כִּי תַעֲנֵם] *Cùm exaudieris eos*, V. *Ut suscipias orationem eorum*, Jon. *Exaudiens illos, tu quoque audies illos*, Sy. Ar. [Sic enim connectunt hæc verba cum versu seq. & עָנָה sumunt in sensu *exaudiendi*, vel, *respondendi*.] Alii sic, *Cùm* (vel, *quando*, P. *quandoquidem*, Ti. *eò quòd*, M.) *afflixeris eos*, Mo. Pi. ex ὁ. Vox תְעַנֵּה hîc non est futurum Kal, sed Hiphil [y]. *Quia testatus fueris contra eos*, JT. immissâ scil. siccitate, ut factum est, 2 Sam. 21 [z]. *Quum alloquutus fueris eos*, subaudi, per prophetas; id est, postquam conversi fuerint ad vocem prophetarum per quos *argueris eos* [a].

36. *Et ostende eis viam bonam*, כִּי תוֹרֵם אֶת הַדֶּרֶךְ הַטּוֹבָה] *Quia docebis*, (vel, *Quam docueris*, JT.) *eos viam bonam*, Mo. sim. Jon. ὁ. *Docens eis viam bonam*, M. Sy. *dirigens eos in via bona*, Ti. Non est profectò satis humana instructio, nec Dei voluntas in libris descripta, vel auribus instillata; nisi divina quoque accesserit incitatio, quæ sic animis nostris affulgeat, ut bona videatur, & nos oblectet [b].

37. *Corruptus aer*, שִׁדָּפוֹן] *Percussio segetum*, Mo. He. in V. nempe, ex vento Orientali, Gen. 41. 27 [c]. *ariditas*, P. Pi. *Ventus urens*, M. *uredo*, JT. *aeris corruptio*, Jon. *diverberatio grandinis*, Sy. ¶ *Ærugo*, Ità P. יֵרָקוֹן] *Rubigo*, P. Jon. JT. Pi. scil. in frugibus. Aliàs sign. *icterum*, quem vocant morbum regium, Jer. 30. 6 [d]. *Aurigo*, Sy. Ar. Ti. Hæc est incidentis segetibus humoris putrefactio; quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum confriatiles. Has duas voces conjunctas habes, Deut. 28. 22. Amos 4. 9. Ag. 2. 18 [†]. ¶ *Aut locusta*, חָסִיל] *Bruchus*, P. M. Mo &c. ¶ Et

Marginal notes, left column: f Me. — g Mart. — h V. — i Glass. gram. p. 524. — k Pi. ex Jun. ad v. 30. — l Pi. — m V. — n Glass. gram. 594. — o He. in V. — p He. in V. — q Pi. — r Pi. — s Pi. — t Pi. — v Pi. sic V. — x V. — y Pi. — z G.

Marginal notes, right column: a T. ex San. — b Os. — c Ma. — d V. — † Pi. — f V. — g Pi. Mart. — h Mart. — i Pi. — k V. — l V. — m V. — n V. sim. Jun. — o San. ex To. — p Mart. — q K. in Mart. — r Mart. — s Pi. sim. V. — t Mart. — v Pi. sic V. — † G. — x Pi. — y Pi. — z Jun. — a Q. in Ma. — b Mart. — c He. in V. sim. Pi. — d Pi. — † V.

¶ *Et afflixerit eum inimicus ejus portas obsidens*, כִּי יָצַר לוֹ אוֹיְבוֹ בְּאֶרֶץ שְׁעָרָיו] *Quum obsederit* (*coarctaverit*, Mo.) *eum inimicus ejus in terra portarum suarum*, M. P. Ti. Mo. *in terra urbium suarum*, Jon. *in terra ditionis ejus*, JT. sim. Ca. Tig. not. quòd jurisdictiones olim in portis exercerentur. Synechdoche [g]; [vel Hypallage, *in terra portarum*, pro *in portis*; i.e. urbibus *terræ*.]

38. *Cuncta devotatio* (perperàm nonnulli legunt *devoratio* [h]) *& imprecatio*, כָּל־תְּפִלָּה כָל־תְּחִנָּה] *Omnis oratio, omnis deprecatio*, P. Mo. &c. ¶ *Quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel*, אֲשֶׁר תִּהְיֶה לְכָל־הָאָדָם לְכֹל עַמְּךָ וגו׳] *Quæ facta* vel *suscepta fuerit à quovis*, aut *ab universo populo tuo Israele*, P. M. Ti. Sy. JT. Prius de privata, & peculiari cujusquam oratione intelligendum est; posterius de oratione publica & universali, ab universo populo publicè suscepta [i]: *sive sint alii homines, sive populus tuus*, &c. Strig. *quæ fuerit omni homini, omni populo tuo Israel* Mo. Posterius appositivè sumitur, tanquam explicatio prioris [k]. ¶ *Si quis cognoverit plagam cordis sui*] sim. P. Mo. M. Os. *cùm sentiet quisque dolorem cordis sui*, vel, pro dolore quem quisque sentit apud se [l]. Alii, *plagam*, vel *afflictionem corde suo*, Mar. Ti i.e. malum quod patitur, aut fecit [m]. Quidam accipiunt de peccatis, vel animi afflictionibus, aut conscientiæ reclamatione; q. d. Cùm homines iis animadversis oraverint, eos audito [n]. Qui orationem suam velit esse ratam, priùs animi plagam consideret, & illam sanare studeat [o]. Si quis acrem animi dolorem senserit [p]: ὁ. habent *tactum cordis*, sub. flagella quibus eos ferit Deus, ut hoc tactu eorum corda resipiscant [q]: si afficiatur seriò in corde suo eâ plagâ, & agnoscat correptionem divinam; quidam enim ità obduruerunt in flagillis divinis, ut mala sua non sentiant [r]. Alii sic; *plagam cordis*; i.e. qui secretâ pressus infirmitate aut necessitate, (quæ tantum ille novit qui eâ patitur [s],) ad te cordium Scrutatorem clamaverit [t]: *plagam cordis*; i.e. cujus vim senserint corde suo [v]. *Cum perceptâ unusquisque afflictione cordis sui*, Sy. *Et confessus fuerit unusquisque eorum malum quod latet in corde suo*, Ar.

39. *Secundùm omnes vias suas, sicut videris cor ejus*, כְּכָל־דְּרָכָיו אֲשֶׁר תֵּדַע אֶת־לְבָבוֹ] *Secundùm omnes vias suas, cujus cognosces cor ejus*, Mo. vel, *cujus revelatum fuerit ante te cor*, Jon. *cujus cognovisti cor*, P. *qui solus cognoscis cor ejus*, M. *sicut cognoveris cor ejus*, Pi. sim. ὁ. Sy. Ti. & vulg. ut אֲשֶׁר sit pro כַּאֲשֶׁר [x]. Non tam manus vel verba respicit Deus, quàm cor [y]. *Pro ratione viæ suæ, eorum quæ meretur, & eorum quæ animo suo molitur*, Ar. *Viæ* hîc sunt consilia, instituta & facta [z]. Non rogat simpliciter, ut eos liberet, sed ut agat erga ipsos, prout illos affectos viderit. ¶ *Tu nôsti solus cor*] Ideóque probè scis, quid cuique præstare conveniat. Non ergò rectè faciunt, qui sanctos & angelos invocant, cùm ipsi corda & vota nostra minimè intelligant [a].

40. *Ut timeant te*, &c.] Finem explicat, propter quem hæc à Deo postulet, quem etiam sibi vult Deus, quando hæc flagella immittit [b].

41. *Alienigena*, &c. *cum venerit*, &c. וְגַם אֶל הַנָּכְרִי ——וּבָא וגו׳] *Et etiam ad alienum*, Mo. (*Quinetiam de alienigenis*, vel *externis*, P. V. i.e. Quod ad gentes externas pertinet [c].) *& venerit*, &c. Mo. *Alienum etiam qui non*, &c, *cum* (vel *sed*, JT.) *venerit*, &c. *audies*, Ar. Ti. sim. JT. [Illud *audies* petunt ex v. 43. ad quem sententiam extendunt.] *Sed & alienum* exaudies, *qui non est de populo tuo, qui venerit, &c.* M. *Quinetiam pro extraneo* præcor, *qui non*, &c. *sed venerit*, &c. Sy. De Judæis inquit Salomon, *redde eis secundùm vias ipsorum*; at de alienigenis petit simpliciter, ut *audiat Deus* eos in omnibus, quæ orant. Plura igitur pro Ethnicis petit, quàm pro Judeis. Causa est, quòd Israelitæ viam Dei noverint; Ethnici verò, qui eam ignorabant, nunquam fuissent audiendi, si Deus ad eorum vias respexisset; petit igitur, ut Ethnici cognitâ Dei bonitate, ad eum perfectè converterentur [d]. ¶ *Propter nomen tuum*] Auditâ famâ eorum quæ facis in hoc Templo †. Non tam videtur de Gentilium commodis laborare, quàm de divini nominis amplificatione. Porrò multi Ethnici & Judæorum Deum metuebant, & Templum venerabantur: vide Psal. 68. & 2 Mac. 3. [f]. Videtur his Salomonis precibus vocatio Gentium prænunciari; neque enim hoc Salomonem latebat [g].

[g] Ma. [h] La. [i] V. [k] Mar. [l] V. [m] Mar. [n] Mart. [o] San. [p] La. sim. V. in Tig. not. [q] Me. [r] Os. [s] Q. in Mart. [t] M. [v] Pi. [x] Pi. [y] San. [z] Pi. [a] Mar. [b] Mart. [c] V. [d] He. in Mart. † V. [f] Sans [g] Mart.

42. *Et oraverit in hoc loco*] In loco piis incircumcisis sepotito, qui ab Israelitarum locis loricâ interpositâ distinguebatur. Meminêre ejus Josephus & Rabbini [h]. In atrio alienigenarum, quod erat post atrium Israelis [i].

43. *Quia nomen tuum invocatum est super domum hanc*,] sic JT. V. Quòd scil. domus hæc in peculiari tua sit tutela, & ex hoc loco orantes audias [k]. Hebraismus; Intelligant hanc domum esse tuam, sive Templum esse Domini [l]. Pro *invocari*, malim, *nominari*. Sensus est, *de nomine tuo vocari domum hanc*: Sic Gen. 48.16 [m].

44. *Per viam, quocunque miseris eos*] Expeditione justâ & à te imperatâ *: Opus erat precibus, licèt bellum ex Dei voluntate gereretur: Nam quamvis ipse author est quandoq; belli, & victoriam pollicetur, id aliquando tamen ex conditione facit [n]. ¶ *Orabunt te, contra viam civitatis, quam elegisti, & contra domum*, &c.] sic P. sim Jon. Os. seu, contra viam, quæ ducit ad civitatem Hierosolymam, &c. & contra seu versùs domum, &c [o]: versùs *viam civitatis* (vel, *versùs urbem*, Ti. V. i. e. conversis vultibus ad urbem [p],) *& versùs domum*, &c. M. V. Ti. Judæi orantes rectè fecerunt, quòd ad Templum convertebant vultum suum; ei enim loco multas affixerat Deus promissiones [q]; quas in memoriam hoc modo revocantes, fidem suam confirmabant [r]. דֶּרֶךְ הָעִיר וגו׳ *via civitatis quam elegisti*, &c. Mo. [Alii aliter;] *In via* suscepta *pro civitate*, &c. *& domo*, &c. Sy. *in civitate tibi gratâ, in domo*, &c. Ar. *viâ civitatis hujus*, &c. *& hujus domûs*, &c. JT.

45. *Et facies judicium eorum*] Causam eorum ages, & vindictam sumes de hostibus eorum [s]: *ut jus eis procures*, Pi. jus eis dices & facies [t].

46. *Captivi ducti fuerint*, וְשָׁבוּם שֹׁבֵיהֶם] *Et captivaverint*, vel *captivos duxerint eos, captivantes eos*, Mo. vel, *qui ceperint eos*, P. *prædatores eorum*, Sy.

47. *Et egerint pœnitentiam in corde suo*, וְהֵשִׁיבוּ אֶל לִבָּם] *Et reversi fuerint* (vel *revocaverint*, sive *reduxerint se*, V. Ti.) *ad cor* (vel *mentem*, V.) *suum*, M. P. Mo. sim. Jon. Strig. i. e. recordati fuerint peccatorum suorum, & pœnituerit eos ipsorum [v]; *si reducent* (scil. peccatum suum, ex v. 46. Pi.) *in animum suum*, JT. Pi. *si animis expenderint*, Ar. sim. Sy. *converterint corda sua*, ὁ. *mutatis animis*, &c. Ca.

48. *Totâ animâ suâ*] Intelligendum hoc pro hujus vitæ conditione [x]. ¶ *Contra viam terræ suæ*] Versùs viam quæ ducit in terram ipsorum [y]: Vide ad v. 44.

49. *In firmamento solii tui*] De loco in quo firmam & stabilem habes sedem [z].

50. *Et dabis misericordiam*, &c. וּנְתַתָּם לְרַחֲמִים לִפְנֵי שֹׁבֵיהֶם וְרִחֲמוּם] *Et des* (*dabis*. Mo. *trades*, M.) *eos in misericordias*, (vel, *in miserationes*, M. *misericordiæ*, Pi.) *coram illis qui captivos abduxerint eos, & misereantur eorum*, ὁ. Jon. P. *Et concilies eis gratiam*. vel *misericordiam*, &c. Ti. JT. sim. Sy. Ar. Hinc discas humanos affectus in Dei esse potestate, quâ illos flectit, quocunque visum fuerit [a].

51. *De medio fornacis ferreæ*] sic M. P. Ti. &c. i. e. servitute durissimâ: vide Deut. 4. 20. *Fornacem ferream* vocat, quæ assiduo igne ità induruit, ut præ se ferat duritiam ferream; h. e. variis afflictionibus, non secùs quàm aurum igne, probati sunt [b]. *Ferrea* dicitur, vel ex materia, ex qua formata est; in quali ignis urit acutissimè; vel, quia in illa ferrum & alia metalla liquefacta solvuntur [c]. כּוּר non est *fornax* promiscuè; sed vas ubi metalla liquantur & purgantur [d]: *è catino ferri*, JT.

52. *In universis pro quibus invocaverint te*, בְּכֹל קָרְאָם] *In omni orare ipsos*; h. e. in omni oratione ipsorum; sic 2 Reg. 19. 27. *Et sedere, egredi*, &c. *tuum*; i. e. sessionem, profectionem, &c. *tuam contra me novi* †.

53. *Separâsti eos in hæreditatem*] Solent homines hæreditatem suam diligenter colere & tueri præ cæteris possessionibus *. ¶ *Sicut locutus es per Mosen*] q. d. Hujus rei habeo authorem gravissimum, atque testimonium [f]. Bona commemorat à Deo antè collata; q. d. nè sis tui dissimilis [g]. ¶ *Domine Deus*, אֲדֹנָי יְהוִה] *Domine Jehovi*. Nomen יְהוִה habet puncta אֱלֹהִים; sic enim & punctant, & legunt, Judæi, quando præcedit *Adonai*, nè idem nomen repetere cogantur; Nam pro *Jehova* legunt *Adonai* [h].

[h] G. [i] Me. [k] Me. [l] V. [m] Pi. * Jun. [n] Mart. [o] Os. [p] V. [q] Mart. [r] Os. [s] M. sim. La. Mart. [t] La. [v] V. [x] Mart. [y] Pi. [z] Me. [a] Mart. [b] V. [c] San. [d] Mar. * Glass. gram. 364. Mart. [f] V. [g] Mart. [h] Pi.

54. *Utramque*

54. *Utrumque genu fixerat*] Mos hic orantium, tum in sacris literis, ut Dan. 6. 10. Isa. 45. 23. tum in profanis;

Et genibus pronus supplex——

Ovid. l. 3. Metamorph.

Suppliciter posito procubuere genu.

Idem Fastor. l. 2[i].

55. *Stetit ergo, &c.*] Erexit se, & obvertit se versùs populum; cùm enim oraret, erat oculis fixis in altare[k].

56. *Dedit requiem*] i. e. Sedes quietas, sive pacem quietam[l]. ¶ *Non cecidit*] *Non excidit*; i. e. non periit. Metaphora à rebus fragilibus quæ si è manu cadant franguntur & pereunt[m]. ¶ *Ne unus quidem sermo*] *Non verbum unum*, P. V. i. e. ex omnibus bonis quæ promisit[n]: *non res ulla*, JT.

58. *Inclinet corda nostra ad se*] Cùm hoc à Deo poscat, nobis indicio est; 1. Non esse hominum corda in ipsorum potestate: 2. Nec promiscuè hoc à Deo fieri; alioquin hoc petere fuisset supervacaneum[o].

59. *Sint sermones mei coram Domino*] Quod minimè ad locum, sed ad acceptationem est referendum[p]. Sit memor hujus orationis[q]. ¶ *Ut faciat judicium servi sui*] h. e. mei ipsius, ut suprà v. 28, 29, 30[r]: ut in causis faveat[s]; ut det mihi & Israeli quæ necessaria sunt[t]. ¶ *Per singulos dies*, Ità P. Jon. sim. Sy. Ar. [דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ] *rem* (*verbum*, Mo.) *diei in die suo*, M. V. Jun. i. e. pro dierum ratione, ut singula fiant suo tempore[v]: *rem quamque tempore suo*, Pi. sim. Strig. *quandocunque res postulabit*, Ca. ut tempore opportuno adsit nobis[x]. Quicquid incommodi quotidiè inciderit, tu rogatus ipsâ die mox avertere digneris[y].

61. *Sicut & hodie*] sub. *facitis*, V. La. ut nunc servamus[z].

63. *Mactavitque*] Rex, unà cum populo[a], scilicet per manus sacerdotum[b]. Non autem hæc omnia uno die tractavit, sed spatio 7 (vel 14[c]) dierum[d]. ¶ *Et dedicaverunt*] Ità M, P. Mo. his sacrificiis, unctione sacri olei, & aliis ceremoniis in lege præscriptis, Exod 30†. *Dedicari* est uti incipere aliquâ re, sed cum aliqua solemnitate; Itaque non Templum solùm *dedicari* dicitur, sed domus, & vinea[f]. Tunc aliquid dedicatur, cùm primùm auspicatur opus, ad quod fuerat à Domino, seu artifice destinatum[g]. וַיַּחְנְכוּ *Et initiaverunt*, Jon. *renovaverunt*, Sy. Ar. Ti. *quum dedicarent*, JT. *hoc modo dedicârunt*, Strig.

64. *Sanctificavit Rex*] non per seipsum, sed per Pontificem[h]. [Al. aliter] *Sanctificavit*; i.e. non consecravit, (hoc enim jam antè factum) sed sanctè habuit, & quasi honoravit actibus ibi religiosis. Sic *sanctificare Sabbathum*, necnon *nomen Dei*, est, ea sanctè & veneranter habere*. ¶ *Medium atrii, &c.*] Ità P. Mo. Pi. &c. *internam partem atrii*, Sy. JT. nempe sacerdotum; h. e. pavimentum lapideum[i], quod erat juxta victimarum altare[k]: atrium interius, sive sacerdotum[l]. ¶ *Fecit quippe holocaustum*] Sing pro Plur. Pi. ¶ *Ibi*] nempe in altaribus tum ex tempore exstructis; ex collatione sequentis sententiæ[m]. ¶ *Et sacrificium*, [הַמִּנְחָה] *Munera*, JT. Heb. *munus*; i. e. oblationes ex rebus inanimis, ut farinâ, oleo, vino: Synech. gen.[n]. ¶ *Et adipem pacificorum*, [הַשְּׁלָמִים] *tributariarum victimarum*, Os. ¶ *Quoniam altare æneum, &c.*] i. e. Tectum ære. Intellige de altari, non Mosis, sed Salomonis, 2 Par. 7. 7[o]. Unum altare præscriptum erat; sed necessitas Salomonem à peccato excusat[p]. Porrò holocausta tantùm fuerunt tota cremata; in pacificis verò non nisi pinguedo, &c. & renes, & reticulum, &c. cremabantur; itaque potuit uno die, præsertim in tam spatioso altari, ingens multitudo hostiarum offerri[q].

65. *Ab introitu Emath*] Quæ nunc Antiochia Syriæ[r]. Urbs erat ad radicem Libani: Vide ad Num. 13. 21[s]. Terminus hic Aquilonaris erat[t]. ¶ *Ad rivum Ægypti*] Qui dicitur Rhinocorura[v]. *Ad torrentem, &c.* JT. V. sive *vallem Ægypti*; i. e. quæ Ægyptum ab Judæa disterminat[x]. Hic torrens erat in termino Australi[y]. ¶ *Septem diebus, & septem, &c.*] *Septem & iterùm septem*, Pi. Priores 7 dies fuere dedicationis Templi, posteriores 7 festi Tabernaculorum[z]. Itaque 7 dies dedicationis inceperunt à septimo mensis inclusivè usque ad 15 exclusivè; non relato in numerum hunc die decimo,

[i] Mart. [k] V. [l] V. [m] Pi. [n] Pi. [o] Mart. [p] Mart. [q] V. [r] Pi. [s] M. [t] V. [v] V. in Tig. not. [x] Os. sim. Mart. [y] M. [z] Me. [a] Ma. ex Jun. [b] L. [c] He. in Mart. [d] Me. He. in Mart. † Os. [f] Mar. [g] San. [h] Me. ex L. * Med. de sanctitate relativa. [i] V. [k] Mart. [l] Jun. [m] Pi. [n] Pi. [o] V. ex He. sic Pi. ex Jun. [p] La. sim. Os. [q] Os. [r] San. [s] Jun. Pi. [t] Me. V. [v] San. [x] Pi. ex Jun. [y] V. [z] La. ex To. in Caj sim. Jun. Pi. Di. V. Me. M.

quia in eum peculiare festum, nempe Expiationum, incidebat; quod sub pœna excisionis negligi vetuerat Deus, Levit. 23. 27, 28, 29[a]. [Alii aliter;] Intra primos 7 dies evenerat dies Expiationum: in quo, ità permittente Jehovâ, & cum eis dispensante, (ut verisimile est) comederunt etiam hostias pacificas. Alii dicunt eos immolâsse quidem, sed non comedisse usque ad vesperam & diem sequentem[b].

66. *In die octavo dimisit, &c*] Nempe ab initio festi Tabernaculorum[c]; quod incepit die 15[d]; Levit. 23. 34. Ità hic dies incidebat in 22 mensis; cùm tamen 2 Par. 7. 10. dicatur dimisisse populum 23 die. Quomodo conciliantur†? Resp. Sub finem diei octavi dimisit eos; i.e. veniam abeundi dedit; populus autem postridie abiit[f]: quia is dies erat עֲצֶרֶת[g], quo abeundum non erat: totus ille dies Deo dandus erat[h]. *Dimisit*; i. e. eis valedixit[i]. Concionem habuit Rex, populúmque admonebat sui officii[k]. ¶ *Benedicentes Regi*] bona precantes[l]. Sic solet plebs Reges suos faustis acclamationibus salutare. Dices, *minorem non benedicere majori*, ex Heb. 7. Resp. Id intelligendum de ea benedictione, quæ ritu, ceremoniis, & conceptis verbis constabat[m]. ¶ *Super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus David, &c.*] Quòd scil. adimplêsset promissionem factam Davidi, de Templo à Salomone ædificando, 2 Sam. 7. 13[n]. Additur in 2 Chron. 7. 10. *& Salomoni*. Est ergò Synecdoche[o]. Brevitas hujus sermonis non est manca; cùm Deus Davidi, non modò quoad ipsum, verùm etiam in prole, benefecerit. Nam beneficiis in filium collatis pater, quamvis mortuus, videbatur ornari[p].

[a] Di. [b] V. [c] V. Di. San. [d] Me. Di. † Di. [f] Di. ex Jun. Pi. sim. V. G. Ma. [g] G. [h] Di. [i] G. [k] V. [l] Pi. [m] Mart. [n] V. [o] Jun. Pi. [p] Mart.

CAP. IX.

1. ET *omne quod optaverat, &c*, וְאֵת כָּל־חֵשֶׁק אֲשֶׁר [חָפֵץ לַעֲשׂוֹת] *Et omne desiderium* (vel *opus*, ó.) *suum quod voluit facere*, P. sim. Mo. Pi. Ar. Sy. *ídque pro toto desiderio— quo delectatus fuerat faciendo*, JT. τὸ אֵת hîc non acceperunt pro articulo, sed pro præpositione, *cum*; q. d. *& cum desiderio*[q].

2. *Apparuit ei*] sub. *per quietem*, V. *Et*, vel *Tunc apparuit*: nempe post illa omnia absoluta; anno 13 à dedicatione Templi: Nec deest ratio dilati hujus familiaris colloquii; cùm enim ad inanes illas & insanas substructiones domûs suæ, & conjugis, &c. adjecisset animum, minùs videbatur ad cœlestem hanc illustrationem idoneus[r]. At minimè probabile est tam diu dilatam fuisse hanc apparitionem, quæ facta est statim post orationem Salomonis, quâ Templum consecravit, ut liquet ex v. 3. & seq. Consecravit autem indubiè statim postquàm absolutum fuerit, non autem 13 post annis. Rectè ergò alii vertunt, & explicant; hoc modo, *Apparuerat enim*, copulativâ redditâ per causalem[s]; Hyperbaton hîc statuunt, sive parenthesin (quam, licèt prolixior sit, res ipsa videtur postulare[t],) usque ad v. 10. ubi statuunt primum versum per epanalepsin repeti; [*fuit inquam, exactis viginti annis*, &c. JT.] consequens verò istius enuntiati ponunt in v. 11. ibi, ut *tunc daret rex Schelomo Chiramo*, &c. nempe, cùm absolvisset ædificationes suas. Ostendi ergò volunt his novem versibus, quâ re fretus Salomon ista ædificaverit; nempe promissione præsentiæ divinæ in Templo, & stabilitatis regni in posteris[v]. ¶ *Secundo*] id est, proximâ nocte à dedicatione; ut antea, proximâ nocte à sacrificiis, suprà 3. 5[x]. Dices, Deum ter illi apparuisse, hîc, & cap. 3. in Gibeon; & cap. 6. 11. Resp. Semel tantùm antea apparuerat in somnis, cap. 3. Nam c. 6. tantùm *verbum Domini* ad illum factum esse dicitur[y]. ¶ *Sicut in Gabaon*] i.e. De nocte, & in somnis[z].

3. *Ut ponerem nomen meum ibi*] i. e. vocando ædem istam, ædem meam[a]. Ibi meam præsentiam gratiam & gloriam ostendam[b]. ¶ *In sempiternum*] Intellige, vel, ex hypothesi, si pactis stetissent[c]; (si hoc Templum piè colatur: Ita hîc Chaldæus[d];) vel, ut עוֹלָם significet longum tempus. ¶ *Oculi mei*,] providentiæ meæ, paternæ scilicet; quare *cor* additur, ut significet animi propenso-

[q] Pi. [r] San. [s] Pi. [t] Pi. [v] Pi. ex Jun. [x] Pi. & Ma. ex Jun. [y] San. [z] Me. [a] V. [b] La. sim. Mart. [c] Mart. [d] G.

propensionem †. Semper habebo rationem eorum quæ fiunt in hac domo, & erit mihi semper chara [f].

4. *In simplicitate cordis*, בְּתָם־לֵבָב] *In* (i. e. cum, Pi.) *integritate cordis*, JT. Pi. V. Corde puro, recto & sincero [g]. Id fit, cùm homines toti faciunt, quod agunt, nec animo duplici operantur [h]. Mox declarat, quid his verbis intelligat, nempe *facere secundùm*, &c [i]. ¶ *Et feceris*] Repete ἀπὸ κοινοῦ, *Si* [k]. ¶ *Omnia quæ præcepi tibi*] Cùm lex à nobis expenditur, ut generaliter omnibus posita, non sanè multùm commovemur. Verùm si quis apud se statuat, mihi ipsi hæc lata sunt, vehementer percellitur [l].

5. *Ponam thronum*, &c.] Sign. omnia ab ipso pendere, & sine ipso, etiam quæ firmissima videntur, perpetuò nutare [m]. ¶ *Non auferetur vir de genere tuo*, לוֹא יִכָּרֵת לְךָ] *Non abscindetur* (vel *auferetur*, V.) *tibi*, P. i. e. de stirpe tua [n].

6. *Si aversi fueritis vos*, &c.] Hinc discimus omnia exteriora, ad cultum Dei deputata, non esse ipsi accepta, nisi propter cultum interiorem [o]. ¶ *Quas proposui vobis*, לִפְנֵיכֶם] *Coram vobis*, P. V. At coram illis non est lata lex in Sinai. Verùm isti cùm ipsam aut legebant, aut audiebant, perinde fuit, acsi adessent, cùm in monte ferretur *.

7. *Auferam Israel de superficie terræ*] De terra; q. d. Non solùm privabo eum regno, sed & patriâ ipsâ [p]. Non ait, *prorsus vos delebo*, quoniam usque ad finem seculi Judaica natio conservabitur [q]. ¶ *Templum —projiciam à conspectu meo*] Tanquam rem non mihi gratam [r]. Quæ subducuntur divino favore & auxilio statim corruunt. Chald. habet, *à verbo meo removebo*; quoniam verbum Dei fulcrum est, quo cuncta gestantur, Heb. 1. 3. Rectè, sublato fine, honore Dei, tolluntur etiam ea, quæ illò dirigebantur [s]. ¶ *Eritque Israel in proverbium*] q. d. Alii populi utentur parabolâ de Israelitis, cùm loqui volent de miseris hominibus [t]. Proverbialiter dicent, *Judæorum mala*, sive *infortunia* [v]; quomodo *Mysorum ærumnas*, & *Herculis labores* appellamus [x]. ¶ *Et in fabulam*] i. e. Jugiter de vobis loquentur [y], ità ut poetæ de vobis canant, ut solent de regnorum excidiis [z]. לִשְׁנִינָה] *In dicterium*, Mo. JT. sign. *acutum & joculare dictum* [a].

8. *Et domus hæc erit in exemplum*, &c. וְהַבַּיִת הַזֶּה יִהְיֶה עֶלְיוֹן וגו׳] *Et domus ista erit excelsa*, &c. Mo. Mar. id est, in cumulum ruderum magnum [b]. Vel, *erit in ablationem*, M. Sunt qui עֶלְיוֹן exponunt vel *desolationem*, vel *succisionem*, quod nos *ablationem*, à propria vocabuli significatione recedentes [c]. *Et templum illud ostentui sit*, Ca. *Et domus hæc diruetur*, &c. Strig Sy. sim. Ar. vel, *erit ruinæ*, &c. Of. *Et domus ista quæ fuit excelsa, erit diruta*, Jon. *Quæ futura est altissima*, P. V. i. e. quæ ad tempus futura est in summo honore, sub. *tandem destruetur* [d]. *Et domus ista, quæ excelsa erat*, &c. Ti. vel, *utut fuerit excelsa*, JT. *Quod verò attinet ad domum istam, quæ fuerit excelsa*, Pi. vel, *quæ exaltanda erat*, nempe per declarationem verbi mei, & operum meorum, &c. τὸ *quæ* inseritur ex 2 Chron. 7. 21 †. *Et ad hanc domum, quæ alta est, obstupescet*, &c. Ang. *Et domus ista, quæ est Altissimi*, Q. in M. *Et domus ista erit ascensio*, vel *elevatio*, Q. in Ma. [fortè in altum elevata per incendium.] ¶ *Qui transierit, stupebit*, יִשֹּׁם] *Obstupescet*, P. Mo. JT. Pi. præ admiratione [f]. *Afflabit*, i. e. abhominabitur, & exhorrescet tantam vastitatem; vel, *afflabitur*, seu *stupendè desolabitur*, stupens, attonitus manebit. Q. à נָשַׁם, *anhelabit*, q. d. ex dolore suspiria trahet [g]. ¶ *Et sibilabit*] Ludibrio & derisione [h]; vel, præ stupore, ob repentinam mutationem [i]. Hierosolymam urbem fuisse præclarissimam totius Orientis, testatur Plinius; stupenda itaque erat ejus ruina [k].

10. *Expletis annis viginti*] Septem exstructi Templi, & tredecim domûs suæ [l].

11. *Hiram præbente ligna cedrina*, &c. נִשָּׂא אֶת־שְׁלֹמֹה בַּעֲצֵי וגו׳] *Exaltârat* (vel, *sustentârat*, Jon. *adjuvit*, l. *oneraverat*, vel *cumulaverat*, V.) *Salomoh in lignis cedrinis*, Mo. *donaverat* (*suppeditâsset*, Sy. *miserat*, Ar.) *ipsi ligna*, &c. JT. *Fecit vel sivit tollere Salomonem in* i. e. *de lignis*. נִשָּׂא in *kal* sign. *tollere*; in *pihel* sign. *facere ut quis tollat*. Donationem

† Mart. f V. g Me. h Mart. i V. k Pi. l Mart. m Mart. n V. o E. * Mart. p V. q Mart. r V. s Mart. t V. v Me. x San. y V. z Mart. a Mart. b Mar. c Mart. d V. † Belg. f Jun. Pi. Os. g Ma. h Jun. Pi. i V. k Mart. l Jun. Pi. E.

exprimit; nam qui aliquid alicui donat, sinit eum illud tollere [m]. *Dedisse* hæc ligna dicitur, quòd suppeditaret lignorum cæsores & vecturam; non quòd in illius ditione provenirent, nam Libanus mons ad Israelitas certè pertinebat [n]. ¶ *Dedit —viginti oppida in terra Galilaea*, [Ità Sy. & ferè omnes.] בְּאֶרֶץ הַגָּלִיל] *In terra Galil*, Jon. P. Mo. In Galilæa scilicet superiori, sive Gentium, (quomodo dicitur Isa. 9. 1. & ex hoc facto nomen accepisse videtur [o],) quæ Tyriis, totíque Phœniciæ vicina erat [p]. Qu. Num rectè fecit Salomon, quòd regi Gentili civitates Israeliticas dederit? Resp. 1. Videtur Salomon plus concessisse quàm debuerit. Videtur sacrilegium commisisse, cùm terra Canaan Dei peculiariter fuerit, & ab eo addicta Israelitis [q]. Nulla pars terræ promissionis alteri potuit tradi mancipio. Hereditas neque ad aliam tribum, neque in perpetuum transferri poterat: Non Rex, sed Deus erat Dominus illius terræ, Levit. 25. 23 [r]. Periculum etiam erat, nè Israelitæ in possessionem & ditionem Ethnicorum traditi, deficerent ad idolatriam. Ideóque providentiâ divinâ factum volunt, ut Hiramo non placuerint hæc oppida. Obj. Non credendum Salomonem peccâsse, cùm illi Deus tam familiariter apparuerit. Respondeo igitur, 1. post oraculum acceptum hæc facta fuisse; 2. nec novum esse, Sanctos post revelationes divinas fuisse lapsos [s]. [Alii Salomonem excusant, sed non uno modo;] 1. Hæc oppida non data erant, sed commutata, nam 2 Chron. 8. 2. *Hiramus* dicitur *dedisse Salomoni viginti oppida* [t]. Sed verbum *dandi* ibi valet *reddere*, ut apparet ex v. 13. hujus capitis [v]. 2. Nullum erat periculum idololatriæ, cùm Hiramus vir pius esset. Nihilominùs periculum erat ab ejus posteris [x]. 3. Non concesserat Hiramo hæc oppida quoad dominium; sed tantùm quoad usumfructum, ad aliquot annos, ut scilicèt inde tributa colligeret, donec ipsi satisfactum esset [y]. Non donavit in perpetuum, sed tantùm Hiramo dum viveret; eâque lege, ut Judæis libera esset sua religio [z]. 4. Alii aliter verba vertunt, & accipiunt, *in regione limitis*. Hypallage, pro *ad regionis limitem*; id est, Aseri conterminam, sed extra possessionem à Deo definitam; nam *Chabulem* minimè ad Ascherem pertinuisse, tum ex hoc loco colligitur, tum ex numero civitatum Ascheris, Jos. 19. 24, &c. tum ex 2 Par. 8. 2. ubi Selomoh Israelitarum colonias eò deduxisse legitur [a]. Probabilia hæc sunt; veruntamen non videntur extra terram promissam fuisse; cùm ea ad Tyrum usque & Sidonem, & Libanum pertinuerit, Jos. 19 28, 29. & *Chabul* ad terminos Ascheris pertinuisse constat, ex Jos. 19. 27. Adde, quòd Josephus hæc Galilææ oppida fuisse affirmat [b]. Oppida [hæc erant] bello capta, qualia donari à Regibus solere ostendimus de J. B & P. 1. 3. 12. Adde quod infrà 16 [c].

12. *Non placuerunt ei*] Videbantur ipsi viliora quàm quæ responderent tantis sumptibus à se factis [d].

13. *Et ait*] Scil. reddendo ea amicè, ut testatur 2 Chron. 8. 14 †. ¶ *Hæccine sunt civitates* [מָה וגו׳] *Quid?* i. e. Quanti putas esse urbes, &c [f]? *Quid sunt?* q. d. nihil sunt, nullius pretii sunt, quare illas non accepto, sed tibi reddo, Confer 2 Chron. 8. 2 [g]. Cùm ex eis nisi longo tempore & gravi molestiâ sumptus factos recuperare posset, noluit eas admittere; sed aliam prompto ære solutionem depoposcit [h]; quod & Salomon extemplo præstitit [i]. ¶ *Et appellavit*, &c.] *Ideò vocat eas quisque*, JT. ¶ *Terram Chabul*, כָּבוּל] *Oppida spinarum*, Ar. Reliqui omnes *Chabul*. [quod variè exponunt;] 1. Sign. idiomate Phœnicum, *non placens* [k]. 2. Alii idem est, quod חוֹל *arena*, & dicunt quòd terra ob arenam sterilis fuerit [l]. 3. Aliis potiùs טִיט *lutum*, sive *cænum* est *. Etiam cænosa loca, præ nimio humore, infrugifera fiunt. Quocirca utroque modo *terra infrugifera* exponi potest [m]. In quo eis non assentior; 1. Obstat Chorographia, *Tractus Libano finitimi supra modum fertiles*, ait Brocardus cap. 3. 2. Obstat & prædictio de pinguedine regionis Aseris, Gen. 49. 20. cui continua erat terra *Chabul*. 3. Rex talis & tantus non dedisset tale δῶρον (ut aiunt) ἄδωρον. Existimo igitur, hanc terram ab Hiramo repudiatam, tanquam *lutosam*, sive *cænosam*, (h. e. densam & robustam;) quamvis alioqui præpinguem & uberrimam, ut planè sordidam & laboriosam nimis suóque instituto prorsus contrariam erant

m Pi. n Mart. o T. ex San. sim. Mar. p Me. sim. San. T. Mart. q Mart. r San. ex To. s Mart. t He. & alii in Mart. v Pi. sim. Mart. x Mart. y To. & ex eo San. Me. T. Ser. La. z Q. in Mart. a Jun. Pi. b Ma. c G. d Os. † Jun. f V. g Pi. h Jo. in T. i T. k Jo. in Me. l Q. in M. R. Levi ex RR. in Ful. misc. * RS. in Ful. m RR. in Ful.

erant enim Tyrii delicatuli homines & mercatores. Hoc certe & mollibus solutisque ipsorum moribus, & Salomonis magnificentiæ & sapientiæ consonat [n]. כָּבוּל, i.e. *Lutosam*, luto scilicet tenaci [o]. 4. אֶרֶץ כָּבוּל est *terra compedita*, vel *compediti*, quòd viator illic, cruribus subsidentibus, pedibúsque penitus submersis, haud secùs ac compeditus aliquis, lassus tardúsque incederet [p]. Unde RS. *lutosam*, K. & R. Levi *arenosam* fuisse colligunt, quia tam in arenis, quàm in luto pes subsidit & demergitur quasi: sed hæc videntur longè petita. Ità tamen Rabbini; כָּבוּל sign. *constrictum*, & כַּבְלָה *chibbela talum*, q. d. terra, in qua pes usque ad talum immergebatur [q]. 5. Aliis כָּבוּל sign. *clausam*; q. d. terram non habitatam propter abjectionem ejus [r]. 6. Mihi maximè arridet Græcorum interpretatio [qui sic vertunt, *vocavit eas terminum*,] quibus כָּבוּל idem quod גְּבוּל, *chaph* & *gimel* permutatis, quod in illis linguis frequens. Hinc *sulphur* Hebræis גָּפְרִית Syris & Arab. כּוּבְרִית; *Metafrumenti* Heb. גָּרִישׁ Arab. כּרִאס; *Tiaræ* Heb. מִגְבָּעוֹת Chald. כּוֹבָעִין; *Littus* Chaldæis גִּיף & כֵּיף, &c. Et rectè vocatur terminus ille tractus quo versùs Ptolemaidem Galilæa finiebatur. 7. In libro nominum כָּבוּל exponitur *quasi germen*, quia בּוּל est *germen*, seu *terræ proventus*. Alii *gramen* malunt, quia graminis plena erat [s].

14. *Misit quoque Hiram*, &c. וַיִּשְׁלַח וגו׳] *Et misit*, Mo. sim. Ti. *Misit autem*, M. Non misit hæc post absolutas ejus substructiones, neque enim tum necessarium fuit [t]; *Miserat autem*, P. V. Pi. vel, *miserat enim*, Sy. JT. Hic versus cohæret cum vers. 11 [v]. ¶ *Centum viginti talenta auri*] Id est, 720 millia aureorum coronatorum [x]. [Sed de nummis postea σὺν Θεῷ erit dicendi locus.] Nihil ergò mirum si stomachosiùs tulerit pro tanta liberalitate tantillam mercedem rependi [y].

15. *Hæc est summa expensarum, quam obtulit*, &c. וְזֶה דְבַר הַמַּס אֲשֶׁר הֶעֱלָה וגו׳] *Et hæc est summa vectigalis quod exegit*, &c. Ti. sim. M. Strig. *Et hæc res* (sive *negotium*, Heb. *verbum*,) *tributi*, (scil. personalis [z],) *quam ascendere fecit*, Mo. V. sive *ascendere fecerat*; i. e. adduxerat, nempe ex toto Israele, ut habetur suprà, 5. 13 [a]. Pertinet hic versus ad v. 20 [b]. Sensus est, *Tanta fuit tributi exactio, ut ædificaret*, &c. Levavit autem pecuniam & accepit operatores, non ex filiis Israel, sed ex Gentium reliquiis [c]. Alii intelligunt de tributo pecuniario [d]. *Et hæc ratio tributi propter quam exegit*, &c. P. sim. V. i. e. ut ædificaretur. Vel potiùs, *Hæc est ratio tributi quod indixerat* Cananæis, (uti mox dicetur †) nempe *ut ædificaret*, &c. q. d. sic consecutus est pecuniam reliquam quam impendit in domum Domini [f]. *Hæc porrò est causa delectûs, quem indixerat*, &c. JT. vel, *tributi quod imposuit*, scilicet subditis suis, ut redderet pecuniam regi Hiramo, quam ab eo sumpserat *ad ædificandum*, &c [g]. *Et hæc taxatio vectigalis quod indixit*, Sy. *Et hæc ratio tollentium tributa quos præposuit*, Jon. *Tributi autem ratio quod exegit*——*sic se habet*, Ca. *Hæc est summa*, non pecuniarum, sed operum & ædificiorum; q. d. hæc est enumeratio operum in quibus pecunia expensa est, templum, domus regia, &c [h]. ¶ *Et Mello*, וְאֶת הַמִּלּוֹא] *Et aggerem*, Jon. *munitionem ipsam*, JT. Pi. scilicet *Sionis*, Pi. & *Millo*, M. V. &c. Ædificium hoc erat civitatis Sion, quod David quidem incepit, sed Salomo absolvit [i]. *Millo* locus erat in Jerusalem, in quem populus, de rebus publicis consultaturus, conveniebat; locus erat sine tecto atque ædificio; sic dictus à מָלֵא implevit, quòd populo impleretur [k]. *Millo* vallis erat seu vorago, inter montem Sion, in quo arx David, & montem Moriam, in quo Templum exstructum est. Ut ergò commodè à regia ad Templum transiri posset, hos duos montes ponte junxit, quod ut fieret, magnæ excitandæ erant substructiones [l]. Q. volunt eum eggestâ terrâ æquâsse, & implêsse voraginem illam [m]. ¶ *Et Heser*] Heb. *Chatzor*. De qua vide Jos. 19 36. Napthalitarum erat. ¶ *Et Mageddo*] Heb. *Megiddo*. Erat in tribu Manasse, Jos. 17. 11. ¶ *Et Gazer*] *Gezer*, Ephraimitarum, Jos. 21. 21 [n].

16. *Pharao ascendit, & cepit Gazer*] Quibus de causis, ignoratur [o]. Quæri poterit, quare munivit Gazer, cùm non esset sub ejus potestate; cui respondetur Pharaonem eam cepisse, & sic factum esse sub ditione Salomonis [p]. Salomon, certam ob causam & occasionem, Gazer Pharaoni debellandam concessit [q]. ¶ *Et dedit eam in dotem filiæ*] Sim. Ti. Pi. Imò non propriè in dotem, sed quasi munus quoddam [h]; nam apud Hebræos sponsæ non à parentibus, sed à novo conjuge dotem accipiebant [i]. Verùm externi Reges aliique filias suas dotare solebant. Vide Tiraquel. in lege connub. l. 5 [k]. Apud Homerum Agamemnon oppida in dotem filiæ suæ daturum se pollicetur [l]. וַיִּתְּנָהּ שִׁלּוּחִים לְבִתּוֹ] *Et tradidit*, vel *dedit*, (rectiùs *dederat*, Os.) *eam in munus filiæ suæ*, M. JT. *pro muneribus*, P. Ad verb. *munera*, *dotes*, i.e. loco dotis ac muneris [m]. *Dono*, Jon. Sy. Mar. *missiones*, Mo. Pi. ἀποστολάς, ὁ. in Pi.

17. *Ædificavit ergo Salomon Gazer*] [Hîc JT. parenthesin claudunt, quam initio vers. 16. inchoant, sensúmque v. 15, 16, & 17. sic reddunt, v. 15. *Hæc causa est*, &c. *ut ædificaret domum*, &c. *item*——*Gezerum*, (v. 16. *Pharao rex Ægypti ceperat Gezerum*, &c. v. 17. *Ædificavit autem Schelomo Gezerum*) & *Bethhoron*, &c.] Mihi commodius videtur, ut parenthesis claudatur in fine versûs præcedentis, & hîc vertatur, *Ædificavit igitur*: nam fit hîc regressio ad interruptam enumerationem urbium à Salomone ædificatarum [n]. ¶ *Et Bethhoron inferiorem*] Benjamitarum, Jos. 18. 13, 14 [o]. Intellige ex 2 Par. 8. 5. *Et superiorem*, (quæ Ephraimitarum erat, Jos. 16. 5 [p].) Synecdoche, pro superiore & inferiore [q].

18. *Et Baalath*] Danitarum, Jos. 19. 44 [r]. ¶ *Et Palmyram*, &c.] *Palmyrenæ solitudines* apud Plin. 5. 24, 26. *Thadamoram* autem à Syris vocari, quæ Græcis fit Palmyra, etiam Josephus nos docet [s]. תַּמֹר כתיב Keri תַּדְמֹר [Hinc variè reddunt.] *Tadmor*, Jon. Sy. Ar. JT. V. in Tig. not. Jo. in Mar. Pi. M. Ti. Ma. Firmatur hæc lectio ex 2 Par. 8. 4 [t]. Alii, *Thamar*, P. Strig. Os. La. id est, *palma*: *Palmyra*, à palmarum copia dicta est [v]. Palmyra in solitudine Syriæ sita est [x]. Aliqui existimant esse *Thamaron* Ptolemæi 5. 16. in deserto Judææ [y]. ¶ *In terra solitudinis*, בַּמִּדְבָּר בָּאָרֶץ] *In deserto in terra*, Jon. P. Ti. Mo. vel, & *in terra*, M. Partim in deserto erat, partim in terra culta [z]. *In terra*; i.e. quod erat juxta terram sanctam [a]. *In deserto*, *in illa terra*, JT. Pi. h. e. quæ omnia oppida in ipso Salomonis regno, & intra fines à Deo designatos erant [b]. *In terra deserti*, Sy. vel, *deserta*, Strig. *In solitudine finium istorum*, Ca. *In solitudine, quæ erat in terra Canaan*, Os.

19. *Vicos qui ad se pertinebat*, הַמִּסְכְּנוֹת] *Urbes thesaurorum*, M. P. Ti. Mo. *repositoriorum*, Jon. Os. in quibus frumenta, aliáque necessaria adservabantur [c]. Munivit vicos, non omnes, sed qui in finibus erant [d]. ¶ *Civitates curruum*, &c.] i. e. In quibus currus, &c. servabantur tempore pacis [f]. Quænam essent hæ urbes ex proprio nomine, aut loco, non constat, sed ex officio [f]. ¶ *Quodcunque ei placuit*, וְאֵת חֵשֶׁק וגו׳] *Et desiderium*; i. e. rem desideratam, ut sequentia declarant [g]. Omnia quæ optaverat ædificare [h]. *Denique pro desiderio*, JT. אֵת Accipiunt, non pro articulo, sed pro præpositione [i]. ¶ *In Libano*] Vide suprà 7. 2. &c [k].

20. *Universum populum, qui remanserat*, &c.] Sermo in hoc & seq. versu videtur nonnihil ἀνακόλουθος [l]. כָּל הָעָם הַנּוֹתָר וגו׳ [Connectunt omnes hunc versum cum sequenti, hoc ferè modo.] *Totum sive omnem populum residuum, sive relictum*, &c. 21. *horum inquam filiis tributum*, &c. *imperavit*, &c. Sy. M. Ti. Ad verb. v. 20. *omnem populum*, &c. 21. *filios eorum*, &c. Mo. 20. *populum*, &c. 21. *id est*, *filios*, &c. P. *Totius populi*, &c. 21. *horum filios*, &c.] JT. Sic fluet commodiùs; *Quod attinet ad totum populum*, &c. *quod, inquam, attinet ad filios eorum*, &c. *eos adegit*, &c. Pi.

21. *Quos non potuerant exterminare*, &c.] Justo Dei judicio; quia cùm mandatum haberent, & possent neglexerant, Jud. 2 [m]. ¶ *Fecit tributarios*, Ità P. sim. V. וַיַּעֲלֵם לְמַס עוֹבֵד וגו׳] *Et ascendere fecit* (vel, *adegit*, JT. M.) *eos in tributum servile*, Mo. V. sic M. sive *servitutis*, Jun. sive *servientis*, Pi. Mar. *reddidit servos tributum afferentes*, Sy. vel *vectigal pendentes*, Ar. *constituit eos in allatores tributorum*, Jon. *Ab illis, inquam, in servitutem redactis, tributum exegit*, Ca. *His tributum ac servitutem imperavit*, Ti. Præter pecuniarium tributum, servitutem (vel, operas [n],) etiam ab iis exigebat [o]. Jussit

Marginal notes (left column): n Ful. misc. 5. 16 — o V. — p Ful. ex RR. — q BC. 2. 4. — r Q. in M — s BC. ib. — t San. — v Pi. — x Jun. Pi. — y San. — z Pi. — a Pi. — b V. — c M. — d Q. in Pi. — † Mar. — f V. — g Os. — h Me. — i M. — k V. — l Me. ex Sal. — m Q. in Ma. — n Jun. Pi. Ma. Me — o Mart. — p L.

Marginal notes (right column): q Ser. — h Ser. — i Q. in San. — k San. — l G. — m V. — n Pi. — o Me. — p Me. — q Pi. — r Jun. Pi. — s G. — t Ma. — v La. — x Pi. — y Ma. — z R. Levi, in M. — a V. — b Pi. — c Os. — d T. ex San. — † V. — f Me. — g Pi. — h V. — i Pi. — k Jun. Pi. — l Pi. — m Pi. ex Jun. — n V. — o Jun. sim. V.

Jussit eos θητεύειν αὐτῷ καὶ οἰκετικὰς χρείας ἐκτελεῖν (*servire sibi, & domesticas operas præstare* [p].) Idque, *usque in diem hanc*, [ut sequitur in textu :] nam etiam post captivitatem, nomen retinuerunt servorum Salomonis, Ezra 2. 55. & Nehem. 7. 60 [q]. Qu. Rectène Salomon de damnatis ad internecionem tributum acceperit ? Resp. Mandatum Dei interpretandum fuit, quoad eos populos, qui pacem Israelitis non obtulissent, neque ad verum Dei cultum accedere voluissent ; Proselyti autem, & pacifici servari poterant, sed eâ lege, ut servi forent, &c [r]. [Sed de hac quæstione fusiùs disseruimus ad librum Jos.] Servavit eos, quia non repugnaverant, sed se Salomoni dediderant. Vide quæ ad Deut. 20. 10. 11. & de J.B.&P. 2 13 4 [s].

22 *De filiis Israel non constituit servire quenquam*, לוא נָתַן ונו'] *Non dedit* ; i.e. non posuit [t]: *non fecit*, P. operis vilibus eos non addixit [v]. Liberi hi erant, jure divini fœderis : Et vetabatur Rex, nè supra fratres se efferret [x]. ¶ *Ministri ejus*] *servi*, ingenuâ servitute, & liberalibus officiis [y].

23. *Principes super omnia opera*] *operi*, nempe ædificationi Templi. Synecdoche [z]. Al. ædificiis suis extruendis [a]. ¶ *Præpositi quingenti quinquaginta*] At 2 Par. 8. 10. dicuntur 250. [Sic conciliant:] 1. Illi 250 erant ex Israelitis ; ex proselytis autem erant 300 [b]. In constructione Templi tres erant Præfectorum ordines ; 1. Infimus, qui constabat 3300, suprà 5. 16. Hi proselyti erant: 2. Medius, qui capiebat 300 etiam proselytos : 3. Supremus, in quo 250 Israelitæ. Etiam in Paralypomenis numerantur 550 Præfecti; de quo numero 300 deducendi sunt, qui pertinent ad medium ordinem. Numerus igitur Præfectorum fuit 3350 [c]. 2. Ex his quingentis 250 alternis curatione suâ fungebantur ; quinquaginta verò alternis decurionum officium agentes, ab illis opus exigebant : Vide suprà 5. 16 [d]. 3. Hîc numerantur Præfecti populo operario ; in Paralypom. Præfecti populi simpliciter [†]. 4. Hîc numerantur omnes, ibi præcipui tantùm [f]. Hi erant Israelitæ, sub quibus erant alii ἐργοδιῶκται, peregrini 300, ut colligimus ex 2 Par. 8. 10. & ibid 2. 18. si conferas locum hujus libri 5. 16 [g]. Multò plures [Præpositos] habuit Salomon cùm ædificatio Templi ferveret [h].

24. *Ascendit de civitate David in domum suam*] At Zion, quæ *civitas Davidis* appellabatur, altior fuit *Millo*, quomodo ergo eò *ascendisse* dicitur ? Resp. 1. *Ascendere*, & *Descendere* apud Hebræos sæpè sign. tantùm *venire* [i]. 2. Fortè inter *Zion* & *Millo* fuit parva vallis, ità priùs descendebant, quibus postea ascendendum erat [k]. ¶ *Tunc ædificavit Mello*] Domum conjunctam mœnibus Hierosolymorum, in quam consilii causâ coibatur [l] : *ædificavit* ; i. e. cinxit muro [m]. [De Mello vide quæ suprâ ad v. 15. & infrâ dicenda ad 11. 27.]

25. *Offerebat tribus vicibus*, &c] Non quòd aliis diebus nihil offerret, sed quòd tunc majori solemnitate id præstaret [n]. Sensus esse videtur, Dedit Salomon sumptus ordinarios in sacrificia Paschæ, &c. Vide 2 Par. 8. 12 [o]. ¶ *Et adolebat thymiama coram Domino*, וְהִקְטִיר אִתּוֹ אֲשֶׁר לִפְנֵי יְהוָה] *Et adolevit* (nempe, ministerio Sacerdotum [p],) *super illud*, (sub. *altare aureum*, V. sim. Jun. Pi. Relativum pro antecedente, & אִתּוֹ pro עָלָיו [q] vel, *juxta illud*, Q. in V. *in eo*, JT. Pi.) *quod erat coram Jehova*, P. sim. M. i. e. ante Oraculum, in quo erat arca Domini [r]. *Et adolebat super illud suffitum aromatum quæ erant ante Dominum*, Jon. *Et adolevit præter ista, suffimenta quæ erant coram Domino*, Ti. *Et accendit in eo thura coram Domino*, Strig. Non ipsum adolevisse, sed templo interfuisse, cùm id fieret à sacerdotibus, intelligendum est [s]. ¶ *Perfectùmque est Templum*] Qu. Cur hoc dicitur, quod jam sæpe dictum est ? Resp. 1. Ut ostenderet omnia sacrificia in utroque altari fieri commodè potuisse, & quòd sumptus (quibus ad Templum non erat opus,) ad sacrificia liberaliter conferret [t]. 2 Sic scribit, quòd sacrificando, &c. ædificium sacrum ad proprium usum accommodabatur, quod quando fit, res *perfici* dicitur [v]. [3. Alii hæc verba cum antecedentibus connectunt, *adolevit*, &c. posteaquàm *absolvisset ædem*, Ti. sim. JT.] 4. *Perfecit domum* ; i. e. Quæcunque fieri debebant in æde Domini [x]; *ædem*, i. e. omnem cultum domûs [y].

[p] Jo. in G. [q] Jun. [r] Mart. [s] G. [t] V. [v] G. [x] Mart. [y] Pi. ex Jun. [z] Pi. [a] V. [b] Mart. ex He. sim V. [c] V. [d] Pi. ex Jun. [†] Q. in Ma. [f] Al. in Ma. [g] G. [h] Me. [i] San. sim. Mart. [k] Mart. [l] K. in G. [m] V. [n] T. ex San. sim. Mart. [o] Me. [p] Os. Mart. [q] V. [r] V. [s] Mart. [t] San. [v] Mart. [x] V. [y] Jon. in Tig. not.

26. *In Asion-Gaber ; quæ est juxta Ailath*] Heb. in *Hetzion Gaber*, *ad Eloth*, Ms. Vide de utroque loco Deut. 2. 8 & Epiphan. contra Manichæos [z]. Cùm in omni negotiatione maritima duo sint necessaria, navigia quæ vehant, & merces quæ vehantur ; *Etsion* videtur fuisse ναυπήγιον ; i. e. *locus compingendis adornandísque navibus constitutus*, sive navalium sedes ; ibi enim אֲנִי עָשָׂה ναῦν ἐποίησεν (ἐναυπηγήσατο, ut habet Jo. Antiq. 8. 2. pag. 240) *naves fabricatus est* Salomon ; *Eloth* (aliis *Aila*, aliis *Elana*) videtur fuisse emporium mercium & exportandarum, & importatarum, ut facile est ostendere ; Nimirum eundem esse locum, quem Ptolemæus & Strabo *Elanam vocant*, posteriores autem *Album pagum* facilè constabit ; 1. Quòd accuratissimi Geographi, minutatim singula loca recensentes, uno ex duobus istis nominibus expresso, alterum reticent ; Hinc Ptolemæus tantùm *Elanæ* meminit, Arrianus solùm *Albi pagi*. 2. Eadem de utroque loco dicuntur : Scribit Strabo Geog. l. 16. p 522. *post promontorium, quod usque ad Petram Arabum pertendit, succedere Elaniticum sinum* ; ubi *multi sunt vici*, sive *pagi*, inquit Diodor. l 3. p. 123. *à Nabatæis circumhabitati* ; Horum omnium *Elana* in sinu Elanitico longè princeps extitit. Eámque Diodor. *pagum* vocat, quòd muris careret ; at Strabo πόλιν *urbem*, ob magnitudinem. Sic & *Albus pagus maximum erat Nabatæorum emporium*, *unde in Petram*, &c. *merces portabantur*, inquit Strabo l. 16. Atque pagum urbémve maritimam claram & nobilem, præterquam *Elanam* nullam in *Nabatæorum* regione reperimus. Eundem situm, eandémque militum custodiam, quam *Albo pago* tribuit Arrianus, in Periplo Maris Erythræi, *Ailoth* sive *Elanæ* adscribit Hieronymus ; nisi quòd major sit numerus militum in Hieronymo, rebus nimirum illius ævo perturbatioribus [a]. ¶ *Asion Gaber*] *Berenice* dicta posteà, Josepho teste [b], Perabsurdus autem hic error est, cum *Berenice* ab *Etsione* atque *Elana* distet, bidui vel tridui navigatione, ut ex Arriano discimus ; In errorem hunc inductus videtur à mercatoribus, qui eum docuerint secundum ab *Elana* portum, unde Indiam versùs solverent, esse *Berenicen* [c]. ¶ *Juxta Ailath in littore maris Rubri*] κόλπος (*sinus*) Αἴλα apud Stephanum ; *Ælaniticus sinus* Plinio ; Urbs Αἰλὰν Straboni, *sinus Elanites*. Philostorgius Αἰλὰ dicit antiqui nominis esse urbem in ea parte maris Rubri quæ ad Palæstinam accedit : Αιλα scribitur in Notitia Imperii ; Ἰλαὶ, apud Procopium Persicorum 1 [d]. *Eloth* Urbs est in littore maris Rubri in sinu *Ellanitico*, quæ Stephano dicitur Αἰλλανὸν, solutâ dipthongo. Secundùm Dionysium est in Arabia *Ælanon* [†]. ¶ *In terra Idumæa*] Hinc videmus ad mare Rubrum usque pertinuisse Idumæos fines. Et ex nomine *Edomi* in Græcum verso mare illud *Erythræum* dictum est, quod malè Latini *Rubrum* vertêre, cùm *Erythram* Regis antiqui esse nomen rectè notent Strabo, Arrianus, Ctesias apud Photium, Solinus, Curtius, Stephanus. [Sed de his fusè disserit Cl. Fullerus Miscellan. 4. 20. unde & nos, ad alium locum, non pauca excerpsimus.] Cùm Idumæam omnem perdomuit David, etiam hoc oppidum maritimum ad eum devenit [f].

27. *Misítque Hiram in classe illa servos suos*, &c.] Qu. Undenam hi Tyrii navigârunt ? Resp. Non è Tyro, quæ erat ad mare Mediterraneum [g]; sed à *Tyro* insula in sinu Arabico, quæ erat Tyriorum colonia [h], teste Strabone [i] ; (inde inquam, misit servos suos qui habitabant in illa colonia [k],) Alii hanc insulam *Tylen* vocant ; (corruptâ, ut & Stephanus monuit, per tempora pronunciatione) sed *Tyrum* scribunt manuscripti libri Ptolemæi. Quidam hanc insulam in Persico ponunt sinu ; Theophrastus in Arabico ; Plinius autem in utroque, nisi plures insulæ fuere ejusdem nominis [l]. Porrò non misit Hiram naves, sed servos in navibus Salomonis [m]. ¶ *Viros nauticos & gnaros maris*] Tyrii & Phœnices, utpote accolæ maris in arte nautica omni ævo apud omnes Gentes fuere celebres [n].

28. *Qui cum venissent in Ophir*] Qu. Ubinam est Quænam hæc terra ? [Variant] 1. Duplex erat *Ophir*, una remotior, nempe in India, de qua hîc agitur ; altera Judææ vicinior, de qua erat illud *aurum Ophir*, Job. 22. 24 & 28. 16. Quæ *Ophir* Indica non erat ; quia ætate Jobi qui Jacobo penè æqualis fuit, ad terras tam dissitas

[z] Pi. ex Jun. [a] Ful. misc. 4. 20. [b] G. [c] Ful. ib. [d] G. [†] V. [f] G. [g] V. [h] G. sim. V. [i] G. [k] V. [l] G. [m] San. [n] [illegible]

nondum pateret accessus. Erat ergò hæc *Ophir* in Arabia propè Sabæos, inter *Cassanitas*, Ptol. & Steph. qui Diod. *Gasandes*, Agatharc. *Casandres*. Locus dicebatur אוֹפִר *Ophir* vel *Auphar*; q. d. uberrimum & opulentissimum; Arabibus enim ופר *VVAPHURA* est *abundare*; ופר *VVAPHR*, vel ופרה *VVAPHRA* in Giggeio est *copia, opulentia*; & ואפר *VVAPHIR dives, abundans*, cujus comparat. & superlat. אופר *AUPHAR*; Et in fœmin. est ופרי *UPHRE*, pro quo corruptè *Urphe* legitur in hoc Eupolemi loco, ubi refert Davidem (cui tribuit quod à Salomone præstitum est) *naves fabricâsse Ælanis urbe Arabiæ, & misisse metallicos ad insulam Urphe, in mari Rubro sitam, metallis auri fœcundam, & aurum inde in Judæam advexisse.* Porrò incolæ *Cassanitæ* vel *Gasandæ* dicti sunt à חָסַן *possidere*; (unde חוֹסֶן *chosen thesaurus*, Ezec. 22. 25. & Prov. 15. 6.) unde & *gaza* vox permutatis Ch. & G. ut sæpè fit;) vel, à gaza & thesauris quos possidebant. Nam apud illos populos magnam fuisse auri copiam atque vilitatem docent nos Agatharc. Diodor. Strabo ex Artemidoro; [quorum verba vide in Authore,] quæ tanta erat, ut æs triplo auro, ferrum duplo, argentum decuplo pensabant. Et hinc tanta auri copia apud Sabæos, (de quo toties fit mentio, 1 Reg. 10. 2, 10. Psal. 72. 15. Esa. 60. 6. Ezec. 27. 22.) quos etiam Ælius Gallus apud Plinium dicit esse ditissimos auri metallis. Verùm, quia veteres nullos observant aurifodinas in *Sabæis*, aurum intelligo *Cassinitarum*, qui vel, erant sub Sabæorum jugo, vel Sabæis saltem vicini, & propè confines; quod testantur Agatharc. & Diodor. & Ptolem. Porrò, non potest commodior sedes assignari *Ophir* filio Jectan, quàm in Arabia, ubi cæteri ejus fratres consederant; Interim non diffitendum est aliam fuisse Ophiram, ab hac Ophira Arabica sic dictam à Phœnicibus, quibus solenne erat locis à se detectis vetusta nomina imponere [o]. Cogitemus an fortè non in Indiam usque iverint naves Phœnissæ & Judaicæ, sed ad oppidum adsitum Arabico sinui, quà is ad Oceanum spectat, quod *Aphar* vocat Arrianus, Plinius *Saphar*, Ptolemæus *Sapphora*, Stephanus *Sapphirinam*; ut Indi nempe suas res huc tulerint, inde autem petierint longiùs ab India dissiti [p]. Sed *Ophiram* Salomonis non fuisse Arabicam, præter consensum veterum, alia docent; 1. Quòd in hoc iter triennium insumebatur. 2. Quia ibi nullum ebur, nulli elephanti [q]. 3. Alii statuunt hanc *Ophir* esse *Sofalam* (vel *Cephalam*, Ortel.) insulam, quæ ultra *Bonam Spem* promontorium in Oceano Æthiopico sita est. Ità quidam in Volaterrano; Id sic concludunt; *Tarsis* in S. literis sign. *Africam*, in cujus regione *Sofala* sita est: Eadem autem regio modò *Ophyr*, modò *Tharsis* vocatur, ut colligunt ex collatione hujus loci cum cap. 10. 21, 22 [r]. [Huic sententiæ favet Ortelius in Thes. Geogr.] tum quòd admodum aurifera sit, tum quòd scribat Thomas Lopesius hos Sofalenses habere libros patriâ linguâ scriptos, in quibus legitur Salomonem Regem tertio quoque anno hinc aurum tulisse [s]. Favet & Chaldæus, qui classem hanc Ophirinam, 1 Reg. 10. 11. & 22. 48. vocat classem *Africanam* *. [Aliis verò non placet.] Nam 1. Licèt K. aliique recentiores Judæi (qui sanè in magna locorum & temporum & historiarum ignoratione versantur,) existiment *Tarsis* esse Africam; aliter sentiunt antiqui Judæi, inter quos Philo & Josephus, necnon Hieronymus, quibus *Tarsis* vel *Indiam* sign. vel *mare*; [de quo plura vide ad sequens caput] Africam verò longè alio nomine vocârunt Hebræi, nembe *Phut*, sive *Phul*. 2. In *Sofala* non sunt pavones, nec argentum, nec gemmæ pretiosæ, quæ tamen ab *Ophir* allata dicuntur [t]. Pro אוֹפִיר & Jo. &. 6. hîc & in seq. legerunt סוֹפִיר [v]. 3. Alii volunt *Ophir* esse novi orbis partem Occidentalem, quæ *Peru* dicitur [x], vel insula est, quam *Hispaniam*, sive Hispaniolam vocant [y]. Probant; 1. Ibi aurum abundat. 2. Ex ophir per transpositionem fit *Peru*: 3. Aurum *Ophir* vocatur aurum פַּרְוָיִם *Peruaim*; i.e. duarum Peru, scil. majoris & minoris, 2 Chron. 3. 6 [z]. [Aliis hæc sententia non placet:) 1. Tum construxissent naves in littore maris, non rubri, sed mediterranei, ubi & facilior fuisset constructio propter materiæ copiam, & loci vicinitatem, & facilior inde navigatio in Peru [a]. 2. Cur Salomon sapientissimus Rex, relictis opibus Indiæ Orientalis sibi vicinæ, (in quam Tyrios

[o] BP. 2. 27.
[p] G.
[q] BP.
[r] Gaspar Varrerius Comment. de Ophyra.
[s] Ortel.
* BP. 2. 27. 160.
[t] Varrerius ibid.
[v] G.
[x] Ità V. & Ma. & Genebr. & Postel. in Ser.
[y] Ità Q. in V.
[z] La. ex Ser.
[a] Ser. sim. La.

aliósque crebò navigâsse ostendit Pineda ex priscis authoribus) quæsivisset eas in India Occidentali remotissima [b]. 3. Tunc mansisset aliqua hujus Indiæ memoria ante Americum Vespucium [c]; Jam verò Occidentalem hanc navigationem hactenus ignoratam fuisse constat, tum quia nonnulli eam, post tempora Salomonis, veluti ignotam quærere conati sunt, testibus Herod. 2, 3, 4. Plin. 2. 67. tum, quia *Gades* habebantur extremus terræ terminus, ab ipsis etiam Tyriis, Strab. l. 3. Diod. l. 5. Paterc. l. 1 [d]. Nemo audebat transire Gades, ideóque ibi Hercules suas posuit columnas †. 4. Magnes tunc nota non erat, saltem non erat in usu; sed nautæ cursus marinos ad *Cynosuram*, sive *minorem Ursam* moderabantur; quæ, ubi Æquinoctialem trajecissent lineam, planè deficeret, cæcique in mari errâssent [f]. 5. In Peru desunt ebur & elephanti [g]. *Hispaniola*, præter aurum, nihil eorum gignit, quæ c. 10. apportabantur, viz. *ebur, pavones*, &c [h]. [Ad argumenta pro hac sententia superiùs allata sic respondent,] Ad (1.) Regiones aliæ viciniores auro abundant. Ad (2, & 3.) Nomen *Peru* indigenis ignotum est, & à flumine quodam casu impositum, teste Acosta cap. 13. lib. 1. *Parvaim* autem aliud sign. ut ibi dicendum [i]. [De quo vide quæ ex Cl. Bocharto statim habenda sunt.] 4. Alii volunt Ophir esse in India Orientali [k]. Sed in qua parte Indiæ fuit, non constat [l]. In parte Indiæ, quæ *Aurea* dicitur [m]. Plures ejus auriferas regiones complectitur, uti *Auream Chersonesum* (cujus meminere omnes Geographi, & inprimis Ptolomæus [n],) *Sumatram* & *Taprobanam, Pegu, Ceilam*, &c°. Lusitanorum eruditissimi aiunt eam esse Indiæ partem quæ ultra Gangem est, & regnum *Pegusiæ* nunc dicitur*. *Ophira* dicitur omnis illa ora, quæ *Pegusiis, Malacâ* & *Sumatrâ* continetur; ea enim loca vicina sunt; Nam ora maritima à *sinu Gangetico* in *Pegusium*, hinc autem in *Malacham* excurrit; unde ad *Somatram* exiguus est maris trajectus, cujus incolæ ingentem auri vim ad *Malacæ* mercatus semper importare consueverunt. Confirmat nostram sententiam; 1. Quòd nulla alia pars Indiæ aurum gignat; 2. Quòd ingens eorum omnium (quæ ab Ophir allata dicuntur cap. seq.) copia apud *Pegusium* sit. Ibi *Ebur, Simiæ*, & *Pavones* magno numero, & sylvæ lignorum pretiosorum, ex quibus apud nos instrumenta Musica conficiuntur; Gemmas omnis generis soli *Pegusii* vendunt. Porrò de his Indiæ partibus sic Ptolemæus l. 7. tab. 11. *Super argenteam regionem superjacet Aurea regio, Besyngitis* [p]. *Ophiram* pono in insula *Taprobana*, sive ea sit *Sumatra*, sive (quod alibi probabo) *Zeilan*. Ibi nimirum omnia quæ hîc ex Ophir portantur; Ibi aurum, ebur & gemmæ magnâ copiâ; & pavones, teste Steuchio in Arrianum. Et in Chersoneso proxima magni pretii cercopithecos memorat Ludovicus Vartomannus. Nec prætereundum etiam *Paz* Cant. 5. 11. & *Uphaz* Dan. 10. 5. & Jer. 10. 9. nominari insulam *Ophir*. Quarum appellationum vestigia in *Pasi* sinu, & *Phasi* amne Taprobanes [q]. Phœnices & Arabes olim Taprobanum frequentâsse docet, quòd ibi Deus Phœnicum colebatur Hercules, & rege excepto, qui Bacchum habitu æmulabatur, cæteris erat Arabica vestis, ut in Plinio & Solino habetur. Taprobanam verò non esse *Somatram*, sed *Seilan* insulam, patet ex utriusque descriptione in antiquis & recentibus Geographis. Uterque locus; 1. Objacet Indiæ promontorio *Cory*, quod hodie *Comorin*: 2. Distat à continente leucis circiter 20, teste hinc Ptolem. illinc Vartomanno: 3. Habet cœlum temperatissimum, indéque vita incolis est longissima: 4. Abundat zingibere, oryza, melle, elephantis, &c. [Hæc Bochartus in Canaan l. 1. c. 46. ubi collationem in pluribus institutam, & Salmasium cum ipso sentientem videre est.] *Ophira* regio dicta est ab *Ophir* filio *Jectanis*: decem nimirum *Jectanis* filii (teste Josepho) à flumine Cophino Indiæ, & positæ circa eam Syriæ, loca quædam inhabitabant; fluminis autem *Cophen* in India meminere Mela, 3, 7. Plin. 6. 23. Strabo, &c [r]. ¶ *Aurum quadringentorum viginti talentorum*] כִּכָּר *Talentum* continet 60 libras Templi, & 120 vulgares [s]. Al. sic; Continet 3000 siclorum: Hinc summa est 1260000 siclorum, h. e. quinque milliones, & 40 millia aureorum Hispanicorum [t]: vel, 2520000 aureorum [v]. Obj. At in 2 Par. 8. 18. summa est 450000 talentorum. Resp. 1. Tanta erat massa,

[b] La. sim. Ser.
[c] La.
[d] Ser.
† La.
[f] San. sim. La. Ortel.
[g] Ortel.
[h] Varrer.
[i] Ser.
[k] Ità Ser. San. La. Varerius Ortel. G. Jo. & Hesyc. & Procop. & Theodor. in La. BP.
[l] BP. p. 160.
[m] Jo. & Hi. in G.
[n] Varrer.
* La. ex Ser. & San. &c.
° G.
[p] Varrer.
[q] BP. ib.
[r] Varrer.
[s] M.
[t] Ma.
[v] Pi. ex Jun.

x G. y V. Jun. Pi. z La. massa, sed auri depurati 420000 [x]. Resp. 2. Talenta 30 insumpta sunt in usus nauticos [y]. Resp. 3. Supplet liber Paralip. more suo [z].

CAP. X.

1. **R**Egina Saba, שְׁבָא] Qu. Quænam hæc Sheba, & quænam regina? Resp. [Quatuor populos esse *Seba* nomine, antè notatum, ad Gen. 10. ubi dicta repete. Hoc loco duplicem *Sabam* notant, Æthiopicam, & Arabicam.] 1. Hæc erat Regina Æthiopiæ [a]. Probant, 1. quia hæc *venit ex finibus terræ*, Matt. 12. 42. cùm Arabia vicina esset; 2. Constans hæc est traditio apud *Æthiopes*, sive Abissinos; [quam videsis in Authore.] Qui à Salomone circumcisionem & S. Scripturam, &c. acceperunt. Vide Act. 8. 3. Hîc aurum abundat; sunt ibi thus & aromata. 4. Ibi fœminæ regnare solent. Vide Act. 8. & Plin. 6. 29 [b]. Verùm hanc fœminam Abyssini falsò sibi vindicant, in famam quoque ejus injuriosi, cùm venisse eam dicunt ad Salomonem eo animo quo Thalestris ad Alexandrum [c]; nempe ex eo liberos quæsituram; sed notandum est Salomonem jam in mulieres pronum uxores multiplicâsse, quibus si una hæc regina inseratur, quid erit incommodi? Et licèt Æthiopes multa fabulosa admiscuerint, res tamen ipsa recepta est & certa [d]. Regina hæc *Meroes* fuisse videtur, in qua multis seculi fœminæ imperârunt, assumpto *Candaces* nomine, testibus Strab. l. 16. & 17. Plin. 6. 29. (sub cujus regno erant *Sabritæ*, teste Strabone; quod nomen à *Saba* non longè abit †.) Regina erat *Meroes* Æthiopum metropolis, quæ olim *Saba* dicta; Ità Josephus, cujus unius testimonio hæc sententia nititur; Sed non temerè illi scriptori fides est adhibenda, quum versatur in exoticis; Et multa sunt ipsius in paucis verbis de hac regina σφάλματα [f]; [de quibus consule Authorem si vacat] 2. Alii volunt *Sabam* hanc *Arabicam* fuisse [g]. *Saba* urbs est & regio in Arabia Fœlici [h]. Probant, 1. Sic *Sheba* cum שׁ *Schin* sign. Gen. 10. 7. Job 1. Isa. 43. 60. 2. Ea regio abundat iis rebus, quæ ipsa attulit; Psal. 72. Isa. 60 Diodor. 3. 9. Plin. 12. 14 [i]. Virgil.

India mittit ebur, & molles sua thura Sabæi *.

In Sabæis multo plus auri est, quàm in Æthiopum solo. Balsamum (quod huic reginæ acceptum fert Josephus) non est Æthiopica planta, sed Arabica, quod testantur Agatharc. Artemidor. Diodor. & Pausan. [quorum verba vide in Authore.] 3. Arabiæ *Saba* multò notior est, quàm Æthiopiæ. 4. Vocatur *Regina Austri*, Matt. 12. id est, *Regina Jeman*, vel *Alieman*; sic enim *Sabam* vocatum esse referunt Benjamin in Itiner. & AE. & Juchasin, & [Geographus] Nubiensis clim. 1. part. 6. *Rex Jeman est Rex regni Australis.* Juchasin fol. 14. Quippe ut יָמִין *Jamin* Hebræis, ità Arabibus *Jeman*, &, cum articulo, *Alieman Austrum* sonat. At Austri nomine nemo intelligit Æthiopiam. 5. In Sabæis regnâsse fœminas notat Claudianus in Eutrop. l. 1.

——*Medis levibúsque Sabæis*
Imperat hic sexus——

Sic Geographus Anonymus, *Mulieres Saracenis imperare dicuntur.* Sic AE. in Dan. 11. 6 *Hodiéque mulier illis imperat.* 6. Sabæi multò veriùs erant in finibus terræ, quàm Meroitæ; quia illi terrarum extima ad Oceanum occupant. 7. In hac sententia sunt Geographus [Nubiensis] clim. 1. part. 6. & Philostorgius, & Theodoretus in 3 Reg. qu. 33. quem non satis attentè legerunt, qui in contrariam sententiam citant; hujus enim Reginæ populum Homeritas vocat, & ad Indicum Oceanum ponit *. Hoc Reginæ factum jure laudatur; 1. Mulier fuit, quam sexûs infirmitas facilè retraheret. 2. Opulenta erat, & delitiis affluens, in regione fœlici, quæ colonos molles efficere solet. 3. Iter longum erat. 4. Venit, ut disceret, non tam res humanas, & civiles & naturales, (in quibus philosophos, & sapientes domi consulere potuit,) quàm res divinas, verámque sapientiam ac religionem. Graviter hîc notantur verbi Dei contemptores, qui sæpe vel è lecto surgere cunctantur, ut sacras audiant conciones [k]. ¶ *Auditâ famâ Salomonis in nomine Domini*] Sic Jon. P. Mo. [Illud לְשֵׁם יְהוָה variè accipiunt. 1. Q. connectunt cum sequenti verbo, *venit*, &c.] q. d. *Venit*, Deo bene juvante, vel potiùs Deo inspirante, atque auspice; ipsam nihil tale cogitantem Deus agebat occultè, ut verum Deum agnosceret [l]. *Venit in nomine Domini*; i. e. profitens veram religionem [m]. Sed hoc contortum videtur [n]. [Aliis tamen aliter visum;] Demonstrant hæc verba לְשֵׁם יְהוָה eam agnovisse verum Deum [o]. [Alii sic;] *Audivit nomen vel famam Salomonis, & nomen (& nominis*, JT.) *Domini*, 6. Sy. Ar. G. *Audiens*, sub. erat, h. e. *cùm frequenter audisset famam* eorum quæ *Selomoh faciebat in nomine Jehovæ*, *non in nomine Idolorum*, V. *Audiens famam Salomonis ex nomine Domini*, M. Ti. i. e. quantum faveret ei Deus *. Audiens sapientiam ejus non naturalem fuisse, sed ipsi à Deo datam [p], idque repente, sicut Apostolis. Posset quoq; iis verbis innui, Reginam hoc maximè accendisse, quòd rebus divinis, pertinentibus ad nomen Dei, fuerit opulenter instructus [q]. Al. *ad nomen Domini*, Ca. Jun. Al. *de nomine Domini*, Os. Strig. Belg. Ang. Al. sic; *famam in nomine*, &c. i. e. in toto apparatu templi, & cultu divino [r]. Audierat Dei nomen in Salomonis templo celebrari. τὸ *in* sæpè valet *propter*, ut Os. 12 *servivit in* (i. e. propter) *uxorem* [s]. *Propter nomen*, R. Levi, quia omnis ejus sapientia à Deo erat. Malim, *in gloriam Dei. Nomen* pro *gloria* usitatum. Quid si ità reddamus, *audiens rumorem Salomonis* (i. e. de Salomone spargi) *ad nomen magnum*, vel *nominis magni*, sive celeberrimi, & divini? *Divinum* enim dicimus quod magnum est & supra vulgus. Sic *montes, cedri*, &c. Dei dicuntur; i. e. excelsi *. ¶ *Venit tentare eum*] [Sim. omnes.] *ad probandum eum*, Sy. JT. ut periculum faceret sapientiæ illius [t]: an ea famæ par erat [v]. ¶ *In Ænigmatibus*] Ità Jon. Sy. M. P. Mo. JT. *obscuris* (vel *acutis*, Ti.) *quæstionibus*. Ità Ca. sim. Os. He. in V. San. Me. *in parabolis*, Jon. in V. Quæsivit de rebus maximis ad rempublicam, (& naturam [x],) & religionem pertinentibus [y]. Porrò ludus Regum erat eo tempore, [scil. *ænigmata proponere*.] Vide Jud. 14. 12 [z]. Ab Hiramo ænigmata Salomoni proposita fuisse referunt Jo. 8. 2. & Dius antiquus scriptor [a].

2. *Multo cum comitatu*, sic V. sim. JT. Pi. [בְּחַיִל כָּבֵד] *Cum exercitu gravi*, P. *Cum copiis*, vel *opibus numerosis*. Ità חַיִל sumitur Gen. 34. 29. & Num. 31. 9 [b]. *Grave* pro *numeroso*. Meton. eff. [c]. ¶ *Universa* ——*in corde suo*] Dubitationes omnes & quæstiones suas [d].

4. *Videns*, וַתֵּרֶא] *Et vidit*, P. Consideravítque diligenter †. ¶ *Et domum*] Sive regiam, præcipuè saltûs Libani, sive templum, sive utrumque [f].

5. *Et habitacula servorum*, מוֹשַׁב] *Habitationem*, Mo. Strig. *mansionem*, Sy. Ti. M. *recubitum*, M. ex Jon. *consessum*, sive *sessionem*, Ar. P. JT. Ang. Belg. M. *accubitum*, vel *sedes*; i. e. ordinem convivarum, quo sederent [g]. ¶ *Servorum*] i. e. procerum & consiliariorum. Synecd. gen [h]. ¶ *Et ordines ministrantium*, וּמַעֲמַד] Vertunt, *Et assistentiam*, Mo. *gradum*, M. *officia*, Strig. *ministrationem*, Ang. *stationem*, 6 Jon. Ar. Ma. Belg. Pi. *statum*, Sy. P. Ti. JT. quomodo starent ministrantes [i]; quo ordine, gestu & habitu *. ¶ *Et pincernas ejus*, Ità 6. Sy. P. Mo. &c. [מַשְׁקָיו] *Potum ejus*, M. Ti. Strig. *pocula ejus*, Jon. in V. ¶ *Et holocausta*, &c. Ità Jon. Sy. M. Ti. Strig. sic 6. Ar. Ca. [וְעֹלָתוֹ וגו׳] *Et ascensum ejus per quem ascendebat*, &c. V. Mo. JT. Ma. Belg. Ang. Pi. Erat enim de domo Regis ad Templum quædam via, per gradus, valde sumptuosè facta [k]. De hoc ascensu, vide ad v. 12 [l]. ¶ *Non habebat ultra spiritum*] i. e. Præ stupore mansit attonita, passa est exstasin [m].

7. *Major est sapientia*, &c.] Heb. *Addidisti sapientiam & bonitatem ad famam*, &c. Jun. sim. Mo. P. Jon. חָכְמָה הוֹסַפְתָּ וָטוֹב וגו׳ *Excellis sapientiâ & elegantiâ*, &c. Ti. *& opitulentiâ*, Strig. & *virtute*, Ca. *Excellis in sapientiâ, & fœlicior es rumore ipso*, &c. M.

8. *Beati viri tui*, &c.] Similiter Plutarchus Numa, μακάριος αὐτὸς ὁ σώφρων ὡς ἀληθῶς, μακάριοι δὲ οἱ συνήκοοι τοῦ ἐκ τοῦ σώφρονος στόματος ἰόντων λόγων. (*Beatus revera est vir gravis & sapiens, beati etiam sunt auditores sapientium ipsius sermonum* [n];) Hinc plurimi, ut doctorum hominum

Marginal notes (left): a Ità La. ex To. & Maldon. Hug. Dion. Jans. Raban. &c. — b La. — c G. — d La. — † G. — f BP. 2. 26. — g Ità San. E. Me. T. V. BP. Ser. Mart. — h V. sim. E. T. — i er. sim. T. ex San. — * Mart. — *BP. a 26

Marginal notes (right): k Mart. — l San. — m Q. in E. — n E. — o Mart. sim. L. — * Ma. — p Q. in M. K. in Mart. — q Mart. — r Q. in Ma. — s Q. in San. — * Pi. — t V. — v Ità Os. — x T. — y Os sim. E. Me. — z G. — a San. — b Ma. — c Pi. — d Me. — † V. — f Me. — g V. — h Pi. — i Pi. — * Ma. — k L. — l Pi. — m V. sim. Jun. Pi. — n G.

hominum sapientiâ fruerentur, longissima peragrârunt spatia [b]. ¶ *Qui stant coram te*] Ità P. Qui tecum habitant P, tibi ministrant ordinariè, ut Deut. 10. 8 [q].

9. *Cui complacuisti*, &c. אֲשֶׁר חָפֵץ בְּךָ] *Cui complacitum est in te*; i.e. qui te tanto amore prosecutus est [r]. Docet hæc ei non ex meritis contigisse, sed ex clementia Dei. ¶ *Quòd dilexerit Dominus Israel*, בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל] *In* (vel *Ex*, Ar.) *amore Domini erga Israel*, Mo. Ar. *Eò quòd dilexerit*, &c. Jon. Sy. M. P. Ti. Boni reges pro meritis populi, sicut è contrario mali [*]. Qu. Unde hæc noverat Deum tanti fecisse Israelem? Resp. Liberatio Israelis ex Ægypto, &c. Davidis etiam fœlicitas omnibus provinciis Orientalibus atque Australibus ferè innotuit [s]; q. d. non propter teipsum factus es Rex, sed in utilitatem populi tui [t]. ¶ *Ut faceres judicium & justitiam*] h. e. ut eos gubernans rigorem juris cum æquitate conjungeres [v]. Regum est & jus sanctè dicere, & prodesse quamplurimis. De quo Hesiod. & Homerus [x]. [Vide authorem.] De Salomone hæc veriùs dici poterant, quia in eum merâ Dei voluntate regnum, præter ordinem translatum est [y].

10. *Deditque*, &c. Ità impletum Davidis vaticinium [Psal. 72.] *Dabitur ei de auro Arabiæ, & Reges de Seba venient* [z]. ¶ *Centum viginti talenta auri*] Id est, millionem (& 440 millia [a]) aureorum [b]. Talentum continet 3000 siclos, uncias 1500, drachmas 12000 [c]. [Sed de his vide quæ, Deo auspice, dicentur in tractatu de nummis, &c.] Notandum Arabiam olim fuisse metallorum feraciorem, quàm nunc est; cùm hominum avaritia omnem ferè eorum vim exhauserit [d].

11. *Sed & classis Hiram*] Sic dicitur, non quòd solus Hiram instruxerit, sed quod servi ipsius cum servis Salomonis conjuncti essent [†]. Hæc addit, nè putemus Salomonem tanta possedisse solùm ex munificentia reginæ Sabæ [f]; vel, ut rationem reddat, cur obstupuerit regina ad aspectum tantæ gloriæ, nominatim verò illius ascensûs de quo suprà v. 5. *Classis Hirami*, Intellige, *& Salomonis*. Synecdoche: Vide suprà 9. 26, 27 [g]. ¶ *Ligna thyina*] JT. Pi. id est, adorata, & ad suave suffimentum idonea, à θύω *suffire* [h]. De his vide Plin. 13. 15, 16. Theoph. 5. 5 [i]. ligna præstantissima, ut apparet ex Apoc 18. 12 [k]. עֲצֵי אַלְמֻגִּים Pro quo in Paralipom, est אַלְגּוּמִּים, per metathesin Hebræis familiarem [l]. Incertum est, qualia ligna fuerint; Judæi æquè dissident inter se, sicut Latini [m]. Vertunt, *ligna Almugim*, M. Ti. Mo. vel *Ebeni*, Strig. Q. in M. sed hæc arbor tantùm in India nascitur, & resecta in lapidis vertitur duritiem [n]; vel *Piceæ*, Ca. ex ό. & Jo. quæ tamen non est vulgari similis, sed ficulnæ, quanquam albior & splendidior [o]; vel *Bresiliæ*, Q. in M. sic Sy. Ea ligna sunt ex quibus puniceus trahitur color [p]. *Lignum coloratum* (*est enim variis coloribus naturaliter pictum*) Ar. *Ligna coraliorum*, Jon. ità P. & plerique in Mar. RS. & K. in Mart. Non placet: 1. Aliena hæc ab operibus istis ad quæ adhibentur: 2. nec fuissent tum procul advehenda, cùm in mari mediterraneo & rubro abundè crescant [q]. 3. Nec coralium est lignum [r].

12. *Fecitque de lignis—fulcra domûs Domini*, sim. P. Mo. M. Ti. Os. Ca. מִסְעָד] *Fulcrum*, Mo. sing. pro plur. *sustentacula*; quæ solent fieri ex utraque parte ascensûs cujuspiam [s]. *Repagulum ad domum*, &c. Synecdoche, pro ascensu repaguli utrinque munito, quo à domo regis ad domum Dei ibatur, ut patet ex 1 Chron. 26. 16, 18. & 2 Chron. 9. 11, 13 [t]. ubi ex iis fieri dicuntur מְסִלּוֹת id est, *via aggesta*, seu *ascensus*; hîc verò מִסְעָד h. e. *lorica*, seu *peribolum*, quibus via illa erat instructa ad sustentationem: Ità unus locus alterum eleganter explicat [v]. [Alii מִסְעָד aliter reddunt,] *in ornamentum*, &c. Sy. sim. Ar. *columnas*, &c. Strig. *Fulcra* rectè appellari possunt columnæ, quibus vel domus, vel lectus, vel mensa, vel moles quævis sustinetur [a]. *Fulcra*, Intellige, graduum quibus ascendebatur [b]. *Fulcra* hîc sunt trabes [c].

13. *Dedit omnia quæ voluit & petivit*] Non impudenter, sed petendi optione illi à Rege datâ [d]. ¶ *Exceptis his quæ ultrò obtulerat ei*, אֲשֶׁר נָתַן לָהּ] *Quæ dedit ei*, P. Mo. &c. *quod reddidit*; i.e. rependit. Nam apud Hæbræos simplicia verba habent significationem compositorum, quibus illi carent [†]. Ità sumitur נָתַן 2 Par. 8. 2. [al. 14.] *urbes quas dedit Huram*: i. e. reddidit [f]. Sed malim hîc, *dedit*, scil. ultrò, ex collatione membri præcedentis [g]. ¶ *Munere regio*, כְּיַד הַמֶּלֶךְ] *Secundùm manum regis Selomoh*. Mo. V. *per manum*, &c. ό. *manu regiâ*, &c. P. *Secundùm divitias*, &c. Jon. in V. *pro facultate*, &c. JT. *pro liberalitate*, vel *magnificentia regia*, V. sim. Sy. Ca. Mar. *Præter munera quæ reges mutuò sibi donare consueverunt*, Ar.

14. *Sexcentorum sexaginta sex talentorum*] Qui talento tribuunt 3000 siclos, & siclum vulgarem didrachmum faciunt, hanc summam aiunt esse 3996000 aureorum [h]. Sed probabilius est siclum tetradrachmum fuisse, ideóque summa duplò major erit [i]. Faciunt hæc 8 ferè milliones aureorum coronatorum Francicorum [k].

15. *Excepto eo, quod afferebant viri qui super vectigalia erant*, לְבַד מֵאַנְשֵׁי הַתָּרִים] *Præter viros scrutatores*, Mo. G. vel *exploratores*, Ma. vel *exploratorum*. Solet id genus hominum in speculis esse, ut occasionem aucupetur comparandarum aut distrahendarum mercium. Synecdoche generis [l]. Publicanos, G. *Præter viros mercatores*, P. *Excepto eo* (sub. *quod accepit*, Ti. sim. V. Ca. M. Os. JT) *à mercatoribus*. Ti. V. Ca. Os. minoris scilicet notæ; à תור *scrutari*, quòd soleant omnia diligenter considerare [m]. vel, ab *artificibus*, Sy sim. Ar. Jon. vel, *à publicanis negotiatorum*, JT. id est, iis qui publica regis vectigalia exteris mercatoribus imperata redimebant [n]. *Absque tributis subditorum*, ό. in La. ¶ *Et negotiatores, universique scruta vendentes*, וּמִסְחַר הָרֹכְלִים] *Et mercatorum, qui negotiabantur*, ό. in La. *Et mercatores ejus*, Ar. *Et mercibus negotiatorum*, Sy. *Et negotiationem mercatorum*, Jon. vel *aromatariorum*, P. Mo. V. G. sim. JT. id est, lucrum ex seplasia [o]; qui è remotissimis regionibus afferebant aromata [p]. *Et negotiatores*, Os. *A negotiatoribus atque aromatariis*, Ti. sim. M. Strig. *Ab institoribus aromatariis*, Ca. ¶ *Et omnes reges Arabiæ*, Ità P. Mo. sim. Sy. JT. &c. מַלְכֵי הָעֶרֶב] *Ab Arabiæ regulis*, Ca. Solent minutiores Principes à magnis regibus aut pacem aut sui tutelam annuâ quadam pensitatione redimere. Vide de JB. & P. 1. 3. 22 [q]. Arabia non longè erat à Canaanitide, maximè Petræa; subjecit autem David regiones vicinas jugo suo [r]. Non tantùm עֲרָב 2 Chron. 9. 14. sed etiam עֶרֶב *Arabes & Arabiam* sign. Vide Jer. 25. 20, 24. & 50. 37 [s]. Sic dicitur à mistura, sive populorum in Arabia, sive coloris lucidi cum subfusco in incolis [t]. *Reges regionis ulterioris*, ό. Alii, *& omnes reges deserti*, Ma. ¶ *Ducésque terræ*, JT. P. Mo. וּפַחוֹת הָאָרֶץ] *Et satraparum*, vel *principum terræ*, ό. Jon. sic M. Ti. *A principibus terrarum*, Ti. Heb *terræ*, sub. *Israeliticæ*, V. in Tig. not. *Et ducibus patriæ suæ*, V. vel *ejus regionis*, Arabiæ scilicet [v]. *Et proceribus*, Jun. Pi. *& regionis prætoribus*, Ca. *Satrapæ terrarum*, ut dicitur, 2 Par. 9. 14. scilicet Judææ vicinarum [x].

16. *Fecit ducenta scuta*. Ità P. Mo. &c. צִנָּה] Sing. pro plur. scuta majora, quibus ferè tegimus totum corpus [y]. *Clypeos*, Sy. Ar. JT. *peltas*, M. *lanceas vel hastas*, ό. Ti. Ità noster vertit צִנָּה 2 Par. 9. 15 [z]. Intellige clypeos hastatos; i. e. umbonem & cuspidem habentes, quibus etiam hostem transfigant [a]. ¶ *De auro purissimo*, Ità Sy. זָהָב שָׁחוּט] *Ex auro obryzo*, Ar. vel, *malleato*, JT. i. e. malleis diducto, Pi. *tracto*, P. Mo. *ductili*, ό. V. i. e. optimo & sequaci [b]: *extenso*, scil. in laminas, Mar. quibus obducta erant hæc scuta [c]. Lignea videntur intùs fuisse, sed exteriùs inaurata, qualia aurea dici solent; Virgil. Æneid. 10.

Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo,

quem tamen mox *æratum tegmen* vocat, nempe quia ex ære & auro conflatum erat [d]. Arma hæc non bello, sed magnificentiæ ostentandæ inserviebant; quare non diu hîc manebant [†]. ¶ *Sexcentos siclos*, שֵׁשׁ מֵאוֹת זָהָב] *Sexcentos aureos*, P. Mo. vel *auri*, Jun. Pi. sub. *siclos*, Pi. Mar. Ma. Ca. ex 2 Chron. 9. 10. Mar. Ellipsis in hoc vocabulo usitata [f]. Sicli hîc, vel, communes sunt, sive didrachmi; sic efficiunt aurei nummi paulò minùs mille, vel libras decem auri [g]; vel, quod melius, tetradrachmi, qui semunciam continebant; sic efficiunt 2400 aureos Hispanicos [h]. *Trecentos aureos*, ό. *Sexcentas minas auri*, Ti. sic Sy. Ar. *Minam* subaudiunt ex versu sequenti. Immane pondus & pretium [i]. *Sexcentarum* monetarum au-

[b] San. [q] Jun. Pi. [r] V. [*] Mar. [s] Mart. [t] Me. [v] Mart. [x] G. [y] Mart. [z] Mart. [a] Me. [b] Mart. Me. [c] Me. [d] San. [†] San. [f] Mart. [g] Jun. Pi. [h] T. ex San. [i] Ma. [k] Jun. Pi. [l] Mart. [m] M. [n] M. [o] Jo. in Ca. [p] M. [q] Jun. Pi. [r] Mar. [s] V. [t] Pi. Jun. [v] Buxt. vind. 2. 2. p. 382. ex Abarb. [a] San. [b] Me. [c] La. [d] Mart. [†] Ma. ex Jun.

[f] Glass. gram. p. 226. [g] Pi. [h] Ma. Ità Jun. Pi. [i] Ma. [k] La. [l] Pi. ex Jun. [m] V. [n] Pi. ex Jun. [o] G. [p] V. [q] G. [r] San. [s] Buxt. vind. 2. 2. p. 373. [t] Ma. [v] V. sic Jun. Pi. [x] La. [y] V. [z] Me. [a] La. [b] V. ex Ma. [c] Os. [d] San. [†] Mart. [f] Pi. [g] Ma. Ità Jun. [h] Ma. sim. Me. [i] Ma.

aurum, M. ¶ *Dedit in laminas*, &c. יַעֲלֶה וגו׳] *Ascendere fecit super scutum unum*, V. sic Jun. Pi. Mo. *imponebat*, &c. JT. *insumpsit*, &c. P. Ti. Sy. Ar.

17. *Trecentas peltas*, מָגִנִּים] *Clypeos*, P. V. Mo. *scuta*, ó. Sy. Ar. JT. Pi. Scuta erant breviora, quasi lunata [k]. Sunt minora clypeis, ut patet ex utrorumque pondere [l]. ¶ *Trecenta minæ auri*, Ità Sy. Ar שְׁלֹשׁ מֵאוֹת מָנִים זָהָב] *Tres minas auri*, Jon. ó P. Mo. M. Ti &c. *Tria pondo auri*, JT. Pi. vel *libras*, V. continentia siclos centenos, 2 Chron. 9. 16 [m]. Noster tamen habet *trecentas*, & rectè. Ellipsis hîc est vocis מֵאוֹת quæ ex 2 Par. 9. 16. supplenda [n]. Sed quis posset 300 minas portare, sive mina pendat 60 siclos, juxta Ezec. 45. 12. sive, ut volunt RR. centum drachmas, quas *zuzim* vocant [o]? Justum onus asini fuit; verùm hæc non tam ad militarem usum, quàm ad regiæ domûs ornamentum comparata sunt [p]. [Alii sic expediunt.] *Mina* hîc *siclum* significat, (quomodo & Josephus usurpat) cujus mentio facta est versu præcedenti [q]. Potiùs per *trecentos aureos* hîc intellige *siclos* [r]. *Mina* aliquando pro centum aureis accipitur [s].

18. *Thronum de ebore*, sic Ar. sim P. Jon. Sy כִּסֵּא שֵׁן] *Solium dentis*, Mo. Pi. nempe elephanti [t]; *elephantinum*, ó. ¶ *Et vestivit eum auro fulvo nimis*, וַיְצַפֵּהוּ זָהָב מוּפָז] *Et operuit* vel *obduxit* (vel *circumauravit*, ó.) *auro bono*, Jon. vel, *optimo*, M. Ti. *depuratissimo*, JT. sim. V. M. *obryzo*, P. *probato*, ó. *fusili*, He. in Mar. *roborato*, Mo. à פָּזַז Ma. *Auro allato ex India*, Ar. vel *ex Ophir*, Sy. An *Muphaz* idem est quod *ex Uphaz*, מֵאוּפָז id est, *ex Ophir*, ut Jer. 10. 9 [v]? Pro *Muphaz* in 2 Par. 9. 17. est טָהוֹר *purum aurum* [x]. Tegebatur auro ebur, non totum, sed certis quibusque locis, ut gratior esset candor eboris conjunctus cum fulvo auri colore [x]; quomodo inter Arabes factum notat Strabo l. 6. Fortè interraso ebori solido cavitates implebantur auro: si totum laminis aureis opertum fuisset, *aureum* potiùs, quàm *eburneum* diceretur, nec ebur tam vile est, ut splendenti aliâ materiâ incrustari debuerit [y].

19. *Et summitas solii rotunda erat*, &c.] Heb. *caput*, Mo. *fastigium*, JT. ¶ *In parte posteriori*] Ergo à tergo, aut globus aliquis erat, aut tabula semicirculi formâ [z]. In hemicycli modum erat testitudinata [a]. ¶ *Et duæ manus*, &c. וְיָדוֹת מִזֶּה וּמִזֶּה אֶל מְקוֹם הַשָּׁבֶת] *Et manus* (*fulcra*, JT. Pi. P. V. Ar. Os. sim. Jon. *reclinatoria*, Ti. *repagula* & quasi loricæ, V.) *hinc & inde ad* vel *super locum sessionis*, Mo Jon. vel *in loco sedis*, Sy. sic P. *In utroque sedis latere*, Ar. V. His fulcris nitebantur brachia regis. ¶ *Juxta manus singulas*, אֵצֶל הַיָּדוֹת] *Ad fulcra ipsa*; i. e. ad sedem, in extrema parte scilicet [b].

20. *Et duodecim leunculi*] Et hoc contra legem: cujus religiosâ observatione cùm semel exsolvere se cæpisset Salomon, paulatim in pejora prolapsus est [c]. In leonibus & exprimere voluit regum ingenium, & nominis sui terrorem ostentare; & præcipuè genus suum prodere à Juda propagatum, cujus Gentilitium stemma hoc erat [d]. Nihil in hoc throno frustraneum, sed omnia Regem de suo officio monebant; Fulgor atque incorruptio eboris & auri notant justitiam & mentis incorruptionem; Celsitudo throni docuit oportere eum cæteros omnes sapientiâ & virtute antecedere. Figura rotunda perfectionem & simplicitatem regii animi significabat. Bina fulcra monebant regis esse, & probos tueri, & sceleratos reprimere. Leones docebant vires & potentiam bonis consiliis adjungi debere; hi ad dextram & sinistram indicabant ministros Regis oportere promptos & agiles & fortes ad exequenda regia decreta: aurei erant, quia potentiam Regis non ferream & violentam esse decet, sed lenem & moderatam [†].

21. *Non erat argentum*] Ità Jon. P. V. sub. *in eis*; i. e. nulla ex illis vasis erant argentea [f]: *nihil inerat argenti*, JT. [M. cum antecedentibus connectit, *vasa*, &c. *erant ex auro puro nihil habentia argenti*.] vel, *non erat*, scil. in æstimatione [g].

22. *Classis regis per mare*, אֳנִי תַרְשִׁישׁ לַמֶּלֶךְ] [תַּרְשִׁישׁ variè reddunt.] *Navis Tarsis regi*, ó. Mo. sub. *erat*, ó. *classis marina*, &c. Ti. Os. sim. Strig. *naves* (vel, *naves Tarsis*, Sy.) *habebat in mari*, Ar. *Cilica classis*, Ca. *Classis Oceani*, JT. comparata ad navigationem Africani Oceani. Vide suprà 9. 26 [h]. *Classis Africa*, Jon. in V.

[k] V. [l] Pi. [m] Pi. ex Jun. [n] Ma. [o] Mar. [p] San. [q] Q. in La. Me. [r] La. [s] He. in V. [t] Pi. [v] Mar. [x] Ma. [x] Mart. [y] San. [z] Mar. [a] San. [b] V. [c] G. [d] San. [†] Mart. [f] V. [g] La. [h] Pi. ex Jun.

i. e Rex habebat classem quæ per ipsum Oceanum ibat in Tharsis, quæ hoc loco insula est in Oceano ad Occidentem [i]. *Navis Oceanica*, nam Oceanum *Tharsis* vocant Hebræi, ab urbe antiquissima Tartesso ad Oceanum frequentata jam olim Phœnicum commercio, qui eandem, ut quidam volunt, urbem, ut alii, vicinam, *Gadir* dixere, i. e. *sepem*, ut Plinius, *locum undique septum*, ut Avienus interpretatur גָּדֵר [k]. Quæritur quid hîc תַּרְשִׁישׁ! Resp. 1. Omne mare sic dicitur à colore cæruleo; Hinc toties legimus in scripturis *naves Tharsis*, ut Psal. 48. *Conteres naves Tharsis*: i. e. magnas, firmas, quales vastum mare subeunt, ut distinguantur à vasis, i. e. Phaselis, papyri in Nilo; Potuit autem Oceanus sic vocari à mari Ciliciæ (ubi Tharsus erat nobilis civitas) quod Hebræis proximum erat & notissimum; Nam ab eo quod nobis primum, aut maximè notum est, nomen sæpe tribuimus iis quæ ejusdem generis sunt: Sic *Indiam* vocamus regionem omnem anteà incognitam, & longè dissitam. Adde quod ó. vertunt per *mare* [l]. Ità quidem sumitur alibi, hîc verò battologiam gigneret, quia subditur *per mare* fuisse [m]. Intelligo autem per *Tarsis*, aut mare, aut maris insulas, sive portus; quia Tarsis cum navibus sæpè conjungitur. 2. Regio *Tarsis* nomen habuit ab illo *Tharsis* Gen. 10. qui filius erat *Javan*, & frater *Elisa*, *Cethim*, &c. [de quibus vide quæ fusè, imprimis ex Cl. Bocharto ad Gen. 10. deduximus.] Et ut reliqui Javanis filii insulas, aut tractus alios in mari mediterraneo sortiti sunt; ità *Tharsis* sortitus est partes maximè vicinas Asiæ littoribus, in extremis maris interni tractibus, inprimis Ciliciam, ubi *Tarsus* est, ut indicant Hieron. qu. 61. in Gen. & Jo. antiq. 1. 12. & 2 Mac. 4. Nihilominus per Synecdochen *Tharsis* ponitur pro toto mari, sive Oceano [n]. 3. *Tarsis* est Tartessus, & Hispania Bætica, ubi Hispalis, quæ olim auro abundabat [o]. 4. Per Tarsis intellige hîc mare Mediterraneum, ut Jon. 1. 3. cujus varia littora, portus & emporia hæc classis obibat. Censeo cum aliis, duas fuisse classes, quarum una quotannis ibat in *Ophir*: altera in *Tarsis* semel in triennio [p]. 5. Arbitror *Tharsis* & *Ophir* fuisse loca conjuncta [q]. Q. per *Ophir* & *Tharsis* accipiunt mare Indicum, ejúsque emporia [r]. *Tharsis* hîc est mare Indicum [s]. 6. תַּרְשִׁישׁ Jo. & Ch. & Ar. est Tarsus Ciliciæ: Græcis Hieron. & Theodor. *Carthago*: Arabi Geographo *Tunis*: Rectiùs Eusebius *Tarsis* (inquit) unde Iberi, seu Hispani. Constat Tyrios & Phœnices olim in Hispaniam navigâsse, sive necessitate compulsos, et Josuam fugientes, sive pellectos ejus metallis, auri, argenti, &c. quibus olim Hispania maximè fœcunda erat, testibus Strab. l. 3. & Diodor. l. 5. p. 216. Mela, 2. 6. & Plin. 3. 3. & 33. 4. Dicit Strabo Phænices pleraque Hispaniæ loca circa Tartessum & Turdetaniam tenuisse; quod & locorum nomina indicant merè Phænicia; *Gadira*, *septum*, vel *sepem* explicant Plin. Solin. &c. Id גָּדֵר. *Malaca salsamentis abundat*, ait Strabo: מָלַח est *sale condire*: Imò ipsa *Hispania*, vel, ut veteres scribunt, *Spania*, merè Hebraicum est, שְׁפַנִּיָּה *Spanija*, cuniculosa regio; à cuniculis enim penè subversa est: Etiam *Iberi*, terrarum ultima occupare crediti, dicti ab Heb. עֵבֶר vel Chald. עִבְרָא *ebera* vel *ibra*, quod est *transitus*, & quicquid est ulterius. Ex his colligo *Tarsis* vel esse Hispaniam, vel ejus partem, Gades nimirum & Tartessum. Alia autem fuit Tharsis in Oceano Indico ad quam ex Esiongaber profecti sunt, 2 Chron. 20. 36, 37. Ophiræ ut videtur proxima, fortè ad promontarium Cory [t]. ¶ *Semel per tres annos*] Meliùs alii, *tertio quoque anno*. Satìs id visum, cùm sic quoque satìs magna afferretur rerum omnium copia [v]. Una fortè anno ibant, altero redibant, tertio in *Thrasis* & *Ophir* commorabantur, ad distrahendas & comparandas merces. Hodiè quoque ad eas regiones triennalis videtur esse Portugallensium navigatio [x]. Fortè non tres anni in illa navigatione consumpti sunt, sed aliquantisper à navigatione cessatum est, ut classem salo jactatam reficerent [y]; sed singulo triennio classis ibat & redibat [z]. Nostro ævo multò citiùs peragitur navigatio, tunc autem perpetuò legebant littus, & regiones obibant [a]. ¶ *Et dentes elephantorum*] Ità P. Mo. Jon. M. Os. Hebræi recentiores in BA. שֶׁנְהַבִּים *Ebur*, Strig. Belg. Ca. Ti. Significat vox dentes exertos duos in maxilla superiori ex quibus constat ebur; Alii cornua esse malunt; Ezechiel mixto nomine קַרְנוֹת שֵׁן

[i] V. [k] G. [l] San. [m] Mart. [n] San. [o] Pineda in La. [p] La. [q] Mart. [r] Acosto & Jo. in La. [s] Me. [t] BP. 3. 7. [v] G. [x] Mart. [y] San. ex To. [z] Ma. [a] Emq.

cornua

cornua dentis appellat cap. 27. 15. quia inter cornua & dentes mediam naturam obtinent [b]. [b BA. 1. 1. 6.] [Postea verò idem Auctor id fusiùs explicat hoc modo] Composita vox est ex שֵׁן, & הָבְנִים. Illa est vox notissima, & sign. *dentem*, tum in genere, tum illum eximium, ex quo fit ebur. At הָבְנִים est vox ignota. Liceat ergò suspiciones meas proferre. *Kabiba* Arabicè sonat *fuscum esse*; *akhab* sonat *qui colore fuscus est*; *alikhaban* est *elephas*, aut *bubalus*, qui à colore sic dicti, quia utrisque idem color, nempe ad fuscum, aut nigrum vergens. An hinc priscis Hæbræis elephantes dicti קְהַבִים *kahabim*! Ità suspicor, & שֵׁן קְהַבִים, in compositione dici שֶׁנְהַבִּים, mediâ literâ elisâ, ut passim fit compendii causâ, cùm duæ, vel plures voces in unam coalescunt, sicut in אַבְרָהָם, שְׁמוּאֵל, עַכְבָּר (pro עָכַל־בָּר *consumptor agri*) & aliis. Porrò plerique *dentem elephanti* vertunt, sed malo *elephantem*; 1. Quia sic meliùs cohærebit cum sequentibus, *elephantes, simias*, &c. 2. Ebur alibi passim שֵׁן dicitur, nec constat, cur dicatur שֶׁנְהַבִּים. 3. Nec diceretur שֶׁנְהַבִּים in plur. sed שֶׁנְהָב in singulari, *dens elephantis*; sic Ch semper שֵׁן דְּפִיל *dens elephantis*. Adde quòd Sy. & Ar. *elephantes* reddunt [c]. [c BA. 1. 2. 23.] ¶ *Simias*] Ità omnes vertunt קוֹפִים. Simiæ genus est, quod eâdem voce κῆπος vocant Agatharcides & Diodorus Siculus [d]. [d G.] *Simiæ* sic dicuntur à קוף vel נקף *circuire*, quòd uno in loco non consistant, sed semper circumeant †. [† Q. in BA. Ma. Mart.] קוף, apud Hebræos posteriores dicitur *quævis simia*, sed ævo Salomonis propriè erat κῆπος vel *cephus Æthiopum*, vel *Troglodytarum*, de quo Plin. 8. 19. Argumento est, quòd ex iis oris adfertur *cephus*, quæ [legendum puto, quibus] Salomonis classis adnavigabat, nempe ex Troglodytis in ora Æthiopiæ [f]. [f BA. 1. 3. 31.] ¶ *Et pavos*] Vel *pavones*. Ità Ch Sy. Ar. M. P. JT. Pi. Ti. &c. & He in BA. חוּכִיִּים vel תֻּכִּיִּים Puto pavones, inversâ voce, sic dici, pro כּוּתִיִּים, quasi *Cuthæos* dixeris, seu *Persicos*. Non novum est, ut aves à locis denominentur; sic à Phaside *Phasianus*; *Afræ aves* & *Numidicæ*, à *Numidia*, & *Africa*; &c. Imò ipse *pavo* dicitur *Medica*, aut *Persica avis*, Aristoph. in Avibus, (vide Scholiasten) & Suidæ; quòd pavones ex India (in qua veri sunt eorum natales,) in Persidem & Mediam advecti, inde in Judæam, Græciam, Latium, &c. dispersi sunt. Porrò tales inversiones sæpè occurrunt; sic eadem ligna vocantur אַלְמֻגִּים & אַלְגּוּמִּים. ovis & כֶּשֶׂב & כֶּבֶשׂ dicitur [g]. [g BA. 1. 1. 20.] Alii vertunt, *psittacos*, Jun. Pi. Diodat. Sed nulla causa erat, cur à recepta versione discederent [h]. [h BA. ib.]

23. *Divitiis & sapientiâ*] Nullus rex sapientiam ità conjunctam cum divitiis habebat [i]. [i Mart.]

24. *Universa terra*] i. e. Homines universæ regionis propinquæ [k]. [k V.]

25. *Arma bellica*, נֶשֶׁק] *Armaturam*, Mo. *Vasa armorum*, Jon. *arma*, Sy. Ar. JT. sub. *bellica*, V. Ti. M. ¶ *Per annos singulos*] Ità P. M. Ti. &c. Ad verb. *rem anni in anno*, V. Mo. q. d. suo quæque anno [l]. [l V.] Nempe tributi nomine munera ea afferebantur [m]. [m Mar.] Ea solent annuatim pendi, cùm dona pro arbitrio mittantur; nisi significet eos *toto anno*; h. e. crebrò donâsse [n]; [n Mart.] ad conciliandam, vel retinendam Salomonis benevolentiam [o]. [o Os. Mart.]

26. *Congregavítque currus & equites*] In altissima pace prudenter de bello cogitat [p]. [p Mart.] Qu. An licuit ei tot currus & equites comparare? Resp. 1. [Q. negant.] Ecce alia prætergressio legis Deut. 17. 16. Nimiâ prudentiæ suæ fiduciâ, putabat se illis cautionibus legis non egere: ità in illas primùm, deinde in præcipua Legis impegit [q]. [q G.] [Alii aliter.] Mens illius legis erat, nè princeps istis fideret, &c. ideóque legis mentem non est transgressus, si iis non fideret; At si contrà se res habuit, non est laborandum, ut eum excusemus. Præterea quiddam erat in Salomone singulare, atque extra ordinem; promiserat enim ei Deus summam potentiam & opulentiam. ¶ *Et facti sunt ei mille quadringenti currus*] At 2 Par. 9. 25. sunt *quater mille*. Verùm τὰ *quatuor mille* ibi non ad *currus*, sed ad *præsepia* referuntur; Et cùm quadrigæ cuique assignentur quatuor equi, mille currus 4000 equorum exigunt; Dices; adhuc 400 equos redundare. Sed minutiorem numerum scriptura præterire solet [r], [r Mart.] Vel totus numerus curruum erat 4000. Vide suprà 4. 26. ex quibus 1400 erant alternis in ordinario comitatu ejus [s], [s Jun. Pi. Ma.] In 2 Par. 9. 25. dicitur, *Habuit*, &c. 40 *millia equorum*, *& curruum*, id est (ut Vulg. habet 1 Reg 4. 26.) æquorum curulium; Quomodo Latini dicunt, *Pateris libamus, & auro*; [pro pateris aureis.] Porrò hæc 40 millia equorum, etiamsi apta erant curribus, non tamen omnia adhibita erant ad illum usum, sed ad equitandum, pugnandum, portandum onera, &c [t]. [t Me.] ¶ *Et disposuit eos*, [וַיַּנְחֵם] *Et posuit eos*, Mo. Ti. *collocavit*, P. *dimisit*, M. *deduxit*, vel *deduci curavit*, V. *abduci jussit*, JT. i. e. per vices in stationibus esse, & sibi ministrare [v]. [v Pi. ex Jun.] ¶ *Per civitates munitas*] Heb. *in urbibus currum*, P. sim. JT. Mo. &c. vel, *pro curribus ordinatis*, M. Eos non Hierosolymis habuit, nè cives nimium gravarentur, sed in finibus fortè regni, ad defensionem, &c [x]. [x Mart.] ¶ *Et cum rege*, &c.] i. e. Partim apud se [y]; [y V.] quot ad comitatum ejus sufficerent [z]. [z Mar.]

27. *Quanta & lapidum*] Hyperbole. Vide Num. 21 [a]. [a Me. Jun.] ¶ *Quasi sycomoros*] Est latinè *sicomoros*, Heb. שִׁקְמִים. Notant pluraliter tantùm legi propter copiam earum [b]. [b Ma.] Palæstinæ familiares hæ erant, quibus plebeii construebant domos, & cedris opponuntur, Isa. 9. 10. unde vilem earum materiam esse constat [c]. [c San.]

28. *Et educebantur equi Salomoni de Ægypto*, [וּמוֹצָא הַסּוּסִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה מִמִּצְרָיִם] *Et egressus equorum qui erat ipsius Selomoh, erat ex Ægypto*, P. i. e. Salomon curabat duci sibi optimos quosque equos ex Ægypto [d]. [d V.] *Eductio equorum hæc fuit quam —— ex Ægypto habuit*, Belg. *Et educebantur equi*, &c. Jon. sim. Ar. Strig. Ti. *transvectio* (vel *progressus*, Tig. not.) *equorum*, &c Sy. [Quidam hæc verba cum sequentibus connectunt, hoc modo,] *Et exitum equorum qui ipsi Selomo ex Ægypto, & netum, negotiatores capiebant*, &c. M. vel sic; *Et vectigal equorum* (i. e. mercium quæ equis aut curribus vehebantur, ut sequens versus explicat; Metonymia subjecti †,) [† Pi. ex Jun.] *quod erat Schelomoni* (quia per ejus regionem transibant,) *id est, vectigal neti, mercatores accipiebant*, &c. JT.] His verbis indicatur, unde peteret Salomon tot equos [f]; [f Me.] cùm pauci erant in Palæstina, nempe ex Ægypto, ubi equi plurimi, & feroces atque generosi sunt [g]. [g Mart.] Vide Cant. 1. *Equitatui in curribus Pharaonis* [h]. [h Me.] ¶ *Et de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa: & statuto pretio perducebant*] Noster legit מִקְוֵה [i]. [i La.] Sed ubi gentium sit *Coa*: ignotum est [k]. [k San.] Fortè erat *Coa* Fœlicis Arabiæ urbs (de qua Ptolem. 6. 17 [l].) [l Ma.] vel potiùs *Co* Ægypti, Metropolis Nomi Cynopolitani de qua Ptolem. 4. 5. & Stephanus de urbibus [m]. [m Ma. sim. La. ex Ser.] Nos olim, sermonis serie, nondum perpensâ, sic reddebamus, *Et educebantur equi Salomoni ex Ægypto, & Michoe*; i. e. ex *Troglodytica* propè *Ægyptum*, quam priscos *Michoen* dixisse scribit Plinius, 6. 29 [n]. [n BA. 1. 2. 9. 172. 12. &c.] Hebræa sic se habent, [וּמִקְוֵה סֹחֲרֵי הַמֶּלֶךְ יִקְחוּ מִקְוֵה בִּמְחִיר] Interpretationes variæ sunt, & alienissimæ; quarum pleræque mutant vocales, aut accentus, aut vim faciunt verbis, aut sermonis filum abrumpunt, aut multa gratìs supponunt *. [* BA. ib. 171. & 172.] [Prius מִקְוֵה variè sumunt,] Est dictio quæ stat per se, & non cohæret cum sequentibus, ut docet accentus distinctivus regius Zakeph gadol [o]. [o Di. ex RS.] Sign. id quod Persæ *Caravannam* vocant, & ad equos refertur [p]. [p Q. in G.] Turbavit interpretes מִקְוֵה bis positum [q]. [q BA. 171. 62.] Locum sic reddunt, *Nam* (vel *&*, V.) *congregatio*, vel *turma*, vel *societas mercatorum*, sive *negotiatorum accipiebant congregationem*, sive *copiam*, sive *multitudinem equorum pretio*, P. V. sim. Ca. Strig. Os. Mar. Aliis מִקְוֵה idem quod תִּקְוָה & חוּט [r]. [r Q. in M.] Vertunt, *netum*, JT. Mo. *filum*, V. *fila linea*, Belg. Ang. i. e. telam byssinam, seu vestes byssinas [s], [s V. Di. ex R. Levi.] quæ tunc in magno pretio erant [t]. [t V.] Sicut filum dicitur תִּקְוָה, ità quod ex filis texitur dicitur מִקְוֵה *. [* BA.] Fila talia qualia erant Coa Græcis & Latinis notissima †. [† G.] [Locum ergo sic reddunt,] *Et quod ad fila linea* (vide Gen. 41. 42.) *mercatores regis* (intellige publicanos, & vectigalium redemptores, seu collectores) *lina sumpserunt* (ut & equos) *pretio*, viz. certo & statuto [v]. [v Belg.] [Alii sic vertunt, & cum præcedentibus connectunt,] *Et exitum equorum*, &c. *& netum, negotiatores regis capiebant netum in pretio*, Mo. *Habebat equos*, &c. *& fila etiam linea; & mercatores regii linea ista fila ad pretium acceperunt*, Ang. *Et ad exitum equorum, qui Salomonis erat, ex Ægypto, & netum quod attinet, mercatores regis accipiebant netum pretio*. וּמוֹצָא & וּמִקְוֵה habemus

habemus pro nominativis absolutis; qui Latinis enarrantur per *quod attinet.* Rem sic capimus; Pharaonem dedisse Salomoni potestatem in omnes equos & currus, qui neta byssina, quibus abundabat Ægyptus, inde eveherent; Salomonem autem suis mercatoribus id privilegii dedisse, ut ipsis solis neta illa evehere liceret, sic tamen ut pro ea potestate certum pretium Regi penderent; Id quantum fuerit, sequenti versu indicatur [x]. *Et vectigal equorum*, &c. *id est* vectigal *neti*, (i.e. mercium netarum & confectarum, ut byssi, & aliarum quæ ibi parabantur, de quibus, vide Prov. 31. 24. & Ezec. 27. 7.) *mercatores regis* (i. e. publicani) *accipiebant netum pro pretio*, Jun. [Alii aliter] *Et collectionem* rerum *vicissim tollebant mercatores regis*, & vendebant *consarcinatum opus pro pretio*, M. Portaverunt res, quæ Hierosolymis habentur, in Ægyptum, & commutaverunt eas pro equis & filis. Alii volunt Regem Ægypti omne lucrum, quod ex equis colligi potuit, dedisse Salomoni, & Salomonem vendidisse mercatoribus; quibus qoque tradidit מִקְוֵה i. e. *collectionem*, quarumcunque rerum, quas illi vendiderunt in Ægypto [y]. *Et collectio mercatorum regis emebant collectionem pretio*, Jon. *Et præmium mercatorum regis hoc erat, nimirum accipiebant rei emptæ pretium*; (i.e. *merces suas regi afferentibus, rei emptæ pretium numeratâ pecuniâ solvebatur*) Sy. *Emebátque equos à mercatoribus præfinito quodam pretio*, Ar. [Bochartus aliter vertit;] τὸ מִקְוֵה *collectionem* sumo pro *tributo*, sive *vectigali*, sicut Chaldæum סְגָבִיתָא *collectio* pro *tributo* sumitur in Chald. par. 2 Reg. 23. 33. Nempe ut קְוֵה Hebræis, ità גְּבָא Chaldæis, *colligere* est, & unum ex altero factum; Nam ק & ג, item ו & ב, sunt literæ homogenæ, quæque permutantur passim. Sic ergò locum reddo, *Et educebantur equi Salomoni ex Ægypto. Et vectigal* quod attinet, *mercatores regis Salomonis vectigal* illud *accipiebant pretio* redemptum à Rege Ægypti. Sensus est; Equos non patiebatur Pharao è regno suo educi, nisi gravi tributo exacto; (de quo versu seq.) Salomon igitur, ut à tam gravi tributo se eximeret, à Pharaone per mercatores suos totum illud jus certo pretio quotannis redimebat. Hunc sensum planum & obvium, quo minus sequantur interpretes, stat per *Hebræam* vocem מִקְוֵה bis repetitam, quâ illi quidvis aliud potiùs, quàm *vectigal* intelligunt [z]. Voluit Pharao certum ex equis è regione sua eductis vectigal habere; hoc autem jus Pharao Salomoni, utpote genero suo tribuit, nempe ut exteri equos inde non abducerent, nisi ad Salomonis arbitrium, persolutóque ei pretio constituto. Hoc vectigal exigebat per quandam mercatorum suorum societatem [a].

29. *Egrediebatur autem quadriga*, &c. וַתַּעֲלֶה וַתֵּצֵא מֶרְכָּבָה וגו׳] *Et ascendebat & egrediebatur quadriga* (vel *currus*, Belg.) *ex Ægypto in* vel *cum sexcentis argenteis, & equus* (vel *celes*, Ti.) *in* vel *cum quinquaginta & centum*, P. Mo. Belg. *Ascendebat* (vel *addicebatur ex Ægypto abducenda*, Ca.) *quadriga pro* 600 *argenteis, hoc est equus* unus *pro* 150, &c. M. Ca. *Quadriga* hîc ponitur pro quatuor equis *. *Currus ascendebant*, (nam Ægyptus depressior erat Terrâ sanctâ) *educebantur* pretio 600 *argenteorum, equus* pretio 150, &c. V. Pretium equi erant 150 sicli, seu drachmæ, id est, 60 coronati; nec minoris hodie constabit equus generosus, &c [b]. Hoc pretium pro equo pendebant [c]. Non placet; Alioquin omnium equorum idem esset pretium, quod absurdum est [d]. [Alii sic;] Currus bellicus constabat, cum omnibus scilicet sumptibus, donec Hierosolymis regi præsentaretur, 600 siclis, &c †. Al. sic; Hoc non erat equi pretium, sed vectigal, quod Regi solvebatur, ut liceret educere [f]. Currus mercibus onustus pendebat 600 argenteos, equus 150, &c [g]. *Nam ascendens ex Ægypto exibat* (è finibus scilicet Judææ & regni Salomonis, Jun.) *currus* (oneratus in quaternos equos, &c. Jun.) 600 *siclis*, &c. JT. ¶ *Atque in hunc modum cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant*] Sensus est, emisse Salomonem à Syris equos eodem pretio quo ab Ægyptiis [h]. *Et sic omnes reges Hethæorum*, &c. *per manum eorum educebant*, P. Nemo illis vitio vertat, quòd per nominativum reddunt, nam præpositio ל (non secùs quàm præpos. ב) non raró facit nominativum. Exempla vide Deut. 24. 5. Jos. 10. 21. 2 Sam. 16. 2. & 17. 16. 2 Reg. 7. 2. Job 16. 21. Esa. 32. 1. Hîc tamen fateor non adeò urgere locum; potest enim יֹצִאוּ impersonaliter exponi subintellecto אֲנָשִׁים, educebantur merces ad reges [i]. וְכֵן לְכָל־מַלְכֵי וגו׳ בְּיָדָם יוֹצִיאוּ] *Et sic omnibus* sive *pro omnibus regibus*, &c. *in manu eorum*, vel *suâ educebant*, &c. Mo. JT. sim. Ti. Strig. id est, operâ illorum mercatorum, V. sic Sy. Ca. Mar. G. quibus solis licebat educere [k]; qui pro transitu Salomoni vectigal pendebant [l]. בְּיָדָם hîc sign. *per voluntatem eorum*, Jon. vel *per licentiam*, sive *potestatem*; rectè; alias בְּיַד simpliciter est *per*, & ministerium denotat [m]. *Regibus Chittæorum*, ab Oriente, ut Jos. 1. 4. & *Syriæ* ab aquilone, *in manu sua educebant*; i. e. secum abducebant quocunque volebant, pensitatis vectigalibus [n].

[x] Di. [y] M. [z] BA. 1. 2. 9. 171. [a] Mart. * San. La. [b] Mart. [c] San. [d] BA. 171. † Os. [f] BA. ib. [g] Di. & Belg. ex Jun. Pi. [h] Me. ex San. sim. La. [i] Di. [k] V. [l] G. [m] Di. [n] Pi. ex Jun.

CAP. XI.

ADamavit mulieres alienigenas] Miserabilis fuit hic lapsus, in varia & gravia scelera [a]: 1. quòd duxisset alienigenas [b], & idololatras [c]: 2. quòd nimis multas [d]. David habuit 6 uxores, 2 Sam. 3. Regibus Israel licuit ducere uxores usque ad septenarium, non plures †: 3. quòd eas nimis ardenter amaverit [f]: 4. quòd eas permisit idola colere [g]: 5. quòd & ipse eadem adorârit, & Hebræos ad eadem colenda impulerit: 6. quòd ad eas alendas immania tributa indixerit; de quó cap. seq [h]. Habemus in Salomonis lapsibus insignes commonefactiones Hinc discimus, neque externa bona, neque rerum humanarum atque naturalium notitiam nimis, expetenda esse. Quoniam ea est humana infirmitas, ut illis modum non facilè imponat. Monemur etiam nobis ipsis minimè fidere †. ¶ *Filiam quoque Pharaonis*, וְאֶת בַּת פַּרְעֹה] Cum verbis præcedentibus connectunt, *amavit —— alienigenas, & filiam Pharaonis*, ό. Jon. Sy. Ar. M. Ti. P. Mo. Hac versione vitio daretur ei, quòd amâsset uxorem legitimam [i]. *Amavit —— alienigenas, idque præter filiam Pharaonis*, JT. sic Ca. Belg. Ang. vel, *& cum filia*, &c. Pi. Ang. q. d. uxori suæ legitimæ alias multas superinduxit; sic accipiuntur hæ particulæ infrà v. 25. 2 Par. 11. 18 [k]. Alii, *maximè*, vel *præsertim, filiam Pharaonis*, Ità V. Qu. Cur hæc, quæ legitima ipsius uxor erat, inter alienigenas numeratur, eodémque loco ponitur? Resp. 1. Quia illa (utpote dilectissima & apud Salomonem potentissima [l],) præcipuas partes teneret in avertendo eo à vero Dei cultu [m]. Mulier hæc callida, nè tanti regis thoro frustraretur, veram religionem simulavit [n]. Matrimonium illud eâ lege ac promisso initum fuit, ut cultum Judæorum reciperet; Quò spectat illud in Psal. 45. *Audi filia, obliviscere domum tuam*, &c [o]. Cùm autem superinductas vidit alias peregrinæ religionis fœminas, larvam deposuit, & superstitiones Ægypti publicè professa est: Non ergo arguitur Salomon, quòd eam duxerit; sed quòd eam, inventam jam falsæ religionis amantem, non dimisit [p]. Verùm non dicitur hoc loco fanum idolis Ægypti exstructum; quod tamen recenseri tantò magìs debuit, quanto *Ægyptii* potentiores erant *Zidoniis, Ammonitis*, &c [q].

2. *De gentibus, super quibus dixit*, אֲשֶׁר אָמַר] *De quibus* (vel *quas*, P.) *dixerat*; i.e. præceperat, V. vel *edixerat*, JT. Hoc refer *ad Sidonias, & Hethæas*: apparet id in ipsa lege [r]. Lex exstat Exod. 34. 16 [s]. & Deut. 7. 3. &c [t]. Potissimùm loquitur de 7 gentibus [v]. Poterant quidem ducere *Moabitidas, Ædomæas*, &c. sed non nisi conversas ad Judaismum [x]. Nehem. 13. 23. At ex 7 populis, nè tales quidem ducere licuit, nè latens malum erumperet. Cæteræ fœminæ obiter nominantur, ut intelligatur unde Salomon tot fœminas sibi comparaverit, & quàm variarum formarum fuerit appetens, verè φιλογύνης, ut hîc ό. habent [y]. ¶ *Non ingrediemini ad eas*, Ità P. ό. in Pi. לֹא תָבֹאוּ בָהֶם] *Non miscebitis vos cum illis*, Jon. in V. *Ne convenitote* (vel *congrediamini*, Q. in Ma.) *cum eis*, JT. Heb. *non venietis in eis*; sed *in* ponitur pro *cum*, vel *ad*: Sensus est, Nè contrahite cum eis affinitatem. Metonymia effecti destinati; nam qui cum aliquo affinitatem contrahere vult, ejus rei causâ ad illum venit; Vide exemplum Gen. 34. 6 [z]. ¶ *His*

[a] La. [b] V. in vers. 3 La. E. M. [c] La. F. [d] La. ex V. M. † V. ex He. [f] F. [g] La. sic V. [h] La. ex Ser. † Mart. [i] Pi. [k] Jun. Pi. [l] San. [m] V. [n] T. ex San. [o] Mart. [p] San. sim. T. [q] Mart. [r] G. [s] Me. La. [t] Jun. Pi. [v] M. [x] M. sim. La. G. [z] Pi.

copulatus est ardentissimo amore, [בָּהֶם דָּבַק לְאַהֲבָה] Eis adhæsit amore, P. vel amando, V. JT. i. e. miscuit se illis, ut eas diligeret [a]. בָּהֶם masc. est; videri possit referendum ad גּוֹיִם gentes; sed ad sensum hoc minùs commodum est [b].

3. *Uxores quasi reginæ septingentæ*] Heb. *uxores principes*, M. vel *regiæ*, M. ex Jon. *fœminæ principes*, JT. *principissæ*, Pi. ¶ *Et concubinæ trecentæ*] Uxores hæ erant secundariæ ac legitimæ [c]; erant conditione ancillari [d]. Disce, indomitos carnis affectus, non obsequendo, sed potiùs reluctando & obtundendo, imminui; nam cùm eis quis cesserit, indies majores & vehementiores illos experitur †. Porrò dici potest Salomoni hìc factum, quod Ahasuero, Ester. 2 [f]. [de quo vide ibi dicta.] At Cant. 6. dicitur, *60 sunt reginæ, & 80 concubinæ*: Quomodo hæc conveniunt?. Resp. 1. Dicit hoc loco 300 & 700, hyperbolicè, ut magnum numerum exprimat [g]. 2 Erant inter eas gradus, & delectus; In Canticis ergò tantùm numerat, quæ excellentiores erant, Regique imprimis placebant [h]. Hìc autem enumerantur domicillæ, & uxoribus servientes [i]. *Adolescentulæ, quarum non erat numerus*, Cant. 6. pedissequæ fuisse videntur, aut ex illo virginum genere, quæ uxores fieri possent, ut Hest. 2 *. 3. Auxit numerum post scriptum Canticum, ubi vid. c. 6. 8 [k].

4. *Cúmque jam esset senex*] Poterat ei dici, *Cœpisti meliùs quàm desinis: ultima primis distant*. Et quod apud Tacitum, *Initia plerisque meliora, sed finis inclinat; & multi diuturnitate in superbiam mutant* [l]. Sic multi alii principes ex præclaris initiis postea deterrimi facti sunt, ut Alexander, Nero, Tiberius, &c [m]. Annum jam agebat Salomon 54 [n]. Regnavit enim annis 40; cœpit autem imperare, vel, cùm viginti essent annorum, vel, cùm junior esset [o]. Jam ad senium vergens, anno regni 27; (nempe post 20 annos, quibus opera sua procuravit, nonnullósq; alios & antè & pòst insumptos) Tunc à veritate aberrans, populo Israelis offensioni fuit; atq; hæc causa est cur Ezec. 4. 5. principium peccatorum Israelis ducitur ab anno 27. Salomonis; à quo ad excidium usque urbis & templi præcisè numerantur 390 anni [p]. In senectute & virtutes illius defecerunt, & aucta est libido, quæ in aliis illâ ætate imminui solet; Discamus ergò nullam ætatem à periculo vacuam esse; atque idcirco semper advigilandum. Cùm juvenis esset, exercebat se præclaris operibus, & juri dicendo, & scribendis libris; In senectute autem marcessens otio, insanis amoribus operam dat. Josephus non arbitratur ejus transgressionem hìc initium habuisse; sed jam inde cùm boum figuras in Templum induxit, contrà legem. At verò Deus ipse, & igne, & nube templi fabricam probavit, nec quicquam in ea reprehendit [q]. ¶ *Depravatum est cor ejus per mulieres*] Heb. *Inclinaverunt*, vel *flexerunt*; i. e. averterunt *mentem ejus*, V. P. Hæc ostenderat Deus lege suâ ex hujuscemodi nuptiis tandem eventura; nec falsus est, ut qui suum figmentum optimè noverit. Debebat Salomon præcepto Dei magis fidem habere, quàm rationi humanæ innixi. At qui ambiunt ejus generis matrimonia, dicere solent, omnino se sperare illas mulierculas Deo lucrificatum iri. Tale quippe hominum ingenium est, ut suis pravis cupiditatibus religionem prætexant. Quantò satius est exemplum Salomonis attendere, qui tantus Rex, ac tam sapiens, non ad Deum convertit suas; verùm ab illis in idololatriam est præcipitatus. Adde quòd liberi plerumque ventrem sequuntur, & impietatem ab impiis matribus imbibunt [r]. Hoc præ cæteris vitiis libido habet, ut homines quodammodo ad bruta dejiciat [s], etiam senibus & sapientibus pudorem, mentémque omnem prorsus expectorat. Vide Os. 4. 12. Ecclesiastici 19. 2. & 47. ¶ *Ut sequeretur Deos alienos*] Qu. Quomodo hoc fecit? Resp. 1. Verè coluit idola, non quòd in eis aliquid divinitatis inesse censeret, sed ut concubinis morem gereret [t]; nè uxores offenderet, simul cum illis exteriorem cultum exhibebat, sicut Adam uxori suæ obsecutus est, non seductus, 1 Tim. 2. sed nè eam contristaret [v]. Imò secutus est Deos alienos, non tantùm exteriori cultu, sed etiam errore mentis, quæ à *Domino adversa* dicitur, v. 9 [x]. Eum verè idola coluisse affirmant Iren. Justin. Tertul. Basil. Aug. Primùm in occulto permisit feminis illis uti avitis ritibus; deinde exemplo earum & ipse corruptus palam idem fecit [y]. Factus est animo propensiore & æquiore erga Deos

[a] V. [b] Pi. [c] Me. [d] Pi. † Mart. [f] L. Mart. [g] Q. in Mart. [h] Al. in Mart. [i] L. * Ser. [k] G. sim. Mart. Ser. [l] G. [m] Mart. [n] Me. ex Sal sim. Mart. [o] Mart. [p] Pi. ex Jun. ad v. 1. [q] Mart. [r] Mart. [s] Mart. sim. San. [t] La. ex Ser. E. [v] E. ex Aug. [x] Me. [y] G.

alienos [z]. Resp. 2. *Dicitur sequutus Deos alienos*, quòd eorum cultum non repulerit. Debuit, quatenus vir, ab idolatria uxores reprimere; quà verò fuit Rex, ditionem in vero Dei cultu retinere: Sed horum neutrum præstitit, verùm uxoris blanditiis delinitus idolis phana exstruxit, & impensas ad sacrificia, & sacerdotes suppeditavit. Hoc exemplo, multi principes, missam in suis ditionibus tolerant. At videant nè, ut Salomon, calamitatem sibi attrahant. ¶ *Sicut cor David*] David non vacavit culpâ; at cultum Dei conservavit, & fides, in sceleribus ejus, quamvis erat consopita, non tamen penitus fuit exstincta [a].

5. *Colebat Astarthen*] Heb. *Hastoreth*, Ma. i. e. Venerem, de qua vide ad Jud. 2. 12 [b]. ¶ *Et Moloch*] Qui, vel est Sol, utpote Rex astrorum, sicut Jer. 7. Luna vocatur *regina cœli* [c]; vel, Saturnus [d]; Vide dicta Levit. 18. 21 †, & 2 Reg. 23. 10 [f]. ¶ *Idolum Ammonitarum*, שִׁקֻּץ] *Abhominationem*, quòd Deus abhominetur idola [g]. Habuit illa natio plures Deos, quorum Rex hic dicebatur; sed quod hominibus est illustre, ac sublime, Deo est abjectum [h].

6. *Fecit quod non placuerat*] Quod valde displicebat, Μείωσις [i]. ¶ *Non adimplevit ut sequeretur Dominum*, וְלֹא מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה] *Et non adimplevit* (sub. *ut iret*, P. JT. Pi. sim. Jon.) *post Dominum*, Mo. *nec integrè*, vel *perfectè secutus est*, &c. Sy. M. Ti. Non implevit præceptum Dei, sequendo ipsum; h. e. non permansit in vero ipsius cultu [k]: *nec perfecit opus Dei & cultum illius*, Ar.

7. *Ædificavit*] Permisit ut uxores ædificarent, non increpavit eas [l]. ¶ *Fanum*, בָּמָה] *Excelsum*, JT. i. e. Fanum in excelso loco [m], altare: Vide Num. 22. 41 [n]. ¶ *Chamos, idolo Moab*] Hic est Κῶμος, Deus temulentiæ, puta Bacchus [o]; vel, Priapus [p]; Dei istius sacra tam impura erant, ut non nisi in tenebris obiri possent [q]. כָּמַס Heb. sign. *occultare*; Fortassis ergò erat Pluto, sive Deus inferorum [r]. Dices, *Chamos*, qui hìc Deus Moabitarum, in Jud. 11. est Deus Ammonitarum. Resp. 1. Ab eo tempore res commutata fuisse videtur [s]: Imò verò ab aliarum nationum erga Deos suos constantia, condemnat Deus Israelitarum levitatem, Jer. 2. Resp. 2. Duæ hæ nationes finitimæ easdem participabant superstitiones [t]. ¶ *In monte, qui est contra Jerusalem*] id est, In monte Olivarum, de quo vide 2 Sam. 15. 30 [v]; qui propterea 2 Reg. 23. 13. *mons offensionis* dictus est [x]: Inde cultus de tota urbe videri poterat, quod erat magnum incitamentum ad idololatriam [y]. Nec tantùm civibus nocebat, sed Ethnicos in idololatria confirmavit; Hinc etiam data occasio Manichæis ad accusandum Deum veteris Testamenti [z]. Nullum idolis fanum Jerosolymis excitavit [a]: At Posteri ejus hoc fecerunt; Idololatria in ipsis initiis parvo se spatio continet, sed postea longiùs & latiùs perpetuò grassatur [b].

Universis uxoribus] Nam quod aliquibus concesserat, id aliis idem petentibus dandum erat, si domesticâ pace velit frui, &c [c].

9. *Qui apparuerit ei secundò*] Primùm Gibeone, c. 3. 5: deinde Hierosolymæ, 9. 2 [d], opere Templi perfecto. Obj. Apparuit etiam, 1 Reg 6. 11. adeóque non *secundò*, sed *tertiò* hoc factum. Resp. 1. Illud per Angelum, vel, fortè per prophetam factum est; bis autem apparuit ei Deus per visionem nocturnam. Resp. 2. Illud *secundò* respicit præceptionem sequentem, quæ bis facta erat, c. 5 6,9 †. Gravior culpa ob tantum Dei favorem [f].

10. *Et non custodivit*] Malim, *Sed ipse non observavit*, &c. Pi.

11. *Dixit Dominus*] Per Ahiam Silonitem [g]; aliúmve prophetam [h]; non enim ultrà ei apparuit: Vide infrà 29 [i]. ¶ *Quia habuisti hoc apud te*] Heb. *Propterea quòd fuit hoc apud te*. M. P. V. Ti. &c. nempe peccatum: quia peccatum istud inventum est apud te [k]: *hæc facta tecum*, ò. sim. Sy. vel, *tantum facinus perpetrâsti*, Ar. quia in animum tuum induxisti à me apostatare, &c [l]. ¶ *Disrumpens scindam*] Heb. *scindendo scindam*, P. *omnino abrumpam*, vel *avellam*, V. *lacerando lacerabo*, JT. ¶ *Regnum*] i.e. Majorem partem, ut declaratur v. 13 [m]. ¶ *Dabo illud servo tuo*] Jeroboamo: Gravissimum est propriis servis subjici [n]. *Servo*, i.e subdito [o].

12. *Propter David*] Non respicit merita David, sed promissiones ipsi factas, 2 Sam. 7 [p]. Hæc distractio regni, redundare

[z] V. [a] Mart. [b] T. ex San. La. [c] San. [d] G. Mar. & V. & plerique in T. † V. [f] Pi. [g] V. sim Pi. [h] Mart. [i] Me. [k] V. sim. Belg. [l] He. in Mar. [m] Pi. [n] Q. in V. [o] La. T. San. [p] T. San. [q] T. ex San. [r] Mart. [s] Q. in Mart. [t] Mart. [v] Jun. Pi. Me. [x] Me. [y] L. sim. Mart. [z] Mart. [a] Me. [b] Mart. [c] Mart. [d] L. Me. Jun. Pi. † Me. [f] G. [g] G. To. in Me. [h] Me. [i] G. [k] V. sim. La. [l] La. [m] Jun. Ità G. [n] Mart. [o] G. [p] Mart.

redundare videretur in dedecus Davidis, qui ipsum regem constituit q. ¶ *De manu filii tui*] Non expectavit hîc Deus tertiam & quartam generationem, ut plerunque facit; sed injuriam è vestigio ultus est. Monentur parentes, ut sanctè vivant, ne filiis pœnas intempestivè attrahant r.

13. *Tribum unam dabo*] Qu. Cur dicit *unam*, cùm Benjamin etiam illi data sit? Resp. 1. *Unam*, Judæ scilicet; nam Benjaminis tribus non integra fuit Roboami s: Connumeratur tribui Jehuda tribus Benjamin, quòd hæc illi permixta esset t. Quia simul habitabant, separari non poterant v; ideóque Benjamin constanter adhæsit tribui Judæ: & quia illa tribus haud ita pridem valdè accisa fuerit, Jud. 20. vix nomen tribûs retinuit; & in nomen tribus Juda quasi transiit, & sub illa perpetuò comprehensa fuit, sicut & alii plurimi aliarum tribuum, quia vel, ante captivitatem Assyriacam, vel, post Babylonicam se tribui Judæ conjunxerunt, relicto propriarum tribuum nomine, omnes vocati sunt Judæi x. 3. *Unam*, scil. præter suam; h. e. tribum Juda, in quâ natus est y; ideóque propriè data illi non est z. [4. *Solet Deus promissa sua cumulatiùs implere; nec si Deus unam tribum promisit, duas, autem dedit; quisquam, credo, ipsi dicam injuriæ scriberet.*] ¶ *Propter Jerusalem quam elegi*] In caput regni a; & locum cultûs b. Ibi voluit Deus cultum suum conservari, & Messiam versari, ac hostiam fieri c. His minis ità perterritus fuit Salomon, ut pœnitentiam ageret d. At si verè pœnituisset, idolorum fana demolitus esset, quod fecisse non legitur: Nonnullos minæ in desperationem præcipitant †.

14. *Adversarium Salomoni*] Neque enim eum impunem esse voluit Deus, licèt pœna ad tempora filii dilata esset f. Fortè negavit tributa g. ¶ *Adad Idumæum*] Hunc ab Austro, ficut ab Aquilone Razonem suscitavit Deus h. Is Ader Jo. & 6 i.

15. *Et ascendisset Joab ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti*] Heb. *ad sepeliendum interfectos*, P. Mo. V. Israelitas suos, qui in prælio illo, 2 Sam. 8. 13, 14. occubuerant k; hac enim victoriâ fretus Joab, perrexit ut Edomæam pervaderet l. Al. sic; *ad sepeliendos* nempe Idumæos *, honoris causâ, & ob cognationem cum Israelitis; sic sæpè solent victores etiam victos sepulturæ mandare m. Sed non credendum est Joabum tamdiu distulisse hoc officium donec rediret, nec gravis ipsorum odor sustinere potuit n. Al. sic; *ad sepeliendos* præsidiarios ex Judæis, quos Joab inter Idumæos subactos reliquerat, quos etiam Idumæi vel vi, vel dolo interfecerant, & insepultos, forsan in rotis, aut furcis, reliquerant o. ¶ *Et occidisset omne masculinum*, &c] Nè quid iterum novi tentarent p.

17. *Ut ingrederetur Ægyptum*] Monarchæ ejectis principibus clementiam aliquam impertire solent q.

18. *Tulerúntque secum viros de Pharan*] Ut hoc comitatu instructi, honorificentiùs Ægyptum ingrederentur r, & testarentur eum esse de genere regio s. ¶ *Et cibos constituit*, [וְלֶחֶם אָמַר לוֹ] *Et panem* vel *cibum dixit ei*, Mo. Hebraismus, pro, *escam imperavit dari illi*, V. sim. P. Jon. *constituit ei*, 6. Pi. *dixit ei dare* M. ¶ *Et terram delegavit*] i. e. Præfecit eum regioni cuidam t.

19. *Sororem uxoris*, &c. [וַאֲחוֹת תַּחְפְּנֵיס הַגְּבִירָה] *Sororem Tachpenes reginæ*, Jon. Ar. Ti. M. V. vel *augustæ*, Sy. JT. *dominæ*, Jun. *principis*, P. Idem tamen Pharao filiam suam, Salomoni uxori dedit; quem sciebat Hadado parùm gratum: Magni Reges istas necessitudines minimi faciunt v.

21. *Cùm audisset dormîsse David*, &c. *& Joab*] Qui fortes erant, & fœlices; ideóque his vivis nihil tentare ausus est x: *obdormivisse*. (sub. *& congregatum esse*, ut Jud 2. 10. exprimitur) *cum patribus*, Pi.

22. *Quare indiges*, [כִּי מָה אַתָּה חָסֵר] Ad verb. *Quia quo indiges?* Aut redundat כִּי, aut aliquid subaudiendum; q d. *Id non permittam, quo enim indiges* y? vel, mane, *nam quid*, &c. JT. verùm כִּי hîc ponitur pro כִּי אִם z. ¶ *Nulla*, [לוֹא] *Non*, P. *Nequaquam*, sub. *acquiescam verbis tuis*, vel, *remanebo hîc* a. ¶ *Sed obsecro te ut dimittas me*] Desertâ aulâ regiâ terram suam repetere vult; 1. Ut se ulcisci posset de posteris David b: 2. Ex patriæ desiderio c. Utinam & nos, quamvis

q Me. r Mart. s G. t M. V. sim. T. ex San. Mart. v Mart. x T. ex San. y Me. La. L. z L. a Me. b L. c Mart. d RR. in Mart. † Mart. f Mart. g Me. h La. i G. k Ma. ex Jun. l Pi. ex Jun. * V. m Q. in Mart. n San. o T. ex San. sim. Me. La. p T. q Mart. r Jun. Pi. sim Mart. s Ma. ex V. t V. v Mart. x Mart. y V. z Pi. a V. b M. c San. Mart.

deliciæ mundi arriserint, ad cœlestem patriam proficisci studeremus d. Non constat qua in re Adad Salomoni adversatus fuit †. Adad citò rediit ad fines Idumææ, ut regnum paternum recuperaret; quod tamen efficere non potuit, cùm Deus Salomonem nondum lapsum tueretur; Fortè & Pharao eum monuerat, ne quid in Salomonem tentaret f. Videtur Adad, bonâ cum venia Salomonis, interventu Pharaonis regnâsse sub lege tributi, quod tamen ultimis Salomonis annis negavit g.

23. *Qui fugerat Adarezer*, [בָּרַח מֵאֵת הֲדַדְעֶזֶר] *Fugerat ab Hadadezer*, P. i. e. Qui reliquerat herum suum in conflictu, cùm videret jam inclinatam esse aciem, & penè fusam h: Vide 2 Sam. 8. 3 i.

24. *Et congregavit contra eum viros*, [עָלָיו] *Ad se*, JT. vel. *super eum*; i. e. adversus Salomonem k. ¶ *Princeps latronum*] Eorum, qui ex prælio evaserant *. Hi incertis vagabantur sedibus, & agendis hinc inde prædis seipsos sustentabant b. ¶ *Cùm interficeret eos David*] i. e. Milites Hadadezer, contrà eos victoriâ potitus c. ¶ *Abierunt Damascum*, [וַיֵּלְכוּ דַמֶּשֶׂק] *Et iverunt in Damascum*; i. e. invaserunt & expugnârunt eam, nempe sub senium Salomonis d. Hanc Syriam, cujus caput est Damascus; David fecit sibi vectigalem, ibique militarem præposuit custodiam †. Rezon audiens Hadadum ex Ægypto reversum in terram suam, ut impugnaret Israelitas, abiit & ipse in Damascum f. ¶ *Constituerunt eum regem in Damasco*] Permittente David, sed tributum imperante, & præsidium militum Damasci constituente, ut constat ex 2 Reg. 8. 6 g.

25. *Erátque adversarius Israeli cunctis diebus Salomonis*] Nempe, ex quo peccavit; nam anteà *nullus ei adversarius* fuisse dicitur; vel, adversarios priùs habuit, qui tamen non ausi erant regnum illius invadere h. ¶ *Et hoc est malum Adad*, [וְאֶת הָרָעָה אֲשֶׁר הֲדָד] *Et cum malo* (vel *idque præter malum*, JT. Belg Glas. Ang.) *quod Hadad*, Mo. P. &c. sub. *fecit*, vel *inferebat*, P. V. JT. Glas. sic Ti. M. Mar. Schindlerus hîc addit, sæpissimè in Jobo, Psalmis & Proverbiis & apud Arabes ferè semper, אֲשֶׁר poni subintellecto verbo i. Sensus est, Et conjunctum est malum ejus cum malo, &c. i. e. afflictio ejus adjuncta fuit afflictioni quam fecit Hadad; h.e. ipse quoque afflixit Israel unà cùm Hadad k. Hoc incommodum ad illud prius accessit l. [Alii aliter] *Propter malum quod perpetraverat; Hadad etiam*, &c. Sy. *Propter modum quo habitus fuit ab iis; Hadad etiam*, &c. Ar. *Et hoc fuit malum quod Hadad fecit Israeli, ut execraretur*, &c. Q. [Verba horum authorum postrema cum reliqua versûs parte conjungenda sunt.] *Hæc est clades, quam accepit Hadad*; Strig. *Etiam propter malum quod acciderat ipsi Hadad*, subaudi, *infestus fuit Razon Israeli*; etsi enim Regis Adad personam oderat, ideóque ab eo defecerat; tamen magìs oderat Israelitas, quòd Syros, Regis Adad subditos, Razonis compatriotas gravi bello afflixissent; itáque sequitur de Razon in textu, *& abhominatus est*, &c m. [*Adad* juxta Strig. & Os. idem qui *Adadezer*, contrà quàm reliqui sentiunt.] Aliqui, *& ad malum quod Hadad*, subaudi, *incitavit ipsum Razonem*. Trajectio pro; *& malum ad quod incitavit Razonem* n. ¶ *Et odium contra Israel*, [וַיָּקָץ בְּיִשְׂרָאֵל] *Et detestatus est* (vel *contemptui habuit*, Q. in V. *mulctavit*, Ti. *vexavit*, Ar. *infestavit*, Sy.) *Israelem*. P. sim. V. Strig. Hi transitivè sumunt, sicut Levit. 20. 23. קוּץ idem quod קוּט *aversari* & *abhorrere*, Psal. 95, 10. Ezec. 6. 9. & 36. 31. Alii verò intransitivè sumunt, *vexabatur*, sive *angebatur de Israele*, sicut Exod. 1. 12. quia utique non poterat de eis facere, quod ipsi collibuerat; Hi deducunt à קוֹץ *spina*, q. d. spinarum instar in oculis ejus erant Israelitæ o; *tædebat eum Israelis*, JT ac ideò in dies infestabat p. *Hadad fecit ut execraretur Israelem*, M. Exercuit semper contra eos inimicitias q: *rebellavit in Israel*, Jon. ¶ *Regnavítque in Syria*, sic P. Mo M. sim. Strig. [עַל אֲרָם] *Super Aram*, Ti. Ma. *quum regnaret in Syria*, JT. malim, *dum regnabat*, i. e. quàm diu Syriæ regnum obtinebat; nam temporis continuatio eò loci intenditur r. *Regnavit*, scil *Razon* s, vel *Adad* t. Alii sic, *& regnavit* (vel, *dum regnaret*. Ar. vel, *qui regnaverat*. Sy.) *in terra Edom*, 6. legerunt אֱדוֹם, literæ enim ד & ר facilè mutantur v. *Hadad & Rezon* vires conjunxerunt, & in Damasco imperârunt x. Adad

d Mart. † San. f Mart. g To. & Sal. in La. h V. sic Jun. Pi. Me. i Jun. k Ma. * Me. b San. c V. sim. Jun. d V. † San. f M. g Me. h Mart. i Glass. gram. p. 402. k V. l Mar. m Os. n Ma. o Ga. ad vers. c. 22. p Jun. Pi. q V. r Ga. ad vers. c. 21. p. 234. s Mar. Jun. Pi. La. Ma. Q. in t La. x Mar.

Rezonis ope rebellavit Salomoni, fecítque se regem Syriæ [y]. At Syriæ rex erat Razon, Adad verò Idumææ; Fortè Adad primò regnavit in Idumæa, indéque migravit in Syriam, & in regno Syriæ Razoni rebellionis socio post mortem successit [z]. Solet Deus non rarò servare impios, ut de suis per eos tandem supplicia sumat, cùm labuntur, &c. [a].

26. *Levavit manum contra regem*] Id est, Defecit à Salomone, v. 40 [b]. Dicitur *manum levâsse*, &c. propter obtrectationes, quas exemplo Absolomi adversus Salomonem spargeret [c]; tunc etiam videtur tribus ad defectionem solicitâsse, fortè etiam apertè rebellavit [d]; vel, *levavit*, &c. contra Salomonem, quia contra ejus filium Roboamum †.

27. *Et hæc est causa rebellionis*, Initium potiùs [f], וְזֶה הַדָּבָר וגו׳] *Et hic est sermo quo*, &c. Ità oblocutus est Salomoni [g]. *Hæc autem occasio*, &c. JT. *Hæc est res*, &c. P. ¶ *Salomon*] Verba sunt Jeroboam rebellantis contra Salomonem. Nomine autem Regis proprio utitur per contemptum [h]. ¶ *Ædificavit Mello*] De *Mello* vide quæ ad 2 Reg. 5. 9. Ægrè hoc tulit populus, & inprimis Jeroboam qui publica curabat [i]; 1. Quia locus publicus erat, & necessarius Israelitis [k]: Area illa non procul erat à Templo, in qua populus convenire, & ibi commodè expectare poterat sacrificii tempus, quam indignabantur datam sive ambitioni, sive libidini Ægyptiæ fœminæ [l]. Contra libertatem publicam ædificavit domos aliquot familiæ filiæ Pharaonis in platea *Mello*, in qua figebat tentoria populus quando conveniebat [m]. Ibi etiam habebantur politici conventus [n]: 2. Hujus fabricæ occasione Salomon tributum imposuit, quod Jerob. in tribubus Ephraim & Manasse exigebat, &, cùm Ahia regnum ei promisisset, populi tributi pensitationem ægrè ferentis animos contra Salomonem excitavit [o]. ¶ *Et coæquavit voraginem*, &c. סָגַר אֶת־פֶּרֶץ עִיר דָּוִד] *Clausit* (vel *obstruxit*, Ar. P. JT.) *diruptionem*, sive *rupturam*, (*sepem*, ό. *hiatum*, Sy.) *civitatis David*, P. Mo. Ar. JT. Ti. Pi. V. quam fecerat expugnando Jebusæum, 2 Sam. 5. 6 [p]. vel, *rupturam*; i.e. aperturam, quam fecerat David in muro Sion; posticum obturavit quo poterat elabi insurgente populo [q]; quasi suos cives contemneret, & nihil jam sibi ab eis metueret [r]; q. d. Justè scilicet putat se Salomon prudentiorem patre suo, &c [s]. Fuit hæc vallis aliqua quam clausit & exæquavit, ut structuram Mello isti loco imponeret [t]: *restauravit ruinas muri in arce David*, Os. Muro cinxit partem nondum munitam [v]. *Obstruxit interruptionem*, &c. per quam populus ascendit in Templum Domini; filiæ Pharaonis, cui ibi extruxit domum, magis quàm Deo, placere studens. Pro qua re cùm Jeroboam illum redarguisset in publico, ut Hebræi putant, gratiam illius perdidit [x]. Cùm Salomon undique urbem mœnibus clausit, omnia quæ sub Davide hiaverant ostruens, tributum ad id opus indixit populo: et tributo imposuit Jeroboamum. Non rarò malum Regibus ab iis qui pecunias Regias tractant. Talis Philetærus in Strabone, l. 13 [y].

28. *Fortis & potens*] h. e. Valebat viribus, tam animi, quàm corporis. ¶ *Vidénsque*] i. e. Quem cùm vidisset, seu considerâsset laboriosum esse, &c [z], aptúmque rebus gerendis [a]. ¶ *Bonæ indolis & industrium*] Heb. *quòd faceret opus*, Pi. sim. Ma. i. e. quòd sedulò intentus esset curando & faciendo operi illi, videlicèt obstructioni rupturæ, &c ||. ¶ *Super tributa domûs Joseph*] Ephraim scilicet & Manasse [b]; ut tributa vel pecuniaria, vel personalia rectè distribuerentur, &c [c].

30. *Scidit in duodecim partes*] Prophetæ non solùm verbis, sed etiam rebus futura portendebant. Sic Jeremias catenis oneratur, &c. Ezeciel dormit in latus, &c. Zacharias sumit pastoris virgas &c [d]. Virgil Æneid. 8.

Et scissa gaudens vadit Discordia palla *.

31. *Scindam*] *rumpam*; i. e. abrumpendo detraham [f]. *Dabo*] i. e. Jus in te conferam: Apparet id infrà 37. 12, 24. & 14 8 †.

32. *Una tribus remanebit ei*] Nempe sola Judæ integra, cui tribus Simeonis tota permista fuit, ac proinde Synecdochicè includitur, ut diximus, Deut. 37. 7. nam è Benjamine tantùm pars penes eum fuit [g]. Jeroboamo enim cesserunt & *Bethel*, infrà 12 29. & *Hephron*, 2 Par. 13. 19. quæ erant oppida Benjaminis, ut constat ex

[y] Jo. & Caj. in La. [z] La. [a] Mart. [b] Jun. Pi. [c] Mart. [d] La. † Ser. [f] G. [g] V. [h] V. [i] San. [k] V. [l] San. sim. T. [m] V. [n] Mart. [o] Me. [p] Jun. Pi. [q] V. ex He. [r] K. in Mart. [s] V. † Hi. in Mar. [v] Mar. [x] M. [y] G. [z] V. [a] Os. || Pi. [b] M. V. [c] Mart. [d] San. * G. [f] V. † G. [g] Jun. Pi. Ma.

Jos. 18. 22 [h]. Alii sic; una tribus data propter David, ut in ea regnum maneret; adjecta Benjamin propter Templum quod in ea erat [i]. [Plura vide ad v. 13.]

34. *Nec de manu ejus*, &c.] q. d. Sinam eum regnare quamdiu vixerit [i]. Tacitè monet eum, nè regnum affectaret, & hærum aggrederetur [k].

35. *Dabo tibi decem tribus*] Heb. *dabo tibi ex illo*, &c. JT. Heb. *illud*; i. e. partem illius. Synecdoche [l]: In Hebræo est appositio, *Dabo illud*, videlicèt decem tribus [m].

36. *Ut remaneat lucerna David*] i. e. Regia posteritas, quæ luceat in populo Dei, claritate, & meritis Davidis [n]. *Lucerna* pro *regno*, Ch. in V. vel regio splendore, 2 Sam. 21. 17. [o]; i. e. Aliquis ex nepotibus suis regnet, &c [p]. *Lucerna*; i. e. successio regia, sic dicta, quòd sicut candela vel lucerna una accendit aliam, &c. sic David genuit Salomonem, & Salomon Rehoboam, &c [q]. Reges *lucernæ* dicuntur, quia sapientiâ & probitate aliis debeant præstare [r]. Porrò Regnum Davidis & Salomonis, erat instar solis; posterorum verò instar lucernæ [s]. ¶ *Ut esset nomen meum ibi*] Heb. *Ut ponerem nomen meum ibi*, H[s]. Quæ diceretur mea, & in qua invocaretur nomen meum [t].

37. *Super omnia quæ desiderat*, &c.] q. d. Præficieris super omnia desiderabilia [v]: florentissimum habebis regnum, ut solet à Regibus expeti [x].

38. *Ædificabo tibi domum fidelem*] i. e. Familiam superstitem diu mansuram atque regnaturam [y]. *Domus* hîc notat continuam in Regno successionem [z]. Mirum est, quòd Principes non credant Dei promissis, sed per scelera conentur sibi parare regni stabilitatem: quo fit, ut Deum contra se concitent, itàque ab eo funditùs evertantur [a].

39. *Et affligam semen David super hoc*, לְמַעַן זֹאת] *Propter hoc*, Jon. P. Mo. *hac de causa*, Sy. Ar. *propter hanc rem* quam Salomon fecit, M. Affligam eos, non restituendo illis Regnum, propter Idololatriam, &c [b]. Vel, *super hoc*, æmulatione scilicet regni novi [c]. Vel, *super hoc*; i. e. si qui Salomonis posteri tibi ab eam rem molestiæ aliquid facessere voluerint, & regnum veluti hæreditarium repetant, tuas potiùs, quàm illorum partes suscipiam; Quod sanè fecit [d]: vel sic; ut tu exalteris, deprimam eos: ut quod illis decesserit, tibi accedat †: vel sic; *propter hanc rem*; i. e. ob istam lacerationem regni vehementer affligentur [f]. ¶ *Veruntamen non cunctis diebus*] Referendum hoc; vel, 1. Ad tempora Asæ, Ezechiæ, & Josiæ, qui fuere pii [g]. Post annos enim 256. cessatura erat omnis Israelitarum adversùs Judæos contentio, illis ad Assyrios in perpetuam captivitatem abductis [h]. Josias etiam occupavit Samariam & regiones ad decem tribus olim pertinentes. Deinde Judæi à Babylone reversi, regnum propè recuperârunt. Sed hæc parùm mihi probantur, quia nunquam posteà posteri Davidis decem tribubus imperârunt [i]: vel, 2. Ad tempora Messiæ, qui Rex futurus erat omnium tribuum Israeliticarum & Gentium [k]; qui *sedit super solium Davidis*, Luc. 1. 32 [l].

40. *Voluit Salomon interficere Jeroboam*] Vel, quia populos sollicitabat ad defectionem [m]; vel, quia audivit regnum illi promissum [n]. Regibus longæ sunt aures [o]; Et Jeroboam parùm cautè evulgavit, quid sibi dictum ab Ahia, quòd tamen ne contingeret, Propheta illum à turba segregavit, dum hæc diceret [p]. Sed frustra conatur Salomon; nam consilia hominum nequeunt divinis decretis prævalere [q]. Quare magna fuit hæc Salomonis excæcatio, &c [r]. ¶ *Ad Sesac regem Ægypti*] Incertum est, an socer erat Salomonis (ut communiter existimant,) an levir ejus; Fortè hic *Sebacus* Herod. & Diod [s]. Non fuisse ejus socerum satis constat, alioqui non se illi credidisset Jeroboam [t]. Sed Principes sæpe sunt harum necessitudinum admodum negligentes. Levir erat Salomonis, Deus autem Jeroboamum servare constituerat [v].

41. *In libro verborum dierum Salomonis*, עַל סֵפֶר דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה] *Super* vel *in libro verborum Selomoh*, ό. Jon. M. Mo. vel *rerum*, JT. Pi. Ti. *actorum*, P. sim. Sy. *sententiarum*, Ar. in libro scripto de gestis ejus [x]; qui non exstat. Vide 2 Par. 9. 29 [y]. Id est, In Actis publicis forensibus, non autem Ecclesiasticis: Nam hæc de libris Chronicorum qui longo pòst intervallo ab Ezra (ut putatur) conscripti sunt, ridiculum esset accipere [z].

42. *Quadraginta anni*] Quoto anno regnare cœperit,

[h] Ma. [i] V. [k] Mart. [l] Pi. ex Jun. [m] Pi. [n] Me. [o] Jun. Pi. [p] V. [q] Mart. [r] Q. in Mart. [s] Mart. [t] V. [v] Me. [x] Mart. [y] V. [z] Mart. [a] La. [b] V. [c] Me. [d] San. † Os. [f] Mart. [g] He. in Ma. [h] Me. [i] Mart. [k] G. Ità V. La. ex To. & Ser. & Caj. Mart. Ma. R.S. in Mart. [l] V. [m] Me. sim. Mart. [n] Me. [o] Mart. [p] San. [q] Mart. [r] La. ex Dion. [s] San. [t] Me. [v] Mart. [x] V. [y] Me. sim M. [z] Jun. Pi. Ma.

rit, incertum est [a]. [Sed plura de ea quæstione opportuniùs dicentur infrà ad 14 21.]

43. *Dormivítque Selomoh cum patribus*] Quærunt Interpretes de æterna salute Salomonis. 1. Q. Eum salvatum fuisse volunt [b]. [Eorum argumenta hæc sunt.] 1. Vocatur *JEDIDIA*; i e. dilectus Deo. Resp. Christo hoc (ut multa alia) inprimis & perfectè convenit; Salomoni autem ceu typo imperfectè, & quoad temporaria bona [c]. 2 Promiserat Deus, 2 Sam. 7. se Salomonem, *si peccaverit, correpturum, sed misericordiam non ablaturum*, &c [d]. Resp. Intelligendum hoc est, de regni successione (Sauli negatâ) atque Christi ortu ex eo; non de vita æterna, alioquin nullus ex posteris Davidis damnabitur [†]. 3. Christi typus erat Salomon [f]. Resp. 1. Ità & serpens maledictus; 2. Crux est symbolum Christi, quâ tamen nihil probrosius [g]. 4. Scriptor erat librorum Canonicorum [h]. Resp. 1. Id factum, ut sciamus verba Dei non propterea vera esse, quòd à Salomone dicta fuerint, sed quoniam à Deo prodierunt [i]: 2. Bileamus, licèt malus fuerit, bona tamen & salutaria fudit oracula [k]. 5. Salomon post lapsum scripsit Ecclesiasten [l]. Si id constaret, validum esset argumentum; verùm dicta & scripta ejus recensita sunt initio libri hujus c. 4, & 5. ante lapsum, qui demum in senio contigit [m]. [Plura σὺν Θεῷ dicenda erunt, cùm ad illum librum deventum fuerit.] 2. Alii eum damnatum fuisse contendunt [n]. [Argumenta hujus sententiæ sequuntur.] 1. Scriptura non commemorat pœnitentiam Salomonis [o]; quod mirum, cùm & alia ejus gesta diligenter persequatur, & aliorum pœnitentiam non sileat; v. g. Davidis, Achabi, Manassis [p]. Resp. Ubi, quæso, Adami, Lothi, Sampsonis & aliorum pœnitentia [q]? 2. Pœnitentiam eum non egisse constat, quòd idola & phana quæ construxerat minimè delevit, ut constat ex 2 Reg. 23. ubi Josiam tandem hoc fecisse scribitur [r]. Resp. Vel, delubra illa obserata erant; alioquin enim Ezechias diruisset: vel, eorum tantùm rudera supererant, quæ, quia impii reædificabant, *Salomonis excelsa* vocantur [s]; Sed hæc dicunt, non probant [t]. Monceius de *Aaron purgato*, 1. 15. ait non fuisse eadem numero idola, sed specie [v]. Dices, Ezechiam aliósque sanctos Reges, hæc Salomonis phana non sustulisse. Resp. 1. Fortè id non poterant efficere, quòd reluctaretur populus. 2. Clauserunt illa phana, licèt non everterunt [x]. 3. Prædixerat Deus Salomoni per Davidem, fore, ut si derelinqueret Dominum, ab eo projiceretur in æternum [y]. 3. Res hæc est conjecturalis; Auctores utrinque pares: Rationes & testimonia scripturæ non admodum premunt, & in alios sensus facilè trahi possunt: Non habeo quò propendet assensus [z]. In re tam obscura & incerta quid constituam, non habeo; Scripturæ tamen inclinant potiùs in ejus damnationem, quàm salutem. Nec gesta ejus ideò conscripta sunt, ut de illius damnatione certò statuamus; sed ut defixas cogitationes in tam horrendo exemplo habentes, nostræ sapientiæ, opibus, & viribus minimè fidamus [*].

[a] Mart. [b] Ità Ser. RR. & Hieron. Pined. Rupert. Salian. in La. Tien. Ambros. Macar. in Ser. [c] Mart. [d] Q. in La. & in Mart. [†] Mart. [f] Ser. [g] Mart. [h] Ser. [i] Aug. in Mart. [k] Mart. [l] He. in Mart. Delrio & Hi. & Rup. &c. in La. [m] La. [n] Ità Tertul. Cyprian. Chrys. Aug. Beda & Isidor. & L. & To. in La. [o] La. [p] Mart. [q] Ser. [r] La. Mart. [s] Ser. [t] La. [v] Ser. [x] Mart. [y] Me. Mart. [z] San. [*] Mart.

CAP. XII.

1. *Venit Roboam in Sichem*] Propter loci commoditatem, nam erat in meditullio regni [a]. Locus erat parùm auspicatus; Ibi corrupta Dina, venditus Joseph, & Abimelech tyrannidem sibi vendicavit [b]. At debuerat potiùs Hierosolymam eos vocare, ubi erant, & Templum, & monumenta Davidis, &c. & robur tribûs Judæ [c]. At Israelitæ noluerunt eò proficisci, quia Jeroboamus ibi minimè tutus foret [d]; In *Sichem* fortè comitia petierant, quòd à domo Davidis nonnihil viderentur alienati [†]. ¶ *Ad constituendum eum regem*] Ut primogenitum Salomonis. Ea enim lex in Juda post hæc tempora semper valuit [f]. His comitiis non electus est Roboam in regem, sed immissus in regni possessionem [g].

2. *Auditâ morte ejus, reversus est de Ægypto*, Ità P. V. Sic 2 Chron. 10. 2. וַיָּשָׁב *& rediit* ex Ægypto. וַיֵּשֶׁב [בְּמִצְרָיִם] Hîc ב pro מִן ponitur [h]. [Reliqui verò aliter vertunt.] *Mansítque*, vel *manserat*, vel *habitaverat*, (vel *qui degebat*, Ca.) *in Ægypto*, M. Ar. Sy. Mo. Ti &c. Versus sic perspicuè reddi potest; *Quum id audivisset— quum adhuc esset in Ægypto——— consedit* vel *remansit nihilominùs in Ægypto*, Pi. Sic conciliatur cum 2 Chron. 10. 2. quòd manserit ibi ad tempus, post primum nuncium, donec ab Ephraimitis evocatus inde rediret [i].

3. *Miserúntque & vocaverunt eum*] At festinâsset Rehabeamus, si sapuisset, nè iis revocandi Jeroboami spatium darent; Periculosa enim in rebus istis sæpè est dilatio [k]. Alii, *Et jam miserant, & vocaverant eum*, &c. He. in V. ¶ *Venit ergò*] Heb. *venerunt autem*, sub. *in Sichem*, V.

4. *Durissimum jugum imposuit*, [הִקְשָׁה אֶת־עֻלֵּנוּ] *Aggravavit jugum nostrum*, P. i. e. servitutem. Vide suprà 4. 7 [l]. onera gravia, qualia suprà 4. 7, ad 27 [m]. Tributa gravia [n], ad expensas regiæ mensæ, admodum magnificæ, ob fastum tot reginarum, &c [o]. Vectigal ad Templi usus impositum postea exigebatur, & in res profanas expendebatur [p]. Aucti erant sumptus in victimas, sacerdotes, & phana idolorum: Cùm Salomon defecit à Deo, ab humanitate quoque in populum discessit. Verùm gravitas tributi compensabatur inæstimabili pacis beneficio. Versutè agunt Israelitæ, ut perficiant, quod in animo conceperant. Et si grave erat annonam Regi dare, an putabant novum regem alendum non esse? Observetur porrò ingenium Israelitarum; Sedulò agunt de suis commodis, religionis verò emendandæ, & idololatriæ tollendæ nulla mentio [q].

5. *Ite usque ad tertium diem*] Prudenter factum, ut non nisi meditatò, & consultò responderet [r]. Imò imprudenter, quòd spatium furenti populo dedit ad deliberandum; Jam enim satìs intelligebant Regem non esse bono erga se animo, alioqui statim eis concessisset [s].

6. *Cum senioribus*] Senatoribus [t]. Hos & longa ætas, & perpetuus usus negotiorum, & Regis tam sapientis consuetudo idoneos dandis consiliis fecerant [v]. ¶ *Qui steterant*, &c.] Heb. *qui astabant ei*; i. e. qui erant servi ejus [x], & à consiliis ei [y]. ¶ *Quod datis mihi consilium, ut respondeam*, [לְהָשִׁיב] *Ad respondendum*, JT. *ut dem responsum*, V. malim, *de responso dando*, ut ל valeat περὶ, & notet subjectum occupans, viz. rem de qua consultabatur [z].

7. *Si hodiè obedieris*, &c.] Prudens consilium; Nam ex primo congressu ac sermone cognoscimus hominis ingenium [a]; Utile hoc erat ad tollendam exacerbationem populi, & oppressionem subvelandam [b]. Initia Principatuum difficillima; & opportuni motibus transitus rerum: Ità ut non mirer Vespasianum describi apud Tacitum Hist. 4. *Novo principatu suspensum, & vultus quoque ac sermones omnium circumspectantem*. Ideo consilia sunt prudentum, in illis teneris principiis cedere nonnihil consensui, &, si ἀπερβολὰν admittimus, serviliter facere omnia pro dominatione. Tempore opus est, ut adolescat Principis auctoritas. Tum verò etiam rerum tristitia verbis lenienda est [c].

8. *Qui dereliquit consilium senum*] Numerant Hebræi inter quatuor quæ homini commoda sunt *Consilium senum*; sicut è diverso inter quatuor mala ponunt *Consilium juvenum* quoque, quòd rarò fœliciter succedit [d]. ¶ *Adolescentes, qui nutriti fuerant cum eo*, אֲשֶׁר גָּדְלוּ [אִתּוֹ] *qui adoleverant* (vel, *educati fuerant*, V. JT. Ar. Pi) *cum ipso*, P. sim. Mo. Frequens id novis Regibus, ut consiliis adhibeant potiùs familiares suos, quàm eos quorum operâ patres sunt usi. Causa hæc, quòd ostendere potentiam suam volunt omnia mutando, & vetera illa obsequia, sæpè non honesta, de publico quàm primùm repensare, gravi sæpè & suo & patriæ malo. Morum quoque similitudo habet ἑλκυστικόν τι. (h. e *gratiam conciliat*.) At vera sunt ista Euripidis in Supplicibus,

———ἀπώλεσας πόλιν,
Νέοις παραχθεὶς———

(*Urbem perdidisti à juvenibus abductus* vel *seductus*) Similiter juvenum consiliis magno suo malo usum Hieronymum Syracusanum principem, discimus ex fragmentis Diodori Siculi [†]. Dicuntur hi *adolescentes* comparatione seniorum, quos priùs consuluit; alioquin erant æquales Roboamo, qui annum quadragesimum agebat [f].

10 *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei*, [קָטָנִּי עָבָה מִמָּתְנֵי אָבִי] *Minimus* digitus *meus* (vel *minimum*

[a] Jun. Pi. sim. Me. L. [b] Mart. & ferè M. [c] Mart. [d] K. in Mart. [†] Mart. [f] G. [g] Me. [h] V. [i] Capel. Crit. 1. 4. p. 15. [k] Mart. [l] Pi. sim. V. [m] Ma. ex Jun. [n] G. Me. San. [o] F. [p] Me. ferè ex Ser. [q] Mart. [r] San. [s] Mart. [t] Pi. [v] G. [x] V. sim. Jun. [y] Jun. [z] Pi. [a] San. [b] La. [c] G. [d] Ma. [†] G. [f] Me.

minimum membrorum, V. M.) *crassior* vel *densior est lumbis* (*pollice*, Sy. Ar.) *patris mei*, P. V. JT. Pi. *Infirmitas mea est fortior robore patris mei*, Jon. in V. i.e. quod in me putatis infirmissimum esse, &c. Dignitas ac majestas ac potentia mea superat patris dignitatem, &c[g]. *Lumbi* robur innuunt; Ibi enim sedes virium; q.d. omnibus modis fortior sum & validior patre. Fortè eò respexerunt, quòd Salomo ætate etiamnum tenerâ & imbecillâ patri in regnum successit; cum Roboam initio imperii sui annum ageret 41. quæ ætas robustissima est[h]. Cùm fortior & potentior sim patre meo, cur aliquid relaxem de jugo vestro[i].

11. *Ego cædam vos scorpionibus*, Ità P. Mo. Pi. Mar. Os. בְּעַקְרַבִּים] *Loris*, Sy. *flagellis aculeatis*, JT. Ti. V. M. G. ad modum scorpionum[k]; habentibus scilicet aculeos in extremitatibus[l]. *Spinis*, Jon. in Tig. not. *spinis aculeatis*, Schindl. Scorpiones sunt virgæ spineæ ubique aculeatæ, quales passim videmus in sepibus[m]. Isidor. Orig. 5. 27. *Virga si lenis fuerit, virga est; si nodosa, vel aculeata, scorpio rectè vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infigitur.* Plin. 7. 56. auctor est Cretenses *scorpionem* in tormentis adinvenisse. Et martyres *scorpionibus* torquebantur. Vide Acta Martyrum[n]. Honorius in Sermone de S. Laurentio. *Cum scorpionibus, id est flagellis in modum scorpionum aculeatis, cæditur.* Sumitur etiam *scorpio* pro machina bellica, quâ sagittæ mittuntur, de quo Plutarchus in Marcello, Ammion. l. 23. Veget. no. Cæsar, &c. Vide 1 Mac. 6[o]. Ferox & tyrannica comminatio[p], Vox carnifice dignior, quàm rege[q].

13. *Respondit dura*, &c] Sequitur consilium juniorum, 1. quia hi gratiores ei erant quàm senes: 2. quia hi superbiæ principis adulabantur[r]. Accommodant se ad Roboami ingenium, quod erat, quale apud Romanos Appii Claudii, quem *vehementi trucique ingenio fuisse*, ait Livius; Ejus illa erant, *Licentiâ tantum concitum turbarum: & lascivire magìs plebem, quàm sævire.* Et, *Carcerem esse plebis Romanæ domicilium*[s].

15. *Aversatus fuerat eum Dominus*, כִּי הָיְתָה סִבָּה מֵעִם יְהוָה] *Fuit enim causa*, (vel *instigatio*, Sy. vel, *revolutio*, M.) *à Jehova*, P. Mo. JT. V. Mar. *fuit ordinatio Dei*, M. sim. Strig. *Ità dispensante Jovâ*, Ca. Mar. *circuitio*, vel *conversio*, Græci μεταστροφή. Malim, *eventus*, i.e. Res hæc ità vertebatur & eveniebat[t]. *A Deo obvenerat hoc dissidium*, Ar. *quia fuit* oblata hæc *occasio à Domino*, ut scil. irritatus populus asperitate Regis ab eo deficeret[v]. Authore Jehovâ, atque volente ità fiebat, juxtà vers. 24. qui docet Deum fuisse authorem hujus defectionis[x]. A Deo hoc erat, non quòd malitiam instillaret, sed, 1. quòd non dedit Roboamo prudentiam, &c. nec cor ejus flexit ad saniora, quod poterat, Prov. 21. 1. 2. quòd occasiones subministravit: 3. quia magìs animos Israelitarum in Jeroboamum, quàm in Rohoboamum inclinabat, quia Salomonem punire decrevit, & oraculum suum implere[y]. Dimisit eum Deus propriæ superbiæ, &c[z]. Permisit eum labi, non autem positivo influxu ipsum in errorem impulit[a].

16. *Quæ nobis pars in David?* מַה־לָּנוּ חֵלֶק בְּדָוִד] *Quæ nobis portio esset cum Davide*, JT. Malim, *in Davide*, ut notet non adjunctum socium, sed subjectum occupans; q. d. in bonis à Davide relictis[b]. Quid posthac emolumenti speremus nobis in genere Davidis; q. d. Nihil. Alii. *Quid ad nos spectat genus Davidis?* Vide 2 Sam. 20. 1[c]. *Quid nobis negotii*, vel *commercii cum Davide?* Q. in Ma. Solennis penè formula hæc erat illis, qui ab alio separantur. Vide ad Act. 8. *Non est tibi pars*, &c. Sed quare *Davidem* potiùs quàm *Roboamum* nominat? Resp. Vel, 1. quia verba illa *Scheba*, c. 20. in proverbium abierant[d]. Vel, 2. *David* patronymicè sumitur pro ejus nepote[†]. Hoc dicit populus, Contemnimur ab illis tanquam extranei[f]. Davidis familia non pertinet ad nostras tribus, quæramus ergò regem tribulem. Vide levitatem populi: Nunc de Davide contumeliosè loquuntur, quem antea venerabantur[g]. ¶ *In filio Isai*] q.d. David fuit vir plebeius, à nobis evectus in Regem, ut nos protegeret; illius nomine insolescit *Roboam*, nec nos protegit, sed laniat; redigamus ergo eum ad pristinum statum[h]. ¶ *Vade in tabernacula tua*] Repetat unusquisque domos suas[i]. At Regis erat comitia solvere; seditio igitur fuit se missos facere[k]. Heb. *Ad tentoria*

[g] V. [h] D. Proverb. 1. 1. [i] Ad. [k] G. [l] V. [m] Me. sim. He. in BA. [n] Ma. [o] BA. 2. 4. 29. 645. [p] Me. [q] La. [r] Mart. [s] G. [t] Pi. [v] Os. [x] V. [y] Mart. [z] Me. [a] San. [b] Pi. [c] V. [d] San. [†] San. sic V. G. [f] G. [g] Mart. [h] La. [i] Me. [k] Mart.

tua, JT. Pi. scil. *proficiscere*, Pi. Sermo concisus, qualis iratis & turbidis[l]. ¶ *Vide domum tuam David*] Ità M. P. Mo. *Provide* (vel *prospice*, Pi. V.) *jam domui tuæ*, &c. Sy. Ti. JT. q. d. non autem domibus nostris[m]. Verba erant viri ad uxorem in repudio, *tuas tibi res habeas:* tua tibi cura, ego mea, &c[n]. *Regna super viros* (vel *gentem*, Ar.) *domûs tuæ*, Jon. super tribum Judæ[o]. Viderit domus, sive familia Davidis ipsa, quale sit Regnum habitura absque subditis[p]. Videte vos qui estis de familia David, ad quàm arctum locum contractum sit regnum illud Davidicum, quod sub Salomone fuit amplissimum potentissimúmque[q]. Peccatum est à desertore populo licèt Deus regnum scindere parabat; neque enim illis jussum est, ut rebellarent; sicut peccârunt Reges qui Israelitas vexârunt, licèt Deus hoc in pœnam eorum permitteret[r]. Populus non egit ex verbo Dei; nam in tota ista concertatione suarum cupiditatum, non verbi Dei mentionem facit[s].

17. *Super filios Israel quicunque*, vel *qui habitabant in civitatibus Juda, regnavit Roboam* [Ità ferè omnes.] וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל הַיֹּשְׁבִים בְּעָרֵי יְהוּדָה וַיִּמְלֹךְ וגו׳] Ad verb. *Et filii Israel habitantes*, vel *qui habitabant*, &c. *& regnavit*, &c. Mo. Pi. *Quod attinet ad filios*, &c. *regnavit*, &c. Pi. [τὸ ו in וַיִּמְלֹךְ redundare volunt.] *Super filios Israel qui habitabant*, &c. i. e. super tribum Simeonis, & partem Benjaminis; quorum hi sortem conjunctam, illi commixtam habebant; & super convenas aliarum tribuum, ut ostenditur infrà v. 23. & 2 Chron. 11. 13. &c[t].

18. *Misit Aduram qui erat super tributa*] Frequentissima seditionum causa tributorum gravitas: quia hæc res ad omnes pertinet, cùm pœnarum sævitia ad paucos soleat pertingere. Materia autem prima popularis iræ sunt illi avaritiæ Regalis magistri & ministri. Plenæ exemplorum omnes historiæ veteres & recentes[v]. Imprudenter hunc misit; Quæstores enim plerumque populis invisi sunt, quòd tributa exigant[x]. Hic missus fuit, vel, 1. ut tributum exigeret, atq; ità subditorum animos exploraret, quos non putabat tam citò recusaturos imperium[y]. Huic sententiæ favet, 1. quòd *Adoram* non videbatur aptus ad sedandum populum, &c. 2. quòd lapidatus esset à populo, ideóque non videtur lenibus verbis usus esse, sed de vectigalibus egisse. 3. Factum hoc esse potuit ex juvenum sententia, qui fortè suggerebant, regii non esse animi timere vacuas rerum umbras, sed spiritus populi comprimere, & tributum vel ab invitis extorquere[z]. Vel, 2. missus est, ut sedaret populum[a]; regémque illis purgaret de responso duriori: Sed serò sapiunt Phryges; Quæstorem enim lapidant, quem fortè suspectum habebant, quasi Regi suggessisset augmenta tributorum[b]. Videtur hic idem esse qui *Adoniram* suprà 4. 6[c]. *Qui erat super tributum*, scilicet personale, de quo vide suprâ 5. 14. &c. ¶ *Festinus ascendit currum*, הִתְאַמֵּץ וגו׳] *Roboravit se* (vel, *sategit*, Sy. M. Ti.) *ad ascendendum* (vel, *ascendendo*, Jun. Pi.) *in currum, ad fugiendum*, Mo. vel *ut ascenderet*, &c. *ut* vel *& fugeret*, P. Jon. M. &c. Assumpto animo ascendit currum[d].

20. *Cùm audîsset omnis Israel quòd reversus esset Jeroboam*] Nôrant Ephraitæ illum advenisse, & inter eos privatus agebat Jeroboam, cujus consiliis etiam usi sunt; at Vulgus hæc ignorabat, & cùm resciverint, illum Regem creârunt[†]. ¶ *Vocaverunt eum*] Vel ex Tabernaculo suo, vel, si abiisset ex itinere[f]. Apparet illum animadversâ seditione, & occiso Adurâ, secessisse[*]. ¶ *Præter tribum Juda solam*] subaudi, *integram*, Jun. Pi. Ei enim conjuncta erat Benjamin[g]; vel ejus pars[h]; ut patet ex v. seq[i]. Præter sortem unam tribuum duarum, Jehudæ & Simeonis. Synecdoche membri[k].

21. *Et reducerent regnum*, &c.] Quasi militum numero vincere posset decretum Dei. At falsus est, nec immeritò: quia Deum non consuluit. Quin & ipse populus id prætermisit, cùm in petenda relevatione, &c. tum in novo rege cooptando. Quod eo pejus, quòd divina oracula eo tempore illi genti magìs erant familiaria. Utraque pars merebatur clades & excidia, quæ Deus pro sua benignitate repressit[l].

24. *A me factum est*] Salomonis peccata castigante. Itáque contra me pugnabitis[m].

25. *Ædificavit*] Id est munivit[n], muro fortiore; vel, præclaris ædificiis ornavit[o].

[l] Ma. [m] Pi. [n] San. [o] V. [p] Os. [q] M. [r] Me. [s] Mart. [t] Jun. Pi. Ma. [v] G. [x] Mart. sim. San. Me. [y] Q. in To. [z] San. [a] San. ex Jo. & To. Ità L. Mart. [b] Mart. [c] Pi. ex Jun. Me. [d] V. sim. Mart. [†] Mart. [f] San. [*] Me. [g] V. [h] Pi. [i] V. Pi. [k] Pi. ex Jun. [l] Mart. [m] Me. [n] Pi. V. [o] V.

26. *Dixique*

26. *Dixitque Jeroboam, Nunc revertetur*, &c.] *Nunc*, i. e. mox, vel brevi; q. d. nisi consuluero rebus meis, facilè Regnum ad Judam redibit [p]. Sciebat ex lege teneri omnes Israelitas ter saltem annis singulis Hierosolymam ire, Exod. 23. 17 [q]. Verebatur nè caperentur magnificentiâ Templi, & regiæ urbis, & antiquâ celebríque memoriâ Davidis, &c. Videbat etiam illos à Rege, & Levitis, & populo, solicitandos [r]. Philo, Αἴτιον τῆς ὁμονοίας — ἡ περὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ δόξα, &c. *Sententia de uno Deo fuit causa præcipua & fons arctissimæ inter ipsos amicitiæ*, &c. Tum verò potior videbatur causa Templum possidentis, & Rex ejus portionis venientes ad se, ex religionis occasione, alios multis modis devincire poterat [s]. Languida erat Jeroboami fides; sibi persuasit, Deum non posse regnum sibi servare, consiliis humanis utendum esse, quasi ea fortiora essent, quàm Dei providentiæ* firmissimæ decreta. Sed non debuit oblivisci corda hominum esse in manu Dei [t]; qui mille modis præstare poterat, quod promiserat [v]. Notemus multas esse res ad bonum finem institutas, quæ hominum vitio in diversum cadunt. Legem de uno oblationum loco sanxerat Deus, ad conservandam tum unitatem in populo, tum puritatem cultûs divini; at nunc inde capitur occasio & divisionis & idololatriæ [x].

28. *Et excogitato consilio fecit*] Heb. *consuluit* (sive *consultavit*) *& fecit*, Pi. ¶ *Duos vitulos aureos*] Qu. Quare & quorsum hoc fecit? Resp. 1. Vitulos hos verè Deos putavit [y]. [Aliis hoc non placet, etiam Romanensibus;] Magis hæreticus & schismaticus fuit Jeroboam, quàm Apostata vel Idololatra; totam legem Mosaicam retinuit, eum tantùm articulum ejuravit, qui est de Ecclesiæ sede & communione [z]. Certum est nullum externum Deum, hîc designari; sed solùm Deum Israelis verum, qui hac formulâ, veluti quadam periphrasi ab aliis diis se distinxit, *qui te eduxi de terra Ægypti*, Psal. 81.10. Probatur; 1. Alioquin neque hoc ausurus fuisset Jeroboam, neque populus adeò libenter in ipsius sententiam discendisset [a]. 2. Prophetæ Israelis, qui Jeroboamum sequebantur, Deum Israel professi sunt; sic ille Betheleensis, 1 Reg. 13. Ità illi 400 *Prophetæ Jehovæ*, quos & Ahab & Josaphatus consuluerunt, 1 Reg. 22. & 2 Paral. 18. Confer 2 Reg. 17. 26. &c [b]. 3. Hinc Elias notat Israelem *in duas* tantùm (non dicit, *in tres*) *partes claudicâsse*; nempe, *in partes Domini*, sive *Jehovæ*, *& in partes Baalis*, 1 Reg. 18.21. nullis relictis partibus vitulis, eorúmque sectatoribus, cùm eos in partibus Jehovæ haud dubiò haberet [c]. Obj. At dicitur Jeroboam *sacerdotes Dæmonis instituisse*, 2 Par. 11. 15. *Deos fecisse*, 1 Reg. 14. 9. 2 Par. 13. 8. *Jehovam post tergum ejus projecisse*, 1 Reg. 14. 9. Resp. 1. Existimo Jeroboamum, cùm religionem patriam traducere de Juda in Ephraim constituisset, & tamen *Jehovam* de Sion educi posse desperaret; inauditam hæresin commentum esse, de duplici Deo: quorum unus erat *Jehova*, qui recentiùs primúmque in *Sinai* agnitus est, &c. alter Patriarcharum ævo, *Deus altissimus, omnipotens, creator cœli & terræ* vocabatur; & horum alterum Jerosolymæ & Judæ, alterum regno Israel præsidere & tutelarem esse voluit [d]. [De quibus vide, si lubet, Authorem.] Non ergò mirum hæc de Jeroboamo dici; quia revera nullus erat Deus præter Jehovam. Resp. 2. Præterea cùm simplex inobedientia idololatriæ æquiparetur, 1 Sam. 15.23 non æquipararetur hoc schisma, &c? & *sanctuarium relinquere* perinde interpretabatur, acsi Deum reliquissent. Vide 2 Par. 24. 18, 20. Jos. 22. 13, 14, 16 [†]. Resp 3. Non vitulorum tantùm, sed aliorum quoque deorum, sive dæmoniorum simulacra fecit, prout quisque subditorum in hos vel illos Gentium deos propensus esset [f]. Resp. 2. Alii in vitulis Apidem cultum volunt [g]. Paulò antè venerat ex Ægypto, ubi Apin specie vituli cultum vidit; fortè & ipse, ad conciliandam sibi Sesaci gratiam, coluit [h]. [De Apide, & de hac ipsa quæstione plura vide ad Exod. 32. Non placet, hæc sententia Monceio;] Non congruit cum proposito Jeroboami; simulachra Apidis idonea certè essent populo, nè in Ægyptum descenderet, ad facienda Api sacrificia; minimè verò ut eos à Jerosolymis averterent. Qualis, quæso, est hæc ratio, *Nolite ascendere in Jerusalem*, &c. quia Deus Ægyptiorum Apis in Ephraim adorandus proponitur [i]? Resp. 3. Vituli facti sunt, primùm ut essent simulacra Dei; quasi inesset illis aliquid divinitatis, non ut colerentur [k]. Volebat Deum coli in ea figura, quæ Josepho Dei ministro, unde ortus erat Jeroboamus, dicata olim fuerat, & quæ in Cherubinis partem faciebant præcipuam; ut vel illo aspectu populus retineretur in veneratione posteritatis Josephi, faciliúsque crederet eis Regnum deberi, qui orti essent ab eo, cujus maxima in omnes Israelitas fuerant beneficia. Sic Julia domus Æneæ laudes per omnes Poetas cani voluit, ut eò lenius ferret populus imperium illud, velut fatis datum. Sic solent Principes etiam sacra ad suas utilitates torquere. Non debuerat autem Jeroboamus decurrere ad ejusmodi vaframenta; sed Deo, qui regnandi ipsi auctor erat, confidere, & facere quod sui erat officii. At ille non in eo contentus peccare, quòd exstantem imaginem erexisset contra Legem, quóque apud eam sacra fecisset; plura pro uno fecit Templa, & sacerdotes non ex ea familia, quam Deus elegerat. Fecit δαμάλεις χρυσᾶς ἐπωνύμους Θεῷ (*vitulas aureas Deo cognomines*) ait Josephus [l]. *Vitulas* vocant ó. & Jo. potiùs quam *vitulos*; ut imbelles esse significent, quare Phryges Ἀχαΐδας vocat Homerus [m]: Non ovum ovo similiùs, quàm Aaronis vitulo vituli Jeroboami: Utrique fusiles, ex eadem materia, & pari de causa conflati; *Aaronis* propter *Mosis*, & *Jeroboami* propter *Templi*, absentiam. Sunt qui Jeroboamum saltem ex parte excusant [id facit Monceius, de quo statim,] exemplo Mosis, & Salomonis, qui Cherubinos in adyto collocârunt, quos vitulorum speciem habuisse probari videtur ex Ezec. 1. 10. cum Ezec. 10. 14. Verùm illi Cherubinos fecerant ex mandato Dei, quale nullum Jeroboam proferre potuit. Præterea Cherubini illi, nec à quoquam conspiciebantur, nec ad cultum facta sunt, sed ad ornamentum, ut Tertul. habet, &, in signum mysterii, inquit Thomas [n]. Resp. 4. *Pseudo Cherubi* hi erant ad Cheruborum Mosaicorum similitudinem effecti; Alioquin nec Jeroboam ausurus esset vitulos obtrudere, nec populus eos loco Cherubinorum subrogatos libenter recepisset: At, si ad Cheruborum Mosaicorum exemplar, rationem & usum effecti essent, illorum recordationem & desiderium populo facilè adempturi erant. Et cur, quæso solemnitatem Judaicæ similem ad vitulos addidisset, nisi hi ad eandem religionem pertinuissent. Nec Apim sonant, sed Deum Israelis illa verba: *Ecce Deus—qui te eduxit*, &c. Atq, hæc causa est, cùm cæteros omnes errores Israelis amplexus fuerit & Juda, quare abs solo vitulorum errore temperaverit; nempe, quia archetypa domi habentibus, supervacaneum fuerit aliorum exempla sectari; & sicut Israelitæ Pseudo Cherubinos habebant, quamdiu in Juda Cheruborum usus fuit; ità istorum successores Samaritani, cùm Templum in Garizim, novo Judæorum in Jerusalem æmulum condidissent, dictis Judæis Cherubos non comparantibus, nec ipsi pseudo Cherubos reparârunt; facturi haud dubiè si & Judæi fecissent [o]. Obj. Si Cherubos in imitationem Cherubim Mosaicorum finxit, cur non & Arcam Mosis Arcæ similem struxit? Resp. Dispar erat ratio; Nam Arca tabulis tantùm lapideis includendis comparata erat, Deut. 10. 5 [p]. ¶ *Nolite ultrà ascendere in Jerusalem*, רַב לָכֶם מֵעֲלוֹת וגו׳] [Variè reddunt;] *Multum est vobis ascendere*, M. vel, *à non ascendendo*, Pi, vel, *præ ascendere*, Mo. *Supervacaneum est vobis* (*nimis longum iter est*, Ar.) *ascendere*, Sy. *Longior est via, quàm ut eatis*, Jon. q. d. Non sine magno labore itis quotannis [q]. *Satis sint vobis ut non ascendatis*, JT. τὸ *sint* referunt ad vitulos, quod ab ista phrasi alienum videtur: quippe quæ solet usurpari absolutè [r]. *Sufficiat*, vel *satis sit vobis ascendisse hactenus*, P. V. Pi. BA. sim. ó. in Pi. Sæpe *multum* idem est, quod *sufficit*. Ità Num. 16. 7. Deut. 1. 6. & 2. 3. & 3. 26. & imprimis Ezec. 44. 6. ubi *Multum est vobis à peccatis vestris*. pro *plus satis antea peccavistis*; ἱκανούσθω, &c. *Sufficiat vobis ab omnibus iniquitatibus vestris*, ó. quod Petrus clariùs explicat, 1 Pet. 4. 3. *Sufficit præteritum tempus*, &c [s]. *Satis jam ascendistis*, Ti. non opus est posthac eò ascendere [t]. ¶ *Ecce Dii tui*] Ità P. Ti. JT. vel, *Hi* (nempe vituli) *sunt dii tui*; i. e. imagines & signa Dei tui [v]. *Ecce Deus tuus*; uterque scilicèt vitulus; i. e. refert, vel repræsentat Deum [x]. Imagine animantis cujus ope arata terra fruges profert, putabant aptè significari Deum, à quo alimur [y]. Parùm cautè se gessit

Jeroboam

[p] V.
[q] San. sim. Mart. Monc.
[r] Mart. sim. San.
[s] G.
[t] Mart.
[v] La.
[x] Mart.
[y] E. sim. Ser.
[z] Monc. ex Genebrardo.
[a] Monc. de vitulo aureo 1. 8.
[b] Monc. ib. c. 9.
[c] Monc. c. 13.
[d] Monc. c. 10.
[†] Monc. 12
[f] T.
[g] Ità Me. La. T.
[h] La. Me.
[i] Monc. c. 8.
[k] V.
[l] G.
[m] San.
[n] BA. 1. 2. 34. 354.
[o] Monc. c. 15.
[p] Monc. c. 16.
[q] V.
[r] Pi.
[s] BA. 1. 2. 34. 356.
[t] Pi.
[v] Pi.
[x] V.
[y] Mar.

Jeroboam cùm memoriam excitavit vituli à Deo damnati, &c. Quare cum pietate mentem quoque exuerat [z]. Testatur se velle ut Deum colerent, verùm in figura bovis expressum [a].

29. *In Bethel——& in Dan*] In regni scilicet finibus, priore meridiano, posteriore septentrionali [b]. *Bethel* fuit vel, in tribu *Benjamin*, ut patet ex Jos. 18. 13, 22 [c], vel, in tribu *Ephraim*, unde duas *Betheles* statuunt, & hanc in *Ephraim* fuisse; Alii cum Adrichom. malunt unam fuisse, in confinio utriusque tribûs positam, ideóque nunc *Benjamin*, nunc *Ephraim* attributam [d]. *Bethel* erat omnium opinione, locus religiosus & sacer, à Jacobo consecratus, Gen. 28. 19 †. *Dan* illustris erat ob Teraphim Michæ [f], Jud. 18. 30. ibíque diu idololatria, vel, publicè, vel, occultè viguerat [g]. Cherubum, vituli figurâ, fuisse existimo simulacrum illud Michæ; & veteres illius vituli sacerdotes, aut certè eorum posteros ibidem adhuc superfuisse, huic novo vitulo opportunè ministraturos: ideóque Jeroboamum delegisse hunc locum [h].

30. *Et factum est verbum hoc in peccatum*, וַיְהִי הַדָּבָר וגו׳] *Fuitque* (vel, *evenit*, Pi.) *res ista in peccatum*, P. V. Pi. vel, *in causa peccati*, JT. Peccati idololatriæ occasio & causa [i]. q. d. Jeroboami peccatum erat non tantùm idololatriæ, sed etiam scandali [k]. ¶ *Ibat enim populus ad adorandum*] Prodigii simile est, quòd populus ità se pateretur decipi. Planè ignari videntur legum Dei contra imagines, & de certo loco cultûs. Sed magna vis est Regum ad impellendum populum, &c. Isti non sensum divinarum legum, sed Jeroboami sophistica interpretamenta sunt amplexi [l]. Eum sic loquentem inducit Josephus Antiq. 8. 3. *Nullus locus est Deo vacuus——sed ubique vota exaudit——Homo Templum Jerosolymis statuit, ut ego vitulas consecravi*, &c [m]. ¶ *Ibat——usque in Dan*] Sensus est, ità ut populus ascenderet ex *Bethel* in *Dan*, ut viseret colerétque alterum: contrà, ex *Dan* proficisceretur in *Bethel*, ut viseret alterum. Indicat studium idololatriæ populi, qui, cùm fuissent positi in duobus terminis vituli, accederent potiùs ad remotiorem à se [n]. *Usque in Dan*; q. d. ex longinquo loco, etiam ex *Bethel* [o]. Non satis faciebant sibi adorato vitulo domestico; ideò inquirebant longinquum: unde plus laborabant, quàm cùm Hierosolymam se conferrent. Et sanè ità usu venit, ut in idololatria & superstitione multò graviùs quàm in vero Dei cultu laboretur [p]. *Iverunt in Dan*, Intellige, initio. Synecdoche generis: nam postea iverunt quoque ad alterum vitulum qui erat *Bethele*, ut apparet ex v. 32 [q]. [Alii aliter;] De *Dane* hoc dicitur, non de *Bethele*; & ratio est, quòd Daniorum majores vitulo consimili pridem insuevissent, cui & Jonathas ejúsque posteri inserviebant usque *ad diem captivitatis*, Jud. 18. 30. Eò insuper & aliæ tribus olim accedebant, &c [r].

31. *Et fecit fana in excelsis*, אֶת־בֵּית בָּמוֹת] *Domum excelsorum*, P. Mo. JT. Jon. M. Ti. *Templum* (vel, *locum*, Sy.) *altarium*, V. Templum situm in quodam excelso collo [s]. Templum seu sacella in excelsis, idolis dicata, ut explicatur vers. seq. & c. 13. 32 [t]. Non contentus fanis in *Bethele* & *Dane*, adhuc fecit permulta excelsa [v]. Nè populus antiqua sacrificia desideraret, eorum imaginem statuit [x]. ¶ *Et sacerdotes de extremis populi*] Ità Mo. *de extremitatibus*, Pi. Ma. מִקְצוֹת הָעָם *De fæce populi*, Ti. sic Me. Os. homines leves, nauci nihilíque, qui propter lucellum quamvis religionem amplecterentur, & instituerent [y]. Ex infima plebe [z]. Sed hoc nullo modo quadrat; Levitæ nonnulli erant homines infimi ordinis. Vide 1 Sam. 2. 36. Et verò קְצוֹת הָעָם non sunt *extremi populi*, sed *extrema populi*; & *ex extremis populi* idem est quod *ex universo populo*; quia extrema pertinent ad complementum rei. Neque ullus dici potest totum orbem peragrâsse, donec venerit ad extrema. Et ità מִקְצֵה sumitur Gen. 19. 4. & 47. 2. Num. 11. 1 Esa. 56. 11. Jer. 50. 26. Plura vide in Lud. de Dieu ad Ezec. 33. 1 [a]. Alii vertunt, *fecit ex populo*, &c. Sy. vel, *ex hominum familiis, qui non*, &c. Ar. *quosdam de populo*, P. *partem populi*, V. Jon. ut rem populo gratam faceret, creavit sacerdotes ex aliqua parte vulgi [b]. Verti potest, *de extremitatibus*, &c. i. e. de extremis ordinibus populi, tam de divitibus, quàm de pauperibus [c]. Hi enim sunt *extremitates in populo* [d]. ¶ *Qui non erant de filiis*

[z] San. [a] Mart. [b] Jun. Pi. Ità L. Me. Mart. San. La. [c] Me. [d] La. † Me. La. [f] Mart. sic Me. [g] Me. [h] Monc. 1. 16. [i] Me. sim. V. Ma. [k] La. [l] Mart. [m] Monc. c. 8. [n] V. sim. Mart. San. [o] San. [p] Mart. [q] Pi. [r] Monc. c. 16. [s] Pi. [t] Ma. sim. Me. [v] Mart. [x] San. [y] Os. [z] Me. [a] BA. i. 2. 34 356. [b] V. [c] V. sim. M. Pi. [d] M.

Levi] Hi enim noluerunt huic impietati servire, ut innuitur 2 Par. 11. 14 †. Modò constantes erant, ut olim tempore Mosis, Exod. 32. corrupti tamen posteà sunt cum Regibus Judæ [f].

32. *Constituitque diem solennem in mense octavo*] Vel, dedicationem delubrorum, sive vitulorum [g], & altarium. Vel, fortè aliud festum instituit, quale obiri soleret in Jerusalem, ut Azymorum, Tabernaculorum, Pentecostes. Ut libet, accipe [h]. Festum Tabernaculorum [i]. At hoc septimo mense celebrari debebat, quòd hic octavo mense instituit; vel, 1. quia electus fuerat Rex circa ea tempora [k]: vel, 2. nè videretur Judæos sequi, sed ipse esse novi festi auctor [l]: vel, 3. ut paulatim filios Israel à patriis abduceret ritibus [m]: vel, 4. quòd fructus tunc perfectiùs collecti sunt, quàm in Septembri; quasi ipse, meliùs quàm Deus, utilitati populi consuleret: vel, potiùs 5. ut multos ad sua sacra alliceret [n]; ut si qui festo Propitiationis interesse vellent, reverti possent ad solemnitatem ipsius [o]: vel, 6. nè obloquerentur qui vellent ire in Jerusalem, quòd eo tempore distinerentur festo in Israele, cùm esset eundum in Jerusalem [p]. ¶ *Et ascendens*, וַיַּעַל] *Et obtulit*, sub. *holocausta & sacrificia*, V. propriâ manu [q]. Ut novis sacris auctoritatem conciliaret, ipse voluit omnium sacrificulorum esse antistes, & regium nomen cum sacerdotali consecrare [r]. Sunt duæ hæ functiones conjunctissimæ. Et permulti reges, ad se summas pertrahebant dignitates, nè alii, iis freti, novas res molirentur. Hinc Romani Imperatores, & Tribuni plebis, & Pontifices maximi creabantur [s].

33. *Mensis—quem finxerat de corde suo*, בַּחֹדֶשׁ אֲשֶׁר בָּדָא מִלִּבּוֹ] Duplex lectio; *Chethib* est מלבד *Keri* מִלִּבּוֹ [t]. Et τὸ אֲשֶׁר referunt, vel, *ad mensem quem*, vel, *ad solennitatem quam*, &c [v]. Sic vertunt, *mense quem commentus fuerat* (vel, *eduxerat*, P. *finxerat*, M. *mentitus fuerat*, He. in V. ab *educendo*, quòd mendacium è corde educitur ad os [x].) *de corde*, vel *animo suo*, Mo. JT. Sy. *Quem conceperat de voluntate sua*, Jon. in V. *Quem suopte ingenio excogitaverat*, Ar. Ti. sic V. h. e. quo voluerat id offerre. Sic Nehem. 6. 8. *Quia tu de corde tuo educis ea* [y]. In hoc mense nullæ erant ex lege feriæ, nulla festa [z]. In materia religionis prophanum est quicquid non habet Deum auctorem [a]. Legitur & מִלְּבַד *præter*; q. d. *Mense, inquam, quem finxerant præter*, vel *ultra solennitatem in Lege mandatam* [b]; hoc est, addidit festis à Deo præscriptis hunc diem festum, tanquam auctarium & ἐπίμετρον quoddam [c].

† Me. ex V. sim. M. T. San. [f] Mart. [g] Me. [h] San. [i] La. Ità Jun. Pi. Mart. Ma. [k] V. [l] La. [m] M. [n] Mart. [o] M. [p] V. [q] BA. 1. p. 357. [r] T. ex San. [s] Mart. [t] Ma. [v] M. [x] V. [y] V. [z] Mar. [a] BA. ib. 357. [b] V. [c] Capel. Crit. l. 3. p. 91. ex K.

CAP. XIII.

1. VIr Dei] Communis opinio est hunc fuisse *Addo* (qui Josepho *Jadon*, Hieronymo *Jaddo*) qui 2 Par. 9. 29. *Visionem* habet *contra Jeroboam* [d]. ¶ *In sermone Domini*] i. e. De mandato, V. Pi. vel, cum mandato, Pi. ex Jun. *Cum verbo Jehovæ*, sic v. 2. V. ¶ *In Bethel*] Hìc *Bethel* non est ea quæ aliter dicitur *Luza*: nam illa est in tribu Benjamin, cùm hæc sit in regno decem tribuum †. ¶ *Super altare*] Vel, *ad* sive *juxta altare*, Jon. P. M. Pi.

2. *Exclamavit contra altare*] Hoc potiùs quàm Regem appellat; 1. quia in illo signa hæc futura erant [f]. 2. *Altare* per Synecdochen totum illum perversum cultum denotat [g]. 3. Ut moneat Jeroboamum non habere aures ad audiendum [h]. 4. Ut diligentiùs attenderent omnes qui ibi operabantur sacris. Tales autem prosopopeiæ sunt usitatæ. Repetitio vocis *altare* pertinet ad δείνωσιν sive vehementiam orationis [i]. ¶ *Nascetur*, נוֹלָד] *Nascens*, sub *erit*, pro *nasciturus est* [k]. Dicit *nascitur*, quòd de prædictione certus esset [l]. ¶ *Josias nomine*] Ingens divinæ gubernationis ac præscientiæ indicium, quòd & nomen ejus qui rem præsignificatam effecturus erat prædicitur. Simile Esa. 44. 28. Ad hæc nihil sunt omnia gentium oracula [l]. Natus est Josias post annos suprà 300 [m]. Ostendit hoc Dei longanimitatem erga impios, quos hoc pacto invitat ad resipiscentiam. ¶ *Immolabit sacerdotes*] An vivos mactaverat, an ossa tantùm combusserit, posteà videbimus [n].

[d] San. Ità T. Me. Mart. M. V. † V. [f] Me. San. [g] Mart. [h] Pi. [i] Mar. [k] V. ex He. [l] G. [m] Jun. Pi. sim. La. [n] Mart.

¶ Et

¶ *Et ossa hominum super te incendet*] Tam præsentium, quàm futurorum °. Impletum hoc 2 Reg. 24. 15, 16. &c P. *Cremabunt*, jussu scilicet Josiæ. Alii, *& ossa hominis* (i.e. Jeroboam) *cremabunt* [s].

3. *Hoc erit signum quòd locutus est*, &c. Ità Jon. Sy. M. [וְזֶה הַמּוֹפֵת אֲשֶׁר דִּבֶּר וגו׳] *Hoc est portentum quòd locutus est*, &c. P. Ti. vel, *quòd Dominus me miserit*, Sy. sim. Ar. *Hoc est prodigium ejus quod dixit Jehovah*, JT. id est, quo confirmabitur quod Jehova per me dixit [r]. ¶ *Altare scindetur*, נִקְרָע] *Findetur*, *rumpet sese*, suâ scilicet sponte, nullo deturbante [s].

4. *Extendit manum*] Quod animi impetum exprimit [t]. *De altari*, מֵעַל הַמִּזְבֵּחַ] *Ab altari*, sub. *retractam*; i.e. quam habebat super altare. Manu signum dabat populo ut apprehenderent, &c [v]. ¶ *Et exaruit manus ejus*] Prodigium velut arrhabo eventûs Prophetiæ [x].

6. *Et ait*, וַיַּעַן] Ad verb. *& respondit*, pro, *locutus est*. Sic 2 Reg. 1. 11 [y]. Synecdoche speciei Hebraica [z]. ¶ *Deprecare*, &c.] Vexatio dedit Regi intellectum, quem dominandi libido sustulerat [a]. ¶ *Faciem Domini*] Ità Jon. Sy. Ar. Ti. *iratam faciem*, &c. JT. Vox *facies* hîc, ut alibi, redundat; q.d. deprecare Dominum [b]. ¶ *Dei tui*] Non dicit *mei*, vel, *nostri*, conscius sibi sese ab illo defecisse [c]; & se tunc idola colere. Animadvertit se Deum habere parùm propitium [d]. q. d. Video te à Deo missum, illíque acceptum, ora illum pro me †. Nota quanti Deus faciat suos ministros: Dum rex immolabat idolis, non exaruit manus, sed cùm illam in Prophetam extendit. Priùs ulcisci voluit ejus injurias, quàm suas *. ¶ *Ut restituatur manus*, &c.] Heb. *& reversa fuit*, &c. Utitur præterito, ad significandum efficaciam orationis, &c. q. d. quamprimùm oraveris, certissimè restituetur manus: factum puta *. ¶ *Oravítque*] Ità ostendit se, non Regis perniciem, sed emendationem quæsivisse. Potuit dicere, Invoca vitulos, & sacerdotes, &c. At oravit, &, quod mirum est, in fano profano, inter idololatras, cùm pravo cultui operam darent. Auditur tamen, & reipsâ ostenditur, ubique licere piis ad Deum puras manus tollere [f]. ¶ *Et reversa est manus*, &c.] i.e. Utebatur eâ sicut anteà [g]. Qu. Quomodo aufertur pœna, ipso in peccato perseverante? Resp. 1. Multos sanavit Christus corporaliter, non tamen spiritualiter, Luc. 17. Joan. 18. 2. Pœna hæc erat, non idololatriæ, sed extensionis manûs, &c [h].

7. *Veni mecum— ut prandeas*, וּסְעָדָה] *Et fulci*, vel, *conforta*, vel, *corroborate*, P. Mo. Jun. sive, *cor tuum*, capto cibo & potu [i]. Confirma vires corporis tui [k]. *Refice te*, JT. sim. Jon. Ti. *Et comede*, Sy. Vult aliquo officio compensare beneficium, non tamen resipiscit [l]. Beneficia impiis collata, tantùm ad illorum damnationem valent. Restituitur ei manus, non mens [m].

8. *Non veniam tecum*, &c.] Impiorum munera execratur, & horret Deus. Vide Isa. 1 [n]. ¶ *Sic mandatum est mihi*, &c. כִּי כֵן צִוָּה אֹתִי בִּדְבַר יְהוָה] *Nam sic præcepit mihi* (sub. *angelus*, M. V. Mar.) *in verbo Domini*, Jon. P. Mo. vel, *præcepit —— sermone suo Dominus*, Sy. Ar. sic JT. Antecedens vim suam, & relativi obtinens, ut Gen. 9 6 †. *Sic præceptum est —— per verbum*, &c. Ti. Ut ostenderet Deus idololatras esse Deo detestabiles, & quasi excommunicatos, cum quibus fideles nullam cibi, vel potûs, imò nec viæ communionem habere velit °. Licèt cum impiis versari, salutis eorum gratiâ, quando conversionis eorum spes affulserit; non autem compendii, vel voluptatis, causâ. Sin verò deploratæ sint spei (qualis hîc Jeroboamus,) ab illis discedendum est. Sciendum autem est interdictum hoc fuisse personale, alioquin piis licet cibum sumere, cùm iter faciunt, in locis impiorum [p]. ¶ *Nec reverteris per viam quâ venisti*] Ità illi præcipitur; vel, 1. Quasi via in Bethel ob ejus idola esset polluta & execranda, nec ullo modo revisenda [q], aut frequentanda: ut ostenderet quanto nobis horrori esse debeant omnia quæ ducunt ad peccatum [r]. Ut significet viam quâ itur ad impios, profanam esse & periculosam, idque propter illecebras quas habet peccatum, & naturæ nostræ infirmitatem [s]. Ut moneremur, nè periculis non necessariis nos exponamus [t]: vel, 2. Nè quæsitus inveniatur [v]. Verùm facilè sciebant omnes quâ viâ iret Propheta, cùm in meridie recesserit. Vide vers. 12: vel, 3. Proverbialis est dicendi modus, quo commendat ei Deus constantiam & progressum in opere suo. Nam qui aliquid inconstanter facit, & sine successu, *retrorsum rediisse*, aut *per viam*, *quâ ierat reversum fuisse* dicitur, Isa. 37. 29. 34. Vide quæ diximus ad 2 Sam. 1. Sagitta Jonathæ nunquam rediit *retrorsum*, &c [x].

11. *Propheta quidam*, &c.] Qu. Qualis erat? Resp. 1. Pseudopropheta erat [y]. Videns Jeroboami animum nutantem, eúmque de mutando consilio abolendísque vitulis cogitâsse, quod magno ipsum emolumento privaret; studuit Prophetam hunc decipere, ut, dum transgrederetur præceptum Dei, iram illius incurreret, adeóque falsa esse monstrarentur quæ prædixerat. Erat hic princeps sacerdotum, & valde à Rege colebatur tanquam divinus. Dixit porrò manus obriguisse, quòd brachium lassâsset sacrificando, & altare diruptum pondere sacrificiorum [z], quæ illo festo plurima erant, altare autem recens fuit [a]. Alii Pseudoprophetam fuisse negant [b]. Deus enim per illum eventura prædixit; & credidit de Josia prædicta, &c. & se cum hoc Propheta sepeliri voluit [c], cúmque honorificè sepeliri curavit [d]; abstinuit etiam à sacris Jeroboami, & filios suos in expectatione vaticinii confirmavit †. Resp. 2. Verus Propheta hic fuit, ut constat ex v. 29, & 32. sceleratus tamen & callidus [f]. Solet sæpè Deus ad oracula reddenda malis uti organis. Usus est Diabolo, 1 Sam. 28. Bileamo, Caiaphâ, &c. Facilè seperari possunt prophetia & sanctitas, cùm subjecto distent; illa pertinet ad vim intellectûs, hæc ad voluntatem [g]. [Al. sic;] Fuit vir bonus, sed frigidus in munere obeundo, cùm Jeroboamo non restiterit, &c. gavisus est per alium fieri, quod ipse non præstitit. Non adfuit sacris impiis, &c [h]. ¶ *Habitabat in Bethel*] At 2 Reg. 23. 18. fuisse dicitur *è Samaria* [i]. Resp. Inquilinus erat *Bethel*, sed ortus è *Samaria*. De *Samaria* venit ad *Bethel* ad altaris dedicationem [k]. ¶ *Venerunt filii*] Ità 6. Heb. *venit filius*, P. Mo. M. [At statim sequitur,] *narraverunt*, sub. *filii*. Ellipsis correlativi, ut Levit. 21. 4 †. & Deut. 15. 12. *aut Hebræa* sub. *soror* *. *Narraverant*, uno scilicet loquente ||: reliquis narrationem silentio suo (vel etiam, uno aut altero verbo,) confirmantibus [l]; aut *vicissim narraverunt* [m]. Venit primò filius unus, & indicavit, &c. deinde supervenerunt alii filii, & idem retulerunt [n].

12. *Per quam viam abiit?* אֵי זֶה הַדֶּרֶךְ הָלָךְ] *Quæ via* (*quanam viâ*, JT.) *abiit?* Mo. ¶ *Ostenderunt ei filii sui viam*] Ità Mo. 6. Jon. Sy. sim. M. Ti. Caeitur וַיִּרְאוּ pro conjugatione Hiphil וַיַּרְאוּ [g]. וַיִּרְאוּ בָנָיו אֶת הַדֶּרֶךְ וגו׳ *Et viderunt* (vel, *nam viderant*, Ang. Belg. *viderant autem*, Ar. *considerârunt*, JT. vel, *explorârunt*, V. Mar. *dispexerunt*, aut *circumspexerunt*, Pi.) *viam quâ abierat*, P. *explorârunt*, scilicet ut patri indicarent [p].

13. *Invenit eum sedentem subtus Terebinthum*] Lassum ex itinere, famelicum & sitientem, atque propter æstum frigus captantem. Hunc autem facilè agnovit, vel, ex vestitu Prophetico, vel, quòd filii notas, lineamenta, & habitum corporis indicâssent [q].

17. *Locutus est*, &c. כִּי דָבָר אֵלַי בִּדְבַר יְהוָה וגו׳] *Quoniam sic mandavit* [quasi legisset דִּבֶּר] *in verbo Dominus*, 6. *Verbum* (sub. *fuit*, vel, *factum est*, P. V. Pi. M. vel, *venit*, Belg.) *ad me in verbo* (sive *sermone*, vel, *per verbum*,) *Domini*, vel *Jehovæ*, Mo. G. i.e. Præceptum mihi hoc est Dei nomine atque imperio [r], vel, per allocutionem, sive sermonem Jehovæ [s]. *Dictum est ad me per verbum Domini*, Strig. *dictum fuit mihi oraculo divino*, Sy. *Verbum enim* (i.e. Christus, ille λόγος ὑποστατικὸς) *edixit mihi ex verbo Jehovæ*, JT. Sed hoc à ratione phrasis alienum videtur [t]. *Quia verbum* (sub. *angeli*, ex vers. seq.) *ad me in verbo Domini*; i.e. Domini verbis, ejus jussu [v].

18. *Fefellit eum*] Et ipse se. Virorum laudatorum facta non laudanda quoties adferuntur in sacris literis; solet aliquid addi unde intelligamus id non probari, quod & ab Homero fieri solere notavit Plutarchus de legendis Poetis [p]. Fefellit eum, non ut læderet [q]; sed ex hospitalitatis studio, & motûs compassione; (videbat enim eum fessum & jejunum rediisse [r],) & ut benedictionem ab ipso acciperet, id est gratiam & meritum exhibitæ hospitalitatis [s]. Tria sunt tentationum genera; id est, minarum, blanditiarum, Jo.

o Me. p Ma. Me. s V. r Pi. s V. t Mart. v V. x G. y V. z Pi. a San. b Mar. c Me. d Mart. f Mar. Mart. Ma. f Mart. g V. h E. i Pi. k V. l V. m Mart. n San. † Jun. o La. p Mart. q La. sim. Mart. r T. s Me. t Of. v Mar.

x San. y V. He. in M. Jo. & Greg. Rup. Caj. in La. z To. & Glossa in San. sim. T. a Q. in Mart. b Ita La. c Theodor. Mart. c Th. in La. sim. Mart. d Mart. † Ma. f San. sim. To. in La. g Mart. h Q. in Mart. i Mart. sim. L. k San. † Jun. Mar. * Glass. p. 715. || V. sim. Pi. l Pi. m V. n M. o M. p Mart. q Mart. r G. sim. V. s Pi. sim. Of. Mar. Belg. t Pi. v Mar. p G. q Me. r La. s M. ex

blanditiarum, & verbi Dei species vel imitatio. Duo priora vir Dei superavit; in tertio succubuit: Facilè autem mendacio credidit, quòd cum fames urgeret: Nectebat adhæc moras in itinere, quod vitare debuit. Fortè, ut vult Gregor. plus æquo sibi placuit, quòd rem adversus Regem, &c. bene gessisset, ideóque Deus ipsum falli passus est. Peccavit vir Dei, at non ex intentione, sed negligentiâ; ideóque pœna ejus mitigata est, & leo eum non devoravit, sed sepultus est honorificè. Peccavit; 1. Quòd verbum divinum certum pro incerto deseruit [b]: magis debebat credere revelationi sibi factæ, cujus erat certus. Ideò dicitur v. 22. præcepit tibi ἐμφατικῶς [v]. Certissimum argumentum est spiritum aliquem ex Deo non esse, quando suggerit aliquid, quod est contra revelationem divinam priùs factam, ut in præsenti exemplo [x]. At fortè reputavit Propheta, Deum priùs unum dixisse, postea aliud voluisse fieri, ut in Bileamo, Abrahamo &c. videmus. Verùm dispar est ratio; Nam 1. Illi certi erant utraque præcepta à Deo data fuisse. 2. Nulla hîc experientia sumenda erat; nec respectus mutatur, sed idem permanet. 2. Peccavit; Quòd se facilè passus est à certo verbo Dei depelli [y]. Debuit diligentiùs examinare senis verba, & Deum consulere, &c [z]. Debuit spiritus probare, juxta 1 Jon. 4. 1. Deúmque invocare [a].

[b] Mart. [v] G. [x] E. [y] Mart. [z] San. sim. T. ad v. 20. La. [a] Mart. sim. L.

20. *Cúmque sederent ad mensam*] Propheta in mensa peccans (nam ad credendum inductus erat ex concupiscentia cibi [b].) in mensa pariter punitur [c]. Dum ad negatam sibi mensam accumbit, Dominus felle cibos aspersit [d]. Heb. *Et fuit, ipsis sedentibus*, &c, Mo. &c. *fuit verò*, &c. *fuit inquam verbum*, &c. JT. Sed non est Epanalepsis verbi, *Fuit*; quasi sermo sit interruptus: sed est Pleonasmus Hebraicus, quo verbum *fuit* primùm ponitur per se, & sign. *factum est*, vel *accidit*: deinde in altero in specie narratur quid acciderit [e]. ¶ *Factus est sermo Domini ad Prophetam qui reduxerat eum*] Ita i. Jon. M. P. Ti. Mo. Pi. Rectè, ut patet ex collatione hujus versûs, & cum v. 19. (neque enim opus fuisset ista periphrasi, si de eodem haberetur sermo, sed simpliciter dictum esset, *verbum Jehovæ factum fuisse ad illum*:) & cum v. 21. ubi patet sermonem haberi de eodem, de quo hîc agitur, & quidem de Propheta Bethelita. אֲשֶׁר הֱשִׁיבוֹ Eadem syntaxis infrà v. 27 [f]. Revelatio Prophetica sæpè fit malis hominibus [g]. [Vide quæ ad v. 11] Puto hunc hominem bonum fuisse, qui tamen lapsus sit virum Dei fallendo. Non autem alienum est, ut sancti viri etiam cùm peccârint, afflatu Dei vaticinentur; Jonas enim in ventre ceti & oravit, & præclarum illud carmen meditatus est [r]. [Alii verba aliter vertunt.] *ad Prophetam illum quem reduxerat*, Sy. Ar. JT. sim. Ca. Sic interpretandum esse docet epexegesis quæ statim subsequitur; ut etiam vers. 24. eadem locutio eodem modo exprimitur, & confirmant verba ipsa Bethelitæ in fine v. 27 [s]. [Plerique tamen de altero Propheta accipiunt, ut notatum.] Illi loquitur, non ei, qui de Juda venerat, quoniam indignus erat, cui loqueretur Deus; unde sequitur, *& exclamavit*, scil. senex ille Propheta, non Deus [t]. Perpendamus quo pudore, vel, animo, hæc denunciaret illi quem ipse deceperat; cùm non minùs in sua, quàm in alterius viscera reprehensionis aculeos adigeret: Sed fecit Dei mandatum, ut homo ille scelestus difficultates istas perrumperet, &c. Hîc simulachrum intueor eorum, qui pro suggesto id in aliis carpunt, quod à se depellere nequeunt: Insignis hæc est impudentia; id tamen faciendum est, quando Deus jubet; ne [talis concionator] suo sibi muneri desit, ac fidei [v].

[b] L. [c] La. [d] San. [e] Pi. [f] Pi. [g] L. [r] Mart. [s] Jun. [t] Mar. [v] San.

21. *Et exclamavit*] Verto, *Itaque inclamavit*, Pi. [מָרִיתָ פִּי יְהוָה] *Quia non obediens fuisti ori Domini*, *Rebellis fuisti ori Domini*, M. P. Ti. Mo. vel, *in dictum Domini*, Jon. contra *præstitutum*, JT. Pi. deficit, vel, ב, (quod exprimitur Psal. 5. 10. מָרוּ בָךְ) vel, אֵת (ut infrà v. 27 [x].) Absolutum à Deo acceperat præceptum [y].

22. *Non inferetur in sepulchrum*] Non sepelietur cadaver tuum: h. e. morieris antequàm revertaris in patriam tuam [z]; morieris in hoc itinere [a]. Ex consequenti prædixit antecedens; q. d. extra sedes paternas peribis [b].

23. *Stravit asinum suum*] i.e. Jussit ei insterni, nempe senex Propheta [c]. Insterni curavit per filios, ex collatione v. 14 [d]. potiùs instravit per seipsum, ut eum talibus officiis placaret: Sed cur non illum comitatur, &c? Aiunt eum judicia Dei timuisse [e].

[x] Pi. [y] T. [z] V. [a] Pi. [b] Mart. [c] Y. [d] Pi. [e] Mart.

24. *Invenit eum leo*, &c.] Sed quænam hæc sunt Dei judicia, ut qui leviùs peccat, citiùs puniatur, quàm vel, senex ille impostor, vel, Jeroboamus? Resp. 1. Celeres pœnæ non sunt argumenta divinæ iræ; sed potiùs dilatæ, ut probat R. Levi ex Hos. 4. 14. *castigat Deus quos amat* [f]. 2. Solet Deus interdum levissima delicta morte punire. Ita Abbas Serenus in Cassian [g]; ut patet exemplis Mosis, Num. 20. & uxoris Lothi, Gen. 19. & illius, 1 Reg. 20. 36 [h]. Ipse enim est summus vitæ necísque omnium Dominus [i]. Idem huic accidit, quod Atheniensium Legatis, quos *Athenienses, in Arcadiam missos, quoniam aliâ viâ iverant, quàm quâ fuerat imperatum, tametsi rem bene gessissent, tamen morte mulctârunt*. Ælian. Var. 6. 5. Etsi severum, justum tamen fuit hoc judicium, quo docemur, *Nè minima quidem Dei mandata esse negligenda*, ut hîc habet Theodor. Vide Mat. 5. 19. Jac. 2. 10 [k]. 3. Sivit hoc Deus, partim ut Prophetæ discerent destrictè parere mandatis; partim ut Jeroboamus in idololatria magìs magìsque obduresceret, & sic pœnarum, quas pridem erat commeritus, justitia magis appareret [l]; partim, ut, cùm videamus infirmitates & ignorantias sanctorum non abire impunitas, discamus, quàm graviter animadvertendum est in eos, qui datâ operâ & obstinato animo in peccatis persistunt [m]; partim, ut oraculo per ipsum edito fides adderetur, itáque Jeroboam & Israelitæ perterrefierent [n]. Ipse enim dixerat Jeroboamo, sibi mandatum esse, nè comederet in Bethel, &c [o]. 4. Multa levia hominibus videntur, quæ non sunt, si explorentur pondere sanctuarii. Qui Deo in omnibus placere student, nihil exiguum esse statuunt [p]. 5. Hic Propheta mortem tantùm temporalem subiit, minimè verò æternam [q]; cùm enim admonitus esset, &c. credibile omnino est eum agnovisse culpam, & salutariter doluisse [r]; Divinam sententiam acceptavit, & se voluntati divinæ committens, inobedientiam morte expiavit [s]; signa etiam sanctitatis ipsius posteà inventa sunt. Vide 2 Reg. 23 [t]. ¶ *Et occidit*] Puta suffocavit, aut morsu interemit, non tamen devoravit [v]. Porrò Judæa leones talésque bestias habebat, ut nostræ regiones habent ursos, apros, lupos, &c [x]. Adductus autem erat hic leo, tam tempestivè, vi ac manu divinâ. ¶ *Asinus autem stabat juxta illum, & leo stabat juxta cadaver*] Tanquam testes divini operis [y]. Leo, tanquam custos apponitur, ut miraculum esset illustrius, nec crederetur id casu accidisse. Sed & voluit Deus ita eum honorare, ut Prophetam, quem puniverat, ut transgressorem; ut notat Theodor. Dicit Kimhi asinum hunc fuisse servatum in Prophetæ honorem. Et si bruta pœnæ obnoxia sint, ut videmus, Gen. 3. 14. Exod. 21. 28, 29. Levit. 20. 15, 16. quidni etiam præmia illis rependi queant [z]? Præter asini naturam erat, quòd, leone viso, non fugerit; Quamvis Arabes asserant eum ita percelli conspectu leonis, ut illi eat obviàm, tanquam sic evasurus. Sed fides esto penes Auctores [a]. Deus asinum ibi retinuit per leonem, ut cadaver viri Dei ad sepulchrum deferret. Custodiebat item leo cadaver; nè ab aliis feris & volucribus dilaniaretur [b]. Sic docuit Deus placuisse sibi defunctum Prophetam, cujus cadaveris tantam curam gesserit [c].

[f] Mart. [g] Me. [h] San. La. [i] La. [k] BA. 1. 2. 16. 207. [l] G. [m] Mart. [n] Mart. ad v. 14. sim. La. BA. [o] La. [p] San. [q] San. Ita Mo. Mart. [r] San. [s] L. [t] San. [v] La. [x] Os. [y] Mart. [z] BA. ibi 208. [a] BA. ibi 206. [b] Mart. [c] T.

27. *Sternite mihi asinum*, &c.] Non veretur leonem, quòd intellexerit, quicquid gestum erat opus Dei fuisse [d].

28. *Non comedit*, &c.] [Vide ad v. 24. jam notata.]

29. *Posuit super asinum*, [אֶל הַחֲמוֹר] *Ad asinum*; i. e. super asinum, ut K. notat. אֶל pro עַל hîc ponitur, sicut Jer. 43. *ne seratis* אֶל קוֹצִים, *ad* (i.e. *super*) *spinas*, Ezec. 18. 11. *comedere* אֶל הֶהָרִים *ad montes*; i.e. עַל הֶהָרִים *super montes*, ut habetur v. 15 [*]. ¶ *Tulit in civitatem Prophetæ senis*, Vel, *senioris*, sim. Mo. Jon. Sy. Ar. V. *Venit in urbem suam*, P. Antecedens pro relativo [†]. [וַיָּבֹא אֶל עִיר הַנָּבִיא הַזָּקֵן] *Et venit Propheta ille senex in civitatem*, M. Ti. sim. JT.

30. *Et planxerunt eum*] *Ipse & filii*, Pi. sim. V. supple, *dicentes*, Pi. Jussa funebria illi persolverunt [f]. Quod indicat eum fuisse alioquin virum bonum [g]. ¶ *Heu heu mi frater*] Erat hæc familiaris apud Hebræos lugendi

[d] Mart. sim. L. [*] BA. 2. 5. 15. 766. [†] V. [f] Me. [g] Mart.

ᵃ Me. Ità T. ex San. gendi forma: Vide Jer. 22. 18 [h]. Credo fuisse carmen lugubre, cujus tale initium fuit. *Fratrem* eum appellat respectu carnis, non religionis: Quærebat hic senex suis ⁱ Mart. officiis iram Dei à se avertere, quam metuebat, &c [i].

31. *Cùm mortuus fuero, sepelite me*, &c.] Ità ⁱ. Sy. Ar. M. Ti. &c. Ad verb. *in moriendo me, & sepelietis me*, &c. Jon. Mo. ¶ *Juxta ossa ejus ponite ossa mea*] *Ut ossa mixta unà requiescant*, est in inscriptione quæ Romæ ᵏ G. reperta. Similia mandata aut vota apud Poetas [k]. Hoc ˡ Mart. Me. T. jubet, nè ossa sua à Josia super altare comburantur [l]. Multis & egregiis miraculis Deus insignivit mortem hujus Prophetæ, ut oracula sua majorem fidem apud decem tri- ᵐ Mart. bus haberent [m].

32. *Profectò veniet sermo*] Ad verb. *Quia essendo erit verbum*, V. Pi. vel, *res*, JT. Implebitur verbum ejus, ut ⁿ M. comburantur ossa ex sepulcris [n].

33. *Post verba hæc*] Ad verb. *Post verbum hoc*; i. e. ᵒ V. hoc facto non reliquit idololatriam suam [o]. Nec verbis, nec signis movebatur. Causa verò tantæ obstinationis ᵖ Mart. sim. San. erat ambitio, &c. P. ¶ *Sed è contrario fecit*] Heb. *Et reversus fuit & fecit*, Ma. V. Pi. *Sed rursum fecit*, P. Ma. Notissimus Hebraismus, de quo vide in Gen. 26. ᑫ Ma. 18. & Jos. 5. 2 [q]. ¶ *Quicunque volebat*, &c.] Sic ʳ V. P. Jon. Sy. Ar. JT. Pi. Qui volebat fieri sacerdos [r]. Qui offerebat suam operam ad sacerdotium, quive illud pete- ˢ Pi. bat [s]. הֶחָפֵץ *Volens*, Mo. *Qui ei placebat*, Ti. M. Q. ᵗ E. sim. T. Mart. in V. Os. sim. Ca. Strig. Nullo delectu, nec probitatis, nec doctrinæ, nec generis [t]; nec familiæ, nec tribûs [v]. ᵛ Mart. ¶ *Implebat manum suam*] Ità P. Mo. Os. Strig. V. Pi. G. i. e. consecrari se faciebat G. *offerebat munus suum*, Jon. sim. Sy. Ar. *consecrabat ministerium*, JT. *consecrabat illum*, Ti. vel, *illius manum*, M. *ad ea sacerdotia inauguravit*, Ca. Phrasis *implendi manum* subobscura ˣ Pi. est [x]. Vel, est Synecdoche membri, quòd in consecrandis sacerdotibus solerent eis impleri manus parte pecu- ʸ Pi. sim. Mart. E. T. San. ex Caj. dum, quæ tum offerebantur [y]. Vide Exod. 28 41. & 29 9, 35 [z]. Vel, est Synecdoche generis; quòd daretur aliquid negotii quod agerent & manu tractarent, viz. ut ᶻ V. mactarent pecudes, &c [a]. [Alii aliter accipiunt,] *Im-* ᵃ Pi. *plebat manum ejus*, scilicet Jeroboami; i. e. dabat ei mu- ᵇ Q. in Ma. nus, &c. sacerdotia erant venalia [b]. ¶ *Et fiebat sacerdos excelsorum*] [Sim. omnes,] Sacrificabant in ex- ᶜ Pi. celsis, idque vitulis Jeroboamicis. Vide suprà 12 31 [c]. Sicut veteres Hebræi Jehovam in excelsis coluerant. Concessit, ut ubique sacrificarent, excepto loco quem Deus ᵈ Mart. † San. elegerat [d]. Adeò non redibat ad frugem, ut magìs se ad omnem impietatem projiceret †.

34. *Et propter hanc causam peccavit*, &c. וַיְהִי בַּדָּבָר הַזֶּה לְחַטַּאת וגו׳] *Et fuit res ista*, vel *verbum hoc in peccatum domui Jeroboam*, ⁶. sim. Jon. Sy. Ar. vel, *in reatum*, Jon. *causa peccatorum*, Ar. [quasi legissent הַדָּבָר] *Et fuit in verbo hoc* (vel, *propter hoc*, V.) *in peccatum do-* ᶠ G. *mûs Jeroboam*, G. V. i. e. hac re in crimen incidit [f]. *Fuitque* (sub. *Jeroboam*, Pi.) *hac re in causa peccati*, JT. potiùs, *in peccatum*; ut notetur eventus. Videtur autem phrasis ἀνώμαλος, *Fuit secundùm hanc rem* (Heb. *secundùm verbum hoc*;) *in peccatum*: pro, *Fuit hæc res in pec-* ᵍ Pi. sim. Ang. *catum*; id est, evasit in peccatum [g]. *Atque ille* (nimirum, Jeroboam; vel, ut alii, *& hoc*) *fiebat, in hac re, peccatum* (i. e. hac ejus actione, causa fuit posterorum ejus in idololatriam deficientium, &c.) *domui Jeroboam* (i. e. suæ, &c.) Belg. [Alii aliter;] *Peccatum* hìc sumitur pro ʰ M. ex He. V. Mar. Mart. pœna peccati [h]. Hæc idololatria fuit in pœnam, sive, causa erat pœnarum familiæ Jeroboam. Alii, *Et fuit in hoc negotio* aliquid *in pœnam familiæ*, &c [i]. ¶ *Et* ⁱ V. *eversa est*, &c. וּלְהַכְחִיד וּלְהַשְׁמִיד וגו׳] *Et ad exscindendum* (vel *exstirpandum*, V.) *& delendum*, &c. Mo. *ut extirparetur atque deleretur*, &c. P. sim. Jon. Sy. Ca. Strig. Verba quædam activa infinitivi modi quandoque assumunt significationem passivorum, ut Gen. 4. 13. מִנְּשׂא *à remittendo*, i. e. quam ut remittatur; & ib. v. 26 *tunc cœptum est* לִקְרֹא *invocare*; i. e. invocari. Exod. 9. 16. לְמַעַן סַפֵּר *propter enarrare nomen meum*; h. e. *ut enarraretur*, Rom. 9. 17. Ità hoc loco, *ad exscindere*, &c. ᵏ Glass. gram. p. 304. i. e. ut exscinderetur; Confer Est. 7. 4 [k]. [Alii, sic;] *Ut extirparet ac deleret eam Deus*, M. sic JT. *Et factum est ——— in peccatum ——— & in perditionem & in extermínium à facie terræ*, Jon. Incidit [hujus domus] in ˡ G. in πανωλεθρίαν, Vide 14. 10 [l].

CAP. XIV.

1. IN *tempore illo*] Post denunciatas Jeroboamo pœnas cap. præcedenti [m]. [Alii aliter;] Hæc phrasis, ᵐ Pi. sicut *in diebus illis*, &c. sæpè adhibentur sine ullo ad superiora respectu. Vide Dan. 12. 1. & Mat. 4. 1 [n]. ⁿ San. ¶ *Ægrotavit Abia*] Tota hæc historia usque ad comma 21. non fuit in LXX; sed fuit in aliis quibusdam versionibus. Sic historia de cultu Vituli deest in Josepho [o]. ᵒ G. At LXX cap. 12. hujus libri hanc historiam referunt [p]. ᵖ Me.

2. *Commuta habitum*, &c. וְהִשְׁתַּנִּית וגו׳] *Et muta teipsam*, P. Jun. G. V. i. e. Muta vestitum & ornatum ᑫ V. tuum [q]; & gestus tuos [r]. Indue vilia vestimenta [s]: *dissi-* ʳ Pi. *mula te*, JT. *aliam te simula*, Sy. Ti. sim. Ar. Verbum ˢ Os. in Hithpahel sign. magnam transmutationem [t]. ¶ *Nè* ᵗ Ma. *cognoscaris*] Hoc facit, ut liberiùs loqueretur Propheta [v]: ᵛ G. nè, vel grata potiùs, quàm vera diceret [x]; vel, nè aut ˣ Me. ex Hug. & Dion. & V. nihil responderet, aut funderet dura & acerba oracula [y], vel, nè populus, si Regem animadverteret ad Prophetam Dei in necessitatibus confugere, idolorum vanitatem satis ʸ Mart. sim Me. San. La. intelligeret [z]. Uxorem misit, quia nulli alii fidere voluit [a]; & quia mater poterat certum ægrotum proponere, & ᶻ Me. sim. Mart. hac formâ Prophetam interrogare; *Quæro an filius meus à morbo liberandus est*, &c [b]: nec necesse erat ut quænam esset, aperiret [c]. Jeroboam accedere eum non au- ᵃ Mart. ᵇ San. ᶜ Me. det, quia conspectum & verba ejus verebatur, sensitque se illi odiosum esse. ¶ *Vade in Silo*] Deserto nimirum & solitario loco habitabat Propheta, quòd illum fortassis & tæderet & pigeret idololatriæ tum Judæ, tum Israelis. Sed cur non mittit ad vitulos & sacerdotes suos? Nempe quia experiebatur hæc omnia vana atque inutilia [d]. ¶ *Qui locutus est*, &c. הוּא דִבֶּר עָלַי לְמֶלֶךְ] ᵈ Mart. *Ipse locutus est super* vel *de me in regem*, Mo. JT. Pi. vel, *quòd futurus essem rex*, M. Ti. P. Verax ergò est Propheta †. † V.

3. *Accipies decem panes*, &c] Munera, tanquam è rure petita; signum fœminæ plebeiæ & rusticæ [f]. Ad Prophetas ᶠ San. sim. T. Mart. non ibant sine munere indice benevolentiæ, & gratitudinis: Vide 1 Sam. 9. 7 [g]. Has oblationes accipiebant ᵍ Me. sim. V. Mart. G. Prophetæ, nè illa repudiando pudefacerent offerentes; & quia victum suum ex oblatis utcunque tolerabant [h]. ʰ Mart. ¶ *Et crustulam*, Ità P. Ca. וְנִקֻּדִים] *Et collyria*, ⁶. in Mar. *buccellata*, JT. *fructus*, Ar. *fructus aridos*, Sy. *placentas*, Jon. M. Ti. Strig. Heb. *punctata*; i. e. placentas punctatas [i], vel, signatas ornatûs gratiâ [k]. Panes ⁱ Pi. Belg. erant dulciarii, ità à forma dicti, quales vocamus *Des* ᵏ Belg. sim. Mar. *gaufres*; nam illis solebant imprimere formam quandam, in qua erant foramina & velut puncta majora [l]. Sunt ˡ V. pastilli quidam tenues & sicci punctis notati, quorum usus habetur in compotationibus [m]. ¶ *Et vas mellis*] ᵐ M. [simil. omnes,] בַּקְבֻּק est vasculum angusti oris [n]. Di- ⁿ V. M. citur, vel à בָּקַק *evacuare*, quòd talia vasa intùs vacua sint; vel à fictitio sono [o]. ¶ *Ipse indicabit*, &c.] ᵒ Mart. Ma. Nempe ubi eum consulueris, βραχυλογία. Omittitur pars mandati præcipua, nempe ut eum consulat, &c P. ᵖ Pi.

4. *Caligaverant oculi*, Ità P. Sy JT. Strig. קָמוּ] *Obriguerant*, Ti. *torpebant*, Ca. *hebetes erant*, Jon. *extabant*, musculi scilicet oculorum ejus, i. e. oculi ejus refugiebant intrò [q]. *Stabant*, M. sim. Mo. Pi. Cæcis pal- ᑫ V. pebræ non moventur [r]. Exarescunt senibus nervi quibus ʳ Mar. oculi moventur, & idcirco stare videntur tanquam immobiles [s]. ˢ Mart.

5. *Dixit*] Nempe sub adventum uxoris Jeroboami. ¶ *Hac & hæc*] Heb. *secundùm hoc & secundùm hoc*, Innuit certa verba à Deo præscripta, quæ hìc brevitatis studio omittuntur [t]. ᵗ Pi.

6. *Ingredere uxor Jeroboam*] Fraudes ejus retegit, ut majorem fidem reddendis oraculis adhibeat [v]. ¶ *Missus* ᵛ Mart. *sum ad te durus nuntius*. Μάντις κακῶν, ut apud Homerum [x]. אָנֹכִי שָׁלוּחַ אֵלַיִךְ קָשָׁה] *Ego missus sum ad te* ˣ G. *durus*, Mo. Fæmin. pro mascul. Mar. vel, *cum duritie*; ʸ P. h. e. cum duris verbis [y]; *cum dura visione*, P. vel, *dura* ᶻ V. m. Jon. Ar. JT. Glass. gram. 702. *nuncians*, M. Strig. vel, *cum nuncio duro*, V. ut denunciem dura & difficilia [z]. Ellipsis verbi frequens est in lingua sancta. Vide Gen. 25. 28. 2 Sam. 4. 10. 2 Reg. 25. 4. collat. cum Jer. 52. 7 [a].

7. *Super populum meum Israel*] Sic vocat *Israelem*, vel quòd populus Dei antea fuerant; & ad id Deus eos delegerat, dedit leges, &c. vel, potiùs, propter fœdus, quod, licèt ipsi abrupissent, Deus tamen constanter conservabat. Vide Rom. 3. 3 [b].

8. *Et scidi*] i.e. Abstuli quasi scindendo [c]. ¶ *Et secutus est me in toto corde suo*, &c.] Non absolutè, sed quantum humana infirmitas patitur. Dices, At David in gravissima peccata lapsus est. Resp. 1. Nunquam claudicavit David in cultu Dei, de quo hîc agitur. 2. David commonefactus resipuit, ideóque peccata ejus deleta erant, acsi nunquam fuissent commissa; At Jeroboam crebrò & acerbissimè commonefactus, in peccatis pergit, &c [d].

9. *Operatus es mala super omnes*, &c.] 1. Quòd non solum ipse à cultu Dei defecerat, sed etiam studiosè hoc agerat, ut populus deficeret, &c. 2. Miraculo admonitus adeò non est conversus, ut etiam deteriora perpetraret †. Deterior hic erat & Saule, & Salomone; Saul nunquam idololatriam publicè instituit: Salomon populum non adegit ut idola colerent, nec à Templo arcuit [f]. ¶ *Deos alienos*] Vide 2 Par. 11. 15 [g]. Vitulos aureos. Suprà 12. 28 [h]. ¶ *Me projecisti post corpus tuum*, [אַחֲרֵי גַוֶּךָ] *Corpus* pro *tergo*, V. i. e. me posthabito [i]. Post tergum abjicimus, quorum nulla ratio habetur, quæ non attenduntur, neque considerantur; *Me projecisti*, &c. cùm tamen in oculis ferres tua idola [k].

10. *Percutiam——mingentem ad parietem*] i. e. Canem [l]; non solùm homines, &c. sed etiam canes; qui nihil sunt commeriti [m]. Vide de hac phrasi ad 1 Sam. 25. 22 [n]. ¶ *Clausum & novissimum*, [עָצוּר וְעָזוּב] *Clausum vel conclusum & derelictum*, Mo. Jon. JT. Pi. Me. M. *Clausum* hîc sign. vel, 1. opes quæ recluduntur [o]; Pretiosa & charissima quæque, quæ diligenter asservari atque includi solent [p]; vel, 2. Eos qui se urbibus, vel arcibus, & munitionibus, includunt, ut furorem hostilem evadant [q]; vel, 3. Eum qui captus fuit ab hostibus [r], incarceratus [s]; vel, 4. Eum qui primum hostis irruentis impetum effugit, sed tandem in manus ejus incidit [t]. *Derelictum* pariter sign. vel, 1. peculium, h.e. oves & boves, quæ relinquuntur in agro [v]; vel, 2. Eos qui primâ impressione hostium non sunt cæsi, sed præteriti videntur [x]. Eos qui evaserant [y]; vel, 3. Eos qui disseminati per agros ruri degunt. Sensus est, universalem cædem futuram [z], quocunque in statu fuerint [a]; q. d. Non solùm liberos, sed & omne peculium [b]. Nihil sive vile, sive pretiosum reliquum erit [c]. Metaphora fortè sumpta è re pecuaria; ubi tenerum & imbecillum pecus noctu continetur domi, robustum verò in locis apertis stabulatur. Vel, fortè sensus est, auferendos fore liberos tum teneros & imbecillos, qui, velut clausi, domi continentur; tum alios, qui foris agant, & relicti dicuntur; quia suis jam nituntur viribus, nec parentum sunt alligati custodiæ [d]. [Vide plura de hac phrasi ad Deut. 32. 36.] ¶ *Et mundabo reliquias domûs Jeroboam*, [וּבִעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית וגו׳] *Et succidam* (*removebo*, P. sim. Jon. JT. *expurgabo*, Ti. *eliminabo*, M. *ejiciam*, Mar. *comburam*, Ma. *evellam*, Ar.) *posteriores domûs Jeroboam*, Mo. *posteriora domûs*, M. *post domum*, V. JT. Pi. Jon. sub. *euntes*, Pi. ex Jun. i. e. tollam asseclas domûs, &c. sic infrà 16. 3 †. Præpositio אַחֲרֵי interdum pro nomine usurpatur [f]. *Posteritatem*, vel, *posteros domûs*, Sy. Mar. *stirpem*, &c. Ar. *domum Jeroboam*, P. ¶ *Sicut mundari solet fimus usque ad purum*, [כַּאֲשֶׁר יְבַעֵר הַגָּלָל עַד תֻּמּוֹ] *Sicut removet quis stercus*, vel *fimum*, vel, *sterquilinium*, *donec finiatur*, P. sim. Mo. JT. M. Ti. V. Heb. *usque ad consummationem*, sive *consumptionem ejus*; i.e. donec perfectè auferatur [g]. Donec totum ejiciat; q. d. ut famuli è domibus stercora ejicientes, nè tantillum ex illis solent relinquere [h]. Notandum Jeroboami domum, quæ hominibus inclyta videbatur, à Deo conferri stercori: quod tantò aptiùs fit, quia גִּלּוּלִים & גָּלוּל sign. *idola*, quæ nihil aliud sunt quoad Deum, nisi fœditas & turpitudo [i]. Aliis גָּלָל est *dens cibum conterens* [k]. Sicut dens destruere & molere solet cibum, quousque finierit molere [l]. Vel, sicut ejici solet dens penitùs, nullâ relictâ radice [m]. Sed גָּלָל pro *dente* non reperio [n]. [Alii sic,] sicut turbo ejicere solet quæ corripit [o]. [Alii aliter;] *Quomodo racemator vites perscrutatur ad extremum usque racemum*, Ar. sim. Sy.

b Mart. c V. d Mart. † E. f Mart. g Ma. h Pi. i G. V. k Mart. l M. Pi. m Pi. n Me. V. o V. Q. in M. p Mart. q Mart. r Pi. s L. t M. v V. sim. M. Mart. San. x Mart. y Pi. z Mart. a G. b V. c San. d San. † Ma. Glass. f Glass. gram. p. 543. g Pi. h V. sim. San. T. Mart. G. i Mart. k Q in M. l Q. in Ma. m Q. in Mar. n M. o Me. in V.

12. *Morietur puer*, [הַיָּלֶד] *Infans*, JT. malim, *puer*, Pi. vel, *adolescens*, Pi. G. De adolescente hæc vox dicitur, Gen. 33. 1, 2. & 34. 4 [p]. & ילוד [legendum יַלְדוּת] pro *adolescentia* sumitur, Eccles. 11. 9, 10 [q]. Non fuit infans, quia *in eo erat aliquid boni*, &c. i. e. pietatis [r].

13. *De Jeroboam*, [לְיָרָבְעָם] *Jarobhamo*, JT. Pi. i. e. ex posteris ejus [t]. ¶ *Quia inventus est super eo sermo bonus*, &c.] Non pueri bonitatem sign. sed misericordiam Dei erga illum [v]. [יַעַן נִמְצָא בוֹ דָּבָר טוֹב אֶל יְהוָה] *Quia inventum est in eo verbum bonum erga Dominum*, Mo. vel, *à Jehova*, V. *Quòd inventa sit res in eo grata Jehovæ*, P. (vel, *bona erga Dominum*, Ti. sim. Jon.) Al. *aliquid boni* (vel, *bonum opus*, Ar.) *coram Domino*, Sy. sim. Ar. vel, *erga Dominum*, JT. Pi. *Inventa est in eo cogitatio bona erga Dominum*; Nam *loqui* Hebræis sæpè sign. *cogitare* [x]. *Aliquid boni*, viz. pietas aliqua & reverentia [y]. Quid boni fecerit non exprimitur [z]. Removebat præsidia, [vel, septa, ut M. habet] quibus pater ipsius arcebat homines, nè Hierosolymam ascenderant [a]. Aut, *in eo* significat *in domo Jeroboam*, ut exprimitur in fine versûs [b]. Ità בּוֹ refertur ad בַּיִת quod masculeum est. Sed priorem sensum præfero [c]. Non filii, sed alicujus domestici Jeroboami meritis hoc tribuitur [d].

14. *Constituet sibi regem*, [וְהֵקִים לוֹ מֶלֶךְ] *Et suscitabit sibi regem*, V. JT. &c. nempe *Baasam*, de quo vide cap. 15. 27 †. Qu. Cur Deus illum excitaret, quem idololatram fore prævideret? Resp. 1. Solet Deus per malos perdere malos. 2. Talia monstra interdum effert Deus ob populi scelera [f]. ¶ *Qui percutiet domum Jeroboam in hac die, & in hoc tempore*] Ex usu scripturæ id fieri dicitur, quod statim futurum est; Joan. 17. 10. *nec sum in mundo*, quia brevi ibi non futurus erat [g]. Hoc ipso die cœpit conjuratio Baasæ, quæ tamen in rem deduci non poterat, nisi post multos annos [r]. [זֶה הַיּוֹם וּמֶה גַּם עָתָּה] *Qui perdet domum Jeroboami quæ vivit die hoc, & etiam quæ nascitura est ex hinc & deinceps*, Jon. [sim. Ar.] זֶה הַיּוֹם accepit pro אֲשֶׁר הַיּוֹם, (sic sumitur זֶה Job. 19. 19. Psal. 74. 2. Prov. 23. 22.) & וּמֶה גַּם עַתָּה pro מֵעַתָּה *& quæ etiam deinceps futura est*, sim. RS. & R. Levi [s]. Q. sic; *Excidet domum Jerob. die illo* (*quo ille suscitabitur*) *& id quoque futurum est*; q.d. præsentem & futuram familiam occidet. זֶה מ׳ conjungunt cum præcedentibus [t]. *Ab hac die; quid ergo in posterum?* Sy. *hac ipsâ die*; M. sim. P. vel, *hoc tempore*; i. e. brevi, V. *Et quid* est hoc *etiam nunc?* P. *Sed quid est etiam nunc?* V. *Sed quale hoc nunc est?* M. q. d. Hæc imminens tribulatio ferè nulla est respectu futurorum malorum [v]. Parva est jactura quam accipit Jeroboam in filio mortuo, præ sequentibus malis [x]. Sed nimis arguta interpretatio hæc videtur [y]. [Q. connectunt cum sequenti versu, *nec solùm hoc; sed etiam Israelitas evellet*, &c. Ca.] *illo die, & quid nunc est factum?* Strig. *Quæ hodie est; quid verò si jam?* Ti. Excidet domum Jerob. *die illo*, *& quid? etiam jamjam*. Ità Genevenses quod mihi præ cæteris arridet; *die illo*, nempe, quo regem illum suscitabit. מֶה notatur Tiphcha accentu regio distinctivo, qui vocem suspendit: ideò & גַּם habet Dagesh lene, quia præcedens מֶה in illud non influit: alioqui literæ בגדכפת in initio dictionis sunt raphatæ, quando præcedens dictio terminatur in aliqua literarum אהוי, quæ mollitie suâ in eas influat. Dubito tamen, an זֶה הַיּוֹם rectè vertatur, *illo die*; nam הוּא est *ille*, זֶה *hic*: deinde *hoc* vel *illo die* solent Hebræi sic efferre, הַיּוֹם הַהוּא & הַיּוֹם הַזֶּה postposito pronomine: At זֶה tempori præpositum significat *jam*, ut Gen. 31. 38. Ità vertò, *excidet jam hoc die: & quid? etiam nunc*; i. e. hac horâ. Hyperbole. q. d. Et brevi fiet, & tam certò quasi hoc momento futurum esset [z]. *Eadem die*; (i. e. eodem tempore quo regnum invadet,) *quid autem? etiam nunc* suscitavit? JT. Correctio est; q. d. quid dico, *suscitabit*; imò jam suscitatus est, & in regno versatur [a]. Ellipsis est verbi ex membro præcedente repetendi; qualis alibi occurrit etiam cum numeri, personæ, modi vel, temporis mutatione. Sic 2 Reg. 9. 27. 1 Par. 2. 23 [b]. Qui exscindet——hodie; i.e. citò: *& quid etiam nunc?* q. d. annon intelligis etiam nunc Deum initium facere hujus

p Pi. q G. r Pi. t Pi. sim. V. v Me. x G. y Pi. z V. M. a He. in Mart. & in M. b V. c Mart. d La. † Jun. sic La. Me. f Mart. g San. r To. in Me. s Dr. t V. v M. sim. V. Mar. K. in Di. x V. in Tig. not. y Mart. z Di. a Jun. Pi. Glass. b Glass. gram. p. 719.

hujus exterminationis? nam ubi domum reverſus fueris, invenies filium tuum mortuum [c].

15. *Et percutiet Iſrael*] Quia populus ſe regis impietati obſequentem præbuerit [d], par erat, ut conſortes facinorum forent pœnarum participes [†]. ¶ *Sicut moveri ſolet arundo,* כַּאֲשֶׁר יָנוּד הַקָּנֶה] *Sicut movetur,* &c. P. Mo. &c. agitans *ſicut agitatur,* &c. JT. Pi. Ellipſis vocis ex membro ſequenti repetendæ [f]; perpetuis motibus civilibus & externis divexans [g]; ut arundo continuo motu in aqua decurrente, vel, à vento [h]. Regnum irrequietum erit & inſtabile; crebræ erunt regum viciſſitudines, &c [i]. ex diverſis tribubus & familiis [k]: ideóque vacillabit regnum, & ruinam minabitur [l]. Juſti verò comparantur arboribus proceris & radices agentibus [m]. ¶ *Ventilabit eos,* וְזֵרָם] *Diſperget eos,* P. Mo. &c. ¶ *Trans flumen*] Euphratem [n]. Quod factum per Salmanaſſarem, 2 Reg 17 [o]. & ante eum per Tiglath-pileſar [p].

16. *Tradétque Iſrael*] Sub. *in maledictionem & deſolationem*, V. ſim. Mar. vel, *in manus hoſtium*, Oſ. ¶ *Et peccare fecit Iſrael*] Nempe illius invento, exemplo, & imperio [q]; occaſionem peccandi illis dedit. Confer 1 Reg. 15. 26 [r]. *Et quoniam mores ac vitia Regis imitari, genus obſequii judicatur; abjecerunt omnes pietatem, nè exprobrare ſcelus Regi viderentur, ſi piè viverent*, Lactant. Inſtitut. 5. 6. *Quo pernicioſiùs de Repub. merentur vitioſi Principes, quòd non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in civitatem; ——plúſque exemplo, quàm peccato nocent.* Cicero 3. de Legibus. ——*Et caſtra ſimillima Regi*, Papin. *Quales enim ſunt principes, tales plerumque ſubditi fiunt,* &c. Xenophon 8. ſim. Jo. hoc loco [s].

17. *Et venit in Therſa*] Vel, quòd ibi juvenis regius morbo correptus eſſet [t]; vel, quòd hîc, relicta Sichem, Jeroboam ſedem Imperii fixerat [v]; fortè mutaverunt locum habitationis [x]. Fuit autem *Therſa* urbs amœniſſima, ut patet ex Cant. 6. 3 [y]. ¶ *Cúmque ingrederetur limen domûs, puer mortuus eſt*] At prædictum erat hoc fore, cùm ipſa urbem ingrederetur, Reſp. 1, Ad ingreſſum urbis deſperata eſt ejus valetudo, ad ingreſſum domûs expiravit [z]. Reſp. 2. Apud veteres, domus regiæ in mœnibus ad portas urbium ſitæ erant, ubi jus dici conſuevit [a].

19. *In libro verborum dierum*] Sic vocant Hebræi *Annales, Chronica,* aut *Diaria* [b]. *Dierum*, i. e. rerum per ſingulos dies geſtarum [c].

20. *Dormivit cum patribus*] Vitâ functus, allatus fuit in ſepulchrum majorum [d]. Hæc per prolepſin dicuntur, ut hiſtoriam Roboami pertexeret; Nam cap. ſeq. bella geſſit cum Abia [†].

21. *Quadraginta & unius anni*] Ætas matura & regno idonea, quæ tamen inutilis redditur ab ingenii perverſitate [f]. Ex hoc loco nonnulli colligunt à Salomone duodecenni hunc natum fuiſſe; & res quidem certa eſſet, ſi à Salomone duodecenni regnum initum eſſet [g]; Quod probabile puto; [De quo vide ſuprà ad cap. 3. v. 1. annotata.] Et refert Hieron. epiſt. 131. ad Vitalem, *Nutricem à puero decenni gravidam eſſe factam, Deo ſic ordinante, ut occultum nutricis ſcelus proderetur.* Et ſimile exemplum in Hiſpania, noſtris temporibus accidiſſe audio. Exiſtimo tamen potiùs unctum Salomonem anno circiter vigeſimo, ut patet, quòd David ipſum ſapientem appellat, ſuprà 2. 6, 9 [h]. Putant [alii] viri docti errorem eſſe numeri: & pro 41. ſcriptum fuiſſe 21. aſſerúntque in argumentum ſuæ ſententiæ 1 Reg. 3. 7. 1 Par. 22. 5. & 2 Par. 10. 8, 11 [i]. ¶ *Cùm regnare cœpiſſet*] Sic Pi. Heb. *Quum regnaret*. Synecdoche integri [k]. ¶ *Decem & ſeptem annos*] Omittit menſes excurrentes. Confer infrà 15. 1 [l]. ¶ *Naama Ammonitis*] Hujus meminit, quòd idololatriæ ipſius auctor fuit [m]. Hæc ſuo exemplo & pravâ inſtitutione filium corrupit poſt tres annos, 2 Par. 11. 17 [n]. Erat hæc filia vel ſoror *Sobi*, de quo vide dicta ad 2 Sam. 17. 27. quæ converſionem ſimulaverat [o]: Sed quia patris errores non plenè exuerat, illos filio videtur affricuiſſe [p]. Noluit ſcriptura nos latere, Deo non probata fuiſſe talia conjugia, præſertim cum Ammonitis, &c [q].

22. *Super omnibus quæ fecerant patres,* מִכֹּל־אֲשֶׁר עָשׂוּ וגו׳] *Præ omnibus quæ fecerunt*, &c. Mo. *magìs quàm omnia*, &c. *quæ fecerunt patres*, &c. Jon. Mart. tempore Moſis, & Joſuæ, & Judicum & Saulis. Non autem ſpectat hæc collatio decem tribus [r]. Al. vertunt, *in omnibus quæ fecerant patres*, ὁ. ſim. Sy.

23. *Ædificaverunt enim & ipſi*] Heb. *Etiam ipſi*; &c. q. d. voluerunt imitari, ſive Iſraelitas, ſive vicinas nationes. ¶ *Aras*] Cùm Deus unicam habere voluerit. ¶ *Et lucos*] Luci adhibebantur in Ethnicorum ſacris, quòd amœni eſſent, & ingredientibus neſcio quam religionem viderentur incutere. Deinde in iis erant antra & latebroſa loca, in quibus nefariæ libidines exercebantur [s]. ¶ *Super omnem collem excelſum*] More Patrum veterum, ſed contra Legem, concordiæ in populo cuſtodem, Deut. 12. 5 [t]. Ante Templi exſtructionem licita erant altaria in excelſis, minimè autem poſteá [v]. ¶ *Et ſubter omnem arborem*] Hyperbole; q. d. plurimæ arbores ſacris impuris deſtinatæ fuerant [x].

24. *Effœminati erant,* וְגַם קָדֵשׁ הָיָה בָאָרֶץ] *Et etiam ſcortator erat in terra*, Mo. ſim. Jon. Sy. Sing. pro plur. Vide Deut. 23. 17 [y]. *Fecerunt in terra res horrendas*, Ar. *Erant meritorii*, &c. JT. *catamiti*, Ti. *Sodomitæ*; vel *cinædi*, Oſ. *ſcorta* maſcula, M. P. Mart. Mar. Me. parata ad patiendum [z]. Et contra temperantiam erat hoc ſcelus, & contra religionem; hi enim certo cuipiam dœmoni, v. g Veneri aut Priapo conſecrati erant. Vide Fabrum Semeſtr. 3. 3 [a]. In ſacris idololatricis, obſcœnis hujuſmodi libidinibus frequens opera dabatur [b]. Hæc impudens turpitudo ſæpè Heb. Remp. fœdavit. Vide 2 Reg. 23. 7. Iſa. 2. 6. 2 Mac. 4. 12 [c]. Hoc genus flagitii divino permiſſu plerumque idololatriam ſequitur, infrà 15. 12. 2 Reg 23. 7. Rom. 1. 21, 28 [d].

25. *In quinto anno*] Deus ergò maturavit punire, ut ei mos eſt, incipere judicia à domo ſua: Triennio enim in Judah legitimus cultus viguit: Quarto illum vitiârunt: quinto dant pœnas [†]. ¶ *Aſcendit Seſac*] Σεσόγχις hic Diodoro Siculo. Hunc Joſephus putat ab Herodoto *Seſoſtrin* dici, qui teſte eodem Herodoto, tum alia, tum Palæſtinam Syriam ſubegerit [f]; Et addit Herodotus, civitates illi ſe didiſſe, non exſpectata obſidione; in cujus mollitiei teſtimonium, poſt direptionem earum, reliquit in eis columnas, in quibus pudenda muliebra exſculpſit; De hoc autem rege accipienda iſta eſſe probat Jo. quòd ibi circumciſionis meminit: Nulli autem in Syria circumcidebantur, præter Hebræos [g]. Q. volunt hunc fuiſſe Pharao Necho [h]. Fuit iſte Seſac filius ſoceri Salomonis. Vide quàm fluxæ & evanidæ ſunt neceſſitudines hominum [i]. Quæ erat belli cauſa, non exprimitur; Fuit, vel, 1. ut regnum amplificaret [k]; vel, 2. Jeroboami ſuaſu, quocum ei erat affinitas & familiaritas [l]; Dum enim in Juda viguit pietas, miras acceſſiones habuit Roboam, quas Jerob. formidabat [m]; vel, 3. quod valdè deſiderabat ſolium eburneum [aliaque magnifica opera] Salomonis [n]. Nos autem Deum potiùs reſpiciamus, qui, cùm illi pietatem colerent, conciliavit illis regem Ægypti; cùm eam abjicerent, ipſum in eos excitat & inflammat [o].

26. *Et tulit theſauros*, &c.] Mirum ſanè urbem tam munitam ab eo potuiſſe tam citò expugnari; quam, niſi poſt longam obſidionem, ſive Nebucadnezar, ſive Titus, expugnare poterat. Sed Deus illis timorem illum & cordis mollitiem, quam comminatus fuerat, incuſſit; ut teſtatur Joſephus, qui urbem deditam fuiſſe aſſerit certis conditionibus, quibus tamen Seſac non ſtetit. Expende hîc rerum vices: Olim Hebræi ſpoliârunt Ægyptios, nunc Ægyptii Hebræos, &c [p].

27. *Et fecit Roboam ſcuta ærea*] Non neglexit quæ ad pompam ſuam pertinebant; fortè & ſupellectilem templi reparare voluit [q]. ¶ *Et tradidit ea in manum ducum ſcutariorum,* וְהִפְקִיד עַל יַד שָׂרֵי הָרָצִים וגו׳] *Et depoſuit in manu*, vel *manum* (*mandavit ſuper manu*, Mo. *commiſit manibus*, Ti.) *principum curſorum*, P. Mo. vel, *præfectorum curſoribus*, G. Jun. ſim. ὁ. Jon. Oſ. vel, *eorum qui præerant militibus*, M. ſive, *ſatellitibus*, Ti. ſim. Mart. Oſ. *Ducum peditum cuſtodientium*, &c. Ar. Sunt רָצִים propriè curſores qui regem præcedunt ſequuntúrque, & latera ejus ſtipant cùm aliquò vadit [r]; erántque à cuſtodia corporis regii [s].

28. *Cúmque ingrederetur rex in domum Domini*] Hinc patet, 1. Roboamum divinum cultum nec plenè & palàm deſeruiſſe, nec prohibuiſſe [t]. 2. Illum poſt caſtigationem acceptam reſipuiſſe; non enim ad excelſa, ſed ad domum

Marginal notes (left column): c Oſ. ſim. La. — d Me. — † Mart. — f Glaſs. gram. 724. — g Jun. Pi. ſim. G. — h V. — i Oſ. — k Mart. — l Oſ. — m Mart. — n V. Jun. Pi. &c. — o Jun. ſic G. San. La. Mart. — p Mart. — q Mart. — r Glaſ. gram. 254. — s G. — t Q. in Mart. ſic V. — v T. ex San. ſim. Mart. Jun. — x V. — y T. ex San. — z Q. in Mar. — a Mart. — b V. — c Pi. — d V. — † San. — f Mart. — g San. — h San. ad 1 Reg. 3. 1 — i G. — k Pi. — l G. — m Jun. Pi. — n G. — o San. — p L. — q Mart.

Marginal notes (right column): r Mart. — s Mart. — t G. — v M. — x Mart. — y Ma. ex Jun. — z Mar. — a Me. — b Mart. — c Me. — d G. — † Mart. — f G. — g Mart. — h V. — i Mart. — k Me. — l Me. ex Sal. Mart. — m Mart. — n Q. in V. — o Mart. — p Mart. — q Me. — r M. ſim. V. — s V. — t Mo.

Dei proficiscitur [v]. ¶ *Portabant ea, &c.*] Vel, 1. ad pompam, nè jam à suo populo contemneretur: vel, 2. ut occasionem rebellandi Judæis præcideret [x]. ¶ *Reportabant ad armamentarium scutariorum,* [אל תא וגו'] *Ad thalamum,* &c. P. Mo. Mar. seu cubiculum; i. e. domicilium, ubi satellites diversabantur [y]. *In conclave,* Jon. *domum,* Sy. *procatonem,* JT. In locum in quem recipiebant se cursores illi, regresso Rege de Templo [z].

29. *In Libro sermonum dierum*] Vel, In libro Chronicorum ut suprà v. 19 [a]. Vel, Alius hic erat liber, qui non extat [b]. Videntur hi libri fuisse antiqui, quibus continebantur gesta regum tum Judæ, tum Israelis, veluti annales; ex quibus in compendium redactis postea *Libri Paralipomenων* prodierint, retento antiquorum titulo [c].

30. *Fuit bellum ——cunctis diebus*] Scil quibus Roboamus vixit [d]. Quamdiu vixerunt, præterquàm initio [†]. Qu. Quomodo hoc verum, cùm, admonente Semeiâ, Judæi arma deposuerint, cap. 12? Resp. 1. Illo triennio, quo Deum coluit, obedivit illi mandato Dei; sed posteà bellum movit; Ergò *cunctis diebus* hîc sign. toto ferè tempore regni [f]. 2. Pugnatum est inter eos, non quidem collatis signis & exercitibus, sed mutuis direptionibus, præsertim in finibus. 3. Vetuit Deus Judæis, nè decem tribus invaderent, non item nè se defenderent [g].

[v] Mart. [x] K. in Mart. [y] Mar. [z] Me. [a] Jun. Pi. [b] Me. Os. [c] Mar. fim. San. [d] Mart. [†] V. [f] E. [g] Mart.

CAP. XV.

1. IN *octavo decimo anno, &c.* v. 2. *tribus annis regnavit, &c.*] Dices, v. 9. *Abiam* mortuum anno 20. Jerob. ergò 2. tantùm annis regnavit. Resp. Numerandus hîc est annus 18. *Jerob.* ísque primus fuit *Abiæ* [h]. Tertius verò ann s non est totus ab eo decursus. In annis regum non rarò difficultates occurrunt, quæ multiplici ratione discuti possunt [i]. 1. Pars anni, mensis, &c. ponitur pro integro anno, mense, &c [k]. 2. Filii cum parentibus aliquando regnârunt, aliquot annos, & ii anni nunc parentibus, nunc liberis ascribuntur. 3. Contingebant quandoque interregna, quæ modò priori, modò consequenti regi attribuuntur [l]. 4. Quandoque unus annus duobus tribuitur, quòd à neutro impletus fuerit. 5. Prætereuntur interdum anni quibus principes tyrannicè regnârunt. 6. Q. mendas agnoscunt librariorum vitio: Ast ego non libenter eò me demitto [m].

2. *Maacha filia Abessalom,* [אֲבִישָׁלוֹם] *Abisalom,* qui & *Absalom,* quomodo dicitur, 2 Par. 11. 21 [n]. Mihi penè certum est, hunc fuisse Davidis filium; loquitur enim de eo, quasi homine notissimo, nullam addens generis, vel ordinis notam [o]. Erat ergò hæc *Thamar* filia *Absalom,* de qua 2 Sam. 14. 27 [p]. quæ *Maacha* dicebatur ab avia sua, matre Absalomis [q]. Nomine erat *Thamar,* cognomine *Maacha,* quod videtur fuisse filiæ primogenitæ in regno *Gessur* appellativum; unde & mater, 2 Sam. 14. & filia hîc, & neptis v. 10. *Maacha* singulæ vocantur [r]. Dices, hæc *Maacha* vocatur *Michaia, filia Uriel de Gabaa,* 2 Par. 13. 3 [s]. *Gibeon* autem erat in tribu Benjamin. Resp. 1. Satis conveniunt ista nomina, *Maacha* & *Michaia* [t]. 2. *Absalom* binomius erat, dictúsque *Uriel*; i. e. *lux* & *splendor Dei,* fortè ob pulchritudinem [v]. 3. *Maacha* erat filia *Absalomi,* non naturâ, sed adoptione [x]. Nata dicitur ex *Thamara,* sorore *Absalomi,* quæ posteà nupsit *Urieli* [y]. 4. Planiùs dici possit *Maacham* fuisse, non filiam, sed neptem *Absalomi* ex *Thamare* filia, quæ *Urieli* nupserat, quod & Josephus affirmat, Antiq. 8. 3. Thamar filia Absal. grandævior videtur, quàm ut nuberet Roboamo. Adde quòd hæc semper *Maacha,* nunquam *Thamar* vocatur [z]. [Alii aliter;] Non est hic Absalom, Davidis filius, sed alius, qui & *Uriel* dictus [a].

4. *Propter David*] Propter pietatem Davidis, ut declaratur, v. 5 [b]; propter promissa Davidi facta [c]. ¶ *Dedit lucernam*] i. e. Regnum in posteris. Confer suprà 11. 36. 2 Reg. 8. 19. 2 Par. 21. 7 [d]. Regium splendorem [†]. Reges lucis instar subditis esse debent [f]. ¶ *Ut suscitaret filium ejus post eum, & statueret Jerusalem,* [וּלְהַעֲמִיד אֶת יְרוּשָׁלָם] *Et stabiliendo* (vel, *confirmando,* sub. *in statu pristino* [g],) *Jerusalaim,* P. [sim. Jon. & plerique.] *Eúmque in Jerusalem stabiliendo,* Sy. *Et urbem pacis conservando,* Ar. *utque firmaret* (vel, *& statueret,* Mar.) *Jerusalem,* Ti scil. ut regni caput esset [h]; ut urbs cum templo & cultu Dei, suísque habitatoribus conservaretur [i].

[h] La. Mart. [i] Mart. [k] To. in La. [l] Mart. fim. To. in La. [m] Mart. [n] San. Mart. sic La. T. He. in V. [o] San. fim. La. [p] La. [q] San. [r] T. [s] La. [t] Mart. ad c. 14. v. ult. [v] La. [x] Mart. fim. La. [y] Mart. [z] La. [a] Me. sic L. [b] Pi. [c] Mart. [d] G.

5. *Et non declinâsset —— excepto sermone Uriæ*] At peccavit David circa Nabal, & Mephiboseth, & Ammonitas, & in censu populi; Quomodo ergò hoc dici potuit? Resp. Plerique comparatè hoc dici volunt, hoc enim enorme fuit; reliqua illius comparatione exigua [k]. Reliqua ejus peccata honesto aliquo prætextu excusari poterant; hoc autem excusari non poterat [l]. Hoc peccatum suo pondere & magnitudine reliqua obscuravit [m]; infame erat & scandalosum [n]. In hoc peccato diu hæsit David: peccata verò aut pauca, aut levia, aut brevi detensa, censentur non fuisse; sicut natus non existimatur, qui statim interiit; & *non mortua* dicitur, quæ statim revictura erat, Matt. 9. & *non esse in mundo,* Joan. 17. qui citò abiturus erat [o]. In aliis ex infirmitate peccavit; hîc elatâ manu, & projectâ audaciâ [p]. De tota via pietatis non decesserat [David] nisi hoc uno tempore [q].

6. *Bellum fuit inter Roboam & Jeroboam*] Qu. Quorsum hoc repetitur? Resp. 1. *Roboam* patronimicè ponitur pro Roboamide; i. e. pro Abia. Quomodo *Dardanus* pro Dardanide, & *David* pro Christo, Ezec. 34. 23 [r]. [Ità Ca. sumit, vertítque *inter Abiam,* &c.] Resp. 2. Ut significet bella quæ inchoaverat *Roboam* à filio *Abia* fuisse continuata [s]. Sensus est, licèt Deus lucernam Davidi concesserit, peccata tamen posterorum ejus noluit esse impunita, idcóque tum *Roboam,* tum *Abia* vexabantur, &c [t]. A principio Roboam paruit mandatis Dei, & ab armis capessendis destitit; posteà tamen oblitus monitionis divinæ, conatus est regnum Israel recuperare [v].

10. *Nomen matris Maacha, filia Abessalom*] Id est, Absalom filii Davidis. Alia hæc erat ab illa, v. 2. erátque soror ipsius junior [x]. [Alii aliter.] Eadem hæc, de qua, v. 2. quæ hîc *mater* ejus dicitur; id est, avia [y]: sicut v. 3. David dicitur Abiæ pater, id est avus [z]. Dicitur hoc in laudem ejus, quòd ipse educatus apud aviam impiam & idololatricam, illius mores non didicit [a].

12. *Abstulit,* [וַיַּעֲבֵר] *Transire fecit.* Ma. *expulit,* vel *amovit,* V. i. e. Extremo supplicio affecit, ut 2 Sam. 1 [b]. ¶ *Effœminatos*] De quibus vide suprà 14. 24. non tamen omnes amovit, ut percipitur ex cap. 22. 46 [c]. ¶ *Sordes idolorum,* [הַגִּלֻּלִים] *Simulacra,* V. *idola,* sic dicta, quia animum impurant [d].

13. *Maacham amovit, nè esset princeps in sacris Priapi,* &c. [וַיְסִרֶהָ מִגְּבִירָה וגו'] *Et amovit eam ab hera,* Mo. *ab essendo dominam,* Pi. *ab officio,* Strig. *de regno,* Jon. Ar. *Nè esset princeps,* vel *augusta,* P. JT. Pi. Præpositio מ præfixa ante nomina negationem aut privationem sæpè innuit, ut suprà 15. 22. *rejicit te* מִמֶּלֶךְ *à rege*; h. e. nè sis rex [*]. privavit eam dignitate & potestate [†]: excubias militares abstulit, ut matri Nero [f]. ¶ *In luco ejus quem consecraverat,* [אֲשֶׁר עָשְׂתָה מִפְלֶצֶת לָאֲשֵׁרָה] *Quæ* (vel, *Eo quòd,* V. M. Ti. Jun.) *fecerat idolum* (*terriculamentum,* Mo.) *in luco,* P. *fecit synodum,* seu *conventum in luco suo,* ó. ubi post sacrificia turpitudini vacabant [g]. *Eò quòd celebravit solennitatem cultui suo,* Sy. *Quòd procera arboris idolum fecisset,* Ar. *Fecerat horrendam statuam cum luco,* Jun. *Fecerat miphletzeth,* Strig. מִפְלֶצֶת sign. *tremorem membrorum,* & *timorem animi*; quòd idololatræ deos suos timeant [h]. Idola sic vocantur, quòd horrorem incutiant cultoribus suis, vel, etiam iis horrendas calamitates inducant [i]. Vetus interpres reddidit *Priapum,* quæ interpretatio probabilis est [k]. *Simulachrum Priapi,* V. Quia in hortis Græciæ & Italiæ poni solebat forma Priapi, ideò ex simili hanc vocem hîc posuit Interpres [l]. De eo sic Columella, l. 10.

——*Numen venerare Ithyphalli,*
Terribilis membri [m].

Intelligitur isto nomine pudendum virile [n]. Hanc turpissimam imaginem, posuerunt hortorum custodem, & in Ambarvalibus per agros circumduxerunt, quasi sic

malos

[†] Jun. Pi. [f] Mar. [g] V. [h] Mar. [i] Os. [k] San. Ita Me ex To. & Caj. & Hug. [l] T. E. [m] Mart. [n] La. [o] San. ad 1 Sam. 25. 35. [p] Ma. [q] G. fim. Ma. [r] Q. in San. [s] Mart. [t] San. [v] M. [x] La. [y] Mart. M. V. Jun. Pi. Ma. La. [z] La. Mart. [a] V. ex M. fim. Mart. [b] Me. [c] Pi. [d] G. [*] Glas. gram. 656. [†] Pi. fim. Sy. V. Ca. [f] G. [g] Ma. [h] V. [i] Ma. [k] Pi. [l] G. [m] Mart. [n] Pi.

malos eventus à feminibus averterent; inducebant postea in urbem, & matrona honestissima coronam illi publicè imposuit. Eo munere, vel consimili fortè *Maacha* fungebatur [o]. Porrò Hebræi coluerunt Priapum nomine *Beel-Phegor*, de quo vide ad Num. 25. 3. Fuit ergò *Maacha* meretricum & scortorum regina [p]. [Al. sic vertunt,] *quòd Pana fecerat*, Ca. Quò minùs *Priapum* vertam in causa est, 1. quòd vix credibile est eum à fœmina factum: 2. quòd hîc in luco positus est: quod est *Pani* convenientius, cùm *Priapus* soleret in hortis collocari: 3. quòd מִפְלֶצֶת *à terrore incutiendo* dicitur, quod *Pani* congruit, unde *Panicus timor* dicitur [q]. Fortè *Timorem*, sive *Pavorem* Deum hæc coluit, quomodo & Corinthii & Lacedæmones, & Tullus Hostilius rex Romanorum fecerunt. Aliqui Hypallagen hîc observant; *fecit horriculum pro luco*; id est, lucum pro horriculo. Notant etiam idola alibi vocari אֵימִים, id est, *terrores*, Jer. 50. 38 [r]. Priapi verò idolum sic vocatur, vel, quòd terrorem incuteret ab insolenti, indecoráque effigie [s]; vel, quia Priapus erat hortorum custos, quia & aviculas & fures arcere credebatur [t]. [Al. sic;] *Quòd fecerat in lucis simulacra*, M. [qu. sing. pro plur. positum esset, ut sæpè fit;] vel, ut alii; *horrenda fana*, in quibus idola colebantur; quæ fana hîc *horrorem* scriptura vocat, quòd horrenda ibi perpetrabantur [v]. ¶ *Et confregit*] Heb. *succidit*; i. e. succisum contrivit, vel, comminuit, ut exponitur, 2 Par. 15. 16. Synecdoche [x]. ¶ *Et combussit in Torrente Cedron*, Ità 6. Jon. Sy. Ar. P. Mo. בְּנַחַל] *Ad* vel *juxta torrentem*, JT. M. Ti. Et cinerem in torrentem projecit, tanquam anathema; nolens aurum argentúmque ulli in commodum cedere, cùm anathema essent [y].

14. *Excelsa non abstulit*] At 2 Par. 14. 2. dicitur *excelsa subvertisse*. Resp. 1. Subvertit excelsa, in quibus dii alieni colebantur, non autem illa, in quibus verus Deus colebatur [z]. Resp. 2. Dicitur hoc de fanis quæ ad montem Oliveti fabricaverat Salomon, quæ multis post annis diruit Josias, 2 Reg. 23 [a]. *Excelsa non ablata* erant altaria Domini, qualia habuerunt ante exstructionem Templi [b]. Debuerat autem omnia altaria evertere, nè alibi, quàm in Templo sacrificia fierent [c]. Verùm non satìs auctoritatis viriúmque habuit, ut hoc malum tam latè diffusum tolleret; alioquin ipse (ut sequitur) in rebus Dei optimè esset animatus. Interdum *melius omittere prævalida & adulta vitia, quàm hoc assequi, ut palàm fiat quibus flagitiis impares simus*, ut verbis utar Taciti ex Annal. 3 [d]. ¶ *Cor Asa perfectum erat cum Domino*] Vel, *erga Jehovam*, JT. id est, erga cultum ejus: quamvis vitam reliquam huic studio non conformaverit [†]. *Perfectum erat*; i. e. Deum puro corde coluit: neque putavit se peccare quòd talia excelsa relinqueret [f]. Zelo Dei fervebat [g]. Peccavit Asa, sed non defecit à Deo [h]. *Cor perfectum* dicitur, per Synecdochen, quia majori ex parte vitam suam ad voluntatem Dei conformaverit [i].

15. *Quæ sanctificaverat pater suus & voverat*, וַיָּבֵא אֶת־קָדְשֵׁי אָבִיו וְקָדְשׁוֹ] *Keri* [קָדְשֵׁי] וגו׳ *Et intulit sanctificationes (columnas*, 6. *sancta* vel, *sacra*, Jon. Sy. Ar. *res consecratas*, JT. sic Ti. Belg.) *patris sui, & sanctificationes domus Domini*, Mo. *& consecrata* (sub. *sua*, vel, *ipsius*, vel, *à se*, Belg. sic P. Jon. Sy Ar. JT. Ti. quod hîc inseritur ex 2 Chron. 15. 18 [k].) *in domum*, &c. Belg. Al. *& sancta* pertinentia *ad domum Domini*, Os. Hinc colligitur Abiam non fuisse à Jehova tam alienato animo, quin illi nonnulla dedicaret [l]: Hoc autem fecit, in magno illo discrimine, cùm adversùs Jeroboam pugnaret [m]; cùm illam victoriam adeptus esset Deo suscipiente illius vota, de quibus vide 2 Par. 15. 18. Priùs sceleratè vixerat, sed in periculo isto resipuit [n].

16. *Bellum erat inter Asa & Baasa*] Cùm videret Baasa multos ad Asam defecisse. Vide 2 Chron. 15. 9. &c [o]. ¶ *Cunctis diebus eorum*] Ex quo scilicet bellare cœperunt usque ad mortem Baasæ; nam Asa multis post eum annis regnavit [p].

17. *Ascendit Baasa*] q. d. Conduxit milites, eduxitque eos contra Jehudam. ¶ *Ædificat Ramah*] i. e. Arcem, vel turrim illam munitissimam, quæ ab altitudine vocabatur *Ramah*. Aut certè est nomen proprium [q]: *Ramah* ad tribum Benjamin pertinebat, erátque in regno Judæ, vicina *Anathoth* & *Bethlehem*; & ut ait Jo. distabat Hierosolymis stadiis 40 [r]. Sita erat in duarum tribuum confinio. Vide Jos. 18. & videtur fuisse in montium angustiis, ut facilè viatores aditu prohiberet [s]. Non tamen hanc urbem condidit, sed munivit, 2 Par. 16. 1 [t]. ¶ *Et non posset quispiam egredi*, &c. לְבִלְתִּי תֵּת יֹצֵא וָבָא וגו׳] *Ad non dandum egredientem*, &c. Mo. *ut non permitteret aliquem egredi aut ingredi ad Asam*, M. sim. JT. P. Jon. V. *Nec dedit commeatum*, Ti. vel, facultatem ultrò citróque commeandi [v]. Hoc fecit, ut impediret & suorum defectionem, & iter ad suos solicitandos [x]; nè mutua commercia suis deficiendi occasionem darent [y]; & ne quis è Juda in regnum Israelis irrumperet [z]; & ut inde crebris excursionibus regnum Juda impunè fatigaret [a]. Causa hujus expeditionis erat, quòd post victoriam Asæ de rege Æthiopum, creverat ejus nomen, multique ad illum defecerant [b].

18. *Tollens aurum — in thesauris Domini*] Peccavit Asa, quòd aurum Templi usurpârit & alienârit [c]; cùm necessitate non premeretur [d]. Excusatur hæc rerum sacrarum usurpatio summi mali metu: Vide 1 Sam. 21. & de J. B. & P. 3. 5. 2. & 21, 23 [†]. Vel, Sesac omnes thesauros non abstulerat; vel eos reparaverant fidelium pietas, & victoriæ contra Baasa & Æthiopas [f]. ¶ *Ad Benadad*] Idem nomen, quod *Adad*, & aliis *Ader*; de quo suprà, & ad 3. l. de V. R. Christ [g]. Hic vel patrem vel avum habuit istum *Hadadum* Idumæum, de quo priùs dictum [h]. ¶ *Filii Hezion*] Fortè is est, qui suprà 11. 23. *Rezon* dicitur [i].

19. *Fœdus est*, בְּרִית] *Fœdus*, sub. vel, *est*, P. vel, *sit*, Q in V. *ut fuit inter*, &c. V. ¶ *Et inter patrem meum, & patrem tuum*] *Abiam*, viz. & *Tabremon* [k]. Adversarius erat tempore Salomonis, suprà 11. 25. Posteà diviso regno, utriusque fœderatus fuit [l]; q. d. Non novum fœdus est, sed antiquum [m]. ¶ *Et irritum facias fœdus*, &c.] Duplex hîc *Asa* peccatum; 1. Quòd terram Canaan à Deo datam Israelitis, diripiendam exposuit alienis. 2. Quòd author Benhadado fiat frangendi fœderis, &, ut verisimile est, perjurii; Non enim citra juramenta solent iniri fœdera [n].

20. *Acquiescens Benhadad.*] Venalem habuit Syrus fidem; ratus ibi jus esse, ubi merces plurima: Hic nempe geminam prædam ab Hebræis accipit, à volentibus alteram, alteram ab invitis [o]. ¶ *Percusserunt Ahion*, &c.] Partes Aquilonares, & provinciæ suæ finitimas aggreditur [p]. Percurrens superiorem tractum Asheris, Danis & Napthali, usque ad fines Manassis, stragem edidit: nam *Hijon*, Ascheris; *Dan*, Danitarum; *Abel Mihaca*, (quæ 2 Chron. 4. est *Abel-majim*, Jun.) Menassitarum; *Cinnereth* Naphthalitarum erat [q]. Magno igitur constitit Baasæ ædificatio Ramæ [r].

21. *Et reversus est*, Ità 6. mutatis punctis, ut sit à שׁוּב, non à וַיֵּשֶׁב וגו׳] [r] *Mansitque*, &c V. sim. Ma. JT. &c. q. d. continuit se in urbe regia *Tirzah* [t]. De qua vide suprà 14. 17 [v].

22. *Nemo sit excusatus*, אֵין נָקִי] *Nemo* fuit *exemptus*, P. Mo. vel, *exceptus*, V. *immunis*, Sy. JT. liber ab isto onere civili, Heb. *innocens*; Metaphora, & Meton. efficientis [x]: nullo dempto, nè sponso quidem, qui eadem voce נָקִי ab armis eximitur, Deut. 24. 5 [y]. Verùm hæc non erat bellica expeditio. Porrò Baasa nihil ultrà adversùs Asa tentavit, sive quòd mors ipsius intercesserit, sive quòd confœderationem Judæ & Syriæ formidaverit [z]. Ubi adversùs hostem muniendi sunt limites, omnis immunitas cessat [a]. ¶ *Quibus ædificaverat*, sim. V. JT. אֲשֶׁר בָּנָה] *Quæ ædificaverat*, P. Ma. ¶ *Et extruxit*] Id est, instauravit, & communivit [b].

23. *Fortitudines ejus*] Fortia gesta [c]. ¶ *Veruntamen*] Ità P. JT. *tantum*, 6. Jon. Sy. Ar. Ti. Mo. G. id est, caruit morbis, nisi quòd extremâ senectute sensit podagram [d]: quare nihil fortiter gessit [†]. ¶ *Doluit pedes*, חָלָה אֶת־רַגְלָיו] *ægrotavit pedibus suis*, 6. Jon. Sy. Ar. Mo. Ti. P. vel, *ex pedibus*, JT. Mar. vel, *in pedibus*, M. Podagrâ [f]: Ut animus ejus fiduciâ erga Deum claudicabat, ità pedes corporis redditi sunt invalidi. Et ut Prophetam in compedes conjecerat, sic ejus incessus podagrâ est impeditus. Etsi fides Asæ nonnihil labefactata esset, cultum tamen Dei illibatum servavit: Quare verisimile

Marginal notes (left column): o Mart. — p La. — q Ca. — r Ma. — s Mar. — t San. — v M. — x Ma. — y M. — z Mart. sim. M. V. — a Me. — b M. sim. V. — c V. — d G. — † Jun. Pi. sim. Me. La. Mart. — f V. — g M. — h San. — i Mart. — k Belg. — l Mart. — m Me. & San. ex To. — n Mart. — o Jun. Pi. — p Me.

Marginal notes (right column): q V. — r Me. — s San. — t Me. — v Mar. — x Jun. Pi. — y G. — z San. — a Me. — b Mart. — c La. sim. Me. — d Me sim. Mart. — † G. — f Me. — g G. — h Mart. — i Jun. Pi. Me. Ma. — k Me. — l Ma. ex Jun. — m V. — n Mart. — o Me. — p San. — q Jun. Pi. sim. Ma. Mart. — r Mart. — s G. — t Ma. ex V. — v Ma. — x Pi. — y Mar. ex He. — z Mart. — a G. — b Me. — c V. — d G. — † Jun. Pi. — f V. G. Me. Mart. San.

verisimile est, illum ad finem vitæ resipuisse; nam in scripturis inter bonos reges numeratur [g].

25. *Regnavit*] Id est, regnare cœpit: Synecdoche membri [h]. ¶ *Duobus annis*] Imperfectis, ut ostendit, v. 28. & 33 [i]. In pace, & octo annis in afflictione [k].

27. *In Gibbethon*] Vide cap. 16. 15 [l]. Oppidum attributum Dani, quod Philistæi tenebant, Jos. 19. 44 [m].

28. *Anno tertio Asa*] Hoc non intelligitur de initio Regni ejus, (de quo 2 Par. 16. 1. intelligendum est,) nam sub Asa terra quievit 10 annis [n]. *Anno tertio*, nempe postquàm ei susceptum erat bellum in Israelem: id enim repetendum ex superioribus: Confer. 2 Par. 16. 1 [o]. Qu. Quî constet hæc supputatio? Nam Baasa 24 annos regnavit; [infrà v. 33] At expeditio Baasæ in Ramam contigit anno 36 Asæ, 2 Par. 16. Resp. Supputandum [ut jam dictum] ab initio (non regni Asæ, sed) belli cum Israelitis gesti. Illis ergò 24 annis adde decennium primum Asæ, quod pacatum erat; ex quibus 2 anni adscribendi sunt Jeroboamo; 2 Nedabo; 6 reliqui Baasæ; quibus 6 annis post Nadabum occisum minimè ab omnibus ut rex admittebatur: Regnâsse ergò dicitur tantùm 24 annos, nimirum super totum Israelem [p]. ¶ *Et regnavit pro eo*] In decem tribubus multi ad Regnum pervenerunt vi, non successione. In Judæ parte nullus regnavit, nisi sanguinis jure, secundùm promissa Davidi facta [q]. Cùm Nadab in obsidione urbis occisus sit, dicendum quoque est, eum insepultum projectum, cœli avibus prædam fuisse, juxta Prophetiam Ahiæ, 1 Reg. 14. 11 [r].

29. *Donec deleret eum*] i. e. Familiam ejus [s].

30. *Et propter delictum*, &c. בְּכַעְסוֹ אֲשֶׁר הִכְעִיס וגו׳] *In irritatione ejus* (vel, *cum irritatione sua*, M. *propter irritationem*, Pi. Ti. P. *propter indignationem ejus*, JT.) *quâ irritavit*, vel *provocavit Dominum*, ὁ. Jon. P. Mo. Ti. JT. Pi. *Propter delictum* Nadab; Hieronymus causam, i. e. peccatum, posuit pro effectu, i. e. irritatione [t]; *propter iram ad quam provocaverat*, Sy.

[g] Mart. [h] Pi. [i] Jun. Pi. [k] V. [l] V. [m] Jun. Pi. [n] V. [o] G. ad v. 33. sim. Mart. [p] Mart. [q] G. [r] Ve. [s] V. [t] Mar.

CAP. XVI.

1. AD *Jehu filium Hanani*] *Jehu* erat Propheta, necnon pater ejus *Hanani*, 2 Par. 16. 7 [a]. Hoc modo interdum Deo placet sua beneficia continuare. Nota, Israelitis etiam postquàm à Deo descivissent, multos Prophetas fuisse missos [b].

2. *Exaltavi te*] Collatio regni, Deo; doli verò & parricidium, Baasæ attribuuntur. ¶ *Super populum meum Israelem*] *Suum* vocat Deus; vel, 1. Quòd suus esse debuit: vel, 2. Quòd inter eos multi essent Prophetæ, aliique pii viri: vel, 3. Quòd adhuc retinebant quædam vestigia fœderis, ut Circumcisionem, sacras litteras, &c. Quomodo Papistis damus Ecclesiæ titulum, quòd rudera & vestigia Ecclesiæ retineant [c].

3. *Demetam posteriora*, &c. הִנְנִי מַבְעִיר אַחֲרֵי בַעְשָׁא וגו׳] *Ecce ego succidens* (vel, *removeo*, P. *sublaturus sum*, Sy.) *posteros Baasa, & posteros domûs ejus*, Mo. Mar. *Ego suscito post Baasa*, &c. ὁ. sub. *mala*, Ità Complut. in Nob. *Exscindam*, vel *extirpabo post Baasam*, &c. M. Ti. *sublaturus sum post Baasam*, &c. sub. *euntes*, sive asseclas ejus: ut suprà 14. 10 [d]. *Flammare faciam post Baasa*, &c. Belg. *Extirpaturus sum reliquias*, &c. Ar. *A tergo expellam Baasa*, &c. i. e. propellendo è tergo, tollere à terra paratus sum †. *Expurgabo post Baasa*, &c i. e. funditùs exterminabo, &c. ac si quis sordes è conclavi scopis ejiciat [f]: Vel, tanquam plantam stirpitùs evellam [g]. ¶ *Faciam domum tuam, sicut domum Jeroboam*] Pares penæ consequuntur paria scelera. Pares erant *Jeroboam & Baasa*; quòd uterque 1. Conspiravit in Dominum suum. 2. Exemplo antecessoris minimè terrebatur. 3. Naturali morte extinctus est, sed in filiis graviter punitur [h].

7. *Cùm autem*, &c.] Heb. *Sic etiam*, Pi. *Et etiam*, G. *Quemadmodum etiam*, JT. Hebraismus; Prædixerat etiam Jehu interitum filii ejus, nempe Jeroboam; vel, hoc vult; Non solùm per Jehu interitus familiæ hujus fuit prædictus, sed & per Ahiam. Aut, Prædixit etiam Jehu interitum Baasa, quemadmodum Ahias prædixerat interitum patris ejus Jeroboam [i]. *Nempe per Jehu*, &c. ostendit scriptor impletam planè Prophetiam de qua agere cœperat capitis hujus initio [k]. ¶ *Verbum Domini factum esset contra Baasa*, &c., Ità Jon. Sy. Os. JT. Belg. אֶל בַּעְשָׁא] *Ad Baasa*, Mo. *De Baasa*, Ar. *Super Baasa*, ὁ M. P. Ti. ¶ *Et contra omne malum, quod fecerat*, וְעַל כָּל־הָרָעָה וגו׳] *Et super* (vel, *& contra*, Jon. Os.) *omne malum quod fecit*, M. P. Mo. Ti. Strig. *Propter omnia peccata*, Strig. *Idque* (vel, *etiam*, Ang) *propter totum illud malum*, JT. Belg. sim. Sy. ¶ *Ad irritandum*, לְהַכְעִיסוֹ] *Provocando*, sive *irritando eum*, P. V. vel, *ità ut provocaret*, &c. V. vel, *quòd provocâsset eum*, JT. Pi. ¶ *Ut fieret sicut domus Jeroboam*, Ità M. Ti. Os. Strig. לִהְיוֹת כְּבֵית וגו׳] *Ut esset sicut domus*, &c. Jon. sim. Mo. Ma. *quòd futura esset sicut domus*, &c. P. Prædixit verbum Dei, *fore ut esset similis domui Jerob.* V. sim. Sy. Ar. Ca. [qui omnes hæc verba connectunt cum initio versûs.] Alii, *quòd esset similis domui Jerob.* JT. Belg. sim. Ang. [Atque hi de peccato, ut priores de pœna, simili intelligunt.] ¶ *Ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani, Prophetam*] Sex postremæ dictiones non sunt in Hebræo [l]; nec in ὁ. nec Chald. nec in quibusdam Latinis MSS [m]. Addidit hæc Interpres explicationis gratiâ; sed contra hanc sententiam gravis urget ratio, quòd 2 Par. 19. 2. occurrit *Jehu filius Hanani*. Fateor igitur duos fuisse & filios (*Jehu*) & patres (*Hanani*) cognomines. Nam illud improbare, quod probat Ecclesia, audacis est, &c [n]. [Vide Lector, quanta cum obstinatione, parati sunt hi homines Vulgatam suam versionem defendere.] In Hebræo est וְעַל אֲשֶׁר הִכָּה אֹתוֹ] *Et propterea quòd percussisset*, vel, *occidisset eum*, P. Jon. V. sim. Sy. M. Ti. &c. *Eum*; *Quem?* vel, 1. *Nadab* [o]: *Jeroboam*; h. e. filium Jeroboami, *Nadab*; Pater enim pro filio quandoque ponitur [p]. Aut in *Jeroboamo* patronymicè intelligitur *Nadab*; aut certè *Jeroboamus* in *Nadabo* occisus videtur [q]. Non nego hunc dicendi modum esse usitatum, eóque uti interpretes, ubi aliqua gravis difficultas urget, quæ hîc nulla est [r]: Vel, 2. *Jeroboam* [s]. Non placet; Obstat 2 Chron. 13. 20. Et si Baasa *Jeroboamum* occidisset, statim invasisset regnum, nec *Nadab* successisset [t]: Vel, 3. *Eam*, scil. domum Jeroboami [v]. Confer verba suprà 15. 29 [x]. 4. *Eum*; i. e. *Baasam*. Ità plerique; [inquit Ma. quâ authoritate, ipse viderit.] *Propter quod percussit eum Dominus*; id est, propter sua prava opera *. Qu. Quomodo dicit, *occîdit eum*; i. e. *Nadabum*, cujus nullam hîc mentionem fecerat [y]? Resp. Relativum exprimitur sine antecedente [z]. [Quàm frequens est hujusmodi ellipsis, ostendit Glassius plurimis exemplis, in Grammat. l. 3. Tract. 1. de nomine Canon. 12. p. 48, &c.] Minatur Deus Baasæ exitium duabus de causis; 1. Ob idololatriam; 2. Quòd Dominum suum Nadab interfecisset [a]. Dices, at Deus hunc occidi voluit. Resp. Verùm Baasæ, ut id faceret, minimè jussit [b]. Nec Nadabum ideò occidit Baasa, ut Idololatriam in eo puniret, (cùm ipse eam imitatus sit [c];) sed ut suæ cupiditati satisfaceret [d]. Sæpè Deus decreta sua exequitur per malos homines, qui interim longè aliud agentes, sua quærunt, idcóque pœnâ digni sunt †. Impii sæpè imprudentes serviunt voluntati Dei, quam in lege patefactam scientes oppugnant [f].

8. *Duobus annis*] Non plenis: v. 10 12 [g].

9. *Bibens & temulentus*, שֹׁתֶה שִׁכּוֹר] *Bibens*, *ebrius*, V. Jon. &c. *dum biberet vinum vetus*, Sy. [q. d. *inebrians*.] ¶ *In domo Arsa præfecti Thersa*] Heb. *Qui praerat domui ipsius in Therza*, JT. sim. M. P. *qui œconomus erat*, &c ὁ. *præfectus pratorio*, &c. Ti. vel, *aulæ regiæ*, He. in V. [Alii aliter;] *In Templo Arsæ idoli (quod colebat Ela, V.) quod erat in domo Thirzæ*, Jon. sim. Ar. quod Templum erat juxta regiam [h]. ¶ *Bibens in domo*, &c.] Tales præcipuè occasiones captant Regum aut principum percussores. Vide Dan. 5. 30. & Gontharidis cædem in Procop. Metuendi Regibus illi maximè qui milites habent sibi obnoxios. *Dux* hic erat *currum*, scil. falcatorum [i].

10. *Irruens*, וַיָּבוֹא] *Veniens*, P. V. sub. in locum ubi erat Ela [k].

[a] He. & To. in Me. Mart. [b] Mart. [c] Mart. [d] Jun. Pi. † V. in Tig. not. [f] Os. [g] San. [h] Mart.

[i] V. [k] G. [l] Ma. [m] E. [n] San. [o] Strig. Os. M. V. He. in Mar. Mart. [p] V. [q] Q. in San. [r] San. [s] Q. in Pi. G. [t] Pi. [v] Pi. Belg. [x] Pi. * Ma. [y] Mar. [z] V. Q. in Mar. [a] V. He. in Mar. [b] Mart. sim. G. [c] Mart. [d] Os. sim. Mart. † Os. [f] Mart. ad v. 10. [g] G. Pi. [h] V. [i] G. [k] V.

11. *Cùm*

11. *Cùm regnasset*] Heb. *Quum regnaret*; i. e. regnare inciperet [l]. ¶ *Et sedisset*] *Dum insedit*, JT. *quum vix insedisset*, Pi. ¶ *Percussit omnem domum Baasa*] Ex illo præcepto quod non nisi tyranni probant,

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱὲς καταλείπει:

(*stultus est, qui patrem interficiens filios superstites relinquit*.*) ¶ *Mingentem ad parietem*] Omnes mares perdidit; vel, omnia perdidit, etiam ipsos canes: Hyperbole [m]. ¶ *Et propinquos & amicos ejus*, Ità Jon. Sy. Ar. M. P. Ti. [וְגוֹאֲלָיו וְרֵעֵהוּ] *Et redemptores ejus, & socios ejus*, Mo. Cùm vindices seu propinquos; id quod minùs mirum erat; *tum amicos ejus* & familiares, quod magìs mirandum, & crudelius videtur [n]. Quinque proximas domos, ut moris erat [o]. Illos à quibus sibi, & tyrannidi suæ metuebat [p].

l Pi. * G. m V. n Pi. o Ph. in G. p Me.

12. *Delevítque*, &c.] Etiam malis hominibus in malos Deus sæpè utitur ad judicia exsequenda [q].

q G.

13. *Propter peccata*, &c.] Sub. *Id quod factum est*; scil. Deo ità gubernante: Nam Zimri propositum hoc non fuit, &c [r]. ¶ *In vanitatibus suis*] Diis imaginariis [s]; Idolis [t].

r Pi. s G. t V. Pi.

15. *Regnavit Zamri*] Non quia Rex fuit, sed pro rege se gerebat. Scriptura loquitur cum vulgo: Sic *Deos* vocat, qui Dii non sunt; & Josephum patrem Christi, Luc. 14 [v]. ¶ *Exercitus obsidebat Gibbethon*] Sic cùm Vitellium urbs recepisset, exercitus Imperatorem fecit Vespasianum; multáque talia sunt in Historia Romana. Sunt tali tempore quasi duæ civitates, & pars validior infirmiorem trahit [x].

v San. x G.

17. *De Gebbethon*] Quæ bis obsidione liberabatur ob Israelitarum dissidia [y].

y Mart.

18. *Quòd expugnanda esset*] Vel, *expugnata, sive capta*, ò. & Ch. in Me. Non licuerat Zambri per angustias temporis ea parare, quæ tolerandæ obsidioni necessaria erant [z]. ¶ *Ingressus est palatium*, [אֶל אַרְמוֹן] *Arcem*; i. e. locum tutissimum & munitissimum regiæ [a]. ¶ *Et succendit se*, &c. [וַיִּשְׂרֹף עָלָיו] *Et combussit super se*, Mo. Sic Saguntini in Floro, & Numantini [b]. Sed cur mortem hanc acerbissimam elegit? Resp. 1. Nè cadaver in hostis potestatem veniret, & ludibrio afficeretur [d]. Resp. 2. Quia regiam & opes illas invidit hosti [†]. Alii tamen referunt hoc ad *Omri*, vertúntque, *& combussit super eum* (i. e. super Zimri) *domum regis*, &c [f]. Hebræa utrumque sensum ferunt [g].

z Me. a V. b G. c Me. d To. in T. Mart. † To. in Me. f Q. in V. K. in M. g Mart.

19. *In peccatis suis*] Verto, Id quod factum est *propter peccata ejus*; ut suprà v. 15 [h]. ¶ *Et ambulans in via Jeroboam*, &c.] Qu. Quomodo is peccare faceret Israelem, qui solùm 7 diebus regnavit? Resp. 1. Loquitur scriptura de anteacta ejus vita, cùm nulla apparuerit emendatio [i]. Cùm Principem curruum ageret, peccare fecit, &c [k]. Fortassis auctor erat Jeroboamo, ut vitulos conflaret, vel, ei magno fuit adjumento. Resp. 2. Potuit illo septiduo victimas facere vitulis; vel, pro fœlici bellorum exitu [l]; vel adscripsit vitulis regnum suum. Potuit & tunc edicta proponere de cultu vitulorum continuando [m].

h Pl. i Me. Mart. k M. l Sen. m Mart.

21. *Divisus est*] Inter pœnas quas Deus infligit contumacibus populis non minima est Divisio. Sic ex asse Hebræo fecerat sextantem & dextantem, nunc ex dextante duos quincunces [n]. Non habuit populus ratam hanc militum electionem [o].

n G. o Mart.

22. *Prævaluit*, &c.] Vel, quia Josaphatus Rex *Omri* fautor & affinis erat [p]; vel, quòd partes *Omri* magìs valerent armis; quomodo Romæ non raro accidit, &c [q]. ¶ *Populo qui sequebatur Thebni*, [אֶת־הָעָם] *Populo*, [Ità ferè omnes.] *Præ populo*, Sy *Præ alio*, [scil. populo,] Ti. ¶ *Mortuúsque est Thebni*] Morte, ut videtur, violentâ; fortè in antegresso certamine, quod indicat vox *Prævaluit* [r].

p Q. in Mart. q Mart. r Me.

23. *Anno trigesimo primo Asa— regnavit Amri— duodecim annis*] At mortuus est *Omri*, & *Ahab* regnare incepit, anno 38 *Asæ*, Jam verò à 31 ad 38, non sunt 12 anni [s]. Resp. In hac summa comprehenditur quadriennium, quo cum *Thibni* regnavit [t]. Nam Omri factus est rex anno 27 Asæ, v. 15, 16. & cum Thebni colluctatus est per 5 annos [v].

s San. t Mart. v La. ex To. & Torn. & Sal. sim. San.

24. *Emitque montem Samariæ à Semer duobus talentis argenti*] Id est, Sex millibus siclorum [x]; sive 12 millibus drachmarum [y]. Vile videtur pretium, sed magna pretii pars à venditore remissa videtur, eâ conditione, ut à se nomen acciperet; alioquin à conditore nomen accepisset [z]. Huc transfertur regia; 1. Quòd *Therza* vastata esset [a]. 2. Hic locus (qui *Sechem* antiquitùs fuit, dictus etiam *Sychar*, Joan. 4) opportunè situs erat in Galilæam & Judam. Fuit *Sechem* ad latus montis Garizim. Ibi regnavit Abimelechus, & postea Jeroboamus, qui inde se contulit in *Thirzam*; Omri autem rediit in *Sechem*: Instabiles sunt res impiorum, Jerusalem verò oraculo divino constabilita erat [b]. 3. Samaria ob montem munitior erat; Unde diu obsidentium insultus sustinuit [c]. *Emitque*, Bene; *Nam omnia Rex imperio possidet, singuli dominio*, ut ait Seneca de Beneficiis, 7. 4. Sequitur de Rege c. 6. *& accipere munus, & debere, & emere, & conducere potest* [d]. ¶ *Et ædificavit eam*, &c.] Q. Volunt Samariam antè ædificatam, (unde ejus mentio suprà 13. 32.) sed ab Amri extensam ad montem vicinum †. [וַיִּבֶן] *Et munivit*, V. Alii eam nunc primùm ædificatam putant, & illud c. 13. per prolepsin dictum [f]. [שֹׁמְרוֹן] *Someron* montem, urbem, & regiam significat [g]. Hunc locum, qui castrum priùs fuisse putatur, ædificavit, & in civitatem mutavit [h].

x La. Me. Ma. y La. z Me. ex Sal. a La. b Mart. c Sal. in La. d G. † San. in La. f Q. in La sic Mart. g V. h M.

25. *Super omnes*] Vel, 1. Quia non exemplo tantùm, sed & legibus subditos coegit ad malos cultus, Mic. 6. 16 [i]. Vel, 2. Quòd videns prædictiones adversùs priores reges jam fuisse completas, nihil de pravitate sua imminuit [k]. Vel, 3. Quòd consultò & de industria Deum provocavit [l].

i G. k Mart. l Ma.

30. *Fecit Ahab malum super omnes*] Jeroboamus fecerat vitulos, conservandi regni causâ. Verùm Ahabus regnum constabilitum habuit. Belum hic coluit, jus & fas pervertit, &c [m].

m Mart.

31. *Nec sufficit ei*, &c. [וַיִּקַּח ——— וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ וגו׳ וגו׳] Ad verb. *Et fuit, nonne leve fuit ire ipsum in peccatis Jeroboam? —— & tulit*, &c. Mo. *Fuit autem (nonne leve fuit ei ambulare in peccatis Jerob. ——) ut acciperet*, &c. P. sim. JT. *Et quia leve sibi videbatur*, &c. *ambiens uxorem duxit*, &c. Sy. sim. Ar. *Nam leve ducebat incedere; accepit insuper uxorem*, &c. Ti. *Nonne leve visum est illi? aut parvi momenti!* Sic poscit ה responsionem affirmativam; h. e. Parùm curavit si imitaretur peccata, &c [n]. הֲ pro הֲלוֹא ponitur [o]. Alii, *Numquid vile (turpe) fuit illi!* q. d. Putavit esse vile; idem enim est sensus [p]. Verto, *Num leve erat*, &c. Quæ interrogatio innuit negationem: q. d. Minimè hoc erat leve, ac proinde non deberet augere istam idololatriam [q]. ¶ *Duxit uxorem Jezabel*] Fœminam, & imperiosam, & crudelem. Vide Apoc. 2. 20 [r]. Non tantùm alienigenam, (quod contra legem erat) sed eam, per quam longè deterior ipse evasit [s]. Neque hæc patriam religionem ejuraverat, prout Davidis, & Salomonis uxores fecerant, sed illam retinuit, publicéque evulgavit [t]. ¶ *Filiam Ethbaal regis Zidoniorum*] Εἰθώβαλ: Sic nomen hoc scribit Menander Ephesius in Phœnicicis, & Acta Tyriorum [v]. Diodorus siculus *Itobalum* vocat [x]. Ut cultores Dei יָהּ suis nominibus admiscebant, ut *Jeschajah*, *Jeremiah*, &c. ità idololatræ sui Baal nomine vocabantur [y]. ¶ *Et servivit Baal*] Nomen est appellativum, non proprium, *idolum*, seu *simulachrum* in genere significans [z]. [אֶת הַבַּעַל] *Baali isti*, JT. Soli, Sidoniorum Deo primo [a]. Herculi, quem illi maximè colebant. Vide 2 Mac. 4. & Jo. Ant. 8. 2 [b].

n V. o Pi. p V. q Pi. r G. s Me. E. t T. v G. x Jun. y Mart. z V. a G. b San.

32. *In Templo Baal*, Ità M. sim. Sy. Ti. [בֵּית הַבַּעַל] *Domo* (In domo, P. sim. omnes) *Baal*, Mo.

33. *Et plantavit lucum*] Qui mos Phœnicibus, & vicinis gentibus, ob id vetitus lege [c].

c G.

34. *In diebus ejus*, &c.] Peccatum hoc imputatur Achabo, quòd sub eo reædificata fuit urbs, quam instaurare vetuerat Dominus [d]. Quamvis Jericho ad Benjamin pertinebat, tunc tamen possidebatur à decem tribubus. Alioquin Josaphatus hoc in sua ditione non permisisset †. ¶ *Hiel de Bethel*] Fonte omnis idololatriæ; Impius hic erat & idololatra [f]. Dictus est *Bethelita* [Heb. בֵּית הָאֱלִי] non gentili cognomine, sed à בַּיִת *familia*, & אָלָה *execratio*, quòd familia ejus execrationi obnoxia fieret *. Plerique tamen בֵּית הָאֱלִי vertunt, *de Bethel*, vel, *Bethelita*; nonnulli verò locum aliter reddunt, *ædificavit locum maledictionis* (vel, *domum idolorum*, Ar. vel, *domum juramenti*, Jon.) *nempe Jericho*, Sy. Ar. Jon.

d V. † Mart. f T. * Mart.

¶ *In*

¶ *In Abirem fundavit*, &c.] q. d. Omnes filios inter ædificandum amisit g. Initio primogenitum, deinde alios paulatim, & in fine operis novissimum h. Hiel, dum prohibitum ædificium aggreditur, suum ædificium destruxit; filiis quippe familiæ ædificantur. Singularis hæc fuit pertinacia, qui cùm sentiret filios eripi sibi, perrexit Deo esse rebellis i. Hoc fecit, 1. ex avaritia & ambitione k. Sed nullum filium reliquit homo stolidus, cujus honori, aut commodis hæc fabrica serviret l: 2. ut regi placeret, ostenderétque se, æquè ac ipsum, esse Dei & prophetarum ejus contemptorem m. ¶ *Posuit portas ejus*] i. e. Imposuit finem ædificationi †. Postremum opus in extruendis urbibus sunt fores portarum ||. ¶ *Juxta verbum Domini*, &c.] Qu. Cur tam dirum supplicium inflixit Deus ob hanc culpam? Resp. Civitatem illam *Cherem* esse voluit Deus; 1. quia primitiæ Deo debebantur. 2. Voluit Deus manere signum admirandorum operum suorum, tum iræ in Cananæos, tum clementiæ in Israelitas n. Qu. Cur pater superstes fit, & liberi occiduntur? Resp. Judicia Dei & varia sunt, & libera; nec nostrum est ea judicare o. [Præterquàm quòd parenti luctuosissimum erat, filios suos divinâ manu peremptos cernere; quomodo Zedeciæ in pœnam factum legimus, Jer. 52.10. verisimile est patrem eò graviùs, quò seriùs, punitum fuisse; nec cuiquam magis irascitur Deus, quàm illi, quem præsenti pœnâ eximit.] Porrò hæc historia tempore Ahabi narratur: 1. ut ostenderet quàm profligata tunc esset fides, & quanta fuisset cœlestium dirarum vilitas & oblivio; 2. ut ex hoc supplicio discerent idololatræ, qui tunc plurimi erant, non futuras Dei minas sine pondere; cùm antiquissimas minas experti essent non vanas, sed veras & acerbas fuisse p.

g Mas. h Rupert. in Sam. i Mart. k La. sim. San. l San. m La. sim. San. † V. || Mart. n Mart. sim. San. o Mart. p San.

CAP. XVII.

1. ET *dixit Elias*, &c.] Hujus prophetæ neque pater, neque tribus, neque familia describitur: sed repentè & ex abrupto hîc introducitur. Quæritur de causa q. Resp. Occasione minarum de Hiele, alias antiquas minas *Elias* renovavit r. In genere peccata gravissima, quæ tum grassabantur hoc vaticinium extorserunt s. Elias vir fuit excelsi animi, & acer legum vindex t. ¶ *Thesbites*] Oriundus ex *Thesba*, vel *Thesbe* vico in tribu Gad v. ¶ *De habitatoribus Galaad*, sic Jon. Os. M. [מִתֹּשָׁבֵי גִלְעָד] *De advenis* vel, *inquilinis*, Sy. Ti. V. JT. (*incolis*, Ar. V.) *Gilhad*, P. Mo. Id est, Incola partis orientalis Gilhadis, quæ tempore Saulis Hagarenis adempta. Hæc autem *Thescheb* dicta est, vel, eò quòd veteres incolæ captivi sunt abducti: vel, quòd ex Israelitis trans Jordanem coloniæ eò transmissæ sunt, ut eam inhabitarent. Vide 1 Chron. 5. 21, 22 x. Mihi posterius magis placet; ut חשב potiùs deducatur à יָשַׁב *sedit seu habitavit*, quàm à שָׁבָה *captivum duxit* y. Terra *Galaad* est tota regio transjordanina, quanquam strictiùs interdum accipiatur pro parte illius circa montem Galaad z. Unde apparet fuisse Eliam Manassensem. Sunt etiam qui velint eum Levitam fuisse a. ¶ *Vivit Dominus*] i. e. Juro tibi per Jehovam b; per Deum verum, & vivum; nam Dii, quos coluit Ahab, mortui erant c. Non dubium est, Prophetam priùs monuisse Achabum, qui cum surdas adhiberet aures, Propheta à verbis ad verbera venit, &c d. ¶ *In cujus conspectu sto*] Id est, vel, 1. *coram quo stare soleo* frequenter in oratione †. *Steti coram Deo*; i. e. oravi: Hujus expositionis author est Jac. cap. 5. vel, 2 cui servio sive ministro f. Ità phrasis illa explicatur, Num. 3. 6. & Deut. 17. 12. Deut. 18. 5. Jer. 15. 19 *. Sic solent nuncii, satellites, &c. regibus assistere, ut prompti sint ad imperata facienda g. ¶ *Si erit ros*] Id est, *Non erit ros*, &c. Jac. 5. 17 h. *Si erit*, &c. sub. Deus me puniat. &c. ¶ *Annis his*] Nempe proximis, scil. tribus & dimidio, Luc. 4. 25. Jac. 5. 17 i. ¶ *Nisi juxta oris mei verba*] Heb. *Nisi secundùm verbum meum*, P. V. i. e. nisi prædixero fore, Deo scil. mihi revelante k. Ad meas imprecationes incipiet malum; ad meas precationes desinet. Ideò *dare pluviam se* dicit infrà c. 18. *adduxit famem*, Sirach. 48. 2. Quale genus loquendi habes, & Jer. 1. 10. & alibi. Porrò hujus ingentis ἀνομβρίας memoria exstitit apud Menandrum in Phœnicicis, teste Josepho l. Edoctus à Deo propheta hæc tam audacter affirmat m. Sed mirum videbitur Prophetam contra populum orare. Resp. Sceleratis quandoque sancti mala imprecantur; vel, ut castigati resipiscant, vel, si deplorati sint, ut mortui peccandi finem faciant, aliique ipsorum exemplo terreantur, &c. Atque ità orando prædicebant quæ eventura erant, nec poterant voluntatem Dei non approbare, eique successum optare n. Cùm Deus Deut. 28. 24. & alibi idololatris minatus esset, se famem, &c. missurum, (easque minas contempsisset Ahab o,) petiit Elias ex condicto has pœnas immitti p; 1. ut Achabi blasphemias de vanitate minarum Mosaicarum retunderet q; 2. ut Achab & idololatræ discerent, non Baal, ut ipsi putabant, sed Deum verum dare pluviam r. 3. ut Regi & populo securitatem excuteret, qui, cùm Regnum floreret, Deum pacatum esse credebant, & ultionem irridebant, quæ acciderat Hieli; Scopus ergò Eliæ erat dignitatem ac fidem oraculorum Dei tueri s.

q Mart. r RS. in L. s Mart. t G. v La. Q. in Ma. x Jun. Pi. Glass. gram. p. 820. y Pi. z Me. a Mart. b V. La. San. c San. d La. † V. f Jun. Pi. Me. V. * Cartwright mellific. g Mart. h Me. i Pi. k V. sim. Bi. l G. m San. n Mart. o San. p T. q Mart. r La. s Mart.

3. *Recede hinc*] A facie Achab & Jezabel t. Ità subduxit illum furori regio v. Ostendere voluit Deus, quid nobis in simili casu faciendum; nempe fugere licet x. ¶ *Vade contra Orientem*, [וּפָנִיתָ אֶל קֵדְמָה] *Et verte te* (vel, *respicies tibi*, Mo. *proficiscere*, V.) *ad orientem*, Sy. P. sim. JT. Pi. ¶ *Et abscondere in torrente Carith*, [בְּנַחַל וגו׳] *In torrente Cerith*, Mo. P. Sy. *Ad torrentem*, JT. Pi. G. ex Jo. &c. *Torrens* interdum accipitur pro *aqua* ipsa, interdum pro *valle* per quam decurrit; hîc pro utroque accipi potest y. In spelunca aliqua vicina torrenti *Carith*, quem Adrichomius collocat cis Jordanem, Hieronymus verò trans Jordanem constituit. Desertum esse locum oportuit, & invium, ubi illum latere suspicari nemo posset z. Eadem hæc est torrens, quæ *torrens* קָנָה, seu *arundineti*, Jos. 16. 8. & 17. 9. sic dictus ab arundinum copia, ubi latebat Elias. Dictus כְּרִית per prolepsin à כָּרָה *pasci*, aut *vesci*, quòd hîc Propheta pastus esset †. ¶ *Contra Jordanem*, [אֲשֶׁר עַל פְּנֵי הַיַּרְדֵּן] *Qui est è regione*, (vel, *super facies*, Mo.) *Jardenis*, JT. P. Sy. *ante Jardena*, Jon. Ar.

4. *Corvísque præcepi*] Ità P. Mo. JT. &c. Sed, quia morosis ingeniis parùm credibile hoc visum est, alii הָעֹרְבִים aliter vertunt; Q. *mercatores*, ut Ezec. 27. 27. Ità Q. in K. Sed licèt mercatores ibi dicantur עֹרְבֵי מַעֲרָבֵךְ: tamen עוֹרְבִים per se *mercatores* nusquam significat. Alii reddunt *Arabes*, ut 2 Par. 21. 16. & Nehem. 4. 7. Al. *Orebimi*; Ità Ar. Alii, Incolas urbis *Arabo* propè *Bethsan*. Sed hos omnes refellit loci situs: Nam propè Jordanem nulli vel *Arabes*, vel, *Orebimi*, vel urbs *Arabo*; nec verè latuisset Elias, si latibuli sui conscios habuisset locorum incolas a. Veri ergò hi corvi erant b. Quos Lupæ, Equæ, Cervæ, Vulpes aluerint, exempla sunt apud poetas & Ælianum. Ægisthum à capra educatum quò magis credamus, facit historia pueri quem sic educatum vidit Procopius, narrátque Gothicorum 2 c. Corvus est avis vorax, inhumana, maligna d, avida carnium, licèt fœtentium, crudelis in filios, quos è nido deturbat implumes †. Ità solet Deus ostendere se naturæ, ut artificem, ità mutatorem f. Adeò solicitus est Deus de suorum alimento, ut naturas rerum mutet, &c g. Sic ostendit se omnibus animalibus imperare h. Corvos delegit, 1. quòd furaces sint, cibúmque coctum facilè surripiant; 2. ut miraculum redderetur illustrius, quum corvi sibi tantùm pascendis addicti sint i; 3 ut Prophetæ animum, plus nimio exasperatum, adversùs Judæos, emolliret corvorum exemplo, qui, utut immites & μισότεκνοι, Prophetæ tamen miserebantur, &c *. 4. quòd corvi ament loca solitaria, ac præsertim torrentes. Vide Prov. 30. 17. 5. quia maximè obviæ erant hæ aves †. Notandum verò, non unum, sed plures corvos huic operi destinatos fuisse k. Dices, corvum fuisse avem immundam. Resp. 1. Immunda erat cibo, non autem contactu, nisi mortua, Levit. 11. 15 l. 2. Author Legis Eliam ab ejus observatione dispensavit m. Speciale hîc erat mandatum Dei n. 3. In casu necessitatis observatio ceremoniarum intermitti potuit o. *Præcepi*, i. e. præcipiam; i. e. pro-

t L. v San. x Mart. sim. L. y V. z Me. † BA. 2 p. 216. a BA. 2. 2. 13. 214. b BA. sic San. Mart. &c. c G. d La. † San. f G. g San. h La. i Pi. * BA. 216. † La. k BA. 2. 215. l Ma. & Pi. ex Jun. m BA. 216 n Pi. sim. Mart. o Pi. Mart. BA.

providentiâ meâ eos dirigam p. Instar præcipientis ordinavi, & instinctum hunc eis indidi q. Dicitur Deus præcipere, & brutis, 2 Paral. 7. 13. Amos 9. 3. Jon. 2. 10. & rebus inanimatis, Job 38. 11, 12. Psal. 78. 23. Esa. 5. 6. & 45. 12. His autem *præcipere* est, iis uti ad exequenda decreta sua ||.

6. *Deferebant ei panem, & carnes*] Carnem haudubiè coctam, non crudam, Gen. 9. 4. coquere autem carnem in isto loco non erat commodum r. Quæres, unde corvi hæc sumpserint. Resp. 1. Eculina regis Achabi s, vel Josaphati t. 2. Vel, destinata hæc ipsi erant ab aliquo ex illis septem millibus, 1 Reg. 19. 8. quem Deus arcani conscium fecit v. 3. Fortè Angeli cibos certo aliquo loco exponebant, unde corvi sumebant x. 4. Unde hæc corvus detulerit, ipse viderit, qui tale officium iis committebat y, qui mille modis hoc præstare poterat z. ¶ *Manè ——vesperi*] Prandii scilicet, & cœnæ statis horis, juxta usum Judæorum. Vide Gen. 43. 25. Ruth 2. 14. Luc. 14. 12. Act. 10. 9, 10. In summa penuria Deus servo suo convivium instruxit a. ¶ *Et bibebat de torrente*] Non curavit vinum ei afferri b.

7. *Post dies*, Ità 6. מִקֵּץ יָמִים] *A* (vel, *in*, V.) *fine dierum*, Mo. *exacto anno*, JT. *post dies aliquot*, Sy. Ar. P. Ti. sim. Pi. quam versionem tutiorem puto, præsertim quum non toto anno, sed dimidio tantùm ad torrentem Crith commoratus fuisse Elias videatur. Vide infrà ad cap. 18. vers. 1 c. *aliquanto post*, Ca. ¶ *Siccatus est torrens*] Id non fit exiguo tempore, indéque colligo, eum diu, fortasse ad triennium, latuisse d. ¶ *Non enim pluerat super terram*] Nempe, terram imperio Achabi subjectam; fames enim erat propter peccata Ahabi. Dices, famem fuisse etiam in Sarepta Sidoniorum. Resp. Id accidit ob famem vicinæ provinciæ, quæ horreum erat Sidoniorum. Nam horum regio ferendis frugibus importuna erat. Vide ad 1 Reg. 5. 9. & Act. 12. 20 †.

9. *Vade in Sarepta Sidoniorum*] Urbs hæc erat inter Zidonem & Tyrum f. *Sareptam* vocat Plin. 5. 19 g. Ità Achilles Tatius, Hieron. & Euseb h. Nomen habet ab æris & ferri fusione, quorum ibi magnum proventum fuisse colligunt Hebræi ex Deut 33. 25. [ubi annotata vide i.] צָרְפַת à צָרַף *urere, conflare*, ab ustrinis, seu fornacibus ad conflanda metalla comparatis k. Fingunt Judæi hanc urbem ad Israelitas pertinuisse; nempe, quia Ethnicis invident exemplum tam excellentis fidei & pietatis. At Christus Luc. 4. 25. hanc mulierem exteris annumerat l. Est alia *Zarphath* in [propheta] Abdia, per quam Hebræi Galliam intelligunt m. ¶ *Præcepi ibi mulieri*, &c.] Qu. 1. Quomodo ei præcepit? Resp. 1. Decrevit, vel Ordinavit n. 2. Providit o. 3. Fortè revelavit hoc viduæ, &c p. At tale præceptum nondum eam accepisse docet v. 12 q. 4. Pollicetur his verbis se inclinaturum viduæ animum, alioqui durum, ad peregrinos alendos *. 5. *Præcipere*, est domui viduæ benedicere, ut illi suppetat, unde Prophetam pascat †. Notandum hîc Deum voluisse Prophetam suum ali, sicut à corvis, sic etiam ab Ethnica muliere, quæ judicio Hebræorum immunda erat. Nemo non videt adumbrari vocationem gentium, & rejectionem Judæorum r.

10. *Apparuit illi mulier vidua*] Qualem fuisse ex habitu facilè cognovit: Occursus hic licèt fortuitus videbatur, tamen ex providentia divina regebatur s. Divinitùs admonitus erat, hanc illam esse, à qua aleretur t. Alii tamen hoc negant, ideóque in verbis sequentibus, *Da mihi* &c. proposuisse sibi omen seu indicium, quemadmodum fecerant Abrahami servus, Gen. 24. & Jonathas, 1 Sam. 14 v. ¶ *Colligens ligna*] Unde constat, eam pauperculam fuisse x. ¶ *Da mihi paulùlum aquæ*, קְחִי נָא לִי וגו׳] *Cape quæso mihi*, Mo. sic 6. Jon. *tolle mihi*, Sy. Ar. M. P. Ti. *Accipe*, id est, *accipiens da*, JT. Pi. Ma. Vide Exod. 25. 2 y. Ellipsis verbi relati; nam destinatum quidem exprimitur, finis autem subintelligitur. Sic v. 11. item Psal. 68. 19 z. ¶ *In vase*] *In hoc vase*, JT. Pi. quod habebat secum, quo haud dubiè usus fuit ad torrentem *Crith* a.

12. *Vivit Dominus Deus tuus*] Hinc constat eam fuisse cultricem veri Dei b. ¶ *Collige duo ligna*] i. e. Paucula c. Hic enim est minimus numerus d. Sic Isa. 7. *duæ oves*; i. e. paucæ. Et solemus dicere, *audi duo verba* †. Sic Os. 6. 2. *post duos dies*; i. e. intra breve tempus *.

p Pi. | q La. ex Caj. sim. | E. Me. | || BA. 215 | r Pi. | s T. ex San. He. in Mart. | t Q. in BA. | v BA. 215. | x Me. | y BA. ex Auctore, Mirabil. §. 5. | z Mart. | a BA. 215. | b Mart. | c Pi. | d San. | † San. | f Mart. Jun. Pi. Jo. in Ma. | g G. | h Ma. | i BP. 4. 35. 343. | k Ma. | l Mart. | m M. | n Mart. La. E. | o La. Me. | p Me. | q F. La. | * Mart. | † Mar. | r Mart. | s Mart. | t Me. | v Mart. | x Os. Mart. | y Ma. ex Jun. | z Pi. | a Pi. | b Mart. | c V. Pi. Mart. | d Mart. | † San. | * BA. 1. p. 622.

13. *Mihi primùm fac*] Durissimum præceptum f, & crudele, nisi fructum eleemosynæ nôsset Elias g. Exigit ab ea constantem fidem, & fructuosam, cum eleemosyna conjunctam h. Erat Propheta fatigatus itinere & jejunio, quare citiùs refici debuit ||.

14. *Hydria farinæ*, &c.] Continens pro contento; i. e. Farina hydriæ non deficiet, nec oleum lenticulæ minuetur i. Vel Hypallage est, vel Meton. subjecti *.

15. *Quæ abiit & fecit*] Non exiguum erat hoc munus, alteri suum impendisse sanguinem & spiritum, qui illo alimento sublato conservari non poterat k. Certior facta erat de voluntate Dei peculiari, ideóque non erat ei spectandum, quid communi lege præcipiebatur: alioqui non debuit se & filium suum cibo fraudare, ut peregrinum, licèt Prophetam, aleret: erat ergò hoc privilegium, seu prærogativa extra communem legem, nec debet à nobis in exemplum trahi l. Fides [hæc] Evangelicæ fidei non [fuit] dispar m. Mira hæc fuit fides, obedientia, & liberalitas n. ¶ *Comedit ipse, & illa, & domus ejus*, Ità Mo. Ti. Strig. Pi. וּבֵיתָהּ] *Et familia ejus*, P. *domestici*, Ar. *viri domûs*, Jon. *filii familiâs*, Sy. Anteà unius filii meminerat, familiam præteriit, quia pugillus farinæ vix duobus sufficeret, nedum familiæ o; vel, *familia ejus*, nempe filius: nam (ut ex præcedentibus conjicere est) hæc tota ejus familia fuit. Sic Græci, *liberi ejus*. Ità Gen. 46. 23. item 1 Chron. 2. 8 & 31. τὸ בָּנִים sign. unam personam p. [Alii aliter vertunt,] idque domi ejus, JT. ¶ *Et ex illa die*, יָמִים] *Dies*, Mo. *per dies*, P. M. &c. sub. vel, *multos*, M. vel, *aliquot*, V. Jon. Pi. *tempore multo sive longo*, Ti. Strig. videlicet per triennium, ut docetur cap. 18. 1 q. Sy. cum sequenti versu connectit, *diebus illis nec hydria consumpta est*; &c.]

16. *Hydria farinæ non defecit*] Deo adjiciente incrementum latens, ut Matt. 14. 19. & 15. 36 r. Factum hoc non per rarefactionem, sed per additionem novæ farinæ & olei continuam s. Sicut in fontibus aer in aquam vertitur, fitque jugis scaturigo, &c. ità aer in cado in farinam vertitur, &c t.

17. *Filius mulieris*] Nempe viduæ v, quæ *mater familiâs* erat, mortuo marito x. ¶ *Ut non remaneret in eo halitus*] Heb. *donec non remansit*, &c. q. d. Expiravit. Periphrasis mortis y. Deficiente respiratione extinguebatur z. Eum reverà mortuum fuisse docent, & v. 22.—*& revixit*, &c. & Heb. 11. 35. *Mulieres acceperunt de resurrectione mortuos suos*; nec alias mulieres notavit, quàm istam viduam Eliæ, ac Sunamitidem Elisæi a.

18. *Quid mihi & tibi*, &c?] Sub. *commune*, V. vel, *negotii est*, Pi. q. d. Qua in re te læsi b? Vide Joh. 2. 4 c. Quare ad me venisti, cùm inter nos nulla esset necessitudo? Non sunt verba mulieris arrogantis, verùm dejectæ, modestæ, & pœnitentis, & quæ se putet indignam, quæ vixerit cum Elia. Quomodo Petrus dixit Christo, *Domine à me abeas*: & Centurio, *Non sum dignus*, &c d. Quid à me peccatum est adversùm te, &c †. ¶ *Ut rememorarentur iniquitates meæ*, לְהַזְכִּיר וגו׳] *Ut Deum memorem faceres*, &c. V. sim. Pi. q. d. fortè non sum tibi famulata pro officio f. Quia Propheta es, facile tibi est in omni vita mea aliquid reperire pœnæ obnoxium g. Putabat se non satìs sanctè & reverenter cum viro sanctissimo conversatum fuisse h. Interdum per accidens nocet familiaritas cum sanctis, nempe si ex ea non proficiamus: Proinde se deliquisse agnoscit, quòd magisterio & exemplis Eliæ nihil profecerit: Fortè cogitavit, Eliam (ut defectum pluviæ, ità) mortem filii sui à Deo impetrâsse; non quidem malo animo, sed ut, eâ sic castigatâ, filius rediret in vitam. Sed priorem sententiam præfero; q. d. Videris huc venisse, ut de justitia Dei contra meam iniquitatem hoc supplicium eliceres. Videbatur Deus iniquitatis meæ oblitus, sed tuus accessus eam revocavit illi in memoriam l. *Oblivisci* dicitur Deus, &c. cùm non punit; *recordari*, cùm pœnas exigit m. Videbat Eliam, quasi Dei ministrum, punire scelera & sceleftos n.

19. *Portavit in cœnaculum*] Ut vehementer precaretur, liberum locum & solitarium captat, ut Petrus, Act. 9 o.

20. *Etiámne viduam*, &c.] Dolet se hujus mortis occasionem

f Mart. | g San. | h Mart. | || L. | i V. | * Pi. | k San. | l Mart. | m G. | n La. | o Mart. | p Pi. | q Pi. | r G. | s La. ex To. | t He. in Mart. | v Me. La. | x La. | y Pi. | z Me. | a Mart. | b V. G. | c G. | d Mart. | † Me. | f V. E. | g G. | h E. | l Mart. | m San. | n La. | o Mart.

casionem fuisse. Argumentum à tribus personis duci videtur; 1. Dei, cujus est benefacere viduis. 2. Prophetæ Dei, cui authoritas potiùs concilianda erat, quàm infamia; Displicuit illi scandalum hinc oriturum apud infirmiores, cùm talem hospitii mercedem viderint. 3. Viduæ & hospitis, cui non ignominia & luctus, sed honos potiùs & levatio tribuenda erat. Viduæ, præ cæteris, filios diligunt [p].

21. *Et expandit se*, &c. [וַיִּתְמֹדֵד עַל־הַיֶּלֶד] *Et admensus est* (vel, *expandit*, M. V.) *sese super puerum*, P. Mo. JT. &c. Sic & Elisæus, 2 Reg. 4. 34 [q]. & Paulus, Act. 20. 10 [r]. Varius erat Hebræorum habitus in precibus [s]. Orabant, sedentes, stantes, jacentes, ambulantes, genua flectentes, & prostrati, ut hoc loco [t]. Pronus incubuit cadaveri pueri [v]. Coæquavit seipsum puero, scilicet os suum ori pueri, manibus manus, pectus pectori reliquaque membra membris applicando, &, quoad fieri poterat, per contractionem coæquando †. Qu. Cur ità fecit Elias? Resp. 1. Ut ostenderet amorem in viduam, ejúsque filium, & dolorem inde ortum [x]. Voluit de sua vita, si fieri potuit, defuncto vitam impertiri, suúmque calorem cadaveri communicare [y]. 2. Ità volebat corpus calefacere, & ad animam recipiendam disponere, sicut gallina ova incubando calefacit, &c [z]. Sancti viri in miraculis edendis, industriam quandoque adhibent, & remedia naturâ apta ad id quod faciunt [a]. Voluit flatu & calore suo, Deo cooperari [b]. 3. Ut doceret quàm arduum esset, mortuum resuscitare; & quanta esset distantia inter miracula Eliæ, & Christi, qui solo verbo sanavit, &c [c]. 4. Ut visu & contactu pueri ad orandum magis inflammaretur [d]. 5. Ut magnitudinem postulationis, & vehementiam affectûs exprimeret †. 6. Ut magis se humiliaret, Deique misericordiam faciliùs imploraret [f]. 7. Ut sciretur non tantùm Deum hoc facere, sed & facere propter Eliam. Simile vide Joh. 9. 6 [g]. 8. Ut repræsentaret Christum, qui suam dignitatem commensus est, & quasi coæquavit naturæ nostræ, quam assumpsit [h]. ¶ *Tribus vicibus*] q. d. Iterum atque iterum, non remissè, aut languidè †. Alternis incumbens & orans ||. ¶ *Revertatur——anima*, &c.] Cùm graves imminerent vexationes ob religionem, magis indies piis aperire Deus aliquid voluit περὶ τῆς τῶν ψυχῶν διαμονῆς (*de immortalitate animarum* [i].) ¶ *In viscera ejus*, Ità V. [עַל־קִרְבּוֹ] *In interiora* (vel, *medium*, JT. *intimum*, Pi.) *ejus*, P. i. e. intra illum, h. e. in sedem suam, nempe cor [k].

22. *Et exaudivit vocem Eliæ*] Eliæ hoc datum inprimis ad confirmandam ejus authoritatem, & imprimis doctrinam [l]. ¶ *Et reversa est*] Hinc patet animæ hominis immortalitas [m].

24. *Nunc in isto cognovi*, [עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי] *Nunc jam cognovi*, Jon. Mo. *Jam hoc cognosco*, vel, *experior*, JT. Glass. *Hoc*, i. e. in hac re. Ità deficit ב. vel, *jam nunc*; ut ad זה subaudiatur עת *jam hoc*, scil. *tempore*. Quæ forma loquendi est pleonastica [n]. Sic infrà 2 Reg. 5. 22. עַתָּה זֶה *jam hoc*; i. e. jam modò, &c [o]. Jam planè cognovi, &c [p]. Hæc anteà utcunque noverat, quia farina & oleum non defecerant; sed fides ejus tantas habuit accessiones, ut comparatè, nunc tantùm videatur credidisse [q]. ¶ *Et verbum Domini in ore tuo verum est*, [אֱמֶת] *Veritatem*, vel *verè*, scil. *esse*, ut sit ellipsis τοῦ ב [r]. Verum est, quod scil. nuntias nobis de vero Deo Hebræorum, & inanitate idolorum. Eam cognitionem mulier meritò cum suis amplexa existimatur [s]. Priorem partem hujus versûs intelligit de resurrectione filii: posteriorem de prædictione superiore farinæ & olei [t]. Volunt nonnulli puerum hunc à mortuis excitatum, fuisse Jonam Prophetam; & viduam, quòd Eliam paverit nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accepisse. Ita Hieron. Alii negant rem ità se habere [v].

[Margin: p Mart. q G. r Pi. s San. t Mart. v T. † La. sim. San. x La. sim. San. y Mart. z La. a K. in Mart. b T. ex To. c La. d Jun. sim. San. † Mart. f San. sim. T. g G. h La. † Mart. San. || Jun. Ma. i G. k V. l Mart. m La. n Pi. o Glass. gram. p. 186. p Ma. q Mart. r Pi. s Me. t Ma. ex V. v Mart.]

C A P. XVIII.

1. Post *dies multos*, [sim. omnes.] [וַיְהִי יָמִים רַבִּים] *Et fuit*, vel, *& factum est* (pro *facti sunt*, Pi.) *dies multi*, Pi. Mo. e'apsis *diebus multis*, P. Ti. nempe post gesta Sareptana [a]. ¶ *In anno tertio*] Dices, famem hanc durâsse annis 3. & 6. mensibus, Luc. 4. 25. & Jac. 5. 17. Resp. 1. Hic recenset annos tantùm perfectos [b]. Vide suprà 2. 11 [c]. 2. Anno tertio, scil. famis ingravescentis & ubique grassantis [d]; vel, absconsionis suæ; Nam Ahab siccitatem sex primorum mensium naturæ, non denuntiationi Eliæ adscripsit; sed cùm videret eam perseverare, voluit prehendere Eliam, &c †. 3. Anno tertio, à discessu ejus de torrente Cerith [f]; vel, postquàm Elias cæpit uti hospitio viduæ, ex collatione c. 17. v. 9 [g]. ¶ *Ostende te Ahab*] Sub. *& promitte ei pluviam*, ex collatione v. 18. &c [h]. *Ostende te*, ea dicturus & facturus, quæ in sequentibus narrantur [i]. Dura hæc legatio: Mittitur ad capitalem hostem, &c. Sed addit Deus illi animum, cùm sequentia adjicit [k]. ¶ *Ut dem pluviam*] Heb. *Et dabo*, JT. Ma. Malim, *Nam dabo*; sub. si Ahab tuo mandato paruerit, &c. Confer sequentia [l]. *Ut dem*, te scil. eam ipsi promittente, & impetrante à me [m]. Potuisset Deus citra præsentiam Eliæ dare pluvias; sed voluit stare pactis & conventis, & prædictionibus Eliæ factis [n]. Sic voluit, & Prophetæ authoritati atque existimationi consulere; & docere, tum famem, tum pluviam à Deo fuisse [o]. Misit autem pluviam, illorum præcipuè gratiâ, qui genua sua non flexerunt coram Baal [p].

2. *Ivit Elias*] Mira obedientia; ad Ahab ire, qui ipsum sæpè & diu quæsiverat, &c [q]. ¶ *In Samaria*] Erat & alibi, sed ibi maximè sæviebat, ubi maximè vigebat impietas [r]. [Al. aliter.] Synecdoche est; pro, in regno Israelis [s].

3. *Abdias timebat Dominum valde*] Talem dispensatorem fuisse in regis impii domo planè mirum: sed benignitate Dei fit, ut res hæ moderatione temperentur, nè omnia funditùs corrumpantur. Et historia hæc ideò interponitur, ut sciamus, quomodo Deus eo tempore Prophetis suis caverit. Qu. Quo pacto Deum colebat, cùm ritus & ceremonias non servaret, nec pergeret ad locum, quem Deus elegerat. Resp. Et hunc & Prophetas sequentes excusabat necessitas, propter quam ceremoniæ citra culpam intermitti possunt. Sic David ob Saulinam infestationem, à domo Dei abesse cogebatur. Non volebat Deus, ut periculum capitis homines adirent, ut externam aliquam ceremoniam implerent; satis erat, si ab idololatricis cultibus abstinuissent. Adde, quòd decrevit Deus, sanctos Prophetas etiam inter impios versari, nè pastoribus omninò destituerentur [t]. Putant Theodor. ex He. & Jo. & L. & To. &c. hunc Abdiam fuisse, & Prophetam illum, qui inter Prophetas minores, &c. & maritum istius viduæ Sunamitidis, de qua dictum, 2 Reg. 4 [v].

4. *Tulit centum Prophetas*] Prophetæ dicebantur, tum Prophetarum filii [a]: tum qui se divinis rebus mancipabant, sacra verba tractabant, & divinas laudes celebrabant [b]. Alii volunt hos Prophetas propriè dictos fuisse [c]. Nota hîc Dei misericordiam; ut cùm Israelitæ à Deo defecissent, non fuerint tamen veris Prophetis destituti. ¶ *Et pavit eos pane & aquâ*] Vel, propriè, quod in tanta penuria parum non fuit; vel, q. d. cibo & potu. Non fuit Abdiæ vulgare opus, nam hoc agendo capitis discrimen incurrebat [d]. Beneficentia in pios viros, omni modo, etiam contra Regum edicta, exercenda est; quia à Deo præcipitur, maximè in Prophetas. *Servitutem non in totum hominem descendere*, ait Seneca de Beneficiis 3. 20. Est ubi dicere liceat, Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ὁ κηρύξας τάδε. (*Non mihi Jupiter qui talia præcepit* †.) Quod Abdias fecit, existimandi sunt & alii pii viri fecisse: Sed is, quia summo loco erat, nominatim ponitur. Porrò Pseudo-prophetæ ambulabant, quò volebant, & colebantur, dum in cavernis abscondebantur illi, quibus dignus non erat mundus [f].

5. *Si fortè possimus invenire herbam*] Non quærit frumenta, quæ ex vicinis urbibus comparari poterant; sed herbas & pabula; quia in alienas regiones pabulandi atque aquandi gratiâ jumenta transportari non poterant, &c [g]. Scrutatur herbas, interim tantæ calamitatis causam inquirere negligit. Quæruntur Prophetæ ad necem, & jumenta curantur. Hæc est præpostera cura tyrannorum. Gramen tum diligenter inquirit, quòd pro se quisque

foenum

[Margin: a Pi. b Mart. sim. San. c San. d T. sim. Mart. M. † Ma. f V. g Pi. Mart. h Pi. i Ma. k Mart. l Pi. m Me. n Mart. sim. L. o San. p Mart. q San. r Me. s Jun. Pi. Ma. t Mart. v T. ex San. a Mart. b Mart. sim. La. ex L. & Caj. c To. in La. d Mart. † G. f Mart. g San.]

fœnum & herbas rapiebat, abscondebátque, ut sua posset
h Mart. alere jumenta h. ¶ *Si possimus salvare,&c.* ונחיה וגו׳]
Et vivificemus, &c. Mo. sim. V. *ut vivos conservemus*,
P. ¶ *Et non penitus jumenta intereant*, ולוא
נכרית מן בהמה] Chetib est מן בהמה : το Keri est
מהבהמה: perinde est, quamvis mallem το כתיב, absque
i Di. האידיעה, quia nomen hîc rectè indefinitè sumitur.
Difficultatem autem Interpretibus peperit illud מן i. Sic
vertunt, Ad verb. *Et non excidamus*, vel *excidere faciamus*, *à jumentis*, V. vel, *ab animali*, Mo. *Nè nos destituamur jumentis*, Ti. sim. Jon. Sy. Ar. [qui legisse videntur נכרת in fut. Niphal] *Et non sinamus exscindi nobis jumenta*, JT. Heb. *Et non exscindamus nos à jumentis.*
k Jun. Hypallage k. Sed verba id propriè non sonant: nec in
l Di. Hebræo est *nos*: verbum enim Hiphil est, non Hithpahel l.
Neque privemus (sub. vel *urbem*, P. K. in Di. V. vel, *territorium*, Genev. in Di. vel, *nos*, V. R. Levi in Di.) *jumentis*, P. V. At *urbem*, *nos*, &c. non sunt in Hebræo; & הכרית non significat *privare*. Multò melius Jon. *Et non exscindemus ex jumentis*; id est, ulla jumenta: sim. RS. το מן partitivè sæpè sumitur, ut in N. T.
m Di. occident ἐξ ὑμῶν *quosdam vestrum* m. *Et non extirpemus aliquod ex jumentis*, M. Magis solicitus fuit Ahab de jumentis, quàm de hominibus, quos dira fames crucia-
n Me. bat n.

6. *Diviserúntque sibi regiones*, &c.] Ahab hunc laborem in se suscipit, nè alii non fideliter agerent, victi, aut precibus, aut muneribus eorum apud quos herba fuit.
o Me. Abdiam verò habebat fidelissimum o.

7. *Cecidit super faciem*] Illi tanquam Prophetæ re-
p Me. verentiam exhibens p.

8. *Dic Domino tuo*] Sic vocat Ahabum, licèt impium; quòd impietas & peccata principum subditos ab eorum
q Mart. dominatu non excutiant q.

9. *Quid peccavi*, &c?] q. d. Non tam scelestus sum,
r Mart. ut præsenti exitio objiciendus videar r; vel, *quid peccavi?*
s Pi. scil. *contra te*, V. Pi. q. d. ut hoc modo velis ulcisci s.
Libertate nostrâ sic uti debemus, nè ea obsit aliis. Vide
t G. 1 Cor. 10. 24 t. ¶ *Tradis*, &c.] i. e. Occasionem
v Pi. necis meæ præbes v.

10 *Non est gens, aut regnum*, &c.] Sub. *vicinum*, V. Q. in Mart. Gentes finitimæ facilè Achabo gratificarentur; tum quia Rex Tyri socer ejus erat, Rex Moab ei tributarius, Josaphatus pater generi ejus, & Rex
x Mart. Edom Josaphato tributarius erat x; tum quia fortasse
sim. L. jure fœderis adstringebantur sibi dedere mutuò rebelles & proscriptos; tum quia & ipsæ siccitate laborabant, cujus authorem Eliam fuisse sparsum erat. Alii inquisitionem factam esse volunt de advenis & mercatoribus diversarum gentium: Verùm *regna* & *nationes*, non privatos homines, quæsivisse dicitur: Potiùs intelligo de decem tribubus, quæ *regna* vocantur, quòd olim multos reges haberent; & *gentes* propter varias tribus & familias.
Qu. Quomodo ergò Elias in Zarepta latitare potuit? Resp. 1. Meâ sententiâ, Elias ibi non fuit quæsitus, quòd extra Ahabi ditionem fuerit: 2. Rogavit Elias viduam,
y Mart. ut ipsum alaret: 3. Deus hoc mille modis præstare potuit y.
z Me. *Non est gens*, &c. Hyperbole z. ¶ *Eò quòd minimè*
Mart. *repertreris*] vel, *quòd non invenissent te*, vel, *propterea*
a V. *quòd non invenisset te*, Sing. pro Plur a. *quum non inveniret te*, Pi. *Quia non potest invenire te*, JT. *Adjurare*
b Me. hîc est, *jurare fecit*; vel *obtestando postulare* b.

12. *Spiritus Domini asportabit te*] Vide 2 Reg. 2. 16.
c Pi. & Act. 8. 39 c. & Matt. 4. 1. Imperabit tibi, ut eas aliò d.
d G. ¶ *In locum quem ego ignoro*, [אשר לוא ארע] *In locum quem ego nescio*, Pi. *nescio quò*, JT. *quem ignorabo*, V.
¶ *Servus tuus timet Dominum*, &c.] q. d. Noli me putare talem esse quales cæteri aulæ nostræ. Est aliquod
† G. tempus etiam de se vera prædicandi †. Non hæc dicit,
f Mart. ut jactet merita, sed ut periculum deprecetur f. Insinuat
sim. Me. se non fore Ecclesiæ inutilem g. ¶ *Ab infantia sua*]
g Mart. Heb. *ab adolescentia mea*, pro *sua*: Syntaxis ἀνώμαλος & peregrina: sed respicitur ad sensum verborum, *servus*
h Pi. *tuus*, quæ hîc idem valent quod *ego* h.

15. *Vivit Dominus*, &c.] Jurat, ut eum metu liberet.
i Me. sim. ¶ *Ante cujus vultum sto*] Cui servio i. Metaphora à
Pi. ministris Regum k; q. d. Priùs rogavi illum pro sic-
k Pi. citate, & nunc ab eo impetrabor, nè aliò rapi-
l Mart. ar l.

17. *Tune es ille qui conturbas Israel?*] ὁ. ὁ διαστρέφων (*pervertens*) quâ ipsâ voce in Christum utuntur illi Luc.
23. 2 m. *Turbare* est infima cum summis, &c. permiscere. m G.
Turbationem illi objicit, & civilem, sive reipublicæ, quoad vitæ subsidia; & religiosam respectu cultus religiosi, &c n.
n Mart.

18. *Non ego—sed tu*] Non abjicit se ad pedes Regis, nec petit veniam, sed constanter agit, & ministerium defendit; Neque enim de rebus suis privatis egit, sed lædebatur dignitas Dei, quod ferre non potuit.
Magno spiritu opus erat, ut se furenti Regi opponeret o. o Mart.
Sed Deus illi frontem indidit, tanquam adamantem, Ezec. 3. 9. Non abstinuisset Ahab à cæde, nisi Deus, aut ejus animum sedâsset, aut metum, sive languorem indidisset, ut olim fecerat in Esavo & Labane, &c p. ¶ *Qui* p San.
dereliquistis mandata Domini] Qui leges Dei violat, non qui tuetur, turbat rempublicam: Præcipuè verò οἱ κατά τινα δαιμόνια ἀντεισφέροντες (*qui novos Deos contra legem introducunt*) ait apud Dionem Mecœnas q. Seditio q G.
vel turba inducit privationem duarum rerum præstantissimarum, unitatis, & ordinis: *Deum*, inquit, *deseruisti*; hoc privationem unitatis respicit: *& mandata ejus*; quod facit ad privationem ordinis. Qu. An Elias appellando regem *turbatorem*, legem illam, *Nè maledicas principi*, violaverit? Resp. Minimè, quia hoc non fecit Elias, vel temerè, vel, sui compendii causâ, vel ex contemptu potestatis: Tantùm accusavit ejus peccatum, quod ad suam functionem spectabat; Et Christus Herodem *vulpeculam* vocavit. Non accusandus est Elias insolentiæ, quia ἀνάθεμα habendus est, quisquis contra Evangelium docuerit, etiamsi angeli fuerint. Quòd si nec angeli excipiuntur, reges quoque non sunt eximendi r.

19. *Nunc mitte*, &c.] Sub. *nuncios*: q. d. Quia dicis r Mart.
me conturbare Israelem, volo probare te ipsum esse qui illum conturbas, non me s. *Nunc*, ut scilicet liberemini
hac siccitate, cujus culpam mihi attribuis: Hæc enim pro- s V.
missio isto mandato continetur t. Nulla hîc mentio pluviæ, sed intelligendum est, Prophetam eam spopon- t Pi.
disse post populi conventum, &c v. ¶ *Universum*
Israel] i. e. Majores populi x. Ut coram populo cum v Me.
istis certem y. Populus enim docendus erat, & arguen- x I. sim. Mart.
dus z. ¶ *In monte Carmeli*] De quo vide Jos. 12. y Pi.
22 a. *Carmel* duplex erat; 1. In Juda, ubi Nabal vixit. z Mart.
2. Propè montem Thabor, in Ephraim, vel Zabulon b. a Ma.
Eum locum elegit, ut, ubi veros Prophetas interfecerat b Mart.
Jezabel, ibi Prophetas impios occideret; & ut religionem veram ibi auctoraret, ubi illa eam damnare voluerat c.
Samariam vitavit, nè opus à Jezebele impediretur d. c San.
¶ *Prophetas Baal*] Nempe qui per totum regnum dispersi d Man.
erant, ut distinguantur à prophetis luci, qui erant ut sacellani Jezebelis, & vescebantur regio cibo: alioquin omnes erant Prophetæ Baalis †. ¶ *Prophetas lucorum*] Ità P. V. Mart. Jon. Ar. M. Ti. *Lucos* dicatos †Ità Mart.
idolis intellige f. *Idolorum*, Sy. האשרה *Luci istius*,
de quo suprà, 16. 33 g. ¶ *De mensa Jezabel*] Age- f V.
bant hi in nemoribus, & lucis amœnissimis, & delica- g Pi. ex Jun.
tissimè pascebantur, dum Prophetæ Jehovæ pane & aquâ sustentabantur in antris h.

20. *Misit Achab*, &c.] Mirum, quòd Ahab eos con- h Mart.
gregare voluerit. Dicendum ergò, vel, 1. Regem captum fuisse portenti videndi cupiditate. 2. Vel, veritum esse, nè si id negâsset, gravius malum incurreret. Vel, 3. Deum flexisse cor Regis, juxtà Prov. 21. 1 i. Vel, 4. Regem non aliter dandam pluviam sperâsse k.
i Mart.
21. *Usque quò claudicatis in duas partes?* Ità Ti. k San. sim. Mart.
אתם פסחים על שתי הסעפים] *Vos claudicantes super* (vel, *in*, M. P.) *duas cogitationes?* Mo. vel, *in duobus istis cogitationibus*, JT. *divisi estis in duas partes?* Jon. Sy. Ar. *Quousque in utrumque crus* (vel, *in utramque partem*, Strig.) *claudicatis?* i. e. ambiguâ sententiâ nutatis l. l Ca.
Quousque tandem alternis, more claudorum, innitimini duabus persuasionibus? nunc credendo Dominum, nunc Baal esse verum Deum m. Græci dicerent ἐπαμφοτερίζετε. m V. sim. Mar.
Semel constituendum est, quomodo vivendum sit: alioqui semper fluctuatur n. Al. *vos transilientes* (scil. *estis*, n G.
vel *eritis*) *super ambo crura?* Heb. *super ambos ramos*, Pi. סעפים sign. palmites o, vel ramos, aut prominen- o He in M.
tias rerum mutuò sibi oppositas p. Palmites fluctuant p Mart.
& vacillant vento agitati, Est ergò sermo proverbialis q. q M.

Quamdiu transilictis inter duas prominentias? id est, extrema, seu duo extremè opposita? Vel, *super duos ramos?* Ità vox accipitur, Isa. 17. 6. & 27. 10. Metaphora ab avium desultoria inconstantia [r], quæ ex uno ramo in alterum saltant [s]. Quousque in dubio erunt conscientiæ vestræ, quem cultum sequamini? sive Jehovæ, quem vos in vitulis colere putatis; sive Bahalis, quem recens instituit Achab. Hæc autem per concessionem dicit [t]. Non suadet Elias aliquid impium, quia conditionem repræmittit impossibilem, videlicet Baal posse demonstrari Deum. Meritò reprehendit, quòd non essent soliciti, ut diligenter inquirerent, quis cultus, aut quæ religio vera esset, &c [v]. Simul retinebant aliquem Dei cultum, & idolis serviebant [x]. *Claudicatis in duos poplites,* vel *genua?* ό. in Mart. Non vulgaris hæc deformitas aut incommodum. Qui uno pede claudicat, altero potest corpus regere; qui utroque, non potest seipsum aliquo loco stabilire: Quidam in iis verum Deum colebant, alii Baalem & vitulos: Et fortè idem homo nunc Jehovam colebat, nunc Baalem, sive ex infirmitate fidei, sive ex regis timore [y], útque placerent Jezabeli [z]. ¶ *Non respondit ei populus*] Vel præ pudore [a], ob defectionem à Deo [b]; vel, quia adhuc dubitabant, uter verus Dei cultus esset [c]. Hinc Jehovam Deum esse docuit cœlum ab ipso conclusum: illinc ad Baalem stupebat populus, tum ob regis authoritatem, & exemplum, tum ob suasiones Prophetarum Baalis, &c [d].

22. *Ego remansi solus*] Nempe qui palàm, & publicè tueor honorem Domini: alioquin erant alii Prophetæ, suprà v. 13 †. Disce multitudinem non esse attendendam, cùm de veritate fidei agitur [f].

23. *Eligant sibi bovem unum*] Quem sibi magis opportunam judicant; illis enim optionem permitto [g]. Sed cur non agit scripturis cum illis? Resp. 1. Israelitæ ob longam consuetudinem idololatriæ obduruerant ad verbum Dei. 2. Negotium illi erat cum Baalitis qui sacras literas non admittebant [h].

24. *Qui exaudierit per ignem, &c.*] *Qui testabitur* (*respondebit*, Ma.) *igne*, JT. Qui igne cœlitùs demisso sacrificium alterutrorum consumet [i]. Quod facere solebat Deus, Gen. 4. 4. Levit. 9. 24. Jud. 6. 21. & 13. 20. 2 Par. 7. 1. Et hæc populus sciebat [k]. Non est, ad exemplum Eliæ concedenda populo optio, ut Deum verum sequantur, vel alterum: Nam Elias hoc fecit instinctu Dei, & de eventu certissimus erat [l]. Solet Deus, ubi nova religio instituenda est, ut Mosis & Christi tempore, aut ubi generalis quædam depravatio religionem invasit, uti miraculis. Vide infrà 36 [m]. ¶ *Optima propositio*] Heb. *bonum est verbum.* Æquum & bonum quod proponis [n]. Sic statuit populus; 1. Quia constabat sacrificia sic à Deo fuisse probata. 2. Quia cupiditate experientiæ cernendæ tangebatur. Prophetæ Baalis hoc acceptârunt, sive quòd salvo pudore non licebat resilire; sive quia confidebant potentiæ idoli sui, quod permittente Deo, id interdum efficere poterat [o],

25. *Et facite primi,* Ità ό. sim. M. Ti. וַעֲשׂוּ רִאשֹׁנָה] *Et facite initio,* Mo. *& parate* (vel, *mactate,* Sy.) *primùm,* P. JT. *priùs,* Jon. Ar. Primas illis partes dat, eum honorem multitudini habens [b].

26. *Transiliebant altare quod fecerant,* Ità ό. Ar. וַיְפַסְּחוּ עַל הַמִּזְבֵּחַ אֲשֶׁר עָשָׂה] [Variè reddunt;] *Conturbati sunt* (vel, *clamando viribus defecerunt,* Sy.) *super altare quod fecerant,* Ar. *Illi altare prætergrediebantur,* Ca. *Claudicabant super,* vel, *circa altare, &c.* Mar. Os. *Claudicantes circumibant, &c.* Strig. i. e. Se claudos simulabant [c]. Claudos & dolentes se gerebant, euntes & redeuntes super altare [d]. *Insaniebant super altare, &c.* Jon. Insanos se fingebant †. *Insultârunt in altare quod fecerat Elias,* JT. Est ellipsis nominativi verbi præcedentis [f]. Furorem Propheticum simulantes, ut ipsum everterent, v. 30 provocati sarcasmis: nam prolepticus hic versus tribus seq. exponitur [g]. Verùm v. 30. docet Eliam necdum erexisse suum altare [h]. *Transiliebántque* (*& insiliebant,* V. vel, *saltabant, quasi mente capti essent,* Q. in V.) *super* vel, *juxta altare quod fecerat,* P. Mo. V. sub. *unus,* vel, *maximus eorum;* vel *Achab* [i]. Al. *quod fecerant,* ό. Ar. Sy. Strig. Mar. Enallage, עָשָׂה pro עָשׂוּ [k]; vel, Activum pro passivo, *quod fecerant,* pro *quod factum est* [l]. *Ad aram, quam fecerant, saltitabant,* Ti. *Transiliebant, &c.* ex certa quadam ceremonia cultûs Baal, sicut Dagonis cultores transiliebant limen, 1 Sam. 5. 5 [m]. Quales hi gestus fuerint, non potest certò affirmari [n]. Facilè transilire poterant altare tumultuario opere factum quod non multum supra terram eminebat. Furore Prophetico extra se rapti, incompositis motibus huc illuc ferebantur [o]. Præ se ferebant magnam humilitatem & devotionem. Quemadmodum monachi quidam, caput in alterum humerum flectunt, aut genibus circum altaria reptant [p]. Saltabant circum altaria, ut Salii. Tale & illud in Epigrammate,

Ἔλθετε πρὸς τέμενος γλαυκώπιδος ἀγλαὸν Ἥρας
Λεσβίδες, ἁβρὰ ποδῶν βήματ' ἐρεισάμεναι.
Ἔνθα καλὸν στήσασθε θεᾷ χορόν· ὔμμι δ' ἐπάρξει
Σαπφὼ χρυσείην χερσὶν ἔχουσα λύρην [q].
(*Venite ad splendidum Cæsiæ Junonis templum,*
O Puellæ Lesbiæ, molliter incedentes,
Illic Deæ pulchram Choream instituite, vobis
Auspicabitur Sappho, auream in manu tenens lyram.)

Fortè ritus erat ei similis, 4. Æneid.

Aut ante ora Deûm pingues spatiatur ad aras [r].

Vel, transiliebant, inter dissectas victimæ partes, quasi ipsi quoque seipsos pro victima darent; & priùs quidem incruenti transiliebant, mox cruentati, sanguinem suum sanguini bovis admiscuerunt [s].

27. *Cúmque esset meridies*] Partiti sunt diem inter se, ut Baalitæ matutinum, Elias vespertinum sacrificium, peragerent [t]. ¶ *Illudebat illis, &c.*] Διασυρμὸς, non iniquus in homines verè pietatis hostes, populi corruptores [v]. Hinc patet venustas irrisiones, festivósque sermones non esse illicitos, modò illis utamur, non ad ultionem explendam, &c. sed ad pravum cultum damnandum. Vide Isa. 44. Dices Paulum damnare εὐτραπελίαν, Eph. 5. Resp. Εὐτραπελία ibi sumitur pro βωμολοχία [x]. ¶ *Clamate, &c.* כִּי אֱלֹהִים הוּא וגו׳] *Quia vos dicitis quòd Deus est,* Jon. sim. Ar. *Clamate, &c. nam Deus est, sed contemplatur, &c.* Ca. *Deus est,* suâpte naturâ audire potest, &c †. *Clamate, &c. Deus enim vester* talis est qui non statim exaudiat, *& forsitan loquitur, &c.* Os. *Clamate, &c. quoniam Deus est;* h. e. in supernis habitat longè à vobis; vox vestra ad cœlum non pertingit [y]. ¶ *Et forsitan loquitur,* כִּי שִׂיחַ] *quia* illi fortè *est sermo,* P. *confabulatio,* Jon. *colloquium,* JT. M. Mar. Ti. Occupatur in respondendo legationibus & fundendis oraculis, aut agendo cum populo [z]. *Meditatiò,* Mo. *Meditatur,* ut solent qui de rebus magnis deliberant [a]. *Aliquid contemplatur,* Ca. *aliquâ curâ premitur,* sive *detinetur,* Sy. Ar. *negotium ei,* V. ¶ *Aut in diversorio est,* Ut comedat, bibat & epuletur, more Gentilium deorum [b]. וְכִי שִׂיג לוֹ] *Aut quoniam insecutio,* sive *insectatio* (viz. *hostium,* sive *ferarum,* Jun.) *est ei,* Mo. P. JT. sim. M. Mart. *Negotium aliquod habet,* Ti. sic Sy. Ar. Mar. Os. *Occupatus est,* Ca. ¶ *Aut in itinere,* וְכִי דֶרֶךְ לוֹ] *Aut quoniam via est illi,* P. sic Mo. Jon. *Iter habet,* Ca. sim. Sy. M. JT. Os. *Fortè absens est,* Ar. *Ivit aliquo peregrè,* V.

28. *Clamabant ergò voce magnâ*] Asini Baalitæ sensum Eliæ non percipiunt, sed ex ejus consilio clamabant: Ità oblinit Deus oculos idolatrarum, nè intelligant [c]. ¶ *Incidebant se juxta ritum suum cultris, &c.*] Ut Baali se, suúmq; sanguinem litarent [d]. Delectatur Dæmon humano sanguine; 1. Ex odio humani generis †. 2. Ex superbia; ut nobilissimæ creaturæ sanguis illi in testimonium divinitatis offeratur [f]. 3. Ut Deum imitetur, cujus simius est. Novit ex Prophetis, &c. Deum humano sanguine placandum [g]. Hinc Dæmon humanas hostias sæpe poscit, quod nos docent, & Moloch suprà 11. 5. & *Dianæ Tauricæ, & Idææ,* & *Bellonæ* cruenta sacra apud Tibul. Tiraquel. Alex. ab. Alex. & Historiæ de Indiis nostro seculo detectis [h]:

Sanguine placâstis ventos & virgine cæsâ.

Galli quoque sacerdotes Cybeles se castrabant, & cultris vulnerabant [i]. Idem fecere Syri, Græci, & Romani, teste Apuleio, 8. Lucian. de *Dea Syria*; Plutarch. de superstit. *Bellonæ sacerdotes suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, &c. currunt, &c.* Lactant. de fals. Relig. 1. 21. De hac Tibullus, de fœmina sacrificante,

Ipsa

[r] Ma. [s] Mart. [t] Jun. [v] E. [x] Me. [y] Mart. [z] San. [a] San. Ma. [b] Ma. [c] Ma. ex Jun. [d] Mart. † Ma. Mart. [f] Mart. [g] San. [h] San. [i] Pi. [k] La. [l] Mart. [m] G. [n] V. [o] Mart. [b] Mar. [c] Mar. [d] K. in BA. † Mar. [f] Glas. gram. p. 696. [g] Pi. ex Jun. [h] La. [i] V. [k] G.

[l] He. in Mar. [m] Me. [n] Os. [o] BA. 1 2. 50, 556. [p] Os. [q] G. [r] Mar. [s] T. [t] Mart. sim. L. [v] G. [x] Mart. † V. [y] M sim. Mart. [z] Mart. [a] Os. [b] La. [c] Mart. [d] La. † Mart. Me. [f] Me. [g] Mart. [h] T. ferè ex San. [i] Mart.

Ipsa bipenne suos cædit violenta lacertos,
Sanguinéque effuso spargit inepta Deam.
Státque latus præfixa veru, stat saucia pectus,
Et canit eventus, quos Dea magna movet[k].

Sic Martialis,

Alba minùs sævis lacerantur brachia cultris,
Cùm furit ad Phrygios enthea turba modos.

Vide Deut. 14. 1. & ibi dicta[l]. [Sy. hîc habet, *Et dimicaverunt, pro more suo, gladiis & lanceis, donec effunderetur sanguis,* &c. quasi ludos gladiatorios in honorem Baalis institutos putâsset.]

29. *Illis prophetantibus,* ויתנבאו] *Et prophetâssent,* P. i. e. Invocâssent nomen Deorum suorum[m]. Baalem laudarent & invocarent[n]. Forma verbi Hithpahel sign. ipsos incitâsse se ad prophetandum, non autem fuisse divino instinctu impulsos[o]. *Insani facti essent,* Jon. in M. more corybantum. Furentes carmina recitabant, &c[p]. *Ut prophetas agerent,* JT. Pi. Vide 1 Sam. 18. 10[q]. Confictis verbis ostendebant se populo quasi Prophetæ essent[r]: Græci dicerent, φοιβαζόντων αὐτῶν[s]. ¶ *Venerat tempus, quo sacrificium offerri solet,* עד לעלות המנחה] *Usquequò offerrent* (vel *offerri solet,* Jon. Sy. *usque ad ascendendum,* Mo.) *sacrificium,* P. *Usque ad tempus sacrificii,* Ar. [sim. omnes:] scil. *vespertini,* V. sim. M ex Jon. Usque ad tempus vespertinum, quo munus offerebatur, Exod. 29. 41. Sic infrà 36. Simile vide 2 Reg. 3. 20[t].

30. *Dixit Elias omni populo*] Jam sibi magìs æquo[v]. ¶ *Venite ad me*] Eos advocat tanquam testes candoris sui; & ut quæ fierent magis illorum animis imprimerentur; & ut illi in reparando altari adjumento essent[x]. ¶ *Curavit altare,* וירפא וגו׳] *Sanavit,* sive *medicatus est,* M. V. Mar. Metaphora ab ægrotis; pro *refecit,* seu *instauravit,* ut Neh. 4. 7[y]. *ædificavit,* Jon. *reparavit,* Sy. Ar. ¶ *Quod destructum fuerat*] Vel, ab insultantibus prophetis, suprà v. 26[z]. Vel, ab impiis regibus Israeliticis[a]. Olim constructum erat, & insigne excelsum fuit, at postea dirutum[b].

31. *Duodecim lapides, juxta numerum tribuum*] Exemplo Mosis, Exod. 24. & Josuæ, c. 4[c]. Ut significaret; 1. Se colere, atque invocare Deum patriarcharum, & duodecim tribuum[d]; & se nomine omnium tribuum sacrificaturum[†]. 2. Omnem populum uno contineri debere religionis vinculo[f]. Cultus Synecdochicè per *altare* exprimitur[g]. ¶ *Israel erit nomen tuum*] Gen. 32. 28. & 35. 10[h]. Hoc titulo, 1. admonebat eos dignitatis suæ, (Nam *Israel* principatum significat,) quam abjecerant, dum se falsis diis subjecissent[i]. Ut avitæ dignitatis memores abstinerent à servitute idolorum[k]. 2. In memoriam revocavit Israelis factum, Gen. 35. cùm juberet liberis suis ut idola abjicerent[l].

32. *Ædificavit altare*] Jure prophetico, minoribus legibus exolutus, ut majores servaret[m]. Speciali mandato Dei, ut Israelem revocaret[n]. ¶ *Fecítque aquæductum quasi per duas aratiunculas,* ויעש תעלה כבית סאתים זרע וגו׳] *Et fecit aquæductum,* P. Mo. JT. vel, *fossam,* Jon. M. Os. *secundùm domum,* sive *locum* (vel, *quasi locum,* Pi.) *duorum satorum sementis,* P. Ma. V. sim. M. capientem *duo sata,* &c. JT. sim. Ca. h. e. tantæ capacitatis quantæ est saccus capax duorum satorum[o]. Dicunt hoc spatium esse quinque cubitorum[p]. *Domus* hîc pro *sacco,* ut alibi *domus manuum* pro *chirothecis*[q]. Describitur hîc latitudo foveæ[r]. Alii volunt spatium describi inter altare, & foveam; foveámque hanc fuisse loco septi seu veli, quo claudebatur atrium illud, in cujus medio altare situm erat. Itá fovea hæc erat tantùm instar sulci[v]. [Sy. aliter vertit, *fecitque canalem ut fieri solet, inter jugera sementis,* &c.]

35 *Currebant aquæ,* &c.] Factum hoc ad miraculi evidentiam[x]. Qu. Unde aqua illo siccitatis tempore. Resp. 1. Juxta montem illum scaturigo erat[y], quæ Dei beneficio, tunc cœpit aquis scaturire[z]. [2. De aquis non est quòd laboremus, cùm radices montis *Carmeli,* ubi hæc peracta sunt, hinc rivus satis amplus *Cison,* illinc ipsum mare alluerent.]

36. *Et ego servus tuus,* &c.] Non agitur gloriæ cupiditate; sed optat verba Dei in justo pretio haberi[a]. ¶ *Et juxta præceptum tuum feci omnia hæc*] Cœlum clausi, populum convocavi, &c[a].

k La. l G. m V. n La. sim. Q. in M. o Mart. p Mart. q Jun. Pi. Me. r M. s G. t Pi. ex Jun. v San. x Mart. y V. sim. M. Mart. Mar. a Ità Jun. Pi. T. ex San. & Ser. Os. a Os. b Ma. c Mart. d San. sim. La. † Me. f G. sim. Jun. Pi. Ma. Mart. La. g Mart. h Ma. i Mar. k Jun. Pi. Ma. l Mart. m G. n Jun. Pi. o V. p M. q V. sim. Ma. Glas. r Q. in Mart. v Q. in Mart. x Mart. y M. z Mart. a Mart.

37. *Et tu convertisti cor eorum iterum,* ואתה הסבת את לבם אחרנית] *Et tu convertisti* (vel, *& quòd tu converteris,* P. *quódque convertisti,* Tig. not) *cor eorum retrorsum,* Mo. Mar. scil. ut in idololatriam inciderent[b]; & nè pœniterent atque sanarentur[c]; te permittente hoc factum est[d]. [Alii sic;] *quódque tu tandem reduxisti cor eorum,* Ti. sim. Jon. Sy. *Ut ab hoc portento discant te velle redigere eos ad obedientiam ac timorem tuum,* Ar. [Q. sic connectunt cum præcedentibus, *ut sciant——te Jehovam esse, quum tu averteris animum eorum retrorsum,* JT. i. e. ab idololatria[†]. Vel, *qui eorum animos retrò flexeris,* Ca.] *Et tu reduxisti cor eorum novissimè,* M. q. d. Diu aberrârunt, saltem hoc novissimo tempore converte eos[f]. Heb. *convertisti.* Præteritum pro futuro; q. d. convertas eorum cor. Al. sic; Si tu me audiveris, converte eos, &c. sin verò me non audieris, in errore suo pertinaciter hærebunt[r].

38. *Cecidit ignis*] Cælitùs. Itá Elias non diu clamavit, vel ambulavit, &c. sed illico auditus est[s]. ¶ *Ignis Domini*] A Deo immissus, vel, magnus & vehemens. Simile in colle Vulcanio Siciliæ, teste Solin. c. 11. *Ligna super aras struunt, nec ignis apponitur——. Si adest Deus sic sacrum probatur, sarmenta licèt viridia ignem sponte concipiunt,* &c[t]. [Diabolus nempe Dei simius, ut dictum; nec parùm confirmantur hujusmodi historiæ in sacris literis, ex paribus inter Ethnicos exemplis.] ¶ *Aquam lambens,* לחכה] *Lixit,* P. Mo. *lambens,* i. e. siccans; alia combussit, alia siccavit ignis[v]. *Lingere* idem est quod *absumere,* & hîc, & Num. 22. 4[x].

39. *Populus cecidit,* &c.] Adest Rex, nec prohibet hanc confessionem, sed unà cum populo idem fatetur[y].

40. *Dixitque——Apprehendite,* &c.] Dum populus fervet, Helias occasione utitur, & regis mandatum antevertit, jubétque eos occidi[z]. ¶ *Duxit eos ad torrentem Cison*] Nè scilicet sanguine eorum contaminaretur Terra sancta[a]; ut eorum cadavera in Cison projicerentur[b]. Torrens autem hic Carmeli radices alluebat[c]. ¶ *Et interfecit eos*] Ut legirupas[d]; vel manu suâ, ut Samuel, 1 Sam. 15. 33[†]. vel, per alios[f]; jussit interfici[g]. Heb. *mactavit, sacrificavit;* Aptè utitur verbo sacrificali, quia de sacerdotibus est sermo: & quia illud erat sacrificium Deo gratissimum[h]. Qu. An rectè fecit Helias, qui homo privatus erat? *Resp.* Itá sanè: Excusat eum, non modò intentio, & fides, sed præcipuè instinctus spiritûs Dei, qui illum impellebat; ut antè, Phineem, Num. 25. & Mosen, Exod. 2. ante acceptum principatum: Sed hæc sunt extra ordinem. Cùm legislator aliquid contra suas leges jubet, mandatum ejus pro lege habendum est. Porrò Deus tradiderat Eliæ judicia sua adversùs Baalitas exequenda. Deinde ex lege hoc actum dico; Vide Deut. 13. & 17. & 18. & Levit. 24. In quibus locis mors decernitur idololatris, blasphemis, seductoribus. Adde quòd hi Baalis prophetæ ministros Dei interfici curaverant. Denique Rex adfuit, & cædi assensus est, quia, cùm præsens esset, minimè reclamavit. Sed cur siluit Rex? *Resp.* 1. Perculsus erat viso prodigio. 2. Rex non est ausus tanto populi consensui obsistere. 3. Assensit, ex magno pluviarum desiderio[i].

41. *Ascende,* &c.] Nempe ex valle, in qua erat torrens, in Carmelum, ubi ædes habuit, vel tentorium[k]; in quo edere, vel bibere potuit, quod ut libero animo faceret, indicavit ei pluvias, & quidem largas, imminere: Intelligimus hinc dilatum eâ die fuisse cibum ferè ad noctem, donec sacrificium utrinque peractum esset[l]. Vel, *ascende,* scil. in currum, ut ibi comedas[m]. Ahab se inediâ confecit, ut impetraret à Deo pluviam[n]. ¶. *Comede,* &c.] Lætus cibum sume, nè sis ampliùs sollicitus, brevi enim pluviam visurus es[o]. Esto bono animo[p]. ¶ *Sonus multæ pluviæ est,* קול המון הגשם] *Vox* vel *sonus,* vel *strepitus multitudinis* (vel *tumultûs,* Mo.) *pluviæ,* P. V. sub. *exauditur,* V. sim. M. Ti. Sy. *Vox sonitûs pluviæ* audietur, M. Audio quasi ventum vehementem, prænuncium magnæ pluviæ: Hoc audiebat Elias auribus fidei[q]. Jam mihi videor exaudire, vel, mox auditurus es strepitum pluviæ[r].

b Tig. not. c Mar. d Mar. Tig. not. † Pi. ex Jun. f Q. in Mart. r Mart. s Mart. t Ma. v Mar. x BA. 1. 2. 1. 446. y Mart. z Mart. a V. b Mart. c San. d G. † San. sic E. f F. g G. h Ma. i Mart. k Mart. sim. V. l Mart. m Mar. n He. in V. o Me. p V. q Os. r V.

42. Elias

42. *Elias ascendit in verticem Carmeli*] Unde posset videri mare mediterraneum, cui hic mons imminet [s]. ¶ *Pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua*] Ità 6. Jon. P. V. &c. i e. Demisit faciem suam more supplicum. Hoc pertinet ad humilitatem orantis, & majorem attentionem orationis [t]. *Inter genua*, ut scil. memor originis suæ se ampliùs humiliaret [v]; Hoc enim situ est embryo in ventre matris [x]: & ut lacrymas excitaret; propter communionem quæ, ob dictum in utero situm, naturâ est genibus cum oculis; Unde genua supplices tangunt [y]. Hi gestus indicia erant & humilitatis & orationis ardentissimæ atque anxiæ, quæ interdum tales gestus homini extorquet, quos talium certaminum imperiti judicarent esse, non orantium, sed desipientium [z]. Hoc gestu submissionem animi testatur, in quo terram intuetur, quasi non auderet oculos ad cœlum attollere [*]. Alii negant faciem ejus inter genua positam fuisse; quia ille gestus difficilis est, nec devotioni idoneus [a]. Primò procubuit in genua, deinde demisit caput suum usque in terram, & genua sua [b]. Prostravit se primùm super terram, deinde resedit, facie ad genua conversâ [c]. Jo. vult eum oraturum sedisse, sed id minùs decet orantem [d]. Q. volunt duas Prophetæ actiones describi; sed malim unam actionem describi, priùs summatim, deinde latiùs & explicatiùs [†]. *Posuit faciem*, &c. precibus imbrem impetraturus, ut postea legio Christianorum militum sub M. Aurelio [f]. Sciebat pluviam dandam fore, nihilominùs prolixè orat. Nam Deus utrumque volebat, & pluviam, & orationem [g].

43. *Dixit ad puerum*] Filium nempe mulieris Sareptanæ [h]. Qu. Cur Propheta eò non ivit? Resp. Nè distraheretur à precibus, quibus apud Deum instare voluit. ¶ *Prospice contra mare*] Nam ex mari nubes primùm ascendunt, &c [i]. ¶ [*Revertere septem vicibus*] Cupiebat Elias pluviam quamprimùm venire; ut, & fidem suam liberaret, & mærentem populum solaretur [k]. Sed Deus qui statim ad mittendum ignem exoratus est, in danda pluvia cunctatur; quia fides populi (coram quo orabat,) periclitata esset, si ignis tardiùs descendisset. At nunc aberat populus, nec Elias scandalum passurus erat, & Deus ei fortasse consulebat, nè quid humanitùs ab inani gloriola pateretur, si statim nunc quoque voti compos fieret. Etsi statim non auditur, tamen animum non despondet, nec à precibus desistit [m].

44 *Quasi vestigium*] Heb. *quasi vola hominis*, JT. Ma. La. V. &c. ¶ *Ascende, & dic Ahab*] i e. Ubi descenderis è Carmel, ascende in eum locum ubi est Ahab. Aut fortè tunc Ahab erat in editiore montis parte [n]. ¶ *Junge currum tuum*, Ità 6. in Pi. אֱסֹר] *Liga*, P. Pi. V. (id est, *cura ligari*, Pi.) sub. *currum*, V. vel, *equos ad currum*, Pi. V.

45. *Cumque se verteret huc atque illuc*, וַיְהִי עַד כֹּה] וְעַד כֹּה] *Et fuit usque huc, & usque huc*, P. vel, *illuc*, Mo. *Intereà*, JT. Ti. M. *Dum sic & dum sic* est, Jun. Pi. Interim dum hæc gerere entur [o]. Dum puer mittitur, regique narrat; dum jungitur currus, &c [p]. Tarda enim sunt regum molimina, & incessus impediti [q]. ¶ *Ascendens*, וַיִּרְכַּב] *Conscendit itaque*, P. V. sub. *currum*, V. *equitans*, JT. *vectus*, scil. curru, ex vers. præced.

46. *Manus Domini facta est super Eliam*] Id est, Vis, potentia Dei, &c [r]. Deus illi ad currendum vires humanis majores dedit [s]. Confirmavit ejus corpus, & animum alacrem reddidit [t]. Licèt jam senex esset; vide infrà 19. 4 [v]. & jejunus, fessus, debilis ex longa oratione, & concertatione cum Baalitis, & sacrificio. ¶ *Accinctisque lumbis*, וַיְשַׁנֵּס מָתְנָיו] *Et accinxit* (vel, *constrinxit*, Pi. ex 6.) *lumbos suos*, P. Mo. Pi. &c. scilicet *Elias*. Lumborum robore opus est ad currendum [*]. *Ut confirmaret* (nempe, *manus Domini*,) *lumbos ejus*, JT. robur illi & vires dedit [†]. ¶ *Currebat ante Ahab*] Ut officium honorarium Regi suo præstaret [x]. Is qui cœlum clauserat tanquam unus è servis currit ante Regem. Neque enim viri sancti hanc externam rerum pompam assis faciunt [y]. *Cucurrit*, &c. q.d. Non solùm assecutus est Ahab, sed & antevertit [z]. ¶ *Donec veniret in Jezrael*, עַד בֹּאֲכָה וגו'] i. e. Donec venias usque ad eum locum per quem intras in Izreel [a], relato scilicet affixo *Caph* ad eum qui loci notitiam habet [b]. Potiùs in *Jezrael*, quàm in *Samariam* iter intendit; 1. quia illa propiùs distabat. 2. Quia in *Samaria* erat Jezabel Eliæ infesta [c]. Alii volunt Jezabelem in *Jezrael* fuisse [d]. Forti est animo; non timet reginam, & 400 prophetas lucorum. Urbem ingreditur, ut populum de veritate meliùs informaret, suísque concionibus instrueret [†].

Marginal notes (left column): s Mar. — t V. — v Mar. — x La. sic Mar. — y Mar. — z Os. — * Mart. — a To. in La. — b Me. — c M. — d Me. — † Mart. — f G. — g Mart. — h V. — i Mart. — k San. — l Me. — m Mart. — n V. — o V. — p Mart. sim. Os. — q San. — r Pi. sim. V. — s G. — t Mart. — v Me. — * Pi. — † V. — x La. — y Cl. — z V. — a V. sim. M. — b M. — c Me. — d San. — † Mart.

CAP. XIX.

1. NUnciavit *Achab Jezabel*, &c. Quo animo, non constat [f]. Videtur jam Eliæ æquior, & ferè amicus, sed nimis uxorius erat, &c [g]. ¶ *Et quomodo occidisset universos Prophetas gladio*, Sic M. 6. Sy. וְאֵת כָּל־אֲשֶׁר הָרַג אֶת־כָּל־הַנְּבִיאִים] Ad verb. *Et omnes quos occiderat omnes Prophetas*, Mo. *Et prorsus* vel, *omnino quòd occidisset*, &c. P. V. sim. Jon. i. e. præsertim quomodo interfecisset [h]. *Et totum* negotium, Pi. vel, *universum id*, Ti. *& simul*, Ang. [q.d. *cum omnibus cæteris*, &c.] *quomodo occiderit*, &c. Pi. *omnes prophetas ejus*, JT. malim, *prophetas illos*, nempe *Baalis*, non autem *prophetas luci*; ut colligitur ex cap. 22. 6 [i].

2. *Misitque Jezabel*] Imago nobis proponitur obfirmati cordis impiorum, quod nec flagellis cedit, nec beneficiis [k]. ¶ *Hæc mihi faciant*, &c. כֹּה יַעֲשׂוּן וגו'] *Sic faciant*, JT. scil. *mihi*, Pi. Hæc mihi eveniant, imò graviora, sub. nisi *ulciscar mortem prophetarum*, *quia*, &c [l]. Quòd consilium suum non celet, sed de eo Prophetam moneat, providentiæ Dei adscribendum est. Non putabat eum fugiturum, quem in aliis rebus constantem viderat [m]. ¶ *Nisi hac hora cras*, &c. כִּי כָעֵת מָחָר וגו'] *Quia hoc tempore cras*, &c. V. *Nisi hoc tempore*, &c. P. Pi. Heb. *quòd*: sed sermo est ἀνάπολοθον, ut solet esse in juramentis. Τὸ *quòd* pendet ab alia sententia; putà tali, *Quàm verum est, quòd credo Deos me posse malis afficere*, *tam verum est quòd redditura sum vitam tuam*, &c [n]. Confidentissimè loquitur, quasi Deus non valeret ejus conatibus obsistere [o].

3. *Timuit*, Ità 6. sim. Sy. Ca. Nostri legebant וַיִּרָא pro וַיַּרְא P. וַיַּרְא] *Et vidit*, Mo. V. sim. Jon. Strig. sub. *periculum*, M. Ità Mar. *Quòd cum intellexisset*, Sy. sic Ar. V. ¶ *Et surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas*, וַיָּקָם וַיֵּלֶךְ אֶל נַפְשׁוֹ] *Et surrexit, & abiit secundùm animam suam*, P. V. vel, *ad animam*, Mo. Pi. sub. *servandam*, Pi. *pro anima sua*, M. *ut animam erueret*, Jon. in V. sim. Sy. *consulens vitæ suæ*, JT. sim. Ca. *contendens eripere sese*, Ar. *abiit, quocunque eum impetus* (vel, *animus*, V.) *ferebat*, Strig. Non dicit, quò Deus incitabat; ut doceat fugam hanc, non Dei nutu susceptam fuisse, sed ex imbecillitate carnis [q]. Qui pridiè nec regem, nec sacerdotes, nec furentem populum timuit, nunc ad unius fœminæ minas timet, & fugit [r]. Qu. Unde tantus pavor? Resp. 1. Deus subduxit ei robur, ut illud agnosceret esse donum Dei, útque ità ipsum in humilitate conservaret [s]. Voluit Deus palàm facere Eliæ, quàm nullus esset ex se, & quæcúnque stupenda patrâsset, à sola Dei gratia fuisse [t]. 2. Novit mulierum iram esse implacabilem [v]; & Jezabelem voluisse ipsum dirissimè excarnificare [x]. [Q. Eliam excusant:] Est enim & fugæ tempus. Vide quæ dicta ad Mat. 4. 12 [y]. [Alii reprehendunt:] Peccavit Elias, suam relinquendo stationem, in qua collocatus erat à Deo: Non enim eadem est ratio Prophetarum, atque privatorum hominum. Israelitæ non pergebant in reformatione sua, quòd jam Helia suo antesignano careant, regem videant frigere, & Jezabelem furere [z]. ¶ *Venítque in Bersabee Juda*] Additur *Juda* non discriminis (quasi altera esset *Bersabee*, ut fingit L. ad Amos, 8.) sed declarat onis causâ; q. d. quæ sub ditione regum Judæ [a]. Erat in finibus Judæ meridianis [b]. Fuit terminus Australis terræ promissionis [c]. Urbs hæc ad tribum Simeonis pertinuit, Jos. 19. Sed quia hæreditas Simeonis permixta erat cum sorte Judæ, ideò illi imperavit rex Judæ; vel fortè jure belli reges Judæ eam abstulerant regibus Samariæ. ¶ *Et dimisit ibi puerum suum*] Vel, 1. Quia illi parcere voluit, nam in deserto necessaria deerant [d]: Vel, 2. Nè puer magistrum proderet [†].

4 Perrexit

Marginal notes (right column): c Me. — d San. — † Mart. — f San. — g Mart. — h V. — i Pi. sim. Belg. — k Mart. — l V. — m Mart. — n Pi. — o Mart. — p M. — q Mart. — r T. ex San sim. Mart. — s La. — t T. — v San. — x La. — y G. — z Mart. — a D Observ. 15. 25 ex Mercer. — b Me. — c San. — d Mart. — † San.

4. *Perrexit in desertum*] In quo olim 40 annis peregrinati sunt Israelitæ[f]. ¶ *Juniperum*] Ità M. Ti. V. Ca. Strig. JT. Mart. Hanc fugiunt serpentes, ideóque homines tutò sub hujus umbra quiescunt, teste Plin[g]. רותם Alii *genistam* reddunt; Ità Jon. Ar. P. Mo. *terebinthum*, Sy. ¶ *Petivit anima sua ut moreretur*, Sic M. Ti. sim. Strig. Os. וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת] *Et petivit animæ suæ* (vel, *animam suam*, ό.) *mori*, Jon. P. Mo. *Expetivit sibi mortem*, Sy. Ar. Ca. *Expetebat apud se* (Heb. *cum animo suo*, Jun. vel, *anima*, Pi) *mori*, JT. At cur hîc optat mortem, quam à Jezabele inferendam fugit? Resp. 1. In fuga creverat ipsius labor, dolor, &c[h]. 2. Verebatur mortis genus crudelissimum[i]. 3. Turpe putabat à muliere occidi. Vide Jud. 9. 54[k]. 4. Studio gloriæ Dei præoptabat ibi perire, quàm Baalitarum manibus; nè impii jactarent Heliam Baalitis, adeóque Jehovam Baali, succubuisse[l]. ¶ *Sufficit mihi*, רַב] *satis*, sub. *vixi*: satis est mihi hactenus vixisse[m]. Satis mihi, patriæque vixi, nihil ampliùs opto[n]. ¶ *Neque melior sum, quàm patres mei*] Ut diutiùs vivam quàm illi[o]. *Patres* vocat honoris causâ, alios prophetas à Jezabele occisos; q. d. sufficit hucusque occisis fratribus meis me fuisse superstitem[p].

5. *Projecítque se, & obdormivit*] i. e. Projecit se, ut dormiret[q]. A jejuno stomacho abesse solet somnus[r]; quem tamen facilè attulit mæror & lassitudo[s]. ¶ *In umbra juniperi*] Ex more regionis, nè à serpentibus læderetur[t]. Incuriosus erat valetudinis, nam

Juniperi gravis umbra———,

teste Marone[v]. ¶ *Et ecce Angelus*, &c. וְהִנֵּה זֶה מַלְאָךְ נֹגֵעַ בּוֹ] *Et ecce hic Angelus tangens in eum*, Mo. *Quidam Angelus tangens*, &c. JT. Glass. זֶה demonstrativum pro indefinito quandoque poni videtur, ut 1 Sam. 17. 12, 35[x]. *Et ecce illo ipso tempore*, &c. P. *Ecce tunc*, &c. Jon. *Ecce statim*, &c. Ti. *Quum ecce*, &c. Sy. Ar. Tunc propior est Deus, cum homo omni subsidio destituitur[y]. Nota quantam Deus habuit Prophetæ curam; Pavit illum per corvos, per viduam, per Angelum, & in Sina, verbo suo & aspectu: Non enim ibi edisse legitur[z].

6. *Ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ*] Frugalitatem hoc exemplo commendat Deus.

——*Satis est populis fluviúsque Cerésque*,

ait Lucanus[a]. מְרַאֲשֹׁתָיו עֻגַת רְצָפִים וגו׳ *Capitibus ejus* (vel, *ad cervical*, Jon. Sy. *ad locum capitis*, Ar. JT. sic M. sim. Ca. Strig.) *libum prunarum*, Mo. *placentula carbonum*, Pi. i. e. super carbones tosta, Pi. JT. sim. Jon. Ti. *panis inter prunas coctus*, P. *panis subcinericius prunarum*; i. e. inter prunas coctus. Deus suis non delicias præbet, sed necessaria[b]. Verto, *panem coctum ad lapides candefactos sive ignitos*. Id enim sign. רִצְפָּה, quemadmodum & *Ridpha* Arabibus*. [Plura vide in Authore.]

7. *Surge, comede*] Parcè videtur usus oblato cibo, ut sibi in crastinum sufficeret[c]. ¶ *Grandis tibi restat via*, רַב מִמְּךָ הַדָּרֶךְ] *Multa* (vel, *longa*, Ar. sic Jon. P.) *à te via*, sub. *est*, P. V. vel, *manet*, Ar. Majus est à te iter; i. e. quàm pro viribus tuis præsentibus[d]. *Multum esset præ te hoc iter*, Jun.

8. *Ambulavit in fortitudine cibi illius*] Id dupliciter potuit Deus efficere; 1. Ut cibus in ventriculo moraretur. 2. Ut cibo quædam admiscerentur, quibus tantæ conservationis & instaurationis vis inesset[†]. Panis hic mirabiliter factus est manibus Angelorum[f]. ¶ *Quadraginta diebus*] Mosis exemplo: Vide ad Mat. 4. 28. Non rectâ viâ progrediebatur; alioqui tantum 4, vel 5 dierum iter erat: sed fugientium more, vias invias, & inopinatas sectatus est, interdum & substitit, quievit, latuit. Et fortè à principio non ei erat propositum, ad Horeb proficisci[h]; sed per 40 dies per desertum vagatus eò pervenit. At Deus illum huc perduxit, ut ibi institueret[i].

9. *Quid hîc agis?* מַה לְּךָ פֹה] *Quid tibi hîc*, P. sub. *est negotii?* V. Non quærit, quòd ignoret; sed eum tacitè arguit relictæ vocationis[k]; q. d. Non hîc in obscuro antro, ego operâ tuâ, sed in Judæa, Samaria, Damasco[l]. Charismata tua collata erant ad hominum ædificationem[m]. Non meo jussu, sed ex timore huc venisti[n].

[f] Me. [g] Mart. [h] La. [i] Mart. [k] San. [l] Mart. sim. San. La. [m] V. sim. Pi. [n] San. [o] Pi. ex Jun. [p] San. [q] V. [r] San. [s] San. sim. Me. Mart. [t] Mart. [v] G. [x] Glass. gram. p. 188. [y] San. [z] Mart. [a] G. [b] Mar. * BA. 1. 2. 34. 328. [c] San. [d] V. Mar. Mart. [†] Mart. [f] Q. in La. sim. L. [g] G. [h] Me. [i] Mart. [k] Mart. [l] T. [m] Mart. [n] Me.

10. *Zelo zelatus sum*] Non respondet simpliciter & rectè; tacet veram discessûs sui causam; & se à zelo commendat[o]. Et infrà v. 14. post visionem, eadem repetit, nihil immutatus: Sancti viri non statim erudiuntur Dei magisterio, sed affectibus gravantur[p]. Q. *zelabar*, i. e. cruciabar, veluti zelotypiâ pro honore Dei, tanquam ipsius sustinerem personam[q]. ¶ *Altaria tua destruxerunt*] i.e. cultum; Metonymia; nam propriè altaria erant Jerosolymis[r]. Alii exponunt de altaribus excelsorum, in quibus olim patriarchæ sacrificaverant: Conqueritur autem de illorum destructione, non per se, quasi nefas esset illa aboleri; (quippe quæ aboleri debuerunt, templo jam exstructo,) sed per accidens, viz. propter adjunctum contemptum Jehovæ[s]. ¶ *Prophetas occiderunt*] Quos tales esse nôrunt: nam centum illi suprà 18. 4. ad notitiam aulæ non venerant[t]. ¶ *Ego solus*] Nempe, qui palàm, & publicè honorem Dei tueor; vel est Hyperbole[v].

11. *Et ait, Egredere*, &c.] Id est, prodi è tuis latibulis in lucem, & in ipso latebrarum ostio senties, &c[x]. ¶ *Ecce Dominus transit*] Vel Dominus de seipso loquitur, vel quod malim, scriptor de Domino, &c[y]. עֹבֵר *Transiens*, Ma. *transit*, P. *transibat*, Q. in V. *transiturus erat*, Al. in V. Qu. Quis scopus & finis sequentis apparationis? Resp. 1. In compensationem zeli Eliæ ostendit ipsi Deus majestatem suam[z]. 2. Ut Elias & de divina præsentia certior reddatur, & eâ ad exsequendum Dei mandata confirmetur[a]. 3. Ut Eliam irâ & zelo inflammatum ob idololatrarum impunitatem, solaretur, & erudiret; Primò igitur, ostendit sibi omnia elementa ad manum esse, ut idololatras perdat, si velit; at non esse hunc usitatum providentiæ suæ modum; secundò igitur offert auribus ejus *spiritum lenem*, quo designat divinam patientiam, & mansuetudinem, quam imitari debent Elias, & omnes electi[b]. Ostendit se nolle in præsentia uti violentis armis contra Jezabelem & Israelitas, &c[c]. Obiter admonetur Elias, ut sibi ab ira caveat, ad quam naturâ suâpte ferebatur[d]. Sic docuit eum impiorum hominum magis desiderandam pœnitentiam, quàm perditionem[†]. Postulavit Elias contra Israelitas, Rom. 11. Hîc ergò docetur Deum in precibus suis imitari, qui placabilis est & benignus, zelúmque suum minuere[f]. Sed non puto hîc durum Eliæ ingenium reprehendi, aut lenitatem doceri; sed potiùs tradi formam in corrigendis peccatoribus servandam, juxta quam Israelitarum mores Elias recudat, eósque ad gratiam disponat: Jubetur igitur, tanquam ventus, corda peccatorum commovere: &, quasi ignis, vitia exurere; nec suavitatem antè assumere, quam Deum advenire videat: Nam, 1. Deus nihil hîc non severum Eliæ præcepit. 2. Nec minùs severus posteà fuit Elias, nam 50 illos occidit, 2 Reg. 1. 3. Laudat Christus Joannem, quòd venerit in spiritu Eliæ[g]. 4. Evangelii figuratio erat, quod non venit cum vento, terræ motu, &c. Exod. 19. 16. Heb. 12. 18, &c. sed cum magna lenitate. Hæc est illa ἄνωθεν σοφία, &c. Jacob. 3. 17[h]. 5. Simplicior eorum videtur expositio, qui substantivum verbum in futuro *erit* subaudiunt, ut sic intelligamus, Tunc cùm videbis ventum vehementem, commotionem & ignem, non audies tunc vocem Domini. Ista significabant terrorem potestatis divinæ, ut Exod. 19. 9, 16[i]. 6. Eadem penè prodigia facta sunt, cùm lex lata esset, Exod. 19. 16. quæ jam fiunt, cùm legem conculcatam reparare vellet[k]. Eadémque ferè signa leguntur facta ante adventum Sp. Sancti, Act. 2. 2[l]. ¶ *Et spiritus grandis*, רוּחַ גְּדוֹלָה] *Ventus sive flatus grandis*, vel, *magnus*, P. Mo. V. JT. &c. ¶ *Subvertens montes*, Ità P. מְפָרֵק וגו׳] *Dissipans*, Mo. *dissolvens*, ό. *confringens*, V. sic. JT. i. e. tam vehemens ventus, ut montes subvertere posset[m]. Nihil tamen vetat hæc actu facta fuisse. At K. & alii putant hyperbolem esse[n]. *Disrumpens montes*, &c. quasi viam Deo præparans & aperiens[o]. ¶ *Non in Spiritu Dominus*] Heb. *Non in vento*, P. *Non cum flatu erat*, V. q. d. tunc non audies vocem Domini[p]. Deus ubique præsens est, sed non in vento se patefecit[q]. Opus Dei *proprium* est clementia, &c. punitio *alienum*, Isa. 28[r]. ¶ *Commotio*, Ità ό. P. Ti. רַעַשׁ] *Concussio*, Sy. M. JT. V. vel, *tremor*, sub. *montis*, V. *Post angelos ventorum aderunt angeli tonitruum*, Ar. *terræ motus*[*].

[o] Mart. [p] Mart. ad v. 14. [q] V. [r] Pi. ex Jun. [s] Q. in Pi. Ita Mart. [t] G. [v] Me. [x] T. ex San. [y] E. [z] K. in M. [a] Pi. [b] T. ex San. & Theod. & Procop. &c. sim. La. Mart. [c] Mart. [d] G. [f] Q. in V. Gerson. in M. [f] Mart. [g] San. [h] G. [i] V. [k] San. [l] V. [m] V. sim. Mart. Me. [n] Mart. [o] Os. [p] V. [q] Mart. sim. Os. [r] Mart. * Os.

12. Et

12. *Et post commotionem ignis*] Ista tria se mutuò gravitate superant. Plus enim horroris est in terræ motu, quàm in vento; & in igne quàm in terræ motu [s]. ¶ *Sibilus auræ tenuis*, קוֹל דְּמָמָה דַקָּה] *Vox tacita* (vel, *silentii*, Mo. *silentio*, JT. *auræ*, &. *submissa*, sive *demissa*, V.) *tenuis*, P. vel, *gracilis*, V. *Vox canentium in silentio*, Jon. *Vox cantici cum quiete*, id est, *submissa*, Ar. *Vox quieta & subtilis*, M. *sibilus tranquillus & tenuis*, Ti. *Vox*, &c. sub. *audita fuit*, V.

13. *Operuit vultum pallio*] Prout Moses ante fecerat [t]; tum ex horrore quodam, tum ex reverentia [v]. Non fert humana infirmitas gloriosi Dei aspectum [x]. Indignum se judicavit aspectu Dei; docens insuper curiositatem fugere [y].

15. *Revertere in viam tuam*, Ità P. לְדַרְכְּךָ] *Per viam tuam*, quâ scil. venisti, sub aliquatenùs, sive aliquò usque progressus: & posteà vade rectà in desertum, &c [z]. ¶ *Per desertum*, &c.] Quod iter longum erat, & per Ammon. & Moab, brevius fuisset per regnum Ahab; sed noluit Dominus hoc periculum adiri à Propheta jam metu perculso [a]. ¶ *Unges*] Vel, 1. propriè: licèt hoc non habeatur in scriptura [b], quæ multa reticet quæ contigerunt [c]. Ungebantur Reges, Prophetæ, Sacerdotes, in signum donorum quæ Deus illis effundebat, si officium facerent [d]. Hoc signo, officii sui commonefiebant [*]. *Hazaelem* unctum fuisse constat; neque enim alia longi hujus itineris ad Damascum causa erat [†]. Vel, 2. *Figuratè*. *Unges*, i. e. designabis, aut declarabis, &c [f]. Porrò *unges*, vel, 1. per teipsum [g]; vel, 2. per alium; i. e. cures eum ungendum; h. e. declares eum futurum regem [h]. Hoc effectum dedit Elias per Elisæum, 2 Reg. 8 12. &c [i]. Verùm non legitur Elisæus reverà unxisse Hazaelem; sed tantùm prædixisse regnum, brevi ab eo capessendum, 2 Reg. 8. 13. &c [k]. Et nihil prohibet Hazaelem bis unctum fuisse; Sic enim Saul & David, &c [l]. *Azelum* hunc Justinus vocat 36. 2. quem ut Deum cultum à Damascenis dicit Josephus, 9. 2. Nota item Deum populum quidem suum præcipuè curâsse; sed non ut non & aliis populis interdum raræ providentiæ testimonia largiretur, ut hìc Syris [m]. Notandum etiam ordinem rerum hìc non servari; quia designatio Prophetæ posteriori loco memoratur, quæ tamen priùs facta est; Ratio est, quòd Propheta eligebatur, ut reges institueret, ac ungeret [n].

16. *Et Jehu filium Namsi*] i. e. Nepotem *Namsi*; filius enim erat *Josaphat*, ut patet ex 2 Reg. 9 2 [o]. Effectum hoc erat, 2 Reg. 9 [p]. Fuit hic vir fortis, minimè ad culpas indulgens, ingenio quali Cato Uticensis [q]. ¶ *Elisæum de Abelmeula*] Heb. *ex Abel Meholah*, scil. ortum. Fuit hæc urbs, vel, in tribu Ephraim, 1 Reg. 4. 12 [r]. vel, in Manasse cis Jordanem [s]. ¶ *Unges*] Vel propriè [t]; vel, metonymicè; Id est, constituito prophetam: non enim legitur eum unxisse, sed togam suam ei injecisse, infrà v. 19 [v]. Vide misericordiam Dei erga populum suum, licèt sceleratum & idololatram; non vult eos carere ministerio [x].

17. *Qui fugerit gladium Hazael*, &c.] Sed hìc videtur perturbari ratio temporum, cùm *Jehu* ante *Hazaelis* sævitiam, regnavit, ut sequentia docent: Et fames illa, quæ contigit tempore *Elisæi*, priùs facta est, quàm regnaret *Jehu*: Quomodo ergò dicit ab *Elisæo* interficiendos, qui evasissent gladium *Jehu*. Resp. Levi Ben Gersom sic exponit, eos qui non pervenerint ad cædem *Hazael*, ætate prohibente, occidendos antea fore à Jehu, &c. Ostendit hìc Deus non defuturos idololatriæ vindices [y]. Hæc à metu liberant Prophetam, cùm hostes ipsius occidendi dicantur [z]. ¶ *Gladium Hazael*, &c.] In bello contra Joramum, de quo 2 Reg. 8. 28. Executionem vide 2 Reg. 9. 15. &c [a]. ¶ *Interficiet eum Elisæus*] Sed quos, aut quomodo interfecit *Elisæus*? Resp. 1. Interfecit 42 pueros idololatrarum filios [b]. 2. Rectiùs refertur ad horribilem famem sub Joramo, quæ verè *Elisæo* ascribebatur [c]; quum Samaria à Benhadado obsideretur, 2 Reg. 6. 24, 31. At fames ista accidit antequàm *Hazael* & *Jehu* regnarent; cùm, quod hìc narratur de *Elisæo*, futurum fuit posteà, ut ex verbis ipsis planum est [d]. 3. Non improbabile est, præter illos 42 pueros, etiam alios plurimos ab Elisæo de medio fuisse sublatos, quamvis non legatur; neque enim omnia, quæ

[s] Mart. [t] Mart. [v] San. [x] Mart. [y] Os. [z] V. [a] Me. [b] Torn in Me. [c] Mart. [d] G. ad v. 16. [*] Mart. [†] San. [f] Sal. in Me. sim. La. Jun. Pi. [g] Ità San. [h] V. [i] Jun. Pi. sim. La. [k] Ma. [l] La. [m] G. [n] Mart. [o] Me. [p] Jun. [q] G. [r] Jun. Pi. [s] Me. ex Adrich. [t] Ità San. [v] Pi. [x] Mart. [y] Mart. [z] San. [a] Jun. Pi. [b] L. To. San. La. Me. [c] Mart. [d] Pi.

gesta sunt, à sacra produntur historia [†]. Credendum quòd verbum Domini in eo fuerit impletum [f]. 4. *Interfecit*, nempe prophetiâ suâ, quâ Hazaelem regem, &c. constituit, 2 Reg. 8. 12 [g]: gladio, non corporali, sed spirituali, dum eos redarguit, mortémque præsentem, & æternam minatur [h]. Prophetarum munus est, *plantare & eradicare*, &c. non armis, sed verbo; item Dei minantur, &c. Et cùm populus illis pia suadentibus, non parent, sed obstinatione animi exitium sibi accersunt, Prophetæ, per accidens, illos perdere dicuntur [i].

18. *Et derelinquam*, וְהִשְׁאַרְתִּי] *Et servabo*, vel *reservabo*, Jon. P. V. Mart. Me. sim. Mo. &c. Servabo & reliquos faciam à cædibus istis futuris, juxtà v. 18 [k]. Custodiam; nè à Jezabel, aut occidantur, aut pervertantur [l]. Constantiæ, ut & aliarum virtutum, Deus auctor, quanquam non sine consensu voluntatis: sed sicut liberi à patribus magìs quàm à matribus nominantur, ità & actiones à Deo magìs ferente, quàm ab anima concipiente [m]. [Alii per præteritum vertunt.] *Reservavi*, Me. *reliqui*, Os. *reliquos feci*; respondet ad illud quod dixerat, *relictus sum solus*, v. 10 [n]; q. d. Falleris Elias, &c [o]. ¶ *Septem millia virorum*] In decem tribubus, in quibus arma ferebant 1100000, 1 Par. 21. 5. Vide quàm pauci fuerint retinentes pietatis [p]. Plerique hunc numerum definitè accipiunt, sed durum, non plures fuisse, qui uni Baal non supplicaverint, &c. neque enim hìc de vitulis aureis sermo est. Nisi dicas *Baalem* synecdochicè poni pro reliqua idolorum turba [q]. [Alii indefinitè accipiunt] *Septem millia* pro *quàmplurimis* [r]. Ità sæpe sumuntur *septem* & *septies*: Sic 1 Sam. 2. 5. *peperit septem*. Psal. 12. 6. *purgatum septuplum*. Prov. 24. 16. *septies in die cadit justus* [s]. ¶ *Quorum genua non sunt incurvata ante Baal*] Vocem כָּרַע satis per se generalem de *genuum flexione* sumunt hìc &. & Paulus, Rom. 11 4. Frequens id in Dei veri aut falsi cultu. Vide Rom. 14. 11. Ephes. 3. 14. Phil. 2. 10 [t]. ¶ *Et omne os, quod non adoravit eum osculans manus*, וְכָל־הַפֶּה אֲשֶׁר לֹוא נָשַׁק לוֹ] *Et omne os quod non osculatum est eum*, P. JT. sim. V. Mo. &c. in signum, 1. Reverentiæ [v]: 2. Obedientiæ, sive subjectionis [x], ut Gen. 41. 43. Confer Job. 31. 27 [y]: 3. Dilectionis [z]. Colebantur idola, & genuflexione, & osculo, quod dupliciter fiebat. 1. Ore proximè applicito simulachro [a]. De quo sic Cicero Act. 4. in Verrem; *Ibi est simulachrum Herculis, quo nihil—pulchrius—usque adeo—ut rictus ejus, & mentum paulò sit attritius, quod in precibus, & gratulationibus non solùm id venerari, verùm etiam osculari solent* [b]. 2. Manu ad simulachrum seu verè, seu simulatè admotâ, ac deinde ad os relatâ, osculóque exceptâ, tanquam ex contactu rei sacræ jam sanctificata [c]. Hujus ritûs Gentiles sæpè meminerunt [d]: Plin. 28. 2. *Inter adorandum dexteram ad osculum referimus*. Minutius in Octavio, *Cæcilius* (inquit) *simulacro Serapidis viso, ut vulgus superstitiosus solet, manum ori admovens osculum labiis impressit* [†]. Apuleius Apolog. 1. Æmilianum impietatis insimulans; sic dicit, *Nulli Deo—supplicavit, si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratiâ, manum labris admovere* [f]. Hunc ritum insinuat, Job. 31. 26 [g]. [Ubi annotanda, si Deus dederit, consule.] Ex cujus loci collatione videtur hìc verti posse, *Omne os quod non osculatum est manum propter illam*; i. e. in honorem illius [h]. Ex hoc loco damnantur nostri Nicodemitæ, qui, cùm veritatem norint, missis tamen intersunt, &c. dicúnque se in animo retinere pietatem, externa autem illa facere violentiâ impulsos. At hi viri non tantùm colebant verum Deum, sed externum cultum simulachrorum evitabant. Deus & animum requirit, & confessionem cùm verborum, tum etiam externi gestûs, & actionis; totúmque hominem, quem condidit, vult obsequio suo mancipatum. Mera hypocrisis est, aliud in animo habere, aliud exteriùs assimulare [i].

19. *Profectus inde Elias reperit Elisæum*] Sed verisimile est & *Hazaelem*, & *Jehu* priùs unctos fuisse, de quibus nihil hic scribitur, quia nihil speciale accidit, quod scriptione dignum erat [k]. ¶ *Arantem*] Romani ab aratro Dictatores & Consules habuere, Hebræi Prophetas. Vide & Amos, 1. 1 [l]. Ex omni genere Deus homines deligit, sive ad vitam æternam, sive ad functiones, tam sacras, quàm politicas [m]. ¶ *In duodecim jugis*

bovum

[†] San. ex To. [f] L. [g] Pi. [h] Angelom. in La. [i] Mart. [k] Mart. [l] La. [m] G. [n] Pi. ex Jun. [o] La. [p] G. [q] San. [r] V. Ità San. Mart. Os. [s] San. [t] G. [v] V. [x] V. Pi. & Ma. ex Jun. Mart. [y] Pi. [z] Mart. [a] T. ex San. [b] San. [c] T. ex San. [d] T. [†] San. [f] L. [g] La. Pi. [h] Pi. [i] Mart. [k] San. [l] G. [m] Mart.

boum, [שְׁנֵים עָשָׂר צְמָדִים לְפָנָיו] *Duodecim paria* (vel, *juga*, 6. Sy. V. M. Ti.) *erant ante eum*, P. sim. Ar. 6. Mo. JT. &c. Hinc constat patrem Elisæi virum locupletem fuisse [n]. ¶ *Et ipse—unus erat*, [וְהוּא בִּשְׁנֵים הֶעָשָׂר] *Et ipse inter duodecim*, Mo. *cum uno ex illis duodecim*, Ar. sim. Jon. Sy. *erat ex duodecim*, Ti. *erat cum duodecim illis jugis*, M. *Et ipse erat in duodecimo*, P. V. i. e. agebat duodecimum par, sive jugum [o]. Quodque par boum habuit suum aurigam, sive aratorem, & unus ex his erat Elisæus [p]. ¶ *Misit pallium suum super illum*] Qu. Quid hoc signo voluit? Resp. Habitum ei Propheticum dedit, & sic eum velut inauguravit. Vide infrà 2 Reg. 1. 8 [q]. & Zac. 13. 4 [r]. Pallium, novum habitum denotat, & novum genus vitæ [s]. Q. Putant hoc pallium Elisæo fuisse pro unctione, sed illud non liquet; [ut dictum est.] Potiùs per unctionem designatus erat Propheta; per pallii communicationem, ad eandem societatem, & vitæ communionem, vocatus erat. Quomodo sponsus sponsam adoptans, eam pallio suo tegebat, Ruth. 3. 9. Ezec. 16 8 [t], quo facto testabatur se illam in tutelam recipere. Symbolo hoc externo designabatur prophetandi vis illi collata [v].

20. *Relictis bobus*] Similiter illi, Mat. 4. 20, 22 [x]. ¶ *Osculer patrem, &c.*] i.e. Valedicam ei [y]. Amici inter Hebræos osculo & excepti erant, Gen. 29. 11 & dimissi, Gen. 31. 28 [z]. ¶ *Vade & revertere*] At Christus Mat. 9. noluit illi concedere, ut patrem sepeliret. Resp. Dispar est ratio: 1. Ille Mat. 9. voluit cum patre manere, donec moreretur; Elisa tantùm salutare, &c. 2. Christus facilè prævidit, illum, morando apud patrem exitium facilè incursurum fuisse, quod in Elisæo non erat metuendum [a]; hac conditione abi, ut quamprimum revertaris [b]. ¶ *Quod enim meum erat, feci tibi*] Executus sum divinam jussionem; jam tuum est, Deo obtemperare [c]. [כִּי מֶה עָשִׂיתִי לָךְ] *Quid enim faciam* (vel, *facerem*, Ti.) *tibi?* Quomodo possum tibi rem tantillam denegare [d]? *Quid enim feci tibi?* P. V. JT. Pi. G. &c. propter quod sequi me debeas? Hoc dicit eum quadam simulatione, volens extorquere ab eo quidnam haberet in animo, & intelligere quo spiritu esset afflatus; q. d. Quia projeci pallium meum super te, ideò tu curres post me [†]? Cogita ad quantum munus te vocaverim. In sacris dici solebat, *Hoc age* [f]. Sis muneris tui memor, cujus administratio non patitur moras, aut curam aliarum rerum: Mat. 8. 22. Luc. 9. 62 [g]. *Quid feci tibi?* Miratur tantam in Elisæo factam commutationem, ut se vellet illicò sequi [h]: q. d. Ego nonnisi pallio te tetigi, sed Deus cor tuum tetigit, ut omnia relinquas, &c [i]. Vel, sic dicit, ut probet ei, necessariò esse revertendum; q. d. Nôsti quid tibi fecerim, & te Deo jam obstrictum esse, &c [k].

21. *Reversus ab eo*, Ità Pi. [וַיָּשָׁב מֵאַחֲרָיו] *Et reversus est de post eum*, vel, *à tergo illius*; i. e. relicto Eliâ, reversus est ad parentes suos; à quibus cùm abeundi facultatem accepisset, venit iterum ad agrum, &c [l]. ¶ *Tulit par boum, & mactavit illud*] Quasi nuncium jam remittens ruri, rusticisque proventibus [m]. ¶ *Et in aratro boum*, [וּבִכְלִי הַבָּקָר] *Et in instrumento* (in vel *cum instrumentis*, Sy. M. Ti. JT. V. Ar. vel, *vasis*, 6. Jon.) *bovis*, Mo. P. Sic vocat ligna aratri. Propterea quòd sequeretur Eliam, non exspectavit, ut cæderentur ligna alia, sed paratioribus usus est [n]. ¶ *Coxit carnes*, [בִּשְּׁלָם הַבָּשָׂר] *Coxit eos*, (scil. *boves*, Mar.) *carnem*, Mo. Pi. Mar. Constructio duriuscula [o]. *Coxit illorum* (vel, *boum*, Sy.) *carnem*, JT. Pi. M. Ti. quod dicendum fuerat בָּשָׂר בְּשָׂרָם [p]. *Coxit eis* (*nempe populo*, Di.) *carnem*, vel, *carnes*, P. V. Jon. & RS. & K. & R. Levi in Di. Relativum præcedens suum substantivum, redundare videtur [q]. Id nobis simplicissimum videtur, ut בָּשָׂר collectivè sumatur, ideóque affixum plurale ante se habere: & quia affixum nomen suum antecedit, ideóque pleonasticum est; *coxit eas carnes*; i.e. coxit carnes, phrasi Syris usitatissimâ, nec Hebræis insolenti, ut Exod. 2. 6. Num. 23. 22. [Vide annotata ad ista loca.] Qui plura vult, videat Exod. 35. 5. Deut. 32 43. 1 Sam. 21. 3. Job. 33. 20. Psal. 64. 9. Prov. 14 13. Jer. 9. 15. Hab. 1. 11. Ità hoc loco; quasi esset בְּשַׁל לָהֶם; sicut alibi נָתַתָּ לִּי נְתָנַנִי pro [r]. ¶ *Et dedit populo*] Præter aratores, multi erant viri urbis, qui eum abeuntem secuti fuerant [s]. Viscerationem dedit [t]. Convivium fecit, non tam ferale, quàm geniale [v]. Dedit signa lætitiæ non vulgaris ob vocationem suam. Non plorabat, quòd relinqueret patris domum, opesque quibus videtur instructissimus fuisse [x]. ¶ *Ministrabat ei*] i. e. Fuit minister ac famulus ejus [y]. Unde ejus sermone & exemplo optimè instituebatur [z].

Marginal notes (left column): n Sam. — o V. — p La. — q G. sim. Jun. Pi. Ma. Os. — r Jun. Pi. — s Mart. — t San. — v Mart. — x Pi. — y G. Ità Jun. Pi. V. — z San. — a Mart. — b Jun. — c Me. — d Os. — † V. — f G. — g Jun. — h Mart. — i La. sim. Me. — k Mart. — l V. — m San. — n V. — o Mar. — p Di. — q V. — r Di. — s V. sim. Mart. — (right column top): t G. — v San. — x Mart. — y V. — z Mart.

CAP. XX.

1. Benhadad] In Jo. Ἄδαδος, & Ἀδάδου υἱὸς, & Ἄδερ. In 6. Ἄδερ, *Adores* apud Justinum ex Trogo. De hac literarum mutatione, aut soni aut scripturæ affinitate diximus ad 2 Sam. 8. 5 [a]. Vel, is est, de quo suprà 15. 18 [b]. Vel illius filius, aut nepos [c]. ¶ *Congregavit exercitum, &c.*] Causa belli erat; 1. Israelitarum impietas [d]. 2. Quòd Benhadadus qui (ante 39 annos [†],) quædam decem tribuum oppida abstulerat, possessionem suam amplificare constituerat [f]. 3. Quòd Achab Benhadado recusaret pendere tributum quod anteà pependerat; vide infrà v. 34 [g]. ¶ *Triginta duos reges secum*] Qui in clientela ipsius erant [h]; aut sibi subditos, aut mercede conductos [i]. Regna olim minora erant, quàm hodie: Singula oppida, & civitates reges habuerunt: Ubi unus tantùm præest, is Rex habetur. Sed per hos non tam bene bellum geritur, quàm per subditos, infrà 24. Norunt enim illi non suam rem agi. Vide quid Cerialis dicit apud Tacitum Hist. 4. *Dilectus per Galliam habitos remittit, &c* [k].

3. *Meum est*] Non jure, sed potestate & imperio, quia ego illud habere volo [l].

4. *Tuus sum ego, & omnia mea*] Vel, 1. Ità locutus est Ahab, non seriò, sed officiosè, & ut molli responso barbari Regis animum leniret: Hoc sensit Benhadad; ideóque, ut intelligeret rem seriò agi, postulat, vers. seq. ut omnia illa sibi traderentur [m]. Vel, 2. Sensus est; Quæcunque possideo, in tua sunt potestate [n]; non quòd accipias mea ad te [o]; sed ità ut futurus sim tibi tributarius [p], cliens & beneficiarius, sive vasallus [q]. Do me meáque in tuam fidem; sic hæc verba Achabus intelligebat; Benhadad autem de rerum proprietate. Simile ambiguum inter Romanos & Ætolos memorant Polybius & Livius. Vide de J. B. & P. 3. 20. 50 [r]. 3. Alii discrimen inter has duas legationes v. 3, & 5. statuunt; quòd in priori tantùm Regis bona, &c. peteret; in posteriori etiam servorum & subditorum [s]; Sua facilè dedit Ahab, non autem fortunas & opes civium, quas absque ipsorum consensu prodere non potuit [t].

5. *Hæc dicit Benhadad, qui misit nos ad te*, [כִּי שָׁלַחְתִּי אֵלֶיךָ] Hîc כִּי redundat [v]. Vertunt, *misi*, &c. Ma. Pi. *miseram ad te*, &c. Q. in V. *mitto*, P. V. sub. *nuncios*; q. d. Nunc per nuncios significo tibi dicendum, sive qui hæc tibi referant nomine meo [x]. ¶ *Dabis mihi*, [לִי תִתֵּן] *ut mihi dares*, &c. Q. in V. *Mihi dato*, JT. Pi. sub. vel, *tu verò hoc non fecisti*, Pi. vel, *amplius non dicam*, JT.

6. *Cras hac eâdem horâ*, [כִּי אִם כָּעֵת מָחָר] *Nisi hoc tempore cras*, &c. sub. *disperream*, &c. V. Alii, *sed hac ipsâ horâ cras*; sub. *nec his quidem contentus ero, sed*, &c. q.d. Dabis illa quidem, sed non propterea satis erit mihi [y]. [Al. sic;] Quia misi ad te ut dares, & non dedisti, non ampliùs agam nuntiis aut legationibus: sed cras rem per meos exequar [z]. ¶ *Et domum servorum tuorum*] Diripere vult, non tantùm regiam, sed & totam Samariæ civitatem [a].

7. *Seniores terræ*] Solent id facere Reges etiam minimè populares, ubi pericula ingruunt; promptiùs enim ea subeuntur, ubi communis consensus præit [b]. ¶ *Insidiatur nobis*] Heb. *malum quærit*, Ma. sic JT. Pi. i. e. ut me malo afficiat præter jus [c]; occasionem belli nobis inferendi captat [d]. ¶ *Non abnui*] [Quo sensu, vide v. 4.] Reverà non abnuerat, sed petitionem simulatâ concessione eluserat, dum clariùs appareret, quò esset tura esset ista postulatio [†]. Nota Ahabum, nec Deum invocare, nec veram malorum causam agnoscere [f].

8. *Non audias*] Sic Tacit. Annal. 15. *Consuluit inter primores*

Marginal notes (right column): a La. — b G. — c Me. — d Mart. — † Me. ex Sal. — f Mart. — g Me. — h G. — i Mart. — k G. — l La. — m Me. — n V. — o M. — p V. ex M. — q Jun. Pi. — r G. — s Q. in Mart. Ità San. — t Mart. — v V. — x V. — y V. — z Ma. ferè ex Jun. — a La. — b G. — c Pi. — d V. — † Me. — f Mart.

primores civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhonesta placeret: nec dubitatum de bello g.

g G.

9. *Dicite Domino meo Regi*] Ahab erat abjecti animi, adeò ut posteriorem conditionem recepturus fuisset, nisi populi seditionem veritus esset. ¶ *Faciam*] Hoc dicit, nè videretur inconstans h.

h Mart.

10. *Si sufficerit pulvis Samariæ pugillis*, &c] Ità P. Mo. JT. Pi. &c. Audax Hyperbole; Si milites singuli pugillum auferant, de terra Samariæ nihil remanebit i. q. d. Oppugnabo urbem vestram numerosissimo exercitu k. Alii, quòd plantæ pedum militum meorum terram adjacentem urbi vestræ aliò transferent, ità ut nihil remansurum sit *. Ab exercitu Xerxis flumina siccata, Græciámque omnem vix capere exercitum ejus potuisse, narrant Historici l. [Vel sic;] Exscindam stirpitùs Samariam, nec vel pulvisculum in ea relinquam. Confer Ezec. 26. 4 m. ¶ *Qui sequitur me*, Ità Ti. [אֲשֶׁר בְּרַגְלָי] *Qui est in pedibus meis*, Pi. V. P. i. e. ad pedes meos n. i. e. quem mecum duco o. *Qui sequitur pedes meos*, M. *qui sequitur vestigia mea*, JT.

i G. sim. Jun. Pi. Ma. V. Me. k V. * Q. in V. M. l G. m T. ex To. & San. La. n Pi. o V.

11. *Nè glorietur accinctus*, [חֹגֵר] *Accinctus*, P. Mo. *qui accingit se*, JT. M. *qui accingit* baltheum, Ti. Qui induit arma pugnaturus p. *Gibbosus*, ó. i. e. qui onustus incedit armis, frumento, &c. ideóque incurvus, &c q. *Expeditus & descendens in prælium*, Jon. *is qui ligat*, Sy. ¶ *Æquè ut discinctus*, Itá P. [כִּמְפַתֵּחַ] *Ut qui discingit*, JT. Pi. vel, *solvit*, M. Ti. sub *arma*, M. vel, *zonam*, in qua ensis, V. *apertus*, Mo. vel, *aperiens*; sic eum vocat, qui arma diffibulat & deponit r. Noli triumphum canere ante victoriam, quâ partâ ponuntur arma. Ξυνὸς Ἐνυάλιος s: i. e. *Anceps est fortuna belli* t.

p Jun. Pi. sim. M. V. &c. q San. r Mar. s G. t I.

12. *Bibebat in umbraculis*] scil. in tabernaculis: vel, fortè sub arborum umbris convivia agitârunt, quasi certi de victoria v. ¶ *Circumdate civitatem*, [שִׂימוּ] *Ponite*, Mo. *parate vos*, Strig. *ædificate vallum*, ó. *expedimini*, Jon. *in unum cogimini*, Ar. *premite obsidione civitatem*, Sy. Cùm de pace ageretur, obsidio intermissa fuisse videtur, vel aliquantò remissior x. *Admovete*, P. JT. vel, *Ponite*, M. sub. *instrumenta*, vel *arma bellica*, P. M. vel, *machinas & castra tota*, Jun. h e. parate arma necessaria ad oppugnandam civitatem y. *Insistite*, Ti. ¶ *Et circumdederunt eam*, [וַיָּשִׂימוּ עַל הָעִיר] *Et admoverunt* (vel, *posuerunt*, M. (vel, *parârunt se*, Strig.) vel, *insisterunt*, Ti.) *contra* (*supra*, Mo.) *civitatem*, P. JT. *posuerunt vallum*, &c. ó. *posuerunt se in insidiis*, &c. Jon.

v Me. x Mar. y M.

13. *Propheta accedens*, &c.] Observanda est Dei clementia, quæ rebus desperatis de improviso adest z. Deus Ahabum non perdit, sed beneficiis & victoriâ ornat, &c. 1. Ut Achab sit minùs excusabilis, & justitia Dei illustrior evadat. 2. Ut ostenderet Deus potuisse se hostes facilè reprimere, modò libuisset. 3. Rationem habuit Deus illorum 7 millium piorum, &c a. 4. *Sequitur superbos* [è quorum numero Benhadad] *ultor à tergo Deus*. Hanc Divinæ providentiæ partem *Nemesin* Græci vocant b. Prædicit hanc victoriam per unum ex Prophetis, quos Ahab vexabat; nè aut casui adscriberetur, aut viribus humanis, aut vitulis, sive Baali c; quorum auxilia frustra invocaverant d.

z Mart. a Mart. ad v. 1. b G. c Mart. d San.

14. *Per quem*, Ità P. [בְּמִי] *Per quos?* sub. *hoc efficies*, cùm nulli sint mihi milites †. ¶ *Per pedissequos principum provinciarum*, [בְּנַעֲרֵי שָׂרֵי הַמְּדִינוֹת וגו׳] *Per pueros*, vel, *juvenes*, vel *adolescentes*, *principum*, sive *magnatum*, sive *præfectorum provinciarum*, Ti. V. P. M. JT. Jon. Mo. sub. *patriæ*, seu *regionis tuæ*; qui educari solent in aulis regum f. Tales delicati sunt, & molles, & militiæ parùm apti. Aliter Deus conscribit exercitum, quàm homines; qui duros eligunt & rusticanos, &c g. Per pueros sive ministros domesticos h. *Per juvenes & magnates urbis*, Sy. *Per pueros præcipuorum urbis*, Ar. Per turbam imbellem i. ¶ *Quis incipiet præliari?* [מִי יֶאְסֹר הַמִּלְחָמָה] *Quis incipiet bellum?* P. An rex Syriæ, an ego? q. d. quis primùm egredietur k? Nósne eruptionem ex urbe faciamus, an Syros expectemus, &c l? *Quis prior aciem componet?* Sy. JT. *Quis committet pugnam?* ó. *Quis instruet aciem?* Ar. Ti. vel *disponet prælium?* M. *ligabit* (i. e. coordinabit;) *bellum* (i.e. bellatores,) Pi. *Quis ordinabit prælium?* Jon. [Ità habet Latina versio in Bib. Polyglot. At V. aliter;] Chald. inquit, *Quis deferet vexillum belli?* [Nempe מִקֵּס Chaldaicum sign. & *ordinare*, &c. & *vexillum erigere*.] *Quis ligabit bellum?* Mo. *quis ligabit*, scil. currus *ad bellum?* Quis erit dux m? Istud interrogat, quòd idololatra esset, & sciret se propterea odiosum esse Deo. *Quis ligabit aciem?* Quis erit dux? Metaphora ab iis qui equos vel boves jungunt operis causâ n.

† V. f V. g Mart. h Jun. Pi. i G. k Q. in Ma. l Q. in Mart. m Mart. n V.

15. *Omnes filios Israel, septem millia*] Cæteri, vel fame, vel bello, absumpti; & plurimi abierant, quia obsidionem ferre nolebant: Respondet hic numerus illis 7000 genua non flectentibus, &c. imò nonnulli volunt illos ipsos fuisse, aliis expeditionem detrectantibus o.

o Mart.

16. *Egressi sunt meridie*] Tempus captabant, quo principes ebrietati indulgebant p. ¶ *Quum biberet ad ebrietatem*] Heb. *bibens* (scil. *erat*,) *ebrius*; h. e. ità ut fieret ebrius q.

p Mart. q Pi. sim. V.

17. *Misit*, &c. [וַיִּשְׁלַח וַיַּגִּידוּ וגו׳] *Misit———cùm renunciâssent ei quidam*, JT. *Misit* (sub. vel, *quosdam*, Pi. vel, *nuncios*, M. V.) *qui renunciârunt ei*, &c. Pi. M.

18. *Sive pro pace*, [לְשָׁלוֹם] *Propter pacem*, V. ut mecum tractent de pace r. Sic violat jus gentium, legatis manus injiciendo s. ¶ *Vivos eos capite*] Non dicit *pugnate*, quasi in sua manu haberet victoriam t.

r Pi. s Mart. t G.

20. *Percussit unusquisque virum*, [אִישׁ אִישׁוֹ] *Vir virum suum*, Mo. hostem contra se venientem v, ut eos prehenderent x. ¶ *Fugerunt Syri*] Deo illis timorem incutiente y. ¶ *Fugit rex in equo, cum equitibus suis*, sic JT. sim. M. [עַל סוּס וּפָרָשִׁים] *Super equum*, *& equites* aliquot, P. cum eo, Tig. not. *Cum equis & equitibus*, Ti.

v V. sim. M. x Pi. y L. sim. Mart.

21. *Egressus rex Israel*] Postremo loco, ut videtur, versis jam in fugam hostibus z. ¶ *Percussit equos & currus*] i. e. Vectos equis & curribus a, qui equorum & curruum operâ evadere conabantur b. ¶ *Percussit Syriam*] Heb. *In Aram*: h. e. in Syris, sive inter Syros, sive è Syris c.

z V. a Pi. b V. c Pi.

22. *Accedens Propheta*] Regi, quamvis adhuc impio pergit Deus benefacere d. ¶ *Vide quid facias*, &c.] Insta quantum potes victoriæ: deinde rebus tuis in posterum prospice †. Secundis rebus non est fidendum, nec fracti hostes sunt contemnendi: Nec tentandus erat Dominus, qui humanam industriam requirit f. Hortatur etiam, ut se instruat & armis, & precibus, bonísque operibus, & præcipuè extirpando idololatriam g. ¶ *Sequenti anno*] Heb. *secundùm reversionem* (vel *ad conversionem*, seu *in revolutione*, Ma.) *anni*, Pi. i. e. vertente, evoluto anno, Ma.

d Mart. † G. f Mart. g He. in Mart.

23. *Dicebant*, &c.] Hæc verba Prophetæ innotuerunt, sive per famam, sive (quod probabilius est,) per revelationem divinam, cujus exemplum habemus, 2 Reg. 6. 8 h. ¶ *Dii montium sunt dii eorum*] Nolunt hi adulatores eum ab hoste mortali victum, quod erat ei probrosum, sed à sola manu divina i. Non accusant ignaviam suam, & ebrietatem. Impii in quidvis potiùs malorum suorum causam referunt, quàm in seipsos k. Credebant Gentiles, varia Numina locis atque operationibus variis præesse, in quibus plurimùm valent, in aliis parùm, vel nihil. Sic *Faunos & Sylvanos* sylvis, montium jugis *Jugatinum* Deum, collibus *Collatinam*, vallibus *Valloniam* deam præficiebant, teste August. & aliis l; mari *Deos marinos*, montibus *Oreades*; i. e. *montanos* præfecerunt. Ovid. Fast. 1.

Dii sumus agrestes, & qui dominantur in altis
Montibus, imperium est in sua tecta Jovi m.

Deum universi non agnoscebant Syri n; & Hebræorum Deos plures esse putabant, sicut aliarum gentium. Porò existimabant Gentiles alios Deos aliis nationibus favere, aliis adversari, ut liquet ex Homer. Virg. & 1 Sam. 4 o. Deum Israelis putabant esse ὀρειβάτην, quo nomine Pan à Græcis vocatur p. Erroris hujus causæ multæ erant; 1. quòd prodigia ferè omnia Israelitis exhibita in montibus contigerunt, olim in *Sinai*, recèns in *Carmelo*. 2. Quòd Israelitæ Deo sacrificarent, vel, in monte *Moria*, ubi Templum erat, vel, in aliis montibus, ubi excelsa q. 3. Quòd terra Canaan prorsùs montana esset, Deut. 11. 4. Quòd viderent urbem Samariam in monte positam r. 5. Præcipuè, quia in monte hanc cladem acceperant s. ¶ *Pugnemus in campestribus*] Bene cogitatum: nam & equitatu præpollebat Syria. Vide infra 25 t. ¶ *Et obtinebimus eos*, [אִם לֹא נֶחֱזַק מֵהֶם] *Nisi prævaleamus iis*, V. sim. JT. Ma. sub. *dispereamus*; V. vel, *Dii faciant nobis sic*, &c. nam est formula jurandi elliptica.

h Pi. i T. ex San. k Mart. l T. ex San. m La. n G. o San. p G. q T. ex San. sim. r La. Mart. G. s Mart. t La. G.

Sensus

Sensus est, *tum profectò firmiores erimus eis* y. Et videbis *annon prævalebimus*, P.

24. *Amove reges*, &c.] Vel, *regulos*, nempe auxiliares x; prece, vel pretio inductos, &c y. vel, 1. quia illi priùs fugerant; vel, 2. quòd reges molliter nutriti periculis se objicere non auderent z; vel, 3. quia reges non facilè essent dicto audientes, quod magnam in exercitu confusionem induceret a; vel, 4. quòd reges illi, & in aliena causa negligentiores essent, & in re bellica minùs experti b. ¶ *Pone principes*] *Proceres*, è subditis, qui fideliùs pareant c; & spe honoris à te adipiscendi fortiùs pugnent d. פחות *Duces*, La. Ma. P. Ti. *magnates*, M. *præfectos*, Sy. *imperatores*, Jon.

26. *Ascendit in Aphek*] Ubi amplissima est planities, & civitas cognominis. Hæc autem *Aphek* vel, 1. illa erat in terra Judæ: Eò autem Syris concessum venire, utpote cum Asa fœderatis †. De hac Aphek, vide Jos. 15 53. 1 Sam. 4. 1. Vel, 2. alia *Aphek*, sive in tribu *Aser*, de qua, Jos. 19. 30. Jud. 1. 31. quam occupâsse videtur Syrus in hoc bello f; sive in tribu *Issachar*, propè *Jesrael*, ubi magna est *planities Galilæa*, & campus magnus urbium Esdrelon, & Mageddo g.

27. *Et acceptis cibariis profecti*, וְכָלְכְּלוּ] *Et in calculum redacti*, Mo. *parati*, Jon. *disposuerunt sese*, Sy. *instruxerunt sese*, Ar. Strig. nempe *commeatibus*, Strig sim. JT. Pi. Ca. Ti. Mar. *sustentati sunt*, Pi. *Et inventi sunt omnes*, P. Ad verb. (si Latinè dici potest) *omnitati sunt*, i. e. fuerunt omnes ipsi; q. d. Nè unus quidem desideratus est ex omnibus qui in priore bello fuerant h. ¶ *Quasi duo parvi greges caprarum*] Ità M. P. Ar. sim. JT. Ità BA. ex K. & R. Levi & Pomar. & Aquin. Ac si חֲשִׂפִּים non *quosvis caprarum greges*, sed *parvos* solùm significet. Quod supponere nihil est necesse, cùm caprarum greges semper parvi sint, teste Varrone Rust. 2. 3. *In gregibus est minor numerus caprino, quàm in ovillo——Satìs magnus est grex 50 caprarum——Plusquàm centum capita sub uno clauso non expedit habere.* Hinc Israelitæ potiùs cum caprinis, quàm ovillis gregibus conferuntur. Sed nescitur, quorsum *grex caprarum* חֲשִׂף *chasiph* dicatur. Neque enim huc pertinet Hebræum verbum חָשַׂף quod vel, *haurire*, sign. vel, *denudare*. Et quæ hîc afferunt Interpretes pudet referre, cùm nè speciem quidem veri habeant. Quid si חֲשִׂפֵי הָעִזִּים Arab. lingua, *duos hinnulos caprearum*, *sive capreolos* interpretemur? Arab. *chisph*, vel *chusph*, est *hinnulus* vel *capreolus*. Animal hoc imbelle est, pavidúmque & fugax, ut jure designet Israelitarum consternationem & debilitatem. Binarius autem numerus paucitatem passim sign. ut 1 Reg. 17. 12. Esa. 17. 6. Jer. 3. 14. Os. 6. 2 *. כִּשְׁנֵי חֲשִׂפֵי עִזִּים *Tanquam duo greges caprarum*, ò. Jon. sim. Sy. *Quasi duæ nudationes*, sive *nuditates caprarum*, Ma. *Ac si essent duo denudati greges caprarum*, Ti. P. San. Rectè Ti pro parvis gregibus posuit *denudatos*; i. e. recenter detonsos, tunc enim de lavacro egredientes, ut se mutuò confoveant, evitentque frigus, constipant se, & in angusto coarctant spatio, ut exigui videantur greges. Porrò capræ tonsiles erant in Cilicia, testibus Plin. 8. 50. & Aristot. de animal. 8. 18. & in Palæstina, ut docent saga ex caprarum pellibus facta, Exod. 35. & 36. vel, *denudati* dicuntur, qui sparsim balantes in montibus aberrant k. *Quasi duo nudi*; i. e. rari, parvi, *greges*, &c. Ma. Sensus est, Exercitus Israel divisus est in duas partes exiguas, nobiles nempe, & populum m. Mirum videtur tam paucos fuisse, cùm à Propheta monitus fuisset rex, ut rebus suis provideret. Verùm pleræque urbes Israelitis ab Asa ereptæ, 2 Paral. 17. 2. alias occupaverat rex Syriæ, infrà v. 34. & suprà 15. 20. multi etiam Israelitæ sponte religionis causâ ad regnum Judæ transierant, 2 Par. 11. 16. & 15. 9 n.

28. *Accedens*, וַיִּגַּשׁ] *Accesserat verò*, P. V. antequàm scilicet processissent obviam illis o. ¶ *Unus vir Dei*] *Vir ille Dei*, JT. de quo v. 13. & 22. At in Hebræo non est articulus. Itáque potest intelligi de alio p.

29 *Dirigebántque*, &c. וַיַּחֲנוּ אֵלֶּה נֹכַח אֵלֶּה] *Et castrametati sunt isti è regione illorum*, Ma. ¶ *Septem diebus*] Hinc constat eos die sabbati militaria munera obiisse, ut apud Jericho factum est q.

30. *Et cecidit murus super viginti septem millia hominum*, &c.] Quia propugnatores pro mœnibus stabant,

x Pi. — y Pi. — y T. — z Me. — a Mart. — b T. ex San. — c Jun. — d La. ex To. — † Mart. — f Ma. ex San. Ità L. T. G. — g Me. ex Adrichom — h V. Ità Mart. M. — * BA. I. 2. 51. 621. — i San. — k M. — m V. — n Me. — o V. — q Mart.

ut Hebræos submoverent q. Occisi hi sunt in ruinis, sive mœnium, quæ munire conati sunt, sive ædificiorum, quæ ex terræ motu contigerunt r. Cecidit murus civitatis, vel arietum impulsu s; vel divinâ virtute, ut olim *Jericho* t. [Et quidni miraculum hîc agnoscatur, ut Deus modo extraordinario intolerandam ipsorum blasphemiam coerceret?] ¶ *In cubiculum quod erat intra cubiculum*] Ità P. sim. M. V. i. e. in cubiculum intimum, & abditissimum v. חֶדֶר בְּחֶדֶר *Cubiculo in cubiculum*, Mo. *De penetrali in penetrale*, Sy. Ti. *In septum septo penitius*, Ar.

31. *Reges Israel clementes*] Vel hoc refertur ad Davidem & Salomonem: vel hoc dicunt ex collatione cum barbaris principibus: Alioquin crudeles erant *Baasa*, *Zimri*, &c x. ¶ *Ponamus saccos in lumbis*, &c.] Signum luctûs y, & pœnitentiæ, quasi superiora damnarent consilia z. Mos hic supplicum a. Servili sago profitebantur se servos esse velle, & quodcunque servile officium subire paratos b. ¶ *Et funiculos in capitibus nostris*] Sim. JT. vel, *super capita nostra*, ò. Coronabant caput suum, non olivâ, sed restibus, ex spartea fortè, aut juncea, &c. contextis: Quomodo Ægyptii, in Agrippæ ignominiam, caput *Carabæ* insani cujusdam hominis, junceo seu palustri diademate coronabant c. וַחֲבָלִים בְּרֹאשֵׁנוּ *Et funes in capite nostro*, P. Mo. *Et capita nostra restibus inseremus*, Ti. sim. JT. Pi. Sontica nota, etiam in memoria nostra; Hoc symbolo testabantur se ultimum supplicium promeritos esse d. *Et funes in collis nostris*, M. Ar. V.

32. *Servus tuus Benhadad*] Qui antea superbissimus, quem etiam *Ahab* Dominum suum appellavit: Vide humanarum rerum vicissitudines †. ¶ *Frater meus est*] i. e. Perinde charus atque frater f.

33. *Acceperunt pro omine*, יְנַחֲשׁוּ וַיְמַהֲרוּ וַיַּחְלְטוּ הֲמִמֶּנּוּ וגו׳] *Pro omine acceperunt*, ò. Sic M. sim. Of. Ca. *Faustum omen interpretati*, Ti. *Augurati sunt*, Mo. Jon. M. V. Mar. i. e. ex bono responso conjecerunt se voti fore compotes g. Sensus est, Cùm nos dixerimus, *Servus tuus Benhadad*, si ille mox placidè responderit ad auditum hujus nominis, signum erit piæ acceptationis. Cùm igitur audissent ab Ahab, *Vivit adhuc frater meus?* rapuerunt responsum ab ore ejus, veluti omen & sacrum oraculum, & priusquàm ille suam complevisset orationem, ipsi *festinanter responderunt, frater tuus*, &c h; *& festinaverunt, & præripuerunt num ab eo?* Mo. *Observabant num ab eo*; i. e. ex ejus ore excipere possent verbum aliquod amicum i? *et festinaverunt, & rapuerunt*, vel, *præripuerunt* (i. e. citò ac velocissimè exceperunt) *verbum illud (fratris) ab eo*; i. e. ex ore ejus, Jon. in V. sim. M. Of. וַיַּחְלְטוּ idem est quod וַיַּחְלְטוּהָ מִמֶּנּוּ הֲמִמֶּנּוּ sic enim Jon. vertit k. *Arripuerunt confestim hoc ab eo, dixeruntque*, Ti. *More augurum diligenter observabant num ab eo, & festinantes acceleraverunt, dixeruntque*, &c. P. Vocem הֲמִמֶּנּוּ suo loco reposuit, ex sententia docti inter Hebræos, ut dilucidior esset sensus, quæ post *acceleraverunt* Hebraicè ponitur l. *Experimento discere festinabant, & præcisè cognoscere an ab ipso esset*, JT. i. e. an ex animo hoc dictum ab ipso esset, studiosè intenti erant, ut animum Achabi explorarent gestu & sermone, &c m. Heb. *Experimento discebant, & festinabant, & præcidebant, an ex eo*, Pi. *præcidebant* id (viz. ex Achabi verbis,) *num ab ipso esset*; i. e. num vox *frater* ab integro corde provenerat n. Statim arripuerunt vocabulum *fratris*, repetentes id, nè fortè id ipsum rex retractaret o. Festinabant ex Regis ore id audire; nam fortè per ministros antè responderat p. *Diligenter observabant, num aliquid venturum esset ab eo, & festinanter id arripuerunt*, Ang. Verbum חָלַט quod alibi non legitur, ex notione Chaldaica aiunt esse, *arripere*; Ità Noster & ò. & Chald. rectè. Alii tamen volunt esse *excidere*, *præcidere*, ex Chaldæo interprete, Levit. 13. 15. inde, *præcisè & propriè aliquid facere*, vel *dijudicare*, *cognoscere*, *pronunciare*, ex eodem Chaldæo Levit. 13. 11. in quo significatu utuntur eo vulgò Rabbini q. ¶ *Dixerunt, frater tuus Benhadad*] Sub. *vivit*, V. sim. Pi. nam de hoc erant interrogati r. *Frater tuus ergo est Benhadad?* JT. q. d. hoc est, quod quærimus, ejus & nostræ saluti s. ¶ *Adducite eum ad me*, Ità V. קְחֻהוּ] *Assumentes* adducite eum, JT. Heb. *accipite eum*, Ellipsis verbi notantis finem t.

q T. sim. San. Me. — r Mart. — s T. sim. Mar. — t T. ex San. Ma. sim. L. — v V. sim. JT. — x Mart. G. — z San. sim. Mart. — a V. San. ex Jo. — b T. — c San. — d Jun. Pi. — † Mart. — f V. — g Mar. — h M. — i V. — k M. — l V. — m Pi. ex Jun. — n Belg. — o Of. — p Mart. — q Ma. — r Pi. — s Ma. — t Pi.

34. *Civitates, quas tulit pater meus*, &c.] Quæ civitates hæ fuerint, aut quando hoc acciderit, scriptura tacet [v]; nisi sermo sit de civitatibus Israeli ademptis à Syris sub *Baasa*, suprà 15. 20: qui pater *Ahabi* vocatur, quia illi Achab in regno successit [x]. Ex harum civitatum numero videtur fuisse *Aphek*, quæ Israelitarum erat, sed nunc à Syris tenebatur [y]. Solent quos superiores belli fortuna fecit sua recipere [z]. ¶ *Et plateas fac tibi*] Ità Strig. vel, *pones tibi*, M. P. Ti. Mo. Ma. חֻצוֹת *vicum*, vel *vicos*, Sy. Ar. V. Fora aut vicos (sive plateas, M.) rerum venalium constitues tibi, ex quibus vectigalia accipies ac tributum [a], in Dammesec, urbe scilicet regiâ: & hac re superiorem te agnoscam [b]. Alii forum judiciale intelligunt, ut Ahab ibi jus diceret, tanquam superior Benhadado potestas [c]; ὁ. vertunt ἐξόδους (*exitus*) origine non abnuente [d]. Sed videtur poni loco τοῦ προσόδους, scil. pro *aditu* †. [Sic enim reddenda est vox πρόσοδος, non *reditus*, ut habet Me. forsan errore typographi.] *Limitanea tibi constitues*, JT. i. e. clausuras, sive aditus in regnum Damascenum [f]. Munitiones quibus reprimerentur Damasceni, nè in terras Israelitarum posthac irrumperent. Confer 2 Sam. 8. 6 [g]. Militare præsidium constitues; ut hæc phrasis nostræ Italicæ similis sit, *Fa piazza d' arme* [h]. Multa promittit captivus Benhadad; sed, liber fidem adeo fefellit, ut nec erepta oppida redderet, ut patet ex *Ramoth Gilead*, infrà 22. 3 [i]. ¶ *Et ego fœderatus recedam à te*, וַאֲנִי בַּבְּרִית אֲשַׁלְּחֶךָּ] *Et ego in*, vel *cum fœdere*, sive *pacto demittam te*, Jon. Sy. Ar. M. Ti. Mo. Dixit, *& ego cum hoc fœdere*, &c. JT. Ellipsis insolens verbi [nempe τοῦ *dixit*] etiam in diverso membro ὡς ἀπὸ κοινοῦ repetendi; ut 2 Reg. 9. 27. & 28. 15 [k]. *Et ego*, Malim, *Ad me quidem quod attinet*, ut sit syntaxis absoluta [l]. Sunt verba Achabi [m], Hoc pacto inter nos inito sinam te abire [n]. Quamvis Hieron. ità reddit quasi Benhadadi verba essent †.

35. *Vir quidam de filiis Prophetarum*] i. e. Ex discipulis, qui à Prophetis instituebantur de rebus divinis [o]. Q. hunc Michæam fuisse volunt [p]. Sed cùm scriptura id non tradat, fides esto penes authores [q]. Alius ergò ab ipso fuit, ideóque hîc non nominatur [r]. ¶ *In sermone Domini*] i. e. verbis Domini [s]. ¶ *Percute me*] Scil. gladio, ut me vulneres, ex collatione v. 37. Synecd. gen [t]. Hoc petit Propheta, 1. Ut suo vulnere repræsentaret Achabo vulnus ipsius animæ, adeóque & toti populo inflictum, tum ex idololatria, tum ex dimissione Benhadadi [v]. 2. Ut quasi miles bene meritus, accessum obtineat ad regem: nam si agnitus fuisset Propheta, non fuisset admissus ad Achab [x]; nec voluisset Achab eum audire [y]. 3. Ut Deus in utroque Propheta, tam percutiente, quàm percusso, daret exemplum perfectæ obedientiæ [z]. 4. Ut sanguine & pulvere fœdatus, mortem ignominiosam Achabo annunciaret. Solent autem Prophetæ signis & rebus, in seipsis, tanquam in symbolo, exprimere eventum, quem aliis prædicunt. Vide Isa. 20. Jer. 27. Ezec. 12. Act. 21 [a].

36. *Quia noluisti*, &c. *percutiet te leo*, &c.] Quæ pœna videri possit æquo atrocior: Immane enim videbatur, nec lege permissum, insontem percutere, maximè Prophetam [b]. Sed, 1. Leges ejus generis non valent contra dictum Prophetæ [c]. 2. Propheta hoc jusserat *in verbo Domini* [d]. At qui non recepit verba Prophetæ, mortis reus erat, Deut. 18. 19 †. 3. Propheta hæc dixerat *ad socium*, sive *sodalem suum*; i. e. symmystam, sive Prophetam qui novit verborum illorum pondus, *Rogo te in verbo Domini* [f]; quisque novit hoc præceptum à voluntate Dei profectum esse; verùm consilio Dei suum prætulit sensum [g]. Saltem percontari debuit, unde scire posset, à Deo id mandari, & signum petere, &c. Cùm hæc non fecerit, ostendit se Dei nullam aut parvam rationem habere [h]. 4. Vir iste aliis de causis [Deo notis] mortem commeritus fuit; ideóque Deus sine injuria poterat hujus morte abuti ad regis correptionem [i]. Hac pœnâ significatur Achabum occisum iri à Benhadado [k]. Plura de simili exemplo vide suprà ad cap. 13 [l]. ¶ *Invenit eum leo, atque percussit*] i. e Occîdit [m]; Id enim τὸ *percutere* ferè significat [n]. Et hoc suadet ipsa belluæ ferocitas [o].

37. *Percussit eum, & vulneravit*] [Ità ferè omnes.] *Acriter percussit eum, ità ut vulneraret*, V. Antiqui non verbis tantùm, sed rebus loquebantur. Confer infrà 22. 11. 2 Par. 18. 10. Vide dicta ad Matt. 21. 19 [p].

38. *Mutavit aspersione pulveris os & oculos suos*, וַיִּתְחַפֵּשׂ בָּאֲפֵר עַל עֵינָיו] *Et mutavit se in velo*, sive *cum velamine*, (vel, *in vitta*, ὁ. vel, *panno*, Jon. vel, *amictu capitis*, V.) *super oculos suos*, P. Mo. [Al. aliter:] *Abalienavit se* (vel, *immutavit se*, Ti. *dissimulaverat se*, JT.) *cum cinere*, sive *pulvere* (sub. *quem posuit*, M. vel *asperserat*, Ti. sim. JT.) *in faciem suam*, M. sim. Ti. Strig. vel, *vultum*, Sy. vel, *oculis suis*, JT. sim. Ar. V. i. e. fronti, Pi. Amictum capitis super oculos demisit, nè à rege agnosceretur [q]. Id fecit, 1. nè rex, aut vatem per contemptionem præteriisset inauditum; aut vafrè, vel saltem cunctanter respondisset [r]. Linteo quodam faciem ligavit, ut solent, qui vulnus acceperunt [s]. τὸ אֲפֵר explicant, *velum, peplum, vittam, quâ facies tegitur*. Ità Ch. & K. & RS. & plerique nostrûm, quasi idem sit quod פְּאֵר, vel מַעֲפָר quod RR. est *vitta*, seu *velamen faciei*, quo oculi adversùs pluverem muniuntur *; tanquam voce factâ per inversionem ex פְּאֵר i. e. *velum*, vel *fascia byssina*, quâ mitræ sacerdotum involvebantur, Exod. 39. 28. Aliud suggerunt Arabes, apud quos etiam עפארה est *suppari* genus, quo vestes integuntur; dictum à עפר, quod vulgo *remittere* sign. sed propriè *tegere* †.

39. *Et ait, Servus tuus*, &c.] Ars egregia, suppositis nominibus aliis convincere Reges ex ipsorum confessione. Vide 2 Sam. 12. & 14 [t]. Magno artificio cum regibus agendum est, ut verbum Dei admittant. Teneras quippe habent aures, &c [v]. ¶ *Egressus est*] E domo sua, vel urbe [x]. ¶ *Ad præliandum cominus*, בְּקֶרֶב הַמִּלְחָמָה] *In medium*, vel *interius prælii*, sive *belli*, Jon. P. Mo. M. *in prælium*, Sy. Ti. *in conflictu prælii*, Mar. ¶ *Cúmque fugisset vir unus, adduxit eum quidam ad me, & ait*, &c. וְהִנֵּה־אִישׁ סָר וַיָּבֵא אֵלַי אִישׁ וגו׳] *Et ecce vir recessit*, sive *declinavit*, P. Mo. Jon. Sy. &c. *Et adduxit ad me virum*, Jon. Sy. P. Mo. JT. *Recesserat vir*, quem *quidam ad me duxit*, Ti. sim. M. *Et ecce vir loco cedens, adduxit quendam*, Strig. *virum*, i. e. aliquem captivum, V. ¶ *Si lapsus fuerit*, אִם הִפָּקֵד יִפָּקֵד] *Si desiderando desiderabitur*, V. Ma. *si defuerit, & amissus fuerit*, Q. in V. ¶ *Anima tua*, &c.] *Vita tua*, &c. JT. id est, pro illo te occîdam [y]. Hoc potuit fieri, vel, à tribuno, sive centurione jure potestatis; vel, à quovis alio commilitone, jure pacti, & conventionis; quòd ità inter se pepigerint pro justa mercede [z].

40. *Dum ego turbatus huc illúcque me verterem*, עֹשֶׂה הֵנָּה וָהֵנָּה] *Dum servus tuus*—*ageret* (vel. *verteret*, Ar. Ti. Mo. Sy. *respiceret*, Jon. *laboraret*, V.) *huc & illuc*, Mo. M. Ti. Ar. vel, *hic & illic*, P. V. JT. i. e. esset occupatus [a]. ¶ *Non comparuit*, אֵינֶנּוּ] *Non fuit*, P. disparuit & aufugit [b]. ¶ *Hoc est judicium tuum, quòd ipse decrevisti*, sim. Jon. Sy. Ti. כֵּן מִשְׁפָּטֶךָ אַתָּה חָרָצְתָּ] *Sic est judicium tuum; tu definivisti*, P. V. vel, *decidisti*, Mo. JT. *præcidisti*, Metaphora à funiculis (ut videtur) quibus dimetiuntur ac determinant agros, ad sermonem consultatorium [c]. *Patere legem quam tuleris* [d]. Sic se habet ut dixisti; tu jam pronunciâsti sententiam †.

42. *Quia dimisisti virum dignum morte*, sim. Jon. Ar. אִישׁ חֶרְמִי] *Virum anathematis mei*, Mo. Pi. *anathemati devotum*, Sy. Ma. Vide Levit. 27. 29 [f]. *Virum* qui est in *anathemate meo*, M. *virum occisionis meæ*, P. quem volebam occidi [g]. *Quem exscindere jusseram*, Ti. Al. *virum retis mei*, V, Ma. Sic vox sumitur Mic. 7. 2. Habak. 1. 17. id est, qui inciderat in rete meum, vel casses meas [h], q. d. Non erat captus Israelitarum viribus, aut industriâ; sed à Deo irretitus venit in Ahabi potestatem [i]. ¶ *Anima tua pro anima illius*] H[s]. Morieris pro eo [k]. ¶ *Et populus tuus pro populo illius*] Non injuriâ plectitur sæpè populus ob principis peccatum; nam & illi ob sua peccata, pœnas gravissimas merentur. Dices, populum non concidisse cum Achabo in illo prælio. Resp. Pœnas dederunt in aliis præliis, quæ subsecuta sunt [l]. Qu. Quodnam erat peccatum Achab, quod tam diro supplicio expiari debuit? Resp. 1. Ahab præceptum acceperat de occidendo Benhadad, sicut Saul de Amalec [m]. Sed de hoc tacet scriptura [n]; Verùm v. 28. videtur Deus id insinuâsse; cùm dicit se, propter blasphemiam, *daturum omnem illam multitudinem grandem* [nempe Syrorum,] in

Margin notes, left column: v Me. ex San. · x Me. Ità Jun. Pi. · y San. · z G. · a V. sim. M. T. San. · b V. · c Mart. sic San. T. · d G. · † Me. · f Pi. · g G. · h Me. · i T. ex San. · k Pi. ex Jun. · l Pi. · m V. Ità Ca. Mar. Strig. · n V. · † Mar. · o Mart. · p Ità Jo. & He. in La. San. · q Mart. · r Ser. in La. · s V. · t Pi. · v T. ex To. & Caj. sim. La. · x T. sim. La. ex To. · y La. · z La. · a San. · b BA. 1. 3. 746. · c G. · d BA. ib. · † Mart. · f BA. sim. Mart. · g Mart. · h Q. in Mart. · i Al. in Mart. · k Mart. · l San. · m Me. San. · n Me. · o San.

Margin notes, right column: p G. · q V. · r Mart. · s He. in San. · * Buxt. vind. 2. 8. p. 668. · † BC. 2. 8. p. 810. · t G. · v Mart. · x V. · y Pi. · z Mart. · a V. · b V. · c Pi. · d G. sim. Jun. · † V. · f Ma. · g V. · h V. · i Mart. · k V. · l Mart. · m He. in San. · n San. ex To.

in manum Achab, utique pro meritis plectendam [o]. Deus voluntatis suæ manifestissima signa ediderat; perdidit 100000 in prælio; & 27000 ruinâ muri [p]. 2. Achabus victoriam non suâ virtute, sed singulari Dei dono nactus, non debuerat de *Adado* aliquid statuere, nisi Deo consulto per Urim aut Prophetas. Confer 1 Sam. 15. Morte igitur luebat hanc lenitatem inconcessam [q]. 3. Achabus Deo clementior esse vult; & qui sævissimus erat in Prophetas Dei, &c. clementem se exhibet erga impium [r]. Graviter peccant, qui in administranda justitia socordes sunt; parcúntque iis, qui Reip. sunt perniciosi [s]. 4. [Expendatur qualis fuit Benhadadus, & quam jure puniendus;] 1. Ob continuum ejus odium, & bellum adversùs Israelitas [t]; illum igitur dimittendo, populum suum certissimo exitio exposuit [v]. 2. Præcipuè, ob blasphemiam illam, v. 28 [x]. 3. Imperabat hic regioni, quæ erat in ditione Israelitis promissa. 4. Ahab talem virum, non tantùm placide allocutus est, sed in suum currum assumpsit, quo nihil potuit honorificentius ei tribui. 5. In percutiendo fœdere, non ut victor, sed tanquam victus, leges & conditiones accipit. 6. Nihil de religione hîc statuitur, sed tantùm de plateis, &c. Benhadad non retractat convitium in Deum. 7. Fidem adhibet Ahab scelestissimo blasphemo [y].

43. *Audire contemnens, & furibundus*, [סַר וְזָעֵף] *Turbatus & dolens*, Jon. Ar. sim. ὁ. *tristis & furibundus*, P. Sy. *fastidiosus* (vel, *abalienatus*, Ti. *rebellis*, seu *contumax*, Pi. *recedens à se*, Mar. *mutatus à se*, V.) *& indignabundus*, sive *stomachabundus*, JT. Ti. V. *discedens & indignans*, M. quòd scilicet dimisisset illum [z]; verebatur nè ab illo gravia pateretur; vel, excandescebat adversùs Prophetam, non adversùs se, vel, peccatum suum: obfirmatus manet, &c. non agnoscit culpam, nec invocat Deum, nec deprecatur pœnam *. Vox una tantùm Prophetæ omne victoriæ gaudium turbavit †.

o T. ex He. & Rupert. & Dion. p Mart. ad v. 34. q G. r Mart. s E. t La. sim. Mart. v Mart. x La. sim. Mart. y Mart. z V. sim. Mart. * Mart. † San.

CAP. XXI.

1. V*Inea erat Naboth qui erat in Jesrael*] Vel, *quæ erat in Jisrehel*, P. Jon. Mo. sim. Sy. M. Ti. Pi. quæ scil. vinea; ut docent v. 23. infrà, & 2 Reg. 9. 37 [a]. At ex v. 18. hujus capitis vinea potiùs videtur in Samaria fuisse [b]. [Al. ad Naboth referunt.] *Nabotho agenti Jizreheli*, JT. Heb. *qui erat in Jizrehele*, Pi.

2. *Ut faciam mihi hortum olerum*] [Sim. omnes;] יָרָק sing. pro plur. Sign. & *olera & herbas odoriferas*, V. sim. M. Post victos hostes ad delicias comparandas animum adjicit [c]. ¶ *Quia vicina est*, &c. [קָרוֹב אֵצֶל בֵּיתִי] *Propinqua & contigua domui meæ*, V. ¶ *Dabo tibi —— argenti pretium*, [כֶּסֶף מְחִיר זֶה] *Dabo tibi argentum*, sive *pecuniam*, *pretii ipsius*, Mo. vel, *pretium illius*, P. [sim. omnes:] vel, *pro ea*, M. Ti. Hinc liquet, reges, eo solo titulo, quòd reges sunt, non habere jus occupandi agros subditorum pro arbitrio. Proindéque quod dicitur, 1 Reg. 8. *Agros vestros, & vineas tollet*, &c. non esse intelligendum de jure vero, sed de jure præsumpto & usurpato [d].

3. *Propitius sit*, &c. [חָלִילָה לִּי מֵיהוָה וגו׳] *Prohibeat hoc à me Jehova, ut dem*, &c. V. Heb. *à dando me*; i. e. ut nè dem. Gemina negatio: *Absit nè dem*, pro *Absit ut dem* †. *Ut cedam*, &c. JT. חָלִילָה est particula, sive interjectio abhominantis, & sign. *rem profanam*, vel *nefas*; (à חָלַל quod inter alia sign. *profanare*, Psal. 55. 20. Vide & Ezec. 25. 3. & Levit. 10. 10. 1 Sam. 21. 4.) ponitúrque vel absolutè, ut 1 Sam. 14. 45. vel cum nominibus, & pronominibus, ut Gen. 18. 25. *absit* לָּךְ *tibi*; & Gen. 44. 7. vel cum addito etiam nomine *Dei*, ut hoc in loco, *nefas mihi à Jehova*, sub. *imputabitur*, si scil. id facerem *. ¶ *Hereditatem patrum*] Naturaliter amamus res avitas [f]. Neque lex id permittebat, nisi egestate gravi presso, Levit. 25. 15, 23, 25 [g]. & Num. 36. 7 [h]. At Naboth nullâ tum premebatur necessitate [i]; verùm Ahab petebat hoc tantùm, ad Jubilæum; Ultrà enim certum erat non licere [k]. Sed nulla spes erat venditam semel Achabo vineam (& in hortum regium conversam [l],) in posterum recuperandi [m]; nè in Jubilæo quidem, ut Israelitarum jura ferebant [n]. Dicit Deus *suam esse terram*, Hebræos verò eam habere colonorum loco. Colonis minimè licet, nolentibus Dominis, loca quæ colunt alienare [o]. Hinc patet Nabothum fuisse legis divinæ, inter idololatras, tenacissimum [p].

a Pi. b Me. c San. d E. † Pi. * Glas. gram. p. 636. f G. g G. sic Jun. Pi. San. Mart. L. Mo. T. h Jun. Pi. i T. ex San. k G. l Me. m T. n Me. o Mart. p T.

4. *Indignans*, &c.] Nolunt sibi quidquam Principes negari, nè vel contemni videantur ab inferioribus, vel accusari imprudentiæ, quòd ea postulaverint, quæ meritò negari possint [q]. Vir ambitiosus & avarus vix unquam à dolore est vacuus [r]. ¶ *In lectulum*] Animi ægritudo fortè redundavit in corpus [s]. ¶ *Avertit faciem suam ad parietem*, [וַיַּסֵּב אֶת פָּנָיו] *Avertit faciem suam*, V. P. [sim. plerique.] sub. *ab iis qui erant in cubiculo*, V. *vertit*, sive *convertit*, sub. *ad parietem*, M. Q. in V. Mar. quasi lucis fugitans, & humani consortii [t]. Iræ hominum, præsertim regum, sunt vehementes [v]. ¶ *Quid est hoc, unde anima tua contristata est?* [מַה־זֶּה וגו׳] Vulg. facit triplicem ellepsin; 1. Verbi substantivi, 2. Pron. relat. אֲשֶׁר; 3. Pron. relat. הוא cum præfixo עַל: ac prætereà pronomen זֶה refert ad rem præsentem: Hoc sanè sensu מַה־זֶּה reperitur, Exod. 4. 2. Verto, *quid* vel *quare hac vice*, vel *hoc tempore?* nam ad pronomen זֶה subaudiendum עֵת, ut Num. 14. 22. item 1 Sam. 29. 3 †.

7. *Grandis auctoritatis es*, &c. [אַתָּה עַתָּה תַּעֲשֶׂה מְלוּכָה וגו׳] *Tu nunc facies* (vel, *faceres*, P. V. vel, *exerceres*, JT. Ti. vel *prosperabis*, Jon.) *regnum* (*regem*, ὁ.) *super Israel?* Mo. Pi. P. Reprehendit in marito animi abjectionem, & consilii inopiam, tanquam rege indignam [x]. *Túne aptus es ad regnandum?* Sy. sim. Ar. Túne sic vel hac viâ, (nempe rogando) faceres opus Regis? h. e. exerceres imperium, &c? vel hoc dixit ironicῶς; q. d. Non est regis rogare, vel precari [y]. Planè ut Poppæa *pupillum* vocabat Neronem, *Qui jussis alienis obnoxius, non modò imperii, sed etiam libertatis indigeret.* Ità Tacit. Annal. 14 [z].

8. *Misit ad majores*, &c.] Heb. *ad senes*, sive *seniores*, Ma. P. qui fortè reginæ beneficio ad eam dignitatem electi sunt [a]. Vel, non misit ad omnes, sed certos quos sciebat esse impios, aut sibi morigeros [b]. ¶ *Et optimates*, Ità P. [וְאֶל הַחֹרִים] *Et ad nobiles*, V. *claros*, vel *clarissimos*, Ma. JT. *ad illustres*, Heb. *ad albos*, Pi. Sic dicuntur; vel, 1. *à candore animi*: vel, 2. *à nitore corporis*: vel, 3. *à splendore vestium* [c]: q. d. ad albis vestimentis indutos. Vide Gen. 41. 42. Est. 8. 15. Sic infrà v. 11 [d]. Misit ad oppidi Judices, qui etiam de capite judicabant. Sed cur ipse Rex eum non judicavit? Resp. 1. Reges 10 tribuum satis habebant ipsi judiciis eximi; cæterùm judicia relinquebant popularibus à quibus ad Regnum erant evecti; cùm Reges Judæ & judicarent sæpe, & in rebus civilibus judicio Senatûs se sisterent. 2. Speciem majorem juris, minúsque odii habebat ista agendi ratio. *Imaginem cognitionis*, dixit Tacitus, Annal. 3. & Hist. 4. *Sævitiam Neronis per hujusmodi imagines illusisse* †.

9. *Prædicate jejunium*] Sic factum; vel, 1. In signum, sive commiserationis adversùs reum; sive se ex Dei, & justitiæ zelo, & non ex perturbatione aliqua sententiam ferre [f]: Vel, 2. Ut in gravi delicto, quo populus attaminabatur [g]; quasi vellet civitatem & regnum ab illo crimine expiari, ac deprecari pœnas impendentes [h]: Vel, 3. Quò magis crederet populus rem Piè agi [i]: quasi nihil temerè & inconsulto Deo fieri vellet [k]: Vel, 4. Quòd die jejunii solebant inquirere in flagitia & facinora populi [l]. Jejuniorum dies insumebatur in reconciliando Deo, maleficiis tollendis, & jure dicendo [m]. [Al. aliter vertunt;] *Convocate cœtum*, seu *congregationem*, He. in V. Jos. K. in Mart. qui ità vertit צוֹם Jer. 26. lege librum בְּיוֹם צוֹם *in die conventûs* [n]. ¶ *Sedere facite Naboth inter primos populi*, [בְּרֹאשׁ הָעָם] *In capite* (vel *principiis*, Sy. JT. sic ὁ. *in primo* vel, *præcipuo loco*, M. Ti. Ar. sim. Strig.) *populi*, Jon. P. Mo. sive *consessûs vestri*, Ar. Inter primates urbis [o]. In synagoga date ei locum honorificum; erat enim *illustris genere*, teste Jo. Hoc ideò, nè odio damnâsse crederentur, quem ipsi honoraverant, sed religione testium coacti cum summo suo dolore *; & ut crimen, quod mox debebat in eum intendi, ignotum judicibus, atque improvisum videretur; & ipse

q Me. r San. s Me. sim. San. t San. v Mar. † Pi. x Pi. ex Jun. y V. z G. a Mart. b V. c V. d Pi. † G. f To. in Me. g G. h Mart. i G. k San. l V. ex M. sim. Jun. Pi. Ma. m Pi. ex Jun. n Mart. o V. * G.

santò

tantò graviùs pudefieret, dum de judice se reum criminis gravissimi factum videret [q]; vel, quasi noluerint ei auferre sua ornamenta, nisi convicto & damnato [r]. Al. *in editissimo loco*, Ca. in quo rei solebant constitui, ut ab astante populo & viderentur & audirentur [s]. Sensus est; Jubete ut è media turba procedens sistat se coram magistratu [t].

10. *Duos viros*] Diligenter observant numerum in lege constitutum, cùm tamen legem ipsam prævaricentur [v]. At Josephus *tres* posuit: non malè, si faverent libri Hebræi: nam adversùs insignis famæ virum tres testes requirebant. Malis autem Regibus nunquam desunt talia injustitiæ instrumenta [x]. ¶ *Falsum testimonium dicant*, ויעדהו] *Et testificabuntur eum*, Mo. *ut contestarentur* (Heb. *& contestati fuerunt*,) *eum*, Ma. *qui testificentur contra eum*, ὁ, Sy. Ar. Jon. P. JT. &c. ¶ *Benedixit*, &c.] Pro *maledixit*, V. T. per Euphemismum [y]; sive per Antiphrasin [z]; vel per Ironiam [a]: Populus Dei tam abhorrere se ostendebat à blasphemiis in Deum, ut illas nec proprio nomine appellare voluerit [b]. Habes hoc loquendi genus ex contrario ductum, Job. 1. 5. & 2. 9 [c]. ברכת וגו׳ *Benedixisti*, &c. P. Mo. *blasphemâsti Deum & regem*, M. Ti. Os. *maledixisti Deo & regi*, JT. *blasphemâsti Deum, & regi maledixisti*, Jon. Ar. ¶ *Et educite eum*] Extra portam, ut in suppliciis fieri solebat [d]; olim extra castra, Levit. 24. 23. Jos. 7. 24. posteà extra urbes [e]. Id factum; 1. Quasi rei indigni haberentur, qui spiritum efflarent in urbe. 2. Quia illos foràs educendo populus testabatur se malum velle tollere è medio sui [f]. ¶ *Et lapidate*] Tanquam reum majestatis divinæ & humanæ [g]; ex lege Levit. 24. 16 [h]. & Exod. 22. 28 [i]. *Principi non maledices*. Et verisimile est ex lege, seu ex consuetudine, hanc in Principem injuriam fuisse capitalem [k]. Exod. 21. 17. *Qui maledixerit patri, moriatur*. At princeps est pater patriæ [l].

11. *Fecerunt ergo*, &c.] En quot in uno facto crimina! hypocrisis, mendacia, perjuria, corrupti testes, & judices, prætextus pietatis & zeli Dei, &c [m].

12. *Dixerunt contra eum testimonium*, &c.] Heb. *testificati sunt eum, Naboth*, &c. Mo. vel, *contra eum*, nempe *contra Naboth*, P. JT. *contra eum, contra Nabothum*; conjungere licet ויעדהו את נבות ac verterem, *& testati sunt contra Nabothum*: ut pleonasmus sit affixi, nomen ad quod refertur antecedentis: quale est illud, Exod. 2. 6. ותראהו את הילד *& vidit puerum*: plura exempla sunt, Exod. 35. 5. Num. 23. 22. Deut. 32. 43. Job. 33. 20. Psal. 64. 9. & alibi sæpe. Vide suprà, 1 Reg. 19. 21, nec quicquam Syris usitatius [n].

14. *Miserunt ad Jezabel*] Potiùs quàm ad Achabum; 1. Quia noverant technas fuisse ab eo compositas. 2. Quòd ipsius summa esset potentia [o].

15. *Surge, & possidé vineam*] Qu. Quò titulo? Non videtur *Naboth* caruisse cognatis aut justis hæredibus [p]. Resp. 1. *Naboth* erat patruus *Achabi* [q]. Huic sententiæ videtur astipulari; 1. Quòd vinea ejus horto *Achabi* proxima esset: 2. Quòd primus ei locus dabatur in populo, tanquam nobilissimo [r]. Resp. 2. Cum *Nabotho* filii ejus interfecti sunt, (ut participes criminis [s];) quod disertè dicitur, 2 Reg. 9. 26 [t]. Hæredes ipsius cum ipso anathemati devoti erant. Ità obtendebat religionis speciem, perinde acsi judicio divino in *Dathanem*, &c. Num. 16. & in *Haganem*, Jos. 7. sese confirmaret [v]. Verùm judicia illa extraordinaria erant, non ex lege, quam Deus Achabo præscripserat; quæ erat, ut *filii non luerent pœnas parentum* [x]. Resp. 3. Titulo confiscationis [y]; quæ apud Hebræos locum habebat in omnibus delictis adversùs Regiam majestatem. Vide 2 Sam. 9. 7 [z].

16. *Cùm audisset*, &c.] Minimè rogat de modo & ratione mortis ejus [a].

18. *In occursum Ahab regis Israel, qui est in Samaria*] Qu. Quomodo *Achab* & in *Samaria*, & in vinea Nabothi, quæ erat in *Jizreel*, fuisse dicitur? Resp. 1. Vocatur *Ahab Rex Israelis*, nempe illius, *qui erat in Samaria*, ad discrimen illius *Israelis*, qui suberat familiæ Davidis [b]. 2. Rex tunc verè fuit in Samaria; sed quia inde jam discedebat, ad vineam Nabothi, &c. in ea vinea, Propheta ipsum deprehensurus dicitur [c]. 3. [Al. aliter vertunt;] *Achabo—habitanti Schomrone*, JT. Heb. *qui in Schomrone* est; h.e. habitat, quamvis tum erat alibi, ut sequentia docent [d].

q Me. r Mart. s Mart. t Jun. Pi. v Mart. x G. y T. z Me. a Pi. b Mart. c G. d G. e Me. f Mart. g Ma. ex Jun. h G. Jun. Pi. i Jun. Pi. k San. ex To. l San. m T. ex San. n Di. o Mart. p Mart. q Q. in L. r Mart. s G. t San. Mart. v Pi. & Ma. ex Jun. x Mart. y G. sic Jun. Pi. z Ma. K. & Caj. & To. in San. Gersom. in G. a G. a Mart. b Q. in Mart. c Mart. d Pi.

19. *Occidisti insuper & possedisti?*] Paucis verbis explicatur facinoris immanitas [e]. Non satis est tibi occidisse illum, nisi etiam possessionem ejus invadas [f]? Occidisti ut possideres [g]? Nec mirum est Achabum, non Jezabelem accusari; 1. Quia mala, quæ uxores committunt, viris, non prohibentibus, ipsis adscribuntur; 2. quia initium Tragœdiæ fuit à cupiditate Regis. Sic, licèt Eva caput esset mali, Deus tamen ab Adamo, castigationem cœpit [h]. ¶ *In loco hoc, in quo linxerunt*, &c.] Sic ὁ. Jon. Sy. Ar. sim. M. P. Ti. Ang. Pi. Id tantùm במקום sign. Et 2 Reg. 9. 26. ubi hæc prophetia commemoratur, dicit Deus *se repensurum* ei in ipsa portione agri Nabothi. Sed hîc oritur difficultas ex cap. seq. v. 38. ubi canes dicuntur linxisse sanguinem Achabi in piscina *Samariæ* (idque secundùm hoc Dei verbum [i]) quæ tamen octo leucis distabat à *Jezrael* [k]. Resp. Sic conciliant; 1. *In eodem loco*, nempe non particulari, sed universali; i. e. in ea patria, sive regione [l]. *Jezrahel* pertinuit ad *Samariam*, tanquam Regni metropolin [m]. 2. Currus Achabi cum sanguine lotus est in piscina *Samariæ*: arma verò respersa sanguine delata (ad armamentarium [n].) in *Jezrael*, ubi ea linxerint canes [o]. 3. Piscina *Samariæ* protensa fortè fuit *Jizrahelem* usque; ità ut sanguis Ahabi de curru defluens eò usque ferretur, & ibi à canibus lingeretur [p]. 4. Pleniùs & planiùs hoc impletum erat in *Joram* filio *Ahab*, ut significatur 2 Reg. 9. 25, 26. hic enim occisus erat in agro *Jezrahel*. *Sanguis* sæpe sign. filios, qui ex sanguine parentum gignuntur: Probatur etiam ex v. 29. ubi Deus pœnam hanc mitigans transfert in filium [q]. Vide ad v. 24. 5. [Alii locum aliter vertunt,] במקום וגו׳ *In loco ejus quòd*, &c. JT. G. *propterea quòd*, vel *eò quòd*, &c. Q. in V. G. Belg. vel, *quemadmodum*, &c. Belg. Ità vox Hebræa sumitur Zach. 2. 10 [r]. Causa judicii indicatur, non locus [s].

20. *Num invenisti mihi inimicum tibi?*] Legit אויבך [t]. In Hebræo est, המצאתני איבי] *Num deprehendisti me*, &c. sub. *in aliquo delicto?* i. e. Numquid invenisti in me quod carpere possis, tu qui mihi semper adversaris [v]? ut more tuo propter illud mihi ultionem commineris [x]. *An invenisti me?* i. e. An tu tam audax es, ut venias in conspectum meum [y]; q. d. Admodum inquietus es, & statim ades minis & reprehensionibus tuis. Impii habent reprehendentes se loco hostium [z]. ¶ *Eò quòd venundatus sis*, &c. יען התמכרך וגו׳] *Quia vendidisti* (*dedisti*, JT. potiùs *dedidisti*, ex vers. 25. Pi.) *te*, Mo. sic P. Ti. Fuisti semper animo propenso & proclivi, sive operam dedisti studiúmque, ad malefaciendum [a]. Metaphora [b]. Ea res quæ venditur, tota in ementis potestatem transit [c]. Alludit ad servos, qui se totos ad certa opera elocant, atque addicunt; q. d. Mancipium es Baalis & Jezabelis, iisque per omnia obsequeris [d]. Mancipium es teterrimorum vitiorum. Sic infrà Rom. 7. 24. [de quo plura ibi dicenda] Horatius,

Urget enim dominus mentem non lenis, & acres
Subjectat lasso stimulos——[e].

Sic Tacitus Hist. 2. de Vitellio, *Luxui, saginæque mancipatus, emptusque* [f]. ¶ *In conspectu Domini*] i. e. Apertè & publicè & inverecundè [g]; q. d. Nè credas judicio assentatorum, sed judicio Dei, qui scelera tua & videt, & puniet [h].

21. *Inducam*, &c. Ità V. מבי] Deficit א, ut esset מביא [i]. *Ego adduco super te*, &c. P. ¶ *Demetam posteriora tua*, ובערתי אחריך] *Et auferam* (vel, *extirpabo*, Jon. sic Ar. *expurgabo*, Ti.) *post te*, Mo. vel, *posteriora tua*, M. i. e. Mox tollam te de medio, velut à tergo te propellens. Alii, *exterminabo* te, vel tuos, *post te*, i.e. tecum [k]. Non relinquam de tua familia vestigium [l]. Alii, *posteros tuos*, Ar. JT, Strig. eos qui erunt post te, vel potiùs, *auferam* te & tuos, Pi. Vide suprà 14. 10. & 16. 3 [m]. ¶ *De Achab*] i. e. De familia Achabi [n]. ¶ *Mingentem*, &c.] Vide 1 Sam. 25. 22 [o]. ¶ *Et clausum*] [Sic omnes.] i. e. qui se receperint in arces munitissimas [p]. *Abditum*, Ca. Thesauros qui clausi servantur [q]. Non captivis parcam [r]. ¶ *Et ultimum*, ועזוב] *Et derelictum*, ὁ. Jon. P. Mo. V. in agro, nempe pecora & prædia [s]. Vel, si quis fortè derelictus sit, ac contemptus [t]. [Plura de hac phrasi vide ad Deut. 32. 36 [v].] ¶ *Quia exgisti, ut me ad iracundiam provocares*, אל הכעס אשר הכעסת וגו׳] *Propter* (vel, *ad*, Mo.) *irritationem quâ ir-*

e G. f V. g La. h Mart. i Pi. k Ma. l V. La. ex L. & To. Me. m La. n La. o Q. in Ma. sim. He. in La. p Pi. q La. ex Sal. & San. r Belg. s G. sim. Mart. t G. v V. sim. x M. y Pi. z Mart. a V. b Pi. c M. sim. La. ex Caj. Mart. d La. e G. f Ma. g San. h Mart. i V. k V. l Os. m Ma. n Pi. o Ma. p V. q Mar. r Os. s Mar. t V. v Ma.

irritâsti, Jon. P. Strig. Pi. sub. *me*, JT. Belg.

23. *Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel*, בְּחֵל־יִזְרְעֶאל] *In* (vel *intra*, P. vel, *juxta*, V.) *antemurali*, Mo. sive *fossâ*, quæ duci solet circum mœnia [x]. *In propugnaculo*, Ti. *juxta murum*, Strig. *In agro*, *vallo*, sive *planitie*, Q. in V. Alii verò putant idem esse quod חֵלֶק, deficiente scil. ק [y]. *In possessione*, sive *hæreditate Jezreghel*, Jon. Sy. Ar. M. Vox חֵל non satis nota est [z]. Fit à vocabulo חַיִל [a]. De ea plura vide ad 2 Sam 20. 15 [b]. In eo territorio in quo injustè damnatus fuerat *Naboth*. Simile vide 2 Reg. 9. 26 [c]. Complementum vide 2 Reg. 9. 33, &c [d].

24. *Comedent eum canes*] At cap. seq. v. 37. dicitur, *sepultus rex in Samaria*. Resp. Remisit Deus aliquid ei de severitate judicii, propter ipsius pœnitentiam, & distulit in personam filii *Joram*, in quo hæc impleta sunt, 2 Reg 9 24 [†].

25. *Igitur non fuit alter talis*, &c. רַק לֹא הָיָה וגו׳] *Veruntamen* (*vere*, Mo. *enimverò*, JT.) *non fuit sicut Ahab*, &c. Jon. Ar. P. M. Ti. ¶ *Qui venundatus est*] Heb. *vendiderit se*, P. vide v. 20. i. e. suâ sponte, non metu adactus, fecerit tot mala [f]; id est, totum se dedidit ac devovit peccatis [g]. ¶ *Concitavit enim eum Jezabel*, אֲשֶׁר הֵסַתָּה אֹתוֹ וגו׳] *Quia seduxit eum Jezabel*, Mo. JT. sim. M. Ti. *Quem errare fecit*, &c. Jon. *Quippe qui instigatus est*, &c. Sy. & *quem incitavit*, P. V. ut scilicet malum faceret, & coleret idola [h].

26. *Abhominabilis factus est*, וַיַּתְעֵב מְאֹד] *Et abhominationem*, sive *rem abhominabilem*, *fecit valde*, Mo. P. *Commisit res valde abhominandas* JT. sim. M. Ti. ¶ *In tantum ut sequeretur idola*, לָלֶכֶת אַחֲרֵי הַגִּלֻּלִים] *Eundo post idola*, Mo. P. sim. Ar. Sy. vel, *post stercora*, Pi. *stercoreos deos*, Ti. *sequens idola impura*, M.

27. *Ambulavit demisso capite*, אַט] *Sensim*, P. Mo. Mar. *lentè*, JT. V. vel, *pedetentim*, V. more scilicet lugentium [i]. *Discalceatus*, Jon. M. *nudis pedibus*, Sy. Ar. Ti. *humiliatus*, M. non feroci & jactabundo gradu, ut solent homines gloriosi [k]. Al. *quietè*, vel *tacitè*, vel *occultè*; Al. *ambulavit adopertus*, *tectus*, scil. capite, qui habitus est mærentium, 2 Sam. 15. 30 [l].

29. *Nónne vidisti humiliatum*, &c?] Qu. Qualis fuit hæc pœnitentia Ahabi? Resp. Q. veram fuisse volunt [m]; quia dicitur humiliatus coram Deo [n]. Alii simulatam, non veram fuisse aiunt, quia fructibus suis caruit; nec enim idololatriam abstulit, nec uxorem vel reprehendit, vel, à gubernatione amovit [o]; nec vineam restituit; Verùm dici potest Achabum tunc paratum fuisse ad restituendam vineam, &c. sed, ut erat homo levissimus, ad ingenium vomitúmque rediit, nec facilè uxoris jugum excutere potuit [p]. Fuit hæc pœnitentia vera, sed temporaria [q]. [Al. aliter;] Timor hic tantùm servilis erat [r], ob imminentes clades ab Elia intentatas [s], cujus minas pondus suum habuisse, certúmque eventum, expertus erat [t]; at non doluit ex amore Dei, sive quòd ipsum offendisset [v]. Pœnitentia erat temporaria, ergò temporariam mercedem Deus illi pollicetur, nempe dilationem pœnarum [x].

[x] V. [y] M. Jos. K. in Mart. [z] Mar. [a] Mart. [b] Ma. [c] G. [d] Pi. [†] T. ex San. [f] V. [g] M. ad v. 20. [h] V. [i] V. Mar. [k] Mart. [l] Ma. [m] Ità San. Ser. & To. in La. [n] San. [o] Mart. [p] San. sim. La. [q] V. sim. G. [r] Theod. Procop. & al. ut Me. sic L. [s] La. [t] San. [v] La. [x] Mart. sim. L. La.

CAP. XXII.

1. *Transierunt tres anni absque bello*, &c.] Sive quia Benhadad pacti memor esset, sive quia attenuatæ erant imperii vires [a]. Anni pars pro toto anno hîc accipitur [b]. *Tres anni*, non pleni, 2 Par. 18. 2 [c]. Triennalis pax Achabo data, ut pœnitentiam ageret, & pietatem restitueret, quâ tamen turpissimè abusus est [†].

2. *Descendit*] Ità loquitur, quia Jerusalem in editiore loco est, quàm Samaria. Causa hujus visitationis erat mutua affinitas ex connubio Jorami filii Josaphati, cum Athalia filia Achabi [d]; Vide 2 Par. 18. 1. & 19. 2 [†]. Ad quam motus erat Josaphat Achabi pœnitentia [f]; vel potiùs ut civili paci consuleret, & ut tolleret continuum bellum inter duo fraterna regna [g].

[a] San. [b] V. [c] G. [†] Mart. [d] Me. [†] G.

3. *Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Gilead?*] i. e. Quæ erat in Gilead trans Jordanem: nam alias etiam erat *Ramoth Issachar*, cujus mentio est, 1 Par. 6. 73 [h]. *Nostra*, 1. Ex fœdere cum Benhadado, suprà 20. 34 [i]. At alii negant hanc urbem ex iis fuisse, quas pater ipsius abstulerat [k]. 2. Ex prima distributione terræ [l]. Potuit ergò Achab, imò debuit ab alienis gentibus vendicare Israelis hæreditatem; sed, non semper superior est bello, qui potior est jure; obstant sæpè hujus scelera pœnis castiganda [m]. ¶ *Et negligimus*, &c. מַחְשִׁים] *Quiescimus?* JT. Pi. *silemus?* vel, *tacemus?* P. V. Pi. Metaphora, Pi. i. e. cessamus? quòd qui silent, cessare videntur [n]. ¶ *Tollere eam de manu regis Syriæ*] Fortè hæc una erat ex iis urbibus, quas *Baasa* invaserat suprà 15. 20 [o].

5. *Sicut ego sum, ità & tu*] q. d. Ego & tu unum sumus; idem sum facturus quòd tu, &c P. τὸ *Caph* significat æqualitatem, aut dignitatis, aut conditionis [q]. Eadem tecum pericula, eosdémque labores subibo [r]. ¶ *Quære hodie*, Sic ó. Jon. M. Ti. P. Ca. Ang. Sy. כַיּוֹם] *Secundùm diem*, Mo. Ma. *sicut hodie*, Belg. *hoc ipso die*, JT. *tali tantâque die*, Ar. Hîc eluxit ipsius pietas: at *Achabum* minimè tangebat illa sollicitudo; illi satìs erat proceres consuluisse, & à Josaphat auxilia impetrâsse; verbum Dei súsque déque habet [s].

6. *Congregavit Prophetas*, הַנְּבִיאִים] *Prophetas suos*, JT. In Heb. est articulus, τοὺς προφήτας, nempe, *prophetas luci*, ut colligitur partim ex numero qui hîc indicatur, partim ex collatione cum cap. 18. vers. 22. unde percipitur, occisis tantùm 450 prophetis Baalis, hos 400 prophetas luci superstites mansisse [t]. *Prophetas*, non *Dei*, sed *Baal* & *idolorum* [v]. Alii tamen volunt eos veri Dei nomine prophetâsse, quòd nomine *Jehovæ* uterentur. Verùm Prophetæ isti *Jehovæ* nomen & *vitulis* & *Baal* affixerant [x]. [Sed de hac quæstione plura videri possunt ad ea loca, quæ agunt de vitulis tum Aaronicis, tum Jeroboamicis.]

7. *Non est hîc Propheta Domini quispiam?*] Sensus duplex; Vel, 1. Ut sign. se hos non agnoscere pro prophetis Jehovæ [y]. Oppositio hæc ostendit Prophetas istos idololatras fuisse, qui nomine Dei Amorrhæorum vaticinabantur [z]. Vel, 2. (quod malim) q. d. An præter illos prophetas Jehovæ (tales enim se illi profitebantur, ut liquet ex v. 11.) nullus alius superest [a]? Josophat dissimulat hic se scire Prophetas Achab esse falsos & adulterinos [b]. ¶ *Ut interrogemus per eum*] Sub. *verbum Domini*, V.

8. *Odi eum, quia non prophetat mihi bonum*, &c.] Sic Calchanti Agamemnon,

Μάντι κακῶν, οὐ πώποτέ μοι τοι κρήγυον εἶπας

(*Propheta malorum, qui nunquam mihi bonum prædicis* [c].) Veritas odium parit. At putant omnes *Michæam* hunc fuisse qui præcedentes victorias prædixit: sed in aulis, ob unam offensam omnis præteritorum officiorum perit gratia [d]. Solus fortè *Michaias* jam in Samaria habitabat, alioqui alii plures vivebant Prophetæ, *Elias*, *Elisæus*, & quicunque degebant in monte Carmelo [†]. Porrò hic *Michæas* alius erat ab illo Propheta minore, imò hic eum præcessit 150 annis; hic prophetavit sub Josaphat & Achab, in Israel: ille sub Joatham & Achaz, in Juda [f]. יִתְנַבֵּא vertunt, *vaticinatur*, P. *Vaticinari solet*, Fut. pro Præs. Q. *vaticinabitur*, V. ¶ *Nè loquaris ità Rex*] h. e. Neque personam oderis: neque verbum Dei ratione personæ spernas [g]; q. d. Vaticinabitur prospera [h]. Non jucunda & grata, sed sana & salutaria quærere debemus [i].

9. *Festina*, &c. מַהֲרָה מִיכָיְהוּ] *Accelera Micaiehu*, Mo. *festina*, &c. Jun. *festinare fac*, &c. P. Mar. *citò Michæam*, ó. *festinanter*, sive *confestim* adhuc, JT. M. Ti. Similis ellipsis, Gen. 18. 6. *Festina, tria sata*, scil. accipe. Hæc idea sermonis nominatur ab Hermogene γοργότης *celeritas* [k].

10. *Unusquisque in solio suo*] Ut pares [l]. ¶ *Vestiti cultu regio*, מְלֻבָּשִׁים בְּגָדִים] *Induti vestibus*, sub. *regiis*, V. M. JT. &c. Nemo enim existimaverit eos consedisse nudos [m]. Et hic de Regum splendore & magnificentia

[f] Q. in Mart. [g] Mart. [h] Me. [i] Jun. Pi. [k] Mart. sim. V. [l] Jun. Pi. [m] Mart. [n] V. [o] Me. [p] V. [q] V. [r] Pi. [s] Mart. [t] Pi. [v] Me. sim. La. San. Mart. [x] Mart. [y] Pi. [z] G. [a] Pi. [b] V. [c] G. [d] Mart. [†] Me. [f] La. [g] Jun. Pi. [h] V. [i] Me. [k] Pi. [l] G. [m] Mart.

nificentia sermo est. Ellipsis adjectivi, sicut Gen. 18. 11. באים בימים *venerant in dies*, sub. רבים *multos*; h. e. vergentes ætate[n]. ¶ *In area*] Sive horreo, M. *in area quadam*; vel, quia tum prope urbes erant areæ ob incursiones hostium[o]; vel forum ipsum, sive porticus civitatis *area* vocatur[p].

11. *Fecit Sedecias cornua*] Solebant Prophetæ & verbis, & signis eventus portendere[q]; ut fecerunt Esaias, Jerem. & Ezec. quos hîc imitatur Zedecias. Porrò *cornua* potentiam significant. Vide ad Zach. 1[r]. Videtur hic fuisse Archipropheta[s]. ¶ *Ventilabis*, תְּנַגַּח] *Cornupetes*, Mo. V. *feries*, M. Pi. Sy. &c. *arietabis*, Ca. *occides*, Jon. Ar.

13. *Ore uno prædicant*, &c.] Quod ipsum suspectum esse debebat[t]; & Josaphato suspectum erat[v]. Non defuit ratio discernendorum oraculorum: 1. Nihil boni prænunciari potuit regi, ac populo adhuc sceleribus suis involuto. 2. Nec vera oracula expectanda erant à Baalitis, & impuri cultûs ministris; quanquam Bileamus, licèt malus Propheta, vera prædixit[x].

14. *Quodcunque dixerit*, &c.] Heb. *quòd id quod dixerit*, &c. Ellipsis; q. d. Quàm verum est quòd vivit Jehova, tam verum est quòd eloquar; id est, me elocuturum[y]. Hinc apparet, nondum ei revelâsse Deum, quid responderet[z].

15. *Ascende, & vade prospere*, &c.] Qu. Quo sensu hæc dixit? Resp. 1 Sic dixit, quia nondum oraculum à Deo accepisset, ideóque sensit cum aliis[a]. 2. Nihil hîc affirmat, sed optat; q. d. opto tibi prosperum successum[b]. 3 Hoc non dixit serio vultu & voce, (& assertivè[c];) sed per irrisum, (vel ironicè & mimicè[d];) imitans pseudoprophetarum verba†. Ironicè locutus est[f]; quod vel ex modo illius loquendi statim percepit Ahab, unde eum adjurat, ut apertè loquatur[g]. Ideò non addidit solenne illud *Hoc dicit Dominus*[h]. Similes ironiæ suprà 18. 27 Gen. 3. 22. Eccles. 11. 9. Thren. 4. 29. Quæ verba contraria omninò suadent, quàm propriè sonant; ideóque dissuasit potiùs Propheta his verbis profectionem, quam ad eum impulit[i]. Μιμήσει sive imitatione usus est, ut Paulus Colos. 2. ait sub persona pseudapostolorum, *Ne tetigeris, nè gustaveris*, &c. Nec decipit Michæas astantes, quia etiam Rex irrisionem sensit[k]. ¶ *Ascende*, &c.] q.d. Quia tu credis Prophetis tuis, &c. vade ad prælium. Experire eorum oraculum: Scio te periturum, sed illud nolo tibi edicere, quia tu indignus es qui audias à Deo veritatem, &c[l]. Verùm non videtur, vel propheta ironiam apertè significâsse; vel, regem eam satis percepisse, ut colligitur ex versu seq. ubi rex eum adjurat, ut veritatem dicat[m].

16 *Iterum atque iterum adjuro te*, עַד כַּמֶּה פְעָמִים אֲנִי מַשְׁבִּעֶךָ] *Usque ad tot vices* (*tot & tot vicibus*, M.) *ego adjurans te*? Mo. *Usque ad quot vices* (vel, *ad quantum vicium, seu ictuum*, Pi. *quoties tandem*, Sy. Ar. Ti.) *adjuro te*? Jon. P. vel, *adjurabo*? Sy. Ar. sim. JT. Ti. Ex ira falsum pronunciat; quasi scilicet illum jam adjurâsset, quum tamen simpliciter interrogâsset, v. 15. Veruntamen significat se illum nunc adjurare[n]. Sensit fraudem Achab[o], vel ex gestu, modóque loquendi[p], vel, quia non addidit hoc, *Hæc dicit Dominus*, ut veri Prophetæ solent[q]. Adjuravit Rex Prophetam; hic verò tacuit, quòd tum Deus illi ostenderet, ea quæ posteà recitabuntur. Hinc Achabus bis & ter adjurationem repetiit[r].

17. *Dispersum in montibus*] In illis montibus, nempe propinquis Ramothæ[s], in montibus Gilhadis*. Sic loquitur, vel, quòd prælium in regione montana committendum erat; vel, quòd in illis regionibus fugientes reciperent se ad loca excelsa & prærupta, ut hostes deterriti labore ascendendi, à persecutione desisterent[t]. ¶ *Non habentes pastorem*] Num. 27. 17. Mat. 9. 36[v]. Sensus est; extincto Rege, fugandum exercitum[x]. ¶ *In pace*] i. e. Salvi & incolumes. Sic v. 28[y]. De bello nihil cogitent ampliùs, Regibus qui hoc bellum suscitaverant destituti. Vide capitis sequentis initium[z].

19 *Propterea*] Quia scilicet fidem derogas meæ prophetiæ, & falsis prophetis credis[a]. ¶ *Audi sermonem Domini*] i. e. Jam tibi certam Dei sententiam denuntio. Sic 2 Paral. 25. 16[b]. ¶ *Vidi*] Visione imaginaria[c]; non fuit hæc res vera, veréque gesta: Neque enim Deus

[n] Glass. gram. p. 47. [o] Mar. [p] Mar. He. in M. [q] San. Mar. sim. L. Me. [r] San. [s] Mart. sim. T. [t] G. [v] Mart. ad v. 7. [x] Mart. [y] Pi. [z] Me. [a] Caj. in San. [b] L. in San. Theod. in La. [c] E. [d] E. † G. sim. E. Mart. [f] ... T. [g] Pi. La. [h] San. Mart. Pi. V. [i] T. [k] Me. [l] San. [k] Mart. [l] La. ex To. & Ser. [m] Pi. [n] Pi. [o] V. [p] San. [q] V. [r] Mart. [s] G. [t] Ma. [t] Mart. [v] G. [x] San. sim. Me. T. [y] V. [z] G. [a] Pi. sim. Jun. Ma. [b] Ma. ex Jun. [c] Me. ex La. sim. L. Mart. San.

concilium celebrat cum Angelis, Rom. 11. 34. nedum cum dæmonibus: nec omnium Angelorum sententiis dæmonis consilium prælatum fuisset[d]. Porrò variis modis Deus arcana sua Prophetis patefacit; 1. Mentem sine figuris admonet, &c. 2. Species externas, vel; oculis proponit, vel, in ipsa facultate cogitante effigiat. ¶ *Dominum sedentem super solium*] Cum potestate judiciaria, quasi supremum omnium monarcharum: Duo Reges in thronis, ibi coràm sedebant, sed Propheta cernit alium Regem multò sublimiorem: Hinc unus Michæas adversùs 400 & regem Israelis tanta cum παῤῥησίᾳ loquitur. Deinde hac sessione demonstratur, Dei judicia non esse temeraria, sed sapientissimè judicata†. ¶ *A dextris & à sinistris*] Bonos Angelos à dextris, malos à sinistris[f]; utrique enim inserviunt providentiæ divinæ[g]. Alii, bonos tantùm Angelos intelligunt[h], qui hinc inde ad manus esse significantur[i].

20. *Et ait Dominus, Quis decipiet*, &c.] Hæc Dei inquisitio duo significat; 1. Quòd decipere alienum fit à Deo. 2. Quòd ipsum decipere dæmonum fuerit exactè cognitum, & ordinatum à Deo ad Achab punitionem: Voluit Deus Achabum punire, ideóque permisit eum decipi[k]. ¶ *Dixit unus*, &c. וַיֹּאמֶר זֶה בְּכֹה וְזֶה אֹמֵר בְּכֹה] *Et dicebat hic in sic, & ille dicens erat in sic*, Pi. sim. Mo. [sim. omnes.] *Cùmque alius aliud diceret*, Ti. Innuit varios providentiæ Dei modos, quibus decreta sua ad exitum perducit. Omnia hæc dicuntur ἀνθρωποπαθῶς[l].

21. *Egressus est spiritus*] Sub. *malignus*, vel *mendax*, V. [sim. omnes.] *de loco suo*, V. non dicitur, *à sinistris egressus*, Mart. Non erat hic cum exercitu illo cœlesti[m]. *Egressus est*, scil. sponte ac ultró. Indicat, 1. Alacritatem Diaboli ad nocendum, ipsumque omnes captare occasiones[n]. Confer. Job. 1. 6. & 2. 1[o].

22. *Ero spiritus mendax*] Inspirans mendacium Prophetis ejus[p]. ¶ *Decipies, & prævalebis: egredere, ac fac ità*] Non sunt verba jubentis, sed permittentis, ut Joan. 13. 27[q]. Permissio, qualis illa Mat. 8. 32. Vide & Apoc. 20. 3[r]. Deus non est causa peccati, nec oportet Deum instillare malitiam, cùm hanc nobis insitam habeamus. Permittit hæc Deus, non quidem invitus, aut coactus, sed volens, ut ait August[s]. Diabolus non tam imperio, quàm permissione divinâ opus habet, cùm ex se ad omne malum promptissimus sit[t]. Vel, Imperativus hîc ponitur pro futuro, ut Gen. 20. 7. & 42. 16. Deut. 32. 49. Prov. 4. 4. & 9. 6[v].

23. *Locutus est contra te malum*] Decrevit te perdere[x].

24. *Accessit Sedecias*] Prophetarum princeps hic erat, magnâque apud regem gratiâ, alioquin non ausus esset facere quod sequitur[y]. ¶ *Percussit Michæam in maxillam*] Quod probrosum erat, ut dixi ad Thren. 3. 20[z]. ¶ *Mene dimisit*, &c. אֵי זֶה וגו׳] *Ubinam transivit*, &c? Mo. *quando*, P. *quà*, vel *quânam*, Q. in V. Sy. JT. *quâ*, scil. *viâ*, sive *per quem locum*, 2 Par. 18. 23. V. *quânam horâ*, Jon. Ar. *quo tempore*, M. Ægrè ferebat sibi eripi divinum afflatum, & Michææ dari[a]. Duplici argumento usus fertur Zedecias; 1. Eliam prædixisse Achabum in *Jezreel* moriturum, Michæam verò in *Ramoth Gilead*; Ergò neutri credendum. 2. Manum suam, quæ Michææ alapam impegit, non exaruisse, quod tamen accidit manui Jeroboam, &c[b].

25. *Quando ingredieris*, &c. בַּיּוֹם הַהוּא אֲשֶׁר תָּבֹא חֶדֶר בְּחֶדֶר] *Die illo quo ingredieris de cubiculo in cubiculum*, P. sim. Jon. Mo. &c. vel, *intimum conclave*, JT. ¶ *Ut abscondaris*] Hoc fecit Sedecias, vel, cùm auditâ famâ de infœlici Israelitarum pugna, metueret superbi victoris in urbem irruptionem[c]; vel, cùm filius Achabi occisi, revertens è prælio Zedeciam quæsivit, ut authorem & suasorem illius perniciosissimi belli[d].

26. *Maneat apud Amon*] Heb. *Reduc eum*, &c. sub *in urbem*, V. Jun. Pi. vel, *in carcerem*, unde cognoscitur, Michæam, antequàm deduceretur ad Concilium, in carcere fuisse†.

27. *Sustentate eum pane tribulationis, & aquâ angustiæ*, לֶחֶם לַחַץ וגו׳] *Pane arcto* (vel, *angustiæ*. Mo.) *& aquâ arctâ*, P. *pane angustè*, &c. JT. Heb. *pane oppressionis*, &c. V. Jun. Pi. i. e. qualis dari solet oppressis, id est captivis[f]. Nomen pro adverbio[g]. *Pane afflictionis*, M. V.

[d] La. † Mart. [f] Me. ex La. [g] Mart. [h] Ità V. Mart. [i] Mart. [k] La. [l] Mart. [m] V. [n] Mart. [o] Pi. [p] Pi. [q] La. San. [r] G. [s] Mart. [t] Me. [v] San. [x] G. [y] San. [z] La. [a] Mart. [b] Jo. in Mart. [c] Os. sim. La. [d] Q. in Mart. sim. Me. Pi. † Mart. [f] Pi. sim. Ti. M. [g] Jun.

M. V. Jon. sim. ό. modico pane, &c. Mar. sic V. Ar. Sy. ut habetur, 2 Par. 18. 26[h]. Porrò ellipsis est verbi antitheti; *Facite eum edere panem oppressionis, & (sub. הַשְׁקוּהוּ facite eum bibere) aquam oppressionis*[i]. מַיִם לַחַץ hîc ponitur pro מֵי לַחַץ h. e. absoluta forma pro constructa, ut 2 Reg. 3. 4. & alibi †. ¶ *Donec revertar in pace*] Victor[k]: q. d. Posteà in illum graviora statuam[l]: tunc convictum mendacii, merito supplicio afficiam[m]. Josaphatus interea tacet, nec virum innocentem adjuvat. Affinitas cum impiis contracta sanctitatem plurimùm imminuit[n].

28. *Et ait, Audite populi omnes*] q. d. Diligenter notate, an prædictionem meam eventus frustretur[o]: ut cùm hæc evenerint, intelligatis me dixisse inspiratione divinà[p].

29. *Dixit rex Israel——Sume arma*, &c. הִתְחַפֵּשׂ וָבֹא בַמִּלְחָמָה] *Mutabo* (vel *simulabo*, Ang.) *meipsum, & ingrediar bellum*, P. i. e. Mutato habitu ingrediar[q]. *Alium me simulabo*, &c. Sy. *Mutandum & ingrediendum*, &c. Mo. *Mutandus est habitus, & eundum in bellum*, Ti. *Mutabo habitum*, &c. Os. *Immuta te, quum ingredi volueris prælium*, M. *Ego transformabo me*, &c. He. & Jon. in M. *quum dissimularet se processurus in prælium*, JT. Ellipsis particulæ ב *beth* pro gerundio, *dissimulando se & veniendo*, &c[r]. Malim, *dissimulabo me, & ità veniam*, &c. Heb. *dissimulare se & venire in prælium*: ut infinitivus positus sit, pro prima voce futuri[s]. Huic versioni favet antithesis, *Tu verò induere*, &c. Et hanc enallagen servârunt Græci, vertentes συγκαλύψομαι, ubi alii mendosè legunt συγκάλυψόν με, ut patet ex eo quod mox sequitur, καὶ συνεκαλύψατο, &c[t]. Juxta He. & Jon. הִתְחַפֵּשׂ est infinitivi, non imperativi modi[v]. Infinitivus pro futuro ponitur (ut alibi, 2 Sam. 3. 18. הוֹשִׁיעַ pro אוֹשִׁיעַ) *dissimulare se* pro *dissimulabo me*. RS. & K. ellipsin esse volunt præfixi ל*. *Representa aliam personam, & veni ad pugnam vestibus tuis indutus*, Strig. *Monuit Israelitarum Rex Josaphatum, ut prælium commissurus, habitum mutaret, ipsiúsque Achabi vestitum indueret.* Ut in Hebræo est, jubetur Josaphatus *habitum mutare, & suo vestitu uti.* Sed hæc pugnantia sunt. Præterea ea res nullâ egeret admonitione, ut suo vestitu uteretur, quem alioqui non erat mutaturus. Adde quòd nullus esset quadrigariorum errori locus; qui Achabum se petere putantes, nunquam Josaphatum peterent, nisi veste decepti. Has ob causas hoc in loco secutus sum Græcum exemplar, ubi ità legitur, καὶ σὺ ἔνδυσαι τὸν ἱματισμόν μου[x]. Quod sequitur, *Indue te vestimentis tuis*, satis indicat, quid hîc velit per *mutare se*[y]. Solent duces, cùm periculum imminet, paludamentum ponere[z]. *Mutabo me*, Græcis συγκαλύψομαι, *Ego me dissimulabo, tu autem retine tuum habitum*[a]. Sic dixit & fecit Achab; 1. Ut Josaphatum honoraret, quasi illum utriusque exercitûs ducem esse vellet[b]. q. d. Ego hac vice non utar regio habitu, sed tibi eum honorem cedam; ut totus noster exercitus tibi uni pareat, ego intereà viliori habitu indutus, hinc inde videbo quid usus postulet[c]. 2. Ut se tutum redderet[d]; vel, quia territus erat Michææ vaticinio †; quod sic eludere putabat[f]: vel, quia consilium Syrorum odoratus fuit, unum scilicet regem Israel telis petendi[g]: vel, quia sciebat in Reges maximè vim hostium intendi[h]; vel, quia illum inprimis, tanquam belli auctorem, hostes quærerent[i]: quare volebat ipse latere hostes, Josaphatum autem periculis objicere[k]. Ità impii se gerunt erga amicos, & affines, sibi inprimis cavent, de illorum salute nihil prorsus curant[l].

31. *Principibus currum triginta duobus*] Anteà habuit primùm 32 Reges, deinde 32 capitaneos; nunc 32 præfectos curruum[m]. ¶ *Contra regem Israel solùm*] Vel, 1. Tanquam causam belli[n]; quo sublato, auferetur omne bellum; Josaphat enim sequitur eum, ut comes ducem[o]. Vel, 2. Quòd per exploratores cognoverit Michæam prædixisse, hunc solùm periturum[p]. Vel, 3. Ut Regem, in cujus potestate ipse fuerat, in suam aliquando potestatem redigeret, itáque & detergeret dedecus, & beneficium compensaret[q]. Vel, 4. Ex instinctu Dei[r]; qui corda Regum flectit quò vult[s]: ut sic Ahabum puniret, &c[t].

32. *Et impetu facto pugnabant contra eum*, וַיָּסֻרוּ עָלָיו לְהִלָּחֵם] *Et declinârunt contra eum, ut pugnarent*, P. Jon. sim. Mo. JT. *diverterunt ad eum, ut cum eo dimicarent*, Sy. sim. Ti. ab aliis divertentes in eum contendebant, 2 Par. 18. 31[v]. *Et recesserunt*, sub. à suis, Pi. *Et circumdederunt eum*, ό. Sic 2 Chron. 18. 31. legisse videntur וַיָּסֹבּוּ, quum hîc legatur וַיָּסֻרוּ: ità ut videri possit ר irrepsisse pro ב[x]. ¶ *Et exclamavit Josaphat*] Vel, 1. Ad Deum[y]: 2 Chron. 18. 31. Jun. Vel, 2. Quis esset, declarans[z]; se non esse Regem Israel[a].

34. *Tetendit arcum*] Vel, *intendit*, &c. P. sim. Ti. *traxit* (vel *jaculatus*, JT. Sy. *tetendit*, Mo.) *in arcu*, Pi. Ma. id est, traxit nervum arcûs unà cum sagitta, atque ità nervum dimittens sagittam ejaculatus est. Phrasis elliptica, quâ unà cum effecto intelligitur finis[b]. *trahens arcum*, M. *contraxit*, &c. Jon. ¶ *In incertum*, לְתֻמּוֹ] *In simplicitate sua*; vel, *juxta simplicitatem ejus*; vel, *simplici animo*, P. V. M. Ti. JT. Sy. i. e. Citra intentionem animi, ac sine ullo delectu; h. e. in incertum, citra propositum feriendi Regem[c]. *Secundùm integritatem suam*; i. e. nihil minùs cogitans quàm Ahabum percutere[d]. *Sine certo consilio*, Strig. *bene collimans*, ό. *juxta perfectionem ejus*, M. nempe, non *arcûs*, sed *sagittarii*, qui quàm maximè potuit, arcum intendit †. *totis viribus*, Genevenses in Pi. Sed תֹּם usitatè sign. integritatem seu perfectionem, & de moribus intelligitur[f]. *Ad consummationem suam*; i. e. consummatè, vel, quantum trahi potuit: vel, *in rectitudine sua*; i. e. rectà sagittam direxit[g]. Voluit sagittam in confertos hostes jacere[h]. ¶ *Inter pulmonem & stomachum*, sim. ό. בֵּין הַדְּבָקִים וּבֵין הַשִּׁרְיֹן] *Inter juncturas* (nempe, *thoracis*, Ti. vel, *inter adhæsiones*, Os.) *& loricam*, Jon. P. Mo. Mar. M. G. *inter juncturam thoracis*, Sy. *inter commissuram loricæ ipsius*, Ar. *inter commissuras & loricæ partes*, JT. i. e. ad latus, ubi est commissura anterioris cum posteriori parte[i]. Verto, *inter fibulas & loricam*. Fibulæ autem sunt in commissuris, sive extremitatibus loricæ, quæ inter se committuntur seu conjunguntur per illas[k]. *In juncturis loricarum*, He. in M. In ea parte, ubi lorica cum inferiori armatura connectitur. Nam דֶּבֶק *junctura* est etiam, Esa. 41. 7[l]. *Per thoracem juxta pulmonem*, ό. in G. *Inter annulos quibus lorica constabat*; i. e. in foramen quod erat inter annulos; Vel, *inter commissuram quandam*; h. e. inter laminas quæ dependent à solida lorica quâ totum corpus munitur. Doctioribus magis probatur ista interpretatio[m]. Q. *in inguine*, quia ibi sunt armorum juncturæ[n]. Dei consilium turbari non potest, verúmque est illud, *Multi ad fatum venere suum dum fata timent*[o]. Vulgatus (quod mirandum) hîc vertit, *inter pulmonem & stomachum*, at 2 Par. 18. 33. eadem verba reddit, *inter cervicem & scapulas*: Absurdè sanè[p]. Verùm idem telum per anteriorem armorum commissuram ingressum sursum versùs, inter scapulas & cervicem, prorupit[q]. Vel, contrà, intravit sagitta inter cervicem & scapulas Achabi, inter stomachum verò & pulmonem exiit[r]. [Quasi verò aut quisquam alibi percussus diceretur, quàm eâ parte, quâ sagitta vel lancea, &c. ingreditur; aut par esset, iisdem planè verbis diversas, atque oppositas vulneris & corporis partes significari. Sed statutum est his hominibus, in omnes potiùs formas se vertere, & nihil non fingere, quàm Vulgati Interpretis errorem agnoscere.] ¶ *Verte manum tuam*] i. e. Flecte habenas[s]. ¶ *Ejice me*, &c.] Non planè exire voluit, ut docet vers. seq. sed solùm aliquantulùm retrocedere, ut tutiùs, & extra teli jactum, vulneri remedium aliquod adhibere[t]; & nè vivus in potestatem hostium veniret*. ¶ *Graviter vulneratus sum*, הָחֳלֵיתִי] *Vulneratus sum*, P. Mo. *Ægrotus factus sum*, JT. Pi. sic V. Non dicit הוּכֵּיתִי *percussus sum*; sed *in ægritudinem incidi*: quasi fatigatus esset labore pugnandi, vel aliquo dolore afficeretur †. Vulnus agnoscere noluit, nè exterreretur exercitus, sed ægritudinem simulavit[v]. Dolore aut morbo correptus sum: vel potiùs, dolet mihi vulnus quod accepi. Non dissimulat se accepisse vulnus[x]. Conjugatio Hiphil significatum intendit[y].

35. *Commissum est prælium*, וַתַּעֲלֶה הַמִּלְחָמָה] *Et invaluit* (vel, *ascendit*, Mo. vel *incaluerat*, P. V.) *prælium*, Sy. M. i. e. Acre prælium eo die commissum fuit.

Marginal notes (left column): h Me. — i Pi. — † Glas. gram. p. 160. — k G. — l Mart. — m Me. — n Mart. — o Me. — p V. — q V. sic Ar. — r Jun. — s Pi. sim. Mar. — t Pi. — v M. — * Glas. gram. p. 361. — x Ca. — y V. — z Mar. — a G. — b Me. Q. in Mart. — c Os. — d Me. — † Me. sic La. Mart. — f Jo. in La. — g Me. sim. San. La. — h G. — i He in M. — k G. — l Mart. — m Mart. — n G. sim. La. — o La. — p Mart. sim. L. — q San. — r La. sim. Mart. — s Mart. — t La.

Marginal notes (right column): v Jun. — x Pi. — y G. sic He. in Me. Mart. Jun. Tig. not. Mar. — z Mar. — a T. ex Sap. — b Pi. — c V. — d Jun. Pi. — † M. — f Pi. — g Ma. — h Os. — i Jun. — k Pi. — l G. — m V. — n Mar. — o Mar. ad v. 30. — p Mart. — q Me. — r La. — s V. — t Me. — * Mart. — † Mart. sim. M. — v Q in Ma. sim. Mart. ex Jos. K. — x V. — y Ma.

fuit [z]; vel, *ascenderunt belligeratores*, Jon. ¶ *Et rex stabat in curru suo contra Syros*, [מָעֳמָד וגו׳] *Statutus in curru*, &c. Mo. *consistebat* (vel, *suffultus stabat*, Ti.) *in curru*, Ti. *Distinebatur propter currus suos contra Syros*, JT. i. e. occupatus erat, ut suos fugam molientes sisteret; 2 Chron. 18. 34 [a]. Malim, *subsistebat*, Heb. *stare fiebat in curru*. In 2 Chron. 18. 34. habetur *sistebat*, Heb. *stare faciens*: nempe הַעֲמִיד in *Hiphil* pro מָעֳמָד in *Hophal*: Quam lectionem genuinam puto, ut sensus sit: Sistebat suos milites, dum in curru suo spectator esset prælii; qui alioqui, rege excedente, fuerant diffugituri: Quanquam potest verti, *sistebat se*, ut *Hiphil* sit pro *Hithpahel*. Et sic idem manet sensus cum hoc loco [b]. τὸ נֹכַח verto, *è regione*, sive *ex adverso Syrorum*, Pi. sic P. Jon. vel *propè Syros*, Ti. *Stabat*, &c. Visurus rei exitum [c], ut suorum animos confirmaret, & adversariorum frangeret [d]. ¶ *In sinum currûs*] Ità P. Mo. Pi. &c. Vocat *sinum* quicquid aliquid capit [†]. In medium currûs [f]. *Intra currum*, Jon. in V.

36. *Præco insonuit*, &c. [וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה וגו׳] *Et transivit præconium*, Mo. G. vel, *vox præconis*, P. *clamor*, V. *jubilus*, Ti. *Et transire fecit*, (sub. *præco*) *clamorem*, K. in Mar. *proclamavit præco*, Sy. Ar. *transivit præco*, JT. Pi. Heb. *vir vociferationis*; ellipsis τοῦ אִישׁ, ut docet forma verbi יַעֲבֹר, quæ mascul. est, quum alioquin deberet esse generis fœminini [g]. Signum datum est receptui [h]; fortè à Josaphato [i]; vel Israelitæ se mutuò exhortabantur, ut quisquis domum repeteret [k]. Nec Syri videntur eos persecuti, quia illis satis erat Regem occisum esse [l]. ¶ *Quisque revertatur in civitatem*, &c.] Heb. *vir ad urbem*. Ma. sub. *revertitor*. Similis verbi finiti ellipsis, 2 Sam. 23. 17. *An sanguinem istorum*, &c. sub. *biberem*, ex 1 Par. 11. 19 [m].

38. *Linxerunt canes sanguinem ejus*] Unà scilicet cum aqua; nam aquæ permistum sanguinem lambebant canes qui veniebant bibitum in piscina [n]. ¶ *Et habenas laverunt*, [וְהַזֹּנוֹת רָחָצוּ] *Et arma* (vel, *zonas*, Mo.) *laverunt*, P. Jon. Sy. JT. *habenas*, Vulg. Cingulas, ni fallor, dicere voluit, quasi ab אזן quod *zonam* sign. Deut. 23. 13. ubi tamen alii *arma* vertunt [o]. *Et meretrices laverunt*, M. Ti. Strig. Belg. G. ex ὁ. & Jo. Pi. Mart. sub. vel, *se*, ὁ. G. vel, *currum*, Ti. vel, *immunditias suas*, M. *pannos & sordes suas*, Mart. Sordes suas miscebant cum sanguine Ahabi, quæ fuit maxima ignominia [p]. Totum enim stagnum sanguine ejus respersum fuit [q].

39. *Et domus eburnea*, Ità ὁ. Jon. Sy. M P. Ti. JT. Os. [וּבֵית הַשֵּׁן] *Et domus dentis*, Mo. Belg. scil. elephantum. Vide suprà 10. 18. Belg. i. e. eboris, Pi. Domus hæc non fuit ex solido ebore, sed eburneis crustis, aut tabellis hinc inde ornata, opere vermiculato. Quo sensu Plin. Strab. Plaut. & alii *eburneos* vocant lectulos, vehicula, portas & tecta, quia ebore sectili distincta, &c [r]. *Eburnea*, i. e. ebore multo renitens [s]. ¶ *Nonne scripta —— in libro sermonum dierum?*] *In libro Chronicorum*, JT. qui non exstat [t]. Hi libri non sunt Paralipomena, quia ibi de *domo eburnea*, &c. nihil legimus; sed libri Paralipomenon ex illis, quantum apparet, descripti fuerunt [v].

41. *Anno quarto Achab*] Qui regnavit 22 annos; quare 18 annos cum Achabo regnavit. Cur ergò posteà dicitur Ahazias cæpisse imperare 17 anno Jehoshaphati, cum scribi oportuit 18? Resp. Ultimus sive 18 annus Achabi, non fuit plenus & absolutus, atque ideò intermittitur [x]. *Anno quarto*, impleto scilicet, ut patet ex collat. 16. 29. & 22. 4 [y].

42. *Nomen matris Azuba*] Regum matres crebrò nominantur, quia à matre pendet educatio prolis, &c [z].

43. *In via Asa*, &c.] *Via*, hîc est ratio agendi & gubernandi, inprimis, circa cultum Dei, ut patet ex v. 44 [a].

44. *Excelsa non abstulit*] Adeò invaluerat is error, ut ei revellendo Rex par non esset [b]. Excusant eum à difficultate, &c. At virtus præcipuè circa difficillima præstatur: Impossibile certè non fuit, quia *Ezecias* hoc præstitit, & *Josias* [c]. At dicitur Josaphat *excelsa abstulisse*, 2 Par. 17. 6. Resp. 1. Non abstulit initio regni, nè seditionem concitaret, sed in progressu, sive regno firmato [d]. 2. Vel, abstulit ea, quæ tamen rursus successerunt, 2 Par. 20. 33 [†]. 3. Sustulit excelsa *idolis* dicata, non item *Deo* [f].

47. *Reliquias effœminatorum*] Catamitorum [g]. Heb. *reliquum meritorii*; id est meritoriorum. Enallage numeri; qui merentur & quæstum corpore faciunt. De his vide Deut. 23. 17 [h]. Vide quæ suprà 15. 12. & 14. 24 [i]. Perfecit quod Asa cœperat, sed perficere non potuit, morte, ut existimatur, præventus. Hanc turpitudinem perpetuò ferme comitatur idololatria [k].

48. *Nec erat tunc Rex constitutus in Edom*, sic Ca. sim. Sy. Ar. [וּמֶלֶךְ אֵין בֶּאֱדוֹם נִצָּב מֶלֶךְ] *Tum non fuit Rex in Edom*, *qui præfectus esset regno*, Ti. vel, *qui scilicet esset Rex constitutus*, M. *Rex nullus erat in Edom*, *præfectus erat Rex*, P. sic Mo. G. *Rex non erat in Edom præpositus*, *nisi antesignanus regis*, Jon. *Non erat Rex*, sed *Prorex*, JT. Heb. *statutus* sive *constitutus Rex*; vel, potiùs, sed *Prorex* (Heb. *constitutus*,) erat *Rex*, i. e. gubernator. Quo sensu Moses dicitur *Rex*, Deut. 33. 5 [l]. Præfectus ab Hierosolymis missus velut regio jure imperabat, ut Præfectus Romanus Capuæ. De quo vide de J. B. & P. 2. 9. 6 [m]. Erátque Prorex, sive Vicarius regis Juda [n]; vel, certè Reges Idumææ erant tributarii regibus Judæ [o]. Inter alias fœlicitates Josaphat hoc ponitur, Idumæam fuisse illi subjectam, quod secus contigit sub Joram filio ejus, 2 Reg. 8. 21 [p]. Docet Deum servâsse Josaphato integram ditionem [q]. Hic mos (præfectos mittendi in Edom) à Davide cœptus, 2 Sam. 8. 14. ad Josaphatum duravit [r]. Intra illud tempus *major serviebat minori*, juxta oraculum, Gen. 25. 23 [s].

49. *Josaphat fecerat classes*, [יְהוֹשָׁפָט עָשַׂר אֳנִיּוֹת] Gemina est hîc lectio; In textu est עשר, in margine עָשָׂה [t]. [Q. sequuntur τὸ *chethib*.] *Jehoshaphato decem* (sub. *fuerunt*) *naves*, JT. [Plerique tamen sequuntur τὸ *Keri*;] *Fecit* (vel *fecerat* sive *paraverat*, V. Tig. not.) *naves*, ὁ. Jon. Sy. Ar. P. Mo. עָשַׂר Mendosè scriptum esse pro עָשָׂה colligo, 1 ex 2 Chron. 20. 36. ubi עָשָׂה bis habetur ante אֳנִיּוֹת i. e. *naves*. 2. Ex ipsa loquendi forma: non enim habetur ל ante nomen *Josaphati*, nec dici posset per ellipsin omissum, quum talis ellipsis sit insolens. 3. Facilis erat lapsus ex ה in ר [v]. [Q. utramque lectionem conjungere videntur;] *Fecit decem naves*, M. Ti. ¶ *Classes in mari*, [אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ] *Naves Tharsis*, P. Mo. Sy. Ar. *Naves Africanas*, Jon. in V. i. e. tales qualibus vehi solebant Judæi in Africam. *Tharsis*, vel *Tarsis*, tria sign. in scriptura; *Africam*; *insulam auriferam* sitam in Oceano; & *mare* ipsum, ut hîc; naves tales qualibus uti solent in mari illo magno [†] *Naves Oceani*, JT. Pi. G. [†]. Quatuor hîc tropi sunt, 1. Tarshish nomen viri, pro ejus posteris. 2. Posteri ejus pro regione quam isti incoluerunt, viz. Cilicia. 3. Cilicia pro mari mediterraneo ipsam alluente. 4. Mare mediterraneum, pro Oceano; i. e. mari magno [x]. *Naves Cilicas*, Ca. *Classem, quæ in mari veheretur*, Strig. [Q. cum sequentibus connectunt hoc modo;] *Naves* quæ per *Tarsis* (vel, *per mare*, Ti.) *venirent in Ophir*, M. *Naves ad eundum Tarsis*, *ut irent Ophiram*, Q. in Belg. ¶ *In Ophir*] De qua repete dicta suprà ad 9. 26, 28 [y]. Josephus, qui suprà *auream Chersonesum Indiæ*, hîc eandem vocem interpretatus est *Pontum & Thraciæ emporia*. Miror inconstantiam interpretationis [z]. ¶ *Propter aurum*, [לַזָּהָב] *Pro auro*, P. V. sub. *illic asportando*, V. sim. Jon. M. Ti. Pi. *auri causâ*, JT. *ad aurum*, Pi. לַזָּהָב, ut ἐπὶ κλοπῇ in Aristoph [†]. ¶ *Et ire non potuerunt*, [וְלֹא הָלָךְ] *Et non ivit*, scil. *illa classis*. Constructio non refertur ad vocem (quæ est אֳנִיּוֹת numeri pluralis, & generis fœminini,) sed ad sensum. Est syntaxis convenientiæ [a]. ¶ *Quia confractæ sunt*, [נִשְׁבְּרָה אֳנִיּוֹת] *Fracta est classis*, JT. Heb. *Fractæ sunt naves*; si puncta sequamur: si verò scriptum, est anomalia; nam נִשְׁבְּרָה est num. sign. & gen. fœm. at nomen ei per syntaxin convenientiæ cohærens est pluralis numeri, genere tamen fœminino conveniens [b]. ¶ *In Asion Gaber*] In ipso scilicet portu, priusquàm solverent, quæ pœna fuit fœderis facti cum rege Israel, 2 Par. 20. 37 [c]. ὁ συνεθὴς ἀνὴρ, &c. *Vir bonus sive cum impiis naviget in mari, sive in terra ambulet*,

z V. — a Jun. — b Pi. — c Os. — d San. — † V. — f Me. — g Pi. ex Jun. — h G. — i San. — k M. — l San. — m Glas. gram. p. 402. — n V. — o G. — p Ma. — q M. — r T. — s Me. — t Pi. — v Mart. — x Mart. — y G. — z La. — a Pi. — b G. — c Mart.

d La. sim. Me. — † La. — f La. ex L. Me. — g G. — h Pi. — i Ma. — k Mart. — l Pi. — m G. sim. T. L. Me. — n V. — o Me. — p Mar. — q Mart. — r G. — s T. — t Ma. — v Pi. — † V. — x Pi. — y Me. — z G. — † Ga. — a Pi. — b Pi. — c Me.

bulet, sæpe cum illis pœnas luit propter illorum scelera. Schol. ad Æschylum[d]. Successit hæc expeditio Salomoni, quia illi Templum exstruendum erat: impeditus verò est Josaphat, quòd talis necessitas illum non urgeret [*].

50. *Vadant*] q. d. Rogo te, ut sinas ire [†]. ¶ *Et noluit*] Vel, *Non acquieverat* scil. primùm: sed tandem persuasus est, & malè cessit, 2 Chron 20[f]. Alii contrario modo conciliant; *Et noluit*, secundâ vice: nam primâ vice consensit, ut simul irent[g]. Societatem quam antè cum impio Rege contraxerat, malo eventu, & simul Prophetâ de errente, prorogare noluit[h]. Hoc est piorum hominum ingenium, et correpti & moniti resipiscant[i].

51. *In civitate David*] Puta in Sion[k].

52. *Regnare cæperat*] Heb. *regnavit*, ut suprà 41[l]. ¶ *Duobus annis*] Non plenis; 2 Reg. 3. 1. Nam prior fuit cum Achabo, posterior cum Jehoramo communis[m].

53. *Ambulavit in via patris*] Scelera parentum illum minimè excusant[n].

[d] Ca. [*] Mart. [†] Pi. [f] Pi. ex Jun. [g] Ma.

[h] G. [i] Matt. [k] La. [l] Pi. G. Ita Jun. Pi Ma. sim. V. [m] Jun. Pi. [n] Mart.

Excerpta quædam ex SELDENO.

[CUM ob distractas in loca diversa Typographorum operas, una vel altera fortè pagina vacaret, placuit hîc subjungere excerpta quædam ex Seldeni libro de Diis Syris, quæ mecum communicavit Vir Doctissimus, quem honoris causâ nominarem, nisi eâ lege istorum usura mihi concessa esset, nè nomen ipsius vulgarem. Ea autem hic seligam, quæ falsos Deos respiciunt in libris Regum memoratos, præsertim 2 Reg. cap. 17.]

1. סֻכּוֹת בְּנוֹת *Succoth benoth* ipsissimum erat Templum Veneris Uraniæ, vel Babyloniæ Mylittæ, ubi puellæ singulis in spatiis funiculis distinctæ sedebant, & rem habebant cum hospitibus: nec cuiquam fas erat priùs discedere, quâm ad hunc ritum fuerit ad res Venereas electa. Vide Herod. l. 1. & Strab. l. 16. Epist. Jerem. comm. 43. Levit. 19. 29. *Benoth*: Suidas, Βῖνος, ὄνομα θεᾶς. *Sicca* est fanum Veneris, &c. Valer. Max. l. II. c. VI. Σίκκα Οὐενερία *Sicca Veneria*, Procop. Vandal. Antonino in Itiner. & Victori Uticensi, cui & *Siccensis civitas*. Vide Plin. 5. 3. Hinc *Syccensis Venus* apud Gyraldum Syntagm. 13.

2. נֵרְגַל *Nergal*, ignis fortè perennis in septis à Cuthæis religiosissimè servatus. Ignis Persis Deus ante omnes: nec ignem in quotidianos usus destinatum immunditiis polluere audebant. Hinc Ur Chaldæorum quod habetur Genes. c. 11. pro Persarum Deo igne habent Judæi. Vide Moreh Nevochim l. 3. c. 30. Hinc Deus τοῦ Nahor, Gen. 31. 53. & Dii Jehosuæ, c. 24. 2. Hinc Prophetarum חַמָּנִים in Regno Judaico, vel πυρεῖα, si rectè conjecturam fecerit Jos. Scaliger ad Catullum. Vide Isa. 17. Ezec. 6. *Magorum autem tribus in Cappadocia* Πύραιθοι *dicebantur*, quòd πῦρ ἄσβεστον *(ignem perennem) servarent*, Strab. l. 15.

3. *Asima* Hamathitarum Deus quid fuerit, non capio: Ebræi Hircum fuisse volunt. Aben-Ezra in Præfatione in Esther, Pentateuchum scribit Samaritanos ab his verbis auspicari, *In principio creavit Asima.* Verùm Dositheum Samaritanum sacras literas impiè interpolâsse constat.

4. *Nibchaz* Avitarum numen Canis imaginem retulisse aiunt R. D. Kimhi & Jarchi.

5. *Tarthac* figuram Asini;

6. *Adrammelech* muli;

7. *Anammelech* equi. Nos unum numen putamus & ad Molochum referimus. [*Molocum* autem quod spectat; nonnulla hic notanda.] Dicebatur hic *Baal*, Jer. 19. 5. & *Milcom*, 1 Reg. 11. à Sym. autem & Theodotione βασιλεὺς & ἄρχων, 2 Sam. 12. 31. Jer. 49. 1, 5. &c.

Βασιλεὺς θεῶν in Phœnicum vetutissima Theologia, fortè *Moloc*, vel *Rex eorum*; *Adodus* dictus à Sanchuniathone Syris cultus, ab *Hadad* seu *Adad*, quod *unum* significat, inquit Macrob. Saturn. 1. 18. Effigies utriusque & *Adadi* & *Molochi* easdem fuisse memorant Scriptores, & ad solem exprimendum fictas. Saturnus Latinis, Græcis Κρόνος, plerumque censetur Moloc. Infantes utrisque hostiæ; & nefanda illa sacra è Syria in Europam videntur migrâsse & in Africam. Ἀμίλκαν Carthaginenses venerati sunt teste Athenagorâ. Amilcas ab eodem quo *Molec* fonte deducendus: utraque pura puta Ebraica seu Punica sunt, & Regem denotant: Hinc *Milici* nomen & *Imilces*, quod est regina, & *Melicus*. Hinc Μέλκαρθος sive Μέλκαρθος Hercules Tyriis cultus, Strabo. hinc *Bomilcar*, *Hamilcar*. Porrò facies hujus idoli (scilicet Molochi) erat, ut facies vituli, teste P. Fagio ex Jalkut, ubi septem ejus conclavia memorantur. Sic septem sacræ erant portæ Mithræ, Cels. apud Orig. l. 5. *Mithra* verò totius antiquitatis consensu idem qui Sol æstimandus: *Mithir* item aut *Mether* Persicè Dynastam significat. Scaliger l. 6. de emendat. temp. Viri, fœminæ & pueri Molocho mactabantur, teste Photio in vit. Athanas. [Alii tamen aliter sentiunt;] Non combustos vel mactatos pueros, sed duabus pyris exstructis traductos, solùm Sacerdotibus Molochi rem procurantibus, scribunt R. S. Jarchi, D. Kimhi, Moses Mikotzi præcept. negat. 40. Maimon, &c. Verùm non modò traductos, sed etiam crematos pueros illos constanter affirmo. Vide Apollinar. Psal. 105. τελετὰς τεκνοφόνους vocat Author. lib. Sapientiæ cap. 14. v. 23. & c. 12. v. 5, 6. Jer. 7. 31. & 19. 5. Ezec. 16. 20, 21. & 23. 37, 39. Alio ritu vetusto *Ignem pertransire* (πῦρ διέρπειν) soliti sunt, qui jurabant, & illæsi fidem dictis adstruebant. Sacerdotes Molochi, utì aliorum sæpiùs Numinum כְּמָרִים *Cemarim* sunt nuncupati, quòd nigris indui solerent vestibus, juxta Kimhi. Per *Siccuth*, Amos 5. 26. Lecticam intelligo in qua portabant Numinis id est, Molochi imaginem; Tentorium quod circumferri potuit, ut Arca Testamenti Judæis.

De lucis אֲשֵׁרוֹת agitur, 2 Reg. 17. & alibi פֶּסֶל הָאֲשֵׁרָה occurrit 2 Reg. 21. 7. Jupiter Ἐνδενδρος Rhodiis, & Bacchus Bœotiis nuncupabatur, à lucis, ut videtur; Nemorensis item Diana, &c. אֲשֵׁרָה Sidoniorum Numinum aliquod: Inde *Ashteroth*. Non locum arboribus consitum (uti plerique post Josephum volunt) sed Numen fuisse *Asarah* inde patet, quòd idolum ità dictum in Templo Hierosol, à Manasse Rege collocatum fuerit, at id ligneum; unde forsan sub *Luci* & *Quercûs* vocabulis, in fictæ Divinitatis opprobrium designatur. Vide 2 Reg. 23. 6. Simulachra igitur lignea τῇ *Astoreth* dicata *Asherim* & *Asheroth* seu lucos sæpiùs dicta sentio. 2. Paralip. 15. 16. לָאֲשֵׁרָה intelligendus est locus de ipsa statua Astartæ Deæ, nec vertendus *in luco*, sicut vulgariter redditur, sed juxta LXX τῇ Ἀστάρτῃ. Vide Kimhi in radice אָשַׁר. De Lucis excindendis; id est, ligneis simulacris. Vide Deut. 7. 5. & 12. 3. Exod. 23. 13. Neque alios quàm Astartes Sidoniæ Prophetas illos 400 esse intelligo, qui *luci Prophetæ* dicuntur, 1 Reg. 18. 19. אֲשֵׁרָה pro simulacro Beli ligneo super aram ejus sacrato, Jud. 6 25, 28. ubi עָלָיו non vertendum *juxta ipsum*, sed cum LXX *super*

per ipsum altare. Vide Jes. 40.20.& 44.14. Jer. 10. 3.

קְדֵשׁוֹת *Kedeshoth* Sacerdotes sive meretrices Numini Phegorio sacratas, juxta Hieron. ità Astartæ, Luco, קְדֵשִׁים *Kedeshim* Scortatores Antistitum Ordinem fuisse autumo.

Baalzebub occurrit 2 Reg. 1. Europæis Jupiter & Hercules eodem ferè nomine colebantur; Arcades sacrificabant τῷ Μυάγρῳ; & Elei Olympiaco certamine Jovi Ἀπομυίῳ, Pausan. in Arcad. Hunc *Myodem* vocat Plin. 29. 6. Hercules Κορνοπίων *Trachiniis* quòd κόρνοπας (i. e. πάρνοπας eorum linguâ, sive *locustas*) abegerat. Apollo Smintheus μυοκτόνος. Eustath. α. Iliad.

Pro *Beelzebub* habent *Beelzebul*, Lat. Ebr. & Syr. Versio Mat. Marc. & Luc. Atque ità plerique Veterum; q.d. *Jupiter Stercoreus.* Non malè dixeris in contumeliam idololatrarum hoc vocabulum inventum; quemadmodum הַר הַמִּשְׁחָה *mons Olivarum* postquàm idolis inquinatus fuit הַר הַמַּשְׁחִית *mons corruptionis* dictus. Sed cur principem dæmoniorum *Beelzebub* vel *Beelzebul* vocarent, fateor me omninò latere. Chald. Par. Eccles. אשמדיו וגו׳ *Ashmedai Rex Dæmonum* à שָׁמַד *perdidit*, sive *exterminavit*, quod congruum nominibus Angeli Abyssi, *Abaddon* & Ἀπολλύων.

[Denique בַּעַל *Baal* nomen sæpe occurrit in libris Regum & alibi de quo sic Seldenus.] Solem Phœnicii sub hoc nomine venerabantur. Servius ad Æneid. l. 1. linguâ Punicâ *Bal* Deus dicitur; Assyriis autem *Bel*, &c. ubi Giraldus & alii, depravatis exemplaribus *Hal* & *Hel* legerunt. Hinc nomina Punica, *Annibal*, *Asdrubal*, *Adherbal*, non sine exemplo Orientalium nationum; sicut in *Beladane*, &c. Ità Daniel appellatus *Beltsazar* juxta nomen Dei mei, inquit tyrannus. Βήλου mentio prima apud Græcos in Hesiod. Belus οὐρανὸς apud Hesych. Suid. Vide Homer. Il. ά. & ό. Sicut Jupiter *Ammon*, *Cretensis*, *Olympius*, &c. ità *Baal-peor*, *Zebub*, *Moloch*, &c. Jovis stella Pharisæis *Coceb Baal* dicebatur, uti est apud Epiphanium. Berosus Beli sacerdos apud Eusebium, Βῆλος ὃν καὶ Δία μεθερμηνεύουσιν. (*Belus quem & Jovem interpretantur.*) Id ipsum est Olympius Jupiter quod *Beelsamen*, qui *apud Phœnices est Dominus cœli, id est, Sol; apud Græcos autem est Jupiter*: Sunt verba Philonis ex Taauto & Sanchuniathone. Porrò LXX habent & ὁ βῆλος, & etiam ἡ βάαλ. Vide 1 Reg. 19 18. Neque sexum Idolorum Scriptura sacra, nec prisca mysteria gentium distinguunt. Macrobius de Cypriis; *putant eandem Venerem marem ac fœminam esse.* Idémque de Luna alii senserunt, teste Plut. lib. de Iside & Osir. Hinc *Lunus* & *Luna*. Vide Tertul. Apolog. c. 16. Et Arnobius contra Gentes l. 3. *Consuestis*, inquit, *in precibus, sive tu Deus es, sive tu Dea, dicere.* [Hæc ex eruditissimo magni Seldeni libro de *Dis Syris* decerpta sunt.]

Synopsis

SYNOPSIS
Criticorum & aliorum Commentatorum
IN
II. REGUM.

QUartus hic Liber *Regum*[qui al. secundus] cum præcedenti est unus Liber in Hebræo, vocatúrq; *LIBER REGUM*: sed propter magnitudinem suam in duos distinctus est Libros [a].

CAP. I.

1. *PRævaricatus est*; ità Mo. Os. ο'. [וַיִּפְשַׁע] *Defecit*, P. Sy. Ti. JT. *Rebellaverunt*, Jon. *Iniquè egit*, M. Defecit ab eo imperio quod à Davidis temporibus agnoverat, 2 Sam. 8. 2 [b]. Desierunt pendere tributum [c]. Veriti sunt Ahabi potentiam, sed Ahaziam aspernati sunt [d]. Diviso regno Israelitico, divisæ quoque erant regiones quas David & Salomon fecerant vectigales; & *Moabitæ* quidem *regibus Israelis*, *Idumæi* verò *regibus Juda*, tributa pendebant. Sed accisis paulatim utriusque regni viribus, utrique jugum excusserunt, ut videbimus *.

2. *Cecidit per cancellos cœnaculi sui*; ità M. vel, *in cœnaculum suum*, Jon. P. Mo. vel, *in cubiculo suo*, Ca. [בְּעַד הַשְּׂבָכָה בַּעֲלִיָּתוֹ וגו׳] *Per quendam clathrum in cœnaculo suo*, JT. *è fenestra* (vel *xysto*, Sy.) *cœnaculi sui*, Ar. Fenestram intelligit quâ immittebatur lumen in cubiculum regium, quæ obstructa erat lignis cancellatim & transversim intertextis [f]. Vel *cancelli* significant peribolum qui circa solarium ponebatur, juxta Deut. 22. 8. Tunc autem non in cœnaculum cecidit, sed in hortum, vel in impluvium [g]. ¶ *Ægrotavit*] Ac proinde nihil contra Moabitas tentare potuit [h]. Incipit jam exagitari Achabi posteritas [i]. Ochozias pœnas dat idololatriæ suæ [k]. ¶ *Consulite Beelzebub deum Accaron*, [בַּעַל זְבוּב] [Variè accipiunt.] 1. *Deum muscam*, Jo. in G. (i. e. in similitudinem muscæ expressum [l].) Quem sequuntur Theod. Procop. Philast. Nazianz [m]. 2. Hic Deus vocabatur à Palæstinis atque Phœnicibus בַּעַל שָׁמַיִן, (i. e. *Dominus cœli*, Scal.) ab Hebræis verò, *deridiculi causâ*, (χλευασμῶς, Scal.) בַּעַל זְבוּב, *Dominus muscarum* [n]; quia templum ejus propter victimas plenum erat muscis, quas ad Templum Hierosolymitanum, ubi tot mactabantur victimæ, nunquam adventâsse narrant Hebræi [o]. Hebræis mos erat, Gentium deos nunquam suo nomine appellare, sed *abominationem*, aut *aspernamentum*. Sic pro *Bethel* dicebant *Bethaven* [p]. Non placet; neque enim Ochozias idolum suum contemptim appellâsset [q]. 3. Sign. *Dominum*, sive *Deum*, *muscæ*, vel *muscarum* [r]. Sic dicebatur, vel, 1. à copia muscarum, quam hostiarum copiosissimus sanguis gignebat *: vel, 2. quòd amoliri crederetur muscas perniciosissimas, &c [t]. quibus abundabant Accaronitæ, ob solum humidum & calidum, ex maris vicinia [v]. Sic etiam Græci habuerunt deum Μυιάγρον, vel Μυίαγρον, vel Ἀπόμυιον, sive is *Jupiter*, aut *Hercules*, aut alius aliquis deus, fuerit, à *muscis abigendis* sic appellatus; ut testantur Plin. 10. 28. & 29. 6. Pausanias in Arcadicis & in Eliacis, Ælian. hist. 5. 17. & 11. 8. Nec in monte Cretæ, Carinâ, muscas reperiri docet Plin. 20. 14. Sed & de Templo Hieros. dicunt Hebræi, *Musca nulla visa est in domo mactationum*. Quæ si vera sunt, Diabolus, ut solet, fuerit hac in parte Dei simia [x]. Beelzebub idem videtur qui aliis Jupiter, hic enim ἀπόμυιος dicebatur, i. e. *muscarum aversor*. Quare non mirum Beelzebub dici *principem dæmoniorum*, Matt. 12. 24. Porrò, Apollo [simili de causa] *Parnopius* vocabatur, & *Smintheus*; quòd parnopas, id est, *culices*, & sminthas, id est, *mures*, Cretensi idiomate, ab illis finibus arcuisset [y]. Porrò, testantur historiæ & sacræ & profanæ, solitum esse Diabolum per muta simulachra reddere oracula, quæ tamen ità obscura & ambigua erant, ut Apollo indè Λοξίας diceretur [z].

3. *Numquid non est Deus*, &c? ità M. sim. Ti. [הֲמִבְּלִי אֵין אֱלֹהִים וגו׳] Ad verb. *Nonne ob non esse Deum in Israele?* V. simil. Mo. P. i. e. quòd nullus opinione vestrâ & Regis vestri sit Deus, &c [a]? Videntur ה quod præponitur ad מִבְּלִי junxisse cum אֵין, ut הַאֵין sit *nonne*, & מִבְּלִי *quia non*: at הַאֵין non vertendum *annon*, sed, *annon est*, quia אֵין semper verbum substantivum in se includit †. *An propterea quòd non est*, &c? JT. vel, *Annon est Deus in Israel, quòd vos itis?* Jun. Ti. Genev. Vulg. ο'. Jon. &c. in Di. Duæ negationes [in Heb.] significatum intendunt. Sic v. 6. & 16 [b]. Dicit Mercerus duas negationes apud Hebræos, sicut apud Latinos, magis affirmare: quod non est admittendum, ut docemus ad Ecclesf. 3. 11. Ego, contrà, senserim magis negare, & hîc & ubique; & utramque negationem ad majorem emphasin versione exprimendam, *An propterea quòd non est, non est Deus*, &c? q. d. Palàm facitis vos sentire non esse, nequaquam esse Deum in Israele †.

4. *Quamobrem—morte morieris*] Ob consultum Dæmonem: vide 1 Sam. 28. 16 [c]. Est autem gravissimum crimen, & Deo auferre honorem præscientiæ, & iis dare qui non habent; Levit. 19. 31. & 20. 6, 27. Deut. 18. 10, &c. quare nec mirum si talia Deus gravissimè punit [d]. ¶ *Et abiit Elias*] Nempe, unde venerat, ad montem Carmeli *. Vel, repentè disparuit; unde putaverunt legati fuisse Angelum Dei, alioqui non destitissent à cœpto itinere [f].

5. *Quare reversi estis?*] Sic Jon. Sy. sim. P. Ar. re, scilicet, infectâ? Nam ex celeri reditu intelligo vos non profectos esse in Accaron [g]. [מַה־זֶּה שַׁבְתֶּם] *Quid quòd* (*quid hoc*, Mo.) *revertistis?* ο'. *Quid ità*, &c? Ti. *Quid jam*, &c? JT. vel *modò*, &c? M. Heb. *hoc tempore*; nam subauditur nomen עֵת *tempus* [h]. *Quid hoc quòd revertimini?* Solet τὸ זֶה cum interrogativo מָה, aut לָמָּה, pleonasticè addi, & indignationem quandam simul indicat. Sic etiam Genes. 18. 13. Jer. 20. ult [i].

7. *Cujus figuræ*, &c? [מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ] *Quod*, vel *quale, judicium viri*, &c? Mo. V. Pi. *Quæ*, vel *qualis, forma?* M. ex He. P. *Quæ dispositio?* Jon. *Qualis habitus?* Sy. Ar. Ti. JT. Strig. Ca. i. e. Quæ ratio vestitûs [k]? Sic enim quæstio intelligenda videtur ex responso nunciorum. Eadem vox usurpatur Exod. 26. 30. de forma seu figura Tabernaculi [l]. *Quæ consuetudo*, &c? Q. in M. Ea erat pilos nutrire, [ut sequitur,] M.

8. *Vir pilosus*; ità Jon. in V. P. JT. [אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר] *Vir habitor crinis*, Mo. *Patronus*, aut *dominus, pili*; i. e. pilosus & hirsutus [m]. Alii ad vestem referunt. Amictus pilosâ veste. Vide 1 Reg. 19. 19. in scholiis [n]. Vestis villosa seu cilicina videtur fuisse Prophetarum propria. Vide etiam Esa. 20. 2. Zach. 13. 4. Matt. 3. 4. Heb. 11. 37.

Marginal notes (left column): a M. — b G. — c V. ex M. — d Mart. — * T. ex San. — f V. sim. M. Me. Ma. — g Me. — h Pi. ex Jun. — i San. — k V. — l San. — m BA. 2. 4. 9. 499. — n G. Scalig. in Ga. — o G. — p Scal. in Ga. — q Mart. — r V. BA. — * V. — t V. sim. La. San. T. BA. Me. Jun. Pi. — v La. — x BA. ubi suprà.

Marginal notes (right column): y T. ex San. — z San. — a V. — † Di. — b Ma. — † Di. — c La. — d G. sim. La. — * San. ex To. — f Ma. Q. in Mart. — g Os. — h Pi. — i Glass. gram. p. 185. — k Pi. sic Ma. Belg. — l Belg. — m V. — n Pi. ex Jun. L.

Quod vestimenti genus ut est simplicissimum, ità etiam antiquissimum. Indè prisci Græcorum Heroes apri, aut tigridis, aut leonis exuviis induebantur, aut pelle *Libystidis* ursæ[o]. Causa rudis vestitûs, quòd Prophetæ illi corrupto seculo resipiscentiam maximè prædicarent; ideóque externis indiciis dolorem suum testabantur[p]. Alii ad corpus referunt[q]. Erat δασὺς, *promisso capillo ac barbâ*; ut Græci philosophi, & Cato apud Lucanum, *Intonsos rigidam in frontem descendere canos Passus erat, mœstámque genis increscere barbam*[r]. ¶ *Zonâ pelliceâ*] Sic Os. sim. P. Mo. vel, *ex corio*, M. Vide dicta ad Matt. 3. 4[†]. Usus est vestibus facilè parabilibus[t]; & quæ illum in deserto versantem contra aeris injurias munirent[v].

9. *Misitque ad eum*] Sub. *comprehendendum & adducendum ad se*, V. Misit autem ex consilio Jezabelis, ut videtur[x]. Voluit Rex aut interficere ipsum, aut cogere ad impetrandam à Deo vitam[*]. ¶ *Sedentique in vertice montis*] Quò confugerat Elias, quia sibi timebat[y]. ¶ *Homo Dei*] Ironicè sic eum vocat[z]: (q.d. Qui te jactas esse virum Divinum[a].) Id patet ex pœna sequente[b]. ¶ *Rex præcepit ut descendas*] Sic loquitur, quia ad eum sine magno labore non poterat ascendere[c]. Hæc dicendo paratus erat vim inferre[d]. Prophetæ facientes quæ sui sunt muneris Regio imperio non tenentur. Aliud in Sacerdotibus. Confer quod infrà 15. ubi à Deo jussus facit quod antè abnuerat[†].

10. *Si homo Dei sum, descendat ignis*, &c.] q. d. Non putas me esse virum Dei, sed irridendo me ità appellas; verùm Deus comprobabit igne de cœlo demisso[f]. Quod dicit Ulpianus, l. 1. D. *Si quis jus dicenti non obtemperaverit, Omnibus Magistratibus concessam esse jurisdictionem suam defendere pœnali judicio*, idem de Prophetis, qui velut magistratus sunt ipsis magistratibus à Deo impositi, rectè dicitur. Vide mox 12. Act. 5. 5, 10. & 8. 24. 1 Cor. 5. 5. 1 Tim. 1. 20. 1 Cor. 4. 21[g]. Nihil hîc præter justitiam ab Elia factum, ut finxit Manichæus[h]. Nam, 1. novit Elias ex revelatione Dei hos fuisse irrisores, & patronos Baal, & morte dignos. 2. Hæc fecit Elias non tam suo instinctus spiritu quàm Divino: quod satìs ostendit Dominus se probâsse, &c[i]. Speciali Dei jussu hoc factum docet, quòd tertiâ vice Angelus monet eum ut descendat; nimirum, idem ipse qui antè suggesserat ut vindictam invocaret[†]. Qu. Cur ergò Christus eos reprehendit qui hoc Eliæ factum imitari volebant, Luc. 9. 54? Respond. 1. Apostoli isti commoti erant humanâ iracundiâ, non ex Divina suggestione. 2. Non distinguebant inter genera vocationum: Elias vocatus erat ut judicia Divinæ severitatis exsequeretur; Apostolorum verò munus erat homines juvare ac sanare, non autem perdere[k]. Et Christus in terris agens magis debuit factis suis clementiam quàm severitatem ostendere. 3. Movebantur illi magis privato vindicandi studio, quàm zelo justitiæ[l].

11. *Rursúmque misit*] [Sim. omnes.] Heb. *Et reversus est Rex, & misit*, V. Auditâ priorum pœnâ, videtur nonnihil perterritus destitisse: verùm postea redit ad ingenium, nec vel oraculis, vel miraculis, vel morbo, à sua malitia revocatur[m]. ¶ *Quinquagenarium alterum*] Qui priore impudentior fuit[n]: tum quia nihil deterritus est priorum exemplo; tum quòd petulantiùs agit, & festinationem requirit, paratúsque erat vim inferre repugnanti[o]. ¶ *Festina, descende*] Heb. *Cum festinatione*: Deficit ב, Pi.

12. *Descendit ignis*, &c.] Ità ostendit se Deus vindicem Prophetiæ contemptæ & sacri Ministerii[p].

13. *Curvavit genua*] In honorem illius ut Prophetæ. Vide 1 Reg. 18. 7. & infrà 2. 15[q]. Aliquam hic pietatem habuit, non autem solidam & perfectam; alioquin tam atroci Regis mandato non paruisset[r]. ¶ *Noli despicere*, &c. תִּיקַר נַפְשִׁי *Pretiosa sit anima*, vel *vita, mea*, &c. Mo. P. V. i. e. Parce, &c. Nè perdas me, &c. Solemus parcere rei charæ. Vide Psal. 116. 15[†].

15. *Locutus est angelus*] Sive per internam inspirationem; sive per apparitionem; licèt interim non

o BA. 1. 1. 2. 12.
p Mart.
q Ma. ità V. G. Me. T. &c.
r G. sim. Me. T. &c.
† G.
t San.
v Os.
x San.
* Me.
y V.
z La. sic L. Me. San. E. V.
a V.
b Me.
c San.
d Mart.
† G.
f V.
g G.
h E.
i San.
† E.
k Mart.
l E.
m Mart.
n La.
o Mart. sim. La.
p Mart.
q G.
r Mart.
† V. sim. Pi.

appareret Duci & militibus ejus, qui tamen præsentes erant[t]. Alii, *Edixerat*, JT. nempe, ante Ducis adventum. Sed verba, *Descende cum ipso*[v], diversum innuunt, nempe, illos præsentes fuisse, &c[v]. ¶ *Descende, nè timeas*] Timebat, tum propter summum erga se Jezabelis odium; tum quia Regi adversa prædixerat[x]. ¶ *Et descendit*] Magna hæc fides erat, & obedientia[y].

16. *Et locutus est ei*, &c.] Præsenti Prophetæ Rex minimè nocuit: sive quia cor Regis Deus ità inclinavit; sive quòd Rex Prophetæ sermonibus consternatus esset. Nam longè vehementiora sunt verba quæ hauriuntur ex ore dicentis, quàm ea quæ à legatis referuntur[z].

17. *Regnavit Joram——anno secundo Joram filii Josaphat*] [Sed multa hîc sunt quæ Chronologiam turbare videntur.] 1. Ochozias (cui successit Joram) dicitur *cœpisse regnare* anno 17. vel 18. Josaphati, & *regnâsse* tantùm 2 annos. Josaphat autem regnavit 25 annos[a]. 2. Idem hic Joram *regnâsse* dicitur anno 18. Josaphat, infrà 3. 1. & ib. v. 7. Josaphat dicitur Joram Regi Israel auxilium præbuisse[b]. 3. Joram Rex Judæ dicitur *cœpisse regnare* anno quinto Jorami Regis Israel, 2 Reg. 8. 16[c]. Quid hîc dicendum? 1. An ex notis numerorum natus error? & pro *secundo* reponendum *quinto*, ut habemus infrà 8. 16. quîcum bene congruit 2 Reg. 3. 1[d]? Mendum est in hoc loco. Sanè o'. non habent versum illum; in quibusdam libris hæc tantùm leguntur, *Et regnavit Joram frater Ochoziæ pro eo, quòd ipsi non esset filius*; nullâ factâ mentione annorum Jorami filii Josaphati[†]. 2. Occiso Achabo, & Jehoramo ejus filio nondum adulto, regnum Israelis à Josaphat & aliis tutoribus fuit gubernatum (ob affinitatis necessitudinem) usque ad annum secundum Jorami filii Josaphat, in quo tandem Jehoram filius Ahab regnum per seipsum gubernavit[f]. 3. Reges sæpe filios suos cùm adhuc vivunt coronant, ut rebellionem præveniant; ut rectè notat Richardus de Sancto victore. Sic Salomon unctus est vivente Davide, 1 Reg. 1. Joachim anno parentis secundo coronatus est, & cum eo 10 annos regnavit; unde, cùm regnare cœpisset, dicitur fuisse *annorum octo*, 2 Par. 36. 9. & *annorum octodecim*, 2 Reg. 24. 8[g]. Sic Josaphat Joramum filium se vivo Regem instituit[h]: tum quòd iturus erat ad Ramoth Gilead[i]; tum quòd multos haberet liberos, eósque parùm concordes[k]; ut colligi potest ex 2 Chron. 21. 3. *Et regnum dedit Joramo, quia erat primogenitus*. Quorsum hoc diceretur, cùm constet successionem in regno pertinere ad primogenitum, nisi dissensio fuisset inter filios ipsius[l]? Joram à patre Josaphato bis declaratus est Rex, adeóque duplex regni initium habuit. 1. Cùm Josaphat anno suo 17. bellum gessit, de quo 1 Reg. cap. 22. Et hoc initium tantùm χοινικὸν fuit. Parenti enim à bello redeunti regnum redditum est. 2. Cùm Josaphat denuo bellum moveret contra Ammon. & Moab. regni sui anno 22. De hoc initio sermo est 2 Reg. 8. 16. quod tempus cum quinto anno Jorami filii Achab coincidit. Et hoc initium regni Jorami verum est & stabile; quippe ejus octavus cum 12. Jorami Regis Israel coincidit. Josaphat igitur, licèt feliciter è bello reverteretur, filio regnum reliquit, 2 Chron. 21. 3. ipse interim in pace domi resedit, 2 Chron. 20. 30[m]. Anno 17. Josaphati Jehoram ipsius filius Prorex constitutus est, cujus vicariæ potestatis anno 2. (Jehosaphati patris desinente 18.) Joram filius Achabi Rex fit. Hujus deinde ità regnantis anno 5. Joram, Judæ Prorex, à Josaphato regni factus est consors, & quasi ex Cæsare creatus Augustus, ut clarè indicat 2 Reg. 8. 16[n]. Hinc sæpe varietas, quòd filii cum patribus regnârunt; quod & Persicam Chronologiam confudit[o]. Joram 8 annis & suprà cum patre Josaphato regnavit[p].

t Pi.
v Pi.
x V.
y Mart.
z Mart.
a Mart.
b San.
c Cap. crit.
d G.
† Cap. crit.
f Q. in Mart.
g San.
h Mart. sic Jun. Pi. Ma. K. in Buxt. Usser. V. Li.
i Mart.
k Mart. sim. K. in Buxt.
l K. in Buxt. vind. 2. 13. p. 937.
m Quistorp. annotat. bibl. sim. Li.
n Usser. chronol. sac. p. 6.
o G.
p V.

CAP.

CAP. II.

1. CUM levare vellet—per turbinem] At infrà dicitur hoc fieri per *currum igneum*. Dicendum quòd Eliſæ viſum fuit quaſi currus & equi ignei eum abduxerint, cùm illum turbo igneus ſublevaret à terra[a]. Excitavit Deus ventum, cujus vim Angeli moderabantur, ut Eliam in locum deſtinatum ferrent[b]. ¶ *Ibant de Galgalis*, &c.] Iter Eliæ videtur fuiſſe quodammodo circulare: Diſceſſit enim à Gilgal, qui locus eſt prope Jordanem; indéque per Bethel & Jericho ad Jordanem reverſus eſt[c].

2. *Sede hìc*, &c.] *Mane, quæſo*, V. Hoc dixit, vel, 1. quia ex modeſtia & humilitate raptum occultare voluit[d]: vel, 2. ut tentaret diſcipuli ſui fidem atque conſtantiam †; num ipſum diligeret Eliſæus[f]: vel, 3. nè ex aſpectu ſeparationis magìs doleret[g]: vel, 4. ut Eliſæi deſiderium obnitendo magìs accenderet[h]. ¶ *Vivit Dominus*, &c.] q. d. Quàm certum eſt vivere Jehovam, tam certum eſt me nolle derelinquere te[i]. De hoc jurandi genere vide quæ non ſpernenda diximus de J. B. & P. 2. 13. 11[k]. ¶ *Non derelinquam te*] Sic, 1. fidem & gratum animum ei approbare voluit; &, 2. excellentia quædam chariſmata conſequi. ¶ *Cúmque deſcendiſſent Bethel*] Ubi hortabatur illos ad perſeverantiam, &c. In his locis erant Prophetarum conventus; quos Reges Iſrael, quamvìs idololatræ, paſſi ſunt. Quod ſingulari Dei providentiâ factum eſt, nè populus ipſius præſidio Verbi ſui penitùs denudaretur. Imò, quod mirum videtur, Prophetæ decem tribuum, ſcil. Elias & Eliſæus, Judaicis Prophetis quoad miracula præſtantiores fuerunt. Nimirum, 1. Gravior erat & pervicacior in illis quàm in his idololatria; & ubi peccatum magìs inundavit, ibi uberiorem gratiam Deus affluere voluit. 2. Pii Iſraelitæ graviùs tentabantur ad deſerendum Dei cultum[l].

3. *Filii prophetarum*] i.e. Diſcipuli; ut infrà 12. *Patres* pro Magiſtris aliquando accipiuntur[m]. ¶ *Numquid nôſti*, &c?] Deus eos qui cum Prophetis vivebant paulatim aſſuefaciebat prophetiæ, nunc hoc, nunc illud de conſiliis ſuis ipſis aperiens[n]. Illorum aliquibus hoc revelatum fuit[o]. ¶ *Quia hodie*] i. e. Brevi; non enim uno die confecerunt hoc iter P. ¶ *Tollet dominum tuum à te*, מֵעַל רֹאשֶׁךָ] *Deſuper* (vel *à ſuper*, Pi.) *caput tuum*, V. ſic Mo. Dictum emphaticè & propriè, ex more ſedendi in Scholis: quòd ſcil. præceptor ſedet loco altiore, diſcipuli inferiore, & hi ſub illius pedes ſedent; ut Act. 22. 3[q]. *A capite tuo*, Jon. P. V. q.d. Dominus & Doctor eſt velut ornamentum & corona capiti[r]. *A te*, Ar. M. JT. V. vel, *tibi*. Pars pro toto, V. *Caput* ſæpe ponitur pro eo cujus eſt caput: ſic Gen. 40. — *auferet caput tuum, ac ſuſpendet te*; Prov. 25. 22. Iſa. 35 †. *A præſentia tua*, M. *nè ſit poſthac magiſter tuus*, Ti. *A capite tuo*; i. e. ſurſum rapietur, nempe, in cœlum[t]: non à latere. Sic infrà, v. 5[v]. ¶ *Silete*] Ità ό. ſim. Jon. Sy. Ar. M. &c. q. d. Nos hoc ſcire neſciat Elias[x]. Silentium accommodatum erat myſteriis. Deinde, nolebat animum ſuum abſtrahi in varia colloquia: cavebat enim nè repentè à ſe raperetur præceptor[y]. Al. הֶחֱשׁוּ vertunt, *ſiluerunt*, He. in Ma. q. d. Quum eis dixiſſet, *Etiam ego novi*, illi ſiluerunt[z].

7. *Et quinquaginta viri*, &c.] Cupiebant hi ſpectatores eſſe mirabilis hujus aſcenſûs: &, cùm miracula ſint veritatis obſignationes, voluit Deus eorum teſtes adeſſe[a].

8. *Involvit illud*, וַיִּגְלֹם] *Et convolvit*, ſive *complicavit*, P. V. in formam oblongam & rotundam, aptam ad percutiendum[b].

9. *Poſtula — antequam tollar à te*] Hoc non ità urſiſſet Elias, ſi ſancti poſt mortem ſeu diſceſſum rogandi eſſent[c]. ¶ *Obſecro ut fiat in me duplex ſpiritus tuus*, וִיהִי נָא פִּי שְׁנַיִם בְּרוּחֲךָ אֵלָי] *Et ſit, quæſo, os duorum in ſpiritu tuo ad me*, Mo. *Menſura*, vel *portio*, *duorum* (vel, *duplex pars*, ſive *portio*, M. Ti. JT.) *ſpiritûs tui ſuper* (vel *in*, V. vel *penès*, JT.) *me*, P. M. Ti. בּ pro מִן, V. *Ut ſpiritus tuus in me duplicetur*, Strig. ſim. Sy. *Ut pro ſimplici duplicem mecum habeam ſpiritum tuum propheticum*, Ar. *Fiant, quæſo, duplicia in ſpiritu tuo ſuper me*, ό. Qu. Quo ſenſu hoc dicitur? Reſp. 1. *Duplex ſpiritus*, i. e. copioſus, vel eximius. Sic Virgil. Æneid. 1. — *duplicem gemmis auróque coronam*, i. e. latam, ait Servius. Sic Iſa. 40. v. 2. *Suſcepit duplicia*, i.e. ingentia mala; Zach. 9. 12. *duplicia reddam tibi*[d]. 2. Petiit ſpiritum duplò majorem ſpiritu Eliæ. Ità communiter, & verè, accipiunt †. Sed hoc ſuperbum fuiſſet[f]. Hoc ut poſtularet Elizæus, non ſiviſſet verecundia[g]. Regerunt alii, hoc poſtulatum non ex ſuperbia ortum fuiſſe, ſed ex deſiderio ampliandi regnum Domini[h]: non ut celebritatem nominis compararet, ſed ut miniſterio ſuo ſatisfaceret[i]. Animadverterat ſpiritum Eliæ, quamvìs admirabilem, ſatis non fuiſſe ad Iſraelitas revocandos: videbat malitiam quotidie augeri, eámque potentiori ſpiritu expugnandam eſſe. Et Chriſtum aiunt Apoſtolis hoc promiſiſſe, quòd majora & plura quàm ipſe miracula edituri eſſent. Eſt quidem probabilis hæc ſententia, ſed non neceſſaria[k]. Et ſanè poſtea eventus docuit quàm eximia Sp. dona in Eliſæum collata eſſent; plura enim miracula per ipſum quàm per Eliam geſta commemorantur[l]: Nam Elias fecit octo, Elizæus ſexdecim[m]. [Quæ numerata habes in L. & in Mart.] Eliſæus etiam frequentiùs inter homines verſatus eſt, atque plebem docuit[n]. 3. Da ut duæ partes tui ſpiritûs (i. e. gratiæ tibi collatæ) diviſi in tres partes ſint in me. Noluit petere tantam ſibi fieri gratiam quantam Magiſtro[o]. 4. *Duplicem ſpiritûs portionem* petit, non comparatione Eliæ, ſed reſpectu aliorum Prophetarum, quorum Elias pater ſpiritualis & magiſter erat[p]. Poſtulat ut ſibi de ſpiritu Eliæ, tanquam primogenito diſcipulo, duæ traderentur partes ſupra alios Prophetas qui etiam hunc ſpiritum erant participaturi[q]: ut ſit velut primogenitus inter diſcipulos[r]. Tranſlata loquutio à jure corporali primogenitorum, Deut. 21. 17. ad dona Spiritûs †. Primogeniti de hæreditate duas ferebant partes, cùm cæteri ferrent ſingulas. Et פִּי pro *portione* ſumi apparet ex Deut. c. 21. v. 17. Zach. c. 13. v. 8. Vide mox v. 15[t]. [Aliis hæc non placent.] Talis comparatio hîc non inſtituitur; quia *duplex portio* quam expetit Eliſæus refertur ad ſimplicem portionem quam habebat Elias; qu. d. Ut mihi contingat dupla portio donorum propheticorum Eliæ[v]. 5. *Duplex ſpiritus*, nempe, & ſpiritus Prophetiæ, & Miraculorum[x]: Iis nempe duobus chariſmatum generibus Elias excellebat. Petiit ergò utroque ipſius dono inſtrui[z]. Spiritum Prophetiæ habebat tum Eliſæus cum pluribus aliis; ſed ſpiritu miraculorum, quem habuit Elias, ad id uſque tempus caruit; ſed quia jam petiit, impetravit[a]. Nota hîc Eliſæum, datâ ſibi petendi optione, minimè frivola poſtulâſſe, honores, voluptates, &c. ſed bona ſpiritualia, & quæ ad gloriam Dei & ædificationem Eccleſiæ conducere noverat[b].

10. *Rem difficilem poſtulâſti*, הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל] *Difficile, vel durum, feciſti petendo*, P. *Durè egiſti poſtulando*, ό. Mo. *Difficilis fuiſti in petendo*, V. *Rem difficilem, ſive arduam, poſtulâſti*, P. JT. Ca. Strig. M. Ti. vel, *poſtulas*, V. *Dura petiviſti*, Jon. *Nimium petis*, Sy. ſim. Ar. *Difficultatem injeciſti petendo*, Jun. q. d. Non eſt vulgare beneficium quod petis, &c[c]. Petis quod non humanitus datur, ſed divinitus, & raró contingit[d]. Pauci Prophetæ ſic inſtructi reperiuntur*. Hoc dicit, ut nimiam Eliſæi in petendo audaciam modeſtè incuſaret[f]. ¶ *Si videris me, quando tollar à te*; ità P. [ſim. omnes:] לֻקָּח מֵאִתָּךְ] *Ablatum à te*, Mo. i. e. abeuntem[g]. q.d. Nè exſpectato à me, ſed ab eo qui me aſſumpturus eſt: proinde obſerva ſignum ejus[h]. Hoc ſigno deprehendes quod petis tibi datum eſſe à Deo[i]. Sic loquitur, ut deſiderium ipſius magìs accenderet, itáque eum ad hoc donum præpararet; útque ipſius Eliæ preces creſcerent pro Eliſæo: Erat enim uterque incertus, an Eliſæo præſente raperetur Elias[k].

11. *Et ſermocinarentur*] De rebus Divinis: fortè de duobus

Marginal notes (left column): a M. — b Me. — c Mart. ſim. L. — d La. ſim. Me. Q. in Mart. — † Mart. — f V. — g Q. in Mart. — h Me. — i Pi. — k G. — l Mart. — m V. ſim. Jun. Pi. Me. — n G. — o Me. — p Oſ. — q Pi. — r V. — † San. — t Mart. — v Ma. — x Me. ſim. Ma. — y Mart. — z Ma. — a Mart. — b Me. — c Mart.

Marginal notes (right column): d San. — † Me. ſim. Pi. — f G. — g Me. — h Mart. — i Oſ. — k Mart. — l Mart. — m E. — n Oſ. — o V. — p T. — q V. ſim. Jun. Ma. G. — r G. — † Jun. Ma. — t G. — v Pi. — x Q. in Ma. ità Mart. La. T. ex Thom. plerique in San. — y Mart. — z Mart. — a T. — b Mart. — c San. — d Jun. — * Mart. — f San. — g V. Oſ. — h Ma. — i V. — k La.

duobus Regibus inungendis[l]; aut de institutione & forma collegiorum[m]. ¶ *Ecce, currus igneus*, &c.] Non verè igneus, tunc enim adussisset Eliam, sed specie ignis[n]; splendidus ut ignis[o]: similitudo currûs ignei, &c[*]. Angeli eâ specie apparentes[†]. Nubes rutila equorum & currûs speciem referens, super planitiem decurrens, in qua ambulans inter utrumque pertransiit, & alterum ab altero separavit: Elias verò currum conscendit, quem vehemens ventus paulatim extulit, &c[p]. Hinc Poetarum fabula de Sole currui igneo imponendo, & equis igneis circumagendo[q]. ¶ *Ascendit per turbinem*] i. e. Ventum validissimum[r]. ¶ *In cœlum*] Qu. Quò ascendit Elias? Resp. 1. In cœlum aereum, unde translatus est in Paradisum, vel alium deliciosum locum, &c[†]. *In cœlum*, i. e. in aerem[t]; ubi tamen non retinebatur[v]. 2. Q. raptum eum volunt in ipsum cœlum, sive Paradisum, & vestes corpúsque ejus in sphæra ignis absumpta fuisse[x]. Aliis hoc non placet. 1. Eò non ingrediuntur corpora nisi glorificata, quale hoc non erat[y]. 2. Aditus in Paradisum nondum à Christo apertus erat, 1 Cor. 15. 20[z]. Christus est primitiæ resurgentium à mortuis: *Nemo ascendit*, &c. *nisi qui descendit*, &c. Joan. 3[a]. 3. Raptus fuit in locum aliquem cœlestem tranquillitatis plenum, destinatum olim spiritibus piis exspectantibus Messiam Paradisi aditum apertum, sive in sinum Abrahæ[b]; qui in aere potiùs esse videtur quàm in terra. Corpus autem Eliæ immutatum est, & incorruptibile redditum[c].

12. *Currus*, &c.] Non rusticus vel urbanus; sed falcatus, sive militaris[d]. Heb. *Currus— & equites ejus*, G. i. e. vis & robur; in iis enim tunc præcipuum belli robur erat. Metaphoram sumit ex præsenti occasione[†]. Alludit ad id quod videbat[f]. Robur erat populi tum precibus[g], tum doctrinâ[h].

13. *Pallium, quod ceciderat ei*] Eliæ in cœlum ascendenti[i]. Voluit Deus Elisæum hoc pignus dati sibi Spiritûs habere[k].

14. *Percussit aquas, & non sunt divisæ*] Non illico dat Deus miraculum; vel, 1. nè facilitate vilesceret: vel, 2. nè miraculum rei externæ adscriberetur[l]: vel, 3. quia plusculum sibi blanditus est Elisæus de duplicato Spiritu; vel curiosiùs explorare voluit quantum Spiritus novus posset[m]. Voluit Deus Elisæum inducere ad modestiam, nè repentè arbitraretur se Magistro suo vel parem vel superiorem evasisse[n]: Nè novus Propheta vanitati inanique lætitiæ succumberet[o]. 4. Nè propriis meritis dona hæc adscriberet, sed liberalitati Divinæ[p]. ¶ *Ubi est Deus Eliæ etiam nunc?* אַיֵּה יְהוָה אֱלֹהֵי אֵלִיָּהוּ אַף הוּא] Illud אַף הוּא miris modis vertitur. ο', ipsam vocem Hebræam posuerunt, ἀφφώ. Q. voce illâ הוא putantes aliquid arcanum & excellens significari, verterunt, κρύφιος[q]. [Ità Th. in Nobil.] Al. De Elija exponunt, alii de Elisa[r]. [Al. cum verbis sequentibus connectunt:] *Etiam iste* [scil. Elisa] *cùm percussisset aquas, divisæ cesserunt*, &c. JT. sim. Ca. Ang. Glas. Sy. His favet accentus distinguens Athnach sub voce *Elijah*: & ו in וַיַּכֶּה post אַף הוּא redundare videtur, & solùm esse conversivum, nequaquam verò copulativum; ut alibi fit[*]. [Alii cum antecedentibus nectunt:] *Ubi est Jehova*, vel *Dominus*, *Elijahu*, *etiam ipse?* P. sic Mo. Mar. *atque ipsemet?* M. *nimirum*, sive *imò, etiam ipse?* Belg. Gal. q. d. Cur non dividuntur aquæ, cùm eundem Deum colam quem coluit Elias[†]? Sensus est, *Ubi nunc Deus ille Eliæ?* i. e. Adsit[t]. Ubi nunc Deus Eliæ, & promissio mihi per Eliam facta, de duplicando Spiritu, si vidissem, &c[v]. Aliis oratio est ecliptica: q. d. Ipse quoque Elias verberavit aquas hoc pallio; & apertæ sunt: nunc verò me percutiente, &c. non scinduntur[x]. *Suscipe petitionem meam, Domine Deus Eliah, etiam ipse*, Jon. Ar. *Ah! Domine Deus domini mei Eliæ: tum is quoque percussit*, &c. Sy. [Pro אַיֵּה videtur legisse אֲהָהּ *Ah!*] *Ubi est Jehovah, Deus Elijahu? etiam ipsi*, i. e. ipsi quoque, h. e. in gratiam ipsius, sub. *factum miraculum: percussit enim* (sub. *secundò*) *aquas*, &c[y]. *Etiam ipse*; i. e. Agè, Deus optime, qui hactenus per Eliam miracula edidisti, demonstra te adhuc vivere, & tuâ gratiâ mihi adesse[z]. *Ubi est Jehova Deus Elijahu, atque ipsemet?* scil. Elijahu. Invocat Eliam; mirabilis locus pro invocatione Sanctorum[a]. [Jure sanè *mirabilis*, quia vis hujus argumenti omnem humanum intellectum planè superat.] *Ubi est Deus Eliæ, etiam ipse?* qui, scilicet, semper idem est, fidelis, omnipotens, & invocantes se exaudiens[b]. Non dubitat de præsentia vel potentia Dei; sed miratur, queritúrque amicè, de negata sibi cœlesti ope[c].

15. *Filii prophetarum qui erant in Jericho*] i. e. Versùs Jericho, in eo loco in quo paulò antè substiterant; qui videtur fuisse collis aliquis, è quo liceret longè prospicere. Sanè ex Jericho videre non poterant Elisæum aquas dividentem, cùm, teste Adrich. urbs hæc distet à Jordane itinere duarum horarum[d]. ¶ *Adoraverunt eum*] Ut Prophetarum patrem[†].

16. *Viri fortes*, &c.] Vel, *robusti*, qui ferre poterunt itineris molestiam[f]. De se loquuntur in tertia persona, ipsi enim erant 50[†]. ¶ *Nè fortè tulerit eum spiritus Domini*, &c.] Verto, *Fortasse sustulit eum*, &c. Græci, μή ποτε, pro εἴ ποτε ut Luc. 3. 15. 2 Tim. 2. 25. JT. sic supplent, Videndum, *nè fortè*, &c. quasi sit ellipsis qualis est Gen. 3. 22. Quod non placet: nam ibi פֶּן regit verbum futurum, & sermo est de re futura, quæ nè fiat providendum sit; hîc autem פֶּן regit præteritum, & sermo est de re præterita, quæ videatur esse facta[g]. Sed cur eum volebant quærere, quem tollendum ab Elisæo ipsi dixerant[h]? Resp. Sciebant Deum sublaturum esse Eliam, sed nesciebant an in perpetuum, an ad tempus tantùm[i]. Dominus sæpe illum tulit ab hominibus, sicut suprà Obadia dixerat, *Et tollet te spiritus Domini ad locum quem ego nescio*[k]; vide 1 Reg. 18. 12. & 2 Reg. 1. 4[*]. sed non præviderant sic eum tollendum, ut non ampliùs esset futurus inter homines[l]. ¶ *Et projecerit eum*, &c.] i. e. Dimiserit eum in monte, &c[m].

17. *Coegeruntque eum*, &c. וַיִּפְצְרוּ בוֹ עַד בֹּשׁ וגו׳] *Et coegerunt eum, usque adeò ut tardaverit: tandem dixit*, P. Ad verb. *donec tardaverit: & dixit*; i. e. Coegerunt eum tantisper dum tardavit, sive cunctabatur, sub. *dicere ac permittere illis ut mitterent*[n]. *Et institerunt in eum usque ad pudefieri*, Mo. sim. ο'. Sy. M. Ti. Pi. Quod referri potest vel ad filios Prophetarum, quos repugnando pudore affecit[o]; vel ad Elisæum, ut ille pudefieret iis ampliùs obsistere[p]. *Tandem instantibus apud eum, dum differebat, dixit, Mittite*, JT. per concessionem, victus ipsorum importunitate[q]. Dubium est an ex curiositate sic instabant, an ex obsequio erga Eliam. Interea Deus eorum pertinaciâ abutitur, quò raptus Eliæ evaderet certior; & ut Elisæus malâ suspicione liberaretur[r], nè parùm videretur amans Præceptoris, & fortasse lætus quòd abesset, quò ipse inter Prophetas præcipuus esset[†].

19. *Habitatio optima est*; sic P. מוֹשַׁב הָעִיר טוֹב] *Situs urbis bonus*, Mo. vel *commodus, elegans*, V. Solum uber, cœlúmque benevolum[t]. ¶ *Terra sterilis*] Ità ο'. M. Ti. Ca. Strig. i. e. mulieres & pecudes fœtæ degentes in hac terra: Meton. subjecti[*]. ¶ וְהָאָרֶץ מְשַׁכָּלֶת] *Et terra* (i. e. *regio*, V.) *orbat*, V. P. sim. Jon. Sy. i. e. perimit, perdit, sub. *habitatores suos*; q. d. Hîc citò intereunt incolæ[v]. Aquarum insalubritas facit ut terra sit vasta habitatoribus[x]. *Terra, sive regio, facit abortum*, JT. BA. vel, *sterilescere facit*; est enim מְשַׁכָּלֶת transitivæ significationis[y]. Utut plerumque שָׁכַל sign. *orbari*, alicubi tamen significat *abortire*. Sic Gen. 31. 38. לֹא שִׁכֵּלוּ, *non abortiverunt*; & Exod. 23. 26[z]. Neque hominum & animantium fœtus, neque terræ fructus, ad justam maturitatem pervenire sinit: nam in toto tractu Jerichuntino unus tantùm fons erat. Vide Jo. de Bel. Jud. 5. 4[a]. Non fuit magna aquarum copia in terra Canaan[b]. Bibentes homines illam aquam in varios inciderunt morbos, &c. & prægnantes abortiebantur[c]. Obj. At constat terram Jerichuntinam majori ex parte pinguem & fertilem fuisse[d]. Resp. 1. Hoc ergò non est intelligendum de tota terra Jerichuntina[†]; sed de parte illa tantùm quæ vitium ex aquis præterfluentibus trahebat[f], quæque versùs mare Mortuum jacebat;

bat; in qua fortè domicilium fixerant filii Prophetarum, qui hîc intelligi possunt per *viros civitatis* Jericho, ob habitationem quam isthîc sibi delegerant [g]. 2. Hierichuntinus ager naturâ suâ & ex seipso minimè laboravit hoc vitio, sed propter peccata populi tandem sterilis factus est, (juxta exsecrationem illam Deut. 28. *terram fertilem in salsuginem convertit*, ut in Psal. 107.) sive ex tempore quo Josua eam urbem exsecratus fuit, sive quo Hiel eam reædificare cœperat. Aliis videtur hoc vitium à vicina Asphaltite ortum habuisse. Nunc autem, cùm cives essent redditi meliores, & Prophetas hospites haberent, Deus quoque illorum misertus fuit [h].

[g] T. ex San. & To. [h] Mart.

20. *Afferte mihi vas novum*, [צְלוֹחִית חֲדָשָׁה] *Phialam* (vel *hydriam*, Ar. sic ὁ. *paropsidem*, JT.) *novam*, Mo. Nè ulla esset fuci vel humani artificii suspicio, ideo vas novum postulat, & ab ipsis quidem afferendum [i]; nè, si aliquo fuisset priùs liquore imbutum, liquori illi vis aquarum sanatrix tribui posset [k]. ¶ *Mittite in illud sal*] Quod per naturam aquas reddit minimè potabiles. Ità Deus, ubi vult, ostendit se naturæ dominum [l]. Sale usus est, ut constaret eum non naturali arte, sed solâ virtute Divinâ, hoc perfecisse [m]. Sal enim campos urit & steriles facit, & corpora morbis contaminat [n]. Hinc Abimelech urbem Sichimorum sale consevit; & regio Sodomitica versa est in mare salsum. Sal ergò aquam potiùs corrumperet quàm emendaret. Habet tamen sal laudes suas in Divinis literis: Fœdus Divinum dicitur *fœdus salis*; & victimæ *sale* condiebantur; & Apostoli *sali* conferuntur. Ità hoc loco salem pro fausto symbolo accipiemus, nimirum, pro sana doctrina, quâ omnia vitiata emendantur [o]. Ex hoc exemplo Elisæi desumpsit Ecclesia *sal* quod in aquæ lustralis benedictione admiscet, testibus To. & Durando [p]. Miror eos non uti ficubus, quòd Esaias eas in sanando Hezeciæ ulcere adhibuerit [q].

[i] Idem. [k] Me. sim. Mart. [l] G. [m] T. [n] San. sim. Mart. [o] Mart. [p] T. ex San. [q] Mart.

21. *Egressus ad fontem aquarum*; ità V. sic Sy. Ti. JT. [אֶל־מוֹצָא וגו'] *Ad ortum aquæ*, Ca. sic M. vel, *ad exitum*, &c. P. Mo. M. Sed idem est; egrediuntur enim aquæ ubi oriuntur [r]. *Ad originem fontis aquæ*, Ar. ¶ *Misit in illum*] Non in vas, ut omnem fraudis suspicionem amoliretur [†]. ¶ *Hæc dicit Dominus*] Noluit Propheta vel sibi vel sali vim istius miraculi adscribi [*]. [לֹא יִהְיֶה מִשָּׁם עוֹד] *Non erit ultrà*, &c. [מָוֶת וּמְשַׁכָּלֶת] *Non erit indè ultrà*, sive *deinceps*, *mors & orbans*, Mo. [sim. plerique. Vide ad v.19.] Aquæ hæ non erunt ampliùs noxiæ sive lethales. Τὸ [מְשַׁכָּלֶת] quidam volunt esse nomen, & vertunt, *non erit ultrà mors, aut interitus*, sive *internecio* [t]. q. d. Sanavi aquas has; non modò eas quæ jam sunt in fonte, sed quæ posthac scaturient [v].

[r] M. [†] Me. [*] Mart. [t] V. [v] Os.

22. *Sanatæ sunt in diem hanc*] Usque ad tempora hujus historici; imò usque ad Josephi ætatem, ut ipse testatur de Bell. l. 5. Beneficium ergò non fuit temporarium, sed firmum & constantissimum [x]. Ità duo hîc erant miracula. 1. Salsuginosus ager & salsa aqua sale immisso temporis momento sanantur. 2. Modicus sal virtutem tribuit occultis aquarum scatebris, quæ post multas ætates nunc etiam profluunt [y].

[x] Mart. [y] San.

23. *Ascendit in Bethel*] Ex Jericho: ut etiam illic filios Prophetarum inviseret, eósque consolaretur de morte Eliæ [z]; & ut suam loco Eliæ de illis curam ostenderet, eósque in sua vivendi ratione confirmaret [a]. Rectè, *ascendit*, quia Bethel in alto monte sita, teste Brochardo; at v.2. *descendunt Bethelem de Galgalis*, &c. Nempe, in via ex oppido Galgale montes occurrebant altiores [b]. In Bethel utraque religio erat; ibi schola Prophetarum, ibi etiam caput & initium idololatriæ Jeroboamicæ: Hinc, ut fit ubi diversæ retinentur religiones, rixæ ac tumultus perpetuò excitabantur [c]. ¶ *Cúmque ascenderet per viam*] Quâ, scilicet, ibatur in Bethel [d]. ¶ *Pueri parvi*] Sic dicuntur δακειλικῶς: nam [נְעָרִים] *pueri* dicuntur etiam qui adulti sunt; Gen. 22. 5, 12. & 41. 12. 2 Par. 13. 7. Esa. 11. 6 [†]. ¶ *Illudebant ei*; [sim. omnes;] [וַיִּתְקַלְּסוּ בוֹ] Hithpahel significatum intendit; q.d. multùm & procaciter illudebant ei [f]. ¶ *Ascende*] Sic proscindunt Eliæ assumptionem: q.d. Abripiat te quoque Spiritus, & abjiciat, quemadmodum illum abjecit, ut à te etiam liberemur [g]. ¶ *Calve*] Cùm justa crimina Elisæo exprobrare non poterant [h], exprobrant ei vitium naturæ, putà calvitiem [i]. Nempe capillitium est inter præcipua capitis ornamenta. Petronius in Satyrico, *Quod summum formæ decus est, periêre capilli*. Et calvitium turpe habitum, teste Ovidio, *Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine caput*. Julius Cæsar calvitiem suam obtrectatorum jocis obnoxiam sæpe expertus iniquissimè tulit [k]; & lauream ferme assiduè gestabat, ut capillorum defectum occultaret [l]. Et *Sejanus Floralibus, ad ridendum Tiberium, (calvus enim erat,) omnia calvorum ministerio ad noctem usque peregerat*, ait Dio Rerum Rom. l. 58 [m]. Hominem fatuum *calvum* appellat Lucianus. Sic Persius Sat. 1.—*nugaris, cùm tibi, calve, Pinguis aqualiculus propenso sesquipede exstat.* Hoc sensu Helisæum *calvum* vocant, sicut postea Prophetam illi vocârunt *insanum*, c. 9. Solet vulgus viros qui se exemerunt à turba, & aliud amplexantur vivendi genus, stultos & insanos appellare. Nihilominus puto hunc verè calvum fuisse [n], sive naturâ [o], sive ætate & senio, (quod ex administratione tot hominum illi commissa videtur verisimile,) sive ab instituto & genere vitæ; quomodo sacerdotes Isidis *calvi* vocantur, Juven. Satyr. 6. & Martial. Epigram. 12. 29. quia caput ad cutim ex instituto radebant [p]. ¶ *Ascende, calve*] Repetitio habet irrisionem [q].

[z] Mart. sim. San. [a] San. [b] BA. 1. 3. 9. 818. [c] Mart. [d] V. [†] BA. ib. [f] Ma. [g] Justin in San. [h] Mart. [i] La. [k] BA. ib. [l] Mart. [m] Ma. [n] San. [o] Q. in La. [p] San. [q] V.

24. *Maledixit eis in nomine Domini*] [Sim. omnes.] i. e. Invocato nomine Domini [r]: precatus ut divinitus punirentur [†]. Manichæi Deum Veteris Testamenti malum fuisse, ejúsque cultores & Prophetas crudeles esse, dixerunt; ideóque Vetus Testamentum rejiciebant: qui pari ratione & Novum rejicere possent, quia Paulus Elymam excæcavit, & Petrus Ananiam, &c. interfecit [t]. Sed non magnum hoc peccatum videtur, præsertim in ea ætate [v]. [Quid ergò de hac tanta severitate dicendum?] 1. Propheta non ex carnalis vindictæ cupiditate, sed ex Divino zelo, imprecatus est eis [x]. Non est humano spiritu impulsus, sed afflatu & instinctu Divino commotus; unde exsecratus est eos *in nomine Domini*, h. e. Dei authoritate [y]. Nec, si studio vindictæ hoc optâsset, illius votis Deus annuisset [z]. 2. Hi pueri illuserunt Eliæ, non tantùm in contemptum personæ, sed etiam functionis propheticæ [a]. Sciebat Deus se in Elia despici: Et hoc suggessit ei Spiritus Dei, se non tam ut *calvum* suggillari, quàm ut Prophetam veri Dei. Confer Exod. 16. 8. 1 Sam. 8. 7. Luc. 10. 16. Act. 5. 4 [b]. 3. Erant hi omnes filii idololatrarum; vitulus nempe aureus fuit in Bethel [c], quem colebat populi pars longè maxima, 1 Reg. 12. 30. His *Prophetæ*, quia in idololatras invehebantur, odiosi erant, & inprimis Elisæus, qui Eliæ comes erat, &c. Proinde eum *Bethelem* in prophetico habitu venientem subsannant idololatrarum filii, ut verisimile est, à parentibus instigati [d]. Perierunt, opinor, illi in quibus major hæserat culpa, aut quos parentes incitârunt [†]. 4. Magìs parentes quàm pueros Deus punire voluit [f]. Parentes, malè liberos educando, mortem illis accersiverunt [g]: Illi siquidem iis idololatriam & contemptum Dei ac Prophetarum ejus instillabant. 5. Elisæus pueris bene consuluit, nè impunitate deteriores fierent; si enim diutiùs vixissent, sceleratiores evasissent, ideóque graviùs damnandi [h]: quod cùm propheticâ mente vidisset, eos perire voluit, quò peccatis eorum citò modus fieret; &, si qui ex eis per ætatem non intellexerunt quid agerent, Deus fortè præsenti ipsorum supplicio contentus fuit. 6. Voluit Deus illorum interitu alios monere, ut Prophetiæ ac sacro Ministerio non illuderent [i]. Hâc clade sancire voluit reverentiam erga senes & viros sacratos [k]. Grave erat hoc scelus, & contra duo capita Legis, quibus Deus mandavit ut honor & parentibus, (quorum loco sunt Ministri,) & senioribus, exhiberetur [l]. 7. Non maledixit eis donec conversus eos vidisset, & in Spiritu cognovisset eos ob causam aliquam occultam morte dignos fuisse [m]. ¶ *Duo ursi*] In Deut. minatur Deus se bestias immissurum adversùs transgressores. Et jure ità facit: Nam cùm parentes & magistratus, qui mali

[r] Mar. Me. [†] Os. sim. Me. [t] Mart. [v] Mar. [x] Os. [y] Mart. [z] San. [a] Pi. & Ma. ex Jun. [b] BA. ib. pag. 819. [c] Ma. [d] BA. ib. [†] San. [f] La. sim. Mart. [g] Mart. [h] La. [i] Mart. [k] Mar. sim. Os. [l] Mart. [m] M.

mala ulcisci deberent, peccatis connivent, par est ut ipse Deus vel feras armet in sceleratos. ¶ *Laceraverunt quadraginta duos pueros*] Qui fortasse reliquis scelestiores erant [n]. Non sine miraculo fuit, quòd ursæ statim venerint, nec unum aut alterum dilaniâsse contentæ, ut latranti stomacho subvenirent, tantam stragem ediderunt [o].

25. *Abiit in montem Carmeli*] Vel, 1. quia secessum precibus quærebat: vel, 2. quia ibi & ipse & Elias diversati essent, & complures ibi discipulos instituissent [p]; ut suos qui ibi habitabant visitaret: vel, 3. ut populi indignationem propter mortuos pueros ad tempus declinaret [q]. Mirum videtur & parentes eorum & magistratus de Elisæo non sumpsisse pœnas. Sed cogitandum corda hominum esse in manu Dei, qui ea perterrefacit & movet ut visum fuerit. Indè factum ut nec Ochosias de Elia pœnas sumpserit, cap. 1 [r]. ¶ *Reversus est in Samariam*] Ducente eum Spiritu Dei [†]; ut populo, quamvis idololatræ, consuleret [t]; & ut imminenti expeditioni contra Moabitas interesset, & Hebræorum Regibus opem ferret [v].

n Mart. o BA. ib. p. 820. p Mart. q Me. r Mart. † Me. t Mart. v Me.

CAP. III.

1. *Joram regnavit anno decimo octavo Josaphat*] Dices, *Abazias* cœpit regnare anno 17. *Josaphati*, & regnavit duos annos; quomodo ergò regnavit *Joram* anno *Josaphati* 18? Resp. Annus 18. *Josaphati* idem erat posterior *Achasiæ* [a]. Cœpit *Abaziah* regnare anno *Josaph.* 17. cœpit verò *Jehoram* anno *Josaph.* 18 desinente [b]. *Abazias* non imperavit duobus perfectis annis, imperfectus autem annus non recensetur [c]. Porrò, ex attenta sacri textûs consideratione colligo *Achabum* & *Josaphatum* eodem ferè tempore filios suos Proreges constituisse. Hinc *Achazia* biennio regnâsse legitur, cujus majorem partem vivente patre *Achabo* fuisse exactam, synchronismi ratio dubitare nos non sinit [d].

2. *Fecit malum, sed non sicut pater*, &c.] Ergò peccata non sunt paria [†]. ¶ *Tulit statuas Baal*] Dei Zidoniorum. Vide 1 Reg. 16. 31 [f]. Mirum sanè vivente & vidente Jezabele hoc ausum fuisse [g]. Sed, 1. Viderat patrem Achab ob ejus cultum cæsum [h]. 2. Cùm rumor esset, Moabitas in pœnam istius idololatriæ permissu Dei rebellâsse, voluit offendiculum potiùs tollere, quàm belli aleam subire [i]. 3. Vel Josaphati impulsu hoc factum, qui fortè negavit illi auxilium, nisi Baal abjiceret [k]. Facilius autem erat Baalem tollere quàm vitulos; quia ejus cultus recens erat, vitulorum verò inveteratus [l].

3. *Nec recessit ab eis*] Heb. *ab eo*, sub. peccato; vel, *ab illa*, sub. *idololatria*. Relativum sing. cujus antecedens est plurale [m]. *Ab eo*, i. e. ab ullo eorum: Syllepsis [n]. Similis diversitas numeri habetur Jos. 2. 4. *suscepit duos viros—& abscondit ipsum*, h.e. utrumque [o].

4. *Mesa rex Moab nutriebat pecora multa*, הָיָה נֹקֵד] *Erat pecuarius*, Mo. JT. Pi. Ca. G. vel, *dominus pecorum*, Jon. M. Pi. *pastor*, V. *princeps pastorum*, Sy. *dives pecoris*, Ar. *armentarius*, Ti. Rei pecuariæ studebat: quod olim magni viri suâ personâ non indignum putabant [p]. Heb. *erat punctans*, Mar. Sic pastor vocatur, à signis vel punctis quæ pecudibus imprimebantur [q]. נָקוֹד sign. *pecus punctatum*, seu *punctis respersum*. נוֹקֵד hîc tantùm reperitur, & Amos. 1. 1. Ibi *bubulcum* sign. hîc *dominum pecudum* [r]. ¶ *Solvebat*, וְהֵשִׁיב] *Et reddebat*, Mo. Pi. vel *pendebat*, M. Ti. JT. sub. *munus*, vel *tributum*, Jon. Pi. V. Ti. ¶ *Centum millia agnorum*, &c.] Reges minores majoribus vectigal dabant ex iis rebus quibus abundabant. Abundabant autem Moabitæ ovibus; unde & deæ eorum in ovium forma [†]. ¶ *Arietum cum velleribus suis*, אֵילִים צָמֶר] *Arietum lanæ*, Mar. Pi. vel, *cum lana*, M. Ti. P. Mar. Belg. Ang. *lanigeros*, Mo. Sy. Hoc pendebat vel semel [t], vel quotannis [v].

5. *Prævaricatus est fœdus*] Potiùs, *prævaricatus erat*, κατ᾽ ἐπάνοδον suprà 1. 1. Semel dictum repetitur

a Jun. Pi. b Usser. chronol. c Mart. d Usser. † Mart. f Jun. Pi. g T. h La. i T. k Me. ex Sal. l Me. m V. n Jun. Pi. o Glass. gram. pag. 206. p Os. q Mar. sim. M. r Pi. † G. t M. v M. Jun. Pi.

ad cohærentiam historiæ sequentis. Exuerat reverentiam majoris imperii [x]. Ahazias verò hanc injuriam non est ultus: sive quòd esset vili & abjecto animo; sive quòd toto ferè regni tempore ægrotaverit [y]; sive quòd non satis temporis habuit [z].

7. *Recessit à me*] Heb. *transgressus est in me*. Hoc dicit propter jus successionis; nam propriè defecerat à patre ejus, suprà 1. 1 [a]. ¶ *Qui meus est, tuus est*] Heb. *ut ego sum, sic tu es*, M. sim. JT. *sic ego ero, sicut tu*, Pi. Confer 1 Reg. 22. 4 [b]. Utere me & omnibus meis rebus sicut tuis [c]. Committam me meósque eisdem laboribus atque periculis quibus tu committes te tuósque [d]. Non bene fecit Josaphat quòd arma sua cum impio Rege iterum conjungit. Q. tamen eum excusant: 1. Quòd Joram, fortè ex consiliis Josaphati, nonnihil in Religione emendaverat: 2. quòd putaret Josaph. suâ interesse rebelles & defectores coercere: 3. quòd sic ulcisceretur Moabitas, qui se priùs cum Syris conjunxerant, & bellum contra Josaphatum moverant [†].

8. *Dixitque*] Quis? Resp. Vel Josaphat, cujus proximè facta mentio [f]; vel potiùs Joram, cujus mentio facta in principio versûs præcedentis, tanquam consilium petens à Josaphato [g]. ¶ *Per desertum Idumææ*, דֶּרֶךְ מִדְבַּר אֱדוֹם] *Viâ deserti Edom*, P. Mo. &c. non viâ rectâ [h]. Duplex erat via: 1. brevis & expedita, transmisso, scilicet, Jordane ad Galgala, & per tribum Reuben in fines Moabitarum irrumpendo: 2. longior, per desertum Idumææ. Hanc verò eligunt [i], 1. ut Moabitas à tergo adorirentur [k]; à qua parte sibi minùs timebant: 2. ut Idumæum sibi socium adjungerent [l]; vel, ut Idumææ præsidem, fortè suspectum, in officio continerent; nè ipse Moabitis faveret [m]. 3. Permisit hoc Deus in pœnam Jorami, & ut viam miraculo sterneret [n]. Notandum, neque Josaphatum oraculum Dei requisivisse, quod in expeditionibus suscipiendis Lex mandaverat, quódque priùs, dum adjutor esset Achabo, omittere noluit. Sed hoc adscribendum necessitudini cum impiis. Qui recidunt in eadem peccata suâ culpâ, à Deo deseruntur, unde in graviora scelera subindè ruunt [o].

9. *Rex Edom*] i. e. Præfectus vice Regis Judæ [p]. Tales præfecti *reges* vocantur 1 Reg. 20. 1. Vide & Deut. 33. 5. Jud. 18. 1. & 21. 25. & dicta ibi [q]. Hunc compulit Josaphat, cum populo suo, arma sumere, secúmque adversùs Moabitas pugnare [r]. ¶ *Circuierunt per viam septem dierum*] Incessus ipsorum non erat expeditus, sed militaris & tardus; alioquin ex Idumæa ad Moabitidem non erat iter septemdiale [†]. ¶ *Nec erat aqua*] Vel, 1. ob insolitos æstus; vel, 2. quòd itineris duces aberrârint. Idem accidit Crasso & M. Antonio in expeditione Parthica, quamvis Duces erant præstantissimi [t]. ¶ *Et jumentis quæ sequebantur eos*; ità M. Ti. V. אֲשֶׁר בְּרַגְלֵיהֶם] *Quæ erant in pedibus eorum*, Pi. Jun. ut Exod. 11. 8. Jun. vel, *ad pedes eorum*, P. Pi. V. i. e. quæ secum ducebant [v]: *quæ erant cum illis*, Jon. Sy. Jun. Ar.

10. *Heu! heu!— congregavit nos Dominus*, &c.] i. e. Congregari permisit [x]. Invitavit, vel excitavit, nos Deus. אֲהָהּ, *Ohe*: est vox admirantis & desperantis [y]. Hoc est impiorum ingenium, cùm adversa contingunt, de ipso Deo conqueri; cujus dum secundis rebus fruuntur nec quidem meminerunt: nec interea cogitant, se ipsos accersere sibi suis peccatis infortunia. Duriter sanè affligebantur, quia præ siti neque ulteriùs pergere, neque reverti domum, poterant [z].

11. *Estne hîc propheta*, &c?] Lamentari & conqueri mulierum est & puerorum; sapientum verò, ad remedia confugere. Debuerat Josaphat initio prospicere: sed præstat serò quàm nunquam. Sancti admoniti flagellis in viam redeunt [a]. ¶ *Est hîc Elisæus*] Qui Divino consilio hos Reges sequebatur [b]. ¶ *Qui fundebat aquam*] Ità Mo. [sim. plerique.] Cùm scil. volebat manus abluere [c]. i. e. *Qui ministrabat*, Jon. Ar. G, &c. Descriptio hæc est servitii seu ministerii synecdochica [d]: species pro genere [†]. יָצַק verto, *infundit*, in præsenti, quia tunc Elias adhuc vivebat, ut ex 2 Par. 21. 12. apparet. Sic 2 Sam. 1. 5. *Quomodo scivisti?* pro,

x G. y Mart. z San. a Pi. b Pi. G. c M. d Pi. † Mart. f Pi. sic Os. Mar. Bel. g Pi. h Jun. Pi. i Me. k Jun. Pi. l Me. m Mart. n La. o Mart. p G. sic V. Jun. Pi. Me. q G. r T. † San. t Mar. v V. x L. y V. z Mart. a Idem. b San. c V. d Glass. sic Mart. † G.

pro, *Quomodo scis?* Hebræi præsens tempus non habent, sed pro eo, sicuti participio præsenti & futuro, sic etiam præterito, crebrò utuntur[f]. Sæpe actio aliqua singularis totum officium designat. Sic, *solvere corrigiam calceamenti*, idem est quod *servire*; &, *cubito se se emungere* est, salsamentarium esse[g].

12. *Est apud eum sermo Domini*] [Sim. ferè omnes.] Affirmativè dictum: q.d. Est verus Propheta: q.d. Fuit tanti Prophetæ famulus; per eum consulere poterimus Dominum[h]. *Verè apud ipsum est oraculum Divinum*, Ar. Proculdubio habebit quod nomine Dei exponat[i]. Alii interrogativè vertunt: Ità Q. in Ma. *Estne verbum Dei apud ipsum?* Non enim consequens erat, ut discipulus Prophetæ esset Propheta; nam & Gehezi minister fuit Elisæi, &c. ¶ *Descenditque ad eum rex*, &c.] Non jubent imperiosè ut ad se veniret, sed ipsi Reges eum accedunt: quod rarò contigit[k]. Nam, 1. angustiæ & incussa formido spiritus regios demiserunt. 2. Nôrant vim orationis & indignationis Elisæi ex gestis cap. 2[l]. 3. Voluit sanctus Rex prophetiam & ministerium cohonestare inter idololatras, quibus hæc contemptui erant. ¶ *Josaphat rex Juda*] Heb. *Josaphat*, sine regio titulo[m]: cujus causa duplex. 1. Quòd Josaphato, propter conjunctionem cum Achabo, & post eam, regnum Judah abrogatum fuit; unde anni sequentes non ipsi, sed ejus filio, adscribuntur. 2. Quòd cùm alii Reges cultu regio conspicui essent, Josaphat, tanquam in luctu, & verbum Dei auditurus, dejecit se, atque privato, non regio, cultu adstitit[n]. Sed dicendum potiùs, epitheta illa *regis*, quæ duobus aliis attribuuntur, ad Josaphatum quoque debere applicari[o]. Sed quónam hi Reges descenderunt? Id non indicatur, nec mihi liquet[p]. Tum Elisæus sequutus est exercitum, sed tetendit sibi tentorium extra castra[q]. Deus voluit ut sacerdotes castra sequerentur: hos non habebant decem Tribus: rectè igitur Prophetæ in castris aderant, ut orarent, &c[r].

13. *Quid mihi & tibi est?*] Quid mihi est tecum commune? q.d. Nihil[†]. Quid mihi negotium exhibes[t]? Quæ societas, &c? Tu vitulos colis, ego Deum[v]. Miranda hæc libertas & παῤῥησία: spiritum Elianum hîc licet agnoscere[x]. ¶ *Vade ad prophetas patris*, &c.] Non seriò hoc suadet, sed ironiâ salsâ utitur, quam ab Elia didicerat[y]. Tacitè innuit quàm futilis esset illorum religio[z]. ¶ *Quare congregavit*, &c? [אַל כִּי קָרָא וגו'] *Nequaquam*, vel Nè, sub. *talia dicas*; V. vel, *commemores nobis ista*, M. q.d. Missa facias ista, Nè rejicias nos[a]. *Quia convocavit*, P. vel *invitavit*: subaudienda quædam, sic; *Nam verum est quòd vocavit*, i.e. videtur nos convocâsse, *ut*, &c[b]. Non ibo ad prophetas patris, &c[c]. Animadverterat enim eos parenti imposuisse, & nihil adjumenti in tanto discrimine sibi afferre. q.d. Sicuti Jehovam authorem hujus periculi video esse; ità censeo ad illum confugiendum[d]. Consule nobis quomodo præsentem necessitatem effugiamus[†]. Id primùm quærit Joramus, non autem regnum Dei, juxta Matt. c. 6. v. 33[f]. ¶ *Tres reges hos*] q.d. Non tantùm de me agitur, sed etiam de his duobus, quos magni facis[g].

14. *In cujus conspectu sto*] Ut solent famuli coram dominis suis, ut eis serviant: i.e. cui assisto[h]. ¶ *Si non vultum Josaphat erubescerem*, לוּלֵי פְּנֵי יְהוֹשָׁפָט אֲנִי נֹשֵׂא] *Nisi facies, sive faciem*, (vel *vultum*, Sy. Os. *personam*, JT.) *Jehosaphat susciperem*, P. Jon. sim. ο΄. vel, *revererer*, M. Ti. Sy. vel, *conspicerem*, Ar. *Facies* pro *persona*, synecdochicé[i]. *Nisi me dignitas Jos. moveret*, Ca. sim. Strig. Hs; nisi revererer Jehoshaphat: q.d. Quæ faciam, agam in ejus gratiam[k]. ¶ *Non attendissem te*] Heb. *si intuerer te*, &c. sub. *puniat me Deus*. Formula jurandi elliptica[l].

15. *Nunc autem adducite mihi psaltem*, ità Sy. [sim. plerique:] [מְנַגֵּן] *Modulantem*, Mo. *fidicinem*, JT. sim. Pi. *citharœdum*, Jon. in V. i.e. aliquem qui canat laudes Dei, &c. Non enim musicâ profanâ utebantur, sed sanctâ[m]. Qu. Sed cur psalten advocat? Resp. 1. Spiritus Prophetiæ non semper adsistit Prophetis ad nutum[n]. Rectè Scholastici, *Prophetia est donum actua-*

f Glas. gram. p. 370. g T. ex San. h V. i Pi. Ma. k Mart. l San. m Mart. n K. in Mart. o Mart. p Pi. q Q. in Pi. r Mart. † V. t G. v La. sim. Mart. x Mart. sim. San. y Mart. z San. a V. b V. c Q. in Ma. Mart. d Mart. † M. f Mart. g Ma. ex Jun. h V. i Ma. k V. l Pi. m V. n E. sim. Mart.

le, non habituale, ut cùm voluerint oracula funderent. 2. Pii viri ad prophetiam & alia charismata gratis data se possunt accommodare, seu præparare, jejuniis, precibus, &c. ut Daniel ejúsque socii fecerunt. Et Paulus hortatur Christianos *operam dare ut prophetent*, 1 Cor. 14. 3. Spiritus Dei in animo mœsto habitare non vult: Elisæus autem & ex abitu Eliæ mœrorem conceperat, & iracundiâ contra Jehoramum commotus fuerat[o]; ideóque spiritus prophetiæ ab eo recesserat[p]. Non placet[q]; quia ira illa processit ex zelo Dei[r]. At quamvis justa esset illa iracundia, potuit tamen, ut homo erat, modum excedere; vel, si non excessit, animus tamen eâ distractus erat, & aversus à pulcherrimarum rerum consideratione. Sic ergò voluit Propheta animum pacare, & vires disjectas colligere[†]. Sedare voluit animum commotum[*], & propter Regis impietatem turbatum[†]. 4. Magna est musicæ vis ad incitandos vel temperandos affectus. Vide Plut. de Musica, & Aristot. Polit. 8[t]. De quo vide quæ dicta ad 1 Sam. 10. 5. & 16. 17[v]. 5. Ut cor Prophetæ actu moveatur ad prophetandum, opus est mentis elevatione ad Deum[x]. Hæc fit jejunio, meditatione, &c. & concentu harmonico eorum inprimis instrumentorum quæ solent ad devotionem excitare[y]. 6. Hic psaltes Levita erat, qui laudes Dei ex Davidis Psalmis concinebat[z]. Sanctum aliquod carmen coram se cani voluit, admixtis unà precibus & laudibus Dei, quibus tum animi piorum permulcebantur atque attollebantur[a], & aptiores fiebant ad accipiendam propheticam illustrationem; tum Deus movebatur ad revelandum quid facto opus esset[b]. Postulat aliquem qui canat laudes in honorem Dei, ut elevaret intentionem animi ipsius ad Deum[c]. 7. Fortè psaltes etiam propter adstantes adhibitus est, ut mentes suas hoc modo lenitas tollerent ad Deum[d]. ¶ *Facta est super eum manus Domini*] Hs, pro, afflatus est spiritu prophetiæ[†]. Sic loquitur, nè prophetiæ causa vel psalti, vel naturalibus viribus Elisæi, adscriberetur[f]. Aiunt Hebræi שְׁכִינָה non intervenire inter animi angores: contrarium in Novo Fœdere[g].

16. *Facite alveum torrentis fossas & fossas*, עָשֹׂה הַנַּחַל הַזֶּה גֵּבִים גֵּבִים] *Fac torrentem istum* (vel, *in torrente isto*, P. vel, *in planitie ista*, M. *in valle ista*, Sy. Q. in V. JT.) *fossas fossas*, vel *scrobes scrobes*, V. JT. Pi. &c. Repetitio ejusdem dictionis rei multitudinem demonstrat[h]. [Vide ad Gen. 14. 10. *puteos puteos*, & Jud. 5. 22. *propter plausus plausus*.] Fac crebras fossas, P. sim. Sy. In sinu isto aridi torrentis (vel, juxta torrentem[i], in loco in quo solet torrens decurrere[k],) fodite plurimas foveas, quibus aquæ miraculo mox submittendæ excipiantur & detineantur[l]. Nota quòd עָשֹׂה hîc est purus infinitivus, capitúrque pro imperativo[m].

17. *Non videbitis*] i.e. Non sentietis. Tribuit sensui uni quod est alterius[n]. ¶ *Ventum*] Austrum scil. pluviæ conciliatorem[o]. De ventis pluviosis loquitur: sunt enim & venti qui pluvias impediunt[p]. Deus absque pluvia aquas per alveum torrentis effundet[q].

18. *Parùmque est hoc*, &c.] q.d. Deus, non contentus hoc beneficio, quod unum petivistis, alterum addet[r]. Majora Deus largitur quàm petunt. Sic 2 Reg. 20. 6. Marc. 2. 5[†].

19. *Et percutietis*, &c.] q.d. Omnia anathemati devovete; ut qui non tantùm à regno, sed etiam à Religione, defecerunt. Vide Deut. 13. 12[t]. ¶ *Civitatem munitam*] Scil. Moabitarum: h.e. incolas civitatis[v]. ¶ *Lignum fructiferum*] Heb. *arbores bonas*, P. V. i.e. fertiles, V. sic Pi. &c. At hoc fiebat contra mandatum Dei, Deut. 20. *nè succidite arbores frugiferas*. Resp. 1. Non præcepit Elisæus, sed quid facturi sint prænunciat[x]. 2. Mandatum est hoc speciale[y]. Relaxavit Deus legem suam propter gravissima Moabitarum crimina: Erant enim perfidi, rebelles, superbi, crudeles[z]. Prophetæ etiam contra leges speciales aliquid præcipienti parendum suprà diximus; id hîc evenit. Vide Deut. 20. 19[a]. Sic vidua Sareptana Eliæ obsecuta est, & Israelitæ Mosi præcipienti ut Ægyptiorum bona auferrent[b]. 3. Lex illa de Canaanitide tantùm intelligitur[c], quam ipsi possessuri erant; nè

o Mart. p RS. in L. q L. E. r L. † Mart. * G. † M. t San. v G. x E. ex L. y E. z Procop. & Th. in Me. sim. T. La. a Mart. b Me. c V. d Mart. † V. ex Jon. sim. Jun. Mart. Mart. f Mart. g G. h V. i M. k Me. l T. m M. n V. o Me. p Mart. q Me. r Pi. † Quistorp. t Jun. Pi. v Pi. x Me. y Quistorp. z Mart. a G. sim. Mart. b Mart. c Me. sic Mart. E. T.

id facientes sibi ipsis nocerent [d]. ¶ *Fontes obturabitis*] Humo, scilicet, ingestâ in eorum capita & alveos †. ¶ *Omnem agrum egregium*, [הַחֶלְקָה הַטּוֹבָה] *Partem*, vel *portionem*, *bonam*, ό. Mo. Pi. *agrum* (vel *prædium*, Pi.) *bonum*, sive *elegantem*, sive *fertilem*, P. Ti. Pi. M. sim. Ar. Sy. *possessionem*, &c. JT. Jon. Possessiones constituebantur agro in partes diviso [f]. ¶ *Operietis lapidibus*, ità P. [תַּכְאִבוּ בָּאֲבָנִים] *Dolore afficietis*, &c. Mo. Mar. Nempe, quia possessores dolore afficit. Sic dicimus *lugere vias* [g]. *Obruetis*, Pi. V. Ar. Heb. *excruciabitis*. Metaphora κατα χρηστική. Nisi fortè verbum istud propriè significat *obruere*; deinde, *dolore obruere* [h]. *Afficietis*, JT. *affligetis*, V. Translatio ab iis qui lapidibus obruuntur [i]. *Perdetis*, M. *inutilem reddetis*, ό. Ti.

20. *Manè, quando sacrificium offerri solet*, [כַּעֲלוֹת הַמִּנְחָה] *Quando offerri solet minha*, id est, sacrificium illud matutinum [k]: de quo vide Exod. 29. 38, &c [l]. *Quum ascenderet* (scil. super altare Hierosolymis) *munus*, i. e. agnus unà cum munere: synecd. membri [m]. Virtus sacrificii cooperata est ad hoc miraculum [n]. Erat illa hora precationis, Act. 3. 1. Vespertini enim & matutini sacrificii eadem erat ratio. Sign. ergò Elisæum tunc preces suas conjunxisse cum precibus populi in Templo orantis [o]. Videntur omnes fideles Israelitæ, ubi ubi fuissent, illis horis Deum pro necessitatibus Ecclesiæ atque Reipublicæ orâsse, ut preces suas unà cum illis qui præsentes oblationibus aderant copularent [p]. ¶ *Aquæ veniebant*, &c.] Vel, ut olim, ex silice excussæ; vel Deus novas venas aperuit: Miraculum enim intercessit [q]. ¶ *Per viam Edom*] Ab illa parte quâ ibatur in Edomæam [r].

21. *Convocaverunt omnes*, &c. [וַיִּצָּעֲקוּ וגו'] *Et acciti sunt*, Mo. sim. Sy. *convocârunt*, M. Ti. Os. *congregaverunt se*, vel *congregati sunt*, P. V. Jon. Ar. sub. *ad vocem præconis*, V. *Convocati sunt*, JT. *conclamati*, i. e. clamore convocati, Pi. ¶ *Omnes qui accincti erant baltheo desuper*, [מִכֹּל חֹגֵר חֲגֹרָה וָמָעְלָה] *Ab omni accingente se* (sub. *primùm*, JT.) *cingulo*, vel *baltheo*, P. Mo. ό. Complut. in Nob. Os. JT. Pi. vel *gladio*, Jon. Sy. Ar. M. Mar. *Cingulum* vocat, quo ensis dependet: i. e. ab ætate in qua primùm gestare solent ensem †. Periphrasis tironis ex effecto destinato. Rectè suppletur τὸ *primùm*: vel, *cingendi* verbum de prima cinctura intelligendum est per synecdochen generis [t]. *Qui per ætatem arma ferre, sive militare, possent*, Ca. Os. sim. Mar. Ab omni sc. novitio tyrocinium armorum exercente [v]. Illud [וָמָעְלָה] vertunt, *& suprà*, P. Mo. M. Ti. Jon. Sy. Os. *& deinceps*, JT. *& alii præter istos*, Ar. & qui provectioris erant ætatis, Os. *& insuper emeritos*, Strig. *Et sursum*, i. e. ascendendo à tironibus ad veteranos [x]. ¶ *Et steterunt in terminis*] *In termino*, P. *juxta terminum*, Pi. sub. vel, *regionis suæ*, V. vel, *Edomææ*, ut articulus innuit [y]. In eo loco qui Moabitas ab Idumæis secernebat [z]. Verisimile est, fines istos montanos difficiles & angustos fuisse, quos facilè defenderent: non judicabant consultum, ut numerosiorem exercitum invaderent [a].

22. *Orto sole—videbant—aquas rubras*, &c.] Qu. Undenam hic color, & Moabitarum error? Respond. 1. Ab alveo, cujus glarea rubra erat. Hinc aqua Arabici sinûs rubra apparet, quia terra rubra est quæ illam ambit [b]. Sed non ignorabant Moabitæ terram illam rubram esse [c]. 2. Ex colore orientis Solis [d]. Vident, qui juxta mare ambulant, Solem extra undas emergentem admodum rubicundum. Hinc Aurora Poetis ῥοδοδάκτυλος, id est, *roseos digitos habens* †. Aqua Solis (orientis) radiis icta rutilat [f]. Mane rubere solent nubes à radiis solaribus, quorum imaginem omnis materia tersa aut perspicua recipit [g]. Ea est lucis natura, ut in materia tenui (v. g. in aere) candeat; in densa vel crassa, (ut in carbonibus, &c.) rubeat [r]. 3. Ideo sanguinem esse putârunt, quia sciebant ab herì & nudiustertius illic aquam non fuisse †. 4. Accessit turbatio ex parte Dei, qui illos destinârat ad victimam [t]. Deus, cùm vitium fuerit, mentem Principibus aufert. Inflammabant eos odium & prædæ cupiditas [v]. 5. Seditionem inter Reges ortam facilè suspicabantur [x]; vel propter aquarum penuriam [y], vel ob Religionem studiáque Regum diversa; ut olim factum meminerant, Jud. 7. 1 Sam. 14 [z].

d E. † Me. f Mar. sim. Pi. g Mar. h Pi. i V. k V. sic Mart. Me. M. l Me. m Pi. n Ma. La. o Pi. p Mart. q San. r Pi. † V. t Pi. v Jun. x Pi. y Pi. z San. a Mart. b Q. in San. c San. d Jon. sim. Belg. Mart. San. ex Jo. L. Me. T. La. † Mart. f Me. sim. San. g San. r Mart. † Ità M. t Me. ex To. v Mart. x San. Mart. y Mart. z San.

23. *Sanguis gladii est: pugnaverunt*, &c.] Sim. ό. i. e. Interfectorum cruor est [a]. *Sanguis iste signum interfectionis est*, &c. M. [Hi pro הֶחָרֶב legerunt הָחֳרֶב *gladii*, id est, per metonymiam, *interfectionis*; & cum præcedentibus conjungunt, quod reliqui sequentibus adjungunt.] ¶ [דָּם זֶה הָחֳרֵב נֶחֶרְבוּ הַמְּלָכִים] *Sanguis hic*: Mo. (vel *iste*: Pi. vel *est*: P. vel *est iste*: sive *istud*, Sy. Ti. sic Ar. sub. *quod videmus*: Tig. not. sim. Pi.) *vastando vastati sunt reges*, Mo. *digladiando digladiati sunt*, &c. P. *contendendo contenderunt*, Jon. *desolando desolati sunt*, scil. à seipsis, Pi. ex Jun. *mutuò interfecerunt se*, Sy. sic Ar. ¶ *Perge ad prædam*] Non ad prælium. Sic se mutuò hortati sunt. Perniciosa res est inconsulta temeritas, & supina securitas [b].

24. *Perrexeruntque*] Heb. *Et venerunt*, Ma. incompositi scilicet, acie non instructâ [c]. *Cúmque venissent*, &c. P. *Quum autem*, &c. quia sequitur sententia ἀνταπόδοσις. q. d. Excurrerunt ad prædam, sed retulerunt cladem [d]. ¶ *Venerunt igitur*, &c. [וַיַּבּוּ בָהּ וְהַכּוֹת אֶת מוֹאָב] At τὸ *Keri* est וַיָּבֹאוּ; quod superfluum hîc videtur, quia immediatè præcessit וַיָּבֹאוּ אֶל מוֹאָב, & immediatè rursus sequitur וְהַכּוֹת אֶת מוֹאָב †. [Multi tamen sequuntur τὸ *Keri*.] *Et percusserunt eum*, (nempe, exercitum, sive Moabitas qui aufugerant, semel atque iterum percusserunt, sive occiderunt [f],) *percusserunt, inquam, Moab*, P. V. ו in וְהַכּוֹת ponitur pro *id est*, V. *Et percusserunt eos, & occiderunt Moabæos*, Jon. *At illi hos iterum impetentes, trucidârunt Moabitas*, Ar. *Et percusserunt exercitum, & ceciderunt Moabitas*, Os. *Et perrexerunt percutere Moabitas etiam in regione eorum*, JT. Ang. q. d. non tantùm prope terminum, ex v. 21, &c. sed etiam in eorum regione, dum eos persequerentur [g]. *Et percusserunt eos in ipsorum terra*; *percutiendo etiam terram Moabitarum*, Belg. *Et percusserunt in ea*, (scil. regione Moabitarum, Pi. vel, *in eam*, Mo.) *etiam percutiendo* (vel, *& percutiendo*, Mo. *& percutere*, Pi.) *Moabitas*, Jun. Ang. marg. Sensus est, Percusserunt eos primò in castris, deinde in locis sive terminis ipsorum, quò fugerant [h]. Fœm. בָהּ refert ad מַחֲנֶה, quod interdum fœmin. est [i]. [Alii τὸ *Chetib* sequuntur, וַיַּבּוּ; sed variè expediunt.] Fuit quum putarem præter. Kal esse formæ סַבּוּ, à יָבַב, Jud. cap. 5. vers. 28. quod Syris usitatissimum pro *clangere tubâ in bello*; & verterem, *& vociferati sunt in ea*, (sub. *terra*,) *& percusserunt Moabitas*: quum nempe hi fugerent, vocibus ac tubis se mutuò ad insequendum & reliquos trucidandos incitârunt. Tum legendum esset וַיַּבּוּ; puncta enim quæ in textu sunt in gratiam τοῦ *Keri* adjuncta fuisse certum est. Sed jam aliud magis arridet [k]. [De quo statim.] *At isti insecuti eos*, (vel, *mixtim cum iis ingressi*, Sy. vel, *tum regionem intrârunt*, Gal. vel, *venerunt ad eam*, M. i. e. terram, Belg.) *& percusserunt Moabitas*, Ti. vel, *percutiendo etiam Moabitas*, sive terram *Moabitarum*, Belg. בָהּ hîc ponitur pro בָּם, ut & Hos. 9.2 [l]. Sed neutro in loco id necesse est [m]. *Et ingressus est* (sub. *Israel*) *eam*, V. nempe, *civitatem* ad quam venerunt [n]: vel *eam*, i. e. singulas urbes ad quas Moabitæ confugerant [o]: vel *eam*, i. e. אֶרֶץ *terram* Moabitarum, quod necessariò subintelligendum; quum enim fugisse dicti essent, scil. in terram suam, in eam quoque Israelitæ qui fugientes insequebantur ingressi sunt. Vox וַיַּבּוּ planè insolens [p]. Ponitur pro וַיָּבֹא, mutatis א & ו [q]: vel, pro וַיָּבֹאוּ [r]: vel, pro וַיָּבוֹאוּ, per apocop. τοῦ א; ut מֵבִי pro מֵבִיא occurrit, 2 Sam. 5. 2. 1 Reg. 21. 21. Jer. 19. 15. & 39. 16; & אָבִי pro אָבִיא,] 1 Reg. 21. 29. Mic. 1. 15 †.

25. *Mittentes singuli lapides*, &c.] Solent agri & vineæ à lapidibus expurgari, nè steriles sint, & ad culturam difficiles: qui agri *exossati* dicuntur. Pers. *Exossatus ager juxtà est*---& Esa. 5. *lapides elegit ex ea*. Sed opus hoc longum & difficile videtur. Verùm, 1. sermo est tantùm de illis agris per quos exercitus transibat. 2. Solebant lapides ex agris extracti in ipsis agris colligi in acervos, indéque facilè à tanta multitudine dissipari poterant; ùnde agri sine molestia opera steriles futuri erant. [Illi verò per quos rursus expurgandi essent agri plerique interfecti sunt.] 3. Ager Moab. Ammon. & Idum. ferme omnis lapidosus erat [t]. ¶ *Ità ut muri tantùm fictiles remanerent*, [עַד הִשְׁאִיר אֲבָנֶיהָ בַּקִּיר חֲרֶשֶׂת] *Duntaxat in Kirhareseth reliquos fecerunt*

a Os. b Os. c V. sim. Mart. d Pi. † Di. f V. g Pi. h R. Levi in Di. i Di. Buxt. vind. 2. 13. 964. k Di. l K. in Di. m Di. n K. in M. o V. p Di. q K. in Di. V. r M. † Di. t San.

fecerunt lapides ejus, T. sim. P. V. Ang. Pi. Gal. i.e. muros ejus tantùm: q. d. Nondum urbem acceperant, sed omnia vicina in circuitu loca perdiderant. Erat hæc urbs Moabitarum celeberrima [v], & regia, Isa. 16. 11 [x]. sic dicta, quòd murum haberet fictilibus lateribus exstructum [y]. Id in iis locis rarum; lapidibus enim abundârunt, minimè verò lateribus [z]. Hanc urbem, propter fortissimum murum, expugnare non poterant [a]. *Donec reliquit lapides (ejus*, Mo.) *in pariete Cheroseth*, G. Mo. i. e. Nulli lapides constructi reperiebantur nisi in muris hujus urbis [b]. *Donec Kir Charesethæ reliquos facerent* Moabitæ *lapides ejus*, JT. i. e. muros: h. e. Donec reliquiæ Moabitarum eò se recipientes impedirent, nè, sicut cæteræ, destruerentur [c]. [Hi omnes חֲרָשֶׂת pro nomine proprio accipiunt: sic & He. in M. Alii autem appellativè sumunt, locúmque sic vertunt;] *usque ad relinquendum lapides muri destructos*, ο'. *quousque non relictus est lapis in urbe* (vel, *in ulla civitate*, Ar.) *quem non destruxerunt*, Jon. *tandem relicti fuerunt lapides in parietibus eversis*, Sy. *ut solùm in civit. fictili* (h. e. quam ambiebat murus ex fictil. lapidibus constructus) *dimitterent lapides ejus*, M. *donec tantùm lapides coctiles in muro lateritio superessent*, Strig. sim. Os. Oppugnârunt urbem regiam summis viribus, nec quieverunt, dum duraret murus lateritius [d]. Omnes civitates diruerunt, nisi regiam †. ¶ *Et circumdata est à fundibulariis, &c.* [וַיָּסֹבּוּ הַקַּלָּעִים וגו׳] *Circumdederunt verò eam* (i. e. *civitatem*, Sy.) *fundibularii*, vel *funditores*, &c. Mo. P. V. Ang. sim. M. Hæc vox non solùm significat *eos qui fundâ lapides jaciunt*, sed *qui* etiam *tormentis contorquent ingentia saxa in muros* [f]. Intelligo quos *libratores* vocat Tacitus Annal. 2. & 13. qui balistis aliisque id genus machinis quassant mœnia [g]. Hi saxorum grandine propugnatores à muris deturbârunt, interim dum sui muros quaterent, & per ruinas in urbem irrumperent [h]. Habes hîc præmium seditionis & rebellionis: quod exemplum meritò subditos in officio & fide continere debet [i]. Satius esset tributum pendere quàm ista pati [k]. *Quapropter divertentes funditores quatiebant eam*, JT. Heb. *percusserunt eam*, i. e. incolas ejus [l].

26. *Septingentos viros*] Fortissimos & fidissimos [m]. ¶ *Educentes gladium*] i. e. Magnanimos & bellicosos [n]. ¶ *Ut irrumperent ad regem Edom*, [לְהַבְקִיעַ אֶל מֶלֶךְ וגו׳] *Ut irrumperet* (vel *elaberetur*, Sy. *converteret se*, Jon. *penetrarent usque*, M.) *ad regem Edom*, P. V. sic Mo. M. vel, *adversùs regem Edom*, ο'. Ti. *ut iret versùs regem*, &c. Ar. *ut perrumperent per regem*, &c. JT. Heb. *ut finderent [ad] regem*, Pi. Ut per castra hostilia perrumperet eâ parte, &c [o]. Ut ruptâ acie impetu facto pugnarent adversùs Regem Edom [p]. Id fecit, vel, 1. ut ad eum confugeret *; vel, 2. quòd stationem illam infirmam esse viderat [q], quòd vel pauciores ibi milites, vel excubiæ eâ parte negligentiùs fierent [r]; vel, 3. quòd vehementiori odio ferretur in Edomæum †, tanquam vicinum, & antè fœderatum cum eo adversùs Davidem & Josaphatum [t].

27. *Arripiénsque filium suum*, [וַיִּקַּח וגו׳] *Et cepit filium ejus*, JT. putà, Regis Edomæorum, cùm irrupisset in castra Edomæorum; hunc captivum duxit, & (post solutam obsidionem) obtulit in holocaustum [v]. Id colligunt ex Amos. 2. 1. (vel, secundùm aliam distinctionem, Amos. 1. 16. Pi.) ubi alia respicitur historia [x]. Aliud est, *hominem vivum offerre in holocaustum*; aliud, *cremare ossa hominis*, i. e. cadaveris [y]. Et hinc exstitit *fervor magnus*, scil. in Rege Edomæorum contra Israelitas, quòd nollent obsidionem solvere, sed mansione suâ occasionem huic facto præbuissent [z]. Unde Edomæi à castris discesserunt, & Israelitæ, de potiunda urbe desperantes, ab imperato anathemate perficiendo destiterunt [a]. Sed ista versio non est probabilis: Nam, 1. in Hebræo non est לָכַד *cepit*, ut hostem, & quasi venando; sed לָקַח *accepit*, tanquam eum qui præstò & ad manum esset. 2. Tunc ira Edomæi diceretur fuisse *contra Regem Israelis*; ejus enim ductu res gerebatur. 3. Quorsum offerret in holocaustum, cùm, si ægrè voluit facere patri illius, satis fuisset eum cremare, vel quovis alio modo occidere [b]? 4. Dicitur *regnaturus pro eo*. At Rex Edom erat tantùm Præfectus Regis Judæ, nec magistratus ille propagabatur per successionem [c]. 5. Si hoc fecisset, Reges potiùs urgerent obsidionem, & ad mortem usque Moabitam persequerentur, quàm domum redirent [d]. [Alii ergò aliter accipiunt.] Locus ambiguus, nam ו in בְּנוֹ videtur tam ad Edom quàm ad Moab referri posse †. Vertunt, *tulit*, vel *accepit*, *filium suum*, M. P. Ti. ο'. Jon. Sy. Ar. nempe, ipsius Regis Moab [f]. Cùm videret se esse in tanta desperatione rerum [g], ad hoc remedium, tanquam extremum, confugit [h]. ¶ *Qui regnaturus erat*] Ità Jon. Sy. M. Ti. Mo. *regno post eum possidendo idoneum*, Ar. *quem regem fecerat*, ο'. ¶ *Obtulit holocaustum*] Cui? Resp. 1. Deo Israelitarum, velut Abrahami factum imitans [i]. 2. Deo sive idolo suo [k], nempe, Chamoso; qui erat idolum Moabitarum, Num. 21. 29. 1 Reg. 11. 7 [l]. Idolo suo Moloch, sive Saturno, ut dixi 1 Reg. 11. 5 [m]. Hoc fecit, vel, 1. ad impetrandum à Deo auxilium immolatione rei charissimæ [n]: in honorem deorum suorum [o]. In summo discrimine summam & pretiosam victimam obtulit [p]. Sic solitos Phœnices prodit Porphyrius in Euseb. Præpar. 4. 7. *Phœnices*, (inquit) *ubi graviùs sive bello, sive fame, sive æstu laborarent, necessariorum suorum aliquem Saturno communibus addictum suffragiis immolabant; cujusmodi exemplorum plena est Phœnicum historia quam Sanchoniatho conscripsit*, &c [q]. Vel, 2. ut Reges infestos aut ad misericordiam provocaret [r]; aut certè desperatione percelleret †, & vi ac potentiâ tanti holocausti terreret [t]. Exempla eorum qui liberos idolis immolârunt vide Psal. 106. 37. Ezec. 20. 31. Quod Deus prohibuit sub pœna mortis [v]. Lacedæmonii, cùm peste affligerentur, responsum ab Apolline tulerunt, luem restinguendam si virgo aliqua nobilis mactaretur: Plut. paral. ca. 66. Idem Pheræis accidit, ib. ca. 67. Iphigenia in Aulide sacrificata est, de qua Virg. *Sanguine placâstis ventos & virgine cæsâ*. Tertull. memorat Scythas Dianæ, Gallos Mercurio, Afros Saturno homines sacrificâsse. Romani olim duos homines annuatim sacrificabant, illos de ponte Milvio in Tiberim dejiciendo. Vide Liv. Decad. 4. 4. Satanas nimirum homicida erat ab initio, & humano sanguine maximè delectatur. Sed quibus rationibus homines ad talia pellexit? Resp. 1. Exemplo Abrahami: audiverunt enim homines Deum talem victimam petiisse. 2. Quòd pretiosissima, & quæ nobis maximè placent, Deo sunt offerenda. 3. Fortè à majoribus acceperant, fore ut Deus quandoque humano generi humanâ victimâ placaretur: quod de Messia dictum illi de singulis quibusque hominibus acceperunt. Porrò, his exemplis videmus plura & longè graviora idololatriam extorquere ab hominibus, quàm vera pietas & verbum Dei possint obtinere *. ¶ *Super murum*] Ut aspicerent Hebræi [x]. ¶ *Et facta est indignatio magna in Israel*] Vel, *super Israel*, Jon. vel, *contra Israel*, M. Ti. ¶ [קֶצֶף] *Commotio*, V. Variè exponunt. 1. Indignatio hæc erat Regis Edom ob filium suum occisum occasione Israelitarum, &c [y]. [De quo jam dictum.] 2. Q. indignationem hanc ad Deum referunt, qui etiam in illo bello consuetam perversitatem in Israelitis observavit, ideóque iis indignatus est [z]; & quòd ipsi, immolando filios suos Moloch, Moabitis dedissent exemplum illud faciendi [a]. *Indignatio in Israel*, quòd extra præceptum Dei tale quid fieret, invidiáque ejus facti in religionem Abrahamidarum recideret [b]. 3. [Alii ad Israelitas referunt.] *Summâ indignatione affecti sunt Israelitæ*, Sy. sim. Ar. V. La. ob facinus tam crudele [c]. *Facta est pœnitentia magna super Israel*, ο'. Doluerunt miserum Regem ad hoc desperatione adactum, quia in ipsos crimen redundaret [d]. ¶ *Recesserunt ab eo*] Vel, 1. timentes nè propter holocaustum tam pretiosum, conversâ fortunâ, ipsi vincerentur: nam & Israelitæ erant idololatræ, ideóque victimis humanis plurimùm tribuebant †. Vel, 2. nè quid tale iterum fieret [f]. Nè ad ulteriorem desperationem, & suimet necem, cogerent [g]. Sed discedendi consilium non probo, cùm potiùs debuissent urgere obsidionem, ut tantum facinus vindicarent [h]. *Discesserunt*, renovato cum Rege Moab fœdere de tributo pristino pendendo [i]. Sed id incertum [k].

CAP.

CAP. IV.

1. DE *uxoribus prophetarum*] Hinc patet sacrum ministerium à conjugio non fuisse alienum. Samuel, Isaias, Ezech. &c. uxores habebant [a]. Fuit hæc uxor Obadiæ [b]; qui, ob graves impensas in alendis Prophetis, tantum æris alieni conflaverat. Præclara est justitia & pietas, non desistere ab officiis charitatis timore imminentis paupertatis. ¶ *Clamabat ad Elisæum*] Itàque ad Deum, (cui viduas & pupillos curæ esse sciebat:) non ad viros alienæ religionis [c]. ¶ *Fuit timens Dominum*] q.d. Non idololatra [d]. Colligitur hoc ex paupertate; quia si ad Regis cultum deficere voluisset, facultates ei minimè defuissent †. ¶ *Creditor venit ut tollat filios ad serviendum sibi*] Ut in nexum ducat [f]. Ut eis utatur servis, vel aliis vendat. De quo vide Levit. 25. 39 [g]. Liberi jure Hebræo res parentum [h]; & ob parentum debita vendi poterant; ut patet ex Isa. 50. 1. Matt. 18. 25 [i]. Ut filii patribus in bonis succedebant, eodem modo tenebantur servire creditori usque ad debiti solutionem [k]. Etiam alibi liberi venditi à parentum creditoribus: in Asia, teste Plut. in Lucullo; Athenis, Plut. in Sol. Romæ, Halicarn. l. 6 [l].

2. *Quid vis ut faciam tibi?*] Quâ ratione tibi procurabo pecuniam, &c [m]? q. d. Ipse quoque pauper sum, nec quicquam habeo unde tibi subvenire possim [n]. ¶ *Quid habes in domo tua?*] Id quærit, vel, 1. ut, si quid domi haberet, eo multiplicato illi subveniat [o]: vel, 2. quia si quid ei superfuisset, id ex justitia oportuit ante omnia dari creditori [p]. ¶ *Parùm olei*, אָסוּךְ] *Lagenulam*; propriè *inunctorium*, à verbo סוּךְ, M. Olei in illis locis usus erat & valetudinis & deliciarum causâ; aut ut corpus ungerent [q], post mortem, sive in funere [r]. Is mos erat & Hebræis, Joan. 19. & Gentibus. Virgil. de Miseno (mortuo,) ——*corpúsque lavant frigentis & ungunt* †. Non elegantiæ studio hoc servavit hæc vidua, (cùm honesta & inops fuerit [t];) sed in funus, quod illi ob famem imminere putabat [v].

3. *Pete à vicinis vasa*, &c. מִן הַחוּץ וגו'] *A platea*, Mo. *de foris*, ό. Jon. *ab iis qui sunt extrà*, P. Ut miraculum evidentius fieret [x]. ¶ *Non pauca*, אַל תַּמְעִיטִי] q.d. *Nè paucifices*, V. Mo. *nè pauca petas*, P. Jon. sim. Sy. V. Vel, *Nè parvefacias*; i. e. nè sint vasa parva, sed magna & capacia †.

4. *Et claude ostium*, &c.] 1. Nè quis vos interpellet occupatos in opere Domini [y]; & oleum remoretur, vel sistat [z]. 2. Ut attentiùs Deum invocarent [a]. 3. Ut videat solum Deum hoc operari. 4. Ut sola oleo frueretur; nè quis quippiam ex eo postulet aut decerpat [b]. ¶ *Mitte in vasa hæc*] Incrementum latens à Deo factum, ut suprà 1 Reg. 17. 12, &c [c]. Infundendo crescebat oleum, Angelo aliud atque aliud oleum suggerente [d]. ¶ *Et cùm plena fuerint, tolles*, וְהַמָּלֵא תַּסִּיעִי] *Et plenum* (vel, *quod impletum fuerit*, P. Ar. &c.) *facies proficisci*, Mo. M. *amovebis*, M. Jon. sim. P. JT. &c. *seponito*, Ar. Sy. Jun. per filios tuos †.

6. *Stetitque oleum*] Olei ergò copia à vasorum numero & capacitate pendebat. Quo docemur, 1. dona cœlestia respondere proportioni fidei [f]. 2. Charitatem, quæ in se crescit dum aliis erogat, non crescere, sed stare, quando non erogat [g]. 3. Gratiam Dei cessare influere in animam vanis desideriis & curis plenam [h].

7. *Indicavit homini Dei*] Bono, quod sibi divinitus obtigerat, non ausa erat uti Prophetâ inconsulto. ¶ *Redde creditori*] Ante omnia: Est enim hoc opus justitiæ [i]. ¶ *Tu & filii vivite de reliquo*, וְאַתְּ בָּנַיִךְ תִּחְיִי בַּנּוֹתָר] Dura est locutio, *tu filii*, pro, *tu & filii*; durum est ἀσύνδετον. Deinde, insusitata constructio est, post duo nomina, quorum prius est sing. fœm. alterum plur. masc. sequi verbum singulare quod cum remotiori genere & numero conveniat. Q. *vivite*: Ità ό. & Vulg. qu. תְּחִיוּ. Jun. בָּנַיִךְ accepit pro עִם בָּנַיִךְ; vertit enim, *tu cum filiis vivito*, &c. Si textus punctis careret, pro וְאַתְּ legerem וְאַתָּה, &

[a] Mart. [b] He. & Jo. & Th. & To. in La. [c] Mart. [d] Me. † Mart. [f] G. [g] Pi. [h] G. [i] T. & La. ex San. [k] Quist. [l] G. [m] Pi. [n] Mart. [o] San. [p] Mart. [q] Me. [r] La. San. † La. [t] T. [v] La. [x] Mart. † Ma. [y] Pi. sim. Mart. La. [z] La. [a] Mart. [b] La. [c] G. [d] La. † Ma. ex Jun. [f] Mart. [g] Aug. in T. [h] Bern. in T. [i] Mart.

cum filiis vive, &c [k]. Hinc constat Deum multò plura suis elargiri quàm sperare auderent [l].

8. *Per Sunam*] Oppidum in tribu Issachar, Jos. 19. 18 [m]. ad radices Carmeli *. Quòd adibat homo Dei iter faciens de Carmelo in Jericho, aut Bethel, aut Galgala [n]. ¶ *Mulier magna*] i. e. Dives, Pi. Jun. V. & nobilis, V. Jun. *cavens sibi à peccato*, Jon. ¶ *Tenuit eum*; ità ό. וַתַּחֲזֶק בּוֹ] *Retinebat eum*, M. Ti. Sy. *vi retinuit eum*, P. *vim fecit in eum*, Mo. *ursit eum*, Ar. compulit eum, &c [o]. ¶ *Cùmque frequenter indè transiret*, מִדֵּי עָבְרוֹ] *Quoties* (vel *dum*, P. Mo.) *transiret*, M. Ti. sic Sy. JT. V. *tempore quo transibat*, Jon. *ex multo ingressu ejus*, ό. Multæ erant Prophetæ tot itinerum causæ: ut pios & pauperes ubivis confirmaret atque juvaret; ut Regem & aulicos officii admoneret; ut collegia Prophetarum suo consilio ac doctrinâ gubernaret [p].

9. *Dixit ad virum*, &c.] Quia nupta erat, clàm viro nihil molitur [q].

10. *Faciamus ei cœnaculum parvum*, עֲלִיַּת־קִיר קְטַנָּה] *Cœnaculum parietis* (vel *parietinum*, vel *cum parietibus*, M. vel *muri*, Jon. vel *muro*, JT.) *parvum*, Mo. P. h. e. Quod clausum sit parietibus, & non apertum, sicut solaria, quæ undiquè vento exposita sunt [r]. Cubiculum quoddam ex parietibus †. Ex muro & solida fabrica, non ex levibus asseribus [t]. Verùm קִיר sign. *parietem* in genere; & *parietes altaris*, Levit. 1. 15. qui lignei erant, Exod. 27. 1. quales & hi fuisse videntur, cùm cœnaculum parvum esset, & in sublimi. In Hebræo est, *sublimitatem parietis parvam*; i. e. conclave sublime parvum è parietibus constructum [v]. *Cœnaculum* separatum à nostris ædibus [x]: ut à strepitu domestico liber Deo vacare commodiùs possit [y], & precibus & studiis. Nam & Prophetæ, licèt Spiritu Dei agebantur, legendis libris vacabant. Unde Paulus libris & membranis usus est. ¶ *Lectulum & mensam*, &c.] Synecdoche est, pro, omnia supellectilia necessaria [z].

12. *Voca Sunamitidem istam*] Qu. Cur illam potiùs quàm maritum? Resp. Vel quòd mulier erat caput & præcipua beneficii causa; vel quòd vir summo manè egressus fuerat ad rustica opera, quorum studiosus erat, ut patebit ex seq [a].

13. *Dixit ad puerum, Loquere ad eam*, &c.] Mirum eum cum muliere, quæ *stetit coram eo*, v. 12. perinterpretem locutum fuisse. Fortè *coram eo* idem est ac *coram cubiculo illius*, quod præ reverentia & modestia nondum ingressa erat [b]. [Alii aliter vertunt:] *Edixerat*, &c. JT. Pi. viz. Elisæus ministro suo, quum eum primò mitteret ad Sunamitidem [c]. ¶ *Sedulè ministrâsti*, &c. הִנֵּה חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ אֶת־כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת] *Ecce, trepidâsti ad nos* (i. e. pro nobis, Mar.) *omnem trepidationem hanc*, ό. Pi. vel, *trepidatione*, &c. Mo. *Solicita es*, vel *fuisti*, *pro nobis omni solicitudine istâ*, P. sim. JT. M. חָרַד sign. *anxiè discurrere & satagere*, seu *solicitum & pavidum esse, nè aliquid eorum quæ sunt facienda omittatur* [d]. *Inserviisti nobis omni studio isto ac diligentiâ*, Ti. sim. V. ¶ *Quid vis ut faciam tibi?* ità P. sim. ό. Jon. Ar. מֶה לַעֲשׂוֹת לָךְ] *Quid ad faciendum tibi?* Mo. *Quid faciemus tibi?* Ti. sic Strig. *Quid faciendum tuâ causâ?* JT. ¶ *Vis ut loquar regi, sive principi militiæ?*] Nam apud eos gratiâ pollebat vir Dei ob gesta in bello Moabitico †. Non indignum est Prophetâ vel Episcopo, miserabiles personas commendare Principibus: de quo exstant Canones Africani [f]. [Vide verba in Auctore.] ¶ *In medio populi mei habito*] i. e. In medio cognationis meæ. Illi causam meam agent apud Regem, &c [g]. Non peregrinor in terra aliena, sed inter amicos & affines habito, &c [h]. Placidè & pacificè & amicè inter meos cives & vicinos vivo [i]. Nihil habeo quod de illis conqueraṛ [k]. Vel, *in medio*; nam in limite sunt milites graves plerumque pauperibus [l]. Vel, *in medio populi*, i. e. in populo. Nam תּוֹךְ vel קֶרֶב *medium*, cum alio nomine constructum, quandoque πλεονάζει [m]. Non habeo magna vel aulica negotia; sorte meâ contenta vivo, &c [n]. *In medio*, &c. *habito*; i. e. à nemine extrudor, &c. quod mirum inter idololatras. Verebatur Propheta nè Religionis causâ afficeretur injuriâ [o]. Non sum vaga, exosa, inquieta, &c [p].

[k] Di. [l] Mart. [m] Pi. ex Jun. Me. * T. [n] Me. [o] V. [p] Mart. [q] Mart. [r] M. † V. [t] La. [v] Pi. [x] Me. ex V. [y] Me. sim. Mart. [z] Mart. [a] Mart. [b] Me. [c] Pi. [d] M. † Mart. sic Me. [f] G. [g] M. sim. V. T. [h] T. [i] Me. ex Th. & Procop. La. Pi. Jun. [k] Pi. ex Jun. [l] G. [m] Glass. gram. p. 149. [n] Os. [o] Mart. [p] Ma.

14. *Nè quæras: filium non habet*, &c.] Vel mulier hunc ei affectum exposuit, vel Gehazi suâ perspicacitate cognovit. Magna erat Hebræis & prolis cupiditas, & sterilitatis detestatio [q]. ¶ אֲבָל בֵּן וגו׳] *Equidem (profectò*, ὀ΄. Sy. *at*, vel *sed*, V. vel *certè*, P.) *filius non ei*, Mo. sim. Jon. Oratio concisa; q. d. *Certè in his non est illi opus operâ tuâ; sed filius*, &c [r]. Possis reddere, *Luctus*, (i. e. Tota domus est in luctu,) quòd *filius non est ei* †.

15. *Stetit ante ostium*] Scil. cubiculi viri Dei [t]: articulus enim rem certam notat [v]. Commendat hoc ipsius reverentiam, modestiam, & honestatem [x].

16. *In tempore isto*, לַמּוֹעֵד הַזֶּה] *Ad tempus statutum*, Mo. *ad tempus hoc constitutum*, Ti. *in tempore isto*, sive *hoc*, P. ὀ΄. Strig. Os. *hâc ipsâ tempestate*, Sy. JT. sic V. Ca. hoc ipso anni tempore, Pi. ¶ *In hac eadem hora, si vita comes fuerit*, כָּעֵת חַיָּה] *Secundùm tempus vitæ*, P. vel, *tempus quo superstites eritis*, Jon. *te vivente*, Sy. *consimili momento quo præsentes estis*, Ar. *hâc ipsâ horâ vivens*, vel, *te vivente*, &c. i. e. Hoc ipso die, vel consimili, quando tu eris vivens & sana & incolumis, &c. Oratio concisa [y]. *Juxta tempus animantis*, Ti. vel *puerperæ*, Mo. i. e. ad nonum mensem, Mar. Anno proximo, mensibus gestationis uteri revolutis [z]. *Quum hoc tempus vigebit*, JT. Heb. *secundùm tempus vivens*, Pi. i. e. elapso anno, Pi. ità Os. sim. Strig. anno proximo, V. *anno vertente*, Ca. Plura vide de hac phrasi ad Gen. 18. 10 [a]. ¶ *Noli mentiri ancillæ tuæ*] Sic P. JT. sim. Mo. *Mentiri*, non formaliter, sed materialiter: q. d. Utinam verus, non falsus, sit sermo tuus [b]. Putavit fortè hæc spiritu humano, non prophetico, dicta, ut illam exhilararet: Non credebat præ gaudio, ut illi Luc. 24. 41 [c]. *Nè fallas ancillam*, &c. ὀ΄. Sy. sim. Ca. *Nè illudas*, &c. Ti. sim. Strig. vel *imponas*, &c. Ca. *Nè me vanâ spe lactes*, Os. sim. Pi. Mart. Affectum ejus repetitio τῆς אַל neg. partic. ostendit [d].

18. *Ad messores*] Tempus messis in Syria ardentissimum erat, unde hominum capita periculosissimè feriuntur †.

19. *Caput—caput*, &c.] Congeminatio vehementiam doloris exprimit; ut in Jer. *Ventrem, ventrem doleo* [f]. Repetere solent qui conqueruntur [g].

20. *Ad meridiem*, עַד הַצָּהֳרַיִם] Duale est, quòd constet duobus luminibus, matutino & pomeridiano [h].

21. *Ascendit autem*, &c.] Sub. *in cœnaculum Elisæi*, V. Non desperat eum vitæ restituendum; quod Deum posse putavit; & Eliam id fecisse filio viduæ Sareptanæ audiverat [i]. ¶ *Collocavit super lectulum hominis Dei*] Vel, sperans indè auxilium: vel, ut Elisæus evocatus ibi eum reperiret, & excitaretur ad orandum pro eo: vel, ut eum absconderet, &c [k]. ¶ *Et clausit ostium*] 1. Nè mors pueri innotesceret, indéque pater mœrore conficeretur [l], & omnia luctu implerentur; & nomen Dei ludibriis alienorum exponeretur, qui dicerent, Quàm pulchra & solida sunt Jehovæ munera, &c [m]! 2. Nè impediretur ipsius profectio [n], & filii suscitatio, ex defectu fidei patris [o]. 3. Nè puer, ipsâ absente, sepeliretur [p].

22. *Vocavit virum suum*, &c.] Citra cujus conscientiam noluit extra ædes vagari; memor obedientiæ vel in extremo suo dolore [q].

23. *Non sunt Calendæ, neque Sabbatum*] His (sive festis [r]) diebus pii homines adibant synagogas, peritósque Legis, ad audiendum verbum Dei*, Legísque explicationem; ut patet ex Act. 15. 21 [t]. [ubi plura vide.] Ad Prophetas ibant, quo tempore quibúsque locis alii conventus non erant. Vide Gen. 25. 22 [v]. In regno Israelis pii huc illuc ad consulendum Prophetas discurrebant [x]. Hinc patet *Sunam* fuisse *Carmelo* conjunctam, alioquin Carmelum die Sabbati adire non poterat [y]. At Adrichom. dicit *Sunam* à *Carmelo* distare itinere 8 aut 9 horarum; ideóque *Calendæ & Sabbatum* pro pervigilio eorum dierum sumi videntur [z]. ¶ *Quæ respondit, Vadam*, שָׁלוֹם] *Pax*, P. Ma. Rectè quidem se habent omnia [a]. Videtur mentita viro suo, qui aliquid mali suspicabatur. Sic tamen eam tuentur, quasi mulier in bonam partem accepit quod à Deo immissum fuerat. Alii sic, Pa-

[q] Mart. [r] V. † Ma. [t] Ma. [v] Pi. [x] Ma. sim. Pi. Mart. Me. [y] V. in Tig. not. [z] V. ibid. [a] V. Ma. [b] La. [c] Me. [d] Mart. † Mart. [f] Mart. [g] V. [h] V. [i] Mart. [k] Me. [l] Me. sim. Pi. [m] Mart. [n] Me. sim. Mart. [o] Me. [p] Me. sic Mart. [q] Mart. [r] V. * Me. sim. Pi. [t] San. [v] G. [x] Jun. Pi. [y] San. [z] T. [a] V.

cem domûs proficiscens inquiro [b]. Rei bonæ gratiâ proficiscor [c]. *Pax*, scil. *tibi esto*, Pi. Me. *Quieto animo esto*, JT. Vale: Dissimulat profectionis causam [d].

24. *Mina*] Veteres baculo *minare* dicebant, pro, *propellere bovem aut asinum*: posteriores *minari*; unde Galli *mener*: & par vox apud Italos & Hispanos ex recentiori Latinitate †. ¶ נְהַג וָלֵךְ] *Duc & vade*, Mo. P. vel *abi*, JT. *Surge* (vel *agè*, ὀ΄.) *& vade*, Ar. ¶ *Nè mihi moram facias*, &c. אַל תַּעֲצָר לִי לִרְכֹּב וגו׳] *Nè morêris me equitando, nisi dixero tibi*, Mo. *Equitando nè inhibeto* (i. e. continenter pergito, Jun.) *meâ causâ*, JT. Heb. *Nè cohibeto mihi ad vehendum*, seu *in vehendo*, *Nè remoreris* (sub. *asinam*, V.) *propter me*, &c. P. *eundo sensim & pedetentim*, V. *Ne moras nectas mihi, quò minùs vehar*, Ti. *Nè facias eam tardè incedere, eò quòd insideo ei*, &c. M. Heb. *Non retinebis* (vel *inhibebis*, Pi.) *propter me* asinam *cui insideo*, M. sim. Pi. ut scilicet commodiùs vehar [f]. *Nec moram mihi affer in vectatione, sicut tibi dico*, Strig. *Nè cesses* (vel *cohibeas*, Ang. marg.) *pro me continenter equitare*, &c. Belg. *Nè remittas equitationem tuam pro me*, Ang. Alii dicunt quòd pedes ibat propter amaritudinem animæ [g]; & ut de suis rebus attentissimè cogitaret [h]. Nè remorare asinam ut ego equitem, nisi dicam tibi. Nempe, asinam ducebat Elisæi causâ, non ut ipsa veheretur [i]. *Nè cessâris mihi ad insidendum, quocunque dixero tibi*, ὀ΄. *Nè molestes me, ut equitem*, &c. Jon. *Nec compellas me ad equitandum*, &c. Ar. Volebat famulum cum asina præcedere, ipsa pedes sequi. Ità Hispanic. interpres [k].

25. *Vidisset eam è contra*, מִנֶּגֶד] *Procul*, P. *eminus*, vel, *è regione, è loco opposito & objecto*, V.

26. *Vade in occursum ejus*] Honoris causâ. Perperàm igitur quidam Anabaptistæ civilia & amica officia respuunt; quasi stulta & inepta severitas homines Deo & hominibus commendet [l]. ¶ *Rectène agitur?*] Heb. *Estne pax tibi?* P. *Rectène vales?* vel, *Rectène omnia geruntur apud te?* V. ¶ *Respondit, Rectè*] Hebr. *Pax.* Qu. Quo sensu dictum? 1. Mentita fuisse videtur [m]. Noluit ministro statum suum patefacere [n]; nè per ipsum responderet Elisæus, illámque dimitteret, atque ità non posset ipsum Prophetam ad se adducere, quod inprimis cupiebat. 2. Non est mendacium, sed ironia [o]. 3. Dicit, *Rectè*, vel, quia sciebat illum ex sanctissima voluntate Dei mortuum [p]; vel, quia confidit eum resuscitandum fore [q].

27. *Apprehendit pedes ejus*] Ut Elisæum honoraret, & quodammodo adoraret [r]. Vide 1 Sam. 25. 24 †. Ad pedes viri Dei se abjecit, ac eos amplexa retinebat [t]. ¶ *Accessit Giezi, ut amoveret eam*, לְהָדְפָהּ] *Ut depelleret eam*, P. sim. Mo. &c. Id fecit, 1. honoris ejus causâ, cui indignum erat sic jacere. 2. In gratiam Elisæi, qui hunc nimium honorem non admitteret, præsertim à mulierculis [v]; à quarum congressu cavendum esse nuper docuit Helisæus [x]. Novit Giezi Elisæi humilitatem, religionem & castitatem, ut nollet tangi, & hoc pedum tactu honorari, & quasi adorari, à fœmina [y]. 3. Nè domino suo molestiam exhiberet [z]. ¶ *Anima ejus in amaritudine est*] In mœrore [a]. Nè adde afflictionem afflictæ [b]. ¶ *Et Dominus celavit à me*] Miratur Jehovam non patefecisse ei rem quam scire intererat ipsius tanquam Prophetæ, ad tuendam authoritatem muneris sui, quæ sic in dubium veniebat, quasi non præstitisset promissum: Quum enim promisisset filium, videbatur hoc ipso promisisse vitam illi diuturnam, ut indè voluptatem caperet [c]. Spiritus Sanctus non semper tangit corda Prophetarum, nec de omnibus [d]: nec datur illis per modum habitûs, sicut ars est in artifice †. Non pudet Prophetam confiteri, se quid acciderit ignorare [f]. Vide 2 Sam. 7. 3 [g].

28. *Numquid petivi filium*, &c?] q. d. Non petii, sed tu ultro promisisti; itaque debuisti eum precibus tuis conservare [h]. Non petenti filium impetrâsti: nunc mihi roganti debes restituere donum sublatum [i]. ¶ *Numquid non dixi tibi, Nè illudas me?* לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי] *Nè fallas me*, Pi. T. P. JT. sim. ὀ΄. M. Ca. *Nè securam reddas me*, Mo. Ma. tuis promissis, Ma. *Et dixeram tibi, Si concedatur mihi proles, nè fraudes ab* ea

[b] Mart. [c] V. [d] Me. Pi. † G. [f] Pi. [g] V. Mart. [h] Mart. [i] V. [k] Ma. [l] Mart. [m] L. sim. Mart. Pi. [n] Pi. [o] Me. [p] La. [q] La. Ma. L. [r] Ità La. Mart. † Ma. [t] Mart. [v] Mart. [x] San. [y] La. [z] Pi. [a] G. Pi. V. [b] Me. [c] Pi. [d] L. † San. [f] Mart. [g] G. [h] Ità Pi. [i] Mart.

ea votum ancillæ tuæ; Ar. *Nonne dixeram tibi, ne postulares mihi?* Sy. Satius fuisset non habuisse filium, quàm eo tam citò privari [k]. Duro sermone utitur, & Prophetam ferè insimulat mendacii; nimirum, ut eum potentiùs incitaret ad auxiliandum. Mira Prophetæ lenitas, qui his non irritatur. Sic solent Ministri se gerere erga rudes, infirmos, &c. Etiam piis viris oratio minùs congrua sæpe excidit, dum gravibus laborant affectibus [l].

29. *Accinge lumbos*] i.e. Præpara te itineri [m]; expeditè iter facturus [n]. Nam gerebant vestes longas, quæ, nisi succinctæ, festinantes impediebant [o]. ¶ *Tolle baculum meum in manu*] Si fortè Deus velit uti eo ad miraculum, sicut olim virgâ Mosis, & nuper pallio Eliæ [p]: & sicut ego sale injecto aquas sanavi. ¶ *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum*] At durum & insolens videtur prohibere *salutationem*, quæ nihil aliud est quàm fausta & felix precatio, & charitatis opus est; & *resalutationem*, quæ ad gratum animum & justitiam rependentem attinet. Imò præcipitur *salutatio*, Matt. 5. *Si salutaveritis*, &c. & Matt. 10. ascribitur salutationis formula, Dicite, *Pax huic domui*. Resp. 1. Affirmantia præcepta non adstringunt homines ad ea obeunda semper & ubique. Itaque præceptum salutandi potest differri aut suspendi, cùm alia graviora officia sunt obeunda [q]. 2. Sermo & hîc & Luc. 10. *Neminem per viam salutate*, est hyperbolicus, quo summa diligentia & celeritas præcipitur, &c [r]. Locutio hæc tropica est, & mens Vatis, magìs quàm verba, spectanda est, quæ hæc tantùm fuit, teste K. nè moras in via necteret, sed rei ad quam mittebatur unicè intentus esset †. Proverbialis hæc species est, significans non esse cunctandum [t]. *Nè salutato*; Synecdoche: i.e. Nè colloquitor cum eo quod sit tibi in mora [v]. Tantam accelerationem exegit, 1. ut res secretò perficeretur, antequam patri mors pueris innotuisset: 2. nè Giezi, vanâ suâ gloriolâ, quam captaret narrando obviis causam itineris tam speciosam, impedimento esset miraculo perficiendo [x]. *Non salutes*, i.e. Nihil huic negotio præverte. Vide quæ ad Luc. 10. 4 [y]. ¶ *Pones baculum*] Deus plerumque signa quædam in oculos incurrentia adhibet, quò magis pateat se Prophetarum precibus, & ad auctoritatem ipsis conciliandam, facere quæ facit. Vide infrà 34. & suprà 1 Reg. 17. 21. & mox 5. 10 [z].

30. *Non dimittam te*] Sed adhærebo tibi donec mecum profectus fueris. Non enim putavit servum tanto miraculo edendo idoneum. ¶ *Secutus est eam*] Vel, precibus illius victus; vel, quòd ipse quoque parùm confisus fuit famulo & scipioni [a].

31. *Non erat vox, &c.*] Nulla apparebant vitæ argumenta [b]. Qu. Quare Giezi per baculum non potuit puerum suscitare? Num falsus & deceptus fuit Vates? Resp. 1. Deceptus est Propheta, non tamen ex verbo Dei; neque enim hoc Deus promiserat, sed humanâ persuasione id tentavit Elisæus [c]. Sic Nathan deceptus fuit, 2 Sam. 7. Prophetæ non semper loquuti sunt Divino spiritu afflati, sed interdum suo, qui falli potest [d]. 2. Non falsus fuit Elischah opinione suâ, quum baculum misit; sed ad preces mulieris consilium mutavit †. 3. Sperabat primò puerum, scipione imposito, & accedentibus precibus suis, post Sunammitidis discessum revicturum: Sed cùm ipse proficisci statuerit, indè non excitabatur per Gehazi; secùs ipse frustrà advenisset [f]. 4. Giezi non servavit præceptum Elisæi, sed occurrentibus passim jactabundus rem narravit [g]. 5. Ità evenit ob defectum fidei & mulieris, & Elisæi [h], & Giezi [i]. Suffecerat baculus, si mulier id credidisset. Confer Matt. 9. 18. & similia [k]. Non placet: nam miracula sæpe prosunt incredulis, v.g. Israelitis in deserto; & Deus miracula dat, non fidei, sed gloriæ sui Nominis [l]. 6. Factum hoc ad mysterium: Baculus significabat Legem Mosis [m], quæ, baculi instar, homines & sustentavit, & percussit, pupugit, damnavit, &c [n]: sed vivificare mortuos non poterat, Gal. 3. Elisæus verò Christum sign. qui per incarnationem suam quodammodo corpus suum corpori nostro, & membra membris, ap-

[k] Me. [l] Mart. [m] V. [n] Pi. ex Jun. [o] Pi. [p] Me. [q] Mar. [r] E. † Mart. [t] San. [v] Pi. ex Jun. [x] T. ex La. [y] G. [z] Pi. sim. Mart. [a] Mart. [b] Me. sic Pi. Jun. Ma. [c] Mart. [d] San. † Ma. ex Jun. [f] Pi. [g] RS. in L. [h] Q. in Mart. [i] R. Eliezer in La. [k] G. [l] Mart. [m] E. [n] Mart.

tavit, &c. [prout hîc fecit Elisæus, &c.] ut nos à morte liberaret [o]. 7. Spem Elisæi frustrari voluit Deus, ut de se minùs cogitaret magnificè, &c. Hinc postea Elisæus magis timidè & cautè rem aggreditur [p]. 8. Videtur Elisæus non rectè fecisse, qui facultatem edendi miracula alteri delegare voluit, quod ipsi non est datum [q]. ¶ *Non surrexit*] Heb. *non evigilavit*, i.e. non revixit: Metaphora [r]. יקץ & הקיץ significant & *à somno expergisci*, & *à mortuis vitæ restitui*, ut Esa. 26. teste K†.

33. *Clausit ostium super se*, &c. [בְּעַד שְׁנֵיהֶם] *Super* (vel *post*, JT.) *utrumque*, P. se & illum. q.d. Neminem reliquit in eo cubiculo [t].

34. *Et ascendit*] Sub. *lectum*, V. ¶ *Incurvavit se super eum*, [וַיִּגְהַר עָלָיו] *Et prostravit* (*expandit*, vel *extendit*, P. JT. *inflexit*, ό.) *se super eum*, Mo. sim. M. *sic incumbendo ei*, Sy. *spirans in eum*, Ar. Similia vide 1 Reg. 17. 21. & Act. 20. 10 [v]. Ex illis verbis, *posuit os suum*, &c. docentur. Ministri se ad gregem suum accommodare quantum licet. Sed cur Helias & Helisæus cadavera attigerunt, vetante Lege? Resp. Immunditiæ istæ legales peccata non erant, nisi per contemptum & datâ operâ admissæ: imò interdum erant necessariæ, ut in sepeliendis cadaveribus. Vide Levit. 10. Erant mandata illa tantisper servanda quamdiu graviora non erant implenda, qualia hîc fuerunt; nempe, consolari viduam, & nomen Dei illustrare [x]. ¶ *Calefacta est caro pueri*] [Sim. omnes.] Vel, 1. fotu & incubatione & calore Prophetæ [y]; ut sic disponeretur ad animationem, sicut embryo per calorem uteri, &c [z]. Vel, 2. calore nativo, qui tunc paulatim redibat in corpus. Utrumque simul verum esse potuit [a].

35. *Reversus deambulavit*] Sim. Pi. *Reversus est*, scil. *à lecto ad terram* [b]. *Aversus*, M. V. P. sub. *à puero*: i.e. Vicissim & per intervalla, relicto puero, inambulabat huc illuc cogitabundus [c], vel orans [d]. Ambulare voluit, vel, quia ex calore reddito alacrior est redditus; vel, quia illâ corporis incubatione nimiùm laboravit †; vel, ut ambulando excitaret tum majorem calorem, quem puero communicaret, tum majorem fervorem orandi, &c [f]. ¶ *Et oscitavit*; ità Jon. Sy. M. [וַיְזוֹרֵר] Rectiùs alii, *& sternutavit*, G. ità P. Ti. Mo. JT. quod signum ad sanitatem est [g]. Sternutando purgavit cerebrum, & expulit humores, qui, caput opplentes, & spirituum vitalium meatus occupantes, eum suffocârunt: Puer enim capite laboravit, v. 19 [h]. זורר exponunt, *aversatus est*, *exhorruit*; ut fit in sternutatione. Propriè, *& constrinxit*, *compressit*, *se*; quia qui sternutat, se comprimit. Potest reddi, *& constrinxit*, *compressit*, puerum Elisæus, vel, incubuit super eum [i]. *Confortatus est*, ό. in La. *contorsit oculos*, Ar. ¶ *Aperuitque oculos*]. Hinc discimus miracula bifariàm fieri; 1. tota simul perfecta; 2. paulatim, & aliquâ successione, ut hîc, & in cæco Marc. 8. 24. Sæpe Deus rem differt, ut suos in fide & precibus exerceat [k].

36. *Ingressa est ad eum*] Scil. extra conclave; ut percipitur ex v. seq. Hinc colligitur Elisæum cum puero obviàm illi ivisse, ut illam exhilararet. ¶ *Tolle filium*] i.e. Aufer, h.e. abduc; nam puer poterat ambulare, suprà v. 18. & 20 [l].

37. *Venit illa*] *Ingressa est*, JT. Pi. in conclave Elisæi [m]. ¶ *Corruit ad pedes ejus*] Cum submissione gratias agens [n]. Summo honore Prophetam venerans; ut 1 Reg. 18. 7. suprà 1. 13 [o].

38. *Reversus est in Galgala*] Vel, 1. humanas laudes propter miraculum patratum fugiens [p]: vel, 2. quòd Gilgal erat Prophetæ natale solum [q], unde cum Elia profectus fuerat, suprà 2. 1 [r]: vel, 3. ut collegium Prophetarum, qui fame tum premebantur, confirmaret & consolaretur, nè illinc discederent, & sacer cœtus dissolveretur †. ¶ *Erat fames in terra*] Missa ob peccata, præcipuè idololatriam, &c [t]. ¶ *Filii prophetarum habitabant coram eo*] Ità Jon. P. sim. Mo. Ca. *versabantur apud eum*, Sy. Ti. degebant in Galgala [v]. ¶ [יוֹשְׁבִים לְפָנָיו] *Sedebant coram eo*, ό. Ar. JT. V. G. ut, scilicet, aliquid ab eo discerent: nam illum colebant tanquam summum Prophetam [x].

Sede-

[o] E. ità Pa. tres in Mart. [p] San. [q] Mart. [r] Pi. † Mart. [t] V. [v] Pi. [x] Mart. [y] Ità plerique in Ma. Tig. not. [z] La. [a] Ma. [b] He. in M. [c] V. [d] He. in M. Me. Ma. † Mart. [f] La. [g] G. [h] La. [i] Ma. [k] Mart. [l] Pi. [m] Pi. [n] Jun. Pi. [o] G. [p] Me. [q] Mart. [r] Pi. ex Jun. † Mart. [t] Me. [v] Os. [x] V.

Sedebant, tanquam discipuli ad pedes illius; ut Act. 22. 3[y]. Synecdoche generis[z]. Laudanda est Prophetarum constantia, qui, licèt fame pressi, stationem suam noluerunt deserere[a]. ¶ *Coque pulmentum*; ità P. Mo. נָזִיד] *Coctionem*, o'. M. *pultem*, Ti. JT. Prophetarum mensa tenuis erat, & quodammodo jejuna. Non jubet coqui perdices, &c. sed pulmentum, &c[b].

39. *Herbas agrestes*; jam enim hortenses & domesticæ defecerant[c]: אֹרֹת] *Erucas*, Mo. Q. in V. i. e. Folia erucæ: quam ità dictam volunt ab אור *lumine*, quòd conferat claritati oculorum[d]. *Herbas*, M. *olera*, P. Mart. JT. &c. Ea, cùm viridia sint, videntur illustrare aciem oculorum[†]. *Malvas*, Sy. Ar. ¶ *Invenit quasi vitem sylvestrem*; ità V. i. e. herbam illi similem[f]: גֶּפֶן שָׂדֶה] *Vitem agrestem*, P. Mo. JT. &c. i.e. *colocynthidem*, sive *cucurbitam*, Jun. Pi. G. Ma. Mart. viti non dissimilem[g]. Vocatur *vitis* à foliorum similitudine, quæ lata sunt & incisa, ut vitis[h]. ¶ *Collegit ex ea colocynthidas*] Vel, *cucurbitas agri*, sive *agrestes*, P. V. Mo. o'. Jon. Ar. JT. Quæ sunt saporis amari[i]; & propter amaritudinem solent *fel terræ* appellari[k]. Sic Persæ vocant, teste Mesue[*]. Alii, *fungos agrestes*, V. A forma dictæ sunt[l]. פקע significat. *figuram orbicularem*, sive *ovalem*, cujusmodi est cucurbitularum[m]. *Cucurbitas*, ovi scil. magnitudine & formâ[n]. פַּקֻּעֹת sunt *parvæ & amaræ cucurbitæ*, de quarum semine oleum exprimitur[o]. ¶ *Implevit pallium suum*, vel *vestem*, M. Ti. וַיְלַקֵּט—מְלֹא בִגְדוֹ] *Collegit — plenum vestimentum suum*, Jon. Ar. P. Mo. sim. JT. *plenitudinem vestis*, Pi. *plenâ veste*, Sy. ¶ *Nesciebat quid esset*, לֹא יָדָעוּ] *Non cognoverant*, P. Mo. sic JT. Mar. Pi. &c. nec qui collegerat, nec socii ejus[p]. Quâ naturâ essent[q]; vel, eas amaras esse[r]. Literis quàm fructibus dignoscendis peritiores erant. Colocynthides propter purgandi vehementiam numerantur à medicis inter venena; ideóque parcissimè, nec nisi multis corrigentibus additis, iis utuntur[†].

40. *Mors in olla*] i. e. Res mortifera[t]. Lethale venenum[v]. Ità illi suspicabantur, ob amaritudinem[x]. *Mors*, quòd nimiùm alvus cieretur. Habet enim eam vim colocynthis, damnata à Chrysippo medico & à Democrito in cibis, ut notat Plin. 20. 3[y]. Scribit Valesius colocynthidem adeò perniciosam esse, ut si supra 4 obolos, etiam emendata, sumatur, possit superpurgationes, & exulcerationes ventris, & mortem, afferre[z]. Quod amarum est & triste, quia mortis instar est, mortis nomine significamus[a].

41. *Afferte farinam*; ità Jon. Ar. M. Ti. קְחוּ] *Tollite*, P. Mo. *Sumite*, o'. *Sumentes afferte*, JT. Hebr. *Accipite*. Ellipsis in hoc verbo usitata. Sic Psalm. 68. 19. *accepisti dona*, &c. i. e. quæ distribueres inter homines[b]. Qu. An farina hoc præstitit naturaliter? Resp. 1. Aliquid contulit farina; nam medici inter ea quibus colocynthis emendatur enumerant lenta & glutinantia, cujusmodi est farina, & amylum. Vide Vales. c. 36[c]. Resp. 2. Factum tamen hóc est virtute supernaturali, ut patet ex subita mutatione[d]. ¶ *Misit in ollam*] In quam, scilicet, (rursus[†]) conjecerant pulmentum illud[f]. ¶ *Turbæ*] Hebr. *populo*, nempe, filiis Prophetarum, qui centum erant, ut apparet v. 43[g].

42. *Vir — de Baalsalisa*] Urbe in tribu Ephraim[h]. *Villâ in finibus Diospoleos*, id est, Lyddæ[i]. *E planitie Shalishæ*, JT. Vide 1 Sam. 9. 4[k]. ¶ *Deferens viro Dei panes primitiarum*] Ità P. Mo. JT. &c. Xenia, de quibus suprà 1 Reg. 14. 3[l]. Panes factos ex primis frugibus[m]. Hæc sacerdotibus offerebantur: sed quia non erat in decem tribubus ordinarium ministerium, bonus hic vir ea detulit ad extraordinarios Ministros, nempe, Prophetas. In eo pietatem suam declaravit, 1. quòd Baalitis ista non contulit; 2. quòd Ministros Dei aleret. ¶ *Viginti panes*, &c.] Non erat illud munus tenue, si ratio famis habeatur. Ità Deus temperat Ecclesiæ afflictiones, ut excitet in iis aliquos beneficos, ut eam pascant[n]. ¶ *Viginti panes hordeaceos*] Heb. *Hordeorum*, Pi. Expositivè sumi potest, ut illi essent panes primitiarum. Porrò, in Syria is est communis panis[o]. ¶ *Et frumentum novum*; ità M. Strig. Ca. Ti. וְכַרְמֶל] *Spicas recentes*, JT. *spicam plenam viridem*, Mo. V. sic P. Quæ tosta super ignem comedi solet[p]. Spicas aliquot triticeas[q]. *Manipulos*, Jon. *aristas*, Ar. *triticum fricatum*, Sy. *Frumentum recens & pingue*, quale nascitur in valle Carmeli. De voce כַּרְמֶל vide quæ ad Levit. 2. 14[r]. ¶ *In pera sua*; ità o'. in Complut. edit. Nobil. בְּצִקְלֹנוֹ] Vox hîc tantùm reperitur[†]. *In mantili*, Sy. *in tunica*, vel *veste sua*, Mo. Ar. Jon. Strig. Ma. Tunicam intellige, vel, hominis; grana in pallio colligata attulit[t]: vel, frumenti, i. e. frumentum cum tunica sua[v]. *Cum tunicis suis*, P. *in folliculis suis*, Ti. *cum gluma sua*, JT. sim. Ca. Pi. *Frumentum* — quod adhuc esset *in thecis suis*: צִקְלוֹן accipitur pro *cortice*[x]. Intellige spicas aliquod triticeas. Nondum excussa erant grana[y]. Intellige spicas non trituratas, nec contusas, sed folliculis adhuc hærentes[z].

43. *Comedent, & supererit*; ità Ar. P. M. Ti. [sim. ferè omnes;] אָכוֹל וְהוֹתֵר] *Comedere, & superesse*, Mo. [Infinitiva pro indicativis, ut antè notatum.] Infinitiva majorem vim habent: q. d. Quamvis multum comedant, multum adhuc supererit[a]. *Comedendo, & reliquum faciendo*, Jun. [Q. sic vertunt & collocant, *Ut comedant (sic enim edixit Jehova) abunde, & reliquum faciant*: Ità JT.] Sed mihi hoc contortum videtur[b].

44. *Comederunt, & superfuit*] Confer Matt. 14. 20. Luc. 9. 17. Joh. c. 6. v. 12, 13[c]. Nota Deum in hoc miraculo edendo nullo instrumento usum fuisse; neque enim Deus ullis rebus externis alligatur[d].

CAP. V.

1. *PRinceps — regis Syriæ*] Sive Benhadadi[a]; sive potiùs, Azaelis[b]. ¶ *Magnus*] In magno pretio[c]. ¶ *Apud dominum suum*] Sic JT. *coram domino suo*, P. sim. Jon. M. Ti. Mo. ¶ *Et honoratus*, וּנְשֻׂא פָנִים] *Elatus* (vel *honoratus*, P. *acceptus*, Jon. Mo. JT.) *facie*. Sic Esa. 3. 3. Pi. [Q. negligunt τὸ ו in וּנְשֻׂא.] *Spectatissimus* (vel *honorabilis*, M.) *in conspectu domini sui*, Ti. sim. Sy. Ar. ¶ *Per illum dedit Dominus salutem Syriæ*] Nam, ut ait scriptor libri de Vocatione gentium, *Licèt Deus exceptum sibi populum specialibus ad pietatem duxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit*. Sim. Oros[d]. *Salutem*, i. e. victoriam, M. ex Jon. ¶ *Erat vir fortis, — sed leprosus*; sim. omnes; וְהָאִישׁ הָיָה גִּבּוֹר חַיִל מְצֹרָע] *Sed vir iste valens robore erat leprosus*, JT. גִּבּוֹר חַיִל strenuus, aut bellicosissimus[†]. Dives, potens[f].

2. *De Syria egressi fuerunt latrunculi*, sive *latrones*: ità milites olim vocabantur[g]: וַאֲרָם יָצְאוּ גְדוּדִים] *De Aram autem egressi erant exercitus*, P. *Syri autem egressi erant cum copiis*, vel, *cum aliquot turmis militum*, V. vel, *per cuneos*, M. *in turmis*, Jon. sim. Sy. *cum bellatoribus*, Ar. *Egressi autem erant Syri grassatores*, Ti. *Quúmque Syri turmales egressi*, JT. *Quúmque à Syris egressi turmales milites*, Pi. De גְדוּדִים vide ad Gen. 49. 19. Non sign. *justum exercitum*, sed *turmas*, non ad bellum, sed ad excursiones, comparatas[h]. ¶ *Erat in obsequio uxoris Naaman*, לִפְנֵי אֵשֶׁת וגו׳] *Coram uxore*, V. Pi. sim. Mo. *ministrabat uxori*, Jon. Ti. V. sim. P. JT. *fuit ministra coram uxore*, Sy. sim. Ar. Latrocinium Syrorum peccatum grave erat; inservit tamen providentiæ & consilio Dei[i].

3. *Utinam fuisset dominus meus ad prophetam*, &c. אַחֲלֵי אֲדֹנִי לִפְנֵי הַנָּבִיא] אַחֲלֵי τὸ plerique reddunt, *utinam*, Ma. ità M. P. Ti. JT. Deducunt à חָלָה, *enixè precari*[k]. [Alii aliter:] *Felix esset Dominus meus si staret coram Propheta*, Jon. in V. sim. Sy. Ar. Vox est pluralis numeri, sicut אַשְׁרֵי[l], cum qua congruit & formâ[m], & significatione[n]. *Orationes domini mei sint*, &c. i. e. Deprecetur, &c. vel, Si rogaverit Prophetam, &c. restituet illi sanitatem[o]. *Ob preces prophetæ liberari posset*, &c[p]. *Exspectationes domini mei apud prophetam*, &c. i. e. Omnis spes sanitatis heri mei

Marginal notes, left column: [y] Jun. Pi. Ma. sic G. [z] Jun. [a] Mart. [b] Mart. [c] Me. [d] V. [†] Mart. [f] Mar. sim. V. [g] G. [h] Mar. [i] V. [k] Me. [*] Ma. [l] Jun. Pi. [m] Mart. [n] Mar. [o] M. [p] Mar. [q] Jun. Pi. Ma. [r] M. V. [†] Of. [t] Pi. [v] Ma. M. V. [x] V. [y] G. [z] Me. [a] San. [b] Pi. [c] Me. sim. La. ex Valess. [d] T. ex Valess. La. San. Mart. [†] Mart. [f] V. sim. Mart. [g] Pi. [h] Adrich. in Me. [i] Euseb. & Hi. in Ma. [k] Jun. Pi. Ma. [l] G. [m] Pi. [n] Mart. [o] Mar.

Marginal notes, right column: [p] M. [q] V. [r] Ma. [†] Pi. [t] Of. [v] Ma. [x] M. [y] V. [z] Belg. [a] Ma. [b] Pi. [c] G. [d] Mart. [a] T. [b] Me. [c] V. sim. Pi. [d] G. [†] V. [f] Pi. [g] La. [h] Ma. [i] Mart. [k] Ma. [l] K. in Mart. [m] Q. in Ma. K. in M. [n] Q. in Ma. [o] V. [p] He. in M.

mei sita est apud Prophetam, &c. qu. esset à יָחַל, anxiè exspectavit [q]. ¶ *Qui est in Samaria*] Vel provincia, vel urbe, in qua Prophetam degere putavit [r]. ¶ *Profectò curâsset eum à lepra*, [אָז יֶאֱסֹף אֹתוֹ מִצָּרַעְתּוֹ] *Tum curaret* (vel *cohiberet*, M. *liberare posset*, Strig. *restitueret*, JT.) *eum à lepra sua*, ità Ar. P. sic Sy. Ti. *tunc colligeret*, vel *collegisset*, (vel *congregaret*, M.) *eum à lepra*, Mo. Pi. Jun. M. Mar. *Colligere*, vel *congregare*, ponitur pro *sanare* †: vel, 1. quòd curatus à lepra recolligebatur ad reliquos homines, à quibus exclusus fuerat [t]; sic v. 6, 7, & 11 [v]: vel, 2. quòd quæ colligimus, tollimus [x] ex loco ex quo colligebamus. Vide Prov. c.6. v.8 [y]. Vel, *colliget*, i. e. *auferet*, &c. Pi. Ità sumitur אָסַף Gen. 30. 23. Soph. 1. 2 †. Hypallage est, *Colligeret eum à lepra ejus*, pro, *colligeret*, seu *auferret, ab eo lepram ejus* [z]. Græci, ἀποσυνάξει, quo verbo & collectionem & remotionem notârunt [a]. Notandum ex hoc loco, exsilia sanctorum non esse otiosa, sed pietati & gloriæ Dei propagandæ permultùm inservire. Et puella hæc in exsilio præclarum edit exemplum tum fidei in Deum, &c. tum fidei & charitatis erga herum [b].

4. *Ingressus est Naaman ad dominum suum*, &c.] Heb. *Venit, & nunciavit domino suo*, ό. Mo. P. Quis cui? Respond. Naaman ad Regem [c], ex collat. vers. seq. & quòd Nahamanis modò facta mentio [d] [Alii aliter:] *Ingressi indicârunt hero ipsius*, Sy. *accedens quidam narrabat domino suo*, Ar. JT. [scilic. Naamani.] ¶ *Nunciavit ei*] Sub. & simul petivit veniam proficiscendi, &c †. Mirum, leproso aditum concedi ad Regem: sed pollebat is gratiâ, & opinor è loco satis distanti cum Rege fuisse loquutum [f].

5. *Dixit ei rex Syriæ, Vade*, &c.] In corde Regis vim Divini motûs intueor, quòd non irriserit & credulitatem Naamanis, & Religionem Israel. ¶ *Et tulisset secum decem talenta argenti*, &c.] Tantum apparatum fecit, 1. in impensas itineris; 2. ut honorificentiùs perveniret in Samariam; 3. ut donaret Prophetam, &c. quem metiebatur ex ingenio pseudoprophetarum [g]. ¶ *Et decem mutatoria vestimentorum*; sive *vestimenta*, P. sic V. Pi. [חֲלִיפוֹת בְּגָדִים] *Mutationes vestium*, pro, *vestes mutationum*; Hypallage [h]. *Mutatoriæ vestes* sunt elegantiores, quibus utimur foris, & in diebus solennibus [i]. Aut, *vestes ad mutandum*, i. e. quibus uteretur Propheta cùm vestem quotidianam mutare vellet [k]. Εἵματα ἐξημοιβὰ Homero [l].

6. *Cùm acceperis*, &c. [וְעַתָּה וגו'] *Nunc ergò*, &c. P. JT. Prima clausula literarum periit; scriptúmque videtur, *Ubi receperis has literas, cura sanandum*, &c [m]. Paralepsis est, (paralipsis, παράλειψις, *præteritio oratoria* [n];) nam tantùm ea literarum pars recitatur quæ petitionis summam continet; ut Gen. 3. 1 [o]. Potiùs est ellipsis, quia desit integra sententia, vel plures. Veruntamen non videtur aliquid hîc omissum: nam si quid omissum sit, id utique erit narratio de sermone puellæ Israelitidis, quæ occasio erat hujus suscepti; at sermo ille non erat de Rege Joramo, (de quo hæc petitio est,) sed de Elisæo. Quare statuendum epistolam hanc integram esse. Simile exordium vide infrà 10. 2 [p]. Sapit hæc epistola superbos & feroces spiritus Regum Syriæ [q]. ¶ *Ut cures eum*] Heb. *& curabis*: vel, 1. propriè, & per te; ità Joramus intellexit v. 7: vel, 2. metonymicè, & per Elisæum; (ità Rex Syriæ intellexisse videtur ex dictis vers. 3, 4.) cui possis illud, tanquam dominus ejus, imperare [r].

7. *Scidit vestimenta*] Ut in gravi mœrore †; ex honore Divino sibi habito. Ità pietatem simulat, licèt impius fuerit, ut liquet ex cap. 3. v. 2, 3. & ex cap. 6. v. 31, &c [t]. ¶ *Ut occidere possim & vivificare*] Dictum hoc copulativè, non disjunctivè, accipiendum; alioquin occidere possunt & homines & bestiæ, &c [v]. Heb. *ut mortificem & vivificem*, P. *ut mori faciam, & postea in vitam restituam*; i. e. qui habeam imperium in vitam & mortem [x]. Lepra est velut mors cutis; Num. 12. 12. Esa. 22. 18. ubi quæ dicemus vide [y]. ¶ *Occasiones quærit adversùm me*] [Sim. omnes.] i. e. Inferendi mihi bellum [z]. προφάσεις, de quibus vide de J. B. 2. 22. Mos hic improbus multorum Principum [a]. ¶ [כִּי מִתְאַנֶּה הוּא לִי] *Quòd sese impellat, vel, cum impetu invehat, in me.* Radix est אָנָה, unde אֳנִי *navis*, sic dicta, quòd vi venti impulsa cum impetu vehatur [b]. *Quomodo penitùs me provocet*, Sy.

q Pi. — r Ma. — † M. — t M. sim. Jun. V. ad v. 6. — v Jun. — x Mar. Belg. — y Belg. — † Glass. gram. 742. — z Pi. Ma. — a Pi. — b Mart. — c M. Os. Pi Mart. — d Pi. — † Pi. — f Mart. — g Mart. — h Pi. — i V. — k V. sim. La. — l G. — m Q. in V. — n Pi. — o Jun. — p Pi. — q Me. sim. Ma. — r Pi. sim. La. — † V. sim. Pi. — t Pi. — v Mart. — x V. — y G. — z V. sim. K in M. — a G.

8. *Quod cùm audisset Elisæus*, &c.] Hunc non consulerat Rex, quia ipsum oderat [c]. ¶ *Et sciat esse prophetam in Israel*] Me esse illum quem me esse dico: ac proinde Jehovam esse verum Deum, quippe à quo hoc impetraturus sum [d].

9. *Venit cum equis*, [בְּסוּסָו] *In equo suo*, P. *cum equis*, JT. i. e. equitibus, Pi. sim. Q. in V. Scribitur & בְּסוּסָיו, *in equis suis* †. ¶ *Et curribus*] Ità Pi. τὸ רֶכֶב collectivè sumitur hîc, ut infra 19. 23. & Gen. 50. 9. Esa. 37. 24. & significat comitatum Nahamanis; currus autem ipsius v. 21. vocatur מֶרְכָּבָה [f]. Alii, *in*, vel *cum, curru suo*, JT. Ma. ¶ *Et stetit ad ostium domus Elisæi*] Ità Pi. nam accentus *tiphcah* sub בֵּית non semper distinguit [g]. Alii, *causâ Elischabi*, JT. exspectans Elisæum [h]. Exemplum hoc est fidei, & piæ modestiæ. Principes Romani, dum essent cum imperio Athenis, fasces deposuerunt cùm scholas ingrederentur ut philosophos audirent: Quantò æquiùs submittunt se Principes ad verbum Dei honore afficiendum [i]!

10. *Misit ad eum Elisæus nuncium*] Qu. Cur ità? Cur non ipse ivit ad Principem, &c? Resp. 1. Ut ostenderet se parvi facere Principum præsentiam, pompam, &c [k]. 2. Ut miraculi magnitudinem augeret, dum per famulum, & solo verbo, peragit [l]. 3. Non id fecit ex contemptu, sed ex Divina jussione, & humilitate sua, quia sibi miraculum tribui nolebat [m]. Naamani neophyto non conducebat virum supra modum suspicere, & adorare: in Deum, salutis authorem, animus ejus evehendus erat [n]. ¶ *Lavare septies*, &c.] Ut significetur perfectio ablutionis & sanitatis [o]. Quia septem diebus Deus omnia creavit, habetur ille numerus pro symbolo perfectionis [p]. ¶ *In Jordane*] Jordanis & humus infrà v. 17. respectum habent ad Deum illis locis præsidentem [q]. ¶ *Et recipiet sanitatem caro tua*] Hebr. *redibit*, i. e. restituetur [r]. Aptè loquitur; nam leprâ carnes sæpe liquescunt & diffluunt, & integra membra quandoque concidunt †. ¶ *Atque mundaberis*, [וּטְהָר] *Et mundabitur*, Sy. P. Mo. [sim. omnes;] *sanitatem consequêris*, Ar.

11. *Iratus Naaman*, &c.] Quòd putaverit se contemptum à Propheta & irrisum. ¶ *Putabam quòd egrederetur*, &c.] Nota ingenii humani perversitatem, quæ dona Dei malit assequi viis difficilibus à se excogitatis, quàm facilioribus à Deo descriptis [t]. Mos est potentum, tam spirituali quàm corporali medico curationis modum præscribere: quod magno suo malo sæpe faciunt [v]. ¶ *Et tangeret manu suâ locum lepræ*, [וְהֵנִיף יָדוֹ אֶל־הַמָּקוֹם] *Et agitabit* (vel *motabit*, Sy. Ti. *levabit*, M. P. Jon. *imponet*, Q.) *manum suam ad locum*, Mo. Ma. Sy. Ti. vel, *super locum*, ό. *super locum plagæ*, Jon. *in ipso loco*, JT. nempe, in loco affecto, ut medici loquuntur [x]. Alii, *ad locum*, i. e. Hierosolymam & Templum, ad quæ viri sancti precantes respiciebant & manus attollebant [y]. ¶ *Et curaret me*, [וְאָסַף הַמְּצֹרָע] *Et recolliget* (*curabit*, P.) *leprosum*, Mo. sim. Ma. *curabit* (vel *colliget*, i. e. auferet, Pi.) *lepram*, Ar. Ti. sim. Jon. Sy. *ut curet carnem leprosam*, M. Heb. *leprosum*, pro, *lepram*: Metonymia subjecti. Græci, τὸ λεπρὸν, referentes ad locum affectum; nisi τὸ mendosè scriptum sit pro τὸν [z]. At noluit Deus hoc manu & contactu Elisæi fieri, nè illi vim salutarem adscriberet. Id enim unicè hîc quærebatur, ut miraculum Deo in solidum attribueretur [a].

12. *Abana & Pharpar*] Quorum ille Damascum influit, hic præterfluit, inquit Benjamin in Itinerario [b]. Ille fortè *Chrysorrhoas* Plinio; (quo amne Damascus rigua est, ait Plin. 5. 18. sim. Ptol. 5. 15. Strab. 16. p. 755 [c]:) Huic cognominis fluvius est in Sabinis Ovidio, — *amœnæ Farfarus undæ* [d]. ¶ *Ut laver in eis, & munder?*] Rectè, si aqua Jordanis vi insitâ eum mundâsset †. Heb. *Annon lavabo me, & mundabo me?* q. d. lavare me possum, & mundus ero, vel mundabor, propterea? Non puto*.

13. *Pater*] Sic herum vocant, (ut olim Romani *patremfamiliâs*, qui toti familiæ præerat [f],) ad significandum

b Pi. — c Mart. ex K. — d Pi. — † V. — f Pi. — g Idem. — h Idem. — i Mart. — k La. — l La. Ser. ex To. — m Me. — n Mart. — o La. — p BA. 2. 1. 22. 151. — q G. — r Pi. — † Mart. sim. M. ex He. — t Mart. — v San. — x Pi. ità Tig. not. — y Q. in Mart. — z Pi. — a Mart. — b San. — c Ma. — d G. — † Pi. — * V. — f Me.

ficandum eorum amorem & reverentiam erga ipsum [g]; & quòd eos clementer & benignè tractârit, cujus fructum non pœnitendum jam capit. Prudenter autem agunt quòd eum blandè appellant; neque enim irritandi sunt animi Principum cùm eos corrigimus. Fortè sic vocant, quòd qui summis beneficiis patriam affecerunt dicuntur Patres patriæ. Sic Josephus *pater tener* dictus est [h]; & Senatores vocantur Patres conscripti [i]. ¶ *Si rem grandem dixisset tibi propheta*,&c. sim. Jon.M.P.Ti.JT.Sy. "דָּבָר גָּדוֹל וגו] *Magnum verbum locutus est propheta ad te*, ό. *Num rem difficilem tibi dixit*, &c. *cujus exsecutio ardua sit apud te?* Ar. ¶ *Certè facere debueras*, הֲלוֹא תַעֲשֶׂה] *Nonne facies?* vel *fecisses?* Jon. M. P. Ti. Mo. JT. ό. *exsequi eam oporteret*, Sy. Nè domino quidem imperanti servus dicere debet, *Cur?* multò minùs Deo homines: Rom. 11.34 [k]. ¶ *Quantò magìs* (*& etiam*, ό. Mo.) *quia dixit*, &c? vel, *quòd dixit*, Jon. sic M.P.Ti.JT. "וְאַף כִּי אָמַר וגו]. *At verò tibi dixit*,&c. Ar. *Verùm ecce, rem levem tibi dixit*, Sy. Emphasi non caret, quòd Elisæum *prophetam* nominent; q.d. ideo in ipso Deum audire oportet. Notandum porrò, 1. Servos Naamanis (ut cæteris mos est) dominum iratum non inflammare, nec dicere, Meritò irasceris; superbus aut agrestis est Propheta, &c. 2. Naamanem consiliis servorum, magno suo commodo, obtemperare. Quandoque magìs fructuosa est doctrina inferiorum hominum quàm excellentissimorum: Etenim verba Prophetæ Naamani iram excitârunt, non fidem; oratio autem servorum illum flexit. Videant itaque illi quid agant qui conciones tantùm audire volunt celeberrimorum virorum; minorum verò spernunt & fortiter negligunt [l].

14. *Sicut caro pueri*] i.e. Tenera & mollis *. Ea purior est quàm in ætate virili aut senili; quia caro adgenerata per alimentum, quantò procedit ulteriùs, tantò fit impurior, sicut vinum per admixtionem aquæ, ut habetur [in Aristot.] 1. de Generat [m]. Porrò, 1. Hîc habemus Baptismi præludium, quemadmodum in ablutione in piscina Siloah. 2. Hinc discimus, regenitos, & illos quorum est regnum cœlorum, tanquam parvulos evadere oportere [n].

15. *Reversúsque ad virum Dei*, &c.] Ut Deo & Prophetæ gratias ageret [o]. ¶ *Et ait, Verè scio*, &c.] Ità Naaman & corpore & animo mundatus est. Non satìs illi fuit corde credere, sed voluit ore confiteri. Miraculum hoc proprium finem consequutum est, nempe, confirmationem veræ sanæque doctrinæ. ¶ *Quòd non sit alius Deus*,&c.] Duo confitetur: 1. Deum Israelis verum esse; 2. nullum esse alium Deum: quorum posterius ex priore sequitur, quia Unitas Divinæ naturæ propria est. At dices, Israelitas tunc plures habuisse deos, vitulos, Baalem, &c. Resp. Respexit Naaman non ad corruptionem Religionis per malos viros, sed ad Prophetam, aliósque pios viros, eorúmque majores [p]. ¶ *Accipias benedictionem*] i.e. Munus aliquod [q]: q.d. non pretii aut mercedis loco, sed symbolum gratitudinis & honoris ergò [r]. *Munus* Hebræi vocant *benedictionem*: vel, quia quicquid boni possidemus habemus ex benedictione Dei †; vel, quia signum est amoris & benevolentiæ. Adde quòd hoc *benedicere est benefacere* [t]. Et בָּרַךְ utrumque significat [v].

16. *Non accipiam*] Licèt sim cum meis discipulis in summa egestate [x]. Non quòd hoc non sæpe liceret, sed quòd non omnia omnibus temporibus conveniant. Cavendum erat nè tener in pietate animus Prophetas Dei conciperet esse—φιλάργυρον γένος, (*avarum hominum genus* [y];) quales erant sacerdotes idolorum. Noluit etiam donum Dei exponere contemptui, quasi esset res emptitia [z]. Ostendere voluit hoc miraculum non suum fuisse, sed Dei, & ex Dei amore patratum [a]. Confer dicta ad Gen.14.22,23. & ad Matt.10. 8 [b].

17. *Ut vis: sed, obsecro, concede*, &c. "וְלֹא יֻתַּן וגו] [Q. וְלֹא à sequentibus divellunt; quibus favet Sakeph katon super וָלֹא.] *Et non*, vel, *Et si non*; (sub. *accepturus es*; sic 2 Sam.13. 26. Pi. ex Jun.) *detur, quæso*, &c. P. V. JT. Pi. ό. sim. Sy. [Alii cum sequentibus conjungunt, & interrogativè vertunt;] *Et non dabitur nunc*, &c? Mo. sim. M. Ti. *Permittésne modò servo tuo*, &c? Ar. [Alii sic;] *Et non*, sub. *vis accipere? ità nolo cogere: detur* tamen, &c. He. in V. ¶ *Onus duorum burdonum de terra*] Heb. *mulorum*. Verùm Isidorus *mulum* esse dicit ex equa & asino; *burdonem*, ex equo & asina [c]. Heb. *onus paris mulorum*, i. e. onus bigæ mularis [d]. Q. referunt ad Gehazin, quasi petat Naaman, ut sibi permittat Elisæus isti dare munus quanto onerari possent duo muli. Sed obstant, 1. ipsa phrasis, 2. vocabulum *terræ*, 3. ratio annexa †. Q. ad Naaman. Sed cur id petit? Resp. Ut indè Altare exstrueret [f], quod ex terra faciendum erat, Exod.20 [g]. Terram hanc lapidibus in formam Altaris excitatis includere vel imponere voluit [h]. Terram Israeliticam sanctam credidit, & à Deo electam, atque benedictam [i]. Hoc signo suam contestatur fidem erga Deum Israelis [k]: & eâ terrâ, tanquam symbolo, voluit ejus admoneri [l]. Zelus hic erat, sed non secundùm scientiam: nam neque terræ per se hærebat sanctitas; nec alibi quàm Hierosolymis sacrificare fas erat [m]. Sed cur hoc à Propheta postulet, cùm videtur fuisse liberum Naamani, ut de illa terra pro suo arbitrio acciperet? Resp. Non quamvis terram petiit, sed ex domo Prophetæ. Porrò, sicut aquas sensit sibi salutares fuisse, non suâ naturâ, sed jussu & imperio Dei per Prophetam, &c. idem de hac terra speravit [n]. ¶ *Non enim faciet*, &c. *nisi Domino*] Ità factus est Naaman veri Dei cultor, &c [o]. Huc eum perduxit Elisæi sanctitas & munerum despicientia. Sanctiorem, ait Mendoza in 1 Reg. 12. judicavit terram in qua munerum cupiditas sepelitur, quàm illam aquam in qua lepra expiatur [p].

18. *Hoc solùm est de quo depreceris*, &c. לַדָּבָר הַזֶּה יִסְלַח וגו] *In*, vel *pro*, *hac re* (vel, *in verbo hoc*, Mo.) *condonet mihi Dominus*, &c. JT. sim. Jon. M. Ti. P. V. q. d. Fac precibus tuis ut condonet mihi, &c [q]. Alii, *Hac in re condonabitne*, &c? Sy. sim. Ar. ¶ *Templum Remmon*] Deus hic sic dictus ab altitudine [r], aut potentiæ, aut statuæ †: ut sit vel deorum summus, vel qui in altioribus locis coleretur [t]. Q. Venerem fuisse putant: tum quia Venus erat dea Syriæ, eámque tam deum quàm deam faciebant, teste Macrobio; tum quia *Remmon* Heb. sign. *malum Punicum*, quod ob pulchritudinem & seminum fœcunditatem sacrum fuisse testantur Theoc. Virgil. Lucian. Ovid [v]. Q. Junonem putant, quæ in Syria maximè colebatur, testibus Lucian. & Pausan. quæ in manu altera malogranatum habet, inquit Pausan. in Corinth. ubi de Mycænis agit [x]. [Al. aliter.] Is videtur esse Saturnus, cujus in Oriente sparsus latè cultus. Nomen indè, quòd sit, ut Tacitus loquitur, *altissimo orbe*. Græci hîc Ῥεμμάν, mutatis, ut fit, vocalibus. Et fortè Lucas, Act. 7. 43. scripserit Ῥεμμάν, ubi nunc Ῥεμφάν legitur. Nam in Amosi loco quem respicit est כִּיּוּן, pro כִּיוָן, quomodo & Persis & Arabibus vocari Saturnum nos docuit Abenesdra [y]. ¶ *Si adoravero—adorante eo*,—וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי—בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי] *Et* (vel *si*, JT.) *incurvavero me in domo Rimmon, in incurvatione mea*, Mo. vel, *hoc incurvare meum*, JT. *& adoravero*, &c. *cùm adoravero*, &c. Sy. *& ego quoque adoravero; cùm, inquam, adoravero*, &c. M. sim. Ti. ¶ *Ignoscat mihi—pro hac re*] Vel, *in hac re*; i. e. in hac adoratione, sive incurvatione; quam non præsto studio colendi idola, sed cogor ex officio præstare Regi oranti in templo Remmon: soleo enim illi tremulo & imbecilli esse vice scipionis, cùm incedit, stat, aut se inclinat [z]. Solebant & alii Reges humeris servorum inniti. Vide 2 Reg. 7 [a]. Totum versum sic verto, *Cùm intrat dominus meus ædem Rimmon, ad adorandum ibi, ipse innititur manui meæ, & incurvo me in æde Rimmonis: quando incurvo me*, &c. *ignoscat*, &c. ו in וְהוּא non est hîc copulativum, sed retributivum ad literam *Bachlam* in בְּבוֹא; ut Gen.3.5. בְּיוֹם—וְנִפְקְחוּ, *in die quo edetis—aperientur oculi* [b]. הִשְׁתַּחֲוָיָתִי est nomen verbale formâ Chaldæâ. Est autem extensio quædam manuum ac pedum [c]. Qu. Quid sentiendum de hoc facto Naamanis? Resp. 1. Q. probant [d]. Adoratio Naamanis non erat religiosa, sed civilis & politica, qualis illa Abrahami Gen. 23: 7. Dices, Cooperabatur Regi adoranti; adeóque ejus idololatriæ. Resp. Cooperabatur Regi ad actionem naturalem; scilicet, ad curvationem corporis; duntaxat;

Marginal notes (left column): [g] Pi. — [h] Mart. — [i] San. — [k] G. — [l] Mart. — * Pi. — [m] T. sim. Mart. — [n] Mart. — [o] Me. ex L. — [p] Mart. — [q] V. ex M. — [r] Mart. — † Pi. — [t] La. — [v] G. — [x] La. — [y] G. — [z] Mart. — [a] La. — [b] G.

Marginal notes (right column): [c] G. — [d] BA. 1.2. 19.229. — † Pi. — [f] M sic L. E. Me. T. La. Mart. — [g] L. E. &c. — [h] Me. — [i] San. T. La. ex To. — [k] M. — [l] Matt. — [m] Pi. — [n] Mart. — [o] Me. — [p] La. — [q] V. sim. Mart. — [r] Ser. Mar. — † Mar. — [t] Ser. — [v] La. ex Ser. & San. — [x] Mar. — [y] G. — [z] V. — [a] Sana — [b] Di. — [c] G. — [d] Ità L. Me. La. Ser. San.

 taxat;

taxat, non autem ad moralem, vel ad intentionem Regis, quæ erat adorare, &c†. Quærunt ad hunc locum, Num licet interdum fidem dissimulare. Resp. Fides, licèt non semper & passim indicanda est, nunquam tamen vel exteriori signo inficianda est. Exterius verò signum duplex est: Unum, quod tantùm ad significandum valet, ut verba, &c. Alterum, quod præter significationem alium etiam verum usum habet, ut vestes, corporum gestus, &c. Signa posterioris generis, quando primariò, vel naturâ, vel communi sententiâ atque instituto, ad Religionis professionem referuntur, iis non aliter quàm apertis verbis uti licet: sed quando secundariò, sive ex instituto, sive casu tantùm aliquo, ratione consuetudinis regionis, politici cujusdam ordinis, fideles ab infidelibus distinguunt, iis uti, & fidem occulere, non nefas, cum his cautionibus, 1. ut necessitas aliqua postulet; 2. ut absit scandalum, vel injuria in fidem [f]. Non magis peccavit Naaman, &c. quàm nobiles Regem ex officio comitantes cùm vadit ad concubinam [g]. Sed dispar est ratio: Nam illo facto suspicionem scortationis minimè subeunt, at in Naamane erat suspicio idololatriæ [h]. Dabat Naaman scandalum aulicis [i]. Resp. 1. Negatur: tum quia sciebant eum ad hoc ex officio teneri [k]; tum quia Naaman publicè abdicârat idola, & profitebatur cultum veri Dei [l]. Gestum adorationis coram simulacro ullo exhibere Israelitis Lege erat vetitum, sine ulla exceptione animi aut interpretationis. At alienigenæ Lege istâ non tenebantur. Cùm verò hic Syrus nunquam ingrederetur idolium nisi Regis causâ, ipse verò profiteretur se cultorem Dei summi, &c. facilè intelligebant adstantes hunc flexionem illam corporis Regi præstare, non Saturno, &c [m]. Resp. 2. Alii hoc Naamanis factum improbant *. 1. Non est quòd eum à culpa excusemus, quam ipse agnoscit; quia pro hoc facto veniam rogat. 2. Abstinendum est vel ab omni specie mali, & cavendum nè quenquam aut in scelere confirmemus, aut ad peccandum exemplo nostro inducamus. 3. Nimio studio cupivit Naaman suam dignitatem retinere, quâ si cessâsset, evasisset omne periculum. 4. Non licet piis in duas partes claudicare [n]. Sed si peccatum hoc erat, cur non Elisæus eum admonuit, &c? Resp. 1. Nondum capax erat justæ reprehensionis, nec oportuit linum fumigans extingui: multa infirmioribus ad tempus danda sunt †. Resp. 2. Eum non reprehendit, quòd peccatum esse ipse non ignoraverit. Quare non tam docendus erat, quàm consolandus, & de auxilio Dei confirmandus *.

19. *Vade in pace*] [Variè accipiunt. Q. sic:] Sunt verba postulata concedentis [o]. Securus hâc parte esto [p]. Dominus condonabit tibi id, quandoquidem non id studio idololatriæ fecisti [q]. Non delinques in legem quæ tibi dicta non est [r]. [Alii aliter:] q. d. Quieto animo esto, & nè sis solicitus de istis rebus, quæ nihil ad pacem conscientiæ tuæ faciunt, sed potiùs illam turbaturæ essent, & Deum in te provocaturæ. Sic 1 Sam. 1. 17. & suprà 4. 23, 26†. Nè sis solicitus, &c. Deus te consilio instruet [t], & à tam gravi lapsu conservabit. His verbis & preces illi promisit, & se audiendum nè laberetur prænunciavit. Heb. *ad pacem*; ità ό. pro *in*, i. e. *cum*, *pace*, Pi. Sed cur non eum monet ut Hierosolymam se conferret? Resp. 1. Quia ibi neophytus facilè superstitionibus inficeretur, labefactatâ tum illic Religione; nec tantum erat in Syria periculum, ubi crassa erat idololatria, quæ facilè caveri potuit. 2. Docere voluit Propheta Deum ubique terrarum coli posse. 3. Gloria Dei intererat, ut nomen ipsius etiam in Syria celebraretur [v]. ¶ *Electo terræ tempore*, i. e. verno tempore; כִּבְרַת אֶרֶץ] *Milliare terræ*, V. P. Ti. Jon. *exiguum spatium*, &c. JT. Heb. *planum*, vel *campum*: Genev. *bucœllam*. Sic erit metaphora καταχρηστική [x]. [Vide de hac voce quæ fusè dicta ad Gen. 35. 16.]

20. *Pepercit*, &c. חָשַׂךְ אֶת־נַעֲמָן מִקַּחַת וגו'] *Prohibuit dominus Naaman Aramæum istum, nè acciperet*, &c. V. sim. Mo. *abstinuit à Naaman, accipere*, &c. Jon. *continuit se ab accipiendo quod attulit Naaman*, &c. Ar. *Cohibuit se — apud Naamanem, nè acciperet*, &c. JT. Tò אֶת acceperunt pro *cum*; quod non placet. Malim, propter accentum distinguentem in voce אֲדֹנִי, *cohibuit se à Naamano*; ut sit gemina ellipsis, 1. τοῦ מִן, 2. pronominis reciproci [y]. *Pepercit Naamani*, (vel, *rebus Naaman*, P. Ti.) *quò minùs acciperet*, Sy. Ti. vel, *ut non acciperet*, M. P. vel, *non accipiendo*, ό. Noluit accipere è muneribus quæ attulit Naaman [z]. ¶ *Syro isti*] q. d. Extraneo, & ex gente Israelitis semper inimica; cujus non tam debuit ratio haberi quàm Prophetarum egentium. Ità herum stultitiæ arguit; & de recèns converso satis contemptim loquitur [a]. ¶ *Vivit Dominus, quia curram*] Heb. *nam si* (pro, *sed*) *curram*, &c. Videtur sermo abruptus; q. d. Ego non cohibebo me ab illo, sed curram, &c [b]. Deum testem vocat scelerati propositi, ut se magis ad id obstringeret: sed hoc sacramentum, cùm impium & temerarium esset, eum non obstringebat; neque enim jusjurandum est vinculum impietatis, &c [c].

21. *Desiliit de curru*] Non vulgare hoc honoris genus: At Naaman in servo herum Elisæum, in Elisæo Deum verum, agnoscebat & venerabatur [d].

22. *Misit me ad te, dicens*, &c. לֵאמֹר] *Dicendo*, V. *ut dicerem*, P. sub. tibi, V. ¶ *Modò venerunt*; ità Sy. Ar. M. Ti. עַתָּה זֶה בָּאוּ] *Nunc hoc* (sub. *tempore*, P. Jon.) *venerunt*, Mo. *Jam modò venerunt* JT. At incredibile erat, aut Elisæum mentem suam mutâsse, aut eum tantam pecuniam ac vestes pretiosas filiis Prophetarum postulare voluisse †.

23. *Melius est ut accipias duo talenta*] Ità Naaman hilarum & liberalem se præbet [f]. Quasi non deceret tantum Satrapam minus dare [g]. ¶ הוֹאֵל קַח וגו'] *Velis, cape*, V. sic Mo. *Velis capere*, P. *Acquiesce, cape*, JT. sim. M. Ti. *Agè, sume*, Jon. in Mar. *Obsecro te, accipe*, Sy. sim. Ar. V. Rem mihi gratam feceris si acceperis [h]. ¶ *Et coegit eum*] Simulantem se nolle ab Elisæi præscripto discedere [i]. ¶ *Ligavit—in duobus saccis*; vel *sacculis*, M. P. Ti. חֲרִטִים] *Loculis*, JT. *marsupiis*, V. Os. BA. Mo. Jon. *linteis*, Sy. *sportis*, Ar. [Vide de hac voce ad Exod. 32. 4.]

24. *Cùmque venisset jam vesperi*, וַיָּבֹא אֶל־הָעֹפֶל וגו'] *Et venit ad Ophel*: est nomen loci [k]. *Ad locum editum*, sive *sublimem*, Mo. Mar. vel, quia Elisæus in loco sublimi habitabat, in aliquo suburbano [l]; vel, ibi collocavit eas opes, ut tutæ essent [m]. *Ad clivum*, JT. Puto, collem præputiorum, de quo Josua; nam Elisa Gilgale habitabat, suprà 4. 38 [n]. At Elisæus tum habitabat Samariæ, suprà 3 [o]. *Ad munitionem*, P. *in locum secretum*, sive *celatum*, Ar. M. Ti. Jon. *in locum quendam tenebrosum*, ό. Legerunt אֹפֶל: at עֹפֶל potiùs *sublimem locum* sign [p]. *In latebram*, Ca. Habuit latebrosa & recondita scrinia, ubi furta sua seponeret [q]. *Ad latibulum montis*, Sy. ¶ *Reposuit*] Heb. *visitavit*, pro, *visitandum aliis commisit* [r]. Servanda tradidit. ¶ *In domo*] *In domo* quadam, Sy. JT. In domo quæ illic erat constructa †.

26. *Nonne cor meum in præsenti erat?*] Aderam tunc mente, sive spiritu [t]. Videbam ista intus in animo. Simile loquendi genus 1 Cor. 5. 3, 4. ¶ *Accepisti argentum, &—vestes, ut emas oliveta*, &c.] Hebr. *An tempus erat accipiendi*, &c? G. sic P. V. Multa non tam rebus quàm temporibus fiunt bona & mala. Et accipiendum est, ut ait Ulpianus, L. *Solent*, D. de Officio Proconsulis, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, (*Neque omnia* sunt accipienda, *neque semper, neque ab omnibus* [v].) Non debueras quicquam ab isto accipere qui non est nostræ Religionis [x]. *Oliveta*, &c. virtute, scilicet, ac facultate, non reipsa; i. e. unde emas tibi oliveta, &c [y]. Non tantùm recenset quæ acceperit ab eo, sed quæ animo destinaverit sibi comparare [z].

27. *Lepra—adhærebit tibi*] q. d. Voluisti dona ejus habere; habebis & lepram. Decreveras inter cæteros homines splendidus & dives evadere; eris verò separatus & abjectus ab omni hominum cœtu. Animum habuisti vitiatum; nunc & corpus. ¶ *Et semini tuo, usque in sempiternum*] Non absolutè, sed q. d. in longissimum tempus, in tertiam vel quartam generationem, juxta Exod. 34. 7 [a]. Non est quòd de justitia Dei conqueramur si infantes moriantur, cùm nec hi culpâ (saltem originali) careant. Notandum Gehazi, quamvis ex filiis Prophetarum esset, uxorem & liberos

Margin notes (left column): † La. sim. Ser. — f Ser. — g Caj. in La. — h Mart. — i Q. in La. — k La. — l La. sim. Ser. — m G. — * Mart. Greg. de Valent. in La. — n Mart. — † Q. in Mart. — * Mart. — o San. Me. — p G. — q V. sim. Me. — r G. — † Jun. — t Pi. — v Mart. — x Pi.

Margin notes (right column): y Pi. — z V. sim. Ca. Strig. — a Mart. — b Pi. — c Mart. — d Idem. — † Idem. — f Idem. — g G. — h V. — i Me. — k Os. sic Strig. — l Mar. — m Mar. sim. Mart. — n Jun. — o Pi. — p Mar. — q Q. in Mart. — r Pi. — † V. — t Idem. — v G. — x V. — y V. sim. Pi. — z Mart. — a La. ex To. & Ser. & San.

b Mart. liberos habuisse [b]. ¶ *Egressus est ab eo*] Leprosi
c Idem. enim ab hominum consortio amandabantur [c], ex Lege, Levit. 13. & 14. cujus studiosissimus erat Elisæus.
Obj. Giezi cap. 8. cum Rege Joram colloquitur. Resp.
Vel id contigit antequam leprâ percussus fuerit; vel
d La. Giezi pœnitentiam egit, & sic mundatus est [d]. ¶ *Leprosus quasi nix*] i. e. Quasi si nive fuisset conspersus.
Quæ erat lepra teterrima, ad dolorem acerbissima, &
† T. ex San. curatu difficillima, ut Medici asserunt †. Qu. Quodnam tantum Gehazi peccatum erat, quod sic punitur, &c? Resp. 1. Pœna hæc erat intempestivæ δωροδοκίας [f] · quòd inscio & invito Elisæo munera petierit &
f G.
g La. acceperit [g]. 2. Pœna erat maximè mendacii. Nam
qui Prophetam circa ea quæ ad munus ipsius pertinent
circumvenire vult, *mentiri* dicitur *Spiritui Sancto*, cu-
h G. jus instrumenta sunt Prophetæ. Vide Act. 5. 3, &c [h].
i La. Mart. 3. Peccavit furto [i]; & illi pravum adjecit consilium:
non enim hæc quæsiverat in usum Prophetarum egentium, sed ut seipsum locupletaret. Et cùm Elisæus,
ut adhæreret Eliæ, sua bona deseruit; Gehazi statuerat, deserto Prophetâ, ad curandas possessiones se trans-
k Mart. ferre [k]. 4. Labem prophetico nomini inussit, quasi
pseudopropheta esset; atque ideo tantum honoris detraxit Helisæo, quantum repudiando munera concili-
l San. sim. ârat Helisæus [l]. Unde & Naaman deficere poterat à
La. T. fide quam conceperat de Deo vero ex sanctitate & in-
Mart. tegritate Elisæi [m]. Quocirca credo curâsse primùm
m La.
n San. Prophetam ut Naaman hoc intelligeret, &c [n]. 5. Peccavit Simoniâ, quia hoc accepit tanquam pretium E-
o La. lisæo pro sanitate debitum [o].

CAP. VI.

1. **F**ilii *prophetarum*] Discipuli Elisæi & reliquo-
a V. rum Prophetarum [a]. Qui vacabant Divinis literis, & laudibus, & precibus, & mittebantur sæpe ad
plebem ædificandam & confirmandam, &c. Videntur
præterea exercuisse aliquas artes manibus, &c. quò
b Mart. sibi victum quærerent, nè fidelibus oneri essent [b].
¶ *Locus angustus est nobis*] Augebatur numerus Prophetarum, tum quia expulsus erat Gehazi, (qui secta-
c V. toribus Prophetæ erat acerbissimus [c], & eleemosynas
d Mart. malignè distribuebat;) tum propter miracula Elisæi [d].
2. *Eamus ad Jordanem*] Nam prope Jordanem habitabant, sive Jerichunte, sive Galgalâ; non enim
† San. constat †.
3. *Veni & tu*, &c.] Probi discipuli vehementer cu-
f Idem. piunt suis institutoribus perpetuò adhærere [f].
5. *Cùm unus materiam succidisset*, וַיְהִי הָאֶחָד מַפִּיל הַקּוֹרָה] *Cùm quidam dejiceret* aliquod *tignum*, P. [sim. omnes.] ¶ *Caderet ferrum*, &c. וְאֶת־הַבַּרְזֶל נָפַל וגו׳]
Et ferrum decidit in aquam, P. sic Mo. Ar. &c. Per enallagen casuum accusativus cum particula אֶת sumi-
† Glass. tur pro nominativo †. [Al. aliter:] *Et* (sub. *trabs*, vel
gram. pag. *tignum*, ex præcedente membro) *cum ferro cecidit*, K. in
100. Glass. Jun. Non placet: Non congruit נָפַל masc. cum
g Pi. קוֹרָה fœmin [g]. *Ferrum*, sub. *securis*, vel *bipennis*, V.
¶ *Mutuò acceperam*] Impropriè locutus est: dicere
enim voluit, *commodatò*. Meritò autem dolet de amissa
re commodata. Religiosè enim cavendum est nè quis
h G. ex beneficio suo damnum sentiat [h]. Pii magis queruntur
i Mart. de alieno damno quàm suo [i]. ¶ וְהוּא שָׁאוּל]
Et ipsum petitum, Mo. *commodatò petitum*, Jun. vel *acceptum*, P. sic Jon. Ca. vel *datum*, M. *mutuò datum*, Sy. vel
acceptum, Ti. Ità doluit, tum quia otiosum ageret diem illum inermis; tum quia nec rem domino reddere
k San. poterat, nec ejus pretium fortè haberet [k].
6. *Ubi cecidit?*] Non enim Spiritus Dei omnia sug-
l Mart. gerit Prophetis [l]. ¶ *Præcidit ergò lignum*] Sub.
m V. *aliquod*, unde faceret alterum manubrium [m]. ¶ *Et misit illuc*] Vel, *projecit illuc*, P. V. i. e. Infixit illud
manubrium novum in foramen ferri quod erat in fun-
n V. sim. do Jordanis [n]. ¶ *Natavitque ferrum* ; ità Sy. Ar.
Me. Mart. וַיָּצֶף הַבַּרְזֶל] *Et supernatare fecit* (vel *enatavit*, ὀ. Jon. vel *fluitavit*, M.) *ferrum*, Mo. Οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει, (*Non semper fluvius secures fert*,) ex Æsopica
fabula enatum dictum; Erasm. 4. 3. 57 [o]. Duo hîc o G.
miracula: 1. quòd manubrium incidit in foramen ferri;
2. quòd manubrium fecit natare ferrum [p]. Vel pon- p V. sim.
dus ferro ademptum est; vel ferrum ab angelis susti- Mart.
nebatur [q].
8. *Rex Syriæ pugnabat*] Causa belli, antiquum & q Mart.
naturale odium inter vicinos loco, & diversos religione, populos [r]. ¶ *In loco illo & illo*, אֶל־מְקוֹם r San.
פְּלֹנִי אַלְמֹנִי] *In loco tali & tali*, P. Mar. V. sic Sy.
Alicubi ad certum locum, Ti. *In loco isto quodam*, ὀ. *In loco abscondito incelebri*, Mo. vel, *occulto & surdo*, in quo
nemo loquitur, M. ab אלם *mutum esse*: q. d. ubi milites taciti & sine strepitu descendunt †. Alii sumunt † Mart.
pro עַלְמוֹנִי, à עלם *abscondere* [t]. *Loco celato & abs-* t M.
condito, Jon. sim. Ar. *In locum cujusdam N.* JT. Hebræi, cùm nomen proprium loci vel personæ non succurrit, aut cùm illud exprimere nolunt, dicunt, *Peloni Almoni*. Rex Syriæ indubiè expressit nomen loci; sed
vel non succurrit historiographo, vel potiùs noluit
exprimere, [tanquam rem nullius momenti.] De hoc
genere dicendi vide Ruth 4. 1 [v]. v V.
9. *Ibi Syri in insidiis sunt*; sic Ar. JT. שָׁם אֲרָם נְחִתִּים] *Illuc Aramæi descendunt*, P. sic Mo. id est,
proximè descensuri sunt, Me. *Descenderunt*, i. e. castrametati sunt, V. Insidiæ erant in descensu cujusdam collis, ut non facilè videri possent ab adversa
parte [x]. De Syris loquens, voce Syrâ utitur signifi- x M.
cante *se ad insidiandum demittere* [y]. Nam נְחִתִּים est y Jun. Pi.
pro נְחִיתִים, ex forma nominis participialis passivi,
scilicet Chaldaici & Syriaci. Vide aliud exemplum
vocis Syriacæ in Deut. 26. 5 †. *Ibi latitant*, M. *de-* † Glass.
missi latitant, Ti. *absconditi sunt*, Jon. in Mar. Alii, gram. p.
manentes, alii, *in castris latitantes*, M. Prophetia non 250.
res futuras tantùm aperit, sed & hujus temporis ea
quæ latent. Vide dicta ad Matt. 26. 68 [z]. Qu. Sed cur z G.
Israelitis idololatris Deus hæc præstitit? Resp. 1. Ut
fidem suam demonstraret, pactis (quæ illi violârant)
diu stare voluit. 2. Nè nomen suum Syris ludibrio esset.
3. Propter timentes Dei inter ipsos [a]. a Mart.
10. *Misit rex Israel*] Sub. *exploratores*: i. e. Periculum fecit an Propheta Dei vera diceret [b]. ¶ *Et* b V.
præoccupavit, &c. וְהִזְהִירֹה וְנִשְׁמַר שָׁם] *Et admonuerat eum, & cavit sibi illinc*, P. vel, *& cavit sibi ab eo*, M.
sim. Ca. *& custoditus fuit ibi*, Os. *& observabat se ibi*,
Mo. ὀ. *monuerat eum, ut caveret sibi illic*, vel, *ab eo loco*, JT. Sy. *& dispositis custodiis observari eum jussit*,
Ti. ¶ *Non semel, neque bis*; ità Sy. Ar. JT. [sim. omnes:] לֹא אַחַת וְלֹא שְׁתָּיִם] *Non unâ, neque duabus*
vicibus, JT. Pi. i. e. persæpe: Litotes [c]. *Idque sæpius*, Ti. c Jun. Pi.
11. *Conturbatum est cor*, &c. sic Mo. וַיִּסָּעֵר] *Et turbatum est*, instar maris tempestate agitati [d]. *Emota est* d Pi.
anima, ὀ. *perterrito corde*, Sy. ¶ *Quis proditor mei sit*, &c. מִי מִשֶּׁלָּנוּ אֶל־מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל] *Quis è nobis est regis Israelis?* P. sic Ti. vel, *pro rege Isr.?* Belg. Ang.
vel, *est apud regem Isr.?* Sy. *Quis—ad regem Isr. transfugerit?* Strig. *Quis*, vel *Qui, ex nostris* (sub. *retulit*,
JT. Pi. vel, *secretum revelaverit*, M. Ar. Jon. sim. V. vel,
nunciat quæ agere volumus, Mar.) *ad regem Israelis?*
JT. M. &c.
12. *Sed Elisæus propheta—indicat*] Celebre erat ejus
inter Syros nomen, tum ob Naamanem curatum, tum
ob cætera miracula †. כִּי vertò *sed*, ut sit positum pro † Mart.
כִּי אִם [f]. f Pi.
13. *Ecce, in Dothan*] Locus est non procul à Shecem & Schomrone, in tribû Manassis, Gen. 37. 17 [g]. g Jun. Pi.
15. *Minister viri Dei*] Vel, 1. Giezi [h]. At hîc, pro- h Sal. in
pter lepram, procul ab hominum convictu relega- Me.
tus est [i]. Vel, 2. alius puer, cui nondum sat erat ex- i T.
plorata virtus & potentia Elisæi [k]. ¶ *Egressus*] Sub. k T. ex
domo, vel, ut alii, *urbe*, V. Egressus est ad portas oppidi, San.
audito nimirum exercitûs adventu, ejúsque causâ [l]. l Os.
¶ *Quid faciemus?*] q. d. Actum est de nobis; per-
iimus [m]. m V.
16. *Plures nobiscum*, &c.] *Castra Dei*, Gen. 32. 2.
legiones Angelorum, Matt. 26. 53. Confer quæ dicta
supra 2. 11 [n]. n G.
17. *Aperuit oculos pueri*, &c.] Sententia est veterum, Angelos apparere simul atque volunt, non apparere ubi nolunt. Illa ὀπτασία hîc dicitur *apertio ocu-*
lorum;

lorum, ob effectum similem [o]. Hæc apertio, &c. nihil aliud erat quàm exhibitio objecti visibilis, curruum, &c [p]. ¶ *Et ecce, mons*] In quo sita erat urbs; vel, qui non procul aberat ab urbe [q]. ¶ *Plenus equorum & currum igneorum*] In specie ignis: eorum vis & celeritas significatur [r]. ¶ *In circuitu Elisæi*] Qu. Cùm exercitus ille erat in monte, & Elisa intra civitatem, quomodo circumdabat Elisam? Resp. 1. Quia erant in circuitu oppidi in quo erat Elisæus, ità ut prohiberent Syros quò minùs in urbem penetrare possent †. 2. Solùm visio fuit [t]. Vidit imaginem seu speciem Elisæi residentem in medio castrorum [v], quem defendebat ille exercitus, ut nemo hostium illi nocere potuerit [x].

18. *Hostes verò descenderunt ad eum*] Sub. *egressum urbe*, V. iturum in Samariam [y]. Eo conspecto descenderunt, vel ut eum caperent; vel ut de illo sciscitarentur de viro Dei, & de urbis dispositione [z]. ¶ *Percute gentem hanc cæcitate*] Alii, *hebetudine oculorum*, ut non perfectè videant [a]. Non erat hæc *ἀορασία*, sed *ἀκρισία* [b], sive scotoma, quale Gen. 19. 11 [c]. [ubi annotata vide.] Vitium erat visûs, quo impediebantur nè agnoscerent ea quæ videbant [d]. Nempe, species longè alia oculis ipsorum objiciebatur quàm esset vera forma Elisæi, vel civitatis quam quærebant †.

19. *Non est hæc via, neque ista est civitas*] Hoc negat, non absolutè & simpliciter, sed suam rationem refert ad eorum consilium & rei eventum. Non enim ibi eum deprehensuri erant [f]. Non est mentitus Elisæus, sed æquivocatione utitur [g], vel ambiguitate sermonis; quam si observâssent, facilè deprehendissent [h]. Quærentibus viam quâ Elisæum invenirent, respondet hanc non esse eam, nam ibat Samariam; nec illam civitatem, nam Elisæus eâ exiverat. Simili sensu Johannes negavit se esse Eliam, Joh. 1. 21. nempe, quomodo Judæi intelligebant [i]. Non tenebatur Elisæus ad eorum mentem respondere, cùm hostes essent [k], sed ad suam; scilicet, hanc non esse Samariam, patriam suam, ubi Elisæum erant agnituri [l]. Dolus in hostem licitus habebatur illo tempore. Vide de J. B. & P. 3. 1. 17 [m]. [Al. sic;] *Non est hæc*, quæ oculis vestris objicitur, *via, neque ista civitas*, &c [n]. [Vide ad ver. 18.] ¶ *Ostendam vobis virum*] Quod etiam præstitit [o].

21. *Numquid percutiam, &c?*] Heb. *Percutiam percutiam?* Mart. Geminatio verbi truculentum Regis animum indicat [p], & omnimodam interfectionem [q]. ¶ *Pater mi*] Sic Prophetam honorificè appellat, nec tamen in ejus gratiam idololatriam abjecit [r]. Sic etiam Episcopos sæpe compellârunt Christiani Imperatores †.

22. *Neque enim cepisti eos gladio & arcu*, הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ בְּחַרְבְּךָ וּבְקַשְׁתְּךָ אַתָּה מַכֶּה] *Sed quos cepisti gladio tuo & arcu tuo, eos percute*, M. Strig. sim. Jon. Sy. Ar. Ti. Ca. Alii sic; *Num quos cepisti gladio tuo & arcu tuo percutis?* P. ὀ. vel, *tu percutiens?* Mo. Mar. pro, *percuties?* Mar. vel *percuteres?* V. JT. [Quod variè explicant.] Ironia est [t]. Si hos percuteres, non percuteres homines victos tuâ operâ, sed operâ Dei: nullum jus habes in istos, quia non cepisti eos [v]. Al. sic; Nè eos quidem occideres quos mancipii jure tibi in bello comparares; multò minùs alieno beneficio comparatos [x]. Argumentum est à majori ad minus [y]. Hostium qui paulò leniores sunt captivis solent parcere. In Heraclidis Euripidis, cùm dixisset nuncius, Τί δ' αἱ τόδ'; ἐχθρὸς τοῖσι δ' οὐ καλὸν κτανεῖν; (i. e. *Annon hostes interficere licet?*) respondet Chorus, Οὐχ ὅντιν' ἂν γε ζῶνθ' ἕλωσιν ἐν μάχῃ, (*Minimè, si eos in prælio vivos ceperint.*) Et in Troadibus Senecæ, dicenti Pyrrho, *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit*, Agamemnon respondet, *Quod non vetat Lex, hoc vetat fieri pudor. Æqui bonique natura parcere etiam captivis jubet*, ait Seneca de Clementia 1. 18 [z]. ¶ *Pone panem & aquam*, &c.] Consulit ut bonum pro malo reddatur, juxta Rom. 12. Inepti ergò sunt qui hoc tantùm Christianismi esse aiunt, & negant in V. T. ad id Hebræos fuisse adstrictos. Lex jubet proximos diligere, à quorum censu hostes non sunt expungendi [a]. Illis parcitum voluit Deus, ut suam potentiam, ipsis etiam hostibus præconibus, ubique manifestiorem redderet [b].

[Margin: o G. — p Me. — q V. — r San. sim. Mart. — † Os. — t M. ex He. sim. Mart. — v Mart. — x M. — y Me. — z Mart. — a V. — b San. Mart. — c G. ità Jun. Pi. — d Pi. sim. Os. — † T. ex San. — f Mart. — g Me. — h Ang. — i Ang. — k Me. La. — l La. — m G. — n T. ex San. — o Me. — p Mart. — q Ma. — r Mart. — † G. — t Mar. — v V. sim. Os. — x Jun. Pi. — y Mart. sic G. — z G. — a Mart. — b T. ex Theod.]

23. *Apposita est*, &c. וַיִּכְרֶה לָהֶם כֵּרָה וגו'] *Et præparavit* (vel *apposuit*, ὀ.) *iis apparatum*, Mo. sic P. Ti. JT. *convivium*, Jon. Sy. Ar. *refectionem*, M. *appositionem*, ὀ. ¶ *Ultrà non venerunt latrones Syriæ*] Vel *excursores*, G. At hoc pugnare videtur cum versu sequenti. Quid hîc dicendum? Resp. 1. Vox *ultrà* non excludit totum tempus futurum; sed, vel tempus istius Regis [c]: (Non placet; nam hic Rex erat Benhadad, qui Samariam obsedit [d]:) vel tempus viventis Elisæi †. Resp. 2. *Ultrà* non venerunt, i. e. eo tempore ultrà non processerunt Syri in isto bello prosequendo, sed copias omnes ex Israele reduxerunt in Syriam [f]. Resp. 3. τὸ עוֹד *ultrà* sæpe signif. *spatium longum*, non tamen æternum [g]. Resp. 4. Accipiendum hoc de iisdem militibus, qui liberi sunt dimissi, qui noluerunt ampliùs oppugnare Israelitas [h]: sive quòd deliniti essent tanto beneficio [i]; sive quòd sibi ab Elisæo metuerent [k]. Resp. 5. Exponendum potiùs de modo & forma expeditionis; q. d. Non ampliùs quicquam insidiosè aut clanculùm moliri voluit, sed aperto Marte ac pleno exercitu eos invadere [l]. Fortè putavit Rex, Deum Israelis & Prophetam potuisse quidem paucis resistere, non autem universum exercitum Syriæ superare [m].

24. *Benhadad*] Existimant doctiores *Benhadad* fuisse nomen commune Regum Syriæ, ut *Pharao* nomen fuit Regum Ægypti: aut certè multi eo nomine fuerunt [n].

25. *Caput asini*, &c.] Q. synecdochicè intelligunt pro toto asino [o]. Quomodo dicimus, *caput canis, caput colubri*, pro *cane* & *colubro*. Hinc tritum illud, *ô præclarum caput! vile caput, caput liberum*, pro homine præclaro, vili, & libero. Sic numerari dicimus gregum capita. Sic Marcellus, qui gregem habebat capitum 300. Simil. Ulpian. & Marcian [p]. Alii propriè accipiunt [q]. ¶ *Octoginta argenteis*] Nempe siclis [r]; i. e. circiter 30 coronatis; cùm totus asinus tribus vendi soleret. Asinus immundum erat animal, & ad cibum & ad sacrificia †. [Vide Exod. 13. 13.] In tanta autem fame comedebant quicquid ventrem saturare potuit [t]. Invicta necessitas Legis violationem excusabat, sicut Matt. 12. 3. *Artaxerxes* apud *Cadusios* in summa fame *jumenta concidebat, ità ut asini caput vix 60 drachmis venale esset*, ait Plutarchus in Artaxerxe; cùm alioqui totus asinus in Luciano 25 vel 30 drachmis veneat [v]. Et in Casalino ab Annibale obsesso *murem ducentis denariis venisse* testantur Plin. 8. 57. Valer. Max. 7. 6. *centum denariis*, ait Frontinus [x]. ¶ *Et quarta pars cabi stercoris columbarum*; sic ὀ. Jon. Sy. Ar. M. P. Mo. Ca. Strig. וְרֹבַע הַקַּב חֲרֵיוֹנִים] Sententia Talmudicorum est, *Omnes voces quæ in Lege obscœnè scriptæ sunt, honestè legi*; adeóque pro verbo in textu, honestius aliud in margine substituunt, quod pro eo in Synagogis legere moris hodiéque est. Hinc pro שָׁגַל *coire*, Deut. 28. 30. legunt שָׁכַב *concumbere*: pro עֳפָלִים *ani morbis*, Deut. 28. 27. טְחוֹרִים *mariscas*, &c. Ità hoc loco legi volunt דִּבְיוֹנִים [y]. Quam vocem plerique conjunctim legunt: sic denotat *id quod decidit*, vel *defluit, à columbis* [z], sive *fluxum columbarum* [a], sive *superfluitatem quæ fluit è columbis* [b]; à דָּב *fluxu* [c], à דָּב sive דּוּב verbo Chaldæo, (pro זָב [d],) quod est *fluere*, & יוֹנִים *columbis* †. Alii autem disjunctim sive dissolutè legunt, ut ד sit pronomen Chald. (pro אֲשֶׁר *quod*, & ב *in*,) & יוֹנִים *columbis*, & significet *quicquid est in columbis*. Ità Joseph K. Davidis pater [f], & Talmudici [g]. Qu. Quid hîc חֲרֵיוֹנִים, vel דִּבְיוֹנִים? & quomodo intelligendus est hic locus? Resp. 1. *Stercus columbarum* plerique reddunt, [ut dictum,] à חוּר, (quod sign. 1. *album esse*, quem colorem excrementa columbarum referunt; 2. *foramen*, seu *cavernam in se contractam*; quâ periphrasi Hebræi anum describunt,) & יוֹנִים [h]. Porrò, hoc stercus variis usibus adhibitum volunt. 1. Q. in cibum [i]: tum quia fit ex granis aliisque cibis purioribus; tum quia humidius est, &c [k]; tum quia in eo aliquid est reliquum, quod columbæ non concoquunt, hominum tamen natura non respuit. Videmus quædam animalia aliorum stercore pasci. Fames Æneid. 3. *obscœna* dicitur, quia homines ad obscœnas epulas compellit; & *malesuada*, quia ad fœdissima trahit [l].

[Margin: c V. sim. M. — d Mart. — † La. — f T. — g Q. in Mart. — h Al. in Mart. — i T. — k Mart. — l Mart. ex Jo. sim. G. — m Mart. — n V. — o Ità La. — p San. — q Ità San. La. Me. — r Me. — † Mart. — t M. — v BA. 1. 2. 13. 189. — x G. — y BA. 2. 13. 7. 41. — z Ful. misc. 6. 11. — a BA. ib. — b V. — c BA. — d Ful. — † BA. Ful. — f Ful. — g BA. — h Mart. — i Ità San. La. Eutych. in BA. — k La. — l San.]

Hinc

Hinc in fame *lora detractásque scutis pelles* mandebant, Liv. 23. 19. & *tomenta è culcita*, Sueton. Tiber. cap. 54[m]. Fame autem compulsos homines ad ejectamenta columbarum eò minùs mirandum est, quòd & humanæ alvi ejectamenta tali necessitate usurpata & Esa. 36. 12. & historiæ aliæ nos doceant [n]. Verùm illa Rabsakis verba, *ut comedant stercus suum*, &c. Esa. 36. 12. Thrasonicè & per hyperbolen dicta rectè notant Hebræi; cùm à tam immani cibo natura planè abhorret: nec quicquam in excrementis superest quod concoquatur, maximè in columbarum stercore, quod fervidissimum esse docent Varro de Re rustic. 1. 38. Palladius, 2. 33. Quintilius lib. 2. Geopon. & Avicenna l. 2. de Stercore; nempe, quia columbæ ferventiorem habent ventriculum, Aristot. de Part. animal. 3. 7[o]. 2. Alii id usurpatum volunt ad fovendum ignem ob penuriam ligni [p]; quia non poterant exire in sylvas ad cædenda ligna [q]: quod est paulò minùs absurdum; facilè enim incenditur, teste Galen. de Temperam. l. 3. Sed quis credat in regia sede tantum fuisse stercoris, &c. aut ullum fuisse qui non mallet igne ad tempus carere, quàm materiam fœtidissimam tanti emere? Quid? quòd hæc non cohærent; Samariæ fames erat magna, quia igne carebant, &c [r]. 3. Alii ad stercorationem agri in urbe inclusi, ut sic futuræ fami in annum sequentem prospiceretur †. Hujusmodi sanè stercora primæ notæ sunt ad agros & hortos impinguandos [t]. Quasi verisimile sit, aut in urbe populosissima tantum agri fuisse; aut eos, quibus deerat unde viverent in dies, habuisse unde sererent, aut de futuro tam solicitos fuisse [v]. 4. Alii volunt illis fuisse *pro sale* [x]. Quasi condimenta in magna fame tanto pretio comparari solerent; sal enim nihil aliud est quàm condimentum: & quis nescit in urina multò plus esse salis, & faciliùs elici, & minori cum fastidio [y]? [Atque hæc de prima sententia.] Resp. 2. Alii דִּבְיוֹנִים vertunt, [ut dictum,] *quod in columbis*, sub. *est*, vel *erat* [z]. Sign. חֲרִיוֹנִים *quod in struma columbarum evolantium inveniebatur.* Id enim, cùm nondum esset digestum, tollebant homines & comedebant [a]. Talmudici volunt columbas *Samariæ* ad hoc fuisse institutas, ut q. d. pabulatum irent in agros. Unde cum fartæ & distentæ rediissent, dominos excussâ ingluvie grana elicuisse, & magno vendidisse. Sed quis credat, aut tot dociles columbas fuisse Samariæ, aut illas in agro longè latéque vastato fruges habuisse, aut eas tam facilè expectorâsse, aut vel unum cabum toto famis tempore hâc viâ congeri potuisse? Sed frustrà disputamus, cùm vox in textu nullâ ratione huc trahi possit; imò vix ea quæ in margine est [b]. Resp. 3. [Alii locum aliter reddunt:] *Et quarta pars*, (subaud. *columbarum*, Jun.) *venter ipse*, qui est *in cavo columbarum*, JT. Non placet. 1. Quid hoc, *venter—in cavo*, &c. cùm cavum potiùs sit in ventre? 2. Quomodo seorsim veniret columbarum venter? 3. Si רוֹבַע esset *quarta pars*, & הַקֵּב *venter*, utrumque nomen articulum præfixum haberet, ut Græcè diceretur, τὸ τέταρτον, ἡ κοιλία. 4. Perperàm confundunt קֵבָה *ventriculum* cum קַב quod *cabum* sign. testibus K. & RS. reliquísque Hebræis [c]. Resp. 4. Intelligo *columbarum ingluviem*, *alvum*, *& interanea*. Vocantur hæc דִּבְיוֹנִים, i. e. *fluxus columbarum*, eò quòd qui columbas dissecant & exenterant ea defluere seu delabi in terram sinant: & חֲרִיוֹנִים, quod est κοιλία, vel *alvus* sive *interanea columbarum.* [Id sic probat.] חֲרִיוֹנִים est vox composita, qu. חוֹרֵי יוֹנִים: cujus pars posterior notissima est: prior, sive τὸ חוּר, sign. 1. *alvum*, [lege *album*;] 2. *foramen*, à candore lucis, quæ per illud solet conspici; 3. *cavernam*, quæ foraminis est species; 4. *alvum*, insignem corporis nostri cavernam; 5. *stercora*. Quarum hujus verbi notionum cùm liceat eligere commodissimam, quidni *alvum & interanea* sign [d]? In qua sententia (quod accuratissimi scriptoris pace dixero) multa nec verisimilia videntur. 1. דִּבְיוֹנִים significare *columbarum interanea* nemo vel somniavit. 2. Pleræque significationes vocis חור sunt commentitiæ. חור pro *alvo* non tam Hebræum est, quàm Chald. & Arab. חור Hebr. pro *foramine*, vel *caverna*, est à חור *albescere*: חור Chald. à חָרַר *perforare*. חור *alvum, ingluviem, interanea* sonare, merum commentum est. חוֹר, vel חוֹרִי potiùs, aut חוֹרָא, *stercus*, vox est diversa prorsus à חָרָה, vel חֲרָא, & cum א scribitur, חוֹרָאֵיהֶם, Esa. 36. 12. ubi Aleph non est adventitium, sed radicale. 3. Nunquam fando auditum est columbarum exta separatim fuisse distracta. De gallinis, fateor; & Arabicè *thabudach* dicitur *qui vendit exta gallinæ*. De columbis nihil tale occurrit. 4. Nec columbarum exta per cabos dimensa fuissent. Cabus non est extorum mensura, sed granorum †. Respond. 5. *Columbarum stercus* cibi genus significare certissimum est. Duo autem sunt quæ Arabes hoc epitheto insigniunt. 1. *Kuz* (sive *giauz*) *gendem*, id est, nux à loco sic dicta: Ea huc non pertinet. 2. Id quod Arabibus *usnen*, sive *kali*, quod *cicer* est, vel *ciceris species*: De quo hîc agitur. [Sed hæc sententia per partes diducenda est.] 1. *Usnen* est *pulvis abstergens, qui dicitur stercus columbinum*, inquit Giggeius, vel *stercus passerum*, Avicen. l. 2. 2. *Usnen* plerique idem esse statuunt quod *kali*, sive *alkali*, [nam אֶל est particula Arabum.] Scalig. in Cardan. Exercit. 104. sect. 18. *Chali* (meliùs *kali*)—apud Serapionem dicitur *usnen*. Golius, *Usnen, herba ALKALI*, & cineres qui indè conficiuntur optimi in Auranitide. Idem sensit *Alcanzius*, vel *Alchindus*, Medicus celeberrimus; nam in capite de *Usnen* ea omnia describit quæ de *Kali* dixerat Avicenna. Tò *Kali* Heb. & Arab. *tostum*, seu *frictum*, sonat. Itaque *usnen* tostum, ut ex cinere ejus fiat lixivii sive saponis species, rectè vocatur *Kali*. Porrò, scribunt Hebræi τὸ קַלְיָא *kalia* esse *herbæ speciem, quam combustam in sapone ponunt*; sic Aruch & Pomarius. Quod ipsum dicunt Arabes de suo *usnen* vel *kali*. 3. *USNEN* vel *KALI ciceris* speciem esse docent Arabes. Abuchanipha; *Genera USNEN multa sunt, quæ omnia sunt ex ciceribus; & USNEN est ALHORD, quo lavantur vestes.* Serapion cap. 257. *Species USNEN sunt ex amoch*, (lege, *ex amos, ex ciceribus*,) *& USNEN est HARON*, (lege *HORD*;) *& est id quo lavantur panni.* Albacra; *USNEN est in genere cicerum.* Alcamus; *ALCALI, res quæ accipitur ex adustione cicerum.* Giggeius; *Algaulano, ciceris genus simile ALUSNEN.* Quid? quòd Hebræum קָלִי 2 Sam. 17. 28. ab Hieron. redditur *frixum cicer*, & rectè. Duplex enim ibi est קָלִי. Prius, tritico, ordeo & farinæ junctum, sign. *tostas fruges*, (quomodo קָלִי plerumque sumitur:) posterius autem, quod sequitur fabas aut lentes, tostum aut frictum aliquod legumen sonat, nempe, *frictum cicer*; nam cicer frigi aut torreri solebat. *Fricti ciceris* meminerunt *Aristoph.* fabulâ *Pace*, *Plautus* in *Bacchidibus*, *Horatius* in *Arte*. 4. Si *cicer* intelligatur, omnia bellè quadrabunt. 1. Cicer in Judæa notissimum esse docent 2 Sam. 17. 28. & *Talmud*, & *Bellonius Singularium* 2. 53. & 99. 2. Cabus tam leguminum quàm frugum est mensura. 3. *Stercus hoc columbarum* vilis cibus erat; nam confertur cum *asini capite*, eíque postponitur. Pariter inter cibos cicere nihil vilius; ut passim docent *Aristoph.* in *Pace*, *Horat.* Satyr. 1. 6. & 2. 3. & de *Arte*, Martial. Epigram. 1. 42. & 104. item 5. 79. & Pers. Satyr. 5. Porrò, hinc ortus Josephi error, [de quo dictum.] Salsedinem ciceris agnoscunt *Theophrastus de Causis plantarum*, 4. 9. & 5. 11. *Cato Rusticorum* c. 37. *Columella* 2. 14. Plin. 18. 12. Proinde ex ciceris quodam genere eliciunt Arabes *sal ALKALI*, sive *adusti ciceris*. Cùm ergò Hebræi vetustiores ad h. l. monuissent stercus columbarum id esse unde elicitur sal; id malâ manu acceptum à *Josepho*, qui scripsit id *pro sale* fuisse [f]. Non existimo cibos hujus generis passim fuisse venales in foro, sed, quia hæc aliquando contigerint, collecta fuisse ut argumenta extremæ penuriæ [g]. *Cabus* est mensura discretorum aridorum [h], sexta scil. pars *Seæ* vel *Sati*, continens 24 ova [i]. Tantum frumenti aut farinæ continet quantum diurno hominis cibo satis est, & chœnici Græcorum respondet [k].

26. *Cùm rex—transiret per murum*, [עַל־הַחוֹמָה] *Super murum*, P. V. i. e. Circuiret mœnia, lustrando urbem [l]. Ut videret an custodes probè vigilarent, & omnia rectè disposita essent; an periculum ab hostibus immineret [m].

[m] Ma.
[n] G.
[o] BA. 2. 1. 7. 38.
[p] Ità He. in V.
[q] Q in Ma. ità K. & R. Jonas in BA.
[r] BA. ib. 39.
† Q. in BA. ità Mart.
[t] Mart.
[v] BA. 40.
[x] Ità Jo. & Th. in Me.
[y] BA.
[z] Talmudici in BA.
[a] Q. in M.
[b] BA.
[c] BA. ib. 41.
[d] Ità Ful. in BA.
† BA. ib. 4[illegible]
[f] BA. 2. [illegible] 9. 44, &c.
[g] Mart.
[h] W[illegible]
[i] M. W[illegible] ex He.
[k] Ma.
[l] V.
[m] Mart. sim. S[illegible]

27. *Non: te salvet Dominus,* [אל יושעך יהוה וגו׳] *Nè servet te Dominus,* P. JT. sim. ο'. Mo. G. ex Jo. Sunt impatientis & indignabundi atque infidelis verba, videntis se juvandi facultate destitutum[n]. q. d. Dispereas; unde feram opem tibi, &c[o]? Pro consolatione prosequitur eam dirissimâ imprecatione, quâ nec Deum illi adesse volebat[p]. Sensus bene apud Josephum, ὀργισθεὶς ἐπηράσατο αὐτῇ τὸν Θεὸν, (*Iratus maledixit ei per Deum.*) Nimirum, gravia mala ut edomant quosdam, ità efferant alios[q]. Sic Gentiles irati mala imprecantes dicebant, *Dii te perdant; Dii tibi malè faxint* †. [Alii aliter:] *Ipse tibi Jehovah non subvenit,* Ca. Belg. *Quandoquidem non fert tibi opem Deus,* Ar. Ti. Particula אל tantùm futuro convenit, & communiter dehortantis vel deprecantis est, rarissimè negantis. K. tamen vult negantis esse, Gen. 49. 6. Exod. 12. 9. Psal. 121. 3. Alii addunt Prov. 3. 25. Sed in his omnibus prohibentis vel dehortantis esse potest[r]. Alii, *Si non succurrit tibi,* &c. M. sim. Strig. Ang. Jon. [quasi esset אם לא.] Possunt verba aliter distingui; *Nè: servet te Jehova;* i. e. Nè pete à me ut te servem, sed servet te Jehova. ¶ *Unde te possum salvare? de area?*] Præbendo frumentum? ¶ *Vel de torculari*] Ad præbendum tibi vinum aut oleum*? Putabat Rex eam exigere victum, &c[t].

29. *Coximus filium meum*] Sic impletæ sunt Dei minæ Deut. 28. 56, 57. Accidit idem Hierosolymis à Vespasiano obsessis, teste Josepho[v]; necnon tempore Zedeciæ, Ezec. 5. 10[x]; & Româ obsessâ à Vitige; & alibi. Quintilianus in declamatione PASTI CADAVERIBUS; *Pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater sibi parit: redit in uterum laceratus infans*[y]. ¶ *Abscondit filium suum*] Vel, ut ipsum sola edat; vel, ut parcat ei, servétque vivum[z].

30. *Scidit vestimenta sua*] In signum doloris orti ex consideratione istius crudelitatis[a]. ¶ *Viditque—populus cilicium,* &c. [וירא העם והנה השק על בשרו מבית] *Et vidit populus, & ecce, saccus super carnem ejus ab intus,* Ma. i.e. Deprehendit populus eum gestare cilicium sub veste regia[b]. Apparuit cilicium veste discissâ. Sic & Græci hîc[c]. *Quod quum videret populus,* (nempe, Regem lacerare vestimenta,) *ecce, cilicium* erat *supra carnem ejus intus,* nempe, sub vestimentis suis ordinariis[d]. [Al. sic;] *Quod quum vidit populus* intra civitatem, *ecce, cilicium* imposuit *carni suæ,* JT. scil. Populus induit cilicium, ut se cum Rege luctu communicare testaretur †. Sed contorta est hæc versio. Nam, 1. trajicit vocem מבית. 2. Supplet *civitatem,* quasi Rex tum non fuerit in civitate. 3. Negligit particulam *ecce*[f].

31. *Si steterit caput Elisæi,* &c.] *Si manserit,* JT. i. e. si sivero manere[g]. Sed quæ tantæ iræ causa? Resp. 1. Pseudoprophetæ fortè Regem inflammabant, & Elisæo cæterísque Dei Prophetis has calamitates imputabant[h]. Sic Romani Imperatores omnium calamitatum publicarum reos faciebant Christianos, ut Apologetici horum libri omnes testantur[i]. 2. Verisimilius est Elisæum Regi fortè minùs cordato, & cum Syris pacisci volenti etiam iniquis conditionibus, perpetuò id dissuasisse, atque opem è cœlo addixisse; quam quia differri videt, in Elisæum, tanquam mendacem, perfidum, & auctorem pessimi consilii, excandescit[k]. 3. Veritus est Rex nè Elisæus, exemplo Eliæ, famem hanc à Deo impetraverit, ut eorum scelera punirentur[l]. 4. Cogitabat Elisæum oratione suâ tantam inediam prohibere potuisse, si voluisset[m]. Concludebat ergò eum non opitulari, quia nollet. Non consideravit, Deum multa Prophetis concedere, non semper ad eorum arbitrium, sed cùm ipsi visum fuerit[n].

32. *Elisæus sedebat in domo sua*] In domo in qua commoratus est, quam habuit pro sua[o]. Domum enim Samariæ non habuit, cùm omnia sua dimisisset Eliam secutus[p]. ¶ *Et senes sedebant cum eo*] i. e. Vel optimates[q]; vel sancti senes, qui delectabantur illius consuetudine, aut de re communi deliberabant[r]; vel Prophetæ, sive discipuli ipsius*: qui *seniores* dicuntur, vel à scientia & moribus; vel ætate etiam, quòd ex eis aliqui essent grandes natu[t]. *Sedebant juxta ipsum,* i. e. assidebant illi[v].

n Jun. o V. p Mart. sim. San. q G. † La. r Glass. gram. 477. * Pi. t San. v G. x T. † La. y G. z V. sim. L. a Pi. b V. c G. d Pi. † Jun in Ma. f Pi. g Pi. h Mart. i G. k T. sim. La. ex Theod. Mart. l Mart. m Ità V. sim. Mart. San. n Mart. o San. p To. in Me. q Me. r San. * G. ex Jo. Mart. t Mart.

Rex, ut solent impii, nec corpore nec animo quiescit: Elisæus domi quietus manet, docet, consolatur, precatur[x]. ¶ *Præmisit itaque virum,* [וישלח איש מלפניו] *Et misit* (sub. *rex,* M. Ti.) *virum* (*virum quendam,* Jon. Ar.) *à faciebus suis,* Mo. sic Jon. vel, *ante faciem suam,* ο'. *ante se,* M. sic Ti. vel, *nomine suo,* Ar. *Misit virum de apud fa ies suas;* i. e. ex his qui adstabant sibi[y]. *Misit quendam suorum stipatorum,* Ca. qui, scilicet, præcideret caput Elisæo[z]. Vel, præmisit nuncium, ut doceret Regem ubinam esset, & quid ageret[a]. Quis hic nuncius fuerit, vide infrà 7. 2[b]. ¶ *Et antequam veniret nuncius ille*] [Sim. omnes.] ¶ *Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ,* &c?] Achabi προφητοκτόνος (*propheticidæ*) etiam ingenio filius[c]. Achab occîdit Naboth[d], & Prophetas, 1 Reg. 21. 9. & 18. 4*. Et iste imitatur mores paternos[f]. Achabo imputatur scelus Jezabelis, quòd eam non represserit. Sed annon hoc erat *maledicere principi,* contra Legem? Resp. Viri Dei talia non enunciârunt ex seipsis, vel propriis indulgentes affectibus, sed afflatu Divino incitati, & obeuntes functionem divinitus impositam. Sic autem scelera Principum taxare licebat[g]. ¶ *Claudite ostium,* &c. [ולחצתם אותו בדלת] *Et reprimite* (*premite,* Ti. *opprimite,* ο'. sic Mo. *retinete,* G. *affligite,* M. Jon. *repellite,* Sy. V.) *eum in ostio,* P. &c. Occludentes illi ostium, nolite sinere eum ingredi[h]. Ut commodè possim denunciare verbum Domini[i]. Vel est hypallage; *& comprimite, arctate illi fores,* i. e. validè occludite fores[k]. Prophetæ & viri sancti, licet mortem non expavescant, jure tamen vitam sibi conservant, quando intelligunt se adhuc Ecclesiæ utiles esse posse, & cùm justa viâ id facere possunt. Porrò, defendit se vir Dei, non eo jure quo vim vi repellere licet, quod inter privatos locum habet; Regis verò sententia, quamvis dura & injusta, ferenda est subditis: sed usus est jure prophetico, quo prævidit Regem in sententia sua non permansurum[l]. ¶ *Ecce, sonitus pedum domini ejus post eum est*] i. e. Rex ipsum illico subsequitur, mandati sui pœnitens, illúdque revocans[m]. Jam enim deferbuerat ira. q. d. Quare custodite me, nè priùs peream quàm Rex veniat[n].

33. *Adhuc illo loquente eis*] Heb. *cum eis,* nempe Senioribus[o]. ¶ *Apparuit nuncius, qui veniebat ad eum,* [ירד] *Descendebat,* P. *Descendit;* præsens: q.d. Viderunt ipsi nuncium descendentem[p]. ¶ *Et ait,* &c.] Qu. Quis ista dixit? Resp. 1. Nuncius[q], nomine Regis[r]: nuncius, qui scil. invitus veniebat ad occidendum Prophetam. q. d. Quid ampliùs exspectare possumus, quando scil. eò ventum est ut Propheta occidatur*? Propheta coram Senioribus dixit, Non tolletis famem per hanc crudelitatem, &c. Cujus verbis sicarius ille ad pœnitentiam commotus respondit, Ecce, agnosco quòd propter peccata nostra hoc extremum malum, & quo majus exspectari non possit, nobis evenerit. Sunt etiam qui אוחיל pro *dolere* exponunt, ut sit sensus, Tantum est malum istud, ut de alio quopiam magìs dolere & affligi nemo posset[t]. Resp. 2. *Dixit,* sub. *Rex*[v], qui (ut ostendit hic locus) protinus mutavit sententiam, & antevertit nuncio quem miserat[x]: alioquin nullus auditur missus qui eam abrogârit[y]. Non priùs ingressus est nuncius (quippe qui intrare non potuit) quàm Rex: Præsente autem Rege ipsius nuncium loqui non est verisimile[z]. Interponendum videtur, Prophetam Regem orâsse, ut aliquantisper auxilium Dei exspectaret; sed Regem respondisse quæ sequuntur[a]. ¶ *Tantum malum*] Cædes parvulorum suprà 29[b]. quam Joram ei exposuit[c]. ¶ *A Domino*] Ità sanè erat; verùm non casu, sed propter peccata: id cogitare debuit[d]. ¶ *Quid ampliùs exspectabo à Domino?*] [Sim. omnes.] q. d. Nulla superest spes. Sunt verba hominis penè desperantis*. q. d. Ad extrema jam ventum est, nec videtur quidquam deterius mihi posse contingere[f]. Multos in impietate retinet malorum facinorum conscientia, & desperatio veniæ[g]. Nihil jam boni sperare aut mali timere ampliùs à Deo debemus[h].

v V. x Mart. y Q. in Ma. z V. sim. San. a San. b Belg. c G. d M. V. Belg. * Belg. f V. g Mart. h V. sim. Mar. i Ma. & Belg. ex Jun. k Ma. l Mart. m La. ex Jo. sim. Os. Mart. n Os. o Belg. p V. q Mar. sic M. Pi. Belg. E. r E. Belg. * Mar. t M. v V. ità San. Mart. Me. x V. y Mart. z San. a Mart. b Pi. Belg. V. c San. d Mart. f Mart. sim. Me. g G. h Mart.

CAP.

CAP. VII.

1. Dixit Elisæus, &c.] Nempe, Regi; ità ut Elisæus prædixerat nuncium illum subsequenti. Vide cap. 6. 32. & hoc cap. 18[a]. ¶ *In tempore hoc*, כָּעֵת] *Hoc articulo temporis, hâc horâ*, V. Habet Rex quod quærebat, tempus definitum recipiendæ salutis[b]. ¶ *Modius similæ*, סְאָה סֹלֶת] *Satum*, &c. quod continet 6 *cabos*, sive 24 *logim*, i. e. *sextarios*[c]. סְאָה pro סְאַת, status absolutus pro constructo; ut Deut. 16. 21. Ruth 2. 17[d].

2. *Respondens unus de ducibus*, הַשָּׁלִישׁ] *Dux*, P. *satrapa*, M. q. d. *tertius à Rege*, V. vel, præfectus tertiæ parti exercitûs *. *Tribunus ille*, JT. quem Rex miserat ad auferendum caput Elisæo, 6. 32[f]. Τειςάτης, ο΄. τϱίτης μοίϱας ἡγεμὼν, (*tertiæ partis dux*,) Josepho[g]. ¶ *Super cujus manum rex incumbebat*] Quando per viam gradiebatur[h]. Quem honorem Reges habebant charissimis sibi, suprà 5. 18[i]. ¶ *Si Dominus fecerit cataractas*; ità JT. אֲרֻבּוֹת] *Fenestras*, P. V. M. G. Pi. sub. *per quas Deus triticum dimitteret*, ut olim Man[k]. ¶ *Videbis—& non comedes*] Dices, Mosem idem ferè respondisse Deo paria prædicenti, *Unde tot oves*, &c? Resp. Eadem verba à piis & ab impiis proferri possunt, sed animo diverso; quod licèt nos lateat, de eo tamen Deus καϱδιογνώςης judicat[l]. *Videbis*, &c. Idem eveniet iis qui promissis vitæ æternæ non credunt[m].

3. *Leprosi juxta introitum portæ*] Sub. *urbis*, in qua erat habitaculum leprosorum, aut quà ibatur ad castra[n]. Exclusi erant à consortio civium ex lege Levit. 13. 46[o]. & Levit. 14. 3. Num. 5. 2, 3. Vide quæ diximus ad Luc. 17. 12. & Josephum hîc[p]. Hoc Dei mandatum Samaritani observabant, qui tamen præceptum de idololatria impudenter neglexerunt. Solent homines ea mandata quæ faciliora sunt, & secum aliquid compendii conjunctum habent, diligenter custodire; difficiliora verò, &c. aspernari. Imò revera illo difficili tempore non erant extra urbem ablegandi, ut ibi idololatris ludibrio essent: Mandata siquidem Legis nonnulla necessitati cedunt[q]. Hi leprosi vicini erant portæ, propter prementem hostem[r]. Nota hîc Deum in admirandis suis operibus uti instrumentis abjectissimis *.

4. *Sive ingredi*, &c.] Heb. *Si dicamus*, &c. i. e. statuamus, V. vel cogitemus apud nos, Pi. Leprosi in consultatione sua utile tantùm spectant, non honestum: Honestum quippe non erat ad idololatras, &c. transfugere, quibus victûs gratiâ oportebat adulari, &c[t]. ¶ *Moriendum nobis est*] Sub. *fame*, V. ¶ *Transfugiamus*] Heb. *cadamus*, Pi. *deficiamus*, JT. ¶ *Ad castra Syriæ*] Putabant Syros vel non ejecturos leprosos ex hominum consortio, vel parcituros miserrimis, &c[v]. ¶ *Nihilominus moriemur*] Sunt verba dubitantium de eventu, & committentium se providentiæ Divinæ; ut Gen. 43. 13. Est. 4. 16[x]. Certum ergò exitium commutenus incerto[y]. Verùm non justè decernunt: Satius enim fuisset mori cum piis, quàm impiis se adjungere. Deus tamen hoc malo consilio eorum abutitur ad sua decreta perficienda[z].

5. *Surrexerunt ergò vesperi*, בַּנֶּשֶׁף] *In crepusculo*, P. V. Pi. Mart. sub. vel *matutino*, Mart. vel potiùs *vespertino*, V. Pi. ut liquet ex v. 9[a]. ¶ *Ad principium castrorum*, עַד קְצֵה וגו׳] *Usque ad extremum*, P. vel *extremitatem*, i. e. principium; h. e. ad prima tentoria[b]. Ad vallum[c]: *ad finem castrorum*, JT.

6. *Dominus sonitum audiri fecerat*, &c.] Hic strepitus vel foris excitatus est, sive in aere; vel, ut vult Josephus, tantùm in auribus ipsorum à Deo perturbatis; cui favere videtur, quòd alioquin Samaritani eum percepissent: quanquam illorum aures Deus facilè detinere poterat, qui miracula sua non semper omnibus, sed quibus libuerit, vult conspicua fieri. Rectè autem Syri umbratilibus terriculamentis perterrefiunt, qui fictitios deos colebant[d]. *Sonitum*, i. e. terrorem Panicum; ut in simili re Diodorus loquitur *. ¶ *Reges Hethæorum*] Non intelligit unum ex septem populis, quia horum vix ullæ supererant reliquiæ; sed eos qui regiones *Cethim* incolebant. Vide Jer. 2. 10. Quo nomine Cyprum, insulam Judæis vicinam, & alias ei adjacentes, intelligit[f]. [Sed quid vetat *Hethæorum* nomine hoc loco, ut alibi *Amoræorum*, Cananæos quoscunque intelligere?]

Marginal notes: a G. — b Mart. — c Ma. — d BA. 2. 2. 17. 247. — * Ma. — f Pi. — g G. — h M. — i G. — k V. ex M. sim. G. Pi. Ma. — l Mart. — m G. — n V. — o Jun. Pi. — p G. — q Mart. — r Jun. Pi. — * Mart. — t Mart. — v Mart. — x Pi. — y Me. — z Mart. — a Pi. — b V. — c G. — d Mart. — * G.

7. *In castris*, הַמַּחֲנֶה כַּאֲשֶׁר הִיא] *In castris sicut sunt*, vel *erant*, ο΄. *castris sicut fuerunt* existentibus, Jon. Ad verb. *castra sicut ipsa*, pro, *sicut erant*, Mar. *Castra erant ut fuerant*, P. V. sub. *priùs*, i. e. instructa, V. plena omni copiâ[g]. Nihil enim secum abduxerant[h]. Alii, id est, *castra ipsa ut erant*, Ti. nempe, quum in illis versarentur Syri[i]. ¶ *Fugeruntque, animas*, &c. וַיָּנֻסוּ אֶל־נַפְשָׁם] *Et fugerunt ad animam suam*, Mo. *pro anima sua*, P. Jun. ut Gen. 19. 17. Jun. אֶל pro עַל frequens est. Vide Thes. Pagnini[k]. Chald. *ut servarent animam suam*, i. e. vitam. Vel, *fugerunt sibi*, i. e. fugâ sibi consuluerunt[l]. *Fugâ consuluerant vitæ suæ*, JT. *fugerant ipsi nudi*, Sy. *vitâ comite aufugerunt*, Strig. *fugeruntque quò voluntas tulit*, Ti.

8. *Tuleruntque indè argentum*, &c.] Verùm præda ad illos non pertinebat, sed ad milites, & distributio ejus ad Regem. Quamvìs circumgestabant mortua quodammodo cadavera, sibi prospiciunt in longinquum tempus, quasi æternùm essent victuri[m].

9. *Non rectè facimus*] Sic P. M. Ti. &c. Lætitia hæc toti urbi communis esse debet, nec par est ut commodum nostrum communi bono in tantis omnium angustiis præferamus[n]. *Non sic nos facimus*, ο΄. [כֵּן & *sic*, & *rectè*, sonat.] ¶ *Si tacuerimus*; ità Jon. וַאֲנַחְנוּ מַחְשִׁים] *Et nos tacemus*, P. sim. M. Mo. vel *dissimulamus*, Ti. *& nos taceremus?* JT. *quousque tandem silebimus & exspectabimus*, &c? Sy. ¶ *Et noluerimus nunciare usque manè*, וְחִכִּינוּ עַד אוֹר הַבֹּקֶר] *Et differemus usque ad lucem matutinam*, Mo. *Quòd si ipsi exspectaverimus usque ad lucem*, &c. P. sim. Jon. Ar. JT. ¶ *Sceleris arguemur*, וּמְצָאָנוּ עָוֺן] *Et inveniet nos pravitas*, sive *iniquitas*, P. Mo. pro, *invenietur in nobis*, Mar. *Occupabit*, vel *tenebit*, *nos* (vel, *occurret nobis*, Jon. sim. JT.) *culpa*, Pi. *In crimen incurremus*, Ar. *Ut deprehendat nos peccatum*, Sy. Potest verti, *Eveniet nobis pœna*, Pi. *Iniquitas* h. l. pro *pœna*, V. Culpam enim fatebantur iis verbis, *Non rectè facimus*[o]. Imminet nobis à Rege supplicium; quia perire potest oblata occasio[p]. Officium civium est, ea indicare quæ ad salutem publicam pertinent. ¶ *Nunciemus in aula regis*] Efficiamus ut in aulam tantæ rei notitia perveniat: nam ipsis urbem intrare, multóque magìs in aulam ire, non licebat. Vide sequentia[q].

10. *Narraverunt eis*, לָהֶם] At præcessit, *janitor*. Resp. שֹׁעֵר *janitor* hîc collectivè accipitur, pro excubitorum cœtu[r]. *Illis*, i. e. janitori cum excubitoribus *. Sing. hîc pro plur. ponitur. Vel, clamaverunt ad quendam certum janitorem, & omnes ad audiendum occurrerunt. ¶ *Equos alligatos*, &c.] Sub. *ad præsepe*. Non ausi erant moram facere quousque sellas & frænos equis imponerent[t].

11. *Ierunt ergò*, &c. וַיִּקְרָא הַשֹּׁעֲרִים וגו׳] *Et clamavit portarii*, &c. Verbum singulare, & suppositum plurale[v]. *Clamaverunt janitores*, P. sim. Ar. Ti. *Clamavit unus ex janitoribus*, V. *Clamavit* janitor (civitatis) *ad portarios* palatii regii[x]. *Hoc inclamante reliquos janitores*, JT. *Et vocavit portarios*, &c. Mo. ¶ *Nunciaverunt in palatio regis intrinsecùs*; sim. P. וַיַּגִּידוּ בֵּית וגו׳] Alii, *domui regis intus*, sive *intrinsecùs*, P. Jon. JT. Internè, i. e. in intima parte palatii, V. vel, *intus domui regis*, Ti.

12. *Latitant in agris*] Quod Græci ad Trojam fecêre. Suspicax est miseria[y]. Rex non credebat Deo, nec Prophetæ, sed potiùs exploratoribus[z].

13. *Tollamus quinque equos*] Sim. V. Vel, aliquot ex illis quinque equis[a]. ¶ *Qui remanserunt in urbe*, בָּהּ] *In ea*: i. e. vel urbe, Q. in M. Pi. Ti. vel *multitudine*, M. *Intus*, Strig. [Alii referunt ad aliud verbum præcedens, *Mittamus—qui remanent, illuc*, Ar.] ¶ *Quia ipsi tantùm sunt in universa multitudine Israel, alii enim consumpti sunt*; sim. Ca. Strig. הִנָּם כְּכָל הֶהָמוֹן יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר נִשְׁאֲרוּ בָהּ וגו׳ אֲשֶׁר תַּמּוּ וגו׳] *Siquidem illi sunt sicut universa multitudo Israelis quæ remansit*

Marginal notes: f Me. sim. Mart. — g Mer. — h V. — i Pi. ex Jun. — k Di. — l V. — m Mart. — n Me. — o Pi. — p San. — q G. — r Glass. gram. p. 207. — * Jun. Pi. sim. V. — t M. — v Ma. Mar. — x M. sim. V. — y G. — z Mart. — a He. in V. sic Ca.

remansit in ea; illi, inquam, profectò sunt (vel, imò ecce ipsi sunt, Pi.) *sicut universa multitudo Israelis, quæ jam consumpta est,* P. V. sim. Pi. M. Belg. i.e. Siquidem illi penè consumpti sunt fame & inediâ, sicut universa multitudo quæ in urbe est: & illi quidem propediem morituri sunt fame, non aliter quàm universa multitudo Israelis, quæ jam periit. q. d. Non magnam jacturam faciemus si perierint illi equi; nam etiamsi in urbe remanserint, morituri sunt [b]. Sunt hæc dicta per prolepsin. Obj. At periculum est nè nobis equi isti pereant, intercepti ab hoste. Resp. Esto: at non est quòd tantopere de illorum conservatione simus soliciti; quum non debeant esse meliore conditione quàm ipse populus [c]. Hæc verba includenda sunt parenthesi [d]. (*Hi enim tantum efficient quantum universa multitudo Israelis, si serventur; rursus, perinde erunt ut tota multitudo Israelitica, si pereant,* Ti.) *Si evaserint, computabuntur inter eos qui reliqui sunt ex Israele; sin autem perierint, censebimus eos perinde ac reliquos Israelitas qui perierunt,* Ar.

14. *Adduxerunt duos equos,* [וַיִּקְחוּ שְׁנֵי רֶכֶב סוּסִים *Et tulerunt,* sive *acceperunt, duos currus equorum,* P. Mo. Jon. Os. Mar. Ma. Ad discrimen aliorum curruum, quos boves, aut muli, aut asini, traherent *. i.e. Junxerunt quinque equos duobus curribus velocibus [f]. *Duos equos vectarios,* JT. V. Heb. *vecturas* (seu *currus,* Pi.) *equorum,* vel *generis equini,* V. Sign. רֶכֶב etiam *jumentum quo vehimur* [g]. *Duos ascensores equorum,* ό. Quod constare potest, si *rocheb* legatur pro *recheb,* & sing. pro plur. *eques* pro *equites* [h]. Vel sic; ellipsis est τῶ אֲנָשִׁים ante רֶכֶב, Pi. *Duo paria equitum,* Sy. *duos equites,* Ar. *Duos curruum equos;* i.e. curribus trahendis assuetos [i]. *Equos ad duos currus,* Ti. *duos equos jugales,* Ca. Priùs cogitaverat mittere quinque, postea verò placuit mittere solùm duos [k]. *Duos currus unà cum equis,* Strig.

15. *Cùm turbarentur*] *Dum festinarent,* V. P. i.e. Dum trepidantes fugerent ocyùs [l].

17. *Constituit ad portam*] Heb. *præfecerat portæ,* JT. V. ex P. quâ, scilicet, egrediebantur ad castra Syrorum [m]: sive, ut in omnem eventum hostium alicubi latitantium repentinam arceret irruptionem [n]; sive, ut cohiberet proruentis multitudinis impetum, nè se invicem conculcando obtererent [o]; ut suâ auctoritate tumultuantem populum contineret [p]. ¶ *Quem conculcavit turba*] Quia porta erat angusta, & turba ingens quæ quasi furebat in cibum [q]. Mirè causas disponit Deus per quas sua decreta exsequatur [r]. Fortè hoc genus mortis illi decrevit Deus, quòd populum nimiùm gravârit *.

[b] V. sim. M. Mart. [c] Pi. ex Jun. sim. Mar. [d] Pi. ità ό. Ti P. Ca. &c. * Ma. [f] Os. [g] V. [h] Mar. [i] M. sim. Pi. [k] Me. [l] V. [m] V. [n] Me. [o] Me. ex Jo. sim. La. [p] San. [q] La. [r] G. * Mart.

CAP. VIII.

1. **P**Eregrinare ubicunque repereris] Ubi videbitur tibi utile & commodum habitare [a]. ¶ *Vocavit—famem*] Ità Pi. ex ό. sequitur enim, *& venit:* & קָרָא hîc non regit אֶת, sed ל [b]. ¶ קָרָא] *Proclamavit,* &c. JT. *Invitavit,* ut scil. veniat: i.e. immissurus est. Metaphora sumpta à convivis [c]. Hæc fames missa, quòd post tot beneficia adhuc hærerent Israelitæ in suis peccatis [d]. ¶ *Septem annis*] At Eliæ fames duravit tantùm 3 annis & dimidio. Observa ergò, auctis peccatis pœnas aggravari *. Nota etiam gratitudinem Elisæi erga Sunamitidem: multa illi jam rependerat, & adhuc pergit. Gratus animus nunquam sibi satisfacit in reponendis beneficiis [f]. Qu. Quonam tempore hæc acciderint? Resp. 1. Sex vel septem annis ante Naamanis adventum [g]. Est ergò hîc Hysterologia [h]. Probatur. 1. Quia ex illo septennio Sunamitis in patriam remigravit. 2. Giezi nondum percussus erat leprâ; tunc enim Rex, homo lautus, cum homine deformato & graveolenti non loqueretur, ídque contra Legem [i]. Sed hæc ratio non cogit. Nam, 1. Rex non erat Legis studiosus. 2. Studium sciendi molestiam facilè levavit. 3. Nec necesse erat propè astare Regi cùm loqueretur [k]. Respond. 2. Alii hæc suo loco posita volunt [l]. Postremâ Elisæi ætate hæc acciderunt [m].

[a] V. [b] Pi. [c] V. [d] San. ex Th. * Mart. [f] Mart. sim. San. [g] Q. in San. sim. Pi. [h] La. ex Torn. & Sal. He. in San. [i] Q. in San. [k] San.

2. *In terra Philisthiim*] Ubi fames non erat. Hinc patet, 1. singularem hanc iram Dei fuisse erga Israelitas. 2. Deum à domo sua judicia incipere. Videtur hæc fames & in Juda fuisse, cæteroqui libentiùs Hierosolymam migrâsset [n]. Licuit apud Philistæos diversari, quamvis idololatras [o], urgente necessitate [p], quæ cogit & barbarorum ope uti [q]. Pii multi inter impios peregrinati sunt; ut Abraham, Jacob, &c [r]. & David *.

3. *Reversa est*] Ex cognationis suæ desiderio, & alieni populi tædio [t]. ¶ *Ut interpellaret,* &c. לִצְעֹק אֶל־הַמֶּלֶךְ וגו'] *Ut postularet apud regem domum suam & agrum suum,* Ti. *ad implorandum regem,* JT. Hebr. *ad clamandum ad regem,* Pi. Ut conquereretur apud Regem [v]. ¶ *Pro domo sua, & pro agris suis;* ità Jon. Ar. P. JT. אֶל־בֵּיתָהּ וגו'] *Ad domum suam,* &c. Mo. *de domo,* &c. ό. Quam quidam, cùm vacuam reperissent, occupâssent [x]. Cognati bona ejus, tanquam defunctæ, invaserant [y]. Alii, ipsâ absente, in eorum possessionem missi sunt [z]. Mos hic fuit in 10 tribubus, qui & alibi reperitur, ut qui patriâ exirent, eorum bona confiscarentur [a].

4. *Rex loquebatur cùm Giezi*] Ergò nondum hic leprosus fuit [b]. [Alii aliter:] *Loquebatur* eminus, ut cum leproso. Vide dicta ad Luc. 17. 12 [c]. Lex non vetabat leprosos adire, alloqui, consolari: Et Naaman leprosus Regem accessit, &c [d]. Alii volunt Gehazi, actâ pœnitentiâ, sanatum fuisse *. ¶ *Magnalia;* ità P. הַגְּדֹלוֹת] *Res magnas,* JT. *res insignes,* i.e. miracula [f]. μεγαλεῖα· Ità ό. & Lucas, Luc. 1. 49. & Act. 2. 11. Sic sæpe voces non bene Græcæ & non bene Latinæ faciendæ fuerunt, ut propiùs exprimeretur vis sermonis Hebræi [g].

6. *Restitue ei omnia,* &c.] Et agros, & fructus etiam eâ absente collectos [h]. Leges istæ quæ pœnas graves inferunt publicæ alicujus utilitatis causâ multùm egent ἐπιεικείας, ut discernantur personæ, causæ, tempora. In his sæpe summum jus summa crux, summa injuria. Laudandus autem hic Rex, quòd, cùm bona redderet fœminæ quæ ob paupertatem solum mutaverat, simul & fructus reddidit, nè quid ipse ex ejus fœminæ calamitate lucraretur. *Restituere est, possessorem facere, fructúsque reddere,* ait Caius, L. *Plus est,* D. de Verborum significationibus: cui addi potest Pauli dictum in L. *Restituere,* titulo eodem [i]. Videmus Elisæum & præsentem & absentem hospitæ suæ profuisse [k].

7. *Venit Elisæus Damascum*] i.e. In regionem Damascenam, ex v. 9 [l]. Sed potest verti, *ad,* vel *prope, Damascum,* i.e. in urbem Damascum; dicitur enim, *venit hucusque.* Obj. *Ivit Hazael in occursum ejus,* v. 9. Resp. Id in ipsa urbe fieri potuit [m]. Huc venit Dei monitu [n]; 1. ut famem declinaret [o]; 2. ut Azaelem ungeret in Regem Syriæ [p], quod priùs Eliæ mandatum, 1 Reg. 19. 15. sed hactenus (ut illud de Jehu ungendo, ibid. v. 16.) dilatum, nunc autem per Elisæum exsecutioni datum [q]. Sanctius vult utrumque ab Elia antea unctum fuisse, ut sceptrum multis pòst annis usurparent; ut Davidi contigit [r]. Non tacuisset Scriptura, si Elisæus Hazaelem unxisset *. ¶ *Benhadad*] Sive *Adad,* sive *Ader;* de quo suprà 1 Reg. 15. 20. & hoc libro 6. 24 [t]. ¶ *Ægrotabat*] Corpore, ex animi ægritudine, ut fit, propter nuperam fugam ob vana terriculamenta [v]. Est enim mira inter corpus & animum συμπάθεια [x].

8. *Si evadere potero*] Tacitè ambit Prophetæ preces [y].

9. *Et omnia bona Damasci*] i.e. Ex optimis quibusque aliquid †. Ager Damascenus fertilissimus erat. An hæc Propheta acceperit, non traditur; sed non accepisse arbitror [z]. Certum est non acceptâsse; munera enim constanter refutavit [a]. At non videntur hæc dona ab eo repudiata, alioqui id Scriptura sine commendatione non præteriisset. Solebant Prophetæ dona recipere, 1 Sam. 9. 7. mero benevolentiæ nomine, non in mercedem prophetiæ [b]. ¶ *Filius tuus Benhadad*] Ut suprà 6. 21 [c]. Qui te ut patrem venera-

[l] Ità Mart. San. [m] Mart. [n] Mart. [o] Me. [p] Mart. sim. G. [q] G. [r] Mart. * G. [t] Mart. [v] V. [x] V. [y] Mart. [z] Pi. & Ma. ex Jun. [a] G. [b] Pi. Me. [c] G. [d] Mart. * Q. in Ma. [f] V. [g] G. [h] Me. [i] G. [k] Mart. [l] Jun. [m] Pi. [n] Me. [o] Mart. [p] Me. T. sim. Mart. [q] T. sim. Mart. [r] T. * San. [t] G. [v] T. ex Jo. & Dion. & To. [x] Mart. [y] Mart. † Mart. sim. V. Pi. [z] Mart. [a] La. ex To. [b] Me. [c] G Pi.

veneratur [d]. *Parentes* dicuntur qui nos docent, monent, &c *.

10. *Dic ei, Sanaberis: porrò oſtendit mihi Dominus quia morte morietur,* לֵךְ אֱמֹר לא חָיֹה תִחְיֶה וְהִרְאַנִי יְהוָה כִּי מוֹת יָמוּת] [Pro לא τὸ *Keri* habet לו. Variè reddunt. Q. ſequuntur τὸ *Chetib*, לא.] *Abi, dic, Non omnino revaleſces: nam oſtendit mihi Jehova eum omnino moriturum*, JT. Belg. ſim. L. RR. & To. in La. Sic nulla eſt hîc vel obſcuritas, vel pugna [f]. [Reliqui omnes ſequuntur τὸ *Keri*, לו.] *Vade, dic ei, Vivendo vives*, (*Certiſſimè reviviſces*, ſive *convaleſces*, Sy. Ar. Ti.) *&* (vel *verùm*, Sy. Ar. vel *tamen*, M. P. Ti.) *oſtendit mihi Dominus quòd moriendo morietur*, Mo. vel, *certiſſimè morietur*, Ti. Sy. Ar. ſim. Pi. Unus hic eſt ex 15 locis in quibus לא ponitur pro לו [g]. Hanc lectionem confirmat accentus Maccaph [h], qui poſtulat ut *Lo* conjungatur cum verbo *dic* [i]. At quòd particula negans cum antecedente verbo in proſodia conjungitur accentu Maccaph, id euphoniæ causâ factum eſt, ut docuimus in Grammatica noſtra, 4. 8 [k]. Verùm ſi legamus לו, & ſenſus ſit, *dicito ei, Vives*, &c. cùm tamen *interiturum eum oſtenderat*, graviſſimum oritur dubium; quia Propheta videtur autor eſſe Hazaeli ut hero ſuo mentiatur [l]. Reſp. 1. Reſpondet Propheta ad mentem interrogantis, (quâ quærebatur, non ſimpliciter an victurus eſſet [m], ſed, an iſte morbus eſſet lethalis,) non eſſe *lethalem* †. q. d. Sanaberis, quantum eſt ex parte morbi: non enim ex morbo occidit, ſed ex ſuffocatione [n]. Oſtendit mihi Deus eum moriturum, ſed aliâ ratione: cujus autem manu, non indicavit [o]. Juxta cauſas naturales victurus erat; ſed Deus pro decreto eas mutavit [p]. Quod dicit, *ſanaberis*, futurum erat ſecundùm cauſas præſentes, quæ tamen mutari poterant vel impediri, (quomodo futura prædicebantur Ezeciam moriturum, Eſa. 38. & Niniven ſubvertendam, Jon. 3.) Et quod ſubjungit, *morietur*, futurum erat ſimpliciter, ſive abſolutè. Id ſæpe *fieri dicitur* quod rerum natura poſtulat, licèt nunquam fiat; & id *fieri negatur* quod nec exigit, nec patitur, rerum natura: v. g. Dicimus hominem hoc vel illo cibo veſci, quia ſtomachus ejus eum amat & concoquit, licèt illius copia non adſit; & Chriſtianum non comedere carnes in Quadrageſima, licèt aliqui contra legem id faciant †. Reſp. 2. Ironicè loquitur Eliſæus; ſicut Michæas 1 Reg. 22. 15. *Vade proſperè*, &c. & Virgil. *I, ſequere Italiam*, &c [q]. q. d. Scilicet *ſanaberis*: Speras te ſanandum; ſed erras, nam morieris [r]. Reſp. 3. Nullum eſt hîc Vatis præceptum, ſed tantùm prædictio eventûs; & imperativus ponitur pro futuro indicativi *, ut ſæpe fit. Sic, וֶחְיֵה, *& vive*, pro, *vives*, Gen. 20. 7. & 42. 18. & Prov. 4. 4. Ità, *& morere*, Deut. 32. 50. pro, *morieris*. Ità Prov. 3. 4. *& inveni gratiam*, pro, *invenies*: & Joh. 2. 19. *Solvite templum*, i. e. ſolvetis aliquando, &c. Non enim mandat, ſed prædicit. Sic Menand. οἶδ' ὅτι πόιησον, pro, ποιήσεις, *ſcio quòd hoc facturus ſis*. Virgil. *Si fœtura gregem ſuppleverit, aureus eſto*, pro, *erit* [t]. Ità hoc loco: q. d. Reſpondebis quidem & dices hero tuo, *Vives*, ut ei blandiaris, (ut ſolent aſſentatores [v];) *verùm moriturus eſt* [x]. *Dic ei*, ſi vis, *quòd victurus ſit; eſt tamen moriturus*, Tig. not. Reſp. 4. Vult Propheta impium illum Benhadadum vanâ ſpe deludi [y]. Si legamus לו, fuerit hîc non diſſimulatio ſola, qualem ponit Joſephus, (qui ait, *Hazaelem Prophetæ monitu nihil mali Regi dixiſſe*;) ſed plus aliquid, quod tunc adversùs extraneos & idololatras habebatur pro licito [z]. Verùm nemini fas eſt (nedum Prophetæ) quenquam ad mentiendum inducere [a]. Marinus annotat, Prophetam amphibolâ uſum loquutione, ut *Lo* prolatum intelligi poſſet *non*, vel *ei*; ſed Hazaelem affirmativè intellexiſſe [b]. Q. Hebræorum ſubaudiunt negationem, *Vivendo non vives*, Tig. not.

11. *Stetitque cum eo*, וַיַּעֲמֵד אֶת־פָּנָיו וַיָּשֶׂם עַד בֹּשׁ] *Et ſtare fecit facies ſuas, & poſuit uſque ad pudefieri*, Mo. vel, *donec moraretur*, P. καὶ παρέστη τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, &c. ό. Quæ verba verti poſſunt, *Et aſtitit faciei ejus*, i. e. Eliſæus faciei Azael. *Statuit ille* (*Elizæus*, Oſ.) *faciem*, ſive *vultum ſuum*, (ſub. vel, *ad latus*, ſive, *in altero latere*, V. nè ſcil. ab Hazaele conſpiceretur, Di.) *&*

[d] Jun. * Mart. [f] Mart. [g] He. in Ma. [h] Pi. Ma. [i] Ma. [k] Jun. [l] Mart. [m] Ser. † T. ſic Ser. [n] La. T. ex San. & Caj. ſim. K. in M. Mart. Me. [o] Mart. [p] Mar. † San. [q] Q. in San. [r] Q. in La. * Mart. San. [t] Glaſ. gram. 3. 3. 43. pag. 358. [v] San. [x] Mart. ſic San. [y] Pi. [z] G. [a] Mart. [b] Ma.

poſuit in, vel *ad, confuſionem*, M. Oſ. i. e. Avertit vultum ab eo, V. *Et poſuit manum ſuam ante*, vel *ſuper, faciem ſuam*, Mart. V. K. & R. Levi in Di. *uſque ad confuſionem*, Mart. vel, *donec moraretur*, i. e. aliquamdiu, V. *Et vertit faciem ſuam, & moratus eſt uſque multùm*, Jon. *Tum averſâ facie, vultúque diu demiſſo*, &c. Ar. *Vultum aliquamdiu fixum flens tenuit*, Ca. *Continuit & coercuit vultum ſuum à fletu*, RS. & R. Levi; quod ſequuti ſunt Jun. & Geneveníes. *Poſuit cor ſuum ut conſtanter ſe contineret*, RS. Ego verterem, *Et ſtare fecit vultum ſuum, & poſuit ad pudorem uſque*; i. e. Stato & immoto vultu intuitus eſt Hazaelem, donec pudorem ipſi incuteret, & ſibi lacrymas eliceret. Sic ferè Ti. & Genev *. *Firmatâ facie ſuâ ſtetit, donec pudefieret*, Ti. *Oſtendens ſeveritatem & torvitatem in vultu*, Strig. *Et quamvìs contineret vultum ſuum*, JT. vel, *ſiſteret faciem ſuam*, (i. e. componeret ad gravitatem viro dignam [c],) *ac componeret* (Heb. *poneret*, Pi.) *dudum*, Heb. *uſque ad tarditatem*, ut Jud. 3. 25. Jun. Malim, *donec ipſum puderet*; nempe, quòd non poſſet continere fletum [d]. Solet enim viros graves pudere coram aliis flere *. Volebat continere ſe à lacrymis, & diſſimulare mœrorem animi [f]. Fixit faciem more cogitabundi [g], & attoniti, qui quaſi aliquid in exſtaſi aſpexiſſet horribile [h]. Tunc & oravit Deum iſta avertere, &c [i]. Plerique [ut vidimus] de *Heliſæo* hæc verba accipiunt: at ό. in edit. Complut. de *Hazaele*, vertúntque, *Et ſtetit Hazael ante faciem ejus, & appoſuit coram eo munera donec confuſus eſſet*, ſcil. Heliſæus: pudore, videlicet, ob tantam Regis liberalitatem; & dolore, quòd illi dura nunciaret qui illum humaniſſimè proſequutus eſt [k]. [Alii Græcos aliter accipiunt.] Græci codices habent, munera poſita fuiſſe in conſpectu Prophetæ quoad putreſcerent; vel, uſque ad confuſionem, nempe, Hazaelis, quem puderet dona ſua à Rege contemni. Ambiguitas eſt ex verbis affinibus, באש *corrumpi, fœtere*, &c. & בוש *pudore ſuffundi* [l]. ¶ *Flevítque vir Dei*] Deplorabat vices populi ſui [m].

12. *Quia ſcio quæ facturus ſis*] Et Prophetæ erat, quæ mandata habebat dicere, & boni civis, moveri malis popularium. Utroque officio bene perfunctus eſt Heliſæus [n]. Vertunt quidam אשר in *quòd* conjunctionem, *quod facturus ſis—malum*. Alii in *quomodo*, i. e. Animo prævideo afflictionem quâ afficies Iſraelitas [o]. *Civitates—igne ſuccendes*] Heb. *Munitiones eorum mittes in ignem*: Hypallage, pro, Ignem mittes in munitiones eorum [p]. ¶ *Parvulos elides*] Allides ad pavimentum, vel petras, nè adoleſcant, & ſtirpem augeant [q]. ¶ *Et prægnantes divides*] Findes; ἀναῤῥήξεις, ό. quomodo & Joſephus. Exercita hæc atrocitas tum alibi, tum in Veſperis Siculis [r]; tum 2 Reg. 15. 16. & Amoſ. 1. 13 *.

13. *Quid enim? ſum ſervus tuus canis*, &c? כִּי מָה עַבְדְּךָ הַכֶּלֶב וגו'] *Quid? eſt enim ſervus tuus canis*, &c? P. ſim. Mo. Jon. Mar. M. *Quidnam? caniſne eſt ſervus tuus?* Ti. *Quantus* (vel, *quid?* eſt, JT.) *ſervus tuus canis, ut faciat rem magnam hanc?* Sy. ſim. Ar. JT. Ca. Oſ. Mart. *Canis*, i. e. vilis & abjectus, ut 2 Sam. 3. 8 [t]. In oculis tum meis, tum aliorum, nullâ authoritate aut potentiâ inſtructus; cùm nemo niſi Rex talia præſtare poſſet [v]. Unde mihi vires ut hæc faciam [x]? [Al. aliter:] *Canis* nomine non tam vilitatem ipſius inſinuat, (erat enim è regni proceribus,) quàm feritatem repellit: q. d. Procul à me tanta impudentia & barbaries; ferinum opus eſt, non humanum, infantes dilacerare, &c [y]. Verè hæc dicere poſſet Haſael, & à tanta crudelitate abhorruiſſe: Sæpe homines à multis abhorrent quæ tamen poſtea committunt: & ſæpe multa ſibi de ſe bona pollicentur quæ poſtea non præſtant, ut in Petro videmus. Sed veriſimilior eſt prior interpretatio [z]. ¶ *Te regem Syriæ fore*] Et cum regio ſceptro accepturum & potentiam [a], & innatum Syris adversùs Iſraelitas odium atque crudelitatem [b]. Fortuna & poteſtas etiam mores & ingenium mutant [c].

14. *Recipies ſanitatem*] Eâdem fide retulit Prophetæ verba quâ poſtridie vitam domini ſui appetivit [d].

15. *Tulit*

* Di. [c] Pi. [d] Pi. * Mart. [f] V. [g] Ma. [h] Caj. in San. [i] Q. in Ma. [k] San. [l] Mart. [m] Mart. [n] G. [o] V. [p] Ma. Mart. V. [q] Mart. [r] G. * San. [t] Jun. Pi. [v] Oſ. ſim. Mart. [x] Me. [y] T. ſim. La. San. [z] Mart. [a] T. ſim. San. Mart. [b] T. ex L. & Mar. ſim. La. San. [c] San. [d] Q. in Ma.

15. *Tulit stragulum*] Sic Ti. Mo. [& ferè omnes.] i. e. Operimentum lecti, quod fiebat è pilis caprarum *. *Pannum crassum*, P. Mar. *& villosum*, Mar. sim. Jon. in Me. ¶ *Et infudit aquam*, [וַיִּטְבֹּל בַּמַּיִם] *Et intinxit in aquam*, P. sic Mo. V. sub. *frigidam*, V. ¶ *Et expandit super faciem ejus*] Ità P. Mo. sim. JT. Pi. &c. Alii, *super faciem suam*, Q. in V. Sy. Os. Referunt ad Regem, sive Benhadadum [g], qui ardoris impatientiâ hoc rogavit, vel fieri jussit [h]. [Plerique tamen ad Hazaelem referunt;] qui hoc fecit vel per imprudentiam; vel, ut alii, de industria [i]. Hoc fecit, quasi æstuantem ex morbo refrigeraturus [k]: re autem verâ suffocare eum voluit, idque fecit [l]. Aqua distillans continuò ex stragulo in os & fauces Benhadad eum suffocavit [m]. Stragulam super vultum Regis injecit, & cùm vehementiùs premeret, illum præfocavit. Hinc duo commoda. 1. Rex clamare non potuit. 2. Nulla in regio corpore erant vulnerum vestigia [n]. Sic Tiberium injectu pulvini, aut multæ vestis, interclusâ animâ oppressum, tradidêre Sueton. cap. 73. Tacit. Annal. 6 [o]. Nimis festinavit Azael ad vaticinii exitum [p]. Tempus exspectare debuit. Hanc ejus perfidiam non excusat oraculum Prophetæ [q]. ¶ *Regnavit Azael pro eo*] Pollebat enim & viribus, & gratiâ apud populum [r]; & jam à tempore Eliæ increbuerat Syriæ regnum Hazaeli deberi *. Et *Hazaelis* & *Benhadadi* nomen celebre apud Syros permansit; & utrumque Josephus ait à Syris cultos divinis honoribus [t].

16. *Anno quinto Joram filii Achab, —— & Josaphat*, &c.] Occurrit hîc nodus impeditus. Qu. 1. Quomodo *quinto anno Josaphat*, &c. cùm Josaphat 20 annis ante Joramum Israeliticum regnare cœperit, ut patet ex 1 Reg. 22. 41. collat. cum 1 Reg. ult. 52. & 2. 3. 1? Resp. 1. Regnavit Joram Rex Juda simul cum patre Josaphat ab anno quinto ipsius, multò antequam alter Joram regnum iniisset Israel; cœpit autem regnare solus anno quinto Joram Regis Israel, i. e. 20 annis postquam regnum habuerat cum parente commune; pater enim regnavit 25 annis, 1 Reg. 22. 42 [v]. Resp. 2. Sensus est, Regnare cœpit cùm Josaphato superessent quinque regni anni [x]. Qu. 2. Quomodo *quinto anno Jorami*, cùm potiùs *anno septimo*, &c. factum videtur? Nam Joram Rex Israel cœpit regnare anno 18. Josaphati, 2 Reg. 3. 1. Josaphat autem regnavit annis 25. Ab 18 ad 25 sunt 7 anni, post quos Josaphato successit Joram [y]. Resp. Dicendum Joramum Israelitam tam 5, quàm 7, annos regnâsse cum Josaphato: 5, solum & suo nomine; & 2, nomine fratris Ochoziæ, qui per biennium quo regnavit ægrotus decubuit; cùm Joram frater re, licèt non nomine, imperaret [z]. Inst. At Ochozias regnare cœpit anno 17. Josaphati, & mortuus est anno ejus 18. 1 Reg. ult. 52. eíque statim successit Joram; adeóque regnare cœpit non 20. sed 18. anno Josaphati. Respond. 1. Joram regnare cœpit anno Josaphati non 18. sed 19. idque sub ejus finem; quare ille annus non est numerandus; sicut nec annus 25. eò quòd imperfectus fuerit: itaque manent tantùm quinque anni integri [a]. Resp. 2. Joram Judæ regnavit bifariàm; 1. patre adhuc superstite, & quidem bis; 2. post mortem patris [b]. [Sed de his plura annotavimus ad 2 Reg. 1. 17. qui locus cum præsenti omnino conferendus est.]

17. *Et octo annis regnavit*] Vel, post mortem patris [c]; vel potiùs, cum patre 3 annis, & post eum 4 annis, & quinto incompleto [d].

18. *Sicut ambulaverat domus Achab*] Heb. *fecerunt domus*, Ma. i. e. ii qui fuerunt de domo Ahab *. Syntaxis figurata, qualis illa, *Turba ruunt*. Dicitur vulgò *Synthesis*; sed à doctioribus *Synesis*, i. e. intelligentia; quia vox non convenit cum voce, sed cum sensu seu intellectu vocis [f]. ¶ *Filia enim Achab*, &c.] Nempe, Athalia, v. 26 [g]. Bene in Antiopa Euripidis dicitur, Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα, (*Ex bonis parentibus bonos liberos nasci* [h].) Filii magìs maternos quàm paternos mores exprimere solent; quòd & cum matribus familiariùs vivunt, & matrum indulgentia mollior [i]. Josaphatus, non dubito, speciosis rationibus adductus est ut talibus matrimoniis assentiretur. Ità sibi persuasit & pacem inter duo regna cognata firmiùs coalituram, & decem Tribus ad cultum Dei redituras. At res longè aliter ceciderunt. Discamus ergò, non esse propter nostras rationes, intentiones & consilia, Divinas leges violandas [k].

19. *Propter David*] i. e. Propter promissionem Davidi factam, ut sequitur; vel, propter fœdus quod pepigerat cum Davide, ut habetur 2 Chron. 21. 7. ¶ *Promiserat ei, ut daret*] Hebr. *ad dandum*. Elliptica locutio; pro, *se esse* (scilic. *paratum*) *ad dandum* [l]. *Se daturum*, JT. ¶ *Lucernam*] i. e. Splendorem regni [m]. ¶ *Et filiis ejus*] Heb. *filiis ejus*, Mo. *in filios ejus*, JT. Malim, *pro filiis ejus*, vel, *inter filios ejus*. Sic *lucerna* erit Rex; sicut David nominatur 2 Sam. 21. 17. & Joh. Baptista alio respectu [n]. ¶ *Cunctis diebus*] i. e. Longo tempore, usque ad Messiam. Confer Gen. 49. 10 [o]. Etsi obscuratus erat Principatus Tribûs Judæ tempore Maccabæorum, tamen non fuit exstinctus; quia manebat adhuc Synedrion, h. e. delectum concilium, ex familia Davidis [p].

20. *Recessit Edom*] Defecit, juxta vaticinium Gen. 27. 40 [q]. Vide dicta ad 1 Reg. 22. 48 [r]. & 2 Sam. 8. 14 *. ¶ *Constituit sibi regem*] Propriè, eúmque fortè Idumæum [t]: nam priùs imperabat Prorex, datus à regno Jehudæ, 1 Reg. 22. 48 [v].

21. *Venitque Joram Seira*] i. e. In Idumæam, sic dictam à *Seir*, qui & *Edom* [x]. In Seir montem Idumæorum [y]. ¶ *Percussit Idumæos qui eum circumdederant*] Vel, *circumsederant*, M. Ti. &c. *sibi circumjacentes*, Sy. ¶ *Et principes curruum*] Scil. Idumæorum. [Ità ferè omnes.] Vel, *& principes curruum* [nempe Israel] percusserunt Idumæos, Tig. not. ¶ *Populus*] Sub. *Idumæorum qui evaserant*, V. Qu. Cur ergò Joram victoriam non persequitur? Resp. 1. Impeditus erat defectione Libnæ [z]. 2. Metum illi incussit mala conscientia, quem auxit epistola Eliæ [a], [de qua in Paralipomenis agendum.] Idololatriâ & perverso cultu regna imminuuntur & labefactantur; solidâ verò pietate augentur, &c [b].

22. *Usque ad diem hanc*] i. e. Usque ad posteriora tempora eversi regni Judæorum, quando hujus libri scriptor, Jeremias Propheta, vixit †. ¶ *Recessit & Lobna*] *Libna* urbs Idumææ propè Terram sanctam *. [Al. aliter.] *Libna* sacerdotum urbs in Jehuda, Jos. 21. 13 [c]. Causa defectionis, quòd Joram *dereliquerat Jehovam*, 2 Chronic. 21. 10 [d]. Noluerunt Libnenses admittere idololatriam, ad quam Joramus eos cogere nitebatur. Principibus parendum est, verùm usque ad aras †. Non factum probatur, sed ostenditur Divina ultio, quæ etiam actionibus non probis adversùs improbos utitur. Confer 2 Par. 21. 10 *. An hæc civitas more Reipublicæ seipsam rexerit, an vicino alicui Regi adhæserit, ex Scriptura colligi non potest [f]. Videtur Libna postea ad fidem rediisse. 1. Alioquin Josias non accepisset indè uxorem, infrà c. 23. 2. Non dicitur Lobna *recessisse in diem hanc*, ut de Edom habetur [g].

23. *In libro verborum dierum*] Sive *Chronicorum*. Non libro illo qui exstat in Canone V. T. nam is postea demum scriptus est ab Esdra; sed in alio, qui non est relatus inter libros Sacros [h].

24. *Sepultúsque est cum eis*] i. e. In eadem urbe Davidis, sed non in eodem sepulchro Regum, 1 Par. 21. 20 [i].

25. *Anno duodecimo Joram*] Non impleto. Vide infrà c. 9. v. 29 [k]. ¶ *Ochozias*] Qui & *Joachaz* & *Hazarias* est appellatus. Solus hic è filiis Jorami evasit è clade Palæstinorum, &c [l].

26. *Viginti duorum annorum*] At 2 Par. 22. 2. dicitur 42 *annorum*. [De quo difficillimo nodo dicendum σὺν Θεῷ in Notis ad 2. librum Paralipomenῶν.] ¶ *Cùm regnare cœpisset*] Ad verb. *in regnando ipso*, unà cum patre scilicet. ¶ *Et uno anno regnavit*] Solus, cùm ipse esset 42 annorum [m]. ¶ *Athalia, filia Amri*] i. e. Neptis [n]. Vide suprà vers. 18. Adde 1 Reg. 16. 29 [o]. Vel revera erat *filia Amri*; dicitur autem *filia Ahab* vel imitatione, vel nutritione sive educatione [p].

29. *Quia*

Marginal notes, left column: * V. — g Ità Q. in V. Os. Mar. — h Q. in V. sic Mar. Os. — i Q. in V. — k Pi. Me. — l Me. sim. San. — m La. — n Mart. — o Ma. sim. G. — p G. — q Mart. — r Mart. sim. San. — * San. — t T. ex San. — v San. — x Mart. — y La. — z Mart. — a La. ex To. — b Ser. sim. La. ex San. & Sal. & Torn. — c Q. in La. — d La. — * V. Pi. — f Pi. — g Jun. Pi. T. &c. — h G. — i San.

Marginal notes, right column: k Mart. — l Pi. — m Pi. sim. V. — n Pi. — o Mart. sim. Pi. — p Pi. — q G. sim. Jun. Mart. — r Me. — * Pi. — t San. — v Jun. Pi. — x La. ex San. — y Me. — z Jun. Pi. — a San. — b Mart. — † To. in Me. — * V. — c Jun. Pi. — d Pi. — † Mart. — * G. — f Me. — g San. — h Jun. Pi. — i Ma. — k G. — l Mart. — m V. — n V. G. &c. — o G. — p He. in La.

29. *Quia vulneraverant*] Heb. *à vulneribus*. Est hîc מַכִּים idem quod מַכּוֹת ; & singulare suum est formæ מַכֶּה quando *baculum* sign [q].

[q] M.

CAP. IX.

1. **V**Ocavit unum de filiis prophetarum] Ipse Elisæus non ivit, sed misit: vel, 1. quòd ità Dominus imperavit [a]; vel, 2. quòd ipse non tutò nec latenter hoc præstare poterat [b]; vel, 3. quia ipse senex erat, & tanto itineri impar [c]. ¶ *Accinge lumbos*] q. d. Festina, præpara te itineri [d]. ¶ *Lenticulam*, ità P. Mo. JT. Pi. vasculum habens figuram lentis: Metaphora *: פַּךְ] *Vasculum*, Ar. Ti. sic Jon. *cornu*, Sy. ¶ *Olei*] Heb. *olei istius*, Ma. *Unguenti hujus*, i. e. balsami, seu opobalsami [f]. Non olei unctionis [g] sacræ [h], quo se Reges Judæ ungebant [i]. Eo tantùm ungebantur Pontifices & Reges, asservabatúrque Hierosolymis. Porrò, Jehu unctus est, quòd viâ extraordinariâ familiæ Achabi successerit [k].

2. *Cùm veneris illuc, videbis*] Heb. *Et ingredere illuc, & aspice*; i. e. Diligenter circumspice ubinam sit Jehu [l]. ¶ *De medio fratrum*] i. e. Collegarum, qui v. 5. *principes* vocantur [m]. ¶ *Introduces in interius cubiculum*, חֶדֶר בְּחָדֶר] *Conclave in conclavi*, Pi. In *penetrale* quod est *in* alio *penetrali*; i. e. in cubiculum secretissimum & penitissimum [n]. Ut secretò eum ungas, non publicè, nè seditio concitetur à Jorami asseclis; ideóque additur, *fugies*, &c [o].

3. *Et fugies*, &c.] Nam si rescitum esset, reus peractus fuisset læsæ majestatis [p]. ¶ *Non ibi subsistes*, וְלֹא תְחַכֶּה] *Et non exspectabis*, P. Mo. V. sub. *ut quicquam dicat tibi*: q. d. Statim revertaris [q]. *Neque differto*, JT. *neque morêris*, Sy. Ar. sim. M. Ti.

4. *Abiit adolescens, puer prophetæ*] Vel, *discipulus prophetæ*, Jon. sic RS. & similiter ferè omnes, nempe *Elisæi*, ut הַנַּעַר הַנָּבִיא sint duo substantiva in regimine genitivo. Nec desunt exempla substantivi regentis alterum subst. in genit. casu habentis ante se ה notificativum: non tamen eò veniendum nisi urgente necessitate; esse enim præter genium linguæ docent Grammatici, limitari ac restringi substantivum prius per alterum quod genitivi locum tenet; ideóque id ipsum ה demonstrativo seu notificativo non egere. Malim ergò sic vertere, *Abiit adolescens, adolescens propheta*; [sic ό. & Q. in V. sim. JT. Pi.] Ità rectè vocatur, quia vocatus à Deo Prophetæ munere jam actu fungebatur [r]. Quidam dicunt fuisse Jonam †.

5. *Verbum mihi ad te*] Paucis te volo *. Rogo te ut surgas, & me seorsim audias [t]. ¶ *O princeps*] Absente Rege Joram cura belli erat penès Principes, inter quos Jehu præcellebat [v].

6. *Unxi te*] Hæc videtur fuisse secunda unctio Jehu. Prima facta erat ab Elia, 1 Reg. 19. 16. fuítque prævia & prognostica regni: hæc verò secunda facta ab Elisæo fuit regni collatio [x]. Priorem non curavit Jehu, aut quia illi defuisse pondus arbitrabatur, aut quia Elias tempus regni suscipiendi non definiverat [y]. [Alii Eliam hoc tantùm designâsse volunt, & Elisæo in mandatis dedisse ut exsequeretur; ut antè notatum est.] ¶ *Super populum Domini*] συνεκδοχικῶς, ob pios qui erant in isto populo †.

8. *Et clausum & novissimum*] Heb. *clausum & derelictum*, V. JT. i. e. & à te captum, & quem siveris evadere [z]. Tam eos qui se recipere possunt in arces, quàm eos qui derelicti sunt à militibus ob eorum obscuritatem, nec habent arces quò se recipiant [a]. Vide de hac phrasi Deut. 32. 36 [b], & 1 Reg. 14. 10 [c].

10. *Et fugit*] Nè fortè, re evulgatâ, aliqui, &c. eum tanquam defectionis authorem comprehenderent, & occiderent [d].

11. *Dixerunt ei*; sic Sy. Ar. וַיֹּאמֶר] *Dixit*, sub. vel *quisque*, JT. vel *quidam*, Ti. vel *major eorum*, M. ¶ *Rectène sunt omnia?*] Hebr. *Estne pax?* P. *Prosperéne?* JT. scilicet, *se habent res?* Pi. *Prædixitne ille prospera?* V. Sic rogant, quòd Prophetæ consueverint minari, arguere, & dura nunciare; unde ab impiis habentur quasi malæ aves, & Davi, qui interturbent omnia *. ¶ *Quid venit insanus iste*, &c?] Ex habitu agnoscebant Prophetam esse [f]. Prophetæ autem dementes sive insani habebantur, vel, 1. quòd dum agerentur spiritu Prophetico vires naturales sopitæ essent, & viderentur quasi furere [g]. *Vaticinari idem est quod insanire*, ait Cicero l. 2. de Divinatione. *Quidam divino beneficio sunt insani, ut Prophetæ & Sibyllæ*, ait Plato in Phædone. Sibylla Æneid. 6. furere videbatur, *Et rabie fera corda tument* — &c [h]. Sic furorem Amphiarao objicit Capaneus, Thebaidos tertio [i]. Verùm id proprium videtur vatum idolorum, ut prophetando fierent arreptitii, ac revera furerent; cùm Prophetæ Jehovæ composito animo & corpore prophetarent [k]. Vel, 2. à vitæ & vestitûs asperitate [l]; & quòd bona hujus mundi aspernarentur. Ità judicabant de iis carnales hi homines & Baalitæ [m]. Sermo propheticus illis insania videbatur [n]. Nunc autem, cùm Prophetæ ad necem quærerentur, eos magìs insanos judicabant [o]. Vel, *insanum* hunc vocant, quum vident eum fugâ se proripuisse [p]. ¶ *Nôstis hominem, & quid locutus sit*, וְאֶת שִׂיחוֹ] *Et eloquium*, sive *sermonem, ejus*, P. JT. Mo. V. i. e. quid soleat dicere, V. *quale eloquium ejus*, M. *narrationem*, Jon. *garrulitatem*, ό. sim. Ti. *conditionem*, Ar. *stoliditatem*, Sy. & *negotia ejus*, Os. q. d. Scitis quid Prophetæ loqui soleant [q]; nempe, de Religione; solent minari, docere, &c [r]. [Al. sic;] Bene conjectâstis insanire hominem *. Insanus est, & insana locutus est, ideóque non credenda, nec enarranda [t]. Quod mihi dixit parùm stabile est & nullius momenti [v]. Vana tantùm & futilia locutus est [x].

12. *Dixerunt, Falsum est*; [ità omnes:] שֶׁקֶר] *Falsum*, Mo. scil. illum tantùm officii tui te admonuisse [y]. Non est verum, nos scire quid dixit [z]. Falsum est, illum vana tantùm locutum esse [a]. ¶ *Narra nobis*] Suspicabantur id quod res erat, & extorquere satagunt [b]. Curiositatem hanc Deus ipsis injecit, quòd rem statim peragi vellet [c].

13. *Pallium suum posuerunt sub pedibus ejus*] De quo more diximus ad Matt. 21. 7 [d]. Sic Plut. scribit de Catone Uticensi Imperatore, stratas esse à militibus vestes per ea loca quæ ipse calcaret. Et diis quibusdam, dum festâ pompâ traducerentur, vestes sterni solebant: Plut. in Alcib. Idem de sacris Junonis tradit Athen. 12. 9. Idem Christo, quasi Messiæ, factum *. ¶ *In similitudinem tribunalis*, אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת] Locus difficilis [f]; quia vox גֶּרֶם est ambigua [g]. [Variè reddunt.] *Super garem graduum*, ό. *in fastigio graduum*, P. V. JT. Pi. K. in Di. Mar. vel, *ad supremum gradum*, M. i. e. in suggesto regio, Jun. Pi. In supremo gradu, in eminentissimo & præstantissimo loco [h]. Non placet. Fateor quidem R. David de Pomis גֶּרֶם exponere per עֶלְיוֹן, sed probationem desidero [i]. Alii ex Arabico vertunt, *corpus graduum*, i. e. gradus ipsos [k], גרם Arabibus *corpus* sign [l]. *Super thronum graduum*, Sy. *super gradus fenestræ*, Ar. *ad gradum horarum*, Jon. sive *ascensionum*, Reuchlin. & Schindl. in Ma. q. d. juxta horologium. Sign. lapidem in foro publico sublimatum, signis horarum insculptum: Ad hanc sublimitatem promoverunt Jehu [m]. מַעֲלוֹת pro horologio ponitur infrà 20. 11 [n]. *In loco eminenti*, Strig. *ad tumulum quò ascenderet*, Ti. *ad os* (sive *ossa*, G.) *graduum*, Mo. G. in ipso graduum fastigio [o]. גֶּרֶם sign. *os ossis*, sed quid hoc ad fastigium? Kimhi in libro Radicum vertit, *ad ipsosmet gradus*. Id mihi maximè arridet: 1. Quia גֶּרֶם & עֶצֶם sunt synonyma; ambo sign. *os*: indè עֶצֶם denotat substantiam rei, adeóque ipsam rem: cur non ergò idem valeat & גֶּרֶם? 2. Apud Chaldæos גַּרְמָא sumitur pro *ipsa re*, ut apud Heb. עֶצֶם, ut Job. 2. 5. אֶל־עַצְמוֹ *illum ipsum*; Chald. לְגַרְמֵיהּ. 3. Sic indicatur ipsorum festinatio, &c. Non exspectârunt donec in plateas venissent, sed antequam è loco sublimi, ubi Principes convenerant, descendissent, ad ipsos gradus vestes straverunt. Posset sic verti, *in aliquo graduum*, posito אֶל pro עַל. Nam גרם Arab. sign. *sectionem, partem*. Hinc Gen. 49. 14. חֲמֹר גָּרֶם, R. Jon. vert. *asinum fractum*. Nec dubito quin, ut apud Arab. ità & apud Heb. גֶּרֶם non sit specialiter *exossare*

Marginal notes, left column: [a] Me. [b] Th. & To. in Me. [c] Mart. [d] V. * Pi. [f] V. [g] V. Mart. [h] Mart. [i] V. [k] Mart. [l] V. [m] V. Jun. Pi. [n] V. [o] La. [p] Mart. [q] V. [r] Di. † V. He. in Mart. * V. [t] Pi. [v] T. [x] Ità La. ex Caj. sim. San. [y] San. † G. [z] Pi. [a] V. [b] Ma. [c] V. [d] Me.

Marginal notes, right column: * Mart. [f] Pi. Mart. [g] V. sim. M. Me. Ma. T. [h] La. [i] G. [k] Mart. [l] Ità La. sim. San. [m] Mart. [n] La. [o] San. [p] Ma. [q] Jun. Pi. sic Os. Mart. [r] Mart. * G. ex Jo. [t] La. [v] V. [x] Ma. [y] Pi. [z] Mart. [a] Ma. ex La. [b] La. [c] Mart. [d] G. * La. [f] Ma. [g] Mart. [h] V. [i] Di. [k] G. [l] Di. [m] Reuchl. in Ma. [n] Ma. [o] G.

exossare, sed in genere *frangere*, *scindere*; quod optimè convenit omnibus locis ubi hæc vox invenitur. Et RS. quum post Jon. dixisset גֶּרֶם esse *horologium*, addit, esse significatione *fractionis & scissionis*, arbitror, quia horologium frangit ac scindit diei tempus in horas, &c. Adde גֶּרֶם Arabibus significare ut *corpus*, ità quoque *sectionem*, sive *partem* [p]. Congestis palliis solium quoddam confecerunt [q]. Sic solebant milites, in subitaria novi Principis electione, tumultuarium suggestum erigere ex obvia plerumque materia, unde Princeps omnibus conspicuus acclamaretur. Romani in cespite seu gleba exstruebant. Tacitus Annal. 1. *Simul congerunt cespites, exstruunt tribunal, quò magis conspicua sedes foret.* Ad quem locum vide Lips. & Dorleansium. Simile habet Plin. in Panegyrico Trajani [r]. ¶ *Regnavit*] i. e. Rex factus est. Confer suprà 1 Reg. 1. 40 [*].

14. *Joram obsederat Ramoth Gilead*, וְיוֹרָם הָיָה שֹׁמֵר בְּרָמֹת גִּלְעָד] *Et Joram fuit observans* (vel *custos*, JT.) *in Ramoth Gilead*, Mo. *custodiebat*, sive *tuebatur*, *Ramoth*, M. Ar. Id fecit, licèt corpore præsens non esset†. *Dum defenderet*, &c. Sy. Ca. *Custodierat*, sive *defenderat*, *Ramoth*, P. V. sim. Jon. i. e. compleverat & munierat eam præsidio militum [*]. *Custodiam posuerat*, &c. JT. Pi. nempe, paulò ante hanc conjurationem [t]. Urbs ista tum erat in potestate Israelis [v]; ut patet, tum ex *ingressu in internum cubiculum*, v. 2. tum ex *gradibus*, v. 13. tum ex v. 15. *nemo egrediatur de civitate.* Bellum ergò defensivum civitatis significatur [x]. [Aliis hoc non placet.] Fine superioris capitis non videtur Joram eam Syris abstulisse [y]. Vertunt igitur, *obsidebat* (vel *obsederat*, Mar.) *Ramoth*, &c. Strig. Ti. *Custodierat*, i. e. observârat tempus ut eam caperet [z]. ¶ *Contra Hazael*; ità Ar. Strig. sim. JT. Ca. מִפְּנֵי חֲזָאֵל] *A facie Chazael*, P. sim. Jon. Mo. *ab Hazaele*, Sy. *coram Hazaele*, Ti. *propter Hazaelem*, Tig. not. Belg. Qui attentavit capere civitatem, quam Joram recuperâsse videtur dum Hazael, occiso Benhadado, vacaret ad regnum occupandum [a].

15. *Reversus fuerat ut curaretur*, &c.] q. d. Optima occasio Jehu oblata est [b], quòd Rex à castris abfuerit [c]. ¶ *Si placet vobis*, אִם יֵשׁ נַפְשְׁכֶם] *Si est voluntas vestra*, P. V. *animus vester*, Mo. cum *animo vestro*, JT. [quasi deficiente ב.] Si vobis cordi est & placet ut regnem [d]. ¶ *Nemo egrediatur de civitate*] Nempe *Ramoth*, quam hinc colligo ab Hebræis occupatam, nec nisi arcem interiorem expugnandam superfuisse †. Silentium & celeritatem adhibet, nè Joramo spatium detur vel ad deliberandum, vel ad se muniendum [f]. ¶ *Nè vadat & nunciet*, לַגִּיד] Punctationem hanc non capio: nam ad כְּתִיב non pertinere certum est; sed nec קְרִי quadrare videtur. Hîc enim, 1. post Scheva mobile sequitur Dagesch forte; 2. ג habet sub se Pathach; 3. י habet sub se Chirec. At in Keri omnia aliter se habent. Itaque secundum Keri punctandum erat לַגִּיד, pro לְהַגִּיד. Sed non opus est aliâ lectione quàm Chetib, ut sit לַגִּיד pro לְהַגִּיד, ut alibi לַשְׁמִיעַ pro לְהַשְׁמִיעַ, לָאִיר pro לְהָאִיר, לָדִין pro לְהָדִין, & sexcenta alia [g].

16. *Et ascendit*, וַיִּרְכַּב] *Et conscendit*, sub. *equum*, vel *currum*, V.

17. *Speculator*] Qualis 2 Sam. 18. 24 [h]. In civitatibus solebant vigiles excubare in loco sublimi, &c. præsertim tempore belli [i]. Sed frustrà hic vigilat: Egregia illius diligentia non profecit, nisi ad Regis exitium, cui occasionem dedit ut ad hostem, imò ad ipsam mortem, egrederetur. Decreta quippe Dei firma sunt, & expugnari nequeunt [k]. ¶ *Vidit globum Jehu venientis*, וַיַּרְא אֶת־שִׁפְעַת יֵהוּא בְּבֹאוֹ] *Et vidit copiam* (*globum*, P. Ti. *agmen*, vel *turmam*, vel *catervam*, vel *multitudinem*, sive *comitatum*, M. ex Jon. & K. V. JT. *pulverem*, o'. *pulverem turbæ*, Complut. in Nobil.) *Jehu in veniendo ipsum*, Mo. o'. sim. Jon. JT. vel, *venientem*, P. Ti. vel, *venientis*, Os. ¶ *Video globum*, שִׁפְעַת] Pro שִׁפְעָה, constructa forma pro absoluta; ut Num. 5. 18. מֵי הַמָּרִים, pro מַיִם [l]. ¶ *Tolle currum*, רַכָּב] *Equitem*, P. sim. V. Me. ex o'. M. ¶ *Rectène sunt omnia?*] Verebatur nè seditio orta esset in castris, aut hostis audacior ingrueret [m].

18. *Quid tibi & paci?*] H[s]. Quid tibi est cum pace commune? vel, Quid curas de pace [n]? *Quid tuâ de prosperitate?* JT. scil. interrogare me. Sunt verba indignantis [o]. Non pacem veho, sed bellum [p]. Quid

[p] Di. [q] Me. [r] Ma. [*] G. † M. [*] Belg. [t] V. [v] V. sim. Caj. in Ma. [x] Caj. in Ma. [y] Mar. [z] Mar. [a] Caj. in Ma. [b] Os. [c] Mart. [d] V. † T. [f] Mart. [g] Di. [h] Mart. G. [i] Ià San. Mart. [k] Mart. [l] Glaff. gram. pag. 160. [m] San. [n] V. [o] Pi. [p] La.

tuâ interest de pace, &c. sine me cum Joramo agere [q]? ¶ *Transi, & sequere me*, סֹב אֶל־אַחֲרָי] *Gyra post me*, P. *verte te ad tergum meum*, V. Tu converte te, & esto mearum partium [r].

20. *Incessus quasi incessus Jehu*; ità P. וְהַמִּנְהָג וגו׳] *Et ductus sicut ductus Jehu*, Mo. *aurigatio*, &c. M. *agitatio*, &c. Strig. ¶ *Præceps enim graditur*, בְשִׁגָּעוֹן] *Præcipitanter*, Sy. V. *in temeritate*, Mo. *cum insania*, M. sim. Ti. P. Mar. Strig. Animo ejus concitato par erat gressus †. [Alii aliter:] *Lentè incedit*, Ar. *pedetentim & tardè movet se*, Jon. in M. Donec Rex egrederetur, ut eum in agro Naboth occideret [t].

21. *Junge currum*, אֱסֹר] *Junge* V. JT. sub. *currum*, id est, *equos currui* [v]. ¶ *Egressus est Joram*] Licèt æger & saucius: vel ut, siqua esset seditio, eam auctoritate suâ maturè præcideret [x]; vel, quòd voluit Joram honorare Jehu, quem equites retinuisse putavit, quòd ipsemet fausta Regi suo nunciare vellet [y].

22. *Pax est, Jehu?*] q. d. Cur sic reverteris cum exercitu? an Syri discesserunt re infectâ? vel tu cladem aliquam ab eis accepisti [z]? ¶ *Quæ pax? adhuc fornicationes*, &c. ità o'. Jon. P. Mo. מָה הַשָּׁלוֹם עַד זְנוּנֵי וגו׳] *Quæ est pax scortationis*, &c? Sy. vel, *cum idolis*, &c? Ar. *Quæ pax, quamdiu manent fornicationes*, &c? M. sim. JT. Ti. *Quæ pax usque ad fornicationes*, &c? q. d. Quæ pax sufficiat ut tolerentur fornicationes [a]? *Quæ pax est quæ pervenire possit usque ad fornicationes Izebel matris tuæ, & veneficia ejus quamplurima?* i. e. Quæ ratio pacis convenire possit tecum, & cum matre tua, &c? sive; Quæ deceat te & matrem tuam? q. d. Indigni estis pace [b]. Nondum expiata sunt, vel suppliciis vindicata, matris tuæ scelera [c]. *Fornicationes & veneficia*, &c. hîc significant; 1. Idololatriam [d]: quæ *scortatio* dicitur, quòd sit adulterium Divini cultûs; & *veneficium*, quòd falsi cultus pleni sint præstigiis & veneficiis†; & quia provocant alios ad idem scelus [f]. *Veneficia* dicuntur quæ turpem amorem conciliant. Ità *Jezabel*, quasi lena, philtris usa est, quibus alios ad idola colenda induxit [g]. 2. Magiam: nam Dæmonem consulebant [h]. 3. Corpoream Fornicationem [i]; quæ plerumque idololatriam comitatur. Sed cur peccata non Jorami, sed matris ipsius, commemorat? Resp. 1. Quia ab illa erat origo mali. 2. Joramus scelera matris fecit sua, quia eam non coercuit, (ut ex officio debuerat, exemplo Asæ,) sed potiùs juvit, &c [k].

23. *Convertit Joram manum suam*] Ità P. Os. vel, *manus suas*, o'. Mo. Mar. V. sim. Ti. i. e. unam ex manibus suis [l]. *Avertit manus illius*, scil. aurigæ, jubens ut deflecteret [m]. Verùm non præcessit aurigæ mentio: itaque malim, *avertit manus suas*, i. e. seipsum; quatenus jubebat aurigam deflectere [n]. Regebat (vel vertit, V.) habenas equorum, ipse, aurigáve [o]. Jussit aurigam habenas inflectere ad fugam [p]. *Retrocessit*, &c. Ar. sim. Jon. *conversus aufugit*, &c. Sy.

24. *Jehu tetendit arcum manu*, מִלֵּא יָדוֹ בַקֶּשֶׁת] *Implevit manum suam in arcu*, Mo. o'. vel *arcu*, Jon. M. P. V. Pi. Hypallage, pro, *implevit* (i. e. plenè tetendit) *manu suâ arcum* [q]. Vehementissimè adduxit arcum. Similis vocum inversio 1 Sam. 23. 7. נִסְגַּר לָבוֹא, *inclusit se ad veniendum*, &c. i. e. venit inclusum, sive ut includat, se in civitate, &c. Vide infrà v. 30. Alii phrasin sic explicant, quòd manu plenâ arcum tenebat, alterâ nervum adduxit [r]. [Al. sic;] *Implevit manum arcu*, id est, nervo arcûs, attrahendo scilicet illum, & mox remittendo, atque ità sagittam elidendo; ut sit synecdoche membri duplex †. Illis rebus dicimur *implere manus* quas capimus & tenemus; ut sacerdotes, quando manibus tenebant armum, &c [t]. [Al. aliter vertunt;] *Admovens manus suas arcui*, M. sim. Ca. Sy. Ti. h. e. Arripuit arcum [v], seu extendit eum [x]. *Direxit arcum*, Strig. Adduxit nervum quantum potuit [y]. ¶ *Inter scapulas*] Ità V. Heb. *inter brachia ejus*, P. Pi. nempe, à tergo [z]. Joramus enim à Jehu aversus erat, & fugiebat [a].

25. *Memini quando ego & tu sedentes*, &c. כִּי זְכֹר אֲנִי וָאַתָּה אֵת רֹכְבִים צְמָדִים וגו׳] *Nam recordare, me & te pariter equitantibus binis post Achabum*, &c. JT. Sic Genev. & Ti. ex Jon. & o'. & Vulg. & K. & RS. in Di. sim.

[q] Mart. [r] Mart. † G. [t] M. [v] V. sic Pi. [x] San. [y] Me. [z] Mart. [a] Mart. [b] V. [c] Me. [d] Me. T. Mart. La. San. † Ma. [f] T. [g] San. [h] La. [i] Jo. in Me. sim. Mart. [k] Mart. [l] V. [m] Jun. [n] Pi. [o] Mar. [p] Me. [q] Jun. sic Glaff. [r] Glaff. gram. † Pi. [t] Mart. [v] M. Mart. [x] M. [y] V. sim. Ar. Mar. [z] V. sim. Mart. [a] Mart.

sim. Ar. Sed quis hîc locus אֶת? K. ait אֶת significare *cum*, q. d. *ego tecum & tu mecum fuimus*, &c. Durum id est. Elegantiùs Levi, *Ego & tu eramus pariter cum aliis qui equitabant juncti*, &c. Id secutus Vatablus optimè vertit, *Ego & tu* eramus *cum iis qui equitabant juncti, & ibant post Achabum*. Non exstant hæc in Commeliniana editione, sed in Notis ad versionem Tig. apud Rob. Steph. editis. [In quibus multa sunt non contemnenda quæ prætereuntur in illa editione quæ habetur in libris *Criticorum*.] Sensus est, solere Achabum satellitibus ire stipatum, sed qui per paria bini eum sequerentur[b]. רֹכְבִים צְמָדִים videntur esse qui bini in eodem curru vehuntur[c]. *Memento ego & tu equitantibus copulatis*, &c. Mo. *Memento enim quòd ego & tu* eramus *aliquando cum quibusdam qui equitabant*, &c. P. *Nam memini ego & tu*, Jon. Sy. ό. *cùm equitaremus in jugo uno*, &c. Jon. *Memini, me & te equitantibus, & simul abeuntibus*, &c. Ar. *Recordor diei quando ego & tu simul juncti in curru vehebamur post Ahab*, &c. M. *Memini cùm aliquando ego & tu Achabum cum bigariis sequeremur*, Ca. *Memini enim (cùm ego & tu simul curru vecti sequeremur Achab*, &c.) *Dominum sustulisse*, &c. Ti. צְמָדִים sign. *pares, & simul incedentes*: nam צֶמֶד est *par*. Aut eodem curru vecti sunt, aut insidentes equis bini unà incesserunt. Alii eam conjunctionem quam vox צֶמֶד ostendit referunt ad ipsum Regem, quasi duo isti homines fuerint ei proximi[d]. ¶ *Onus hoc*] *Onus* vocat Prophetiam gravem & onerosam †, quæ alicui imponitur tanquam onus quod ferre debeat[f]. ¶ *Levaverit super eum*, נָשָׂא עָלָיו] *Levavit adversùs eum*, P. *imposuit ei*, G. i. e. prædixit istud de eo[g]. *Levare* non tantùm sign. *destinare*, sed etiam *pronunciare*[h].

26. *Si non*, &c. אִם לֹא] *Nisi*, Jon. P. V. Aliquid subaudiendum, *Non habear postea verax, nisi*, &c. V. vel, *Nè vivam, nisi*, &c. JT. ¶ *Et pro sanguine filiorum ejus*] Hoc dicit, vel, 1. quòd adempta erat eis possessio unde viverent[i]: q. d. ob filios Nabuthis injustè in paupertatem redactos: nam omnis pœna דָּם Hebræis, Lev. 17. 4[k]. Vel, 2. de filiis nondum natis, sed qui geniti fuissent si Naboth diutiùs vixisset[l]. Qui stirpem effodit, ille arboris ramos & fructus succidisse censetur. Vide Chald. ad Gen. 4. 10[m]. Volunt Nabothum absque liberis discessisse[n]. Vel, 3. quòd filii etiam ipsius (contra legem Dei, Deut. 24.) unà interfecti sunt[o]; licèt nulla 1 Reg. 21. 13. fiat mentio hujus cædis[p]. Sic sæpe multa à Sacris historicis omissa videmus quæ ab aliis per occasionem dicta sunt; qualia, *terræ motus* sub Ozia, Amos. 1. *crabrones*, Jos. 24. & multa quæ in Ægypto acciderunt, Sapient. 16[q]. Filios occîdit Jezabel, nè ullus superesset qui aut ablatam vineam repeteret, aut injuriam patri irrogatam ulcisceretur[r]. Fortè Jehu falsum dicit; multa enim Scriptura refert ab aliis dicta quæ non probat †. ¶ *Quem vidi herì*] Heb. *Si non herì*, h. e. dum cædes committeretur, *vidi*. Die factæ cædis Achab non descendit in vineam: significata quippe est Jezabeli mors Nabothi circa vesperam, & postridie ejus diei Achab ad eam venit[t]. Sunt hæc verba Eliæ, quæ hîc recitat Jehu[v]. [Al. sic.] *Herì*, i. e. nuper, Glass. V. Adverbia enim temporis determinati quandoque indeterminatè sumuntur[x]. [Al. sic connectunt cum præcedentibus,] *Nisi sanguinem Naboth—viderim herì*, P. V. sim. JT. i. e. meminerim nuper[y]; sub. *non habear verax*, V. ¶ *Tolle, projice eum in agrum*] Insepultum, sicut prædixerant Ahias & Jehu[z].

27. *Fugit per viam domûs horti*] Nempe, horti alicujus egregii[a]; ubi antea fuerat vinea Naboth[b]. i. e. Fugit in Samariam per hortos, sive per viam latentem & occultam arboribus consitam, quæ secretior erat[c]. ¶ *Et ait, Etiam hunc*, &c. וַיֹּאמֶר גַּם אֹתוֹ הַכֻּהוּ אֶל־הַמֶּרְכָּבָה בְּמַעֲלֵה גוּר אֲשֶׁר אֶת־יִבְלְעָם *Et dixit, Etiam ipsum. Et percussit eum ad currum*, &c. ό. *Etiam eum percute in curru*, &c. Jon. *Percutite eum ad currum*, &c. Mo. vel, *in quadriga*, Ti. *in ascensu* (vel *clivo*, Ti.) *Gur juxta Ibleam*, M. Jon. *quæ* [nempe *Gur*] *cum Ibleam*, Mo. *quæ est Jebleam*, ό: *qui* [nempe *ascensus*] *est ad Jibleamum*, JT. sim. Strig. Hîc subaudiunt multa, ut clariora sint omnia. *Persecutus est eum Jehu usque ad Samariam: Cùm autem adductus fuisset ad eum, dixit, Hunc quoque perimite in curru: Dixit hoc in*

[b] Di. [c] BA. 1. 2. 9. 173. [d] Mart. † La. sim. G. Ma. [f] Ma. [g] V. [h] Mart. [i] K. in Mart. [k] G. [l] M. Q. in Mart. [m] San. [n] Mart. [o] Mart. sim. M. V. San. Me. T. [p] V. [q] San. [r] T. in San. † San. [t] Mart. [v] Q. in Ma. [x] Glass. gram. 436. [y] V. [z] T. [a] Me. [b] T. sim. San. [c] V.

ascensu Gur. Vel, *dixit, Percutite eum in ascensu Gur*[d]. *Etiam hunc interficite: & interfecerunt eum in curru suo*, &c. Sy. sim. Ar. *Etiam ipsum percutite in suo curru*: sic percusserunt eum *in ascensu Guris*, &c. JT. sim. Strig. M. P. Pi. Ellipsis, qualis 1 Reg. 20. 34 †. ¶ *Hunc percutite*] Ut qui in culpa pares essent, pares essent & in pœna. Vide suprà 8. 27. Videtur autem hac in re Jehu modum excessisse: nam de hoc Rege occidendo mandatum non habebat[f]. At huic loco repugnare videtur 2 Par. 22. 9. *Ochoziam comprehendit latitantem in Samaria*. Resp. 1. Hæc tria loca, *Izreel*, *Ibleam & Mageddo*, non multùm à se invicem distant, eáque pertinent ad tribum Manasse[g]. 2. Leviter vulneratus ad clivum Gur Samariam se recepit, ubi etsi aliquantisper latuisset, reductus est tamen ad Jehu in *Izreelem*, ubi mandato Jehu gravissimè vulneratus, venit in Mageddo, & ibi mortuus est[h]. 3. *Samaria* illa in 2 Par. 22. non *civitas est*, sed *regnum Samariæ*, in quo erat Mageddo, ubi deprehensus à militibus Jehu, ad ipsum adductus & occisus est[i]. Historia hæc, quæ breviùs in lib. Regum, fusiùs & ordinatiùs in Chron. exhibetur, & sic se habet. Jehu occîdit Joramum: Ahazias fugit in Samariam, ibique latet. Jehu proficiscitur Jezrael, & Jezabelem interficit: Deinde pergit Samariam versùs, & in via fratres Ahaziæ perimit. In Samaria Ahaziam quærit, eúmque inventum deferri jussit versùs *Gur* prope *Ibleam*, ibiq; eum interfecit, ubi fortasse Joram fratres suos occiderat. Ibi igitur eum in curru percutiunt, quem graviter vulneratum auriga vehit Megiddo, ubi moritur†. [Plura vide ad 2 Par. 22. 9.]

29. *Anno undecimo Joram*] At suprà 8. 25. habetur *anno 12. Joram*. Resp. 1. Annos perfectos hîc intelligit; nam duo anni inperfecti reputantur pro uno[k]. Imperfectus annus interdum numeratur, interdum omittitur[l]. 2. Intellige hoc de regno ejus vivente patre[m]. ¶ *Regnavit*] i. e. Regnare cœpit; & vix uno anno regnavit, nam duodecimo Jorami anno occisus est[n]. Repetitur hoc, ut intelligamus eum propter scelera non diu regnâsse[o].

30. *Jezabel——depinxit oculos suos stibio*; ità ό. וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ] *Et posuit in fuco oculos suos*; Mo. Pi. Hypallage, pro, *apposuit fucum in oculis suis*[p]. *Ornavit fuco*, &c. P. *pinxit collyrio*, &c. Ar. *fuco pinxit faciem suam*, Ti. *posuit fucum in facie sua*, M. Qu. Quid hîc פּוּךְ? & cui usui? Resp. Non est *fucus*, sed *stibium*[q]. Est פּוּךְ idem quod כחול, *color quo facies pingitur*[r]. Sed quid est *stibium*? στίμμις sive στίμμι est Dioscoridi †. Vulgus medicorum vocat *antimonium*. Falluntur autem qui accipiunt pro *ære combusto*, ex eo fortè decepti, quòd *æs combustum* & *stibium* commune sit medicamentum oculorum[t]. Usus autem stibii duplex erat. 1. Ad conciliandum oculis nigrorem, qui pulcher habebatur. Cyprianus, *Oculos circumducto nigrore fucant*; & alibi, *qui nigri pulveris ductu oculorum lineamenta depingis*. Tertul. *Oculos fuligine porrigunt*. 2. Ad dilatandos oculos. Plin. de eo agens 33. 6. *Ideò etiam plerique platyophthalmum id appellavêre, quoniam in calliblepharis mulierum dilatat oculos*. Nimirum laudatæ multis gentibus mulieres μεγαλόφθαλμοι· unde Juno βοῶπις Homero. Ideo inventa, ut Plinius meminit, medicamina glutinandis replicandísque palpebris. In his præcipua vis stibii, quia, ut Galenus ait de Simplicibus l. 9. στίμμι πρὸς τῇ δυνάμει τῇ ξηραντικῇ καὶ στῦφον ἔχει, (*stibium & exsiccandi & astringendi vi pollet*.) Hâc ergò vi palpebras contrahit & in se replicat, inferiorem maximè: unde ὑπογεγράμματα dixit Hesychius: ὑπογεγράμματα (inquit) στιμίσματα τῶν ὀφθαλμῶν· & ὑπογράφειν ὀφθαλμοὺς in hac re est apud Athenæum de Sardanapalo, apud Lucianum, Pollucem, &c. Etiam sanitati oculorum prosunt τὰ στυπτικὰ (*astringentia*,) ut æs, notante Mirabilium scriptore, sive is Aristoteles est, sive alius; item Macrobio[v]. Qu. Cur sic fecit Jezabel? Resp. vel, 1. ut placeret Jehu[x]; & eo lenocinio à jugulo suo ferrum hostile averteret. Magna enim est vis pulchritudinis[y]. Sed obstat sequens exprobratio, *Num pax*, &c[z]? Erat etiam vetula, & sciebat Jehu esse juratum ipsius hostem[a]. Vel, 2. quia voluit etiam in suprema fortuna dignitatem & majestatem regiam tueri: Erat enim arrogantissima[b]. Audacem eam fecit magnitudo periculi[c]. Vel quòd putabat

[d] V. † Pi. [f] G. [g] Mart. sim. Me. [h] Mart. sim. La. ex L. [i] Me. † Li. [k] V. [l] San. sim. Mart. [m] L. [n] La. [o] V. [p] Ma. ex Jun. sim. Mart. [q] Mar. ità G. Nebris. [r] M. K. in G. † G. [t] Nebris. quinquag. cap. 44. [v] G. [x] V. [y] San. [z] E. sim. Mart. Me. [a] La. [b] Ma. ex V. sic M. Mart. E. Me. T. San. [c] Mart.

Jehu in se, utpote fœminam & reginam, non ausurum manus injicere [d]. Magis conveniebant illi vestes lugubres ob virum & filium amissos [*]. Verùm solebant Thraces, Cæsii, aliique, *ortus hominum fletibus, occasus gaudiis prosequi*. Quis scit an hæc apud Sidonios consuetudo fuerit? quorum mores in funere filii servare voluit Jezabel [f]. Vide mulieris hujus impudentiam; in extremo discrimine nullum dat resipiscentiæ indicium [g].

31. *Numquid pax*, &c? [הֲשָׁלוֹם זִמְרִי הֹרֵג אֲדֹנָיו] *Numquid pax fuit Zimri qui percussit*, &c? M. sim. Mo. *Num prosperè hoc cessit Zimri quòd trucidavit?* Ti. sim. Strig. *Salve*, (vel *Ave*, Ar.) *Zamri, homicida domini sui*, Sy. Ar. *Prosperéne*, (vel, *Estne pax*, P.) *ô Zimri, occisor domini?* JT. sic Pi. Mar. P. V. Me. T. G. Glass. O alter Zimri, 1 Reg. c. 16. v. 16. cujus conspirationis ultio fuit per Homrin socerum Jezabelæ [h]. Nomen proprium unius quandoque alteri imponitur ob similitudinem [i]. Tale illud, *Et nunc ille Paris*, de Ænea [k]. *Estne pax?* Pacificúsne est adventus tuus [l]? An omnia ex voto [m]?

32. *Quæ est ista?* [מִי אִתִּי מִי] *Quis est illic pro me?* (vel *mecum?* P.) *quis?* qui à parte mea stet [n]. ¶ *Eunuchi*] Propriè, quia tales in comitatu reginæ imprimis erant [o]. Hi promptos se ostendunt ad facienda imperata. Vide adulatorum ingenium, qui voluntatem cum fortuna mutant [p].

33. *Aspersúsque est sanguine paries*, [וַיִּז מִדָּמָהּ וגו'] *Et aspersit se* (i. e. *dissiliit*) *de sanguine ejus*, i. e. pars aliqua sanguinis ejus ruptis venis dissiliit, *in parietem*, &c [q]. ¶ *Conculcaverunt*] Heb. *conculcavit eam*, nempe Jehu [r], equitando [*].

34. *Sepelite eam, quia filia regis est*] Nempe Ethbaalis, 1 Reg. 16. 31 [t]. Erat etiam Regis uxor, & nurus, & mater, & socrus, & avia. q. d. Detur hic honor regiæ familiæ [v]. Regium nomen apud omnes sacrosanctum erat. Fortè sic fecit, nè invidiam & odium Regum Zidoniorum in se inflammaret. Qu. Cur non & Joramum Regem sepelivit? Respond. Quia de illo exstabat vaticinium Eliæ. Obj. Idem de Jezabele prædictum. Resp. Fortè non jam recordatus est oraculorum Eliæ, sed postea, quando completa esse animadvertit [x].

37. *Et erunt carnes Jezabel sicut stercus*] *Cadaver—sicut stercus*, Mo. [sim. ferè omnes.] Alludit ad ejus nomen, אִי זָבֶל, id est, *ubi stercus?* vel, *insula sterquilinii*; vel, *væ sterquilinio* [y]. Al. *Sit cadaver—tanquam stercus*, &c. q. d. Rescindo priorem sententiam de ea sepelienda [z]. ¶ *Ut prætereuntes dicant, Hæccine est illa Jezabel?*] q. d. Quomodo tanta gloria in tantam calamitatem conversa est [†]? Heb. *ut non dicant, Hæc est illa Jezabel*; quandoquidem non exstat. Ità omne ejus monumentum Deus perire voluit [*]. Postquam equitatus pertransiit, credibile est illam famulos pedites ornamentis spoliâsse; deinde nudæ & cruentatæ proprio sanguine carnes lacerârunt [†].

[Marg.: d La. — * Mart. — f San. — g Mart. — h Jun. Pi. — i Glass. — k Gram. p. 877. — l G. — m V. — n G. — o V. sim. G. M. — p Pi. — Mart. — q V. — r M. — * Pi. — t Pi. — v Me. — x Mart. — y La. — z Jun. — † Me. sim. La. — * Mart. — † Me.]

CAP. X.

1. *Erant Achab septuaginta filii*] Ex diversis uxoribus procreati [a]. Fortè & nepotes includuntur, qui *filii* vocantur ex usu Scripturæ [b]. ¶ *Misit in Samariam ad optimates civitatis*] Heb. *ad principes Jezreelis*. Sed quid rei principibus *Jizrehelis* in *Samaria* [c]? Resp. Præcipui hi aulici vel missi sunt à Joramo cum filiis Samariam, cùm expeditionem susciperet in Syriam [d]; ut, si quid ei accidisset, in loco munito servarentur: vel, auditâ Regum cæde, nutritii unà cum alumnis eò profugerunt, nè in manus Jehu statim inciderent: vel fortè, proceres regni in Samaria consultârunt an alius Rex designandus esset [*]. ¶ *Et ad majores natu*] Tales ad consilium idonei sunt [f]. Vel, Senatores intelligit, non habitâ ratione ætatis [g]. ¶ *Et ad nutritios Ahab*; ità o'. Jon. Mo. Ti. P. V. [אֶל הָאֹמְנִים] *Ad nutrientes Achabum*; est enim participium; i. e. qui ab infantia educaverant Achabum: ad consiliarios Regis [h]. *Ad doctores* (vel *pædagogos*, M.) *Ahab*, Ar. *ad tutores*, vel *præceptores*, *filiorum Ahab*, Sy. sim. M. V.

2. *Statim ut acceperitis*, &c.] *Nunc ergò*, &c. V. JT. Pi. Videtur esse sermo abruptus [i]. Hîc tantùm recitat principem clausulam literarum, & conclusionem [k]. Deficere videtur prior pars, putà, narratio Jehu de proposito suo ipsos oppugnandi; & filios Achabi cædendi, ex mandato Dei, unde ista clausula deducta videtur. Fortè tamen literæ his solùm verbis constabant; quale exemplum habetur suprà 5. 6 [l]. ¶ *Filios domini vestri*] Joram & Achab [m].

3. *Eligite meliorem*] Aptiorem ad imperandum [n]. ¶ *Et pugnate*, &c.] Scil. contra me [o]. Bellum eis indicit cum irrisu, tanquam de eventu securus [p]. Obliquè docet eos frustrà repugnaturos, quòd viribus destituerentur. Nam Jehu secum habebat robur militum [q]. Hoc dicit ut tentet eos [r].

4. *Timuerunt*] Deus illos consternatos reddidit [*].

5. *Quæ jusseris, faciemus*] Ità omnes ab Achabo ad Jehu deficiunt. Tales amicos, proditores & perditos, Ahabus & Joramus meruerant, qui à Deo defecerant. Non legationem mittunt, ut sententiam latam deprecentur aut mitigent, sed statim succumbunt. Porrò, respondent illico, nec verbum Dei nec Prophetas consulentes [t].

6. *Apud optimates civitatis nutriebantur*, [אֶת־גְּדֹלֵי הָעִיר מְגַדְּלִים אוֹתָם] *Apud majores civitatis qui educabant* (Heb. *magnificabant*, Pi.) *eos*, P. JT. Pi. [sim. omnes.]

7. *Et occiderunt*, &c. Non peccavit Jehu hoc jubendo, quia id fecit jussu Dei, qui vitæ ac necis Dominus est. Samaritæ tamen peccârunt, quòd hoc fecerunt non ut ministri Judicis, sed timore Jehu, quem nesciebant esse Regem ac Judicem Israelis [v]. Tenebantur illi lege Dei, quâ jussum nè filii parentum pœnas luerent [x]. ¶ *In cophinis*; ità P. [בַּדּוּדִים] *In sportis*, sive *canistris*, Jon. Sy. Ar. M. Ti. V. Hoc dono pacem redemerunt. Simile 2 Sam. 20. 21 [y]. ¶ *Miserunt ad eum in Jezrahel*] Eò enim Jehu mitti jusserat, ad explorandam eorum fidem, cùm ipse antea non auderet Samariam se conferre [z].

8. *Ponite—juxta introitum portæ*, &c.] Ibi posita sunt, vel, 1. quia capita noctu allata sunt, cùm portæ clausæ essent. Qui portæ præerat hoc Regi denunciavit [a]; qui Samaritas noctu in urbem admittere tutum non judicavit [b]. Vel, 2. ut totus populus ingrediens & exiens per portam videret justum Dei judicium contra Ahab, itàq; ab ejus idololatria recederet [c].

9. *Dixit ad populum*] Qui magno numero confluxerat [d]. ¶ *Justi estis*, &c.] [Variè explicant.] Ironicè dictum [*]; q. d. Vos justi estis vestrâ & vulgi sententiâ [f]. At dicite, quis istos peremit? Vos ergò me cædis absolvitis vestro facto [*]. *Justi estis*, ideóque rectè judicate [g]. Justam Dei vindictam, licèt inscii, implêstis [h]. Ego vos innocentes pronuncio, quia omnia Divino judicio acciderunt [i]. ¶ *Si ego conjuravi*, &c.] Concedam hæc esse vera quæ mihi exprobravit Jezabel, suprà 9. 31. ¶ *Quis percussit*, &c?] q. d. Tam mirabilis eventus ostendit hæc non humanitus, sed divinitus, disponi [k]. Ego non potuissem hæc facere, nisi Deus vobis mentem eripuisset, & mei metum indidisset. Potuissetis enim aut mihi aut vi, aut honestâ excusatione, resistere, aut filios Ahab abscondere, aut aliò amandare [l]. Aut omnes justi sumus, aut omnes injusti. At absurdum est credere optimates Samariæ, viros justos, graves & concordatos, scelus admisisse. Ergò omnes culpâ vacamus, cùm hæc Dei voluntate gesta sint [m]. Ex hoc facto facilè dijudicabitis, non me solum (ut passim spargitur) in excidium stirpis Achabi insurrexisse; sed insuper primos quosque totius regni, &c [n]. Putatis vos esse justos, & me injustum, &c. Oratio concisa, quæ ex sequentibus sic absolvitur: q. d. *Neque ego dominum meum interfeci, neque vos illos, sed Dominus* [o].

10. *Non cecidit*, &c.] i. e. Nihil erit irritum. Metaphora ab iis rebus quæ ubi deciderunt pereunt; ut sunt micæ, & ea quæ in fluvium aut aliò quópiam decidunt, & colligi nequeunt [p]. ¶ *Locutus est Dominus*] q. d. Justè hæc feci, quia ex mandato Dei [q]. ¶ *In manu Eliæ*] Qu. Cur *Heliæ* potiùs quàm *Helisæi* vaticinium adducit? Resp. Quia illa prædictio publica fuit, hæc privata & occulta, ideóque apud astantes nullius ponderis [r].

11. Per-

[Marg.: a La. sic Mart. San. — b Mart. — c Ma. — d Jun. Pi. sim. Mart. — * Mart. — f Jun. — g Pi. — h Ma. — i Pi. — k V. — l Pi. — m Me. — n Mart. — o Me. — p G. — q Q. in Mart. — r V. ex M. — * Mart. — t Mart. — v La. sim. Mart. — x Mart. — y G. — z Me. — a V. — b Me. — c La. — d Me. — * Q. in Ma. — f Mart. sim. V. — * Mart. — g Me. — h La. — i Ma. — k G. — l La. — m Me. — n T. — o V. — p V. — q Pi. — r Mart.]

11. *Percussit—omnes, &c.*] i. e. Ferè omnes; paucis, iisque abjectis, &c. exceptis. Remansêre Joas Rex Judæ, & fratres *Ochoziæ* †. ¶ *Et notos*] i. e. Familiares [t]; qui scelerum consortes fuisse existimantur [v]. ¶ *Et sacerdotes*] Qu. Quos sacerdotes intelligit? Resp. Vel, 1. sacerdotes Baal, quos postea interfecit; quod hîc dicitur per anticipationem [x]. Vel, 2. illos sacerdotes quos domi aluit, qui sacerdotum principes erant [y]. Facta hæc sunt in Jezreel, ubi Ahab sacerdotes habuit [z]. Vel, 3. propinquos Achab, &c. ex quibus aliqui sacerdotes erant [a]; Vel, 4. aulæ principes, qui *sacerdotes* hîc dicuntur, quomodo filii Davidis 2 Sam. 8. 18 [b]. ¶ *Et universos, &c.*] A calvo ad calvum, ut dici solet [c].

12. *Cùmque venisset ad Cameram pastorum*, הוא בית עקד הרועים] [Quibusdam est nomen proprium.] Hebræam vocem retinuêre ο'. ἐν Βαιθακάν, [lege Βαιθακὰδ, vel Βαιθακάδ,] ut facere solent ubi hærent [d]. *Quùmque esset Beth-hekedi pastorum*, JT. vel potiùs, *Beth-hekedi-rohim*, Pi. Est nomen pagi †. [Alii appellativè sumunt.] *Ipse* autem erat *juxta domum tonstrinæ pastorum*, P. V. ad verb. *ligationis*: vel, quòd in ea ligarentur oves tondendæ [f]; vel, quòd hi è regio sanguine, qui pastores populi dicuntur, ibi ligati ac jugulati sunt *. Verùm illi nondum erant pastores, id est, Reges †. Chald. *juxta domum congregationis pastorum* [g]; nimirum, quòd ad tondendum congregarentur [h]. Erat publica & ampla ruri domus, ubi pastores stato tempore congregari solebant, & oves tondere, ac deinde geniales lætósque conviviis dies transigere [i]. *Erat ibi in itinere casa pastoralis*, Ti. vel *domus ubi pastores oves tondebant*, M.

13. *Invenit fratres Ochoziæ, &c.*] i. e. Nepotes, filios fratrum [k], ut scribitur 2 Par. 22. 8 [l]. Vocantur filii fratrum *fratres* [m]. Sic Gen. 13. 8. Est synecdoche speciei [n]. Fratres autem Ochoziæ fuêre occisi ab Arabibus, 2 Par. 21. 17 [o]. ¶ *Quinam estis?*] Vos qui tali numero & pompâ discurritis. Vel fortè interrogat, non quòd nesciret, sed ut eorum expressâ confessione, jure videatur in illos animadvertere [p]. ¶ *Fratres Ochoziæ sumus*] Fassi sunt quod dissimulari non poterat, nè in mendacio deprehensi difficiliùs elabi possent [q]. ¶ *Descendimus ad salutandos, &c.* לשלום וגו'] *Ad salutandum, &c.* P. *ad pacem filiorum, &c.* Nam in salutando dicebant, *Pax tibi* [r]. *Pro salute filiorum, &c.* i. e. ut feramus iis opem †. ¶ *Regis*] Scilic. Jorami [t], quem putabant adhuc vivere [v], & Ahabi [x]. ¶ *Reginæ*] i. e. Uxoris Jorami [y]: vel etiam Jezabelis [z]; quam sic vocant, quòd potentissima esset, & penès illam administratio regni quodammodo esset [a].

14. *Comprehendite eos vivos*] Nè armis resistant [b]. ¶ *Jugulaverunt eos*] Qu. Num rectè? Resp. Res specie tenus crudelis erat; sed justa fuit, quia à voluntate Dei profecta. 1. Idololatræ erant, adeóque ex Lege Dei occidendi [c]. 2. Hi aliquo modo pertinebant ad domum Ahab, cum qua affinitate jungebantur, & etiam consanguinitate, si erant aliqui Athaliæ filii [d]. Prudenter timuit Jehu, nè cognati Ochoziæ mortem illius ulciscerentur, vel consilia Jehu retardarent †. Hoc fecit Jehu sine mandato: Δεινὸς ἀνὴρ τάχα κ' ἀναίτιον αἰτιόῳτο, (*Acres & fervidi viri facilè innocentes tractant tanquam nocentes* [f].)

15. *Invenit Jonadab filium Rechab*] Rechab erat vir celebris Kinæus, è genere Jithronis. Vide 1 Chron. 2. 55. & Jer. 35 [g]. A quo Cinæi dicti sunt *Rehabitæ*. Jonadab fuit vir prudens & pius [h]; ut ex hoc loco apparet [i], & ex insignibus ipsius præceptis, Jer. 35. 6 [k]. [de quibus hîc Pet. Mart. agit.] ¶ *In occursum sibi, & benedixit ei*, לקראתו ויברכהו] [Q. hæc referunt ad Jonadab;] *occurrentem sibi, & benedicentem sibi*, JT. quasi Jehonadabus bene precatus fuerit ipsi Jehu [l]. Jonadab, viso Rege, benedixit ei; hoc est, salutavit, fausta precatus est, & gratulatus ei de rebus præclarè gestis [m]. [Reliqui τὸ יברכהו referunt ad Jehu:] *benedixitque ei*; imprecatus est ei pacem [n]. ¶ *Numquid est cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo?* ità Mo. [sim. ferè omnes:] היש את לבבך ישר וגו'] *An inest animo tuo rectum* erga me; *quemadmodum*

(Margin: † La. — t V. — v San. — x L. — y San. — z Mart. — a Me. — b San. — c G. — d G. — † Jun. Pi. — f V. ex M. sic Jun. Pi. Mar. — * Jun. — † Pi. — g V. — h Mar. — i T. ex San. — k V. ex M. sic Jun. Pi. La. — l Ma. ex Jun. — m M. — n Pi. — o La. — p Mart. — q Me. — r Pi. — † V. — t Pi. Me. Mart. — v Pi. — x Mart. — y Me. — z Me. ità Mart. — a Mart. — b Me. — c Mart. — d Me. — † San. sim. Mart. — f G. — g Jun. Pi. sic Mart. — h Mart. — i E. — k Mart. — l Ma. — m Mart. — n M.)

animo meo erga animum tuum? JT. *An est cum corde tuo rectum, quemadmodum cor meum cum corde tuo?* An sincerè mihi faves, sicut ego tibi [o]? An diligis me ex animo, sicut ego te, &c [p]? ¶ *Et ait Jonadab*; *Est. Si est, inquit, &c.* יש ויש] Vertunt, *Est. Et dixit Jehu, Et si est, &c.* ο'. [divellunt ויש à יש.] *Est & est*, P. sim. M. Mart. *Est quidem est*, Sy. *Imo verò & majorem in modum*, Ar. Geminatione verbi vehementiùs affirmat [q]: q. d. Proculdubio diligo te ex animo [r]. ¶ *Da manum*] Signum hoc concordiæ, Galat. 2. 9. unde manus in matrimonio consertæ sunt †. Sunt hæc verba Jehu. Similem ellipsin habes 1 Reg. cap. 20. vers. 34 [t].

16. *Vide zelum meum, &c.*] i. e. Studium vindicandæ ac ulciscendæ gloriæ Dei [v]: quanta facturus sum in honorem Jehovæ [x]. ¶ *Et impositum in curru suo*, וירכבו וגו'] *Imposuerunt eum*, V. JT. sub. *famuli*, V. sim. Pi. Adjuverunt eum conscendentem in currum. Ad verb. *& equitare fecerunt* [y].

17. *Duxit in Samariam*] Ut sibi favorem conciliaret, quoniam Jonadab erat in magna opinione virtutis & sanctitatis [z].

18. *Baal*] Τὸ *Baal* sign. idolum in genere; hîc autem, & 1 Reg. 16. 32. & 22. 54. *Astarten*, sive *Astoreth*, idolum Sidoniorum [a]. ¶ *Ego colam eum ampliùs*] Qu. Num rectè hæc dixit & fecit Jehu? Resp. 1. Hoc dicit per ironiam [b]. 2. Alii mendacium fuisse agnoscunt [c], sed officiosum; quod multa excusant [d]. 1. Recta ejus intentio †. Sed mala non sunt facienda ut bona proveniant [f]. 2. Simulatio hæc brevi duravit [g]. Sed peccata non sunt metienda spatio temporis; cùm brevi momento perpetrari possit gravissimum scelus [h]. 3. Jehu non jussit Baalitas sacrificare, sed tantùm occasionem illis dat aperiendi animum suum [i]; ut quod faciebant publicè facerent, & sic deprehenderentur [k]. [Alii sic;] Mendacium hoc erat perniciosum, quia erat simulatio & professio idololatriæ, ideóque scandalum publicum erat; ut docent Thomas, Suarez, Valent. imò Aug [l]. Baalitæ hoc facto pro tempore confirmati sunt, & ad sacrificandum, h. e. peccandum, à Rege impellebantur. Dices Eliam pariter fecisse Baalitis illis. Resp. 1. Non incitabat eos ad sacrificandum, sed tantùm ad patrandum miraculum. 2. Baalitæ tempore Eliæ victimas quotidie faciebant, quod nunc non audebant facere [m].

19. *Et universos servos ejus*] i. e. Cultores; quorum numerus, licèt magnus fuerit sub Achab & Jezabel; sub Joram tamen multùm erat imminutus [n]. ¶ *Faciebat hoc insidiosè*, בעקבה] *In supplantatione*, ο'. *astu*, Sy. Ti. sim. Mo. *in dolo*, vel *fraude*, M. JT. *callidè*, Jon. P. Nôrat vulpinâ non minùs quàm leoninâ uti homo ἀμφιδέξιος [o].

20. *Sanctificate diem solennem*, קדשו עצרה] *Sanctificate* (vel *Convocate*, Sy. sim. Jon. Ar. Ti.) *cœtum ipsi Baal*, P. vel, *indicite*, sub. ô *sacerdotes Baal*. Jubete eos constituto die paratos esse, &c [p]. *Sanctificate diem interdicti*, JT. Sic vocat, quòd omni servili opere interdicebatur. Heb. *interdictum*: Metonymia sive adjuncti, sive subjecti; nam & diei adjungebatur interdictum, & interdicto dies. עצרה sign. *conclusionem*, sive *occlusionem*, &c. quia tunc manus concludendæ erant, nè aperirentur ad peragenda opera servilia [q]. *Sanctam proclamate convocationem*, M. Heb. *Sanctificate retentionem*, M. Mo. scilicet, populi, M.

21. *Repleta — à summo usque ad summum*] Ità V. i. e. omnino. Metaph. à vasis humore plenis [r]. ¶ פה לפה] *Ore ad os*, ο'. Mo. Pi. id est, adeò densi erant, ut ora hominum ferè se contingerent, ut infrà 21. 16 †. *Ut oribus ora jungerentur*, Ca. *ex angulo in angulum*, Jon. M. *ab extremo ad extremum*, P. Sy. Os. ab *ora ad oram*, Ar. V. *confertim*, JT. *undique*, Ti. *ab ostio ad ostium*, Strig. Etsi enim Elias multos sacerdotes Baalticos interfecerat, Jezabel tamen hunc ordinem restauraverat [t]. Cogebat eos Regis imperium, & mortis metus, & cupido instaurandi intermissum cultum Baalis: Deus quoque illos trahebat ad victimam [v].

(Margin: o Pi. — p V. — q V. sim. M. Mart. — r V. — † San. — t Ma. — v Mart. — x V. — y V. — z Me. — a V. — b Me. — c Ità Th. & Procop. in Me. E. La. — d La. T. — † La. — f Mart. — g La. T. — h Mart. — i La. — k T. — l La. — m Mart. — n Me. — o G. — p V. — q Pi. — † Jun. — t Os. — v Me.)

22. *Dixitque*, &c. [לַאֲשֶׁר עַל הַמֶּלְתָּחָה] *Præfecto thesauri vestium*, Sy. sim. P. Mo. nempe *sacrarum*, Ti. vel, *vestiarii*, JT. Pi. sim. M. Ar. *æditu*, Ca. ¶ *Proferte vestimenta*] Scil. sacerdotalia vel sacra, qualibus utebantur Levitæ & Nathinæi[x]. Nititur Diabolus Deum imitari[y].

x La. y Mart.

23. *Nè quis—de servis Domini*] Quasi sacris eorum nolit alienos & profanos se ingerere[z]; nè sc. sacrificium pollueretur. Sic Ethnici, *Procul, ô, procul este profani.* Et Athenis solis initiatis licebat sacris interesse Cereris Eleusinæ[a].

z Mc. La. cs Jo. a Mart.

24. *Quicunque fugerit*, &c. [הָאִישׁ אֲשֶׁר יִמָּלֵט וגו׳] *Vir qui evaserit —— anima ejus* (vel, *anima unius virûm*, Ar.) *pro anima illius*, Mo. [sim. ferè omnes:] *Anima viri illius à quo evaserit quispiam——erit pro anima ejus*, Sy. sim. JT. Pi. V. *Vir ille* (absolutè; i. e. quod attinet ad virum illum) *qui evaserit* (sub. *ab ipso*)*——anima* (i. e. vita) *ejus* (sub. *erit*, h. e. eripietur) *pro anima illius* qui evaserit. Sunt verba minantis[b]. Confer 1 Reg. c. 20. v. 39[c]. q.d. Morietur pro eo[d]. ¶ *Quos adduxero in manus vestras*, [עַל יְדֵיכֶם] *Super manus vestras*, Ma. BA. i.e. inter manus. Ità infrà 12. 15. & 22. 5, 7, 9 †.

b Pi. c G. d V. † BA. 1.2. 54. 196.

25. *Cùm completum esset holocaustum*] Heb. *cùm complevisset*, sub. *summus sacerdos Baal*, V. Tam diu cædem distulit, quòd non statim ab initio Baalitæ omnes adfuerint, sed per singula momenta nonnulli eò se conferrent, &c.[f]. ¶ *Præcepit militibus & ducibus suis*, [לָרָצִים וְלַשָּׁלִשִׁים] *Cursoribus* (vel *satellitibus*, M. Ti. Ca. Strig. *peditibus*, Ar.) *& triariis*, Mo. vel *ducibus*, M. Ti. P. Ar. sim. Strig. *tribunis*, JT. Pi. *tristatis*, ὁ. *fortibus*, Jon. *heroibus*, Sy. Viris præstantibus quos huic rei destinaverat[g]: nempe, 80 viris jam memoratis; quod præfixi articuli docent[h]. ¶ *Et projecerunt milites & duces*, [וַיַּשְׁלִכוּ הָרָצִים וְהַשָּׁלִשִׁים] *Et projecerunt cursores & triarii*, Mo. Sed quid projecerunt? Resp. [Variè supplent.] *Projecerunt eos*, Sy. Ca. Strig. Os. JT. *projecerunt*, vel *abjecerunt*, occisos, sive cadavera eorum, Jon. P. Ar. Truncata oratio & festinata cædis promiscuæ festinationem indicat[i]. Alii, *& abjecerunt cursores & tribunos*, nempe, alios ab illis quos Jehu miserat, &c. Belg. in Di. Verto, *& proripuerunt se cursores & tribuni*, nempe, è domo Baalis quæ in Samaria, &c. *& iverunt*, &c. q. d. projecerunt se cum impetu & festinatione. Græcè ad verbum, καὶ ἐπέβαλον sic Marc. 14. 72. καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *& proripiens se*, nempe, ex aula Caiaphæ. Similis metaphora Est. 6. 12. *& Haman* [נִדְחַף אֶל בֵּיתוֹ], *impulit se*, i. e. festinanter proripuit se, *domum suam*[k]. ¶ *Et ierunt in civitatem templi Baal*, [וַיֵּלְכוּ עַד עִיר בֵּית הַבָּעַל] [Variè reddunt.] *Et perrexerunt in ædem Babalis* per *civitatem quamque*, JT. Sed hoc cum constructione Hebræa conciliari nequaquam posse videtur[l]. *Abierunt in civitates* alias ubi erant *templa Baal*, Ti. Sing. pro plur. q. d. Idem fecerunt in omnibus urbibus, &c[m]. *Iverunt usque ad* (vel *in*, Di.) *civitatem domûs* (vel *phani*, sive *templi*, Sy. Ar. Tig. not. M. Ca.) *Baal*, P. Mo. Di. quæ nempe vicina erat Samariæ, ubi templum peculiare habebat Baal[n]. Videtur civitas quædam propriè fuisse dicata Baal, è cujus templo statuam eduxerunt, &c. Posset esse Hypallage, *in civitatem templi*, i.e. in templum civitatis: templum enim hoc vastum erat, habens varia domicilia annexa instar parvæ civitatis[o]. Verto, *deinde redierunt in urbem*, *in ædem Babalis*, Pi. Alii, *in munitionem templi Baal*; *Civitas* enim sæpe munitionem sive arcem significat; i. e. penetrârunt usque in sacratissimam & munitissimam partem, in ipsa adyta, & protulerunt indè statuam[p].

f Mart. g Os. h Pi. i Mar. k Di. l Di. m Mart. n Di. sim. V. Mart. o La. p Os.

26. *Et combusserunt*, [וַיִּשְׂרְפוּהָ] *Et combusserunt eas*, P. vel, *eam*, i. e. unamquamque earum; sing. pro plur[q]. Nam *eam* ad ædem referri non posse patet ex v. seq[r].

q V. Pi. r Pi.

27. *Destruxerunt ædem Baal*] Ex lege Deut. 7. 5. & 12. 2 †. Templa evertit, nè ampliùs redirent ad pristinum usum[r]. ¶ *Et fecerunt pro eo latrinas*, [וַיְשִׂמֻהוּ לְמוֹחֲרָאוֹת] *Et posuerunt eam in latrinas*, sive *pro latrinis*, P. Mo. [sim. omnes.] Sic Esd. 6. 11. Propriè sign. *foramina.* Sic vocat latrinas, vel quòd foraminibus pro sedibus disponantur; vel quòd stercora quæ in eas egeruntur ex posticis alvi foraminibus exeant[v]. Sic fecit in perpetuum horroris monimentum[x]: in contemptûs argumentum[y]. Talis dominus, (Baal) tali honore dignus[z]. Idola dicuntur [גִּלּוּלִים] *stercora*, ea verò in cloacas dejici solent[a]. [Keri est [לְמוֹצָאוֹת], *pro exitibus.*] Sic vocant excrementa quibus exoneratur alvus, & locum in quem exoneratur[b]. Prisci Hebræi pro verbis impuris alios substituerunt, nè cujusquam aures offenderentur. Sed non credo verpos illos puriores esse Spiritu Sancto, qui illas voces dictavit[c].

† G. r Mart. v Ma. x Pi. y G. z M. a Mart. b V. c Ma.

29. *Veruntamen à peccatis*, &c.] Hebr. *peccata Jarobhami*, &c. absolutè: i. e. Quod attinet ad peccata Jarobhami, *non recessit Jehu à post illa*[d]. Mira hæc cæcitas, illud colere propter quod ipse jussu Dei domum Ahabi deleverat. Causa fuit †, 1. Animi mollities; magnatum precibus victus est[f]. 2. Metus nè rediret populus ad stirpem Davidis: qui quidem vanus fuit; Deum enim vadem habebant[g].

d Pi. † La. f T. g La.

30. *Studiosè egisti*, [הֱטִיבֹתָ לַעֲשׂוֹת] *Studiosè fecisti*, P. *Benefecisti faciendo*, i. e. bene & diligenter curâsti ut faceres[h]. ¶ *Quod rectum erat*] Nempe, ex parte, ut docent antecedentia & sequentia[i]. Rectum erat ex genere & natura sua, sic enim de eo judicabat Deus; non autem ut ab eo proficiscebatur, vel ratione causæ impellentis[k]. ¶ *Filii tui usque ad quartam generationem*, [בְּנֵי רְבִעִים] *Filii quarti*, ὁ. Jon. vel *quartani*, Sy. V. vel *quartorum*, Mo. *quartanorum ordinum*, Jun. *quartæ generationis*, P. *in quartam usque generationem*, M. Ti. Strig. [subaudito ל ante רְבִעִים:] *abnepotes tui*, JT. *trinepotes*, Ca. *quatuor è filiis tuis*, Ar. Hi erant *Joachaz*, *Joas*, *Jeroboam*, *& Zacharias*[l]. Hinc discimus non esse faciendum judicium ex externo rerum successu, cùm idololatris bona concedantur[m].

h V. i G. k Mart. l Me. m Mart.

31. *Non recessit à peccatis Jeroboam*] Coluit non Baalem, sed Deum; verùm coluit in Vitulis: quæ culpa, sed levior[n].

n V.

32. *Cœpit Dominus tædere super Israel*, [הֵחֵל יְהוָה לְקַצּוֹת בְּיִשְׂרָאֵל] *Cœpit Dominus excidere* (vel *vexare*, Sy. vel *truncare*, Ti. JT.) *Israelem*, M. Strig. vel, *in Israele*, ὁ. P. Mo. *præcidere* (vel, *præcisionem facere*, V.) *in Israele*, Pi. Res Israelitæ accisæ sunt, & in pejus ab eo tempore ruerunt[o]. *Cœpit indignatio Domini invalescere in Israel*, Jon. sim. Ar. Præcîdit ditionem Israelis; permisit urbes aliquot ei adimi[p]. Nostri legerunt [קוּץ] *tædere*, pro [קָצַץ][q].

o Mart. p V. q M.

33. *Omnem terram Galaad*, &c.] Ut primæ illæ partes regni accesserunt Judæis, ità etiam primæ nunc convelluntur[r]. Abstulit omnia trans Jordanem †.

r Mart. † Me.

CAP. XI.

1. A*thalia*] Γοθολία, ὁ. & Jo. in G. Nam ע interdum omitti, interdum per γ reddi, solet[a]. ¶ *Interfecit omne semen regium*] i. e. Penè omne semen: vel, perdidit conatu, non effectu; nam unus evasit[b]. Fœmina violenta erat & dominationis cupida, qualis Agrippina[c]. Quasi altera Medea suos filios, i. e. nepotes, jugulavit. Fecit hoc, 1. ex rabie & furia: 2. ex invidia, ut, eversâ familiâ suâ, h.e. Achabi & Jezabelis, everteret pariter domum Davidis[d]: 3. ex ambitione & libidine dominandi, quæ ad cædes similes incitare solet; ut videmus in Caino, Romulo, Caracalla, &c. qui fratres suos peremerunt: 4. ex studio idololatriæ, quam stabilire voluit †, idcóque genus Davidis, tanquam pium, extinguere[f]: 5. ex timore, quòd sciebat se, tanquam Achabi filiam, morti destinatam; voluit ergò regnum Judæ in sua potestate habere[g]. Ità sublata est Josaphati posteritas; neque enim illi parcere voluit Deus. Unde discimus quanta fuerit ira Dei contra idololatriam, & quàm parùm illi probentur affinitates cum idololatris contractæ. Porrò, has cædes exsequi potuit Athalia, quòd filius ejus Ochozias, ascendens ad Ramoth Gilead, commisit ipsi administrationem regni[h].

a G. b Pi. c G. d La. † Mart. f Th. & Procop. in Me. g Me. h Mart.

2. Filia

2. *Filia regis Joram*] Non ab Athalia, sed ab alia uxore; neque enim sacerdos pius ducturus eam fuisset ex familia idololatrica [i]. ¶ *Joas filium Ochoziæ*] Falluntur ergò qui dicunt eum ex Nathane fuisse, & stirpem Salomonis in Ochozia defecisse [k]. [Alii aliter sentiunt.] Erat hic ex Nathan carne & genere; dicitur autem *filius Achaziæ*, quòd ei successit. Ità Erasm. & Faber & Annius. Hæc opinio mihi probabilis est. Et tunc causa cædis præcipua fuit, quòd Athalia viderit regnum ad aliam familiam transferendum. Nam si verè fuisset avia infantuli, potuit illum ad se accipere, & ejus prætextu tyrannide frui [l]: Verùm ipsa voluit non alieno, sive nepotis, nomine, sed suo, regnare [m]. Domus Davidis servata in uno puero, ut olim Gideonis domus, Jud. 9 [n]. ¶ *Furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur*] Ità Jon. Sy. P. M. Mo. Jacebat inter cadavera necatorum; ibi fortè collocatus à nutrice, (quasi interemptus esset,) quæ Josabeæ indicavit [o]. *Clàm surripit*, Ti. ¶ *Et nutricem ejus*] [Aliquid hîc subaudiunt.] *Furata est eum* ——— (sub. *& occultavit*, ex 2 Paral. 22. 11 [p].) ¶ *De triclinio*, בַּחֲדַר הַמִּטּוֹת] *In conclavi cubiculi*, Jon. Sy. sive *cubilium*, Ar. *in conclavi* (sub. *aliquo*, Pi. vel, *in cubiculo*, M. Mo. P. *in penetrali*, V.) *lectorum*, Pi. i. e. in quo erant lecti; h. e. in appendicibus Templi, ubi erant cubilia sacerdotum & Levitarum [q], in quibus degebant tempore ministerii, ut percipitur ex Jer. 35. 2 [r]. Alii putant describi locum unde eum furata est, (non ubi eum abscondit,) nempe, ubi educabantur filii Regum: ibi multi erant lecti seu cunabula †. Verùm locus hic erat in Templo. Qu. Quomodo in locis sacris Joas & ejus nutrix versarentur? Resp. Excusantur necessitate: vide Matt. 12 [s]. Priùs in cubili fœminarum occultatus fuit, deinde in Templo, loco δουλείας [v]. ¶ *Et abscondit eum*] Heb. *absconderunt*, scil. Joiada & Joseba, in tutiore aliqua parte Templi [x].

4. *Misit Joiada*, &c.] Qu. Num rectè fecit? Resp. Rectè sanè. Nam, 1. non fuit omnino vir privatus, sed summus Pontifex, ad quem pertinebat non modò res sacras judicare, sed etiam civiles [y]. In illo populo etiam Pontificum erat Magistratus [z]. Porrò, secum habebat Levitas aliósque primores [a]. 2. Per affinitatem obstrictus erat ad curam Regis pupilli [b]. 3. Pontificis erat vindicem esse, tum promissorum Dei Davidi factorum, tum legis in Deuteronomio, nimirum, ut regnum ad extraneos minimè recideret [c]. 4. Vi merâ nullóque jure regnantem vi depulit. Nam Hebræi fratres suos habebant Reges, non sorores, Deut. 17. 15 [d]. 5. Fuit hæc idololatra, & quidem incurabilis, adeóque deponi merebatur à proceribus regni. 6. Creditur Joiada ad hæc impulsus Divino Spiritu, & usus consilio Prophetarum illius temporis †. ¶ *Assumens centuriones*, אֶת־שָׂרֵי הַמֵּאוֹת [לַכָּרִי] [varie reddunt.] *Duces*, P. Mo. Mar. vel, *& cursores*, Sy. *ut milites essent*, Ti. *& heroes*, Ar. *barones*, Jon. *primores*, JT. *principes* & consiliarios Regis, M. Qui capita familiarum in Paralip. hîc כָּרִים, i. e. *arietes*, vocantur, metaphoricè, i. e. primores ex militibus, vel satellitibus, sive cursoribus [f]. Sic alibi viri fortes vocantur אֵילִים *arietes* [g]. Centuriones *stipatorum*, Ca. Al. *Ad cohortem*, i. e. legionem militum delectorum, fortè prætorianorum [h]; vel, *unà cum præfectis*, Strig. Quinque erant quibus hæc Joiada communicavit: Præfectis scil. aliis gravi armaturæ, aliis velitibus; & hos assumpsit ad sacerdotes & Levitas. Ità rectè Josephus ex 2 Par. 23. 1, 2 [i]. [Alii aliter.] Hi centuriones (& milites, T.) erant sacerdotes, (vel *Levitæ*, T.) ut percipitur ex v. 5, 7, 9. & 2 Chron. 23. 1, 2 [k]. & quia solis illis licebat atrium sacerdotale intrare †. Centuriones erant è Levitis, at כָּרִים Regis consiliarii [l]. ¶ *Et milites*, [וְלָרָצִים] *Et cursores*, P. M. qui Regem stipabant [m]. *Scutiferos satellites*, *milites levis armaturæ*, V. ¶ *Pepigitque cum eis fœdus*] De tollenda Athalia, instituendo Joascho, tollenda idololatria, & restituendo cultu Dei [n]; & de servando secreto [o]. ¶ *Adjurans eos in domo Domini*] Ut ex loco accederet pondus juramento [p].

5. *Tertia pars vestrûm introeat sabbato*; ità LXX. [הַשְּׁלִשִׁית מִכֶּם בָּאֵי הַשַּׁבָּת] *Tertia pars ex vobis*, *si*-

[Margin: i Pi. Mart. — k Lã. — l Mart. — m Me. — n G. — o Mart. — p V. sim. Pi. M. Mart. — q V. — r Pi. — † Q. in Ma. & in Mart. — s E. sim. Mart. L. — v G. — x Pi. — y Mart. — z G. ad v. 3. — a Mart. — b G. sim. Mart. — c Mart. — d G. — † Mart. — f Mart. — g Ma. — h Ma. — i G. — k Pi. — † T. — l M. — m M. — n Pi. ex Jun. — o Me. — p Mart.]

ve *vestrûm*, *intrantes sabbatum*, Mo. vel, *ingredientur sabbato*, Ti. vel, *aderit sabbato*, Ca. vel, erit *eorum qui intrant sabbatum*, P. V. Jon. Di. sive hebdomadem; i.e. qui functuri sunt officio proximo Sabbato. Per vices enim fungebantur suo officio per hebdomadem, Luc. 1. 8 [q]. ubi dicta vide. *Introeat sabbato*, i. e. per 7 dies suam obeant ἐφημερίαν [r]. [Alii hæc verba cum sequentibus connectunt, ut statim dicendum.] ¶ *Et observet excubias domus regis*, [וְשֹׁמְרֵי מִשְׁמֶרֶת בֵּית הַמֶּלֶךְ] *Et observaturi sunt* (vel, *& custodientes*, Mo. Di. sub. *erunt*, Di.) *custodiam domûs regis*, seu *regiæ*, P. Mo. Di. [At Ti. habet. *& excubabunt excubias ædis Domini*. Alii hæc verba cum præcedentibus connectunt:] *Tertia pars vestrûm excubias agant*, *ingrediente sabbato*, *in custodia domus regiæ*, Sy. sim. Ar. *Qui ad sabbatum venire ex ordine debent*, (vel, *venire solent*, Strig. vel, *qui hâc septimanâ excubituri erant*, Ol.) *custodiam agant domus regiæ*, M. Sensus est, Observabunt portam illam quâ qui habitant in regia ingredi solent atrium populi, nè qui prodeant ex regia, & Regem interficiant †. Curent nè quis ex regia advolet, nostrósque conatus interturbet [t]. *Tertia pars vestrûm ingredientium sabbato* (i. e. vice suâ ministerium in Templo obeuntium à Sabbato ad Sabbatum; vide 2 Sam. 15. 24 [v].) *& observantium observationem*, adesto *domui regis*, JT. Pi. Duplex in Hebræo ellipsis: 1. אֵת *apud*, vel *cum*; 2. verbi substantivi. Integrum esset, *apud domum regis erit*, i. e. sunto. *Domus regis* hîc est conclave illud Templi ubi tunc degebat Rex Joasus, quod Junius fuisse ait in aquilonari parte atrii. Ista sententia videtur confirmari posse per collationem sequentium, ubi narratur, reliquarum duarum tertiarum unam collocatam fuisse ad Orientem, alteram ad meridiem [x]. Sensus est, Illius primæ partis tertiæ homines excubias agent ad partem septentrionalem Templi, in qua Rex educabatur [y].

6. *Tertia pars sit ad portam Sur*, [בְּשַׁעַר סוּר] *In porta Sur*, P. V. JT. Pi. Sic dicebatur à סוּר *recedere*, quòd immundi per eam educerentur [z]. *Porta RECEDE dicta*, quia immundi non audebant per eam ingredi, sed recedere ab ea debebant, juxta Thren. 4. 15 *. Dicitur & *porta* יְסוֹד, (pro quo סוּר corruptè scribi conjicio [a].) sive *fundamenti*, 2 Paralip. 23. 5 [b]. quia præcipua [c]. Erat hæc *porta sanctitatis prima* †: & *porta introitus*, Ezec. 40. 15. quòd per eam frequentissimè intrarent & exirent: & *porta media*, Jer. 39. 3. quòd media esset inter duas portas, aquilonarem & meridionalem [d]. & *porta suprema*, intrà 15: 35. à structura †: & *solaris*, sive *orientalis*, Jer. 19. [f]. Orientalis porta hæc erat [g]; versùs urbem [h]. Maxima ista erat porta atrii; initio sola: postea duæ illi additæ, meridionalis & aquilonaris *. ¶ *Ad portam quæ est post habitaculum scutariorum*, [בְּשַׁעַר אַחַר הָרָצִים] *In porta post cursores*, P. Di. JT. Pi. Ma. vel, *post* portam *cursorum*, i. e. militum & satellitum, qui foris custodiebant & cingebant Templum [l]. Erat hæc meridiana porta atrii sacerdotum [m]. Vocatur porta סִפִּים, id est, *postium* [n]. ¶ *Et custodietis excubias domus Messa*, [וּשְׁמַרְתֶּם אֶת־מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת מַסָּח] מַסָּח, T. varie accipitur. Q. habent pro nomine proprio [o]. Ità in Di. M. Ti. Ca. Strig. Fortè habent pro domicilio aliquo quod annexum erat Templo. At si proprium nomen esset, non diceretur per appositionem, הַבַּיִת מַסָּח, sed per regimen genit. בֵּית מַסָּח, sicut בֵּית חוֹרוֹן, & נְהַר פְּרָת *fluvius Euphrates*, הַר בָּשָׁן *mons Basan*, &c. Plerique appellativè sumunt, & præpositionem מִן subaudiunt, (ut sæpe factum, Gen. 18. 28. & Jos. 10. 13 *.) quasi esset מִמַּסָּח [p]. *Custodietis custodiam domûs* (i. e. Templi, V.) *à desertione*, P. vel *derelictione*, scil. loci: h. e. Cavebitis nè quis deserat, aut confundat, ordinem suum in acie [q]. *A divulsione*, seu *destructione*; i. e. nè quis vestrûm ordinem excubiarum disturbet, aliò discursitando; ut in Exod. 19. 21. *nè destruant ad Deum*, violando nempe terminum ipsis præscriptum, quò ad Deum perrumpant [r]. Vel, *à translatione mentis*; qu. d. Ità custodite domum Dei totâ mente vestrâ, &c †. Hæc phrasis Rabbinis usitata est [t]. Vel, ab *evulsione*; id est, nè aliqua evulsio, ruptura, aut damnum, domui inferatur [v].

[Margin: q V. — r G. — † V. — t Os. — v Jun. Pi. — x Pi. — y G. — z V. M. — * Buxt. vindic. 2. 2. 376. ex Abarb. — a Pi. — b V. Jun. Ma. — c V. — † Buxt. vindic. ibi. — d Ma. Pi. ex Jun. — f Ma. — g V. G. Jun. Pi. — h G. — l V. Ju. Pi. — m V. — n Jun. Pi. sic V. — o Jun. Pi. Ma. Di. — * Glass. gram. p. 663. — q Pi. — r V. — † K. in Di. sim. V. ex Ho. — † K. & R. Schindl. — t Pi. — † K. in Di. — v K. in Buxt. lexi.]

A damno, Sy. ab *irruptione*, JT. ſim. Ar. Nè quis irrumpens periculum creet Regi, aut vitium loco Sancto inferat [x]. At מַסָּח non ſign. *irruptionem* [y], ſed *evulſionem* [z], *amotionem*, *avulſionem* [a]. Verto, *contra evulſionem*, id eſt, nè avellatur Rex [b]. Jon. habet, מִדְּאִשְׁתְּלֵי ; quod & ipſum variè vertunt. *Nè relinquat*, Schindler. *nè ſpernatur*, aut *contumelia ipſi inferatur*, Buxt. Malim, *ab eo qui deliquit* ; i.e. nè in hoc tumultu impurus quiſquam domum Dei intret & polluat. Eſt enim אשתלי *peccare*, *delinquere* [c]. ἀπὸ διαφθορᾶς, i.e. nè quid à regia mali Templo adveniat [d]. Alii, ab *evulſione* : quod intelligunt, vel, 1. q.d. nè divellamini ab ea cuſtodia ; ità Marinus : vel, 2. ut evellatis & conteratis illos qui fortè irrupturi eſſent ; ità Avenar. vel, 3. nè aliqua evulſio aut ruptura domui inferatur ; ità Buxtorfius †. Vel timebat Joiada, nè Hathaliah in ſumma deſperatione incenderet domum regiam, ut fecerat Zamri [f]. Alii, *ab immunditia & ſordibus*, qu. à סְחָה ; ità Elias Lev [g]. Vides, lector, pleroſque ſubintelligere τὸ מִן, quod tamen rarum eſt & durum. Malim τὸ ב, (quod uſitatiſſimum eſt ;) ut ſit pro בְּמַסָּח, *cuſtodietis cuſtodiam domûs amotione, avulſione*, i. e. amoventes & avellentes indè qui aut ſanctum locum polluere, aut Regi adverſari, vellent : vel, *mundatione*, ſive *amotione immunditierum*. Hinc fortè Æthiopicum נצח, (permutatis ס & צ, quod illis frequentiſſimum ; ſicut & סחק ipſis eſt *irridere*, quod Hebræis צָחַק,) *purgare*, *mundare*, quaſi evellere & removere ſordes. Si quis autem, cum Kimhi, ante מַסָּח repetat præcedens מִשְׁמֶרֶת, non illubenter vertam, *cuſtodite cuſtodiam domûs*, cuſtodiam *diruptionis* ; i.e. nè quis rupturam aut damnum domui inferat. Fatentur enim Hebræi verbum נָסַח ſignificare *deſtructionem* & *demolitionem* ; ut Æthiopicum נצח ſign. *rumpere*, *dirumpere*, Matt. 7. 6. Marc. 9. 18 [h]. Alii, *cuſtodietis cuſtodiam domûs ſepoſitionis*, Mo. Fortè erat ſtructura aliqua inſignis ſepoſita & ſeparata à Templo, vel in qua ſeponebantur varia Templi inſtrumenta. Vel, *domûs cineris*, ſive *loci cinerum*, qui ex Templo repurgati ibi reponebantur. Ità Forſt. ſim. Merc. & Marin [i]. Qualis fuerit hæc *domus Meſſa* incertum eſt ; videtur tamen locus fuiſſe in quo ſatellites Athaliæ fuerunt, unde periculum meritò metui poterat [k].

7. *Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes ſabbato*, וּשְׁתֵּי הַיָּדוֹת בָּכֶם כֹּל־יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת] *Et duæ manus in vobis, omnes egredientes ſabbato*, Mo. *Duæ quoque partes veſtrûm* erunt *omnes exeuntes à ſabbato*, P. *Duæ verò partes ex vobis, omnes, ſcilicet, qui ſabbato exeunt*, Ti. vel, *prodire ſolent*, Ca. vel, qui *egredimini*, M. ſive *decedere ſoletis*, Strig. *Duæ partes è vobis* ; i.e. ex ſacerdotibus & Levitis, ut hîc habet Jo. ex 2 Par. 23. 6. quorum ἐφημερία erit completa [l]. *Ex vobis verò omnibus, exituris ſabbato*, (i.e. qui, jam functi miniſterio hebdomadario, ad proprias habitationes eſſetis conceſſuri [m],) *binæ laterales cuſtodiæ*, &c. JT. Heb. *duæ manus*, ſive *duo latera*, Pi. Sed יָדוֹת ſic vertit Junius abſque patrono, & abſque neceſſitate [n]. *Et duæ illæ partes inter vos* erunt *omnes qui exeunt ſabbato*, Di. *Et duo loca in vobis* (ſub. *habeant*) *omnes exeuntes ſabbati* : i. e. duo illa loca occupent, videlicet, portam *Sur* & portam *poſt curſores* [o]. ¶ *Cuſtodiant excubias domûs Domini circa regem* ; ità P. Strig. אֶל־הַמֶּלֶךְ] *Ad regem*, Mo. Di. i. e. quà Athalia cum ſuis ad Regem venire poſſet. Vel, *pro rege*, ſcil. conſervando : ſive, *propter regem*, ſumpto אֶל pro עַל [p] : vel, *juxta*, ſive *apud*, *regem*, M. Ti. Di. *Quum obſervaverint obſervationem domûs Jehovæ, adſunto regi*, JT. Sed durum videtur וְשָׁמְרוּ vertere, *quum obſervaverint* : quare & ellipſin coactus eſt Junius ſtatuere [q]. *Ad*, i. e. apud, *regem*, ſcil. *ſunto*, Pi. R. Selomoh vult, eos qui intrabant in Sabbatum diviſos fuiſſe in tres ordines ; quorum primus domui Regis, alter portæ *Sur*, tertius portæ *poſt curſores*, ſervandæ deſtinatus fuerit. His deinde adjungi verſ. 7. omnes qui exibant è ſabbato. Hunc ferè ſequuntur Junius & Genevenſes. At K. & R. Levi volunt tres tantùm in univerſum fuiſſe ordines : quorum primus iis qui intrabant in Sabbatum, neque omnibus, ſed mediâ eorum parte, (unde dicit, *tertia pars erit ex vobis*, non, omnes vos, &c.) quia & alia ipſis negotia in Templo peragenda erant ; reliquos duos ordines conſtitiſſe iis qui exibant è Sabbato, & quidem omnibus, quia nulla ipſis ampliùs in Templo negotia incumbebant ; idque indicari v. 7. qui explicationis causâ additus eſt v. 6. Id mihi maximè probabile : præter tres enim alii non memorantur 2 Chron. 23. 5. Cùm enim duo poſteriores ordines, v. 6. portæ *Sur* & portæ *poſt curſores* præficiantur, quæ non aliæ erant quàm Templi portæ, iidem omnino videntur fuiſſe cum שְׁתֵּי הַיָּדוֹת, de quibus ver. 7. quibus eadem cura demandatur, ut cuſtodiant domum Jehovæ, neque peculiaris quidam locus ipſis aſſignatur. Quòd ſi alii fuerunt à prioribus, non video quorſum & hi diſpeſcuntur in *duas partes*, cùm ſtatim addatur, omnibus *qui exibant è ſabbato* injunctum fuiſſe ut Templum cuſtodirent. Quòd enim Junius aliter explicet, durum videtur [r], [ut antè notatum.] Quia obſcurior eſt hæc narratio, illuſtranda eſt ex Paralip. In 1 Par. 23. erant Levitarum adultorum ab anno 30. &c. 38 millia, quorum 24 millia Tabernaculo per vices ſerviebant ; 6 millia erant præfecti provinciarum ; 4000 cantores ; & 4000 janitores, qui impuros indè arcebant. In 2 Paral. 24. delecti ſunt 24 ſacerdotes ſub Pontifice maximo, quorum quiſque in ſua hebdomada miniſtrabat, unà cum ſua turma Levitarum, quæ 1000 homines continebat ; quibus adde alios ex 14000 qui ſupererant, ſingulis vicibus miniſtrabant circiter 1600 ; quorum alii mactabant victimas, alii excoriabant, alii carnes lavabant, alii vaſa, oblationes, &c. cuſtodiebant †. Milites ſic diviſi erant, ut binæ turmæ Templum cuſtodirent : hos omnes Regem cuſtodire mandat : Rex autem erat in parte Templi [t].

8. *Si quis ingreſſus fuerit ſeptum templi* ; nempe atrium, quod eſt circa Templum [v] : וְהַבָּא אֶל־הַשְּׂדֵרוֹת] *Qui autem venerit*, ſive *intraverit*, *ad ſepta*, P. vel, *intra ſepta*, Ti. *ad ordines*, Mo. *intra ordines*, Mar. ſim. Jon. ſcilicet *veſtros*, Mar. *intra cuſtodias ordinatas*, M. *Qui invaſerit* (vel *perruperit*, Sy. ſim. Ar.) *ordines ipſos*, ſive *hos*, JT. i. e. vos ità diſpoſitos ; i. e. ſi quis voluit irrumpere in acies [x]. Malim, *qui introierit*, &c. etiamſi ſcil. non invaſerit eos hoſtiliter [y]. Volebat denſare agmen, nè locus eſſet proditioni [z].

10. *Dedit eis haſtas*, הַחֲנִית] *Haſtam*, Ma. *lanceas*, RR. Σειρομάστας, ὁ'. δόρατα, Jo. in G. ¶ *Et arma*, וְאֶת־הַשְּׁלָטִים] *Et clypeos*, ſive *ſcuta*, Jon. M. P. Ti. Mo. *& pharetras*, Sy. Ar. Jo. in G. τρισσοὺς, ὁ'. intellexerunt fortè loricas trilices [a]. ¶ *Regis David*] Quibus ille uſus fuerat in variis præliis ; quæ etiam, tanquam monumenta rerum geſtarum, Deo conſecravit ; quæ ille jampridem conſecraverat [b]. Non venerunt in Templum armati ſacerdotes, &c. nè ſuſpicionem excitarent [c]. Non dedecebat Templum hujuſmodi armamentarium, cùm eſſet inſtar arcis & validæ munitionis, quam tueri poterant ; ut ſub Aſſamonæis & Tito factum [d].

11. *A parte templi dextera*] Heb. *à latere dextero*, i. e. meridiano † ; quod reſpiciebat regiam [f] ; ubi ſtabant curſores, ſuprà ver. 6 [g]. ¶ *Uſque ad partem ſiniſtram altaris*, &c.] i.e. Septentrionalem [h] : quâ parte Rex latebat [i]. Significat Regem conſtitutum fuiſſe in atrio Levitarum infra Altare holocauſtorum, nè eo Regis conſpectus impediretur, excitato ſuggeſtu, qui infrà verſ. 14. appellatur *tribunal* [k]. ¶ לַמִּזְבֵּחַ וְלַבַּיִת וגו'] *Juxta*, vel *circa*, (vel *ad*, P.) *altare & —domum* : i. e. circùm partem illam in qua erat magnum illud Altare Salomonis ; & circùm domum, h. e. Sanctum ſanctorum, à parte externa & forìs [l].

12. *Produxitque filium Regis*, וַיּוֹצִא] *Et adduxit*, P. *& deprompſit*, ſc. de loco in quo deliteſcebat [m]. ¶ *Et poſuit ſuper eum diadema* ; ſic Jon. Mo. P. M. הַנֵּזֶר] *Coronam*, ſive *coronamentum*, Sy. Ti. JT. Ca. Pi. G. ex Jo. quo ſcil. Reges domûs Davidis coronabantur [n] : quod in Templo ſervabatur [o]. ¶ *Et teſtimonium*] Ità Jon. M. Mo. Oſ. i.e. librum Legis, ex mandato Deut. 17. 18, &c. Sic enim explicatur 2 Par. 23. 11 [p]. Liber iſte dicitur *teſtimonium*, quia in illo Deus teſtatum fecit quomodo coli vellet [q]. Alii עֵדוּת aliter reddunt ; *oraculum*,

Marginal notes (left column): [x] Jun. in Pi. — [y] Di. — [z] Pi. Di. — [a] Di. — [b] Pi. — [c] Di. — [d] G. ex Theodor. — † Ma. — [f] Ma. ex Caj. — [g] Ma. — [h] Di. — [i] Ma. — [k] Oſ. — [l] G. — [m] Jun. ſim. V. — [n] Di. — [o] Q in Ma. — [p] Di. — [q] Di.

Marginal notes (right column): [r] Di. — † Mart. — [t] Mar. — [v] Me. ſim. San. — [x] V. — [y] Pi. — [z] Mar. — [a] G. — [b] Mart. — [c] Me. — [d] Mart. — † Jun. Pi. Ma. Me. — [f] Me. — [g] Jun. — [h] Jun. Pi. Ma. — [i] Jun. — [k] Me. — [l] V. — [m] V. — [n] Idem. — [o] L. — [p] La. Me. T. ſim. M. Mart. Jun. Pi. San. — [q] Pi. ſim. Mart. Oſ.

oraculum, Ca. oleum unctionis intelligit Jo. Alii, *phylacteria*, (in quibus summa Legis scripta erat *,) quæ annexa erant coronæ per cavernulam in corona relictam in ea parte quæ futura erat supra frontem; quæ Exod. 13. 9. dicuntur esse לְזִכָּרוֹן. Non displicet [r]. *Ornamentum*, P. V. scil. regium; regiam vestem †: quæ insigne erat & testis potestatis [t]. ¶ *Et unxerunt*] Propter controversiam cum Athalia, ut fieri solebat, v. g. in Salomone [v]. ¶ *Vivat rex*] Ut 1 Reg. 1. 25, & 39 [x].

13. *Audivit vocem populi currentis*, הָרָצִין הָעָם] *Currentium* (vel *concursantium*, JT. vel *plaudentium*, Jon. vel *currentis*, M. Ti. *accurrentis*, Strig.) *populi*, Mo. sive, *de populo*, ό. Alii, *cursorum* (vel *militum*, Tig. not.) & *populi*, P. Tig. not. *cursorum populi*, Cap. Deficit hîc nomen constructum; dicendum enim plenè esset, *cursorum*, cursorum, inquam, *populi*; sicut סִיגִים כֶּסֶף, Ezec. 22. 18. Vel est quasi inversio & transpositio, pro הָעָם הָרָצִים, *populi currentis*, ut legitur 2 Chron. 23. 12 [y].

14. *Vidit regem stantem super tribunal*, עַל הָעַמּוּד] *Juxta columnam*, P. In solio regio, in quo sedere solebant Reges, quod erat ad columnam quandam insignem [z]. In suggesto illo de quo 2 Par. 6. 13. & hîc infrà 23. 3 [a]. In columna regia imposita labro sive basi [b]. ¶ *Juxta morem*] Vel *judicium*, sive *jus*, Pi. ¶ *Clamavit, Conjuratio, conjuratio*] Vox usurpata in tumultu, ut apparet Esa. 8. 12 [c]. Heb. *colligatio*: Synecd. gen. metaphorica [d]. q. d. Isti conjuraverunt in me †. Ità illos appellat seditiosos qui justum Regem tuebantur [f].

15. *Educite eam extra septa templi*, אֶל־מִבֵּית הַשְּׂדֵרוֹת] *Ad extra ordines*, Mo. sic Sy. Mar. ex Jon. sc. militum, qui dispositi erant ad custodiam [g]. *Ex domo in atrium*, Strig. *è medio duplicis aciei*, Ar. *extra templum ad septa*, Ti. *per media septa*, P. *per medias acies*, sive *ordines*, sub. *militum*. Vide v. 8 [h]. *Extra templum, ut sit intra ordinatas custodias*, M. alioquin facilè effugere potuisset [i]. *Sinite istam exire intra ordines*, i. e. copias armatorum extra atrium dispositas [k]. ¶ *Eam secutus*] Scil. ut ei opituletur [l].

16. *Imposuerúntque ei manus*; ità M. sim. ό. Mo. וַיָּשִׂמוּ לָהּ יָדַיִם] *Posuerúntque* (vel *pararunt*, Sy. Ar. *fecerunt*, Ti. *dederunt*, P.) *ei locum*, sive *spatium*, Jon. V. Ti. Ar. sub. *per acies*, V. *Cùm itaque disponeret ei custodias laterales*, JT. Heb. *duas manus*, ut suprà v. 7 [m]. ¶ *Et impegerunt eam*] Hostilem & violentam deductionem sign [n]. ¶ וַתָּבוֹא דֶרֶךְ וגו׳] *Et venit in viam*, Ti. P. *abiit viâ*, &c. JT. *cúmque iret* (vel, *& ingressa est*, Jon.) *per viam*, &c. V. Al. *& intraverunt viam*, ό. *ad quem* [scil. *locum*] *ingressa*, Sy. vel, *ingredi jussa*, Ar. *Per viam introitûs*, &c. i. e. per quam equi ingrediebantur in domum Regis [o]. *Viâ aditûs*, &c. i. e. portæ civitatis Davidis, ità vocatæ, ad Aquilonem, quà ad portam Ephraim ibatur, infrà 14. 13 [p]. Hucusque D. Petrus Martyr interpretando progressus, in cum quo obiit morbum incidit. Igitur Joannes Wolphius reliquam libri partem publicè enarrandam, & hosce Commentarios edendi partes ac labores, de voluntate Scholæ & Ecclesiæ præsidum suscepit *. [In reliqua igitur libri parte pro *Mart.* i. e. P. Martyre, substituendus est in margine *Wolp.* i. e. Wolphius.]

17. *Pepigit fœdus*, &c.] Duplex: prius ecclesiasticum, Regis & populi cum Deo; deinde civile, populi cum Rege [q]. ¶ *Ut esset populus Domini*] i. e. Auctor tum fuit ut tam Rex quàm populus sanctè promitterent se legibus Dei parituros [r]. Hoc fœdus nihil aliud fuit quàm renovatio fœderis quondam cum populo initi, Exod. 19. 5 †. Fuit Joiadas (ut olim Moses [t]) mediator & sequester inter Deum & Regem cum populo [v]. Vide de J. B. & P. 1. 4. 6. & Josephum hoc loco [x]. ¶ *Et inter regem & populum*] i. e. Quo Rex promisit se recturum populum cum omni æquitate, & populus juravit se facturum imperata [y]. Tale pactum cum Davide pepigerunt *seniores Israel*, 2 Sam. 5. 3 [z]. Populus promisit Regis salutem sibi curæ fore: ità Jo. Nam ut Rex populo quicquam promitteret, moris apud Hebræos non fuit. Tum ubi is mos est, ante coronationem, non eâ jam peractâ, id fieri solet [a].

[Margin: * Ma. r G. † V. t Mar. v Mar. sim. V. x G. y K. in Buxt. vindic. 2. 2. pag. 397. z V. a G. ex Jun. b Pi. c G. d Pi. † V. f Mart. g Mar. h V. i He. in M. k Jun. Pi. l V. sim. omnes. m Pi. n Me. o V. sim. G. Me. T. p Jun. Pi. * Wolp. q Jun. Pi. r G. sim. V. † San. t Idem. v Me. x G. y Ma. ex V. z San. a G.]

18. *Omnis populus terræ*] i. e. Ejus regionis [b]. Præclarum exemplum cùm servatæ fidei, tum generosæ æmulationis. ¶ *Templum Baal*] Quod vel in Hierosolymis fuit; vel in vicino *monte offensionis*, sive Oliveti, de quo infrà 23. 13 [c]. ¶ *Et imagines contriverunt validè*, הֵיטֵב] *Exactè, diligenter*; i. e. ità ut nihil remanserit [d]. Heb. *benefaciendo*, Pi. ¶ *Sacerdotem Baal occiderunt*, &c.] Ex lege contra pseudoprophetas †. ¶ *Coram altari*] Ex lege Exod. 22. 20 [f]. Eò confugerat ut se loci religione tueretur, vel ut Dei sui imploraret auxilium. Nisi etiam fortè eò tractus est, ut ibi mactaretur ubi solebat ipse idolo victimas immolare [g]. ¶ *Et posuit*] Vel *reposuit*, &c. JT. i. e. instauravit cultum & ordinem, temporum injuriâ corruptissimum [h]. ¶ *Custodias*, פְּקֻדּוֹת] *Custodiam*, M. Ti. *præfecturas*, Mo. Pi. *custodes*, vel *inspectores*, Jon. Sy. Ar. sim. ό. qui excubias agerent pro Templo, nè fortè Baalitæ illud violarent [i].

19. *Et Cherethi & Pelethi*] Errore quodam hæ voces in hunc locum irrepserunt; nam in Hebræo est, וְאֶת־הַכָּרִי וְאֶת־הָרָצִים, (*& primores cursorésque*, JT.) ut suprà 4. pro quibus in Paralip. sunt, וְאֶת־הָאַדִּירִים וְאֶת־הַמּוֹשְׁלִים, *fortissimos viros ac principes*. ¶ *Sedit super thronum regum*] In solio avito, quod fecerat Salomo, 1 Reg. 10. 18 [k].

20. *Civitas conquievit*] Quam subita & insperata rerum commutatio concusserat & turbaverat [l].

[Margin: b V. c Me. d V. † Wolp. f G. g Me. h Jun. Pi. i San. k G. l Me.]

CAP. XII.

1. *Anno septimo Jehu*] Ineunte. Vide suprà 10. 36. infrà 13. 1 [a].

2. *Diebus quibus docuit eum Joiada*] Sic bonus Nero quamdiu Senecâ usus est magistro [b].

3. *Excelsa*] Altaria privata [c]. ¶ *Populus immolabat*] In honorem scilicet Dei [d].

4. *Dixit Joas*] Regum est, non profanarum tantùm rerum, sed & sacrarum, habere curam; efficere ut sacerdotes secundùm Legem officium faciant, ut ædes sacræ suum retineant statum, atque in id & operas & pecunias indicere †. ¶ *Omnem pecuniam sanctorum*; ità Pi. sim. JT. הַקֳּדָשִׁים] *Sanctitatum*, P. *sanctificationum*, V. i.e. consecratam Domino [f]. *Rerum sanctarum*, i. e. destinatarum ad res sanctas, nempe, pertinentes ad cultum Dei externum [g]. ¶ *Quæ illata fuerit in templum*, &c. אֲשֶׁר יוּבָא] *Quæ infertur*, V. sim. P. fut. pro præsenti, V. vel, *inferetur*, JT. Pi. sim. Ma. Malim, *argentum quod inferendum est*, quia ex 2 Par. 24. 5. patet, non voluisse Regem ut exspectarent sacerdotes donec populus pecuniam eam in domum Dei ferret; sed ut ipsimet per omnes Tribus permearent, & eam colligerent [h]. Facit textus mentionem de triplici pecunia [i] quæ inferebatur in Templum [k]. Prima erat quæ per contributionem colligebatur *, & dicitur, ¶ כֶּסֶף עוֹבֵר] Quod variè reddunt. *Pecuniam transeuntis*, sive *transeuntium*, M. P. Mo. JT. V. sub. *in*, vel *ad*, *numerum*, sive *inter numeratos*, M. V. Os. Mar. i. e. qui numerabantur cum aliis, h. e. qui jam attigerant annum vicesimum; qui dimidium sicli in singula capita dabant [l]: de quibus Exod. 30. 13 [m]. [Al. sic;] Collectam, vel capitationem, quæ viritim à singulis ex ordine transeuntibus domesticatim colligebatur, prout quisque sua æstimabat, & ultro offerebat [n]. Vide 2 Chron. 24. 5 [o]. [Al. sic;] Pecuniam quam pii alienigenæ dabant, qui Deum in ambitu Templi adoraturi venerant; quorum mentio 1 Reg. 8. 41 [p]. Al. *argentum æstimationis*, ό. *pecuniam quæ usu valet*, Strig. [q. d. *quæ transit* inter mercatores. Alii hæc verba cum sequentibus connectunt, ut statim dicendum. Sequitur secundum genus pecuniæ.] ¶ אִישׁ כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרְכּוֹ] Quod vertunt, *pecuniam æstimationis animarum cujusque*, JT. *pecuniam personalem æstimationis cujusque*, P. V. sive, *pecuniam pretii animarum cujusque hominis*, V. Sed hæ versiones & verba variè transponunt, & omittunt affixum in עֶרְכּוֹ [q]. *Pecuniam quam quisque dat pro æstimatione sua*, M. Ti. Strig. *pecuniam, animarum*

[Margin: a G. b Idem. c V. d V. sim. Pi. † G. f V. sim. Mar. g Pi. h Di. i M. sim. V. Di. Belg. G. k V. * M. l V. sim. Di. Mar. Belg. Os. m Mar. Belg. n Jun. Pi. o Pi. p G. q Di.]

animarum suarum æstimationem, Os. [איש רִ rejicit ad præcedentia; *transeuntis viri.*] *Pecuniam singularum personarum* (*animæ* pro *personis*, ut Gen. 12. 5.) secundùm *taxationem ejus.* Heb. *viri pecuniam animarum taxationis ipsius* [r]. *Argentum animarum æstimatio ejus*, pro, *earum*, Mar. Quod ad difficilem constructionem, notandum, 1. distingui עובר à sequenti איש per Zakeph-katon, sive comma: 2. & איש per Zakeph-gadol distingui à sequentibus: 3. ex priore membro repeti posse כֶּסֶף, quod pertinet primò ad עובר, deinde ad איש. Sic ergò vertendum, argentum *viri*, *argentum animarum taxatio ejus:* notus Hebraismus, pro, *cujus taxatio est argentum animarum*, i. e. cujus taxatio est talis summa pecuniæ quâ animæ à voto quo se obstrinxerunt liberantur. Porrò, נַפְשׁוֹת pro נְפָשׁוֹת, status constructus pro absoluto, ut sæpe fit. Utcunque נַפְשׁוֹת non potest regere עֶרְכּוֹ in genitivo casu, testibus omnibus interpretibus †. Pecuniam hîc intellige quâ qui voverat (personam suam [t]) Deo taxabatur à sacerdote, Levit. 27. 2 [v]. Unde constat *pecuniam animarum* dici, quòd qui [illo] voto tenentur, animæ ipsorum Dei sunt, & non fiunt sui juris, nisi persolutâ pecuniâ quâ à sacerdotibus taxati sunt [x]. Porrò, talia vota fiebant potissimùm in periculis [y]. [Al. sic;] *Pecuniam capitum quæ unusquisque æstimaverit.* Heb. *vir*, (id est, quod attinet ad unumquemque,) *pecuniam animarum æstimationis ejus.* Sensus est, Pecuniam quam dabit unusquisque paterfamiliâs pro capitibus sive personis domûs suæ, idque ex ipsiusmet æstimatione [z]. Pecunia hæc pendi dicitur *pro pretio animæ*, vel, 1. quia pro capite ipsorum, seu pro ipsismet redimendis: vel potiùs, 2. quia ideo pendebatur, ut Deus vitam illis longam, &c. largiretur †; nè fieret plaga in populo, si eâ non persolutâ numeraretur. Vide Exod. c. 30. 12 *. [Al. sic;] Capitatio hæc est quam pendere Israelitæ singuli debebant in usus Templi, ubi opus esse judicaretur; id est, didrachmum, de quo egimus Matt. 17. 24. dimidium sicli, ut loquitur Moses Exod. 30. 13. ubi hic census instituitur, & Josephus [a]. Solebat subindè bello novo, vel aliâ necessitate publicâ, seu Templi seu Reip. cogente, extra ordinem ab omnibus omnino Hebræis, quantúmcunque adultis, census exigi *. [Alii hæc verba cum præcedentibus conjungunt, hoc modo;] *Pecuniam quam affert aliquis in redemptionem animæ suæ*, Sy. *pecuniam recensitorum pro cujusque capitis æstimatione*, Ca. ¶ *Et quam spontè*, &c. כָּל־כֶּסֶף אֲשֶׁר יַעֲלֶה עַל לֶב־אִישׁ וגו׳] *Omne argentum quod ascendit in cor cujusque ut inferat*, &c. Di. sim. V. JT. Pi. &c. Sensus completur ver. seq. *capiant sibi sacerdotes*, &c [b]. Tertium hoc erat pecuniæ genus, quod spontè (ac liberaliter, G.) à devotis personis dabatur [c]. Exempla habemus Exod. 25. 2. & 35. 5. & 36. 5, 6 [d].

5. *Accipiant illam sacerdotes*, יִקְחוּ לָהֶם] Accipiant *sibi.* Observetur illud *sibi:* q. d. Nè exspectate donec populus eam ad vos ferant, sed ipsi eam colligite, & reparate, &c. q. d. Sacerdotes cum Levitis totam terram peragrent, & ab universo populo pecunias exposcant, &c †. ¶ *Juxta ordinem suum*, אִישׁ מֵאֵת מַכָּרוֹ] *Vir*, vel *quisque, à noto suo*, vel, *à notis sibi*, P. Mo. Ti. Jon. G. JT. Di. &c. [Alii aliter;] *vir à venditione sua*, ο'. *quisque à sua diœcesi*, Ca. ¶ *Et instaurent sarta tecta domûs*] Latini dicerent, *præstent sarta tecta* [f]. ¶ וְהֵם יְחַזְּקוּ אֶת־בֶּדֶק] *Instaurabunt ruinas*, P. *Fortificabunt fractum*, vel *dirutum*; sing. pro plur. *ruinas*, vel *rupturas* [g].

6. *Non instauraverunt*, &c.] Fuerunt fortasse sacerdotes & Levitæ negligentes; vel, 1. quia pecuniam non sibi, sed Templo, colligebant, & præter laborem aliud lucrabantur nihil: vel, 2. quia viderunt populum in solvendo difficilem, ut Josephus significat: & fortasse populus illis non admodum fidebat, cùm postea liberalem se præbuit, v. 10 †: vel, 3. quòd minùs rectè curantur quæ committuntur multis, & magis latent fraudes *.

7. *Nolite ergò amplius accipere*, &c. *sed ad instaurationem*, &c. אַל תִּקְחוּ וגו׳ כִּי לְבֶדֶק הַבַּיִת תִּתְּנֻהוּ] *Nè accipiatis pecuniam*, &c. *in restaurationem ædis date eam*, Sy. sim. Ar. vel, *sed ad labem* (vel *fissuram*, Mo. Jon.) *domûs* (sub. *curandam*, JT.) *redditote illam*, JT. Pi. sim. P. Ti. G. nempe, quam jam accepistis [h]: vel, *nè accipiatis*, &c. *nisi pro factura templi dederitis eam*, M. vel, *non igitur* ad vos *recipietis pecuniam*, &c. sed *conferetis ad id quod ruinam minatur in domo*, Strig. Suspicatus est Rex quòd sacerdotes pecuniam in suum commutarent commodum [i]. Curam pecuniæ administrandæ & Templi reparandi Rex sacerdotibus imposuerat. Cùm autem Levitæ in colligendis istis pecuniis pigri fuerant, ut docet 2 Par. 24. rescindit Rex utrumque institutum, ut nec curarent reparationem Templi, nec pecuniam à populo collectam caperent, sed, si quam nacti essent, iis traderent quibus cura reparandi Templi incumberet: & in utroque acquiescunt sacerdotes versu sequenti [k].

8. *Prohibitique sunt*, וַיֵּאֹתוּ] *Et consenserunt*, Pi. sim. G. ex ο'. *acquieverunt*, JT. ¶ *Accipere pecuniam*, &c. לְבִלְתִּי קְחַת וגו׳ וּלְבִלְתִּי חַזֵּק וגו׳] Ad verb. *pro non accipere pecuniam à populo, & pro non fortificare rupturam domûs*, Mo. *nè acciperent pecuniam*, &c. *neque curarent labem*, &c. JT. sim. Sy. M. P. Ca. V. i. e. Eâ lege ut non repararent ruinas domûs [l]. Sensus est; In hoc paruerunt Regi, ut pecuniam post id tempus non acciperent; at non item, ut nè jam acceptâ pecuniâ sartum tectum facerent Templum [m]. Alii, *ut non acciperent pecuniam*, &c. *& instaurarent ruinas domûs*, Strig. *Abstinuerunt ab accipienda pecunia à populo, imò destinârunt eam restaurationi*, &c. Ar.

9. *Tulit gazophylacium unum*, אֲרוֹן אֶחָד] *Arcam unius*, P. Ti. Mo. vel, *alicujus*, JT. sub. *sacerdotis*, V. Jun. Pi. vel *Levitæ*, Jun. Pi. Nam quicquid penès se habebant ex capitatione retulerant ex mandato Regis, v. 7 [n]. *Arcam unam*, ο'. Jon. Pi. sim. M. i. e. *arcam quandam*, sive *aliquam*, Pi. Sy. אֶחָד *unus* sæpe ponitur pro τις indefinito [o]. Existimavit Joiadas, oblationes quas spontè facturus esset populus suffecturas, si ex fide curarentur, neque opus fore adjungi capitationem [p]. ¶ *Aperuitque foramen desuper*, בְּדַלְתּוֹ] *In ostio* (vel *ostiolo*, M. vel *operculo*, Sy. Ti. Ca. JT. V.) *ejus*, ο'. Jon. P. Mo. scil. *arcæ*, Mar. Metaphora κατὰχρηστική [q]. ¶ *Posuit illud juxta altare*] At 2 Par. 24. 8. est *juxta portam.* Resp. Primò arca juxta Altare posita est. Verùm quia eò penetrare laicis non licebat, & pecuniæ per manus sacerdotum & Levitarum eò deferendæ erant, quod ibi significatur, ut populo satisfieret, nè offerentium pietas retardaretur, alia arca juxta portam domûs posita est, ut per se quisque quod voluisset, absque alterius ministerio, offerre posset. Adde quòd Jo. de Bello 7. 11. plurium gazophylaciorum meminit [r]. ¶ *Ad dexteram*, &c.] *Dextrum* Templi est propriè ea pars Templi quæ pertinet ad Austrum; ut *sinistra* pars propriè ea est quæ pertinet ad Aquilonem †. [Alii aliter, & rectiùs, ut videtur;] *Ad dexteram*, id est, in parte septentrionali Templi. Nam ingredientibus Templum dextera est aquilonaris, sinistra meridionalis; sicut pars anterior est occidentalis, posterior orientalis *. Sensus est, ad dexterum postem portæ atrii sacerdotum, ubi Altare erat extrinsecùs in fine atrii magni, quousque pervenire licebat toti Israeli. Vide 2 Chron. 24. 8 [t]. ¶ *Mittebántque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia*] Heb. *observantes limen*, JT. Pi. portæ atrii sacerdotum, ex præscripto Dei, Num. 18. 4 [v]. i. e. qui habebant custodiam Templi. Alii, *vasorum*, sing. pro plur. i. e. Sacerdotes qui custodiebant supellectilem Templi [x]. Nomen *sacerdotis* laxiùs accipitur, ut etiam Levitas comprehendat; erat enim officium Levitarum ostia custodire, & janitores agere [y].

10. *Ascendebat scriba regis*] Quem Pontifex inspectorem sibi adesse voluerat, nè quâ & ipse, post tot minorum sacerdotum culpas, suspicione aspergeretur. Præterea Rex ipse aderat, 2 Par. 24. 12 [z]. ¶ *Et pontifex*] Vel *sacerdos maximus*, Pi. Al. *& sacerdotis maximi*, JT. Sed non est probabile unum fuisse utriusque scribam [a]. ¶ *Effundebántque*, וַיָּצֻרוּ] *Et ligabant*, vel *colligabant*, ο'. P. V. JT. Pi. sub. *in fasciculos*, V. loculis scil. impositam [b]. In sacculos eam [nempe pecuniam] mittebant, ligabántque; fortè etiam sigillo adhibito, quò minor fraudi locus [c].

11. *Dabant eam juxta numerum*, וְנָתְנוּ אֶת־הַכֶּסֶף הַמְתֻכָּן] Et

Marginal notes (left column): r Belg. — † Di. — t M. sim. Mar. Os. — v Di. sim. V. M. Belg. Mar. Os. — x Di. — y V. — z Pi. — † T. — * Me. T. — a G. — * T. ex San. — b Di. — c M. sim. V. G. Mar. Di. — d G. — † Di. — f G. — g V. — † Me. — * G.

Marginal notes (right column): h G. post V. Jun. — i M. — k Di. — l V. — m G. — n Jun. Pi. — o Pi. — p G. — q Pi. — r Me. — † V. — * Me. — t Pi. ex Jun. — v Pi. ex Jun. — x V. — y Me. — z G. — a Pi. — b Jun. Pi. — c Mar.

Et tradebant pecuniam paratam, P. Mo. Mar. vel *signatam*, M. V. vel *numeratam*, V. Mar. Os. *certam*, Ti. *certâ summâ compositam*, JT. *æstimatam*, Jon. *colligatam*, Sy. Ar. ¶ *In manu eorum qui præerant cæmentariis, &c.*] Heb. *præfectorum* super *domum Jehovæ*, i.e. super opus domûs Jehovæ, nempe, refectionem illius [d]. Redemptorum, non, ut antè, sacerdotum. Jam tum ordo sacerdotalis, per se venerandus, in vitium labi cœperat, ità ut in plebe plus fidei reperiretur. Neque tamen ob id schisma aut factum est, aut fieri debuit †. ¶ *Qui impendebant, &c.*] *Et educebant eam*, V.

[d] Pi. † G.

12. *Et sarta tecta faciebant*, וְלַגֹּדְרִים] *Et ad*, vel *in*, *cæmentarios*, Jon. P. Mo. ο'. V. i.e. hos qui digerebant lapides [f]. *Murariis fabris*, Ti. *his qui reficiebant parietes*, M. Heb. *sepientibus* : גֹּדֵר sign. *sepem*, sive ex lignis, sive ex lapidibus [g]. ¶ *Lapides qui excidebantur*, מַחְצֵב] *Dolatos*, P. *latomiæ*, V. *cæduos*, JT. Heb. *cæsionis*, i. e. qui è rupibus solent excîdi : vel, qui à lapicidis dolantur & aptantur ædificio [h].

[f] V. [g] Pi. [h] Idem.

13. *Non fiebant, &c.*] At, contrà, hæc facta dicuntur 2 Par. 24. 14. Resp. [Sic conciliantur :] Optimè ο'. πλὼ̀ ὀ ποιηθήσονται, (*verùm non fient, &c.*) supplendum, *Præceperat rex*, nè ulla pecunia erogaretur in usus Templi, priusquam ædificium ipsum Templi suam integritatem accepisset [i]. Perfectis autem parietibus, &c. reliqua pecunia in hæc vasa impensa est [k]. ¶ *Et fuscinulæ*] Præacutæ, aut certè *cultri* : Nam זָמַר sign. *incidere*, seu *secare*. At זִמֵּר in Pihel sign. *psallere* : quia psallendo quasi cæduntur fides, & concisus quasi sonus efficitur. Unde alii aliter reddunt [l]. *Psalteria*, P. Mo. &c. *instrumenta musica*, JT. V. Non placet; hîc enim enumerantur instrumenta ex auro vel argento, ex quibus instrumenta musica non fiunt, sed ex ligno. Porrò, hoc genus instrumenti numeratur inter instrumenta *aurea*, 1 Reg. 7. 50. & inter *ærea*, Jer. 52. 18 [m]. [Q. conjungunt cum præcedentibus:] *vasa argenti incisoria*, Ma. [Plura de hac voce antè dicta sunt.] ¶ *Et thuribula*, מִזְרָקוֹת] *Pelves*, Mo. *crateres*, JT. *vasa sparsoria*, (à זָרַק *spargere* ;) nempe pelves, quibus excipiebatur sanguis victimarum, ut indè aspergerentur homines purificandi causâ [n]. ¶ *Et thuribula*] Θύραι, ο'. sed legendum videtur θύαι, i. e. *thuribula* ; quas θυΐσκας dixêre interpretes Paralipomenωn [o].

[i] G. sim. M. Me. La. ex Caj. San. [k] Me. ex La. [l] Pi. [m] Idem. [n] Idem. [o] G.

15. *Et non fiebat ratio, &c.* "וְלֹא יְחַשְּׁבוּ וגו] *Nec reposcebant rationem ab hominibus per quorum* (vel, *in quorum*, JT.) *manus dabant pecunias , ut darent facientibus opus*, &c. P. sim. JT. V. &c. Non cogebantur quæstores ad rationes accepti vel expensi reddendas [p]. ¶ *Sed in fide tractabant eam*] *Fidè agebant*, JT. Malim, *fide*, Heb. *in* (i. e. *cum*) *fide*, Pi. Certæ erant & exploratæ fidei [q]. Sensus est, Non exigebatur ratio, &c. quia suâ fide suóque periculo opus probatum exhibere debebant. Hoc est quod & ο'. voluerunt, ὅτι ἐν πίστει αὐτῶν ποιοῦσιν. Ipsis credebat Rex [r]. *Fidè*, &c. i. e. Pecunia fidei illorum committebatur, & ipsi bonâ fide administrabant †.

[p] T. [q] Idem. [r] G. † Jun. Pi.

16. *Pecuniam autem pro delicto, &c.*] i. e. Pecuniam quæ supererat emptâ victimâ pro delicto. Qui voverant in longinqua regione aliquid pro peccato mittebant pecuniam ad sacerdotem, qui victimam emebat : & quod reliquum erat pecuniæ, emptâ victimâ, id cedebat in utilitatem sacerdotum [t]. Fortasse intelligitur quævis pecunia pro peccatis oblata sacerdotibus [v]. [Al. sic ;] Agit de delicto contra sacerdotem : ut, si quis abstulisset ejus partem de victimis, &c. tunc enim, præter illatum damnum, quintam etiam partem in pecunia debuit offerre sacerdoti. Audi legem Lev. 5. 15. Idem de delicto statuitur Num. 5. 6 [x]. ¶ *Quia sacerdotum erat*] Ex lege Levit. 5. 15, 16 [y]. Nam quod ibi de duobus reatûs generibus præcipitur, synecdochicè ad similia peccata pertinet, ex analogia quæ habetur Lev. 6. 30 [z].

[t] V. [v] Me. [x] To. in La. [y] G. Jun. [z] Pi. ex Jun.

17. *Tunc ascendit Hazael*] Mortuo scilicet Jehoiadâ, cùm Joas idololatriæ deditus fuit. Vide 2 Par. 24 [a]. ¶ *Pugnabat contra Geth*] Quæ olim Philistæis, nunc Judæis, parebat. Eam enim David ceperat, 1 Paral. 18. 1 [b]. ¶ *Direxit faciem, &c.*] Heb. *& posuit*, &c. i. e. Postea convertit sese ut veniret rectà, &c. h. e. voluit convertere vires suas contra Jerusalem [c]. Omnia fecit per quæ crederetur iturus contra Hierosolyma. Vide quæ ad Luc. 9. 51 [d].

[a] V. sic Jun. [b] Me. sic G. [c] V. [d] G.

18. *Tulit Joas omnia sanctificata*] Pro redimenda vexatione populi. Rectè, si publicus regiúsque thesaurus non suffecisset †. Pro captivorum redemptione vasa sacra conflari possunt [f]. *Tulit*, &c. Simile habemus 1 Reg. 15. 18. ubi quæ dicta sunt vide. Sæpe Romani Imperatores externas gentes à finibus suis magnâ vi pecuniæ amoverunt [g].

† Caj. in La. sim. La. [f] Ambros. in La. [g] G.

20. *Surrexerunt servi ejus*] Pœna occisi Zachariæ [h]. Vide 2 Par. 24. 21, 22 [i]. ¶ *Et conjuraverunt*] Heb. *ligârunt ligationem*, Pi. sic Ma. ¶ *Percusserunt Joas in domo Millo*] Ità M. Strig. &c. vel, *Beth-millo*, P. Ang. M. De *Millo* vide Jud. 9. 6. 2 Sam. 5. 9. 1 Reg. 9. 15, 24. & 11. 27 [k]. *In domo*, i. e. apud domum, Millo [l]. Est nomen oppidi, sicut & *Silla* [m]. Non loquitur de campo *Millo* qui erat in Jerusalem, sed eo qui aberat ab urbe. Quod ut intelligamus, adjicit, *cùm descenderet in Silla* ; q. d. cùm descenderet in Beth-millo, qui locus erat in clivo loci nuncupati *Silla* : ut intelligatur Beth-millo fuisse in loco editiore [n]. ¶ *In descensu Sella*, הַיּוֹרֵד סִלָּא] *Quæ descendit in Sillah*, P. Ang. Ma. *quæ defert ad Sillam*, Ca. Quâ descenditur ex domo in viam publicam, quæ cum adjectitia litera alibi dicitur מְסִלָּה [o]. *In loco munitionis qui vergit Sillam versùs*, JT. i. e. aggestum iter. Appellativè accipio ex collat. 1 Chron. 26. 16. & 2 Chron. 9. 11. ubi Salomon legitur aggestâ terrâ ascensum fecisse ad domum Dei [p]. Cùm vorago *Mello*, supra quam erat transitus Regis in Templum, geminum haberet clivum, alterum ad Templum, alterum ad regiam, videtur *descensum Sella* peculiariter vocatam esse declivitatem illam quæ erat ex parte regiæ, ubi erat quædam domus Regis, quam domum *Mello* vocat Scriptura, in qua hic ægrotabat & occisus est [q]. [Alii aliter vertunt ;] *cùm descenderet in Silla*, Sy. M. Ti. *inter Millo, cùm descenderet, & inter Silla*, Ar. Jacebat Rex in lecto propter multa vulnera à Syris accepta [r].

[h] G. sim. Me. [i] V. [k] Ma. [l] G. [m] M. [n] V. [o] G. [p] Jun. Pi. Ma. [q] Me. [r] M.

21. *Josachar*] Qui & *Zabud*, 2 Chron. 24. 26 †. Multi olim binomii erant [t]. ¶ *Filius Somer*] Qui 2 Chron. 24. 26. vocatur *Simritha* [v]. Vel *Somer* hîc nomen est patris, & *Semarith* in 2 Chron. est nomen matris [x]. ¶ *Et sepelierunt eum cum patribus suis*] i.e. Sicut majores, sed non in sepulchro Regum, 2 Chr. 24. 25 [y]. Malo, apud majores, nempe, in eadem civitate [z]. Aliquis illi honos habitus, non summus, quia suprema pars vitæ à recto declinaverat. Vide de J.B. & P. 1. 3. 16 †.

† Jun. Pi. [t] Me. [v] Ma. ex Jun. [x] Me. [y] Jun. Pi. sim. G. V. [z] Pi. † G.

CAP. XIII.

1. ANno vigesimo tertio Joas : ineunte : vide suprà 12. 1 [a]. שְׁנַת לְיוֹאָשׁ] Istud *anno* ponitur vice genitivi *regni* ; q. d. *anno 23. regni Joas*. Suprà 12. 6. plena est locutio. Vide illic annotata [b]. *Ab anno vicesimo tertio, &c. regnavit, &c.* JT. At בִּשְׁנַת est *in anno*, nec unquam sign. *ab anno*, id est, indè ab anno, vel, incipiendo ab anno ; sed semper sign. anno, scil. currente. Sic ergò verto, *Anno 23. Joasi regnare cæpit Joachaz, &c.* regnavit autem *septendecim annis* ; ut scil. sub finem versûs repetatur ac suppleatur verbum מָלַךְ *regnavit* ; sed intellectum propriè de tota regni duratione, non autem, (ut in priori versûs parte,) per synecdochen integri, de regni initio. Hæc versio confirmatur ex collat. 2 Reg. 3. 1. & 8. 16, 25. & 12. 1. ubi מלך eo modo quem dixi bis positum est [c]. ¶ *Decem & septem annis*] Quorum duo postremi fuerunt cum filio communes, ut infrà v. 10. & 22 [d]. *Septendecim annis*, i. e. ità ut annum 17. inchoaret. Vide v. 10 *.

[a] G. ex V. [b] V. [c] Pi. [d] Ma. et Jun. * G.

2. *Non declinavit ab eis*, מִמֶּנָּה] *Ab illa*, nempe idololatria : vel, *ab eo*, i. e. ullo eorum †. Pronomen singulare ad nomen plurale relatum notat distributionem in singula [f].

† V. [f] Pi.

3. *Iratúsque est furor Domini*] *Et exarsit ira* (seu nasus)

nasus) *Jehovæ*, Pi. ¶ *Contra Israel*] Heb. *in Israele:* ב pro ל, vel אֶל, vel עַל. Sic sæpe in N. T. ἐν pro εἰς [g]. ¶ *Cunctis diebus*] Sic P. ό. Jon. Mo. Mar. Belg. Scil. quibus regnavit Joachaz [h], nempe solus, ver. 22 [i]. ¶ [כָּל־הַיָּמִים] *Omnibus illis diebus*, JT. *toto illo tempore*, Tig. not. *quoad vixerunt*, Strig. *continenter*, Ca.

4. *Audivit eum Dominus*] Josephus hîc de Deo, τὴν μετάνοιαν ὡς ἀρετὴν ἐνδεξάμενος, (*pœnitentiam* [illius] *tanquam virtutem excipiens.*) Hæc una Deo causa miserandi; ad quam accessit altera, virtutum avitarum memoria, infrà 23 [k]. ¶ *Vidit angustiam Israel*] Quorum cum majoribus pepigerat fœdus, infrà v. 23 [l].

5. *Et dedit Dominus salvatorem*; ità Jon. M. sic Sy. P. Mo. Ti. [מוֹשִׁיעַ] *Salutem*, ό. Ar. id est, vindicem [m]. Qu. Quemnam vult? Resp. 1. Angelum Israelitarum præsidem, à quo virtute occultâ hostium vis repressa sit, & timor immissus [n]. 2. Ducem aliquem à Deo missum, sed in Scriptura innominatum [o]. 3. Elisæum Prophetam [p]. 4. Ipsummet *Joachaz*, qui, placato Deo, rem in posterum feliciùs gessit [q]. 5. Potiùs Regem *Joas*, filium Joachaz [r]; qui monitu Elisæi bellum resumpsit adversùs Syriam †; & tres clades intulit Syris, v. 25 [t]. ¶ *Habitaverúntque*] Hebr. *Et sederunt in tentoriis*; i. e. pacificè & securè vixerunt [v].

6. *In ipsis*; sim. Jon. M. Pi. Strig. [בָּהּ] *In eo*, Pi. V. *in unoquoque eorum*, JT. in singulis peccatis [x]. ¶ *Ambulaverunt*; ità Pi. V. Jon. M. Ti. nempe Israelitæ [y]: [הָלָךְ] *Ambulavit*, ό. Sy. JT. Ma. nempe Joachaz [z]. ¶ *Et lucus permansit*] Quem plantaverat Ahab; de quo 1 Reg. 16. 33 [a]; in honorem Baalis [b]. *Lucus ipse.* Pronomen *ipse* præstat usum articuli. *Stetit*, h. e. non est destructus, ut fieri debuit [c].

7. *Et non sunt derelicti*, [כִּי לֹא וגו׳] *Non enim reliquit*, &c. P. Ma. V. sim. ό. Jon. Mo. Strig. Pi. Connectendus est hic versus vel cum v. 3. (& ponendus est ante v. 4. ubi per Hyperbaton interjicitur deprecatio Joachaz, ejúsque exauditio [d], à vers. 4. ad 7 †;) vel cum fine versûs 4 [f], ubi *rex Syriæ* dicitur *eos oppressisse:* Id hîc declaratur, *Nam non*, &c. Itáque versus 5. & 6. videntur includendi parenthesi [g]. *Cùm non reliquum fecisset*, &c. JT. *Cùm quidem*, &c. Ca. Vel vertendum, *quamvis non reliquum fecisset*, ut sit amplificatio pertinaciæ Israelitarum, &c. q.d. Quamvis gravissimè afflicti fuerunt à Rege Syrorum, tamen non recesserunt, &c. Ità connectitur hic versus cum præcedente [h]. ¶ *De populo*] Scil. militari, ut ostendunt sequentia [i]. ¶ *Decem currus*] Cum suis vectoribus: nam de his ex professo sermo est [k]. ¶ *Et redegerat*; ità Sy. JT. [וַיְשִׂמֵם] *Et posuerat eos*, P. Mo. V. sic Pi. sub. *in eo conflictu*, V. *reddiderat eos*, Ar. sic Pi. ¶ *Quasi pulverem in tritura areæ*, [כֶּעָפָר לָדֻשׁ] *Veluti pulverem ad triturandum*, P. Mo. vel *trituræ*, M. vel *triturando*, JT. Pi. i.e. cædendo: Metaphora, Pi. Vel, *exterendo*, Ti. vel, *ad conculcandum*, Jon. sic Sy. *qui calcatur*, Ar. Conculcavit eos ut lutum platearum conculcari solet [l]; nempe, bellis & depopulationibus affligendo [m]; prout Elisæus prædixerat, 2 Reg. 8 [n].

8. *Et fortitudo ejus*] i.e. Omnia egregia facta ejus [o]. Joachaz, licèt victus ab Hazaele, utpote potentiore, fortiter tamen in præliis se gessit [p]. Fortitudo in adversa fortuna ferenda spectatur [q].

10. *Anno trigesimo septimo*] Post eum annum impletum. Vide v. 1 [r]. ¶ *Regnavit sedecim annis*] Nondum mortuo patre in regni administrationem cooptatus: 17 enim anni regni Jehoachazi usque ad 39. Regis Jehudæ extenduntur †.

13. *Sedit super solium ejus*, [יָשַׁב] *Jam sedere cœperat*, V. Nam pater, timens post mortem suam schisma exoriri in regno, posuit filium dum adhuc viveret super regni solium [t].

14. *Ægrotabat infirmitate, quâ & mortuus est*, [אֲשֶׁר יָמוּת בּוֹ] *Quâ moriebatur in ea*, i. e. quâ moriebatur. אֲשֶׁר cum alio relativo sæpe conjungitur [v]. Significat eum quadam infirmitate crebrò afflictari. ¶ *Descendit*] Fortè ex arce in domum Elisæi: Videtur uterque in Samaria fuisse [x]. *Descenderat:* Est enim retrogressio: sic antè, *ægrotaverat* [y]. ¶ *Et flebat*] 1. Quia diligebat eum: 2. ob regni jacturam [z]. ¶ *Pater mi*] Id est, Magister, vel domine: quare deseris nos?

[Margin: g Pi. — h V. sic Pi. T. Mar. Belg. — i Belg. — k G. — l Ma. ex Jun. — m V. — n L. in Me. — o Q. in La. — p Caj. in La. — q Jo. in Me. — r T. ex La. San. Ma. ex Jun. V. Mar. — † T. ex To. — t Me. — v Pi. sim. Me. — x V. — y Idem. — z Belg. — a Pi. ex Jun. — b Me. — c Pi. sim. V. — d La. ex San. — † San. — f V. Pi. — g Pi. — h Idem. — i Idem. — k Idem. — l V. — m Jun. — n Os. — o V. — p La. sim. San. — q San. — r G. — † Jun. — t M. sim. V. — v Glass. gram. pag. 221. — x Me. — y G. — z Me.]

Aposiopesis: & repetitio affectum indicat. ¶ *Currus Israel*, &c.] Qui plùs juvâsti Israelem oratione tuâ quàm omnes currus, &c [a]. Vide de hac phrasi suprà 2. 12 [b].

15. *Affer arcum & sagittas*] Arma Hebræis familiaria. Prophetæ non tantùm verbis, sed etiam signis, vaticinati sunt [c].

16. *Pone manum tuam super arcum*, [הַרְכֵּב יָדְךָ עַל הַקֶּשֶׁת] *Equitare fac* (vel, *vehi fac*, Di. vel, *impone*, ό. Ar. *appone*, Jon. JT. *applica*, M. *superpone*, Sy. V.) *manum tuam super arcum*, Mo. V. *ad arcum*, JT. *arcui*, Sy. V. *Apprehende* (vel *dirige*, Ti. *tende*, Strig.) *manu tuâ arcum*, P. Vel, *Adjunge manum arcui*; nam רכב Syris est *jungi, componi:* vel, *Fac inveniri manum tuam super arcum*; nam רכב Æthiopicè *invenire* significat [d]. Hoc gestu significabatur, Joaso suscipiendum fore bellum †. *Pone manum*, nempe sinistram, ut illi faciunt qui arcum, sagittas emissuri, accipiunt, dexterâ ad chordam & telum reductâ [f]. ¶ *Superposuit Elisæus manus*, &c.] Quasi recturus manum Regis in tendendo arcu [g]: ut scilicet hâc ratione confirmaret signum ipsum, & prædictionem suam [h]; & cor Regis stabiliret ad credendum, &c [i]. Vel sic designabat conatibus Regis affuturam præsentem manum, seu opem, Dei, cujus Propheta personam hîc gerebat [k].

17. *Et ait, Aperi*, &c. [וַיֹּאמֶר וגו׳] *Ac dixit*, (vel, *jam autem dixerat*,) sub. *Elisæus cuidam astantium*, V. sim. Me. non Regi, cujus manus arcu & sagittis erant impeditæ [l]. ¶ *Fenestram orientalem*, [קֵדְמָה] *Ad*, vel *versùs, orientem*, P. M. sim. Pi. ex ό. Ma. Ità קֶדֶם reperitur Gen. 2. 8. & 28. 14. Ità significat bellum Syris inferendum esse [m]. Quia pars Syriæ ad Orientem objacet terræ Israelis [n]; saltem Samariæ [o]. Sed fenestra orientalis non tam respiciebat Syriam, (quæ Hebræis est ad Aquilonem,) quàm Israelitarum regionem orientalem trans Jordanem, quæ tum à Syris occupabatur, & recuperanda erat [p]. *Aperi fenestram istam antrorsum*, JT. ¶ *Dixit, Jaculare*] Hoc signo jubet indici de more bellum; quod fieri solitum vel jaculi missione, vel hastæ vibratione, ut docent Valer. Statius, &c [q]. Virgil. 9. Æneid. *En, ait, & jaculum intorquens emittit in auras, Principium pugnæ.* Vide & Justin. l. 2. Gellium 16. 14. Alex. ab Alex. 4. 3 [r]. ¶ *Sagitta salutis Domini*] Supple *contorta*, T. Erit salutifera Israeli contra Syriam, authore Jehovâ †. Sagitta significans & promittens salutem, &c [t]. ¶ *Contra Syriam*; ità Sy. P. V. Ca. Strig. &c. [בַּאֲרָם] *In Aram*, ό. Mo. ¶ *Percutiésque Syriam in Aphec*] Sic ό. Jon. Sy. M. P. Ti. Vel, *Apheki*, i. e. prope urbem *Aphekum*; cujus mentio fit 1 Sam. 4. 1. & 29. 1. & 1 Reg. 20. 26. Qui locus cum præsente inprimis convenit: narratur enim ibi, Benhadadum ascendisse Aphekum in bellum contra Israelitas. Urbs hæc sita fuit in sorte *Ascheris*, Jos. 19. 30 [v]. *Aphek* locus erat boni ominis, ibi enim suprà 100 millia Syrorum uno die deleta, 1 Reg. 20 [x]. [Alii sic vertunt;] *percuties fortiter*, JT. Hebr. *in vehemente*, Jun. ut sit pro eo quod est, *vehementer* [y]. Nihil vetat sic verti [z]. Sed Hebræi, quum nomen præfixâ præpositione ב pro adverbio usurpant, non solent (quod sciam) uti nomine adjectivo, sed substantivo [a]. [Alii sic accipiunt;] Percuties Syros sicut percussi sunt in Aphek: Nam nota similitudinis sæpe omitti solet, ut antè observavimus. Vide quæ nos ad Zach. 10. 11 [b]. ¶ *Usque ad consumptionem*] Heb. *usque ad consumere*, vel *consummare*, Pi. [sim. omnes.] Sed quomodo hoc impletum? Resp. 1. Id Propheta solùm conditionatè dixit [c]; subaudi, nisi tu impedias, ut factum est [d]; vel, si tu sæpius terram jaculo percutias †. 2. Vel sic intellige, *usque ad consumere*, i. e. ità ut eos perfectè vincas: nempe primo prælio, quod gerendum erat apud Aphekum; nam infrà v. 19. negat omnibus præliis ac prorsus devicturum [f].

18. *Tolle sagittas*] Sub. *alias*, G. sim. JT. Quod antè præsignârat *emissione sagittæ*, jam idem designat Propheta *percussione terræ*, seu jaculo ad terram alliso, nempe, victoriam adversùs Syros [g]. Victoriam antè portendebat, nunc victoriarum numerum [h]. ¶ *Percute jaculo terram*, [הַךְ אַרְצָה] *Percute terram*, P. vel, in

[Margin: a V. — b G. Me. — c San. — d Di. — † Pi. Belg. — f Me. — g Os. — h V. — i Mar. — k T. ferè ex San. sim. Pi. — l Me. — m Pi. — n G. sim. M. V. Pi. Ma. — o M. — p Me. — q T. ex San. — r La. — † V. sim. T. — t Pi. — v Pi. — x Me. — y Pi. — z G. — a Pi. — b San. — c T. — d La. sim. Me. — † San. sim. La. T. Me. — f Pi. — g Me. — h San.]

in terram, Ma. *terram versùs*, Pi. i. e. Dirige, mitte ſagittas tuas in terram. Id jubet, ut hoc ſigno confirmet prædictionem illi factam[i]. Iſto geſtu ſign. Syros per Joaſum dejectos iri in præliis[k].

19. *Iratus eſt vir Dei*, &c.] Fortè quòd ex loquendi modo quo uſus fuerat Propheta ſatìs potuerat Joas intelligere multis vicibus terram eſſe feriendam[l]. Dixit Propheta ut ſæpe & continenter terram percuteret[m]; alioquin neque ter percuſſiſſet Rex terram[n]. ¶ *Et ait, Si percuſſiſſes quinquies*, &c. ¶ [וַיֹּאמֶר לְהַכּוֹת וגו׳] *Et ait, Percutiendum*, Mo. *Percutiendum fuiſſet*, Sy. JT. ſim. Jon. P. Heb. *Ad percutiendum quinquies*. Oratio, ut in iracundia, deficiens. Supple, Si induxiſſes in animum ad percutiendum, &c[o]. Phraſis elliptica; q. d. *Tu debuiſti eſſe ad percutiendum*, ſcil. paratus: h. e. Debuiſti percutere[p]. Victoriam prædixerat ei Eliſæus; ſed quoties victor futurus eſſet cùm nondum ſciret, monebatur à Deo ex hoc ſigno diſcere[q]. Non præſcripſit Regi certum numerum percuſſionum, Deo id nolente[r]. Deus liberè decreverat, ut Joas toties percuteret Syriam quoties percuſſiſſet terram. Simili modo victorias alligavit extenſioni manuum, &c. Exod. 17. 11. & elevationi clypei, Joſ. 8. 18 †. Cognovit Propheta percuſſionibus numero pares fore victorias, non tamen illi conceſſit Deus ut Regi aperiret[t]. ¶ *Quinquies aut ſexies*] Nimirum, prout ſunt ſagittæ in pharetra; i. e. Si omnes quæ ſunt in pharetra ſagittas ejaculatus fuiſſes[v]. Porrò, quòd Joas ter tantùm percuſſit terram, &c. adeóque Syros, &c. ejus peccatis attribuendum[x], quòd cum Deo vitulos coluerit, ut fecit pater ipſius, v. 2. & 6. Vide & Oſ. 10. 2[y]. ¶ *Percuſſiſſes Syriam*, &c.] i. e. Hoc ſigno certò cognoviſſes te percuſſurum, &c[z]. *Tunc percuſſiſſes*, ut ſcil. ſymbolo reſponderet res ſignificata[a].

20. *Et ſepelierunt eum*] In Samaria, aut in agro ſuburbano, ut ex ſequentibus colligi poteſt[b]. ¶ *Latrunculi de Moab*, [וּגְדוּדֵי מוֹאָב] *Caſtra autem*, vel *copiæ militares, Moab*, P. V. Qui venerant ut hominum vel pecudum prædas agerent[c]. ¶ *Venerunt in terram in ipſo anno*] Vel, *eodem anno*, Sy. Ar. Ca. He. in V. ut ſit בָּרִי, א loco ה poſito[d]. ¶ [בָּא שָׁנָה] *Veniente anno*, ό. Mo. Mar. i. e. proximo, Mar. ſive *ſequenti*, V. ex Jon. *ineunte anno*, JT. *in introitu anni*, Jon.

21. *Projecerunt cadaver*] Non enim licuit tantum temporis inſumere donec ſepulchrum foderent †; aut mortuum in proprium deducere ſepulchrum, quod longiùs aberat[f]. ¶ *In ſepulchro Eliſæi*] Quod fuiſſe videtur in morem ſpeluncæ[g], à cujus oſtio ſaxum, quo claudebatur, facilè removeri poſſet ab illis viris[h]. Vel fortè caſu aliquo recluſum erat Eliſæi monumentum[i]. ¶ *Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſæi*, [וַיֵּלֶךְ וַיִּגַּע הָאִישׁ בְּעַצְמוֹת] *Et ivit & attigit*, vel *tetigit*, (*& iniens tetigit*, Sy. *& devolutus tetigit*, M. Ti. *qui deſcendens*, P. i. e. cùm deveniſſet in imum ſepulchri[k], *tetigit*, P.) *oſſa*, ό. &c. Heb. *in oſſibus*, Pi. ¶ *Revixit homo*] Hoc miraculum patrari voluit Deus, ut teſtimonium eſſet ſanctitatis Eliſæi, & crederent Iſraelitæ ipſius vaticinio de Syrorum cladibus[l]. Major indies lux ad ſpem vitæ alterius. Et oſtendit Deus quàm ſibi chari ſint ſancti, etiam mortui. Eadem cauſa fuit cur ad martyrum monumenta tam multa mira Deus ſiverit fieri, agnoſcente etiam Porphyrio; ut ad l. 3. de V. R. C. annotavimus[m].

22. *Cunctis diebus Joachaz*] Nempe, quibus ipſe ſolus regnabat, non aſſumpto filio[n].

23. *Noluit—eos projicere penitùs*, [מֵעַל פָּנָיו] *A facie ſua*, P. i. e. de terra in qua majeſtas ejus habitabat[o]. ¶ *Uſque in præſens tempus*; ſim. P. Strig. quo ſcil. hæc ſcripta ſunt[p]: [עַד עַתָּה] *Uſque ad nunc*, Pi. *hactenus*, JT. Ca.

24. *Et regnavit Benhadad*] Qui vetus Syriæ Regum nomen renovavit, materno fortè genere ortus ex priſcis illis Regibus[q].

[i] V. [k] Pi. [l] Me. [m] Caj. in San. [n] San. [o] Mar. [p] Pi. [q] G. [r] Me. † La. [t] Q. in San. [v] Ma. ex Jun. [x] To. in La. [y] La. [z] Ma. [a] Pi. [b] Me. [c] Me. [d] He. in V. † M. ſim. San. [f] San. [g] San. ſim. M. [h] San. Me. [i] Me. [k] V. [l] Me. [m] G. [n] Ma. ex Jun. [o] V. [p] Oſ. [q] G.

CAP. XIV.

1. IN *anno ſecundo Joas*, &c.] Obj. At capite præcedenti, v. 10. *Joas* rex Iſrael regnare cœpit anno 37. *Joas* Regis Juda, qui 40 annis regnavit, cui mortuo demum ſucceſſit filius *Amaſias*. Ergò Amaſias non 2. ſed 4. anno *Joas* Regis Iſrael regnare cœpit. Reſp. *Joas* Rex Iſrael regnare cœpit anno 37. *Joas* Regis Juda, ſed cum patre ſuo *Joachaz*; ac poſt biennium mortuo patre ſolus regnare cœpit anno 39. &c[a].

2. *Viginti & novem annis*] Ex quibus 12 annis propter conſpirationem vixit exſul. Synecdoche[b]. ¶ *Nomen matris*] Regibus Juda ſemper adduntur nomina matrum, nunquam autem Regibus Iſrael; quia nimirum regnum Juda potius erat & celebrius[c].

3. *Et fecit rectum*] Ex parte, quòd idola initio non coluerit[d]. ¶ *Non ut David*] i. e. Non animo integro & perfecto, ut explicatur 2 Paralip. 25. 2 †. ¶ *Quæ fecit Joas pater*] Egregiam laudem ſine turpi maculavit, ut Regum multi[f].

4. *Niſi hoc tantùm, quòd excelſa non abſtulit*, [לֹא סָרוּ] *Non receſſerant*, i. e. non fuerant ſublata[g]. Obj. Verùm Joas quoque excelſa non abſtulit. Ergò nulla in hoc diſſimilitudo. Reſp. Hæc verba non ſunt referenda ad proximè præcedentia, *juxta omnia quæ fecit Joas*, &c. ſed ad ſuperiora, *& fecit rectum*, &c. & illa verba, (*juxta omnia quæ fecit Joas pater ejus, fecit*,) parentheſi includenda ſunt[h].

5. *Percuſſit ſervos ſuos*, &c.] Qui ergò Regem Joas percuſſerunt non erant fugitivi quipiam ſicarii, ſed viri potentes, quorum familiæ Jeroſolymis notæ eſſent, &c[i]. ¶ *Qui interfecerant regem*] Puniunt talia facinora etiam qui ſucceſſu fruuntur[k].

6. *Sicut præcepit Dominus*] Deut. 24. 16[l]. & Ezec. 18. 18, 20. Quod de humano judicio, non de Divino, accipiendum eſſe teſtatur Exod. 20[m]. ¶ *Patres pro filiis*] Nè intellige, *vice filiorum*, ut filii in vita relinquantur; ſed, *pro peccatis filiorum*[n].

7. *Ipſe*] Nempe ſolus, repudiatâ Iſraelitarum ſocietate, 2 Par. 25[o]. ¶ *Percuſſit Edom*] i. e. Edomæos, ſive *filios Sehiris*, 2 Chron. 25. 11. ſic dictos, ſive quòd eſſent incolæ montis Sehiris; ſive quòd poſteri Sehiris eis eſſent intermixti, unúmque cum eis populum conſtituerent. Vide Gen. 36. 8. & 20[p]. Rebellârant enim Idumæi ſub Joramo, ſuprà 8. 20. & 2 Par. 21. 10[q]. ¶ *In valle Salinarum*] Vel *ſalis*, JT. Pi. Ma. Cujus mentio fit 2 Sam. 8. 13. & Pſal. 60. 2[r]. & Gen. 14. 8 †. Ità dicitur à copia ſalis, quod iſthîc, ex vicino mari Mortuo & ſalſiſſimo defluente aquâ, continuò concreſcit[t]. ¶ *Decem millia*] Qui ex rupe præcipitati erant, 2 Par. 25. 12[v]. ¶ *Et apprehendit*, [וַיִּתְפֹּשׂ] *Et cepit*, ό. P. Mo. Ti. *obtinuit*, M. ſim. JT. *ſubegit*, Jon. *vaſtavit*, Sy. Ar. ¶ *Petram*; ità ό. Ti. JT. appellativè ſumunt[x]: [סֶלַע] *Arcem*, Jon. *arcem petræ*, M. i. e. in petra ſitam[y], ex more[z]. Aliis eſt nomen proprium[a]. *Selah* vertunt P. Mo. Strig. Sy. Ar. *Petram*, metropolin Arabiæ Petrææ, à qua denominatur[b]. Vide Jud. 1. 36[c]. Ipſa urbs ſic fuit nominata à petra, ſeu rupe, ſuper quam erat ædificata; ut videre eſt 2 Chron. 25. 12[d]. Hebræis & Arabibus ea urbs *Selah* dicitur *. ¶ *Vocavit*] Scil. ipſe *Amazia* †. Al. *vocat* quiſque, JT. Vide Joſ. 15. 38 *. Sic ſupplent, quòd judicârunt nomen illud jam tempore Joſuæ urbi illi impoſitum fuiſſe. Sed fortè alia erat ea urbs Joſ. 15. Sanè duriſſima eſt illa ellipſis, quam reſpuunt verba ſequentia, *uſque in diem hunc*; quibus utiquè ſignificatur, nomen iſtud *Joktheel* urbi illi manſiſſe ab illo tempore quo eam ſic vocavit *Amazia*, uſque ad tempus illud quo hic liber ſcriptus fuit[f]. ¶ *Jectehel*, [יָקְתְאֵל] Quod ſonat, vel, *Obedientiam Dei*[g]; ſic dictam, ſive quòd teſtatum vellet ſe agnoſcere occupationem illius præmium fuiſſe obedientiæ quam Prophetæ præſtitit, 2 Chron. 25. 10[h]; ſive quòd in capta urbe jura Moſis conſtituit[i]: vel, *Exſpectationem Dei*; ut orbi notum eſſet, juſſu & potentiâ Dei eos ſubactos fuiſſe[k]. ¶ *Uſque in præſentem diem*] Sub. *Quæ appellatio manet*; non enim reguntur à verbo *vocavit*[l].

8. *Tunc miſit*, &c.] Partim elatus animo novâ victoriâ, infrà v. 10[m]; partim recordatione cædis majorum à Jehu factæ, ſuprà cap. 9; partim verò motus recenti injuriâ, de qua 2 Chron. 25. 10, 13[n]; partim ut decem Tribus regno ſuo adjungeret[o]. q. d. Aut

[a] La. [b] Pi. & Ma. ex Jun. [c] La. [d] T. † Ma. ex Jun. ſim. T. [f] G. [g] V. [h] La. ex San. [i] Me. [k] G. [l] G. Me. [m] Me. [n] E. [o] G. [p] Pi. [q] T. Me. [r] Pi. † Me. [t] T. ſim. Me. [v] Caj. in La. G. ex Jo. [x] Ma. [y] V. ex M. [z] Ità Mar. [a] Ma. [b] Jun. Pi. Ma. ſim. G. [c] Ma. [d] Pi. * G. † Pi. * Jun. [f] Pi. [g] G. Pi. T. [h] Pi. [i] G. [k] T. ex Caj. [l] Pi. [m] Ma. ex V. ſim. San. [n] Jun. Pi. Ma. [o] San. ex Jo.

imperata fac, & mihi pareas, aut bello decernamus de jure imperii[p]. ¶ *Veni, & videamus nos*, לְכָה נִתְרָאֶה פָנִים] *Ito*, (vel *Veni*, Jon. Ar. *Agè*, Sy. JT. Ti.) *videamus nos facie*, sive *faciebus*, Mo. ο'. Complut. Pi. Jun. Sunt verba provocantis ad pugnam[q]. Vide dicta ad 2 Sam. 2. 14[r]. *Alter alterius faciei occurramus*, Sy. *spectemus nos mutuò coràm*, Ti. Coràm dimicemus alter contra alterum †. Synecdoche generis metonymica: nam destinatum generale nominatur, & finis specialis intelligitur[t]. Nec injurias ulcisci voluit, nec ablata repetere, sed tantùm vires & militarem scientiam ostendere; alioquin Regem Israelis securum, potiùs quàm admonitum, aggressus fuisset[v].

9. *Carduus*, &c.] Αἶνος (*Apologus*,) qualis Jud. 9. 8[x]. ¶ הַחוֹחַ וגו׳] *Annon carduus*, &c? M. Ti. Verùm istud ה non interrogat, nec amplificat rem, sed diminuit[y]. *Carduus*, ο'. Jon. P. Mo. V. Os. Carduus abjectissimus omnium quæ nascuntur in Libano[z]. *Prunus*, Sy. Ar. *spina quædam*, JT. Pi. *Amaziam* vocat *carduum*, humilem, vilem & aculeatum; *Libani* tamen, quia ipse ex Judæa & semine Regio erat oriundus. ¶ *Ad cedrum*] Arborem excelsam, nobilem & pretiosam, cui se comparat. ¶ *Da filiam tuam*, &c.] q. d. Regnum tuum Israel junge & subde regno meo Juda, ut olim factum[a]. q. d. Carduus, &c. cùm fortè prætereuntis viatoris pedem læsisset, ut unam alterámve sanguinis guttam emitteret, quasi re maximâ gestâ, cœpit insolescere, neque jam velle inter rubos ampliùs censeri, sed inter summas arbores, &c. ¶ *Transierunt bestiæ saltûs*] Abominatæ cardui stoliditatem atque arrogantiam[b]. Milites suos *bestiis* comparat[c]. q. d. Etiamsi misisses legationem pacis causâ, non accepissem honorificè tuos: quomodo ergò audes ad bellum provocare[d]? ¶ *Quæ sunt in Libano*] Per *Libanum* intelligit totam Palæstinam, scilicet, tam Israel quàm Judam †.

10. *Sublevavit te cor tuum*] Nam rebus secundis, ut ait Tacitus, etiam egregii duces insolescunt[f]. ¶ *Contentus esto gloriâ*, הִכָּבֵד] *Gloriare*, Jon. P. Mo. Mar. de victoriis scilicet partis[g]. *Honorare*, Pi. *fruere gloriâ istâ*, M. sim. JT. Ti. ¶ *Et sede in domo tua*] [Sim. ferè omnes.] Vel, satis magnam gloriam puta, quòd quietus sedes in domo tua[h]. ¶ *Quare provocas malum?*] Ità M. Bene Seneca, *Non expedit concutere felicem statum*[i]. ¶ וְלָמָּה תִתְגָּרֶה בְּרָעָה] *Ut quid immiscebis te in malum?* Jon. P. Mo. Quare te conjicere cupis in periculum & miseriam ultro, &c[k]? *Quare miscebis te* (scil. mecum ad pugnandum) *in* (i. e. cum) *malo*, h.e. cum damno[l]? *Quare misceres bellum malo tuo?* JT. *Cur malo tuo præ te fers tantam ferociam?* Ti. *Et nè præceps feraris in malum tuum*, Sy. sim. Ar.

11. *Viderunt se*] i. e. Videndos se præbuerunt; h.e. descenderunt in certamen[m]. ¶ *In Bethsames, oppido Judæ*] Ad differentiam illius in tribu Naphthali, Jos. 19. 38[n]. & alterius in tribu Issachar, Jos. 19. 22[o].

12. *Et fugerunt*] Panicus illos terror invasit (à Deo immissus[p];) cujus alibi exempla jam aliquot habuimus[q].

13. *Cepit in Bethsames*] i. e. In conflictu facto juxta Bethsemes[r]. ¶ *Et adduxit eum*] Vel vinctum, ut ait To. vel potiùs acri septum custodiâ, ut vult Jo †. ¶ *Interrupit murum*] Ut urbs hostibus semper pateret[t]. Idem Romæ fecit Totilas[v]. ¶ *A porta Ephraim*] Hujus mentio fit Nehem. 8. 16. & 12. 38. Erat hæc porta ab Aquilone[x], versùs Orientem ascendendo[y]. Sic dicta est, quòd spectaret versùs terram Ephraim[z]. ¶ *Ad portam anguli*] Vel *angulorum*, Zach. 14. 10. vel *angularem*, sive *prospicientem*, 2 Chron. 25. 23[a]. Ad turrim Psephinam; ad eam partem quâ murus septentrionalis occidentali conjungitur, & angulum facit[b]. *Ad portam pinnæ*, vel *pinnaculi*: fortè quòd murorum aut turris alicujus pinnis esset insignis[c].

14. *Tulit—obsides*, בְּנֵי הַתַּעֲרֻבוֹת] *Et filios arrabonum*, Mo. vel *commistionum*, ο'. vel *sponsionum*, sive *fidejussionum*, Jun. Pi. Glass. i. e. homines obsides. Nomen *filii* hìc, ut alibi sæpe, πλεονάζει[d]. *Filios obsides*, P. Ti. *filios magnatum*, Jon. *filios* (sub. vel *regis*, Os. vel *principum*, M.) *obsides*, M. Os. Intelligunt, vel, 1. filios nobilium, qui dati fuerant obsides Regi Juda, nè patres eorum rebellarent in eum †. Hoc indicare videtur 2 Par. 25. 24. *necnon & filios obsidum reduxit in Samariam*[f]. Vel, 2. filios civium primarios, quos captivos duxit Joas[g], nè postea bella moverent. Et hoc potius videtur[h].

p Me. — q E. Me. — r E. — † Jun. Pi. sim. V. Mar. Ar. — t Pi. — v San. — x G. — y V. — z V. — a La. — b Os. — c V. La. — d V. — † La. — f G. — g Mar. — h Mar. — i G. — k V. — l Pi. — m V. — n Pi. Ma. Me. — o Ma. — p Jo. in G. — q G. — r V. — † Me. — t G. sim. Me. — v G. — x Ma. Villalp. in Me. — y Ma. — z Pi. sim. Me. — a Jun. Pi. — b Me. — c Ma. — d Glass. gram. p. 131.

15. *Et fortitudo ejus*] Cujus egregium aliquod documentum dedisse hinc colligitur[i]. Egregia strenuáque ejus facta[k]. Malim, *& potentia*[l].

17. *Quindecim annis*] Malim, *annos*: quia significatur temporis spatium[m].

19. *Factáque est contra eum conjuratio*, קֶשֶׁר] Vox hæc non solet sumi in bonam partem. Non ergò probatur hoc facinus: sed ostendit Deus se etiam malorum operâ uti nôsse ad judicia sua exsequenda[n]. ¶ *At ille fugit in Lachis*] Erat urbs munitissima Tribûs Judæ in sorte Dan[o], ad fines Philistæorum[p]. Vide Jos. 10. 3. & 15. 39[q]. Videntur conjurati fuisse viri potentes ac primarii, quibus Rex ausus non est resistere, aut plectere, sed se subduxit[r]. ¶ *Miseruntque*] Sub. *milites*, sive *exercitum*, oppugnatâ urbe, & tandem expugnatâ †. *Miserunt* percussores clancularios, ut hìc Jo. multò rectiùs quàm qui, quasi participes ejus conjurationis fuissent quam laudant, à conjuratis Regi aiunt dictum diem. Simile factum habemus suprà 12. 20. & infrà 15. 10, 15[t]. ¶ *Et interfecerunt eum ibi*] Ex quo apparet conjuratorum potentia, & exiguus populi amor in Regem[v]. Graviter nimirum dolebant cives, ob fatuam Regis superbiam civitatem suam esse spoliatam & nudatam, & abactos obsides, &c. quorum malorum pœnas ab illo jam expetunt[x].

20. *Asportaverunt in equis*] *Super equos*, i. e. super currum quem trahebant equi[y].

21. *Tulit autem*] Heb. *Et acceperunt*, Mo. *Tum assumentes*, &c. JT. Pi. id est, quum conspirarent in eum, & fugeret *Amatziah*. Ex quo fit ut undecim anni sequentes non tantùm *Amatziæ*, sed etiam *Hazariæ*, sive *Uzziæ*, communi jure tribuantur[z]. ¶ *Universus populus*] Id non fecissent conjurati illi. Unde apparet eorum factum displicuisse populo. Vide suprà 12. 20. Similem conjurationem pariter improbatam habemus infrà 21. 24[a]. ¶ *Azariam*] Dictum & *Oziam*, 2 Par. 26. 1[b]. Itaque duo nomina habuit affinia, *Fortitudo Domini*, & *Auxilium Domini*[c].

22. *Ipse ædificavit Elath*] De qua vide Deut. 2. 8[d]. & Num. 33 †. Ergò hæc ædificatio non erat prima ex fundamentis, sed instauratio[f]. Erat hæc urbs sita in littore maris Rubri[g], & in campestribus Edomæorum[h]. Dicitur *Elanon*, à qua sinus *Elaniticus*[i]. ¶ *Et restituit eam Judæ*] [Simil. omnes.] Ereptam Idumæis. Vide Deut. 2. 8[k]. i. e. Quam jam receperat, & restituerat, &c[l]. *Ædificavit*, &c. *& restituit*, &c. i.e. postquam restituit. Sic, *ecce tu iratus es, & peccavimus*, i. e. postquam peccavimus. Urbs hæc erat in Idumæa, quæ, olim Regibus Juda subjecta, postea defecit[n]. David, cùm Idumæos subjugâsset, etiam *Elath* & portum ejus in suam ditionem recepit[o]. ¶ *Postquam dormivit*] Sic P. Ti. &c. ¶ *Rex*] Amatziah pater ejus[p].

23. *Anno quintodecimo—regnavit*, &c.] i.e. Regnare cœpit. ¶ *Regnavitque*, &c.] Vide suprà 13. 1[q]. *Ab anno* 15. &c. JT.

25. *Restituit terminos Israel*] Urbes sitas in termino Israelis, & ad Israelem pertinentes[r]. ¶ *Ab introitu Emath*] Urbs hæc sita in extremitate Syriæ †, prope Damascum & montem Libanum[t], in tribu Nepthali. Erat hæc ingressus & quasi porta in Terram sanctam[v]. Terminus erat aquilonaris Israelitarum, de quo vide Num. 13. 22. & 34. 8[x]. ¶ *Usque ad mare solitudinis*] Lacum in locis illis campestribus Idumææ, quorum mentio Deut. 2. 8[y]. *Mare*, &c. quod usque ad Idumæos ad meridiem Juda protendebatur[z]. Ad lacum Asphaltiten[a]. *Ad mare campestrium*, JT. Vide Deut. 3. 17[b]. Hæc occupaverant Reges Syri[c]. Hic, quanquam fuit impius, tamen Deo juvante liberavit Israelem: unde summa misericordia Dei colligitur †. ¶ *Per Jonam Prophetam*]

† V. ex Jon. Mar. — f San. — g Mar. — h San. — i San. — k V. — l Pi. — m Pi. — n G. — o Me. — p Pi. — q Ma. — r Me. — † V. — t G. — v Me. — x San. — y Pi. — z Pi & Ma. ex Jun. — a G. — b Me. ex L. V. — c V. — d Ma. ex Jun. — † Ma. — f Pi. — g Me. — h Pi. — i V. — k G. — l V. — m Mar. — n Mar. sic V. — o Me. — p Pi. — q Pi. — r Pi. — † V. — t Me. — v La. — x Ma. ex Jun. — y G. — z Me. — a V. Ma. — b Jun. — c V. — † Q.

Qui

Qui Regem de hoc eventu admonuit, & ad certas de Syris victorias animavit [d]. Hoc non scribitur in Prophetia Jonæ; sicut multa dixit & fecit Christus quæ non sunt scripta, &c †. Multa facta dictaque sunt, quæ tamen in locis commodis non scribuntur, sed alibi ex occasione narrantur [f]. Hinc discimus quo tempore vixit Propheta Jonas [g]; nempe, quòd σύγχρονος fuit Isaiæ, Amos, Oseæ, &c [h]. Jonas hic inter 12 Prophetas est quintus [i]. Alii hunc Jonam ab illo diversum fuisse volunt [k]. ¶ *Qui erat de Geth, &c.*] Heb. *De Gath-Chepher*, oppido Zebulonis, Jos. 19.13 *. ad differentiam Geth Philistinorum [l].

26. *Vidit Dominus afflictionem Israel amaram nimis,* אֶת־עֳנִי יִשְׂרָאֵל מֹרֶה מְאֹד] *Afflictionem Israelis mutabilem valde*, P. V. i. e. quæ subindè & in dies gravior evadebat [m]. *Valde amaram*, vel *acerbam*, ο'. Ti. Mo. sim. Ca. Strig. Pi. ex ο'. Sy. Ar. scil. *esse*, Pi. Huic versioni favent verba sequentia. Ità מוֹרֶה est Beneni Kal à מָרָה *amarus fuit* [n]. Al. *fortem*, Jon. in V. i. e. gravem, V. Al. *rebellem valde*, i. e. domari aut tolli difficilem. Al. *variam, multiplicem*, Q. in Ma. Al. *afflictionem Israelis jactati valde*, JT. quasi esset *MOKEH* pro *MURAH*, à יָרָה *JARAH jecit*. Sed מוֹרֶה ortum ex יָרָה sign. *eum qui docet*; ut infrà 17.28 [o]. ¶ *Et quòd consumpti essent usque ad clausos carcere & extremos,* וְאֶפֶס עָצוּר וגו'] *Et non erat clausus neque derelictus*, P. sic Mo. V. Nemo tutus erat, nec vir magnæ dignitatis, qui se in locum tutissimum recepisset, nec vir sortis abjectissimæ [p]. *Nihil esse conclusum, nihilque derelictum*, JT. sim. Ca. Claudimus pretiosa, alia relinquimus; q. d. A magno ad parvum omnes perierunt [q]. *Et absumptum esse conclusum*, &c. vel, *& finem esse conclusi*, &c. Pi. *Et vidit quòd in nihil redigerentur clausus & derelictus*, M. Occurrit hæc phrasis Deut. 32. 36. 1 Reg. 14. 10. & 21.21. Sensus est, Consumptos fuisse & qui in præliis manu hostium conclusi erant & capti, & qui ab illis præliantibus fuerant relicti ac dimissi ut evaderent [r].

27. *Nec locutus est*] *Nec locutus fuerat*, P. Pi. [sim. omnes.] *Et quia nondum decreverat*, Sy. *Et nondum dixerat*, JT. Hæc versio innuit Jehovam istud postea dixisse, quod tamen non legitur; nisi hæc deletio nominis intelligatur de deletione regni sub Hosea, infrà 17. 18 †.

28. *Et fortitudo ejus*] Malim, *potentia*, Pi. Vide cap. 14.15 [t]. ¶ *Quâ præliatus est*; sim. Mo. JT. Pi. אֲשֶׁר נִלְחָם] Et *quomodo pugnavit*, P. Pi. אשר pro כַּאֲשֶׁר [v]. ¶ *Et quomodo restituit Damascum & Emath Judæ in Israel*; ità P. Mo. ο'. V. לִיהוּדָה בְּיִשְׂרָאֵל] *Viris domûs Jehudah in Israel*, Jon. *Judæis, qui inter Israelitas habentur*, Ca. Vocabulum *Israelis* hîc pro tota regione *Canaan* accipitur; ità ut Gentibus eam urbem extorqueret, & populo Dei restitueret [x]. *Israel* h. l. etiam tribum *Judah* complectitur. Restituit eas Tribui Judah, ut antè fuerant, ità ut essent ditionis Israel [y]. Restituit *Judæ* quidem, quia jure ad tribum Jehudæ pertinuerant, 2 Sam. 8. 6. & 2 Chron. 8. 3 [z]. Quia David & Salomon, qui eas primùm obtinuerant, fuerant Reges de tribu Juda, &, licèt omnibus tribubus imperarent, Tribui suæ acquisivisse videbantur [a]; & eas suæ Tribui maluerunt adscribere quàm aliis [b]. Addit, *in Israel*, quia Regi *Israelis*, non *Judæ*, factæ sunt tributariæ [c]. Junxit aliis civitatibus, quæ, licèt ad tribum *Juda* spectarent, & nomen *Judæ* retinerent, suberant tamen dominio Regum *Israel* [d]. Vel, *in Israel*, i.e. quæ in finibus regni *Israel* erant, eas restituit Regi *Judæ*, ità ut eo nomine Rex *Judæ* stipendiarius esset Regum Israel †. Al. *Jehudæ, pro Israele*; q. d. non autem pro *Jehuda*, ad quem istæ urbes jure pertinebant [f]. Al. *Judæ & Israeli*, Ti. Alii, *restituerit Damascum & Hamath pertinentes ad Jehudam, Israeli*, Belg. *Damascum* à *Davide* possessam, 2 Sam. 8. 6. postea amissam, suprà 13. 3. iterum subjecit. Et *Hemath*, quam occupaverat David 2 Sam. 8.14. (vel potiùs Salomon, 2 Par. 8. 3 [g].) quámque Idumæi rebellantes suam fecerant, nunc eripit Idumæis. Ità ambulatoriæ sunt urbium possessiones non minùs quàm agrorum [h]. Duæ hæ civitates extremæ sunt Terræ promissionis, cujus terminus ponitur *Hemath* Numer. 34. nempe

[d] Me. † L. [f] San. [g] G. Mar. [h] T. ex San. [i] Jun. Pi. sim. G. La. San. ità To. in La. [k] Ma. sic M. * Q. [l] Mc. [m] V. [n] Pi. [o] Pi. [p] V. [q] Mar. [r] Pi. † Pi. [t] V. [v] Pi. * Os. [y] V. [z] Jun. Pi. [a] Me. sim. San. [b] San. [c] Me. [d] T. ex San. sim. La. † Mar. [f] Pi. ex Jun. [g] Me. [h] G.

inclusivè, quasi pars illius. *Damascus* autem olim Israeli paruit [i].

CAP. XV.

1. A*nno vigesimo septimo Jeroboam—regnavit Azarias*] At *Amazias*, pater *Azariæ*, cui successit *Azarias*, vixit tantùm 15 annis post initum *Jeroboami* regnum, 2 Reg. 14. 17 [a]. *Jeroboam* enim cœpit regnare anno 15. *Amaziæ*; ut habetur 2 Reg. 14. 23. *Amazias* autem regnavit annos 29, 2 Reg. 14. 2 [b]. [Quid hîc dicendum?] Numerus hic difficillimus est [c]. Resp. 1. Quidam viri valde docti putant erratum in numeris, & pro 27. scribendum 17: argumento eorum quæ suprà habemus 14. 2, 23 [d]. At id non tutum, numeros corruptos dicere †. Resp. 2. Viginti septem anni commemorati non jam intelliguntur *præteriti*, ut aliàs, sed *futuri* & *residui*; nec sensus est, anno 27. ab initio regni *Jeroboami* regnâsse *Azariam*, sed quòd 27 adhuc anni transire debuerint in regno Jeroboami cùm regnaret *Azarias* [f]. *Anno* 27. *Jerob.* i. e. anno 27. à fine regni ejus [g]. Numerantur hîc 27 anni futuri, post quos finiendum erat regnum *Jerob.* Nam *Jeroboam* regnavit postea 26 annis, & filius ejus 6 menses, qui faciunt 27 annos imperfectos [h]. Resp. 3. Alii nodum sic solvunt: Duplex erat *Jeroboami* regni initium: 1. dum pater ejus Joas viveret, cum quo regnavit 11 annos; 2. cùm pater obierit. Priori modo *Azarias* cœpit regnare anno Jerob. 27. posteriori 15. vel 16 [i]. Resp. 4. Alii *Azariæ* duplex assignant regni initium: 1. cùm pater fugeret *Lachis*, (ubi 11 aut 12 annis vivere poterat;) 2. post mortem patris. Ità regnare cœpit anno Jeroboami vel 15. vel 27 [k]. *Azarias* cœpit regnare à 3. aut 4. anno Jerob. ut Prorex, vivente patre; postea verò solus [l]. Resp. 5. Alii interregnum circiter 11 annorum in regno *Judæ* agnoscunt [m]; à 15. ad 27. annum Jeroboami. Id fortè sign. diversitas phraseos: non enim dicit, *Amaziâ mortuo, Azariam ejus loco regnâsse*, ut dici solet; sed, *populum accepisse Azariam jam 16 annorum, eúmque regem fecisse*, &c. 2 Reg. 14. 21. 2 Chr. 26. 1. Causa autem interregni fuit, vel, quòd *Azarias* minorennis esset cùm pater obierit; vel, quòd occisores patris adhuc prævalerent [n]. Porrò, cùm hâc ratione augentur anni Regis *Judæ* supra annos Regum *Israelis* in Scriptura notatos, ad eos exæquandos ἀναρχίαν sive interregnum (ob varias turbas & seditiones) inter *Jeroboamum* & filium ejus *Zachariam* 22 annorum constituunt. Quod minùs necessarium sacræ chronologiæ augmentum alii admittere nolunt [o]. Nimis longum faciunt hoc interregnum in Israele, quod revera fuit 11 tantùm annorum; nec opus est ullo alio interregno. *Interregnum aliquale* erat in Juda, non autem *propriè dictum*; nam 11 anni (à morte patris ad annum 27. Jerob. cùm *Azarias* Rex constitueretur,) includuntur in 52 annis quibus Azarias regnare dicitur, & administratio Regni etiam illis 11 annis ipsius nomine peragi potuit [p]. Infans vix 4 annorum à patre relictus est, & per 12 ferè annos à Tutoribus administratum est regnum [q].

3. *Juxta omnia quæ fecit Amasias*] Uterque initio pius & felix; sed occasione victoriæ uterque elatior factus, &c [r].

5. *Percussit Dominus regem*] Quare percussit, scribitur 2 Par. 26. 16 *. ¶ *Leprosus*] Lepra & maledicentiæ & superbiæ pœna †. ¶ *Habitabat in domo libera seorsum,* בְּבֵית הַחָפְשִׁית] *In domo libera*, P. Mo. Pi. Ti. vel *liberæ*, sub. *habitationis*, V. Domus *libera* est, quæ aliis annexa non est, sed sejuncta *. Vel, *sequestrata*; M. vel *separata*, Strig. V. nempe, à commercio hominum [t]; ex lege Lev. 13. 46 [v]. *Extra Jerusalem*, Jon. In aliquo suburbano. Extra urbem liberior vita; multa in urbe servitus; tum propter lepram secessum captavit [x]. Ruri. Vide quæ diximus suprà 7. 3 [y]. *Latenter habitavit*, Sy. *Sedebat domi occultus*, Ar. ¶ *Joatham gubernabat palatium*] Heb. erat *super domum*,

[i] San. [a] Allen. chronol. [b] Capel. [c] Abarb. in Buxt. [d] G. ità Capel. in crit. Bunting. in. Quist. † Quistorp. [f] Abarb. in Buxt. vind. 2.13.942. [g] K. in Buxt. [h] R. Levi in Buxt. [i] Q. in Allen. [k] Q. in Allen. [l] Not. Gall. in Buxt. sim. L. & Mart. in Buxt. [m] Ità Rib. in La. Allen. Q. in Buxt. Bucholz. & Temp. &c. in Quist. ad c. 14.23. Usser. [n] Allen. [o] Usser. chronol. [p] Allen. [q] Q. in Usser. [r] T. * V. sic M. G. &c. † G. * Me. sim. Jun. Pi. [t] V. ex M. [v] Jun. Pi. [x] Mar. [y] G.

P. Jon. [sim. ferè omnes;] œconomus, Sy. *præfectus præ-*
torio, Ti. Vicarius erat Regis, qui à populo segrega-
z G. tus fungi regiam potestatem non poterat [z].
7. *Sepelierunt eum cum majoribus*, &c.] Non qui-
dem in eodem sepulchro, sed in agro religioso sepul-
a Jun. Pi. turæ Regum, 2 Chron. 26. 23 [a].
8. *Anno trigesimo octavo*, &c.] Erratum putant, &
b Q. in G. pro 38. reponendum 28 [b]. *Anno* 38. *Azariæ*, nempe,
ex quo ipse cum patre regnare cœpit; vel anno 26.
sive 27. ex quo solus regnavit. Meliùs tamen dice-
mus per annos 11, nempe ab anno 27. usque ad 38.
Azariæ, fuisse interregnum in Israele, sive propter æ-
tatem Zachariæ teneriorem, sive propter rebellio-
c La. nem, &c [c]. [Vide ad v. 1.]
10. *Percussit eum palàm*; ità Ca. קָבָל־עָם] *Co-*
ram populo, Jon. P. JT. Strig. *populo præsente*, Ti. sim.
Ar. vel *spectante*, Sy. sim. M. Priùs tetendit insidias,
v. 15. & de modo Regis occidendi consultavit; postea
d Me. verò palàm erupit, &c [d].
11. *Nonne scripta*, &c?] Heb. *Ecce, scripta*, &c. He-
bræi utuntur adverbiis demonstrandi pro adverbiis
* V. affirmandi; q. d. *Ea certè scripta sunt*, &c *.
f Jun. G. 12. *Locutus est ad Jehu*] Suprà 10. 30 [f].
13. *Regnavit uno mense*, יֶרַח יָמִים] *Mense dierum*,
g Jun. Mo. sic Jon. Sy. P. Ti. V. sic Gen. 29. 14 [g]. *Mensem in-*
h V. *tegrum*, JT. V. constantem omnibus diebus suis [h]. *Per*
dies mensis, M.
14. *Ascendit—de Thersa*] Quam nomine Regis sui
i Jo. in T. *Zachariæ* obsidebat [i]. ¶ *Regnavitque pro eo*] Vi-
k G. de dicta suprà 1 Reg. 15. 28. Adde mox v. 25, 30 [k].
16. *Tunc percussit*, אָז יַכֶּה] Hoc verbo pro *oppugnare*
& *expugnare* usurpant Hebræi, cùm de urbibus lo-
quuntur; & pro *perdere* aut *interficere*, cùm de ho-
l V. minibus, ut mox seq [l]. ¶ *Thapsam*] Urbem cujus
m Jun. Pi. mentio 1 Reg. c. 4. v. 24 [m]. Sed hæreo num hæc *Thip-*
sach (quæ vicina videtur *Thirtzæ*, regiæ Samariæ)
sit illa *Thapsacus ad Euphratem*, quæ hinc longè dista-
n Ma. bat [n]. ¶ *Et terminos ejus de Thersa*] i. e. A termi-
no, vel usque ad terminum, *Thirsah*; nam ager ejus
o V. ex M. urbis pertingebat usque ad *Thirzah* [o]. *Terminos*, i. e.
illos qui erant in terminis ejus, indè, *à Thirtza* scil.
p Pi. usque ad *Thipsachum* [p]. ¶ *Noluerant enim aperire*
ei, כִּי לֹא פָתַח] *Quia non aperuerat*, Mo. P. V. &c.
sub. *ei*, M. Mar. Jun. (proficiscenti Thirtzâ contra
q Jun. Shallumum [q],) sub. *populus urbis portas*, V. sic Sy. Ar.
r V. M. Propositis legibus pacis [r]. Quamvis appellati
* Mar. de fœdere, eum intra urbem noluerunt recipere *.
¶ *Et interfecit*, &c. וַיַּךְ] [Vulgatus cum sequentibus
jungit, à quibus reliqui separant, vertúntque,] *&*
percussit, Mo. *ideo percussit*, P. JT. ¶ *Omnes præg-*
nantes, &c. אֵת כָּל־הֶהָרוֹתֶיהָ בִּקֵּעַ] *Omnes prægnan-*
tes ejus scidit, P. sic V. M. sim. JT. Pi. &c. Prægnan-
tium uterum aperuit; q. d. nè prægnantibus quidem
t V. ex M. pepercit; ab הָרָה [t]. Alii, tanquam ab הָרַר, vertunt,
& omnes urbes ejus perrupit, quòd sint instar montium
v V. propter ædificia [v]. הֲרוֹתֶיהָ *montes* exponunt, &
intelligunt turres robustas in montibus exstructas,
x He. in M. quas Menahem diruit [x]. Verùm *montes* dicuntur הָרִים,
y M. non הָרוֹת [y].
17. *Regnavit decem annis*] Scil. pacatè. Rectè om-
nia se habebunt, [in hac Chronologia,] si *Menache-*
mum anno 39. *Azariæ* regnum dubiè per mens. 11 te-
nuisse, sub finem verò illius anni, à Pule Assyrio regno
ipsi confirmato, per annos 10 deinceps illud posse-
z Usser. chron. p. 18. disse, admittamus [z].
19. *Veniebat Phul*] Hic est ille *Phul Belochus*, *Ba-*
byloniæ Præfectus, qui sub hoc tempus, junctis cum
Arbace Medo viribus, *Sardanapalum* excîdit, & ad
a T. ex La. *Chaldæos* sceptrum transtulit [a]. ¶ *In terram*, עַל
b V. הָאָרֶץ] *Contra terram*, P. V. id est, regionem Israel [b].
¶ *Et dabat—mille talenta*] Quasi decies centies mil-
c Jun. Pi. le daleros [c]. Quotannis, ut patet ex v. (*cunctis die-*
bus ejus veniebat, &c.) & ex vocibus illis, *veniebat*,
d Me. *dabat*, &c [d]. ¶ *Ut esset ei in auxilium*] Heb. *ad*
essendum (i. e. *ut essent*) *manus ejus cum ipso*, Pi. Eâ
* G. pecuniâ & bellum redemit, & societatem emit *.
¶ *Et firmaret regnum*] Ut regnum illius favore retine-
f V. re posset [f]. Nam ob crudelitatem illam [ver. 16.]
g T. valde exosus fuit [g].

20. *Indixit argentum*, &c. וַיֹּצֵא] *Et exire fecit*, V.
Pi. i. e. *exegit*, V. JT. ¶ *Cunctis potentibus & di-*
vitibus] Heb. *omnibus potentibus substantiâ*, P. V. *qui*
valebant facultatibus, JT. Optima tributi ratio quæ
divites tantùm onerat, & quidem pro divitiarum
modo [h]. h G.
25. *Dux ejus*, שָׁלִישׁוֹ] Sign. *eum qui dignitate ter-*
tius est à Rege: accipitur & pro *nobili duce* [i]. ¶ *Jux-* i V.
ta Argob, &c.] *Cum Argob*, &c. q. d. Fretus auxilio
Argob & *Arieh*, quos habuit socios conjurationis [k]. k V.
Cum Argobo, *& cum leone*, vel, *& cum Ariebo*: ut sit
nomen proprium, vel cognomen [l]. l Pi.
29. *Venit Theglath-phalasar*] *Tiglath Pileser*, JT.
Pi. Filius *Phulis*; ideóque dictus est *Phul-Assar*, vel
Teglat-Phul-Assar [m]. Hic *Tiglath-Pilneser*, 1 Chron. m La.
5. 26 [n]. Prior pars hujus nominis à Tigride fluvio ve- n Jun. Pi.
nit, qui *Diglito* accolis [o]. ¶ *Cepit Aion*] *Hijonem*, o G.
JT. Urbem [p], de qua vide 1 Reg. 15. 20 [q]. ¶ *Et* p Pi.
Abel-domum-Maacha] Heb. *Abel Beth-Maachah*, Ma. q Ma. ex Jun.
Abel domûs Mahacæ, JT. Urbem [r], de qua vide 2 Sam. r Pi.
c. 20. v. 14, 15. & 1 Reg. c. 15. v. 20 *. ¶ *Et Ja-* * Ma.
noe] Hebr. *Janoach*, JT. Ma. Ephraimitarum [t]; de t Jun.
qua vide Jos. 16. 6 [v]. ¶ *Et Cedes*] Hebr. *Kedes*; v Ma. ex Jun.
Napthalitarum [x]; de qua vide Jos. 12. 22 [y]. & c. 19. x Jun.
v. 36 [z]. ¶ *Et Asor*] Hebr. *Chatzor*; de qua vide y Ma.
Jos. 11. 1. & 19. 36 [a]. ¶ *Et Galaad*] i. e. Totam z Jun.
regionem trans Jordanem, quam Reubenitæ, Gaditæ a Ma.
& pars Manassitarum obtinebant [b]. ¶ *Et Gali-* b Jun. Me.
læam] Superiorem intelligo, (sive *Gentium* [c],) quia T. La.
sequitur, *omnem terram Napthali*, appositivè; *& Ga-* c Me.
lilæam, nempe, omnem terram Napthali [d]. Tota Tri- d Ma.
bus *Napthali* in illa Galilæa continetur *. Galilæa * Me.
magna ex parte constabat tribubus *Zabulon* & *Neptha-*
li [f]; de quibus Esa. 9. 1 [g]. *Galilæam*, cujus cives f T. ex San. sim. La.
in captivitate tractati duriùs quàm Nepthalitæ, Esa.
9. 1 [h]. Cepit regiones sibi obvias magísque propin- g La.
quas [i]. ¶ *Et transtulit eos*] Quinque Tribus ab- h G.
duxit. Hæc fuit prima Israelis captivitas, prædicta i San. T.
Achazo ab Esaia, cap. 7. v. 17 [k]. ¶ *In Assyrios*] k La.
Nempe, in *Chelach*, & *Chabor*, &c. ut scribitur 1 Par.
v. 5. c. 26 [l]. l Ma.
30. *Regnavit pro eo vigesimo anno Joatham*] Dices,
Joatham tantùm 16 annis regnavit, v. 33. quis ergò
hic annus 20? Resp. 1. Fuit vicesimus ab eo tempore
quo Joatham regnare cœpit cum patre: vide v. 5 [m]. m Caj. in La. Perkins. in Allen.
Dices, *Osee* non potuit regnare cum *Joatham*; nam
Phacee, cui successit *Osee*, fuit superstes Joathamo per
3 annos, ut patet ex v. 27. collat. cum cap. 16. 1.
Resp. *Osee* cœpit regnare, & invadere regnum *Phacee*,
vivente *Joatham*; tandémque eo mortuo, post ali-
quot annos eum superavit, & plenè regnavit anno 4.
Achazi [n]. Resp. 2. *Vicesimo anno*, id est, qui vicesimus n Caj. in La.
futurus erat si Joatham adhuc vixisset, qui antè 4 an-
nis obiit. Revera ergò hic erat annus quartus *Achaz*,
sed maluit Scriptura nominare *Joatham* quàm *Achaz*,
quia necdum *Achazi* mentionem fecerat [o]; mentione o La. ex He. & To. & Sal. & Torn. & Genebr.
autem illius semel factâ, initium regni Hoseæ ponit in
tali anno *Achazi*, 2 Reg. 17. 1 [p]. Porrò, Scriptura
annos *Osee* bifariàm numerat: 1. ab anno 4. *Achaz*,
ut hîc fit; 2. ab anno 12. *Achaz*, 2 Reg. 17. 1 [q]. Ra- Allen.
tio est, quòd prioribus 8 annis *Osee*, cum familia *Pha-* p Allen.
cee adhuc luctans, aut *Assyriorum* potiùs servus, quàm q La.
Rex, precariò magis quàm pleno jure regnabat [r]. r La. sim. Usser.
32. *Regnavit Joatham*] Cujus tempore vixit *Na-*
bum Propheta *. * Jo. in G.
33. *Sedecim annis regnavit*] A morte patris [t]. *Reg-* t Ma.
navit, probè & piè [v]. v La.
35. *Ædificavit portam domûs Domini sublimissimam*]
Meritò sic dictam, quia nulla erat excelsior; sive *por-*
tæ nomine Templi ostium accipiamus, cui usque ad
fornicem 32 cubitos altitudinis tribuit Villalp. sive
orientalem faciem vestibuli Templi, quæ ad 120 cu-
bitos erigebatur [x]. Non est hoc intelligendum de x Me.
portis Templi [y], nec de דְּבִיר *oraculo*, nec de הֵיכָל y V.
basilica [z]; sed de portis atrii, in quo populus orabat; z Ma.
quod interdum *Templum* vocatur, quòd ei esset conti-
guum. Sic Act. 3. 2, 10. *porta speciosa templi*, i. e. atrii
magni †. † V. Ma.
37. *In diebus illis*] *Sub idem tempus*, nempe, sub
mortem

mortem Jotham, vel eo mortuo. Parenthesis est: aliquando enim versus qui postponi debet præponitur in Sacris libris *.

* V.

CAP. XVI.

1. Anno, &c. בִּשְׁנַת—שָׁנָה לְפֶּקַח] *In anno,—anno,* &c. Mo. Hujusmodi locutione usus est & supra 13. 1, 10. pro, *anno, inquam, regni Pekah* 17 [a].

a V.

2. *Viginti annorum*] Et quod excurrit. Vide infra 18. 2 [b]. ¶ *Cum regnare cœpisset*] *Cum ille regnare inciperet,* nempe *Joatham,* de quo v. 1. Ita accipiendum ostendit ætas *Chizkijæ.* Vide infra 18. 2. Simile vide 2 Chron. 36. 9 [c]. Sed hoc est litem lite resolvere: Et ille locus aliter conciliandus. [Vide ibi notanda.] Verto, *quum regnare inciperet,* scil. ipse *Achaz,* de quo hic sermo est [d].

b G. c Jun. d Pi.

3. *Et filium suum consecravit, transferens per ignem,* הֶעֱבִיר בָּאֵשׁ] *Transire fecit per ignem,* P. V. Vide quæ ad Levit. c. 18. v. 21 *. In honorem idoli Moloch [f]. Dupliciter hoc fiebat: vel, 1. comburendo, sive penitus cremando [g]; vel, 2. lustrando [h]. Qu. Quo sensu hoc factum? Resp. 1. Lustrando tantum [i]: De quo more vide dicta nobis ad Deut. 18. 10 [k]. Lustravit igne, per medium duorum ignium [l], ritu Gentili; de quo Virgil. Ovid. &c. testantur [m]. *Móxque per ardentes stipulæ crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede. Omnia purgat edax ignis*—[n]. Resp. 2. Cremando [o]. In holocaustum obtulit, Cananæorum ritu: quod & Manasses fecit, infra 21. 6. & alii, Psal. 105. 36. Jerem. 7. 31 [p].

* V. Ma. f Pi. Me. g La. Me. E. h Ita T. i Ita Me. Th. in T. sim. G. k G. l Q. in V. m T. n Ga. o V. Jo. & To. in T. p T.

4. *Immolabat,* &c. *in excelsis,* &c.] Non ferebat hæc tantum, ut antehac fecerant multi Reges non mali, turbæ impares; sed exemplo suo præibat cæteris, & augebat contrariam legibus licentiam [q].

q G.

5. *Non valuerunt superare*] *Non valuerunt bellare;* vel, *non prævaluerant bellando,* Pi. Quia non potuerant capere Jerusalem [r].

r Jo. in L.

6. *In tempore illo*] Cum, scilicet, discederet ab obsidione *. ¶ *Ailam,* אֵילַת] *Elath,* P. V. de qua supra 14. 22 [t]. ¶ *Et ejecit;* ita o'. וַיְנַשֵּׁל] *Et expulit,* M. Ti. Jon. sic Sy. Ar. *exstirpavit,* P. Mo. *excusserat,* JT. ¶ *Judæos*] Nunc primum, & sæpe deinceps, sic vocantur, (qui prius *Israelitæ,* &c.) quia 10 tribubus captivis, remansit sola Tribus *Juda* [v]. ¶ *De Aila,* מֵאֵילוֹת] *De Eloth.* Eadem urbs *Elath* & *Eloth* [x]. Sic eadem urbs *Dumæsec* & *Damæsec.* Sic variant propria nomina; ut, *Joas* & *Jehoas, Hizkijah* & *Hizkijahu* [y]. A tota ditione *Elathæ* [z]. ¶ *Et Idumæi*] Ita o'. in G. In margine est אֲדוֹמִים [a]; qui ab illa ejecti fuerant supra 14. 22 [b]. At in textu est אֲרוֹמִים, *Aramæi,* sive *Syri.* Ita G. ex Jo. Jon. Sy. &c. Non solent Reges potentes quæ ab hostibus ceperunt iis reddere quorum olim fuerunt [c].

* V. t G. Pi. v E. x V. y M. z Jun. Pi. a Ma. b Me. c G.

7. *Misit autem*] Heb. *Et misit,* Ma. Potius, *Misit enim;* nam causa redditur cur non poterant isti Reges Achazum debellare, v. 5 [d]. *Jam autem miserat:* antequam, scilicet, Rex Israel discessisset ab obsidione re infecta. ¶ *Servus tuus, & filius tuus*] q.d. Habeo te vice patris *. Sum tuus clientulus, qui sub tua latet tutela [f]. Latini dicerent, *Populum, urbem, agros, delubra, divina humanáque omnia in tuam ditionem dedimus.* Vide quæ dicta de J.B.& P.1.3.8.& 3.20.49 [g].

d Pi. * V. f Me. g G.

9. *Et transtulit Cyrenen*] [Non placet;] quia hæc sub Assyriis non fuit [h]. Nunquam ad Assyriorum regnum pertinuit, & ab agro eorum remotissima erat [i]. ¶ Heb. קִירָה] *In Cir,* P. V. vel *Kir,* M. sic JT. Pi. &c. i. e. Partem Mediæ [k], quæ ab hac deportatione *Syromedia* dicta est [l]. Ibi *Cyrrhus* fluvius Plin. & Ptol [m]. & urbes *Cyropolis, Curena, Carine,* apud Ptolem. 6. 2 [n]. Appellatur *Kir,* i. e. *murus,* quod monte *Zagro* veluti muro circumquaque cingatur. Porro, *Media* Regibus *Assyriæ* parebat. Vide infra 17. 6 [o]. *In Kir civitatem Assyriæ.* Alii sumunt קִירָה pro *civitate,* ut sit sensus, *Transtulit in civitates Assyriæ* [p]. ¶ *Rasin interfecit*] Qui, ut regnum suum vastari cognovit, *Damascum* versus exercitum movit, & cum *Assyriorum* Rege infeliciter conflixit [q].

h G. i Jun. Pi. k G. ex Jo. Jun. Pi. l Jun. m G. n Ma. o Jun. p M. q Me.

10. *Perrexit Achaz in occursum,* &c.] Ad gratulandum ei de victoria; tum ut impetraret ab eo auxilium quo recuperaret quæ ademerant ei Pelischtæi, 2 Chron. 28. 18 [r]. ¶ *Cumque vidisset altare Damasci*] Egregiâ materiâ & formâ *. Eximium quoddam altare intelligit, cum esset in metropoli [t].

r P. & Ma. ex Jun. * La. t V.

11. *Exstruxitque Urias sacerdos altare*] Male contra Legem Regi paruit, qui quidvis potius perferre debuit, quam ministerium ad rem illicitam præbere; ut Judæi qui sub Alexandro Babylone ad Beli templum exstruendum materiam aggerere noluerunt. Recte Tertullianus, *oportere nos in omni obsequio esse subditos Magistratibus, Principibus & potestatibus; sed intra limites disciplinæ.* Forma altaris holocaustorum (de eo enim hic agitur) præscripta est Exod. 27. 1 [v]. Peccavit Urias, malens placere Regi quam Deo: secus fecit Ambrosius, Epistol. 5. 32 [x]. ¶ *Donec veniret,* &c.] i. e. Interim dum astaret, necdum reversus a Damasco *.

v G. x La. * Me.

12. *Vidit*] Heb. *vidit rex,* & postea, *appropinquavit rex* [y]. Gaudent Hebræi repetitis iisdem dictionibus, quibus Latini carent libenter, quod sensum nonnunquam obscurent potius quam adjuvent [z]. ¶ *Ascenditque,* &c. וַיַּעַל עָלָיו] *Et obtulit super illud,* sub. *oblationem suam,* i. e. sacrificium matutinum: Vespertinum non licebat ei offerre super altare illud novum, cum esset profanum.

y V. z V. ad v. 10.

13. *Immolavit,* &c.] *Incendit,* &c. i. e. Cum aromatibus cremavit holocaustum suum [a]. ¶ *Sanguinem pacificorum quæ obtulerat,* אֲשֶׁר לוֹ] *Quæ ei,* Mo. Ma. *pacificorum* (vel *eucharisticorum,* JT. *perfectorum,* Ar.) *suorum,* o'. Sy. Ar. JT.

a V.

14. *Altare æreum*] Quod Salomon scil. fecerat [b]. ¶ *Quod erat coram Domino*] Ante Templum [c]. Coram Sancto & Sancto sanctorum [d]. Ante vestibulum domus Domini *. ¶ *Transtulit de facie templi,* &c.] Per contemptum, ut dicitur 2 Par. 28. 19, 22. Altare *Dei* suo loco movit, illíque suum *Damascenum* substituit [f]. ¶ *Posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem*] Ad dexteram scil. introeuntibus Templum [g]. Ut propinquius esset Templo quam Altare æneum [h]. Altare Dei ad latus sui altaris, quasi vicarium & precarium, in angulo collocavit [i].

b V. ex Mo. c Pi. d La. * V. f La. g V. h M. i La.

15. *Super altare*] Meum [k]. Vel novum, quod ego excitavi [l]. ¶ *Majus*] Quantitate, vel dignitate [m]. Ut illud altare esset עִיקָר, *altare præcipuum;* & altare Domini esset טָפֵל, *minus principale* [n]. ¶ *Holocaustum regis*] Vel, quod pro Principis peccato offertur, Levit. 4. 22. vel, illa holocausta quæ fundata erant a Regibus, ac præsertim a Salomone, 2 Par. 8. 12. *Tunc obtulit Salomon holocausta,* i. e. expensas pro perpetua fundatione holocaustorum, *ut per singulos dies offerretur in eo,* &c [o]. ¶ *Altare vero æreum erit paratum ad voluntatem meam,* יִהְיֶה לִּי לְבַקֵּר] *Erit mihi ad quærendum,* vel *requirendum,* vel *inquirendum,* Jon. P. Pi. Mar. Os. vel, *ad oracula sciscitanda,* Ca. Mihi servabitur; ut, cum venerit mihi in mentem, illic sacrificem [p]. q. d. In illo Salomonis posthac nulla sacrificia fient [q]. Non jugiter, sed cum placuerit, ibi sacrificia offeram [r]. Vel sic; Inquiram & cogitabo quid de eo sit faciendum, aut ad quos usus sit transferendum *. *Erit paratum,* &c. i. e. Ex eo quod libuerit faciam [t]. Et dicunt Expositores communiter, quod inde fecit illud horologium famosum, de quo habetur infra 20. cap [v]. *Erit mihi ad precandum,* Sy. sim. Ar. *a me invisetur,* M. *inquisitioni meæ reservetur,* Strig. *De altari vero æneo ego curabo,* Ti.

k V. l Me. ex La. m V. n M. o Ma. p V. sim. Mar. q V. r M. * Os. sim. Luth. in Pi. t Me. v La.

17. *Tulit*] Hebr. *præscidit,* Ma. [simil. omnes.] ¶ *Cælatas bases,* הַמִּסְגְּרוֹת הַמְּכֹנוֹת] [Varie reddunt.] *Clausuras* (vel *circumferentias,* sive *ambitus,* Jon. M. Strig. vel *antes,* Sy. vel *areas,* Ca.) *basium,* Jon. M. P. Mar. Os. Belg. *basis,* Sy. Strig. *fulcimentorum,* Mo. Quibus illa vasa aptata & inclusa sunt [y]. Quibus insidebant conchæ sive luteres [z]. Luteres enim elegantibus basibus, exornatis circulis & figuris, impositi fuerant; 1 Reg. 7. 28 [a]. Intelligit extremitates columnarum elaboratas a Salomone, quæ velut

y Belg. z Mar. a Os.

velut continebant & apprehendebant conchas superpositas [b]. *Zophoros & bases*, JT. *Zophoros basium*, qui basibus adhærebant [d]. *Abacos machinarum*, Ti. *alas erectas*, Ar. In his quid quærebat? Fortassis ut æs conflaret in alios usus: quod de bobus idem credam, è quibus mare æneum detraxit. Sic faciunt avari Principes. ¶ *Et luterem qui erat desuper*, [ויסר מעליהם ואת הכיור] *Et removit ab eis* (vel, *de super eas*, Ma. *ab illis singulis*, JT.) *labrum*, P. *labrum suum*, JT. Malim, *& removit quod supra eas erat, & conchas*: constat enim ex 1 Reg. 7. 29. non tantùm conchas, sed & leones, boves ac Cherubinos, fuisse super clausuras; quæ omnia removit. Exemplar enim Plantinianum quod habeo anni שמ׳ לך legit מעליהם, quod est pro מה עליהם: sicut מזה pro מה זה, Exod. 4. 2; מהם pro מה הם, Ezec. 8. 6; מלכם pro מה לכם, Jes. 3. 15. Hoc modo servatur τὸ *Chetib*, quod est ואת: τὸ *Keri* autem est absque Vau, את; quod omnes quas vidi interpretationes sequuntur †. ¶ *Posuit super pavimentum stratum lapide*] Ex contemptu, ut ad sacrificia inutile foret *.

18. *Musach quoque sabbati*: Acceperunt ut proprium nomen, cùm sit appellativum [f]: [מוסך השבת] [Variè vertunt.] *Operimentum*, sive *tegmen*, (vel *tentorium*, P. Os. *velum*, V. M. Strig. *tapetem*, Ch. *domum*, Sy. Ar. *pulpitum*, Ti.) *sabbati*, Mo. JT. Glass. K. in Ma. Sed quid hoc? Resp. 1. Erat ædificium, seu tabulatum, (seu solium opertum [g],) sub quo, vel in quo, Rex solebat stare sive sedere Sabbatis & aliis diebus festis [h], ut sacrificiis interesset, & Legem Dei audiret. Hinc ο'. vertunt, *fundamentum* (pro מוסך legentes מוסד [i]) *cathedræ sabbatorum*: per quod accipere videbantur basin cui imponebatur cathedra Regis [k]. Hæc basis ænea erat, (nam de hujusmodi basi est toto hoc loco mentio,) ad ejus similitudinem quam exstruxit Salomon, &c [l]. 2. Tectum erat sub quo umbram captabat populus in Sabbato [m], ut sub eo Solem & pluviam evitaret [n]. 3. Tabulatum erat sub quo sacerdotes Legem Regi ac populo exposuerunt, ad cujus imitationem turris illa Nehem. 8. 5. facta [o]. 4. Paratum hoc erat pro custodibus Templi, qui singulis Sabbatis ministrabant per vices, suprà 11. 5 [p]. Transitus erat sub tecto, ut illàc Sabbati die intrarent in Templum ad inchoandam ἐφημερίαν [q]. Est autem synecdoche, pro eo quod est, *occlusit fores templi Jehovæ*, 2 Chron. 28. 24 [r]. Perinde enim illud fuit, &c *. [Porrò, in constructione variant.] *Musach*, &c. Repete, ex versu præcedente, *tulit*, & *deposuit* [t]. Deposuit, sive dejecit, tentorium, &c [v]. [Plerique tamen referunt ad sequens הסב *amovit*.] ¶ *Quod ædificaverat*] Hebr. *ædificaverant*, nempe, vel majores [x], vel sacerdotes [y]. ¶ *Et ingressum regis exteriùs convertit in templum Domini*, [ואת מבוא המלך החיצונה הסב בית יהוה] *Et ingressum* (sive *aditum*, Ca. vel *accessum*, JT. *transitum*, Ti.) *regis extrinsecum*, ο'. Sy. Ar. M. Mo. Strig. Belg. Ang. *circuire fecit domum Domini*, Mo. G. *septo conjunxit cum domo*, Sy. *effecit ut cingerent* [nempe & *Musach* & *ingressus*] *domum Domini*, Ar. *Convertit* (vel, *reverti fecit*, P. sive *reduxit*, V.) *in* (vel *ad*, Ti. vel *intra*, Os.) *domum Domini*, ο'. M. Strig. Ti. Os. *amovit à domo Domini*, JT. Belg. Ang. [quod contextui meliùs quadrare videtur.] *Ingressum regis exteriùs avertit in domum*, &c. Jon. *Accessum*, &c. i. e. pergulam per quam Rex ex arce ascendebat in Templum. Vide 1 Reg. 10. 5, 12 [z]. Græci, ἐπέστρεψεν ἐν οἴκῳ, i. e. in aliam partem Templi vertit [a]. *Et ingressum Regis exteriùs* fecit, &c. i. e. Cùm Rex antea intraret in Templum per januam externam & communem, ipse aditum secretum excogitavit, quo ex regia iret in Templum [b]. [Ità fecit,] vel, 1. quòd non auderet se in turbam dare, propter odium quo flagrabat [c]; vel, 2. ut occultè Templum ingredi posset, nec Regem Assyriorum, utpote id ignorantem, offenderet [d]. [Alii sic;] Obstruxit iter ex palatio ad Templum, nempe, ut Assyrio placeret [h]. Heb. *circuire fecit*; ut nempe nemo è regia in Templum ire posset sine longi circuitûs molestia [i]. [Al. sic;] *Musach* istud, sive tribunal Regium, *convertit in templum*; i. e. diruto muro junxit atrio sacerdotum, ut

[b] V. [d] Mar. † Di. * La. sim. Me. [f] Gl. gram. [g] La. [h] Os. La. sim. T. ex San. [i] Burt. vind. 2. 8. 669. [k] La. [l] Me. [m] Q. in Mar. [n] Marin. in Ma. [o] Forst. in Ma. [p] Jun. Pi. sim. M. V. K. in Ma. [q] G. [r] Jun. Pi. Belg. * Belg. [t] La. [v] V. [x] Mar. [y] G. [z] Jun. Pi. [a] G. [b] Mar. ità To. in La. [c] Mar. [d] To. in La. [h] Th. & L. in La. [i] La.

vicinum esset Sancto, &c. ut jam non inter laicos & plebem, sed inter sacerdotes, Rex uterque considere posset, & omnia quæ peragebantur sacra cernere atque audire [k]. Porrò, promoto *Musach*, promoveri debuit *ingressus regis*, qui antè *exteriùs*, seu extra atrium sacerdotale, terminabatur, nunc verò usque ad Sanctuarium pertingebat [l]. ¶ *Propter regem Assyriorum*, [מפני המלך וגו׳] *A facie regis Assyriæ*, Ma. [Variè intelligunt.] 1. Fortasse eo auctore, aut ejus exemplo [m]: Is enim palatium habebat Templo innexum [n]. 2. Adulandi causâ [o], & in gratiam Regis Assyriorum, qui probro sibi duxisset foris cum populo stare [p]. Nè ingredientes aut Rex aut sacerdotes tergum obverterent Assyriæ, eóque Regem Assyrium minùs revereri viderentur. Nam ingressus isti ad Orientem spectabant [q]. Ut ei gratificaretur admisso cultu gentilico intra Templum [r]. 3. Metu, ut se in Templum conjiceret, si Rex Assyriæ regiam oppugnaret *. Nè fortè per illum accessum in regiam irrumperet [t].

20. *In civitate David*] At non in sepulcris Regum. Vide 2 Chron. 28. 27 [v].

[k] La. ex San. [l] T. ex San, sim. La. [m] Mar. [n] Q. in La. [o] V. [p] T. [q] G. [r] Q. in Ma. * V. sim. Me. [t] Jun. Pi. [v] Jun. Pi.

CAP. XVII.

1. ANno duodecimo Achaz] At Osee regnare cœpit anno 20. *Joathami*, qui erat quartus *Abazi*, 2 Reg. 15. 30. Resp. Invasit regnum anno 4. *Abazi*, sed non ante 12. *Abazi* annum possessionem pacificam obtinuit [a]; tunc autem regnavit pleno jure. Sic accipe quod est infrà 18. 1. Regnaverat & antè, sed ut cliens Assyrii, suprà 15. 30 [b]. Non dicitur regnâsse 8 illis annis quibus fuit tributarius [c]. Videtur regnum Osee per 8 annos interruptum, vel armis Syrorum, vel æmulatione *Phacee* [d]; vel alia de causa, quam ad nos non attinet curiosiùs inquirere *.

2. *Non sicut reges Israel*, &c.] Non enim inhibuit subditis suis adire, si vellent, Hierosolymam, & sacra isthic obire; quod alii Reges severè inhibuerant, etiam dispositis per vias custodibus, nè cui aditus eò pateret [f]. Cernebat enim vitulos aureos ab Assyriis abductos, ut referunt chronica Hebræorum [g].

3. *Contra hunc ascendit*] *Ascenderat*, pro, *invaserat eum*, initio vel primo anno regni ejus, qui erat annus quartus regni Ahaz [h]. ¶ *Salmanassar*] Qu. Quisnam hic fuit? Resp. 1. Idem *qui Theglath-palassar*; nam binomius erat [i]. 2. Filius *Theglath-pelassar* [k]. 3. Idem qui & *Nabonassar* [l]. At *Nabon.* erat Chaldæus, *Salmon.* Assyrius [m]. Hujus nomen in Tyriorum Annalibus exstitit [n]. ¶ *Factus est ei servus*, &c.] i. e. Fidei ejus ac tutelæ se dedit, obsequiúmque promisso tributo testatus est [o]. ¶ *Reddebat illi tributa*] Quotannis [p].

4. *Ad Sua regem Ægypti*] Hebr. ad *So*, vel *Soum*. Hic vel *Bocchorus Saites* fuit, de quo Diod. Sic. l. 1. num. 41. Plut. in Demet. vel *Sabacus*, de quo Herod. l. 2. num. 137. & 152. Diod. l. 1. num. 41 [q]. ¶ *Sicut singulis annis*] Heb. *sicut anno in anno*; anteced. pro relat. i. e. sicut anno præterito, ità anno præsenti [r]. ¶ *Misit in carcerem*] Scil. captâ Samariâ *. Hoc enim dicitur per anticipationem [t]: postea narratur quomodo factum [v].

6. *Posuitque eos in Halah*, [בחלח] In 1 Chron. 5. 26. est לחלח. Loci nomen est חלח, cui præfigitur præpositio vel ב, vel ל [x]. Hæc est vel *Chalonitis* Mesopotamiæ, Plin. 6. 26, 27 [z]. vel *Calacine*, sive *Calachena*, Ptol. Assyriæ pars [a] septentrionalis, *Mardis* sive *Corduenis* proxima [b], *Adiabenen* tangens [c]. ¶ *Et in Habor*] Heb. *Chabor*. Est Ptolem. mons *Chaboras*, sive regio montana, inter *Mediam & Assyriam* [d], de qua Ptol. 6. 1 *. ubi Tabulæ (nempe Latinæ [f]) perperàm habent *Choatras* [g]. Hæc est *Chabora* apud Euphratem Ptol [h]. Vel *Chabora* est fluvius & oppidum in *Acrabene* Mesopotamiæ, Ptol. 5. 18 [i]. Perperàm; nam *Chabor* est regio, non fluvius [k]. E monte *Chabora* oriebatur *Chabor* fluvius [l]. ¶ *Juxta fluvium Gozan*] Unde regio *Gauzanitis* Ptol. in *Mesopotamiæ* descri-

[a] Quist. [b] G. [c] V. [d] To. in La. * Quist. ex Petav. [f] T. & Me. & L. & La. ex He. [g] Me. [h] V. [i] San. [k] La. [l] Quist. [m] La. [n] Jo. in G. [o] G. [p] V. [q] Ma. [r] V. * Me. [t] V. & Me. ex L. Quist. [v] Me. [x] Di. [z] Ma. [a] Ità G. Ful. misc. 2. 5. Jun. BP. 3. 14. 220. [b] Ful. misc. [c] G. [d] BP. & Ful. ex Jun. * Ma. [f] Ful. [g] BP. Ful. [h] G. [i] Q. in Ma. sim. JT in Ful. [k] Ful. [l] BC. 1. 5. 377.

descriptione[m]. Inter montem *Chaboram* & mare Caspium est *Gauzania* urbs inter duos Cyri alveos[n]. *Juxta fluvium*, i. e. ad fluvii ripam utramque, sive regionem circumjacentem[o]. ¶ *In civitatibus Medorum*] Heb. *& civitat. Med.* nam priora illa loca partim in Assyria, partim in Mesopotamia, erant; Media autem sub eodem erat Imperio*. Meritò hæc pars à præcedentibus distinguitur; & quia illis cultior erat atque elegantior, & frequentioribus vicis urbibúsque habitata, vocatur in Scriptura *civitates Mediæ*. Porrò, mediterraneus ille tractus vocatur *Hara*, 1 Par. 5. 26. vel, quasi *montosus*, quòd amœnis montibus molliter assurgeret[p]; vel, quia Media etiam à Græcis *Aria* dicitur, & Medi *Arii* appellantur Herod. 7. 62. & Pausan. in Corinth. Crediderim *Haram* esse Mediæ partem Septentrionem versùs, quam Arabes vocant אלגבאל *Algebal*, propter montium continuam seriem. In his porrò Mediæ montanis plerosque fuisse advenas disertè scribit Strabo[q]. [Alii de his locis aliter statuunt.] Decem Tribus in Tartariam abductæ sunt; nam inter Tartarorum hordas nonnullæ nomina *Dan*, *Zabulon*, *Nepthali* retinuerunt[r]. Verùm, 1. non *Nepthalitæ* vocantur, sed *Ephthalitæ*, vel *Ephthalanitæ*, à Rege *Ephthalano*; Phot. Biblioth. p. 38. l. 30. 2. Pari ratione ex *Danis* in Cimbrica Chersoneso *Danitæ* effici possent, &c*. Alii per חֲלַח *Colchos*, per חָבוֹר *Iberos* Asiæ, intelligunt; & qui eò deducti sunt, putant eos esse quos *Colchos è Syris ortos & circumcisos fuisse* narrat Herodotus; *Ponticos* illos, scilicet, etiam in Actis & Petri epistola memoratos. Certè Ponti oram post hæc tempora sub Regibus Chaldæis fuisse diximus ex Abydeni loco de Nabuchodonosoro, quem produximus ad l. 3. de V. R. C†. At certissimum est decem illas Tribus nunquam tam procul trans Caspios montes ad *Colchos* & *Iberos* pervenisse, sed in regionibus haud ità longinquis hæsisse. Nam apud Assyrios Medósque mansisse eos *usque in hunc diem* testatur Scriptura, 2 Reg. 17. 23. & 1 Chron. 5. 26. Testatur idem quoque res ipsa. Quónam enim pedem moverent homines miseri, inermes, per terras hostiles variè dispersi? Nam aut revertendo inexpugnabiles hostium phalanges perrumpendæ essent; aut progrediendo ingens Scythiæ Camarina movenda esset. Statuendum igitur ibi eos permansisse, & in sceleribus suis computruisse, (quod comminatus est Deus Levit. 26. 33, 38.) & paulatim contabuisse, donec tandem cum Gentilibus confusi, ut rivi cum mari, in nihilum penitus evanuissent, juxta clarissima illa verba Isa. 7. 8. יֵחַת אֶפְרַיִם מֵעָם, *attereretur Ephraim, ut non sit populus* *.

7. *Factum est enim*, &c.] Gravis ἀπολογία tam gravium malorum[t].

8. *Et ambulaverunt juxta ritum gentium—& regum Israel*, וַיֵּלְכוּ וגו׳] *Et ambulaverunt in decretis gentium —& regum Israel, quæ fecerunt*, Mo. Jon. vel, *&* (sub. *decretis*, P. simil. Ti. M. Mar.) *regum Israel, quæ faciebant*, P. vel, *quæ ab Israelitarum regibus introducta sunt*, Ca. *Quæ fecerunt*, i. e. Quæ viderunt Israelitæ à Regibus fieri, ea & ipsi fecerunt[v]. Vel, *& regum Israel, qui fecerant ea*, nempe statuta[x]. In Hebræo diversus est verborum ordo: Sic verto, *& in statutis quæ instituerant reges*, &c. Supplementum illud necessarium est, & petitur ex membro præced. & comprobatur per collat. vers. 19[y].

9. *Et offenderunt*, &c. וַיְחַפְּאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל דְּבָרִים אֲשֶׁר לֹא כֵן עַל יְהוָה] *Et occultaverunt filii Israel verba, quod non rectum super Domino*, Mo. *Dixerunt locutiones non rectas*, &c. Jon. vel *indecentes*, Sy. Ar. *ante*, vel *in, Dominum*, Jon. Sy. Clàm, vel occultè, dixerunt verba quæ non sic, vel, quæ non vera[z], contra Dominum. Quæ sunt illa verba? *Non videbit Dominus, Non curat*, &c[a]. *Studuerunt abscondere ea quæ non erant recta à Domino*; i. e. Tam stulti erant, ut putarent se facta à Deo abscondere posse[b]. *Clàm versârunt animo res pravas contra Dominum*, Ti. sim. Ca. *Et occultè fecerunt quæ non erant recta coram Jehova*, P. *Et mussantes res quæ rectæ non sunt contra Jehovam*, JT. *Et obtexerunt* (vel *prætexerunt*, sive *palliârunt*, Pi. Os. *simulaverant*, Belg.) *res non rectas contra Dominum*, vel,

m G. — n BP. 3. 14. 220. — o Ful. misc. ibid. — * G. — p Ful. ib. — q BP. 220. — r Geneb. in La. Q. in Ful. — * Ful. ib. — † G. — * Ful. ib. — t G. — v Os. — x Belg. — y Pi. — z V. Mar. sim. G. — a Mar. — b M.

cum Domino, Belg. sim. Os. Pi. In Heb. est anomalia numeri, nam כֵּן sing. est & דְּבָרִים plur. Potest etiam reddi adverbialiter, *quæ non erant sic comparatæ*, scil. sicut dicebant Israelitæ[c]. Sensus loci est, Ornârunt suam idololatriam titulo & prætextu cultûs Divini[d], sanctitatis, & bonæ intentionis *. *Et quærebant fucosos prætextus factorum suorum contra Dominum*, Strig. ¶ *A turre custodum*] Intellige ὀπωροφυλάκια[f], sive turres rusticanas, in quibus custodes degunt qui uvas, segetes, &c. custodiunt[g]. ¶ *Usque ad civitatem munitam*] Proverbiale, significans idem factum in locis habitatis & in locis desertis[h]; i. e. ubique[i]; tam in pagis & villis, quàm in urbibus[k]. Etiam in locis parvis, & ubi pauci fuerunt homines, fecerunt excelsa & aras pro idolis[l].

13. *Testificatus est*] Testes invocavit cœlum & terram contra, &c[m]. Auget culpam contumacia adversus tot monitores divinitus missos[n]. ¶ *Per manum omnium prophetarum & videntium*; sim. ο'. Sy. M. P. Ma. Di. כָּל־נְבִיאֵי כָל־חֹזֶה] Τὸ Keri est נְבִיאֵי[o]. *Omnium prophetarum, omnis videntis*, Mo. vel, *& omnis videntis*, K. & R. Levi in Di. Sed malim reservare ἀσύνδετον, utpote ἐμφατικώτερον, & affectum indignantis ac conquerentis meliùs exprimens. Absolutè sumunt נְבִיאֵי, quamvis formæ sit constructæ, per enallagen. Sed indubiè rectiùs est *Chetib*, quod K. dicit esse נְבִיאוֹ, vertitque, *per omnem qui fuit propheta ejus, non per prophetas mendaces*. נביאו & חוזה collectivè sumuntur. Posset etiam τὸ *Chetib* legi נְבִיאָו, pro נְבִיאָיו[p]. *Per omnes prophetas, per omnes, inquam, videntes*, Ti. Est חוֹזֶה (*Videns*) major quàm נָבִיא (*Propheta*[q].) nam *Videns* claram habet visionem; *Propheta* autem aliquis dici potest qui per visionem vel per somnium revelationem Dei agnoscit[r]. Alii volunt חֹזֶה abstractè hîc sumi*, sicut Jes. 28. 15. וְעִם שְׁאוֹל עָשִׂינוּ חֹזֶה, *& cum sepulchro fecimus visionem*: Sed malim חֹזֶה ibi esse vocativum, *& cum sepulchro egimus*, ô *videns*; ut verba sint quibus Prophetam monentem alloquantur & rideant. Nec existimo חוֹזֶה unquam *visionem* sign. sed *videntem*. Ità tamen Jun. & Genev. *per manum omnium prophetarum uniuscujusque visionis*[t]. i. e. Quâcunque ratione vel formâ illis cernendam proponebat voluntatem suam. Vide Num. 12. 6[v]. Secuti sunt Jon. qui habet, *per manum omnis scribæ omnis doctrinæ*[x]. ¶ *Et sicut misi ad vos*; sic Sy. [ut אֲשֶׁר positum sit pro כַּאֲשֶׁר, quod ante notatum:] וַאֲשֶׁר שָׁלַחְתִּי] *Et quam* (supple *legem*, G.) *misi ad vos*, Mo. G. &c. i. e. commendavi vobis[y]. *Et pro qua misi*, M. & *quæcunque misi*, ο'.

14. *Induraverunt cervicem suam juxta cervicem patrum suorum*; sic Jon. Mo. כְּעֹרֶף וגו׳] *Ut colla majorum*, Ar. *ut cervix patrum*, sub. *fuerat*, Pi. *ut majores cervices suas*, Heb. *ut cervices majorum suorum*; Hypallage[z]. *Præ cervice patrum*, Sy. sim. ο'. *quemadmodum patres eorum cervicem*, sub. induraverant, Ti. *Secundùm obdurationem cervicum majorum suorum*. Ellipsis est nominis conjugati in verbo latentis, & ex verbo eruendi: ut Gen. 4. 5. וַיִּחַר לְקַיִן, *& accensa est Kaino*, scil. חָרוֹן *ira ardens*; Num. 11. 14. *non possum* נְשֹׂא *ferre*, sub. מַשָּׂא *onus*, quod in verbo suo נָשָׂא latet. Vide & Gen. 18. 21[a].

15. *Et testificationes*] Ità vocantur, 1. quæ aliquid olim significabant & testabantur: ut *Pascha* v. g. sign. exitum de Ægypto. 2. Omnia præcepta sub contestatione cœli & terræ illis data; quoniam eorum observantia benedictionem, violatio maledictionem, testabatur[b]. ¶ *Secutique sunt vanitates*] Heb. *abierunt post vanitatem*, P. vel, *post nihil*; *rem scil. quæ non proderat eis*, Ar. *Nihilum secutati, nihil profecerunt*, Sy. *Et erraverunt post errores*, Jon. ¶ *Et vanè egerunt*, וַיֶּהְבָּלוּ] *Et vani facti sunt*, Mo. P. *evanuerunt*, V. ¶ *Et secuti sunt gentes*, וְאַחֲרֵי הַגּוֹיִם] *Et post gentes*, Mo. *sed & ierunt post gentes*, M. *per vestigia gentium*, Ar. Imitati sunt ritus & mores Gentium, &c. Vide 1 Reg. 16. 13, & 26[c].

16. *Militiam cœli*] Astra[d]; quæ sunt quasi milites Deo famulantes, & pro eo, cùm opus est, depugnantes*: præcipuè Saturnum, Jovem, Venerem, Lunam[f]. ¶ *Baal*] i. e. Soli[g]. Idolis quæ dicebantur *Baal*[h].

c Pi. — d Pi. sim. Os. Belg. — * Belg. — f G. — g La. sim. Me. & T. ex San. V. — h G. ex Jun. Pi. — i Pi. ex Jun. — k La. — l M. — m V. — n G. — o Dis. — p Dis. — q M. — r Me. Hes. in V. — * Ità Jun. Pi. RS. in Di. — t Di. — v Pi. & Ma. ex Jun. — x Di. — y G. — z Junius — a Glass. gram. p. 712. — b M. — c V. — d G. Pi. Me. — * Me. — f G. — g G. — h V.

17. *Tradiderunt se*] Heb. *vendiderunt se*: Metaphora [i]. i. e. Omni studio se addixerunt peccato [k]; &, tanquam servos, penitùs manciparunt. Similis locutio 1 Reg. 21. 20 [l].

18. *Abstulit eos à conspectu suo*] *A facie sua*, P. V. A Terra sancta [m]; in qua Templum, & ubi colebatur, ac habitabat [n]. ¶ *Nisi tribus Juda*] Cum adhærentibus Levitis, & reliquiis Benjam. Synecdoche [o]. Tribus Benjamin erat appendix Tribûs Judæ [p].

19. *Sed nec ipse Juda custodivit*, &c.] Altera causa judicii in Israelitas, contagium regni Jehudæ, in eandem labem prolabentis vicini regni exemplo, Hos. 4. 15 [q]. Præparatio ad historias sequentes. Confer Ezec. 16. & 23 [r].

20. *Projecitque Deus omne semen Israelis*] Scil. omnes 12 Tribus plenè & irrevocabiliter abjecit: frustrà ergò sperant Synagogæ restitutionem *. [Al. aliter;] Totum regnum Israelis, ut patet ex v. 23. Nam tribum *Juda* non abjecit à facie sua, sed post 70 annos restituit [r].

21. *Ex eo tempore*, &c. Ἐπάνοδος ad ostendendam malorum originem [v]: "כִּי קָרַע וגו] *Postquam laceravit* (sub. *Jeroboam*) *Israelitas*, &c. JT. *Quia laceraverat se Israel*, Pi. *Quia scidit*, sub. *Dominus*, &c. i. e. detraxit decem Tribus de dominio familiæ Davidis [x]. ¶ *Separavit*, &c. וַיַּדַּא מֵאַחֲרֵי יְהוָה] *Keri* וַיַּדַּח. Vertunt, *Et fugavit* (vel *expulit*, ο'. P. *avertit*, Strig. *abstraxit*, Ti. *seduxit*, Sy. Jon. in M. *avocavit*, Ar. *avolare fecit*, Mar.) *Jeroboam Israel à post Dominum*, Mo. *à sequendo Dominum*, JT. sim. Jon. P. Ti. *Impulit*, i. e. præpedivit, avertit; q. d. pepulit (vel depulit, Tig. not.) de via, cùm sequeretur Dominum [y]. וַיַּדֵּא potest esse vel à נָדָה, *& elongavit, amovit, excommunicavit*; vel à יָדָה, *projecit, ejaculatus est*; quod sanè hîc magnam vim habet [z].

22. *In peccatis—& non recesserunt ab eis*, מִמֶּנָּה] *Ab eo*, ο'. Ma. scilic. Jeroboamo, Ma. *Ab eis*, P. [sim. plerique,] scil. *peccatis*; vel, *ab ea*, nempe *culpa*. Sed sing. pro plur [a].

23. *Translatúsque est*, &c. sic ο'. M. Ti. Mo. וַיִּגֶל יִשְׂרָאֵל וגו"] *Ità demigravit*, JT. *exsulavit*, P. *migrârunt*, Jon. *& transtulerit filios Israel*, Sy. Ar. ¶ *Usque in diem hanc*] Durat hæc demigratio [b].

24. *Adduxit autem rex Assyriorum*] *Esar-Chaddon*, filius *Sancheribi*, Hezr. 4. 2 [c]. ¶ *De Babylone*] *Quam* tunc Assyriis subjectam fuisse patet: Paucis tamen pòst annis *Babylonii*, duce *Merodach*, ab iis defecerunt [d]. ¶ *Et de Cutha*] Unde vel plures *, vel nobiliores, quàm ex aliis locis traducti sunt [f]. Indè qui ibi vivebant dicebantur *Cuthæi* [g]. Ait Josephus *Chuthum* esse Persidis fluvium; indè urbs *Cotamba* apud Ptolemæum [h]. [Al. aliter.] *Cutha* est regio Arabiæ desertæ, quam incolunt *Catanii* Syriæ conternimi, Ptol. Geog. 5 [i]. Masius existimat *Chuthæos* esse *Cossæos*, montana Mediæ incolentes, de quibus Polyb. 5. 389. Diod. 17. 621. Plin. 6. 27. quos Ptol. 6. 3. in *Susiana* collocat. Sunt etiam *Cuthi* (vel, ut alia exemplaria habent, *Zuthi*) in Carmania deserta, Ptol. 6. 6 [k]. ¶ *Et de Avah*] עַוָּא hîc, & 18. 34. quanquam ibi punctis aliis. Hinc dictus populus עַוִּים mox 31. quos *Avadias* vocat Ptol. in Bactriane [l]. *Hava* est regio Arabiæ desertæ, in quam *Havæi* se receperant, Deut. 2. 23. quæ & *Hivva* dicitur infrà 18. 34 [m]. ¶ *Et de Emath*] Sic & infrà 30. & 18. 34 [n]. *Chamath*, urbe Syriæ, in finibus Cananææ [o], juxta Libanum, in confinio Damasci [p]. Est *Amathus* Syriæ, bis nominata Herodoto [q]. ¶ *Et de Sepharvaim*] Videtur oppidum aut regio ad mare; nam vox sign. *librum*, vel *numerum*, vel *portum maris* [r]. Est urbs Ptolemæo Σιπφάρα, dicta Syris numero binionis, quòd eam Euphrates interlueret. Σιππαρηνῶν πόλις Abydeno *. De qua Ptol. 5. 18. Vide Gen. 10. 30 [t]. Porrò, ex tot gentium colluvie tanta legum & morum & rituum confusio ortum traxit [v]. ¶ *Qui possederunt Samariam*] Fortè in eo loco sementem jecerunt, aut vineas plantârunt: nam urbs funditus erat eversa [x].

25. *Non timebant Dominum*] i. e. Non coluerunt eum cultu externo [y]. At nec domi suæ colebant Deum. Causa ergò cladis erat, quòd in terra à Deo electa, &c. idololatriam exercerent [z]. ¶ *Immisit leones*] Vindices hæreditatis suæ, & possessionis antiquæ [a].

26. *Ignorant legitima Dei terræ*, "מִשְׁפַּט וגו] *Judicium*, &c. V. Pi. Ma. h. e. Ritum cultûs ipsius [b]. Deum Israelis putabant esse aliquem ἐπιχώριον θεὸν, (q. d. *deum topicum*,) ut notavimus suprà 1 Reg. 20. 23. & apparebit infrà 18. 35 [c].

27. *Ducite illuc unum de sacerdotibus*, &c. *& vadat, & habitet cum eis*; sim. Sy. Ar. [referentes ad unum sacerdotem:] וְיֵלְכוּ וְיֵשְׁבוּ שָׁם] *Et eant*, sive *pergant*, & *sedeant*, sive *habitent*, *illic*, P. Mo. V. sim. Pi. & plerique. Sed quinam *eant*, &c? Resp. 1. Legati qui expostulatum venerant, cum sacerdote, & populus, ibi consistunto, nec terram deserunto [d]. Sed hoc durum videtur; quia sermo hîc habetur ad ipsos legatos †. 2. Eant alii Assyrii, loco interfectorum, cum sacerdote illo, &c [f]. Incolæ Samariæ eant & considant ibi: nempe, ubi sedem habuerit sacerdos, &c [q]. 3. [Al. sic vertunt;] *Ducite illuc unum* aut alterum *de sacerdotibus*, &c. *qui euntes habitent ibi*, M. 4. Eant sacerdos primarius & adjuncti administri [r]. Sacerdos cum comitatu ejus, servis, domesticis, & sociis; &c †. 5. *Eunto & residento ibi*, scil. sacerdotes, unusquisque alii mortuo succedens: cui interpretationi favet v. 28 [r].

28. *Docebat quomodo colerent*] Docuit eos cultum Dei, vel verum, qualis in *Juda*; vel imperfectum, qualis fuerat in regno *Israelis*. Si hunc docuit, videtur Dominus qualemcunque cultum maluisse quàm cultum Gentilium [v]. Porrò, finis plagæ immissæ non tam fuit peccatorum punitio & emendatio, quàm ostensio Divinæ potentiæ; ut ostenderet se Israelitas in servitutem tradidisse, & posse se quos vellet ad servitutem cogere [x].

29. *Unaquæque gens*, &c. וַיִּהְיוּ עֹשִׂים גּוֹי גּוֹי אֱלֹהָיו] *Fecerunt verò singulæ gentes* (Heb. *gens gens*, Mo.) *deos suos*, P. M. Ti. vel *idola sua*, Jon. *Quæque gens deum suum colebat*, Sy. vel, *deo suo serviebat*, Ar. [Ità עָשָׂה sumunt sensu rituali, sive pro *sacrificare*. Confer Exod. 32. 32.] *Deum suum*, præter Deum Israelis, ut infrà habebimus [y]. Peculiares habebant deos, quos veluti אֶמְצָעִיִּים *mediatores* colebant; imitantes Israelitas, qui vitulos tanquam mediatores stultissimè coluerunt [z].

30. *Viri Babylonii fecerunt Sochoth-benoth*, סֻכּוֹת בְּנוֹת] Sign. *gallinam cum pullis* [a]; cujus imaginem colebant sub hoc nomine, K. in BA. Nempe, ut סְכוִי vel שֶׂכְוִי est *gallus* [b], ità סֻכּוֹת est *gallina*: Et *benoth* pullos ei additos indicat, ait K. Nugæ nugacissimæ [c]. Fuit constellatio cœlestis, quam vulgò vocant *gallinam pullinariam*, & docti *Pleiades*, seu *Vergilias* [d]. Hebraicè expones, *Tabernacula filiarum*, quasi domunculas Pleiadum. Equidem constat Babylonios sidera coluisse †, & constellationibus multùm innixos esse [f]. *Succoth-benoth* non tam deum aliquem deámve, quàm fanum ipsum, ritúsque circa illud sacros, denotat [g]. סֻכּוֹת בְּנוֹת sunt *filiarum*, vel *puellarum*, *tabernacula*. Intelligo eos struxisse sacellum dearum quæ בְּנוֹת, i. e. *puellæ*, dicebantur. Ut Græci *Proserpinam* κόρην, id est, *puellam*, appellabant. Sic Amos. 5. 26. סִכּוּת מַלְכְּכֶם, *tabernaculum regis vestri*; i. e. idoli vestri sacellum [h]. [Al. sic:] Fecerunt tentoria in quibus virgines in honorem Veneris cupientibus sui copiam facerent; qui mos Babyloniis, ut diximus ad Levit. 19. 29. סֻכּוֹת sunt, ni fallor, quas καμάρας vocat Herodotus [i]. ¶ *Cuthæi fecerunt Nergel*, נֵרְגַל] Colebatur hæc dea in forma gallinæ sylvestris [k]. [Al. aliter:] *Nergal* denotat ignem perennem in septis religiosissimè servatum [l]. *Nergal* quid sit nescio, nisi quòd fortè denominata fuerit à *palma*, (quæ Persis, Arabibus & Indis *nergil* dicitur,) ut in Syria *Rimmon* à malis *Punicis*, 2 Reg. 5. 18 [m]. ¶ *Fecerunt Asima*] In forma Hirci [n]. Vide Esa. 34. 14 [o].

31. *Hevæi fecerunt Nebahaz*, נִבְחַז] Canem [p]. Quòd latrare soleat, aut iratus exserat dentes *. Legunt & נִבְחַן, *canem latrantem*, à נָבַח, quod Heb. & Chald. *latrare* sign. Virgil. 6. Æneid. *Omnigenûmque deûm monstra*, *& latrator Anubis*. Ubi Servius, *Latrator Anubis*,

Marginal notes (left column): i Pi. — k M. — l Ma. — m G. — n V. — o Jun. Pi. — p V. — q Jun. Pi. Ma. — r G. — * La. — r Pi. ferè ex Jun. — v G. — x V. — y V. — z Ma. — a Mar. — b Pi. — c Jun. Pi. — d T. — * T. sim. G. — f T. — g G. ex Jo. T. — h G. — i Jun. — k Ma. — l G. — m Jun. — n G. — o Ma. ex Jun. — p Me. — q G. — r Me. — * G. sim. Ma. ex Jun. — t Ma. — v T. — x V. — y Ma. ex Jun.

Marginal notes (right column): z Me. — a San. — b V. — c G. — d Ma. ex Jun. — † Pi. — f V. — q Pi. — r Pi. — † Belg. — r Pi. — v Me. — x To. in Me. — y G. — z M. — a He. in M. — b K. in BA. M. ex He. — c BA. — d Ma. ex L. — † Ma. — f L. — g Quist. ex Selden. — h BA. 2. 1. 16. 113. — i G. — k G. He. in M. K. in BA. — l Quist. ex Seld. — m BA. ubi suprà — n G. sic He. in M. — o G. — p He. in M. V. — * V.

Anubis, quia capite canino pingitur. Hunc volunt esse Mercurium, ideo quia nihil est cane sagacius. Ultima litera hujus vocis, sive ז sive ז, est *magna*, (estque quartadecima magna litera Hebraica:) fortè ut innuat ingentem idoli portentositatem [q]. ¶ *Thartac*] Figuram Asini [r]. ¶ *Adramelech*, אדרמלך] Mulum [†]; vel Pavonem [t]. Videtur esse idem qui *Moloch*, nempe Saturnus [v], (addito titulo *potentis* אדיר [x],) cui Gentes filios cremabant, Diod. Sic. l. 20. num. 740 [y]. ¶ *Anamelech*, ענמלך] *Ghanammelech.* Formam habuit vel Equi [z], vel Phasiani [a], vel Coturnicis [b]. Sic vocat Jovis stellam, quòd esset nubes, id est, protectio, contra *Molochum*; benignum sidus maligno oppositum [c].

32. *Fecerunt sibi de novissimis sacerdotes*, &c. ויעשו להם מקצותם וגו'] *Et fecerunt* (vel *ordinârunt*, Ti.) *sibi aliquot eorum* (vel *quidam eorum*, G. vel *partes eorum*, Mo. *partem suorum*, id est, aliquot ex suis [d],) *sacerdotes*, &c. P. Al. *fecerunt — de extremitatibus suis*, Ma. Pi. *Ex hominibus cujuslibet ordinis*, ut 1 Reg. 12. 31 [†]. *Ex obscuris hominibus qui inter eos*, M. *ex parte eorum*, Jon. sim. Jun. *ex seipsis*, Sy. Ar. *è numero suo*, JT. ¶ *Et ponebant eos in fanis sublimibus*, ויהיו עשים להם בבית הבמות] *Et fuerunt facientes eis in domo excelsorum*, Mo. V. sim. P. *Qui* (sub. *sacra*, JT. vel *cultum*, Belg.) *faciebant*, &c. *& sacrificaverunt illis*, Jon. sim. Ti. M. *Et colebant ea*, Sy. sim. Ar. Qui offerebant sacrificia & munera, vel, qui sacrificabant pro illis [f]. *Facere* usurpatur pro *sacrificare*. Sic apud Virgil. *Dum faciam vitulâ* [g].

33. *Juxta consuetudinem gentium de quibus translati fuerant*, אשר הגלו אתם משם] *Gentium quas indè transtulerunt*, M. vel *deportaverant*, JT. Exponunt de decem tribubus [*]: sed istud non patitur sententia; nam certè isti coloni non colebant deos suos ex ritu Israelitarum. Verto igitur, *ex ritu gentium illarum unde ipsos deportaverant*; impersonaliter, pro, *è quibus deportati fuerant* [h]. Sicut facere solent Assyrii, &c [i]. Alii, *quas transtulerant illinc*, i. e. de Samaria: h. e. quemadmodum facere solebant, sive Israelitæ ante exsilium; sive Cananæi, quos, scilicet, transtulerant Israelitæ [k].

34. *Usque in præsentem diem*, &c.] Usque ad Jeremiæ tempus, quem plerique existimant hæc scripsisse [l]. [Qu. De quibus hæc dicuntur?] Resp. 1. De Assyriis incolis Terræ sanctæ, qui debebant servare Legem, quòd facti essent proselyti [m]. Sensus est, Observabant & ritus suos veteres, & ritus quos Deus Israelis præscripserat. Rectiùs autem fecissent, si unum verum Deum coluissent sine ritibus Hebraicis [n]. Respond. 2. Aut de Israelitis ipsis, quibus data fuerat Lex [o], qui jam transportati fuerant [p]. *Usque* (vel clariùs, At *usque*, Pi.) *in hunc ipsum diem isti faciunt*, &c. JT. Pi. *Isti*, id est, decem Tribus quas proximè commemoravit [q]. Israelitæ deportati, &c. ut dictum v. 23. Nam de istis sermonem hîc esse planum evadit ex iis quæ deinceps sequuntur usque ad versum ultimum [r]. Opponitur hîc contumacia Israelitarum (qui nè nunc quidem resipiscentiæ signum dederunt [†]) flexibilitati Assyriorum, &c. qui adducti sunt ad cultum Jehovæ instituendum [t]. ¶ *Non timent Dominum*] Sub. *verè & sincero cultu*, V. *Timere Deum* est, illi soli servire [v]. [Alii & hoc de Israelitis accipiunt;] *non reverentur*, &c. scilic. sicut faciunt coloni ex Assyria adducti [x]. ¶ *Neque custodiunt ceremonias ejus*] Vel potiùs, *ceremonias suas*, G. ex ό. patrias & avitas [y]: sibi traditas à Jehova [z]. ¶ *Præceperat filiis Jacob, quem cognominavit Israel*] Exaggeratio, ut 1 Reg. 18. 31 [a]. Sententia est, Israelitæ obliti fuerunt maximorum beneficiorum Dei quibus affecerat Jacobum, &c. & ipsos in illo [b].

40. *Illi verò non audierunt*] Non obedierant illi de decem tribubus; & ità pessimum exemplum dederant venturis in loca ubi recentia erant corruptæ Religionis vestigia [c].

q Ma. | r He. in M. | † He. in M. | t He. in Quist. | v G. Ma. | x G. | y Ma. | z He. in Ma. | a He. in Ma. & in M. | b He. in M. | c G. | d V. | † Pi. | f V. | g Pi. | * Ità Jun. | h Pi. | i V. | k Q. in V. | l Me. | m V. | n G. | o V. ità Jun. Pi. Belg. | p Ma. | q Jun. | r Pi. | † Jun. | t Pi. sim. Jun. | v M. | x Pi. | y G. | z V. sim. Pi. | a Jun. Pi. | b Pi. | c G.

CAP. XVIII.

1. *Anno tertio*] Vel, 1. ex quo tributarius Regis Assyrii erat; qui fuit regni ejus undecimus [d]. Vel, 2. à rebellione contra Regem Assyriæ, cui fuerat tributarius 8 annis. Oseas 17 annis regnavit: 8 annis fuit tributarius; & 12. anno regni *Achaz* exuit jugum: postea regnavit 6 annis: exinde bellum gessit in eum Rex Assyrius 3 annis [†].

2. *Viginti quinque annorum*, &c.] Dices, Ergò *Achaz Ezeciam* genuit anno ætatis 11. Nam *Achaz* vixit tantùm 36 annis. Resp. 1. *Ezecias* non erat filius *Achazi naturalis*, sed *legalis* [f]. 2. Fortè omittuntur hîc, ut alibi sæpe, anni imperfecti. Ità *Achaz* potuit esse 21 annorum cùm regnare cœpisset, & 17 annos regnâsse: sed quia annus 21. ætatis & 17. regni imperfecti essent, historicus eos prætermisit. Rursus, *Ezecias* fortè regnavit tantùm 24 annis completis, sed historicus addit annum 25. licèt incompletus esset. [Porrò, annos imperfectos vel addere vel demere Sacris scriptoribus solenne est.] His consideratis, *Achaz* erat 14 annos natus cùm gigneret *Ezeciam*, quod non mirum [g]. 3. Al. putant *Abazum* 25. anno ætatis suæ *Ezeciam* genuisse, & 20 annos *Abazi* 2 Reg. 16. 2. memoratos non computari tanquam initium regni *Abazi*, sed Jothami [h]. [De quo vide ibi annotata.] 4. Non desunt paria exempla eorum qui 10. vel 11. anno genuerunt. Talem narrationem habet Hieron. in epist. ad Vitalem, tom. 3. de nutrice quæ ex puero decenni cum ipsa cubante (quem obscœnis motibus ad coitum duxit) concepit, &c. Scaliger item in Elenct. orat. Chronol. scribit, in civitate *Lactoratensi Novempopuloniæ* puerum nondum 12 annorum genuisse ex puella decenni; & addit, se rem narrare cujus memoria recens erat in Aquitania [i]. Nutrix nostris temporibus in Hispania concepit ex puero decenni [k]. *Viginti quinque annorum erat:* Inibat annum 25. Vide suprà 16. 2 [l].

4. *Ipse dissipavit excelsa*, &c.] Hoc cum aliqua exceptione intelligendum esse docet infrà 23. 13, 14. Quædam ergò *Ezecias* intacta reliquit; vel quòd populus non permitteret auferri, vel quòd populus ea idola non coleret [m]. Rem magnam fecit [*Hezekias*;] sed pœna decem tribuum, ante oculos, Judæ tribum magis quàm antè morigeram Legi fecerat. ¶ *Confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses*] Nota, *quem fecerat Moses.* Egregium documentum Regibus, ut quamvis bene instituta, sed non necessaria, ubi ἐπιπολὺ malè usurpantur, è conspectu tollant, nè ponant offendiculum cæcis [n]. ¶ *Filii Israel adolebant ei incensum*] Suffitum sacrum offerrent [o]. Quod inter illa erat quæ, Dei solius honori reservata, extra Templum usurpare non licebat, Exod. 30. 38 [p]. *Adolebant*, tanquam Numini benefico, quod patres eorum sanâsset, Num. 21 [q]. Agnosce hîc Dæmonis calliditatem, qui ea quæ ad hominum salutem excogitavit Deus detorquet in exitium, &c [r]. ¶ *Vocavit Nohestan*, נחשתן] *Nechushtan*, ό. P. Mo. M. &c. formâ diminutivâ in contemptum [†]. q. d. *Est ænea res*, M. q. d. *Æs est, præterea nihil* [t]. Nihil Divinitatis habet in se [v]. Cur adoratis quod nec obesse nec prodesse potest [x]? Quo impensiùs id colebatur, eò magis depretiandum putavit [*].

5. *In Domino — speravit*] Ingens testimonium, & quod omnes virtutes vi suâ continet. Μόνῳ Θεῷ οὐ ῥᾴδιον πιστεῦσαι, &c. ἀλλὰ μεγάλης καὶ ὀλυμπικῆς διανοίας ἔργον ἐστί, &c. inquit Philo; (*Non facile est Deo soli fidere*, &c. *sed magnæ & cœlestis mentis opus est*, &c [y].) ¶ *Non similis ei*] At idem de Josia dicitur [z]. Non præferri hunc Davidi patet ex c. 19. v. 34. *propter Davidem*; non dicit, *propter te* [a]. Resp. 1. Hyperbole est; q. d. Vix ei par, &c [b]. 2. Synecdoche est speciei; i. e. Admodum excelluit in constituendo Dei cultu [c]. 3. *Non similis*, nempe, quoad aliquid [d]. Quædam in illo erant singularia & eximia [†]. Non æqualitas sanctitatis negatur, sed sola morum gestorúmque similitudo,

d Pi. ex Jun. | † V. | f Funccius in Allen. | g To. in San. | h Ità Jun. & alii in Allen. | i Quist. | k San. ad 1 Reg. 3. 1. | l G. | m Me. | n G. | o Pi. | p G. | q La. | r San. | † Mar. ex V. | t G. Mar. sim. M. V. | v M. V. | x M. | * Q. | y G. | z T. | a E. | b La. ex San. | c Pi. | d Me. | † E. sim. To.

militudo, propter diversos modos, occasiones & tempora, in quibus suas singuli Reges virtutes probârunt[f].

7. *In cunctis —— sapienter se agebat*, יַשְׂכִּיל] *Erat felix*, & magnâ prudentiâ faciebat, &c[g]. ¶ *Rebellavit*, &c.] i.e. Excussit jugum Regis Assur[h], quod receperat pater *Achaz* suprà 16. 7[i]. Desiitque esse illi tributarius[k]. Nam elatus erat rebus secundis, vers. seq[l]. Infrà culpam in hac re agnoscit, & pœnam luit, 18. 14[m]. [Al. sic;] *Rebellare* hîc est *resistere*, ut docet infrà vers. 20. Non apparet quid negavit Ezecias Assyrio quod ex pacto pendere debuerit; nam nec *Achaz*, nec alios ante ipsum Reges, vectigales habuit[n]. Ideo *rebellâsse* dicitur, non quia illi subditus fuerat, sed quia illum tanquam dominum non receperat[o].

8. *Percussit Philisthæos*, &c.] Qui patri *Achazo* multa ademerant, 2 Chronic. 28. 18[p]. ¶ *A turre custodum*, &c.] Tam urbes parvas, sive arces, quàm urbes magnas & munitissimas[q]. Vide suprà 17. 19[r].

10. *Post annos tres, anno sexto Ezechiæ*, &c.] At in ver. 9. erat *anno quarto*, &c. cui si tres annos addas, debuerit hîc esse *anno septimo*, &c. Resp. 1. Solutio est usitata & facilis; quia aut in obsidione aut in regno annus aliquis imperfectus fuit, qui alibi omissus, alibi pro perfecto numeratus est †. 2. *Post tres annos* hîc ponitur pro, *ipso tertio anno*. Præpositio *post* quandoque pro *intra* sumitur; nec semper declarat tempus consequens, sed quandoque interjectum, & adhuc vigens. Sic Deut. 14. 28. *à fine trium annorum*, &c. h. e. quovis tertio anno; [vide annotata ad illum locum:] Jos. 9. 16. *à fine trium dierum*, hoc est, tertio die, ut docet v. 17. Sic Jer. 34. 14. *à fine septem annorum*, seu *post septem annos*, &c. h.e. ipso anno septimo, ut patet ex Exod. 21. 2. Deuter. 15. 12[t]. [Ità JT. hunc locum reddunt,] *sub finem tertii anni*; scil. obsidionis[v].

11. *In Assyrios*] Heb. *in Assur*, Ma. id est, in ditionem suam[x]. Synecdoche membri. Confer suprà c. 17. v. 6[y]. ¶ *Et in Habor fluviis Gozan*, וּבְחָבוֹר נְהַר גּוֹזָן] *Et in Chabor flumen* (vel *fluvio*, LXX. Jon. vel *fluvii*, Sy. Ar. La. in singulari num. La. vel, juxta *fluvium*, M. Ti. ad *flumen*, P.) *Gozan*, Mo. *& in Chabore Nehargozane*, JT.

13. *Sennacherib*] Hujus Assyriorum Regis meminêre & Berosus, teste Josepho, & Herodotus Euterpe, ubi illum & *Arabum* & *Assyriorum* Regem facit[z]. Hic *Salmanasari* patri vitâ functo successit. ¶ *Et cepit eas*] Volebat Deus, non obstante Ezeciæ pietate, punire tribum Judæ ob idololatriam suam aliáque scelera[a].

14. *In Lachis*] Civitatem Tribûs Judæ, quam Assyrius tunc oppugnabat[b]. ¶ *Peccavi*] Vel, 1. rebellando in te, suprà v. 7[c]. Negando tributum consuetum[d]. Rumpendo fœdus tecum ictum †. Vel, 2. *Peccavi*, scilicet Domino. Peccatum patris sui & populi reputabat suum[f]. Vel, 3. *Peccavi*, i. e. imprudenter egi[g]. ¶ *Indixit*, וַיָּשֶׂם] *Et imposuit*, P. i. e. injunxit, vel imperavit, subaudi, *in singulos annos*[h]. ¶ *Trecenta talenta argenti*, &c.] Id est, quasi sexcenta millia dalerorum[i]. Talentum argenti continet tria millia siclorum, & siclus unus 4 Hispanica regalia[k].

15. *Dedit omne argentum*] Ità bona causa ad Ezeciam transiit, ut notavimus de J. B. & P. 2. 1. 18. Sic Deus, ubi suos liberare vult, causam etiam honestam ipsis præstat[l]. Postquam contra pactum rediit Assyrius, tunc Deus civitatem ab hoste liberavit[m].

16. *Confregit valvas*, קִצַּץ וגו'] *Abscidit*, vel *conscidit*, P. V. vel *truncavit*, M. JT. *decorticavit*, Jon. in V. Detraxit valvis, sive foribus, laminas aureas quibus erant obductæ[n]. ¶ *Et laminas*, וְאֶת־הָאֹמְנוֹת] *Et firmamenta*, Mo. vel *firmata*, ο'. *columnas*, P. *postes*, M. Ti. V. vel *limina*, Jon. Sy. V. *Antas*, i. e. postes & limina[o]. ¶ *Quas ipse affixerat*, צִפָּה] Quas *texerat*, vel *obduxerat*, P. V. JT. Pi. Ti. Jon. Sy. laminis aureis; quum rursus aperiret domum Jehovæ, 2 Chron. 29. 3[p]. *Quas deauraverat*, ο'. ¶ *Dedit eas*] Nempe, laminas aureas[q].

[f] T. [g] V. [h] V. sim. Jun. [i] Pi. ex Jun. [k] V. [l] Jun. [m] G. [n] San. [o] San. ex L. [p] Pi. ex Jun. [q] V. sim. M. [r] G. † San. [t] Glass. pag. 544. [v] Pi. ex Jun. [x] Jun. [y] Pi. [z] G. [a] La. [b] Pi. ex Jun. [c] Pi. V. [d] M. † Q. in E. [f] L. [g] Me. [h] V. [i] Jun. Pi. [k] Me. [l] G. [m] E. [n] Pi. sim. M. V. [o] Jun. Pi. [p] Jun. Pi. [q] Pi.

17. *Misit autem Rex*, &c.] Malim, *Nihilominus misit*, non stans promissis, acceptâ pecuniâ quam ille fuerat pactus ut ab eo diverteret[r]. [Alii sic;] Elapsis aliquot annis, postquam iterum renuit pendere tributum, venit Sennacherib; quem ter invasisse Judam ex præcedentibus & sequentibus colligo †. ¶ *Rabsacen*, רַב־שָׁקֵה] Sign. *magistrum potûs*, vel *pincernam*[t]. Hunc Israelitam fuisse, sed Legis & populi sui desertorem, putant Hebræi. Credibile id facit lingua Hebræa quâ locutus est; & quòd ad verba ejus in Deum maledica Proceres & Rex Ezechias vestem suam consciderunt, 19. 1. quod fieri non solebat, nisi quoties talia verba ab Israelitarum aliquo pronunciata fuerant[v]. ¶ *Juxta aquæductum* בִּתְעָלַת וגו'] *Ad aquæductum*, V. JT. i. e. ad canalem in quem derivabatur aqua è piscina superiore[x]. *Ad latam fossam*, quæ erat juxta piscinam[y]. ¶ *Quæ est in via*, בִּמְסִלַּת וגו'] Viam stratam lapidibus sign. vox Hebræa[z]. *Juxta iter agri*, &c. Jon. in V. *Qui* [nempe *aquæductus*] est *in aggere*, JT. ¶ *Agri fullonis*] i. e. In quo solebant fullones expandere vestes postquam lavissent illas in piscina illa[a].

18. *Vocaverunt regem*] i. e. Invitaverunt ad colloquium[b]. At Rex egredi noluit, sibi timens[c]. ¶ *Eliacim*] De quo vide Esa. 22. 20, &c[d]. ¶ *Præpositus domûs*] Heb. *qui erat super domum*, P. vel *regis* †; vel *Dei*, sive Templum. Pontifex[f]; sive unus ex 24 principibus sacerdotum: nam plures fuisse præpositos domûs Domini patet infrà 22. 5. Et fortè præerat hic militari custodiæ Templi: Vide 2 Mac. 3. 3, 4[g]. Vel, thesaurarius Templi erat[h]. ¶ *Sobna scriba*] Doctor in Lege[i], qui præerat Libris sacris, & in illis versabatur[k]. ¶ *A commentariis*] Hebr. *memorator*, seu *commemorator*, Pi. Qui res gestas monumentis consignat, & Regi commodo tempore in memoriam revocat[l]. Quale hoc munus est diximus 2 Sam. c. 8. v. 16[m].

19. *Quæ est ista fiducia*, &c?] i. e. Quanta est fiducia ista, &c? Unde tantum tibi fidis[n]? Quòd recusas præsidia ista intromittere[o].

20. *Forsitan inîsti consilium*, &c. אָמַרְתָּ אַךְ דְּבַר שְׂפָתַיִם עֵצָה וּגְבוּרָה לַמִּלְחָמָה] *Dixisti tantùm verbum* (vel, *certè sermo*, P.) *labiorum*, *consilium & fortitudo ad prælium*, Mo. P. ο'. *Dixisti*, sub. *apud te*, V. *Sermonem labiorum* vocat facundiam: q. d. Eloquentia & facundia est mihi, consilium & fortitudo, &c. Præditus sum *facundiâ* ad commovendos milites, *consilio* in rebus gerendis, & *fortitudine* ad bellum gerendum[p]. *Et ais, inesse tibi sermonem labiorum, & animum, ac vires ad bellum?* Sy. sim. Ar. [sed sine interrogationis nota.] *Dicisne*, *Certè* per *verbum labiorum*, per *consilium & fortitudinem* accingar *ad prælium?* M. *Verbisne, an consilio, an viribus certare cogitas?* Ca. *Annon cogitas, profectò verbum labiorum, consilium & potentia ad bellum* necessaria sunt? Strig. [Al. sic;] *Dixisti, sed verbum labiorum est, Consilium & potentia* adsunt *ad bellum*: q. d. Potentia tua tantùm in sermone est[q]. Vehementer arridet: Nec displicent Genevenses, *Dicis tantùm verbum labiorum: consilium & potentia* requiruntur *ad bellum*[r]. *Dixisti, certè verbis labiorum; at consilio & fortitudine* opus erit *gerendo bello*, Ti. *Dixeris*, JT. Pi. id est, Tecum cogitaveris, & populo persuaseris, nihil tibi deesse, &c. *veruntamen verba futilia*, JT. Pi. (Hebr. *verbum labiorum*, i. e. in labiis quasi natum, non ex corde profectum; q. d. sed verba sunt: ità ut Hebræum reddatur, *res labiorum*, i. e. res in solis labiis posita, non autem in factis †;) adesse *consilium & fortitudinem*, JT. malim, *potentiam*, Pi. Q. sic; *Verbis labiorum arcendum putas adversarium, ut interim te robores consilio*, &c? Al. sic; *Num certè per orationes putas profligandum bellum, in quo consilium & vires sunt necessariæ*[t]? Fidis precibus tuis, indè tibi consilium & auxilium ad bellum suppeditatum iri[v]. *Sermo labiorum*, i. e. oratio ad Deum. Vide Isa. 36. 5†. Potest & sic verti; *Dic*, (ut אָמַרְתָּ vertamus per imperat. sæpe enim præteritum usurpatur pro utroque futuro,) *Utique sermo labiorum* est *consilium & fortitudo ad bellum*; i. e. Oratio Ducis consilium & robur militibus subministrat.

[r] Pi. sim. L. La. Ma. † V. [t] Ma. [v] G. [x] V. [y] M. [z] V. [a] V. sim. La. [b] V. Me. [c] Me. [d] Pi. [e] Pi. sic V. T. ex Jo. & To. & Mo. &c. [f] Q. in Me. [g] T. ex San. [h] ο'. & Forer. in T. [i] T. [k] V. [l] T. [m] Me. V. [n] V. [o] Jun. Pi. [p] V. [q] AE. in Di. sim. Jon. in Di. JT. Pi. Belg. Os. [r] Di. † Pi. [t] M. [v] R. Moses Kimhi in Di. † V.

Dic

Dic itaque, in tuorum gratiam, quæ est hæc fiducia, &c. Si tibi spei quicquam est, sermone labiorum tuorum adde militibus robur, &c. Non malè hoc cum reliquis cohæret. Nolim tamen hanc sententiam præcedentibus anteferri [x].

21. *In baculo arundineo*] Alludit ad arundines quæ abundant in ripa Nili [y]. ¶ *Atque confracto*, הָרָצוּץ] *Confracto*, P. vel potiùs *fragili*, V. G. Glass. Participia passiva quandoque pro nominibus usurpantur. Sic & Psal. 12. vers. 7. כֶּסֶף צָרוּף *argentum electum*, i. e. eligibile, sive eximium [z]. Sic, *ellychnium exstinctum*, quod facilè exstingui potest [a]. Alii, *in scipione arundinis* (ad notandum impotentiam) *quassatæ*, (ad notandum damnositatem [b].) ¶ *Ingredietur manum*, וּבָא] Ingreditur; fut. pro præs. i. e. Figitur in manum ejus: h. e. frangitur; & pars una, nempe fragmenta, & partes illæ acutæ intrant in manum, lædúntque innitentem [c].

22. *Cujus abstulit — excelsa & altaria*] Nempe, omnia quæ extra Templum erant; atque ità impediit nè pluribus in locis coleretur [d]. Vitio illi vertit quod erat laudandum †. ¶ *Ante altare hoc adorabitis*] q. d. Hoc fecit in gloriam suam [f].

23. *Transite ad dominum meum*, הִתְעָרֶב נָא אֶת־אֲדֹנִי] *Fidejube nunc* (vel *obsecro*, P.) *domino meo*, Mo. P. *Vadem promitte*, V. vel, *deposito pignore certa*, seu *contende*, V. Mar. Pi. Hanc expositionem sequentia postulant; & id vox Heb. sign. unde nomen עֵרָבוֹן ἀῤῥαβὼν, *arra*, sive pignus [g]. *Da obsides domino meo*, Ti. V. *Trade obsides* ut ultrà non rebelles *domino meo*, M. *Stipulationem fac*, &c. q. d. Rex meus aliquid magni tecum deponet, non habere te bis mille viros qui possint equitare, &c [h]. *Sponde*, &c. Strig. Alii; *Habete commercium cum domino meo*, Sy. *Redite in obsequium*, &c. Ar. *Miscete vos*, &c. ο'. *Misce bellum* (Heb. *Misce te* bello, Jun.) *cum domino*, &c. JT. Irridet tenuitatem ejus [i]. ¶ *Et videte*, &c.] Heb. *Si poteris dare tibi*, Pi. Ma. vel *suppeditare*, JT. vel *constituere tibi*, sive *pro te*, Pi. sub. *lucratus fueris pignus*. Sensus est, Non poteris, &c [k]. ¶ *Ascensores eorum*] Heb. *equitantes super eos*, P. *Sessores eorum*, V. i. e. qui more sessorum peritorum eos agere possint [l]. Talium non erant duo millia, &c [m]. Pauci erant inter Hebræos qui artem equitandi didicissent: 1. propter equorum penuriam [n]; vide Deut. c. 17. 2. quia regio aspera erat silicibus & salebris, nec opportuna equestribus concursionibus [o].

24. *Quomodo potestis resistere?* תָּשִׁיב] *Averteres*, JT. *reverti facies*: Vide Jes. c. 36. v. 9 [p]. Propulsares, Jun. Quomodo faceres faciem & terga vertere unum ducem de minimis [q]?

25. *Sine Domini voluntate*, יְהוָה] i. e. Dei vestri: ità enim eum æstimabat *Rabsaces*; ut *Salmanasar*, 17. 27 [r]. ¶ *Dominus dixit mihi*] Scil. per arcanum impulsum; ut 2 Sam. 16. 10. de Semeio †. *Edixit mihi*, i. e. testatur mihi in animo, fore me vindicem injuriarum quibus affecisti eum [t]. Vel, *dixit*, nempe Esa. 8. *Adducet Dominus aquas fortes* [v].

26. *Dixerunt Eliacim — & Sobna*, &c.] Heb. *Et dixit Eliakim*, &c. Ma. i. e. unus eorum de sententia omnium [x]. ¶ *Syriacè*; ità V. אֲרָמִית] *Aramicè*, P. Quam linguam primorum quidam intelligebant, non autem populus [y]. Patet hinc linguam Hebræam tunc fuisse vernaculam, quam plebeii quique intelligebant: post captivitatem autem Babylonicam nemo callebat eam nisi docti, nec Judæi aliâ linguâ quàm Chaldaicâ loqui poterant. Hinc Daniel & Ezra Chaldaicè scripserunt; & dictiones peregrinæ in N. T. Chaldaicæ sunt, & non Hebraicæ; quales sunt *Mammona*, *Golgotha*, &c [z]. ¶ *Intelligimus*] Ità Jon. Sy. P. &c. *callemus illud*, Ar. Ti. Heb. *audientes nos*, Mo. ¶ *Audiente populo*] Hoc petebant, 1. nè offenderentur milites, (ipsius blasphemiis [a],) &, iram continere non valentes, sagittas in Rabsacen jacularentur [b]; 2. nè nimis terrerentur [c].

27. *Ad viros qui sedent super murum*] Qui urbes obsident, si quas conditiones ferre volunt, omnem dant operam ut earum notitia non ad duces tantùm perveniat, sed & ad populum, qui faciliùs talibus mo-

x Di. — y Me. sim. San. — z Glass. gram. p. 410. — a V. — b Pi. ex Jun. — c V. — d G. — † Me. sim. L. — f V. — g Pi. — h Os. sim. Ca. — i Jun. — k Pi. — l Ma. — m San. — n G. — o San. — p V. — q Ma. — r G. — † Pi. — t Jun. — v L. — x Jun. Pi. — y G. — z M. — a L. — b Me. — c Me. ex L.

veri solet. ¶ *Ut comedant stercora*, &c.] Vide dicta suprà 6. 25. ¶ *Et bibant urinam suam*] Quod pluribus in locis factum aquâ deficiente [d]. Hebræi hîc, honestatis causâ, pro vocibus חוריהם & שיניהם, quas obscœnas & impuras judicabant, legerunt צוֹאָתָם & מֵימֵי רַגְלֵיהֶם. Sed superstitio hæc est. Sat nobis sit, ità loquutum Spiritum Sanctum, puritatis omnis auctorem †. De his dictionibus, & *aqua pedum*, vide Jes. 36. 12 [f]. שׁין Æthiopicè sign. *spumare*, Marc. 9. 18. Hinc fortasse שֵׁין *urina*, quasi totius corporis sive alimenti spuma [g].

29. *Non vos seducat*; ità P. vel *decipiat*, Jon. [sim. ferè omnes:] אַל יַשִּׁיא] *Nè imponat*, Mo. *Nè elevet vos*, ο'. ¶ *De manu mea*] Legit מִיָּדִי, ut habent orientalium Judæorum libri; non מִיָּדוֹ, ut nostri, & ii quibus usi sunt LXX [h].

31. *Facite mecum quod vobis est utile*, עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה] *Facite mecum benedictionem*, ο'. M. P. Mo. *pacem*, Jon. Sy. Mar. M. vel *fœdus*, Q. in Di. Sed nec *pax*, nec *fœdus*, quod sciam, vocabulo eo comprehenditur [i]. *Agite mecum amicè*, Ca. *Si mihi obsecuti fueritis*, Ti. *Beneficium in me conferte*, Ar. *Transigite mecum munere*, JT. Id בְּרָכָה usitatè sign. Sed phrasis pleniùs explicanda est. *Facere cum aliquo* est, *facere alicui*; sicut את vel עם notat dativum personæ: ut Gen. 20. 9. *fecisti mecum*, i. e. mihi; Deut. 20. 12. *& fecerit tecum* (i. e. tibi) *bellum*; 2 Sam. 13. 16. *quod fecisti mecum*, i. e. mihi. Sic sæpe, *fecit mecum* (i. e. mihi) *misericordiam*. Ità hîc, *Facite mecum munus*, i. e. Afficite me munere [k]. [Alii aliter;] *Benedictio* hîc & Isa. 36. 16. passivè sumitur; unde ο'. *Si vultis benedici*. Non petit homo superbissimus, secum ut liberales sint Judæi; sed potiùs, ut ità se gerant, ut ab Assyrio Rege benedictionem obtinere, i. e. honestè accipi & liberaliter tractari, mereantur [l]. ¶ *Comedet de vinea sua*] Heb. *vitem suam*, Ma. pro, fructum *vitis suæ*: Ellipsis alterius substantivi [m].

32. *Donec veniam, & transferam vos*, &c.] De more Regum Assyriorum, qui quos subegerant populos aliò migrare jubebant, nè novis rebus studerent, aut jugum servitutis excutere tentarent [n]. ¶ *Terram olivarum, & olei*; ità Ca. Strig. זֵית יִצְהָר] *Olivæ olei*, P. V. i. e. olivæ ferentis oleum [o]. Nam olivæ quædam sunt infrugiferæ [p]. *Terram in qua olivæ faciunt oleum*, Jon. ¶ *Qui vos decipit*, כִּי יַסִּית אֶתְכֶם] *Cùm suadebit vobis*, P. V. i. e. cùm tentabit vos seducere. Alii, *suadebit enim vobis* [q]. *Quia seducet* (vel *seducit*, M. Ti. JT.) *vos*, Jon. sim. ο'. *Neque seducat vos*, Sy. Ar.

34. *Ubi est deus Hemath, & Arphad?* חֲמָת וְאַרְפָּד] *Chamath & Arphad?* Ma. sic JT. *Hemath*; vide suprà 17. 24 [r]. & Gen. 10. 18. & Num. 13. 22 †. ¶ *Et Arphad*] Conjungitur cum *Emath* Jer. 49. 23 [t]. JT. divinant esse regionem Assyriæ *Arraphachitem*, juxta Armeniam, Ptol. 6. 1. Sed ii postmodum ad Jer. 49. 23. emendârunt, *Arphad* reliquam Syriæ partem esse supra regnum Chamathæ; denique, totum tractum qui monti Tauro & Amano substernitur. Alii volunt esse *Pariam*, vel *Aradum*, insulam in mari Phœnicio, apud Plin. 5. 31 [v]. *Arphad*: Idem nomen, literâ mutatâ, sono penè eodem, אַרְוָדִי, Gen. 10. 18. ubi Latinus *Aradios* posuit, rectè [x]. ¶ *Ubi est Deus Sepharvaim?*] Vide suprà 17. 24 [y]. ¶ *Ana, & Ava?* הֵנַע וְעִוָּה] [Plerisque sunt propria nomina.] Videntur nomina idolorum quæ etiam in Samaria colebantur [z]. *Avæ* nomen suprà habuimus 17. 24. Et *Ana* urbis esse nomen apparet infrà 19. 13. Fortè *Ange* in Arabia Felice posita Ptolemæo. Alii (quod miror) quasi verba essent interpretantur [a]. *Solicitavit & humiliavit*, Sym. in D. *Removit & subvertit eos*, Q. in Belg. *Nonne tulerunt eos, & migrare fecerunt illos?* Jon. ¶ *Numquid liberaverunt Samariam*, &c?] *Numquid illi eripuerunt*, &c? [Ità plerique.] *Numquid* dii [intellige *Samaritanorum*] *liberaverunt*, &c? Os. *Quin eripuerúntne Schomronem è manu mea?* dii Schomronis videlicet, ἀπὸ κοινοῦ [b]. כִּי הִצִּילוּ elliptice positum, pro, הֲיֵשׁ כֵּן כִּי הִצִּילוּ, *An est ità quòd eripuerunt?* pro eo quod est, *an eripuerunt* [c]?

36. *Tacuit populus*, וְהֶחֱרִישׁוּ הָעָם] *Et siluerunt viri*: Non verto, *populus*; quia de tribus tantùm dicitur, *Eliakim*, &c. Quin & de duobus tantùm dicitur עם

d G. — † Ma. — f V. — g Di. — h G. — i Di. — k Idem. — l San. — m Glass. gram. 158. — n Me. sim. M. — o V. — p Mar. — q V. — r G. Me. — † Ma. — t G. — v Ma. — x G. — y Ma. — z Me. — a G. — b Jun. Ma. — c Pis.

עם 1 Sam. 9. 24. ad quem locum vide quæ annotavimus *. ¶ *Præceptum—ut non responderent ei*] Prudenter veritus est Rex, nè inter respondendum aliquid inconsultè dicerent, quod rebus turbatis obesset potiùs quàm prodesset, hostem exacerbaret, aut reliquum populum terreret [d]; & nè ad majores blasphemias Rabsacen provocaret †. Ad honorem etiam Regis pertinebat, ut negotia fierent prudenter, ordinatè, & cum maturatione [f].

37. *Scissis vestibus*] Ut mos Hebræis, cùm audirent blasphemias [g].

* Di. — d Me. — † Procop. in La. — f To. in La. — g Me.

CAP. XIX.

1. *Scidit vestimenta*] Mœroris symbolum, præcipuè ob auditam blasphemiam; ut Matt. 26. 65 [a].

2. *Ad Esaiam*] Quem Demostheni comparo. Similia utrique, puritas, magnificus dicendi character, frequentia schemata, & maximè δείνωσις illa rebus indignis, asperis, invidiosis vim addens [b].

3. *Dies*] Vel, *Dies hic*, JT. Pi. sub. *est*, Pi. *Dies* pro *tempore*, V. ¶ *Tribulationis*; ità ο'. [צָרָה] *Angustiæ*, M. P. Mo. &c. nempe, populo [c]. Sumus nunc in maximis angustiis [d]. ¶ *Et increpationis*; ità M. P. Mo. &c. [וְתוֹכֵחָה] *Et correptionis*, Sy. simil. ο'. Ma. Vel, 1. quâ Deus nos arguit †; ut populus ad meliorem mentem redeat [f]: vel, 2. quâ arguimur ab Assyriis [g]: vel, 3. quâ *Rabshakeh* arguit Deum [h]. Alii vertunt, *atrocitatis*, Ca. *ultionis*, Ar. ¶ *Et blasphemiæ*] Ità M. P. Mo. quâ scil. Deum blasphemant [i]. Hanc ultimo loco ponit, quòd eam ægerrimè ferret [k]. ¶ [וּנְאָצָה] *Et irritationis*, Ti. JT. ο'. *contumeliæ*, Ca. *iræ*, vel *furoris*, Sy. Ar. *opprobriorum*, Jon. *Exsecrationis*; quem meritò quisque maledictis exsecretur, quòd sit tribulatione plenus [l]. ¶ *Venerunt filii usque ad partum*; ità M. [עַד מַשְׁבֵּר] *Usque ad matricem*, P. *ad dolores partûs*, ο'. sim. Sy. *ad os matricis*, JT. V. Mar. vel, *ad angustias uteri*, Tig. not. vel, *ad sellam parturientis*, Mar. V. Quò cùm pervenit fœtus, multa ipse patitur [m], & dolores sunt gravissimi [n]. *Ad rupturam uteri*, Mo. *ad procinctum partûs*, Ti. Capitur hîc מַשְׁבֵּר pro certo loco uteri in quem fœtus, solutis primis vinculis, devolvitur, ut in lucem edatur †. Non dissimilis comparatio apud Homerum, Il. λ'. Ὡς δ' ὅταν ὠδίνουσαν, &c [o]. ¶ *Et vires non habet parturiens*, [וְכֹחַ אַיִן לְלֵדָה] *Et virtus non est pariendi*, P. ità Jon. Mo. vel *parienti*, ο'. sim. Sy. Ar. Ti. Tig. not. Si autem virtus tunc desit, nulla est evadendi spes [p]. Hâc allegoriâ significat maximum periculum & lethalem calamitatem Jerusalem [q]. Comparat se *Ezechias parturienti*, & populum suum *fœtui*, & periculi magnitudinem difficultati pariendi; q. d. neque fœtus seipsum juvare, neque ego ipsum liberare possum [r]. Sensus est, Concepimus justum dolorem, & appetitum vindictæ contra Assyrios; sed desideria nostra irrita sunt contra tam potentem hostem †. Alludit ad apparatum suum bellicum, quem hosti imparem sentit [t].

4. *Si fortè audiat*; ità P. Mo. [אוּלַי יִשְׁמַע] *Fortassis audiet*, Sy. Ar. M. V. sic JT. Pi. i.e. Signo aliquo declarabit se audivisse [v]. אוּלַי non est dubitantis particula [x], sed bene sperantis [y]. Vide ad Num. 22. 33. Jos. 14. 12 [z]. Vel dubitat, non de Dei misericordia, sed de suis ac populi peccatis [a]. *Nimirum audivit*, Ti. *Si quo modo exaudiet*, ο'. *Utinam audita sint*, Jon. *Annon audiet?* Strig. *Mirum ni audivit*, Ca. ¶ *Deus tuus*] q. d. Qui sanctus es, & Deo charus. Non audet dicere, *Deus noster*, ob sua & populi peccata [b]. ¶ *Universa verba*, &c.] i. e. Exauditurus est te proponentem omnia illa verba; ac proinde opem nobis laturus, &c [c]. ¶ *Quem misit rex Assyriorum*,——*ut exprobraret Deum viventem*, & *argueret verbis*, &c. [לְחָרֵף אֱלֹהִים חַי וְהוֹכִיחַ בַּדְּבָרִים וגו'] *Ut probris afficeret Deum viventem*, & *argueret in verbis*, &c. Mo. vel *verbis*, M. P. & *ad blasphemandum in verbis*, ο'. & *criminaretur* (vel *increparet nos*, Tig. not.) *verbis*, Ti. & ut *increparet nos verbis istis*; scil. ipse Rabsakes. In Hebræo est anomalia sermonis. Præcessit לְחָרֵף, itaque sequi debebat וּלְהוֹכִיחַ, sed pro eo dicitur וְהוֹכִיחַ; quod integrè dicitur, וּלְמַעַן יוֹכִיחַ. Qualis anomalia est Rom. 9. 22, 23. Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι, &c. καὶ ἵνα γνωρίσῃ, &c. pro, καὶ θέλων γνωρίσαι [d]. Vel הוֹכִיחַ sumitur pro *arguere*, id est, *argumento ostendere* & *demonstrare*; de quo vide ad Gen. 20. 16. Sic ergò verto; *Rabsaces, quem misit rex*, &c. *ad afficiendum probro Deum vivum*, & *probavit verbis*, &c. id est, Deum conviciis proscindere ausus est, idque non clàm, sed palàm verbis suis vultum & impudentiam probavit, ostendit, demonstravit, utpote qui nihil metueret, quia omnia ex voto successerant †. Miror si id cuiquam displicet [f]. [Alii הוֹכִיחַ aliter reddunt:] *Et faciet vindictam de omnibus verbis*, &c. Jon. & *arguet eum pro verbis*, &c. Sy. & *rependet ei pro verbis*, Ar. & *arguet verba ista*, JT. Connectunt וְהוֹכִיחַ cum יִשְׁמַע *audiet*; ac proinde referunt ad Deum, quòd, scilicet, Deus arguturus sit verba illa Rabsacis. Sed hanc interpretationem respuit syntaxis; nam הוֹכִיחַ regit præpos. ב præfixam nomini בַּדְּבָרִים, quæ præp. notat instrumentum quo quis arguit, non objectum quod quis arguit. Nomen autem objecti quod arguitur verbo isti subjici solet, vel interventu literæ ל, ut Esa. 11. 4. Mich. 4. 3; vel purè, id est, absque interventu ullius particulæ aut literæ, ut Psal. 105. 4. Prov. 9. 8 [g]. Alii autem [ut antè notatum] referunt ad *Sennacheribum*, qui petulantibus verbis Deum & Ezechiam increpaverat & incesserat: qui sensus sanè non est incommodus, nam eodem sensu dixit v. 3. *increpationis dies* [h]. ¶ *Et fac orationem*, [וְנָשָׂאתָ תְפִלָּה] *Et leva orationem*, P. sim. M. Mo. &c. & *intendes orationem*, Ti. *cùm extuleris*, &c. JT. *Itaque extollito*, vel *sumito*, sive *sumes*, sub. *in os*; sic plenè diceretur. Vide ad Exod. 20. 7 [i]. Dicunt Hebræi *levare orationem*, ut *levare rumorem*, Exod. 23. 1; *parabolam*, Num. 23. 7; *prophetiam*, suprà 9. 25; *convitium*, Psal. 14. 3; *lamentationem*, Ezec. c. 19. v. 1 [k]. ¶ *Pro reliquiis quæ repertæ sunt*] Vel, *quæ adhuc exstant*, V. *Pro hoc residuo quod superest*, Ar. vel, *quod inventum est*; sic P. Mo. Pi. Vide Gen. 19. 15 [l]. Vel, *quod præsens est*, JT. Reliquæ enim decem Tribus jam in captivitatem abierant; & *Judæ* pars ab Assyrio obtinebatur, suprà 18. 13 [m].

6. *Nolite timere à facie sermonum*, &c.] i.e. A sermonibus. Sic, *facies frigoris* vel *tempestatis*, pro frigore & tempestate. Vide ad Isa. 25. 7 [n]. ¶ *Pueri regis*] i.e. Ministri tres, qui suprà 18. 17. Consiliarii Regis; qui *pueri* dicuntur per synecdochen speciei, quia ad ministrandum inprimis adhibentur pueri [o].

7. *Immittam ei spiritum*, [הִנְנִי נוֹתֵן בּוֹ רוּחַ] [Variè sumunt.] *Ego dans* (vel *do*, ο'. *pono*, Jon. M. *positurus sum*, V. Ar. *dabo*, Pi. *indam*, Sy. JT.) *in eo spiritum*, Mo. *mittam in eum ventum*, Ti. qui rumorem celeriter adferet: q. d. Veniet per aera nuncius, seu rumor; q.d. citissimè, & non exspectatus [p]. Alii, *spiritum*, i.e. animum, voluntatem, propositum revertendi in patriam [q]. Alii, *spiritum*, i. e. Angelum Jehovæ, infrà v. 35. Spiritum malignum, seu adversarium. Alii, pestem, quâ absumptus est ipsius exercitus, teste Josepho [r]. *Spiritum* timoris & perturbationis †. *Spiritus* vocatur in Scriptura quicunque animi motus, ut Isa. 11. 2 [t].

8. *Lobnam*] Urbem in tribu Juda, Jos. 15. 42. ¶ *Lachis*] Fuit & hæc in tribu Juda, Jos. 15. 39 [v]. *Lobna* à *Lachisa* non longè aberat, Jos. 10. 29, 31 [x].

9. *Cùmque audîsset de Tharaca rege Æthiopiæ*, [כּוּשׁ] Hic *Thearchon* Straboni [y], lib. 1. p. 61. & l. 15. p. 686. cujus longinquas peregrinationes ibi describit Strabo. Tradit Herod. (l. 2. num. 141.) *Sanacharibum, Arabum Assyriorúmque Regem, cum magnis copiis invasisse Ægyptum*, &c. *ibíque Regem Ægyptiorum implorâsse opem dei sui; qui in somno illi visus dixit, nihil molestè eum passurum, séque auxiliarios illi missurum. Indè effusam hostibus agrestium murium vim, qui illorum pharetras, arcus & reliqua arma corroderent: quo factum ut exarmatus Rex exercitum abduceret. Eóque nunc iste Rex in templo Vulcani lapideus stat, manu murem tenens, cum his literis*, *INME QUIS INTUENS PIUS ESTO.* Suspicantur hîc describi hanc historiam Ezeciæ, sed, ut in profunda antiquitate, non exactâ veritate, [multis

a Ma. — b G. — c Hi. in San. — d V. — † Q. in Ma. sim. T. — f Hi. in San. — g Me. — h Ma. — i Me. sim. T. ex San. — k San. — l Ma. — m V. — n Mar. — † M. — o G. — p Mar. — q V. — r Jun. — † Me. — t T. ex Th. & Proc. & To. — v Ma. ex V. — x Ma. sim. Os. — y Ma. ex Pi. — z Ma. ex Jun. — a Ma. — b Idem. — c Pi.

d Pi. — † Di. ex RS. — f Di. — g Pi. — h Di. — i Pi. — k Ma. — l Pi. — m Ma. & Pi. ex Jun. sim. V. G. Me. — n San. — o Pi. — p Ma. — q V. ità M. G. Jun. Pi. — r Ma. — † Me. ità T. ex San. — t San. — v Pi. — x G. — y G. Ma.

tis mutatis & corruptis. Sic nimirum Ethnici Sacras historias fabulis suis interpolare consueverant, ut antè notatum.] Narrat Berosus, apud Josephum, *Senacheribum Ægyptum bello infestâsse; eúmque ab Ægyptiaco bello revertentem offendisse exercitum, quem sub Rabsacis imperio reliquerat, peste divinitus immissâ deletum, primâ nocte postquam urbem oppugnare cœperat absumptis 185 millibus*, &c. Josephus sic scribit; *Profectus Senacheribus ipse cum copiis contra Ægyptios & Æthiopas, Rapsacem ducem*, &c. *ad continuandum Jerosolymitanum bellum reliquit.* Et post alia; *Senacheribus diu Pelusium oppugnaverat, jámque aggerem penè mœnibus æquaverat, cùm audivit adventare Tharsicem, Regem Æthiopum, Ægyptiis laturum suppetias*, &c. *Quo territus Senach. properè cum suis abiit* [z]. Æthiopia duplex erat; 1. in regione Midianitarum, 2. post Ægyptum; quæ hîc intelligitur, ut Patres communiter tenent, & colligitur ex Isa. 20. 3, 4, 5. ubi Propheta, de hac expeditione agens, *Æthiopiam* & *Ægyptum* conjungit [a]. [Aliter sentit Bochartus, qui ad alia argumenta quibus evincere conatur τὸ כוש non *Æthiopiam*, sed *Arabiam*, esse, hunc locum adjungit.] *Tirhaca* (inquit) Rex *Chus* ex improviso Senacheribum adortus est. At *Æthiopiæ* Rex eò se conferre non potuit nisi subactâ priùs Ægypto, quæ interjacebat [b]. ¶ *Misit nuncios*] Heb. *& reversus est, & misit*, Ma. P. Multa sunt subaudienda; cujusmodi, *Quod cùm audîsset, solutâ obsidione, vertit exercitum in Regem Chus; quo devicto, rursum obsedit Jerusalem* [c]. Alii ex præcedentibus narrationibus explicant, *Et reversus est* ab Ægyptiaca & Æthiopica expeditione victus, ad exercitum Jerosolymitanum [d]. Alii omni difficultate se liberant notissimo Hebraismo, *Et reversus est, & misit*, id est, rursus misit, &c †.

10. *Non tradetur Jerusalem*] Heb. *Jerusalaim*, quod hinc liquet esse numeri singularis [f].

11. *Vastaverunt eas*] i. e. Incolas earum; Meton. subjecti: ut, *Invadunt urbem somno vinóque sepultam* [g].

12. *Gozan*] Vide suprà 17. 6. ¶ *Haran*] i. e. *Carras* Assyriæ [h], vel Mesopotamiæ. Vide Gen. 11. 31 [i]. ¶ *Reseph*] *Resapha* in Palmyrene Ptolemæo [k], lib. 5. 15 [l]. *Rezipha* Ptolemæo, Mesopotamiæ [m]. ¶ *Et filios Eden*] Regionis *Eden* sitæ in Chaldæa, seu Babylonia, Gen. 2. 10. Ezec. 27. 23 [n]. *Eden*, Mesopotamiæ. Vide Gen. 2 [o]. ¶ *Qui erant in Thelassar*] Contractè *Thelda* Ptolemæo, *Thilutha* Ammiano [p]. Nomen est castrorum sive munitionis in medio Euphratis sitæ, Ammian. 24. 4. quo Hedenitæ præsidiarii à Rege Babylonis videntur fuisse missi, ut adversùs Assyrios locum defenderent. Sic autem dicitur, quasi objectum Assyrio propugnaculum [q].

13. *Rex civitatis Sepharvaim*] Idolum quod colebatur in civitate, sic dictum, vel quòd, tanquam Rex, coronâ redimitum esset; vel quòd civitati dominari crederetur [r].

14. *Expandit eas*] Heb. *eam*, scil. schedam in qua blasphemiæ erant scriptæ †. ¶ *Coram Domino*] Id est, coram Arca [t].

15. *Sedes super Cherubim*] *Habitas inter Cherubim*, V. ¶ *Tu es Deus solus*, &c.] Hæc directè opposita sunt opinioni Assyriorum, suprà 17. 27. & 18. 35 [v].

16. *Qui misit*] Sub. *legatos*, V.

18. *Et perdiderunt*] Ità οἱ. Mo. *ideo perdiderunt*, &c. P. JT. &c.

21. *Iste est sermo*, &c.] *Hoc est verbum quo edicit Jehova responderi ei*, JT. Verto, *Hæc est res illa quam elocutus est Jehova de eo.* עַל pro περὶ, de *. ¶ *Sprevit te*, &c. *virgo*, &c.] [Q. sic exponunt;] O virgo, &c. Rex Assyriorum sprevit te, &c [x]. [Alii aliter;] *Sprevit*, i. e. spernet, te, virgo, &c. ô Rex Assyriorum. Qui sensus verior est [y]. ¶ *Virgo*, &c.] Ità dicitur *Sion*, vel, 1. quia nulli alii marito quàm vero Deo subjecta fuit [z]: vel, 2. ut amplificetur injuria Senacherib contra eam; nam injuria quæ virgini infertur gravior est, &c. vel, 3. ut sign. Deum illam, ut parentes solent virgines, diligentiùs custoditurum: vel potiùs, 4. quia ad illud tempus Jerusalem nunquam expugnata fuerat, neque violata ab hostibus. Hinc *virgines* vocantur Babylon, Sidon, & Ægyptus; quia nihil grave ad Isaiæ tempora ab hoste pertulerant. Dices Jeru-

z Ma. — a T. ex San. — b BP. 4. 2. 239. — c V. — d Ma. — † Ma. ità Jun. Pi. — f Pi. — g Idem. — h G. — i Ma. ex Jun. — k G. — l Ma. — m Jun. — n Pi. — o G. sim. Jun. — p G. — q Ma. ex Jun. — r Me. — † M. — t Pi. — v G. — * Pi. — x Q. in E. — y E. ità omnes. — z M.

salem *virginem* dici etiam post direptionem, Thren. 1. 15. & 2. 13. Resp. Solent res interdum nomen servare quod paulò antè amiserunt. Sic Simon *leprosus* dicitur post curationem; & cæci dicuntur *videre*, & claudi *ambulare*. Sic & *virgo* dicitur quæ violata est: Terent. And. *virgo illacrumat*; & Virgil. Eclog. 6. de Pasiphäe, *Ah, virgo infelix!* &c. & Joel. 1. *Plange quasi virgo super virum pubertatis tuæ* [a]. ¶ *Filia Sion*] Ità vocat plebem in superiori parte habitantem, ubi erat regia [b]. Provinciæ & civitates dicuntur *mulieres* & *filiæ*, ob earum pulchritudinem & luxum [c]. *Filii* vel *filiæ* alicujus loci dicuntur ipsius incolæ. Metropolis item אֵם *mater* dicitur, & minores pagi *filiæ ejus* dicuntur, ut Jos. 17. 16 [d]. ¶ *Caput movit*] Mos irridentium, Psal. 22. 7. Matt. 27. 39 †. vel minitantium [f]. ¶ *Filia Jerusalem*] Plebem urbis inferiùs sitæ designat [g].

22. *Contra Sanctum Israel*] Familiare Esaiæ loquendi genus; ut 45. 11. & 47. 4. & 48. 17 [h].

23. *In multitudine curruum meorum*; [ità omnes:] בְּרֹכֶב רִכְבִּי] *Keri* בְּרוֹב, [quod omnes sequuntur. At quid impedit quò minùs servetur τὸ *Chetib*, & legatur בְּרֹכֵב וגו׳, *per equitantes curruum meorum*, &c?] Egregia descriptio Regis successibus elati [i]. ¶ *Ascendi excelsa montium*, &c.] Id est, loca inaccessa, & vix peditibus pervia, disjectis scopulorum & sylvarum obstaculis, sic aperui & complanavi, ut etiam quadrigis commodus pateat transitus. Eadem hæc loca aperuit etiam postea Vespasianus, cùm per easdem Libani fauces exercitum traduceret, juxta illud Zach. 11. *Aperi, Libane, portas tuas.* Idem in Alpibus fecit Annibal [k]. Per *juga montium* intelliguntur loca in montibus exstructa, arte atque naturâ munita [l]. ¶ *Succîdi sublimes cedros*, &c. [sim. plerique:] קוֹמַת אֲרָזָיו וגו׳] *Altitudinem cedrorum ejus*, P. [sim. plerique:] pro, *cedros altitudinis*; Hypallage [m]. Id feci ad complanandam viam curribus & exercitui meo [n]. Per *cedros* & *abietes* metaphoricè intelligit munitas urbes Judæ [o]; vel Reges, Principes, Duces *. ¶ *Et ingressus sum usque ad terminos ejus*, וְאָבוֹאָה מְלוֹן קִצּוֹ] *Et ingrediar diversorium finis*, sive *extremitatis, ejus*, Mo. Os. Pi. Jun. id est, *extremum*, sive *ultimum, diversorium*, JT. Ca. Hypallage, qualis modò. *In diversorium niduli ejus*, M. *in habitaculum finis* (vel *summitatis*, Ti.) *ejus*, P. Tig. not. i. e. extremum habitaculum [p]. Intellige, vel, 1. Jerusalem, & Templum, ubi Deus habitat [q]: vel, 2. locos omnes Judææ; q. d. in quibuscunque latent angulis, &c. nullum non locum pervadam [r]. Pro מְלוֹן scribitur מְרוֹם Isa. 37. 24. *altitudinem extremitatis ejus*, i. e. extremam celsitudinem ejus; q. d. Nihil adeò altum vel arduum in Judæa, quò ego non pertingam †. [Q. hæc verba cum sequentibus conjungunt, ut videbimus.] ¶ *Et saltum Carmeli ejus*; ità Mo. Ang. P. montem *Carmeli* qui est in Juda [s]: יַעַר כַּרְמִלּוֹ] *Atque in sylvam planitiei ejus*, M. *ad saltum agrorum ejus cultorum*, Ti. sim. Belg. *in ejus cultam* (vel *campestrem*, Strig.) *sylvam*, Ca. *sylvas, arva ejus*, JT. i.e. Nihil non pervadam [v]. Non est hîc *Carmel* nomen proprium, sed *loca frugifera* significat. Ità enim utitur Esaias 10. 18. & 16. 10. & 29. 17 [x]. Ità & Jer. 2. 7. & 4. 26, &c [y]. Vide Levit. 2. 14 [z]. *Carmel* est nomen montis læti atque uberis in tribu Issachar [a]; de quo vide Jos. 12. 22 [b]. Hæc tota Prophetæ oratio plena est figuris, & instar carminis cujusdam; itaque paulò obscurior [c]. Fortè Templum vocat *Carmel* ob pulchritudinem [d]. [Q. hæc verba cum præcedentibus connectunt:] *Et ad extremum usque verticem sylvæ* (sive *saltûs*, Sy.) *Carmeli penetrabo*, Ar. sim. Sy. Os. Montem *Carmelum* propriè hîc accipio, quòd præcesserit *Libanus* †. *Libanus* & *Carmel* per synecdochen pro locis sublimibus usurpantur, in quorum fastigiis sitæ erant civitates, ad quarum obsidionem suis quoque quadrigis expeditum fuisse ascensum gloriatur [f]. Vide de hoc versu annot. in Jes. 37. 24 [g].

24. *Ego succîdi: & bibi*, &c. קַרְתִּי וגו׳] *Fodi, & bibi*, M. P. Strig. *Ego effodio ut bibam*, JT. Continuatur sermo Regis Assyrii [h]. *Ego fodi*, sub. *venam*, P. vel *cisternas*, Jon. ¶ *Aquas alienas*; ità M. P. Ti. זָרִים] *Peregrinas*, Sy. Strig. Cùm, scilicet, in alienam ditionem

a San. — b G. — c Me. — d Glass. — † G. sim. Pi. — f Me. — g G. — h Idem. — i Idem. — k T. ex San. — l M. — m Pi. — n Me. — o Pi. — * Os. — p Os. — q Tig. not. Os. M. — r Belg. — † Ma. — s T. — v Jun. — x G. sim. Belg. — y Belg. Ma. — a Belg. — b Ma. — c Os. — d Mar. — † Ma. — f San. — g V. — h Pi.

ditionem irrupissem [i]. Aquas ab Israelitis pro more collectas, & in cisternis servatas [k]; quas *alienas* vocat, quia ab aliis collectæ sunt [l], & aliorum erant: neque enim communes erant cisternarum aquæ, sicut fluviorum ac fontium: ideóque tales aquas emptas legimus, Num. 20. Deut. 2. 1 Sam. 25. 11 [m]. Vel *alienas*, scil. ab humanis usibus, nempe subterraneas: metaphoricè thesauros sub terra reconditos, vi armorum erutos. Alii, *aquas exteras*, i. e. novas, antea incognitas, quas effodiebam [n]. Sensus est, Quamvis per loca sicca & inaquosa transivi, & aquas mihi eripere quibuscunque modis conati sunt, 2 Chron. 32. 3, 4. sapientiâ tamen & potentiâ meâ aquas erui, etiam in illis locis ubi nullæ aquæ antè fuerunt †. *Aquas juges*, Ca. ¶ *Et siccavi vestigiis pedum——aquas*] [Sim. plerique.] Vel, *& siccabo*, &c. M. P. Ti. &c. i. e. Ubicunque exercitus meus vestigium poneret, siccabat fontes propter multitudinem [o]. Quod à Xerxe factum dicunt [p]. Quod tamen ut à Græcis confictum deridet Juvenalis Satyr. 10. Nec verius illud Trebell. Pollion. de fluminibus à copiis Scytharum epotis. Sed hyperbolica hæc sunt, &c [q]. ¶ *Omnes aquas clausas*, יְאֹרֵי מָצוֹר] [Variè reddunt.] *Fluvios clausuræ*, ο'. *profundos quosque fluvios*, Sy. sim. Ar. Jon. *rivos obsidionis*, M. Pi. vel *oppugnationis*, Tig. not. vel *locorum obsessorum*, JT. Tig. not. *rivos* (vel *lacus*, Strig.) *munitos*, P. vel, *qui pro munitione sunt*, Ti. *flumina aggeribus munita*, Ca. G. Transii, aquis nimirum abactis. Exempla similia vide apud Frontinum l. 3. c. 7. Adde quæ de Cyro attulimus ex Herod. ad l. 3. de V. R. C [r]. Operâ militum meorum averto cursus amnium. Alii, Tot milites traho, ut iis non sufficiant aquæ fluvii, unde cogor fodere puteos †. Alii, *rivos fortitudinis*; Metaphora: id est, omnes auxiliares copias [t]. Alii, *rivos Ægypti*, Q. in Ma. BP. *Matsor* per paronomasiam ponitur pro *Mitzraim*, *Ægypto* [v]. Ægyptus מָצוֹר dicitur hîc, & Esa. 19. 6. teste K. & Mich. 7. 12. *& à Masor usque ad fluvium*, id est, ab Ægypto usque ad Euphratem, qui sunt termini terræ Canaan. Rectè sic dicitur, 1. quia *Misrajim* videtur factum per compendium ex *Mesorajim*; ut singulare sit מָצוֹר *Masor*. 2. Vel ab *angustiis*, quia צוּר *coarctari* sign. Angustam autem esse Ægyptum omnes sciunt, & totam patere in longitudinem. Vide Esa. 18. 2. 3. Nomen ex argumento sumptum. מָצוֹר est munitus locus. Nulla regio est naturali situ tutior, ut notant Diodor. lib. 1. pag. 18. & l. 15. & Strabo l. 16 [x]. Arces & civitates ubique habet Ægyptus ad aquas munitissimas [y].

25. *Numquid non audîsti*, &c? הֲלֹא שָׁמַעְתָּ לְמֵרָחוֹק אוֹתָהּ עָשִׂיתִי] *Annon audivisti indè à longo* tempore *me id facere?* JT. vel, *quæ olim fecerim?* Strig. vel, *quòd hoc* negotium *jam olim fecerim?* Ti. *me hoc olim ita comparâsse?* Ca. *jam olim me id fecisse?* G. לְמֵרָחוֹק pendet à sequenti עָשִׂיתִי *feci*, deficiente conjunctione כִּי, id est, *quód*: Et *me* emphaticè ponitur, q. d. me, non te, uti jactas [z]. *Nonne audîsti à longè?* i. e. Nonne res gesta in longinqua & distanti regione, ad te remotissimâ famâ perlata, *ipsam feci*, nempe, me fecisse & formâsse gentem Judaicam ab antiquis temporibus Abrahæ, &c [a]? *Annon audîsti quòd jampridem* (vel, *à remoto tempore*, M.) *fecerim eam?* Sy. sim. Ar. M. Forst. in Ma. *id est, urbem Jerusalem?* Sy. *Me id fecisse*, nempe, cùm Israelitas deduxi per Arabicum sinum [b]? Declarat Dominus se Jerosolymæ tutorem esse, nec unquam Ecclesiæ defuturum, &c [c]. *Quid ab initio fecerim*, i. e. facere decreverim, genti Judæorum [d]? *Non audîsti ab antiquis quid feceram Pharaoni*, &c? Nota pronomen fœmineum *eam* neutraliter, more Hebraico, accipi, pro, *istud*, *hanc rem*, &c †. ¶ *Ex diebus antiquis plasmavi illud*, לְמִימֵי קֶדֶם וִיצַרְתִּיהָ] *Indè à diebus priscis* (Heb. *secundùm dies antiquitatis*, Pi.) *ut formaverim illud?* JT. sim. P. Ti. *Quòd a diebus originis cogitaverim istud?* Nam יָצַר significat vel, *mente aliquid concipere, imaginari, cogitare*; vel, *foris secundùm illum animi conceptum rem formare & effigiare* [f]. *Et quæ indè ab initio formaveram?* Strig. *&* (*me*) *à multis temporibus destinâsse?* Ca. *& à priscis diebus condideram illam?* Sy. sim. Ar. M. Q. in Ma. nempe, *Jerosolymam*, Sy. Ab exitu ex Ægypto legibus formavi,

[i] Me. [k] San. [l] T. [m] San. [n] Ma. † Belg. [o] Me. [p] T. ex San. [q] BA. 2. 5. 15. 765. [r] G. † Tig. not. [t] Q. in Ma. [v] Q. in Ma. [x] BP. 4. 24. 292. [y] Ma. [z] Pi. [a] Caj. in Ma. [b] G. [c] V. [d] Me. † Ma. [f] Forst. in Ma.

ejúsque curam gessi [g]. [Q. illa, לְמִימֵי קֶדֶם, cum verbis antecedentibus connectunt, locúmque sic reddunt;] *illud* (vel *illam*, Caj.) *feci à diebus quondam, & plasmavi illud?* Mo. sim. Caj. in Ma. *Plasmavi illud*: Feci hoc [nempe, Israelitas deduxi per Arab. sinum, ut G. præcedentia verba explicat,] vi meâ, sine naturæ aut humanæ artis ope. Ità enim eximiè usurpatur verbum יָצַר Gen. 2. 8. & alibi [h]. ¶ *Et nunc adduxi*; *erúntque in ruinam*, &c. עַתָּה הֲבֵיאתִיהָ וּתְהִי לְהַשְׁאוֹת גַּלִּים נִצִּים עָרִים בְּצֻרוֹת] *Nunc adduxi illud*, *& erit ad desolandum acervos destructos civitates munitas*, Mo. *Nunc evenire feci illud: & erit ad destruendum in acervos ruinarum civitates munitas*, P. *Jam verò adducam illud*, *nempe*, *ut vastem urbes munitas*, *& redigam eas in acervos & ruinas*, Ti. *Eodem modo nunc quoque facio*, *& redigo urbes munitas in vastitatem & in acervos lapidum*, Strig. *Nunc feci venire ipsam*, *& erit ad faciendum desolare in acervos desertionum civitates munitas*: i. e. Nunc venire feci gentem Israeliticam in eum statum, ut suis culpis & meâ justitiâ, non tuis viribus, civitates eorum desolentur [i]. *Nunc adduco illud ut sis* (vel potiùs, *adduxi illud ut esses*, ex seq. versu, Pi.) *ad deturbandum in acervos vastos civitates munitas*, JT. Nota illos תְּהִי accipere pro secunda persona, quæ aliis tertia est [k]. *Ut esses ad deturbandum*, scil. *aptus*, vel *comparatus*. In Hebræo mendosè hîc legitur לְהַשְׁוֹת, pro לְהַשְׁאוֹת, ut patet ex collatione Esa. 37. 26 [l]. Fit ex verbo שָׁאָה, vel נָשָׁה. Exponunt, *ad conterendum*, *devastandum*, &c. meliùs, *ad repentè irruendum*, *ad obruendum cum magno impetu & strepitu* [m]. [Alii referunt ad Jerusalem, & sic vertunt;] *Et nunc adducerem eam*, *ut sit in desertum & solitudinem*, *velut urbes illæ magnæ?* Sy. *Tu verò jam venires*, *ut redigas eam in ruinam solitariam*, *ut reliquas civitates magnas?* Ar. *Et nonne* [fortè legendum *númne*, alioquin sensum non capio,] *modò adducam eam*, *ut fiat in desolationem*, *& munitæ urbes redigantur in acervos ruinarum?* M. [Al. sic;] *Et nunc adduxi*; nunc quoque tu id non fecisses, nisi mihi libuisset permittere: *hoc erat ad vertendum civitates munitas in cumulos ruinarum*: i. e. Ideo hoc permisi, ut civitates mihi exosas punirem excidio; ideo tibi complanavi viam [n]. Τὸ גַּלִּים, propriè *volutiones*, quidam *acervos* exponunt, ut Gen. 31. 46. alii *fluctus*, *procellas*, ut Zach. 10. 11. τὸ נִצִּים participium exponunt, *corrixantes*, *contendentes*, &c. propriè *involantes*, *irruentes*; alii substantivè, *destructionum*, vel *desertionum* [o]. Sensus loci est, q. d. Non est quòd glorieris te & tuos majores talia fecisse, nam ex decreto meo antiquo hæc facta sunt [p]. Jamdiu illam gentium desolationem præordinavi, & per Prophetas prædixi, (quin & per Isaiam, cap. 10. te, *Assur*, fore *virgam furoris mei* [q];) sed modò sub Regibus *Assur* volui in effectum dare, ut urbes, &c. destruerentur [r]. Jam olim sententiam pronunciavi in gentes, etiam in Israelem ipsum †. Non est res nova, quòd gentibus & populo meo calamitates immitto, ut peccata puniantur, & populi mei virtus probetur. Quare meum, non tuum, opus facis [t]. Al. sic; Confert Jerosolymam cum aliis urbibus ab Assyrio eversis; q. d. At Jerusalem non est ejusdem cum aliis conditionis, nec à tyranno tam facilè everti potest [v].

26. *Et qui sedent in eis*] Habitatores earum urbium [x]. ¶ *Humiles manu*, קִצְרֵי יָד] *Abbreviati* (vel *contracti*, JT.) *manu*, P. *curti manûs*, Pi. i. e. *imbelles*, V. sic ο'. in G. Destituti viribus ad pugnandum [y]. Vide in Jesaia, ubi similia omnia usque ad finem capitis leguntur, paucis exceptis [z]. ¶ *Contremuerunt*, חַתּוּ] *Consternati*, *fracti sunt*: q. d. Ut tibi animum adjeci, ità illis abstuli [a]. ¶ *Confusi sunt*] Tametsi repugnant ad tempus, tamen confunduntur tandem, amissis urbibus & libertate [b]. ¶ *Facti sunt velut ——virens herba tectorum*] Heb. *viriditas herbæ teneræ*, pro, *herba tenera viriditatis*, id est, viridis: Hypallage [c]. ¶ *Quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem*, וּשְׁדֵפָה לִפְנֵי קָמָה] *Quod*, [nempe *fœnum*,] vel *quæ*, [nempe *herba*,] *arescit ante maturitatem*, Strig. sim. Ca. *ante culmum*, Pi. *antequam veniret ad culmum*, Mar. *Quæ adyritur antequam eousque perveniat ut sint ei spicæ*, Jon. *Et ut folia tritici antequam in culmum assurgat*, Sy. aut

[g] Caj. in Ma. [h] G. [i] Caj. in Ma. [k] Ma. [l] Pi. [m] Ma. [n] G. [o] Ma. [p] Mar. [q] T. ex San. [r] M. sim. V. † V. [t] Os. [v] Q. in V. [x] G. [y] Pi. [z] V. [a] Ma. [b] Os. [c] Pi.

aut ſeges immatura, & uredine percuſſa, M. & arvum *tactum uredine antequam in culmum aſſurgat,* JT. Pi. Suppletur *arvum* ex Eſa. 37. 27. ubi pro וּשְׁדֵפָה legitur וּשְׁדֵמָה. In utroque loco videtur legendum, וּשְׁדֵמָה שְׁדֵפָה [d]. *Et percuſſa ariditate antequam ſit ſeges,* P.

27. *Habitaculum,——egreſſum,——introitum*] Hæc tria ſignificant omnes motus, ſitus & actiones hominis *. Quæcunque molitus es hactenus, ſive in penetralibus regiæ, ſive in eductione copiarum, ſive in expugnatione urbium [f]. Novi quid cogitâſti in patria, quomodo & quò veneris [g]. ¶ *Et furorem tuum contra me* ; ità M. P. Ti. JT. וְאֵת הִתְרַגֶּזְךָ אֵלָי] *Et quòd audacter egeris coram me,* Sy. *furere tuum contra me,* Pi. *iraſci tuum ad me,* Mo. *Ad me,* i. e. mihi patuit [h]. *Et id quo irritâſti me manifeſtum,* Jon. *Furorem tuum ſuper me,* ο'. [quaſi eſſet עָלָי.]

28. *Superbia tua aſcendit in aures,* וְשַׁאֲנַנְךָ וגו׳] *Atque felicem te eſſe putas : aſcendit hoc ad aures meas,* M. *Secura opulentia tua,* Ti. *Quies, tranquillitas, ſecuritas tua :* Arceſſunt à שַׁאַן [i]. *Iſte faſtus,* Ca. *tumultus tuus,* Jon. P. Mo. Mar. vel *ſtrepitus tuus,* ο'. Armorum tuorum, quibus confidis [k]. *Temeritas tua,* Oſ. *Irruptio,* vel *impreſſio, tua,* quâ ſcilicet irruiſti in terras, & in Judæam. Plerique deducunt à וּשְׁאָה [l]. Alii, *blaſphemia tua,* Sy. Ar. ¶ *Ponam circulum in naribus tuis*] Ità Strig. Quo te, tanquam feram beſtiam aut bubalum, quaſi fræno circumagam [m]. Solent bubali annulo, vel hamo, in naſum injecto circumduci [n]. ¶ חַחִי] *Hamum meum,* ο'. Jon. Ar. Sy. M. &c. Similitudo à more piſcatorum, Job. 41. 2 [o]. ¶ *Et camum*] Speciem fræni [p]. Ut equis & mulis fieri ſolet, Pſal. 32. 9. ¶ *Reducam te,* &c.] Retro te agam [q]. Re infectâ turpiter redibis domum [r]. Dignum ſuperbo ſupplicium ; ut qui ſe ſupra hominem eſſe putat, ad morem bruti abjiciatur *.

29. *Tibi hoc erit ſignum*] Sub. *quòd prophetia quam prædixi eventura ſit* [t]. *Signum,* nempe, te paternè à Deo diligi, ipſíque curæ eſſe [v]. Non datur hîc ſignum ad confirmanda Prophetæ dicta, quod pio Regi non erat neceſſarium ; ſed quæ *ſigna* vocat ſunt potiùs effecta prædictionem Prophetæ conſequentia, &c [x]. Signum illud additur, ut non timeant quòd Rex alius poſt interfectum Sancherib facilè auſurus ſit terram invadere [y]. ¶ *Comede*] Heb. *comedere :* infinitivus pro futuro *. ¶ *Quæ repereris,* סָפִיחַ] *Serotinum,* Mo. *ſegetem reſtibilem,* Ca. *repoſita,* Ti. quæ ſcil. vobis repoſita ſunt ad obſidionem [z]. *Per ſe germinantia,* P. *ubertatem,* Ar. *quæ ſuâ ſponte naſcuntur,* M. ſic Sy. ο'. in G. JT. Pi. Vox Hebræa ſign. id quod naſcitur ſuperiore anno, meſſe factâ, nullo poſtea jacto ſemine, è granis caducis [a]. Quod ex radicibus demeſſæ aut conculcatæ ſegetis pullulat [b]. Hinc colligitur iſtum annum fuiſſe annum ceſſationis terræ ; de quo vide Levit. 25. 4. & ſeq *. ¶ *Secundo anno quæ ſponte naſcuntur,* סָחִישׁ] *Spontè germinatum,* Mo. ſim. P. Ca. Ti. *ſpontè renaſcens,* vel *renatum,* Sy. JT. Pi. *quæ à ſpontè naſcentibus repullulârunt,* M. ἀνατέλλοντα, ο'. Hæc ea ſunt quæ ex ſemine alicubi demerſo ſine cultura erumpunt [c]. Secundus hic annus fuit annus remiſſionis [d]. Etiamſi his duobus annis propter incurſionem hoſtium agri non ſunt conſiti, tamen ex granis noviſſimæ meſſis frumentum ad victum populi (in ſequente anno) ſufficiens reperies *. Senſus eſt, Licèt tyrannus copiis ſuis ſegetes omnes protriverit, arboréſque ſucciderit, &c. neque ſpes hoc anno videatur alicujus meſſis aut vindemiæ ; inſequens quoque annus, eò quòd Sabbaticus ſit, non permittat aut ſerere aut metere ; nihil tamen tibi tuíſque deerit, ſed benedicente & multiplicante me colliges hujus anni reliquum ex relictis ſtipulis & truncis, proximo verò anno ex deciduis granis, quod abunde ſufficiat, &c. Quod certè miraculum erat evidentiſſimum [f]. In hac re videtur potiſſimùm poſita fuiſſe ſigni ratio ; quòd ſcil. non ſolùm ſatis cibi ſuppeteret pro illo anno quo Aſſyrii agros vaſtaverant, ſed etiam anno ſequente futurum eſſet ut ſpontè renaſcerentur fruges & uvæ ſufficienti copiâ, &c [g]. ¶ *Tertio anno ſeminate,* &c.] Ut in alta pace, longè remoto non hoſte

[d] Pi. * Me. ex San. [f] T. ex San. [g] Mar. [h] G. [i] Ma. [k] Ma. [l] Ma. [m] Me. [n] Ma. [o] G. [p] Me. [q] G. [r] Oſ. * San. [t] V. [v] Oſ. [x] Me. [y] M. * Pi. [z] Me. [a] Tig. not. ſim. Belg. [b] San. * Pi. [c] G. [d] He. in M. * Oſ. [f] T. [g] Pi.

tantùm, ſed & hoſtis metu [h]. Significat duobus annis fore annonæ anguſtiam, tertio laxitatem propter libertatem colendi agros [i].

30. *Quodcunque reliquum fuerit,* פְּלֵיטַת] *Evaſio,* V. Pi. vel *Ereptio* ; i. e. qui evaſerint, &c. Pi. ¶ *De domo Jehuda*] Noſtri legerunt בֵּית, ut habetur Eſa. 37. 31. ſed meus codex hîc habet בַּת *filia* [k]. ¶ *Mittet radicem,* &c.] Agent parte imâ altiùs radices [l]. Firmas habebit ſedes & ſoboleſcet. Tranſlatio à ſatis ſumpta [m]. Multi relinquentur & erunt ſuperſtites [n].

31. *De Jeruſalem egredientur reliquiæ*] Quæ intra muros propter hoſtes ſe continebant, prodibunt liberæ, &c [o]. [Alii ſic ;] Iterum germinabit & florebit Jeruſalem, & quaſi novi ex illa ſurculi egredientur [p]. Idem eſt ſenſus qui in illis Virgilii, *Ergò omnis longo ſolvit ſe Teucria luctu ; Panduntur portæ : juvat ire, & Dorica caſtra Deſertóſque videre locos*—— [q]. ¶ *Et quod ſalvetur*] Hebr. *evaſio,* i. e. *qui evaſerint,* exibunt è *monte Zionis,* Pi.

32. *De rege*] Nota אֶל hîc valere *de,* ad notandum objectum [r]. ¶ *Nec mittet ſagittam*] Ad dejiciendos defenſores *. ¶ *Nec occupabit eam*] Heb. *nec anteriorabit :* Plerique, *non præveniet eam* ; Q. *neque præoccupabit,* i. e. oppugnabit ; neque *occurret ei clypeus,* Ma. metonymicè, id eſt, clypeati milites [t]. Non aggredietur eam factâ teſtudine, qui συναςπισμὸς Græcis [v]. ¶ *Nec circumdabit eam munitio*] Heb. *neque fundet,* ſive *effundet, ſuper,* vel *contra, eam aggerem,* Pi. Mar. ſub. *ad eam oppugnandam,* V. *neque diffundet contra eam miſſilia catapultaria,* JT. Hebræi סֹלְלָה interpretantur *balliſtam.* Non effundet in eam ſaxa balliſtaria [x].

34. *Et propter David*] Propter meritum ejus. [Ità E. juxta Eccleſiæ Romanæ placita.] Alii, propter promiſſionem Davidi factam. Sic 1 Reg. 11. 12, 13 [y]. [Ità & Ma. licèt Pontificius.]

35. *In nocte illa*] Quâ ? Reſp. 1. Quæ proximè ſubſecuta eſt diem quâ venit Rex Aſſyriæ ut obſidione cingeret urbem Jeruſalem, atque eam funditus tolleret [z]. Nocte prædictionem Eſaiæ ſequente, ut res ſtatim vaticinio ſuccederet [a]. Sed hoc dici non poteſt, quia v. 29. Aſſyriorum clades tertio anno futura indicatur. Itaque emphaticè dicitur *in illa nocte,* q.d. in celebri illa nocte ; ſicut Iſa. 27. *In die illa viſitabit Dominus,* &c [b]. Hæc acciderunt biennio poſt vaticinium, id eſt, poſt longam illam moram quam poſuit Aſſyrius in ſubjugando Ægypto atque Æthiopia ; nempe, poſtquam uno anno comedit populus ſpontè nata, & altero victitavit pomis [c]. ¶ *Angelus*] Vel bonus, ut vult To. vel, ut alii, Dæmon [d]. ¶ *Et percuſſit*] Igne, velut fulmine, icti, illæſis veſtibus combuſti ſunt * : vel peſtilentiâ [f]. Mortis genus non habetur in textu [g]. ¶ *In caſtris Aſſyriorum*] Quæ tunc obſidebant urbem *Libnam,* ſuprà v. 8. Niſi dicamus, intelligendas eſſe copias illas quas Rabſhakeh ſecum ad Hieroſolymam adduxerat, v. 17. & ſtatuamus, Rabſhakem, quum ad Regem ſuum reverteretur, illas copias ante Hieroſolymam reliquiſſe [h]. Mentio hujus hiſtoriæ Tob. 1. 21. Eccleſ. 48. 21. 1 Mac. 7. 41 [i]. & in Ethnicis ſcriptoribus [k]. [Vide annotata ad v. 9.] ¶ *Cúmque ſurrexiſſet*] Heb. *ſurrexiſſent,* ſcil. Rex Aſſyriæ & conſiliarii ejus, ex collatione ſequentium [l].

36. *Et reverſus eſt Sennacherib*] Cur non ipſe occiſus ? Reſp. 1. Ut cognoſceret potentiam cui ſe ſuperbè oppoſuit. 2. Ut, poſtquam turpiter fugiſſet, & cædem ſuorum ac regni perturbationem ſpectâſſet, mortem duriorem & ignominioſiorem à filiis illatam ſubiret [m].

37. *Filii ejus*] Maximi natu [n]. Qui ad hoc facinus impulſi dicuntur, quòd pater, cùm in periculo eſſet, voto ſe obſtrinxiſſet illos immolandi [o]. ¶ *Fugerunt in terram Armeniorum*] Ad Gordyæos. Vide Gen. 8. 4 [p]. Meritò quidem. Eò namque receptus erat, 1. expeditiſſimus ; nam regio *Ararat,* h. e. Gordyæa, Aſſyriis Adiabenis (apud quos condita erat Ninive) imminebat & adhærebat : 2. tutiſſimus ; quia montibus aſperrima erat, & aditu difficilis. Gens item bellicoſa, & libera, hoſtili ſemper, in Aſſyrios primùm, deinde

[h] G. ſic Me. Ma. [i] Mar. [k] Pi. [l] V. [m] G. [n] V. [o] Ma. [p] Me. [q] G. [r] Pi. * G. [t] Ma. ſim. Mar. [v] G. [x] G. [y] Pi. ex Jun. [z] V. [a] Ma. [b] Me. [c] San. [d] Me. * He. & Caj. in Ma. [f] Jo. in Me. [g] Me. [h] Pi. [i] G. [k] San. [l] Pi. [m] San. [n] G. [o] G. [illegible] RS. [illegible] [p] G.

deinde in Persas, animo, nec ullis eorum exercitibus
q Ful. mis. 1. 4. domari potuit, teste Xenoph. Exped. Cyri l. 3 [q]. Atque ità exciderunt successione regni. ¶ Asarhaddon]
r G. Ptolemæo Ἀσαράδινος [r].

CAP. XX.

1. IN diebus illis] Sub tempus adventûs Regis Assy-
* V. riæ *. Cùm Sennacherib à Jerusalem profectus
t Me. Ma. est contra Tharaca Regem Æthiopiæ [t]. Anno 14. regni
sui, nam 15 annis postea regnavit, v. 6. & universè
v Ma. regnavit 29 annis, suprà 18. 2 [v]. Post liberatam ab op-
x Pi. pugnatione Assyrii Hieros. ex collat. cap. præced [x].
Alii ante solutam obsidionem eum ægrotâsse volunt,
ob v. 6. de manu Assyriorum liberabo te. ¶ Ægro-
tavit Ezechias] Deo morbum immittente, vel nè in-
solesceret ob victoriam; vel quia pro ea, ut par erat,
gratus non fuit; vel ut Regis animus purgaretur, &
y Me. virtus exerceretur [y]. ¶ Præcipe domui tuæ] Vide
z La. eadem Esa. 38. 1 [z]. Da suprema mandata. Ità mos
erat euntibus ad bellum, aut in periculo quovis con-
a G. stitutis, ut docet Plutarchus de Homeri Poesi [a]. [Vi-
de verba in auctore.] Da præcepta familiæ tuæ, JT.
sive de re familiari: nihil de rebus regni meminit,
b Ma. quia carebat filio [b]. Commenda viro alicui domum tuam,
Jon. in M. ¶ Morieris, &c.] Si causas naturales
c Me. spectas; nam morbus erat lethalis [c]. Solet Scriptura
significare id esse futurum quod rerum natura fert ut
d San. fiat; ut 2 Reg. 8. Sanaberis, &c [d]. In hac denuncia-
* G. tione latebat tacita quædam conditio, ut Jon. 3. 4 *.
Si enim prædictio absoluta esset, petendo peccâsset,
f E. adeóque nec exauditus fuisset [f].

2. Convertit faciem ad parietem] Vel versùs Tem-
g Me. sim. Jon. in Ma. plum [g]. Vel, ut quietiùs & attentiùs oraret [h]: vel, nè
inter orandum affectûs & lacrymarum testes ha-
h Me. Ma. beret [i].

i Me. 3. Memento—quomodo ambulaverim, &c.] Prædica-
bant illi generosâ quadam fiduciâ Deo opera sua; ut
Nehemias, c. 13. v. 14. In N. Fœd. non æquè id vi-
demus fieri, quia & vis gratiæ multò major est, & pro-
fectus indies major requiritur; ut de Christiano dici
possit, Nilque putans actum, dum quid superesset agen-
k G. dum [k]. ¶ In veritate] Citra fictionem. Seip-
l V. sum mox declarat, cùm dicit, & corde integro [l]. Seriò
m Me. te colens, idola destruens, &c [m]. q. d. Pro virili meo
conditioni adhæsi quam proposueras, 1 Reg. 8. 25.
sis ergò memor promissi, nec patiaris me vitâ exce-
n Ma. ex Jun. dere sine successore filio [n]. ¶ Flevit fletu magno]
Minùs clarè revelatâ spe vitæ æternæ, mors etiam
o G. magis timebatur [o]. Non tam flevit quòd moreretur,
quàm quòd illiberis, & sine hærede, ex quo nascitu-
rus esset Christus, moreretur: Nam Manasses erat
tantùm 12 annorum moriente patre, ideóque ter-
p T. & Me. ex Hi. tio abhinc anno natus est [p]. Flevit, quia promissio Do-
q Hi. in Me. mini ad David in sua morte peritura erat [q].

4. Antequam egrederetur mediam partem atrii; ità
M. [הָעִיר הַתִּיכֹנָה] Urbem mediam, Mo. Ca. In civi-
tatem medianam, JT. i.e. in mediam civitatis partem,
sicut nominatur infrà 22. 14. Habebat enim Hieroso-
lyma tres partes; arcem, partem mediam, & partem
r Pi. extremam [r]. Duplex erat civitas præter civitatem
* Jun. Davidis, ut diximus Judic. 1. 8 *. Si hæc lectio ad-
mittatur, sensus esset, q. d. Nondum egressus fuit è
domo Regis, quippe quum mediana urbis pars domui
seu arci Regis, tanquam primæ parti, contigua esset.
Quid autem opus fuit tali pleonasmo? Hebræi pro
t Jun. Ma. הָעִיר legunt חָצֵר [t]. [Et hoc Keri plerique sequun-
tur, vertúntque,] ad, vel in, atrium medium. Jon. P. an-
tequam egressus esset medium atrii, Ti. vel, ex (vel in,
ὁ.) atrio medio, Sy. Pi. viz. ex atrio medio domûs
regiæ: quod atrium 1 Reg. 7. 8. nominatur atrium
alterum. Huic lectioni favet phrasis, nam egredi è lo-
co commodiùs dicitur quàm in locum: Et planum
est, sermonem hîc esse de egressu Isaiæ è domo Regis:
Denique, scopus est, ut significetur preces Ezechiæ
v Pi. statim exauditas esse [v]. Sunt palatia Regum quasi
parvæ civitates, ideò textus habet הָעִיר. Sic quoque
arx Sion vocatur civitas David [x]. x M.

5. Sanavi te] Heb. Medeor tibi; id est, mox sana-
turus sum, ex collatione v. 7. & 8 [y]. y Pi.

6. Addam diebus tuis quindecim annos] Iis annis quos
vixisses secundùm constitutum in natura ordinem [z]. z G.
¶ De manu regis Assyriorum liberabo te] Hinc apparet
Ezechiam ægrotare cœpisse mox post factam promis-
sionem de abducendo Rege Assyriæ, suprà 19. 32. &
seq [a]. ¶ Propter me] Propter gloriam nominis a Pi.
mei, quod Sennacherib blasphemavit [b]. b L.

7. Afferte] Scilicet, & imponite ulceri regis: Βραχυ-
λογία [c]. ¶ Massam ficorum, דְּבֶלֶת תְּאֵנִים] Pa- c Pi.
latham ficuum, JT. massam ficuum siccarum, P. V. mas-
sam è compluribus ficis compressam [d]. Scribunt ficus d Pi.
aridas habere vim excalfaciendi: unde dura tuber-
cula concoquunt, & statim digerunt. Ex caryicis fe-
cerunt cataplasma *. An hoc præstitit vi naturali, * V.
disputant medici. Vide Valles. Sac. phil. c. 39. At
certum est superâsse naturæ medicinæque vires, quòd
tam brevi spatio adeò convaluit, ut tertio pòst die
in Templum se conferret [f]. Non erat in ficubus vis f T.
medendi morbo deplorato, sed signum hoc erat Divi-
næ efficaciæ. Simile vide Joh. 9. 6 [g]. g G.

8. Dixerat autem] Antequam, scilicet, imponere-
tur cataplasma. Hæc enim præcedunt quæ dicta sunt
versu superiore: unde vertendum per plusquam per-
fectum [h].

9. Vis ut ascendat, &c? הָלַךְ הַצֵּל עֶשֶׂר מַעֲלוֹת אִם h V.
יָשׁוּב עֶשֶׂר מַעֲלוֹת] [Variè reddunt. Q. cum supe-
rioribus sic connectunt, & vertunt;] Hoc erit signum
tibi, &c. processit, vel ivit, umbra decem gradibus, si rever-
tatur decem gradibus, M. Mo. q. d. Umbra jam in ho-
rologio progressa est decem gradus in horologio; vísne
ut retrogrediatur? Alii notant mutilum esse sermo-
nem, & propositâ optione unius, intelligendam utri-
usque optionem, ex responsione Ezechiæ [i]. [Sic ergò i Ma.
vertunt;] An procedet (vel, abeátne, JT.) umbra, &c.
an recedet? Jon. sic Sy. Ar. JT. Pi. Strig. Vísne ut pro-
grediatur umbra, &c. an revertatur, &c? M. Ti. sim.
Ca. q. d. Optio tibi datur; quod mavis elige [k]. Alio- k Mar.
quin talis optionis mentionem in sua responsione E-
zechias non fecisset [l]. Qu. Quid hîc sunt מַעֲלוֹת, si- l Bertram. luc. Frankt. cap. 3.
ve gradus? Resp. Erat gnomon constans, ut ait Eli-
ahou Chomer, ex semicirculo, in cujus cavo erat glo-
bus, in quem cadens umbra respondebat cæsuris factis
in semicirculo ad numerum, ut aiunt, 28. Eæ cæsu-
ræ hîc vocantur מַעֲלוֹת, i.e. gradus [m]. Gradus sunt m G.
lineæ in horologio quas umbra ferit [n]. Q. volunt n Ma.
singulos gradus totidem horas designâsse [o]. Alii tan- o Ità V. ex Jon. Bed. & Dionys. & Eucher. in T.
tùm semihoras [p], (vel etiam quadrantes *.) Nam
cùm optio Ezechiæ detur, ut aut progressum umbræ
aut regressum ad decem lineas eligeret, erat sine du-
bio talis descriptio linearum, & talis jam situs solis,
ut utrumque & fieri & spectari possit [q]. At dies in p Ità San. T. ex To. & Caj. & La. Bertr. Pi.
illo climate nunquam augetur ad 20 horas [r]. Et in
solariis non solent notari ampliùs quàm 16 horæ in-
tegræ. Existimo igitur gradus hîc fuisse 30, vel 32 *. * San.
[Al. sic;] Solarium illud in universum habebat seg- q T. ex San. sim. Bertram.
menta 24: quippe quum dies apud Hebræos consti-
terit horis duodecim, Joh. 11. 9 [t]. Adde quòd in r San.
conficiendis solariis mos hic adhuc obtinet, ut non so- * Bertr. luc.
lùm horas integras delineent, sed & medias notent [v]. Frankt.
[Aliter V.] In his horologiis designantur horæ inæ- t Pi.
quales, propter dies longiores; vel æquales, ut nos, v Bert. ib. c. 3.
qui à media nocte diem accipimus, illi autem ab ortu
solis, diem naturalem. Ob id quidam aiunt diem
fuisse productam 10 horis, alii 20, alii 32. Doctio-
ribus verò magis placet æqualem fuisse diem cum a-
liis: nam in horologio erant solùm 12 lineæ quæ tot
horas designabant: reductio fuit momentanea, &c [x]. x V. ad v. 10.
[Reliqua statim adjungam.]

10. Facile esset umbram crescere, &c.] נָקֵל וגו׳ Fa-
cile, vel promptum, vel leve, est, vel esset, umbram decli-
nare, &c. P. V. sic JT. Pi. M. &c. id est, uno momen-
to 10 gradus percurrere: nam id quoad modum qui-
dem esset miraculosum, non item quoad rem, nam
umbram procedere naturale est: Retrogredi verò
momento decem gradibus, & quoad rem & quoad
modum

modum supra naturam est, adeóq; majus miraculum [y]. ¶ *Sed ut revertatur*, &c.] Nempe, à decima linea sive hora ab ortu solis (quam umbilicum præmonstrâsse aiunt) ad primam [z].

11. *Et reduxit umbram*, &c.] Qu. 1. Quid retrocessit? num Sol? an verò umbra tantùm? Respond. 1. Ipse Sol retroactus fuit, ut Patres communiter docent [a]. *Reduxit umbram*, & ex consequenti solem, à quo umbra dependebat [b]. Probatur, 1. ex Isa. 38. 8. ubi dicitur, *reversus est sol*; & idem dicit Ecclesiast. 48. 26 [c]. Resp. *Sol*, i. e. umbra solis, vel etiam lumen solis, quod recedenti umbræ successit. Eo sensu sol accedere dicitur, prout solis lumen accedit aut recedit [d]. Sic vulgò dicimus, Jam sol (i. e. umbra solis) ferit decimam lineam horologii *. Causa sæpe ponitur pro effectu. Sic Jon. 3. *Percussit sol super caput Jonæ*, &c. id est, radius seu calor solis. Sic *sol* pro signo ponitur Ecclesiast. 48. *Sol regi addidit vitam*, i. e. additam significabat. Ergò hæc ratio non cogit [f]. Eam umbram *solem* vocat, quia à sole fieri solebat. Nihil autem opus erat Universi cursum immutari tantùm signi causâ. Simili figurâ fenestræ *solis* nomine appellantur, Jer. 15. 9 [g]. 2. Umbra horologii nequivit retrocedere, nisi sole retrocedente, &c [h]. Resp. Potuit Deus sic temperare lucem, ut impeditis solaribus radiis stylus horologii ab ea tantùm parte lucem admitteret ex qua umbra in lineas à Propheta designatas incurreret [i]. 3. Cur alioqui è Babylone submissi legati inquirerent de hoc portento, si istud umbratile tantùm, nec nisi Jerosolymis in unico Regis horologio spectatum fuisset [k]? [Alii autem aliter statuunt,] nempe, solam umbram retrocessisse [l]. Resp. 2. Umbra retrocessit, procedente tamen sole, nec secuta est umbra motum solis [m]. Hæc sententia non videtur improbabilis [n]. Probatur. 1. Alioquin majus hoc esset quàm quæ tempore Josue, vel Christo moriente, contigerunt, ideóque non omittendum erat; nec de umbra tantùm, non autem de sole, hoc dictum fuisset [o]. 2. Portentum hoc factum dicitur non *in cœlo*, sed *super terram*, nempe terram Judæ, vulgato Scripturæ more [p]. Resp. Licèt retrocessio solis contigerit in cœlo momento hominibus imperceptibili, tamen diuturnior solis mora supra horizontem ad terram spectavit [q]. 3. Alioquin nihil opus fuisset è Babylone mitti legatos qui de portento interrogarent, quia rei gestæ fides mortalium neminem latuisset [r]. Resp. Sanè Babylonii non miserunt inquisitum de facto, quod ipsi observârant, sive in suis horologiis, si jam talia habebant, sive ex prolixitate diei, sed de causa facti, quam satis agnoscebant supernaturalem fuisse, & audiverunt id Regi Ezechiæ divinitus concessum *. Verùm quid suspicarentur propter unum hominem tantum in cœlo accidisse prodigium? aut quid crederent Ethnici à Judæorum Deo, & non à suis diis, (quibus plus tribuebant,) illud accidisse [t]? 4. Si sol retrocessisset, non siluissent illud libri veterum [v]. Resp. 1. Non penitùs id nescierunt Ethnici. Hinc, vel ex miraculo Josuæ, desumptum quod finxerunt Poetæ de nocte à Jove duplicata, ut Alcmenâ frueretur: de quo vide quæ loquitur Sos. in Plaut. Amphit. *Certè ædepol, scio*, &c [x]. Herod. etiam in Euterpe meminit tum cædis Sennacheribi, tum solaris hujus prodigii, sed veris multa falsa permiscens, ut ait Josephus [y]. *Intra 10340 annos* (inquit) *quater sol præter consuetudinem exortus est; bis quidem illic exortus ubi nunc occidit, bis autem ubi nunc oritur illic occidit*. Quod sanè factum videri potuit, si sol à decima, id est, à postrema ferè, hora diei revocatus est ad ortum: tunc enim oriri ab Occasu, & in Ortu occidere, videri potuit [z]. [Resp. 2. Prodigium hoc & alia id genus ab antiquis scriptoribus memoriæ fortè mandata sunt, quorum tamen libri in universali illo antiquorum scriptorum naufragio (quod agnoscunt simul & deflent omnes viri docti) facilè intercidere poterant: ut ficulneum planè sit argumentum quod adversùs antiquas S. Scripturæ historias torquent viri impiè docti, nempe, olim ista non fuisse gesta, quia in paucissimis illis quas habemus veterum reliquiis hodie scripta non leguntur.] 5. Tunc everterentur omnes Ephemerides & Tabulæ Astronomicæ, inquit Præadamita. Resp. 1. Nondum fortè eo tempore Ephemerides conscriptæ sunt. 2. Et vix ad calculos totius anni perturbandos potuisset facere quinque horarum, aut fortè minùs, alteratio in uno die [a]. Qu. 2. An hæc retrogressio facta sit subitò, an verò successivè & lentè? Resp. 1. Q. subitò, & quasi in momento, (vel saltem velociori motu quàm solet [b],) retrogressum solem volunt [c]. Hæc reductio fuit momentanea: quamdiu autem illic steterit, nescimus: umbra autem postea secuta est motum suum, postquam hoc innotuit Regi & servis ejus [d]. Probatur. Alioqui in priori parte optionis [*an progredietur*, &c?] nullum fuisset propositum miraculum: nam naturali cursu solis die illo progressura erat umbra solito tempore †. Jam verò idem in ascensu, quod in descensu, Deus promisisse videbatur [f]. Resp. 2. Alii putant solem lentè & motu prorsus ordinario retrocessisse [g]. Probatur. 1. Quia id certius atque evidentius redderet miraculum [h]. 2. Ex collat. Isa. 38. 8. cum hoc loco, unde habetur, umbram eodem prorsus modo retrocessisse quo jam antè descenderat, per eosdem gradus, & per eadem vestigia: descenderat autem pedetentim & sensim, ideóque sic retrocessit: at si momento hæc peracta fuerint, quînam hoc verum fuerit, ut Sol & umbra retrocedere apparuerint? 3. Hoc maximè confirmat signi & rei promissæ analogia. Sol enim jam 5 horas (h. e. decem gradus) confecerat, deinde retrocedens, rursúsque descendens, 10 horas adjecit; sicque 15 horas repræsentavit, quæ 15 annos promissos appositissimè significabant [i]. Porrò, hoc signum literaliter significavit retexendam esse telam vitæ Hezechiæ [k]. Persæ in memoriam hujus prodigii soliti triplicem solem celebrare, putà progredientem, regredientem, ac rursum progredientem [l]. Incertum quot horis ampliùs ordinariis diebus solaribus (qui sunt 12 horarum) dies hic duraverit; sive 20 horis, (ut Aug. & Dionys. volunt [m],) quod refutat Jos. 10. 13, 14 [n]; seu potiùs 10 horis, quia lineæ prædictæ semihoras distinguebant [o]. [Ità Jun. quem hîc immeritò carpit Pi. *Decem* (inquit Pi.) *gradûs juxta Junium constituunt tantùm 5, non 10, horas, quot additas fingit Junius*. Verùm Junius rectè perpendit, quod Pi. non satis advertit, solem decem gradibus retrocessisse, deinde iisdem gradibus descendisse, & 5 horas utrinque emensum esse.] ¶ *In horologio Achaz*, בְּמַעֲלוֹת] *In solario*,]T. *in cochlea* P. *in gradibus* (vel *ascensionibus*, Ma.) *Ahaz*, M. Ma. Bertram. Fuerunt gradus illi signati in lapide quodam, &c [p]. Horologium erat affixum in summitate cochleæ quam fecerat Ahaz [q]; quod ideo moribundus Rex ex lecto suo commodè spectare poterat [r]. Ambiguum est an illud solarium fuerit, ut nostra, gnomone suâ umbrâ notante lineas; an per veros gradus ità structos mathematicâ arte, ut per singulos umbra descendens horarum vel semihorarum spatia terminaret †.

12. *Berodach Baladan*, &c.] Hujus nomen exstitisse in Chaldaicis Berosi testis est Josephus [t]. Hic *Merodach* vocatur Isa. 39. quod nomen, ab hoc ductum, commune puto Regibus Babyloniæ. Vide 2 Reg. 25. 27. Jer. 50. 2 [v]. Habuit regnum Babel proprium Regem, sed qui Assyrio tributa pendebat [x]. Videtur *Baladan* Prorex Babylonis à Rege Assyriorum constitutus. Dictus est Nabon-Assar; à quo nomen sumpsit celebris æra Nabon-Assaris. Hujus nepos & successor, *Ben Merodach*, occasione prostrati Sennacheribi excussit jugum Assyrium. Et ideo jam ad Ezechiam, quem nôrat Assyrii hostem esse, legationem mittit [y]. Hic paulò pòst *Asarhaddonem* regno vitâque privavit, túncque defecit regnum Assyriorum [z]. [Vide quanti constitit Sennacheribo sua blasphemia, quæ & ipsius, & filiorum, & Imperii illius, ruinâ vindicata est.] ¶ *Misit literas & munera*] Misit ei σωτήρια [a]. Misit, 1. ut gratularetur ei quòd convaluisset: 2. ut quæreret de portento, 2 Par. 32. 31 [b]. Hujusmodi gratulationes obiri solebant inter Principes. Vide 2 Sam. 8. & 10. & Isa. 14 [c].

13. *Lætatus est*, וַיִּשְׁמַע עֲלֵיהֶם] *Et audivit eos*, M. P. Abarb. i. e. paruit illis: rogârunt enim ut osten-

Marginal notes (left column): y Ma. — z V. — a T. ex San. Me. Jun. Pi. Bertram. Maref. — b Pi. — c Me. — d BC. 1. 14. 446. — * Q. in Ma. — f San. — g G. — h Maref. de Præadam. qu. 7. p. 242. — i San. — k T. — l Ità V. G. Burg. & Mont. in T. BC. — m V. — n San. ex Sà. — o San. — p San. — q Maref. ib. 243. — r BC. 1. 14. fin. San. — * Maref. ubi suprà. — t San. — v BC. — x Maref. ib. — y Me. — z San.

Marginal notes (right column): a Maref. — b Caj. in T. — c Ità Jun. rioue in Bert. Caj. & Procop. in San. — d V. — † Ma. San. — f Caj. San. — g Ità T. ex Chald. & Dionys. Bertr. — h T. — i Bertram. ubi suprà. — k Aug. in T. — l Dion. in T. — m San. — n Ma. — o San. — p M. — q V. — r San. — † Ma. — t G. — v San. — x M. — y T. ferè ex La. — z La. — a G. — b T. — c San.

deret eis domum[d]. Vel, q.d. audientiam amicam & benignam illis dedit, cum lætitia scil. prout exprimitur in Esa. עֲלֵיהֶם ponitur pro אֲלֵיהֶם, ait Abarb †. [Alii hîc legendum volunt וַיִּשְׂמַח ex Esa [f].] *& lætatus est.* [Sic vertunt ο'. Sy. Ar. & Jon. inquit M. quâ fide ipse viderit, nam in meo codice Jon. habet וְקַבֵּל, *& accepit.*] Literæ *Cheth* & *Ajin* sæpe permutantur. Sic Joel. 3. 11. עוּשׁוּ pro חוּשׁוּ. Et עִוָּיא *serpens* Galilæis, pro חִוְיָא. Plura vide in Drusio ad Deut. 13 [g]. ¶ *Ostendit eis domum,* &c.] Periculosum, opulentiam suam ostentare externis: quæ sola res sæpe Barbaros in Romanum Imperium attraxit [h]. ¶ *Domum aromatum,* כָּל־בֵּית נְכֹתֹה] *Omnem domum desiderabilem suam,* P. Mo. vel, *desiderabilium suorum,* sive pretiosorum, &c. V. Mar. vel, *thesauri sui,* M. ex Jon. sim. Ar. Sy. *omnes cellas aromatum,* Ti. ¶ *Unguenta*] Heb. *oleum,* sive *unguentum bonum,* M. Ma. sive *optimum,* V. Balsamum intelligit, quod tunc in Jericho solùm nascebatur [i]. ¶ *Domum vasorum*] Sive instrumentorum, i. e. armorum [k]: vel, vasa Templi [l]: vel, ubi supellex pretiosa, tabulæ, &c. reponebantur [m].

17. *Auferentur omnia*] Peccaverat enim Ezechias elatione animi, & ingratitudine, sibi quodammodo tribuens quod Dei munere possidebat [n].

18. *De filiis tuis*] Vel propriè, de fratribus Manassis junioribus [o]; vel, de nepotibus [p]. ¶ *Erunt eunuchi*] i. e. Palatini [q], cubicularii [r]; *principes,* Jon. in Pi. *aulici,* JT. Impletum infrà 24. 15. & 25. 7 †.

19. *Bonus sermo Domini*] Justus & clemens, ut patet è sequentibus [s]. Verba sunt Domino se submittentis, & illius decreto acquiescentis [v]. Faciat Dominus pro arbitratu suo [x]. ¶ *Sit pax & veritas in diebus meis,* הֲלוֹא אִם שָׁלוֹם וגו׳] *O utinam pax,* &c. Sy. sim. Ar. Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί, (*Me mortuo terra cum igne misceatur* [y].) Reprehendunt Hebræi Ezechiam, quòd parùm solicitus esset de populo Judaico futuràque sobole, &c [z]. Sed non putandum est ipsum ista omnia susque deque habuisse, & id unum optâsse, ut se vivente pax esset. Alia illi mens erat, ut qui patriæ conservandæ gratiâ tot curas, labores, pericula sustinuerit; si enim quieti atque otio suo consulere voluisset, oblatas ab Assyriis pacis conditiones non repudiâsset [a]. *Modò sit pax,* &c. Strig. sim. Ca. Ti. *Quidni, si pax,* &c? i. e. modò tranquillitate fruar quamdiu vixero, & præstet Dominus quod est pollicitus, nè ab hostibus arguar mendacii [b]. *Nonne* ità erit, *si,* &c? Mar. sim. Pi. *Nonne* bonum est, *si pax,* &c? P. *Nonne* gratia mihi fiet, *si,* &c? Q. in Ma. De hoc gratias agit, quòd non pro jure suo se vivente eos puniret, verùm sibi simul ac multis piis civibus pro sua bonitate parceret, ac pacem condonaret [c]. *Nonne?* i.e. Omnino bonum est. Gravissima affirmandi ratio, apud Hebræos usitata. Sic 1 Sam. 10. 1 [d]. *Quandoquidem pax,* &c. JT. Pi.

20. *Et quomodo fecerit*] [Ità ferè omnes.] אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר †. *Et quòd fecit,* Mo. Ti. ¶ *Piscinam*] De qua vide Nehem. 3. 16 [f]. ¶ *Et introduxerit aquas in civitatem*] Arcanis viis, ut & hostibus eas interciperet, & urbi aquæ non deessent, 2 Par. 32. 3, 4, 30. Tacitus, ubi Hierosolyma describit, *Fons perennis aquæ, cavati sub terra montes, & piscinæ cisternæque servandis imbribus. Præviderant conditores ex diversitate morum crebra bella: inde cuncta quamvis adversus longum obsidium.* Arcani aquæductûs egregium specimen habes apud Procop. 4. Gothicorum. ¶ *Nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Juda?*] In Diurnis, unde multa excerpsit Esdras in Paralipomenis, non omissis tamen potissimis rebus quæ in his sunt Annalibus. Id discrimen bene notavit Tacitus Annal. 13. — *Pauca memoriâ digna evenêre, nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus queis molem Amphitheatri Cæsar adstruxerat volumina implere: cùm ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis urbis actis, mandare.* Diurnorum Alexandri Magni mentio est apud Plutarchum [g].

[Margin: V ex He. | † Buxt. Vind. 2. 2. p. 381. | f à Capel. Pi. | g BA. 1. 2. 30. 297. | h G. | i M. ex Jon. | k Sà in Me. Ma. | l Q. in Ma. | m Me. | n Me. | o Sal. in Me. | p Me. | q G. | r Pi. | † G. | s Pi. | v Me. | x V. | y G. | z Hi. in San. | a Welp. | b V. | c Welp. | d Ma. ex Jun. | † Pi. | f G. Ma. | g G.]

CAP. XXI.

1. *Quinquaginta quinque annis*] Comprehensis iis quibus fuit captivus in Babylone; 2 Par. 33. 11 [h].

2. *Juxta idola gentium*] Heb. *juxta abominationes,* P. V. i. e. Fecit abominanda, sive coluit idola, more Gentium [i].

3. *Militiam cœli*] i. e. Astra, quæ à diis Gentilium nomen habent *Jovis, Martis, Veneris, Saturni, Apollinis, Latonæ* [k].

4. *Exstruxitque aras*] Diis illis Gentium vicinarum [l]. ¶ *In domo Domini*] i. e. In atriis Templi; ut patet ex 2 Par. 33. 4, 5 [m].

6. *Et ariolatus est*; ità ο'. sim. M. Ti. וְעוֹנֵן] *Et observavit* (vel *conjectavit,* Ar.) *tempora,* P. Mo. Ex inspectione cœli & stellarum futura prædixit & divinavit [n]. *Observavit superstitiosè certos dies,* Strig. *Præstigiis* (vel *auguriis,* Ca.) *usus est,* JT. *Obnubilavit,* i. e. divinavit ex nubibus [o]. ¶ *Et observavit auguria*; sim. M. Ti. P. Mo. וְנִחֵשׁ *Præstigiis* (vel *veneficiis,* Ar. vel *conjectationibus,* JT.) *usus est,* Sy. *fuitque sortilegus,* Strig. vel *præstigiator,* V. ¶ *Et fecit pythones,* וְעָשָׂה אוֹב] *Et fecit* (*constituit,* P.) *pythonem,* Mo. *instituit pythones,* M. Ti. JT. Strig. vel *ventriloquos,* Ca. vel *hariolos,* Sy. vel *auspices,* Ar. Expiscari voluit futura per magos qui spiritus fatidicos dicebantur in ventre habere [p]. [Plura de his vocibus suprà non semel annotata sunt.]

7. *Posuit quoque idolum Luci*] Falsi alicujus numinis, v. g. Baalis, aut Priapi [q]. Telluris, ut conjecimus Jud. 2. 13 [r]. Idolum quod in luco ab ipso plantato constituerat, & coluerat, ausus est in Templum transferre †. Alii intelligunt lucum sculptum [t]. Quia lucum cum idolo transferre non potuit, fecit similitudinem luci ex auro vel argento, &c. in eóque posuit idolum [v]. Vel, priore idolo in luco relicto, aliud simile excitavit in Templo, quod à prioris illius similitudine *luci idolum* diceretur [x].

8. *Et ultrà non faciam commoveri,* &c. וְלֹא אֹסִיף לְהָנִיד רֶגֶל וגו׳] *Nec addam ut commoveri faciam pedem Israelis è terra,* &c. P. sic Mo. *Non adjiciam commovere,* &c. ο'. *Nec deinceps movebo pedem,* &c. Sy. Ar. vel, *faciam ut erret pes,* &c. JT. vel, *sinam ut emigret ex hac terra,* &c. Ti.

9. *Ut facerent malum super gentes,* מִן הַגּוֹיִם] *Præ gentibus,* Mo. *pejus quàm gentes,* Jon. Sy. [sim. fere omnes:] *more gentium,* Ar.

10. *In manu prophetarum*] Putà, per *Joelem, Oseam, Amos, Nahum, Jonam, Abdiam, Michæam,* & præ omnibus *Isaiam,* quem ab eo serrâ dissectum tradunt Hebræi [y].

12. *Tinniant aures*] Ut 1 Sam. 3. 11 [z]. Præ stupore, & admiratione mali futuri [a].

13. *Et extendam super Jerusalem funiculum Samariæ*] *Mensuram Samariæ,* ο'. Propriè קַו sign. *amussim,* quâ ad dirigendas mensuras utuntur architecti [b]. *Filum,* vel *lineam,* Jon. Sy. Mo. *filum desolationis Samariæ,* Jon. Eâdem mensurâ eam metiar quâ Samariam mensus sum [c]. Ut eadem vitia fuerunt, ità idem genus pœnæ [d]. Fortè *funiculus* sortem sign. q.d. eadem futura est sors †. Metaphora ab architectis & latomis, qui, quod perdi & dejici volunt, lineâ quadam designant [f]; & mensuram applicant muris dejiciendis, nè plus quàm opus sit dejiciant. Vide Thren. 2. 8 [g]. Ut in Samaria evertenda intercesserunt ferrum, fames, & dira lues; sic & Judæis, &c. Vide Jer. 15 [h]. Usurpat Deus metaphoram *regulæ,* &c. (quamvis architecti, &c. ad demoliendum regulâ, &c. non utantur, sed vectibus, seu dolabris,) ut innuat se magno judicio & justâ vindictâ destruere impios [i]. ¶ *Et pondus domus Achab*] Punitio sæpe *pondus,* vel *onus,* dicitur. Vide Isa. 13. 1. & 14. 28. Jer. 23. 33. Nahum 1. 1. Zach. 9. 1 [k]. ¶ מִשְׁקֹלֶת וגו׳] *Perpendiculum,* V. JT. Mo. &c. quo, filo pondere plumbeo appenso, utuntur architecti [l]; ut rectitudo aut planities rei exploretur. שקל Æthiopicè de quavis re pendente dicitur, & pro κρέμαται ponitur, Matt. 22. 40 [m]. *Libram,* Sy. *stateram,*

[Margin: h Ma. ex Jun. | i V. | k Me. | l G. | m Me. | n V. | o Ma. | p Os. | q Me. | r G. | † Me. T. | t V. in Tig. nota | v La. | x Me. | y T. ex La. | z G. | a L. sim. T. | b G. | c G. ex M. | d T. sim. Me. La. M. | † Me. ex San. | f V. sim. Me. T. La. | g Me. | h San. | i Ma. ex Mar. | k Me. | l Ma. | m Di.]

ram, Ar. σὸ ϑμιον οἴκυ (*pondus domûs:*) i.e. non pluris mihi valebit [n]. *Pondus tribulationis domûs Ahab*, Jon. in M. ¶ *Sicut deleri ſolent tabulæ, &c.*] Sumpta videtur metaphora à tabulis ceratis, in quibus ſtylo characteres exarare ſolebant antiqui, quos cùm delere volebant, converſâ poſteriori & latiori parte ſtyli, exiguos illos ſulcos complanabant, ità ut planè non apparerent, nec legi poſſent [o]. ¶ כַּאֲשֶׁר יִמְחֶה אֶת־הַצַּלַּחַת וגו׳] *Sicut abſtergit* quiſpiam *ſcutellam*, vel *patinam*, (vel *alabaſtrum*, ο΄. *lecythum*, Jon.) *abſterſit, & vertit ſuper faciem ſuam*, P. ità Mo. G. Mar. Di. V. Solent ſcutellæ bene abſterſæ ore deorſum verſo reponi [p]. מָחָה alibi *delere*, alibi *abſtergere*, vertitur. Generalis ejus ſignificatio eſt *evellere*, quam in lingua Æthiopica obtinet, Matth. 12. 1. & 13. 29. Confer Gen. 7. 4. Hinc ſign. *abſtergere*, quaſi evellendo ſordes [q]. Senſus eſt, Jeruſalem ſurſum deorſum vertam, nihil in ſuo ſtatu relinquam [r]. Cives, ut ſordes patinæ, abſtergam, & præſens regnum ſubvertam. Vide Jer. 39 †. Urbem civibus ſuis repurgabo [t]. Sicut cùm patina plena cibis in terra projicitur, & nihil in ea relinquitur, præſertim ſi inverſa abjiciatur; ſic abſque reliquiis Jeruſalem ſubvertetur [v].

14. *Dimittam*] Deſeram [x]: non juvabo [y].

16. *Donec impleret Jeruſalem uſque ad os*, פֶּה לָפֶה] Ad verb. *os* (vel *ore*, Mo.) *ad os*, ο΄. V. *de latere ad latus*, P. *ab angulo in angulum*, M. vel, *ab extremo ad extremum*, Jon. M. Belg. *undequaque*, Sy. *confertim*, JT. *ad ſummum uſque*, Ti. Metaphora à vaſis quæ aquâ aut alio humore impleri ſolent [z].

18. *Sepultus eſt in horto domûs ſuæ*] Novum locum Regum ſepulchris deſtinavit. Ibi ſepultus eſt, vel quòd ſibi Mauſoleum aliquod ibi erexerat [a]; vel quia indignus à ſuis habitus eſſet ſepulchro Regum [b]. Quod non placet, quia extrema vitæ pars prioris maculas deterſit [c]; & quia filium reliquit ſucceſſorem regni *. Vel, id ipſe voluit, quòd malis factis ſuis meritus eſſet extra regia ſepulchra poni [d]. ¶ *In horto Oza*] Heb. *Huzzah*, vel *Huzziæ*, Regis Juda, de quo ſuprà 15. 13. qui regium illum hortum conſeverit †. Vel ſic appellatur hortus palatii regii, ſive quòd priùs viri alicujus fuiſſet qui *Oza* diceretur [f]; ſive ab infelici caſu Ozæ ſacerdotis, de quo 2 Sam. 6. 8 [g].

19. *De Jeteba*] Quæ *Jethebatha* Numer. 33. 33. & Deut. 10. 7 [h].

23. *Interfecerunt regem*] Suſtulit eum Deus in ipſo penè regni limine, quia paternis calamitatibus & domeſticis exemplis nullo modo melior aut prudentior evaſerat [i].

24. *Percuſſit populus, &c.*] Vide dicta ſuprà ad c. 14. v. 21 [k].

[n] G. [o] Me. ſim. T. ex San. La. [p] G. ſim. Mar. [q] Di. [r] Mar. † Jun. [t] V. [v] Ben Gerſom in M. [x] Me. [y] Mar. [z] V. ſim. G. [a] Me. T. La. [b] Ma. [c] San. * Me. [d] G. ſim. Ma. ex Jun. † Q. in Ma. [f] Me. [g] T. [h] G. [i] T. [k] G.

CAP. XXII.

3. ANno octavo decimo] Non ætatis, ſed regni, ut patet ex 2 Par. 34. 8 [a]. ¶ *Scribam templi*] Cui ſcilicet ſumptuum & rationum Templi cura demandata erat. Vel certè unus erat ex Divinæ Legis peritis. Vide v. 10 [b].

4. *Ut conffletur pecunia, &c.* וְיַתֵּם אֶת־הַכֶּסֶף וגו׳] Ad verb. *& conſumet argentum illatum domum Domini*, Mo. *ut conflet argentum, &c.* Jon. *ut perficiat conflare, &c.* P. i.e. Ut perfectè & exactè conflet argentum rude & non percuſſum; quod confirmatur ex v. 9. *Conflaverunt, &c* [c]. *Ut abſolvat aptare pecuniam, &c.* JT. i. e. Res oblatas aut argentum infectum pecuniâ commutari voluit, ut accommodari ad uſum ſuum ſtatim poſſint. Confer ſuprà cap. 12 [d]. Alii, *ut perficiat*, (*abſolvet, conſummet*, Pi.) i. e. vel, perfectè exigat pecuniam †; vel, totum expendat, nam ſacerdotes fortè partem ſervabant in varios uſus [f]. Vel, *ut abſolvat pecuniam*, i. e. collectionem pecuniæ, ex collat. membri ſequ. Eſt Meton. ſubjecti [g]. *Et ſigna argentum, &c.* ο΄. *Ut det* (vel, *reddátque*, Sy.) *pecuniam*, Ar. *ut detur eis pecunia*, Strig. *ut in ſummam redigant pecuniam, &c.* Ti. ſim. Ca. Senſus eſt, ut ſummam totalem pecuniæ collectæ computet, & totum expendat in Templo reparando [h]. *Ut ceſſet colligere pecuniam, &c.* Eſt hîc וְיַתֵּם idem quod יַשְׁלִים, *finem negotii facere*. Et paulò pòſt utitur Scriptura verbo הִתִּיךְ *conflare*; non quòd pecunia eſſet per ignem conflanda, ſed לִגְבּוֹת, *in unum colligenda*, & ordinanda in opus ædificii. Unde Jon. vertit, *& ordinavit pecuniam* [i]. *Conflare* hîc pro *colligere* [k]. *Aſcende ad Chilkijam, &c. ut abſolvat, &c.* JT. i. e. verbis meis petens ab eo ut abſolvat: Ellipſis [l]. ¶ *Janitores templi*] Heb. *cuſtodes liminis*, V. ſcil. Templi [m]. i.e. Æditui. Alii, *cuſtodes vaſorum* [n].

5. *Per præpoſitos domûs, &c.*] i. e. Qui præſunt operi Templi [o]: ni fallor, redemptores operis [p]. De hoc & ſequenti verſu vide ſuprà 12. 11, 12 [q].

7. *Non ſupputetur*] Heb. *non numerabitur*: i.e. Non dabitur illis pecunia numerata, ſive certo numero [r]. ¶ *Sed in poteſtate habeant, & in fide*] Suo periculo opus faciant, quippe probandum poſtea †. ¶ כִּי בֶאֱמוּנָה הֵם עֹשִׂים] *Sed in fide faciant*, P. *nam in fide operantur*; Heb. *facientes*, ſub. *erunt*: i.e. fideliter eam pecuniam diſpenſabunt. Vide ſuprà 12. 15 [t]. *Nam fidè illi agebant*, JT. *Sed* (כִּי pro כִּי אִם) *in fide, &c.* i. e. cum fide; h. e. ità ut adminiſtratio illius pecuniæ fidei ipſorum committeretur [v].

8. *Librum legis*] Putà Deuteronomium [x]; vel etiam totum Pentateuchum [y]. Librum continentem Legem [z]. Intellige, vel Αὐτόγραφον Moſis, ut patet ex 2 Par. 34. 14 [a]. quod juſſu Dei in ſacrario repoſitum erat, Deut. 31. 24, &c [b]: vel quemvis librum Legis. Adeò neglecta erat ſub Manaſſe & Amon Lex Dei, ut pro re magna & extraordinaria habitum ſit, repertum fuiſſe librum Legis in Templo [c]. Impii iſti Reges ſacros libros aut combuſſerunt, aut compreſſerunt [d]. Adeò ut Joſias nondum habuerit librum Legis †: nam cùm Saphan legiſſet, quaſi novum aliquid audiviſſet, ſcidit veſtimenta ſua, &c [f]. Nam licet Manaſſeh tandem pœnitentiam egerit, & idololatriam eliminârit; ſenio tamen gravatus & morte præventus Legem Domini reſtaurare non valuit *. ¶ *Reperi in domo Domini*] Vel in arca aliqua pecuniaria, dum indè argentum ad Templi fabricam effunderetur [g]; vel in muro Templi hinc indè perfoſſo, in quo ſacerdotes aliqui libros Legis abſconderant in ſecretis loculamentis, quæ jam per cæmentarios, dum ſarta tecta inſtaurant, aperta, & libri in lucem producti, ſunt [h].

9. *Renunciavit ei, &c.*] Heb. *Reverti feciſſet ad regem verbum.* Nota particulam אֶת idem valere quod אֶל, vel לְ quum eſt nota dativi caſûs. Similem ſyntaxin vide 1 Sam. 22. 14 †. ¶ *Conflaverunt ſervi tui*] Ità ο΄. Jon. P. Mo. JT. V. Hic locus oſtendit argentum fuiſſe rude, & non percuſſum [i]. *Pecuniâ, quæ inſtaurationi ſuperfuit, in maſſas conflatâ, crateras indè & libatoria phialáſque ad miniſteria Templi conficiebant* [k]. ¶ הִתִּיכוּ וגו׳] Malim, *effuderunt argentum*, ſcil. ex gazophylacio detraxerunt; nam נָתַךְ *fundere* propriè ſign [l]. Vel *collegerunt*, Belg. Mar. Strig. *ordinarunt*, M. Ti. *dederunt*, Ar. *reddiderunt*, Sy. *Fuderunt*, i.e. liquefecerunt, conflaverunt, Noſter & plerique [m]. *In unam ſummam redegerunt*, Oſ. *ſubductâ ratione pecuniæ, &c.* Ca. *Finierunt*, i. e. ad finem uſque ſupputârunt [n].

13. *De verbis voluminis iſtius*] Non ergò deſcripſerat Rex ſibi exemplum, ut debuerat ex præſcripto Deut. 17. 18. Ità deſuetudo interdum etiam optimas leges obliterat. Confer quod eſt infrà 23. 2 [p].

14. *Ierunt—ad Holdam prophetidem*] Non ſolùm Prophetæ erant, ſed etiam Prophetides, in V. & N. T. *Maria*, Exod. 15. 20. *Debora*, Jud. 4. 4. *Anna*, 1 Sam. 2. altera item *Anna*, Luc. 2. & *Elizabeth* & *beata Virgo*, Luc. 1. & *Philippi filiæ*, Act. 21 [q]. Sed cur non ad *Jeremiam* Prophetam tunc celeberrimum [r]? Reſp. 1. Fortè nondum propheticus ipſius ſpiritus à Deo prodierat †. Sed obſtat, quòd Jeremias prophetare cœperit anno 13. Joſiæ, ut habetur Jer. 1 [t]. 2. Fortè is ab urbe tum aberat, ideóque à regiis famulis adiri non poterat [v]. Jeremias tum occupatus fuit in commonendis & inſtruendis reliquiis 10 tribuum [x]. ¶ *Quæ habitabat in Jeruſalem in Secundâ*, בַּמִּשְׁנֶה]

[a] Ma. ex Jun. [b] Me. [c] V. Ma. & plerique in Ma. [d] Jun. † V. [f] Mar. [g] Pi. [h] Belg. [i] M. [k] Mer. [l] Pi. [m] Pi. [n] V. [o] V. [p] G. [q] Ma. [r] V. † G. [t] V. [v] Pi. [x] San. ex Chryſ. ſt. Me. [y] Jo. in T. [z] V. [a] G. ſim. Jun. Pi. [b] Jun. Pi. [c] Ma. ſim. La. [d] San. Ca. La. † V. [f] San. * M. [g] Me. ſim. Jo. in T. [h] T. & RS. & L. E. n. La. † Pi. [i] V. [k] Jo. in Ma. [l] Mar. [m] Ma. [n] Q. in Ma. [p] G. [q] San. [r] L. E. † San. [t] E. ex L. [v] San. [x] Q. in E.

In secunda, Mo. Græci habent, ἐν τῷ δευτέρῳ, scilic. μέρει. Hebraicè videtur supplendum nomen חֵלֶק, i.e. *pars*, quod cum מִשְׁנֶה gen. masc. convenit [y]. *In parte secunda* ab eo, JT. scil. Rege, i.e. domo Regis [z]. q. d. In secunda seu exteriore civitate, quam nempe secundus & extrarius murus vallabat, ad munitionem civitatis obductus ab Ezechia Rege, 2 Par. 32. 5 [a]. Domicilium verò Prophetidis idcirco exprimi videtur, tanquam causa cur ad illam potiùs iverint quàm ad *Jerem.* vel *Sophon.* quia *Holda* vicina erat, & omnibus notissima [b]. Alii משנה proprium cujusdam vici Jerosolymitani nomen existimant [c]. Græci Hebræam vocem retinent, ἐν τῇ Μασενᾷ [d]. *In altera parte*, Ti. Ca. Strig. scil. *urbis*, Ca. Strig. Os. *In domo doctrinæ*, Jon. M. P. He. in M. G. nam מִשְׁנֶה Hebræis est traditio Legis interpres †. Talmud dividitur in *Gemara* & *Misnah*. *Misnah* autem significat vel *secundam*, quasi prima sit Lex Mosis, secunda, Legis explicatio [f]; vel *iteratam doctrinam*, à שָׁנָה, quod in significatione *docendi* ponitur Deut. 6. 7 [g]. *In repetitione, id est, collegio*, Sy. *in repetitionis loco*, Q. in Jun. Quæ quidem interpretatio usui Hebræorum in commentariis recepto convenit; sed in Scripturis sine exemplo est, si bene observavimus [h]. Erat certus quidam locus juxta Templum, in quo docti quique conveniebant & conferebant de Lege, &c. Rabbini hodie vocant hujusmodi disputationis locum בֵּית הַמִּדְרָשׁ *domum inquisitionis* [i]. Alii existimant locum fuisse in quo literis profanis dabant operam, cùm tunc Jerosolymis nulli essent libri Sacri [k].

16. *Omnia verba legis quæ legit Rex*] Incidit Rex in lectionem illam 28. Deuteron [l].

18, 19. *Pro eo quòd audisti*, &c. *Et perterritum est cor tuum*, &c. הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ יַעַן רַךְ לְבָבְךָ] Turbavit Interpretes constructio horum verborum [m]. *Verba quæ audisti*, (sub. *eventura quidem erant*,) *verùm emollitum est cor tuum*, V. Sed magna est hæc ellipsis, & יַעַן sign. *quia*, non *verùm*. Hoc ut vitaret, Junius maluit אֲשֶׁר non habere pro pronomine, sed pro particula, & trajectionem hìc statuere, pro אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ הַדְּבָרִים, *Quòd audivisti verba ista, quia mollitus est animus tuus*, &c. Tigurini etiam, majori libertate usi, verterunt, *Quandoquidem propter verba quæ audisti emollitum est*, &c. [sim. & Sy. & Ar.] quasi in Hebræo esset יַעַן עַל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ רַךְ לְבָבְךָ. Sed nihil difficultatis est, si dicamus הַדְּבָרִים constituere nominativum absolutum [n]: *Quod attinet ad verba quæ audivisti, quia emollitum est cor*, &c. Di. ex Genev. sic Ca. Belg. Ang. Pi. Jon. Verbo tenus Jon. expressit Hebræa, quia Chaldaismus, ut & Syriasmus, eandem agnoscit phrasin. Nec alia est illa phrasis Luc. 21. 6 [o]. Alii, *verba quæ audisti*, pro, *cujus verba*; q. d. Sic ait Dominus, cujus verba audîsti [p].

20. *In pace*] Pax hæc non est privata & propria Regis, (nam in prælio interfectus est [q];) sed pax regni totius, quod non turbabatur bellis [r]. ¶ *Ut non videant oculi tui*, &c.] Sæpe tempestiva mors beneficium est. *Incolumi Trojà Priamus venisset ad umbras*, &c. & quæ sequuntur apud Juvenal. Satyr. 10 †.

[Margin: y Pi. — z Pi. — a T. ex San. — b T. ex San. sim. Jun. — c Ma. Q. in V. — d G. — † G. — f La. — g Mar. — h Jun. — i M. — k V. — l He. in M. — m Di. — n Di. — o Di. — p Mar. — q E. — r San. — † G.]

CAP. XXIII.

1. Qui *misit*, & *congregati sunt*, &c. simil. Sy. Ti. M. וַיַּאַסְפוּ אֵלָיו] *Et congregaverunt se ad eum*, P. Mo. *Misit* (sub. *nuncios*) — *qui congregarent*, V. vel, & *congregârunt ad eum*, &c. Pi. Jon.

2. *Et prophetæ*] In his haud dubiè fuerunt *Jeremias*, & *Baruch*, & *Sophonias*, & *Urias*, & *Holda* Prophetissa; ut non sit necesse *Prophetas* cum *Chaldæo scribas* interpretari [a]. ¶ הַנְּבִיאִים] Chald. *scribæ*; id est, discipuli Prophetarum, non enim erant ibi alii Prophetæ. Propterea misit Rex ad *Holdam* Prophetissam. Alii aiunt eos tum abfuisse, sed postea à Rege convocatos fuisse cum populo. Hæc doctus inter Hebræos [b]. ¶ *Legit*] Legi curavit; Meton. subjecti: vel, & *legit* quispiam [c].

[Margin: a Me. — b V. — c Pi.]

3. *Stetitque rex super gradum*; ità Jon. עַל הָעַמּוּד] *Juxta* (*super*, Mo. Pi. vel *ad*, ο'. JT.) *columnam*, M. P. Ti. V. Mar. juxta quam scil. stare solebat Rex [d]. Alii, *in suggesto*, vel *sede*, Q. in V. sim. Ar. Ca. Sic dicitur, quòd à terra elevatur †. In eo loco de quo suprà 11. 14 [f]. *In tribunali suo*, ut dicitur 2 Par. 34. 31 [g]. Super basin illam æneam de qua 2 Par. 6. 13 [h]. Super gradus erectum erat sedile regium, quasi solium [i]. ¶ *Fœdus percussit*, &c.] Jurejurando obstringentes se ad cultum & leges Dei [k]. ¶ *Et suscitarent*, לְהָקִים] *Ad surgere facere*, vel *præstare*, Ma. *ut suscitarent*, V. P. i. e. adimplerent [l]: fœdus instaurarent, & renovarent *. Verba Legis oblivioni tradita fuerant, & quasi mortua; quare Josias videtur ea quasi à morte ad vitam *suscitâsse* [m]. *Præstando*, JT. vel *statuendo*, Pi. Infrà 24. vertitur *statuere*: id verò est, Rebus ipsis effectum dare [n]. ¶ *Acquievitque populus pacto*; sim. Sy. Ar. V. Strig. Os. וַיַּעֲמֹד כָּל הָעָם בַּבְּרִית] *Et stetit* (vel *perstitit*, V.) *omnis populus in fœdere*, ο'. P. Mo. vel, *in fœdus illud*, Ti. *Cui adsistebat populus*, &c. præsentiâ viz. & opere, ut sequentia declarant [o]. *Stabat* — consentiens *fœderi illi*, M. *cùm quidem in ea pactione cunctus adesset populus*, Ca.

4. *Et sacerdotibus secundi* (vel *posterioris*, Sy. Ti.) *ordinis*; ità ο'. M. Pi. V. [supplent τῆς *ordinis*:] i. e. secundæ dignitatis à Pontifice [p]. ¶ וְאֶת כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה] *Et sacerdotibus secundi*, Mo. vel *secundis*, P. Vicario summi Pontificis, & τῷ φανεγῷ τῆς ἱερῶ [q]. *Et vicario sacerdotum*, Jon. ¶ *Et janitoribus*, וְאֶת שֹׁמְרֵי הַסַּף] *Et custodibus liminis*, ο'. P. Ti. scil. Templi, Pi. JT. vel *januarum*, Sy. Ar. vel *vasorum*, M. He. in Mar. vel *abaci*, Mo. ¶ *Vasa quæ facta fuerant Baal*, לַבַּעַל] *Propter Baal*; i. e. quibus utebantur in cultu Baal [r]. Hæc projecerunt, &c. ex lege Deut. 7. 25 †. ¶ *Et in luco*, לָאֲשֵׁרָה] *Ipsi luco*, Me. τῷ ἄλσει *luco*, ο'. quasi proprium nomen alicujus idoli esset. Notat Theodor. Astartem sive Venerem esse [t]. ¶ *In convalle Cedron*; ità Jon. Sy. Ar. בְּשַׁדְמוֹת קִדְרוֹן] *In campis*, vel *agris*, vel *arvis*, *Kidron*, M. Ti. JT. sim. P. Mo. Mar. ¶ *Et tulit*; ità Mo. וְנָשָׂא] *Detulit*, Jon. *asportari jussit*, Sy. sim. Jun. V. ¶ *Pulverem eorum in Bethel*] Ut illum locum (quem Israelitæ sacrum habuerant) religione spoliaret, & comportatis undique sordibus pollueret [v]: quia ibi præcipuè viguerat idololatria [x]. Ut altare illud pollueret [y]. Ut locum illum profanum redderet, & indè longè arceret eos qui Deum colere vellent [z]. Erat autem *Bethel* in ditione Regum Judæ jam ab Abiæ temporibus, 2 Par. 13. 19 [a]. Noluit vel pulverem eorum remanere in terra Judæ [b].

5. *Et delevit aruspices*, וְהִשְׁבִּית אֶת הַכְּמָרִים] *Et cessare fecit* (vel *abolevit*, Ti. JT.) *sacrificulos*, Mo. Jon. Sy. Jun. *sacerdotes* idolorum, P. Mar. Jun. Pi. vel fanorum, V. *flamines*, Ca. *atratos*, JT. Pi. Dicuntur *chemarim*, vel quòd pullis vestibus induti sunt, ex superstitioso ritu; de quibus Hos. 10. 5. & Zephan. 1. 4 [c]: vel quia *contracti*, (vox enim est Chald.) *clausi*, ut idolis serviant [d]: vel quasi incensi seu cremati ardore falsæ religionis †. *Camillos*. Sic & Soph. 1. 4. *Camilli* deorum ministri; Servius ad 11. Æneid. Plut. & alii [f]. ¶ *Quos posuerant* (vel *fundaverant*, Ti. vel *instituerant*, Sy. *creaverant*, Ar.) *reges Juda*] [Sim. omnes.] ¶ *Ad sacrificandum in excelsis*, וַיְקַטֵּר בַּבָּמוֹת] *Et suffivit in excelsis*, Mo. & *adolebant*, &c. ο'. *ut suffirent*, vel *adolerent*, &c. Jon. P. sim. Ti. M. &c. ut eorum quisque *adoleret*, &c. JT. ¶ *Per civitates Juda*, & *in circuitu Jerusalem*] [Sim. omnes.] *Ut thura incenderent in excelsis & civitatibus Jehudah circumeuntes Jerusalem*, Ti. ¶ *Qui adolebant incensum Baal*, & *Soli*, &c. לַבַּעַל לַשֶּׁמֶשׁ] *Baal, Soli*, Mo. Sy. JT. M. *Baal & Soli*, ο'. Jon. sim. Ar. Rectiùs, *Baal Soli*: est enim idem [g]. Obstat autem accentus *Rebiah* positus super לַבַּעַל. ¶ *Et duodecim signis*, וְלַמַּזָּלוֹת] Vox hìc tantùm reperitur [h]. Pro quo (mutato ל in ר, ut modò in voce כֹּמֶר & *Camilli* notavimus,) Job habet מַזָּרוֹת, 38. 32. & מְזָרִים, mutato genere, 37. 9. ut solent in incerta significatione, vocem Hebræam reliquerunt [i]. [Reliqui variè reddunt.] *Et influentiis*, Ti. Mo. Videtur à נָזַל deduci, & significare *influxus siderum* [k]. *Et sideribus*, Jon. Ar. *planetis*, Sy. M. JT. P. ab

[Margin: d V. — † V. — f Pi. G. — g T. Me. — h San. — i La. — k Me. — l V. — * Me. — m La. — n G. — o Jun. — p V. sim. Os. — q G. — r V. — † G. — t Me. — v Ma. ex Jun. — x M. — y V. — z G. — a G. ex Jun. — b Ma. ex La. — c Jun. Pi. sim. Elias in Thisbi & Merc. & P. & Mont. in Ma. K. in M. — d Marin. in Ma. — † Avenar. & Forst. in Ma. — f G. — g G. — h Pi. — i G. — k G.]

P. ab influentia sic dictis [l]. Vel ab אזל eundo, errando [m]. *Et planetarum reliquis*, Belg. Alii Jovem, alii Venerem, alii planetas omnes præter Solem & Lunam, intelligunt [n]. *Signis cœlestibus*, Jun. *signis Zodiaci*, Tig. not. ¶ *Et omni militiæ cœli*] Hîc ו & pro *id est*: nam Sol, Luna & Signa sunt militia cœlestis [o].

6. *Efferri fecit lucum*] Vel verum lucum, quem fortè in Templo plantaverant [p]: vel potiùs idolum seu sculptile luci, de quo suprà 21.7 [q]. ¶ *Et projecit* (sub. *cineres*, Os.) *super sepulchra vulgi*; ità V. Strig. על קבר בני העם] *Super sepulchrum*, vel *sepulchra*, *filiorum populi*, ο'. Sy. Ar. M. P. Ti. Mo. Pi. quæ ex Lege impura erant [r]. Jussit pollutas arbores spargi super polluta loca; nè quis earum cineres, tanquam sacras reliquias, adservaret, & coleret †. *Super sepulchra vulgi*; i. e. in locum ubi vulgares homines tumulari solebant [t]. Alii, *super sepulchrum illorum popularium*, JT. Malim, *plebeiorum*, Pi. vel *vulgi*, nempe, illius qui adoraverat lucum illum [v]; ut docet 2 Par. 34.4 [x]. In detestationem idololatriæ, & in contaminationem sepulchrorum, in exemplum vivis [y]. q. d. Dii tui tecum sint in perditionem [z]. Ut hinc eluceret idolorum vanitas, quæ cum cultoribus suis peribant [a].

7. *Destruxit quoque ædiculas effœminatorum*, &c. את בתי הקדשים וגו'] *Domos prostitutorum*, vel *meritoriorum*, Mo. Pi. *scortorum masculorum*, sive *catamitorum*, P. Ti. Me. G. *scortatorum*, Sy. M. Strig. *Exstirpavit lupanaria*, Ar. sic JT. *ædiculas*, vel *domos*, *initiatorum*, ο'. in Mar. Mont. in Me. Sic vocantur, quòd ibi prostituti essent, & quasi consecrati in idolorum illorum honorem. Vide Pinedam ad Job. 36.14 [b]. Dicati hi erant Veneri aut Priapo. Vide suprà ad 1 Reg. 15. v. 12, 13 [c]. Eò usque progressa est impietas, ut etiam in Templo quæstum facerent [d]. Cum spirituali scortatione (ut plerumque fit) carnalem impudicitiam conjunxerant †. [Alii aliter accipiunt.] Intelligo de fornicatione spirituali: Destruxit domunculas sacerdotum qui versabantur in cultu luci & simulachrorum [f]. *Diruit domunculas rerum consecratarum idolis*, Jon. ¶ *Pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci*, בתים לאשרה] *Domos* (vel *cortinas*, P. V. He. in Mar. M. vel *vestes*, He. in Mar. *mensuras*, Jon. *ædiculas*, vel *domunculas*, Ti. JT.) *luci*, Mo. P. vel, *ipsi luco*, Ti. *ad lucum*, JT. *pro luco*, M. *pro lucis*, Strig. *Luci*, i. e. idoli quod in luco erat; Metonymia [g]. *Delubra* (shrines) *pro* imagine *luci*, Belg. Sacella textilia [h]; sive pyxides textili opere factas, in quibus imagines idolorum stabant [i]. [Al. sic;] *Texebant vestes idolis quæ illic erant*, Sy. Ar. Alii tentoria intelligunt [k], sicut illa mulierum סכות בנות suprà 17.30. Illa tentoria in lucis disponebantur [l]. Cortinas has prætendebant vel idolo luci, reverentiæ conciliandæ gratiâ [m]; vel suæ libidini [n], ut sub iis in ipsis lucis nefanda exercerent [o]. Ideo Gentiles in lucis sacra fecerunt, quòd ibi post sacrificia, &c. occulta & opportuna libidinum diverticula haberent. Qua de causa luci à Deo vetiti sunt, Deut. 16.21. Porrò, domunculæ hæ fortè ex arborum frondibus, &c. texebantur [p]. *Ædiculæ* hîc sunt tapetes è quibus fiebant ædiculæ: Meton. effecti. Confer Act. 19.24 [q]. In ædiculis illis & idololatræ aversæ Veneri operam dabant, & mulieres cortinas texebant; sed diversis temporibus [r]. Adeò invaluerat cultus luci, ut fuerint exstructæ ædiculæ in Templo, fœminis quæ texerint cortinas luci, & etiam sacerdotibus luci, quos *scorta mascula* vocat †.

8. *Contaminavit excelsa*] Reliquias mortuorum illuc inferendo, ut infrà 14. & 16. & 20 [t]. Vel, polluta esse declaravit [v]. *Polluit*, JT. Religionis sanctitate privavit [x]. ¶ *Ubi sacrificabant sacerdotes*] Non quidem idolis, sed Deo, verùm locis illegitimis, contra Deut. 12.11 [y]. ¶ *De Gabaa*] Saulis, quæ tunc temporis erat terminus septentrionalis Judæ. Vide 1 Reg. 15.22. Jos. 18.24. ¶ *Usque Bersabee*] Terminus meridianus Terræ sanctæ. Vide Judic. 20.1 [z]. Id est, quàm latè patuit regnum Juda [a]. ¶ *Et destruxit aras portarum*, את במות השערים] *Excelsa* (vel *domum*, ο'. *altaria*, Sy. sic M. *sacella*, Ca.) *porta-*

l Pi. m Ma. n G. o V. p San. q Me. T. sic V. Jun. Pi. r G. † Os. t T. v V. sim. M. Me. x Me. y Jun. z Me. a M. b Me. c La. d San. † Os. f V. g Mar. h Jun. i Belg. k Q. in Belg. G M. l G. m Me. n Me. sim. T. ex San. o M. p San. q Pi. r Me. † V. t G. v V. x Pi. y Me. z Ma. ex Jun. a Me.

rum, P. Mo. Ti. JT. vel *janitorum*, Jon. Altaria idolis erecta ad portas Jerusalem [b]; ut in iis peregrinaturi, & redeuntes, priùs possent sacrum facere [c]. ¶ *In introitu ostii Josue principis civitatis*, אשר פתח שער יהושע וגו'] Ad verb. *quæ ostium portæ Jehoshuah*, &c. Mo. *quæ* [nempe *domus*] *juxta ostium portæ*, &c. ο'. *quæ* [nempe *excelsa*] *erant ante portam* (vel, *ad ostium*, Ti. *in portis*, Strig. *in introitu portæ*, M.) *Josuæ*, &c. Jon. Ca. & *quæ erant in introitu*, &c. P. etiam *quod* erat *ad ostium portæ Josh. principis civitatis*, JT. q. d. Sine discrimine, privata & publica, potentum & tenuium, idola abstulit [d]. Tunc censura optima, quando nè Principibus parcitur †. ¶ *Quod erat ad sinistram portæ civitatis*, אשר על שמאול איש בשער העיר] *Quæ erant ad sinistram viri* (vel *cujusque*, JT.) *ingredientis portam urbis*, P. sim. Jon. Ar. Tig. not. M.

9. *Non ascendebant*, לא יעלו] *Non ascendent*, Ma. *non ascenderunt*, V. sim. P. sub. *ultrà ex eo tempore*, V. Non permittebantur ascendere — ad sacrificandum [f]. *Non offerunt*; i. e. Abdicati sunt ipsi cum posteris suis à sacro ministerio. Vide Ezec. 44.10 [g]. Pœna hæc erat prævaricationis eorum [h]. Aliæ culpæ, pœnitentiâ sequente, non amovebant reos à functione sacerdotii; idololatria & cultus in loco illicito amovebant [i]. ¶ *Sacerdotes excelsorum*] Hi erant sacerdotes Aaronici qui in excelsis sacrificaverant [k], sive idolis, sive uni Deo, quod verius videtur; nam occidit Josias *omnes sacerdotes excelsorum*, nempe qui in Samaria [l]. ¶ *Sed tantùm comedebant azyma*, כי אם אכלו מצות] *Sed* (*quinimo*, Mo. *quoniam, tantùm*, ο'.) *comedebant infermentata*, Jon. sic M. P. Ti. &c. *sed comedunt*, &c. JT. Plenè dicitur לחם מצות, Exod. 29.2. item חלות מצות, Levit. c. 2. v. 4. Est autem hoc loco sermo de panibus sacris, qui à populo offerebantur Deo in munere: isti enim cedebant sacerdotibus; ut videre est Levitic. 2. 4, 10, 11 [m]. *Azyma*, h. e. oblationes Minha, quæ paratæ erant ex farina non fermentata [n]. Sensus est, partem habebant in iis quæ capere solebant sacerdotes alii [o]. Sunt eodem jure post resipiscentiam quo qui corporali vitio laborabant; Levit. 21.17, &c [p]. Simile apud Ezec. 44.10 [q]. Noluit eos vitæ necessariis destitui [r]. De ordine sacerdotali dejecti ad Levitarum ordinem redigebantur †. Leviùs cum sacerdotibus egit Josias, tum ut Levitico generi parceret, exemplo Dei, Num. 26.11. Deut. 9.20. 1 Reg. 2.26; tum ut nihil gravius in resipiscentes ex publica corruptione statueret [t]. Porrò, species hîc synecdochicè ponitur pro genere; q.d. Participes erant omnium eorum quibus alii sacerdotes vesci poterant [v]. Quomodo Zach. 14.16. *festum tabernaculorum* pro omnibus Hebræorum solennitatibus adhibetur [x].

10. *Contaminavit*] Ut vers. 8 [y]. Profanavit, destruxit, ossibus fimóque implevit [z]. Pollutum & contaminatum haberi voluit [a]: religione idololatriæ exuit: Catachresis loquutionis, sumpta ex communi usu [b]. ¶ *Topheth*] Nomen loci; confer Jer. 7.31, &c [c]. sic dicti à תוף *tympano*, quod illic percutiebatur, nè pater ejulatum filii dum per ignem duceretur audiret [d]. ¶ *In convalle filii Ennom*] Quæ appellatur etiam *vallis Josaphat*, & *vallis Cedron* †. De illius situ vide Jos. 15.8 [f]. ¶ *Ut nemo consecraret filium*, &c.] i.e. *Lustraret*; quod in locum vetusti moris eos comburendi successerat, ut diximus ad Deut. 18.10 [g]. *Nè traduceret per ignem*, JT. [Mos hic erat Ethnicis.] *Gelo Siciliæ Rex, debellatis ad Himeram Carthaginensibus, in pacis fœdere etiam illud conditionibus adjici voluit, nè liberos suos Saturno deinceps immolarent*: Plut. Apophthegm. *Darius per legatos eisdem edixit, nè humanas hostias immolarent, néve caninâ vescerentur*: Justin. l. 18 [h].

11. *Abstulit*, וישבת] *Cessare fecit*, Pi. P. Ma. i. e. amovit, V. *abolevit*, JT. *Destruxit*, ut paulò antè v. 5. sic Levit. 26.6 [i]. ¶ *Equos quos dederant Soli*] In honorem solis [k]; ex ritu Persarum, Armeniorum, &c [l]. Solem tanquam deum colebant, eúmque vocabant *Mithram & Apollinem*, eíque dicabant equos, & vivos, & pictos sive sculptos [m]. Per omnem Orientem factum

b Me. Ma. c Os. d Ma. ex Jun. † Mar. f T. g Ma. ex Jun. h Me. i G. k T. sim. E. Me. Ma. l E. m Pi. n M. o V. p Jun. Ma. sim. G. q G. T. r T. † Me. t Ma. ex Jun. v T. ex San. x San. y Pi. z La. a Me. b Ma. ex Jun. c Pi. d Pi. M. sim. Me. T. &c. † Me. f Pi. g G. h Ga. i BA. k Pi. l Ma. m La.

crum soli id animal, ut docent Xenophon Instit. Cyri. l. 8. & Ascens. 4. Pausan. & Justin [n]. Soli currus & equos consecrârunt, vel quia is curru fingitur totum orbem circumvehi; (ità de *Rhodiis Festus*, in voce *October*:) vel, tanquam celerrimum celerrimo; ità Herod. in fine lib. 1. simil. Ovid. 1. Fast. Porrò, equos sculptos plerique recentiores interpretes hîc intelligunt [o]. Currus erant sculpti [p], & in his equi, qui viderentur currum illum trahere [q]. [Aliis non placet.] Nam, 1. tunc Scriptura materiam indicâsset, quod facit in vitulis *Aaronis*, serpente *Mosis*, &c. 2. Si equi statuæ affixi essent, quorsum distinctum spatium illis assignatur in verbis sequentibus? 3. Tunc equos à curru non distinxisset [r]; quod tamen facit: nam equos *abstulisse* dicitur, non *combussisse*; currum verò *combussisse*, non *abstulisse* †. Equi ergò hi vivi erant [t]. ¶ *Quos dederant*] Id est, *consecraverant*, ut rectè habet Græca versio in *Ximeniana* editione, & nupera *Parisiensi*. Equos seponebant, vel *Soli* mactandos, ut mos *Persis*, Xenoph. Cyrop. l. 8. Apollon. Philost. l. 1. *Armeniis*, Xenoph. Anab. l. 4. *Massagetis*, Strab. l. 11 [v]: vel manè cum pompa deducendos versùs orientem solem, in occursum illius [x]. Equis his vehebantur qui quotidie solem orientem salutabant jussu Regis [y]. Sic equi Cyri ante solis ortum ei ad pompam sacrificii obviàm prodierunt, teste Xenoph. lib. 8 [z]. ¶ *In introitu templi*, &c. ità M. מִבֹּא וגו' *Ab introitu domûs Domini ad cubiculum*, vel *domum*, &c. P. Mo. Jon. JT. Equitabant ab ingressu Templi usque ad cameram Nathan-melech, &c. vel, ad suburbia [a]. Quomodo Benjamin de incolis *Haulam*, (nonnulli *Zeilam* putant,) *Manè currunt in Solis occursum*; cujus scilicet cultui sunt valde addicti. Verùm non equorum cursus, (de quo in Sacro textu nihil quidquam est,) sed statio, hîc definitur [b]. ¶ *Juxta exedram*, אֶל־לִשְׁכַּת וגו'] *Ad*, vel *juxta*, Pi. *cubiculum*, P. Mo. Jon. Pi. *ad domum*, JT. Juxta Templum hic habuit exedram, quasi sacellum quoddam peculiare [c]. ¶ *Nathan-melech*] Sign. *donum Regis*: tam augusto nomine vocabatur qui horum equorum tantùm stabularius fuerat. Significatur quanti ab illis fieret esse solis cultorem & aurigam. ¶ *Eunuchi*] Id est, *imberbis*, qualem hunc fuisse volunt, quia talis est Sol [d]. ¶ *Qui erat in Pharurim*, אֲשֶׁר בַּפַּרְוָרִים] *Qui* [scil. *eunuchus*] *erat in*, vel *apud*, *Parvarim*, Ti. Strig. Os. *qui habitabat*, &c. Mar. Os. *Qui* princeps erat *in suburbiis*; quem Rex constituerat principem super suburbia †. Alii, *quod* [scil. *cubiculum*] *erat in suburbanis*, P. Jon. sim. Mo. *quæ* [scil. domus] *erat in suburbiis*, JT. vel, *quæ erat in Parvarim*. Itaque *Parvarim* locus fuit Templo vicinus, à quo ad Templi fores nihil fuit præter equorum stationem. Et *Parvarim* videtur plurale esse τοῦ *Parbar*, 1 Par. 26. 18. Ibi sic vocatur locus, non ad Ortum Templi, ut volunt, sed ad Occasum, situs. *Beth* & *Vau* literas esse permutabiles, nemo est qui nesciat [f]. Exedra hæc erat aula, publicis concurrentium ad solem colendum consessibus destinata, cujus curam habebat Nathan-melech [g]. ¶ *Currus Solis*] Id quoque ex ritu Persarum. Xenoph. l. 8. *Equi ducebantur ad sacrificium solis: post eos producebatur currus albus*, &c. Herod. l. 7. num. 55. *dehinc equi sacri, ac sacer currus* [h]. Fortè intelligit currus quibus vehebantur cultores solis, dum quotidie illi obviàm procederent. Q. intelligunt de statuis in quibus erant sculpti currus [i]. Quadrigas soli sacras; de quibus Heliodor. Æthiop. 10 [k].

12. *Altaria quæ super tecta*, &c.] In solario posita ad cultum astrorum, Jer. 19. 13. Soph. 1. 5 [l]. Impii Reges etiam privatas aras idolis excitabant domi [m]. ¶ *In duobus atriis*] Id est, populi & sacerdotum. Vide suprà 21. 5 [n]. ¶ *Et cucurrit indè*] Ità P. Mo. V. sim. M. Ti. i.e. Citissimè abiit [o]. *Indéque profectus*, Ar. *& indè recto cursu contendens*, Strig. ¶ וַיָּרָץ מִשָּׁם] *Et currere fecit illinc*, sub. *altaria* [p]: i.e. amoveri & tolli jussit [q]. *Transtulit*, seu *elongavit*, He. in M. *& procul indè fecit*, Jon. *indè illico asportavit*, Sy. Verùm יָרָץ est futurum, non à רוץ *currere*, ut aliàs, sed à רצץ *contrivit* [r]. [Alii ergò aliter vertunt:] *Quibus abruptis indè*, JT. *& demolitus est indè*, ό. *& contrivit*, &c. Os. V.

Marginal notes: n G. — o BA. 1. 2. 10. 176 — p Q. in V. — q Q. in San. — r BA. ubi suprà. — † La. ex San. sim. BA. — t ità BA. San. La. T. — v BA. ib. — x BA. ex RS. & K. sim. La. — y V. ex M. — z La. — a M. sim. Me. in BA. — b BA. 1. 2. 10. 177. — c Os. — d Villalp. in La. — † M. Ma. — f BA. ib. — g T. — h Ma. — i V. — k G. — l G. sim. Me. Ma. — m Me. — n Ma. — o V. — p V. — q Ma. — r Pi. sim. Mar.

Belg. id est, diruta altaria removit †. Verto, *& contrivit* ea, ac removit *indè*. Ellipsis verbi conjugati sensu [t].

13. *Ad dexteram partem*] Id est, meridiem versùs [v]. ¶ *Montis offensionis*] Sic vocatur, quòd idola sint summa Dei injuria & offensio [x]. ¶ לְהַר־הַמַּשְׁחִית] *Montis Oliveti*, sive *olivarum*, Jon. P. M. *montis destructionis*, Mo. vel *corruptionis*, Ca. vel *exitialis*, Ar. *Montis corrumpentis*, Sy. JT. Pi. Belg. sive *corruptoris*, quoniam ibi Judæi se corrumpebant per idololatriam [y]. *Corrumpendi* verbum de idololatria usurpatur Exod. 32. 7. Tacita hîc est allusio [z]. Scribitur מַשְׁחִית *corruptionis*, pro מִשְׁחָה *unctionis*, in detestationem idololatriæ, quæ ibi exercebatur [a]. q. d. *Mons* iste erat *unctionis*, quia fert oleas, &c. *nunc corrumpentis*. Similis paronomasia Os. 4. 15. ubi *Bethlehem* nominat *Bethavenem* [b]. Alii, *montis Maschith*, Strig. Belg. [quasi nomen proprium esset.] ¶ *Quæ ædificaverat Salomon*, &c.] Id est, permiserat exstrui [c]. Mirum ista idola adhuc stetisse post Ezechiam, qui ea sustulit. Resp. Ab impiis Regibus excitata sunt fana & idola iis similia quæ excitaverat Salomon in iisdem locis, ideóque Salomoni tribuuntur primo illorum auctori [d]. ¶ *Ashtaroth*, &c.] Vide dicta 1 Reg. 11. 5, 6, 7 †. Astarte Phœnicum erat *Juno*, Aug. Jud. 2. 13. *Venus*, Philo Byblic. *Luna*, Lucian. Nempe eadem Astarte & *Juno*, & *Venus*, & *Luna* fuit; Jos. Scal. ad fragm. Græca [f]. ¶ *Offensioni Moab*] Idolo Moabitarum, quod Israelitis offensioni fuit & scandalo [g].

14. *Replevitque loca eorum ossibus mortuorum*] Ut scilicet iis magis esse polluta significaret. Nam contactu cadaveris aut ossium sacra loca contaminabantur [h], & horrida fiebant; præsertim apud Judæos, qui ex ossium & cadaverum contactu immunditiam legalem contrahebant. Sic & Gentiles ossa & cadavera insepulta horrebant. Audi Virgil. 6. Æneid. *Præterea, jacet exanimum tibi corpus amici, (Heu! nescis,) totámque incestat funere classem* [i].

15. *Altare quod erat in Bethel*] In ea *Bethel* quæ est in regno Israelis, 1 Reg. 13. 1 [k]. Nam Israelitis in captivitatem abductis, videbatur terra Israel ad pristinum dominum redire: præsertim quia Deus Josiam hoc facturum prædixerat & promiserat, 1 Reg. 13. 2. atque hoc ipso jus & potestatem id faciendi Josiæ dederat, imò ordinaverat & jusserat ut id faceret [l].

16. *Vidit*, &c.] Verba hujus versûs verti possunt per plusquam perfectum, *viderat*, *miserat*, &c [m]. ¶ *Tulit ossa de sepulchris*] Peccata quandoque punit Deus in loco in quo sunt commissa. Vide 2 Chron. 23. 17. 2 Mac. 4. 38 [n]. ¶ *Qui prædixerat* (vel *prædicavit*, Mo. *recitaverat*, Sy. *intimavit*, M.) *verba hæc*, אֲשֶׁר קָרָא וגו'] *Qui prædixerat* (vel *proclamaverat*, Pi. *prophetârat*, Jon.) *res istas*, JT. sim. V.

17. *Quis est titulus ille?* ità M. מָה הַצִּיּוּן הַלָּז] *Quid est* (vel, *quid* sibi vult, JT.) *hoc*, sive *istud*, *signum*? Sy. *indicium*? Mo. *simulacrum*? Ar. *monumentum*? JT. *scopulus*? JT. *Quæ* (vel *cujus est*, Os.) *hæc statua*? Ti. K. in M. Columella, qualis sepulchris imponi solebat, Gen. 35. 20 [o]. In qua sepulti nomen inscriptum erat [p]. Apparet erectum fuisse cippum, &c. cum inscriptione in memoriam posteritatis [q]. Vocatur *titulus*, quia aliquo signo insigniebatur [r]. Hunc reliquit, credo, senex ille Propheta 1 Reg. 13. (qui locuples & potens erat,) ut doceret posteros, latére ibi sancti viri ossa, nè quis illa extraheret. Quo consilio suis etiam ossibus cavere voluit †.

18. *Dimittite eum*, הַנִּיחוּ לוֹ] *Sinite illum quiescere*, sub. *in sepulchro*, V. *Relinquite*, Pi. ¶ *Et intacta manserunt*, וַיְמַלְּטוּ] *Et liberaverunt*, vel *eripuerunt*, P. JT. Pi. à combustione, ex v. 16. ¶ *Qui venerat de Samaria*] Vide 1 Reg. 13. 11. At Propheta venerat à *Bethele*, ubi habitabat [t]. Resp. *Samariæ* nomine non urbs, sed regio, hîc intelligenda est [v]: sic in eodem capite v. 32. ubi nominantur *civitates Samariæ*; item hoc capite v. 19 [x]. [Confer 2 Chron. c. 22. v. 9.] Frustratus non est spe suâ fraudator ille Propheta, 1 Reg. 13. 31. Fortè in mercedem fidei, quâ Prophetæ vaticinio crediderat [z].

Marginal notes: † Os. — t Pi. — v Ma. — x La. — y Belg. — z Pi. — a M. sim. V. G. Jun. Pi. Ma. &c. — b Pi. — c V. — d Me. — † Me. Ma. — f Ga. — g Me. — h V. — i La. — k V. — l La. — m V. — n Quist. — o G. sim. K. in M. — p Mar. — q Me. — r La. — † San. — t Pi. — v Pi. Quist. — x Pi. — z Me.

20. *Et occîdit — sacerdotes excelsorum*] Ex institutione Jeroboami factos, 1 Reg. 12. 31[a]. qui contra Legem Regum beneficio sacerdotium invaserant[b]. Nam post abductas decem Tribus remanserunt aliqui Israelitæ, aut certè ex latebris reverterunt in Samariam[c]. Abeuntibus Assyriis, multi profugi & exsules (qui antè fugâ aliò atque aliò dilapsi sunt[d]) ad suas sedes redierunt †, cum suis sacerdotibus[f], ibíque, ut antè, idola sua coluerunt[g]. Hos ergò sacrificulos Josias loco brutarum victimarum in suis altaribus immolavit[h]. *Infantes penès Africam Saturno immolabantur palàm usque ad proconsulatum Tiberii, qui eosdem sacerdotes in eisdem arboribus templi sui votivis crucibus exposuit:* Tertul. Apolog. 2 Par. 28. 3, 4[i]. Hinc porrò colligo, Josiam, collapso jam Assyrio imperio, *Samariam, Bethel*, aliásque *Israelitarum urbes*, seu vi, seu ultroneâ deditione, redegisse in suam potestatem: neque enim aliàs potuisset tam liberè in illas urbes sævire[k].

21. *Facite Phase*] Damnaverat Rex, & procul relegaverat, quæ Lex prohibuerat; nunc ad illa incumbit quæ Lex jubet[l].

22. *Nec factum est Phase tale*] Tanto concursu & tot victimis. Ezechiæ temporibus multi emanserant, multi se non mundaverant[m]. *Non tale*, scil. copiâ hostiarum, quæ totis 7 azymorum diebus offerebantur Deo, & pleræque spontè; quarum Josias obtulit 30 *millia*, &c. 2 Par. 35. Alioquin si de agnis Paschalibus sermo esset, certum est, abductis jam decem tribubus, pro ratione capitum Jerosol. præsentium, tenuiorem fuisse, & minori numero, eorum immolationem[n]. ¶ *A diebus Judicum*] i. e. Post tempora Samuelis, 2 Par. 35. 18[o]. q. d. A constituto regno nullus fuit qui tantâ sedulitate populum, sacerdotes & seipsum præparavit ad celebrandum Pesach, impuritatem omnem amovendo, & fœdus Dei renovando, denique, Ecclesiæ disciplinam severissimè exigendo[p], & ritus omnes accuratissimè servando[q].

23. *Sicut in octavo decimo anno*; ità JT. [כִּי אִם וגו'] *Quinimo anno*, &c. Mo. *Quale in anno*, &c. Ca. [Ità connectit cum præcedenti versu, *non tale*, v. 22. *quale*, &c. v. 23.] Alii, *Sed* (vel, *Sed tantùm*, ὁ'.) *anno*, &c. Jon. Sy. Ar. Pi. Strig. *Nisi*, &c. Q. in Mar. *Anno autem*, &c. P. *Anno scilicet*, &c. M.

24. *Pythones & ariolos*] De quibus vide Levit. 20. 27[r]. Num. 22. 5. Deut. 18. 11 †. ¶ *Et figuras idolorum*, [וְאֶת־הַתְּרָפִים] *Et simulacra*, P. Propriè sunt dii penates[t]. ¶ *Et immunditias*, [וְאֶת־הַגִּלֻּלִים] *Et stercora*, i. e. stercoreos deos, ut cap. 21. 11[v]. *& idola*, P. Hîc ו eam vim habet acsi diceres, *ut uno verbo dicam, omnia idola*, &c[x]. *Et immunditias & abominationes*; est explicatio prioris vocis, ut intelligantur imagines falsorum deorum, quas Hebræi, ut res maximè impuras, abominari jubebantur[y]. ¶ *Ut statueret verba legis*] Ità P. *Ut rata esse juberet*; i. e. confirmaret, aut conciliaret robur verbis Legis[z].

25. *Similis illi non fuit*] Nimirum quoad omnimodam idololatriæ (non in suo solùm, sed etiam in alieno, regno[a]) excisionem, ac Religionis reformationem[b]. Quædam enim Ezechias & alii Reges aut deformârunt leviter, aut prorsus intacta reliquerunt; ut excelsa Salomonis &c[c]. At idem dicebatur de Ezechia. Resp. Non erat par *Ezeciæ* in actionibus piis quæ ibi describuntur; non par *Josiæ* in omnibus[d]. Vide dicta suprà 18. 15 †. ¶ *In omni corde suo*, &c.] Vide dicta ad Matt. 22. 37[f]. ¶ *In universa virtute sua*] Heb. *in tota vehementia sua:* id nomen מְאֹד sign. quod tamen plerúmque adverbiascit, subintellectâ præpositione ל, & redditur *valde*[g].

26. *Propter irritationes — Manasses*] Quia is idololatriæ ingentem sævitiam addiderat, approbante magnâ populi parte, infrà 24. 3, 4[h]. Videri potuit, speranda fuisse meliora tempora, cùm propter Regem, tum propter reformationem: sed nulla hominis pietas tanta, quæ ingravescentem populi impietatem expiare queat; quin etiam filii Dei merita pœnitere nescientibus nihil prosunt[i]. Josiam multi metu magìs quàm verè emendati animi proposito sectabantur, Ezec. 24. 6[k]. Patet hoc ex Jeremiæ & Sophoniæ libris[l]; & ex eo, quòd omnes Josiæ filii Manassem potiùs quàm patrem suum sequerentur[m].

[a] Q. in Ma. [b] G. [c] T. ex San. [d] San. † La. [f] T. [g] La. [h] T. sim. La. [i] Ga. [k] T. [l] San. [m] G. [n] T. ex San. [o] G. sim. Jun. Pi. [p] Ma. ex Jun. [q] San. [r] G. † Me. [t] Q. in V. [v] Ma. [x] V. [y] G. [z] V. [a] San. [b] La. [c] San. [d] Ma. † Me. [f] G. [g] Pi. [h] G. [i] Wolp. [k] G. sim. Wolp. [l] Wolp. [m] San.

29. *Ascendit Pharao Nechao*, &c.] Heb. *Nechoh*, à נְכֵה, quod sign. *percussum ac debilem pedibus*[n]. Interpretantur *claudum*[o], seu *podagricum*, ut 2 Sam. 4. 4[p]. Nam claudicabat pedibus Pharaoh iste[q]. ¶ *Contra regem Assyriorum*] Ut ulcisceretur injurias Ægypto à Sennacherib illatas, & spolia ab eo ablata repeteret; præsertim quia videbat post cladem illam, suprà 19. res Assyriorum in pejus ire, eísque rebellâsse Medos & Babylonios[r]. Hujus pugnæ meminit Herodotus lib. 2. *Terrestri acie congressus Necus* (ὁ Νεκὼς) *cum Syris, victoriâ potitus est in Magdalo* †. [Al. aliter;] q. d. contra *Babylonium*, qui tunc & *Assyriam* tenebat[v]. Regem Babylonis hîc intelligo, ex cap. 24. 7[x]. ¶ *Abiit Josias in occursum ejus*] Ut eum depelleret, &c *. & aditum illi ad ulteriora præcluderet[y]. Prohibendi transitûs causa fuit vel periculum proprium, vel sua cum altero Rege amicitia[z]. ¶ *Et occisus est in Mageddo*] Heb. *Megiddo*, Ma. urbe Manassitarum, Jud. 1. 27[a]. Israelitæ enim à captivitate reliqui junxerant se regno Judæ, ut fortiores essent, &c[b]. [Vide annotata suprà ad v. 15.] At 2 Par. 35. Josias *mortuus* dicitur in *Jerusalem*. Resp. In campo *Megiddo* letaliter vulneratus, in via mortuus est, & sic illatus in *Jerusalem*[c]. *Mortuus* hîc ponitur pro moribundus. Sic usurpatur vocula מֵת Gen. 20. 3 *. Ἐν Μαγδόλῳ Herodotus, corruptâ pronunciatione. Vide Jud. 1. 27. Idem locus, quia in monte positus, Ἀρμαγεδών. Sic Garizin Ἀργαριζὶν apud Eusebium & alios. Et alius locus Plin. & Tacito *Arsamosata* הַר שִׁמְשְׁתָא i. e. *mons solis*[d]. *Magdolum* est urbs Ægypti, testibus Steph. & Anton. in Itiner. Vel ergò Herod. *Magdolum* accepit pro *Megiddo*, in tanta vetustate nomine luxato: vel falsus est †. ¶ *Cùm vidisset eum*] Sub. *in armis*, vel *armatum*; i. e. cùm intellexisset eum paratum esse ad pugnandum[f]: in primo congressu *. *Vidisset*, i. e. pugnâsset cum eo, ut suprà 14. 8. ὤφθης[g]. Sic Latini dicunt, *cernere ferro*[h], & *congredi*, pro, pugnâ decertare[i]. Vide Gen. 32. 30[k]. *Quando vidit ipsum:* Sive Pharao Josiam, sive Josias Pharaonem[l].

30. *Tulitque populus terræ*, &c.] Videlicet, ne Rex Ægypti regnum Rege vacuum occuparet[m]. ¶ *Joachaz filium Josiæ*] Vocatum & *Sellum*, Jer. 22. 11[n]. Hic ultimus filiorum Josiæ numeratur 1 Par. 3. veruntamen ante *Zedeciam* natus erat[o]; at post *Joakim:* nam *Joachaz* erat 23 annorum initio regni, & tribus tantùm mensibus regnavit; cui mox successit *Joakim*, qui 25 annorum erat[p]. *Joachaz* prælatus est fratri seniori, vel, 1. quia populus ab eo solicitatus est populari factione[q]: vel, 2. quia *Joakim*, timens Pharaonem, regnum detrectavit; Pharao enim, victo cæsóque Josiâ, arrogabat sibi jus constituendi Reges in Judæa, ut patet ex sequentibus: vel, 3. quòd animosior & bellicosior foret; unde Pharao timens eum deposuit, & substituit Joacim[r]. Acrior futurus credebatur adversùs Regem Ægypti; sed in suos magìs sæviit quàm in hostes †, ideóque *Leo* dicitur Ezec. 19. 3[t]. ¶ *Et unxerunt eum*] Ut hoc signo declararent, regnum, armis Ægyptiorum turbatum, tanquam de integro se huic tradere[v]. Ungi voluit *Joachaz*, ad firmandum sibi apud populum suum regnum, quod fratri suo *Joakim* natu majori deberi intelligebat[x].

32. *Quæ fecerant patres ejus*] Amon & Manasses[y].

33. *Vinxitque eum Pharao Nechao*, &c.] Pharao enim, rebus ad Euphratem ex voto confectis, Regem nuper assumptum aggreditur, & superat, licèt non sine magna suorum clade, Ezec. c. 19. v. 4. nam armatus occurrebat *Joachaz*, &c. alioquin eum hoc modo non tractâsset Pharao[z]. Volens *Jehoahaz* ulcisci patrem suum Josiam, irruit in terram Ægypti[a]. Cùm Pharao cepisset Syriam, accersivit eò *Joachaz*, eúmque indè vinctum misit in Ægyptum[b]. ¶ *In Rebla*] Heb. *Riblah*, Ma. id est, *Apamiæ*, ut Par. Jeros. docet in Num. 34. 11[c]. Ea est Syriæ urbs ad Orontem. Hieron. autem & plerique intelligunt *Antiochiam*. Vide Num. 34. 11[d]. Erat *Rebla* in tribu *Nepthalim* ad montem *Libanum*, juxta fluvii Jordanis initia †. ¶ *In terra Hemath*] i. e. Epiphaniæ. Vide Gen. 10. 18[f]. ¶ *Ne regnaret*] Ità Jon. JT. ὁ'. M. Strig. scil. *ultra*, vel *deinceps*, Ma. [Sequuntur hi ὁ' *Keri*, quod est מִמְּלֹךְ; at

Chetib

[n] Q. in Ma. [o] Jon. in M. Q. in Ma. [p] Q. in Ma. [q] M. [r] La. ex San. † Ma. Quist. [v] G. ex Jo. [x] T. * Ma. [y] San. [z] Me. [a] Ma. & Pi. ex Jun. [b] La. ex To. [c] E. * Pi. [d] G. † Ma. [f] V. * Ma. [g] G. ex Me. Jun. Pi. &c. [h] Ma. [i] E. [k] Ma. [l] Pi. [m] Ma. [n] T. ex San. sic G. Ma. [o] San. [p] La. [q] Me. [r] La. † T. ex San. [t] San. [v] Q. in Ma. [x] Me. [y] Idem. [z] San. La. [a] M. [b] L. [c] Jun. [d] Ma. † Me. [f] Ma.

Chetib est בְּמָלוֹךְ, quod variè reddunt:] *Quòd regnum occupâsset*, Ti. nempe, invito Ægyptio, qui, interfecto Josiâ, &c. ad se jus nominandi Regis pertinere existimabat [g]. *In regnando*, Mo. V. vel, *dum regnaret*, P.V. i.e. quàm primùm regnare cœpit, sive post tertium ejus mensem [h]. *Mox ut regnaverat*, Sy. *ubi regnâsset*, Ar. ¶ *Imposuit mulctam terræ*] i. e. Incolis regionis [i]. Regionem sibi vectigalem fecit [k].

34. *Constituit Eliacim*] Hominem ingenii quietioris quàm erat frater. Vide simile 24. 17 [l]. ¶ *Vertitque nomen ejus Joiakim*] Heb. *& vertit nomen ejus* (sub. *& nominavit eum*) *Jehoiakim*: Ellipsis verbi conjugatim [m]. Nominis impositio signum dominii [n]. Moris erat Regibus & Principibus bello subactis nomina mutare in signum subjectionis, ut patet Dan. 1 [o]. Vide quæ noto Dan. 1. 7 *. Hoc fecit, ut perpetuum argumentum esset quòd à Pharaone Rex creatus esset [p]. Eadem significatio *Joakim* & *Eliakim*: Sed quia Syris Saturnus אֵל vocabatur, ideo nomen Dei Judæorum quàm sui dei ponere in victi Principis nomine maluit [q]. Heb. ¶ וַיַּסֵּב וגו׳] *Et vertit* (vel *vocavit*, Sy.Ar. *posuit*, Jon. vel *immutans*, Mo.) *nomen ejus Jehoiakim*, M.P. *mutavitque ei nomen*, &c. Ti. ¶ *Et duxit in Ægyptum*] Tò וַיָּבֹא Noster transitivè accepit. Alii, *& venit*, &c. nempe Joachaz [r]. ¶ *Mortuus est ibi*] Ex vaticinio Jeremiæ, Jer. 22. 11, 12 †.

35. *Cùm indixisset terræ*, אַךְ הֶעֱרִיךְ אֶת־הָאָרֶץ] *Præterea* (vel *veruntamen*, Ma.) *æstimare*, sive *ordinare*, *fecit terram*, Ma.P. Id quod vulgò dicitur, *taxavit facultatem incolarum*, &c. q. d. Non detrectavit tributum, imò censuit facultates habitatorum, ut daret tributum imperatum. ¶ *Juxta præceptum Pharaonis*, עַל־פִּי וגו׳] *Pro æstimatione Pharaoh*; i. e. ut daret pecuniam imperatam à Pharaoh [t]. ¶ *Et unumquemque juxta vires suas exegit*, אִישׁ כְּעֶרְכּוֹ נָגַשׂ וגו׳] *Vir secundùm æstimationem suam dabant argentum*, ό'. *unicuique prout visum est ordinavit*, &c. Jon. *ab unoquoque pro æstimatione sua exigebat argentum*, &c. JT. Pi. sim. M. P. Ti. *Pro æstimatione*, i. e. prout is æstimatus erat [v]; pro modo patrimonii [x]. ¶ *De populo terræ*] Sic Jon.P. JT.Pi. Ità jam antè, *ab unoquoque*. In Hebræo autem abest præpositio *à*: & verbum Hebræum regit geminum accusativum, unum personæ, alterum rei: ut cùm Latini dicunt, *Posco te hanc rem*; Virgil. *Pacem te poscimus omnes* [y]. ¶ אֶת־הָעָם] *A populo, inquam, terræ*, M. JT. *idque ab universo populo*, Ti. *cum populo terræ*, ό'.

36. *Cùm regnare cœpisset*] Nempe solus, sive jure non controverso [a], post mortem captivi fratris [b]: nam dum is viveret, ad eum jus regni pertinere putabatur, ideo hic *Jehoiakim* ejus veluti Prorex erat. Et 1 Par. 3. 15. *Jochanan* sive *Jehoahaz* dicitur primogenitus *Josiæ*. Quamvis aliqui primogenitum ibi non naturâ, sed dignitate, accipiunt [c].

[g] Q. in Ma. [h] Ma. [i] V. [k] San. [l] G. [m] Pi. [n] Me. [o] La. * Quist. [p] Me. [q] G. [r] Ma. † Ma. Jun. [t] V. [v] Pi. [x] G. [y] Pi. [a] G. [b] G. Ma. [c] Q. in Ma.

CAP. XXIV.

1. IN *diebus ejus*] Scil. *Joachim* [a]. Tertio anno Joakim jam completo, Dan. 1. 1. & anno quarto inchoante, Jer. 25. 1 [b]. ¶ *Ascendit Nabuchodonosor*] Ναβουχοδονόσορος Beroso, & in Actis Tyriorum; Ναβουκοδρόσορος Abydeno; Ναβοκοδρόσορος Straboni ex Megasthene, ut ad l. 3. de V. R. C. annotavimus [c]. Ascendit autem postquam Ægyptium prælio vicerat, Jer. 46. 2 [d]. Causa belli, præter Divinam ultionem, fuisse videtur, quòd *Joachim* cliens & tributarius factus esset Regis Ægypti, cum quo *Nabuch.* gerebat inimicitias †. ¶ *Servus*] i. e. Tributarius, beneficiarius [f]. ¶ *Rebellavit contra eum*] Cùm Ægyptus à suo malo respirare cœpisset; quod tamen non diu duravit, ut apparet mox 7 [g]. Ægyptiorum auxiliis confisus, quos bellum moliri contra Nabuchod. sentiebat [h].

2. *Latrunculos Chaldæorum*] Heb. *turmas, acies, agmina Chald.* Ma. V. G. JT. &c. Græci, τοὺς μονοζώνους. Ex omnibus his gentibus quas hîc nominat constabat exercitus Nabuchodonosori [i]. ¶ *Per prophetas*] Per *Holdam*, suprà 22. 16. *Esaiam*, suprà 20. 17, 18. *Jeremiam*, Jer. 14. & 15 [k].

[a] L. [b] T. sim. V. Ma. [c] G. [d] G. ex Jun. † Me. [f] Ma. [g] G. [h] Me. [i] G. sim. Ma.

3. *Factum est autem*, &c. אַךְ עַל־פִּי יְהוָה וגו׳] *Enimvero ex præstituto Jehovæ id fuit*, JT. *Veruntamen super os*, &c. Ma. *juxta os*, P. *juxta sententiam*, i. e. latâ sententiâ de ore Domini [l]. ¶ *Ut auferret eam coram se*] Heb. *à facie sua*, i. e. è Terra sancta [m]. ¶ *Propter peccata Manasse universa quæ fecit*] [Sim. pleriq;.] Quorum socii erant populus, c. 21. v. 9, 15 [n]. Manasses quidem pœnitentiam egit, & veniam consecutus est; non sic populus & Reges sequentes, sed hi Manassis scelera renovabant [o]. Populus propriè propter sua peccata punitus est, indirectè tamen & occasionaliter propter peccata Manasse [p]. Pro כְּכֹל (*secundùm omne*) videtur legendum בְּכֹל per epanalepsin, i. e. propter omnia [q]. [Alii aliter vertunt.] Ad verb. *in erratis Menasse secundùm omne quod fecit*, Ma. *propter peccata similia omnino iis quæ fecerat Menasse*, JT. Heb. *propter peccata Manassis similia omnibus quæ fecit*: Trajectio, ut Gen. 5. 29. Jud. 18. 31 [r]. Sed hanc trajectionem nec modus loquendi Hebraicus, nec distinctio sententiarum, admittit. De peccatis Manassis agi seq. versus docet †. *Peccata Manassis* hîc vocantur quæ illis paria sunt: Nam nomen rectum, seu genitivi casûs, ratione usûs quandoque denotat comparationem parium. Sic Exod. 34. 7. *iniquitas patrum*, h. e. quæ par est, in filiis, iniquitati patrum; Sic 2 Par. 24. 6, 9. מַשְׂאַת מֹשֶׁה *collecta Mosis*, h. e. similis illi quâ usus est Moses. Sensus est, Quemadmodum Moses extra ordinem collegit quæ ad structuram Tabernaculi requirebantur; ità nunc quæ ad Templi instaurationem opus sunt à nobis procurari, & à populo conferri, convenit [t]. *Peccata Manassis*: *Adeò pessimum est alios exemplo vel verbo à bono infirmare, quia fortassis peccatum te gravabit alienum, cùm deletum fuerit tuum. Berengarius planè, quamvis ipse sententiam correxerit, omnes tamen quos depravaverat convertere nequivit*: Guil. Malmesb. gest. Ang. 3 [v].

4. *Quem effudit*, &c.] q. d. Non tantùm imperavit idololatriam, sed etiam occidebat eos qui isti imperio parére recusabant [x].

6. *Dormivit Joakim cum patribus*] Hic locus simpliciter pertinet ad mortem Joacim, non autem ad sepulturam, quæ erat *sepultura asini*, Jer. c. 22. v. 19 [y]. ¶ *Regnavit Joachin*] Hebr. *Jehoiachin*, Ma. Pi. &c. qui & *Jechonias* nonnullis. Vide ad Matt. 1. 11 [z].

7. *Non addidit rex Ægypti, ut egrederetur è terra sua*] Ad tempora usque Sedechiæ, Jer. 37. 7 [a]. *Ut egrederetur*, sive ut opem ferret Joakimo laboranti; sive ut annuum tributum exigeret, cùm Juda Babyloniis pareret magis quàm Ægyptiis. Antea autem egressus fuerat ad Euphratem, &c [b]. [De quo priùs dictum.] ¶ *A rivo Ægypti*] Sichore, Jos. 13. 3 [c]. Heb. *à torrente Ægypti*, Ma. cujus frequens in S. S. mentio, de eremo veniente, & in mare Mediterraneum influente juxta Rhinocoluram [d]. Vide 1 Reg. 8. 65 †. Quæ Nilum & Euphratem interjacebant juris Ægyptiorum [f].

8. *Decem & octo annorum*] At 2 Par. 36. 9. dicitur anno octavo regnâsse [g]. Difficultas hæc sapientiæ cœlestis afflatu eget ut solvatur, ait Beroaldus. Annum 18. eum tunc egisse docent, quòd *malum fecisse* dicitur, & quòd uxores ejus cum eo deportatæ memorantur, 2 Reg. 24. 9, 15. quæ in 8 annorum puerum minùs competunt [h]. Resp. 1. Q. errorem scriptorum irrepsisse asserunt in textum 2 Par. 36. 9 [i]. His favet quod Sy. [sic & Ar.] pro *octo* habent *octodecim* *. 2. Anno 8. cœpit cum patre regnare, anno 18. solus post patrem regnavit [k]. *Joakim* filium suum *Jechoniam* (juxta eorum temporum consuetudinem [l]) in regni consortium cooptavit [m]. Id autem fecit, ut prophetiam Jerem. cap. 27. irritam redderet, & nè ad alium transferretur regnum sibi & filio suo debitum, inquit Codomannus in Annal. ad An. M. 3519 [n]. 3. Alii 2 Chron. 36. 9. sic exponunt, *natus octo annos cùm ILLE regnare inciperet*: non ipse, videlicet, sed pater ejus; cujus in proximè præcedentibus facta fuerat mentio [o]. Similem loquendi modum vide ad 2 Reg. c. 16. v. 2 [p]. 4. Octavus annus ibi memoratus non erat annus ætatis *Jehoiachin*, sed regni *Nebuchadn.* & verti posset,

Erat

[k] G. ex Jun. [l] V. [m] Idem. [n] Pi. [o] Os. [p] E. [q] Pi. [r] Jun. sim. Glass. gram. pag. 745. † Pi. [t] Glass. gram. 111. [v] Ga. [x] Pi. [y] V. ex L. [z] G. [a] G. Ma. [b] San. [c] Pi. [d] Me. † Ma. [f] G. [g] La. [h] Usser. chron. pag. 41. [i] Caj. & Mar. in Usf. Pi. & Diod. in Allen. * Usser. [k] La. ex San. [l] San. [m] To. in Usf. sim. San. K. in Buxt. [n] Usser. [o] Ità Jun. & Broctonus in Usf. [p] Allen.

Erat filius 8. anni Nebuchadn. cùm regnare inciperet; juxta similem locutionem 2 Chron. 22. 2[q]. 5. Rectiùs (juxta locutionis illius sententiam primùm usurpatæ initio regni Saulis primi Israelitarum Regis) 8. hic annus erat non ætatis, sed servitutis Babylonicæ, cui tum obnoxius fuit. Quicquid enim de illo loco Matt. 1. 11. demum statuatur, quo tempore patri successit in regno *Jechonias*, à captis anno Jehoiakimi 4. Hierosolymis *octavum* numeratum fuisse annum non est dubium[r]. ¶ *Et tribus mensibus regnavit*] Rex enim Babylonis timens nè iste esset memor necis paternæ, ideóque rebellaret in se, &c. citò rediit cum exercitu ad removendum eum†. At 2 Par. c. 36. v. 10. dicitur post annum abductus à Nabuchod. Resp. Fluxerunt aliquot menses interregni inter *Joakim* & *Joachin* antequam *Joachin* assumeret regnum. Vide plura ad illum locum[t].

10. *Circumdata est urbs munitionibus*] Castris obsessa est. Confer infrà 25. 1[v]. Heb. *& venit civitas in obsidionem*, P. Hebraismus; *obsessa est civitas*[x].

12. *Egressus est*, &c.] i. e. Dedidit se in potestatem victoris[y], ex consilio Jeremiæ, Jer. 38. 2[z]. ¶ *Suscepit eum rex Babylonis*] Specie tenus amicè; sed postmodum fidem fefellit, ut ostendunt sequentia[a]. ¶ *Et eunuchi ejus*] Cœperant Reges Hebræi vicinorum Regum malos mores & in hoc imitari[b].

13. *Et concidit universa vasa aurea*; ità ὁ. Mo. Sy. Ar. Ti. וַיְקַצֵּץ וגו׳] *Et confregit*, &c. Jon. Ca. *discerpsit*, &c. M. *decerpsit*, JT. Malim, *abstulit*, Heb. *truncavit*: i. e. auferendo illa vasa truncavit quasi Templum, spoliando ipsum suis opibus: nam quòd vasa ipsa integra conservaret patet ex Dan. 5. 2[c]. *Universa vasa*: Hyperbole: nam quædam superfuisse constat ex Ezr. 1[d]. *Omnia*, i. e. ferè omnia, ex cap. 25. 14, 15. nisi hoc restringendum est ad pocula†. ¶ *Quæ fecerat Salomon* (sub. *& reposuerat*, Pi.) *in templo*] Ità Pi. vel, *pro templo*, JT. Non illa eadem, quæ nimirum ampliùs non exstabant Templo non semel direpto, sed alia iis similia, à Josia præsertim ad priorum illorum exemplar fabrefacta[f]. ¶ *Juxta verbum Domini*] Nempe de vasis in domo Regis. Vide suprà 20. 17[g].

14. *Transtulit omnem Jerusalem*] i. e. Omnes cives & incolas Jerusalem[h]: vel potissimos, ut apparet 25. 18[i]. cives præstantissimos[k]. In his fuit Ezeciel. τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων, (*captivos Judæorum*,) Berosus dixit. Meminit hujus deportationis & insequentis Hecatæus apud Josephum, & Demetrius apud Clementem Alexandrinum[l]. Fuit hæc secunda captivitas[m]. [Alii aliter reddunt;] *Deportavit è totis Jeros.* (i. e. è toto regno, Jun.) *omnes præfectos*, &c. JT. Sumunt אֵת pro מֵאֵת, subaudito מִן. Sed ista ellipsis importuna est: tum quia mox repetitur אֵת, ad notandum articulum accusativi casûs; tum quia in proximo membro particulæ isti præponitur conjunctio copulativa וְ; tum denique, quia otiosè adderetur vocula כָּל; satis enim esset dicere, *deportavit ex Hierosolymis*. Sensus est, *deportavit totam Hieros.* i. e. ferè totam; (quomodo *tota Judæa*, Matt. 3. 5. i. e. ferè tota.) Primò ponitur totum, deinde hoc declarat per partes[n]. ¶ *Fortes exercitûs*, גִּבּוֹרֵי הַחַיִל] *Fortes viribus*, P. Sic vocat vel bellicosos, qui v. 16. *viri roboris*[o]; vel viros opulentos, ut suprà 5. 1. & Ruth 2. 1[p]. ¶ *Decem millia*] Septem millia ex tribu Benjaminis, de quibus infrà 16. tria millia & quod excurrit ex tribu Juda, Jer. 52. 28[q]. ¶ *In captivitatem*] Ità Sy. Jon. M. Ti. Subaudiunt בְּ[r]. [Alii aliter;] *decem millia captivorum*, P. Tig. not. vel *captivos*, JT. Mo. Heb. *migrantem*, Pi. sing. pro plur†. vel *captivans*, ὁ. ¶ *Et omnem artificem*] Ità Mo. P. Jon. M. Sic & Jer. 24. 1. Græci, πάντα τέκτονα, (*omnem fabrum.*) חָרָשׁ Deut. 27. 15. est *sculptor*, ut & Esa. 40. 19. Jer. 10. 3. Os. 8. 6. & 13. 2. Usurpatur & de *fabris ferrariis*, 1 Sam. 13. 19. Esa. 44. 12. *lignariis*, *& cæmentariis*, 2 Sam. 5. 11. 2 Reg. 12. 11. & 22. 6. 2 Par. 24. 12. *ærariis*, 1 Reg. 7. 14. Jer. 10. 9[t]. חָרָשׁ in genere *fabrum* sign. sed hîc videtur per synecdochen generis significare *fabrum lignarium*; posito hoc, quòd voce sequente significetur *faber ferrarius*[v]. *Omnes fabros lignarios*, JT. sim. Os. Alii, *omnes satellites*, Sy. sim. Ar. ¶ *Et clusorem*, וְהַמַּסְגֵּר] *Et inclusorem*, P. Mo. La. nempe, qui gemmas pretiosis metallis includit[x]. Plerique, *clausorem*, *claustrarium*, id est, fabrum ferrarium[y]; sic dictum eò quòd facit claustra. Ad verb. sonat, *claudere facientem*[z]. *Inclusores*, nempe castrorum, i. e. peritos castrametandi. Vide Jer. 24. 1[a]. Vel *janitores*, sive *custodes urbis*, V. Jon. in G. *clausorem portarum*, Q. in Ma. Alii, *& eos qui stringebant ensem*, h. e. milites[b]. Vox Hebræa, item ut præcedens, sing. est[c]. Fortè milites & præsidiarios intelligit, in arcibus & munitionibus inclusos[d]. *Serarium*, qui ferrum ingeniosè tractare nôrit†. ¶ *Nihil relictum est*] Heb. *non est relictus*, scil. *quisquam*, Pi.

15. *Et uxores regis*] Ità Pi. Sic vox illa passim accipitur, ut Gen. 4. 19, 23. & 7. 7. & 34. 21[f]. Alii, *fœminas*, vel *mulieres*, JT. Ma. ¶ *Et judices terræ*, [וְאֵת אֵילֵי הָאָרֶץ] *Et arietes terræ*, Mo. *fortes*, &c. P. sim. JT. &c. *magnates*, vel *principes*, Jon. Sy. Ar.

16. *Viros robustos septem millia*] His adde duo millia ex potentioribus terræ, v. 15. & mille opifices qui in hoc versu sequuntur; ità sunt universè decem millia, suprà v. 14[g]. Alii sic; 7000 ex Benjamin, 3000 ex Juda, erant[h]. [Vide ad v. 14.]

17. *Matthaniam patruum ejus*] Scil. ipsius *Joachin*, ideóque fratrem *Joiakim*[i]. Ut Rex esset, &c. sub imperio Regis Babylonici[k]. Nota Josiam, pium Regem, filiis suis pia nomina imposuisse, quæ eos admonerent pietatis in Deum: unde unum appellavit *Joachaz*, i. e. *Dei apprehensionem* vel *possessionem*, q. d. quem Deus apprehendit & possidet; alterum *Heliakim*, id est, *Dei firmitatem*, ut cogitaret se non nisi à Deo firmari; tertium *Matthaniam*, i. e. *donum Dei*. Sed omnes obliti Dei, æquè ac nominis sui, ad idola confugerunt*. ¶ *Imposuitque nomen ei*] Heb. *& vertit nomen ejus*, sub. *& nominavit eum*, Pi. ¶ *Sedeciam*] Sign. *Dei justitiam*, G. T. nempe, cognitam in punita rebellione *Joiakim*, &c[l]. Hoc nomine præmonuit & quasi præsagiit Nabuchod. in eo, si à fœdere deflecteret, exemplum statutum iri Divinæ justitiæ: quod revera contigit[m].

20. *Irascebatur enim*, &c. [כִּי עַל אַף יְהוָה הָיְתָה וגו׳] *Nam propter furorem Domini qui erat contra Jerusalem*, &c. P. i. e. Nam tantam iram conceperat Dominus contra Jerusalem, ut permitteret rebellare Sedeciam, quò fieret ut abducerentur à terra sua, &c[n]. *Irascebatur*, ideo permittebat ut novum peccatum veteris peccati pœna esset[o]. *Nam secundùm iram Jehovæ fiebat*, &c. JT. Pi. sim. Ti. *Quoniam furor Domini commotus fuit contra Jer.* M. *Nam propterea quòd provocaverunt ad indignationem Dominum, fuit hoc in Jerusalem*, Jon. *Quare perseveravit ira Domini contra Jerus.* Sy. Ar. Alii, *Nam cum ira Jehovæ erat congregatio in Jerusalem*, &c. *donec projecit eos*, &c. *tum rebellavit*, &c. i. e. Invito & ægrè ferente Domino, congregatio eorum qui evaserant, nec abducti fuerant in captivitatem, erat in Jerus. &c. donec ejecit eos de Terra sancta, &c. proinde rebellavit Sedecias[p].

CAP. XXV.

1. EXstruxerunt *in circuitu ejus munitiones*, וַיִּבְנוּ עָלֶיהָ דָּיֵק סָבִיב] *Et exstruxerunt super*, vel *contra*, *eam vallum undiquaque*, Mo. Jon. vel *munitiones*, sive *turres*, sive *propugnacula*, M. Ti. Sy. Ar. JT. *turrim ligneam*, P. V. He. in M. ad tela scilicet & saxa in urbem conjicienda[a]. Vide Ezec. 4. 2. & 17. 17. Machinam bellicam intelligit, qualisqualis fuerit[b]. *Circummurale*, ὁ.

3. *Nonâ die mensis*] Sub. *quarti*. Ellipsis nominis, quæ suppletur ex Jer. 39. 2. & 52. 6. Anni currentis[c]. Sic Psal. 119. 56. זֹאת הָיְתָה לִּי, *hæc est mihi*, (sub. *consolatio*,) *me custodire*, &c. & Esa. 2. 6. *pleni sunt præ oriente*, scil. *malis*[d].

4. *Et interrupta est civitas*, וַתִּבָּקַע] *Et rupta*, sive *perrupta*, *fuit*, P. V. &c. vel crebris arietum ictibus†; vel ab obsessis ipsis, ut viam sibi aperirent ad fugam[f]. *Ruina in mœnibus facta est*, Jer. 39. 2[g]. ¶ *Bellatores fuge-*

Marginal notes (left column): q Q. in Allen. — r Usser. — † Me. ex San. — t La. — v G. — x V. — y V. — z La. L. — a Me. — b G. — c Pi. — d Me. — † Pi. — f Me. — g Pi. — h La. — i G. — k Os. — l G. — m La. — n Pi. — o V. sim Pi. — p Pi. — q G. Ma. — r Q. in V. sim. Jun. — † Pi. He. in V. — t G. — v Pi.

Marginal notes (right column): x Hi. in La. — y Ma. ità Pi. Jun. Os. — z Pi. — a V. ità La. ex San. — b He. in V. — c Pi. — d Ma. — † Os. — f Pi. — g Q. in Ma. — h Jun. — i La. — k G. — * La. — l G. — m T. sim. La. — n V. — o G. — p V. — a V. — b V. — c Ma. ex Pi. sim. Glass. — d Glass. gram. pag. 700. — † V. Me. ex To. T. — f Me. ex Caj. — g G.

fugerunt] In Heb. abest verbum *fugerunt*, quod suppletur ex Jer. 39. 4. vel, sub. *abierunt*, ex membro versûs postremo [b]. Omittitur verbum, ut intelligamus fugam fuisse præcipitem. ¶ *Inter duplicem murum*] Heb. *inter duos muros*, P. V. nempe murum & antemurale. Porta occultabatur duobus muris. Ad hunc modum postica urbium fieri consueverunt [i]. ¶ *Fugit itaque*] Sub. *rex*, Pi. V. ex versu sequente, ut patet ex voce *campestrium* ibi repetita [k].

6. *Ad regem Babylonis in Reblatha*] Quæ erat *in terra Hemath*, hîc v. 21. & Jer. 39. 5 [l]. Eadem est quæ *Antiochia Syriæ*, & ab Antiocho Epiphane *Epiphania* dicta est; quæ est in confiniis Judææ, quâ viâ eò descendendum ex Chald. Ibi cum copiis hærebat Rex, ut propiùs à Chaldæa abesset, si turbæ ibi fierent; útque ex pingui vicinia commodiùs de supplemento militum & commeatu necessario suis Jerosolymam cingentibus provideret [m]. ¶ *Locutus est cum eo judicium*] H[s]: q. d. Acriter increpavit eum ob fidem violatam. Similis Hebraismus Jer. 39. 5 [n]. Damnavit eum, ut subditum & rebellem [o]. Curavit solenni judicio disceptari ejus causam, & dijudicari, &c [p].

7. *Oculos effodit——& adduxit in Babylonem*] Ità duorum vaticiniorum quæ edita ei fuerant, ac pugnare inter se videbantur, ut Josephus narrat, quorum alterum erat, (*Jeremiæ*, cap. 32. 5. & 34. 3 [q].) *eum iturum in Babylonem*, alterum, (*Ezecielis*, cap. 12. 13 [r].) *non futurum ut videret Babylonem*, utrumque eventu comprobatum est †. At Sedecias, quia ista duo conciliare non poterat, vanum putabat utrumque vaticinium, teste Jo. Antiq. 10. 11 [t].

8. *Septimâ die——venit*] At Jer. 52. 12. *decimâ die venit*. Resp. 1. Die septimâ venit Jerusalem; die decimâ combussit Templum [v]. 2. Vel potiùs, die 7. discessit ex *Reblatha*; die 10. (tridui enim est iter) pervenit in *Jerusalem* [x]. 3. Septimâ die congregatæ sunt gentes ad Templum; comedebant autem in eo ac bibebant, destruebántque illud atque incendebant, quod duravit usque ad finem decimæ diei †. ¶ *Venit Nabuzaradan*] Quem proselytum factum aiunt Judæi. Ipse Nabuchodonosor, intellectâ patris morte, citato itinere Babylonem versùs se contulerat, ut ex Beroso discimus [y].

9. *Et succendit domum Domini*] Templum, quod steterat per annos 470 & quod excurrit, ut vult Josephus [z]. ¶ *Omnémque domum*, וְאֵת כָּל־בֵּית גָּדוֹל] *Et omnem domum magnam*, Mo. *& omnes domus magnatum*, vel *procerum*, Jon. Sy. Ar. JT. Mar. vel *divitum*: vel *magnificas*, M. Ti. sive *maximas*, Ca. Sic usurpatur vox Gen. 24. 35. & 26. 13. Verto, *nempe omnes*, &c. Secùs hæc sententia superflua esset, jam enim dixerat *omnes domos combustas*. Sed adjectione istius sententiæ videtur innui, parsum fuisse domibus tenuiorum qui relicti fuerant, ut narratum est suprà cap. 24. 14 [a]. *Omnem domum magni*, Pi. M. scilicet, hominis: ponitur enim בֵּית in statu regiminis [b]. *Magni*, pro *magnorum*; Enallage numeri [c]. Hoc primum excidium factum est, ut est in minore Seder Olam, anno mundi 3308. & ab ingressu terræ 850 [d].

10. *Exercitus——qui erat cum principe militum*, אֲשֶׁר רַב טַבָּחִים] Qui erat *cum magistro* (vel *præfecto*, Ar. JT. Ti. *principe*, Os. *duce*, Sy.) *laniorum*, Jon. P. Os. *homicidarum*, vel *sicariorum*, M. ex Jon. Milites vocat lanios, ob cædem †. *Satellitum*, sive *stipatorum*, Sy. Ar. JT. *rerum capitalium*, Ti. *equitum*, Ca. *qui præstò erat magistro curiæ*, Strig.

11. *Reliquam populi partem*, &c. הַנִּשְׁאָרִים בָּעִיר] *Qui* [nempe *populus*] *relictus fuerat in ea urbe*, P. M. Ti. Qui manserunt in urbe exacto jam bello; quibus ferrum pepercit & fames *. ¶ *Qui transfugerant*, &c. ità P. M. Ti. אֲשֶׁר נָפְלוּ] *Qui defecerant*, Sy. JT. *Perfugerant*, i. e. secuti erant partes Regis Babylonis †.

12. *De pauperibus terræ* [sim. ferè omnes;] מִדַּלַּת הָאָרֶץ] *E tenuitate terræ*, Pi. Mo. *Tenuitas* pro populo sive turba tenui, i. e. paupere [f]. ¶ *Reliquit vinitores & agricolas*] [Sim. omnes.] *Ut essent vinitores & fossores*, JT.

14. *Ollas*, &c.] De his nominibus vide 1 Reg. 6. & 7 [g]. & Exod. 27. 3 [h].

[Margin: b Pi. — i V. — k Pi. — l T. — m T. ferè ex San. — n V. sim. Me. — o G. — p T. — q San. — r Idem. — † G. — t San. — v Caj. in La. — x La. ferè ex San. — † He. in V. & in Buxt. vind. 2. 2. 412. — y G. — z Idem. — a Pi. — b M. — c Pi. — d M. — † V. in Tig. not. — * San. — † V. — f Pi. — g G. Ma. — h V.]

15. *Quæ aurea, aurea; & quæ argentea*, &c. אֲשֶׁר זָהָב זָהָב וגו'] *Quod aurum, aurum; & quod argentum, argentum*, Mo. *quæ ex auro* (erant, M.) *aurea; & quæ ex argento, argentea*, Jon. M. *quarum alia aurea erant, alia verò argentea*, Ti. *quà aurea, quà argentea*, Ca.

18. *Sacerdotem secundum*] Sub. *ab eo*; q. d. vicarium summi Pontificis, secundæ dignitatis ab illo [i]. Hic summo Sacerdoti socius dabatur, ut si per morbum, aut propter aliam causam sonticam, ille non posset obire munia sua, vicarius eam necessitatem expleret. Ideo tanta hujus authoritas erat, ut minimo minùs alter Pontifex esset; qualis Patriarcha designatus; ut Augusti & Cæsaris olim æqualis propè dignitas. Targ. Hieros. חַד לְכַהֲנָא רַבָּא וְחַד לִסְגַן כַּהֲנַיָּא] *Unum* (nempe *thronum*) *summo Sacerdoti, unum secundo sacerdotum*: Scaliger prolegom. ad Euseb [k]. Vide ad Num. 3. 32 [l].

19. *Quinque viros de his qui steterant coram rege*; sim. Sy. מֵרֹאֵי פְנֵי הַמֶּלֶךְ] *Ex iis qui videbant faciem regis*, ο'. P. M. sim. Ar. *qui semper fuerant in conspectu regis*, Strig. Qui assistebant Regi; i. e. ex domesticis seu familiaribus Regis. Vide 1 Reg. 10. 8 [m]. Ex ordinariis Regis ministris, Esth. 1. 14 [n]. At in Jer. 52. 25. legimus *septem viros*. Resp. 1. Quinque hîc numerantur, quòd essent nobiliores duobus prætermissis [o]: 2. vel *duo* ex *septem* fugerant [p]: 3. vel *septem* erant, computatis duobus scribis Judicum [q]. [Ar. pro *quinque* habet *septem*.] ¶ *Qui probabat tyrones*, &c. הַמַּצְבָּא] *Qui colligebat*, vel *congregabat*, sub. ex Jerem. ult. *ad militiam*; i. e. qui habebat potestatem conscribendi exercitum ex populo ejus regionis [r].

21. *Interfecit eos*] Quia Regi familiares & à consiliis fuerint, auctoresque rebellionis crederentur *.

22. *Populo autem*, &c.] Verto, *Quod attinet ad populum*, &c. Hebr. *& populus*: Nominativus absolutè positus [t]. ¶ *Præfecit Godoliam*] Virum ingenii placidi, & ad præsentem fortunam bene se aptantis [v]. Virum æquum & bonum, ait Jo. qui videtur fuisse aliquis de Judæorum transfugis, cui Rex multùm fideret [x]. Hunc fecit Vice-regem, & Chaldæis stipendiarium [y].

23. *Ipsi & viri qui erant cum iis*, הֵמָּה וְהָאֲנָשִׁים] *Ipsi & viri*, P. Mo. *& viri*, vel *homines*, *eorum*, ο'. Jon. i. e. qui erant illis subditi [z]. *Ipsi & viri alii*, M. vel, *viri cæteri*, Ti. ¶ *In Masphat*] Heb. *Mitzpah*; vel Judaicâ, de qua Jos. 15. 38. vel Benjaminicâ, de qua Jos. 18. 26. & Jud. 20. 1. quod rectiùs puto [a]. Potiùs urbs hæc erat in confinio Judæ & Benjamin †. ¶ *Ismahel*] Hebr. *& Ismael*, Ma. Verto, *nempe Ismael*, P. ו pro *nempe* sumitur; nam isti sunt Principes qui venerunt [b]. ¶ *Netophathites*] Ellipsis, quæ supplenda ex Jer. 40. 8. *& filii Hephai Netophathitæ* [c]. Sic dicitur à *Netophah* urbe Judæ, Ezr. 2. 22 [d]. ¶ *Et Jezonias*] *Jaazania*, qui & *Jezania* Jer. 40. 8 *. ¶ *Maachathi*] Heb. *Mahachathitæ*. Forsan ex ea gente de qua Deut. 3. 14 [f]. ex tribu Judæ & posteris Calebi, 1 Par. 2. 48. Vide Jer. 42. 1 [g].

24. *Juravit*] Securitatem, scilicet, promittens [h]. ¶ *Nolite timere servire Chaldæis*, אַל תִּירְאוּ מֵעַבְדֵי וגו'] *Nè metuatis à servis*, &c. Jon. Ma. Ti. P. *Nè metuatis Chaldæos*, Sy. *Nolite timere quòd servi estis Chaldæorum*, M. *Nè timeatis ut sitis servi*, &c. JT. Heb. *ab esse servos Chaldæorum*; sic interpretandum ex Jerem. 40. 9 [i]. מֵהְיוֹת עַבְדֵי, pro מֵעַבְדֵי [k].

25. *De semine regio*, &c.] Judæorum: id ei animos fecerat contra potentiam cui par non erat. Itaque coactus est fugere, Jer. 41. Videndum quid tempus ferat [l]. ¶ *Percusserúntque Godoliam*] Cui Ismael invidebat, &c [m]. ¶ *Et Judæos*] *Unà cum Jehudæis*, JT. Verto, *atque etiam Judæos*, &c. ità ut אֶת sit nota accus. casûs [n]. ¶ *Et Chaldæos*] Qui cum Godolia stabant à parte Regis Assyriæ [o].

27. *Transmigrationis*] Heb. *post migrationem*, Pi. de qua suprà 24. 10 [p]. ¶ *Vigesimâ septimâ die mensis*] Biduo postquam ea de re decretum factum fuerat: Jerem. 52. 31 [q]. ubi scribitur *vicesimâ quintâ*, &c [r]. ¶ *Sublevavit*, &c. נָשָׂא וגו'] *Elevavit*, vel *extulit*, P. V. Pi. Jungitur hoc verbum cum fine versûs, sic, *elevavit caput de domo carceris* *. Afflictum erexit. Solent enim

[Margin: i V. sim. Ma. Me. — k Ga. — l Ma. — m V. — n Ma. ex Jun. sim. Ti. — o V. in Tig. not. — p Mar. — q Q. in V. — r V. — * T. ex San. — t Pi. — v G. — x Me. — y T. — z Tig. not. — a Ma. — † Me. — b V. — c Ma. ex Jun. — d Q. in Ma. — * Jun. — f Ma. — g Q. in Ma. — h Me. — i Jun. Pi. — k Pi. — l G. — m Jo. in Me. — n Pi. — o V. — p Ma. — q G. — r V. — * V.]

enim captivi & calamitosi incedere demisso capite †. ¶ *Evilmerodach*] Ευιλμαρώδυχος Beroso, Ευιλμαλέρυχος Abydeno; in Ptolemæi libris corruptiùs Ιλυαρώδαμος. Vide notata ad l. 3. de V. R. C. Josepho est Αβιλαμαρώδαχος· ό. Ευιαλμάρωδέκ. Facilè in externis & duri soni nominibus variat pronunciatio [t]. Hic Nabuchodonosoris filius, & in regno successor [v]. Proprio nomine *Balthasar* dictus est Dan. 5. *Merodach* verò commune Chaldæis Regibus nomen fuit [x]. ¶ *Anno quo regnare cœperat*; ità M. JT. בִּשְׁנַת מָלְכוֹ] *In anno regnandi ejus*, Mo. *regni sui*, ό. Jon. Sy. vel, *quo regnavit*, P. *ipso anno regni sui*, Ti. *anno* primo *quo regnare cœpit*, Tig. not. sim. Strig. *anno quo regnare cœpit*, JT.

28. *Locutus est ei benignè*] Heb. *bona*: טובות fœmin. ponitur absolutè [y]. *Bona*, sub. *verba*, V. ¶ *Posuit thronum ejus super thronum regum*, &c.] Multos enim Reges Babylonis sub se habebant quibus Regium nomen aut dabant, aut relinquebant. Sic Evagoras Cypri Rex sub Persa fuit, Porus & Taxiles Reges sub Alexandro. Prætulit autem Joachinum aliis Regibus ob insignem famam Davidis & Salomonis, unde ille genus ducebat [z]: vel ex amicitia in communi carcere contracta; tradunt enim hunc *Evilmerodach* à parente *Nabuchod.* in eundem carcerem fuisse compactum, ob regnum in illo septennio dum pater maniacus esset malè administratum [a].

29. *Mutavit*, &c. וְשִׁנָּא אֵת בִּגְדֵי כִלְאוֹ] *Et mutavit vestes carceris*, sive *custodiæ, ejus*, Jon. M. P. &c. i. e. quibus utebatur dum esset in carcere [b]. Simile Gen. 41. 42. ¶ *In conspectu ejus*] i. e. Frequenter cum ipso esitabat, ut Crœsus cum Cyro [c].

30. *Annonam constituit ei sine intermissione*, וַאֲרֻחָתוֹ אֲרֻחַת תָּמִיד נִתְּנָה לוֹ] *Portio autem ejus erat portio perpetua* quæ *dabatur ei*, P. sim. Mo. *Nàm cibarium ejus*, &c. JT. *Victus quoque perpetuus dabatur ei*, Ti. Diaria ei dedit ad victum, vestitum, domicilium, familiam [d]. *Cibus ejus, cibus assiduitatis dabatur ei*, Tig. not. Sic verto, *Quod attinet ad cibarium ejus*, &c. (Nominat. absolutè positus.) Intellige de demenso quod dabatur familiæ *Joiachin*; nam ipse coram Rege, id est, in mensa Regis, cibum capiebat, vers. 29 *. ¶ *Per singulos dies*, דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ] *Res cujusque diei* (sub. *dabatur*, M.) *in die suo*, V. M. i. e. cibus diei suo tempore [f]. ¶ *Omnibus diebus vitæ suæ*] Nempe *Joachin*; aut *vitæ ejus*, nempe *Evil-merodach* [g].

† Me. [t] G. [v] Me. [x] T. [y] Pi. [z] G. [a] T. & San. & To. ex RR. [b] V. [c] G. [d] G. * Pi. [f] V. [g] V. Me.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

I. PARALIPOMENON.

HIC Liber apud Hebræos unus est Liber, sed divisus à nostris. A Græcis dicitur *liber* Παραλειπομένων, i. e. *derelictorum*, quòd contineat quædam prætermissa in libris Regum. Hebræi verò דִּבְרֵי הַיָּמִים inscribunt, i. e. *Verba dierum*. Latinè dicas *Diaria*, sive *Annales*, aut *Librum Annalium* [a], quòd יום frequentissimè pro *anno* accipiatur in Sacris literis [b]. q. d. Chronicon breviter gesta Davidis, &c. quasi per singulos dies, i. e. per singula tempora, enarrans [c]. *Verba dierum*, i.e. Excerpta ex Regum Diurnis [d]. An hic liber idem sit cujus mentionem facit liber Regum, incertum est *. Fortasse non est iste, sed illius epitome [f]. Cùm verò Diurnorum mos sit multa λεπτομερέστερον narrare quàm ferat Annalium ratio, eò factum est ut his non pauca debeamus quæ in Annalibus, sive libris *Samuelis* & *Regum*, non inveniuntur [g]. Hujus libri auctor ignoratur [h]. Hebræi (ex constanti apud ipsos fama [i]) scriptum putant ab Ezra post captivitatem Babylonicam [k], (ideóque hunc ponunt post librum Ezræ [l]:) id quod colligunt ex fine libri [m]; quòd ultima ejus verba eadem sunt cum iis quæ Ezr. 1. 2. & similia plura in ipso libri decursu notabo. Denique, Catalogi in novem his primis capitibus similes sunt catalogis Esdræ cap. 2. & 8. & 10 [n]. Propositum Esdræ fuit, res narrare Davidis posterûmque, &c. usque ad Zorobabelem. Sed ut meliùs intelligeretur, quædam anteloquenda sibi censuit, nempe recensionem faciendam auctorum humani generis, &c. Idem Esdras his libris attexuit suarum rerum, i. e. Hierosol. instauratæ, historiam, quam scripsit ipse; & alteram historiam, repositi Templi ac Sacrificiorum, quam scripsit Nehemias, Esdrâ etiam tunc vivente. Addidit præterea historiam Estheris, quæ medio tempore eorum quæ duobus illis libris postremis narrantur contigerat, scriptam, ut Hebræi tradunt, & ipse liber testari videtur, à Mardochæo viro perillustri. Et hîc desinunt historiæ quæ in Canone sunt Hebræo; nimirum quia quæ hucusque pertingunt, eæ aut scriptæ sunt à Prophetis, aut probatæ à Prophetis, ut postremi illi libri à Zacharia, Malachia, Aggæo, qui Esdræ σύγχρονοι & consilio adjutores fuêre. Post id autem tempus desiit apud Hebræos prophetia usque ad Christi tempora [o].

Prima novem capita nonnisi genealogias continent, quia in eis exacti erant Hebræi, tum ad 12 tribuum distinctionem, tum propter Christum, ut constaret eum ex Abr. Dav. & tribu Juda natum [p].

[a] V. ex M. [b] V. [c] La. [d] G. * M. [f] V. [g] G. [h] V. [i] G. [k] M. V. G. [l] V. [m] M. V. [n] La. [o] G. [p] La.

CAP. I.

1. ADam, *Seth*, *Enos*] Duobus modis fit γενεαλογία· aut descendendo, ut hîc; aut ascendendo, ut apud Lucam [a]. Simplicia & sola hîc ponuntur nomina, brevitatis causâ; quæ si referantur ad superiora, filii sunt, si ad inferiora, patres [b]. Subintelligendum vel *genuit*, q. d. *Adam genuit Seth*, &c [c]; vel *filius*, q.d. *Adam, Seth filius ejus, Enos filius ejus*, ut cap. 3. 10. ubi plena est locutio, *Et filius Selomoh fuit Rohoboam* [d]. Ista verò hîc omittit, nè in singulis ea repetere cogatur *. Horum generationes, usque ad quintum versum, vide Gen. 1. 26. & 2. 7. & 4. 25. & 5. per totum [f].

4. *Noe, Shem*, &c.] Sub. *genuit Sem, Cham & Japhet* [g]: & sic aliter hic versus exponi debet quàm superiores. Debebat unius tantùm filii, &c. meminisse, à quo Abr. & David descenderunt: sed propter illorum nobilitatem, & quia post diluvium occupaverunt & repleverunt tres partes orbis, omnes illos tres & illorum generationem recenset [h].

5. *Filii Japheth; Gomer*] Procedit ordine retrogrado: nam à tertio filio Noe incipit [i]. Vide Gen. 10. 2 [k].

6. *Riphath*] Ità habetur Gen. 10. 3 [l]. & hîc in ό. & Hieron. & in libro *Massoreth* [m]. Heb. *Diphath*. ד & ר, propter magnam similitudinem, facilè permutantur, ut videbimus infrà v. 7, 41, 46, 50 [n].

7. *Dodanim*] Ità Latinus legit & hîc & in Gen. sic & Hierosol. interpres. Mihi hîc Græca lectio, quæ eadem in Hebræo hoc loco, (רודנים) magis probatur.

[a] G. [b] V. [c] V. La. Me. [d] V. ex He. * La. [f] V. [g] Mar. T. sim. V. [h] V. [i] V. [k] Pi. [l] Mc. Mar. [m] Mar. [n] Ma. sic Mar. BA. 2. 2. 8. 191.

batur. ο'. vertunt Ῥόδιοι, satis probabiliter[o]. [Aliter sentit Cl. Bochartus; de quo excerpta nostra videsis ad Gen. 10. 4.]

10. *Cœpit esse potens in terra*] Antea omnes æquo jure vivebant, nullius subditi imperio[p]. Cœpit regnare in terra in qua degebat, h. e. exercere tyrannidem. De hoc vide Gen. 10. 8[q].

12. *Et Casluim: de quibus egressi sunt Philisthiim*, [sim. omnes;] [יָצְאוּ] *Orti sunt:* quasi Palæstini essent colonia eorum, & ab illis spontè migrâssent[r].

14. *Et Jebusæum*] Populum intellige, quod indicat ה *hajedia*, sive *demonstrativum*, in הַיְבוּסִי, quod propriis nominibus non præponitur. Igitur est appellativum nomen populi, ut sunt etiam sequentia nomina populorum etiam propria, usque ad 17. versum[s].

17. *Filii Sem——Hus & Hul*, &c.] At hi non erant filii *Semi*, sed ex *Aramo* nepotes, ut habetur Gen. 10. 23. Verùm *filii* nomine sæpe nepos intelligitur, ut Gen. 29. 5. 2 Sam. 19. 24. Ludov. Capellus vult hîc post וַאֲרָם supplendum ex Gen. 10. 23. וּבְנֵי אֲרָם, quæ omissa fuerint propter τὸ ὁμοιοτέλευτον. Aliorum esto judicium[t]. ¶ *Mosoch*] Hebr. *Mesech*. Hic Gen. 10. 23. dicitur *Mas*: videtur igitur fuisse binomius[v].

18. *Arphaxad genuit Sale*] Mirum ergò à Luca inseri *Cainan* inter *Arphaxad* & *Sala* c. 3. 36. ac si *Sala* non fuerit Arphaxadi filius, sed nepos ex Cainan[x]. [Sed illa quæstio est alterius loci.]

19. *Divisa est terra*] i. e. Divisi sunt habitatores terræ secundùm divisiones linguarum, ut scribitur Gen. 11. 7[y]. [ubi annotata vide.]

22. *Hebal*, [עֵיבָל] Qui Gen. 10. 28. עוֹבָל. Ergò alteruter locus est corruptus, ait Capellus. Quasi verò ignotum esset quibus mutationibus nomina propria, pro diversitate seu regionum seu temporum, exposita sint. Moses itaque sequi potuit eam efferendi rationem quæ suis temporibus, scriptor Chronicorum quæ suis itidem, fuerit usitata[z].

24. *Sem*, &c.] Est repetitio à præcedente 17. versu, quâ ostendit per quos descenderit Abraham ex Sem. Quare cæteris omissis interrupta series non esset, si diceres sic, *Noe, Sem, Arphaxad*, &c[a].

27. *Iste est Abraham*] i. e. Cujus nomen mutatum in *Abraham*; de quo vide Gen. 17. 5[b].

32. *Keturæ, concubinæ Abraham*] Hæc non erat pellex[c], sed uxor secundaria[d]. Hæc Genes. 25. 1. *uxor* dicitur. De concubina vide Gen. 35. 22[e].

33. *Filii Madian*; *Epha*] A quibus urbs *Madian*, & *Epha* illi vicina; de quibus vide Esa. 60. 6[f].

36. *Thamna, Amalek*] *Thimna & Amalec*, M. Ma. Mo. ο'. Ti. P. Id sententiam turbare videtur[g]. *Thimna* non est nomen viri, sed concubinæ *Eliphazi* ex qua hic genuit Amalekum[h]. Itaque locus hic mancus est librarii culpâ, & ex Genesi sic supplendus; *Et Thimna fuit pellex Eliphazi, & peperit Eliphazo Amalekum*[i]. [Quomodo Ar. hîc habet.] Q. ellipsin esse volunt; *Et Thimnæ* filius, *nempe Amalek*, JT. Pi. ex Gen. 36. 12. Pi. [Ità posterius ו ponitur pro *nempe*, vel pro *id est*, ut antè non semel notatum.] Sim. Deod. & versio Gallica. *Scripsit hic* (inquit Kimhi) וְתִמְנָע *breviter & concisè & abruptè, (ut fit v. 17. & alibi in his genealogiis;) nec opus erat ut omnia accuratè recenseret, cùm id in Lege jam fuerit factum. Fuisset magis adhuc abbreviandum, & scribendum, ET GAHTAM, KENAS, ET AMALEK: sed quia Amalek erat filius concubinæ, ideóque non æqualis reliquis filiis, nomen matris ejus quasi per parenthesin inserit.* Idem sensit R. Salomon[k]. *De Thamna, Amalec*, nempe genuit Eliphaz, &c[l]. *Thamna Amalec*; τὸ *Thamna* est genitivi casûs[m]. Verùm alia, vel alius, est hîc *Thamna* ab illa Gen. 36. hæc enim illius est filia, vel filius[n].

38. *Filii Seir*] Hic non est Esau, sed ex alia gente Horræus, Gen. 36. 20. cujus genealogiam describit, ut *Thamnæ* genus intelligatur matris *Amalec*[o].

40. *Alian*] Heb. *Ghaljan*, qui Gen. 36. 23. vocatur *Ghalvan*: sed facilè י & ו, ob similitudinem, permutantur. ¶ *Sephi*] Qui Gen. cap. 36. vers. 23. dicitur *Sepho*[p].

o G. — p Mar. — q V. — r V. — s V. — t BP. 2. 7. 90. — v BP. 2. 11. 93. — x BP. 2. 15. 101. — y V. — z Buxt. vind. 2. 2. 374. — a V. — b Belg. — c La. — d La. Me. T. — e V. — f BA. 1. 2. 3. 81. — g Mar. — h Ma. — i Capel. crit. — k Buxt. vind. 2. 2. 427. — l Mar. — m Q. in La. T. — n La. sim. Chazk. in Buxt. — o Mar. La. sim. Me. T. — p Ma.

41. *Hamram*] Hebr. *Chamran*; qui Gen. 36. 26. *Chemdan*, ob similitudinem ר & ד[q].

42. *Jacan*] Heb. *Jaghakan*; qui Gen. 36. 27. dicitur *Ghakan*[r].

43. *Isti sunt reges*, &c.] Hæc est differentia inter *Reges* & *Duces*, quòd Reges essent cum diademate, quo carebant Duces[s]. ¶ *Antequam esset rex*, &c.] Nempe, diu ante tempora Saulis[t]. Confer Gen. 36. 31[v]. Esauitæ citiùs Reges habuêre quàm Israelitæ, qui à pio Jacobo descendebant. Quibus enim corporales benedictiones divinitus dantur, citiùs emergunt quàm ii quos cœlestium beneficiorum Deus participes facere decrevit[x]. ¶ *Bale filius Beor*] Non ariolus ille, Num. 22. 5. licèt nomen patris conveniat; hic enim Bale erat Idumæus, ille verò ex Mesopot. Deut. 23. 4[y].

44. *Regnavit pro eo Jobab*] Tunc ergò regnum non erat hæreditarium[z], sed vel electitium, vel jure belli partum[a]. Porrò, hic *Jobab* idem cum illo patientissimo *Jobo*[b]. ¶ *De Bozra*] Quæ erat ex præcipuis Idumææ urbibus[c].

45. *De terra Themanorum*] *Theman* erat metropolis Idumææ[d].

46. *Percussit Madian*] Intelligit vel *Madianitas*, vel urbem *Madian*[e].

48. *Saul de Rohoboth, quæ juxta amnem sita est*] Heb. *de Rechoboth flumine*, Mo. Mar. P. vel *fluminis*, Sy. Ar. Mar. Ti. *de Rehoboth* urbe *fluvii*, M. *quæ trans flumen*, ο'. Fortasse idem nomen urbi fuit & fluvio. Aliis *Rohoboth* est nomen appellativum, quod *planitiem* sign. & interpretantur de planitie aliqua quæ amni vicina est. Vide dicta Gen. 10. 11[f].

50. *Uxor ejus*, &c.] Nomen uxoris & matris uxoris & aviæ memoratur, quod in aliis Regibus factum non est. Oportuit aliquid eximium in his fuisse[g]. ¶ *Filia Matred filiæ Mezaab*] Ità etiam Vulg. reddit Gen. 36. 39. Sed huic versioni obstat tum distinctio Hebraica, quâ מַטְרֵד per *Zakeph* distinguitur à sequente בַּת, tum usitata loquendi ratio, quâ in genealogiis recensentur nomina virorum; unde percipitur *Matred* esse nomen viri[h]. Alii ergò vertunt, *filia Mezahab*; ità JT. Pi. id est, neptis, ut Exod. cap. 2. ver. 20, 21[i].

51. *Duces pro regibus*] Scilicet, non sunt ampliùs permissi qui præerant pleno imperio regere, (quod Regum est,) sed potestate certis ac præscriptis legibus & conditionibus adstrictâ[k]. Vide dicta Genes. 36. 15[l]. ¶ *Dux Thamna*, &c.] Videntur esse locorum nomina in quibus imperaverint[m]: vel sunt nomina virorum, &c[n].

q Ma. — r Ma. — s V. — t T. — v Pi. — x Os. — y T. — z La. T. — a T. — b T. plerique in Me. — c Me. — d Me. ex Adrich. — e Me. — f Me. — g Me. — h Pi. — i Pi. — k E. — l Me. — m Me. ex To. Q. in L. — n L.

CAP. II.

1. *Filii Israel*; *Reuben*, &c.] Videtur hîc sequi ordinem ætatis, licèt non omnino consentit cum ordine Gen. 35. 23, &c[a].

3. *Filii Juda*] Ab ipso Jehudah, in præcipuam juris primogeniti partem divinitus assumpto, incipit[b], propter Regiam successionem, & Christi ab eo originem[c]. ¶ *De filia Sue*, &c.] Hic *Sua* erat pater uxoris Juda[d].

6. *Filii quoque Zare*; *Zamri*, & *Ethan*, &c.] *Zimri* erat propriè filius *Zare*: sequentes verò posteri ejus erant, sed non proximè ab eo nati, nam dicuntur *filii Macholis* 1 Reg. 4. 31[e]. Nisi fortè *Machol* sit ipse Zerah, utpote binomius[f]. ¶ *Dara*] Heb. *Daragh*; qui *Dardagh* 1 Reg. 4. 31[g].

7. *Filii Charmi*; *Achar*, &c.] Quorsum hîc *filii Charmi*? Nimirum ex Jos. 7. 1. *Charmi* fuit filius *Zamari*, (ut hîc scribitur, in Josue *Zabdi*,) nepos *Zaræ*, pronepos *Judæ*[h]. [Q. itaque sic vertunt;] *Et filii Zimri, Carmi*; nepos, *Hacar*, &c. JT. Pi. Porrò, *Achan* hîc vocatur *Achar* per allusionem, vel per paronomasiam, i. e. *turbator*, quòd populum turbaverit[i]. ¶ *Et peccavit*, &c. [אֲשֶׁר מָעַל וגו'] *Qui prævaricatus est*, &c. P. Mo. *quum prævaricaretur*, &c. Ti. *prævaricans*, &c. M.

a Mar. — b Ma. ex Jun. — c Ma. ex Jun. Mar. — d V. — e Jun. — f Ma. — g Ma. — h Mar. — i Jun. Pi. Mar.

9. Et

9. *Et Ram, & Calubi*] Qui *Aram* Ruth c. 4. v. 19. Matth. 1. 3. & *Caleb* hîc v. 18 [k]. Frequens est Hebræis partem aliquam nominum propriorum seu præscindere, seu mutare [l].

15. *Septimum David*] Qu. Quomodo hîc tantùm numerantur septem filii Isai, & septimus inter eos David, cùm *Isai* 8 filios habuisse dicatur, 1 Reg. 16. & 17 [m]. Resp. 1. Habuit Isai 7 filios proprios & naturales, unum filium adoptivum, nempe Jonathan filium *Samaa*, 2 Sam. 21. 21 [n]. 2. Vel fortè ex octo filiis unus præmaturâ morte sublatus est [o], priusquam David ad regnum perveniret 1 Sam. 16. 10 *.

16. *Filiæ Sarviæ*, &c.] Ità non semel appellantur, at patris nomen nusquam proditur. Nempe materno genere clariores fuerunt quàm paterno [p]. ¶ *Abisai, Joab*] Hinc patet *Abisai* seniorem fuisse Joabo [q].

17. *Jether Ismaelites*] Idem 2 Sam. 17. 25. *Israelita* dicitur. Resp. 1. Fuit incolatu *Ismaelita*, non genere [r]. Aliquamdiu inter Ismaelitas habitavit *, sicut *Elimelech* in terra *Moab*, Ruth 1 [t]. 2. Vel, erat de genere *Ismael*, sed religione *Hebræus* [v].

18. *Caleb filius Hesron*] Diversus est hic *Caleb* ab illo exploratore, Num. 13. 7. Nam ille fuit filius *Jephunnæ*; de quo infrà cap. 4. ver. 15 [x]. ¶ *Accepit uxorem nomine Azuba, de qua genuit Jerioth*, הוֹלִיד אֶת־עֲזוּבָה אִשָּׁה וְאֶת־יְרִיעוֹת] Locus difficilis [y]. [Variè reddunt.] Ad verb. legitur, *Genuit Azubam uxorem & Jeriotham*, Ca. Sed ineptum est uxorem à marito genitam dici. Mendi causa fuisse videtur, quòd toties in hoc capite *gignendi* verbum reperitur [z]. Alii, *genuit Azubam mulierem, & Jerioth*, P. Mo. Mar. *genuit ex Aruba* [vel *Azuba*] *uxore sua Jeduthun*, Sy. Ar. [vel *Jerioth*. Sed Sy. & Ar. hâc libertate sæpe utuntur in propriis nominibus, loco eorum quæ in textu habentur substituendi alia velut succedanea nomina.] *Genuit*, vel *genuerat*, (sub. *filios*, Belg.) *ex Azubah uxore, & ex Jerioth*, JT. Belg. Pi. K. in Mar. אֶת pro מִן sumunt, ut Exod. 9. 29. & alibi [a]. [Potiùs ellipsis est מִן, ut אֶת sit pro מֵאֵת, quod solenne est.] *Genuit cum Azuba uxore sua, & cum Jerioth*, quæ etiam erat uxor ipsius; ex his duabus genuit, inquam, aliquot filios *. *Genuit Azubam ex uxore* (sub. Azubah, M.) *& Jerioth*, M. Ti. *Jerioth* ambiguum est ad nomen viri, seu mulieris [b]. *Genuit Azubam uxori suæ cognominem, & Jerighoth*, Strig. *Genuit Azubam, Isa, & Jerioth*, V. ut *Isa* sit nomen mulieris, & alterius filiæ Caleb [c]. *Accepit uxorem Azubam & Jerioth*, ο'. Ca. Mar. *Azubam* ejus uxorem fuisse mox patet, ubi mortuâ *Azubâ* dicitur *Ephratam* duxisse [d]. *Jerioth* videtur nomen fuisse alterius uxoris, & eum simul utramq; habuisse. Sed *Jerioth* nullos filios dat, nec eam uxorem vocat. Fortasse erat concubina *. הוֹלִיד in Hiphil est, & sic verto, *Caleb generare fecit* (vel *parere fecit*, Ma.) *Azubam*, i. e. illi junctus est [f]; *& etiam Jeriotham*: duas vel simul, vel successivè, habuit uxores [g]. ¶ *Fueruntque filii ejus*] Non *Calebi*, nam pronomen est fœmineum [h]; sed vel *Azubæ* [i], vel *Jerioth* [k], quæ proximè antecedit: & filios *Hazubæ* recenseri volunt infrà v. 42, &c [l].

19. *Cùmque mortua esset Azuba, accepit uxorem Caleb Ephrata*] Fortasse quòd *Jerioth* sterilis esset [m]. Ab hac urbs Bethlehem *Ephrata* dicta [n].

20. *Uri genuit Bezeleel*] Alius hic ab illo *Bezeleel* Exod. 38. 22. nec mirum patrum & avorum nomina in utroque consentire [o].

21. *Ingressus est*] Scil. in cubiculum, concumbendi cum ea causâ; q. d. Rem habuit cum ea [p]. ¶ *Ad filiam Machir*] Filii Manassis, Gen. 50. 23 [q]. ¶ *Patris Galaad*] Id est, Principis vel domini Galaad [r]. Pater pro Principe sæpe ponitur in hoc capite *. Sic *pater Thecuæ*, vers. 24. pro Principe Thecuæ [t]. Huic Moses dedit terram Galaad, Num. 32. 40. Unde Jair abnepos ejus multas ibi urbes possedit [v]. ¶ *Accepit eam*] *Acceperat eam*, sub. in *uxorem*, vel concubinam [x]. Quia ad eam accessisse, postea eam duxisse, dicitur, videtur Scriptura innuere, quòd priùs cum ea concubuerit, postea demum in matrimonium assumpserit †.

22. *Jair*] Qui *filius Manassis* nominatur Numer. 32. 41. quia indè erat avia ejus, quæ erat filia Machiris v. 21. filii Manassis Num. 26. 29 [y]. ¶ *Possedit viginti tres civitates*] Quas illi dederunt cognati aviæ ejus, filii Machir [z]. Vide quæ diximus Jud. 10. 4 [a]. Qu. Quomodo *Jair*, qui ex *Juda* erat, possessionem habuit in terra Galaad? Resp. 1. *Machir* adoptavit patrem hujus *Segub* in filium. 2. *Jair* fuit homo bellicosus, & aliquas civitates recuperavit ibidem, quas Syri rapuerunt à filiis Israel [b].

Margin notes (left column): k Jun. Ma. — l T. — m E. — n He. in E. Rupert. in T. — o T. — * G. — p Me. — q Mar. sim. La. — r Mar. — * Me. ex L. — t L. — v Me. ex L. — x Pi. — y Mar. — z Ca. — a Mar. sim. Ma. — * Os. — b Ma. — c V. in Tig. not. & in Mar. — d Ca. — * Mar. — f Mar. Ma. — g Ma. — h Ma. — i Mar. Ma. — k Pi. Ma. — l Q. in Ma. — m Os. — n Q. in Ma. — o Mar. — p Pi. — q Me. — r Ità L. Me. Mar. V. Ma. — * Mar. — t Me. — v Mar. — x V. — † Os.

23. *Cepitque Gessur & Aram, oppida Jair*, וַיִּקַּח גְּשׁוּר וַאֲרָם אֶת־חַוֺּת יָאִיר מֵאִתָּם] *Et accepit ex*, vel *ab, iis Geshur & Aram, oppida Jair*, Strig. P. sim. ο'. Mo. Ar. *Et cepit Geshur & Aram cum oppidis Jairi ab iis*, Belg. *Oppida Jair*, i. e. pertinentia ad tractum illum qui *Jair* dictus est [c]. *Cepitque Geshur & Aram*, (i. e. Geshuræi & Aramæi, sive Syri; confer Num. 32. 41 [d].) *viculos Jair, ab eis* qui inhabitabant, M. nempe, à filiis Jair incolis earum; quas postea recepit David, 2 Sam. 8. 2 †. [Al. sic] *Nam accepit ab ipsis Geshuræis & Syris villas Jairis*, JT. Heb. *accepit Geschure & Syro villas Jairis ab eis*. ὑστέρωσις [f]. *Accepit Geschur & Aram villas Jairis ab eis*. Voces *Geschur* & *Aram* ponuntur absolutè; q. d. quod ad *Geschurem* & *Aramum* attinet, accepit ab eis villas [g]. Erat enim *Gilhad* pars Geschuris, atque adeò Syriæ. Vide Num. 32. 41, 42. De *Geschur* vide Deut. 3. 14. & 2 Sam. 3. 3. & 15. 8 [h]. ¶ *Et Canath*] *Cum Kenatha*, JT. Item *Kenatham*: vocula אֶת notat articulum accusativi casûs [i]. ¶ *Et viculos ejus*] Vel *villas*, JT. Meliùs reddiderunt *pagos*, Num. 32. 42. Verto, *& oppida ejus*, ut sequentia docent. Cæterùm quòd hîc de capta Kenatha narratur, id loco modò allegato tribuitur Nobacho cuidam [k]. Heb. *filias ejus*. Similis metaphora in voce *metropolis*. ¶ *Sexaginta civitatum*] i. e. Civitates [l]. Hinc apparet *Kenatham* fuisse urbem præpotentem, cui tot oppida suberant [m]. ¶ *Omnes isti filii Machir*, &c.] Ità M. Mo. Pi. sim. Ar. Ca. Omnes isti, scilicet filii *Chatzronis*, *Segub*, *Jair*, & (cujus nomen ex libro Numerorum hîc addendum est) *Nobach*. *Filii Machiris* hi dicuntur ex matre, filiâ Machiris. *Filii*, sensu generali [n]: posteri, Ca. ¶ כָּל־אֵלֶּה בְּנֵי מָכִיר וגו'] *Omnes istæ* sunt urbes *filiorum Machir*, P. *Hæc omnia ceperunt filii Machiris*, JT. Glass. Est ellipsis verbi ex membro præcedente repetendi. Vide pleniùs suprà 1 Reg. 14. 14 [o].

24. *Quum mortuus esset Hesron*] Sim. omnes. *Posthæc mortuus est Hesron*, Sy. Ar. P. Os. ¶ *Ingressus est Caleb ad Ephrata*, בְּכָלֵב אֶפְרָתָה] *Venit Caleb in Ephrata*, ο'. Pro ב præpos. legerunt בָּא [p]. *Quum duxisset Chaleb Ephratam*, JT. vel, *quum accepisset sibi*, ut v. 19. Pi. Heb. *quum Caleb ad Ephratam*, sub. *accessisset*, vel *ingressus esset*, JT. Pi. Ellipsis verbi relati [q]. *Calebus cum Ephrata congressus est*, Ca. [Alii cum præcedentibus sic connectunt;] *Postquam mortuus esset Hesron in*, vel *apud*, *Caleb Ephrata*, P. Os. sim. Mo. vel, *apud Caleb in Ephrata*, M. Strig. *in terra Caleb in Ephrath*, Sy. Ar. *Caleb Ephrata* est nomen compositum [r], nomen urbis sic dictæ à viro & uxore: ea est *Bethlehem Ephrata* †. ¶ *Habuit quoque Hesron uxorem Abia*] Rectiùs, *habuerat* quoque *Hesron uxorem* nomine *Abia*, Os. Heb. *Et uxor Hesron Abia, & peperit ei*, Mo. ο'. *Uxor Hesron Abiah genuit ei Ashur*, &c. Ti. sic M. P. ¶ *Patrem Thecuæ*] Vel conditorem [t], vel Principem, urbis *Tekoah* [v]. *Patrem Thekohæorum*, JT. Pi. Meton. subjecti, nam *Thekoha* nomen oppidi, ut apparet ex 2 Sam. 14. 2, 4. Jer. 6. 1. Amos. 1. 1 [x].

25. *Et Asom & Achia*, וְאוֹצֶם אֲחִיָּה] *Et Ozem, Achijah*, Mo. *Ozem & Achijah*, M. Ti. *& Ozem & Achijah*, P. *Et Otzem ex Achijah*, JT. ut sit nomen uxoris Jerahmeelis; quod non displicet, ex versu sequente [y]. Alii, *& Ozem frater ejus*, ο'. *& Ozem soror eorum*, Sy. Ar.

30. *Mortuus est—absque liberis*, לֹא בָנִים] *Non habens filios*, ο'.

31. *Porrò Sesan genuit Oholai*, וּבְנֵי שֵׁשָׁן אַחְלָי] *Et filii Sesan*; *Achlai*, Mo. Ma. Sy. Ar. M. Ti. P. Pi. *Achlai* nomen fœminæ esse docent vers. 34. & 35 [z]. *Et filia Sheshanis*, *Achlai*, JT. Heb. *filii*: Synecdoche speciei, quatenus nomen *filiorum* intelligitur generaliter,

Margin notes (right column): y Pi. — z V. — a G. — b L. — c Me. — d Pi. sim. V. — † Ma. ex V. — f Jun. — g Pi. — h Ma. — i Pi. — k Pi. — l Me. JT. — m Pi. — n Pi. — o Glass. gram. p. 719. — p Mar. — q Pi. — r Os. — † V. — t Ma. — v Ma. ex V. — x Pi. — y Ma. — z Pi.

[a] Pi. ter, ità ut comprehendat filias [a]. q. d. Quicquid ha-
[b] Jun. buit liberorum *Sesan*, unica fuit filia *Achlai* [b]. Est &
enallage numeri, qualis suprà v. 8. Similiter Latini.
Terent. Hecyrâ, 2. 1. de filia unica, *Qui illum decrê-*
runt dignum suos cui liberos committerent. Itáque verti
[c] Pi. hîc posset, *Liberi Schesanis, Achlai* [c]. Alii volunt *Ach-*
[d] Ma. *lai* filium fuisse [d].

34. *Sesan non habuit filios*] Sub. *viventes tum cùm*
moreretur; nam filius ejus, de quo v. 31. obierat ipso
† V. ex He. Mar. *vivente* †. Alii rectiùs, *non filios*, sed *filiam*, v. 31 [f].
[f] Ma. ¶ *Sed filias*] Synecdochicè dictum, pro, *sed filiam*,
[g] Ma. ex Jun. suprà 31. Sic Gen. 21. 7 [g]. & Gen. 46. 7 [h].
[h] Ma. 35. *Deditque ei*] Nempe servo, sed manumisso priùs [i].
[i] G. 36. *Nathan genuit Zabad*] De quo infrà 11. 41 [k].
[k] Jun. 42. *Filii autem Caleb*] Nempe primi, de quo v. 18.
dicti *Celubai* v. 9. Hîc autem brevitatis causâ reti-
[l] Jun. Ma. centur filii suprà v. 18. nominati [l]. *Filii Calebi*, nem-
pe ex uxore *Hazuba*, de qua suprà v. 18. (vel ex alia
aliqua uxore, Mar.) Nam filii quos genuit ex aliis dua-
bus uxoribus, *Jeribotha & Ephrata*, recensiti sunt su-
[m] Pi. prà v. 18, 19, 20 [m]. ¶ *Ipse est pater Ziph*] [Ità
omnes.] Id nomen urbium duarum in tribu Juda, Jos.
[n] Pi. 15. 24, 55 [n]. Princeps oppidi sic dicti fuit Mesa [o].
[o] Mar. Al. *Ziphæorum*, JT. Pi. Meton. subjecti [p]. *Fuit princeps*
[p] Pi. *habitantium in Ziph*, V. *Pater* cujusdam nomine *Ziph*,
Os. ¶ *Et filii Maresa*] Ità o'. Sy. Mo. Ti. Ca. M.
& posteri Mareshah, JT. Pi. Alii, *& filiorum Mareshah*,
P. V. Os. *princeps civium urbis Maresah*, V. ¶ *Patris*
Hebron] Ità o'. Sy. M. Ti. Mo. Ca. Strig. Os. Alii, *&*
pater Hebron, P. *& princeps Hebron*, V. Princeps scil.
Ziph, Maresa, & *Hebron*, quæ sunt civitates in tribu
[q] Me. Juda [q]. Sed *Hebron* hîc non esse oppidum indè patet,
[r] Mar. quòd mox *filii Hebron* designantur [r].

44. *Patrem Jercaam*] Nomen est vel oppidi, vel
† Ma. viri †.

45. *Pater Beth-sur*] Nomen urbis in tribu Juda, Jos.
[t] Pi. [v] G. 15. 58 [t]. Princeps urbis Bethsur [v]; vel conditor ejus [x].
[x] Ma. *Pater Beth-Tzuritarum*, JT. Pi. Scaliger reddit, *pater*
[y] Ma. *domûs Tzuritarum* [y].

46. *Haran genuit Gezez*] Sim. JT. Eundem cum
præcedente intelligunt: unde sequetur hoc absur-
dum, *Charanem* genuisse *Gazezum* ex matre sua; quem
incestum Sp. Sanctus non reticuisset. *Gazezum* ergò
[z] Pi. hunc à præcedente diversum statuo [z]. Fuit *Haran* fra-
[a] V. ter *Gazez*, & pater alterius *Gazez* [a].

47. *Filii Jahaddai*, &c.] Heb. *Filii Jachdai*; *Re-*
ghem & Jotham, Ma. [sim. omnes.] Rectè, nam nomen
בְּנֵי hîc est in regimine; itáque videtur regere vocem
proximè sequentem, non autem aliquam subintel-
lectam. Interim è sententiarum serie statuendum vi-
[b] Pi. detur hunc *Johedai* fuisse filium *Motzæ* [b]. Quidam,
quòd hujus *Jachdai* generantis nulla antè præcesserit
mentio, hîc eum non pro patre, sed pro filio, accipi-
[c] Ma. unt [c]. [Sic supplent,] *Filii verò* Motzæ, *Johedai*; ex
quo *Regem*, &c. JT. Prius supplementum videtur com-
probari è serie sententiarum. Quum enim *Motza* fue-
rit frater *Charanis*, ab illo proximus, v. 46. & *Chara-*
nis filius continenter fuerit indicatus, consequens
erat ut *Motzæ* quoque liberi indicarentur. An poste-
rius supplementum genuinum sit, dubito: fortè peti-
tum est ex distinctione Hebraica, nam nomina quæ
sequuntur continentur peculiari membro; quippe
[d] Pi. distincta à præcedente per Athnach [d]. [Al. sic;] *Ja-*
haddai puto esse *Mosam* filium *Ephæ*: *Mosa* enim
eductum sign. *Jahaddai* ab *extendendo* vel *porrigendo*
nomen habet. Et certum est, fuisse multos Judæos
binomines. Quisquis autem tandem fuerit, sive *Mosa*,
† Os. sive nepos *Ephæ*, certè genuit ipse filios, *Regem*, &c †.

48. *Concubina Caleb Maacha peperit Saber*, &c. ità
Mo. o'. P. [פִּילֶגֶשׁ כָּלֵב מַעֲכָה יָלַד וגו'] *Concubina* verò
altera *Caleb*, nomine *Maacha*, *peperit* ipsi duos filios,
Os. יָלַד masculeum mulieri tribuitur, ad indicandum
[f] Ma. ejus virilem animum [f]. [Al. aliter;] Ex *uxore concu-*
bina Mahaca, Caleb genuit, &c. JT. Pi. Heb. *ex uxore*
concubina Calebi Mahaca, genuit, &c. Trajectio nomi-
nis constituentis nominativum antecedentem; qualis
[g] Pi. Gen. 9. 6 [g]. *Concubina Caleb* fuit *Maacha*, *de qua ge-*
nuit, M. Ti.

49. *Pater Madmena*] Hæc & sequentes *Machbena*
& *Gibea* erant nomina urbium in tribu Judæ. *Pater*
ergò hîc est fundator (vel Princeps, V.) istarum ur-
bium [h]. De urbe *Madmena* vide Jos. 15. 31 [i]. [Alii [h] Belg.
hunc locum sic reddunt;] *Genuit Saaph, pater* cujus- [i] Ma.
dam, nomine *Madmena*, (cujus posteritas non descri-
bitur) etiam quendam *Sue*, &c. Os. ¶ *Filia Caleb*
Achsa] Hinc suspiceris hunc esse *Caleb* qui Promissio-
nis terram vidit; sed propius vero utrumque *Caleb*
habuisse filiam eo nomine [k]. [k] Mar. sim. Jun.

50. *Hi erant filii Caleb, filii Hur*] Hic secundus
Caleb fuit filius *Churis*, ut hîc dicitur, ac nepos fuit
primi illius *Calebi* ex *Chure*, v. 18, 19 [l]. *Filii* hic sunt [l] Ma. ex Jun. sim. V.
nepotes, vel posteri. ¶ *Primogeniti Ephrata*] Nempe
conjuge [m]. Vel *Ephratæ*, JT. ¶ *Pater Cariathiarim*] [m] Os.
i. e. Israelitarum illic incolentium [n]. [n] Belg.

51. *Salma pater Bethlehem*] Nempe ex parte: nam
alius hic est à *Salma* patre Bohazi, Principis Bethle-
hemitarum, de quo suprà v. 11 [o]. qui erat filius *Na-* [o] Ma. ex Jun.
hesson [p]. *Pater*, i. e. Princeps civium Bethlehem [q]. [p] Belg.
Vel, *pater Bethl.* nam ex familiis vici & oppida. Vide [q] V. sim. Os.
Aristot. initio Politicorum [r]. ¶ *Hariph*] Heb. *Cha-* [r] G.
reph, aliàs *Penuel*, infrà 4. 4 †. † Pi. ex Jun.

52. *Qui videbat dimidium requietionum*; ità Mo.
[הָרֹאֶה חֲצִי הַמְּנֻחוֹת] *Ipse videbat medietatem* regionis
requietionum, M. *Requietio*, seu *quies*, pro commoratione
ponitur, sive loco ubi aliquis stabilem habet mansio-
nem [t]. *Videbat*, i. e. obtinebat, & tam oculis quàm [t] San.
pedibus usurpabat, dimidium regionis in qua quietè
habitârunt parentes ejus. Hoc *Sobal* transcripsit filiis
suis [v]. Alterum verò dimidium possidebat *Sobalis* fra- [v] T.
ter *Cariathiarim*. Porrò, *videre* sive *cernere* hæredita-
tem dicimur, cùm eam adimus & possidemus [x]. Alii, [x] La.
qui contemplabatur, sive *aspiciebat*, sive *videbat*, *dimidium*
Hamenuchoth, P. V. Ti. Strig. vel *Manuchoth*, Strig. i. e.
loci fortè à fertilitate & amœnitate agri ità dicti [y]. [y] V.
q. d. Qui curam gerebat, sive Princeps erat, istius loci.
Hîc enim רוֹאֶה *principem* sign. nam Principis est con-
templari suos [z]. Hinc nomen *Episcopi*, sive *Inspectoris*, [z] V. sim. E.
cujus munus est gregis sui conversationem diligenter
intueri [a]. Alii, *dimidiæ Manuchothæ vates*, Ca. Sensus [a] E.
est, *Sobal* ibi Prophetæ seu Doctoris officio functus est;
Prophetæ enim olim *Videntes* vocabantur [b]. Al. *Haroe* [b] Os. Hi. in La.
pater incolarum *partis Menuchothæorum*, JT. i. e. regio-
nis *Manachatæ*, in fine *Judæ, Benjaminis & Danis*; ut
apparet cùm ex hoc loco, tum infrà 8. 6 [c]. [Alii sic;] [c] Jun. Ma.
Est nomen proprium filii *Sobal*, *Haroe chasi hamme-*
nuchot [d]; qui infrà 4. 2. eodem penè nomine *Reajah* [d] La. sim. o'. Ma.
nuncupatur: quod mihi sanè probatur. Noster autem
Interpres sæpe nomina propria Hebraica in Latinum
convertit †. † Ma.

53. *Et de cognatione Cariathiarim, Jethrei*, &c.]
Rectiùs, Et hæ sunt *cognationes*, seu *familiæ*, in oppido
Kiriathiarim, quæ à prædicto *Sobal* descenderunt, ni-
mirum *Jethrei*, &c [f]. Hæ scil. familiæ ortæ sunt ex [f] Os. Belg.
Schobale præter *Haroeum*; ex collatione versûs præ-
cedentis. Enumerantur hîc familiæ in quas *Kiriath-*
jeharimani fuerunt distributi [g]. ¶ [הַיִּתְרִי וגו'] *Ithræ-* [g] Pi.
us, &c. Singularia pro pluralibus [h]. ¶ *Ex his egressi* [h] V. sim. Pi.
sunt] Ista *egressio* aut significat cognationem & genus,
aut colonias ab istis deductas [i]. ¶ *Saraitæ & Esh-* [i] V.
taolitæ] i. e. Incolæ utriusque oppidi, *Saraa & Eshtaol* [k]. [k] Os.
De quibus vide Jos. 15. 33 [l]. [l] Ma.

54. *Salmæ filii*, &c.] Hic locus ejusmodi est, ut ni-
hil annotare possim nisi me nihil in eo intelligere [m]. [m] Ca.
Filii Salma, (sub. *sunt*, Pi.) *Bethlehem*, vel *Bethlehe-*
mitæ, & Netophathi, Mo. P. vel *Netophatæi*, JT. sim. M.
Strig. *Filii Salma* sunt plerique qui habitârunt in
oppido *Bethlehem*, & *Netophati*, Os. ¶ *Coronæ* (vel
diademata, P. *ornamenta*, Ca. *corona*, Strig.) *domûs*
Joab] i. e. Præcipui in illa familia [n]. Ex quibus orti [n] Mar. sim. T. Os.
sunt aliquot præstantes viri, ornamenta istius fami-
liæ, nempe *Asahel*, & *Abisai*, &c [o]. ¶ [עַטְרוֹת] [o] Os.
[Aliis est proprium nomen:] *Ataroth domûs Joab*, o'.
Hatarothani è familia Joabi, JT. Heb. *Hatroth*: Urbs
pro incolis [p]. ¶ *Et dimidium requietionis Sarai*] [p] Pi.
i. e. Dimidium tractûs cui à requietione nomen, ubi
Saraitæ habitabant, ad eorum jus pertinebat de qui-
bus agit [q]. ¶ [וַחֲצִי הַמָּנַחְתִּי הַצָּרְעִי] *Et dimidium* [q] Mar.
Manachti (vel *Menahæthorum*, P. sim. Ti. Ca. Strig.)

Sorhi, Mo. P. vel *Zareitarum*, Ti. Ca. *de Zareita*, Strig. Ordo inversus, pro, *Soræi* (appositivè) *dimidia pars Manahethorum*, ab urbe Mana. Vel ità, *Hasori erat dimidia pars eorum qui habitabant Manahath* [r]. *Et Tzorhani* qui fruebantur *parte Menuchotharum*, JT. *Et pars Manachathæorum*, nempe *Tsoreani*; Heb. *Tsoreanus*, Pi. ex Jun. *Et dimidium* regionis *requietionis* (sive *Menuhothi*, Os.) acquisierunt *Zarehitæ*, M.

55. *Cognationes scribarum*] i. e. Jurisperitorum, Doctorum †. Isti erant ex tribu Levi: hîc autem recensentur, quia in tribu Judæ habitabant [t]. ¶ *Canentes*, &c.] [Reliquis sunt propria nomina.] *Thirathæi, Simathæi, Suchathæi*, Os. sim. Mo. Ma. JT. &c. ¶ *Hi sunt Cinæi*] De quibus vide Gen. 15. 19. Num. 24. 21. Jud. 1. 16 [v]. Horum mentionem facit, quòd inter Israelitas non modò habitârint, sed bonam operam navârint in propaganda & conservanda Lege [x]. ¶ *Qui venerunt*] i. e. Illi qui venerant, scil. ad populum Israeliticum [y]. *Advenæ*, JT. ¶ *De Calore patris*, &c.] Heb. *de Chamath*, &c. Ma. *orti Chamatho, patre familiæ Recabi*, JT. id est, Principe eorum qui cum tribu Jehudæ habitârunt. Hoc enim discretionis causâ additur, quia *Cheber* (Kinæus, Ma.) cum suis ab istis separans se ad Menaschitas migrâsse legitur, Jud. 4. 11 [z].

[r] V. † V. sim. Me. Os. [t] Pi. [v] Ma. [x] Os. [y] Pi. [z] Jun.

CAP. III.

1. EX *Achinoam Jezrahelitide*] Nempe, ex illa *Jezrael* in tribu *Juda*, Jos. 15. 55 [a]. Erat & altera *Jezrael* in tribu *Manasse*, Jos. 17. 16 [b]. ¶ *Daniel*] Qui & *Chileab*, 2 Sam. 3. 3 [c]. Primarium nomen erat *Daniel*, q. d. *Deus à NABALE me vindicavit*: Dictus est & *Chileab*, i. e. similis patri, nempe Davidi; qualem hunc esse Deus voluit, quòd ævi illius derisores assererent hunc esse prioris mariti, scilicet *Nabalis*, filium [d]. ¶ *De Abigail Carmelitide*] Sic dicitur, quòd fuisset uxor *Nabal Carmelitæ* †.

2. *Tertium Absalom*, לְאַבְשָׁלוֹם] Præfixum ל *Lamed* hîc redundat. Sic infrà 5. 2. וּלְנָגִיד מִמֶּנּוּ, *& princeps ex eo*, scil. *egressurus erat*; q. d. illi promissum regnum. Sic 1 Par. 28. 21. לְכָל־נָדִיב, *omnes spontanei*, scil. *aderunt tibi*: & cap. 29. 5. לַזָּהָב & לַכֶּסֶף, pro הַזָּהָב & הַכֶּסֶף, ut v. 2. dicitur [f].

3. *Jethraham de Egla uxore sua*; ità Mo. ο'. M. Ti. sim. Sy. Ar. Pi. לְעֶגְלָה אִשְׁתּוֹ] *Ipsi Heglæ viræ ejus*, Ma. *Heglæ*, cujusque *uxoris ejus*, JT. Omisso supplemento est ὑπόζευγμα· nam nomen uxoris ad præcedentes quoque fœminas referendum est [g]. Vide dicta ad 2 Sam. cap. 3. v. 5 [h].

4. *In Jerusalem*, יְרוּשָׁלַם] Vox hæc non est dualis numeri, (ut minùs attento videri possit,) sed singularis; quia *Mem* in fine non est servilis, sed radicalis [i].

5. *Quatuor de Bethsabee*, &c.] At Prov. 4. 3. Salomon dicitur *unigenitus ex matre sua*. Resp. 1. *Unigenitus* erat, non propriè, (hoc impedit filius ex adulterio susceptus,) sed q. d. *unicè dilectus*, ut ibi transferunt ο' [k]. Alioqui *Nathan*, ad quem Christi genealogiam Lucas deducit, non fuisset filius *Davidis*, sed *Uriæ* [l]. Resp. 2. Tres priores fuerunt filii Uriæ, adoptati à Davide [m]; ad compensandam misellis injuriam adempti parentis [n]. Salomonem postremum nominat è Bethsabee liberis, quia ad eum rediturus est sermo [o]. ¶ *Filia Ammiel*] Hæc in 2 Sam. 11. 3. dicitur *filia Eliam* [p]. [Vide ibi annotata.]

6. *Elisama*] Idem hic qui in Samuele vocatur *Elisua* [q].

7. *Noge*] Qui & *Elisua*, 2 Sam. 5 *.

8. *Eliada*] Idem qui 1 Chron. 14. 7. vocatur *Baaljada*. Ista nominum diversitas nihil nos movere debet, neque hîc, neque alibi. Qui vulgò *Clodoveus* Rex dictus est, idem *Luduinus* & *Ludovieus* apud Cassiod. & *Hludovicus* apud Hincmarum, appellatur [r]. ¶ *Novem*] Ità hoc loco 13 filii Davidis numerantur, cùm 2 Sam. 5. 14, &c. tantum 11 habentur. Quæ discriminis ratio? Resp. 1. Q. librariorum culpam esse

[a] Me. [b] T. ex San. [c] Ma. & Pi. ex Jun. V. [d] He. in BA. 1. 2. 55. 663. † V. [f] Glass. gram. p. 683. [g] Pi. [h] Me. [i] Pi. [k] T. sim. E. La. [l] T. [m] V. L. Mar. [n] T. sim. La. [o] G. [p] V. [q] K. in Muis Mar. * G. [r] Muis in variis sacris.

volunt, qui duo hîc nomina addiderunt †. Sed mallem quamlibet, quàm illam, causam suspicari. Nam quid si unus quispiam ex αὐτογράφῳ malè descripsit? unde postea ad omnes alios serpsit malum? Itáne rudes & indiligentes erant Hebræi veteres, ut illam discrepantiam non deprehenderint & correxerint? Deinde, ex archetypo plurima exempla descripta fuisse probabile est: Nec credibile est librarios bis idem peccatum peccâsse. Denique, non constaret numerus *novem* qui hîc additur, si ista nomina libelliones addidissent. Porrò, etsi leves quidam errores è præcipuo quopiam exemplari in hodierna omnia fluxerint; tamen ut quicquid non intelligitur vitiosum statim existimetur assentiri non possum, nè pro Divina Scriptura humana tandem nobis obtrudatur [t]. Resp. 2. Hîc enumerantur omnes filii Davidis, in Samuele viventes tantúm [v]. Duo ex iis obierunt absque memoria, h. e. nullâ re præclarè gestâ, nullis relictis liberis [x]. Illi erant *Eliphelet* [y], & *Elisama* [z], vel potiùs *Noge* [a]. Porrò, hæc duo nomina imposita fuêre pueris qui in prima ætate sunt mortui; deinde, eadem data aliis pòst natis [b].

9. *Habuerunt sororem*] Heb. *soror eorum*; ex parte quidem patris: nam solius Absalon fuit soror uterina [c].

12. *Filius Joathan*] i. e. Nepos: ità בֵּן sæpe sumitur [d].

15. *Filii Josiæ*, &c.] Horum 4 hîc numerantur, at 3 tantùm commemorantur 2 Reg. 23. & 24. Nimirum tres priores regnum tenuerunt *. *Sellum* illic omittitur, quòd regnum non sit assecutus †. ¶ *Primogenitus Johanan*] Aliàs *Jehoahaz*, 2 Reg. 23. 30 [f]. item *Schallum*, Jer. 22. 11 [g]. *Primogenitus* hîc dicitur, non *nativitate*, (erat enim minor natu ipso Jehoiachim,) sed *dignitate*, quia à populo prælatus est fratribus in regno [h]. [Alii aliter;] τοῦ *Johanan* mentio non fit 2 Reg. cap. 23. quòd ante patrem mortuus esset [i], vel fortè cum patre occisus in bello contra Ægyptios [k]. ¶ *Secundus Joakim*] Aliàs *Eliakim*, 2 Reg. 23. 34 [l]. & *Jechonias*, Matt. 1. 11 [m]. ¶ *Tertius Sedecias*] Qui dictus etiam *Mathanias* [n]. Hic omnium junior erat [o]. ¶ *Quartus Sellum*] Aliàs *Joachaz* [p]. Fuit hic tertio loco genitus, [ut conferenti patebit;] quartus tamen dicitur, non quidem ætate, sed regni indignitate & brevitate; nam tribus tantùm mensibus regnavit [q]. [Alii aliter;] Hic *Sellum* Rex non fuit. At Jer. 22. 11. dicitur *Sellum* pro *Josia* patre suo regnâsse. Resp. In Jerem. *filius* pro *nepote*, & *pater* pro *avo*, accipitur [r].

16. *Jechonias*] Aliàs *Joiachin*, 2 Reg. 24. 6 †. Heb. *Jechoniah*; & Jer. 22. 28. *Choniahu* [t]. Uterque, tam *Eliakim*, sive *Joachin*, filius *Josiæ*, quàm hujus filius *Joachin*, *Jechoniæ* nomine comprehenditur Matt. 1. 11 [v]. ¶ *Et Sedecias*] Heb. *Sedecias filius ejus*, nempe *Jechoniæ*, i.e. hæres ejus. Vide dicta ad Luc. 3 [x]. Filius ejus erat non naturalis, (naturales *Jechoniæ* filii recensentur demum versu sequente,) sed legalis, nempe, successor in regno; erat enim ejus patruus, 2 Reg. 24. 17 [y]. Porrò, *filii* [initio versûs] plurale est pro singulari: fortè ideo sic positum, ut si quis plures reperiret, eos adjungeret. Sic infrà 4. 15. *filii Elah, Cenez* [z].

17. *Filii Jechoniæ*, &c.] Heb. *Et filii Jechoniah; Asir, Sealthiel filius ejus*, Ma. *Filii*, scil. non naturâ, (nam sine liberis extinctus est, Jer. 22. 30.) sed successionis jure, quæ ad Nathanis, filii Davidis & fratris Salomonis, posteros devolvebatur. Fuit enim *Schealtiel* filius *Neri*, Luc. 3. 27 [a]. [Al. aliter;] *Filii*, nempe naturales, ex ipso orti, sive *semen ejus*, Jer. 22. 28, 30. Obj. At ibi *liberis carere* dicitur. Resp. Sic dicitur, quòd nullus ex filiis ei successerit in regno, sicut ibidem declaratur [b]. *Filius ejus*, non *Jechoniæ*, sed τοῦ *Asir*: Ità filius erat *Asir*, nepos *Jechoniæ* [c]. At Matt. 1. 12. *Jechonias genuit Salathiel*. Resp. Avus dicitur gignere nepotem, quia ejus patrem genuit [d]. Aliis אַסִּר *asir*, sive אָסוּר *asur*, non est nomen proprium, sed *Pahul* verbi *Asar* †. [Versum sic reddunt;] *Filii autem Jechoniæ vincti*; (i.e. captivi, & in Babyloniam deportati, 2 Reg. 24. 15 [f].) *Schealtiel filius ejus*, JT. sim. Os. Pi.

† Q. in Muis, ità Capel. [t] Muis. [v] V. sim. G. Muis, Buxt. [x] Muis ex K. [y] V. Muis, G. [z] V. G. [a] Muis ex K. [b] G. [c] V. [d] Idem. * Mar. † V. [f] V. Jun. Pi. Ma. [g] Jun. Pi. Ma. [h] Mar. V. [i] Me. ex To. [k] Prad. & alii in Me. La. [l] Pi. & Ma. ex Jun. Me. [m] Me. [n] Idem. [o] T. [p] Me. T. La. [q] La. [r] Mar. † Pi. Mar. [t] Ma. [v] Me. [x] G. [y] Jun. Pi. [z] G. [a] Jun. [b] Pi. [c] Q. in Ma. sim. V. [d] Ma. ex V. † Ma. [f] Jun.

18. *Melchiram*, &c.] Heb. & *Malchiram*, &c. Manca est oratio, & aliquid subaudiendum, aut in principio aut in fine versûs. *Et hi fuerunt filii Sealthiel, Malchiram, & Pedaiah*, &c. vel sic; *Et Malchiram & Pedaiah*, &c. *fuerunt filii Sealthiel*[g]. Hujus *autem* [i. e. *Sealtielis*] *Malchiram, & Pedaia*, &c. JT. Pi. Supplementum hoc probatur ex eo, quòd *Zerubbabel* ver. 19. dicitur *filius Pedaiæ*, at idem dicitur quoque *filius Schealtielis*, Matt. 1. 12. Hinc sequitur, *Pedaiam* reliquósque ei hîc adjunctos fuisse filios *Schealtielis*: nam si *Pedaiah* fuisset frater *Schealtielis*, (id quod statuendum esset si supplementum istud negligeretur,) tum *Zerubbabel* non potuisset esse filius & *Pedaiæ* & *Schealtielis*[h].

19. *De Phadaia*, &c.] Heb. *Et filii Phedaiah, Zerubbabel*, &c. Ma. At Matt. 1. 12. *Zerub.* est filius, non *Phedaiæ*, sed *Salathielis*. [Vide dicta ad vers. præc. quibus addi possunt sequentia.] 1. *Phadaia* alio nomine dictus est *Salathiel*[i]. 2. Vel *Zorob.* erat naturâ filius *Phadaiæ*, adoptione *Salathielis*. Sed tunc consequenter dicendum aliquem ex filiis *Zorob.* qui hîc designantur vocatum etiam *Abiud*, nam hic Matt. 1. inter progenitores Christi ponitur tanquam filius *Zorobabelis*[k]. Quidam putant hunc [nempe *Abiud*] fuisse *Hananiam*, quia inter filios sex *Zorobabel* ejus solùm posteri describuntur hoc loco*. Alii *Mesullam* fuisse putant†. Vel dicendum *Salathielem* patrem fuisse *Abiud*[l]. 3. *Zorobabel* hîc positus patruelis fuit alterius *Zorob*[m]. *Phadaia* frater *Salathielis* filio suo nomen imposuit Zorobabel[n]. 4. *Zorob.* dicitur *filius* (i.e. nepos) *Pedaiæ*. Qui patrem genuit, filium quoque videtur genuisse[o]. *Zorobabelem* genuit *Pedaia* pater immediatè, *Schealtiel* avus mediatè: nusquam tamen nisi hîc dicitur *Pedaiæ* filius, sed ubiq; *Salathielis*, quia ratio illa deducendi Judæis familiarissima est, quia avo in regno successit. *Salathiel* filius *Neri* dicitur, Luc. 3. 27. propriè: *Zorobabel* verò *Salathielis* filius erat figuratè, non natus, sed filiatus, fictione & repræsentatione juris. Nam extinctis *Salomonis* posteris, ad *Nathanis* familiam regnum transiit, Zach. 12. 12. in qua Princeps fuit *Salathiel*[p]. Sic Ovid. Metamor. 15. de Augusto Julii successore, *Quàm sua progenies: nec enim de Cæsaris actis Ullum majus opus, quàm quòd pater exstitit hujus; Quàm tantum genuisse virum*—Et postea,—*qui nominis hæres Impositum feret unus onus, cæsique parentis Nos in bella suos fortissimus ultor habebit*[q]. Sic *Baasam*, cujus progenies eradicata est, *Benhadad* patrem *Achabi* vocat: 1 Reg. 15. 20. & 16. 11. & 20. 34[r]. ¶ *Zorobabel genuit Mosollam*, &c.] Heb. & *filius Zorobabel*, &c. P. V. Sing. pro plur. *filii*, &c†. ¶ *Et Salomith*, &c.] Heb. & *Selomith soror eorum*, Ma. nempe duorum præcedentium, non sequentium; propterea separavit eam à reliquis[t], nimirum à quinque sequentibus ver. 20. quorum soror non erat, saltem ex utroque parente[v].

20. *Hasaban quoque*, &c.] Illius *verò Chascuba*, &c. JT. scil. *Meschullami*. Hoc supplementum probabiliter colligitur ex collatione versûs præcedentis & sequentis; si consideretur ordo duorum fratrum[x]. Versu enim sequente enumerantur filii alterius fratris *Mesullami*, nempe *Hananiæ*: Hi ergò quinque non erant fratres *Mesullami*, sed filii[y]. Plerique tamen hos quinque filios *Zorob.* constituunt, & fratres *Mesollami* & *Hananiæ*[z]. ¶ *Quinque*] Sub. *fuerunt filii Zerubbabel*[a].

21. *Filius autem*, וּבֶן] Sing. pro plur. *Et filii*, &c. V. ¶ *Cujus filius Rephaiah*, &c.] *Filii Rephaiæ, filii Arnanis, filii Hobadiæ*, &c. JT. Enumerat filios cum patribus, aut patres cum filiis; q. d. *Rephaia & filii ejus*, &c. Vel, *Rephaia, Arnan*, &c. cum filiis eorum dicuntur *filii Hananiæ*: nam & nepotes dicuntur *filii*[b]. Συναθροισμὸς est, sive *congeries*, quâ in genere nominantur familiæ quæ ad stirpem Regiam pertinebant, prout exstabant in reversione ex Babylonia[c]. Alioqui si Esras auctor est hujus libri, pervenisset suâ enumeratione ad tempora Christi[d].

22. *Sex numero*] Comprehenso, scilicet, patre *Semaiah*; nam quinque filios ejus tantùm enumerat†. Aut dic, nomen unius esse omissum[f]. Alii addunt τὸν *Sesa*, quanquam Hebraicè & Græcè non est, ac nè in Vulgata Romana[g].

g V. — h Pi. — i L. Me. — k T. ex Mar. La. — * Mar. — † Ità V. — l Me. — m Mar. T. — n Me. — o V. — p Jun. paral. 1. 3. — q Ga. — r Brought. in Ga. — † V. — t Idem. — v Q in Ma. — x Pi. ex Jun. — y Q. in Ma. — z Ma. — a V. — b Idem. — c Ma. ex Jun. — d Ma. — † V. sic Me. — f V. — g Ità Mar.

CAP. IV.

1. *Filii Juda*, &c.] i. e. Posteri; nam solus *Phares* est *Judæ* filius, cæteri nepotes[a]. *Esron* erat nepos *Judæ*, *Charmi* fuit pronepos, &c[b]. Nec præcedens proximi pater, quia *Carmi* fuit pronepos *Judæ* ex Zare, Jos. 7. 1[c]. Sed viros tantùm designat insignes aut virtute, aut posteritate[d]. ¶ *Charmi*] Aliàs *Chelubai*, suprà 2. 9. & *Caleb* primus, ib. ver. 18. ¶ *Sobal*] Constat hunc fuisse filium *Calebi* secundi, de quo suprà 2. 50. qui hîc omittitur, fortè brevitatis causâ†.

2. *Raia*] *Reaia*; aliàs *Haroe*, suprà 2. 52[f]. ¶ *Hæ cognationes Sarathi*] *Tzorbatæorum*, JT. Heb. *Tzorbatæi*: Enallage numeri[g]: nimirum ex parte; nam aliæ præter has fuerunt familiæ *Tzorbathæorum*, de quibus suprà 2. 53[h]. *Hæ cognationes*, &c. i. e. ab istis propagatæ sunt cognationes, sive familiæ, &c[i].

3. *Ista quoque stirps Etam*, וְאֵלֶּה אֲבִי עֵיטָם] Ad verb. *Et hæc patris Hetam*, Mo. *Et hæc est paterna successio Etam*, M. *Hæc*—*stirps patris Etham*, Strig. *Isti* scil. *filii*, vel *istæ*, scil. *familiæ*, *patris Etham*. Loci nomen, & pater pro Principe[k]. *Atque hi* sunt ex *patre Hetami*, Belg. vel *Hetamæorum*, JT. seu incolentium oppidum *Etam*, de quo infrà v. 32[l]. & 2 Chron. 11. 6[m]. In genealogiis patres sæpe non aliter nominantur quàm à filiis quos genuerunt. Ità hîc, *hi ex Abi Etam*, i. e. ex patre seu conditore *Etam*. Sic suprà 2. 49. *Et peperit uxor Saaphi Abi Madmenah, & Abi Guibha*; i. e. patrem *Madmenæ*, & patrem *Gabaæ*[n]. *Atque hæc familiarum capita*; *Etamus, Jezrael*, &c. Ca. Alii, *Ele pater Etham*; ut *Ele* sit proprium nomen, Q. in M.

4. *Phanuel*] Aliàs *Chareph*, suprà 2. 51. ¶ *Pater Gedor*] Vel *Gedoræorum*, JT. ex parte; nam ex parte etiam sunt ex *Jeredo*, v. 18[o]. Num hic *Gedor* qui v. 18. & 39? Idem sanè locus inter varios dominos alternare solet[p]. ¶ *Pater Hosa*] Heb. *Chusah*; aliàs *Schuchæ*, infrà v. 11. per metathesin[q]. ¶ *Isti sunt filii Hur*] Τῷ *Hur* dedit filium *Uri* suprà 2. 20. hîc adjungit illi duos filios[r]. ¶ *Primogeniti Ephrata*] Matris, non patris *Caleb*†; quia hic ex *Azuba* priore uxore alios filios habuit[t]. Ab ista *Ephrata* Bethlehem dicta est Ephrata[v]. *Primogeniti Ephrata*, i. e. *Calebi* ex *Ephrata*, suprà c. 2. v. 19[x]. ¶ *Patris Bethlehem*] *Bethlehem* est nomen vel filii Ephratæ[y]; vel loci: *patris*, i. e. Principis[z]. Sic *pater* (i. e. Princeps) *Gedor*[a]. Sic Naamanem servi ejus *patrem* vocant, 2 Reg. 5[b]. At *Salma*, hujus filius, dicitur *pater*, vel *princeps*, *Bethlehem*, suprà 2. 51. Resp. 1. Filii principatus tribuitur patri[c]; quia filius est quasi una persona cum patre[d]. 2. Pater & filius uterque videtur fuisse Princeps *Bethlehem*, vel simul, vel successivè†. *Hur* eam à matre Ephrata accepit, & ab ipso Salma[f]. Al. *patris Bethlechemitarum*, scilicet, ex parte; nam ex parte hi orti sunt ex *Salma*, suprà 2. 54[g].

5. *Assur*] Filio Chetzronis posthumo, ex Abia uxore[h], suprà 2. 24[i]. Cùm pater non exprimitur, Abulensis proximè superioris putat: Regula cum aliis est communis, quàm verè nescio[k]. ¶ *Patri Thecuæ*] i. e. Filii sic dicti[l]: vel *Thekohæorum*, JT. vel Principi loci sic dicti[m].

6. *Et Themani, & Ahastari*] Nomina gentium, non autem propria; q. d. *Themenæos & Astharæos* *.

7. *Et Ethnan*] Vertunt, & *Ethnan*, & Kotz, JT. Pi. Glass. Eclipsis frequens in hoc scriptorum genere[n]. Confirmatur ex consequentia sententiarum; quia mox seq. ver. commemorantur filii *Kotsi*. Videtur autem vox וְקוֹץ hîc omissa à librario per errorem, quia eadem vox ponitur in principio versûs sequentis[o]. Sic v. 13. deest nomen *Mehonothai*, ex v. 14. item cap. 7. v. 18. deest *Schemidah*, ex v. 19. &c*.

8. *Cos*] Describit generationem *Cos*, quamvis patrem ejus non exprimat, nec antea meminerit[p]. Idem videtur esse cum *Cenez*, ver. 13. unde uterque à communi avo dictus *Cenezæus*[q]. *Cos* faciunt filium *Ethnam*, qui proximè præcessit. ¶ *Et cognationem Aharehel filii Arum*] i. e. Familia dicta *Arahel* à *Cos* processit ex filio ejus *Arum*[r].

a Me. sim. Pi. T. Mar. V. — b T. — c Mar. — d Mar. T. La. — † Ma. ex Jun. — f Jun. Pi. Ma. — g Pi. — h Ma. ex Jun. — i Me. — k Mar. ex V. Ma. — l Ma. — m Belg. — n BP. 2. 24. 144. — o Jun. Pi. Ma. — p Mar. — q Pi. ex Jun. — r Mar. — † Mar. V. — t Mar. sim. V. L. — v E. — x Pi. — y Q. in L. — z Mar. V. L. E. Me. La. — a Me. — b La. — c V. — d L. — † Ma. — f Mar. — g Pi. — h V. sim. Pi. Mar. — i Pi. — k Mar. — l Q. in La. — m Mar. ex V. — * V. — n Jun. — o Pi. — * Glass. gram. pag. 724. — p V. — q T. — r Mar.

9. Fuit

9. *Fuit autem Jabes*, &c.] Quis hic fuerit non constat, neque quis pater vel avus ipsius †. Erat auctor unius ex enumeratis familiis *Acharchelis* [t]. Filius hic erat vel *Soboba* [v]; vel potiùs *Arum*, frater *Aharelis*, & *Othonielis* v. 13. nepos [x]. [Al. sic;] A matre dictus est *Jabes*, à patre *Othoniel* [y]. ¶ *Inclytus præ fratribus*] 1. Propter opes, ex v. seq [z]. 2. Fortitudine, quia percussit *Ciriath-sepher*. 3. Scientiâ, quia fuit Doctor magnus in Lege [a], dedítque nomen urbi in qua habitabant Scribæ & legisperiti [b]. ¶ *Jabes, dicens, Quia peperi eum in dolore*, "יַעְבֵּץ וגו] i. e. Dolorificus, corrupto nomine per metathesin sive transpositionem literarum [c]. יַעְבֵּץ pro יַעְצֵּב, à עֶצֶב *dolor* [d]. Sic pro כֶּבֶשׂ *agnus* dicitur כֶּשֶׂב †.

10. *Invocavit verò*] Heb. *Et vocavit*, Ma. *Nam invocavit*, JT. Causa indicatur cur fratribus honoratior erat [f]. ¶ *Si benedixeris*, &c.] *Si cœptis meis aspiraveris*, &c [g]. Votum fuit conditionale: quid verò promissum sit eo voto reticetur *. Abrupta hæc est & imperfecta phrasiologia. Nam sicut Hebræi, in jurando, pœnam quam in se imprecantur sæpe omittunt; ità etiam quandoque votum sive promissum tacent, in precibus eorum [h]. Sicut exsecrationes aliquando tacentur, *Si introibunt in requiem meam*, item, *Si dedero somnum oculis meis*; sic & vota, ut hoc loco [i]. Alibi precatio plenè exprimitur, scil. cum promissione seu voto [k]. Aposiopesis voti, juramentorum propria, quibus votum affine est; ex quo fit ut vota non rarò juramenti nomine appellentur. Sic Matt. 5. 33 [l]. Est hîc ἀναπόδοτον deest enim consequens enunciati connexivi, nempe votum seu promissio certi facti ad honorandum Deum [m]. [Variè supplent.] Te sanctè perpetuò colam, & donis Altaria tua cumulabo [n]. Vel, Vacabo contemplationi sapientiæ & doctrinæ Legis [o]. Tum me gratum tibi exhibebo, te celebrabo & colam, tibi parebo [p]. Alii volunt esse formulam deprecativam, & τὸ *si* affirmativè capiendum, pro *utinam*: Lexica tibi plura exempla suppeditabunt: unde hîc reddi potest, *Utinam benedixeris*, &c [q]. ¶ *Et feceris me à malitia non opprimi*, וְעָשִׂיתָ מֵּרָעָה לְבִלְתִּי עָצְבִּי] *Et feceris à*, vel *de*, *malo*, *ut non contristet*, vel *dolore afficiat*, *me*, Mar. sim. Mo. Ma. Jun. Pi. Trajectio est, ut Gen. 5. 29 [r]. Alludit ad nomen suum; q. d. Habeo nomen à dolore, veruntamen affici nolim dolore †. [Sy. totum hunc versum in tertia persona reddit; *Sit manus ejus tecum, servétque te à malo*.] *Et feceris me à malo non opprimi*: ut superem difficultates in quibus versor propter vicinos hostes populi Dei; magna enim est afflictio vicinus malus [t]. *Et feceris* liberationem *à malo, nè dolore afficiar*, P. sim. V. *fecerisque me liberum à malo, ut non noceat mihi*, M. Ti. sim. Mar. Posset & ità jungi, *& feceris ut non doleam ob malum*, i. e. accepto incommodo & damno. Est enim duplex constructio apud Hebræos. Subaudiendum autem, *faciam talia & talia* [v]. *Et malum tuum sic gubernaveris, nè mihi molestiam exhibeat*, Strig. *atque sic egeris cum malo*, [quasi esset בְּרָעָה,] *ut me non afficiat dolore*, Belg. Et feceris signum, seu miraculum, nè unquam malum me lædat [x]. ¶ *Et præstitit Deus*, &c. "וַיָּבֵא וגו] *Et attulit*, vel *adduxit*, &c. Mo. ὁ. *evenire fecit*, P. V. sim. JT. Dedit illi talem eventum qualem optabat [y].

11. *Caleb*] Hujus generationem suprà in parte descripsit, hîc describit aliqua quæ ibi non erant expressa [z]. Verùm *Caleb* hic alius fuisse videtur à filio Jephone. Sed quis pater Calebi? An *Jabes* [a]? ¶ *Pater Esthon*] i.e. Princeps illius loci [b]. Potiùs *Esthon* vir est, quia v. 12. *genuit*, &c [c].

12. *Esthon*, &c.] Hic *Esthon* conditor fuit urbis *Esthon* [d]. ¶ *Genuit Beth-rapha*] Vel *familiam Raphæ*; sic in seq. *familiam Phaseachi*, & *familiam Thecinæ*, Ma. ex Jun. ¶ *Patrem urbis Nahas*] Heb. *patrem* (vel *patris*, Q. in Ma.) *Hir-Nachas*, Ma. ¶ *Hi sunt* (vel *fuerunt*, JT.) *viri Recha*] Ità M. Ti. i.e. Eorum familiæ *Recham* incoluerunt †.

13. *Filii autem Cenez Othoniel*] Primus Judex, de quo Jud. 3. 9 [f]. Non constat an *Othoniel* fuerit immediatus filius Kenazi, an aliquis ex posteris ejus [g]. [Alii reddunt,] *Et*, vel *item*, *filios*, sive *posteros*, *Kenazi*, *Othonielem*, &c. sub. ex ver. 11. *Caleb genuit*. Nam nulla hujus antè facta mentio, nec à quo genitus fuit proditur. Sic v. 15. *Et filios Calebi*, &c. v. 16. *Et filios Jehallelelis*, &c. Omnes qui à vers. 11. ad 21. exclusivè enumerantur fuerunt posteri *Celubi* [h]. Hic *Cenez* fuit cognatus *Caleb* filii *Jephonne* [i]. [Alii sic;] Hic *Cenez* pater *Othoniel* fuit & *Caleb*: tum quia *Caleb Cenezæus* vocatur Jos. 14. 14; tum quia *Othoniel* frater *Caleb* junior fuit, Jos. 15. 17. *Caleb* autem *Jephone* filius vocatur, fortè ab aliquo avorum cujus possessionem tenuit. Alia diximus Jos. 15. 17. & Jud. 1. 13 [k]. Hic *Cenez* fuit vitricus *Caleb*, aut patruus ejus, apud quem educatus est *. ¶ *Et Mahonathi*] [Hic non habetur in Hebræo, eum tamen cum Vulgato supplent etiam JT. versu sequente.] Vide similem ellipsin suprà v. 7 [l].

14. *Saraia autem*] Et hujus & *Maonathai* parentes hîc obticentur [m]. ¶ *Genuit Joab*] Non illum ducem exercitûs, sed alium quendam [n]. ¶ *Patrem* (i. e. dominum, seu Principem [o]) *vallis artificum*] Ità Mo. P. vel *fabrorum*, Pi. M. *patrem* degentium *in valle fabrorum*, JT. Sic dicitur, quia de filiis ejus erant architecti ad ædificandum domum Domini [p]. ¶ אֲבִי גֵיא חֲרָשִׁים] *Patrem Geharasim*, Ti. V. ¶ *Ibi quippe artifices erant*, כִּי חֲרָשִׁים הָיוּ] *Quia artifices fuerunt*, Mo. Cujus generis, non docet Scriptura [q]. *Nam fabri erant*, JT. Pi. sic M. scilicet, posteri Joabi [r]. *Quia ibi fabri erant*, Ti. sim. P. Qui ibi degebant plerique fabri erant †. חָרָשׁ sign. *artificem*, seu *fabrum*, cujuscunque materiæ, ligni, ferri, & similium [t].

15. *Filii verò Caleb*, &c.] Præter eos qui secundo capite recensentur [v]. ¶ *Filii Jephone*] Hoc additur, ut distinguatur à *Caleb* filio *Esron* suprà 2. 18 [x]. Vide dicta ad Num. 32. 12 [y]. [Alii aliter;] *Jephunneh* alio nomine *Esron* dicitur [z]. ¶ *Filii*, &c.] Pro, *filius* [a]. De uno non rarò dicitur *filii*, in plurali. Vide Gen. 46. 23 [b]. Fortasse plures erant filii, sed unum tantùm exprimit, quòd id ad genealogiam sufficeret [c]. ¶ *Filii Ela*; *Cenez*; ità M. Pi. Ti. וּבְנֵי אֵלָה וּקְנַז] *Et filii Elah, & Kenaz*, Mo. Ma. Redundat conjunctio copulativa [d]. Vel, *etiam Cenaz*, Glass. vel, *secundus Kenaz*, JT. At nulla primi mentio fit. Alii ergò rectiùs existimant *Vau schurek* ad ipsum nomen pertinere, & vocatum esse *Ukenaz* †; *Ucnaz*, P.

17. *Et filii Ezra*] *Et filios*, &c. JT. Heb. *filium*: Enallage numeri [f]. Vel vox *filii* collectivè sumitur [g]. ¶ *Et Jalom, genuitq; Mariam*, &c. "וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם וגו] *Et genuit Miriam*, &c. Mo. Ca. ὁ. Quis genuit? *Jalom*, ut videtur [h]. Alii, *peperit*, &c. P. Ti. V. M. Belg. At תַּהַר est in Hiphil, & sign. *fecit concipere*, sive *parere*, quod *gignere* est [i]. *Peperit*, sub. *ea quæ peperit*, uxor nempe *Chaleb*, vel potiùs *Ezræ*; quasi diceret eum duas habuisse uxores, ex quarum altera suscepit *Mariam* [k]. *Peperit*, nempe *uxor Meredi*, *Bitta filia Pharaonis*, ex v. 18. Belg. Pi. Jun. [Aliis תַּהַר est nomen proprium;] *Et Thahar, cum Miriam*, &c. Strig. *& Thara*, &c. Os. [Repugnare videtur punctatio τῷ וַתַּהַר. Sed quidni ergò & hîc ו nomen ingrediatur, ut in וּקְנַז jam notatum, vocetúrque *Vattahar*?] ¶ *Mariam*] Heb. *Miriam*, Ma. Non fuit hæc Mosis soror [l]. *Miriamum*, JT. Nomen viri esse putant, nec absurdè: quorsum enim fœmina hîc inserta in serie genealogiæ? ¶ *Patrem Esthamo*] Heb. *Esthemoagh*: de quo oppido vide Jos. 15. 50. & 21. 14 [m]. Al. *Eschthemohæorum*, JT. Met. subjecti, nempe loci pro incolis [n].

18. *Uxor quoque ejus Judaia*] Plures enim uxores *Caleb* habuit, 1 Paral. 2 [o]. Altera erat Ægyptia, putà *filia Pharaonis*, in fine versûs [p]. *Uxor ejus*; Cujus? Resp. Vel *Calebi* [q], [ut jam dictum:] vel *Meredi*, qui duas uxores habuisse indicatur [r]: vel *Jisbachi*, qui proximè antecessit †: vel *Esra*, qui proximè præcessit [t]: vel *Esthamo*, proximè nominati [v]. ¶ *Jared patrem Gedor*] i. e. Principem oppidi *Gedor*; cujus principatum ante hunc tenuit *Phanuel*, v. 4 [x]. *Patrem Gedoræorum*, JT. Pi. ¶ *Et Heber*, &c.] Sub. *genuit Caleb*. Fuit igitur Caleb felicissimus pater, cujus liberos Deus ad magnas dignitates evexit. Ità remuneratus est Deus pietatem ejus [y]. ¶ *Hi autem filii*, &c.] Qui? Certè tres superiores, quos *Ezræ* & *Judaiæ* filios dixit [z]. Illi, scil. superiores, commemorati v. 17 [a]. Ergò cùm eisdem

Marginal notes (left column): † T. — [t] Ma. ex Jun. — [v] Q. in Mar. — [x] T. — [y] V. — [z] Pi. — [a] L. sim. V. — [b] V. — [c] Jun. Pi. sim. La. — [d] Pi. — † La. — [f] Jun. Pi. — [g] V. — * G. — [h] Belg. — [i] E. — [k] Belg. — [l] Jun. — [m] Pi. — [n] Ma. — [o] E. ex L. — [p] Os. — [q] Ma. — [r] Jun. Ma. — † Pi. — [t] Os. — [v] V. — [x] Mar. — [y] V. — [z] L. — [a] Mar. — [b] V. — [c] Mar. — [d] V. — † Me. — [f] Idem. — [g] Ma.

Marginal notes (right column): [h] Ma. ex Jun. — [i] Os. — [k] Mar. — * V. — [l] Ma. — [m] Os. — [n] Os. V. — [o] Me. Mar. Os. — [p] Hi. in La. — [q] Me. — [r] Pi. — † Os. — [t] V. sim. Mar. Pi. — [v] Os. — [x] Me. — [y] T. — [z] V. L. — [a] Mar. — [b] Glass. gram. pag. 687. — [c] Os. — [d] Pi. — † Glass. ex K. & RS. — [f] Pi. Ma. — [g] Ma. — [h] Idem. — [i] Mar. — [k] V. — [l] Ma. — [m] Ma. — [n] Pi. — [o] Os. — [p] Pi. — [q] Sâ in Me. — [r] Ma. — † Ità plerique in Ma. — [t] Mar. — [v] To. in Me. — [x] Os. — [y] Os. — [z] Mar. — [a] Pi.

eisdem denuo *Mered* & *Bethiam* parentes designet, oportet sint adoptione parentes: Ergò *Mered* fratres suos minores adoptavit *. [Al. aliter;] *Illi*, nempe hoc versu recensiti, *Jered*, & *Gheber*, & *Jekulthiel*, erant filii *Meredi* ex uxore *Hajehudijah*, ut hîc dicitur; at illi v. 17. *Miriam*, & *Samai*, & *Jisbach*, erant filii ejusdem *Meredi* ex priore uxore, nempe *Bithia*, &c [b]. ¶ *Bethiæ filiæ Pharaonis*] Etiam Reges filias suas aliquando nuptui dant non Regibus, si multas habeant, aut illegitimæ sint, & qui eas ducunt alioqui sint viri primarii, qualis fuit *Mered* [c]. Vel *Pharao* hîc non est Rex Ægypti, sed Israelita quidam sic dictus [d]. ¶ *Quam accepit Mered*; ità P. Ma. sim. JT. Pi. scil. *in uxorem*, Pi. [אֲשֶׁר לָקַח מֶרֶד] Concisa est oratio, pro, *quam duxerat*, sub. *Chaleb in uxorem, ex qua genuit unicum filium Mered* †. Videtur vacare nomen *Meredi* ex *Bethia* filiorum aut filii: itaque velut ampliùs inquisiturus scriptor spatium reliquit vacuum. At Hebræi per *Mered* Calebum intelligunt, quòd exploratoribus obstiterit; & הַיְּהֻדִיָּה, quod præcessit, sumunt pro gentilitio, & aiunt *Jochebedam* intelligi, quæ peperit filios antè dictos, quos educaverit pro suis filia Pharaonis. Mihi hæc duriora videntur [f].

* Mar. [b] Ma. [c] Me. [d] Os. † V. [f] G.

19. *Et filii uxoris Odaiæ*] Heb. *Hodijah*, Ma. Alii, *uxoris Judææ*, per Aphæresin, Jun. *Hi verò filii*, &c. JT. Pi. scil. reliqui; nam aliqui commemorati jam sunt versu præcedente. Nisi potiùs dicendum, hîc sermonem esse de tertia uxore *Meredi*, quæ dicta fuerit *Hodija* [g]. Hi sunt naturâ filii Mered [h]. [Reliqui vers. 18. adoptionis; vide ib.] ¶ *Esthamo, qui fuit de Machati*] Rectiùs, qui cognomen sortitus est de *Machati* provincia, unde *Machatites* dictus est, fortè quòd ibi domicilium habuerit [i]. Puto hunc locum sic vertendum, *pater Kebilæorum*, (Heb. *Kebilæ*,) *Garmæus*; & *Eschthemoha Mahachathita*, Pi.

[g] Pi. [h] Mar. [i] Os.

21. *Filii Sela, filii Juda*] Hactenus Judæ posteros ex *Pharez*, deinde ex *Zare*, nunc ex *Sela*, commemorat [k]. ¶ *Cognationes domûs operantium byssum*, [וּמִשְׁפְּחוֹת בֵּית עֲבֹדַת הַבֻּץ] *Et familiæ domûs* (vel *gentis*, JT.) *operis*, vel *opificii*, *byssini*, Mo. P. Jun. V. Id est, eæ familiæ quæ byssum artificiosè tractare sciebant [l]. Alii, *operationis lini*, M. Ti. *& familiæ officinæ linariæ*, Ca. *& familia textorum*, Strig. ¶ *In domo juramenti*, [לְבֵית אַשְׁבֵּעַ] *In domo Asbea*, P. Mo. V. Mar. Strig. &c. Quod opificium exercebatur *in domo Asbea* [m]. Vulgatus pro nomine proprio significationem nominis posuit, uti sæpissime facit his decem primis hujus libri capitibus [n]: [ità facit versu sequenti:] cùm tamen nomina sint propria [o].

[k] Mar. [l] Os. [m] V. [n] T. [o] G. ad v. 22.

22. *Qui stare fecit Solem*] Hebræi fingunt, ad preces *Elimelechi*, ut suos Bethleemitas converteret, stetisse Solem, ut steterat tempore Josuæ [p]. Verùm יוֹקִים hîc est nomen proprium viri [q]. ¶ *Virique mendacii*] Heb. *homines*, sive *viri*, *Chozeba*, Ma. JT. Pi. &c. De quo oppido vide Jos. 15. 44 [r]. & Gen. 38. 5 †. ¶ *Qui principes fuerunt in Moab*; sim. P. Mo. JT. Pi. [אֲשֶׁר בָּעֲלוּ לְמוֹאָב] *Qui habitabant in Moab*, ό. vel, *qui possederunt* (i. e. possessiones obtinuerunt) *in Moab*, Ma. Vel, *qui mariti fuerunt in Moab*; i. e. duxerunt uxores Moabitidas [t]. ¶ *Et qui reversi sunt in Lachem*, [וְיָשֻׁבִי לָחֶם] *Et Jaschubi Lechem*, JT. Pi. P. Mo. *Jasubi in Lechem*, Strig. *& habitatores* urbis *Lahem*, Os. Deducunt à יָשַׁב [v]. *Bethlehem* per Aphæresin vocatur *Lahem*, vel *Lehem*. Sic 1 Par. 20. 5. Adeodatus vocatur *Bethlehemites*, Heb. *Lehemites* [x]. Hebræi sæpe partem alteram nominum propriorum abjiciunt; ut suprà 2. 9. *Ram* pro *Aram*, & Ruth 1. 22. *Lehem* ponitur pro *Bethlehem*, & Jer. 22. 24. *Jechonias* Rex vocatur *Chonias* [y]. ¶ *Hæc autem verba vetera*; ità M. Ti. [וְהַדְּבָרִים עַתִּיקִים] *Et verba antiqua*, sive *vetera*, P. Mo. Mar. sub. *sunt hæc*, Mar. sim. V. q. d. Ista nomina sunt virorum veterum [z]. Vel, ista sunt ex antiqua traditione, scripto non prodita [a]; q. d. Nè mireris si hæc quæ dicimus minùs sint nota, vetera enim sunt [b]. Loquor jam de rebus antiquissimis, quæ ultra hominum memoriam contigerunt [c]. *Sed res istæ* sunt *obsoletæ*, JT. q. d. *Sed hæc priùs fuêre*. Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, (*Olim fortes erant*, &c.) q. d. Supervacaneum esset plura de istorum gente, possessione, dignitate, referre; cùm jam hæc omnia posterorum ignavia sepeliat; quippe qui figlinam, agricolationem, & miseram apud Babylonios servitutem, suæ libertati prætulerint, ut apparet ex vers. seq [d]. [Al. sic locum reddunt;] *qui facti sunt patresfamiliâs in Moab, & Jashubi in Lachem, sicut veteri sermone dicitur*, Strig. Fortè τὸ, *verba vetusta*, nomen erat prisci Commentarii, qui intercidit, in quo hæc omnia continebantur †.

[p] T. ex L. & To. [q] E. Me. T. Mar. &c. [r] Ma. † Pi. Ma. [t] Q. in Ma. [v] Ma. [x] La. sim. T. San. [y] T. ex La. [z] V. [a] He. in Mar. [b] Mar. [c] Os. [d] Jun. † Q. in Ma.

23. *Hi sunt figuli*] Ità P. Mo. [& ferè omnes:] nunc scilicet in Babylonia *. E luto fingebant domestica [f]. *Isti sunt figuli illi*, JT. i. e. fuerunt peritissimi artis figlinæ [g]. ¶ [הֵמָּה הַיּוֹצְרִים] Verto, *Hi sunt viri industrii*; nam יוֹצֵר quandoque *hominem industrium* significat, qui aliquid scitè excogitare potest [h]. ¶ *Habitantes in plantationibus, & in sepibus*, [וְיֹשְׁבֵי נְטָעִים וּגְדֵרָה] *Et habitatores plantationum*, (vel *plantarum*, Pi.) *& maceriæ*, Mo. Pi. vel, *satorum sepiumque*, Ca. *inter plantas & juxta sepes*, Strig. i. e. Versabantur in hortis, Q. in V. [Aliis sunt nomina propria;] *habitatores Netaim & Gedera*, ό. P. Os. V. Ti. Ibi habitabant propter opus Regis [i]. ¶ *Apud regem*, [עִם הַמֶּלֶךְ] *Cum rege*, Mo. vel Hebræorum, nempe Davide [k]; vel Moab [l]; vel Babyloniæ [m]. *In vicinia regis*, Strig. ¶ *In operibus ejus*; ità ό. Complut. [בִּמְלַאכְתּוֹ] *In opere suo*, vel *ejus*, Mo. Q. in V. in JT. putà, in perficiendo horto plantarum, ex collatione præcedentium [n]. ¶ *Commoratique sunt ibi*; ità Ti. [יָשְׁבוּ שָׁם] *Habitaverunt ibi*, ό. Mo. &c. Erant in propinquo aulæ, ut eos ad manum Rex haberet, si eorum operâ uti vellet [o]. *Manserunt* (vel *habitârunt*, Pi.) *illic*, JT. scilicet in Babylonia: qu. d. non redierunt in Judæam cum aliis Judæis Hinc percipitur Esdram hunc librum scripsisse post reditum Judæorum ex captivitate Babylonica [p].

* G. [f] Mar. [g] Ma. [h] Os. [i] V. [k] Sà in Me. La. ex V. [l] Q. in Ma. [m] Ma. Jun. Pi. ità G. [n] Pi. [o] Os. [p] Pi.

24. *Filii Simeon*] De his hîc dicuntur quæ consona non videntur cum dictis Gen. 46. & Num. 26. nempe, quoniam idem plura nomina habuit, & hîc supplentur aliis locis omissa [q]. Quæ hîc dicuntur obscura sunt, quia de hac re nullum apparet in Scriptura vestigium [r]. ¶ *Namuel*] Qui *Jamuel* Gen. 46. 10 †. ¶ *Jarib*] Hujus non meminit sacer textus Gen. 46 [t]. Fortè idem erit cum *Sohar*, cujus hîc nulla est mentio [v]. Vel fortè *Jarib* fuit ex nepotibus Simeonis [x]. Vel, qui hîc *Jarib*, vocatur *Jachin* Gen. 46. 10. ¶ *Zara*] Heb. *Zerach*: Gen. 46. 10. videtur appellari *Izochar*. Et hîc omittitur *Ohad*, qui ibi exprimitur [y].

[q] Mar. [r] San. † Ma. Me. Os. [t] Me. sim. Os. [v] Me. [x] Os. [y] Ma.

25. *Sellum filius ejus*] Nempe Saulis [z], cujus proximè mentio facta fuerat [a]. Et alii deinceps quisque præcedentis filius [b].

[z] Os. Me. Mar. [a] Me. [b] Mar.

27. *Non potuit adæquare summam filiorum Juda*, [לֹא הִרְבּוּ עַד בְּנֵי יְהוּדָה] *Non multiplicati sunt usque ad filios Judæ*, Jos. 19. Jun. [sim. plerique:] *usque ad numerum filiorum Jehudæ*, M. Ti. Nec Judam, nec alias quasdam Tribus, æquavit; ut patet in duplici populi censu, altero Num. 1. 22. altero 26. 14 [c]. Nam Jacob Simeoni, ob fidem violatam, maledixerat. Qui igitur & sibi & posteritati suæ consulere volet, is Deum timeat, & piè vivat [d].

[c] Me. [d] Os.

28. *Habitaverunt in Bersabee*, &c.] Urbes hæ ferè ponuntur Jos. 19. in tribu Simeon †.

† Mar.

29. *In Tholad*] Hebræi, in locorum nominibus compositis, priorem partem, compendii causâ, sæpe omittunt; ut hîc *Tholad*, pro *El-Tholad* Jos. cap. 19. vers. 4 [f].

[f] BP. pag. 145.

31. *Hæ civitates eorum usque ad regem David*; ità ό. Sy. [עַד מְלֹךְ דָּוִיד] *Donec* (vel *usque dum*, M. Ti.) *regnavit David*, P. V. *usque ad imperium* (vel *regnum*, Ar.) *Davidis*, Os. Hoc dicitur propter *Siceleg*, quæ cùm esset in sorte Simeon, ut patet ex hoc loco, facta tamen est Regum Juda, ut habemus 1 Sam. 27. 6 [g]. Davide fautore, videntur hæ civitates, aut earum pars, ad posteros Judæ rediisse. Ac præsertim post scissum regnum Tribus Simeon Tribui Juda quî poterat permixta manere [h]? Alii, *quamdiu regnavit David*, scil. cum posteris suis, usque ad captivitatem Babylonicam [i].

[g] Me. [h] Mar. [i] Pi. ex Jun.

32. *Villæ eorum*] Paulò majores, sive oppida [k].

[k] Os.

33. *Usque*

33. *Usque ad Baal*] Cujus mentio Jos. 19. 8. Dicta & Balaath, & ab Hi. Ballath [l]. ¶ *Hæc est habitatio eorum*] Ità P. Mo. M. Ti. &c. *Hæc* fuit una *habitatio*, V. *Hæ fuerunt sedes eorum*, Ca. sim. JT. ¶ *Et sedium distributio*, וְהִתְיַחְשָׂם לָהֶם] *Et genealogia eorum ipsis*, P. Mo. V. Mar. ex ο'. vel, *pro ipsis* Belg. Hæc est, scil. quæ mox sequitur, Mar. *Et hæc est genealogia ipsorum*, Os. *Et* hæc fuit *recensio eorum* (Heb. *recensere se*, Pi. vel, *recenseri eorum*, Q. in Ma.) *per familias, ad illas*, Pi. *atque propagatio ipsorum*, M. Ti. Hæc fuit una habitationum eorum [m]. *Hæ habitationes fuerunt eorum, prout per gentes se distribuendo adierunt illas*, JT. Alii, *erántque celeberrimi nominis*, Sy. Ar. הִתְיַחֵשׂ propriè est *genealogizavit*, i. e. recensuit per genealogias, familias & cognationes [n].

38. *Isti sunt nominati*, &c. הַבָּאִים בְּשֵׁמוֹת נְשִׂיאִים] *Venientes in nominibus principes*, vel *prælati*, Mo. Ma. *qui transierunt in nominibus principum*, ο'. *Hæc sunt nomina magnatum*, Sy. *Isti sunt nominati* (vel *inclyti*, sive *celebres*, Ti. Os.) *principes*, M. *Hi quorum adducta sunt nomina, principes*, JT. Verto, *Hi nacti sunt nomina* (Heb. *venerunt in nomina*) tanquam *principes*, Pi. *Isti* fuerunt *qui venerunt per nomina principes*, P. V. Hebraismus, *qui nominatim designati sunt principes*. De supradictis jam enumeratis à v. 34. loquitur [o]. ¶ *Et in domo affinitatum suarum*] Heb. *patrum suorum*, Os. *familiarum*, ο'. ¶ *Multiplicati sunt*, &c.] Heb. *præ multitudine dispersi sunt*: i. e. Angustior fuit locus habitationis hujus Tribûs, quàm ut tot tantíque viri simul in vicinia habitare possent: quare ex iis quidam novas sedes quæsiverunt. Observabile est, Deum in hac maledicta tribu viros quosdam præstantes excitâsse [p].

39. *In Gador*] De qua Jos. 15. 58 [q]. Aliis eadem quæ *Gedera*, sive *Gederothaim*, Jos. 15. 36 [r]. ¶ *Usque ad orientem vallis*] Quæ scilicet erat juxta *Ghedor* †. *Usque ad orientalem tractum* (Heb. *ortum*, scil. Solis, Pi.) *ipsius vallis*, quæ protenditur ab *Ephesdammim Hekronem* usque. Vide 1 Sam. 17 [t]. Usque ad locum qui dicebatur *Vallis orientalis*. ¶ *Ut quærerent pascua gregibus*] Olim Principes & primates ex agricultura & pecuaria sibi reditus parabant, nec tam crebris exactionibus subditos exhauriebant [v].

40. *Et terram latissimam*, &c.] Hæc per parenthesin legenda [x]. ¶ *In qua antè habitaverant de stirpe Cham*, כִּי מִן־חָם וגו'] *Quia habitatores ejus* erant *de numero filiorum Ham*, qui habitaverant *illic olim*, V. [sim. omnes.] *De Cham habitaverant priùs* quidam *ibi*, M. Id est, Cananæi habitârunt ibi, quorum reliquiæ diu in Terra promissionis habitârunt [y]. Hi enim prognati ex *Canaan* filio *Cham* [z]. *De stirpe Cham*; de stirpe quam Noe devoverat & velut proscripserat: unde nullius juris capaces censebantur [a]. Sensus loci est, Simeonitæ, crescente numero, cùm arctè habitarent, præsertim in medio Tribûs Juda, quæ in schismate facto sub Roboam suas urbes à Simeonitis recepit, hac de causa Cananæos vicinos invaserunt, eorúmque urbes & agros occupaverunt initio regni Ezechiæ: sed modico tempore iis gavisi sunt, nam anno sexto Ezechiæ cum reliquis tribubus captivi abducti sunt, 2 Reg. 17 [b]. Hæc verba continent ætiologiam sequentium, nimirum quo jure eos profligaverint, quòd essent de stirpe *Cham*, nempe *Pelishtæi*, Gen. 10. 14 [c]. Apparet hinc, & 5. 10, 19. multa bella à privatis, aut à tribubus, gesta quæ instituto suo minora vetus historia prætererat [d].

41. *Percusserunt tabernacula eorum*] i. e. Domos, vel tentoria, in quibus more pastorum habitabant †. Frequenter tum in tabernaculis habitabant, ut, pascuorum ratione, faciliùs locum mutare possent [f]. *Tentoria*; i. e. eos qui illic habitabant: Met. subjecti. ¶ *Deleverunt eos usque in præsentem diem*] *Usque in diem illum*, JT. vel potiùs, *hunc*; putà, quo scribebat Esdras. Ellipsis, (cui similis est infrà 5. ult.) nam plenus sermo esset, Quæ interneció seu devotio durat usque ad diem hunc [g].

42. *De filiis quoque Simeon*] Quando hæc acciderint non habemus ex Scriptura: Probabile est eodem tempore Ezechiæ hanc etiam expeditionem susceptam

l Me. — m V. — n Ma. — o V. — p Os. — q Ma. — r Jun. — † Ma. ex V. — t Ma. ex Jun. — v Os. — x V. — y Mar. sim. La. — z La. — a G. — b La. Me. — c Ma. ex Jun. — d G. — † T. — f Os. — g Pi.

contra Amalecitas [h]. ¶ *In montem Seir*] i. e. In montana [i]. ¶ *Habentes principes*, בְּרָאשָׁם] *In capite eorum*, sub. *fuerunt*, V. i. e. erant capitanei eorum [k]. ¶ *Filios Jesi*] An hic qui vers. 36. *Asaia* dicitur? nam Heb. iisdem literis, sed transpositis, scribuntur [l].

43. *Et percusserunt reliquias*, &c.] Heb. *reliquias evasionis Amaleki*, Pi. V. Quæ evaserant Saulis & Davidis manus [m], 1 Sam. 14. 48. & 2 Sam. 8. 12 [n]. ¶ *Usque ad diem hanc*] Id est, usque ad captivitatem Babylonicam [o].

h V. — i In … — k Pi. — l Mar. — m G. Jun. Pi. V. — n Pi. — o Os.

CAP. V.

1. DAta sunt primogenita ejus, נִתְּנָה בְּכֹרָתוֹ] *Data est primogenitura ejus*, P. Mo. Pi. Ma. hoc est, jus primogenitorum [a]. ¶ *Filiis Joseph, filii Israel*] Ephraimo & Manassi, Gen. 48. ult [b]. *Filium Israelis* vocat Joseph, fortè quòd Israeli patri charissimus esset [c]. ¶ *Et non est ille reputatus in primogenitum*, וְלֹא לְהִתְיַחֵשׂ לַבְּכֹרָה] Ad verb. *& non ad genealogizandum in primogenitura*, Mo. vel, *& non ad genealogizare se facere ipsi primogenituræ*, Ma. *& non est in genealogia computatus in primogenituram*, ο'. *non tamen ut is primogenitus censeretur*, Ca. *nec imputata est ei primogenitura*, Strig. *licèt nec secundùm hanc primogenituram ducta sit genealogia*, M. *nec tamen juxta hujus primogenitorum censa est familia*, Ti. *non tamen ut ipsi attribueretur primogenitura*, P. V. i. e. Non ut reputaretur Joseph primogenitus quod ad dignitatem & principatum attinet, sed tantùm quod ad duplicem portionem [d]. *Et non ut recenseretur per genealogiam in primogenitura*, Q. in Ma. *non autem ut sibi attribueret* universum *jus primogenitorum*, JT. Heb. *& non ut se per familias recenseret ad primogenituram*, Pi. Sensus est, Tametsi Josepho datum sit jus primogenituræ, non tamen totum, & ex asse, ut seq. vers. dicemus. Plerique autem ad Reubenem referunt, reddíque rationem putant quare prætermissus fuerit Reuben, priore loco recensitâ genealogiâ Judæ, quia non par erat ut ipsius priore loco genealogia poneretur, qui non esset jam primogenitus †.

2. *Judas, qui erat fortissimus*, &c. כִּי יְהוּדָה גָּבַר בְּאֶחָיו] *Jehuda enim fortis*, vel *fortissimus, fuit inter fratres suos*, P. Mo. *prævaluit fratribus suis*, JT. Pi. Vide Gen. 49. 8, 9, 10 [f]. ¶ *De stirpe ejus principes germinati sunt*, וּלְנָגִיד מִמֶּנּוּ] *Et in ducem ex ipso*, Mo. Mar. ex ο'. Constructio inversa, pro, *ex ipso, qui erit Israeli in ducem*; pro, *dux* [g]. *Et princeps* (sub. *fuit*, vel *factus est*) *ex hac tribu*, M. Ti. *Et antecessor* (Princeps, Dux, Rex, Pi.) *fuit ex eo*, JT. Alii, *& fuit antecessor super eum*, viz. supra Josephum; sive, quod ad antecessorem attinet, major fuit ipso, nempe Josepho [h]. *Ipsi traditus est principatus*, Strig. *& princeps ille ex eo*, P. V. sim. Mo. sub. *erat egressurus*; q. d. Illi erat promissum regnum: imò Rex ille regum Christus ex eo venturus erat [i]. *Ex Juda egredietur Rex Christus*, sive *Messias*, Sy. Ar. Causam hîc reddit cur à Jehudæ genealogia orsus sit, quòd fortior fuerit, & in eo regnum, &c [k]. ¶ *Primogenita autem reputata sunt Joseph*, וְהַבְּכֹרָה וגו'] *Et primogenitura Josepho*, Mo. Ma. reliqua *verò primogenita* fuerunt *Josephi*, JT. *Primogenituram* hîc accipit pro *fructu* & duplici portione, &c. non autem pro dignitate, quæ *Judæ* erat [l]. Ad jus primogenitorum tria pertinebant, secundùm Hebræos: 1. Duplex portio hæreditatis, (quæ primogenito olim ex consuetudine, deinde ex Lege, Deut. 21. 17. debebatur [m];) 2. Principatus sive dominium inter fratres; 3. Sacerdotium [n]. Duplex portio à Jacobo consignata est Josepho, partim in proprio peculio, Gen. 48. 22; partim in communi hæreditate, ex qua in 12 partes distributa duæ uni Josepho [nempe Manass. & Ephr.] cesserunt [o]. Dominium concessum Judæ [p], & partim Josepho, ut dixi Gen. 49. 3 [q]. Sacerdotium translatum est in Levi [r]. Sed jus sacerdotii primogenituræ annexum est tantùm traditio Hebræ-

a Pi. V. — b Pi. — c V. — d V. — † Ma. — f Pi. V. — g Mar. — h Belg. — i V. — k Me. — l V. sim. G. Jun. — m Me. T. ex San. — n E. Me. T. San. — o T. ex San. — p E. T. Ma. — q T. — r E. T.

Hebræorum minùs probabilis: de quo vide Gen. 25. & 27. & Heb. 12. 16 †. Cùm duo essent in primogenitura, dignitas, & duplex portio, docet hic versus illam Judæ, hanc autem Josepho, datam fuisse [r].

3. *Filii ergò Reuben*, &c.] Epanalepsis, quâ resumuntur prima verba versûs primi, propter interjectam digressionem [v].

4. *Filii Joel*] Sed *Joel* cujus filius erat? Resp. 1. *Carmi*, qui proximè præcessit. Vel fortè non erat filius, sed ex ejus posteris vir magnus, ideo ejus posteros ponit [x]. Resp. 2. Filius erat *Chanochi*, primogeniti Reuben, quia fuit Princeps Reuben, v. 6. ¶ *Gog filius ejus*, &c.] Nempe *Joelis*; non tamen filius propriè dictus [z]. *Samaia* erat filius ejus, *Gog* nepos, ac cæteri deinceps [a]: & alius fuit alterius pater [b].

7. *Fratres autem ejus*, &c. וְאֶחָיו לְמִשְׁפְּחֹתָיו בְּהִתְיַחֵשׂ לְתֹלְדוֹתָם הָרֹאשׁ יְעִיאֵל וגו'] *Et fratres ejus per* (vel *inter*, Strig.) *familias suas*, *in genealogizando per generationes suas*, (vel, *quum recensiti fuerint*, &c. P. *quando genus suum censebant*, Ti. quando attributi sive designati fuerint generationibus suis, q. d. *per generationes cujusque*, V. *quando generationum suarum designabant genealogiam*, M. *cùm generationibus suis annumerarentur*, Strig.) *caput Jehiel*, &c. Mo. vel, *princeps fuit Jehiel*, P. *Fratres autem ejus*, scil. *Beera* cognati. Quoniam dixisset *Beera* fuisse Principem in ea tribu, ait simul cum eo fuisse Principes per partes *Jehiel* & *Zachariam*, quando numerati sunt ut in captivitatem irent à Rege Assyriorum [c]. *Fratrum autem illius* (nimirum *Chanochi*, i. e. trium aliarum familiarum principes [d],) *quisque quum distribuerent se per generationes suas, primarius Jehiel*, &c. JT. *Fratrum autem ejus per generationes suas, quum propagati essent per prosapias suas, princeps fuit*, &c. Sy. [Ar. connectit cum præcedentibus, hoc modo, v. 6. *idem fuit princeps familiarum Reubenitarum*, v. 7. *Omniùmque fratrum suorum, quando se dilataverunt omnes; quorum primus fuit*, &c.] *Quod autem attinet ad fratres ejus*, Heb. *Et fratres ejus*, (nominativus absolutè positus †,) *per familias ejus, quum per familias se recenserent secundùm generationes ipsorum, primarii erant Jehiel & Zecaria*. Hebr. *caput*, i. e. primarius: Enallage numeri, & metaphora [f]. [At JT. habent, *primarius Jehiel, deinde Zecaria*.]

8. *Ipse habitavit in Aroer usque ad Nebo*] Magnus ergò & potens erat hic *Baala*, quando dominatus fuerit ab *Aroer*, urbe totius Terræ promissæ maximè orientali, Deut. 2. Jos. 13. usque ad *Nebo*, montem qui adjacet Jordani, Deut. ult [g]. [Alii aliter;] *Ipse*, vel *hic, habitavit*, scil. Reuben, sive Tribus Reubenitarum, de qua hîc agitur [h]. Vide Jos. 13. 15, &c [i].

9. *Ad introitum eremi*] Transito *Arnon* Orientem versùs ponitur ab Adrichomio solitudo *Cademoth* [k]. ¶ *Et flumen Euphratem*] q. d. Possedit ab Euphrate usque ad Jardenem temporibus Saulis, ut habetur versu seq [l]. ¶ *Multum jumentorum*] Fuit quoque hoc perpetuum in tribu Reuben, ut pecore abundarent. Vide Num. 32. 4 [m].

10. *Contra Agaræos*] Heb. *cum Hagarenis*, Pi. P. Qui alias dicuntur *Ismaelitæ* [n], à matre Ismaelis Agare [o]. Hujus expeditionis hoc tantùm loco fit mentio [p]. ¶ *In omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad*, עַל כָּל פְּנֵי מִזְרָח לַגִּלְעָד] *Super omni facie orientis ad Gilhadem*, Pi. sim. Mo. vel, *terræ Gilad*, P. *montis Gilad*, V. i. e. Totam illam regionem orientalem occupaverunt quæ contigua erat regioni Gilead [q]. *In universa superficie orientalis plagæ Gilead*, M. Ti. &c. sim. Sy. Ar. Jun.

11. *E regione eorum*; ità P. ό. in Mar. לְנֶגְדָּם] *Juxta illos*, V. He. in Mar. ¶ *Usque Selcha*] Nomen urbis regni *Og*, Deut. 3. Jos. 12. & 13 [r].

12. *Joel in capite*] h. e. Joel fuit caput & Princeps Tribûs Gad. Qui sequuntur, secundas, tertias & quartas partes tenuerunt, erántque non filii, sed nepotes, *Gad*; ut patet Gen. 46. 16 †. ¶ *Saphan secundus*] Dignitate ab illo *Joel*. Recenset eos qui inter Gaditas primas obtinebant [t]. ¶ *Jannai autem & Saphat in Basan*] Sub. *manserunt*, scilicet ad tuendos proprios fines, fratribus foris bellum gerentibus [v].

† E. — r Ma. — v Pi. — x Mar. — y Pi. ex Jun. — z Pi. — a Mar. — b Pi. — c Mar. — d Jun. — † Pi. — f Pi. — g T. ex Mar. — h Ma. & Pi. ex Jun. — i Pi. — k Me. — l Ma. ex Jun. — m Me. — n Jun. Pi. — o G. Mar. Ma. — p G. Mar. — i Me. — q V. — r Mar. — † T. & La. Mar. — t V. — v Ma. ex Jun.

In Basan, nempe urbe metropoli, ut v. 16. regioni cognomine, habitabant [x]. *In Basan*, q. d. inter filios *Gad*, qui erant in Basanitide regione [y]. Principes erant in ea tribu, tum hi quatuor, tum septem qui proximè sequuntur. Quo tempore non constat: fortè transmigrationis tempore, aut Regum *Joatham* & *Jeroboami* secundi, de quibus v. 17 [z].

13. *Fratres eorum*] Non propriè *fratres*, sed q. d. ex eadem tribu: quod patet, quia in domos & cognationes distincti fuisse dicuntur [a]. *Fratres*, sub. *proximi dignitate*. Describit singularum familiarum Principes [b]. ¶ *Secundùm domos cognationum*] Heb. *secundùm domum patrum*, Pi. sim. P. Per familias seu cognationes suas [c]. ¶ *Septem*] Pro numero familiarum Gadis Num. 26. 15 [d].

14. *Hi filii Abihail*] Nimirum septem qui præcesserunt. Porrò, *Abihail* filius *Huri*, ac sic deinceps ascendendo ad octavam progeniem †. [Hunc versum JT. parenthesi includunt.]

15. *Fratres quoque filii Abdiel*, &c. ità ό. אֲחִי בֶּן וגו'] *Achi filius Abdiel*, Mo. Mar. Ma. &c. ¶ *Princeps domûs*, &c.] [Referunt ad *Achi*.] *Achi autem filius Habdielis*, &c. *erat primarius* (Heb. *caput*) *in domo patrum*, &c. Pi. *Achi*, &c. *primario*, &c. i. e. summum imperatorem agente in exercitu, de quo ver. 18 [f]. [Al. aliter;] Singul. Hebr. pro plur. *hi principes fuerunt*, &c. Ad verbum, *caput in domibus* [g]. Hi, nempe hactenus commemorati, ver. 13, 14, 15. Principes, &c [h].

16. *In Galaad & Basan*] At *Galaad* data est Manassi, Deuter. 3. 13. Scilic. pars illius, non tota. At certè tota *Basan* illi data, ibidem. Sed particula aliqua relicta est, quæ Gaditis daretur: aut cum tempore loca mutata sunt [i]. *Habitârunt* hi *in* regione *Galaad*, quæ fuit *in* regno *Basan* [k]. *Basan* dicitur & metropolis, (ut hoc loco,) & tota regio [l]. ¶ *In viculis ejus*] i. e. *Basanis*. Heb. *filiis ejus*. Cùm *metropolis* sit *Basan*, & aliæ urbes *matres*, par est ut viculi dicantur *filiæ* [m]. ¶ *In suburbanis Saron*] Agri pascuosissimi, de quo infrà 27. 29 [n]. Erat hæc *Saron* campestris regio Libano subjecta, indè à Basane in sorte Gadis: Ergò alia erat *Saron* inter montem *Thabor* & stagnum *Tiberiadis*, quam Euseb. & Hi. describunt [o]. ¶ *Usque ad terminos*, עַל־תּוֹצְאוֹתָם] *Usque ad* (vel *juxta*, Ti.) *exitus* (vel *fines*, Tig. nor.) *eorum*, P. V. Mar. *usque ad finem ejus*, Strig. Totam eam regionem tenuerunt [p]. *Quaquà patet*, &c. Ca. *& in extremitatibus eorum*, M. *secundùm fines suos*, JT.

17. *Omnes ii numerati sunt*, הִתְיַחְשׂוּ] *Genealogizati sunt*, Mo. *recensiti sunt*, Ti. P. nempe *per familias suas*, Ti. vel, *per genealogias*, M. *per genera distribuendo se*, &c. JT. Ità pendet oratio usque ad verba, *gesserunt bellum*, v. 19. Sed simpliciùs sic verto, *per familias recensuerunt se* [q]. *Propagârunt se*, Sy. *propagati sunt*, Ar. ¶ *In diebus Joatham*, &c.] Heb. *Jothami regis Jehudæ*, quum Proregem ageret, &c. 2 Reg. 15. 5 [r]. Hujus censûs non alibi meminit Scriptura †. ¶ *Et in diebus Jeroboam*] Vel Jeroboami primi [t]; de quo, quia celebrior est, sermo esse videtur, cùm nihil aliud additur [v]: vel Jeroboami secundi [x], qui eorum Rex erat, 2 Reg. 14. 23 [y]. Hic enim *Jothamo* coævus fuit, 2 Reg. 15. 5 [z]. Vix fieri potest ut iidem vixerint utriusque censûs tempore, sive *Jeroboam* hic primus fuerit, sive secundus: Quare *omnes hi*, &c. accipio, q. d. domus & cognationes eorum [a].

18. *Viri bellatores*, מִן בְּנֵי חַיִל] Fuerunt *de filiis robustis*, P. V. sim. ό. Hs, *ex fortissimis*, V. Fuerunt *viri fortes*, Ti. V. sim. M. vel, *gens belligerans*, ό. Sic verto, *Quod attinet ad filios Reubenis*, &c. qui erant *è strenuis*, Heb. *è filiis roboris*, Pi. Nam fortes creantur fortibus [b].

19. *Dimicaverunt contra Agaræos*, וַיַּעֲשׂוּ וגו'] *Fecerunt quoque*, P. V. sub. *qui sequuntur*. Hi fuerunt filii Israelis qui dederunt nomina istis populis [c]. *Fecerunt bellum cum Hagarenis*, Pi. ¶ *Ituræi verò, & Naphis, & Nodab*] Nempe, *præbuerunt eis* (scil. Agarenis) *auxilium*, ut sequitur in v. 20. Os. Hebr. *& Jetur, & Naphis, & Nodab*, Mo. Ma. P. Ti. *Dimicârunt*, scil. Reubenitæ, contra Ituræos, &c [d]. id est, contra Ismaelitas

x Me. ex Sà. — y V. — z Mar. — a Me. — b V. — c V. — d Ma. ex Jun. — † Mar. — f Jun. ità plerique in Ma. — g V. — h Q. in Mar. — i Mar. — k Os. — l V. — m V. — n Jun. — o Ma. — p Mar. — q Pi. — r Ma. ex Jun. — † Me. — t Me. ex To. — v Me. — x Jun. Ma. L. — y Ma. ex Jun. — z L. — a Me. — b Mar. — c V. — d Mar.

elitas alios in Arabia deserta, Syriæ finitimos. De *Jetur* & *Naphis* vide Gen. 25. 15. *Nodab* suspicor esse *Kedmah*, qui cum *Jetur* & *Naphis* recensetur Gen. 25. 15 †. Ituræa regio est ad radices montis Libani in longum porrecta, à Jordane versùs Occidentem [f]. *Contra Hagarenos, nimirum Jeturem*, &c. JT.

20. *Præbuerunt eis auxilium*, [וַיֵּעָזְרוּ] *Et adjuti sunt*, P. V. Ma. scil. *Israelitæ*, Ma. sub. *à Deo*; V. Ma. Pi. ¶ *Et exaudivit eos*; ità ό. M. Ti. *Audivit clamorem* (vel *preces*, Ar.) *eorum*, Sy. [וְנַעְתּוֹר לָהֶם] *Et exorabilem se præbuit eis*, P. V. sub. *Deus*. Alii, *& placatus est eis*. Sic accipitur in Niphal [g]. *Exoratus fuerat*, JT. Pi. ac proinde opem tulerat. Synecdoche membri [h]. ¶ *Eò quòd credidissent*] Eò quòd pio animo in Deo fiduciam posuissent [i].

21. *Camelorum quinquaginta millia*, &c.] Quod non mirum; scribit enim Diodorus Siculus, Bib. 12. Arabiam camelis abundare, quorum usus tum in bello, tum ad gerenda onera, tum ad cibum. Camelos in bellum produci docent Plin. 8. 18. & Veget. de Re militari l. 3 *. ¶ *Et animas hominum*] Ità ό. M. P. sim. Sy. Mo. vel *homines*, Ar. Pi. *homines viventes*, Ti. Hæc autem omnia ceperunt jure victoriæ, de quo Aristot. 1. Polit. 4 [k].

22. *Vulnerati*] Id est, interfecti [l]. ¶ *Fuit enim bellum Domini*; id est, ingens prælium, ut dicimus *montes* vel *cedros Dei*, &c [m]. [כִּי מֵהָאֱלֹהִים הַמִּלְחָמָה] *Quia à Deo bellum*, Ma. Deus fuit author hujus conflictûs [n]. *Nam à Deo ipso confectum est hoc prælium*, JT. Peculiari Dei auxilio gestum erat [o]. ¶ *Habitaverunt pro eis*; pro Hagaræis [p]: [תַּחְתֵּיהֶם] *Loco eorum*, JT. ¶ *Usque ad transmigrationem*] Vel *deportationem suam*, JT. nempe illam insignem captivitatem sub Rege Assyriorum [q]. Vide suprà v. 6 [r].

23. *A finibus Basan usque Baal, Hermon, & Sanir, & montem Hermon*] Sic M. P. Ti. Hi montes contigui sunt, & in longum porrecti †. Alii, *& Seniram, id est, montem Hermonem*, JT. Pi. Confirmatur ex Deut. 3. 9 [t]. De *Baal-Hermon* vide ad Jud. 3. 3 [v]. ¶ *Ingens quippe numerus erat*, [הֵמָּה רָבוּ] Ad verb. *ipsi multiplicati sunt*, V. quòd *multiplicati essent*, P. V. *multùm enim creverant*, M. sim. Ti. Jun. Pi. q. d. Præ magna multitudine occupaverunt omnia loca à Basan, &c [x]. Novit Deus pro ratione multitudinis hominum etiam possessiones sufficientes donare; modò ipsi fidamus, & in timore Dei officium nostrum faciamus [y]. *Ibique creverunt & multiplicati sunt*, Sy.

26. *Suscitavit — spiritum Phul*, &c. ità ό. M. P. Mo. V. [וַיָּעַר] *Excitavit*, Sy. Strig. Ca. Movit istum ut pararet expeditionem contra illos. Duo isti Reges [nempe *Phul* & *Thelgatphalnasar*] non vixerunt eodem tempore; propterea separavit eos [z]. ¶ *Et transtulit Ruben*, &c. ità ό. sim. Strig. [וַיַּגְלֵם לָראוּבֵנִי וגו'] *Et transtulit eos, Reubeniten*, &c. Mo. *& transtulit eos*, nempe *Reubenitas*, &c. M. Ti. sim. Pi. *ut deportaret ipsos Reubenitas*, JT. *qui captivum duxit tribum Reubenitarum*, Sy. sim. Ar. [Subintelligunt τὸ מַטֵּה, & ל faciunt notam genitivi.] ¶ *Adduxit eos in Lahela*] Heb. *in Hala*, G. Mar. ut 2 Reg. 18. 11. Mar. Vide quæ ad 2 Reg. 17. 6. diximus. ¶ *Et Hara*] Q. intelligunt Mediæ montana, quòd vox Syriaca eam interpretationem recipiat [a]. Mediam certè montosam regionem fuisse produnt. Forsan *Hara* est *Aria* regio, de qua Strabo l. 11. Plin. 6. 54 [b]. Apparet autem hîc eadem loca exsilii Hebræorum attribui facto Theglathphalasari quæ 2 Reg. 17. tribuuntur facto Salmanasari; credo, quòd ambo victos à se populos in eas transtulerint regiones quæ ab hominibus vacabant maximè [c].

Margin: † Ma. f Me. g V. h Pi. i G. sim. E. * Quist. k G. l V. m Me. n V. ex Pi. o Me. p Mar. q V. r Pi. † Me. ex Adrich. t Pi. v Ma. x V. y Os. z V. a G. b Ma. sim. G. c G.

CAP. VI.

1. Filii Levi] Post *Simeon* (cui ob locorum vicinitatem *Gad* & *Manasse* juncti sunt) ordine nativitatis sequitur Levi [a]. Deducitur hîc linea sacerdotum per stirpem *Sadoc*, non *Abiathar*: itaque non omnes qui hîc recensentur fuerunt summi Sacerdotes [b]. ¶ *Gerson*] Qui infrà v. 16. *Gersom*; quòd literæ ם & ן sunt inter se affines [c].

2. *Isaar*] Heb. *Jitzhar*; aliàs *Amminadab*, infrà v. 22 [d]. ut apparet etiam ex Exod. 6. 21 †. *Caath* hîc primo loco ponitur, quia ab hoc summi Sacerdotes [f].

4. *Eleazar genuit Phinees*, &c.] Hæc est series Pontificum. ¶ *Abisue*] Cujus alibi nulla mentio: ut etiam reliqui Pontifices obscuri ferè sunt [g].

5. *Bocci genuit Ozi*] Post *Bocci* (vel, ut alii, post *Ozi* [h],) Heli fuit Pontifex, è posteris Ithamar, cùm priores fuissent ex Eleazar: Heli successerunt quatuor ejus posteri usque ad Abiathar, de quo 1 Reg. 2. 20 [i]. Tunc autem Pontificatus in *Sadoc* redditus est posteris *Eleazari*, penès quos mansit usque ad capt. Bab. Itaque quatuor isti, nempe à *Zaraia* ad *Sadoc* v. 8. non erant summi Pontifices; cæteri usque ad *Josedec* omnes fuerunt [k].

8. *Achitob genuit Sadoc*] De hoc versu vide 2 Sam. 8. 17. & 15. 27 [l].

9. *Johanan*] Heb. *Jochanan*, Ma. *qui* & *Jehoiada*, 2 Reg. 11. 4 [m].

10. *Ipse est qui sacerdotio functus est*, &c. ità Mo. V. P. ό. M. Ti. [הוּא אֲשֶׁר כִּהֵן] *Iste ministravit*, Sy. Ar. *egit sacerdotem*, JT. egregiè scilicet; nam muneri suo præclarè satisfecit [n]. Strenuè functus est officio, nempe *Azarias*, quia restitit Regi Usiæ volenti offerre incensum [o], 2 Chron. 26. 17, &c. Mallem tamen ad *Jochananem* sive *Jehoiadam* referre, qui, rebus deploratis, cultum Dei & rempub. restituit [p]. Dubium est ad quem hoc referendum sit, nam uterque strenuè se gessit; id quod hîc laudatur [q].

12. *Sellum*] *Schallumum*, qui & *Meschullam*, infrà c. 9. v. 11 [r].

13. *Helciam*] De quo vide 2 Reg. 22. 4 †.

14. *Saraiam*] Heb. *Seraiah*, Ma. Qui occisus fuit à Babyloniis, 2 Reg. 25. 21 [t].

15. *Josedec*] Cujus filius erat *Josue*, sive *Jesus*, qui cum Zorobabele Templum instauravit, Ezræ 5. 2 [v]. ¶ *Quando transtulit*] Sub. *in Babylonem*. Transmigratio Israelis gradatim facta est, decem annis, & à quatuor Regibus Assyriæ [x].

16. *Filii Levi*, &c.] Repetit initium capitis, ut reliquos Levitas recenseat præter sacerdotes, &c [y]. Pars familiæ *Caath* erant tantùm Levitæ [z]. A principio recensuit tantùm genealogiam *Caath* [a].

19. *Hæ autem cognationes*] Heb. *familiæ*, Mar. Ma. ¶ *Levi*] Id est, *Levitarum*, V. JT. Pi. &c. Meton. efficientis [b]. Nomen est gentile, non proprium [c], ut pronomen relativum sequens indicat [d]. ¶ *Secundùm familias eorum*] Heb. *secundùm patres ipsorum*, Pi. *per majores suos*, JT. *per patres suos*, Ma.

20. *Gerson, Lobni filius ejus*; id est, Gersomi †: [לְגֵרְשׁוֹם] *Ipsi Gersom*, &c. P. vel *Gerschomo*, *Libni filius ejus*, JT. H[s], pro, *Gersonis filius fuit Libni* [f]. Verto, *Ad Gerschomum quod attinet, Libni erat filius ejus*, Pi. Q. volunt ל redundare, aut significare substantiam rei, i. e. *Ipse Gersom*, sub. *fuit filius ejus*, nempe Levi; postea sequatur, *Lobni filius ejus*, nempe Gersom [g]. Paucos è Gerson posteris numerat, quòd nullus deinde ex hac posteritate insignis esset [h]. ¶ *Jahath filius ejus*] Scil. *Lobni*. Sic reliqua intellige in hac genealogia [i].

21. *Joah*] Qui *Ethan* infrà 42. ¶ *Addo*] Heb. *Hiddo*, JT. Pi. qui & *Hadaia* infrà 41. ¶ *Jethrai*] Heb. *Jeatherai*, aliàs *Ethni*, infrà 41 [k].

22. *Filii Caath*] In his longiùs procedit, quòd in Samuele & filiis desinere volebat [l]. ¶ *Aminadab*] Qui *Isaar* vers. 2 [m]. Fortè fuit nepos, non filius [n]. ¶ *Asir*] Confer Exod. 6. 23 [o].

23. *Elkana filius ejus*] Potiùs *filius ejusdem*, JT. Pi. scil. *Korachi*, Pi. Ma. ut patet infrà v. 25, 35, 37 [p]. & ex Exod. 6. 23, 24. ubi *Elkanah* & *Assir* & *Abiasaph* dicuntur filii Korachi [q].

26. *Et Elcana: filii Elcana*, &c.] Ità P. M. Heb. *Elcana filius ejus*: Os. id est, vel *Assir* [r], vel *Achimoth* †, vel *Hamasai* *. ¶ *Filii Elcana: Sophai filius ejus*] Hîc *Elcana* est antecedens pro relativo; ut legas, *filii ejus fuerunt qui sequuntur* [t]. [Al. aliter,] Hic *Elcana* filius

Margin: a Mar. b Os. c V. d Jun. Pi. Mo. † Ma. f Ità Mar. Me. g Me. h Ità T. ex L. La. i Mar. sim. T. ex La. k T. sim. Mar. ad v. 8. l Ma. m Pi. n T. Me. o V. Pi. Mar. L. E. Me. T. p Ma. ex Jun. q Pi. r Pi. & Ma. ex Jun. † Pi. ex Jun. t Mar. L. T. v La. Mar. x V. y Ma. ex Jun. z Mar. a V. b Pi. c V. d Pi. † Me. f V. g V. h Mar. i Os. k Pi. & Ma. ex Jun. l Mar. m Q. in Mar. n Mar. o Pi. p Pi. q Ma. r V. † Os. * JT. t V.

filius fuit prioris, & distinctionis causâ vocabatur Zophai. Prior Elcana dicitur Machath filius Hamasai, infrà v. 35. filius hujus erat alter Elcana, & hujus filius Tzophai, qui & Tzuph infrà 35 [x]. ¶ Nachath] Qui & Thoach infrà v. 34 [y].

27. *Eliab*] Qui & *Eliel* infrà 34 [z]. ¶ *Elcana*] Quartus ejus nominis, parens Samuelis. Cùm enim mox additur, *filii Samuel*, &c. nullo Samuelis patre designato, intelligitur filium fuisse proximè nominati, scil. Elcanæ; quod & constat ex 1 Sam. 1 [a]. Subaudiendum, *filius autem ejus fuit Samuel*, ut postea sequatur, *Porrò filii Samuelis* [b].

28. *Filii Samuel; primogenitus Vasseni*, [הַבְּכוֹר וַשְׁנִי] *Primogenitus Vasni*, M. P. Ti. Mo. Mirum nomen apud Hebræos *Vasseni* [c]. Dices, primogenitum Samuelis vocatum *Joel* 1 Sam. 8. 2. Resp. 1. Fuit ergò binomius: illic & infrà v. 33. *Joel* vocatur; hîc autem *Vasni* [d]. 2. [Alii aliter vertunt;] *Primogenitus Joel, secundus Abia*, Ar. Sim. Sy. Fortè incuriâ librarii excidit nomen *Joel* †. Credibile est scriptum fuisse וְשֵׁנִי אֲבִיָּה, ut sensus sit, *Filii Samuel fuêre, primogenitus ejus*, (nempe *Joel*, qui, quòd minùs clarus fuit, hîc reticetur,) *& secundus Abia* [f]. [Al. aliter versum reddunt:] *Filii* (sub. *hujus Elcana fuêre*) *Samuel primogenitus, Vasseni* (rectiùs *& Seni*, q. d. secundus,) *& Abia*: Post Samuelem enim Hanna plures genuit filios, 1 Sam. c. 2 [g]. [Si dicas *Abia* esse nomen filii Samuelis, 1 Sam. 8. 2. facile erit reponere, nihil mirum idem fuisse nomen & fratris & filii Samuelis.]

29. *Lobni*] Alius ab illo filio Gerson [h].

31. *Constituit David super cantores domûs Domini*, [עַל־יְדֵי שִׁיר וגו'] *Super manus cantici domûs Domini*, Mo. Mar. q. d. super canticum, Mar. *super cantica*, &c. Ti. sim. Os. Glass. Nomen יָד in Hebræo pro quovis instrumento usurpatur, quandoque etiam redundat, ut hoc loco. Sic 2 Chronic. 29. 27. *per manus instrumentorum Davidis*, h. e. super instrumenta Davidis. Ezræ 3. 10. ellipsis est posterioris vocis כְּלֵי in eadem phrasi [i]. *In manus cantantium*, ο'. in Mar. i. e. ad canendum, He. in Mar. Quos præfecit cantoribus [k]. Tanquam κορυφαίυς χόρυ, (*præsides chori*,) ut loquitur scriptor de Mundo [l]. Hi curabant ut Psalmi cantarentur in Tabernaculo, &c [m]. *Constituit coram canentibus*, Ar. *ad ministerium musicum*, JT. Heb. *ad manus cantûs*, sive *cantionis*, Pi. vel, *manibus musicæ*, i. e. musicis: Synecdoche, ut 2 Chron. 29. 27 [n]. *In locis cantici*, P. *In rationibus*, vel *officiis, cantici*, i. e. cantorum, V. ¶ *Ex quo collocata est arca*, [מִמְּנוֹחַ הָאָרוֹן] *A requie arcæ*, P. Mo. *in loco ubi posita est arca*, Sy. sim. Ar. *in requietione arcæ*, ο'. *in qua* [scil. *domo Domini*] *arca quiescit*, Strig. *ex quo quievit arca*, JT. sim. M. Ti. Delata scilicet in domum Davidis [o]; in Tabernaculum quod David illi fecerat [p]. Nam antea ex alio loco in alium fuerat translata [q].

32. *Canentes*] Heb. *in cantico*, P. i. e. in canticis illis Divinis [r]. ¶ *Stabant*] *Perstiterunt*, JT. Malim, *steterunt*, Pi. V. ut vers. seq. Pi. sub. *tempore templi*, V. ¶ *Juxta ordinem suum*, [כְּמִשְׁפָּטָם] *In judicio suo*, id est, secundùm rationem eis præscriptam †, à Davide [t]. *Juxta morem suum*, P. V. id est, pro ratione dignitatis suæ, &c. q. d. Manserunt in eo ordine & statu quem nacti erant tempore Tabernaculi [v].

33. *Hi verò sunt qui assistebant*; sim. M. Ti. ο'. scil. prædictis cantoribus [x]; [אֵלֶּה הָעֹמְדִים] *Et isti stantes*, Mo. vel, *qui steterunt*, P. *qui perstiterunt*, JT. ¶ *De filiis Caath*] Heb. *Caathitæ*, Ma. Pi. id est, de Kehathitarum posteris, Pi. JT. ¶ *Heman cantor*] Ità Mo. P. Ti. M. Rectiùs, *componista canticorum*: Hic enim aliquot Psalmos & Hymnos composuit, 1 Reg. 4 [y]. ¶ [הַמְשׁוֹרֵר] *Cantor psalmorum*, ο'. *musicus*, JT. *magister cantorum*, Pi. ¶ *Filius Johel, filii Samuel, &c.*] Non turbet te quòd sequentia nomina cum superiori genealogia Samuelis non per omnia videantur concordare; multi enim apud Judæos binomines erant, & interdum quædam personæ minùs claræ omittuntur [z].

37. *Filii Core*] Iste non fuit filius, sed nepos [a].

39. *Frater ejus Asaph*] *Frater* dicitur, vel quia particeps erat ejusdem officii [b]; vel quia cognatus [c], ex eadem tribu [d], ex eodem avo, nempe Levi †. *Frater ejus*, scil. *Hemanis*, cujus facta est mentio v. 33. & cujus hucusque posteri enumerati sunt [f]. ¶ *Qui stabat à dextris ejus*] Tres erant principes cantorum ex tribus familiis *Levi*; scilicet, *Heman* ex *Caath*, *Asaph* ex *Gersom*, *Ethan* ex *Merari*. Ex qualibet harum familiarum erant multi cantores per vices & choros distributi. Chori tres erant. Chorus autem medius erat filiorum *Heman*, dexter filiorum *Asaph*, sinister filiorum *Ethan* [g]. Porrò, viros insignes fuisse hos tres cantores oportet, quorum genus describit usque ad Levi [h].

44. *Fratres*] i. e. Cognati [i]. ¶ *Eorum*] Nempe, cantorum supradictorum [k]. ¶ *Ad sinistram*] Vide ad v. 39 [l]. ¶ *Ethan*] Qui & *Jeduthun* infrà 9. 16. & passim, ut in titulis Psalmorum [m].

48. *Fratres*] i. e. Cognati [n]. h. e. Reliqui eorum fratres ministrabant in aliis Templi ministeriis, quæ Levitarum erant; hi verò suprà memorati erant cantores [o]. ¶ *Eorum*] i. e. Cantorum [p]. ¶ *Ordinati sunt*] Heb. *dati*, Ma. *instituti*, JT. *deputati*, V. ¶ *Ministerium*] Heb. *servitutem*, vel *laborem* [q].

49. *Aaron verò*, &c.] Hi excellentiori fungebantur ministerio [r]. ¶ *Adolebant incensum*, &c.] Ità M. Ti. Belg. q. d. Aaron & filii ejus functi sunt ministerio sacerdotum †. ¶ [מַקְטִירִים] *Adolebant*, JT. V. P. Ca. *Incensum* hîc non sign. thymiama, (hoc enim non in altari *holocausti*, sed *thymiamatis*, adolebatur,) sed victimas, &c [t]. ¶ *In omne opus Sancti sanctorum*] i. e. Partis sanctissimæ, nempe intimæ, ubi sita erat Arca [v]. *Sanctum sanctorum* aliquando accipitur pro adyto, aliquando pro partibus Templi in quibus versabantur sacerdotes [x].

50. *Hi filii Aaron*] Lineam Pontificiam hîc repetit nihilo mutatam à superiori v. 3. nisi quòd priùs eam deduxit ad captivitatem, nunc tantùm ad tempora Salomonis [y].

54. *Hæc habitacula eorum*, &c.] Conferenda hæc quæ sequuntur cum Jos. 21 [z]. ¶ *Per vicos*, [לְטִירוֹתָם] *Per palatia eorum*, P. Hæc vox sign. domos insignes, & lapide polito ædificatas [a]. ¶ *Atque confinia*] Heb. *in termino eorum*, P. Ma. In finibus suis, vel in regione eorum; nam regio quælibet certis limitibus & finibus est distincta [b].

55. *Dederunt*] Nempe, filii Israelis, Jos. 21. 3 [c].

57. *Dederunt civitates*, &c. [נָתְנוּ אֶת־עָרֵי יְהוּדָה הַמִּקְלָט וגו'] [Variè reddunt.] *Dederunt civitates refugii, Hebron* viz. *& Libnah*, M. Ti. [Prætereunt vocem יְהוּדָה intactam, quomodo & Vulgatus interpres.] *Dederunt urbes Jehuda retractûs, Hebron*, &c. Mo. vel, *ex urbibus Jehudah, urbes evasionis, Hebron & Libna*, P. V. At sola *Hebron* in tribu *Juda* erat civitas refugii, Jos. 20. 8. *Lobna* non erat civitas refugii [d]. [Alii ergò aliter vertunt:] *Dederunt civitates Jehudæ, civitatem receptûs Chebronem, præterea Libnam*, JT. *Hebronem liberam civitatem refugii, & Libna*, Belg. *civitates Jehudæ*, nempe *Hebron civitatem refugii*, &c. Angl. *Hebronem inter civitates refugii; postea Libna*, Gal.

58. *Helon*, [חִילֵן] *Hilen*: quæ *Cholon* Jos. 15. 51. & 21. 15 [*]. propter affinitatem *Hirek* & *Holem* [f].

59. *Asan*] Hebr. *Chasan*, Ma. quæ *Haim* Jos. 15. 32. & 21. 16 [g].

60. *Almath*] Heb. *Halemeth*; quæ *Halmon* Jos. 21. 18 [h]. ¶ *Civitates tredecim*] At hîc sunt tantùm undecim [i]. Omittuntur hîc duæ quæ scribuntur in Jos. 21. 13, &c [k]. nempe *Jutta* & *Gibbon*, de quibus Jos. cap. 16. & 18. 25 [l].

61. *Filiis autem Caath residuis de cognatione sua*] Vel, *de cognatione* (sive *familia*, P. Mo. Ti.) *tribûs*, V. M. ο'. in Nobil. sub. *Levi*, V. i. e. Qui non erant de semine Aaronis, & tamen de *Caath* descenderunt [m]. *Residuis*, i. e. qui non erant sacerdotes. Vide Jos. 21. 5 [n]. [Al. aliter:] *Item filiis Kehathi reliquis à familia unius tribûs*, &c. JT. scilicet *Ephraimi*, infrà v. 66. & *Danis*, Jos. 21. 23 [o]. Hæc enim ibi explicantur quæ hîc omittuntur [p]. Multa in hoc versu subaudienda sunt, alioqui locus hic erit valde obscurus [q].

¶ *Dederunt*

x Ma. ex Jun. JT. · z Ma. ex Jun. · a T. · b V. sim. JT. · c G. · d La. ex V. Mar. sim. Belg. Jun. Mu. · † T. · f G. · g Of. · h Of. · i Glass. gram. p. 149. · k V. · l 16 · m Of. · n Jun. · o Pi. & Ma. ex Jun. · p V. Of. · q Mar. · r Jun. Pi. · s V. · † Pi. · t Mar. · v V. · x Of. · y Of. · z Of. · a V.

b Te. in Me. · c V. Mar. JT. Pi. Me. · d Mar. · † V. · f Pi. · g T. · h Mar. · i V. JT. Pi. · k V. · l T. · m Ma. ex Jun. · n Jun. Pi. · o Me. · p V. · q Pi. · r Me. · † V. · t Me. · v Pi. · x V. · y Mar. · z Ma. · a V. · b V. · c Pi. · d Mar. sim. Ma. · * Ma. ex Jun. sim. V. · f V. · g Ma. ex Jun. · h Jun. Ma. V. · i Ma. · k V. · l Jun. Ma. · m Of. · n Ma. · o Jun. Pi. Ma. · p Ma. · q V.

¶ *Dederunt ex dimidia tribu*, &c. מִמַּחֲצִית׃ מַטֵּה חֲצִי [מְנַשֶּׁה וגו׳] *De dimidia tribu dimidii* (vel *dimidiæ partis*, Ti.) *Manasseh*, Mo. Ti. M. *à dimidia tribu, dimidio Manassis*, JT. *De dimidia tribu*, id est, *de media* parte *Manasse*: ut intelligamus idem esse חֲצִי & מַחֲצִית, ideo ponit utrumque. Confer hæc omnia cum Jos. 20. & 21 [r]. ¶ *Urbes decem*] Non est sensus, decem urbes datas ex dimid. Manas. nam Jos. 21. 25. constat tantùm duas fuisse; sed, 10 fuisse urbes datas Caathitis, quarum duæ fuerunt ex tribu Dan. [Pro *Dan* legendum videtur *Manassis*.] Vide Jos. 21. 20, &c *.

62. *Filiis Gerson*] Sub. *dederunt urbes*. Plena est locutio v. 64 [t].

65. *Dederúntque*, &c.] Nempe sacerdotibus, ut suprà 54,—60. Jos. 21. 13,—19 [v]. Verto, *quum sacerdotibus dedissent sorte*, &c. JT. ¶ *Urbes has, quas vocaverunt nominibus suis*, [אֲשֶׁר יִקְרְאוּ אֶתְהֶם בְּשֵׁמוֹת] *Quas nominibus vocaverunt*, M. P. Ti. i. e. Quibus nomina indidêre [x]: vel, *quas vocârunt nominibus* quibus appellavimus illas superioribus versibus [y]: vel, quibus nomina mutârunt, in signum dominii [z]: vel, quas nominibus ipsorum vocârunt, ut scilicet dicerentur civitates *Levitarum*, vel *Caathitarum, Gersonitarum*, &c [a]. *Quas nuncupabant nomine Kahathitarum*, Ar. Sy. *quæ lecturi sunt nominatim* lectores, JT.

66. *Et his*, &c.] Heb. *Et de familiis filiorum Kehath*, Ma. Et iis qui erant *de familiis*, vel *cognationibus*, *Cahath*, P. V. nempe, *dederunt urbes*, ex v. 67. Istud enim sequenti versui conjungitur, & reliquum hujus versûs parenthesi includendum, (*fuerunt autem*, &c [b].) ¶ *Fuerunt civitates in terminis eorum*] Heb. *termini sui*, ο'. *Terminorum suorum*, i. e. possessionis suæ, scil. filiorum *Caath*, fuerunt hæ civitates [c]. *Civitates termini eorum*, i. e. pertinentes ad terminum seu regionem eorum [d]. *Fuerúntque* illis assignatæ *civitates in*, seu *cum, terminis eorum*, id est, cum tribus millibus cubitorum circa unamquamque illarum urbium. ¶ *De tribu Ephraim*] Nempe, dandæ erant eæ civitates *.

67. *Dederunt ergò*] Dederunt, inquam, JT. *Dederunt autem*, scil. Ephraimitæ. ¶ *Urbes ad confugiendum*] E civitatibus receptûs, JT. Heb. *civitates receptûs*. Vide suprà 57 [f].

68. *Jecmaam*] Heb. *Jokmeham*, ut 1 Reg. 4. 12 [g]. quæ & *Kabizajima*, Jos. 21. 22 [h]. Eadem quæ *Joknebam* per *Nun* Jos. 12. 22 [i]. Verùm illa erat Tribûs *Zebulunis*, data *Meraritis*, Jos. 21. 34. hæc Tribûs *Ephraim*, data *Kehathitis*, ut hîc dicitur [k].

69. *Helon*] *Aialon*, ex tribu Danis; ex qua omittuntur hîc duo alia civitatum nomina, nempe *Eltheke* & *Ghibethon*, datarum Keathitis, quæ exprimuntur Jos. c. 21. v. 23 [l].

70. *Aner*] Quæ & *Tahanac* Jos. 21. 25. ¶ *Balaam*] *Bilhamum*, quæ Gath-rimmon ib. & *Jiblebam* Jos. 17. 11 [m]. ¶ *His videlicet qui de cognatione —Caath*, &c.] i. e. Qui non Aaronidæ, ac proinde sacerdotes, erant, sed meri Levitæ, Jos. 21. 20—26 [n]. ¶ [לְמִשְׁפַּחַת] *Ipsi familiæ*, P. sub. *dederunt*, V. Pi. ex vers. 67. Pi. Alii, eodem sensu, *pro familia filiorum Cabath* [o].

71. *Gaulon*] Ità Jos. 21. 27. Heb. *Golan*. ¶ *Astharoth*] Quæ & *Beheschtera* ibid [p].

72. *Cedes*] Quæ & *Kischjon* Jos. 21. 28 [q]. Diversa hæc *Kedes Issachariana* ab illa *Napthalitica* infrà ver. 76 [r].

73. *Ramoth*] Quæ & *Jarmuth* Jos. 21. 29. ¶ *Anem*] Heb. *Ghanem*; quæ per crasin *Ghen-Ghanim* Jos. 21. 29 *.

74. *Masal*] Quæ & *Mischeal* Jos. 21. 30 [t].

75. *Hukak*] Hebr. *Chukok*; quæ *Chelkath* Jos. cap. 21. ver. 31 [v].

76. *Hamon*] Heb. *Chammon*; quæ *Chamoth-Dor* Jos. 21. 32. ¶ *Cariathaim*] Heb. *Kiriathaim*; quæ *Karthan* [x]. Diversa hæc *Kiriathaim Napthalitica* ab illa *Reubenica* Jos. 13. 19. & Num. 32. 37 [y].

77. *De tribu Zebulon*] Hæc dedit illis 4 urbes, quarum 2 hîc omittuntur, quæ Jos. 21. 34, 35. exprimuntur. ¶ *Remmono*] Quæ *Dimna* Jos. 21. 35 [z]. ¶ *Thabor*] Quæ & *Nahalal* Jos. 21. 35 [a]. At JT. in Jos. 19. 12. existimant hanc *Thabor* esse illam quæ ibi

r V. — * Me. — t V. — v G. sim. Ma. — x V. — y V. sim. Mar. — z To. in Me. — a Me. — b V. — c Mar. — d Pi. — * Os. — f Pi. — g Ma. — h Jun. Ma. — i Q. in Ma. — k Ma. — l Ma. ex Jun. — m Ma. ex Jun. — n G. — o V. — p Jun. Ma. — q Jun. Ma. — r Ma. — * Ma. ex Jun. — t Jun. Ma. — v Jun. Ma. — x Ma. ex Jun. — y Ma. — z Ma. ex Jun. — a Jun.

dicitur *Chisloth Thabor*, & quæ Jos. 21. 34. appellatur *Karthah* [b].

78. *Trans Jordanem ex adverso Jericho*] Heb. *trans Jarden Jericho*, P. V. Jordanis dicitur *Jericho*, quia fluit circùm Jericho [c]. Nota hîc Levitas per omnes Tribus sparsos fuisse: partim, ut impleretur vaticinium Gen. 49; partim, ut ubivis essent qui populum docerent [d].

b Ma. — c V. — d Os.

CAP. VII.

1. Filii *Issachar*] Confer Gen. 46. 13. & Num. 26. 23 [a]. Heb. *filiis Issachar*, sub. *est hæc recensio*, Ma. ¶ *Et Phua*] Qui *Puvah* Gen. 46. 13 [b]. ¶ *Jasub*] Aliter *Jasib*; nam variat Hebraica lectio [c]. Vocatur *Job* Gen. c. 46. v. 13 [d]. At *Jasub* nominatur & Num. 26. 24. unde conjectura omissum per incuriam ש Gen. 46. 13 *.

2. *Principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola---numerati sunt*, &c. [רָאשִׁים לְבֵית אֲבוֹתָם לְתוֹלָע] *Capita* (vel *principes*, sive *primores*, ο'. Sy. Ar. V.) *per domum* (i. e. domos, Mar.) *patrum suorum*, P. Mo. ο'. V. *Ipsi Tholah*, &c. ο'. Mo. vel, *De stirpe Tholah*, ο'. in Nobil. *A Tholah*, M. Strig. *Ipsius, inquam, Tholah*, P. Ti. vel, Nempe *ex Tholah*, Belg. Ang. vel, *Per familiam Thola*, i. e. principes familiæ suæ, hoc est, familiæ Thola. Repeti debet בֵּית, *per familiam*, vel *familiæ* [f]. *Primores paternæ familiæ suæ Tholahitidis*, JT. τὸ *Tholah* patronymicè capiunt. Sic Num. 26. 23 [g]. Heb. *Domus patrum ipsorum ex Tholaho*, Pi. ¶ *Numerati sunt in diebus David*] Cùm David numeravit populum, 2 Sam. 24. 1 [h]. Hebr. *Numerus eorum*, sub. *erat*, Pi.

3. *Filii Ozi*] Pro, *filius*. Sic aliquoties plurale pro singulari [i]. Non alium numerat præter *Izraim*, quòd ejus, velut eximii, prosapiam pertexere voluit †. ¶ *Quinque*] Nempe, comprehenso patre [k], scil. *Izrabiâ* [l]. ¶ *Omnes principes*] Viri clarissimi [m].

4. *Cumque eis*] Heb. *Et super eos*, Ma. Erántque *cum illis*, P. sim. JT. Pi. ¶ *Per familias*, &c.] Heb. *secundùm domum patrum eorum*, Pi. sim. P. ¶ *Accincti ad prælium*, [גְּדוּדֵי צְבָא מִלְחָמָה] *Exercitus militiæ prælii*, P. *turmæ militares aptæ ad prælium*; q. d. generosi ac fortes [n]. ¶ *Multas habuerunt uxores*] Causa πολυγαμίας illo tempore, spes multæ sanctæque sobolis, corruptis gentibus aliis. Confer quod cap. 8. v. 40 [o].

5. *Fratres*] Cognati ex eadem tribu [p]. ¶ *Octoginta septem millia numerati sunt*, [הִתְיַחְשָׂם לַכֹּל] Ad verb. *censeri*, vel *recensere*, *eorum per omnes*, Jun. Pi. vel, *genealogizando eos per omnes*, Mo. vel, *genealogizatio* (vel *genealogia*, ο'. in Mar.) *eorum omnium*, Mar. ut Lamed sit nota genitivi: aut si sumatur ut nota dativi, erit sensus, 87 millia ad omnem eorum genealogiam [q]. *Recensiti per totum*, sive *in universum*, M. Ti. *recensiti per seriem* (vel, *quando recensiti fuerunt per seriem*; V.) *generationis eorum per omnes*, i. e. per totam cognationem suam [r]. *Censu omnium ipsorum*, JT. *eorum omnibus per genealogiam recensitis*, Belg.

6. *Filii Benjamin——tres*] Nimirum, unde deducti sunt ii Principes quos hîc designare volebat *. Tres hi fuêre illustriores [t]. Alioquin decem illius filii Gen. 46. 21. numerantur [v]; & quinque ejus filii Num. 26. 38. & cap. seq. v. 1 [x]. ubi quæ hîc desunt supplentur. Fortè tantùm quinque recenset Num. 26. quòd ex iis solis familiæ propagatæ sunt [y]. ¶ *Jadihel*] Heb. *Jedihael*; qui *Aschbel* Gen. 46 [z].

7. *Filii Bela——quinque principes familiarum*] Non hoc accipiendum de præcipuis familiis, sed de minùs principalibus, quæ fortè aliis aggregabantur, licèt ab aliis ordine generationis non descenderent. Nam ex collat. c. seq. v. 1. & Num. 26. 38, 39. colligo familias præcipuas Tribûs Benjamin fuisse septem, quarum quinque nomen acceperunt à quinque filiis Benjamin, duæ verò à duobus ejusdem nepotibus, filiis *Bela* [a].

11. *Ad prælium procedentes*] Heb. *egredientes in*, vel ad

a Pi. — b V. — c Ma. — d V. — * G. — f V. — g Ma. — h V. sim. Jun. Pi. G. Ma. &c. — i Mar. — † La. Me. — k V. sim. Mar. — l Mar. — m V. — n V. — o G. — p Mar. sim. Pi. — q Mar. — r V. — * Mar. — t La. — v Me. — x T. Me. — y Me. — z Ma. ex Jun. — a Me.

ad, militiam ad, vel *in, prælium*, sive *bellum*, P. Pi. Hebraismus: *militari ordine procedentes in prælium*; i. e. periti artis militaris, accincti ad prælium [b].

12. *Sepham & Hapham filii Hir*, בְּנֵי עִיר] Hic *Ir* dicitur *Iri*, erátque filius *Bela*, suprà v. 7 [c]. Itaque hi duo non erant filii Benjamin, sed nepotes aut posteri [d]. Porrò, qui hîc *Suppim*, dicitur & *Muppim* Gen. 46. 21 [*]. & *Sephuphan* infrà c. 8. v. 5. & *Sephupham* Num. 26. 39 [f]. ¶ *Et Hasim filii Aher*, חֻשִׁם בְּנֵי אַחֵר] *Chusim filii Acher*, Ma. & P. Ità vertunt plures, V. Plurale *filii* pro sing. ut Gen. 46. 23 [g]. Alii τὸ אַחֵר appellativè sumunt [h]. *Husim fuit filius alius*, sub. *à filiis Benjamin*, quia fuit ex nepotibus *Dan*. Confer Gen. 46. 23 [i]. Sed quare hîc recensetur inter filios Benjamin non constat [k]. [Fortè quia illis aut necessitudine aut expeditionibus conjunctissimus fuit; ut de *Jair* antè annotatum.] Annectitur iis, quia unus tantùm fuit. Sic Num. 26. 42 [l]. *Filius alter*, Ma. seu *alterius*, Ma. Mar. q. d. nè similitudo te decipiat; nam videbatur id nomen cum duobus superioribus consentire [m]. [Alii versum aliter reddunt.] *Præter Schuppæos* (Heb. *& Schuppæi*, Pi.) *& Chuppæos cives urbis, & Chuschæos natos in* agro *extero*, JT. id est, exceptis horum familiis, quos non recensuit Joab, (utpote in quos ex opportunitate itineris non incidit;) nimirum eos qui Jeruschalaimis habitabant, & foris natos in agro extero, i. e. in Moabitarum agro, & commorantes, de quibus infrà cap. 8. v. 8 [n].

13. *Et Sellum*] *Sallum*, P. qui *Sillem* Genes. 46. 24 [o]. ¶ *Filii Bala*] Subaudiendum nonnihil, sic, *Isti sunt filii Bilha*: non isti qui præcesserunt, sed *Dan* & *Napthali*, ut habetur Gen. 46. 23, 24, 25 [p]. Verto, Hi erant *filii Bilhæ*, i. e. nepotes; nam filius *Bilhæ* erat *Napthali*, pater illorum, Gen. 30. 7, 8 [q]. Alii, cum *natis Bilhæ*, i. e. cum Danitis, qui eandem habuerunt matrem *Bilham*. Consultò autem hîc reticetur *Dan*, quia unum duntaxat habuit familiæ suæ Principem, *Chuschimum*, Gen. 46. 23 [r].

14. *Filius*] Heb. *filii*, Mar. ex οʹ. plur. pro sing. Aut subaudienda præpositio, *Ex filiis*, &c [*]. *Filii*, id est, posteri; nam *Asriel* pronepos fuit, ex *Ghilbade* filio *Machiris*, filii *Menassis*, Num. 26. 29, &c. & *Tzelophcad* abnepos, ex *Chephero* filio *Ghilbadis*, Num. 27. 1 [t]. ¶ *Filius Manasse, Esriel*] Ità omnes. [At JT. *Filii Menaschis*, Gilhad, *Asriel*, &c.] Sed puto hoc supplementum omittendum: nam ex v. seq. apparet, scriptori propositum hîc fuisse duos tantùm filios Manassis commemorare, *Asrielem* sc. & *Tzelophcadum* [v]. ¶ אֲשֶׁר יָלְדָה] *Quem peperit*, subaudi, *uxor ejus*; vel, *ea quæ peperit*, nempe mater [x]. ¶ *Concubina ejus*] Nempe Manassis [y]. ¶ *Syra*; natione [z]: *Syra illa*, V. הָאֲרַמִּיָּה] *Aramaha*, V. *Aramia*, Os. *Haramijah*, quæ *celsitatem Dei* significat, nomen proprium esse volunt [a]. ¶ *Patrem Galaad*] i. e. Filii sic dicti, ut patet ex v. 17. & Num. 26. 29 [b]. Vel, Principem regionis Gilad [c].

15. *Machir accepit uxores filiis suis Happhim & Sapham*, לָקַח אִשָּׁה לְחֻפִּים וּלְשֻׁפִּים] *Accepit* sibi *uxorem Huppim & Suppim*, P. Quidam putârunt hæc duo esse nomina unius: quod si ità esset, non addidisset ל [d]. Ideo vertendum, *accepit* sibi *in uxorem* sororem *Huppim & Suppim* [*]; qui habebant idem nomen cum nomine sororis propriæ [f]. *Accepit uxorem ipsi Huppim & Suppim*, Mo. vel, *& ipsi Suppim*, Ti. vel, *pro Huppim & Suppim*, M. *Uxores dedit Hupphimo & Supphimo*, Ca. Strig. *Accepit uxorem* de patre *Huppim & Suppim*: ità habet Gallica versio. Qu. Quomodo hi filii *Machiris Manassitæ*, qui v. 12. inter filios *Benjaminis* censentur? Resp. Dicunt, vel hos esse alios; vel accensos in familiam *Machiris*, ut *Jairem*, Numer. 32. 41 [g]. ¶ *Et habuit sororem nomine Maacha*] Heb. *Et nomen sororis ejus Mahachah*, Ma. Mar. sim. Ar. Sed quâ ratione *Maacha* soror *Machiris* esse potuit, quæ v. seq. dicitur uxor? Resp. 1. Vel ergò alia est; 2. vel *soror* cognata intelligitur [h]; 3. vel, *soror ejus*, i. e. eorum, scil. *Huppim & Suppim*, Mar. ex οʹ. Maxima est hîc verborum ἐμπλοκή, sive trajectio, quam perspicuitatis causâ ex versu sequenti sic vertimus, *Macir autem acceperat uxorem nomine Mahacam, sororem Chuppimi &*

b V. — c V. — d V. Q. in Ma. — * V. — f Q. in Ma. — g Ma. Mar. — h Ità Mar. Jun. Pi. & plerique in Ma. — i Q. in V. — k Belg. — l Ma. — m Mar. — n Jun. — o V. — p V. — q Pi. — r Jun. — * V. — t Ma. & Pi. ex Jun. — v Pi. — x V. — y Ma. — z Me. — a Q. in Ma. — b Me. sim. Mar. V. — c V. Mar. — d V. — * V. sic Belg. Ang. — f V. — g Ma. — h Ma.

Schuppimi, JT. id est, ex tribu Benjaminis, suprà vers. 12 [i]. Unde Hebræa ità concinnanda erunt, *Et Machir accepit uxorem: & nomen sororis ejus*, scilicet, *Chuphimi & Suphimi*, fuit *Maacha* [k]. ¶ *Nomen autem secundi*] Scil. filii Machir, i. e. unius è posteris ejus [l]. *Secundi*, i.e. pronepotis sui, ex nepote *Hepher*, Numer. 26. 29,--33 [m]. *Salphaad* fuit filius *Hepher*, filii *Galaad*, filii *Machir*; itaque dicitur *filius secundus Machir*, h. e. medius, nam inter *Machir* & *Salphaad* duo intercedunt, *Galaad* & *Hepher* [n]. ¶ *Natæ sunt Salphaad filiæ*] Scilicet tantùm; non etiam filii. Vide Numer. cap. 27 [o].

16. *Maacha uxor Machir*] Alia à sorore *Machir*, ver. præced [p].

17. *Filii Ulami, Bedan*] De quo dictum ad 1 Sam. 12. 11 [q]. Volunt hunc esse *Jairum*, de quo Jud. 10 [r]. *Filii*, pro *filius*, nam unicus indicatur [*]: vel quia plures non fuerunt; vel quia non claruerunt rebus gestis [t]. ¶ *Hi sunt filii Galaad*] Vel, *in filiis Gilhadis*; i.e. possessionem habuerunt inter Gilhaditas [v].

18. *Soror autem ejus*] Nempe *Gilhadis* [x]. ¶ *Regina peperit Virum decorum*] Vulgatus hîc, ut alibi sæpe, [loca producta vide in Authore,] perperàm reddit nomina propria appellativè, quia hæ voces appellativè sumptæ ità signif. [y]. ¶ וְהַמֹּלֶכֶת יָלְדָה אִישְׁהוֹד] *Molecheth peperit Ishod*, E. Mo. T. La. ¶ *Abiezer*] Hebr. *Abighezer*, ut Jos. cap. 17. vers. 2. qui *Ighezer*, vel *Ihezer*, Num. 26. 30 [z]. ¶ *Et Mohola*] Hebr. *& Machlah*, sub. *& Schemidahum*, JT. Pi. ex v. seq. ubi continenter filii *Schemidahi* enumerantur. Similes ellipses fuerunt suprà 4. 7, & 13. & cap. 6. v. 27 [a]. *Semida* fuit unus ex filiis *Galaad*, Num. 26. 32 [b].

19. *Et Leci*] Qui per metathesin *Chelek* Numer. c. 26. v. 30 [c].

20. *Bared filius ejus*] Nempe *Suthalæ*. ¶ *Thabath filius ejus*] *Baredi* [d]. Aut ordine geniti sunt, posterior à priore; aut, quod verius credo, omnes fuerunt *Ephraim filii* [*]: quod docent, 1. locus Num. 26. 35 [f]. 2. luctus Ephraim de iis versu 22 [g]. secùs sequeretur Ephraimum ultra 200 annos vixisse, quod ab illius temporis statu alienum videtur [h].

21. *Occiderunt eos*] Nempe filios vel nepotes Ephraim [i]. ¶ *Viri Geth indigenæ*] *Viri* civitatis *Geth indigenæ* Palæstinæ, Os. Indigenæ illius terræ [k]. ¶ *Quia descenderant*, &c.] Sub. *nepotes Ephraim*. Hîc dat causam [cædis] obiter, quia erant ignari loci: sed erat alia causa à Deo, quòd nondum venisset tempus quo volebat Deus illos expellere. Deus autem utitur causis secundis ut instrumentis [l]. ¶ *Possessiones eorum*] Vel *pecora eorum*, Ma. JT. Os. &c. scil. filiorum Ephraim, invaserunt viri Gath [m]. Erant Gathæis crebra cum Ægyptiis bella, quorum causâ Israelitæ in Ægypto à Pelischtæis sibi metuebant. Huc spectabat consilium Dei, de quo Exod. 13. 17 [*]. Sententia est, Gethæos è Palæstina, qui rapinâ vivere solebant, in Ægyptum descendisse prædandi causâ, & in Ephraimitas, qui in terra *Gessen* primi occurrerunt, aut primi sese certamini animosè intulerunt, irruisse, eósque omnes, dum frater fert opem fratri, interfecisse [n]. Alii ad Ephraimitas referunt, qui ex Ægypto intempestivè in terminos Philistæorum descenderunt, &c [o]. Notatur hîc, ni fallor, culpa Ephraimitarum in Ægypto agentium, qui vicinis molesti fuêre, planè ut socii Ulyssis Ægyptiis, quibus res non minùs malè cessit; Homer. Odyss. ξʹ. οἱ δ' ὕβρει εἴξαντες, &c [p]. Sic & Homer. Il. αʹ. Οὐ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους, &c. (*Nec boves meos unquam abegerant, nec equos*, &c.) Vide 1 Mac. c. 12 [q]. Quidam tradunt filios Ephraim, patre adhuc vivente, aliquando egressos esse ex Ægypto, ante tempora Mosis, ut acciperent Terram promissam, quam illis promissam audiverant [r]. Videntur hoc tentâsse, quia superbiebant propter Patriarchæ sui, Joseph, authoritatem, &c. Verùm non debebant (viribus suis freti) ante legitimum tempus vocationis Divinæ eam terram invadere. Itaque malè illis cessit temeritas [*]. Porrò, hæc historia alibi scripta non reperitur [t]. Meminit hujus cædis Chaldæus Paraphrastes, Cant. 2. 7. sed veris multa fabulosa more suo admiscet [v]. Alii exponunt de iis qui contra Mosis

i Jun. — k Ma. — l Mar. — m Os. Ma. Mar. Me. — n Me. — o Pi. sic Os. — p Os. — q Jun. — r Q. in Ma. — * Pi. — t Os. — v Jun. — x Pi. V. Ma. &c. — y Glass. gram. p. 782. — z Ma. ex Jun. — a Pi. — b Mar. — c Ma. ex Jun. — d Os. — * Mar. ità Pi. Ma. Me. — f Mar. — g Me. sim. Pi. — h Pi. — i V. La. — k V. sim. P. — l V. — m Mar. — * Jun. — n Me. ex Ser. — o Ità plerique He. in Ma. — p G. — q Ga. — r Q. in E. — * Os. — t Ma. — v La.

Mosis voluntatem ascenderunt ad prælium contra hostes, Num. 14[x].

22. *Luxit igitur Ephraim, &c.*] Quis? Resp. 1. Primus *Ephraim*, generis auctor[y], filius *Joseph*. 2. Vel alius cognominis ex illius posteris[z]. Multi enim iisdem nominibus appellati fuerant in illo populo, & maximè in eadem tribu[b]. ¶ *Pater eorum*] i. e. Avus. ¶ *Fratres*] i. e. Cognati & consanguinei; nam frater illi unicus erat, nempe Manasse[c].

23. *Ingressúsque est ad uxorem*] i. e. Concubuit rursus cum ea, à cujus consuetudine propter luctum aliquamdiu abstinuerat[d]. ¶ *Quòd in malis domus, &c.* כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ] *Quia in malo* (*afflictione*, P.) *fuit*, vel *fuisset, in domo ejus*, Mo. P. *quòd malum contigerat domui ejus*, M. sim. Ti. *quoniam illa* (nempe, *uxor ejus*, V. in Tig. not.) *in malo*, sive *afflictione, fuisset domi*, vel *in domo, ejus*, Ca. Tig. not. *Quia in malo erat domus ejus*, vel, *malum erat in domo ejus*. ב hîc, ut alibi, redundat; ut in בְּבֵין *inter*, בְּטֶרֶם *ante*, בְּיוֹמָם *interdiu*, &c. In aliquibus sententiis repetitum ἀντίστροφον efficit, ut hoc loco: sic & Job. c. 18. v. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו, *immissum est rete in pedes ejus*, vel, *immissi in rete sunt pedes ejus*; Hos. 13. 9. כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ, *quia in me est auxilium tuum*, vel, *quia ego in auxilio tuo*. Ità K*. *Quòd in afflictione fuisset propter familiam*, sive *domum, suam*, JT. τὸ ב hîc valet בַּעֲבוּר *propter*[f].

24. *Filia ejus fuit Sara*] Heb. *Seerah*, Ma. Os. *Ejus*; Cujus? Resp. 1. *Ephraim*, & *filia* hîc neptis est, vel proneptis[g]: nec enim filia *Ephraim* cum eo habitans in Ægypto potuit ædificare urbes in Canaan[h]. Sic vertunt, Et *filiam ejus Seeram*, sub. *peperit uxor Ephraimi*, Q. in Ma. Resp. 2. *Ejus*, i. e. *Beribæ*, quia mox commemoratur ejusdem filius. Ideo autem hæc priùs commemoratur, vel, quòd primò nata esset; vel, quòd industria esset in ædificandis urbibus; vel, denique, quia fratris illius filii ac nepotes usque ad Josuam commemorandi erant[i]. ¶ *Quæ ædificavit Bethoron*] Instauravit[k]. Reposuit urbem in veteri solo, quam Cananæis ereptam Israelitæ destruxerant[l]. Sed quî poterat filia *Ephraimi* tam diu vivere? Respond. 1. *Filia* hîc est neptis, &c. 2. Q. [ut dictum] referunt hoc ad filiam *Beribæ*, non *Ephraimi*[m].

25. *Filius ejus Rapha, & Reseph, &c.*] Tres qui hîc ponuntur fuêre filii Ephraim[n]. [Al. aliter.] Verto, *Rephach filius ejus*, (scil. *Beribæ*,) *& Rescheph & Thelach* erat *filius ejus*, scil. *Rephachi*. Sic deinceps pronomen relativum *ejus* referendum est in singulis membris ad personam proximè præcedentem, hoc versu & duobus sequentibus. Cæterùm post *Rescheph* deest vox בְּנוֹ *filius ejus*; nam planum est ordine recenseri descendentes[o].

26. *Laadan*, לַעְדָּן] Vel, *Hadani filio ejus*, nempe *Schuthelachi*, &c. ut ל sit servile, & nota dativi casûs. Hic Num. 26. 36. dicitur *Heran filius Schuthelachi*, facili mutatione *Resch* in *Daleth*[p]. ¶ *Hujus filius Ammiud*] i.e. *Laadanis*, Mar. ¶ *Elisama*] Iste fuit Dux Tribûs *Ephraim* in deserto, anno secundo. Vide Num. 1. 1, 10[q]. Fuit avus *Josue*[r].

28. *Bethel*] Ea duplex; altera in tribu *Ephraim*, altera in tribu *Benjamin*: Jos. 18. 22. & Jud. 1. 22†. [Al. aliter:] Pertinuit *Bethel* ad tribum *Benjamin*, Jos. 18. sed ab Ephraimitis proditione capta est[t].

29. *Juxta filios Manasse, &c.* עַל יְדֵי וגו'] Ad verb. *Et super manus filiorum Manasseh*, Mo. *usque ad fines, &c.* o'. *secus terminum*, vel *terminos, &c.* Sy. Ar. *ad partes, &c.* Ti. *in locis, &c.* JT. *juxta loca, &c.* M. P. i. e. versùs ipsorum regionem[v]. Sensus est; Tribus Ephraim juxta se habuit tribum Manasse, quæ erat illi ad Septentrionem[x].

31. *Pater Barsaith*] Heb. *Berzavith*, vel *Berzajith*: nam est duplex lectio. Q. putant esse nomen mulieris; alii, urbis[y]. Princeps oppidi sic dicti[z].

34. *Et Aram*] Sub. *& Helem*, JT. Pi. ut vers. seq. docet. Ellipsis qualis suprà v. 18[a].

35. *Filii Helem*] Heb. *filius*, pro *filii*, quia plures commemorantur. Enallage numeri: vel πεῤῥωγμα[b]. ¶ *Helem fratris ejus*] Scil. vel *Someri*, qui fortè *Hotham* vocatur v. 32[c]: vel *Arami*, cujus proximè facta mentio[d].

x Q. in L. · y Ma. · z Q. in L. V. · a Ma. · b E. · c V. · d Os. · * Glass. gram. 675. · f Pi. · g La. sim. V. Mar. · h La. sim. Mar. · i Pi. · k Me. · l G. sim. Me. · m Ma. · n Mar. · o Pi. · p Ma. ex Jun. · q Pi. · r Mar. · † Mar. · t Me. ex Adrich. · v V. sim. Belg. Os. · x Me. · y Ma. · z Mar. ex V. · a Pi. · b Pi. · c Mar. · d Pi. ad v. 34.

37. *Jethran*] Qui & *Jether* v. seq†.

38. *Jephone*] Non est hic pater *Caleb*; quia hic de tribu *Aser*, ille de *Juda*[f]. ¶ *Et Ara*] Sub. & *Hulla*, JT. Pi. Ellipsis qualis suprà 18. & 34[g].

40. *Fortissimi*; ità V. גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים] *Fortes viribus*, P. Verto, *robustissimi exercituum*; nam nomen חֲיָלִים *exercitus* significat[h]. ¶ *Duces ducum*] Duces majores aliis minoribus imperantes[i]. Rectiùs, *capitanei principales*, Os.

† Jun. · f Mar. · g Pi. · h Pi. · i Me.

CAP. VIII.

1. BEnjamin, &c.] Describit iterum generationem Benjamin[a]; ídque pleniùs & copiosiús: cujus causæ plures sunt[b]: 1. ut describat generationem Saulis[c]; 2. ut hoc caput sit quasi apparatus ad sequentem historiam; 3. ut Benjaminitarum, qui erant pars regni Jehudæ, recensio integra post captivitatem haberetur[d]; 4. ut ostenderet eos post cladem illam Judic. 20. amplè crevisse†. Ad hoc usque caput descripta sunt illorum nomina qui antecesserunt captivitatem Babylonis, aut qui captivi Babylonem abducti sunt: in hoc verò capite illorum describuntur nomina qui ex Babylone in suas sedes remigrârunt, ut interpretes communiter putant, & docet Esdras cap. 10. & 11. ubi multi ex his qui hoc loco commemorantur in patriam rediisse dicuntur*. ¶ *Bale primogenitum*] *Bale* primum locum tenet hîc, & suprà 7. 6. & Gen. 46. 21. & Num. 26. 38. Aliorum nomina variant, quia plerique plura nomina habebant[f]. ¶ *Asbel*] Qui & *Jedibael* suprà 7. 6[g]. ¶ *Secundum*] Recenset eos juxta ordinem naturæ: nam quòd Moses filios *Benjamin* alio ordine enumerat, id fit per congeriem; ut ex eo evincitur, quòd etiam nepotes inter filios promiscuè recenset[h]. ¶ *Abara*] Heb. *Achrach*; qui & *Echi*, Genes. 46. 21. & *Achiram* Num. 26. 38[i].

2. *Nohaa*] Heb. *Nochah*; qui & *Becher* Gen. 46. 21. ¶ *Rapha*] Qui & *Ros*, ibid[k].

3. *Addar*] Qui & *Ard* Gen. 46. 21[l]. qui *Arde*, vel *Ardi*, vel *Ared*, Num. 26. 40[m].

5. *Sephuphan*] Qui *Sephupham* Num. 26. 39. & *Muppim* Genes. 46. 21. ¶ *Huram*] Qui *Chuphim* Gen. 46. 21. & *Chupham* Num. 26. 39[n].

6. *Hi sunt filii Ahod*] Nempe, vel tres illi v. 5. memorati[o]; vel tres illi qui v. 7. Non dicitur cujus hic sit filius; sed proximè superioris, scil. *Huram*, quidam putant[p]. Hinc incipit de Benjaminitarum locis & possessionibus agere, non habitâ ratione auctorum primorum à quibus familiæ propagatæ sunt. In causa esse videtur Binjaminitarum illa strages quæ Jud. 20. describitur[q]. Parenthesis est usque ad finem hujus versûs; *isti*, nempe filii Ehud[r]. ¶ *Principes cognationum*] Heb. *capita patrum*, Pi. *primores paternarum familiarum*, JT. ¶ *Qui translati sunt in Manahath*, וַיַּגְלוּם וגו'] *Hi migrârunt, &c.* Sy. *Et transtulit eos*, Mo. Os. sub. pater ipsorum *Abod*†. *Et transtulerunt eos*, M. P. Ti. V. *in* provinciam *Manahath*, M. Erat autem *Manahath* in sorte quidem Judæ & Benjaminis, sed ex parte nondum habitata. Favet quod suprà est 2. 54. si cum quibusdam vertas, *ei qui prospexit dimidiæ parti Manahoth*, i.e. curavit nè ea pars vacaret[t]. *Migrare fecerunt eos*, JT. Pi. i. e. partem eorum[v]: vel aliquâ occasione, vel necessitate, quam Scriptura non exprimit[x]; vel, quia præ multitudine urbs *Geba* eos omnes non caperet[y]. *Transtulerunt eos*, nempe cives Geba[a]: colonias eò ablegârunt. Vide *Manachath* suprà 2. 54[b].

7. *Naaman autem, &c.* וְנַעֲמָן] *Et Naghaman*, Ma. Hîc ו redundat[c]; propter interjectam parenthesin; [de qua vide V. ad v. 6.] q. d. *Ehud habuit hos filios*[d]. Copulâ sublatâ constat sententia, alioqui obscura†. *Naaman, &c.* sub. *sunt filii Ahod*, quos v. præced. me recensurum promisi*. ¶ *Et Gera ipse transtulit eos*; ità P. Mo. וְגֵרָה הוּא הֶגְלָם] *Et Gera: hic transtulit eos*, M. sim. Ti. *Hic*, nempe *Gera*, qui proximè præcessit,

a V. · b Ma. ex Jun. · c V. Mar. · d Jun. Ma. · † Ma. · * San. · f Mar. · g Jun. · h Jun. Ma. · i Jun. · k Jun. Ma. · l Jun. · m Ma. · n Ma. ex Jun. · o Q. in Ma. · p Mar. · q Jun. · r V. · † Os. · t G. ad v. 7. · v Pi. · x Me. · y Pi. · a V. · b Ma. · c V. T. · d V. · † T. · * La.

præcessit [f]. Is fuit auctor præcipuus translationis eorum, vel dux [g]. [Alii referunt ad *Ehud*;] *Nam Nahamanem & Achijam & Geram migrare jussit*, JT. Pi. vel, *hos ille transtulit*, Belg. nempe *Ehud* paterfamiliâs [h], ex versu præcedente [i]; ut de hæreditate singulis ante obitum prospiceret: quod fecit *Abraham*, Gen. 25 [k]. Alii referunt ad tres proximè nominatos, qui migrationis auctores fuerunt [l]. i. e. Isti tres [*Naaman, Achia* & *Gera*] coloniæ deducendæ principes fuêre; quos Græci dicerent ἀρχηγοὺς τῆς ἀποικίας. *Transtulit eos*, pro, *transtulerant*: Zeugma [m]. *Naamanem*, i. e. posteros *Naamanis*: Meton. efficientis. Sic deinceps [n]. ¶ *Achijam*] Qui *Achoach* suprà v. 4 [o]. [Aliis הֶגְלָם est nomen proprium;] *Et Gera, hic Jeglam*, ο'. ¶ *Et genuit Oza*, &c.] Sub. *& Schacharajimum*, ex seq. versu, Jun. Pi. *quum genuisset Huzzam*, &c. JT.

8. *Porrò Saharaim genuit*, &c.] Transit ad alteram generationem [p]. Aliquis hic est ex progenie Benjamin, cujus hoc tantùm loco mentio reperitur in S.S. nec dicitur cujus filius fuerit [q]. Al. Gera *genuit Saharaim*, T. Mar. Al. Ahod etiam *Saharaim genuit*, Os. Al. *Qui* [scilic. *Scharajimus* ver. 7. subintellectus] *Schacharajim genuit*, &c. JT. *genuit, inquam*, &c. v. 9. Sed non opus est eò usque suspendere sensum: Verto, *& genuit*, sub. *liberos*. Ellipsis nominis relati [r]. ¶ *In regione Moab*] [Sim. omnes.] Ibi enim Gera habitavit †; fortè ut famem Judaicam fugeret cum Elimelech, Ruth 1 [s]. ¶ *Postquam dimisit Husim & Bara uxores suas*, [מִן שִׁלְחוֹ אֹתָם חוּשִׁים וְאֶת בַּעֲרָא נָשָׁיו] *Posteaquam ejecit*, vel *amandavit, eas à se*, nempe *Husim & Baara uxores suas*, V. ex P. sim. Mo. Ca. Habebat duas uxores, quas repudiavit propter causas quæ hîc tacentur [v]. Fortè adulteræ erant, vel sibi tædiosæ; ideóque iis dimissis aliam accepit in seq. versu [x]. Videtur hic *Ahod* filios prædictos & uxores à se ablegâsse. Varias Satan occasiones arripit ut turbet matrimonia; quia odit vitæ illud genus à Deo institutum. Verto, *postquam transtulit* (sub. *eos*, nempe filios supradictos, & sub. *unà cum*) *Husim & Bara uxoribus suis* [y]. Nota relativum masculinum [אֹתָם] pro fœminino, quod etiam ponitur pro antecedente [z]. *Eos* ponitur pro *eas*, scil. uxores, &c [a]. [Alii aliter vertunt;] *postquam demiserat illos*, (sub. qui translati erant, M.) *eràntque uxores ejus Husim & Baarah*, M. Ti. *ex quo is* (nempe *Ehud*, Pi.) *dimisit* (Heb. *à dimittendo*, Pi.) *illos*, (i. e. posteros *Nahamanis*, & *Achijæ*, & *Geræ*, ex collat. vers. præced.) ex *Chushima & Baara uxoribus suis*, JT. v. 9. *genuit inquam*, &c. JT. [Al. sic;] *postquam ille* (viz. *Ehud*) *miserat eos* (nempe filios prædictos v. 7.) *per Husim & Baaram uxores suas*. Historia hæc alibi in textu non memoratur, & proinde relatio ejus hîc obscurior est [b].

9. *Genuit autem*] Ità Pi. Plerique, *genuit, inquam*, ut cohæreat cum *genuit* v. 8 [c]. ¶ *De Hodes uxore sua*] Quæ vers. præced. *Baara* dicta, ut patet ex v. 11 [d]. [Alii aliter:] *De Hodes alia uxore sua*, quam duxit postquam prioribus duabus libellos repudii dederat †.

11. *Mehusim*] Potiùs, *de Husim*, Os. Mar. ex He. Ma. JT. &c. *Ex Husim* altera ex uxoribus repudiatis genuit *Gera* duos filios, *Abitob* & *Elpael* [f].

12. *Filii Elphaal*] Præter eos qui Jerusalem inhabitârunt, de quibus infrà v. 17 [g]. ¶ *Ono & Lod*] De quibus Ezr. 2. 33. Nehem. 7. 37. & 11. 35 [h]. Hæ urbes non ponuntur Jos. 18. inter Benjaminiticas; nec mirum, nam nondum erant exstructæ [i].

13. *Baria & Sama*] Videntur hi filii *Elphael* [k], & de tribu Benjamin oriundi [l]. ¶ *Principes cognationum habitantium in Aialon*] At *Aijalon* erat Tribûs *Dan*, ut patet ex Jos. 19. 42. Resp. 1. Fortè *Aialon*, cùm priùs esset Tribûs *Dan*, postea pertinuit ad *Benjamin*, quæ illi vicina erat, & ferè contermina [m]. Fortè hi eum tractum tenuerunt: nihil sub cœlo stabile. 2. Altera hæc erat eo nomine civitas in tribu Benjamin [n]. 3. Fortasse post Babylonicam captivitatem (cùm Ezra hunc librum scriberet) *Benjamitæ* terminos suos ità protulerant, ut etiam habitarent in urbibus *Dan* *. 4. Etsi urbs *Danitica* esset, potuerunt eò

[Margin: f La. sim. Me. T. Mar. — g V. — h Jun. ità Pi. Belg. Os. — i Pi. — k Jun. — l To. in Me. — m G. — n Pi. ex Jun. — o Ma. ex Jun. — p V. — q Me. — r Pi. — † Mar. — s La. — v V. sim. Os. — x L. — y Os. — z V. — a Mar. — b Belg. — c Pi. — d Pi. Ma. — † Os. — f Mar. — g Jun. — h Jun. Ma. — i Mar. — k Mar. — l Os. — m Me. — n Mar. — * Belg.]

aliquot familiæ Binjaminitarum commigrare propter viciniam [o]. 5. *Aialon* hîc sign. agrum circumjacentem *Aialonem* civitatem [p]. ¶ *Fugaverunt habitatores Gath*] Fortè in memorabili aliqua expeditione. Hæc historia alibi in Scriptura non legitur [q].

14. *Achio*, &c.] Catalogus Principum è singulis familiis *Binjaminis* qui *Jeruschalaima* habitârunt [r].

17. *Et Zabadia*] Iste versus cum seq. legi debent per parenthesin †: nam pergit recensere filios *Elphaal* quos prætermiserat [s].

21. *Semei*] Heb. *Simghi*; qui *Semagh* suprà v. 13 [v]. Filius Elpael [x].

25. *Filii Sesac*] Hic fuit etiam filius *Elphael*, v. 14 [y].

28. *Hi*] Hactenus commemorati indè à vers. 14. sub. *fuerunt* [z]. ¶ *Principes*] Heb. *capita*, sub. *tribûs suæ*, V. ¶ *Habitaverunt in Jerusalem*] Ea urbs haud dubiè fuit in tribu *Benjamin* [a]. Quòd si Jos. 15. & Jud. 1. filii Juda in ea habitârunt, id Benjamitarum permissu factum est [b]. *Benjamin* eam cessit *Judæ*, ut ejiceret Jebusæos, ut dixi ad Jos. 15. & Jud. 1 [c]. Jerusalem pro magna parte erat in tribu *Benjamin* [d]. Ejus pars septentrionalis ad *Benjamin* pertinebat, meridionalis erat Tribûs *Juda* †.

29. *In Gabaon habitaverunt Abi-gabaon*; ità Mo. Ti. M. [יָשְׁבוּ אֲבִי גִבְעוֹן] *Habitaverunt* (vel *habitavit*, ο'. sic Sy. Ar.) *pater Gibeon*, Belg. JT. Mar. La. Os. i. e. *Jehiel*, cap. 9. 35 [f]. ubi paucis mutatis reperies quæ huic loco explicando prodesse possunt. Illic nomen *principis* ponitur; ità hîc *pater* pro *principe* [g]; quòd Principes ità se gerere debeant erga subditos ut patres erga filios [r]. *Pater Gibeon* dicitur, id est, primus incola civitatis *Gibeonis* †. [Porrò, τὸ *habitaverunt* ad *patrem Gib.* referunt, nec non ad *filium ejus*, &c. v. 30. & illa verba v. 29. *cujus uxori nomen Maaca*, velut parenthesi inclusa concipiunt.]

30. *Et Sur*] Sub. *& reliqui filii fuerunt*. Qui sequuntur sunt filii Sur [t]. ¶ *Et Kis*] Pater Regis Saulis. Obj. At hic habitavit in *Gabaa*, 1 Sam. 10. 26. Resp. 1. Totæ familiæ aliquando sedes mutant. Vide suprà v. 6. 2. Vel origo familiæ Saulis fuit in *Gabaon*, sed cognatio Saulis transivit ad habitandum in *Gabaa* [v].

31. *Gedor quoque*] Alii, *At Gedor*, &c. JT. ut hos sequentes à præcedentibus separet [x]. ¶ *Et Zecher*] Qui *Zechariah* infrà 9. 37 [y]. Subaudiendum *& Micloth* ex vers. seq. & ex cap. 9. 37 [z].

32. *Samaa*] Heb. *Simah*, qui infrà *Simam* c. 9. v. 38. ¶ *Habitaverunt ex adverso fratrum* (i. e. cognatorum, V.) *suorum in Jerusalem cum fratribus suis*] Q. volunt, *ex adverso, fratrum*, &, *cum fratribus*, idem esse, sed posterius esse prioris explicationem. Alii distinguunt [a]. *Ex adverso fratrum*, scil. Benjaminitarum habitantium *Gibeone* [b]; vel, in ea civitatis [*Jerus.*] regione quæ Gibhonem spectat [c]: *cum fratribus*, scilicet Judæis, vel posteris Judæ [d]; vel, cum reliquis Benjaminitis incolentibus *Jeruschalaima* †. [Al. sic;] *Habitaverúntque hi* (nempe *Macelloth* & *Sama*) *è regione fratrum in Jerus.* unà *cum fratribus suis*, quorum nomina silentur [f].

33. *Ner*] Qui & *Abiel* 1 Sam. 9. 1 [g]. Alius hic à *Ner* patre *Abneri*: iste enim fuit *frater*, non *pater*, *Kis* [h]. ¶ *Esbaal*] Qui *Isboseth* appellatur 2 Sam. 2. 8. Sic vers. seq. *Meribbaal*, qui & *Mephibosheth* 2 Sam. 44 [i]. Quia idolum בשת *pudor* vel *confusio*, ut Jerem. cap. 11. v. 3. & quia *Baal* erat infame idolum, ideo multa nomina vel in *Baal*, vel in *Boseth*, desinunt. Sic etiam *Jerubbaal*, Jud. 6. 32. & *Jerubbeseth*, 2 Sam. 11. 21 [k].

34. *Meribbaal*] Qui & *Mephiboseth*, ut constat ex eodem & parente *Jonatha*, & filio *Micha* [l].

35. *Tharaa*, [תַּאְרֵעַ] *Tharea*; qui 1 Par. 9. 41. תַּחְרֵעַ *Thahrea*, (vel *Thachreagh*, Ma.) Frequens est permutatio inter א & ח gutturales [m].

36. *Joada*] Heb. *Jehohadda*; qui & *Jabra* infrà 9. 42 [n].

37. *Rapha*] Qui & *Rephaia* infrà 9. 43 [o].

40. *Tendentes arcum*] Heb. *calcantes arcum*; i. e. periti & arcûs tendendi, & sagittandi. Arcus chalybei magno robore tenduntur; ideóque sagittarii eos pedibus calcant, & nervum summis viribus attrahunt.

[Margin: o Ma. — p Ità Jun. Pi. — q Ma. — r Jun. — † V. — s V. Mar. — v Ma. ex Jun. Mar. — x Mar. — y Mar. — z Pi. — a Mar. sim. La. — b Mar. — c La. — d T. — † Me. — f Jun. Mar. ο'. in Nob. La. — g V. ex P. — r V. — † Belg. — t V. — v To. Me. — x Ma. — y Ma. ex Jun. — z Ma. ex V. — a Q. in Ma. ità He. in Mar. — b Pi. — c Jun. — d Pi. — † Jun. — f Os. — g Ma. ex Jun. — h Ma. — i Ma. ex Jun. Mar. — k BA. 1. 2. 34. 331. — l T. E. L. — m BA. 1. 2. 7. 112. — n Jun. — o Jun.]

hunt [p]. Benjaminitas, & nominatim eos qui ex *Gabaa*, eximios fuisse fundibularios discimus ex Jud. cap. 20. vers. 16 [q].

[p] Belg. [q] Me.

CAP. IX.

1. *Universus Israel dinumeratus est*] Non constat quænam sit hæc dinumeratio populi: num, 1. à Davide, 2 Sam. 24 [a]; vel, 2. aliqua alia ante capt. Bab [b]. vel, 3. ab aliquo historico, in cujus libris hæ genealogiæ continerentur [c]; vel, 4. ab auctore, sive Esdra [d], qui docet unde superiores recensiones sunt desumptæ†; q. d. Hactenus summatim recensui Tribus omnes ex Actibus publicis [f]. Ità & curam suam indicat, & fontem unde ista pleniùs hauriri possent [g]. ¶ *In libro regum Israel & Juda: translatique sunt in Babylonem*, [על ספר מלכי ישראל ויהודה הגלו] [Variè reddunt.] *Scripti sunt in*, vel *super, libro regum Israelis & Judæ*, M. P. Ti. sim. ο'. Strig. Ca. Os. Ang. (nempe, *Israelitæ* in libro Regum Israel, & *Judæi* in libro Regum Judæ [h],) *translatique sunt*, &c. M. P. Ti. vel, qui *translati sunt*, &c. P. V. Ang. sub. אשר, V. Antea (præcedentibus capitibus [i]) generationem Isr. ante capt. Bab. nunc (hoc 9. capite [k]) scribit genealogiam eorum qui ex captivitate Bab. redierant [l]. Alii, *cum iis qui translati sunt*, ο'. *& nunc abducti sunt*, &c. Strig. [Al. aliter:] *Super libro regum Israel: & Jehudah translati sunt*, &c. Mo. Belg. Mar. Gal. Ma. τὸ Athnach ad יהודה illud à præced. sejungit, & sequent. nectit [m]. De Judæ tantùm translatione hîc agit [n]. [Al. totum sic reddunt;] *Ac omnes quidem Israelitæ recensiti sunt, ut ecce scripti erant in libro regum Israelis: Jehudæi verò* ut quum *deportati sunt in Babyloniam*, JT.

2. *Qui autem habitaverunt primi*, &c. [והיושבים הראשנים אשר באחזתם בעריהם ישראל וגו׳] *Et habitatores primi* (vel *priores*, P.) *qui* (sub. *fuerunt*, vel *habitaverunt*, M. P. Ti.) *in possessione sua in civitatibus suis, Israel, sacerdotes*, &c. M. P. Ti. Mo. Al. *qui* (sub. *venerunt*) *in possessionem suam*, &c. *fuerunt Israelitæ*, &c. Belg. [Alii τὸ *Israel* aliter disponunt:] *Et qui habitabant antea in possessionibus eorum, in civitatibus Israel, sacerdotes*, &c. ο'. *Primi autem regionis Israel habitatores, qui suarum civitatum possessionem tenuerunt*, fuerunt *sacerdotes*, &c. Ca. [Al. sic;] *Verùm* hi sunt hîc *primi qui habitabant in eorum possessionibus*, &c. *tam de Israele quàm de sacerdotibus*, &c. v. 3. *& commorati sunt in Jerusalem*, &c. v. 4. *Othei*, vel *Huthai*, &c. Gall. [Ità sensum suspendunt usque ad v. 4.] Porrò, *habitâsse primò*, sive *priùs*, hîc dicuntur, nempe ante captivitatem Babylonicam [o]. q. d. Habitantes cum Judæis in Judæa, indéque cum iis translati in Babylonem, cum eis pariter redierunt in pristinas possessiones [p]. [Al. aliter:] *Habitatores priores* vocat illos qui priores reversi habitaverunt in possessionibus suis, quas inhabitabant ante captivitatem [q]. In Nehemia cap. 11. ferè hæc omnia recensentur, unde hæc illustrari poterunt [r]. Summa [hujus loci] est, Ut priscorum Judæorum quatuor erant classes, Popularis, Sacerdotalis, Levitica, & Deditítia; sic postliminio reversis Judæis est observatum†. ¶ *Israel*] i. e. Israelitæ [t]. i. e. Pars aliqua Israel, quæ evasit captivitatem Assyriorum, ivit cum Juda in Babylonem, & rediit indè [v]. Multi ex decem tribubus, tum post schisma *Jeroboami*, tum tempore captivitatis Assyriæ, fugerunt in Jerusalem, & Judæis se associârunt [x]. q. d. *Redierunt aliquot ex Israele, ex sacerdotibus*, &c. vel, *Cum sacerdotibus*, &c. *etiam Israelitæ aliquot redierunt* [y]. ¶ *Nathinæi*] Heb. *Nethinæi*, Ma. Qu. Quinam hi? Resp. 1. Servi publici erant in domo Dei pro toto cœtu [z]. Deditítii, qui Regibus & sacerdotibus traditi sunt, ut eis perpetuò servirent [a]. Dicuntur ἱερόδουλοι, i. e. *sacris inservientes*, vel *æditui*: sacerdotibus dati sunt & Templo [b]. *Nathinæi* Levitis, Levitæ sacerdotibus, ministrabant [c]. 2. Gabaonitæ, Jos. 9. 27 [d]. Dicti à נתן, q. d. deditítii, & cœtui atque Aræ Dei mancipati. Obj. At *Nathinæi* à Davide primùm instituti sunt, Ezr. 8. 20. cùm Gabaonitæ à Josua illi servituti dati fuerint. Resp. David tanquam auctor hujus officii memoratur, quia hic plerasque munerum rationes Salomoni filio suo præscripserat; quanquam & Josua de his constituisset, & Moses leges de aliis quoque officiis condidisset†.

[a] Me. [b] La. Me. Mar. T. Os. [c] Me. [d] Ità G. Jun. † Jun. [f] G. [g] Ma. [h] Ma. [i] T. [k] T. [l] V. sim. T. L. [m] Ma. [n] Mar. [o] Os. [p] La. [q] V. Ma. [r] V. † Ma. ex Jun. [t] Me. JT. &c. [v] Mar. [x] La. [y] V. [z] Buxt. & Jun. in Ma. [a] Aven. in Ma. [b] Merc. in Ma. [c] Marin. in Ma. [d] G. ità L. Me. T. Mar. Os. Jun. Pi. Mas. & Caj. & Schird. & P. in Ma. † Merc. in Ma.

3. *Commorati sunt*, &c.] Declarat quid per *Israelem* intellexerit v. 2. nempe, eorum aliquot qui ex filiis Judah [fortè legendum, *ex filiis Israel*, quod congruentius videtur, ex dictis ad v. 2.] aufugerunt cùm abducerentur decem Tribus: vel potiùs, (ut dictum est, & ex Nehemia patet,) qui ex captivitate redierunt [f]. Agit de iis qui in *Jerusalem* habitârunt, & quidem sorte ducti populi decima pars, Nehem. 11. 1 [g]. ¶ *De filiis Juda*, [מן בני וגו׳] Hîc מן (*ex* vel *de*) significat partem, sive distributionem: q. d. habitaverunt aliquot de filiis Judah [h]. Sic infrà 12. 20. *transfugerunt ad eum* מִמְּנַשֶּׁה, h. e. aliquot de Manasse; & 27. 18. *Elihu* מֵאֶחָי *de fratribus*, h. e. qui unus erat de fratribus Davidis. Vide & 2 Chron. 32. 21. & Esræ 9. 3 [i]. ¶ *Et de filiis Benjamin*; ità Ma. JT. [ומן וגו׳] Hîc ו pro *id est* positum est [k]. *De filiis Juda, id est, de filiis Benjamin*, P. V. ¶ *De filiis quoque Ephraim*, &c.] Nam tempore captivitatis decem tribuum aliqui ex omnibus tribubus elapsi sunt, & sese in regnum Juda receperunt [l].

4. *Othei filius Ammihud*, &c.] At, Nehem. 11. 4. aliter legitur, *Hathaia filius Huzzijæ*, &c. nam binomines erant [m]. Causa variationis alia etiam est, quòd quædam hîc tacentur quæ in Nehemia exprimuntur, & è converso [n].

5. *Et de Siloni*] Vir aliquis nobilis è tribu Juda [o]. *Siloni* est nomen proprium, vel vice nominis proprii ponitur [p]. Fuit ex progenie *Phares* [q]. [Alii aliter:] Non erat ex *Pharez*, vel *Zare*, ut ex hoc loco videtur, sed ex *Sela* [r], filio Jehudæ, Num. 26. 20. Sic Nehem. 11. 5†. *De* (sub. *filiis*, i. e. nepotibus, V. vel *familia*, JT. Os.) *Siloni*, V. JT. Os. Alii, *Et de Silonitis*, id est, oriundis ex urbe Silo [t]. ¶ *Asaia*] Qui *Mahaseia* Nehem. 11. 5 [v].

6. *Fratres eorum*] Sub. *supradictorum*, V. ¶ *Sexcenti nonaginta*] Numerus hic omnium filiorum Juda qui in Jerusalem habitârunt [x].

7. *Filii Oduia*] *Hodaviæ*, JT. qui & *Jobed* Nehem. 11. 7. & *Jehuda* ib. v. 9 [y].

9. *Fratres*] Cognati, V. agnati, JT. ¶ *Nongenti quinquaginta sex*] Qui superiori numero additi efficiunt 1646 principes familiarum [z].

11. *Azarias*] Qui & *Seraia*, Nehem. c. 11. v. 11 [a]. ¶ *Filius Helciæ*] *Chilkijæ*, qui librum Legis invenit, 2 Reg. 22. 8 [b]. ¶ *Sadoc—Achitob*] Non sunt ii qui suprà sic vocati, nam illi longè ante captivitatem vixerant, hi post eam: nimirum eadem nomina sæpe recurrunt [c]. ¶ *Pontifex domûs Dei*, [נגיד וגו׳] *Princeps* (*antecessor*, JT.) *in domo Dei*, Strig. *dominator domûs*, &c. Belg. *templi antistes*, Ca. Refertur hoc ad *Azariam* [d], qui non erat primarius aut summus Sacerdos, is enim fuit *Josue*, Esr. 3. 8. sed ex secundariis, nempe capitibus 24 sacerdotalium familiarum, qui & *Principes sacerdotum* & *Pontifices templi* vocabantur†. Primus hic erat inter sacerdotes post Pontificem [f]. [Alii aliter vertunt:] *Azarias, filius Helciæ, —filii Achitob, ducis*, vel *principis, domûs Dei*, M. P. Ti. Mo. ο'. vel, ἡγέμενοι, *duces*, &c. ità ο'. Complut. in Nobil. Significant *Azariam* & majores fuisse præcipuos inter sacerdotes minores. Id expeditius est quàm novos Pontifices fingere, aut nova eorum nomina. Nullus eo tempore Pontifex fuit *Azariæ* nomine. Aut dic *Azariam* fuisse binomium [g].

12. *Filii Pashur*] i. e. Abnepotis, Nehem. 11. 12 [h]. Nam hîc omittuntur tres inter *Jeroham* & *Pashur* [i]. ¶ *Maasai*] *Mahsai*, JT. qui *Hamaschesai, filius Hazarielis, filii Achsai*, Neh. 11. 13 [k]. ¶ *Mosollamith*] Heb. *Mesilamith*; qui & *Mesilemoth* Nehem. 11. 13 [k].

13. *Fortissimi robore ad faciendum opus*, &c. [גבורי חיל מלאכת עבודת וגו׳] *Fortes robore*, Mo. *viri strenui*, M. Ti. *opere* (vel *in opere*, P. Ti. V. vel *præfecti, sive deputati, operi*, V. M. vel *in*, seu *ad, opus*, JT. sim. ο'.) *servitii*, vel *ministerii, domûs Dei*, Mo. M. Ti. &c. vel potiùs, *facientes opus ministerii*, &c. Viros operis *fortes* vocat qui alacres & animo

[f] V. [g] Mar. [h] V. Glass. [i] Glass. gram. pag. 658. [k] V. [l] Me. [m] Ma. ex Jun. [n] L. [o] Mar. T. La. [p] V. [q] Me. [r] La. T. Ma. † Ma. [t] Q in Ma. [v] Jun. [x] Mar. [y] Jun. Ma. [z] Ma. ex Jun. [a] Jun. Ma. [b] Jun. Ma. [c] Mar. [d] Mar. ità Strig. Ca. Belg. Jun. Pi. † T. [f] Belg. [g] Mar. [h] Jun. Mar. Ma. [i] V. [k] Ma. ex Jun.

animo forti robustóque corpore versabantur in opere[l]. *Valentes robore*, &c. JT. Sed quid sacerdotibus cum robore? Nimirum in omni vita nihil sine fortitudine rectè agitur[m]. q. d. Integris viribus & ætate ad exercenda munia Levitica & sacerdotalia, quantumcunque essent gravia[n].

14. *De Levitis autem*] Sub. *incoluerunt Jerus.* Os. Pergit explicare sigillatim quæ posita sunt v. 2[o].

15. *Bacbacar quoque carpentarius*] Sic dictus, quòd præesset fabris Templi[p]. חֶרֶשׁ est proprium nomen, etsi aliàs *fabrum* signific[q]. *Cheres*, vel *Heres*, Ma. JT. Os. &c.

16. *Obdia, filius Semeiæ*] Qui *Habda, filius Schammuæ*, Nehem. 11. 17[r]. facili mutatione nominum ejusdem radicis & significatûs †. ¶ *In atriis Netophathi*] Heb. *in villis*, seu *pagis*, *Netophathæorum*, JT. G. La. &c. in tribu Jehudæ, suprà 2. 54. Nam etsi possessiones in tribu *Judæ* & *Benjaminis* attributæ erant sacerdotibus, Jos. 21. 13,——19. tamen cum Levitis pro necessitate communicata fuit ipsorum habitatio, ex quo regnum divisum est[t].

17. *Janitores*] Qui ad januas Templi excubabant[v], (quippe in quo erant ingentes thesauri, & inprimis sanctificata vasa[x],) & sacras arculas observabant, immundósque arcebant, &c[y]. ¶ *Et frater eorum Sellum princeps* ;] vel *præcipuus*, M. Ca. וַאֲחִיהֶם שַׁלּוּם הָרֹאשׁ] *Et fratres eorum* ; *Schallum caput*, ο'. P. vel *præcipuus*, Ti. i. e. erat princeps janitorum[z]. Significat hos quatuor fratres inter se esse, aut alios eorum fratres in eo ministerio adjuvare[a]. *In quorum agnatis Schallum primarius* erat, JT.

18. *Usque ad illud tempus in porta regis*, &c. וְעַד־הֵנָּה בְּשַׁעַר הַמֶּלֶךְ וגו'] [Variè reddunt.] *Et usque huc*, nempe *ad portam regis*, vel, *in porta regis*, &c. *excubias egerunt*, vel, *janitores fuerunt*, *per mansiones filiorum Levi*, M. Ti. vel, *inter castra Levitarum*, Belg. vel, *in turmis*, &c. Ang. *Et usque huc in porta regis*, &c. *hæ portæ castrorum filiorum Levi*, ο'. *Qui* [nempe quatuor illi vers. 17. recensiti] *occupabant ostium regis*, &c. *illi janitores erant*, &c. Ar. *Atque hi hactenus ad portam*, &c. *janitores fuerunt, ut ferebant vices Levitarum*, Ca. Idem ordo post captivitatem servatus est qui antè fuit[b]. *Usque ad illud tempus*, nempe, à prima janitorum institutione usque ad eversum Templum[c]. [Alii hæc verba connectunt cum præcedente versu, hoc modo ;] ver. 17. *Shallum erat caput*, v. 18. *qui hucusque excubabat in porta*, &c. Ang. vel, *etiam hucusque* habens munus *portæ*, [scil. custodiendæ,] &c. Gal. [JT. hunc versum cum præcedente sic connectunt : *Et janitores——quorum Schallum primarius* erat ; (*is hactenus in porta regis*, &c. stationem habet ;) *illi* (nempe quatuor in v. 17.) *janitores* (nempe primarii) *secundùm castra Levitarum.*] *Hucusque* (vel, *usque ad hæc tempora*, V.) *in porta regis ad orientem* fuerunt, i. e. illi portæ præfuerunt, V. *ipsi janitores fuerunt per* (vel *inter*, V.) *turmas* (vel, *in turmis*, V.) *fil. Levi*, P. q. d. Ex filiis Levi isti fuerunt ostiarii & janitores[d]. Sensus est, eos per vices suas excubâsse juxta varias classes, &c †. Porrò, *porta regia* ista una erat ex portis *templi*, sic dicta[f], vel quia cæteris nobilior[g] ; vel quia per eam Rex Templum ingrederetur[h]. Aut veriùs loquitur de porta atrii exterioris orientali, quæ Regi clausa erat, Ezec. 44. 2. nam in Sanctuario unica tantùm erat porta[i]. At janitores non in ea tantùm porta, sed in portis omnibus, fuisse hîc significatur, etiam in regia, ut constructio sit inversa[k]. Excubabant tum in aliis Templi portis, tum maximè in regia[l].

19. *Custodes vestibulorum tabernaculi* ; *& familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitum*, שֹׁמְרֵי הַסִּפִּים לָאֹהֶל וגו' שֹׁמְרֵי הַמָּבוֹא] *Custodientes* (vel, *ut custodirent*, Ca.) *limina*, seu *vestibula*, *tentorii*, sive *tabernaculi*, M. Ti. [sim. plerique :] *& patres eorum erant super castra Domini custodientes introitum*, M. Ti. vel, *cùm majores eorum Jovæ castris præfecti aditum custodivissent*, Ca. vel, *& patres*, &c. *præpositi exercitui Domini erant custodes introitûs*, Ang. Præfuerunt castris Jehovæ, ut essent custodes introitûs ipsius Tabernaculi : neminem enim sinebant ingredi loca illa prætérquam sacerdotes[m]. Curabant nè quis in domum Dei irrumperet cui id non liceret[n]. [Al. sic ;] *Observabant januam tabernaculi : patres eorum præerant castris, ipsi verò observabant ingressum & egressum*, Sy. *Observabunt limina ad tentorium : ut patres eorum juxta castra Jehovæ* (malim, *in castris*, i. e. eâ parte castrorum quâ cingebatur Arca Jehovæ, Pi.) *observaverant aditum*, JT. vel, *ut patres—in castris—custodes fuerant introitûs*, nempe in Sanctum, & in Sanctum sanctorum[o]. i. e. Isti Coritæ ità nunc servabant limen, sicut olim majores eorum Cahathitæ in castris fecerant, Num. 4. 4[p]. [Al. sic ;] *Custodes vasorum tabernaculi* ; *ut patres—observaverant aditum in castra Jehovæ*, Gal. *Custodes liminum*, &c. *& patres eorum super turmam Jehovæ*, &c. P. vel, *per turmas Domini*, i. e. ex eorum multitudine Levitarum qui *turmæ Domini* vocantur, i. e. Deo sacratæ[q].

20. *Phinees filius Eleazari erat dux eorum coram Domino*, [sim. ο'.] h. e. in atriis Templi, in ministerio janitorum[r] ; לְפָנִים יְהוָה עִמּוֹ] *Ad facies Domini cum eo*, Mo. quòd *antea Dominus fuerat cum eo*, Ti. *Cùm Pinchas—antecessor præesset olim eis, cui Jehova adfuerat*, JT. Vide Num. 25. 11, &c. Heb. *Jehova cum eo*, sub. *fuerat* † ; q. d. qui charus fuit Deo[t]. *Super illos olim, Jehovah cum eo*, P. V. sub. אֲשֶׁר, ut sit, *cum quo Jehovah erat*, V. *Erat olim dux eorum, & Dominus aderat illi*, Sy. sim. Ar. *Fuit dux eorum antesignanus*, [q. d. qui ante facies eorum ibat,] *erâtque Dominus cum eo*, M. Hîc notant Hebræi *Phineem* eo tempore vixisse, indéque colligunt eum, non hominem, sed Angelum, fuisse. Quibus alii duo respondent : 1. hæc verba non referenda ad Levitas illius temporis, sed ad majores eorum, Numer. cap. 4[v] ; 2. hunc *Phineem* & patrem illius *Eleazarum* fuisse diversos ab illis antiquis, &c. Facilè contingit, ut diversis temporibus pater & filius reciprocè iisdem nominibus appellentur, maximè in eadem familia[x]. Et pater & filius nomina habebant antiqua. Noli enim credere hunc illum fuisse *Phineen* Mosi coævum[y]. [Alii aliter.] *Phineen* hîc sumo pro ejus posteris & familia, qui, adepti pontificatum in Jesu & Josedech, Levitis præerant haud dubié[z].

21. *Janitor*] i. e. Primarius janitorum[a] : nam janitores multi erant[b]. ¶. *Portæ tabernaculi*] Non portæ atriorum, sed portæ Sancti[c].

22. *Omnes hi electi in ostiarios*, &c. vel *janitores*, Mo. JT. Belg. Ang. sim. Strig. ο'. הֵמָּה הַבְּרוּרִים שׁוֹעֲרִים וגו'] *Omnes isti clari ostiarii vestibulorum*, M. vel, *clari erant ad portas & limina*, Ti. *præcipui vestibulorum janitores*, Ca. *electi janitores in ipsis liminibus*, P. ¶ *Et descripti in villis propriis*, הֵמָּה בְּחַצְרֵיהֶם הִתְיַחְשָׂם] *Hi in villis suis* (vel *secundùm villas*, Belg.) *recensiti per genealogiam*, M. Ti. Ang. sim. JT. P. V. i. e. Cùm recensiti sunt, &c. sive cùm numerus eorum inventus est talis qualis jam dictus est, erant in villis suis[d]. ¶ *Quos constituerunt David & Samuel*, הֵמָּה יִסַּד וגו'] *Ipsos*, sive *illos*, *fundavit*, P. vel *confirmavit*, vel *constituit*, pro, *constituerunt* ; sing. pro plur †. Habitabant Levitæ aliqui in Jerusalem, alii verò in aliis urbibus, villis, &c. Per vices autem venerunt in Jerusalem, ut in Templo ministrarent[f]. Tunc autem descripti erant[g]. Has ministrandi vices constituerunt David & Samuel[h]. Dè Davide vide infrà c. 16. & 23. & alibi[i]. De Samuele nusquam alibi legimus, quòd ordines Levitarum instituerit[k]. Sed ex hoc loco intelligimus ipsum quoque hos ordines priùs excogitâsse & concepisse ; Davidem autem postea Samuelis decreta executioni mandâsse[l]. Q. hoc factum volunt à Samuele, cùm Arca redux fuit, &c. 1 Sam. 7[m]. ¶ *In fide sua*] Ità Mo. *Suâ fide*, Sy. *fide ipsorum*, ο'. *per fidem suam*, Strig. [Variè intelligunt.] 1. Authoritate sibi ad id faciendum à Deo & repub. creditâ & commissâ[n]. 2. Sciebant David & Samuel ex revelatione Spiritûs se in instituenda hac ordinatione janitorum facere rem Deo gratam, & Ecclesiæ commodam. Quod enim absque fide fit, peccatum est[o]. 3. Pro fide vel pietate sua erga Deum, David & Sam. hos ordines instituerunt[p]. [Alii aliter vertunt :] *Propter fidem ipsorum*, M. Ti. id est, Levitarum, quia notam & perspectam habebant fidem sive sinceritatem, eorum.

[l] V. [m] Mar. [n] Me. [o] V. [p] T. ex L. [q] Os. [r] Ma. ex Jun. † Ma. [t] Ma. ex Jun. sim. G. [v] Me. [x] Os. [y] Me. [z] V. [a] Mar. [b] Q. in Ma. [c] T. ex La. [d] V. † Me. [f] V. [g] Mar. [h] V. [i] Mar. [k] Mar. ex He. [l] La. [m] V. sim. Mar.

[n] Os. [o] Belg. [p] G. ex Jun. [q] Mar. [r] Me. † Pi. [t] Jun. sim. V. [v] V. [x] E. ità L. [y] G. [z] Mar. [a] Jun. Belg. [b] Belg. [c] Me. [d] V. † Idem. [f] La. [g] Ma. [h] La. [i] Belg. ex Jun. [k] E. sim. Belg. [l] E. [m] Q. in Belg. [n] La. [o] Os. [p] Ma.

[q Ma.] eorum [q]. [Alii aliter;] *in officio suo*, P. Belg. Gal. sim. Ca. Ar. *in stato munere ipsorum*, JT. Ang. Heb. *in ipsorum fide, veritate.* Munus ità vocatur, quòd in ejus [r Belg. sim. Pi.] exsecutione fides exigatur, 1 Cor. c. 4. v. 2 [r]. *In munere suo irrevocabili*; fidei scilicet eorum concredito. אֱמוּנָה propriè *fidem* sign. sed hîc accipitur pro *officio* [† V.] *perpetuo & permanente*, à *stabilitate* sic dicto †: q. d. ut [t La.] officium illud stabiliter & perpetim exercerent [t].

23. *In ostiis domûs Domini, & in tabernaculo*] Q. hîc distinguunt *domum Domini* à *domo tabernaculi*: ut *illa* sit tentorium quod fixerat David juxta domum suam, in qua Arca fuit; *hæc* autem Tabernaculum in [v Q. in Belg. ità Jun. Ma.] Gibeone: 1 Reg. 3. 2, &c. 2 Par. 1. 3, 5 [v].

24. *Erant ostiarii*] Præcipui scilicet, quibus pare[x Me.]bant alii, ut patet ex v. 26 [x].

25. *Veniebant in sabbatis suis*] Heb. *secundùm septenum dierum*, Pi. *Septimo die*: Fungebantur officio suo [y Me.] 7 diebus, deinde succedebant alii [y]. Heb. *in septimo dierum.* Id Sabbatum est, quo die ministri mutaban[z Mar.]tur [z]. ¶ *De tempore usque ad tempus*] Subindè; [a Me.] absolutâ hebdomadæ periodo [a]. Designatis tempori[b Mar.]bus veniebant [b]. [In Hebræo additur, *cum istis*,] nempe, qui functi fuerint suo officio per hebdomadam suam; q. d. ut succederent eis post 7 dies. Hoc genere [c G.] dicendi utitur & Ezeciel, 4. 10 [c].

26. *His quatuor Levitis creditus erat omnis numerus janitorum*, כִּי בֶאֱמוּנָה הֵמָּה אַרְבַּעַת גִּבֹּרֵי הַשֹּׁעֲרִים וגו׳ [Variant.] *Nam in fide isti 4 potentes* (*fortissimi*, Mar.) *janitorum*, Mo. ità ό. i. e. Nulla ratio ab eis exigeba[d Mar.]tur [d]. *Nam fideliter isti se gerebant*, &c. Sy. *Fideliter excubias obibant*, &c. Ar. *Erant enim illi sub fide 4 insignium janitorum, nempe Levitæ*, M. Ti. [Alii sic;] *In officio enim*, sive *munere*, (*in stato munere*, JT. Ang. vel, *in isto munere*, Belg.) *sunt*, vel *erant*, *isti quatuor potentes*, vel *præcipui*, *janitores*, *& erant*, vel *qui erant*, *Levitæ*, P. Belg. Ang. sim. JT. Pi. *Nam secundùm ordinem illum fuerunt quotidie quatuor præcipui janitores, qui erant Levitæ*, Gal. *Erant enim Levitis commendati hi quatuor custodes portarum*, Strig. *Qui in munere erant ipsi quatuor potentissimi janitorum, erant Levitæ*, V. Qui præerat omnibus erat de genere Sacerdotum: qui [† V.] verò quatuor præerant aliis, necessariò erant Levitæ †. ¶ *Et erant super exedras*, עַל הַלְּשָׁכוֹת] *Super cubicula*, Pi. Belg. &c. Me. in quibus servabantur thesau[f Me. sim. Os.]ri & sacra supellex [f]. q. d. Illi reficiebant ea, & distribuebant iis qui in illis habitabant [g]. [g Mar.]

27. *Manè*, וְלַבֹּקֶר לַבֹּקֶר] *Quotidie manè*, P. Ad verb. *in manè in manè*; ו redundat: i. e. quâ horâ so[h V.]lebant ostia aperiri, nempe summo manè [h].

28. *Super vasa ministerii*] i. e. Instrumenta cultûs [i Idem.] Divini [i]. Prolepsis est, sive propositio universalis, [k Ma. ex Jun.] quam sequentes versus sigillatim explicant [k].

29. *De ipsis, & qui credita habebant utensilia*, &c. [l Ma.] מְמֻנִּים וגו׳] Propriè *numerati, constituti super vasa*, &c [l]. *Nam ex illis alii constituti sunt super instrumenta*, &c. *alii super similam*, &c. JT. ¶ *Utensilia sanctuarii*] Heb. *super vasa*, (*super vasa illa*, JT. *super vasa alia*, Gal.) *& super omnia vasa sanctitatis*, sive *sancta*, Ma. Belg.

31. *Mathathias——præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur*, בֶּאֱמוּנָה עַל מַעֲשֵׂה הַחֲבִתִּים] *In fide super opus sartaginum*, Mar. Mo. *per fidem* (vel, *bonâ fide*, Ti. sub. *constitutus fuit*,) *super ea quæ fiebant in sartagine*, M. Ti. *in officio super opus sartaginum*, P. *præest operi rerum ex cacabo*, JT. Heb. *cacaborum*, vel, ut alii, *craticularum*; i. e. ciborum coctorum in caca[m Pi. sim. Belg.]bis vel craticulis [m]. *Mattithiæ*, &c. *commendatæ erant sartagines*, Ang. *Mattithiæ*, &c. *statum munus datum est super ea quæ fiebant in sartaginibus*, Ang. sim. V. חֲבִתִּין *frixa in sartagine*, non *sartagines*, sign. Ità pas[* Ga.]sim in Talmude: Sheringham in Joma cap. 3. sect. 3 *. *Rei patellariæ munus gerebat*, Ca. [At Sy. *fideliter præerat operibus secretis*; sim. Ar. quasi הַחֲבִתִּים à חָבָה, *abscondit se*, deductum putâssent.] Curabat ut sacrificia cibatoria, quæ in sartagine priùs quàm cremarentur [n Os.] frigenda erant, rectè præpararentur [n]; & nè quis escas [o Ma.] illas abliguriret [o].

32. *De filiis Kahath*] Verto, *è Kehathitis.* Heb. *ex filiis Kehathi.* Sed pro קְהָת mendosè scriptum est קְהָתִי P. *De filiis Kehathitæ*, Ma. sing. pro plur. i. e. [p Pi.] quidam Caathitæ, qui erant ex fratribus, sive cognatis, Levitarum [q]. ¶ *Super panes erant propositio*[q V.]*nis*, עַל לֶחֶם הַמַּעֲרָכֶת] *Sunt super panem dispositionis*, Pi. ex JT. V. vel *instructionis*, vel *ordinationis*, Pi. i. e. Præerant panibus ordine dispositis ante Arcam fœderis [r]. Panes hi, qui 12 erant, vocantur & *panes* [r Idem.] *faciei*, Exod. 35. 13. & *panes propositionis*, Matt. 12. 4. quia ante faciem Dei proponebantur in sacra mensa †. [† Pi.] ¶ *Ut appararent*] Heb. *ad præparandum*, Ang. *adaptando*, JT. Malim, *ut adaptent* illum; scil. ponendo in scutulis, tegendo, ordinando, &c [t]. [t Pi.]

33. *Hi sunt principes cantorum per familias Levitarum*] Qui hi? Hi Cahathitæ [v]. Hi janitores, de qui[v G.]bus antè dixit, aut omnes, aut illi quatuor præcipui [x]. [x Mar.] *Horum* (i.e. *ex his*; Heb. *hi*: deficit מ vel מִן *ex*, Pi.) *quoque ipsi sunt musici, primores paternarum familiarum* (Heb. *capita patrum*, Pi.) *inter Levitas*, JT. ¶ *Qui in exedris morabantur*] i. e. Cubiculis & aulis Templo annexis [y]. ¶ בַּלְּשָׁכוֹת פְּטוּרִים] *Keri* פְּטוּרִים. [y La.] [Variè reddunt.] *Erant* (vel *morabantur*, Os.) *in exedris* (sub. *à templo*, Os.) *prominentibus*, Ti. Os. Ibi morabantur, ut ad Templi ministeria expediti esse possent [z]. [Alii aliter;] *in cubiculis* (vel *cellis*, Ca.) [z Me.] *soluti*, Mo. vel *immunes*, P. V. JT. scil. ab omni alio officio [a]: ab omnibus Levitarum oneribus, quia can[a V. sim. Jun. Gal. Belg. Mar.]tui incumbebant [b]. Morantes *in exedris, exsistentes li*[b Ma.]*beri*, M. *in cubiculis ordinatæ vices*, ό. alii codices, *in pastophorio ordinati in vices*, Nobil. *Excubias agebant in diversoriis quæ erant circùm ædem*, Sy. *excubias obibant circa domum*, Ar. [Alii aliter;] *delecti ad cistas*, Strig. ¶ *Ut die ac nocte jugiter suo ministerio deservirent*, כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה] *Quia die & nocte super eos* (sub. *erat esse*, P. V.) *in opere*, P. V. Mo. sub. *musices* Divinæ, V. *Illorum* est (vel, *eis incumbit*, Heb. *super ipsos est*, Pi.) *versari in suo opere*, JT. in opere mu[c Pi.]sico, tum meditando, tum exercendo [c]. *Occupati erant negotiis*, Strig. vel, *in opere*, Ca. *incumbebat illis opus* Templi, M. *dies ac nox super eos in operibus*, ό. *præerant operibus diu noctúque*, Sy. sim. Ar.

34. *Capita Levitarum——manserunt in Jerusalem*] Eorum autem adjuncti commilitones in pagis vicinis degebant [d]. Quælibet familia Levitarum suum ca[d Os.]put & principem habebat †. [† Me.]

35. *In Gabaon*, &c.] Redit ad familiam Saul, ut narratio jungatur cum sequentibus [f]. *Gibbone verò*, &c. [f Mar. sim. Me. Os.] JT. Sensu bene expresso; nam continetur hîc epanalepsis recensionis narratæ cap. 8. v. 29, &c [g]. cum qua [g Pi.] omnia eadem sunt ab hoc versu ad finem capitis [h]. [h Ma.] ¶ *Commorati sunt*] Nempe *pater*, i. e. Princeps, *Gibeon*, nomine *Jeiel*, cum familiaribus suis. Aut verbum plur. ponitur pro sing. *habitavit* [i]. ¶ *Et nomen ux*[i V.]*oris ejus Maacha*; ità ό. Sy. Ar. Mo. Ma. M. P. Ti. JT. &c. אִשְׁתּוֹ] Ità legunt antiquiora exemplaria [k]. Sic [k Buxt. vind. 2. 8. 607.] invenimus in antiquo manuscripto, & in vetustioribus exemplaribus excusis: quæ sequi maluimus, quia sic habetur cap. 8. v. 29. quamvis permulti libri habent אֲחוֹתוֹ *sororis ejus* [l]. In posterioribus exemplaribus pro [l Jun.] אִשְׁתּוֹ repositum est אֲחוֹתוֹ, quod fortè irrepsit ex c. 7. v. 15. [ad quem locum annotata vide.] Q. hîc legunt, *sororis*: ità Mar. Belg. *Sororis* nomen pro socia aliquando sumitur apud Hebræos [m]. Fortè *soror* hîc su[m Mar.]mitur sicut Gen. 20. 2, 5, 12 [n]. Hinc verò apparet, [n Belg.] sicubi scriptorum vel librariorum culpâ discrepantia aliqua codicum Hebraicorum orta sit, eam ex illorum collatione deprehendi, nec omnes scribas unius exemplar imitari & sequi [o]. [o Buxt. ibi.]

CAP. X.

1. *Philistiim*, &c.] Hic versus & undecim sequentes ferè habentur 1 Sam. 31. Vide ibi [a]. [a Ma.]

3. *Et vulneraverunt jaculis*, וַיָּחֶל מִן הַיּוֹרִים] *Et vulneratus* (*graviter vulneratus*, Ti.) *est à jaculatoribus*, Mo. P. sim. Ar. M. Alii, *& timuit* (*vehementer extimuit*, Belg. sim. Sy.) *à jaculatoribus*, JT. He. in Mar.

Reliqui

Reliqui יָחִיל sumunt in signific. vulnerandi, [quasi à חָלַל;] hi in sign. *dolendi* aut *timendi*, quasi à חול[b].

4. *Noluit*, &c.] Quare? Nè vel apud Israelitas, si evaderet, vel apud Philistæos, si caperetur, fraudi sibi esset Regem jugulâsse[c].

7. *Qui habitabant in campestribus*] Heb. *in valle*, Ma. Nempe ea oppida minùs munita erant[d]. ¶ *Habitaverunt in eis*, [בָּהֶם] Pro בָּהֶן *.

9. *Miserunt*] Sub. vel *caput illud*, V. *caput & arma ejus*, Os. vel *nuncios*. ¶ *Et ostenderetur idolorum templis*, [אֶת־עֲצַבֵּיהֶם] *Sculptilibus suis*, P. *terriculis*, JT. Heb. *doloribus*, sic dictis, quòd idola dolores pariant cultoribus suis[f]. Sacerdotibus idolorum[g].

10. *In fano Dei sui*] *Deorum*, Ma. JT. Potiùs *dearum*, nempe *Aschtharotharum*, ut nominantur 1 Sam. 31. 10[h]. ¶ *Caput affixerunt in templo Dagon*] At 1 Sam. ult. *corpus suspenderunt in muro Bethsan*. Respond. 1. Fortè *Bethsan* & *Beth-dagon* erant varia nomina ejusdem loci[i]: vel, 2. templum muro conjunctum erat[k]: vel, 3. caput erat in templo; corpus autem truncum sine capite suspenderunt in muro[l].

12. *Subter quercum*, [הָאֵלָה] *Quercum illam*: De clara & insigni quercu loquitur. Alii *ulmum* vertunt; Chald. *castaneam*. 1 Sam. 31. 13. ponitur dictio quæ simpliciter sign. *arborem*[m]. ¶ *Jejunaverunt septem diebus*] More lugentium[n]. Non 7 diebus integris, sed usque ad vesperam, pro more[o]. Apparet hoc jejunium non susceptum fuisse ad succurrendum animæ Saulis, sed tantùm fuisse signum luctûs publici[p].

13. *Mortuus est ergò Saul*, &c.] Prolepsis hæc est, seu propositio generalis peccatorum Saulis, quorum tres gradus hîc subjiciuntur[q]. ¶ *Propter iniquitates suas*, &c. [בְּמַעֲלוֹ וגו׳] *In prævaricatione sua quâ prævaricatus est contra Dominum*, Mo. *propter prævaricationem suam*, &c. P. JT. Pi. ¶ *Eò quòd prævaricatus sit*, &c. [עַל דְּבַר וגו׳] *Super verbum Domini quod non custodivit*, Mo. *eò quòd non observâsset verbum Jehovæ*, JT. Pi. nempe mandatum de exscindendis Amalekitis. Vide 1 Sam. 15[r]. Heb. *propter verbum Jehovæ, quod non observâsset*. Trajectio, ut Gen. 5. 29*. *Secundùm sermonem Domini, quia non servaverat quæ mandaverat*, Ar. ¶ *Sed insuper pythonissam consuluerit*, [וְגַם לִשְׁאוֹל בָּאוֹב לִדְרוֹשׁ] *Et etiam ad interrogandum in pythone ad quærendum*, Mo. *quòd consuluit pythonem*, P. Ti. sim. Sy. (vel *pythonissam*, M.) *interrogando*, Ti. vel, *consulendo* eum, P. vel, *& requisivit*, M. *Quòd consulere pythonem quæsiisset*, JT. *& abiens consuluerat astrologam, potiùs quàm Deum consuleret*, Ar. *consulendo pythonem & requirendo*, Pi.

14. *Nec speraverit in Domino*] Sed fisus est Diabolo[t]; quod apparebat ex illa consultatione Pythonissæ[v]. Heb. *& non quæsivit in Domino*, G. Ma. sim. JT. Pi. &c. *non interrogavit*, sive *consuluit*, *Dominum*, Os. Q. in Ma. At *consuluit Dominum*, 1 Sam. 28. 6. Resp. 1. Non perseveravit consulere, sed divertit ad Pythonissam[x]. Debuit Saul pœnitentiam agere, & denuo Dominum consulere; tunc autem paternum responsum accepisset[y]. 2. Non requisivit Dominum verâ & finali pœnitentiâ, atque invocatione nominis Dei[z]. ¶ *Propter quod—transtulit regnum*, &c.] Regna ubi transferuntur, videbis præcedere injustitiam & impietatem †.

[b] Mar. [c] T. sim. Mar. [d] Mar. * V. [f] Pi. [g] V. [h] Pi. [i] E. [k] Mar. [l] E. [m] V. [n] Mar. [o] Pi. sim. Os. Belg. [p] E. [q] Ma. ex Jun. [r] Pi. Belg. Os. L. * Ma. [t] La. [v] G. [x] Ma. [y] Os. [z] Ma. † G.

CAP. XI.

1. Congregatus est, &c.] De priore parte capitis actum 2 Sam. 5[a]. Vide & 2 Sam. 3[b]. ¶ *Omnis Israel*] Id est, universi bellatores è singulis tribubus[c]. ¶ *Os tuum*, &c.] q. d. Ex eodem osse & carne, &c. nempe ex osse, &c. Jacobi. Sic Gen. 29. 14[d].

2. *Educebas*] Scil. contra hostes *. ¶ *Et introducebas*, [מֵבִיא] *Venire* (seu *introire*, Pi.) *faciens*, Mar. vel *faciebas*, Pi. Mar. *& reducebas*, Pi. JT. Mar. domum scilicet, hostibus victis. Vide 1 Sam. 18. 4. & sequent. & cap. 19. 8[f]. ¶ *Tibi dixit*] Id est, de te[g]. ¶ *Deus tuus*] Qui tibi favet, & cui tu confidis. ¶ *Tu pasces*] Sic Homero Reges dicuntur *pastores populorum*[h].

3. *Iniit David cum eis fœdus*] Et David populo & populus Regi juramento se obstrinxerunt[i]. ¶ *Coram Domino*] Invocato Deo[k]; vel publicè, Deo auctore[l].

4. *Abiit*, &c.] Nullâ re magis sancitur auctoritas imperandi quàm bella administrando. Non se otio dat David, nec bellum mandat ducibus, sed per se gerit[m]. ¶ *In Jerusalem*] Vox יְרוּשָׁלַם non est numeri pluralis, sed singularis; quia litera ם non est characteristica numeri, sed radicalis[n]. Jam Jerusalem capta fuerat à Josue, quæ fortè postea amissa iterum fuit[o].

6. *Erit princeps & dux*] Non cognationi honorem tribuit, sed virtuti. *Joab* antea princeps belli erat, sed nunc ex merito datur & perpetuó[p].

8. *Ædificavit*] Id est, instauravit[q]. ¶ *A Mello usque ad gyrum*] Ità P. Mo. M. vel *circumquaque*, Ca. vel *usque ad circuitum*, Ti. vel *integrum ambitum*, Strig. *Mello* erat locus latus muro junctus[r]: erat platea insignis*, in qua fiebant cœtus[t]. De *Mello* vide ad 2 Sam. 5. 9. & 1 Reg. 9. 15, 24[v]. *Cùm munitionem, tum circuitum ejus*, Pi. ex JT. id est, murum circa munitionem. Hebr. *à munitione & usque ad circuitum*[x]. Refecit David muros, fortè in oppugnatione arietibus quassatos[y]. ¶ *Joab autem reliqua urbis exstruxit*, [יְחַיֶּה אֶת־שְׁאָר הָעִיר] *Vivificavit residuum*, vel *reliquum*, *urbis*, Mo. Ma. *instauravit*, &c. P. M. Ti. JT. Belg. Similis metaphora 2 Par. 24. 13[z]. Vide Gen. 18. 10[a]. Quassata belli injuriâ refecit[b]. [Alii aliter:] *Vivas conservavit urbis reliquias*, JT. sim. Strig. id est, loci incolas, Cananæos, quos trucidari oportebat. Intempestiva hæc clementia. Sed David cogebatur ad multa Joabi non rectè facta connivere[c]. *Præbuit David dexteram* (vel *commeatum*, Ar.) *cæteris* (vel *cunctis*, Ar.) *hominibus qui erant in iis civitatibus*, Sy. vel, *in oppidis*, Ar.

9. *Vadens & crescens*] *Ibat eundo & crescendo*, JT. H[s]: Profecit proficiendo[d]. ¶ *Dominus exercituum*] *Jehova exercituum*, JT. pro, *Jehova Deus exercituum*. Sic passim. Ellipsis nominis אֱלֹהֵי: nam nomen יְהוָה, quum sit proprium, in regimine non ponitur †.

10. *Hi principes*, &c.] Quibus adjutoribus tot bella perfecit *. Ab hoc versu usque ad 41. confer cum 2 Sam. 23. 8, &c. ubi omnia ferè eadem sunt[f]. *Magna negotia magnis adjutoribus egent*, ut dixit Velleius. Adde infrà 12. 23[g]. ¶ *David*] Heb. *qui* (sub. *erant*, P. V.) *Davidi*, P. i. e. quos habebat David socios & adjutores[h]. ¶ *Qui adjuverunt eum*, &c. [הַמִּתְחַזְּקִים עִמּוֹ בְּמַלְכוּתוֹ וגו׳] *Qui roboraverunt se* (vel *strenuè egerunt*, Ti. sim. JT. Pi. &c.) *cum eo in regno ejus*, &c. P. Pi. i. e. qui pro virili adjuverunt eum in negotio Regni, *cum toto Israele*. Præs. Heb. pro præt[i]. Alii, *pro regno ejus*, JT. *qui unà cum eo firmaverunt regnum cum universo Israele*, M. *qui cum eo promovebant regnum ipsius*, Sy. *qui imperium obtinebant in regno ipsius*, Ar.

11. *Et iste numerus*, &c. ità Mo. sim. ο'. Ar. P. M. Ti. [וְאֵלֶּה מִסְפַּר וגו׳] *Hi sunt numeri*, Sy. Ad verb. *Et isti numerus*, Ma. Aut אֵלֶּה pro זֶה positum est, aut confunduntur numeri. Doctiores subintelligunt מִן ante מִסְפַּר[k]. *Et ex his numerus*, JT. Malim, *Hi ergò* (vel *isti*, Q. in V.) sub. *sunt*, vel *fuerunt*, de *numero*, Pi. V. Ut sit epanalepsis vocis וְאֵלֶּה in principio versûs præcedentis[l]. ¶ *Princeps inter triginta*; ità P. [הַשְּׁלוֹשִׁים] Noster sequutus est literas dictionis, non puncta. Alii legunt הַשָּׁלִישִׁים, *principes*[m]. *Dux principum*, Q. in V. *primarius tribunorum*, JT. sive *ducum*, qui sic dicti videntur à magnitudine seu granditate potestatis, &c. per metaphoram à vase grandi, quod nominatur שָׁלִישׁ, id est, *triental*[n]. Alii, *dux tertiorum*, sub. *à rege*, V. De hac voce vide in Exod. 14. 7. & 2 Sam. 23. 8[o]. In 2 Sam. 23. pro, *inter triginta*, est, *inter tres*. Alteruter locus corruptus videtur; vel additione τοῦ *Mem* hîc, vel ejus detractione ibi[p]. ¶ *Super trecentos*] At 2 Sam. 23. 8. super 800. Resp. 1. 300 hastâ interfecit; alios 500 alio modo[q]. 2. Duæ pugnæ fuerunt. Hîc supplentur omissa ibi[r]. Plura vide ad illum locum *.

[a] Ma. Me. [b] La. T. [c] Ma. [d] Pi. * Pi. [f] Pi. [g] Mar. [h] Pi. [i] Os. [k] Pi. [l] Mar. [m] Mar. [n] Pi. [o] Mar. ad v. 5. [p] Mar. [q] V. [r] Mar. * V. [t] V. sim. Mar. [v] Ma. [x] Pi. [y] Os. [z] Ma. ex Jun. [a] Ma. [b] Mar. [c] Os. [d] V. † Pi. * Mar. [f] Ma. [g] G. [h] V. [i] V. [k] V. [l] Pi. [m] V. [n] Pi. [o] Ma. [p] Mar. [q] Q. in Ma. [r] Mar. * Ma.

12. *Filius*

12. *Filius patrui ejus*] Ità P. Sic Eleazar & *Jerboam* patrueles erant [t]. Alii, *filius Dodo*, P. Os. ut דודו sit nomen proprium. ¶ *Ahohites*] Id est, nepos *Ahoh* [v]; vel, de urbe *Ahohi* [x]. ¶ *Erat inter tres potentes*, בשלושה וגו׳] *Ipse fuit* unus *ex tribus fortibus*. ב pro מן positum [y]. Horum tertius hic reticetur, exprimitur autem 2 Sam. 23. 11. *Schamma* [z]. Verto, *inter tres robustissimos illos*, ob ה præfixum *in* גבורים, q. d. illos notissimos & celebratissimos [a].

14. *Steterunt*] Vel *stiterunt se*, JT. Pi.

15. *Tres de triginta principibus*; ità ο΄. M. P. Ti. vel *capitibus*, Mo. P. vel *præcipuis*, Ca. מן השלושים ראש] ראש *à* est *caput*: Enallage numeri [b]. ¶ *Ad petram*; [similiter ferè omnes:] על הצור] At Ar. *è petra*, & JT. Pi. *è quadam rupe*. Ellipsis præpositionis relatæ; על pro מעל, sicut alibi את pro מאת. Et articulus ה notat pronomen indefinitum [c]. *Ad rupem*, P. V. scil. in qua erat David. Confer 2 Sam. 23. 13 [d]. ¶ *Ad speluncam*, אל מערת] *Ad cisternam*, V.

16. *In præsidio*, במצודה] *In illa* (*in ipsa*, P.) *arce*, V. Mar. de qua dixerat, Mar. & quò scil. se recipere solebat [*]. ¶ *Et statio*, &c.] Ità ο΄. P. M. Ti. JT. Pi. sub. *consistebat*. Ellipsis verbi relati [f]. *Præsidium*, Ca. *præfectus*, Mo. Mar. Erat ibi dux cum militari præsidio [g].

17. *Quæ est in porta*, בשער] *Ad*, vel *apud*, *portam*, P. V. Pi. JT.

19. *Absit*, &c. חלילה לי וגו׳] Ad verb. *Inhibitio*, vel *Prohibitio*, (sub. *sit*) *mihi à Deo*; i. e. Prohibeat me Deus [h]: Avertat id Deus [i]. *Profanatio mihi sit à Deo meo à faciendo hoc*: id est, Deus me ità gubernet, ut bibitio hujus aquæ pro re profana & nefaria à me habeatur, ut non bibam, &c. Vide ad Gen. 18. 25. & 44. 7 [k]. ¶ *Et sanguinem——bibam*, &c. אשתה בנפשותם וגו׳] *Bibam in* (vel *cum*, V. Pi.) *animabus eorum*, Mo. ο΄. M. Id est, An biberem non solùm sanguinem illorum, sed etiam animas tanquam contentas in sanguine? Vide Levit. 17. 11, 14. Vel verte, *sanguinem*, id est, aquam (sub. *quam attulerunt*) *cum periculo vitæ suæ*. *Sanguis* hìc est aqua cui acquirendæ destinatus est sanguis [l]. *Num sanguinem* (id est, aquam ab istis haustam [m]) *biberem cum vitæ ipsorum periculo?* Ti. *Num sanguinem*, &c? id est, pretium sanguinis [n]. *An sanguinem—biberem incuntium periculum vitæ suæ?* JT. Heb. *super animis suis?* Jun. *Sanguinem*, *hoc est*, *vitæ periculum*, *bibam?* Ca. ¶ *Quia in periculo animarum*, &c.] Verba iterata Davidis majorem admirationem ostendunt [o].

20. *Ipse erat*, &c. ולא שם בשלשה] *Et non* (vel, *sed non* fuit ei, JT.) *nomen inter tres*, Mo. i. e. in primo illo ternione, Ma. [At *Keri* est ולו, & sic plerique accipiunt:] *Et fuit ei nomen*, &c. P. Pi. sim. ο΄. Sy. Ar. M. Ti. Ca. Strig. Hanc lectionem præfero: 1. nam dura est ellipsis, si legatur לא; 2. ex collat. v. 24. ubi in simili sententia legitur לו. Nisi putetur obstare quòd hìc ב habet *Pathach* sequente *Dagesch*, notâ extrusi articuli demonstrativi; illic verò *Schevâ*. Sed considerandum, illic quoque esse articulum ה, præpositum nomini גבורים [p].

21. *Et inter tres secundos inclytus*; ità Mar. id est, in secundo ternario [q]: מן השלשה בשנים נכבד] *Ex tribus inter duos* (*inter duos illos*, P.) *gloriosus*, Mo. Alii, *super duos*, ο΄. *supra alios duos*, JT. Pi. ב in בשנים valet *supra*, vel *plusquam*: quæ significatio an alibi reperiatur, me latet. Hìc sanè aliter exponi posse haud videtur [r]. *Gloriosior erat duobus*, M. sim. Ar. Ca. Virtute æquabat duos ex illis tribus [*].

22. *Banaias filius Joiadæ viri robustissimi*] Heb. *viri strenuitatis*, Pi. vel *virtutis*, sive *virium*: sic Prov. 31. 10. Pi. Goth. habet *vir robustissimus*. Hebræa utramque admittunt lectionem [t]. ¶ *Qui multa opera*, &c.] Heb. *magnus operibus*, V. Pi. vel *rebus gestis*, JT. Potest tamen referri ad Jehoiada [v]. ¶ *De Cabseel*] Urbs erat in tribu Judæ, Jos. c. 15. v. 21 [x]. ¶ *Percussit*] Id est, interemit [y]. ¶ *Duos Ariel Moab*, אריאל מואב] *Leones Dei*, i. e. maximos & robustissimos [z]. *Fortissimos Moab*, P. sim. JT. Pi. Plerique referunt ad duos duces Moab, à fortitudine sic dictos [a]. Heb. *leonem robustum Moab*: Enallage numeri, & metaphora [b]. Vox composita est ex ארי *leo*, & אל *fortis* [c]. ¶ *Interfecit leonem*; verum & naturalem [d]: את הארי] De insigni leone loquitur & noto, qui fortasse magnis incommodis incolas affecerat [*]. ¶ *In cisterna*] Quam leoni paraverant [f]. ¶ *Tempore nivis*] Tunc leones ferociores, homines frigore tremunt [†].

23. *Cujus statura erat quinque cubitorum*; ità M. sim. Strig. איש מדה חמש באמה] *Virum mensuræ* (vel *procerum*, JT. Pi. Sy. Ar. *conspicuum*, ο΄. *mensuræ* (vel *staturæ*, Belg.) *magnæ*, V.) *quinque cubitorum*, P. ο΄. [sim. ferè omnes.] Dicitur hìc *vir aspectus* 2 Sam. 23. 21 [g]. ¶ *Ut liciatorium*] *Par jugo textorum*, JT. Pi. id est, ità crassa [h]. *Crassitudo cuspidis*, vel *mucronis*, *erat velut jugi textorum*, Sy. Ar. ¶ *Descendit*] Sub. *in certamen*, V. vel, *in foveam*, Ti.

25. *Posuit eum David ad auriculam suam*, על משמעתו] *Ad auditum suum*, Mo. P. *in consilium suum*, M. *ut esset audiens ei*, Ti. *ab auriculis*, vel *à consilio*, V. *à consiliis*, Ca. sim. Strig. *Ad audientiam*, i. e. præsidem secreti sui consilii; vel, *à secretis*, cum quo scilicet arcana communicaret consilia [i]. Rarum donum, fortitudo in milite cum vera prudentia conjuncta [k]. Minimè convenit illa functio homini ad bella nato. Græci habent ἐπὶ τῆς πατριᾶς αὐτοῦ, nempe משפחתו. Viri perurditi [Capellum inprimis intelligit] putant scriptum על משמרתו, *super custodiam suam*, id est, custodes corporis [l]. Sed quæ hìc necessitas corrigendi? Lectionem receptam confirmant Masora, & locus parallelus 2 Sam. 23. 23. & omnes interpretes [m]. [Alii tamen aliter vertunt על משמעתו;] *super obedientiam suam*, Pi. K. in Buxt. pro, *super obedientes*, Pi. vel pro, *super viros obedientiæ*, על אנשי משמעתו, per ellipsin prioris nominis substantivi constructi [n]; id est, super satellites, nempe Cherethæos & Pelethæos [o]. *Super satellitio suo*, JT. Ang. *super viros mandati*, sive *imperii*, Gal. [i. e. quibus speciali modo imperat.]

26. *Porrò fortissimi viri*] Præter duos ternarios [p].

32. *Hurai de torrente Gaas*] *Ex una vallium*, JT. Verto, *ex vallibus*, (i. e. ex una vallium, Synecdoch. integri;) vel, *ex torrentibus* [q].

34. *Filii Assem*] Nempe *Jonathan* & *Semma*, 2 Sam. c. 23. v. 32 [r].

35. *Ararites*, ההררי] Qui 2 Sam. c. 23. vocatur האררי [*]. Nempe pronunciationes diversis temporibus variant, & uterque author sequitur pronunciationem suo tempore usitatam. Porrò, liber Chronicorum posteriùs scriptus est, cùm lingua ex captivitatibus fuit nonnihil deflexa, cúmque asperiores literas gutturales fugere inciperent. Sic qui ארורם 1 Reg. c. 12. 18. vocatur הדורם 2 Par. 10. 18 [r].

38. *Joel frater Nathan*] At 2 Sam. 23. 36. est *Joel filius Nathan*. Resp. 1. In his genealogiis & chronologiis, &c. multa sunt ἄπορα, quia historiæ non plenè referuntur. 2. Quidni hi diversi fuerint, unus *frater*, alter *filius*, *Nathanis*? Nam & aliæ sunt in duobus illis versibus differentiæ [v]. 3. [Fortè *frater* pro cognato ponitur, & *filius* pro nepote; ità nihil impedit eundem dici, hìc *cognatum*, ibi *filium* vel *nepotem*, Nathanis.] 4. Vel naturâ *frater*, educatione [sive adoptione] *filius*, Nathanis erat [x].

41. *Zabad*] Hic unus additur illis qui 2 Sam. 23. forte quia suffectus est in locum *Elikæ*, ib. v. 25. qui occubuit [y].

42. *Adina*, &c.] Hinc ad finem capitis ponitur altera pars recensionis, quæ prætermissa est 2 Sam. 23. quâ exponitur qui duces stationarii in finibus regni ultra Jordanem præfuerint, & regionibus recèns acquisitis, de quibus suprà 5. 10. ut apparet ex nominibus patriarum istarum, quæ erant ultra Jordanem [z]. Vetus consuetudo est, viros præstantes à patria sua potissimùm denominari [†]. ¶ *Et cum eo triginta*; ità M. P. Ti. Gal. Ang. ועליו שלשים] *Et super eo*, vel *eum*, *triginta*, Mo. ο΄. *attamen superiores eo triginta*, JT. *iste erat præpositus triginta viris*, Sy.

Marginal notes (left column): t Mar. — v Os. — x V. — y Q. in V. — z Jun. Pi. — a Pi. — b Pi. — c Pi. — d V. — * V. — f Pi. — g Mar. — h V. — i Mar. — k Pi. — l Pi. — m V. — n Mar. — o Belg. — p Pi. — q Mar. Os. — r Pi. — * V. in Tig. not. — t Mar. — v V. — x Pi. — y V. Pi. — z La. To. & San. in T. — a Mar.

Marginal notes (right column): b Pi. — c V. — d T. ex Mar. — * V. sim. Mar. — f V. — † Mar. — g V. — h Pi. — i Q. in Buxt. sim. Os. — k Os. — l G. — m Buxt. vind. 2. 13. 992. — n K. in Buxt. — o Pi. K. in Buxt. sim. Jun. — p Mar. — q Pi. — r Mar. sim. Os. — * Cap. — r Buxt. vind. 2. 2. 381. — v Buxt. 2. 2. 416. — x Mar. — y Jun. — z Ma. ex Jun. — † Os.

CAP.

CAP. XII.

1. Venerunt ad David — quum adhuc fugeret Saul; simil. Sy. Ar. עוד עצור מפני שאול] Adhuc clausum, sive conclusum, (vel absconditum, M.) propter Saulem, Pi. M. vel, metu Saulis, Ti. V. vel, à facie Saulis, P. Mo. cùm adhuc comprimeretur, &c. ὁ'. vel coarctaretur, &c. Os. Dum adhuc se contineret in Ziklag, &c[a]. Clausum, i. e. prohibitum publicè versari in populo Dei[b]. Alii, adhuc exclusum, &c. JT. id est, extra fines regni agentem, 1 Sam. 27. 1[c]. ¶ Qui erant fortissimi] Heb. & illi in illis robustissimis, sci. commemoratis capite præcedenti; inter illos, &c[d]. De numero virorum fortium †. Ipsi erant Heroes, Os. vel, cum illis robustissimis (cap. præc.) fuerunt, JT. ¶ Egregii pugnatores] Heb. auxiliatores belli, Mo. Fuerunt adjutores bellorum ejus, JT. Articulus ה habet vim ἀναφορικὴν[f].

2. Tendentes arcum, & utrâque manu, &c. נושקי קשת מימינים ומשמאלים באבנים ובחצים בקשת] Armati arcu, dextrâ utentes & sinistrâ in ipsis lapidibus, & in sagittis arcu, P. sim. Mo. Dextrorsum & sinistrorsum petentes lapidibus, (ut Gen. 13. 9. Jun. Non placet; nihil enim est singulare aut mirum, si funditor lapide petat nunc dextram, nunc sinistram[g],) sagittis jaculantes arcu, JT. Malim, dextrâ & sinistrâ petentes lapidibus, & sagittis ejaculantes arcu, Pi. sim. Ca. Utrâque valentes manu in lapidibus, & jaculis arcu, Ti. Dextrantes & sinistrantes in ipsis lapidibus, sub. mittendis, sive fundâ jaciendis, & in sagittis, sub. mittendis, V. Utrâque manu idonei erant ad tractandos arcus, sive lapides ejaculandi essent, sive tela, Strig. Rarum hoc erat & singulare, aliquem esse ambidextrum. Similis laus Benjaminitarum in Jud. 20. 16[h]. & Aodis, Jud. 3. 15[i]. ¶ De fratribus Saul] Id est, cognatis[k]; vel certè contribulibus[l]. Miraculum hoc erat providentiæ Divinæ[m]; & magnum Davidi solatium[n]. Videbant hi Davidem se & fortiter gerere & prudenter, Deúmque, relicto Saule, esse cum eo[o].

3. Princeps] Sub. eorum, V. ¶ Et Joas, filii Samaa, Gabaathites] Vel, filii Schemahæ Gibhani, JT. Pi. oriundi ex Gibea[p].

4. Inter triginta & super triginta] i. e. Triginta præerat, omnibus fortior[q]. ה in השלשים accipitur indefinitè; quum nec proximè præcesserit nec sequatur certorum triginta recensio[r]. Qui meritò 30 fortissimis viris annumerandus, vel potiùs præferendus, est †.

6. Et Jesbaam de Carehim, הקרחים] Corbitæ. Plurale est[t]. De Coritis, posteris Core[v].

8. De Gaddi] Nomen est civitatis tribu Gad, de qua mentio fit 2 Sam. 23[x]. De tribu Gad[y]. E Gaditis, JT. Hebr. E Gadita: Enallage numeri[z]. Hæc Tribus erat Moabitis vicina, & in desertis locis, per quæ David vagabatur; ideo Davidi se adjunxerunt[a]. ¶ Transfugerunt ad David] Heb. separati sunt, i. e. separaverunt se. Niphal habet hîc significationem reciprocam[b]. Sed à quo? Scilic. à Saul defecêre[c]. ¶ Pugnatores optimi, אנשי צבא למלחמה] Viri militiæ ad bellum, P. Mo. V. sub. exercendum, V. Viri militares, M. Ti. V. bello apti, Ti. V. pollentes virtute bellicâ; vide infrà v. 33[d]: vel, & bellicosi, M. ¶ Tenentes clypeum] Heb. disponentes, seu ordinantes, scutum, Mo. Ma. utentes scuto, M. Pi. Pro מגן in quibusdam codicibus legitur רומח lancea †: instructi lanceâ, Ti. ¶ Quasi facies leonis] Nempe, ità terribilis[f]. Leo nullius occursum pavet, Prov. 30. 30[g]. ¶ Et veloces quasi capreæ in montibus; [sim. omnes;] למהר] Ad festinandum, P. accelerando, Pi. pernicitate, JT. sim. Ti. Ità ut si quando accelerandum erat, facilè montes conscenderent[h]. Magna virtus est in milite celeritas. Sæpius enim cunctando amittitur rei bene gerendæ occasio[i]. Vide 2 Sam. 2. 18. Vegetius; Militaris alacritatis saltus & cursus antè tentandus est quàm corpus ætate pigrescat: velocitas animi est quæ percepto exercitio strenuum facit bellatorem[k].

9. Ezer princeps] Heb. caput, Mo. dux, P. V. sub. fuit illorum, V.

- a V. b Pi. c Ma. d Pi. † V. f Pi. g Pi. h Pi. i Me. k To. & Sà l Me. T. Pi. m Me. T. Mar. n T. ex La. Os. o Me. p Pi. q Mar. r Pi. † Os. t V. v Mar. x Me. y L. La. Mar. z Pi. a Me. b Pi. c Mar. d V. † V. f Pi sim. Os. g Me. h V. i Os. k G.

14. Novissimus centum, &c. אחד למאה הקטן והגדול לאלף] Unus ad (vel pro, P.) centum, minor; & major ad (vel pro, P.) mille, Mo. Quidam imperabant centum, alii mille, viris, Sy. Unusquisque in centum (sub. imperium tenebat, Pi.) qui minor, vel minimus, erat; qui verò major, vel maximus, in mille, Pi. Jun. Minor super centum; (vel centurio, Ca. Strig.) major super mille, Ti. (vel tribunus, Ca. Strig.) Ità sumitur τὸ על 2 Sam. 8. 16. על הצבא, & Joab super exercitum. Sic Luc. 19. 19. Σὺ γίνε ἐπάνω πέντε πόλεων, Sis tu super quinque civitates[l]. Hic ordo non est à Davide institutus quando in deserto latitabat, sed postea[m]. Cùm se Davidi fortes hi viri adjunxerunt, tunc quidem paucos milites numerabat, h. e. sexcentos. Postea verò quàm regnum adeptus est, eorum præfecturas auxit numero subjectorum militum[n]. [Alii aliter accipiunt;] Unus qui minor erat, (sub. persequebatur, M. vel, obsistere, vel persequi, poterat, V.) centum; & qui major, mille, M.

15. Transierunt Jordanem] Vel per vada, absque navigio aut ponte[o]; tumentem & verticosum fluvium fortè natatu transmittebant[p]: vel potiùs navibus trajecerunt, quia tunc exundavit Jordanes. ¶ Mense primo] i. e. Abib. ¶ Quando inundare consuevit; [sim. omnes;] vide Jos. 3. 15. & 4. 18[q]. והוא ממלא וגו'] Ad verb. & ipse repletus, &c. V. ὁ'. P. sim. Sy. Ar. [Legisse videntur ממלא.] Hebr. implebat, scil. alveum suum, Pi. Replens, &c. Mo. Quum exundaret, &c. JT. Pi. Ti. ¶ Et omnes fugaverunt qui morabantur in vallibus] Heb. fugaverunt valles, Mo. id est, habitatores vallium, P. sic ὁ'. Ti. vel profundorum, M. vel deserti, Sy. Ar.

16. Venerunt ad præsidium] Ad arcem quam illi Moabitarum Rex tribuerat, 1 Sam. 22. 4[r].

17. Egressus est David obviàm eis, לפניהם] Ante faciem illorum, V. Non solus, sed cum selecta suorum manu †. ¶ Cor meum jungatur vobis; יהיה לי עליכם לבב ליחד] Erit (vel sit, Mar.) mihi super vos, P. Mo. Mar. (vel, vobiscum, Ti. JT. Pi. vel, ad vos, M.) cor, sive animus, pariter, P. Mo. vel adunatus, JT. sim. Ti. Heb. ad simul, Jun. Pi. in unum, V. sim. Mar. vel unitum, Ti. vel, ut vobis uniatur, M. Ero vobiscum ejusdem animi & voluntatis[t]. Tunc cor meum pariter erit erga vos, Belg. Ineamus seriam & sinceram amicitiam[v]. ¶ Si insidiamini, &c. ואם לרמותני לצרי בלא חמס בכפי] Et si ad decipiendum me pro inimicis meis, (vel, in gratiam hostium, &c. V.) absque iniquitate in manibus meis, P. sim. V. Si ut me circumveniatis apud adversarios meos, quum non sit iniquitas, &c. M. sim. Ti. Sin ut me prodatis (tradatis, Sy. Ar.) hostibus meis, criminis expertem, Ti. ¶ Videat Deus, &c.] Ità P. sim. Ti. JT. Pi. vel, novit, &c. Sy. Ar. vel, videbit, Ma. V. ¶ Et judicet, ויוכח] Et redarguat, M. sim. JT. increpet, P. redarguet vos & perfidiam vestram[x]. Ipse corripiat eum qui injurius est, &c. Sy. Ar. & sit judex, Strig. & id apertè prodat, Ti. Verto, castiget. Sign. verb. sæpe castigare verberibus; ut 2 Sam. 7. 14. 2 Reg. 19. 3. Job. 33. 19. Psal. 6. 2. Prov. 3. 12. Os. 5. 9[y].

18. Spiritus induit Amasai] Spiritus audaciæ & fortitudinis[z]. Spiritus Jehovæ induit eum, nempe justâ benevolentiâ erga Davidem[a]. Vide de hac phrasi Jud. 6. 34. Spiritum hîc accipio pro vi, efficacia, impetu, impulsu animi[b]. ¶ Tui sumus] Heb. tecum sumus; i. e. A partibus tuis stamus & stabimus. ¶ Pax tibi] Heb. Pax, pax tibi, &c. id est, Multa pax tibi est, vel sit: aut, Res tuæ sunt in tuto & optimo statu[c]. Geminatio vocis rem auget[d]. Salutandi forma hæc est Hebræis familiaris †. ¶ Constituit principes turmæ; ità P. הגדוד] Illius exercitûs, qui scilicet ad ipsum confugerat[f]. Constituit eos inter primores turmarios, JT. Heb. in capitibus (in capita, Mar.) turmæ, Pi. i. e. Quemque ex iis qui venerunt cum Amasai unius turmæ ducem constituit David[g]. Sed referendum hoc ad tempora Davidis regni jam constituti[h].

19. Transfugerunt ad David, על דוד] Hîc על valet ad. Sic infrà v. 22. item Levit. 21. 11[i]. ¶ Periculo capitis nostri; sim. Ti. JT. &c. בראשינו] In (vel cum, Pi.) capitibus nostris, Mo. vel, super capita, Jun.

20. Quando reversus est in Siceleg] Cæsis Hamalekitis, 1 Sam.

- l Ga. m Q in Ma. n T. o Os. p Me. q Pi. r Me. † Me. t V. v Me. x V. y Pi. z V. a Pi. b Ma. c V. d Ma. † Me. f V. g Mar. sim. Me. h Me. i Pi.

1 Sam. 30. quo tempore Gaditæ & Binjaminitæ Davidi se adjunxerunt [k].

21. *Hi præbuerunt auxilium David*, וְהֵמָּה עָזְרוּ עִם דָּוִיד] *Et hi auxiliati sunt*, vel *adjuverunt*, *Davidi*, P. sim. Ti. Ca. vel, *cum Davide*, Pi. Mo. ¶ *Adversùs latrunculos*, עַל הַגְּדוּד] *Contra turmam*, Mo. *grassatores*, Ti. *milites*, Strig. *contra turmam illam*, P. V. Pi. Loquitur de turma nota & insigni [l]; nempe *Amalecitarum*, quæ spoliaverat Siceleg, 1 Sam. 30. 1, 2 [m]. Verùm in illam expeditionem non duxit nisi sexcentos; proinde alii aliter locum vertunt [n]: *Hique fuerunt adjumento Davidi*, *adjuncti turmæ ejus*, JT.

22. *Per singulos dies*; ità V. &c. לְעֶת וגו'] *Tempore* (vel *ad tempus*, Mo.) *diei in die*, Pi. V. *de die in diem*, Pi. *illo tempore* (vel *tum*, Ti.) *per singulos dies*, M. *opportuno quoque die*, JT. *quotidie*, P. V. ¶ *Usque dum fieret grandis numerus*, *quasi exercitus Dei*, עַד לְמַחֲנֶה גָדוֹל וגו'] *Donec factus est in exercitum magnum*, P. V. *Quasi exercitus Dei*, i. e. maximus; Dei enim maximi omnia sunt maxima [o].

23. *Numerus principum exercitûs*, רָאשֵׁי הֶחָלוּץ] *Capitum expediti*, pro, *expeditorum* [p]; *accinctorum armis lumbos*, V.

24. *Filii Juda*, בְּנֵי יְהוּדָה] *Ex filiis*, &c. Deest præpos. מִן *de*, vel *ex* [q]. Vel, *filiorum Jehudah*, V. ¶ *Clypeum & hastam*; ità o'. M. P. Mo. sive *spiculum*, JT. צִנָּה וָרֹמַח] *Lanceam & contum*, Ti. *gladios & lanceas*, Sy. Ar. Pi.

25. *Ad pugnandum*] *Ad militiam*, JT. Pi. sub. *expediti*, ex vers. præced [r].

27. *Joiada quoque princeps de stirpe Aaron*; ità M. Ti. Mar. הַנָּגִיד לְאַהֲרֹן] *Dux ipsi Aaron*, Mo. *dux de filiis Aaron*, P. *princeps Aaronitarum*, Tig. not. sim. Sy. Mar. JT. Pi. Hic non erat Pontifex, sed dux agminis militaris, sive eorum qui venerunt ex ea familia in Hebron [†]. *Abiathar* enim erat summus sacerdotum in regno Chebronico, 1 Sam. 23. 6 [t].

28. *Sadoc puer egregiæ indolis*] Heb. *puer fortis robore*. Hic Pontifex à Saule constitutus erat loco Ahimelech occisi. Quis enim credat Pontificem abfuisse, cùm tanto gentis consensu regnum Davidi deferebatur? aut verò quis præter illum duxisset secum principes 22 [v]? Tunc junior erat, ideóque toto Davidis tempore vixit [x].

29. *De filiis Benjamin*, &c.] Subaud. *venerunt*, V. ¶ *Magna pars eorum adhuc sequebatur domum Saulis*, וְעַד הֵנָּה מַרְבִּיתָם שֹׁמְרִים מִשְׁמֶרֶת וגו'] *Et usque adhuc multitudo eorum custodiebant*, vel *observabant*, *custodiam*, sive *observationem*, *domûs Saul*, P. Mo. M. Ti. &c.

31. *Ex dimidia tribu Manasse*] Cis-jordanina: nam de altera dimidia Trans-jordanina infrà 37 [y]. ¶ *Singuli per nomina sua venerunt*, אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת] *Qui designati* (vel *nominati*, o'. sim. Mo. *recensiti*, Ti.) *per nomina*, P. sim. JT. Pi. *qui celebri nomine pollebant*, Sy. sim. Ar. Heb. *perforati erant*: Synecdoche duplex: 1. generis; perforatio pro perforatione ceræ quâ illita est tabula: 2. membri; quâ cum perforatione intelligitur expressio nominis per illam effecta in catalogo illo, si scilicet statuamus, Hebræos solitos fuisse catalogos inscribere tabulis ceratis, in qualibus Romani testamenta scribere solebant. Hujus tropi exempla plura vide in Num. 1. 17. infrà 16. 41. 2 Chronic. 28. 15. & 31. 19 [z]. *Qui expressis nominibus venerunt*, M. Delecti sunt ex omni tribu nominatim [a].

32. *Viri eruditi, qui noverant singula tempora*, יוֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים] *Scientiâ peritissimi in ævo suo*, Sy. sim. Ar. *scientes intelligentiam in temporibus*, Mo. V. vel, *in tempora*, o'. Jun. Pi. *noscentes scitè tempora*, JT. ¶ *Ad præcipiendum quid facere debebat Israel*, לָדַעַת מַה־ יַּעֲשֶׂה יִשְׂרָאֵל] *Ut noscerent Israelitæ quid sibi faciendum esset*, JT. Heb. *ut noscerent quid facturus esset Israel*; Trajectio; Jun. [Variè accipiunt.] 1. De peritia computationis, ex qua noverant quando Pascha & alia festa celebrari deberent [b]. Erant enim hi in quieta suæ agriculturæ vita studio sapientiæ & Religionis dediti. Vide Deut. 33. 19 [c]. 2. De scientia physica & astrologica [d]. Erant enim agricolæ, ideóque observabant temporum mutationes, aerísque & ventorum commoditates, tempus seminandi, metendi, plantandi, navigandi. Hanc scientiam partim ex continuo usu, partim ex vicinis Phœnicibus, hauserant. Phœnices enim, quia accolæ maris, vacabant navigationi & mercimoniis, ideóque observabant astrorum & temporum vicissitudines, testibus Arato in Phænom. Plin. 8. 56. & Cicer. lib. 1 Academ [†]. Porrò, Astrologiâ sæpe præcellunt qui ruri quietè degunt, solis agris colendis aut gregibus pascendis vacantes. Et solet hæc rustica Astrologia sæpe certior esse quàm etiam peritiores Astronomi tradiderunt, & in militia quoque non exiguos usus habet [f]. 3. De prudentia politica [g]. Periti erant temporum & occasionum, h. e. scientes quo tempore quidque esset agendum Israeli captatis occasionibus [h]: v. g. quòd hoc tempore Rex creandus esset David, ad compescendam Philistæorum ex recenti victoria superbiam & audaciam; quódque jam tempus advenisset quo promissio Davidi facta de regno implenda foret [i]. Scientes quomodo in bello opportunitate utendum esset [k]. 4. De peritia annalium & historiarum [l]. ¶ *Reliqua tribus eorum consilium sequebatur*, עַל פִּיהֶם] *Super* (*juxta*, Pi.) *os eorum*, Mo. M. *juxta sermonem eorum*, P. *ex præstituto*, vel *sententia*, *eorum agebant*, JT. Pi. sim. Sy. Ar. *ab ore eorum*, sub. *pendebant*, M. Ti. vel potiùs, *operabantur*, Tig. not. sive *rem administrabant*, V.

33. *Et stabant in acie instructi*, עֹרְכֵי מִלְחָמָה] *Instruentes pugnam*, V. *disponentes*, vel *ordinantes*, *bellum*, P. Pi. ¶ *Venerunt in auxilium*, &c. וְלַעֲדֹר בְּלֹא לֵב וָלֵב] *Et ad struendam aciem in non corde & corde*, Mo. *ad ordinandum absque corde & corde*, Pi. i. e. non duplici animo [m]; vel, *concorditer*, Pi. sim. Strig. *Ad congressum*, *idque haud duplici corde*; Ti. *sine ulla simulatione alacres*, Ca. Qui in acie collocati constanter tuebantur ordines suos, non simulantes fortitudinem, postea terga dantes [n]. *Et parati*, sive *apti*, *ad ordinem servandum* (in acie, V.) *absque corde & corde*, P. Parati *ad bellum*, sive *ad pugnandum*, *absque duplici corde*, M. V. Corde candido, & puro, & perfecto, ut infrà v. 38. dicit [o]. *Etiam ordinibus servandis exerciti*, *integro animo*, JT. Alii, *ad auxiliandum David*, &c. [Legisse videntur לַעֲזוֹר.] Sed quare hoc de tribu Zabulon potiùs quàm de aliis dicitur? Fortasse major de illis suspicio erat [p].

38. *Reliqui ex Israel*, כָּל־שֵׁרִית וגו'] *Omnes reliquiæ Israel*, M. [sim. ferè omnes: at Sy. & Ar. habent, *principes*, vel *magnates*, *Israelis*; quasi pro שֵׁרִית legissent שָׂרִים.] ¶ *Uno corde erant*; ità P. V. sim. JT. M. לֵב אֶחָד] *Uno corde*, sub. *venerunt*, Ti. *candidâ mente venerunt*, Sy. sim. Ar.

39. *Præparaverant*] Sub. *escas*, V. ¶ *Fratres sui*] i. e. Alii Israelitæ [q], qui erant apud David [r]: Hebronitæ [†].

40. *Qui juxta eos erant*] *Vicini eorum*, nimirum Hebronitarum [t]. Vel, agnati singulorum suorum peculiarem curam gerebant [*]. ¶ *Usque ad Issachar*] Ità Ma. Pi. Mo. o'. *usque ab Issachar*, JT. Sed particulam עַד nuspiam significare puto motum de loco [v]. ¶ *Afferebant panes in asinis —— & bobus*] Huic opponi posset proverbium vetus ex Tullio lib. 5. ad Attic. epist. 15. *Clitellæ bovi impositæ*, &c. simil. Horat. l. 1. epist. 14. *Optat ephippia bos piger*, *optat arare caballus*, i. e. uterque quod à se alienum erat. Bovem nihilominus ad vecturas non esse prorsus inutilem multi docent. Ælian. Hist. 7. 4. tauros ait feretro se submittere, & puellam cervice, dorso mulierem, gestare. Et Phile cap. 46. Πάγχρηστος ὁ βοῦς, καὶ κομίζει φορτία, *Ad omnia aptus bos, onera etiam gerit*. Atque ut Poetæ *Europam*, ità Romani histriones *Herculem*, tauro vexerunt; lib. Spectac. Epigram. 16. Hoc docuit & Salomon, qui æneo mari boves pro Atlantibus supposuit. Nec in India hodiéque quidquam est frequentius, quàm boves videre gerulos [x]. ¶ *Ad vescendum: farinam*, מַאֲכָל קֶמַח] *Escam*, vel *cibum*, *farinæ*, Mo. Pi. *cibaria*, *farinas*, o'. *panem*, (vel *cibum*, JT. sim. P.) *farinam*, Sy. Ar. *Cibum farinaceum*, M. Pi. Ti. id est, panes & placentas [y]. *In cibum* (*ad vescendum*: subauditur לְ) *farinam*, V. ¶ *Palathas*] *Massas ficuum siccarum*, V. ¶ *Ad omnem copiam*] Heb. *in multitudine*, Mar.

Marginal notes (left column): [k] Jun. [l] V. [m] V. ità Me. T. Os. Pi. [n] Ma. [o] La. [p] Pi. Mar. [q] V. sim. Pi. [r] Pi. [†] Mar. [t] Ma. [v] T. ex Mar. [x] La. [y] Ma. Me. [z] Pi. [a] Mar. [b] He. & Hi. in Mar. [c] La. [d] La. T. ex San.

Marginal notes (right column): [†] La. [f] T. sim. San. [g] Q. in Ma. [h] sim. La. [i] La. [k] Os. [l] Q. in Ma. [m] Jun. Pi. [n] Os. [o] V. [p] Mar. [q] V. Me. [r] Me. [†] Pi. [t] Pi. [*] Ma. [v] Pi. [x] BA. 32. 31. [y] Pi.

CAP. XIII.

1. INiit consilium David, &c.] Difficultas hîc occurrit, de diverso ordine historiarum in libris *Samuelis*, & *Chronicorum*. Hanc enim historiam præponit hic liber narrationibus de Hiramo, & de Davidis liberis, & de præliis cum Philistinis; quæ omnes ei postponuntur in *Samuele*. Sic ergò concipiendum est. David v. 1, 2, 3, 4. hujus capitis capit consilium cum tribunis, qui ad ipsum convenerant Hebronem, eúmque Jerosolymam comitati fuerant, de Arca transferenda: res tamen ipsa nondum exsecutioni mandatur; priùs enim discedunt hi ad domos suas, convocatur omnis Israel, & tempus conventui præstituitur. Interea Hiram legationem ad Davidem mittit, &c. Davidis nuptiæ & liberi recensentur; Palæstini castra bis ponunt in valle Rephaim, & à Davide cæduntur. De quibus agitur cap. seq. Quibus peractis, convenit populus (& quidem, ut videtur in aliquo ex tribus solennioribus festis) immenso numero, Arcámque deducunt in locum suum [a]. Ubi de sacris aliquid constituturus est Rex, rectè faciet si non Sacerdotum tantùm, sed & populi, concilium advocet, eorúmque etiam consensum obtineat: quod Regi rectè monenti non est difficile. Religio enim vix ulla est, ubi non est voluntaria. De hoc legum genere rectè dixeris illud quod apud Tertullianum est, *Nulla lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed eis à quibus obsequium exspectat* [b]. ¶ *Cum centurionibus, & universis Principibus*, לְכָל־נָגִיד] *Ad omnem ducem*, Mo. *omnibúsque antecessoribus*, JT. Pi. vel *ducibus*, P. vel *principibus*, Ti. Ar. sim. Sy. Heb. *per omnes principes*; q. d. nullo Duce excepto [c]. *Atque cum omni duce*, M. sim. ο'. Sing. pro plur [d].

[a] Li. [b] G. [c] V. in Tig. not. [d] V. sim. Pi.

2. *Si placet vobis*; ità P. Vide Regis humilitatem & humanitatem *: אִם עֲלֵיכֶם טוֹב] *Si vobis (si super vobis*, Mo. *apud vos*, Pi.) *bonum*, JT. V. sub. *est*, vel *videtur*, V. ¶ *Et à Domino egreditur sermo*, וּמִן יְהוָה אֱלֹהֵינוּ] *Et à Domino Deo nostro*, Mo. sub. *est*, P. Ti. vel, *videtur esse*, JT. i. e. Si placuerit Domino, & ei rei faverit quam molimur [f]. Res enim hæc libera erat, Arcam transferre, necdum à Deo præcepta [g]. Vel, q. d. quia sentio ad hoc me divinitus incitari [h]. ¶ *Mittamus ad fratres*, &c. נִפְרְצָה נִשְׁלְחָה וגו'] [Vulgatus has voces separat, & τὸ נִפְרְצָה refert ad præcedentia, vertítque, *egreditur* (q. d. *erumpit*) *sermo*. Reliqui verò aliter reddunt:] *Dividemus, mittemus ad fratres*, &c. Mo. V. sim. Mar. sub. *nuncios*, V. i. e. diversos nuncios mittemus [i]. *Erumpamus, dimittamus*; i. e. cursores huc illuc celerrimè amandemus: Metaphora ab exundantibus aquis [k]. *Spargemus* (sub. *nuncios*, M.) *& mittemus*, &c. M. sim. P. *mittamus ex omnibus locis*, Strig. *multiplicemus*, sub. *nuncios*, &c. He. in Mar. τὸ נִפְרְצָה sumit in significatione *multiplicandi*, ex Gen. 28. 14 [l]. *Passim mittemus*, Ti. Glass. sim. JT. Cùm duo verba ejusdem temporis conjunguntur, prius sæpe per adverbium exprimitur: sic Neh. 3.20. הֶחֱרָה הֶחֱזִיק, *accendit* (*se*, sive *animum suum*,) *instauravit*; h. e. ardenter instauravit [m]. ¶ *Et ad sacerdotes & Levitas*; quorum erat Arcam deferre, & cantu sacro prosequi [n]: וְעִמָּהֶם הַכֹּהֲנִים וגו'] *Et cum eis sacerdotes & Levitas*, Mo. sub. *collocemus*, Sy. *Cum eis sacerdotes & Levitæ*, P. sim. ο'. sub. *sunt*, vel *remanserunt*, V. Vel, sub. *veniant*, Ar. *cum eis* (i.e. præter eos, Pi.) *ad sacerdotes*, &c. Ti. JT. ¶ *In suburbanis urbium*, בְּעָרֵי מִגְרְשֵׁיהֶם] *In urbibus suburbanorum suorum*, P. sim. Pi. Levitis multa suburbia assignata sunt [o]. *In urbibus & suburbanis suis*, V. sim. JT. Mar. q. d. Ad omnes ubicunque habitant [p].

* Os. [f] V. [g] Os. [h] Me. [i] V. [k] Jun. Pi. [l] Mar. [m] Glass. gram. pag. 346. [n] Me. [o] O. [p] T. ex Mar.

3. *Et reducamus*; ità M. P. Mo. Ti. וְנָסֵבָּה] *Et transferamus*, ο'. Strig. *Ità divertamus*, JT. Pi. ¶ *Non enim requisivimus eam in diebus Saul*; ità Mo. P. Ti. לֹא דְרַשְׁנֻהוּ וגו'] *Non inquisivimus*, &c. M. *indè oracula non petiimus*, Ca. *non interrogabamus de ea*, Strig. Tunc non multùm fuimus soliciti de loco qui commodus esset Arcæ fœderis, ubi Deus coleretur, &c [q]. Præpediebant enim nos continua bella [r]. Nunquam Sauli id suggessimus †. Saul, magìs de sua quàm Dei gloria solicitus, Religionis veræ instaurationem minimè curabat [t].

[q] O. sim. T. [r] T. † Me. [t] Os.

4. *Respondit—ut ità fieret*; sic Pi. לַעֲשׂוֹת כֵּן] *Sic esse faciendum*, JT.

5. *A Sibor Ægypti*] A fluvio Shichore [v]; qui fluit ante Ægyptum, & eam à terra Israelis disterminat [x]. Is est vel, 1. Nilus [y]; qui sic dicitur, quòd aquas turbidas trahere soleat. *Sebor* enim *nigrorem* significat [z]. Vel, 2. Rivus, vel torrens, qui Rhinocoluram alluit [a]. Nilus enim non *Sebor*, sed *Gebon*, vocatur, Gen. 2. 13 [b]. De *Sibor* vide ad Jos. c. 13. v. 3 [c]. ¶ *Usque dum ingrediaris Emath*] Heb. *Chamath*, i. e. Epiphaniam; vide Gen. 15.18. q. d. A termino australi usque ad septentrionalem Terræ promissæ [d]. ¶ *Ut adduceret arcam—de Cariathiarim*] Quò deportata fuerat 1 Sam. 6.21 †. At Arca dicitur fuisse in *Gabaa*, 2 Sam. 6.3. Resp. *De Cariathjearim*, i. e. de loco in quo statuerunt eam cives *Cariathjearim*. Fuerat enim remissa primùm à civibus Bethsemes in *Jearim*: Deinde cives Ciriath-jearim deduxerant domum Abinadab, quæ erat in *Gabaa*, quæ fortè erat ex filiabus ejus, & illi subjecta; propterea attribuitur ei loco [f].

[v] Pi. Me. T. &c. [x] Pi. [y] V. Mar. [z] V. [a] T. Me. [b] T. [c] Ma. T. [d] Ma. sim. Me. Pi. † Pi. & Ma. ex Jun. [f] V.

6. *Ascendit—ad collem Cariathiarim*, בַּעֲלָתָה אֶל־קִרְיַת יְעָרִים] *In Baalath in*, vel *ad*, *Kiriathjearim*, Ma. Capel. P. *Baalath* est oppidi nomen prope *Cariathiarim*, quò David venit, & indè quasi in pompa omnes iverunt in *Cariathiarim* [g]. Alii, *Baalatham, hoc est, Kariath-jearim*, Ca. Ang. Belg. sim. JT. Pi. Eadem civitas utroque nomine dicta est, Jos. 15.9, 60 [h]. Sed hîc dissidere videntur Esdras & Samuel: Hîc enim בַּעֲלָתָה *in Baalath*, at 2 Sam. 6. 2. מִבַּעֲלֵי יְהוּדָה *de Baale Jehuda* Arca deducta legitur. Resp. 1. Τὸ *Mem* in 2 Sam. 6. sign. hîc, ut alibi interdum, accessum ad locum; & מִבַּעֲלֵי verto, *Baalatham* [i]. [De qua significatione τοῦ Mem plura vide in Collectaneis nostris ad Gen. 11. 2.] 2. In Samuele hic potest esse sensus, *& populus qui erat cum eo ex Baale Jehuda*, q. d. cives loci istius ascenderunt ex civitate sua ad Davidem, ut deinde illum & Arcam comitarentur. Sic nihil est inconvenientis, nisi quòd nomen loci reticetur in quem deducenda fuit Arca [k]. 3. Utrumque verum est; *Davidem* primò ivisse *Baalam*, deinde ex ea discessisse, ut Arcam abduceret. Et horum unum in Sam. alterum in Paral. legitur. Nonne verum est exploratores illos & in vallem *Escol* venisse, & ex ea discessisse [l]? [Alii locum aliter vertunt;] *in ascensu Kariath-jearim*, Ti. *in locum sublimem in Kariath-jearim*, M. ¶ *Arcam Dei sedentis super Cherubim, ubi invocatum est nomen ejus*, אֲשֶׁר נִקְרָא שֵׁם] Aliqua hîc σύγχυσις est & impedita collocatio verborum, & locus hic magis concisus est; cujus proin sensus petendus est ex loco magis pleno, 2 Sam. 6.2 [m]. [Vide ibi annotata. Variè reddunt.] Super, vel ad, *quam invocatum est nomen*, P. V. sub. *Domini*, V. in Tig. not. Hebraismus, pro, quæ appellabatur Arca Jehovæ [n]. *Ubi nomen ejus invocatur*, M. Ti. Ca. ο'. *Super quos* [*Cherubinos*] *invocatum fuerat nomen ejus*, Sy. *à quibus* [Cherubinis] *nomen suum accepit*, Ar. *Cujus invocatur nomen*, JT. Pi. q. d. cujus cultus adhuc permanet, etiamsi Arca à temporibus deportationis desideretur [o]. [Porrò, illa phrasis, יֹשֵׁב הַכְּרוּבִים, suprà sæpe explicata est. Pi. hîc vertit, *sessoris Cheruborum*, i. e. inter Cherubos. Vide (inquit) Exod. 25.22. & Num. 7. ult.]

[g] Mar. [h] Belg. [i] Ful. misc. 1. 4. [k] Buxt. vind. 2. 2. 395. [l] BA. 1, 2, 37. 371. [m] Buxt. ibid. [n] V. [o] Jun.

7. *Oza & frater ejus*; ità M. vel, *& fratres ejus*, ο'. Sy. Ar. עֻזָּא וְאַחְיוֹ] *Uzza & Ahio*, P. Ti. JT. ¶ *Minabant plaustrum*, נֹהֲגִים בָּעֲגָלָה] *Ducentes in plaustro*, Mo. *duxerunt* (vel *dirigebant*, M. *regebant*, Ar.) *plaustrum*, ο'. P. Ti.

8. *Coram Deo*] In honorem Dei [p]; sive coram Arca, symbolo Dei [q], sive specialis præsentiæ Dei [r]. ¶ *In cymbalis*] מְצִלְתַּיִם formâ duali exprimitur, quòd instrumenta hæc fuerint gemina: erant etiam ærea, quæ se invicem percutientia sonum edebant †.

[p] Pi. [q] Pi. [r] BA. 1. 375. † He. in Ma.

9. *Ad aream Chidon*] At 2 Sam. 6. 6. est *Nachon*. Binomius ergò erat [t]. [Sed de hac discrepantia, & reliquis hujus historiæ particulis, vide quæ ad illum locum, ex Bocharto inprimis, congessimus.]

[t] T.

10. Et

10. *Et percussit eum*] Causa duplex erat. 1. Quòd Arcam (forsan imitatione Philistæorum, 1 Sam. 6. 7[v].) plaustro imponeret, quam humeris gestare jussus fuerat [x], Num. 4. 15 [y]. & Num. 7. 9. & 1 Par. 15. 15. Atque ob id ipsum plaustra boum *Kaathitis* non erant concessa, ut reliquis Levitarum [z]. 2. Quòd manibus attingeret Arcam [a]: quòd Arcam nudam tetigisset [b]. Sed hoc frivolum est; nam Arca nunquam portabatur nuda [c].

11. *Contristatus est*, &c.] Heb. *Exarsit Davidi nasus*: Synecdoche speciei: nam ira est tristitia quædam. Ità phrasis usurpatur Gen. 45. 5. 1 Sam. 15. 11. 2 Sam. 6. 8 [d]. ¶ *Eò quòd divisisset Dominus Ozam*, כִּי פָרַץ וגו׳] *Quòd divisisset*, V. i. e. quòd separâsset animam à corpore †. Solius hominis mors est divisio animæ & corporis; brutorum autem mors est interitus animæ. Vel, quòd per mortem simul separatus est à populo Dei, & quodammodo exterminatus [f]. Alii, *quòd rupisset rupturam*, ut 2 Sam. 6. 8 [g]. ¶ *Vocavitque*] Sub. vel *David*; sic 2 Sam. 5. 20. Pi. vel *quisque*, JT. sim. V. ¶ *In præsentem diem*] Verto, Quæ appellatio durat *usque in diem hunc*, Pi. sim. V. Similem ellipsin vide suprà cap. 4. v. 41. & 43 [h].

v Pi. x Pi. BA. E. y Pi. z BA. 1. 2. 37. 371, &c. a BA. ib. b Q. in E. Os. c E. d Pi. † V. sim. Mar. f E. g V. h Pi.

CAP. XIV.

2. *Cognovitque David*] Vel, 1. ex consensu populi ipsum ut Regem acceptantis: vel, 2. ex Hiramo & vicinis Regibus eum honorantibus [a]: vel, 3. prophetice, & Deo revelante; id enim certò nôsse non poterat ex primis adeóque prosperis regni initiis, cùm & Sauli similia obtigissent [b]. ¶ *Et sublevatum esset regnum suum*, כִּי נִשֵּׂאת לְמַעְלָה וגו׳] *Quòd elevatum esset desuper regnum ejus*, Mo. & *quòd elevatum*, &c. P. V. *regnum enim ejus elevatum erat in supremum* gradum, Belg. & (*se esse*) *in regnum suum elatum*, Ca. Quidam volunt hæc legi per parenthesin [c]. ¶ *Super populum ejus*] Heb. *propter populum ipsius*, JT. Pi. Os. &c. sub. *Dei*, V. i. e. quia Deus volebat populo suo benefacere. Qualis enim populus est, talem ei ferè donat Deus Magistratum [d]. Ob merita populi favet Regibus Deus, & è contrario †. Reges à Deo dantur populi causâ. Καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς αἱρεῖται, οὐχ ἵνα ἑαυτοῦ καλῶς ἐπιμελῆται, ἀλλ' ἵνα καὶ οἱ ἑλόμενοι διὰ τοῦτον εὖ πράττωσι, (*Nam & Rex eligitur, non ut sui curam gerat, sed ut subditi per ipsum, sive ejus auxilio, bene se gerant*,) ait Xenophon [g].

5. *Eliphalet*] Iste 2 Sam. 5. 16. dicitur *Eliada* [h].

8. *Ut quærerent eum*] Inventúmque regno pellerent [i]: vel, ut ei bellum inferrent: Synecd. generis [k].

9. *Diffusi sunt*; ità P. Pi. וַיִּפְשְׁטוּ] *Ac effusi erant*: alii, *palantes populabantur*, V. ¶ *In valle Raphaim*] Cùm quòd militibus abundarent, tum quòd de victoria securi erant [l]. Sita erat hæc vallis in tribu Judæ, Jos. cap. 15. v. 8 [m].

11. *Cúmque illi ascendissent*, וַיַּעֲלוּ] *Ascenderunt itaque*, sub. *David & milites ejus*, V. ¶ *In Baal-Pharasim*, בְּבַעַל פְּרָצִים] *In Baal Perasim*. Per anticipationem sic vocatur locus: nam postea imponitur illi nomen. Sign. autem *idolum divisionum*; vel potiùs, *planitiem ruptarum*, sub. *acierum*; quòd acies Palæstinorum illic fuerint ruptæ [n]: vel, *planitiem* (Heb. *dominum*) *rupturarum*, i. e. locum qui habet rupturas [o]. ¶ *Sicut dividuntur aquæ*] Quæ uno impetu effusæ dispergantur, & evanescunt tandem [p]. *Ut frangi solet vas testaceum plenum aquâ*; nempe, quo rupto aqua effunditur [q]. Vel, ut fluctus vento agitati in varias partes [r]. Vel, ut amnis inundans rupto aggere suo obruit vicinos agros, sic David oppressit exercitum Palæstinorum †.

13. *In valle*, בָּעֵמֶק] *In ea valle*, V. sic JT. Mar. scil. *Rephaim*, Mar. Ma. de qua suprà v. 9. ut etiam exprimitur 2 Sam. 5. 22 [t]. ה emphaticum latet in Kametz [v].

14. *Non ascendas post eos, recede ab eis*, לֹא תַעֲלֶה אַחֲרֵיהֶם הָסֵב מֵעֲלֵיהֶם] *Non ascendes post eos: circumda desuper eos*, Mo. vel, *sed circumda eos*, P. *diverte* (vel *reflecte*, Ti. vel *avertere*, ο'.) *ab eis*, P. i. e. Noli insequi eos, sed *deflecte ab illis*; recipe te & exercitum tuum in locum qui est ex adverso pyrorum, &c. ùt indè postea irruas in eos [x]. *Non ascendes post eos*, id est, contra eos, nimirum directâ fronte: vel sic; *Nè ascende* jam jam *post eos*, sed exspecta tantisper, & postea *gyra desuper eos* [y]. Gyro facto divertè, &c [z]. ¶ *Ex adverso pyrorum*; ità P. sim. ο'. בְּכָאִים] *Mororum*, M. Ti. Mo.

15. *Cúmque audieris son. grad. in cacumine pyrorum*, אֶת־קוֹל הַצְּעָדָה בְּרָאשֵׁי וגו׳] *Sonitum*, vel *strepitum*, *incessus*, (*ipsius incessûs*, P. V.) sive *gressûs*, *in capitibus*, Mo. *in summitatibus*, M. *apicibus*, Ti. *cacuminibus*, JT. Pi. Non placet; neque enim in mororum cacumine quisquam incedit. Verto igitur, *in capitibus*, i. e. in initiis, &c. Ità ראש sæpe sumitur. Sic Esa. 51. 20. Sic Jer. 22. 6. Galaad vocatur ראשׁ הַלְּבָנוֹן *caput Libani*, quia Libanus indè incipit unde desinit Galaad, teste Hieron. Sic sæpe in Ezec. רֹאשׁ דֶּרֶךְ, *caput viæ*, est initium viæ. Ità Nahum 3. 10. בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת, *in capite omnium platearum*, i. e. in principio [a]. *Cùm strepitum*, &c. scil. virorum [b], vel Angelorum [c]. Alii, *vocem concussionis*, &c. ο'. i. e. terræmotûs, ο'. in Mar.

16. *De Gabaon*] 2 Sam. 5. 25. dicitur de *Gabaa*, seu *Gebagh*. Potuit esse ut ab utraque urbe fugæ initium sit factum: nam utraque urbs erat Tribûs Benjaminis; nec multùm inter se distabant. Vide Jos. c. 18. v. 24, 25 [d].

17. *Divulgatúmque est nomen*] Heb. *Et exivit* (vel *abiit*, JT.) *nomen*, Pi. vel *fama*, V. JT. ¶ *In universis regionibus*] Circumjacentibus †. ¶ *Dedit pavorem ejus*] Id est, quo ipse metuebatur; seu, quem ipse incutiebat [f]. Reddidit eum formidabilem [g].

a La. b T. c V. d Os. † Mar. g G. h V. i V. k Pi. l Os. m Jun. n V. o Pi. p Os. q Jon. in V. r He. in Mar. † V. t Ma. v Mar. x V. y Q. in V. z Mar. a BP. 3. 12. 212. b V. c V. Mar. Pi. d Ma. † Pi. f Pi. g Mar. sim. V.

CAP. XV.

1. *Fecit sibi*] Sub. *David*, V. ¶ *Domos*] Domum scil. regiam, & domum, sive Tabernaculum, in qua Arcam collocaret [h]. Multis domibus illi opus erat ob multas uxores & filios multos. ¶ *In civitate David*] Antecedens loco relativi [i]. ¶ *Ædificavit locum*] Heb. *præparavit*, Ma. ¶ *Tabernaculum*] Novum scil. fecit David; nam quod Moses fecit erat in Gibeone, c. 16. 39 [k].

2. *Illicitum est*, &c. לֹא לָשֵׂאת אֶת־אֲרוֹן וגו׳] *Non ad portandum arcam Dei nisi Levitæ*, Mo. *Non est ferenda arca Dei nisi à Levitis*, M. *Non sunt laturi*, &c. JT. Verto, *Non debent ferre*: Hebr. *Non* erant adhibendi *ad ferendum*, Pi. *Non debet portari*, Ti. [sim. omnes.] Summa est, nolle Deum ut Arca in curru portaretur, sed humeris Levitarum [l]. q. d. Non miror cur primâ vice infeliciter cesserit [m].

5. *Uriel*] Sub. *adfuit*. Alii, *Urielem*, sub. *congregavit*, seu *accepit*, & ל [in לִבְנֵי] per מִן exponunt [n].

7. *Gersom*] Alibi *Gerson*; nam ם & ן finales magnam habent cognationem [o].

8. *De filiis Elizaphan*] Filius *Uziel* fuit iste, ut Exod. 6. 22. alioqui locus iste est difficilis [p]. Hic videtur fuisse *Caath*, & alio nomine hîc vocari; nam *Hebron* & *Oziel*, qui proximè sequuntur, illius filii erant, scil. *Caath*, cap. 6. v. 18. Aut *Elisaphan* fuit filius *Caath*, unus ex iis qui alio nomine cap. 6. vocantur. Aut vero propiùs fuit filius *Oziel* patruelis *Aaron*, Levit. 10. 4 [q].

10. *De filiis Oziel*] *Uzziel*, P. V. i. e. Ex aliis nepotibus *Uziel*, nempe qui non descenderunt ab eo per *Elisaphan*; nam *Elisaphan* v. 8. fuit filius *Uziel*. Hîc numerantur nepotes trium filiorum *Levi*, *Cahath*, *Merari*, & *Gerson*: deinde transit ad nepotes filiorum *Cahath*, *Elisaphan*, *Hebron*, & *Uziel* [r].

12. *Sanctificamini*] Heb. *Sanctificate vos*, P. JT. Pi. &c. lotione vestium †, & abstinentiâ à concubitu [t], sicut declaratur Exod. 19. 10, 15 [v]. Si quis est immundus, purificetur [x]. Præparare se debent obituri sacra. *Nec vinum Jovi libandum manibus illotis*, ait Hesiodus*. Hinc colligunt Ozam à Deo percussum, quòd ipse tetigerit Arcam, cùm tamen vel non esset sacerdos, vel tunc maculam aliquam contraxisset [y]. ¶ *Ad locum*

h Ma. i Ma. k Mar. sim. V. Ma. l Mar. m Os. n V. o V. p V. q Mar. r V. † Pi. t Pi. sim. V. v V. x Mar. * G. y L.

locum qui ei præparatus est] Sic habetur integrè v. 3. & Exod. 23. 20. At hîc in Hebræo tantùm habetur אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ, ad præparavi ei; ut ellipsis sit antecedentis & relativi simul; ut suprà Exod. cap. 4. vers. 13. בְּיַד תִּשְׁלָח, per manum illius quem missurus es [z].

13. Nè ut à principio, quia non eratis præsentes; כִּי לְמַבָּרִאשׁוֹנָה לֹא אַתֶּם] Quia à principio, sive initio, (quum primò instituissem Arcam deportare, suprà cap. 13 [a].) non vos, Mo. non fuistis, P. V. non, sub. fecistis hoc, Ti. JT. Pi. vel, non portâstis Arcam, V. Pi. Mar. sim. M. cùm non adessetis, Strig. defectu vestrûm, Ca. τὸ מ in לְמַבָּרִאשׁוֹנָה, quandoque significans à vel ab, notat temporis circumstantiam, indè à principio, &c. Porrò, irregulariter מ cum Pathach notatur, & tres serviles occurrunt [b]. ¶ Illicitum, &c. כִּי לֹא דְרַשְׁנֻהוּ כַּמִּשְׁפָּט] Quia non requisivimus eum juxta ritum, V. P. Pi. scil. à Deo præceptum, Num. 4. 15. vel, secundùm judicium, sive jus [c]; vel, in judicio, Mar. Non sumus prosecuti eum illo honore quo debebamus [d]. Non sollicitè requisivimus eum; non diligenter scrutati sumus quid nobis circa Dei cultum agendum esset in deportanda Arca †.

15. Tulerunt—arcam—humeris suis in vectibus, בִּכְתֵפָם בַּמֹּטוֹת עֲלֵיהֶם] Humero suo, Mo. P. JT. Pi. vectibus impositam, JT. vel impositis, M. Ti. vel, quos super se ponebant, Pi. vel, qui erant super eos, P. vel, una cum vectibus, Strig.

16. Ut resonaret in excelsis, &c. מַשְׁמִיעִים לְהָרִים בְּקוֹל לְשִׂמְחָה] Ut resonarent (ad verb. audire facientes, V. Mo.) exaltando vocem in, vel cum, lætitia, P. V. [sim. omnes.] Ut instrumentorum sonus, & vox accinentium, clarè exaudiretur [f]. Vel, vocem lætitiæ, M. Mar. ut ל sit nota genitivi [g].

18. Fratres eorum in secundo ordine; sim. Ti. M. הַמִּשְׁנִים] Secundi, ό. P. Mo. secundani, JT. Nam illi v. 17. cantorum principes erant [h]. ¶ Et Ben, & Jaziel, בֵּן וְיַעֲזִיאֵל] Ben, & Jahaziel, P. Mo. M. JT. Benjaeziel, Strig. filium Jaaziel, Ti. Ca. ό. Mar. quasi ו redundaret [i]. ¶ Janitores] Vel nunc constituti, vel priùs erant [k]. Confer v. 23. & 24. Hi erant custodes introitûs ad locum Arcæ, sive ad Tabernaculum. Iidem nunc quoque jubentur obire suum munus, nempe, submovere alios, alios admittere ad Arcæ viciniam, prout cujusque dignitas aut ordo postularet [l].

19. Cantores—concrepantes, לְהַשְׁמִיעַ] Ut audire facerent, V. ad resonandum, P. resonabant, Ti. JT. Pi. ad audire faciendum, Mo. Pi. sub. constituti erant, Pi.

20. In nabliis arcana cantabant, בִּנְבָלִים עַל עֲלָמוֹת] In nablis (sub. ludebant, M.) super Alamoth, ό. Mo. Ti. M. Mar. Alamoth est nomen instrumenti musici [m], quod unà cum quibusdam psalmis, ut in titulo designatur, pulsari debebat: & nunc designatur ad quos spectaret illud pulsare [n]. De hac voce vide Psal. 46. 1 [o]. Cum nabliis acutæ symphoniæ, JT. id est, ut vulgus musicorum dicit, Alto & superiore; sive, ut veteres vocabant, sonis synemmenis, diazeugmenis, & hyperboleis: qui soni optimè vocibus virginum referuntur. Sunt autem hæc plerumque in Chromate posita, secundo genere musices. Heb. cum nabliis virgineis; ut παρθένεια genus musices vocârunt Dores [p]. Puellatorias tibias, quibus à sono clariore vocamen datur, Solin. commemorat c. 11 [q]. Alii, secundùm vocem virginum, Pi. Cum virginea & muliebri voce: vocant musici superius, (Ang. Treble,) vel altum, (Ang. Counter-tenor:) qui gradus voce muliebri canendus. Alii, upon the Virginals. Al. distinctis & claris tonis [r]. Al. nablis sonabant, & puellis præerant, Ca. Vel, præpositi virginibus, sc. chorum celebrantibus; ut Psal. 68. 25. 1 Sam. 18. 6 †.

21. In citharis pro octava canebant epinicion, בְּכִנֹּרוֹת עַל הַשְּׁמִינִית לְנַצֵּחַ] In, vel cum, citharis (sub. ludebant, M. Ti.) super baseminith lenaseah, Mo. P. Cum citharis gravi symphoniæ præerant, JT. id est, ut vulgus musicorum vocat, Basso & Tenori, sive, ut veteres, hypatis & mesis, id est, imis & mediis sonis: quod genus cantionum ferè in Harmonia, tertio genere musices, positum est. Heb. cum citharis octavæ, &c. i. e. quam musici vocant diapason [s]. Alii, super octava, sive octavam, M. Ti. Pi. V. Triumphantes, M. ad urgendum, Pi. ad incitandum, Ti. ad prævalendum, seu obtinendum, in cantu, seu ad tollendam vocem, ità sc. ut vincantur alii; h. e. ad triumphandum & superandum in cantu [v]. Sicut in solennitatibus, &c. unus chorus nititur in cantu alium superare; sic isti Levitæ faciebant [x]. Seminith est instrumentum octo chordarum [y]. Similiter in Psal. 33. 2. עָשׂוֹר vertunt δεκάχορδον [z]. [De his vocibus vide Psal. 4. 1. & 6. 1.]

z Glass. gram. p. 215. — a Pi. — b Glass. gram. p. 655. — c Pi. — d V. — † Q. in Ma. — f Os. — g Mar. — h Me. — i Mar. — k Me. — l T. — m Sà in Me. Mar. Os. — n Mar. — o V. — p Jun. — q Ga. — r Belg. — † G. — s Jun.

22. Prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam, בְּמַשָּׂא יָסֹר בַּמַּשָּׂא] [Variè reddunt.] In exaltatione, præerat in exaltatione, Mo. Princeps Levitarum quibus incumbebat munus portandi, (Heb. qui erant in onere, Pi.) erudiebat de munere portandi, JT. id est, imperabat modum & tempus gestandi, interquiescendi, & bajulos commutandi [a]. Onus quotidie portabat, Sy. Princeps erat Levitarum in latione; ipse enim moderabatur lationem, Ti. Alii, in exaltatione vocis; præerat in cantu illo superiore [b]. Præ cæteris vocem elevabat. Erat quasi magister & ductor cantorum. יָסֹר verto, principatum tenebat: At He. increpabat, sive elevationem, sive prophetiam, quoties aliquis aberrabat [c]. Præerat symphoniæ acutæ, in qua voces superiores erant & attollebantur [d]. ό. reddunt, ἄρχων τῶν ᾠδῶν, (princeps cantionum*.) Legerunt יָשַׂר, à radice שׂוּר dominari. At Rabbini legunt יָסֹר, quia censent ס esse loco שׂ ‡. Alii, Princeps Levitarum in prophetia, principatum tenebat in prophetia, P. V. Præscribebat prophetias quas canerent †. Prophetia sæpe onus dicitur [f]. At hoc loco prophetare non est futura prædicere, sed laudare Deum; de quo 1 Sam. 10. 10 [g]. Oraculis præerat, & moderabatur, Ca. ¶ Erat—sapiens] Heb. quòd intelligens ipse, P. Mo. prudens erat, Ti. vel peritus, JT. Ca.

23. Janitores arcæ] Nempe in via [h]. Fortè ad summovendam turbam, cùm Arca portaretur [i]. Hi duo sequebantur Arcam, deducebántque eam [k].

24. Erant janitores arcæ] Hi duo præcedebant Arcam, quam alii duo sequebantur. Aut certè per vices illi fungebantur officio janitorum, in via dum Arca deducebatur [l].

26. Cùmque adjuvisset Deus Levitas; ità M. P. Ti. וַיְהִי בְּעֲזֹר וגו'] Et fuit in adjuvando (vel confortando, ό.) Deum Levitas, &c. Mo. Sensus est, vel, 1. Cùm alacritatem illis inderet in sacro illo onere gestando [m]; ut onus illud, alioqui gravissimum, vix sentirent [n], Arcámque sine ullo labore portarent [o], per viam satis acclivem, ad fastigium usque arcis Sion [p]. Vel, 2. cùm adjuvisset, &c. ut sine ulla offensione Arcam portarent [q]. Cùm eos servâsset incolumes, nec interfecisset, ut in prima deportatione, quando occîdit Huzam [r]. Vel, 3. cùm levaret Deus Levitas gestantes Arcam, &c. JT. id est, quum jussu Cenaniæ consisteret Arca, Levitæ interquiescerent, & alii aliis succederent. Erat autem hoc spatium senum gressuum, 2 Sam. 6. 13 †. ¶ Immolabantur] Heb. immolabant; ipsi nempe Levitæ de suo, præter eas victimas quas Rex offerebat, de quibus 2 Sam. 6. 13 [t]. ¶ Septem tauri, &c.] Quoties quiescebant portantes Arcam, offerebatur taurus, &c. Id autem, propter longum viæ spatium, septies contigit à domo Obed-Edom usque in arcem Davidis [v].

27. Indutus, [ità plerique;] מְכֻרְבָּל] Amictus, Mo. circumamictus, M. opertus, Glass. כִּרְבֵּל sign. amicire, tegere, & כַּרְבְּלָא Dan. 3. 21. paludamentum [x]. Verbum Chaldaicum esse videtur [y]. ¶ Stolâ byssinâ] Nam λευχειμονεῖν (albis vestibus indui) proprium sacris [z]. Hoc pallium byssinum alii volunt fuisse ipsum Ephodum, seu amiculum lineum, quomodo videtur scriptor seipsum explicavisse in fine versûs [a]. [Alii hæc distinguunt:] Præter Ephod lineum indutus erat stolâ byssinâ [b]. Ephod erat brevior vestis, (ex subtilissimo & candidissimo lino,) quæ longiorem byssinam stolam constringeret, nè nimiùm difflueret. Non puduit tantum Regem eodem habitu cum Levitis incedere [c]. Induit tunicam byssinam, instar illius sacerdotalis Exod. 28. 4. cui superindutum fuit Ephod [d]. Deposito Regis fastigio, Levitis in hac opera se æquavit †. ¶ Cantorésque] Sub. erant induti pallio byssino, V. sim. Sy. Ar. ¶ Et Chonenias princeps prophetiæ inter cantores, הַשַּׂר הַמַּשָּׂא הַמְשֹׁרְרִים] Princeps elevationis, cantores, Mo. princeps cantorum canentium, ό. princeps cantûs sublimis, unà cum cantoribus,

v V. — x L. — y Me. ex ό. sim. T. La. Mar. sim. G. ex Chald. & He. — z G. — a Jun. — b V. — c Mar. — d Q. in Ma. — * Cap. — ‡ Buxt. vind. p. 636. — † V. — f Ma. — g Mar. — h V. — i Mar. sim. Me. — k V. — l V. — m Me. — n La. — o He. in Mar. — p T. — q Mar. T. — r Ma. sim. Os. — † Jun. — t G. — v Os. — x BC. p. 742. — y Ma. — z G. — a Q. in Ma. sim. Mar. La. T. — b E. — c Os. — d Ma. — † G.

bus, M. Princeps, princeps prophetiæ cantorum, P. i. e. quam ipsi cantores canebant [f]. Magister musicorum, Strig. princeps lationis cum cantoribus, Ti. qui princeps erat muneris portandi, (Heb. oneris, Pi.) musicam exercentes, JT. oraculorum præfectus unà cum cantoribus, Ca.

28. *Et citharis concrepantes*] Heb. *audire facientes*, refer ad populum; vel, *audire facientibus*, refer ad instrumenta [g].

29. *Cùmque pervenisset*, &c. sim. Ar. P. [וַיְהִי וגו' בָּא] *Et fuit arcâ veniente*, vel *intrante*, &c. Mo. JT.

CAP. XVI.

1. *Attulerunt arcam*, &c.] Confer hunc versum & 2,3. cum 2 Sam. 6.17,18,19. Nam sunt omnino iidem [a].

2. *Benedixit populo*] 1. Spiritualiter [b]: fausta populo precatus est [c]. 2. Corporaliter, dum eos xenio prosequitur. Sic munus *benedictio* dicitur 1 Sam. 25.27 [d].

3. *Et partem assæ carnis bubulæ*; sim. Pi. [אֶשְׁפָּר] Ex אֵשׁ *ignis*, & פַּר *juvencus* †. *Frustum* (*partem*, Strig. Sy. vel, *bonam partem*, M. *frustum pulchrum*, Mo. à שָׁפַר *decorum esse*, BA.) *carnis*, Ar. JT. Pi. *offas*, Ca. ¶ *Et frixam oleo similam*, [וַאֲשִׁישָׁה] *Et lagenam*, Mo. *lagenam* (vel *utrem*, Belg. *sextarium*, Strig.) *vini*, JT. *& pultem*, Ti. P. Hebræus singulas harum vocum literas poni putat pro integra dictione: sic אֶשְׁפָּר sign. *unam è sex vituli*, sub. *partibus*; & אֲשִׁישָׁה *unam è sex hin*, sub. *partibus*. Ingeniosum commentum [f]!

4. *Constituit*] Heb. *Et dedit*, Pi. *disposuit*, JT. ¶ *Et recordarentur operum ejus*; qui mira Dei facta narrarent populo [g]: [וּלְהַזְכִּיר] *Et ad narrandum*, P. hîc ו vacat: i. e. qui prædicarent beneficia, &c [h]. *Ad commemorandum*, sub. *opera ejus*, Mar. Verto, *idque ad prædicandum*, &c. Pi. ¶ *Et glorificarent*, &c. וּלְהוֹדוֹת [וּלְהַלֵּל לַיהוָה] *Et ad celebrandum*, (vel *glorificandum*, V.) *& laudandum Dominum*, &c. P. ל in לַיהוָה valet hîc articulum accusativi casûs; nisi statuatur præpositionem ל regi non à proxima voce לְהַלֵּל, sed à remotiore לְהוֹדוֹת. Veruntamen syntaxis verbi הַלֵּל cum ל in his libris occurrit. Vide infrà scholia in vers. 36 [i].

5. *Asaph principem*] Vel *ducem*, Q. in V. [Alii in nominativo reddunt:] *dux*, V. ¶ *Et secundum ejus*] Vel, *ab eo*; i.e. vicarium ejus [k]. ¶ *Jahiel, & Semiramoth, & Jehiel*, &c.] Aut duo recensentur ejusdem nominis; aut distinguendum post *Obed-edom*, ut distinxit noster interpres: q. d. *Constituit principem cantorum Asaph*, &c. *Jeiel autem*, sub. *& socii ejus*, i. e. qui post eum enumerantur, *sonos musicos edebant cum nablis & citharis* *. ¶ *Super organa psalterii, & lyras*, [בִּכְלֵי נְבָלִים] *Cum instrumentis nablorum*, P. i. e. cum nablis variis secundùm quantitatem: erant enim & parva & magna [l].

7. *In die illo fecit David principem ad confitendum Domino, Asaph*, &c." [אָז נָתַן דָּוִיד בָּרֹאשׁ לְהֹדוֹת וגו'] *Tunc* (additur expositionis gratiâ, *in die illa*, i.e. *tunc*, h.e. initio laudum [m],) *dedit*, vel *posuit*, vel *statuit*, vel *tradidit*, *David in principio* (vel, *primùm*, sive *inprimis*, JT. Ti. M. Ca. Os. Belg.) *ad celebrandum*, vel *laudandum*, *Jehovam*, P. V. JT. Mar. vel, *ad confitendum Domino*, M. Sensus est, in initio laudum: q. d. Cùm primùm pervenit Arca Dei in Tabernaculum, &c. dedit ei Psalmum sequentem, &c [n]. Tunc initium fecit subjecto Psalmo laudum Dei, Asaph ministro & cantore [o]: q. d. Ab eo tempore ordinariè posthac Deus fuit celebratus psalmis & sacrâ musicâ per prædictas personas [p]. [Vel sic;] David primò tradidit hunc seq. Psalmum Levitis, quo Deum in publico ejus cultu laudarent; ac postea plures alios dictavit Psalmos, eósque Levitis tradidit similiter canendos. Vide 2 Sam. 23.1 [q].

8. *Confitemini Domino*] Idem est Psalmus (vel bona ex parte convenit [r]) cum Psal. 105. Vide ibi annotata *.

11. *Quærite Dominum, & virtutem ejus*] *Robur ejus*, i. e. Arcam †; ut 2 Par. 6. 41. Psal. 78.61 [r]. Symbolum robusti, i. e. potentis, Dei [v]; ubi vim suam ostentabat [x], & mira operatus est [y]. ¶ *Quærite faciem ejus*] i. e. Vel, 1. illam ipsam Arcam, in qua Deus se præsentem exhibet [z]; ut bis idem dicat ad auxesin: vel, 2. favorem ejus [a]: vel, 3. Christum, qui est facies & imago Dei [b].

(Left margin notes: f V. — g Mar. — a Ma. — b T. — c G. sim. V. Pi. — d T. — † Pi. — f Mar. — g G. — h Q. in V. — i Pi. — k V. Me. — * V. — l V. — m V. — n V. — o V. — p Os. — q Belg. — r Pi. — * V. — † C. Pi. — r G.)

12. *Et judiciorum oris ejus*] i. e. Plagarum quibus ex ejus mandato Moses affecit Ægyptios [c].

13. *Semen Israel*] Psal. 105. est, *semen Abraham* [d]. ¶ *Filii Jacob electi ejus*, [בְּחִירָיו] Est nominativus plur. & refertur ad Israelitas: quum tamen consequentia sermonis videatur postulare genitivum sing. ut ad Jacobum referatur. Sed tunc fuisset בְּחִירוֹ †.

15. *Recordamini—pacti ejus*] i. e. Eorum quæ vobis promisit, & quæ à vobis stipulatus est, Gen. 17.7, 9 [f]. ¶ *Sermonis quem præcepit in mille generationes*] Sim. Pi. Verbi quod præcepit servandum in mille, &c. vel, promissionis quam nunciavit ad mille, &c. q. d. tandem præstabit quod promisit [g]. Alii conjungunt cum τῷ *recordamini*; i. e. Nè excidat ejus [verbi] memoria in omne ævum [h].

19. *Cùm essent pauci numero*] Heb. *homines numeri*; i. e. facilè numerabiles propter paucitatem. Sic Gen. 34.30. Deut. 4.27 [i]. Memento hîc מְתִים *homines*, i.e. mortales, significare [k].

21. *Non dimisit quenquam calumniari eos*] Vel, *opprimere eos*, JT. Os. Scil. impuné [l]. ¶ *Increpavit pro eis reges*] Vel, *propter eos*. Ità sign. עַל etiam Gen. 37.8. Sic Jud. 9.9. 1 Reg. 16.7. Job. 34.36. Exempla vide Gen. 12. & 20 [m].

22. *Nolite tangere Christos meos*] Patriarchas, Ab. Is. & Jac [n]. Sic eos vocat, quòd in sua familia jus regium haberent: unde & regnâsse dicuntur Nicolao Damasceno & Justino, ut notavimus ad librum 1. de V.R.C [o]. Prophetas meos [p]. *Uncti* hîc dicuntur, quia Spiritu Sancto donati [q]; quia à Deo peculiariter vocati sunt, & electi. Fortè uncti, quia Prophetæ; hi enim ungebantur. Vide 1 Reg. 19 [r].

23. *Cantate Domino*, &c.] Ab hoc versu usque ad v. 33. omnia ferè eadem sunt cum Psal. 96 †. [Vide ibi bono cum Deo annotanda.]

25. *Horribilis*] Heb. *timendus*, Ma. *reverendus*, JT. Pi. ¶ *Super omnes deos*] h. e. Ipse solus reverendus est, cæteri dii non item. Collatio imparium habet vim oppositionis contradictoriæ. Sic Luc. 18. 14. *Descendit iste justificatus domum suam magis quàm ille*: pro, *iste descendit justificatus, ille non item* [t].

26. *Idola*, [אֱלִילִים] *Res vanæ*, seu *imaginariæ*, G. q. d. *nihilitates*, i. e. res nihili, seu inutiles [v]. De hac voce vide ad Levit. 19.4 [x].

29. *Adorate Dominum in decore sancto*] In decore sancto, tam interno quàm externo, cultûs Divini [y]. In ornatu sancto, i. e. verâ fide, quæ est vestis nuptialis [z]. *In decore sanctitatis*, JT. Mar. Verto, habitanti *in magnifico sanctuario*, ex collat. membri præced. *Venite in conspectum ejus*, i. e. in Sanctuarium, ubi se conspiciendum præbet. Heb. *in magnificentia sanctitatis*; Hypallage. Et *sanctitas* pro *sanctuario*, per meton. adjuncti. Vide Psal. 20.3. & 150.1. Et ellipsis hîc est verbi relati [a].

35. *Et congrega nos*] Si quando propter peccata dispersi fuerimus inter gentes [b]. Prævidebat David ex Spiritu eos aliquando dispersos fore †. *Congrega*, i. e. congregatos contine, nè dissipemur: nam antea fuerat regnum divisum, & Benjaminitæ inprimis à Davide alienati, suprà 12.29 [c]. Verbum notans efficientiam rei quandoque pro rei sic effectæ detentione accipitur: Sic, *accipere*, pro *acceptum retinere*, Gen. 38.23. *accipiat sibi*, h. e. acceptum retineat *. Vel, collige nos in unum absque seditionibus & dissidiis civilibus [d]. ¶ *Et erue de gentibus*] Apud quas multi Israelitarum profugi, captivi, aut inquilini, fuerunt tempore Judicum & Saulis †. ¶ *Ut exsultemus in carminibus tuis*, [לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ] *Ut gloriemur* (*& triumphemus*, M. *ad lætandum*, Mar.) *in* (vel *de*, Ma.) *laude tua*, P. V. Ti. Mo. Ut tunc demum nos reputemus felices, sive laude affici, cùm nomen tuum glorificabitur & laudabitur [f]. Ut jactemus, nos Deum habere omni laude dignum [g]. *Ut celebremus te*

(Right margin notes: v Pi. — x Ma. — y Mar. — z Pi. Ma. — a Ma. — b Q. in Ma. — c Pi. — d V. — † Pi. — f Ma. ex Jun. — g Ma. — h Ma. sim. Os. — i Pi. — k Mar. — l Os. — m Pi. — n E. — o G. — p Pi. — q Pi. sim. Os. E. — r E. — † Ma. — t Pi. — v Pi. — x Ma. — y Ma. — z Os. — a Pi. — b Os. — † Sanc. — c Ma. ex Jun. — * Glass. gram. p. 236. — d Q. in Ma. — † Ma. — f V. — g Ma.)

h Os. *psalmis tuis*, i. e. à Spiritu Sancto dictatis [h]. *Ad lauda-*
tionibus commendandum nos in laude tua, JT. Malim, ob
i Os. laudem tuam, i.e. eò quòd te laudamus [i]. Potest accipi
k Ma. vel activè, vel pass. *ut nos te laudemus*, vel, *ut laudemur* [k].
36. *Et dicat omnis populus, Amen*, [ità omnes,]
& hymnum Domino, [וְהַלֵּל לַיהוָה] [Variant.] *Et*
laus ipsi Jehovæ, P. *Veritas*, sub. *sit*, *& laus sit*, &c.
l V. q. d. *Ità sit ut dicis*, *& laus ubique sit Jehovæ* [l]. *Tum*
dixerunt totus populus, Amen, & laudem Domino, JT. *Et*
laudavit, sive *laudabant*, [scil. populus,] *Jehovam*, Pi.
Ca. Ista syntaxis verbi הַלֵּל cum ל crebrò occurrit in
his libris; suprà v. 4. & infrà 23. 5. & 29. 13. item
m Pi. 2 Chron. 5. 13 [m]. *Et lauda* (i. e. laudate) *Deum*, Mar.
canite Deo vestro, Ar. *celebrent Deum*, Sy. *laudet Domi-*
num, M. Ti. Os. sub. *populus*, Os. Heb. *laudare*, &c.
n Pi. ex Jun. Glass. infinitivus pro nomine [n]. Sic 2 Chron. 3. 3. וְאֵלֶּה
הוּסַד, *Et hæc sunt fundari Salomonis*, &c. h. e. hæ sunt
o Glass. gram. 364. fundationes, &c [o]. Porrò, voce *Amen* testati sunt om-
nes se toto corde ea approbare quæ canebantur. Qui
mos à Synagoga ad Ecclesiam transiit, 1 Cor. 14. 16.
p G. Ausonius, *Et resonaturis ferit æthera vocibus Amen* [p].
37. *Reliquit*] Sub. David, nempe post Psalmum
q V. decantatum [q]. ¶ *Asaph*, [לְאָסָף] *Asaphum*, JT. Pi.
sic Mo. ο'. Sy. Ar. &c. ל valet articulum accusativi
r Pi. casûs, ut sæpe fit in his libris [r]. ¶ *Per singulos dies*
& vices suas, [לִדְבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ] Ad verb. *In re diei in*
die suo: H[s]. Faciendo singulis diebus quod faciendum
† V. erat †. *Prout opus erat in diem quotidie*, JT. vel, *prout*
præscriptum erat, &c. Heb. *secundùm verbum diei in die*
t Pi. *ejus*: Verbum pro re [t]. *Ad rem*, &c. i. e. ad quotidia-
num ministerium. Vide similem loquutionem Exod.
v Ma. 5. 13. & 16. 4. Lev. 23. 37 [v].
38. *Obed-Edom & fratres ejus*; ità ο'. Sy. Ar. [quasi
esset enallage numeri:] [וַאֲחֵיהֶם] *Et fratres eorum*, Ma.
Obed-edom (sub. *& Chosam*) *cum fratribus*, vel, *& fra-*
tres eorum, Jun. Pi. Hoc supplementum confirmatur
tum ex fine versûs, tum ex relativo plurali, *ipsorum*.
Unde prorsus probabile evadit vocem וְחוֹסָה hîc per
x Pi. incuriam librarii seu descriptoris omissam esse [x].
39. *Sadoc autem—coram tabernaculo*, &c.] Non
tanquam Pontificem, (is enim tunc erat Abiathar,) sed
y Me. tanquam eo in loco Sacrorum principem [y]. [Alii ali-
ter:] *Sadoc sacerdotem*, scil. summum, nuper à Saule
constitutum. Huic recèns sibi conciliato, & forsan ex
pactis conventis, & propter egregia merita, David
munus suum continuavit: Et cùm jure successionis
deberetur ea dignitas *Abiatharo*, utpote filio Ahime-
leci à Saule occisi; sic munus utriusque distribuit pa-
cis & concordiæ causâ, ut unus Pontificatu funge-
z T. ex La. retur in *Gabaon*, alter in urbe Jerosolyma [z]. ¶ *In*
a Mar. *Gabaon*] Ibi Mosis Tabernaculum erat [a]; quò transla-
tum fuit post cædem illam, 1 Sam. 22. Vide infrà
b Jun. 2 Chron. 1. 3 [b]. Ibi erat ordinarius cultus; ac proinde
eò destinati sunt sacerdotes, ad sacrificia: extraor-
dinarius Arcæ in Jerusalem; ac ideo impositi sunt ei
c Jun. Levitæ [c].
41. *Et post eum Heman & Idithun*] Vel *Jeduthun*,
Pi. Heb. *Et cum eis Heman*, &c. Ma. ¶ *Et reli-*
quos electos; ità ο'. M. Ti. Strig. sim. P. vel *delectos*,
Ca. *selectos*, JT. [וּשְׁאָר הַבְּרוּרִים] *Et residuum purorum*,
Mo. *aliique probi homines*, Sy. sim. Ar. ¶ *Unum-*
quemque vocabulo suo, [אֲשֶׁר נִקְּבוּ בְּשֵׁמוֹת] *Qui expositi*
erant per nomina, P. *quorum nomina sunt expressa*, M.
d V. JT. Ca. Strig. Celebres nominibus [d]. [Alii aliter:]
Quorum ignota (vel *suppressa*, Ar.) *sunt nomina*, Sy.
[q. d. *perforata*, vel *obliterata*, obelisco notata.]
42. *Heman quoque & Idithun canentes tubâ*, &c.
[וְעִמָּהֶם הֵימָן וִידוּתוּן חֲצֹצְרוֹת וגו׳] *Et cum eis He-*
man & Jeduthun tubis & cymbalis, audire facientes,
Mo. *Cum eis, inquam, reliquit Heman & Jeduthun cum*
tubis, &c. *ut resonarent*, P. *Et cum eis Heman*, &c. *in*
tubis, &c. *sonantibus*, &c. Strig. *Penès ipsos Hema-*
nem, &c. *tubas & cymbala pro resonantibus*, JT. Heb.
audire facientibus, Pi. Verti solet, *Et cum illis*, inquam,
erant *Heman & Jeduthun cum tubis & tintinnabulis*.
Non placet. Nam, 1. jam dictum fuit v. 41. *Hem.*
& Jed. fuisse cum illis de quibus v. 38, 39, 40. cur
ergò hîc id repeteretur? 2. Ante חֲצֹצְרוֹת non est ו
&, vel עִם *cum*. Verto itaque, *Et cum illis, Hemane*
& Jeduthun, erant *tubæ*, &c. Affixum הֶם non refero
ad antecedens, ut solent plerumque affixa, sed habeo
pro pronomine demonstrativo, quod ad sequens refe-
ratur; sicut Dan. 7. 24. מִנַּהּ מַלְכוּתָא, *ex illo regno*, &c.
Ezr. 5. 3. בֵּהּ זִמְנָא, *illo tempore* *. ¶ *Et omnia mu-* * Di.
sicorum organa, ad canendum Deo, [וּכְלֵי שִׁיר הָאֱלֹהִים]
Et cum instrumentis cantici (vel *musicis*, Strig.) *Dei*,
P. V. sim. Strig. *& instrumenta musica Dei*, JT. Con-
centum facientes instrumentis quibus cantica Divina
personabant †. ¶ *Portarios*, [לַשָּׁעַר] *Ad portam*, † V.
vel *januam*, JT. Pi. P. V. nempe Tabernaculi sacri [f]; f Pi.
sub. *constituit*, V. [Totum versum sic reddit Os.] *He-*
man quoque & Jeduthun cum eis, (electis, deputatis,
ad musicam,) *canentes tubâ, & quatientes cymbala*, lau-
dabant Dominum. *Et musicorum organa ad canendum*
Domino, sub. usurpabantur ad laudem & gloriam Dei [g]. g Os.

CAP. XVII.

1. **Q**Uum *habitaret David*, &c.] Totum hoc caput
explicatum est 2 Sam. 7 [a]. ubi omnia ferè ea- a Me.
dem sunt [b]. ¶ *Dixit ad Nathan*] Consulendo, vel b Ma.
illum, vel Dominum [c]. c V.
2. *Deus tecum*] H[s]; favet tibi, eritque tibi adjutor.
Vel, tu es Deo gratus [d]. Quod benedictio Dei satis d V.
declarat: itaque probabile est hoc quoque institutum
ei placere †. † Pi.
4. *Non ædificabis mihi domum*, [הַבַּיִת] *Domum illam*,
JT. Malim, *domum aliquam*: Non enim sequitur rela-
tivum אֲשֶׁר, *quam*. Itaque ה non videtur esse demon-
strativum, sed valet pronomen indefinitum; ut passim [f]. f Pi.
5. *Neque—mansi in domo*] *Non habitavi in domo ali-*
qua, Pi. sim. JT. Heb. *in domo*, sine articulo, Pi. ¶ *Sed*
fui semper mutans, &c. [וָאֶהְיֶה מֵאֹהֶל אֶל־אֹהֶל וּמִמִּשְׁכָּן]
Et, vel *sed*, *fui* (sub. *transiens*, Ti.) *de tentorio in tento-*
rium, *& de tabernaculo*, Mo. P. sub. *in tabernaculum*,
Ti. sim. M. Mar. *de tentorio in tentorium*, itans *etiam*
extra tabernaculum, JT. Hebr. מִמִּשְׁכָּן. Sed מִן ità
significare non memini. Sic verto; *Fui è tentorio in*
tentorium itans, *etiam absque tabernaculo* fui. Ellipsis
verbi relati [*itans*,] quod exprimitur versu sequente [g]. g Pi.
Quanquam hæc ellipsis participii rarior est [h]. Hæc h Glass. gram. p. 414.
autem dicit, vel, 1. quòd ordinariè egrediebatur è
Tabernaculo suo Arca vehenda; vel, 2. quòd Arca
de Tabernaculo Mosaico translata fuit in Davidi-
cum, 2 Sam. 6. 17. & suprà 15. 1 [i]; vel, 3. ob varie- i Ma.
tatem, non Tabernaculi, sed loci ubi fuit Tabernacu-
lum [k]; vel, 4. quòd Arcâ huc illuc deportatâ, opor- k V.
tuit tentorium ubi collocata erat deponi, & alibi
iterum erigi; vel, 5. quòd Arca extra Tabernaculum
fuit, postquam à Philistæis capta esset. Vide 1 Sam. 6. 1.
& 7. 1. & 2 Sam. 6. Confer etiam 1 Sam. 21. &
1 Par. 16. 39 [l]. l Pi.
6. *Manens cum omni Israel*] Ità illa verba, *cum omni*
Israel, Hieron. junxit cum superioribus, quæ alii cum
sequentibus jungunt, *In omnibus*, scil. locis, *quibus*
ambulavi in, vel *cum*, *omni Israel*: Ità Heb. & ο' [m]. sim. m Mar.
Os. &c. ¶ *Uni Judicum Israel*, [שֹׁפְטֵי וגו׳] At in
2 Sam. 7. 7. est שִׁבְטֵי *tribuum*, minùs bene: legendum
ergò ibi שֹׁפְטֵי *. Verùm, 1. שֵׁבֶט non tantùm *tribum* * Capel.
sign. sed & *sceptrum*, & metonymicè *Sceptrigerum*; ut
Gen. 49. 10. Sic verti potest, *ulli sceptrorum*, &c. i. e.
moderatorum, Israelis. 2. Si שִׁבְטֵי *tribus* sign. sensus
erit commodus †. [Vide ibi annotata.] † Buxt. vind. 383.
7. *Cùm in pascuis*, &c.] q. d. Tu pervenisti ad Reg-
num, non tuis meritis, sed meâ gratiâ; nam cùm esses
pastor ovium, feci te pastorem hominum, & non quo-
rumvis, sed *populi mei* [n]. n V.
8. *Nomen quasi unius magnorum*] Scil. Regum [o]: o Mar.
sicut nomen potentum [p]. p Pi.
9. *Et dedi*, [וְשַׂמְתִּי] *Et posui*, P. V. i. e. designavi.
Nunc tertiam personam alloquitur. In secundo Sa-
muelis hæc leguntur in futuro [q]. Verto, *Ponam autem*, q V.
Pi. *Et ponam*, Ma. *Disponens locum*, &c. JT. ¶ *Planta-*
bitur] Heb. *& plantabo eum*, Ma. Pi. Mar. vel, *plan-*
tavi, Mar. *plantans*, JT. ¶ *Et habitabit in eo*,
וְשָׁכַן

[וְיָשַׁב תַּחְתָּיו] Et habitat apud se, & non in loco externo, & regione peregrina [r]. Et habitabit (vel, ut habitet, Pi.) in loco suo, P. V. Mar. Heb. sub se, nullâ vi motus, Mar. vel, apud seipsum, ό. in Mar. q. d. Tametsi terram illis habitandam olim dederim, tamen sub Judicibus, &c. graviter fluctuavit respublica; at sub te tantâ fruitur tranquillitate, ut sibi Israelitæ jam primùm verè terram Canaan obtinere & habitare, atque adeò jam de novo quasi in hac terra plantati, videantur †. ¶ Non commovebitur] Ità P. V. i. e. Non aliò ultrà demigrabit [t]. Subaudi conditionem solitam, si à me non deflectant, &c [v]. ¶ Nec filii iniquitatis atterent eos, [וְלֹא יֹסִיפוּ—לְבַלֹּתוֹ] Non addent atterere eum, P. sim. JT. vel, debilitare, Pi. Heb. veterare, Pi. sim. Ma. significatione activâ; nam vetustate res debilitantur [x]. Ut consumam eos, V. [Fortè legebat, ut scribit, לְכַלֹּתוֹ.], Ità etiam legendum putat Capel. Nam si legas לְבַלֹּתוֹ, inveterare eum, sensus (inquit) incommodus erit & durus †. Verùm lectio per ב confirmatur per Masoram. Et בָּלָה sign. non solùm inveterare, sed & consumere, terere. Vide Job. 21. 13. Psal. 49. 15. Isa. 65. 22. Thren. 3. 4. Indéque בְּלִי consumptio, Isa. 38. 17 *. ¶ Sicut à principio] Cùm in Ægypto opprimerentur [y].

10. Ex diebus quibus dedi Judices, &c.] Jungunt cum verbis superioribus: Sicut à principio ex diebus, &c [z]. vel, & ex diebus, &c. Os. M. quemadmodum priùs: nempe à diebus, &c. τὸ ו signific. nempe, ut Jud. 7. 24. 1 Sam. 17. 40. & 28. 3 [a]. Verùm ex diebus, &c. JT. ¶ [צִוִּיתִי שֹׁפְטִים] Præcepi (sub. ut essent, V.) Judices, Ma. P. constitui (vel, mandatis instruxeram, Pi. ex JT.) Sub Judicibus enim magnas sæpe calamitates ab hostibus externis perpessi sunt [b]. ¶ Et humiliavi inimicos; ità P. ό. [וְהִכְנַעְתִּי] Q. scribunt hoc loco ו redundare; neque conjungunt versum istum præcedenti, sed sequentibus, vertúntque, Et à tempore, &c. humiliavi omnes, &c. Alii, humiliabo insuper, &c. Ti. Depressi, &c. JT. Verto, deprimam: nondum enim depressisse eos patet ex cap. seq [d]. Vel illud, Ex diebus, &c. legendum per parenthesin †. ¶ Annuncio ergò tibi; sim. Pi. Ca. atque annunciavi tibi, &c. P. [וָאַגִּד וגו׳] Hîc ו pro quòd conjunctione: nam 2 Sam. 7. 11. scribitur, Præterea annunciat tibi Jehovah, &c [f]. Et indicabo tibi, &c. Ti. ¶ Ædificaturus sit tibi domum] i. e. Filios nepotésque dabit [g]. De se loquitur Deus in tertia persona [h].

11. Cùm impleveris dies tuos] i. e. Dies vitæ tuæ [i]. Hs, pro, cùm mortuus fueris [k]. ¶ Suscitabo semen tuum post te] De Salomone hæc non possunt intelligi; is enim vivo adhuc patre inunctus fuit, & in thronum collocatus, 1 Reg. 1 [l]. Porrò, excitabo, i. e. vocabo ad officium regium. Sic Act. 13. 22. ¶ Semen tuum] i. e. Filium aliquem tuum. Intelligitur partim Salomon, ut typus Christi; partim Christus ipse: non enim Salomonis, sed Christi, regnum perpetuò duravit, Luc. 1. 32, 33 [m]. In Christo hoc complendum erat. Nota autem Davidi non promissam fuisse perpetuitatem regni temporalis, sed tantùm perpetuitatem regni in genere [n].

12. Ædificabit mihi domum] Salomon materialem, i. e. Templum; Christus spiritualem, i. e. Ecclesiam [o]. ¶ Firmabo solium ejus in æternum] Hoc ad solum Christum pertinet [p]: cùm de Salomone aliísque Regibus intelligi non possit [q].

13. Misericordiam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo, &c.] Nempe à Saule [r]. Regnum in ejus posteris manebit: quod Sauli non erat concessum. De hoc sermo est, non de salute æterna Salomonis †.

16. Cùmque venisset, &c. [וַיָּבֹא הַמֶּלֶךְ] Et venit Rex, Ma. Et ingressus est, Pi. sim. JT. P. V. sub. tentorium, V. Pi. ante Arcam, Pi. Hîc reliquit nobis formulam quandam quâ uti debemus cùm maxima beneficia accepimus à Deo [t]. ¶ Et sedisset, &c. [וַיֵּשֶׁב] Et sedit, P. V. Ma. Dicunt Doctores Hebræorum, ex Scripturis colligi, solitos fuisse homines orare stantes, ut & Angeli dicuntur stare dum orant: igitur mirantur quare dicat Regem sedere, contra Judæorum in orando morem. Doctiores hunc nodum facilè dissolvunt, cùm vertunt, & mansit, &c [v]. Verto, restitit, JT. Malim,

r Q. in V. — † Os. — t V. — v La. sim. T. — x Pi. — † Capel. — * Buxt. vind. p. 416. — y Os. — z Mar. — a Pi. — b Os. sim. La. — c V. — d Pi. — † Mar. — f V. — g Mar. — h Mar. ex V. — i Pi. — k V. — l Os. — m Pi. — n T. — o Pi. — p Pi. sim. Mar. — q Mar. — r Mar. Os. &c. — † E. — t V. — v V.

mansit, scil. donec absolvisset has preces. τὸ יָשַׁב sign. manere, Genes. 29. 19. 1 Reg. 12. 2. Psal. 102. 13. ¶ Coram Domino] i. e. Coram Arca, cui Jehova insidebat. ¶ Quis ego, &c?] Interrogatio admirantis bonitatem Dei [x]. ¶ Ut præstares mihi talia?] Quòd deducis (malim, deduxisti, Pi.) me eousque? JT. i. e. usque ad hunc locum regium [y], & illustrem famam [z]?

17. Super domum servi tui] De familia, &c. JT. Ità utitur Virgil. voce super, Multa super Priamo rogitans, &c [a]. ¶ Etiam in futurum, [לְמֵרָחוֹק] In longinquum, subaudi, tempus, V. i. e. Talia etiam promisisti familiæ meæ, quæ post aliquot secula implebuntur; nempe de Messia ex mea prosapia nascituro [b]. ¶ Et fecisti me spectabilem super omnes homines, Domine Deus, [וּרְאִיתַנִי כְּתוֹר הָאָדָם הַמַּעֲלָה יְהוָה אֱלֹהִים] [Variant.] Et aspexisti, sive vidisti, me juxta dispositionem hominis (sub. hominis, inquam, V.) excellentiæ, sive excellentis, Domine Deus, P. Mo. V. q. d. Jam indè ab initio cognovisti me futurum de numero hominum eximiorum [c]. Aspexisti me juxta præstantiam hominis alicujus magni, &c. M. Et respicias me, ut respici solent homines præstantes, &c. Ti. [Al. aliter:] Et prospexeris mihi de hac excellentia (Heb. videris mihi hanc excellentiam, vel gradum, Pi.) secundùm rationem humanam, JT. i.e. quàm humanissimè me alloquendo per Nathanem. Heb. secundùm ordinem hominis, i. e. hominum: quo scil. homines uti consueverunt in negotiis agendis [d]. Mihíque humano more magnificè providisti, Ca. Et humano intuitu me respexeris, méque evexeris, &c. Ar. [Alii de Christo accipiunt:] Et respexisti me, quasi figuram hominis qui est in supernis Dominus Deus. i. e. Quæ mihi locutus es de regno æterno, scio non propriè in me competere, sed in Messiam, cujus ego tantùm figura & typus sum: is homo quidem erit, sed erit idem etiam Dominus Deus altissimus, verus Deus & homo in una persona †. Ità confessio hîc traditur de utraque Christi natura. Brevitas dicti hujus fecit, ut interpretes quasi prætervolaverit sententia. Lectio Græca propior est fontibus; Καὶ ἐπεῖδές με ὡς ὅρασις ἀνθρώπε, καὶ ὕψωσάς με, Κύριε ὁ Θεός, (Et inspexisti me tanquam visio hominis, & exaltâsti me, Domine Deus.) Hæc lectio propior est fontibus quàm Latina. Sic verto, Et aspexisti me in forma hominis, qui es in excelsis Dominus Deus. Verbum aspicis congruit cum dicto, Vidit Abraham diem meum, &c. Appellationem formæ imitatus est Paulus, cùm ait, Qui, cùm esset in forma Dei, formam servi assumpsit. Porrò, aspicis me, inquit David. Consolationem ex hoc dicto sumamus, & singuli ad eum confugientes, aspici se à Filio Dei statuant [f]. [Juxta hunc sensum locus sic verti posset, Fecisti me videre, vel ostendisti mihi, (posito nimirum Kal pro Hiphil, רְאִיתַנִי pro הִרְאִיתַנִי: ut alibi fit, Gen. 46. 29. וַיֶּאְסֹר pro וַיַּאְסֵר, & junxit, i. e. jungi fecit; 1 Reg. 19. 15. וּמָשַׁחְתָּ, & unge, &c. i. e. fac ungi: vide annotata ad illa loca:) secundùm formam, vel in forma, (ut sit legendum בְּתוֹר, cùm ב & כ facilè mutentur,) hominis excellentiam, sive celsitudinem, sive majestatem, Domini Dei, h. e. Θεάνθρωπον.] [Plura vide in annotatis ad 2 Sam. 7. 19.]

18. Quid ultrà addere potest, &c? [מַה־יּוֹסִיף עוֹד דָּוִיד אֵלֶיךָ לְכָבוֹד אֶת־עַבְדֶּךָ] Quid addet ultrà David ad te (vel, petere à te, P. sim. M. sive loqui ad, vel apud, te, JT. Pi. sim. Ti. ità supplendum ex 2 Sam [g]. Ellipsis est verbi relati [h],) ad glorificandum servum tuum? Mo. P. vel, pro honore servi tui? M. vel, quod accedat ad gloriam servi tui? Ti. vel, de honore quo honoras servum tuum? JT. Pi. Glass. Ellipsis verbi conjugati, qualis infrà 2 Par. 2. 4. ad adolendum, &c. & dispositionem jugem, sub. לַעֲרֹךְ ad disponendum, quod verbum in conjugato nomine מַעֲרֶכֶת dispositio latet [i]. Vel, propter gloriam servi tui? i. e. ut des mihi gloriam? q. d. Quid ultrà dare poteris Davidi, quàm eum tanto honore afficere, ut ex eo & ejus semine nascatur Christus [k]? Possúmne majorem à te petere dignitatem, &c [l]? Quid ulterius addet David tecum de honore (sub. manifestato, sive collato) in servum tuum? Belg. Præpositio ל hîc valet τὸ de, i. e. notat objectum, sicut & alibi passim; ut Exod. 14. 3. & cap. 18. vers. 7. 1 Sam. 29. 5 [m]. Qua de re gloriabitur ante te David, &c? Ar.

x Pi. — y V. sim. Pi. — z Pi. — a Pi. — b Os. sim. V. — c V. — d Pi. — † Os. sim. Strig. — f Strig. — g V. — h Pi. — i Glass. gram. pag. 713. — k V. sim. Os. — l Os. — m P.

¶ *Et cognoveris eum,* [וַיֵּדַעְתָּ] *Nôsti*, P. V. Servum tuum agnoscis, i. e. curas; bene erga illum affectus es: Synecd. gen[n]. Initium hoc omnis boni, cognosci à Deo[o]. Tu intima cordium scrutaris[p]: nôsti animum meum[q], ejúsque gratitudinem[r], quòd nullo majore gaudio unquam perfundi queam quàm hoc ipso, quòd mihi Messias est promissus[†].

19. *Propter famulum tuum*] Vide quæ diximus ad 2 Sam. 7. 21[t]. Quia me servum tuum amas[v]. Heb. *in transitione,* vel *transactione,* [בַּעֲבוּר] *servi tui,* i. e. quòd ità transegeris cum servo tuo[x]. In Samuele est, *propter verbum tuum*[y]. ¶ *Juxta cor tuum*] Ità P. V. Pro arbitrio tuo, ex mera tua voluntate, nullâ aliâ re motus, ultro, non coactus[z]. Juxta beneplacitum tuum[a]. *Secundùm animum tuum,* JT. i. e. benevolentiam. *Cor* pro affectu, & affectus pro benevolentia[b]. ¶ *Et nota esse voluisti universa magnalia,* [לְהֹדִיעַ אֶת־כָּל־הַגְּדֻלּוֹת] *Ad scire faciendum* (sub. *eum*) *omnes illas magnificentias,* Buxt. *magnitudines istas,* V. Pi. i. e. beneficia maxima[c]. In Samuele dicitur, [לְהוֹדִיעַ אֶת־עַבְדֶּךָ], *ad scire faciendum* (scil. *eas*) *servum tuum*; quia [antea] *servi* non est facta mentio: Hîc autem est, אֶת־גְּדֻלּוֹת, quia *servi* jam facta fuit mentio, ideóque ingrata fuisset ejus repetitio[d].

21. *Quis enim est alius,* &c?] *Et quæ* (sub. *est*, Pi.) *sicut populus tuus Israel gens ulla* (vel, *gens una,* M. P. Mo. vel, *gens ultrà,* ο'.) *in terra,* &c? JT. Pi. sim. Sy. Os. vel, *Estne gens una in terra ad quam* (rectiùs, *propter quam,* Os. V.) *perrexit Deus,* &c? Os. ¶ *Et magnitudine suâ,* &c. [לָשׂוּם לְךָ שֵׁם גְּדֻלּוֹת וְנֹרָאוֹת] *Ad ponendum* (vel *comparandum,* JT.) *tibi nomen, magnitudines & terribilia,* P. vel *nomen,* (sub. *& faceret,* ex 2 Sam. V.) *magnitudines,* &c. i. e. mirabilia magna in gratiam populi tui[†]. Vel, *nomen magnitudinum,* &c. Pi. vel, *magnorum,* &c. operum, Os. vel, *nomen magnum & tremendum,* Ti. sim. M. ¶ *Ejiceret nationes,* &c.] Heb. *ad ejiciendum,* vel *expellendum, gentes,* &c. Mo. P. ο'. vel *expellendo,* &c. JT. sim. M. Ti.

23. *Confirmetur,* [יֵאָמֵן] i. e. Sit firmum & stabile. Hæc debent referri ad promissiones de Christo Rege factas[g].

24. *Permaneátque & magnificetur nomen tuum*; ità P. Mo. V. [וְיֵאָמֵן וְיִגְדַּל וגו'] *Verum,* (vel *ratum,* Ti.) *inquam, fiat, ut magnificetur nomen tuum,* M. Ti. *Sanciatur,* &c. Ca. *Verificetur,* &c. Os. *Fidele sit,* ο'. *Vera comprobentur opera tua,* Sy. sim. Ar. *Ut cùm statum erit, magnificetur,* &c. JT. *Statum, inquam, sit, & magnum evadat,* &c. Pi. ¶ *Et dicatur, Dominus,* &c. [לֵאמֹר וגו'] *Dicendo,* JT. & (vel *ut,* P.) *dicant,* Ar. sim. Sy. *ut dicatur,* M. Ti. sic Strig. Pi. ¶ *Dominus exercituum Deus Israel*; ità P. [לְיִשְׂרָאֵל] *Super Israelem,* P. V. Hîc ל pro עַל, ut vides in 2. Samuelis[h]. Heb. *Dominus exercituum, Deus Israelis, Deus Israeli*; sim. Ma. Buxt. vel, *Deus, inquam,* (sub. *est,* Ti.) *Israelis,* M. Ti. Hæc repetitio minimè supervacanea est: Sensus est; Deus, qui dicitur *Deus Israelis,* revera est Deus Israeli, & promissa atque fidem illis præstat[*].

25. *Revelâsti auriculam servi tui,* [גָּלִיתָ אֶת־אֹזֶן וגו'] *Revelâsti in aurem,* &c. JT. *Retexisti aurem,* &c. i. e. accuratè indicâsti, quasi jubens ut pileum ab aure removeret, nè obstaret perceptioni verborum. Vide Ruth 4. 4. 1 Sam. 9. 15. & 20. 13, &c[i]. ¶ *Invenit—fiduciam, ut oret,* &c.] Ità M. Os. sim. Gal. *ausus fuit,* &c. Ti. sic Ca. Tanti beneficii fiduciâ audeo precari quæ dicta sunt. Priora beneficia ad majora aditum patefaciunt[k]. ¶ [עַל כֵּן מָצָא וגו'] *Ideo invenit,* ο'. P. Mo. sub. ex Sam. *cor suum,* nempe paratum[l]; vel, *cum corde suo,* ex 2 Sam. c. 7. v. 27. vel, *consilium*; q. d. consultum, vel bonum, judicavit: *ad orandum,* i. e. ut oraret, scil. *oratione hâc*; quæ verba adduntur 2 Sam. 7. 27[m].

27. *Et cœpisti benedicere*] Ità Chald. & alii in V. ο'. in Buxt. Verbum יָאַל & הוֹאִיל hoc sensu sumunt ο'. sæpe, & Hi. passim, RS. post Chald. ad Deut. 1. 5. (qui & Gen. 18. 27. pro illa significatione adducit,) & Pagninus passim in prima Bibliorum suorum editione. Vide & Lexicon Pagnini[n]. ¶ [וְהוֹאַלְתָּ לְבָרֵךְ וגו'] *Voluisti* (vel, *placuit,* V. Pi.) *benedicere,* &c. P. *cùm placuerit tibi benedicere,* &c. JT. *Et nunc velis* (obsecro) *benedicere,* i. e. benefacere, &c. Os. ¶ *Te benedicente, benedicta erit*] Quem Deus conservatum vult, nemo potest opprimere[o]. ¶ [בֵּרַכְתָּ וּמְבֹרָךְ] *Benedixisti* (sub. *familiæ meæ,* vel *servo tuo,* V.) *& benedicta,* vel *benedictus, erit,* P.

[Margin: n Pi. o Mar. p V. q Os. r V. † Os. t G. v Os. x Ma. y Buxt. z V. a Os. b Pi. c V. sim. Os. d Buxt. vind. 2. 2. 417. † V. g V. h V. * Buxt. vind. 2. 2. p. 393. i Pi. k Os. l V. m Pi. n Buxt. vind. 2. 8. pag. 678. o Os.]

CAP. XVIII.

1. *Factum est,* &c.] Confer 2 Sam. 8. Nam omnia ferè eadem sunt[a]. ¶ *Et tolleret Gath & filias ejus*] h. e. *Vicos ejus,* ο'. in Mar. sim. Glass. Ità vox בְּנוֹתֶיהָ Jos. 17. 16. & alibi accipitur[b]. At 2 Sam. 8. 1. scribitur, *tulit Metheg-ammath.* Vide illic annotationem[c].

2. *Offerentes ei munera*] i. e. Tributum annuum; ut v. 6[d].

3. *Adarezer*] Aliàs *Adadezer,* 2 Sam. 8. 3. Literæ ד & ר facilè permutantur[†]. ¶ *Regem Soba regionis Hemath*] Heb. *in Hemath,* Mar. ex ο'. vel, *ad Hemath*: quo significatur eum ad illam urbem fugisse, aut ibi percussum, aut regnum ejus eo loco fuisse[f]. *Regio Hemath* est Antiochia Syriæ: Ità distinguit hanc Syriæ partem, cujus metropolis est Antiochia, ab alia, cujus caput est Damascus[*]. ¶ *Quando perrexit*] *Cùm profectus esset ille,* Pi. sim. JT. nempe, vel *David,* JT. vel *Hadarezer,* Pi. ¶ *Ut dilataret imperium suum,* [לְהַצִּיב יָדוֹ] *Ad statuendum manum suam,* Mar. Pi. Hieronymus *manum* posuit pro imperio: Alii, pro loco, vel termino[g]. *Ut constitueret potentiam suam,* P. *Ut statueret terminum suum,* vel *fines suos,* aut, *ut collocaret præsidium suum.* Eò usque voluerat Rex iste prorogare fines suos, &c. Quanquam relativum Hebraicum potest referre Davidem, quòd David voluerit producere imperium suum ad Euphratem[h]. Expono, *manum suam,* i. e. exercitum suum. Cæterùm pro לְהַצִּיב, 2 Sam. 8. 3. legitur (mendosè, ut videtur) לְהָשִׁיב, i. e. *ad reducendum*[i]. ¶ *Usque ad flumen Euphratem,* [בִּנְהַר וגו'] *Versus flumen,* JT. Construunt cum voce בְּלֶכְתּוֹ, i. e. *cùm proficisceretur ille.* Sed non puto ullibi הָלַךְ regere præp. ב significante *versùs,* i. e. motum ad locum. At pro *juxta* passim reperitur; ut Num. 33. 37. Jos. 24. 32. 1 Reg. 1. 45. Jer. 13. 5. Verto itaque, *juxta flumen*[k]. Vide quæ diximus 2 Sam. 8. 3[l].

4. *Cepit mille quadrigas*] Heb. ad verb. *mille currum,* Ma. Ut פָּרָשׁ *eques,* pro equo, ità *currus* quandoque sumitur pro equo curuli; ità hoc loco, *currum,* i. e. omnes jugales vel equos curruum. Sic suprà, 2 Sam. 10. 18. *occîdit* 700 *currus,* i. e. equos 700 curruum; item infrà, Psal. 68. 18. *currus Dei* sunt duæ myriades, ubi Genev. habet, *equitatus Dei*; & Psal. 76. 7. *Dormiit & currus, & equus,* i.e. tam equi curules quàm qui equitantur[m]. ¶ *Quadrigas ejus*] Heb. *ab eo,* JT. vel, *ex eis,* ut 2 Sam. 8. 4. Dux nominatur, & simul milites ejus intelliguntur[n]. ¶ *Septem millia equitum*] At 2 Sam. est 700 *equites.* Sed ibi per *equites* intelliguntur decuriæ equitum: qui numerus cum hoc congruit[o]. ¶ *Subnervavit*] Heb. *eradicavit,* i. e. à radicibus incîdit, hoc est, suffragines succîdit[p].

6. *Et posuit milites in Damasco*] Heb. *Et posuit in Aramo Damasci,* Pi. sub. *præfectos,* Sy. P. V. Ti. ex 2 Sam. V. vel, *præsidium,* ο'. *stationarios,* JT. Pi. Ellipsis nominis relati; quanquam hæc duriuscula videtur. Fortè per incuriam librarii vox illa hîc omissa est[q]. Comprehenditur nomen sub vi verbi. Similem ellipsin in voce שׂוּם vide 1 Chron. 20. 3. Ellipticæ hæ locutiones sunt familiares Hebræis[r].

8. *De Thebath & Chun*] Quæ aliter vocantur *Betah & Berothai,* 2 Sam[†]. Hæ urbes sitæ erant ad radices montis Libani, inter Emath & Damascum[t]. ¶ *De quo fecit,* &c. [בּוֹ וגו'] Ad verb. *in eo,* Ma. *Ex eo*: Hîc præpositio ב valet *ex,* ut suprà v. 5[v].

10. *Ut postularet ab eo pacem,* [לִשְׁאוֹל לוֹ שָׁלוֹם] *Ad rogandum eum de prosperitate,* JT. vel, *de pace,* V. i. e. ad salutandum[x]. ל in לוֹ valet articulum accusativi casûs[y]. ¶ *Sed & omnia vasa,* &c. [וְכֹל כְּלֵי וגו'] Ellipsis quandoque occurrit vocum quarundam in eodem orationis membro. Sic 1 Chron. 28. 21. *Ecce, turmæ sacerdotum,* scil.

[Margin: a Ma. b Glass. gram. pag. 857. c V. d Mar. † Pi. f Mar. * T. g Mar. h V. sim. Mar. i Pi. k Idem. l G. m BA. 1. 2. 6. 99. n Pi. o Pi. ex Jun. p Pi. q Idem. r Buxt. vind. 2. 2. p. 395. † V. BA. t BA. 2. 6. 16. 884 40. v Pi. x Pi. sim. V. ex F. y Pi.]

scil. *aderunt tibi*: Sequitur, וְעִמְּךָ, *tecum, inquam, erunt in omni opere*, &c. Ità hoc loco [z]. [Sed diversimodè hunc locum supplent.] *Et misit ad eum omnia vasa*, &c. P. Tig. not. sim. Ca. *Et cum Joramo misit*, &c. Ar. vel, *Et David tulit secum omnia vasa*, &c. M. *Et vasa*, &c. erant in manu ejus, Pi. Glass. ex 2 Sam. c. 8. v. 10. Pi. [Alii connectunt cum versu sequenti:] *Omnia vasa*, &c. *dedicavit David*, &c. Ti. sim. Strig. [Alii connectunt cum præcedentibus:] *Misit*, &c. *ad benedicendum ei, eò quòd præliatus contra Hadar-Hezerem percussisset eum, (nam Hadar-Hezer bella gerebat contra Tohu,) cum quibuslibet instrumentis*, &c. JT. Congratulatus est ei, quòd vicisset Adarezer, & quòd abstulisset illi vasa aurea [a].

[z] Glass. gram. pag. 705. [a] Mar.

11. *Quod tulerat ex universis gentibus*, הַגּוֹיִם] *Gentibus*, P. V. sub. *aliis quas subegerat*; ità 2 Sam. 8. 11. ¶ *De Idumæa*] *De Edom*. At 2 Sam. est, *de Aram*: Conveniunt tamen; nam Idumæi & Aramæi conjunxerant copias [b].

[b] V.

12. *Abisai—percussit*, &c.] Hæc victoria tribuitur & *Davidi*, ut Capiti & Regi; & *Abisai*, quòd primus in hostes impetum fecit, cæsis tum 6000; & *Joabo*, Psal. 60. 2. quòd hic succedens 12000 stravit. Ità conciliatur hic locus cum Psal. 60. ubi tantùm ponuntur 12000 [c].

[c] V. sim. Buxt. ex Abarb.

13. *Et constituit*] Heb. *posuit*, sub. *David*, V. ¶ *Præsidium*, נְצִיבִים] *Præsides*, P. *præfectos*, V. Mar. Scil. amotis Regibus in formam provinciæ redegit Idumæam [d].

[d] Mar.

16. *Abimelech filius Abiathar*] *Abimelech* hîc est genitivi casûs, [& sic ordinanda sunt verba, *Abiathar filius Abimelech*:] Nam *Abiathar* Pontifex erat Davidis unà cum *Sadoc*. Nisi malis dicere hunc *Abimelech* fuisse filium *Abiatharis*, infrà 24. 6. & parentem filio suo eundem secum honorem communicâsse, ut olim *Eli* fecerat, & *Samuel*, 1 Sam. 2. 12. & 8. 1 †.

† La. T.

17. *Filii David primi ad manum regis*] Ità P. Mo. V. Id est, quorum operâ inprimis utebatur Rex [f]. ¶ הָרִאשֹׁנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ] *Primarii, sive primores, ad manum regis*, Ti. JT. Præstò erant, ut inter primos, ubi opus erat, ministrarent [g]. *Erant principes*, Sy. *erant eorum principes*, Ar. [Alii sic;] *Filii David primi*, (i. e. natu majores [h],) *fuerunt juxta regem*, M. Erant consiliarii Regis, qui adjuvabant eum in negotiis regni [i]. Erant αὐλάρχαι, ο'. in BC. p. 859. Primi erant circùm latus Regis. Pro eo est apud Samuelem, *Et filii David sacerdotes erant*. *Manus* hîc pro *latere* sumitur, ut alibi; 2 Sam. 15. 2. Psal. 104. 24. & 140. 6. Prov. 8. 3. & Zach. 4. 12 [k].

[f] V. [g] Mar. [h] Os. [i] Idem. [k] D. obser. 6. 6.

CAP. XIX.

1. UT *moreretur Nahas*] Confer totum hoc caput cum 2 Sam. 10. nam omnia ferè sunt eadem [a].

2. *Præstitit mihi pater ejus gratiam*] Rectiùs, *misericordiam*; benignè mecum egit in exsilio [b]. Fortasse David cùm fugeret Saulem ad Ammonitas abiit [c].

3. *Ut explorent*] Sub. *urbem*, ut est 2 Sam. V.

4. *Et rasit*] Heb. *rasit eos*, P. Mar. V. i. e. dimidium barbæ eorum, ex 2 Sam. 10. 4 [d]. vel, dimidiam capitis comam & barbam †. Nobilitatis signum cæsaries; ignominia eâ abrasâ continetur apud omnes gentes. De quo etiam Aristot. Rhet. 1 [f]. ¶ *Et præcidit tunicas eorum à natibus usque ad pedes*, בַּחֲצִי עַד הַמִּפְשָׂעָה] *Per medium*, P. Mar. (vel, *ad medium*, V. *in medio*, M.) *usque ad podicem*, Mo. *usque ad vestigium*, M. *ad lumbos*, Strig. *usque ad summas coxendices*, JT. *partim ad nates usque*, Ti. *abscissis eorum, usque ad nates, mediis vestibus*, Ca. Alii, *usque ad verenda*, P. V. Mar. Et ex hac significatione Hebræus intelligit Isa. 27. 4. ubi verbo utitur *pasah*, (unde venit *miphsahab*;) & ubi Noster dixit, *gradiar super eam*, putat explicandum, *verenda ejus detegam*, aut, *cum illa coibo turpiter* [g]. Alii, *ad imos usque umbilicos eorum*, Sy. Alii, *abstulit de mantellis eorum dimidium, usque ad tunicam*. Ità etiam vertunt Complutenses istud, ἕως τῆς ἀναβολῆς· sed fortasse significat, donec seminudi essent; q. d. usque ad exspoliationem [h]. Vox מִפְשָׂעָה alibi in S. S. non legitur: aiunt esse *partem corporis sub natibus*, quæ honestè sic dicitur, quasi *digressio*, seu *gressus*, scil. ubi est pedum digressio, sive ubi incipit gressus. Q. reddunt, *usque ad gressum*, i. e. pedes. *Pedum* nomine pudenda interdum intelliguntur; ut Jud. 3. 24. 1 Sam. 24. 4. & 2 Sam. 19. 24. Pro hac voce in 2 Sam. 10. 4. scribitur, *usque ad* שְׁתוֹתֵיהֶם, i. e. *posituras eorum*, i. e. nates [i]. Ibi posteriora intelligit, hîc verò anteriora [k].

[a] Ma. [b] Os. [c] Mar. [d] Pi. ità V. † La. [f] Mar. [g] Mar. [h] Nobil. [i] Ma. [k] Ma. ex V.

5. *Grandem contumeliam sustinuerant*] Rectiùs, *vehementer fœdati erant*. Nam Israelitæ etiam Lege prohibebantur nè barbam inciderent. Tunc etiam longis stolis utebantur. Quare, sic præcisis vestibus, non poterant legati verenda tegere [l].

[l] Os.

6. *Videntes—quòd injuriam fecissent David*; ità Ar. sim. Sy. כִּי הִתְבָּאֲשׁוּ עִם דָּוִיד] *Quòd fætuissent cum David*, Mo. *quòd rem fætidam fecissent Davidi*, P. *ipsos se fætidos reddidisse apud Davidem*, JT. Pi. sim. V. M. Strig. Os. *invisos se esse Davidi*, Ti. Pravam conscientiam metus sequitur, bonam fiducia [m]. ¶ *Miserunt mille talenta*, &c.] Hoc agunt, ut Davidi bellum inferant, quem officiis potiùs placare debuissent [n].

[m] Mar. [n] Os.

7. *Triginta duo millia curruum*] Ingens numerus; multò minor 2 Sam. 10. 6. Ibi electi, hîc omnes: Hîc peditatus prætermissus, ibi additur [o]. Metonymia est continentis pro contento, id est, 32 millia equitum è curribus pugnantium, pro more illius temporis [p]. Sy. hîc habet, 32 *millia equitum*, quia pro רֶכֶב legit רַכָּב. Ar. utrumque conjungit, *curruum & equitum 32 millia*. Ità utramque versionem expressit, רֶכֶב *currus*, & רַכָּב *equites*. Sed 2 Sam. 10. 6. nec curruum nec equitum ulla mentio. Tantùm præter Maacæos conducti sunt ex *Syris Beth-rehob & Soba* 20 millia peditum, & ex Istobæis 12 millia: Qui numeri collecti faciunt 32 millia, non curruum, sed peditum. Audeo igitur dicere hunc locum de mendo esse suspectum [q].

[o] Mar. [p] T. sim. La. L. [q] BA. 1. 2. 9. 156.

8. *Misit Joab, & omnem exercitum virorum fortium*] Vel, *cum toto exercitu, robustissimos quosque*, JT. vel, & *fortissimos*, sub. *milites*. Subauditur ו ante הַגִּבּוֹרִים [r].

[r] He. in V.

10. *Igitur Joab*, &c.] Nihil territus tam inopinato periculo rem servavit constantiâ ac solertiâ. Vide quæ ad 2 Sam. 10 †. ¶ *Bellum——contra se fieri*] Heb. *quòd esset facies belli contra se*, P. i. e. instructa esset acies adversùm se [s]. ¶ *Et perrexit contra Syrum cum eo exercitu* [t]: וַיַּעֲרֹךְ לִקְרַאת אֲרָם] *Et direxit aciem in occursum Aram*, Mo. sive *Syrorum*, Pi. [simferè omnes. Aliis tamen τὸ *aciem* est supplementum, ex præcedenti subauditum, inquit V.]

† G. [s] V. [t] Os.

15. *Ingressi sunt civitatem*] Scil. *Medaba*, ad quam pugnatum est, v. 7. & ubi castra Ammonitarum erant [x].

[x] Mar.

16. *Trans fluvium*] Scil. *Euphratem*, Mar. Pi.

17. *Et venit ad eos*, אֲלֵהֶם] At 2 Sam. 10. 17. scribitur חֵלָאמָה *ad Helam* [y], quod est nomen loci. Videtur altera vox ex altera facta, ex affinitate literarum [z]. Resp. Videtur? Quæ necessitas? Conjunge utramque lectionem, *Et venerunt ad eos Chelamam*. In Chronicis omissum *in quo loco convenerunt*; in Samuele, *ad quos venerunt* [a].

[y] Cap. V. [z] Capel. [a] Buxt. vind. 2. 2. 419.

18. *Septem millia curruum*] At 2 Sam. 10. habetur 700 *currus*. Resp. 1. Ceciderunt 7000 hominum qui in 700 vehebantur curribus [b]. Quilibet currus habebat decem pugnatores [c]. Resp. 2. In Samuele exprimitur numerus curruum *selectorum*; hîc *omnium* [d]. ¶ *Et quadraginta millia peditum*] At 2 Sam. 10. 18. habetur 40 *millia equitum*. Resp. 1. Hi 40 millia erant *equites*, sed, cùm currus prosternerentur, ab equis descenderunt, & pedites pugnârunt; hinc vocantur *pedites* †. 2. Nulla hîc repugnantia [f]; sed quod in uno deest, ex altero suppleri debet [g]. In Samuele omisit pedites, hîc verò equites. Porrò, רַגְלִי sing. pro plur. Hâc formâ singulariter utuntur Hebræi pro *peditatu*, cum numeralibus [h].

[b] San. ad 2 Sam. 10. [c] E. [d] V. † Q. in Buxt. 420. [f] E. [g] V. sim. E. San. [h] V.

19. *Servi Adarezer*] Nempe, *omnes reges*, ex Samuele [i].

[i] Idem.

CAP.

CAP. XX.

1. F*Actum est autem*,&c.] Hoc caput partim idem est cum cap. 11. & 12. lib. 2 Samuelis [a]. ¶ *Post anni circulum*, לְעֵת תְּשׁוּבַת הַשָּׁנָה] *Tempore*, vel *ad tempus*, *reversionis* (*conversionis*, Pi.) *anni*, V. Mar. i.e. Anno jam revoluto ab initio belli gesti contra socios Ammonitarum [b]. *Vertente anno*, aut aperiente se Vere: tunc equis pabulum, viris cœlum benignum ad induenda arma [c]. *Anno sequenti*, ο'. in Mar.

2. *Tulit David coronam Melchom*] i.e. Vel, 1. idoli Ammonitarum, cujus nomen fuisse *Melchom* patet ex 2 Reg. 23. & Jer. 49 [d]. Obj. At sic David fecit contra Legem, Deut. 7. *Sculptilia combures*, &c. Resp. Illud intelligitur tantùm de locis & populis intra terminos Terræ promissæ; at Ammonitæ erant extra eos †. Vel, 2. *Regis eorum*, G. Mar. E. T. &c. ¶ *Et invenit in ea——talentum*, וַיִּמְצָאָהּ מִשְׁקַל כִּכַּר זָהָב וגו'] *Et invenit eam* (vel, *in ea*, Ar.) *pondus talenti auri*, Mo. sim. M. Ti. P. JT. Sed quis talenti pondus capite sustineret, ut maximè talentum ad Mosaici decimam esset redactum, siclos trecentos [f]? Pondus talenti erat 125 librarum Romanarum. Resp. 1. Non debebat hoc immediatè capiti infigi, sed supra caput in throno & conopeo regio affigi, sive alligari, ut vertici sedentis perpetuò immineret [g]. [2. כִּכָּר non semper *talentum* præcisè significare nonnulli putant: de quo, auspice Deo, infrà dicendum.] Vide annot. in Samuel [h].

3. *Et fecit super eos tribulas*, &c. *transire*, &c. וַיָּשַׂר בַּמְּגֵרָה וּבַחֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל וּבַמְּגֵרוֹת] *Et serravit*, Mo. P. Mar. (vel *discerpsit*, M. Os. *afflixit*, Ti. sim. Ca. *divisit*, Strig. *dissecuit*, ο'. JT. Pi.) *serrâ* (vel *serris*, ο'. Strig. Ca.) *& tribulis*, Mo. JT. Ca. (vel *rastris*, M. Ti. Os. Strig. *carpentis*, P. *asciis*, ο'.) *ferreis*, *& serris*, P. Mo. vel *trabis*, Os. *tribulis*, ο'. *cuneis*, Strig. *securibus*, JT. vel, *atque aliis instrumentis serratilibus*, M. [Alii hunc locum aliter reddunt:] *Et catenis ligavit omnes*, Ar. *Et vinxit eos catenis, & vinculis ferreis, seris atque carceribus*, Sy. Porrò, vox וַיָּשַׂר ἀνομάλως scripta est pro וַיְּשַׁר; radix enim est נָשַׂר, [legendum נָשַׂר, vel נָסַר,] unde nomen מַשּׂוֹר, i.e. *serra* [i]. חֲרִצִים vel חֲרִיצוֹת, sunt tribuli serrati, quales traxerunt boves, ut patet ex 2 Sam. 24. 22 [k]. Pro בַּמְּגֵרוֹת habetur in 2 Sam. 12. בְּמַגְזְרוֹת: sed utraque vox idem significat [l]. Denique, hîc est וַיָּשַׂר *dissecuit serrâ*, &c. i.e. dissecandos condemnavit: In Sam. est וַיָּשֶׂם, *& posuit, ordinavit, rex* (scil. judicia, supplicia) *cum serris*, &c. i.e. pronunciavit illos his suppliciis afficiendos [m].

4. *Initum est bellum*, וַתַּעֲמֹד וגו'] *Et stetit bellum*, Mo. *gestum est*, P. *factum est*, ο'. Ar. *commissum fuit*, Sy. *ortum est*, Strig. *factum est ut exsurgeret*, M. Ti. *exstitit*, Ca. Hæc usque ad finem capitis explicata sunt 2 Sam. 21. 18, &c [n]. ¶ *In Gazer*] In 2 Sam. legitur *Gob*. ¶ *Saphai*] Qui hîc *Sippai*, in Sam. vocatur *Saph* [o].

5. *Percussit Adeodatus——Bethlehemites fratrem Goliath*, וַיַּךְ אֶלְחָנָן——אֶת־לַחְמִי אֲחִי גָּלְיָת] In Samuele est, וַיַּךְ אֶלְחָנָן——בֵּית הַלַּחְמִי אֵת גָּלְיָת. Quæ verba sic verti possunt, *Et percussit Elchanan——Bethlehemita* (quendam qui erat) *cum Goliatho*, scil. fratrem ejus, ut hîc habetur [p]: Hic autem locus sic verti potest, *Et percussit Elchanan——Lechemita* (articulus enim אֶת quandoque etiam nominativi nota est) *fratrem Goliathi* [q]. אֶת pro מִן ponitur, & subauditur אֲשֶׁר הָיָה, *Elhanan——qui erat de genere Bethlehemitarum* [r]. Vel, *Et percussit Elchanan*, &c. *cum Lechemita*, sive *Bethlehemita*, (scil. Davide, ejus ope & auxilio,) *fratrem Goliathi* †. אֶת pro ב [t]. אֶת potest esse præpositio, & *cum* significare. Porrò, *Bethlehemita* concisè & abbreviatè vocari potest *Lehemita* [v]. [Alii aliter;] *Percussit Elchanan*, &c. *Lachmi fratrem Goliath*, &c. Mo. ο'.

6. *Senos habens digitos*] Scil. in singulis manibus & pedibus [x]. Heb. *& digiti* (intellige, tum manuum tum pedum, ut subjecta summa docet) *sex & sex*, P.

[a] Le. [b] V. sim. Os. [c] Mar. [d] Q. in E. Hi. in Mar. † E. [f] Mar. [g] T. [h] V. [i] Pi. [k] BA. 1. 2. 32. 311. [l] Buxt. vind. 2. 2. 378. [m] Buxt. vind. 2. 2. 388. [n] Me. [o] V. [p] Buxt. vind. 2. 2. 420. [q] Buxt. sim. He. in V. [r] He. in V. † Buxt. He. in V. [t] He. in V. [v] Buxt. [x] Ca.

CAP. XXI.

1. C*Onsurrexit Satan*, &c.] Totum hoc caput explicatum est 2 Sam. 24 [a]. *Satan*, i.e. Cacodæmon [b]. At 2 Sam. 24. 1. *Jehova incitavit*, &c. Nempe, Deus incitavit Davidem, ut causa prima omnium motuum quatenus motus sunt, nec non quatenus pœnæ sunt: Satan verò, ut causa prima peccatorum quatenus peccata sunt [c].

3. *Quod in peccatum reputetur Israeli*, לָמָּה יִהְיֶה לְאַשְׁמָה לְיִשְׂרָאֵל] *Ut quid* (vel, *ad quid*, Ma.) *erit ad delictum Israeli?* Mo. *ut non fiat peccatum ipsi Israel*, ο'. *cur esset ad dandum reatum Israeli?* JT. Quare imputabitur in delictum, &c? i.e. in damnum & perniciem [d]? Sed quid in eo commisit populus? Nimirum consensit, assentatus est Regi †.

4. *Prævaluit*] Heb. *prævaluit super Joabum*, Ma. vel, *apud Joab*, JT. Verto, *contra Joabum*, quippe cui mandatum istud displicebat [f]. ¶ חָזַק] *Forte fuit*: i.e. Non potuit Joab Regem dimovere à sententia [g].

5. *Inventus est omnis numerus Israel, mille millia & centum millia*, &c.] At 2 Sam. 24. dicitur fuisse 800000. Quomodo conveniunt? Resp. 1. In alterutro loco error est librarii [h]. 2. In Samuele describitur numerus eorum quorum catalogum Joab Davidi dedit: hîc autem ponitur numerus universi Israelis (exceptis tribubus Levi, Benjamin & Juda,) secundùm veritatem [i]. 3. In Samuele fuisse dicuntur 800 *millia virorum fortium*, &c. His adduntur hoc loco 300 millia eorum qui arma quidem ferrent, sed tamen minùs bellicosi erant [k]. ¶ *De Juda autem quadringenta septuaginta millia*] At in Samuele dicuntur fuisse 500 millia. Quomodo concordant? Resp. 1. Non erant præcisè 500000; sed Scriptura amat numerum rotundum & definitum pro indefinito ponere [l]. 2. Fortè in hoc censu Joabi urbs Hierosolyma non fuit comprehensa, eò quòd David ipse in illa esset [m]. 3. Major numerus erat eorum qui possent ad bellum exire; minor eorum qui bello verè idonei essent [n]. ο'. hîc habent 470 millia, Gothic. 370 millia. Fortè pro 500 millibus in Samuele legantur 300 millia. Quo modo ex Israel & Juda evadent 1100 millia, quæ hîc ponit. Quocunque modo hic numerus [Judæ] potest in priori sive superiori [nempe Israelis] includi [o].

6. *Levi & Benjamin non numeravit*] Ideóque ex iis tribubus nulli peste perierunt: è Levitis quidem, quia Deo sacri; è Benjamitis, quia, extincti ferme non multò antè ob Levitæ uxorem afflictam, non multi numero erant [p]. ¶ *Quòd invitus exsequeretur*, &c.] Ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ· quod sæpe evenit Regum ministris. Talis mœrens Burrhus ac laudans apud Tacitum Annal. 14. Hinc factum ut non impleretur tota recensio, lentè rem administrante Joabo, & superveniente malo θανάτῳ. Vide infrà 27. 24 [q]. ¶ נִתְעַב——אֶת־יוֹאָב] *Abominabile fuit verbum regis ipsi Joabo*, M. P. V. Mo. Abhorrebat ab ea re [r].

9. *Videntem Davidis*] i.e. Qui Davidis tempore prophetavit †; vel, quem David consulere solebat [t].

10. *Trium tibi optionem do*, שָׁלֹשׁ אֲנִי נֹטֶה עָלֶיךָ] *Tria ego extendens*, vel *extendo*, *super te*, Mo. Ma. P. vel, *coram te*, Pi. Metaphora, Pi. i.e. tibi propono, Mar. JT. Pi. Præs. pro fut. *extensurus sum*, V. *Tria inclinabo*, Q. in V. *Tria feram*, ο'. *Tria mala tibi illaturus sum*, Sy. In Samuele legitur, *offero tibi*, V.

12. *Aut tribus annis famem*, &c. אִם שָׁלֹשׁ שָׁנִים וגו'] Ad verb. *Si tribus annis fames*, &c. V. vel *famem*, &c. Mo. [Aliquid hîc supplent:] *An triennii famem*, &c. sub. *accipe*, JT. Sed hoc supplementum cum reliquo sermone non cohæret. Verto, *An vis triennii famem* [v]? Q. referunt ad verbum *recipe*, quod præcessit: Alii autem sic, *Visne ut eveniat——fames?* Interrogativè ponitur in Samuele; *Visne ut veniant tibi septem anni famis*, &c [x]? At in Samuele sunt *septem anni famis*, hîc tantùm *tres*: Quomodo concordant? Resp. 1. *Tres* hîc pro *septem* ponuntur incuriâ librariorum [y]. Vel potiùs, *septem* in Samuele errore positi sunt loco *trium*. Certè ο'. tantùm *trium* meminerunt: & cùm in diebus ac men-

[a] Me. [b] Mar. sim. Pi. [c] Pi. [d] V. † Mar. [f] Pi. [g] V. [h] Capel. Q. in Mart. [i] V. sim. Abarb. & Jun. & Mart. in Buxt. vind. pag. 404. [k] Os. [l] Buxt. ib. [m] Abarb. in Buxt. [n] Os. [o] Mar. [p] Idem. [q] G. [r] V. † Idem. [t] Mar. [v] Pi. [x] V. [y] Os.

ac mensibus per ternarium procedatur, verisimile est etiam in annis ità factum fuisse. Porrò, error ortus est ex similitudine vocum שלש & שבע [z]. 2. Propheta initio comminatus est famem 7 annorum, ut est in Samuele: sed, cohorrescente Davide, mitioremque pœnam urgente, ea ad triennium contracta est, ut hîc legimus. Ità Gen. 18. à 50 justis ad 10 delabitur. Et Ezec. 4. pro fimo humano, ob preces Prophetæ indulgetur ei bovinus [a]. 3. Proponuntur ibi septem anni famis, nimirum simul comprehensis annis famis quâ Israelitæ quarto jam anno premebantur ob cædem Gibeonitarum, 2 Sam. 21 [b]. ¶ *Aut, tribus mensibus te fugere*, &c. ità ο'. אם שלשה חדשים נספה וגו'] *Et si tribus mensibus deficiens esse*, &c. Mo. vel, *sis consumptus*, &c. P. vel, *deficias*, &c. V. Ti. *trimestre quo consumaris*, &c. JT. Heb. *Tres menses ut sis is qui consumitur.* Ante participium נספה deficit vox להיות [c]. Alii, *aut vastari*, &c. Os. vel, *superari*, &c. Ca. vel, *miserum esse*, &c. Sy. vel, *ut extermineris*, &c. M. ¶ *Te fugere hostes tuos*, מפני צריך] *A facie hostium tuorum*, P. Mo. M. ο'. *coram inimico tuo*, Sy. sim. Strig. *ob præsentiam hostium*, JT. vel, *metu adversariorum*, V. Ti. ¶ *Et gladium eorum non posse evadere*, וחרב איביך למשגת] *Et gladium inimicorum tuorum in apprehendentem*, vel *attingentem*, Mo. Ma. i. e. Ut gladius hostium sit in assequentem te, ut te persequatur & attingat. Q. *& gladium——attingentem.* Alii volunt esse participium pro infinitivo; *& gladium——ad apprehendendum te*, &c. i.e. te apprehendat gladius, &c. sicut למשחית *ad perdendum*, למנצח *ad vincendum*, &c [d]. Ad verb. *attingens*, vel *assequens*, sit; i. e. assequatur te †. *Apprehendâtque te gladius*, M. Ti. *& gladius ad apprehendentem*, i.e. te apprehendat, Mar. *& gladius*, &c. *ad exterminandum*, ο'. & ut sit *gladius inimicorum tuorum in assequentem*, Pi. *& gladio*, &c. *assequente*, JT.

13. *Melius, ut incidam in manus Domini*] Nempe, paternas, ex amore castigantes; non autem in manus judiciales, æternis flammis scelera punientes. Sic conciliatur cum Ecclesiastici 2. 22. & Dan. 13. 23 [f]. Eligit pestem [g], quoniam exæquat omnes: fames & bellum in inopes grassantur maximè [h].

15. *Cùmque percuteretur*, כהשחית] *Secundùm corrumpere*, Mo. *cùm perderet*, Pi. *cùm sic vastaret*, M. *cùm exterminaturus esset*, V.

17. *Nonne ego sum*, &c? הלא וגו'] *Annon ego dixi*, &c? Pro quo 2 Sam. 24. 17. *Ecce, ego peccavi*, &c. Sicut ה interrogativum in interrogationibus affirmativis negat, ità in negativis affirmat [i]. ¶ *Qui jussi ut numeraretur*, &c. אשר אמרתי למנות בעם] *Qui dixi* (nempe ipsi Joab) *ad numerandum*, vel *numerare* [k], *in*, vel *ex*, *populo*, scil. viros militares [l]. ¶ *Iste grex*, &c.] q.d. Sunt ut oves quæ ducuntur ad mortem, nequee vadere possunt [m]. ¶ *Manus tua in me*, &c.] Interfice peste me, &c [n]. ¶ *Populus autem*, &c. ובעמך לא למגפה] Ad verb. *Et in populum tuum non in plagam*, Mo. vel, *non ad perditionem*, ο'. vel, *nè sit plaga*, P. vel, *nè plaga sæviat*, Ti. *non autem in populum tuum, ut ille plagam ferat*, M. *at contra populum tuum nè sit*, (scil. manus tua, Pi.) *ad afficiendum plagâ*, JT. Heb. *ad plagam.* Nulla hîc est ellipsis [o].

18. *Angelus Domini*] Alius nempe, non qui percutiebat, nam is è pravis erat. Satan, qui incitavit ad numerandum, is pœnas sumpsit: Bonis ad ea ministeria Deus non utitur [p]. ¶ *Ut ascenderet*; ità JT. Pi. כי יעלה] כי hîc valet *ut*; quæ significatio rara est. Videtur vertendum, *quòd ascendere deberet*: Reperitur autem in hac significatione apud Jobum passim; ut Job. 3. 11, vel 12. & 36. 10, 24. & 41. v. 1, vel 10 [q].

19. *Ascendit*] Erat enim locus sublimis [r]. ¶ *Juxta sermonem*; sim. JT. Pi. בדבר] ב hîc idem valet cum כ †.

20. *Cùm vidisset Angelum*, המלאך] At ο'. *vidit regem*: legerunt המלך, quæ lectio melior videtur; sic enim legitur 2 Sam. ult. 20 [t]. Resp. 1. ο'. sic intellexerunt, non legerunt, quomodo Prov. 13. 17. & Esa. 14. 32. 2. In Samuele dicitur *Araunâ vidisse* duntaxat *Regem*; hîc & *Angelum* & *Regem*: In Chronicis nimirum hæc historia pleniùs describitur [v].

22. *Quantum valet*, &c.] Heb. *Pro argento pleno*;

Margin notes: z T. ex Mar. — a T. ex San. — b Me. — c Pi. — d Ma. — † V. — f E. — g Pi. Mar. — h Mar. — i Glass. gram. pag. 645. — k V. — l Pi. — m Mar. — n Pi. — o Idem. — p Mar. — q Pi. — r Mar. ex V. — † Pi. — t Capel. — v Buxt. vind. 2. 8. 615.

i. e. cujus pondus, cùm appendetur, sit plenum. Et ב significat *pro* [x].

23. *Faciat Dominus meus*, &c. ויעש וגו'] At 2 Sam. c. 24. v. 22. per errorem scribitur ויעל, *& offerat*, &c [y]. Resp. Cur hîc fingendus error? Utraque lectio commoda est, & recepta, & comprobata ex phraseologia Scripturæ: Idem enim est *facere*, & *offerre*, *sacrificium* [z].

24. *Neque——auferre debeo, & sic offerre*, לא אשא וגו' והעלות] Ad verb. *Non levabo*, &c. *& offerre*, &c. Ma. Alii, *&* (vel *aut*, JT. vel *nec*, M.) *offeram*, P. V. Infinit. pro fut. indic [a]. [Aliis est nomen;] *nec sacrificia*, &c. Ti. ¶ *Holocausta gratuita*, חנם] *Gratis*, q. d. de alieno [b]. Vel, gratis, i. e. temere & frustrà: neque enim Deo placet sacrificium de rapina [c].

25. *Siclos sexcentos*] At 2 Sam. 24. 24. scribit *siclos* 50. Hoc est, de qualibet tribu, sive in universum 600 [d]. Vel, dedit 50 pro parva area Altari condendo necessaria; 600 pro reliqua area, Templo condendo, quæ vasta erat †. Vel, 50 sicli aurei erant, 600 sicli argentei; proportio autem auri ad argentum est duodecupla, (sive 12 ad 1,) ut attestatur Hipparchus apud Platonem. Obj. 1. At in Paralipom. dicitur, *appensos fuisse*, &c. *aureos siclos* 600. Resp. Hebræa aliter se habent; *Dedit David——siclos aureos*, (atque hîc insistendum est, factâ interspiratione per accentum זקף *Zakeph*, inter Reges non minimum,) *pondere sexcentos*, sive *sexcentorum*, h. e. qui valerent 600 siclos, argenteos videlicet. Hi enim vulgò *sicli* vocantur, utpote usitatiores. Obj. 2. In Sam. est בכסף. Resp. Illud non conficit argenteos fuisse siclos, est enim בכסף q. d. *pro pecunia*, aut *argenti pretio*: Nimirum ille quod fuerat pactus argentum exsolvit auro, pro pretii ratione [f]. Vel, area 600 siclis stetit, boves 50 [g]. [Plura vide ad 2 Sam. 24. 24.]

26. *Exaudivit eum in igne*, &c.] Signum hoc erat Divinæ acceptationis. Vide ad Gen. 4 [h]. & ad 1 Reg. 18. 24 [i]. & ad Levit. 9. 24. & 2 Chron. 7. 1 [k]. Hîc primùm ignis in sacrificium è cœlo dilapsus refertur: quo signo volunt consecratam loci sanctitatem, ubi postea condendum erat Templum [l].

29. *Tabernaculum autem*, &c.] Tacitæ objectionis solutio, cur eo loco David obtulit, &c. quia Mosis Tabernaculum procul erat in Gabaon. Simul novi Templi constituendi Hierosolymis necessitatem explicat [m].

30. *Non prævaluit ire ad altare*, &c.] Ità impeditum est Davidis consilium: Dei autem impletum est, qui hâc occasione populo suo locum pro Nomine suo demonstravit [n].

CAP. XXII.

1. D*Ixitque David*] i. e. Decrevit, nempe revelatione & jussu Dei [a]. ¶ *Hæc est domus Dei*, &c.] q. d. Hic locus gratus est Deo, hîc habitat, & hîc colitur; nam hîc me exaudivit [b]. Hîc exstruatur Templum [c]. ¶ זה וגו'] *Hic est locus*, &c. JT. *Hîc erit domus*, &c. Pi. sim. Mar. pro בזה זה *in hoc loco*, ut Num. 23. 1. vel 5 [d]. q. d. Nunc demum video hunc locum à Deo cultui suo destinatum, &c †. Versiculus hic pertinet ad ver. 28. cap. præced. inter quem & istum interjicitur parenthesis [f], intra quam v. 29. & 30. cap. præced. includendi sunt [g].

2. *Ad cædendos lapides & poliendos*, אבני גזית] *Lapides cæsos*, JT. vel *cæsuræ*, Pi. *dolatos*, P. *politos*, V. i. e. Ut eruerent è lapicidinis lapides qui postea cæderentur & polirentur [h].

3. *Ad clavos*] Sub. *fabricandos*. Vide 2 Par. 3. 9 [i]. ¶ *Clavos januarum*, לדלתות השערים] *Ad fores portarum*, M. Ti. Mo. sim. ferè omnes. ¶ *Et ad commissuras atque juncturas*, ולמחברות] *Et ad juncturas*, M. Ti. Mo. Ma. vel *commissuras*, P. Ma. vel *catenationes*, JT. Scilicet, clavi non solùm portis servire debebant, sed & ad nectendum inter se asseres, sive tabulas [k]. Intelligit instrumenta ferrea quibus lapides invicem junguntur, infuso etiam plumbo, ut divelli ampliùs nequeant [l].

Margin notes: x Pi. — y Capel. — z Buxt. vind. 2. 2. 387. — a V. — b V. Mar. — c Mar. — d RR. in Buxt. vind. 2. 2. 407. — † E. T. sim. Abarb. in Buxt. — f Mas. ad Jos. 7. 21. — g Mar. — h L. — i T. — k Pi. — l Ma. — m Mar. — n Ma. — a T. — b V. — c Os. sim. Me. T. — d Pi. — † Ma. ex Jun. — f V. sim. Ma. ex Jun. — g Ità JT. — h V. — i Idem. — k Mar. — l Os.

4. *Et Tyrii,* הַצּוֹרִים] *Hassorim,* vel *Hassurim,* i. e. Assyrii. Quo nomine Tyrios & Phœnicas sæpe designari videas. *Apud Assyrios sive Phœnicas lugens inducitur dea,* Macrob. Saturn. 1. 27. *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,* Virgil. Georg. l. 2. i. e. purpurâ Tyriâ. Et *Assyrium Libanum* pro Phœnicio habet Nonnus Dionys. l. 41. Ab his tamen Assyriis planè diversi sunt אַשּׁוּרִים Assyrii filii Assur trans Euphratem & Tigrim. Porrò, *Syrorum* nomen, Phœnicibus cum aliis commune, puto illis olim fuisse proprium, deductum à *Tyro,* Heb. צור *Sor,* vel *Sur,* cujus incolæ *Sorim,* vel *Surim,* h. e. Syri, (&, ה præfixo, *Hassorim,* Assyrii.) Præterea, Phœnices dicti sunt & *Sidonii,* & *Syrophœnices*; nusquam autem in Græcorum monumentis *Cananæi* vocantur: Nempe Cananæos puduit sui nominis, propter anathema in patrem suum Canaan; maximè cùm viderent se à Judæis bello peti quòd Cananæi essent [m].

[m] BP. 4. 34. 341.

5. *Domus autem,* &c. וְהַבַּיִת לִבְנוֹת לַיהוָה לְהַגְדִּיל לְמַעְלָה וגו׳] *Et domus ad ædificandum Domino ad magnificandum,* &c. Mo. *Domus* (*domus illa,* JT. Pi.) *ædificanda est,* &c. *ad magnificandum,* &c. P. *ædificanda,* &c. *& magna facienda est summè,* JT. Heb. *sursum,* Jun. Verto, *quæ ædificanda est,* &c. *est magna facienda,* Pi. vel, *oportet magna ædificetur in summo gradu,* Belg. *Domus autem ædificanda est Domino magnifica, quæ sublimitatem,* &c. *habet,* Ti. *Et domum contendo ædificare Domino quæ habeat magnificum nomen,* &c. M. [Q. ad Salomonem trahunt;] *Déque ipso* [i. e. Salomone] *affirmat Scriptura, quòd is ædificaturus sit ædem Dei; quódque Deus magnificaturus est eum,* &c. Ar. sim. Sy. ¶ *Ut nominetur,* &c. לְשֵׁם וּלְתִפְאֶרֶת] *Ad* (vel *in,* Belg.) *nomen, & ad gloriam,* P. Mo. ό. sive *ornatum,* Pi. *ad nomen, & quidem ornatissimum,* obtinendum, JT. *quæ habeat nomen excellens & gloriosum,* M. sim. Ti. [Al. sic;] *Domus autem,* &c. *celebris sit propter magnificentiam, sublimitatem & majestatem,* sub. *structuræ,* Os. ¶ *Præparabo,* &c. אָכִינָה נָּא לוֹ] *Parabo* (sub. *igitur,* P. sim. Pi.) *nunc ei,* scil. *materiam,* Pi. Belg. sim. Os. Nè tanto operi & oneri succumbat [n].

[n] Os.

7. *Voluntatis meæ fuit,* &c. אֲנִי הָיָה עִם לְבָבִי] Ad verb. *Ego, fuit cum* (vel *in,* V.) *corde meo,* Mo. pro, *Ego apud me statueram,* V. *Mibi fuit in animo,* ό. sic Pi. *Ego;* Quod ad me attinet: Nominativus absolutè positus [o]. Huic simile quid in lingua Francica; Martin. Gram. 2. 8. Sic Liv. 2. *Cætera multitudo, decimus quisque ad supplicium lecti.* Eadem mihi phrasis videtur 1 Joan. 2. 27. κὶ ὑμεῖς, χρίσμα ὃ ἐλάβετε, &c. *Ad vos autem quod spectat, Unctio quam accepistis in vobis manet* *. *Ego volui, sicut fuit in corde,* &c. M. vel, *ut apud me statueram,* Ti.

[o] Pi. Ga. * Ga.

8. *Factus est sermo Domini ad me*] Nempe per Nathanem, suprà cap. 17. ¶ *Dicendo, Sanguinem—effudisti,* &c.] Hæc verba non leguntur suprà cap. 17. nec 2 Sam. 7. Ergò pertinent ad paralipomena, i. e. prætermissa, unde hi duo libri nomen acceperunt [p]. *Sanguinem,* &c. Confer quod infrà 28. 3. Etiam illis temporibus pax Deo gratior bellis quamlibèt non injustis. Æneas apud Virgil. Æneid. 2. *Tu, genitor, cape sacra manu patriósque penates: Me bello è tanto digressum & cæde recenti Attrectare nefas* [q]. Hieron. hoc refert ad sanguinem Uriæ. Verùm hoc à Deo dictum erat suprà 17. & 2 Sam. 7. ante cædem Uriæ [r]. Significat bellicas occupationes, quæ distinerent subindè David, ut huic tantæ molitioni operam dare non posset. Idem ergò dicitur quod 1 Reg. 5. 3 *. q. d. Non decet te ædificare, &c. nam qui hoc facit, oportebit esse Principem pacis, ut in hac re gerat typum Christi, qui est Princeps pacis, Isa. 9 [t]. ¶ *Tanto effuso sanguine coram me*] i. e. Vel, q. d. me vidente & sciente: vel, τὸ *coram Domino* auget significationem, ut Genes. cap. 10. vers. 9 [v].

[p] Pi. [q] G. [r] E. * Me. ex To. & Pi. ed. & Sal. [t] Os. [v] M.

9. *Filius qui nascetur tibi,* נוֹלָד] Ad verb. *nascens,* vel *natus,* sub. *erit tibi,* V. Verto, *nasciturus.* τὸ נולד est partic. præs. Niphal, quod in significando recipit omnia tempora: hîc autem significat tempus futurum, quia Salomon nondum fuit natus, ut patet ex collat. 2 Sam. 7. cum 2 Sam. 11. & 12 [x]. ¶ *Erit vir quietissimus,* מְנוּחָה] *Quietis,* V. Pi. Genitivus adjuncti, Pi. *Quietus,* P.

[x] Pi.

10. *Ipse erit mihi in filium*] Literaliter hæc referuntur ad Salomonem, sed longè excellentiùs ad Christum. Vide Heb. 1 [y]. Et propterea permisit Deus Salomonem deficere, &c. ut intelligeretur has promissiones in eo non fore perfectè complendas, sed in Christo per ipsum figurato [z]. Magis in Christum hoc convenit quàm in Salomonem [a].

[y] E. [z] Aug. in E. [a] Mar. Os.

12. *Ut regere possis Israel,* וִיצַוְּךָ עַל יִשְׂרָאֵל] *Quum mandatis instruet te super Israelem,* JT. *præcipiátque tibi super Israelem,* P. Mo. *Et præcipiet tibi,* &c. i. e. committet tibi gubernacula, &c †. *Détque tibi mandata de Israele.* Alii, *ut det tibi,* &c. q. d. utatur Dominus operâ tuâ, cùm voluerit reconciliari Israeli [b]. *Confortet te super Isr.* ό. *præficiátque te Israeli,* Sy. *regnes super Israel,* Ar. *dabitque tibi præcepta ad Israelem,* M. Ti. *Præcipiat tibi ad Israel,* i. e. te dirigat ut populum regas [c]. ¶ *Et custodire legem,* &c. וְלִשְׁמוֹר וגו׳] Ad verb. *& ut custodias.* Redundat ו: non redundabit, si vertas quod præcessit, *ut præcipiat tibi super Israelem, & ut custodias* [d]. Præcipiat tibi, i. e. te dirigat, ut custodias, &c. Mar.

† Os. [b] V. [c] Mar. [d] V.

13. *Si custodieris,* אִם תִּשְׁמוֹר לַעֲשׂוֹת] *Si custodieris ad faciendum,* P. Pi. V. i. e. si custodieris faciendo, V. *Si observando facies,* JT. Heb. *observaveris faciendo,* Jun. ¶ *Quæ præcepit Moysi, ut doceret Israel,* עַל יִשְׂרָאֵל] *Ad Israel,* Mar. P. *de* (vel *pro,* V.) *Israele,* V. JT. *Super Israel,* i. e. de rebus Israelis, aut, ut illi ea traderet *.

* Mar.

14. *In paupertate mea;* ità V. בְּעָנְיִי] *In afflictione mea,* JT. Pi. Mo. i. e. Quantum mihi licuit per bella [f], quibus graviter vexatus & haustus fui; Brerewood. Alii, *secundùm paupertatem* (*inopiam,* ό.) *meam,* P. sim. Ti. Legitur enim & per ב, & per כ [g]. Ità loquitur, vel, 1. modestiæ causâ [h]: se excusat quòd non plus hæredi relinquat [i]. Humilitatis causâ hoc dicit. Vel, 2. quia pauper erat David respectu Salomonis [k]. Non mihi relictum erat magnum patrimonium [l]. Vel, 3. quia David ex se pauper erat, & hæc omnia à Deo acceperat. Vel, 4. quia hæc omnia præ Dei majestate ac dignitate parva erant & pauca [m]. ¶ *Auri talenta centum millia*] Hæc si de majore talento accipias, stupenda videtur hæc summa & incredibilis [n]. Sic aurum pertingeret ad 1275 milliones aureorum in specie [o]: vel, ad quinquies centies mille daleros in auro [p]. Talentum auri continet 3 millia siclorum aureorum: Siclus unus aureus æquivalet quatuor coronatis aureis [q]. Sed hæc summa omnes omnium Monarcharum (excepto Sardanapalo) opulentiam longè superat: Et undenam haberet David tantos thesauros? Et quomodo hæc *ex paupertate* se dedisse dicit? Neque profectò tantam auri argentíque immensitatem opus illud postulabat. Eam enim auri atq; argenti molem in solidam massam conflatam dimensiones Templi (quas diligentissimè consideravi) multùm superâsse reperii. Proinde necessariò dicendum, aut aliud hîc כִּכָּר denotare quàm talentum; aut aliud esse talentum quàm Mosaicum. Et quidem כִּכָּר sign. *planitiem,* indéque *massam aliquam planam & pressam instar placentæ;* quâ formâ aurum & argentum servari in Principum thesauris consuevit. Præterea, talentum apud antiquos interdum exiguam aliquam summam designat. Eupolemus apud Euseb. Præpar. 9. 4. in sumptu Templi numerando, per talentum siclum denotari prodidit, i. e. drachmas 4. Pollux in cap. de Talento, *Talentum argenti quidem 60 minas,* at *talentum auri 3 aureos Atticos,* i. e. 6 drachmas, constituit. In Homer. Iliad. 23. certantibus, &c. inter res non magni pretii, scil. *captivam fœminam, equam, lebetem,* &c. quarto loco *duo auri talenta* exhibentur in præmium. Denique, cùm talentum Siculum, Neapolitanum, Rheginum, tam exiguum pondus notârit, illud drachmas 6, istud 3, hoc ½ drachmæ, (Pollux l. 9. Onom. & Varro l. 4. de Ling. Lat.) potuit fortasse idem nomen & Hebræis interdum exiguam aliquam summam designare [r]. Quodvis talentum fuit 300 siclorum *. Non ergò æquale Mosis talentis, sed decima ejus præcisé. Idcirco Josephus pro *centum millibus auri talentis, & mille millibus argenti,* hîc habet *decem millia auri, & centum millia argenti;* Antiq. 7. 11. nimirùm ad Mosaica talenta

[f] Pi. ex Jun. [g] V. [h] Me sim. G. [i] G. [k] V. [l] Os. [m] La. [n] Capel. in delineatione templi; sim. Mar. [o] T. ex Mar. [p] Jun. [q] Me. [r] Brerewood de ponder. & pret. nummorum cap. 6. * Mar. ex He.

talenta & tempora reſpiciens, cùm decuplò majora talenta erant. Furor, profectò furor, Davidis talenta Moſaicis exæquare [t]. Jacobus Capellus, frater meus, utitur diſtinctione; ità ut illam partem theſauri Davidici 1 Chron. 29. 3, 4, 7, 8. de *talento majore*, ſeu *ſtathmico*, accipiat, partem verò hanc 1 Chron. 22. 14. de *talento minore*, quod ipſe diſtinctionis gratiâ *numiſmaticum* appellat: cujus diſtinctionis rationem reddit non contemnendam. Ac juxta illam computationem theſauri illius ſumma nihilominus aſcendit ad 126 aureorum numorum milliones, ſive librarum Turonicarum 378 milliones: quæ ſumma ſatis grandis eſſe videtur. Vide Jac. Capel. Miſcel. 7. & lib. 2. de Numis aureis, definit. 19. ſeu ult [v]. ¶ *Argenti mille millia talentorum*] Tantundem reliquit in argento quantum in auro. Decupla enim eſt proportio argenti ad aurum [x].

18. *Subjecta ſit terra coram Domino*, &c.] Hs; *Terra hæc in ſubjectione eſt Jehovæ & populi ejus*, paret ei & ejus populo [y]. Illud, *coram Domino*, ſignificat, & Deum promiſſis ſuis ſatisfeciſſe [z]; & Deum peculiari curâ Iſraelitas gubernâſſe, ac ſi Rex illius eſſet; & hoſtes vicinos Deum ſibi infenſum ſenſiſſe, &c †.

[t] Mar. [v] L. Capel. ubi ſuprà. [x] Q. in Ma. [y] V. [z] Oſ. † Me.

CAP. XXIII.

1. PLenus dierum, שְׂבַע יָמִים] *Satur dierum*, Hs. *Cùm ad ſatietatem uſque plenus eſſet dierum*, i. e. diutiſſimè vixiſſet [a]: cùm jam ulteriùs vivere non deſideraret [b]: cùm, bellis & laboribus fractus, ſe annis feſſum ſentiret [c].

2. *Principes*] Tribuum & familiarum, vel exercitûs [d].

3. *A triginta annis & ſuprà*] Uſque ſcil. ad extremam ætatem. Dices, poſt 50. annum ceſſabant Levitæ, Num. 8. 25. Reſp. Intelligendum illud de ponderum geſtatione, quæ conſtitutâ jam fixâ Tabernaculi ſede ceſſabat; atque ideo ad reliqua miniſteria, quæ leviora erant, poſt illum annum habiles eſſe poterant *. Primò numeravit eos David à 30 annis, juxta Num. 4. 3. (ex quo tempore pleno miniſterio fungebantur [f]:) ſed poſtea, cùm videret numerum priùs collectum non ſufficere ad opera Templi, nec jam opus eſſe tantâ ætate & robore ad opera Templi, ſicut olim, ad transferenda vaſa, &c. Spiritu Divino motus, eos cenſuit à 20 annis [g]. ¶ *Et inventa ſunt*, &c. Heb. *fuit numerus eorum* לְגְבָרִים] *Ad viros*, pro, *viri*, Mar. *per viros*, P. Mo. *in viris*, Pi. *virorum*, Sy. *virorum fortium*, Ti. *qui erant fortes viri*, Strig. *numerus præcipuorum*, Ar. ¶ *Triginta octo millia*] Præter ſacerdotes [h]: quod patet, quia ex his 24000 attributa ſunt domûs miniſterio, 6000 erant judices, 4000 janitores, & 4000 cantores; quæ omnia erant munera Levitica, non autem ſacerdotalia [i]. Magnus ſanè numerus pro iſto populo, ut facilè intelligas multos ornatui magis ſerviiſſe quàm neceſſitati [k].

4. *Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſterium domûs Domini*, "מֵאֵלֶּה לְנַצֵּחַ עַל מְלֶאכֶת וגו] Subaudienda ſunt aliquot verba, *Et dixit David*; nam verba iſta ſunt Davidis [l]; ut patet ex verbo *feci*, in v. ſeq [m]. [Variè reddunt.] *Ex iſtis* (ſub. *fuerunt*, P. vel *erunt*, Ti.) *ad urgendum opus* (*ſuper opus*, Mo.) *domûs Domini*, P. Mo. *qui urgebant*, vel *urgebunt*, *opus*, ſive *opera*, &c. ό. Ti. *qui præeſſent operi*, &c. JT. *Ex his erant qui ſtrenuè exſequebantur opus Domini*, M. ſim. Strig. *qui templi opus ſolicitarent*, &c. Ca. vel *promoverunt*, Belg. *ad urgendum*, i. e. præfecti, Mar. qui eſſent *ad urgendum*, &c. Pi. Hi curare debebant ut cultum Dei exercerent, & opus Dei urgerent [n]. *Ad canendum*, ſeu *modulandum*, He. in Mar. Ex hac verò ſignificatione לְנַצֵּחַ multi pſalmorum tituli facilè intelliguntur [o]. Porrò, hi ſacerdotibus ſubſerviebant, circa victimas & libamenta & inſtrumenta ſacrificiorum ſe occupando, &c [p]. Victimas excoriabant, lavabant, &c [q]. ¶ *Viginti quatuor millia*] Tot erant, propter multitudinem & pondus miniſteriorum [r]. Non tamen omnes ſimul miniſtrabant, ſed per 24 vices, mille per ſeptimanam *. ¶ *Præpoſitorum & judicum*, שֹׁטְרִים וְשֹׁפְטִים] Hæc duo vocabula idem ſignificant, nempe, illos qui aliis præerant [t]. Hi Iſraelitarum cauſas juxta Legem judicabant, ut patet ex 2 Par. 19. 8 [v]. Hi erant populi Doctores [x]. [Alii autem diſtinguunt.] *SOPHETIM* erant Judices; *SCHOTERIM*, eorum miniſtri & exſecutores [y]. *Præpoſiti* erant Superattendentes, qui in officio continebant inferiores, & curabant ut omnia ritè fierent: *Judices* judicabant ſive diſcernebant inter mundum & immundum [z]. Apparitores & Judices: ſurgit enim oratio [a]. Et hi etiam per vices miniſtrabant, viginti quinque per ſeptimanam [b]. [Vide de his vocibus ad Deut. 16. 18.]

5. *Janitores*] Horum erat portas cuſtodire, (nè quid vel vi vel furto auferretur [c],) immundos arcère, & curare nè quid fieret ad portas aut circa atria quod orantes interpellaret. Vide dicta ſuprà 9. 17. Porrò, atria tria erant, & in quolibet atrio tres portæ, ſcil. ad Orientem, Meridiem, & Aquilonem [d]. ¶ *Quæ fecerat*; ità ό. אֲשֶׁר עָשִׂיתִי] *Quæ feci*, P. Mo. V. &c. Qui nihil ſubaudiunt initio præcedentis verſûs rectè vertunt, *quæ fecit*; licèt ſit primæ perſonæ *. Genera, tempora & perſonæ in Hebræa lingua ſolent permutari [f]. ¶ *Ad canendum*, לְהַלֵּל] *Ad laudandum*, V. Oſ. ſub. *Dominum*, V.

6. *Et diſtribuit eos David per vices*; [ſim. plerique:] וַיֶּחָלְקֵם מַחְלְקוֹת] *Et diſtribuit eos in partes*, P. vel, *in ordines*, Ti. vel, *diſtributionibus*, JT. [Al. ſic, *diſtributi ſunt in diviſiones*, M. vel, *in diſtributiones*, i.e. claſſes, V.] *Diviſit eos diviſiones*, i.e. cuſtodias; qui Sabbatis ſingulis præſtò ad miniſteria eſſe deberent [g]. *Statuit eos in muneribus eorum*, Sy. ¶ *Per vices filiorum Levi, Gerſon videlicet*, &c. "מַחְלְקוֹת לִבְנֵי לֵוִי לְגֵרְשׁוֹן וגו] *Partitiones filiis Levi, ipſi Gerſon*, &c. Mo. ſim. ό. *in muneribus eorum, è filiis Levi Gerſonem*, &c. Sy. [Ar. hæc cum antecedentibus ſic connectit; *Præpoſuit autem eos ex omnibus præcipuis filiis Levi, Gerſoni*, &c.] *Diſtributionibus, ſecundùm* (verto, nempe *ſecundùm*, Pi.) *filios Levi, in Gerſonitas*, &c. JT. *in ordines ex filiis Levi, Gerſon*, &c. Ti.

7. *Filii Gerſon; Leedan*, &c. "לַגֵּרְשֻׁנִּי וגו] *De Gerſonitis* (ſub. *fuerunt*, M.) *Laadan*, &c. M. Ti. ſim. Sy. Ar. *Gerſonitas* (ſub. ex præced. verſu, *diſtribuit*, V. ex P.) *in Laadan*, &c. i. e. in duas familias, τῷ *Laadan*, & τῷ *Simi*, V. Heb. *E Gerſunita*, &c. pro, *E Gerſonitis*, Pi. ex JT. Singularis poſitus collectivè, per ſynecdochen membri [h]. Porrò, *Leedan* dictus eſt & *Libni*, Num. 3. 18 [i].

8. *Filii Leedan, princeps Jahiel*, &c. [ſim. plerique:] רֹאשׁ] *Caput*, Pi. *dux*, P. *præcipuus*, Ti. dignitate primus [k]; *primogenitus*, Sy. ſim. Ar. [Alii de omnibus accipiunt;] *Poſterorum Lahdanis, quiſque primarius, Jechiel, & Zetham, & Joel, tres*, JT. Id eſt, omnes ii tres in familia Lahdanis erant primores. Vide verſ. ſeq [l]. Porrò horum nomina alia ſunt infrà 26. 21 [m].

9. *Filii Semei;—iſti principes familiarum Leedan*, לְלַעְדָּן] *In familia Laadan*, V. Obj. At hi erant ex poſteris *Simhi* fratris *Laadan*. Reſp. Alius eſt hic *Simei* ab illo verſ. 7. Fortè hic illius nepos [n]: ut patet ex v. 10. ubi 1. genealogia *Semei* filii Gerſon ponitur, abſolutâ genealogiâ filiorum *Leedan*: 2. ibi enumeratis filiis *Semei*, Leheth, Zizâ, Jaus, & Bariâ, dicitur, *filii Semei quatuor*; ſi autem unus tantùm eſſet *Semei*, diceretur, *filii ſeptem*, quorum tres numerati eſſent v. 9. quatuor v. 10 [o].

11. *In una familia——computati ſunt*, וַיִּהְיוּ לְבֵית אָב לִפְקֻדָּה אֶחָת] *Et fuerunt in familia patris* (vel, *juxta paternam familiam*, Ti.) *in una ſupputatione*, M. ſic P. V. vel, *recenſionis unius*, JT. Pi. vel, *in eodem cenſu*, Ti. Ex duabus (tenuibus, Ma.) facta eſt una (plena, Ma.) familia [p]. *Ideò pro unius patris domo æſtimati ſunt*, Strig. Senſus eſt, in unam familiam ſupputati ſunt, nimirum in familiam Simei, patris eorum [q]. *Unde paternæ domûs eorum unica erat familia*, Sy. ſim. Ar. Illæ duæ familiæ reputatæ ſunt pro una; ex iis factus eſt unicus catalogus [r]: nè, quia pauci erant, ſæpe ad ſingulos miniſteria recurrerent *.

13. *Ut miniſtraret in ſancto ſanctorum*; ſim. Sy. Ar. hoc eſt, ut eſſet Pontifex; hic enim ſolus illud ingre-

[a] V. [b] Oſ. [c] Ma. [d] Me. * Me. ex To. & L. & Dion. [f] G. [g] E. [h] G. ex Me. [i] Me. [k] G. [l] V. [m] Ma. [n] Oſ. [o] Mar. [p] Me. [q] Oſ. L. [r] L. * Oſ. [t] V. ſic Me. [v] Me. [x] Q. in L. [y] Ma. [z] Oſ. [a] G. [b] Oſ. [c] Oſ. [d] Me. * V. [f] Mar. [g] Mar. [h] V. [i] Me. [k] Oſ. [l] Ma. [m] Me. [n] Ma. ex Me. [o] Me. [p] Ma. Mar. [q] Belg. [r] V. * Mar.

 diebatur;

dicebatur [t]: לְהַקְדִּישׁוֹ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים] *Ut sanctificaret ipse sanctitatem sanctitatum*, P. V. sim. Mo. Ca. ό. i. e. *vel sanctum sanctorum*, V. vel *rem sanctissimam*, Pi. sim. JT. V. Intelligo sacrificia illa anniversaria in festo expiationis, Levit. c. 16 [r]; vel sacrificium sacrosanctum, V. *Ut sanctificaret* (i. e. sanctè administraret) *res sacrosanctas*, ad usus ad quos à Deo destinabantur. Per *res sanctas* intelligi possunt altaria duo, mensa, candelabrum aureum, Arca fœderis, &c. cùm enim quilibet ex reliquis sacerdotibus has res sanctissimas tractaret, tunc istæ res sacrosanctæ pollui dicebantur [v]. *Ut sanctis præesset in sancto sanctorum*, M. Ti. ad tractandum sancta in Sanctuario [x]. *Ut sanctificaretur ad sanctum sanctorum*, Strig. ¶ *Ac benediceret nomini ejus*] i. e. Laudaret, celebraret nomen ejus [y]; in officiis nimirum sacerdotalibus, quæ in laudem Dei instituta sunt [z]. [Al. aliter;] Heb. *ad benedicendum in nomine ejus*, Mar. JT. scilicet, *populum*, Mar. JT. Pi. id est, ad bene precandum, &c. Formulam vide Num. 6. 24 [a].

14. *Moysi quoque—filii annumerati*, &c.] Adverb. *Mose autem viri Dei, filii ejus vocati sunt*, &c. V. Verto, *Quod verò attinet ad Mosen, filii ejus*, &c. Heb. *Moses vir Dei*, &c. Nominativus absolutè positus [b]. ¶ *Annumerati sunt in tribu Levi*; q. d. Fuerunt tantùm in numero Levitarum, non sacerdotum [c]. Heb. *vocabantur cum tribu Levi*, Pi. Hoc repetitur, ut constet Aaronis tantùm posteros sacerdotes constitutos [d]. Sensus videtur esse, Etsi Moses erat gubernator politicus, tamen filii ejus non adhibebantur ad officia politica, sed ad ministerium sacrum [*]. Vide Mosis modestiam; Josue relinquit Regnum, Aaroni sacerdotium, filios suos inter Levitas relinquit [f].

16. *Subuel primus*] *Primus* vel primogenitum sign. quod etiam unigenito convenit; (vide ad Matt. 1. ult. Pi.) vel indicatur cum alios genuisse, licèt ipsorum nomina taceantur [g].

17. *Filii Eliezer; Rohobia primus*] Heb. *caput*, Ma. *princeps*, Os. *dux*, V. *primarius*, Pi. Cui versioni non obstat numerus pluralis: Hæc enim enallage in recensione liberorum usitata est. Exempla vide Gen. 46. 23. & suprà cap. 2. vers. 8, 31 [h]. [Al. sic;] *Fuerunt posteri Eliezeris sub Rechabia primario*, JT. Sed nimis audax supplementum voculæ *sub* [i]. ¶ *Filii Rohobia multiplicati sunt nimis*, רָבוּ לְמַעְלָה] *Multiplicati sunt* (*creverunt*, V.) *suprà*, Mo. sim. ό. vel *valde*, P. *summè*, JT. Pi. *excellenter*, M. *fuerunt supra modum plures*, Ti. sim. Ca. Os. &c.

22. *Acceperunt eas filii Cis fratres earum*; [sim. ferè omnes:] אֲחֵיהֶם] In hoc versu bis ponitur ם pro ן [k]. In Hebræo mascul. est, *eorum*; sed genera permutantur [l]. *Cognati eorum*, JT. V. patrueles enim erant [m]. Forte fœminis tribuit genus masculeum, quòd ipsæ masculorum vice hæreditatem herciscerent [n].

24. *Hi filii Levi in cognationibus & familiis suis*] Heb. *ad* (vel *per*, V.) *domum patrum eorum*, Pi. vel *suorum*, V. *per familias paternas suas*, JT. ¶ *Principes per vices, & numerum capitum*, &c. לִפְקוּדֵיהֶם בְּמִסְפַּר שֵׁמוֹת לְגֻלְגְּלֹתָם] *In enumerationibus suis*, (*cum numeratis ipsorum*, JT.) *secundùm numerum nominum per capita sua*, P. i. e. in catalogis suis numerati per singula capita nominatim [o]: sim. JT. Pi. &c. Sensus est, sub horum quolibet fuisse certum numerum Levitarum. ¶ *Qui faciebant opera*, &c. עֹשֵׂה וגו׳] *Faciens*, &c. Enallage numeri [p]: vel, *quorum quilibet faciebat opus*, &c. V. ¶ *A viginti annis & supra*] At v. 3. *à triginta annis*. Diversitatis ratio mihi non liquet. Confer Numer. 4. 3, & 8. 24 [q]. Q. idcirco superiorem numerum mutârunt, quasi vitiolum [r]. [Al. sic;] Priùs robustâ ætate eligebantur, ut pares oneribus in deserto circumferendis: At fixo Tabernaculo, ideóque labore imminuto, Levitæ citiùs ministrabant [*]. [Al. sic;] Anno 30. actu serviebant: à 20. anno parabantur, ut in locum aliorum paulatim succederent: interim ritus addiscebant, & exercebantur, &c [t]. [Plura vide ad v. 3.]

25. *Dixit enim David*, &c.] *Nam dixerat*, &c. Notat causam istius numerationis, & munerum in Templo à Levitis obeundorum [v]. *Quum dixisset*, &c. JT. i. e. Quum, sedatâ irâ Dei, & receptâ in urbem Arcâ, stationarium Dei cultum instrueret, ut docent sequentia [x]. ¶ *Requiem dedit—populo—& habitationem*, וַיִּשְׁכֹּן] *Et habitabit*: sub. vel *Dominus*, i. e. exhibebit se præsentem in Templo [y]; vel *populus*; q. d. Non mutabit postea populus subindè locum suum, ut anteà [z].

26. *Nec erit officii Levitarum, ut—portent*, &c. וְגַם לַלְוִיִּם אֵין לָשֵׂאת אֶת־הַמִּשְׁכָּן וגו׳] Ad verb. *Et etiam Levitis non portare tabernaculum*, &c. Mo. *Et Levitæ non erant levantes*, &c. ό. *Quinetiam Levitarum non erit ultrà portare*, &c. P. V. Non erit opus ut portent Arcam, cùm sedes habebit fixas [a]. *Levitis quoque*, (sub ex v. 25. *dedit requiem*; ità M. Ti. JT.) *ut non portent*, &c. M. sim. Ti. JT. [Al. sic;] *Atque etiam ad Levitas quod attinet*; *non est portandum tabernaculum*, &c. scil. ex uno loco in alium, ut antea, &c [b]. [Al. sic;] *Statuerat autem David*, (*quoniam Jehova—populum suum quietum reddidisset, isque Hieros. permansurus esset perpetuò*,) *Levitis quidem non esse deinceps portandum*, &c. Ca. Sensus loci est, Exstructo Templo, quod propediem erit, multi ex Levitis vacabunt, &c. ideo multa ministeria excogitavit David [c]. Non enim vult Deus ut ignavo otio dies vitæ conteramus [d]. Rationem hîc exhibet David, cur aliud Levitis munus demandat in Templo quàm antea in Tabernaculo, &c. quia vacabant ab onere portandi, &c [*].

27. *Juxta præcepta David novissima*; similiter V. כִּי בְדִבְרֵי וגו׳] *Nam* (*Quia*, Ma.) *in actis* (Heb. *verbis*, Pi.) *Davidis posterioribus*, JT. i. e. post Deum placatum, & cultum Hierosol. institutum [f]. Extremo vitæ Davidis tempore [g]. Hoc [quod sequitur] testamento suo caverat David. Regum etiam hoc erat, ex consilio Synedrii declarare quæ leges perpetuæ essent, quæ temporariæ [h]. ¶ *Supputabitur* (rectiùs, *supputabatur*, Os.) *numerus filiorum Levi*, הֵמָּה מִסְפַּר בְּנֵי לֵוִי] *Ii numerus fil. Levi*, Ma. *fuit numerus filiorum Levi*, M. P. Ti. *Fuerunt* viri *numeri*, &c. i. e. numerandi, vel numerati, sunt [i]. Verto, *Illi* fuerant *numerati* (Heb. *numerus*) *Levitarum*, Pi. ¶ *A viginti annis*] Voluit ut ab anno 20. aliqua obirent ministeria: neque enim erant tam gravia ut olim, &c. ideóque nec plena missio data, ut olim, anno ætatis 50 [k]. Numeravit eos ab anno 20. ut plures sint, quia plura ministeria [l].

28. *Et erunt*] Hebr. *Quia statio eorum*, Ma. *Sed* (Heb. *Nam*) *constitutio eorum erat*, Pi. sim. JT. ¶ *Sub manu filiorum Aaron*, לְיַד וגו׳] *Ad latus*, vel, *è regione*, *fil.* &c. Ut Aharonitæ serviebant Templo, ità alii Levitæ: sed diversa utrorumque erant officia [m]. [Alii totum sic reddunt;] *Et illorum functio erat ad jussum fil. Aaron*, Q. in Ma. Al. *ut essent ad manum*, &c. JT. Os. ¶ *Et in loco purificationis, & in sanctuario*, וְעַל טָהֳרַת לְכָל־קֹדֶשׁ] *Et in purificatione* (*super munditiem*, Pi.) *omnis sanctitatis*, P. vel *rei sanctæ*, JT. Glass. Heb. *& in purgatione ad omnem rem sanctam*. Substantivum non tantùm simpliciter aliud substantivum regit, sed & aliquando nomen cum præpositione; ut hoc loco: sic Psal. 12. 7. בַּעֲלִיל לָאָרֶץ, *in catino ad terram*, h. e. terræ; & 2 Sam. 1. 21. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ, *ô montes in Gilboa* pro, *Gilboæ* [n]. *Et in purgatione omnium sanctorum*, LXX. *& in munditia, in omni sanctitate*, Mo. *& in his quæ erant purificanda in omnibus sanctis*, M. *& super purificationem in omnibus quæ sancta erant*, Ti.

29. *Et super omne pondus atque mensuram*, וּלְכָל־מְשׂוּרָה וּמִדָּה] *In omni mensura & mensura*, P. M. i. e. omni mensurandi specie, Ma. vel, *& mensuratione*, Mo. *& ad omnem mensuram & censum*, Ti. *In omni mensura majore & minore*, Q. in Ma. He. in V. [Al. contrà,] *pro mensura minore & majore*, Gal. מְשׂוּרָה propriè est mensura parva, teste K. unde proverbiale, *mensurâ bibere*, i. e. parcè ac modicè, Ezec. 4. 11 [o]. *Super omnem mensuram liquidorum, & mensuram aridorum*, Os. Q. in V. vel *continuorum*, V. [Al. sic;] Prior est mensura longitudinis, posterior molis, sive liquores sint, sive arida [p]. *Item cuique mensuræ & dimensioni*, JT. Pi. sim. Ca. Ang. Belg. *Mensuræ*, i. e. quantitati rerum aridarum aut liquidarum quæ ad res sacras adhibebantur,

Marginal notes (left column): t Pi. — r Pi. — v Belg. — x Mar. — y Ma. — z Me. — a Pi. — b Pi. — c E. sim. Me. T. — d E. — * Pi. — f Mar. T. — g Me. — h Pi. — i Pi. — k V. — l Mar. — m Pi. — n Ma. — o V. — p Pi. sim. V. — q Pi. — r Mar. — * Ma. — t T. — v Pi.

Marginal notes (right column): x Jun. — y V. — z Q. in V. — a V. — b Pi. — c Mar. — d Os. sim. Me. — * Belg. — f Jun. — g Me. — h G. — i V. — k G. — l Belg. — m V. — n Glass. gram. p. 113. — o D. observ. 5. 21. — p Q. in Mar.

tur, (ut Minchah debitâ proportione offerretur[q];) & *dimensioni*, id est, spatiis in quæ personæ, sacrificia, &c. recipiebantur[r]: ut rectè demetirentur loca in Templo, ubi hæc vel illa pars cultûs præstanda erat, vel ubi quidvis aut fieri aut non fieri debuit †. Porrò, Levitæ seu sacerdotes, ut ædiles Romæ, mensuris erant præfecti, nè qua fraus, iis vitiatis, contingeret; sive quia pondera & mensuræ in Templo servabantur, quod in aliis gentibus solenne erat, nè à populo scil. vitiarentur fraude; seu quia quæ ad certam mensuram in Templo offerebantur, ea mensurare ad eos pertinebat[t]. De discrimine vocum מְשׂוּרָה & מִדָּה vide ad Levit. c. 19. v. 35[v].

30. *Ad confitendum*] i. e. Ad laudandum, Me. Mar. hoc enim significat *confiteri* in S. S. *Ad celebrandum*, JT. Os. ¶ *Et canendum*] Adhibebatur cantus manè & vesperi tempore sacrificiorum[x].

31. *Tam in oblatione holocaustorum*, &c. וּלְכֹל הַעֲלוֹת עֹלוֹת וגו׳] *Et in omni oblatione holocaustorum*, P. Infinitivus loco nominis verbalis[y]. *Et ad offerendum cuncta holocausta*, &c. Ti. sim. Ca. Strig. M. ¶ *Juxta numerum, & ceremonias*, &c. בְּמִסְפָּר כְּמִשְׁפָּט עֲלֵיהֶם וגו׳] *Pro ipsorum numero ac ritu debito*, Sy. sim. Ar. ο'. Ca. Strig. Ti. *numero certo, prout ratio incumbebat illis*, JT. Heb. *secundùm judicium*, sive *jus*, quod erat *super eis*, Pi. *In numero* (sub. solito & certo, quem oportebit adesse, V.) *secundùm ordinem* (vel, *juxta ritum* qui est, V.) *super eos*, P. V. id est, quem observare debebunt[z].

32. *Ritum sanctuarii*] *Observationem sanctitatis*, P. i. e. rerum sacrarum, sive quæ requiritur circa res sacras[a]. Vel, se sanctos & mundos præstabunt in sacris tractandis[b]. ¶ *Et observationem filiorum Aharon*] Id est, jussa Pontificum[c]. Vel, q. d. deferent illis, tanquam dignioribus, omnem cultum & observantiam[d]: vel, faciant quæ imperabunt illis sacerdotes †: vel, adjuvent sacerdotes in ministerio suo perficiendo[f].

[q] Belg. [r] Ma. ex Jun. † Belg. [t] Mar. [v] Ma. [x] Me. sim. Os. [y] Pi. sim. V. [z] V. [a] V. [b] Q. in Ma. [c] Me. [d] Ma. † V. [f] Os.

CAP. XXIV.

1. *Filiis Aaron*, &c. וְלִבְנֵי אַהֲרֹן מַחְלְקוֹתָם] *Filiorum autem Aaron hæ sunt partitiones*, P. M. Ti. *Filiis Aaron* fuerunt *suæ distributiones*; i. e. distributi erant Sacerdotes (ut suprà Levitæ) in suas classes[a]. *Quod autem ad filios Aaronis & distributionem eorum*, Ar. *Quod verò attinet ad filios*, &c. Hebr. *Et de filiis*, &c. sub. *loquendo*. τὸ ל valet *de*, περὶ, notans objectum[b].

3. *Secundùm vices suas*, לִפְקֻדָּתָם] *In numeratione sua*, P. *in præfecturam suam*, JT. *secundùm computationem suam*, He. in Mar. scil. Qui, quo tempore ministrarent, designabantur[c].

4. *Plures filii Eleazar in principibus viris*, &c. לְרָאשֵׁי הַגְּבָרִים וגו׳] *In capitibus virorum*, &c. P. Mo. *Plures in principes potentium*, &c. ο'. vel, *in præcipuis viris*, &c. M. vel, *quoad hominum capita*, Sy. *juxta capita viritim*, Ti. sim. Ca. Nempe duplò plures erant in seq[d]. *In capitibus*, &c. i. e. principibus virorum; q. d. si spectes principes. Alii meliùs, *per capita virorum*, i. e. recensendo singulos †.

5. *Divisit sortibus*] Cùm hæ duæ familiæ essent maximas dignitates consecutæ, tum in Templo tum in republica, distribui illis functiones sine magna invidia aliter quàm sorte nequiverunt. Vide infrà vers. 31. & 25. 8. & 26. 13[f]. ¶ *Et principes Dei*] i. e. In iis quæ ad Deum pertinent, sive in rebus Divinis[g]. Hoc rectè vertas, *Principes Judicum*[h].

6. *Unam domum, quæ cæteris præerat, Eleazar; & alteram domum*, &c. *Ithamar*, בֵּית אָב אֶחָד אָחֻז לְאֶלְעָזָר וְאָחֻז אָחֻז לְאִיתָמָר] *Domus patris una adjuncta ipsi Elhazar, & juncta juncta ipsi Ithamar*, Mo. *In domum patris*, &c. Pertinet istud ad verbum præcedens, *& descripsit eos*, &c. i. e. descripsit eos *in familiam unam*, &c[i]. [Illud אָחֻז אָחֻז negotium hîc facessit interpretibus:] Phrasis est prorsus dura. Omnino pro אָחֻז legendum אֶחָד, quomodo immediatè antè legitur אֶחָד אָחֻז[k]. Sed debuisset Criticus hoc rationibus firmare, non prætoriè pronunciare. Codices Hebræi omnes ità legunt: & confirmatur in Masora ad Numer. 31. & in Talmud[l]. Sensus loci est, Alternis sumebantur familiæ Eleazaris & familiæ Ithamaris: quod Græci Hebraico loquendi genere sic exprimunt, εἷς εἷς τῷ Ἐλεάζαρ, καὶ εἷς εἷς τῷ Ἰθάμαρ· unde apparet legisse eos bis אֶחָד אֶחָד, quod commodius videtur quàm אָחֻז אָחֻז[m]. At ο'. sensum sæpe exprimunt, nullâ habitâ verborum ratione[n]. [Locum hunc variè reddunt.] In *domum*, vel *familiam, patris unam adjunctam*, sive *attributam, Eleazaro*; (& in familiam aliam attributam, V.) *attributam, inquam, ipsi Ithamar*, P. V. *Nempe, domum patriarchæ unam Eleaz. & unam alteram Ithamaris*, Sy. sim. Strig. *Domus patria una possessa fuit ab Eleazar, & altera possessa ab Ithamar*, Ti. *Domus patris una retenta est apud Eleazarem, & una retenta est, retenta, inquam, apud Ithamar*, M. *Familiam paternam unamquamque apprehensam* (vel, *captam*, JT. i. e. à Deo sorte obvenientem, Jun.) *ex Eleazare; & apprehensam* (vel, *& similiter captam*, JT. Heb. *& captam & captam*, Jun.) *quamque ex Ithamare*, Pi. Geminatio vocis notat distributionem in singula[o]. [Al. sic;] *Domus paterna una attributa fuit* (à Davide) *Eleazaro*, (ultra scil. illam quam antea habuit, cùm nonnisi 16 sacerdotum vices essent;) *& quod possessum erat*, &c. vel, *quod Ithamar habebat, retinebat* sine ulla additione. Ità addidit David 8 custodias, ordinavítque ut essent 24 custodiæ[p]. *Domus patris una possessio Eleazaro, & possessio* [lege *possessio possessio*, ut sequentia Authoris verba docent] *Ithamaro*. אָחֻז est *possessio*, ab אָחַז *apprehendere*. Porrò, agri divisi erant per familias. Ithamaro non minus agri datum est quàm Eleazaro. Sic cùm familiæ Eleaz. duplò plures erant quàm Itham. factum ut Ithamari familiæ duplò majores possessiones haberent: sic factum ut in quavis sorte simplex Eleazari posteris possessio esset, Ithamari autem nepotibus duplicata possessio; Heb. *possessio possessio*[q]. [Alii sic;] *Ità ut Eleazaro binæ*, (hoc enim significat geminata vox אָחֻז אָחֻז,) *Ithamari singulæ*, (id אֶחָד אָחֻז,) *adscriberentur familiæ*. Hunc locum in Hebræo puto depravatum. Nam cùm paulò antè duplò plures Eleazaro familiæ attributæ sint quàm Ithamari, hîc contrà fit. Itaque suspicor in priore membro esse legendum *Ithamari*; in posteriore, in quo bis ponitur אָחֻז, *Eleazaro*. Significat enim hoc verbum non semper *possessionem*, sed *numerum*, aut (ut Latini loquuntur) *caput*, præsertim cùm de animalibus dicitur: in quo sensu positum est Num. 31. ubi dicitur pro eo quod paulò antè dictum erat נֶפֶשׁ[r].

7. *Exivit sors*] Scil. ex urna, Pi. V.

10. *Abia*] De hac sorte fuit Zacharias, Johannis Baptistæ pater †.

19. *Hæ vices eorum secundùm ministeria sua*, אֵלֶּה פְקֻדָּתָם וגו׳] *Isti revisio* (vel *visitatio*, Ma.) *eorum*, Mo. *Hæc est enumeratio* (*recognitio*, ο'.) *eorum*, V. ex P. *Enumerationem* vocat *Præfecturam*. Vel, *hæc sunt verba enumerationis*, &c. vel, *præfecturæ eorum*; i. e. hæc est præfectura eorum[t]. *Horum* fuit *præfectura illorum: illorum*, i. e. Aharonis & filiorum: q. d. His eadem cura commissa est sub summo Sacerdote quæ Elhazari & Ithamari sub Aharone sacerdote, ut passim in Lege habetur[v]. Versum hunc sic verto; *Ad hos quod attinet, præfectura eorum in ministerio ipsorum* fuit, *ut ingrederentur*, &c. Hebr. *Hi, præfectura eorum*, &c. Nominativus absolutè positus[x]. *Hæ sunt ordinationes eorum*, &c. M. Ti. ¶ *Juxta ritum suum*; sive *eorum*, V. כְּמִשְׁפָּטָם] *Secundùm ordinem* (*officium*, JT. Pi. Hebr. *judicium*, Pi. Ma.) *eorum*, P. *ut jus eorum exigit*, Q. in Ma. ¶ *Sub manu Aharon*; ità P. JT. בְּיַד] *Sub potestate*, V. *sub directione*, Pi. *In manu*, &c. Mar. Ma. i. e. in loco Aaron, vice ejus. Id *manus* sign. hîc, ut alibi sæpe[y]. Sub inspectione summi Sacerdotis, qui in locum Aaronis successerat[z], & illius personam repræsentabat[a]. ¶ *Patris eorum*] Ex quo omnes sacerdotes genus trahebant, & quem omnes Levitæ ut patrem venerabantur, obedientiam illi præstantes[b].

20. *Qui reliqui fuerant*] Scil. præter sacerdotes; de quibus

[a] V. [b] Pi. [c] Mar. [d] Pi. † V. [f] G. sim. Me. [g] Mar. [h] G. [i] V. [k] Capel. [l] Buxt. vind. 2. 13. 987, &c. [m] G. [n] Buxt. [o] Pi. [p] He. in Buxt. [q] Mar. [r] Ca. † Mar. La. E. &c. [t] V. [v] Jun. [x] Pi. [y] Mar. [z] G. [a] La. [b] Me.

quibus hactenus actum[c]. ¶ Subael] Hujus mentio fit, quia erat thesauri præpositus, infrà 26. 24[d].

23. Filiúsque ejus Jeriau (Jerias, Ca.) primus, &c. sim. Ca. [וּבְנֵי יְרִיָּהוּ אֲמַרְיָהוּ הַשֵּׁנִי] Et filii Jeria, Amariah secundus, M. Ti. Mo. E filiis autem Jeriæ erat Amariah secundus, Pi. De filiis Banai fuit Jeria, sub. primus, Tig. not. Et è filiis Hebronis Jerias primus, &c. Sic suppletur ex 1 Par. 23. 19. & 26. 31 †. Hebronis primus Jerias, &c. Ca. E Chebronitis Jerija, & filii Jerijæ; Amaria secundanus, &c. JT. Duplex est lectio, benai, & bene: Noster beno legit. Aliis Benai est nomen proprium; Et Benai, (sub. filius,) Jerijahu, Q. in Ma.

26. Filius Oziau; Benno] Heb. Filii Jaghaziah, Beno. Aliis Beno est appellativum; Ma. Filii Jahazijæ filii illius, primarii erant, JT.

27. Filius quoque Merari; Oziau, & Soam, & Zacchur, & Hebri] Græcè, υἱοὶ αὐτοῦ Ἰσοάμ, καὶ Σακχοὺρ, καὶ Ἀβαί. Sed has voces omnes errore quodam huc irrepsisse sunt qui censent, ducti argumento loci suprà positi 23. 21, 22, 23[f]. At quis asseverare ausit hæc alieno loco insulta esse? Nobis quidem non liquet unde hæc desumpta sunt, scriptori autem Chronicorum hoc notum erat. Fortè Jaazijahu ex nepotibus Merari fuit, & ejus filii hîc per anticipationem recensentur, tanquam filii Merari ipsius; ut sensus sit, v. 26. Filii Jaaziâhu filii ejus: v. 27. filii, inquam, h.e. nepotes, Merari, de Jaazijahu filio ejus, (vel, simpliciter, de Jaazijahu) Beno, &c[g]. ¶ [לְיַעֲזִיָּהוּ בְנוֹ] q.d. Iste qui est de filiis Merari habuit quatuor filios, Beno, &c. V.

29. Filius Cis, &c. [לְקִישׁ בְּנֵי קִישׁ וגו'] De Cis, filii Cis, P. H[s]. Ex filiis Cis, V. Verto, Ex Kischo: ex filiis Kischi erat Jerahmeel, Pi.

31. Miserunt sortes contra fratres suos, [לְעֻמַּת אֲחֵיהֶם] Coram fratribus, &c. Os. è regione fratrum, Ma. Q. in Mar. Scil. ad imitationem sacerdotum, ut scirent quo tempore ministrarent[h]. Ex adverso fratrum, JT. i.e. pari ordinum numero, & respondentibus inter utrosque ordines officiis: nam hæc fuit prima Levitarum functio: duæ aliæ duobus sequentibus capitibus explicantur[i]. q.d. Sorte Levitæ distributi sunt in 24 partes, seu familias, quæ totidem sacerdotum partibus correspondebant[k]. Fratres, id est, cognatos[l]. q.d. Nacti sunt singuli locum suum missis sortibus[m]. ¶ Tam majores, quàm minores: omnes sors æqualiter dividebat, [אָבוֹת הָרֹאשׁ לְעֻמַּת אָחִיו הַקָּטָן] Hebraica phrasis valde difficilis[n]. [Variè reddunt.] Patrum caput (vel princeps, P. V. vel, præcipui patres, M. Ti.) è regione fratris sui minoris, Mar. sim. Mo. P. V. vel fratrum, &c. M. Ti. [Variè tamen explicant.] q.d. E patribus qui principem locum tenebat misit sortem contra fratrem suum minorem, i.e. constitutum in minore dignitate[o]. Majores & minores nacti sunt locum missis sortibus[p]. Sensus est, Non habitus fuit respectus dignitatis aut ætatis; sed ut quemque sors tetigit, ità lectus fuit in ordinem ministrantium, &c[q]. [Al. sic;] Capita, in singulis familiis, aliorum omnium qui ex quaque familia minores erant vices gerebant: neque enim omnes in sortem veniebant, sed capita tantùm[r]. Non minùs pro minimo fratre, quàm pro præcipuo inter patres, Strig. Paternarum familiarum primarium quemque, cum cognatis suis minoribus ex adverso illorum, JT. Heb. Patres capitis ex adverso fratris ejus minoris, Pi.

[c] Me. [d] Me. † Belg. [f] G. e. Cap. [g] Buxt. vind. 2. 13. 1014. [h] Mar. [i] Jun. [k] Ma. [l] V. Pi. [m] V. [n] V. [o] V. in Tig. not. [p] V. [q] Os. [r] Mar.

CAP. XXV.

1. David & magistratus exercitûs] i.e. Principes exercitûs[a]. Principes tam politici, quàm ecclesiastici[b]. Cum principibus militiæ, JT. Pi. nempe sacræ, sive ecclesiasticæ; nempe exercitationis canendi. Potèst verti, exercitûs, scil. sacri, nempe multitudinis musicorum. Confer Num. 4. 23[c]. ¶ In ministerium] Sub. domûs Dei, sive Templi[d]; scil. canendo & modulando †. ¶ Filios Asaph] Heb. filiis, Ma. in filios, JT. Verto, ex filiis: sic JT. reddiderunt ל 1 Paral. 24. 28, 29. simil. v. 2*. ¶ Qui prophetarent] i.e. Laudarent Deum[f]. Qui prophetias, sive sacras cantiones, (aliorum, aut suas[g],) canerent[h], sive voce, sive instrumentis musicis. Sic 1 Sam. 19. 20[i]. Vide suprà 15. 19 &c[k]. Qui modos adhiberent propheticis carminibus convenientes, ut & commate sequenti[l]. Vaticinari vocat, Divinas res aut Vatum scripta tractare, Deíque laudes dicere; sicut à Paulo ponitur προφητεύειν quoniam Vatum interpretes proximè ad eorum quos interpretantur divinationem videntur accedere. Athenienses quoque divinos quosdam sacerdotes (ut scribit Cicero) Mantes appellabant, h.e. vates †. ¶ Secundùm numerum suum, &c. i.e. tanto numero quanto ad id munus destinati fuerunt, & eo ordine, quo sunt sorte designati cantores[m]: [וַיְהִי מִסְפָּרָם אַנְשֵׁי מְלָאכָה לַעֲבוֹדָתָם] Et fuit numerus eorum, Mo. P. viri operis ad servitium, sive ministerium, suum, sive ipsorum, Mo. Pi. vel, numerus virorum operis in ministerio suo, P. V. Hebraismus: Hominum diligenter & scitè fungentium officio suo. q.d. Omnes isti fuêre musici peritissimi, &c[n]. Verto, fuerúntque numerati eorum idonei ad opus in ministerio ipsorum: Numerus pro numeratis, per metonymiam formæ; qualis fuit suprà 23. 24[o]. Fuitque numerus illorum virorum, M. Ti. qui deputati erant operi & ministerio, M. vel, qui præfecti erant operi ministerii, Ti. Heb. Et fuit numerus virorum operis ad ministerium ipsorum, scil. is qui sequitur, Mar. Quorum hominum qui sui muneris opere fungerentur numerus fuit; viz. 288, ut postea dicitur, Ca. Et numerabantur ad opus pro ratione officii sui, Strig. Fuitque numerus virorum exercentium ministerium secundùm officia sua, Sy. [Al. sic;] Fuerúntque de numero illorum viri functionis (Hebr. operis, vel opere, Junius,) hujus ad ministerium suum, JT.

[a] Me. [b] T. [c] Pi. [d] V. Mar. † Mar. sim. Me. T. * Pi. [f] Mar. [g] Mar. [h] Mar. Jun. Pi. Me. T. &c. [i] Pi. [k] Ma. [l] G. † Ca. [m] T. sim. Mar. [n] V. [o] Pi.

2. Sub manu Asaph prophetantis juxta regem, [עַל יַד אָסָף הַנִּבָּא עַל יְדֵי הַמֶּלֶךְ] Ad manum Asaph, Mo. JT. Mar. Pi. i.e. ad directionem[q]. Fuerunt sub potestate Asaph, P. sim. Mar. sub ejus ductu & imperio[r]. Prophetantis ad manum (vel manus, G. Mar.) regis, Mo. i.e. ad ejus imperium †: ex præscripto regis, JT. Heb. secundùm manus regis. Rex autem manibus suis præscripserat sacras cantiones[t]. Qui hymnos decantabat à Davide conscriptos: sic interpretamur ex comparatione illorum qui dicuntur Hemani & Jeduthuni traditi infrà 3. & 5. & inscriptionibus Psalmorum in quibus nominatur Asaph[v]. Qui prophetias canebat (vel, canenda præscribebat, Q.) de mandato Regis[x]. [Al. sic totum reddunt;] Fuerunt sub potestate Asaph, qui prophetabat ad imperium Regis, P. Qui Asapho sub Rege vaticinanti suberant, Ca. Prophetantis, i.e. laudes Divinas decantari curantis, juxta Regem, i.e. juxta Regis præscriptum: nisi velis per hoc indicari, hos non in Gabaon, ubi alii erant constituti, sed in arce Sion, (ubi Rex sedem suam habebat,) functos esse cantorum officio; vel, in separato loco Templi, ubi Rex, à plebe separatus, adorabat, &c[y].

3. Porrò Idithun, filii Idithun] Verto, Ex Jeduthune, i.e. ex filiis Jeduthunis; filii Jeduthunis erant, Pi. ¶ Sex] At quinque tantùm numerantur. Resp. 1. Inserendus ergò hîc est Schimhi ex v. 17[z]; qui decimæ classi præerat, ut videbis v. 17[a]: alioqui non constat numerus 24 virorum, qui in sortes conjecti sunt[b]. Resp. 2. Meliùs distinguo sic; Porrò Idithun filii, Idithun, &c. ut primus filius sit patri cognominis[c]. ¶ Sub manu patris, &c.] Sub. fuerunt, Tig. not. L. Prophetantes ex præscripto patris, Pi. ¶ Qui —— prophetabat super confitentes & laudantes Dominum, [הַנִּבָּא עַל הוֹדוֹת וְהַלֵּל לַיהוָה] Prophetantis ad confitendum (vel celebrandum, P.) & laudandum Jehovam, P. vel, in (sive pro, M.) confessionibus & laudibus, sive hymnis, Domini, Ti. M. vel, de celebrando & laudando Domino, Pi. JT. sim. Ca. [Alii referunt ad filios:] Hi sex —— prophetabant, ut gratiæ agerentur, & laudaretur Deus, Strig. Hi citharâ canebant psalmos qui Hodu incipiunt, i.e. Confitemini; & psalmos Halleluja, qui sic inchoant, aut eum titulum habent[d].

4. Oziel] Heb. Ghusiel, qui infrà v. 18. dicitur Ghazariel. ¶ Subuel] Heb. Sebuel, qui infrà v. 20. Subael †.

5. Filii

[q] Pi. [r] Ma. ex Jun. † Mar. [t] Pi. [v] Jun. [x] V. [y] T. [z] Ità Jun. Pi. Q. in V. Os. Ma. [a] V. [b] Ma. [c] Mar. sim. [d] Mar. ex He. † Ma.

5. *Filii Heman Videntis Regis*] i. e. Vel cantoris [f], (cantores appellantur & *prophetæ*, & *videntes*;) vel Prophetæ, qui Regi plerumque aderat [g]. ¶ *In sermonibus Dei*] [Sim. Ti. M. JT. &c.] In psalmis nimirum & prophetiis, &c [h]. Cùm Rex vacaret sermonibus Divinis & sacris [i]. Ad prædicanda Dei promissa *. ¶ בְּדִבְרֵי הָאֱלֹהִים] *In rebus gestis Dei*, Pi. ¶ *Ut exaltaret cornu*, לְהָרִים קָרֶן] *Ad exaltandum cornu*, ό. P. Mo. de magnitudine regni Davidici †. *De extollendo cornu*, JT. i. e. in hymnis sacris pertinentibus ad Regis aut regni robur & amplitudinem, quæ cornu elatione ferè in S.S. exprimitur [k]. Sensus est, Illi psalmi in quibus agitur de exaltatione cornu filiis Heman commissi sunt. Aut prophetabat de regni David exaltatione [l]. *Ut erigeretur cornu*, Ti. sim. M. Ca. i. e. ad canendum psalmos qui promissiones Dei continebant de regno David, & Christi [m], cujus potentia & gloria per *cornu* significatur [n]. [Vel sic;] Heman Davidi voluntatem Dei annunciabat in politicis negotiis, eáque suggerebat Regi quæ ad stabiliendum suum regnum facerent [o]. [Al. totum sic reddunt;] *In actionibus Dei, quum is extolleret cornu*; i. e. quum amplificaret potentiam regni Davidis [p]. In rebus Divinis, ad exaltandum potentiam regiam. Metaphora à bobus, qui vires habent in cornibus: q. d. Hic prophetavit de Davide, quòd assequeretur magnam gloriam & famam [q]. [Alii sic;] *Ad attollendum cornu*, i. e. ut statis temporibus corneis tubis altâ voce buccinent: ut cùm de iisdem dicitur 2 Paralipomen. c. 5. וּכְהָרִים קוֹל בַּחֲצֹצְרוֹת, *cùm attollerent vocem in tubis* *.

6. *Sub manu patris sui*] Pro, *patrum*; nempe ità ut singulæ classes observarent directionem patris sui. Enallage numeri [r]. ¶ *Ad cantandum*, בַּשִּׁיר] *In cantico*, P. V. subaudi *erant*; id est, *erant canentes*, sive *canebant*, V. *incumbebant musicæ*, JT. Heb. erant constituti *ad cantum*, Pi. ¶ *Juxta regem*] Vide suprà versu 2. *Sub potestate regis*, P. sub. *erant hi qui sequuntur*. Isti tres præerant omnibus aliis musicis, Rex verò præerat istis tribus †. Alii exponunt, tres istos præfuisse cæteris cantoribus; Regem verò composuisse Psalmos, illísque tribus canendos distribuisse [t]. *Ex præscripto regis, Asaph, & Jeduthun, & Heman*, incumbebant, JT.

7. *Fuit numerus*, &c.] *Fuerunt numerati*, &c. Vide suprà vers. 1. Pi. ¶ *Qui erudiebant canticum*, &c. מְלֻמְּדֵי שִׁיר לַיהוָה] *Doctis cantici* (i. e. in cantico, Mar.) *Jehovæ*, P. id est, quod pertinebat ad honorem Jehovæ [v]. *Qui edocti fuerant cantica* canenda *Jehovæ*, Pi. sim. JT. ¶ *Ducenti octoginta octo*] In sacerdotum sortes solùm capita mittebantur; in cantorum sortes ex singulis familiis, quæ ad æmulationem sacerdotum 24 sortes fuerunt [x].

8. *Miseruntque sortes per vices suas*; sim. ό. מִשְׁמֶרֶת לְעֻמַּת] [Variè reddunt.] *Custodia contra* custodiam, P. V. i. e. classis una contra aliam classem, vel vicem [y]. *Custodiæ vicissim*, Ti. *pro officio custodiæ inter se*, M. *custodiæ* (*custodiam*, Mo.) *è regione*, Mar. (sub. *sacerdotis*, Q. in Ma.) sive, *ad æmulationem*, de quo c. 24. 31. Levitas diximus ad æmulationem sacerdotum voluisse per sortes partiri sua ministeria [z]. *Super officia sua simul*, Strig. *Pro custodia unus è regione alterius*; ut scirent quem quisque ordinem sequeretur, &c [a]. *Quorum conjecerunt sortes ad observationem* (i. e. ad exsecutionem ministerii sui, vel, ad classem & distributionem functionis suæ *) *ex adverso illorum*, JT. ¶ *Doctus & indoctus*] i. e. Peritus cum non valde perito. q. d. Nulla habita fuit ratio aut ætatis, aut eruditionis [b]. At v. 7. dicit omnes fuisse intelligentes musicæ; quomodo ergò hîc *indoctos* vocat? Resp. Heb. est, *intelligens cum discipulo*, Mar. In quavis classe erant 12 magistri, cæteri adhuc discipuli [c].

9. *Egressáque est sors*] Hæc verba repetenda sunt in singulis quæ sequuntur [d]. ¶ *Joseph, qui erat de Asaph*, לְאָסָף לְיוֹסֵף] *Ipsi Asaph*, ό. P. Mo. Ti. *ipsi Joseph*, Mar. Mo. vel, *ipsius Joseph*, ό. vel, *pro Joseph*, M. Ti. vel, *nempe Joseph*, P. V. i. e. In gratiam Asaph sors prima egressa est ipsi Joseph filio Asaph †. *Pro Asaph*, (i. e. Asaphi familia,) *nempe pro Joseph*, Belg. Prima sors Josephi erat, qui filius Asaph fuit [f]. *Prima sors Asaphanorum obtigit Josepho*, Ca. *in Asaphum Josepho*, JT. Hîc subaudienda sunt sequentia verba, *filiis & fratribus ejus* 12 [g]; ut sequens contextus ostendit [h]: alioqui summa 288 posita v. 7. non constabit [i]. ¶ *Secunda Godoliæ*, גְּדַלְיָהוּ הַשֵּׁנִי] *Ipsi Gedaliahu, secunda*, sub. *sors egressa est*. Subauditur ל ante גְּדַלְיָהוּ, & sic in sequentibus: qu. d. Iste præfuit secundæ classi [k]. ¶ *Ipsi & filiis ejus*, &c. הוּא וְאֶחָיו וגו׳] Hæc non solùm ad sequentem, sed etiam ad præcedentem, pertinent. Et nota quòd hæc dictio הוא in sequentibus debet semper intelligi: q. d. *Ipse Zacchur, & filii ejus*, &c. 12: ità ut in illo duodenario numero comprehendatur princeps classis [l].

11. *Quarta Isari*, לַיִּצְרִי] *Ipsi Isri*, P. *Jitzri*, JT. Verto, *pro Isrita*, sive *ipsi Isritæ*, nempe Seri. Non enim est nomen proprium, sed appellativum à proprio *Seri*, cujus fit mentio suprà v. 3 [m]. Notandum, omnia capita 24 sortium fuisse filios *Asaph*, vel *Idithun*, vel *Heman*; licèt non explicatur de omnibus qui fuerint hujus vel illius filii. Porrò, nomina in plerisque mutata esse videntur [n].

[f] Me. Mar. [g] G. Mar. [h] Me. [i] T. * G. † G [k] Jun. [l] Mar. [m] Q. in Belg. T. [n] Q. in Belg. [o] Os. [p] Pi. [q] V. * BA. 1. 2. 33. 317. [r] Pi. † V. [t] Ma. [v] V. [x] Mar. [y] V. [z] Mar. [a] Belg. * Ma. [b] V. [c] T. [d] V. † V. [f] Mar. [g] Os. sim. Mar. V. [h] Os. [i] Mar. T. [k] V. [l] V. [m] V. [n] Mar.

CAP. XXVI.

1. D*Ivisiones janitorum*; scil. Templi, Pi. לְמַחְלְקוֹת וגו׳] *De divisionibus* (*classibus*, vel *vicibus*, V.) *janitorum*, P. *Ad divisiones*, &c. i. e. super sortes divisêre qui forent janitores [a]. *Divisiones autem janitorum* hæ sunt, Ca. Pi. *Partes verò*, &c. Ti. *Quod attinet ad janitorum classes*, &c. Pi. sim. JT. ¶ *De filiis Asaph*] Non cantoris insignis, sed alterius Asaph, qui & *Ebiasaph* dicitur suprà 6. 37. item 9. 19. & aliquando *Jasaph* tantùm [b]. De filiis *Asaph* fuisse dicit non *Core*, (hic enim erat de filiis *Corah* [c],) sed Messelemia [d].

2. *Filii*] Sub. *aliquot*: sic in sequentibus †.

5. *Quia benedixit illi* (i. e. Obed-edom) *Dominus*] Scil. multitudine & robore prolium, in compensationem Arcæ custoditæ. Vide 2 Sam. 6 [f]. Filii numerosi pro magna felicitate habebantur [g].

6. *Nati sunt filii*; ità M. Ti. Mo. נוֹלַד וגו׳] *Natus*, sing. pro plur. Mar. ¶ *Præfecti familiarum suarum*, הַמִּמְשָׁלִים לְבֵית אֲבִיהֶם] *Dominantes* (*qui præsidebant*, JT.) *domui*, vel *in domo*, sive *familia*, *patris sui*, Mo. M. Ti. Pi. sim. Sy. Ar, JT. *Similes domui patris sui*, P. V. ex He. sive majoribus suis; scil. quoad robur & fortitudinem: majores enim eorum erant viri fortissimi [h]. ¶ *Fortissimi*] Id repetitur aliquoties: Dicitur enim de janitoribus, ad quod officium opus erat robore corporis, nempe, quia valvæ Templi erant valde magnæ & graves; ità ut 20 hominibus opus erat ad eas claudendas & aperiendas in Templo secundo, teste Josepho [i].

8. *De filiis*] Vel propriè dictis, vel etiam nepotibus [k]. ¶ *Fortissimi*] q. d. Viri jure optimo portis præficiendi [l].

10. *Non enim habuerat primogenitum*] Scil. tunc superstitem [m]: vel, non talem qui esset alicujus valoris [n]. [Al. aliter reddunt:] *Quia non fuit primogenitus*, Ma. *Quamvis non esset primogenitus, tamen constituit eum pater ejus primarium*, JT. Non in jure primogeniti, sed in functione custodiæ [o]. Quia primogenitus non fuit ad illud munus idoneus, ideo illius loco robustiorem constituit [p].

12. *Hi divisi sunt in janitores*, &c. אֵלֶּה מַחְלְקוֹת וגו׳] *Hæc sunt classes* (vel *vices*, V.) *janitorum per principes virorum*, i. e. ex principibus virorum; h. e. ex præcipuis viris [q]. *Ex istis divisiones*, &c. P. *In hos factæ sunt distributiones janitorum per primarios viros*, JT. Heb. *per* (vel *ad*, Mar.) *capita virorum*, Mar. Pi. i. e. familiarum, Mar. viritim per capita singulorum [r]. ¶ *Principes custodiarum*] [Ità Vulg. 70 מִשְׁמָרוֹת refert ad antecedentia, quod & nonnulli alii faciunt;] *Per primarios viros, ad custodias*, &c. JT. *ad capita virorum custodiæ*, scil. *pertinerent*, Mar. [Alii cum sequentibus

[a] Mar. [b] V. [c] V. [d] Me. † V. [f] T. ex L. sim. Me. Mar. G. [g] Mar. [h] V. [i] E. [k] V. [l] V. [m] Me. sim. T. La. [n] L. [o] Jun. [p] E. [q] V. [r] Ma.

tibus nectunt;] מִשְׁמָרוֹת לְעֻמַּת אֲחֵיהֶם, *Custodiæ contra fratres suos*, P. *Qui custodirent è regione fratrum: alii enim aliis respondebant* [†]. Porrò, non erat vile janitorum ministerium, sed quale est prætorianorum militum excubantium in palatio Regis. Hi custodiebant thesauros & Templi & Regis, ut dicitur v. 20, 26, 30, 32. Iidem præerant sartis tectis Templi, vers. 27. & *operibus forinsecùs*, v. 29. v.g. cædentibus ligna & lapides, cultoribus agrorum Templi, &c. Ex iisdem etiam Doctores desumebantur, & præfecti & judices populi, tum in sacris, tum in politicis rebus, vers. 29, 30, 32 [t].

13. *Ex æquo & parvis & magnis*, כַּקָּטֹן כַּגָּדוֹל] *Sicut parvus, sic magnus*, P. Quidam vocant locutionem *prægnantem*, quòd altera pars desit: addendum enim esset, *& sicut magnus, sic etiam parvus*: i.e. Æqualiter omnes [v]. Non intelligas parvos & magnos venisse in sortes; jam enim dixit id datum capitibus tantùm: Sed per *parvum* & *magnum* familias pauperum & divitum intellige [x]. ¶ *In unamquamque portarum*] Sim. P. JT. &c. Hebr. *ad portam & portam.* i.e. Ut scirent qui quibus januis præessent [y].

14. *Cecidit sors orientalis*] i.e. Custodia portæ orientalis [z]; ab anteriore Templi parte [a]. Hæc porta præcipua erat, quippe in fronte Templi, aut atrii [b]. ¶ *Selemiæ*] Qui *Meselemia* ver. 2 [c]. Solent autem Hebræi in propriis nominibus interdum primam syllabam abjicere [d]. ¶ *Zachariæ filio ejus — sortitò obtigit plaga septent.* וּזְכַרְיָהוּ בְנוֹ הִפִּילוּ וגו׳] *Zachariæ*, sive *pro Zacharia, filio ejus, &c. projecerunt sortes*, P. Mo. sic M. Ti. ¶ *Viro prudentissimo, &c.* יוֹעֵץ בְּשֶׂכֶל] *Consiliario in*, vel *cum, intellectu*, P. V. Mar. i.e. intelligente, seu prudente. Substantivum cum præpositione sæpe pro adjectivo est. Sic Exod. 32. 22. *populus est* בְּרָע *in malo*, h.e. malus est. Confer 1 Johan. 5. 19 [†]. Heb. *consulentis cum prudentia*, Pi.

15. *Obed-edom, &c.*] Sub. *ceciderunt sortes*; i.e. porta australis fuit attributa [f]. ¶ *In qua parte domûs erat seniorum concilium:* Hebr. *Et filiis ejus* — בֵּית הָאֲסֻפִּים] Subauditur ל, ut sit לְבֵית, sic, *Cecidit sors super domum conciliorum*, vel *comitiorum*; i.e. in qua seniores congregati agebant de negotiis Templi [g]. *Domus collectionum*, Mo. vel, *collectorum*, seu *rerum collectarum*, Pi. Os. Al. *filiis verò ejus* obvenit *ærarium*, JT. Heb. *domus congregatorum*, i.e. locus in quo collectæ reservabantur, ex 2 Par. 25. 24 [h]. Al. *domus Asuppim*, M. Ti. Est nomen proprium loci [i]. *Evenit curia*, Ca.

16. *Sephim & Hosa*] Hebr. *Suphimo & Hosæ*, sub. *egressa est sors*, Mar. ¶ *Ad occidentem*] i.e. Ad posteriorem Templi partem, versùs adytum seu oraculum [k]. ¶ *Juxta portam, quæ ducit ad viam ascensionis*, עִם שַׁעַר שַׁלֶּכֶת בַּמְסִלָּה הָעוֹלָה] *Cum porta projectionis*, Mo. (vel *Sallecheth*, P. vel *emissoria*, sive *emissionis*, Ca. V. h.e. per quam emittebantur sordes: Hujus meminit Esaias 6. 13 [l].) *in strata ascensionis*, Mo. *in via strata ascendente*, P. V. i.e. acclivi, V. *in semita clivosa*, Ca. *In via ascensionis*, i.e. superiori, aut acclivi, scil. porta erat [m]. *Cum porta quæ vergit ad semitam superiorem*, M. Ti. [acsi ש in שַׁלֶּכֶת esset præfixum, & לֶכֶת significaret *ire*, à יָלַךְ.] *Cum porta injectûs in aggesto ascensu*, JT. Heb. *in aggere ascendente*, Jun. i.e. Cum ea porta ad quam ex arce Sionis porrigebatur via aggesta, cui injecta erat terra, per quam viam ex Templo ascendebatur in arcem. Confer 1 Reg. 10. 5. & 12. item 2 Chronic. 9. 11 [n]. *Juxta portam quâ itur per viam holocaustorum*, Strig. quâ itur ad altare holocaustorum [o]. ¶ *Custodia contra custodiam*] Ità Mo. M. vel, *è regione custodiæ*, ό. P. Ti. sub. *erat*, P. V. H[s]. Custodiæ mutuò sibi invicem respondebant [p]. *Custodiâ ex adverso custodiæ* agente, JT. Pi. i.e. Simul obeuntibus suum munus ordinibus janitorum, & simul abeuntibus, quum alii succederent [*]. Prout ipsæ portæ Templi altera alteri ex adverso sitæ erant; putà, orientalis occidentali, meridionalis septentrionali [q]. [Al. sic;] Per vices custodiæ erant, Q. in Mar. Verùm custodiæ aliæ per vices erant, de quibus tamen hoc non dicitur. Suspicor ergò geminam custodiam his verbis significari his Levitis demandatam, & portæ

(Marginal notes, left column: † V. — [t] T. — [v] V. — [x] Mar. — [y] V. — [z] Mar sim. V. Os. Me. — [a] Jun. — [b] Mar. — [c] Mar. sic V. Os. T. — [d] Os. T. — † Glass. gram. p. 41. — [f] V. — [g] V. ex P. — [h] Jun. — [i] Ità ό. & He. in Mar. Strig. — [k] Ma. ex Jun. — [l] V. — [m] Mar. — [n] Pi. — [o] Belg. — [p] V. Me. — [*] Ma. — [q] Pi.)

Templi occidentalis, & præterea domûs illius [r]. [Al. sic;] Gemina, seu duobus locis, ibi erat custodia [†]. Fortè propter adventantium frequentiam, & majus periculum [t]; & quòd ea pars Templi auro maximè ornanda esset intus, & sanctissima haberetur; ibi enim Sanctum sanctorum [v]. Patet ex v. seq. 18. ubi ad hanc portam dicuntur 4 Levitæ excubâsse *in via* illa acclivi publica, præter *binos* alios qui *per cellulas*, i.e. in consuetis ædibus excubitorum Templi, excubabant cum cohortibus suis [x].

17. *Ad orientem*] i.e. Portam orientalem Templi [y]. ¶ *Levitæ sex*] Ibi plures janitores, quia ea præcipua janua [z]. Ibi patebat accessus ad Templum, quia ibi cremabantur sacrificia [a]. ¶ *Per diem*] i.e. Per singulos dies: non quòd *diem* opponat *nocti* [b]. ¶ *Ubi erat concilium, bini & bini*, וְלָאֲסֻפִּים שְׁנַיִם שְׁנָיִם] *Et ad Asuppim* (vel *collectiones*, Mo. *armarium*, Ca. *ærarium*, JT. *ad collecta*, Pi.) *bini* & *bini*, sive *duo* & *duo*, M. Ti. Mo. successivè, nempe duo uno die, & duo altero die. Referendum ergò hoc potiùs ad successionem, quàm ut sint duæ domus conciliorum, (ut vult doctus inter Hebræos;) domus enim erat unica [c]. *Et ad domum conciliorum*, &c. subauditur בֵּית ex v. 15. V. ex P.

18. *In cellulis*, &c. לַפַּרְבָּר] *Ad cellam*, sive *cellulam*, Mo. P. Mar. (vel, *in cellula*, V. *apud cellulas*, Os. *in domo*, M.) *instrumentorum*, P. V. M. i.e. in qua reponebantur instrumenta Templi; quæ erat sita ad Orientem [d]. *Ad* (vel *pro*, Ti.) *Pharbar*, Strig. Jun. *ad armarium*, Ca. *in parte exteriore*, JT. *Pharbar* est vox Chaldaica, composita ex פְּרַר *divisit*, vel פְּרִיר *frustum, pars*, & בַּר *extra*: q.d. ad partem exteriorem, vel foras, seu in agrum, spectantem [†]. ¶ *Ad occidentem*; ità Mo. P. M. Ti. לַמַּעֲרָב] *Ad armarium occidentale*, Ca. ¶ *Quatuor in via*; ità Strig. אַרְבָּעָה לַמְסִלָּה] Erant *quatuor in via strata*, P. *quatuor in ascensu*, Tig. not. vel, *ad semitam*, Ca. *ad aggerem*, de quo v. 16. Jun. [Alii τὸ *quatuor* conjungunt cum præcedentibus;] *Ad occidentem quatuor; in via duo*, quæ ducit *ad Parbar*, Mar.

19. *Janitorum*] Hi erant 22: totidem erant filii Core, & filii & nepotes Obed-edom; ut intelligas illos fuisse janitores [f].

20. *Porrò Achias*] Heb. *Et Levitæ: Achijah super thesauros*, Ma. *Hi quoque Levitæ*, (Verto, *Quod autem attinet ad* reliquos *Levitas*, Pi.) *Achija*, &c. JT. Merarita, & Meraritarum quæstor; ut sequentia docent: incipit autem hîc ab eo, quia superior versus desinit in Meraritis, ex Hebræorum usu [g]. ¶ *Super thesauros domûs Dei, & vasa sanctorum*] Heb. *& thesauros sanctitatum*, Ma. P. V. vel, *sanctificatorum*, ό. M. *sacrorum*, Ti. Qu. Quomodo distinguuntur hi thesauri? Resp. 1. *Thesauri domûs Dei* sunt pretiosa quæque ad Templum pertinentia [h]; vestes sacerdotum, vasa, supellex [i]: *Thesauri sanctitatum* sunt vasa seu instrumenta consecrata in cultum Dei [k]; oblationes sanctæ [l]. q.d. Constitutus hic erat super ea quorum usus erat in sacrificiis, ut far, thus, oleum, vinum, &c [m]. Resp. 2. [Alii non distinguunt, sed posterius accipiunt pro explicatione prioris:] *Præerat thesauris domûs Dei, thesauris, inquam, rerum sacrarum*, JT. i.e. ad ministerium sacrum Meraritarum pertinentium [n]. τὸ *&* ponitur exegeticé. Sic Jud. 7. 24 [o].

21. *Filii Ledan, filii Gersoni*, בְּנֵי לַעְדָּן וגו׳] Filii *Laadan*, (qui aliàs dictus *Libni*,) h.e. filii Gersunitarum, &c. V. sim. Pi. *In Lahdanitas & in Gerschonitas*, JT. i.e. posteros Schimhi Gerschonitæ, de quo suprà 23. 7 [p]. *Ledan Gersoni*, i.e. Gersonitæ, Mar. ¶ *Principes familiarum*, &c.] *Qui fuerunt principes familiarum Laadan Gersonitæ, erat Jehiel*, Os. *Principes familiarum ipsi Laadan, Gersuni, Jehieli*, P. Sing. pro plur. *Gersunitæ & Jehielitæ*, V. [Al. sic;] *E Lahdane (primores paternarum familiarum* erant *è Lahdane Gerschonita) Jechieli*, JT. Causam reddit cur è Lahdanitis quæstores Gerschonitarum constituti sunt [q], nempe quia erant primarii, &c [r]. [Ca. locum sic reddit; *A Leadane Gerschonita natus est autor familiæ Jehielis.*] In Hebræo ponitur hoc nomen in plurali numero, [*capita patrum*,] cùm de uno dictum sit: id quod & sæpe fit; ut suprà 23. 17. Sic Latini *liberos* vocant, de uno loquentes [†].

(Marginal notes, right column: [r] Mar. — † T. ex Os. — [t] T. — [v] Os. — [x] T. — [y] V. — [z] Mar. — [a] Os. — [b] Ma. ex Jun. — [c] V. — [d] V. — † Ma. ferè ex Jun. — [f] Mar. — [g] Jun. — [h] Ma. sim. Me. — [i] Os. — [k] Ma. — [l] V. — [m] Os. — [n] Jun. — [o] Pi. — [p] Jun. — [q] Ma. ex Jun. — [r] Ma. — † Ca.)

23. *De Amramitis*, לַעַמְרָמִי] *De Amrami*, P. ל pro ה ponitur, & sing. pro plur. vertendúmque, *Amramitæ, Isharitæ*, sub. *præfuerunt thesauris* t. Sensus est, eos qui sequuntur esse *de Amramitis*, &c v.

t V. ex He. v Me.

24. *Filius Gerson*] Id est, è posteris Gerson x. ¶ *Præpositus thesauris*, נָגִיד עַל הָאוֹצָרוֹת] *Dux super thesauros*, P. Princeps erat illorum qui præerant ipsis thesauris y. *Præfuit uni ex thesauris*, He. in V. *Præerat thesauris* eorum, JT. i. e. Kehathitarum, quos per quatuor familias suas nominavit superiore versu z. Varii variis thesauris præerant; *Meraritæ* v. 20. *Gersonitæ* 22. & hîc *Kehathitæ* a.

x Mar. y V. sim. Os. z Jun. a Ma.

25. *Fratres — Eliezer*, &c. וְאֶחָיו לֶאֱלִיעֶזֶר] *Fratres verò ejus de Eliezer*, P. i. e. Cognati Sebuel de stirpe Eliezer fuerunt, cujus, &c. Alii autem volunt ל redundare, & sic vertunt, *Frater autem ejus* (sub. *Gersom*) *Eliezer*, &c b.

b V.

26. *Et principes familiarum & tribuni*; ità P. לְשָׂרֵי הָאֲלָפִים] *Ad principes millium*, Mo. *cum chiliarchis*, sic JT.

27. *De bellis*, &c.] More vetusto, Gen. 14. 20. Qui mos etiam Gentium. Virgilius, —*ipsúmque vocamus In partem prædámque Jovem* c. Partâ victoriâ aliquid consecrabant Domino de manubiis d. ¶ *Ad instaurationem*, &c.] Hebr. *ad fortificandum domum Domini*, Mar.

c G. d V.

28. *Omnes qui sanctificaverant*, &c. וְכֹל הַמַּקְדִּישׁ עַל יַד וגו'] *Et omnis sanctificans super manum*, Mo. V. *Et quicunque aliquid sanctificaverat*, *erat* hoc *sub potestate* (*sub manu*, M.) *Selemith*, Ti. sim. P. M. Eo administro dabantur, quoniam scil. thesauris sanctificatis præfectus erat †. *Quisquis consecrabat* deponebat *in manum*, &c. JT.

† Mar.

29. *Isaaritis verò præerat Chonenias*, &c. לַיִּצְהָרִי וגו'] *Ipsi Ishari Cenaniahu*, Mo. *Ex Jitzeharitis*, *Cenania*, &c. JT. M. Chen. qui erat de stirpe Ishar, &c. V. ¶ *Ad opera forinsecus*, לַמְּלָאכָה הַחִיצוֹנָה] Erant *in opere externo*, M. præerant *operi externo*, JT. *profano*, Ca. in opere quod fiebat extra urbem, circa opera rustica f. Præerant ligna cædentibus, lapicidis, culturæ agrorum Templi g. Erant curatores earum rerum quæ foris paranda erant ad Templi ædificationem, & continuationem cultûs Dei: Vide Nehem. c. 11. v. 16 h. ¶ *Super Israel*] *Apud Israelitas*, JT. i. e. In eo regni tractu qui secundùm mare Mediterraneum est: nam tota regio cis Jordanem in duos tractus divisa est hujus curationis ratione; nimirum, secundùm mare, & secundùm Jardenem, infrà vers. seq. Synecdoche i. ¶ *Ad docendum & judicandum eos*] Heb. *in præfectos & judices*, Mar.

f V. sim. G. Mar. g Mar. h Jun. i Jun.

30. *Præerant Israeli*, עַל פְּקֻדַּת יִשְׂרָאֵל] *In præfectura Israelis*, sive *Israelitarum*, P. M. Ti. JT. sub. vel *fuerunt*, P. vel *constituti*, M. *Præfecti officiis Israel*, Strig. ¶ *Trans Jordanem*] Respectu Jerusalem. Ità plerique: sed tunc pro, *contra occidentem*, dixisset, *in orientem*. Alii ergò vertunt, *cis*, *citra*, &c k. *Secundùm Jordanem*, Heb. *à transitu Jordanis*, Pi. ex Jun. ¶ *Occidentem versus*] i. e. In citeriore præfectura citra Jordanem, Occidentem versús l. ¶ *In operibus Domini*] Ad parandum ligna & lapides Templo. Vide suprà 22. 14 m. In rebus Divinis n. ¶ *Et in ministerium regis*] Ad colligenda tributa regni usibus destinata o. In rebus humanis p.

k Ma. l Ma. ex Jun. m G. n V. o G. p V.

31. *Hebronitarum*, &c. לַחֶבְרוֹנִי וגו'] *De Hebronitis*, &c. P. sing. pro plur. q.d. Jerija, qui erat de stirpe Hebronitarum, Princeps fuit Hebronitarum q. *E Chebronitis*, *Jerija primarius in Chebronitarum generationibus*, &c. JT. Hoc addit ut doceat, non *Chasabiahu*, qui præcessit v. 30. sed *Jerijah*, fuisse principem simpliciter omnium Hebronitarum r.

q V. r Q. in Ma.

CAP. XXVII.

1. QUi *ministrabant regi juxta turmas suas*, לְכֹל דְּבַר הַמַּחְלְקוֹת] *Ad omnem rem divisionum*, Mo. V. Mar. *per varias divisiones*, M. *in omni negotio distributionum*, JT. (i.e. copiarum in quas populus erat distibutus a,) vel *turmarum*, P. V. vel *classium*, *suarum*, Pi. *pro ratione ordinis sui*, Strig. ¶ *Ingredientes & egredientes*, הַבָּאָה וְהַיֹּצֵאת] *Quæ* [scilic. *turmæ*] *ingrediebantur & egrediebantur*, P. M. *quarum quæque accedebat & cedebat*, Pi. vel, *procedebat & redibat*, JT. id est, obibat munus suum, ut Numer. 27. 17 b. *Quæ per vices circumagebantur*, Ca. Heb. in sing. *Venientis*, &c. i. e. uniuscujusque partitionis ingredientis, &c c. ¶ *Per singulos menses*] Hoc modo & omnes subditi exercebantur in armis, & parati semper erant adversùs subitam hostium (quibus undique cingebantur) irruptionem d: nec gravis cuipiam erat militia, nec admodum sumptuosa, licèt sine stipendiis militarent, cùm facile esset uno mense per annum domo abesse, &c†. Tot erant viri militares, ut sine incommodo mense quoque 24000 in armis essent, quibus, exacto mense, succedebant alii, &c f.

a Pi. b Jun. c Ma. d La. † Me. ex La. f G.

2. *Jesboam*] *Jaschobbham*, JT. Ma. qui & *Joschebaschebeth* 2 Sam. 23. 8 g. Hic erat de tribu Juda & familia Phares, sicut David ipse h. ¶ *Et sub eo*] Heb. *super partitionem ejus*, Ma. *in turma divisionis ejus*, M.

g Ma. ex Jun. h Me.

3. *De filiis Phares* (sub. *erat*, P. Tig. not.) *princeps*, &c.] *Princeps cunctorum principum*, &c. i. e. Tribunorum, &c. Os. Non auctoritate & imperio, (id enim pertinebat ad Joab,) sed dignitate quadam i. [Al. sic;] Princeps, &c. i. e. vicarius & subpræfectus *Jaschobbhami*, qui erat Princeps Principum k. [At alii de eodem hunc locum intelligunt:] Hic Jesboam fuit *de filiis Phares*, Os.

i Me. k Tig. not.

4. *Dudia— & post se—Macelloth*] q. d. Secunda turma attributa fuit *Dodai*, hujúsque vicarius fuit *Micloth* l. Confer vers. 6. Me. Ipse Dodai per se non præsidebat illis copiis, quòd forsan apud Regem esset, vel aliis regni negotiis occupatus m. [Al. sic;] *Micloth* antecessor erat *Dodai* extincto: ut de *Hasaele* infrà v. 7 n.

l V. sim. Mar. Os. Me. ex Sal. m Ma. n Jun.

5. *Filius Joiadæ sacerdos*, הַכֹּהֵן רֹאשׁ] *Sacerdotis, caput*, Q. in Ma. Mo. i. e. primarius, Ma. ex Jun. Al. *sacerdotis summi*, M. P. Ti. Verùm ea dignitas tunc erat penès Abiathar & Zadoc. Alii, *sacerdotis primarii*, sive *præcipui*; scil. unius de primoribus paternarum familiarum Aharonis, de quibus suprà 24. 6 o. Al. *sacerdotis*, id est, consiliarii; ut alibi in S.S. vox usurpatur p.

o Ma. p Os.

6. *Præerat autem turmæ ipsius* [i. e. *Benaiæ*] *Amizabad filius ejus*] Scil. vicarius patris q, qui præerat cohortibus prætorianis, 2 Sam. 8. 18 r. quare subrogaverat filium his aliis copiis †. ¶ Heb. וּמַחֲלֻקְתּוֹ עַמִּיזָבָד] *Et partitio ejus Ammizabad*, &c. Mo. *& distributioni ejus*, &c. JT. *in ordine*, &c. Ti. *in divisione*, &c. M. *Quod attinet ad classem ejus*, &c. Nominativus absolutè positus *. Benaias enim erat occupatissimus, &c. quippe unus ex secretissimis Davidis consiliariis, 2 Sam. 23 †.

q Mar. Ma. r Jun. † Ma. * Pi. † Os.

7. *Asahel— & Zabadias filius ejus post eum*] Succedens in officio patri suo, qui occisus est 2 Sam. 2 t. Vide, ad aulæ procurationem & ministeria viros militares eligi, & ut noti Regi ac familiares essent milites, & ut eorum usu magnum animum susciperet v.

t Os. sim. Mar. Me. v Mar.

8. *Samoth*] *Schambuth*, qui & *Schammoth* suprà 11. 27. & *Schamma* 2 Sam. 23. 11 x. ¶ *Jezerites*] Hoc si *patriam* sign. fuit ex tribu Gad, cujus civitas erat *Jezer*, vel *Jazer*, suprà 26. 31; si *familiam*, fuit ex Manasse trans Jordanem, ad quam pertinuit familia *Jezeritarum*, Num. 26 y. Heb. *Jizrach*, seu *Jizrachites*, Ma. *Zerachæus*, JT. vel *Jizrachæus*, i. e. de stirpe Zerah, Gen. 38. 30. Dicitur *Charodites* 2 Sam. 23. 25. à loco, de quo vide Jud. 7. 1 z.

x Jun. y Me. z Ma.

10. *Phallonites*] Heb. *Phelonita*, hîc & suprà 11. 27 a. qui *Phaltita* 2 Sam. 23. 26 b.

a Ma. b Jun.

11. *De stirpe Zarai*] Heb. *de Zarhita*, V. *de stirpe Zarbitarum*, V. ex P. Plena locutio quæ hanc declarat legitur v. 14. *de filiis Ephraim* c.

c V.

12. *De filiis Jemini*; ità P. Ti. M. Voci *Benjamin* tollitur prima syllaba d: לַבְּנְיָמִינִי] *Benjamitæ*, Mo. *è Benjaminitis*, Pi. JT. *de terra Benjamin*, o'.

d Me.

15. *Holdai*] Heb. *Cheldai*, qui & *Cheleb* 2 Sam. 23. 29. & *Cheled* suprà 11. 30 †.

† Jun.

16. *Porrò tribubus præerant Israel*] Non militantibus

bus[f]. Hi erant jure primogenituræ Principes tribuum. At qui militiæ præerant designabantur à Regé pro robore, prudentia, experientia, &c[g]. Heb. *Et super tribus Israel*, sub. *fuerunt*, P. scilicet *duces*, V.

17. *Levitis*] Exceptis sacerdotibus, quorum dux hîc *Sadoc*[h].

18. *Eliu, frater David*] Qui & *Eliab*, 1 Sam. c.16. v.7. Jun.

22. *Hi principes filiorum Israel*] Excepto *Aschere*, de quo synecdochicè idem judicium faciendum[i]. [Al. sic:] *Aser* non videtur proprium habuisse Ducem, quia non fuit magnus principatus, habitavítque in spatio satis angusto, inter *Nepthali* & *Zebulon*[k]. Videntur & *Gaditæ* omitti; sed ii nomine *Reubenitarum* comprehenduntur, ut doctioribus placet: idem utrisque erat Dux[l].

23. *Noluit numerare eos à viginti annis inferiùs*, לְמִבֶּן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמָטָּה] *A filio*, vel *nato*, 20 *annorum & infrà*, M.P.Mo. Jun. *in iis qui nati erant*, &c. Pi. ¶ *Quia dixerat Dominus ut multiplicaret*, &c.] i. e. Sciebat non posse numerari; & religione distinebatur, nè videretur inquirere in fidem promissionum Dei[m]. Satis multi erant reliqui, ut opus non fuerit juniores numerare[n]. Nimii laboris fuerat juniores numerare, ità multi quotidie succrescebant ex Dei promisso[o].

24. *Nec complevit*] Cujus causa duplex: 1. plaga à Deo immissa, quæ cœptum abrupit; 2. quia invitus exsequebatur Regis imperium[p]. ¶ *Numerus eorum*, &c. ולא עלה מספר במספר דברי הימים וגו׳] *Non ascendit* (vel, *relatus est*, M. Ti. V. Pi.) *in*, vel *ad*, *numerum verborum*, &c. vel *annalium*, M. Ti. V. sim. JT. Pi. Heb. *verborum dierum*, i. e. rerum certis diebus gestarum[q]. Non relatus est numerus, nimirum integer; nam Levi & Benj. omiserat, suprà 21.6. Vel fortè, David pœnitentiâ ductus recensionem à se institutam fecit irritam, & cavit nè in Acta publica referretur. Quod tamen Deus exstare voluit ad ædificationem nostram[r]. *Non relatus est numerus in librum*, &c. ό.

25. *Super thesauros regis*] Is gazophylax fuit, qui à minoribus quæstoribus accipiebat pecunias, eásque aut erogabat, aut servabat †. [Al. sic;] super fiscum Jerosolymitanum[t], ut ostendit sequentis membri comparatio[v]. ¶ *Thesauris qui erant in urbibus & in vicis*, &c.] Nempe, extra Jerusalem[x]. *Thesauris*, &c. i. e. tributis[y].

27. *Vinearúmque cultoribus*] Heb. *super vineas*, i. e. vinearum cultores; Metonymia, Ma. *Vinitoribus*, JT. Heb. exercentibus opus *vinearum*, Jun. ¶ *Cellis vinariis*] Hebr. & *super* ea *quæ* erant *in vineis*, &c. Ma. *Ei quod ex vineis*, scilic. percipitur: ubi præpositio ב valet *ex*[z].

29. *Armentis quæ pascebantur*; [sim. omnes:] וְעַל הַבָּקָר הָרֹעִים] *Et super boves pascuales*, ό. ¶ *In Saron*] Hæc est campestris regio Libano subjecta indè à Baschane, ex cap. 5. 16[a]. Regio erat fertilissima, à Cæsarea Palæstinæ ad Joppen[b].

30. *Super camelos, Ubil*] *Obil*. Nomen haud dubiè ex argumento inditum: Arabicè siquidem, ut אבל *ibil*, *camelum*, ità אבל *ibal*, אביל & אבל *abil*, *camelorum præfectum*, sonat[c]. ¶ *Ismaelites*] Sic dicitur, vel, 1. quòd inter Ismaelitas vixisset; vel, 2. ab egregio aliquo facinore; vel, 3. quòd talis erat gente, sed religione Hebræus[d]. Ismaelitæ ob camelorum in sua terra copiam ad eos tractandos peritissimi †.

32. *Prudens & literatus*] Heb. *scriba*, Pi. P. &c. *juris peritus*, JT. sic G. Sapientiam habebat innatam & acquisitam[f]. ¶ *Erant cum filiis regis*] i. e. Pædagogi eorum[g].

33. *Amicus regis*] Quem peculiari benevolentiâ prosequebatur[h].

34. *Post Achitophel*] q. d. Post mortem Achitophel hi facti sunt consiliarii[i]. [Alii sic;] Significat hos duos impares fuisse Achitopheli opinione prudentiæ[k].

[Margin: f G. — g T. ex La. — h Me. — i Ma. ex Jun. — k Os. — l V. ad v. 21 — m Jun. — n Me. — o G. — p Me. — q Pi. — r Jun. — † G. — t Ma. ex Jun. sim. Os. — v Jun. — x Os. sim. JT. — y G. — z Pi. — a Ma. ex Jun. — b Me. — c BA. 1. 2. 3. 77. — d Me. — † G. ex Me. — f L. — g Mar. Mo. sim. Os. He. in L. — h Me. — i L. & Mar. in Me. — k Me.]

CAP.

CAP. XXVIII.

2. CUM *surrexisset Rex*] A lecto, in quo præ senectute jacere solebat; honorem exhibens verbo Dei, quod propositurus erat. Sic Genes. c.49. v. 33[a]. ¶ *Fratres*] Ità ostendit se non esse elato animo, &c. juxta Deut. 17. ¶ *Populus meus*] Sic eos admonet obedientiæ[b]. ¶ *Cogitavi*, &c. אֲנִי עִם לְבָבִי וגו׳] *Ego cum corde meo*, sub. vel, *statueram*, vel, *fui*; h. e. cogitavi, V. *Ego*, quum esset *mihi in animo ædificandi*, &c. *comparaveram*, &c. JT. *Ad me quod attinet, proposueram ædificare*, &c. Pi. ¶ *Scabellum pedum Dei*] Sic Arcam vocat, quòd super eam Deus præberet se præsentem per miracula[c]. Deus inter alas Cherubini sedere supra propitiatorium credebatur, pedibus Arcæ inniti[d].

4. *Ut essem rex in sempiternum*, לְעוֹלָם] i. e. Per totam vitam meam, sive multo tempore †; regno ad posteros meos transmisso. Vel certè de Christo accipiendum est[f]. ¶ *De Juda elegit principes*] Sibi continuâ serie succedentes, juxta Gen. 49. 10[g]. *In Juda elegit ducem*, Heb. & ό. in Mar. ¶ *Placuit ei*, &c. בִּי רָצָה] *Me voluit*, P. *me amavit*, V. רָצָה benevolentiam connotat, Pi.

7. *Si perseveraverit facere præcepta mea*, אִם יֶחֱזַק לַעֲשׂוֹת וגו׳] *Si fortiter agat faciendo*, &c. P. Hs. Si pro virili fecerit, &c. si fortis fuerit faciendis præceptis[h]. *Si firmus fuerit in exercendis*, &c. JT. ¶ *Sicut & hodie*] Sub. *facit*. Oratio concisa[i].

8. *Coram universo cœtu*, &c.] Sub. *vos hortor*, Os. Me. ¶ *Audiente Deo*] Subaudi, *edico vobis, ut custodiatis*[k]. ¶ *Custodite & perquirite cuncta mandata*, &c.] Servate cognita, & ut cognoscatis date operam. Neque enim tuetur quenquam supina ignorantia[l].

9. *Scito Deum*, &c.] Verbis rebúsque agnosce unum esse verum Deum, quem ego colui[m]. Prius scire, deinde quærere. Os. 6. 3. *Sciemus, sequemúrque Deum*[n]. ¶ *Corde perfecto*, &c.] Deus non factis tantùm coli vult, sed vel præcipuè animo, quippe animi inspector, ut sequitur: quod omnibus quidem, sed maximè tamen Regibus, cogitandum. Diogenes Stoicus, δεῖ γὰρ τὸ ἄριστον ὑπὸ τοῦ ἀρίστου τιμᾶσθαι, καὶ τὸ ἡγεμονικὸν ὑπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ, (*Æquum enim est optimum ab optimo coli, & dominatorem à dominatrice*, scil. facultate.) ¶ *Animo voluntario*] Heb. *animâ delectante*, Pi. ¶ *Corda scrutatur*] Seneca epist. 84. *Nihil Deo clausum est: interest animis nostris, & cogitationibus mediis intervenit*[o]. ¶ *Mentium cogitationes*] Heb. *figmenta cogitationum*, Mar. sim. JT. Pi. Genitivus speciei, qualis in illo, *dormitio somni*, Joh. 11. 13[p]. ¶ *Si quæsieris eum, invenies*, &c.] Agit Deus cum hominibus decretis conditionatis[q]. ¶ *Si dereliqueris*, &c.] *Nisi deseratur, non deserit*, Aug. Nat. & grat. 26[r]. ¶ *Projiciet te*; sim. P. JT. M. Ti. Ca. יַזְנִיחֲךָ] *Abhorrebit à te*, V. *execrabitur te*, Mo. *perdet*, Sy. *respuet*, Ar.

10. *Ut ædificares domum sanctuarii*, לְמִקְדָּשׁ] *Pro sanctuario*, JT. sim. Pi. id est, ut domus illa sit Sanctuarium †. *Ipsi sanctuario*, sive *sanctitati*, id est, Arcæ fœderis Jehovæ: q. d. Non ut illic ipse habitet, sed ut in eo Arca requiescat[t].

11. *Descriptionem porticûs*] i. e. Templi, V. ¶ *Cellariorum*; ità P. Mo. וְגַנְזַכָּיו] *Et gazophylaciorum ejus*, JT. Pi. *thecarum*, M. *repositoriorum*, Ti. *Ærariorum*, ubi thesauri sanctificati erant[v]. Hæc cellaria erant in secunda Templi contignatione, ad supellectilem sacram servandam; vel certè cubicula erant intra parietes Templi, de quibus vide ad 1 Reg. 6. 5. *Et cænaculi*] i. e. Supremæ Templi partis, immediatè sub tecto[x]. ¶ *Et domûs propitiationis*] *Loci operculi propitiatorii*, JT. quo Arca fœderis operienda erat[y]. Sancti sanctorum, ubi erant Arca & Propitiatorium[z].

12. *Omnium quæ cogitaverat*, וְתַבְנִית כֹּל אֲשֶׁר הָיָה בָרוּחַ עִמּוֹ] [Variè reddunt.] *Et similitudinem*, vel *exemplar*, *omnium quæ fuerant in spiritu cum eo*, P. Mo. *Structuram omnium quæ erant penès eum* (i.e. in mente ejus, Pi.) informata *per spiritum*, JT. Pi. i. e. auctore Spiritu Sancto, ut ipse exponit v. 19[a]. Confer exemplum Bezaleelis, Exod. c. 31. v. 3[b]. Illa acceperat David,

[Margin: a Ma. ex Jun. — b Os. — c V. — d T. ex Mar. — † V. — f Me. — g La. — h V. — i V. — k Mar. — l G. — m G. sim. Me. — n Mar. — o G. — p Pi. — q G. — r Ga. — † Pi. — t V. — v Mar. — x Me. — y Pi. — z Me. T. — a Jun. — b Pi.]

[c] V. David, aut per revelationem, aut Samuelis manu [c]. De-
dit [David Salomoni] formam conspicuam, qualem
[d] G. Deus animo ipsius inscripserat, ut dicitur infrà 19 [d].
Hinc colligunt formam Templi divinitus fuisse Da-
† Q. in Mar. vidi inspiratam †. [Alii aliter vertunt:] *Dispositionem*
(vel *deformationem*, Ti. *exemplar*, Ca.) *omnium quæ se-
cum habebat in animo*, M. Ti. Ca. sim. Strig. *Omnia*
[f] V. quæ animo & mente conceperat se facturum [f]. *Et ex-
emplar quod habuit in spiritu suo*, ο'.
14. *Aurum in pondere*, &c. "לַזָּהָב בְּמִשְׁקָל לַזָּהָב וגו]
In auro, in pondere auri, &c. Mo. *Pro auro in pondere,
pro auro ad omnia vasa*, &c. Ti. *Pro auro, & pro ponde-
re auri*, M. *Aurum* dedit *juxta pondus auri*, Strig. *Ad au-
rum in pondere*, (scilicet exedræ deserviebant,) ad re-
ponendum in eis *aurum*, Mar. *Aurum in pondere auri*,
Os. Dedit *aurum in pondere in aurum*, id est, *pro omni-
bus vasis*, &c. P. *In aurum*, i.e. in vasa aurea; q. d. *ad fa-
ciendum vasa aurea*: ità ut primum ל principii versûs
serviat accusativo, secundum istud dativo. q. d. Non
dedit solùm formam & exemplar, sed etiam certum
pondus auri ad facienda vasa aurea. Seipsum expli-
* V. cat in seq. *pro omnibus vasis*, &c *. *Aurum* (sub. *tra-
didit*, Pi.) *certo pondere ad aurea*, JT. Pi. Vel, per ellipsin
[reddi potest,] *ad instrumenta auri, id est, aurea*, Pi.
¶ *Per singula vasa ministerii*, לְכָל־כְּלֵי עֲבוֹדָה וַעֲבוֹדָה]
In vasis omnibus servitii & servitii, Mo. *ad singula in-
strumenta*, vel *vasa, cujusque ministerii*, JT. Pi. sim. M.
P. Ti. Strig. V. Heb. *ministerii & ministerii*; i. e. tam
in Sancto, ubi adhibebantur instrumenta aurea, quàm
in atrio, ubi argentea: quomodo etiam tres sequentes
[g] Jun. versus sunt accipiendi [g]. ¶ *Argenti quoque pondus*]
Sub. *magnum exhibuit*, Os. Heb. *Ad omnia vasa argenti
in pondere*, scilicet deserviebant exedræ, Mar. *Argen-
tum ad omnia instrumenta argentea*, JT. Pi. Hæc vox
necessariò suppletur, & fortasse errore librarii omis-
[h] Pi. sa est [h].
15. *Et lucernarum*, וְנֵרֹתֵיהֶם] *Et lucernis ejus*, V. i. e.
eorum, P. sing. pro plur. aut expone, *pro lucernis uni-
uscujusque eorum*, V. ¶ *Pro diversitate mensuræ*, כַּעֲבוֹדַת
"מְנוֹרָה וגו] *Secundùm ministerium*, &c. P. i. e. ut sin-
[i] V. gulorum candelabrorum ministerium exigebat [i].
16. *In mensas propositionis*] Vel *dispositionis*. [Ità
omnes.] In quibus ordinabantur panes propositio-
[k] V. nis [k]. Mensæ autem in Templo tot fuerunt quot erant
[l] Me. candelabra, h. e. decem [l].
17. *Et thuribula*, וְהַקְּשָׂוֹת] *Et pro acerris*, P. *scutellis*, JT.
[m] V. *calamis mediis*, Mo. V. De his vide Exod. 25. 29 [m]. ¶ *Et
leunculos aureos*] Kimhi cochlearia intelligit leonum
[n] G. & boum formæ, initia culparum Salomonis [n]. Vulg. pro
[o] Ma. sim. Me. כפורי legit כפירי [o]. Fortè vasa hæc leunculis ornata
erant [p]. Rectiùs alii hîc & in seq. vertunt κρατῆρας [q].
[p] Me. *Et pro pelvibus*, vel *crateribus, aureis*, JT. Mo. Ti. &c.
[q] G. [r] Mar. quibus sanguis hostiarum excipiebatur [r]. Verto, *ex-
piatoriis*, i. e. vasis quibus sanguis victimarum expia-
† Ma. torius excipiebatur †.
18. *Aurum purissimum*, מְזֻקָּק] *Repurgatum*, P. sim.
Mo. M. Ti. &c. *probatum*, ο'. ¶ *Similitudo quadri-
gæ Cherubim*, "וּלְתַבְנִית הַמֶּרְכָּבָה וגו] *Et pro figura*
(*& exemplari*, Mo. Ca. *pro dispositione*, M. *deformationem
quoque*, Ti. *ideam*, Strig. *& ad imaginem*, Os.) *quadri-
gæ Cherubim aurum*, P. Mo. M. vel, *aureorum*, Ti. Ca.
Strig. *Et in figuram equitatûs*, vel *equitaturæ*, *currûs*,
i. e. Cherubim; h. e. pro conficiendis Cherubim, su-
per quos Deus insidebat. Hic מֶרְכָּבָה pro *insiden-
[t] V. te* capitur, & non pro *curru quatuor equorum* [t]. *Et ad
structuram sedilis*, vel *currûs, id est*, vel *nempe Cheru-
binorum*, JT. Pi. Cherubim *sedile* vel *quadrigam* vocat,
quia illis Deus (ut currui, Mar.) insidere dicitur. Vi-
[v] Jun. Pi. de 1 Sam. 4. 4 [v], Psal. 80. 1 [x]. ¶ *Extendentium
[x] Mar. alas*, &c. "לְפֹרְשִׂים וְסֹכְכִים עַל אֲרוֹן וגו] *Qui* [scil.
Cherubim] *expandebant* (sub. *alas*, Ti. Pi.) *& teg-
bant arcam*, &c. P. sim. ο'. Mo. Pi. Aurum, *ad expan-
dentes & tegentes*, &c. Mar. *ut pandentes alas tegerent
arcam*, &c. JT. sim. Strig.
19. *Omnia, inquit, venerunt scripta*, &c. הַכֹּל בִּכְתָב מִיַּד
יְהוָה עָלַי] *Omnia* (sub. *suprà dicta*, V.) *in scripto*, vel
scriptura, (vel, *per scriptum*, ב notat causam instrumen-
talem, Pi. *de scripto*, JT. *in deformatione*, Ti.) *de manu
Domini super me*, P. Mo. Mar. [Alii hæc cum sequen-
tibus nectunt, hoc modo,] *Hæc omnia de scripto, à manu
Jehovæ incumbere mihi* (Hebr. *super me esse*, Pi.) *in-
struxit me*, &c. JT. ¶ *Ut intelligerem*, &c. הִשְׂכִּיל
כֹּל מַלְאֲכוֹת הַתַּבְנִית] *Intelligere fecit me, omnia*, in-
quam, *opera figuræ*, P. vel *exemplaris*, sub. *ipsius mihi à
Deo dati*, V. *Ut intelligerem omnia*, &c. Strig. *qui me
intelligentem reddidit in omni opere deformato*, Ti. [Alii
hæc jungunt cum præcedentibus:] *A manu sua Jehova
me docuit de omnibus*, &c. Pi. Heb. *super me intelligere
fecit*, i. e. instruxit me; scilicet Propheta Nathan, ut
videtur [y]. [y] Pi.
21. *Assistunt tibi*, &c. וְעִמְּךָ בְּכָל־מְלָאכָה לְכָל־
"נָדִיב וגו] *Tecum*, inquam, erunt *in omni opere omnes
spontanei in sapientia*, &c. P. sim. Mo. V. ל in לְכָל re-
dundat; & sing. Heb. pro plur. *omnes liberales*, &c.
q. d. Omnes adjuvabunt te, & Sacerdotes & Levitæ;
ipsi etiam artifices ultro tibi offerent operas suas, &c [z]. [z] V.
*Et penès te sunt ad omne opus omnes voluntarii instructi
peritiâ*, &c. (Heb. qui est *cum sapientia*, Pi.) [Alii hæc
cum antecedentibus nectunt:] *Ipsi* [scil. *sacerdotes*]
tecum sunt in omni opere, unà cum omni viro *eximio*, &c.
M. *Et ordines sacerdotum sunt tibi adjuncti*, &c. Strig.
vel, *ordinati tecum sunt in omni opere*, &c. Ti. ¶ *No-
verunt tam principes*, &c. וְהַשָּׂרִים—לְכָל־דְּבָרֶיךָ] *Prin-
cipes quoque & omnis pop. in omnibus verbis*, vel *negotiis*,
V. sic Pi. Strig. *tuis*, P. V. sim. Mo. sub. *erunt tecum*,
V. *tuis omnibus parebunt imperiis*, Ca. *pro quibuscunque
necessitatibus tuis*, M. parati *ad omnia verba* (vel *negotia*,
Pi.) *tua*, JT. *ad omnia ea quæ præcipies*, Ti.

CAP. XXIX.

1. *Salomonem filium meum unum elegit*] Heb. *Schelo-
mo filius meus unus*, (id est, Quod attinet ad
Schel. &c.) *elegit eum Deus*. Nominativus absolutè
positus [a]. ¶ *Adhuc puerum*] Duodecim annorum, juxta [a] Pi.
chronologos [b]. Verùm jam erat 22 annorum: *puer* [b] Pi.
autem dicitur respectu, vel Davidis, vel magnitudi-
nis operis suscepti [c]. ¶ *Habitatio*, בִּירָה] *Pala-* [c] Me.
tium, JT. Pi. Ædes & Templum [d]. ¶ *Sed Deo*] Sub. [d] V.
paratur, JT.
2. *Lapides stibinos*; ità P. stibio similes †: אַבְנֵי פוּךְ] † G.
Lapides fuci, Mo. Ma. Jun. vel *stibii*, Ma. similes fuco,
V. *gemmas fucatas*, Ca. *lapides rubros*, Ti. vel *rutilantes*,
M. vel *ornamenti*, sive *ad ornatum*, JT. (Heb. *fuci*:
Metaph. nam fuco mulieres ornant faciem suam, Pi.)
vel *optimos*, Sy. *pretiosos*, ο'. *prægrandes*, Ar. ¶ *Et
diversorum colorum*; ità P. M. sim. V. וְרִקְמָה] *Et* [*la-
pides*] *varios*, ο'. *variegationum*, Mo. *discolores*, Strig.
versicolores, Ca. & *operis Phrygiani*, Pi. Jun. *& ad opus
Phrygianum*, JT. nam in opere Phrygiano solent inseri
lapides pretiosi [f]. *Variáque pigmenta*, Ti. *lapides raros*, [f] Ma.
Ar. *margaritas*, Sy.
3. *Et super hæc*, &c. וְעוֹד בִּרְצוֹתִי בְּבֵית אֱלֹהַי יֶשׁ
"לִי סְגֻלָּה וגו] *Insuper* (*quòd mihi beneplacitum sit
erga domum Dei mei*) *est mihi in peculiari thesauro au-
rum*, &c. P. *Insuper pro mea ad domum Dei mei affectione*,
M. sim. JT. V. Mar. Ca. Mo. ο'. Ti. (Heb. *propter pro-
pendere meum*: ב valet בַּעֲבוּר, & infinitivus ponitur
loco nominis, Pi.) *est mihi singulare peculium auri*, &c.
M. sic Ca. vel, *peculiare quoddam aurum*, Ti. vel, quod
est mihi peculium, aurum——trado ad domum, &c. JT.
¶ *Do in templum*, &c. sim. JT. "נָתַתִּי לְבֵית וגו] *De-
di domui Dei*, &c. Mo. ο'. Quod *dedi*, &c. P. sim. M.
Ti. Mar.
4. *Ad deaurandos*, &c. sim. Ar. "לָטוּחַ וגו] *Ad lini-
endum* cum eo, M. vel, *in eis*, ο'. *ad incrustandos*, &c. P.
V. ¶ *Parietes templi*] Ità ο'. *domûs* vel *ædis*, Sy. Ar.
domorum, Ti. JT. Pi. *domunculorum*, Tig. not. Nempe,
parietes Templi auro; parietes verò domorum Tem-
plo adhærentium argento, sive argenteis laminis [g]. [g] Pi. ex Jun.
5. *Aurum de auro*, &c.] Heb. *Ad aurum ad aurum,
& ad argentum*, &c. Pi. *Aurum* (ל in לַזָּהָב pro ה) *ad
aurum*, &c. i. e. pro conficiendis vasis aureis, ut v. 2 [h]. [h] V.
Aurum pro aureis, &c. JT. Verto, *Ad unumquodque opus
aureum*, &c. Pi. ¶ *Opera fiant per manus artificum*]
[In Hebr. tantùm est בְּיַד חָרָשִׁים] *In manu fabro-
rum*, Ma.

rum, Ma. Quod est *in manu* (quod fit manu, V. sim. Pi.) *artificum*, V. ex P. ¶ *Et si quis spontè offert, impleat manum*, &c. [וּמִי מִתְנַדֵּב לְמַלֹּאות יָדוֹ הַיּוֹם לַיהוָה] *Et quis est spontaneus ut impleat manum suam hodie Jehovæ?* P. sim. ό. V. *Impleat*, sub. *muneribus*; H[s]: q. d. Si quis ultro offerre velit, in opus Templi offerat[i]. *Et quis hodie suâ sponte consecrat manum suam Domino?* Ti. *Quis spontè se offert, ut consecret ministerium suum*, &c? JT. Pi. Heb. *Ut impleat manum.* Sic Exod. 28. 41. & 32. 29[k]. Sign. oblationem hanc fore quasi sacrificium Deo gratum, & offerentes quasi sacerdotes, &c. Nam *implere manum* in Scriptura est, sacerdotio initiare. Vide dicta Judic. 17. 5[l]. *Et quicunque se voluntarium exhibet, potest consecrare manum*, &c. M. Provocat David alios ad offerendum & exemplo & verbis[m].

6. *Polliciti sunt*, [וַיִּתְנַדְּבוּ] *Et spontè obtulerunt*, P. Mar. JT. Ità verbum Hithpahel significationem habet transitivam, ut manifestè habet v. 17[n]. *Spontanei fuerunt*, Os. *Spontè se obtulerunt*, Pi. *Exhibuerunt se liberales*, V. ¶ *Et principes possessionum regis*, [וּלְשָׂרֵי מְלֶאכֶת הַמֶּלֶךְ] *Et principes* (*& in principes*, Mo.) *operis regis*, P. V. i. e. operis exterioris. Vide suprà 27. 26[o]. *Præpositi eorum qui administrabant negotia regis*, Ar. *qui curam gerebant operum regis*, Sy. *Et præfecti operi regis*, JT. Pi. Ca. sim. M. Ti. vel, *negotiis regis*, Strig. ל in לְשָׂרֵי redundat[p]. Al. *& principibus*, i. e. cum principibus, *operis*, &c. Ma.

7. *Et solidos decem millia*; ità M. Mo. Ti. [וַאֲדַרְכֹנִים רִבּוֹ] Vox hîc tantùm & Esdræ 8. 27. legitur. Putant exoticam esse, & à Græcis mutuatam, id est, *drachmas*: consentiunt esse quartam sicli partem, & octavam unciæ nostratis[q]. *Drachmas* hîc reddunt Sy. JT. Drachma valet pondere quantum Gallicus coronatus[r]. Bene *solidum* vertunt, qui valebat 12 denarios; idque plùs minùs valet auri drachmâ †. *Drachmarum myriadem*, JT. i. e. dextantem talenti; nam talentum continet 12000 drachmas, i. e. 4800 coronatos[t]. *Decem millia aureorum*, Strig. ό. Doctiores existimant hanc dictionem [אֲדַרְכֹנִים] significare genus monetæ argenteæ nobis ignotæ: fortasse erat aurea, quia sequitur, *& argenti*, &c[v].

8. *Apud quemcunque inventi sunt*, &c. [וְהַנִּמְצָא אִתּוֹ וגו'] *Et cum quo inventi sunt lapilli, dederunt*, P. [sim. omnes.] ¶ *Jahiel*] Qui huic rei præpositus erat, suprà 26. 22[x].

11. *Tua est*, &c.] *Ad te pertinet*, V. ¶ *Atque victoria*; ità P. Mo. ό. M. Ti. [וְהַנֵּצַח] *Et æternitas*, JT. *& dignitas*, Ca. ¶ *Et tibi laus*, [וְהַהוֹד] *Et decor*, Mo. P. *fortitudo*, LXX. *honor*, M. Ti. *majestas*, JT. *authoritas*, Ca. *gratiarum actio*, Strig. ¶ *Cuncta enim*, &c.] Heb. *omnia quæ* (*sunt*, P.) *in cælo & in terra*, sub. *tua sunt*, M. Ti. P. ¶ *Et tu es super omnes principes*, [וְהַמִּתְנַשֵּׂא לְכֹל לְרֹאשׁ] *Et exaltatus ad omne caput*, Mo. *Tuum est regnum, & exaltatio super omnes qui sunt in caput*, P. V. i. e. Exaltatio & magnificentia quæ est super omnes Principes à te proficiscitur[y]. *Et tu is es qui extollit se supra omnia in caput*, Pi. sim. JT. &c. i. e. in dominum & gubernatorem, Pi. vel, *ut sis caput*, Ti. vel, *tanquam caput*, Strig. Belg.

14. *Quis ego*, &c. *ut possimus*, &c? [כִּי נַעְצֹר כֹּחַ לְהִתְנַדֵּב כָּזֹאת] *Ut obtineamus vires* (vel, *ut prævaleremus virtute*, Tig. not. Mar.) *ad spontè offerendum* (vel, *spontè nos offerendi*, Pi.) *sicut hoc?* P. sim. Mo. Belg. (vel, *sicut modo fecimus?* Pi.) *quia voluimus prompti esse tibi juxta hæc?* ό. *ut vi quadam nos urgeamus* (*ut exprimeremus hanc vim*, Ti.) *ad liberè donandum ista?* M. *ut prævaleamus*, &c? ut tantam liberalitatem ostendere valeamus[z]? *Quia impulsâ virtute ad liberè donandum ista* ferimur, Strig. *Quia angustiores sunt vires* nostræ *ad præstandam hanc liberalitatem*, i. e. nisi tu & divitias & animum promptum dedisses[a]. ¶ *Tua sunt*, &c.] Sic Christiani Græci in oblationibus dicunt, τὰ σὰ ἀπὸ τῶν σῶν, (*Tua à tuis*[b].)

15. *Peregrini enim sumus*, &c.] Non proprietarii, sed tui coloni[c]. Vix brevem harum rerum usum habemus, dum hîc peregrinamur[d]. ¶ *Dies nostri quasi umbra*] Sub. *sunt*, P. ¶ *Et nulla est mora*; ità Strig. sim. ό. id est, velociter nos occupat mors †:

i V. — k Pi. ex Jun. — l Me. — m Mar. — n Pi. — o V. — p Pi. — q Ma. — r Belg. — † Mar. — t Jun. — v V. — x G. — y V. — z V. — a Os. — b G. — c G. sim. Me. — d Me. — † Mar.

[וְאֵין מִקְוֶה] *Nec est exspectatio*, sive *spes*, P. Mo. Pi. V. M. scil. mortem evadendi[f]. Citò præterimus hanc vitam[g]. Vel, *non est collectio*, Pi. vel *congregatio*, scil. opum, Q. in Ma. *nulla nobis est consistentia*, Ar. *Sicut umbra, quæ non consistit*, JT. vel, *quæ non colligitur*, Pi. *Neque est ut aliud exspectemus*, Ti. vel, *donec tota evanescat*, Os.

17. *Et simplicitatem diligas*, [וּמֵישָׁרִים תִּרְצֶה] *Et rectitudines* (*quæ recta sunt*, JT. Pi.) *voles*, Mo. vel *ames*, P. sim. Ar. *Et fide tu placaris*, Sy. *& diligis æquitatem*, M. vel *justitiam*, ό. *& quòd recti tibi placent*, Ti. ¶ *Populum tuum, qui hîc repertus est*, [הַנִּמְצְאוּ] *Qui inventi sunt*, ה pro אֲשֶׁר; vel certè הַנִּמְצְאוּ pro הַנִּמְצָאִים[h]. *Qui præsentes sunt*, JT. ¶ *Vidi cum gaudio tibi offerre*, &c.] Consideravi libenter populum tuum paratum offerre tibi ultro munera. Tunc ל in [לְהִתְנַדֵּב] non capietur pro ב, [quomodo Pagninus accipit, vertens, *dum liberalitatem exerceret*.] Quidam his verbis jungunt quod præcedit, *ut cum gaudio liberalitatem exerceret erga te*[i].

18. *Custodi in æternum*, &c. [שָׁמְרָה זֹּאת לְעוֹלָם לְיֵצֶר מַחְשְׁבוֹת לְבַב עַמֶּךָ] *Custodi hoc*, vel *istud*, (vel *hanc custodiam*, Tig. not.) *in æternum*, vel *in seculum*, Mo. P. Ti. JT. &c. *ad formationem cogitationum cordis populi tui*, Mo. vel, *in imaginatione cogitationum*, &c. Ang. *Custodi hoc*, nempe *imaginationem*, seu *figmentum*, &c. V. sic Pi. Gal. Per appositionem dictum: q. d. Da populo tuo bonam hanc mentem perpetuò, ut te agnoscat[k]. *Conserva istud in æternum, ob primordium cogitationum*, &c. M. *Tuere hanc affectionem*, &c. Ca. sim. Strig. Studium quod in hac re declarârunt, porrò fove in iis[l]. ¶ *Et—in venerationem tui*, &c. [וְהָכֵן וגו'] *Et para*, vel *præpara*, *cor eorum tibi*, vel *ad te*, M. P. Mo. Mar. *Dirige cor—ad te*, &c. ό. Ti. Pi. *dispone cor*, &c. Gal. *constitue* (vel *compone*, Ca.) *animum eorum erga te*; JT. *Reflecte cor nostrum ad timorem tuum*, Sy. *Mentes eorum effice rectas erga te*, Ar. Facere id dicitur Deus, cùm nihil à sua parte desiderari patitur, dans bonos magistros, & auxilia non necessaria tantùm, sed & affluentia[m]. Testatur his verbis David bonam voluntatem à Deo ejúsque gratia esse, & sine Deo conservari non posse[n]. Ut Domino adhæreamus, oportet ipsum nos ad se dirigere[o].

20. *Adoraverunt Deum, & regem*] Pari gestu, animo distincto[p]. Illum religioso cultu, hunc civili reverentiâ[q]. *Regem*: i. e. vel Davidem, cui gratias egerunt pro omnibus bonis ipso regnante perceptis[r]; vel Salomonem †.

21. *Et universo ritu*] Heb. *Sacrificia*, fortasse eucharistica, quia distinguuntur ab *holocaustis*[t]. ¶ *Abundantissimè in omnem Israel*] Heb. *& victimas multas omni Israeli*, Mar. *copiosè* (Heb. *in multitudinem*, Pi.) *pro omni Israele*, JT. Significat sacrificia aut multa, præter supradicta, esse oblata pro omni Israel; vel adeò multa exstitisse, ut omni Israeli sufficerent, scil. ad epulandum[v].

22. *Comederunt*, &c. *coram Domino*] i. e. In publicis regni conventibus invocato Jehovâ habitis[x]; vel coram Arca[y]. At nullum atrium tanto populo epulanti par esse potuit. Intelligo igitur, *Hierosolymis*, loco quem sibi Dominus elegerat ad epulas sacrificiorum pacificorum. Vide dicta Deut. 12. 11, &c[z]. ¶ *Et unxerunt secundò Salomonem*] Ut jam pleno jure Regem, & parentem nemini: nam hoc post mortem Davidis infrà narrandam contigit[a]. Regem in regno confirmârunt, quem priùs propter seditionem Adoniæ proclamârunt, 1 Reg. 1. 39[b]. Prior unctio tumultuariè & subitò, & coram paucis, facta fuerat: Itaque conveniebat eandem publicè & solenniter institui[c], approbante universo Israel[d]. [Alii locum aliter vertunt;] *Constituitque Salomonem filium suum post se Regem*, Ar. ¶ *Unxerunt eum Domino*, [לַיהוָה] *Jehovæ*, P. i. e. in gratiam Jehovæ †. Vel, Deo præcipiente, sive in obsequium Dei[f]: auspiciis & authoritate Jehovah[g]. ¶ *Et Sadoc in pontificem*] Idque loco *Abiatharis*[h], quem Salomon jam decreverat exauctorare[i]. Verisimile est *Sadoc* Saulis tempore fuisse unctum; repetita autem est illius unctio[k], nè quis locus esset scrupulo, sive cavillationi, non esse illum

f Mar. — g V. — h Pi. — i V. — k V. sim. Ar. — l Jun. — m G. — n E. ad v. 14. — o Os. — p G. — q Belg. sim. Os. — r Jo. in Me. — † Ità Jun. — t Pi. — v Mar. — x Ma. — y Ma. ex V. — z Me. — a G. — b Jun. Pi. sim. Mar. Belg. T. &c. — c T. — d Ma. — † V. — f Mar. — g Ma. — h Pi. — i T. — k Mar.

legitimum Pontificem, qui à Saule, tyranno potiùs quàm Rege, intrusus esset in munus sibi non debitum, vivente tum Abiatharo, legitimo Pontificatûs hærede. Et fortè Abiathar ejúsque sequaces rumores ejusmodi sparserunt tempore schismatis, cùm ille Adoniæ, Zadocus Salomoni, favebat [l].

24. *Dederunt manum*, &c.] Heb. *dederunt manum sub Salomone rege*, P. Mo. Ti. vel, *Salomoni*, &c. Ca. *obtemperaverunt ei*, Ar. sim. V. *subjecti fuerunt ei*, ο'. *dederunt manum* se fore *subjectos*, &c. Belg. Manûs contactu Salomoni fidem firmârunt; ut etiam hodie fit [m]. Etiam apud gentes è Germanis ortas manus inter genua ponere subjectionis signum [n]. Synecdoche symbolica: Sacramento fidem dederunt: nam juramenta manuum contactu fiebant, Gen. 24. 2 [o].

25. *Magnificavit*, &c.] Heb. *magnificabat sursum*, i.e. summè, Jun. Pi. ¶ *Qualem nullus habuit ante eum rex Israel*] At Reges ante eum duo tantùm erant. *Rex* ergò hìc sign. *gubernatorem*, & comprehendit Judices [p].

26. *David—regnavit*] Verto, *regnaverat*, & mox, *mortuus erat*: nempe, cùm Salomon, ut antèdictum est, pleno jure regnaret [q].

[l] T. [m] Mar. [n] G. [o] Ma. [p] Pi. [q] G.

28. *Plenus dierum*, &c.] Heb. *Satur diebus*, &c. P. H[s], *plenus ad satietatem usque diebus*, &c. V. Satis sibi vixisse judicabat; satis divitem & gloriosum se esse putabat [r].

29. *In libro Samuelis—&—Gad, atque—Nathan*] Unde sumpti sunt libri illi quatuor, quos *Samuelis* duos, & duos *Regum*, Hebræi appellant †. Intellige duos libros Samuelis, quorum partes isti qui hîc nominantur conscripserunt [t]. [Vide Prolegomena ad Samuelis & Regum libros.]

30. *Et temporum quæ transierunt sub eo*] Heb. *super eum*, Ma. Pi. *cum temporibus*, &c. Ti. *temporum vicissitudinibus*, sive *varietatibus*, Sy. Ar. *temporibus* tribulationum, M. *Temporibus*, H[s]; Cum tribulationibus quæ ipse & Israel pertulit [v]. Sic Psal. 30. 16. *In manu tua tempora mea*; (vel, *sortes meæ*;) *libera me*. Vel, *tempora* simpliciter sume pro rebus in tempore gestis, quæ in historia scribuntur. ¶ *In cunctis regnis terrarum*] Scilicet illarum, propter ה demonstrativum [x]. Nempe in Philistina, Moabitide, &c [y]. Hyperbolicè dictum; q. d. Ibi scriptæ res tum Israelitici regni, tum externorum [z].

[r] Os. † G. [t] Pi. ex Jun. [v] V. sim. Mar. Me. [x] Mar. [y] G. [z] Me.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

II. PARALIPOMENON.

APud Hebræos unus est Liber [Paralipomenon;] sed à Latinis divisus est in duos, juxta Regna duo, Davidis scil. & Salomonis [a].

[a] V.

CAP. I.

2. PRæcepitque, וַיֹּאמֶר] *Dixitque*, sub. *se iturum in Gabaon*, ex seq. versu [b]. *Dixit:* Hortatus est eos. Solebant enim in sacris maximè Reges consensum adhibere populi, ut diximus 1 Paralip. 13. 1 [c]. *Indixit*, JT. Quatuor hi primi versus clari sunt ex dictis 1 Reg. 3. 1 [d].

3. *In excelsum*; ità P. JT. &c. לַבָּמָה] i. e. Ad altare. Sic dicitur, quòd elevetur à terra. Sæpius accipitur in malam partem, hîc in bonam †.

4. *In locum quem præparaverat*, &c. sic JT. Pi. sim. Sy. Ar. בַּהֵכִין לוֹ דָּוִיד] *In præparando ei David*, Mo. *quoniam paravit ei*, ο'. *quum præparâsset ei* locum, P. sic Mar. Tig. not. [Supplent omnes τὸ מָקוֹם *locum*, quod sæpe fieri antea notavimus.] *In* locum *quem paraverat*, &c. Relativum exprimitur per ה demonstrativum, cujus extrusi vestigium adest Pathach sub ב, ut sit בַּהֵכִין pro בְּהַהֵכִין. ה autem præfixum sign. *qui, quæ, quod*, si addatur verbo præterito & participio, ut Ezræ 8. 25. & 10. 17. & hoc loco [f].

5. *Erat coram tabernaculo*] Ante fores, ut & postea in Templo [g]. ¶ *Quod & requisivit Salomon*; ità M. Ti. וַיִּדְרְשֵׁהוּ] *Et requisivit illud*, P. Mo. &c. V. sub. *altare*, vel *tabernaculum*, V. Vel, *requisivit*, i. e. adiit, G. Mar. *Requisivit eum*, i. e. Deum, Jun. Pi. Belg.

6. *Ascenditque*; ità Mo. [Cui versioni favere videtur, quòd in hoc versu sequitur eadem vox וַיַּעַל, *& obtulit*:] וַיַּעַל] *Obtulit autem*, ο'. Sy. P. Strig. sic JT. Pi. Ad verb. *ascendere fecit*, V. [Et cum eo sequens וַיַּעַל hoc ferè modo connectunt; *Obtulitque*, &c. *obtulit, inquam*, &c. JT. Pi. P. Sy.] יַעַל futurum est & Kal & Hiphil [h]. ¶ *Ad altare æneum coram tabernaculo*, &c. לִפְנֵי יְהוָה אֲשֶׁר לְאֹהֶל מוֹעֵד] *Coram Jehovah, quod* [scil. *altare*] *erat in tabernaculo*, P. sim. ο'. Sy. M. Ti. *quod aderat tentorio*, JT. Malim, *quod erat ante tentorium*. Heb. *ad tentorium*, Pi. [Al. sic;] *Ad altare* illud *æneum*, collocatum *coram Domino, qui erat apud tabernaculum*, &c. Deus tunc apud Altare & Tabernaculum præsens, exaudiebat preces [i]. [Quæ interpretatio & cum verbis textûs & aliis S. S. locis apprimè congruere videtur.]

[b] V. Ma. [c] G. [d] Me. † V. [f] Glass. gram. p. 643. [g] G. [h] Ma.

7. *Apparuit ei*, &c.] Confer hunc & sequentes versus cum 1 Reg. 3. 5, &c [k].

10. *Ut ingrediar & egrediar*, &c.] i.e. Gubernem populum hunc [i]. Ut versari mihi liceat cum populo isto prout Regem decet. ¶ *Quis potest judicare?*] Sine summa sapientia, aut sine gratia tua [k].

11. *Divitias & substantiam*, עֹשֶׁר נְכָסִים] *Divitias, opes*, P. M. Ti. &c. vel *bona*, Belg. vel *substantias*, Mo. *divitias* aut *facultates*, Strig. [deficiente, ut alibi fit, conjunctione.] ¶ *Neque animas*, &c.] Scil. ut has eis adimas [l]. Non dicit Deus se animas hostium illi daturum, quia Salomon pacificus futurus erat [m].

13. *Venit ab excelso*; ità P. M. Ti. V. לַבָּמָה] i. e. Ab altari; ל pro מִן [n]. *Excelso*, Mo. *Quum rediret* à profectione *ad excelsum*, JT. *Venit de Bama*, ο'. [Al. aliter;] *Venit ad convivium splendidum quod fiebat in Gabaone*, Ar. sim. Sy.

14. *Congregavitque sibi currus*, &c.] Hic versus & tres sequentes iidem omnino sunt cum 1 Reg. 10. 26, &c. indéque petenda eorum explanatio [o]. ¶ *In urbibus quadrigarum*] Ubi ob læta pascua erat equorum copia [p]. ¶ *Et cum rege*] i. e. *Secum:* Antecedens pro relativo [q].

16. *Adducebantur—equi*, &c. וּמִקְוֵא וגו'] Pro quo scribitur מִקְוֵה 2 Reg. 10. 28. מִקְוֵא propiùs accedit ad Chaldæum גְּבָא *colligere*, & מַגְבִּיתָא *collectio*: nam קָוָה Hebræis est *colligere*, unde Chaldæum גְּבָא, idem; ק cum ג & ו cum ב, literis homogeneis, facilè permutatis. Itaque ut מַגְבִּיתָא, *collectio*, pro *tributo* sumitur in Chald. Paraphr. 2 Reg. 10. 28. ità planè מִקְוֵה, sive מִקְוֵא, ut hoc loco [r]. Q. versum sic vertunt; *Et eductio*

[i] Os. [k] Ma. [i] Pi. [k] V. [l] Pi. [m] Mar. [n] V. [o] Ma. [p] Mar. [q] V. [r] BA. 1. 2, 9. 172.

eductio equorum, &c. erat *ex Ægypto*, & *eductio telæ byssinæ: mercatores regis congregationem* (scil. equorum & telæ byssinæ) *capere solebant pretio*, sive *permutatione*, scil. aliarum rerum quas ferebant in Ægyptum †. *Et vectigal equorum*, &c. *id est*, *neti mercatores accipiebant pro pretio*, JT. i. e. loco pretii; nempe, loco pecuniæ alioqui pro vectigali dandæ ab eis qui netum illud equis vehebant. Ideo autem mercatores accipiebant netum, quia illi de eo poterant judicare. Porrò, *& vectigal*, verto, *quod attinet ad vectigal*, Pi. Difficultas hujus versûs est in voce מִקְוֵא, quam quidam vertunt, *de Coa*; alii autem, *congregationem*: & tum sensus erit, *Et eductio equorum—de Ægypto: & congregatio mercatorum regis MIKVE* (pro *MIMMIKVE*, i. e. à congregatione, nempe Ægyptiorum) *accipiebant*, &c. Et memento iis locis mercatores, ob pericula, non nisi congregatim ad mercatus ire. Aliis vox *telam byssinam* sign [t]. Significat opus ex lino, i. e. ex bysso, textile, quod in Ægypto excellit, &c. ut docent Prov. 7. 16. Isa. 19. 9. Ezec. 27. 7 [v].

† Q. in V. [t] Mar. [v] BC. p. 404.

CAP. II.

1. **D**Ecrevit; ità Sy. וַיֹּאמֶר] *Et constituit*, M. *Dixit*, scil. in animo suo, Pi. sim. Jun. *Statuit* apud sese, Ti. *Præcepit*, Ar. ¶ *Et palatium sibi*] Heb. *& domum regno suo*, ο'. P. Mo. V. *pro regno*, M. Ti. *domum suam regiam*, Sy. JT. vel, *regiæ suæ*, Ar. Totum hoc caput explicatum est 1 Reg. 5 [a].

2. *Virorum portantium*, &c.] Ità 1 Reg. 5. 15. V. Heb. *virum oneris*, Pi. V. ¶ *Qui cæderent*, חוֹצֵב] *Cædentis*; quid? lapides, V. Mar. Sive ligna, sive lapides, Pi. ¶ *In monte*] Pro, *in montibus*, Mar. *In monte illo*, putà Libano, ex v. 8. Pi. ex Jun. ¶ *Præpositósque—tria millia sexcentos*] At 1 Reg. 5. 16. sunt tantùm 3300. Resp. 300 erant præpositi præpositorum [b]. [Vide annotata ad 1 Reg. 5. 16.] *Præpositos*, Heb. *urgentes super eos*, ἐργοδιώκτας [c]. *Exsecutores super eos*, ο'. in Mar.

3. *Sicut egisti*, &c.] Subaudiendum aliquid, *Fac mecum sicut*, &c. V. Huic protasi similitudinis apodosis subjungitur v. 7. & vers. 4, 5, 6. inseruntur per hyperbaton [d].

4. *Ut consecrem eam*, לְהַקְדִּישׁ לוֹ] *Ad sanctificandum* (vel *consecrandum*, Pi.) eam *illi*, P. ο'. V. sim. Ti. Strig. *Eam*, scil domum, Mar. Ut in ea ipse sanctificetur & glorificetur †. Alii, *ad sanctificandum eum*, Sy. JT. nempe Jehovam, vel Nomen ejus [f]. *Ut sanctificem ei*, scil. Deo, Mar. *ad offerendum ei sancta*, M. *ubi ei donaria consecrentur*, Ca. ¶ *Et ad propositionem*, &c. וּמַעֲרֶכֶת תָּמִיד [Variè reddunt.] *Et propositionem perpetuò*, ο'. & ut disponam *dispositionem jugem*, P. vel, *dispositionem* (sub. vel *panum*, Tig. not. vel *agnorum super altare*, Q. in V.) *jugiter*, Tig. not. & *ad ordinandum jugiter panes*, M. sim. Ti. & ad *dispositionem*, JT. Pi. panum *jugem*, JT. Malim, panis *jugis*. תָּמִיד cohæret cum voce *panis* subintellecta; & videtur esse substantivum, & vice epitheti, more Hebræorum, subjungi aliis substantivis; q. d. *panis continuitatis*. Mercero videtur esse adjectivum, ex Prov. 15. 15. מִשְׁתֶּה תָמִיד *convivium juge*, ubi est syntaxis convenientiæ, non autem regiminis, quia scribitur מִשְׁתֶּה, non מִשְׁתֵּה [g]. ¶ *Et solennitatibus Domini—in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli*, לְעוֹלָם זֹאת עַל־יִשְׂרָאֵל] *In seculum hoc* (*hoc* est, Pi. V. P.) *super Israel*, Mo. vel, *incumbit Israeli*, JT. H[s]: Israel tenebitur perpetuò offerre sacrificia Jehovæ propter accepta beneficia [h]. *Utque hoc perpetuum sit in Israele*, Ti. *perpetuò, coram Israele*, Strig. *quod est in perpetuum in Israele*, Belg. *In æternum hic* ritus est observandus *ab Israel*, M. vel, *hoc*, scil. mandatum, *super Israel*, Mar.

6. *Quis poterit*, &c? וּמִי יַעֲצָר כֹּחַ לִבְנוֹת לוֹ בַיִת] *Et quis obtinebit*, vel *obtineat*, (vel *retinebit*, V.) *vires*, sive *vim*, sive *potestatem*, *ad ædificandum ei domum?* Mo. sic JT. Pi. P. Sy, *Quis tantâ præditus est virtute, ut ædificet*, &c? M. Ti. Nullus poterit eo domum dignam ædificare [i]. Nemo tantæ est vel potentiæ, vel sapientiæ [k]. ¶ *Sed ad hoc tantùm, ut adoleatur*, &c. כִּי אִם לְהַקְטִיר לְפָנָיו] *Sed tantùm ad adolendum* (*nisi ut adoleatur*, JT. Heb. *ad adolendum*, Pi.) *coram eo*, ο'. sim. P. Ti. Ante כִּי אִם hæc subaudienda, *Statui ædificare domum, non ut eâ capi posset Deus, sed ut incensum adoleam*, &c. i.e. ut eum quomodocunque colam. Per *incensum* reliqua intelligit quæ fiunt in Templo [l].

[a] Me. [b] V. ex He. Mar. [c] Pi. [d] Pi. † V. [f] Ma. [g] Pi. [h] V. [i] V. sim. Os. [k] Os. [l] V.

7. *Mitte—mihi virum eruditum*, &c.] Præstantissimi artifices sæpe inter Ethnicos reperiuntur. Deus enim ea Spiritûs Sancti dona quæ ad æternam salutem nihil faciunt plerumq; liberaliùs in incredulos effundit quàm in filios suos, quippe qui de vita æterna magìs quàm de hujus seculi splendore soliciti sunt [m]. ¶ *Purpurâ, coccino, & hyacintho*, וּבָאַרְגְּוָן וְכַרְמִיל וּתְכֵלֶת] [Distinguuntur hæc tria.] אַרְגְּוָן (vel אַרְגְּמָן, hæ enim duæ voces solâ dialecto differunt; posterior enim *Hebræa* est, prior *Syra, Chaldæa, Arabica, Persica* [n],) non fuit vulgaris purpura ex herbis facta, sed maximè pretiosa [o]. Erat hæc rubra purpura, non ex conchylio facta, sed ex illius cochleæ sanie quæ propriè *purpura* dicitur. Hebræi constanter docent hanc esse speciem rubri coloris. Ità K. & RS. & AE [p]. כַּרְמִיל sign. *coccinum*, ο'. P. Mo. &c. At ego existimo esse purpuræ genus ad *Carmelum* capi solitæ. Huc facit quòd כַּרְמִיל & אַרְגְּמָן palàm sunt synonyma, Cant. 7. 5 [q]. תְּכֵלֶת *hyacinthum* reddunt. Hyacinthinus autem color non est purpureus, ut plerique putant, sed cæruleus, sive color mari aut cœlo similis, ut Hebræi statuunt: Hunc enim colorem & flori hyacintho & lapidi hyacintho tribuunt idonei scriptores [r]. ¶ *Qui sciat sculpere cælaturas*] Opera intus refugientia †. Heb. *aperire aperturas*, Pi. *sculpere sculpturas*, JT. ¶ *Cum his*, &c.] Operaturum *cum peritis*, &c. JT.

8. *Ligna arceuthina*] Qu. 1. Quam vocem Hebræam sic reddit Hieronymus? Resp. 1. Ex בְּרוֹשִׁים [s]; 2. Ex אַלְגּוּמִּים [v]. Suspicor Nostrum [i.e. Vulgatum] verba trajecisse, & *BEROSCHIM pinea*, *ALGUMMIM* verò *arceuthina*, vel fortè *archethyina*, dixisse; nam *ALMUGGIM thyina* reddidit 1 Reg. c. 10. v. 11 [x]. Qu. 2. Quid ligna *arceuthina*? Resp. E junipero [y]. Hujus materia, ut & cedri, quòd cariem non sentit, templorum ædificiis accommodari consuevit. Vide Plin. l. 16. Theoph. de Stirpibus lib. 1. Vitruv. de Architect. Sed *Algummim* non esse ἄρκευθον, h. e. *juniperum*, docet, quòd Hebræi pro *junipero* habeant vocabulum proprium, scilic. *rothem*, 1 Reg. 19 [z]. ¶ *Pinea*] Heb. *Algummim*, Mar. & *coralia*, P. *prasilina*, Os. *thyina*, JT. Pi. Quæ ligna præstantissima esse patet ex Apoc. 18. 12 [a].

9. *Domus—magna*, &c. גָּדוֹל וְהַפְלֵא] *Magna & mirabilis*, P. Mo. sim. Sy. Ar. vel, *& præcipua*, Ti. vel, *& singularis*, Strig. *magna futura est, & quidem mirificè*, JT. Heb. *mirificando*, vel *separando*, Pi. *excellenter magna*, M. Mirabilis erit propter structuram [b].

10. *Tritici*, חִטִּים מַכּוֹת] *Triticorum percussorum*, Mo. *tritici excussi*, JT. è spicis & paleis per flagella [c]. Sed id non est in usu [d]. Heb. *percussionem tritici*, Jun. vel, *triticum percussionis*, Pi. *tritici contusi*, P. Ti. V. M. Mar. i. e. moliti, farinæ, Mar. [Alii sic;] Non intelligit molitum in farinam ad conficiendos panes; sed tusum, h. e. semifractum, ad usum pulmentorum †. Porrò, *triticum* Heb. est חִטִּים, & *hordeum* שְׂעֹרִים, in plur. licet exstent singularia חִטָּה & שְׂעוֹרָה [f]. ¶ *Olei sata*] Heb. *bathos*, Ma. Mar. JT. P. V. In 1 Reg. 5. 11. legitur *cororum*, ut videas *corum* & *batum* eandem esse mensuram [g]: hæc est liquidorum [h]; illa propriè aridorum, interdum tamen & liquidorum, ut Ezec. 45. 14 [i]. *Ephi* & *bathus* æquales sunt, Ezec. 45. 11 [k]. ¶ *Viginti millia*] At 1 Reg. 5. 11. habentur tantùm *viginti cori*. [Responsionem vide in collectaneis nostris ad illum locum.]

11. *Quia dilexit*, &c.] Heb. *In* (vel *Præ*, JT.) *amore Jehovæ ad* (vel *erga*, JT.) *populum suum*, Ma. JT. vel, *amore—quo amat populum*. Istud supplementum postulat articulus אֶת ante עַמּוֹ [l].

12. *Sapientem & prudentem*, &c. יוֹדֵעַ שֵׂכֶל וּבִינָה] *Scientem prudentiæ & intelligentiæ*, JT.

[m] Os. [n] BA. 2. 5. 11. 740. 17... [o] BA. 739. [p] BA. 736. [q] BA. 2. 5. 9. 725. 11... [r] BA. 2. 10. 729, &c. † G. [s] Ità Mar. Me. [v] Ità Nebrissensis quinquagen. cap. 1. [x] Ma. [y] Ità Mar. ex ο'. Me. Nebris. [z] Nebris. [a] Pi. [b] Os. [c] Ma. Q. in V. [d] V. † Ma. [f] Pi. [g] V. sim. Pi. [h] Pi. [i] Buxt. vind. 2. 2. 423. [k] Mar. [l] Pi.

13. *Virum*

13. *Virum prudentem—Hiram patrem meum*] Ità ὁ'. Qu. Quomodo Rex Tyri hunc artificem vocat *patrem suum?* Resp. Patrem, vel ætate, vel benevolentiâ [m], vel arte. Homines eximii olim *patres* vocabantur, ut nunc *magistri*. Quare infrà cap. 4. idem *Hiram* vocatur *pater Salomonis*. Hinc & *Joseph pater Pharaonis*, Gen. 45 [n]. ¶ לְחוּרָם אָבִי] Qui erat *Huram patris mei*, sive *patri meo*, P. JT. scil. *servus*, Mar. i. e. Cujus operâ pater meus Huram utebatur [o]. [Aliis est nomen proprium:] *Huramum Abi*, Pi. Os. vel *Abif*, sive *Abiv*, Strig. Belg. Infrà 4. 16. legitur אָבִיו. Confirmatur hæc expositio ex collatione 1 Reg. 7. 13, 40, 45. Et sanè absurdum esset hunc virum tam accuratè describi versu sequenti, & interim sileri nomen ejus [p].

14. *Filium mulieris*] Scil. viduæ, 1 Reg. 7. 14. ¶ *De filiabus Dan*] At 1 Reg. 7. 14. legitur fuisse *è tribu Napthali*. Resp. 1. Σφάλμα μνημονικὸν in alterutro loco: vel certè error librarii [q]. 2. Sic dicitur, quia virum habuit de tribu Nepthalim [r]. Mater hujus erat è tribu Dan, at pater è tribu Nephthali. Obj. Pater *Tyrius* dicitur. Resp. Tyrius erat non natione, sed habitatione †: quomodo Obed-Edom *Gethæus* dicitur [t]. [Aliis Tyrius fuit natione [v].] Licebat enim fœminis Hebræis nubere marito extraneo, salvâ Religione suâ. Lex faciliùs putavit viros posse à fœminis depravari, quàm fœminas à viris [x]. ¶ *Cujus pater Tyrius*, &c.] Heb. *& pater ejus*, &c. Ma. *Et patrem ejus*, &c. JT. scil. misit. Ut sic verterent, moti haud dubiè fuerunt voce אָבִיו, quæ legitur infrà 4. 16. quam reddiderunt, *pater ejus*; absurdè, ut ibi ostendam. Nec petiit Salomon duos sibi mitti, sed unum [y]. ¶ *Qui novit operari*, &c.] Potest sic verti, *sciens operari*. Ità scientia refertur ad patrem, à quo filius accepit peritiam. Illi sunt artifices peritissimi qui à patre artem quasi hæreditariam habuerunt [z]. [Alii sic;] *Scientem facere*, &c. ὁ'. Sic peritia refertur ad filium [a]. ¶ *Et adinvenire*, &c. וְלַחְשֹׁב כָּל־מַחֲשֶׁבֶת אֲשֶׁר יִנָּתֶן לוֹ וגו] *Et excogitare* (*ingeniosè*, V.) *omnem cogitationem* (*omnis generis opus ingeniosum*, V.) *quæ dabitur ei, cum sapientibus tuis*, &c. P. Mar. V. *quæ proponetur ei*, JT. V. M. Ti. *cum peritis tuis*, &c. JT. vel, *à sapientibus tuis*, &c. M. Ti. [quasi עִם positum esset pro מֵעִם.] Nova excogitare novit [b]. [Al. sic;] *Exercere omnes artes à Deo sibi concessas inter sapientes*, &c. Ar.

15. *Mitte servis tuis*] Nempe χρήσει, non κλήσει: nam erant servi Hurami [c].

16. *Cædemus ligna—quot necessaria habueris*; sic M. Ti. כְּכָל־צָרְכֶּךָ] Τὸ צוֹרֶךְ hîc tantùm reperitur [d]. Vertunt, *secundùm*, vel *ad*, *omnem necessitatem tuam*, Mo. JT. Pi. *prout opus fuerit tibi*, P. sic Ca. *pro voluntate tua, & pro mensuris à te præscriptis*, Sy. sim. Ar. ¶ *Et applicabimus ea ratibus*, וּנְבִיאֵם לְךָ רַפְסֹדוֹת] *Et adducemus*, vel *afferemus*, *ea tibi ratibus*, P. Mo. sim. JT. &c. רַפְסֹדוֹת alibi non exstat †. Fit ex Græco ῥαψῳδία, quod *contexturam carminum* significat, translatum ad ratum contexturam. Non Esdræ tantùm, sed & Danielis, temporibus Græca quædam vocabula in Hebræum Chaldæúmque sermonem commercio penetraverant [f]. Sign. hîc σχεδίας, i. e. tumultuarium navis genus, quarum prima inventio debetur Phœnicibus [g]. Deducunt à רָפַד *stravit*, inserto ס, quòd, scilicet, aquis sint superstratæ [h]. Pro hac voce est דֹּבְרוֹת 1 Reg. 5. 9 [i]. ¶ *Per mare in Joppe*; sive, *ad Japho*, M. Ti. עַל־יָם יָפוֹ] *Super* (vel *ad*, P. ὁ'.) *mare Japho*, Mo. vel *Joppes*, ὁ'. Tig. not. Joppe est urbs sita ad mare, Act. 10. 32 [k]. *Per mare*, scil. per maris littus; nam rates alto non se committunt [l].

17. *Numeravit*, &c.] Non ex superbia, sed ex necessitate [m]. ¶ *Proselytos*, הַגֵּרִים] *Advenas*. Eos intellige qui Legi se non subjecerant, sed præcepta Noæ data servabant. Nam qui Legi se subjecerant pari jure cum civibus agebant [n]. Salomon Israelitas, ut ingenuos, immunes esse volebat [o]. ¶ *Post dinumerationem quam dinumeravit David*; vel, *quâ dinumeravit*, &c. P. Mo. Strig. אַחֲרֵי הַסְּפָר אֲשֶׁר סְפָרָם דָּוִיד] *Post numerum* (*censum*, Sy.) *quo numeravit eos*, ὁ'. *post numerum eorum quos numeraverat*, &c. Ti.

18. *Præpositos operum populi*, מְנַצְּחִים לְהַעֲבִיד

- m Me.
- n E.
- o V.
- p Pi.
- q Pi.
- r E.
- † L. E. sim. Mar.
- t E.
- v Ità Pi. G.
- x G.
- y Pi.
- z He. in Mar.
- a Mar.
- b Mar.
- c Pi.
- d Pi.
- † Ma.
- f G.
- g BC. 555.
- h Q. in Ma.
- i Ma.
- k Pi.
- l Mar.
- m Os.
- n G.
- o Mar.

אֶת־הָעָם] *Præpositorum qui populum ad opus urgebant*, Sy. sim. M. Ti. V. *ut præessent adigendo huic populo*, JT. *qui urgerent adigendo ad opus populum istum*, Pi. Heb. *continuantes* (ἐργοδιῶκτας) *servire* [pro quo *transire* ponitur in altera editione Piscatoris] *faciendo istum populum*, Pi. [Alii sic:] Heb. *ad transire faciendum populum*, Ma. ex Jun. Ut sub ipsis ac eorum imperio hic populus transiret, incederet, degeret. Q. legebant לְהַעֲבִיר [p].

- p Ma.

CAP. III.

1. *Et cœpit Salomon*, &c.] Hoc caput satis intelligitur ex dictis 1 Reg. 6 [a]. ¶ *In monte Moria*, מוֹרִיָּה] Difficilis est analysis grammatica istius nominis: sic autem resolvendum videtur, ut litera מ sit characteristica nominis verbalis; ו ex nomine יְהוָה; י pro א ex רָאָה; ה sit tertia radicalis verbi רָאָה: vel, ut litera ו per epenthesin sit inserta; י autem per dagesh geminata; prius י habeat pro א pertinente ad radicem רָאָה, posterius autem jungat cum sequente ה ad constituendum vocem יָהּ. Ità sign. *Visio Jehovæ*; quod planè respondet appellationi quam isti loco tribuit Abraham, nempe, *Jehova videbit* [b]. ¶ *Qui demonstratus fuerat*, &c. אֲשֶׁר נִרְאָה לְדָוִיד] *Qui monstratus* (*visus*, Mo.) *fuerat David*, &c. P. Ca. Strig. ab Angelo, cùm Deus placandus erat, 2 Sam. 24. & 1 Par. 21 [c]. per Prophetam Gad, 2 Sam. 24. 18. 1 Par. 21. 18 [d]. Alii, *ubi apparuerat* Dominus *Davidi*, ὁ'. M. Ti. JT. Pi. scil. per ignem cœlitus demissum, 1 Chron. 21. 26 †. ¶ *In loco quem paraverat David*; ità P. M. Ti. ὁ'. JT. &c. אֲשֶׁר הֵכִין בִּמְקוֹם דָּוִיד] Ad verb. *quem præparaverat in loco David*, pro, *in loco quem præparaverat David*. Synchysis est, qualis quandoque occurrit in simplicibus vocibus [f]. In Hebræo verba sunt trajecta [g]. [Alii sic;] *Quem* [scil. *montem*] *David præparaverat in locum*, [Templo viz. dicatum,] *in area*, &c. Strig.

2. *Mense secundo*, &c. בַּחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי בַּשֵּׁנִי] *Mense secundo*, *secundo*, sub. *die*, P. JT. Pi. Mar. Ca. [Al. sic;] *Mense secundo, in secundo*, inquam, M. Ti.

3. *Et hæc sunt fundamenta*, &c. id est, fundamentorum mensura, Mar. וְאֵלֶּה הוּסַד שְׁלֹמֹה לִבְנוֹת אֶת־בֵּית וגו] *Et hæc sunt fundari Salomonis*, &c. Glass. Infinitivus pro nomine, Jun. Vide 1 Chron. 16. 36. Glass. *Et istæ*, vel *hæ*, (sub. *sunt divisiones quibus*) *fundatus est Salomon ad ædificandum domum Dei*, P. *Hæ sunt dispositiones quibus innixus est cùm jaceret fundamenta templi*, aut quibus *ex consilio artificum usus est*, &c. V. *Harum* dimensionum erat *fundatio Salomonis in ædificanda domo Dei*, JT. *Hæ* erant dimensiones *fundationis ad*, &c. i. e. secundùm quas fundavit, &c. Vocem *dimensiones* (Heb. מִדּוֹת) hîc supplendam esse percipitur è sequentibus, ubi dimensiones indicantur [h]. *Hæ mensuræ quas mensus est*, &c. Sy. *Hæc dimensio loci quem mensus est*, &c. Ar. *Istæ* sunt dispositiones de quibus *instructus fuit*, &c. M. *Et hoc modo jecit fundamenta*, &c. Strig. *Hæc autem sunt quibus Salomon instructus*, sive *fundatus*, *fuit*, &c. Ang. vel, *in quibus edoctus fuit ut ædificaret*, &c. Ti. Heb. *Et his fundatus est Salomon*. Fundari sæpe sign. *consiliari*, ut Psal. 2. 2. Ergò *fundatus* est, q. d. hoc consilium cepit, hanc formam & has mensuras secutus est. Et quidem actionis fundamentum consilium est [i]. ¶ *Longitudinis cubitos*, &c. הָאֹרֶךְ אַמּוֹת בַּמִּדָּה הָרִאשׁוֹנָה אַמּוֹת שִׁשִּׁים] *Longitudo cubitorum in mensura prima erat cubitorum 60*, P. Mo. sim. M. vel, *ex mensura primaria* (sub. *erat*, Pi.) *cubitorum 60*, JT. vel, *in dimensione priore*. Hæc dicit, quòd in prima descriptione, &c. simul jacta sunt fundamenta *Hecal & Devir*, unâque designatione designârunt utriusque fundamenta, quæ fuerunt 60 cubit. ex quibus 20 Oraculo & 40 Templo attributi sunt [k]. *Mensura prima*, vel *primaria*, dicitur; vel, 1. quam in Tabernaculo construendo Moses secutus est; nam progressu temporis mensuræ mutantur [l]: vel, 2. mensura major, sacra, [illegible] geometrica, quæ communi

- a Me.
- b Pi.
- c Os.
- d Belg.
- † Pi. Belg.
- f Glass. gram. pag. 745.
- g Pi. sim. Ma.
- h Pi.
- i Mar.
- k V.
- l Mar. sim. K.

duplò major erat [m]. Mensura cujus usus erat in dimetiendis ædificiis sacris [n]. [Al. sic;] *Longitudo domûs erat 60 cubitorum* (*ulnarum*, Ar.) *mensurâ* Sanctuarii, Sy. Ar. Alii sic exponunt; q. d. prima mensurarum seu dimensionum Templi est dimensio longitudinis, quæ fuit 60 cubitorum [o]. *Primùm longitudinem 60 cubitorum*, &c. Strig. *Primæ dimensionis, longitudo*, &c. Ca. ¶ *Latitudinis cubitorum viginti*] Ità solum Templi habuit figuram ἑτερομήκους, & quidem talis, ut longitudo triplò major esset quàm latitudo. Altitudinis (quæ fuit 30 cubitorum, 1 Reg. 6. 2.) nulla hîc mentio, quia tantùm agitur de solo ubi fundamenta jacta sunt [p].

4. *Porticum verò*, &c. וְהָאוּלָם אֲשֶׁר עַל פְּנֵי הָאֹרֶךְ עַל פְּנֵי רֹחַב הַבַּיִת וגו׳] *Et porticus quæ erat ante longitudinem ipsam*, P. JT. vel, *ante faciem* (sive, *super facies*, Mo.) *longitudinis*, Ti. *ante latitudinem domûs*, (vel, *secundùm frontem*, Heb. *faciem latitudinis ipsius domûs*, JT. vel, *secundùm latitudinem ædis*, Ti.) *erat cubitorum* 20, P. *Porticus verò quæ habuit formam longitudinis juxta formam latitudinis templi*, &c. M. *Et porticus quæ* erat *in fronte* (viz. *domûs Domini*) *erat in longitudine secundùm latitudinem domûs*, Belg. sim. Sy. Ar. i. e. tam longa erat quàm Templum latum [q]. Vide hæc eadem 1 Reg. 6. 3 [r]. ¶ *Altitudo centum viginti cubitorum*] Ego miror hanc altitudinem: At 1 Reg. 6. 2. altitudo Templi erat tantùm 30 cubitorum †. Resp. 1. Nimirum 30 ad primam contignationem, reliqui ad culmen Templi [t]. Inter tectum enim Templi & summitatem totius ædificii erant aliæ contignationes mediæ pro habitaculis ministrorum, seu repositoriis thesaurorum Templi [v]. Resp. 2. Illud de toto Templo accipitur, hoc de porticu, quæ instar turris erat in ipsa fronte ædificii [x]. Porrò, hîc omittitur latitudo porticûs, quæ fuit cubitorum decem, 1 Reg. 6. 3 [y]. Resp. 3. Pro מֵאָה וְעֶשְׂרִים, omnino videtur legendum אַמּוֹת עֶשְׂרִים, *viginti cubitorum*. [Certè Ar. hîc habet *viginti ulnarum*.] Templum latum erat 20, altum 30, cubitos: Cellæ autem Templo circumpositæ altitudinis dimidium occupârunt: Vestibulum autem ante Templi portam 10 cubitos latum, 20 altum, fuit. Scio non esse temere solicitandam lectionem ab omni ævo omnibus semper Interpretibus usurpatam, qualis hæc est: At cùm res ipsa flagitat, non puto tantâ nos debere teneri religione, ut levi aliquâ literulæ mutatione aut inversione tolli aut corrigi non debeat librarii quantùmlibet antiqui lapsus *.

5. *Domum majorem*] Putà Sanctum, quod triplò majus erat Sancto sanctorum. Confer 8. 3, & 8 [z]. ¶ *Texit tabulis ligneis abiegnis*] At 1 Reg. 6. 15. *cedrinis*. Resp. 1. Pavimentum abiegnis, parietes autem cedrinis, tabulis tegebantur. Vide infrà ver. 7 [a]. 2. Hoc tabulatum factum est ex tabulis cedrinis & abiegnis, alternis [b]. ¶ *Et laminas auri*, &c.] Heb. *& obtexit eam*, scil. domum, vel *illud*, scil. lignum, nam pronomen est anceps, *auro bono* [c], in laminas tenues diducto [d]. ¶ *Sculpsitque in ea*] Heb. *ascendere fecit super eam*, nempe in parietibus ejus, atque adeò in tabulis abiegnis †; ut eædem formæ in auro apparerent [f]. Vel, *super illud*, sub. *aurum*; i.e. insculpsit in illis laminis aureis [g]. ¶ *Palmas*] Est arboris genus [h]. ¶ *Et quasi catenulas*, וְשַׁרְשְׁרוֹת] *Et catenas*, P. Mo. Pi. &c. *& opus catenatum*, Belg. sic V.

6. *Stravit pavimentum*] Heb. *domum*, V. Pi. Ma. &c. sub. *illam majorem*, V. Mar. sive Sanctum: nam Sancti sanctorum etiam pavimentum auro obductum est [i]. *Domum*, i. e. vel, 1. solum Templi [k]; reliquam partem soli quæ vacua erat [l]: vel, 2. parietes [m]. ¶ *Pretiosissimo marmore*] Heb. *lapide pretioso*, Pi. Ma. &c. Quod tamen non est intelligendum de gemmis [n]. Videtur velle, pavimentum domûs, per intervalla diversa, tabulis abiegnis auro obtectis & variis lapillorum generibus opere musivo instratum ac variegatum fuisse [o]. ¶ *Aurum probatissimum*] Heb. *& aurum* (sub. *erat*) *aurum Parvajim*, P. Mo. JT. Pi. &c. ¶ פַּרְוָיִם] Locus erat ex quo aurum deportabatur ad Salomonem tertio quoque anno. Numero duali dicitur [p]. [Sed quisnam hic locus?] Resp. 1. Q. Americæ partem Peruanam intelligunt, [ità Os.] solo nominis sono ducti. Sed hi graviter errant. Ea regio tunc nec cognita, nec, ut credo, habitata, fuit; & nomen illud indigenis ignotum accepit ab Hispanis, qui primum hominem sibi obvium eo nomine repererunt [q]. Porrò, ebur [quod ex Peru, seu Ophir, quæ eadem est literarum metathesi, inquit Mont. allatum dicitur, 1 Reg. 9. & 10.] eo loci planè ignotum; & iter hoc ante usum pyxidis magneticæ fuit prorsus ἀπερόσιτο [r]. 2. Q. conjiciunt esse *Parbatiam* Susianes, distinctam fortè olim in duas urbes †. 3. Est Havila, de qua vide Gen. 2. 11. Est enim in ea, sive Characenorum regno, *Parbacia* oppidum, corrupto nomine dictum pro *Parvaim*, Plin. hist. 6. 28 [t]. 4. Fortè est locus nostro tempore dictus *le grand Perron*, & *le petit Perron*: nam est maxima affinitas nominum [v]. 5. Est *Taprobana* insula, quæ à Phœnicibus fortè vocabatur טַף־פַּרְוָן *Taphparvan*, vel *Taph-provan*, ex טַף, quod Arabicè sign. *littus & oram maris*, (quam vocem apud Phœnices in usu fuisse docent Phœnicum in Africa urbes maritimæ *Taphrura* & *Tabraca*, & promontorium *Taphitis*, &c.) & *Parvan*, vel *Proban*; q. d. *Littus Parvan* [x]. [Plura vide in annotatis nostris ad 1 Reg. 9. 26, &c.]

7. *Domum & trabes*, &c.] [Sim. omnes.] Vel, *domûs trabes*, JT.

9. *Et clavos*, &c. וּמִשְׁקָל לְמִסְמְרוֹת וגו׳] *Et pondus clavorum*, vel, *in clavos*, P. Mo. JT. Pi. &c. Quibus, scilicet, opus erat ad obducendos parietes auro [y]. ¶ *Siclos quinquagenos*] *Pondus siclorum* 50, P. Mo. &c. Ex tot siclis fecit omnes clavos, quibus aureæ laminæ affixæ sunt tabulis ligneis [z]. Sed hoc ridiculum; ergò tot sicli in clavos singulos impensi [a]. ¶ *Cœnacula*] Id est, domicilia quæ porticui incumbebant, de quibus 1 Chron. 28. 11, & 12 [b]. quæ erant supra primam mansionem [c]. ¶ וְהָעֲלִיּוֹת] *Et superiora*, Q. in Ma. q. d. Etiam superiores domos duas, quæ contignationibus distinguebantur, auro ornavit [d].

10. *Cherubim—opere statuario*, מַעֲשֵׂה צַעֲצֻעִים] *Opere* (sub. *instar duorum*, P.) *puerorum*, Mo. P. sim. Os. Ca. *opere imaginum puerilium*, M. *opere firmo*, Sy. vel, *stabilis artificii*, Ar. *opere exemptili*, JT. Pi. Heb. *exemptionum*; i. e. ex multis partibus, quæ divelli inter se poterant: quod necessarium erat, propter eorum magnitudinem & gravitatem†. *Opere artificioso*, Ti. *Opere motionum*, vel *mobili*, quòd partes eorum à se invicem dimoveri poterant [f]. Deducunt à צָעָה *movere*, sive *peragrare* [g]. *Opere discurrentium*, sive *migrantium*; nam in pedes erecti erant, v. 13 [h].

11. *Alæ Cherubim*, &c.] *Quorum Cherubinorum alæ*, &c. JT. Verto, *Quod attinet ad alas*, &c. Pi.

12. *Cherub alterius*] Heb. *unius*. Idem Hebraismus infrà v. 17, item Exod. 36. 9. aliàs 10 [i].

13. *Alæ—expansæ*] i.e. Explicatæ. Nomine *alarum* etiam ipsorum corpus comprehendit. ¶ *Facies versæ*, &c. וּפְנֵיהֶם לַבָּיִת] *Et facies eorum* (sub. *versa erat*, P. &c.) *in*, vel *ad*, *domum*, Mo. P. ὁ'. Intellige, vel domum exteriorem, sive Sanctum [k]; vel Sanctum sanctorum, cujus internam illam partem aspiciebant [l]. Ità concordat hic locus cum Exod. 25. 20. ubi dicuntur se *mutuò respicere* [m]. Nam facies illorum non erant versæ ad ostium Templi, sed ad parietes illos qui erant in lateribus [n]. Ità & se mutuò respiciebant, & introrsus parietes [o]. [Al. sic;] Pars anterior corporis respiciebat domum exteriorem, ità tamen ut facies eorum in obliquum se mutuò respicerent [p]. [Alii locum sic reddunt;] *Et facies*, sive *vultus*, *intrò versa*, Ti. sim. Sy. Ar. M. JT.

14. *Fecit quoque velum*, אֶת־הַפָּרֹכֶת] Articulus denotat certum velum, nempe Sancti sanctorum [q]. Unum tantùm erat velum Templi [r]; quod erat ad ingressum, vel Sancti †, vel Sancti sanctorum [t]. Verius videtur, quod multi tradunt, duo fuisse vela, quorum alterum esset ante Sancta, alterum ante Sancta sanctorum [v].

15. *Triginta & quinque cubitos altitudinis*] Utraque scil. columna; nam 1 Reg. 7. 15. singulis dantur 18 [x]. Dimidii cubiti non habetur ratio [y]. Sursum aspicientibus columnæ apparebant dimidio cubito breviores [z]. Dimidium cubiti abscondebatur in capitello [a]. [Vide notas ad 1 Reg. 7.] ¶ *Capita*, &c. וְהַצֶּפֶת וגו׳] Et

Marginal notes (left column): m Q. in Ma. n Pi. o Q. in Ma. p Pi. q Belg. sim. Ca. r V. † Pi. t Mar. sim. Me. Os. V. in Tig. not. v Ma. x Mar. y Pi. * Lud. Capel. in delineat. templi, p. 383 c. in Append. ad Crit. z Pi. a Ma. ex Jun. b Os. c Ma. d Os. † Pi. f Os. g V. h Os. p V. i Os. k Pi. Mar. l Ma. ex Jun. m Mar. n Pi. o Ma. ferè ex Jun. p V.

Marginal notes (right column): q G. r BP. 2. 27. 160. † G. t Jun. v V. x BP. 2. 27. 161. & BC. 1. 46. 769. y V. z Os. a Ma. b Jun. sim. Belg. Ma. c Os. d Me. † Jun. f Buxt. in lexice. g Ma. ità Buxt. ib. h Ma. i Pi. k Ità Os. Pi. l V. m Ma. n V. o Ma. p E. sim. Onk. in Ma. q Pi. r To. & Jansen. in Me. † To. in Me. t Jansen. in Me. v Me. x Mar. sim. V. Os. y V. z Os. a V.

Et tectorium (*operimentum*, Mo. *capitellum*, Ar. P. *coronamentum*, JT. Pi.) *quod erat in capite*, &c. M. *quod verò obductum capiti*, &c. Ti. Quod impositum erat summitati singularum columnarum [b].

16. *Catenulas in oraculo*, &c. וַיַּעַשׂ שַׁרְשְׁרוֹת בַּדְּבִיר וגו׳] *Et fecit catenas in oraculo*, Mo. Sed quorsum additur *in oraculo*, nisi oraculum sumat pro porticu, ubi erant columnæ [c]? [Alii ergò aliter reddunt:] *Fecit catenas sicut in oraculo*, &c. P. Pi. Belg. Ma. Glass. V. i. e. Fecit catenas similes catenis quæ erant in Oraculo [d]. Præfixum כ deficit, ut alibi: Gen. 49. 9. גּוּר pro כְּגוּר; sic & Deut. 33. 22 †. *Ut fecerat catenas* (i. e. funes aureos, de quibus 1 Reg. 6. 21 [f].) *in adyto, ità posuit in summitate columnarum*, JT. scil. fascias opere catenato, 1 Reg. 7. 17 [g]. [Al. sic;] *Fecit insuper catenas* opere perplexo *propter oraculum*, M. ¶ *Et superposuit eas*, &c.] Heb. *dedit eas super caput columnarum*, Mar. Mo. P. &c. Ego crediderim ex capitellis pendere catenulas circùm columnas, ex illis malogranata [h]. ¶ *Malogranata centum*] In quolibet ordine; duo autem erant ordines: idcirco 1 Reg. 7. 20. numerantur 200 in singulis capitellis [i].

17. *Jachin*] Sign. *Firmabit*, seu *Stabiliet*. ¶ *Booz*] Sign. *In eo* (i. e. Domino) *est robur*. Dominus populo suo est veluti ænea columna [k]. Hæc nomina operis perpetuitatem prædicabant [l]; & sign. Dominum stabiliturum Templum suum spirituale, i. e. Ecclesiam [m].

Margin: b V. — c Mar. ità L. — d V. — † Glass. gram. pag. 654. — f Jun. — g Jun. — h Mar. — i V. — k Pi. — l Mar. — m Pi.

CAP. IV.

1. FEcit *altare æneum*] Intus tamen ex lapidibus impolitis constructum, juxta Exod. c. 20. v. 25 [a]. ¶ *Decem cubitorum altitudinis*] Obj. Deus vetuerat *ascendi* ad Altare *per gradus*, &c. Exod. 20. 26. Resp. 1. Ascendebatur ergò paulatim per pavimenti acclivitatem [b]. 2. Cùm circa hanc aram, quæ immobilis erat, tales gradus fieri poterant ut nihil turpe in sacerdote conspici posset, non peccavit Salomon in illam legem, quia non peccavit in sententiam legis [c].

2. *Funiculus triginta cubitorum*] Nimirum circulus seu peripheria diametro sive lineâ dimetiente triplò major est [d].

3. *Similitudo boum*] [Sim. omnes.] Isti boves nominantur *colocynthides*, vel *fungi*, 1 Reg. 7. 24. Erant tubercula quædam in modum colocynthidarum, aut bovinorum capitum, efficta †. ¶ *Subter illud*] i. e. Sub labio ejus, 1 Reg. 7. 24 [f]. ¶ *Et decem cubitis*, &c. עֶשֶׂר בָּאַמָּה וגו׳] *Decem cubitis circumscribebant*, &c. M. sim. P. Ti. *per* (vel *in*, JT.) *decem cubitos*, V. [Al. aliter;] *Decem* (scil. *figuræ boum*, vel capitum boum, *erant*) *in cubito*, Mo. vel, *in unoquoque cubito*, Pi. Q. in V. Cùm itaque circumferentia erat cubitorum 30, boves erant 300 [g]; nempe in uno ordine: in universum verò 600, quia ordines erant duo [h]. [Alii sic;] Decem erant in cubitis singulis, sed in duobus ordinibus, ad labium quinque, totidem ad fundum, in universum 300, erant, (præter 12 boves, v. 4.) Ad ornatum hæc adhibebantur [i]. [Al. sic;] Præter 12 boves, &c. erant in anteriori parte maris, spatio decem cubitorum, (quæ erat tertia pars peripheriæ maris,) alia capita boum prominentia: Fortè per illa, tanquam epistomia, aqua educebatur [k]. ¶ *Boves erant fusiles*, בְּמוּצַקְתּוֹ] *In fusione illius*, sub. *maris*, V. opere scil. continenti [l]. q. d. Boves illi non erant appostitii, sed fusi & efformati unà cum ipso mari [m].

4. *Impositum erat*, &c.] Heb. *Stans*, &c. Ma. Verto, *Stabat* autem, scil. lacus ille, Pi. ¶ *Erant intrinsecus*] Verto, *introrsum* respiciebant. Litera ה in voce בָּיְתָה notat motum ad locum [n].

5. *Capiebat tria millia metretas*] Heb. *bathos*. At 1 Reg. 7. 26. est, *bis mille*. Resp. 1. Hîc additur quod prætermissum videbatur illic: Ea enim est mens authoris hujus libri [o]. 2. Q. bathum duplicem fuisse statuunt [p]. Bathi illi 1 Reg. ex his unum & semissem continebant [q]. 3. Lacus hic bis mille tantùm bathis solitus fuit impleri; qui tamen, si ad summitatem usque impleretur, capiebat bathos ter mille [r]. [Hebræa sic se habent;] ¶ מַחֲזִיק בַּתִּים שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים יָכִיל] *Comprehendens battos tria millia complebat*, Mo. *comprehendebat batos* aliquot, 3000 batorum *capiebat*, P. *quod capax erat bathorum*, sub. *aliquot*, Pi. sive *multorum*, JT. 3000 (sub. *bathos*, Pi.) *continebat*, JT. Pi. & *capiebat continebâtque bathos* 3000, M.

Margin: a Me. ex L. — b Me. ex Jo. & To. — c Os. — d Mar. — † Ma. — f Pi. V. — g Pi. sim. Q. in V. Mar. — h Pi. — i Mar. — k T. — l Pi. — m V. Mar. — n Pi. — o V. — p Q. in Mayer. — q Mar. — r Pi.

6. *Ut lavarent in eis*, &c. לְרָחְצָה בָהֶם אֶת־מַעֲשֵׂה הָעוֹלָה יָדִיחוּ בָם] *Ad lavandum in iis*, *opus ascensionis impellebant in eas*, Mo. *Ut immergerent* priùs *in illis*, nempe adipes & carnes offerendas †. דוּחַ sign. *vi & impetu impellere*, &c. quasi vi impellerent & immergerent in aquas carnes cremandas, & abluendo abjicerent & depellerent sordes. Vide 1 Reg. 7. 39. & Ezec. 40. 38 [t]. *Ad lavandum in iis opus holocausti*; (i. e. victimam, V.) *lavare solebant in ipsis*, P. *Ad lavandum ex iis*; (scil. carnes victimarum, ut mox declaratur, Pi.) *opus holocausti abluebant ex iis*, JT. *Ut lavarent & abluerent*, M. Ti. *opus holocausti*, Ti. vel, *quæ faciebant in holocaustum*, M. *Ad lavandum in eis*, (carnem viz. sacrificii;) *quod pertinebat ad holocaustum ponebant in iis*, viz. ut abluerent illud, Belg. ¶ *Porrò in mari*, &c. וְהַיָּם וגו׳] *Et mare ad lavandum*, &c. Mo. &c. *Sed lacus*, vel *mare*, erat *sacerdotibus ad lavandum se ex eo*, JT. sim. M. Ti. &c. Ut lavarent manus & pedes, Exod. 30. 19. Vide ad 1 Reg. 7. 39 [v].

7. *Secundùm speciem*, &c. כְּמִשְׁפָּטָם] *Secundùm normam* (*judicium*, Pi. *rationem*, Jun.) *eorum*, P. Mo. Ti. sim. Ar. *debitâ formâ*, Sy. *juxta decretum de iis datum*, M. *Secundùm ritum suum*, i. e. ut fieri debebant [x]. Juxta formam præscriptam [y], sive à Deo, Exod. 25. 31. sive à Davide, 1 Chron. 28. 15 [z]. *Ut postulabat eorum ratio*, Ca. *eâdem ratione inter se*, JT. i. e. ad exemplum ejus quod paraverat Mose [a].

9. *Atrium sacerdotum*] i. e. Sacerdotibus proprium, ubi erant eorum cellæ. Vide 1 Reg. 6. 36 [b]. ¶ *Et basilicam grandem*, וְהָעֲזָרָה הַגְּדוֹלָה] *Et atrium magnum*, P. Pi. M. Ti. Mar. ex ό. Os. G. vel, *maximum*, JT. *atrium auxilii magnum*, Mo. עֲזָרָה propriè sign. *adjutorium*. Sic dicitur, vel quòd esset quasi adjumentum, seu additamentum, atrio sacerdotum [c]; vel quòd fulcris, seu interstitiis, adjuvaretur [d]; vel q. d. *auxilium*, sive *locus auxilii*, ubi scil. populus conveniebat ad implorandum auxilium Divinum; quod & obtinebant cùm rectè id facerent. Vide ad 1 Reg. c. 7. vers. 12 †. Atrium subdiale in usum populi *.

10. *In latere dextro*, &c.] Comparatione Arcæ, oculis ad Ortum conversis, ubi janua Templi erat: id est, *contra orientem*. Alioqui si januæ comparatione sumas, Septentrio ad dextram erat, non meridies, ubi mare posuit. Et alioqui Hebræis & in sacris meridies ad dextram est [f]. *Dextrum latus* vocat habitâ ratione mundi. Nam Templi quidem sinistrum latus est Meridies, si ab Oriente ingrediaris *.

11. *Fecit Hiram*, &c.] De hoc versu & sequentibus vide 1 Reg. 7. 40, &c [g].

12. *Et epistylia*, וְהַגֻּלּוֹת] *Et globos*, Os. & *hemisphæria illa*, V. & *orbes*, JT. id est, imas coronarum partes annulis similes [h]. *Et funiculos*, P. ¶ *Et capita*, &c.] Heb. & *cincturas super caput*, &c. Ma. & *coronas in summitate* (Heb. *super capite*,) *columnarum*, Pi. sim. JT. ¶ *Retiacula*] Hæc erant catenæ, de quibus dictum [i].

13. *Malogranata quadringenta & retiacula duo*] Heb. *ad duo retiacula*, Mar. vel, *ad duos encarpos*, JT. Locus hic difficilis est. Nam 2 Par. 3. 16. tantùm dixit *centum malogranata*. Resp. 1. Fortè centum priùs sunt facta, deinde adjecta alia usque ad 400 [k]. 2. Erant 4 ordines malogranatorum, bini in singulis columnis. In eo quoque [Legendum videtur, *in unoquoque*] ordine erant 100, vel præcisè 96, ut dicitur Jerem. 52. 23 [l]. At quid illud 1 Reg. 7. 20. *Malogranatorum ducenti ordines?* Resp. 1. In singulis columnis [ut dictum] erant duo ordines, centum in quovis ordine [m]. 2. Per *ordines* ibi intelliguntur *areolæ*, vel *annuli* reticulato opere confecti, & ordine in orbem dispositi, qui in singulis capitellis erant ferè 200, in quibus totidem pendebant malogranata [n]. ¶ *Et capita columnarum*, עַל פְּנֵי וגו׳] *In fastigio*, P.

Margin: † Os. — t Ma. — v Ma. — x V. — y Belg. ex Pi. — z Belg. — a Jun. — b Ma. — c Ma. — d Q. in Ma. — † Belg. — * G. — f Mar. — * Ca. — g Ma. — h Jun. — i He. in Mar. — k Mar. — l T. — m Mar. — n T.

Ad verb. *super faciem.* Præcedenti versu dixit, *super capita* [o].

[o] V.

16. *Fecit Salomoni Hiram pater ejus*, עָשָׂה חוּרָם אָבִיו לַמֶּלֶךְ וגו׳] *Fecit Churam pater ejus regi Selomoh*, P. *Pater ejus*, i. e. Regis. Hîc relativum præcedit suum antecedens. Salomon vocat Hiramum *patrem*, quòd eum revereretur, &c [p]. *Patrem* vocat, juxta illorum temporum & regionum consuetudinem, quâ is qui in opere aliquo inventor seu insignis artifex est & magister *Pater* appellatur. Vide Gen. 4. 20,21. & 45.8. 2 Reg. 6.12. collat. cum 13.14 [q]. [Alii ellipsin hîc statuunt, vertúntque,] *Fecit Chiram & pater ejus*; vel, cum patre suo, ut sit ellipsis τῶ עִם [r]. *Fecit* sicut *Chiram pater ipsius*, (ellipsis τῶ כְּ †,) scil. facere consueverat; h. e. artificiosissimè [t]. [Aliis est nomen proprium;] *Huram Abiu*, vel *Abif*, Os. Pi. Alioqui pronomen *ejus* referendum esset ad illum Hiramum v. 11. quippe quum *nullius alterius personæ mentio præcesserit*. [Verùm nonnulli referunt ad personam sequentem, scil. Regem, ut interdum fit; & sic elidi videtur vis hujus argumenti. Sed procedat Piscator.] At hoc [inquit] fieri non potest. 1. Quia planum est de eodem Hiramo agi hîc & v. 11. 2. Hæc eadem narrantur 1 Reg. 7. 45. ubi tribuuntur Huramo illi ipsi cui tribuuntur & reliqua. 3. Ad Salomonem missus fuit unus tantùm Huramus. Vide suprà 2. 13, 14. & 1 Reg. 7. 13, 14. 4. Quum Hiramus iste mitteretur, pater illius jam erat mortuus. 5. Idem Huram suprà vocatur *Huram Abi*, 2. 13 [v]. [Vide ibi annotata.]

[p] V. [q] Buxt. Vind. 2. 2. 390. [r] Glass. gram. p. 804. † Glass. ib. [t] K. in Exer. [v] Pi.

17. *In argillosa terra*; ità JT. M. Ti. בַּעֲבִי הָאֲדָמָה] *In densitate*, sive *crassitie*, vel *densitatibus*, *terræ*, P. Mo. Pi. ό. pro, *in terra densitatum*, i. e. densissima: Hypallage. Plural. notat superlativum [x]. Alii, *in cavernis*, vel *cavitatibus*, *in terra*. Hæc enim magna vasa facta sunt sine modulis. q. d. Fudit hæc fossis in terra factis [y]. Al. *in copia terræ*; i. e. formæ crassæ erant, ut tam vasta vasa in eis funderentur [z].

[x] Pi. [y] Q. in V. [z] Mar.

19. *Altare*] Nempe suffitûs, Pi. sim. Os. Synecd. generis, Pi. ¶ *Aureum*] i. e. Inauratum, Pi. Os. ¶ *Et mensas, & super eas panes*, &c.] *Et mensas, quibus imponebatur panis*, JT. vel, *ut super eis essent panes*, Ma.

20. *Ut lucerent—juxta ritum*, לְבַעֲרָם כַּמִּשְׁפָּט] *Ad succendendum eos secundùm judicium*, Mo. i. e. jus, seu rationem, Pi. *Ut accenderent ea (ardere facerent*, P. *ut lucerent*, Ti. *ut arderent*, JT.) *secundùm morem*, V. sim. M. Ca. Ti. JT. vel, *juxta ordinem*, P.

21. *De auro mundissimo*; sim. M. הוּא מִכְלוֹת זָהָב] *Hoc* (vel, *ipsum erat*, P.) *perfectiones auri*, Mo. Pi. pro, aurum perfectissimum, Pi. sic Ti. Ca. Al. *Quod erat perfectionum aurum*, Jun.

CAP. V.

1. *QUÆ voverat*, &c.] Heb. *Sanctificationes Davidis*, P. i. e. quæ consecraverat Deo [a].

[a] V.

2. *Post quæ congregavit*, &c.] Hæc usque ad finem capitis eadem sunt cum 1 Reg. 8. 1. ad 11. exceptis iis quæ hîc inseruntur v. 11, 12, 13 [b].

[b] Ma.

3. *In die solenni*, &c. בֶּחָג הוּא הַחֹדֶשׁ הַשְּׁבִעִי] Hîc deest aliquid, quia nulla antè facta fuit mentio mensis. In 1 Reg. 8. 2. integra est locutio [c]. [Sic vertunt;] *In ipso festo (hoc festum est*, JT. vel erat, Pi.) *mensis septimi*, JT. Pi. *In solennitate*, M. P. Ti. Mo. *ipsa mensis septimi*, Mo. vel, *quæ* est *mense septimo*, vel, *nempe mense*, &c. P. q. d. In festo dedicationis, quod celebrabatur in Septembri. In festo tabernaculorum [d].

[c] V. [d] Pi. Mar.

4. *Portaverunt Levitæ arcam*] At 1 Reg. 8.3. *sacerdotes tulerunt*, &c. Resp. 1. *Levitæ* hîc dicuntur sacerdotes Levitici generis. Vide Num. 4. 15 †. Omnes sacerdotes erant Levitæ, licèt non omnes Levitæ erant sacerdotes [f]. 2. Initio Levitæ tulerunt usque ad Templum, Sacerdotes verò à Templo usque ad Sancta sanctorum [g].

† Ma. ex Jun. [f] Ma. ex V. [g] V.

5. *Sacerdotes cum Levitis*] Heb. *sacerdotes Levitæ*, Ma. *sacerdotes & Levitæ*, JT. Pi. τῶ & supplendum ex 1 Reg. 8. 4 [h].

[h] Pi.

8. *Ut expanderent alas*] Unus unam, & alter alteram alam [i].

[i] V.

9. *Vectium—capita parebant ante oraculum*, &c.] Vel, *coram oraculo*, P. Os. *ante faciem*, vel *frontem*, *oraculi*, V. vel, *versùs oraculum*, Mar. Ità prominebant extremitates vectium, ut in Oraculo viderentur, non autem extra Oraculum [k]. [Al. sic;] Videbantur tantùm ab iis qui ad Oraculi ostium propiùs accesserunt, &c [l]. [Al. sic;] Videbantur tantùm in Arcæ fronte, ubi exstabant; non autem extrinsecùs, scil. quoad longitudinem, quia abscondebantur post Arcam, (quam hinc colligas parieti non fuisse junctam:) vel, non videbantur extrinsecùs, i.e. separatim ab Arca [m]. [Vide notas ad 1 Reg. 8. 8.] ¶ *Fuit arca ibi*; ità JT. וַיְהִי שָׁם] *Et fuit ibi*, Mo. P. Al. *Et fuerunt*, ό. Sy. Ti. sim. Ar. scil. *vectes*, V. in Tig. not. Ità habetur 1 Reg. 8. 8 [n].

[k] Os. [l] San. in T. [m] Mar. [n] V.

10. *Tabulæ, quas posuerat Moses—quando legem dedit*, אֲשֶׁר כָּרַת וגו׳] *Quando pepigit Jehovah*, P. JT. sub. *fœdus*, JT. vel, *quibus* tabulis *pepigerat*, &c. V. vel, *quas* scil. tabulas *excîdit*, i. e. sanxit, Deus, &c. Vel meliùs, ex cap. seq. ver. 11. sic supplendus hic locus; *Tabulæ* fœderis *quod dedit Moses ——— quod percussit Dominus*, &c [o].

[o] Mar.

11. *Egressis autem sacerdotibus*, &c. וַיְהִי בְּצֵאת הַכֹּהֲנִים מִן הַקֹּדֶשׁ וגו׳] Parenthesis diligenter observanda, quæ perficitur circa finem 13. versûs [p], ibi, *ut intus domum Jehovæ impleret nubes*, Q. in Pi. sim. Ti. Sed non opus est istâ circumductione [q]. [JT. hæc verba sic reddunt, — *quum exirent sacerdotes è Sancto ipso (nam omnes sacerdotes*, &c. usque ad finem 12. versûs,) ubi parenthesin claudunt, & vers. 13. sic inchoant, *Fuit, inquam*, &c.] *Factúmque est, ut cùm exirent sacerdotes è domo ministerii, (omnes enim sacerdotes qui aderant ibi ingressi fuerant domum ministerii,) non potuerint sacerdotes perseverare ad ministrandum propter nubem*, &c. Sy. [quomodo habetur 1 Reg. 8. 11.] sim. Ar. [Ità vers. 12. & 13. penitùs omittunt.] *In egrediendo sacerdotes de sanctitate, (nam omnes sacerdotes inventi sanctificaverunt se,) non observare partitiones*, Mo. *Quúmque exirent sacerdotes è Sancto, (nam omnes sacerdotes qui aderant sanctificaverunt se, non observabant distributiones,) Tum Levitæ*, &c. [ut sequitur in v. 12.] Pi. sim. Ca. *Cùm egressi essent sacerdotes de sanctuario*, impletum est Sanctuarium fumo: [hoc supplementum desumpsit ex 1 Reg. 8. 11.] *siquidem omnes*, &c. *nec tunc observabant divisiones*, M. *Cùm egressi essent*, &c. *(omnes enim*, &c. *nec licebat observare classes*,) P. ¶ *Nec adhuc—vices*, &c. אֵין לִשְׁמוֹר לְמַחְלְקוֹת] *Non ad servandum (pro, servabantur) divisiones*, Mar. *Non fuerant observandæ distributiones*, JT. vel *classes*, P. sim. Ca. vel *vices*, sive *ordo ministeriorum*, V. Ætiologia est, cur eo die sacerdotes in Templum liberè ingressi sunt, non servatis distributionibus, de quibus 1 Chron. 23. &c [r].

[p] V. [q] Pi. [r] Jun.

12. *Tam Levitæ quàm cantores, id est, & qui sub Asaph*, &c. וְהַלְוִיִּם הַמְשֹׁרְרִים לְכֻלָּם לְאָסָף] Ad verb. *Et Levitæ cantores omnibus ipsis, ipsi Asaph*, &c. Mo. *Levitæ quoque & cantores universi sub Asaph*, &c. Ti. *Levitæ cantores universi, Asaphus*, &c. Ca. [quasi ל redundaret, ut in, *tertius* לְאַבְשָׁלוֹם.] *Levitæ quoque & cantores variis officiis deputati sub Asaph*, &c. M. *Neque Levitæ cantores* (i. e. qui fungebantur officio cantorum, V.) *ex omnibus de Asaph*, &c. P. (vel, *omnes*, nempe *Asaph*, &c. V.) sub. *servaverunt suum ordinem*. More Hebræorum subaudivit præcedentem negationem †. *Similiter* (vel *Tum*, Pi.) *Levitæ musici omnes*, [etiam juxta hos ל in לְכֻלָּם redundat,] *ex Asapho*, &c. JT. vel, nempe *ex Asapho*, &c. Pi.

† V.

13. *Cunctis pariter———concinentibus*, &c. וַיְהִי כְאֶחָד לַמְחַצְּרִים וגו׳] *Et fuit, sicut unus*, &c. i. e. omnes simul adunati, &c [t]. *Quúmque pariter tubis clangerent*, &c. Pi. sim. M. Ti. Ca. *Erántque, tanquam unus, clangentes*, &c. P. *Et facta est una vox in clangendo*, &c. LXX. Sed quid canebant? *Confitemini Domino*, &c. Mar. Hebr. *ad laudandum Jehovam*: sub. *dicendo*,

[t] Mar.

dicendo, vel *dicentes*, V. ¶ *Impleretur domus Dei nube*, וְהַבַּיִת מָלֵא עָנָן בֵּית יְהוָה] *Et domus impleta est nube domus Domini*, Mo. vel, *nube gloriæ Domini*, ό. *Impleta enim fuerat domus Domini splendore habitationis ejus*, Sy. vel, *majestate gloriæ ipsius*, Ar. *Ut intus domum Jehovæ repleret nubes*, JT. Exponunt מָלֵא transitivè, ut exponendum est versu seq. At hîc intransitivè exponi potest, sicut & alibi [v]. Sic ergò reddo, *Tum domus repleta fuit nube*, *domus* scilicet *Jehovæ*, Pi. ità P. Ang. M. Ti. Nec rectè nostri [intelligit JT.] vertunt, *intus*, quia in Hebræo est הַבַּיִת, non מִבַּיִת *. ¶ *Nube*] *Vapore*, V. Mar. *caligine*. Id significabat Dei præsentiam & favorem [x].

14. *Nè possent—stare——propter caliginem*] *Propter illam nubem*, JT. Heb. *à facie illius nubis*. מִפְּנֵי *propter* sign. Gen. 36. 6, 7. Exod. 9. 11. & 19. 18, &c [y].

[v] Pi. * Pi. [x] V. [y] Pi.

CAP. VI.

1. TUnc Salomon ait, &c.] Quæ hinc ad v. 41. habentur eadem ferè sunt (excepto v. 13.) quæ 1 Reg. 8. 12. ad 50 [a]. ¶ אָמַר] *Dixit*, P. *Dixerat*, cùm scilicet deprehendit (nempe ex caligine) Deum esse præsentem [b].

3. *Turba stabat*] Nempe, in atrio magno, sive populi [c].

4. *Opere complevit*] Heb. *in manibus ejus*, vel *suis*, *implevit*; sic ό. i. e. stabilivit verbum suum in manibus ejus, scil. David: Dedit in manus quod erat pollicitus. Prior explicatio melior [d].

5. *Neque elegi quenquam——ut esset dux*, &c.] Nempe, non stabili possessione, illis & posteris principatum dedi. Alioquin Samuelem elegit, aliósque Judices †.

11. *In qua est pactum*] Vel *fœdus*, JT. i. e. tabulæ fœderis, nempe quibus inscriptus est Decalogus. Metonymia duplex: 1. finis; fœdus pro Lege ad illud sanciendum adhibita: 2. adjuncti; Lex pro tabulis quibus erat inscripta [f].

13. *Fecerat basin æneam*] Heb. *labrum*, seu *concham*; scilicet, in usum suggestûs [g]. ¶ *Flexis genibus*, &c.] Ad verb. *genuflexit super genua*, V. sim. Pi.

22. *Si peccaverit*, &c. אִם יֶחֱטָא וגו'] [Pro quo obscuriùs dicitur 1 Reg. 8. v. 31. אֵת אֲשֶׁר יֶחֱטָא.] ¶ *Jurare paratus*, &c. וְנָשָׁא בוֹ אָלָה] *Et exegerit ab eo* (vel, *detulerit illi*, P. JT.) *juramentum*, Ang. Coegit eum jurare, lite scilicet ad sacramentum redactâ. ¶ *Coram altari*] Quoniam actor reum non alibi jurare voluit [h]. [Al. aliter;] Cùm qui damnum accepit causæ suæ bonitatem probare non possit coram magistratu, atque idcirco supplicabundus in sinum tuum coram Altari tuo querelas effuderit [i].

23. *Et facies judicium*] Hebr. *& facies, & judicabis*, Ma. *ut conficiens judices*, JT. *& conficito* rem *judicatóque*, Pi. ¶ *Ut reddas iniquo*] *Redire faciendo* (subaud. *suam injustitiam*) *improbo*, V.

24. *Obsecraverint nomen tuum*] Heb. *gloriam dabunt nomini tuo*: i. e. fatebuntur se justè punitos; te justum, se peccatores, esse [k].

26. *Cùm eos affixeris*; ità Mo. P. sim. ό. כִּי תַעֲנֵם] *Quia testatus fueris contra eos*, JT. sive per Prophetas, sive per plagam siccitatis. תַעֲנֵם pro תַעֲנֶה בָּם. Sic Deut. 19. 18. Ruth 1. 21. Os. 5. 5 [l]. *Propter quod afflixeris eos*, M. *quandoquidem eos affligis*, Ti.

29. *Siquis de populo Israel*] Ampliùs in Hebræo, *Orationem—quæ facta fuerit ab homine quocunque, aut à populo tuo Israel*, G. [Heb. *& à populo*, &c.] Copulativa conjunctio hîc, ut alibi sæpe, posita est pro disjunctiva. Sensus est, Exaudi quæ hîc fient preces sive privatas, sive publicas [m]. ¶ *Cognoscens plagam*] *Quum agnoscentes quisque*, &c. JT. אֲשֶׁר pro כַּאֲשֶׁר [n].

30. *Redde secundùm vias suas quas nôsti eum habere in corde suo*, אֲשֶׁר תֵּדַע אֶת־לְבָבוֹ] *Quod agnosces apud animum ejus*, JT. Verto, *prout agnoveris cor ejus*, Pi. *Quia tu nôsti cor ejus*, P. *cujus tu nôsti cor*, V.

31. *Ut timeant te*] Scil. exaudies: Ità omnes. Potest tamen sic verti; *Propterea timebunt te*, scil. Cùm te viderint propitiari in eorum pœnitentia, agnoscent malum non fortuitò evenisse, sed ob eorum peccata [o].

32. *Externum quoque*, &c.] *Extraneo ipsi*, JT. [Juxta illos regitur ab illis verbis, *tu auscultato*, v. 33.] *Externum*, scil. *exaudies*; vel, *externus*, scil. *venerit*, Mar. Quod attinet *ad extraneum*, Pi.

33. *Nomen tuum invocatum est super domum hanc*] Sim. JT. Verto, *de nomine tuo vocatur domus hæc*. Hujus loquutionis exempla vide Gen. 48. 16. Deut. 28. 10 [p]. i. e. Ut intelligant hanc domum meritò dici Templum veri & unici Dei, in quo Deus exaudit preces, &c [q].

35. *Et ulciscaris*, וְעָשִׂיתָ מִשְׁפָּטָם] *Et facias*, vel *facies, judicium eorum*, P. V. Mar. sub. *de inimicis*: h. e. Redde eos superiores, ut vincant inimicos [r]. *Ut peragas* (vel, *& agito*, Pi.) *causam* (vel *jus*, Pi.) *eorum*, JT.

37. *Et conversi in corde suo*] Hebr. *Et reducent*, vel *revocaverint, in cor suum*, sub. *peccata sua*: id est, meminerint se peccâsse †.

38. *In terra captivitatis suæ, ad quam ducti sunt*] Sim. P. *Ubi captos eos tenent*, M. Ti. sim. JT. Pi. ό. [Al. sic;] *In urbibus eorum qui captivos duxerunt eos*, Sy. [Sim. 1 Reg. 8. 48.]

40. *Ad orationem quæ fit in loco isto*; ità M. Ti. sim. P. Strig. לִתְפִלַּת הַמָּקוֹם הַזֶּה] *Ad orationem loci hujus*, Mo. ό. Sy. Ar. V. vel, quâ orabitur *versùs locum hunc*, JT.

41. *Consurge—in requiem tuam*] q. d. Requiesce hîc; fac nè unquam tu & Arca hoc loco moveamini [t]. Hîc statuisti quiescere, & non ampliùs itare cum tentorio, &c. Vide 2 Sam. 7. 6 [v]. ¶ *Arca fortitudinis*] i. e. Per quam ostendisti fortitudinem tuam [x], in miraculis stupendis, &c [y]. ¶ *Sacerdotes—induantur salutem*] Vel *salute*, V. JT. Circumvallentur salutaribus tuis beneficiis. Vide Isa. 61. 10 [z]. Fer opem Sacerdotibus & Ministris tuis, ac protege illos [a]. A te serventur, vel ipsorum operâ serventur alii [b]. ¶ *Et sancti tui*] Heb. *misericordes*. Magna virtus misericordia, quando ab ea sancti nominantur [c]. Verto, *beneficii tui*, Pi. *quos benignè accipis*, JT. ¶ *Lætentur in bonis*: quibus scil. eos affeceris [d]: בַּטּוֹב] *In bono*, P. *de bono*, Pi. *de eodem bono*, JT.

42. *Nè avertêris*] Aliæ editiones Latinæ, *aversêris*, rectiús *. ¶ *Faciem Christi tui*] i. e. Mei, qui in Regem unctus sum †. q. d. Nè patiar repulsam [f]. Rectiùs alii Messiam intelligunt [g]. *Uncti*, i. e. Christi, qui unicum est unctorum tuorum caput [h]. ¶ *Misericordiarum David*] Id est, *pietatis*, &c. quam te remuneraturum pollicitus es [i]. *Benignitatum erga Davidem*, i. e. promissionum factarum & inceptorum beneficiorum erga domum ejus [k]. Exaudi orationem meam propter promissiones Davidi factas [l]. Vide de his duobus versibus ad Psal. 132. 10 [m].

[a] Ma. [b] V. [c] Pi. [d] Mar. † Mar. [f] Pi. [g] T. ex Mar. [h] Mar. [i] Os. [k] Os. [l] Pi. [m] G. [n] Pi. [o] Mar. [p] Pi. [q] Os. [r] V. † Ma ex V. Pi. [t] Mar. [v] Ma. [x] V. [y] T. [z] Jun. [a] V. [b] Mar. [c] Mar. [d] V. * G. † Mar. sim. G. V. T. Pi. &c. [f] V. [g] Ma. [h] Jun. [i] Os. [k] Jun. [l] V. [m] Me.

CAP. VII.

1. IGnis descendit de cœlo] Idem à mystis suis fieri Diabolus credi voluit, nè hujus miraculi gloria Deo esset peculiaris. Itaque in *Græcorum* & *Romanorum* libris nihil frequentius, quàm sacrum ignem è cœlo decidisse, aut sponte suâ fuisse accensum. Testes sunt Appianus in Syriacis de Rege Seleuco, cui *paterna ara magno igni fulsit, cùm nemo illam accendisset*, (quod & Pausanias refert in Atticis,) Valer. l. 1. cap. 1. Dionys. l. 1. Solinus de Sicilia, Plin. 2. 107. Tam multis testibus fidem abrogare difficile est, cùm hæc Satanæ potentiam non superent, qui est *princeps potestatis aeris*, Eph. 2. 2. Vide & Job. 1. 16. Apoc. 13. 13 [a]. Deus in hoc Templo duobus modis se testatum fecit; per *nebulam*, suprà 5. 14. & per *ignem*, ut olim in deserto. Adde dicta ad Gen. 4. 4 [b]. ¶ *Majestas Domini*, כָּבוֹד] *Gloria*, P. JT. i. e. Nubes, symbolum præsentiæ Dei gloriosæ [c]. Augusta nubes, corusca & rutilans [d]. Non placet; nubes enim cap. 5. *caligo* dicitur †.

[a] EA. 1. 2. 35. [b] G. [c] Pi. sim. V. [d] Me. sim. T. † B.

3. Vide-

3. *Videbant descendentem ignem, & gloriam Domini*, &c. sim. M. Ti. [ראים ברדת האש וכבוד וגו' *Videntes, in descendendo ignem, & gloria Domini super domum*, Mo. *videbant quum descenderet ignis ille, & gloria*, &c. JT. P. vel, *& gloriam Jehovæ super domo stantem*, h. e. nubem. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ vox *videntes* f. ¶ *Adoraverunt & laudaverunt*, &c.] Ità o'. P. *adoraverunt confitentes Domino*, M. Ti. *incurvaverunt celebraveruntque*, &c. JT. Heb. *confessi sunt Jehovæ*. הודות infinit. legitur loco præteriti הודו g. *Incurvârunt se ad laudandum Dominum*, Mar.

f Pi. g Pi.

6. *In officiis suis*] Heb. *in custodiis suis*, P. Mar. i. e. cum iis qui ex eadem sorte vel turma erant h. ¶ *In organis*, &c.] Heb. *in vasis cantici Domini*, Mar. Ma. i. e. carminibus Deo dicatis i. *Cum instrumentis musicis Jehovæ*, JT. Pi. i. e. factis in honorem Jehovæ k. *Quæ fecit David rex ad laudandum Dominum*, (sub. ut sæpe multúmque cantaretur l,) *Quoniam in æternum misericordia ejus, hymnos David canentes per manus suas*] [Posterior clausula sic se habet in Hebræo, בהלל דוד בידם: quam variè reddunt.] *In laudando* (vel, *dum laudaret*, P. sic Ti.) *David per manum eorum*, Mo. i. e. per ministerium, Belg. *In hymnis David per*, &c. o'. *canticis nimirum Davidis*, Ar. *& reliqua, ut in canticis Davidis*, Sy. *psalmis Davidis per manus eorum*, Strig. resonantes *manu suâ hymnum David*, M. *Per hymnum Davidis* traditum *in manum ipsorum*, JT. i. e. Psal. 136. Jun. Heb. *per laudare*, i. e. per laudationem, i. e. per hymnum laudativum: Synecdoche generis m. *In Hallel*, i. e. Psal. 136. quem tunc canebant & pulsabant. Unde colligas titulum ejus Psalmi, scil. *Halleluja*, vitiosè sublatum esse. Porrò illa, *in manu sua*, jungenda puto cum *vasis cantici* n. Al. *Quum David laudaret* eum *per ea*, i. e. instrumenta, &c. Belg.

h Mar. i Mar. k Pi. l Os. m Pi. n Mar.

7. *Ante templum Domini*] Proximè antè eique contiguum o.

o Pi.

8. *Fecit*] Celebravit, Pi. ¶ *Solennitatem*] Vel *festum*: nempe, vel Tabernaculorum p; vel Dedicationis q.

p V. Pi. T. q Os.

9. *Collectam*; ità P. i. e. festum congregationis, V. [עצרת] *Interdictum*, JT. *jubilum*, Mar. Vide Levit. 23. 36. Ma. ¶ *Eò quòd dedicâsset altare septem diebus, & solennitatem celebrâsset diebus septem*] [Sim. ferè omnes: & duplex festum esse volunt.] 7 & 7 *diebus*, h. e. 14 *diebus*, Sy. Ar. Duo festa celebrârunt sine intervallo: *Dedicationem*, nempe, septem diebus, (quorum primus fuit dies 8. mensis septimi r;) & protinus festum *Tabernaculorum*, 7 quoque diebus *. Dedicatio Templi & Altaris durabat 7 diebus, & celebratum est aliis insuper 7 diebus festum, in quod incidit festum Tabernaculorum t.

r V. * V. sim. Mar. T. t Os.

10. *Die vigesimo tertio—dimisit*] At 1 Reg. 8. 66. habetur *die vigesimo secundo*. Resp. 1. Die 22. dedit potestatem abeundi; die 23. abierunt v. 2. In 1 Reg. loquitur de iis qui prope Jerusalem habitârunt, quibus licebat die festo se recipere in ædes suas: hìc autem de iis qui habitabant procul à Jerusalem, quibus non licebat die festo tantum itineris facere x. Festum tabernaculorum incipiebat die 15 y.

v He. in V. x Al. in V. y Pi. V.

11. *Complevitque*] *Postquam absolvisset*, JT. Apparitio autem sequens referenda non est ad totum complexum hujus versûs, sed tantùm ad prius ejus membrum, quia illa mox facta fuit post dedicationem Templi, 13 annis ante domum suam absolutam, 1 Reg. cap. 7. vers. 1 †.

† Pi.

15. *Oculi erunt aperti*, &c.] Priùs inspicit orantes qui sint, deinde preces audit, si digni qui fundunt z. Intentus ero ut exaudiam, &c a.

z Mar. a Os.

16. *Ut sit Nomen meum ibi*] i. e. Vocando domum istam *domum meam* b. De hoc versu & seq. vide 1 Reg. 9. 3. ad 9. nam omnia sunt eadem c.

b V. c Ma.

CAP. VIII.

1. E*xpletis viginti annis*, &c.] Vide 1 Reg. 9. 10, &c. ubi idem est argumentum a.

a Ma.

2. *Civitates quas dederat Hiram Salomoni*] At in 1 Reg. 9. 11. *Salomon dedit* 20 *urbes* Hiramo, hìc contrà. Resp. 1. Uterque alteri 20 urbes dederunt b. Ità certârunt mutuis benevolentiæ signis c. 2. *Dare* hìc ponitur pro *reddere* d.

b V. c Me. d Ità Ma. JT. Pi.

3. *Abiit in Emath Soba*] *Aram*, vel *Syria*, *Soba* proximè Euphratem attingere patet ex eo, quòd David ad Euphratem profectus percussit Regem Soba, 2 Sam. 8. 3. & 1 Par. 18. 3. qui insuper copias educit è *Syria trans flumen*, i. e. è Mesopotamia proxima, 2 Sam. 10. 16. & Psal. 60. 2. Euphrates igitur fuit limes ejus orientalis, ut occidentalis terra Canaan & Syria Damascena. Hinc Sobæis tam sæpe res est cum Judæis & Damascenis. Vide 1 Sam. 14. 47. 2 Sam. 8. 3, 5. & cap. 10. ver. 6. 1 Reg. cap. 11. ver. 24. Hoc præcipuum, quòd Palmyra sita est in Hamath Soba hoc & seq. versu. Confer 1 Reg. 9. 17. Quo loco enim fuerint Palmyrenæ solitudines ex Plin. & Ptol. notissimum *. [Al. sic;] Urbs Emath, seu *Amatha*, est ad radices Libani montis, in tribu Nephthali f.

* BP. 2. 6. 89. f Me.

4. *Palmyram*] Heb. *Thadmor*. Ab Euphrate distabat itinere unius diei g. ¶ *Civitates munitissimas*, [מסכנות] In quibus asservabantur necessaria ad bellum h. *Civitates thesaurorum*, P. Mar. vel, *armamentariorum*, JT.

g T. h V.

5. *Civitates muratas*] Heb. *munitiones* cum *muris*, Pi. *munitas*, instructas *muris*, JT. Ad verb. *munitionis murorum*, V.

6. *Et in Libano*] Monte i. Potiùs in loco qui vocatur *Saltus Libani* k.

i Os. k Mar. Pi.

7. *Omnem populum*] Verto, *Quod attinet ad totum populum*. Heb. *totus populus*: Nominativus absolutè positus l.

l Pi.

8. *Subjugavit in tributarios*, [ויעלם למס] *Adegit*, (Heb. *ascendere fecit*, Pi. V.) *eos in tributum*, JT. Pi. scil. personale, ut scilic. cogerentur Salomoni servire in operibus suis, ex collat. vers. seq. & 1 Reg. 5. 13, 14. ¶ *Usque in diem hanc*] Verto, quod tributum durat usque in diem istum. Hinc colligitur, hanc libri istius partem scriptam esse ante captivitatem Babylonicam m.

m Pi.

9. *Non posuit ut servirent operibus regis*] Sicut alienigenæ, de quibus v. 7, 8 n. Nempe perpetuis operis, ut extranei: sed horum alii aliis succedebant, 1 Reg. 5. 13 o. Non usus est iis in negotiis ignobilibus p.

n Pi. o G. p Os.

10. *Ducenti quinquaginta*] At 1 Reg. 9. 23. numerantur 550. Resp. 1. In alterutro loco est error librarii q. Sed non opus est violento isto remedio r. 2. Ex præfectis 300 erant peregrini, 250 Israelitæ: In libro Regum omnes numerantur *. 3. Præfecti 250 adhibiti sunt in opere Templi, reliqui in cæteris ædificiis t. 4. Illic omnes enumerantur, hìc tantùm præcipui v.

q Capel. r Buxt. vind. 2. 2. 406. * He. in Buxt. t Abarb. in Buxt. v V.

11. *Transtulit*] Heb. *ascendere fecit*. Nam etsi descendebatur è civitate Davidis, tamen ascendebatur rursum in civitatem inferiorem, ubi domus illa erat sita x. ¶ *Non habitabit*] *Non debet habitare*, Pi. *Non posset habitare*, JT. Id est, angustior est domus David, quàm ut comitatum utrumque capiat. Vide ad 1 Reg. 3. 1 y. ¶ *Uxor mea*] Ità Pi. *uxor mecum*, JT. Heb. *uxor* (sub. *quæ est*) *mihi*, Pi. ¶ *Quòd sanctificata sit*, [כי קדש המה] *Quia sanctitas sunt ipsa*, Mar. sim. P. Mo. *Nam sancta sunt ista*, JT. sim. Ti. M. sub. vel *loca*, vel *habitacula*, Ti. M. ¶ *Quia ingressa est in eam arca Domini*] Ità P. Sy. Ar. Pi. אשר hìc, ut alibi, valet *quia* z. Alii, *ad*, vel *in*, *quæ* [*scil. loca*] *venit*, sive *ingressa est*, *arca*, &c. Ti. JT. Mar. Hinc colligas & domum David sanctificatam esse Arcæ Dei ingressu a, quo quodammodo in templum consecrata est. Cùm autem mulieres quandoque menstruis aliísque imbecillitatibus laborent, inconveniens erat eas in loco sacro habitare: Menstruæ enim, juxta Legem Mosaicam, ingressu Templi prohibebantur, donec mundæ fierent c.

x Pi. y Ma. ex Jun. G. z Pi. a Mar. ex V. b Os. c Os.

13. *Ut per singulos dies offerretur in eo*, ובדבר יום [ביום להעלות] *Et in re* (vel *verbo*, Mo.) *diei in die suo ut offerrent*, sub. *sacrificia*; i. e. ut juxta ritum cujusque diei offerrent holocausta d. Verto, *rem cujusque diei in die* suo, i. e. sacrificium quodque eo die qui ei destinatus erat. Verbum pro re; Meton. adjuncti *. *Singulis diebus sacrificans*, &c. Ti. *faciens rem diei*

d V. * Pi.

diei

diei in die suo, M. ¶ *Juxta præceptum Moysi*] Rex Legis custos f.

14. *Sic præceperat David homo Dei*] Deo tum in rebus aliis, tum in hoc præcipuè, acceptissimus; 1 Sam. 13. 14. Nehem. 12. 24. Act. 7. 46. & 13. 22 g. *Homo Dei*, q. d. Propheta, & quidem, adhibito sacrorum Prophetarum consilio, ordines Ecclesiæ disponens; ut 2 Par. 29. 25. disertè ostenditur h. Significat Davidem hæc præcepisse ex instinctu Divino, & revelatione i.

15. *Tam sacerdotes*, &c.] Regiæ curæ pars est efficere ut & sacerdotes suum faciant officium k. ¶ *Ex omnibus quæ præceperat*] Heb. *omni verbo*, Ma. *ad omnem rem*, Ti. simil. M. *in omni officio*, JT. ¶ *Et in custodiis thesaurorum*, [וְלָאוֹצָרוֹת] *Et thesauros*, Ti. simil. M. *& ad thesauros*, P. *& thesauris* administrandis, JT. [Sy. hîc habet, *de omni ministerio domûs*; sim. Ar.]

16. *Omnes impensas præparatas habuit*; similiter V. [וַתִּכֹּן כָּל־מְלֶאכֶת] *Et paratum fuit* (vel *compositum*, Ca. *ità constitutum*, JT.) *omne opus*, Mo. P. Ti. *Opus*, i. e. impensa operis, V. ¶ *Ex eo die quo fundavit domum Domini, usque in diem quo perfecit eam*; [sim. ό. Sy. M. Ti. Pi. JT.] [עַד הַיּוֹם מוּסַד בֵּית יְהוָה וְעַד כְּלֹתוֹ] Hîc notandum, 1. Prius עַד ponitur pro מִן, ut planum est ex sententia. 2. Infinitivum כְּלֹתוֹ vim habet nominis l. [Al. sic;] *Usque ad diem fundamenti, & usque ad perfectionem ejus*, P. ¶ [שָׁלֵם וגו'] *Perfecta igitur fuit domus*, P. *quando perfecta est*, &c. P. *usquedum perfecta fuit*, &c. Ante שָׁלֵם repetendum est ἀπὸ κοινοῦ τὸ עַד. Porrò, verbum שָׁלֵם hîc ponitur pro שְׁלָם, (quæ forma usitata est;) sicut & Gen. 15. 16 m.

17. *In terra Edom*; sub. *quod mare erat in terra Edom*, V. [בְּאֶרֶץ] Alii, *in terram*, &c. JT. Pi. Præpositio ב, quæ hîc regitur à verbo הָלַךְ, [*abiit*, in initio versûs,] notat motum ad locum: id quod in ista syntaxi rarum est. Similia exempla vide Esa. 46. 2. Nahum 3. 10 n.

18. *Quadringenta quinquaginta talenta*] Pro quo 1 Reg. 9. 28. legitur 420 talenta. Hîc ergò accessio est 30 talentorum; quæ non ad Regem afferebantur, sed in usum classis insumebantur o.

f G. — g G. — h Ma. ex Jun. — i E sim. Os. — k G. — l Pi. — m Pi. — n Pi. — o Pi.

CAP. IX.

1. Regina *Saba*] Regionis Australis, Matth. 12. 42. quam incolebant posteri Schebæ, qui erat filius Chusi, nepos Chami, Gen. 10. 6, 7 a. Conferendum hoc caput cum 1 Reg. 10. nam omnia ferè sunt eadem b. ¶ *Ut tentaret eum in ænigmatibus*] Quæstionibus arduis, de rebus non tantùm humanis, sed etiam Divinis c: quod colligitur ex 1 Reg. 10. ubi venisse dicitur *in nomine Domini*; & ex Matth. 12. ubi laudatur à Christo, qui eam non laudâsset, si curiosas tantùm quæstiones, non autem utiles & ad pietatem pertinentes, proposuisset d.

4. *Habitacula servorum*] Hebr. *sessionem*, &c. Ma. *Consessum servorum*, JT. Pi. i. e. consiliariorum, nempe in habendo senatu, vel judicio *. ¶ *Officia ministrorum*, [מַעֲמַד וגו'] *Statum*, JT. *stationem*, JT. Pi. Mar. quâ steterunt ante Regem ad capessendum mandata f: vel, *assistentiam*, sive *functionem*, Mar. ¶ *Victimas*, &c. [וַעֲלִיָּתוֹ וגו'] *Et ascensum ejus quo ascendebat in domum Jehovæ*, JT. Pi. Mar. &c. vel, gradus, sive viam superiorem per quam ascendebat, &c g. vel, vias occultas è domo sua in Templum h. [Ex hac voce arguitur eorum error qui illud, וְעֹלָתוֹ, quod hujus loco ponitur in textu parallelo 1 Reg. 10. 5. *holocaustum* reddunt; nam עֲלִיָּה nusquam ita sumitur.]

6. *Vix medietatem*, &c. [חֲצִי מַרְבִּית חָכְמָתְךָ] *Dimidium multitudinis*, sive *amplitudinis*, (vel, *excellentiæ*, M. Ti.) *sapientiæ tuæ*, ό. P. Mo. JT. Pi.

8. *Regem Domini*, &c. [לְמֶלֶךְ לַיהוָה וגו'] *In regem* (vel, *ut sis*, sive *esses*, *rex*, M. Ti.) *Domini*, &c. Ti. (Rectè dicit, *Domini Dei*, quia illius, & in ejus manu, sunt omnia regna terræ i:) vel, *Domino*, Mo. P. ό. vel, *à Domino*, sub. *constitutus*, M. vel, *pro Jehova*, JT. V. i. e. *pro se*, antecedens loco relativi k; nempe, ut servias Deo l. Vel, ut sis loco Jehovæ Rex, nempe vicarius Dei; [Deus enim speciali modo erat Rex hujus populi.] Vel, *Jehovæ*, id est, in honorem Jehovæ m. ¶ *Quia diligit Deus Israel*] Heb. *Propter dilectionem Dei tui* quâ diligit *Israelem*, Pi.

a Pi. — b Ma. — c Os. — d E. — * Pi. — f Pi. — g Ma. — h He. in Mar. — i Os.

10. *Ligna thyina*] Heb. *Algummim*. Vide suprà 2. 8 n. Doctiores *ebenum* intelligunt o: Alii *corallium*, He. in Mar. Sed neutrum istorum instrumentis musicis conficiendis commodum est, quæ tamen fiebant ex ligno Algummim p.

11. *Gradus in domo Domini*, [מְסִלּוֹת וגו'] *Elevationes in domo Dei*, Mo. *ascensiones*, ό. *gradus*, M. Ti. Strig. Sign. *additamenta illa quæ apponuntur laquearibus aut columnis ornamenti causâ*. Nam vox Hebræa ab exaltando dicitur q. *Columnas*, Ar. *cancellos*, Sy. *aggestam viam*, JT. Heb. *aggerem*, Jun. Viam repagulis & fulcris utrinque munitam à regia ad Templum r. *Tigna*, P. [Vox huic parallela in 1 Reg. 10. 12. est מִסְעָד. Una vox alteram explicat: מְסִלָּה sign. *viam aggestam*, sive *ascensum*; מִסְעָד *loricas*, seu *peribolas*, i. e. fulcra quibus se sustentarent & tenerent ascendentes *.

12. *Plura quàm attulerat*, [מִלְּבַד אֲשֶׁר הֵבִיאָה אֶל־הַמֶּלֶךְ] *Præter quod* (vel, *præter ea quæ*, Pi. Strig.) *attulerat ad regem*, ό. P. Mo. Ti. *Præter compensationem eorum quæ attulerat*, &c. JT. sim. Pi. He. in V. Mar. Belg. Ità subaudiunt aliquid ex libris Regum *. *Præter ea quæ ei suâ sponte dedit rex*, Ca. sim. Sy. Quædam postulanti dedit, quædam ultro. Correxi autem hunc locum ex 1 Reg. 10. 13 t. [M. singulari modo vertit, *sed non tantum quantum illa attulit regi*.]

14. *Exceptâ eâ summâ*, &c. [לְבַד מֵאַנְשֵׁי הַתָּרִים וגו'] *Præter viros pervestigantes*, &c. Mo. *Præter id quod viri mercatores*, &c. (sive *publicani negotiatorum*, JT. Pi.) *afferebant*, P. Pi. sim. Ti. Observa לְבַד, quum significat *præter*, regere præpositionem מִן: ut hîc videre est, & Jud. 8. 26. item 1 Reg. 5. 16 v. *Præter vectigal quod afferebant regionum lustratores*, &c. M.

15. *Hastas*, [צִנָּה] *Scuta*, vel *clypeos*, Mo. Ma. V. JT. &c. ¶ *Sexcentorum aureorum*] Sub. *siclorum*; quia siclis ponderant Hebræi: ut si Latinè dicas *centenarium*, intelligetur *centum librarum*, quia libris utuntur Latini. Item si hominem dicas *sexagenarium*, de *annis* dicas, quoniam ab annis numeratur ætas x.

16. *Trecentorum aureorum*] Cùm ergò 1 Reg. 10. 17. scriptum sit, *in singulos* clypeos *insumptas esse trinas minas*, apparet minam centum valere siclos y.

18. *Et scabellum*, &c. [וְכֶבֶשׁ בַּזָּהָב לַכִּסֵּא מָאֳחָזִים] *Et scabellum in auro ipsi solio apprehensa*, Mo. *Basis quoque ex auro erat ipsi solio, tenentia*, P. Istud refertur & ad gradus, & ad basin; acsi dicat, Quæ omnia throno adhærebant z. כֶּבֶשׁ sign, *basin quandam acclivem quâ res superposita fit sublimior* a. *Atque scabellum aureum*, M. Ti. *& hæc fixa hærebant ad solium*, M. vel, *quæ solio affixa erant*, Ti. *Et scabellum aureum affixum solio*, Os. *Sex gradus cum scabello—solio affixos*, Belg. [Alii totum hunc locum sic reddunt;] *Sex autem gradus erant huic solio cum clivulo* (Heb. *& clivulum*, Pi.) *ex auro, huic solio continentes*, JT. Heb. *prehendere*, seu *tenere*, *facti*. Est autem hîc anomalia generis: nam nomen מַעֲלוֹת est generis fœminini, participium verò מָאֳחָזִים est gen. masc b. *Clivulus* erat mollis ascensus in circuitu solii, præterquam ab anteriore parte, ubi gradus erant; nam in clivuli extremitate erant leones, gradus singulos quasi observantes c. [Al. sic;] *Fornix à tergo*, &c. Ea pars quæ à tergo est, & fornicatur. מֵאַחֲרָיו legendum videtur, ut in 1 Reg. 10. 19. Alioqui si מָאֳחָזִים legas, non constabit sententia d. [At alii constare judicant, ut jam vidimus. Nimis ergò audacter id dictum est.]

25. *Quadraginta millia*] Hebr. *quatuor mille*. At 1 Reg. 4. 26. sunt 40000, &c. Resp. Ibi loquitur de equis, hîc de stabulis. Erant 4000 stabulorum, & in singulis stabulis decem equi *. Denarii numeri ellipsin frequentem esse docuimus in 2 Sam. 8. 4. & 10. 18. Vide ad 1 Reg. 4. 26 f. Quidam notant vocem אֻרְיוֹת *uraioth* significare equilia decem equos continentia, in hujus signum habere Jod insertum, denotans numerum

k V. sic Pi. — l Pi. — m Ma. — n Ma. — o V. — p Pi. — q V. — r Ma. ex Jun. — * Ità Buxt. ex Abarb. vind. 2. 2. 382. — * V. — t Ca. — v Pi. — x Ca. — y Ca. ex V. — z V. sim. Mar. — a V. — b Pi. — c Jun. — d Ca. — * V. sim. Mar. G. Ma. &c. — f Ma. ex Jun.

numerum denarium, ad differentiam nominis אֻרְוֹת uraoth, 1 Reg. 4. nec alibi cum Jod legitur [g]. ¶ *Et curruum*, &c.] Heb. *Et currus*, Ma. &c. nempe, *mille quadringenti*, ut legitur in 1 Reg. 10. 26. quod hîc omissum videtur [h].

26. *Potestatem super reges*] Erat Regum arbiter [i].

28. *Adducebantur equi*, &c.] Heb. *educebant equos*: i. e. exigebant vectigal ex equis [k]. *Pendebant vectigal equorum*, JT.

29. *In visione Addo—contra Jeroboam*] Ità o'. P. M. Ti. (Sub. *qui prophetavit*) *contra*, &c. V. *super Jerob.* Mo. *de Jerob.* JT. Pi.

g Ma. h Pi. i G. k Pi.

CAP. X.

1. PRofectus est] Omnia hîc eadem quæ 1 Reg. 12. unde petenda explicatio [a].

2. *Cùm audisset*, &c. *reversus est*] Non mox audito hoc rumore, sed tum demum cùm vocatus esset ab Israelitis [b].

5. *Post tres dies revertimini*] Heb. *Adhuc tres dies*, P. V. (sub. *transeant*, V. vel, *differte*, JT.) *&* (vel, *tum*, JT.) *revertimini*, Ma. Confer v. 12. V.

7. *Si placueris populo*,"אִם תִּהְיֶה לְטוֹב וגו] *Si fueris in bonum* (vel, *in bono*, Mo.) *populo huic*, Jun. Mo. *Si facilis*, &c. JT. Virgil. *Sis bonus ô felixque tuis*, Pi. *Si benignus*, vel *comis*, &c. V. Ti.

14. *Juxta juvenum voluntatem*] [Sim. Pi.] Al. *puerorum*. At יֶלֶד non semper sign. *puerum*, sed interdum *juvenem*; ut Eccles. 4. 13. aliàs vers. 9. ubi יֶלֶד *juvenis* opponitur *regi seni*. Neque enim pueri Reges constituuntur [c].

15. *Erat enim voluntatis Dei*, כִּי הָיְתָה נְסִבָּה מֵעִם הָאֱלֹהִים] *Nam erat causatum à Deo*, Mar. sic Mo. *Fuit causa*, &c. P. JT. *occasio*, &c. M. *revolutio*, Ti. P. vel *circumvolutio*, vel *eventus*, Pi. *eversio*, o'. *effectum à Deo*, nempe, cor obdurando [d]. Deo authore accidit [*]. *Sic à Deo dispositum erat*, Strig. sim. Os. *Contigit ista rebellio permissu Divino*, Sy.

16. *Populus autem*, &c.] Heb. *Et omnis Israel viderunt quia non ausculta vit*, &c. Ma. τò רָאוּ plura (probatiora, Jun.) exemplaria non habent [f]. Fortè irrepsit ex 1 Reg. 12. 16 [g]. [At reliqui τò רָאוּ hîc legunt, & reddunt, *videns*, &c. vel, *cùm vidisset*, &c. Ità Sy. Ar. P. M. Ti. Ca. Pi. Os. Belg.] τò רָאוּ prorsus requirit sequens vox וַיָּשִׁיבוּ. ¶ *Sic locutus est*, &c."וַיָּשִׁיבוּ וגו] *Responderunt*, JT. *Reddiderunt*, sub. *verbum*; quod exprimitur Num. 22. 8. & 2 Sam. 3. 11. [& in loco parallelo 1 Reg. 12. 16.] Deficit autem דָּבָר etiam Job. 13. 22. & 33. 5, 32. ¶ *Non est nobis pars in David*] i. e. In bonis à Davide relictis. ¶ *Revertere in tabernacula*] Relicto scil. negotio constituendi Regem Rehabeamum [h]. Quisque sua curet, non necesse est huic obedire [i].

a Ma. b Pi. c Pi. d G. * Mar. f Ma. g Ma. ex Jun. h Pi. i Os.

CAP. XI.

1. VEnit ergò, &c.] Nempe, post Jeroboamum Regem constitutum: Supplendus enim hîc est versus ex 1 Reg. 12. 20 [a]. ¶ *Electorum*] Sub. *hominum*, vel *virorum*, JT. Pi. ¶ *Contra Israel*] i. e. Decem Tribus: Synecdoche integri [b].

4. *Meâ—voluntate*] Nempe, ex speciali & expresso meo decreto: Alioquin licet malum repellere (v. g. famem, morbum, &c.) quod Dei voluntate accidit [c].

5. *Ædificavit urbes munitas*] Heb. *urbes ad*, vel *in*, *munitionem*, Ma. Mar. vel, *obsidionem*, sub. *tolerandam*, Mar. Limitem munivit; apothecas constituit, v. 11. & armamentaria, vers. 12. unde militem armaret. Tria hæc suspectis temporibus necessaria servando regno [d].

13. *Sacerdotes & Levitæ venerunt ad eum*, יִתְיַצְּבוּ עָלָיו מִכָּל־גְּבוּלָם] *Steterunt super eum de cuncto termino suo*, Mo. *astiterunt juxta eum*, &c. P. *stiterunt se ei*, &c. JT. Pi. *convenerunt ad eum*, &c. o'. *collegerunt*, sive *aggregârunt*, *se* (vel, *statuerunt se*, M.) *ad eum*, &c. Ti. V. Ca. Memores promissorum Davidi factorum. Horum exemplum secuti & alii eximiè pii, infrà 16 [*].

14. *Eò quòd abjecisset eos*, &c. כִּי הִזְנִיחָם וגו" מִכַּהֵן לַיהוָה] *Quia rejecerat*, vel *ejecerat*, (vel, *quum rejiceret*, JT.) *eos*, &c. *nè ministrarent* (vel, *sacerdotio fungerentur*, JT. sic Mo. V. &c.) *Jehovæ*, P. Cùm nollent ipsi sacrificare idolis, nec Jeroboam permitteret eos (doctrinam populo nunciare, Jun. vel) Jerosolymam adire ad sacrificandum Deo, maluerunt proprias sedes relinquere, quàm sacris functionibus ità privari [f]. ¶ *Jeroboam & posteri ejus*] Heb. *& filii ejus*, Ma. JT. Sive [eos] ad consilium adhibuerit; sive operâ illorum usus sit in præsidiis constituendis, exemplo Rechabhami [†].

15. *Sacerdotes excelsorum & dæmoniorum*, לַבָּמוֹת וְלַשְּׂעִירִים] *Pro excelsis & dæmoniis*, M. Ti. P. vel, *ad excelsa*, &c. Pi. i. e. ut in excelsis sacrificarent dæmoniis [g]. *Et idolis & vanis*, o'. Alii, *& satyris*; ità Ca. Strig. שְׂעִירִים propriè *Faunos* & *Satyros* significat, quòd pilosi apparerent suis cultoribus. De his vide Esa. 34. 14 [h]. [Vide quæ congessimus ad Lev. 17. 7.] Vituli, pro *diis*, vocantur *Diaboli*; & horum mystæ, pro *sacerdotibus*, כְּמָרִים *sacrificuli*, Os. 10. 5. Nam in materia Religionis profanum est quidquid Deum non habet authorem [i]. In vitulis non Deum, sed Diabolum, colebant: Idololatricus enim cultus non Deo, sed Diabolo, gratus est [k].

16. *Sed & de cunctis trib.* &c.] Heb. *Et post ipsos*, pro, *& qui post ipsos*, scil. Levitas, h. e. posteri eorum, venerunt de cunctis tribubus, &c. Certè Levitæ per omnes Tribus dispersi erant [l]. [Alii de aliis Israelitis intelligunt [m].] ¶ *Quicunque dederant cor suum ut quærerent Dominum*] Hebraismus; Qui tenebantur Religione veri Dei: vel, qui timebant Jehovam [n].

17. *Ambulaverunt in viis David & Salomonis*] Nempe, antequam Salomon peccaret [o]. Salomonem post lapsum resipuisse colligitur & ex libro Ecclesiastis [p], (qui liber insigne illius rei testimonium est [q],) & ex hoc loco [r]; etsi non potuit idololatriam planè evertere, & cultum Dei redintegrare; ut temporibus Manassis quoque contigit, infrà 33. 17 [*]. Alioquin divinus hic auctor eum post mortem in exemplum veræ pietatis minimè adduxisset. Innumeri sunt pœnitentiæ & salutis Salomonis assertores [t].

18. *Duxit uxorem Mahalath*, &c. *Abihail quoque*, &c. אֶת מַחֲלַת וגו" אֲבִיהַיִל וגו"] *Mahalath & Abihail*, Ti. P. M. &c. *Præter Machalatham*, &c. *Abibajilam*, &c. JT. Particula אֶת quandoque significat *præter*. Vide suprà 1 Reg. 11. 1 [v].

20. *Maacha filiam Absalom*] Alterius Absalomi ab illo Davidis filio, quippe cui unica tantùm erat filia, 2 Sam. 14. 27. Quare hic *Abisalom* vocatur 1 Reg. 15. 2. Porrò, hæc *Maacha*, &c. cap. 13. 2. vocatur *Michaiah filia Uriel*. Confer cap. 15. 16. ubi binomines sunt & mater & filia [x].

22. *Constituit verò in capite*, &c. וַיַּעֲמֵד לָרֹאשׁ וגו" לְנָגִיד] *Et constituit in caput*, Mo. Pi. *in ducem*, &c. Mo. vel, *in antecessorem*, Pi. *Constituit autem in ducem*, &c. *in ducem*, inquam, &c. P. sim. Os. Al. *ut caput esset & princeps*, &c. Ti. sim. M. *Constituit primarium Abijam antecessorem*, &c. JT. ¶ *Ipsum enim regem facere cogitabat*; ità o'. כִּי לְהַמְלִיכוֹ] *Quoniam* (pro, *ut*) *illum regnare faceret*, Mar. *quia ad regnare faciendum eum*, Mo. *quia erat constituturus eum regem*, JT. *quia* (sub. *optabat*, vel *voluit*, P. V. in Tig. not. Pi. M.) *constituere illum regem*, P. Hoc fecit, vel, 1. Quia ipsi, ut primogenito, regnum debebatur; ut infrà 21. 3 [y]. [At alii primogenitum hunc fuisse negant [z].] Vel, 2. ob singularem illius prudentiam [a]. Vel, 3. quòd matrem ejus maximè diligebat. Hoc fecit contra consuetudinem populi, & contra Legem Dei, Deut. 21. 16. quam in gratiam uxoris posthabuit [b]. Hunc assuefecit imperio, summam sub se rerum ei credens [c].

23. *Quia sapientior fuit*, &c."וַיָּבֶן וַיִּפְרֹץ מִכָּל־בָּנָיו וגו] *Et instruere faciebat, & dispergebat de omnibus filiis*, &c. Mo. Potest vel ad *Abijah*, vel ad *Rehoboam*, referri [d].

a V. b Pi. c E. d G. * G. f T. † Jun. g Pi. h V. i BA. 1. 2. 34. 357. 23, &c. k Os. l Mar. m Ità V. G. Os. &c. n V. sim. Os. o Mar. sim. La. p Ma. & Pi. ex Jun. q Pi. r Jun. Pi. Ma. * Jun. t Ma. v Glass. gram. p. 567. x Glass. gram. p. 816. y G. z Ità Me. T. Os. Mar. &c. a T. b Os. c G. d Ma.

Et crevit supra omnes fil. ejus,&c. ο'. Prudenter itaque egit,
erupitque præ omnibus filiis ejus, &c. Ti. Et intellexit, &
crevit (scil. Abija) plùs omnibus filiis, &c. Q. in Ma.
Et erudire faciebat & dispergebat, &c. G. Et ædificavit
& diruit (vetera scil. ædificia) plusquam omnes filii
(i. e. posteri) sui, &c. Os. Et docuit eum, P. sim. V.
[* Mar.] Mar. (scil. Abiam artes regias *:) dispersit autem de
omnibus reliquis filiis suis in cunctas terras Jehudah, &c.
P. sim. Mar. sive, per omnes provincias, V. Divisit eos
in urbibus munitis, nè possent contra Abiam conspi-
[f Mar.] rare [f]. Potiùs, misit eos vinctos in eas arces. Sed ut
calamitatem sublevaret, suppeditavit alimenta affa-
[g Mar. sim. T.] tim [g]. Filios minores natu noluit unà esse in uno lo-
co, nè fortè factionem aliquam inciperent; sed per
varia oppida limitanea eos distribuit, additis magi-
[h G.] stris & inspectoribus [h]. Et prudentiam adhibens di-
spersit (Hebr. & intellexit & dispersit, sub. aliquos, Pi.)
de omnibus filiis ejus, &c. JT. Pi. ¶ Præbuitque
eis] Heb. & dedit eis, Ma. Pi. &c. Referendum ad fi-
lios Rehobeami. At JT. [sic & Os.] referunt ad civi-
tates, vertúntque, quibus indebat, &c. (q. d. prospexit
munitis civitatibus de alimentis, ut possent obsidi-
[i Os.] onem tolerare [i].) Tunc autem dixisset scriptor, &
dedit in eis; i. e. indidit eis, vel, posuit in eis. ¶ Escas
[k Pi.] plurimas, [מָזוֹן] Vox hìc tantùm reperitur, & Gen.
45. 23 [k]. Vertunt, commeatum, sive escam, JT. Pi. &c.
Dedit illis Panagia, ut loquuntur Galli; exemplo A-
brahami, Gen. 25. 6. quod & Josaphat secutus legi-
[l G.] tur c. 21. 3 [l]. ¶ Et multas petivit uxores] Sim. V.
Heb. postulavit, nempe, à puellarum illarum parenti-
[m Pi.] bus [m]. Nempe diligentiâ magnâ opus erat, fortè &
ingenti dote, ut tot nobiles sponsæ & regio thalamo
[n T.] dignæ reperirentur [n]. Porrò, plerique hoc ad Abijah
referunt, qui pluribus affinitatibus seipsum fulcivit, ut
[o Ma.] faciliùs sibi viam ad regnum sterneret [o]. Alii ad Re-
[p Q. in Ma.] chabeam [p]; qui has petiit, vel, 1. sibi. Fuit enim
mulierosus & salax, ideóque vixit tantùm 58 annos.
[q Os.] Salacitas enim immoderata mortem accelerat [q].
Vel, 2. filiis suis. Petivit ipsis turbam uxorum, T. procu-
ravit eis, &c. JT.

CAP. XII.

1. Quum roboratum fuisset, [כְּהָכִין וגו'] Cùm stabili-
visset, sive confirmâsset, sub. Dominus, V. ¶ Et
confortatum, [וּכְחֶזְקָתוֹ] Et cùm roborâsset illud, Mo. sim.
P. Ti. & potens factus esset, M. quúmque confirmatus es-
set, JT. Pi. Heb. & post robur suum. τὸ כ valet post, Pi. In-
genium humanum sibi relictum, quò majora à Deo
beneficia accipit, tantò plùs rationi & carni suæ in-
[a Os.] dulget [a].
2. Ascendit Sesacus] Qui Sebacus in Herod. & Diod.
[b Mar.] genere Æthiops, Ægypti Rex [b].
3. Libyes; ità JT. BP. [לוּבִים] De his infrà 16. 8.
& Dan. 11. 43. & Nahum 3. 9. לוּב est Africæ nomen
[c BP. 4. 33. 336.] Hebræis [c]. Hi sunt Libyes Mareotæ Ægypto conter-
mini, de quibus Plin. 5. 6. & Ptolem. 4. 5 [d]. לוּבִים
[d Ma. ex Jun.] contractum videtur ex לְהָבִים, de quibus vide Gen.
[* Ma.] 10. 13 *. ¶ Et Troglodytæ; ità JT. Mar. BP. ex ο'.
[סֻכִּיִּים] Succæi, JT. Nempe utriusque nominis ea-
[f BP. 4. 29. 318.] dem est ratio [f]. Troglodytæ sic dicuntur, quia in ta-
bernaculis degunt [g], vel in speluncis; quia τρώγλας sub-
[g Jun. Ma. T.] eunt, i. e. terræ foramina & specus, teste Plin. 5. 8.
[h Ma.] Troglodytæ (inquit) specus excavant, hæ illis domus [h].
[i BP. sic Jun. &c.] סֻכָּה autem sign. & tabernaculum [i]; & speluncam, ut
patet ex Job. 38. 40. Psal. 10. 9. Porrò, à Succhæis no-
men habet oppidum Troglodyticæ Succhæ, in ora Ru-
[k BP. p. 318.] bri maris, Plin. 6. 29 [k]. Regio item Troglodytice
Succoe dicta est Plin. 6. 29 [l]. Mihi potiùs Succijim
[l Jun.] sunt Arabes Scenitæ, qui tentoria incolunt, Ægypto
[m Ma.] contermini [m]. סֻכִּיִּים Σκηνίτας verbum verbo reddens
[n G.] dixit Ptolemæus [n].
6. Justus est] q. d. Justè punimur propter peccata
[o V.] nostra [o].
7. Dabóque eis pauxillum auxilii, [וְנָתַתִּי לָהֶם כִּמְעַט לִפְלֵיטָה] Dabóque eis aliquantulum ad evasionem, Mo.
vel, ad salutem, ο'. vel, aliquantulam (sive parvam,
Strig.) salvationem, M. Ti. vel, sicut parùm liberati-
onis, Mar. Sed dabo (vel præstabo, JT.) eis brevi (vel
mox, JT.) evasionem, sive liberationem, P. V. JT. Pi. sub.
quandam, V. vel effugium, Jun. nempe ab hac afflicti-
one. Ad verb. secundùm breve (sub. tempus) evasio-
nem. Dictio כִּמְעַט in eadem significatione legitur
Psal. 2. 12 [p]. Brevi; Heb. post modicum, scil. temporis: [p V.]
ubi præpositio כ valet post, ut suprà v. 1 [q]. Sed utcun- [q Pi.]
que servabo eos, Ti. ¶ Et non stillabit furor meus, &c.
ità Mo. P. sim. Strig. [וְלֹא תִתַּךְ חֲמָתִי וגו'] Nec con-
flabitur, &c. Ti. M. Nec effundetur, &c. JT. Ca. Mar.
scil. ultrà, vel ampliùs, Mar. V. Vel, non diu dura-
bit [r]. Permittam eos respirare tantisper *. [r V.] [* Mar.]
8. Ut sciant distantiam servitutis meæ, &c.] Disci-
mus hinc, pœnam non semper tolli, sed sæpe minui
tantùm, culpam agnoscentibus: Deinde, in servitute
minùs mali esse quàm in internecione: qua de re egi-
mus de J. B. & P. 2. 24. 6. Et, Deo servire nolentibus
hanc pœnam imponi, ut duris Regibus serviant [t]. Vi- [t G.]
de quàm citò Deus placatur ad pœnitentiam qualem
qualem [v]. [v La.]
10. Principibus scutariorum, [הָרָצִים] Cursorum, P.
V. JT. Mar. qui erant à corpore Regis: Sic dicti sunt,
quòd pedibus sequerentur Regem [x]. [x V.]
11. Cùm introiret rex, &c.] Sim. Pi. Heb. cùm ve-
niret, &c. Mar. vel, ab introeundo regem, &c. Ponitur
autem מִדֵּי (scil. præpositio מִן cum adjectione sylla-
bica דֵּי) pro עִבְרֵי [y]. [y Pi.]
12. Aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt peni-
tùs, [וְלֹא לְהַשְׁחִית לְכָלָה] Ut non perderet eum in u-
niversum, Ti. vel in totum, Jun. vel prorsus, P. sim. JT.
vel consumptione, Pi. Heb. & non fuit ad perdendum, scil.
tribum Judæ, in consumptionem, i. e. ità ut eos consu-
meret [z]. Ut non faceret omnimodam consumptionem, M. [z Pi.]
Ad verb. & non ad perdendum (vel corrumpendum, Mo.)
ad consumptionem, sub. fuit, sic; Et non fuit ad disper-
dendum, sub. Jeroboam [lege Rehoboam] & nos, & ad
consumptionem. q. d. Ira Domini non fuit ut perderet
illum populum, sed ut converteret illum ad se per il-
lam castigationem [a]. ¶ Siquidem & in Juda in- [a V.]
venta sunt opera bona, [וְגַם בִּיהוּדָה הָיָה דְּבָרִים טוֹבִים]
[Variè reddunt.] Et in Jehudah res bene se habuerunt,
M. V. Et etiam in Jehudah fuerunt (Heb. fuit, Mo.)
verba bona, ο'. vel, res bonæ, P. Ti. id est, felices & pro-
speræ. Non ampliùs oppressi sunt à Sesac [b]. [Ca. to- [b V.]
tum sic reddit; Ut non solùm Jovæ in eum ira coercita
est, &c. verùm etiam Jehudæ bene consultum est. Alii
aliter;] Etiámque erga Jehudam usus est verbis bonis,
JT. i. e. Judæos consolatus est promissionibus. Vide
1 Reg. 11. 13. & 36. & suprà v. 7 [c]. Sed supplemen- [c Jun.]
tum illud [usus] nimis insolens ac violentum vide-
tur [d]. Quidam referunt ad homines; q. d. Jehudâ [d Pi.]
fuerunt gesta bona: Sed prior opinio melior *. Nam [* V.]
in Juda erat adhuc aliquid boni, Strig. vel, erant adhuc
res bonæ; i. e. reliquiæ veri cultûs Dei, verorúmque
ejus cultorum; qua de re Abijah gloriatur infrà 13.
10, 11 [f]. Ibi erant multi pii homines, qui vel ad im- [f Pi.]
pietatem nondum declinaverant, vel ab impietate ad
Deum seriò conversi erant [g]. Horum causâ pepercit [g Os.]
urbi. Confer Gen. 18. 32 [h]. Obj. Totus Israel reliquit [h Belg.]
Legem Dei, &c. v. 1. Resp. Id intelligendum de multò
maxima parte [i]. [i Pi.]
13. Quadraginta & unius anni, &c.] Vide ad 1 Reg.
14. 21 [k]. ¶ Quam elegit, &c. de cunctis tribubus] [k Ma.]
i. e. Ex omnibus civitatibus tribuum: Meton. sub-
jecti [l]. [l Pi.]
14. Non præparavit cor; ità Os. & plerique in Mar.
[לֹא הֵכִין וגו'] Non comparavit animum, JT. non di-
rexit, &c. Mar. Relapsus est in idololatriam, quia non
dilexit veritatem, nec seriò in hoc incumbebat, ut Deo
rectè serviret [m]. Consternatus erat v. 6, 7. ex servili [m Os.]
timore pœnarum; sed pœnitentia non erat idonea:
aut, si seriò tum pœnituit, non ultra abitum Sesaci
sese extendit pœnitentia [n]. [n T.]
15. Scripta sunt in libris Semeiæ —— & Addo Videntis,
& diligenter exposita, [לְהִתְיַחֵשׂ] In genealogizando, Mo.
dum recensent seriem generationum, P. Ti. dum genera-
tionum series recensetur, vel texitur, V. In genealogiis,
JT.

JT. id eſt, in libro in quo Regum genealogias deſcribit; qui etiam dicitur *Midraſch*, id eſt, Commentarius, infrà c. 13. v. 22 [o]. *In recenſione genealogiarum*, Q. in Belg. id eſt, in libro deſcribente generationes Regum; qui liber infrà cap. 13. 22. *hiſtoria prophetæ Iddo* vocatur [p]. *Ad genealogizandum*, i. e. uſque dum genealogiam deſcribat, tum majores, tum poſteros, non tantùm acta ejus [q]. *Ad recitandum genealogias*, i. e. in libris illis qui continent Regum & præcipuarum familiarum genealogias [r]. *Scripta exſtant*, &c. *nominatim*, Ca. *Et literis mandatæ ſunt*, Strig. [ſcil. res geſtæ Rehoboami.] *Iddo Videntis, & genealogiam texentis*, M. Librum ſuum Addo inſcripſerat Γενεαλογίαν, & ſingulis quorum nomina recenſebat addiderat rerum geſtarum ab ipſis breviarium. Quod hîc reperitur הִתְיַחֵשׂ, id γενεαλογεῖν vertunt Græci 1 Par. 5. 1. & 7. 40. & 9. 1. Eſd. 2. 62 *. ¶ *Pugnaverúntque*, &c. וּמִלְחֲמוֹת וגו׳] *Et bella Rechabham & Jarobham omnibus diebus*, Mo. *Et fuerunt bella inter Rech. & Jerob.* M. Ti. ſim. Sy. Ar. Subaudiunt Hebræi הָיוּ *fuerunt*: i. e. Perſeverârunt bella inter ambos quamdiu vixerint [t]. *Et bella*, ſub. *ſcripta ſunt*, &c. Mar. *Etiam bella Rehob. & Jerob.* (vel *Rehob.* contra *Jerob.* JT.) *omnibus eorum diebus*, Pi. JT. [Sic exprimunt articulum ה in הַיָּמִים: & hæc verba referunt ad τὰ *ſcripta ſunt* initio verſûs.]

[o] Jun. [p] Belg. [q] Mar. [r] Oſ. * G. [t] V.

CAP. XIII.

1. *Anno—regis*] Pro, *regni*, V. ¶ *Regnavit*] *Regnare cœpit*, JT. ¶ *Super Judam*] Intellige, *& Benjamin* [a].

2. *Michaia, filia Uriel*] At ſuprà 11. 20. dicitur *Maacha, filia Abſalom.* Quid dicendum? Reſp. 1. [Q. nodum ſcindunt,] Σφάλμα eſt in hoc loco [b]. Credibile eſt olim ſcriptum מַעֲכָה, ut eſt ſuprà, & in lib. Regum. Eadem *Aſæ mater* dicitur 1 Reg. 15. 10. id eſt, avia †. 2. *Matres & Patres* ſæpe dicuntur qui ſunt avi & aviæ: Potuit ergò hæc eſſe neptis Abſalomi [c]. 3. Filia Abſalomi potuit eſſe, non naturâ, ſed adoptione; & nata ex Thamarâ ſorore Abſalomi, olim conſtupratâ, quæ poſtea virum habuit Urielem, &c [d]. 4. [Multi binomines erant, ut antè non ſemel notatum;] *Uriel* dictus & *Abſalom*; ſuprà 11. 20, 21. & 1 Reg. 15. 2, 10 *.

3. *Cúmque iniiſſet Abia certamen*, &c.] *Cùm iniiſſet*, &c. i. e. Infeſto exercitu ingreſſus eſſet fines hoſtiles, ut ex ſequentibus apparet †. Nam certaminis locus erat in tribu Ephraim *. ¶ וַיֶּאְסֹר אֲבִיָּה אֶת־הַמִּלְחָמָה בְּחַיִל גִּבּוֹרֵי מִלְחָמָה] *Et junxit* (*ligavit*, Ma.) *Abijah bellum*, ſive *prælium, in fortitudine potentium bello*, &c. Mo. ſim. Ma. *Inſtruxit*, ſive *ordinavit, aciem illam* (quam congregaverat ut reſiſteret ipſi Jeroboam [f]) *cum exercitu potentium* in *bello*, P. *Conſtrinxit—viros belligeros*, &c. Sy. *collegit viros bello potentes*, &c. Ar. *præparavit ad bellum*, &c. Strig. *congregavit ad prælium viros ſtrenuos*, &c. Ti. *& ordinavit bellum, habens ſtrenuos*, &c. M. *Junxit* (Heb. *ligavit*, metaphora ab equis vel bobus, qui ligantur ad currum vel aratrum [g],) *copias* (Heb. *bellum*, meton. effecti, Pi.) *robore valentes*, (Heb. *cum robore* entes, Pi.) *bellatores*, JT. Heb. *viros belli.* גִּבּוֹר hîc idem valet quod גֶּבֶר *vir*, ſicut & 2 Sam. 22. 26 [h]. *Compoſuit aciem ſtrenuè, viros bellatores*, Pi. *Ligavit prælium*, &c. i. e. currus ad prælium, Q. in Ma. *Accinxit*, &c. Rectè: Milites enim ad prælium accingebantur [i]. ¶ *Quadringenta millia*] Itémque pòſt, *octingenta*, & *quingenta*. Sed cùm ſit hic numerus incredibilis, ſequi malui Græcum & Latinum interpretem & Joſephum, qui omnes in hoc conveniunt [k]. [Quid ſibi velit neſcio; nam *quadringenta* habent & ό. & Vulgatus ſive Latinus, & præterea Sy. Ar. &c. Nec adeò incredibilis erat hic numerus, cùm in una tribu Judæ numeravit Joab 500 millia bellatorum, cui jam acceſſio facta eſt tum integræ Tribûs Benjamin, tum plurimorum Iſraelitarum ex aliis tribubus, ſuprà 11. 14, 16.] ¶ *Inſtruxit è contrà*] Heb. *cum*

[a] V. Pi. [b] Capel. † G. [c] Pellican. in Buxt. vind. 2. 13. 922. [d] Mart. in Reg. * G. † G. ex Me. * Me. ad v. 4. [f] V. [g] Pi. [h] Pi. [i] Ma. [k] Ca.

eo, Pi. *contra eum*, JT. Qu. Quomodo juſtè ſuſcepit Abija hoc bellum contra Jeroboam, cui Deus regnum contulerat? Reſp. 1. Abija non infert bellum, ſed illatum repellit; ut docet v. 12. *Nolite pugnare contra Dominum*, &c. 2. Etſi Jeroboam regnum acceperat, eo tamen dignè privari poterat, ob vitulos, &c [l]. Fortè putavit Abiam, non eſſe Divini conſilii ut perpetua eſſet iſta diviſio, ſed voluiſſe tantùm ut eâ inſipientia Roboami caſtigaretur *.

4. *Stetit*] Hebr. *Surrexit*; Mar. Pi. ¶ *Super montem*] Heb. *è ſuper monte*, Pi. Ut oratio ejus meliùs exaudiretur à ſequacibus Jeroboami [m]. ¶ *Semeron*] *Semaraim*, V. Mons hic erat in tribu Benjamin. Vide Gen. 10. 18 [n]. & Joſ. 18. 22 [o]. Verùm hîc ſequitur, *qui erat in Ephraim*; ergò diverſus hic fuit ab illo [p]. ¶ *Et ait*] Oratio hæc appoſitè facta, & ad terrendos hoſtes, & ad ſuos cohortandos. Oſtendit enim Abia pro ſe eſſe ſucceſſionem legitimam, ſacra & Sacerdotes apud ſe. Non erat Abia religioſus, ut apparet 1 Reg. 15. 3. ſed Religionis velo uti nôrat, ut multi Reges [q].

5. *In pactum ſalis*] Sim. V. *Fœdere*, vel *pacto, ſalis*, P. JT. Pi. ſive *ſalito*, Ca. i. e. inviolabili [r]; firmo & ſtabili *: quòd ſal arceat corruptionem [t]. Alii, fœdere ſancto & ſolenni, icto adhibitis ceremoniis fieri ſolitis. Apud Hebræos alióſque fœdera non ſanciebantur niſi adhibitis ſacrificiis, in quibus ſemper apponebatur ſal; Levit. 2. 13. Ezec. 43. 24. Vide eandem locutionem Num. 18. 19 [v]. Hoc ex parte falſum erat; neque enim Deus promiſit ſe totum Iſraelem conſervaturum in familia Davidis, ſi ipſa deſciſceret [x].

7. *Viri vaniſſimi*, רֵקִים] *Vacui*, P. *Vani*, V. JT. i. e. nihili & inutiles. Idem ſignificat & רֵיקָא Chaldaicè, cujus mentio eſt Matt. 5. 22 [y]. ¶ *Roboam erat rudis*] Heb. *puer*, non ætate, (vide cap. 12. 13.) ſed animo & prudentiâ [z]. Metaphora qualis Eccleſ. 10. 16. & Eſa. 3. 4 [a]. ¶ *Et corde pavido*] Heb. *& tener corde*, V. Mar. Pi. *mollis animo*, Pi. Qu. Annon peccavit Abia talia referens de patre ſuo? Reſp. 1. Dixit hoc, non ut filius, ſed ut Rex, negotium regni agens; ut doceret ſe improbare ac deteſtari factum illius, adeóque populum induceret ad id quod volebat. Unde nec *patrem* eum vocat, nè videretur eum, quem populus meritò oderat, aliquo modo honorâſſe [b]. 2. Non rectè dixit; nam Roboam exercitum conſcripſerat ut Iſraelitas ſibi denuo ſubjiceret; nec timore prohibitus eſt, ſed mandato Dei [c]. ¶ *Nec potuit reſiſtere eis*, וְלֹא הִתְחַזַּק לִפְנֵיהֶם] *Et non roboravit ſe ante eos*, P. *& non poſſet conſiſtere ante faciem eorum*, M. ſim. Ti. *neque confirmaret ſe adverſùs illos*, JT. Heb. *coram illis*, Pi. *nec fortiter oppoſuit ſe eis*, Oſ. *non reſtitit ad faciem ejus*, ό.

8. *Dicitis*] Scil. *in animo*, Pi. *ſtatuitis*, P. V. ¶ *Reſiſtere—regno Domini*] Sic vocat regnum Judæ, quòd à Domino inſtitutum eſt [d], ejúſque Dominus Rex eſt *. ¶ *Habetíſque—multitudinem, atque vitulos*, &c. וְאַתֶּם הָמוֹן רָב וְעִמָּכֶם עֶגְלֵי וגו׳] *Et eſtis* quidem (Heb. *& vos*, Pi. *quamvìs ſitis*, JT.) *multitudo magna*; *ſed* (vel *tamen*, JT. Heb. *&*, quod adverſativè ponitur [f],) *vobiſcum ſunt vituli*, &c. Pi. ſim. G. q. d. Sed habetis imagines, contra Legem, propter quas Deus vobis iraſcitur [g]. Vide Judith 5. 18, 19. Hoc erat fundamentum conſilii quod dedit Balaamus [h].

9. *Et ejeciſtis*; ità P. הִדַּחְתֶּם] *Expuliſtis*, ſub. *de patria*, V. ¶ *Populi terrarum*] Alienarum, V. ¶ *Initiaverit manum*, &c.] Heb. *ad implendum manum ſuam*; ut Exod. 28. 41. & 32. 29 [i]. *Ad conſecrandum miniſterium ſuum*, JT.

10. *Noſter—Dominus Deus eſt*] Sub. *verus*: at vituli veſtri ſunt opera manuum, &c [k]. Heb. *Et nos*, V. Pi. (*Ad nos quod attinet*, nominativus abſolutè poſitus [l],) *Jehovah Deus noſter*, ſive, *eſt Deus nobis*, V. Pi. q. d. non autem vituli, qui dii veſtri ſunt [m]. *Nos habemus Dominum*, &c. JT. Audax ſupplementum [n]. *Et nos* (ſub. *ſumus*, M. P. Ti.) *Domini Dei noſtri*, Mo. M. [Alii connectunt cum verbo ſequenti, *Nos Dominum non dereliquimus*, ό. Sy. Ar.] ¶ *Levitæ ſunt in ordine ſuo*] Heb. *in opere*, Ma. Sunt *in opere ſuo*, JT. ἐν τῷ ἔργῳ, in opere ipſis præſcripto, miniſtrantes ſcilicet ſacerdotibus [o].

11. *In*

[l] E. * Me. ad v. 5. [m] T. [n] Ma. ex Jun. [o] Ma. [p] Pi. [q] G. [r] Ca. V. * Pi. Mar. [t] V. ſim. Mar. Pi. [v] Ma. ex V. [x] Oſ. [y] V. [z] V. Mar. ſim. Pi. [a] Pi. [b] E. [c] Oſ. [d] Mar. Pi. * Me. [f] G. [g] G. ſim. Mar. [h] G. [i] Pi. [k] Oſ. [l] Pi. [m] Pi. [n] Pi. [o] Pi.

11. *In mensa mundissima*] Mensa pura vocatur, quia obducta erat auro puro, Exod. 25. 24 [p]. ¶ *Est apud nos candelabrum*, &c.] Unius tantùm mensæ & unius candelabri meminit, cùm tamen Salomon decem effecerat. Hinc colligo Sesacum reliqua abstulisse [q]. Vel potiùs, numerus singularis hîc ponitur pro plurali [r]. ¶ *Custodimus præcepta*, &c.] *Observationem Jehovæ*, i. e. à Jehova nobis præceptam †.

12. *Et resonant*, לְהָרִיעַ] *Ut jubilent*, *ut clangant*; i. e. clangore suo pugnam in vos accendant [t].

13. *Jeroboam retro moliebatur insidias*] Heb. *fecit circuire* (*circumduxit*, Q. in Ma. *jusserat divertere*, JT.) *insidias*, Pi. i.e. milites in insidiis collocatos [v]. ¶ *Judam—ambiebat*] Nam qui numero præpollent, id agere solent, ut hostem undique includant [x].

14. *Tubis canere cæperunt*] Erat sonus ille imploratio Divini auxilii, quod Deus promiserat. Vide Num. 10. 9 [y].

15. *Vociferati sunt*] Ità sign. הֵרִיעַ etiam Jos. 6. 8. aliàs 5. & v. 23. aliàs 20 [z]. De more antiquorum fiebat, ad terrendum hostes [a].

17. *Quingenta millia*] Qualem stragem nullibi legimus uno conflictu editam: Sed Israelitæ non resistebant. Abiæ exercitus erat numerosus, & Deus adjuvit *.

18. *Quòd sperâssent*, &c.] Erat hic populus melior Rege. Sæpe Deus populo parcit ob Regem; sæpe & Regi ob populum [b].

20. *Nec valuit resistere*, וְלֹא עָצַר כּוֹחַ] *Et non retinuit* (vel *habuit*, ο'. M. *obtinuit*, JT.) *fortitudinem*; vel *robur*, Mo. P. Ti. M. vel *vires*, Pi. ¶ *Quem percussit Dominus*] Morte violentâ, aut subitâ [e]. Sed quem percussit? Respond. 1. Jeroboam [d]. 2. Abiam: ità Seder Olam. Nam Jeroboam diutiùs vixit, Abia brevi mortuus est †; qui, ob ingratitudinem pro obtenta victoria, indignum se præbuit longiore vitâ [f].

22. *In libro Addo*; ità ο'. P. בְּמִדְרַשׁ וגו'] *In dissertatione*, Mo. sim. Sy. *in commentario*, M. JT. Pi. *in quæsitorio*, Ma. Pi. seu *repertorio*, Pi. A quærendo dicitur, quòd acta Regum diligenter inquisita essent, & in eum librum collata [g]. *In historia*, Ti. Ca. Strig.

[p] Pi. [q] Os. Torniel. in T. [r] Me. ex To. & Sal. † Pi. [t] V. [v] Pi. [x] G. [y] Me. [z] Pi. [a] V. * Me. [b] G. [e] Me. [d] Me. ex To. T. Os. † Mar. [f] T. [g] Mar.

CAP. XIV.

3. ALtaria peregrini cultûs, נֵכָר] *Alieni*, P. V. i. e. deorum alienorum [a]. *Altaria alienigenarum*, JT. Verto, deorum *alieni* populi. Prius supplementum sumo ex 1 Reg. 15. 12. Fortè vox אֱלֹהֵי hîc excidit, quæ ante נֵכָר reperitur Deut. 31. 16. item Gen. 35. 2. & 4. Supplementum posterius τοῦ עַם in voce נֵכָר perpetuum est. Hinc alienigena dicitur בֶּן נֵכָר, *filius alieni*, viz. *populi*. Exempla vide Gen. 17. 12, 27. Exod. c. 12. v. 43. &c [b]. ¶ *Et excelsa*] At 1 Reg. 15. 14. *Excelsa non sunt amota*. Resp. Abstulit excelsa quæ *idolis* consecrata, non item quæ Deo vero [c].

5. *Et abstulit—aras*] Heb. *excelsa*, Ma. JT. &c. Abstulit ex locis publicis: ex locis privatis postea, infrà 15. 8. Sic Christiani Imperatores orbem Paganismo purgârunt per gradus quosdam [d]. ¶ *Et fana*, וְאֶת־הַחַמָּנִים] *Et apricationes*, Mo. *idola*, ο'. Strig. sim. Ar. *subdiales statuas*, JT. Idola sub dio posita, atque ità Soli exposita. Sol autem חַמָּה dicitur †. *Simulacra*, Sy. M. Ti. P. V. sub. *solis*, erecta in honorem Solis, quem tum colebant [f]. *Templa facta ad cultum solis*, BP. ex AE. Ex חַמָּה *sol* fit חַמָּן *amman* templum Solis, quem solum cœli dominum crediderunt prisci Phœnices [g].

7. *Ædificemus*, &c. *donec à bellis quieta sunt omnia*, עוֹדֶנּוּ הָאָרֶץ לְפָנֵינוּ [Variant.] *Adhuc* existente *terrâ* (vel, *dum adhuc terra* est, subaudito ב, V.) *coram nobis*, P. id est, in potestate nostra, V. sim. Ca. Mar. *Tantisper dum hæc terra nobis exposita est*, JT. Pi. Heb. *Adhuc hoc* existente, *ut terra hæc coram nobis* sit, Jun. i. e. dum liberè nobis in ea versari liceat [h]. *Quamdiu terrá est bello exempta*, Ar. sim. Sy. Pi. *Adhuc enim terra est* quieta *ante conspectum nostrum*, M. *Superest enim nobis terra*, Ti. Tempore pacis de bello cogitandum [i].

9. *Zara Æthiops*] Æthiopes, numero hominum validi, sæpe ad mare usque Syriacum bellando venêre, ut olim Cepheus *. Qu. Quis hic fuit? Resp. 1 Rex Ægypti [k]. 2 Rex Æthiopum sub Ægypto [l]: nam cap. 16. 8. disertè conjunguntur *Æthiopes Libyis*, quos nemo extra Africam collocat [m]. 3. Aliis hæc *Æthiopia* non est *Africana*, sed orientalis vicina Arabiæ, &c. & juxta Madianitas [n]. [Et כּוּשׁ in S. S. hanc regionem significare tum hîc, tum alibi, multis docet Cl. Bochartus, quæ à nobis consarcinata reperies ad Num. 12. 1.] ¶ *Et curribus trecentis*] Supple ἀπὸ κοινοῦ *mille*, (ut patet ex 16. 8.) id est mille & trecentis [o] ¶ *Usque Maresa*] Quæ erat in tribu Juda. Vide Jos. cap. 15. vers. 44 [p].

11. *Non est apud te distantia*, &c. אֵין עִמְּךָ לַעְזוֹר בֵּין רַב לְאֵין כּוֹחַ] *Non tecum* (sub. *distantia*, Mar.) *ad auxiliandum*, Mo. Mar. Ma. *inter multum non fortitudini*, Mo. vel, *inter multum & cui non est robur*, Mar. vel, *cum multitudine non forti*; vel, *ei qui non est fortis*. q. d. Non eges multitudine ad adjuvandum eum cui non est fortitudo [q]. *Non* est *apud te* differentia *ut auxilieris inter magnum* & *eum cui non* est *fortitudo*, P. Hebraismus, pro, *Sine ulla differentia ferre soles opem potenti & infirmo: & is cui tuleris opem tandem vincet* [r]. *Non est apud te* difficultas *ut auxilium feras*, M. (vel, *nihil* refert *apud te auxilium feras*, Ti.) *vel multis, vel his quibus non est robur*, M. Ti. sim. Strig. Potes non minùs per imbecillum exercitum dare victoriam quàm per potentissimum †. *Nihil est apud te*, *opem ferre destituto viribus*, *intercedendo abundanti* (Heb. *inter abundantem*, JT. vel, *inter multum*, seu *potentem*, Pi.) *viribus*, JT. id est, opponendo te illi, ut vulgus loquitur [t]. Eadem sententia 1 Sam. 14. 6. Vide quæ ibi diximus [v]. ¶ *Non prævaleat contra te homo*; ità ο'. P. sim. Ca. אַל יַעְצוֹר עִמְּךָ אֱנוֹשׁ] *Non dominetur tecum mortalis*, Mo. *Nè obtineat* (sub. *vires*, ex 2 Par. 13. 20.) *contra te mortalis*, JT. sim. Pi. *Nè prævaleat tecum mortalis*, Ti. *Et non prævalebit tibi ullus homo*, M. *Contra te nihil valet homo*, Strig. *Nè regnet tecum homo*: q. d. Tu solus Deus noster es, nè permittas ut cujusquam hominis imperio subdamur. עָצַר sign. *regnare* Jud. 18. 7 [x].

13. *Ruerunt Æthiopes usque ad internecionem*, וַיִּפֹּל מִכּוּשִׁים לְאֵין לָהֶם מִחְיָה] *Et ceciderunt ex Æthiopibus*, P. nempe *multi*, V. *ut non esset eis vita*, P. V. Mar. sim. Mo. *ità ut nullus ex eis vivus superesset*, Ti. sim. M. Strig. Mar. *ad internecionem*, V. Ca. [Al. sic;] *Ceciderunt ex Æthiopibus* tot, *ut non* esset (Heb. *ad non* essendum, Pi.) *illis instauratio*, JT. Heb. *vivificatio*, i. e. ulla suas copias instaurandi ratio. Sic enim conjugatum *vivificandi* verbum accipitur 1 Par. 11. 8. ut observatum est Gen. 18. 10 [y].

14. *Percusserunt civitates omnes per circuitum Geraræ*] Id est, civitatum incolas [z]. Qui Pelischtæi erant, ac proinde Judæorum perpetui hostes [a]; qui & Æthiopibus auxilium tulerant, alioqui non erat cur diriperentur [b]. ¶ *Prædam*] Heb. בִּזָּה. Id Græci elegantiores dicerent λάφυρα, sed nostri sæpe διαρπαγὴν vertunt, sæpe & προνομὴν· quorum illud de urbibus, hoc de agris, dici solet [c].

15. *Caulas ovium*, אָהֳלֵי מִקְנֶה] Quod retinuêre Græci. Ἀλιμαζονεῖς significat *tentoria pecuariorum*, i. e. Arabum Scenitarum, qui fœderati Æthiopibus Scenitis [d]. Verto, *tentoria pecoris*, i. e. habitatores tentoriorum, nempe Arabes Scenitas †.

[a] V. [b] Pi. [c] Ma. ex L. Me. T. [d] G. sim. Ma. † Pi. [f] Tig. not. [g] BP. 2. 17. 857. [h] Pi. [i] G. * G. [k] Ità V. Mar. [l] Ità Me. ex To & Sal. Ma. T. ex Ser. [m] T. [n] Ità E. Torniell. in T. BP. [o] Ma. ex Jun. [p] Ma. [q] Ma. [r] V. † Os. [t] Jun. [v] G. [x] Ma. [y] Jun. [z] Jun. Pi. [a] Jun. [b] Me. [c] G. [d] G. † Pi. ex Jun.

CAP. XV.

1. AZarias filius Obed] Heb. *Oded*. Vocatus & ipse, ut pater, *Oded*, v. 8. sed ab eo distinctus altero *Azariæ* nomine [a]. *Hazarias*, &c. nominativus absolutè positus; q. d. *Quod attinet ad Hazariam*, *factus est*, &c [b]. ¶ *Facto in se spiritu Dei*] Nè populus elatus victoriâ in securitatem carnalem laberetur, cohortatur eos per Prophetam [c].

[a] G. ex V. [b] Pi. [c] Os.

2. *Egressus est*] Ex urbe Hierosolyma. ¶ *In occursum*] Asæ revertenti à pugna[d]. ¶ *Dominus vobiscum*] Sub. vel *fuit*, sive *adfuit*, JT. Pi. (scil. in pugna cum Æthiopibus†;) vel *aderit*, V. ¶ *Quia fuistis cum eo*, [בִּהְיוֹתְכֶם עִמּוֹ] *Dum fuistis cum eo*, JT. Pi. sim. V. i. e. Dum cultum ejus reformare cœpistis[f]: vel, *quamdiu eum non deserueritis*, V.

3. *Transibunt—multi dies in Israel absque Deo*, &c. [וְיָמִים רַבִּים לְיִשְׂרָאֵל וגו׳] Interpretes hîc variant, nec facile est statuere de quo tempore loquatur, præterito, an futuro. De futuro magis credam, Babylonicâ captivitate, aut Romanâ[g]. *Dies autem multi fuerunt Israeli absque Deo*, &c. P. sim. V. G. sub Jeroboamo, G. *Et quidem multis diebus in Israele non* quæsierunt *Deum verum*, &c. Ti. sim. M. *Dies enim multi* aguntur *Israelitis sine Deo*, &c. JT. Pi. Confirmatio est ab exemplo regni Israelitici[h]; quod à Deo defecerat, ideóque plurimùm vexabatur[i]. *Solent qui monent, à præceptis incipere, in exemplis deficere*; Seneca[k]. Designat præsens tempus in regno Jerobo-ami & successorum illius, & etiam in regno Judæ futura tempora sub impiis Regibus, &c[l]. q. d. Multo tempore in populo Dei non exstabunt publicè Dei cultus & agnitio, & Lex erit in contemptu. Vide 2 Reg. 23. Quare summè vigilandum est nobis, ut lumen veritatis diligentissimè conservemus[m]. ¶ *Absque Deo vero*; ità P. JT. Pi. V. vel, *sine cultu Dei veri*; vel, *sine cultu Dei vero*, V. [לְלֹא אֱלֹהֵי אֱמֶת] *Absque Deo veritatis*, Mo. *Absque judicibus* (id etiam sign. אֱלֹהִים) *veritatis*, id est, qui in judicio veritatem sequentur[n]. ¶ *Absque sacerdote doctore*] Ità Mo. sive *docente*, JT. Pi. sim. M. Ti. V. scil. *Legem*, V. Nam sacerdotes omnes Tribui Judæ se adjunxerant[o]. Sacerdotes non erudiebant populum, sive ipsorum sive populi incuriâ[p]. Alii, *absque sacerdote, doctore*, P. *absque sacerdote*, absque *doctore*, Os. Nunc confusis tribubus non habent sacerdotes, & pro veris Doctoribus mendaces Rabbinos habent*. ¶ *Absque Lege*] i. e. Legis cura[q]. Vel, Sacerdotes non docebant Legem[r]. Nabuzaradan libros Legis combussit †. Vide 2 Reg. cap. 23[f].

4. *Cùmque reversi fuerint*, [וַיָּשָׁב וגו׳] Præterita ponuntur pro futuris, & intelligenda hæc de captivitate Babylonica[v]. Rectiùs, *Si conversus fuisset*: neque enim id evenit[x]. *Si conversus fuisset Israel*, (i. e. decem Tribus, Pi.) &c. *præstò fuisset*, &c. JT. Al. *Reversus est autem*, &c. i. e. Resipuit, cùm fuisset in illa nota tribulatione sub Zerah Rege Æthiopum[y].

5. *In tempore illo*] Ab initio defectionis hucusque[z]. Hoc tempore, quamdiu Deum aspernantur[a]. ¶ *Non erit* (vel *erat*, P. V. vel *est*, JT.) *pax egredienti & ingredienti*] Non erat tutum egredi urbe suâ, & in eam redire; sive iter facere[b]. Nusquam tuta erit sedes; ità infesta erunt omnia, non externis tantùm bellis, sed & internis discordiis. Impletum hoc vaticinium vide 1 Reg. 15. & 16. & 20. 2 Reg. 9. & 10. & 15[c]. ¶ *Terrores undique*] Juxta Levit. 26. 36. Hoc jam experiuntur Judæi[d]. Heb. *tumultus multi*, Mar. *vexationes magnæ*, JT. Pi. ¶ *In cunctis habitatoribus terrarum*] Etiam extra regnum Judæ omnia bellis ardebunt †. ¶ [הָאֲרָצוֹת] *Regionum illarum*, JT. Pi. nempe, quæ sitæ sunt in regno Israelis[f].

6. *Pugnabit gens*, &c. [וְכֻתְּתוּ גוֹי בְגוֹי] *Collidentur gens in gentem*, Mar. *Conciderunt* (vel, *Contundet*, Os.) *gens gentem*, P. *Contritæ sunt gentes à gentibus*, V. *Adeò ut contundantur*, JT. Pi. (scil. incolæ decem tribuum: vide 1 Reg. 16. 23. aliàs v. 21[g].) *gens gente*, JT. vel, dum est *gens contra gentem*, Pi. *Gentem* intellige *tribum*: & vide quæ dicta Matt. 24[h]. [Vide annotata ad Gen. 48. 19.] Referri potest ad bellum inter Asam & Baasam; vel ad illud Matt. 24. 7[i]. ¶ *Et civitas contra civitatem*] Fieri non poterat quin eveniret, ubi nulla certa erat Regni successio, sed quisquis Regem occidisset regnum sperabat. ¶ *Dominus conturbabit eos*] Committet eos inter se multo cum sanguine, &c[k].

7. *Confortamini*] Animos sumite. Res vobis est cum hominibus Deo exosis[l]. *Confirmamini*, JT. Strenuè pergite in cœpta Reformatione[m]. ¶ *Non dissolvantur*, [יִרְפּוּ] *Debilitentur*, P. *remissæ fiant*, V. ¶ *Erit merces*] Remuneratio Divina[n]. Mira Dei benignitas: novit nos esse mercenarios; nobis se attemperat[o].

Margin (left column): d Pi. — † Pi. — f Pi. — g Mar. — h Jun. — i Ma. — k Ga. — l T. — m Os. — n Mar. — o G. — p Mar. — * Me. — q Mar. — r Q — † L. — f Os. — v Q. in V. ità L. Me. — x G. — y V. — z Jun. — a G. — b V. sim. Mar. — c G. — d Me. — † Os. — f Pi. — g Pi. — h G. — i Me. — k G. — l G. — m Pi. sim. Jun. Os.

8. *Et prophetiam Azariæ filii Obed*] Heb. *prophetiam Oded*. Vulgatus addidit, *Azariæ* filii[p]. Aliis *Oded* idem qui *Azarias* v. 1. [Ibi annotata videsis.] *Prophetiam illam scriptam ab Odedo*, JT. nempe prophetiam *Achijæ* 1 Reg. 14. 7. quam in acta retulit *Hoded*, sive *Hiddo*, qui partem illam historiæ Regum scripsisse videtur ex cap. 13. v. 22[q]. [Non placet.] 1. Ibi res gestæ Abijæ Regis Judæ scriptæ dicuntur: At prophetia illa Achijæ erat de Jarobeamo & regno Isr. 2. Non dicitur in textu, *prophetia* scripta *ab Hodedo*, sed simpliciter *prophetia Hodedi*, quam haud dubiè iste *Hazaria* commemoravit; secùs Asa non potuisset eam audire ex loquente illo. Quænam autem prophetia illa fuerit, non indicatur[r]. ¶ *Confortatus est*] Cœpit bono esse animo ac forti †. ¶ *Abstulit*, [וַיַּעֲבֵר] *Et transire fecit*, i. e. abolevit[t]. ¶ *Idola*] Heb. *Abominationes*, id est, res abominabiles[v]. *Reliquos abominandos deos*, JT. (Voce *reliquos* expresserunt articulum ה*.) Id est, quæstione domesticatim habitâ, regnum totum, ut antea publicè, ità jam privatim, purgavit †. ¶ *Et ex urbibus quas ceperat montis Ephraim*] Urbes ad tribum Benjamin pertinentes à Rege decem tribuum bello captas receperat *Abija*, suprà 13. 19. Eas ad Legis observationem reduxit, ut æquum erat[x]. [Alii sic;] Urbes has quæ sitæ erant in montanis Ephraim ceperat à vicinis hostibus[y]: ex regno Baasæ, cum quo multiplex bellum gessit[z]. ¶ *Et dedicavit*] Heb. *renovavit*, vel *innovavit*, Os. Me. JT. &c. Vel enim neglectum fuit, vel perpetuo igne labefactatum[a]. ¶ *Ante porticum*] Scil. quod altare Salomon addidit propter multitudinem victimarum[b]. Vide suprà 8. 12. Jun. Ma. Heb. est אוּלָם, unde Latin. *aula*. Erat autem altare holocaustorum sacerdotibus ex basilica venientibus in parte prima subdialis, sive aulæ[c].

9. *Et de Simeon*] Hinc apparet Simeonitas aliquos, Israelitis aliis finitimos, à regno Judæ defecisse cùm laceraretur regnum: etsi de cætero corpus Tribûs Simeon Jehudæ adhæsit, 1 Chron. 4. 31, &c[d]. Vide 1 Reg. 11. 32 †. ¶ *Confugerant ad eum*] Heb. *ceciderant*, &c. id est, defecerant ab Israele, &c[f].

10. *Mense tertio*] Scil. anni sacri, quia agitur de re sacra, nempe sacrificatione[g]. In hunc mensem incidit festum Pentecostes, sive Septimanarum[h].

11. *Et præda*, &c.] Heb. *De præda* quam *attulerant* secum domum, detractâ Æthiopibus, suprà 14. 13, &c[i].

12. *Intravit ex more ad corroborandum fœdus*] Illud *ex more* innuit consuetudinem renovandi fœderis ac jurisjurandi, dubiis præsertim temporibus, meritò frequentatam[k]. Heb. *Introiverunt in fœdus*, i. e. in medium partium vituli dissecti ad fœderis confirmationem: Meton. objecti[l]. *Venerunt in fœdus*: sic Virg. 4. Æneid.—*aut hæc in fœdera veni*[*].

13. *Si quis—non quæsierit*, &c.] Heb. *Et* quòd (supplendum כִּי) *omnis qui non requiret*, &c. *occidetur*, Pi. Si quis aut publicè aut privatim deos coluerit alios, moriatur, ex lege Deut. 17. 2, &c[m].

14. *Et in clangore*] Verto, & *cum vociferatione*. Distinguitur enim תְּרוּעָה à tubis & buccinis, quibus clangi solet[n].

16. *Sed & Maacham*, &c. *deposuit*, &c.] Heb. *Mahacha*, &c. *amovit eam*, &c. Nominativus absolutè positus[o]. ¶ *Matrem Asæ*] Vel propriè dictam, & uxorem Abiæ[p]: vel, aviam Asæ, matrem Abiæ. Vide suprà 11. 10[q]. Duæ enim fuerant ejusdem nominis[r]. ¶ *Ex augusto deposuit imperio*, [הֱסִירָהּ מִגְּבִירָה] *Amovit nè esset augusta*, JT. Heb. *ab essendo dominam*, Pi. De hoc versu & duobus sequentibus vide 1 Reg. 15. 13, 14, 15 †. Exemplum & indicium summæ integritatis Asæ[t]. *Deferendum meritis clarorum virorum, sed Deus omnibus præferendus.—Nullius injuria est, cui Deus omnipotens antefertur*: Ambros. Epist. 30*. ¶ *In torrente*] Sive, *apud torrentem*. ב hîc sign. *apud*, ut & alibi passim[v].

17. *Cor Asa erat perfectum*, &c.] Etiam optimi Reges non statim omnia quæ improbant corrigere possunt,

Margin (right column): n Pi. — o Mar. — p Os. sim. Ma. — q Jun. — r Pi. — † V. — t V. — v Pi. — * Pi. — † Ma. ex Jun. — x G. — y Os. — z Me. — a Me. — b Mar. — c G. — d Ma. ex Jun. — † Ma. — f V. — g Pi. — h Pi. Me. T. Jun. — i Pi. — k Me. — l Pi. — * Pi. — m G. — n Pi. — o Pi. — p Me. — q Pi. — r Me. — † Ma. — t G. — * Ga. — v Pi.

sunt, ut alibi quoque indicavimus: sunt *quibusdam flagitiis impares*, ut Tacitus loquitur [x].

18. *Quæ voverat pater*] Abjia, in magno illo discrimine 2 Par. 13 [y].

19. *Bellum non fuit usque ad trigesimum quintum annum regni Asa*] At 1 Reg. 15. 16. dicitur bellum fuisse inter Asam & & Baasam *omnibus diebus ipsorum*. Baasa autem cœpit regnare anno tertio Asæ, regnavítque ad annum ejus 26 [z]. quo anno fortè Baasa ascendit in Ramam adversùs Judam. At hîc habetur id anno Asæ 36. accidisse [a]. [Quid hîc dicendum?] Resp. 1. Q. hîc legunt, *ad quintum annum*, &c [b]. Omittenda itaque vox שְׁלֹשִׁים, unà cum copula in sequenti voce וְחָמֵשׁ [c]. [Aliis non placet hæc solutio.] 1. Non est admodum pium, ubique ad Sacrorum codicum corruptionem confugere [d]. 2. Confirmatur lectio textûs Hebræi ex 2 Par. 16. 1. *Anno 36. Asæ ascendit Baasa*, &c †. Resp. 2. Primus annus regni alicujus Regis non semper ab initio regni, sed interdum à facto aliquo notabili, dicitur. Sic Daniel vidit somnium anno secundo Nabuchod. (Dan. cap. 2.) non *secundo* à principio regni, ut fatentur omnes, sed à victoria notabili quam habuit de Rege Ægypti. Similiter hic annus dicitur *annus primus Asæ* (qui revera decimus erat) in quo Regem Æthiopum vicit [f]. Non supputandum est ab initio regni Asæ, sed ex quo cœpit Asa cum Israelitis bellum gerere. Id autem accidit post victoriam de Rege Æthiopum, decennium nimirum postquam regnare cœpit: Nam pacem per decem annos obtinuit. Addamus itaque 26 annis istis in Reg. *decem*, constabítque ratio numeri, nempe 36. annorum, ut in Paralip [g]. Resp. 3. Anni 35 vel 36 intelligendi sunt à diviso populo regni Judæ, quod tum obtinebat Asa: nam regna modò à populis denominantur, modò à personis regnantibus [h]. Ità hoc bellum incepit anno 16. regni Asæ. Nam ab exordio regni Judæ, i. e. à primo anno Roboam, intercessêre anni ejus 17, tres Abiæ: adde ex regno Asæ 16, numerum 36 implebis [i].

x G. — y Me. — z Capel. — a Mart. in Buxt. — b Q. in G. — c Capel. crit. — d San. in 1 Reg. — † Buxt. vind. 2. 13. 923. — f L. in Buxt. — g Mart. sim. K. in Buxt. — h Ità Jun. Pi. sim. San. & Tossan. & Abarb. in Buxt. La. T. ex He. Torn. Mar. Sal. — i San. in Reg.

CAP. XVI.

1. ANno trigesimo sexto regni ejus] At Baasa obierat anno Asæ 27. Vide 1 Reg. 15. 33. Resp. 1. Q. legunt 25, vel 26 [k]. 2. Annus 36. hîc intelligitur, non ab initio *regni Asæ*, sed à constitutione regni Judæ. Ità Seder Olam [l]. [Vide ad vers. ult. cap. præced.] Tempus hujus facti Baasæ computatur à prima divisione, quòd Baasa divisionem à Jeroboamo cœptam hoc facto confirmare nititur. Porrò, vocatur hoc *regnum Asæ*, quia illud sibi stabiliverat Asa quantum potuit, nempe, ex fœdere & reformatione, &c [m]. ¶ *Ascendit Baasa*] Ab hoc versu ad 7. vide 1 Reg. 15. 17, &c [n]. ¶ *Muro circumdabat*] Heb. *Et ædificavit*, P. V. i. e. munivit, cinxit muro & fossâ [o].

4. *Urbes Nepthali muratas*, [מִסְכְּנוֹת עָרֵי נַפְתָּלִי] *Thesauros (armamentaria*, Ar. Pi. Jun. *horrea*, Sy. V. Mar.) *urbium Nepthali*, P. Mo. *munitiora oppida*, &c. Ti. M. In talibus solent esse horrea [p]. *Civitates armamentariorum*, &c. JT. Pi. Hypallage, Jun.

5. *Intermisit opus suum*; ità V. simil. Pi. וַיַּשְׁבֵּת [אֶת־מְלַאכְתּוֹ] *Et cessare fecit opus suum*, P. Pi. [Al. sic;] *quia faciebat* Syrus *ut cessaret ab opere suo*, JT. [Non placet Pi.] Contortum hoc est, quia duplicem statuit ellipsin; 1. nominis אֲרָם, 2. præpositionis מִן ante particulam אֶת: nam שָׁבַת, itémque הִשְׁבִּית, non solet regere voculam מֵאֵת, sed simpliciter præpositionem מִן, ut videre est Gen. 2. 2, 3. Exod. 5. 5. Quum autem הִשְׁבִּית regit voculam אֶת, tum illa valet articulum accusativi casus, ut videre est Nehem. 4. 11 [q].

7. *Evasit Syriæ regis exercitus de manu tua*] Sim. M. Mo. &c. Nam eum quoque Dei ope vicisses, sicut priùs Æthiopes [r]. Si Deo nixus fuisses, non solùm Baasam vicisses, sed & Benhadad Regem Syriæ, ipsi confœderatum †.

k Q. in Ma. & in G. — l Mar. — m Li. — n Ma. — o V. — p Mar. — q Pi. — r Mar. — † T.

9. *Oculi Domini contemplantur universam terram*, [כִּי יְהוָה עֵינָיו מְשֹׁטְטוֹת וגו'] *Nam oculi Domini discurrunt*, &c. Ti. sim. JT. Verto, *Nam ad Jehovam quod attinet, oculi ejus discurrunt*, &c. Pi. *Dominus & oculi ejus discurrunt*, &c. M. ¶ *Et præbent fortitudinem his*, &c. [לְהִתְחַזֵּק עִם לְבָבָם שָׁלֵם אֵלָיו] *Ad roborandum*, sive *fortificandum*, *se* (vel, *ut roboret se*, V.) *cum corde eorum* (vel *suo*, Mo.) *perfecto ad*, vel *erga*, *eum*, Mo. Mar. Constructio inversa, sed frequens in ea lingua, pro, *Oculi*, &c. *sunt ad fortificandum cum iis* (i. e. opitulandum eis) *quorum cor est perfectum erga eum* [t]. Ut ostendat se potentem erga, sive apud, illos, &c [v]. vel, in opitulando ipsis [x]. *Ut robustum se extendat apud eos*, &c. P. sim. Pi. *ut roboret hos qui*, &c. Ti. sim. M. *Ut firmum se exhibeat*, &c. JT. q. d. non autem varium, & suorum partes temere deserentem, ut Syri [y]. Hic Rex, ejúsque posteri, plurimùm postea afflixit regnum Juda [z]. Porrò, his verbis objurgatur Asa, quòd cor ejus non fuerit integrum. Obj. *Cor Asæ integrum* dicitur suprà 15. 17. Resp. Istud intelligendum de restitutione & conservatione cultûs externi: hîc autem sermo est de cultu interno, nempe fiduciâ erga Deum, ut patet ex v. 7 [a]. ¶ *Adversùm te bella consurgent*] i. e. Adversùs filium tuum. Vide mox c. 18. & 20 [b]. יֵשׁ interdum valet *est*, interdum *sunt*; hîc præsens ponitur pro futuro [c].

10. *Jussit eum mitti in nervum*, sive *compedes*; ità He. in V. [וַיִּתְּנֵהוּ בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת] *Et dedit*, vel *posuit*, *eum in domo carceris*, P. sim. Ti. M. *in carcerem cippi*, JT. Heb. in *domo*, sive *domum eversionis*, vel *subversionis*, Pi. Mo. Mar. Sic dicitur *cippus* ab *evertendo* & *contorquendo* sontium corpore [d]. Verùm nec idem sunt *evertere* & *contorquere*; nec cippo corpus *evertitur* †. Sic dicitur carcer, vel, quia rationes eorum subvertit qui vincti sunt [f]; vel, quòd ibi detineantur qui evertendi, id est, supplicio capitis afficiendi, sunt. Confer Jerem. cap. 20. vers. 2. & cap. 29. vers. 26 [g]. Alius dicit [מַהְפֶּכֶת] fuisse instrumentum è duobus confectum lignis, inter quæ erat locus collo vinctorum includendo [h]. ¶ *Super hoc fuerat indignatus*, [כִּי בְזַעַף עִמּוֹ עַל־זֹאת] *Quia in ira* (sub. erat, Pi.) *cum eo propter hoc*, Mo. *Indignatus fuerat contra eum propter hoc*, P. sim. JT. Pi. &c. *Erat enim secum*, sive *intra se*, *commotus de hac re*, Ti. sim. M. [Mulctavit eum Rex] tanquam læsæ majestatis reum [i]. Vide Jer. 20. & 29 [k]. Malè: Prophetarum enim officium erat castigare etiam Reges [l]. ¶ *Interfecit de populo*, &c. [וַיְרַצֵּץ מִן הָעָם] *Et oppressit* (vel *confregit*, Mo. *conquassabat*, JT. *perdidit*, M. *violenter tractavit*, Os. sub. *aliquot*, vel *quosdam*, P. Ti. &c.) *de populo*, P. Ti. Strig. Mar. i.e. partem populi: Nimirum, ægrè tulerat populus Prophetæ vincula [m]. [Al. sic;] *Verùm hac de causa* [videtur עַל־זֹאת præcedens cum hisce verbis conjungere] *excedit Asa tunc temporis ex animo populi*, Sy. Tyrannicè imperavit Asa circa finem vitæ [n].

11. *In libro regum Juda & Israel*] Non in illis libris quos nunc habemus, sed in amplioribus, quos scripserant Prophetæ suprà nominati 12. 15 †.

12. *Ægrotavit —— dolore pedum vehementissimo*, [וַיֶּחֱלֶא — בְּרַגְלָיו עַד לְמַעְלָה חָלְיוֹ] *Et ægrotavit in pedibus suis*, &c. *usque ad suprà ægrotatio ejus*, Mo. Ma. vel, *usque ad summum* fuit *infirmitas ejus*, P. V. (Heb. *usque ad sursum*, Pi.) Usque ad summam partem corporis grassatus est morbus [o]: nempe, ad caput. Cùm podagricus humor caput impetiit, & dolorem ciet vehementissimum, & mortem accelerat [p]; imò lethalis semper est [q]. [Al. sic;] *Erátque morbus ejus valde intensus*, M. *usque valde languit*, o'. *donec morbus valde incresceret*, Ti. *usque eò ut morbus ejus summè* invalesceret, JT. Porrò, justè Asa pedum dolore punitur, qui Prophetam in nervum miserat, quo pedes constringuntur; ut per quod peccaverat, per hoc & puniretur [r]. ¶ *Nec quæsivit Dominum*, &c.] Non reprehenditur quòd medicorum usus sit operâ, sed quòd Deum seriâ pœnitentiâ ac prece non adierit, sine quo nihil valet medicorum auxilium †. ¶ *Sed magis in medicorum arte*, &c.] Hebr. *sed* (כִּי pro כִּי אִם) *in medicis* fuit, Pi. *hæsit medicis*, JT.

13. *Dormivitque*, &c.] Nemo ergò sibi promittat securitatem:

t Mar. sim. JT. — v V. — x Pi. — y Jun. — z Os. — a Pi. — b G. — c Pi. — d Jun. — † Pi. — f Mar. — g Pi. — h V. — i G. ex Jun. — k Jun. — l G. — m Mar. — n Os. — † G. — o V. — p Me. ex La. — q Mar. — r E sim. L. — † G.

curitatem: *Cor enim ejus perfectum* dicitur, scil. usque ad illud tempus, & tamen hîc gravissimè peccat, &c. Ergò qui stat videat nè cadat[t]. Etsi speramus Asam tandem agnovisse peccata, & veniam consecutum, præsertim cùm *cor ejus perfectum dicitur omnibus diebus suis*; admonemur tamen nè in securitatem carnis devolvamur, & pereamus[v].

14. *In sepulchro suo*] Ità Ca. Heb. *in sepulchris suis*, sive *ejus*, M. Ti. Mo. JT. *in* uno è *sepulchris ejus*, P. Enallage numeri frequentissima: ut infrà 24. 25. *propter cædem filiorum Joiadæ*, i. e. Zachariæ, qui solus cæsus est[x]. Fortasse plurali numero utitur, quòd esset amplissimum sepulchrum[y]. ¶ *Quod foderat sibi*, &c.] A sepulchris aliorum Regum id distinctum erat[z]. Regum sepulchra ordine in subterraneo ædificio disposita & effossa erant; & cùm Rex aliquis moriebatur, nova unius cellulæ juxta alias fiebat accessio[a]. Solent Principes sepeliri in eadem cum proavis basilica, sed separatis monumentis, &c[b]. Sepelierunt eum in caverna quam sibi novam juxta aliorum Regum monumenta fecerat[c]. ¶ *Posuerunt eum super lectum*] Vel lecticam. Solebant nobiliores Romani in funeribus suis lectis, sive lecticis, efferri. Vide Sueton. de Cæsare c. 84. Al. *deponentes eum in cubili*, JT. i. e. cella, seu reconditorio, sive loculo sepulchri, &c[d]. ¶ *Plenum aromatibus*] Heb. *quem impleverat aromatibus*, Mo. Ma. &c. sub. *is qui implevit*; vel, *rex ipse adhuc vivens*†; vel, *servi ejus*, ut sit sing. pro plur[f]. Vel tertia persona præt. act. sumitur passivè seu impersonaliter, pro, qui impletus fuit, &c[g]. Solebant cadavera balsamo, myrrhâ & aloe adversùs putrefactionem infarciri[h]. Vel lectum, vel (quod malim) corpus defuncti, aromatibus inferciverunt†. ¶ *Et unguentis meretriciis*] Id est, quibus meretrices utuntur[i]; (vide Prov. 7. 17. Me.) qu. d. valde fragrantibus[k]. ¶ [וּזְנִים] *Et speciebus aromatariis*, Mar. *& diversis speciebus aromatum*, P. Deducunt à זַן ZAN *species*; ut alii à זָנָה *scortari*[l]. *Et omnimodis odoramentis*, Mo. [Alii conjungunt cum verbo antecedenti;] *speciebus aromaticis & odoriferis*, M. *odoribus delicatissimis & peregrinis*, Ti. *aromaticis speciebus*, JT. Hebr. *aromatis & speciebus*; Ἐνδιαδύο, Pi. ex Jun. τὸ זְנִים sign. aromatum variorum mixturas[m]. Putavit [Vulgatus] esse masc. pro fœm. זוֹנוֹת; sed est vox Chaldæa, terminatione tantùm Hebræa, significátque varia genera cujusque rei, usurpatúrque de *penu* Psalm. 144. vers. 13. de *cantu vario* Dan. c. 3. v. 5. & ponitur pro מִין Hebræo apud Chaldæos interpretes Gen. 1. 11, 12. Græci hîc, non malè, γένη μύρων[n]. ¶ *Quæ erant pigmentariorum arte confecta*; ità M. sim. P. Mo. Ti. [מְרֻקָּחִים בְּמִרְקַחַת מַעֲשֶׂה] *Pigmentatis in pigmentario opere*, Mo. vel, *pigmentarii-one operis*, pro *opere pigmentationis*, h. e. pigmentario; Hypallage[o]. Aliis diminuta videtur oratio, quæ aliàs integrè diceretur, *conditis conditurâ operis pigmentarii*[p]. *Confectis pigmentario opere*, P. ¶ *Et combusserunt super eum*, [וַיִּשְׂרְפוּ לוֹ] *Et combusserunt* (*bustum fecerunt*, Ti.) *ei*, JT. Ma. Me. &c. sub. *aromata*, supra & juxta cadaver[q]. Sepulchrum ejus lustrârunt in ustrina suffitu facto, Regum more. Vide infrà 21. sub finem[r]. Hoc fecerunt, vel, ut cadaveris fœtorem vincerent; vel, quod indicat Scriptura, ad ostentationem regiæ opulentiæ†. *Combusserunt propter* (vel *ante*, Ar.) *illum*, M. Alii, *combusserunt illum*, P. Mo. i. e. corpus Asæ. Sic Caj. Vat. Merc. Bertram. Avenar. Illud combustum erat prisco more. Exemplum habes 1 Sam. 31. 12, 13[t]. Cadaver cremârunt, & cineres in sepulchro reposuerunt[v]. Verùm non tam cadaver apud Judæos quàm juxta cadaver aromata comburi consueverunt, ut multis docet Sanctius[x].

[t] E. [v] Of. [x] BA. 2. 5. 3. 669. [y] V. [z] Me. [a] Villalp. in Me. [b] T. [c] G. [d] Ma. † Ma. [f] Mar. [g] Ma. [h] T. † Mar. [i] T. ex Mar. [k] T. [l] Ma. [m] Q. in Me. [n] G. [o] Pi. [p] Ma. [q] Me. sim. Mar. [r] Jun. † Me. [t] Ma. [v] Of. [x] T. ex La.

CAP. XVII.

1. Et invaluit contra Israel, ità P. [וַיִּתְחַזֵּק וגו'] *Et fortificavit*, vel *roboravit*, *se*, &c. i. e. robur ostendit; h. e. viribus vicit Israelem[a]. *Confirmavit se super Israelem*, JT. id est, Juda & Benjamin, atque hospites ex decem tribubus[b].

[a] V. [b] Pi.

2. *Et in civitatibus Ephraim*] Quæ sitæ erant in montanis Ephraimitarum, suprà 15. 8[c]. Supple, *& aliis aliarum quarundam tribuum*: nam & *de Manasse & de Simeon* plures confugerant ad Regem Juda. Ut mirandum non sit, Josaphatum sub signis recensere potuisse tot bellatores, in fine hujus capitis[d].

3. *Ambulavit in viis David patris sui primis*] Scil. antequam David peccaret†. In ea ætate priori in qua purè servivit Deo. Honesto vocabulo excludit & tegit Davidis adulterium & homicidium[f]. Alii aptiùs distinguunt, *in viis Davidis, patris sui primis*, h. e. in viis Davidis, quæ fuerunt patris sui Asæ primæ: in viis Asæ primis, id est, piis & sanctis, ut Asa principio regni vixit, suprà c. 14. & 15[g]. Nam eædem fuerunt Davidis viæ, cujus vestigia Asa primùm secutus fuerat[h].

4. *Non juxta peccata Israel*] Heb. *Non faciebat secundùm factum*, &c. Ellipsis verbi conjugati. ¶ *Israel*] i.e. Decem tribuum, adorantium scil. vitulos[i].

5. *Confirmavit—regnum in manu ejus*, [בְּיָדוֹ] Vel, *manu suâ*, nempe Jehovæ, id est, potentiâ Divinâ[k]. ¶ *Dedit omnis Juda munera*] Ut mos erat in Oriente, præsertim in regni auspiciis, 1 Sam. 10. 27[l]. Hoc symbolo eum suum esse Regem profitebantur[m].

6. *Cùmque sumpsisset cor ejus audaciam*, [וַיִּגְבַּהּ לִבּוֹ בְּדַרְכֵי יְהוָה] *Et elevavit*, sive *extulit*, *cor suum* (sub. *ad ambulandum*, Mar.) *in viis Domini*, Mo. Ti. Pi. *Elevatum est*, &c. P. sim. ὁ. *Confortatum*, &c. Sy. *Cùm firmum* (vel *generosum*, Strig.) *esset cor*, &c. Ar. *Quum audentior factus esset*, &c. Jun. i. e. magnâ fortitudine à Deo donatus esset[n]. Magnanimus evasit in procurando negotio Jehovæ[o]. Magni animi est, perstare in officio; abjecti & vilis, vitia sectari[p]. Audentior factus est ad cogendam plebem in obsequium Legis[q], & ad evertendum idolorum cultum*. Nihil habuit prius quàm ut præcepta Dei observaret, & cor suum ad voluntatem Dei magis & magis componeret[r]. Animos ad præclara quævis agenda ei dabant, non copiæ innumeræ, nec thesauri immensi, sed sola observatio mandatorum Dei†. ¶ *Etiam excelsa abstulit*, [וְעוֹד וגו'] *Et adhuc*, vel *insuper*, *sustulit*, &c. At infrà 20. 33. *Excelsa non recesserant*. Vide & 1 Reg. 22. 44. Resp. 1. Pro וְעוֹד legendum וְלֹא, vel וְעוֹד לֹא[t]. Non placet: 1. Quia Hebræi, Græci, &c. constanter legunt וְעוֹד. 2. Quia mera encomia Josaphati hîc continentur. Et licèt Criticus hîc notari vult aliquam cordis elationem, quòd excelsa non sustulerit, reliqui tamen omnes in bonam partem [hanc phrasin] accipiunt. *Elevavit se*, i. e. generosè perrexit, sine ignavia & timore, &c. ait Deodat. RS. confert cum Exod. 35. 26. *Mulieres quas extulit animus earum ad nendum*, &c. 2. Sic conciliant; Abstulit aliqua, non tamen omnia. Ità Notæ ad Bib. Gall. 3. Vel sic; Diu ea toleravit, *sed tandem*, (ità וְעוֹד accipi potest,) cùm animus ipsi cresceret, excelsa sustulit, si non totaliter, saltem ex parte[v].

7. *Misit de principibus suis Benhail*, &c. [שָׁלַח לְשָׂרָיו לְבֶן־חַיִל וגו'] *Misit principes*, vel *proceres*, *suos, Ben Chajil*, &c. Mo. P. Ti. Pi. sim. ὁ. Sy. ל valet articulum accusativi casûs[x]. *Misit vocatum proceres*, &c. Ar. *Misit ad principes*, &c. M. *Misit cum præfectis suis, cum Ben-Chajile*, &c. v. 8. *cum illis, inquam, hos Levitas*, &c. JT. Sed contortum hoc videtur. Nam initio vers. 8. non repetitur ל, (prout postularet illa versio,) sed habetur וְעִמָּהֶם, *Et cum illis*, &c[y]. ¶ *Ut docerent*, &c.] Scil. homines Legem Dei[z]. Boni Principis est, populum continere, non tantùm in pace temporali, sed etiam in vera Religione[a]. [Sed quomodo docent Principes?] Resp. 1. Docere & explicare Legem non tantùm Sacerdotum erat & Levitarum, sed omnium eruditorum: quod & nunc observatur apud Judæos. Peritissimi autem legum esse debebant qui Regi à consiliis erant[b]. 2. Dicuntur hi *docere*, quia impedimenta tollebant, & doctores juvabant[c]; & procurabant ut docerent Levitæ, suâ præsentiâ authoritatem illis conciliantes apud populum, eúmque ad illos audiendos cohortantes[d]. Hos selegit ex omnibus ordinibus ad tempus, per quos statum ecclesiarum recognosceret, & populum doceret, ac in officio confirmaret†.

[c] Pi. [d] T. † Me. sim. Mar. Of. &c. [f] V. [g] Ma. ex Jun. [h] Jun. [i] Pi. [k] Q. in V. [l] G. [m] Ma. ex Jun. [n] Of. [o] Pi. [p] Mar. [q] G. * Me. [r] V. † T. [t] Capel. crit. [v] Buxt. vind. 2. 13. 927. [x] Pi. [y] Pi. [z] Mar. [a] E. [b] G. [c] Me. [d] Pi. † Jun.

9. *Librum*

9. *Librum legis*] Quem interpretabantur populo, Nehem. 8. 9 *. Vel Deuteronomium [f]; vel Pentateuchum [g]. ¶ *Erudiebant populum*] Non enim satis erat idola disturbare, nisi etiam errores ex animis eriperent [h].

11. *Munera deferebant, & vectigal argenti*; ità P. Mo. V. Exponit quid per *manus* intelligit, nempe, argentum pro vectigali [i]: וְכֶסֶף מַשָּׂא] *Et argentum, tributum*; vel, *argentum tributi*, Mar. *argenti tributum*, Ca. *& pecuniam indictionis*, JT. Heb. *pecuniam*, sive *argentum, oneris*, Jun. Ma. i. e. tributi annui, Pi. Hypallage, pro, *onus argenti*, &c [k]. *Pondus*, vel *pondera, argenti*, M. Ti. Strig. q. d. Præter honoraria munera pendebant tributum argenti [l]. Non novâ quapiam victoriâ adacti, sed à temporibus Davidis & Salomonis. Neque enim eos jugum excussisse ab eo tempore legimus; neque hîc tanquam subacti, sed tanquam subjecti, referuntur. ¶ *Arabes quoque*] Scil. ab eo devicti, subortâ aliquâ legitimâ belli causâ [m]. ¶ *Adducebant*] Scil. ut tributum annuum [n].

12. *Ædificavit domos ad instar turrium*, בִּירָנִיּוֹת] *Ædes*, Mo. P. *habitationes*, o'. *palatia*, Sy. Me. Mar. *castra*, Ar. *arces*, M. Ti. JT. Os. Plurale est vocis בִּירָה, de qua 1 Paralip. 29. 1 [o]. ¶ *Urbésque muratas*; vel *munitas*, V. מִסְכְּנוֹת] *Thesaurorum*, P. V. Mar. Os. &c. vel, *armamentariorum*, JT. Cùm enim infinitæ illi essent divitiæ, egebat plurimis & ærariis & armamentariis [p].

13. *Et multa opera paravit*, וּמְלָאכָה רַבָּה הָיָה לוֹ] *Et opus multum fuit ei*, P. V. Ma. &c. Id est, urbes Juda magno studio ac sumptu munivit [q]. *Res multæ erant ei*, JT. Heb. *Opus*, &c. i. e. possessiones seu facultates multæ. Nam circa has opus versatur. Metonymia adjuncti, qualis Gen. 33. 14. Exod. 22. 8, 11. & 36. 6 [r].

14. *Quorum iste numerus*; sim. P. JT. וְאֵלֶּה פְקֻדָּתָם] *Et istorum præfectura eorum*, i. e. isti præfecti copiarum, Ma. *Et hi erant præfecti eorum*, Heb. *præfectura*; per metonymiam formæ: Et syntaxis refertur ad sensum †.

15. *Post hunc Johanan*; ità o'. Sy. וְעַל יָדוֹ] *Et ad*, vel *juxta, manum ejus*, M. Pi. Ti. Mo. P. V. i. e. juxta eum; h. e. proximus ab eo [t]. Sic 2 Sam. 14. 30. *Ager Joab ad manum meam*, i. e. mihi vicinus [v].

16. *Consecratus Domino*] Heb. *voluntarius Domino*, Mar. *sponte se offerens*, &c. JT. Vel sine stipendio militavit [x]: vel magnâ alacritate se ad pugnandum pro Religione & republica obtulit [y]. *Devovens se*, vel *devotus, Domino*, nempe voto aliquo Naziræatûs [z].

17. *Tenentium arcum*, נֹשְׁקֵי קֶשֶׁת וגו׳] *Armati arcu*, &c. M. P. Ti. Mo. Heb. *osculantes arcus*. Quidam, *applicantes arcum ad os*, i. e. intendentes arcum *.

* G. — f Os. Q. in Me. — g Q. in Me. — h Me. — i M. — k Ma. — l Ma. — m Me. — n Pi. — o Ma. — p T. — q V. — r Pi. — † Pi. — t Mar. ex V. — v Mar. — x Mar. T. — y Os. sim. Ma. ex Jun. — z Q. in Ma. — * Ma.

CAP. XVIII.

1. ET *affinitate conjunctus est Achab*; sim. M. P. Ti. JT. o'. Ar. V. וַיִּתְחַתֵּן] *Et gener factus est Achab*, Mo. Mar. Non tamen ipse, sed filius ejus, gener fuit Ahab [a]. Joram enim duxit filiam Athaliæ, 2 Reg. 8. 18 [b]. Totum hoc caput explicatum est 1 Reg. 22 [c].

2. *Descenditque post annos*, לְקֵץ שָׁנִים] *In fine* (vel, *ad finem*, Jun. vel, *post finem*, Pi.) *annorum*, o'. Mo. M. *post* aliquot *annos*, P. Ca. sim. Ti. JT. Pi. *post biennium*, Sy. Ar. Strig. [His consonat 1 Reg. 22. 2. *in anno tertio*, &c. Fortè legebant שְׁנַיִם] ¶ *In Ramoth-Galaad*] Sitam in regione Gilhadis [d].

3. *Ut ego, & tu*] Heb. *sicut ego; sicut tu*, Mo. Verto, *Sic ego ero sicut tu; & sicut populus tuus, sic erit populus meus*. Ubi nota כ similitudinis, duabus sententiis præfixam, variè accipi. Interdum enim כ prius notat protasin comparationis, posterius apodosin: interdum verò contrà, prius apodosin, posterius protasin, notat. Exemplum hujus habemus & hîc, & Esa. 24. 2 †. ¶ *Tecúmque*, &c. וְעִמְּךָ בַּמִּלְחָמָה] *Et tecum* (sub. *ero*, P. sim. JT. Pi.) *in bello*, Mo. *Tecum ibo in*, vel *ad, bellum*, sive *prælium*, Sy. sim. Ar. M. Ti. Contra præceptum Dei per Azariam suprà cap. 15. Ideo meritò reprehenditur infrà 19. 2. & 20. 37 [f].

a Mar. — b Pi. — c Me. — d Pi. — † Pi. — f G.

5. *Prophetarum*] Hi erant sacerdotes Bahalis 1 Reg. 18. 19, &c [g].

6. *Non est hîc prophetes Domini?*] Heb. additur, *adhuc*, vel *ampliùs*? Mar. Pi. q. d. Num ex Prophetis Domini aliquis superest [h]?

7. *Non—bonum, sed malum*] Id est, non læta denunciat, sed tristia [i].

8. *Voca citò Michæam*] Heb. *Festina Michaiehu*, Mo. *Festinanter adduc*, &c. JT. *Festina*, adduc, Pi. vel, *Festina*, voca, Mar. Pi. Quæ vox exprimitur v. 12 [k]. Porrò, *Michææ* nomen hîc diminutum unâ literâ, *Jod*, est, ad indicandum sic per contemptum nominatum [l].

9. *Vestiti cultu regio*] Heb. *vestibus, sub. regiis*, JT. Sed non videtur ellipsis esse, verùm synecdoche generis [m].

14. *Ascendite, cuncta enim prospera evenient*] Ironicè dictum [n]. [Alii sic;] *Ascendite, & prosperemini; & postea, & tradentur*, pro, *tradantur*: q. d. Utinam ità fiat. Sic Michæas excusatur à mendacio [o].

15. *Iterum—te adjuro*] Heb. *Quoties ego te adjuro?* vel *adjuravi?* o'. vel *adjurare*, scil. debeo, ut verum dicas [p]? Ex ira temere effutit falsum. Neque enim Micham vel semel adjuraverat, sed simpliciter interrogaverat vers. præced [q].

16. *Non habent isti dominos*] Heb. *Non domini istis*, Ma. Verto, Annon est *dominus istis*? Ante לֹא deficit הֲ. q. d. Quòd isti ità dispergantur, argumento est eos carere domino [r].

17. *Nonne dixi tibi, quòd non prophetaret*, &c?] Verto, *non prophetat*, &c. Per mimesin repetit verba quæ dixerat v. 7. Ponitur autem hîc futurum pro præsente notante actum continuum †. *Non prophetare se faciet*, &c. Ma.

18. *Audite*] Alloquitur astantes. In 1 Reg. alloquitur Regem [t].

19. *Cúmque diceret unus*, &c.] Heb. *Et dixit hic*, vel *iste, dicens* (vel, *isto dicente*, Mo.) *sic, & hic*, vel *iste, dicens* (vel, *illo dicente*, Mo.) *sic*, Mar. *Et dixit*, nempe, vel, 1. Michæas; q. d. Et addidit Michæas, *Hic dicens* (pro, *dicebat*) *sic, & hic dicens sic*: vel, 2. Angelus; q. d. Dicta Angelorum variabant, *Dixit hic dicens sic, & hic dicens sic*: Nam repetitio familiaris est linguæ Hebrææ [v]. *Et ait, Iste dicit sic, iste autem dicit sic*, M. [Q. cum sequente versu connectunt;] *Quúmque alius aliud dixisset*; v. 20. *Egrediebatur*, &c. Ti. *Præterea dicente, Hic dicit hoc modo, & ille dicit illo modo*; v. 20. *Tandem prodiit*, &c. JT. *Unus dicebat, Ego pelliciam eum; alter, Ego pelliciam eum*, Sy.

20. *Processit spiritus*] Malus, ut sequentia docent. ¶ *Et stetit*] עָמַד, *stetit*, hîc non notat quietem, sed motum quo quis se comparat ad standum. Idem accidit verbo שָׁכַב. Vide suprà 9. ult [x].

21. *Egredere, & fac ità*] Deus mendacium non præcipit, sed est hypotyposis, non res gesta [y]. Justè traduntur Satanæ decipiendi, qui antea aures à veritate averterunt [z]. Non sunt hæc verba præcipientis, sed permittentis; qualia illa Joan. 13. *Quod facis, fac citò* [a].

23. *Per quam viam transivit*, &c?] אֵי זֶה הַדֶּרֶךְ וגו׳] *Quanam* (vel *quali*, o'.) *via transivit*, &c? Mo. JT. sim. M. P.

24. *Videbis*] Heb. *videns eris*, scil. malum istud quod denunciavi Regi [b].

25. *Ad Amon—& ad Joas*] Joas filius Regis adjunctus fuit Amoni Præfecto urbis, ut paulatim gubernationem Reipublicæ addisceret [c].

26. *Panis modicum*] Heb. *Panem oppressionis*, Ma. Sed hîc non esse syntaxin rectionis patet ex membro posteriore, ubi vox מַיִם posita est in statu absoluto. Verto, *panem cum oppressione*, seu *pressura*, seu *angustia* [d]. *Cum pane angustè*, JT.

29. *Tu autem induere vestibus tuis*] Scil. regiis, quibus aliàs indui soles †. q. d. Ego pro Rege agnosci nolo; tibi hunc honorem cedo, ut sis supremus Dux exercitûs [f]. At absonum profectò videtur, ut, cùm ipse ob cautionem mutet vestem, socio Regi persuadeat ut, retentis insignibus, subeat periculum. Ità ergò exponi possunt verba illa, *Tu induere vestibus tuis*, i. e. quas tibi offero ad mutandum; nam fortè duplices vestes sunt allatæ: aut, *vestibus tuis* quibus uteris quotidie †.

g Pi. — h Mar. — i Mar. — k Pi. — l He. in Mar. — m Mar. — n Mar. Os. Pi &c. — o He. in Mar. — p Mar. — q Pi. — r Pi. — † Pi. — t V. — v Mar. — x Pi. — y Mar. — z Os. — a L. — b Pi. — c Os. — d Pi. — † Pi. — f Os.

quotidie: q. d. Meo exemplo pone paludamentum, bellicam summorum ducum vestem. הִתְחַפֵּשׂ potest esse infinit. & sign. *mutare se*, pro, *mutabo me*: Sic accipiunt omnes, quasi Achab de se loquatur. Potest etiam esse imperat. quasi diceret Achabus Josaphato, Muta te, & ingredere in prælium, sume paludamentum. Ità Hebræus unus: sed Vulgati expositio melior est[g].

31. *Avertit eos ab illo*; ità JT. ό. Sy. וַיְסִיתֵם מִמֶּנּוּ] *Et incitavit illos ab eo*, Mo. Jun. Pi. Synecdoche generis καταχρηστική[h]. Incitavit illos, ut discederent ab illo[i]. *Persuasit illis ab eo*, P. i. e. Dimovit eos à sententia, nè illum persequerentur[k]. *Abegit*, &c. M. *eripuit*, &c. Ar.

33. *Sagittam——jaceret*, &c. מָשַׁךְ בַּקֶּשֶׁת לְתֻמּוֹ] *Traxit* (vel *tetendit*, Mar.) *arcum* (Heb. *in arcu*, Pi.) *in simplicitate* (*integritate*, Pi.) *sua*, P. V. Mar. vel, *simplice animo*, JT. i. e. non animo feriendi Achab[l]. Vel, *quàm maximè potuit*, Ti. sim. M.

34. *Finita est pugna*] Heb. *Et ascendit prælium*, i. e. invaluit, crevit: q. d. Commissum fuit atrox prælium. ¶ *Stabat*, &c.] *Tenebat se rectum*, P. V. i. e. Dissimulabat vulnus, nè sui animum desponderent[m], si Regem vulneratum aut discedentem scirent[n].

g Mar. — h Pi. — i V. — k V. — l Pi. V. — m V. — n Mar.

CAP. XIX.

1. *In pace*] i. e. Incolumis, ingenti ereptus periculo[a]. Obiter miraculum innuit, quo evasit[b].

2. *Impio præbes auxilium*, &c? הֲלָרָשָׁע לַעְזֹר] *An improbo auxiliari?* JT. simil. Mo. M. Ti. sub. vel, *voluisti?* M. Ti. vel, *decuit?* ό. *oportuit?* Pi. *licet?* Q. in Ma. vel, *ivisti?* Sy. Ar. Aposiopesis, vel certè ellipsis[c]. ¶ *Et his qui oderunt Dominum amicitiâ jungeris?*] Cum hostibus Dei nimis familiariter agere citra necessitatem, aut publicam utilitatem, valde displicet Deo. Psal. 138. & 139[d]. Non sunt contrahendæ amicitiæ, aut fœdera ineunda, cum hæreticis aut aliis infidelibus†. Demonax querenti cuidam ex sociis ipsius, & dicenti, *Non oportuit te inimico meo amicum fore*, respondit, *Nec te inimicum amico meo*. *Amicos domini eos habeat sibi amicos villicus*, ait Cato Rust. 5.——Κακοῖς ἐπωφελῶν Δόξεις ὅμοιος τοῖς κακοῖς πεφυκέναι, (i. e. *Malis auxilium ferens, iis similis videberis*:) Sophoc. Philoct*. ¶ *Iram Domini merebaris*] Heb. *Super te* est, vel veniet, *fervor*, Pi. *Tibi incumbit fervens ira*, JT. i. e. gravis pœna. Ea narratur cap. sequente, nempe invasio Moab. & Ammon[f].

3. *Bona opera*] Heb. *bona verba*, pro bonis operibus, Mar. ¶ *Quòd abstuleris lucos*] *Removisti*, &c. JT. scil. sicut stercus, ex 1 Reg. 14. 10. Vel verte, *exussisti*, quia de lucis est sermo[g].

4. *Habitavit——in Jerusalem*] *Sedit*, &c. sub. *aliquantisper*, V. vel, *resedit*, JT. i. e. Quievit, habenis regni Joramo commissis, & ecclesiastico ac politico ordine constitutis, ut sequitur[h]. ¶ *Rursúmque egressus est*, &c.] Sim. Pi. V. Heb. *& reversus est, & exivit*, Pi. [Al. aliter;] *Postquam conversus* (i. e. resipiscens ad Prophetæ monitum, Jun.) *obivisset per populum*, JT. Exivit per populum, scil. cui præerat; (q. d. Peragravit totam regionem sibi subditam:) vel, per populum quem malo exemplo offenderat[i]. ¶ *Usque ad montem Ephraim*] i. e. Montana Ephraim[k]. Ad urbes quas Asa pater bello ceperat, suprà 15. 8[l]. ¶ *Et revocavit eos*, &c.] Ità P. Retraxit populum operâ sacerdotum & Levitarum à cultu idolorum ad verum Dei cultum[m].

5. *Judices——in civitatibus munitis*] 1. Nè cives munitione confisi impunè nocerent aliis. 2. Ut Judices præsidii viribus muniti coercerent sontes[n].

6. *Non hominis exercetis judicium, sed Dei*] q. d. Vices geritis Dei, non hominum[o]. Quasi Deo, non homini, rationem reddituri, judicate[p]. ¶ *Et quodcunque judicaveritis, in vos redundabit*, וְעִמָּכֶם בִּדְבַר מִשְׁפָּט] *Et* (sub. *ipse*, Strig. *Dominus*, Os.) *vobiscum* (vel *juxta vos*, M. sub. *est*, M. Ti. vel *erit*, P. sim. JT. Pi.) *in negotio* (*verbo*, Mo. *causa*, M.) *judicii*, P. Os. *in causis quas judicatis*, Ti. *in rebus judiciariis*, JT. Pi. sim. Ca. Hoc dicit, nè existiment injusti Judices Deum latère quid judicent[q]. *Qui vobis adfuturus est*, &c. Ca. Suâ ope vobis aderit, cùm justè judicatis[r].

a Os. — b V. — c Pi. — d Me. — † E. — * Ga. — f Pi. — g Pi. — h Jun. — i V. — k Ma. ex JT. & Pi. — l G. — m V. — n Mar. — o V. — p Mar.

7. *Cum diligentia*, &c.] Heb. *Custodite*, vel *observate*, (sub. *justitiam*, vel *legem*, V.) *& facite*, P. V. Mar. sub. *judicium*; h.e. Judicate justè, & secundùm leges†. Non temere, sed cum judicio, facite quæ facitis[t]. *Cauti sitis & satagite*, Q. in V. Curate omni studio: Nam שָׁמַר constructum cum עָשָׂה, ut hîc, studium & solicitudinem importat[v]. ¶ *Non est apud Dominum——iniquitas*, &c.] Ergò, 1. si iniquitas in vobis fuerit, Deus ultor erit[x]. 2. Nec in vobis, qui Dei vicarii estis, sit iniquitas[y]. ¶ *Nec personarum acceptio*; ità P. JT. Ar. V. &c. וּמַשֹּׂא פָנִים] *Et assumptio facierum*, Mo. *Aut susceptio faciei: Suscipere faciem*, &c. Hebræis est, aliquid facere in gratiam alicujus. Vide Gen. 19. 21[z]. Propriè, *elevatio faciei*; quia quibus favemus, vultum ostendimus[a]. ¶ *Nec cupido munerum*, וּמִקַּח שֹׁחַד] *Et*, vel *aut*, *acceptio*, vel *sumptio*, *muneris*, Mo. JT. &c.

8. *In Jerusalem constituit Levitas*, &c.] Cùm numerus ad paucos recidisset, omissâ cooptatione metu Regum, quibus suspecta erat Synedrii auctoritas, (de quo vide dicenda infrà 21. 4.) more legitimo impleri numerum jussit, partim ex sacerdotibus & Levitis, (qui, quòd ab aliis laboribus vacarent, Legis studio erant aptissimi,) partim ex eruditis aliarum tribuum. Vide omnino quæ diximus ad Deut. 17[b]. ¶ *Levitas*, &c.] Hebr. *de Levitis*, &c. sub. *aliquot*, Pi. ¶ *Et principes familiarum*] Heb. *ex capitibus patrum*, Pi. ¶ *Ex Israel*, לְיִשְׂרָאֵל] *Israelis*, nam ל est nota genitivi; vel *Israeli*[c]. ¶ *Ut judicium & causam Domini judicarent*, לְמִשְׁפַּט יְהוָה וְלָרִיב] *In judicio & causa Domini*, M. sim. Ca. *ad judicium Domini, & litem*, sub. *Domini*. Porrò, judicium Domini vocat, quod ejus nomine exercetur. Hebræus ait, *Mischpat* sign. *causas civiles*; *Rib* autem, *causas criminales*[d]. Quos præfecit *judicio Domini, & causis*, Strig. *Propter* (vel *ad*, Ma. *judicium Jehovæ, & propter* (vel *ad*, Ma.) *litem*, V. Ma. vel *causam*, V. i. e. Ut quasi vicarii Jehovæ cognoscerent & judicarent causas & lites†. *Judicia Jehovæ*, i. e. de rebus sacris & ecclesiasticis, quarum cognitio propriè ad sacerdotes & Levitas pertinebat, Deut. 17. 8, &c[f]. *Et ad lites*, JT. Pi. Ti. De rebus profanis ac civilibus[g]. Observa sacerdotes constitutos fuisse Judices civilium causarum. Vide 1 Par. 23. 4. & 26. 29, 30, 32[h]. At Levitas hîc delegit, tanquam doctores juris. Jus autem totum Judæorum exstabat in Lege Mosis, quæ non minùs forenses quàm morales & ceremoniales leges continebat[i]. ¶ *Ut judicium——judicarent habitatoribus ejus*, וַיָּשֻׁבוּ יְרוּשָׁלָם] *Habitantes* [legisse videntur יֹשְׁבֵי] *Jerusalem*, ό. scil. Judices constituit, Mar. Vel referri potest ad antecedentia, *ad judicandum habitantes*, &c. [At reliqui Hebræa aliter reddunt;] *Et reversi sunt in Jerusalem*, M. P. Mar. Mo. &c. nimirum, vel, 1. Rex, & qui cum eo erant: q. d. His constitutis quæ dicta sunt, Jerusalem, unde discesserant, reversi sunt. Addit autem præcepta Judicibus quos in Jerusalem constituit[k]. 2. Levitæ & Patriarchæ *reversi sunt*, ex locis in quibus habitabant, *in Jerusalem*, propter litem & judicium[l]. Vel, reversi sunt ex urbibus regni, in quas amandati fuerant in generali illa visitatione[m]. [Al. sic reddunt;] *Quum reverterentur* (vel, *reversi essent*, Pi.) illi (scil. Rex & comitatus illius, v. 4. Pi.) *Jeruschalaima*, JT. Quum alii Judices propter obscuritatem aut difficultatem causarum vos consulturi venient, aut partes inter se dissidentes ad vos remittent, ex lege Deut. 17. 8, &c[n]. Al. *& habitare eos fecit in Jerus.* Os. vel, *qui habitarent*, &c. Ti. Significat hos Judices aut Jerus. venisse commoratum, aut solitos convenire Jerus. ubi judicium ineundum erat[o]. Neutrum placet, imò utrumque institutioni Regis adversatur; cùm jus in sua civitate dicere debuerint. Verto igitur וַיָּשֻׁבוּ, *postquam rediissent*, nempe Josaphat & reliqui, ex urbibus illis ad quas profecti sunt v. 4. tum demum Judices Hieros. constituit. Ità *Vau* usurpatur

q V. — r Ma. — † V. — t Mar. — v Ma. — x Os. — y T. sim. Os. — z Pi. — a V. — b G. — c Mar. — d Mar. — † V. — f Ma. ex Jun. Pi. — g Pi. ex Jun. Ma. — h Ma. — i Os. — k Mar. — l V. — m Ma. — n Jun. — o Bertram. de rep. Heb. cap. 14.

Exod.

Exod. 16. 20. *Et produxit vermes, & fœtuit*, pro, & *jam antè fœtuerat*, q. d. postquam fœtuisset [p]. *Et reversi sunt*, nempe isti qui constituerant Judices in unaquaque civitate mandato Josaphati [q]. Non refert reditum ad creatos Judices [r].

9. *Et corde perfecto*] i. e. Fideliter ità ore judicabitis, ut corde, sive mente, sentietis †.

10. *Omnem causam quæ venerit ad vos*, &c.] Scilicet per appellationem. Illi enim erant Judices supremi [t]. Oppidani isti Judices in causis difficilioribus relationem faciebant ad Synedrium, tum quòd ibi essent homines doctiores; tum nè super paribus rebus variè judicaretur, & indè nascerentur discordiæ [v]. *Et omnem causam*, sub. *judicabitis*, V. *Ut quæcunque lis pervenerit*, &c. *admoneatis eos*, &c. JT. Verto, *In omni lite*, &c. *admonebitis eos*, &c. Pi. ¶ *In urbibus suis*] i. e. In aliis urbibus ab Hieros. ad quam provocabant [x]. ¶ *Inter cognationem & cognationem*] Noster sanguinem pro cognatione accipit. Sic Virg. Æneid. 2.—*quo sanguine cretus*. q. d. Lis de jure cognationis [y]; vel, de qua tribu & familia quis sit [z]. Vel, lis inter fratres, Judæos scilicet [a]: ubi quæritur quis mortuo succedere debeat [b]. ¶ [בֵּין דָּם לְדָם] *Inter sanguinem sanguinis*, ο'. *inter sanguinem & sanguinem*, M. P. Ti. Sy. Mo. Mar. Pi. Os. (sub. *de discrimine*, Ar. JT.) *inter sanguinem & sanguinem*, Ar. vel, *inter cædem & cædem*, JT. i. e. Cædésne fuerit voluntaria, an fortuita [c]. Vide Deut. 17. 8 [d]. ¶ *Ubicunque quæstio est de lege*, &c.] Præmittit nomen generis, subjecturus deinde species †. Heb. *inter legem & præceptum*, inter *statuta & judicium*, Mar. vel *judicia*, JT. i. e. ad quam Legis partem factum aliquod spectet [f]. Quomodo leges observandæ sunt, an peccatum sit, &c. & quomodo expiandum [g]. *De mandato*; de iis præceptis quæ evidentem in se honestatem habent: id enim מִצְוָה. *De ceremoniis*; de præceptis positivis ad ritus pertinentibus. *De justificationibus*; de præceptis quæ ad modum exercendorum judiciorum pertinent [h]. ¶ *Ostendite eis*; Docete eos quid facere debeant [i]: [וְהִזְהַרְתֶּם אֹתָם] *Et admonebitis* (vel, *clarè erudietis*, Pi.) *eos*, P. V. Pi. JT. sub. *ut caveant postea à litibus*, V. vel, de rebus agendis, & vera justitia [k]. *Et elucidabitis ea*, i. e. eas lites & controversias [l]. ¶ *Et nè veniat ira super vos*] Heb. *& veniat ira*, &c. Sed negatio præcedens rectè subintelligitur [m]. ¶ *Sic agentes, non peccabitis*] Hebr. *& non eritis rei*, Pi. Aliàs, nisi fideliter doceatis Israelitas, &c. aliena peccata vobis incumbent [n].

11. *Amarias*] Is tunc erat נָשִׂיא, i. e. *Princeps Senatûs*. Ejus erat sententiâ præire cæteris [o]. ¶ *Pontifex vester*] Heb. *caput super vos*, G. sub. *erit*: i. e. præerit vobis [p]. *Primarius inter vos*, JT. vel, *apud vos*, Pi. ¶ *In his quæ ad Deum pertinent*] Heb. *in omni verbo* (*negotio*, JT. V.) *Domini*, G. Ma. quod pertinet ad rem Divinam [q]. In omnibus eis quæ Lege Dei definita erant [r]. In causis ecclesiasticis †. ¶ *Zabadias*] Is fuerat secundus in Senatu, quem אַב בֵּית דִּין vocabant. Cùm autem tribum Judæ diu sub Rege rexisset, aptissimus erat qui ἐν πολιτικοῖς σκέμμασι cæteris præiret suâ sententiâ [t]. ¶ *Qui est dux in domo Juda*, &c.] Princeps, videlicet, in tribu regia [v]. *Antecessor* (*princeps*, Pi. *ductor*, Ma.) *in domo* (vel *domui*, Ma.) *Jehudæ* (i. e. in regno, Jun.) *in omni negotio regio*, JT. i. e. pertinente ad Regem [x]: vel, regni, sive politico [y]. *Ad omne verbum regis*, i. e. causam quæ ad regium tribunal pertinet; scil. alias inter homines lites [z]. Hic quasi Prorex erat, vel Præfectus prætorio [a]; regius procurator in politicis negotiis [b]. Synedrium etiam Regi in rebus magnis, putà de bello suscipiendo aut non suscipiendo, consilium dabat, ut notatur in Thalm. tit. de Rege, cap. 5. 2. & Maimon. de Rege 5. 2. Josephus in explicatione legis de Rege, πραττέτω δὲ μηδὲν, &c. (*Nihil agat sine Pontifice & sententia Synedrii* [c].) Nota hìc distinctionem fori seu magistratûs ecclesiastici & civilis *. ¶ *Habetisque magistros Levitas*] Qui ex Lege poterunt jus dicere subditis. Vox SCHOTERIM alibi *præfectos*, hìc *consiliarios*, sign [d]. ¶ וְשֹׁטְרִים הַלְוִיִּם לִפְנֵיכֶם] *Et præfecti* (sub. *erunt*, P.) *Levitæ ante facies vestras*, Mo. *Habetis Levitas executores* (*negotiorum promotores*, M.) *coram vobis*, Ti. *Levitici magistratus præstò vobis erunt*, Ca. *Scribæ & Levitæ*, &c. ο'. *Et moderatores* (scil. politici, ad curanda negotia Regis,) *& Levitæ* (ad curanda negotia *Jehovæ*,) *expositi sunt vobis*, JT. Pi. Ad manum sunt vobis, ut possitis uti illorum operâ †. Heb. *coram vobis* sunt, Pi. ut Gen. 13. 9. Semper erunt præstò, ut consulentibus de jure respondeant [f]. Et Levitæ erunt præfecti sive magistri vestri; h. e. judicabunt de negotiis vestris levioribus: non enim omnes causæ agebantur ab illis Judicibus Hierosolymitanis, sed tantùm graviores. Causæ civium cognoscebantur à Levitis, causæ autem Regiæ à Zebadiah [g]. *Apparitores Levitæ coram vobis*; i. e. Parati erunt illi ad jussa vestra exsequenda. Apparitores magistratuum & judiciorum exsecutores è Levitis sumebantur [h]. ¶ *Confortamini, & agite diligenter*] Heb. *Obtinete, & facite*, Ma. *Confortamini*, (vel, *confirmate vos*, JT.) *& facite*, P. V. q. d. Fungimini officio vestro forti & generoso animo [i]. ¶ *Erit Dominus vobiscum in bonis*] i. e. Cumulabit vos multis bonis [k]. ¶ [עִם הַטּוֹב] *Erit cum bono*, Mar. ex ο'. Pi. Os. [quod variè exponunt.] Id est, benefaciens [l]. Vel, cum bonis, Mar. ex V. Sing. pro plur. V. Iis aderit qui bene agent [m]. Aderit & favebit bonis Judicibus; mercede eos donabit [n]. Vel sic; Deus hoc bonum institutum fortunabit [o]. *Aderit æquo*, JT. rebus & personis æquitate conjunctis [p]. At *bonum* non intelligendum esse de re causâve, sed de persona litigante, percipitur ex ipsa phrasi. Cujus exemplum vide infrà 20. 17 [q].

CAP. XX.

1. ET *filii Ammon, & cum eis de Ammonitis*] Ità Hebræi, nullo sensu, ut quidem puto, quia *Ammonitæ* iidem sunt qui *filii Ammon*. Itaque frustrà se torquent interpretes in his explicandis. Sed si pro מֵהָעַמּוֹנִים (Mem & Ajin transpositis) legatur מֵהַמְּעוּנִים, prout legisse Græcos ex illorum versione constat, tolletur omnis scrupulus. Græci autem sic legunt, καὶ μετ' αὐτῶν ἐκ τῶν Μιναίων, *& cum ipsis ex Minæis*: Quam lectionem Hebraicæ præferre audeo. *Minæos* verò Græci reddunt מְעוּנִים *Meunim*, (gentis nomen) quod occurrit 1 Par. 4. 41. & 2 Par. 26. 7. cujus singulare est *Maon*. Vide Jud. 10. 12. & Jer. 48. 23 [a]. [At reliqui omnes Hebraicam lectionem præferunt, quæ sic se habet, וְעִמָּהֶם מֵהָעַמּוֹנִים. Variè tamen reddunt.] *Et cum eis de Ammonitis*, P. Mo. Ma. Id est, cum illis qui habitu & linguâ mentiti sunt se esse Ammonitas [b]. Intellige Amalecitas [c], vel Idumæos [d], quos jam adfuisse docet historia; quorum hìc mentionem omissam esse non est verisimile †. Hi autem non suo, sed Ammonitarum, nomine venerant [f]: acceperunt signa Ammonitarum, & conjunxerunt se exercitui eorum [g]. Vel, 1. nè viderentur contra Judæos fratres pugnare. Ità Auctor Tradit. apud Hieron [h]. Vel, 2. ut Regem Juda, cujus subditi erant, (nondum enim Idumæa rebellaverat, 1 Reg. 22. 48 [i].) latére possent [k]. Amalecitas vocat *Ammonitas*, quòd his confines eâdem linguâ & vestitu utebantur [l]. [Alii aliter vertunt:] *Et cum iis alii de Ammonitis*, Ti. M. sub. *nati*, M. Habitabant hi in montanis Seir, ut patet infrà ver. 10, 23. erántque populus mixtus ex *Iduméis* & *Ammonitis* *; unde nunc hoc, nunc illo, nomine vocitantur [m]. *Et Idumæorum* (Heb. *Ammonitarum*) *pars*, Ca. Multi Idumæorum (ut fieri solet) injussu magistratuum, vel conducti, vel spontè, Hammonitis se adjunxerant [n]. [Alii locum sic reddunt;] *Venientibus Moabitis & Ammonitis, & aliis qui* (vel, *& iis qui*, Pi.) *trans* (vel *post*, Pi.) *Hammonitas* habitabant *cum eis*, JT. Pi. Putà Syri, v. 2. & Edomæi, v. 10 [o]. Præp. מִן valet *post* notans locum, ut alibi *post* notans tempus, Jos. 23. 1. Jud. 11. 6. Ruth 1. 5 [p]. [Al. sic;] *Et cum iis alii præter Hammonitas*, Ang. Q. in Belg. Alii, *Et cum iis quidam de subditis Ammonitarum*, Gall. in marg. [At in textu Gal. totum sic redditur; *Filii Moab & Ammon venerunt* (*nam cum*

Margin notes (left column): p L'Empereur in notis ad Bertram. q K. in L'Emp. r L'Emp. ib. † V. t Mar. v G. x V. y Ma. z Mar. a Me. b G. c V. sim. Mar. Me. d Ma. † G. f Mar. g Os. h G. i G. k Q. in Ma. l Ma. m Mar. ex V. n Os. o G. p V. q V. r G. † Mar. T. t G. v Ma. x Pi. V. y Jun. z Mar. a Ma. b Me. c G. * T. d Os.

Margin notes (right column): † Pi. f Jun. g V. h G. i V. k Ma. l Me. m Mar. He. in V. n V. o Os. p Jun. q Pi. a BP. 2. 22. 138. b V. c He. in V. & in Mar. d L. plerique in Me. La. † Ca. sim. Me. f Ma. g L. h La. i Ma. k Me. l T. Os. * Me. m T. n Ma. o Pi. ex Jun. p Pi.

cum Moabitis erant *Ammonitæ) ut præliarentur*, &c. Alii[sic;] *Et cum eis erant de Amunim*, Strig. qui peculiaris fuit populus distinctus à filiis Ammon q.

q Q. in Belg.

2. *Venerunt*] Scilicet aliqui, Pi. exploratores, V. ¶ *De locis trans mare*, מֵעֵבֶר לַיָּם] *De trans mare*, P. V. q. d. De locis quæ sita sunt ultra mare Mortuum r. Ibi enim est *Hatsetson-thamar*, Gen. 14. 7. & *Syria*, quippe quæ Judææ est ad Orientem †. ¶ *Et de Syria*] Non de Syria Damasci, sed de regionibus Moab & Ammon, quæ *Syria* dicuntur vocabulo latè sumpto t. ¶ *In Asason-thamar*, בְּחַצְצוֹן תָּמָר] *Chasason-thamar*, sic dicta à tuguriis in palmeto sitis; ab Arab. *CHUSAS*, quod *casas* sign. & Heb. *THAMAR*, *palma* v. [Alibi aliter;] Significat locum irriguum (id חַצְצוֹן sign.) palmis frequentem x. ¶ *Quæ est Engaddi*, עֵין גֶּדִי] *En-gedi*, i. e. fons hœdi, vel capreæ, quasi solis capris pervius esset; est enim in celsis rupibus. Fontis nomen retinuit pagus ibi conditus, qui erat in agro Jerichuntino y.

r V. Jun. Pi. Os. L. Me. T. — † Pi. — t Me. — v BA. 1. 2. 52. 632. — x BA. 2. 6. 5. 820. — y BA. 1. 2. 52. 632.

3. *Ad rogandum Dominum*, לִדְרוֹשׁ] *Ad quærendum*, P. scil. per preces, Pi. τὸ *quærere* significat & *consulere*, & *orare* z. *Ut consuleret*, V. ¶ *Prædicavit jejunium*] Id enim accendit preces a. Plenus enim venter non orat ardenter b.

z Mar. — a G. — b Os.

4. *Congregatúsque est Judas*] Heb. *Judæi*, scil. Hierosolymitani, ut sequentia docent c. ¶ *Ad deprecandum*, &c. לְבַקֵּשׁ מֵיְהוָה] *Ad requirendum* opem à *Jehova*, JT. *Ut quærerent à Domino*, scil. veniam, pacem & auxilium d. *Ut peterent* petitionem *à Jehova*, V.

c Pi. — d Me.

5. *Cúmque stetisset—in domo Domini*] Ità Pi. Ma. &c. Sic atrium Templi pro ejus parte habetur †. Templum non erat capax tantæ multitudinis; nec Reges orabant in Templo, sed in atrio populi, 1 Reg. 6. 38. Hoc igitur intelligitur de ædificiis Templo adjectis, quæ omnia *Templum* dicebantur p. Alii, *apud domum*, &c. JT. Præpos. ב valet *apud*, Pi. ¶ *Ante atrium novum*] Quodnam hoc fuit ignorare se fatentur doctiores: colligunt tamen, ex eo quòd illi præponatur articulus ה, tum illud fuisse notissimum q. Fuit hoc atrium vel, 1. atrium fœminarum, *novum* dictum, non quòd aliud esset ab atrio Israelis, sed quòd nova separatio adjecta esset, ad viros à mulieribus sejungendos. Ità multi apud Salianum r. Vel, 2. atrium sacerdotum, Templo proximum, *novum*, i. e. renovatum cum Altari ab Asa suprà 15. 8 †. Vel, 3. atrium populi. Vide suprà 15. 8 t. Novum dicitur, quia innovatum erat v, (& repurgatum à sordibus quas ibi fecerant Reges Juda x,) & ad usus populi adaptatum. Cùm enim atria multa erant, & capacia tot myriadum ter ex omnibus tribubus Hierosolymam accurrentium, jam autem decem Tribus eò desinerent accurrere; superfluum videbatur tantum spatii: unde videntur partes quædam atriorum tum temporis vel occlusæ, vel desertæ, &c. quæ jam usibus populi (qui ex pluribus tribubus jam recurrebant in Jerusalem, suprà c. 15.) restituti fuerant y. Vel, 4. Fortè fuit appendix aliqua recens Templo adjuncta à Josaph. quò capacior esset locus z.

† Pi. — p V. — q V. — r Me. — † Pi. — t Ma. ex Jun. Os. — v L. T. — x L. — y T. — z Ma.

6. *Nec quisquam tibi potest resistere*; sim. M. P. JT. ό. וְאֵין עִמְּךָ לְהִתְיַצֵּב] *Et non* (sub. *est*, Pi.) *tecum ad standum*, vel *consistendum*, Mar. Mo. vel, *ad sistendum se*, Pi. *Nemo est contra te sistendo se*, JT. Nihil potest contra te stare a. Nemo tecum potentiâ comparandus, ità ut audeat se sistere contra te. Præp. עִם sign. comparationem, sicut Job. 9. 26. Psal. 106. 6. & 147. 1 b. Nemini licet tibi resistere c.

a Mar. — b Pi. — c Tig. not.

7. *Et dedisti eam semini*, &c.] Hebr. *& dabis?* &c. Quasi nunc denuo daturus sit terram ereptam his hostibus: vel, orat ut deinceps continuet Deus hoc beneficium d. ¶ *Semini Abraham, amici tui*] Ità Pi. &c. [At JT. *semini Abrahami diligenti te.*]

d Ma.

9. *Gladius judicii*] Ità P. Pi. V. i. e. justo Dei judicio immissus propter scelera †. חֶרֶב שְׁפוֹט] *Sephot* non est infinitivus, sed nomen f. *Gladius vindictæ*, sive *puniens*, Pi. [Alii sic;] *gladius, judicium*, ό. JT. sim. Sy. Ar. *gladius, pœna*, Strig. Sed absurdum est nomen generis interponi nominibus specierum, quasi & ipso species significetur. Quare nomen שְׁפוֹט hîc regitur à præcedente voce חֶרֶב g. ¶ *Pestilentia, & fames*] Et pro *aut*, JT. Pi. P. V.

† V. — f Mar. — g Pi.

10. *Et mons Seir*] i. e. Habitatores montis Seir h; scil. Idumæi i. Vide Gen. 14. 6. & 36. 8. Deut. 2 k. ¶ *Declinaverunt ab eis*] Deut. 2 l.

h L. Me. Pi. — i Me. Mar. — k Ma. — l G.

11. *E contrario agunt*, &c.] Heb. *Ecce, ii retribuentes*, &c. Ma. *Ecce, illi rependunt*, vel *retribuunt*, *nobis*, Pi. V. sub. vel, *illud beneficium*, V. vel, *malum pro bono*, Pi.

12. *Non judicabis eos?*] i. e. Judicia tua exercebis in eos m?

m V.

13. *Juda stabat coram Domino cum parvulis*, &c.] Solebant & Hebræi & Gentes in gravibus calamitatibus ad preces publicas adhibere etiam vagitus infantum, quò faciliùs placarent offensum numen. Vide Judith 2. 16. & 4. 9. Idem fecêre Ninevitæ & alii, test. Basilio & Ambrosio n. Orabant, &c. nè Deus hanc miserandam turbam hostibus permitteret o.

n T. ex San. — o Os.

14. *Erat autem Jahaziel*, &c.] Heb. *Jahaziel*, &c. *incessit eum*, &c. i. e. Quod attinet ad Jahaz. incessit eum p. Vir insignis erat, idcirco ponitur ejus genealogia q. ¶ *Spiritus Domini*] Scil. propheticus r. ¶ *In medio turbæ*] Solebant prophetiæ recitari præsente populo, ut in Novo Fœdere †.

p Pi. — q V. — r Me. — † G.

15. *Omnis Juda,—& tu rex Josaphat*] Eum qui præcipuus est postremo loco nominat. De loquendi hoc genere egimus ad Marcum 16. 7 t.

t G.

16. *Ascensuri sunt per clivum nomine Sis*, בְּמַעֲלֵה הַצִּיץ] *Per clivum* (*ascensum*, M. sic Mo.) *Sis*, P. Ti. Vel *tzitzi*, JT. Pi. vel *floris*, id est, floridum, Jun. ut sit nomen appellativum, non proprium v. ¶ *Qui est contra solitudinem*, פְּנֵי מִדְבַּר] *Versùs desertum*, Mo. *è regione* (vel, *in fronte*, JT. *ex adverso*, Sy.) *solitudinis*, vel *deserti*, M. P. Strig. פְּנֵי pro לִפְנֵי, Pi. *E regione saltûs*, Ca.

v Pi.

17. *Non eritis vos*, &c. לֹא לָכֶם לְהִלָּחֵם בָּזֹאת הִתְיַצְּבוּ וגו'] *Non vestrum est pugnare* (vel, *non vobis ad pugnandum*, Mo.) *in hoc: consistite & state*, &c. P. Mo. *Non est ut vos pugnetis* (*non erit vestrum pugnare*, JT.) *in hoc* prælio, &c. M. Ti. sim. JT. Non intererit vestrâ pugnare in hoc bello, nec vestrum id erit officium: tantùm spectatores eritis x. *Non vobis est bellare: hæc intelligite*, &c. ό. [q. d. *in hoc insistite*, scil. mentis contemplatione.] ¶ *Videbitis*, &c. *ô Juda*] Ità M. P. Ti.

x V.

19. *Laudabant—in excelsum*] Heb. *voce magnâ in excelsum*, P. i. e. voce altissimâ, V. G. vel *summè*, JT. Heb. *sursum versùs*, Pi. Sensus est, Cecinerunt, vocem partim elevando, partim deprimendo, juxta præscripta musicæ: מַעֲלָה enim est *ascensio*, vel *gradus* y.

y Me.

20. *Credite in Domino—& securi eritis*; ità Strig. וְתֵאָמֵנוּ] *Et fideles estote*, Mo. Mar. *fideles eritis*, ό. *ut fideles inveniamini*, M. *& fides servabitur vobis*, Sy. Ti. i. e. stabit Deus suis promissis z. *Et consistetis*, Ca. *roboremini*, P. *confirmabimini*, JT. *corroborabimini*, Q. in V. *Verificabimini*; non illudetur vobis; eveniet ut creditis a. ¶ *Credite prophetis ejus*] Tum aliis b, tum Jahazieli c. ¶ *Cuncta evenient prosperè*, וְהַצְלִיחוּ] [Sic scribitur in Bibliis tum Polyglottis tum Plantinianis, tum etiam in Concordantiis Buxtorfii: Piscator tamen hæc h. l. annotat;] Hîc in codice Venetiano mendosè legitur וְהַצְלִיחוּ, pro וְהַצְלִיחוּ, [& sic quidem habet Pagninus in Lexico suo majore,] quia præcedit וְתֵאָמֵנוּ. Interim verum est imperativum habere significationem futuri; cujus rei exemplum occurrit in hoc ipso verbo suprà 18. 14 d. Vertunt, *& prosperabimini*, JT. Ma.

z Ma. — a Ma. — b G. — c G. Pi. — d Pi.

21. *Dedit consilium populo*] q. d. Cùm consilium dedisset populo, i. e. hortatus eum esset verbis superioribus †. ¶ וַיִּוָּעַץ אֶל־הָעָם] *Et consiliatus est ad populum*, Mo. Vel, *consilium dedit*, quomodo scilicet aciem instruerent f. *Consilio autem inito*, vel *habito*, *cum populo*, P. Ti. JT. sim. ό. Pi. Ca. [Intellige cum primoribus populi.] *Et consilio usus erga populum*, M. *Et erudivit populum*, Strig. ¶ *Et statuit cantores Domini*] Vel, *Jehovæ*, in dativo, Pi. ex Jun. ¶ *Ut laudarent eum in turmis suis*, וּמְהַלְלִים לְהַדְרַת קֹדֶשׁ] [Variè reddunt.] *Et laudantes* (vel *psallentes*, Os.) *in decore sanctuarii*, P. i. e. eodem decore & ornatu qui servabatur in Templo g. Vel, *in decore* (vel, *ob decorem*, Mar.) *sanctitatis*, Mo. V. Os. [Diversimodè tamen exponunt.] Sic vocat cœlum, intelligens sedem Dei elegan-

† Mar. — f Os. — g Mar.

elegantissimam [h]. [Alii sic;] q. d. Cantores adsint in sacro vestitu, sicut in Templo [i]. [Alii aliter;] *Laudantes* (vel, *qui laudarent*, M. Ti.) *decorum*, vel *gloriam*, vel *magnificentiam*, vel *majestatem*, *sanctitatis*, JT. M. Ti. Ang. Belg. sim. Sy. vel *sanctam majestatem*, Pi. Belg. Periphrasis Dei [k]. Genitivus adjuncti; & præpositio ל hîc valet articulum accusativi casûs [l]. ¶ *Et antecederent exercitum*, &c. בְּצֵאת לִפְנֵי הֶחָלוּץ וגו׳ [Et hîc variant.] *In egrediendo ad facies expediti*, Mo. *exeundo ante virtutem*, ο'. [Ità reddit interpres in Bib. Polyglot. sed fortè illa, ἔμπροσθεν τῆς δυνάμεως, meliùs redderentur, *ante exercitum*, quo sensu δύναμις interdum sumitur.] *Procedendo ante expeditos, & dicerent*, &c. Infinit. בְּצֵאת pendet à participio מְהַלְלִים. *Ante expeditos*, i. e. milites armis instructos, vel accinctos & expeditos ad pugnam. Heb. *ad* [lege *ante*] *expeditum*: Enallage numeri usitata, ut Num. 32. 21, 29. Jos. 6. 7. 1 Par. 12. 23 [m]. [Alii sic;] *Dum egrederentur* (sub. *Judæi*, V.) *ante accinctos ad prælium*, P. V. Subaudiendum verbum, *qui, inquam, canerent coram armatis militibus* [n]. [Alii sic connectunt, vertúntque,] *Et laudarent, & egrederentur ante armatum exercitum, & dicerent*, Ti. sim. M. [Al. sic;] *Et cùm processissent exercitus ad bellum gerendum cum hostibus suis, dixerunt*, Sy. *Laudemus Dominum, dum egredietur ante copias nostras, & bellum geret pro nobis contra hostes nostros, & dicamus*, Ar. [Sensus haud contemnendus.] ¶ *Confitemini Domino*] Vide dicta suprà 5. 13 [o]. *Celebrate Jehovam*, JT. Initium hoc Psal. 136. quem totum cantores isti cecinisse videntur [p]: quem in plerisque solennitatibus canebant, certè in dedicatione Templi [q], suprà 7. 6. & post illatam Arcam in Templum, suprà 5. 13 [r]. Ridiculum rationi humanæ spectaculum videri potuit, procedere contra hostem potentissimum cum pompa musicali. Sed Josaphat hoc ex instinctu Spiritûs Sancti fecit, & eventus consilio respondit. Sæpe solet Deus gloriosissima sua facta pueriliter inchoare, &c †.

22. *Cúmque cœpissent*, &c.] *Quando inceperunt laudem & cantum*, JT. vel, *clamorem & laudem*, Q. in V. ¶ בְּרִנָּה וּתְהִלָּה] *Cum clamore & laude*, P. sub. *laudare Jehovam*, V. ¶ *Vertit——insidias*, &c. Heb. *posuit Jehova* מְאָרְבִים עַל־בְּנֵי עַמּוֹן וגו׳] *Insidiatores contra Ammonitas*, &c. JT. sim. P. Ma. Mar. &c. Putà sanctos Angelos, qui solent hostes populi Dei interficere. Vide 2 Reg. 19. 35 [t]. Sensus est, Fecit ut Ammonitæ & montani Seir ex insidiis adorirentur Moabitas [v]. ¶ *Qui egressi fuerant ut pugnarent contra Jehudam; & percussi sunt*, הַבָּאִים לִיהוּדָה וַיִּנָּגֵפוּ] *Procedentes in Jehudam, ità ut afficerentur plagis*, JT. Heb. *& percussi sunt*, Pi. Turma quædam ex hostili exercitu delecta ut ex insidiis adoriretur Judæos, Domino sic dirigente, in suos commilitones Ammonitas incidit, & à sociis contrita est [x]. Vel, seditio militaris subitò exorta est, &c [y]. Immisit Deus spiritum confusionis inter eos, ut se invicem pro hostibus reputarent [z].

23. *Consurrexerunt*] Heb. *Et steterunt*, Mo. *institerunt*, JT. Insurrexerunt; putantes, nimirum, eos qui ex ipsis ceciderant, ab Angelis percussi, interfectos esse ab istis [a]. ¶ *Cúmque hoc opere perpetrâssent*, וּכְכַלּוֹתָם בְּיוֹשְׁבֵי שֵׂעִיר] *Et cùm finem fecissent* (sub. *præliandi*, V.) *contra habitatores Seir*, P. *Cùm absolvissent* (scil. vindictam ex errore*) *contra*, &c. JT. ¶ *In semetipsos versi*, &c. עָזְרוּ אִישׁ בְּרֵעֵהוּ לְמַשְׁחִית] *Juvit quisque proximum suum ad mutuum interitum*, M. Ti. sim. P. Strig. Me. *Juverunt alter contra alterum* (vel, *inter se*, JT. Heb. *vir in*, vel *contra*, *proximum*, Jun. Pi.) *ut esset ei perditor*, Pi. sim. JT. *Juverunt*, id est, irruerunt instar militum auxiliatorum irruentium in hostes. Metaphora τροπαχρηστική [b]. Confoderunt sese mutuis vulneribus [c]. מַשְׁחִית est particip. Hiphil; sed plerumque sumitur abstractè, pro *perditione* [d].

24. *Cùm venisset ad speculam*, &c. עַל־הַמִּצְפֶּה לַמִּדְבָּר] *Super speculam deserti*, Mo. vel, *deserto*, Ma. *ad montem specularem*, Sy. *ad ipsam speculam* (scil. sitam in clivo Tsitsi, suprà v. 16. ut sequentia docent †,) *versùs* (vel *propè*, Pi.) *desertum illud*, JT. nempe *Jeruelis*, suprà 16 [f]. Alii, *ad Mizpeh deserti*, Ti. vel, quæ est in *deserto*, P. Nomen loci proprium esse volunt. Fortè ea *Mizpeh* erat de qua Jos. 18. 26 [g]. ¶ *Nec superesse*, &c.] Heb. *& non evasio*, Mo. Mar. i. e. qui evaderet, Mar. *non vir evasionis*, Pi.

25. *Invenerunt inter cadavera variam supellectilem, vestes quoque & vasa pretiosissima*, וַיִּמְצְאוּ בָהֶם לָרֹב וּרְכוּשׁ וּפְגָרִים וּכְלֵי חֲמֻדוֹת] *Inveneruntque in eis*, vel *inter eos, in multitudinem*, (vel *multitudine*, V.) *& substantiam*, (*divitias*, V.) *& cadavera, & vasa desideriorum*, Mo. sic Ma. V. *multum divitiarum, & cadavera onusta supellectile concupiscibili*, P. τὸ רְכוּשׁ sign. hîc quod Gallicè dicimus *le bagage*, ut intelligamus etiam jumenta [h]. Alii, *copiosè* (Heb. *secundùm multitudinem*, Pi.) *tum facultates cum cadaveribus*; (vel, *tum facultates, tum vestem*, Pi.) *tum instrumenta desiderabilia*, JT. sive *gemmas pretiosas*, Ang. Intelligit [sacer scriptor] omnem ornatum pretiosum, quo solent sæpe insigniri milites, ut annulos, torques, &c [i]. Alii, *multiplicem supellectilem, vestes, & vasa desiderabilia*, M. sim. Ti. Ca. Pro פְּגָרִים legendum בְּגָדִים, quod quædam exemplaria habent, teste Mercer. in Pagn. Lex. in radice פֶּגֶר [k]. ¶ *Et diripuerunt, ità ut omnia portare non possent*, וַיְנַצְּלוּ לָהֶם לְאֵין מַשָּׂא] *Et diripuerunt*, sive *prædati sunt, sibi*, vel *pro se, absque onere*, Mo. Heb. *ad non onus*, Mar. *ad non esse deportationem*, Jun. vel *portationem*, sive *gestationem*, Pi. *ut non essent ferendo*, JT. *ut ferre* (*portare*, Mar.) *non possent*, Ti. *ut onus non possent ferre*, M. Alii, *absque pondere*, P. i. e. ut nullum esset certum pondus, neque certus numerus [l]. Porrò, hæc erant *Salmacidùm spolia, sine sanguine & sudore* [m].

26. *Vocaverunt*, &c. *usque in præsentem diem*] Sub. *quæ appellatio durat*, Pi. sic Os. Exempla hujus ellipseos plura sunt. Vide suprà 8. 20. aliàs 8. & 10. 19. & infrà 21. 10. & alibi [n].

29. *Super universa regna*] Scil. vicina: vel, est hyperbole [o].

33. *Populus non direxerat cor suum*, &c.] Non poterant divelli ab excelsis *. Nondum pleno zelo sectabantur eum cultum quem Deus præscripserat; noluerunt certo cultûs loco adstringi, sed sacrificârunt in excelsis. Docemur hîc Deo displicere electitios cultus à Deo non præscriptos [p]. *Non compararverant animum suum erga Jehovam*, JT. quamvis Josaphat sedulò eos revocâsset, suprà 19. 4 [q].

34. *Reliqua gestorum—priorum & novissimorum*] i. e. Quæ gesta sunt initio regni ejus, & sub finem ejusdem [r]. ¶ *Scripta sunt in verbis Jehu*, &c.] De quo suprà 19. 2 †. ¶ *Quæ digessit in libros*, &c. אֲשֶׁר הֹעֲלָה עַל־סֵפֶר וגו׳] *De quo fit mentio* (vel, *scriptum est*, Sy.) *in libro Regum*, &c. P. V. Ca. *qui conscripsit librum*, &c. ο'. *qui transtulit ea in librum*, &c. Ti. M. *qui jussus est referre in librum*, &c. JT. *Jussus*, authoritate Dei & Ecclesiæ: Ità ipse quoque unus fuit ex scriptoribus historiæ Regum [t]. *Qui ascendere factus est*, &c. i. e. qui scriptus est in libro; q. d. de hoc Jehu fit mentio, &c [v]. *Qui* (scil. Jehosaphat) *elevatus fuit*, &c. i. e. celebratus, non tantùm in libro Regum Judæ, sed etiam in libro Regum Israelis [x]. [Alii sic;] in verbis Jehu, *quæ ascendere fecit*, &c. i. e. contulit, composuit, &c [y].

35. *Post hæc*, &c.] Hæc & seq. explicata sunt 1 Reg. c. 22. v. 49, 50 [z]. ¶ *Cujus opera fuerunt impiissima*, וְהוּא הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת] *Ipse impiè*, vel *iniquè*, *fecit faciendo*, ο'. P. Mo. *improbissimè agebat*, JT. Ang. *impietati studuit*, Ti. *impiè studuit agere*, M. *se impiè gessit*, Ca.

37. *Nec potuerunt ire*, &c. לֹא עָצְרוּ וגו׳] *Non obtinuerunt ire*, &c. Mo. *non continuerunt vim, ut venirent*, &c. M.

CAP. XXI.

2. *Azariam—& Azariam*] Duos habuit filios eâdem appellatione [a]. In Hebræo autem primus est עֲזַרְיָה, secundus עֲזַרְיָהוּ [b]. ¶ *Filii Josaphat, regis Juda*] Ità ο'. Sy. Ar. Fortè vox יִשְׂרָאֵל irrepsit pro voce יְהוּדָה [c]. Heb. *regis Israelis*. Sic vocatur Josaphat, vel, 1. synecdochicè, q. d. Regis Jehudæ, cum Israelitis illi adhærentibus: multi enim ex decem tribubus

Margin notes, left column: [h] V. [i] Os. [k] Jun. Ma. Belg. [l] Pi. [m] Pi. [n] V. [o] G. [p] Pi. [q] Mar. [r] Pi. † Os. [t] Pi. [v] V. [x] Os. sim. Me. [y] Q. in Ma. [z] Belg. [a] Pi. * Idem. [b] Idem. [c] V. [d] Ma. † Pi. ex Jun. [f] Pi. ex Jun.

Margin notes, right column: [g] Q. in Ma. [h] V. [i] V. [k] Pi. [l] V. [m] G. [n] Pi. [o] Me. * T. [p] Os. [q] Jun. [r] V. † Pi. [t] Jun. [v] V. [x] Ma. ferè ex Jun. [y] Mar. [z] Me. Ma. [a] Mar. [b] Me. [c] Pi.

bubus ad Asam, &c. defecerant, suprà 15. 9[d]. Et multa ex regno Israel ceperant Reges Judæ. Vide suprà 13. 19. & 15. 8 †. Vel, 2. q. d. *Regis filiorum Israel*, nempe, Tribûs Juda, & Benjamin. *Israel* enim interdum pro tribubus omnibus accipitur, interdum pro duabus tantúm[f]. Juda vocatur *Israel*, latiori ejus vocis significatione[g]. Vel, 3. propter affinitatem & familiaritatem cum Regibus Israel, Ahabo & Joramo; & quòd regno Israelis defendendo magìs invigilâsset quàm suo *.

3. *Et pensitationes*] Mallem, *pensiones*, Mar. Noster annuos reditus intelligere videtur[h]. ¶ [מִגְדָּנוֹת] *Dona rerum pretiosarum*, P. & V. in Me. JT. κειμήλια, vulgò clinodia, Pi. sic Os. Ma. De hac voce vide Gen. 24. 53[i]. ¶ *Regnum tradidit Joram, eò quòd esset primogenitus*] Juxta legem Deut. 21[k]. Vide & Gen. 49. 3. q.d. Alioqui non daturus, cùm haud dubiè perspexisset perversos illius ab uxore impia seducti mores. Vide v. 6. & 13. Unde Josaphat, si per Legem licuisset, aliquem ex aliis Regem designâsset[l]. Multa incommoda ex hæreditario principatu proveniunt, sed quæ bonis aliis compensantur[m]. Infeliciter cessit hæc Josaphati dispositio, licèt per se recta esset. Quandoque enim finit Deus, ut ea quæ rectè agimus pessimè cedant, ad probandam fidem electorum[n].

4. *Cùmque se confirmâsset*] Heb. *& corroboravit se*, V. Devinctis sibi, aut muneribus aut promissionibus, iis qui sibi poterant negotium facessere[o]. ¶ *Occidit fratres*] Vel, metuens nè quis eorum regnum invaderet[p], (ipso propter malitiam de regno ejecto[q];) vel, quia opponebant se Joramo, nè ab avita religione ad idololatriam deflecteret[r]; vel, ut bona eorum possideret †. Hoc fecit ex more vicinorum Regum, teste Plut. in Demet. ¶ *De principibus Israel*] i. e. Juda, Os. sim. Pi. Vide ad v. 2. Sub. *aliquos*, JT. Mar. Fortassis qui fratres ejus sequerentur[t]. Veritus nè necem fratrum ulciscerentur[v]. De Synedrio, ut credibile est, homines Legis amantes, & eximiæ apud populum authoritatis. Nam talibus Regibus, ut Salustii verba usurpem, *boni quàm mali suspectiores sunt, sempérque aliena virtus formidolosa est*. Tacitus *non minus periculum esse* ait *ex magna fama quàm ex mala, & ob virtutes certissimum exitium*. Hæc fuit causa cur Herodes totum Synedrium tolleret[x].

5. *Triginta*, &c.] Hæc usque ad v. 12. repetita sunt ex 2 Reg. 8. 17, &c[y].

6. *Filia quippe Ahab*] Nempe imitatione; nam *Athalia* fuit filia *Amri*. Muliebri pravitate facilè viri corrumpuntur. In uxorum delectu magnum momentum Principibus[z].

7. *Ut daret ei lucernam*] i.e. Regnum[a]: sic dictum, ob splendorem[b]; vel, quòd Reges debent aliis prælucere[c]. ¶ *Omni tempore*] Quo, scilicet, duraturum erat regnum illud, quod in Tsidkija defecit[d].

8. *Nè esset subditus*, &c.] Heb. *ab essendo*, &c. i. e. nè esset, *sub manu* (i. e. potestate) *Judæ*, Pi.

9. *Percussit Edom*] Etiamsi Deus impios Magistratus seditionibus subditorum punit, tamen in seditiosos ipsos graviter animadvertit *. Sed non est ausus Joram uti victoriâ, eósque ad tributa pendenda cogere; vel, quia conscientia scelerum illi animos ademit; vel, quia novis bellis impetitus erat, v. 16 †.

10. *Rebellavit——usque ad hanc diem*] Sub. deportationis Babyl. Vide 1 Par. 4. 41[f]. Subaudiendum, *quæ defectio durat* usque, &c. Ellipsis usitata. Vide suprà 20. 26[g]. ¶ *Et Lobna recessit——. Dereliquerat enim Dominum*, &c.] Scil. Joram Rex. Heb. *Quia reliquit Legem*, scil. hæc mala evenerunt[h]. Verto, Id quod fiebat *quia defecerat*, &c. Fiebat, scil. per Dei gubernationem. Neque enim defectores isti hâc causâ movebantur. Hujus ellipsis exempla multa occurrunt; ut Matt. 2. 15, 23. & 12. 17. Joh. 18. 9, 32. & 19. 22[i].

11. *Et fornicari fecit*] q.d. Fuit causa idololatriæ, &c[k]. ¶ *Habitatores Jerusalem*] i. e. In ipso loco ubi Deus Sacrarium suum habebat idololatriam statuit[l]. ¶ *Et prævaricari* [nempe *fecit*] *Judam*, [וַיַּדַּח אֶת־יְהוּדָה] *Et compulit* (vel *impulit*, P.) *Jehudah*, Mo. sub. *ad illud*, Belg. Ang. sim. Gal. *& seduxit Judam*, Ti. *errare fecit*, ό. *dispersit* (vel *labefactaverat*,

[d] Ma. ex Pi. sim. Jun. † Ma. [f] V. [g] Mar. * Li. [h] Me. [i] Ma. [k] Os. [l] Pi. [m] Mar. [n] Os. [o] Me. [p] Os. [q] L. [r] T. † L. [t] Mar. [v] Os. [x] G. [y] Me. [z] Mar. [a] V. Pi. &c. [b] Mar. [c] V. [d] Pi. * Os. † T. [f] Ma. ex Jun. [g] Pi. [h] Mar. [i] Pi. [k] V. sim. Pi. Mar. [l] Jun.

Ca.) *Judæos*, Sy. *Impulit*, ut scil. caderet labens jam & nutans. Metaphora ab eo qui jamjam lapsurus est, & impellitur. q. d. Impulit Judæos ad idololatriam, alioqui jam pronos ad cultum idolorum[m]. *Impulit*, i. e. invitis etiam obtrusit[n]. *Imò impulit* (sub. *eos*, Pi.) *cum Jehuda*, JT. Pi. i. e. præter Jerosolymitanos, impulit etiam reliquam tribum Judæ, &c[o]. *Incitavitque Jehudam* ad idololatriam, M.

12. *Allatæ sunt ei literæ ab Elia propheta*] At Elias in cœlum raptus fuit tempore Josaphati, ut constat ex 2 Reg. 3. 11[p]. [*Quid hîc dicendum?*] Resp. 1. *Elias* hic alius fuit à Thisbite, sed ejusdem nominis[q]. 2. Elisæus vocatur *Elias*, quòd & illi successisset, & eum spiritu referret[r]. 3. Hæ literæ cœlitus missæ sunt *. Scriptæ videntur, post raptum, ex Paradiso[t]. Credidêre [nempe Jo. & ό.] ab Elia postquam humanis rebus ereptus est scriptam hanc epistolam: quod non est cur magis miremur, quàm quòd Judas Macchabæus somnio divinitus immisso vidisse scribitur 2 Mac. 15. Oniam Sacerdotem & Jeremiam Prophetam pro populo orantes[v]. 4. Videntur scriptæ literæ ante raptum, sed multò post ad Regem allatæ: potuit enim spiritu prophetico prævidisse quæ facturus esset Joram, & quæ passurus, sícque hanc epistolam scripsisse, quæ ipsi operâ Elisæi hoc tempore redderetur[x]. Cùm Propheta esset futuri præscius, eas relinquere potuit[y]. Antequam assumeretur scripserat de futuro regno Jorami, ut Jeschaia de futuro regno Cyri, Jes. 44. & 45. & Achija de regno Josiæ, 1 Reg. 13. 2. Sic oportuit impium Regem ab absentibus reprehendi, qui præsentes non fuisset passus[z]. Probabile est Eliam hoc commisisse Elisæo, quia certò aliud ei commisit post mortem ipsius peragendum, nempe, ut Hazaeli indicaret ipsum futurum Regem Syriæ[a]. Locum sic verto, *Pervenit ad eum scriptum*, quod scriptum fuerat *ab Elia*. Nè quis putet verba illa, *ab Elia*, pendere à verbo *pervenit*, quasi nimirum Elias hanc epistolam ad Joramum misisset; quod fieri non potuisse ex 2 Reg. 3. constat[b], [ut dictum.]

14. *Percutiet te——cum populo tuo*, &c.] Heb. *in populo*, &c. Ma. Mar. JT. Pi. Præp. ב hîc notat objectum[c]. Mala quæ inferuntur subditis in Regem redundant; in illis ipse punitur[d].

15. *Tu ægrotabis*, [וְאַתָּה בָּחֳלָיִים] *Et tu in morbis*, Ma. *Tu quoque* (sub. *agitaberis*, JT. malim, *ægrotabis*, Pi.) *morbis*, &c. JT. Pi. *Tu eris in doloribus*, &c. Mar. vel *infirmitatibus*, P. *Te autem* percussurus est *in morbis*, &c. V. ¶ *Donec egrediantur vitalia tua paulatim*] Qui solet esset longæ δυσεντερίας exitus. Hunc interitum habuêre impii Reges duo, Antiochus illustris & Agrippa. Εἰς τί τὰ σπλάγχνα τοῖς οὐ σπλαγχνιζομένοις; (*Quorsum illis viscera quibus nulla inest misericordia* *?) Interdum fieri solent dejectiones colliquativæ, ipsæque partes, [corporis,] præcipuè hepar & lien, primùm destitutæ ab alimento tabescunt, deinde & computrescunt cum ipsis succis, & in saniem solutæ egeruntur[f]. Diarrhœa fuit, sive profluvium alvi diuturnum & malignum *. ¶ *Per singulos dies*; ità P. M. [יָמִים עַל יָמִים] *Diebus super diebus*, Mo. vel, *post dies*, V. *ex diebus in dies*, ό. *de die in diem*, Gal. *quotidie*, V. *ex anno in annum*, i. e. duobus annis, ex v. 19. Belg. Verto, *anno secundo*, scil. ægrotationis tuæ. Heb. *diebus super dies*, scil. elapsis; i. e. anno post annum elapso. יָמִים pro anno occurrit Exod. 13. 10. Levit. 25. 29. Num. 9. 22. Jud. 17. 10. 1 Sam. 1. 3. & 27. 7. Amos. 4. 4[g]. [JT. reddunt, *per duos annos continuos*; Heb. *anno super annum*, Jun. & construunt cum verbo *agitaberis*, &c. *per duos*, &c. Ti. locum sic reddit, ——*præ dolore qui in dies crescit*.] Eliæ epistola hæc omnia[h].

16. *Suscitavit spiritum*] Sive *animam*, i. e. animum, Pi. ex JT. vel voluntatem, quæ in anima est. Ità sumitur vox Num. 14. 24. Prov. 1. 23. & 29. 11. Vel, *spiritus* hîc pro ira ponitur, ut Zach. 6. 8[i]. ¶ *Et Arabum, qui confines sunt Æthiopibus*] Ex Petræa & Felice Arabia, quæ vergunt ad Æthiopiam[k]. Arabes qui orientale littus maris Arabici incolunt, cùm occidentale obversum Æthiopes teneant[l]. Heb. *qui juxta*, vel *ad*, *manum*, Mar. Pi. (*juxta locum*, Mar. *ad latus*,

[m] V. [n] Jun. [o] Jun. [p] Pi. ex Jun. [q] Q. in Ma. [r] Al. in Ma. * He. in Mar. [t] Ità E. T. Ma. [v] G. [x] Me. [y] Mar. [z] Jun. [a] Mayer. [b] Pi. [c] Pi. [d] Mar. * G. [f] Valef. in T. * Ma. [g] Pi. [h] Mar. [i] Pi. [k] Ma. ex Jun. [l] Ma.

Pi.

Pi. M. Ti. *ad fines*, P.) *Æthiopum*, Mar. Æthiopes hîc intellige, non Africanos, (qui procul erant,) sed Asiaticos [m]. Duplex enim est Æthiopia: 1. in Africa; 2. in Asia, juxta Madianitas & Arabes [n]. [Ex hoc loco videtur confirmari Cl. Bocharti sententia, nimirum כוש in S.S. non *Æthiopiam*, sed *Arabiam*, significare; de qua vide ad Num. 12. 1. ο'. hîc habent, *Et Arabas & confines Æthiopum*.]

17. *Vastaverunt eam*] Heb. *sciderunt eam*, Mar. *fiderunt eam*, P. scil. Judam, Pi. ¶ *Diripuerunt——substantiam*] Heb. *abduxerunt captivas——omnes facultates*, JT. Pi. sim. Ma. Metaphora καταχρηστική [o]. ¶ *Nisi Joachaz*] Qui nominatur *Ahazias*, sive *Ohosias*, c. 22. 1. & *Azarias*, ib. v. 6. Ità trinomius erat P. ¶ *Minimus natu*, קְטֹן בָּנָיו] *Parvus filiorum ejus*, Ma. Glass. h. e. minimus inter filios. Superlativus gradus quandoque exprimitur per adjectivum regens substantivum in genitivo casu: ut suprà 2 Reg. 10. 6. גְּדֹלֵי הָעִיר *magni urbis*, h. e. optimi in urbe, sive optimates; & Prov. 30. 24. *Quatuor sunt* קְטַנֵּי אָרֶץ *parva terræ*, h. e. minima in terra [q].

18. *Languore insanabili*; sim. V. Pi. &c. לְאֵין מַרְפֵּא] *Ad non essendum medicinam*, seu *curationem*, Pi.

19. *Cùmque diei succederet dies*, וַיְהִי לְיָמִים מִיָּמִים] *Et fuit*, vel *factum est*, (vel *contigit*, Sy. sim. Belg. Gal.) *ad dies ex diebus*, Mo. *ex diebus in dies*, ο'. *uno die post alium* succedente, Gal. *post dies multos*, Sy. M. P. vel *aliquot*, Ti. V. *continuatis diebus*, Ca. *in processu temporis*, Ang. *Ab anno in annum*, h. e. à primo anno ad secundum [r]. *Nam anno secundo*; Heb. *diebus à diebus*. Vide suprà ad v. 15 *. ¶ *Et temporum spatia*, &c. וּכְעֵת צֵאת הַקֵּץ לְיָמִים שְׁנַיִם] *Et in tempore egressûs* (i. e. quo venit, Mar.) *finis* (præfixus ab Elia, Mar.) *dierum biennii*, Mar. sim. Mo. *Maximè postquam venit finis duorum illorum annorum*, P. *cùm tempus esset exactum, post finem duorum annorum*, Ti. sim. M. JT. *peracto biennii spatio*, Ca. sim. Ang. *Prophetæ verbo post biennium expleto*, Sy. *cùm tempus venisset ad præfixum terminum duorum annorum*, Gal. *cùm tempus finis illorum duorum annorum elapsum fuerit*, Belg. ¶ *Non fecit ei populus secundùm morem combustionis*, &c. שְׂרֵפָה כִּשְׂרֵפַת וגו'] *Combustionem* (vel *rogum*, V.) *secundùm combustionem patrum*, P. Mar. Vides solitos Judæos Regum corpora comburere [t]. Verùm non comburebant Regum cadavera, sed juxta cadaver aromata, &c [v]. *Non fecerunt ustionem* odorum, &c. JT. De ustione hac odorum vide suprà 16. 14 [x]. Vel cadavera ipsa comburebantur, ut factum cum Saul, 1 Sam. 31. 12. & Sedecia, Jer. 34. 5. Vel saltem aromata cadaveribus imposita cremabantur *. Porrò, egregium [hoc est] institutum, ut mortuis Regibus pro meritis major minórve honor haberetur [y].

20. *Ambulavitque non rectè*, וַיֵּלֶךְ בְּלֹא חֶמְדָּה] *Ambulavitque absque* (*absque ullo*, P.) *desiderio*, Mo. vel, 1. suo; qu. dic. infeliciter, non ut ipse cuperet [z]: vel, 2. *absque desiderio*, scilicet, aliorum; non ut alii cuperent; id est, non rectè, ut Hieronymus dixit [a]: non ità, ut ejus actiones Deum & pios homines delectarent [b]. [Alii sic;] *quos* [nempe *annos*] *transegit sine voluptate*, JT. i. e. in perpetuis calamitatibus [c]. *Vixitque illaudatè*, Ti. *vixit inglorius*, V. [Alii aliter:] *Et abiit* (scil. per viam totius terræ, ut plenè scribitur Jos. 23. 14. id est, mortuus est) *sine voluptate*; Heb. *sine desiderio*: Meton. adjuncti [d]. *Et mortuus est*, ο'. sim. Sy. Ar. Ang. Belg. Ca. *non in laude*, ο'. *nemine dolente*, Sy. sim. Ar. *minimè desideratus*, Ang. Belg. sim. Ca. ¶ *In civitate David*] In honorem patris Josaphati, ut infrà 22. 9. ¶ *Non in sepulchro regum*] Seorsim, in memoriam culparum ejus *.

[m] Mar. sim. Me. [n] Me. [o] Pi. [p] V. sic Jun. Pi. Ma. [q] Glass. gram. p. 58. [r] Belg. * Pi. [t] Mar. Ma. [v] La. ex San. [x] Pi. * Me. [y] G. [z] He. in Mar. [a] Mar. [b] Os. [c] Jun. [d] Pi. * G.

CAP. XXII.

1. *Constituerunt*, &c.] i. e. In solio locârunt, ut infrà 23. 20. nam regnum jure ipsi debebatur, sine ullis populi suffragiis [a]. ¶ *Interfecerant latrones Arabum*] *Turma quædam quæ venerat cum Arabibus in castra*, JT. sim. Mar.

[a] G.

2. *Quadraginta duorum annorum erat*, &c.] Difficultatem hîc planè insolubilem ferè omnes fatentur [b]. Hanc solvere non possum [c]. Nulla interpretum solutio mihi satisfacit [d]. Sine periculo fateri licet inexplicabilem esse hanc difficultatem, quia, deficientibus Annalibus, latent nos circumstantiæ, quarum cognitio facilem redderet solutionem †. Pater hujus Ochoziæ mortuus est anno ætatis suæ 40. vers. ult. cap. præced. Filius ergò hoc pacto duobus annis antiquior patre videtur. [Diversimodè expediunt.] Resp. 1. Mendum hîc est, (quod hoc loco, si ullibi, admitterem *,) & pro 42 annis substituendi sunt 22 anni [f]. Hæc solutio ut ob lapsûs facilitatem (מב pro כב) magis probabilis, ità ob codicum quorundam consensum minùs temeraria censenda est. Nam 22 hîc habetur in Græcis aliquibus MSS. ut notat Nobil. & MSS. Oxon. Cantab. & P. Junii [g]; & in LXX Romæ correct [h]. [& in Sy. & Ar. in Bibliis Polyglottis.] Sic habetur in Bibliis Syriacis, quibus à primævis temporibus Ecclesia Antiochena est usa, non ex LXX interpretum lacunis, sed ex ipso Hebræo fonte, traductis. Consulto enim apographo quod ex Antiocheni Patriarchæ exemplari magno pretio describendum curavi, ità reperi [i]. Sic quoque habet Arabicus uterque, scilicet Antiochenus, seu montis Sinai, & Alexandrinus, sive Cophticus, uti mihi Romæ asseveravit Sergius Risius Maronita, archiepiscopus Damascenus [k]. [Tandem, sic legitur in loco huic parallelo, 2 Reg. 8. 26.] Resp. 2. Joramus Achaziæ pater regnavit 27 vel 28 annis. Dicitur autem regnâsse tantùm 8 annis, 2 Par. 21. ult. nimirum bene & feliciter; reliquo enim tempore (ex quo incidit in manus Arabum & in morbum) per 20 annos inglorius fuit. Hi ergò anni ipsi non annumerantur, sed filio ipsius Achaziæ, qui vivente patre Rex eligebatur, anno ætatis 22. & regnavit 20 annis, & cùm moreretur pater ejus fuit 42 annorum, & tum denuo Rex declaratus est, & unico anno regnavit [m]. [Aliis non placet hæc solutio.] 1. Sic enim tres Reges simul regnabant, Josaphat avus, filius Joram, & nepos Achazias; quod insolitum [n]. 2. Si ità fuisset, & nepos in regnum cum avo assumptus fuerit, minimum tamen filiorum Jorami reliquis omnibus tunc viventibus præferri non est credibile [o]. Resp. 3. De idiotismo illo cogitandum est in Saule *filio anni*, 1 Sam. 13. 1. à doctis ità expositum, ut eâ loquendi formulâ non anni semper intelligantur à nativitate deducti, sed etiam ab epocha aliqua alia quocunque modo spectante ad eum qui tot annorum filius fuisse dicitur [p]. [Sed hîc in partes eunt, dum alii hos 42 annos de ætate Athaliæ, alii de ætate domûs Omri, intelligunt.] Non numerantur hîc anni vitæ Achaziæ, sed regni Israelitici, ex quo in familiam Hamri, ex cujus sanguine erat Achazia, translatum fuerat: Eos sic supputant. Post 31. annum Asæ regnavit Amri annis 6 in universum Israelem, 1 Reg. 16. 23. Achab filius ejus 22 annos, 1 Reg. 16. 29. Achaziah Achabi filius 2 annos. Joram hujus filius 12 annos. Hi simul collecti efficiunt 42 annos. Jorami autem anno 12. regnare cœpit hic Achazia Rex Judæ, 2 Reg. 8. 25 [q]. In Hebræo textu trajectio est obscurior, cujusmodi est 1 Sam. 20. 16. Ezr. 10. 17. Nehem. 12. 22. quâ non observatâ, hic locus fuit variis quæstionibus & interpretationibus involutus. Sic locum verto, *Cujus matri nomen Hathalia, nata Homri* (nam filia erat Achabi filii Homri, cujus nomen hîc ad totam familiam pertinet, in qua ipse primus regnavit, 1 Reg. 16. 23.) *agentis quadragesimum secundum annum* (Hebr. filii 42 annorum; sic 1 Sam. 13. 1.) *quum Achazia regnaret*; Heb. *Achazia cùm regnaret ipse*: Pleonasmus [r]. [Aliis hæc non placet.] Versio prorsus violenta est. Nam sententias trajicit insolenter, ultimam ponens loco primo, eámque connectens cum sententia prima; cum qua tamen nequaquam cohæret. Loca allegata 1 Sam. 20. &c. non sunt paria. Pleonasmum istum verba textûs prorsus repudiant. Collatio similium locorum [quæ vide in Authore] locum aliter accipiendum esse docent *. Si tales verborum transpositiones admittantur, facile erit quidlibet ex quolibet deducere [t]. Deinde dubium est quónam

[b] Ma. [c] Pi. [d] Allen. † Di. * Allen. [f] Ità Caj. & Torn. & Sal. & Scal. in La. Mar. ex Seder Holam, G. Capel. [g] Usser. chron. p. 10. [h] La. [i] Usser. ib. [k] La. [l] Ma. ex V. K. in Buxt. vind. 2. 13. 929. [m] Ità K. & Abarb. sim. Hieron. & Mart. in Buxt. L. V. [n] La. Allen. [o] Allen. [p] Usser. ib. [q] He. & plerique in Ma. sim. Jun. Brought. in Allen. [r] Jun. * Pi. [t] Allen.

nam referunt vocem *agentis*, sive ad proximam *Homri*, sive ad remotiorem *cujus* [y]. [At satis constat ex additis interpretamentis eam ad *Homri* referri.] Sed mallem ut ad ipsam *Athaliam*, non avum illius *Omrin*, sequens anni 42. notatio referatur, & sic legatur, *Cujus matri nomen Hathalia nata Homri*, *agens*, &c. (non *agentis*, &c.) Convenit certè magis tam cum verborum proprietate, ut *Athalia* ætatis, quàm ut *Omri* regni sui, annum 42. egisse hîc intelligatur; quàm cum rei ipsius natura, quæ non ab *Omri*, sed ab *Achabo*, malorum semina traxisse *Athaliam* nos edocet; unde nec maritus nec filius hujus insimulantur, quòd peccato *Omri*, (id erat vitulorum cultus,) sed quòd *Achabi* scelere, (scil. Baalis cultu,) se & regna sua polluerint; 2 Reg. 8. 27. 2 Chron. 22. 3, 4. Porrò, nihil erat quod vel Ahaziam vel regni Judaici statum propiùs attingebat quàm ortus Athaliæ, fœminæ non mariti solùm & filii, sed etiam ad totius Reipublicæ, & regii inprimis seminis, perniciem natæ. Et quum hæc statim post *Achaziam*, & multò quàm ille diutiùs, Judaici regni solium occupaverit: ut illius natalis (more in aliis Regibus servari solito) in 2 Reg. 8. 26. apertè, ità quoque & matris ipsius hoc loco involutè, significatus fuisse videatur [x]. Resp. 4. Ambigua phrasis est quæ hîc occurrit. Etsi enim in libris Reg. & Chron. passim sign. tot annos natum fuisse quum regnare inciperet, aliter tamen accipitur 1 Sam. 13. 1. בֶּן־שָׁנָה שָׁאוּל בְּמָלְכוֹ, quod sic vertendum, *Filius anni erat Saul in regno suo*, h. e. unum regni annum exegerat, &c. Hinc & hoc loco, quamvis non eodem sensu, verto, *filius 42 annorum erat Achasia dum regnaret*, i. e. regnum ejus duravit usque ad 42. ætatis ejus annum. Nimirum 22 annorum erat quum regnum adiret; regnavit annum unum: porrò illius regno ascribendi sunt tum 6 anni quibus Athalias, præter fas, regnabat, tum 13 quibus minorennis fuit Joas. Ità habemus 42 annos †.

[y] Pi. [x] Usser. ubi suprà. † Di.

3. *Mater impulit eum*, &c.] Solent apud Reges imbecillis judicii multùm valere matres [y]. Periculosa sunt conjugia cum adversæ religionis uxoribus, nè vel maritus vel saltem liberi seducantur [z].

[y] G. [z] Os.

4. *In interitum ejus*; similiter M. Sy. Ti. P. Ca. לְמַשְׁחִית לוֹ] *Ut esset perditor ei*, Jun. i. e. ut unusquisque illorum esset ei perditor. Syntaxis distributiva [a]. *Ut corrumperent eum*, Strig.

5. *Syri*, הָרַמִּים] Pro הָאֲרַמִּים: Aphæresis [b].

[a] Pi. [b] Pi.

6. *Reversus est ut curaretur*, &c. וַיָּשָׁב לְהִתְרַפֵּא בְיִזְרְעֶאל כִּי הַמַּכִּים אֲשֶׁר הִכֻּהוּ בָרָמָה] Diversimodè intelligunt. כִּי הַמַּכִּים] hîc legitur nullo sensu [c]. Quare pro כִּי hîc legendum מִן, ut habetur 2 Reg. 9. 15 [d]. Verto, *ut curaret se à plagis*, &c. Pi. [Ità legunt & o'. sim. Sy. & Ar. *à vulnere*, &c. Reliqui legunt כִּי, & satis commodè vertunt; non tamen uno modo.] *Quia plagæ* (sub. vel, *erant ei*, P. sim. Ti. Strig. Belg. vel, *multæ erant*, Mar. vel, *afficiebant*, sive *affligebant*, illum, Q. in V. JT.) *quibus percusserunt eum in Ramah*, Mo. P. id est, Ramothis Gilhadis, sing. pro plur *. [Al. sic;] *propter vulnera* [videtur & hic legisse מִן,] *quibus percusserunt ipsum*, M. vel, *quoniam percussores fuerunt qui percusserant*, &c. Belg. Observa הַמַּכִּים posse reddi tam substantivè per *plagas*, (מַכִּים idem quod מַכּוֹת; dicitur enim מַכָּה ad formam מַטֶּה, & מַכָּה [f],) quàm participialiter, *percutientes*. Locus sic verti potest, *Quia percussores* (sub. *imminebant ei*, vel *persequebantur eum*) *qui percusserant eum*, &c. Nec novæ sunt tales ellipticæ loquutiones. Porrò, pro הִכֻּהוּ in Reg. est יַכֻּהוּ, & sic habetur, *Et reversus est ut sanaretur à plagis*, &c. vel, *à percussoribus*, sive *propter percussores, qui percutiebant, aut ulteriùs percussuri erant, ipsum*; ut referatur ad τὸ *reversus est*, non ad *sanaretur* [g].

[c] Capel. [d] Pi. Capel. * Jun. [f] K. in Buxt. [g] Buxt. vind. 2. 2. 426.

6. *Ochozias*] Ità o'. & 2 Reg. 8. 25, 29. Quare per errorem videtur hîc in Hebræo irrepsisse עֲזַרְיָהוּ, pro אֲחַזְיָהוּ [h]. Vel potiùs dicendum est duo fuisse ei nomina [i].

[h] G. ex Cap. [i] Buxt. ex K. 2. 13. 931. Ma. Mar.

7. *Voluntatis Dei fuit*, &c. וּמֵאֱלֹהִים הָיְתָה תְּבוּסַת אֲחַזְיָהוּ לָבוֹא וגו׳] *A Deo fuit conculcatio* (*despectio*, Mo. sim. Mar. M. *ruina*, Sy.) *Achaziæ*, P. Pi. V. sim. JT. Ti. *ut veniret ad Joram*, o'. P. vel, *veniendo*, &c. JT. *cùm*, sive *dum*, *veniret*, &c. Pi. Ti. sim. M.

8. *Cùm everteret Jehu domum Ahab*, בְּהִשָּׁפֵט וגו׳] *Cùm disceptaret*, &c. V. *judicium faceret*, &c. P. *judicia exerceret*, &c. Pi. ¶ *Invenit*] Scilic. in urbe Samaria: quò Joram & Ochosias se contulerant, ut indè pergerent contra Jehu. Brachylogia. Confirmatur autem hæc expositio ex collatione vers. 8, 9. ubi dicitur, *Achasiam se abscondisse in Samaria*; cùm scilicet interficerentur Principes Judæ & cognati ejus [k].

[k] Pi.

9. *Latitantem in Samaria*, &c. *occîdit*] At 2 Reg. 9. 27. *mortuus* dicitur in *Megiddo*. Resp. *Samaria* hîc pro regno, non pro urbe, sumitur [l]. [Alii sic;] *Mortuus* dicitur in *Megiddo*, non tamen revera mortuus, sed ità ut loquelam ex inflictis vulneribus amiserit, (sicut de Nabale dicitur, *Et mortuum est cor ejus*, &c. 1 Sam. 25. 37. cùm nonnisi post 10 dies mortuus fuerit.) Sic vulneratum detulerunt eum servi ejus in Samariam, ut ibi absconderent eum, &c [m]. Quòd verò in lib. Reg. dicitur, *& mortuus est illic*, non est sensus, *mortuus est in Megiddo*; sed, *mortuus est in illo bello, & in illa angustia* [n]. [Plura vide in Collectaneis nostris ad 2 Reg. cap. 9. ver. 27.] ¶ *Et sepelierunt eum*] i. e. Eum sepeliendum tradiderunt Jehudæis, servis suis, à quibus sepultus dicitur 2 Reg. 9. 28 [o]. ¶ *Nec erat spes aliqua*, &c. וְאֵין לְבֵית אֲחַזְיָהוּ לַעְצֹר כֹּחַ לְמַמְלָכָה] *Non autem erat domui* (vel, *in domo*, o'. Mar.) *Achaziæ ut retinere posset potentiam ad occupandum regnum*, P. vel, *robur ut* (sive, *vis ulla quæ*, M.) *retineret regnum*, Ti. vel, *ad obtinendam virtutem pro regno*, o'. vel, facultas *restituendi robur regni*, Sy. vel, *ad obtinendum potentiâ regnum*. Constructio inversa, Mar. Vel, *qui obtineret vires ad regnandum*, JT. Heb. *ad regnum: qui potentiam pro regno retinuit*, Belg. Filii ejus propter ætatem regno idonei non erant [p]. Non potuerunt occupare regiam dignitatem [q].

[l] Ma. ex Jun. [m] K. in Buxt. 2. 13. 931. sim. Abarb. ib. [n] Abarb. ib. [o] Ma. [p] Mar. [q] V.

10. *Et interfecit*] Ità τὸ וַתְּדַבֵּר reddunt M. P. Mo. JT. Pi. sim. Ar. *perdidit*, o'. Sy. Pi. *conata est perdere*, Ca. Sed vix est ut דִּבֵּר reperiatur pro *perdere*, nam in Psal. 2. 4. nihil vetat verti *loquetur*. Hinc quidam præferunt eos codices qui hîc habuêre וַתְּאַבֵּד, quomodo 2 Reg. 11. 1 [r]. תְּדַבֵּר deducitur à דֶּבֶר *pestis*, q. d. *pestis more perdidit* *. Ità commodè accipi potest Psal. 127. 5. *Non erubescent*, כִּי יְדַבְּרוּ אֶת־אוֹיְבִים, *sed periment inimicos in porta*. Quorundam verborum, &c. significatio à conjugato nomine desumitur. Sic etiam תִּזָּכֵר *masculabitur*, Exod. 34. 19. à זָכָר *masculus*; & אִלֵּם *colligavit manipulos*, Gen. 37. 7. ab אֲלֻמִּים *manipulus*; & תְּפָאֵר *ramos scrutaberis*, Deut. 24. 20. à פֹּארָה *ramus* [t].

[r] G. * Q. in Ma. [t] Glass. gram. p. 327, &c.

11. *Abscondit eum—in cubiculo lectulorum*] [Sim. omnes.] In uno triclinio, qualia plurima erant circa ædem sacram [v]. In quibus sacerdotes, cùm fungebantur sacerdotio, vel dormiebant [x], vel vescebantur [y]. ¶ *Soror Ochoziæ*] Sed ex alia matre quàm ex Athalia. Varias enim habuit Joram uxores & concubinas, pro more temporis [z].

[v] T. [x] Pi. Mar. [y] La. [z] T.

CAP. XXIII.

1. ANno septimo, &c.] Ab imperio Athaliæ, vel à morte Ochoziæ †. Totum hoc caput explicatum est 2 Reg. 11 [a]. ¶ *Assumpsit*] Sub. *secum in fœdere*, ex fine versûs *.

† V. [a] Me. * V.

2. *Congregaverunt Levitas*] Credo, prætextu festi celebrandi [b]. Tempus Paschale congregandis Levitis elegit, nè suspicionem Athaliæ faceret [c]. Levitas adhibebat, quòd illi maximè abhorrerent ab idololatria Athaliæ [d]. ¶ *Et principes familiarum Israel*] [Sim. omnes.] Id est, Judæ *; ex collatione v. 8. & ex re ipsa. Synecdoche integri [f]. Regni Jehudæ cum adhærentibus ei Israelitis [g]. Etiam Judæi erant Israelis genus [h].

[b] Os. [c] Sal. in Me. [d] Os. * V. Mar. Pi. G. &c. [f] Pi. [g] Ma. [h] Me.

3. *Filius regis regnabit*] Ei jure debetur regnum [i]. Nusquam jussit Deus regnare fœminam, præsertim talem quæ non sit de stirpe Juda [k].

[i] G. [k] Os.

4. *Tertia pars vestrûm qui veniunt ad sabbatum*, *sacerdotum*,

sacerdotum, & Levitarum, & janitorum, &c. בָּאֵי הַשַּׁבָּת לַכֹּהֲנִים וגו׳] Qui venitis ad sabbatum (vel, qui venitis ut fungamini officio vestro hebdomade sequente, V.) ex sacerdotibus & Levitis (sub. erit, P. vel sunto, JT.) in janitores liminum, P. V. sim. JT. [Alii sic;] Tertia pars, &c. venient sabbato ad sacerdotes & Levitas & janitores, &c. M. sim. Ti.

5. *Ad portam—fundamenti*] Ità M. Ti. Mo. Pi. i.e. Ad portam Templi infimam, ac super fundamento sitam [l]. Cùm Templum respectu Regiæ editius esset, necessariò hæc porta in ipsis Templi fundamentis aperienda fuit [m]. Dicta *fundamenti porta*, quòd in loco declivi sita esset, per quem è Regia in Templum scandebatur. Eadem *Scutariorum* in lib. Reg [n]. ¶ בְּשַׁעַר הַיְסוֹד] *In porta præcipua*, JT. id est, maxima & ima atrii. 2 Reg. 11. 6. vocatur *porta* סוּר *Sur*; sed fortè legendum סוד, proclivi lapsu ד in ר, ut utrobique idem sit nomen, sed ibi decurtatum [o]. [Sy. & Ar. habent, *in porta coquorum*.] ¶ *Vulgus sit in atriis*] Non in atriis duobus, exteriore & interiore; quorum illud populi erat, istud sacerdotum: sed in atrio magno, distincto in plura atria [p].

6. *Nisi sacerdotes, & qui ministrant de Levitis*; ità P. JT. וְהַמְשָׁרְתִים לַלְוִיִּם] *Et qui ministrant Levitis*, M. Ti. sim. Mo. *& ministrantes Levitæ*, Mar. ל ponitur pro ה demonstrativo; ut 2 Reg. 7. 2. *super cujus manum rex* (Heb. לַמֶּלֶךְ, pro הַמֶּלֶךְ,) *incumbebat* [q]. ¶ *Quia sanctificati sunt*, קֹדֶשׁ] *Sanctitas*, P. *sancti*, JT. Pi. V. vel, *viri sanctitatis*, Pi. [r] ¶ *Vulgus observet custodias Domini*] i.e. Domûs Domini; nè quis per vim irrumpat, &c. Sic expono, ex analogia ejus quod dicitur de Levitis 2 Reg. 11. 6 *. Fungantur officio suo in atrio illo magno Jehovæ [t]. Fungatur quisque solito officio suo: cuncta ut aliis diebus procedant; nil insolens aut novum fiat [v].

8. *Non dimiserat abire turmas*; sim. M. לֹא פָטַר אֶת־הַמַּחְלְקוֹת] *Non dimiserat* (vel *exauctoraverat*, Ca.) *classes*, P. Pi. vel, *illas classes*; in Hebræo est ה, Pi. vel *vices*, ό. *Non aperuerat*, Mo. Pi. scil. ministerium in Templo, quo ministerio quasi conclusi erant. Metaphora [x]. *Non dissolvit ordines*, Ti. *Non exemerat ullas* (mallem, *illas*, nempe, quæ ordinariè egredi debebant, Pi.) *distributiones*, JT. i.e. classes in quas à Davide distributi erant Levitæ, 1 Chron. 24. & 25. & 26 [y]. Distributi erant in duas classes; nempe, in eos qui functi erant officio suo, & eos qui proximâ hebdomade functuri erant [z]. *Non dimisit divisiones*, i.e. eos qui jam functi erant suo ministerio [a]. *Non segregabat hos duos cœtus*, Strig.

10. *Constituit—populum tenentium pugiones*] Heb. *& vir, missile ejus in manu ejus*, Ma. *& quisque*, (i.e. quod ad unumquemque attinet,) *missile* (i.e. *telum*, vel *gladius*, M. P.) *ejus* erat *in manu ejus*, &c. Pi. ¶ *Coram altari*] Scilicet holocaustorum, quod erat in atrio sacerdotum; ante quod stabat populus in atrio communi Israelitarum [b].

11. *Et testimonium*] [ità ferè omnes;] id est, librum Legis [c]: עֵדוּת] *Et ornamentum*, scil. regiam vestem, Mar. quâ scilicet Joiada testabatur populo hunc esse Regem [d]. ¶ *Joiada, & filii ejus*] Inter quos præcipuus Zacharias. Ità sugillat ingratitudinem ejus, qui hunc interfecit, infrà 24. 21.

13. *Regem stantem super gradum*, &c.] Heb. *super* (i.e. juxta, Mar.) *columnam*, Mar. *In sua columna*, JT. Pi. i.e. in columna Regibus destinata, si quando eis in Templo sermo habendus esset ad populum. Vocatur hæc suprà 6. 13. כִּיּוֹר, i.e. *labrum*, à forma. Erat enim suggestus habens formam labri. ¶ *In introitu*] Scil. atrii interioris. ¶ *Populum terræ gaudentem atque clangentem*] Heb. *populus lætus* erat, *& clangebat*; i.e. clangentibus sacerdotibus applaudebat. Nam tubis clangere sacerdotum erat. Vide Num. 10. 9. 1 Paral. 15. 24. & suprà 5. 12. & 7. 6 *. ¶ *Tubis*, &c.] Nam & instrumentis celebratur Deus, si tales sacræ cantiones audiantur quæ à quibusdam intelligi queant [f]. ¶ *Vocémque laudantium*] Heb. *& scientes* (vel *docentes*, Mar.) *laudare*, Mar. P. *Periti laudandi*, sub. *Deum*, V. sim. Pi. sub. *in instrumentis musicis*, V.

[l] Pi. [m] Me. [n] G. [o] Ma. [p] Pi. [q] Mar. [r] Pi. * Pi. [t] V. [v] T. ex Mar. [x] Pi. [y] Pi. [z] V. [a] Mar. [b] T. [c] Of. Pi. E. [d] E. * Pi. [f] Of.

14. *Educite extra septa Templi*, אֶל־מִבֵּית הַשְּׂדֵרוֹת] Extra atria Templi, quæ muris tanquam septis cincta erant [g]. *Jubete istam exire intra ordines*, JT. Pi. scil. armatorum, Pi.

15. *Imposuerunt—manus*] Heb. *posuerunt* (*disposuerunt*, JT.) *ei manus*, Mar. Ma. sive *latera*, i.e. laterones, Pi. *custodias laterales*, JT. Ità יָדוֹת sumitur 2 Reg. 11. 7. Alii, *posuerunt ei loca*, seu *spatia*. Ità sumitur יָדַיִם Gen. 34. 21. Jos. 8. 20. Psal. 104. 25 [h]. Significat datas ei manus, i.e. loca, ut fugeret [i].

16. *Pepigit fœdus*] Duplex: 1. inter Deum & totum regnum; (ut populus idololatriam renunciaret, quam amplexus fuerat [k]:) 2. inter Regem & populum [l].

18. *Præpositos—sub manibus* (Heb. *in manu*, Ma.) *sacerdotum*] In ea temporum labe Reges præfectos Templo dederant ex alio genere, quod Joiada sacerdotibus ac Levitis restituit [m]. ¶ *Juxta dispositionem* (vel *ordinationem*, M. Ti.) *Davidis*; sic JT. עַל יְדֵי דָוִיד] *Juxta*, vel *per*, *manus David*, Mo. ό. P. Ar.

20. *Portæ superioris*] Hebr. *portæ excelsæ*, Pi. vel *summæ*, JT. sive *cursorum*, ut 2 Reg. 11. 19. i.e. per maximam portam regiæ, quam cursores & satellites Regis observare solebant [n].

[g] Of. [h] Pi. [i] He. in Mar. [k] Of. [l] E. [m] Mar. [n] Pi. ex Jun.

CAP. XXIV.

1. *Septem annorum erat Joas*] Caput hoc ferè totum explicatum est 2 Reg. 12 [a].

5. *Per singulos annos*] i.e. Ut annuatim aliquid in structura Templi emendetur [b]. Ista verba non sunt referenda ad τὸ *colligite*, sed ad τὸ *sarta tecta* [c].

6. *Pecuniam quæ constituta est à Mose*; sim. Ti. V. Ca. אֶת־מַשְׂאַת מֹשֶׁה] *Munus* (vel *elationem*, Pi. *dona*, Sy. Ar. *collectam*, JT.) *Mosis*; id est, quasi usus est Moses. Sic, *iniquitas patrum*, Exod. 34. 7. (i.e. par iniquitati patrum [d],) *peccata Manassis*, 2 Reg. 24. 3. *signum Jonæ*, Matt. 12. 39. *contradictio Core*, & *error Balaam*, in epist. Judæ, aliáque plurima, τεσπικῶς, quasi eadem essent eodem modo appellantur. Ità h. l. quasi dicat, Quemadmodum ille extra ordinem collegit quæ ad structuram Tabernaculi requirebantur; ità nunc quæ ad Templi instaurationem opus sunt à nobis procurari, & à populo conferri, convenit *. *Levationem* siclorum, secundùm præceptum *Mosis*, M. nempe Exod. 30. 13 [f]. Diversam tamen fuisse hanc collectam ab illa Mosis, vel ex eo apparet, quòd illic capitatio viritim & certâ summâ imperatur; hîc verò libera cujusque erat oblatio †. Plerique tamen existimant censum illum Exod. 30. 12, &c. ordinarium fuisse, & tyrannide Athaliæ intermissum, à Joas autem revocatum *. ¶ *Ut inferret eam multitudo*, &c.] Heb. & [sub. *collectam*, vel *tributum*] *congregationis*, vel *ecclesiæ*, *Israel*, Ma. Mar. scil. quod & Moses & Seniores (quos *Ecclesiam* vocat) sanxerunt. Vel sic; quod [tributum] ab Ecclesia, scil. exigeretur [g]. Collectam illam Moses imperabat, Israelitæ verò contribuebant [h].

7. *Athalia enim impiissima & filii ejus destruxerunt*, &c. simil. ό. Ti. P. [τὸ & supplent:] כִּי עֲתַלְיָהוּ הַמִּרְשַׁעַת בָּנֶיהָ פָרְצוּ וגו׳] *Nam quum Athalia improbè ageret, filii ejus disrumpebant*, &c. Pi. sim. JT. Filii, i.e. filius ejus *Ahasias*; nam reliqui antea captivi abducti sunt, suprà 21. 17. Nisi statuatur eos vivente patre, instinctu matris, hæc fecisse. Sed tunc in historia Jorami narraretur [i]. ¶ *De universis*, &c. *ornaverunt Baalim*, עָשׂוּ] *Fecerunt*, V. Pi. *aptabant Baalibus*, Q. in Ma. *impenderunt*, P. *Fecerunt ipsi* (dativ.) *Baalim*, scil. ornamenta, vasa [k].

8. *Præcepit*] Sub. *ut facerent arcam*, V.

10. *Ità ut impleretur*, עַד לְכַלֵּה] *Donec impleretur*, M. Ti. Sy. sim. Ar. ό. Mo. *usque ad absolvere*, seu *consummare*, Pi. *donec consummâssent*, P. i.e. Donec omnes ad unum, vel quibus erat in animo, conjecissent pecuniam in arcam [l]. *Donec absolvissent* instaurare, scil. domum Jehovæ, ex v. 4. & 5 [m].

[a] Me. [b] Of. [c] Ma. [d] Glass. * Jun. sim. Ma. Pi. G. Glass. [f] Mar. &c. † Jun. ad v. 9. * Ma ad v. 9. [g] Mar. [h] Pi. [i] Pi. [k] Mar. [l] V. [m] Pi.

11. Quùm-

11. *Quùmque tempus esset ut deferrent arcam*] Sim. M. Ti. *Tempore quo afferebat arcam*, P. sub. *is qui afferebat*, V. *Et fuit in tempore* (scil. *suo*) *detulit* (pro, *detulerunt*) *arcam*, Mar. *Quo tempore exportaturus erat*, JT. nempe Levita cui hoc committebatur[n]. [Non placet Pi.] 1. הֵבִיא contrarium planè sign. scil. *facere introire*. 2. Repugnat ipsa res. Cur enim arca exportaretur? vel quònam? num ad Regem, &c. extra Templum? Cur ergò scriba Regis veniret (in Templum) ut interesset arcæ evacuationi? Verto igitur, *Tempore* illo quo *intrò* (scil. in Templum, in conclave aliquod, &c.) *ferri jubebat*, scil. Joiada, qui habebat Levitis imperare[o]. ¶ *Coram rege*, אֶל פְּקֻדַּת הַמֶּלֶךְ] *Ad visitationem regis*, i. e. ad eum, Mar. *Ad præfecturam*, Mo. Pi. Metonymia formæ; i. e. ad eos quos huic rei præfecerat[p]. *Ad officia regis*, Ti. *ad eos qui erant in officio regis*, M. *ad præfectum*, P. *ad magistratum*, V. *ad delegatos*, JT. ¶ *Per manus Levitarum*] Id est, jussu sacerdotum & Levitarum[q]. ¶ *Et quem primus sacerdos constituerat*, פְּקִיד] *Delegatus* (*præpositus*, Mar. *visitator*, Ma.) *sacerdotis primarii*, Pi. sim. JT. id est, vicarius ejus[r].

12. *His qui præerant*, &c.] *Curatori operis*, &c. scil. primario: nam erant curatores plures. Heb. *ad factorem*†. ¶ *Cæsores lapidum*] Ità V. Ità sumitur חֹצְבִים 1 Chron. 22. v. 5. al. 2. Pi. Vel, *cæsores lignorum*. Vide suprà 2. 2. Pi. ¶ *Et artifices*] *Et fabros*, JT. Pi. nempe *lignarios*. Hæc versio confirmatur partim ex nomine antecedente, partim ex membro sequente, *fabros ferri & æris*[t].

13. *Egerunt—industriè*, וַיַּעֲשׂוּ עֹשֵׂי הַמְּלָאכָה] *Et fecerunt* (sub. sic, Pi.) *facientes opus*, Mo. sim. Pi. i. e. curatores instaurationis Templi, Pi. *Fecerunt itaque operarii*, P. *Et hi operarii fecerunt opus*, Ti. sim. M. Strig. ¶ *Et obducebatur cicatrix*, &c. וַתַּעַל אֲרוּכָה לַמְּלָאכָה בְּיָדָם] *Et ascendit sanitas* (vel *medicina*, Mo. V.) *ad*, vel *super*, *opus*, vel *isti operi*, Mar. Jun. Pi. *per manus eorum*, Mo. i.e. Ruinæ Templi erant instauratæ. Comparat ruinam vulneri: Metaphora sumpta à corporibus[v]. Metaphora, qualis Nehem. 4. 7. & 1 Chron. 11. 8[x]. & Jer. 8. 22[y]. *Et sanatum est opus*, &c. P. אֲרוּכָה propriè sonat *longitudinem*, seu *productionem*; quia per sanitatem vita producitur[z]. *Assurrexit in justam constitutionem*, JT. Pi. *assurrexit reparatio isti operi*, Pi. *crescebat instauratio*, &c. Strig. sim. Ca. *inducta est reparatio operis sub manu eorum*, M. *ascendit* (vel *procedebat*, Os.) *operis dispositio*, &c. Ti. *ascendebat longitudo operum*, &c. ό. ¶ *Per manum*] i. e. Per ministerium, &c. Pi. ¶ *Suscitaverunt domum Domini in statum pristinum*] Heb. *statuerunt*, vel *constituerunt*, (vel *collocârunt*, Ti. *restituerunt*, P. Belg.) *domum*, &c. ¶ עַל מַתְכֻּנְתּוֹ] *Super* (vel *ad*, Mar.) *rectitudinem suam*, Mo. *super stationem ejus*, ό. *super*, vel *in*, (vel *ad*, Mar.) *dispositionem suam*, M. P. V. i. e. in pristinum statum, V. *juxta præparationem suam*, Ti. Al. *super locum*, vel *basin*. Al. *super mensura sua*, i. e. dimensione, Ma. מַתְכֹּנֶת est *dispositio artificiosa habens suos numeros & pondera mensurâ certâ*, *aptationem*, &c[a]. *In formam ipsius*, JT. Pi. Ità vox sumitur Exod. 30. 32, 37. Aliàs *summam* sign[b]. *Juxta figuram ejus*, i. e. eâ figurâ quam habere debebat[c].

14. *Vasa—in ministerium, & ad holocausta*] Sim. Strig. *In ministerium* usurpanda, nimirum *ad holocausta*, Os. *vasa ministratoria holocautomatum*, ό. Legit Noster וְהָעוֹלוֹת, cùm nunc scribatur וְהַעֲלוֹת; quod sign. *ad offerre*[d]. Vertunt, *& mortaria*, Mo. P. Ca. Belg. seu *pistilla*, Q. in Ma. è consimili voce Prov. 27. 22. sic ab extollendo dicta. Alii, *phialas*, [ità Ti.] aut *crateras*, quibus in sacrificiis vinum offerebatur†: aut *tabellas*, in quibus coctæ carnes minutatim secabantur[f]. *Vasa ministrandi, & offerendi*, JT. ¶ *Phialæ*, וְכַפּוֹת] *Et acerras*, Pi. sim. JT. *cochlearia*, M. Ti. Strig.

15. *Plenus dierum*] Heb. *saturatus diebus*, V. Non desiderabat ampliùs vivere[g].

17. *Principes Juda—adoraverunt*] *Venerunt salutatum*, de more, & allocuti sunt de Religione & rebus aliis*. Facultatem postulantes Baalis cultum revocandi[h]. ¶ *Acquievit eis*] *Regum opus sæpius assentatio quàm hostis evertit*, ait Curtius. *Multorum autem Principum aures*, ut cum Tacito loquar, *nihil accipiunt nisi jucundum & læsurum*[i].

19. *Protestantes*, וַיָּעִידוּ בָם] *Et testificati sunt eis*, P. *Invocârunt testes in eos*, nempe, cœlum & terram, &c[k].

20. *Spiritus Dei induit Zachariam*] [Sim. omnes.] Implevit spiritu Prophetico[l]. Actus fuit spiritu[m]. ¶ *Filium Joiadæ*] Ut peccatum aggravet, meminit patris Prophetæ. Qui *Joiada* cur *Barachia* dicitur, vide ad Matt. 23. 35[n]. ¶ *Stetit in conspectu populi*] Heb. *super populum*: i. e. Concionatus est ex loco superiore, unde faciliùs ab omnibus exaudiretur[o]. ¶ *Vobis non proderit*] Id est, Maximè vobis nocebit. Μείωσις[p].

21. *In atrio domus*] Inter Templum & Altare, scilic. holocaustorum, Matt. 23. 35[q]. Nè loco quidem sacro parcentes[r].

22. *Ait, Videat Dominus, & requirat*] Videat, & meam innocentiam, & Regis impietatem & ingratitudinem, & ulciscatur†. Non imprecatur eis ex privato appetitu vindictæ, sed zelo, & amore justitiæ, sicut Apostolus 2 Tim. 4[t]. Heb. *& requisivit*, ut celeritatem vindictæ indicaret[v]. Hebræi carentes tertiâ personâ imperativi, eam exprimunt per futurum indicativi. Possunt hæc verba accipi tanquam prænunciativa; *videbit, & requiret*[x]. [Ità accipiunt vertúntque V. Os. Mar. JT. Pi.] *Videbit*, &c. Considerabit quid facto opus sit: *Et requiret*, sanguinem meum, &c[y]. Sumet supplicium de vobis: ut sit prophetia[z]. Fecit hoc Deus per bella, &c[a].

23. *Interfecit principes populi*] Heb. *principes populi de populo*, Ma. [q. d. Illos selegit Deus ad pœnam.] Illos ipsos optimates qui Regem impulerant in idololatriam[b].

24. *In Joas quoque*, &c. וְאֶת־יוֹאָשׁ עָשׂוּ שְׁפָטִים] *Et cum* (vel *in*, JT.) *Joas fecerunt judicia*, M. Pi. Ti. Mo. P. sub. Syri. H[s], pro, Affecerunt eum variis suppliciis[c]. Omnis vindicta *judicii* nomine apud Hebræos significatur[d]. *Atque etiam cum Joaso*, &c. i. e. Affecerunt eum vulneribus, è quibus ægrotavit, &c. vers. seq†. [Aliter alii; *spreverunt*, vel *detestati*, *sunt eum judices*, Sy. Ar.]

25. *Surrexerunt contra eum servi sui, in ultionem sanguinis*, &c.] Hæc ultio referri potest vel, 1. ad conjuratos ipsos, qui sic voluerunt cædem illam vindicare[f]; hi enim erant amici Zachariæ[g]: vel, 2. ad Deum[h]. q.d. Tametsi illi aulici alia de causa inducti essent, &c. tamen Deus eorum operâ usus est in vindicanda cæde Prophetæ[i]. ¶ *In ultionem sanguinis filii Joiadæ*] Heb. *in sanguinibus filiorum*, Ma. At unus Zacharias occisus est. Resp. 1. Non Zachariam solùm occidit, sed & fratres illius[k]: [fortè metuens nè fratris necem ipsi ulciscerentur.] 2. Vel sic scripsit, quòd iste Zacharias esset vice multorum filiorum. 3. Vel sing. ponitur pro plur[l]. *Filiorum*, id est, filii, indefinitè dictum; ut Gen. 46. 7[m]. & Gen. 21. 7. vide suprà ver. 7[n]. Sic Num. 26. 42. Jos. 7. 1. *Israelitæ prævaricati sunt*, i. e. solus Achan; 1 Sam. 9. 21. שִׁבְטֵי וגו׳, *tribus Benjamin*, cùm fuerit unica; Zach. 9. 9. *nato ex asinabus*, i. e. ex asinarum una[o]. [Similia leguntur in exteris scriptoribus, ut hîc docet Ga.] Sic Sophocles de Oedipo tyranno, λεληθέναι σὲ φημι σὺν τοῖς φιλτάτοις αἴσχισθ' ὁμιλοῦντα— Ubi Scholiastes exponit [τοῖς φιλτάτοις,] τῷ περὶ τῆς μητρὸς, *nempe quòd cum matre turpiter consuevisset*. Ibid. Τί γὰρ ἢ Λαβδακίδαις; &c? Ubi Schol. Per *Labdacidas*, Laium intelligit. Idem Elect. Ὦ γοναὶ γοναὶ σωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων. Schol. *Pro singulari*, γονὴ σώματος ἐμοὶ φιλτάτε, τῦ Ἀγαμέμνονος. Sic Terentius Hecyrâ, 2, 1. *Qui illum decreverunt dignum suos cui liberos committerent. Multùm sonanter, & accusatorio strepitu, nec masculinum genus nec fœmininum posuit, nec unam, sed liberos.* Sic Cicero, *En cui tuos liberos committas*; cùm de uno ageret: &, *Habemus enim liberos omnes*, de puella; Donatus. *Fratris liberos vitâ privavit*, Cic. pro Cluentio; de uno filio[p]. Porrò, dicit, *propter sanguines*; Meton. effecti: nam per cædem sanguis occisi quasi multiplicatur, dum huc illuc dispergitur[q].

27. Ac

n Jun. o Pi. p Pi. q V. r Mar. † Pi. t Pi. v V. sim. Mar. x Jun. y Mar. z Pi. a Ma. b Pi. c Os. d Ma. † Ma. f Mar. g Os. * V. h Me. sim. Os.

i G. k V. l Me. m V. n G. o G. sim. V. Mar. Ma. p Me. q Me. r Os. † La. t E. sim. La. v Ma. x E. y Pi. z V. a G. b Os. c V. sim. G. d G. † Pi. f Mar. g Jo. in T. h Mar. i Os. k Mar. l V. m Jun. n Pi. o BA. 2. 5. 3.

27. *Ac summa pecuniæ quæ adunata fuit sub eo*, וְרֹב הַמַּשָּׂא עָלָיו [Variè reddunt.] *Et multiplicavit* (pro, & quòd *multiplicavit*) *onus*, i.e. prophetiam, *contra eum*, Mar. *Et plures assumptiones contra eum*, ο'. in Mar. [Fortè prophetias intelligunt, quòd illæ non semel in S. S. *assumi* dicantur, scilic. *in os Prophetæ*, &c.] *Et magnitudo oneris super eum*, JT. Q. in Ma. sive, *quod incumbebat ei*, Pi. Id est, vel magnitudo gravium & minacium prophetiarum, quas imposuerunt illi Prophetæ [x]; vel magnitudo tributi impositi illi ab Hazaele, 2 Reg. 12. 18 †. *De ingenti vectigali contra eum*, Ti. [Alii aliter:] *Et quomodo* (vel, quódque, V.) *multiplicatum fuerit munus apud eum*, P. V. i. e. Quomodo multiplicatum fuerit vectigal illud Mosis (nempe à Mose impositum Israelitis, juxta Exod. 30. 12.) propter eum, sive illo authore: de quo suprà v. 9. Istud Joas sæpius exegit [t]. *Et magna exactio* pecuniæ facta *sub eo*, M. & *summa sub eo collecta*, Strig. & *de exacto per eum honorario*, Ca. Porrò, vox Hebræa וְרֹב prorsus anomala videtur, próque ea legendum וְרַב cum kamets hatúph, quia regit vocem sequentem [v]. Duplex lectio: in textu וְרוֹב VEROB, & *multum*, vel *multitudo*; in margine יִרֶב JIREB, *multiplicabitur* *. ¶ *Et instauratio domûs Dei*] Heb. *fundatio*; κατάζησις quippe Templum fundavit Salomon [x]. Vel sign. eum non tantùm circa parietes, &c. sed etiam circa fundamenta, multa curâsse [y]. ¶ *In libro Regum*] Hic liber non est qui exstat inter Canonicos, sed alter copiosior, qui injuriâ temporis periit [z].

[x] Ma. † Ma. & Pi. ex Jun. [t] V. [v] Pi. * Ma. [x] Pi. [y] Ma. [z] Mar.

CAP. XXV.

2. **F***Ecit bonum*] Hebr. *rectum in oculis Jehovæ*, JT. Id est, rectè coluit Deum, &c [a]. Veram Religionem amplexus est & promovit [b]. ¶ *Non in corde perfecto*] Id est, sincero [c]: quod sequentia docent [d]. *Quæ voluptate quasi mercede aliquâ ad officium impellitur, ea non virtus, sed fallax imitatio simulatióque virtutis*; Cicero Academ. 2. *Melius est sordidum aurum quàm purgatissimum plumbum*; Aug. ad Psal. 145 †.

3. *Cùm roboratum*, &c.] Hinc colligitur illos fuisse magnæ authoritatis viros, quòd non statim post cædem rapti essent ad supplicium; imò Amasias eos aliquamdiu metuit [f]. ¶ *Jugulavit servos qui occiderant*, &c.] Rectè. Nam etsi Joas, respectu Dei, justas impietatis pœnas dederat; tamen ipsi percussores non habuerunt justas causas trucidandi Regis sui [g]. Non habebant illi authoritatem occidendi Regem [h].

4. *Sicut scriptum est*, &c. "כִּי כַכָּתוּב וגו [Quia (pro, *sed*, Mar.) *sicut scriptum*, &c. Mo. Ma. Mar. *quia sic scriptum est*, &c. M. Ti. *sed fecit ut scriptum*, &c. P. JT. ¶ *Ubi præcepit*, &c.] Ità Ti. M. Post אֲשֶׁר deficit שָׁם, ut passim [i]. *In qua præcepit*, P.

5. *Constituit eos per familias*] Omnes qui ex una familia erant eidem centurioni adscripsit. Major sic benevolentia inter milites erat [k].

6. *Centum talentis argenti*] Talentum valebat 12000 regales Hispanicos [l]. Ità unicuique militi 12 regales obtigerunt. Exigua sanè pecunia [m]. Dicendum ergò, vel, 1. argentum ducibus tantùm datum; milites ex præda victitâsse, aut sua alimenta attulisse [n]: vel, 2. *talenta* hæc *auri* fuisse, dicta autem *argenti*, quia non auro, sed argenteis numismatibus, solverentur [o]: vel, 3. illo ævo, cùm rara esset pecunia, & annona vili pretio, ingentem hanc summam fuisse [p].

7. *Venit homo Dei*] Amos, pater Esaiæ [q]. ¶ *Nè egrediatur tecum exercitus Israel*] Peccavit Amasias, quòd societatem cum decem tribubus iniit, contra interdictum Azariæ suprà 15 [h]. Nolebat Deus fideles conjungi cum infidelibus, vel eorum auxilia quærere. Itaque licèt utrisque seorsim interdum faveret, (Amasiæ h. l. Joaso contra Amasiam, & Jeroboamo contra Syros;) conjunctos tamen non rarò perculit, ut videre est 1 Reg. 22. 2 Reg. 3. & 8 [i]. ¶ *Non est Dominus cum Israel*, & *cunctis filiis Ephraim*: vel, nempe cum *omnibus filiis Eph.* P. M. Ti. V, sim. Ca. "כָּל־בְּנֵי וגו [Omnibus filiis Ephraim, ο'. Mo. *neque cum omnibus Ephr.* Sy. Ar. *Non est cum Israelitis, ullo Ephraimitarum*, JT. Verto, *ullis Ephraimitis*, Pi. In Hebræo enim non est syntaxis rectionis, sed convenientiæ. Per Ephraimitas autem intelliguntur 10 Tribus per synecd. quia penès illos principatus erat [k]. De *Ephr.* loquitur, non de aliis tribubus: tum quia hi inter Israelitas fortissimi erant; tum quia plerique conducti ex ea tribu erant, propter virtutis opinionem. Confer v. 10 [l].

[a] Pi. [b] Os. [c] Pi. Os. [d] Os. † Ga. [f] Os. [g] Os. sim. E. [h] E. [i] Pi. [k] Mar. [l] Me. Ma. [m] Me. Mar. [n] Mar. [o] Sal in Me. [p] La. [q] He. in Mar. [h] G ad v. 6. [i] La. [k] Pi. [l] Mar.

8. *Quòd si putas*, &c. "כִּי אִם בֹּא אַתָּה וגו [Quinimò, *ingredere tu*, &c. Mo. *Quòd si mihi non credis*, *veni, fac*, (vel *vade, agè*, Mar.) *roborare ad pugnam*, P. Mar. *Si eo animo veneris*, *ut robur bello addas*, Os. vel, *ut exseras robur in pugna*, Ca. *Quia si tu pergas ad bellum gerendum*, Sy. sim. Ar. *Sed procede tu, agè, confirma te ad hoc bellum*, JT. Pi. *Sed si incredulus fueris*, *veni, & apprehende prælium*, &c. M. ¶ *Superari te faciet*, יַכְשִׁילְךָ [Præcipitabit te, M. Ti. *facturus est ut impingas*, Pi. sim. JT. *cadere te faciet*, Mar.

9. *Habet Dominus*, &c.] Potest hanc jacturam aliâ occasione liberalissimè compensare [m]. Satis dives est qui Dei causâ pauperatur [n].

10. *Separavit*—*exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim*, "וַיַּבְדִּילֵם לְהַגְּדוּד אֲשֶׁר בָּא אֵלָיו וגו [Itaque *separavit eos*, *nempe turmam illam* (vel *exercitum*, P.) *quæ venerat ad ipsum*, &c. JT. Pi. sim. P. ל in לְהַגְּדוּד valet articulum accusativi casûs [o]. *Separavit turmam militum quæ venerat*, &c. Ti. [Ca. planè aliter, nec ineptè; *Ità divisit Amazias militibus qui ad eum ex Ephr. venerant illa talenta*, *ut patriam repeterent.*]

11. *Percussit filios Seir*] i. e. Edomæos, ità dictos, non quòd ex illo orti essent, sed quòd in monte Sehiris habitarent, exactis indè posteris Sehiris, qui erat Choræus. Vide Gen. 36. 9, 20. Deut. 2. 12. Simili phrasi dicitur *filius areæ*, pro eo quod est, repositus in area, Esa. 21. 10 [p].

12. *Ad præruptum cujusdam petræ*] Illius à qua nomen habet urbs Arabiæ *Petra*; vide 2 Reg. 14. 7 [q]. & super quam urbs Petra erat ædificata [r]. ¶ *Crepuerunt*] Heb. *rupti sunt*, Mar. V. de rupe præcipitati †. Vide Act. 1. 18 [t]. Omnium corpora fuerunt rupta [v]. *Diffissi sunt*, Pi.

13. *Ille exercitus*] Hebr. *filii exercitûs*, P. V. Sic vocat milites & exercitum ipsum, more Hebraico [x]. ¶ *Diffusus est*, וַיִּפְשְׁטוּ [Irruerunt, JT. hostiliter spoliandi causâ [y]: *diffusi sunt*, P. Redundat hîc ו, V. ¶ *A Samaria usque ad Bethhoron*] Samaria erat in regno Israel [z], (sita inter Judæam & Galilæam [a];) Bethhoron in regno Judæ. Et ideo si redeundo de exercitu Amasiæ hoc fecissent, Scriptura dixisset modo contrario, scilic. à Bethhoron usque ad Samariam [b]. Bene id observat Lyra; quod etiam confirmatur ex v. 10. *reversi sunt, irati* quidem, veruntamen *ad locum suum*. Unde colligitur hoc factum post Amasiæ crudelitatem erga Edomitas, & elevationem cordis ipsius [c]. Bethoron erat urbs sita in tribu Ephraim, Jos. 16. 5. Sed memento quasdam eo tractu urbes à Regibus Juda occupatas [d]. *Beth-horon* duplex erat; *superior*, in tribu Ephraim, & *inferior*, in tribu *Benjamin*: (de quibus vide ad 1 Reg. 9. 17 †.) De inferiore hîc agitur, quippe quæ fuit in regno Jehudæ [f]. *A Samar. ad Beth.* id est, per totam latitudinem regionis Judæ, Israelitarum regno conterminam [g]. Urbes ergò hæ erant limitaneæ versùs regnum Israel [h].

16. *Num consiliarius regis es?*] Heb. *An in consiliarium regi dederunt te?* Pi. *An consiliarium regi tradiderunt* (vel *effecerunt*, Pi.) *te?* JT. q. d. Quis te consiliarium meum fecit [i]? Sanè erat consiliarius, & quidem à Deo Regi datus. Nihil faciebat alienum à suo munere. Vide Jer. 1. 10 [k]. ¶ *Quiesce*] Heb. *Desiste tibi*, scil. à sermone instituto *. Τὸ *tibi* πλεονάζει, ut Gen. 12. 1. Exod. 34. 1 †. ¶ *Nè interficiant te*] Heb. *Quare percutient*, vel *percuterent*, *te?* P. V. JT. Pi. sub. *satellites*, vel *ministri*, *mei*, V. Pi. meo jussu. i. e. Quare causam præbes percutiendi [l]? ¶ *Discedens*] Heb. *cessavit*, Ma. *destitit*, JT. Pi. i. e. ab instituta reprehensione.

[k] Pi. [l] Mar. [m] Os. [n] G. [p] Pi. [q] G. [r] Pi. † Mar. [t] Pi. [v] V. [x] V. [y] Pi. [z] L. [a] Mar. [b] L. [c] Mayer. [d] Mar. † Belg. [f] Mayer. Belg. [g] Jun. Ma. Belg. [h] Belg. [i] V. * G. † Pi. † Jun. [l] Pi.

hensione Regis. Non tamen prorsus destitisse patet ex sequentibus[m]. ¶ *Scio quòd cogitaverit Deus occidere te, &c.*] q. d. Permittet te violentâ morte tolli: quod factum vers. 27[n]. Licèt vixerit 15 annis post victorem suum[o].

17. *Misit ad Joas*] Scil. nuncios, vel legatos. Ellipsis nominis relati[p]. Videntur inter istos Reges præcessisse quædam simultates[q]. Porrò, hæc eadem historia habetur 2 Reg. 14. 8, &c. Ibi vide[r]. ¶ *Videamus nos mutuò*] Hebr. *Videamur* (i. e. videndos nos præbeamus) *facie*, Pi.

19. *Dixisti*] i. e. Cogitâsti apud te. ¶ *Percussi*] Heb. *Percussisti*, P. V. De se loquitur in tertia [diceret, opinor, in secunda] persona, pro, *percussi*†. ¶ *Erigitur cor tuum in superbiam*, [להכביד] *Ad glorificandum*, vel *honorificandum*, V. Pi. sub. *te*: i. e. ut magno te honore dignum putares[t]. ¶ *Cur provocas*, &c? [תתגרה ברעה] *Misceberis te* (vel, *rixaberis*, V.) mecum *in malum*? P. *misceres* bellum *malo tuo*? JT. Heb. *cum malo*? Pi. *misceres te* mecum in prælium? Similes ellipses Deut. 2. 19. Dan. 11. 10, 25[v].

20. *Noluit audire*, &c.] Quos Deus vult perdere, eis mentem excæcat[x]. ¶ *Ut traderetur*, &c. [למען תתם ביד] *Ut traderet eos in manum*, P. JT. Pi. Sub. vel *hostis*, P. vel *horum*, JT. Pi.

21. *Ascendit Joas*] Optimum in bello prævenire hostium conatus, & in eorum finibus bellum gerere[y].

23. *Usque ad portam anguli*; ità ό. Sy. P. Ti. Gal. Ca. vel, *angularem*, JT. Ar. [עד שער הפונה] *Usque ad portam respicientis*, Mo. vel *respicientem*, vel *aspicientem*, vel *aspicientis*, Pi. Sic forsan dicta fuit, vel, quòd ex ea longus prospectus esset; vel, quòd conspicua & speciosa esset[z]. *A porta Ephrajim usque ad portam quæ illam respiciebat*, M. Verùm cùm porta aliqua in Scriptura dicitur פונה, solet addi mentio loci quò porta respiciat: ut videre est Ezec. c. 8. 3. & 11. 1. & 43. 1. & 44. 1. & 47. 2. Quare פונה hîc videtur scripta pro פִּנָּה, quæ habetur 2 Reg. 14. 13[a].

24. *Aurum*, &c.] Heb. *Et* (sub. *accepit*) *omne aurum*, &c. Ellipsis verbi relati, quod exprimitur 2 Reg. 14. 14[b]. ¶ *Et apud Obed-Edom*] Id est, ejus posteros[c]; qui progenitoris nomine hîc appellantur. Sic dicimus *Israelem*, *Judam*, aliáque[d]. Illis sorte obvenerat ærarium, 1 Par. 26. 15†. Vel, fortè, unus ex illius nepotibus dictus est *Obed-edom**. ¶ *Et filios obsidum reduxit in Samariam*] *Filios quoque nobiles* adduxit, (quam vocem supplent ex vers. præcedenti,) *ac reversus est*, &c. Q. in V. *Filios obsidum*, sive principum regni Juda, quos Joas in prælio cepit, & obsides tenebat, & quando venit in Jerusalem commutavit, accipiendo filios pro patribus[f]. [Aliis non placet.] *Filii obsidum* phrasi Hebraicâ dicuntur ipsi obsides[g]; ut cùm dicimus, *filius iniquitatis*, pro iniquo. Heb. *filios pignorum*, seu *arrhabonum*. Hebræus filios Principum intelligit, quos Reges inter se dabant, ut essent fœderis pignora: ii obsides sunt qui erant apud Amasiam, eos in Samariam reduxit Joas[h]. Hi obsides erant filii Principum Israel, quos tenebat Amasias obsides[i]. Verùm non legitur Amasias tantum prævaluisse regno Israel[k]. [At multa gesta sunt quorum nulla in Scriptura mentio. Al. sic;] Videntur hi obsides seu arrhabones dati fuisse Regi Israel pridem à Rege Juda, nè Rex Juda temere moveret bellum Regi Israel[l].

27. *Tetenderunt ei insidias*] Heb. *conjurârunt conjurationem*; vel (ut verba propriè sonant) *colligârunt colligationem*: Synecd. gen. Sic vulgò Galli & Itali *ligam* vocant[m].

28. *Super equos*] Id est, super curru, quem trahebant equi[n]. ¶ *In civitate David*; ità ό. Sy. Ar. sic legitur in 2 Reg. 14. 20[o]. [בעיר יהודה] *In civitate Jehudah*, P. Mo. M. Ti. JT. Pi. Scil. in metropoli regni[p]; nempe Hierosolymâ: Synecd. gener. κατ' ἐξοχήν[q].

[m] Pi. [n] Me. [o] E. [p] Pi. [q] Os. [r] Ma. † V. [t] V. [v] Pi. [x] G. [y] Mar. [z] Ma. [a] Pi. [b] Pi. [c] Jun. Pi. Ma G. [d] G. ex Me. † Pi. * Me. Ma. [f] L. [g] E. Mar. [h] Mar. [i] Q. in L. [k] L. [l] E. [m] Pi. [n] Pi. [o] V. [p] Jun. Pi. [q] Pi.

CAP. XXVI.

1. *Oziam*] In 2 Reg. 14. 21. dicitur *Azarias*[a]. 2. *Ailath*, [אילות] *Eloth*, P. V. In 2 Reg. *Elath*. Civitas ad mare Rubrum, unde *sinus Elaniticus*[b]. ¶ *Postquam dormivit rex*] Scilicet, Amasias pater Oziæ[c].

3. *Nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem*] Matrimonia Regum Judæ plerumque multò feliciora erant quæ cum suâ gente quàm quæ cum alienis contraxerunt[d].

4. *Fecit quod rectum*] Conservavit cultum Dei; synecd. gen. ut suprà 25. 2†: & remp. justè administravit, & bene vixit. ¶ *Quæ fecerat Amazias*, &c.] Prioribus scil. annis[f]. Vel, animo non integro, ut ille 25. 2[g].

5. *Et exquisivit Dominum*; simil. P. Ang. ό. M. Jun. [ויהי לדרש אלהים] *Et fuit ad quærendum Deum*, Mo. ό. *Et fuit* (sub. *intentus*, JT. vel *paratus*, Pi.) *quærendo Deo*, JT. *Et se tradidit ad quærendum Deum*, Gal. Belg. *Dedit operam*, &c. Ca. *Eúmque deprecatus est*, Sy. sim. Ar. ¶ *In diebus Zachariæ*] Non penultimi inter minores Prophetas, à quo distat ferè 300 annis[h], nec filii Joiadæ, is enim antea occisus est: sed hujus Zachariæ filii, qui patris nomine vocabatur[i]. ¶ *Intelligentis & videntis Deum*, [המבין בראות האלהים] [Variè reddunt.] (Sub. *hominis*, Gal.) *intelligentis* (vel *periti*, V.) *in visionibus*, sive *visiones*, *Dei*, Mo. P. V. G. Ang. Heb. *in videre Deum*; i. e. assueti videre Deum; q. d. Prophetæ. Tales enim *Videntes* vocabantur[g]. [Al. sic;] Periti in videndis & dijudicandis visionibus Divinis, sive propheticis[h]: vel, in explicandis veterum prophetiis. Hæc est ἑρμηνεία ἀποκαλύψεων, 1 Cor. 14. 26[i]. בראות verto, *per visiones*, ad verb. *per videre*. Ità infinitivus erit loco nominis, & quidem pluralis; quod insolens est[k]. *In videndo Deo*, Ang. Al. *qui fecit eum intelligere visiones*, &c. Q. in Belg. Al. *intelligentis in timore Dei*, ό. *qui curabat Deum timere*, M. *qui instruebat* eum *in timore Dei*, Sy. sim. Ar. JT. vel, *in rebus pertinentibus ad timorem Dei*, JT. Heb. *in*, vel *de*, *timoribus Dei*; si scil. legatur בִּירְאוֹת[l]. Sic habet antiquum MS. emendatissimum Principis Palatini; & sic RS. legit[m]. Non placet. 1. Masora ejus lectionis non meminit[n]. 2. Nomen יראה caret plurali[o]. Neque enim multæ sunt pietates, sed una tantùm[p]. Si legeretur ביראת, res plana esset, (vertendúmque esset, *docentis eum de timore Dei*[q].) Suspicor aliquando sic scriptum: atque ità legebant, 1. Græci, [vide suprà:] 2. RS. & K. in Esaiam sic citant hunc locum, ביראת, absque Vau; quanquam K. in Commentariis legit בראות, *in visionibus*[r].

6. *Murum Jabniæ*] Vel *Jamniæ*, quæ erat civitas maritima portu celebris & munita, prope Geth†. ¶ *Ædificavit oppida in Azoto*] Id est, in agro Azoti[t]. Malim, *arces* (nam עיר interdum arcem sign.) *in Azoto urbe*, &c[v].

7. *Arabes qui habitabant in Gurbaal*, [בגור־בעל] *In Guris planitie*, JT. At sic nomen præcedens à sequente regitur, quod caret exemplo in V. T. Potiùs verterem, *in Gure planitiei*, i. e. quæ sita erat in planitie. Unde dicta & קרית בעל Jos. c. 18. v. 14[x]. Malim tamen, *in Gur-babal*, ut sit nomen proprium loci, Pi. ità Ma. &c. ¶ *Et contra Ammonitas*, [המעונים] [Variant.] *Et Hameunim*, P. M. Ti. *Mehunim*, Mo. Mar. עמונים hîc transpositis literis vocantur מעונים. Sanè mox de Ammonitis ait, *appendebant Ammonitæ munera*, i. e. quasi victi dedêre tributum[y]. *Minæos*, ό. Illi Arabes erant ad Rubrum mare; de quibus Strab. l. 16. p. 768. Plin. 6. 28. [Vide à nobis congesta ad 2 Paral. 20. 1.] Aliis *Mehunim* sunt incolæ urbis *Bahal-Mehon*, de qua vide in Num. 32. 3, 38. & Jos. 13. 17. Alii appellativè vertunt[z]. *Et indigenas*, JT. [Sensus loci est; Ab eo victos] omnes finitimos, Pelishtæos ab Occidente, Hammonitas ab Oriente, indigenas verò ubique sparsos, de quibus Jud. 10. 12[a].

8. *Propter*

[a] V. [b] V. [c] Mar. Pi. &c. [d] Os. † Pi. sim. Os. [f] Os. [g] Ma. ex Jun. [h] Me. [i] E. Me. [g] Mar. D. obs. [h] E. T. [i] G. [k] Pi. [l] Pi. [m] Jun. [n] Buxt. in Ma. D. obs. [o] D. observ. 14 20. sim. Pi. [p] P. ib. [q] Pi. [r] D. observ. † Me. [t] Me. [v] Os. [x] Pi. [y] Mar. [z] Ma. [a] Jun.

8. *Propter crebras victorias*, [כִּי הֶחֱזִיק עַד לְמַעְלָה] *Quia robustus fuit* (*prævaluit*, ο'. *confirmabat se*, JT. *fortiter egit*, Ti. sim. M.) *usque in excelsum*, P. sim. Mo. *summè*, JT. *usque sursum*, ο'. Pi. *supra modum*; M. Ti. *Quia ad magnam potentiam evectus fuit*, Os.

9. *Ædificavit turres super portam anguli*] Quæ porta in angulo urbis erat [b]. Hæc porta terminabat latus muri occidentale, & inchoabat Aquilonare [c]. *Porta anguli* dicta est, quòd urbs ex ea parte angulum haberet [d]. ¶ *Portam vallis*] i. e. Quâ portâ ibatur in proximam vallem [†]. *Porta vallis* dicta est à valle cadaverum, Jer. 31. 40. (ubi projiciebantur cadavera eorum qui in Golgotha puniti sunt;) quæ jacebat inter montem Calvariæ & murum Jerusalem [f]. ¶ *Et reliquas in eodem muri latere*, [וְעַל הַמִּקְצוֹעַ] *Et super angulum*, Mo. pro, *super angulos*, ut LXX habent. In flexu muri solent excitari turres [g]. *In angulis* urbis reliquis, Os. *& juxta angulos*, Ti. *& in reflexu*, vel *ad versuram*, muri, M. Ca. *& super* portam *anguli*, P. *& ad Miktzoham*, JT. ut sit nomen proprium turris, sive loci muniti, in suprema parte civitatis David; de quo vide etiam Nehem. 3. 19, 24 *. ¶ *Firmavitque eas*] i. e. Munivit militibus additis [h]. Rex hic peritus erat rei bellicæ, & pro populi sui salute solicitus. Nam hostium in limine munimenta destruxit; suos fines bene munivit operibus, præsidiis, armis, machinis [i].

10. *Turres in solitudine*] Ut ab hostium incursionibus tuti essent pastores [k]. Vel *turres* hîc sunt domus rusticæ hominibus, pecoribus & fructibus designatæ [l]. ¶ *Effodit*] Heb. *Excîdit*, Pi. V. ¶ *Cisternas*] Quia aqua in Judæa magna penuria [m]. ¶ *In campestribus*, &c. [וּבַשְּׁפֵלָה וּבַמִּישׁוֹר] *Et in humili*, sive *depresso*, *loco*, (vel, *in vallibus*, M. Os. sim. Ti. *in campestribus*, P. *in Sephela*, ο'.) *& in planitie*, Mo. JT. P. *& planitiebus*, M. Ti. *& in campestri*, ο'. ¶ *Agricolæ*, &c.] Subaud. *erant illi*, V. ¶ *Et in Carmelo*, [וּבַכַּרְמֶל] *Et in agro*, sive *loco fertili*, V. Pi. Huic enim opponi solet desertum, item sylva, ut Esa. 29. 17. & 32. 15 [n]. Vide Lev. 2. 14. de hac dictione [o]. Alibi כַּרְמֶל est nomen montis, à fertilitate sic dicti: Quod hîc non quadrat, quia præcedit, *in montibus* *. [Aliter visum Glassio.] Interdum species, vel pars præcipua, per copulativam subjicitur generi vel toti; tunc autem *&* valet, *& potissimùm*: sic Jos. 2. 1. *Inspicite terram, &* (præcipuè) *Jericho*; Nehem. 8. 15. *in omnibus civitatibus*, *& in Jerusalem*. Sic hoc loco, *in montibus*, *& in Carmel*; is enim montium præcipuus erat *. ¶ *Agriculturæ deditus*] Sim. Ti. V. Heb. *diligens humum*, Mo. sim. P. Pi. vel *agriculturam*, M. sim. JT. Metonymia subjecti, Pi.

14. *Et fundas*, &c.] q. d. Omnia instrumenta, etiam ea quæ minimi sunt pretii, quales hæ sunt [p].

15. *Et fecit machinas*, &c. [חִשְּׁבֹנוֹת מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב] *Excogitata excogitatione excogitantis*, Pi. sim. V. *machinas ingeniosissimè excogitatas*, JT. sim. Mar. ut arietes, ballistas, catapultas [q]; *machinas arte artificis*, P. ¶ *Et in angulis murorum*] Bene admodum Vegetius, l. 4. c. 2. *Ambitum muri directum veteres duci noluerunt, nè ad ictum arietis esset dispositus; sed sinuosis anfractibus, &c. crebrioresque turres in ipsis angulis ediderunt, &c. ut si quis scalas vel machinas admoveret, undique opprimeretur.* Tacitus de Hierosolyma, *Muri ejus obliqui, aut introrsus sinuati, ut latera oppugnantium ad ictus patescerent* [r]. ¶ *Ut mitterent sagittas*, [לִירוֹא] *Ad jaculari*, Ma. à verbo יָרָא, posito pro יָרָה *. ¶ *Quòd auxiliaretur ei Dominus*, &c. [הִפְלִיא לְהֵעָזֵר וגו׳] *Mirificè adjuvabatur*, JT. scil. à Deo. Heb. *mirificabat adjuvari*, Pi. vel, *ad juvandum se*, Mo. *Mirabilem sese præstitit adjuvando* seipsum, P. vel, comparando sibi vires, &c. V. *Mirificè sibi paravit auxilia*, Ti. *Mirificavit eum* Deus *ad auxiliandum*, Mar. *Mirificatus est habendo auxilium*, ο'. *Eò quòd tam excellens esset in auxilio, ut fortissimus fieret*, M. *Mirabiliter adjutus est, donec obtineret potentiam*, Strig.

16. *Cùm roboratus esset*, &c.] Ambitio & avaritia comites omnis potentiæ & pestes; Senec [†]. ¶ *Elevatum est cor in interitum suum*] Pœna temere se sacris immiscentis erat capitalis, Num. cap. 3. vers. 10. & c. 18. vers. 7. Lepra verò instar mortis erat, quia ab hominum consuetudine, tanquam mortuum, separat [t].

18. *Restiterunt regi*] Ità V. Heb. *steterunt contra Usijam*, Pi. ¶ *Non est tui officii*] Heb. *Non ad te*, scil. pertinet, Pi. Ex lege Exod. 30. 7, 38. Regis erat non adolere, sed facere ut sacerdotes adolerent. Vide infrà 27. 2 [v].

19. *Lepra in fronte*] Quare nec abscondi potuit [x]. Ideo *frontis* fit mentio, licèt lepra fuerit in toto corpore [y]. ¶ *Super* (vel *desuper*, Mar. Pi.) *altare*] Ità Ma. vel, *ab altari*, JT. Indicat ab Altari ortam plagam [z]. Sed fortè מֵעַל ponitur pro עַל *juxta* [a].

20. *Et festinatò expulerunt eum*] Heb. *festinare fecerunt*, G. ex ο'. Non vi usi sunt, sed monitis ex Lege; quod sequentia firmant, *ipse —— acceleravit egredi*; nempe, nè Deum graviùs offenderet [b]. *Deturbaverunt eum*, JT. Pi. *subito terrore perculerunt eum de ibi*, Pi.

21. *Habitavit in domo separata*, [בֵּית הַחָפְשׁוּת] *In domo libera*, P. Mo. Jun. Ti. Mar. (vel *semota*; JT. vel *solitaria*, Sy.) vel *libertatis*, Pi. id est, suburbana. Sic 2 Reg. 15. 5 [c]. Extra urbes & oppida, ut lex Mosis jubet; cui & Reges suberant, nisi sicubi æquitas exceptionem dictaret [d]. Ità observavit legem Levit. 13. 46 [†]. ¶ *Rexit domum regis*] Heb. erat *super domum*, scil. constitutus, Pi. Fecit officia Regis, at nomen non usurpabat, ex pietate & modestia, nè patrem regno deturbâsse videretur. Itáque Osias, dum honorem sacerdotii ambit, etiam dignitatem regiam amittit [f].

22. *Scripsit Isaias*, &c.] 1. In libro Regum. 2. In prophetia sua [g]. At ibi bis tantùm illius obiter meminit, nempe Isa. 6. 1. & 14. 29. *virga percussoris tui*, scil. *Osiæ* [h]. 3. In alio commentario de Osia aliisque Regibus conscripto, qui temporum injuriâ periit [i].

23. *In agro regalium sepulchrorum*] Heb. *in agro sepulturæ*, &c. P. Pi. vel *sepulchri*, i. e. sepulchrorum, V. Pi. ubi, vel juxta quem, erant sepulchra regia [k]. Non intra specum ubi Reges ponebantur, sed in agro conjuncto [l].

CAP. XXVII.

2. *Juxta omnia*, &c.] Conditio diminuens; q. d. Fecit rectum, sed non semper, ut pater ejus Osias [a]. ¶ *Excepto quòd non est ingressus templum Domini*] Scil. cultûs Divini obeundi causâ [b]. Fortè innuit neque in ipsum atrium ingressum, metu paterni infortunii. Alii exponunt, Id est, non sacrificavit in Templo, sed in excelsis [c]. [Plerique aliter accipiunt.] *Non ingressus est*, nempe ad adolendum thus [d]. Noluit imitari temeritatem patris [†]. Verùm ut ad hoc referatur non patitur antithesis *, [indicata voce רַק, quam vertunt, *tantummodo*, JT. *veruntamen*, Mo. P. sim. Sy. Ar. *excepto quòd non*, Ti. Pi. *nisi quòd non*, M. Ca. Hoc vult Pi. sequentia verba continere exceptionem ab illa rectitudine quæ Jothamo tribuitur. Reliquis potiùs continent exceptionem à patris imitatione.] ¶ *Et adhuc populus delinquebat*, [מַשְׁחִיתִים] *Corrumpentes*, Mar. sub. *vias suas*, V. ex He. Mar. Id est, Joatham permisit ut populus se corrumperet, nempe per idololatriam, 2 Reg. 15. 35 [f]. Hinc factum ut non connumeretur Joatham inter Reges meliores, Ecclesiastic. 49 [g]. [Alii aliter:] *Et tamen nihilominus adhuc populus delinquebat*, quanquam Regis pietatem viderent. Ea est plerumque vulgi perversitas, ut Principum suorum peccata promptissimè imitetur, sed virtutes & pietatem non item [h]. *Nulla Jothamo virtus defuit, erga Deum pius, justus erga homines, & reip. studiosus* [i].

3. *Portam excelsam*] Vel *supremam*, JT. *altissimam*, V. Ea erat orientalis [k]. ¶ *In muro Ophel*] Heb. ο'. Ca. Videtur significare *fauces* quasdam, seu *angustias*; unde σκοτεινὸν & ἄδυτον alibi ea vox vertitur. Et per similitudinem sic appellatur pars humani corporis per quam fit egestio; ut 1 Sam. 5. 6, 9, 12. & 6. 4, 5 [l].

Margin notes (left column): b Os. — c Me. ex Villalp. — d T. — † Os. — f Me. — g Mar. — * Belg. — h Mar. — i G. — k Me. — l T. — m Os. — n Pi. — o V. — * Pi. — * Glass. gram. p. 589. — p Pi. — q Mar. — r G. — * BP. 3. 7. 190. — † Ga.

Margin notes (right column): t Me. ad v. 19. — v G. — x Me. — y L. — z Mar. sim. Jun. — a Pi. — b G. — c Mar. — d G. — † Pi. — f Os. — g Ma. ex Jun. — h T. — i Q. in Ma. sim. Os. — k Pi. V. — l Mar. — a Mar. — b Pi. — c Ma. — d Mar. sim. ferè omnes in Ma. Os. — † T. — * Pi. — f Pi. — g E. — h Os. — i Jo. in V. — k V. — l G.

Turris erat Hieros. dicta Ophel ab altitudine[m], vel à caligine, quòd ad nubes pertingeret[n]. Habitatio Nathinæorum vocatur Ophel Nehem. 3. vers. 26[o]. ¶ [בְּחוֹמַת הָעוֹפֶל] [Reliqui sic vertunt:] *In muro alti loci*, Mo. Gal. vel, *ipsius turris quæ Ophel dicitur*, V. *arcis*, P. K. in T. Os. *in muro ubi erat propugnaculum*, M. *in muri propugnaculis*, Ti. *In muro clivi*, JT. id est, editioris partis Jerus. post Templum ad Occidentem sitæ, de qua infrà 33. 15. & Nehem. 3. 26, 27. item 11. 21[p]. *Et murum qui attritus jam erat ædificavit*, Ar. In turri Ophel, aut prope eam, magnam muri partem ædificavit[q].

4. *Et in saltibus*, &c. ità o'. Mo. P. [בֶּחֳרָשִׁים] *In nemoribus*, Ti. sim. M. Ut viatoribus & pastoribus præsidio essent[r].

5. *Contra regem Ammon*] Jugum fortasse Judæorum excutere conantem; nam Ozias illos vicerat †. ¶ *Anno secundo & tertio*] Sed non ultra tertium annum[t].

6. *Quòd direxisset vias*, &c.] *Comparaverat* (Heb. *paraverat*, Pi.) *vias*, JT. i. e. consilia & actiones[v].

m V. He. — n in T. — n T. — o Me. — p Jun. — q Mar. — r Me. — † Me. — t Mar. — v Jun.

CAP. XXVIII.

1. *Viginti annorum*, &c.] De hoc versu & 4 seq. vide 2 Reg. 16. 2, &c[a].

3. *Lustravit filios*] Ità V. *combussit*, P. Pi. Vox וַיַּבְעֵר est ambigua; nam & *consumptionem* & *transitum* significare potest. De utroque significatu egimus ad Deut. 18. 10[b]. [Vide ibi annotata.] Alii, *transire fecit*, seu *traduxit*, Pi. Os. Ma. Pro יַבְעֵר puto legendum יַעֲבֵר ex 2 Reg. 16. 3. Vide & Levit. 18. 21. Deut. 18. 10. 2 Reg. 23. 10[c]. *Filios*, pro, *filium*, ex 2 Reg. 16. 3[d]. ¶ *Juxta ritum gentium*] Notum est, gentes litâsse humanis hostiis. Virg. *Sanguine placâstis ventos & virgine cæsâ* †.

4. *Sub omni ligno frondoso*, [רַעֲנָן] *Viridi*, Ma. JT. *Procera*, sive *insigni*. Gentes enim occultâ vi latentis numinis putabant eas in eam altitudinem excrevisse; eâ causâ sub talibus sacrificabant[f]. Non tantùm in lucis, sed & sub magnis arboribus, sacra faciebant, Deut. 12. 2[g].

5. *Deus ejus*] Quem ille Deum suum profitebatur, sed hypocriticè[h]. ¶ *In manus regis Syriæ*] *Rasin*, sive *Retsin*; de quo 2 Reg. 16. 5[i]. qui solus hoc bellum gessit. Aliud autem bellum Rex Syriæ cum Rege Israel gesserunt, 2 Reg. 16. 5[k]. quod priùs accidit quàm quod hîc narratur[l]. ¶ *Qui percussit eum*, [וַיַּכּוּ בוֹ] *Et percusserunt in eo*, Ma. Verto, *percutientes* aliquos *ex eo*, id est, ex populo ejus: ב valet *ex*, & notat partem[m]. ¶ *Prædam cepit*] Sim. P. Heb. *Captivaverunt ex eo captivitatem*, i. e. captivos multos[n]. ¶ *Et adduxit*] Hebr. *& deduxerunt eum*. Est anomalia generis; nam respicit שִׁבְיָה fœmin[o].

6. *Eò quòd reliquissent*, &c.] Verto, Id *quod* accidit, *eò quòd dereliquissent*. Ellipsis qualis suprà 21. 10. Non enim consilium hoc erat *Pekachi*, qui & ipse idololatra erat. Heb. *Propter derelinquere eum*: ubi ב infinitivo præfixum valet *propter*; id quod rarum est[p].

7. *Ducem domûs*] Id est, præfectum prætorio[q], procuratorem regiæ[r]; magnum aulæ magistrum †. ¶ *Secundum à rege*] Vicarium Regis, Me. ex o'.

8. *In Samariam*] Verto, *Samariam*, vel, *Samariam versùs*. Nam spolia non esse delata in urbem patet ex vers. 13. & seq[t].

9. *Iratus Dominus——tradidit*, &c.] q. d. Non debetis vobis arrogare victoriam, sed Deo. ¶ *Occidistis eos atrociter, ità ut ad cœlum*, &c. וַתַּהַרְגוּ בָם בְּזַעַף [עַד לַשָּׁמַיִם הִגִּיעַ] *Et occidistis eos* (*in iis*, Mo. vel *ex iis*, JT. Pi. sub. *aliquos*, Pi.) *in furore*, (sub. vel *qui*, P. Mar. sim. JT. Pi. vel *quæ res*, Ti.) *usque ad cœlum pervenit*, P. Ea res maxima est, cujus extremitas usque ad cœlum pervenit[v]. Hyperbole, ut Gen. 11. 4. q. d. Summa est hæc sævitia: vel sic; Ad cœlos pertingit, indè in te vindictam excitans[x]. Bella cum popularibus quàm cum externis leniùs gerenda[y].

10. *Vultis subjicere in servos*, &c.] Id est, mancipia, contra Levitic. 25. 43[z]. Ut mancipia extranea illos habetis[a]. ¶ *Quod nequaquam facto opus est: peccâstis enim*, &c." [הֲלֹא רַק אַתֶּם עִמָּכֶם וגו'] [Variant.] *Nonne verò vobiscum peccata* quædam sunt, &c? q. d. Peccaverunt Judæi, ideóque victi sunt: videte nè idem vobis eveniat; nam vos non caretis culpâ, eóque debetis ignoscere fratribus[b]. *Nonne verò vos, vobiscum peccata*, &c? Ità incepit sermonem quasi dicturus esset, *Vos peccâstis*: sed mutavit constructionem κατὰ τὸ σημαινόμενον. Peccâsse eos indicat contra legem Deut. 15. 12[c]. *Annon penès vos, vos*, inquam, *sunt duntaxat reatus*, &c? q. d. Rei estis aliorum peccatorum; quid illa hoc novo scelere cumulatis[d]? *Annon tantummodo vos* (i. e. quod attinet *ad vos*) *vobiscum sunt reatus?* Trajectio τοῦ רַק, quod pertinet ad nomen *reatus* †. Abruptio ista & præcisio verborum magnam vim habet[f]. Post אַתֶּם subaudio אֲשֶׁר, & verto, *Annon profectò vos estis quibuscum reatus sunt*, &c? אֲשֶׁר עִמָּכֶם præcedente אַתֶּם sign. *quibuscum*: sicut Esa. 49. 3. post אַתָּה, quod sequitur, אֲשֶׁר בְּךָ אֶתְפָּאָר, vertendum, *in quo glorior*. Vide quæ ibi annotavimus*. *Annon tantummodo peccatis*, &c? q. d. Nonne tota vita vestra fuit corruptissima? cur peccata peccatis cumulatis[g]?

13. *Non introducetis huc*] Scil. in urbem Samariam, ex collat. ver. 14, 15. Verto, *Nè introducite*: לֹא pro אַל, ut in Decalogo, & passim[h]. ¶ *Nè peccemus Domino*; sim. Sy. Ar. [כִּי לְאַשְׁמַת יְהוָה עָלֵינוּ] *Quia in delictum Domini super nos*, Mo. V. *in delictum contra Jehovam erit super nos*, P. Illud, *Jehovæ*, persona patiens est: i. e. obnoxios nos culpæ reddetis apud Dominum[i]. *Quia in reatum gravissimum* (vel, *in reatum contra Jehovam*, Pi.) *cederet nobis*, JT. Heb. *super nos fieret*, Pi. Porrò in Heb. est, *reatum Jehovæ*, i. e. maximum. Solent maxima exprimi adjuncto nomine *Dei*; ut Genes. cap. 30. vers. 8. & Jerem. cap. 2. vers. 30[k]. [Non placet Pi. nec Glass.] 1. Nomen *Jehova* sic nusquam usurpatur. 2. Cùm nomen *Elohim* id significat, additur nominibus rerum bonarum: at reatus rem malam sign[l]. Potiùs ergò *reatus Jehovæ* hîc dicitur, quem Jehova (cui soli peccatur, Psalm. 51. 6.) imputat, & graviter punit[m]. ¶ *Quare vultis adjicere*, &c? אַתֶּם אֹמְרִים לְהוֹסִיף [עַל חַטֹּאתֵנוּ] *Vos statuitis addere super peccata nostra*, P. vel, *nobis culpam obtrudere*, &c. Ti. Ad verb. *Vos dicitis ad addendum*, &c. i. e. statuitis eos adducere in Samariam, graviter in Dominum delinquendo; h. e. ut sit delictum in Dominum super nos[n]. [Q. connectunt cum præcedentibus, hoc modo;] *In reatum*, &c. *cederet* quod *vos dicitis* (vel *cogitatis*, ut suprà v. 10. Pi.) *superaddendo peccatis*, &c. JT. Pi. *Inducitis super nos culpam*, &c. M.

14. *Dimiserunt*, &c.] In signum pœnitentiæ plus fecêre quàm jussi erant: nam & captivos statim dimiserunt, & res bello captas reddiderunt[o].

15. *Quos suprà memoravimus*," [אֲשֶׁר נִקְּבוּ וגו'] *Qui expressi fuerant nominatim*, JT. Heb. *nominibus*. Quibus hoc negotii nominatim datum est[p]. Prædicti homines[q]. ¶ *Unxissentque*, &c.] Frequentes apud Hebræos erant unctiones, & lotiones salutares[r]. Fatigationi subvenit unctio: notat Celsus l. 1. c. 3 †. ¶ *Qui ambulare non poterant*, &c. וַיְנַהֲלוּם בַּחֲמֹרִים לְכָל־ [כּוֹשֵׁל] *Et duxerunt eos in asinis omnem impingentem*, Mo. *Et deduxerunt*, &c. (vel *susceperunt*, &c. o'.) *omnem infirmum*, P. o'. vel, *quemque labantem eorum*, JT. *Duxerunt eos omnes qui debiles erant*, Ti. sim. M. Mar. ¶ *Civitatem palmarum*] Ubi crescunt multæ palmæ[t]. Vide Deut. 34. 3. Jud. 1. 16. & 3. 13[v]. ¶ *Ad fratres*: Cognatos, tribules[x]: "אֵצֶל וגו'] *Juxta fratres*, V.

16. *Tempore illo*] Quo scil. bellum ei inferebant Retsin & Pekach, suprà v. 5, 6. & 2 Reg. 16. 5, 7. ¶ *Ad regem*] Scil. *Tiglath-Peleser*. Heb. *ad reges*: Enallage numeri †.

18. *Socho*] Quæ & *Sochor*, urbs in tribu Juda[y]. ¶ *Gamzo*] Hujus nusquam alibi in Scriptura fit mentio[z]. Forsan condita est post distributionem terræ[a].

19. *Propter Achaz regem Juda*] Heb. *regem Israel*. Qu. Quomodo Ahaz *rex Judæ* vocatur *rex Israel*? Resp. *Israel* pro *Juda*, sive pro duabus tribubus, accipitur[b]. Synecdoche integri, qualis suprà 21. 2[c].

a Me. — b G. — c Pi. — d Ma. — † Os. — f Mar. — g G. — h Pi. — i T. Pi. — k Me. — l Ità quoad sensum G. — m Pi. — n V. — o Pi. — p Pi. — q V. — r Mar. — † Pi. — t Pi. — v V. — x Ma. — y G.

z Me. — a G. — b V. — c G. — d Jun. — † Ma. — f Ma. — * Di. — g Os. — h Pi. — i V. — k Jun. — l Pi. — m Glass. gram. p. 63, 65. — n V. — o G. — p Pi. — q V. — r Me. — † G. — t Pi. sim. Os. — v Ma. — x Pi. — † Pi. — y Me. ex Adrich. — z Me. sim. Mar. — a Ma. — b Ità V. sim. Pi. — c Pi.

Rex

Rex Israelis, id est, partis ejus, nempe Judæ. Nam Scriptura ponit & speciem pro genere, & genus pro specie; ut notat Ephodeus in Grammatica sua. Notant Masor. sexies legi *Rex Israelis*, pro, *Rex Juda*. Producunt 2 Paral. 12. 6. & Mich. 1. 14[d]. ¶ *Eò quòd nudâsset eum auxilio*, [כִּי הִפְרִיעַ בִּיהוּדָה] *Quoniam denudaverat Jehudam*, M. Ti. Mar. Strig. Sed quâ re nudavit? Resp. 1. Auxilio Divino †. 2. Bonis operibus[f]. 3. Cultu Dei[g]. 4. Thesauris, quibus procuravit auxilium Assyriæ[h]. 5. Nudavit, id est, detexit mala opera & sua & populi. 6. Credo ad vestes referendum, quibus nudabantur idolorum cultui vacantes, ut in Bacchanalibus fiebat; ut Exod. 32. 25[i]. [Alii aliter:] *Quia feriari fecerat in Juda*, Mo. *Quia abstraxerat* (vel *cessare fecerat*, P. V. vel *avocaverat*, V.) *Jehudam*, JT. Pi. sub. *à cultu Dei*, V. ex P. Jun. Pi. פָּרַע in Kal sign. *nudare*: at in Hiphil sign. *abstrahere*. Huic sententiæ res ipsa favet: Est enim sermo de peccatis Achaz[k]. *Quia ultionem fecerat in Jehudah*, sub. *Jehovah*. Vel, *quia libertatem*, vel *licentiam*, (nempe peccandi, idololatriam exercendi, &c.) *restituerat*, vel *constituerat, in Jehudah*[l]. ¶ *Et contemptui habuisset Dominum*, [וּמָעוֹל מַעַל בַּיהוָה] *Et prævaricando prævaricatus fuerat in Jehovam*, P. sim. M. Ti. Pi. *Quoniam discessit discessione à Domino*, ο'. Al. *ut prævaricaretur*, &c. JT. scil. Jehuda. Sed puto de Ahazo hoc dici, ex v. 22[m].

20. *Adduxit contra eum*, [וַיָּבֹא עָלָיו] *Et venit ad eum*, Pi. עַל hîc positum pro אֶל, ut Gen. 38. 12[n]. Lev. 21. 11. 1 Chron. 12. 19, 22. & 13. 2[o]. ¶ *Et affixit eum*, [וַיָּצַר לוֹ] *Et angustiam fecit ei*, Pi. sim. Jun. *Qui fuit illi oneri*, P. *Qui oppressit* (vel, *angoribus affecit*, V.) *eum*, P. scil. novis sumptibus & direptionibus[p]. ¶ *Et nullo resistente vastavit*, [וְלֹא חֲזָקוֹ] *Et non roboravit eum*, Mar. simil. JT. Pi. &c. Declaratur hoc versu sequente, *Et non fuit ei auxilio*[g]. i. e. Non restituere potuit illi urbes quas Palæstini ceperant[h]. Sed non bene conveniunt hæc cum historia 2 Reg. 16. 7, 8, 9. Quare putant eruditi לֹא hîc abundare, ut sensus sit, *& ipsum in angustiis constitutum sustentavit*. Quod si recipimus, etiam versu sequente delendum erit לֹא[i].

21. *Spoliatâ domo*, &c. [כִּי חָלַק אֶת־בֵּית וגו׳] *Nam divisit Achaz domum Domini, & domum regis*, &c. P. sim. Mo. *Nam sustulit partem de domo*, &c. M. sim. Ti. JT. Ellipsis מִן ante אֶת[k]. *Et cepit—quæ in domo Domini*, &c. ο'. Sy. Ar. *Accepit* (sub. *aurum & argentum*, ex 2 Reg. 16. 8.) *ex domo Jehovæ*, &c. Pro כִּי חָלַק, in 2 Reg. 16. 8. habetur וַיִּקַּח, i. e. *Et accepit*. Unde conjicio חָלַק hîc scriptum esse pro לָקַח. Cæterùm לָקַח regens מֵאֵת, idque cum ellipsi nominis significantis objectum, reperitur Zach. 6. 10[l]. ¶ *Dedit regi Assyr.*] Vel antea, cùm misit ad petendam opem: vel postquam ad eum venit, quò scil. eas copias à finibus depelleret, nocumento magis quàm ex usu allatas[m].

22. *Tempore angustiæ*; [sim. omnes:] [וּבְעֵת הָצֵר לוֹ] *Et in tempore angustiam faciendi ei*, Pi. ¶ *Ipse per se rex Ahaz*] Deorum suorum sacerdotem egit, ut sequitur[n]. [Aliter Hebræa.] ¶ [הוּא הַמֶּלֶךְ אָחָז] *Ipse* (sub. *est*, P.) *rex Ahaz*, P. V. Ma. sub. *de quo loquor*, V. *Iste erat rex*, &c. q. d. Tale monstrum erat, quod nullis flagellis edomari potuit[o]: vel, qui tot tantáque mala perpetravit[p]. *Idem erat rex Ahaz*, JT. i. e. semper sui similis in impietate, sive prospera sive adversa inciderent[q]. *Idem*, id est, talis, Pi. Illud הוּא sæpe cum despectu dicitur; ut Gen. 36. ult. Num. 26. 9 *. Addit K. Gen. 5. 5. Esther. 1. 1. De quibus dubitari potest †.

23. *Immolavit diis Damasci—percussoribus suis*; ità M. [הַמַּכִּים בּוֹ] *Percutientibus in eum*, Mo. *Qui percusserant eum*, P. sub. *opinione suâ*. Ità namque sibi persuaserat[r]. Vel, quorum causâ ipse percutiebatur†. Alii, *diis Damascenorum percutientium* (*qui percusserant*, Pi.) *ipsum*, JT. ¶ *Ipsi fuerint ruinæ*, [הָיוּ לוֹ לְהַכְשִׁילוֹ] *Fuerunt* obices, vel obstacula, *in quæ impingeret*, JT. Pi. Verto, *cesserunt ei in ruinam*: Heb. *fuerunt ei ad faciendum ut impingeret*, Pi.

24. *Clausit*, &c.] Ut sacra ubivis potiùs quàm in loco legitimo peragerentur: infrà 29. 7[r].

[d] Buxt. vind. 2. 8. 591. † Hi. in Mar. [f] Q. in V. [g] Mar. [h] Q. in Ma. [i] Mar. [k] Pi. [l] Q. in Ma. [m] Pi. [n] G. [o] Pi. [p] Mar. sim. V. Pi. [g] V. Pi. [h] V. [i] G. [k] Pi. ex JT. [l] Pi. [m] Mar. [n] Me. [o] Glass. [p] Ma. [q] Jun. * K in G. † G. [r] V. Me. † Me. [r] G.

CAP. XXIX.

1. N*Omen matris ejus Abia*] Quæ *Abi* 2 Reg. 18. 2[a]. ¶ *Filia Zachariæ*] Pontificis, à Joaso occisi[b].

3. *Anno & mense primo*] *Si quid moves, à principio move*, inquit Hippocrates, Aphor. 2. 29. Sapientissimi Principes initiâ regnorum suorum Reformatione, &c. commendare solent; tunc enim impressiones in animis populi & faciliùs fiunt, & diutiùs permanent. Ut ergò *Ver naturæ*, sive anni, corporibus naturalibus, ità *Ver regni* corporibus politicis, purgandis commodissimum est, inquit Bacon. in Ecclesi. consid[c]. ¶ *Et instauravit eas*; nempe fores Templi, Pi. [וַיְחַזְּקֵם] Convenit cum דְּלָתוֹת: Anomalia generis, ut Exod. 1. 21. & 2. 17. *Et confirmavit ipsos* sacerdotes, JT. Id supplent ex versu seq. Sed syntaxis illa est dura & insolens[d].

4. *In plateam orientalem*] Quæ erat ante portam Templi orientalem †.

5. *Et auferte omnem immunditiam*; ità P. V. &c. [אֶת־הַנִּדָּה] *Remotionem*, vel *separationem*, Ma. Id propriè sign. נִדָּה; sed per Met. effecti sign. immunditiam propter quam aliquis removebatur à cœtibus, &c. ut Levit. 12. 2, 5. & 15. 19, &c. Ezec. 18. 6. *Quod separandum est*, JT. scil. propter impuritatem[f]. Intelligit idola[g], & omnia quæ ad ea pertinent[h]. ¶ *De sanctuario*] Ità V. *E sancto*, JT. ex anteriori Templi parte. Sed ex collat. v. 7. malim, *è loco sancto*, i. e. atrio sacerdotum; quippe in quo erat altare holocausti, quod Ahaz amoverat, & ibi posuerat altare suum, 2 Reg. 16. 10, &c[i].

6. *Peccaverunt patres nostri*, &c.] Non dicit, Majores mei certè non fuerunt fatui, sequar itaque ipsorum religionem, &c. Porrò, parentem suum non perstringit, reverentiæ causâ[k]. ¶ *Averterunt facies*, &c.] Invexit ritum adorandi contrarium Legi Divinæ, juxta quam adorantes respiciebant Occidentem, versùs Arcam: At Achaz jusserat eos adorare versùs Orientem[l]. *Averterunt*, &c. Significat contumaciem repudiationem rei oblatæ[m].

7. *Ostia in porticu*] Quæ erat ante Templum: de qua vide 1 Reg. 6. 3. ¶ *In sanctuario*] *In sancto*, JT. Verto, *in sancto loco*. Nam holocausta non offerebantur in Sancto, sed in atrio sacerdotum; 1 Reg. cap. 8. vers. 65[n].

8. *Tradidit eos in commotionem*] Ità P. V. JT. G. &c. i. e. in ejectionem: Fuerant enim multis urbibus expulsi Judæi à Syris, Idumæis, &c[o]. ¶ *Et in interitum*, [לְשַׁמָּה] *In desolationem*, P. JT. vel *stuporem*, V. G. Vide de his vocibus Deut. 28. 37[p]. Græci, εἰς ἔκστασιν καὶ εἰς ἀφανισμόν· i. e. terrores illis panicos immisit, ut suprà 20. 22[q].

11. *Filii mei*] q. d. Non minùs chari mihi quàm filii[r]. ¶ *Nolite negligere*, [אַל תִּשָּׁלוּ] *Nè erretis*, P. JT. Pi. Mar. Glass. i. e. Nè perstetis in errore in quo cultum Dei omisistis †. Verbum quandoque de continuatione rei significatæ intelligendum[t]. *Non omittatis*, ο'. *Nè obliviscamini*, Mar. *Nè sitis securi*, Mo. vel *socordes*, M. Ca. *negligentes*, Strig. Belg. *molles*; Ti. *remissi*, scil. in expurgando Templo[v].

15. *Juxta mandatum regis & imperium Domini*, [בְּדִבְרֵי יְהוָה] *Ex* (vel *cum*, P. vel *in*, Mo.) *verbis Jehovæ*, JT. i. e. Quod præceptum sumpserat Ezechias ex verbis seu Lege Domini[x]. *Et* [*juxta*] *verba Domini*, M. Ti. *De rebus Jehovæ*, V.

16. *Ingressi templum*, [לִפְנִימָה בֵית וגו׳] *Interiora domûs*, &c. M. Ti. sim. JT. quò non licebat Levitis penetrare[y]. *In*, vel *intra*, *domum*, Mo. P. sim. ο'. Verto, *intrò in domum Jehovæ*. Non enim est syntaxis rectionis in Hebræo. Nè intellige hîc *Sanctum Sanctorum*, quod fuit interior pars domûs: sed *Sanctum*, partem Templi anteriorem. Vel certè utraque pars Templi comprehenditur[z]. ¶ *Asportaverunt ad torrentem*, &c. [וַיְקַבְּלוּ לְהוֹצִיא וגו׳] *Et susceperunt* (vel *receperunt*, Ti. sic JT.) *ut efferrent*, &c. M. Ti. simil. P. Mo. &c. ¶ *Ad torrentem Cedron*] *In Topheth*, seu *vallem Hinnomi*, ut 2 Reg. 23. 10, 12[a]. per quam[b] decurrit

[a] V. [b] Mar. et Hi. [c] Ga. [d] Pi. † Mar. Me. [f] Pi. [g] V. [h] G. sim. V. O. [i] Pi. [k] Os. [l] Q. in Ma. [m] Ma. ex Jun. [n] Pi. [o] Me. [p] Ma. [q] G. [r] Pi. † Glass. ex Jun. [t] Glass. gram. 2415. [v] Pi. [x] Pi. [y] Mar. [z] Pi. [b] G.

decurrit torrens Cedron [b], qui inter urbem & montem olivarum situs est, Joh. 18. 1 [c].

18. *Ingressi sunt*, &c.] Heb. *Venerunt* פְּנִימָה, *intrò*, JT. ut v. 16. Deficit hîc ל in principio: intro, scil. in domum regiam [d].

19. *Quam polluerat Achaz*; ità & ο'. [אֲשֶׁר הִזְנִיחַ] *Quæ elongare fecerat*, Mo. *neglexerat*, P. *abjecerat*, Pi. JT. *dimisit*, Ti. M.

21. *Hircos septem*, [וּצְפִירֵי עִזִּים] *Et hircos (capreolos*, Mo.) *caprarum*, ο'. Sy. P. Pi. vel, *ex capris*, M. Ti. Ità vertunt JT. Dan. 8. qui tamen hîc reddunt *hircos lactentes*; de qua versione mihi non liquet †. Septeni hirci pro peccato populi immolantur, cùm unus tantùm erat in præcepto, Levit. 4 [f]. Qu. Cur ità? Resp. Ob peccatorum multitudinem [g], & diuturnitatem. Heptas [i.e. numerus septenarius] sacris propria [h], & multitudinem repræsentat [i]. ¶ *Pro regno*] i.e. Ad expiandum peccata Regni; i.e. Regis & consiliariorum ejus. ¶ *Pro sanctuario*] i.e. Pro Templo; h.e. ad expiandum peccata à Rege & aliis admissa circa Sanctuarium. ¶ *Pro Jehuda*] i.e. Pro populo Juda, &c [k].

24. *Asperserunt*, &c. *coram altare*, [וַיְחַטְּאוּ אֶת־דָּמָם הַמִּזְבֵּחָה] *Et expiaverunt* (i.e. expiando sparserunt, V.) *sanguinem eorum super* (vel *ad*, ο'.) *altare*, P. Mo. *Expiaverunt sanguine* (*sanguine eorum*, JT. *cum sanguine eorum*, M. *per sanguinem*, Strig.) *altare*, Ti. M. vel, *in altari*, JT. Ellipsis hîc est; τῷ אֶת pro מֵאֵת [m]. *Insperserunt sanguinem eorum in altare*, Pi. (vel, *super cornua altaris*, ο'.) ¶ *Pro omni quippe Israel*, &c. [כִּי לְכָל־יִשְׂרָאֵל אָמַר הַמֶּלֶךְ הָעוֹלָה וְהַחַטָּאת] *Quia omni*, sive *toti*, *Israeli* (i.e. Judæ, cum Benjamine & quibusdam qui à decem tribubus defecerant [o],) *indixit rex holocaustum & peccatum*, Mo. vel, *& peccatum illud*, JT. i.e. peccata, h.e. sacrificia pro peccato [p]. *Pro universo Israele jussit rex* fieri *holocaustum & sacrificium pro peccato*; P. M. Ti. *Holocaustum*, quo Deus ut omnium rerum Dominus agnosceretur; &, *pro peccato*, ad expiationem [q]. *Quia cunctis Israelitis præceperat rex ut afferrent holocausta & sacrificia*, Sy.

25. *Et Gad Videntis*] Heb. *Videntis regis*. Quidam apud Persas dicebantur *Regis aures & oculi* [r]. Rex id instituerat, approbantibus ejus consilium Prophetis †. ¶ *Domini præceptum fuit*, &c. כִּי בְיַד יְהוָה [הַמִּצְוָה בְּיַד נְבִיאָיו] *Quia per manum Domini* (*à Jehova*, JT.) *præceptum* (sub. *illud fuit*, P. sic JT. *fuit quod dabatur*, M.) *per manum prophetarum ejus*, Mo. vel, *per prophetas ejus*, JT. [Alii sic;] *Hoc fuit præceptum illud per manum Domini, & per manum prophetarum ejus*, Ti. i.e. traditum fuit à Jehova & Prophetis ejus [t]. Hebræi sic exponunt; q.d. Præcepta quæ traduntur per Prophetas Dei sunt ab ipso Deo [v].

26. *Steterunt*] Sub. *in templo*, V.

27. *Cœperunt canere*] Voce assâ & instrumentis, &c. Heb. *Cœpit canticum* (*musica*, JT. *cantus*, Pi.) *Jehovæ*; quale illud, *Confitemini Domino*, &c [x]. ¶ *Organis; quæ David præparaverat*, &c. [וְעַל יְדֵי כְּלֵי דָוִיד] [Variè reddunt.] *Et per* (*super*, Mo. *secundùm*, Q. in Belg.) *manus instrumentorum* (*vasorum*, Mo.) *David*, P. Hebraismus, pro, & cum instrumentis musicis à Davide inventis. *Manus* sæpe Hebræis sign. *operam* & *ministerium*: quod etiam inanimatis accommodant. Latinis id prorsus inusitatum, qui solis ablativis instrumentalibus uti solent [y]. Secundùm institutionem Davidis [z]. *Atque instrumenta Davidis*, Ti. *& cum instrumentis à Davide* (vel, *per manus David*, M.) *ordinatis*, Ang. ità M. *Idque secundùm statum musicæ*, vel *chori*, [Gal. *de la chantrerie*,] & *instrumentorum Davidis*: vel, etiam secundùm *tonos instrumentorum David*, Gal. *Ut ab ore Davidis*, Sy. *more Davidis*, Ar. *Idque cum canticis* (Heb. *manibus*; synecdoche, ut 1 Chron. 6. 31. Ezr. 3. 10 [a].) *traditis & instrumentis Davidis*, JT. i.e. ex Davidis præscripto factis. *Manus*, pro re quæ traditur manu; & res quæ traditur manu, pro canticis. Sed dubito an rectè suppleatur *&*, quia præcedens יְדֵי est in regimine, veruntamen cum accentu zakeph katon: id quod insolens est [b].

28. *Turbâ adorante, cantores—erant in officio*, &c. [וְהַשִּׁיר מְשׁוֹרֵר וגו'] *Et canticum cantoris*, Mo. vel *canens*, Ma. *Cantici cantor*, id est, præfectus cantori-

[Margin: b Me. — c Pi. — d Pi. — † Pi. — f Me. ex Hi. sim. L. — g G. post L. Mar. Me. — h G. — i Me. — k Pi. — m Pi. — o Pi. — p Pi. — q G. — r Mar. — † G. — t Q. in V. — v V. — x V. — y V. — z Belg. — a Jun. — b Pi.]

bus, Mar. *Et cantores canebant*, Ang. Heb. *Et canticum canebat*, Ang. Pi. i.e. cantor; Meton. effecti: vel, *vir cantici canebat*, ut sit ellipsis τῷ אִישׁ [c]. *Dominus autem cantici* (i.e. cantor, V.) *canebat*, P. V. Sic sæpe cum aliis nominibus jungitur hoc nomen *dominus* [d]. *Et canticum canebatur*, Gal. *quùmque musici canerent*, JT. *quum canerent cantica*, Belg. *cantans canticum*, M. *canebant alii cantica*, Ti. *personante carmine*, Ca. ¶ *Et ii qui tenebant tubas*, [וְהַחֲצֹצְרוֹת מַחְצְצְרִים] *Et tubæ clangebant*: Anomalia generis, nisi ellipsis sit, ut in membro præcedenti; q.d. viri *tubarum*, &c †. *Et tubicines* (vel, domini *tubarum*, P.) *tubis canebant*, V. sim. JT. Heb. *& tubas inflabant*, Mar.

29. *Incurvatus est*, &c. *&—adoraverunt*, כָּרְעוּ [וַיִּשְׁתַּחֲוּוּ] *Flexerunt poplites, & incurvaverunt se*, Mo. *incurvaverunt se, & adorârunt*, Pi. τὸ כָּרַע de genuum vel crurum incurvatione propriè dicitur, ut docent Gen. 49. 9. Num. 24. 9. Esther. 3. 2. & 5. Job. 4. 4. &c. הִשְׁתַּחֲוָה est, facie & toto corpore in terram prosterni, ut Gen. 48. 12. Jos. 5. 14. 2 Reg. 4. 37. Ezec. 46. 2 [f]. ¶ *Qui erant cum eo*] Heb. *qui inveniebantur*, Pi. *qui præsentes erant*, JT.

30. *Sermonibus David & Asaph*] i.e. Psalmis à Davide & Asapho compositis [g]. Hinc colligitur, non omnes psalmos à Davide, sed quosdam ab Asapho & aliis, fuisse compositos [h]. ¶ *Laudaverunt eum magnâ lætitiâ*, [עַד לְשִׂמְחָה] *Cum lætitia*, M. simil. V. *usque ad lætitiam*, P. Mo. Pi. i.e. eò usque ut lætitiam in auditoribus excitarent. *Dum agitaretur lætitia illa*, JT. scil. orta ex ista reformatione. At hæc versio postulat sic legi, עַד הַשִּׂמְחָה, i.e. *dum duraret lætitia*. עַד enim pro בְּעוֹד Jud. 3. 26. Job. 1. 18. Jon. 4. 2 [i].

31. *Implêstis manus*, &c.] i.e. Consecrâstis vos ministerio [k]; ut Exod. 28. 41 [l]. Vide Ezec. 43. 26 [m]. q.d. Vos, ô sacerdotes, qui ad offerendum consecrati estis [n]. Vel sic; Vos sacerdotes quasi de novo consecrati estis, &c [o].

33. *Sanctificaverunt boves sexcentos*, &c. ità Strig. sim. ο'. [וְהַקֳּדָשִׁים וגו'] *Sanctificationes*, vel *sanctificata*, verò (vel, *omnia quæ consecrata sunt*, Sy. sim. Ar.) fuerunt, *boves* 600, &c. P. Sy. Ar. sim. Ca. Ti. Nimirum, præter priùs dicta, hæc ulteriùs addenda [p]. Donata hæc erant usibus Templi; non ad holocausta, ut factum vers. præc. sed ad quævis alia sacrificia [q]. *Aliorum* (eâ voce expresserunt articulum ה, Pi.) *autem consecratorum*, JT. sub. ex v. præced. *numerus erat*, &c. Pi. *Sanctificata autem* pro pacificis, *boves*, &c. M.

34. *Sacerdotes pauci erant*, &c. הָיוּ לִמְעָט וְלֹא יָכְלוּ [לְהַפְשִׁיט וגו'] *Fuerunt pauci*, sive *pauciores*, *neque poterant nudare pelle* (vel *exspoliare*, Mo.) *omnia illa holocausta*, JT. Pi. sim. M. Ti. P. V. ο'. Id enim sacerdotum erat, Levit. 1. 6 [r]. Non poterant, vel, præ multitudine victimarum †; vel, quia occupati erant in oblationibus offerendis [t]. Porrò, *holocausta* hîc generaliter ponuntur pro quibusvis victimis [v]. [Alii sic vertunt;] *nec sufficiebant ad functionem sacrificiorum*, Ar. sim. Sy. [quasi pars muneris pro toto synecdochicè posita esset.] ¶ *Unde Levitæ—adjuverunt eos*] Partem muneris [sacerdotalis] in se receperunt [x]: quod necessitas excusabat [y]. Exemplum hoc illustre est auctoritatis Regiæ (consulto; ut credibile est, Synedrio) in relaxando Legis Divinæ vinculo ex necessitate. Simile habemus infrà 30. 2, 3. Notatum hoc Maimonidæ Doctoris dubitantium 3. 14 [z]. ¶ *Levitæ faciliori ritu sanctificantur*, &c. כִּי הַלְוִיִּם יִשְׁרֵי [לְבָב לְהִתְקַדֵּשׁ מֵהַכֹּהֲנִים] *Nam Levitæ recti*, vel *rectiores*, *corde*, sive *animo*, (vel *proniores*, sive *alacriores*, V. *humiliores*, Sy.) *ad sanctificandum se quàm sacerdotes*, vel, *præ sacerdotibus*, Mo. P. JT. V. Pi. sim. Sy. Ti. &c. Sacerdotes quidam tergiversabantur, vel quòd aliis sacris contaminati fuissent, vel quia negligentiores erant, &c [a]. Potest & sic verti; *recti ad sanctificandum se pro sacerdotibus*, sive loco sacerdotum. Ità מִן sumitur Jud. 5. 11. Psal. 106. 17 [b].

35. *Fuerunt holocausta plurima, adipes*, &c. וְגַם עוֹלָה [לָרֹב בְּחֶלְבֵי וגו'] *Nam etiam holocausta erant multa* (Heb. *holocaustum in multitudine*, V. vel, *secundùm multitudinem erat*, Pi.) *cum adipibus*, &c. Pi. sim. P. [Al. sic;] *Nam etiam imponendum erat* (עוֹלָה ergò hîc sumunt non

[Margin: c Pi. — d V. — † Pi. — f Pi. — g Os. sim. Mar. Me. T. V. — h T. sim. Me. Mar. — i Pi. — k G. sim. Jun. Pi. Me. T. V. — l G. — m V. — n Me. — o Os. — p Belg. sim. Os. — q T. — r G. — † Ma. — t Ma. ex Jun. — v Os. — x Ma. ex Jun. — y Ità L. — z G. — a Os. — b Ma.]

non pro *holocausto*, sed pro *impositione* in altari[c],) copiosè *de adipibus*, &c. JT. ¶ *Et libamina holocaustorum*, [וְלָעוֹלָה] *Præter illa holocausta*, JT. Heb. *ad holocaustum illud*, Pi. vel, *ad holocaustum*, i. e. pro singulis holocaustis[d]. ¶ *Et completus est cultus*, &c. [וַתִּכּוֹן עֲבוֹדַת וגו'] *Ità constitutus est cultus domûs*, &c. JT. i. e. peragendus in domo, &c†. *Et directum est opus*, &c. o'. in Me. i. e. bene & ritè peracta sunt, &c[f]. *Et restauratus est* eo die *cultus*, &c. Os. *confirmatus est*, &c. Q. in Ma. *Et præparatum*, vel potiùs *directum*, *est ministerium*, &c. q. d. Ab eo initio cœpit exerceri ministerium, quod antè desierat[g]: vel, q. d. Sacerdotes, quamvis pauci, &c. Divinâ directione non caruerunt[h].

36. *Eò quòd ministerium Domini esset expletum*; rectiùs, *constitutum*, *restauratum*, Os. [עַל הַהֵכִין הָאֱלֹהִים לָעָם] *Quia paraverat Deus populo*, o'. sim. Mo. sub. *cor*, *ut eum coleret*, &c[i]. *De eo quod restituerat* (vel *paraverat*, Pi.) *Deus populo*, JT. Pi. ה (in הַהֵכִין) valet אֲשֶׁר, ut Jos. 10. 24. 1 Paral. 26. 28. Esa. 51. 10[k]. *Quòd præparâsset* (vel *direxisset*, Mar.) *Deus populum*, P. V. Mar. Ti. sim. M. Ca. i. e. eam mentem illis injecisset[l]. Quòd Dominus gratiam dedisset populo, &c[m]. *Quòd populus Domino paratus esset*, Strig. ¶ *Derepente*, &c.] Scil. primo die regni Ezeciæ, suprà v. 17[n]. Repentè ad sacra insueta confluxerant. Quæ repentè fiunt, non humano consilio, sed altiori instinctu, fieri videntur[o].

c Ma. — d V. — † Pi. — f Me. — g Mar. — h Q. in Ma. — i Ma. — k Pi. — l Mar. — m Ma. ex V. — n Pi. — o Mar.

CAP. XXX.

1. *Misit—ad omnem Israel*] i.e. Decem Tribus[a]. Causa erat, 1. Zelus Ezechiæ, &c. 2. Quia Osee Rex Israel, (qui melior erat antecessoribus suis, 2 Reg. 17. 2.) cùm vitulos jam abductos cerneret, sustulit præsidia quæ posuerat Jeroboam in regni limitibus nè quis Hierosol. ascenderet[b]. *Misit*, non qui juberent, sed qui eos officii commonefacerent *. ¶ *Scripsitque epistolas*; sive *literas*, Pi. [אִגְּרוֹת] Plurale est, ab אִגֶּרֶת *epistola*, Nehem. 6. 5. *Fasciculos* (*contractiones*, *plicas*, Ma.) *literarum*, JT. Ma. אִגֶּרֶת sonat, 1. *collectionem*; 2. *epistolam*, quòd in ea colligantur complures voces[c]. ¶ *Ad Ephraim & Manassen*] 1. Tanquam aliis viciniores[d], adeóque cum illis familiariores †. 2. Quòd Reges Judæ urbes habebant in *Ephraim*, suprà 15. 8. & *Manassitæ* multi ad eos transierant, ibid. v. 9[f]. ¶ *In Jerusalem*] Quæ [scil. *domus*] est *Hierosolymæ*, Pi.

2. *Et universi cætûs*] i. e. Συναγωγῆς μεγάλης, constantis ex Synedrio gentis, ex Senatu urbano Hierosolymorum, & ex Senatoribus aliquot aliunde evocatis. Vide dicta ad Matt. 10. 17. Vide & 1 Par. 13. 1[g]. ¶ *Ut facerent Phase mense secundo*] Ex lege Num. 9. 10, 11[h]. Impedimentum hîc erat illi simile, nempe justum[i]. Illi enim dies mensis primi (quibus Phase fuisset observandum) Templo expurgando consumpti erant[k].

3. *In tempore suo*; ità Ca. [בָּעֵת הַהִיא] *In tempore illo*, vel *ipso*, o'. M. Mo. P. vel *eodem*, Sy. JT. *tunc temporis*, Ar. Ti. Tempore quo celebrari debuit Pascha, Ex. 12. 3[l]. Mense primo; vide v. 2[m]. Vel, quo Templum repurgatum est[n], & conventus fuit habitus[o]. ¶ *Sacerdotes*, &c.] Heb. *Sacerdotes non erant sanctificati* לְמַדַּי. [Id variè reddunt.] *Ad sufficientiam*, P. Mo. Pi. *sufficientes*, o'. *ad sufficientem numerum*, JT. Pi. sim. Vulg. *sufficienter*, vel *satìs*, M. Strig. Ti. ¶ *Populus nondum congregatus*, &c.] Non enim potuit illis denunciari festum, priusquam Templum esset plenè purgatum[p].

5. *Multi enim non fecerant*, &c. [כִּי לֹא לָרֹב עָשׂוּ כַּכָּתוּב וגו'] *Quia non in multitudine fecerunt sicut scriptum est*, Mo. *quia multitudo non fecerat*, &c. o'. [Alii aliter;] *quia non satìs fecerant juxta præscriptum*, &c. Ti. Heb. *Non ad multum*, sub. *tempus*, (vel, *multo* tempore, Os.) *fecerant*, &c. Mar. sim. P. Os. Pi. Constructio inversa, q.d. *ad multum* tempus *non fecerant*, &c[q]. *Quia jamdiu* (vel *pridem*, G.) *non fecerant*, &c. M. sic JT.

a Pi. sim. V. — b Me. ex He. & Sal. — * G. — c Pi. — d Mar. Ma. — † Mar. — f Ma. — g G. — h Jun. Pi. ità Mar. L. E. Me. &c — i Pi. — k Os. — l Pi. — m V. — n Pi. ex Jun. — o Jun. — p Os. — q Mar. ex He. sim. Pi.

Ca. Strig. Excusati ab hac ceremonia fuerant ob Regum minacia interdicta, sicut olim ob continua per desertas terras itinera[r]. [Quàm sanè hoc dicitur, judicent alii. Non ità existimâsse videntur illi pii Israelitæ, qui cum Levitis *prædia sua deseruisse* dicuntur, & *Hierosolymam venisse ut sacrificarent Domino*, 2 Paralip. 11. 14, 15, 16. Nec magìs excusaret eos neglectum in deserto Pascha, quàm neglecta in eodem deserto circumcisio excusâsset posteros, qui circumcisionem eo prætextu neglexissent.]

6. *Cum epistolis ex regis imperio*, &c.] Verto, *acceptis è manu regis*, &c. Ellipsis verbi relati, ut infrà 16†. ¶ *Revertetur ad reliquias*, [אֶל־הַפְּלֵיטָה הַנִּשְׁאֶרֶת לָכֶם] *Ad evasionem quæ remansit vobis*; i.e. ad eos qui evaserunt[t]. ¶ *Quæ effugerunt manum*, &c.] Heb. *ex vola*. Emphatice dictum: Volâ enim comprehenduntur qui captivi abducuntur. ¶ *Regis Assyriorum*] Heb. *regum*, &c. Putà Phulis & Tiglath Peleseri, 2 Reg. 15. 19, 29. & 1 Chron. 5. 26[v].

7. *In interitum*, [לְשַׁמָּה] Ut suprà 29. 8. Ibi ἀφανισμὸν, hîc ἐρήμωσιν, vertunt o'[x]. *In desolationem*, vel *stuporem*, Mar.

8. *Tradite manus Domino*] Heb. *date manum*, &c. i. e. Obtemperate Jehovæ invitanti vos per nos[y]. Subjicite vos Deo. Subditi testari solebant subjectionem suam erga Regem præbitione manûs. Vide 1 Chron. 29. 24[z]. Vel, *date manum*, scil. in fœdus[a]. *Cedite manum*, JT. i. e. Prostrati Dei opem implorate, ut Thren. 5. 6[b]. Duobus modis Rex Judæos docet bene uti consanguineorum calamitatibus; cavendo nè per easdem culpas in eadem mala incidant, & Deum precando ut illi subleventur[c].

9. *Habebunt misericordiam*, [לְרַחֲמִים] *In miserationes*, sub. *erunt*, V. Pi. *Miserationes* invenient, &c. M. Ti. sim. P. &c.

10. *Illis irridentibus*, &c.] Cujus pœnas dederunt. Vide 2 Reg. 17.

11. *Quidam viri ex Aser*, &c.] Ità P. Ti. sim. Ca. Strig. Heb. *viri ex Asher*, &c. JT. Pi. *Reliquæ verò tribus*, &c. Sy. *Reliquum autem tribuum istarum*, &c. Ar.

12. *Manus Domini*] Efficacia Dei[d]. Gratia & favor Dei †, qui nos reddit aptos bonis operibus[f]. ¶ *Ut daret eis cor unum*] i. e. Unam sententiam, seu voluntatem[g]: consensum magnum[h].

14. *Et surgentes*] *Surgere* magnam alacritatem significat *. ¶ *Destruxerunt altaria*] Nempe, in quibus sacrificabant animalia. Sequitur enim, *& suffimenta*, i. e. altaria in quibus suffiebant[i]. Nam ut in Templo erat altare holocaustorum, & incensi, sic idolis utraque altaria exstruxerunt[k]. ¶ *In quibus adolebatur*, &c. [הַמְקַטְּרוֹת] *Altaria* (*vasa*, Mo.) *suffimenti*, P. sim. Ca. Pi. o'. *aras thurarias*, JT. *vasa suffumigationis*, M. *vasa quibus adolebatur*, Ti. *suffimenta*, Strig. *domicilia* sacerdotum impiorum[l].

15. *Sacerdotes*, &c. *tandem sanctificati*, &c.] Heb. *Et sacerdotes*, &c. (illi nempe qui se non sanctificaverant; vide suprà v. 3. & c. 29. 34[m].) *pudore suffusi*, &c. Mar. Pi. Ob suam negligentiam, cùm viderent populum tam alacrem[n]; & singularem aliorum sacerdotum, &c. diligentiam[o]. *Et sacerdotes*, *qui ob moram notam confusionis induerant*, &c. M.

16. *Steterunt in ordine suo*, [עַל עָמְדָם] *In* (*super*, Mo.) *statione sua*, Mo. P. Sy. sim. Ar. o'. Ti. *in officio suo*, M.

17. *Quòd multa turbâ sanctificata non esset*, [כִּי רַבַּת בַּקָּהָל וגו'] *Quia multi* (*multitudo*, Mo. o'.) erant *in cœtu* (*in eo cœtu*, JT. Pi.) *qui non sanctificaverunt se*, P. Sy. Ar. sim. M. Ti. Multi Israelitæ, vel temporis brevitate præventi, vel non satis instituti, &c. venerant ad Pascha non mundi, &c[p]. [Alii ad sacerdotes referunt;] *multitudo*, scil. sacerdotum. Synecdoche generis[q]. ¶ *Idcirco immolarent Levitæ Phase*, &c. [וְהַלְוִיִּם עַל שְׁחִיטַת הַפְּסָחִים לְכֹל לֹא טָהוֹר לְהַקְדִּישׁ לַיהוָה] *Et Levitæ erant super immolatione* (vel *jugulatione*, Pi.) *Pesachim*, P. sim. Mo. (vel, *insistebant*, sive *incumbebant*, *mactationi Pesachim*, M. Ti. JT.) *pro omni qui non mundus*, M. Ti. sic P. Mo. &c. *pro immundis* sacerdotibus, Pi. *ad sanctificandum Domino*, P. Mo. vel, *ut sanctificarent eum* [nempe *immundum*]

r G. — † Pi. — t V. sic Pi. — v Pi. — x G. — y V. sim. Mar. — z Pi. — a Q in Ma. — b Jun. Ma. — c G. — d Pi. Jun — † Me. ex V. — f V. — g Pi. — h V. — * V. — i Pi. — k Mar. — l He. in Ma. — m Belg. ex Pi. — n V. sim. Os. — o Pi. — p Os. — q Pi. sim. La.

Domino, Ti. vel, *ad sanctificandum* ea, &c. JT. vel, *ut sanctificarent* (i.e. piè sanctéque offerrent) sub. *illas victimas, Domino*, V. vel, *& qui non potuit sanctum Domini opus exsequi*, M. Videtur Deus id toti populo concessisse, ut Pascha mactent, Exod. 12. 6. Proinde hîc extraordinarium fuit, quòd agni non à populo, sed à Levitis, immolati sunt, & refertur ad immunditiem [r]. [Alii aliter.] In primo exitu quisque mactavit Pascha; postea verò semper id fuit sacerdotum, teste Josepho, ut notavimus ad Matt. 26. 18. sed hîc auctoritate regiâ Levitæ participes facti muneris sacerdotalis, ut suprà 29. 34 †. Existimo rem ità peractam fuisse, ut populus immundus agnos Levitis daret, Levitæ ad sacerdotes afferrent, qui eos immolabant [t]; in quo propriè consistebat ratio sacrificii, quódque facile erat, & parvæ operæ. Deinde, occisas victimas Levitæ excoriabant, abluebant, in frusta concidebant, in altari disponebant, & cremabant. Confer infrà 35. 11 [v].

18. *Comedit Phase, non juxta quod scriptum est*] Ecce alia relaxatio legis Levit. 15. 31. & 22. 4. Num. 9. 6. Causa est, quòd Lex ea tempora respexit quibus non ità multi essent immundi atque nunc erant. Ritualia instituta facilè cedunt non necessitati tantùm, sed & utilitati publicæ [x]. Pascha non poterat rejici in tertium mensem, nisi cum maximo incommodo eorum qui de longinquo Jerosolymam venerunt [y]. Porrò, faciliùs poterat indulgeri ut immundi comederent, quàm ut agnum mactarent [z]. Major enim requirebatur mundities in immolatione agni, quàm in ejus comestione [a].

18, 19. *Dominus bonus propitiabitur* 19. *Cunctis qui*, &c. יְהוָה הַטּוֹב יְכַפֵּר בְּעַד כָּל־לְבָבוֹ הֵכִין וגו׳] Observa hîc sententiam imperfectam distingui in Soph-pasuc, [sub voce בְּעַד.] Sententia perficitur ver. 19 [b]. [Plerique ergò hos versus sic connectunt, vertúntque,] *Dominus qui bonus est expiabit* (vel *expiet*, P.) *omnem qui cor suum præparavit ad quærendum Deum*, Ti. sim. P. Pi. ο'. Strig. V. Os. Soph-pasuch hîc non distinguit, in cujus signum particula עַד punctatur cum Pathach, & non cum Cametz [c]. [Alii tamen distinctionem hîc observant:] *Jehova optimus expiationem faciat pro eo*; 19. *Quisquis animum suum comparaverit*, &c. JT. Sed insolens hîc est sejunctio vocum ad eandem sententiam pertinentium [d]. *Dominus qui bonus est propitietur eis*; 19. *Præparavit enim* [sub. *quisque eorum*] *totum cor suum*, &c. M. Possis reddere, *expiabit in seculum*, vel *semper*: sic enim hæc vox 1 Paral. 28. 9. sumitur †. ¶ *Et non imputabit eis quòd minùs sanctificati sunt*] Heb. *& non secundùm purificationem sanctitatis*, Ma. V. Strig. quam, scilicet, instituit Moses [f]. *Quamvis non* sit (vel, *quamvis* non mundaverit se; ellipsis relati, supplenda ex versu antecedente [g],) *prout mundities sacra* (vel *sanctuarii*, Pi.) postulat, JT. Pi. *Quamvis non* sit purificatus *juxta purificationem sanctam*, P. q. d. Si spectes animum, erant mundi; si ritum & ceremonias, non erant. Dominus autem respicit internam munditiem [h]. [Al. sic;] *Sed non omnes fecerunt secundùm puritatem sanctitatis*, M.

20. *Placatus est populo*] Heb. *sanavit populum*, sub. *ab impuritate sua*; i. e. pro mundo habuit [i]. Condonavit illis immunditiem suam. Metaph. qualis Psal. 103. 3 [k]. Virtute Spiritûs sui purificavit [l]. Externo aliquo signo purificationem factam putant: alioquin quomodo scivissent exauditam fuisse Ezechiæ precationem? quomodo ipsi adeò securi & læti fuissent [m]? Antea qui comederunt immundi, occisi sunt: sed Regis precibus clades cessavit [n].

21. *Per singulos dies*, יוֹם בְּיוֹם] *De die in diem*: Subauditur מִן præpositio [o]. ¶ *Per organa, quæ suo officio congruebant*, בִּכְלֵי עֹז] *Per instrumenta*, sive *organa, fortitudinis*, P. Mo. Ma. vel *fortia*, Os. altè, sive validè, *sonantia*, Belg. Ang. Gal. Sic vocat tubas, quarum sonitus erat vehementior [p]. [Alii aliter:] *Instrumentis roboris Jehovæ*, Pi. id est, concinentibus potentiam Jehovæ [q]. *Instrumentis potentiam Dei*, sub. vel, *canebant*, Ti. vel, *magnificabant*, M.

22. *Locutus est—ad cor*, &c.] i.e. Benignè ac blandè [r]. Vide Gen. 34. 3 †. Esa. 40. 2. Os. 2: 14 [t]. ¶ *Qui habebant intelligentiam*, &c.] הַמַּשְׂכִּילִים שֵׂכֶל טוֹב לַיהוָה] *Intelligentium intellectum bonum Domino*, ο'. Mo. vel, *ipsi Jehovæ*, P. id est, peritissimorum in arte musica; q. d. qui doctè concinebant psalmos in honorem Domini [v]. *Canentium cantica jucunda coram Domino*, Sy. sim. Ar. *Jovanarum rerum bene peritorum*, Ca. [Alii aliter.] *Qui prudentes & bono animo erant ad Dominum*, M. *qui cordati erant, qui rectè sentiebant de Domino*, Ti. *informantium in intelligentia ejus quod* videtur *bonum Jehovæ*, JT. Verùm in vocibus שֵׂכֶל טוֹב non est syntaxis rectionis, quam illa versio eis tribuit, sed syntaxis convenientiæ, ut patet ex similibus exemplis, Prov. cap. 3. vers. 4. & 13. 15. Verto, *Qui præditi erant intellectu bono de cultu Jehovæ*. Ellipsis verbi relati [x]. Qui negotium veræ Religionis probè intelligebant, & vero zelo erga cultum Dei ardebant. Levitis per se currentibus hæc admonitio calcar addidit [y]. ¶ *Et comederunt septem diebus*, &c. וַיֹּאכְלוּ אֶת־הַמּוֹעֵד] *Et comederunt indictum*, Mo. vel, *sacrificia solennitatis*, P. V. vel, cibum *solennitatis illius*. Ellipsis nominis relati מַאֲכָל; hæc enim vox & אָכַל sunt voces conjugatæ. Hanc versionem postulare videtur τὸ אֶת ante הַמּוֹעֵד, cùm non videatur aliter exponi posse quàm per articulum accusativi casûs: nisi sic vertas, *Comederunt solennitatem illam*, id est, (per tropum) cibum solennitatis, &c. Sed hoc duriusculum [z]. *Comederunt per solennitatem*, M. sim. Ti. vel, *stato illo tempore*, JT. Levitis persuasit, *ut illud solenne sacrum septemdiale pollucerent*, Ca. ¶ *Et laudantes*] Heb. *confitentes*: Synecd. gen. Quicunque gratias agit confitetur nempe se affectum beneficio: at non quicunque confitetur gratias agit [a].

23. *Ut celebrarent*, לַעֲשׂוֹת] *Ut facerent*, P. V. sub. *celebritatem*, V. sim. Pi. Vide an hîc *facere* sit *sacrificare* [b]. ¶ *Alios dies septem*] Ad quos Legis præscripto non tenebantur [c]. Non ut ordinationem Dei de Paschate mutarent, sed quia tot annis Pascha non fuerat celebratum; & ut Israelitæ diutiùs Jerosolymis detinerentur, ut per prædicationem verbi Dei meliùs informarentur, & in vera Religione confirmarentur [d].

24. *Rex præbuerat multitudini mille tauros*, &c.] Ut mactarentur, &c. Horum pars Deo cedebat, pars sacerdotibus: quod reliquum erat, id totum distribuebatur in multitudinem, ut lauta etiam convivia celebrarent. Ità consultum erat peregrinis Israelitis, ut festo vacare possent †. ¶ *Sanctificata est*, &c.] Heb. *sanctificaverunt se sacerdotes* לָרֹב, *in multitudine*; ut scilicet satis esse possent ad immolandas victimas [f].

25. *Proselytorum quoque*] Heb. *& peregrini*, Pi. JT. Ma. nempe circumcisi: nam aliis fas non erat Pascha edere, Exod. 12. 48 [g].

27. *Sacerdotes atque Levitæ benedicentes populo*] Formulam habes Num. 6. 24. ex qua non videtur jus fuisse Levitis ut populo benedicerent [h]. Id erat sacerdotum [i]. Dicuntur ergò benedixisse, vel, quia cum sacerdotibus populo benedicentibus orârunt; vel, quia musico cantu, ut solet, chorus aliquid cecinerunt, quo & ipsi populo bene precati sunt [k]. Sacerdotes [benedicebant] extensâ manu, verbis solennibus; Levitæ autem accinendo fausta omina [l]. *Benedicentes*, id est, precantes illis à Deo, ut agnitionem sui in iis adaugeret, & omnia beneficia donaret [m]. ¶ *Exaudita est vox eorum*] Heb. *& auditum est in voce eorum*, Mar. *Exaudivit*, &c. sub. *Jehovah*, V. ¶ *In habitaculum sanctum cœli*] Vel, *in cœlum*: Appositio. Cœlum nempe summum [n].

[r] BA. 1. 2. 50. 576. sim. L. Dionys. in Mc. † G. [t] Me. [v] La. [x] G. [y] E. [z] Me. [a] La. [b] V. [c] Q. in Ma. [d] Pi. † Ma. [f] V. [g] Pi. [h] V. [i] V. sim. Os. [k] Pi. [l] Jun. [m] Ma. post Caj. in La. [n] He. in Mar. [o] V. [p] V. [q] Pi. ex JT. [r] C. sim. Pi. V. † Pi. [t] V.

[v] V. sim. Me. T. [x] Pi. [y] Os. [z] Pi. [a] Pi. [b] Mar. [c] Me. [d] Os. † Os. [f] V. [g] Pi. [h] Me. [i] E. [k] Me. [l] G. [m] Os. [n] Pi.

CAP. XXXI.

1. SED *& de Ephraim quoque & Manasse*] Heb. *& in Ephraim*, &c. Ma. In regno Oseæ, idque sine ejus consensu. Sed heroicum hoc erat factum, ideóque non imitandum [a]. Extra loca suæ ditionis idola frangendi legem non habebant, ut notant & Hebræi & Augustinus ad Deut. 7. & 12 [b]. *In Ephraim*, &c. ergò intellige, in illis oppidis quæ Reges Juda per bella sibi acquisiverant [c]. Vide suprà 13. 19. & 15. 8. Vel,

[a] Os. [b] G. [c] G. ex Jun. Ma.

Vel, in illis quæ aliqua ex causa ad Judam defecerant; ut tunc Israelis regnum fluctuabat, & multis motibus agitabatur. Sic infrà 34. 6, 9 [d].

2. *In portis castrorum Domini*] Sic vocat *Templum*, in quo conveniebant Judæi †, & Dei ministri, qui quasi in castrensi militia erant collocati, in stationibus suis ordine & decenter omnia peragentes [f]. Commendat hoc ordinem in Ecclesia [g]. *In portis*, &c. i. e. intra portas Templi in atrio sacerdotum, ubi hi, tanquam in castris, degebant. Meton. adjuncti in voce *portarum*, qualis Exod. 20. 10. Deut. 5. 20. aliàs 14 [h].

3. *Pars autem regis*, &c.] q. d. Ità divisit Rex ministeria Templi, ut ipse non maneret immunis; de suo enim providit, &c [i]. Alii, *Portionem quoque regis*, JT. sub. *constituit*, ex vers. præced. Pi. ¶ *Ut offerretur holocaustum*] Heb. *ad holocausta & holocausta*, i. e. omnia & singula holocausta [k]. Verto, Erat *ad offerendum holocausta*, P. ¶ *Sicut scriptum*] Num. 28 [l].

4. *Præcepit populo*, &c. *ut darent*] Redditus enim & rationes Templi erant impediti ob perturbationem temporum [m]. ¶ *Ut darent partes* (sub. *quæ debebantur*, Q. in V.) *sacerdotibus*] Id est, primitias, decimas, &c [n]. ¶ *Ut possent vacare Legi*, "לְמַעַן יֶחֶזְקוּ וגו] *Ut confortarentur*, vel *fortificarent se*, *in lege Domini*, P. V. Mar. i. e. alacriùs fungerentur officio suo [o]. *Ut confirmarent se in lege Jehovæ* exsequenda, JT. Ut illi rei firmè incumberent, neque distraherentur alimenti quærendi causâ [p].

5. *Quod cùm percrebuisset*, &c. וְכִפְרֹץ הַדָּבָר] *Cùm multiplicata esset res ista*, P. sim. Mo. nempe oblatio facta ab Hierosolymitanis [q]. [Al. aliter:] *Et cùm invaluisset* (*divulgatum esset*, Ti. Strig. sim. Ca. *erupit*, JT.) *verbum regis*, M. id est, mandatum, Pi. *Cùm longum sermonem habuisset ad Israelitas*, Sy. sim. Ar. *Cùm multiplicatus esset sermo iste*, V. ¶ *Mellis quoque*] Licèt de melle non posset fieri oblatio, quæ vel tota, vel secundùm partem, cremaretur super Altare, ut habetur Levit. 2. tamen indè debebant dari primitiæ sacerdotibus [r]. At plerique hîc *mel* metaphoricè capiunt †, pro dulcibus fructibus, quales sunt dactyli, ficus, &c [t]. Vertunt, *ac palmæ*, ità JT. seu *dactylorum*, Jun. Ma. A dulcedine sic dicuntur [v]. Ità Hebræi omnes exponunt: nam primitiarum mellis nusquam in Lege fit mentio; & primitiæ ac decimæ tantùm imperantur ex fructibus terræ & animantibus; denique, vox ipsa Hebræa utrumque significat: ex quo factum ut Scenitæ Arabes palmam optimam *dabusam* appellant, q. d. mellitam, teste Jubâ in Plin. Nat. hist. 13. 4 [x]. Verba Plinii sunt; *Judæa—inclyta est palmis*. Et post multa; *Dos his præcipua succo pingui, lactentibus, quodam vini sapore in melle prædulci*. Hanc interpretationem amplectuntur Pagn. Marin. Schindl. Buxtorf [y]. *Vinum ex palmarum fructibus exprimunt, mella etiam ex eisdem arboribus decerpunt*, ait Philostratus Apollon. 2 [z].

6. *Decimas sanctorum quæ voverant*] Heb. *& decimam sanctitatum sanctificatarum*, &c. Ma. T. &c. sim. Mar. V. Os. *& decimas sacras*, (malim, *rerum sacrarum*, Pi.) id est, *sacratas*, JT. Verto, *consecratarum*, Pi. ¶ *Fecerunt acervos plurimos*] Ità V. Heb. *& dederunt* (*posuerunt*, P. sim. JT.) *acervos acervos*, Mo. V. o'. *acervos plures*, Ti. vel *singulos*, M. vel *diversos*, Strig.

7. *Cœperunt acervorum jacere fundamenta*; sim. JT. הֵחֵלּוּ הָעֲרֵמוֹת לִיסוֹד] *Cœperunt acervos* (*acervos illos*, P. Pi.) *fundare*, Mo. Pi. vel, *acervi fundari*, o'. vel, *dare acervos*, M. Ti. *ut fundamenta jacerent*, Ti. *veluti fundamentum jacientes*, M. *Jecerunt prima fundamenta acervorum illorum*; i. e. cœperunt facere illos acervos decimarum in victum sacerdotum & Levitarum [a].

8. *Viderunt acervos*, &c.] Adeò illos incitabant Regis admonitio & exemplum [b]. ¶ *Et benedixerunt Domino ac populo Israel*] Jehovam quidem laudantes, populo verò bene precantes [c]. Verbum enim *benedicendi* ambiguum est, prout refertur ad diversa objecta [d].

9. *Cur ità jacerent acervi*] Nec annona illa seponeretur, sed quasi negligeretur, & in custodia [videtur legendum, *incustodita*] jaceret †.

10. *Azarias*] Qui & Zadoc, 1 Par. 6. 12 [f]. ¶ *Ex quo cœperunt offerri*, &c. "מֵהָחֵל הַתְּרוּמָה לָבִיא וגו] *Ex quo cœperunt*, sive *cœpit*, (Heb. *ab incipiendo*, Mo.)

[d] Ma. ex Jun. † Mar. ex V. [f] Ma. ex Jun. [g] Os. [h] Pi. [i] T. ex Mar. [k] Mar. [l] Ma. ex Jun. Pi. [m] Mar. [n] Os. [o] V. Mar. [p] Ma. ex Jun. sim. Pi. E. L. [q] T. sim. Mar. [r] D. † Ma. [t] Ità He. in L. [v] Ma. [x] Jun. [y] Ma. [z] Jun. [a] V. [b] Os. [c] Pi. sim. V. [d] Pi. † Me. [f] Ma. ex Jun.

(sub. *populus*, M. Tig. not.) *inferre ad domum Jehovæ oblationes*, P. vel, *istam oblationem*, JT. Pi. vel, *dona*, Ti. vel, *levationem*, Strig. vel, *separationes* primitiarum, M. vel, *oblationem primitiarum*, תְּרוּמָה dictam, quòd quædam ex primitiis coram Domino in altum elevabantur [g]. ¶ *Comedimus*, &c. אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ וְהוֹתֵר עַד לָרוֹב] Ad verb. *Comedere, & saturari*, V. Mo. Pi. *& superrelinquere*, Mo. vel, *relinquere usque in multitudine*, V. Infinitiva Hebræa pro indicativis [h]. Sic Exod. 8. 15. *Pharao*—הַכְבֵּד *aggravare*, id est, aggravavit, *cor suum* [i]. *Comedimus*, *& saturati sumus*, *& reliquimus in magna copia*, P. vel, *superest quàm plurimum*, JT. sim. Ti. Heb. *usque ad*, vel *in*, *multitudinem*, Jun. Pi. *Et nos comedentes ad saturitatem, tam multum residuum mansit*, M. *Fuit ad comedendum, & ad satiandum, quinetiam ad relinquendum in magna copia*, Strig. ¶ *Reliquiarum copia est ista quam cernis*, וְהַנּוֹתָר אֶת־הֶהָמוֹן הַזֶּה] [Q. hæc referunt ad populum, & cum præcedentibus verbis connectunt;] *Quia Jehova benedixit populo suo, & multitudini quæ residua erat*, P. sic V. sim. Ca. [Al. sic;] *Et relictum erit turbæ huic*, scil. sacerdotum & Levitarum [k]. [Plerique autem referunt ad fruges.] *Et reliquimus ad multitudinem hanc*, o'. In aliis exemplaribus, *Et reliquimus adhuc multitudinem hanc*, propiùs ad Hebræa [l]; scil. quam vides. Clarius esset, si pro נוֹתָר legamus נוֹתַר *reliquimus* [m]. *Et copia ista residua mansit*, M. sim. Ti. *Ideo hic cumulus relictus est*, Strig. *Ità ut quod superest sit multitudo hæc*, JT. Pi. vel, *hæc magna abundantia*, scil. quæ hîc adest, Belg. Vocula אֶת redundat propter ה præfixum in הָמוֹן. Si ה illud abfuisset, in אֶת notâsset articulum accusat. casûs pendentem à verbo conjugato subintellecto, sic; *Et reliquum factum est ab iis qui reliquam fecerant multitudinem istam*. Sed hâc ellipsi neglectâ articulus אֶת servit nominativo, ut hîc, *Et reliqua facta est multitudo ista*. Hujusce syntaxis exempla vide Num. 26. 55. Jer. 35. 14. & 38. 4 [n]. Notanda est hîc singularis Dei benedictio [o]. Contrarium notavit Symmachus Legat. *Sequuta est hoc factum fames publica, & spem provinciarum omnium messis ægra decepit. Non sunt hæc vitia terrarum; nihil imputamus astris; nec rubigo segetibus affuit, nec avena fruges necavit: sacrilegio annus exaruit. Necesse enim fuit perire omnibus quod religionibus negabatur* [p].

11. *Ut præpararent horrea*, לְשָׁכוֹת] *Cellas*, Mo. Sy. JT. *cameras*, M. sim. Mar. *pastophoria*, o'. Novas cellas addi jussit ad eas quas struxerat Salomon [q]. [Al. aliter;] Non nova constituit, sed vetera mundavit, &c [r].

12. *Fideliter*, "בֶּאֱמוּנָה] Ad verb. *in veritate*, vel *cum fide*, V. ¶ *Præfectus eorum*] Gazophylacas Templi nominat majoris ac minoris gradûs †. ¶ *Secundus*] i. e. Secundæ dignitatis ab illo; h. e. vicarius [t].

13. *Præpositi*] Curatores, rationes accepti & expensi cimeliarchis reddentes [v]. ¶ *Sub manibus Chononiæ*, "מִיַּד וגו] *De*, vel *à*, *manu*, &c. P. Mo. JT. *sub manu*, &c. Sy. Ar. P. *per Cononiam*, o'. M. Ti. *Ex manu*, i. e. ab eo erant præpositi & à fratre ejus *. ¶ *Ex imperio Ezechiæ*; sim. V. Sy. Ar. P. Ti. Mo. "בְּמִפְקַד וגו] *In præfectura*, M. *institutione*, JT. *In visitatione*, *inspectione*, *regis*, ut suprema omnium ratio Ezechiæ Regi redderetur [x]. *Sicut ordinavit rex*, o'. Regiæ curæ pars est efficere ut Deo dicata rectè administrentur. Vide 2 Reg. 22 [y]. ¶ *Pontificis*, &c.] Heb. *ducis domûs Dei*, V. ex P. Hunc v. 10. appellavit Sacerdotem summum [z].

14. *Præpositus iis quæ spontè*, &c. "עַל נִדְבוֹת וגו] *Super spontè oblata Deo*, P. Ad verb. *super liberalitates*, &c. V. vel, *spontaneitates*, Pi. ¶ *Primitiisque*, &c. "לָתֵת תְּרוּמַת וגו] *Ad dandum*, sive *ut daret*, *elevationem Domino*, &c. vel, *primitias Domini*, o'. P. Mar. *Ut distribueret oblationem*, vel *oblationes*, *Domini*, &c. JT. Pi. Ang. sim. Ca. Juxta hæc non erat ad servandum dona præpositus, sed ad dandum, sanè pauperibus & aliis sacerdotibus [a]. *Ad suppeditandum oblationem elevatam*, &c. Gal. *Ut daret levandam*, &c. i. e. ut de spontaneis oblationibus depromeret similam, oleum, thus, &c. ad oblationes [b]. [Alii aliter vertunt:] *Et* [intellige *præfectus erat*] *super separata dona*

[g] V. [h] V. Glass. [i] Glass. gram. pag. 360. [k] He. in Mar. [l] Nobil. sim. Mar. [m] Mar. [n] Pi. [o] Os. [p] G. [q] G. ex o'. [r] Me. † G. [t] V. [v] Jun. * Mar. [x] Ma. [y] G. [z] V. [a] Mar. [b] Os.

dona Domini, &c. Ti. *Et quæ veluti segregata dabantur Domino,* &c. M. ¶ *Et consecratis,* &c.] Heb. *& sancta sanctorum,* V. Verto, *res sanctissimas.* Cujusmodi erant reliquiæ muneris voluntarii, Levit. cap. 2. vers. 3, 10. Item sacrificia pro peccato, Levit. 6. 17, 25. Item sacrificia pro reatu, Levit. 6. 24. aliàs 7. 1. Item panes propositionis, Levit. 24. 9. Vide etiam Num. 18. 9 [c].

15. *Et sub cura ejus*] Heb. *Ad manum autem ejus,* V. Pi. Mar. *sub. erant,* Pi. Os. sub ejus imperio, Os. sub ejus potestate, ejus adjutor [d]. Conjuncti administri, ut foris extra Jerusalem istas oblationes reciperent †. ¶ *Ut distribuerent,* &c. לָתֵת לַאֲחֵיהֶם בְּמַחְלְקוֹת] *Ut darent fratribus suis juxta divisiones,* P. vel, *per turmas,* sive *divisiones,* V. vel, *in divisionibus,* Mo. Mar. Os. id est, deputatis ad officia & ordines suos [f]. q. d. Ut per familias portiones distribuerent [g]. Constituti *ut darent fratribus suis,* M. Ti. *portiones,* M. *juxta ordines,* Ti. *Dando cognatis suis per distributiones,* JT. id est, classes, Pi. ¶ *Minoribus atque majoribus*] Heb. *sicut magno, sic parvo,* P. Pi. &c. ex lege Deut. 18. 8 [h]. i. e. Sive primarium, sive inferius, munus gereret [i].

16. *Exceptis maribus,* &c. מִלְּבַד הִתְיַחְשָׂם לִזְכָרִים וגו'] Hic versus ex superiori pendet [k]. [Variè reddunt.] *Præter genealogizare eorum masculis,* &c. Mo. *Præter genealogizare ipsorum* (i. e. præter eos qui erant descripti in libris genealogiarum) *quoad mares,* &c. Mar. *Præter fœturam masculinorum,* &c. o'. *Præterquam progeniei eorum in masculis,* &c. P. *Exceptis illis quos recensuerat in masculis,* M. *Præter generis ipsorum mares,* &c. JT. *Præterea & masculis* (datæ sunt partes, seu alimenta) *qui reputabantur inter eos* (sacerdotes & Levitas) *qui* (masculi) *erant trium annorum,* &c [l]. *Præter recenseri eorum per genealogiam secundùm mares.* Sensus est; Non solùm sacerdotibus distribuerunt, &c. sed etiam liberis eorum masculis. Ità vox מִלְּבַד *præter* accipitur inclusivè. Sic Lev. 23. 38. Num. 28. 23, 31. At exclusivè accipitur Gen. 46. 26 [m]. Hic locus sic ex Hebræo vertendus, inverso paulùm ordine; *Rem diei in die suo,* (i. e. portionem quotidianam,) *omni ingredienti domum, præter progeniem eorum in maribus* (i. e. sexûs masculini) *ab eo qui natus erat 3 annos,* &c [n]. Alii, *Præter id quod debebatur masculo cuilibet,* Sy. *Et ut darent masculis,* Ar. ¶ *Cunctis* (sub. inquam, Os.) *qui ingrediebantur templum*] Hinc constat pueros etiam triennes fuisse adductos ad Templum, ut cultum Dei addiscerent, & iis aliquid subsidii dabatur [o]. ¶ *Et quicquid per singulos dies conducebat in ministerio*] Heb. *rem diei in die suo,* V. Mar. (id est, portionem quotidianam, V. sim. Mar. datam pueris, Mar.) *ad,* vel *in,* (vel *propter,* V.) *ministerium eorum,* Mar. V. [Alii referunt ad τῷ *ingredientibus templum;*] *ad officium diurnum* (Heb. *rem diei in die suo,* Jun.) *pro ministerio eorum,* JT. *Quisque suo die* [nempe *ingrediebatur,* &c.] *ad ministerium,* &c. Os. ¶ *Juxta divisiones suas*] i. e. Per familias alimenta tribuebant [p].

17. *Sacerdotibus per familias,* &c. וְאֵת הִתְיַחֵשׂ הַכֹּהֲנִים וגו'] *Et genealogizare* (i. e. descriptio, Mar.) *sacerdotum,* &c. Mo. Mar. Infinitivum pro nomine, Q. in Ma. *Hæc distributio sacerdotum secundùm domus,* &c. o'. Ut darent, inquam, *progeniei,* sive *successioni, sacerdotum,* P. M. sim. Ca. Belg. *Et his qui inter sacerdotes reputati erant,* Ti. sim. Os. Dabantur his alimenta de publico [q]. ¶ *A vigesimo anno*] Vult sacerdotes, quibus major portio dabatur, à viginti annis describi [r].

18. *Universæque multitudini*] Heb. *& ad genealogizare,* Mar. vel, *recensioni per genealogiam,* Pi. *etiam generi ipsorum,* JT. Subaudiunt semper verbum *darent,* vel *distribuerent* †. ¶ *Tam uxoribus quàm liberis*] Ministris ergò ità prospiciendum est de victu, nè uxores & liberi eorum fame contabescant [t]. ¶ *Fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant præbebantur,* כִּי בֶאֱמוּנָתָם יִתְקַדְּשׁוּ קֹדֶשׁ] *Nam fide,* vel *in fide, illorum sanctificabant se sanctitate,* vel *in sanctitate,* P. Mo. Mar. Gal. V. i. e. ab illis dependebant [v]. Putabant sibi & familiæ suæ non defutura alimenta: ideo sacris ministeriis se addicebant [x]. *Quia fideliter sanctificabant sanctificata;* i. e. Israelitæ liberaliter dabant quæ vo-

Left-margin notes: c Pi. — d Mar. — † Ma. ex Jun. — f Os. — g Mar. — h Ma. ex Jun. — i Os. — k V. — l Os. — m Pi. — n V. — o Os. — p Mar. — q Os. — r Mar. — † Ma. — t Os. — v V. — x Mar.

verant [y]. *Per fidem eorum* expenderentur *ea quæ veluti sancta consecrata erant,* M. *Cùm in stato munere suo rerum sanctarum sanctificâssent se,* JT. i. e. quum primùm ad hanc functionem initiati sunt, ut continenter de cibariis sacerdotum, &c. providerent [z]. *Nam in stato munere suo* (Heb. *in fide sua:* nam *in dispensatore requiritur fides,* 1 Cor. 4. 2 [a].) *sanctificabant,* vel *sanctificârant, se sanctitate,* vel, *in sanctitate,* Pi. Ang. vel, *diligentissimè,* Pi.

19. *Filiorum Aaron per agros,* &c.] Egerat superiùs de sacerdotibus & Levitis qui Hierosolymis erant; hîc de illis qui morabantur extra urbem [b]. ¶ *Dispositi erant viri*] Heb. *homines nominati* (vel *expressi,* P. JT.) *nominibus suis,* Mar. Præerant (suppletur id ex v. 13. Pi.) *homines,* &c. JT.

20. *Operatúsque est bonum & rectum & verum*] i.e. Benè, & rectè & fideliter [c]. *Bonum* respicit Ezechiam, *rectum* sacerdotes, *verum,* sive *veritas,* Deum: q. d. Rectè se gessit erga Deum & proximum [d]. ¶ *Verum*] Vel, *quod statum* (Heb. *stabilitatis,* Jun.) videtur, JT.

CAP. XXXII.

1. POST *quæ,* &c. אַחֲרֵי הַדְּבָרִים וְהָאֱמֶת הָאֵלֶּה] *Post hæc* (vel, *post verba,* Mo.) *& veritatem eorum,* P. Mo. V. Hs: His gestis quæ verissima sunt [a]. *Post hæc & veritatem hanc,* o'. *Post illa gesta & fidem illam,* Ti. *Postquam hæc fideliter* sunt *gesta,* M. *Post res istas & firmam constitutionem earum,* JT. Pi. vel, *& æquitatem quam præstiterat Ezecia,* Sy. diligentissimè repurgando Religionem [b]. אֱמֶת & verit. & probit. ac *justitiæ rectitudinem* significat [c]. ¶ *Volens eas capere,* וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו] *Et dixit* (*cogitavit,* V. sic JT. vel *constituit,* M. Ti. V.) *capi eas,* o'. *se perrupturum eas sibi,* P. V. sim. Mo. i. e. capere sibi, perruptis muris [d]: *obtinere pro se,* M. *abruptas sibi vendicare,* Ti. Heb. *diffindere illas ad se,* pro, *diffindere illas à Juda, & adjungere sibi,* Pi. sim. JT. Ellipsis verbi relati †. Brevitatis causâ unum quandoque verbum pro duobus ponitur, per metalepsin vel synthesin. Sic Gen. 12. 15. וַתֻּקַּח, *& capta est* (i. e. capta *perducta est*) *in Pharaonis domum.* Ità לָקַח accipitur Gen. 15. 9, 10. Exod. 18. 2. & 25. 2. & 27. 20. Num. 19. 2. Esther. 2. 16. Item Gen. 43. 33. וַיִּתְמְהוּ, *& mirati sunt* (h. e. mirantes respexerunt) *alter ad alterum.* Ibid. v. 34. וַיִּשָּׂא, *& accepit* (pro, accipiens misit) *fercula ad eos.* Ità לָקַח accipitur Exod. c. 18. v. 12. & 25. 2. & 27. 20. Item Exod. cap. 23. v. 18. *Non mactabis* (i. e. mactando fundes) *sanguinem sacrificii mei cum fermentato.* Item Ezræ 2. 62. וַיְגֹאֲלוּ, *& polluti sunt* (i. e. ut polluti abstenti sunt) *à sacerdotio* [f].

2. *Et—belli impetum verti,* &c.] Heb. *& faciem ejus esse ad pugnandum* (vel, *ad bellum,* P. sub. *inferendum,* V.) *contra Jerusalem,* Os. *Et quòd facies ejus* directa (vel *obversa,* JT.) esset *contra Jer.* Pi.

3. *Ut obturarent capita fontium*] Ea operiendo, & aliorsum per occultos canales derivando [g]. Ut scaturigines contegerent, atque occultarent asseribus & injectâ desuper terrâ; adeóque exercitum ejus siti ab urbe depellerent. Nam in Judæa erat aquæ penuria [h].

4. *Obturaverunt,* &c.] Hosti aquarum usum eripere, inter belli artes ponitur [i]. ¶ *Et rivum qui fluebat in medio terræ*] Id est, regionis [k]. Heb. *torrentem inundantem,* &c. Ma. JT. vel, *exundantem,* Pi. Intelligit torrentem *Cedron* [l]. Torrentem, seu fontem, Gihon [m], ut infrà vocatur v. 30. Qui putatur idem esse cum *Siloe,* & alluit rupem in qua sita est Hierosolyma, & latè per vicinam regionem quaquaversus excurrebat. Ezecias ad fundamenta istius rupis amplam effodit piscinam, quæ præterfluentem aquam contineret. Deinde perfodit eandem rupem, & per eam derivavit aquam in puteos, quos ad obsessorum usus intra urbem effoderat [n].

5. *Et exstruxit turres desuper,* וַיַּעַל עַל הַמִּגְדָּלוֹת] *Et ascendere fecit super turres,* Mo. Mar. V. sub. *medelam,* V. id est, turres dirutas instauravit [o]. *Quem* [scil. *murum*] *perduxit* (Hebr. *& ascendere fecit illum,* Pi.)

usque

Right-margin notes: y Os. — z Jun. — a Pi. — b Mar. — c Os. — d V. — a V. sim. Mar. — b Os. sim. Me. — c Me. — d V. — † Pi. — f Glass. gram. pag. 230. — g Me. — h Os. — i G. sim. Mar. — k Mar. — l Me. — m T. Ma. Jun. — n T. — o V. sim. P.

usque ad turres, JT. Belg. nempe, à turri portæ Ephraim, usque ad turrim portæ angularis. Vide suprà 25. 23 [p]. Et excitavit munitiones super turres, Ti. & ordinavit necessaria super turres, M. & imposuit eis [muris] turres, Strig. Extulit turres in majorem sublimitatem [q]; aut adhibuit præsidia, ut milites, & machinas [r]. ¶ *Alterum murum*] Antemurale vocatur Isa. 26. 1. Thren. 2. 8 †. ¶ *Instauravit Mello in civitate David*] Sim. P. V. i. e. Instauravit, sive munivit, plateam illam quæ dicebatur *Millo*, quæ erat juxta civitatem Davidis, i. e. Sion. Nam *Millo* erat platea intra urbem juxta mœnia [t]. Nomine *Mello* intelligitur murus qui montem Sion cingebat ex parte Aquilonari civitatis, quia is murus erat in illa valle, seu voragine, quæ *Mello* dicebatur [v]. *De Mello* vide 1 Reg. 9. 24. & 11. 27 [x]. & 2 Sam. 5. 9. & 1 Reg. 9. 15 [y]. ¶ *Armaturam, &c.* שֶׁלַח] *Tela*, V. *missilia*, JT. Os. (Heb. *missile*, Pi.) Quæ scil. in hostes, si subire murum vellent, mitterentur [z]. *Pugiones*, Q. in V. *gladios*, V. Mar. Sic accipitur Cant. cap. 3. v. 8 [a]. [At ibi al. vox est.]

6. *In platea portæ*] Quæ adjacebat portæ [b]; in qua cives convocari, & publica judicia tractari, solebant: quare platea proculdubio fuit amplissima [c].

7. *Viriliter agite, &c.*] Boni Imperatoris est, in bello militum virtutem verbis accendere. Maximi autem momenti est, si militi persuadeatur Deum ejus armis favere [d]. ¶ *Plures——quàm cum illo*] Auxilium Divinum & exercitus Angelorum †.

10. *Sedetis obsessi in Jerusalem?* וְיֹשְׁבִים בְּמָצוֹר בִּירוּשׁ'] *Et sedentes* (vel, *manetis*, P. *sedebitis*, ο'.) *in obsidione in Jerus.?* Mo. *Quòd clausi* (vel, *in carcere*, Sy.) *desidetis in Jerus.?* Ar. *quòd desidetis*, vel *manetis*, *in munitione in urbe Hierosolyma?* Pi. sim. JT. *habitantes intra obsessam Jerus.?* M. sim. Ti. Strig. Belg. q. d. Qui metu Regis mei non audetis portam urbis egredi [f].

11. *Num Ezechias decipit vos, &c?*] *Annon decipit vos?* Mar. ex ο'. Os. הֵסִית sign. & *persuadere*, & *persuadendo imponere* [g]. *Annon incitat vos?* JT.

12. *Qui destruxit excelsa illius*] Sub. *Dei, cui innitimini.* Utitur hîc Sennacherib falsis pro veris, ut probet quod vult. Neque enim sustulerat altaria Dei, sed tantùm idolorum [h]. ¶ *Coram altari uno, &c.*] q.d. Majestatem Dei coegit in unum angustum & obscurum angulum, cùm priùs in omnibus regni partibus eum colueritis. Ergò Deus vester iratus est, nec *vult* vos adjuvare. Sed nec *potest*, ut facilè probabo [i].

15. *Non vos decipiat, &c.*] *Nè seducat vos*, JT. Pi. Nè committite ut seducat vos: Meton. efficientis. Ex actione intelligitur hîc passio, tanquam effectus actionis [k]. ¶ *Nec Deus vester*, אַף כִּי וגו'] *Quantò magìs Dii vestri non eripient?* P. JT. Ad verb. *Etiam quod Dii vestri non eripient.* Sensus est, Ergò etiam probabile est quòd Dii vestri non eripient [l].

17. *Et locutus est adversùs eum*, וְלֵאמֹר עָלָיו לֵאמוֹר] *Et dicendo contra eum, dicendo*, Mo. *& dixit de eo, dicens*, ο'. *loquendo contra eum ad hunc modum*, P. *locutúsque est contra eum, dicens*, M. Ti. *& ad obloquendum ei, dicendo*, JT. Glass. Simplicia verba interdum habent significationem compositorum; ut אָמַר sign. & *loqui*, & *obloqui* [m].

18. *Ut terreret eos, &c.*] Territi facilè vincuntur [n]. *Ad turbandum eos*, &c. JT. i. e. Ut turbatis animis, rixas inter oppidanos concitaret [o].

21. *Et principem exercitûs, &c.*] Heb. *& principem in castris*, &c. JT. Pi. Ma. Sed quibus? Illísne qui obsidebant Hieros. ut suadet v. 18? an illis qui obsidebant Lachisam, ut percipitur ex v. 9? (quia ibi erant *domini & principes*, qui hîc *cæsi* dicuntur) an denique utrisque? Mihi postremum hoc maximè probabile videtur [p]. ¶ *Filii, &c.* וּמִיצִיאֵי מֵעָיו וגו'] *Et egressi de visceribus ejus*, P. Mar. JT. Pi. &c. Heb. *exitus*, sive *egressiones*, *viscerum ejus*; id est, filii ejus [q].

22. *Et præstitit eis quietem per circuitum*; sim. ο'. וַיְנַהֲלֵם מִסָּבִיב] *Et deduxit eos à circuitu*, P. Mo. Mar. V. Scil. hostes à finibus arcuit [r]. Ità deducendo servavit eos, ut non timerent sibi ab iis qui erant in circuitu suo †. *Deducebat eos* liberatos *undiqunque*, JT. i.e. Agebat & moderabatur [t], sicut pastor oves: i.e. Defendebat eos [v]. *Tutatus est eos circumquoque*, Ti. sim. Strig. *Et eduxit eos* pietate suâ *per circuitum*, M.

23. *Et munera*, מִגְדָּנוֹת] *Pretiosa*, Mar. Os. Ma. Jun. vel, *voluptuaria*, Mar. *cimelia*, M. Vide suprà 21. 3 [x].

24. *Exaudivitque eum*; ità ο'. וַיֹּאמֶר לוֹ] *Qui* [scil. *Dominus*] *locutus est ei*, Ti. M. Pi. *Qui, alloquens eum, prodigium dedit ei*, JT. [Al. aliter:] *Ac dixit illi*, P. sub. *Jehovæ*: id est, precatus est ei, ut daret sibi signum, &c [y].

25. *Elevatum est cor ejus*] Propter honorificam illam legationem Babylonicam. Vide 2 Reg. 20. 12, 13 [z]. ¶ *Contra eum ira, &c.*] Nihil magis Deo displicet quàm superbia, quæ per gradus quosdam se promovens tandem ad Dei contemptum pervenit. Nihil contrà Deo gratius, quàm si homines se Deo comparatos, res nihili esse agnoscant, & culpas etiam leviores submissè deprecentur. Vide Mich. 6. 8. Græca sententia est, Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων, (*Deus castigator superborum.*) Nec spernenda ista Philemonis, Ὅταν ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινά, &c. (id est, *Cùm aliquem videris sublatum in altum,—divitiis vel genere elatum, ac fastu tumidum, exspecta statim ultorem* [Deum.] *Magìs enim attollitur, ut magis dejiciatur.*) Videtur autem ea maximè fuisse culpa Ezechiæ, quòd coram legatis Babyloniis honorem Deo quem debebat non habuerit, infrà 31 [a].

27. *Thesauros argenti, &c.*] Vel, *ex argento*. Ità *thesauri* hîc sunt res ipsæ quæ reconduntur [b]. Alii, *thesauros ad argentum*, &c. JT. Pi. Ma. Huic versioni favent tum ל, tum versus sequens. Sic *thesauri* sunt receptacula rerum quæ reconduntur [c].

28. *Et præsepia, &c.* וְאֻרְוֹת וגו' וַעֲדָרִים לָאֻורוֹת] *Et stabula* (*præsepia*, ο'. *septa*, Ti.) *singulis animantibus*, (*cuivis jumento*, M. Mo. *omnis pecoris*, ο'.) *& ordines stabulis*, P. q.d. Fecerat stabula in quibus habebat varia animalia; & ea stabula disposuerat & collocaverat certo quodam ordine [d]. Alii, *& caulas pro pecoribus*, M. *septa pro gregibus*, Ti. sim. ο'. Heb. *greges ad caulas*, Mar. vel, *greges ad stabula*, Pi. Mo. Forte voces transpositæ sunt, pro, *stabula ad greges*. Malim, *caulas ad stabula*, scil. gregum, i. e. ovium & caprarum †. Duæ hîc occurrunt voces, אוּרוֹת & אֻרְוֹת, [at in textu est אֻרְוֹת,] quarum illa *caulas gregum*, hæc *armentorum præsepia*, sonat [f].

30. *Et avertit eas*] Heb. *rectificavit*, Ma. JT. *rectà deduxerat*, JT. scil. per aquæductum, 2 Reg. 20. 20 [g]. meatu subterraneo [h]. Rupem enim perfoderat [i]. Duo erant fontes Gichonis, inferior, & superior, ut topographi uno ore testantur [k].

31. *Attamen in legatione, &c.* וְכֵן בִּמְלִיצֵי וגו'] *Et sic in interpretibus*, &c. Mo. Ma. vel *legatis*, &c. ο'. Missi sunt interpretes, id est, viri periti rerum cœlestium, ut de prodigio disquirerent [l]. *Attamen* (vel, *sic tamen*, Q. in V.) *propter legatos*, &c. P. *Itaque agentem cum oratoribus*, &c. *dereliquit eum Deus*, JT. Verto, *At verò*, vel, *At certè, cùm venissent oratores*, &c. Ellipsis verbi relati: ut percipitur ex verbo *mittendi*, quod sequitur. Continetur hîc antithesis præcedentium, &c. q. d. Secundatus fuit, &c. hîc autem Deus ipsum deseruit. ¶ *Principum Babylonis*] Id est, Regis & Principum: Synecd. membri. Confer 2 Reg. 20. 12 [m]. ¶ *De portento*] Cujus fama in Babylonia vulgata erat [n]. Babylonii astronomiæ dediti motum illum Solis notaverant, audierántque Divino miraculo factum occasione morbi Ezechiæ [o]. ¶ *Super terram*, בָּאָרֶץ] *In terra*, P. Os. Pi. scil. *Judæ*, Pi. *in ea regione*, V. Nempe, de umbra retrorsum acta, &c. Vide 2 Reg. 20. 11, 12 [p]. [Al. aliter;] De strage illa in castris Sennach. 2 Reg. 19. 35 [q]. ¶ *Dereliquit eum Deus*, &c.] Permisit eum tentari [r]. Sivit eum agere ex affectu suo †. Subtraxit illi Spiritûs Sancti gubernationem [t]. Non dedit ei gratiam perseverandi in humili agnitione Divinorum beneficiorum [v]. Hic locus ostendit, Deo deserente, id est, gratiam non dante, hominem non posse salubriter tentationem superare [x]. ¶ *Et nota fierent omnia*, &c. לָדַעַת וגו'] *Ad scire omnia*, &c. Ma. *Ut sciret*, sub. *Deus*, V. Ἀνθρωποπάθεια, Pi. Vel, ut Ezechias reliquias peccati in se habitantis meliùs agnosceret [y]. Vel, *ut scirent* (sub. *legati*, vel *omnes*,) *quid haberet in animo* [z]. Ut appareret quàm imbecillæ essent humanæ vires Divino auxilio destitutæ [a].

32. In

Margin notes (left column): p Mar. ex Jun. — q Mar. sim. Os. — r Mar. — † Me. — t V. — v Me. — x T. — y Ma. — z Os. — a Mar. — b V. — c Os. — d G. — † V. sim. Os. — f Os. — g V. — h V. — i Os. — k Pi. — l Pi. — m Glass. gram. pag. 226. — n Mar. — o Jun. — p Pi. — q Pi. — r Mar. — † V. sim. Os. — t Jun. — v Pi.

Margin notes (right column): x Me. — y V. — z Pi. — a G. — b Q. in Pi. — c Pi. — d V. — † Pi. — f BC. pag. 653. — g Jun. — h Mi. — i Me. — k Ma. — l Q. in Ma. — m Pi. — n Os. — o Me. — p V. sim. Pi. Ma. L. Me. T. — q G. — r Me. — † Ma. ex Jun. — t O. — v Pi. — x E. — y Os. — z V. — a Me.

32. *In libro Regum Juda & Israel*] At libri Regum à Jeremia scripti sunt [b]: Hunc autem librum scripsit Isaias, ut hîc dicitur, aut innuitur. Fortè pleraque ex libris Regum scripsit Isaias, postrema Jeremias [c].

33. *Super sepulchra filiorum David*, בְּמַעֲלֵה קִבְרֵי וגו׳] *In sublimitate* (*superiore loco*, JT. *ascensione*, ο'. *excelso*, P. *digniore loco*, M. *excellenti*, aut *insigniori*, V.) *sepulchrorum*, Mo. In monumento editiori, propter insignem pietatem [d].

b He. in Mar. c Mar. d Os.

CAP. XXXIII.

1. *Duodecim annorum*] Hæc usque ad v. 11. explicantur 2 Reg. 21 [a].

2. *Fecit malum*, &c.] Hic aliorum Regum peccata unus commisit universa [b].

3. *Militiam cœli*] Stellas [c].

5. *In duobus atriis*] Israelis & Gentium [d]; postea etiam in atrio Levitarum †.

7. *Sculptile & conflatile*] Vel, *& simulacrum*, M. Alii, *sculptile simulacrum*, &c. Ti. V. vel *simulacri*, P. Vel est sing. pro plur. *simulacra sculpta*. In Regibus est, *sculptile luci*. Hujus fit mentio v. 15 [f].

11. *Regis Assyriorum—duxerunt in Babylonem*] At eo tempore Rex Assyriorum Babylonem non obtinuit. Resp. Fortè hîc intelligit Regem Chaldæorum, sive Babyloniorum, eò quòd ipse sub idem tempus regnum Assyriorum occupaverit [g]. [Memoriâ tenendum, quod suprà ex nonnullis notatum, rebus Assyriorum ingenti illâ strage, cap. præt. memoratâ, & Regis morte eam sequente, fractis atque accisis, Regem Babyloniæ eâ occasione statim arreptâ Assyrios quodammodo in suam ditionem redegisse. Al. aliter:] Verisimile est Esarhaddonem, qui Sennacheribo successit in monarchia Assyriorum, offensum hâc Merodach-Baladanis familiaritate cum Hezechia, Babylonem aggressum esse atque cepisse: Esa. 23. 13 *. [Utrovis modo sarta tecta erit veritas hujus narrationis. Nec mirum si res hujusmodi in obscuro lateant, deperditis ferè omnibus istorum temporum & negotiorum monumentis.] Porrò, Regem *Syriæ*, pro *Assyriæ*; & *Assyriæ*, pro *Babyloniæ*. Dicit Curtius, *Syriæ Regem Babyloniæ regnantem hoc opus molitum*, &c. Sic h. l. & Isa. 14. 25. Vide Strab. initio lib. 16. Jos. Scaliger. ad fragm. Berosi [h]. ¶ *Ceperunt*; Heb. *ceperunt* בַּחוֹחִים] *Compedibus*, P. Ti. ità Mo. M. i. e. Captum constrinxerunt compedibus [i]. *Vinculis*, ο'. *In spinis quibusdam*, JT. Pi. i. e. inter vepres quosdam in quibus latitabat. Vide 1 Sam. cap. 13. v. 6 [k].

12. *Postquam coangustatus est*, כְּהָצֵר לוֹ] Ad verb. *secundùm angustiam illi*, V. *cùm angustiis affectus esset*, P. *Cùm angustiâ afficeret eum*, sub. *Jehova*, ex membro sequente, Pi.

13. *Et exaudivit*, וַיֵּעָתֶר לוֹ] *Et exorabilis* (vel *exoratus*, JT. Pi. vel *exauditus*, V.) *fuit ei*, P. ¶ *Quòd Dominus ipse esset Deus*] Solus colendus, qui solus eripere posset in ipsum sperantes [l].

14. *Ædificavit*, &c.] i. e. Absolvit ædificationem quam inceperat Hiskijas, suprà 32. 5 [m]. ¶ *Ad occidentem*, &c.] Ità Pi. JT. ה enim [in מַעֲרָבָה] est locale, Pi. ¶ *Ab introitu portæ piscium*] Per quam ex Joppe Jerosolymæ inferebantur pisces, & in vicinia vendebantur [n]. ¶ *Per circuitum usque ad Ophel*; sim. M. וְסָבַב לָעֹפֶל] *Quem circumduxit clivo*, JT. Pi. Vide suprà 27. 3 [o]. *Et circuivit ad locum altum*, Mo. *Et circumdedit Ophel*, sub. *muro*, P. V. Plena locutio est suprà 14. 7. *Et circumducamus muros*, &c [p]. ¶ *Et exaltavit illum*] Sub. *murum*. Relativum sine antecedente [q].

15. *Et abstulit deos*, &c.] Dici de eo poterat, ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, (*Idem curabit vulnus qui inflixit* [r].)

17. *Attamen populus immolabat*, &c.] *Pauca tamen superant priscæ vestigia fraudis* †.

18. *In sermonibus regum Israel*] In 2 Reg. 21 [t]. Verùm ibi de pœnitentia vel oratione Manassis nulla mentio [v]. Erat ergò alius liber, qui in captivitate Babylonica periit [x].

a Me. b G. c V. He. in T. Pi. &c. d G. ex He. Me. † Me. ex Sal. f V. g T. * Li. h Ga. i V. in Tigrnot. k Jun. sim. Pi. BA. 1. pag. 764. l Os. m Pi. n Me. ex T. o Jun. p V. q V. r G. † G. t Jun. v E. x E. sim. Me.

19. *Oratio ejus & exauditio*, וּתְפִלָּתוֹ וְהֵעָתֶר לוֹ] *Et oratio ejus*, *& exorabilem esse ei*, Mo. *& quomodo exorabilis* (vel *exoratus*, Pi.) *fuit ei Deus*, P. Heb. *& τὸ exorari ei*, Pi. *& quomodo exauditus sit*, M. Ti. Al. *quæ* [scil. *oratio*] *exaudita fuit*, Sy. Ar. *Oratio ejus*, *atque precatio*, Strig. ¶ *In sermonibus*, &c.] Vel, *verbis*, Mo. P. sim. JT. Pi. *Chozai*, Mo. P. Nomen alicujus Prophetæ [y]. Isaias hic fuit [z]. ¶ עַל דִּבְרֵי חוֹזָי] *In verbis Videntium*, M. Ti. ο'. i. e. Prophetarum. Idem nomen suprà 19. 2. & 29. 30. & infrà 35. 15. Interpretes vertunt, προφήτης [a]. חוֹזָי positum volunt pro חוֹזִים, sicut חורי pro חורים, Esa. 19. 9. Sed probabilius est *Chozai* esse nomen viri, quia in talibus ἀποδιάζεσι lector remitti solet ad libros certos ac definitos, non autem ad aliquod genus librorum [b].

20. *Sepelierunt eum in domo sua*] In horto aliquo, non in sepulcris Regum [c]. *In horto domus regiæ*, 2 Reg. 21 [d]. Sive ipse eum locum delegit, sive sacerdotes ob impietatem indignum Regum sepulcris judicârunt †: quòd, licèt pœnitentiam egit, peccato tamen suo provocaverat iram Dei grandem, eámque irrevocabilem [f].

22. *Idolis quæ Manasses fuerat fabricatus immolavit*] Qu. Quomodo ergò fuit vera pœnitentia Manasse, si idola à se facta non destruxit? Resp. 1. Destruxit quæ potuit, sed quædam latuerant. Resp. 2. Vel potiùs, intelligendum de diis quibus olim Manasses statuas fabricavit, quòd Amon eis novas statuas fabricârit [g].

23. *Majora deliquit*] Sceleribus scelera adjunxit [h].

y Mar. z He. in Me. a G. b Pi. c G. d E. † Mar. f E. g E. sim. Os. h G.

CAP. XXXIV.

1. *Octo annorum*] Idem hujus capitis argumentum cum 2 Reg. 22. & 23 [a].

3. *Octavo anno regni*] i. e. Cùm annorum esset 16 puer [b]; i. e. adolescens jam regiæ administrationis factus compos: nam tutela durabat ad finem anni 13 [c]. Simulatque ad regni gubernationem liberiorem pervenit [d]. ¶ *Et duodecimo anno*] Cùm jam ad 20. ætatis annum pervenisset, & plus auctoritatis esset consecutus †. ¶ *Mundavit*] Heb. *mundare cœpit*. Nam anno 18. perfecit, v. 8 [f].

4. *Destruxerunt coram eo*] Ipso præsente & spectante [g], & jubente [h]. ¶ *Et simulacra*; ità P. Ti. M. facta in honorem Solis [i]: הַחַמָּנִים] *Apricationes*, Mo. *subdiales statuas*, JT. Pi. Heb. *insolatas*, sive *adustas*, Pi. *Solis imagines*, Belg. sim. Mar. ¶ *Quæ superposita fuerint*, אֲשֶׁר לְמַעְלָה מֵעֲלֵיהֶם] *Quæ erant super eis*, P. *quæ imposita*, vel *superposita*, *erant eis*, JT. Pi. V. Ca. nempe altaribus, V. Heb. *quæ super ab eis*, Jun. vel, *quæ sursum versùs desuper eis erant*, Pi. sim. Belg. *quæ in sublime desuper eis*, Mo. Mar. *quæ superiori ætate super illa fuerint*, Ti. לְמַעְלָה ad tempus, non locum, refert [k]. *Quæ in majori honore quàm illa fuerunt*, M.

5. *Ossa sacerdotum*] Scilicet mactatorum, ex collat. 1 Reg. 13. 3. aliàs 2. Vide & 18. 40 [l]. ¶ *Combussit in altaribus*] 1. Ut contactu cadaverum altaria contaminarentur [m]. 2. Ut per ea punirentur per quæ peccârant [n].

6. *Sed & in urbibus Manasse & Ephraim*, &c.] De illis loquitur quæ regno Jehudæ, seu bello, seu spontè, accesserant, ut suprà 31. 1 [o]. Finitimæ hæ erant Tribus, & fortè in eas juris aliquid Josias habuit [p]. Nihil veritus est vel Regem Israelis, is enim antea cum suis in captivitatem abductus est [q]; vel Regem Babyloniæ, qui tunc Israelis possessionem occupabat [r]. Vide suprà 31. 1 †. ¶ *Cuncta subvertit*, בְּחַרְבֹתֵיהֶם סָבִיב [Variè reddunt.] *In desolatis locis*, sive *desertis*, *suis*, sive *eorum*, *undiquaque*, sive *circumquaque*, Mo. Ti. Os. M. Ca. Huic versioni favet vox *circumquaque* [t]. Sensus est, Ubicunque in desertis erant luci, &c [v]. Pro חַרְבוֹת hi legerunt חֲרָבוֹת. Sed non est probabile in desertis fuisse instrumenta idololátriæ, quin potiùs ad illam deligebant lucos & arbores virentes. Vide 1 Reg. 14. 23 [x]. *E locis eorum in circuitu*, ο'. *in plateis eorum*, &c. Sy. [Videtur, per transpositionem literarum ח & ר,

a Jun. b G. Os. &c. c G. d Ma. ex Jun. † G. f T. g Pi. h Pi. Os. i V. k Ma. l Pi. m T. ex V. sim. Mar. Os. n E. o Ma. ex Jun. p Mar. q Os. r Me. † G. t Pi. v Os. x Pi.

ח & ר, legisse בִּרְחוּבֹתֵיהֶם. Alii aliter.] *Rutris ipsorum*, JT. Pi. sive *ligonibus*, sive *securibus*, Pi. vel *malleis*, V. Mar. sub. vel, *mundavit*, Pi. vel, *diruit ac destruxit*, V. Vox hæc, pro instrumentis quibus aliquid destruitur, reperitur etiam Ezec. 26. 9. Propriè *gladios* sign [y].

8. *Anno decimo octavo regni*] Et à cœpta purgatione sexto. Sic accipiendum esse ostendi ex multis Ezecielis locis. Vide in Ezec. 4 [z]. Plerumque Religionis reformationes tardos habent progressus; propterea quòd Satan & alii occultis ac obliquis artibus eam remorantur [a]. ¶ *Mundatâ jam terrâ*, &c. simil. Ar. Ca. לְטַהֵר אֶת־הָאָרֶץ וְהַבָּיִת] *Mundando terram & domum*, Mo. sim. JT. *postquam mundavit*, seu *mundâsset*, &c. P. M. Ti. Pi. nempe, à sordibus idololatriæ [b]. *Ad mundandam terram*, &c. Os. ¶ *Ut instaurarent domum*] Heb. *ad corroborandum*. Hoc est, ut agerent cum summo Sacerdote de domo firmanda [c].

9. *Qui venerunt*, &c.] Verto, *Quum venissent ad Hilkijam*, Pi. ex JT. scilicet, & proposuissent ei petitionem Regis de reficiendo Templo [d]. ¶ *Pecuniam quæ illata fuerat*, &c.] *Tradiderunt pecuniam inferendam* (vel, *quæ illata fuerat*, Pi.) *in domum Dei*, JT. ¶ *Tradiderunt*] Loquutio impersonalis. Intellige de Hilkijah & sociis illius *. ¶ *Levitæ & janitores*: Heb. *Levitæ custodes* הַסַּף] *Liminis*, vel *vestibuli*, P. JT. Pi. M. Ti. ὁ. vel *vasorum*, V. ex He. סַף *pelvim*, *craterem*, sive *phialam*, sign [f]. *Custodes abaci*, Mo. ¶ *De Manasse & Ephraim*, &c.] Hi enim omnes, cùm ad Templum ventitarent, solebant ferè nummos afferre, ad conservationem ministerii [g]. ¶ *Et habitatoribus Jerusalem*] Heb. *Et* (pro, *nam*, Mar.) *reversi sunt Hierosolymam*; q. d. Postquam ab Israel congregaverant pecuniam, idem fecerunt à Juda & Benjamin reversi Hierosolymam, scilic. qui pecuniam exigebant Levitæ [h].

10. *Ut instaurarent templum*, &c. לִבְדּוֹק וגו'] *Ad instaurandum*, &c. Mo. *Ut resarcirent*, M. sic Ca. P. sub. *ruinas*, P. *Ad rimandum*, vel *examinandum*, viz. quibus in locis instauranda domus esset [i]. *Ad curandum labem*, JT. Pi.

11. *Ut emerent lapides de lapicidinis*, אַבְנֵי מַחְצֵב] *Lapides excisionis*, vel *excisos*, Mo. P. Mar. Ma. vel *cædenos*, JT. Heb. *cæsionis*, id est, cædendos atque dolandos [k]. *Saxa quadrata*, Ca. *Lapides* τετράποδας, *quatuor pedum*, ὁ. legendum τετραπλεύρους, i. e. *quatuor laterum* [l]. ¶ *Et ligna ad commissuras*] Ità P. Mo. V. i. e. ad ea quæ fiunt commissis lignis atque compositis. q. d. Ad opera lignea tradiderunt ligna [m]. ¶ וְעֵצִים לַמְחַבְּרוֹת] *Et ligna ad compages*, Ti. vel *juncturas*, M. vel *catenationes*, JT. Pi. Trabes quibus parietes conjunguntur, & quasi consociantur: nam vox Hebraica societatem notat [n]. Ad tigna, quibus incastratis cellæ Levitarum cohærebant [o]. *Ligna dedolata*, Strig. ¶ *Et ad contignationem domorum*; sim. Mo. P. וּלְקָרוֹת וגו'] *Et ad contabulandum domos*, JT. scil. sive sacerdotum, quæ Templo appendebant; sive Levitarum, quæ atrio [p]. *Et ad compingendas domos*, V. *& pro tignis*, &c. M. *& axes*, &c. Ti. *pro trabibus ædium*, Strig.

12. *Fideliter faciebant*] Ità ut non tenerentur reddere rationem pecuniæ acceptæ & expensæ [q]. ¶ *Erant præpositi operantium*] Heb. *Et super eos præpositi, Jachath*, &c. Ma. Pi. *Nempe præpositi illis*, sub. *opificibus*, JT. Mallem subaudiri, curatoribus operis, quorum proximè facta est mentio [r]. ¶ *Qui urgebant opus*; [sim. omnes;] [לְנַצֵּחַ] *Ad vincendum*, Mo. *Ad urgendum*, LXX. Complut. Pi. sub. *opus*, Pi. nempe apud curatores operis, Pi. *Ad docendum*, vel *instruendum, eos*, He. in Mar. Itaque ii viri erant constituti ut architecti, ut fabros dirigerent *. ¶ *Levitæ scientes organis canere*] Heb. *Et Levitæ illi*, (i. e. quod attinet ad illos,) *omnis erat peritus in instrumentis cantûs*, Pi. nempe *pulsandis*, sive *tractandis*, Pi. sim. V. *Quisque doctor*, &c. JT. Malim, *peritus*. Nam verb. הֵבִין sæpius intransitivè accipitur, pro *intelligere*, vel *peritum esse* [t]. Sed quorsum hîc cantores & organa? Fortè ut latomi musicâ deliniti diligentiam excitarent. Aut erant operi præfecti Levitæ non omnes, sed qui organa pulsabant [v]. Vel sensus est, q. d. Præerant operi-

[y] Pi. [z] Jun. [a] Os. ad v. 3. [b] Pi. [c] Pi. ferè ex Jun. [d] Pi. * Pi. [f] Pi. [g] Os. [h] Mar. [i] Q. in Belg. [k] Pi. [l] Mar. [m] V. [n] Pi. [o] Jun. [p] Jun. [q] Pi. [r] Pi. * Mar. [t] Pi. [v] Mar.

bus non otiosi homines, & qui nulli alteri rei vacarent, qui, magnis conducti stipendiis, majori subindè sunt dominis suis dispendio; sed ipsi Levitæ, qui statis temporibus canebant serviebántque in Templo, subcisivis horis opus urgebant, magno & operis & Templi compendio [x]. His Levitis injunctum erat, ut eo tempore quo (per vices) à canendo vacabant opus inspicerent [y].

13. *Super eos*, &c. וְעַל הַסַּבָּלִים וּמְנַצְּחִים לְכֹל עֹשֵׂה מְלָאכָה לַעֲבוֹדָה וַעֲבוֹדָה] *Et super bajulos*, Mar. [simil. omnes;] *& magistros*, (sub. *bajulorum*,) *ad omnem facientem opus*, Mar. (vel, *& eos qui & ipsi opus urgebant, & opus faciebant*, Os. vel, *& solicitatores omnium laborantium*, Q. in Ma.) *ad ministerium & ministerium*, Mar. (i. e. varia ministeria, scil. jam nominati & cantores præfecti erant [z]; vel, *in cuncto ministerio*, Os. V. *in opere & opere*, V. *in quolibet opere*, P. sub. *erant constituti*, Os.) *de Levitis*, Os. (Heb. *& de Levitis*, Ma. Mar.) *scribæ, & præfecti*, (vel, *& judices*, Mar.) *& janitores*, Os. Q. in Ma. [Al. sic;] *At bajulis* (*nam præerant* Levitæ *omnibus opificibus utrique ministerio*, i. e. structuram conficiendi, de quo v. 10. & materiam comportandi, de quo hîc) *ex Levitis quoque, iisque janitoribus, præerant scribæ & moderatores*, JT. Malim sic, *At bajulis* (*nam exactores operis* præpositi erant *omnibus facientibus opus in unoquoque ministerio*) *præerant ex Levitis scribæ, & moderatores, & janitores*, Pi.

15. *Librum Legis inveni*] Hinc ad v. 33. explicata vide ad 2 Reg. 22. 8, &c. & 23. 1, 2, 3 [a].

16. *Nunciavit ei*] Heb. *& retulit adhuc regi verbum*, V. sive *rem*, P. nempe, quid egissent de negotio illis commisso [b].

17. *Argentum conflaverunt*] Ità M. P. Mo. Ti. sim. JT. [Non placet hæc versio Pi.] Certè præposterum fuisset, hanc pecuniam conflare in hunc finem, ut ad diversos usus erogaretur: quum potiùs contrarium fuisset faciendum, ut scil. una aliqua grandis massa argenti in complura frusta divideretur. ¶ וַיַּתִּיכוּ וגו'] Vertunt, *Nam comportârunt pecuniam*, &c. Pi. Os. Sicut qui conflant argentum ex compluribus massis unam massam efficiunt; ità qui comportant nummos ex pluribus nummis acervum efficiunt [c]. *Insumunt*, vel *impendunt*, &c. Sy. Ar. *Fuderunt*, V. *Curant fundendum*, Q. in V. *Et in unum locum effuderunt*, Strig. *Accumulârunt*, &c. vel *Signârunt*, Gal.

21. *Furor Domini stillavit super nos*; ità P. Mo. נִתְּכָה בָנוּ] *Accensus est in nobis*, ὁ. *Effusa est* (*effundetur*, Pi.) *in nos*, JT. [nempe *ira*, &c.] *Conflatus est* (vel *liquefactus*, V.) *contra nos*, M. Ti. V.

22. *Et hi*, &c. וַאֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ וגו'] *Et qui regis*, Mo. P. sub. *erant*, P. JT. nempe ministri, Pi. *Et hi quos signaverat rex*, M. *& quibus dixit rex*, ὁ. *quos rex misit*, Sy. ¶ *Ad Oldam prophetidem, uxorem Sellum*, &c.] Matrimonium ergò tam sanctum vitæ genus est, ut non modò quis in eo salvari, sed excellentibus etiam donis Spiritûs Sancti fulgere, queat [d]. ¶ *Filii Hasra custodis vestium*] Sub. *sacerdotalium*, V. ità Pi. vel, ut alii, *regiarum*, V. ¶ *Habitabat in Jerusalem in Secunda*] i. e. In loco secundæ dignitatis à Templo *. Sic vocabatur pars urbis intra murum & antemurale [f]. ¶ בַּמִּשְׁנֶה] *In parte secunda ab eo*, JT. nempe à Rege; i. e. à regia. Ità Hierosolyma distribuitur in tres partes: quarum prima est civitas Davidis in monte Tsijon, ubi erat regia; secunda proxima ab illa in monte Morijah, ubi erat Templum; tertia extima [g]. *In domo doctrinæ*, P. vel *disciplinæ*, V. Vide ad 2 Reg. 22. 14 [h]. ¶ *Loquuti sunt ei verba*, &c. כָּזֹאת] *Juxta hoc*, Mo. ὁ. quod scil. jusserat Rex, Pi. sim. Sy. Ar.

25. *Ut—me provocarent*, &c. לְמַעַן] Propriè notat causam finalem, seu propositum agendi; hîc eventum [i].

26. *Quoniam audisti verba*; הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ] *Verba quæ audisti*, P. Mo. ὁ. M. sub. *mea sunt*, M. *Tu qui audisti verba illa*, JT. At supplementum *tu* contortam hîc syntaxin parit [k]. *Quoad sermones quos audisti*, Sy. sim. Ca. *De verbis istis*, &c. Pi. Strig. nempe, de execrationibus Legis, &c. de his enim Deum consuluerat;

[x] T. [y] Os. [z] Mar. [a] Ma. [b] V. [c] Pi. [d] Os. * V. [f] Hi. [g] Pi. [h] V. [i] Pi. [k] Pi.

consuluerat, v. 21, itaque ex illo versu mollissimè suppletur præpositio עַל, i. e. *super*, vel *περὶ*[l]. [Q. hæc verba connectunt cum versu sequenti:] *Quandoquidem propter verba quæ audivisti cor tuum molle est factum*, Ti. sim. Ar. Hi. in Mar. Quem sensum si amplectimur, accentus & versuum distinctio in Hebræo textu mutanda erunt[m].

28. *In pace*] Non privatâ, & propriâ Josiæ, (nam occubuit morte violentâ;) sed publicâ regni; ut patet ex verbis seq[n]. Sine animi angore propter afflictiones quas inducam te mortuo[o].

31. *Et stans in tribunali suo*, [עַל עָמְדוֹ] *In statione sua*, P. JT. &c. Illa autem statio erat *juxta columnam*, ut docet 2 Chron. 23. 13†.

32. *Adjuravit super hoc omnes*, &c. [וַיַּעֲמֵד וגו׳] *Et stare fecit* (sub *pacto*, P. ex lib. Reg. q.d. Astrinxi pacto quod pepigerat suo & totius populi nomine[p]) *omnes qui inventi sunt*, P. sim. V. Ma. Al. *stare fecit*, nempe *in loco*, vel *statione sua*, V.

33. *Fecit omnes—servire Domino*] Quantum potuit, repressit populum nè palàm quid in Legem committeret. Alioquin populi depravatio ab hoc tempore cœpit gliscere, Jer. 3. 6, 8. & 25. 3. Ezec. 4. 6[q].

[l] Pi. [m] Mar. [n] T. [o] V. † Buxt. vind. 2. 2. 379. [p] V. [q] G.

CAP. XXXV.

3. **L***Evitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur*, &c. i. e. mundabatur cùm se contaminaverat[a]; [וַיֹּאמֶר לַלְוִיִּם הַמְּבִינִים לְכָל־יִשְׂרָאֵל הַקְּדוֹשִׁים לַיהוָה] [Variant.] *Dixitque Levitis erudientibus*, vel, *qui erudiebant*, (vel *instituere debebant*, sub. *in lege*, V.) *omnem Israelem*, Mar. P. Ti. Mo. M. Belg. *sanctis Domino*, Mo. Mar. vel, & *qui consecrati*, sive *sancti*, (vel *dicati*, V.) *erant Domino*, P. Ti. &c. [Al. aliter:] *Dixitque Levitis exsistentibus*, vel, *qui aderant, inter omnes Israelitas*, [τὸ מְבִינִים accepisse videntur quasi verbum esset ex particula בֵּין *inter*; quemadmodum ab eadem בֵּין deducitur nomen בֵּינַיִם, 1 Sam. 17. 4.] *Sanctificamini* [q.d. *Sancti* estote] *Domino*, Sy. Ar. [Al. aliter:] *Edixit verò Levitis præparantibus*, JT. Pi. *pro toto Israele res sanctas Jehovæ*, JT. Verto, *qui præparabant*, scil. Paschata, *pro toto Israele*, qui *sancti* erant *Jehovæ*, Pi. i. e. consecrati ad ministerium sacrum in Templo obeundum. Vox קְדָשִׁים, masc. & absolutè positum, de personis dici solet. Res autem sanctæ nominantur קֳדָשִׁים, vel קְדָשִׁים[b]. Pro הַמְּבִינִים videtur legendum הַמְּכִינִים[c]. Sic legitur in emendatissimo exemplari MS. Palat[d]. Nec aliter legêre Græci, quanquam aliter vertunt, nempe *δυνατοῖς*· habet enim participium illud etiam istam significationem*. Huic lectioni favent, 1. ipsa syntaxis[f]; 2. collatio versûs quarti[g]. Levitis, quorum erat præparare in usum Israelis res sacras[h]. *Et dixit Levitis potentibus in omni Israel, ut sanctificarentur Domino*, *ο'*. ¶ *Ponite arcam in sanctuario*, &c. תְּנוּ אֶת־אֲרוֹן הַקֹּדֶשׁ בַּבַּיִת וגו׳] *Ponite* (*Date*, Mo.) *arcam sanctitatis*, sive *sanctam, in domo*, &c. P. Pi. Ar. Sy. M. Ti. &c. Hinc colligitur Arcam tunc fuisse extra Templum[i]. Ablata autem fuit, vel, 1. tempore Achaz, nè simul cum idolis esset[k]. Verùm tunc Ezechias eam reduxisset in locum suum[l]. Vel, 2. tempore Manasse, vel Amon[m]. Nec mirum Arcam fuisse aliò translatam à Rege aliquo idololatrico, quum isti alia quoque instrumenta sacra loco suo movere, aut etiam truncare, ausi fuerint; ut videre est 2 Reg. 16. 14. & suprà 28. 24[n]. [Al. aliter vertunt:] *Ponite eas* [i. e. *res sanctas*] *coram arca*, &c. JT. id est, Nè ampliùs foris aut per domos jugulate paschata, ut quum propter superiorum Regum tyrannidem Templum clausum fuit, &c[o]. Non placet hæc versio; eam nec phrasis, nec res ipsa, admittit. 1. Non phrasis; quia אֶת nunquam valet *coram*, [sæpe tamen valet *apud*, vel *cum*, ut non semel notatum;] sed post verbum activum valet articulum accusativi casûs. Et נָתַן, quum sign. *ponere*, non regit אֶת, sed præpositiones בְּ, אֶל, עַל, & לִפְנֵי. 2. Nec res; quia non licuit animalia mactata inferre in Sanctum, ut ibi coram Arca ponerentur: nec videtur sat loci futurum fuisse in Sancto pro reponendis tot animalibus[p]. ¶ *Nequaquam eam ultrà portabitis*, אֵין לָכֶם מַשָּׂא בַּכָּתֵף] *Non erit*, vel, *Nè sit, vobis onus in humero*, vel *humeris*, P. Ti. *Non imponetur humero*, &c. M. *Non incumbit vobis officium* (vel *onus*, JT.) *portandi* (nempe Arcam, V.) *humero*, Pi. JT. ut olim in deserto, sede Arcæ incertâ[q]. i. e. Quemadmodum non alibi quàm ante Arcam offerendum est Jehovæ; ità nefas est alibi quàm hîc ad Templum offerre, ubi perpetua Arcæ sedes à Deo est constituta: ideóque necesse est, non ut Arcam huc illuc circumferatis, prout olim Num. 7. 9. sed ut undecunque huc oblationes conferantur, Deut. 12. 5, &c[r]. ¶ *Nunc autem ministrate Domino*, &c. עַתָּה עִבְדוּ אֶת־יְהוָה וגו׳] *Nunc servite Jehovæ*, &c. scil. præparandis sacrificiis, ex v. seq. τὸ עָבַד *servire* hîc construitur cum אֶת. Aptiùs cum לְ, ut 1 Sam. 4. 9. cum אֶת autem crebriùs, ut Gen. 31. 6. 1 Sam. 17. 9. Jer. 27. 7*. *Servite Jehovæ*, canendo carmina in ejus gloriam; *& populo ejus*, sacrificando pro illis[t]. q. d. Quando non est opus ut Arcam portetis, ideo aliis functionibus vacate[v]. Antea mihi serviebatis ferendo Arcam; nunc *servite* canendo, &c[x].

[a] Mar. [b] Pi. [c] Pi. ex Jun. G. [d] Jun. * G. [f] Pi. [g] Pi. ex Jun. sim. G. [h] G. [i] F. sim. Pi. [k] Ità Mar. [l] E. [m] T. ex E. [n] Pi. [o] Jun. [p] Pi. [q] Pi. [r] Jun. * Pi. [t] V. [v] Mar. [x] V.

4. *Et præparate vos*, הָכִינוּ] *Præparate vos*, M. Ti. &c. *Præparate*, JT. Pi. scil. agnos paschales, & alia sacrificia quæ in festo azymorum offerri solent; ex collat. vers. 6. & seq. Ellipsis nominis relati[y]. *Paramini*, *ο'*. *Ordinate*, vel *disponite*, vos, Gal. *Disponite cor vestrum*, Sy. sim. Ar. Ità vos componite, ut, cùm opus erit, ministretis, &c[z].

5. *Et ministrate in sanctuario*: *Et state*, P. Mo. Mar. Pi. &c. *in sanctuario*, P. Mar. &c. בַקֹּדֶשׁ] *In statione sancta*, V. *Assistite in sancto*, JT. *Apud sanctuarium*, i. e. apud Templum in atrio sacerdotum. קֹדֶשׁ *sanctitas* ponitur pro מִקְדָּשׁ *sanctuarium*; ut 1 Paral. 26. 26. Psal. 20. 3. & 150. 1†. ¶ *Per familias*, &c. לִפְלֻגּוֹת בֵּית הָאָבוֹת] *Secundùm divisiones* (vel *distinctionem*, V.) *domûs patrum*, P. Mar. id est, familiarum, Mar. *Classibus* (*per classes*, Pi.) *familiarum paternarum*, JT. Pi. i. e. In Paschate, singulis societatibus Israelitarum convenientibus ad idem Pascha comedendum ex lege Exod. 12. 4. ministrate. Sic accipiendum infrà v. 12[a]. ¶ אֲחֵיכֶם בְּנֵי הָעָם] *Fratrum vestrorum filiorum populi*, P. Mo. V. Appositio, q. d. Fratrum vestrorum, h. e. populi aliarum tribuum, quæ vos nullâ dignitate antecellunt. *Filios populi* vocat populum, idiotismo Hebraico. Vide v. 7. & 12. Item Esa. 22. 4. Jer. 17. 19. & 26. 23. Comparat tribum Leviticam cum reliquis, & ratiocinatur à minori ad majus: nam si in reliquis tribubus censentur singuli secundùm domos sive familias & capita, Tribus Levi, quæ dignitate reliquas antecedebat, debuit hanc distinctionem colere & servare majore curâ. Proponit igitur Josias Levitis fratres suos in exemplum, nè legitimum censum negligant qui debebant aliis viam monstrare[b]. *Fratrum vestrorum populi*, Ang. *Pro fratribus vestris*, (i. e. exspectantes donec fratres vestri vobis adducant agnos jugulandos[c],) *qui sunt de populo*, Pi. Belg. i. e. qui non sunt consecrati Deo ad sacrum ministerium[d]. Qui erant ex aliis tribubus*. *Juxta fratres vestros filios populi*, M. Ti. *Et fratres vestri populares*, Sy. *Et assistite in sancto*, &c. *fratribus vestris*, JT. Gal. *popularibus*, &c. JT. vel, *filiis populi*, Gal. *Inter fratres vestros, filios populi*: i. e. Vos Deus elegit de Israelitis reliquis, ut vacetis cultui Divino, distributi in certas familias, nè qua fiat in cultu Dei confusio†. ¶ וַחֲלֻקַּת בֵּית אָב לַלְוִיִּם] *Et* (sub. *secundùm*, P. Belg. Ang.) *divisionem* (vel, *in ordine*, Ti. V.) *domûs patris*, vel *paternæ*, *Levitarum*, P. Belg. [sim. omnes.] *In divisione*, &c. M. *Prout est partitio cujusque familiæ paternæ Levitarum*, JT. vel, *inter Levitas*: nam in Hebræo non regitur ista vox à nomine *familia*[f]. [Alii cum antecedentibus sic connectunt,] *Ad fratres vestros filios populi, & divisionem domûs patris* (i. e. familiæ cujusque) *Levitarum*: q. d. Inter divisiones & vices factas in tribu vestra, & inter fratres vestros, quisque in divisione, i. e. vice familiæ suæ, ministret[g].

6. *Immolate Phase*, הַפֶּסַח] *Φασὲκ* semper vertit Th. cujus

[y] Pi. [z] Mar. † Pi. [a] Jun. [b] V. [c] Pi. [d] Pi. * Belg. † Os. [f] Pi. [g] Mar.

cujus interpretationem in Paralipomenis & aliis quibusdam libris recepit Græca Ecclesia [h]. ¶ *Fratres vestros—præparate*] i. e. Sanctificate, ut suis ministeriis exercendis idonei esse possint [i]. Fratribus vestris Israelitis ostendite quomodo ritè agnum mactent ac edant, &c [k]. *Præparate* (scil. agnos ad sacrificium, Pi.) *pro fratribus vestris*, JT. Pi. ut fecerunt v. 11, &c [l]. ¶ *Ut possint facere*, [לַעֲשׂוֹת] *Ad facere*, Ma. *ut faciatis*, P. *ut faciant*, V. *facientes*, JT. *faciendo*, Pi.

7. *Dedit—populo*; sim. P. "[וַיָּרֶם וגו׳] *Et elevavit*, sive *extulit*, Mar. Ma. Mo. *segregavit*, M. Ti. Sy. sub. *ex munificentia*, Ti. Succurrebat Rex inopiæ pauperum, ut possent Pascha mactare & edere [m]. *Destinavit*, Ar. *obtulit popularibus*, JT. *Primitias obtulit*, ο'. in Mar. תְּרוּמָה sign. *primitias*. Ait ergò primùm omnium Josiam obtulisse, &c [n]. ¶ *Agnos & hædos*, &c.] Heb. *oves, agnos, & hædos*, Os. *Pecus agnorum, & filios caprarum*, Mo. *ex grege agnorum & hædorum lactentium* (Heb. *filiorum caprarum*, Jun.) *quosque*, &c. JT. Verto, *ex minore* quidem *pecore agnos & hædos lactentes*, Pi. Nam loco agni licebat adhibere hœdum, Exod. 12. 5 [o]. ¶ *In solennitate Phase*, [הַכֹּל לַפְּסָחִים] *Omnia ad*, vel *in*, *Paschata*, Pi. sim. M. Ti. P. Sy. V. D. *quosque in sacrificia paschalia*, JT. In agnos vel hœdos paschales [p]. ¶ *Qui ibi fuerat inventus*, "[לְכָל־הַנִּמְצָא וגו׳] *Omni reperto*, vel *invento*, Mo. Ma. *qui inventus est*, P. Gal. *pro quocunque præsente*, M. Ti. simil. Sy. Ar. [Alii aliter:] *Secundùm omnia quæ præstò erant*, JT. Pi. Heb. *Secundùm omne quod inveniebatur*; scilicet, inter pecora minora Regis, quod idoneum esset ad sacrificia illa, nempe anniculum & integrum, Exod. 12. ¶ *Triginta millia*] Leve hoc præ illo quod narrat Josephus, de Bello Jud. lib. 17. vesperâ Paschæ sub Cestio cæsa fuisse Hierosl. agnorum 256600. Notandum autem oves in Judæa quandoque fuisse gemelliparas, Cant. 4. 2. (idémque de ovibus & capris testantur Aristot. Hist. 6. 19. Ælian. de Animal. 4. 32.) quandoque etiam oves biferæ fuerunt, id est, bis in anno pepererunt, ut docent Gen. 30. 41, 42. Virgil. lib. 2. Georg. *Bis gravidæ pecudes*, &c [q]. ¶ *Boum quoque*, &c.] Scil. in alia sacrificia quæ offerenda erant in festo azymorum. Vide Num. 28. 17, &c [r].

8. *Principes domûs Domini*] i. e. Principes (non politici, sed) sacerdotum & Levitarum, ut docent sequentia *.

10. *Præparatum est ministerium*] Heb. *Præparatus fuit hic cultus*, Pi. Præparatis iis quæ necessaria ad celebritatem Paschæ [t]. ¶ *In officio suo*] Hebr. *in statione sua*. *Statio* pro officio [v].

11. *Immolatum est Phase*] Hebr. *Immolaverunt*, P. *Mactârunt*, sub. *Levitæ*, V. Pi. ¶ *Asperserunt*, &c.] Hebr. *sparserunt sacerdotes de manu illorum*, Ma. sub. *Levitarum*. Relativum sine antecedente. Levitæ sanguinem excipiebant, quem deinde tradebant sacerdotibus ipsum sparsuris super Altare [x]. *Spargebant* (sub. *sanguinem*, JT. Pi. *effusum*, JT. vel, *acceptum* è, Pi.) *manu illorum*, JT. Pi. Ellipsis gemina, & nominis, & verbi relati. *Et spargebant*, scil. super Altare. Vide suprà 29. 22 [y]. ¶ *Levitæ detraxerunt pelles*] Quod urgente necessitate facere poterant. Vide suprà 29. 34 [z]. Sicque præparabant hostias, ut à sacerdotibus tantùm demembrandæ essent, & ignibus immittendæ [a].

12. *Et separaverunt ea ut darent*, &c. [וַיָּסִירוּ הָעֹלָה לְתִתָּם לְמִפְלַגּוֹת לְבֵית־אָבוֹת לִבְנֵי הָעָם לְהַקְרִיב לַיהוָה] [Variè reddunt.] *Sustulerunt autem*, vel *removerunt*, vel *abstulerunt*, (nempe ab agnis vel hœdis, Belg.) *holocaustum*, (vel *holocausta*, M. vel *de holocausto*, P. V.) *ut darent ea ordinibus* (vel, *his qui erant divisi*, M.) *secundùm familias*, sive *domos*, *patrum ex filiis populi*, *adducerèntque*, vel *offerréntque*, *Domino*, Ti. M. Al. *ut darent ea secundùm divisiones familiarum populi*, &c. Ang. *Ut darent ea secundùm divisiones domûs familiarum filiorum* (*filiis*, Mo.) *populi*, *ut offerrent Jehovæ*, P. *Abstulerunt* illa de *holocausto*, nempe pecudes, agnos, &c. h. e. Non obtulerunt in holocaustum pecudes, agnos, &c. quos populo dederant Josias & Principes. Non enim vult significare, in hac celebritate cessâsse holocaustum, ut patebit paulò pòst; sed significat, subduxisse partem pecudum, quam non obtulerunt in holocausta, nè omnibus absumptis [ut in holocausto fit] partem non acciperet populus. *Filiorum populi*, i. e. populorum aliarum tribuum. Quia suprà v. 4. commendaverat Josias distinctionem, nè qua fieret adulterina commistio; nunc testatur historia mandatum hoc non fuisse neglectum, sed, habitâ ratione legitimi censûs, distributas fuisse singulis suas portiones. Quidam vertunt, *filiis populi*, h. e. populo, seu vulgo, & plebi nullâ dignitate præcellenti [b]. Constructio implicita sic ordinanda; *Et removerunt holocaustum* (pro, *holocausta*) *ad offerendum Domino*, *ad dandum ea* (scil. cætera pecora) *divisionibus domui patrum*. Nimirum; detractis quæ ad holocausta erant necessaria, cætera dederunt populis, unde immolarent Pascha, & convivia celebrarent [c]. Al. sic; *Et amovebant quod absumendum erat oblaturi Jehovæ*, *ut redderent illa classibus familiæ paternæ* cujusque, *popularibus suis*, JT. Trajectio verborum hîc parit obscuritatem, quæ auferetur, si verba alio ordine collocata sic reddantur; *Et ut redderent Paschata illa classibus* (Heb. *divisionibus*) *familiarum paternarum*, nempe, *illis qui erant de populo*, (Heb. *filiis populi*,) *removebant* (ab illis agnis & hœdis quos jugulaverant, &c.) *holocaustum*, (id est, partes illas quæ offerendæ erant in holocaustum, nempe adipem, caudam, &c. Levit. 3. 9, 10, 11.) *ut offerrent* illud *Jehovæ* [d]. Al. sic; *Et separaverunt ea holocaustorum*, *ut darent per domos & familias singulorum*, & *filiis populi*, & *offerrentur Domino*: id est, De istis mactatis & excoriatis pecudibus datæ sunt aliquæ partes ad sacrificia; reliquæ verò distributæ in sacerdotes, Levitas & populum *.

13. *Et assaverunt*, &c. [וַיְבַשְּׁלוּ הַפֶּסַח בָּאֵשׁ] *Et assaverunt*, vel *coxerunt*, *Pesach in igne*, M. P. Ti. Mo. sim. JT. Pi. Vox בִּשֵּׁל *elixare*, seu *coquere*, (seu *maturescere*, Mar.) ubique significat; hîc tantùm *assare* [f]. Hinc percipitur בִּשֵּׁל esse generale & commune assationi atque elixationi. Et sanè de assatione per synecd. gen. usurpatur Deut. 16. 7 [g]. [Ad quem locum vide annotata ex Cl. Bocharto, &c.] ¶ *Pacificas verò hostias*, [וְהַקֳּדָשִׁים] *Sanctificata autem*, P. *Sanctitates*, i. e. hostias (alias, Mar.) consecratas Deo [h]. *Reliqua verò sacra*, JT. Verto, *Res verò consecratas*, Pi. ¶ *Et festinatò distribuerunt*, &c. nempe Levitæ eas carnes [i]: [וַיָּרִיצוּ לְכָל־בְּנֵי הָעָם] *Et currere fecerunt ad universos filios populi*, Mo. ο'. vel *per*, sive *inter*, *totum populum*, Gal. *distribuentes omnibus*, &c. M. *Et porrexerunt cum celeritate omnibus filiis populi*, P. V. sim. Ti. Ca. Mar. *Quum celeriter transmisissent ad omnes populares* sacrificia ipsorum, JT. *Celeritérque miserunt* (Levitæ, scil. separatis eis quæ Deo cedebant [k],) illa *ad omnes*, &c. Pi. [Al. aliter;] *Et quidem accurrebant omnes filii populi*, Sy. sim. Ar. [Vel legebant יָרוּצוּ, facili lapsu ex י in ו; vel Hiphil acceperunt in significatione Kal, & ל in לְכָל redundare putabant, ut alibi factum notavimus.]

14. *Nam in oblatione*, &c. *fuerunt occupati*] Hebr. *Nam sacerdotes*, &c. *in ascendere faciendo ascensionem*, Mo. vel, *in offerendis holocaustis* fuerunt occupati, P. M. Ti.

15. *Juxta præceptum David, & Asaph*, &c.] Ità M. P. Ti. Pi. Ma. Præceptum illud fuit Davidis, tanquam authoris; reliquorum verò trium, tanquam repetentium illud, & filiis suis inculcantium [l]. [Al. aliter;] *Secundùm præceptum Davidis tum Asapho, tum Hemani*, &c. datum, JT. Tum autem pro וְאָסָף legeretur לְאָסָף [m].

18. *Non fuit Phase simile huic*, &c.] Quantum ad Josiæ liberalitatem, qui majora munera dedit quàm David & Salomon, licèt eis longè impotentior esset [n].

20. *In Charcamis*] Urbs erat Assyriorum non procul sita ab Euphrate, quam Necho oppugnaturus erat [o]. *Cercusium* apud Ammianum est [p].

21. *Quid mihi & tibi?*] Nihil inter nos controversiæ est; noli negotium quærere [q]. ¶ *Non adversùm te*, &c. [לֹא עָלֶיךָ אַתָּה הַיּוֹם] *Non contra te*, (sub. *venio*, ellipsis relati, Pi.) *heus tu*, *hâc die*, &c. Pi. JT. *Quantum ad te*, *non est contra te quod habeo hodie*, Gal. [Al. aliter:] *Non contra te tu hodie*; q. d. Si me irritâris,

[h] G. [i] Mc. [k] Os. [l] Jun. [m] Os. [n] Mar. [o] Pi. ex L. [p] Pi. [q] BA. 1. 2. 46. 511. [r] Pi. * Pi. [t] V. [v] Mar. [x] V. [y] Pi. [z] Mc. [a] T. ex Os. [b] V. [c] Mar. [d] Pi. * Os. [f] Mar. ex V. [g] Pi. sim. BA. 1. 2. 50. 596. [h] V. Mar. [i] Os. [k] Jun. [l] Pi. [m] Pi. [n] L. E. [o] V. [p] Q. in G. [q] G.

irritâris, id tuo malo fiet [r]. *Nè sis tu hodie contra teipsum*, M. Ti. *Non contra te, teipsum hodie*, sub. *sum dimicaturus*, V. ¶ *Sed contra aliam pugno domum*, אֶל־בֵּית מִלְחַמְתִּי] *Contra domum*, vel *familiam, belli*, sive *prælii, mei*, P. V. Pi. i. e. mihi inimicam, contra quam bellum gero*. Genitivus effecti; familia belli, id est, inferens bellum: Et genitivus objecti patientis; bellum meum, id est, quod mihi infertur [t]. ¶ *Festinatò ire præcepit*, אָמַר לְבַהֲלֵנִי] *Edixit accelerare me*, JT. Pi. ¶ *Desine adversus Deum facere*, חֲדַל־לְךָ מֵאֱלֹהִים] *Abstine te* (vel, *Desine*, P. *Desiste*, V.) *à Deo*, JT. Pi. q.d. Vide nè resistere velis Deo, quo authore ac monitore hoc bellum suscepi [v]. Præcepit hoc Deus per Jeremiam, ut credibile est. Nam Deus per Prophetas suos etiam alienis à vera pietate Regibus sæpe dabat mandata; ut 2 Reg. 9. 7 [x]. [Sed non credibile est, aut Jeremiam hoc Regi suo non indicâsse, aut Regem Josiam voluntati Dei per Jeremiam patefactæ non acquievisse.] ¶ *Nè interficiat te*, וְאַל־יַשְׁחִיתֶךָ] *Et nè perdat te*, JT. *Nè committe ut perdat te*, Pi.

[r] Mar. [*] V. [t] Pi. [v] V. [x] G.

22. *Sed præparavit contra eum bellum*, כִּי לְהִלָּחֵם בּוֹ הִתְחַפֵּשׂ] *Sed ut pugnaret cum eo, mutavit se*, P. sim. Mo. *mutavit vestes*, V. sim. Ti. *dissimulavit se*, JT. mutatione vestis regiæ, ut suprà 18. 29 [y]. [Alii aliter reddunt.] *Ad impugnandum eum confortatus est*, ό'. *ad pugnandum*, &c. *abierat*, ό'. *ad pugnam prodiit*, Ar. *quin magìs deliberaverat bellum illi inferre*, M. *verùm cum illo dimicandi avidus*, Ca. *composuit se ad præliandum cum eo*, Strig. ¶ *Nec acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei*] Sub. *profectis*, V. Id est, vel, 1. ex ore Jeremiæ [z]: vel, 2. ex ore alterius Prophetæ Dei, quem Necho consuluit, &c. solebant autem Prophetæ impiis Regibus futura prædicere [a]: vel, 3. ex ore vatum & aruspicum suorum, qui quod futurum erat verè aliquando prædicere poterant, vel casu, vel providentiâ Dei ità ordinante. Utcunque Dei voluntatem verè illi dixit [b]. Istam autem admonitionem Regis Ægypti non debebat contemnere Josias. Non enim quis loquatur, sed quid loquatur, considerandum est [c]. ¶ *In campo Megiddo*] Quæ erat in tribu Manassis, Jos. 17. 11. Ideo obstitit Ægyptio, quòd per suam regionem exercitum duceret [d].

[y] Pi. [z] T. et Hi. [a] Os. [b] Me. [c] Os. [d] Ma.

24. *In alterum currum*] Heb. *super currum secundum*, P. Ma. &c. i. e. Qui ejus erat qui eum sequebatur *.

[*] V.

25. *Jeremias maximè*] Fuit Jeremias Hebræis quod Simonides Græcis, de quo Catullus, *Tristius lacrymis Simonideis*. Alia autem fuit hæc Jeremiæ nænia ab ea quam nos habemus de excidio urbis [f]. ¶ *Lamentationes replicant*] Heb. *Et dixerunt omnes——in lamentationibus*, &c. Mo. i. e. meminerunt Josiæ, &c. h. e. luxerunt eum [g]. *Dixeruntque——de Josia dicta*, JT. ¶ *Quasi lex obtinuit*] Heb. *Et dederunt eas* (sub. *lamentationes*, V.) *in statutum*, Ma. P. ut quotannis decantarentur [h]. Vel, *in consuetudinem*; qu. d. Mos fuit postea eas lamentationes cantu celebrare [i].

[f] G. [g] V. [h] Pi. [i] V.

26. *Misericordiarum ejus*, וַחֲסָדָיו] *Et misericordiæ ejus*, P. *benignitates*, JT. *beneficia*, Pi. V. in familiares & alios [k]. Bona opera [l].

[k] V. [l] Mar.

CAP. XXXVI.

1. *Tulit——Joachaz*] Hæc usque ad ver. 13. clara sunt ex dictis 2 Reg. 23. 30, &c [a].

[a] Me.

3. *Amovit eum*, &c. וַיְסִירֵהוּ בִּירוּשָׁלִַם] *Et amovit* (vel *abdicavit*, Strig. Ca.) *eum rex Ægypti in Jerushalajim*, Mo. Strig. *Hierosolymæ*, Pi. sim. JT. Ca. Belg. vel, nè regnaret *in Jerus.* P. *Amovit——cùm venisset Jerus.* Vulg. Amovit, fortè, quòd intellexit eum vindictam meditari ob patrem occisum [b].

[b] Os.

4. *Vertit nomen ejus Joakim*] Sign. *à Deo constitutum*. Ut semper meminerit divinitus per Regem Ægypti regnum consecutum, útque se illi subesse fateretur [c].

[c] Os.

5. *Viginti quinque annorum*, &c.] Ergò Joachim fuit major natu fratre Joachaz. Vide vers. 2. Et fortè idcirco Necho Regem Joachaz amovebat [d].

[d] Mar.

6. *Et vinctum catenis duxit in Babylonem*] Obj. 1. At Jer. 22. 19. dicitur de eo, *Sepulturâ asini sepelietur projectus extra muros Jerus.* Resp. 1. Duxit eum in Babylonem, sed mox remisit Hierosolymam, ut colligitur ex 2 Reg. 24 *: ubi anno 11. regni rursum rebellans à Chaldæis occisus est, ut dixi Jer. 22. 19 [f]. Resp. 2. [Hebræa aliter vertenda:] *Vincivit eum————ut abduceret* (*ad ducendum*, Mar. sim. Ma.) *eum in Babyloniam*, JT. non autem eousque deductus est, sed in itinere mortuus [g]. Mutatum fuit [Regis Babyl.] consilium, eò quòd rebellaverat, &c. & fuit occisus, & projectus extra Jerus [h]. Resp. 3. Quidam hæc omnia referunt ad *Joachimi* filium *Jechoniam*, qui & ipse *Babylonem* adductus est, 2 Reg. 24. 12, &c. Quibus favet Jer. 22 [i]. Obj. 2. Dicitur 2 Reg. 24. *Dormivit Joakim cum patribus*. Resp. Non significat sepulturam, aut sepulturæ locum, sed tantùm eum mortuum fuisse, sicut patres ejus mortui erant [k].

[*] T. [f] La. [g] Jun. [h] L.E. ex Jo. [i] BA. 1. 3. 4. 760. [k] E.

8. *Et quæ inventa sunt in eo*; sim. Strig. וְהַנִּמְצָא עָלָיו] *Et quod inventum* (vel *deprehensum*, JT. Pi.) *est super eum*, P. V. sim. Mo. scilicet, rebellionis crimen, 2 Reg. 24. 1 [l]. *Et* sculptæ impressiones *quæ inventæ sunt in eo*, M. In corpore ejus post mortem. Intelligit stigmata quædam, quæ imprimi curaverat corpori ipsius in honorem idolorum [m]; qualia imprimere solent impostores hominibus credulis & superstitiosis. Sic Judæi hodie solent sibi quædam imprimere [n]. *Quibus fuerit moribus præditus*. Ad verb. *quid inventum fuerit in eo*. Jam *inveniri* pro *esse*, aut *exsistere*, dicitur, quoniam nihil inveniri potest quod non sit: ut Phil. 2. 7. *Figurâ inventus est ut homo*, i. e. exstitit homo. Et Latinè, *Hic unus inventus est qui id posset*, i. e. unus exstitit. Et 2 Par. 19. 3. *Res bonæ inventæ sunt in te*, h. e. insunt [o].

[l] Jun. [m] E. ex V. [n] V. [o] Ca.

9. *Octo annorum*] Obj. At 2 Reg. 24. 8. est *octodecim annorum*. Resp. 1. Legendum & hîc *octodecim*, &c [p]. Nomen עֶשְׂרֵה, aut nota denarii, hîc prætermittitur incuriâ librariorum [q]. Nam ό'. habent ὀκτὼ καὶ δέκα. Verùm in Complut. codice est ὀκτώ. Dicitur hîc, בֶּן שְׁמוֹנֶה, cum Tzere, quod indicat vocem illam in regimine poni, (& aliam sequentem requirere,) q. d. בֶּן שְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה, *filius octodecim annorum*. Porrò, *decem dies* additi non sunt dies propriè dicti, (nam de nullo Rege Jud. vel Isr. commemorantur dies, sed tantùm anni & menses, regni,) sed anni, ut Levit. 25. 29. q. d. Præter illos 8 annos, adhuc decem dies, h. e. anni, erant [r]. Videtur hoc coactum: sed si uterque locus expendatur, apparebit posse locum habere *. Resp. 2. Vertendum, *Natus est 8 annos quum ille regnare inciperet*, JT. Ille, id est, pater ejus, cujus suprà mentio. Hunc sensum postulat locus 2 Reg. 24. 8 [t]. At mihi ista versio contorta & à stylo hujus libri aliena videtur †. Resp. 3. Cum patre regnavit decem annis. Octo annorum erat quando cum patre regnare cœpit; 18 annorum quando solus regnavit [v]. Pater autem ipsum octennem Regem creavit, vel, 1. ex more Regum sub ea tempora [x]; vel, 2. ut in tanta rerum perturbatione populum filio suo obligaret [y]; quia fortè alios filios habuit [z], quos Joachino fortè populus præferre poterat, ipsius exemplo qui Joachazum fratri seniori prætulerat [a]. [Vide ad v. 5.] Vel verebatur nè Sedecias regnum invaderet [b]. Resp. 4. In tantis discrepantiis non est exspectanda utrobiq; proprietas: sed unus locus propriè accipiendus est, viz. quòd propriè erat *octodecim annorum*; alter autem locus sic intelligendus est, quòd erat *filius octavi anni*, vel initium regni ejus incidit in annum octavum, post inchoatam captivitatem Babylonicam, & in annum octavum Nebuchadnetzaris, 2 Reg. 24. 12. Ità igitur hîc loquitur Sp. Sanctus, quomodo de Ahazia 2 Reg. 8. 26. collat. cum 2 Par. 22. 2 †.

[p] Ca. [q] Q. in Buxt. ità Pi. [r] Abarb. in Buxt. 1. 2. 409. [*] Buxt. [t] G. ex Jun. [†] Pi. [v] Mar. ità L. T. La. K. in Buxt. Ma. V. &c. [x] San. in Buxt. [y] Wolp. in Buxt. [z] K. in Buxt. [a] Ità Wolp. [b] La. [†] Li.

10. *Cúmque anni circulus volveretur*, וְלִתְשׁוּבַת הַשָּׁנָה] *In reversione anni*, P. Pi. Ma. i. e. Quum revertebatur Sol, qui suâ circumvolutione facit annum [c]. Post revolutionem illius anni, i. e. revoluto anno à captivitate Joachin. Vide hæc 2 Reg. 24 [d]. Ergò aliquot mensium interregnum incidit inter mortem Joiachim, & inaugurationem filii ejus Joiachin,

[c] Pi. [d] V.

chin, qui tantùm 3 mensibus & 10 diebus regnavit *. Al. sic; Non intelligas factum fine anni ex quo cœpit regnare Joachin, qui & Jechonias; neque enim tamdiu regnavit; sed verum anni initium intellige, quod erat mense Nisan [f]. *Vertente anno*, JT. Pi. i. e. incipiente anno novo; nempe, in principio Veris [g].

12. *Prophetæ*, &c.] Heb. *Prophetæ ex ore Dei*, Ma. Verto, qui loquebatur *ex ore*, &c. Pi. sim. Vulg. Ellipsis verbi relati [h].

13. *Qui adjuraverat*, &c.] Juramento obstrinxerat ad parendum sibi [i]. Etiam malis & irreligiosis Principibus fides data servanda est; non enim sunt extra humanam societatem. Quòd si & jusjurandum accesserit, ut hîc, ejus violationem Deus ut suam injuriam vindicat. Vide de J.B. & P. 2. 13. 15, 16. & 3. 19. 2, 5, 13 [k]. ¶ *Per Deum*] Nempe, comminatus illi, nisi fidelis esset, iram non suam modò, sed & Dei. Quare & Sedeciam eum vocavit, quod sign. *justitiam Dei* [l]. ¶ *Induravit—cor*, וַיְאַמֵּץ אֶת־לְבָבוֹ] *Roboravitque cor suum*, P. *obstinavitque animum suum*, V. Contumaciter perseveravit in sua impietate [m].

15. *De nocte consurgens*, &c.] Heb. *manè surgendo & mittendo*, Mar. P. V. sim. Pi. tanquam diligens paterfamiliâs [n]. Maturè, tempestivè ac diligenter monens [o]. Similis locutio Jer. 11. 7. & 25. 3, 4, &c P. ¶ *Eò quòd parceret*; i. e. parcere vellet & cupiebat [q]; חָמַל] *Pepercit*, P. *misertus est*, *indulsit*, V. *clementer amplectebatur*, JT. sim. Pi.

16. *Subsannabant nuncios Dei*, וַיִּהְיוּ מַלְעִבִים וגו׳] *Et fuerunt subsannantes*, Ma. Pi. Id verbum significat Syris, & Arabibus, & Chaldæis Paraphrastis. Vel potiùs, *præcipites fuerunt* in Prophetas Dei; i.e. præcipitanter irruebant in eos, ut eos viderentur absorbere, deglutire, devorare, in profundum præcipitare, ubi penitùs demergerentur. Conferunt cum transposito בָּלַע [r]. ¶ *Illudebántque*, &c. וּמִתַּעְתְּעִים בִּנְבִיאָיו] *Et illudentes prophetis ejus*, M. Ti. V. sim. Mo. Sy. Ar. Ca. Strig. [Al. aliter;] *Et errabant in prophetis ejus*, P. *Seipsos seducebant contra prophetas ejus*, ità scil. ut Prophetis obsisterent, eósque opprimerent: vel, *volebant seipsos à prophetis seduci*; i. e. noluerunt audire Prophetas minitantes, & reprehendentes eos; sed verba tantùm bona omnia à Prophetis pollicitari desiderabant: vel, *prophetas malè tractârunt*, sive iis *abusi sunt*; eos scil. deridendo, & nihili habendo *. *Dicebant se circumduci* (vel *seduci*; Heb. *seducebant se*, Pi.) *per prophetas ejus*, JT. ¶ *Nulla curatio*, עַד לְאֵין מַרְפֵּא] *Ità ut nulla esset curatio*, P. i.e. Donec ascenderet furor Dei incurabilis [t]. [Al. sic;] Nullum erat remedium: q. d. Frustrà erat omnis cura & labor; nulla spes melioris vitæ. Unde mox subsecutæ pœnæ [v].

19. *Quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt*; וְכָל־כְּלִי וגו׳ לְהַשְׁחִית] *Et omnia vasa desideriorum* (vel *desiderabilia*, JT.) *ad delendum*, P. i. e. Ità ut delerent ac perderent omnia [x]. *In perditionem*, ο'. *corrumpendo*, Mo. *perdiderunt*, JT. *vastaverunt*, Sy. fuerunt *ad perdendum*, Pi.

20. *Filiis ejus*] i. e. Filio Evilmerodacho, & nepoti ejus Belsatzari. Vide Jerem. 52. & Dan. 5. 1, 2 [y]. ¶ *Donec imperaret rex Persarum*] Cyrus [z]. Heb. *usque ad regnare regnum Pharas*, Ma. vel *Persidis*, V. i. e. Donec regnum Chaldæorum translatum fuit ad Persas [a]. *Usque dum obtineret*, &c. JT.

21. *Et celebraret terra sabbata sua*, עַד רָצְתָה הָאָרֶץ אֶת־שַׁבְּתוֹתֶיהָ] *Donec terra perficeret* (vel *susciperet*, ο'.) *sabbata sua*, P. *donec terra frueretur* (vel *acquievisset*, JT. *delectata esset*, Pi. Sy. sim. Ti.) *sabbatis suis*, JT. Vide de hac phrasi ad Levit. 25. 2. Donec terra feriaretur, seu quiesceret ab aratione, messione, &c. nemine reperto qui eum colere aut vellet, aut posset [b]. Hierosolyma anno sabbatico diruta, & Templum anno sabbatico dedicatum & conflagratum: Jos. Scal. Emend. temp. 6. 2 [c]. ¶ *Cunctis diebus desolationis*; ità ο'. M. Pi. JT. הָשַּׁמָּה] *Desolari*, Mo. *quibus desolata fuit*, P.

22. *Anno primo Cyri*, &c.] Hæc verba ad finem usque eadem sunt unde suorum temporum historiam Esdras incepit. Is mos libros continuandi est antiquus, quem & Procopius sequitur fine Vandalicorum & Gothicorum initio [d].

Marginal notes: * Q. in Ma. — f Mar. sim. T. ex L. La. — g Pi. V. — h Pi. — i Pi. sim. Ma. — k G. — l T. — m Os. — n Mar. ex V. — o T. — p V. — q T. ex Mar. Q. in V. — r Ma. — * Belg. — t V. — v T. — x V. sim. Mar. — y Ma. — z G. — a V. — b T. — c G. — d G.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

ESDRAM.

Qu. 1. Quis fuit Esdras? Resp. Erat filius Saraiæ summi Pontificis, qui occisus est à Nabuch. 2 Reg. 25. 18, 21. Id ità esse patet ex c. 7. 1. collat. cum 1 Paral. 6. 14. & 2 Paral. 36. Unde constat eum fuisse fratrem juniorem Josedeci, qui Pontifex fuit in captivitate, cui successit Jesus, comes Zorobabelis, &c. Qu. 2. An Esdras fuit Propheta? Resp. Itá. Scripsit enim Scripturam canonicam; hunc librum, &, ut multi volunt, libros Paralipomenωn, & cap. 36. Gen. & 34. Deut. & Jos. ult. & Jer. ult. Sic Esdras addidisse videtur τὸ, *usque ad præsentem diem*, ubicunque id dicitur. Qu. 3. An Esdras restauravit S. Scripturam? Resp. 1. Multi censent libros omnes V. T. à Chaldæis cum Templo fuisse exustos, ac ab Esdra memoriâ potiùs Divinâ quàm humanâ restauratos. Ità Tertull. Euseb. &c. Non placet. 1. Chaldæi non poterant exurere omnes libros, qui per totam Judæam, imò per totum orbem, habebantur. 2. Constat Danielem habuisse librum Jeremiæ, quia Dan. 9. dicitur *ex libris intellexisse numerum 70 annorum*. 3. Prophetiam Esaiæ Cyro ostensam docet Josephus. Resp. 2. Patres plerique hoc tantùm volunt, Esdram libros Sacros in ordinem digessisse, & in lectiones divisisse, & errata quæ irrepserant correxisse. Addunt Hieron. & Euseb. Esdram invenisse novas literas Hebraicas, quibus etiamnum utimur, & priscas reliquisse Samaritanis, ut Judæi nullum cum eis, ne literarum quidem, haberent commercium. Porrò, Esdras valde longævus fuit, vixitque annos 132. Vixit enim usque ad annum 7. Artaxerxis, ut patet c. 7. 8. Pater enim ejus Saraias occisus est anno 11. Sedeciæ; unde ad primum Cyri erant anni 60. His adde 3 annos Cyri, 6 Cambysis, 36 Darii Hystaspis, 27 Artaxerxis; habebis annos 132. Et fortè diutiùs vixit. Esdræ & Nehemiæ synchroni & coævi fuêre, è Prophetis, Jerem. Baruch, Dan. Agg. Zach. Mal. è stirpe Regia, Jechon. Salath. Zorob. è Pontificibus, Saraias pater Esdræ, Josedec ejusdem frater, & Jesus nepos. Hoc tempore collecta fuit Synagoga magna, in qua editus fuit Canon librorum S. Scripturæ, cui præsederunt Esdras, Nehem. Daniel, Mardoch. Zorob. & Jesus: in qua pariter actum est de libris

Sacræ Scripturæ emendandis, ac in suas Sectiones ac capita dividendis: cujus rei cura data fuit Esdræ. Ità tradunt Hebræi[a].

CAP. I.

1. **A**Nno, ובשנת וגו׳] *Et anno.* Aut ו redundat: aut hanc historiam cum libro Paralipomenon continuat, & sic vertendum, *anno*, inquam, *primo*[a]: ut isthîc inchoata narratio hoc libro perficiatur[b]. ¶ *Anno primo Cyri*] Scil. regni Cyri in Babylonia[c]: nam in Persia jam 28 annos regnaverat[d]. ¶ *Cyri*, לכורש] *Chores*, P. Κύρȣ, *Cyri*, ο'. in V. *Cyrus Persicè idem est quod Sol*, ait Plutarch. in vita Artaxerxis: simil. Ctesias. *Cores* Pers. videtur acceptum ab Hebræo *Cheres* *. Hic *Cyrus*, devicto *Astyage*, (avo suo, Justin. l. 1. Medorum Rege, Me.) aut, quod Xenophon indicat, *Cyaxare* (quem Darium Medum Daniel nominat †) avunculo suo mortuo[f], Medorum imperium ad Persas transtulit[g]. ¶ *Ut compleretur*; sim. P. Ma. לכלות] *Quando complebatur*, i. e. incipiebat compleri[h]. ¶ *Verbum Domini ex ore*, &c.] Verto, quod prodierat (vel dictum, JT.) *ex ore*, Pi. ¶ *Suscitavit Dominus spiritum*, העיר] *Excitavit*, JT. Pi. Mar. Ma. Heb. *vigilare fecit*, Pi. Excitavit, tanquam ex veterno quodam; aut, à rebus iis quas vulgus Principum versat, ad excelsam & magnificam, & planè divinam, Ecclesiæ cultûsque Dei curam, eum evexit. Quæ vera est Principis celsitudo. Qui enim canum & equorum & armorum majore quàm juris & Religionis curâ tangi solent, hi infra dignitatis suæ gradum seipsos ad servos suos abjiciunt. παροριμώσας τὴν ψυχὴν habet h. l. Josephus[i]. *Spiritum*, i. e. animum, Pi. Wolp. & voluntatem, Mar. T. Wolp. V. & partes corporis quibus animus utitur ad res perficiendas; quales sunt spiritus in homine, qui sunt subtiles vapores ex sanguine expressi virtute cordis incensi, ità ut sint quasi quædam flammulæ vim ad humanas actiones suppeditantes. Porrò, Esdras his verbis clementiam hanc Cyri nec bonæ ipsius temperaturæ, nec astris, nec consiliariis, nec liberalibus disciplinis, sed uni Deo, acceptam fert; q. d. A Deo habuit Cyrus animi & corporis dotes & occasiones, earúmque usum ac fructum[k]. Hanc mentem injecit ei Deus[l]. Qu. Unde ei hæc mens? Resp. Suggessit vel Esdras, vel Daniel, ipsi (etiam proprio nomine expresso) à Deo Judæorum per Isaiam ante 120 annos addictum prædictúmque Orientis imperium, Isa. 44. & 45. Quod evidens erat miraculum: unde & verum Deum esse agnovit, & se gratum illi præstare voluit[m]. ¶ *Traduxit vocem*] Publicari fecit[n], per præconem[o].

2. *Cyrus rex Persarum*] Titulus regii edicti humilior sanè quàm hodie fit. Erat enim Rex & aliorum regnorum[p]. ¶ *Omnia regna—dedit*, &c.] Hyperbole[q]. Vel, regna circumjecta[r]. Magna sanè imperia; Persarum, jure nascendi; Medorum & Chaldæorum, jure victoriæ. Tanta autem est evidentia hujus veritatis, Unum esse Deum summæ hujus artificem, ut etiam ii Principes qui, non tam animi consensu, quàm quòd receptis erroribus non auderent contrà ire, multitudinem deorum colebant, sæpe tamen ad veri illius Dei confessionem conscientiæ vi adigerentur. Exemplum habemus in Nabuch. Dan. c. 2. vers. 47, &c. Et Cyrus & Darius pro se orari in Templo Hierosol. voluerunt, ait Jo. Victimas obtulêre Alexander M. Ptolemæus Philadelphus, Augustus, Tiberius, Vitellius. Reges plurimi dona Templo dedêre, etiam Sosius coronam auream. Neque verò Judæi in Templo preces pro suis tantùm obtulêre, sed pro omni humano genere, ut notat Philo; præsertim pro Lacedæmoniis & Romanis. Non erant ergò eorum Sapientes ἄμικτοι, ἀσύμφυλοι, (insociabiles,) quales habebantur partim malâ extraneorum interpretatione, partim ob culpam vulgi rudis. Vide de J. B. & P. 2. 15. 8, 9 †. ¶ *Ipse præcepit mihi*] Vel per Angelos; vel per somnia, aut arcanum afflatum[t]; vel per Prophetas[v]; per Esaiam, cap. 44. 28. & 45. 13[x]. Vel præcepit, i. e. præordinavit, decrevit *.

3. *Quis est in vobis de universo populo ejus?*] [Sim. omnes.] *Ejus*, id est, Dei. q. d. Vos estis populus Dei, vestrum est Deo Templum suscitare, eúmque honore prosequi, &c. *Filius honorat patrem*, &c. Mal. 1[y]. Populum Israel reputabat populum Dei cœli, quia in iis erat cultus ipsius[z]. *Si quis inter vos de toto populo ejus est*, Pi. *Quis est*, &c? scil. qui velit Templum ædificare[a]. *Quis* qui tenetur amore patriæ, Templi, Dei[b]? Efficax locutio; Quis est Israelitarum qui tanti Deum facit ut isthùc redeat[c]? ¶ *Sit Deus illius cum ipso*] i. e. Opto ei gratiosam præsentiam atque auxilium Dei[d]. Deus ei sit propitius: A me nihil desiderabitur †. Et precatur & prædicit illis prosperum successum. Argumentum sumit à facili. Facilè efficiuntur ea quibus Deus manum adhibet. Non dicit simpliciter *Deus*, sed, *Deus ejus*. Opus ergò est necessitudine & conjunctione cum Deo per fidem[f]. ¶ יְהִי אֱלֹהָיו עִמּוֹ וְיַעַל] Alii aliter reddunt; *Cum quo sit Deus ejus*, V. Mar. sim. Sy. Ar. (i. e. cui Deus hanc mentem injecerit instaurandi Templi[g],) *ascendat*. ו redundabit ante יעל, nisi vertas, *ascendat itaque*, i. e. qui ab eo incitatur ut revertatur. Hanc esse veram lectionem ostendit vers. 5. *Ascendat*: Do illi facultatem revertendi[h]. Non permitto tantùm, sed hortor[i]. ¶ *Ascendat in Jerusalem*] q. d. In exoptatam patriam, typum cœlestis patriæ[k]. ¶ *Ipse est Deus*] Lege id per parenthesin[l]. q. d. Qui est verus ille ac solus Deus[m].

4. *Et omnes reliqui*, &c. והנשאר מכל וגו׳] *Qui reliquus*, sive *residuus*, *fuerit*, sive *remanserit*, *ex*, vel *in*, *omnibus locis*, &c. P. V. JT. &c. Reliqui Judæorum qui in Babylone, &c. sedes fixerant[n]: qui aut non possint redire in Jerusalem[o], propter inopiam rerum necessariarum ad iter[p]; aut nolint[q]. Neque enim Rex ulli imponebat necessitatem[r]. ¶ *Adjuvent eum*, ינשאוהו] *Sublevabunt* (vel *sublevanto*, M. JT. Pi. V. sim. Ti. Ca.) *eum*, P. *& sument* (*ducant*, Ar. *abducant*, Sy.) *eum*, ο'. vel, *dono donent*, &c. V. ¶ *Viri de loco suo*] Hebr. *homines loci sui*, P. *loci ipsius*, JT. Sed hoc ambiguum est, & *ipsius* cum *loci* construi potest per syntaxin convenientiæ, quæ huc non quadrat †. Verto, *loci ejus*, Pi. V. i. e. loci ubi is peregrinatur: Genitivus adjuncti[t]. Concives ejus. [Al. sic;] Quisque in loco, vel de loco, suo; putà, de agris & domibus suis suppeditet[v]. Porrò, hi concives sunt, vel, 1 Gentes; ità nostri[x]: Chaldæi, sive Babylonii[y]. Nec mirum, nec iniquum erat Ethnicis imponi id oneris quod ipse Rex subibat[z]. Vel, 2. Judæi, vel, qui decreverant remanere in Chaldæa[a]; quos redeuntibus in Jerusalem quasi vectigales constituit[b]; fortasse taxato quantum quisque conferret[c]: vel, qui unà revertebantur; voluit ditiores in omnium reditu pauperibus adjumento esse[d]. Vel, 3. & Judæi & cæteri populi, præsertim præfecti provinciarum. Vide v. 6. & c. 3. 7 †. ¶ *Excepto quod voluntariè offerunt*, עִם הַנְּדָבָה] *Cum voluntaria*, sive *spontanea*, *oblatione*, vel *munere*, P. M. Ti. JT. &c. Præter donaria spontanea in hostias[f]; vel, pro instaurando Templo. *Ultra*, *supra oblationem*; i. e. cum eo quod spontè offerrent pro domo Dei[g]. q. d. Omnia offerendi potestatem facio[h]. עם hîc non est exceptivum, sed declarativum. Cùm jure recepto non liceret collectas facere impermissu Regis, permittit hîc Rex ut Judæi redire nolentes contribuerent ad reponendum Templum Dei quantum vellent. Interpretanda hæc ex Exod. 35. Nullam cuiquam contribuendi necessitatem imponit, sed contribuendi dat licentiam: qualem & Macedones Reges postea & Romani dedêre. Vide quæ diximus ad Matt. 17. 24[i]. ¶ *Templo Dei*] Verto, *in domum Dei* importanda, JT. [scil. *oblatione*.] *Ad domum Dei*, i. e. ad ædificationem domûs Dei[k].

5. *Surrexerunt*] Accinxerunt se itineri[l]. ¶ *Principes patrum*] i. e. Capita familiarum, San. ex ο'. sim. JT. Pi. &c. seniores tribuum, Me. ¶ *Et omnis cujus Deus suscitavit spiritum*, לכל העיר וגו׳] *Et cujuscunque excitavit Deus spiritum*, JT. *omnes quorum excitavit*, &c. P. M. Ti. ο'. simil. Sy. Ar. לכל sign. *cum omni*, Pi. sim. V. & deficit אשר[m]. Eadem locutio cum illa apud Livium 6. *Dii prohibebunt hæc*, inquies:

Marginal notes, left column: [a] La. sim. San. — [a] V. — [b] Wolp. — [c] Pi. ex Jun. sim. V. T. Me. — [d] Pi. ex Jun. — * La. — † Wolp. — [f] Mar. Wolp. sim. T. — [g] Me. ex Mar. — [h] Q. in V. — [i] Wolp. — [k] Wolp. — [l] Me. — [m] T. — [n] G. — [o] Pi. — [p] Os. — [q] Me. E. — [r] Me. — † G. — [t] Wolp. — [v] Os. Wolp. — [x] Me. — * La.

Marginal notes, right column: [y] Wolp. — [z] L. — [a] Mar. — [b] Os. — [c] G. — [d] Pi. — † G. — [f] Wolp. — [g] Mar. — [h] V. — [i] Os. — [k] Wolp. — [l] Mar. ex V. — [m] V. — [n] La. — [o] La. sim. Me. — [p] V. Ma. ex Jun. — [q] La. sim. Me. G. L. — [r] G. sim. V. — † Pi. — [t] Pi. — [v] La. — [x] V. ità L. — [y] Q. in Ma. — [z] Wolp. — [a] Ità He. in V. Ma. Mar. — [b] La. — [c] Mar. — [d] Ma. — † T. ex La. — [f] T. — [g] V. — [h] Mar. — [i] G. — [k] Pi. — [l] Pi. — [m] Pi.

inquies : sed nunquam propter te de cœlo descendent : tibi dent mentem oportet ut prohibeas. Verba enim talia Divinum quidem beneficium significant, sed bene acceptum [n]. *Suscitavit*, &c. id est, injecit hanc mentem [o], vel animum, sive studium instaurandæ civitatis [p]. Excitavit eos Deus, intus arcanâ quadam vi, extrinsecùs autem cohortatione & auxiliis Cyri, mutuísque monitis. Nota, non esse nostræ vel voluntatis, vel facultatis, res magnas gerere, verùm motus illi planè divinitus cientur. Absque hoc afflatu Dei vix unus aut alter rem tam difficilem tentare ausi essent. Erant enim per multa loca sparsi, ut ægre colligi, nedum convenire ad deliberandum, possent. Multi erant inopes, inglorii, &c. Patria, in solitudinem redacta, tenebatur à barbaris, & à Samaritanis circumsessa: Terra & superstitio peregrina multis allubuit [q]. *Et omnis*, &c. Intellige, ex aliis etiam tribubus, ut apparet ex 1 Paralip. cap. 9. vers. 3 [r].

6. *Universi*, &c.] Heb. *Et omnes circuitus eorum*, Mo. Pi. vel, qui erant in *circuitibus*; ut deficiat אֲשֶׁר, itémque præpos. בּ†. *Vicini*, JT. V. Vel Judæi remanentes; vel alienigenæ, qui Cyro fortè gratificari voluerunt [t]. ¶ *Adjuverunt manus*, חִזְּקוּ בִידֵיהֶם] *Firmaverunt*, vel *roboraverunt*, *manus eorum*, P. V. vel, *manibus suis*, JT. Ornârunt eos donis ac muneribus [v]. ¶ *In substantia*, בִּרְכוּשׁ] *Facultatibus*, JT. Rebus mobilibus [x]. *Supellectile*, vel *opibus*, vel *divitiis*, V. ¶ *Et jumentis*] Ad ferendum onera & homines: itémque ad colendum agros, &c [y]. ¶ *In supellectili*, וּבַמִּגְדָּנוֹת] *Et in cimeliis.* Vide ad Gen. 24. 53. *Rebus pretiosis*, JT. ¶ *Exceptis his quæ sponte obtulerant*, לְבַד עַל־כָּל־הִתְנַדֵּב] *Præter omne quod sponte oblatum est*, P. sim. ο'. JT. Pi. Ti. Ca. Heb. *præter omne sponte se offerre*, Pi. [Al. aliter;] *Præter illos quibus spontanea erat voluntas*, Ar. *Quicunque scilicet voluerunt*, Sy. *Ob id tantùm, ut quisque se liberalem exhiberet*, M.

8. *Per manum Mithridatis*] Nomen frequens apud Persas, à deo *Mithra* [z]. ¶ *Filii Gazabar*, הַגִּזְבָּר] *Thesaurarii*, M. P. Mo. sim. Ti. JT. Pi. Chaldæi sic vocant qu. גנזבר, à *gaza* [a]. ¶ *Annumeravit ea*, &c.] Quis? Resp. 1. Cyrus [b]. Sed hoc alienum videtur à majestate regia. Resp. 2. Mithridates, cui fidem habuisse putandus est, sicut in nummis suis, sic & in vasis sacris. Verto, *Deprompsit ea Cyrus——per Mithridatem*; is *verò numeravit ea*, &c. Talis autem syntaxis, quâ verbum posterius refertur ad personam proximè præcedentem, non autem ad remotiorem, de qua dictum est verbum prius, est frequens in Scriptura [c]. [Sed quidni hoc tribuatur Cyro, ità tamen, ut hoc per alium præstiterit? siquidem quod quisque facit per alium, facit per se.] ¶ *Annumeravit ea Sassabasar principi Judæ*, לְשֵׁשְׁבַּצַּר] *Sesbasar*, P. Qu. Quisnam hic? Resp. 1. Non Judæus aliquis, sed legatus Regis, qui Judæis reducibus præfectus erat, ut eos mitteret in possessionem terræ; alioquin illi cap. 5. 14. non omisissent mentionem generis, ut Judæos odio & invidiâ obruerent [d]. Resp. 2. Daniel †. Sed is non legitur rediisse in Jerusalem; sed Babylone remansit ad consolationem Judæorum remanentium [f]. Resp. 3. Zorobabel [g]. Probatur. Quia alius non erat eo tempore Princeps Judæorum, ut colligitur ex cap. 2. 2. & 3. 8. collat. cum 5. 16. ubi fundatio Templi nunc *Zorobabeli*, nunc *Sassabasari*, adscribitur [i]. Apud Chaldæos vocabatur *Sesbasar* [k]. Plurimi primores Judæi, dum sub Chaldæorum agebant dominatu, nomen habebant aliud patrium, sive domesticum, aliud Chaldaicum, sive aulicum. Vide Dan. 1. 7. Vide & quæ de Nehemiæ altero nomine mox dicemus [l]. Porrò, שֵׁשְׁבַּצַּר est nomen boni ad divitias ominis, ex *bysso* & *auro* compositum [m]: vel sign. *gaudens in tribulatione.* זְרֻבָּבֶל sign. *peregrinus in Babylone*, quòd ibi genitus erat [n]. Ità significavit [pater ipsius] miseriam populi Isr. exsulantis in Babyl. Sic viri pii inter aulæ honores (nam Zorobabel Regii corporis custos fuit, σωματοφύλαξ, ut Jo. loquitur 11. 4.) admonebantur, nè exuerent συμπάθειαν adversùs suos populares [o].

[n] G. [o] Me. [p] San. [q] Wolp. [r] Ma. ex Jun. † Pi. [t] Me. sim. Wolp. [v] V. [x] G. [y] Wolp. [z] G. [a] Waf. antiq. num. c. 17. [b] Ità JT. [c] Pi. [d] Ma. ex Jun. † He. in L. [f] L. [g] Ità L. Me. T. Pi. V. San. La. ex Jo. & Sal. Mar. Wolp. [i] T. ex San. [k] V. [l] G. sim. San. [m] G. [n] La. [o] G.

9. *Hic est numerus eorum*, sim. JT. וְאֵלֶּה מִסְפָּרָם] *Et hæc erant numero suo*, Pi. *Hæc autem sunt vasa illa in numero suo*, V. ¶ *Phialæ*; ità V. M. Ti. Ca. ο'. Ar. אֲגַרְטְלֵי] Putant vocem Persicam esse, & quærunt ei etymon in Hebraica lingua; quòd ferè orientales linguæ ex Hebræa sint propagatæ. Componunt ex אָגַר *collegit*, & טַל *ros*; qu. dic. Vasa quibus aqua colligitur ad aspergendum quasi rorem [p]. Vel, ex אָגַר, & טְלָה *agnus*; q. d. Vasa in quibus excipitur & colligitur sanguis victimarum [q]. Vertunt, *pollubra*, P. Mo. *pelves*, JT. *lagenas*, Sy. σπονδεῖα, ο'. Vide quæ ad Gen. 44. 2. Josephus ψυκτῆρας vertit [r]; i. e. vasa vino refrigerando facta, & conviviis adhibita †. ¶ *Cultri*; ita P. Mo. M. Ti. Ca. *secespitæ*, JT. id est, cultri quibus utebantur sacerdotes ad sacrificia [t]: מַחֲלָפִים] *Mutatoria*, ο'. Ar. Fortè sic vertunt, quòd vitam pecudum cum morte commutent cultri [v]. Hebræum חָלַף inter cætera idem significat quod כָּרַת *amputare*, & *succidere*. Vide de Job. c. 10. v. 17. & 11. 10. item Isa. 2. 18. Unde חֲלִיפָה *excisio*, Job. 14. 14. & מַחֲלָפִים *cultri*, ut Talmudicis חלופות *.

10. *Scyphi argentei secundi*; scil. ordinis & generis; nam primi erant aurei [x]: כְּפוֹרֵי כֶסֶף מִשְׁנִים] *Crateres* (*expiatoria*, Mo. *quintaria*, Sy. *pelves*, Ti. *cochlearia*, Q. in V.) *argentei secundi*, P. *secundi ordinis*, M. *secundarii*, JT. Ca. ab aureis; quorum usus erat in secunda parte Templi, i. e. in atrio [y]. Al. *duplicati*, Sy. sim. ο'. Ar. Al. *alterius formæ*, Ti. Me. vel minores, vel non ità pretiosi [z]. ¶ *Vasa alia mille*; ità ο'. Sy. P. Mo. M. Ca. Ti. Ar. כֵּלִים אֲחֵרִים אָלֶף] Al. sic, *vasa alia per millia*, JT. Pi. Non pro ratione formæ; sed promiscuè per numerum millenarium tradebantur minora utensilia [a]. Ità deficit ל [ante אֶלֶף.] Confirmatur hæc interpretatio per summam quæ indicatur vers. seq. quæ tanta non colligitur ex dictis, si hìc vertatur, *vasa alia mille*, neglectâ illâ ellipsi [b]. Hic versus & præcedens intelligendi sunt de magnis vasis Templi tantùm, ut ait ex doctioribus Hebræorum alter [c].

11. *Vasa aurea*, &c. כֵּלִים לַזָּהָב] *Vasa auri*, sive *aurea*, Mo. P. *ex auro*, JT. Pi. ל valet *ex*, Pi. ¶ *Universa tulit——cum his qui ascendebant*, &c. הַכֹּל הֶעֱלָה עִם הֵעָלוֹת הַגּוֹלָה וגו'] *Omnia extulit* (*deportavit*, JT. sim. M. *avexit*, Ti.) *quando ascendit captivitas*, P. sim. Mo. Heb. *cum ascendere effici migrationem.* *Migratio*, pro multitudine Judæorum quæ migraverat in Babylonem [d]. *Unà cum transmigratione, quæ ascendebat*, &c. M. sim. Ti.

[p] Ma. sim. Wolp. [q] Ma. [r] G. † Wolp. [t] Jun. sim. V. [v] Wolp. * BC. pag. 418. [x] La. [y] Jun. [z] Me. [a] Jun. [b] Pi. [c] V. [d] Pi.

CAP. II.

1. *HI sunt provinciæ filii*] Id est, vel, 1. Judææ †; quæ, abducto Sedeciâ, in formam provinciæ redacta est [f]; quæque infrà cap. 5. *provincia* dicitur [g]. Vel, 2. Babyloniæ, sive Chaldææ [h]; quæ hìc *provincia* vocatur ἀντονομαστικῶς, (sicut Romam *urbem* dicimus;) licèt alioquin multæ in Chaldæorum imperio fuerint provinciæ [i]. Porrò, *filii provinciæ* vocantur in ea aut nati, aut educati [k]. Sic, *filii Sion*, *Jerus.* &c. dicuntur earum incolæ [l]. Sensus est, q. d. Homines Judæi gente, sed nati in Chaldæis partibus [m]; vel, ibi captivi [n]. Recensio hæc sæpe numeris differt ab ea quæ est Nehem. 7. & in quibusdam Græcis exemplaribus hìc deest, ut & caput sequens. Fortè ex Nehemiæ libro huc translata est à descriptoribus ista recensio, & quæ sequuntur ad comma 68. Nam qui *Athersata* v. 63. est ipse Nehemias, ut apparet Neh. 8. 9; & quod scribitur ibi dixisse, id secundo demum itinere, cùm post Templum urbs ædificaretur, evenit, ut cognoscere est Nehem. 7. 70. Præterea, Mardochæus, cujus hìc nomen exstat, fuit in comitatu posterioris itineris, non prioris, ut Hebræi consentiunt [o]. Porrò, licèt hæc remigratio fuit maximè ex tribubus Juda & Benjamin & Levi; multi tamen ex decem tribubus unà redierunt. Nam, 1. non est im- probabile

† Me. ità T. Wolp. [f] Wolp. sim. T. [g] Wolp. [h] Me. ità La. San. V. [i] San. La. [k] La. ex V. [l] La. San. [m] G. [n] Pi. [o] G.

probabile plurimos ex Assyria, in quam traducti fuerant, commigrâsse Babylonem. 2. Numerus omnium revertentium erat 42 millia, &c. at ubi sigillatim computantur Tribus Juda, Benjamin & Levi, exsistunt tantùm 30 millia, &c[p]. ¶ *Reversi sunt ——unusquisque in civitatem suam*] Quam vel ipse, vel parentes ante annos 70 incoluerant[q]. Ità suas quisque possessiones recuperavit[r]. Obj. Quî id fieri potuit, cùm alii essent ex Juda, alii è Benjamin; alii de Levi, alii de decem tribubus, omnes tamen in Judam remigrâsse dicuntur? Porrò, nec eadem fuit terræ distributio post captivitatem quæ antè fuerat, ut docet Ezeciel. Resp. 1. Duæ Tribus Juda & Benjamin in unam quodammodo conflatæ sunt, & in unum quasi funiculum. 2. Redierunt in suas civitates, non quidem antiquas, à quibus exciderant, (cùm jam essent eversæ, aut ab aliis dominis occupatæ;) sed quas habuêre destinatas à Domino, vel in quibus à Deo & ducibus collocati sunt. Sic, cùm aliqua multitudo in diversa distrahitur, dicunt Latini unumquemque in suum locum abiisse, licèt locum illum antea non viderit †.

2. *Qui venerunt cum Zorobabel*] Hos separavit ab aliis, h. e. à plebeiis, de quibus seq. versu, quòd essent insigniores, clariores, ac illustriores[t]. Erant hi proceres populi[v]. ¶ *Nehemia*] Nempe, ille qui scripsit librum. Hic primùm venit cum Zorobabele; deinde reversus est Babylonem, & post aliquot annos Hierosf. rediit[x]. ¶ *Saraia*] Qui *Hazaria* Nehem. 7. v. 7. ¶ *Rahelaia*] *Rehamia* ibid[y]. ¶ *Mardochai*] Fortè hic patruus Esther[z]; qui cùm videret urbis & Templi ædificationem ex animo non succedere, in Susianam profectus est, &c[a]. ¶ *Mesphar*] Qui *Mispereth* Nehem. 7. 7. ¶ *Rehum*] Qui *Nechum* ibid[b]. ¶ *Numerus virorum*, &c.] qu. d. Hic est numerus, &c. Continetur his verbis titulus sequentis recensionis[c]. ¶ *Populi Israel*] *Israel* hîc ponitur pro *Juda*, ut Psal. 75. & Psal. 113. 2. *Facta est Judæa sanctificatio ejus*, *Israel potestas ejus* *.

3. *Filii Pharos*] Dictio בְּנֵי aliquando jungitur urbibus; & sign. *cives, incolas*: aliquando hominibus; & sign. *posteros*[d]. Per *familias* distinguit capita usque ad vers. 21. deinceps per urbes, usque ad v. 35. forsan quia familiæ erant ignotæ †. Porrò, cùm multa fuerint quæ hos exsules à reditu deterrebant, recensentur hoc loco qui tot pericula & molestias exantlârint, ut meritas laudes ferant[f].

5. *Septingenti*, &c.] Qui nomina dederunt in Babylonia; pervenerunt in Judæam tantùm 652. Nehem. 7. 10. Reliqui, vel consilio mutato remanserunt, vel in itinere mortui sunt. Idem dicendum de diversitate numerorum in sequent *.

6. *Filii Phahath*, &c. בְּנֵי פַחַת מוֹאָב לִבְנֵי יֵשׁוּעַ יוֹאָב] *Filii* (vel *posteri*, JT. Pi.) *Pahath Moab, filiorum* (vel *de filiis*, ο'. Os. vel *filii*, M.) *Jesua, Joab*, P. Mo. ο'. [Alii *Phahath* appellativè sumunt;] *Filii dominii Moabi, filii Jesu & Joabi*, Sy. *Filiorum ducis Moab, de filiis Jesua & Joab*, Ti. *Filii ducis Moab*, ducis, inquam, *filiorum Josue Joab*, Q. in Mar. Ut sit unus vir *Josue Joab* utrâque voce significatus; aut duo viri suâ ætate nobilissimi, quorum posteris caput erat *dux Moab*. Quid si sic vertas, *Filii Phahath Moab cum filiis Josue & Joab?* ità ut horum trium virorum posteros jungat, qui fortassis cognati erant[g]. [Al. sic;] Puto familias duas *Josue* & *Joab* sub unam illam *Pahath-Moab* computatas[h]. ¶ *Duodecim*] Quibus sex alii accesserunt, quum recensio in Judæa fieret, Nehem. 7. 11[i].

10. *Bani*] Qui *Binnui* Nehem. 7. 15[k].

16. *Qui erant ex Ezechia*] Viro quodam claro[l]; alio à Rege Ezeciâ[m]. Fortasse innuit cognatos fuisse Regi Ezeciæ[n].

18. *Jorah*] Qui *Chariph* Nehem. 7. 24[o].

20. *Filii Gebbar*] Heb. *Ghibar*, Ma. Qui Nehem. 7. 25. *filii Ghibbon*, i. e. cives illius urbis Benjam. Jos. 18. 25[p].

21. *Filii Bethlehem*] Ità ο'. Ar. Mo. P. Scil. urbis Bethlehem incolæ[q]; sive ex iis oriundi[r]. *Filii Bethlechemitæ*, Sy. JT. Pi. [Fortè insignem aliquem virum indè oriundum, & eâ ætate notissimum; designat.]

p San. q Os. r Wolp. † San. t V. v Me. x San. y Jun. z T. ex Mer. a D. ad Esther. b Jun. c Pi. * San. La. d V. † T. ad v. 21. f Wolp. * Jun. g Mar. h Os. i Ma. ex Jun. k Jun. l V. Os. m Os. n Ma. o Ma. ex Jun. p Ma. ex Jun. q V. Ma. r La.

22. *Viri Netupha*] Heb. *Netophah*. Urbis Judæ prope Bethlehem, cum qua conjungitur hîc & 1 Par. 2. 54. Vide 1 Par. 9. 16 †.

29. *Filii Nebo*] *Nebuntini*, JT. Non ex *Nebunte* Reubenitarum, quæ trans Jordanem erat, sed ex altera *Nebunte*, quæ passim *Nob* vocatur: ideo Nehem. 7. 33. *Nebo altera* vocatur[t].

30. *Filii Megbis*] Qui *Magpihasch* Nehem. 10. 19[v].

31. *Filii Elam alterius*] Ab eo scil. de quo vers. 7[x]. Sed mirum utriusque posterorum numerum parem esse, nempe 1254[y].

33. *Filii Lod, Hadid, & Ono*] Erant hæc tria oppida in sorte Benjamin. Vide 1 Par. 8. 12. Nehem. 6. 2. & 11. 34, 35[z]. *Lodæi, Charidæi, & Onuntini*, JT. *Charid* oppidum Judæ, quod *Chadida* 1 Mac. 12. 38. aut etiam *Chaddatha* (ut probabile est) Jos. cap. 15. vers. 37[a].

35. *Filii Senaa*] Loci ità dicti[b]. Incertum an sit nomen viri, an urbis[c].

36. *Sacerdotes*] Priùs recensuit filios Judah & Benjamin; nunc transit ad filios Levi[d]. ¶ *Filii Jadaia in domo Josuæ*] *Ex familia*, vel *domo*, *Josue*, JT. Pi. לְ hîc valet *ex* notans partem †. Vide 1 Par. cap. 9. v. 10[f].

40. *Filiorum Odaviæ*] *Hodaviæ*, JT. Qui *Hodeva* Nehem. 7. 43. & *Jehuda* infrà 3. 9[g].

43. *Nathinæi*] Id est, donati. Gibeonitæ Templi ministerio addicti. Vide ad 1 Par. 9. 2[h].

44. *Filii Siaa*] *Sibahæ*, JT. Qui *Siha* Nehem. 7. vers. 47[i].

46. *Semlai*] *Schamlai*, JT. Qui *Schalmai* Nehem. 7. 48[k].

50. *Filii Nephusim*] *Nephischisimi* Nehem. 7. 52[l].

55. *Filii servorum Salomonis*] Orti ex proselytis illis quos Salomon in structura Templi servilibus ministeriis addixerat[m]; & quos deinceps deputaverat ad Templi perpetuam conservationem & instaurationem[n]. Gabaonitæ hi erant[o]: vel potiùs alii erant. Ut Josue Gibeonitas, ità Salomon bello captos vel proselytos, Templo donavit[p]. Hi erant à reparationibus Templi, fuerúntque annumerati cum Nathinæis, sive Gabaonitis[q]. Qui sese dediderant Salomoni ex reliquiis Canan[r]. Vide 1 Reg. 9. 20, 21 †.

57. *Filii Ami*] *Ammonis* Nehem. 7. 59[t].

59. *Qui ascenderunt de Thelmala*, &c.] Nomina hæc sunt urbium Chaldææ[v], sive Babyloniæ & Mesopotamiæ[x], è quibus reg. multi emigrârunt in Judæam. Existimant hos fuisse vel proselytos, vel Israelitas qui à Salmanasare antè abducti essent in Assyriam[y]. *Thelmelach*: Videtur esse Ptolemæi *Telme*; sign. enim *cumulum salsum*, sive sterilem, ut erant agri sub Ure Chaldæorum, in quos rivi Euphratis ducti sunt, teste Plin. 6. 27[z]. ¶ *Thel-Harsa*] Ad Orientem Babyloniæ, quod vel nomen indicat[a]. ¶ *Cherub, & Adon, & Emer*] Isti nempe cum familiis suis[b]. ¶ *Non potuerunt indicare familiam*] Ac proinde certam aliquam possessionem in Judæa obtinere[c].

60. *Filii Dalaia*, &c.] Qui se Levitas profitebantur: ut colligitur ex comparatione hujus versiculi cum præcedente & sequente[d].

61. *Berzillai*] De quo 2 Sam. 17. 27 †. ¶ *Vocatus est nomine eorum*] Id est, posterorum Berzelai[f]. Malim, *illarum*, scilic. filiarum *Barzillai*, anomaliâ generis[g].

62. *Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ*: Voces Hebrææ id non ferunt, Di. אֵלֶּה בִּקְשׁוּ כְתָבָם הַמִּתְיַחְשִׂים] *Hi*, vel *Isti*, *quæsierunt* (sub. *quisque*, JT.) *scripturam suam*, P. Mo. JT. Pi. (libellum in quo descripti essent progenitores ipsius[h],) vel *scriptum suum*, M. Ti. *genealogizatorum*, Mo. vel, id est, *genealogias*, P. vel, *qui genus suum prædicabant*, JT. (At הִתְיַחֵשׂ non sign. *genus suum prædicare*, sed *in genealogia recenseri*, quod de non inventis dici nequit *.) Vel, *quum genealogiam suam indicare vellent*, Pi. vel, *inter eos qui habebant certam genealogiam*, M. vel, *ut sese in familiam* aliquam *insererent*, Ti. (Verùm neque ut in textu est, nec verbum sign. *in familiam sese inse-*

† Ma. t Ma. ex Jun. v Jun. x Ma. ex Jun. y T. ex La. z Ma. a Jun. b Wolp. c Ma. d V. † Pi. f La. g Jun. h Me. T. V. L. Ma. Pi. i Jun. k Jun. l Jun. m Me. sim. L. E. Os. Mar. n E. ex L. sim. Wolp. o Plerique in San. p La. q V. r Pi. † Jun. Ma. t Jun. v La. x Jun. y Wolp. z Jun. a Jun. b Ma. ex Jun. c Jun. d Jun. † Jun. Ma. f Ma. g Pi. h Pi. * Di.

inserere *.) *Hi quærebant scriptum suum, eorum qui per genealogias descripti erant*, V. in Tig. not. Id omnibus præcedentibus versionibus anteferrem. *Illi quæsiverunt suam recensionem, inquirentes genealogiam suam*, Genev. At הִתְיַחֵשׂ non est *inquirere genealogiam*. Notandum τὸ אֵלֶּה per accentum Reviah distingui, nec cum sequente בִּקְשׁוּ cohærere, quasi illi ipsi quæsierint suum catalogum; sed quum genus suum indicare non possent, הַמִּתְיַחְשִׂים, id est, illi quorum genealogia exstabat, qui jam recensiti erant in genealogia sacerdotali, quæsiverunt כְּתָבָם, illorum recensionem, nec sunt inventi. אֵלֶּה est nominativus absolutus, qui Latinè vertitur, *Ad illos quod attinet, quæsiverunt recensionem eorum ii qui jam erant recensiti in genealogia, & non sunt inventi.* Id nisi in mentem venisset, prætulissem reliquis omnibus versionem τῶν LXX. *Hi* (sub. *sunt*) *quorum inquisiverunt scripturam recensores genealogiarum* (Græcè οἱ γενεαλογοῦντες, sed malim, οἱ γενεαλογούμενοι, *qui in genealogia recensebantur*,) *& non sunt inventi* †. ¶ *Et non invenerunt*] Heb. *&*, vel *sed, non inventi sunt*, Mo. P. M. Ti, &c. sub. *in eo catalogo*, V. ¶ *Et ejecti sunt de sac.* וַיְגֹאֲלוּ מִן הַכְּהֻנָּה] *Et*, vel *Ideo*, *sunt abdicati* (vel *elongati*, P. vel *rejecti*, M. Ti. V. *polluti*, Jun. i. e. polluti judicati sunt; ac proinde abstenti; cum causa effectum intelligitur [i]: *ut polluti abstenti*, JT.) *à sacerdotio*, ο'. Sy. Mo. Verbum irregulare est, & componitur ex Niphal & Pual [k]. Familiarum distinctio apud Israelitas studiosè observata fuit, nè familiæ vel possessiones confunderentur; néve gentes exteræ se miscerent civibus populi Dei [l]; & ut scirent quibus essent connubiali nexu copulandi. At exustis urbe & Templo, iisque tumultuariè Babylonem abductis, periêre multis tabularia [m].

63. *Et dixit Athersatha*, הַתִּרְשָׁתָא] Quis hic? 1. Legatus Regis, sive Commissarius; is autem fuit *Sheshbatzar*, suprà 1. 8 [n]. 2. Nehemias [o]. Is Chaldaicâ, seu Persicâ, appellatione sic dictus est [p]. *Thirsatha* erat nomen officii, vel dignitatis, apud Chaldæos [q]. Componunt ex תִּירוֹשׁ *vino*, & שְׁתָה *bibere*, quòd esset pincerna Regis [r]. תִּרְשָׁתָא, vox in nullo adhuc, quod sciam, Lexico, *judex, censor*, ob severitatem, à Persico תרשה *austerus*. Favet Syrus, רישא דכומרא, & קשישא. Addicit Ar. דיאן, qui & Censoris agit officium †. Porrò, Nehemias sic vocatur Nehem. 8. 9. & 10. 1 [r]. ¶ *Ut non comederent*] Vel, *ne comederent*, JT. Pi. P. &c. אֲשֶׁר valet *ut*; nisi vertendum, *quòd non deberent comedere* [v]. ¶ *De Sancto sanctorum*] [Sim. omnes.] *De rebus sanctissimis*, Pi. id est, de sacrificiis pro peccato oblatis, aut armum dextrum è victimis pacificis [x]. De panibus propositionis, & de oblatis pro peccato & delicto [y]. Hæc enim cedebant solis sacerdotibus [z]. ¶ *Donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus*, לְאוּרִים וּלְתֻמִּים] *In illustrationibus & perfectionibus*, Mo. *& inquireret ac videret*, Sy. *cum Urim & Thummim*, P. Ti. JT. Pi. V. &c. i. e. Qui dignus sit gestare Urim & Thummim, sicut tempore primi Templi [a]. Per ea Deus consulebatur quid in causis dubiis facto opus esset [b]. Vide Exod. 28. 30 [c]. & Numer. 27. 21. 1 Sam. 23. 9. & 28. 6. & 30. 7 [d]. *Donec exsisteret Pontifex Claritatis & Integritatis*; qui ex Dei oraculo (adhibito Aaronis monili, in quo *Claritas* & *Integritas* scriptum erat,) sciscitaretur an illi ex Sacerdotum genere essent †. Præclarè fungitur Nehemias officio suo. 1. Censuram adhibet, & delectum habet eorum qui ipsius fidei crediti sunt. 2. Sacerdotibus sua bona assignat, aliísque ea denegat. 3. Pœnam moderatur, quòd suum eis jus salvum relinquit, si id in posterum probare possent [f].

64. *Omnis multitudo quasi unus*] Sim. Mo. *tanquam vir unus*, P. Referunt ad concordiam [g]. Unanimiter *quasi vir unus* ascendens, Of. ¶ כָּל־הַקָּהָל כְּאֶחָד] *Omnis congregatio*, vel *multitudo, simul*, &c. ο'. M. V. vel, in unum collecta. Orationem integram habes cap. 3. 1 [h]. Vel, *ad unum usque*, Ti. vel, *universè*, JT. ¶ *Quadraginta duo millia*, &c.] At si sigillatim numeros computes, sunt tantùm 29818. Addendi ergò sunt 12542 [i]. Resp. 1. Hos conflant illi ex decem tribubus qui cum Juda & Benjamin redierunt, sed hîc non recensentur [k]. Resp. 2. Erant hi 42000, &c. comprehensis illis qui sua natalia non potuerunt profiteri tam ex Israelitis quàm ex Levitis & Sacerdotibus [l]. Porrò, hi ipsi eodem ferè modo, demptis pauculis, numerantur Nehem. 7. 6, &c [m]. Constat autem ex collatione numeri captivorum in libris Reg. & Jerem. exsulum numerum supra duplum auctum fuisse *.

65. *Servi—septem millia*, &c.] Vide tenuem captivorum fortunam, cùm tot millia non haberent plures servos [n]. ¶ *Et in ipsis*] Ambiguum est, an in Israelitis ascendentibus, an in servis, &c. fuisse dicantur [o]. ¶ *Cantores & cantatrices*] Illos Levitæ ad revocandum in usum musicam sacram (quam oblivioni tradiderant) instituta profectione pecuniâ compararant [p]. Cantores Templo adhibebantur [q]; nec non cantatrices, ut patet ex 1 Par. 25. 5 [r]. [Alii hoc negant.] Cantatricibus in Templo nullum locum datum video †. Ergò cantatrices hæ adhibebantur ad laicas cantiones, v. g. ad canendum in funeribus, nuptiis, conviviis, &c. Significatur lætissimus Judæorum è Babylone reditus, ut præ gaudio canerent, juxta Isa. 66 [t]. Cùm cantoribus hîc adjunctæ sunt cantatrices, nihil sacrum, sed laicum & commune, hoc loco significari puto [v]. ¶ *Ducenti*] At Nehem. 7. 67. sunt 245. Resp. 1. Esdras tantùm præcipuos nominavit, & magis notos. Vel potiùs, 2. initio multa erant in sacerdotali tribu obscura, nec pauci rejecti: At ex quo venerunt Hierosol. genus ipsorum compertum est, ideóque plures à Nehemia numerantur [x].

68. *Et de principibus patrum*] Ità P. &c. Quidam *ex præcipuis patribus*, M. sic V. Familiarum parentes & capita [y]. ¶ *Cùm ingrederentur templum Domini*, בְּבוֹאָם לְבֵית יְהוָה] At quomodo in Templum ingrederentur, quod jam erat exustum? Resp. 1. Templum vocatur locus in quo steterat Templum, quia is sacer erat ac cultui Dei destinatus [z]. Et personæ & loca retinent aliquando nomen pristinum, etiamsi ratio nominis defuerit. Sic arces vocamus aut urbes, licèt earum tantùm exstent vestigia [a]. 2. [Al. locum aliter reddunt;] *Cùm venissent propter domum Domini*, M. sic V. [vel, *ad domum*, &c. sub *exstruendam*; quod ex toto contextu apertè significatur.] ¶ *Quod* [scil. *templum*] *est in Jerusalem*, אֲשֶׁר בִּירוּשָׁלָם] Al. *Quam* [scil. *domum*] erigere cupiebant *in Jerusalem*, M. *ad domum Jehovæ, qui habitat Jerus.* JT. ¶ *In loco suo*, ità M. עַל מְכוֹנוֹ] *Super basin suam*, V. Ti. i. e. à fundamentis ipsis [b].

69. *Secundùm vires*] Nihil supra facultates, sive vires, requiritur [c]. ¶ *Auri solidos*] In Hebræo est Græca vox דַּרְכְּמוֹנִים, i. e. drachmas; ut & Nehem. 7. 70. Non id mirum, cùm, ut alibi diximus, jam à Danielis temporibus multæ Græcæ voces in Chaldæum sermonem penetrâssent. Contrà, *minæ* vox & *binis* ex Syriaco sermone in Græciam venêre [d].

70. *Universus Israel*] Non ergò solùm Tribus Juda & Benjamin redierunt in Terram promissionis, ut contendunt Judæi †.

CAP. III.

1. **V**Enerat *mensis septimus*] *Cùm advenisset*, &c. JT. Heb. *Et attigit*, &c. Sed vertendum, *Cùm appropinquaret*, &c. Tunc enim cùm Judæi sese congregârunt Hierosolymam, nondum advenerat; quippe statim primo illius mensis die cœperunt celebrare festum Tabernaculorum, v. 6 [a]. ¶ *Mensis septimus*] Hic est Tisri, Septembri nostro (ferè, Me.) respondens [b]; vel partim Septembri, partim Octobri [c]. Septimus, nempe à Nisan, qui primus erat mensis anni sacri [d], sive quoad festa †. Primum anniversarium festum à Deo præscriptum in mensem istum incidit [f]. Hinc videtur, quòd Judæi Babylone discesserunt initio Veris, & post 4 menses itineris pervenerunt in Jerusalem, & se

Marginal notes (left column): * Di. — † Di. — [i] Pi. — [k] Ma. — [l] Wolp. — [m] San. — [n] Jun. — [o] Ità L. Me. T. Of. San. La. G. — [p] Ma. — [q] V. — [r] Ma. — † Castel. lexic. — [r] Belg. La. — [v] Pi. — [x] La. — [y] Wolp. — [z] La. Wolp. — [a] V. — [b] Pi. — [c] V. — [d] Pi. — † Ca. — [f] Wolp. — [g] Ità Wolp. L. Mar. — [h] V. — [i] La.

Marginal notes (right column): [k] La. San. sim. L. Me. — [l] Ma. ex Jun. — [m] San. La. — * Wolp. sim. Of. — [n] San. — [o] Ma. — [p] Jun. — [q] La. L. — [r] L. — † San. — [t] La. San. — [v] San. — [x] San. — [y] San. — [z] L. — [a] San. — [b] V. — [c] Wolp. — [d] G. — † Ca. — [a] Pi. — [b] M. Me. San. Mar. — [c] V. Pi. Ma. — [d] Ma. — † Mar. — [f] Ma. ex Jun.

se ad festa præpararunt. Confer infrà cap. 7. 1[g]. ¶ *Congregatus est quasi vir unus*] Vel, *unanimiter*, JT. sim. Ma. vel, omnes, nullo excepto[h].

2. *Josue—& Zorobabel*] Zorobabel hîc nominatur post *Josuam*, alibi præcedit, quia Prorex & summus Sacerdos apud Judæos erant dignitate pares, aut suppares. Hinc colligitur Zorob. minimè fuisse Judæorum Regem[i]. ¶ *Zorobabel filius Sealthiel*] Vel, 1. non generatione, sed educatione: nam *Sealthiel* erat patruus ejus[k]. Vel, 2. nepos *Sealthiel* ex filio *Pedaiah*. Vide 1 Paral. 3. 17, 18, 19[l]. ¶ *Ædificaverunt altare*, &c.] Nolentes, scilicet, dum Templum struitur à sacrificiis vacare[m]. ¶ *Ut offerrent*, &c.] i. e. Ut cum oblatione, &c. precarentur Dominum[n].

3. *Collocaverunt*; ità V. וַיָּכִינוּ] *Firmaverunt autem*, P. *Concinnaverunt*, V. ¶ *Super bases suas*] Ità Ma. &c. *In sede sua*, JT. vel *ejus*, Pi. i. e. eo loco ubi ante ruinam Templi steterat[o]. Alii, *super firmitates suas*, i. e. fixum & immobile, ex lapidibus, &c. nè à vicinis gentibus facilè destrui posset[p]. ¶ *Deterrentibus eos*, &c. כִּי בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם וגו׳] Difficultatem parit illud ב in בְּאֵימָה[q]. *Quia in terrore super eos à populis terrarum*, Mo. o'. *quòd timerent sibi*, &c. P. *quoniam terror*, &c. erat *super eos*, &c. M. Ti. Di. Ut ad Dei auxilium alacriùs confugerent[r]. Ità periculi metus eos adegit ad officium †. Id *enim* fecerunt *ob timorem* qui erat *super eos*, &c. V. *Pararunt altare —propter timorem*, &c. AE. ut sit pleonasmus τῶ כִּי. Sed nihil his opus. ב in בְּאֵימָה format nominativum, ut apud Arabes. De quo vide ad Jud. 18. 1[t]. [Alii aliter;] *Quamvis cum terrore*, Jun. Pi. *super eos*, &c. Jun. vel, qui invadebat *eos*, &c. Pi. q. d. Non propterea destiterunt à restituendo quamprimùm Dei cultu[v].

4. *Holocaustum diebus singulis per ordinem*, בְּמִסְפָּר] *In numero*, V. Os. *juxta numerum*, P. *Pro numero*, qui definitur in singulos dies, Num. 29. 12, &c[x]. Habebat enim quilibet dies certum sacrificiorum numerum[y]. Servato numero victimarum pro ratione & dignitate dierum. Alia enim erant sacrificia in solennitatibus quàm in aliis diebus[z].

5. *Et post hæc, holocaustum juge*, &c.] Significat, ab hoc mense restitutum esse ritum sacrum sacrificiorum, & deinceps tenuisse cursum suum, ut scil. temporibus suis, sive Calendæ essent, sive aliæ solennitates, servaretur lex sacrificiorum à Mose præscripta[a]. Post festum Tabernaculorum obtulerunt holocaustum juge[b], ex lege Num. 28. 3[c]. Hoc nullo tempore omittendum erat, sed primum locum & tempus sibi vendicabat in quacunque solennitate[d]. *Post hæc* non significat ordinem temporis, sed rerum & narrationis; q. d. Ad hæc holocaustum juge obtulerunt *. ¶ *Tam in calendis*, וְלֶחֳדָשִׁים] *Et in mensibus*, Sy. Mo. *noviluniis*, JT. Pi. sim. M. Ti. o'. *in calendis*, P. & holocaustum *neomeniarum*, V. *præterea holocausta continua in pleniluniis*, Ar. ¶ *Quàm in universis solennitatibus Domini quæ erant consecratæ*, וּלְכָל־מוֹעֲדֵי יְהוָה הַמְקֻדָּשִׁים] *Et omnibus* (& *in omnibus*, P.) *solennitatibus Domini sanctificatis*, Mo. P. sim. o'. Ar. Ti. M. [Al. aliter;] *Ac in omnibus statis feriis Jehovæ res sacras*, vel *consecratas*, (Heb. *sanctificata*, Pi.) sub. *obtulerunt*, JT. Pi. i. e. quælibet alia sacrificia †. ¶ *Et in omnibus in quibus ultro offerebatur*, &c. וּלְכֹל מִתְנַדֵּב נְדָבָה לַיהוָה] *Et omni spontaneè offerenti* (vel, & *omnium spontaneè offerentium*, P.) *spontaneum Domino*, Mo. o'. sim. Sy. *Denique omne votum quod Deo vovetur*, Ar. Et (sub. *holocaustum*, V. vel *sacrificia*, JT. Pi.) *omnium qui spontè offerebant*, &c. V. sim. JT. Pi. sub. *obtulerunt*, JT. Pi. *Jehovæ*, V. *Et pro omni eo qui voluntariam Domino fecit oblationem*, M.

6. *Templum nondum fundatum*, &c.] Priùs exstructâ Arâ, atque oblatis holocaustis, Deo se commendârunt atque reconciliârunt, ut tantò purgatiores ad ædificationem Templi accederent[f]. Porrò, Altare holocausti, etiam constructo Templo, erat sub aperto cœlo[g].

7. *Cibum & potum*, &c.] Quibus rebus carebant illi, abundat Terra promissionis[h]. Sicut fecerat Salomon 1 Reg. 5[i]. ¶ *Ad mare Joppe*] Vel *Jappo*, sive *Japho*, M. Ti. P. Mo. i. e. Ad maritimum portum Joppes, unde commodè advehebantur ligna Hierosol.

e La. — h V. sim. Me. — i BA. 1. 2. 17. 217. — k V. Ma. — l Ma. ex Pi. & Jun. — m G. — n V. — o Jun. sim. Os. — p Ma. — q Di. — r Os. — † Wolp. — t Di. — v Jun. — x Ma. ex Jun. — y Os. — z V. — a Me. — b V. — c Ma. — d San. — * Mar. — † Ma. ex Jun. — f Wolp. ex Beda. — g San. — h San. — i Me.

propter itineris commoditatem, & propinquitatem loci[k]. Antiquissimum oppidum erat *Joppe*, &, si Solino credimus, ante diluvium Noæ conditum, distabátque ab Hierosol. 40. mil. pass[l]. ¶ אֶל־יָם יָפוֹא] *Ad*, vel *in*, *Japho per mare*, Belg. Sy. ¶ *Juxta quod præceperat*; ità Ar. sim. Sy. כְּרִשְׁיוֹן] *Juxta permissionem*, Mo. o'. *voluntatem*, P. *præceptum*, V. *indultum*, Wolp. sim. Ti. *facultatem*, sive *licentiam*, Pi. JT. Mar. Di. *concessionem*, M. Conjectantur vocem esse Persicam[m]. Idem est quod Rabbinis רְשׁוּת, *potestas*, *facultas*: apud eosdem רְשַׁאי, *qui potestatem faciendi habet*; הִרְשָׁה, *potestatem dedit*. Radix est Æthiop. רשי *facere*. Vide Matt. 4. 19. & 5. 36. Hinc רִשְׁיוֹן *facultas*, *faciendi potestas*: & הִרְשָׁה *fecit facere*, i. e. fecit ut alius facere posset *. Porrò, *secundùm facultatem Cyri*, &c. i. e. facultatem à Cyro datam: Nam nomen rectum, sive genitivi casûs, quandoque denotat causam efficientem. Sic Deuter. 32. 19. *præ indignatione filiorum*, &c. i. e. quam filii effecerunt, Deum irritando. Sic Job. c. 14. v. 1. *Natus mulieris*, i. e. de muliere †.

8. *Anno secundo adventûs*] Non parùm temporis transactum fuit in paranda comportandâque materia[n]. ¶ *Ad templum*] i. e. Locum in quo steterat Templum[o].

9. *Ut instarent super eos qui faciebant opus*] i. e. Structoribus ipsis: ut posteri Chenadadi, qui sequuntur, præerant rebus importandis & deportandis: 2 Par. 34. 12, 13. Est enim membrum ἀνανταπόδοτον[p]. ¶ *Et filii eorum*] Sub. *qui electi fuerant* ut præessent, V.

10. *Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis*; sim. o'. מְלֻבָּשִׁים וגו׳] *Vestiti*, vel *induti*, (scil. vestibus sacerdotalibus, Synecd. Pi.) *in*, vel *cum*, *tubis*, Ma. JT. *Induti*, & habentes *tubas*, M. ¶ *Ut laudarent Deum per manus David*, עַל־יְדֵי דָוִיד] *Per* (*super*, Mo.) *manus Davidis*, P. *per Davidem*, Sy. Ar. *authore Davide*, Ca. *per modum Davidis*, M. *secundùm institutionem Davidis*, Gal. sim. Ti. *cùm canticis traditis à Davide*, JT. Pi. Heb. *cum manibus*, &c. Meton. subjecti, & Synecd. gen[q]. Vide simile 2 Chron. 29. 27[r]. Recitando ac decantando psalmos Davidis †. *Per manus*, i. e. opera, David, putà psalmos, &c[t]. Verò, *juxta*, vel *ad*, *manus*, i. e. ductu, Davidis; quod explicatur Nehem. 12. 36. *instrumentis canticorum Davidis*. Enarratur autem in Liturgia Judæorum, quænam Davidis cantica singulis septimanæ diebus Levitæ canere solebant; nempe primo Psal. 24, secundo Psal. 48, tertio Psal. 82, quarto Psal. 94, quinto Psal. 81. sexto Psal. 93, septimo Psal. 92 †.

11. *Eò quòd fundatum esset*, &c. ità P. עַל הוּסַד וגו׳] *Quòd fundaretur*, M. Quòd viderent jaci fundamenta[v]. *Super fundatam esse*, &c. Mo. *super fundatione*, &c. o'. *pro fundamento*, &c. Ar. *super fundari*, Q. in Ma. τὸ הוּסַד aliis est præteritum ex Hophal, aliis infinitivum, aliis nomen[x]. [Potiùs infinitivum pro nomine positum videtur.]

12. *Qui viderant templum prius cùm fundatum esset*, & *hoc templum in oculis eorum*, בְּיָסְדוֹ זֶה הַבַּיִת בְּעֵינֵיהֶם] [Illud בְּיָסְדוֹ referunt alii ad primam domum.] *Qui viderant domum primam in fundatione ejus*, o'. in E. vel, *cùm fundaretur*, Ar. vel, *in fundatione sua*, sive *ejus*, JT. Pi. & *hanc domum oculis suis*, o'. vel, *quando viderunt hanc domum*, Ar. vel, *hâc domo versante ante oculos eorum*, JT. Præp. ב hîc valet *ante*, Pi. *In fundatione*, i. e. dum adhuc exsisteret[y]; vel, stantem super fundamenta sua. Alioquin fundata erat illa domus ante 500 annos. Porrò, multi [ex his] viderant prius Templum[z], quia eversum fuit tantùm ante 60 annos, i. e. anno captivitatis undecimo, 2 Reg. 25. 2 Chron. 36. Ezec. 40. 1[a]. [Alii בְּיָסְדוֹ referunt ad posteriorem domum:] *In fundando ipsum* (nempe populum, Ma.) *hanc domum in oculis eorum*, Mo. *cùm hæc*, vel *ista*, *domus coram oculis eorum fundaretur*, M. Ti. Mar. sim. Ca. *dum fundarent hanc domum*, &c. P. i. e. Ipsis cementibus hujus Templi fundamenta jaci[b]. Distingue sic; *Qui viderant templum prius* [Hîc, credo, apponendum erat comma, alioquin nulla esset à Vulgato discrepantia,] *cùm fundatum esset & hoc templum in oculis eorum*. In Hebræo nihil opus nisi accentum trajicere *. [Intelligit

k Jun. — l Wolp. — m Ma. — * Di. — † Glass. gram. p. 102. — n San. — o La. — p Jun. — q Pi. — r Jun. — † V. — t Me. — † Di. — v V. — x Ma. — y Jun. — z E. — a Jun. — b V. — * G.

telligit Zakeph-katon positum super vocem בִּיסְּדוֹ, per quem vox ad præcedentia referri debere plerumque significatur.] Malè collocatur accentus distinguens Sakeph-katon super vocem בִּיסְּדוֹ, & rejiciendus est in vocem antecedentem הָרִאשׁוֹן *. Respond. 1. Accentus distinguentes non semper distinguunt, sed vel musicæ, vel ordinis & consecutionis, causâ tantùm adhibentur. Et doctrina Accentuum perplexa est atque difficilis, & magnam partem incognita, fatentibus & deplorantibus Hebræis. 2. *Sakeph-katon* levem tantùm distinctionem facit, qualem vim habet & *Reviah*. Sic ergò verti potest hic locus, ut sit pleonasmus pronominis relativi, *Cùm fundarent eam hanc domum*, &c. q. d. *Cùm fundarent hanc, hanc*, inquam, *domum*, &c. Sic Exod. 35. 5. יְבִיאֶהָ אֵת תְּרוּמַת וגו׳, *adducet eam oblationem Domini*, ubi supra יְבִיאֶהָ est Sakeph-gadol, quia sensus est, *Eam, oblationem*, inquam, *Domini*. Sic Proverb. 14. 13. [Vide ibi, favente Deo, annotanda.] Qu. At si בִּיסְּדוֹ referas ad præcedentia, quomodo cum iis sequentia cohærent? Resp. Vel ex præcedentibus repeti potest כַּאֲשֶׁר רָאוּ, *cùm viderent domum hanc*, &c. ità K. Vel, supplendum τὸ *Vau*; *qui viderunt domum priorem*, &c. & *domum hanc*, &c. Quæ ellipsis est frequentissima. Vel ista verba dependent ab אֲשֶׁר, *qui viderunt domum priorem*, &c. & *in quorum oculis* simul *erat* domus ista †. Non respondebat hoc Templum magnitudini prioris, Agg. 2. 4. Aberat præterea Urim & Thummim, Nehem. 7. 65 *. ¶ *Flebant*] Quòd Templi novi fundamenta non responderent magnitudini & majestati prioris Templi [c]. Flebant quoque vestigia præteritarum calamitatum, quæ se undique in oculos ingerebant [d]. Porrò, peccatum hoc erat contra αὐτάρκειαν. Præsentium bonorum contemptio maximum est gratitudinis impedimentum: Agendæ sunt Deo gratiæ de minimis beneficiis, quibus sanè indigni sumus. Et gravius hoc erat peccatum, quòd Levitæ & Sacerdotes hoc impedimentum objecerant, quorum exemplo alii offendi poterant †.

13. *Vocem clamoris——& vocem fletûs*, לְקוֹל בְּכִי] *A voce fletûs*, ο'. M. P. Mo. JT. *propter fletum*, Ar. ¶ *Audiebatur procul*] Heb. *ad longinquum*, vel *remotum*, sub. *locum*, V.

(* Capel. crit. — † Buxt. vind. 2. 13. 882. — * G. — [c] La. sim. San. E. T. — [d] T. ex La. — † Wolp.)

CAP. IV.

1. Hostes *Judæ*, &c.] i. e. Samaritani, ut constat ex v. 2. & 10 [a]. Chutæi, intus inimici, sed amicitiam simulantes interdum [b]. Rebus Judæorum afflictis, cognatos se esse negabant; at rebus prosperis, id affirmabant [c]. ¶ *Filii captivitatis*] i. e. Qui transmigraverant in Babylonem, & illinc redierant [d]. Hujus capitis commata sex prima in lib. Græcis desunt †.

2. *Accedentes ad Zorob. & principes patrum*] Hos alloquuntur, 1. Quia illis circumventis, sperabant populum facilè assensurum: 2. Ut ipsos, si repugnâssent, apud plebem traducerent, ob neglectum publicum commodum [f]. ¶ *Dixerunt eis*, &c.] Hoc consilio, ut, illis intermissi specie Religionis, personas inter se committerent, & opus interverterent [g]. ¶ *Ædificemus*] Sub. *templum Domino*, V. Permittite ut ædificemus [h]. ¶ *Quærimus Deum vestrum*, נִדְרוֹשׁ וגו׳] *Quæremus*, &c. P. Ma. &c. *requisituri sumus*, &c. JT. Colemus Deum vestrum [i]. ¶ *Nos immolavimus*, &c. וְלֹא אֲנַחְנוּ זֹבְחִים וגו׳] *Et non nos immolantes*, &c. Mo. *Non enim* alteri (sub. *Deo quàm vestro*, V.) *sacrificamus*, JT. V. וְלֹא mendosè hîc scribitur pro וְלוֹ: quam lectionem confirmat collatio loci 2 Reg. c. 17. v. 33 [k]. [Hanc lectionem sequuntur M. Ti. Ca. P. JT. ο'. Sy. Ar. Pi.] *Et sanè illi sacrificamus*, Pi. ¶ *A diebus Asar-Haddan regis Assur*] Idem est qui nominatur 2 Reg. 19. 37 [l]. Fuit hic filius *Sennacherib* [m], ultimus Assyriorum Princeps [n]. At coloniæ hæ deductæ erant multò antequam *Asarhaddon* regnum iniisset: nimirum, *Tiglath Pulassar*, regnante in Israele Pecâ, quasdam Tribus in Assyriam abduxit; reliquas autem Tribus pòst abduxit Salmanassar, regnante Oseâ. In earum locum coloniæ istæ deductæ sunt; sed quo duce non memoratur. Verisimile tamen est, Asarhaddonis auspiciis & ductu id factum fuisse. Cùm enim post deletam Samariam *Salmanassar* regnavit 3 tantùm annis, & post eum *Sennacheribus* 7 ann. *Asarhaddonem* (qui tam paucis annis pòst elapsis, oppresso patre, potuit regnum obtinere) oportuit jam tunc maturum & bello inclytum fuisse. Porrò, Samaritani hi religionem suam probant præscriptione 200 annorum. Sed vana est adversùs veritatem longi temporis præscriptio [o]. ¶ *Adduxit*, הַמַּעֲלֶה] *Ascendere fecit*, P. *Transtulit*, nempe, postea quam abductæ fuissent decem Tribus in Assyriam per Salmanasar [p].

(* T. ità L. Os. San. Ma. La. — [b] G. ex Jo. — [c] Jo. in San. — [d] V. Ma. sim. T. — † G. — [f] Wolp. — [g] Ma. ex Jun. — [h] Pi. — [i] V. sim. Pi. — [k] Pi. — [l] G. — [m] L. Me. T. La. &c. — [n] Me. La. — [o] Wolp. — [p] V.)

3. *Non est vobis & nobis*, &c. לֹא לָכֶם וָלָנוּ] *Nihil vobis & nobis*, sub. *commune est, ut ædificetis*, vel, *ut ædificemus* [q]. q. d. Vos estis idololatræ, nos autem colimus Deum verum [r]. *Non vestrâ, sed nostrâ, interest*, P. *Non est vestrum nobiscum ædificare*, JT. Qu. Cur noluerunt eos habere socios operis? Resp. 1. Quia ipsi erant hæretici & idololatræ †. 2. Verebantur nè quid illi jurati hostes admiscerent vel doli, vel damni [t]; nè arenam pro calce, & terram pro lapidibus, fabricæ immiscerent [v]. Vel, 3. nè Samaritæ postea Templum quasi à se fabricatum sibi vendicarent, aut certè ejus partem, in qua idolorum cultus celebrarent [x]. Vel, 4. nè jactarent illi suis operis assurrexisse Templum Judæorum [y]. Argumentum hîc ducitur ab indecoro & impossibili. Neque enim in unum cogi queunt quæ dissimilibus sunt naturis, moribus, officiis, religionibus. Cogitent hæc qui, perverso studio pacis obtinendæ, cum dissimillimis & à vera Religione alienissimis hominibus societates captant [z]. Illi Chutæi ità Deum colebant, ut fictitios etiam deos colerent; ideóque ad communionem Templi admitti non possent [a]. ¶ *Sed nosipsi soli*, כִּי אֲנַחְנוּ יַחַד] *Idcirco*, vel *Quoniam*, vel *Sed*, *nos tantùm*, M. *nos ipsi*, Ang. *nos soli*, Ar. Pi. Belg. Ità יַחַד hîc sumi potest, licèt sæpe sign. *pariter, simul*: Sic etiam יָחִיד sign. unum *solum*, sive *seorsim*, vel *per se*, vel singularem personam. Vide annotata ad Psal. 33. vers. 15. Ose. 11. 7 †. *Nos seorsim*, Sy. *nos ipsi in id ipsum*, ο'. *nos simul*, Ti. *nos uni*, ità Ca. *nos pariter*, P. Mo. *nos* qui *unà* sumus, JT. sim. Gal. Malim τὸ *unà* jungere cum voce *ædificabimus* [b]. *Nos unà* (vel *unitè*, Ma.) *ædificabimus*, Wolp. Nos in hanc ædificationis hujus societatem divinitus è reliquis gentibus segregati vocatique sumus, eâ nimirum lege, ut extraneis nullis admissis integram, eam atque incolumem conservemus. ¶ *Sicut præcepit nobis Cyrus*] q. d. Nihil injussu Regis agimus; & incertum est an hæc conjunctio Regi probaretur [c]. Cyrus ipsis, non sociis eorum, facultatem dedit. Vide infrà cap. 6. vers. 7 [d].

4. *Populus terræ*] Nempe ejus regionis. *Terræ* nomine quandoque provincia aliqua significatur, ut in Decal. lege 5. Deut. 24. Psal. 33 †. Samaritas intelligit [f]. [Al. aliter:] Plebeiam multitudinem [Judæorum] intelligit, quæ ad vim & tumultum potentissima conspiravit, & eò incubuit, ut animos frangerent eorum quos tam ardenter videbant illud negotium suscepisse [g]. ¶ *Impediret*, &c. מְרַפִּים יְדֵי] *Dissolvebat manus*, P. *debilitabant*, &c. JT. sim. V. *remissas faciebant*, vel, *remittere facientes*, al. in Ma. Objiciebant quæcunque poterant impedimenta [h], ut eos ab opere averterent. Signif. *adimere animos* [i]. Quod acciderat animis & corporibus agentium, id (pro more S.S.) ad solas manus transfert [k]. ¶ *Et turbaret eos in ædificando*, וּמְבַלְּהִים אוֹתָם לִבְנוֹת] Ità legitur in textu [l]. Vertunt, *& perturbabant eos nè ædificarent*, P. sim. Sy. vel, *in ædificando*, M. *impediebant eos ædificare*, ο'. sim. Ar. *deterrebant eos ab ædificando*, Ti. *Veterascere facientes* (*conturbantes*, Mo.) *eos ad ædificandum*; i. e. deterrentes, vel consumentes, eos, nè ædificarent. Propriè, *prolongantes eos*, &c. h. e. distinentes, ut opus segniter procederet: vel, *veteratoriè agentes cum ipsis*, &c. ut 1 Par. c. 17. v. 9. Porrò, in margine hîc scribitur מְבַהֲלִים, quod reddunt, *perturbantes*, vel *deterrentes*,

(o Wolp. — p V. — q V. sim. La. T. — r V. — † La. — t T. — v La. — x L. T. — y T. — z Wolp. — a G. — † Belg. — b Pi. — c Wolp. — d San. — † Vide... ità T. — f W... — g San. — h ... — i V. — k Wolp. — l Ma.)

vel *accelerantes*, &c. ut opus tumultuariè, non plenè & solidè, fieret [m].

5. *Conduxerunt——consiliatores*] Vel *consiliarios*, P. Mo. &c. putà, Persarum in Samaria, Syria & Judæa præfectos ac quæstores [n]. ¶ *Ut destruerent*, &c. לְהָפֵר עֲצָתָם] *Ut dissiparent consilium eorum*, P. &c. *ad dissolvendum*, &c. JT. *ad infringendum*, &c. Mo. i. e. Ut dissuaderent illis nè ædificarent [o]. Fortè Judæos aliquos muneribus corruperunt [p], vel alios, (Tyrios v. g. & Sidonios, &c [q].) ut tardè & malignè sumptus subministrarent [r]. Alios promissis, vel calumniis, Judæis infensos reddebant †. ¶ *Diebus Cyri*] Sub. & *Cambysis filii ejus*; synecdochicè [t]. At Cyrus Judæis favit, & huic operi. Resp. Cyrus ergò hoc nescivit, distractus aliis negotiis [v]; profectus in bellum contra Lydos, deinde Scythas; eóque absente Cambyses domi regebat [x]. ¶ *Usque ad regnum Darii*] Hystaspis filii, qui, interfectis Magis, qui post Cambysen regnum occupaverant, imperium Persarum capessivit. Is, vel gratiæ in populo conciliandæ studio, vel Atossæ Cyri filiæ & uxoris suæ amore ductus, res gestas Cyri maximè confirmavit, ut stabiliret suas; ut prudentes Principes factitare solent [y].

6. *In regno Assueri*] Qu. Quis hic? Resp. 1. Artaxerxes. Editiones quædam Latinæ hîc adjiciunt, *Ipse est Artaxerxes*. Sic in Estheræ libro, qui אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ Hebræis, Græcis interpretibus & Josepho est Ἀρταξέρξης· quanquam Josephus hunc etiam *Cyrum* vocatum dicit [z]. 2. *Assuerus* Chaldaicè, *Artaxerxes* Persicè, erat commune nomen Regum istarum gentium, (Persarum & Babyloniorum, La.) sicut Ægyptiis *Pharaoh*, & Romanis *Cæsar* & *Augustus* [a]. Id colligo tum ex hoc cap. tum ex Esther. 1. 1. collat. cum 13. 1. & 16. 1 [b]. [Addunt hi illa Estheræ capita quæ nostris Apocrypha sunt.] *Achasueros* deducunt ab *Achas*, i. e. *magnus*, & *Ros*, i. e. *caput*, hoc est, *magnum caput*, scil. magnus Rex & Princeps. Unde iisdem ferè literis Græcè vocatur Ὀξυάρης, id est, *acer Mars*. *Xerxes*, ait Herod. l. 6. sign. *bellatorem*; *Artaxerxes*, *magnum bellatorem* [c]. Hinc pluribus id nomen tributum; ut *Artaxerxi Longimano*, *Artaxerxi Mnemoni*, *Artaxerxi Ocho*. Quæ ad Hebræos integra transferri nequivêre, quòd eis litera ξ deesset, eámque illi per ש & ח quoquo modo exprimere cogerentur [d]. Videtur post Cyrum illum Magnum nomen gentilitium fuisse Persarum Regibus Ξέρξης & Ἀρταξέρξης, præter nomen quod habebant ante imperium. Omnes Reges post illum *Memoriosum* dictos *Artaxerxas* ait Diod. Sic. l. 15. Etiam *Darius* ab Alexandro devictus Jacchiadæ ad Dan. 7. 5. dicitur *Artaxerxes*. Id unde sit dicam. ש litera Græcis per ξ verti solebat, ut השום Ἄξωμα. Est enim utriusque literæ idem ferme sonus, sed transpositus; quomodo Dores pro συρίζω dicunt σνείσδω, & adspiratio ex media voce *Abraham* à Græcis in frontem translata est. Tum verò gutturales sæpe omittuntur, ut multis exemplis ostendimus annotatis ad l. 1. de V. R. C. ubi de Ammone agimus. Ergò אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ, omissis gutturalibus, est *Xwerx*: & quia *w* durior est in media voce, maximè post consonantem per se duram, ideo & hæc omissa est à Græcis, factúmque *Xerx*, & cum Græca terminatione *Xerxes*. *Art* verò est additamentum quoddam honorificum, ut *Sa* apud Persas posteriores. Sign. *magnum*, ait Herod. l. 6. *Heroa*, interprete Hesychio. Apparet ex nominibus plurimis: qualia sunt, *Artabanus*; *Artavasdes*, qui & *Artabazus*; *Artochmes*; *Artochetes*, qui & *Artayctus*; *Artanes*; *Artagenes*; *Artaphernes*; *Artembanes*. *Artaxerxis* in Perside nomen etiam Romanorum Imperatorum temporibus apud Herodianum & Lampridium invenias. Idem *Xerxes* dicitur Aurelio Victori. Ex hoc ergò tam communi nomine quis hic Rex fuerit sciri non potest, nisi adsint temporum argumenta; quæ quàm sint obscura ostendunt eruditissimorum qui ætatem in iis rebus triverunt in hunc diem certamina. Eum de quo hîc agitur Cambysen esse volunt multi; alii Smerdim Magum; Estheræ maritum, [Credo sic punctandum, Smerdim Magum, Estheræ maritum;] alii Darium Hystaspis; alii Artaxerxem Memoriosum, [sive *Mnemonem*;] alii Artaxerxem Longimanum. Horum omnium operosis ac litigiosis disputationibus perlectis, quid est quod dicat aliquis, ex iis maximè quibus non est multum ad ista otii, nisi illud Terentianum, *Fecistis probè: incertior sum multò quàm dudum* [m]? Difficultas est in nominibus & temporibus Regum Persicorum; tum quia hæ res propter vetustatem valde sunt à notitia nostra remotæ, & nullis aliis literarum monumentis consignatæ; tum quia Judæi non tam periti sunt antiquitatis, atque etiam suæ gentis historiarum, quàm audaces in fingendis etiam absurdissimis rebus †. 3. Hic erat *Xerxes* [n], qui *Achasveros* appellatus est, quasi Princeps hæreditarius; tum quia fuit à Dario genitus, postquam regnum consecutus esset; tum quia primus ex Atossa Cyri filia natus [o]. Xerxes enim medius erat inter Darium Persarum, qui consensu omnium est Darius Hystaspis F. & Artaxerxem Longimanum [p]. 4. Hic erat Cambyses [q]. Id patet ex præced. hic enim patri Cyro in regno successit [r]. Cùm enim à reditu Judæorum ad reædificationem Templi in Persarum quidem regno, præter Cyrum, Cambysen, Magos, & Darium Hystaspis filium, certò constat regnâsse neminem; ac rursus constet, Cyrum & Darium Judæis favisse; consequens est, Cambysen hunc esse †. Facile autem fuit à Cambyse extorquere inhibitionem fabricæ, quia is non amabat Judæos [t]: & religionis omnis expers erat, & verebatur nè Judæi cum Ægyptiis, pro ratione veteris amicitiæ & viciniæ, colluderent ac conspirarent *. ¶ *Scripserunt accusationem*; ità Mo. JT. [& ferè omnes:] שִׂטְנָה] Ad verb. *odium*, *inimicitias*. Q. vertunt, scripturam *odii*, i. e. epistolam plenam odii & inimicitiarum [v]. [ο'. & Ar. habent, *scripserunt epistolam*.] Hoc demum tempore actionem apertè instituunt contra Judæos [x]. Scripserunt hi duas accusationes, unam ad Cyrum, alteram ad Assuerum Cyri successorem [y]. Vivente Cyro per cuniculos, Cambyse regnum adepto palàm, Judæos oppugnabant [z].

7. *Et in diebus Artaxerxis*] Vel *Artachsastæ*, ο'. P. Mo. Quis hic? Resp. 1. Ut *Ahasuerus* est *Xerxes*, ità *Artaxerxes* hic est *Longimanus*, *Xerxis* fil [a]. אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא, propiùs autem Græcum Ἀρταξέρξης, derivantur à Persico *ARD-SCHIR*, quod Persicè *farinam* & *lac* sign. quo nomine primus Longimanus à Persarum Magis fuit appellatus, cujus nomen Persicè erat *Bagman Darasdast*, i. e. *Longimanus*. Vide Schickardum in Tarich, pag. 22. & 48 [b]. Resp. 2. *Assuerus* est Cambyses; *Artaxerxes* est Smerdis Magus, qui Cambysi successit *. Resp. 3. Idem *Artaxerxes* qui versu præced. *Assuerus*, nempe Cambyses [c]. Esdras descripturus modum quo scripserunt, &c. more Hebræo resumit tempus quo scripserunt, nominando eundem alio nomine, scilicet Persico, quod ipse epistolis suis præfigere solebat [d]. Videtur enim Esdras ex publicis Chronicis & Diariis Persarum epistolam Samaritanorum descripsisse cum suo titulo †. [Vide ad vers. præced.] ¶ *Scripsit Beselam*, בִּשְׁלָם] Nomen proprium est [f]. Ità nostri communiter dicunt [g]. *Bischlam*, Ti. JT. Pi. Hic & sequentes erant toparchæ regionum trans Euphratem [h]. Alii appellativè exponunt [i]. *Scripsit in pace*, ο'. P. Mo. V. i. e. tempore pacis; h. e. odio nondum patefacto [k]. Clàm, Judæis nihil tale cogitantibus. Vel, in pace, i. e. pacem Regi precando [l]. *Scripsit* verbis *pacificis*, M. *scripsit*, *pacémque precatus est*, Sy. *scripsit salutem*, Ar. ¶ *Et reliqui qui erant in consilio eorum*, וּשְׁאָר כְּנָוָתֵהּ] *Et reliqui socii ejus*, P. Jun. vel *collegæ*, JT. Ca. *conservi*, Ar. ο'. *coæquales*, Sy. *ejus concilii*, Ti. *Et residuum societatum ejus*, V. Mo. sub. *Mithridatis*. *Societates* vocat turmas [m]. Intelligit reliqua concilii membra; consiliarios scilicet hosce quos Rex Persiæ constituerat in iis regionibus [n]. Vox כְּנָוָת est peregrina seu Chaldaica. Aiunt esse *cognominationem* dignitatis, seu officii, seu generis [o]. ¶ *Epistola autem accusationis*, וּכְתָב הַנִּשְׁתְּוָן] *Et scriptura epistolæ*, Mo. P. *Erátque scriptura exemplaris*, Ti. M. *Cum exemplari decreti*, JT. id est, diplomatis, quod à Rege sanciri, & ad se remitti, postulabant *. *Scripsit epistolam*, Ca. נִשְׁתְּוָן aliis sign. *autographum*, sive *originale*, ex Esd. 7. 11. ubi postponitur τῷ פַּרְשֶׁגֶן, quod sign. *exemplar*. Aliis, contrà, est *exemplar* ex originali transfusum, à שָׁוָה; q. d. *similem*

Left margin notes: m Ma. — n La. sim. San. ex Jo. — o V. — p Wolp. — q San. — r T. La. — † Wolp. — t Ma. ex Jun. — v Jo. in Me. — x La. ex Jo. — y Ma. ex Jun. — z G. — a T. ex La. sic L. San. Wolp. Os. — b T. ex La. — c La. — d Wolp.

Right margin notes: m G. — † Wolp. — n Jun. D. ad Esth. 3. Scal. in La. — o Ma. ex Jun. — p D. ad Est. 2. — q Ità Me. T. Os. San. La. Wolp. Jo. in La. — r La. — † Wolp. — t r. — * Wolp. — v V. — x Jun. — y RS. in M. sim. Wolp. — z Wolp. — a Scal. in La. Jun. — b Di. — * Chr. à Castro in La. — c Ità Me. Os. La. San. V. G. — d La. ex Caj. — † La. — f Q. in Ma. — g L. — h Jun. — i Ma. — k V. — l Belg. — m V. — n Belg. — o Q. in Ma. — * Jun.

similem scripturam, scripturam expressam [p]. ¶ *Scripta erat Syriacè*] Ità P. [sim. omnes.] *Aramicè*, Mo. Is enim sermo erat Samaritanis vulgaris, nec ignotus consiliariis Regis Persarum. Esdras autem, ad vitandam omnem falsi suspicionem, ipsum exemplar in medium profert. Linguam autem hanc alii Chaldæam, alii Syriacam, vocant, quòd Aramæus sermo Syris, Chaldæis, &c. communis, nec multùm ab eo discrepare Hebræus visus est. Hanc verò epistolam Chaldaicam esse, ipsa verba illius evincunt [q]. ¶ *Et legebatur sermone Syro*, וּמְתֻרְגָּם אֲרָמִית] *Et explicata (interpretata*, Mo. *explicatio ejus*, Ti. *exposita*, V. sic JT.) *Syriacè*, P. [similiter ferè omnes:] id est, dictata linguâ Chaldæâ: quasi dic. Epistola illa scripta erat literis & sermone Chaldæis [r]; sive *Syris*: ità Ca. JT. *Scripturæ* nomine literas, & *explicationis* voce orationem, intelligit Vatablus†. Et charactere Syriaco, & verbis [t]. Aliquando enim fit ut epistola, scripta literis unius idiomatis, legatur sermonibus alterius; sicut cùm quis sententiam Hebraicæ scripturæ pronunciat in Latino: Ista verò epistola eodem sermone scribebatur & legebatur [v]. מְתֻרְגָּם est participium passivum, à voce תַּרְגֵּם, quæ alibi non occurrit [x]. Judæi legunt Scripturas Hebraicè, Esth. 9. 27. & interpretantur eas Syriacè, hoc loco [y]. [Vox *Methurgam* fortè accipi posset eodem sensu quo *Thargum* Magistris Judæorum, ut epistolæ huic Syriacè scriptæ aliquid vice interpretamenti adjectum significetur, quod etiam Syriacè scriptum fuit. Fortassis ad Regem scripserunt paucis, ut par erat, & mos obtinet; ad alium aliquem ex consiliariis prolixiùs: & quoniam utriusque epistolæ idem erat scopus, meritò unius epistolæ nomine hîc veniunt.]

8. *Reum Beel-teem*; ità ο'. רְחוּם בְּעֵל טְעֵם] *Arhum, dominus Tegmæ*, Sy. *Reum filius Baltam*, Ar. [Reliqui omnes appellativè reddunt.] *Rechum præfectus*, vel *dominus*, vel *magister*, *rationis*, Mo. vel *rationum*, Ca. vel *sapientiæ*, V. vel *concilii*, Mar. Qui erat à consiliis; Gallicè *le chancellier* [z]. *Concilii præses*, sive *cancellarius*, Belg. *dictator sermonis*, M. *author epistolæ*, Ti. Fortè, *præfectus gustûs*, qui præerat mensæ regiæ [a]. טְעֵם est *sapor*, *gustus*; & metaphoricè *sapientia* [b]. *Magister decretorum*, qui, auditis aliorum consiliis, ultimò concludit, & decretum facere solet [c]. Cancellarius; hujus enim erat ad Regem omnia facta referre, eáque scripto tabulis publicis consignare, &c [d]. *A commentariis*, P. Hic Prætor erat regius, qui cum aliis vice Regis res trans Euphratem curabat. Vide infrà 5. 6 *. Vel erat magister computi, cui tributa colligentes rationem reddebant; vel magister in proponendo mandata Regis & negotia Samaritanorum populo: vel fortè utrumque ad suum pertinebat officium†. ¶ *Et Samsai scriba*] [Sim. omnes.] Hic Cancellarius, aut præcipuus ejus secretarius, fuit [f]. ¶ *Epistolam—hujuscemodi*; ità P. sim. Ca. Belg. V. כְּנֵמָא] *Ut dicemus*, Mo. *hisce verbis*, Ar. *ut sequitur*, M. *isto tenore*, Ca. *in eandem sententiam*, JT. *debito modo*, Sy. Hic versus videtur epistolæ superscriptio exterior [g]. Ab hoc loco Esdras Syriacè sive Chaldaicè loquitur, ferè usque ad finem capitis sexti [h]. Hîc sermo Chaldæus est, & norma illius linguæ hinc & ex Daniele sumitur [i].

9. *Dinæi, & Apharsathachæi, &c.*] Nomina gentium illarum quibus quique erant præfecti obscura sunt & abscondita; 1. Quia alibi in S. S. non exstant: 2. Nec de iis loquuntur Josephus & Hieron. 3. Quòd multùm mutata sunt ab illis nominibus quæ apud Græcos & Latinos extant. Cogitandum porrò est Persarum Reges longè latéque dominatos fuisse, &, victorum more, colonias ultro citróque duxisse. Certè colonias ex ultimis Assyriorum oris in Samariam deductas legimus 2 Reg. 17. Pariter & has colonias potiùs ex Armenia, India, &c. quàm ex citerioribus terris, deductas credi potest [k]. [Al. sic;] Hæc novem nomina sunt toparchiarum in Assyria, Persia, Media, Susiane [l]. ¶ *Dinæi*] Geographis Dennani [m]. Chald. *Dinaje*, Ma. ¶ *Apharsathachæi*] Geographis Parætaceni, Jun. In Persidis parte juxta Mediam [o]. [Al. aliter;] Hi sunt Πορσοποκύσαι P. ¶ *Terphalæi*] Tapyri, Jun. Ad orientem Elymaidis in Media [q]. ¶ *Apharsæi*]

Margin notes: p Ma. — q Wolp. — r V. — † Wolp. — t Mar. — v L. — x Ma. — y Castel. lex. — z V. — a Ma. — b La. — c Os. — d La. ex Jo. — * G. — † L. — f Os. — g Mar. — h Os. — i Mar. — k Wolp. — l Q. in Ma. — m Jun. — Ma. — o G. — q Ma.

Persæ, Jun. Singularis aliqua regio Persidis videtur intelligi [r]. ¶ *Erchuæi*] Araceni, Jun. *Characenen* volunt Susianæ partem, de qua Plin. 6. 27. Ptol. 6. 3 †. ¶ *Susanechæi*] Susani, Jun. Susiani, Ma. ¶ *Dievi*] Daritæ, qui etiam Zapavorteni, Jun. Incolæ Daritidis regionis in Media, Ptol. 6. 2. Plin. 6. 14 [t]. ¶ *Elamitæ*] Vel *Elymæi*, Ma. *Susii* & *Elymæi* hîc sunt distinctæ gentes. Tamen Dan. 8. 2. Susan Susiorum metropolis describitur in provincia Elam. Omnino igitur Elam interdum strictiùs sumitur, pro sola Elymaide; interdum latiùs, ut vicinas aliquot provincias includat [v].

10. *Quas transtulit Asenaphar*, אָסְנַפַּר] *Asnappar*, P. *Osnappar*, JT. V. Is est vel, 1. Sennacherib [x]; vel, 2. Salmanassar [y]; vel, 3. Asarhaddon, ex v. 2 [z]; vel, 4. aliquis alius ex Sennacheribi cognatis, vel agnatis [a]. ¶ *Et in reliquis*, &c. וּשְׁאָר עֲבַר נַהֲרָה] *Et reliqui* populi qui sunt *trans flumen*, P. V. sim. Ti. JT. Mo. M. nempe Euphratem [b]. Sed vertendum, *cis flumen*; nam qui hîc loquuntur degebant in Judæa [c]. *Et reliqui*, &c. sub. *conventum habentes* [d]. Rex enim, benignè de Judæis sentiens, nolénsque temere quicquam in eos statuere, totius transfluvialis concilii testimonium judiciúmque postulavit †. ¶ *In pace*, וּכְעֶנֶת] *Et Ceeneth*, P. Mo. V. Est nomen gentis, seu populi [f]. Contrarium autem colligi potest ex v. 17. & cap. 7. 12. Videtur potiùs superscriptioni epistolæ apponi [g]. [Alii aliter vertunt:] *Et ultrà*, Mar. *& quidem eo*, vel *eodem, tempore*, JT. Pi. sic M. *in tali tempore*, Belg. Ang. sim. Gal. [Significari volunt tempus subscribendæ epistolæ.]

11. *Hoc est exemplar epistolæ*; ità Mo. [sim. omnes:] דְּנָה פַּרְשֶׁגֶן אִגַּרְתָּא] *Hæc est dispositio* (vel, *is tenor*, Ar.) *epistolæ*, Ar. [Hæc verba, &c. usque ad vocem *Artax.* parenthesi includunt Vulg. & Os. reliqui sine parenthesi ponunt.] ¶ *Quam miserunt ad eum*, &c. עֲלוֹהִי עַל אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא וגו'] [Variè reddunt & punctant. Alii sic;] *Ad ipsum, ad Artaxerxem regem*, Mo. Pi. [Pleonasmus pronominis ante nomen.] *Ad Art. regem*, Ti. *ad ipsum Art. regem*, M. *ad eum*, (sub. *nempe*, P. vel *etiam*, Ang.) *ad Art.* P. [Alii accipiunt tanquam superscriptionem epistolæ, & cum sequentibus nectunt, hoc modo;] *Ad Art. regem servi*, vel *pueri, tui*, ο'. Ar. Gal. sim. Ca. ¶ *Salutem dicunt*] Heb. & *Ceeneth*, sub. *salutem dicunt*, P. vel, sub. *petimus ut has literas sereno vultu accipias*, & *quid postulemus cognoscas* [h].

12. *Notum sit regi*] Ità P. [& ferè omnes.] q. d. Optamus notum esse Regi [i]. Tua scire magnopere refert [k]. ¶ יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא] *Notum ad exsistendum regi*, Mo. q. d. Necessarium est ad exsistendum notum, i. e. ut sit notum. Lexicographi & Grammatici existimant לֶהֱוֵא esse infinitivum, cum ל ex literis בִּכְלָם. Non credo. 1. Tunc debebat dici לְמֶהֱוֵא. 2. Infinitivo nec numerus nec genus convenit: at לֶהֱוֵא variatur per numeros & genus. Hinc לֶהֱוֹן plur. masc. Dan. 2. 43. לֶהֱוְיָן plur. fœm. Dan. 5. 17. Nos futurum esse existimamus, posito tantùm ל pro נ, (quod non mirum, cùm ambæ literæ linguales sint; hinc Nehemiæ idem est לִשְׁכָּה & נִשְׁכָּה *cubiculum*, & in Targ. נַדְנֵה & לִדְנֵה *vagina*; & à נְתַן *dedit* formant Syri נֶתֶל *dabit.*) Probatur. 1. Quia flectitur per modum futuri quiescentium ultimâ; לֶהֱוֹן est formæ יִגְלוֹן *revelabunt illi*, & לֶהֱוְיָן formæ יִגְלְיָן *revelabunt illæ*. 2. Ut futurum nunc propriè futurum sign. nunc imperat. Ità לֶהֱוֵא imperat. hoc & seq. versu, & Esd. 6. 9. & Dan. 5. 17. futurum sign. Esd. 7. 23. Dan. 2. 43. At nusquam ל [in illa voce] habet usum literæ בִּכְלָם. 3. Quia regitur à דִּי *ut*, quod futurum postulat: vide Esd. 6. 10. & 7. 13, 23 [l]. ¶ *Civitatem rebellem & pessimam*] Credibile id fiebat ob instituta Judæorum diversa ab aliis. Ob id *teterrimam gentem* dixit Tacitus, qui & hoc habet, *Empto jure muniendi, struxêre muros in pace tanquam ad bellum* [m]. ¶ *Exstruentes muros*, &c. וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ וְאֻשַּׁיָּא יַחִיטוּ] *Et muros fundaverunt*, P. Mo. sic M. (vel *perfecerunt*, ità Sy. JT. Ar. vel, *è fundamentis ducunt*, Ti. murorum fundamenta jecerunt [n],) *& fundamenta* (*fundamenta ipsa*, M. JT. *parietes*, P.) *consuerunt*, Mo. V. *compegerunt*, V. *extulerunt*, Ar. sim. ο'. *altè foderunt*, Sy. *collocantes*, M. *jaciunt*, Ti. *conjungunt*, JT. compo-

Margin notes: r Ma. — † Ma. — t Ma. — v BC. 1. 2. 79. — x Ità V. — y Ità G. — z Ità Jun. Pi. Mi. L. La. — a La. — b V. — c Pi. — d Jun. — † Jun. ad v. 9. — f V. — g Belg. — h Os. — i V. — k Wolp. — l Di. — m G. — n V.

compoſuerunt, P. *ad filum*, ſeu *funiculum*, *ponunt*, Q. in Ma. Porrò, ſingulare hîc artificium adhibent, & narrationem probabilem reddunt interpoſitis omnibus circumſtantiis. 1. Perſonarum: *Judæi qui aſcenderunt*, &c. q. d. quos ſuo merito captivos clementer dimiſiſti: ſic eos in contemptum adducunt, & ob ingratitudinem atque contumaciam indicant in ſervitutem priſtinam revocandos. Addunt, *à te*: q. d. Tu es dominus, & potes eos coercere. Dicunt, *ad nos*, non, *ad Judæam*, quaſi ipſa ad eos pertineret. 2. Loci; quem fatalem eſſe innuunt Regibus Perſarum. 3. Rei ipſius: Dicunt urbem ædificari; quod falſum erat; privatas tantùm ædes & Templum exſtruebant. 4. Modi. Notant Judæorum artem & induſtriam in ædificando [o].

13. *Tributum & vectigal & annuos reditus*] Ità P. G. Vide hæc tria & infrà 20. *Tributum*, quod in capita datur; *Vectigal*, quod in merces; *Reditus*, qui de agris [p]. ¶ [מִנְדָּה בְלוֹ וַהֲלָךְ] *Vectigal, cenſum, & reditum ſolitum*, Mo. *munus, tributum, & vectigal*, Ti. M. *canonem veterem*, (Chald. *demenſum vetuſtatis*, Jun.) *& vectigal*, JT. Sed בְּלוֹ convenire cum מִנְדָּה, tanquam adjectivum cum ſubſtantivo, non eſt veriſimile [q]. Potiùs ſunt tres ſpecies tributorum [r]. Τὸ מִנְדָּה fit à מִדָּה, vel per epentheſin Nun, vel Dageſch reſoluto in *Nun*, i. e. *menſura, demenſum*; nempe tributum quod quiſque è facultatibus ſuis æſtimatis, ac veluti demenſis, magiſtratui pendit †. Plerique putant hoc peti מִן רְכוּשׁ *ex facultatibus*. Fortè מִדָּה dicitur ab *extenſione*, à מָדַד, quod Heb. eſt *metiri*, Arab. *extendere*. Sic latiùs patebit quàm בְּלוֹ & הֲלָךְ, eritque generalis cenſus qui in ſingula capita ſe extendit [t]. Eſt hoc tributum ab inferiore datum; quod genus penſiones victoribus victi, & patronis clientes, ſolvunt [v]. Τὸ בְּלוֹ eſt cenſus qui dabatur pro ſingulis capitibus [x]. Eſt tributum provinciale [y], ſic dictum quòd ſit afflictio & onus populi, ab Arab. verbo בלו, quod ſign. *probare, tentare*, &, in paſſivo, *probari & affligi* [z]. Eſt vectigal; id autem propriè dicitur quod de rebus quæ vel invehuntur vel evehuntur publico penditur [a]. Τὸ הֲלָךְ eſt vectigal quod in viis exigitur, & penditur ab itinerantibus (quando merces invehunt vel evehunt) quum portus aut pontes tranſeunt, ſeu de una provincia in aliam [c]. Fortè eſt reditus ex fundis, quos eâ conditione coloni à Nabuch. relicti tenebant, ut vectigal annuum penderent; ſic dictus ab הֲלָךְ *redeundo*, quia quotannis redit [d]. * ¶ *Et uſque ad reges hæc noxa perveniet*, [וְאַפְּתֹם מַלְכִים תְּהַנְזִק] *Et tributum regium lædes*, P. ſim. V. ſub. *ſi id permiſeris*, V. Vel, *afficiet detrimento*, Mo. *lædet*, ſub. *hæc urbs, ſi inſtaurata fuerit*, V. *Ità theſauro regum damnum attuleris*, JT. *Idque regiis penſionibus incommodabit*, Ti. *Et emolumentum regum damnum ſuſtinebit*, M.

14. *Nos autem memores ſalis, quod in palatio comedimus*, [כְּעַן כָּל־קֳבֵל דִּי מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא] Variè transferunt, quòd Chaldæa vocabula πολύσημα ſint; nam מְלַח & *ſalem*, & *vaſtationem*, ſign. הֵיכְלָא *palatium*, & *templum*, denotat †. Et illud כָּל־קֳבֵל variè ſumunt [f]. [Locum ſic vertunt;] *Quoniam* (vel, *Pro omni viciſſitudine*, P. ſim. Mo.) *ſale palatii ſaliti ſumus*, V. Ang. marg. ſim. Ca. (vel, *ſalis palatii quem comedimus*, P.) Propterea quòd ſal è palatio allatum comedimus, V. ſim. Sy. Wolp. h. e. quòd in palatio educati fuimus [g]. Puto *ſalem* Perſis (ſicut *panem* Hiſpanis) pro menſa ac cibis uſurpari [h]. Sic *ſalem* vocant ſportulas quas aulici accipiunt [i]. Licet alia omnia deſint in menſa, ſal tamen nunquam deeſt. Præterea, ſignificant ſe à Rege ſuſtentari ac conſervari, non minùs quàm carnes ſale condîtæ, &c [k]. Pythagoras ait, *Salem & menſam nè prætereas*; q. d. Gratus ſis amicis, qui te ſui ſalis & menſæ participem fecerunt. *Sal* notat convivium, in quo ſcil. omnia ſale condiuntur [l]. *Jam propterea quòd ſalarium de Regis palatio percipimus*, JT. ſim. G. Pi. *Salarium* à ſale dictum docet Plin. 31. 7 [m]. [Alii aliter vertunt:] *Nunc ergò cùm hæc omnia præſentia ſunt*, (τὸ קבל ſign. *ex adverſo*, vel *coràm* [n],) *templum omnino deſtruximus*, Ti. *Et nunc inter hæc nos devaſtando devaſtavimus templum ipſum*, M.

o Wolp. — p G. — q Di. — r RS. & AE. in Di. — † Ma. — t Di. — v Wolp. — x V. — y Di. ex AE. — z Di. — a Wolp. — c Ma. ſim. AE. in Di. — d Wolp. — † Wolp. — f Ma. — g V. — h San. ſim. Wolp. — i T. ex Mar. — k San. — l La. — m Ma. ſic T. ex Mar. — n Q. in Ma.

Propterea quòd deſtructionem templi deſtruximus; i.e. fuimus cauſa quòd Templum in Jeruſ. deſtructum fuerit [o]. *Propter demolitionem templi quod demoliti ſumus*, G. ſim. Jun. in priore editione, Glaſs. Nam מְלַח ſæpe ſign. *conſumere*. Vide dicta ad Marc. 9. 49 [p]. Poteſt verti, *ſale templum ſalivimus*, i.e. omnino deſtruximus; cùm enim locum aliquem deſolare vellent, ſeminabant in eo ſal [q]. Vide Jud. 9. 45 [r]. & Pſal. 107. 34. Jer. 17. 6. Kimhi, *Quia ceſſare fecimus ædificationem templi, ut ſit tanquam terra ſalſuginoſa & vaſta* †. Sed hæc ſententia mihi non arridet; partim, quòd injuſſu Regis vix adorti Judæos eſſent, neque id ſine cæde feciſſent, ac ſi quid accidiſſet id datis ad Regem literis non diſſimulâſſent: partim, quòd reſponſo Regis demum jubentur Judæos prohibere, &c [t]. [At nonnulli de præterita deſolatione hæc accipiunt, adeóque hæc incommoda vitant.] *Quandoquidem igitur templum* (Hieroſ. olim) *deſtruximus*: Loquuntur autem de tota gente Babylonica [v]. [Al. ſic;] *Propterea quòd vaſtationem templi in animum induximus*, &c. Di. ex AE. & RS. Favet Æthiop. מלח, quod eſt, *perdere, vaſtare*. Magis tamen mihi placet ſalis ſignificatio. Poſſet ſic verti, *Propterea quòd cibatione palatii cibamur*. Τὸ מלח enim apud Arabes ſign. *cibare*. Sign. autem & *pulchrum eſſe*; unde non malè verti poſſet, *Propterea quòd pulchritudine palatii pulchri ſumus*; i. e. Quia tum demum bene nobis eſt, ubi aulæ tuæ bene eſt *. ¶ *Et quia læſiones regis videre nefas ducimus*, [וְעַרְוַת מַלְכָּא לָא אֲרִיךְ לַנָא לְמֶחֱזֵא] *Et contemptum* (*turpitudinem*, Mo. V. *opprobrium*, Sy. *ſpoliationem*, JT. Pi.) *regis non eſt pulchrum* (*non fas*, Mar. *non decet*, Sy. V. ſim. Ang. Mo.) *nobis videre*, P. Mar. vel, *ad videndum*, Mar. *Neque potuimus diutiùs ignominiam regis videre*, Ti. *Et contemptus regis non eſt exſpectatus à nobis, ut illum videremus*, M. *Et ignominiam regis non longum* (id אֲרִיךְ ſign.) *nobis aſpicere*, i. e. non longè abeſt; q. d. brevi videbimus quæ Regi ſunt dedecori [x].

15. *Ut recenſeas*, [יְבַקַּר] *Quæras*, ſive *inquiras*, P. V. Ad verb. *quærat*, ſub. *aliquis*, V. *Quæret*, Ma. vel *inquirat*, JT. Pi. ſub. vel *rex*, Pi. Ma. (cui favent ſequentia verba, *& invenies*, Pi.) vel *aliquis* mandante Rege, V. Vel, *quòd quæratur*, ut ſit 3. perſ. act. pro paſſiva, ſeu imperſonali [y]. ¶ *In libris hiſtoriarum*; ità M. P. Ti. [דָּכְרָנַיָּא] Ità vocatur hiſtoria, à *reminiſcentia*, q.d. *memoriale* [z]. *In libro monumentorum*, Mo. Ang. *memoriarum*, Gal. *commentariorum*, Sy. *admonitionis*, o'. ¶ *Et invenies*; ità o'. Sy. M. P. Ti. &c. [וְתְהַשְׁכַּח] *Et invenietur*, Gal. ¶ *Et bella concitantur in ea*, [וְאֶשְׁתַּדּוּר עָבְדִין בְּגַוַּהּ] *Et defectionem* (vel *rebellionem*, M.) *facientes*, ſive *faciunt, in medio ejus*, P. Mo. *Qui ad defectionem ſolicitârunt*, &c. Ti. *Et quòd ſeditionem moverunt*, vel *facere ſolent, in illa*, vel, *in medio ejus*, V. Ang. [Alii τὸ עָבְדִין pro עֲבָדִים accipiunt in ſignificatione Hebræa:] *Et perfugia ſervorum fiunt in illa*, o'. *Et ad eam confugere ſubditi conſueverant*, Ar. אֶשְׁתַּדּוּר propriè ſign. *miſſitationem*, quòd ſeditioſi inter ſe & ad alios crebrò nuncios miſſitant [a]. AE. vertit, *& miſſionem faciunt*, &c. nempe donorum, quæ indè mittuntur ad auxiliatores ſuos; à Chald. שְׁדַר *miſit*. Malim ſic, *Et apparatus bellicos faciunt in medio ejus*, ibi bella parant. Tradit enim Elgeuri, Arab. תַשְׁדַּר in quinta conjugatione (à שדר) ſignificare, *accinxit ſe ad bellum*. Addit etiam nomen אֶלְתַשְׁדִּיד ſignificare *minas*, quod & hîc non malè quadrat; *& minas faciunt*, &c. i. e. minantur omnibus Regibus & populis [b]. Qu. Sed quid Aſſuerus vel Cambyſes invenire poterat in annalibus parentum quod Hebræi contra Perſas & Medos moliti ſunt? Reſp. 1. Chaldæorum Reges erant quodammodo parentes Cambyſis, quia hic iis ſucceſſit. 2. Aſcendebant Perſæ cum Babyloniis contra Judæos, ut patet ex Iſa. 22. 6 [c].

16. *Poſſeſſionem trans fluvium non habebis*, [לָקֳבֵל דְּנָה חֲלָק בַּעֲבַר נַהֲרָא לָא אִיתַי לָךְ] *Ob id* (vel, *ad oppoſitum hoc*, Mo. *proinde*, Sy. *poſt hæc*, M. *propterea*, JT. Pi. *hoc pacto*, Ang.) *portio quæ eſt trans flumen non erit tibi*, P. [ſim. omnes.] Regio trans flumen hîc eſt terra Iſrael, quam Euphrates ſeparabat ab Imperio Babylonico [d]. q.d. Judæi rebellabunt, & unà ſecum populos vicinos ad ſeditionem adverſus te concitabunt †.

o Q. in V. — p G. — q La. — r Ma. — † Glaſſ. gram. pag. 339. — t Wolp. — v Oſ. — * Di. — x Ma. — y Ma. — z V. — a Ma. — b Di. — c San. — d V. — † Oſ.

17. *Verbum*

17. *Verbum misit*; ità Mo. P. [פִּתְגָמָא] *Responsum*, JT. Pi. Sy. V. *Mandatum*, Ti. Tam latè patet quàm Hebræis דָּבָר [f]. Illud hîc laudandum, quòd Rex statim respondet, nec res publicas negligit. Malum autem erat, 1. quòd tantum tribuit meris conjecturis & calumniis; 2. quòd Judæos non citatos, nedum auditos, condemnat. Verùm Cambyses ità suspiciosus fuit, ut & fratrem & sororem interfici jusserit [g]. ¶ *Samariæ*] Heb. *in Samaria*, i. e. in urbibus sive oppidis provinciæ Samariæ [h]. ¶ *Salutem dicens & pacem*, [שְׁלָם וּכְעֶת] *Selam*, (*in Selam*, M. *Pacem*, P.) *& Ceeth*, M. Mo. P. Per contractionem positum pro *Cheeneth*. i. e. Ad populum qui dicebatur *Cheeth* [i]. Non placet; apponitur enim Regis literis ad Esdram infrà cap. 7. Mihi videtur qualiscunque clausula Chaldæorum epistolis quodammodo solennis, sive *& cætera*, sive *perfectionem, longævitatem*, &c. significans [k]. *Trans flumen Selam, & Chegheth*, Q. in Ma. [Reliqui appellativè sumunt.] *Pacem; & ait*, o'. *Pacem & longævitatem*, Ti. *Pacem, & cætera*, ut loqui solemus cùm totam notam & usitatam inscriptionem recitare nolumus [l]. *Pax, & tali tempore*, JT. Pi. Ang. Gal. Glass. i. e. die, mense, & anno N [m]. כְּעַן Chald. sign. *nunc*. Ex quo factum videtur כְּעֶנֶת, & per syncopen כְּעֶת, quo innuitur tempus scriptionis præsens, indefinitè indicatum [n]. *Pacem, & ultrà*, seu *ampliùs*, Mar. i. e. Omnia bona precamur [o]. Hâc salutatione ostendit benevolentiam ejus erga suos [p].

18. *Accusatio*, &c. [נִשְׁתְּוָנָא וגו'] *Extractus epistolæ*, &c. Mo. *Epistola*, M. Ti. P. Os. *Decretum*, JT. Pi. ¶ *Manifestè* (vel *explicitè*, Mo. *explicatè*, JT. Pi.) *lecta est coram me*; ità P. [מְפָרַשׁ קֱרִי קָדָמָי] *Explicata est in præsentia mea*, M. *explicata est lectáque coram me*, Ti. V. Discant hinc Principes res suas curare, neque aliorum curæ permittere, ut ipsi liberiùs indulgeant venationi, aleæ, &c. Sic enim plebs impeditur & diripitur; Princeps malè audit, domi forísque contemnitur, tandem etiam exuitur regno [q].

19. *Et à me præceptum est*, [שִׂים טְעֵם] *Lata*, vel *posita, est sententia*, V. Mo. *datum*, vel *positum, est decretum*, P. Ti. vel *mandatum*, M. sub. *ut historiæ legerentur*, V. ¶ *Et recensuerunt*, &c.] *Et quæsierunt*, P. *scrutati sunt*, V. sub. *historias*, V. vel, in Regum commentariis. Vide infrà 5. 17. & 6. 1, 2. Esth. 2. 23. & 6. 1 [r]. ¶ *A diebus antiquis*] At nihil ab his contra Babylonios tentatum erat ante centum annos; nihilo minùs hinc tanquam ab ultima antiquitate ratiocinantur: quomodo & hodie fit [†]. ¶ *Rebellat*, [וּמִתְנַשְּׂאָה] *Insurgit*, P. *elevatur*, *elevari solet*, V. *extulit se*, JT. ¶ *Et seditiones*, &c. [וְאֶשְׁתַּדּוּר מִתְעֲבֶד בַּהּ] *Et defectio* (vel *rebellio*, P. *conspiratio*, JT.) *fit* (i. e. fieri solet) ab habitatoribus *in ea*, V.

20. *Reges fortissimi*, &c.] Nempe David & Salomon [t].

21. *Prohibeatis viros*, [לְבַטָּלָא גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ] *Ut cessent* (*impediantur*, M.) *viri*, P. *viri illi*, M. Ti. *Ut desistere*, vel *cessare*, *faciatis* (vel *faciant*, V.) *viros illos*, Ar. V. JT. *Ad impediendum*, &c. JT. Pi. *cessare faciendum*, &c. Mo. ¶ *Ut urbs illa non ædificetur*] i. e. Non muniatur; licuit autem domos in ea ædificare [v]. Non est è re Regum, ut populi ab ipsis devicti urbes habeant populo plenas, munimentis validas [x]. ¶ *Si fortè à me jussum fuerit*, [טַעְמָא] *Præceptum*, P. *Decretum*, sub. *aliud*; donec à me aliter statutum fuerit [y]. Edictum hoc à sola Regis voluntate pendebat, non erat inter leges Persarum immutabiles [z].

22. *Videte nè negligenter hoc impleatis*, [וּזְהִירִין הֱווֹ שָׁלוּ לְמֶעְבַּד עַל דְּנָה] *Et cauti estote*, vel *cavete*, *errorem facere*, sive *committere*, *super*, vel *in*, *hoc*, sive *hac in re*, Mo. V. JT. Pi. sim. P. *Cauti estote ut istud fiat*, Ti. *Cavete nè istud non fiat*, Ca. sim. Ang. *Admoniti estote, nè culpam committatis in hac re*, Belg. *Soliciti igitur sitis contra ignorantiam, ut istud exsequamini*, M. ¶ *Et paulatim crescat malum contra reges*, [לְמָה יִשְׂגֵּא חֲבָלָא וגו'] *Quare cresceí* (vel *cresceret*, Ang. vel *nasceretur*, Ti. *multiplicabitur*, V.) *corruptio*, P. vel *damnum*, Ti. Ang. V. vel *destructio*, *in perniciem regum?* sub. vestrâ culpâ, si id permittatis [a].

23. *Abierunt festini*] Celeritas, ut in omni bello, ità in his quæ vel pro Religione, vel contra Religionem, geruntur plurimùm potest [b]. ¶ *In brachio & robore*] Regio urgente decreto, cui repugnare non poterant [c]. Vi & exercitu; vi & armis [d].

24. *Tunc intermissum est opus Domini*] Neque enim contra imperium Regis fieri quicquam debebat, nisi expresso Dei jussu, qualem habemus 5. 1, 2. Ei autem Divino jussui postea & Regis jussus accessit, 6. 7. Græci post hæc inserunt ea quæ sunt in libro apocrypho, qui Esdræ *Tertius* dicitur, cap. 3. quæ & Josephus habet [†]. Notandum Judæos edicto Regio prohibitos nè civitas exstrueretur; nam de Templo nè unum verbum, à quo tamen cessatum dum cives suas domus exstruxêre, Agg. 1. 2 [f]. ¶ *Usque ad annum secundum regni Darii*] h. e. Per annos 41; nempe 40 Artax. Longimani, & primum Darii [g]. Sed ingens est quæstio, quisnam hic Darius fuerit [h]. Resp. 1. Darius Nothus [i], qui ante susceptum regnum dicebatur *Ochus*, postea verò de more Persico assumpsit *Darii* nomen [k]. Filius hic erat spurius Artaxerxis Longimani, ac post eum regnavit 19 annis. Non placet hæc sententia; tunc enim à Cyro & captivitate Babylonica soluta usque ad instaurata mœnia Jerusalem fluxissent anni 144, (tot enim sunt à Cyro ad Darium Nothum:) Quod licèt admittat Scal. huic tamen repugnant, 1. Hag. 2. 4. unde constat eosdem homines utriusque Templi fabricam vidisse. 2. Tum Zorob. & Jesus, qui sub Cyro reducibus præerant, & postea interfuerant reædificationi Templi sub Dario, fuissent 130 vel 140 annorum [l]. Resp. 2. Darius Hystaspis filius [m], cui Zorobabel erat aulicus gratissimus. Ità fabrica Templi per novem annos intermissa fuit [n]. [Sed plures sunt & gravissimæ difficultates de regno Persico, quas tamen hîc tractare non est præsentis instituti: De iis autem opportunior erit dicendi locus inter Appendices quas huic operi, si Deo visum fuerit, adnectere in votis habeo.]

Margin notes (left column): f Ma. — g Wolp. — h V. sim. Wolp. — i V. — k Wolp. — l Q. in Ma. — m Ma. ex Jun. — n Glass. gram. p. 859. — o Mar. sim. Os. — p Wolp. — q Wolp. — r G. — † Wolp. — t G. — v Os. — x G. — y V. — z G. — a V.

Margin notes (right column): b Wolp. — c Me. — d V. — † G. — f San. — g Ma. et Jun. — h Ma. — i Ità Ma. ex Jun. Scal. & Sulpit. in La. — k Jun. — l La. — m Ità La. ex Jo. Eu. Hie. Geneb. Torn. Sal. — n La.

CAP. V.

1. Z*Acharias filius Addo*] i. e. Nepos, nam erat filius Barachiæ, Zach. 1. 1 [a]. ¶ *Prophetantes*] Vel, qui fuerunt *prophetæ*, M. Ti. ¶ *Ad Judæos*] Ità Ang. P. Ti. RS. & plerique in Di. *Inter* (vel *super*, o'. Mo.) *Judæos*, M. *de Judæis*, Sy. Ar. Malim, *contra Judæos*; quorum desidiam uterque culpavit, eósque minis ursit [b]. Al. mandantes *Judæis*, JT. ut עַל sumatur pro ל dativi casûs [c]. ¶ *In nomine Dei*, &c. [בְּשֻׁם אֱלָהּ יִשְׂרָאֵל עֲלֵיהוֹן] *In nomine Dei Israelis super eos*, o'. P. Mo. vel, etiam *ad eos*, Ang. vel, prophetantes *eis*, M. Ti. vel, *cùm prophetâssent de iis*, Sy. sim. Ar. vel, mandantes *eis*, JT. vel, qui ipsos miserat *ad eos*, Gal. vel, qui erat *super eos*, sive *cum eis*, V. vel, *quod* invocatum erat *super eos*, Q. in V. Mallem, *contra eos*, ut ad restaurandum Templ. cogerent. Putâram, ut RR. משום & על שום sign. *ob causam*, *propter*, idem hîc posse significare בְּשֻׁם, *ob causam Dei Israelis super eos*; i. e. *quia Deus Israelis* erat *super eos*, ideo prophetârunt contra Judæos: sed prætero priorem interpretationem [d].

3. *In ipso tempore*, [בֵּהּ זִמְנָא] *Eodem* (*certo*, *constituto*, *opportuno*, Wolp.) *tempore*, Ang. ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ, o'. i. e. In temporis puncto, seu momento, quum primùm ædificarent, quasi ἐν αὐτοφόρῳ eos aggressi sunt. Hostes Christi impigri sunt & pertinaces, nullas occasiones prætermittunt [†]. ¶ *Thathanai—& Stharbuzanai*] Cur non & priores adversarii, *Rehum* vel *Samsai*, &c? Resp. Aberant, vel morbis negotiísve impediti, vel officio moti, vel vitâ defuncti. Hostes Ecclesiæ, utut perpetuò cædes & minas spirent, tamen sæpe divinitus impediuntur nè noceant quoties libet. Verùm etsi illi absint, tamen his alii succedunt; nec unquam defuturi sunt Ecclesiæ hostes. Porrò, quiescunt Samaritani quamdiu Templi instauratione abstinent, (licèt domus splendidas sibi construerent contra Regis edictum [f]:) ut primùm Templum ædificant, statim impeditum accurrunt [g]. ¶ *Quis dedit*

Margin notes: a T. La. Pi. — b Di. — c Di. — d Di. — † Wolp. — f San. — g Wolp.

dedit vobis consilium? טְעֵם] *Præceptum*, P. *decretum, edictum*, &c. i. e. Cujus potestate atque edicto freti ædificatis, &c [h]? vel Rege vel nobis inconsultis [i]. ¶ *Et muros ejus*; ità P. &c. וְאֻשַּׁרְנָא] Sing. num. est: propriè *robur* sign. accipitur tamen pro *muris*; quòd robur urbis partim fit in mœnibus. Dicúntque deduci à שׁוּר, & א redundare [k]. Hoc & sequente versu oratio est anantopodota: nam petitionis duo sunt capita, quorum posterius reticetur; responsionis item duo, quorum reticetur prius. Vide infrà 9, 10, 11. & quid simile 3. 9 [l].

4. *Ad quod respondimus*, &c. אֱדַיִן כְּנֵמָא אֲמַרְנָא לְהוֹם מַן־אִנּוּן שְׁמָהָת גֻּבְרַיָּא דִּי דְנָה בִנְיָנָא בָּנַיִן] Verba hæc sunt Thatthenai & sociorum ejus, quos inducit author adhuc loquentes [m]. *Tunc ista dixerunt eis, Quæ sunt nomina*, &c? ο'. sic Ar. *Ac tum secundùm decretum dixerunt illis, Quænam sunt nomina?* Sy. *Et ipsi etiam loquuti sunt hoc pacto*, Gal. Q. in Belg. Alii volunt esse responsum Judæorum ad posterius caput, quod in petitione Thathenai superiori versu reticetur, cùm in hoc responso non exprimatur, sed intelligatur tantùm, primum petitionis caput. Duo erant ejus capita; 1. Quo jure? 2. A quibus, Templum instauratur [n]? [Sic autem reddunt:] *Tunc adhuc hujusmodi* (*Tunc hoc pacto*, Mo.) *diximus eis, Quæ sunt* (*quæ ipsa*, Mo.) *nomina virorum qui hoc ædificium ædificant?* P. Mo. *Tunc hujusmodi*, (vel *hujusmodi* sermone, Pi. prout refertur v. 11. Pi. Belg.) *respondimus eis: & quænam essent nomina*, &c. JT. Nam de hoc quoque interrogârunt infrà v. 10. Pi. *Tunc juxta tenorem diximus eis, quæ essent nomina*, &c. Ti. *Tunc ut dicitur* in libro *diximus eis, quæ essent nomina*, &c. M. [Ca. hæc cum sequenti versu conjungit, & sic reddit; *Ad quæ nos ità respondimus, nomina indicantes autorum ejus ædificationis, ut respiciente Deo super senes*, &c.] *Tunc diximus quæ essent nomina heroum*, &c. sive *virorum generosorum* atque *fortium*. Sic vocant authores & hortatores operis. Intelligunt Prophetas, & Zorob. & Jos. Quærebant hoc Samaritani, ut eos apud Regem accusare possent: & Judæi non gravatè referunt, quòd eos nec puderet nec pœniteret facti consiliíque sui [p].

5. *Oculus Dei*, &c.] Providentia & favor Dei [q]. *Oculus Dei eorum*, JT. scil. Judæorum. Pronomen relativum positum ante nomen quò refertur [r]. Deus eis favit, & regiorum ministrorum animos illis conciliavit *. ¶ *Super senes*; ità P. Mo. &c. עַל־שָׂבֵי וגו'] *Super canos Jehudæorum*, Ma. *super seniores*, M. Ti. *senatores*, Ca. Al. [Alii aliter;] *super reduces fuit*, Pi. ex JT. Sy. (sub. *directus*, Pi.) vel, *ad captivitatem*, ο'. Ar. [Hi omnes punctant ש in dextro.] ¶ *Et non potuerunt inhibere eos*] Hanc mentem *Tathanai* aliísque injecit Deus, ut non impedirent, &c †. Hi præfecti necdum à Samaritanis corrupti sunt, ut illi priores, ideóque Judæis non se opposuerunt hostiliter [t]. Videntur de favore Dei in Hebræos non dubitâsse, sed politicâ prudentiâ etiam Samaritis gratificari voluerunt, ut ad Darium scriberent, sed ità, ut Judæorum causæ faverent potiùs quàm nocerent [v], contentíque erant solam Regis mentem inquisivisse [x]. ¶ *Et tunc satisfacerent*, &c. וֶאֱדַיִן יְתִיבוּן נִשְׁתְּוָנָא עַל־דְּנָה] *Et tunc facerent redire epistolam super hoc*, Mo. *Tunc igitur responderunt* (sub. *Judæi*, M. Ti.) *per epistolam super his*, vel, *de hac re*, M. Ti. P. i. e. Habebant apud se literas Cyri, & ex illis respondebant se non temere inchoâsse hoc opus †. *Cujus* [nempe *Darii*] *tunc retulerunt decretum super hac re*, JT. i.e. Tunc, adito Dario, Judæi retulerunt decretum seu diploma illud in suum favorem quod sequente capite habetur [y].

6. *Arphasachæi*] *Apharsachæi*, ο'. M. Ti. Ca. ¶ *Qui erant trans flumen*] Ità secernuntur hi *Apharsachæi* ab illis qui in avitis sedibus suis manserunt; nisi fortè hæc clausula ad omnes referenda sit [z].

8. *Ædificatur lapide impolito*, אֶבֶן גְּלָל] *Lapide marmoris*, sive *marmoreo*, P. Mo. RS. & K. & Aruch, & Elias, &c. in BA. 2. 6. 16. 55. *Lapidibus prægrandibus*, Sy. sim. JT. Pi. Ti. Ca. vel *ponderosis*, M. &c. *Lapide rotato*, Mar. vel *volutionis*, sive *devolutionis*, Jun. Pi. i. e. tam grandi, ut præ pondere rotetur [a]. *Lapidibus electis*, ο'. [Ar. Certior tamen est lectio Vulgati, inquit

[h] V. [i] Wolp. [k] V. [l] Ma. [m] V. [n] Ma. [p] Wolp. [q] V. T. Me. [r] Pi. * G. † La. [t] T. [v] Me ad v. 7. [x] T. † M. [y] Ma. ex Jun. [z] Wolp. [a] Mar. sim. Jun. Pi.

Menochius, [quâ est modestiâ. Vide quanta cum pertinacia his hominibus statutum est θέσιν διαφυλάττειν, qui summum Hebræorum aliorúmque veterum & recentiorum interpretum consensum, vel invitis fratribus suis, flocci faciunt, ut suæ sagenæ litent. Candidior hîc Estius:] Vox Hebræa, inquit, non sign. *impolitum*, sed *magnum*, vel mole, vel (quod confirmant ο'.) pretio [b]. ¶ *Et ligna ponuntur in parietibus*] Ità P. Mo. V. i.e. Parietes teguntur tabulis ligneis [c], h. e. cedrinis [d]. Vel, tigna transversaria ad contignationem †. ¶ *Opúsque illud diligenter exstruitur*, וַעֲבִידְתָּא דָךְ אָסְפַּרְנָא מִתְעַבְדָא] *Et opus ipsum studiosè* (vel *diligenter*, Ca.) *fit*, Mo. *valde dexterum fit*, ο'. *egregium est*, Ar. sim. Sy. *festinanter, celeriter fit*, JT. Pi. Di. P. sim. M. Ti. Idémque sign. Esd. 6. 8. Di. *Numero fit*, D. i. e. celeriter; quomodo ea vox à Plauto usurpatur [f]. Derivatur à סְפַר *numerare* [g]. Mallem ex Arab. ספר *proficisci, tendere, in itinere progredi*; ut sit quasi progredienter, cum progressu, absque mora, sicut qui semper ulteriùs tendit [h]. ¶ *Et crescit in manibus eorum*, וּמַצְלַח וגו'] *Et prosperatur*, &c. Mo. JT. Pi. sim. P. *estque prosperitas*, &c. M. *& feliciter succedit*, Ti.

11. *Quod erat exstructum ante multos annos*, &c.] Est hæc ratio partim humani juris, à præscriptione longi temporis ducta; partim Divini juris, ab antiquitate Religionis petita [i].

12. *Postquam—provocârunt patres nostri Deum*] Præveniunt tacitam objectionem Samaritanorum, quæ sic formari poterat; Si vos servi, & hoc Templum, Dei cœli & terræ, cur non & vos & illud conservavit? Respondent, Deum ab ipsis provocatum pœnas sumpsisse, &c [k].

14. *Vasa*; ità ο'. Sy. Ar. מָאנַיָּא] *Instrumenta*, JT. ¶ *Quæ tulerat*, הַנְפֵּק] *Eduxerat*, P. *extulerat, transtulerat*, V.

15. *Tolle, & vade*] Chald. *Abi*, sive *proficiscere, depone*, P. V. Sine conjunctione verba; q. d. Citò transfer [l]. ¶ *Et pone ea in templo,—& domus Dei ædificetur*] Est Hysteron proteron: priùs enim ædificandum erat Templum quàm vasa in eo reponenda [m].

16. *Ex eo tempore usque nunc ædificatur*] Intermissa quidem fuit ædificatio suprà 4. 23. sed ità scribunt præfecti, ut Judæis faveant: faciliùs enim conceditur ut ædificatio nunquam intermissa procedat, quàm ut repetatur ea, quam Rex edicto suo jussit omitti [n].

17. *In bibliotheca regis*, בְּבֵית גִּנְזַיָּא] *In domo gazarum*, Mo. sim. ο'. vel *thesaurorum*, P. *in ærario*, Sy. *in archivis*, Ar. in tabulario, G. ¶ *Utrúmnam—jussum fuerit*, &c. הֵן אִיתַי דִּי וגו'] *An ità sit quòd*, &c. P. ¶ *Ut ædificaretur*, לְמִבְנֵא] *Ut reædificarent*, P. sub. *Judæi*. Vel, *ad ædificandum*, i. e. de exstruenda æde. ¶ *Et voluntatem regis mittat*; [sim. omnes:] וּרְעוּת וגו'] Antecedens pro relativo; i. e. Voluntatem suam super hac re Rex mittat ad nos [o].

[b] E. [c] V. sic Jun. [d] V. † Ma. [f] D. quæst. Ebr. 3. 34. [g] Buxt. in Di. sim. D. [h] Di. [i] Wolp. [k] Wolp. [l] V. [m] La. [n] Me. [o] V.

CAP. VI.

1. *Tunc Darius rex præcepit*] Chald. *posuit præceptum*, P. *dedit mandatum*, Pi. *fecit edictum*, V. Ut quærerent in archivis [a], an ità res haberet [b]. Alii, *constituit legem*; non quidem de perquirendo edicto Cyri, sed de non impediendo structuram Templi. Verba hujus legis habentur v. 6. & seq [c]. ¶ *In bibliotheca librorum*, בְּבֵית סִפְרַיָּא] *In domo librorum*, P. Mo. Mar. V. Pi. JT. sive *in bibliotheca*, M. Ti. V. ο'. Libros hîc intellige rationum, & qui pertinent ad rem nummariam. Erant & aliæ bibliothecæ, in quibus reservabantur libri qui spectabant ad eruditionem [d]. *In chartophylacio*, JT. ¶ *Qui erant repositi*, דִּי גִנְזַיָּא מְהַחֲתִין תַּמָּה] *Qui gazarum repositarum ibi*, Mo. *thesaurorum qui positi erant ibi*, P. *ubi gaza posita est*, ο'. *ubi tabulæ repositæ fuerant*, JT. *in eo loco ubi thesauros reponebant*, Ti. M. V. Sub. *& non invenerunt illic*. Deinde perquisiverunt in aliis regionibus. Sequitur v. 2. *Et inventum est*, &c †. ¶ *In Babylone*] Qu.

[a] Os. [b] V. [c] Jun. [d] V. † V. sim. Os.

Quomodo

Quomodo hic liber inventus dicitur & in *Babylone*, & in *Ecbatanis*, &c? Resp. 1. [Jam dictum est, quæsivisse eos in Babylone, sed alibi invenisse.] 2. *Babylon* hîc non est urbs, sed provincia[f]: q. d. in regno Babylonico[g]. Synecdoche duplex: 1. membri; Babylonia, pro terra Regis Persarum: 2. integri; terra Regis Persarum, pro Media[h]. 3. Vertendum, *de Babylonia*, JT. i. e. de regno Babylonico, Jun. ב hîc reddunt περὶ, quasi indicetur objectum alicujus tabulæ, seu scripti[i]. 4. [Aliter accipienda sunt quæ sequuntur v. 2.] & illa verba, *in castro quod est in provincia Mediæ*, videntur fuisse titulus illius scrinii[k].

f Ità L. San. Jun. Pi. Ma. Me. Belg. &c. — g Me. — h Pi. — i Pi. — k M.

2. *Inventum est in Ecbatanis*; ità La. Jun. Ca. ex Jo. בְּאַחְמְתָא] *In Achmetha*, Ma. ità Ti. Hinc nomen *Ecbatana*: Literæ ב & מ sunt labiales, ideóque facilè commutantur[l]. Sign. *locum æstivum*, ab Heb. חָמַם *calefacere*, quòd in *Ecbatanis* Reges Persarum æstivam haberent stationem[m], ut hybernam *Susis*[n], vel *Seleuciæ* ad Tigrin[o]. Plerique autem pro appellativo habent[p]. *In scrinio*, P. Tig. not. M. *In scrinio scripturarum*, Mo. scil. ubi scripta & acta Regum recondi solent[q]. ¶ *Quod est castrum*, בְּבִירְתָא] *In palatio*, Mo. P. *in regia*, JT. Pi. *in arce*, Ti. *in castro*, M. ¶ *In Medana provincia*, דִּי בְּמָדַי מְדִינְתָּא] *Quod* (sub. *erat*, P.) *in Madai* (vel *Mediæ*, M. JT. Pi.) *provincia*, P. Mo. sive *regione*, Ti. Al. vertunt, *de Media*, ut hæc sit scrinii inscriptio; q. d. continebat acta seu breviaria provinciæ Mediæ. Nam in chartophylaciis Regum solent scripturæ singularum provinciarum in scriniis diversis asservari: Volúntque hi Babylone, non in Media, hoc inventum fuisse[r]. ¶ *Volumen*] Τόμος, ut in Esa. 8. 1. Alibi κεφαλὶς dicitur, ut & Heb. 10. 7 †. ¶ *Talisque scriptus erat in eo commentarius*, וְכֵן כְּתִיב בְּגַוַּהּ דִּכְרוֹנָה] *Et sic* (vel, *hujusmodi*, vel *tale*, V.) *scriptum in eo* (ad verb. *in medio ejus*, V. *intra illud*, Mar. Mo.) *memoriale*, P. V. *Commentarium* intelligit, V. id est, Non ad verbum erat editum, sed in compendium redactum †. *Et hic scriptus in eo commentarius*, ο'. *In quo sic memoriæ proditum erat*, Ti. Ca. *Erátque sic scriptum intra ipsum, & tale memoriale*, M. *In quo sic scriptum erat, Memoriale*, JT. Pi. Videtur hæc esse superscriptio sequentis memorialis, sive monimenti[t].

l La. — m Ma. ex Jun. — n Ma. — o Jun. — p Ma. — q Ma. — r Q. in Ma. — † G. — † Mar. — t Belg.

3. *Decrevit ut domus Dei ædificaretur*, בֵּית אֱלָהָא בִירוּשְׁלֶם בַּיְתָא יִתְבְּנֵא] *Domus Dei in Jerus. domus ædificaretur*, Mo. *De domo Dei quæ erat in Jerus. domus ipsa reædificetur*, P. sim. ο'. *Quod attinet ad domum—domus ista ædificator*, Pi. Di. ex Genev. *De templo Dei*, &c. *ut domus—ædificetur*, Ti. M. Initium est edicti. Alii suprà incipiunt, sic, *Domus Dei quæ*, &c. *domus*, *inquam*, *ædificabitur*[v]. *Domus Dei*, &c. *intus* [sic reddunt בַּיְתָא] *ædificator*, JT. i. e. intra mœnia urbis[x]. Durum id videtur, nec בַּיְתָא Chald. est *intrinsecus*: id autem dicunt מִגּוֹ, לְגוֹ, בְּגוֹ. Ad verb. verto, *Domus Dei in Jerusalem domus ædificetur*; i. e. Quæ antehac domus Dei fuit, jam autem destructa domus non est, ædificetur, ut rursus domus fiat; ideóque reipsa fieret quod jam nomine tenus tantùm erat *. ¶ *In loco ubi immolent*, &c. אֲתַר דִּי דָבְחִין דִּבְחִין] *In loco* (vel, *in locum*, Belg.) *ubi sacrificent*, Ti. sim. M. Belg. *Et locus, ubi*, &c. ο'. *locus in quo*, &c. V. sic Sy. *Quæ est* (vel *erit*, V.) *locus in quo immolant victimas*, P. V. *Ut sit locus*, &c. Pi. Verto, *ubi sacrificent*, &c. Etsi אֲתַר propriè *locum* sign. Chald. & Syr. sequente tamen דִּי, apud Syros ܕ, idem est quod Hebræis אֲשֶׁר שָׁם *ubi*; ut Matt. 6. 19*. ¶ *Et ut ponant fundamenta supportantia*, וְאֻשּׁוֹהִי מְסוֹבְלִין] [Variant.] *Et fundamenta ejus*, Mo. JT. Pi. Ti. Ma. Os. *comportantes*, Mo. vel, *attolluntor*, JT. vel, *reddantor firma*, Pi. vel, *perficiantur*, Ti. vel, *contignentur*, V. in Tig. not. Chald. *Sint portantia*, Pi. Di. ex Buxt. & Genev. i. e. firma, ut possint portare materiam superstruendam[y]. Fortè sensus est, Fundamenta nè sint contracta, sed latè expansa, seu diffusa, qualia requirebat domus tam alta & lata: Apud Arabes enim סָבַל est *extendere*, vel *expandere* †. τὸ אֻשַּׁיָּא *fundamenta* vertunt[z]. [Non placet Wolphio:] Non est credibile, vel, Cyrum architectis quæ vel qualia essent fundamenta præscripsisse, (illis enim id relinqui solet pro magnitudine domûs & loci situ;) vel, tam alta fundamenta fieri voluisse[a]. [Alii ergò aliter vertunt;] *Et parietes ejus*, P. V. M. Sy. Wolp. ex RS. *colligentur*, P. scil. tignis & trabibus[b]; vel, *connectant*, M. ¶ *Altitudinem*] Chald. *Altitudo ejus* fit, Pi. ¶ *Cubitorum sexaginta*] Nimirum ad summum. Hæc dicta sunt per concessionem, ut Templum tam altum & latum facerent, si vellent: cùm tamen certum est ex Hag. 2. 4. Templum prius hoc multò excellentius fuisse[c]. Humilius fuit hoc Templum quàm Salomonicum, id enim erat altum 120 cubitis, 2 Par. 3. 4[d]. Limites fixit eis, nè domum arcis similem exstruerent, eáque deinceps ad res novas abuterentur †. ¶ *Et latitudinem cubitorum sexaginta*, פְּתָיֵהּ וגו'] *Latitudo ejus*, ο'. Sy. Ar. Mo. M. Ti. P. Ca. At prius Templum latum erat 20 tantùm cubitis, quo latius hoc fuisse vix credam. Neque architecturæ ratio patitur ut altitudo & latitudo sint pares[f]. Accipitur hîc *latitudo* pro longitudine[g], [Gal. vertit, *la longueur*, i. e. longitudo;] vel, pro tota area Templi[h], quæ esset cubit. 60, nempe quoad longitudinem[i]. Hæc tamen longitudo, cùm delineatur idea seu fabricæ figura in chartis, non infrequenter, nec ineptè, *latitudo* vocari solet[k]. Per *latitudinem* hîc intelligit extensionem, sive ea fiat in longum, sive in latum. Vetat enim Templum extendi quaquaversum ultra 60 cubitos[l]. פְּתָא est *latitudo*, sive *expansio*, aut *dilatatio*, à verbo פְּתָא, id est, ab *expandendo* & *dilatando*[m]. [Alii reddunt, *amplitudo ejus* fit, Pi. sim. JT.] Latitudinem Templi puto eandem fuisse quæ priùs, scilicet 20 cubitorum[n].

v V. — x Jun. — * Di. — * Di. — y Pi. sim. Belg. — † Di. — z Q. in Wolp. — a Wolp. — b Ma. — c Ma. ex Jun. — d Me. ex L. La. — † Wolp. — f Mar. — g L. ità Os. Me. T. ex ο'. — h Os. — i Me. sim. Os. — k T. — l La. — m Wolp. — n Os.

4. *Ordines—tres*, נִדְבָּכִין תְּלָתָא] *Structuræ* (vel *Parietes*, P. Os. Pi. sub. *fiant*, Pi. vel *domus*, ο'.) *tres*, Mo. *Ordines* (sub. *parietum*, V.) *tres*, V. M. Ti. sim. JT. Ca. *Triplex series*, Ar. ¶ *De lapidibus impolitis*] Chald. *ex lapidibus maximis*. Vide suprà c. 5. v. 8[o]. ¶ *Et sic ordines de lignis novis*, וְנִדְבָּךְ דִּי אָע חֲדַת] *Et structura ligni novi*, Mo. *& paries unus è lignis novis*, P. Pi. vel *recentibus*, V. [Ità חֲדַת idem quod Heb. חָדָשׁ, mutato, pro more Chald. ש in ת.] In libro Regum est, *è tabulis cedrinis*[p]. *Et ordo lignorum novorum*, ità JT. *& porta ex ligno novo*, Sy. *& series lignea*, Ar. [Al. aliter:] *Ordo verò lignorum unus*, Ti. sic M. [חֲדַת interpretantur ex Hebræo אֶחָד.] *Paries*, &c. Meton. formæ, & synecd. gen. *Ordo* pro re ordinata, nempe pro pariete, qui construitur ex lapidibus sibi ordine impositis. Chald. *ligni*, pro *lignorum*; Enallage numeri[q]. Murus tam crassus erat, ut ingentium lapidum trium ordinem comprehenderet, deinde interiùs ligneis tabulis tectus esset. Porrò, hanc Templi formam sumpsit Cyrus, non ex forma templorum Persicorum, (ut putant Beda & quidam alii,) sed ex Hebræorum vel annalibus, vel Doctoribus; fortè ex Daniele. Divinitus enim ad hoc opus excitatus est; & sicut eo loco exstruxit quo Deus voluit, sic tale Templum fecit quale Deus jussit[r]. Dicunt aliam fuisse rationem hujus Templi ædificandi, ipsúmque aliter ædificatum fuisse quàm hîc præscripserat Cyrus; quòd postea mutaverit sententiam ad exhortationem Doctorum Legis †. ¶ *Sumptus de domo regis*; ità ο'. Sy. M. P. V. וְנִפְקְתָא וגו'] *Et eductio*, &c. Mo. *impensæ*, &c. Ar. JT. *quicquid deest*, &c. Ti.

o Ma. — p V. — q Pi. — r Wolp. — † V.

5. *Reddantur*, יַהֲתִיבוּן] *Reddant*, vel *restituant*, P. V. sub. *ministri regis*, V. ¶ *Et referantur in templum*; ità M. וִיהָךְ לְהֵיכְלָא] *Et vadat ad templum*, Mo. *& vadant*, &c. P. *inferantúrque*, &c. Ti. *& perveniant*, &c. Sy. *ut perveniat* unumquodque *in templum*, JT. Verto, *ut perveniant*; Enallage numeri[s]. ¶ *Quæ & posita sunt in templo Dei*, וְתַחֵת וגו'] [Variant.] *Ubi posita fuerant*, ο'. *& collocato* (vel *reponas*, P. V. *descendere facias*, Mo.) *ea in ædem*, vel *æde*, *Dei*, Ti. Ang. Mutat personam, & convertit sermonem suum ad Zorobabelem[v]. Alii, *& collocetur*, &c. JT. Pi. *& recondantur*, Sy. sim. Ca. *volo ut collocentur*, Os. *Posita sunt in templo*, Vulg. i. e. in gazophylacio Templi[x]; nam Templum nondum exstructum erat[y].

s Pi. — v V. — x La. sim. T. — y T.

6. *Nunc ergò, Thathanai*] Hactenus decretum Cyri. Sequuntur Darii verba ad prius decretum adjuncta *. ¶ *Procul recedite ab illis*, רַחִיקִין הֲווֹ מִן תַּמָּה] *Remotè* (vel *longinqui*, Mo. *procul*, Ti.) *estote indè*, P. Mo. *ab eo loco*, M. *Procul absistite* (*facessite*, Ca.) *isthinc*, Ti. i. e. à Jeru-

* Mar. sim. San.

z V. à Jerusalem; nolite impedire eos qui ædificant, &c z.

7. *Dimittite fieri templum Dei illud à duce Judæorum, & à senioribus eorum, ut domum Dei illam ædificent,* &c. שְׁבֻקוּ לַעֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא דֵךְ פַּחַת יְהוּדָיֵא וּלְשָׂבֵי יְהוּדָיֵא בֵּית אֱלָהָא דֵךְ יִבְנוֹן וגו׳ [Variè reddunt.] *Dimittite ad opus domûs Dei hujus ducem Judæorum, & senioribus* [meliùs forsan dixisset, *& seniores,* nam ל etiam accusativi nota est,] *Judæorum: domum Dei hanc ædificabunt,* Mo. *Dimittite ut fiat domus Dei hæc:* (hîc sub. ex præced. *dimittite,* vel *sinite,* V.) *ducem Jehudæorum, & seniores eorum, ut domum Dei hanc ædificent,* P. *Sinite opus,* &c. *fieri à Judæis & captivitate* (ש in שָׂבֵי punctavit dextrorsum,) *Judæorum,* Sy. Quibusdam ל in לְשָׂבֵי est nota nominat a. a Di. locúmque hunc sic vertunt; *Sinite,* vel *dimittite,* vel *relinquite, opus domûs Dei illius,* sive *hujus,* vel, *opus domûs Dei istud,* JT. Pi. M. Ti. P. Ang. Gal. *ut dux & senes,* &c. *ædificent domum,* &c. M. Gal. *Præfectus,* vel *dux,*&c. *& senes ædificent,* &c. Ti. Ang. *Principes* [ut sit sing. pro plur.] *Judæorum & reduces* [& hi ש in שָׂבֵי dextrorsum punctant,] *Judæorum* (vel, *& seniores,* &c. ο'.) *domum,* &c. *ædificanto,* &c. JT. Pi. ο'. Non nego ל aliquando esse notam nominat. sed tamen eò b Di. non est veniendum nisi urgeat necessitas b. [Alii ergò aliter reddunt.] *Sinite effectionem domûs,* &c. *& ducem,* &c. *& seniores,* &c. *domum ædificent,* &c. AE. in Di. Malim ל in לַעֲבִידַת esse accusat. casûs, at in לְשָׂבֵי dativi, atque idem subintelligi in פַּחַת: cùm enim sensu conveniant, facile intellectu est etiam constructione convenire. Hinc verterem, *Permittite effectionem domûs Dei hujus principi Judæorum & senioribus Judæorum: domum,* &c. *ædificent,* &c. [Ità & Wolp. reddit, *Sinite opus domûs Dei,* &c. *duci,* &c. *& senibus,*&c. *quò domum,* &c. *ædificent,* &c.] Id sanè facilius quàm quod K. adhibitâ ellipsi,—*Præfecti Judæorum* faciant c Di. rem hanc: *& senioribus Judæorum* ego præcipio, &c c.

8. *A me præcept. est quid oporteat fieri,* לְמָא דִּי תַעַבְדוּן] *Quid faciatis,* M. Ti. *de eo* (vel, *ad hoc,* Mo.) *quod fa-* d V. *cturi estis,* P. JT. Pi. V. i.e. quod volo vos facere d. *Nè quando quid faciatis,* &c. ο'. *Cavete nè impediatis,*&c. Sy. sim. Ar. ¶ *De arca regis,* &c. וּמִנִּכְסֵי מַלְכָּא דִּי מִדַּת וגו׳] *Et de substantia,* vel *opibus, regis, quæ est tributum trans flumen,* P. Mo. vel, *quas habet ex tributo,* &c. V. Ti. sim. ο'. Ar. M. vel, *de tributo* regionis quæ est *ultra flumen,* i. e. quod solvere solent qui habitant † V. ultra Euphratem †. *De facultatibus regis, & vectigali transfluviali,* Sy. Hâc beneficentiâ Cyrum vicit. Cyrus Judæis conferre ad opus permiserat: hic Rex etiam de suo sumptum facit. Vide infrà 7. 20, 21, 22. & f G. Nehem. 11. 23 f. ¶ *Studiosè sumptus dentur,* &c. אָסְפַּרְנָא נִפְקְתָא תֶּהֱוֵא מִתְיַהֲבָא לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ] *Festinanter sumptus detur,* sive *suppeditetur, viris illis,* P. M. sim. JT. &c. ¶ *Nè impediatur opus;* ità JT. דִּי לָא לְבַטָּלָא] *Qui non cessabunt ab opere,* AE. At לְבַטָּלָא est infinitivus, & quidem Piel; nec *cessare,* sed *facere ces-* g Di. *sare,* sign. Neutrum observavit AE g. *Ut non cessent,* ο'. Ar. *ut non faciant cessare,* P. V. sub. *eos qui ædificant templum,* V. *ut non impediantur,* M. Ang. sic Pi. *ut opus non intermittant,* Sy. Hi omnes דִּי sumunt pro *ut,* quo sensu non arbitror inveniri cum infinitivo, sed quidem cum futuro: deinde, לְבַטָּלָא referunt ad structores Templi, vel ad ipsam structuram, cùm potiùs ad expensas Regis referendum putem, & sic verto; *Expensæ dentur viris illis absque cessare faciendo,* sive *absque interrumpendo, absque obstaculo:* ut non malè sensum expresserunt Tigurini, qui verterunt, *nec quisquam impediat.* Idem observo versu seq. דִּי לָא שָׁלוּ, quod verto, *absque cessatione.* [De quo vide ad illum locum.] Enimvero extra controversiam est, particulam separatam דִּי apud Chaldæos idem valere quod inseparabile דְּ apud Syros: Sicut ergò דְּלָא apud Syr. sign. *absque,* sive, ut 1 Pet. 3. 1. דְּלָא עַמְלָא *absque labore,* & 4. 9. h Di. דְּלָא רְטָנָא *absque murmure;* sic דִּי לָא apud Chaldæos h.

9. *Quòd si necesse fuerit,* וּמָה חַשְׁחָן] *Et quod* (vel, *quicquid fuerit,* Ti.) *necessarium,* Mo. ο'. Ti. sim. Ar. JT. &c. *Et id quo indiguerint,* P. V. Aliquid hîc subaudiendum, sic, *Et à me factum est, inquam, decretum, ut id quo indi-* i V. *guerint* i. ¶ *Et vitulos, & agnos,* &c.] Solebant hæc omnia adhiberi & commisceri sacrificiis, oblationibus & libationibus k. Quòd autem tam religiosè in- k V. sistit vestigiis Legis Divinæ, ut ex Persicis superstitionibus nè tantillum quidem iis quæ divinitus erant tradita aspergat, id præclaro documento est adversùs omnem ἐθελοθρησκείαν, docétque nihil præscriptis Dei vel addendum vel adimendum l. ¶ *Detur eis per sin-* l Wolp. *gulos dies, nè sit in aliquo querimonia,* דִּי לָא שָׁלוּ] *Ac nè omittant,* Sy. *Error nè committitor,* JT. Pi. At certè דִּי לָא non potest esse prohibendi m. *Ut non cessatio,* Mo. m Di. *ut nullus sit error,* P. דִּי accipit pro *ut,* quod durum est, cùm nullum exprimitur verbum n. *Ità ut nullus sit* n Di. *error,* Tig. not. *nullus sit defectus,* Belg. *sine dubio,* Ca. *absque ulla cunctatione,* M. Ti. *absque cessatione,* Di. *absque defectu,* Ang. sic Gal. *absque oppositione,* AE. Idem enim est דִּי לָא sive דְּלָא Chald. & Syr. quod בְּלֹא Hebræorum: sic cap. 7. v. 22 o. [Vide ibi annotata.] o Di.

10. *Et offerant,* &c. דִּי לֶהֱוֹן מְהַקְרְבִין נִיחוֹחִין] *Ut offerant* (*ut sint offerentes,* Mo. *ut habeant unde offerant,* P. M. Ti.) *res odoris grati,* JT. Pi. *suffimenta,* P. *odores suavissimos,* V. sim. M. Ti. *odores quietis,* Mo. ¶ *Oréntque pro vita regis,* &c.] Disce hinc, 1. Pios homines debere pro magistratibus orare. 2. Magistratuum interesse, ut piorum preces expetant p. ¶ *Et fi-* p Wolp. *liorum ejus*] Qui superfuerant: *Reliqui autem filii* (inquit Ctesias) *celeriter è vita migrârunt.* Ideo pro eis preces petit q. Vide suprà 1. 2. Etiam pro Lacedæ- q Ma. moniis orârunt Judæi r. r G.

11. *Ut omnis homo*] Cujuscunque gradûs, ætatis, &c. Alioquin aliter puniuntur servi quàm liberi. Hoc autem scelus immanius videbatur, in contumeliam Dei, in quo casu vetitus est lege Divinâ respectus personarum. Quin ipsa quoque jura humana contumaciam nimiam perinde in nobili puniunt atque in plebeio viro; & magìs quidem in nobilibus, ut horum exemplo cæteri deterreantur †. ¶ *Qui hanc mutaverit jussio-* † Wolp. *nem;* vel *verbum,* P. Mo. *sententiam,* Sy. sim. Ti. M. V. *rem,* JT. Pi. דִּי יְהַשְׁנֵא פִּתְגָמָא] *Quisquis mandatum hoc infregerit,* Ar. Verbum Chald. שְׁנָא sign. *vertere, mutare, aliquid ab eo quod fuerat diversum facere:* in Hiphil autem (ut hîc habetur) sign. authorem esse vel impulsorem falsi. Poterant enim illi magistratus rescripti regii exemplum apud se retinere, & alienam sententiam subditis proponere t. *Mutaverit,* id est, contrà fe- t Idem. cerit v. ¶ *Tollatur lignum de domo ipsius,* יִתְנְסַח אָע v G. מִן בַּיְתֵהּ] *Diruatur* (vel *evellatur,* Mo. Sy. *tollatur,* Ar. ο'. sim. JT.) *lignum è domo ejus,* P. M. id est, diruendo extrahantur ligna x. *Tollatur trabs,* &c. Ti. ¶ *Et* x V. *erigatur, & configatur in eo,* וּזְקִיף יִתְמְחֵא עֲלוֹהִי] *Et erigatur atque suspendatur* (*aboleatur,* JT. *deleatur,* Pi.) *in eo,* M. sim. Ti. JT. Pi. Ca. AE. in Di. V. Mos erat Persarum, de damnati domo lignum sumere de quo suspenderetur y. Vide Esther. 7. 9 z. *Et in crucem aga-* y G. *tur super illud,* Ar. sim. Sy. Crucis supplicium Persis z Me. usitatum erat, eóque affecti sunt Sandoces à Dario ob injustum judicium, Sataspes à Xerxe ob neptem Zopyri vitiatam a. Plerique יִתְמְחֵא ex Heb. significati- a Wolp. one sumunt pro *deleri, exterminari,* quod quia suspendio fit, verterunt, *suspendatur;* & זְקִיף referunt ad lignum. Sed constructio id permittere non videtur; quod vel ex P. patet, qui ad verb. vertit, *Diruatur lignum,* &c. *& erectum suspendatur in eo,* [vel, *& erectum deleatur in eo,* Mo.] Vides *erectum* carere suâ constructione. [At V. sic explicat, Et in eo ligno quod remanserit in domo sua erectum, deleatur, i. e. suspendatur.] Ideo RS. זְקִיף ad personam potiùs retulit, vertítque, *Et stans destruatur ad lignum.* Sic LXX, Καὶ ὠρθωμένος παγήσεται ἐπ᾽ αὐτῆς, (*Et erectus percutietur super illud.*) Nec video cur non יִתְמְחֵא potiùs *verberandi* significatione accipiatur, ut locus de virgarum plagis accipiatur. Sic Schindlerus, *& erectus cædatur in eo;* id est, erectus unà cum ligno, virgis cædatur ad illud; ut moris erat apud Persas aliásque gentes: quamvìs apud Judæos, *non stans, nec sedens, sed inclinatus, cædebatur,* ex Deut. c. 25. v. 2. Quòd si cui videatur, ex collatione sequentium, majus supplicium hîc innui, facilè credam aliud mortis genus hîc innui, nempe, ut יִתְמְחֵא & זְקִיף referantur ad lignum, עֲלוֹהִי autem ad delinquentem; & sensus fit, *Lignum elevatum percutiatur super ipsum,* id est, ipse palus sursum elevatus infigatur ictibus corpori ejus,

at

ut à summo capite transadigatur per ipsos nates; ideo dixit עֲלוֹהִי, quia à summo corpore incipiebant: quæ crudelis admodum mors erat, & Orientalibus satis usitata. Hoc sensu commodè accipi potest Vulg. *Et erigatur, & configatur in eo*, nempe, ipsum lignum, ipse palus; optimè [b]. [b Di.] [Verùm Persæ, &c. ni fallor, in illo supplicio semper à natibus incipiebant, indéque lignum transadigebant ad partes superiores; nec illud עֲלוֹהִי alium sensum postulat, cùm commodè verti potest, *in eo*, ut hìc reddunt P. Mo. JT. Pi. M. &c. quomodo τὸ עַל sæpe exponitur.] ¶ *Domus autem ejus publicetur*, [וְנְוָלוּ יִתְעֲבֵד עַל דְּנָה] *Sterquilinium*, vel *latrina*, *fiat propter hoc*, P. sic M. Ti. JT. Mo. V. Ang. sim. Sy. Confer 2 Reg. 10. 27 [c]. Dan. 2. 5. & 3. 29 [d]. [c Me.] [d San.] *Publico addicatur*, Ar. *publicata complanetur*, Ca. Severissimum hoc supplicium visum est. Hæc res maximum sontis animo dolorem, bonis detrimentum, existimationi damnum, afferebat. Hinc apud Romanos perditissimorum hominum domus dirutæ erant, ut Sp. Cassio & Ovidio Pollioni factum †. [† Wolp.] *Domus ejus fit in direptionem*, ο'. *Publicetur*, i. e. prophanetur, sit exposita omnium rapinæ [f]. [f Os.]

12. *Deus autem*, &c.] Præclarè agnoscit Deum verum, ejúsque potentiam & justitiam, eúmque à falsis diis secernit [g]. [g Wolp.] ¶ *Qui habitare fecit nomen suum ibi*] *Dei nomen* pro ipso Deo sumitur: quod familiare Hebræis, & inprimis Chaldæis; adeò ut שֵׁם, *nomen*, aut epitheton esse putent Dei, aut nomen familiare *. [* San.] ¶ *Dissipet omnia regna*, "וִימַגַּר וגו [*Dissipet* (*evertat*, ο'. *perdat*, Ar. Ca. M. *dejiciet*, JT. vel *dejiciat*, Pi. V. sub. *in terram*, V. *exstirpet*, Ti.) *omnem regem*, Mo. P. q. d. In meo subditos ipse animadversurus sum: Eos autem qui sui vel alieni juris fuerint, remitto ad Deum, cujus imperio subjiciuntur omnes, qui eos puniet, &c. Discant hinc magistratus intra suos limites se continere, ac potiùs Deo coercendos sontes permittere, quàm ut in messem alienam falces suas mittant [h]. [h Wolp.] ¶ *Et populum*; ità Mo. P. &c. [וְעַם] Vel, *privatum hominem*, Ca. [q. d. quemvis de populo.] ¶ *Qui extenderit manum suam ut repugnet*, &c.] Non dicit, *qui perdiderint*. Quo sign. vires illis, non voluntatem, deesse. Conatus illorum & studia repræsentat, quorum nulla effecta memorantur. Sed quoniam in magnis voluisse sat est, etiam conatus malus meretur pœnam [i]. [i Idem.] ¶ *Ut repugnet, & dissipet domum*, &c. "לְהַשְׁנָיָא לְחַבָּלָא וגו [*Ad mutandum*, *ad corrumpendum domum Dei*, &c. Mo. *ut mutet & destruat*, &c. P. *ut invertat & perdat domum*, &c. M. *ut vel mutet*, *vel lædat*, (sive, *ad delendum*, ο'. *ad corrumpendum*, Ca.) *domum istam*, Ti. [Alii aliter;] *Ad mutandum* (scil. *legem*, sive *constitutionem*, *meam*, ut v. 11 [k].) [k Jun. sic V.] *quò destruat domum*, &c. Pi. ¶ *Quod studiosè impleri volo*, [אָסְפַּרְנָא יִתְעֲבֵד] Illico *efficitor*, JT. De voce אָסְפַּרְנָא vide suprà 5. 8 [l]. [l Ma.] Excludit exceptionem, & urget exsecutionem [m]. [m Wolp.]

13. *Igitur Thathanai*, &c.] Deus hìc, ut alibi, invitos ad officium cogit, & ab his affert auxilia Ecclesiæ à quibus impendere pericula videbantur. Sic reguntur res humanæ, ut nobis neque ab amicorum benevolentia quicquam exspectandum sit boni, neque ab inimicorum odio vel tantillum metuendum mali, nisi volente & annuente Deo [n]. [n Idem.] ¶ *Secundùm quod præceperat Darius*, &c. לָקֳבֵל דִּי שְׁלַח—כְּנֵמָא [[Variant.] *Propterea quòd mandaverat—hujusmodi*, JT. Gal. *juxta id quod miserat*, P. *secundùm quod misit*, (vel, *ex quo—misit*, M.) *ut dictum est*, Mo. vel, *juxta decretum*, Sy. *mox ut Darius rex hujusmodi miserat*, Ti.

14. *Seniores*, &c.] Illi ipsi quorum nomina Regi prodita erant. Fit autem illis nunc gloriosum quod priùs fuerat valde periculosum [o]. [o Idem.] ¶ *Prosperabantur*; sim. Mo. P. [מַצְלְחִין] *Ad finem perducebant*, Sy. *perrumpentes*, Ma. Sign. hæc vox tum *progressus lætos*, tum *animi fiduciam*. Quò fortiùs res gerendas suscipimus, hòc feliciùs succedunt: *Audentes fortuna juvat* [p]. [p Idem.] ¶ *Juxta prophetiam Aggæi*, &c.] Vel, *in prophetia*, &c. V. Per quos scil. Dominus jusserat ut instaurarent, &c [q]. [q V.] Bifariàm accipi potest, ut referatur vel, 1. ad laborem, in quo versati sunt, eâ nimirum ratione quam Prophetæ eis præscripsissent; vel, 2. ad successum, quem consecuti sunt, prout Prophetæ promisissent [r]. [r Wolp.] ¶ *Et ædificaverunt & construxerunt*, וּבָנוֹ וְשַׁכְלִלוּ [*Et ædificaverunt fundamentum jacientes*, M. vel, *& fundamentum posuerunt*, Ti. *& fundaverunt*, Mo. *& perfecerunt*, ο'. P. Sy. sim. Ar. *donec ædificantes perfecissent*, JT. ¶ *Jubente Deo*, [מִן טַעַם אֱלָהּ] *Ex præcepto* (*decreto*, ο'. Sy. Ti. M.) *Dei*, Mo. P. ¶ *Cyro, & Dario, & Artaxerxe*] Conjecit in unum locum omnes Persarum Principes qui res Judæorum promoverant. Etsi enim tunc solus Darius Judæis favebat, Cyrus tamen per repetitionem, Artaxerxes Longimanus, qui post Xerxem Darii successorem regnavit, per occupationem, recensentur †. [† Me.] Qu. Quis fuit hic Artaxerxes? Resp. 1. Xerxes. Cur enim omitteretur Rex tam celebris, quíque Judæis favit, teste Jo. Antiq. 11. 5? Præterea Esdras, jam senex, non videtur post Xerxis tempora idoneus fuisse tam arduæ legationi, de qua c. 7. 6. Imò Josephus ait Esdram senem sub Xerxe vitâ functum esse [t]. [t Q. in La.] Dicunt hunc Artaxerxem fuisse filium Darii [v]. [v V.] Resp. 2. Probabilius est fuisse hunc Longimanum Xerxis filium. 1. Hic enim, non Xerxes, vocatur ab omnibus historicis *Artaxerxes*. 2. Patet hoc ex continuatione hujus historiæ cum historia Nehemiæ, quæ olim unus erat liber cum hoc Esdræ. Nam qui hìc dicitur Artaxerxes, & qui c. 7. anno septimo regni sui misit Esdram in Jerusalem, idem Nehem. 2. 5. dicitur eódem misisse Nehemiam anno regni sui vicesimo: hunc autem Longimanum fuisse ibi patebit. Porrò, Josephus confundit Xerxem cum Artaxerxe, nam Xerxi dat 28 annos, cùm is tantùm 20 annos regnavit; quare cæteri 8 anni dandi sunt Artaxerxi *. [* La.] Resp. 3. Darium intelligit, cui addit nomen *Artaxerxis*, quod commune erat Persicis Regibus. Τὸ ו autem ante *Artaxerxem* expositionis magìs quàm conjunctionis vim habet, q. d. *Darius, qui item Artaxerxes appellatur* [x]. [x Wolp. ex He. AE. in M.] Resp. 4. *Artaxerxem Mnemonem*, sive *Memorem*, intellige, qui unà cum patre Dario hìc memoratur *, [* Ma. ex Jun.] vel quòd tunc patris Prorex fuit, vel quòd filiorum maximus †, [† Ma.] vel quòd à patre in consortium regni vocatus est propter bella contra Secundianum aliósque proceres obeunda *: [* Ma. ex Jun.] Lex enim erat Persarum, Regem euntem in expeditionem oportuisse regni successorem declarare, Herod. 7. 2 †. [† Ma.] Propterea huic Plutarchus tribuit annos 62 regni *. [* Jun.]

15. *Et compleverunt*, &c. sic ο'. Ar. "וְשֵׁיצִיא וגו [*Et perfecta*, vel *absoluta*, *est*, &c. M. P. Ti. Mo. &c. ¶ *Mensis Adar*] Est mensis duodecimus, qui partim nostro Februario, partim Martio, respondet [y]. [y V. La.] ¶ *Qui est annus sextus Darii*] Ità quatuor annis sub Dario data est opera Templo exstruendo [z]. [z San.] Itaque intercesserunt anni 46 ab inchoato Templo ad ejus complementum, juxta illud Joan. 2. 20 [a]. [a Os.] Verùm id dixerunt Judæi ex vulgata, sed falsa, opinione. Nam ab anno 2. Cyri, quo fundatum est Templum, ad hunc sextum Darii erant tantùm 20 anni [b]. [b Sal. in Me.] Vel illi 46 anni componendi sunt ex annis sub Cyro & Dario, & iis quibus Templum ab Onia Pontifice amplificatum fuit, & iis quibus ornatum fuit ab Herode & Maccabæis [c]. [c San.] Dices, protractam fuisse hanc fabricam ad annum nonum Darii, teste Josepho. Resp. Anno sexto Darii pars interior Templi, quæ propriè *templum* vocabatur, perfecta est; sed anno nono Darii atria, porticus, aliáque ornamenta, Templi perfecta erant. Ità Jo. Riber. Parer. & alii [d]. [d La. sim. T.]

16. *Filii Israel*] i. e. Judæi & Benjaminitæ, aliíque fortè ex tribubus aliis. Hi per synecdochen totius nomine notantur †. [† Wolp.] ¶ *Filiorum transmigrationis*] i. e. Qui de transmigratione redierant. Plena locutio legitur infrà v. 21 [f]. [f V.] Asperam eorum fortunam memorat, ut unde essent erepti, & quem in locum restituti, meminissent [g]. [g Wolp.] ¶ *Dedicationem*; ità P. Mo. M. JT. Pi. [חֲנֻכַּת] *Initiationem*, Ti. *renovationem*, Ar. *Dedicationem fecerunt*, hoc est, hanc ædem cultui Dei & Religionis officiis dicârunt, ut deinceps semper esset eisdem usibus dedicata, & à reliquis usibus segregata; ídque adhibitis ritibus ac ceremoniis divinitus institutis. ¶ *In gaudio*; vel, *cum gaudio*; [ità omnes:] [בְּחֶדְוָה] Ab *acuendo* derivatur, quòd gaudium animos humanos excitat, quos mœror hebetes facit [h]. [h Idem.]

17. *Vitulos centum*] Ἑκατόμβην scilicet, maximam & toto orbe celeberrimam victimam. Ejus enim Homerus meminit [i]. ¶ *Hircos caprarum*] Ità ὁ. P. M. Ti. Mo. sub. *filios*, Tig.not. *hircos lactentes*, JT.sim. Me. vel *caprinos*, Ar. *hœdos* (vel *capros*, Ca.) *caprinos*, Sy. ¶ *Pro peccato totius Israel duodecim*] Ità factum in dedicatione primi Altaris, Num. 7. 87 [k]. Etsi enim decem Tribus abductæ essent, nonnullos tamen ex plebe remansisse tam ex hoc loco colligitur, quàm ex 2 Par. 30. 1, 5, 10, 11. & 34. 7, 9. & 35. 3, 17. & Esd. 8. 35. Act. 26. 7 †.

18. *Et statuerunt sacerdotes*, &c.] Hunc ordinem, qui cum reliquis corruptus atque confusus fuerat, emendare aggrediuntur, & in integrum restituere: Tempora meliora meliores postulant mores. ¶ הֵקִימוּ וגו׳] *Erexerunt*, vel potiùs *stiterunt*, populo nempe præsentes exhibuerunt, ut quæ in ipsis desiderarent cives emendari possent. Iidem hîc fuerunt sacerdotum electores, à quibus Templum consecratum fuit. Hi erant filii Israel, sacerdotes & Levitæ [l]. ¶ *Ordinibus—& vicibus*] Ut, scilicet, quilibet suo ordine & suo tempore ministraret [m]. ¶ *Super opera Dei*, עַל עֲבִידַת וגו׳] *Super opus* (vel *cultum*, Os.) *Dei*, Ma. *in ministerio Dei*, JT.

19. *Fecerunt—Pascha*] Nunc primùm, ut videtur; quia nec tempus pacatum erat, nec locus satìs capax tantæ multitudinis, &c. nec purificarentur, &c. ut sequitur in vers. 20 [n].

20. *Purificati enim fuerant——quasi unus*] Sim. Mo. P. id est, unanimi consensu [o]. Non minori diligentiâ quàm si unus duntaxat esset purificandus [p]. ¶ כְּאֶחָד] *Usque ad unum*, ὁ. *simul*, Sy. *pariter*, BA. [Q. connectunt cum sequentibus:] *Erántque pariter omnes puri*, M. Ti. ¶ *Filiis transmigrationis*, &c.] Qui nimirum ipsi mactâssent, si fuissent æquè mundi [q]. ¶ *Et sibi*, וְלָהֶם] *Ac pro seipsis*, P. JT. sim. M. &c.

21. *Qui se separaverant à coinquinatione gentium terræ ad eos*, הַנִּבְדָּל וגו׳ אֲלֵהֶם] *Separatus*, &c. (vel, *qui subduxerat sese*, &c. P.) *ad eos*, Mo. P. sim. M. *Qui segregatus erat*, &c. venerátque *ad eos*, Ti. id est, proselyti, qui se Legi subjecerant [r]. Aliis enim de Paschate manducare non licebat †. Docemur hîc, mundum esse quandam rerum impurissimarum colluviem, & pollui nos hominum impiorum sodalitiis [t].

22. *Et converterat cor regis Assur*] Sive *Assyriæ*. Superior tractus regni Persici, qui ad mare Caspium, *Assyria*; inferior, qui ad Rubrum mare vel sinum Persicum pertinebat, dicebatur *Persis*. Porrò, Darius communicato regno cum Artaxerxe filio, citeriores ac meridianas regni partes ei commiserat, sibi verò ulteriores & Boreales, sive superiores, regendas assumpserat, utpote sibi magìs exploratas; quamobrem Rex Assyriæ hoc loco appellatur. Illius autem hîc fit mentio, quòd hæc altera pars Judæorum reducum ex superiore illo tractu regni Persici profecta sit, quemadmodum ex inferiore tractu illius discesserant plurimùm ii quos priùs Zerubbabel reduxerat in Judæam [v]. Meminit hîc *Regis Assyriorum*, quòd tunc qui *Rex* erat *Persarum* erat etiam *Rex Assyriorum* [x]. Solent potentiores Monarchæ varios variorum regnorum suorum titulos, nunc hos, nunc illos, nunc simul omnes, usurpare [y]. Darius vocatur *Rex Assur*, sicut Rex Franciæ dicitur Rex Navarræ [z]. Porrò, Assyriorum monarchia olim ut celeberrima, ità Judæis notissima, erat, à qua toties vexati fuerint [a]: Rex Assur decem Tribus captivas abduxerat [b].

CAP. VII.

1. In *regno Artaxerxis*] Qu. Quisnam hic erat? Resp. 1. Darius [c]. 2. Mnemon, sive Memor, Darii filius [d]. At hic à multis Xerxes, non Artaxerxes, vocatur: Nec Xerxes ad annum vicesimum pervenit; hic autem anno 20. regni Nehemiam misit Jerosol†. 3. Artaxerxes Longimanus, Darii nepos [f]. Obj. Non potuit Esdras tunc superstes esse, cùm pater ejus Saraias à Nabuch. interfectus fuerit; ideóque Esdras foret penè 140 annorum. Resp. 1. Testatur Nehemias Esdram urbis exædificatæ dedicationi interfuisse. 2. Quemadmodum Deus longævitatem tribuit & Patriarchis, (ad propagandum genus humanum, & constituenda artium principia,) & Apostolis, (ad propagandum Evangelium;) sic Esdram, Nehemiam, &c. longævos esse voluit, ut inchoatum ab ipsis opus perficeretur [g]. ¶ *Filius Saraiæ*, &c.] In hac genealogia Esdræ omittuntur sex generationes, à *Meraioth* ad *Azariam* filium *Jochananis*, quæ supplendæ sunt ex 1 Chron. 6. 7, 8, 9, 10, 11. Qu. Unde hæc omissio? Resp. 1. Ex antiqui librarii lapsu, qui, cùm videret 1 Chron. 6. 11. & 7. dici utrobique, *Amariam genuisse Abitub*, putavit utrosque esse eosdem homines, conjunxítque *Azariam* versûs 11. cum *Meraioth* ver. 7. atque ità merâ ἀβλεψίᾳ omisit sex generationes [h]. Resp. 2. Esdras voluit hîc brevitati studere, & satìs ipsi fuit accuratiùs jam has generationes recensuisse in libro Chronicorum, quem priùs scripserat quàm hunc librum [i]. Resp. 3. Fortè illos hîc prætermisit, vel quòd ipsi nunquam Pontificatu functi essent; vel quòd, minùs celebribus omissis, autor voluerit lectores fastidio sublevare. Utroque loco satìs evidens est demonstratio generis Esdræ ad id quòd ex Aharone genus ducat [k].

Left margin notes: i Wolp. | k Me. | † BA. 1. 2. 33. 320. | l Wolp. | m Me. | n San. | o T. | p Me. | q BA. 1. 2. 50. 576. | r G. sim. V. La. Me. T. Os. | † G. | t Wolp. | v Jun. | x V. | y T. | z L. | a T. | b V. | c RS. & AE. in Wolp. | d Q. in San. | † San. | f Ità San. Wolp. ex Funccio, &c.

6. *Scriba velox*; ità ὁ. Ar. Mo. P. vel *promptus*, Ti. V. *expeditus*, M. *peritissimus*, Sy. *diligens*, Pi. G. Heb. *accelerans*; meton. effecti: sic Prov. 22. 29 [l]. סוֹפֵר מָהִיר] *Legisperitus promptus*, JT. *Acutè eruditus*; Heb. *literatus celer*: sed *celeritas* pro *acumine* ponitur. Est autem סופר aliquando *doctus* & *eruditus* [m]. Porrò, *Scribæ* Judæorum non erant qui gesta vel instrumenta civitatum vel reipubl. describebant, quales hodie *scribæ* vocantur [n]: At illis *scribæ* erant Legisperiti, vel Legis doctores, ut apparet ex collat. Matt. 22. 35. cum Marc. 12. 28 [o]. In eo studio comprehendebatur notitia rerum Divinarum, jurísque Pontificii ac civilis. Exstabat ergò Lex tempore exsilii apud Judæos, ut apparet & Dan. 9. 13 [p]. *Scribæ* Judæis iidem erant qui *Philosophi* Græcis, *Magi* Chaldæis [q], Gallis *Druides*, Indis *Brachmanes*; nempe, eorum Doctores [r]. Ipsorum erat Legem describere *, docere & explicare [t]; respondere ad interrogata & subortas difficultates [v]; porrò, Scripturam incorruptam servare, & correctæ ejus descriptioni invigilare [x]. Esdras, allatis optimis exemplaribus, accuratam Legis dedit ἔκδοσιν, addidítque historias sequentium temporum, cum Propheticis libris, & iis Poeticis qui auctoritatem obtinebant [y]. סופר idem est quod *enarrator legis*, à סָפַר *enarrare, recensere* [z]. Vel dicitur à סֵפֶר *libro*, q. d. librarius, à libris evolvendis & enarrandis [a]. ¶ *Dedit Rex—omnem petitionem ejus*, &c.] Quæ indubiè erat, ut Jerusalem restauraretur, &c [b]. licèt hoc non exprimatur [c]. ¶ *Secundùm manum Domini*, &c.] i. e. Juxta favorem quo Deus Esdram prosequebatur [d], eúmque Regi gratiosum fecit *.

7. *Ascenderunt de filiis Israel*] Nempe, ex aliis tribubus [f]: vel potiùs illi Judæi qui, licèt permissum fuerit eis ascendere Hierosol. hæserant adhuc in Babylone [g].

9. *Cœpit ascendere*, &c. הוּא יְסֻד הַמַּעֲלָה וגו׳] *Fuit initium* (vel *fundamentum*, Mo. Jun. vel *fundamenti positio*, Belg.) *ascensûs*, Pi. P. Quod de consultatione intelligunt [h]. Pronomen הוא ponitur pro verbo substantivo, ut passim [i]. *Ipse fundavit ascensionem*, ὁ. *fuit auctor ascendendi*, JT. *inchoatus est ascensus*, M. Ti. ¶ *Mensis quinti venit in Jerusalem, juxta manum Dei*, &c.] i. e. Per gratiam Dei; huic enim tribuit reditum prosperum & incolumem [k]. Difficile sanè hoc iter fuit. Judæi variis & remotis à se invicem locis inter Persas & Medos consederant, & ægre poterant in unum convenire, aut consilia communicare: Iter longum erat, periculosum, arduum: Impedimenta multa, uxores, liberi, greges, onera [l]. Tardiùs progredi coacti sunt, nè infirmiores in via, deficientibus viribus, amitterent [m].

10. *Paravit cor suum*] Omnes cogitationes & curas suas in hoc intendit [n]. Id egit, ut animus, suâ naturâ

Right margin notes: g Wolp. | h Capel. crit. | i Buxt. vind. 2. 2. 429. | k Wolp. | l Pi. | m Ca. | n E. | o V. T. sim. La. G. | p G. | q Ità T. sim. La. | r La. | * V. La. | t La. | v E. | x La. | y G. | z La. | a E. | b La. | c San. | d V. La. | * La. | f Ma. | g Ità Os. Wolp. | h Belg. | i Pi. | k V. | l Wolp. | m Os. | n Me. sim. Os.

naturâ rudis & iners, ad sapientiam perficiendam idoneus fiat [o]. ¶ *Ut investigaret*] Id est, disceret, V. planè cognosceret [p]. ¶ *Et faceret*] i. e. Opere adimpleret [q], quantum fieri posset [r]. ¶ *Et doceret*, &c.] Hic erat finis profectionis ipsius, itaque Dominus adjuvit pios ejus conatus *. ¶ *Præceptum & judicium*] Idem hæc duo significant [t]: quid scilicet Lex fieri, vel non fieri, præcipiat [v]. [Al. aliter:] חוק sign. *ritus*, sive *ceremonias*; מִשְׁפָּט *judicia* [x], sive civilem scientiam, & omnia honestatis vitæque officia [y]. Disce hîc ab Esdra, ordinem docendi esse hunc, 1. ut plenè discas; 2. ut prior ipse facias; 3. ut idem alios doceas. Sic Christus *cœpit* primò *facere*, deinde *docere*, Act. 1. 1 [z].

11. *Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus*, &c. הַסּוֹפֵר סוֹפֵר דִּבְרֵי וגו׳] [Variè reddunt.] *Scribæ, scribæ (inquam, P.) verborum*, &c. Mo. P. Ti. *& scribæ, qui scriptor erat verborum*, &c. M. *scribæ libri sermonum*, &c. ό. Ar. [Legerunt סֵפֶר.] ¶ *Scribæ erudito*, &c.] At propria laus sordet. Verùm Esdras non id agit ut se commendet, sed ut causam suam promoveat, & officii sui notas proferat; & ut alii libentiùs ipsi obsequerentur [a]. [Porrò, hunc titulum recitat Esdras non tanquam à se assumptum, sed ipsi ab Artaxerxe tributum, ut sequentia indicant.]

12. *Artaxerxes Rex regum*] i. e. Regum maximus [b]. Quomodo *Cantica canticorum* dicuntur, quæ præstantissima sunt; & *Sancta sanctorum*, quæ sanctissima [c]. Titulus hic erat Regum Persarum. Ità dictus est Cyrus in inscriptione sepulchri, Strab. l. 15. p. 730. & Artaxerxes inter epistolas Hippocratis *. Non immeritò se *Reges regum* appellabant Reges Persæ: habebant enim Reges in obsequio suo, ut ex Æschyli Persis alibi notavimus. Tales erant *Armeniæ, Cypri, Cariæ, Sidonis* Reges, & alii [d]. Reges Medi, Lydi, Babylonii, Samii, Ægyptii, &c. clientes eorum erant. Porrò à notariis, qui ad assentationem assuefacti sunt, tales epistolæ conscribi solent *. ¶ *Scribæ legis*, &c. *doctissimo, salutem*, סְפַר וגו׳ גְּמִיר וּכְעֶנֶת] *Scribæ*, &c. *consummato*, P. Mo. (vel *perfecto, absolutissimo*, V. vel, viro *perfecto*, M.) *& ipsi Cheeneth*, P. Mo. V. sub. *salutem dicit*. Nomen est gentis quæ habitabat ultra Euphratem in terra Israelis [f]. *Et populo transfluviali*, M. *Legis—professori eximio Cananæo*, Ca. [Alii aliter:] *Scribæ legis*, &c. *Perficiatur sermo & responsio*, ό. *Ad scribam*, &c. *Jam absolutum est verbum, & decretum à me prodiit*, Ar. τὸ גְּמַר sign. *perficere*, indè גְּמִיר [g], quod sign. *omnium bonorum absolutionem* [h]. [Alii aliter:] *Scribæ*, &c. (vel, *perito legis*, JT.) *incolumitatem*, Sy. Ti. Pi. JT. (vel, *perfectam* pacem, Ang. *perfectam* sanitatem, Gal. Heb. *perfectionem*, Jun.) *& tali tempore*, JT. Pi. Ang. Gal. vel, *& diuturnitatem*, Ti. sive *longævitatem*, Wolp. q. d. ætatis in ulterius tempus prorogationem; כְּעֶנֶת enim sign. *ultrà* [i].

13. *A me decretum*] Lata est sententia, quæ nequit revocari, nè à Rege quidem, ex more Persarum. Sic omnem aditum præcludit eis qui res novas molirentur †. ¶ *Cuicunque placuerit*, &c. כָּל־מִתְנַדַּב וגו׳] *Quicunque spontaneus est*, &c. P. sim. Mo. &c. vel, *sponte suâ*, V. sub. *se obtulerit*, V. sim. JT. Pi. *Quisquis voluerit proficisci, is tecum proficiscatur*, Ti. sic Sy. sim. V. Per me licebit ut eat [k]. Invitabat omnes, neminem cogebat, nec invitos retinuit [l].

14. *A facie enim regis*, כָּל־קֳבֵל דִּי מִן קֳדָם מַלְכָּא] *Quemadmodum* (vel, *Quandoquidem*, JT. Ang. Ca. Gallicè redderemus, *Tout ainsi que*, pendétque sententia, quæ perficietur in fine vers. 17. subaudiendo, *ità facias* [n]: *Pro eo quòd*, Mo. *Et quòd*, Ti. *Et propterea*, M.) *à conspectu* (vel, *à facie*, ό. *à præsentia*, M.) *regis*, P. Mo. vel, *à rege*, Ti. JT. Pi. Ang. Ca. *ex parte regis*, Gal. [q. d. illius nomine & authoritate.] Heb. *de coram rege*, Ang. Jussu Regis [o]. ¶ *Et septem consiliariorum ejus*] Hi erant satraparum præcipui, qui Regi semper aderant, Esth. 1. 14. Vide quæ notavimus ad Matt. 18. 10 [p]. Persarum Reges habebant septem summos consiliarios [q]. Septem enim fuerunt qui, interfectis Magis, Persicum Imperium asseruerunt, ideóque summi satrapæ erant, qui Regibus Persiæ adfuerunt [r]; & quidem eo modo, ut putatur, quo Spartanis Regibus

o Wolp. p La. sim. Os. q La. ex V. sim. Os. r Os. * Os. sim. San. t Me. v La. x Q. in V. sim. Wolp. y Wolp. z La. a Wolp. b V. San. sim. Os. c San. * Ma. d G. * Wolp. f V. g Wolp. h M. i Wolp. † Wolp. k V. l Wolp. n V. o T. p G. q La. r Ma. ex Jun.

ephori, & tribuni consulibus Romanis. Porrò, hoc additur in terrorem hostium Judæorum *. ¶ *Missus es, ut visites Judæam—in lege Dei*, שְׁלִיחַ לְבַקָּרָא עַל יְהוּד—בְּדָת וגו׳] *Ut inquiras in* (vel *super*, Mo.) *Jehudæam*, P. Ti. V. *ut lustres* (vel *invisas*, Ti.) *Jehudam*; M. *in lege Dei*, Mo. M. Ti. vel, *propter legem*, &c. P. Ut inquiras an Judæi servent Legem Dei [t]. *Ut inquiras* (vel, *ad quæstionem habendam*, JT.) *in Judæa de lege*, &c. Gal. JT. *Ut inquiras* (vel, *ad inquisitionem habendam*, Pi.) *de Juda, secundùm legem*, &c. Pi. Ad cognoscendum, utrùm ibi res sint Divinæ Legi conformatæ [v]. Constituit ergò Rex Esdram visitatorem Judæorum, &c [x]. His verbis αὐτονομία Judæis conceditur, & αὐτοδικία infrà vers. 25, 26 [y]. ¶ *Quæ est in manu tua*] Quam tenes, vel, quam habes in promptu [z]. In qua versatissimus es [a].

16. *Quodcunque inveneris*] [Sim. omnes.] Quod possis assequi, vel comparare [b]. ¶ *Et populus offerre voluerit*, עִם הִתְנַדְּבוּת עַמָּא] *Cum spontanea oblatione*, vel *datione, populi*, Ang. Belg. sim. ό. Ti. Ca. Gal. JT. M. vel, *quod populus sponte offerre voluerit*, Os. vel, *cum spontaneis populi*, P. V. i. e. cum iis qui sese liberales ostenderunt [c]. [Ità restringunt universale illud, *omne aurum*, &c. q. d. Omne aurum cum talibus viris repertum, & ab iis oblatum, accipies.]

17. *Liberè accipe*, &c.] Chald. *Ut sic citò emas*, Mar. [De כָּל קֳבֵל vide ad v. 14.]

18. *Et fratribus tuis*] Sive cognatis; h. e. collegio sacerdotum [d]. Esdræ auctoritatem Rex dedit: ille aliorum quoque sacerdotum consilium adhibebat *.

19. *Vasa quæ dantur tibi*, &c.] Id est, quæ concredita sunt fidei tuæ [f].

20. *Et cætera*, &c. וּשְׁאָר חַשְׁחוּת וגו׳] *Et residuum*, sive *reliquum, necessitatis* (vel *usûs*, Mo. id est, rerum necessariarum, V.) *domûs Dei*, &c. P. V. *Reliqua*, vel *alia, quæ necessaria fuerint domui*, &c. JT. Pi. M. sim. Ti. Ar. &c. ¶ *Quantumcunque necesse est ut expendas*, דִּי יִפֶּל לָךְ לְמִנְתַּן] *Quod ceciderit tibi ad dandum*, Mo. *quæ convenerit*, vel *decuerit, te dare*, P. V. *quicquid erogandum tibi videbitur*, Ar. sim. ό. *quicquid tibi inciderit*, vel *acciderit, ad expendendum*, M. Ti. *quæ* [nempe *necessaria*] *acciderint* (Chald. *ceciderint*, Pi.) *tibi tradenda*, JT. Pi. ¶ *Dabitur de thesauro*, &c.] Chald. *Dabis* (vel *expendas*, Ti. *accipias expensas*, M. *tradito*, JT. Pi. *dari facies*, i. e. sumes, Mar. *accipias, tradásque*, Sy. *eroga*, Ar.) *è domo thesaurorum*, vel, *ex ærario regis*, P. M. Sy. [sim. omnes.]

21. *Et à me. Ego Artaxerxes rex statui*, &c. וּמִנִּי אֲנָא וגו׳] Ad verb. *Et à me ego rex*, &c. Mo. ό. *Equidem à me rege edictum promulgatum est*, Ti. *Et à me constitutum*, &c. M. *Præterea à me* (subaudi *me*, *inquam*, Pi.) *Artaxerxe rege constituitur lex*, &c. JT.

22. *Sal absque mensura*, וּמְלַח דִּי לָא כְתָב] *Et sal quod non scriptum est*, Mo. P. vel, *salis quantum non scriptum est*, V. vel, *quantum non potest præscribi*, JT. Pi. *Sal verò nè scribatur*, Ti. Hi omnes כְּתָב pro verbo acceperunt, cùm nomen sit. Dices, eos accepisse acsi ad verbum vertas, *& sal, cujus non sit scriptio*. Resp. Id Chaldæi dicerent, וּמְלַח דִּי לָא כְתָב לֵהּ: Pronomine enim דִּי nunquam utuntur, ut nec Hebræi אֲשֶׁר, in casu obliquo, nisi sequenti nomini aut verbo addatur affixum. Itaque דִּי לָא simpliciter est *absque*, & Vulg. rectè vertit, *absque mensura* [g]. *Sal absque præscripta mensura*, M. simil. Ang. V. *sine præscriptione*, Sy. Ca. Quia nimirum in omni sacrificio sal adhibebatur [h]. Sine sale nulla sacra, inquit Plin. 31. 7. Noluit Rex sacrificia unquam cessare: vel, tantum salis dedit, quia nullius erat pretii, ingénsque ejus copia fuit prope Jerusalem, cùm non longè abesset mare salsissimum [i].

23. *Quod ad ritum Dei pertinet*, כָּל־דִּי מִן טַעַם אֱלָהּ] *Quicquid* (sub. *fuerit*, vel *est*, P. JT.) *ex decreto Dei*, P. sic Mo. *ex* (vel *in*, ό.) *sententia Dei*, JT. *Quicquid* agendum inciderit *ex mandato Dei*, Pi. *Quicquid præceptum est à Deo*, Ti. M. V. *Quicquid placuerit Deo*, Ar. Ca. Chald. *De gustu Dei*, i. e. quod volupe illi fuerit [k]. ¶ *Tribuatur diligenter*, יִתְעֲבֵד אַדְרַזְדָּא] *Fiat diligenter*, Ti. Mo. sim. JT. Pi. Ca. vel *festinanter*, P. *absque ulla cunctatione*, M. *Cavete nè quid sinistri agatis in domum Dei*, Ar. ¶ *Nè fortè irascatur*,

* Wolp. t V. sim. Mar. v Ma. ex Jun. x La. y G. z V. a Ma. b Belg. c V. d Ma. * G. f V. g Di. ad cap. 6. v. 9. h Me. sic L. Wolp. i San. k Ma.

tur, &c. [דִּי לְמָה לֶהֱוֵא קְצַף וגו'] *Cujus* [scil. Dei] *ut quid futura est ira contra*, &c? P. sim. Mo. *Nè fortè fiat ira*, &c. ο'. Sy. sim. JT. Pi. Ar. M. Ti. *Cur enim committemus ut sit ira*, sub. *Dei*? V. ¶ *Contra regnum regis*, &c. ità Mo. P. Sy. [עַל מַלְכוּת מַלְכָּא וגו'] *Contra* (vel *super*, Ti.) *regnum*, *regem*, &c. M. JT. Pi. Rectè sensit hic Rex, non diu posse rempublicam esse salvam, ubi Religionis veræ exercitium negligitur [l]. ¶ *Et filiorum ejus*] Hi à Plutarcho nominantur Darius, Ochus, Ariaspes, & Arsames [m].

24. *Vobis notum facimus*; ità Sy. JT. Pi. Ti. P. [מְהוֹדְעִין] *Notificantes*, Mo. *notificatum est*, ο'. ¶ *De universis sacerdotibus*, &c. *ut vectigal*, &c. [מִנְדָּה בְלוֹ וַהֲלָךְ לָא שַׁלִּיט לְמִרְמֵא עֲלֵיהוֹם] *Tributum, census & reditus solitus* [legendum, opinor, *solitos*] *non potens injicere super eos*, Mo. *Tributum, vectigal & reditum annuum præfectus nullus imponet*, P. ad verb. *injiciet*, V. [nempe *sacerdotibus*.] *Canonem veterem aut vectigal non licere imponere*, JT. Pi. sim. Belg. *Nè vobis sumatis authoritatem imponendi eis tributum*, &c. Ti. *Nullum vectigal & tributum aut exactionem imponere eis authoritatem habetis*, M. *Nullum imponendum vobis, ô sacerdotes, tributum, neque fore super vos dominium quod vos opprimat*, Ar. q.d. Volo omnes istos esse immunes [n]. Id fecit, ut tantò meliùs ac faciliùs administrationi Religionis operam darent [o]. Sacerdotes idolorum jure Gentium tali immunitate fruebantur, Gen. 47 [p]. Etiam in Papatu liberi sunt ab istis oneribus. Nunc ea est quorundam magistratuum ingratitudo, ut illis nequaquam parcant [q]. Hìc ministris omnibus datur ἀτέλεια, à multis postea Regibus confirmata, ut ex Josepho discimus [r].

25. *Constitue judices & præsides*: vel, *& juridicos*, P. sim. ο'. Sy. Ar. vel, *& causarum cognitores*, JT. Pi. [מַנִּי שָׁפְטִין וְדַיָּנִין] *Numera judices & causidicos*, Ma. *Ex me constitue judices & causidicos*, Ti. vel, *& arbitros*, M. Hos autem magistratus eligendos docet *secundùm sapientiam Dei*, i. e. ad præscriptum doctrinæ cœlestis *. ¶ *Et imperitos docete liberè*] q. d. Quoscunque vis, aut potes, Judaicis legibus imbue, & fac eos proselytos. Nec personas nec doctrinam nec docendi modum definit, sed illi omnia integra relinquit [t].

26. *Et legem regis*] i. e. Mea politica instituta [v]. [Al. aliter:] Nempe hanc legem quæ Judæis suarum legum exercendarum facit jus [x]. ¶ *Judicium erit de eo*] Volo judicium fieri de eo [y]. Nec admittit scelerum impunitatem, nec quenquam indictâ causâ condemnari voluit, sed judicia fieri, & cognosci causas. Quâ ratione tyrannis æquè atque ἀναρχία exploduntur [z]. ¶ *Sive ad mortem*] Itaque plus Esdræ permisit quàm Romani Judæis, Joan. 18.31 [a]. ¶ *Sive in exsilium*; ità JT. Pi. V. Ang. Gal. [הֵן לִשְׁרשׁוּ] *Sive in*, vel *ad*, *eradicationem ejus*, Mo. P. id est, לְשָׁרְשׁוּ, *ad eradicandum eum*; quod purè Hebræum est: & sic legendum arbitrarer, si textus hìc Hebræus esset; sed quia Chaldaicus est, aliud *Chetib* præfero [b]. *In*, vel *ad*, *eradicationem*, M. Ti. Di. Jun. i. e. exsilium: Nam natale solum plantario, & exsilium exstirpationi, comparatur. Vide Levit. 25. 47 *. Τὸ קְרִי est לִשְׁרשִׁי, per Apocopen Chaldæis in hisce usitatam, pro לִשְׁרשִׁית. Τὸ כְּתִיב puto esse לְשָׁרְשׁוּ, similiter per apocopen pro לְשָׁרְשׁוּת; sicut נְוָלוּ *sterquilinium*, pro נְוָלוּת, Esd. 6. 11. Est autem infinit. Chald. secundæ conjugationis Paël, formæ לְשֵׁיזָבוּתָךְ *liberare te*, Dan. 6. 20. לְאַבְדוּתְהָא *ad perdendum eam*, Ezec. 13. בְּכַפָּרוּתָךְ *in expiando te*, Exod. 29. 36. sic hoc loco, לְשָׁרְשׁוּ *ad eradicandum* [c]. *Ad eradicandum eum ex hoc mundo* [d]. Si idem intellexit quod Psal. 52. 7. *Et eradicabit te è terra viventium*, non convenit huic loco, quia contradistinguitur hìc à supplicio mortis. Rectiùs AE. dixit esse expulsionem ex hæreditate. Existimo eradicationem hìc esse supplicium quale ferè apud Hebræos erat tertia excommunicatio, quæ שַׁמְתָּא dicebatur, erátque próscriptio (verba sunt Cl. Buxtorfii in Instit. epistolari) quâ reus, omnibus humanæ societatis juribus, legibus, officiis & commerciis exclusus, judicio Divino committebatur, & ad extremam desolationem condemnabatur; qui apud Romanos aquâ & igni interdicebatur *. [Alii aliter vertunt;] *sive ad castigationem*, ο'. Ar. ¶ *Sive in condemnationem substantiæ ejus*; ità P. ο'. [הֵן לַעֲנָשׁ נִכְסִין] *Sive ad mulctam opum*, Mo. *ut facultatibus mulctetur*, Ti. sim. M. JT. Pi. Sy. Ang. ¶ *Vel in carcerem*, [וְלֶאֱסוּרִין] *Et ad vincula*, Mo. M. V. *ad vinciendum*, P. sim. Ti. vel, *ad carcerem*, Sy. Ar. V. *vinculis adjudicetur*, JT. Pi.

[l] Os. [m] Ma. ex Jun. [n] V. [o] Wolp. [p] E. [q] Os. [r] G. * Wolp. [t] San. [v] Os. [x] G. [y] V. [z] Wolp. [a] San. La. [b] Di. * Jun. [c] Di. [d] RS. in Ti. * Di.

CAP. VIII.

1. GEnealogia eorum] Heb. *& genealogizari eorum*: Infinitivum pro nomine [a].

3. *De filiis Secheniæ*,—*filiis Pharos*] Additum hoc ad discrimen alterius Sechaniæ, v. 5 [b]. ¶ *Et cum eo numerati sunt viri*, &c. [וְעִמּוֹ הִתְיַחֵשׂ לִזְכָרִים] *Et cum eo genealogia masculorum*, Mo. P. V. Nomen *masculi* hìc & in sequ. signif. *virum insignem, magnanimum*, &c [c]. *Cum eo recensiti sunt viri* 150, M. *Cum eo qui recensiti sunt, virorum* 150, Ti. *Et per genealogiam recensiti sunt inter mares*, &c. Belg. *Et cum eo* (sub. *viri*, JT. malim, *homines*, Pi.) *generis recensione per mares erant* 150, Pi. JT.

5. *De filiis Secheniæ, filius Ezeciel*] *E posteris Schecaniæ, filii Jachazielis*, JT. Pi. Ex analogia reliquorum conjicio, post vocem *Schechaniæ* excidisse nomen aliquod proprium viri qui fuerit filius *Jabazielis*; ac proinde vertendum esse, *E posteris Schechaniæ, N. filius Jabazielis*. Secùs, pronomen relativum in verbis, *& cum eo*, nullam vocem habet ad quam referatur; ut patebit consideranti [d].

13. *De filiis Adonieam, qui erant novissimi*] Ità M. Ti. sim. ο'. P. Mo. vel *postremi*, Ca. *De posteris posterioribus*, JT. Sy. Sic vocantur, vel, 1. eorum respectu qui primùm cum Zorobabele profecti sunt, suprà 2. 13 †. Neque enim totæ familiæ simul in patriam commigrârunt, sed illi quorum animos Deus suscitavit [f]. Vel, 2. quòd hi postremo loco Ezram secuti sunt [g].

15. *Ad fluvium qui decurrit ad Abava*] Ad Diavam putà & Adiavam flumina, quibus impositum est oppidum quod Obanam Ptolemæus vocat in Assyria, l. 6. c. 1 [h]. Putant eruditi [intelligit Junium & Tremellium, è quibus hæc, ut plurima alia, habuit,] אַהֲוָא esse *Adiabenam*, (regionem Assyriæ conterminam Armeniæ & Mesopotamiæ [i],) sic dictam ab *Adiava* fluvio, si Marcellino credimus [k]. Græci, Θερσὰν ποταμόν. A quo non abludit *Thersara* illis in locis, cujus apud Ptolemæum mentio [l]. Ad fluvium qui influit in Ahava; ad confluentes ergò utriusque fluvii consederunt *. ¶ *Et mansimus ibi tribus diebus*] Ad eos scilicet congregandos [m]; & ut tempus impenderet lustrationi sui cœtûs, (ex qua Levitas nullos fuisse deprehendit;) & ut profectionis laboribus fatigatæ multitudini tantillum quietis concederet [n]. ¶ *Et non inveni*] Filios Levi, qui scilicet essent tantùm Levitæ, non sacerdotes, ex quibus aliquos hìc habuit vers. 2 [o].

16. *Misi Eliezer, & Ariel, & Semeiam*, &c. [וָאֶשְׁלְחָה לֶאֱלִיעֶזֶר וגו'] *Et misi ad Elihezer*, &c. Mo. P. M. Ti. ο'. Ar. Belg. vel, *pro Eliezer*, &c. Ang. scilicet, ut ad me venirent, & mandatum acciperent ad *Iddo*, prout sequitur [p]. Alii, *Misi*, vel *amandavi*, *Eliezerem*, &c. JT. Pi. sic Tig. not. Mar. Gal. Ca. Sy. Hos enim misit, &c. non ad hos. ל sæpe redundat [q]. Vel, ל valet articulum accusativi casûs [r], idque ex consuetudine Syrorum & Chaldæorum; nam Hebræi per אֵת casum illum significant †. Mittit undecim, vel, quòd periculosum esset iter; vel, ut legatio pondus haberet [t]. ¶ *Sapientes*, [מְבִינִים] *Intelligentes*, ο'. Mo. Belg. sim. M. vel, *intelligere facientes*, Belg. Pi. *peritos*, P. *prudentes*, Ti. Ca. Ar. *Doctores*, JT. Pi. Sapientiâ inprimis opus erat ad legationis munus obeundum [v].

17. *Et misi eos*, [וָאוֹצִאָה אוֹתָם] Τὸ *Keri* est וָאֲצַוֶּה. [Variè reddunt.] *Et emisi eos*, ο'. *dimisi*, JT. *amandavi*, Pi. *prodire jussi*, Ar. Alii, *præcepi*, sive *mandavi, eis*, Mo. P. ο'. V. *Dedi eis mandatum* (mandata ac præ-

[a] Ma. [b] Ma. ex Jun. [c] V. [d] Pi. † Ma. ex Jun. [f] Wolp. [g] Ma. ex V. [h] Ma. ex Jun. [i] Ma. [k] G. ex Jun. [l] G. * Mar. [m] V. [n] Wolp. [o] Me. sim. E. Wolp. &c. [p] Belg. [q] Mar. [r] Pi. Mar. † Pi. [t] Wolp. [v] Wolp.

cepta, V.) *ad Iddo*, M. Ti. *Commendavi eos apud Adi*, &c. Sy. ¶ *Ad Eddo, qui est primus*, על אדו הראש] *Ad Iddo caput*, Mo. vel *principem*, Sy. M. *primorem*, Ti. *primarium*, JT. Pi. *De Iddo duce*, P. ¶ *In Casphiæ loco*, [בכספיא המקום] *In Chasiphia* (vel *Casphia*, JT. Sy. Ca. Tig. not.) *loco*, Mo. P. V. Pi. M. vel *provincia*, Sy. *In Caspiis*; nam indè evocandi erant Judæi. At LXX vertunt, τόπον γαζοφυλακίῳ, à nomine כסף, quod argentum sign [x]. Si divinare libet, possis reddere, *in argentarii loco*, i. e. loco ubi erant argentifodinæ, quibus impositus erat *Iddo* [y]. Credo hunc *Eddo* fuisse proselytum, evectum à Rege Persico ad dignitates [z]. Vel Nathinæus hic erat, præpositus huic loco [a]. Qu. Sed quis hic locus? Resp. 1. Erat pagus in Babylone, in quo habitabant Judæi separati à Chaldæis [b]. 2. Locus erat munitissimus, cui *Iddo* præerat [c]; fortè in Babylonia situs, & sic dictus à similitudine Caspiarum pylarum, q. d. in Caspio loco [d]. 3. Videtur fuisse locus juxta mare Caspium, aut juxta montes Caspios †. In regione Caspiorum, in summa parte Mediæ, inter Armeniam & Hyrcaniam. Nam etsi hæ regiones procul dissitæ fuerunt, brevi tamen illud iter confecerunt, freti diplomate Regis, & commoditate angariarum, ut vocant Persæ, id est, stationum in quibus equi celeres passim dispositi erant jussu Regis [f]: de quibus vide Brisson. de Regno Pers. pag. 189. & seq. item Strab. lib. 11. Plin. 6. 14, 15, 16 [g]. 4. Fortè est *Casapa*, Hyrcaniæ mediterranea civitas. Certum est Levitas simul ac Judæos hinc indè in Media, Persia, &c. dispersos esse [h]. ¶ *Posui in ore*, &c.] q. d. Dictavi illis quæ loquerentur [i]. ¶ *Ad Eddo & fratres ejus Nethinæos in loco Casphiæ*, [אל אדו אחיו הנתונים וגו'] *Ad Iddo & fratrem ejus Nethinim*, &c. P. Glass. Gal. id est, qui ambo erant Nethinæi [k]. *Ad Iddo & ad fratres ejus Nethinæos, sive Nethinim*, M. Ti. Ang. At verò Iddo iste vocatur *princeps*, nempe Levitarum, & miserat ad eum Esdras, ut ipsius authoritate & jussu Levitæ ad se mitterentur, quod & v. 18. factum. At Nethinæi non erant præsides Levitarum, sed eorum ministri, teste vers. 20. Quod cùm proculdubio viderit Junius, accepit הנתינים pro והנתינים, vertítque, *Iddonem, Achivum*, (ut sit *Achiv* nomen proprium viri [l],) *& Nethinæos*. [Sic & Pi. vertit:] quod mihi necessarium videtur, si τὸ קרי servetur. At nequaquam si τὸ כתיב, quod est הנתונים. Id autem est sicut הנתינים, & ideo scribitur per Vau, inquit RS. quo innuere mihi videtur, perinde esse utrumvis legas, quia nempe illud Hebrææ formæ est, hoc Chaldaicæ, ejusdem significationis; quod enim Hebræi in Paül dicunt נָתוּן, Chaldæi in Peil dicunt נְתִין: adeò ut, quamvis servetur τὸ קרי, הנתינים, velit esse participium, non autem designare Nethinæos [m]. [Aliter ergò hunc locum reddunt;] *Ad Iddonem*, RS. Di. *& Achivum*, RS. in Di. (vel, *& fratrem ejus*, Di.) *qui sunt positi & collocati*, RS. *qui constituti erant*, Di. *in Caspia*, Di. ex RS.

18. *Adduxerunt——virum doctissimum*, &c.] Hebr. *virum intellectûs*, V. vel *intelligentem*, P. ¶ *Et Sarabiam*] Sic Mo. Sy. Ang. P. M. Ti. Alii vertunt, *nempe Serebiam*, JT. Pi. Gal. Belg. Ità sumitur τὸ ו Jud. 7. 24. 1 Sam. 17. 40. & 28. 3. 2 Chron. 35. 14 [n].

20. *Quos dederat*, [שֶׁנָּתַן] *Quos posuerat*, P. *Tradiderat*, i. e. dedicaverat ministerio Levitarum [o].

21. *Prædicavi ibi jejunium*] Tanquam deductor coloniæ à Rege constitutus [p]. ¶ *Ut affligeremur*] *Ut affligeremus nos*, P. V. i. e. corpora nostra [q]; subtrahendo scilicet iis cibum necessarium [r]: ut hâc ratione testaremur nos peccâsse in Dominum †. Videtur jejunium hoc fuisse octo dierum, inchoatúmque fuisse post tres illos dies memoratos suprà, v. 15 [t].

22. *Erubui petere à rege auxilium*, &c.] q. d. Habui rationem nominis Dei [v]. Prudenter, nè Rex minùs edoctus res Divinas vana crederet quæ de Dei in se benevolentia & vaticiniis sibi editis Judæi publicabant [x]. Nè Rex eam postulationem diffidentiam Divini auxilii interpretaretur [y]. Pereundum potiùs pii judicant, quàm humanis auxiliis conservari velle cum damno gloriæ Dei [z]. ¶ *Quia diximus regi*]

x G. — y Ma. — z Os. — a Me. — b La. sim. Mar. — c Ma ex V. — d Ma. — † M. — f Ma. ex Jun. — g Ma. — h Wolp. — i V. — k Di. — l Ma. — m Di. — n Pi. — o V. — p G. — q V. — r Pi. — † V. — t Me. — v V. — x G. — y Me. — z Wolp.

Quærenti, satísne tutò tam longum & periculosum iter facturi essemus [a]. ¶ *Manus Dei*, &c.] q. d. Solet Deus suos tueri, &c [b]. Cùm autem Rex & proceres ejus essent ignari operum Dei, perquam opus erat augustâ bonitatis & potentiæ Dei prædicatione, eâque ex antiquitatis monumentis repetitâ. Hanc ergò laudem Dei minuere noluit petitione ullius auxilii, &c [c].

24. *Separavi——duodecim*] Quibus donaria Templo Dei collata credidit [d].

25. *Appendíque eis argentum*, &c.] i. e. Appensum, vel in pondere, tradidi argentum †. Id fecit, tum ut suam eis fidem atque diligentiam probaret; tum ut omnem eis occasionem peculatûs ac perfidiæ præriperet [f]. ¶ *Et vasa consecrata domûs*, &c. ואת הכלים [תרומת בית וגו'] [Variè reddunt.] *Et vasa elevationem domûs*, &c. Mo. *vasa*; *primitias*, &c. Sy. *vasa primitiarum* (vel *oblationum*, Ar. vel *Thrumah*, Ti.) *domûs Dei*, &c. ὁ'. *vasa illa* (nempe, quæ mihi concredita erant [g]) *oblationem*, &c. P. V. Mar. appositivè, V. Mar. vel, quæ erant *oblatio*, Gal. *Vasa, etiam oblationem*, &c. Ang. *vasa*, *& quæ erant segregata*, &c. M. *instrumenta, oblationem*, &c. JT. *vasa*; *liberalem oblationem pro domo*, &c. Pi. *vasa*, *donarium templi*, Ca. ¶ *Quæ obtulerat rex*, &c. [ההרימו וגו'] *Quæ*, vel *quam*, *obtulerant*, JT. Pi. τὸ ה præfixum valet relativum אשר [h]. Sic alibi, Jos. 10. 24. 1 Chron. 26. 28. Isa. 51. 10 [i]. Sic Esd. 10. 17. ההשיבו, *qui duxerant*, &c. Psal. 146. 6. השמר, *qui servat*, &c [k].

26. *Argenti talenta*] Heb. *Argentum, talenta*: Appositio [l]. ¶ *Et vasa argentea centum*] Heb. *vasa argentea centum talentorum*, Mar. Me. Sive quòd singula vasa unius talenti essent [m]; sive quòd omnia quocunque numero centum talenta penderent [n]. At verò *centum talentorum* diceretur מאת כִּכָּרִים, non לְכִכָּרִים. Itaque verterem, *& vasa argentea centum*, *juxta*, vel *secundùm*, *talenta*, (*juxta pondus talentorum*, RS. in Di.) id enim præpositio ל sæpe valet; ut Gen. 1. 21. לְמִינֵהוּ, *secundùm speciem suam*; Numer. 1. 3. לְצִבְאֹתָם, *secundùm exercitus eorum*. Penitiùs tamen rem consideranti in mentem venit ל hîc posse accipi pro nota genitivi casûs: מאה enim dupliciter substantivis jungitur, nempe, vel in statu absoluto, per modum adjectivi & substantivi, ut במאה כִּכָּר, *centum talentis*, 2 Chron. 25. 6. vel in statu constructo, per modum duorum substantivorum, quorum prius regit alterum in genitivo casu, ut ib. 9. למאת הַכִּכָּר, *de centum talentis*, & Gen. 5. 3. מְאַת שָׁנָה, *centum annis*. Ità hoc loco statuere possemus מאה לְכִכָּרִים esse pro מאת כִּכָּרִים; sicut מִזְמוֹרִים לְדָוִיד & מִזְמוֹרֵי דָוִיד idem est, *Psalmi Davidis*. Id non displicet, nec jam aspernor priorem illam interpretationem [o].

27. *Crateres aurei*; ità P. [וּכְפֹרֵי וגו'] *Et expiatoria*, &c. Mo. *pelves*, &c. M. Ti. ¶ *Qui habebant solidos millenos*; ità M. Ti. [לַאֲדַרְכֹנִים אָלֶף] *Drachmarum mille*, P. Mo. Ang. qui *mille drachmas valebant*, Gal. Opinor *drachmæ* nomen generaliter accipi pro aureo numismate, quod fortè valebat coronatum [p]. ¶ *Et vasa æris fulgentis optimi*, [כְּלֵי נְחֹשֶׁת מֻצְהָב טוֹבָה] *Vasa æris fulgentis* (*flavi*, Mo. *fulvi*, vel *splendentis*, V.) *boni*, ὁ'. V. sim. Ar. *fulgentis & probi*, Ca. *aurei coloris boni*, P. *auricoloria elegantia*, Ti. *pulchrè rutilantia*, M. *Instrumenta ex orichalco* (Heb. *ære fulgente*, Jun.) *præstante*, JT. id est, ex electri præstantissimo genere, quod Festus vocat *aurichalcum* [q]. *Vasa ex ære Corinthio optima*, Sy. ¶ *Pulchra ut aurum*; sim. Sy. [חֲמוּדֹת כַּזָּהָב] *Expetibilia ut aurum*, Ti. sim. Mo. P. ὁ'. *pretiosa ut aurum*, JT. Pi. Ang. *perinde elegantia*, &c. Ca. *auro haud dissimilia*, M. *in modum auri fabrefacta*, Ar. Quale autem hoc metallum fuit colligere non possum [r]. Fortè ex tali ære fecit Salomon vasa Templi, de quibus 1 Reg. 7. 45 †. Porrò, pondus & numerum singulorum generum tam diligenter retulit scriptor, ut animadverterentur & benedictio Dei, (qui sic inflexit hominum voluntates, cui idcirco gratiarum actio debebatur,) & dantium liberalitas, & accipientium necessitas [t].

28. *Vos sancti*] Heb. *Vos sanctum*, &c. tum ob munus, tum ob horum bonorum custodiam. q. d. Decet vos

a Os. — b V. — c Wolp. — d Wolp. — † V. — f Wolp. — g V. — h Glass. gram. pag. 643. — i Pi. — k Glass. ib. — l Pi. — m Mar. — n Mar. sim. Me. — o Di. — p Os. — q Jun. — r Os. — † T. — t Wolp.

vos tueri illam fidei ac probitatis spem quam in animis hominum suscitâstis [v]. ¶ *Et vasa sancta*] Dicata Domino. Par est ergò ut rem Deo consecratam curetis deferendam in Templum suum [x]. Sancta sunt, &c. ergò nec alienari nec obligari possunt, exceptâ causâ redemptionis captivorum. Sacrilegium est ea injustè dispensare. ¶ *Oblatum Domino*] Honori Dei. Illius igitur honori detrahitur eorundem subtractione [y].

29. *Vigilate & custodite*] Ità P. Mo. V. *Alacres (seduli*, Jun.) *estote, & custodite*, vel *observate*, Pi. Jun. Diligenter custodite illa: q. d. Ego committo illa fidei vestræ [z]. ¶ *Donec appendatis*; ità P. Mo. JT. &c. עַד־תִּשְׁקְלוּ] i. e. In pondere tribuatis, & reddatis, ac deponatis ea [a]. ¶ *In thesaurum*, &c. הַלְּשָׁכוֹת וגו'] *Cubiculis*, &c. Mo. in *cubiculis*, P. *exedris*, V. *gazophylaciis*, M. Ti. V. in *cellis in domo Jehovæ* reponenda, JT.

30. *Et Levitæ*] Qui scilicet adjuncti erant illis sacerdotibus [b].

34. *Juxta numerum & pondus omnium*; ità M. Ti. Gal. Ang. בְּמִסְפָּר בְּמִשְׁקָל לַכֹּל] *In numero, in pondere omnium*, Mo. *In numero & pondere per omnia*, P. vel, *& in pondere omnia*, ό. *Omnia ex numero & pondere*, Sy. *ex numero & pondere cuique* attributo, JT. Ista tradita fuerunt *ex numero & pondere cunctorum*, Pi. ¶ *Descriptúmque est omne pondus*, &c.] Vel, *inscriptum*, &c. JT. Id est, in acta publica relatum, ut publico instrumento liberata esset illorum fides [c]. Omnium mobilium ad Templum datorum factus est inventarius: quod & in privatis familiis faciendum censent qui œconomica præcepta dederunt [d].

35. *Hircos pro peccato*; Heb. *hircos peccati*, i. e. in sacrificium pro peccato †: צְפִירֵי חַטָּאת] *Hircos sacrificii pro peccato*, P.

36. *Satrapis*; ità Mo. P. JT. לַאֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי וגו'] *Curatoribus*, &c. Ar. *Procuratoribus*, &c. ό. *Principibus*, &c. Sy. ¶ *Et elevaverunt populum*, &c. ità Pi. i. e. promoverunt, Pi. וְנִשְּׂאוּ וגו'] *Et exaltaverunt*, &c. ό. P. Mo. *honorabant*, &c. Sy. Ar. *sublevârunt*, &c. JT. muneribus & subsidiis [f]. *Susceperunt*, Ti. scilicet *in suam curam*, M. amicè tractârunt. Alii, *levaverunt*, nempe onere & impedimento; q. d. Non fuerunt eis impedimento [g]. Hoc fecerunt Satrapæ, &c [h].

[v] Wolp. [x] V. [y] Wolp. [z] V. [a] V. [b] V. [c] Jun. [d] G. † V. [f] Ma. [g] Ma. [h] V.

CAP. IX.

1. *Postquam hæc completa sunt*] Nempe, post curata corpora labore fatigata, traditos thesauros, &c. Tempus conveniens deligit Esdras, quando otii, consilii, virium, plurimùm tunc habuerunt; nec reis spatium ad excusationes comminiscendas, vel ad conjurationem, vel ad corrumpendos judices, sufficiens erat [a]. ¶ *Accesserunt ad me principes*, &c.] Suâ sponte & ultro venerunt [b]. Rectè peccata deferunt ad eum cui summa erat potestas; non apud plebem, nedum apud homines factiosos, qui occasione ad res novas oblatâ gaudent. Nè ergò magistratuum vitia traducamus & amplificemus apud plebem: sic enim in odium & contemptum is ordo adducitur, (quem utilissimum erat authoritate & benevolentiâ plurimùm valere,) seditiosis ad tumultus via aperitur, nec quicquam momenti ad vitiorum emendationem adfertur. ¶ *Non est separatus populus Israel*, &c.] At Deus ipsos à nationibus aliis segregavit, iísque ipsos anteposuit, סְגֻלָּה eos vocans. Meminerimus societatem cum impiis perniciosam esse, & divinitus vetitam [c]. ¶ *A populis terrarum, & abominationibus eorum*, &c. כְּתוֹעֲבֹתֵיהֶם] Hæc vox difficultatem parit [d]. [Variè reddunt.] *In abominationibus eorum*, P. V. in Tig. not. ό. Legerunt ב pro כ. At exemplaria habent כ †. Supplendum, *sunt abominationes eorum*; q. d. Eadem faciunt quæ Cananæi, &c [f]. Quin *juxta abominationes eorum* fecerunt, *nempe Cananæorum*, &c. Ti. similiter Pi. Ang. Belg. Os. *conformes exsistentes abominationibus eorum*, &c. M. *respectu abominationum*, Gall. [Alii sic connectunt cum præcedentibus;] *Separatus—à gentibus & impuritate earum*, Sy. Alii, [ut dictum,] *secundùm*, vel *juxta*, *abominationes eorum*, &c. Mo. Rectè, ut affixum הֶם non sit relativum ad aliquod nomen antecedens, sed quasi demonstrativum pronomen referendum ad sequentia. Sed tum sciendum, in ejusmodi constructione, quando nempe affixum non habet antecedens ad quod referatur, sed ad sequentia pertinet, illud ex usu Chald. & Syr. redundare; cujus multa etiam in Hebraismo exempla vide in notis nostris ad Esth. 7.5. Itaque simpliciter vertendum, *secundùm abominationes Cananæorum*, &c. Nec turbet te, quòd inter affixum הֶם & sequens nomen intervenit præpositio ל; ea enim hîc præpositio non est, sed genitivi usum habet, pro Syriaco ד: ut cùm Matt. 27. 42. dicitur אִן מַלְכֵּה הוּ דְּיִסְרָיֵל, *si rex ejus est Israelis*, i.e. si Rex est Israelis; & v. seq. בְּרֵה אֲנָא דַאלָהָא [g]. ¶ *Chananæi videlicet*, לַכְּנַעֲנִי] Nempe *Cananæorum*, Pi. Nimirum *à Cananæis*, Os. ¶ *Et Ammonitarum, & Moabitarum*, &c.] Qu. Cùm illi populi tam longè abfuerint à Babylone ubi commorati fuerant Judæi, quomodo hi cum illis connubia inire poterant? Resp. 1. Hi quoque populi à Nabuchod. subacti fuerunt, & Babylonem traducti, indéque post annos 70 redierunt: quæ omnia prædixit Jeremias, cap. 25. v. 9, 10, 11, &c [h]. [Resp. 2. Vel de iis hîc agitur qui cum Zorobabele venerant, & post reditum suum in hoc crimen incidere facilè poterant.]

2. *Tulerunt enim de filiabus*, &c.] Quod sine exceptione vetitum de fœminis Cananæis. De cæteris autem idem constitutum à Sapientibus, nisi fœminæ istæ Legem susciperent. Vide quæ diximus ad 1 Reg. 11 [i]. Significat eos matrimonia cum extraneis contraxisse, ut patet ex Malac. 2. Mulieres autem illæ pertrahebant viros suos ad idololatriam [k]. ¶ *De filiabus*, &c.] Scilicet manentibus in sua superstitione, adeóque alienis à fœdere Dei [l]. Connubia cum talibus vetita sunt, Exod. 34. Deuter. 7. 3 [m]. ¶ *Et commiscuerunt semen sanctum*, &c.] *Ità ut commiscuerint se semen sanctum*, JT. Ang. &c. Natio sancta, propter fœdus. Vide 1 Cor. 7. 14 [n]. Hunc populum Deus voluit à reliquis separatum esse [o]. ¶ *Et magistratuum*; ità M. P. Ti. וְהַסְּגָנִים] *Et magnatum*, Mo. *& Levitarum*, Sy. Vox hæc è Chaldaica lingua in Hebraicam adscita est, à שָׂגָה *crescere, augeri*. Alii *proceres*, &c. alii *antistites, prælatos*, reddunt: Ego, *amplissimos* [p]. ¶ *Fuit in transgressione hac prima*] Vox hæc *prima* vel conjungi potest cum *transgressione*, ut significet hanc primam fuisse transgressionem post reditum ex captivitate; vel potiùs conjungitur cum voce *manus* [q]. [Ità omnes, *Et manus—fuit in ista prævaricatione prima*. Ità M. P. Ti. Mo. &c.] q. d. Principes omnium primi cœperunt hoc facto transgredi Legem Dei [r], & eorum exemplo plebs inducta est ad peccandum †. Illi peccârunt, qui suo exemplo & auctoritate alios ab illicitis connubiis deterrere debebant [t]. Non minùs principes quàm plebeios hîc accusant, quò justitiam & integritatem suam ostendant. Credibile est, eos antea monendo atque dehortando nihil profecisse, impeditos multitudine & potentiâ delinquentium; pòst, adeptos hoc auxilium Esdræ, rem denuo aggressos esse. Exemplum hoc nobis constantiæ, & nè spem abjiciamus, si vitæ morúmque emendatio primâ vice non successerit [v].

3. *Cùm audîssem sermonem istum*] Nempe, Legem Dei esse violatam [x]. Aures præbebat conquerentibus de communibus miseriis [y]. ¶ *Scidi pallium meum*, אֶת־בִּגְדִי] *Vestem meam*, V. JT. [sim. omnes:] nempe *exteriorem*, sive pallium [z]. ¶ *Et tunicam*; ità P. וּמְעִילִי] *Et pallium meum*, Mo. *chlamydem*, Sy. M. Ti. *amiculum*, Ang. Gal. Utrumque laceravit, ad testandum magnitudinem doloris [a]. Vestem lacerare mos Judæis ubi Deum offendi vident: ut diximus ad Matt. 26. 65 [b]. Mos hic in luctu, Gen. 35. 29 [c]. Gen. 37. 24. Num. 14. 6. Jos. 7. 6. 2 Sam. 1. 11 [d]. Idem fecerunt gentes; Job. c. 1. Lacedæmonii, re à Mardonio infeliciter gestâ, Herodot. l. 6. Sabini, Liv. l. 1. Latinus Rex Æneid. 12.—*it scissâ veste Latinus* †. ¶ *Evelli capillos*, &c. ità P. וָאֶמְרְטָה מִשְּׂעַר וגו'] *Vulsique de pilis*, Pi. V. sub. *aliquot*, Pi. partem pilorum, V.

[a] Wolp. [b] V. [c] Wolp. [d] Di. † Di. [f] V. [g] Di. [h] San. [i] G. [k] Ità V. [l] Ma. ex Jun. [m] La. [n] Pi. [o] Os. [p] Ma. [q] E. [r] V. † E. [t] T. [v] Wolp. [x] V. [y] Wolp. [z] V. [a] Wolp. [b] G. [c] Jun. [d] Ma. † San.

Comas

Comas vellere, lacerare, laniare, mos omnium propè gentium: cujus mentio apud Homerum, qui dixit, τιλλοντό τε χαίτας· Virgil. Ovid. Senec. Martial. Aliud est radere comam, quod in luctu ob mortuos fieri ideo Lex vetat, quòd vicinæ gentes id usurpabant [f]. Capillos in luctu vellebant Agamemnon, Cic. 3. Tusc. Sysigambis mater Darii in Curtio, l. 10. c. 5. Chariclea in Heliod. 6. 17. Sic Ovid. Metamorph. 6.—*passos laniata capillos, Lugenti similis* [g]— Hoc autem fecit Esdras, non religiosæ superstitionis ergò, Levit. 19. 27. & Deut. 14. 1. sed præ gravitate mœroris [h]. ¶ *Et sedi mærens,* מְשׁוֹמֵם] *Stupens,* Mo. P. *pavidus,* V. *taciturnus,* Ar. sim. ο'. *Solitarius,* in loco à conventu hominum remoto [i]. In atrio Templi, quò confluebant, c. 10. 1 [k]. *Desolatus,* JT. Pi. Gal. *attonitus,* V. Sy. Ang. præ admiratione scilicet [l]. Non est quòd impatientiam & mollitiem quisquam huic nostro objiciat, cùm ei hæc doloris indicia non privata calamitas, sed publica miseria, extorsit. Perielitabantur enim legum authoritas, salus publica, gloria Divina; quæ illi inprimis cordi erant [m].

[f] G. [g] Ma. [h] Ma. ex Jun. [i] Os. [k] Me. [l] V. [m] Wolp.

4. *Qui timebant verbum Dei,* "כֹּל חָרֵד בְּדִבְרֵי וגו] *Quisquis trepidabat ad verba Dei,* JT. Ang. Pi. Gal. [sim. omnes:] *omnes quos tangebat cura verbi Dei,* Sy. ¶ *Usque ad sacrificium vespertinum*] i. e. Ad tempus quo fieri solet sacrificium vespertinum [n]. i. e. Inter duas vesperas, seu ad horam diei nonam. Sic vers. seq [o].

[n] V. [o] Ma. ex Jun.

5. *Surrexi,* &c.] Reliquit lugentis, & suscepit orantis, habitum [p].

[p] San.

6. *Deus meus*] Profitetur fiduciam suam in Dei bonitatem; à qua sanè fiducia proficisci debent omnes precationes quæ Deo gratæ sunt [q]. ¶ *Confundor,* &c.] Egregia confessio & deprecatio. Viri pii κατ' κοίνωσιν loquuntur de culpis, nè nimiùm arroganter se cæteris eximere videantur. Quale illud est Bruti, *Quòd si Romanos nos esse meminissemus.* Vide infrà 10. 2. & Dan. 9. Nehem. 1. 6 [r]. Dolet Esdras ob suorum hominum peccata, tanquam sua ipsius essent: idque, 1. propter conjunctionem eorum secum, tum naturâ, tum Religione; 2. quòd ob unius noxam multi sæpe plectuntur, & viri pii in eadem sunt cum peccantibus navi †. ¶ *Super caput nostrum*] q. d. Excedunt capita nostra, ut nos obruant. Metaphora ab aquis [t]. Notum est *aquis* afflictiones significari [v]. Toti demersi sumus in peccatis [x].

[q] Wolp. [r] G. † Wolp. [t] V. [v] San. [x] Os.

7. *A diebus patrum,* &c.] q. d. Non recens est culpa, quæ plerumque veniam meretur, & promittit emendationem: vetus hoc peccatum est, &c. Vana ergò est peccantium consolatio ab impunitate præcedentium peccatorum: Indicat hîc Esdras, peccantium multitudine, & diuturnitate licentiæ atque impunitatis, potiùs augeri quàm minui culpam [y]. ¶ *Sicut & die hâc,* כְּהַיּוֹם הַזֶּה] *Secundùm diem hanc,* P. Mo. *Sicut dies hæc,* Mar. ο'. sub. *testatur,* M. Ti. Mar. Ut hoc quoque die apparet [z]. *Ad hunc usque diem,* Ar. Etiamnum illæ calamitates nos premunt [a]. *Sicut est hodierno die,* JT. nempe, in plurima parte nostrûm [b]. Mala hæc nè hodie quidem omni ex parte superavimus [c].

[y] Wolp. [z] V. Me. [a] T. [b] Ma. ex Jun. [c] Os.

8. *Et nunc quasi parùm & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum,* וְעַתָּה כִּמְעַט רֶגַע הָיְתָה תְחִנָּה מֵאֵת יְהוָה] *Et nunc quasi modico momento fuit deprecatio* (ità interdum תְּחִנָּה sumitur [d],) *à Domino,* Mo. sub. *admissa,* Ma. Sensus est; Quasi exiguum esset & momentaneum beneficium quo nostræ deprecationi respondisti, nos illud contempsisse videmur, quia nos non deterret à peccando †. At תְּחִנָּה etiam *misericordiam,* sive *gratiam,* significat [f]. [Eo sensu plerique sumunt, locúmque sic vertunt;] *Nunc autem modico momento* (vel, *juxta parvum,* sive *modicum, momentum,* vel, *parùm momenti,* V. *veluti exiguum momentum,* M.) *fuit,* vel *facta est, misericordia,* sive *miseratio, à Domino,* P. M. V. Quædam hîc subaudienda: q. d. Cùm magna & multa essent peccata nostra, modico momento, sive subitò ac repentè, misertus est nostrî Dominus [g]. Nunc primùm respirare cœpimus [h]. *Jam verò nuperrimè facta est misericordia à Deo,* &c. Sy. *Non adeo pridem subitâ miseratione nos dignatus est Dominus,* Ti. *Ac nunc, quum ex minimo momento* (i. e. à paucis annis, Jun.) *facta est gratia,* &c. JT. *Quasi parùm,* &c. q. d. Dedisti nobis quoddam quasi lucidum intervallum breve in mediis afflictionibus [i]. Nunc pro exiguo tempore grata facta est deprecatio nostra, &c [k]. Parvum quoddam, & parvo, ut verendum est, tempore duraturum, deprecatione nostrâ obtinuimus à Deo, scilicet, ut rediremus in patriam, &c. Timebat enim Esdras, nè ob hæc nova peccata Deus ipsos aliis ærumnis involveret [l]. [Vel sic:] Exiguam vocant hanc Dei liberalitatem, quia non multi ab exsilio redierunt, & qui redierunt adhuc Persarum subsunt imperio [m]. [Alii partes hujus commatis divellunt.] *Et nunc quasi parvum momentum,* sub. *præteriit*: (q. d. Exsilii nostri miseriis vixdum remissis, &c. rursus ad ingenium reditum est, & novis peccatis novæ sunt attractæ calamitates.) *Facta est gratia à Jehova.* q. d. Quæ referam bona nostra, ea prorsus omnia debent ascribi gratiæ Dei, non viribus aut meritis nostris [n]. ¶ *Ut dimitterentur nobis reliquiæ,* "פְּלֵיטָה] *Evasio,* Mo. *Homines evasionis,* P. H[s], pro *evasoribus,* i. e. aliquot qui evaderent ac liberarentur [o]. ¶ *Et daretur nobis paxillus,* &c. "וְלָתֶת לָנוּ יָתֵד וגו] *Et ad dandum nobis paxillum,* &c. Mo. V. vel *clavum,* M. P. Ti. Pi. &c. vel *palum,* Ca. Wolp. *Paxillus* est clavus, sive ferreus, sive ligneus, infixus parieti [p]. Variè exponunt. Significat firmum statum [q]. Sedes certas, fixas & stabiles. Solent enim è paxillis dependere vestes, &c [r]. Firmam habitationem, quæ hactenus inconstans fuit. Metaphora à paxillis, sive iis quibus tabernacula firmantur, vide Isa. 33. 20; sive illis qui panguntur in littore, circa quos navium volvuntur rudentes ad firmandas naves †. [Al. sic;] Paxillus hîc sign. Principes sive Magistratus è gente Judaica [t]; ab his enim pendebat populus, sicut vas è paxillo. Vide Isa. 22. 23. Hi eos secundùm leges & instituta patria regerent, & in vero Dei cultu promoverent [v]. ¶ *Et illuminaret oculos nostros*] Oculos mentis, sive animi [x]. i. e. Ut ostenderet nobis justitiam suam & misericordiam, & ità agnosceremus peccata nostra, ac tandem resipisceremus [y]. *Illustrans oculos,* JT. ex gravitate calamitatum offusos & defectos. Vide 1 Sam. 14. 28 [z]. *Illuminaret,* i. e. recrearet, lætificaret. Ut *tenebræ* mæstitiam, ità *lux lætitiam,* animi designat [a]. Notum est miseros in mortuis censeri; Ezec. 37. 12. Adde quòd *videre* Latinis & Græcis idem quod *vivere*; & *cassus lumine,* Æneid. 2. pro mortuo ponitur. Nec insolens id Hebræis, qui *tenebras* adhibent pro sepulchro & morte [b]. ¶ *Et daret nobis vitam modicam in servitute nostra*] *Vita* sumitur pro victu rebúsque ad vitam necessariis. Sensus ergò est, Deum nobis cibum dedisse in fortuna sordida & angusta, sub Chaldæorum odio, &c [c]. ¶ "מִחְיָה מְעַט וגו] *Modicum vitæ,* i. e. parùm respirationis, refrigerii, & solatii [d]; post Babylonicam servitutem, & in præsenti etiam servitute †. Nondum enim Judæi excusserant jugum Regum Persicorum, nec plenâ libertate fruebantur [f]. *Vitam,* intellige jucundam & liberam; nam vita in mœrore & servitute mors veriùs est quàm vita *.

[d] Mar. Wolp. † T. [f] Mar. Wolp. [g] V. [h] Q. in San. [i] Me. [k] T. [l] La. sim. San. [m] Q. in San. [n] Wolp. [o] V. [p] San. [q] Pi. [r] V. † Me. [t] La. sim. Os. T. [v] La. [x] V. sim. Wolp. [y] V. [z] Ma. ex Jun. [a] T. ex La. sim. Os. [b] San. [c] San. [d] V. sim. Me. Ti. † Me. [f] Os. * La.

9. *Inclinavit super nos misericordiam,* &c.] Huc spectat quod tradit Xenophon l. 7. Cyrop. Cyrum, cùm captâ Babylone Persæ sævirent in cives, præcepisse ut parcerent iis qui loquerentur linguâ Syriacâ, id est, Judaicé: hanc enim mentem illi Deus indidit in gratiam Judæorum [g]. ¶ *Et sublimaret domum,* &c. "לְרוֹמֵם וגו] *Ut exaltaret,* vel *erigeret,* &c. P. V. Ma. seu *instauraret,* Ma. Illud præcedenti verbo ità connectunt, *ut in vita nostra,* seu, *nobis viventibus, exstrueretur templum* [h]. ¶ *Et exstrueret solitudines ejus,* לְהַעֲמִיד אֶת־חָרְבוֹתָיו] *Et stare faciendum* (vel *relevandum,* M. vel, *& suscitando,* ο'. vel, *& instauraret,* P. vel, *facultatem restaurandi,* Sy. sim. Ar.) *solitudines* (vel *ruinas,* Sy. Ar.) *ejus,* Mo. sim. M. Ti. P. i. e. vel *urbis,* ità Ar. vel *templi* [i]. Ut reædificaretur Templum, quod in solitudinem conversum erat [k]. *Ut restituamus* (Heb: *constituamus,* Pi.) *vastitates ejus,* JT. Pi. i. e. Tollamus vastitates, restituendo congregationes sacras & sacrificia [l]. ¶ *Et daret nobis sepem*] [Ità ferè omnes vertunt גָּדֵר. At Ti. *murum*; M. *murum protectionis.*] *Sepem* vocat munimentum atque mœnia;

[g] La. [h] V. [i] T. & La. [k] Me. [l] Pi.

nia [m], vel muros circa Jerusalem [n]. Al. exponunt, protectionem, nempe Regis Persiæ [o], adversùs Samaritas aliósque hostes [p]; ut tuti incoleremus Judæam & Jerusalem [q]. Metaphora ab horto vineâve [r]. Solent sepes arcere feras ab agris †. Vide Isa. 5. 2. & Matt. 21. 33 [t].

11. *Terra immunda est*; ità P. M. Ti. sim. Sy. &c. אֶרֶץ נִדָּה הִיא] *Terra elongationis ipsa*, Mo. vel, *separationis*; i. e. à qua abhorrere debetis tanquam à muliere menstrua, &c [v]. ¶ *Juxta immunditiam populorum*, &c. בְּנִדַּת עַמֵּי הָאֲרָצוֹת] *Propter impuritatem populorum regionum*, M. Ti. sim. P. Pi. sive *terrarum*, P. i. e. aliarum nationum [x]. Impura est *impuritate gentium & provinciarum*, Sy. Significat hoc contagium planè metuendum esse [y]. Impura est *ab impuritate populorum regionum ejus*, JT. Sed *ejus* non est in Hebræo [z]. Terra non est impura in se, sed propter flagitia gentium, quibus polluta est [a]. ¶ *Ab ore ad os*; ità ο'. P. Mo. מִפֶּה אֶל־פֶּה] *Confertim & passim*, JT. Pi. sim. Ca. *ad summum usque*, Ti. sim. Sy. Metaphora à vase quod plenum est ad labra usque [b]; vel potiùs, ab extremitate una ad aliam [c]. *Confertim*, ità ut una impietas alteram attingat: Metaphora. Confer 2 Reg. 10. 21. & 21. 16 [d].

12. *Et non quæratis pacem eorum*] i. e. Gentium vicinarum †. Nè curetis salutem eorum, aut prosperitatem [f]; nempe, si in suis erroribus obstinati fuerint [g]. Nihil posthac sit vobis cum illis commune [h]. Nunquam sanciatis cum illis pacem aut fœdus, sed illis infesti estote, illos perdite [i]. Vide de hac parte Deut. 23. 6 [k]. Dices nos obligatos esse diligere proximum, licèt inimicum, adeóque illi bona temporalia præstare. Resp. 1. Ità sanè, quatenus vel eos vel nos non remorentur à bonis æternis. Quòd si sic reddantur pejores, vel nos in periculum seductionis conjecti simus, ut erat in proposito, tunc non tenemur iis externa signa benevolentiæ exhibere [l]. 2. Illi secundùm Divinam justitiam poterant interfici [m]. [Et Deus, summus vitæ necísque arbiter, qui omnes homines jure poterat morte afficere, non injuriâ hos, præ aliis sceleratos, pœnæ addicere potuit.] ¶ *Ut confortemini*] i. e. Ut fortiores sitis illis [n]. Prævenit occupationem, videlicet spem pacis fore & amicitiæ conciliandæ; docétque nocentem esse hanc societatem [o]. Si eorum affinitatem fugeritis, subindè majorem potentiam acquiretis, &c [p].

13. *In operibus nostris*] i. e. Propter opera [q]. *In* pro *propter*; ut Mic. 1. 5. Os. 12. 12. *servivit in uxore*, i. e. *propter uxorem* [r]. ¶ *Quia tu Deus liberâsti*, &c. כִּי אַתָּה וגו׳] *Quia tu*, &c. Ma. *Cùm tu*, &c. JT. sic Ca. P. Di. *Quoniam*, &c. ο'. Belg. *Tu tamen*, &c. Ti. La. San. *Nihilominus tu*, &c. Os. τὸ כִּי sæpe adversativè sumitur: ut Psal. 37. 18, 19. *Non confundentur*, &c. (scil. justi;) כִּי *quia* (i. e. veruntamen) *peccatores peribunt*: Isa. 66. 8. כִּי *quia* (i. e. tamen) *parturivit*, &c. *Sion* †. Miratur clementiam Dei, quòd eos ob tanta scelera non planè disperdiderit, &c [t]. Interdum etiam τὸ כִּי redundat: ut Os. 10. 3, 5. & Psal. 18. 31. &c. Sic *quia* redundat Joan. 4. *quia non habeo virum* [v]. ¶ *Liberâsti nos de iniquitate nostra*, חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ [Variant.] *Probibuisti deorsum præ perversitatibus nostris*, Mo. *Abstulisti* (*ignovisti*, Ca. *allevâsti*, ο'.) *scelera nostra*, Ar. Notandum חָשַׂךְ non tantùm esse *cohibere*, sed & *cohibere se*; ut Prov. 21. 26. Jes. 58. 1. *Cohibuisti* (abstinuisti) *à peccatis nostris, nè poneres nos deorsum*, &c. ità K. Id secutus est Pagn. qui לְמַטָּה sumpsit pro מִלְמַטָּה, quod durius est [x]. *Cùm prohibueris*, vel *cohibueris*, (sub. *teipsum*, vel *iram tuam*, V.) *nè essemus deorsum* (vel, *nè nos deprimeres*, Ti. V. ac pessundares, V. *nè nos penitus depressi essemus*, Belg.) *propter iniquitates nostras*, P. Nè prorsus inferiores essemus inimicis, ut resurgere non liceret nobis; nam sequitur, *Et dederis evasionem*. Confer Deut. 28. 13. *Eris sursum, non deorsum* [y]. מִן in מֵעֲוֹנֵנוּ causaliter acceperunt, quod usitatum. K. suprà accepit pro *à*, *ab*: AE. partitivè, quod quoque usitatum; sic enim vertit, *Cohibuisti nè scriberes quasdam iniquitates nostras in libro*, &c. *Cohibuisti ex peccatis nostris* (i. e. quædam peccata) *deorsum usque*, &c. Addit tamen מִן comparativè sumi posse; *Cohibuisti teipsum, nè exigeres à nobis omnes iniquitates, sed exegisti à nobis infrà præ iniquitatibus*, (i. e. minus quàm merebantur,) &c. sim. Jun. & Genev [z]. *Cohibuisti infra peccata nostra*, JT. Ang. marg. *Minùs punivisti quàm iniquitates nostræ meritæ sunt*, Ang. sic Jun. Q. in V. *Prohibuisti in inferiori loco peccata nostra, nè sursum ascenderent contra nos*; juxta illud Mic. 7. 19. *Et projiciet in profunda maris*, &c [a]. *Prohibuisti deorsum à peccatis*, &c. i. e. nè ab iis suffocemur. Admirabilis hæc sermonis forma ostendit peccati proprium esse ut obruat, opprimat, suffocet, & conscientias desperatione, corpora morbis & morte, bona externa damnis, afficiat, nisi nos Christus levet *. [Di. sic vertit;] *Quum tu cohibueris te deorsum ab iniquitate nostra*, &c. Dicitur Deus *surgere*, quum ad vindictam se accingit; ubi ergò à vindicta abstinet, rectè dicitur *cohibere se deorsum*, nè videlicet surgat ad ultionem. Quòd si pro לְמַטָּה legeretur לְמַטֶּה, sensus esset, *Quum tu cohibueris virgam ab iniquitate nostra* [b]. [Al. sic;] *Quum cohibueris* (sub. *virgam*, vel *castigationem*) *infra iniquitatem nostram*: Ellipsis nominis relati [c].

14. *Ut non converteremur*, &c. הֲנָשׁוּב לְהָפֵר וגו׳] *An revertamur ad irrita facienda præcepta tua?* Glass. Ma. &c. id est, *An rursus irrita faceremus*, &c? Glass. [ità Ang.] Sic Job. cap. 7. vers. 7. Psal. 71. vers. 20 [d]. *Num redibimus ad dissipandum præcepta tua?* Nota verbum *dissipandi*. Peccatis nostris & legum vincula, & initæ cum Deo societatis jura, & nexus consociationis humanæ, & animi, corporis, externa bona, omnia dissipantur. Ideóne nos ex malis istis eruisti, ut ad contemptionem tuarum legum alacriores evaderemus †? ¶ *Neque matrimonia*, &c. וּלְהִתְחַתֵּן] *Et ad affinitatem contrahendam*, P. V. Hîc ו pro *id est* positum: Exponit enim quæ peccata intelligit. ¶ *Cum populis abominationum istarum*] i. e. Qui has abominationes admittere solent [f]. ¶ *Numquid iratus es nobis usque ad consummationem*, &c?] q. d. Minimè gentium: nam licèt id jure potuisses, noluisti tamen. Vicit clementia tua justitiam, &c [g]. ¶ הֲלֹא תֶאֱנַף בָּנוּ וגו׳] *Numquid non irascêris* (vel *exacerbaberis*, Mo. *percellereris irâ*, JT.) *contra nos*, &c? P. V. sim. Pi. &c. sub. *si hæc fecerimus*, V.

15. *Justus es tu, quoniam derelicti sumus*, &c. צַדִּיק אַתָּה כִּי נִשְׁאַרְנוּ פְּלֵיטָה] *Justus es, quòd facti sumus residui*, JT. τὸ כִּי causaliter accipiunt; quasi profiteretur Esdras Dei justitiam, quòd plurimos eorum interemisset, paucos verò quosdam suâ misericordiâ residuos fecisset. Ità & reliqui interpretes quos vidi. [Sim. Mar. V.] Mallem כִּי vertere, *quum*; *quum relicti simus evasio*, &c. ut in sequentibus & Dei misericordia & ipsorum ingratitudo exponantur, unde inferat justum esse Deum, qui etiamnum puniat [h]. ¶ *Non stari potest coram te super hoc*] Vel, *propter hoc*, P. sim. M. Ti. *Non est consistere in conspectu tuo super*, vel *contra*, *hoc*: i. e. Non sunt nobis vires, h. e. opera bona, aut merita, ut possimus resistere tibi, & nostram transgressionem tegere [i]. Non potest hoc ullâ ratione negari, excusari, vel defendi [k]. Ubi sententiam pronunciare velis, tum nos causâ cademus, & peribimus [l]. [Ità τὸ *consistere* hîc sumitur in sensu forensi.] Nobis facienda est deditio [m].

m V. n Ità San. Q. in Ma. o Ità Pi. p La. q V. r Pi. † V. t Me. v Pi. x V. y Wolp. z Pi. a Os. b V. sim. Me. T. c Me. T. d Pi. † La. T. f T. ex V. sim. Os. Mar. La. g T. h V. i Me. sim. La. k Jun. Ma. l E. m L. n V. o Wolp. p Os. q La. r San. † La. San. t La. v La. San. x Di. y V.

z Di. a AE. in M. * Wolp. b Di. c Pi. d Glass. gram. p. 347. † Wolp. f V. g La. sim. San. h Di. i V. k La. T. l Os. m Wolp.

CAP. X.

1. JAcente *ante templum Dei*] In atrio Israelis [a]. Deflet hîc peccatum, non suum, sed populi, cujus personam & peccatum in se suscipit, in eo typus Christi, &c [b]. ¶ *Collectus est ad eum — cœtus grandis*, &c. Tantum valuit viri principis & sacerdotis exemplum [c]. Stupebant omnes ad tantam summi viri tristitiam & zelum, &c [d].

2. *Respondit Sechenias filius Jehiel, de filiis Elam*, &c.] Vel hic loquitur non suo, sed populi, nomine: vel prætermissus est in sequente catalogo †. At inter reos habentur *Jehiel* hujus pater, & sex ex filiis *Elam*. Ità ipse immunis fuisse videtur, pater autem & propinqui rei erant. Tamen horum exemplo non poterat ab officio revocari; nec legum vindicationem neglexit ut suis parceret: unde constantia ejus & justitia elucent.

¶ Præ-

a Me. b La. c San. d Os. † Me.

¶ *Prævaricati sumus*] Non minuit peccatum, &c. מעל sign. *peccare cum contumacia* & contemptione Dei, quasíque ruptis vinculis omnis obligationis : q. d. Deo nos rebelles exhibuimus. Deinde facinus apertis verbis confitetur verbis sequentibus [f]. ¶ *Et duximus uxores alienigenas* ; ità P. ונשב נשים וגו׳ *Et habitare fecimus*, &c. Mo. ο'. *cohabitare facientes*, &c. Ar. sim. Sy. *Locavimus* (*collocavimus*, Ti.) nobis, &c. M. Ti. *Consociavimus domo*, &c. JT. Pi. Heb. *Fecimus ut residerent* domo, JT. vel, *Fecimus ut habitarent* nobiscum, Pi. ¶ *Et nunc, si est pœnitentia in Israel super hoc*] i. e. Quoniam datur locus pœnitentiæ, est enim *spes* veniæ, ut in Heb [g]. *Si est spes*, Heb. & ο'. in La. scil. Deum placandi per pœnitentiam ; cui spes veniæ impetrandæ adjuncta est [h]. ¶ ועתה יש מקוה לישראל על זאת] *Sed nunc* (adhuc, V.) *est spes* (*aliqua*, V.) *in Israel* (vel *Israeli*, Pi. Sy. Ti. ο'. Mo. V.) *de*, vel *in*, *hac re*, M. Sy. vel, *super hoc*, ο'. Mo. Jun. Pi. vel, *quod ad hanc rem attinet*, Ti. Spes erat, Deum ipsos non puniturum, si uxores, &c. à se removerent [i]. Nondum desperandum est, emendari potest hoc erratum [k]. Aliquid spei est Israeli ut resipiscat : q. d. Nos peccatores sumus ; at Deus misericors est. Alii sic, q. d. Possunt Israelitæ abjicere uxores, &c. Alii, *Nunc, si est spes*, &c. *nunc, inquam, percutiamus*, &c. Alii, *Nunc autem éstne spes Israeli super hoc?* Ità ex doctis Hebræorum alter [l]. Considerent eruditi, annon מקוה respiciat vers. 1. *congregati sunt*, &c. & hîc quoque sit *congregatio*, sicut Exod. 7. 19. Verterem, *Et nunc est congregatio Israelis super hac re, ut fœdus cum Deo pangamus*, &c [m].

3. *Percutiamus fœdus cum Domino*] qu. d. Fœdus cum Deo, alienigenarum consortio abruptum, redintegretur [n]. Obstringamus nos Deo solenni juramento, fore *ut projiciamus*, &c [o]. Reconciliemur Deo [p]. Resipiscamus abjiciendo uxores [q]. Non novum inierunt cum Domino fœdus, sed pristinum renovaverunt [r]. ¶ *Ut projiciamus*, לְהוֹצִיא] *Ad educendum*, Mo. *ejiciendo*, JT. Heb. *exire faciendo*, Pi. ¶ *Uxores*] Sub. *alienigenas*, ut v. 10 †. ¶ *Et eos qui de his nati sunt*] Liberos eorum [t]. At matrimonia illa, licèt vetita erant, Exod. 34. Deut. 7. non tamen irrita fuerunt, vel nulla. Quo igitur jure hîc jubentur solvi [v]? Et cur Paulus conjugia Christianorum cum paganis dissolvi non vult [x]? Et annon durum, filios abjicere, &c [y]? Resp. 1. Paulus Corinthiis loquitur, & his qui cum Corinthiis pari jure erant, apud quos talibus conjugiis nulla lex, aut Dei aut hominum, obstabat. Apud Hebræos autem vigebat jus illud Theodosii, ut ea quæ lege prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis etiam, habeantur [z]. 2. Habita hîc est ratio temporis illius quo maceria populum alterum ab altero segregans nondum erat destructa ; & segregatio in liberis & conjugibus retinenda [a]. 3. Factum hoc privilegio libelli repudii Judæis permissi, quo meritò utuntur ad matrimonia tam periculosa, & contra Legem inita, dissolvenda [b]. 4. Filii hîc jubentur matrem sequi, ut in illicitis nuptiis fieri solet. 5. Accessit & hæc causa, nè educati in superstitionibus alios pueros corrumperent [c]. 6. Et nè natorum intuitus & amor eos solicitaret ad matres revocandas. 7. Nec filios abjecerunt planè & absolutè, sed *juxta voluntatem Domini*, &c. ut scilicet viri sapientes & pii modum abjiciendi præscriberent [d]. Nempe, ex horum præscripto dimittebant à se filios ad aliqua pædagogia, ubi probè instituti erant, pauperes ex ærario, divites ex peculio parentum †. Assignatæ erant ab arbitris certæ portiones facultatum, ex quibus & liberi & matres alimenta annua haberent. Et hoc sontibus pœnæ simile fuit [f]. Nota hîc, quòd vera pœnitentia potissimùm urget vitæ emendationem, & amotionem earum rerum quibus Deus offensus est. Durum erat hoc, ultimúmque remedium: Nam & ægre dimissuri erant conjuges, & eos misereret liberorum. Verùm non aliter patebat aditus ad pristinum statum, & ad gratiam Dei [g]. Optima hîc exprimitur pœnitentiæ forma, quæ malè contracta distrahit, & impiè colligata dissolvit, & projicit à se etiam sua viscera, si, illis sanis & integris, à suo complexu Deum arceri

[f] Wolp. [g] Me. [h] La. [i] Pi. [k] Os. [l] V. [m] Di. [n] Ma. ex Jun. [o] Os. [p] G. [q] V. [r] M. † V. [t] V. [v] T. [x] G. [y] T. [z] G. [a] Wolp. [b] T. ex La. [c] G. [d] La. sim. T. † T. La. ex Caj. [f] Wolp. [g] Wolp.

videt [h]. ¶ *Juxta voluntatem Domini*] Vel, *ex consilio Domini*, JT. Heb. *Adonai*, Ma. i. e. fratris nostri Esdræ, ut mox sequentia testantur [i]. [Alii de Deo accipiunt [k] :] *Juxta voluntatem Domini*, q. d. si per Legem ac Religionem liceat *. ¶ *Et eorum qui timent præceptum Domini Dei*, והחרדים במצות וגו׳] *Et* (sub. *virorum*, P. *qui tremunt ad præcepta*, &c. Ti. [sim. ferè omnes.] i. e. Qui inculpatè hac in re vixerunt, & id in familia sua non tolerârunt [l]. Videtur hîc Divinis placitis assensus Ecclesiæ addi. Verùm nè quis ideo somniaret authoritatem verbi Divini pendere à judicio mortalium, disertis verbis exprimit quorum assensum requirit, nempe, timentium præceptum Domini, quíque ipsi potiùs à Divinis quàm humanis legibus pendent [m]. [Al. sic ; *Et erimus in timore præceptorum Domini* M.] ¶ *Secundùm legem fiat*] Rectè eos revocat ad Legis præscriptum, quod & Christus fecit Matt. 19 [n].

4. *Surge*] Quia jacebat humi [o], supplex & plorans [p] q. d. Quid prosunt lacrymæ? Converte te potiùs ad avertenda, quàm deploranda, mala [q]. ¶ *Tuum est decernere*, עָלֶיךָ הַדָּבָר] *Super te res*, V. *Ad te pertinet res*, P. [sim. omnes :] sive causæ hujus decisio. Non se ambitiosè in hoc negotium ingerit, sed tantùm aurem Esdræ vellicat [r]. *Tuum est*, qui & summam habes Legis peritiam †, & à Rege Persarum potestatem habes [t]. ¶ *Erimus tecum*] Tibi favebimus, feremúsque opem [v]. ¶ *Confortare*] Magnis & excelsis animis esse oportet qui aliis præesse debent. ¶ *Fac*] i. e. Operi manum admoveto. Ubi deliberaveris, maturè facto opus est. Hæc Sechenias & piè & prudenter suasit [x].

5. *Adjuravit principes*, &c.] Dei nomine adhibito eos officii monuit [y]. Heb. *jurare fecit*, Ma. &c. Hoc fecit, nè vulgus, prout est mobile, consilium mutaret [z].

6. *Ante domum Dei*] Heb. *de ad facies domûs*, &c. Ma. *Ab anteriore parte*, &c. JT. id est, à loco atrii magni, seu populi [a]. ¶ *Et abiit ad cubiculum Johanan*] Vel, 1. ut consilium de hac re ibi haberet [b]. Vel, 2. ut se reficeret cibo & potu, ut qui jam luctum deposuisset, ob juramentum populi, &c [c]. Habebat Templum cubicula quædam in quibus degebant sacerdotes & Levitæ, quando vices suas obibant [d]. ¶ *Johanan filii Eliasib*] Vel, 1. Eliasib Pontificis † : tunc autem Johanan erat ejus junior filius ; nam filius ipsius [primogenitus, qui ei successit] *Joiada* dicitur 2 Esd. 12. 10. Vel, 2. alius hic erat *Eliasib* quàm ille Pontifex [f]. ¶ *Panem non comedit*, &c.] *Nondum comederat*, JT. sub. *illo die*, ex collat. c. 9. v. 4 [g].

7. *Et missa vox*] Præconis scilicet [h]. ¶ *Ut congregarentur*, &c.] Omnes ex æquo citat ; alios ut reos, alios ut actores, nonnullos ut testes, aliquos ut judices, plerósque ut socios emendationis [i].

8. *Qui non venerit in tribus diebus*] Breve erat hoc spatium : Festinat autem, ut omnibus technis & artibus quibus impediri posset Reformatio aditus occluderetur [k]. ¶ *Juxta consilium principum*, &c.] Esdras potestate quam à Rege acceperat non usus nisi ad monendos populares, deinde decernendi libertatem Senatui relinquit [l] ; ut declinet invidiam, & reformationem faciliùs obtineat [m]. ¶ *Auferetur —— substantia*, יָחֳרַם כָּל־רְכוּשׁוֹ] *Periret* (*anathema erit*, Mo. JT. sim. ο'. *anathemati subjicietur*, M. *publicaretur*, Ti. *devoveretur*, Sy.) *omnis substantia ejus*, P. *Auferetur*, ità scilicet *ut Deo sacra fiat*. Id verbum sign [n]. Vide Levit. 27. 28 [o]. ¶ *Abjicietur*, &c. יִבָּדֵל מִקְּהַל וגו׳] *Separabitur à cœtu*, &c. Mo. ο'. Ang. [sim. omnes :] i. e. Excommunicabitur [p]. Alii, Mittetur in exsilium [q]. Exsilium non erat inter pœnas Legis, sed licebat Senatui novis decretis novas pœnas addere [r].

9. *Viri Juda & Benjamin*] Et ex aliis tribubus ; qui deinceps à tribu Juda nomen acceperunt †. ¶ *Ipse est mensis nonus*] Scil. anni legalis & sacri [t] : Mensis *Casleu*, vel *Chisleu*, qui ferè Novembri nostro respondet [v]. Unde nihil mirum si pluviæ tunc exundarent [x]. ¶ *Sedit populus in platea domûs*, &c.] In ea platea quæ ducit rectà ad Templum, unde illud viderent [y]. Vel, in loco atrii populi nondum cincto muris, ut apparet

[h] San. [i] Os. [k] Ità Wolp. San. ad v. 5. * San. v. 5. [l] Jun. [m] Wolp. [n] Wolp. [o] V. [p] San. [q] Wolp. [r] Wolp. † G. sim. L. [t] G. [v] V. [x] Wolp. [y] G. [z] Wolp. [a] Ma. ex Jun. [b] Jun. [c] Pi. [d] Os. † La. Me. [f] Me. [g] Pi. [h] Me. T. &c. [i] Wolp. [k] Wolp. [l] G. [m] Wolp. [n] G. ex ο'. & Jo. [o] Ma. [p] Os. ità Jun. Ma. [q] Ità Me. Wolp. G. [r] Wolp. † San. [t] Ma. ex Jun. [v] Me. Jun. Ma. [x] Ma. [y] Os.

apparet Nehem. c. 2. v. 8 [z]. ¶ *Trementes pro peccato,* [עַל הַדָּבָר] *Propter rem illam,* P. *Ob negotium illud,* ob quod scilicet convenerant illuc [a]. Tremebant interiùs, ex conscientia sceleris [b], metúque judicii Divini [c]: exteriùs, ob pluvias & frigora [d]. ¶ *Et pluviis,* [וּמֵהַגְּשָׁמִים] *Et ex pluviis,* JT. *propter pluvias,* P. Erat enim tunc tempus pluviosum †. Pluviæ solitò majores indicia erant iræ Dei. Opportunus erat hic metus ad reprimendam contumaciam, & obtinendam emendationem [f]. Cruciabat eos peccatum suum. Qui seriò non dolent de peccatis, &c. imaginariam tantùm, non veram, pœnitentiam habent [g].

10. *Surrexit Esdras,* &c.] Qui plurimum poterat authoritate & benevolentiâ apud populum obtinere. Orationis hujus duæ sunt partes; prima castigat, altera in viam revocat, quasique consolatur. Quæ forma planè est Evangelicæ prædicationi consentanea [h]. ¶ *Et duxistis;* ità P. Di. [וַתֹּשִׁיבוּ] De illa interpretatione nè quis dubitet, sciendum Æthiopicum אושב (sic illi formant Hiphil) sæpe poni pro γαμεῖν. Matt. c. 5. v. 32. & 19. 9, 10. & 22. 25. Sign. propriè, *collocare sibi, & facere secum habitare* [i]. ¶ *Ut adderetis super delictum Israel*] *Ut adderetis* (sub. *delictum,* vel *delicta*) *delicto,* sive *delictis, Israelis;* h. e. ut delicta Israelis auctiora & majora faceretis [k].

11. *Date confessionem;* ità Pi. &c. scil. peccati vestri: sic Jos. 7. 19 [l]. [תְּנוּ תוֹדָה] Fatemini peccatum, &c [m]. *Date laudem,* ο'. Q. in V. i. e. Agnoscite vos esse peccatores, & resipiscite *. Deo laus datur peccati detestatione, Legísque observatione [n]. Qui confitentur, &c. dicuntur in S.S. *dare gloriam Deo;* ut Jos. 7. 19. 1 Sam. 6. 5. Jer. 13. 16 [o]. Hæc confessio & pœnitentia valde Deum glorificabit. Nam, 1. testabitur ipsum esse justum, vos verò peccatores. 2. Subdet vos Deo ejúsque voluntati. 3. Abdicabit à vobis periculum idololatriæ. 4. Separabit vos à contaminatione infidelium *. ¶ *Facite placitum ejus*] i. e. Præceptum Dei Deut. 7. & alibi. Præceptum autem, quod de Cananæis tantùm erat expressum, Esdras extendit ad Ammonitas, Ægyptios, &c. quia eadem erat ratio, nempe, nè Judæi abducerentur in idololatriam [p]. ¶ *Et ab uxoribus,* &c.] An etiam filii cum matribus rejecti sint non constat [q]. Sechenias quidem id dixerat; at factum fuisse non commemoratur. Beda annotat, filios apud se servatos, edoctos renunciare maternæ infidelitati, & per circumcisionem Domino consecratos [r].

12. *Juxta verbum tuum ad nos, sic fiat,* [כֵּן כִּדְבָרְךָ עָלֵינוּ לַעֲשׂוֹת] *Sic secundùm verbum tuum* [quasi esset כִּדְבָרְךָ] *super nos, ad faciend.* Mo. vel, *est faciend.* P. vel, *ut faciamus,* i. e. ità tenemur facere †: vel, *incumbit nobis facere,* Pi. *Secundùm verbum tuum, sic nostrum est facere,* &c. JT. *Omnino quemadmodum locutus es ad nos faciemus,* Ti. *Ità erit, & nostrum erit facere juxta verbum tuum,* M. Exemplum obedientiæ verbo Dei nos accusanti: Non quærunt effugia, &c. castigationem patienter ferunt, & se in viam revocari patiuntur [t]. Rara hodie talis in auditoribus obedientia.

13. *Non sustinemus stare foris*] Citra periculum valetudinis. ¶ *Opus non est diei unius,* &c.] q. d. Opus est aliquo tempore, nè quid præcipitanter aut perperàm fiat; nè uxores nimiùm inhumaniter dimittendo, sicut priùs cupidè accipiendo, denuo peccemus [v].

14. *Constituantur principes,* &c. [יַעַמְדוּ נָא שָׂרֵינוּ לְכָל־הַקָּהָל] *Stent, obsecro, principes,* &c. P. Hs; *Præficiantur principes nostri universæ multitudini,* V. M. Vel, *Stent principes nostri,* sub. *in hac re;* i. e. cognoscant de hoc negotio [x], ut suâ præsentiâ & auctoritate rem totam confirment [y]. Hi in causis civilibus & judicio diu versati sunt. Prudenter paucos & peritos eligendos censent [z]. ¶ *Qui duxerunt,* &c. *veniant*] Immunes autem à crimine domi manebant, nec labore aut sumptu [itineris] gravabantur [a]. ¶ *Seniores per civitatem & judices,* &c.] Delegati ab oppidorum senatoribus ad communem Senatum veniant, & attestentur facta divortia [b]. Hi personarum & factorum circumstantias nôrunt [c]. *Seniores,* ut testes vitæ, & familiæ, & matrimoniorum; *Judices,* ut adsint communibus illis ac delegatis arbitris assessores; ut & motus devitarent, & paucorum imperium [d]. ¶ *Do-*

Margin: z M. — a V. — b La. sim. — Ma. — c Ma. — d La. — † V. — f Wolp. — g Os. — h Wolp. — i Di. — k V. sim. Mc. — l Pi. — m V. — * V. — n Me. sim. San. — o San. — * La. — p E. — q San. E. — r E. — † V. — t Wolp. — v Os. — x V. — y Ma. — z Wolp. — a Idem. — b G. — c Os. — d Wolp.

nec avertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc, [עַד לַדָּבָר הַזֶּה] *Usque ad verbum hoc,* Mo. vel, *hanc rem,* V. i. e. à peccatis nostris usque ad pœnitentiam nostram; h. e. donec per resipiscentiam nostram placemus Deum iratum †. Al. *in hoc negotio,* Ar. *circa juramentum istud,* Sy. *in hac causa,* M. *de verbo hoc,* ο'. *propter hoc,* P. Ang. τὸ עַד id non sign [f]. *Quantum ad hoc negotium attinet,* Ti. *usque dum hæc res confecta sit,* JT. sim. Pi. Gal. Ang. marg. Ego verterem, *usque ad hanc rem,* sub. *esse;* i. e. dum res hæc est: Respicit ad versum præcedentem, *Non est opus diei,* &c. Consistant ergò, sive maneant, Principes, & in hoc negotio versentur, dum illud durat, & in eo agendum aliquid restat; donec planè iram Dei à nobis averterint. עַד לַדָּבָר idem est quod עַד הַדָּבָר; sicut cap. 9. vers. 6. עַד לַשָּׁמַיִם, *usque ad cœlos,* idem quod עַד הַשָּׁמַיִם [g]. עַד hîc sign. ut Job. 1. 18. עַד זֶה מְדַבֵּר, *adhuc hic loquens,* i. e. dum hic adhuc loquebatur [h]. Videtur ergò edictum hoc à Principibus exsecutioni mandatum esse, ut narrant Jo. Antiq. 11. 5. & Esdras lib. 3. (qui Apocryphus est) cap. 9. Negat tamen id Cajetanus ex Nehem. 13. 23. Verùm ad illum locum dici potest, Judæos post tot promissiones, juramenta, lacrymas, &c. rediisse ad vomitum [i].

15. *Igitur Jonathan——& Jaasia*] Ex sacerdotum ordine hi duo isti negotio præfecti fuêre, nimirum inter illos Principes quos constitutos modò dixit [k]. ¶ [אַךְ וגו׳] *Veruntamen,* &c. q. d. Non omnes Principes præfecti erant huic negotio, sed isti tantummodo qui hîc recensentur [l]. Videntur hi duo solummodo inter sacerdotes hujus criminis non fuisse reos. Confer seq [m]. Nè summus quidem Sacerdos huic concilio interfuit. Vide infrà 16 [n].

16. *Et abierunt Esdras—in domos patrum,* [וַיִּבָּדְלוּ עֶזְרָא הַכֹּהֵן אֲנָשִׁים רָאשֵׁי הָאָבוֹת לְבֵית אֲבֹתָם] *Et separati sunt, Esdras sacerdos,* [ità plerique,] *viri capita patrum,* Mo. vel, *& viri principes familiarum,* P. *& viri atque præcipui patres,* M. *& viri, præcipui scilicet patres,* Ti. *homines primarii paternarum familiarum,* JT. *per,* vel *juxta, domum,* sive *familiam, patrum suorum,* P. V. M. Ti. vel, *pro familiis paternis,* JT. [Al. aliter;] *Separavitque Esdras,* &c. Sy. *Et separârunt* [quasi esset וַיַּבְדִּלוּ, mutatis tantùm punctis,] *Esdras & viri primates,* &c. sub. *matrimonia cum alienigenis contracta,* Os. ¶ *Et omnes per nomina sua*] Sub. *fuerunt designati;* i. e. & omnes quidem nominatim [o]. ¶ [וְכֻלָּם בְּשֵׁמוֹת] *Et omnes prædicti,* Os. [nempe cum Esdra, separârunt, &c. ut jam ex eo dictum.] *Et hi omnes nominibus expressi,* JT. Ut sine confusione familiarum catalogus scriberetur, omnes se in familias suas recipere jussi sunt, quibus Esdras ipse præiit exemplo suo. Itaque omnis populus distinctus erat in familias, & quælibet familia in capita, quod hîc dicitur, *& omnes per nomina sua* [p]. ¶ *Sederunt*] Ad hæc dijudicanda & exsecutioni mandanda [q]. ¶ *Ut quærerent rem;* ità P. [sim. omnes:] [לְדַרְיוֹשׁ] *Ad quærendum,* &c. Mo. ο'. &c.

17. *Et consummati sunt omnes viri;* i. e. planè & plenè numerati, & in catalogum redacti [r]: [וַיְכַלּוּ בַכֹּל וגו׳] *Et perfecerunt* (sub. *negotium,* P. Pi. M. illud separationis, Pi.) *cum* (vel *in,* ο'. Mo. P.) *omnibus illis hominibus,* &c. JT. Ang. M. Perstiterunt in hoc negotio †. ¶ *Usque ad diem primam mensis primi*] Tribus mensibus res confecta est [t].

18. *De filiis sacerdotum,* &c.] Indicat hoc magnam morum corruptionem, quæ sacerdotes quoque pervaserit [v].

19. *Et dederunt manus,* &c. [וַיִּתְּנוּ יָדָם וגו׳] *Et dederunt manum suam,* P. Ti. M. &c. Porrectâ manu consenserunt atque promiserunt [x], & jurârunt [y]. Sign. aut datam fidem, aut factam deditionem [z]. *Adhibuerunt manum ad ejiciendum,* &c. JT. id est, revera ejecerunt [a]. *Obtemperârunt,* &c. Sy. Tunc ejecerunt, sive expulerunt [b]. ¶ *Ut ejicerent uxores suas;* sic Sy. Ti. sim. Ar. JT. Pi. [לְהוֹצִיא וגו׳] *Ut educerent,* &c. M. P. sim. Mo. ¶ *Et pro delicto suo arietem,* &c. [וַאֲשֵׁמִים אֵיל וגו׳] *Et delinquentes arietem,* &c. Mo. *Et qui deliquerant venerunt cum ariete,* &c. P. *Et reatum confitentes* (vel, *& tanquam rei,* Pi.) *arietem,* &c. JT. sub.

Margin: † V. — f Di. — g Di. — h AE. in Di. — i La. — k G. — l V. — m Belg. — n Jun. — o V. — p Me. — q T. — r La. — † V. — t Ma. — v La. — x T. sic Pi. — y Ità L. — z Wolp. — a Ma. — b V.

sub. *obtulerunt*, JT. Pi. Quod per analogiam de singulis sequentibus accipendum. Vide simile Gen. 49. 16[c]. [Alii cum antecedentibus jungunt, hoc modo;] *Dederunt manum ut educerent uxores, & ut expiarent delictum ariete*, M. Ti.

44. *Et fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios*] Sic optimè Vulgatus τὸ מֵהֶם & יָשִׁימוּ rectè refert ad נָשִׁים, quamvis genere ab eo discrepent. Nihil magis tritum in hac lingua quàm generum confusio, ut Exod. 1. 21. Porrò, שׂוּם sæpe est, *efficere ut res sit*: ut Isa. 5. 20. *ponentes tenebras in lucem*, i. e. ex tenebris facientes lucem; Isa. 28. 15. *posuimus mendacium spem nostram*, i.e. effecimus: Vide & Ezec. 19. 5. Sic hoc loco, *ponere filios*, est, facere ut sint[d] ¶ וַיֵּשׁ מֵהֶם נָשִׁים וַיָּשִׂימוּ בָּנִים] *Et erant* (sub. *quibusdam*, P. JT.) *ex eis mulieres, & posuerant* (vel, *quæ posuerant*, P. vel, *unde susceperant*, JT. Pi. *quæ pepererant*, Ti.) *filios*, V. P. &c. vel *liberos*, Pi. Ca. *Ex quibus quidam erant qui sustulerant filios ex uxoribus*, M. qui ejecti fuerant unà cum matribus†. q. d. Illas, sive solæ essent, sive cum liberis, abdicàrunt[f]. [Quòd dicitur, *quasdam* tantùm, non *omnes*, nec *plurimas*, ex his alienigenis liberos peperisse, in eo singularis Dei providentia elucet, qui suos noluit supra modum tentari, nec multis Israelitis tam grave impedimentum objici voluit.] Alii interpretantur, *quæ exposuerunt liberos suos arbitrio ac voluntati Judicum, ut ejicerent eos, aut retinerent*[g]. Verùm hæc res non spectabat ad mulieres, sed ad maritos, & Judices qui cum eis rem egerunt[h].

[c] Jun. [d] Di. † V. [f] Jun. [g] V. [h] La.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

NEHEMIAM.

Qu. 1. Quis fuit Author hujus libri? Resp. 1. Esdras. Ità Athanasius in Synopsi[a], Chrysost. & Beda. Probant ex eo, quòd Hebræi eodem volumine libros Esdræ & Nehemiæ complectuntur[b]. Respond. 2. Nehemias[c]; ut prima verba ostendunt, *Verba Nehemiæ*, &c[d]. Et Esdras & Nehemias res suas in singulis libris descripserunt. Porrò, dissimilitudo styli diversos scriptores indicat. Nam oratio Nehemiæ multò facilior ac planior est quàm Esdræ. Esdras multa scribit Chaldaicé†. Qu. 2. Quis hic Nehemias? & an idem cum illo Esd. 2? Resp. Fuisse ex tribu Levi constat ex 2 Mac. 12. 13[f]. Porrò, idem hic Nehemias de quo Esd. 2. ut patet, 1. Quòd in utroque libro vocatur *Athersata*. 2. Quòd idem factum eidem Nehemiæ tribuitur Esd. 2. 63. & Nehem. 7. 65. 3. Quòd hic Nehemias c. 7. 7. dicitur cum Zorob. & Jos. venisse in Jerus. 4. Quòd cap. 8. vers. 9. Nehemias cum Esdra Legem interpretatur. Ergò erat Esdræ socius, eo tamen junior[g]. Obj. 1. Tum Nehemias fuisset annorum 116. Nam à primo anno Cyri ad 32. annum Artaxerxis (ad quem hic pervenit, c. 13. 6.) fluxêre anni 96. Resp. Verum est Nehemiam fuisse in multam senectam à Deo conservatum, in commodum populi. Obj. 2. De Nehemia Esdræ socio Scriptura loquitur in tertia persona, ut patet c. 7. v. 65. & c. 8. v. 9. Resp. Nehemias est hujus libri author, ideóque de se loquitur subindè in prima persona, interdum verò in tertia, ut c. 7. v. 7, 70. & 8. 9[h]. [At Wolp. alium esse vult hunc Nehem. ab illo Esd. 2.] Liber iste Nehemiæ non separatur in Hebræo à Libro Esdræ, sed uterque Liber est una continuata historia[i]. Profectio Nehemiæ evenit annis 72 post illam Esdræ. Vidit Esdram, eíque supervixit. Hic erat inter *capita deportatorum*, & membra magni illius Conventûs qui dicebatur Συναγωγὴ μεγάλη[k].

[a] San. in prolegom. ad Esd. [b] Wolp. [c] Ità San. ex Bellarm. Senens. Dionys. &c. L. Wolp. ex RS. [d] San. prolegom. ad Esd. † Wolp. [f] San. La. [g] La. ex Sal. & San. &c. [h] La. [i] M. [k] G.

CAP. I.

1. *Verba Nehemiæ*] i. e. Vel sermones[a], vel res gestæ[b]. ¶ *Filii Hachaliæ*] Quis fuerit *Hachalias*, neque hîc exprimitur, neque in Josepho[c]. ¶ *In mense Casleu*] Is est mensis nonus, November[d]. ¶ *Anno vicesimo*] Nempe, Regis Artaxerxis†. Id est, non Xerxis, ut quidam volunt, sed hujus filii, *Artaxerxis*, ut patet ex Nehem. 2. 1*. *Artaxerxis*, vel Mnemonis, ut docet c. 2. ver. 1†; vel Longimani*. Porrò, duplex solet notari exordium regni Artaxerxis: 1. à morte Xerxis, quando solus regnavit; 2. à quinto anno patris Xerxis, cùm hic in Græciam bellaturus filium suum, more Persarum, regni socium adscivit, qui cum patre regnavit 15 annis. Et ab hoc tempore hi anni supputantur: facta enim sunt hæc anno ejus quinto solitariè regnantis[f]. Qu. Quomodo Nehemias sequentia audit mense Casleu anno 20. &c. cùm c. 2. v. 1. mense Nisan ejusdem anni 20. petièrit à Rege auxilium, &c. cùm mensis Nisan præcedat mensem Casleu? Resp. Licèt in anno Judaico Nisan præcesserit Casleu, fortasse tamen initium regni Artax. computabatur à mense Casleu[g]. In Chaldaicorum annorum ratione mensis Casleu erat tertius; quam rationem hîc Nehemias sequitur[h]. ¶ *In Susis castro*; ità Sy. בְּשׁוּשַׁן הַבִּירָה] *In Susan metropoli*, Mo. *castro*, M. *palatio*, vel *regia*, Ar. P. JT. V. *urbe illâ magnificâ*, Pi. *arce*, Ti. Ca. *Susa* urbs nota historicis & poetis; sic dicta ob amœnitatem, à *lilio*, quod שׁוּשַׁן Hebræis, σοῦσον Persis, ut notat Athenæus: unde & σούσινον μύρον sive χρῖσμα, *unguentum è lilio*, memoratum eidem Athenæo, Theophrasto, Dioscoridi[i]. Urbs hæc munitissima erat, ideóque vocatur *castrum*[k]. Reges Persarum *æstatem* exigebant *Ecbatanis*, *Susis* autem *ver*, (Xenoph. l. 8. Cyrop. p. 233. Curt. 5. 8. Plut. lib. de Exsilio,) vel *hyemem*, (Athen. 12. 1.) quod ex hoc loco probabile fit, cùm & Rex & Nehemias Susis fuerant mense Novembri[l].

2. *Unus de fratribus meis*] i. e. Sociis, vel sodalibus, meis; h. e. ex Judæis[m]. Vel, ex contribulibus meis, ex tribu Levi[n]. Hunc præ cæteris nominat, tanquam virum primarium, & pium civem[o]. ¶ *Ipse & viri ex Juda*] Hinc colligo multos Judæos, qui cum Zorob. vel Esdra in patriam redierant, duram ibi fortunam expertos, cum eodem Zorob. in Babylonem rursus repedâsse[p]. ¶ *De Judæis*] De eorum rebus ac statu[q].

3. *In provincia*] i. e. Judæa, quæ in formam provinciæ à Persis redacta est[r]. ¶ *Et murus Jerusalem dissipatus est*] Vel, 1. à Samaritis, aliísque hostibus Judæorum†: vel, 2. à tempore quo Nabuch. urbem destruxerat. Dedit enim Cyrus potestatem instaurandi *Templum*, non autem *mœnia*[t]; ex metu novæ rebellionis[v]. Hostes quidem Judæorum Esd. 4. eos accusabant, quòd muros exstruerent; sed mentiebantur[x]. Verùm quomodo tot millia Levitarum, &c. tuta ibi habita-

[a] V. [b] Pi. V. [c] Wolp. [d] V. sim. Wolp. T. &c. † M. V. E. Me. T. Ma. &c. * T. † Jun. Ma. * Ità T. San. [f] T. [g] E. [h] Ma. ex Jun. Belg. [i] G. [k] La. [l] Ma. [m] V. [n] La. Me. [o] Wolp. [p] San. [q] V. [r] Me. † Q. in E. sim. Me. La. [t] Ità E. T. sim. Jun. [v] T. [x] E.

habitarent, nisi muros levi opere instaurâssent? Porrò, muros [à Nabuch. destructos] jam pridem sciebat, imò viderat, Nehemias [y].

4. *Sedi*] Nempe humi, vel in cinere, more lugentium [z], vel supplicantium [a]. ¶ *Et luxi diebus multis*; ità Sy. Ar. [ימים] *Dies*, Mo. *per dies*, P. sub. *aliquot*, M. Ti. JT. Pi. &c. ¶ *Ante faciem Dei cœli*] Qui habitat in cœlis: Ἀνθρωποπάθεια [b]. Ità secernit se à religione Persarum, qui ipsum Cœlum & sidera adorârunt [c]. *Ante Deum*, i.e. facie ad Hierosf. & Templum conversâ. Vide 1 Reg. 8. 44. Dan. 6. 10. Alioqui Deus nusquam abest, &c [d].

5. *Quæso*, אנא] Vox hæc est non solùm obsecrantis, verùm etiam indignitatem aliquam aut necessitatem confitentis [†]. ¶ *Fortis, magne*; ità P. Mo. sim. JT. Ma. [האל הגדול] *Deus maxime*, V. Verùm ה, quod propriis nominibus præfigi solet, docet אל appellativè reddendum [f]; [ut Vulg. sumit.] ¶ *Custodis pactum*, &c.] Qui jus tuum bonitate & clementiâ moderaris, modò senseris observantiæ erga te exiguam in hominibus scintillam superesse [g].

6. *Quam ego oro coram te*] q.d. Sine omni simulatione [h]. ¶ *Pro peccatis filiorum Israel, quibus peccaverunt*, [אשר חטאנו] *Quibus* (vel *qui*, vel *quia*, V. vel *quæ*, P.) *peccavimus*, V. ¶ *Ego*, &c. *peccavimus*] Non tantùm jungit se & suos peccatoribus, quia membra erant peccatoris populi; sed quia propter sua peccata affligebantur: Justi enim inter peccatores [degentes] multis modis participes fiunt peccatorum ipsorum, & per consequens etiam vindictæ [i].

7. *Vanitate seducti sumus*] Heb. *Vanè egimus*, secuti vanam religionem ab hominibus excogitatam, & vanas cordis cogitationes [k]. Noster legit חֲבוֹל הֶבַלְנוּ, per *He*, cùm exemplaria constanter per *Cheth* legunt [l]. ¶ [חֲבוֹל חָבַלְנוּ לָךְ] Τὸ חבל contraria significat; nempe, & *constringere, obligare*, &c. & *dissolvi, rumpi, corrumpi*, &c. Hinc variè reddunt [m]. *Corrumpendo* (*corruptione*, vel *perditione*, V.) *corrupimus* (vel *perdidimus*, sub. *præcepta tua*, V.) *tibi*, Mo. V. i.e. in dedecus tuum. Peccantes videntur perdere seu corrumpere mandatum [n]. *Magnopere corrupimus* (vel, *corruptissimè egimus*, Ang.) *contra te*, Belg. *Corrumpentes opera nostra coram te*, Ar. Τὸ חֲבוֹל non est infinit. (ut quidam volunt, vertentes, *corrumpendo*, tunc enim esset חָבוֹל;) sed nomen substant. quod vertunt, *corruptione* (חֲבוֹל quasi בַּחֲבוֹל) *corrupimus*. Subaudiunt vel, *præcepta tua*, V. ex AE. vel, *opera nostra*, P. vel, *nos*, Buxt. Schindlerus passivè vertit, *corrumpendo corrupti sumus tibi*. At nihil his opus; idem enim est (ut rectè RS.) quod Dan. 6. 22. "הֲבוּלָה וגו, *corruptionem non feci*, i. e. in te non peccavi. Ità חֲבוֹל hîc est accusativi casûs, & verto, *corruptionem corrupimus tibi*, i.e. corruptionem commisimus tibi. Hoc enim sensu Hebræi ejusdem significationis verbum nomini subjicere solent; ut Ezec. 18. 12. *Rapinas rapuit*, i. e. commisit. Id simplicissimum videtur, si *corrumpendi* significatio retineatur. Videtur quidem חָבַל non tantùm in Piel, sed & in Kal, usurpari pro *corrumpere*. Vide Job. 34. 31. Zach. 11. 7, 14. Plerumque tamen חבל in Kal est *pignerari*; & nomen חֲבוֹל, quod sæpe occurrit, nunquam pro *corruptione*, sed semper pro *pignore*, accipitur [o]. *Graviter peccavimus tibi*, P. *Dissipando dissipavimus* Legem *tuam*, M. *Dissolutione dissolvimus erga te*, ο'. *Noxâ obstrinximus nos ipsos tibi*, JT. *Omnino debitores facti sumus tibi*, P. sim. Gal. q. d. *Pignerando pigneravimus nos tibi*; id est, quasi dato pignore obstrinximus nos tibi. At verò חָבַל nunquam significat *dare pignus*, sed, *accipere*, etiam Job. 24. 9. [Vide ibi annotata.] Expono itaque, ut Ezec. 18. 16. חֲבוֹל לֹא חָבַל, *pignus nè pigneretur*, i. e. accipiat; sic h. l. *Pignus pignerati sumus tibi*, i.e. accepimus à te, *& non servavimus mandata*: ut sensus sit, Mandata tua tanquam amoris tui pignora à te accepimus, & tamen non servavimus ea [p]. Heb. *Oppignerando oppignerati sumus*, i. e. culpam apud te contraximus: Metaphora [q]. Cùm pignore fœderis tui, &c. tibi nexi ac devincti essemus, omnia rupimus, &c [r]. *Omnino dissoluti sumus tibi*, Ti. ¶ *Quæ præcepisti Moysi*; ità Pi. Mo. ο'. Sy. M. P. Ti. [אֶת־מֹשֶׁה] *Per Mosen*, JT. Ar. V. i.e. Quæ tradidisti servanda nobis per Mosen [†]. Verùm אֵת nusquam, quod sciam, sign. *per* [t].

8. *Quod mandâsti Moysi*,—*dicens*; ità ο'. M. Ti. [לֵאמֹר] *Dicendo*, Mo. P. *ut diceret*, JT. ¶ *Cùm transgressi fueritis*; ità V. sim. Ti. "תִּמְעָלוּ וגו] *Vos prævaricabimini*, P. M. V. (sub. *in me & præcepta mea*, V.) vel, *perfidè acturi estis*, Sy. *ego verò*, P. (vel, & *ego*, M. *unde ego*, Sy. *ego vicissim*, Ar.) *dispergam vos*, &c. P. M. &c. Post confessionem peccati, ponit ob oculos promissiones Dei quas fecit resipiscentibus. Vestrum est, & vobis peculiare, prævaricari; meum est, & meâ interest, pœnas sumere. Proponit nobis Deus infirmitatem nostram, & simul commendat justitiam suam [v]. Respicit promissiones & minas Deut. c. 29. & 30 [x].

9. *Et si revertamini*] [Sim. omnes.] Per veram pœnitentiam [y]. ¶ *Et faciatis ea*] Oportet enim comprobare resipiscentiam cordis [z]. ¶ *Etiamsi abducti fueritis*, [אִם יִהְיֶה נִדַּחֲכֶם וגו"] *Si expulsio vestra*, &c. Mo. P. *expulsi*, vel *depulsi*, *vestri*, sive *ex vobis*, &c. JT. Pi. V. &c. *si impulsi*, vel *propulsi*, *fueritis*, &c. M. Ti. Si qui à patria vestra ejecti sint, &c [a]. ¶ *Ad extrema cœli*] Quod Deut. 30. 4. *ad cardines cœli*, polum Arcticum & Antarcticum [b]. Ad extremas, seu ultimas, terræ regiones, quæ, quia in nostro horizonte extremæ sunt, videntur cœli extremitatem contingere [c]. Scriptura Sacra sæpe loquitur secundùm hominum opinionem, non veritatem; quomodo *Joseph* dicitur *pater Christi*, & *stellæ* dicuntur *de cœlo cadere* [d]. *Ad extrema cœli*, i. e. terræ subjacentis cœlo: Meton. adjuncti [†]. ¶ *Congregabo vos*] Heb. *eos*. Mutantur hîc personæ [f].

10. *Et ipsi servi tui*, &c.] i.e. Cùm tu sis Dominus, nos servi; tu Rex, nos populus [g].

11. *Ad orationem servorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum*] q.d. Hactenus servorum tuorum nudum nomen habuimus, jam cum nomine & officium conjungemus. ¶ *Dirige*, &c.] Suggere sana consilia, suppedita occasiones, &c. Frustrà conatus nostri, nisi det Deus secundos eventus [h]. ¶ *Da ei*] i. e. Nehemiæ [i]. ¶ *Misericordiam*] i. e. Propitius esto in eo quod molior, &c [k]. Fac ut mei misereatur [l]. ¶ *Ante virum hunc*] Regem Artaxerxem [m]; velut digito eum monstrans [n]. ¶ *Eram pincerna regis*] Latinè dicas, *poculorum minister* [o]. Pertinet hoc ad caput sequens [p]. Multis Hebræis multæ apud Reges exteros non modicæ dignitates obtigerunt; ut Danieli & sociis ejus, Zorobabeli, &c [q].

CAP. II.

1. *In mense Nisan*] Qui Chaldæis fuit mensis septimus, Hebræis anni legalis & sacri primus [a]; respondens partim Martio, partim Aprili [b]. Ità per totos tres menses, nempe à Casleu ad Nisan, jejuniis, precibus, &c. intentus erat [c]. [Alii sic;] Non ante [mensem Nisan] vices ministerii ad ipsum redierant [d]; alioquin priùs id petiisset [†]. Porrò נִיסָן *Nisan*, vel, ut scribit Josephus, נִסָּן *Nissan*, (quod idem est, vocali longâ τῷ Dagesch supplente,) dicitur *à bellicis signis*, seu *vexillis*, quæ illo mense primùm educuntur, 2Sam. 11. 1. Pari de causa verni menses priores duo Bithynis dicti sunt Στρατεῖ☉ & Ἀρεῖ☉, ut Romanis *Martius* à *Marte* [*]. ¶ *Et vinum erat ante eum*; ità M.P. sim. Pi. Ti. [יַיִן לְפָנָיו] Alii, *erat vinum coram me*, ο'. sic Ar. *Cùm afferendum esset vinum in conspectum ejus*, JT. ¶ *Levavi vinum, & dedi regi*] Elevatum poculum porrexi Regi [f]. Magni honoris erat pincernæ munus apud Persas. Vide Herod. l. 3. num. 34. Xenoph. Cyrop. l. 1. p. 9. Qu. Quomodo Nehemias adeò evectus est? Resp. 1. Ob sapientiam & virtutem suam. 2. Multi censent Esther uxorem fuisse hujus Artaxerxis [g]. 3. Reges Persarum bibebant tantùm vinum Syriacum [h], testibus Strab. l. 15. p. 735. Athen. 1. 22 [i]. Syriæ verò pars erat Judæa: Nehemias autem, utpote vinorum patriæ suæ peritissimus, ea advexit, & conservavit rexítque, quomodo in Syria solent [k]. Porrò, Artaxerxes videtur fuisse vinosus, teste Xenoph. Cyrop. l. 8.

Marginal notes (left column): [y] La. [z] V. Ma. [a] Ma. [b] Pi. [c] Wolp. [d] San. [†] Wolp. [f] Ma. [g] Wolp. [h] Idem. [i] E. [k] Os. [l] Ma. [m] Ma. [n] V. [o] Di. [p] Di. [q] Pi. [r] M.

Marginal notes (right column): [†] V. [t] Pi. [v] V. [x] Wolp. [y] Os. [z] V. [a] V. [b] Me. [c] T. & La. ex V. Sà in Me. San. [d] San. [†] Pi. [f] Mar. [g] Wolp. [h] Idem. [i] La. [k] Me. [*] V. [m] V. ità G. L. Me. &c. [n] G. [o] G sim Pi. [p] V. [q] G. [a] Ma. ex Jun. [b] V. [c] Wolp. sim. San. [d] G. [†] Jun. [*] BA. 1. 2. 50. 557. [f] T. [g] La. [h] La. Ma. [i] Ma. [k] La.

l. 8. p. 240 [l]. ¶ *Eram quaſi languidus*, &c. וְלֹא הָיִיתִי רַע לְפָנָיו] *Non autem eram* antea *triſtis coram eo*, M. P. Ti. ſim. JT. Pi. *Cùmque non eſſem ſolitus mæſtus eſſe*, &c. Sy. Solebam eſſe vultu hilari, &c [m]. *Triſtis*, Heb. *malus*; ſcilic. facie, vel vultu: Synecd. generis. Sic Gen. 40. 7 [n]. [Al. ſic;] *Et non eram ingratus* (vel *exoſus*, Ar.) *coram eo*; i. e. illi eram gratiſſimus [o].

2. *Non eſt hoc fruſtrà*, &c. אֵין זֶה כִּי אִם רֹעַ לֵב] *Non* eſt *hoc niſi malum* (vel *afflictio*, Sy.) *cordis*, o'. P. [ſim. omnes.] Angor aliquis & mœror [p]. Hoc dicit Rex, vel compatiendo, vel potiùs ſuſpicando, &c [q]. [Dupliciter exponunt.] 1. Ægritudo animi te habet [r]. τὸ רֹעַ ſign. *triſtitiam* †. 2. Accidit hoc tibi ex malitia animi, ſive cordis; q. d. Tu machinaris, vel moliris, quippiam mali in corde tuo [t]. Reges omnia tuta timent, ac præſertim venena in cibo & potu: Et fortè Nehemias vinum à Rege oblatum ex mœrore bibere noluit, quod ſuſpicionem augeret, &c [v]. ¶ *Timui valde*] 1. Nè Rex mali aliquid ſuſpicaretur, v. g. proditionem, aut venenum, quæ cùm quis animo verſat, ferè etiam in vultu ſceleris eminent notæ [x]. 2. Nè votis fruſtrarer meis, ſi tempore importuniore, utpote inter epulas, & in præſentia multorum mihi malè volentium, petitionem meam, pleriſque odioſam, & quæ publico noxia videri poſſet, Regi exponerem. Sed metum vicit parendi neceſſitas [y]. Partim meorum ſtudio ſolicitabar; partim magnitudine Regis & poſtulati deterrebar [z]. Acer interrogatio Regis timorem mihi incuſſit [a].

3. *Rex, in æternum vive*] Tantùm abeſt ut vitæ tuæ inſidias moliar, ut eam tibi longam precer [b]. Ità timorem Regi eximit [c]. ¶ *Domus ſepulchrorum patris*, &c.] Multùm moventur animi monumentis majorum [d]. Sepulchra patrum omnibus gentibus ſacra erant, teſte Cicer. Philip. 9. Summus honor illis habitus, nec ea violare fas †. Vide de hac re Herod. l. 4. & Valerium l. 5. c. 4. Virgil. Æneid. 4. Horat. Epod. od. 16 [f]. Nihil de Religione, nihil de cultu, addit; ſcit cui loquatur [g]. ¶ *Portæ combuſtæ igne*] Quo flagrabat cùm expugnata fuit [h].

4. *Oravi Deum*] Ut linguam meam dirigeret, & cor Regis flecteret [i]. Exemplum vide orationis ejaculatoriæ [k]. Qui preces ad Regem præferre vult, priùs ad Deum perferat, cujus in manu corda ſunt Regum [l].

5. *Si placet ſervus*, &c.] q. d. Si inveni gratiam in oculis tuis [m]. Si quid unquam feci quod tibi gratum eſſe potuit [n]. ¶ *Ut mittas me*, &c.] Scilicet, peto [o]. ¶ *Ad civitatem ſepulchri*, &c.] Non dicit abſolutè ædificandam eſſe *civitatem*, ſed *civitatem ſepulchri*, &c. q. d. ad ædificandum parentis ſepulchrum [p]. Hæc iterata ſepulchrorum mentio innuit etiam Perſis commendabilem cenſeri ſepulchrorum curam [q]. De quo vide Diodor. l. 17. num. 600. Strab. l. 15. Jo. Antiq. 10. 12 [r].

6. *Et regina*, &c. ità P. וְהַשֵּׁגַל] *Et conjux*, vel *uxor*, Mo. Ti. JT. Pi. *concubina*, o'. *uxor* regina, M. Eſtheram eſſe putant †. De verbo שָׁגַל vide Deut. 28. 30. Indè nomen שֵׁגַל, quod hîc tantùm & Pſal. 44. v. 10. legitur: aiunt eſſe conjugem, ſive contoralem, quæ ad procreationem deſtinata eſt. ¶ *Quæ ſedebat juxta eum*] Athen. 4. 10. hæc habet; *Ut plurimùm Rex* [Perſarum] *ſolus prandet ac cœnat: uxor interdum cum eo, & liberorum quidam* [t]. ¶ *Uſque ad quod tempus?* עַד מָתַי] *Quouſque?* P. JT. *Quamdiu?* V. ſub. *duratura eſt*, JT. Quantum temporis inſumes in itinere faciendo [v]? q. d. Optamus te citiſſimè redire; nolumus diu tuâ gratâ carere præſentiâ [x]. ¶ *Et miſit me, & conſtitui ei tempus*, וָאֶתְּנָה לוֹ זְמָן] *Et dedi* (vel *conſtitui*, M. Ti.) *ei certum tempus*, Mo. M. Ti. *At præſcripſit mihi tempus*, Sy. *Poſtquam dedi* (cùm *expoſuiſſem*, vel *indicâſſem*, JT. Pi. *poſtquam præfiniviſſem*, Ar.) *ei tempus*, P. V. Glaſſ. ſub. *aliquod quo reverſurus eram*, V. τὸ ו per *poſtquam* vertendum [y]. Sic Gen. 47. 30. *Cùm dormiero*, &c. וּנְשָׂאתַנִי, *tum tolles me ex Ægypto*, &c. Pariter ו quandoque ſign. *tunc*; ut Gen. 3. 5. & 18. 10. Exod. 7. 9. Levit. 26. 4: & *donec*; ut Gen. 18. 4, 5. וְאֶקְחָה, *donec afferam*, &c. 1 Sam. 14. 24. וְנִקַּמְתִּי, *donec ultionem ſumpſero*, &c [z]. Porrò, tempus hoc erat duo-

[l] Ma.
[m] V.
[n] Pi.
[o] Q. in V.
[p] Me.
[q] L.
[r] Ma. ità Jun. Pi.
† V.
[t] V. ſim. T. La.
[v] Ità La.
[x] Me. ſim. T.
[y] T.
[z] Ma.
[a] Wolp.
[b] San.
[c] La.
[d] G.
† Ma. ſim. San. La. T.
[f] San.
[g] G.
[h] V.
[i] Me ſim. T.
[k] T. ad v. 3.
[l] G.
[m] Me.
[n] Wolp.
[o] Pi.
[p] S n.
[q] Me.
[r] Ma. v. 3.
† Ità Me. San. La. ex Ser. & Sal. & Torn.
[t] Ma.
[v] V.
[x] La.
[y] V. Glaſſ.
[z] Glaſſ. gram. pag. 690.

decim annorum, ut infrà exprimitur 5. 14. & 13. 6 [a]. [Al. aliter.] Brevius tempus conſtitutum videtur [b]. Veroſimile eſt non exceſſiſſe ſpatium unius anni: Licèt poſtea novo indulto Regis (ei à Regina & Mardochæo impetrato [c]) permiſſus ſit 12 annis Ducem agere in Judæa, in qua Rex operam ejus & præſentiam ſenſit eſſe utilem & neceſſariam [d]. [Alii ſic;] Videtur Nehemias paulò poſt 52 dies, quibus muros perfecit, ad Regem rediiſſe, ut patebit cap. 6. 15 †.

7. *Epiſtolas det mihi*, יִתְּנוּ לִי] *Tradant*, vel *dent*, *mihi*, Ma. Glaſſ. ſub. *ſcribæ*, vel *notarii*, *regis* [f]. Vel, *tradantur mihi*, JT. Pi. Ma. Glaſſ. nempe, ab illis quibus hoc demandabitur à Rege [g]. Verba activa tertiæ perſonæ ſæpe paſſivè ſignificant; ut 1 Sam. 23. 22. Eſth. 2. 2 [h]. ¶ *Ut traducant me*] Ità Pi. vel, *ut tranſmittant me*, JT. Eſdras quidem præſidium hujuſmodi nec poſtulavit, nec accepit, quia Sacerdos erat, & ſcriba, [& ob cauſas annotatas ad Eſd. 8. 22.] Nehemias autem erat pincerna Regis; nec minùs ad tuendam majeſtatem Regis, quàm ad ipſius ſalutem conſervandam, pertinebat, ut nè quâ parte læderetur [i].

8. *Ad Aſaph cuſtodem ſaltûs regis*; ſic M. Ti. JT. V. vel *ſylvæ*, Ca. הַפַּרְדֵּס] *Pomarii*, P. *paradiſi*, o'. Mo. Pi. V. Sic vocant regionem à Libano ad Anti-libanum [k], propter amœnitatem; in cujus extremitate fuit oppidum nomine *Paradiſi*, de quo Ptol. 5. 15. Plin. 5. 23 [l]. Vox hæc creditur eſſe Perſica, quamvis in Cant. & Eccleſ. uſurpata [m]. Saltus hic in monte Libano erat [n], reſervatus fortè Regis voluptati & venationi, ut mos erat Perſarum. Hinc David & Salomon ligna petierant, &c [o]. ¶ *Ut tegere poſſim*, לְקָרוֹת] *Ad contignandum*, Mo. P. JT. Pi. Tig. not. Belg. *unde fiant tigna*, M. *pro tignis*, Ti. *ad reſarciendum*, Ca. Verbum קָרָה ſign. *componere tigna*, ſive *trabes* [p]. ¶ *Portas turris domûs*, אֶת שַׁעֲרֵי הַבִּירָה אֲשֶׁר לַבַּיִת] *Portas palatii*, Mo. P. &c. *quæ* (ſub. *erant*, P.) *domui*, Mo. *Portas arcis quæ ad templum ſita eſt*, Ca. Turrim ſign. prope Templum erectum, ad munimentum Templi [q]. *Pro portis palatii quod eſt juxta templum*, M. ſic Ti. [Al. ſic;] *Portas palatii regii* quod erat juxta Templum [r], & à quo in Templum erat aditus; quod olim Salomon ædificaverat. Templum autem inſtauratione non indigebat, cùm eſſet non multò antè ab Eſdra reſtitutum †. *Regiam* ergò intelligit, quam tamen ſic non vocat, nè Regi ſuſpicionem injiciat rerum novarum. Ea ipſa regia infrà indicari videtur per *ſolium principis*, 3. 7 [t]. Templum quidem ædificatum erat, ſed appendices Templi non erant exſtructæ [v]. *Ad contignandum portas caſtri adjuncti ædi*, JT. i. e. atrii, quod domum Dei ità cingebat ut caſtellum circumdatur caſtro: ſermonem enim accommodat ad profani Regis captum [x]. ¶ *Et muros civitatis*] Nam & illis inædificandæ erant portæ & turres [y]. Intellige portas muri quo cingitur mons Sion, in quo Templum exſtructum eſt [z]. ¶ *Et domum quam ingreſſus fuero*] h. e. Domum in qua habitem cùm pervenero illuc [a]; quæ futura erit mihi meîſque propria. Volebat enim vel antiquum palatium inſtaurare, vel novum conſtruere [b]. Ad domum prætorianam [c]. ¶ *Juxta manum Dei bonam*, &c.] i. e. Favorem & gratiam Dei erga me: Hs [d]. Non minùs prædicat opem & providentiam Dei, quàm clementiam, &c. Regis *.

9. *Miſerat rex mecum*, &c.] Præter id quod Nehemiah petiit, hoc etiam Rex adjunxit [f].

10. *Sanaballat*] Vox ſign. vel, *rubum in loco abdito*; vel, *inimicum occultum*. Nomen ei conveniens erat [g]. Hic poſtea Alexandro M. conſilium dedit excitandi Templum Garizitanum, ad dividendos Hebræos [h]. ¶ *Horonites*] Sic dictus eſt, vel ab *Hor*, Arabiæ Petrææ monte, ad quem Petra civitas condita eſt; vel ab *Horonaim*, civitate Moabitica [i]. Regulus erat in Moabitide, cujus pars *Choronaim*, Eſa. 15. 5. Jer. 48. 3, 5, 34 [k]. ¶ *Et Tobias ſervus Ammanites*] Sic dicitur, vel, 1. quòd naturâ ſeu conditione ſervus erat, ad præfecturam evectus [l]. Fortè alicui huic nomen ferenti ſerviebat [m]. [*Servus Ammoni*, o'.] Vel, 2. quòd ſubditus eſſet Regis Perſarum [n]. Cliens erat & beneficiarius, ſive vaſallus,

[a] Pi & Ma. ex Jun.
[b] Ità Me. La.
[c] Me.
[d] T.
† La.
[f] Ma.
[g] Ma.
[h] Glaſſ. gram p. 302.
[i] Wolp.
[k] Ma. & G. ex Jun.
[l] Ma. ex Jun.
[m] BP. 1. 15. 69.
[n] T. ex Villalp. Me. San. La.
[o] Me.
[p] V.
[q] L. in Wolp.
[r] T. ſim. M.
† Me.
[t] G.
[v] V. ex M.
[x] Jun.
[y] T.
[z] V.
[a] V.
[b] Me.
[c] Jun.
[d] V.
* Wolp.
[f] San.
[g] Wolp.
[h] G.
[i] Wolp.
[k] G. & Ma. ex Jun.
[l] Q. in Ma. T.
[m] Wolp.
[n] G.

Regis Persarum [o]. Quod etiam ἀπὸ κοινοῦ de Sanaballato accipiendum [p]. [Huic favet quod Sy. habet, *Sanb. & Tobia, servi Ammonitarum.*] ¶ *Et contristati sunt*, &c. וַיֵּרַע לָהֶם רָעָה גְדוֹלָה] *Et malum eis erat* (vel *videbatur*, Belg. Jun.) *magno malo*, Mo. Ma. vel, *magnum malum*, Jun. Wolp. vel, *cum*, sive *imò*, *magno malo*, Belg. *Displicuit eis maximopere*, V. sive *displicentiâ magnâ*, P. *Ægre*, vel *ægerrimè*, *tulerunt*, Sy. Ar. Ca. V. ¶ *Qui quæreret prosperitatem*, &c.] Qui consulere vellet commodis, &c [q]. Invidi sunt multi Principum ministri, qui, scilicet, dolent, si quem suâ clementiâ aut liberalitate complectatur Princeps [r].

11. *Eram ibi tribus diebus*] Quos scilicet quieti, ut fit, & salutationibus dedisse videtur *, & explorandis civium animis, partímque otio Sabbati [t].

12. *Et viri pauci*; ità P. sic JT. &c. אֲנָשִׁים מְעַט] Ad verb. *& virorum parùm quid*, i. e. paucus numerus [v]. Adverbium substantivo additum adjectivi significationem sæpe induit; ut 1 Sam. 25. 31. דָּם חִנָּם *sanguinem immeritò*, h. e. innoxium. Ità h. l. מְעַט *parùm*, h. e. pauci. Forte tamen מְעַט est nomen, cujus pluralis מְעַטִּים Eccles. 5. 1. legitur. Ità erit enallage, singularis pro plurali, μειώσεως causâ posita [x]. ¶ *Non indicavi cuiquam*, &c.] Hebr. *homini*: Sic ver. 10 [y]. Nehemias, ut aulicus, didicerat & tacere, & loqui, in tempore [z]. Non indicat comitibus suis. Quæ clàm habere volumus, ea nos primò custodiamus. Nehem. tacere maluit, quàm aliorum taciturnitatem experiri [a]. ¶ *Jumentum non erat*, &c.] Ego solus equitabam [b], ob senium & fatigationem [c]. Socii omnes pedites erant, nè equorum strepitus secreto officeret [d]; & nè hostes excitarentur ad nos infestandum *.

13. *Per portam vallis*] Scil. quâ ibatur ad vallem Josaphat [f]; quæ orientalis erat. Vel potiùs, per portam occidentalem, quæ respiciebat valles cadaverum & Calvariæ [g]. *Porta vallis* dicitur, quòd in valle ad radicem montis erat, ubi superior urbs cum inferiore conjungebatur. Vide infrà 3. 13. Et intellige, per locum in quo porta vallis antea fuerat, & postea Nehemiæ operâ redintegrata est [h]. ¶ *Ante fontem draconis*] Vel *serpentis*, JT. Sic fortè dictum à figura draconis lapidei, vel ænei, aquam evomentis [i]. Vel, à lento & serpente fluxu hujus fontis Schiloachi. Vide Jes. 8. 6 [k]. Vel, à dracone ibi stabulari solito, dum urbs erat desolata. Sic draconis circa fontem meminêre Pausanias in Bœoticis, & Philostratus l. 3. c. 2 †. ¶ *Ad portam stercoris*] Per quam stercora evehebantur [l], in Kidronem torrentem. Hæc porta erat ab Oriente; ut sordes quàm remotissimæ essent à Templo [m]. ¶ *Et considerabam murum*, וָאֱהִי שֹׂבֵר וגו׳] Τὸ שׁבר quidam punctant in dextro [n]; vertúntque, *effringebam*, JT. Pi. sub. *partem*, &c. Heb. *Fui frangens*, Pi. h. e. parietinas explorabam [o]. Verùm *effringere*, pro, *effractum explorare*, insolens videtur. LXX, *ἤμην συντρίβων*, *eram diversans*, propriè *comminuens*: שָׁבַר est *fregit, comminuit*: שֹׁבֵר *frangens* exstat Psalm. 29. 5. Jerem. 49. 35. Ezec. 4. 16. Lutherus videtur hoc participium passivè accepisse; *eram fractus*, scil. animo, h. e. dolore affectus. Rectiùs autem שׂבר cum puncto sinistro legitur, quomodo etiam legunt AE. P. Mo. Forst. Schindl. & Buxt. A שָׂבַר *intuitus est*, &c. in Piel, (quod solùm à Buxt. in Lexico ponitur,) שִׂבֵּר *speravit*. Notant Masoretæ bis vocem hanc, & sine ו quidem, exstare, scilic. v. 13. & 15 [p]. Alii vertunt; *Et fui considerans*, Mo. ὀ'. Complut. *contemplans*, Ar. *consideravi*, M. Ti. P. [Sy. *& obturare cœpi.*] ¶ *Murum—dissipatum*, הֵם פְּרוּצִים] *Ipsi perrupti*, Ma. ם apertum in fine, contra morem, symbolum aperti & disjecti muri [q]. Sic Esa. 9. 7. ם clausum est in medio, לְםַרְבֵּה *ad multiplicandum* imperium; quo velut hieroglyphico signo plenus & clausus significatur Christi dominatus, extra quem nihil fit [r]. [Al. aliter:] Non putem subesse mysterium, sed primi scriptoris licentiam imitatos exscriptores *. ¶ *Consumptas*] Heb. *comestas*, Pi. ¶ *Igni*] Incendio quo conflagravit urbs in expugnatione [t].

14. *Ad portam fontis*] Nempe *Siloe* [v], sive *Gichon* [x].

[o] Jun. & ex eo Me. T. Ma. [p] Ma. ex Jun. [q] V. [r] Os. * Me. [t] Wolp. [v] V. [x] Glass. gram. p. 44. [y] V. [z] G. [a] Wolp. [b] Me. T. La. [c] La. [d] T. Me. * La. [f] Mar. ex V. [g] T. ex La. [h] Jun. [i] T. ex Sal. La. [k] Jun. † BA. 2. 3. 74. 439. [l] La. ex Villalp. & Sal. & Adrich. [m] Jun. [n] Glass. [o] Jun. [p] Glass. gram. p. 413. [q] San. sim. La. [r] San. * G. [t] V. [v] La. San. [x] San.

Portam quâ ibatur ad fontem Siloachi, & Rogelis, in civitate Davidis [y]. ¶ *Et ad aquæductum regis*] Putà Ezechiæ. Vide 2 Paral. 32. 3. & 30 [z]. Hebr. *ad piscinam regis*, Mo. Ma. P. V. Signif. locum lapidibus calcéque constructum, in quo pluviales vel fontanæ aquæ colliguntur [a]. ¶ *Non erat locus jumento*, &c. לַבְּהֵמָה לַעֲבֹר תַּחְתָּי] *Jumento sub me, ad transeundum*, P. Ad verb. *jumento ad transeundum, sub me*: Ordo inversus; id est, *jumento cui insidebam, per quem transire possem* [b]. Vertò, *jumento ad transeundum subtus me*; i. e. ut me ferens posset transire [c]. Omnia enim ruderibus (vel aquis [d]) plena erant *.

15. *Ascendi per torrentem*] Nempe Cedron [f].

16. *Magistratus*; ità Mo. P. &c. הַסְּגָנִים] *Custodes*, LXX. *Præpositi*, Ar. *Antistites*, JT. Pi. Vox Chaldæa est [g] *Magistratus*, regii nimirum, qui Judæi non erant; nam de Judæis mox [h]. ¶ *Et optimatibus*; ità ὀ'. P. וְלַחֹרִים] *Et heroibus*, Mo. *clarissimis*, JT. *Nobilibus*; Heb. *albis*, qui vestibus utebantur albis, nempe byssinis. Vide Esther. 8. 15 [i]. ¶ *Qui faciebant opus*] Sub. *urbis*, in reparatione murorum [k]. Intelligit opifices; non quòd de facto operarentur, sed quòd ex officio ad operandum destinarentur [l], licèt ob hostium incursus, &c. opus vel intermiserant, vel tardè exercebant [m]. ¶ *Usque ad id loci*, עַד כֵּן] *Hucusque*, vel *hactenus*, M. P. Ti. sim. ὀ'. Mo. Ar. He. in V. Hebr. *usque ad sic*, Ma. *Quousque fecissem sic*, He. in V. i. e. quousque fecissem istud quod prædixi. Alii, *Super sic non indicavi*, i. e. de rebus istis, sive de mandatis Regis [n]. Q. vertunt, *hoc*, sive *hoc ipsum*, vel *tale quidpiam*. In exemplari Grammatices docti illius inter Hebræos legitur עַל כֵּן. Alii verterunt, *itidem*, sive *similiter* [o].

18. *Manum Dei*] i. e. Gratiam, favorem, auxilium, Dei [p]. ¶ *Et confortatæ sunt manus eorum in bono*; ità P. i. e. lætis auspiciis, quod eis bene vertit; vel, ope Dei [q]: לַטּוֹבָה] *Ad hoc bonum*, JT. sub. *perficiendum*, Q. in Ma. *Propter bonum illud*, i. e. propter favorem Dei & Regis [r].

19. *Et Gesem Arabs*] Toparcha Arabiæ, ut suprà v. 10 *. Potiùs crediderim hos tres fuisse præfectos Cuthæorum; & Sanballatum genere Moabitam, Tobiam stirpe Hammonitam, & Ghesemum Arabem, fuisse [t].

20. *Deus cœli*] Omnipotens, Os. & ideo non debemus vos timere [v]. ¶ *Nos juvat*, יַצְלִיחַ לָנוּ] Ad verb. *prosperabit nobis*, V. ¶ *Surgamus & ædificemus*] Ità P. *Surgemus & ædificabimus*, sine ulla mora, V. ¶ *Vobis autem non est pars*, &c.] Simile vide Esdr. 4. 3. Hoc dicit, Neque in labore partem habebitis, neque in merito, neque in fama [x]. Nec opem vestram ad ædificandum requirimus, nec oblatam reciperemus [y]. Quare agite res vestras, sive vobis commissas; nolite vos nostris rebus immiscere, aut opponere; alioquin Regi Persarum vos opponetis [z]. ¶ *Non pars*] *Nec possessio*, &c. Jun. In hac structura nulla vobis est portio, ad vos non pertinet, cùm sitis Samaritani, & à nostra Religione alieni [a]. Nihil commune vobiscum habere cupimus [b]. ¶ *Et justitia*] i. e. Jus. Nec jus vobis ullum in hunc locum [c]. q. d. Jus accepistis ad administrandam Samariam, non autem Judæam [d]. Non est vobis meritum ullum; h. e. nunquam benemeriti estis de Jerusalem *. ¶ *Et memoria*] Neque memoriam vestri ullam relinquetis in Jerus [f]. Neque memoria (aut vestigium, sive species & prætextus [g],) alicujus juris in eam aliquando usurpati. Nihil juris unquam habuistis in rebus Judaicis, aut habetis; nam Judæa nobis à Rege Persarum pleno jure concessa est [h].

CAP. III.

1. ET *surrexit*] Seu, negotium aggressus est [a]. Describit hic quo modo & ordine murus instauratus fuit, & à quibus [b]. ¶ *Eliasib sacerdos magnus*] Sive *summus*, sive Pontifex. Hic fuit filius *Joachim*,

[y] Ma. [z] T. sic La. San. [a] He. in V. [b] V. [c] Ma. [d] T. La. * Me. T. La. [f] Me. La. Ma. &c. [g] Wolp. [h] Me. sim. L. [i] Pi. [k] V. [l] T. sim. La. [m] La. [n] Ma. [o] V. [p] V. sim. La. [q] Ma. [r] V. * Jun. [t] Ma. [v] L. [x] G. [y] Me. [z] La. ex Caj. [a] V. [b] Me. sim. T. [c] T. ex La. [d] La. * V. [f] V. [g] Jun. [h] T. [a] Os. [b] V.

Joachim, filii *Joſue* ſive *Joſedech* Pontificis; adeóque tertius erat Pontifex poſt captiv. Bab[c]. Quod non mirum, cùm inter reditum populi ex Bab. & exſtructionem murorum fuerint plus minus 80 anni. Nam Cyrus regnavit 30 annis, Darius 36; quem ſequutus eſt Artaxerxes, cujus anno 20. muri inſtaurati ſunt[d]. ¶ *Et fratres ejus*] i.e. Qui erant de eadem familia, vel tribu; vel ſocii ſive ſodales ejus *. ¶ *Portam gregis*, [הַצֹּאן] *Ovis*, Ma. vel *pecorum*, Ma. P. προβατικὴν, G. ο'. in Wolp. Ità Joan. 5. 2[f]. Juxta hanc erat illa piſcina, Joan. 5. quam veriſimile eſt indè ab hoc tempore, in ſignum approbatæ hujus inſtaurationis, fuiſſe ornatam cœleſti illo miraculo[g]. *Porta gregis* dicta eſt, vel, 1. quòd per eam ingrediebantur greges in urbem[h], ut abluti in vicina piſcina inferrentur in Templum immolandi[i]: vel, 2. quòd ibi eſſet forum pecuarium ad commoditatem ſacrificantium[k]. Hæc porta ad meridiem urbis erat, in ea vallis parte quæ frontem civitatis Davidis & Templi ſpectabat[l]. Ea autem ſacerdotali curæ commiſſa erat, quia Templo proxima erat, & ſacra ob ingreſſum victimarum prædictum[m]. ¶ *Ipſi ſanctificaverunt eam*; ità V. ο'. Sy. Ar. M. Ti. [קִדְּשׁוּהוּ] Illam dedicârunt, & peculiari aliquâ benedictione ſanctificârunt[n]. Precibus Deo commendârunt, & ſpatium hoc, &c. rebus ad uſum Templi pertinentibus conſecrârunt: quamobrem in ambitu erant aurifabri & aromatarii, infrà v. 32. in platea verò forum pecuarium & piſcina, &c[o]. Id hîc præcipuè factum, quia hæc porta uſus habuit quodammodo ſacros; & quia à ſacerdotibus conſtructa erat[p]; & quia fortaſſe ibi ſacerdotes hoſpitia ſua habuerunt[q]. Porrò, ſolebant Gentes urbium mœnia ſacro ritu inaugurare[r]. Lex Romuli erat, *Mœnia ſacroſancta ſint*. Vide Ovid. 4. Faſt. Liv. l. 1. c. 44 *. Virgil. Æneid. 3. Portæ & muri ſacri erant; Alex. ab Alex. l. 6. c. 14[t]. [Alii aliter explicant:] *Sanctificaverunt*, i.e. inſignem & claram reddiderunt †, ſtructuræ præſtantiâ[v]. Mundârunt à ruinis, & ruderibus, & profanatione incendii, & priſtino decori reſtituerunt[x]: [Al. aliter reddunt.] *Et apparaverunt*, P. vel *reparaverunt*, Q. in Ma. *magnificè præparârunt*, M. τὸ קִדֵּשׁ ſign. & *ſanctificare*, & *præparare*[y]. ¶ *Uſque ad turrim centum cubitorum*, [וְעַד מִגְדַּל הַמֵּאָה] *Et ad turrim centum*, ο'. Sy. vel *centenariam*, JT. Pi. Ca. ſitam inter portam gregis & turrim Chananeelis; fortè ſic dictam, quòd centenis cubitis ab utroque loco diſtaret[z]. Ego credam ſignificari, præter portam, muri partem ad cubitos centum exſtruxiſſe; ſícque verterem, *Et uſque ad turrim centum cubitos ſanctificaverunt eam*; q.d. Portæ ſtructuram uſque ad turrim ad centum cubitos extenderunt, uſque ad turrim (inquam) Hananeel[a]. [Al. ſic vertunt;] *Et uſque ad turrim Meah*, M. P. Ti. Mo. Sà in Me. ¶ *Uſque ad turrim Hananeel*] Quæ erat in angulo Orientis & Aquilonis[b]: vel potiùs Occidentem versùs; nam Nehemias, à porta gregis incipiens, ad Occidentem progreditur, indéque in Septentrionem, &c[c]. Porrò, turris hæc celebris erat in S.S. Jerem. 31. Zach. 14[d]. Omnes hæ turres erant in muro urbis *.

2. *Et juxta eum*; ità V. [וְעַל יָדוֹ] *Et juxta* (*ſuper*, Ma. Mo.) *manum ejus*, V. Mar. M. *ad manum* (*manus*, ο'.) *ejus*, Ti. Me. q.d. Ubi manus ejus operabantur aut opus finiebant, ibi ſequentes inchoabant[f]. *Ad manum ejus*, i.e. ſummi Sacerdotis[g]: *juxta locum ejus*, P. Sic deinceps *manus* pro *loco*, vel *latere*[h]. Al. *ejus*, i.e. turris Chanan. vel loci, Q. in Ma. ¶ *Viri Jericho*] Non ſolùm urbani operam ſuam impenderunt, ſed etiam ex univerſa Judæa ac Galilæa plurimi. Porrò, viri Jericho ſpecimen hîc præbent eximiæ pietatis, & gratitudinis ob beneficium illis præſtitum 2 Reg. 2. & quòd ipſorum urbs veteris anathematis onere levata, & in integrum reſtituta, eſſet. Idcirco ſe proximos ſacerdoti, &c. ſiſtunt[i]. ¶ *Et juxta eum ædificavit Zacchur*] Hunc puto fuiſſe caput civium Jericho; nam dicit, *ad manum ejus*, i.e. Eliaſib: alioqui dixiſſet, *ad manum eorum*, ſi poſt cives Jericho ſequeretur[k]. [JT. aliter expediunt, totúmque verſum ſic reddunt; *Et ad latus ejus* unum *ædificârunt Jerichuntini*; *& ad* alterum *latus ejus ædificavit Zaccur*, &c.]

[c] E. ſim. T. La. San.
[d] E.
[*] V.
[f] G.
[g] Jun.
[h] V. ſim. La. T. Me.
[i] La. T. Me.
[k] Ma. ex Jun.
[l] Jun.
[m] San.
[n] Me. ſim. La. San.
[o] Jun.
[p] San.
[q] Ma.
[r] Ma. ex La.
[*] Ma.
[t] La.
[†] V.
[v] Me.
[x] La. ex Caj. & Villalp.
[y] L.
[z] Jun.
[a] Mar.
[b] Me.
[c] Ma. ex Jun.
[d] Wolp.
[*] V.
[f] Me.
[g] Mar. Oſ.
[h] Ma.
[i] Wolp.
[k] Wolp.

Verùm non puto illos ædificâſſe ab utroque latere turris in medio poſitæ, quum uſque ad eam ſacerdotes ædificaverint, verſ. 1[l]. ¶ *Zacchur filius Amri*] Ut diſtinguatur à *filio Maſma*, 1 Par. 4. 26[m].

3. *Portam piſcium*] Sic vocat, vel, quòd proxima eſſet foro piſcario[n]; vel, quòd per eam piſces inferrentur in urbem[o]; ſita enim erat ad occaſum, & mare ſpectabat. Vide de ea 2 Par. 33. 14. Zephan. 1. 10. & infrà 12. 39[p]. Vocabatur & *porta Davidea*, quòd è regione civitatis Davideæ & Sionis montis eſſet[q]. ¶ *Filii Aſnaa*, [הַסְּנָאָה] *Haſenaah*. Eſt potiùs cognomen, vel agnomen, quàm nomen proprium, quod tamen pro nomine proprio ponitur[r]. ¶ *Ipſi texerunt eam*] Hebr. *contignaverunt eam*, P. *Tigna & trabes ejus poſuerunt*, i.e. tignis ac trabibus texerunt eam *.

4. *Ædificavit*] Heb. *fortificavit*, V. *inſtauravit*, P. ſub. *murum*, P.

5. *Optimates eorum*, [וְאַדִּירֵיהֶם] *Et*, vel *ſed*, *illuſtres*, ſive *magnifici*, *eorum*, P. Jun. &c. *Fortes*, &c. id eſt, præclariſſimi, &c. V. *Divites*, &c. ità He. in V. Mar. *Majores*, &c. ità P. ¶ *Non ſuppoſuerunt colla*, &c. [לֹא הֵבִיאוּ צַוָּרָם] *Non adduxerunt* (vel *ſubmiſerunt*, Jun. *immiſerunt*, vel *impoſuerunt*, ſub. *in jugum*, V.) *collum ſuum*; Mo. P. &c. i.e. dediderunt ſe. Metaphora à bobus refractariis retrahentibus collum à jugo[t]. ¶ *In opere domini ſui*, [אֲדֹנֵיהֶם] Qui ſcilicet præfectus fuerat toti familiæ in inſtauratione, &c. h.e. Ei non paruerunt (hi proceres, Wolp.) mandanti ut laborarent[v]. Vel, quia vox plur. eſt, vertas, *dominorum ſuorum*, [ità vertit Oſ. ſive magiſtratuum,] i.e. ἐργοδιωκτῶν *. Non placet: Nam, 1. ἐργοδιῶκται non erant *domini illorum* quibus præfecti fuerunt. 2. Magnifici illi non erant in numero operariorum. 3. אֲדֹנִים ſemper ſenſu ſingulari uſurpatur[x]. [Alii ergò vertunt,] *Domini*, i.e. Dei[y], ex cujus mandato ſuſcepta eſt hæc urbis inſtauratio[z]. Porrò, hi vel nolebant ſumptus facere, vel id putabant ſibi fore dedecori[a]. Meritò autem notantur inertiæ & ingrati animi[b]; omnéſque ad finem ſeculorum eos odio proſequentur[c]. *Præcipuum munus Annalium reor, nè virtutes ſileantur, útque pravè dictis factíſque ex poſteritate & infamia metus ſit*; Tacit. Annal. 3 *.

6. *Portam veterem*] Sic P. Mo. Ma. Oſ. M. Ti. Ità dictam, quòd veſtigia ejus apparerent à tempore Jebuſæorum & Melchiſedec[d]; à quibus hæc olim ædificata videtur †. ¶ [וְאֵת שַׁעַר הַיְשָׁנָה] *Portam verò veteris*, vel *antiquæ*, ſub. *piſcinæ*, cujus ſcilicet meminit Jeſaias, 22. 11[f]. [τὸ יְשָׁנָה τοῖς ο'. eſt nomen proprium: ſed tunc vix additus fuiſſet articulus.]

7. *Pro duce qui erat in regione trans flumen*] i.e. Hi laborârunt in opere vice, vel juſſu & ſumptibus, Ducis Ethnici[g]: qui ità fecit, vel ex devotione[h]; vel ut Regis ſive voluntati ſatisfaceret, ſive gratiam iniret[i]. Aliter autem Heb. & ο'. habent[k]. ¶ [לְכִסֵּא פַּחַת עֵבֶר הַנָּהָר] *Pro ſolio ducis* (ſub. *regionis ſitæ*, P.) *trans flumen*, P. Mo. *Uſque ad thronum*, ſive *ſolium*, *principis*, &c. ο'. JT. Pi. M. Tig. not. ſim. Ca. Uſque ad eum locum ſecundùm quem ſolium Prætoris Syriæ erat[l]. Fortè ſeipſum intelligit Nehemias, qui populi ſui Dux erat[m]. Uſque ad prætorium, ſynecd. de quo ſuprà 2. 8. Hujus enim ædificationi incubuit Nehemias, ut aliis exemplo eſſet[n]. Ad locum illum extra urbis mœnia in quo tribunal erat[o]. Alii, *pro Kiſſe præfecto*, &c. Ti. Aliis פַּחַת עֵבֶר eſt nomen proprium, ut ſuprà פַּחַת מוֹאָב[p]. [Al. ſic;] *Ad ſolium ducis*, &c. i.e. Quæ oppida [Gabaon & Maſpha] pertingebant ad ditionem gubernatoris Perſici, &c[q].

8. *Eziel filius Araia aurifex*, [צוֹרְפִים] *Aurifices*, Mo. Ma. Plur. eſt, quaſi pater & filius aurifices fuerint[r]. *Ex aurificibus*, ο'. *ex metallariis*, Ti. Qui erat de familia *aurificum*, ſive *conflatorum* ſive *aurifabrorum*, V. M. ſive *Sorphim*. Eſt nomen familiæ *. *Aurifex*, Ca. vel *aurificis*, P. [quaſi eſſet enallage numeri.] Unius ex *aurificibus*, Ma. Ditior hic reliquis fuiſſe videtur, ideo ſolus muri partem ædificat[t]. Cum *aurifabris*, JT. Pi. ¶ *Filius pigmentarii*, [בֶּן־הָרַקָּחִים] *Filius Harakkachim*, Mo. M. Ca. P. ſim. Sy. Eſt nomen familiæ[v]. Vel, *filius pigmentariorum*, ſeu *aromatoriorum*, V. Pi. id eſt, cujuſ-

[l] Ma.
[m] Wolp.
[n] Me.
[o] Oſ. Me. San. Jun. Ma.
[p] Ma. ex Jun.
[q] Wolp.
[r] V.
[*] V.
[t] Pi.
[v] V. ſim. Wolp.
[*] Q. in Pi.
[x] Pi.
[y] Jun. Mar. Pi. San. &c.
[z] Jun.
[a] San.
[b] Me.
[c] San.
[*] G.
[d] Me.
[†] San.
[f] V.
[g] Q. in Wolp.
[h] L.
[i] San.
[k] San. Wolp.
[l] Ca.
[m] Me.
[n] Jun.
[o] Wolp.
[p] Ma.
[q] Oſ.
[r] Ma.
[*] V.
[t] Oſ.
[v] V.

cujusdam *e pigmentariis*, Pi. sic JT. Ex adverso portæ gregis erat aurificum & pigmentariorum vicus, ad commoditatem eorum qui per hanc regionem urbis Templum adibant [x]. ¶ *Et dimiserunt Jerusalem*, "וַיַּעַזְבוּ וגו] *Et reliquerunt*, &c. ο'. Sy. Ar. JT. Pi. Ti. Mo. Belg. i. e. Intermiserunt ædificationem muri [y]. Vel, 1. quia alii indè constituerunt datum sibi pensum [z]; vel, 2. quòd ea pars staret, & instauratione non indigeret [a]: spatium illud inter *portas Ephraim & anguli* ità munierat Rex Azarias, ut à Chaldæis dirui non potuerit [b]: vel, 3. quòd non fuerint soliciti de instaurando muro mediano, qui ab ea parte quæ supra portam Ephraimi erat usque ad portam veterem protendebatur, ut superiora & inferiora Jeruschalaima civitatémque Davidis inter se divideret [c]. Illam partem, utpote minùs necessariam, prætererunt, ut opera magis necessaria citiùs promoverent [d]. [Al. sic;] Significat hos viros non continuò manum operi admovisse, sed designatum reliquisse, ut suo tempore construerent †. [Alii aliter vertunt:] *Et extenderunt*, Mo. [inquit Di. quâ fide ipse viderit; nam in versione sua aliter habet, ut notatum.] *Instaurârunt*, P. Tig. not. K. in Di. *restituerunt*, Ca. *roboraverunt*, M. Capitur hîc עזב ferè sicut Exod. 23. pro חזק [f]. Alii, *& pavimento straverunt*, Di. ex AE. & RS. significatione petitâ ex Rabbinico מַעֲזִיבָה, quod David de Pomis vertit, *pavimentum*. Sic infrà 4. 2. optimè vertas, "הַיַעַזְבוּ לָהֶם וגו, *An pavimentum sternent sibi? ——an perficient*, &c? q. d. An pavimentum jacturi, & sacrificia in Templo oblaturi, &c? id est, inchoaturi & perfecturi simul? Sic Jer. 49. 25. "אֵיךְ לֹא עֻזְּבָה וגו, *Quomodo non est pavimento strata civitas laudata?* qu. d. jam etiam pavimento caret [g]. ¶ *Usque ad murum plateæ latioris*; vel *longioris* fortasse: *Plateæ* vocem κατ' ἐξοχὴν usurpat [h]: עַד הַחוֹמָה הָרְחָבָה] *Quaquaversum murus latus* erat, JT. *usque ad murum latum*, ο'. Ar. Ti. Pi. Di. Mo. Mar. Sic ea pars muri vocabatur [i].

9. *Princeps vici Jerusalem*, שַׂר חֲצִי פֶּלֶךְ יְרוּשָׁלָםִ] *Princeps*, vel *primarius*, *mediæ*, sive *dimidiæ*, *partis* (vel *regionis*, ο'. Mo. V. *tractûs*, Ar. JT. Pi.) *Jerusalem*, M. P. Jerusalem distributa erat in regiones, (in commodiorem administrationem [k],) ut Roma quoque olim distributa fuit; quarum dimidiæ parti unius iste præerat [l]. Multi sunt in hoc capite quibus mandatum est, ut partem illam murorum quæ suo vico atque regioni responderet ædificarent; ut v. 12, 14, 16, 17, 18. qui *vicorum* nominantur *principes* [m]. Porrò, singuli vici centenis domibus constabant [n]. *Præfectus dimidio tractui Jerusch.* i. e. illi urbis parti quæ ad tribum Judæ pertinebat [o]; nam alteri parti, quæ ad tribum Benjamin spectabat, præfectus erat Sallum, &c. v. 12 [p]. Suberant autem hi supremo Duci [q]. פֶּלֶךְ sumitur pro *termino* [r]. Ut מַטֶּה & שֵׁבֶט sign. *virgam*, *baculum*, & metaphoricè *tribum*; sic פֶּלֶךְ sign. *baculum*, & metaphoricè, seu potiùs ex usu Chaldaico, *provinciam*, *regionem*, &c †. Intelligi debent duo fuisse præfecti operibus, ad duo scilicet urbis latera. Vide infrà 4. 19 [t].

10. *Contra domum suam*] In eadem scilicet urbis regione sitam. Quod prudenter à Nehemia dispositum est, ut quisque tantò majori diligentiâ ædificaret, quantò magis se suáque in tuto collocare desiderabat [v].

11. *Mediam partem*, &c. מִדָּה שֵׁנִית] *Mensuram secundam*, M. P. Mo. vel *sequentem*, Sy. *Partem*, vel *portionem*, *muri alteram*, V. M. Ti. Ca. Quæ proxima erat illi quæ jam instaurata erat ab Hattus [x]. *Mensurâ alterâ instauravit*, i. e. tantâ quantâ instauraverat Chattusch [y]. Minùs rectè aliqui, *Mensurâ duplici*, id est, duplum mensuræ prioris, ædificatæ à Chattusch. Al. *mensuram secundam*, scil. altitudinis; nam primâ ædificatione subitariâ murum reliquerant humiliorem [z]. ¶ *Et turrim furnorum*] Ità P. Ti. Mo. Pi. JT. Sic dictam, vel à furnis panificorum, qui coquendis urbis panibus destinati sunt [a]; vel à furnis calcariis, sive laterariis, pro exstruenda urbe [b]. [Cui favet Ar. qui sic reddit, *ad turrim fabrorum murariorum*.]

[x] Jun. [y] La. sim. San. Me. [z] San. [a] Me. [b] La. [c] Jun. [d] Belg. † Mar. [f] M. Wolp. [g] Di. [h] Os. [i] Mar. [k] San. [l] V. [m] San. [n] Villalp. in Me. [o] Jun. [p] Ma. [q] Os. [r] M. † Ma. [t] G. [v] Me. [x] V. [y] Jun. Pi. [z] Ma. [a] Ma. ex San. Me. [b] Ma.

12. *Sellum filius Alohes*; ità P. הַלּוֹחֵשׁ] Cognomen (vel, commune nomen, G.) potiùs quàm nomen proprium, significátque *incantatorem* [c]; i. e. aliquem peritum ad serpentes incantandos [d]. Vel, *filius oratoris*, vel, *consiliarii arcani* †. ¶ *Princeps dimidiæ partis*, &c.] Illius urbis partis quæ ad Benjamitas pertinebat [f]. ¶ *Ipse & filiæ ejus*] Insignes hæ viragines vel hæredes erant, quia fratres non habebant [g]: vel divites matronæ, ac fortasse viduæ [h].

13. *Et portam vallis*] Sub. *Josaphat*, V. De qua vide suprà 2. 13 [i]. Hîc demum Nehemias à parte orientali ad meridianam transilit, quia reliquus murus ab Oriente ad Septentrionem non ità labefactatus fuit [k]. ¶ *Habitatores Zanoe*] Heb. *Zanoach*, Ma. Nomen urbis in tribu Judæ [l]: de qua vide Jos. 15. 34, 56 [m]. ¶ *Ad portam sterquilinii*] [Sim. omnes, præter Sy. qui habet *Asphot*.] Extremus hic terminus Jerus. ab Oriente [n].

14. *Princeps vici Bethacharam*] Heb. *Beth-Hacharem*, Ma. Nomen ejus regionis, seu vici [o]. Oppidum est in tribu Benjam. inter Jerusalem & Tekoah, ex Jer. cap. 6. 1 [p].

15. *Et portam fontis*] Ità ο'. Sy. Ar. M. Ti. P. &c. de qua suprà 2. 14. quâ scil. ibatur ad fontem Siloachi, & Rogelis, in civitate Davidis [q]. ¶ הָעַיִן] *Oculi*, Mo. ¶ *Princeps pagi*] Vel *tractûs*, &c. JT. *regionis*, Mar ¶ *Maspha*] Sic vocabatur regio quædam in Jerusalem [r]: forte ab altitudine sitûs, nam Maspha *speculam* sign †. ¶ *Et muros piscinæ Siloe*, הַשֶּׁלַח] *Selah*, vel *Selach*, M. Ti. JT. Pi. &c. vel *pomarii*, P. V. Sic dicitur ab *extensione* ramorum, sive propaginum pomiferarum, huc illuc [t]. ¶ *In hortum regis*, לְגַן] Juxta, vel versùs, *hortum*, P. M. Ti. Al. *horti*; i. e. quod erat in horto regio: Al. *quæ decurrebat*, sive *defluebat*, *in hortum* [v]. ¶ *Usque ad gradus qui descendunt*, &c.] [Sim. omnes.] Quibus descendebatur ex urbe Davidis (quæ in edito erat loco, h. e. in monte Sion [x],) ad Jerus [y].

16. *Nehemias filius Azboc*] At Author libri erat filius *Helciæ* [z]. ¶ *Vici Beth-sur*] Oppidi munitissimi, quinque stadiis distantis ab urbe [a]. De qua vide Jos. 15. 58 [b]. ¶ *Usque contra sepulchrum David*, קִבְרֵי דָוִיד] *Sepulchra David*: Nomen loci [c]. Ad locum qui respicit versùs sepulchra Regum [d]. ¶ *Ad piscinam*, &c. וְעַד הַבְּרֵכָה הָעֲשׂוּיָה] *Et usque ad piscinam factam*, Mo. Sic dicitur ad differentiam piscinæ Siloe, quæ ex vicino fonte implebatur: hæc autem manu facta est; & industriâ aquâ pluviâ, &c. implebatur †. Al. *affabre factam*, P. mirâ arte constructam [f]; ab Ezechia videlicet, ut ex 2 Reg. 20. 20. intelligi potest [g]. ¶ *Ad domum fortium*] Nomen loci [h], sic dicti, vel, 1. quòd ibi præsidiarii Davidis stationem habuerant [i]: vel, 2. quòd ibi juventus Jerosol. militaribus exercitiis excoleretur [k]: vel, 3. quòd indè fortes aut arma sumebant, bellum ingressuri; aut, re præclare gestâ, ibi deponebant, tanquam virtutis insigne [l].

17. *Post eum*, אַחֲרָיו] Pro quo priùs dixit עַל יָדוֹ [m]. ¶ *Levitæ*] i. e. Genus Leviticum, quod etiam sacerdotes complectitur, ut docent sequentia [n]. ¶ *Dimidiæ partis vici Ceilæ*] Hic vicus erat seu regio in monte Sion; dicta ab oppido *Ceila*, ad quod David se fortiter gesserat [o]. ¶ *In vico suo*, לְפִלְכּוֹ] *In regione sua*, Mo. P. *in collegio* (*termino*, M. *tractu*, Ca.) *suo*, Ti. *Cum tractu suo*, JT. Pi. i. e. cum hominibus tractûs sui: Metonymia [p].

18. *Fratres eorum*] i. e. Alii Levitæ [q].

19. *Mensuram secundam*] i. e. Duplam, spatium scil. quod inter tres turres extendebatur [r]. Portionem in secundo muro †. *Secundam*, quoad altitudinem. Prima mensura altitudinem muri ad dimidium attollit, secunda eam complet [t]. Fortè murum priùs humilem exstruebant, cùm hostis esset in proximo, &c. postea, cùm plus esset otii, alii secundam mensuram addiderunt [v]. Verto, muri, *mensurâ* (id est, in mensura sive parte) *secundâ* muri ædificavit, ut v. 11 [x]. ¶ *Contra ascensum firmissimi anguli*, מִנֶּגֶד עֲלֹת הַנֶּשֶׁק הַמִּקְצֹעַ] *E regione ascensûs armaturæ anguli*, Mo. vel, ad *armamentarium Miktzohum*, JT. Pi. sive,

[c] V. [d] G. † Ma. [f] Ma. ex Jun. [g] Ma. sim. Me. [h] Os. sim. Wolp. [i] V. Ma. [k] Ma. ex Jun. [l] Me. [m] Ma. [n] Ma. [o] Mar. [p] Ma. [q] Jun. [r] Mar. † Me. [t] V. [v] V. [x] Me. [y] Ma. ex Jun. [z] Me. [a] Wolp. [b] Ma. [c] V. [d] Os. † Mar. [f] V. [g] Me. [h] V. [i] Ma. ex Me. [k] Me. [l] San. [m] V. ver. 16. [n] Ma. ex Jun. [o] Me. [p] Jun. [q] V. [r] Me. † L. [t] Caj. in San. [v] San. [x] Mar.

sive, *apud angulum*, Belg. vel, *armamentarii angularis*, Ti. *Contra ascensum armamentarii* quod erat in *muri reflexione*, M. vel, *quod est in angulo*, O'. A loco qui erat è *regione ascensûs armorum anguli*, P. Vel, usque ad *angulum*, illum scilicet insignem; *flexuram*, sive *curvaturam*, *muri*, quales solent esse in muro cingente urbem [y]. Fortè in eo angulo reponebantur arma [z].

20. *In monte ædificavit*] Vel, *ad montem*, Ca. [legisse videtur הָהָרֿ:] in monte Sion [a]. ¶ [הֶחֱזִיק הָהָרָה] *Accendit* (vel *inflammavit*, V.) *se*, (sub. *&*, P.) *instauravit*, P. Jun. vel *roboravit*, Mo. *Ardentissimè*, vel *flagrante animo*, *instauravit*, JT. Pi. Belg. Similiter Virgil. Æneid. 1. *Instant ardentes* (i. e. festinantes, inquit Servius,) *Tyrii: pars ducere muros*, &c. & Æn. 4. *Ardet abire fugâ*— i. e. properat [b]. *Prorupit ex indignatione*, &c. M. sim. Ti. V. vel, in seipsum, quòd nondum instaurâsset murum [c]; vel, [in alios,] ob intermissum opus [d]; vel, ob progressus operis tardiores †. *Perrexit ac reparavit*, Sy.

22. *Viri de campestribus Jordanis*] Nimirum oriundi [f]; vel, qui ibi habitârunt [g]. Habebant tamen etiam domus in urbe Jerusalem [h]. τὸ *Jordanis* non est in Hebræo [i]. *Viri planitiei*, quæ erat circùm Jerusalem, ut explicatur infrà cap. 12. v. 28 [k].

23. *Post eum*, אַחֲרָיו] Ità scriptum, pro אַחֲרֵיהֶם; quia præcedit nomen plurale [l].

24. *Usque ad flexuram*, *& usque ad angulum*; ità Mo. [עַד הַמִּקְצוֹעַ וְעַד הַפִּנָּה] Utraque vox idem sign. nempe angulum in muro præcipuum [m]. Nomen פִּנָּה est generalius, ideo altera particula expositivè ponitur [n]. מִקְצוֹעַ sign. *angulum interiorem* ædificii; פִּנָּה *exteriorem* [o]. *Usque ad angulum*, *& usque ad flexuram*, o'. Ti. *Usque ad Miktzohum, & angulum usque*, JT. *Angulum*, i. e. alteram turrim, quæ angulum efficiebat civitatis Davidis [p]. *Usque ad muri reflexionem*, *& usque ad angulum*, M. *Usque ad angulum*, *usque ad angulum, inquam*, P. τὸ *&* ponitur pro *id est*. Porrò, ad angulum porta erat, quæ vocabatur *porta anguli*, & *porta Benjamin*, inter Aquilonem & Ortum sita [q]. *Usque ad flexuram* illam insignem, vel *curvaturam* [r]: מִקְצוֹעַ sign. *partem muri incurvam*; פִּנָּה autem, πτερύγιον, sive *alam quandam*, quâ muri pars suprema muniebatur, nè qui illi inambulantes deciderent, aut hostibus paterent †.

25. *Contra flexuram*, [מִנֶּגֶד הַמִּקְצוֹעַ] *Contra angulum*, P. *à prospectu flexuræ*, M. vel *anguli*, Ti. ¶ *Et turrim quæ eminet*, &c. [וְהַמִּגְדָּל הַיּוֹצֵא מִבֵּית הַמֶּלֶךְ הָעֶלְיוֹן] *Et turrim egredientem è domo regis excelsam*, Mo. P. *Et turris egredientis*, (vel *prominentis*, Ti.) *de domo regis superiori*, M. τὸ עֶלְיוֹן construi potest vel cum turri, vel (quod melius) cum domo [t]. ¶ *Id est, in atrio carceris*, [אֲשֶׁר לַחֲצַר הַמַּטָּרָה] *Quæ in atrio*, vel *juxta atrium*, *custodiæ*, sive *carceris*, Mo. P. M. Ti. De quo Jer. 32. 2, &c [v].

26. *Nathinæi*] Id est, Gibeonitæ [x]. ¶ *Habitabant in Ophel*: In vico sic appellato [y]: [בָּעֹפֶל] *In Ophel*, Mo. Ma. Ang. Gal. &c. *in clivo*, JT. Pi. *in arce*, P. *in munitione*, illa scil. insigni, V. Pars muri dicebatur *Ophel*. Vide 2 Par. 27. 3 [z]. & 2 Par. 33. In eo excelsa turris exstructa fuit [a]. ¶ *Contra portam aquarum*] Sic dictam, vel, 1. quòd per eam aqua pluvia dilaberetur [b]: vel, 2. quòd per eam aqua in urbem invecta est ab aquatoribus. Hinc Nathinæi, qui aquatores erant, Jos. 9. 21. juxta illam portam vivunt [c]. Vel, 3. quòd Nathinæi per eam aquas ad usum Templi deferrent. Porta hæc rectà respiciebat medium regii palatii, interjectâ plateâ quæ *platea portæ aquarum* vocabatur. Vide Nehem. 8. 1 [d].

27. *Post eum*; ità o'. P. Mo. M. Ti. [אַחֲרָי] Masoretæ legunt אַחֲרָיו, *post eum*, ut sæpe in hoc capite. Id vulgò interpretes sequuntur. [Imò verò τὸ *Chetib* in hoc vers. 27. est אַחֲרָיו: Corrigendus itaque est Di. & pro v. 27. reponendus hîc est v. 30. ad quem hæc spectant.] Junius retinet τὸ *Chetib*, vertitque, *post me* [nempe Nehemiam] *instauravit Chanania*. At illius nulla vers. præced. fit mentio, cùm tamen, per totum caput, quando unus dicitur instaurâsse post alterum, alter ille præcedenti versu nominatur. Deinde, *post me* scribendum אַחֲרַי, ut Jes. c. 43. 10. Jerem. 2. 2. Vide

[Margin: y V. — z V. sim. Mar. — a Me. — b Ma. — c V. — d Mar. — † Wolp. — f Me. — g Pi. V. Sà in Me. Mar. — h V. — i Ma. — k Pi. — l Pi. — m Mar. — n V. — o Q. in Ma. — p Jun. — q Mat. — r V. — † Ità Wolp. — t Ma. — v Jun. — x La. — y Me. — z San. — a Wolp. — b Mar. — c San. — d Me.]

& infrà 4. 23. Nos quoque τὸ *Chetib* retinemus, sed vocem credimus esse Chald. sive Syr. quod post captivitatem non mirum. Syris אַחֲרַי, emphaticè אַחְרָיָא, est, *posterior*, *postremus*: q. d. *posterior* (nempe eo qui antè nominatus fuerat) *instauravit Chanania*. Ejusdem formæ est עִלָּיָא *excelsus*, Dan. 3. 26. & 4. 31. quod in forma simplici facit עִלָּי. Sic Dan. 2. 40. רְבִיעָאָה, *quartum*, est purè Syriacum, cujus masculinum formæ simplicis est רְבִיעָי, *quartus* †. [Al. aliter vertunt:] *postea*, Ar. *post hoc*, vel *illud*, Sy. Belg. *deinde*, Ca.

28. *Sursum à porta equorum*, [מֵעַל שַׁעַר] *A porta*, P. Ti. *Ab ingressu portæ*, Sy. *Supra portam*, Ar. o'. sic Mo. *A superiori loco*, vel *parte*, *portæ*, V. M. *Porta* hæc *equorum* dicta, vel, quòd ibi equos in hippodromo ad cursum incitarent [f]; vel, quòd per eam equi ad torrentem Cedron aquatum ducebantur [g]; vel, quòd per eam introducerentur & educerentur equi regii. Vide 2 Reg. 11. 16 [h]. Porta equorum duplex erat; una in muro civitatis, altera in regia domo [i]. Porrò, hæc porta erat aquilonaris civitatis Davidis, quâ ibatur ad portam Ephraimi [k].

29. *Custos portæ orientalis*] Nimirum Templi [l].

30. *Post eum*, [אַחֲרָי] *Post me*, JT. qui basilicam vel prætorium ædificabam, & muri partem: suprà v. 7. Est autem modestissimum hoc loquendi genus de seipso *; quod Judæi non intelligentes, literam ו addiderunt hîc & in seq. versu [m]. τὸ *Keri*, sive lectio in margine, est אַחֲרָיו [n]. Sic omnino legendum, ex analogia præcedentium [o]. Vertunt, *post hunc*, vel *illum*, M. Ti. V. Pi. &c. id est, post ultimum illorum [p]. ¶ *Sextus*] Scil. filiorum, quinque enim fratres se majores habebat [q]: vel, *sextus* inter primarios sacerdotes [r]: vel, *sextus* ordine ædificantium †. ¶ *Contra gazophylacium suum*] Contra ædem in qua supellectilem & divitias suas repositas habebat *: vel, in qua erat ærarium aliquod hujus curæ commissum. Erant autem indubiè æraria complura, & peculiares singulis quæstores, & domus, ad tantam auri argentique vim quanta in Templum conferebatur [r].

31. *Et scruta vendentium*; ità o'. i. e. res minutas ac viles [v]; [וְהָרֹכְלִים] *Et negotiatorum*, Mo. M. Ti. *pharmacopolarum*, sive *aromatariorum*, Sy. JT. ¶ *Contra portam judicialem*] Ità P. Ubi instituebantur judicia, quæ, ut nunc in curiis, ità olim in aliqua *portarum* urbis celebrari solebant [x]. Plures erant portæ judiciales; hæc tamen ἀντονομαστικῶς sic dicitur, tanquam præcipua, aut negotiorum pondere, aut hominum multitudine [y]. ¶ [נֶגֶד שַׁעַר הַמִּפְקָד] *Contra portam præcepti*, sive *mandati*, Mo. sic P. V. vel *præfecturæ*, Ca. Pi. vel *censûs*, Merc. in Pi. ubi forsan agebatur census populi [z]. *E regione portæ mandati*, JT. Pi. Sic dicta, quòd ibi Synedrium haberetur, & de Ecclesiæ legibus ibi responderetur consulentibus [a]. *Contra portam Miphkad*, M. Ti. Ad verb. *portam visitationis*, Divinæ scilicet, cujus signis hæc erat proxima: existimant enim hanc portam ædibus sacerdotum & Templo vicinam fuisse [b]. ¶ *Usque ad cœnaculum anguli*] Nomen loci [c]. Anguli in domibus, aut in urbium claustris. Quæ pars est præcipua, & maximè fortis [d].

32. *Aurifices*, &c.] Ii qui cognomine dicebantur *aurifices*, &c †. Quidam existimant nomina hæc aliquarum familiarum propria fuisse; qualia ab artibus aut quæstu sæpe familiæ adipiscuntur [f].

CAP. IV.

1. Ratus est, &c. [וַיִּחַר לוֹ] *Et exarsit ei* nasus, Pi. *Incaluit ira illi*, V. præ invidia [a]; de Judæorum prosperitate [b]. ¶ *Subsannavit*] Ità risum præ se ferunt, dum dolor eos intus agitat, séque contemnere simulant quod valde metuunt [c].

2. *Dixit coram fratribus suis*] *Fratribus*, vel sanguine, vel gente, vel officio [d]. Concivibus suis †; vel sodalibus, aut sociis [f]; collegis suis, aliis Chuthæorum præfectis, de quibus suprà 2. 19 [g]. ¶ *Et frequentiâ*, &c.]

Heb.

[Margin: † Di. — f Mar. — g Me. — h Ma. — i San. — k Ma. ex Jun. — l Jun. Ma. L. &c. — * Jun. sim. G. — m Jun. — n Ma. — o Pi. — p V. — q Me. sim. V. — r Os. — † Wolp. — * Me. — r Wolp. — v San. — x Os. — y San. — z Ma. — a Jun. — b Wolp. — c Me. ex V. — d San. — † V. — f Wolp. — a Wolp. — b L. — c Wolp. — d Wolp. — † V. — f Ma. V. — g Ma.]

Hebr. *& exercitu*; apud milites vociferans, quasi ad arma conclamaret [h]. *Coram potentibus Samariæ*, Os. ¶ *Num dimittent eos gentes?*] Nimirum, opus absolvere [i]? Nósne, qui sumus tot & tam validæ gentes, sinemus Judæos ædificare, &c [k]? ¶ הֲיַעַזְבוּ לָהֶם] *Numquid dimittent eis?* Mo. vel, *permittent eos* gentes? M. *Num permittetur* hoc *eis?* Ti. Ca. *An sinerent eos?* i. e. An nostri homines ampliùs ferrent [l]? *Numquid fortificabuntur?* P. sim. V. Ang. Redundat לָהֶם. q. d. Num suppetent illis vires ad absolvendum illud opus [m]? *Num erigent*, vel *instaurabunt*, *& penitùs exstruent?* Q. in Belg. *An relinquent eis*, vel *sibi?* i. e. liberis suis opulentiam suam, postquam scil. urbem muniverint? Huic sensui favet, 1. Peristasis; quia sermo hîc est de Judæis, & illorum instituto; non de inimicis illorum. 2. Syntaxis; quia עָזַב hîc regit dativum personæ, quod & facit Psal. 49. 11. nec alibi quod sciam: Ibi autem de divitibus stultis legitur, quòd *morientes relinquant aliis opulentiam suam*. At עָזַב nusquam, puto, significat *permittere*, vel *sinere*. Nec rectè exponitur impersonaliter, de inimicis Judæorum; nam cùm præcipuus illorum apud suos hæc loquatur, dixisset potiùs, *An permittemus*, &c [n]? ¶ *Num sacrificabunt?*] Num offerent hostias in dedicatione Templi, ut solebant *? Num per nos licebit ipsis operam dare sacrificiis suis [o]? Audéntne in medio nostrî alienis ritibus sacrificare [p]? Num offerent hostias in dedicatione operis [q]? *Num sacrificabunt, & complebunt*, &c.? Transpositio est actuum; q. d. Num complebunt opus suum, & sacrificabunt Deo, gratias agendo de operis consummatione? q. d. Non [r]. Putántne quòd eâdem die quâ inchoant opus etiam compleant illud, & dedicent? quod fiebat sacrificando & festivè epulando †. [Vel sic;] Num unâ die possunt inchoare fabricam, (quod fiebat sacrificando, & lætè epulando,) & simul complere [t]? ¶ *Et complebunt in una die?* בַּיּוֹם] *In die*, P. V. Mo. &c. sub. *illâ ab eis præfixâ*, V. sim. Ma. Vel sensus est, Aliquando tandem absolvent [v]? ¶ *Numquid ædificare potuerint*, &c?] Heb. *Numquid vivificabunt*, &c? Id est, Num restituent in pristinum statum lapides jam redactos in cinerem [x]? Vide similem phrasin Gen. 18. 10 [y]. ¶ *Qui combusti sunt*] Ità Ca. Hebr. *& ipsi exusti sunt?* ו per *cùm* vertunt [z]. *Quum ipsi exusti sunt?* P. V. simil. M. nempe, in expugnatione urbis [a].

3. *Si ascenderit vulpes*, &c.] qu. d. Structura tam erit infirma, támque humilis, ut vulpes eam transilire possit [b]; vel, si vim adhibet, perforare, ac subvertere [c]. A vulpibus traxit dicterium, quòd Syria vulpibus abundaret, quas non mirum interdum in oppida intrare; ut de Caspiis vulpibus scribit Ælianus [d]: & quòd in Solymitanis mœnibus vulpes sua latibula posuerant, Thren. 5. 18. ad quæ eas facilè redituras significat †. Ità contemptum opus tutiùs crevit, Deo sic dirigente [f], ut sine impedimento pergerent [g].

4. *Converte opprobrium super caput eorum*] Provocat ad legem talionis, à Deo stabilitam. Et conveniens est, ut alteri quod feceris ab altero exspectes [h].

5. *Nè operias iniquitatem*, &c.] Oblivione & impunitate [i]: sic enim alii in odio veri confirmabuntur, & ad oppressionem ejus magìs excitabuntur [k]. Talia sanctorum dicta non sunt imprecatoria, sed partim prophetica, partim approbativa justitiæ Divinæ [l]. Non petit Nehemias, ut Deus non ignoscat culpam pœnitentibus, sed impœnitentibus [m]. ¶ *Quia irriserunt ædificantes*, כִּי הִכְעִיסוּ לְנֶגֶד הַבּוֹנִים] *Quia irritaverunt* (*ex opposito*, Mo.) *ædificantes*, P. Mo. M. sim. Ti. *Quoniam irritaverunt te in conspectu* (vel, *è regione*, Pi. vel, *respectu*, JT.) *ædificantium*, Ar. sic Ang. q. d. Hæc non propter nos, sed propter gloriam tuam, effice, quam isti proculcant, dum in nos tuo jussu ædificantes invecti sunt [n]. *Quoniam irritaverunt* vel *ædificantes*, vel *te stantem*, [ità referunt ad *Deum*,] vel *stantes*, ità referunt ad hostes, qui stare solent, & ad faciem suam adversarios provocare,] *è regione ædificantium* [o].

6. *Itaque ædificavimus*, &c.] Ipsorum constantiam repræsentat, quòd hos cachinnos nihil morati in

h Ma. i Mar. sim. Me. k La. l Jun. m V. n Pi. * V. o Ma. ex Jun p Os. q Me. r L. † T. t La. v Me. x V. sim. La. T. Mar. y Ma. z V. a V. b T sim. La. Me. c San. d Wolp. † San. f G. g Jun. h Wolp. i La. k Wolp. l E. m T. n Ma. o Belg.

opere permanserint [p]. ¶ *Et conjunximus totum*, וַתִּקָּשֵׁר כָּל־הַחוֹמָה] *Et colligatus* (vel *compactus*, Ar. *constructus*, JT. Pi. *perfectus*, Sy.) *est totus murus*, P. Mo. Ma. ¶ *Usque ad partem dimidiam*; sic P. JT. Pi. Sy. &c. עַד חֶצְיָהּ] *Usque ad medium ejus*, Mo. [Intelligunt hoc, vel, 1. quoad longitudinem;] i. e. Dimidia urbis pars muro clausa est [q]: vel, 2. quoad altitudinem; q. d. Tota longitudo muri perfecta fuit, sed non tota altitudo, nam dimidium altitudinis muri supererat exstruendum [r]. Huic sensui nonnihil favet quod Tobias innuebat de humilitate muri †. ¶ *Ad operandum*, לַעֲשׂוֹת] *Ad faciendum*, P. V. i. e. ad perficiendum, sub. *opus illud*, V.

7. *Quòd obducta esset cicatrix muri*, כִּי עָלְתָה אֲרוּכָה לְחוֹמוֹת] *Quia ascendisset longitudo mœniorum*, Mo. *Ascendit prolongatio muris*; i. e. totus murus in longum productus est [t]. *Quòd procederet continuatio*, seu *prolongatio*, *murorum*, Os. *quia ascendit germen muris*, ο'. *quòd jam assurrexissent muri*, Ar. sim. JT. *ad justam constitutionem*, JT. *instaurationem murorum crevisse*, Pi. Heb. *ascendisse sanitatem muris*, JT. Pi. *quòd consurrexisset reparatio muri*, M. *quòd murus reparatus esset*, Ti. V. *quòd sanati essent muri*, P. Ad verb. *quòd ascendisset medicina* (*malagma*, *emplastrum*) *super muros*; i. e. quòd instaurati essent. Metaphora à chirurgis, qui vulnera curant, &c. quæ dum coeunt, sanantur: ità muri, cùm obturantur & instaurantur, videntur sanari. Vide eandem locutionem 2 Par. 24. 13 [v]. ¶ *Et quòd cœpissent interrupta concludi*: vel *obstrui*, Mo. ο'. M. Ti. vel *occludi*, Sy. JT. כִּי הֵחֵלּוּ הַפְּרֻצִים לְהִסָּתֵם] *Cœperunt enim interrupta* (vel *fracta* muri, V.) *concludi*, P. *obthurari*, i. e. conjungi [x]. Hinc colligo, omnes muros Jerus. neque à Chaldæis excisos fuisse, neque à Judæis de integro ædificatos. Quare muri non dicuntur collapsi, sed interrupti. τὸ פָּרַץ est *dividere*, vel *rumpere*; non autem, *sternere* [y].

8. *Congregati sunt*] Rectiùs, *conjurârunt*, Os. ut vel vi vel dolo eos impedirent [z]. ¶ *Et molirentur insidias*, וְלַעֲשׂוֹת לוֹ תּוֹעָה] *Et ad faciendum ei errorem*, Mo. vel *impedimentum*, JT. Pi. sim. Sy. Ang. vel *corruptionem*, Mar. RS. in Di. vel *aberrationem*, scil. à scopo sive instituto, Di. ex Genev. vel *insidias*, Q. in V. vel *vagationem & palationem*, Q. in Di. i. e. Ut redderent eos errantes ac vagantes, sive inopes consilii, ut nescirent quid facturi essent [a]. τὸ לוֹ referunt, vel ad Nehemiam [b], quia masculinum est [c]; vel ad urbem Jerusalem, per enallagen generis [d]; vel ad populum Judæorum †. Fortè distributivè posset accipi de unoquoque Judæorum. Dubitavi aliquando annon referri posset ad Sanaballatum, aut distributivè ad unumquemque conspiratorum, & ultima illa verba conjungi cum versu seq. hoc modo; *Sed ad faciendum unicuique eorum aberrationem*, (i. e. ut spe conspirationis frustraretur,) *Oravimus ad Deum nostrum*: ità ו in וַנִּתְפַּלֵּל non esset copulativum, sed retributivum [f]. [Alii sic reddunt;] *Negotiúmque ei facesserent*, Ti. *& molirentur ipsi* populo *negotium anceps*, M. *& irritum facerent opus*, scilicet ædificii [g].

9. *Et oravimus Deum*, וַנִּתְפַּלֵּל] Ego & principes populi. Plebs enim despondebat animum [h]. Hæc vox indicat rectam viam orandi, nempe *judicando seipsum*, (id vox illa sign.) i. e. ope & gratiâ Divinâ indignum ducendo [i]. ¶ *Posuimus custodes*] Justa defensio ex Regis edicto contra Satrapas. Vide prudentiam Nehemiæ, qui diu noctúque custodias non intermittit, &c [k]. In periculis ad Deum confugiendum est; interim media non sunt negligenda, nè Deum tentemus [l]. ¶ *Contra eos*; ità P. עֲלֵיהֶם] *Juxta eos*, qui scilicet laborabant in instauratione muri [m].

10. *Dixit Judas*] i. e. Judæi [n]; i. e. aliqui ex eis [o]. Fessi labore, & territi minis, in opere languebant, & Nehemiæ obmurmurabant [p]. ¶ *Debilitata est fortitudo portantis*, הַסַּבָּל] *Bajuli*, Mo. V. sing. pro plur. V. *bajulorum*, Ti. Portantium lapides, &c. ad instaurationem muri [q]. ¶ *Et humus nimia est*, וְהֶעָפָר הַרְבֵּה] *Et pulvis* (*humus*, P.) *multus est*, V. sim. Mo. Sy. i. e. Calx cum arena, ex qua fit intritum, comportandum ad murum ipsum [r]. *Adhuc est cæmentum multum*,

p Wolp. q Os. sim. San. r Ma. † San. t Ma. v V. x V. y San. z San. a V. b AE. & RS. in Di. V. c Mar. d Genev. & Jun. in Di. † AE. in Di. V. f Di. g Os. h V. i Wolp. k Wolp. l Os. m V. n La. Ma. Jun. &c. o Wolp. p La. q V. r V.

multum, M. [Al. aliter;] *Plurimum ruderis est*, Ti. quod indè ex area asportandum est †; ut fieri solet, cùm nova fabrica excitari, aut antiqua solidari, debet [t]. ¶ *Non poterimus*; sub: *libere*, V. [לֹא נוּכַל] *Non prævalituri essemus*, sub. *contra hostem*, si omnium operæ in labore structuræ consumerentur [v].

11. *Nesciant*, &c. ità P. [לֹא יֵדְעוּ] *Nè animadvertant*, &c. JT. *Nè rescifcant*; fut. pro imper [x].

12. *Venientibus Judæis qui habitabant juxta eos*] Qui hinc indè per varia Samariæ & Arabiæ loca sparsi fuerant, quæ in perniciem patriæ suæ parari noverant Judæis indicârunt [y]. Magni in bello usûs est habere apud hostes qui nobis faveant [z]. ¶ *Dicentibus nobis per decem vices*] i. e. Multis vicibus: Numerus certus pro incerto [a]. ¶ *Ex omnibus locis quibus venerant ad nos*] q. d. Undique veniebant indices idem indicantes, scil. hostes cogitare per insidias nos aggredi [b]. Volunt interpretes, Judæos hìc amicè monere Nehemiam de insidiis hostium; unde difficillima oritur & varia admodum interpretatio. Maximè arrident Genevenses & Junius; nec displicet Pagninus [c]. ¶ [מִכָּל־הַמְּקוֹמוֹת אֲשֶׁר תָּשׁוּבוּ עָלֵינוּ] *Ex omnibus locis*, Mo. P. ο'. Ar. Ti. Ca. &c. *quibus reversi fueritis ad nos*, Mo. vel, *ascendunt super nos*, ο'. vel, *revertuntur ad nos*, Ar. vel, *in quibus nobis accolebant*, Ca. vel, *ex quibus ad nos diverterent*, Ti. Secundæ personæ verbum ponitur pro tertia, (sicut Psal. 22. 9. גֹּל *devolve*, pro *devolvat*;) *quibus reversi fueritis*, pro, *reversi fuerint* [d]. Vel, *per quæ revertimini ad nos*; i. e. per quæ quis potest hinc illuc, & illinc huc, accedere †. Vel, *unde revertimini* volunt venire *ad nos*, P. simil. AE. in Di. id est, ad vos; non enim separant se ab aliis Judæis: hoc est, volunt nos incautos adoriri. Istud, *unde revertemini*, significat, tempore quo revertemini à cibo; vel, sub noctem [f]. Sub. *Cavete vobis* (Malim supplere, *Veniunt*, vel *venturi sunt*, ut sit ellipsis verbi relati [g],) *ab*, vel *ex*, *omnibus locis per quæ redire potestis ad nos*, JT. Pi. sim. Gal. [quæ τοῦ Di. est Genevensis versio.] i.e. Certis custodiis & exploratoribus firmate omnes aditus quibus vos isti adoriri possent. Ellipsis verbi conjugati cum *custodiæ* nomine, de quo suprà v. 9. unde illud supplevimus; nisi quis fortè ex vers. 8. supplere malit, *oppugnaturi sunt* vos ab omnibus locis, &c [h]. *Quòd in omnibus locis ad quæ diverteritis* instituerint irruere *super nos*, M. Verùm coactus videtur [horum interpretum] sensus: aliam ergò viam examinandam proponimus, non tamen probari statim volumus. De Judæis hoc intelligo qui apud hostes habitabant, (ut dicitur,) & cum iis conspirabant; vide infrà 6. 17, 18, 19. & sic verto; *Ex omnibus locis* (quò ad restaurandam urbem confluxistis) *utique revertimini* (undiquaque) *ad nos*, qui pacem cum Sanballato, &c. colimus, ut eâdem nobiscum pace fruamini: vel, *revertimini* (quisque ad sua) *propter nos*, vel, nostrâ causâ, ut rabiem hostium evadatis. Ità simulatâ amicitiâ, quâ fratrum saluti consulere videbantur, animos eorum labefactabant. אֲשֶׁר sumo pro emphatica particula, & verto, *utique*; ut 1 Sam. 15. 20. Esa. 8. 20. Vide & 2 Sam. 3. 8. Psal. 10. 6. & 95. 11. & 144. 12. Hab. 3. 16. Sumitur etiam sæpe pro *ut*: sic Deut. 4. 40. אֲשֶׁר *ut bene sit tibi*; Nehem. 2. 5. אֲשֶׁר *ut mittas me*. Ità hìc sumi queat, *Ex omnibus locis* (supp. *venimus*,) *ut revertamini ad nos* [i].

13. *Statui in loco post murum*, [וָאַעֲמִיד מִתַּחְתִּיּוֹת לַמָּקוֹם מֵאַחֲרֵי לַחוֹמָה] *Et*, vel *Tunc*, *statui*, sive *collocavi*, (sub. *aliquos*, JT. Sed hoc supplementum superfluum puto, quia nomen exprimitur in membro sequenti [k];) *ab inferioribus*, vel *infimis*, (sub. *partibus*, P.) *loci à post murum*, Mo. sic P. ο'. *ab imis partibus cujusque loci à posterioribus partibus muri*, JT. id est, in pomœrio, ut veteres Latini appellabant [l]. *Ab inferioribus locis* (vel, *in demissiora loca*, M.) *post murum*, Ti. vel *muros*, Ca. Intelligunt vel eas murorum partes quæ, cùm nondum in altum exstructæ essent, hostium ascensu facilè possent superari: vel imas partes turrium, è quibus hostes illi saxis è balistis emissis aut telis peti possent, qui jam in fossas intrâssent [m]. ¶ *Per circuitum*, [בַּצְּחִחִיים] Variè vertunt. *In verticibus*, Mo. *in excelsis*, Belg. *in summitatibus saxorum*, P. V. Sic dicitur *locus altus in petra*, quòd sit *aridus* [n]. Probatur hæc sententia ex Ezec. 24. 7. Videntur sagittarii ibi positi post muros in editis locis, qui hostes telis exciperent [o]. Vox propriè signific. *candores*, *nitores*; indéque loca edita, quæ naturâ sunt arida, nitida, glabra, &c P. *In acutis rupium scopulis*, Belg. Sic dicuntur à splendore, vel lubricitate [q]. *In absconditis*, ο'. *in ordine rupium*, Ar. *in locis arduis*, JT. Pi. *in loca munitiora*, Ti. *in loca petrosa*, M. *in fossis*, Ca. Accentus Athnach hanc vocem superioribus jungit: alii verò abjungunt, & sequentibus copulant [r].

14. *Et perspexi*, &c. [וָאֵרֶא וגו'] *Cùmque aspexissem*, P. V. sub. *aciem instructam*, V. *Quum lustrâssem*, JT. Pi. populum à me in custodia constitutum †. ¶ *Domini*] Cujus Prophetas hujus operis habemus authores *.

15. *Cùm audissent*, &c. *dissipavit Deus*, &c.] Retectis insidiis procedere non poterant [t], sed animos desponderunt: spem enim totam in silentio & subitâ irruptione posuerant [v]. ו in וַיָּפֶר tantùm convertit fut. in præt [x].

16. *Media pars*, &c. ità Mo. [simil. ferè omnes:] [וְחֶצְיָם] *Et medietas*, &c. M. *altera pars eorum*, P. ¶ *Et lanceæ*, *& scuta*] Hebr. *& spicula*, *scuta*, pro, *spicula & scuta*; nam τὸ ו trajectum videtur [y]. ¶ *Et principes post eos*, &c.] Heb. *post omnem domum*, sive *familiam*, *Juda*; ità M. Ti. P. In loco post vulgus hi ædificabant; vel præerant illis [z]. Instabant operi hortando, (jubendo, Me.) animando, excubias agendo, &c, ubi res ferebat, etiam operi manus admovendo [a].

17. *Ædificantium*, &c. [הַבּוֹנִים וגו'] *Ædificantes*, vel, *qui ædificabant*, Mo. P. [sim. omnes.] *Quod attinet ad eos qui ædificabant*: Nominativus absolutè positus [b]. *Et ædificantes murum portabant ac ferebant onera*, M. ¶ *Et portantium onera*, *& imponentium*; sim. Pi. Ti. [וְהַנֹּשְׂאִים בַּסֶּבֶל עֹמְשִׂים] *Et portantes in onere*, *onerantes*, Mo. *qui portabant onera*, *& qui* illos *onerabant*, P. *qui onera portabant*, *aut collocabant*, Ca. *& qui ferebant onus* cum *onerantibus*, JT. Belg. *& qui bajulabant*, *vectibus*, inquam, *bajulabant*, Sy. *& tollentes in humeris*, *in armis*, ο'. vel *armati*, Nob. [עֹמְשִׂים] acceperunt quasi esset חֲמֻשִׁים *expediti*, vel *armati*, &c.] ¶ *Unâ manu faciebat opus*, &c. [בְּאַחַת יָדוֹ וגו'] *Unâ manu suâ* (sub. *quisque*, P. JT. M.) *faciebat opus*, P. &c. ¶ *Et alterâ tenebat gladium*] Non propriè hoc accipiendum est, (cùm una manu impeditâ operari non possent,) sed proverbialis est dicendi modus; qualem habet Ovid. epist. 11. Heroidum, ubi de se scribens, &c. dicit, *Dextra tenet calamum*, *strictum tenet altera ferrum*. Similia Latinorum proverbia sunt, *Alterâ manu fert panem*, *alterâ lapidem*; &, *Alterâ manu scalpit caput*, *alterâ ferit malam*. Sic juris utriusque peritus unâ manu dicitur civile jus tractare, alterâ canonicum [c]. Figuratus est hic sermo, quo significatur eos ad utrumque fuisse intentos, ut & opus facerent ædificandi muros, & gladio accincti parati essent ad defensionem contra hostes [d].

18. *Clangebant*, &c.] Cùm scilicet res tulisset, ut opus esset congregari ad vim hostium propulsandam †.

20. *Clangorem tubæ*] Τὸ ἐγκελευστικόν. Vide Procop. Gothic. 3 [f].

21. *Ab ascensu auroræ*] i. e. Solis orientis [g]. A tempore quo ascendit Aurora supra horizontem. ¶ *Donec egrediantur astra*] i. e. Apparere incipiant. Videntur enim antea quasi esse in cubiculis, in quibus delitescunt [h] totâ die, fulgente Sole. Loquitur autem Scriptura ad captum vulgi [i]. q. d. Ab Aurora usque ad noctem [k].

22. *Sint nobis vices*, &c. [וְהָיוּ לָנוּ הַלַּיְלָה מִשְׁמָר וְהַיּוֹם מְלָאכָה] *Ut sint nobis noctu ad custodiam*, *& interdiu ad opus*, JT. sim. Pi. P. Mo. M. Ti. &c. Noctu opus erat continuis excubiis; unde & vestiti pernoctabant [l].

23. *Ego — & fratres*] q. d. Ego, quasi Dux, cæteros exemplo meo docui, ut vestes, &c. non deponerent. Sic Spinola, Ostendam obsidens, per 7 menses dormiens vestes nunquam exuit [m]. ¶ *Non deponebamus vestimenta nostra*: *unusquisque tantùm nudabatur ad bapti-*

Marginal notes (left): † Wolp. sim. La. San. T. — [t] San. — [v] Q. in Ma. — [x] Pi. — [y] Wolp. — [z] G. — [a] V. sim. Me. — [b] La. — [c] Di. — [d] Glass. gram. p. 390. — † Belg. — [f] V. — [g] Pi. — [h] Jun. — [i] Di. — [k] Pi. — [l] Jun. — [m] Wolp.

Marginal notes (right): [n] He. in V. K. in Wolp. — [o] Wolp. — [p] Ma. — [q] Belg. — [r] Ma. — † Pi. — * G. — [t] Me. — [v] Wolp. — [x] V. — [y] Pi. — [z] Q. in Ma. — [a] T. — [b] Pi. — [c] San. — [d] E. — † Me. — [f] G. — [g] Pi. — [h] V. — [i] La. — [k] V. — [l] T. — [m] La.

baptismum, אֵין אֲנַחְנוּ פּוֹשְׁטִים בְּגָדֵינוּ אִישׁ שִׁלְחוֹ
[n] Di. הַמָּיִם] Difficillimum hîc est membrum ultimum [n]. *Non exuebamus nos vestes nostras*, Ti. sim. P. M. Mo. &c. אֲנַחְנוּ *nos*, pro, *eramus*, id est, non, inquam, eramus
[o] V. exuentes, h. e. nunquam exuebamus, &c [o]. [In sequenti autem membro plurimùm variant.] *Nè ad lavandum quidem eas in aqua*, He. in Mar. RS. repetit אֵין ante אִישׁ, & שִׁלְחוֹ, inquit, idem est quod הפשטתו, *exutio ejus*. Hoc sensu ad verbum vertas, *Nullius exutio*
[p] Di. *erat ad aquas* [p]. *Unusquisque intermittebat aquam*: i. e. Nè quidem ad ablutiones & purificationes Leviticas deposuimus vestes; veriti nè hostes nos subitò op-
[q] Os. primerent: Ceremonialia enim cedunt necessitati [q]. *Nè meiendi quidem gratiâ*, Ti. מַיִם rectè accepit pro aquis pedum; quomodo 1 Sam. 26. צַפַּחַת מַיִם est *scutula aquarum*, i. e. matula. Sensus tamen hîc alius videtur, q. d. nisi quòd quisque eas demitteret meiendi gratiâ. שִׁלְחוֹ est infin. Kal cum Affixo, à שָׁלַח, sicut שִׁכְבוֹ à שָׁכַב. אִישׁ שִׁלְחוֹ, *vir missio ejus*, H[s], pro, *viri missio*; ut in Psalmis, *Jehovah thronus ejus*, i. e. Jehovæ thronus. Ad verb. vertas, *viri missio* erat *lotium*: obscura locutio, sed tantò honestior. Sensus est, Si quis mitteret à se vestem, in causa erat necessitas reddendi lotii. Cujus ratio ex antiquo Orientalium ritu, qui etiamnum obtinet, petenda est. Sub veste talari gestant femoralia, sed non quæ antrorsum ad reddendam urinam aperta sunt, ut apud Europæos, verùm lata admodum, quæ crumenæ instar contrahi possunt ad lumbos, & indè rursus laxari. Quum ergò urget lotium, laxant ac demittunt femoralia, ac, mulierum instar subsidentes, tectis pedibus sub veste talari honestè meiunt. Potest & שִׁלְחוֹ præteritum esse Piel, pro שִׁלְּחוֹ, abjecto Dagesch ob literam schevatam: affixum potest referri ad בְּגָדִים, unde factum sit singulare, quia in lotio non omnes, sed una vestis demittebatur: atque ità הַמָּיִם sumpto pro לְהַמָּיִם, vertas, *Quisque dimittebat aliquam earum ad lotium*. Sed quia שִׁלְחוֹ componi potest ex שֶׁלַח *telum*, *gladius*, experiamur annon verti queat, *Cujusque gladius in lotio*; i. e. etiam in lotio reddendo quisque gladium su-
[r] Di. um tenebat. Id fortè simplicissimum [r]. [Alii sic;] *Quisque deponebat illud* [nempe vestimentum] *ad aquas*, P. Ad verb. *cujusque depositio*, vel *exspoliatio*, *ejus*
† La. *ad aquas*, (τὸ *ejus* redundat, more Hebræo †;) id est, quisque exuebat vestes suas tantùm cùm vellet sese mundare ac sanctificare; à שְׁלַח, quo utitur Chaldæus pro *exuere* & *exspoliare*. Hæc annotat vir doctus & magni nominis apud Hebræos. Ex doctioribus illorum alter exponit, *Cujusque ensis* erat in manu sua etiam *ad aquas*, expiatorias scilicet, cùm vellet sese lu-
* V. strare *. *Unusquisque dimittebat illud ad aquas*. Exceptio est ejus quod præcesserat; Non deponebamus vestimenta nisi καθαρισμῦ ἕνεκα, *ad ablutiones* aut Lege præceptas, aut moribus introductas. Vide Marc. 7.
[t] G. 4, 8 [t]. *Vir* (i. e. quisque) *dimissio ejus aquarum*, i. e. ad aquas tantùm exuebatur. Alii, *Quisque gladium ejus aquis*, i. e. in aquis; q. d. nè ad abluendum corpora gladi-
[v] Mar. os aut vestem deponebant [v]. *Singuli incedebant cum armis suis* [vel *telo*, Ang.] propter *aquam*, Q. in Belg. Ang. *Vir & arma ejus ad aquam*, ὁ. Complut. Nob. Cùm aquatum irent extra muros, ad fontes Siloah vel Gichon, metu semper nè aliunde ex improviso se
* Ma. hostis ostenderet *. [Al. aliter;] *Sicut nec* [ità cum RS. repetit אֵין ante אִישׁ] *quisquam arma sua*, nisi propter *aquas*, M. *Nisi quòd quisque exuebat eas ad lavandum*, Ang. Junius peculiarem habet sententiam, &
[x] Di. acutam [x]: *Non exuturi sumus vestes nostras: cuique gladius suus* (vel *missile suum*, Pi.) *& aqua esto*, JT. Pi. sim. Gal. i. e. singuli armis & cibario instructi compa-
[y] Jun. reant [y]. *Unusquisque telum suum* (ob periculum) *habuit*, *& aquam*, videlicet, ad sitim sedandam; nam in his regionibus calidum admodum erat. Vide 1 Sam.
[z] Belg. 26. 11 [z]. [Meliùs quadraret hic sensus, si in deserto fuissent, non in urbe, ubi multis modis sitim sedare possent, & supervacanea prorsus fuit illa de aqua à singulis paranda solicitudo.]

CAP. V.

1. *Adversùs fratres suos*] Ità Mo. τὸ אֶל hîc valet *contra*, Pi. ità Sy. M. Ti. JT. &c. *Ad fratres*, ὁ. *causâ fratrum suorum*; Ar. *Clamor* erat *populi* (sub. *pauperis*) *contra fratres* (sub. divites,) V.

2. *Et erant qui dicerent*; ità P. Sy. וַיֵּשׁ אֲשֶׁר אֹמְרִים] Ad verb. *Et est qui dicentes*, Mo. ¶ *Filii nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis*; sim. Sy. בָּנֵינוּ וּבְנֹתֵינוּ אֲנַחְנוּ רַבִּים] *Filiis nostris & filiabus nostris*, Mo. JT. *nos multi*, Mo. vel, *sumus numerosi*, JT. Emphaticè dictum; q. d. Quod est benedictio, nobis in maledictionem acerbissimam convertitur [a]. *Filii nostri*, &c. [a] Jun. *& nos multi sumus*, &c. M. sim. Ti. Ca. ¶ *Accipiamus pro pretio eorum frumentum*, &c. וְנִקְחָה דָגָן וְנֹאכְלָה וְנִחְיֶה] *Accipiamus igitur frumentum, & edamus, & vivamus*, P. Videtur pro supplicatione accepisse, quâ frumentum petierint dono, ut familiam alerent. At id non erat contra Legem. Vat. addit, *accipiamus* pretio. At nec id adversatur Legi. Ideo Vulg. quem sequitur Jun. addit, *accipiamus* pretio eorum. Id jam Legi adversum, liberos cum frumento permutare [b]. Licebat patri in necessitate filium aut filiam [b] Di. vendere, Exod. 21. 7 *. *Frumentum accipere* cogimur, * G. (sub. *pretio*, V.) *ut comedamus*, &c. Ti. *Accipiemus*, (vel, *accipimus*, Ang.) *igitur pro iis frumentum*, *ut comedamus*, &c. M. [Q. cum antecedentibus sic nectunt, vertúntque,] *Multi nostrûm filios nostros & filias nostras* oppigneramus, *ut accipiamus frumentum*, &c. Genev. in Di. *Filiis nostris*, &c. *sumus numerosi*, *ut* eorum pretio *accipiamus frumentum*, &c. JT. Non placet Pi. 1. Supplementum est audax. 2. Insolens est in lingua Hebræa, dicere, *Ego numerosus*, vel *multus*, *sum hâc re*, pro eo quod est, *Hujus rei mihi multum est*. Nec ב ablativi nota hîc habetur. 3. Obstat vox אֲנַחְנוּ. Quid enim esset hoc dicere, *Filii nostri & filiæ nostræ nos multi?* 4. Hebræi non solebant queri de multitudine liberorum. Quid ergó? Pro רַבִּים legendum עֹרְבִים, (ex analogia versûs sequentis,) & sic vertendum, *Filios nostros*, &c. *oppigneramus* [c]. [c] Pi. Potes sic vertere, *Filii nostri*, &c. & *nos multi* sumus; *auferamus frumentum*, &c. undecunque poterimus; Di. ex AE. De furto & rapina consultabant. τὸ לָקַח sæpe est, *vi capere & eripere*, Gen. 5. 24. Jos. 11. 23. 2 Reg. 2. 5. Indè מַלְקוֹחַ. Nec obstat quòd seq. vers. וְנִקְחָה simpliciter accipiendum sit pro, *ut accipiamus* frumentum, scil. datum: variat enim phraseos significatio pro diversa materia. Ut autem omnia tentemus, si רַבִּים sit pro רוֹבִים, quod significationem caperet à תַּרְבִּית *fœnus*, expeditissimus esset sensus, & loco maximè consentaneus, vide v. 5. *Filios nostros*, &c. *nos fœnori damus*, &c. Huic firmando facit, quòd apud Chaldæos רְבָא id sign. unde in Pael est רַבִּי, *fœnus accipere ab aliquo*, Deut. 23. 20. Id si ex verbis commode elici queat, aut aliunde stabiliri posset, mihi sanè vehementer arrideret. Expende Psalm. 44. 13. וְלֹא רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם, annon ex significatione Chaldaica optimè vertatur, *Et non accepisti usuram in pretiis eorum*. Hinc ferme concluderem, sicut in Piel רִבָּה sign. *usuram capere*, unde & Rabbinis רִבִּית *usura*, sic in Kal רָבָה esse *usuræ dare*; & sicut רָבַב & רָבָה præcipuâ suâ multiplicandi significatione conveniunt, ità & in hac usuræ significatione convenire: hinc אֲנַחְנוּ רַבִּים valere, *usuræ damus*; ut רַבִּים sit participium, vel nomen participiale; sicut plerique Grammatici à סָבַב participium formant סָב, plur. סַבִּים; quale est גִּבֹּרִים חַתִּים, *fortes franguntur*, 1 Sam. 2. 4 [d]. [d] Di.

3. *Agros nostros*, &c. *opponamus*, אֲנַחְנוּ עֹרְבִים] *Nos oppignerantes*, Mo. *Oppigneramus*, ὁ. M. Ti. JT. Pi. &c. i. e. Parati sumus dare pignori pro frumento, &c *. q. d. Alii jam antè oppigneravimus, & alii * V. indies oppignerare cogimur; est enim in his versibus Zeugma [f]. Caritas hæc annonæ indè orta, quòd, [f] Jun. 1. in ædificando occupati, procurationem suæ familiæ negligere cogebantur [g]: 2. quòd ob metum hostium [g] Belg. ex Jun. non ausi erant commeatum de foris importare [h]. [h] Belg.

4. *Mutuò sumamus pecunias*, לָוִינוּ כֶסֶף] *Mutuum accepimus argentum*, P. Mo. Ar. &c. nempe, sub onere usurarum,

usurarum, ut apparet infrà 7. contra Legem, Exod. 22. 25. Levit. 25. 36, 37. Deut. 23. 19, 20[i]. ¶ *In tributa regis*] Ut habeamus unde tributa pendamus Regi Persarum[k]. ¶ *Demúsque agros*, &c. "שְׂדוֹתֵינוּ וגו] *Agros nostros*, &c. Mo. super *agros*, &c. P. Ar. ídque super *agros*, &c. M. Oppignerantes *agros*, &c. Pi. ex JT. Ellipsis verbi relati[l].

5. *Sicut carnes fratrum*, &c. *sic carnes nostræ sunt*] [Dupliciter exponunt.] 1. Nos & illi sumus eadem caro, i. e. ex eodem genere[m]: non minùs nos homines sumus, non minùs circumcisi[n]; eodem loco & dignitate, & æquè filii Abrahæ[o]: tantidem sumus ex jure naturæ, & mandato Dei, Deut. 15. 7[p]. Ipsi tamen aspernantur carnem suam, nec volunt nostræ inopiæ subvenire[q]; & cùm jubeantur gratuitò mutuum dare, &c. ipsi sine magno fœnore id præstare nolunt[r]. Cogimur ergò filios, &c. vendere, ut has usuras solvamus*. 2. Referri hoc potest ad fratres in Babylone manentes: q. d. Non meliore conditione sumus in patria (licèt promissa esset nobis à Zorob. & Esd. & Nehem. libertas & prosperitas[t],) quàm fratres nostri in Bab. vel Perside; nec effugisse servitutem, sed commutâsse, videmur[v]. Imò pejori loco sumus; illi enim ab exteris & idololatris, nos autem à fratribus affligimur[x]. Prior tamen sensus melior est[y]. ¶ *Ecce, nos subjugamus filios nostros*, &c. "כּוֹבְשִׁים וגו] *Subjicimus*, P. V. i. e. subjicere cogimur, V. ¶ *Et de filiabus nostris sunt famulæ*, וְיֵשׁ מִבְּנוֹתֵינוּ נִכְבָּשׁוֹת] *Súntque* (*& est*, Mo.) jam *è filiabus nostris quæ subjiciuntur*, P. i. e. quæ serviunt, V. *subjectæ servituti*, M. Ti. ¶ *Nec habemus unde possint redimi*, וְאֵין לְאֵל יָדֵינוּ] *Et non ad potestatem* (vel, *est potestas*, ό.) *manuum nostrarum*, Mo. *Nec suppetit nobis facultas*, Ti. *Nec est facultas in manibus nostris* ad redimendum, P. sim. JT. Pi. Ellipsis verbi relati[z]. Non habemus quo eas redimamus[a]. Luere liberos non poterant, quia & bona eorum pignori tenebantur. Ideo Cæsar, *per arbitros factâ æstimatione quanti res ante bellum fuissent, eas creditoribus transdi* voluit, *ut & timorem novarum tabularum tolleret, & debitorum tueretur existimationem*: 3. de Bello civili[b]. *Et manus nostra est impotens*, M. [Alii planè aliter;] *Ut non attollant* [nempe filiæ] *manus suas ad Dominum*, Ar. [q. d. Adeò durâ premuntur servitute, ut nec orare illis vacet.] *Et* qui utuntur iis *non attollunt ad Deum manus suas*, Sy.

6. *Iratus sum*] In Hebræo propriè est, *iratum est mihi*, pro, doluit mihi[c].

7. *Cogitavitque cor meum mecum*; vel, *in me*, P. וַיִּמָּלֵךְ לִבִּי עָלַי] *Et iniit cor meum consilium intra me*, M. sim. Ti. JT. Pi. vel, *apud* (*contra*, V.) *memetipsum*, V. JT. Pi. *Consultavit*, &c. Id vox מְלַךְ Chaldæa sæpe sign. in Thargumim[d]. τὸ נִמְלַךְ significationem suam mutuatur à nomine Syriaco מְלַךְ, quo significatur *consilium*. Porrò, *consilium iniit*, &c. *& contendi*; copulativum enunciatum pro relativo temporis†. q. d. Capto apud me consilio, contendi, &c[f]. [Al. aliter vertunt:] *Doluitque mihi animus meus*, Ar. *Et confractum est cor meum in præcordiis meis*, Sy. *Et regnavit cor meum super me*. Quâ phrasi ostendit iram abs se repressam fuisse, ut animus rationi obedire posset in sedandis turbis[g]. ¶ *Et increpavi*; ità P. sim. M. Ti. וָאָרִיבָה] *Et litigavi*, vel *contendi*, Mo. JT. sim. ό. ¶ *Optimates & magistratus*, &c.] Qui hoc in aliis prohibere & poterant, & debebant[h]. ¶ *Usurásne— exigitis?* מַשָּׁא אִישׁ בְּאָחִיו אַתֶּם נֹשְׁאִים] *Vos imponitis* (*Vos exigentes*, Mo.) *onus*, vel *gravamen*, *quisque super* (vel *in*, Mo.) *fratrem suum*, M. Ti. *Usuram singuli à fratribus suis accipitis*, P. *Onus uniuscujusque impositum alteri* (Heb. *viri in fratrem suum*, Jun.) *vos exigitis*, JT. i. e. Rei estis istarum exactionum[i]. Exemplaria variant. Q. legunt מַשָּׁא, (ut sit א pro ה,) *mutuatum*, *debitum*, *fœnus*; alii, מַשָּׂא, *onus*: Porrò, Q. legunt *NOSEIM*, cum א & *Scin* sinistro, i. e. *onerantes*; alii נוֹשְׁאִים, cum *Schin* dextro, & ut א abundet, i. e. *exigentes*, *commodantes*, *fœnerantes*. Sensus eódem recidit[k]. Verto, Cum *onere unusquisque fratri suo vos mutuatis*. Scribitur נֹשְׁאִים pro נֹשִׁים, ut docet v. 10, 11. נָשָׁה autem, quum regit præpositionem ב, sign. *mutuare*, seu *mutuò dare*, ut infrà 10. 11. item

Margin: [i] G. [k] G. sim. V. T. Jun. &c. [l] Pi. [m] V. sim. Ma. Pi. [n] G. [o] Pi. [p] Ma. [q] V. sim. Me. [r] T. ex La. * La. ex Caj. [t] L. [v] Caj. & Dion. in San. [x] La. [y] Ità E. San. [z] Pi. [a] V. [b] G. [c] M. [d] G. † Pi. [f] V. [g] Wolp. [h] San. [i] Jun. [k] Ma.

Deut. 24. 11. Esa. 24. 2. Jer. 15. 10. Hîc ergò deficit ב ante מַשָּׁא, & *onus* hoc est oppigneratio illa de qua v. 2, 3, 4. Quòd si legas מַשָּׁא *usura*, vertas, Ad *usuram mutuatis*[l]. ¶ *Et congregavi adversùm eos*; ità V. Gal. וָאֶתֵּן עֲלֵיהֶם] *Et dedi* (*posui*, V. M. Ang.) *contra eos*, Mo. *Advocavi propter eos*, ità Ca. *Indixi illorum causâ*, JT. ¶ *Concionem magnam*] Vel *congregationem*, P. M. scil. expostulantium[m]. Id fecit, ut judices & testes præstò essent; & quia causa publica publicè tractanda erat[n]; & ut qui privatim à Nehemia admoniti noluerant usuras remittere[o], vel verecundiâ sive pudore (vel metu[p]) coacti id facerent[q].

8. *Nos—redemimus*, &c. ità Ti. *Nos*, Zorob. Esdr. Nehem[r]. קָנִינוּ] *Redimimus*, Pi. P. Ca. *acquisivimus*, Mo. Sy. *comparamus*, JT. *acquirimus*, M. Verba Hebræorum sæpe non actum, sed debitum vel officium, designant; *comparamus*, i. e. comparare tenemur, ex lege Levit. 25. 47*. ¶ *Secundùm possibilitatem nostram*; ità M. כְּדֵי בָנוּ] *Secundùm facultatem* (*sufficientiam*, Mo.) quæ est *in nobis*, P. *quantum* (*prout*, Pi.) *est in nobis*, Pi. sim. V. Ca. Ti. Omnem dedimus operam apud Regem, ut populares nostros ex servitute in libertatem & patriam restitueremus†. ¶ *Et vos—vendetis*, &c? וְגַם אַתֶּם תִּמְכְּרוּ אֶת־אֲחֵיכֶם וְנִמְכְּרוּ לָנוּ] *Et vos etiam vendetis* (*venderetis*, JT.) *fratres vestros, & vendentur nobis?* P. V. vel, *aut venderentur nobis?* JT. Id enim exspectandum erat, cùm non luerentur. Vide ad Matt. 18. 25[t]. *Et vos iterum venditis fratres vestros* gentibus *postquam venditi fuerunt nobis*, M. *Et vos* quidem *vendetis* iterum *fratres vestros qui à nobis redempti sunt?* Ti. *Et vos consanguineos vestros à nobis redemptos emetis?* Ca. *Et vendentur nobis?* i. e. ut postea redimamus eos[v]. Numquid adigetis me, ut meâ pecuniâ ex vestra potestate redimam captivos fratres, ut nuper feci ab hoste Babylonio? Hîc observandum, consuevisse Hebræos sui generis hominibus filios vendere, (vide Jer. 34.) ità tamen, nè ultrà sexennium servirent, Exod. 21. Deut. 15[x].

9. *Dixique*; sim. P. JT. Ma. &c. וַיֹּאמֶר] *Et dixit*, sub. *Nehemias*: Tertia persona pro prima[y]. ¶ *Quare non in timore Domini ambulatis, nè exprobretur nobis à gentibus*, &c? מֵחֶרְפַּת הַגּוֹיִם] *Præ* (*ab*, ό.) *opprobrio gentium*, Mo. *propter probrum*, &c. P. Ti. Ang. Pi. *propter opprobrium*, &c. M. i. e. Nè malè audiamus apud Gentes (propter avaritiam & inhumanitatem[z]) quæ odio nos prosequuntur[a]. [Al. aliter:] *Quia facitis secundùm actiones gentium*, &c. Sy. *Sed in timore Dei oportet vos ambulare, & à probro gentium* declinare, Ar. *Annon in timore Dei nostri ambulaturi estis, potiùs quàm* in *probro* (i. e. probrosis factis, Jun.) *istarum gentium?* JT. Ità τὸ מִן illis sign. *præ*, & nota est minoris. Sed, 1. insolens est supplementum præpos. ב, *in*, post præpos. מִן, quasi dicatur, *præ in*, i. e. potiùs quàm *in*. 2. *Probrum*, pro actionibus probrosis, duriusculum est: *Probrum* autem *alicujus*, pro probro quo quis alium afficit, in Scriptura passim occurrit; ut suprà 4. 4. Esa. 51. 7. Ezec. 16. 57. & 36. 15. Soph. 2. 8[b]. *Nè exprobretur*, &c. scil. quòd nec timetis Deum, nec Legem ejus servatis[c].

10. *Et ego & fratres*, &c. *commodavimus plurimis* (rectiùs, *quibusdam*, Os.) *pecuniam*, &c. נֹשִׁים בָּהֶם כֶּסֶף] *Commodavimus* (*mutuavimus*, Pi. *commodatò damus*, M. Ti.) *eis argentum*, P. sub. *sine fœnore*, ut postulat antithesis. Brachylogia[d]. *At etiam ego, cognati mei*, &c. *exacturi essemus*, &c. JT. (vel, *exigere possemus*, Ang. Gal.) si videlicet, exemplo vestro, summo jure experiremur†. *Et ego quoque*, &c. *mutuavimus*. Respondet tacitæ objectioni: potuerant enim dicere alii, *Nos mutuavimus eis pecunias*, &c[f]. Al. *Num etiam nos exigimus ab eis argentum*, &c? Belg. ¶ *Non repetamus*, &c. נַעַזְבָה נָּא אֶת־הַמַּשָּׁא הַזֶּה] *Remittamus*, (vel *relinquamus*, P.) *quæso*, *onus hoc*, vel *istud*, Mo. JT. vel, *hæc onera*, Ti. *usuram hanc*, P. G. ut sequentia docent[g]. *Desistamus igitur nunc à gravamine illo*, M.

11. *Reddite eis hodie agros*, &c.] Quasi in Jubilæo, cui parem lætitiam hoc tempus habebat[h]. Hæc prædia vel vendita, vel oppignerata, fuisse videntur: sed quia debitoribus nihil erat reliquum unde victum haberent, æquitas ipsa admonebat, ut cederent necessitati[i]. ¶ *Et centesimam pecuniæ*, &c. "וּמְאַת הַכֶּסֶף וגו] *Et centum*

Margin: [l] Pi. [m] Ma. [n] Wolp. [o] T. [p] Os. [q] Ità Os. sim. V. T. Me. &c. [r] Me. G. * Glass. gram. 247. † G. [t] G. [v] V. [x] San. [y] V. [z] Pi. Os. [a] V. [b] Pi. [c] L. [d] Pi. † Jun. [f] V. [g] G. [h] G. [i] Wolp.

centum (sub. *nummos*, V. vel *siclos*, AE. in V.) *argenti*, &c. Mo. *centesimam* partem, &c. M. P. Qu. Quid hîc *centesima*? Resp. 1. *Centesima* vocabatur usura, quâ singulis mensibus centesima pars sortis pro usura exigebatur[k]. Frequens erat hæc usura Romanis, [de qua vide Sanctium,] &, ut hinc patet, apud Judæos[l]. Ità singulis annis octava pars summæ solvebatur[m]. Resp. 2. Hîc neque de formali usura agitur, nec de centesima legibus expressa, sed de centesima redituum portione, quæ provinciæ rectoribus stipendii loco solvebatur; ut rectè notat JC[tus] Molinæus. Id ex eo patet, quòd his exactionibus nullum ex usitatis apud Hebræos usuræ nominibus tribuit, sed eas *oneris* nomine appellat. Deinde, quòd, cùm postea vellet ostendere se eas non accepisse, dicit, se annonas Ducibus debitas non accepisse[n]. ¶ *Quam exigere soletis*, &c. אֲשֶׁר אַתֶּם נֹשִׁים בָּהֶם] *Quam exigitis* (sub. *per usuram*, Ti.) *ab eis*, P. M. Ang. sub. *dimittite*, M. *Quam exacturi essetis*, &c. JT. *quam mutuâstis eis*, Pi.

12. *Nihil quæremus*] i. e. Nihil pro usura exigemus[o]. ¶ *Et vocavi sacerdotes*] Qui scilicet ejusdem sceleris rei erant. Eos secretò vocavit, ob reverentiam ordinis, nè eos coram populo pudefaceret[p]. ¶ *Et adjuravi eos*] Coegi eos jurare se id facturos[q]. [Al. aliter:] *Convocavi sacerdotes*, per quos *adjuravi*, JT. *Adjuravi*, scil. per sacerdotes, vel in præsentia illorum, tanquam testium[r]. Moris erat, ut sacerdotes juramentum partibus deferrent[†]. En quàm facilè, quàm placidè, novas in Judæam tabulas inducit Nehemias, quod Romæ, tantis cum tumultibus toties tentatum, nunquam plenè perfectum fuit[t]! [*Tantum relligio potuit suadere bonorum!*]

13. *Excussi sinum meum*] Ità M. Di. i. e. Extremam vestem[v]; vel, vestimentum sinûs mei, meton. *Sinus* propriè est ambarum ulnarum complexus[†]. ¶ חָצְנִי נִעַרְתִּי] *Vestimentum* (*oram*, Mo. V. *sive fimbriam*, *vestis*, V. *gremium*, Ti.) *meum*, P. ὁ. Ar. *manicam meam*, Pi. חֹצֶן *sinus* dicitur à חָצָה *dimidiare*, eò quòd sit in medio hominis[x]. *Sinum meum*, ità, scilicet, ut nihil remaneret in sinu meo: q. d. Malè precatus sum iis qui aliter facerent, ídque adhibito signo exteriore[y]. Loquebantur Prophetæ non tantùm verbis, sed & signis; ut constat in Is. Jerem. &c. quod & nunc facit Nehemias. Cum juramento hîc conjungitur exsecratio, ut sæpe fit in Scriptura[z]. *Excutere sinum* nihil aliud est, quàm quæ isthîc quasi in tuto reponebantur ceu è suo asylo ejicere[a]. Haud absimilis ille ritus quo usus est legatus Romanus in Senatu Carthaginensi, apud Liv. 21. 18. *Tum Romanus, sinu ex toga facto, Hîc, inquit, vobis bellum & pacem portamus: utrum placet sumite. Daret utrum vellet, succlamatum est. Et cùm is iterum sinu effuso bellum dare dixisset: accipere se omnes responderunt*[b]. *Lacertum excussi*, JT. i. e. excusso pallio lacertum eduxi: Synecdoche[c]. ¶ *Sic excutiat Deus*, &c.] Vel *excutiet*, Pi. Justum Dei hoc judicium in avaros: Hi enim ideo de sinubus vel thecis suis quæ egentibus largiantur ægre promunt, ut in thesauris suis quasi in tuto conquiescant; Deus autem interdum improviso aliquo infortunio, incendio, rapinâ, &c. opes illis è thecis suis excutit[d]. ¶ *De domo sua, & de laboribus suis*, [וּמִיגִיעוֹ] *Et de labore suo*, P. V. Mo. Ti. &c. i. e. de opibus labore partis[†]. ¶ *Et vacuus*] Omni fructu proventúque laborum suorum; sicut vestis cùm excutitur libera manet & vacua à pulvere[f]. ¶ *Dixit universa multitudo*] Nempe, multitudo illa fœneratorum, ut docet articulus ה, vim habens ἀναφορικὴν[g]. ¶ *Amen*] q. d. *Volumus ac jubemus*[h]. Ità in caput suum recipiunt illam exsecrationem[i]. ¶ *Et laudaverunt Deum*] Quòd tam bonam mentem illis Deus dedisset[k]; & talem Principem, & cum libertate justitiam atque Religionem. Vel, *laudârunt Deum*, non tam ore, quàm opere, (ut sequentia docent, *Fecit populus*, &c.) dum eum dignum existimârunt cui omnes obsequantur. Vide quæ diximus ad Esd. 10. 11[l].

14. *A die—illa*, &c.] Heb. *A die quo præceperat*, Pi. sub. *rex*, Pi. Vulg. M. vel, *Deus per regem*, suprà 2. 6, 8[m]. *Ex quo mihi mandata Judææ pretura est*, Ca. [Activum verbum passivè vertit, ut sæpe fit.] ¶ *Per annos*

k Os. sim. Mar. San. Me. T. La.
l T. ex La.
m Mar.
n Wolp.
o La. sic T. Os.
p La. T.
q V.
r Pi.
† Wolp.
t T.
v T.
† Di.
x Ma. Wolp.
y G.
z San.
a Wolp.
b Ma.
c Ma. ex Jun.
d Wolp.
† Pi. Ma. ex V.
f T.
g Pi.
h G.
i San.
k Me. ex San.
l San.
m Jun.

duodecim] Quibus sc. præfuit & habitavit Hierosolymis[n]. [Non placet San. nec La.] Obstant, 1. Quòd in diebus 52 opus totum absolverit. 2. Quòd Regi & Reginæ is erat charissimus, ideóque eum diu abesse non paterentur, &c[o]. Vide suprà 2. 6. Porrò, Nehemias Dux erat constitutus per 12 annos, sive præsens foret, sive absens: Quare absens poterat & Viceducem relinquere, & jure suo has annonas exigere[p]. ¶ *Ego & fratres mei*] Domestici mei[q]. Quos comites itineris, & socios laborum in administratione, habui[r]. Cognati mei[†]. ¶ *Annonas quæ ducibus debebantur*] Sim. V. Pi. Heb. *panem præsidis*, Ma. *Duces* intellige à Persarum Regibus regioni isti præfectos[s]. Stipendia data ad parandum victum; cùm sit æquum, ut qui publico servit etiam ex pecunia publica vivat[v]. *Victu prætorio non viximus*, collato à populo cellæ nomine, ut solebat Prætoribus conferri[x].

15. *Duces primi*] Non Esdram vel Zorob. sed alios perstringit, quos non nominat, ut eorum agnatis parceret[y]. ¶ *Gravaverunt*] i. e. Grave tributum imposuerunt populo[z]. ¶ *In pane & vino*] Quantum opus ipsis fuerat[a]. Verto, *de pane*; ב valet *de* vel ex notans partem, ut Exod. 14. 28. Levit. 22. 4. Job. 39. 17. Psal. 80. (vel 81.) 6[b]. ¶ *Et pecuniâ*, &c. אַחַר כֶּסֶף וגו'] *Postea argenti siclos*, &c. Mo. sic P. *post exactionem pecuniæ*, M. *Præter*, vel *ultra*, &c. i. e. Postquam accepissent ab eis 40 illos siclos argenti olim constitutos Ducibus pro victu suo[c]. *Præter argenti siclos quadraginta*, JT. Pi. scilic. in singulos dies[d]. ¶ *Depresserunt*, [שָׁלְטוּ] *Dominati sunt*, P. sic JT. &c. Tyrannidem exercuerunt[†]; vel exigendo severiùs, vel tractando inhumaniùs[f]. In ὁ. Sixtinæ editionis est ἐξουσιάζοντο, ut apud Luc. 22. 25[g]. ¶ *Ego non feci ità*, &c.] Se laudat, 1. ad excitandam in se bonam fiduciam; 2. ad declarandum quid sit officium boni Ducis; 3. propter quosdam æmulos & calumniatores[h]. Nehemiæ valde similis fuit Cato Major, qui sociis nulla in parte gravis fuit, ac nè ea quidem accepit quæ mos ferebat, quòd diceret, *malle se cum optimis de virtute, quàm cum ditissimis de pecunia, certare*[i]. ¶ *Propter timorem Dei*] i. e. Quòd Deum timerem[k]. Grave peccatum est, cives ab iis premi qui nè à quoquam premerentur cavere divinitus sunt jussi[l].

16. *In opere muri ædificavi*] Vel *instauravi*, sub. *partem aliquam*, V. Etiam manu propriâ, ut populum incitaret[m]. Omnibus invigilabat, omnes, ubi opus esset, juvabat per se, per suos, neque alienis, sed propriis, sumptibus[n]. Etsi potuissem immunitatis jure me excusare[o]. ¶ *Et agrum non emi*] Sub. *à pauperibus*. Heb. *emimus*, ego & fratres mei[p]. Non emi, ut sæpe poteram, bono pretio, nè viderer alienis ærumnis ad lucrum meum abuti[q].

17. *In mensa mea erant*] Heb. *ad mensam meam sedebant*. Ellipsis verbi relati[r]. Id quoque dignum viro Principe, viros nobiles magnificè excipere[†].

18. *Parabatur—mihi*, &c. וַאֲשֶׁר הָיָה נַעֲשֶׂה וגו'] *Et quod erat factum*, Mo. Verto, *Quod autem attinet ad id quod parabatur mihi*, &c. *bos unus*, &c. Heb. *Et quod parabatur*: Nominat. absolutè positus[t]. ¶ *Et inter decem dies*] Ità M. vel, *intra*, &c. Mo. P. *Decimo quoque die*, V. Ti. sub. *excipiebam illos*, V. ¶ *Vina diversa*, [בְּכָל־יַיִן לְהַרְבֵּה] *Cum omni genere vini ad copiam*, P. Ad verb. *in omni vino ad multiplicandum*; i. e. in magna copia, nè vinum deesset: nam aliis diebus dabatur vinum in certa mensura[v]. *Pro omnibus afferebatur vinum in copia*, M. Sensus est, vel, 1. Decimo quoque die convivium celebrabatur splendidius, &c[x]. vel, 2. Singulis diebus dabantur varia vina, ídque per decem dies; quibus exactis exhauriebantur dolia, ac alia vina suggerere oportebat. Magnificus ergò erat Nehemias[y]. Et hinc colligo eum non fuisse in civitate totos 12 annos: Quomodo enim tamdiu sustinuisset hos sumptus[z]?

19. *Memento mei—in bonum*] i. e. Ut benefacias mihi[a]; vel, pro bonitate tua[b]. q. d. Nihil mihi arrogo, sed Dei misericordiam imploro; fretus non meis factis, sed ejus bonitate[c].

n Ità plerique in San.
o Ità San.
p La.
q Me.
r Os.
† Ità Jun.
s G.
v Me.
x Ca.
y Wolp.
z V.
a Os.
b Pi.
c V.
d Pi.
† V.
f T.
g G.
h E.
i G.
k V.
l Wolp.
m L.
n T. ex La.
o Wolp.
p V.
q Wolp.
r Pi.
† G.
t Pi.
v V.
x T.
y La.
z San.
a V.
b Ma.
c Ma. ex Jun.

CAP.

CAP. VI.

1. NON—*interruptio*, פֶּרֶץ] *Ruptura, fractura*, sub. *ulla*, V.

2. *In viculis*, בַּכְּפִירִים] *In Chephirim*, Mo. Q. in Belg. *in villis*, sive *pagis*, P. M. ο'. Pi. *in aliquo vicorum*, JT. Synecdoche integri [a]. ¶ *In campo Ono*] Nomen est loci [b]. Is erat in tribu Benjamin; infrà 11. 35 [c].

3. *Non possum descendere*] Subaud. *ad vos*. Utitur hoc verbo, quòd Jerusalem sita erat in loco eminentiore [d]. ¶ *Nè fortè negligatur*] Heb. *Quare cessabit, vel interquiesceret, opus?* Mo. Ti. ¶ *Cùm venero*, &c. כַּאֲשֶׁר אַרְפֶּה וְיָרַדְתִּי אֲלֵיכֶם] *Quum destitero*, (vel, *remitterem illud*, Pi. Mo. *deseram illud*, P.) & *descendero* (*descenderem*, Pi. *ut descendam*, P.) *ad vos*, Sy. *Quum desisterem ab eo, descendens ad vos*, JT. Quod fieret, *si remitterem, & ad vos descenderem*, Ti. *Si intermisero*, &c. M. [Al. aliter:] *Cùm perfecero illud, descendam ad vos*, ο'. sim. Ar. Dolos vitare ac dissimulare satis est: Calumniæ autem animosè refutandæ sunt, ut facit in sequentibus Nehemias †. Porrò, hæc una erat causa cur descendere noluit; at præcipua fuit, quia metuebat insidias, & vitabat amicitias improborum ac infidelium. Docet hic locus, non accusandos esse mendacii qui, facti alicujus rationem reddentes, subticent eam causam quæ possit ipsis esse adversa & noxia, & aliam causam exprimunt, modò vera sit. Ità Samuel dicit se venisse in Bethleem ad sacrificandum [f].

4. *Secundùm verbum hoc*] Ità P. i. e. Hac de causa [g].

6. *Et Gossem dicit*, גַּשְׁמוּ] *Gasmu*: Is est Gesem Arabs, cujus antea meminit [h]. Additur ו, ut in יִתְרוֹ pro יֶתֶר †. ¶ *Et levare te velis super eos regem: propter quam causam*] Noster junxit cum initio versûs sequentis, *Et prophetas posueris*. [Verùm] Hebraicus accentus *Soph-pasuc* illa disparat *. [Reliqui ergò sensum in illo versu terminant.] ¶ כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה] *Secundùm verba hæc*, Mo. P. V. Ang. quæ scilicet narrantur inter Gentes [i]. *His ità se habentibus*, Sy. *Prout res istæ sunt*, JT. Pi. i. e. prout istis omnibus confectis & constitutis à te, omnes judicant [k]. *Et alia in hanc sententiam*, Ti. *Talia verba audivi*, M. Q. jungunt hæc verba cum principio versûs, *In qua scriptum erat juxta hæc verba*, i. e. hoc pacto, He. in V.

7. *Qui prædicent de te*] Præpos. עַל *super* hîc valet denotans objectum, ut in illo Virgilii, *Multa super Priamo rogitans*, &c [l]. ¶ *Est rex in Jehudah*] Præter Artaxerxem [m]. ¶ *Idcirco veni, ut ineamus consilium*] Ut sic malo quod tibi & toti provinciæ imminet occurramus; & nè nos vicinos idem malum involvat [n]. Ut eluas à te hanc infamiam & hoc crimen, scilicet læsæ majestatis [o]. Deliberemus quo pacto hæc fama sopiri, túque Regi Persico purgari queas: nè, præoccupato animo ejus opinione rebellionis, aliquid durius in te tuósque statuat. Tum maximè cavendi sunt hostes, cùm se amicissimos simulant [p].

8. *De corde tuo componis*] i. e. Ex te finxisti illa: q. d. Mentiris [q].

9. *Omnes hi terrebant nos*] Sim. JT. Pi. vel, *terrent*, ο'. Ar. P. *Omnes hæ* (sub. *gentes*) *terrent*, i. e. terrere conantur, nos, ut abducant nos ab opere ipso. Al. *Vos omnes terretis*, i. e. terrere conamini: nam est particip. *terrentes*, ut utroque modo vertere possis [r]. *Omnes illi terrentes nos*, Mo. ¶ *Quam ob causam magis confortavi manus meas*, וְעַתָּה חַזֵּק אֶת־יָדָי] *Et nunc* (*Verùm*, Sy. sim. Ar.) *confortavi* (*confirmabo*, Sy. sim. Ar.) *manus meas*, ο'. *Sed nunc* est *ad roborandum manus meas*: i. e. Eò vigilantior ero, & contra eos fortior †, quantò astutiùs ipsi impedire vellent. Sicut non sunt facienda mala ut eveniant bona; ità non sunt omittenda bona & necessaria nè eveniant mala [r]. *Nunc igitur tu, Sanballat, robora manum meam*, M. sim. V. He. in Tig. not. Potiùs corrobora & cohortare me ad opus, quàm deterrendo avoces me ab illo [v]. Alii, *Nunc itaque, ò Deus, confirma manus meas*, JT. Pi. sim. Ti. Ang. Gal. Mar. Simile suprà 4. 4 [x]. Ex ingenti affectu incidit in orationem ad Deum [y].

10. *Semaiæ filii Dalaiæ*] Pseudopropheta hic sacerdos erat ex vice *Dalaiæ*, 1 Par. 24. 18 [z]. Huic, tanquam fideli & sancto viro, Nehemias curas & arcana impartitus est [a]. ¶ *Secretò*, וְהוּא עָצוּר] *Ipse verò erat clausus*, P. sic Mo. V. Ti. sub. *in domo sua*, V. i. e. Qui continebat se domi [b]; vel in cubiculo, nempe in Templo, ubi sacerdotum cubicula erant *: quasi vir sanctus, quietum & reductum vitæ genus amans [c]; quasi studio & orationi deditus [d]. Vel, qui abstinebat ab omnibus deliciis, ut solent Prophetæ †. Vel hoc fecit, simulans se esse in periculo [f]: vel, ut exemplo suo Nehemiam invitaret ad se claudendum: Solebant enim Prophetæ, ut verbis, ità factis, prophetare [g]. Al. *qui erat sequestratus*, vel *retentus*; fingebat scilicet se habere Spiritum Dei, & ob id sequestrabat se ab aliis [h]. Al. *qui detentus erat*; i. e. qui sese voto vel religione detineri simulabat pro salute Nehemiæ, de cujus periculo se divinitus monitum fingebat. Vide simile 1 Sam. 21. 7 [i]. Heb. *clausus*, seu *cohibitus*: Synecd. gen [k]. Al. *quæ domus erat semota ab aliis*, Ca. ¶ *Tractemus nobiscum*] i. e. Unà deliberabimus [l]. Heb. *conveniamus*, tractaturi de statu reip [m]. Recipiamus nos, vel confugiamus, V. ¶ *In medio templi*] In atrio interiore, in quod solis sacerdotibus ingredi licebat [n]. *Intra templum*, P. V. ¶ *Claudamus portas ædis*] Ut aditus hostibus præcludatur [o]. Templum enim erat arcis instar munitum; urbs verò nondum habebat portas in valvis, v. 1 [p]. Et ego tibi perpetuus adero comes & laborum & periculorum [q]. Hoc autem agebat Semaias, vel, 1. ut hoc vano timore Nehemiam contemptibilem redderet apud suos [r]. Vel, 2. ut eum, Templo inclusum, operâ aliquot aliorum sacerdotum consciorum captum faciliùs hostibus dederet †. Vel, 3. ut illius fuga Judæis animum adimeret, hostibus adderet, sícque opus inabsolutum maneret. Vel, 4. ut calumnia illa de Regno affectato verisimilis ex eo fieret, quòd Nehemias latebras quæreret. Vel, 5. ut Nehemias, locum solis sacerdotibus pervium accedendo, peccaret in Deum [t]. ¶ *Venturi sunt*] Nempe inimici, &c [v]. Heb. *veniunt*; præs. pro fut [x]. ¶ *Et nocte*] i. e. Hâc nocte, &c. V.

11. *Num quisquam similis mei fugit?* הַאִישׁ כָּמוֹנִי] *Numquid aliquis qualis ego sum?* V. Qui Dux sum [y], (aliísque animum addere debeo [z],) & magnanimus [a]; qui Deo confido [b]; quem Deus tantis beneficiis affecit [c]? *Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit? Usque adeóne mori miserum est?* Æneid. l. 12. *In maxima fortuna minima est licentia*; Salust. *Multa tibi non licent quæ humillimis & in angulo jacentibus licent. Magna servitus est magna fortuna*; Senec. ad Polyb. 26. *Splendor vester facit ut peccare sine summo reip. detrimento non possitis*; Cic. Ver. 3 [d]. Indecora esset Ducis fuga, & rei communi perniciosa †. ¶ *Et quis ut ego ingredietur templum, & vivet?*] Sim. ο'. M. P. Mo. V. i. e. Quis ingredi possit Templum, quem Deus non statim interficiat, quòd scilicet Templum violaverit [f]? *Templum* intellige illam basilicam quam sacerdotibus solis ingredi jus erat [g]. Volunt ergò Nehemiam non fuisse sacerdotem, sed ex tribu Judæ; *quia* (inquit Scaliger in Euseb. ad numerum 1584.) *omnes Duces Israelis & Æchmalotarchæ sunt ex tribu Juda, & ex stirpe Davidis*. Verùm id falsum esse docet exemplum Esdræ, qui sacerdos erat & Æchmalotarcha, Esd. 7. Adde quòd Nehemias cap. 10. 1, 8. sacerdos asseritur: quem frustrà alium esse somniat Scaliger, cùm & patris nomen omnino consentiat [h]. Alii וָחָי vertunt, *ut vivat?* JT. Pi. *ut vitam tueatur?* Ti. Me. sim. G. Belg. *evadendi causâ?* Ca. q. d. Nè quidem vitæ servandæ causâ me (scilicet exterum, non sacerdotem [i],) ad Templum fugere decet, (vel licet, Num. 3. 38 [k].) Satius enim est generosè mori, quàm turpiter fugere [l]. Crimen morte dignum committerem, si eò ingrederer [m]. Aut, *& vivat?* q. d. Si fugiam ad Templum, ipsi contribules me interiment, quasi indignum magistratu; aut hostem domesticum, qui, quasi sceleris alicujus conscius, quæsiverit asylum, adeóque sceleratum se profitetur, & dignum odio publico [n].

12. *Et intellexi*, &c.] Qu. Unde? Resp. 1. Quòd contra Legem suaderet. Vide Deut. 13 [o]. 2. Quòd consilium illud erat perniciosum reip [p]. 3. Quòd vaticinium

Marginal notes (left column): [a] Pi. [b] V. [c] Jun. Ma. Me. T. [d] V. † G. [f] E. [g] V. [h] V. † M. * Ma. [i] V. [k] Ma. [l] Pi. [m] V. [n] Ma. ex Jun. [o] V. [p] Os. [q] V. [r] V. ex He. † Belg. [r] Os. [v] V. [x] Ma. ex Jun. [y] Tig. not.

Marginal notes (right column): [z] Jun. & ex eo La. Me. T. Ma. [a] San. [b] V. Me. * Belg. [c] Me. [d] La. † V. [f] Os. [g] Ma. [h] M. [i] Ma. & Pi. ex Jun. [k] Pi. [l] Wolp. [m] Os. [n] Wolp. [o] Wolp. [p] Me. T. [q] T. [r] Me. † Ma. [t] Os. [v] Wolp. [x] V. [y] Os. ità La. Jun. &c. [z] Os. [a] La. [b] Ma. ex Jun. [c] Os. [d] Ga. † San. [f] V. [g] G. [h] Ma. [i] Jun. [k] Jun. [l] La. [m] Os. [n] San. sim. La. [o] Jun. [p] San.

vaticinium non probavit effectus; quia non venerunt hostes, &c[q]. 4. Ex revelatione Dei. 5. Vel ex naturali prudentia[r]. 6. Quòd habebat pro se indubitatos Prophetas, Jerem. Agg. Zach. Mal *. [Al. aliter:] Subaudiendum aliquid, hoc modo, *Dedi operam ut cognoscerem*, &c †. ¶ *Sed quasi vaticinans locutus esset ad me*, [כִּי הַנְּבוּאָה דִּבֶּר עָלַי] *Quia prophetiam* (sub. *ex corde suo*, M.) *loquutus est ad me*, Mo. *Sed illam prophetiam indixerat mihi*, JT. vel, *loquutus fuerat adversùm me*, P. sim. Wolp. Ità LXX, ὅτι ἡ προφητεία λόγος κατ᾽ ἐμοῦ, id est, Quoniam esset isthæc prophetia mihi quasi adversaria oratio: pro דִּבֶּר legebant דָּבָר. Atque hinc rectè respuit Nehemias illam prophetiam, quòd adversa esset operi instaurandæ civitatis, ad quod perficiendum Dei (qui sibi semper constat, nec, ut homo, mutatur,) tum mandatum, tum auxilium, acceperat. Docet nos Nehemias suo exemplo, ad verbum Dei, quasi ad Lydium lapidem, omnem doctrinam probare[t]. [Al. sic;] *Nam prophetiam istam eloquutus quidem fuerat de me*: (Heb. *super me*:) *sed Tobija*, &c. Pi. Al. *ut ad me prophetaret*, Ti. sim. Ca.

13. *Acceperat enim pretium*, [לְמַעַן שָׂכוּר הוּא] *Quia mercede conductus fuerat*, P. sim. Sy. Ar. [Ar. autem hæc verba parenthesi includit, & sequentia verba cum vers. 12. connectit.] *Atque in hoc* (vel, *ob id enim*, M. vel, *propterea*, Mo.) *erat conductus ipse*, Ti. Subaudiendum aliquid, quale, *Hæc, inquam, dicebat, propterea quòd mercede*, &c. Vel, *Deus, inquam, non miserat illum: nam*, &c[v]. *Ut conductitius esset*, JT. Pi. i. e. stipendiarius, sive pensionarius; ut continuâ pensitatione obstrictus Nehemiam ad peccatum solicitaret, &c[x]. ¶ *Ut territus facerem*, &c. ità Ti. [לְמַעַן אִירָא וגו׳] *Ut timerem, & facerem sic*, &c. P. V. &c. ¶ *Et peccarem*] Tum in Deum, per diffidentiam; tum in meipsum, (in honorem meum[y], quem ut Dux populi curare debeo[z], tum maximè temporis[a],) per pusillanimem fugam; tum in populum, eum meâ fugâ percellendo, &c[b]. ¶ *Et haberent malum*, &c. [וְהָיָה לָהֶם לְשֵׁם רָע] *Et esset illis* (vel, *ut esset hoc illis*, Pi.) *ad nomen malum*, P. Mo. Pi. sub. *mihi conciliandum*, Pi. vel, *in famam malam*, sub. *adversùm me*; i. e. Ut haberent quod mihi tanquam crimen impingere possent[c]. *Et illi haberent de me nomen malum*, M. *Quod fuisset illis argumentum infamiæ*, JT. *Et fiam eis in nomen malum*, ό. *Essétque id illis contra me nomen turpe*, Ar. *Et ut ego delinquens acquirerem apud eos nomen infame*, Sy. ¶ *Quod exprobrarent mihi*, [לְמַעַן יְחָרְפוּנִי] *Ut probris afficerent me*, Mo. Pi. V. P. sim. JT. ό. Sy. Quòd illorum metu fugerem[d], quasi timidus †, vel malè mihi conscius[f]. Al. *quod mihi improperarent*, M. Est hoc malorum spirituum & hominum impiorum proprium, ut scandalis gaudeant iísque quæ probro esse possunt; &, nè soli sint impuri, vellent omnibus & conscientiam & famam maculis fœdari *.

14. *Memento mei, Domine, pro Tobia*] Heb. *Memento, mi Domine, Tobiæ*, &c. Redde illis paria[g]; ut vel ipsi, vel alii ipsorum exemplo & castigatione, sapiant[h]. ¶ *Et Noadiæ prophetæ*] Heb. *prophetissæ*, T. Nomen mulieris quæ sibi Prophetæ nomen sumebat[i]. ¶ *Et cæterorum prophetarum*, &c.] Poterat Nehemias in horum perfidiam animadvertere: sed cedit tempori & communibus ærumnis. Seditionis paulò antè sedatæ dolor omnis recens facilè recruduisset: erant adhuc acerbi multorum animi, quibus vel non quantum voluissent erat datum, vel plus quàm videretur æquum ablatum: erant foris hostes, intus proditores; tristissima tempora. Rem ergò omnem justo Dei judicio remittit[k].

15. *Mensis Elul*] i. e. Ultimi mensis, plurimùm Augusto respondentis[l]: vel partim Augusto, partim Septembri[m]. ¶ *Quinquaginta duobus diebus*] Qu. Undenam hi sunt computandi? Resp. 1. Ex quo misit Sanballat illam epistolam ad Nehemiam[n]. Josephus ergò dicit hoc opus absolutum fuisse duobus annis & 3 mensibus. Eum sequuntur Caj. & Historia Scholastica[o]. Respond. 2. Ab initio fabricæ[p]. Nam, 1. brevissimo tempore muri Jerus. ædificandi prædicuntur, Dan. 9. 25. 2. Noluit Nehemias, Regi & Reginæ charus, diutiùs abesse; nec sumptus ad diuturniorem moram illi suffecisset. 3. Alioquin Samaritani facilè inimicas acies potuissent cogere[q]. Hoc autem in opere tam vasto meritò mirati sunt vicini, palàm professi *à Deo hoc factum esse*[r]. Difficile est hoc creditu, sed multa sunt quæ planè satisfaciant. 1. Ædificantium multitudo, (nemine excepto †,) & ardor, & eo modo distributus labor, &c[s]. 2. Fundamenta murorum non erant diruta, (molestum enim id erat & inutile negotium[v],) sed tantùm interrupta, 2 Reg. ult. 4, 10. 3. Portæ non erant dirutæ, sed valvæ tantùm instaurandæ erant[x]. Hinc nullæ portæ à Nehemia dicuntur ædificatæ, aut reconcinnatæ; imò neque illarum plurimæ nominatæ[y]. 4. Fabricabant ex lapide, non cæso ac polito, sed rudi; imò ex lapidibus quos in ruinis invenerunt. 5. Deus eos secundavit. 6. [Non desunt similia exempla.] Alexander M. muros novæ Alexandriæ ad Tanaim per longitudinem 60 stadiorum erexit in 17 diebus, Curt. vel 20, Arrian. Sic hodie Hollandi, urbes vastas obsidentes, easdem spatio 20 dierum ità vallo cingunt, ut eis succurri nequeat[z].

Margin notes (left column): q Ma. — r L. Me. La. — * G. — † V. — t Wolp. — v V. — x Jun. — y Me. T. — z Me. — a T. — b La. sim. T. — c V. — d V. — † La. — f Os. — * Wolp. — g G. — h La. — i V. — k Wolp. — l Jun. — m V. Pi. — n V. Ma. Os. — o La. — p Ità San. La. ex L. & Dior. & Villalp. T. Belg.

16. *Factum est ergò cùm audissent*, &c. *ut timerent*, &c. [כַּאֲשֶׁר שָׁמְעוּ וגו׳ וַיִּרְאוּ וגו׳] *Quum audirent*, &c. *& viderent*, &c. JT. sim. M. Ti. Mo. Non placet: Tunc enim legeretur וַיִּרְאוּ, quia præcessit שָׁמְעוּ[a]. [Alii ergò vertunt,] *Quum audivissent*, &c. (sub. *murum esse perfectum*, V.) *timuerunt*, &c. ό. Sy. Ar. P. V. Pi. Scriptum enim est וַיִּרְאוּ cum *Vau Hippuch*, [i. e. *conversivo*,] & cum defectu י; quomodo & alibi occurrit, Deut. 17. 13. Jos. 4. 14. 1 Sam. 4. 7. & 7. 7. & 12. 18. & 18. 12. & 28. 5. 1 Reg. 3. 28. Mich. 7. 17. Firmatur hic sensus ex epexegesi in membro sequente, ubi, pro *timuerunt*, dicitur, *ceciderunt in oculis suis*[b]. ¶ *Et conciderent*, &c. [וַיִּפְּלוּ מְאֹד בְּעֵינֵיהֶם] *Et conciderunt valde in oculis suis*, Mo. P. sim. Ti. JT. i. e. Concidit vultus eorum, præ tristitia scilicet, ut Gen. 4. 5. Vel, *visi sibi sunt concidisse*, i. e. amisisse vires ad oppugnandum Judæos. Huic expositioni favet modus loquendi[c]. *Humiliati sunt valde*, &c. M. Existimârunt se jacturam magnam fecisse nominis sui & rerum suarum[d]. *Consternati sunt*, &c. Ar. *valde formidaverunt nos*, Sy. sim. ό. Percellebantur vehementer †. Fortè est hypallage, pro, *ceciderunt eis oculi valde*, i. e. præ pudore non audebant oculos attollere[f].

17. *In diebus illis*] Quibus ædificatum est, & Nehemias mansit Hierosolymis[g].

18. *Habentes juramentum ejus*; ità P. M. Tig. not. [בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ] *Domini* (vel *compotes*, Mo.) *juramenti* erant ei, Jun. Glass. בַּעַל quandoque notat subjectum, quomodocunque se habet, ut Gen. 14. 13[h]. *Conjurati* (vel *confœderati*, Ti.) *erant ei*, JT. sim. V. *juraverant ei*, P. *juramento conjuncti* (*sociati*, Ca.) *erant ei*, ό. *juraverant se non fore illi infensos*, Sy. sim. Ar. Arcano fœdere cum Tobia colligati[i]. ¶ *Gener erat Secheniæ*] Primatis cujusdam Judæi[k].

19. *Laudabant eum*, [גַּם טוֹבֹתָיו הָיוּ אֹמְרִים] *Præterea bonitates* (*bona verba*, Sy. *benefacta*, JT. V. vel *merita*, vel *magnificentias*, V. *bonitatem*, Ti. *laudes*, Ca.) *ejus dicebant*, vel *prædicabant*, P. M. JT. &c.

CAP. VII.

1. *Et recensui janitores*, [וַיִּפָּקְדוּ הַשּׁוֹעֲרִים] *Et constituti* (vel *recensiti*, ό. Ar.) *essent*, M. Ti. Pi. Sy. P. Mo.

2. *Præcepi*] i. e. Præcepta dedi[a]. ¶ *Hanani fratri meo*] Idem hic qui ad Nehemiam in Persidem venit, c. 1. v. 2[b]. ¶ *Et Hananiæ, principi domûs*] Heb. *palatii*, Os. Pi. &c. Palatii regii in monte Sion[c]. *Præfecto castro*, JT. i. e. muro quo circumdatum erat Templum. Vide suprà 2. 8[d]. ¶ *De Jerusalem*] Ità Pi. P. V. עַל valet *de*, & pendet à verbo *Præcepi*; quod docet tum phrasis, tum collatio versûs sequentis †. i. e. De portis Jerusalem, vel claudendis & aperiendis[f], vel custodiendis[g]. ¶ *Ipse enim quasi vir verax*, [כְּאִישׁ אֱמֶת] *Sicut vir veritatis*, Mo. sim. Ar. Genitivus

Margin notes (right column): q San. — r T. — † La. — s San. — v San. — x La. ex San. — y San. — z La. — a Pi. — b Pi. — c Pi. — d V. — † Jun. — f Ma. — g Ma. ex Jun. — h Glass. gram. p. 28. — i G. — k Os. sim. Me. — a V. — b La. Me. T. &c. — c La. Ma. — d Pi. — † Pi. — f V. — g Q. in V.

nitivus adjuncti, Pi. *Vir fidei, ſive fidelis*, Jun. Ti. *vir planè fidus*, JT. Pi. τὸ כ notat certitudinem; ſicut ὡς Joan. 1. 14[h]. Affirmantis potiùs eſt quàm dubitantis; q. d. Proculdubio erat vir fidelis[i]. ¶ *Timens Deum plùs cæteris*, מֵרַבִּים] *Præ multis*, Mo. P. V. &c. ſcil. hominibus: vel, *à multis*, ſcil. *diebus*; i. e. à multo tempore[k]. [Non novitius, cui talia vix tutò credi poſſunt.]

3. *Uſque ad calorem ſolis*] Tunc enim inſidiæ hoſtium poſſunt animadverti[l]. Tunc & omnes vigilant, adeóq; hoſtibus ſe opponere poſſunt[m]. ¶ *Cúmque adhuc aſſiſterent*, וְעַד הֵם עֹמְדִים] *Et adhuc ipſis ſtantibus*, Mo. vel *vigilantibus*, ο'. vel *adſtantibus*, P. ſim. JT. Pi. *Ipſis* (i. e. cuſtodibus, V. Mar. vel janitoribus, quorum erat portas aperire & claudere[n],) *aſſiſtentibus* in portis, V. ſim. M. Belg. *Donec verò ſteterint* in excubiis, Ti. *Ipſis adhuc præſentibus*, Ca. nempe Hanane & Hananiâ[o]. Quo tempore conſtituentur vigiliæ[p]. [Al. aliter;] *Et ſtante adhuc die*, Sy. *Et adhuc eo* [i. e. *ſole*, qui jam præceſſit,] *ſubſiſtente*, Ar. ¶ *Clauſæ portæ ſunt, & oppilatæ*, יָגִיפוּ הַדְּלָתוֹת וְאֱחֹזוּ] *Claudent valvas*, (vel *fores*, V.) *& tenebunt*, Mo. P. Ad verb. *& tenete*. Confuſio numeri, pro, *tenebunt*, ſive *apprehendent*, ſub *valvas*, donec vectibus clauſerint illas. Alii, *& teneant*, i. e. jungant, *eas vectibus*; q. d. Non relinquent portas apertas[q]. *Claudantur valvæ*, ſive *portæ*, *& oppilentur*, ο'. vel *obſerentur*, Sy. ſim. Ca. vel *firmentur*, Ti. *Claudite portas*, &c. Ar. *Claudebant portas, & tenebant* repagula, M. [Al. cum antecedentibus jungunt, hoc modo;] *Dum*, vel *Cùm, ipſi adſtantes occludent valvas*, ſive *fores*, *tractate*, ſive *contrectate, eas*, JT. Pi. i. e. Admotis manibus obſervate an bene ſint clauſæ[x]. Contrectate ſeras valvarum, &c[y]. Difficilem hunc locum ſic reddo, *Et uſquedum ipſi adſtantes claudant fores, continete*, vel tenete, ſive detinete; nempe adſtantes quoſcunque, donec portas clauſerint. Do autem vobis poteſtatem cogendi eos, &c. Vau in וְאֱחֹזוּ vacat, & ſolam emphaſin denotat; q. d. *vel*, ſive *etiam*, *continete*[z]. ¶ *Et poſui cuſtodes*, וְהַעֲמִיד מִשְׁמְרוֹת] *Conſtitui itaque cuſtodes*, P. V. *Et conſtitue cuſtodias*, Mar. ſim. ο'. Loquitur cum Principe palatii[a]. Vel, *conſtituere*, Mar. Pi. ſub. *oportet*, Mar. *Et ſtatuendo*, ſive *conſtituendo*, Mo. Pi. *Idque conſtitutis cuſtodiis*, JT. *Sténtque in cuſtodiis*, Sy. *Erant enim conſtitutæ cuſtodiæ*, Ti. *Et conſtituebamus cuſtodias*, &c. M. ¶ *De habitatoribus Jeruſalem*] Ità ο'. Pi. M. &c. ¶ *Unumquemque contra domum ſuam*] i. e. Eam muri partem quæ ex adverſo eſt ſuæ domui[b]. Dices, domos nondum ædificatas fuiſſe, verſ. ſeq. Reſp. Synecdochicè intelligendum, q. d. non ſufficientes domus, & vacuum ſpatium replentes. Ædificatas autem fuiſſe aliquas patet ex c. 8. 15. Nec eſt probabile à reditu ſub Zorob. nullas domos fuiſſe ædificatas[c]. Porrò janitores, cantores & Levitas verſ. 1. recenſuit, ut eos (utpote Templi miniſteriis vacantes) ab illo excubandi labore eximeret[d].

4. *Civitas erat lata, &c.*] Habuit 50 ſtadia in ambitu, ait Jo. ex Hecatæo, ſive ſex milliaria†. Heb. *lata manuum*, Ma. ¶ יָדַיִם] *Locis*, P. *ſpatiis*, V. ¶ *Populus parvus*] Heb. *Paucus*, Ma. Pauci Babylone redierant; & ex his nonnulli, videntes deſolationem urbis & hoſtium minas, ad alia Judææ loca ſe contulerant; alii in Babylonem vel Perſidem reverſi erant, inter quos fuit Dux Zorobabel[f]. ¶ *Non erant domus*, &c.] Nempe, ad permanendum. Tuguria tantùm erant juxta muros, ubi ad tempus manere poterant. Ità conciliatur hic locus cum verſ. præced[g].

5. *Deus dedit in corde meo*, &c.] Hoc mihi ſuggeſſit[h]; [nempe, ut cenſum agerem, &c.] Qu. Cur ergò actum à Davide cenſum ægre tulit Deus? Reſp. Nehemiæ juſtæ erant cauſæ; ut conſtaret de ſufficiente incolarum, &c. numero, ut & pecunia colligi, & delectus militum haberi, poſſet: Davidi autem nec illæ, nec aliæ erant cauſæ neceſſariæ[i]. ¶ *Ut recenſerem eos*] Ut ſcirem qui eſſent in quaque familia[k]; & veteres urbanas familias in urbem revocarem[l]. ¶ *Inveni librum cenſûs*; ità V. הַיַּחַשׂ] *Recenſionis*, JT. Pi. *genealogiæ*, P. ¶ *Eorum qui aſcenderant primùm*] Vel, 1. cum Eſdra: Unde factum eſt ut hæc recenſio Eſdræ libro ſatis incommodè, & non ſine

[h] Pi. [i] V. [k] Q. in V. [l] Ma. ſim. Oſ. [m] San. [n] Belg. [o] G. [p] Mar. [q] V. [x] Jun. [y] Pi. [z] Di. [a] Mar. [b] Mar. [c] Pi. [d] San. † Wolp. [f] La. ex San. [g] L. [h] T. ſim. La. Me. [i] Wolp. [k] Mar. [l] G.

mutatione quadam, inſereretur, ut diximus Eſd. 2[m]. Vel, 2. cum Zorobabele[n]: nam hæc recenſio prima eſt quæ in Judæa facta, quum primùm in eam appuliſſent; ſed tamen ſecunda ab ea quæ priùs habita fuit in Babylonia, Eſd. 2[o].

6. *Iſti filii provinciæ*, &c.] Ab hoc verſu ad v. 70. conferenda ſunt omnia cum Eſd. 2. à v. 1. ad 68. nam ſunt ferè eadem[p]. Idem eſt in utroque catalogo initium & finis, diſcrepantia tamen in numeris[q]. Qu. Quæ ratio diſcriminis? Reſp. 1. Corrupti ſunt in alterutro numeri: quod facile erat, cùm numeri interdum notis deſignati erant[r]. Nec quicquam ob id de rei veritate decedit*. 2. Fortè catalogus hic aliunde quàm ex libro Eſdræ deſcriptus eſt†. Liber hic non deſcriptus eſt Eſdr. 2. ſed ſcriptus fuit aliquot (propè centum[t]) annis poſt illum; non enim conveniunt in numeris, quòd ſucceſſu temporis multi aucti ſunt liberis, alii orbati[v]. Cenſus populi ſæpius initus fuit & deſcriptus: 1. in Babylone, cùm indè egreſſi ſunt Judæi; 2. in Jeruſalem, cùm primùm eò appulerunt; 3. in dedicatione Templi. Hi autem cenſus inter ſe variabant, quia aliis morientibus aliis naſcebantur, aliis abeuntibus alii adventarent. Quare ex uno cenſu catalogum ſuum deſcripſit Eſdras, ex alio Nehemias[x]. Fortè aliqui ex recenſitis vel in Babylonia, conſilio mutato, remanſerunt, vel in itinere mortui ſunt[y]. Magna in centum annis perſonarum familiarúmque fieri potuit mutatio. Nehemias autem cognoſcere voluit quot ex illis cognationibus ſive familiis (quas recenſuit Eſdras) reliquæ fierent, quáſque ad inhabitandam civitatem accerſeret. In eum autem finem, non erat cur de eorum qui jam exceſſerant è vivis numero laboraret. Porrò, diverſos hos fuiſſe cenſus probat, quòd familiarum Principes diverſis nominibus notati ſunt. Sed illud longè difficilius eſt, quòd licèt in familiis plurimis diſcrepent numeri, idem tamen hîc qui illic collectus eſt numerus. Hîc, fateor, hæreo. Dici tamen poteſt, non agi hîc de utriuſque cenſûs, ſed de prioris, ſumma, ut conſtaret quanta foret in tantillo tempore rerum perſonarúmque converſio: quod mihi ideo perſuadeo, quia quædam ad verbum expreſſa fuerunt è priori cenſu, principium videlicet & finis[z]. ¶ *Unuſquiſque in civitatem ſuam*] In qua vel ipſe vel majores habitârunt[a].

7. *Azarias*] In Eſd. *Seraiah*. ¶ *Raamias*] Eſd. *Relaiah*. Habuerunt itaque hi duo nomina[b]. ¶ *Nahamani*] Prætermittitur hic in Eſdra[c]. ¶ *Maſpharath*] In Eſd. *Meſphar*. ¶ *Nahum*] In Eſdr. *Rehum*[d]. ¶ *Numerus virorum populi* (vel *popularium*, ſive *vulgi*, Belg. JT.) *Iſrael*, P. Mo. Qui ſcilicet aſcenderunt ſub conductu Principum iſtorum ſuprà nominatorum†.

10. *Sexcenti quinquaginta duo*] In Eſdra 775; ubi tamen Got. habet 652. Unde[f]? [Nempe ex hoc loco deſumpſit; quomodo Sy. & Ar. pro aliis ac diverſis numeris in libris Chronicorum, ſæpe eoſdem reponunt numeros qui habentur in libris Regum.]

22. *Filii Haſem*] Horum nulla mentio in Eſdra[g].

24. *Filii Hareph*] In Eſdra, *filii Jorah*. An fuit binomius[h]?

25. *Filii Gabaon*] In Eſdra, *Gebbar*[i]. *Filii Gibon*, P. V. vel *Gibeon*, Pi. i. e. cives. Sic verſ. ſeq. & aliis. Quoties enim בְּנֵי vel אַנְשֵׁי nominibus urbium præponitur, *incolas* ſive *cives* ſignificat[k]. *Gibeonitæ*, Pi. ſic JT.

26. *Filii Bethlehem*] *Viri Bethlehem*, ſive *Bethlehemitæ*, Mar. JT. Pi. Hîc omittuntur 40 filii Aſmaveth, qui numerantur apud Eſdram[l].

34. *Viri Ælam*] Vel *Elam*. Nomen viri & urbis[m]. Nomen loci videtur, non viri[n].

35. *Filii Harem*, &c.] Pro quibus in Eſdr. numerantur *filii Megbis* 156[o].

39. *Sacerdotes*] i. e. Sequuntur ſacerdotes, vel horum filii, ſive nomina[p].

48, 49. *Filii Selmai, Filii Hanan*] Utroſque prætermittit Eſdras, ſicut & *filios Gezem & filios Aza*, v. 51. & *filios Beſai & filios Munim*, v. 52[q].

54. *Filii Beſloth*] In Eſd. *Bezhith*[r].

57. *Filii ſervorum Salomonis*] Hi præerant operationibus Templi, curantes ejus ruinas†.

60. *Trecenti nonaginta duo*] Hinc apparet eos qui ex

[m] G. [n] Ma. ex Jun. T. San. La. [o] Jun. [p] Ma. [q] La. [r] Q. in San. ſim. Wolp. * Wolp. † Sà in Me. [t] San. [v] V. [x] La. [y] Ma. [z] San. [a] Pi. [b] V. [c] Wolp. ſim. V. [d] Wolp. † Belg. [f] Mar. [g] Wolp. ſim. Mar. [h] Mar. [i] Mar. [k] V. [l] Wolp. [m] V. [n] Mar. [o] Wolp. [p] V. [q] Wolp. [r] Wolp. † V.

ex Gentibus conversi fuêre constantiores fuisse in vera Religione quàm Judæos ipsos, quorum multi in patriam ad exercitium veri cultûs redire neglexerunt [*]. 61. *Et semen suum*] i. e. Genus suum, unde ducerent originem [r].

63. *Filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai, &c.*] *Qui*, scil. *Accos*, is enim proximè præcessit; de quo Esdr. 2. 61 [v]. ¶ *Et vocatus est nomine eorum*] Verto, *earum*, scilic. filiarum Barzillai. Enallage generis, cujus multa sunt exempla [x]. Vel, de familia Bercellaitarum, affinium ejus [y].

64. *Hi quæsiverunt*] i. e. Consuluerunt [z]. ¶ *Scripturam suam*] Libellum genealogiæ suæ [a]. ¶ *Et non invenerunt*] Heb. *non est inventa*, sub. *scriptura illa*; i. e. Non fuerunt inventi in illo libro, nè unus quidem illorum [b]. ¶ *Et ejecti sunt de sacerdotio*, [וַיְגֹאֲלוּ וגו'] *Ideóque repudiati sunt* (vel *rejecti*, i. e. privati, V. *liberati*, vel *redempti*, Os. Mar. ex ο'.) *à sacerdotio*, P. *Ut polluti abstenti sunt*, &c. JT. Pi. Heb. *Polluti sunt* & abstenti *à sacerdotio*. Ellipsis verbi relati. Sic Esd. 2. 62 [c]. [ubi plura vide.] *Ejecti*, &c. Paria enim sunt, ut aiunt JC[ti], *non esse*, & *non apparere*. Et qui in qualitate jus suum fundat, probare eam debet. Debebant autem docere & se esse ex Aaronis gente, & uxores suas cives. Notat id hîc Josephus [d].

65. *Dixitque Athersatha*] i. e. Nehemias, ut apparet [infrà] 8. 9 †. Sic vocabatur à Persis [f], vel sermone Chaldæo. Ponitur vice cognominis: aut est nomen magistratûs seu dignitatis apud Chaldæos [g]. Judæi, (præcipuè qui in aula versabantur,) præter Hebræa nomina, inter Gentes etiam Syriaca accipiebant [h]. [Al. sic vertunt;] *Edixit regis legatus*, nempe Sesbatzar. Confer Esdr. 2. 63 [i]. ¶ *De sanctis sanctorum*] i. e. De cibis sacerdotum, qui erant sancti [k]. De cibis sanctificatis [l]. Verto, *de rebus sanctissimis*. Vide 2 Chron. c. 31. v. 14 [m]. ¶ *Donec staret sacerdos doctus & eruditus*, [לְאוּרִים וְתֻמִּים] *In* (vel *cum*, Pi. JT. G.) *Urim & Thummim*, P. V. Mo. Ti. vel, *qui portaret Urim & Thummim*, M. vel, *ad Urim*, &c. i. e. qui consultus posset ex Rationali responsa reddere [n]. Urim & Thummim in secundo Templo non erat [o]. Necessariò ergò de Christo hoc intelligendum est [p]. Verùm sperabat Nehemias aliquando futurum ut Deus ea restitueret, & sic ad obscura responderet [q].

70. *Nonnulli de principibus*, &c. [וּמִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת] *Et*, vel *Tum*, *pars* (vel *quidam*, sive *aliqui*, P. M. Pi. Ca. vel, *de parte*, ο'.) *capitum patrum*, Mo. *de præcipuis patribus*, M. Sy. sic Ti. vel, *è principibus familiarum*, P. *Pars primorum paternarum* familiarum, JT. sim. Pi. ¶ *Dederunt*] Sub. *munera*, V. Laude digni sunt hi Judæi, qui, liberati è captivitate, liberaliter contribuunt ad conservationem Ministerii. Secùs faciunt quidam ab Antichristi tyrannide erepti, quòd de thesauris Ecclesiæ diripiunt, atque in suos usus convertunt [r]. Idem est hic catalogus cum illo Esd. 2. sed in numeris diversus; fortè quòd Esdras omnium, etiam Persarum, Nehemias tantùm Judæorum, dona, eáque præcipua, recenseat †.

73. *Venerat*] Rectiùs, appropinquabat, Os. ¶ *Mensis septimus*, &c.] Scil. anni sacri; sive Tisri [t]. *Adveniente mense septimo, quum essent Israelitæ in civitatibus suis, congregati sunt*, &c. Sy. [Ità Sy. cum vers. 1. seq. cap. connectit. Porrò, hæc verba, *civit. suis*, quibusdam claudunt hoc caput; sic M. P. Mo. &c: aliis sequens caput inchoant; sic Sy. Ti.]

[Margin: * Os. — r V. sim. — Pi. — v Mar. — x Pi. — y Os. — z V. — a Pi. sim. V. — b V. — c Pi. — d G. — † G. sic Os. V. — f Mar. — g V. — h Os. — i Pi. ex Jun. — k V. — l Mar. — m Pi. — n Mar. — o G. V. — p Q. in V. — q G. — r Os. — † La. — t Ità Wolp. Me. Ma. &c.]

CAP. VIII.

1. QUasi vir unus] i. e. Simul [a]. Totaliter & perfectè [b]. Unanimiter [c]. ¶ *Ut afferret librum Legis*] Pentateuchum [d], & præcipuè Deuteronomium. Non dicunt, Instaura librum de novo, vel, Recens ede in lucem; sed, Affer è scrinio, vel gazophylacio. Non ergò omnes libri, ut quidam volunt, perierant in excidio urbis; nec eos instauravit Esdras; sed tantùm correxit, & in meliorem ordinem redegit, & aliis characteribus descripsit †. Urbe structâ & impletâ, restabat ut in memoriam revocarentur leges secundùm quas vivendum erat [f]. ¶ *Quam præceperat*] i. e. Tradidit Israeli servandam [g].

2. *Et mulierum*] Quæ seorsim suum locum habebant [h]. ¶ *Cunctísque qui poterant intelligere*, [וְכֹל מֵבִין לִשְׁמֹעַ] *Et omnium intelligentium audiendo*, P. vel, *ad audiendum*, sive *ut audirent*, V. Ti. Qui per ætatem audita intelligere ac percipere poterant. Vox מֵבִין non indicat scientiam, sed ætatem: pertinet enim hæc particula ad juniores; superior verò ad provectiores [i]. Excludit pueros, qui lecta non intelligebant [k]. *Omnium aptorum ad intelligenter audiendum*, JT. Pi. [Al. sic;] *Omnis intellectu præditus auscultabat*, M. [qu. infinitivus pro indicativo positus esset, ut alibi fit.] ¶ *In die prima mensis septimi*] Qui festus erat Hebræus, utpote Neomenia, Num. 28. 11 [l].

3. *In platea quæ erat ante portam aquarum*, [לִפְנֵי הָרְחוֹב וגו'] *Ante plateam* (vel, *in planitie plateæ*, M. *in platea*, Sy. Ti. *ante aream*, Ca.) *quæ erat ante portam aquarum*, P. JT. Pi. Ar. Innuit suggestum fuisse collocatum, non in meditullio, sed in extremitate quadam, unde tamen facilè ab omnibus conspici poterat [m]. ¶ *De manè*, &c. [מִן הָאוֹר] *A luce ipsa*, P. i. e. à principio diei [n]. Ab ortu Solis [o]. אוֹר est *lux* in genere; hîc autem matutina [p]. Apparet hîc Esdræ atque populi devotio [q]. ¶ *Et aures—populi*, &c. [וְאָזְנֵי כָל הָעָם אֶל סֵפֶר הַתּוֹרָה] *Et aures totius populi* (sub. *erant*, P. vel *directæ*, Pi. vel *intentæ*, sive *arrectæ*, *erant*, Ar. M. Ti. sim. JT. Pi. V. Sy.) *ad*, vel *in*, *librum Legis*, P. i. e. ad ea quæ ex libro legebantur [r]. Probabile est eum præcipua loca selegisse ex Exod. Levit. ac potissimùm Deuteron †.

4. *Stetit—super gradum ligneum*, [עַל מִגְדַּל עֵץ] *Super turrim* (vel *turriculam*, Sy. vel *gradum*, ο'.) *ligni*, Mo. M. *super suggestum ligneum*, P. sim. JT. Pi. Quod *turrim* vocat, vel quòd emineret aliis [t]; vel à figura turris, quòd orbiculare esset. Sic 2 Par. 6. 13. dicitur Salomon fecisse כִּיּוֹר, i. e. *suggestum instar conchæ*; כִּיּוֹר enim *concham* sign. quæ rotunda est [v]. ¶ *Quem fecerat ad loquendum*, [אֲשֶׁר עָשׂוּ לַדָּבָר] *Quod fecerant propter verbum*, ο'. vel *verbo*, Mo. vel, *pro sermone* Legis, M. *ad perorandum*, Ar. *ut ex eo loqueretur*, Sy. *ob*, vel *ad*, *hanc rem*, V. JT. Pi. Ca. i. e. ea de causa [x].

5. *Super populum*, &c.] Populo supereminebat [y]. Legebat de loco superiore [z]. ¶ *Stetit populus*] Recti steterunt, honoris causâ [a]. Vide Gen. 49. 33 [b]. item Num. 23. 18. Jud. 3. 20. Job. 37. 14. 1. Ut reverentiam Legi deferrent: 2. Ut faciliùs lectionem Esdræ perciperent [d].

6. *Et benedixit Esdras Domino*] i. e. Laudavit Jehovam †. Significat exordium concionis à laudibus Divinis ductum; fortè ab hymno, aut brevi aliqua laudationis formula [g]. Laudavit initio Deum, quòd populum à captivitate liberatum adduxisset in hunc locum [h]. [Al. sic;] Invocavit Deum initio concionis, ut in Ecclesiis concionatores solent. Plinius initio Panegyrici, *Bene ac sapienter*, (inquit) *Patres conscripti, majores constituerunt, ut rerum agendarum, ità dicendi, initium à precationibus caperetur; quòd nihil ritè, nihil providenter, homines sine deorum ope, consilio, honore, auspicarentur* [i]. ¶ *Amen, Amen*] Particula confirmantis & assentientis. Nomen est substant. & sign. *veritatem*: qu. d. *Veritas sit*; id est, Ità sit; Ità accidat. Hîc autem geminatur ad majorem confirmationem [k]. ¶ *Adoraverunt*, &c.] Se Deo ejúsque Legi submittentes [l]. In honorem Jehovæ [m].

7. *Josue, & Bani, &c. Levitæ*] Isti erant sacerdotes [n]. ¶ *Silentium faciebant*, &c. Hoc est quod Romani dicebant, *Favete linguis* [o]: [מְבִינִים אֶת הָעָם לַתּוֹרָה] *Docebant* (*intelligere faciebant*, P. Mo.) *populum legem*, JT. Pi. sim. ο'. i. e. Attendere faciebant—ad Legem [p]. *Instruentes populum in lege*, Sy. vel, *ut auscultarent legi*, M. ¶ *Populus autem stabat in gradu suo*, [וְהָעָם עַל עָמְדָם] *Et populus super stare suum*, Mo. erat *in loco suo*, P. Sy. M. *in statione sua*, V. JT. Pi. ο'. Erat ubi stabat [q]. Erat in stationibus suis, in quas erat distributus; ut diversis cœtibus diversi Doctores Legem proponerent [r], propter populi frequentiam.

[Margin: a V. — b L. — c Pi. — d Me. T. — † T. — f G. — g V. — h G. — i V. — k Mar. — l Me. — m V. — n V. — o Pi. — p BC. p. 655. — q Ità L. — r V. in Tig. not. — † Me. — t Mar. — v V. — x V. — y V. — z G. sim. V. — a V. — b Ma. — c San. — d La. — † Pi. — g Wolp. — h Os. — i Ma. — k V. — l Me. — m Pi. — n V. — o G. — p V. — q V. — r Pi.]

†Jun. quentiam †. Sed verosimilius est, totum populum in
platea Esdram audivisse. Potest verti, vel, *super stati-
one sua*, i.e. quisque in loco & ordine suo; vel, *super*,
sive *juxta*, *stationem eorum*, i.e. Levitarum: q.d. Po-
[t] Ma. pulus erat prope Levitas, assidebat Levitis [t].
8. *Et legerunt*] Tum Esdras, tum ejus socii, qui
[v] La. San. Esdræ seni & fesso in lectione succedebant [v]. Esdras
aliique diversis in locis plateæ, ut hîc 9. & 9. 4. Simi-
[x] G. le habes Act. 2 [x]. ¶ *In libro legis Dei*; ita ο'. sim.
Sy. בְּסֵפֶר בְּתוֹרַת וגו'] *In libro* (*in libro ipso*, P. sive
illo, Pi. JT.) *in lege Dei*, Mo. G. *In libro*, id est, *in le-
ge Dei*, Ti. sim. M. ¶ *Distinctè*, מְפֹרָשׁ] *Ex-
plicato* sermone, M. vel verbo, Mar. He. in V. hoc
[y] V. est, vocabulis distinctis & explicatis [y]. *Expansum*,
[nempe *librum*,] Sy. *Expositâ*, [scilicet *lege*,] G.
Est participium passivum, quod tamen adverbialiter
[z] Ma. sumunt [z]. *Explanatè*, P. JT. Pi. *explicitè*, *distinctè*, V.
disertè, *clarè*, Pi. *luculenter*, Ti. Quidam vertunt, *le-
[a] V. cturam*, i.e. quod legebatur [a]. ¶ *Et apertè ad in-
telligendum*, וְשׂוֹם שֶׂכֶל] *Et ponendo intellectum*, Mo. &
exponendo (Heb. *ponendo*, i.e. dando, indicando, Pi.)
sensum, JT. Pi. nempe verborum; Heb. *intelligenti-
[b] Pi. am* [b]. *Explicantes sensum*, Ti. *Et apposuerunt intelle-
[c] V. ctum*, P. i.e. adverterunt animum [c]. Q. de Docto-
[d] Belg. ribus accipiunt; alii, de populo [d]. *Et illi accommodan-
tes ingenium*, M. *Et positione intellectûs*; i.e. ita ut in-
†Mar. telligeretur quod legebatur †. *Et* (verum Legis) *in-
tellectum dederunt*, Os. ¶ *Et intellexerunt cùm lege-
retur*, וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא] *Et intellexerunt*, M. P. Mo. ο'.
in lectione, Mo. ο'. vel *lectionem*, M. *lectionem ejus*, Sy.
vel *scripturam suam*, P. vel, *in convocatione illa*, sive
conventu. Id מִקְרָא sign. Exod. 12. 16. Indè *Scriptu-
ra sacra* quasi *Lectura* dicitur, quòd in Templo & ab
omnibus legeretur. Hinc Arabes suum *Alkoranum*,
præfixo articulo *Al*, *Koran*, quasi per excellentiam,
[f] Ma. *Lectionem illam*, seu *Scripturam*, impiè vocârunt [f]. A-
lii, *& animadvertebant in lectione*, i.e. attendebant iis
[g] Q in Ma. quæ legebantur [g]. Alii sic; *& erudientes inter legen-
dum*, Ti. *dabant intelligentiam*, JT. Pi. *per scripturam
ipsam*, JT. [quæ nimirum est optima sui interpres.]
Verto, *inter legendum*, Pi. *Ut inter recitandum intellige-
retur*, Ca. Nimirum, si quid occurrebat obscurius, id
[h] Me. Esdras planum faciebat [h]; idque tum grammaticè,
[i] Os. tum theologicè. 1. Grammaticè [i]: Explicabat Syri-
acè vel Chaldaicè quæ Hebraicè scribebantur in Deu-
[k] La. sim. teronomio [k]. Populus enim in Babyl. linguam suam
T. Os. Mar. corruperat, & cum Chaldæa miscuerat; indéque Sy-
[l] La. sim. riacè loquebatur [l]. Nec verisimile est omnes Judæos
Ti. utramque linguam exactè tenuisse. 2. Theologicè
populo explicabat res obscuriores. Vetus ergò consu-
etudo est explicatio textûs Biblici pro concione, quam
[m] Os. Paulus *prophetiam* vocat, 1 Cor. 14 [m]. Perspicuum est,
hîc non solùm verba Legis recitata, verùm etiam, ad-
hibitâ quadam interpretatione, ad præsentium tem-
porum & hominum statum accommodata fuisse, ad
ipsorum mores taxandos, & extorquendam pœniten-
tiam: quod lacrymæ auditoribus excussæ non obscurè
significant. Interpretationis hujus sacræ Scripturæ
auctores & duces habemus, 1. Deum ipsum, qui hoc
ab initio semper egit, ut antè abs se dicta vel ipsemet
vel alii explicarent: 2. Christum, Luc. 4. & alibi:
3. Apostolos, Act. 1. & 2. & 13. Adde quòd Christus iis
quos ipse poterat erudire suos interpretes mittit; ut
Ananiam Paulo, Cornelio Petrum, &c. Et monet nos
Christus Scripturas ἐρευνᾶν, quod sign. *aliquid in utram-
[n] Wolp. que partem disputando excutere* [n]. *Non tradit mater par-
vulo nucem integram, sed frangit eam, & nucleum porri-
git*: Bernard. Temp. 55. *Quare legitur, si silebitur?
aut quare auditur, si non exponitur? sed & quid exponi-
* Ga. tur, si non intelligitur?* Aug. Joan. 1 *. Talmudistæ
tria membra hujus commatis sic interpretantur; *Le-
gerunt in libro in lege Dei exposita*; i.e. lectus fuit liber
sermone Chaldaico, quem populus meliùs intelligebat:
ponendo intellectum; i.e. distinctè lectus est per perio-
dos & commata: *& intellexerunt in lectione*; i.e. eti-
[o] G. am accentus sunt pronunciati [o].
9. *Et Esdras*, &c. *& Levitæ interpretantes*] Non si-
mul loquebantur, tunc enim confusio esset; nisi for-
san in diversis locis & partibus populi: vel (potiùs,

quia populus simul congregatus dicitur,) solus Esdras
Legem legebat, & obscura declarabat; alii silentium
faciebant in populo, ipsum à luctu reprimentes [p]. [p] L.
¶ *Interpretantes populo*, הַמְּבִינִים וגו'] *Intelligere*
(vel *attendere*, V.) *faciebant populum*, P. Vide v. 7. V.
¶ *Flebat — cùm audiret verba legis*] Minas Legis, &c [q]. [q] La.
Nugatur ergò Schwenckfeldius docens, externam
Ministrorum prædicationem nihil facere ad commo-
venda hominum corda [r]. [r] Os.
10. *Comedite pinguia*] i.e. Escas opiparas & pin-
gues †. ¶ *Bibite mulsum*: vinum dulce, quale est †V.
melle mixtum [t]: מַמְתַקִּים] *Dulcia*, P. *Suavia*, i.e. [t] Me. sim.
optima vina; nam hîc *dulce* pro *potu dulci* accipitur: L.
q.d. Agite hodie festum cum lætitia [v]. Hinc vetitum [v] V.
Christianis die Dominico peragere jejunia [x]. ¶ *Mit- [x] San.
tite partes*, מָנוֹת] *Portiones*, i.e. munera escarum [y]. [y] V.
Sportulas pauperioribus [z], ex lege Deut. 16. 14. De [z] G. v. 12.
prisco more mittendi partes ex conviviis vide Stuck. sim. E. Me.
Conviv. l. 3. c. 3. Vide Esth. 9. 19 [a]. Adeò amicus [a] Ma.
est Deus hominibus, ut nullum ab iis officium suscipi-
at cujus non aliquis etiam ad homines redeat usus &
fructus. Porrò, Dei proximíque amor hâc ratione con-
junguntur, quando sic Deo servitur, ut simul etiam
proximo benefiat. Hinc Agapæ Christianorum [b]. [b] Wolp.
¶ *Qui non præparaverunt sibi*] Qui nullum cibum ha-
bent paratum [c], scil. propter paupertatem. Quales [c] V.
erant viduæ & orphani, Deut. 16. 14. Scribitur hîc
לְאֵין, pro לַאֲשֶׁר אֵין [d]. ¶ *Nolite contristari*] Cùm [d] Pi.
esset dies publicæ lætitiæ, ex lege Num. 10. 10 †. Die †Ma. ex
neomeniæ, cùm beneficia Dei recolimus, gaudendum Jun. v. 9.
est [f]. Ovid. *Nunc dicenda bono sunt bona verba die*: & [f] La.
Horat. — *malè ominatis Parcite verbis*. Aristides, εὐ-
φημεῖν τῇ πανηγύρει, (*fausta precari*, sive *ominari*, *in ce-
lebritatibus* †.) ¶ *Gaudium Domini est robur ve- †G.
strum*] Vel, sit *robur*, vel *robori*, JT. Pi. *Gaudium Do-
mini* sumitur, vel, 1. activè, quo gaudet Dominus cùm
videt nos in adversis forti esse animo [g]. Gravis est hæc [g] La.
ratio piis, quæ Deo, quod suadet, gratum esse ostendit;
quæque efficit ut in summo etiam dolore lætemur, si
gaudium nostrum sit etiam gaudium Dei [h]. Vel, 2. [h] San.
passivè, quod de Domino, vel ex Domini amore, re-
verentia, imitatione & obedientia concipitur. q.d.
Gaudet Deus diebus festis, quòd tunc magis colatur;
paritérque cupit ut fideles gaudeant [i]. Divino gau- [i] La.
dio efficiemini alacriores & fortiores, tum animo [k], [k] V. sim.
tum corpore [l]. Nam ut tristitia ossa exsiccat; ita ho- La.
nesta lætitia vires animi & corporis restaurat [m], & for- [l] La. sic Os.
titudinem exhibet, tum ad Legem Dei implendam, [m] Os. sim.
tum ad adversa fortiter ferenda, imò per gaudium hoc La.
lenienda ac discutienda, ac per Deum amovenda.
Deus enim, si nos constantes viderit & lætos (nam &
hoc postulat, juxta illud, *Servite Domino in lætitia*; sic
& Psal. 31. 11.) in Lege & festorum suorum cultu,
amovebit à nobis plagas ob eorum neglectum immissas,
addétque in se & de se gaudentibus novam gratiam, &
novas vires, &c [n]. Nihil magìs rempub. munit ac tue- [n] La.
tur quàm Dei cultus. Hinc illud Numæ vulgatum in
adventu hostium, *At ego sacrifico* [o]. [Al. sic;] Ista Dei [o] Ma.
beneficentia exhilarare vos & confirmare debet, cùm
vobis terram, urbem, cultum, &c. restituerit [p]. *Gau- [p] Jun.
dium Jehovæ*, i.e. propter Jehovam, nempe, propter
beneficia quæ recens vobis præstitit, & adhuc præstat:
Genitivus objecti [q]. Deus vult ut de ipsius paterna [q] Pi.
bonitate gaudentes confirmemini, &c [r]. [r] Os.
11. *Tacete*] Desinite flere: Metaphora καταχρηστική †. †Pi.
13. *Die secundo*] Scil. mensis septimi; nam hacte-
nus narratum quid actum sit die primâ [t]. ¶ *Princi- [t] Pi.
pes familiarum universi populi*; sim. Sy. M. P. Mo. לְכָל־
הָעָם] *Cum omni populo*, ο'. sim. Ar. ¶ *Sacerdotes &
Levitæ*] Neque enim hi se tantum profecisse arroganter
opinantur, ut nihil amplius addiscere possint [v]. ¶ *Ut [v] Wolp.
interpretaretur eis verba legis*, וּלְהַשְׂכִּיל אֶל־דִּבְרֵי
הַתּוֹרָה] *Et ad intelligendum ad verba legis*, Mo. Hîc
ו redundat [x]. *Ut intelligerent verba legis*, P. sim. M. Sy. [x] V.
Ut erudiret eos in verbis legis, Ti. vel, *de verbis*, &c. אֶל
valet περὶ, de; ut Gen. 20. 2. Job. 42. 7. Psal. 2. 7.
& 69. 27 [y]. Nempe, ut ipse, rituum peritus, indicaret [y] Pi.
quomodo Lex ad istud tempus pertinens implenda
esset [z]. Ut solveret dubia ex pridiana lectione orta, [z] G.
præsertim

præsertim circa ritus celebrandi instans festum Tabernaculorum[a]. *Idque ad intellectum habendum in verbis legis*, JT. sim. Gal. Ang. i. e. ad cognoscendum si quid sibi & populo suo Lege imperabatur[b]. Discendæ sunt diligenter Sacræ literæ, &, si quid in iis est obscuritatis, interpretatio quærenda est ab iis qui in lectione sacra exercitati sunt[c].

14. *Præcepisse Dominum*, אֲשֶׁר צִוָּה] *Quòd præcepisset*, V. P. אֲשֶׁר *quòd*, pro quo alibi dicunt כִּי. Præcepit, nempe Levit. 23. 34. & Deut. 16. 13[d]. Depellit ab iis ἐθελοθρησκείαν, docétque festum hoc à Deo mandatum, non ab ipsis excogitatum; quod in Jerob. damnatur 1 Reg. 12. Os. 7†. ¶ *Ut habitarent*] Hîc אֲשֶׁר valet *ut*, notátq; causam finalem: sic & Gen. 11. 7. Exod. 20. 26. Deuter. 4. 40. & 32. 46. Psal. 144. 12[f]. ¶ *In die solenni*, בֶּחָג] *In festo* eorum, JT. Quo supplemento expresserunt vim articuli ה latentis in vocali *Segol*[g]. *In ipso festo*, nempe Tabernaculorum; i. e. celebrandum esse festum Tabernac. mense septimo[h].

15. *Et ut prædicent*, &c.] Aliquid hîc subaudiendum, v. g. Præceperunt, vel providerunt, sive ordinaverunt, aliquos *ut prædicarent*, &c[i]. ¶ *Et divulgent vocem*] Nempe præconis, quâ denunciari jubetur ut omnes Jerosolymam confluant ad festum Scenopegiæ[k]: sicut imperatum est Levit. 23. 4, &c. Num. 10. 10[l]. ¶ *Et frondes*; ità P. Ti. ο'. וַעֲלֵי וגו'] *Et ramos*, Sy. Ar. *folia*, M. Mo. ¶ *Olivæ*, זַיִת] *Olei*, vel *olivæ*, Ma. La. T. &c. *arborum oleosarum*, JT. Pi. vel, *ligni pinguis*, T. *cypressi*, ο'. in T. *pinus*, P. Os. *balsami*, Mar. Meliùs alii, *cedri*, La. Sed ex omni genere construi poterant illa tentoria[m]. ¶ *Myrti*; ità ο'. P. Mo. הֲדַס] *Hadas*, M. Ti. *citri*, Ca. ¶ *Ligni nemorosi*, עֵץ עָבוֹת] *Arboris densæ*, P. Mo. Ti. sim. ο'. vel *perplexæ*, M. *salicum*, Sy. Ar. *myrti*, Ca. Dicunt עָבוֹת esse speciem quandam myrti; fortè quam Plinius *exoticam* vocat, quámque variis frondium ordinibus constare dicit[n].

16. *In domate suo*] Heb. *in*, vel *super*, *tecto*, JT. Pi. nempe domûs suæ. Tecta enim apud Hebræos plana erant. Vide Deut. 22. 8[o]. Omni loco poterant tabernacula figi, dummodo sub dio[p]. Hæc extra urbem fieri jusserat Deus: sed hîc metuebantur hostes[q].

17. *Non enim fecerant——taliter*, לֹא—כֵּן] *Non sic*, P. V. i. e. talia tabernacula*. Non hoc vult, hoc festum non antè celebratum fuisse[r]; nec enim id verisimile est, & contrarium satis indicatur 1 Reg. 8. 2, 65. & 2 Par. 7. 9. & præcipuè Esdr. 3. 4. Consultò igitur additur *sic*, vel *taliter*†. Nempe, 1. tantâ lætitiâ; 2. tanto apparatu[t]; 3. tanto populi undique confluentis concursu, ut etiam in tectis tabernacula construere debuerint[v]. Non legitur populum antea tam generaliter congregatum fuisse in Jerusalem, tanquam virum unum[x]. 4. Cum tanto studio pietatis; per singulos enim dies festi legebatur in libro Legis, vers. seq[y]. cùm tamen in Lege die tantùm primo & octavo imperabatur convocatio sancta, Levit. 23. 35, 36[z]. Cum tam prolixa lectione & explicatione Legis[a]. 5. Cum tanta animorum promptitudine[b].

18. *Collectam*; ità P. V. עֲצֶרֶת] Non à collectione pecuniæ, sed à congregatione populi in unum; i. e. *concionem*, h. e. festivitatem celeberrimam. Sic autem dicebatur à עָצַר *prohibuit*, quòd eo die arceretur sive prohiberetur populus ab omni opere servili[c]. De voce עֲצֶרֶת vide ad Levit. 23. 36[d].

a La. b Jun. c Os. d Pi. † Wolp. f Pi. g Pi. h V. i H. in V. Q. in Ma. k T. l Ma. m T. n V. o La. Ma. p T. q Ca. * V. r Os. sim. Ma. † Ma. t T. Ma. v La. ex Caj. x L. y Pi. ex Jun. z Ma. ex Jun. a T. b Os. c V. d Ma.

CAP. IX.

1. DIE *vigesimo quarto*] Scilicet elapsis Tabernaculorum diebus[a]. Festum Tabernaculorum celebratum fuit die 14. & *collecta* die 22. jejunârunt, &c. die 24[b]. Die ergò 23. vel, 1. separârunt se ab alienigenis[c], nam ex audita in priore festo Lege perceperunt se peccâsse ducendo alienigenas[d]; vel, 2. mortem Mosis & dedicationem Templi Salomonis celebrabant†. Cùm, auditâ Lege, agnoscerent quàm procul abessent ab illa sanctitate quam ipsa imperat, &c[f]. Cùm in festo Tabern. ex Lege peccata sua dolentes agnovissent, nec tamen læto illo tempore plorare illis permissum esset, eo transacto lacrymis, &c. se dedunt*. ¶ *Convenerunt*, נֶאֶסְפוּ] *Collecti*, sive *congregati, sunt*, nempe mandato magistratûs. Hoc actu publico pœnitentiam suam & testantur & excitant, docéntque rem hanc maximæ illis curæ fuisse, ideóque consilia & auxilia conjungunt ad malum depellendum[g]. ¶ *In jejunio*, &c.] Tria hæc sunt pœnitentiæ tum officia, tum symbola[h]. ¶ *Et humus super eos*] i.e. Pulvis & cinis[i]; quo caput aspergebant, quasi confitendo se viles & cinereos esse[k]. Hæc res abjectionem animi significat; ut altera [quæ præcessit] dolorem ac luctum: Quæ res ambæ requiruntur ad sinceram pœnitentiam[l]. [Al. sic;] Forsitan est hypallage, pro, *& ipsi super humum*, ut intelligat humicubationes lugentium ac pœnitentium[m].

2. *Et separatum est semen*, &c.] i. e. Genus[n]. q.d. Separârunt se ab uxoribus gentilitiis earúmque filiis, eo modo quem dixi Esd. 10. 3[o]. Hæc veræ pœnitentiæ nota, ut, relictis & renunciatis iis rebus quibus Deum offenderis, ad meliora convertare[p]. ¶ *Et steterunt, & confitebantur*, &c.] i. e. Stantes (vel consistentes, JT.) fassi sunt, &c[q]. Steterunt aliquantisper, deinde prociderunt; nam statim surrexisse dicuntur[r].

3. *Et consurrexerunt ad standum*, וַיָּקוּמוּ עַל עָמְדָם] *Surrexerunt in loco* (vel *statione*, V. JT. Pi.) *suo*, P. Gal. Ang. &c. vel, *super stationem suam*: i.e. Levitæ ascenderunt in locum sublimiorem†. *Illis erectis*, &c. JT. nempe popularibus, ut honorem verbo haberent. Vide suprà 8. 5[t]. Manserunt in loco suo stantes; erant enim erecti[v]. *Cùm constitissent Levitæ*, &c. Pi. ¶ *Quarta die*; ità P. Mo. vel, *per diem*, M. Ti. Ca. רְבִיעִית הַיּוֹם] *Usque ad quartam diei partem*, Ar. *quartâ diei parte*, Sy. Ang. Gal. *per quadrantem diei*, JT. Pi. Secundum videlicet, qui proximè sequebatur sacrificium juge; i. e. ab hora tertia ad sextam[x]. Per tres horas indè ab ortu Solis: diei enim tribuebant 12 horas, Joan. 11. 9. Intra illud autem temporis spatium offerebatur holocaustum matutinum[y]. ¶ *Et quater confitebantur*, &c.] Alternis *legebant* & *confitebantur*, i. e. laudabant Deum, (vide infrà 5.) ídque temporibus quatuor diei; à prima hora ad tertiam, à tertia ad sextam, à sexta ad nonam, à nona ad duodecimam[z]. ¶ רְבִיעִית וגו'] *Per quadrantem*, [ut priùs;] nempe tertium, qui proximè anteit sacrificium vespertinum: i. e. ab hora sexta ad nonam[a]. Vel, per tres horas ante Solis occasum, quo tempore offerebatur holocaustum vespertinum[b]. Singulis lectionibus, seu exhortationibus, subnectebant hymnos & psalmos, quibus Deo laudem, &c. sibi confusionem, tribuebant, & veniam orabant[c].

4. *Surrexerunt*, &c.] Heb. *Surrexit*, &c. sing. pro plur. i. e. Erecti steterunt in gradu, h. e. suggestu, in quo stare solebant Levitæ[d]. Stabant enim in loco altiore quàm populus†. Vide Neh. 8. 4[f]. *Et constitit super suggestu*: Non omnes in uno suggestu steterunt, sic enim alius alium impediturus fuisset extollendo vocem suam[g]; sed quisque in suggestu proprio[h]; nam propter frequentiam 8 conciones erant[i].

5. *Dixerunt Levitæ, Josue*, &c.] Iidem sunt hi octo Levitæ qui v. 4. nominantur, tametsi tres eorum diversis nominibus[k]. Quidam binomines erant[l]. ¶ *Hasebnia*] Qui ver. 4. dicitur *Bunai*. ¶ *Odaia*] Qui ibid. *Bani*. ¶ *Phathahia*] Qui ibid. *Chenani*[m]. ¶ *Surgite, benedicite*] *Surgite* ponitur vice adverbii hortantis; q. d. Agite, rumpite moras[n]. Jam enim pedibus stabant[o], ut solebant orantes & laudantes Deum. ¶ *Ab æterno*] Scil. existenti, ut explicat Eman. Sà. Vel sensus est, Dominum perpetuò celebrate*. ¶ *Et benedicant*, &c.] Convertit sermonem suum ad Deum; q. d. *Et dicite coram eo, Benedicant omnes*, &c[p]. ¶ וִיבָרְכוּ שֵׁם כְּבוֹדֶךָ וּמְרוֹמַם וגו'] *Et benedicant nomini gloriæ tuæ*, Mo. P. Pi. vel, *majestatis tuæ*, Ti. M. vel, *nomini glorioso*, JT. Pi. genitivus adjuncti: (Sic dicitur *Deus* & *Dominus gloriæ*, Act. 7. 2. 1 Cor. 2. 8[q].) *& exaltatum super omnem benedictionem*, Pi. Mo. Sublimius quàm ut laudari pro dignitate possit[r]. Vel, *& exaltato*, sive *excelso*, *supra omnem*, &c. JT. Pi. P.

a Me. b V. c V. ex L. d L. † Mar. f Jun. * San. g Wolp. h La. i T. Wolp. k La. sim. Wolp. l Wolp. m Ma. n V. o La. sim. T. p Wolp. q V. r San. † Os. t Ma. ex Jun. v V. x Jun. y Pi. z G. a Jun. b Pi. c Ità T. ex La. d V. † V. sim. Mar. San. f San. g Pi. h Jun. Pi. i Jun. k Q. in Ma. l Os. m Ma. n V. sim. San. Me. Mar. o Mar. * Me. p V. q Pi. r Mar.

Vel,

Vel, *quod exaltatum est*, &c. Ti. quod sit *exaltatum*, M. i. e. Exaltetur nomen tuum omni genere benedictionis & laudis. Vel, *Et sis exaltatus*, i. e. exalteris †. *Benedictum sit nomen gloriæ*, vel *majestatis, tuæ, & exaltatum*, &c. Ar. Sy.

6. *Tu—solus*] Nullus præter te Deus; nam Gentium numina nihil sunt, vana sunt [t]. Tu à teipso es, & omnia creâsti [v]. ¶ *Tu fecisti*, &c.] Duo tribuit Deo, quòd & Opifex sit, & Servator, Universi [x]. ¶ *Cœlum*] i. e. Firmamentum [y]: vel æthera; nempe, quidquid est supra nos usque ad orbem Lunæ, sive ad primam sphæram [z]. Vel, sphæras omnes cœlestes. Ità Latini [a]. ¶ *Et cœlos cœlorum*] Id est, vel, 1. sphæras cœlestes [b]; vel, 2. cœlum altissimum [c], nempe empyreum [d]. Vide 1 Reg. 8. 27. Psal. 68. 34. & 103. 19 †. Vel, cœlum, & cœlum cœlorum, i. e. omnes cœlos, fecisti [f]. ¶ *Exercitum eorum*] Angelos [g], & stellas [h]. ¶ *Tu vivificas omnia hæc*] Sata, animantia, homines [i]. Quòd stant, moventur & vivunt, hoc habent à te. Id pertinet ad gubernationem [k]. *Vivificas*, i. e. conservas [l]: Sic Psal. 41. 3. *Dominus vivificet eum*, i. e. sospitet & vivum servet [m].

7. *Tu—qui elegisti Abraham*, &c.] Oratio hæc Nehemiæ egregia est & ἐμπαθὴς, tum in beneficiis Dei tum in culpis populi prædicandis; & haberi potest pro compendio omnis Historiæ ad hæc tempora [n]. ¶ *Eduxisti eum de igne Chaldæorum*; i. e. de tribulatione quam à Chaldæis perpessus est, quòd ignem nollet adorare [o]: מֵאוּר וגו׳] *De regione*, vel *climate, Chaldæorum*, ο'. Ar. *de Ur*, &c. Sy. Mo. E. T. Ma. &c. Est nomen proprium loci [p]; quod & apud Ammianum extare monuimus [q]. Vide Gen. 11. 33 [r]. ¶ *Et posuisti nomen*, &c.] Vel *imposuisti*, &c. JT. Mutato nomine vocâsti, &c †.

8. *Et invenisti cor ejus fidele, & percussisti cum eo fœdus*, וְכָרוֹת עִמּוֹ הַבְּרִית וגו׳] Ad verb. *& secare*, vel *excidere, cum eo fœdus*, Pi. Mo. *& percussisti*, &c. P. M. *etiam pepigisti*, &c. JT. sim. Ar. *ut ferires cum eo fœdus*, Ti. Porrò, *cor fidele* dicitur, vel, quasi rectum, constans, verax [t]; vel, quasi certâ fide amplectens promissiones Dei [v].

10. *Quia superbè egerant*, &c.] Ζεὺς γὰρ κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων, (*Deus est castigator superborum.*) Nec ulla materia dignior in qua vim suam ostentet [x].

11. *Quasi lapidem*] Sub. *cadentem*, vel *projectam*, &c. ¶ *In aquas validas*] i. e. Vehementes ac impetuosas: altas ac profundas sign. solent enim tales cum impetu decurrere [y].

13. *Descendisti, & locutus es*, &c.] Heb. *Descendisti, & loqui*, Pi. Mar. pro, *& locutus es*, Pi. sic P. M. vel pro, *& ad loquendum cum eis*, Mar. Ità *descendisti, ut alloquereris*, JT. *Descendisti*, ìdque *ut alloquereris*, Pi.

14. *Et sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis*, וְאֶת שַׁבַּת קָדְשְׁךָ הוֹדַעְתָּ לָהֶם] *Et sabbatum sanctum tuum* (vel, *tibi dicatum*, sive *sanctificatum*, V. Mar.) *notum fecisti eis*, P. *indicâsti*, i. e. docuisti [z]. Significâsti tibi placere, ut septimâ die res sacræ tractentur, &c [a]. Hoc die ab opere feriandum, tuúsque cultus peculiariter usurpandus [b].

15. *Panem de cœlo*] i. e. De sublimi aere [c]. ¶ *In fame*; ità Ar. M. P. Mo. לִרְעָבָם] *Ad famem eorum*, &c. JT. Sy. Mar. i. e. propter famem [d].

16. *Ipsi verò & patres nostri*] Ità M. Ti. P. sic ο'. Mo. &c. *Ipsi ac patres eorum*, Sy. *Ipsi verò, nempe patres nostri*, Pi. [τὸ ו & pro *id est* positum, quod non semel notatum.] ¶ *Induraverunt cervices*, &c.] Ut equi qui nolunt obedire sessoribus suis; vel, ut feræ quæ domari non possunt: id est, Rebelles erant & contumaces. ¶ *Non audierunt*, &c.] Id est, Non paruerunt †.

17. *Mirabilium—quæ feceras eis*] Non item aliis gentibus; quò notabilior erat eorum ingratitudo. Vide Matt. 11. 21 [f]. ¶ *Et dederunt caput*, &c. ità Mo. וַיִּתְּנוּ רֹאשׁ לָשׁוּב] *Et posuerunt caput ut redirent*, M. sic V. *Et constituebant ducem*, vel *principem, ut redirent*, JT. Pi. Belg. Ang. Ar. vel, *Ac conversi sunt ut reverterentur*, P. *Dederunt*, seu retro verterunt, *caput* [g]. Ἔδωκαν ἀρχὴν ἐπιστρέψαι, LXX, i. e. *cœperunt reverti*, Me. *Sed reversum est cor eorum*, Sy. ¶ *Ut converterentur ad servitutem suam, quasi per contentionem*, לָשׁוּב לְעַבְדֻתָם בְּמִרְיָם] *Ad redeundum*, vel, *ut redirent*, (sub. *in Ægyptum*, V. sic ο'. Mar.) *ad*, vel *in, servitutem suam in*, vel *cum, rebellione*, sive *contumacia, sua*, Mo. P. sic JT. Pi. Ti. Belg. vel, *ob rebellionem suam*, M. ¶ *Deus propitius*; Heb. *Deus* סְלִיחוֹת] *Veniarum*, P. sim. V. JT. Pi. ¶ *Non dereliquisti*] Hebr. *Et non deseruisti eos*, sub. in afflictionibus eorum; i. e. Non subtraxisti ab eis favorem tuum & opem. Hìc ו redundat [h].

18. *Iste Deus*, &c.] *Hæc imago Dei tui*, &c. Ar. Hinc constat Israelitas, nè viderentur idololatræ, credi voluisse, verum Deum à se in idolo vituli coli *. ¶ *Fecerúntque blasphemias magnas*; ità Mo. sic M. vel, *convitia magna*, P. V. sub. *in Deum*, V. וַיַּעֲשׂוּ נֶאָצוֹת גְּדוֹלוֹת] *Et designâssent ingentes blasphemias*, Ti. Idolo tribuebant honorem Dei; quod ad blasphemiam pertinet [i]. *Denique afficerent te contumeliis magnis*, JT. Pi. *Denique ingentia crimina perpetrârunt*, Sy. De voce נֶאָצוֹת vide 2 Reg. 19. 3 [k].

19. *Columna*, &c. אֶת־עַמּוּד] Ad verb. *columnam*, pro *columna*. Enallage accusativi casûs pro nominat †. ¶ *Ut ostenderet eis iter*, &c. לְהָאִיר לָהֶם וְאֶת־הַדֶּרֶךְ וגו׳] *Ad illucendum eis, & viam*, &c. Mo. τὸ & videtur hìc redundare [l]. *Ad lucendum eis in via*, &c. M. *Ut lucere faceret* (vel *illustraret*, Pi. V.) *eis viam*, P. [Al. aliter:] *Ut illustraret eos, & viam*, JT. *ad ostendendum eis lumen & viam*, Ang.

20. *Spiritum tuum bonum dedisti*] Spiritum propheticum qui in Mose fuit [m]. Spiritum in 70 viris, &c [n]. Vide Num. 11. 17, 25, 26 [o]. *Spiritum dedisti*, ut lapsi ad te converterentur, & veniam impetrarent [p].

21. *Et pedes eorum non sunt attriti*; calceis vetustate deficientibus [q]: לֹא בָצֵקוּ] *Non intumuerunt*, P. JT. Pi. Os. &c. more scilicet conspersionis, seu pastæ fermentatæ [r]; tametsi plerique nudipedes incederent *. Vel, *non inquinati*, sub. *luto*, ut inquinari solent digiti ejus qui farinam subigit; q. d. *impastati*. h. e. Calcei non erant pertusi, attriti, aut vetustate consumpti [t]. [Vide plura de his verbis ad Deut. 8: 4.]

22. *Dedisti eis regna & populos, & partitus es eis sortes*, וַעֲמָמִים וַתַּחְלְקֵם לְפֵאָה] *Et populos; & divisisti eos, ad angulum*, Mo. *Et populos distribuisti eis*, Sy. *Dedisti iis regna gentium, & distribuisti eis capitatim*, Sy. *Populósque; divisisti eos, ut possiderent terram*, Ar. Quidam de populis Gentium hoc intelligunt [v]; *Et populos, quos divisisti in angulum*, P. V. *quos dispersisti in angulos*, M. *quos dispertiius es* (sub. *eis*, Pi.) *angulatim*, JT. Pi. Heb. *in*, vel *secundùm, angulum*, Pi. Disjecisti, sive dispersisti, eos in angulos multos, i. e. in varias orbis partes; nam ad Israelis adventum illi aufugerunt [x]. [Quod, inter alia, docet vetus illa inscriptio in ultima Africæ ora, *Nos Phœnices fugimus à facie Josue filii Nave, prædonis*.] Sensus est, Reliquos [Cananæorum] superstites huc illuc dissipatos in summas angustias conjecisti [y]. [Non placet Wolp.] 1. Quomodo dispersi sunt, qui in angulum unum sunt coacti? 2. Quò aufugerent, quibus clausis nullum patebat effugium? 3. Notat Scriptura eos non dispersos fuisse, sed ad internecionem cæsos, Deut. 2. & 3. & Jos [z]. Alii ergò referunt ad Israelitas [a]. Ità plerique cum Nostro, *& partitus es eis ad angulum*; i. e. per lineas angulares assignâsti Israelitis suas portiones [b]. *Partitus es eis sortes*, malim, *plagas*, regionum scilicet quas incolere debebant [c]. Suos cuique fines assignâsti. Obj. פֵּאָה est sing. num. Resp. Enallagæ numerorum frequentes sunt in S. S [d]. *Et partitus es eis ad angulum*; i. e. Dedisti eis terram angustam, nè cum Gentibus versarentur *. [Protrusit eos Deus in angulum Asiæ; ideo & Hierosolymam gentis suæ metropolin constituit, ubi nullus erat vel portus, vel patens fluvius, vel aliæ mercatorum illecebræ.] *Et populos; & divisisti eos per terminos*, Ti. ¶ *Terram Sehon, & terram regis Hesebon*] Ità M. P. Ti. Mo. *Terram Sehon*, i. e. totam regionem Æmorrhæorum, quibus propriè imperabat Sehon; vide Num. 21. 21, 22, &c. *& terram regis Hesbon*, i. e. partem agri Moabitarum, quam antea occupaverat Sehon; vide Num. 21. 25, &c [f]. Alii, *terram Sehon, terram* [ità negligunt ו in וְאֶת־אֶרֶץ] *regum* (vel *regis*, Ar.) *Hesbon*,

Sy.

† V. — t Os. — v V. — x G. — y He. in V. — z Q. in Ma. — a V. — b He. in V. — c La. Os. — d Ità Me. T. La. San. &c. — † San. — f Mar. — g Me. T. L. — h L. He. in V. — i G. — k V. — l Os. Me. — m Me. — n G. — o T. ex La. — p G. Os. &c. — q G. — r Ma. — † V. — t Ma. — v Ma. ex Jun. — x G. — y V. — z V. — a Os. — b Me. — c Pi. — d Mar. — † V. — f G. — g T. Mar.

h V. — * BA. 1. 2. 34 347. — i Me. — k Ma. — † Glossgram. p. 99. — l Pi. Mat. — m G. — n Wolp. ex AE. — o Ma. — p Os. — q Me. — * V. — * Os. — t V. — v Ma. Belg. ità He. in Wolp. — x V. — y Jun. — z Wolp. — a M. Belg. — b Ma. — c Os. — d Wolp. — * Mar. — f Ma. ex Jun.

Sy. Ar. Verto, *regionem Sibonis, nempe regionem regis Hesbonis*, Pi. Belg. Quippe Rex Chesbonis fuit ipse Sihon. Vide Num. 21. 26. Nec legitur hîc אֶת־אֶרֶץ ut verti possit, *cum regione*, [ut reddunt JT.] sed וְאֶת־אֶרֶץ. Porrò, ו hîc valet *nempe*, sicut Jud. 7. 24. 1 Sam. 17. 40. & 28. 3. 1 Chron. 17. 10. 2 Chron.
g Pi. 35. 14. Esd. 8. 18 [g].

23. *Et multiplicâsti*, &c.] Verto, *Quum multipli-*
h Pi. *câsses*: Copulativum pro relativo temporis [h].

24. *Cananæos*] Per hos intellige & alios populos
i V. ibi habitantes [i].

25. *Cisternas*, &c.] Harum meminit, quia regio
k Mar. sublimis erat, & laborabat aquæ penuriâ [k].

26. *Provocaverunt*, &c. וַיַּמְרוּ וַיִּמְרְדוּ בָּךְ] *Et irritaverunt*, (vel, *mutârunt se*, ità JT. *exacerbaverunt* te, Pi.) *& rebellaverunt in*, vel *contra*, *te*, Mo. P. *Rebelles facti defecerunt à te*, Ti. ¶ *Projecerunt—post terga*; ità V. JT. Pi. אַחֲרֵי גַוָּם] *Post corpus suum*, P. τὸ גו connotat eminentiam, quippe affine nomini גֵוָה quatenus *superbiam* sign. Tergum autem sive dorsum non-
l Pi. nihil eminet [l]. Mandata tua superbè contempse-
m Os. runt [m], neglexerunt ac spreverunt [n]. q. d. Non passi
n V. sunt leges tuas vitæ & morum dominas esse, & illis præire; quin eas, ceu pedissequæ essent, ipsis inservire, & à tergo eis præstò esse, voluerunt: i. e. Ex insolenti & prava libidine leges Dei, ubi ad excusanda peccata torqueri possunt, promunt; ubi reclamant
* Wolp. ac resistunt affectibus eorum, silere & sequi jubent *.
¶ *Contestabantur eos*, אֲשֶׁר הֵעִידוּ בָם] *Qui testabantur contra eos*, V. P. i. e. admonebant eos advocatis
o V. testibus, v. g. cœlo & terrâ, & aliis [o]. Vel, protesta-
p Me. bantur Deum injurias sibi illatas vindicaturum [p].
¶ *Fecerùntque blasphemias*, &c.] *Affecerunt te contumeliis magnis*, Pi. JT. Fecerunt ut Gentes te blasphe-
q San. marent [q]. Vel, idololatrica sacra instituerunt, quibus
r Os. non colitur, sed contumeliâ afficitur, Deus [r].

27. *Secundùm miserationes tuas*] i. e. Nullâ vel meritorum præcedentium ratione, vel virtutum exspe-
* Wolp. ctatione *.

28. *Cùmque requievissent*, וּכְנוֹחַ לָהֶם] *Cùm verò esset illis quies*, P. V. sub. *ab inimicis*: cùm primùm
t V. tranquillam vitam agere cœpissent [t]. *In essendo quie-*
v Pi. *scere*, i. e. quietem: Infinitivus loco nominis [v]. Catullus, *Otium & cives priùs & beatas Perdidit urbes*. Sallustius, *Quòd si Regum virtus in pace ità ut in bello valeret, constantiùs sese res humanæ haberent.——Nam imperium facilè iis artibus retinetur quibus initio partum est: verùm ubi pro labore desidia, pro continentia & æquitate lubido atque superbia, invasêre, fortuna simul cum*
x G. *moribus immutatur* [x].

29. *Dederunt humerum recedentem*; ità P. vel *retractantem*, Mo. vel, *dorsum rebelle*, ο'. וַיִּתְּנוּ כָתֵף סוֹרֶרֶת] *Præbuerùntque humerum suum rebellem*, Ti. vel *refractarium*, JT. *declinantem*, vel *refugientem*, V. sub. *onus*: i. e. Subduxerunt se ab onere præceptorum tuorum, more ferarum & animantium indomitorum. Vide
y V. Zach. 7. 11 [y]. Metaphora à bobus impatientibus ju-
z Jun. Pi. gi [z]. Vel sumitur hoc ex habitu illorum qui, dum alios aut non curant, aut parvi faciunt, faciem a-
a San. vertunt [a].

30. *Et protraxisti super eos annos multos*] Ità ο'. M. P. Mo. sim. JT. Ti. &c. Sustinuisti atque exspectâsti eos
b V. sim. multo tempore, an non resipiscerent [b]. *Prædicâsti eis*,
Os. Mar. &c. Ar. sic Sy. מָשַׁךְ propriè est, *trahere*; unde, ad tempus translatum, est, *differre & prorogare*; quo sensu Romanè dixeris, *trahere bellum*, *trahere comitia*. Sic Prov. 13. 12. *spes* מְמֻשָּׁכָה *tracta*, i. e. quæ differtur:
c BP. p. 210. Ezec. 12. 25. *Non trahetur*, i. e. differetur [c].

31. *Non fecisti eos in consumptionem*; sic M. P. sim. ο'. לֹא עֲשִׂיתָם כָּלָה] *Non fecisti eos* (vel *eis*, V. vel *eorum*, JT. vel *cum eis*, Pi. Deficit hîc אֶת, quod in hac
d Pi. phrasi exprimitur Ezec. c. 11. v. 13 [d].) *consumptionem*, Mo. &c. *Non perdidisti eos*, Sy. Ar. Ti. V. *totos*, Ti.

32. *Nè avertas à facie tua omnem laborem*, &c.] i. e.
* T. sim. Me. Nè contemnas, nè negligas, miseriam nostram, &c *.
f L. Sed aspice benignis oculis [f]. ¶ אַל יִמְעַט לְפָנֶיךָ וגו'] *Nè parùm* (vel *vulgarè*, Ti.) *sit*, vel *videatur*, *coram te*, &c. JT. simil. P. Pi. Ti. M. V. Ad verb. *Nè minuatur*, V. Mo. i. e. Noli parvi pendere, vel contemnere [g]. ¶ *Omnem laborem*, אֵת כָּל־הַתְּלָאָה] *Omnis* g V.
(vel, *tota hæc*, JT.) *labor*, P. *molestia*, JT. M. *calamitas*, Ti. Sy. Ar. At אֵת est nota accusativi. Resp. 1. Redundat vocula אֵת, éstque anomalia generis, יִמְעַט enim est masc. & תְּלָאָה fœmin. &, denique, litera ל sequentibus nominibus præfixa valet articulum accu-
sativi casûs [h]. 2. Potest מְעַט transitivè accipi, *Nè* h Pi.
parvi faciat in conspectu tuo, &c. ut de Deo loquatur in tertia persona, honoris causâ; q. d. Nè majestas tua
parvipendat, &c [i]. 3. [Alii ergò sic vertunt;] *Nè* i Ma.
parùm esto coram te obvenisse nobis tantam hanc molestiam, JT. [Ità אֵת hîc est nota accusativi. Vel, 4. est enallage casûs, ut suprà v. 19.]

33. *Quia veritatem fecisti*] i. e. Meritò ac justè af-
flixisti nos [k]. q. d. Tu nullâ horum malorum culpâ, k V.
nos omni, tenemur [l]. Tu præstitisti quod promisisti [m], l Wolp.
& quod minatus fueras [n]. Tu sincerè egisti [o]. m Wolp. Me.

34. *Reges nostri*, &c. *non fecerunt legem tuam*, וְאֶת־ n Me.
מְלָכֵינוּ וגו' לֹא עָשׂוּ וגו'] *Et reges nostri*, &c. *non fe-* o Pi.
cerunt, &c. ο'. Sy. P. Mo. Pi. M. Ti. Redundat & hîc
אֶת, sicut v. 32 [p]. Al. *Et*, *cum regibus nostris*, *principes* p Pi.
nostri non fecerunt, &c. JT.

35. *Et in bonitate tua multa*; ità P. V. בְּטוּבְךָ וגו']
i. e. In bonis & opibus illis ingentibus [q]. *In beneficio* q V.
tuo, &c. JT. *in bonis tuis*, &c. Pi. Heb. *in bono tuo*. In hac significatione nomen טוּב reperitur passim; Gen. 24. 10. & 45. 18. Deut. 6. 11. Esa. 1. 19. Pro *bonitate* autem, i. e. qualitate quâ aliquis dicitur bonus,
non puto uspiam reperiri [r]. r Pi.

36. *Et terrâ*, &c. *nos servi*, &c.] Heb. *Et terra hæc* (i. e. quod attinet ad terram hanc) *quam dedisti*, &c. *ecce*, *nos servi* sumus *in ea*, Pi. Hinc liquet Judæos tributa tunc pependisse Regi Persarum, exceptis sa-
cerdotibus & Levitis, Esd. 7. 24 *. Ipsa patria no- * Me. sim.
bis patria non est: nam αὐτονομία aliqua illis concessa E. L.
ipsos imperio Persico non eximebat [t]. t G.

37. *Et fruges ejus multiplicantur regibus*, &c. וּתְבוּאָתָהּ מַרְבָּה וגו'] *Multiplicat proventum suum regibus*, &c.
M. simil. Ti. JT. &c. q. d. non nobis, sed illis [v]. In v Mar.
gratiam & utilitatem Regum externorum [x]. Fruges x V.
gravia pendunt tributa, de quibus Esdræ 6. 8. & 7. 24. ¶ *Et jumentis nostris*] Per angarias: quod
repertum, ut & vox ipsa, Persica [y]. y G.

38. *Super omnibus ergò his*, וּבְכָל־זֹאת] *Et tamen*, P. *Nihilominus*. Ad verb. *Et cum toto hoc*, vel, *cum tota hac*, sub. *tribulatione*; i. e. quamvis magnam hanc tri-
bulationem patiamur [z]. Propter hæc omnia, ut no- z V.
strî deinceps misereri pergas [a]. Vel, propter omnem a T.
hanc miseriam, &c. vel, *super omni*, &c. ut ostenda-
mus nos sincerè agere, &c [b]. Vel, *de hoc toto*, ut ב va- b Belg.
leat περὶ [c]. ¶ *Percutimus fœdus*, כֹּרְתִים אֲמָנָה] c Pi.
Percutimus (vel, *excidentes*, Mo. vel, *pepigimus*, JT. Pi. *disponimus*, ο'. vel *facimus*, M.) *fidem*, sive *fidelitatem*, P. Mo. ο'. vel *fœdus*, Pi. Hebr. *firmitudinem*, seu *certi-*
tudinem; i. e. fœdus: Meton. causæ finalis [d]. Vel, *con-* d Pi.
stitutionem fœderis, JT. vel, fœdus *firmum*, Ti. M. vel, fœdus *fidelitatis*, id est, de servanda fidelitate cum
Deo *. ¶ *Et scribimus*, וְכֹתְבִים] *Et scripsimus*, V. * V.
JT. &c. sub. vel, *libellum obligatorium*, vel, *fœdus illud in tabella*, vel *libello*, V. ¶ *Et signant principes nostri*, &c. וְעַל הֶחָתוּם שָׂרֵינוּ וגו'] Ad verb. *& super signato principes nostri*, &c. Mo. *& signant principes*, &c. P. *& de sigillo testantur seniores nostri*, &c. Sy. *idque cum obsignatione principum*, &c. JT. *obsignationi autem* illius *præerant*, &c. Pi. *idque obsignatum* per *principes*, &c. Ti. *& sigillati* fœderis testes sunt *principes*, &c. M. *Principes sunt*, vel *erunt*, *ob*, vel *ad*, *obsignationem*, sive *rem*
obsignatam, scilicet, in nomine nostrûm omnium [f]. *Et* f Belg.
in libello illo *signato sunt principes*, P. q. d. subscripserunt nomina sua, adjecto suo signo: Descripta sunt
in libello illo nomina Principum [g]. g V.

CAP. X.

1. S*ignatores autem fuerunt*, וְעַל הַחֲתוּמִים] *Inter signatos autem*, P. Hi autem sunt qui signaverunt,

runt, sub. *tabellam illam* [a]. *Præfuerunt istis* (vel, *fuerunt in istis*, JT.) *obsignationibus*; Heb. *Et super istas obsignationes* constituti fuerunt: Ellipsis verbi relati [b]. *Super signatos*, i. e. primi eorum qui obsignabant [c]. *Et super signaturas*, i.e. qui supra signaturas vulgi subscribebant nomina eorum: vulgus enim, nescientes scribere, appinxerunt sua signa; sed nomina ipsorum subscripta sunt à præsidentibus [d]. Porrò, mirum est neque Eliasib Pontificem neque Esdram sacerdotem in hoc subscriptorum catalogo esse; cujus rei causam divinare proclive non est *. Fuit πολιτεία ἀριστοκρατικὴ μετ' ὀλιγαρχίας (*aristocratia democratiæ permixta*) ab hoc tempore ad tempus Asmonæorum. Pauci Principes (ut Zorobabel, Nehemia, Esdras) regebant populum de consilio Senatûs & aliorum magistratuum. Postea magis ad δημοκρατίαν flexit status, ut notat Josephus; & indè, ut fieri solet, tyrannides [f]. ¶ *Nehemias*] Primus hic ponitur, non ambitiosè, verùm quòd præ cæteris hoc agebat ipse, ut hæc sponsio cùm fieret, tum rata haberetur [g]. ¶ *Athersatha*, הַתִּרְשָׁתָא] *Hathirsatha*, Ma. vel *Thirsatha*, V. Mo. Ponitur vice cognominis, sive agnominis. Est enim nomen magistratûs apud Chaldæos [h]. Hinc liquidò constat *Athersatam* esse *Nehemiam*, quando nomen id inter ipsius *Nehemiæ* & patris ejus *Hacheliæ* nomina loco medio collocetur [i]. *Nehemia* nomen proprium est, tum præfecti cujusdam inter reduces Judæos, Nehem. c.3. v. 16. tum celebratissimi illius Ducis Judæorum, ut hoc loco. Frustrà enim alii hunc tertium Nehemiam faciunt, qui sacerdos fuerit. Nam *sacerdotum* mentio fit v. 8. à quibus *Nehemia* eximitur Nehem. 9. ult. ubi *obsignârunt principes*, *sacerdotes*, *Levitæ*. Postea hoc cap. ver. 1, &c. sequuntur nomina obsignantium, inter quos Principum vicem sustinet Nehemia Dux: Alioqui, si hic sacerdos esset, nemo ex Principibus obsignâsset, &c [k].

14. *Capita populi*] Principes populi [m]. Primores subscribunt post sacerdotes [n].

28. *Et reliqui de populo*] Ità M. Ti. &c. [At JT. sic supplent, Pepigimus ergò nos, *& reliquum populi*.] Sed hoc supplementum, 1. nimis longè petitur, nempe ex c.9. v. ult. 2. violentum est, quippe quo diversa atque inter se opposita confunduntur. Enumerati sunt enim in præcedentibus obsignatores fœderis: hîc narratur quid reliqui fecerint, nempe, quòd obsignatoribus istis sese adjunxerint, & obsignationem eorum ratam habuerint. Verto, *Quod verò attinet ad reliquum populum, sacerdotes*, &c. illi *firmiter adjungebant se*, &c [o]. [ut sequitur in proximo versu, quem cum hoc versu conjungunt interpretes, ut statim videbimus.] *Reliqui*, &c. qui non obsignârant literas, nempe cæteri *sacerdotes*, &c [p]. ¶ *Qui se separaverunt*, &c.] i. e. Converterunt ad Legem; i. e. proselyti [q]. ¶ *Omnes qui poterant sapere*, כֹּל יוֹדֵעַ מֵבִין] *Omnis sciens*, (sub. *&*, P. Pi.) *intelligens*, Mo. Pi. G. Ellipsis conjunctionis copulativæ [r]. i. e. Omnes qui ad rationis usum pervenerant *. *Quicunque notitiâ & intelligentiâ præditi erant*, Sy. sim. Q. in V. Ut quid ab ipsis requireretur, quid vicissim pollicerentur, non ignorarent [t].

29. *Spondentes pro fratribus*, &c. מַחֲזִיקִים עַל אֲחֵיהֶם אַדִּירֵיהֶם] *Apprehendentes super fratribus suis illustres eorum*, Mo. *Apprehenderunt* (sub. *libellum illum*, vel *tabellam*, i. e. approbaverunt, seu amplexati sunt [v],) *cum fratribus suis, optimatibus suis*, P. *Firmiter adhærentes* (vel, illi *firmiter adjungebant se*, Pi. Gal. Ang.) *fratribus suis, magnificis eorum*, sive *suis*, JT. Pi. Heb. *Tenentes se ad fratres suos*, &c. Pi. *Hi ratum habebant* (vel *roborabant*, M.) *cum fratribus suis*, &c. Ti. M. *Hi se associabant* (vel, *adjutores fuerunt*, Ca.) *popularibus suis optimatibus*; vel, *consanguineis suis nobilibus*, Ca. Sensus est; Quod illi Duces & Senatores signaverant, id ipsi verbis adhibitis, &c. ratum fecerunt. Ità Principum erat προβούλευμα, scitum omnium [x]. Primores illi omnium nomine subscripserant [y]. Prudenter fecit Nehemias, ut omnes huic sponsioni interessent; ut obsignarent hi quorum potestas erat & authoritas maxima; & ut reliqui assensionem exprimerent, & à Principibus peterent ut suo nomine literas obsignarent [z]. In tanto numero non poterant omnes hoc fœdus signare; quare optimates obsignârunt pro contribulibus suis *. [Alii aliter exponunt, cum præcedentibus jungentes, hoc modo;] *Omnis sciens & doctor* (ità sumo מֵבִין, ut suprà 8. 9.) *tenentes cum fratribus suis optimates*, &c. i. e. Hi ergò circuibant populum, & juramentum ab eo exigebant de Lege servanda. Hunc sensum exhibent LXX, qui habent, *Omnis sciens*, &c. *invalescebat super fratribus*, *& exsecratione adstringebat eos*, &c †. ¶ *Et qui veniebant ad pollicendum*, &c. וּבָאִים בְּאָלָה וגו'] *Et venerunt* (*venientes*, Mo.) *cum exsecratione* (vel, *in exsecratione*, Mo. *in exsecrationem*, V. Ti. *ad fœdus*, M.) *& juramento, quòd ambularent in lege Dei*, P. *Per diras & juramentum* (obligantes scilicet se) *ad incedendum*, &c. i. e. Etiam diris in peccantes, &c. ratum fecerunt [a]. *Et ineuntes exsecrationem*, &c. JT. ad confirmationem scil. fœderis, v. ult. cap. 9 [b]. Hebr. *ingrediebantur in exsecrationem*, i. e. in spatium interjectum inter duo segmenta vituli, quem dissecuerant in confirmationem fœderis: atque ità sese exsecrabantur, si juramentum in fœdere factum violarent. Vide Jer. 34. 18. item 2 Chron. 15. 12 [c].

30. *Et ut non daremus filias*, &c.] Scil. *in uxores*, Heb. *quòd non daturi*, &c. τὸ אֲשֶׁר valet *quòd* [d]. In hoc enim priùs peccaverat populus *. Præter promissum generale, de implendis legibus universis, quædam leges speciatim exprimuntur, quia difficiliores observatu videri poterant: De non sumendis uxoribus ex vicinis populis, addito etiam, ob rationem præsentis temporis, interdicto de filiabus in eorum matrimonium non dandis; de servando Sabbato; (in quo vide quàm diligens fuit Nehemias, 13. 15, &c.) & de collectis ad usus Templi ac sacrificiorum; item de primogenitis, primitiis, decimis [f].

31. *Qui important venalia*; simil. M. ο'. הַמְבִיאִים אֶת־הַמַּקָּחוֹת] *Afferentibus merces*, P. JT. Pi. Sy. vel *acceptiones*, Mo. Pi. i. e. res accipiendas ab emptore pro pretio [g]. ¶ *Et omnia ad usum*, וְכָל־שֶׁבֶר] *Et omne venale*, Mo. simil. ο'. Ti. vel *frumentum*, M. sive *annonam*, P. JT. Pi. ut siliginem, triticum, hordeum [h]. Heb. *fractionem*: vel, quòd frangat famem; vel, quòd, cùm venditur, quasi frangatur de majore cumulo [i]. ¶ *Non accipiemus ab eis in sabbato*, &c.] Ità, si nulli sint emptores, peregrini à venditione cessarent. Hoc exemplo discimus, leges patrias, ac inprimis Divinas, nullius hospitis causâ violandas esse, ínque contemptum abripiendas [k]. ¶ *In sabbato & in die sanctificato*] i. e. In alio die sacro *. Nempe, festis diebus Paschatis, Pentecostes, & Tabernaculorum †. Illis diebus quibus nos feriari jussit Deus [l]. Porrò, nec Ethnici hæc ignorârunt. In XII Tabul. vetantur *in feriis & exercitium litium forensium, & labor servorum*. Hinc & ipsorum proverbium, *Necessitas non habet ferias*. Et Scævola, rogatus quid feriis agere liceret, dixisse fertur, Quod noceret prætermissum. Sic etiam Imperatores Christiani, Leo & Anthemius, mandant; *Dies festos Majestati altissimæ dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis pactionum vexationibus prophanari* [m]. ¶ *Et dimittemus annum septimum*; ità Mo. P. וְנִטֹּשׁ אֶת־הַשָּׁנָה וגו'] *Nos deserturos culturam* (nempe agriculturam, Pi.) *anni septimi*, JT. ex lege Exod. 23. 10, 11. Levit. 25. 2, 3, 4, &c [n]. Hebr. *annum septimum*: Meton. subjecti. Vide Exod. 23. 11. Eo anno nihil colligemus, sed relinquemus pauperibus quicquid terra spontè producet [o]. ¶ *Et exactionem universæ manus*; ità ο'. P. וּמַשָּׁא כָל־יָד] *Et omne jus vendicandi manu*, JT. Nulla manus debita exiget anno 7. sed remittet, juxta Deut. 15. 1 [p]. *Et onus* (sive *gravamen*, Belg.) *omnis manûs*, Mar. Omnem exactionem, seu omnia debita [q]. *Et debitum cujuslibet manûs*, Pi. i. e. exactionem mutui, & quidem tum sortis, tum usuræ [r]. Usuræ vocantur *onus manûs*, quia syngraphâ ea debita constituuntur. Quæ Isa. 58. 6. vocat *fasciculos deprimentes*, &c *. Nomen מַשָּׁא est à verbo נָשָׁא *exigere*, *mutuare*, mutato ה in א, pro natura literarum אהוי [t]. [Sed non advertit vir doctissimus in textu esse מַשָּׁא, cum puncto in sinistro, quomodo omnes accipiunt. Q. hanc partem versûs cum præcedente sic conjungunt;] *Dimissionem quoque faceremus*

Marginal notes (left column): a V. — b Pi. — c Mar. — d Ma. — * Me. — f G. — g Wolp. — h V. — i Wolp. — k Glass. gram. p. 805. — m V. — n Mar. — o Pi. — p Os. — q Mar. sim. T. La. &c. — r Pi. — * G. — t Wolp. — v V. — x G. — y Jun. sim. T. Mar. — z Wolp.

Marginal notes (right column): * La. — † E. — a G. — b Jun. — c Pi. — d Pi. — * Me. — f G. — g Pi. — h Pi. sim. He. in V. — i Pi. — k Wolp. — * V. — † Wolp. — l Os. — m Wolp. — n Mi. ex Jun. — o V. — p Me. — q V. — r Pi. — * Mar. — t Pi.

faceremus in anno 7. & in onere, &c. M. *Ut remissionem faceremus anno 7. in omnis generis oneribus,* Ti. *Remissuros quicquid nobis debetur, & nos anno septimo remissuros,* Sy. Septimo quoque anno remittemus fratribus nostris debita, & fundos illis reddemus, & servos liberos dimittemus [y]. Sed dubitant quomodo remittenda erant debita. Respondent: Vel, 1. (quæ est communior sententia,) Debita tantùm pauperibus remittenda fuisse; nam sicut fructus anni 7. pauperibus relictus est, ità remissio debitorum iis fiebat. Vel, 2. Debita omnia simpliciter remissa fuisse; ità nimirum ut eo anno cessaret, sicut cultura terræ, sic exactio omnium debitorum. Verùm ut, eo anno exacto, rursum colebantur agri; ità rursum quoque licuit priora debita exigere. Hæc sententia non est improbabilis. Cui favet, quòd hic *annus* Hebraicè vocetur *substractionis*, quasi manus exactoris retrahatur, non quidem per remissionem, sed per dilationem. Deinde Deut. 15. dicitur, quòd *repetere non poterit*, non simpliciter, sed tantùm *eo anno* [x].

32. *Et statuemus super nos præcepta*] [Sim. omnes.] Legem faciemus [y]. *Et instituimus*, &c. JT. Pi. Ità exigente necessitate cultûs Dei; etsi Lege non fuisset disertè imperatus hic ordo, sed res ipsa: Levit. 24. 5, &c. Num. 28. & 29. Confer 1 Par. c. 26. v. 36. & 2 Paral. c. 31. v. 3 [z]. ¶ *Ut demus*, [לָתֵת עָלֵינוּ] *Ad dandum*, vel *dando*, Pi. *super nos*, Mo. *imponentes nobis*, JT. *ut imponerent nobis*, &c. P. sic Ti. *& daremus ex nobis*, &c. M. Recepimus nos soluturos hoc anno, (vel quotannis [a],) ultra summam solitam, tertiam partem sicli, &c [b]. ¶ *Ad opus domûs*, &c.] i.e. In cultum, nempe, *in panem propositionis*, &c. ut seq. vers. declarat [c].

33. *Et ad sacrificium sempiternum*] Vel, *munus juge*, JT. Pi. vel, *munus continuitatis*, Pi. *Sacrificium cibarium*, Os. de quo vide Exod. 29. 40. & Num. 28. 5. Cæterùm unà cum munere intelligitur hîc holocaustum juge [d]. ¶ *Et in holocaustum sempiternum in sabbatis*] [Sim. ferè omnes.] *Et in holocaustum juge, sabbata*, &c. P. i.e. In omne id quod fieri solet in Sabbatis [*]. ¶ *Et in sanctificatis*, [וְלַקֳּדָשִׁים] *Et in sancta*, P. *in sanctificata*, V. Significat quæcunque offeruntur non pro peccato [f]. Sic videtur vocare sacrificia pacifica, ad differentiam eorum quæ pro peccato fiebant [g]: [sequitur enim, *& pro peccato*.] *Et ad sanctificata*; i.e. ut indè etiam aliæ hostiæ offerantur Domino, prout usus postulabit, & ad comparandas oblationes *pro peccato* expiando [h]. Alii, *Et ad res sacras, atque ad peccata*, JT. *Et ad res consecratas, atque ad sacrificia pro peccato*, Pi.

34. *Sortes misimus super oblationem lignorum*, [עַל קָרְבַּן הָעֵצִים] *Super oblatione* (vel *de*, vel *pro*, Pi. *oblatione*, Sy. *pro*, vel *de*, *adductione*, M. Ti.) *lignorum*, P. Mo. *Pro lignis oblationum*, Glass. ex Jun. Hypallage est, sive vocum inversio; qualis Esther 9. 19. *habitantes in civitatibus pagorum*, hoc est, in pagis civitatum [*]. Quantum, scilicet, lignorum quisque conferret ad cremandum sacrificia [i]; & quo ordine [k], succedendo sibi mutuò per vices [l]; & quo tempore [m]. Fit autem mentio *sacerdotum*, *Levitarum*, *& populi*, vel, 1. quia *sacerdotum* erat hunc ignem lignis appositis nutrire; *Nathinæorum*, qui hîc sub *Levitis* comprehenduntur, ea ligna apportare; *populi* autem erat donare, vel pretium persolvere [n]. Vel, 2. quia hæc ligna partim *sacerdotes*, partim *Levitæ*, partim *populus*, tribuerunt [o]. ¶ *In domum Dei nostri per domos* (vel, *pro familiis*, JT. *secundùm familias*, Pi. sim. Ti. notatur enim distributio, ut docent seq [p].) *patrum nostrorum*] Alii aliter; *in domum Dei, in domum patrum nostrorum*, P. M. V. i.e. in qua majores nostri Deum coluerunt [q].

35. *Et ut afferremus*, &c.] Et (sub. *polliciti sumus*, V. vel, *instituimus*, JT. *constituimus*, Pi.) quòd afferremus. V. ¶ *Primogenita terræ*] i.e. Fructuum terræ [r]. Primitias frugum, ex Exod. 23. 19 [*]. Alii manipulum & duos panes intelligunt [t]. ¶ *Primitiva—fructûs omnis ligni*] Intellige de septem tantùm speciebus arborum quæ numerantur in Scriptura [v]. Fructus arborum 3 annis immundi erant, Levit. 19. 23. quarto anno Domino sanctificabantur: & de his est sermo [x].

36. *Et primitiva filiorum*, &c.] i.e. Pretia primogenitorum, quæ sacrificiis inepta erant [y].

37. *Et primitias ciborum*] Hebr. *pastarum*, P. *conspersionum*, V. *Massarum*, i.e. farinæ aquâ subactæ, & ad pinsendum maceratæ [z]. ¶ *Decimas accipient ex* (vel *in*, Mo. P.) *omnibus civitatibus operum nostrorum*] Ità Mo. P. vel, *culturæ nostræ*, V. Pi. Mar. nempe agriculturæ [a]. *Ubi culturam terræ exercemus*, M. i.e. ubicunque agros habuerimus quos colere possumus [b]. *Ruribus culturæ nostræ*, Sy. Alii, *urbibus servitutis nostræ*: [in singulis locis ubi servi sumus Regibus Persarum, ut antè dictum: q. d. Licèt duram serviamus servitutem, & tributa Persis pendamus, non tamen ideo detrahemus quæ Deo debentur, sed *quæ Cæsaris sunt, Cæsari, quæ Dei, Deo, reddemus*.]

38. *Erit sacerdos—cum Levitis in decimis Levitarum*] i.e. Ubi decimæ dabuntur Levitis, è sacerdotibus quidam inspectores aderunt, ut ipsam decimam deciment, ex lege Num. 18. 26 [c]. Vel sensus est; Sacerdotes pariter cum Levitis accipient decimas populi, atque insuper ipsis offerre debebunt Levitæ decimam decimarum, juxta legem Deut. 18. Itaque hic locus videtur quædam explicatio illius legis [d]. Porrò, τὸ עָשַׂר, vel הַעֲשִׂיר, sign. *decimas dare*, non *accipere*, ut docent Gen. 28. 22. & Deut. 26. 12 [†].

39. *Ad gazophylacium*] Locum ubi reponebantur hi proventus, &c [f]. ¶ *Et ibi erunt vasa sanctificata*] [Ità plerique vertunt, supplentes τὸ *erunt*, vel *sunt*.] Id est, Adserventur illi proventus in loco sacro, ubi etiam reliqua sacra supellex custoditur. ¶ *Et sacerdotes, & cantores, & janitores, & ministri*; quibus illa pro alimentis debentur: τὸ *& ministri* hîc redundat [g]: [הַמְשָׁרְתִים וְהַשּׁוֹעֲרִים וְהַמְשֹׁרְרִים] *Ministrantes, & janitores, & cantores*, Mo. &c. [At Ca. τὸ הַמְשָׁרְתִים verbaliter sumit, locúmque sic reddit, *Sacerdotes autem & janitores cantorésque ministrare debent*.] Ibi sacerdotes, &c. habitabant, saltem quando ministrabant [h]. ¶ *Et non dimittemus domum Dei*] i.e. Curam domûs, &c [i]. cultum Templi [k]. Hæc autem præ cæteris jurant, quòd hactenus neglecta fuissent, vel negligenter observata [l].

CAP. XI.

1. *Habitaverunt principes populi in Jerusalem*] Id non illibenter fecerunt, vel, 1. ob usum & dignitatem suam; erat enim hæc Regia sedes, &c [a]. Vel, 2. ut eam ab hostibus tuerentur [b]. Ità gratos se cives ostendunt [c]. Vel, statutum est ut Principes ibi habitarent [d]. ¶ *Unam partem de decem*] Ut urbs frequentiùs habitaretur, meliúsque defenderetur [†], & ædificiis instrueretur [f]. ¶ *Novem partes*, [ità omnes;] [תֵּשַׁע הַיָּדוֹת] *Novem manus*, Mo.

3. *Israel*] Id est, vel populus Israel [g]; alii ex populo [h]: vel Israelitæ qui erant ex decem tribubus [i]. Hi dimissi sunt ad possessiones suas, tum quia pauci erant, tum quia non sic tenebantur ad custodiam Jerusalem, ut reliqui [k].

4. *De filiis Juda, & de filiis Benjamin*] Intellige, vel aliquot [l]; vel primarios, ex vers. præced [m]. Hîc ii tantùm commemorantur qui forte ibi habitabant: At 1 Paral. 9. etiam incolæ voluntarii recensentur [n]. Cæterùm in hoc indice ex tribu Jehudæ non videntur censeri nisi posteri *Pheretzi*, ut apparet hoc vers. 4. & infrà vers. 6 [o].

5. *Filius Cholhoza*, [כָּל־חֹזֶה] Cognomentum vice nominis proprii [p]. ¶ *Filius Silonitis*] Dictus est *Silonites*, quòd esset è Silo [q].

6. *Viri fortes*] Tales optabant Spartani; & prisci Helvetii, ut Cæsar scripsit. Talibus opus est ad urbium propugnationem [r].

8. *Nongenti viginti octo*] Ità plures hîc sunt viri fortes ex *Benjam.* quam ex *Juda*, (ex qua tribu erant tantùm 468:) tum quòd ea Tribus semper viris fortibus abundaret; tum quòd in earum possessione sita urbs esset,

Marginal notes (left column): [y] Os. — [x] E. — [y] Me. — [z] Ma. ex Jun. — [a] Os. — [b] V. — [c] V. — [d] Pi. — [*] V. — [f] V. — [g] Mar. — [h] Os. — [*] Glass. gram. 164. — [i] Pi. sim. Os. — [k] Me. — [l] E. — [m] Os. sim. Me. — [n] E. ex L. — [o] Me. — [p] Pi. — [q] V. — [r] Pi. — [*] Me. — [t] Ità He. in V. — [v] He. in V.

Marginal notes (right column): [x] Me. — [y] Ma. ex Jun. &c. — [z] Pi. — [a] Pi. — [b] Os. — [c] G. sim. Me. — [d] E. — [†] Pi. ad ver. 37. & 38. — [f] Me. — [g] Os. — [h] Mar. — [i] T. — [k] V. sic T. — [l] T. — [a] San. sim La. — [b] San. — [c] Wolp. — [d] Me. — [†] G. — [f] T. — [g] Os. — [h] G. — [i] Me. ex L. — [k] L. — [l] V. — [m] Pi. — [n] Ma. ex Jun. — [o] Ma. — [p] V. Wolp. — [q] V. — [r] Wolp.

esset, & dulcis amor patriæ præ cæteris ipsos inflammaret †.

9. *Et Judas filius Senua,* הַסְּנוּאָה] *Senuah.* Aut est nomen mulieris, aut cognomentum viri, quod ponitur loco nominis proprii [t]. ¶ *Super civitatem secundus*] Ità Mo. P. sim. Ca. &c. Dignitate & potestate secundus à Joel [v]. q. d. Vicarius Principis erat [x]. ¶ עַל הָעִיר מִשְׁנֶה] *Secundarius in civitate,* JT. *præerat secundæ civitati,* Sy. *erat præfectus super alteram partem urbis,* Ti.

11. *Princeps domûs Dei,* נְגִיד] *Dux;* i.e. præerat Templo [y]: i.e. στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ [z]. sacerdos primarius [a]; procurator, vel fabricæ magister. Non autem fuisse Pontificem patet, quòd non recensetur inter summos Pontifices cap. 12 [b]. & quòd Pontifex max. erat *Eliasib* [c].

12. *Facientes opera templi*] In sacerdotalibus muniis ministrantes [d].

13. *Filius Mosollamoth*] Heb. *filii,* i.e. nepotis, *Mesillemoth;* nam 1 Par. 9. 12. interponitur *Mesullam,* qui hîc omittitur †.

14. *Potentes nimis*] Heb. *viri roboris;* fortes in bello [f]. Vel, *valentes divitiis,* ut Ruth 2. 1. Sic חַיִל accipitur Deut. 8. 17, 18. & 2 Reg. 5. 1 [g]. ¶ *Zabdiel filius potentium,* בֶּן הַגְּדוֹלִים] *Filius Haggedolim,* Mo. P. vel *Gedolimi,* JT. Pi. Nomina propria quæ ex appellativis fiunt quandoque habent præpositum *He* [h]. [Alii appellativè reddunt :] *Filius magnorum,* o'. vel *magnatum,* M. Ti. Sy. vel, *filius* unius *ex magnatibus,* Belg. V. T. La. Sic sæpe genitivus pluralis Hebræis distributivè accipitur [i]. Magnis ac clarissimis parentibus ortus [k].

16. *Super opera quæ erant forinsecùs in domo Dei,* עַל הַמְּלָאכָה הַחִיצֹנָה] *Super opus externum* Templi, Mo. P. &c. Curatores erant earum rerum quæ foris parabantur ad cultum Dei : quarum causâ conferebatur triens sicli, suprà 10. 32. Vide 1 Paralip. 26. 29 [l]. Sive id esset cultura prædiorum, sive concinnatio instrumentorum, Templi [m]. Ut alii sacerdotes præerant operibus internis Templi, i. e. quæ in ipso Templo fiebant [n].

17. *Filius Asaph, princeps ad laudandum,* &c. Hieron. בֶּן אָסָף רֹאשׁ הַתְּחִלָּה בַּתְּהִלָּה legisse videtur [o] : יְהוֹדֶה לַתְּפִלָּה] *Filii Asaph principis, primus confitens in oratione,* P. vel, *qui initio* psalmi *laudabat in oratione ipsa,* publica scilicet : q. d. qui princeps erat musicorum, & præcentor; qui psallendo primus laudabat Dominum [p]. *Filii Asaph, præcipuus erat,* M. Ti. *in confessione & oratione,* Ti. vel, *in exordio confessionis & orationis,* M. [Q. totum sic reddunt ;] *Matthania filius Micæ, filii Zabdi, filii Asaphi, primarius,* JT. Pi. *primùm* (Heb. *principium,* Jun.) *celebrabat in ipsa oratione,* JT. vel, *incipiebat gratiarum actionem in precatione :* Synecdoche generis in verbo *confitendi* [q]. *Princeps initio laudabat in oratione,* Mar. Præpositus erat cantorum [r].

22. *Et episcopus Levitarum*] i.e. Præpositus †. Heb. *princeps,* aut *dux,* Mar. פָּקִיד ἐπίσκοπος vertitur, ut & Num. 4. 16. & 31. 14. & alibi; bene admodum. Sic Athenis ἐπίσκοπος vocabatur *præfectus juri dicundo,* &c. & Arriano, is *qui cognita ad magistratum referret.* Cicero ad Atticum à Pompeio se ait constitutum ἐπίσκοπον oræ maritimæ. Digestis, tit. De muneribus & honoribus, *episcopi* vocantur *qui præsunt pani & venalibus rebus.* Est nomen curæ magìs quàm dignitatis. Ideóq; id maluerunt Christiani Ecclesiarum Præsides quàm Judaicum Ἀρχισυνάγωγος, רֹאשׁ הַקָּהָל [r]. ¶ *Cantores in ministerio domûs Dei,* לְנֶגֶד מְלֶאכֶת וגו׳] (Sub. *erant,* Belg. vel *habitabant,* JT.) *è regione operis,* sive *opificii,* (vel, *super opus,* P. V. Ang. *in ministerio,* M.) *domûs Dei,* Sy. Mo. Ti. Belg. Id est, vel, 1. præerant reparationibus Templi [v]: vel, 2. assistebant toti ministerio quod intus fiebat, ut alii foris, v. 16 [x]. Erant ad manum, & præsentes in Templo, ut cultui Dei intra Templum prospicerent [y]. *Pro observatione operis domûs Dei,* Gal. Vel, 3. habitabant prope eum locum ubi ferramenta erant, ubi dolabantur lapides [z].

23. *Præceptum quippe regis super eos erat*] Ità P. vel, *de illis,* Ti. JT. Regis? cujus? Resp. Vel, 1. Da-

† Wolp. — [t] V. — [v] Me. sim. L. T. La. Mar. — [x] V. — [y] V. — [z] G. — [a] Me. — [b] T. ex La. — [c] G. — [d] Me. — † Ma. — [f] V. — [g] Pi. — [h] Ma. — [i] La. — [k] Ma. ex Jun. — [l] Ma. ex Jun. — [m] Mar. sic T. La. — [n] Ma. — [o] Mar. — [p] V. — [q] Pi. — [r] T. Me. Mar. — † Me. T. — [r] G. — [v] V. — [x] Ma. ex Jun. — [y] Belg. — [z] Mar.

vidis [a], qui primus hos ordines instituit. Confer Nehem. 12. 24 [b]. Vel, 2. Darii [c]. Vel, 3. Artaxerxis [d]. Ejus munificentiâ prospectum est de musicorum alimento †. Vel, Rex præceperat illis, & fidebat eis de curandis Templo necessariis [f]. ¶ *Et ordo in cantoribus per dies singulos,* וֶאֱמָנָה עַל הַמְשֹׁרְרִים דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ] *Et fidelitas,* vel *firmitas,* (vel *constantia,* V.) *super cantores,* Mo. P. V. i. e. super ipsos, antecedens pro relativo [g], *per singulos dies,* V. P. vel, *verbum diei in die suo,* Mo. *Et constitutio* (vel, *nempe certi reditus,* Heb. *firmitas,* seu *certitudo,* Pi.) *pro musicis dimensum cujusque diei quotidie,* JT. *Et firma* constitutio *de cantoribus, cuique diei suum demensum,* Ti. *Et firma* obligatio *erat super cantores* ad exsequendum *rem diei in die suo,* M. *Firmùmque statutum præscriptum erat ministris per singulos dies,* Sy. Exponi potest, *& constitutum,* i. e. cibus constitutus & quotidianus cantoribus. Alii vertunt, ad verb. *& fidelitas super cantores* erat *res diei in die suo.* Ordo autem talis erit, *& res diei in die suo* erat *fidelitas super cantores.* Vel, *fidelitas super cantores* erat *ad dandum quæ quotidie necessaria erant,* i. e. ut proferrent pecuniam è thesauro Regio pro his quæ quotidie necessaria erant in Templo [h]. Reddit rationem cur cantores in domo communi habitabant, quia Rex illis per dies singulos annonam stabili decreto constituerat [i].

24. *In manu regis,* &c. לְיַד הַמֶּלֶךְ לְכָל דָּבָר לָעָם] *Ad manum regis* (i. e. cujus operâ Rex multùm utebatur [k]) *in omni verbo,* vel *re, ad populum,* Mo. P. V. i. e. in omni re pro qua convenire solebat populum [l]. Vel, *ad omne verbum ad populum;* i. e. per illum & populus Regi preces proponebat, & per illum responsa Regis populo reddebantur. Itaque erat internuncius, seu libellorum magister [m]. *Erat administrator* (vel *commissarius,* sive *deputatus;* confer 1 Chron. 18. 17 [n].) *regis in omni negotio erga populum,* JT. sive, quod agendum erat *apud populum,* Pi. A Rege constitutus erat, ut, unà cum Duce, populi determinaret causas, &c. Sic solet subindè legis peritus jungi ei qui pro Rege præest in provincia [o]. Isto tamen superior erat Nehemias, quia hic legatus Regis & Prorex erat [p]. *Erat loco regis in omni causa populi,* M. [fortè tanquam supremus Justitiarius.] *Regi erat ab omnibus popularibus negotiis,* Ca. Huic Rex permisit quicquid ad populum remque publicam pertineret, sicut filiis Asaph res sacras [q].

25. *Et in domibus per omnes regiones,* &c. וְאֶל הַחֲצֵרִים בִּשְׂדֹתָם וגו׳] *Et ad villas in agris suis,* Mo. sim. o'. *Et ad villas & agros* (vel, *in villis & agris,* M.) *eorum,* Ti. *In villis autem cum agris* (vel *& agris,* Pi.) *earum,* JT. Subaudi, ex sequentibus, *habitaverunt filii Jehuda,* i. e. pars eorum [r]. q. d. Hucusque recensui incolas Jerusalem; nunc recensebo incolas villarum & urbium extra Jerusalem †. ¶ *Et in filiabus ejus*] *Filias* vocat pagos qui in agro ejus oppidi erant [t].

35. *Et Ono valle artificum;* ità P. גֵּי הַחֲרָשִׁים] *Ge-haharasim :* Nomen loci [v]. Cum, vel in, *valle fabrorum,* JT. Pi.

36. *Et de Levitis, portiones Judæ & Benjamin,* וּמִן הַלְוִיִּם מַחְלְקוֹת יְהוּדָה לְבִנְיָמִין] *Et de Levitis* (sub. *aliquot,* P. V. sic Pi.) *in divisionibus Jehudah à Benjamin,* P. i. e. habitaverunt in confinio terræ Judah & Benjamin [x]. *Et de Levitis partes Juda & Benjamin :* q. d. Non universa oppida quæ dicta sunt possidebant Judah & Benjamin, sed & iis confusi Levitæ in illis suas portiones obtinebant [y]. Levitæ non habitabant simul omnes in Jerusalem, sed sparsi erant per omnes urbes, ut incolas earum Legem docerent, &c [z]. *De Levitis autem,* JT. Ang. *distributiones* (loca inter ipsos distributa [a]) *Jehudæ & Benj.* inhabitabant, JT. vel, erant *divisiones* in *Judah & in Benjam.* Ang. *Levitæ autem habebant possessiones tam in Jehudah quàm in Benjamin,* M. Ti. *Levitarum autem classes Judæorum erant & Benjamitarum communes,* Ca. Et quidam *de Levitis* habitârunt *in* eorum *divisionibus de Juda & de Benjamin;* Gal.

[a] L. — [b] F. — [c] Ità M. Mar. — [d] Ità T. Mar. La. San. — † Ma. — [f] V. — [g] V. — [h] V. — [i] Mar. — [k] Mar. — [l] V. — [m] Mar. — [n] Belg. — [o] T. ex La. — [p] Ma. — [q] Sand. — [r] V. — † La. — [t] Mar. — [v] V. — [x] V. — [y] Mar. — [z] La. — [a] Pi.

CAP. XII.

1. HI *sunt sacerdotes & Levitæ*] Primores *sacerdotum*, &c. JT. De iis intelligendum esse patet ex v. 7,22,23,24. At supplementum nimis audax est. Est potiùs synecdoche generis[a]. ¶ *Qui ascenderunt*] E Bab. scil. in Jerus[b]. ¶ *Esdras*] Qu. Quis hic? Resp. 1. Diversus à celeberrimo Esdra: quia hic simpliciter *Esdras* vocatur; ille, *sacerdos & scriba*[c]. At contrà, si alius hic fuisset Esdras, debuisset ab altero certâ aliquâ notatione distingui[d]. Resp. 2. Idem hic cum priore Esdra †. Vocatur enim & hic ver. 36. *Esdras Scriba*[f]. Obj. 1. At ille Esdras ascendit sub Cyro; hic sub Artaxerxe. Resp. Distinguendæ ergò sunt duæ ejus profectiones, 1. sub Cyro, 2. sub Artax[g]. Rediit enim Esdras ad Regem, ut plures Judæos secum adduceret, & à Rege ampliores gratias impetraret[h]. Obj. 2. Sic Esdras haberet annos 130[i]. Imò jam erat 147 annorum[k]. Resp. Vir sanctus & sobrius, & plùs in studiis quàm in conviviis versatus, tantúmque Ecclesiæ conservandæ instrumentum, ope Divinâ facilè potuit hanc longævitatem consequi. Aaron certè, licèt judicio Dei sublatus [ante tempus, &c.] erat 130 annorum[l].

7. *Principes sacerdotum*] Primarii[m], in quoque ex 24 ordinibus, 1 Par. 25. ¶ *In diebus Josue*] Summi sacerdotis[n]. Sub. *fuerunt*, V.

8. *Super hymnos*, &c. ità P. vel *odas*, Mo. [עַל־הַיְּדוֹת] *Super manus*, ο'. *Super laudes*, &c. Ti. vel, *laudationes* Dei, erat; præerat laudibus, &c. i. e. erat præcentor[o]. *Præfectus celebrationibus*, JT. Pi. Heb. *super confessiones* constitutus: Ellipsis verbi relati, & synecdoche generis[p]. Vel *Jedoth* sign. genus instrumenti quo cantica canebantur[q]. *Supra* instrumenta *hymnorum* erat, M.

9. *Unusquisque in officio suo*, לְנֶגְדָּם לְמִשְׁמָרוֹת] Erant *coram eis in custodiis*, P. sic M. i.e. in classibus suis, in quas distributi sunt Levitæ, 1 Par. 23. 6. h.e. Fungebantur officio suo tempore[r]. *Suis vicibus ministrabant*. Sic infrà 24. Græci, εἰς τὰς ἐφημερίας. Vide dicta Luc. c. 1. v. 8†. *E regione illorum*, JT. Pi. *per observationes*, JT. vel, stantes *in custodiis*, Pi.

11. *Et Jonathan genuit Jeddoa*] *Jadduam*, Pi. Illum nempe qui Alex. Mag. obviàm ivit, teste Jo. Antiq. 11. 7, 8[t]. Dices, Nehemias non potuit Jaddum videre Pontificem; sic enim vixisset 200 annos; tot enim fluxêre à Cyro ad Alexandrum, tótque annis stetit monarchia Persarum: vixit enim & gessit hæc Nehem. sub Artax. Longimano, qui centum annis, &c. antecessit Alexandrum. Resp. 1. Hoc argumento Scaliger contendit Artaxerxem hunc fuisse, non Longimanum, sed Mnemonem, qui paulò ante Alexandrum regnavit in Perside[v]. A regno autem Mnemonis ad regnum Alexandri non erant nisi 60 anni[x]. Resp. 2. Hæc omnia vera sunt, ideóque existimant hunc v. 11. æquè ac vers. 22. non esse scriptum à Nehemia, sed postea additum à Synagoga Judæorum, quæ tum regebatur à Spiritu Sancto, vel ab aliquo scriptore hagiographo, ad ostendendum Pontificum successionem, &c. [quomodo alia nonnulla in libris Mosis & Jos. & Sam. antè notavimus.] Id colligo ex v. 23. & 26. Resp. 3. Nehem. vidit Jaddum puerum, licèt non Pontificem, ut patet ex Nehem. 13. 28. (Notandum autem, *Jeddoam* hîc tantùm nominari, non autem Pontificem vocari.) Filius enim ille Joiadæ (qui habebat filiam nubilem, nuptámque Sanballato) fuit Jonathan, pater Jaddi, vel saltem illius frater. Dicendum ergò, sicut Esdram, Jesum, Danielem, & similes illo ævo, sic etiam Nehemiam fuisse longævum[y]. Porrò, sic historia canonis Hebræi finit in ipsa luce temporum, i. e. in Alex. M. rebus, unde omnia jam clara, etiam de Judaicis rebus, per tot Græcos scriptores, quorum multi nunc interciderunt, ut apparet ex Hieron. scriptis ad Danielem[z].

12. *Saraiæ*, לִשְׂרָיָה] *Ipsi Seraiah*, P. *In* custodia, sive classe, vel vice, *Seraiah*, sive *Seraiæ*, erat Meraiah, princeps familiæ scilicet. Sic in sequentibus[a].

[a] Pi. [b] V. [c] Ità Caj. in La. [d] San. † Ità San. L. L. Wolp. [f] La. [g] Ità Ma. [h] L. [i] Q. in Wolp. [k] La. [l] Wolp. [m] Me. T. [n] La ità L. Mar. &c. [o] V. Belg. sim. Mar. [p] Pi. [q] He. in Mar. [r] V. † G. [t] Pi. ità L. E. Me. San. &c. [v] La. [x] Pi. [y] La. [z] G. [a] V. sim. La. T.

22. *Levitæ*, &c. *scripti principes familiarum*, &c.] *Levitarum*, (Heb. *Levitæ*, i. e. Quod attinet ad Levitas[b],) *conscripti sunt primores paternarum* familiarum, JT. *Scripti principes*, &c. supple, erant ii quos subjungo, ver. 24. Nunc enim recenset principes familiarum Leviticarum, sicut hucusque sacerdotalium, &c[c]. ¶ *In regno Darii*; i.e. regnante Dario[d]: עַל־מַלְכוּת] *Usque ad regnum*, P. V. JT. Pi. Hîc עַל pro עַד †. ¶ *Darii*] Codomanni, quem vicit Alexander[f]. Hic versus insertus videtur, ut dictum ad v. 11. Nisi hic Darius Nothus esset, successor Artax. Longim. hunc enim Nehemias videre potuit[g].

23. *Scripti in libro verborum dierum*] i. e. In chronico aliquo[h]. Vel, 1. in libris Paralipomenωn[i]. Non placet: In iis enim non continentur illæ Levitarum genealogiæ[k]. Vel, 2. in annalibus Pontificum Judæorum, quos exactissimè eos conscripsisse constat ex Josepho, & ex libris Paralipomenωn, ubi passim ad illos annales nos remittit Scriptura[l]. Adeò diligentes erant nè familiæ confunderentur, ut sciretur ex qua familia Christus esset exspectandus[m].

24. *Et observarent*, &c. מִשְׁמָר לְעֻמַּת מִשְׁמָר] *Custodia contra custodiam*, P. Per vices[n].

25. *Custodes portarum & vestibulorum ante portas*, שׁוֹמְרִים שׁוֹעֲרִים מִשְׁמָר בַּאֲסֻפֵּי הַשְּׁעָרִים] Erant *custodientes janitores* in *custodia* (vel, *custodientes janitorum custodiam*, JT. vel, *erant custodes observantes custodiam*, Belg.) *apud æraria portarum*, Pi. sim. JT. Belg. Erant *custodes* & *janitores* in *custodia* sua, *in liminibus portarum*, P. sub. *templi*, V. *Custodes & observantes portas, juxta vestibula portarum*, M. *Observantes portas, custodia* eorum *erat pro liminibus portarum*, Ti. *Erant janitores, observantes custodiam apud congregationes portarum*, Ang. marg. sim. Gal. [Intellige, vel, congregationes quæ in portis fieri solebant;] vel, collectiones janitorum, qui in portis congregabantur. Vide de voce אֲסֻפֵּי 1 Par. 26. 15, 17[o].

27. *In dedicatione muri*] Adde, *& urbis Jerusalem*[p]. Facta hæc paulò post 50 dies quibus murus perfectus fuit[q]. Vel dic per *muros* hîc non sola mœnia intelligi, sed etiam muros ædium, palatiorum, platearum & vicorum urbis Jerusalem: Nam his omnibus peractis, non autem statim ab instauratis mœnibus, dedicatio facta est. Atque ab hac solenni dedicatione incipiunt hebdomades Danielis, Dan. 9. 25[r]. Hinc cœpit pius usus dedicandi novas urbes & domos. Hinc Justin. Imper. L. *Sacra loca*, &c. *Sanctæ quoque res*, inquit, *velut muri & portæ civitatis, quodammodo Divini juris sunt, & ideo nullius in bonis sunt*. Et sacros apud Romanos fuisse muros docet Serv. ad Æn. 5 †. Civitas, ejúsque munitio, licèt proximè ordinabatur ad securitatem populi, ulteriùs tamen ordinabatur ad conservationem cultûs Divini, & propterea rectè Deo dedicatur[t]. Cùm id omnibus ingenitum sit, ut ex initiis rerum bonis optimos progressus sibi polliceantur, dant operam ut optimè & religiosissimè auspicentur, &c. Qua in re quemadmodum omnia ad Deum pietas refert, sic superstitio facilè in errores declinat. Hinc tot superstitiosæ dedicationes à Papis introductæ, &c. ¶ *Requisierunt Levitas*] Rectissimè actioni sacræ Religionis administros adhibent[v].

28. *Filii cantorum*] Id est, vel, 1. cantores, qui sic vocantur[x]; vel, 2. *posteri cantorum*, JT. Pi.

30. *Et mundati sunt sacerdotes*, &c.] Ante dedicationem scilicet[y], certis ablutionibus & expiationibus, de quibus Num. 19. 20[z]. Prius erat ut sacerdotes se mundarent, quàm ut mundare alios possent[a]. ¶ *Et mundaverunt—portas & murum*] Nempe aquâ lustrali[b], (ut Tabernaculi, &c. lustrationis ritus facilè ostendit: vide Num. 8[c].) oratione solenni, & sacrificio[d].

31. *Ascendere feci principes Juda super murum*] Vel, *juxta murum*; nam pompa circùm murum ducta est. Obstat tamen vox *ascendere* †. ¶ *Et statui duos magnos choros*, &c. וָאַעֲמִידָה שְׁתֵּי תוֹדֹת גְּדוֹלֹת וְתַהֲלֻכֹת לַיָּמִין וגו׳] *Et statui duos magnos choros*, Mo. P. vel, *choros laudantium*, M. Ti. *euntes ad dextram*, &c. M. Ti. vel, *& processiones ad dexteram*, Mo. vel, *quorum progressiones* erant, unius (i. e. primi *chori* iverunt, V.) *ad dexteram*, &c. JT. Pi. sic P. V. q. d. Quorum alterum jussi procedere, sive progredi, ad dexteram[f]. [De altero

[b] Pi. [c] La. [d] Q. in V. † V. [f] G. ità T. ex La. [g] La. [h] Os. [i] Ità Mar. [k] Os. [l] T. ex La. [m] Os. [n] V. [o] Ma. [p] T. [q] La. [r] T. † La. [t] E. [v] Wolp. [x] V. Mar. [y] V. [z] Me. [a] G. [b] T. La. Wolp. [c] Wolp. [d] T. La. † Mar. [f] V.

tero choro loquitur v. 38.] Ut Græcis *chori* παρὰ τῆς χαρᾶς, à *gaudio*, dicuntur saltantium & canentium cœtus; sic Hebræis תודות appellantur [g]. Porrò, multa in dispositione sequenti obscura sunt, in quibus necdum mihi satisfacio [h]. Quà quique chori ierint, de eo diversæ sunt opiniones [i]. 1. Unus chorus ibat super murum; alius super terram juxta murum exteriùs [k]. Sed refellit hoc, quòd & secundus chorus ibat super murum [l]. 2. Videntur pompæ egressæ è porta aquarum ad Ortum [m]: altera ad dexteram ibat, altera versùs sinistram [n]. Unus chorus videtur Orientis & meridiei latera, alter Aquilonis & Occidentis muros ac portas, transîsse; uterque à porta ad portam contendisse. 3. Tres ego statuebam ordines, qui tres murorum partes occuparent: Principes, &c. ascenderunt murum, (quod illi soli fecerunt, quia multitudinem populi non capiebant murorum angustiæ;) duo alii ordines (in quibus plurimi erant sacerdotes & Levitæ) murorum utrumque latus amplectebantur, alii ad internam murorum, alii ad externam, faciem; qui, licèt in diversis spatiis, pari tamen incessu, & sibi vicissim adverso atque directo, gradiebantur [o]. Porrò, quòd *principes Juda* vocantur, sub *Juda* comprehenditur *Benjamin*, ut 1 Reg. 12. & 2 Reg. 17. & alibi [p].

32. *Et ivit post eos*] i. e. Post sacerdotes & Levitas prioris classis, seu chori, qui exprimuntur infrà v. 35 [q]. ¶ *Et media pars principum*] Altera dimidia pars Principum erat in altero choro, infrà v. 40 [r]. Distributi erant Principes in duas partes, ut & reliquus populus [†].

35. *Et de filiis sacerdotum*] Id est, de sacerdotibus; ut suprà v. 28. *filii cantorum*, i. e. cantores [t].

36. *Fratres ejus*] Sub. *Zachariæ*, V.

37. *Et contra eos ascenderunt*; ità Mo. [וְנֶגְדָּם] *Et coram eis*, M. *è regione illorum*, Sy. Ar. Ti. i. e. ex alteris Jeruschalaimis in civitatem Davidis ascendentium [v]. *E regione aliorum*, Ca. [Alii aliter vertunt, & cum præcedentibus sic nectunt;] *Deinde ad portam fontis & tractum ex adverso illorum ascenderunt*, &c. JT. Pi. Ità ellipsis est nominis relati [x]. ¶ *In gradibus civitatis David*] i.e. Montis Sion [y]. Heb. *per gradus*, &c. Memento arcem Sion in sublimi constitutam [z]. ¶ *In ascensum muri super domum David*] *In ascensu muri* (murus etiam propter naturam loci erigebatur,) *desuper domum David*, Mar. Ascendentes in murum qui imminet habitationi Davidis [a].

38. *Ibat ex adverso*] Alterius nempe chori, de quo suprà dictum est [b]. *Ibat in adversum illius*, &c. M. ¶ *Usque ad murum latissimum*] Ad portam anguli; ibi enim murus erat latissimus [c].

39. *Et super portam antiquam*; ità JT. sim. Pi. [הַיְשָׁנָה] *Antiquæ*, V. P. sub. *piscinæ*, V. ¶ *Et turrim Emath*, [הַמֵּאָה] *Meah*, M. P. Ti. Mo. *& turrim centenariam*, JT. Pi. ¶ *Ad portam gregis*] Per quam inducebantur oves ad sacrificia. ¶ *Et steterunt*] Nempe chorus secundus [d]. ¶ *In porta custodiæ*; ità M. P. Mo. Ti. [בְּשַׁעַר הַמַּטָּרָה] *In porta majore*, Sy. Ar. *ad portam carceris*, Ca. Gal. Ang.

40. *Steteruntque duo chori—in domo Dei*] i. e. In atrio ante Templum [†]. Ambo chori, licèt diversam viam ingressi essent, tamen in Templo, quasi in centro, & officina pietatis, conveniunt [f].

42. *Et clarè cecinerunt*, [וַיַּשְׁמִיעוּ] *Audiréque fecerunt*, P. sub. *vocem*, V. ¶ *Cantores, & Jezraia præpositus*] Ità Ma. &c. vel, *cum Jitzr.* &c. JT. vel, & *Jitsr.* erat *præfectus* eorum, Pi. Al. sic, *Cantores resonuerunt, habentes præfectum Jez.* &c. M. sim. Ti.

43. *Victimas magnas*] Id est, 1. multas; 2. boves, qui victimarum maximæ censentur [g].

44. *Recensuerunt quoque—viros*, &c. [וַיִּפָּקְדוּ וגו'] *Præfecti sunt etiam eo die*, JT. Pi. *homines*, &c. JT. vel *quidam*, &c. Pi. *Constituti sunt*, &c. P. *Visitati sunt*, &c. Ma. Wolp. i. e. singulari industriâ quæsiti, judicio sincero & gravi delecti. Quo docemur, in omni genere electionum cavere temeritatem & studium partium. ¶ *In die illa*] Quâ nimirum peracta erat urbis dedicatio; nè, si qua intervenisset mora, hæc alacritas ad dandum, &c. se remitteret. ¶ *Viros*] Nempe è sacerdotum ordine, quibus Deus horum custodiam dedit, Num. 18 [h]. ¶ *Gazophylacia thesauri*, [עַל הַנְּשָׁכוֹת לָאוֹצָרוֹת] *Super conclavia thesaurorum*, Wolp. *cubiculis ad thesauros*, JT. Pi. *Super cubicula*, ut essent *in thesauros oblationibus*, &c. P. i. e. ut essent vice thesaurorum in quibus reponerentur oblationes, &c [i]. ¶ *Ut introferrent per eos*, &c. [לִכְנוֹס בָּהֶם לִשְׂדֵי הֶעָרִים מְנָאוֹת הַתּוֹרָה] *Ut colligerent in ea ex agris civitatum*, JT. Pi. sim. P. M. Ti. Mo. &c. *partes*, sive *portiones, legis*, P. Mo. vel *legales*, M. Ti. *legitimas*, Ca. vel, *à lege designatas*, Gal. Ang. mar. ¶ *Lætificatus est—in sacerdotibus & Levitis astantibus*, [וְעַל הַלְוִיִּם הָעוֹמְדִים] *Et super Levitis stantibus*, Mo. M. nempe *in ministerio*, M. Vel, *qui assistebant*, P. *qui stabant*, Ti. *qui ibi stabant*, Belg. *qui stabant & custodiebant custodiam*, &c. Sy. Ar. [Ità cum sequenti versu jungunt.] Al. *Lætabantur Judæi sacerdotes & Levitas adesse*, Ca. Magnam enim hi à populo inierunt gratiam, dum legitimè & alacriter munere suo fungerentur [k]. Populus rectâ Religionis administratione tam suaviter afficiebatur, ut ad juvandos Levitas promptè libentérque conferrent [l].

45. *Et custodierunt*] Idem valet quòd, *Quia custodierunt*: *&* pro *quia* sæpe ponitur. Sic Gen. 20. *habet enim virum*; Heb. *& habet*, &c. Isa. 64. 5.—*tu iratus es, & peccavimus*, &c. i. e. quia peccavimus [m]. ¶ *Et custodierunt observationem*, &c. *& cantores*, &c. ità P. Mo. Heb. *Et observaverunt*, &c. [וְהַמְשֹׁרְרִים וגו'] *Et observaverunt custodiam Dei*, &c. *cantores*, &c. M. Ti. [Ità negligunt τὸ ו ante הַמְשֹׁרְרִים. Alii verba transponunt;] *Atque etiam cantores*, &c. *observârunt*, &c. Belg. Ang. *Qui observaturi erant* (vel, *Quia observaverant*, Pi.) *custodiam Dei sui, & custodiam munditiei, musicorúmque & janitorum*, JT. Pi. *Quandoquidem observaverint custodiam illis à Deo designatam, & custodiam purificationis, simulatque cantorum & janitorum.* Docet cur lætati sunt Judæi de Levitis consistentibus [n]. Porrò, *observatio*, sive *custodia, purificationis* vel *expiationis* hîc dicitur, vel, 1. custodia pura [o]: vel, 2. rebus immundis arcendis, ut suprà v. 30 [p]. i. e. Curabant ut se & populum in omni puritate continerent [q]: vel, 3. ritus observandus in peragenda munditie [r].

46. *In diebus David & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum*, &c. [רָאשֵׁי הַמְשֹׁרְרִים וְשִׁיר תְּהִלָּה וְהוֹדוֹת לֵאלֹהִים] *In diebus David & Asaph ab initio*, vel, *ab exordio*, vel, *ab antiquo*, M. P. Ang. Gal. sim. JT. Pi. *capita cantorum, & cantici laudis, & confessionum Deo*, Mo. Vel, erant *principes cantorum, & viri cantici laudis & laudationum Deo*, P. i. e. Musici canentes cantica laudatoria, &c [†]. Vel, (sub. *erant*, Ang. sive *constituti erant*, Gal.) *principes cantorum, & canticorum laudis & laudationis Deo*, Ang. Gal. Vel, (sub. *erant ordinati*, sive *constituti*,) *qui cantarent canticum laudis & confessionis Domino*, M. Ti. [Hi sequuntur τὸ *Keri* in voce רָאשֵׁי. Alii autem τὸ *Chetib* secundùm literas; accipiunt autem pro ראש in sing. num. & ad Asaphum hæc referunt, hoc modo; *In diebus David erat Asaph ab initio primus cantorum ad hymnum & laudem Dei*, ο'. Vel, *erat Asaph, qui præerat ministris*, quasi legissent מְשָׁרְתִים, *& laudabat coram Domino*, Sy. sim. Ar. Hi omnes negligunt τὸ ו ante אָסָף.]

47. *Dabant partes cantoribus*, &c. *& sanctificabant Levitas*, &c. [וּמַקְדִּשִׁים לַלְוִיִּם וגו'] *Ità sanctificabant*, vel *consecrabant*, (vel *separabant*, Belg. sub. *populus ipse*, V.) *Levitas*, Ar. P. Ti. V. Vel, *Levitis*, Sy. Ang. Gal. JT. Pi. vel, *pro Levitis*, Belg. sub. *eas*, Pi. vel *res sacras*, Ang. G. putà decimas [t], quæ sacræ erant Deo. *Sanctificare aliquem* hîc est, dare illi rem sacram [v]. *Sanctificare* est, ostendere aliquâ actione aliquid esse sanctum. Sic sanctificamus Sabbatum, Templum, Deum, &c. quia dum illa colimus, eorum sanctitatis hominibus argumenta præbemus. Est autem non levis alicujus sanctitatis argumentum, si publicis aliquem ordinem sumptibus alamus [x]. *Et honorabant* decimis *Levitas*, M. [Ca. totum sic reddit; *Itaque omnes Israelitæ*, &c. *cantoribus*, &c. *quotidianum demensum conferebant, idque ipsi Levitis, & Levitæ porrò Aaronis, consecrabant.*]

[g] Wolp. [h] San. [i] Wolp. [k] Q. in L. [l] L. [m] Mar. [n] Mar. ex V. [o] San. sim. La. [p] San. [q] Ma. ex Jun. [r] Ma. [†] V. [t] Ma. [v] Ma. ex Jun. [x] Pi. [y] V. [z] Mar. [a] Os. [b] Os. [c] Me. [d] V. [†] Os. [f] Wolp. [g] San.

[h] Wolp. [i] V. [k] San. sim. Wolp. [l] Wolp. [m] San. [n] Pi. [o] Q. in Ma. [p] Ma. ex Jun. [q] Ma. [r] Pi. sim. Me. [†] V. [t] G. [v] V. [x] San.

CAP. XIII.

1. IN *die illo*] Id est, vel, 1. peractæ dedicationis [a]. Sed non videtur verisimile, Judæos, quæ heri tam libenter promiserant, hodie mutâsse omnia, &c [b]. Vel, 2. cùm Nehemias secundò venisset Jerusalem [c]. Absente Nehemiâ hæc gesta docet v. 6. Nec obstat phrasis, *eodem die*, &c. Tales phrases sæpe usurpantur sine respectu ad proximè præcedentia. Vide quæ diximus ad Dan. 12. 1. & ad Joel. 3 [d]. ¶ *Quòd non debeant introire—in ecclesiam*, 'אֲשֶׁר לֹא יָבֹא וגו] *Quòd non ingrediantur*, &c. Vel verte, *Non venient*, &c. ut אֲשֶׁר redundet †. *Ut non veniat in congregationem*, &c. JT. Pi. scil. cum jure civium, ad officia publica & honores suscipiendos; ut dictum Deut. 23. 3 [f]. [ubi hic & seq. versus explicantur.] Alioqui poterant ad Judaismum converti, & proselyti fieri [g]; & ad sacra admittebantur, Exod. 12. 48 [h].

a Wolp. Of. b San. c Pi. Ma. ex Jun. sim. San. d San. † V. f T. sim. La. San. Of. E. g T. h San.

3. *Separaverunt omnem alienigenam*, [כָל־עֵרֶב] *Universam misturam*, P. M. sub. *alieni populi*, M. *turbam miscellaneam*, V. Sy. *exteros*, Ar. Natos ex gentibus, quibus Lex noluerat esse jus connubii & honorum [i].

i G.

4. *Et super hoc*, &c. וְלִפְנֵי מִזֶּה] *At antea*, P. V. i. e. ante hanc separationem alienigenarum ab Israelitis [k]. *Ante hoc*, Mar. ex ο'. *ante hæc* gesta, Of. Superiori tempore factum quod narrat modò [l]. *Super hoc*, id est, his alienigenis arcendis, &c. præerat [m]. Vel, *coram hoc*, vel, *in conspectu hujus*, nempe, conventûs Legem hæc vetantem audientis, eique se accommodantis; dum recens esset Reformationis communis memoria [n]. ¶ *Qui fuerat præpositus in gazophylacio*, 'נָתוּן בְּלִשְׁכַּת וגו] *Datus* (vel, *positus erat*, Ti.) *in cubiculo*, Mo. *in camera*, Ti. *habitans in gazophylacio*, ο'. Fortasse præter morem voluit ibi habitare. Verto, *datus in cubiculum*, (pro, *cubicula*;) i. e. præpositus, ut ratio dignitatis exigebat [o]. *Præpositus*, P. M. Ca. JT. Pi. sub. *erat*. M. *cubiculo*, P. JT. *cellæ*, Ca. *ædiculæ*, M. nempe sanctiori; fortè adyto, vel cubiculo illi proximo [p]. Vel, *cubiculis*; sing. pro plur. nam ex compluribus cubiculis fecit unum magnum, vers. seq [q]. ¶ *Proximus Tobiæ*] Necessitudine illi conjunctus [r].

k V. l Mar. m T. sim. La. n Wolp. o Mar. p Ma. q Pi. r V.

5. *Fecit ergò sibi*, 'וַיַּעַשׂ לוֹ וגו] *Et fecit* (*fecerat*, Pi. *paraverat*, JT.) *ei*, Ma. scilic. Tobiæ, ut v. 7. Mar. T. Constituebat illum loco suo præpositum decimarum omnium, &c †. ¶ *Gazophylacium grande*] *Cubiculum magnum*, nempe ex compluribus aliquot contiguis, eximendo parietes intergerinos, ut docent verba sequentia [t]. ¶ *Partes Levitarum*, מִצְוַת הַלְוִיִּם] *Præceptum Levitarum*, Mo. ο'. *Ex præcepto de Levitis*: Ellipsis τοῦ ל, & genitivus objecti, Pi. *Quæ ex præcepto erant Levitarum*, Ti. *quæ præcepta erant dari Levitis*, M. sim. P. Ang. Gal.

† T. ex La. t Pi.

6. *Non fui in Jerusalem*] In hoc tempus Eliasib id vafrè distulit, ut eo absente quæ vellet faciliùs obtineret [v]. ¶ *Artaxerxis regis Babylonis*] Persici enim Reges tunc Babyloniam tenebant [x]. ¶ *Veni ad regem*] Redii ad officium meum aulicum [y]. ¶ *Et in fine dierum*; ità Mo. P. sic ο'. M. וּלְקֵץ יָמִים] *Post dies* (sub. *aliquot*, Sy.) *exactos*, Ti. i. e. Anno uno exacto, quòd annus completus constet omnibus suis diebus [z]. *Exacto anno pleno*, sive *dierum*. Ità יָמִים sumitur Exod. 13. 10. Levit. 25. 29. Num. 9. 22. Judic. 17. 10. 1 Sam. 1. 3. & 27. 7. Amos. 4. 4. Sic *mensis dierum* dicitur pro mense pleno, Gen. 29. 14. Num. 11. 20, 21 [a]. *Exactis* aliquot *annis*, JT. At יָמִים pro *annis* non reperiri puto [b]. ¶ *Rogavi regem*, נִשְׁאַלְתִּי מִן הַמֶּלֶךְ] *Postulavi*, vel *petii*, (*postulatus fui*, Mo.) *à rege*, Mo. P. V. ο'. Voce passivâ utitur; q. d. Magnis precibus egi cum Rege, &c [c]. *Veniam impetravi*, &c. Sy. sim. G. V. Ang. *Exorata est mihi venia*, &c. JT. Pi. scil. per aliquem Regi gratiosum. Per seipsum non ausus est, quum jam veniam ei satis diu dedisset. Confer Gen. 50. 4, 5, 6 [d]. *Obtinui precationem*, &c. M. *Revocatus* (vel *requisitus*, Wolp. Gal.) *sum à rege*, Ti. vel, *ad regem*, Gal. Porrò, hoc petiit *in fine dierum*, i. e. in fine præfecturæ suæ †.

v Wolp. x Of. y G. z V. a Pi. b Pi. c V. d Pi. † San.

7. *Quod fecerat—Tobiæ*, לְטוֹבִיָּה] *Propter Tobijah*, P. V. sim. JT. Pi. &c. ¶ *Ut faceret ei*, &c.] Nempe permissu; i. e. quòd permisisset exstruendum illi in atriis Templi cubiculum [f]. Ob affinitatem, homini alienigenæ non tantùm intrare intra septa Israelitica, quod vel ipsum nefas fuerat, sed & servare res sacras, permiserat. Vide suprà 6. 18. & infrà 28 [g].

f V. g G.

8. *Et projeci*] Potestate mihi à Rege Persarum concessâ, ut in facto extraordinario [h]. ¶ *Vasa*] Domesticam ipsius supellectilem [i]: eò enim alienigena penetrare non debuit [k].

h G. i G. T. k Me.

9. *Emundaverunt*] Immundi hominis habitatione profanata. ¶ *Sacrificium*] Heb. *Minchah*; far vel similam ad sacrificium [l].

l Me.

10. *Partes Levitarum non fuissent datæ*] Sive illas sibi raperent vel Pontifex, vel Tobias, vel Tobiæ ministri, vel ipsi cives qui sacrificabant; sive cives parùm bonâ fide darent [m]. ¶ *Fugisset—in regionem suam*] i. e. In prædia sua [n]; ut sibi victum compararet [o], ex operibus rusticis [p].

m Wolp. n Mar. o Me. p Wolp.

11. *Egi causam*, וָאָרִיבָה] *Et increpavi*, V. *contendi*, JT. Ang. sim. Pi. ¶ *Adversùs magistratus*] In quorum exemplo malo & socordia omnis hujus rei culpa fuit [q]. ¶ *Quare dereliquimus domum Dei?* מַדּוּעַ נֶעֱזַב וגו'] *Cur derelicta est?* P. V. Pi. &c. sub. *à vobis*, V. contra sponsionem vestram, suprà 10. ult. Videmus autem hîc quid spectat Satan, quando Ministris Religionis subtrahit alimenta; nimirum, ut Religionis omnis usus aboleatur [r]. ¶ *Et feci stare in stationibus suis*, 'וָאַעֲמִדֵם וגו] *Et statui* (vel *restitui*, JT. V. *constitui*, Pi.) *illos* (sub. *Levitas & cantores*, V.) *in statione sua*, sive *eorum*, JT. Pi. In locum suum in quo antea erant †.

q Wolp. r Wolp. † V. sim. Me. T.

12. *In horrea*] Ità V. *In thesauros*, JT. Pi. P. i. e. reconditoria. Vide suprà v. 5. Vel, *ad thesauros*, i. e. ad ipsas decimas jam reconditas [t].

13. *Et constituimus*, &c. 'וָאוֹצְרָה וגו] *Et constitui* (vel, *constitui thesaurarios*, Mo. Ti. Pi.) *super thesauros*, M. Mo. Ti. Est futurum Hiphil, pro וָאוֹצִירָה, deficiente characteristicâ literâ י; sicut in וַיַּדְבְּקוּ 1 Sam. 14. 23. (aliàs 22.) pro וַיַּדְבִּיקוּ [v]. ¶ *Et juxta eos*] Ità V. Heb. *juxta*, vel *ad*, *manum eorum*, P. JT. Pi. i. e. eorum administri & adjutores [x]. ¶ *Quoniam fideles comprobati sunt*] Heb. *habiti sunt*. Fama eos commendabat, quæ non errat semper, sæpe eligit: consensu monstrabantur: nemo omnes decepit [y]. ¶ *Et ipsis creditæ sunt*, &c. 'וַעֲלֵיהֶם וגו] *Et super eis*, Pi. vel, *ad eos*, P. V. sub. *erat*, V. Pi. scil. hoc onus, vel officium: Ellipsis nominis relati [z]. *Quorum erat* (vel, *eisque incumbebat*, Pi.) *distribuere*, &c. JT.

t Pi. v Pi. x Ma. y G. z Pi.

14. *Memento mei*, &c.] Petit ut hoc ejus officium Deus in optimam partem interpretetur [a]. ¶ *Et nè deleas*] Ità Pi. Est enim fut. Kal תֶּמַח pro תֶּמְחֶה, deficiente ultimâ radicali [b]. Nè dele, de libro, vel de memoria tua [c]. ¶ *Quas feci in domo Dei, & in ceremoniis ejus*] Ità V. Vel, *& in observationibus ejus*, P. vel, *erga observationes ejus*, JT. Pi. i. e. in ea exercendas [d].

a Wolp. b Pi. c Mar. d Pi. sim. Ma.

15. *In diebus illis*] Putà, quibus mala antè recitata ingruerant. ¶ *Calcantes torcularia*] Hoc opus Sabbato prætermitti poterat sine incommodo †. ¶ *Portantes acervos*] Sub. *manipulorum*, V. ¶ *Et contestatus sum*; ità P. Ma. JT. sub. *eos*, P. Pi. וָאָעִיד] *Et testificatus sum*, sub. *contra eos*: i. e. adhibitis testibus admonui eos. ¶ *Ut in die*, &c.] *Quâ die vendebant escas*, V. sim. JT. Pi. &c. Nè quo pacto id facerent. Vers. 21. plena est locutio [f]. Deum testem invocavi, me id posthac non passurum [g].

† Wolp. f V. g Pi.

16. *Et Tyrii habitaverunt in ea*] Scil. in urbe יְרוּשָׁלַם, quæ vox præcessit; unde liquet nomen istud esse num. sing. & gen. fœm. nec ם hîc esse characteristicam numeri pluralis, sed radicalem, pertinentem ad constitutionem vocis שָׁלֵם [h]. Tyrii infideles hoc peccato causam dederunt [i]. ¶ *In Jerusalem*] Urbe sanctâ, cujus cives debebant mandata Dei observare [k].

h Pi. i Me. k V.

17. *Et objurgavi optimates*] Non vulgus, nec Tyrios; optimatum enim auctoritas illos coercere debuit [l].

l Wolp.

18. *Numquid non hæc fecerunt patres*, &c?] q. d. Omnia mala quæ perpessi sumus evenerunt nobis ob violationem Sabbati [m].

m V.

19. *Cùm quievissent portæ*, כַּאֲשֶׁר צָלֲלוּ] *Cùm obumbraren-*

brarentur (vel *obtenebratæ essent*, P. i. e. *obtenebrescere cœpissent*, Ang. V.) *portæ*, JT. Pi. sim. Ti. M. nempe *vespere*, M. Tunc enim incipiebat Sabbati solennitas, Levit. 23. 32 [n]. i. e. Cùm Sol vergeret ad occasum, tempestivè admodum ante Sabbatum; quia Sol propter adversos montes celeriùs illarum conspectui occultabatur [o]. *Cùm demersæ essent*, scil. tenebris, ità ut disparerent [p]. ¶ *In die sabbati*] Heb. *ante sabbatum*, P. V. JT. Pi. Jam appetente ac imminente Sabbato [q].

n San. o Ma. ex Jun. p Q. in Ma. q V.

20. *Semel & bis*; ità ό. [כַּעַם וּשְׁתָּיִם] *Vice & duabus*, Mo. *vice unâ & alterâ*, M. *semel & iterum*, P. Ti. JT. Pi.

21. *Manum mittam in vos*] *Manum*, sub. *fortem*, h. e. turbam hominum, quæ vos cædet, vel comprehendet & in carcerem conjiciet [r]. Erant enim Judæis occasio peccandi †; & licèt lege Sabbati non tenerentur, rempublicam tamen turbabant [t]. Agam pro meo jure, ut suprà v. 8 [v].

r V. sim. L. E. Me. Os. † Me. t E. v G.

22. *Dixi quoque Levitis*, &c.] Levitas custodiæ portarum præficit [x], vel, 1. quia domestici ipsius onus illud diu obire non poterant, cùm instaret præfecturæ suæ finis: vel, 2. quia res ex fine videbatur sacra, & ad Sabbati sanctitatem pertinebat [y]: vel, 3. nè populus, eorum ductus reverentiâ, eas auderet aperire: vel, 4. nè, iis apertis, quidquam introduci permitterent quod ad violationem Sabbati aliquo modo pertineret [z]. ¶ *Ut mundarentur, & venirent ad custodiendas portas*, [אֲשֶׁר יִהְיוּ מִטַּהֲרִים] *Ut mundarent* (*essent mundantes*, Mo.) *se*, &c. Sy. Ar. M. P. Ti. vel, *qui erant mundati*, &c. ό. Levitæ die quoque Sabbati, ut reliquis profestis diebus, necessaria (ad cultum Divinum [a]) comparabant [b]. Lustrari eos jubet, quia res sacra erat, & dies Sabbati religiosè observandus [c]. ¶ *Et parce mihi*, &c.] Ità fiduciam ponit, non in meritis suis, sed in misericordia Dei [d].

x Me. y San. z Me. a Ma. b Ma. ex Jun. c Ma. d Wolp.

23. *Vidi Judæos ducentes uxores*, &c. [הוֹשִׁיבוּ נָשִׁים וגו׳] *Fecerunt habitare uxores*, Mo. ό. *habitare secum fecisse*, Ar. Ang. marg. sim. JT. Pi. *contubernio accepisse*, &c. Sy. *qui duxerant*, P. V. sub. *in uxores*, V. *qui collocaverant sibi*, M. Ti. ¶ *Azotidas*, &c.] i. e. Ex Azoto oppido oriundas †.

† Wolp. T.

24. *Ex media parte loquebantur Azoticè*, &c. [חֲצִי מְדַבֵּר וגו׳] *Partim* (vel *dimidium*, Mo. ό. *pro media parte*, M.) *loquebantur* (*loquentes*, ό. Ar. *loqui*, Sy.) *Asdodicè*—*&*, vel *sed*, *sermone singulorum populorum*, P. *juxta linguam populi & populi*, Mo. M. vel, *cujusque populi*, P. Linguâ matrum suarum loquebantur [f]. Filii in prioribus annis maternos potiùs mores exprimunt quàm paternos, quia matribus familiariùs assuescunt [g]. Porrò, *lingua Azotiorum*, id est, Philistinorum, (quorum pars Azotii,) media erat inter Ægyptiam & Hebræam; nam Philistæi ex Ægypto venerunt, & partem terræ Canaan occupârunt *.

f Mar. La. g San. * BP. p. 68.

25. *Et objurgavi eos, & maledixi*] Gravibus verbis, etiam cum iræ Divinæ comminatione. At AE. per illud *maledixi* intelligit duo excommunicationis genera, נִדּוּי & חֵרֶם: sed ea crediderim in exsilio usurpata, cùm jus vitæ necísque penès Persas esset, atque iterum cùm capitalia judicia ad Romanos devenissent. Nam in Lege nulla earum pœnarum mentio, neque in veteri historia populi illius [h]. Exsecratus sum eos [i]. Maledicis convitiis eos agitavi *. *Maledixi*, imprecans illis (qui scientes contra mandatum Dei egerant) pœnas corporales à Deo, ut iis ad pœnitentiam inflecterentur [k]. [Alii aliter;] *Maledixi*, i. e. anathema dixi, vel excommunicavi [l]. [Al. sic;] Heb. *Et levifeci eos*, dehonestavi, viles reputavi [m]. קִלֵּל, cùm כִּבֵּד opponatur, sign. de honore alicujus detrahere, & in contemptum adigere. Fortè eos, si sacerdotes essent, functione suâ aliquantisper prohibebat; si senatores, ordinis sui consessu excludebat; si privati cives, eos aliquo actu, aut aditu conventúque, honesto prohibebat [n]. ¶ *Et cecìdi*] i. e. Plagis, juxta Deut. c. 25. v. 2 [x]. Flagris, aut fustibus, aut virgis [y]. ¶ *Et decalvavi eos*; ità ό. [וָאֶמְרְטֵם] *Et glabravi eos*, JT. Pi. *depilavi*, Mo. M. *capillos evulsi eis*, P. Ang. Præ indignatione, & zelo honoris Divini, capillos aut barbam eorum prehendens evelli [z]. Fortè hoc factum ex more, quo reis vel à lictoribus, vel à petulante turba, & colaphi impingi solebant, Matt. 26. 66. & crines evelli, Isa. 50. 6. Vel fortè speciale erat hoc supplicium, quod caput naturali ornamento nudat. Certè pœna adulterorum apud Athen. erat παρατιλμός, i. e. *depilatio*, teste Aristophane [a]. Videtur Nehemías hoc ornamentum illis abstulisse, & hoc pœnæ genere in eorum petulantiam & luxum animadvertisse. Ità fecit, 1. ut viderent rei se libertatem cum servitute commutâsse. Calvitium symbolum erat servitutis, & capilli, apud plerosque, insigne libertatis. Hinc Galli erant comati. Et placuit Lacedæmoniis ut comam servi raderent, ingenui nutrirent. 2. Ut rei illi, sumpto habitu lugubri, luctum suum publicè significarent. Calvitium sanè luctûs indicium erat apud Argivos & Milesios, &c. Vide & Esa. 15. & Ezec. 27. 3. Ut ab immunditie contracta perpurgarentur. Lustrationis autem id symbolum fuisse docet, quòd factum Levitis, leprosis, & alienigenis mulieribus bello captis, antequam Judæis matrimonio jungerentur [b]. Decalvatio erat extremæ ignominiæ apud Judæos. Vide ad 2 Sam. 10. 4 [c]. Hoc genus supplicii & ludibrii olim erat usitatum. Sic Domitianus Apollonio capillos barbámque attonsit, teste Philostr. l. 3. c. 14. Sic Recaredus Hispaniæ Rex Argimundum tyrannum decalvavit: idémque fecit Bamba Hispaniæ Rex Paulo tyranno [d]. ¶ *Et adjuravi*, &c.] Jurejurando obstrinxi †: sub. *in hunc modum, Non dabitis*, &c. *Si* pro *Non*: aut subaudiendum, *Hoc faciat mihi Deus* [f].

h G. i Me. * Jun. k Os. l Ità San. La. T. V. m Ma. n Wolp. x San. Wolp. y Ma. z Ma. ex Jun. a San. b Wolp. c T. sim. La. Ma. d Ma. † Me. f V.

26. *Salomon*, &c.] q. d. Si illæ mulieres Salomonis potentiam, gloriam, &c. non sunt reveritæ, quin illum aggrederentur; quid de nobis fiet? item, Si Salomoni suo Deus non pepercit, quantò minùs vobis [g]?

g Wolp.

27. *Numquid & nos inobedientes*, &c? [וְלָכֶם הֲנִשְׁמַע] *Et vobis numquid auditum est?* Mo. q. d. Rem inauditam fecistis [h]. *An verò vobis hoc nunquam est auditum?* Ti. *Cùm hoc à vobis auditum sit, tamen commisistis*, &c. Sy. *Et vos non auscultaretis?* Ar. [Alii aliter:] *Vobis ergo obediemus*, vel *consentiemus*, vel *auscultabimus*, &c? ità V. P. JT. Pi. Ang. Gal. M. Qui non estis tanti quantus erat Salomon [i]. נִשְׁמַע potest esse vel 3. persona præt. Niphal sing. vel prima plur. fut. Kal [k].

h Ma. i V. k Ma.

28. *De filiis autem Joiada*] i. e. Unus de filiis, vel posteris, ejus [l]. Quo nomine vocabatur, hîc non dicitur [m]. Erat hic Manasses, frater Pontificis Jaddi [n]. ¶ *Gener erat Sanaballat Horonites*] In Nostro [i. e. Vulgato] legendum *Horonitis*, vel *Horonitæ* [o]. *Fuit quidam gener*, &c. Sy. M. sim. Ti. ¶ *Quem fugavi à me*] Vel excommunicatione [p]; vel, è civitate ejeci [q]; vel, in perpetuum exsilium profligavi [r]. Sed quem fugavit? Resp. Sanballatum †: vel potiùs nepotem Eliasibi [t]. Hunc jussi abire, ex decreto Esdr. cap. 10. vers. 3 [v].

l Ma. m Wolp. n Jo. in Ma. o Ma. sim. T. p Pellican. in Wolp. q RS. in Wolp. r Wolp. † Ità Me. t G. ità Os. T. La. v G.

29. *Recordare—adversùm eos*, [וְזָכְרָה לָהֶם] *Recordare eorum*, P. sub. *in malum*. Vel, *Recordare* hujusce rei *illis*, i. e. in perniciem illorum. ¶ *Qui polluunt sacerdotium*] q. d. Qui, cùm debuissent bono suo exemplo prælucere aliis, tamen malo exemplo suo conati sunt polluere sacerdotium, &c [x].

x V.

30. *Et constitui ordines*, &c. [מִשְׁמָרוֹת וגו׳] *Custodias*, vel *observantias*, &c. Mar. V. scil. vices ministrandi [y]. *Restitui* (*stare feci*, Ma.) *observationes sacerdotibus*, JT. Verto, *Et constitui ad observationes sacerdotes*, &c. Deficit ב ante מִשְׁמָרוֹת, ut percipitur ex inciso sequenti [z].

y Mar. z Pi.

31. *Et in oblatione lignorum*] Ad fovendum ignem illum cœlestem qui perpetuò ardebat in altari [a]. Effeci ut servaretur decretum memoratum suprà 10. 34, 35. In cujus rei memoriam institutus solennis dies ξυλοφορίων, cujus meminit Joseph. 2. Bel. Judaici [b]. ¶ *In temporibus constitutis*] i. e. Quo tempore ligna afferrentur. Vel potiùs, *Temporibus constitutis*, i. e. ad cædenda ligna aptis, ut cæderent, constitui [c]. ¶ *Et in primitivis*] Sub. *constitui ordines*; i. e. quæ offerri deberent Deo [d]. *In primitiis*, ό. in Mar. ¶ [וְלַבִּכּוּרִים] *Et primitivis*, Mo. *& ad primitias*, JT. Sed בִּכּוּרִים potiùs *primitiva* signif. Sed quid *primitiva tempora*? Nempe, prima; cùm cædendi ligni opportunitas veniret, illi ad cædendum accurrerent. Et illud ό. ἐν τοῖς πρωτογενήμασι, non sign. *primitias*, ut posuit interpres, sed quæ primò germinant †.

a V. b G. c Mar. d V. † Ma.

SYNOPSIS

Criticorum & aliorum Commentatorum

IN

ESTHER.

LIBER *Esther* Hebraicè vocatur מְגִלַּת אֶסְתֵּר, *volumen Esther*[a], à גָּלַל *volvendo*, quia olim libri cylindro involvebantur, vel complicabantur[b]. [De hoc libro multa quæruntur.] Qu. 1. An liber est canonicus? Resp. 1. Libri canonici sunt, vel protocanonici, de quorum authoritate nunquam dubitatum est; vel deuterocanonici, de quibus aliquando dubitatum est. In secundo ordine est *Esther*, &c. Hunc librum extra canonem posuerunt Melito, Athanas. & Nazianz. Quod fecisse videntur propter lacinias illi assutas. Sunt aliqui qui librum hunc usque ad cap. 10. canonicum putant; septem autem extrema capita, quæ non reperiuntur in Hebraico codice, in apocryphis numerant. Horum princeps Hieron. quem secuti sunt ante concilium Tridentinum Lyra, Dion. Hug. & Cajet. & post illud Sixtus Senensis, l. 1. & 8. Bibl[c]. [Sed de authoritate harum laciniarum fusè disputantes videre est hinc Bellarm. illinc Whitakerum, & inprimis Rainoldum de Libris apocryphis. Meum est in præsenti opere interpretem agere, non controversias tractare.] Maximi fiebat hic liber ab Hebræis, & quidem pluris quàm Daniel & Isaias[d]. Qu. 2. Quis libri Auctor? Respond. 1. Esdras †. Verùm post Esdræ tempora hæc accidisse videntur[f]. 2. Cœtus & Synagoga Judæorum, ad quam à Mardochæo literæ sunt datæ c. 9. v. 20[g]. 3. Mardochæus[h]. Ità plerique interpretes, Hebræi, Græci, Latini *. Colligitur hæc sententia manifestè ex cap. 9. v. 20[i]. Existimant tamen Reginam Esther aliquid ad hanc scriptionem operæ contulisse. Id colligunt ex c. 9. ver. 29[k]. Qu. 3. Quo tempore hæc contigerunt? Resp. 1. Acciderunt hæc tempore captivitatis (Babylonicæ, M.) quando omnes Judæi apud Persas, Medos, Assyrios & Chaldæos in exsilio agebant[l]. Ante liberationem ex captivitate Babylonica[m]. Resp. 2. Post liberationem illam. Ità ferè omnes. Et quidem ante Alexandrum Magnum, dum Persica monarchia vigeret. Porrò, incidit in tempora Assueri, de quo ulteriùs quærendum est[n].

[a] V. [b] Bon. [c] San. [d] Forst. in Ser. † Aug. & Isid. in San. [f] Ità Bon. San. [g] Q. He. in San. [h] Ità San. Bon. Ser. AE. in M. * Bon. [i] Bon. sic Ser. San. [k] Ità Ser. San Bon. [l] V. ex M. [m] Ità Canus, Mercat. & Cedren. in Ser. [n] Ser.

CAP. I.

1. IN *diebus*, &c.] Heb. *Et fuit in diebus*, &c. Ma. ו in וַיְהִי redundat: servit autem mutationi futuri in præteritum[a]. ¶ *In diebus Assueri*] Heb. *Achasveros*, Ma. D. Bon. Vox hæc Persica est[b], composita ex אחשׁ, quod *magnum* sonat, (ut docent voces *Ahastheranim*, *Ahasdarpanim*, &c[c].) & וְראשׁ, i. e. *& caput*; q. d. magnus Princeps, vel Dux. Dicitur Græcè *Oxyares*, i. e. acer Mars[d]. Notandum *Assuerum* & *Artaxerxem* fuisse ferè communia nomina Regum Medorum & Persarum †: illum Medorum, vide Dan. 9. 1; hunc Persarum, vide Esd. 4. 7[f]. De Assuero nihil amplius quod dicam habeo quàm quod dixi Esd. 4.6 *. Qu. 1. Quodnam tempus hujus historiæ? Resp. 1. Videndum nè Mardochæi ætatem nimiùm extendamus, nempe ad 200 annos vel ultrà; is enim cum Jechonia translatus est, Esth. 2. 6[g]. 2. Verisimilius est hanc historiam contigisse dum rerum Persæ potirentur, quàm dum Babylonii; & post Templum ædificatum, quàm ante illud. Nam, 1. Judæi tunc erant in Perside, & Persarum linguam morésque imbiberant; qui tamen ante reditum Babyl. ibi nunquam habitârunt, nedum tamdiu ut illa callerent. 2. Toto hoc libello Persici mores & instituta semper occurrunt. 3. Alioquin non est credibile, vel Estheram & Mardochæum à Rege exædificationem Templi non fuisse petituros; vel in libris de ædificato Templo nullum de his verbulum fore[h]. Qu. 2. Quisnam hic Ahasuerus? Resp. 1. Ahasuerus hic ex Esthera genuit Darium Persam, cujus regni anno secundo Templum exstructum est. Ità Hebræi uno consensu[i]. 2. Erat hic Darius Medus[k]. Sed id nullo modo est verisimile, neque is imperabat 127 provinciis[l]. 3. Erat Cambyses. Ità Hebræi in Seder Olam. Non placet: Nam is erat hostis Judæorum, Esdr. 4. 7. Assuerus Judæis benevolus *. 4. Erat Darius Hystaspis filius[m], (qui unus erat ex Magorum cæsoribus[n].) 1. Convenit ætas Mardochæi, Esth. c. 2. v. 6[o]. qui alioqui major esset centenario[p]. 2. Quod hîc de amplitudine regni Assueri dicitur, idem de Dario illo totidem verbis affirmatur lib. 3. Esd. c. 3. ver. 1, & 2. [Sed is liber apocryphus est.] 3. Dario tribuitur subactio Indorum ab Herodoto l. 1. p. 114[q]. 4. Susan à Dario vel condita erat, ut vult Plin. 6. 27. vel aucta & illustrata, ut vult Ælian[r]. 5. Ut Assuerus, ità Darius, impensè favit Judæis †. [Aliis hæc sententia non placet.] Obj. 1. Inter uxores Darii (quæ tres erant, ut refert Herod.) non comparent *Vasthi* vel *Esther*[t]. Resp. *Esther* Heb. est *Hadassa*: hæc ergò *Atossa* Herodoti. Obj. At ea erat Cyri filia in Herod. Resp. Talis à Persis jactabatur; ipsa enim siluit se esse Judæam. Adde, Gentiles Judæorum res ignorâsse, vel depravâsse[v]. Obj. 2. Darius ab initio regni benevolus erat Judæis, Esd. 6. Assuerus tantùm anno 12. regni, Est. 3. 7. Obj. 3. Mirum foret Herodotum, qui res Darii fusissimè prosecutus est, nihil de Amani turbis dicere[x]. Obj. 4. Darius vocabatur κάπηλος, *caupo*, quia vendebat omnia: At Assuerus admodum liberalis erat, Esth. 1. & 3. & 8[y]. 5. Erat Xerxes; cujus uxor erat *Amestris*, quæ fuit *Esther*[z]. Non placet: Nam, 1. *Amestris* erat Persarum Ducis filia; erat etiam sævo ingenio, teste Herodoto. Talis non erat Esther. 2. Xerxes erat admodum infelix, &c. Assuero prosperè cedunt omnia, Esth. 1. & 2. & 10[a]. 3. Constat Xerxem illo tempore fuisse in expeditione contra Græcos quo Assuerus traditur fuisse Susis[b]. 6. Erat Artaxerxes Longimanus, Xerxis filius, qui Esdram & Nehemiam misit Hierosolymam[c]. Huic omnia conveniunt; nempe & nomen, & benevolentia in Judæos, & veri Dei cognitio, & regni amplitudo & diuturnitas, regnavit enim annis 40, & commoratio in Perside, & morum similitudo[d]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Ingenium Longimani mitissimum erat; Assuerus autem immitis erat & durus, in Vasthi reginam, in gentem Judæorum, in Hamanem, &c †. Resp. Verùm hæc fecit Assuerus, non tam odio illorum quos mulctavit, quàm nè amicis quicquam negaret[f]. 2. Tunc Esdras & Nehemias in libris suis Estheræ & Mardochæi meminissent. 3. Sic Mardochæus fuisset annorum 140, & Esther an. 70, adeóque inepta Regis conjugio[g]. 7. Erat Artaxerxes Mnemon, sive Memor[h]. Non placet Bel. 1. Liber Esther est in canone Hebræorum, quem [canonem] composuit Esdras, qui non vixit ultra Longimani tempora: Ergò

[a] Pi. [b] D. [c] D. [d] Bon. † Bon. [f] La. * G. [g] Bon.

[h] Ser. [i] V. ex M. [k] Ità Can. & Cedr. in Bon. [l] Bon. * La. [m] Ità T. La. ex RS & AE. & Megasth. & Annian. L. [n] Bon. [o] La. T. [p] T. [q] T. ex La. [r] La. † Bon. [t] Ser. [v] La. [x] Bon. [y] Ser. [z] Ità D. Ma. Jun. Scal. [a] Ser. [b] Bon. [c] Ità San. Jo. & Caj. & Bel. & Sal. in La. [d] Bon. † Ser. [f] San. [g] La. [h] Ità Eufeb. & Beda, & Raban, & Perer. & Torn. in Bon.

Ergò hæc historia non accidit post tempora Longimani. 2. Illius vitam accuratè describit Plutarch. qui nihil habet de *Esther*, sed duas ei tribuit uxores, Statiram, (quæ veneficio sublata est,) & Atossam, quæ Persica fuit, & ipsius Mnemonis filia [i]. 8. Erat Artaxerxes Ochus, Persarum Rex duodecimus [k], [& antepenultimus.] Præcipuum hujus sententiæ fundamentum est Esth. 16.14. ubi Haman Persarum monarchiam ad suos Macedones transferre molitur: Ergò haud longè hic abesse potuit ab Alexandri ævo, quando Macedones formidabiles erant Persis [l]. Resp. 1. Assuerus non objicit Amano eum hoc voluisse facere, quasi jam hi cum Persis de imperio contenderent; sed contrà potiùs, voluisse eum gentem suam, tum obscuram, imperio translato nobilitare [m]. [Resp. 2. Illa additamenta sunt apocrypha; neque enim Hebræi ultra 10 capita in canone suo agnoscunt.] ¶ *Ab India usque Æthiopiam*; ità P. Mo. M. Ti. JT. Pi. &c. inclusivè, ut loquuntur *: מֵהֹדּוּ וְעַד כּוּשׁ] *Ab India* (vel, *Hendia magna*, Targ.) *usque ad Chus*, Sy. Chaldæi & Arabes, Dagesch in Nun epentheticum resoluto, dixerunt *Hondu* [n]; ex quo *Hendia*, sive *Hindia*, indéque *India* [o]. Indos & Æthiopas Xerxi subjectos commemorat Herod. lib. 7. cap. 9 [p]. Indiam subjugavit Darius Hystaspis, teste Herod. l. 4 [q]. [Porrò, כוש duplex est, Asiatica, & Africana, ut alibi notatum.] De utravis intelligi potest: illam enim subjugavit Holofernes parenti suo Xerxi, Judith 1. 9. hanc Sennacherib, 2 Reg. 19. & deinde Cambyses [r]. Intelligo hîc Asiaticam †. Potiùs Africanam, sub Ægypto. Nam licèt ea tum defecerat, &c. unde bellum Ægyptium; jus tamen in eam Assuero manebat, *Ægypti*que adhuc Dominus vocabatur; quomodo Hispaniæ Rex hodie est Dominus Hollandiæ [t], & Rex Athenarum atque Jerusalem [v]. In exercitu Xerxis erant Æthiopes Africani, teste Herod. l. 7. num. 69. Ægyptios etiam subegit Xerxes anno à morte Darii primo, ut inquit Herod. l. 7. num. 7. & cum eis indubiè Æthiopas [x]. ¶ *Super centum viginti septem provincias*] Regnum Persarum in Præfecturas, Provincias, vel Satrapias, distributum fuit, testibus Herod. 1. 3. Isocr. in Panegyr. Plutarch. in Themist. De quibus legendus Brissonius lib. 1. de Regio Pers. principatu. Porrò, numerus Satrapiarum varius fuit, pro Regum arbitrio [y]. Platoni lib. 3. de Repub. sunt tantùm 7; Herod. 20; Daniel. 6. sunt 120; hîc autem & in Jo. 11. 4. sunt 127. Alibi autem Josepho sunt 360; nempe lib. 10. cap. 14. Sic Romanarum & tribuum & provinciarum numerus sæpe immutatus est [z]. Hæ provinciæ majores fuisse videntur, quæ plures alias minores includerent [a]. Puto *Medinas* hîc vocari civitates metropoles, quæ populos & oppida subjecta habent, quibus jus dicunt [b].

2. *Quando sedit in solio*] Quando fuit confirmatus in regno [c]. Cùm quiesceret à bello Indico & Æthiopico [d]. Cùm altâ pace frueretur †. Potiùs, cùm Susis sedem regni haberet *. ¶ *Susan civitas regni ejus exordium fuit*] i. e. Constituit hanc urbem exordium unde inceptaret monarchiam suam. At Hebræa & Græca aliter habent [f]. ¶ אֲשֶׁר בְּשׁוּשַׁן הַבִּירָה] *Quod erat in Susan* (vel *Susis*, JT. Pi.) *castro*, Sy. *regia*, vel *palatio*, P. D. Ang. *civitate*, ο'. *metropoli*, Jon. M. Mo. Gal. Ang. marg. Ti. Jo. in Bon. *urbe regia*, JT. Pi. Sic sumi patebit ex vers. 5. Vide etiam scholia ad c. 2. v. 8. item ad c. 9. vers. 6. Potest verti, *in urbe illa magnifica*, nempe palatiis referta; ità ut in voce בִּירָה, i. e. *palatium*, sit synecdoche membri. Alibi vox בִּירָה *palatium*, vel *castrum*, significat; ut videre est 1 Chron. 29. 1, 19. Nehem. 1. 1. & 2. 8. item 7. 2 [g]. Vocatur hæc urbs בִּירָה *palatium*, ab elegantia, quòd universa ea urbs instar palatii cujusdam esset [h]. *Castrum* vocatur, quia munitissima erat [i]. *Susa* dicta erat & urbs, & ἀκρόπολις, sive arx ejusdem [k]. Est verò Susan urbs ad Choaspen fluvium, sic dicta à liliis, quæ ibi plurima [l]; ubi Reges Persarum hyemem agebant, sicut æstatem in Ecbatanis, testibus Ælian. Animal. 10. 6. & Athen. 12. 3 [m]. Benjamin in Itinerario dicit palatii hujus Assueri ruinas adhuc manere, quas & ipse vidit [n].

3. *Tertio anno imperii*] Vel primo anno à subacta Ægypto [o]. Conviviorum hic erat appetentissimus. Vide cap. 3. v. 15 [p]. Qu. Quæ causa hujus convivii? Resp. 1. Ut natalem suum celebraret, sicut Persis mos erat, testibus Platone in Alcibiade & Athen. 4. 6 [q]. 2. Ut regni sui primordia, non quidem simpliciter prima, sed prima in urbe Susana, quàm celeberrima redderet [r]. 3. Ut potentiam opésque suas ostentaret †; ac suorum animos ad ardua quævis aggredienda accenderet [t]. 4. Ut de victoria nuper parta, receptis Ægypto & Æthiopiâ, palàm gratularetur; & præfectos suos ad expeditionem in Græcos inflammaret [v]. Persæ enim inter pocula de bello consilia agitare soliti sunt, testibus Herod. l. 1. num. 133. Strab. l. 15. Curt. l. 7. c. 4 [x]. ¶ *Principibus & pueris*] Heb. *servis*; quomodo vocare subditos mos est Orientis. Etiam Romani Imperatores sæpe epulo excepêre cum Senatu etiam plebem [y]. Hospites fuêre aulici & plebeii [z]. ¶ *Fortissimis Persarum*, &c. חֵיל פָּרַס וגו'] *Robur autem* (vel *exercitus*, Mo. *militia*, M. *potentissimi quique*, Ca. V.) *Persidis*, &c. erant *coram illo*, P. Ti. sim. M. Ca. D. i. e. remanserunt coram illo in aula, & cum eo versabantur [a]. Principibus *copiarum Persidis*, &c. JT. Pi. ¶ *Inclytis*, הַפַּרְתְּמִים] Forma nominis Græca, παρθεμοι, i. e. *Paratimi*: nomen dignitatis apud Persas & Chaldæos, Dan. 1. 3. Fortè iidem hi qui Xenophonti ὁμότιμοι *Homotimi* [b]. *Principes Euphratæi*, Mo. Plerique deducunt à פְּרָת *Euphrate*; q. d. Duces Euphratæos, qui provinciis Euphratensibus, seu Transeuphratensibus, impositi erant [c]. *Satrapæ*, P. *magnates regis*, Sy. *duces*, Ca. *cum ducibus*, Ti. *præfecti*, M. *regulis*, JT. Pi. ¶ *Et præfectis provinciarum*; ità JT. Pi. וְשָׂרֵי וגו'] *Et principes* (*prætores*, Ca.) *provinciarum*, Mo. P. M. ¶ *Coram se*] i. e. Ipso præsente [d].

4. *Ut ostenderet*, בְּהַרְאֹתוֹ] *Tantisper dum ille ostentaret*, Heb. *in ostendendo eum*, V. D. Sensus est, Dum ostentat, &c. consumpti sunt 180 dies. Vel, *Cùm ostendisset*, &c. *fecit convivium 7 dierum*. Sed prius præfero †. ¶ *Divitias gloriæ*] i. e. Gloriosas, Pi. *Gloriæ regni*, i.e. regni gloriosi, D. *Divitias, gloriam*, JT. Placet, quia accentum pro se habent [f]. *Divitias & gloriam*, Pi. ¶ *Magnitudinem, atque jactantiam potentiæ suæ*, וְאֶת־יְקָר תִּפְאֶרֶת גְּדוּלָּתוֹ] *Et honorem*, (Heb. *pretiositatem*; quia quisquis in pretio habetur, honor tribuitur: sic infrà 8. 16 [g].) *decorem* (vel, ac *decorem*, Pi.) *magnitudinis suæ*, JT. *Honorem decoris magnitudinis suæ*, P. vel, *magnificentiæ ejus*, vel *majestatis* [h]. *Et honorem excellentis majestatis suæ*, Ang. ¶ *Centum & octoginta diebus*] Refer hoc ad tempus præparationis pro convivio durante 7 diebus [i]. [Alii intelligunt de tempore durationis convivii:] Duravit sex mensibus [k]. Dionysius Siculus totos 90 dies ebrietati vacavit [l]. Persarum epulæ celebratissimæ sunt. Horat. lib. 5. od. ult. *Persicos odi, puer, apparatus*. Vide Athen. l. 8. & 12. Cicer. Tuscul. Valer. 9. 2 [m].

5. *Invitavit omnem populum*] Regiæ civitatis, non exclusis Principibus, &c [n]. ¶ *Qui inventus est in Susan*] q. d. Non solùm eos qui ibi habitabant [o]. Non fecit duo convivia, unum proceribus, alterum plebi; sed in fine convivii magnatum etiam plebem per 7 dies adhibuit [p]. Probatur; 1. ex v. 11. ubi conjunguntur Principes & populi. 2. Alioquin omissa esset descriptio convivii primi, quod tamen duraverit per 180 dies. 3. Quòd convivium factum dicitur omnibus *qui inveniebantur Susis*, i. e. quotquot ibi præsentes erant, ac proinde etiam exteris; in quorum numero utique erant Principes provinciarum. Notandum porrò ב in בְּהַרְאֹתוֹ ver. 4. notare non tempus præsens, ut plerumque, sed plusquam perfectum, ut hîc in voce בִּמְלֹאת, & alibi passim; ut Deut. 4. 45. aliàs 5. 2. infrà 2. 7, 8, 12, 15 *. *Rex Persarum* (inquit Athen. 4. 10.) *cum virorum 15 millibus cœnat* [q]. ¶ *Septem diebus*] Ità JT. Alii, *7 dierum*. Sed tunc מִשְׁתֶּה esset cum *Sere*, non cum *Segol* [r]. ¶ *In vestibulo horti*, &c. בַּחֲצַר גִּנַּת בִּיתַן הַמֶּלֶךְ] *In atrio* (vel *vestibulo*, V.) *horti palatii regii*, JT. Pi. P. D. *in atrio horti interioris regis*, Chald. in D. Expressit sensum qui est in *Baith*, cùm ità dicimus, *Mibaith* †. Quasi hortus Regis duplex fuerit, interior,

(quî

Margin notes (left): [i] Bon. [k] Ità Ser. Gordon. & Gresf. & Adrich. in Bon. [l] Bon. ex Ser. [m] Bon. * D. [n] Ma. ferè ex D. [o] D. [p] Ma. sim. D. ex Scal. [q] Bon. San. [r] Bon. † Mar. [t] Ser. [v] San. [x] Ma. [y] Bon. [z] Ser. [a] Ma. [b] Bon. ex San. [c] L. He. in D. [d] He. in D. † V. * D. [f] Bon. [g] Pi. [h] Mar. [i] Bon. ex La. [k] Bon. [l] T. ex La. [m] La. San. [n] Bon.

Margin notes (right): [o] D. [p] Bon. [q] La. ex San. [r] San. † San. v. 4. sim. Ser. [t] San. v. 4. [v] Ma. ex Jun. [x] Ma. [y] G. [z] Bon. [a] V. [b] D. [c] Ma. [d] Ma. Pi. † D. [f] D. [g] Pi. [h] V. [i] L. [k] Me. [l] Ser. [m] Bon. [n] Me. [o] D. [p] Ma. ex Jun. D. Pi. * Pi. [q] Ma. [r] D. † D.

(qui domui regiæ proximè adhærebat,) & exterior. Porrò, horti Persarum erant amœnissimi [t]. בִּיתָן arbitrantur vocem esse Persicam, idémque illis esse quod Hebræis בַּיִת *domus* [v].

6. *Tentoria aerii coloris,& carbasini,* חוּר כַּרְפַּס] *Candidum, viride,* sing. pro plur. & color, pro rebus coloratis [x]. Aulæa *alba, viridia,* JT. Pi. Ang. Gal. Belg. sim. P. Mo.&c. Heb. *candoris,* &c. Ellipsis nominis relati [y]. *Sericum candidum, viride,* M. כַּרְפַּס hîc tantùm reperitur. Colorem ejus viridem esse docent: quibus favet, quòd Arabes petroselinum, quod summè viride est, vocant *Carfs*, quod per crasin idem est cum Heb. *Carpas* [z]. [Al. aliter vertunt.] Erant illic aulæa *candida, carbasina,* Ti. Fortè *Gharphas* est *carbasus*, genus lini. Ità sensus erit, *carbasa candida,* ad verb. *candor carbasi*; ut, *viriditas herbæ* [a]. *Charpas* linguâ Cedarenâ color est similis candido serico [b]. ¶ *Eburneis circulis inserti,* עַל גְּלִילֵי כֶסֶף] *Super (in, P.) circulis argenteis,* Mo. *ad circulos,* D. *super arcus,* Ti. *in fibulis,* M. *super annulis,* Sy. *per trocheas,* Ca. *ad annulos,* JT. Pi. Gal. Belg. fixa *annulis,* &c. Ang. Alligata erant semicirculis argenteis, qui infixi erant columnis, &c. Vel potiùs, *tenebantur* & comprehendebantur aulæa illa funibus byssinis trajectis per circulos, vel fibulas [c]. ¶ *Lectuli quoque,*&c.] Non mensæ [d]: nam licèt prisci primò assiderent ad mensam, ut patet ex Gen. 43. v.32. & Homer. & Athen. postea tamen Judæi, Persæ, Græci, Romani, non tam sedentes, quàm jacentes in lectulis, molliùs cœnabant, ac sumpto cibo in iisdem quiescebant, vel etiam dormitabant †. In cœnaculo mensa erat, circa quam tres ut plurimùm lecti erant; unde triclinii nomen [f]. ¶ *Aurei & argentei*] Mira magnificentia, sed non incredibilis. Tales etiam Romanis erant, Plin. 33. 11. & 37. 2. Virgil. 6. Æneid. Lamprid. de Heliogab [g]. ¶ *Super pavimentum smaragdino & Pario stratum lapide,* עַל רִצְפַת בַּהַט וָשֵׁשׁ] *Super pavimentum porphyreticum,* (vel *crystalli,* Mo. *stratum crystallis,* Jon. *constratum lapide Pario,* M.) *& marmoris,*vel *marmoreum,*Mo.P.D.JT.Pi.&c. Porphyrites est species marmoris rubens [h], ut purpura [i]. In pavimento ergò humi cœnabant, more orientalium [k]. Non tantùm tecta & parietes, sed & ipsa pavimenta, pretiosis lapidibus splendebant; quemadmodum & Græcis & Romanis. Vide Plin. 36. 25. Martial. epigram. 5. 42 [l]. בַּהַט alibi non legitur [m]. ¶ *Quod mirâ varietate picturà decorabat,* וְדַר וְסֹחָרֶת] [Variè reddunt. De utraque voce fusiùs disserendum est. 1. De voce דַּר.] Hoc nomen valde controversum est [n]. Lapidem *Darium* vertit M. quod, ut ab eo confictum, alii meritò rejecerunt. Multi *Parium* reddunt; ità Pagn. & Merc. & uterque Buxtorf. viri quanti & quales! Putant se niti auctoritate LXX [o], apud quos Hebræis verbis, *Bahat & Ses & Dar,* è regione sic respondent, σμαραγδίτου λίθου, καὶ πιννίνου, καὶ παρίνου. Sed metathesis hîc est, quæ & aliàs apud LXX est frequentissima; & πάριος λίθος illis non est pro דַּר, sed pro שֵׁשׁ: quam vocem sic reddunt 1 Par.29. 2. Cant. 5. 15. & suprà in hoc versu, ubi pro, *super columnas* שֵׁשׁ, habent, ἐπὶ στύλοις παρίνοις. Illis ergò τὸ דַּר est πίννινος λίθος P. Quod ulteriùs constat ex exemplari Alexand. apud Usser. ubi sic habetur, καὶ παρίνου καὶ πιννίνου λίθου, vocibus rectò ordine, & Hebræis consono, dispositis *. Alii *alabastriten* reddunt, [ità Gal. Belg.] duplicato errore, quasi *alabastrites* sit idem cum *Pario,* cùm hæc sint genera marmoris longè diversissima; illud candidissimum, hoc maculosum [q]. Alii, *lapidem varicolorem,* Ti. *lapidem specularem,* Ca. [Alii hoc vocabulum cum sequente sic reddunt, *cùm in solo, tum in ambitu,* JT.] Has voces interpretamur ut Chaldaicas origine [r]. At דַּר *solum* vix reperitur apud Chaldæos. Quid si דַּר idem quod דָּרָא? quæ vox *atrium* sign. & Chaldæis, Syris & Arabibus notissima est. Sic sanè idoneus erit sensus, *super pavimentum,* &c. *cùm atrii, tum ambitus* †. Sed hi toto cœlo errant. Certè quatuor hæc nomina, *Bahat & Ses & Dar & Sochereth,* in eadem serie orationis ità cohærent, ut sine piaculo non possint à se mutuò divelli. Itaque omnia hæc sunt lapidum nomina [t]. [Alii ergò omnia sic conjungunt, *Super pavimentum rubri, & hyacinthini, & albi, & nigri*

Margin notes (left): t Ser. — v Ma. — x V. — y Pi. — z La. — a D. — b AE. in D. — c V. — d Mar. — † La. T. — f Bon. — g Ma. — h Ma. Belg. — i Belg. D. — k La. — l San. — m Ma. — n Ful. misc. 5. 6. — o BA. 2. 5. 8. 709. — p PA. ib. 714. — * BA. pag. 715. — q BA. ib. 709. — r Jun. — † Ful. misc. 5. 6. — t BA. pag. 709. sim. Pi.

marmoris, Ang.] Ego existimo דַּר esse margaritam, vel unionem. Probatur, 1. ex Chaldæo, qui pro דַּר hîc habet *Dura, qui defertur ex arcibus maris magni. Dura* autem esse margaritam affirmant Magistri in Midras, & patet ex loco, margaritæ enim in mari nascuntur, indéque deferuntur. Rectè autem addit, *ex arcibus maris*; nam in tutelam piscationis & mercium illorum frequentes erant arces in Arabico littore aut Indico ad oceanum. 2. Τὸ דַּר dicitur ab Arab. *DARA*, quod in prima conjugatione est, *circumire*; in secunda, *vertere, in orbem agere*; in decima, *rotundare*. Hinc *DAUR orbis,& quicquid rotundum est.* Hinc דַּר, qui lapis est globosus & rotundus, qualis à natura nullus est præter solam margaritam. Adde quòd *DUR*, vel *DOR*, Arabibus est *unio*, cujus plurale est *DAR*. [Vide BA.] 3. Τὸ דַּר τοῖς LXX hîc est λίθος πίννινος: is autem est margarita: λίθος est genus, ut πίννινος differentia, quia è pinna educitur. Porrò, margarita (licèt JCti eam eximant ex gemmarum & lapillorum sensu) ex consensu gentium sub genere lapidum continetur; quomodo eam vocant & Hebræi, (AE. &c.) & Græci, (Theophrast. lib. de Lapidibus, Athen. Strab.) & Romani, (Horat. l. 1. satyr. 2. Ovid. Art. amand. 3. Seneca in Hippol. v. 388. Curt. 9.) Unicus tamen est scrupulus: nam res sine exemplo est, tam pretiosum lapidem in solo calcandum substerni. Sed cogitet lector, 1. quantus fuerit Persarum luxus, præsertim in hoc epulo. 2. Regiam Susanam admirabilem fuisse, ejúsque tecta etiam exteriùs auro, argento, &c. fulsisse; quod notant Apul. ex Aristot. & Polyb. l. 5. Non ergò mirum si atrium interius gemmis conspicuum fuit, maximè si verè scribit Androsthenes, margaritarum annonam apud Persas non fuisse cariorem quàm auri. 3. Non deesse similis luxûs exempla. Pavimentum templi Solis in India margaritis stratum refert Philostratus, l. 2. c. 11. Apud Sabæos & Gerrhæos, etiam in privatis ædibus, *fores & parietes & tecta ex ebore, auro, &c. gemmísque intextis erant distincta.* Ità Artemidorus in Strab. l. 16. simil. Agatharc. & Diod. & Plin. 37. 5. Romæ Pompeius habuit *musæum ex margaritis.* In balneis *gemmas* calcabant; Senec. epist. 86 [v]. [Atque hæc de דַּר dicta sunto: sequitur סֹחָרֶת, quam etiam variè reddunt.] *Sochereth,* Pi. M. Ti. *lapidem mercatorum,* Mo. sic dictum, quòd jugiter sit in manu mercatorum [x]. *Lapidem hyacinthinum,* P. *lapidem pyriticum,* Ca. *marmor,* Gal. *marmor nigrum,* Ang. *marmor varicolor,* Q. in Belg. *lapides pretiosos,* Belg. *onycem,* sive *alabastriten*; ex quo pavimenta, Martial. 12. *Calcatúsque tuo sub pede lucet onyx* [y]. [Id forsan robur & lucem accipiet ex iis quæ Bochartus habet de voce שְׁחֵלֶת.] Unguis odoratus [inquit] vocatur שְׁחֵלֶת, ab atro colore, pro שְׁחֹרֶת [z]: [à qua voce non multùm distat סֹחֶרֶת.] Babylonicus autem onyx sive unguis niger est, ut scribunt Dioscor. & Arabes. Si alibi subalbescunt, tamen nigredo dominatur [a]. Porrò, *L* & *R* passim permutari nôrunt omnes. Sic signa quædam cœlestia vel מַזָּלוֹת dicuntur, vel מַזָּרוֹת; *palatia* vel אַלְמְנוֹת, vel אַרְמְנוֹת; & *leo* שַׁחַל à nigrore dicitur, pro שַׁחַר [b].

7. *Bibebant*; ità M. sim. Ti. וְהַשְׁקוֹת] Ad verb. *Et propinare,* D. infinit. pro præt. imperf [c]. *Propinabant,* P. *Porrigebant,* sub. *vinum,* V. *Potum præbebant,* JT. Pi. ὁ. in D. sim. Sy. sub. *ministri,* JT. Pi. Ellipsis nominis relati [d]. *Jussit propinare,* Jon. Mentio cibi nulla, sed is ex potione satis colligitur †. ¶ *Aliis atque aliis vasis,* וְכֵלִים מִכֵּלִים שׁוֹנִים] *Et vasa à vasis iterantes,* Mo. vel *iterantia,* sub. erant, i. e. varia; ut postea *leges iterantes,* &c. i. e. diversæ, &c [f]. *Vasa à vasis erant varia,* P. Heb. *iterata,* i. e. diversa, V. *Vasa post vasa mutabant,* M. sic Ti. Vel, *iterabant,* i. e. ingeminabant pocula, splendidè multúmque bibebant [g]. ¶ *Ut magnificentiâ regiâ dignum erat*; sim. V. כְּיַד הַמֶּלֶךְ] *Secundùm manum regis,* Mo. *pro facultate,* P.V.Pi.JT. *juxta largitatem,* M. vel *imperium,* regis, Ti.

8. *Nec erat qui nolentes cogeret,* &c. וְהַשְּׁתִיָּה כַדָּת אֵין אֹנֵס] *Potatio verò erat secundùm legem,* P. Pi. sim. Mo. Belg. Ang. &c. nempe, secundùm legem illam quam Rex dederat ministris, ut mox declaratur, & innuit articulus ה latens in voce כַּדָּת [h]; quâ cautum est nè

Margin notes (right): v BA. ib. 711.... — x Ma. K. in D. — y Livel. in Ga. — z BA. 1. 3. 1. 718. — a BA. 2. 5. 20. 808. — b BA. 1. 3. 1. 717. — c V. — d Pi. — † Ser. — f D. — g Ma. — h Pi.

est nè quis cogeretur, &c [i]. *Secundùm legem*, i. e. hâc lege, sive certâ quadam lege, institutâ [k]. *Non cogens*, Mo. *Nemo cogebat* alterum, scil. ad bibendum, Pi. Vel, ità ut *nemo cogeret*, Belg. *Non* erat *qui cogeret*, P. *Erat & lex bibendi, ut neminem quis cogeret*, Ti. *Erat potatio ipsa sic statuta, ut neminem quis cogeret*, M. *Potabatur potatione legitimâ, nemine cogente*, Ca. [Al. aliter;] *Potus autem hic non secundùm propositam legem fiebat*, ο'. [quasi legissent אֵין כְּדָת.] *Nemo cogebat eos potare secundùm legem* Persicam [l], quæ etiam nolentes cogebat ad bibendum [m]. Quâ lege solutos hos esse convivas esse Rex voluit [n]. *Et potatio juxta assuetam consuetudinem corporis, & nemo erat qui cogeret*, Targ. Sed דָּת in hoc libro pro *consuetudine* non observavi [o]. *Potum autem ex jure nemo exigebat*, JT. i.e. Nemo exigebat ut ex jure & consuetudine Persicæ legis, quæ cogebat nolentes, quis potaret [p]. *Et potum secundùm legem nemo exigebat*: Nemo potum ab altero exigebat, nemo alterum cogebat, ut tum consuetudo erat [q]. Id apud Reges fieri solet. *Reges dicuntur magnis urgere culullis, Et torquere mero*. Etiam apud Romanos bibendi modimperatores erant & magistri *. Provocatos fuisse olim symposiotas ad bibendum multa docent [r]. Illud Ciceronis 5. Tusc. *Aut bibat, aut abeat*. Alexander alios coegit bibere †. Empedocles convivio præfectus, cùm convivas ad bibendum cogeret, postridie reus fuit in judicio. Cogebat alios ad bibendum Heliogab. in Lamprid [t]. Servus occisus est, quòd recusaret bibere quantum jubebatur à Neronis patre: Sueton. 6. 5 [v]. Mos inter Persas, ut hodie inter Germanos, cogere alios sibi iisdem crateribus respondere [x]. Persæ olim in cibo & potu fuerunt admodum frugales, sed in immanem luxum tandem degenerârunt [y]. De iis sic Xenophon; *Vetus lex erat, nè amphoræ* (προχοΐδας vocat) *ad convivia importarentur*, &c. *Nunc verò tantùm bibunt, ut non importent, sed ipsi exportentur*, &c [z]. Olim erat, & nunc (proh dolor!) mos est quorundam, hospites ad bibendum, vel ad certos haustus, cogere [a]. Cùm autem Principum aut amicorum salus interponitur, nemo poterit non obtemperare [b]. Sed hostis est, non amici, cogere ad bibendum etiam supra & contra naturam, quod nullæ bestiæ faciunt. Cogere, &c. est libertatem convivæ adimere, naturam corrumpere, sanitatem lædere; ut non Deo, sed Baccho, stomachos & mentes suas immolare videantur. In hos graviter invehunt August. serm.231. de Tempore, & Ambros. lib. de Elia & jejunio, cap. 7 [c]. Agesilaus, modimperator in convivio factus, præcepit, ut tantum vini daretur quantum quisque peteret [d]. ¶ *Sicut rex statuerat*, [כִּי כֵן יִסַּד הַמֶּלֶךְ] *Quia sic præceperat rex*, P. sim. Pi. *sic ordinaverat*, vel *constituerat*, Ti. JT. D.M. *Sic fundaverat*, Mo. Jun. V. Pi. i.e. firmissimè & inviolabiliter observandum ordinaverat †. Metaphora: Sicut fundamentum est principium ædificii, sic mandatum domini est principium actionis ministrorum [f]. ¶ *Præponens mensis singulos*, &c. עַל כָּל רַב בֵּיתוֹ] *Per omnes qui præerant in domo sua*, Ti. M. Constituerat, vel mandaverat, *unicuique magistro domûs suæ*, JT. Pi. Mensarum moderatores appositi primarii viri, nè quid turbaretur, &c [g]. Jussit Rex, nè ministri quenquam cogi sinerent, aut cogentibus obsequerentur; aut vinum assiduè offerrent, quod esset quodammodo cogere [h].

9. *Convivium fœminarum*] Quarum videlicet mariti apud Regem cœnabant. Nam mos Persarum, ut conviviis virorum non interessent uxores [i]. *Persæ non cum uxoribus, sed cum pellicibus, inebriantur & saltant*; Plutarch. Sympos. 1. 1. Laudabile institutum est, ut fœminæ à viris sejunctæ conviventur. Amyntas Macedoniæ Rex Persis cupientibus uxores introduci, ut mensæ cum ipsis assiderent, *Nobis*, inquit, *Persæ, ista consuetudo non est, sed viros à fœminis semovendi*. Interdum tamen & fœminæ admittebantur ad convivia, Esth. 5. 5. & Nehem. 2. 6 [k]. ¶ *In palatio*] Sub tecto, non in horto, ut Rex: id fœminarum pudori erat convenientius [l].

10. *Die septimo*] Sive postremo illius convivii [m]. *Die illorum septimo*, JT. Pi. Pronomine *illorum* exprimitur articulus ה latens in voce בַּיּוֹם [n]. ¶ *Cùm rex esset*

i D. — k V. — l Q. in Ma. — m Jo. in Ma. — n Me. — o D. — p Ma. — q D. — * G. — r San. — † Ser. — t La. — v Ga. — x Livel. in Ga. — y La. — z D. — a E. — b San. — c La. — d San. — † V. sim. Belg. — f Pi. — g Me. — h Ser. — i D. — k Bon. — l G. sim. Me. — m V. D. — n Pi.

hilarior, &c. Hebr. *cùm bonum esset* (vel, *exhilararetur*, Ma.) *cor regis in vino*, D. [בַּיָּיִן] *Ex vino*, Pi. *propter vinum*, Q. in D. Cùm magis vino quàm ratione ageretur [o]. Nam & quæ sequuntur plus habent impetûs quàm rationis. At Deo jus est decreta sua etiam sic exsequendi. Voluit Rex ostentare Persis formam uxoris suæ; quod nec fœminæ decorum, nec Regi tutum, erat: Sed Reges quicquid velint facilè inveniunt sententiæ suæ approbatores: neque deest his lusciniolis sua cantio [p]. Leges Persarum permittebant Regi semel in anno, scilicet, in festo Solis, inebriari [q]. ¶ *Dixit*] i. e. Mandavit [r]. ¶ *Septem eunuchis*] Heptas celeber apud Persas numerus. Vide infrà 14 †. ¶ הַסָּרִיסִים] *Spadonibus*, quibus etiam nunc Orientis Reges ad ministeria fœminarum uti solent [r]. Eunuchos in Persarum aulis potentes fuisse Persicæ historiæ produnt. Ità Herod. l. 8. num. 105. Vide Petron. Arb. Satyr. p. 157. Donat. in Eunuch. Terent. act. 1. scen. 11 [v]. Vel *Eunuchi* hîc vocantur curiales ministri, licèt non essent evirati [x]. ¶ *Mauman*] Græcè est *Aman* [y]; licèt Hebræi *Aman* putant fuisse *Mamuchan* [z]. ¶ *Qui in conspectu ejus ministrabant*, הַמְשָׁרְתִים אֶת־פְּנֵי הַמֶּלֶךְ] *Ministrantibus coram rege*, JT. Pi. vel, *faciei regis*. Heb. *facies regis*; Hebraica constructio; & *facies regis*, pro *rege* [a].

11. *Ut introducerent reginam*, &c.] Jussit hoc partim ex temulentia, partim ex libidine [b]. ¶ *Diademate*, [בְּכֶתֶר] *Cidari*, D. Ma. Dicta à cingendo, q. d. *cinctura*, *corona* [c].

12. *Quæ renuit*] Et rectè, pudoris & castitatis causâ; nè spectantium libidinem inflammaret, &c [d]. Parére maluit pudori. Renuit, ex legibus Persarum, quæ vetabant uxores ab extraneis conspici †. Mos erat Persarum, *non tantùm uxores, sed etiam pellices*, &c. *custodire, nè ab extraneis conspiciantur*; Plutarchus Themistocle. Fortè tamen renuit superbioribus verbis quàm oportebat, ut quæ Regem præ amore sibi putabat obnoxium. ¶ *Iratus*, &c.] Ubi ad vinum ira accessit, haud facilè retinet modum [f].

13. *Interrogavit sapientes*] Magos. Ità huic mori assueverat, ut nè ebrius quidem ejus oblivisceretur [g]. Dicit Josephus eum ex ira solvisse convivium, &c. Fortè tamen consultatio habita est inter pocula, ut mos erat Persarum [h]. ¶ *Qui—semper ei aderant*, יֹדְעֵי הָעִתִּים] *Scientibus tempora*, P. D. &c. i. e. res gestas singulorum temporum [i]: quod Chald. sic exprimit, *scientibus scientiam temporum*. Confer 1 Par. 12. 32 [k]. Qui vetusta multa exempla tenebant memoriâ [l]. [Al. sic;] Pollentes notitiâ occasionum evenientium in temporibus, ad providendum quid facto opus sit [m]. Alii, Astrologos & Mathematicos, quorum summa semper authoritas apud Persas [n]. ¶ *Et illorum faciebat cuncta consilio*, &c. כִּי כֵן דְּבַר הַמֶּלֶךְ לִפְנֵי כָּל־יֹדְעֵי דָּת וָדִין] *Sic enim*, vel *talis*, *erat consuetudo regis*, P. M. *sic verbum regis*, Mo. *coram omnibus scientibus legem & judicium*, P. sim. Ti. *Ut* proponeret causas *omnibus qui notitiam habebant constitutionum & judiciorum*, M. Subaudiendum aliquid; *Sic mos regis*, ponendi in deliberationem quid fieri deberet *coram——peritis*, &c. V. in Tig. not. [Q. hæc verba parenthesi includunt, & sic vertunt;] *Nam sic negotium* (i. e. negotia, Heb. *verbum*, Pi.) *regis* exponebatur (i. e. exponi solebat, Pi.) *omnibus noscentibus jus & judicia*, JT. Pi. Heb. ponebatur *coram omnibus*, &c. Ellipsis verbi relati [o]. Vel, *Sic erat negotium regis peragendum* (i. e. de eo sic erat deliberandum) *in præsentiâ eorum*, &c. Belg. *Talis erat consuetudo, ut referretur verbum regis*, &c. Targ. Nihil sine consilio procerum à Rege fieri solebat [p]. *Sic res erant regis*, i. e. causæ, lites, negotia, &c. q. d. Res Regis eo modo agi ac consultari solebant, &c [q]. Multùm spectatur in iis qui consilium Regi daturi sunt cognitio juris patrii. *Ad consilium de republica dandum caput est nôsse rempublicam*, ait Cicero 2. de Oratore. Sic Imperator Severus Alexander clarissimorum in jure virorum usus est consiliis, Ulpiani, Pomponii, Celsi, Modestini, Pauli, Proculi, Venuleii [r]. Fecit Rex quod irati non solent, ut scilicet sapientes consulant †.

14. (*Erant autem primi & proximi*, &c.) [וְהַקָּרֹב אֵלָיו] *Propinquus autem illi*, P. V. *Et proximus ad eum Carsena*, &c.

o Ma. ex Jun. — p G. — q Ser. La. — r V D. &c. — † G. sim. San. — r G. — v Ma. — x Me. sim. Ma. ex Jun. — y G. La. — z La. — a D. — b La. — c Ma. — d La. — † D. ex Jo. — f G. — g G. — h D. ad v. 12. — i D. sim. V. Pi. Os. — k D. — l V. — m Ma. — n Ma. Ser. — o Pi. — p Jun. — q D. — r G. — † Me.

na, &c. pro, *proximi*, &c. Mar. sim. V. Id est, *propinquus*; utrùm affinitate? an loco, seu dignitate [t]? Qui primæ apud illum erant authoritatis [v]. *Et* (mallem, *nempe*, Pi.) *propinquo sibi Harschenæ, Schethari*, &c. JT. Verto, *Harschenæ*, (id est, ei qui proximè ipsum assidebat, ac proinde primus erat dignitate, Pi.) item *Schethari*, &c. Nam illud, *propinquo*, non nisi ad unum referri potest *. *Erat autem prope illum*, &c. M. *Ex intimis autem consiliariis, qui ei assidebant*, &c. Ti. ¶ *Septem duces*, &c.] Sed unde numerus hic Persis adeò celebratus? An à septem Græciæ sapientibus? an à septem planetis, &c? an potiùs, quòd interfectores Magorum septem erant, &c [x]? *Apud hos autem septem conventum erat, ut eis ad Regem foret aditus sine internuncio*, Herod. l. 3. num. 118 [y]. ¶ *Qui videbant faciem regis*]. Vide dicta ad Matt. 18. 10 [z]. Regis intimi & summè familiares [a]. Non cuivis apud Persas licebat videre Regem. *Illis enim* (inquit Justinus) *persona Regis sub specie majestatis occulitur*. Hinc operiebant faciem Hamanis, tanquam indignum qui Regem cerneret [b]. ¶ *Primi post eum*, &c.] Heb. *primi in regno*, P. sive in administratione regni [c]. Primi in consiliis, & in mensis, &c [d]. Persarum satrapæ pro dignitate cujusque sedes habebant apud Regem, idque ex Cyri instituto †. *Primi*, i.e. in primo loco; nam ante ראשׁנה supplendum בְּמָקוֹם, ut Gen. 33. 2. Num. 2. 9. Deut. 13. 9 [f].

15. *Cui sententiæ—subjaceret*, &c. כְּדָת מַה־לַּעֲשׂוֹת וגו'] *Secundùm legem quid agendum*, Mo. Jon. Conjungenda hæc cum initio v. 13. *Dixit sapientibus*, &c. (reliquum autem vers. 13. & totus vers. 14. parenthesi includuntur,) *quid faciendum reginâ*, &c [g]. [Alii aliquid hîc supplent:] *Dixerunt quid facto opus est*, Sy. sim. ό'. Ait enim Rex *juxta quam legem est agendum*, M. *Ex jure quid faciendum reginâ*, JT. vel *de*, sive *cum*, *regina*, Pi. Trajectio vocum, pro, quid faciendum ex jure, &c. *Reginâ*, pro, *de regina*, eleganter, ut apud Terentium, *Quid te* (i. e. de te) *futurum censes* [h]?

16. *Respondit Mamuchan*] Primus fortè sententiam à Rege interrogatus [i]. Fortè primus hic erat dignitate; fortè tamen ultimus [k]. Mos erat, ut ultimus loco & gradu primus tamen responderet; sive ut is liberiùs diceret, &c. sive ut primis tempus daretur aliorum sententias expendendi, vel corrigendi, &c [l]. Observa quàm facilè Regis voluntas aliorum ad se judicia trahat [m]. Novit hic non ingratam Regi irato hanc futuram sententiam. In gratiam Regis locutus est; nam imbecillum est sequens argumentum [n].

17. *Egredietur sermo reginæ*]. Divulgabitur hoc factum [o]; id est, fama facti [p]. ¶ *Ut contemnant viros suos*, לְהַבְזוֹת וגו'] *Ut spernant*, &c. JT. Pi. Ea causa erit ut contemnant [q]. Heb. *ad faciendum spernere*, &c. i. e. ut dent occasionem contemnendi; sic enim Hiphil quandoque accipitur: rectiùs tamen significat, ut in Kal, simpliciter *contemnere*, loquitur enim de proprio contemptu, quia sequitur, *in oculis suis* [r], id est, arroganter, abjecto omni pudore, & magno fastu, qui declaratur per oculos †. ¶ *Et dicant*, בְּאָמְרָם] *Dicentes*, M. Ti. *dicendo*, JT. Pi. *Dum* (vel *cùm*, D.) *dicent*, P. V. D. sub. *homines*, D. Ad verb. *in dicere ipsos*, sub. *narratores*. Phrasis Hebraica, relativum sine antecedente [t]. *Cùm dicetur*, Ca. D.

18. *Atque hoc exemplo*, &c. וְהַיּוֹם הַזֶּה תֹּאמַרְנָה שָׂרוֹת וגו'] *Et die hâc*, sive *hodie*, *dicent primariæ*, sive *dominæ*, sive *principes*, &c. Mo. Chald. Sy. Ti. vel, *dicturæ sunt*, JT. Pi. sub. *istud*, Pi. *Dicent*, ea quæ superiori versu: Ellipsis. Similes locutiones Gen. 4. 8. Exod. 19. 25. Dan. 7. 16 †. *Quin & hodie objecturæ sunt hoc principissæ*, &c. M. *Die quoque illo*, P. quo scil. facinus Vasthi pervenerit ad aures illarum [v]. Verti potest, *Et diem hunc dicent*, i. e. objicient, D. vel, *Et de die illo loquentur*, &c. i. e. hunc diem in ore habituræ sunt, & de eo quod factum est hoc die commentabuntur apud maritos suos [x]. *Hoc exemplo*, &c. Nam ut Regis, ità Reginæ, vitia imitari genus obsequii judicatur [y]. ¶ *Unde regis justa est indignatio*, וּכְדַי בִּזָּיוֹן וָקָצֶף] *Et plus satis* (vel, *satis*, Ti. Heb. *secundùm sufficientiam*, Pi. Mo. V.) *contemptûs & indignationis*, M. sim. JT. Pi. V. D. P. Ti. sub. *nobis erit*, JT. Pi. i.e. In fœminis erit contemptus; (contemnent viros [z]:) in viris ex eo indignatio [a]. τὸ כ in כְּדַי non est στοχαστικὸν (*conjecturale*,) aut ὁμοιωματικὸν, (q. d. *similitudinem exprimens*,) sed ἀληθινὸν (*verificativum* *.) כ asseverationis est, quemadmodum ὡς pro *verè* sumitur Joan. 1. 14. Philip. 2. 7 [b]. Sic in Sophoc. Ajace, ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι, i. e. *Planè sunt viri illius hæc opera tibi*; Camerar. 2 Cor. 3. 18. ὡς, pro ὄντως, ἀληθῶς, Schol. Sic illud, ὡς χαρίεν ἐστ' ἄνθρωπος ἀνθρώποις, quod Clemens Stromat. 8. 327. Æschylo tribuit: ubi τὸ ὡς, inquit Schol. est βεβαιώσεως, (*confirmationis* [c].) [Q. hæc verba cum præcedentibus nectunt:] *Sic hodie reliquæ dominæ principum*, &c. *audebunt vilipendere viros suos*, ό'. *Et hodie dicent*, &c. *ut faciant viris suis ut fecit Vasthi*, &c. *& quis poterit ferre abundantem derisum hunc & irritationem?* Chald. *Hodie dicent principes*, &c. *de omnibus magnatibus regis omnem contemptum & omnem indignationem*, Sy.

19. *Egrediatur edictum*] Prodeat, promulgetur sententia [d]. Heb. *exibit verbum regni*, Ma. Mo. vel, *regium*, P. *verbum decreti regii*, Sy. ¶ *A facie tua*, מִלְּפָנָיו] *A conspectu ejus*, M. Ti. P. V. JT. Pi. *ex ipsius authoritate*, Sy. ¶ *Et scribatur juxta legem Persarum*, &c. בְּדָתֵי וגו'] *In legibus*, &c. D. *inter jura*, &c. JT. Pi. *inter leges*, &c. D. *secundùm leges*, ό'. Videntur legisse כְּדָתֵי †. ¶ *Quam præteriri illicitum est*, וְלֹא יַעֲבוֹר] *Et non transgrediatur*, Mo. *neque transeat*, P. sub. *quisquam*. *Transire* hîc valet *transgredi*, *violare*, ut 3. 3 [f]. Vel rectiùs, *nè transeat*, nè revocetur: q.d. Decretum tale sit quod revocari non possit. Vide infrà 9. 27. & 28. Confer Dan. 6. 8 [g]. *Neque prætereat*, vel *obliteretur*: i. e. Sit sententia irrevocabilis [h]. *Ut non pereat*, JT. Pi. Heb. *transeat*, Jun. Sic Psal. 144. ver. 4. Matt. 24. 35 [i]. Apparet quandam fuisse formam legum faciendarum apud Persas, secundùm quam factæ leges omnino erant immutabiles; ut illæ quæ *sacræ* apud Romanos vocabantur. Vide Dan. 6. 8, 12, 15. & Procopium, ubi agit περὶ λήθης φρουρίου. Videtur autem forma quæ leges faciebat immutabiles hæc fuisse, ut non Regis tantùm, sed & Principum, signis munirentur. Vide Dan. 6. 17 [k]. Refert Diodorus l. 14. quòd cùm Persarum Rex maximè cuperet revocare decretum quod in Charidemi caput tulerat, non tamen quicquam potuit contra legem [l]. *Nec irritum fiat*, Targ. *Quæ transgredi fas non est*, Ti. *quæ nemo prævaricari audet*, M. ¶ *Ut nequaquam ultrà—ingrediatur*; sim. ό'. Sy. אֲשֶׁר לֹא תָבוֹא] *Quòd* (vel *ut*, Ti.) *non ingrediatur*, Mo. M. vel *veniet*, P. V. *quòd nunquam ventura sit*, V. *coram rege*. Per hæc verba à thoro, per sequentia à regno, expellitur [m]. *Ut non intret*, Jon. אֲשֶׁר pro *ut*, quomodo Gen. 11. 7. Nehem. 2. 7 [n]. *Quia* (vel, nempe *quia*, Pi.) *non venit*, JT. Pi. ¶ *Regnum illius altera accipiat*, וּמַלְכוּתָהּ יִתֵּן לִרְעוּתָהּ] *Quódque regnum ejus dabit sodali suæ*, P. Potiùs *sociæ*, aut *proximæ*, i. e. alteri. Purus putus Hebraismus [o]. *Regnum*, i.e. regiam dignitatem [p]. *Ideo regnum ejus tradet* (vel, *tradere debet*, Pi.) *rex*, &c. JT. Pi. Gravis pœna pro culpa levi, si tamen culpa [q]. Dura sententia: sed sciendum Persas erga uxores duros semper & atroces fuisse, testibus Plut. in Themist. & Athen. l. 13. in principio [r].

20. *Et hoc divulgetur*] Heb. *Et audietur verbum regis*, Mo. id est, decretum quod faciet *. *In omne* (*quod latissimum est*) *—imperium*, כִּי רַבָּה הִיא] *Quia* (vel, *quamvis*, P. AE. in D. *utut*, JT. Pi.) *magnum est*, V.

22. *Ut quæque gens audire & legere poterat*, כִּכְתָבָהּ] *Secundùm scripturam suam*, sive *ejus*, JT. Pi. P. V. i. e. characteribus cujusque provinciæ [t]: vel, cujusque regionis stylo & modo scribendi [v]. ¶ *Diversis linguis*, &c.] Nam ad quemque populum linguâ cujusque Rex scribebat, infrà 3. 12 [x]. ¶ *Esse viros principes*, &c. לִהְיוֹת כָּל־אִישׁ שֹׂרֵר בְּבֵיתוֹ] Nempe, *ut omnis vir* (vel *maritus*, Ti.) *dominetur* (*dominator esset*, JT. Pi.) *in domo sua*, P. sim. M. Sy. &c. ¶ *Et hoc per cunctos populos divulgari*, וּמְדַבֵּר כִּלְשׁוֹן עַמּוֹ] *Et loquatur secundùm linguam populi sui*, P. i. e. Et promulget linguâ propriâ & vulgari edictum regium uxoribus,

ribus, ut ab illis intelligi possit[y]. Sed jam id edictum linguâ vulgari proponebatur, ut vel à mulieribus,&c. intelligi posset[z]. *Quod edixit* quisque (nempe præfectorum, quibus illud Rex mandaverat, Jun.) *linguâ populi sui*, JT. simil. Sy. *Edisserens* edictum *juxta linguam*, &c. M. *Loquutus itaque est juxta linguam*, &c. Ti. *Et ut divulgaretur*, vel, *ut unus divulgaret, juxta linguam cujusque*, sive *sui populi*, Ang. [Alii planè aliter vertunt, & tanquam regii decreti partem exponunt, cum antecedentibus conjungentes:] *Moniti estote, ut sit omnis vir dominans super uxorem suam, & cogat eam loqui secundùm linguam viri, & secundùm sermonem populi ejus*, Chald. *Ut cogat uxorem discere linguam suam, si est filia linguæ alienæ*, RS. *Et non mutet à consueto more virorum suæ linguæ, saltem ad loquendum linguâ alienâ*, AE. *Ut esset dominator*, &c. *& loqueretur linguâ populi sui*, Pi. sic Gal. Di. Videntur viri ex ignavia uxoribus tantum passim concessisse, ut si peregrini idiomatis uxorem quis duxisset, ejus linguam cum ipsa in familiam introduci pateretur. Id jam edicto regio corrigitur, ut & hac in parte viris authoritas restituatur[a]. Dominii signum est, & virum decet, propriâ suâ linguâ loqui, & quòd à nemine cogi possit linguam suam mutare pro alterius beneplacito. Vide Dan. 1. 4. Romani linguam Latinam in provincias à se devictas intulerunt, & leges in eadem publicari statuerunt[b]. [Al. sic;] *Loqui secundùm linguam populi sui*, proverbiali quodam sermone dici crediderim, pro eo quod est, vivere more patrio, & servare consuetudinem gentis suæ; ut idem ferme sit cum eo quod præcedit, *Imperet quisque domi suæ*[c].

[y] G. [z] Ma. [a] Pi. [b] Belg. [c] D. observ. 11. 10.

CAP. II.

1. HIS *ità gestis*] Heb. *Post verba hæc*; i. e. post res has[a]. His factis[b]. Sic Sophocles in Ajace habet πάντα λόγον, pro *omni re*[c]. ¶ *Postquam regis indignatio deferbuerat*, כְּשֹׁךְ וגו'] *Cùm quievisset ira regis*, P. Id factum, vel, 1. post annum[d]: vel potiùs, 2. paucis pòst diebus; ità plerique*; concocto jam vino: decretum enim hoc, ex more Persarum, inter pocula conceptum fuit atque editum[f]. Sic Alexandro aliísque pluribus postridianus ferè convivalium culparum dies erat pœnitentiæ & doloris[g]. ¶ *Recordatus est Vasthi, & quæ fecisset*, &c. וְאֵת אֲשֶׁר נִגְזַר עָלֶיהָ] *Et ejus quod decretum fuerat in eam*, P. sim. JT. Pi. Mo. quam ob non ità magnum peccatum magno supplicio affecerat[h]. Recolebat veterem benevolentiam & consuetudinem[i], illiúsque eximiam speciem & gratiam[k]. *Recordatus est* & mente, & sermone: q.d. Sermonem habuit de facinore illius coram ministris suis[l]. Commemoravit (ex collat. seq. vers.) consilii petendi causâ[m]. Tò נִגְזַר significat decretum irrevocabile fuisse[n].

2. *Dixerúntque*, &c.] Cùm Regis animum amore Vashti labefactatum viderent[o]. ¶ *Quærantur*,&c.] Ut novâ uxore inductâ, prioris aboleatur desiderium[p]. Nam *Successore novo vincitur omnis amor*[q]. Heb. *Quærant*, sub. *ii quibus id incumbit*. Similis locutio 1 Reg. c. 1. v. 2[r].

3. *Et adducant eas*] Hebr. *& congregent*, pro, *qui congregent* & adducant*. Ellipsis verbi relati[t]. Sic, *capies carbones*,&c. Prov. 25. 22. pro, *capies & pones*,&c[v]. ¶ *In domum fœminarum*] Sub. *regiarum*, V. Scil. puellarum virginum: nam alia domus mulierum infrà 14[x]. ¶ *Sub manu*, אֶל־יַד] *In manu*, sub. *tradentes*, V. *In*, vel *ad*, *manum*, D. JT. Pi. i. e. in curam & tutelam[y], & ministerium[z]. ¶ *Et accipiant mundum muliebrem*, &c. וְנָתוֹן תַּמְרוּקֵיהֶן] *Et det* (Hebr. *& dare*, D. Mo. infinit. pro fut. V.) *mundatoria earum*, sic Mo. P. Mar. i. e. quibus sordes detergant, & cutem ungant, &c[a]. Intelligit unguenta & fucos, &c[b]. *Mundum muliebrem*, M. sim. JT. Tam res pigmentarias, quàm vestiarias, infrà 12. *Unguentum*, &c. o'. Chald. *ornamenta peculiaria*, M. *res ad purificationem*, Ang. *fricatoria earum*, Pi. sive *abstersoria*; ut erant oleum myrrhinum & aromata, infrà v. 12[c]. Propriè σμήγματα, nam מרק *abstergo*[d]. Hæc vox & mundum & ornatum sign.*.

[a] Pi. [b] V. [c] Ga. [d] Ità Sal. in Bon. * Bon. sim. Ser. [f] Bon. [g] Bon. ex Ser. [h] D. [i] Me. [k] Bon. [l] V. [m] Pi. [n] Mar. [o] Bon. [p] Me. [q] G. [r] V. * D. Pi. [t] Pi. [v] D. [x] Ità G. D. sim. Pi. [y] D. [z] Pi. [a] V. [b] Mar.

5. *Mardochæus*]. Rediit hic Jerusalem cum Zorobab. Esd. 2. 2. mox tamen indè rediit in *Susan*, quòd erat *ad januam regis*, i. e. ostiarius, cubicularius, & corporis regii custos[f]. ¶ *Filii Cis, de stirpe Jemini*] Significat eum fuisse de stirpe Benjamin, adeóque de semine regio[g]. *Cis* enim fuit pater Saulis; & *Jemini* fuit vir nobilis ex hac tribu; vel certè *Benjamin* per aphæresin fit *Jamin*, vel *Jemini*[r]. Vide ad 1 Sam. 9. 1. Jud. 19. 16*. Erant hæc nomina, *Jair*, *Semei*, *Cis*, frequentia in tribu Benjamin, ut patet ex lib. Regum[t].

6. *Qui translatus fuerat de Jerusalem*, &c.] Qu. Quî id verum esset de Mardochæo? Aiunt illum vixisse annos 198: Sed quis hoc credat sine teste[v]? Resp. 1. Relativum *qui* non respicit *Mardochæum*, sed *Cis* ejus proavum, cujus nomen antecedit[x]. 2. Mardoch. tunc translatus dici potuit, quomodo *Levi decimatus in lumbis Abrahæ*, Heb. 7[y]. *Qui translatus*, i. e. cujus majores translati fuerant; sæpe enim Hebræi parentum & liberorum nomina inter se mutant. Confer Esd. 2. 1[z]. ubi Zorob. & Jesi & Nehem. dicuntur reversi in Jerusalem, &c. qui tamen nunquam viderant Jerusalem[a]. [Non placet La. nec T.] Translatus his erat in propria persona, nempe cum Jechonia, ut dicitur c. 11. v. 4. Et hinc colligo hanc historiam seriùs non contigisse quàm sub Dario Hystaspis[b]. [Sequitur in Hebræo, *cum deportatione*,] id est, cum deportatis[c]. Metonymia formæ[d].

7. *Qui fuit nutritius filiæ*, &c.] Τροφὸς, sive Ἐπίτροπος. Cæsar Bel. civ. 3. *Erat in procuratione regni, propter ætatem pueri, nutritius ejus eunuchus**. Heb. *Et fuit nutriens*, D. Hinc constat ex sola consanguineorum proximorum educatione & enutritione adoptionem constitisse, sine ullo alio apud Magistratum, &c. ritu aut actu legitimo[f]. ¶ *Filiæ fratris sui*] Ità & Jo. Crediderim excidisse vocem, (*patris*,) & initio scriptum, *filiæ fratris patris sui*, ut Græcus habet[g]. ¶ בַּת דּוֹדוֹ] *Filiam patrui sui*, Mo. D. JT. Pi. Ang. Chald. Mar. nempe *Abihailis*, D. *patruelem suam*, Sy. ità D. ¶ *Edissæ*, &c.] Heb. *Hadasa*, vel *Hadassa*: q. d. *Myrrhina*; nam הֲדַס Chald. *myrtus*[h]. Hoc nomen gerebat antequam nuberet[i]. Videtur esse *Atossa*[k]. At ea Cyri filia erat[l]. Duabus hæc appellabatur nominibus, quorum alterum parentes, (*Esther*,) alterum vulgus imposuit, nempe *Edissam*, à pulchritudine[m]. *Edissa* erat nomen Hebraicum, *Ester* Persicum[n]. Solebant Chaldæi & Persæ alienigenis, ac præsertim Hebræis, cùm in aulam adsciscerentur, mutare nomina, ut Dan. 1[o]. ¶ *Esther*] In historia profana *Amestris*, quasi *Ham-ester*[p]. Ea erat uxor Xerxis. Sed non placet. Nam *Amestri* alios assignant parentes; nempe, Herodotus *Otanem*[q], Ctesias *Onopham*. Aiunt Persas per invidiam dissimulâsse genus Judaicum[r]. [Cui sententiæ favet discrepantia inter Herod. & Ctes. de ejus patre.] ¶ *Utrumque parentem amiserat*] Heb. *Non erat ei pater & mater*, pro, *aut mater*: q. d. orba utroque parente*. ¶ *Pulchra*, &c.] Verto, *pulchra formâ*, (i. e. membrorum aptâ figurâ,) *& bona specie*, D. ex JT. i. e. oculorum aut coloris suavitate quadam[t]. Vel, copia verborum idem significantium[v]. ¶ *Mortuísque*, &c. בְּמוֹת וגו'] *Quum mortuus fuisset*, &c. Observa τὸ ב hîc notare tempus plusquam perfectum, ut suprà 1. 4[x]. ¶ *Adoptavit sibi in filiam*] i. e. Pro filia. Alii habent, *in uxorem*; ità He. & Græci. Fortè pro *Beth* legerunt *Bath*. At *Bath* sign. *filiam*, non *uxorem*, quæ *Issa*. *Vocabat eam filiam*, Chald. *Vocari* ponitur pro *esse*, q. d. erat filia[y]. Eo affectu eam educabat acsi filia esset[z].

8. *Multæ—virgines*] 400, ait Jo[a]. ¶ *Tradita est*, &c.] Heb. *assumpta fuit in domum regis*, Pi. ex JT. i. e. in palatium. Ergò הַבִּירָה in præcedenti membro non sign. *palatium*, esset enim ἀδολεσχία sermonis, *Cùm congregata esset*, &c. *in palatium, assumpta est in palatium*[b].

9. *Quæ placuit ei*] Q. referunt ad Regem[c]. Plerique autem ad eunuchum[d]; neque enim statim puellæ ad

[c] Pi. [d] D. * G. [f] La. [g] V. ità La. ex Jo. & Ser. [r] La. * Glass. p. 766. [t] Me. [v] D. [x] Burg. in E. [y] E. [z] G. sim. Me. [a] Me. [b] T. ex La. [c] D. Pi. [d] Pi. * G. [f] Bert. luc. Frankt. cap. 6. p. 1146. in Crit. [g] D. Mar. [h] D. [i] Pi. [k] La. [l] Ma. [m] San. [n] Bon. sim La. [o] La. [p] Ità Scal. in D. Jun. [q] D. Ma. [r] Ma. * D. [t] D. [v] Pi. [x] Pi. [y] D. [z] G. ex Jo. [a] D. [b] Pi. [c] Ser. & San. in Bon. [d] Ità V. D. G. La. Sa. Me. in Sa. & Sal.

ad Regis conspectum admittebantur *. Doctus hic spectator fœminarum [f]. ¶ *Invenit gratiam*, &c. ità ο'. in D. "וַתִּשָּׂא חֶסֶד וגו] *Et suscepit* (vel *accepit*, V. *obtinuit*, JT. Pi. Ang. D. Heb. & *abstulit*, Pi.) *misericordiam*, vel *gratiam*, P.V. &c. vel *benignitatem*, JT. Pi. Chald. habet, וְאִטְעֲנַת חִסְדָּא, & *onerata fuit gratiâ*. Sic & Latini dicunt, *onerare laudibus*, Cic. & Liv. *præceptis*, Plaut. *promissis*, Sallust *. ¶ *Præcepit eunucho*] Egæus, scilicet, alteri eunucho sibi subdito [g]. ¶ *Ut acceleraret mundum muliebrem*, "וַיְבַהֵל וגו] *Et* (vel, *propterea*, P.) *acceleravit*, Mo. V. sic P. *celeriter dedit*, JT. Pi. sim. Chald. Ti. *sategit dare ei*, M. Qu. Quænam erat hæc acceleratio? Respond. Non exspectabatur integer annus in ea præparanda, ut docet ver. 16. ubi *mense decimo* adducta dicitur ad Regem, mensibus duobus de anno suo ademptis. Præparationis annus in ea anticipatus est. Videntur autem plures anni in præparatione virginum insumpti, (quemadmodum triennalis erat in pueris præparatio, Dan. 1.) unus tamen annus celebratur, tanquam magis necessarius & operosus †. ¶ *Et traderet ei partes suas*; ità Mo. M. Ti. Sy. מָנוֹתֶיהָ] *Portiones ejus*, P. JT. Pi. nempe cibi & potûs, quæ haud dubiè sumebantur è cibo regio. Confer Dan. 1. 5 [h]. *Dona ejus, torques & vestes regias*, Chald. *talia quæ ad ipsam pertinebant*, Ang. sic Bon. alimenta & pigmenta [i]: mundum muliebrem pro sua parte [k]. ¶ *Septem puellas speciosissimas*; הָרְאֻיוֹת] *Spectatas*, Mo. D. *dignas*, P. [q. d. *spectabiles*:] *accommodas*, M. Ti. sim. Ang. *convenientes*, V. *assignatas*, ο'. *quas ipse præberi jusserat*, Sy. *honorabiles*, vel, *dignas ad ministrandum ei*, He. in V. *quas visum fuerat dare ei*, JT. *quæ selectæ fuerant ut darentur ei*, Pi. Comites hæ erant & pedissequæ honorariæ [l]. ¶ *Et tam ipsam quàm pedissequas ejus ornaret*, &c. וַיְשַׁנֶּהָ וְאֶת־נַעֲרוֹתֶיהָ לְטוֹב בֵּית הַנָּשִׁים] *Et mutavit eam & puellas ejus in bonum* (vel, *in optimum*, Jun. *in meliorem partem*, V. *in optimum* locum, Ang. Gal. *in latissimam partem*, Ca.) *domûs mulierum*, Mo. P. V. &c. *Deditque ei & puellis ejus locum optimum* (vel, *conditionem optimam*, JT.) *in gynæceo*, Pi. *Et in gynæceo mutavit eam*, &c. *idque bono* earum, Ti. Potest vel ad habitationem referri, vel ad ornatum: utrumque optimum dedit [m]. *Mutavit eam*, &c. *in melius in domo*, &c. i. e. in meliorem habitum; h. e. reddidit eas formosiores & elegantiores in gynæceo [n]. *Usus est illâ*, &c. *bene in gynæceo*, ο'. *Et seposuit ipsi*, &c. *plusquam reliquis mulieribus*, Sy. Verto, *Transtulit eam*, &c. *in optimum domûs*, &c. Nam שַׁנִּי apud Syros in hac ipsa conjugatione sign. *migrare*, quasi *mutare locum*; interdum & *facere migrare*, *transferre*, ut Act. 7. 4, 16, 43. Scriptus autem est hic liber post capt. Bab. vel in ea, quum jam lingua Chaldaica, quæ eadem est cum Syriaca, invaluisset [o].

10. *Noluit indicare*, &c.] Non quòd eunucho patriam petenti eam ipsa negaverit [p]; sed de patria nihil dixit, quia non rogabatur: cùm enim Susis nata & educata esset, omnes eam Susianam & Persidem existimabant [q]. ¶ *Præceperat*, &c.] Id fecit, vel, 1. nè vilior haberetur, ut servili genere nata [r], vel ut Judæa, quales passim contemptui habebantur *, sibique adeò aditum ad Regis gratiam præcluderet [t]: vel, 2. nè genti suæ invidiam conflaret: vel, 3. Divinâ inspiratione, ut Divina in Hebræos providentia magis appareret ex insperato [v].

11. *Deambulabat quotidie*, &c.] Hoc fecit, vel, 1. tanquam aulicus [x]; qualem hunc fuisse docetur Esth. 11. 3. & quòd claris natus esset parentibus, & fortè inter Principes illos abductos 2 Reg. 24. 12, &c [y]. [Vide annotata suprà ad v. 5.] Vel, 2. Estheris gratiâ [z]. Duplex observo ministerium Mardochæi: 1. mansionem ad fores regias; hoc munus antea obivit: 2. ambulationem ante atrium gynæcei, quæ facta est ut saluti Estheris prospiceret [a]. ¶ *Curam agens salutis*, &c.] Heb. *ut resciret pacem*, P. sic V. vel, *quâ valetudine esset*, V. *de prosperitate*, JT. Pi. Nomine *pacis* significant Hebræi quod Græci dicunt ὑγιαίνειν, χαίρειν, καὶ εὖ πράττειν [b].

12. *Cùm—venisset tempus*, &c. "וּבְהַגִּיעַ תֹּר נַעֲרָה וגו] *Cúmque advenisset*, vel *appeteret*, *tempus*, P. M. Ti. &c.

(Left margin notes: * Me. — f G. — * D. misc. 2. 28. — g Ità Bon. sim. Me. T. — † Ser. — h Pi. sim. T. L. — i Ma. et Jun. sim. Ser. L. — k Me. — l La. — m Mar. — n V. — o Di. — p Bon. — q Me. Bon. — r Me. — * D. — t San. — v Me. Bon. — x Ità San. Bon. — y Bon. ex San. — z Q. in San. — a Bon. — b D.)

(vel *terminus*, JT. vel *ordo*, Pi. Chald. Hebr. *in contingendo ordinem*, Mo. *cùm incideret circulo tempus*, Mar. *cùm attingerent vices*, Sy.) *cujusque puellæ*, &c. JT. Pi. &c. Heb. *puellæ & puellæ*, D. ¶ *Expletis omnibus*, &c. "מִקֵּץ הֱיוֹת לָהּ וגו] Ad verb. *A fine esse* (vel *fieri*, id est, factum esse, Pi.) *ei*, &c. D. *In fine cùm essent ei secundùm legem mulierum duodecim menses*, V. *Postquam fuerat ipsi factum pro jure mulierum*, &c. JT. Pi. id est, quod constitutum erat [c]. ¶ *Mensis duodecimus*, &c.] Huc respicere videatur illud Comici, *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est* [d]. Sybariticæ etiam fœminæ, prodituræ ad festa, &c. per solidum annum se comparabant, &c *. Videtur autem hîc & honestatis habita ratio, nè partus fortè alienus Regi adscriberetur [f]. ¶ *Sex mensibus---ungerentur*, &c.] Qu. Quis finis diuturnæ hujus unctionis? Resp. Ad reprimendum fœtores qui solent in mulieribus esse [g]; præsertim in regionibus calidioribus, (ut videmus in Judæis, Æthiopibus, &c.) nominatim in Persis, quibus ex ingluvie natum est virus, id est, fœtor hircinus, sub alis, inquit Plin. 13. 1. Hinc Persæ in balneis & lavabant & perfricabant corpora sua, teste Plut. in Alex [h]. Ego autem potiùs hoc refero ad mollitiem & lautitiam, vel potiùs ad valetudinis curationem. Vestibus enim laneis, non lineis, tunc proximè ad cutem utebantur, unde situm, pædorem & squalorem facilè contraxerunt [i]. ¶ *Oleo myrrhino*; ità JT. Pi. D. &c. הַמֹּר] *Myrtino*, P. (At *myrtus* est *Hadas* [k].) Sub. *fricabantur*: Ellipsis verbi relati [l]. *Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat*, Plin. 13. 1 [m]. Valet hoc oleum ad glabritiem & mollitiem cutis, & emundat à sudore & fœtore [n]. Omni oleo mollitur corpus, vigorem ac robur accipit, ait Plin [o]. ¶ *Aromatibus*] i. e. Perodoriferis & delicatissimis unguentis, maximè ex Heliocallide, Plin. 24. 17. ¶ *Pigmentis*, &c. "וּבְתַמְרוּקֵי וגו] Græcus vocat σμήγματα, unctiones, scil. sordes abstergentes [p]. *Et mundatoriis*, &c. V. simil. P. Vide v. 3. & 9 [q]. Verto, & *aliis fricatoriis mulierum*, i. e. quibus fricabantur illæ virgines [r].

13. *Ingredientésque*, &c. "וּבָזֶה וגו] *Et cum*, vel *in*, *hoc*, Mo. V. vel *sic*, P. Sy. *hoc tempore*, Chald. *tunc cum eo*, JT. *tunc demum*, Pi. *Et cum hac præparatione*, M. Ti. id est, tam exactâ purificatione præmissâ *. ¶ *Quicquid postulâssent*, &c.] Ad comitatum, aut ornatum [t].

14. *Quæ intraverat*] Ut Rex cum ea rem haberet [v]. ¶ *Concubinis regis*] Quas plurimas habuit. Sic Dario erant 360 pellices, teste Curtio l. 3. Eas Reginæ tolerabant, 1. quia Rex imperium in uxorem habebat: 2. quia Reginam pellices submissè venerabantur, inquit Athen. lib. 13. in principio [x].

15. *Evoluto tempore per ordinem*, &c.] Heb: *Cùm advenisset ordo* (vel *terminus*, JT. Heb. תּוֹר, ut priùs, pro quo Herod. habet μέρος, Herodoti interpres *vices*, D. obs.) *Estheræ*, Pi. Ad Persas enim περιτροπῇ γυναῖκες φοιτῶσι, ait Herod. Idémque scribit de Otanis filia, ἐπεὶ δὲ αὐτῆς μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον [y], lib. 3. num. 69. *Ubi vices ejus fuerunt adeundi Magum*, (*etenim uxores vel pellices Persarum per vices in orbem ad illos pergunt* [z].) ¶ *Non quæsivit—cultum*, &c.] Quo elegantiùs ornaretur: q. d. Contenta erat suo ornatu [a]. *Tanta est fiducia formæ* [b]. Vel, sic testatum fecit se invitam ad Regem adduci [c]. ¶ *Gratiosa*, &c. נֹשֵׂאת חֵן] *Ferens* (*referens*) *gratiam*: i. e. conciliavit sibi favorem [d].

16. *Ducta est ad cubiculum regis*, &c.] Quærit Serarius potueritne Esther ante nuptias Assuero consuescere. [Quomodo hoc vel pateretur pia virgo, vel suaderet pius Mordecai, cujus ductu illa planè regebatur cùm nè minimum peccatum admittendum erat, ut universos Judæos à præsenti morte eriperet? Considerandus tamen est status illorum & temporum & locorum.] Multitudo uxorum Israelitis [tunc] permissa est, multò magis his barbaris *. Hæ autem virgines, cùm ad Regem venirent, ejus uxores fiebant, sed minùs solennes, ut de concubinis sæpe dictum. Non ergò in hoc peccabant [f]. Porrò, Heb. est וַתִּלָּקַח, quod vertunt, *sublata est*, P. *abducta*, V. T. *assumpta*,

(Right margin notes: c Pi. — d Ser. — * Bon. ex Ser. — f Ser. — g L. — h Bon. ex San. — i Bon. — k D. — l Pi. — m Ma. — n Me. ex Ser. — o D. observ. 11. 1. — p Me. — q V. — r Pi. — * V. — t Ma. ex Jun. — v D. — x D. observ. 12. 21. — y D. obs. ib. — z Ma. — a V. — b G. — c Ma. — d V. — * Ser. — f Ser. Me.)

assumpta, JT. Pi. D. Sermo brevis; i.e. assumpta & traducta; ut Matt. 4. 5. *Assumit eum*, i.e. assumptum transtulit[g]. ¶ *Mense decimo*] Non duodecimo, ut Græci & Jo. hîc habent[h]. ¶ *Qui vocatur Tebeth*] Voce Chaldaicâ. Persis dicebatur *Dimech*, Arab. *Sauel*, Ægyptiis *Tybi*[i], Romanis *December*[k]. Ex parte Decembri, ex parte Januario, respondet[l]. Nota Hebræos post capt. Bab. accepisse nomina mensium ex fastis Chaldæorum; nam ante illam inaudita erant, nec à Sacris scriptoribus usurpata: hi autem ordine & numero mensium utuntur, dicúntque *mensem primum, secundum*, &c[m]. ¶ *Septimo anno regni*] At anno tertio Regis deturbata est Vasthi, & quæsitæ puellæ, &c. Resp. 1. Esther per triennium in Parthenone morata est, quia aliæ puellæ, vel ætate, vel admissionis tempore, eam præcedebant[n]. 2. Esther bis ad Regem introducta est; semel anno ejus quarto, iterum septimo[o]. Sed repugnat vers. 17. qui indicat Regem eam adamâsse statim ut viderat[p]. Ex hoc loco colligunt Funccius & alii Assuerum hunc non fuisse Xerxem, quia is 7. anno imperii bello gravissimo, nempe Græco, distinebatur. Verùm, 1. quidni Vere trajecerit in Græciam, deinde reversus sub finem anni uxorem duxerit? Cùm res in Græcia non succederet, relicto ibi Mardonio, in Persidem rediit; & accidit quod narratur. 2. Non dicitur nuptias eo anno celebratas, sed eam tunc deductam in domum, &c[q].

17. *Et posuit diadema regni in capite ejus*] Fecit Sultanam[r]. *Cidarim regni*. Hanc soli Reges & Reginæ gestabant in capite. ¶ *Fecit eam regnare*] i. e. Reginam *. Qu. An Esther licitè potuit nubere Assuero infideli? Resp. 1. Conjugia vetita sunt cum Cananæis, non cum Persis, &c[t]. 2. Factum hoc nutu & instinctu Dei, (quod & Esther & Mardochæus sentiebant,) in publicum Judæorum bonum[v]. [3. Esther non erat sui juris.] Potuit Rex ei vel nolenti vim inferre[x].

18. *Convivium--pro conjunctione & nuptiis Esther*] Heb. *convivium Esther*, Mar. D. P. &c. nempe propter Esther, novam conjugem[y]. Convivium nuptiale[z]; ut Gen. 29. Tob. 7. 16[a]. Syri & Hebræi nuptias significant vocabulo *convivii*, credo, quia nuptias convivio terminabant[b]. ¶ *Et dedit requiem*, &c. וַהֲנָחָה לַמְּדִינוֹת עָשָׂה] *Et immunitatem concessit*, JT. Pi. à quibusdam tributis[c]. Herodot. ἀτελίῃ (*immunitatem*) dixit †. Sic Reges in nuptiis facere solent[d]. [Al. sic;] Dies festos egit *. Alii, relaxationem ab inquisitione virginum[f]. ¶ *Et dona*; ità P. sim. Pi. M. V. [מַשְׂאֵת] *Portionem*, Mo. *donum & partem*, Chald. *fercula* regia, Ti. *munus*, JT. Dedit autem, vel populo[g]; vel Reginæ[h], ex more Persico[i]. Dedit Estheri ἀνακαλυπτήρια[k]. Solebant Reges Persarum civitates uxoribus attribuere hoc modo, *Hæc (civitas) ei in redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines*; Tull. Verrin. 4[l]. Anthyllam urbem dedit Rex in calceamentum, inquit Herodot. l. 2[m]. vel, ad cinctuum impensas, Athen. 1. 25[n].

19. *Cùmque secundò quærerentur*] Heb. *Cùm*, vel *dum*, *congregatæ essent* (vel *congregarentur*, P.) *secundò*, JT. Pi. D. *vice secundâ*, Chald. Non liquet quid illa vox *secundò* sibi velit. Indicatur virgines esse congregatas; non autem vel quò, vel quare, dicitur[o]. 1. Virgines *secundò* quæsitæ sunt, regnante Estherâ: quod & *tertiò* & sæpius factum esset, nisi Esthera obstitisset, &c. insatiabilis enim erat Regis libido[p]. Una Regi non suffecit uxor, sed multas ducebat, licet ex iis una Reginæ nomen teneret, &c. Cùm ergò denuo virgines quærebantur, &c[q]. Post primum delectum, quo capta est Hester, habitus est alius delectus, in pellices regias *. 2. Sensus est, cùm à gynæceo Regis singulæ ad suos se recepissent[r]. Verùm postquam cum iis concubuerat Rex, non receperunt se singulæ ad suos, sed in gynæceum pellicum, &c. nec quisquam cum illis postea congrediebatur. 3. *Secundò*, id est, *in gynæceum secundum*. Bis ergò congregatæ sunt virgines; 1. cùm deducerentur ad Hegæum, 2. cùm è domo Regis omnes convenissent in domum *Sasagazi* *. Sed hoc violentum est, & absurdum. Sic enim confusio esset virginum & concubinarum[t]. At dici potest *virgines* hîc

g D. Pi. h D. i D. k D. V. l Pi. m Bon. ex San. n Bon. o Ità San. p Bon. q D. r G. * D. t La. v Me. La. x La. y V. sim. Mar. z Ma. ex Pr. a San. b D. c T. Me. sim. Mar. V. Ma. D. G. Sy. f D. d G. * Mar. sim. Q. in San. f Q. in Ma. g Ità D. in Pi. h Ità Jun. G. i Jun. k G. l Ma. ex Jun. m G. n Ma. o Pi. p T. Bon. q Os. * Ma. sim. Bon. ex Caj. & T. r Jun. * D. t Pi.

vocari quæ paulò antè fuerant, ut Virg. Eclog. 6. de Pasiphäe matre 3 filiorum, *Ah! virgo infelix, quæ te dementia cepit*[v]? 4. Est hîc ἐπάνοδος referendum enim hoc ad illa quæ suprà 2. 2[x]. Istud *secundò* refertur ad tempus secundarum nuptiarum; habitâ ratione priorum nuptiarum Vashti, & posteriorum ipsius Esther: i.e. tempore secundarum nuptiarum[y]. Reddit rationem cur Mardochæus conjurationem in Regem intelligere potuit, nempe assiduitatem ejus ad januam Regis ex quo tempore hæc secunda conquisitio virginum facta est; nam altera præcessisse videtur, quo tempore Rex duxit Vashti[z]. Non significat post nuptias Esther iterum quæsitas virgines, sed repetit quod antè factum fuerat, ad subtexendam historiam duorum eunuchorum, quæ contigerat dum denuo virgines quærerentur ad nuptias Esther, sicut pridem quæsitæ erant ad nuptias Vashti[a]. ¶ *Manebat ad januam*] Versabatur, aut morabatur, more aulicorum Persicorum, ut præstò essent Regi, &c[b].

20. *Necdum prodiderat—patriam*, &c.] Nè aut ipsi ex gente odium, aut genti ex ipsius fortuna invidia, crearetur. ¶ *Ità—faciebat*, &c.] Rarum planè in Regina, ità observare propinquum. Pleræque nolunt meminisse quid fuerint[c]. ¶ *Quo eam parvulam nutriebat*, [כַּאֲשֶׁר הָיְתָה בְאָמְנָה אִתּוֹ] *Ut cùm erat in educatione apud illum*, P. &c. vel, *sub educatione ejus*, M. Ti. sim. JT. Pi.

21. *Irati sunt—duo eunuchi*] Vel, 1. ob honores Mardochæi[d], quòd is prælatus esset iis à Rege in officiis palatinis *. Timebant nè per hoc conjugium Mardochæus ad magnam potentiam perveniret[f]. Vel, 2. ob repudiatam Vashti. Vel, 3. ut regnum ad Amanem transferrent[g]. ¶ *Qui janitores*, &c. [מִשֹּׁמְרֵי הַסַּף] *Ex custodibus liminis*, P. JT. Pi. janitoribus[h]; id est, custodes. Sic Theocritus, Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων, i. e. Syracusanus sum[i]. Erant ἀρχισωματοφύλακες, ut hîc habent Græci[k]. [Ità pares erant huic facinori.] Πυλωροὶ dicuntur Herodoto. Virgil. dixit *servos ad limina*[l]. Alii, *ex custodibus vasorum*, sub. *argenteorum*, vel *aureorum*, vel, *supellectilis regiæ*[m].

22. *Mardochæum non latuit*] Indicium ei faciente Barnabazo servo alterius eunuchorum: ità Josephus[n].

23. *Quæsitum est*] Quæstio habita est. ¶ *Appensus—in patibulo*] Ἀνεσταύρωσε, ait Jo. minùs propriè, & Græci infrà 7. 10. qui tamen hîc, ἐκρέμασε. Frequens pœna in Perside[o]. ¶ *Mandatúmque est historiis & annalibus*] Heb. *Et scriptum est* (sub. *facinus istud*, V.) *in libro verborum dierum*, Ma. i. e. chronicorum, vel commentariorum[p]. In diariis potiùs quàm annalibus[q]. In diurnis quæ apud Regem asservabantur. Vide infrà 6. 1, 2[r]. At vox *dierum* Ebræis etiam annos denotat. Mos hic erat laudabilis Persarum, ut singula notatu digna in commentarios referrent: ad eam rem ex publico certos homines alebant: nos *librarios*, seu *scribas*, vocaremus *. ¶ *Coram rege*] Id est, vel, 1. Rege sic volente & jubente[t]; vel, 2. Rege præsente. Congruit hoc cum more Xerxis, qui *in aureo solio sedens spectavit prælium navale inter Persas & Græcos, multis adhibitis scribis, quorum munus erat, ut quæque res in prælio gereretur, excipere*, ait Plut. in Themistocle[v]. Vel, 3. *in libro—coram rege*, qui erat coram Rege, quo Rex memoriæ causâ utebatur. Vel, 4. *in libro verborum dierum regis*, in quo Regis acta descripta erant[x].

v Ma. x G. y V. z Mar. sim. San. a Me. b D. c G. d Græc. & Chald. in D. * T. f G. g La. Me. h V. i Livel. in G. k G. l D. m V. n G. ex D. o G. p Ma. q Mar. r G. * D. t Me. Ma. v D. Ma. x D.

CAP. III.

1. QVi *erat de stirpe Agag*] Heb. *Agagæum*, Ma. De stirpe Agagi Regis Amalecitarum, de quo 1 Sam. 15[a], cum qua gente Deus & sibi & Hebræis bellum esse voluerat internecinum, Exod. 17. 14, &c. Deut. 25. 17, &c. ac proinde nulla cum illis esse amicitiæ commercia[b]. Sed esto *Amalecita*, non tamen indè sequitur eum ex *Agago* Rege ortum: nam

a Ità He. & Jo. & Rup. & Caj. in T. G. San. La. Ma. b G.

Agagita vel à loco aliquo dici poterat, vel ab alio quovis *Agago* [c]. At alii dicunt *Hamanem* fuisse *Macedonem*: ità ο΄. hic & c. 9. & Noster 16. 10, 14. Alii *Persam* volunt: ità Sulpit. Histor. sac. lib. 2 [d]. Probabile est eum patre ac gente fuisse *Macedonem*, matre *Persam*, loco *Agagæum*, & antiquâ origine *Amalecitam* [*]. Fortè majores ipsius ex *Amalec* profugi *Macedoniam* petebant, indéque in *Persidem*, &c [f]. ¶ *Et posuit solium ejus super omnes*, &c.] Jus προεδρίας ipsi inter satrapas dederat. Vide 2 Reg. c. 25. v. 28 [g]. Procerum quisque sedem habebat in domo Regis [h]. Institutum erat Cyri, ut præstantissimi subselliis honoris ergò ornarentur; Xenophon Cyrop. pag. 232 [i].

2. *Qui in foribus*, &c. אֲשֶׁר בְּשַׁעַר וגו׳ [*Qui ingrediebantur portam regis*,] T. *Qui* erant *intra portam*, i.e. degebant in aula: ב valet *intra*, ut Exod. 20. 10 [k]. ¶ *Flectebant genua, & adorabant Aman*] *Honorem ei exhibebant*; præcipuè [fortè legend. *præcipui*] genua flectebant, ut illi Gen. 41. 43. minores alii prostrato corpore; quomodo Regem venerari mos Persis, teste Plut. in Themist [l]. ¶ *Sic enim præceperat eis*; ità P. [quasi sing. esset pro plur.] לוֹ] *Ei*, Ma. Mo. *de eo*, Chald. Sy. M. Ti. D. JT. Pi. Dictum Ἑβραϊστί, ut Psal. 3. *dicunt animæ meæ*, i.e. de anima; Gen. 12. *Dic mihi*, (i.e. de me,) *quòd soror mea sis* [m]. Sic לְךָ Psal. 91. 11. redditur περὶ σοῦ Matt. 4. 6. sim. 2 Sam. 11. 7 [n]. ל valet περὶ, *de*, ut alibi; Exod. 14. 3. & 18. 7. Num. 8. 20. Jud. 9. 54. 1 Sam. 29. 5. 1 Chron. 17. 18 [o]. *Hunc honorem ei jussit exhiberi*, Jo. optimé [p]. Itaque Hamanem hac in re sibi parem fecit [q]. *Heliogabalus adorari cœperat more Regum Persarum*; Lamprid. Alex. *Adorata est more Regum Persarum*; Pollio Zenobiâ. Diocletianus Divinos honores Imperatoribus habendos præcepit; velut in eis esset cœlestis majestas. Persarum iste mos est, quorum Principem Regem Regum & fratrem Solis & Lunæ nuncupavit Lætus [r]. ¶ *Solus Mardochæus non flectebat genu*, &c.] Qu. Quæ causa negatæ hujus adorationis? Resp. 1. Quia erat *Amalecita*. Præceperat autem Deus Judæis perpetuum odium *Amalec* [*]. Nefas erat honorem exhibere homini nato è stirpe devota divinitus [t]. [Probant hanc sententiam.] 1. Alioqui Judæis non illicitum erat Principes venerari, more Orientis. Sic David Saulem adoravit [v]. 2. Hinc nec civilem illi honorem exhibuit cap. 5. 9. *non assurrexit*, &c. Assurgere autem non erat Divinus honor [x]. [Aliis hæc sententia non placet.] 1. Non constat *Amanum* fuisse *Amalecitam*, sed tantùm *Agagitam* [*]. [Vide ad v. 1.] 2. Odium illud spectabat ad excidium gentis Amalec, non ad honorem uni Amano in Perside negandum [†]. Præceptum illud de Amalec Deut. 25. Judæos tantùm obligat *quum Deus dederit eis requiem,——& subjecerit nationes*, &c. Nunc autem captivi erant [*]. Respond. 2. Divinos honores deposcebat Haman, ideóque eos negavit Mardochæus [y]. [Probant.] 1. Hanc rationem ipse Mardochæus exprimit c. 13. v. 12, &c [z]. At caput illud est apocryphum [a]. 2. Politicam adorationem non recusâsset, quam exempla sanctorum satis probant; ut Gen. 23. 7. & 27. 29. & 33. 3. & 50. 18. 1 Sam. 24. 9 [b]. 3. Persarum Reges Divinos honores & sibi vendicârunt, iísque quos vellent deferri voluerunt. Prior pars facilè probatur [c]. Dixit Æschylus, *Persas deorum loco habere Reges*. Q. Curtius, *Rex curru paulò antè vectus, & deorum à suis honoribus cultus*. Cleo Siculus in Curtio, *Persæ*, ait, *non piè solùm, sed etiam prudenter, Reges suos inter deos colunt*. Magorum interfectores Darium Regem statim adorârunt, testibus Herod. l. 3. & Valer. l. 7. c. 3. Panegyricus Maximiano, &c. *Rex ille Persarum, nunquam se antè dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat*. Plura vide in Strab. l. 10. Heliod. 7. 9. Sen. de benef. 3. 12. de ira 3. 17. Martial. epigram. 10. 22 [d]. Hanc autem insaniam hausisse videntur Persæ à Chaldæis, postquam eorum Imperium occupârant; & à Persis eam habuerunt Alexander, &c. & Romani quidam Imperatores, Domitianus, &c [*]. Porrò, hunc Divinum cultum Persarum Reges etiam aliis communicari voluerunt [f]. Quod Jovi concessum audierant, id sibi licere putabant, ut minores deos facerent [g], Dii enim majores & minores erant apud Ethnicos. 4. Hæc Regum adoratio adeò indigna visa est, ut Ethnici multi, etiam cùm illorum auxilio indigerent, illam tamen penitùs respuebant & detestabantur. Duo Lacedæmonii, *Sperchius* & *Bulis*, etiamsi captivi essent, ad Regis tamen adorationem nunquam cogi potuerunt: Herod. 7. Et Lacedæmoniorum legati Regem Persarum, licèt vehementer urgentibus satellitibus, adorare noluerunt, timere se dicentes unicum suum dominum, Lycurgi legem [h]. Conon Atheniensis ab Artaxerxe repulsus est, nè cum illo ageret, quia illum adorare nolebat: Justin. l. 6. Isoc. in Panegyrico sugillat Persarum animum abjectum, qui diis debitos honores mortali Regi tribuerent. Athenienses Timagoram capitali affecerunt supplicio, quòd Darium more gentis illius adorâsset: Plut. in Artax [i]. Dicebat Martialis, epigram. 10. 62. *Dicturus* [nempe Romanum Imperatorem] *dominum deúmque non sum. Ad Parthos* [vel *Persas*, hos enim sæpe confundunt auctores,] *procul ite pileatos*, &c. Eò ablegat omnes adulationes, &c [†]. Porrò, Lex Judæorum disertè vetabat honorem Deo debitum ulli mortalium exhibere. Jure igitur hoc recusat Mardochæus [k]. [Aliis tamen displicet hæc sententia, adversùs quam nonnulla objiciuntur.] Obj. 1. Judæis licebat Reges adorare, more Orientis: sic David Saulem adorabat [l]. Multa sunt exempla sanctorum Reges aliósque adorantium. Vide Bon. La. &c. Resp. Cultus latriæ [i.e. Divinus] opere etiam externo distinguebatur ab aliis adorationum generibus [m]. Adoratio Persica hoc fiebat ritu qui Divinitatem sapiebat: Nam adorantes genuflectebant, & proni procumbentes in terram fronte humum feriebant, ac terram osculabantur, testibus Curt. l. 5. & 8. Valer. 7. 3. Jo. Antiqu. 20. 3. Martial. epigram. 10. 72. Vide Brissonium de Regno Persarum, 1. 10 [n]. Porrò, satis declaravit Haman & gestu & verbis, se Divinos honores poscere [o]. Obj. 2. Quâ ergò ratione licuit Mardoch. Est. Esd. Nehem. &c. agere cum Regibus Persarum? An fortè nunquam illos adorabant? Resp. 1. Honorabant, sed honore civili: nam Divinos honores Reges isti non sibi deposcebant quovis loco & tempore, (nam id permolestum fuisset, ac penè impossibile,) sed in solis publicis solennibúsque actibus; utì hîc in publico solennique per urbem progressu ab Amane fiebat [p]. 2. Viri illi sancti à Regibus Persarum (maximè ab illis qui aliquâ Dei cognitione imbuti essent) facilè impetrabant nè ipsos adorare juberentur, quod ipsorum Lex prohibuit [q]. Obj. 3. Non est verisimile alios *Amanem* adorâsse cultu Divino. Nam & *Mardochæus* postea simili honore jussus est ab omnibus honorari; quod sanè non permisisset, si is honor Divinus fuisset [r]. [Esto, non permiserit, quantum in se erat; at non prohibere potuit quin hunc illi honorem designaret Rex, & exhiberent quibus id lubitum erat: Talem tamen honorem non postulavit, quod fecit *Haman*; nec eum denegantibus molestus erat.]

3. *Pueri regis*] i. e. Servi, aulici [†]. ¶ *Cur—non observas, &c?*] Heb. *Cur transgrederis*, &c? Peccare est lineas transilire: indè παραβάτης, Jacob. 2. 9. Sic & Luc. 15. 29. *mandatum præterire*: Livel [t].

4. *Utrùm perseveraret in sententia*; ità V. D. הֲיַעַמְדוּ דִּבְרֵי וגו׳] *An starent* (vel, *an constitura*, Ch. *forent*, JT. Pi. Heb. *statura*, Pi. *an stabilia forent*, V.) *verba Mardochai*, V. quibus affirmaverat se non adoraturum Hamanem [v]. Num Mardochæi inceptum felicem habiturum esset exitum [x]. ¶ *Dixerat enim eis*] Quærentibus causam facti ipsius [y]. ¶ *Se esse Judæum*] Heb. *quòd esset Judæus*. Vox אֲשֶׁר valet ὅτι acceptum αἰτιακῶς, pro qua Hebræi aliàs utuntur voce כִּי. In qua significatione reperitur etiam Neh. 8. 15. al. 14. & 10. 31. al. 30 [z]. *Judæum*, id est, ex illa gente, 1. quæ dictorum & factorum constans erat: 2. quæ aversabatur ejusmodi adorationem, tum ex odio gentis [*Amalec*,] tum ex religione [a]; Lex enim prohibuit eos hominem adorare [b].

5. *Iratus est valde*] Contemni se ratus. Ambitio violenta est, & crudelis. Iræ hujus tres causæ. 1. Quòd *Amalecita* esset, ideóque Judæis infensus. Ità RR. & Rupert.

[Margin notes, left column:] c Bon. ex Caj. — d T. — * Me. — f Mar. T. — g G. — h D. ex AE. — i Ma. — k Pi. — l G. — m D. — n Livel. in Ga. — o Pi. — p D. — q Pi. — r Ga. — * E. ex Caj. Burg. in Bon. Jun. Os. — t G. — v G. — x Caj. in Bon. — * Bon. ex Ser. — † La. — * Bon. — y Ità San. La. Ser. Bon. Me. T. Jun. Ma. — z La. Bon. &c. — a Caj. — b Ser. — c D. — d Ser. — * San. vide Bon. qu. 2. — f Ser. San Bon. — g San.

[Margin notes, right column:] h Ser. — i Bon. — † Ser. — k D. sim. Ser. San. Bon. &c. — l G. — m Mar. — n La. — o Bon. ex T. — p T. ex La. — q Ità plerique in Bon. Me. ex Ser. — r E. — † Mar. — t Ga. — v Ma. sim. Pi. — x Os. — y D. — z Pi. — a Ma. — b D. sim. V.

Rupert. & Jo. &c. 2. Ob patefactis insidias eunuchorum, qui *Amani* à consiliis erant. Vide cap. 12. 6. & 16. 12. [At ista capita apocrypha sunt, fatente ipso Cajetano; ut antè notatum.] 3. & præcipua, Ob negatam adorationem[c]. Et dixit Haman, *Liberi Persæ me adorant: Hic servus non facit*[d]?

6. *Pro nihilo duxit*, &c. sim. Jo. in D. [וַיִּבֶז בְּעֵינָיו] *Et contempsit* (vel, *parvipendit*, V.) *in oculis suis*, P. V. sic JT. Pi. Parùm se dignum putavit se in uno homine ulcisci, nisi & omnem *gentem genti* originis suæ inimicam everteret †. ¶ *Mittere manus suas*] Perdendo eum[f]. Synecdoche generis; nam phrasis aliter sumitur Nehem. 13. 21[g]. nec *interficere*, sed *abigere*, sign. ¶ *Magisque voluit*] Heb. *quæsivit*, &c. Ma. D. Id est, omne studium suum posuit in hoc[h].

7. *Mense primo*] Anni Mosaici[i], vel sacri[k]: Constat in hoc libro numerari menses secundùm rationem anni sacri, ex lege Exod. 12. ut suprà 2. 16[l]. ¶ *Nisan*] Qui nobis *Martius*[m] vel, partim *Martio*, partim *Februario*, respondet[n]. Est hæc vox Chaldaica, seu Syriaca[o]. Vide ad Nehem. 2. 1[p]. ¶ *Missa est sors*, &c. [הִפִּיל פּוּר הוּא הַגּוֹרָל] *Jecit* (vel, *projicere fecit*, Mo. *cadere fecit*, V. Pi. *projecerunt*, Ang. *jussit conjici*, JT. *misit*, Tig. not. sub. vel *mittens aliquis*, Tig. not. vel *populus*, M. vel *sortilegus*, D. vel *Haman*, ex v. præced. & cap. 9. 24. Pi. vel *aliquis è famulis Haman*, V.) *Pur*, *hoc est*, *sortem*, P. Pi. M. Ang. Gal. &c. Τὸ פּוּר vox est Persica[q], quam author libri interpretatur per גּוֹרָל Hebræam[r]. Perperàm ergò Vulgatus dicit *Hebraicè vocatam Phur* †. At Pagn. putat vocem Hebræam esse, à פּוּר *confringere & conterere*, &c[t]. Addit Vulg. *missam fuisse in urnam*: sed id non certum: potuit enim sors conjici *in sinum*, Prov. 16. 33; vel *in hydriam*, Cicer. 4. in Verrem; vel *in situlam*, ut in Plauti Casina; vel denique *in galeam*, ut Iliad. η'[v]. ¶ *Coram Amane*] Vertunt, *coram se*, JT. Pi. &c. Antecedens loco pronominis relativi[x]. ¶ *Quo die & quo mense*, &c. [מִיּוֹם לְיוֹם וּמֵחֹדֶשׁ לְחֹדֶשׁ וגו׳] *De die in diem, & à mense ad mensem duodecimum, is est mensis Adar*, Mo. P. M. Chald. V. *De die uno in alium, & de mense uno in alium, usque ad mensem* 12. Gal. *De die in diem, & de mense in mensem, usque ad* (vel, & quidem *usque in*, Pi.) *mensem duodecimum*, &c. JT. Pi. Supplementum istud omnino postulat analogia membri præcedentis, & consequentia sermonis. Puto vocem לְחֹדֶשׁ bis fuisse scriptam, sed priorem excidisse[y]. Singulis mensibus, à primo usque ad duodecimum, sive postremum, & singulis mensium diebus, sortitus est. Hoc significatur anxium illius studium, &c[z]. Operosa fuit hæc sortitio, quippe quæ cœpit ab indicio dierum mensis primi, hoc versu, desiit autem in indicio diei 13. mensis 12. infrà vers. 13. Tot ergò sortes conjecit quot sunt dies in anno: & singulas sortes pro singulis diebus ordine eduxit[a]. Exploravit autem quisnam dies ad cædem Judæorum perpetrandam sorte accideret[b]. Mos erat Persarum, & vicinarum gentium, sortibus certo modo jactis explorare dies rei propositæ prosperos aut adversos. Id in hac re sæpe fecit *Aman*, tandémque invenit diem quem sortes prosperum promittebant: At Deus exemplum dedit ingens quàm sint ista inania[c]. *Divinatio per sortes*, i.e. κλῆρος, κληρομαντεία. Eustath. Euripides (inquit) in Phœnissis κλῆρος vocat divinatorios quosdam lapillos, vel signa, sive indicia, quædam data prophetæ, ex quibus afflatus prophetaret. Ità Schol[d]. Cicero de his 2. de Divinatione; *Dicendum igitur putas de sortibus. Quid enim sors est? Idem propemodum quod micare, quod talos jacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilium, valet* †. Et rursus; *Sed hoc quidem divinationis genus* (sub. *per sortes*) *vita jam communis explosit. Quis enim magistratus aut quis vir illustrior utitur sortibus? Cæteris verò in locis sortes planè refrixerunt*[f]. Porrò, *Adar* est vox Chaldaica sive Syriaca, ut dicitur 2 Mac. 15. 36. Hinc non vanè quis colligat, & reliqua nomina mensium quæ partim in hoc libro leguntur Syriaca esse[g]. *Adar* respondet *Februario*[h], plurimúm[i]: vel, partim *Februario*, partim *Martio*[k].

8. *Dixitque*] *Dixerat enim*, JT. Pi. D. scil. antequam sortes jaceret. Etenim nisi à Rege impetrâsset potestatem occidendi Judæos, frustrà ac temere hanc sortium conjectionem instituisset[l]. Expende hîc Amani stultitiam, qui à facultate Judæos extinguendi concessa ad tempus usque designatæ cædis annum interposuit, quo tempore aut mutari posset Regis voluntas, aut Judæis aliter provideri[m]. ¶ *Est populus*] Heb. *populus unus*, Ma. V. *quidam*, P. Os. JT. Pi. *Unum* pro *quendam* usurpamus per contemptum[n]. [יֶשְׁנוֹ plerique vertunt,] *Est*, JT. Pi. V. &c. Affixum hîc redundat; secùs ac 1 Sam. 14. 40. aliàs 39[o]. Alii, *Est ipse*, Mo. sive *hic*, sive *ille*, M. Ti. ¶ *Per omnes provincias——dispersus*] Ut, si malus sit, ubique nocere possit[p]. Multis populis molestias exhibet[q]. Licèt aliqui Judæorum redierint Jerusalem, plurimi tamen, amore uxorum, filiorum, possessionum, in regno remanserant[r]. ¶ *Et à se mutuò separatus*] Ut facilè opprimi possent †; cùm arma conjungere nequeant[*]. ¶ [מְפֹרָד] *Dissipatus*, JT. Pi. D. disparatus, Pi. Voluit [Vulgatus] dicere, ab aliis separatus. Jo. ἔθνος ἄμικτον, ἀσύμφονον, &c. (*gens quæ cum aliis misceri non vult*, &c.) De quo vide de J.B. & P. 2. 15. 19. Tacitus de Judæis; *Separati epulis, discreti cubilibus*. Cicero pro Flacco; *Stantibus Hierosolymis, pacatisque Judæis, tamen istorum religio sacrorum à splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, majorum institutis, abhorrebat*. Juvenal. de iisdem Judæis; *Romanas autem soliti contemnere leges, Judaicum ediscunt & servant & metuunt jus*[v]. ¶ *Novis utens legibus*, &c. [וְדָתֵיהֶם שֹׁנוֹת מִכָּל עָם] *Quorum jura* (Heb. & *leges eorum*, Pi.) *diversa* (Heb. *mutant*, Pi. *mutantes*, D. *iterantes*, Ma.) *sunt à jure omnium populorum*, JT. Pi. sim. V. D. Heb. *ab omni populo*, P. Leges habent novas, & ignotas in Perside[x]. Alioquin leges Hebræorum erant perantiquæ[y]. ¶ *Regis scita contemnens*] Innuit factum Mardochæi, &c[z]. ¶ *Non expediat*, &c. [וְלַמֶּלֶךְ אֵין שֹׁוֶה לְהַנִּיחָם] *Et regi non est utile* (vel, *non expedit*, M. Ti. Ca. D. Sy. *non conducens*, Mo. ità V. Heb. *non est æquale*, sive *æquabile*, Pi. *non æquum est*, D.) *eos sinere*, JT. Pi. Sy. sim. ό, vel *relinquere*; scil. vel, in regno suo, Pi. Belg. (q. d. sed exstirpandi sunt. In hac significatione verbum הֵנִיחַ reperitur Judic. 3. 1. Jer. 27. 18[a].) vel, in vita, Belg. Al. *dimittere eos*, Mo. P. *ut illos sic dimittat*, Ti. M. scil. in pace, Tig. not. *tolerare*, Ca. *Ut dimittatur suæ libertati*, ex qua turbæ & seditiones excitentur[b].

9. *Si tibi placet*, [אִם עַל הַמֶּלֶךְ טוֹב] *Si super regem bonum*, Ma. V. sub. *est*, V. עַל pro אֶל[c]. ¶ *Decerne ut pereat*] Heb. *ut perdant eos*, D. JT. Pi. scil. reliqui Regis subditi[d]. Vel potiùs, *ad perdendum eos*: Nota locutio †. Vel, *ut ipsi perdantur*, P. Pi. Loquutio impersonalis[*]. ¶ *Decem millia talentorum*] Nempe *argenti*, ut habent Heb. Chald. & Græc. Hæc talenta erant, vel, 1. Attica, ut probabile est; ità summa fit 5 millionum aureorum in specie: vel, 2. Hebraica; ità dupla erit summa[f]: vel, 3. Babylonica. Talentum autem *Babylonicum* valebat 702 coronatos $\frac{11}{12}$; *Hebraicum* verò 2400[g]. Immanis hæc summa, ex una superbia & ira, &c[h]. Exercebat [Aman] pretiosa odia †. Qui de *Babylonico* talento intelligunt juvantur ex Herod. l. 3. num. 89. *Tributum* (inquit) *exigebatur cum hoc edicto, ut qui argentum, ii Babylonici talenti pondere, qui aurum, ii Euboico pondere, afferrent. Valet autem Babylonicum talentum 70 minas Euboicas*[i]. Qui de *Hebraico* accipiunt, his favet, quòd hic liber Ebraicè scriptus est, ut plerique censent, à Mardochæo[k]. Hoc obtulit, ad compensandum detrimentum fisci ex imminutis tributis morte Judæorum[l]. Hanc autem pecuniam verisimiliter ex præda Judæorum collegisset, nam disertè jubebantur ministri Regis *bona* Judæorum *diripere*, ut hîc dicitur v. 13[m]. [Et hac fortè de causa dicit se eam summam soluturum *in manus facientium operis*, nempe, operis illius inhumani extinguendi Judaici nominis, de quo multi locum intelligunt; quia nimirum suâ curâ & providentiâ illud negotium ità disponeret, ut tanta saltem summa ex præda Judæorum per manus ministrorum Regiæ crudelitatis illibata veniret in thesauros Regis.] ¶ *Appendam arcariis gazæ tuæ*, [עַל יְדֵי עֹשֵׂי הַמְּלָאכָה] *In*, vel *ad*, vel *super*, *manus facientium opus*, P. V. D. sive hoc

Margin notes (left column): c Bon. d Jo. in D. † G. f D. sim. Pi. g Pi. h V. i D. k Pi. l Ma. m V. n V. sic Pi. o Pi. p Pi. q V. Pi. ex D. G. Mar. Ma. plerique in Me. r V. † D. t Me. v D. x Pi. ex Jun. y Pi. z V. a Pi. b Jun. c G. d D. obs. 12. 9. † D. f D. animadv. 2. 21. g D. h V. Ma. i Ma. k Pi.

Margin notes (right column): l Pi. m Ità Sin. v. 7. sim. L. n V. o Pi. p Me. q O. r L. † Me. Bon. * Bon. v G. x Bon. Me. y Me. z Pi. sim. D. a Pi. b Bon. ex Me. c V. d Pi. † D. * Pi. f T. g Ser. sim. D. † Ser. h G. i Ma. ex D. k D. l Ma ex Jo. m T.

hoc opus, Pi. vel, *præfectorum huic operi*, JT. Pi. Ang. Id est, vel, 1. eorum qui curaturi erant ut Judæi perderentur[n]: vel, 2. facientium opus Regis[o]; opus accipiendi & expendendi pecuniam regiam[p]; procurantium negotia Regis; quæstorum, sive thesaurariorum[q].

10. *Tulit rex annulum*, &c.] Sigillum regium, quo signaret literas[r]. Id factum in symbolum traditæ illi authoritatis; ut Gen. 41. 42. & 1 Mac. 6. 15†. Ut omnia obsignaret quæ scripta & facta vellet[t]. Ut omnes decretum à Rege profectum putarent. Sic Alexander, Dario victo, ad Asiaticos scribens, annulo quem Dario abstulerat literas signabat, significans se jam esse Asiæ Regem. Idem moriens dans annulum Perdiccæ, hoc ipso eum Regem designavit, testibus Curtio lib. 6. & ult. & Justin. l. 17[v]. Traditio annuli erat signum summæ amicitiæ cum eo, & fiduciæ in eo, cui tradidit. Rectè enim Tullius ad Q. fratrem lib. 1. *Sit*, inquit, *annulus tuus, non ut vas aliquod, sed tanquam ipse tu; non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ*[x]. ¶ *Hosti Judæorum*; ità P. Pi. M. Ti. צֹרֵר הַיְּהוּדִים] Interpretationem illam firmant, 1. quòd צֹרֵר *hostem* sæpe sign. ut Exod. 23. 22. Num. 10. 9. & 25. 18.: 2. quòd vox quæ regitur (הַיְּהוּדִים) est genitivi casûs[y]. *Oppressori*, &c. Sy. *oppressuro Judæos*, JT. i.e. cui animus erat opprimendi Judæos, & auctoritas[z].

11. *Argentum—tuum sit*, נָתוּן לָךְ] *Datum tibi*, P. V. *traditum esto tibi*, JT. Pi. servato id tibi[a]. ¶ *De populo age*, &c. וְהָעָם לַעֲשׂוֹת בּוֹ וגו׳] *Atque etiam populus iste*, (nempe, quem tibi dari vis[b],) *ut facias de eo*, Pi. Ang. Gal. Vel, verte, *Ad populum verò istum quod attinet*, permissum tibi esto, *ut facias eo*, &c. vel, *de eo*, vel, *cum eo*: Heb. *in eo*. Repete ἀπὸ κοινοῦ voces נָתוּן לָךְ, sed ità ut נָתַן significet *permittere*, sicut Num. 21. 23. Jud. 15. 1. 1 Sam. 18. 2. Psal. 16. 10[c]. q. d. Permitto populum tuæ potestati[d].

12. *Vocatique sunt scribæ*] De his vide Brisson. Persic. l. 2. p. 180†. ¶ *Ad omnes satrapas*; ità JT. Pi. אֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי וגו׳] Persica vox est, significans *majestatis janitores*; ab אחש *pretium, honor, majestas*, & דַּרְבָּאן, vel דַּרְפָּאן, quod usitatissimè *janitorem* denotat: Itáque אֲחַשְׁדַּרְפָּאן, &, eliso א, (quod Persis est communissimum,) אחשדרפן, & in plurali, terminatione Hebræorum, אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים[f]. Vel, ab אחש *magnus*, & דר *manens*, *versans*, & פנים *facies*; i.e. Principes magni, qui jugiter vident faciem Regis[g]. [Alii vertunt,] *proceres assistentes conspectui*, Mo. *principes*, P. Chald. *præfectos*, M. Ti. &c.

13. *Missæ sunt literæ*; ità JT. Pi. D. P. &c. וְנִשְׁלוֹחַ סְפָרִים] *Et mitteremus epistolas*, Mo. *Et missum est per tabellarios*, ο'. *Et mitti literæ*; infinitivus pro præterito, נִשְׁלוֹחַ pro נשלחו[h]. Q. putant esse præteritum Niphal irregulare, pro נִשְׁלַח, & constructionem irregularem esse, sing. cum plur. vel, *& mittetur epistolæ*, id est, unaquæque epistolarum[i]. ¶ *Per cursores*] Qui Persis *angari*, vel *astandæ*; nobis *postæ*. De his vide Xenophon. Cyrop. 8. 232. Herod. l. 8. num. 98. Brisson. de regno Pers. l. 1. p. 189[k]. Suidas ἀγγάρες interpretatur γραμματοφόρους ἐκ διαδοχῆς, [*qui literas ferebant per successionem*: nempe, tabellarii alii aliis veluti succenturiati sunt, &c.] Græci, διὰ βιβλιοφόρων[l]. Porrò, *in manu cursorum*, pro, *per cursores*, est elegans & frequens Hebraismus[m]. ¶ *Delerent omnes Judæos*] Sic Mithridates unâ epistolâ 80000 civium Romanorum, *in Asia per urbes negotiandi causâ dispersos, interemit*, ait Valer. 9. 2. simil. Appianus & Florus[n].

14. *Summa epistolarum hæc fuit, ut omnes——scirent*, פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב לְהִנָּתֵן דָּת בְּכָל־מְדִינָה וּמְדִינָה גָּלוּי לְכָל־הָעַמִּים] Exemplar, sive exemplum, *scripturæ*, sive *scripti*, (sub. *erat*, P.) *ut daretur lex in qualibet provincia, manifestum omnibus populis*, P. i.e. quæ literæ manifestabantur, vel innotuerunt, &c[o]. Vel, *ad dandam legem*, &c. *apertam*, &c. Mo. vel, *ut affigeretur edictum vulgareturque*, Ti. *Exemplar scripti in præceptum dandum*, &c. *publicabatur*, &c. Ang. *Edictum scripti erat, ut daretur decretum ejus——publicum*, Sy. *Summa scripturæ erat, ut poneretur constitutio publicaretúrque*, M. *Exemplo istius scripti, ut constitueretur jus in unaquaque provincia, patente omnibus populis*, JT. Verto, *Summa igitur istarum literarum* (Heb. *scripti illius*) fuit, *ut ederetur* (nempe ab illis satrapis, &c. Heb. *daretur*) *lex* (i.e. edictum Regis) *in omnibus provinciis*, quæ pateret *omnibus populis*, (Heb. *patens*, publicè scil. affixa, omniúmque oculis exposita[p].) Literæ non erant clausæ, sed apertæ, atque encyclicæ, ut appellant vulgò, patentes. פַּתְשֶׁגֶן aiunt esse Chald. seu Syriacum aut Pers. vocabulum, & idem omnino cum פַּרְשֶׁגֶן[q]. Ἀπόγραφον, sive ἀντίγραφον, *exscriptum* vocant Græci. R. Nathan vertit τύπον, i.e. *summam*[r].

15. *Festinabant*, &c.] Heb. *Exiverunt compulsi* (vel *citati*, JT. Pi. D.) *in*, vel *cum*, *verbo regis*, Ma. JT. Statim voluit Amanus decretum vulgari, nè Rex, cujus ingenium noverat benignum & facile, mutaret animum, &c†. ¶ *Pependit edictum*] Heb. *lex data est*, Ma. i.e. promulgata, vel affixa[t]. Sic Tertul. adversùs Marcion. l. 4. *Augustianis censibus adhuc tunc fortassis pendentibus*[v]. ¶ *Rege*, &c. *celebrante convivium*] Heb. *sedebant ad bibendum*, P. τὸ מִשְׁתֶּה (*convivium*) dicitur à שָׁתָה *bibere*; ut Græc. συμπόσιον à πίνω[x]. ¶ *Judæis in urbe*] Heb. *& urbs Susan*, Ma. &c. *cives Susæ*, JT. i.e. Judæi in Susan[y], ubi plurimi erant[z]. [Forsan & reliqui cives, pacis quàm belli appetentiores, metuentes quorsum evaderet gladius semel strictus ad internecionem tot innocentium virorum, &c.] ¶ *Flentibus*, נָבוֹכָה] *Perplexa*, P. G. D. Pi. JT. *turbata*, V. & confusa luctu ac mœrore[a].

Margin notes (left column): n Q. in Ma. — o D. — p Pi. — q à D. ex V. Belg. — r D. — † Ma. ex Jun. — t T. ex La. — v La. — x Bon. — y Pi. — z Jun. — a V. — b D. — c Pi. — d D. — † Ma. — f Di. — g Ma. sim. D. — h Pi. sim. Mar. — i Ma. — k Ma. — l G. — m D. — n G. — o V.

Margin notes (right column): p Pi. — q Ma. — r D. — † San. — v V. — x G. — y D. — z V. D. G. &c. — a G. — a Ser.

CAP. IV.

1. *CUM audisset*] Vel amici alicujus revelatione, vel inimicorum sermone*; vel potiùs, ex edicto in Susa pendente[b]. ¶ *Scidit vestimenta sua*] Nullum omisit signum quo suam, non tam pro se, quàm pro popularibus, solicitudinem testaretur[c]. Vestium laceratio indicium erat summi doloris, tum apud Hebræos, Genes. 37. 29, 34. Jos. 7. 6. Sic & 2 Sam. 1. 11. & 13. 19. &c. tum apud Gentes, Job. 1. 20. & 2. 12. nominatim apud Persas, ut tradit Curtius[d], nempe l. 4. & 5. itémque Herod. l. 3†. Hoc facto significant, 1. se nolle abscondi mœrorem suum, sed patere, &c. 2. se pompam omnem contemnere: 3. internam cordis scissionem[f]. ¶ *Et indutus est sacco*] Ut factum in luctu, tum ab Ebræis, Gen. 37. 34. 1 Reg. 21. 27. & 2 Reg. 19. 1. tum à Gentibus, 1 Reg. 20. 32. Jon. 3[g]. ¶ *Spargens cinerem capiti*, וָאֵפֶר] *Et cinere*, sub. *aspersit caput*, more lugentium[h]. *Induit cilicium cum cinere*: Heb. *saccum & cinerem*. Syllepsis per partes variè fit; alibi enim aliquid detractum cernas, quod fit voce tantùm, non etiam significatione, commune. Virgil. Æneid. 7. *Ipse Quirinali lituo parvâque sedebat Succinctus trabeâ*——At lituo *succinctus* non satis commodè dixeris. Ibid. 12. *Disce, puer, virtutem ex me——Fortunam ex aliis*——sub. *opta*, inquit Servius. Ibid. 3. *Nec jam ampliùs armis*, (sub. *agere*,) *Sed precibus votísque jubent exposcere pacem*. Non enim diceret, *exposcere armis*, sed *agere*. Virg. Georg. *Nè tenues pluviæ* (sub. *refrigerent*, vel *mergant*, &c.)——*aut Boreæ penetrabile frigus adurat*. Æneid. 2. *Sacra manu, victósque deos, parvúmque nepotem, Ipse trahit*——Nepotem solum trahebat; sacra, &c. gestabat. Sic in Terentio:——*Vidisse eum dicerent exeuntem* (sub. *ab amica*) *aut introeuntem ad amicam*. Sic alibi, *In ludum ducere atque reducere*, (sub. *à ludo*:) Linacer emendat. struct. 6. 11. Sic Matt. 10. μὴ κτήσησθε ἀργύριον, &c. μήτε ῥάβδους, sub. ἔχετε, φέρετε, *habete, gestate*, &c†. *Induit cinerem*, h. e. vestem cinere conspersam: ut cùm dicimus, *induere regnum*, pro eo quod est, *vestem regni*. Sic, *induere gloriam*, i.e. vestem gloriæ. *Et cinerem*, sub. *imposuit sibi*: vel, *saccum & cinerem*, i.e. saccum cinere conspersum; ἐνδιαδυὸ*. ¶ *In platea*, &c.] Heb. *in medium urbis*, Susorum: per mediam urbem[i]. In foro, quod statui solet in media civitate[k]. ¶ *Voce magnâ clamavit*] *Clamore magno & amaro*, D. Ma. &c. More barbarico[l]. Persæ in luctu ululabant, testibus Herod. l. 9. Curtio l. 3. & 4. & 5[m]. *Clamavit* insontem nationem

Margin notes: * Jun. — b Ma. — c G. — d Bon. — † D. obs. 12. 1. — f Bon. — g Bon. — h V. — † Ga. — * Pi. — i D. — k La. — l D. — m D. obs. 12. 1.

nationem deleri, Jo. & ό'. Sed glossema hoc natum ex
[n] D. ignoratione moris antiqui [n].
2. *Ad fores palatii*] Heb. *usque ante portam regis*;
h. e. in plateam (vel locum, Pi.) quæ est ante por-
[o] D. tam Regis [o]. ¶ *Non erat licitum*, &c.] Heb. *non*
erat *ingrediendum*, &c. JT. *Non* erat licentia *ad ingre-*
[p] Pi. *diendum:* Ellipsis nominis relati [p]. Non erat fas, vel ex
[q] D. lege, vel consuetudine [q]; nempe, nè quid triste aut mise-
[r] T. rabile incurreret in oculos Regis [r]. ¶ *Indutum sacco*]
Heb. *in* (pro *cum*) *veste sacci*, i. e. sacco. Tale loquendi
† D. genus, *fluvius Euphratis, herba lapathi, urbs Romæ* †.
3. *Ac locis, ad quæ*, &c.] Verto, In omni *loco quò*
[s] Pi. *verbum regis pervenerat*, Pi. sim. JT. Ellipsis τῶ בְּכָל [s].
[v] V. ¶ *Pro strato*] Utebantur loco strati cinere & sacco [v].
4. *Nunciaverunt ei*] Dices, At Esther genus suum
nondum prodiderat. Resp. 1. Nunciaverunt tamen,
[x] E. sim. L. tanquam rem novam, mirabilem & luctuosam [x].
2. Ex variis conjecturis (putà, ex deambulatione quo-
tidiana ante vestibulum domûs, & ex cura ipsius pro
salute Estheræ,) ariolabantur aliquam fuisse inter Mar-
[y] Bon. dochæum & Reginam necessitudinem [y]. ¶ *Con-*
sternata est; ità M. Ti. &c. וַתִּתְחַלְחַל] *Doluit*, P. sim.
Pi. Mo. *dolens exhorruit*, JT. *turbata est*, ό'. Ch. *com-*
mota, Sy. ¶ *Vestem misit*] Quam, deposito sacco,
[z] D. sim. L. indueret, quò venire posset in aulam Regis [z].
5. *Quem rex ministrum ei dederat*, אֲשֶׁר הֶעֱמִיד
לְפָנֶיהָ] *Quem constituerat*, V. JT. P. *ante illam*, V. D.
[a] V. i. e. quem Rex præfecerat custodiæ Reginæ [a]. Heb.
ut esset, vel, ut staret, *coram ea*: Ellipsis verbi relati;
& periphrasis ministerii. Occurrit phrasis Deut. 1.
[b] Pi. 38. 1 Reg. 1. 2. & 17. 1 [b]. ¶ *Præcepit ei ut iret ad*
Mardochæum] Heb. *super* (vel *de*, V. JT. vel *ad*, Pi.)
Mardochai, D. Ma. h. e. Mandata ei dedit quæ refer-
[c] D. ret ad Mardochæum [c]. ¶ *Cur hoc faceret*] Heb.
[d] D. *Quid hoc*, (i. e. quid sibi vellet vestis ille lugubris [d],)
& propter quod hoc, Pi. i. e. cujus rei causâ eam induisset;
† D. aut cur missum à se vestitum recipere noluisset †. זֶה
ponitur absolutè: videtur autem subaudiri vox הַדָּבָר,
[f] Pi. q. d. hoc verbum, hæc res [f].
7. *Promisisset—argentum*, וְאֵת פָּרָשַׁת הַכֶּסֶף] *Et exposi-*
tionem, vel *explicationem*, (vel *declarationem*, Pi. V.)
argenti, sive *pecuniæ*, Mo. P. V. Ti. Mar. id est, sum-
[g] Pi. mam ab Hamane declaratam, sive indicatam [g]. *Sum-*
mam, &c. Ch. *quantùmque argenti*, &c. Sy. *promissionem*
quam promiserat, &c. ό'. *præstitutam pecuniæ summam*,
JT. Pi. *oblationem*, &c. Ca. *solutionem*, &c. M.
8. *Exemplar*] Ἀπόγραφον, seu ἀντίγραφον. ¶ *E-*
dicti] Verto, *scriptæ legis*; Heb. *scripturæ legis*: Hy-
pallage. Nota, in voce כְּתָב, quæ posita est in regimi-
ne, vocalem *kametz* non mutari in *pathach*, ut aliàs fi-
[h] Pi. eri solet. Sic Ezec. 13. 9 [h]. ¶ *Et moneret eam*]
Heb. *præciperet*, ό'. & Chald. in Bon. Mardochai enim
[i] Bon. Mar. in eam paterno jure utebatur [i]. [Vel, præcepit ei
nomine Dei, cujus res agebatur.] ¶ *Et depreca-*
retur, וּלְבַקֵּשׁ] *Et ut peteret*, P. V. sub. *petitionem*, vel
[k] V. *salutem*, pro populo suo [k].
10. *Jussit ut diceret Mardochæo*] Heb. *præcepit illi de*
Mardoch. V. vel, referre *ad Mard.* JT. Pi.
11. *Cunctæ—nôrunt provinciæ*] q. d. Etiam vulgò
[l] D. ea res nota est [l]. ¶ *Interius atrium*] In quo Rex
[m] La. in aureo throno sedebat, &c [m]. Atrium palatii du-
plex erat: 1. exterius, in quo palatini morabantur;
2. interius, auro obtectum, ubi Rex erat; ut docent
[n] Bon. Ser. Plut. in Themist. Xenoph. l. 8 [n]. ¶ *Statim inter-*
ficiatur] Qu. Cur tanta difficultas adeundi Regem?
Resp. 1. Ut persona Regis occultaretur sub specie ma-
[o] Rupert. jestatis, & plus homine putaretur [o]. 2. Sic solent au-
in Ser. lici omnia ad Regis oculos atque aures itinera inter-
[p] Ser. cludere [p]. 3. Metu insidiarum *. 4. Amanis hor-
* Bon. tatu hoc factum, nè ulla ulli pro Judæis rogaturo via
[q] Ser. ex L. esset [q]. At quomodo ea lex innotuisset in omnibus
[r] D. provinciis, (quod refert Esthera,) si tum primùm lata [r]?
Deinde, Assuero vetustior hæc lex videtur ex Herod.
lib. 1. 3. 8. Testatur hic nemini patuisse in regiam ad-
itum absque Regis jussu. Simil. Ammian. l. 14. Plau-
tus Milite. Porrò, similes duritatis plenissimas leges
apud eosdem Persas legimus in eos qui, exsertis extra
manicas manibus, Regi fortè occurrissent, Xenoph.
Cyrop. l. 2; qui in Regis sella sedissent, Diod. l. 17.
Curt. l. 8; qui ejusdem vestem, laceram licèt ac do-
natam, induissent, Plut. Artax. qui ejusdem pellicem
aspexissent, ibid. qui in venatione ante ipsum telo
feram petiissent, Xenoph. & Plut †. Si quis [alius] † Ser.
bibisset aquam auream, (quam Rex solus cum filio na-
tu maximo bibebat,) θάνατος ἡ ζημία, ait Athen [t]. Rex [t] D.
Persarum procul hominum conspectu regiam obtine-
bat; Arist. de Mundo cap. 6. Ut in fano quodam sacra-
tus, nulli temere notitiam sui moris pandebat; Apulei-
us de Mundo. Vide Herod. lib. 3. cap. 72. & 77 [v]. [v] Ma.
¶ *Auream virgam*] i. e. Sceptrum [x]. [Vide Psal. 45. [x] G. D.
8. & 110. 3.] Sceptri aurei sui meminit Cyrus moriens,
l. 8. Cyrop [y]. Porrò, hoc symbolo Reges suos ad se [y] Ma.
vocabant [z]. ¶ *Atque ità possit vivere*] Heb. *& vi-* [z] Jun.
vet, Ma. D. vel, *ut vivat*, ut nè interficiatur [a]; ut vi- [a] D.
vere sinatur [b]. ¶ *Triginta diebus non sum vocata*] [b] Pi.
Heb. *hoc* tempore sunt *triginta dies*, Pi. Habebat enim
Rex plures uxores, &c [c]. [c] L.
12. *Cùm audîsset*, &c.] Heb. *Et renunciaverunt*, sub.
nuncii missi ab Esther, V. *Indicârunt*: Indefinitè & im-
personaliter dictum. Intelligo de Hathacho, ex collat.
vers. 5 [d]. [d] Pi.
13. *Nè putes quòd animam tuam*, &c. אַל תְּדַמִּי בְנַפְשֵׁךְ
לְהִמָּלֵט בֵּית־הַמֶּלֶךְ מִכָּל־הַיְּהוּדִים] *Nè putes*, vel
imagineris, in animo tuo, vel, *apud animum tuum*, vel,
apud te, quòd *servari possis* (vel, *ad eruendum te*, Mo.
vel, *ad servari*, V. *eruere te*, D. te fore *ad eripiendum*, i. e.
eâ conditione ut eripiaris †,) in *domo regis* (vel, quòd † Pi.
sis in domo Regis [f],) *præ* (vel *ex*, JT. Pi.) *omnibus Ju-* [f] D. Sy.
dæis, P. sim. Mo. JT. Pi. Sy. *Nè putes te animam tuam*
servaturam in domo, &c. Ti. *Nè putes esse pro anima tua,*
ut tu salveris in domo regis præ, &c. M. Nè putes te
servatum iri, aliis Judæis pereuntibus [g]. Vel sic, Nè [g] V. Sà in
sis contenta salute tuâ solâ [h]. *Non tacebis in anima tua,* Bon.
quia evades domus regis præ, &c. h. e. Non tacebis omit- [h] Sà in Bon.
tendo preces apud Regem pro Judæis, sciens vitam tu-
am salvam, quia domus Regis exempta est ab hoc ne-
cis edicto, utpote prælata cunctis Judæis [i]. Propriè, [i] Q. in Ma.
Non assimilabis, non formabis similitudinem, vel *simula-*
crum, vanæ salutis *in animo tuo*, &c [k]. *Nè imagineris tibi* [k] Ma.
fore ut temet (unam scilicet) *de Judæis omnibus serves,*
idque in domo regis; ubi tot inimici, tot observatores [l]. [l] G.
14. *Liberabuntur*, &c. רֶוַח וְהַצָּלָה יַעֲמוֹד] *Respi-*
ratio (i. e. salus, D. vel *dilatatio*, V.) *& evasio*, P. (vel
liberatio, V. JT. Pi.) *stabit*, P. vel *exsistet*, V. Pi. *consta-*
bit, JT. *emerget*, aut *eveniet*, V. Eleganter dicitur, *la-*
titudo & evasio, tanquam Judæi edicto illo angustati, &c.
in amplum spatium educendi sint, & evasuri *. ¶ *Per* * Bon.
aliam occasionem] Ex alio loco, D. *aliunde*, JT. Pi. ό'. in
D. *à Deo*, Jo. in D. Probarem, si in sequentibus legere-
tur *Abar* per geminum *a*, [fortè hoc vult, si pro אַחֵר
alius, esset אַחַר *postea*,] nam מָקוֹם inter epitheta
Dei [m]. ¶ *Tu*, &c. *peribitis*] Deo puniente populi [m] D.
sui neglectum, & immisericordiam, La. Vel, vindican-
tibus ipsis Judæis, quos nunc despicatui habetis [o]. —*Tam* [o] La. ex Jo.
malum est semper tacere, quàm malum est semper loqui [p]. [p] G.
¶ *Et quis novit?*] Sunt hæc verba dubitantis [q]; [q] D.
spem tamen indicant [r]. q. d. Etsi hoc nemo hominum [r] Bon.
certò novit, cùm nondum sit à Deo patefactum, ta-
men ego sic opinor, & probabile est †. ¶ *Utrùm* † Pi.
idcirco, אִם לְעֵת כָּזֹאת] *Si* (vel *an*, JT. Pi.) *pro-*
pter tempus istud, P. vel *ejusmodi*, JT. Pi. D. Heb. *sicut*
istud, D. vel, quod est *sicut hoc*, Pi. *si fortè ob hanc occa-*
sionem, M. *si ad hanc opportunitatem*, Ti. ¶ *Ad reg-*
num] Ad hoc regnum, cum emphasi [t]. ¶ *Vene-* [t] D.
ris, [sim. omnes;] הִגַּעַתְּ] *Attingere facta sis*: i. e.
Quis novit an evecta sis, &c. ut liberares populum tu-
um, &c [v]? Simile Gen. 45. 5 [x]. Ut in tali, vel simili [v] V.
huic, tempore tuis esses præsidio [y]. [x] G.
15. *Mandavit*, &c. וַתֹּאמֶר לְהָשִׁיב וגו'] *Tum edixit* [y] Bon.
referri, &c. JT. Pi. Heb. *ad referendum*, i. e. ut refer-
rent: Indefinitè. Fortè tamen uni Hathacho id man-
datum, ex v. 5. sic suprà v. 12 [z]. *Ut responderent*, &c. M. [z] Pi.
nunciarent, &c. Ti. Malo, *ut referret*, quia uni *Hatha-*
co dictum [a]. *Ut responderet*, &c. P. [a] D.
16. *Congrega omnes Judæos*] In ecclesiam [b]; in ora- [b] Jo. in D.
torium [c]. Aliorum orationes suis conjungi postulat. [c] Bon.
Sim. 2 Reg. 19. item Rom. 15. 30. 1 Thess. 5. 25 [d]. [d] Bon. sim.
¶ *Quos in Susan repereris*] Heb. *qui inveniuntur*, Pi. Ser.

qui præsto sunt, JT. Pi. i. e. qui habitant †: potiùs, qui sunt f. ¶ *Non comedatis & non bibatis*] Bene interpretatur Josephus, σιτίων καὶ ποτῶν τοῖς ἡδέσι ἀπολαξαμένων, (i.e. *cibis & potibus delicatis abstinere jubens*,) ità enim ibi legend. Tales erant Xerophagiæ istæ Tertul. memoratæ, in quibus abstinebatur omni jurulentiâ & viridioribus quibusque pomis; nè quid vinositatis vel ederetur vel potaretur g. Semel tantùm in die comederunt, & modicum: modicum autem pro nihilo reputatur h. [Non placet Ser.] Vide 2 Mac. 13. 12. & Augustin. de Moribus Eccl. cathol. 23. ubi dicit multos Catholicorum *non quotidie semel sub noctem reficere corpus, quod usitatissimum est, sed continuum triduum, vel ampliùs, sæpissime sine cibo ac potu ducere* i. ¶ *Tribus diebus & tribus noctibus*] i. e. Tribus diebus integris k. Intellige per synecdochen l, duas tantùm noctes, unum diem plenum, & duos non plenos. Eadem locutio Matt. 12. 40 m. [De qua vide ibi annotanda, si Deus conatibus nostris favere perrexerit.] Probatur hæc sententia ex cap. 5. v. 1. *Die tertio*, &c. *Esther stetit in atrio*, &c n. Igitur eo die non jejunavit o. Prima dies jejunii constitit tantùm alterâ parte diei naturalis; cœperunt enim jejunare à prandio, cùm primùm exposuit rem factam illis; quod factum est die, non nocte p. ¶ *Et ego*, &c. *similiter jejunabo*] Ità D. id est, per triduum q. Non aliis quod ferre nolit onus imponit. Erat tenella, & Regina, & Regis oculis formam servare debebat; cibo tamen & potu totum triduum sibi interdicit, precésque effundit r. ¶ *Cum ancillis meis*] Heb. *puellis*. Eæ sunt, ut alibi diximus, ministræ comites. Harum altera dominam prodeuntem manu sustentabat, altera portabat syrma. Ità Jo. hîc. Vide ad Judith 8. 26 †. Credibile est eas fuisse proselytas t. ¶ *Et tunc ingrediar ad regem, contra legem faciens*] Sunt quædam tam violentæ περιστάσεις, ut in iis legem servare velle, sit in leges præcipuas peccare. Addam quædam ex Valerio Maximo: *P. Scipio, cùm ad necessarium reipublicæ usum pecuniam ex ærario promi opus esset, idque quæstores, quia lex obstare videretur, aperire non auderent, privatus claves poposcit, patefactóque ærario legem utilitati cedere coegit*: 3. 7. 1. *Ubi domestica quies seditionum agitata fluctibus est, priscæ consuetudinis auctoritas convellitur*: 3. 8. 6. *Agesilaus, cùm adversùs rempub. Lacedæm. conspirationem ortam noctu compperisset, leges Lycurgi continuò abrogavit, quæ de indemnatis supplicium sumi vetabant: itáque, ut semper esse possent leges, aliquando non fuerunt*: 7. 2. 12. Sic & Lacedæmonios, cùm ad Pylum captos infamiæ eximerent, dixisse ait Appianus, κοιμάσθων οἱ νόμοι τήμερον, (*dormiant, vel sileant, leges hodie*) v. ¶ *Contra legem*, &c. אֲשֶׁר לֹא כַדָּת] *Quod non* (sub. *est*, P. M.) *secundum legem*, Mo. P. vel, *in more*, Ti. sim. Chald. *quod tamen est præter morem*, V. ¶ *Tradénsque me morti*, &c. וְכַאֲשֶׁר אָבַדְתִּי אָבָדְתִּי] *Et quando peribo, peribo*, P. V. sim. JT. Pi. Præt. Heb. pro fut. i. e. Si contingat me perire, actum erit de me, vel, lubens peribo: q. d. Lubens periclitabor de vita pro salute populi mei x. Eadem locutio Gen. 43. 14. *cùm orbatus ero, orbatus ero* y. *Si interiero, interieam*, M. sim. Ca. G. *Si perire me oportet*, ο'. in G. simil. Jo. in G. q. d. *Si pereundum est, peream sanè*, D. *Etiamsi mihi omnino pereundum fuerit*, Ti. Magnanima vox fœminæ z. Sunt verba committentis sese gubernationi Divinæ in metu casûs adversi, inque illa acquiescentis *. Si pereundum est, me vel sic perire juvabit. *Dulce & decorum est pro patria mori* †.

† V. | f D. | g G | h L. | i Ser. | k V. | l V. sim. D. &c. | m D. | n E. ad c 5. & V. ad h. l. | o E. | p V. | q D. | r Ser. | † G. | t Bon. | v G. | x V. | y Jun. ex AE. | z G. | * Pi. | † Bon.

CAP. V.

1. DIE *autem tertio*] Ità Ma. D. Pi. &c. nempe, jejunii. Dices, jejunium fuisse triduanum. Resp. 1. Nempe synecdochicé. Vide jam dicta ad cap. 4. ver. 16 a. 2. Intelligo, post tertium diem expletum b. Completo *die tertio*, JT. [Non placet Pi. nec D.] Tunc scripsisset, מִקֵּץ וגו׳ *à fine diei tertii* c: Sic enim aliàs loquuntur Ebræi d. 3. Potuit Esther commune Judæorum jejunium uno die prævenire †.

a Ità Pi. sim. D. E. &c. | b Ità Caj. in Bon sim. San. Mas. | c D. Pi. | d D. | † Bon.

¶ *Induta est—regalibus vestimentis*; sim. P. Sy. JT. Pi. M. Ti. &c. וַתִּלְבַּשׁ אֶסְתֵּר מַלְכוּת] *Et induit se Esther regno*, Mo. h. e. veste regiâ *. Ellipsis nominis relati f; [nempe *vestim.*] Similis locutio, *Induit se sacco & cinere*, i. e. vestimento cinere consperso. Sic, *dormire mortem*, pro, *somnum mortis* *. Indumento *regni*, i. e. quod erat symbolum regiæ majestatis g. *Circumdata est gloriâ suâ*, ο'. *Sese regiè vestivit*, vel, *splendorem suum induit*, Ca. Ovidius, *Auferimur cultu*—†. ¶ *In atrio domûs regiæ*] i. e. Tabernaculi regii ex aulæis sericis vel aureis, &c. in quo Rex residebat h. ¶ *Contra basilicam regis*] Heb. *contra domum regis*, Mar. E regione portæ quâ in basilicam ingrediebantur i. *Basilica* hîc vocatur aula regia, putà intimum Regis cubiculum; quod Ester non est ingressa, sed tantùm atrium interius illi vicinum, ità ut à Rege in cubiculo considente posset conspici k. ¶ *Sedebat super solium suum*] *Insidebat solio regni sui*, JT. Malim, solio regio suo. Affixum in מַלְכוּתוֹ non regitur ab illa ipsa voce, sed à præced. כִּסֵּא: ut Psal. 2. 6. *super Tzionem montem* קָדְשִׁי *sanctum meum*, non, *montem sanctitatis meæ* l. ¶ *Contra ostium*; sim. Pi. פֶּתַח] Vel, *portam*, ità JT. At ea est שַׁעַר m.

2. *Cùm vidisset*, כִּרְאוֹת] *Cùm videret*, JT. Pi. כ præfixum infinitivo hîc notat tempus præsens; cùm aliàs notet plusquam perfectum. Sic Deut. 24. 13. כְּבוֹא *cùm occidit sol*, pro quo Exod. 22. 26. legitur עַד בֹּא, id est, *dum occidit* n. ¶ *Extendit—virgam*, &c.] In clementiæ & benignitatis signum o: quasi ad se vocans & admittens p. *Majestatis insigne, ut desinas pavere, porrexi*: Julianus Lucilliano apud Ammianum 21 *. ¶ *Osculata est summitatem virgæ ejus*] *Tetigit summitatem* (Heb. *in capite*, Pi.) *sceptri*, Pi. sim. JT. Tetigit, vel manu; ità Chald. vel ore; ità Vulg. Sed cur tetigit? 1. An erat signum submissionis q? 2. An vitandi periculi causâ? Nam *qui hanc tetigit*, ait Josephus, ἀκίνδυνός ἐστι, (*extra periculum erat* r.) Verùm Esther ex ipsa sceptri extensione jam intelligebat se extra periculum constitutam, ut patet ex cap. præc. v. 11. Porrò, τὸ ראשׁ *caput* potest hîc intelligi vel de suprema, vel de ima, parte sceptri †. Fortè, osculata priùs, manu tetigit virgam t.

3. *Quid vis*, &c?] Heb. *Quid tibi?* Ma. i. e. Quæ petitio? per synecdochen generis. Sic Jud. 1. 14 v. ¶ *Dimidiam partem*, &c.] Heb. *Usque ad dimidium regni*, (sub. *pete*,) *& dabitur tibi*, V. sim. Pi. Sic & infrà 7. 2. Mos loquendi Regibus. Sic & Marc. 6. 23. Vide quæ ad Matt. 14. 7 x. Hyperbolicè & aulicè dictum, more Principum y.

4. *Ut venias—ad convivium*, &c.] Noluit statim aperire petitionem suam, sed eum sibi magis demereri voluit convivio, in quo etiam factus hilarior, faciliùs postulata concederet. Accedit, quòd tunc multi aderant quos abesse optabat; & aberat Aman, quem maximè adesse oportebat z. Sciebat quòd deliciæ mulierum emolliunt virilem animum. Amanem porrò invitavit, ut aliorum Principum invidiam & odium contra ipsum incitaret a. ¶ *Quod paravi*] Heb. *quod feci ei*, Ma. i. e. vel, Amano b; vel potiùs, Regi c.

5. *Vocate citò*; sic ο'. sim. M. Ti. Pi. P. מַהֲרוּ אֶת־הָמָן] *Accelerate Hamanem*, JT. Chald. *Accelerate* (seu *festinate*) *& vocate Hamanem*: Ellipsis verbi relati; qualis 1 Reg. 22. 9. & 2 Chron. 18. 8 d.

6. *Postquam vinum biberat abundanter*] Heb. *in convivio vini*, P. V. *inter pocula*, Jo. in Bon. vel, *inter poculorum lætitiam*, Ruffino interprete [Josephi:] *cùm bibisset vinum*, JT. Pi. In ea parte convivii in qua vinum bibebatur †. Crediderim à Persis in altera, nempe prima, convivii parte adhibitam fuisse aquam, (ut hodie cervisiam,) & vinum in altera. Sed & apud Græcos aqua in mensæ initio olim ponebatur, teste Luciano. Duas mensas veteres apponebant; priorem carnium pisciúmque, secundam autem pomorum. Porrò, in priore aqua potui apponebatur, & in secunda vinum. Ità Senensis de Rep. tit. 9. Persæ, (inquit Ælianus Var. hist. 12. 1.) postquam cibo saturati sunt, vino & propinationibus indulgent, potum tanquam adversarium aggredientes f.

8. *Quod paravi eis*] i. e. Parabo. Præt. pro fut e.

Quod

* D. | f Pi. | * D. | g Pi. | † G. | h Bon. | i T. | k La. | l Pi. | m Pi. | n Pi. | o La. | p Ma. | * Ga. | q D. Pi. | r D. | † Pi. | t Mar. | v Pi. | x G. | y Bon. | z Me. | a L. | b Mar. | c Bon. | d Pi. | † D. | f D. obser. 12. 15. | e Me. & Ho.

h Bon. Quod sum paratura, vel, proposui & jussi parari h. ¶ Et
cras aperiam regi voluntatem meam] Heb. Cras faciam
juxta verbum regis, P. V. i. e. Ut Rex jussit, exponam
i V. petitionem meam i. Post preces opus est prudentiâ, quæ
Estheri non defuit. Non statim promit animi cogita-
k G. ad v. 4. ta, sed disponit occasiones k. Sed cur Esther petitio-
nem differt? Resp. 1. Quòd nondum expletum erat
triduanum Hebræorum jejunium. 2. Prævidebat se ma-
gis favorem mariti sui demerituram iteratâ ad dapes
l Bon. invitatione l. Erat enim res ardua, petere à Rege edi-
cti revocationem, &c. 3. Nec audebat id petere in
m La. tanta astantium turba m. 4. Explorare voluit Regis
n Ser. animum, an constanter promitteret quod promiserat n.
5. Rex tantò firmiùs suo promisso obligabatur, nè vi-
delicet in parte negare auderet quod jam generatim
[& repetitis vicibus] obtulisset. Cavere enim Princi-
pes solent nè vel levitatis, vel imprudentiæ, vel fidei
violatæ, arguantur. 6. Cunctatio sæpe maximum
rebus momentum & emolumentum adfert. Hinc il-
o Bon. lud, *Festina lentè* o.
9. *Non assurrexisse*] [Ità omnes.] q. d. Non so-
lùm divinum honorem illi denegavit, sed etiam civi-
p E. Bon. T. lem, aliis Principibus exhiberi solitum p. Ut suam
in Deo fiduciam ostenderet, & Amano ipso facto su-
q La. perbiam suam exprobraret q. Qu. Num in laude po-
natur hoc factum, an in vitio? Resp. Laudandus Mard.
1. Quia Haman erat & homo improbus, (Psal. 15. 4.
Contemptus in oculis ejus improbus,) & hostis populi Dei,
ideóque nullo honore dignus. *Qui honorat inimicum si-
milis est asino,* inquit Ben Syra. 2. Viri constantis est
permanere in sententia, nec temere mutare. Si igitur
honorem illi nunc exhibuisset, quem priùs negavit,
existimatus fuisset metu mortis id fecisse. Contrà, cul-
pandus videtur, quòd, cùm Lex Dei non vetaret as-
surgere, præceptum Regis transgressus est ipse, pere-
grinus & exsul, adeóque & se & populum suum in
r D. summum discrimen adduxit r. ¶ *Nec motum de
loco,* &c. וְלֹא זָע מִמֶּנּוּ] *Nec movisset se ab eo,* Mo. si-
† V. mil. V. Relativum sine antecedente †. Vel, *loco,* P.
D. vel, *propter ipsum,* JT. Pi. Ang. *Nec commotum esse pro-
pter ipsum,* Sy. *Nec tremuit (terreretur,* Ti.) *ab eo,* Chald.
Mar. id est, eo viso. זָע *motum* sign. sed *cum tremore*
t Mar. *conjunctum* t.
10. *Dissimulatâ irâ,* וַיִּתְאַפַּק] *Et fecit vim sibi,* Mo.
Continuit se, M. P. JT. Pi. scil. à vindicando se de
v Pi. Mardochæo v: nè continuò gladium stringeret, Prov.
x Bon. 12. 16 x. & vindictam sumeret y. [Quod sanè miran-
y Mar. dum erat providentiæ Divinæ opus; cùm id sine ullo
periculo efficere se posse putaret, nec quisquam erat
qui illud crimen ipsi impingere auderet, & veniam
tam levis culpæ à Rege facillimè se obtenturum confi-
deret.] *Et molestè tulit,* ità Sy. *Et festinavit,* Chald.
dissimulavit, Ti. Ca. ¶ *Convocavit—amicos*] Ad tra-
z L. ctandum de punitione Mardochai z. ¶ *Et Zares
uxorem*] Euripides Andromachâ, Πολλὰς ἂν εὕροις μηχα-
a G. νάς· γυνὴ γὰρ εἶ a. (*Multas invenire possis machinationes,
mulier cùm sis.*)
11. *Filiorúmque turbam,* רֹב] *Amplitudinem,* JT.
Non placet D. Ea est גְּדֻלָּה, infrà 10. 2. Πολυτεκνία
b Pi. apud orientales honori fuit habita b. *Qui quàm pluri-
mos liberos ediderit, huic Rex Persarum singulis annis mu-
c D. nera mittit,* ait Herod. lib. 1 c.
12. *Nullum—vocavit*] Heb. *non fecit venire*; i. e.
non jussit venire, sive, non petivit ut veniret. ¶ *Apud
quam,* &c.] Heb. *vocatus apud eam,* JT. vel, *ejus,* D. vel,
ab ea, Pi. Heb. *ei*; Dativus efficientis. Sic & Horat. l. 1.
epist. *Primâ dicta mihi,* [i. e. à me,] *summâ dicende Ca-
d Pi. mœnâ* d.
13. *Et cùm hæc omnia habeam,* וְכָל־זֶה] *Et to-
tum,* vel *omne, hoc,* Mo. Ch. Sy. JT. Pi. זֶה est masc.
sed hîc ponitur absolutè, seu neutraliter, & subaudi-
† Pi. tur דָּבָר *res*; q. d. tota hæc res †. ¶ *Nihil me ha-
f Di. bere puto*: Optimè sensum expressit f: אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי]
Non prodest mihi, JT. Pi. sic P. K. in Di. nihili facio, Mar.
Hæc non placent mihi, o'. q. d. Non sunt paria, similia,
g Di. æqualia, animo meo g. *Non satisfacit,* Sy. *non commodum
mihi est,* Ti. Heb. *non est æquale,* sive *æquabile, mihi,* Pi.
h Pi. Mo. ut suprà 3. 8 h. *Totum istud ego non curo,* M. Præ
omnibus probatur Chaldæus, qui vertit, *Totum hoc non
est pretium apud me,* i. e. nullius pretii mihi est. Puto
שֹׁוֶה idem esse quod עָרַךְ, unde Psal. 89. 7. *quis* יַעֲרֹךְ,
&c? Targ. habet מִשְׁתְּוֵי. Sicut ergò עָרַךְ primò sign.
assimilari, comparari; deinde, per comparationem cum
alio *æstimari, taxari,* unde הֶעֱרִיךְ *æstimare,* עֶרֶךְ *æsti-
matio, taxatio*: sic & שָׁוָה 1. sign. *in paritate &
æqualitate poni*; 2. *ità cum altero conferri, ut & æstima-
tio ejus fiat*; ut Prov. 3. 15. *non sunt conferenda cum ea,*
vel, *non sunt æstimanda ad eam.* Sic interpretor Esth.
c. 7. v. 4. אֵין הַצָּר שֹׁוֶה וגו׳, *Non est hostis æstimandus
ad damnum regis.* Nec aliter accipio Job. c. 33. ver. 27.
וְלֹא שָׁוָה לִי *& non fuit æstimatus mihi,* nempe יָשָׁר,
quod non sumo abstractè pro יֹשֶׁר, sed concretè pro
persona justa. Ità h. l. *non æstimantur mihi*; nam &
שְׁוָה apud Chaldæos & Rabbinos significat *dignum es-
se, valere* i. En quomodo exigua adversitas hominem i Di.
etiam in hoc mundo omnibus bonis & honoribus cu-
mulatissimum conturbat k! Rectè Bernard. lib. 1. de k Bon.
Consid. *O ambitio, ambientium crux, quomodo omnes tor-
quens omnibus places* l? Οὔτε ποδάγραν, &c. *Nec enim* l L.
*vel podagram sanat calceus, vel annulus reduviam, vel
diadema capitis dolorem*; Plut. tranq. *Non domus & fun-
dus, non æris acervus & auri, Ægroto domini deduxit
corpore febres; Non animo curas*—Horat. epist. 1. 2 m. m Ga.
¶ *Quamdiu videro Mardochæum*] Non sciebat Estheri
tam propinquum, & sciebat mortem non meritum.
Erat Aman talis qualem scriptor Oetæi Herculis ob
oculos ponit: *Colit hic reges, calcet ut omnes, Perdátque
aliquos, nullúmque levet. Tantùm ut noceat, cupit esse po-
tens.* Egregia & rara illa laus in Senecæ Consolatio-
ne ad Polybium; *Nemo potentiam ejus injuriâ sensit* n. n G.
¶ *Sedentem ante fores regias*] Non audet planè fa-
teri morbum suum, dicit enim, *quamdiu videro seden-
tem,* &c. & non, *donec videro adorantem me* o. Pudet o T. sim. Bon.
eum suæ superbiæ, & timoris p. p Bon.
14. *Jube parari,* יַעֲשׂוּ] *Præparent,* P. ministri sci-
licet q. *Faciant,* Pi. D. Impersonaliter r. *Paretur,* JT. q V. r Pi.
Pi. D. ¶ *Excelsam trabem,* &c.] Scil. erigendam
more columnæ †. Ut faciliùs undique videri posset, ad † E.
majorem ejus ignominiam, & terrorem cæterorum.
Erat autem crux infamior, quò altior. Itaque Christi
Domini crucem reliquis fuisse celsiorem, non est inanis
traditio t. Supplicium crucis deligit, 1. ut maximè t Me.
acerbum; 2. Persis familiare; 3. ignominiosum v. v Bon.

CAP. VI.

1. NOctem—*insomnem,* &c. נָדְדָה וגו׳] *Fugerat* (vel
recessit, Ch. sic Ar. *elongaverat,* Mo.) *somnus
regis,* D. sim. JT. Pi. vel, *à rege,* P. Deo nimirum ità
dispensante a. *Noctem insomnem duxit,* si non totam, a Ma. Me. ex o'. T. ex Jo.
saltem postremam ejus partem b. Post noctis medium b T.
vigilare cœpit c. ¶ *Historias,* אֶת־סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת c Bon.
וגו׳] *Librum monumentorum,* P. D. Ang. Heb. *memori-
arum,* V. D. *rerum memorabilium,* Pi. in quo memoriæ
rerum quotannis, vel etiam quotidie, gestarum conti-
nentur: vel ὑπομνημάτων d. *Commentariorum,* JT. vel, d D.
maximè memorabilium, propter הַ emphaticum *. * Mar.
¶ *Et annales priorum temporum*] Heb. *verborum die-
rum,* Mo. P. V. Per appositionem dictum †: *monumen-* † V. Pi.
torum, id est, annalium, V. vel, nempe *chronicorum,* Pi.
Diurna intelligo, ut suprà 2. 23. γράμματα μνημόσυνα τῶν
ἡμερῶν, (*scripta memorialia dierum,*) Græci hoc loco.
Mos autem erat Persarum, libris inscribere nomina eo-
rum qui Regi operam navâssent egregiam; ut testan-
tur Herod. Uraniâ, Xerxes in Thucyd. l. 1. Procopius
Goth. l. 2 f. ¶ *Quæ—legerentur*] Heb. *& lecta* f G.
fuerunt, Ma. D. &c. Ad fallendum tempus noctis g. g D. ità Pi.
Non adhibet uxores, concubinas, psaltrias, &c. quæ
abunde illi suppetebant: sed pro omni solatio suo hi-
storias poposcit, quæ & oblectationem suppeditarent,
& maximam ad res gerendas prudentiam h. Reges an- h T. sim. Ser.
nales debent evolvere i. i Mar.
3. *Quid—honoris,* &c?] Digna cura Regum mag-
nitudine, nullum insigne benefactum sine præmio re-
linquere. Turpe Regi, beneficiis vinci k. Reipublicæ k G.
salus

salus continetur bonorum præmiis, & improborum suppliciis[l]. ¶ *Nibil omnino*] Contrà, Apocryp. Est. 12. 5. data ei munera dicit[m]. [Sic conciliant Pontificii :] Leviora erant quæ ei donabantur, nec *merces* vocari poterant, nedum *præmium*, vel *honos*, de quibus solis Rex interrogabat[n]. Verisimile est, præmium initio fuisse decretum, sed (quia Judæus erat) operâ aulicorum (& inprimis Amanis[o]) dilatum primò, deinde oblivioni traditum[p].

4. *Aman interius atrium —intraverat,* לַחֲצַר—הַחִיצוֹנָה וגו׳] *In atrium exterius,* Ma. Mar. ο'. Chald. Sy. Ar. [Ità omnes. Quid ergò dicendum, ut Vulgato interpreti suus honor maneat?] Cur non censeamus Hebræa hîc corrupta[q]? [Vide horum hominum pervicaciam, quos *non persuaseris, etiamsi persuaseris*; quos nec expressa verba movent, nec summus interpretum, tum antiquorum tum recentiorum, consensus, quin sine ulla veri specie Hebraicum codicem corruptionis insimulent. Ità sanè paratum illis est in omni lite effugium: si quis enim Scripturæ locus eos urgeat, eodem jure quo hîc utuntur dici potest, eum locum esse corruptum; & penès illos semper erit victoria. Sed alii ex iis candidiùs agunt.] Litera Latina hîc corrupta est[r]. Atrium interius nemo ingrediebatur, nisi vocatus†. In atrio exteriore morabantur aulici[t]. Aman matutinus primúsque Regem adibat, antequam Rex aliis occuparetur[v]. ¶ *Ut suggereret regi*, &c. לֵאמֹר—לִתְלוֹת] *Ut diceret regi suspendendum esse*, JT. Pi. vel, *ad suspendere*, Ma. vel, *de suspendendo*, Pi. Ti. ut ל valeat *mei*, ut suprà 4. 8[x].

6. *Quid debet fieri?*] *Quid est ad faciendum?* Pi. Quid facere decet[y]? ¶ *Viro*] Heb. *in* (i. e. cum, vel de,) *viro*, Pi. ¶ *Reputans quòd*, &c. לְמִי יַחְפֹּץ וגו׳] *Cujus rex optat honorem?* P. simil. M. vel, *delectatur honore?* JT. Pi. Ego sum ille quem Rex honore vult afficere, quippe ei charissimus. Heb. *Cui delectabitur rex facere honorem abundantiùs* (Heb. יוֹתֵר, pro בְּיוֹתֵר, *cum abundantia*,) *præ me?* Pi. q. d. Nemini[z].

7. *Homo quem*, &c. אִישׁ אֲשֶׁר חָפֵץ בִּיקָרוֹ] *Viro, cujus rex delectatur honore*, JT. Pi. אִישׁ accipiunt pro לְאִישׁ, quod non est necesse. Turbavit non paucos hæc phrasis, quæ tamen Hebræis satis usitata est, ut אִישׁ nempe faciat nominat. absolutum[a]. Sic verto, *Quod attinet ad virum*, &c. Di. ex Genev. ità Mo. Ang. Pi. sim. P. M.

8. *Debet indui vestibus regiis*] Stolâ seu pallâ regiâ; hujus enim solius mentio fit, non tunicæ. Erat hæc vestis extima, quæ totum corpus tegebat, ad talos usque demissa. Eadem erat purpurea auro intertexta. Vide Justin. l. 12. & Curt. 3. 7[b]. *Indumentum regium*, JT. Pi. Heb. *regni*: quod est symbolum regni; & quo Rex induitur cùm vult ostendere Regiam suam majestatem[c]. ¶ *Et imponi super equum qui de sella regis est*, וְסוּס אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו הַמֶּלֶךְ] *Et equum* (sub. *adducant*, Pi.) *quo vehitur rex*, Pi. Ad verb. *quo equitavit rex super eo*, D. רָכַב sign. *vehi*, sive jumento, sive curru[d]. ¶ *Et accipere regium diadema*, &c. וַאֲשֶׁר נִתַּן כֶּתֶר מַלְכוּת בְּרֹאשׁוֹ] Difficultatem in his verbis finxerunt sibi interpretes, quia pertinaciter voluerunt de corona agi quæ capiti viri imponenda esset, cùm phrasis Hebræa cogat de corona intelligi quæ regii equi capiti imponi solet: sicut enim de equo dixit, אֲשֶׁר עָלָיו, *super quem vehitur rex*; ità de eodem dicit, וַאֲשֶׁר בְּרֹאשׁוֹ, *& in cujus capite ponitur corona regni*†. *In cujus equi capite impositum est* (i. e. imponi solet) *diadema*, Q. in V. nempe AE. inquit Di. Ità & Chald. qui sic habet; *& equum super quem vectus fuit rex quo die intravit in regnum, & in cujus capite data fuit corona regni*[p]. [Ità & Ca. qui sic vertit; *& equus in quo rex equitat, cujúsque capiti regia imponitur corona*.] Rectè hunc sensum approbat Vatablus; & rectè observat idem, non fieri postea mentionem *coronæ*, vers. seq. inter ea quæ proferenda putabat Haman, nempe vestimentum & equum, quia corona solùm ad descriptionem equi pertinuerat[q]. Apud Persas autem solebat equus deferre diadema regni[r]. [Al. sic; *Et equum super quo equitat rex, & diadema regium, quod impositum est capiti ejus*, P. Illud *ejus* incertum est num ad Regem, an verò ad equum, referatur. Utrumque enim Grammatica pa-

l Bon. m D. obser. 12. 16. n T. o T. p Os. sim. T. q Bon. r Caj. † Mar. t Pi. sic Mar. v La. x Pi. y D. z Ità V. a Di. b Ben. c Pi. d Pi. † Di. p Di. q Di. r Q. in V.

titur. Reliqui autem interpretes *coronam viro*, non *equo*, imponendum judicant, & sic vertunt;] *Imponatúrque* (vel, *& detur*, Chald.) *corona* (vel *diadema*, Mo.) *regni capiti ejus*, M. Ti. [Q. cum sequentibus nectunt, & sic vertunt;] *Cùm imposita fuerit cidaris* (*diadema*, JT.) *regia capiti ejus*, v. 9. *Tum tradant indumentum*, &c. Pi. אֲשֶׁר valet כַּאֲשֶׁר *posteaquam*, sicut Exod. 21. 8. Psal. 71. ver. 20. Pagn. vertit, *& detur*; quasi in Hebræo esset, *& oportet ut detur*: ità אֲשֶׁר valet *ut* conjunctionem causalem, ut valet passim. Verùm tum regit verb. temporis futuri, ut videre est Gen. 11. 7. Deut. c. 4. v. 10, 40. Deut. 32. 46. hîc autem אֲשֶׁר regit verb. temp. præt. nempe נִתַּן†. כֶּתֶר verto *cidarim*, non *diadema*: distincta hæc erant capitis ornamenta. Nam *cidarim* soli Reges & Reginæ gestabant; *diadema* verò gestabant cognati Regis[t], teste Xenoph. lib. 8. Cyrop. Porrò, *diadema* purpureum erat, Curt. lib. 6. *Cidaris* autem erat cærulea fascia albo distincta, Curt. lib. 3[v].

9. *Teneat equum ejus*, &c. וְנָתוֹן וגו׳] Ad verb. *Et dare*, &c. Ma. Infinit. pro fut[x]. *Tradant*, P. Pi. *consignent*, V. ¶ *Tyrannis*, הַפַּרְתְּמִים] *Qui reguli sunt*, JT. Non laudo, D. *Præcipuis*, Pi. *antesignanis*, P. *nobilissimis ducibus exercitûs*, V. Vox peregrina est, fortè Persica[y]. *Paratimis*. Vide quæ dixi suprà 1. 3[z]. ¶ *Clamet*, &c.] Vel, *proclamanto*, JT. Pi. sub. *præcones*, Pi. D. Oratio impersonalis. Confer Gen. 41. 43[a].

10. *Cave nè—prætermittas*, &c. אַל תַּפֵּל דָּבָר וגו׳] *Nè omittito quidquam*, JT. Pi. D. Heb. *Nè facito cadere*, id est, nè finito perire; nam ex casu res fragiles pereunt[b].

11. *Tulit—stolam & equum*] De *corona* nihil; fortè id nimium Regi visum. Verùm cap. 8. v. 15. *coronam* Mardochæus gestat[c]. Amanus nolens volens famuli vicem subit, &c. nec vel hiscere contrà audet. Mira erat Persarum erga Regem suum observantia[d]. ¶ *Atque clamabat*] i. e. Curavit ut ante eum proclamaretur: simile ut suprà, *fecit lignum*†.

12. *Reversus—ad januam*] Ad pristinum scilicet officium, &, ut videtur, ad pristinum etiam sacci vestitum, dum videret quo exitu fabula cœpta clauderetur[f]: iterum observans quo loco essent res Esther, nihil superbiens de dignitate quæ ipsi contigerat[g]. ¶ *Festinavit ire*, &c. נִדְחַף וגו׳] *Proripuit sese*, &c. P. JT. Pi. Ad verb. *impulit se*, &c. V. vel, *compulsus est*, &c. nempe pudore[h]. ¶ *Operto capite*] Signum lugentium[i]. Vide 2 Sam. c. 15. v. 30[k]. Sic & Persis, Curt. 4. 10. & 10. 5[l]. Demaratus, regno depositus, capite velato domum se contulit. Philippus scurra, cùm, Socrate præsente, risum movere frustrà sæpius tentâsset, capite obducto cœnam reliquit; Xenophon Sympos. Demosthenes sibilo exceptus capite operto domum abiit; Plut. in vita Demosth. Hinc & Christus faciem abscondit, præ dolore scilicet, Isa. 53. 3. Livel. Chronol. Pers[*].

13. *Sapientes*, &c.] Id est, quos jam vocaverat *amicos*[m], quorum operâ in sortibus jaciendis usus erat[n]. Sapientiores amicorum[o]. Non solùm Persarum Reges, sed etiam Principes, habebant consiliarios, qui Magi erant, & de futuris eventibus consulebantur[p]. ¶ *Si de semine Judæorum*, &c. אִם וגו׳] *Si*, &c. Ma. At *si* est dubitantis: illi autem non dubitârunt quin Mard. esset Judæus; id enim jam antea cognoverant ex Hamane suprà 5. 13[q]. *Etsi*, &c. D. *Quandoquidem*, &c. JT. Pi. Id אִם significat 2 Reg. c. 20. v. 19. Job. 14. 6. aliàs 5[r]. Dixerunt autem hoc amici Amani, vel, 1. Divino quodam instinctu, instar Sibyllarum & Caiaphæ†. Talem instinctum ruinæ imminentis prænuncium agnoscere nihil vetat. Vel, 2. à consulto Dæmone[v]. Vel, 3. humanâ sapientiâ, solertique conjecturâ[x]. Audierant illos Dei populum esse, Deúmque illis prospicere, sontes punire, &c[y]. Audierant fortè Judæos narrantes divinitus patrata prodigia in Ægypto, &c[z]. Adversarios illorum dejici, cùm res sub Cyro, &c. actæ ostendunt, tum insperata hæc istius hominis evectio[a]. Judæos plures viderant præfracto duróque ingenio, qui non quiescebant donec hostes suos pessumdedissent[b]. Ex fato populorum de singu-

† Pi. t Pi. ex D. v D. x V. Pi. y Pi. z D. a Pi. b Pi. c Mar. d Bon. † D. f L. g Os. h Pi. i D. Pi. k Pi. l Ma. * Ga. m V. n G. o Bon. p Mar. sim. Sex. q Pi. r Pi. † La. ex Scr. v Me. x La. y Mar. sim. Os. z Me. a Ma. ex Jun. b La.

singulorum fatis judicabant. Judæi gravissimè oppressi à Cyri temporibus contra spem omnem resurgere cœperant. De Amalecitis audierant oraculum esse, eos Judæorum manu perituros [c].

14. *Et citò eum*, &c.] Cunctabundum ob mala ista omina [d]. ¶ *Pergere compulerunt*] Modus hic loquendi significat, horam jam fuisse tardiorem, & optâsse Amanum, si fieri posset, abstinere convivio †.

c G. d G. † Me.

CAP. VII.

2. *Postquam vino incaluerat*] Quod amoribus suscitabulum est [f]. Heb. *in convivio vini*; i. e. inter pocula. Potissima enim pars convivii sita erat in vino [g]. [Vide dicta suprà ad 5. 6.] Darius erat vini bibax; quod etiam sepulchro ejus inscriptum est [h]. Sed nihil hîc aspergitur maculæ, cùm dicitur *ivisse ad bibendum*; tempus enim æstivum erat, viz. mensis tertius à Sole in ariete, &c [i]. ¶ *Etiamsi dimidiam*, &c.] Heb. *Usque ad dimidium*, &c. sub. *pete*, V. D. Verto, *Si usque ad*, &c. *petes, fiet*, Pi.

3. *Dona mihi animam meam*, &c.] i. e. Vitam. Sic & Sallustius, *Quem quisque locum pugnando vivus ceperat, eum amissâ animâ corpore tegebat* [k]. Liceat mihi & populo meo vivere; nè pereamus [l]. *Animam meam*, &c. Quid poterat dici ingeniosius? nam & ipsa Judæa erat [m]. ¶ *Pro qua rogo*, בִּשְׁאֵלָתִי] Ad. verb. *in petitione mea*, D. Ma. *ad postulatum*, JT. Malim, *pro postulato*, Pi. sim. D. ut ב hîc notet compensationem, ut pro merce datur pretium. Ità sumitur Gen. 29. 18. 1 Chron. 21. 22, 25. Esa. 55. 1, 2. Vel, *propter postulatum*. ¶ *Et populum meum*] Id est, vitam populi: nomen vitæ repetendum ἀπὸ κοινοῦ [n].

4. *Traditi enim sumus*] Hebr. *Venditi sumus*, &c. Ma. &c. Respicit ad pecuniam ab Hamane oblatam [o]. ¶ *Ut conteramur*, &c.] Heb. *ad perimendum, ad interficiendum, & ad perdendum*, Pi. sim. V. ¶ *Atque utinam*, &c. ità Ti. M. "וְאִלּוּ וגו] *Quòd si*, &c. Ca. P. JT. Pi. &c. Eleganter adhibitæ duæ illæ voces pro unica *si*. Vox אִלּוּ composita videtur ex אִם & לוּ, quarum utraque valet *si* [p]. ¶ *Venderemur*] Non dicit, *ad servitutem dediti*, sed *venditi*; sic enim lucrum accessisset Regi [q]. ¶ *Nunc autem hostis noster est, cujus crudelitas redundat in regem*] Eripiebat enim Regi & subditos plurimos, (& proventus amplos [r],) & uxorem suam †. Non poterat telo magis acuto ferire cor Regis, Reginæ suæ & opum appetentissimi [t]. ¶ כִּי אֵין הַצָּר שֹׁוֶה בְּנֵזֶק הַמֶּלֶךְ] Difficile satis hoc est [v]. [Variè reddunt.] *Quia non hostis contentus damno regis*; q. d. Non illi sufficit Regis thesauros expilâsse, majora meditatur [x]. *Quia hostis non daret damnum regi*; i. e. Etsi servi fieremus, &c. tamen Rex non privaretur meâ personâ [y]. *Cùm nihil hostis ipse proponat sibi, ad avertendum damnum regis*, JT. Heb. *cum damno regis*, Jun. *Verùm* (vel *quoniam*, M.) *hostis non supputat damnum regis*, Ti. sim. M. vel, *non est solicitus de damno*, &c. RS. in Di. *Quamvis hostis non posset compensare* (vel *sarcire, æquare*, V.) *damnum regis*; ità P. V. Gal. Ang. D. datâ scilicet pecuniâ [z]. Multa enim tributa Rex capiebat è Judæis [a]. Verterem, *Sed non est hostis æstimandus* (vel, *æquiparandus*, omni suâ dignitate & opibus,) *ad damnum regis*; vel, ut AE. habet, *non est dignus ut eveniat damnum regi*, [nempe, *illius causâ*:] Itaque in Regis gratiam apertè loquar, &c [b]. Aliis הַצָּר nomen est, & ponitur pro צָרָה *angustia* [c]. Ità sumitur Jud. 11. 9. aliàs 7. 1 Sam. 13. 6. & 28. 15. 2 Sam. 1. 26. Psal. 4. 2. Esa. 5. 30 [d]. & Psal. 119. 143 †. Verti posset, *Adversitas non æquiparatur cum damno regis*; q. d. Parùm esset Judæos omnes deleri, nisi etiam Rex damnum consequeretur, &c [f]. Sensus est, Angustia illa quæ eveniret nobis (nempe, si venderemur, &c.) nullius à nobis æstimaretur, quia Rex non existimaret se magnopere damno affectum: Sic ergò verterem, *Quia non esset angustia ea æstimanda pro damno regis*. Miror si id doctis non sapit [g]. [Al. sic;] *Quamvis nequaquam angustia hæc* (nempe servitutis

f G. g V. h La. i Caj. k D. l V. m G. n Pi. o D. p Pi. q D. r T. † Ità Me. sim. T. t T. v Di. x Mar. y Os. z V. a G. sim. V. Mar. Pi D. b Di. c Di. ex AE. sim. Pi. D. d Pi. † Di. f D. g Di.

nostræ) *æquaretur cum damno regis*. Eadem phrasis quæ Prov. 3. 15. לֹא יִשְׁווּ בָהּ, *non æquabuntur cum ea*, scil. sapientiâ. Τὸ כִּי verto, *quamvis*, ut Gen. c. 8. v. 21. Exod. 5. 11. & 13. 17. & 34. 9. Esa. 54. 6. & 63. 16. aliàs 64. 2 [h]. [Al. sic; *Tametsi indignum esset ab adversario regi detrimentum hoc afferri*, Ca.] Qui Regi proponit vel honestissima, rectè fecerit si etiam de utilitate aliquid addat [i].

5. *Respondénsque—ait*; ità Sy. M. P. Ti. simil. Ang. וַיֹּאמֶר—וַיֹּאמֶר] *Et dixit rex—& dixit*, Ma. Mar. q. d. semel & iterum dixit [k]. *Eloquutus dixit*, JT. sim. Gal. *Dixit—dixit, inquam*, &c. ו in posteriore וַיֹּאמֶר servit epanalepsi [l]. Geminatio vim præfert; q. d. Asseverantissimè dixit, cum magna vultûs verborúmque constantia [m]. ¶ *Quis est iste*, &c?] Heb. *Quis est iste? & ubi iste est*, &c? Verba geminata indicant animum Regis ex ira graviter commotum fuisse [n]. ¶ *Et cujus potentiæ, ut hæc audeat facere?* אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן] Quatuor modis hæc exponi possunt, pro diversa constructione [o]. *Cujus cor implevit ipsum ut faciat sic*; ità Ang. ità P. ait Di. [At P. versio habet, *cujus cor persuasit illi*, &c. Sic & V.] Ad verb. *cujus replevit eum cor ejus*, V. *quem extulit* (*inflavit*, Gal.) *cor suum*, &c. Sy. Alii, *quem implevit cor ejus*; ità Genev. in Di. Pi. Jun. Aliis אֲשֶׁר est conjunctio, *quòd impleverit eum cor ejus*; ità Schindl. sim. Mo. Alii, *qui implevit cor suum*, &c. M. Di. D. id est, qui seipsum tam audacem fecit ut hoc tentet. Eadem phrasis quæ Act. 5. 3. *quare—implevit cor tuum*, &c? vel, ut Syrus habet, *in corde tuo*, &c. Sic & Joan. 11. 19. Philip. 2. 1. 1 Thes. 2. 11. ubi significat *consolari*: adeò ut *replere in corde alicujus*, sit apud Syrum, animum ejus erigere, sive id fiat consolando, sive audaciam suggerendo; utrobique enim cor spiritibus repletur [p]. *Quem provexit eò audaciæ animus ipsius*, JT. Versio παραφραστική [q]. *Qui præsumere auderet in corde suo*, &c. Ang. *cujus cor consuluit ipsi*, Chald. in Di. *qui in animum induxit*, &c. Ca. D. *qui corde suo plenè statuerit hoc facere*, Ti. Obstupuit Rex ad tam audax facinus; nec crediderat illud in Reginam redundaturum [r].

6. *Pessimus iste est Haman*] Vide Estheræ constantiam, & animosum pectus, quæ nihil verita est Amanis gratiam, &c †.

7. *Surrexit*, &c] Pro, *surrexit & abiit*. Sic Prov. cap. 25. ver. 22. *capies carbones*, &c. pro, *capies & pones*, &c [t]. Id fecit, vel, 1. quasi nolens scelestum illud caput intueri [v]. Vel, 2. quasi nolens sententiam dare donec ira resederat [x]. Vel, 3. *Rex amici memor paulisper cunctatur, deliberandique gratiâ modicùm secessit*, ut de Severo dicitur [y]. Vel, 4. ut sanguinem effervescentem umbrâ & vento frigidiore paulùm restingueret & temperaret [z]. ¶ *Iratus*, בַּחֲמָתוֹ] *In furore*, vel *æstu, suo*, P. V. JT. Pi. id est, *dum esset æstus ei*. Sic Terent. Adelp. *In apparando consumunt diem*, id est, *dum apparant* [a]. Rex, naturâ suâ biliosus, vino æstuans, atrocitate facti exardescens, surgit, &c [b]. ¶ *In hortum*, &c.] Heb. *in hortum domûs*, sive *palatii*, Ma. JT. Pi. D. i. e. regiis ædibus contiguum [c]. Subaudiendum hîc verbum [d]: sub. *abiit* (vel, *ut iret*, V.) *in hortum*, &c. JT. Pi. ¶ *Surrexit*] Heb. *stetit*, Ma. *substitit*, JT. Pi. Sic, *terra in perpetuum stat*, i. e. manet, D. ¶ *Sibi paratum malum*, כִּי כָלְתָה אֵלָיו הָרָעָה] *Quòd completum* (vel *definitum*, JT. Pi. D. Heb. *consummatum*, id est, plenè decretum, ut 1 Sam. 20. 7.) *esset sibi* (vel, *contra se*, JT. vel, *de se*, Pi.) *malum*, P. i. e. supplicium, nempe capitis; q. d. malum illud quo Reges irati subditos afficiunt †. *Malum* vocat perniciem, miseriam, & afflictionem [f]. אֶל hîc verto, *de*; ut Gen. cap. 20. ver. 2. Nehem. 8. 14. al. 13. Job. 42. 7. Psal. 2. 7. & 69. 27 [g].

8. *Reperit Haman super lectulum*, &c.] Non nocturnum, ad somnum, sed convivalem [h]. Cœnabant ergò in lectulis, ut Græci & Romani [i]. ¶ "נֹפֵל וגו] *Ceciderat* (*corruerat, decubuerat*, V.) *super lectum*, &c. P. V. sim. JT. Pi. D. More supplicum ad pedes ejus jacebat [k]. Reginæ genua comprehendebat [l]. Solebant apud Græcos aliósque supplices ad genua accidere, & genua amplecti, ut testantur Plin. 11. 45. (*Hominis genibus*, inquit, *quædam est religio*, &c. *etenim* suppli-

h Pi. i G. k Mat. l Pi. m Ma. n V. o Di. p Di. q Pi. r Os. † Bon. t D. v Me. x Ità La. y D. z Bon. a Pi. b Bon. c D. d V. † Pi. f V. g Pi. h La. sim. Me. T. &c. i G. k V. l T. ex Athanasio.

supplicantes deorum hominumque genua amplectuntur, &c.) Alex. ab Alex. genial. 2. 19. Laertius 2. 8. Frequens illud in Homero, *γούνατα λαβεῖν, apprehendere genua.* Sic & Virgil. Æneid. 3. *Dixerat, & genua amplexus genibúsque volutans Hærebat*—— Ubi Servius scribit Physicos genua misericordiæ consecravisse [m]. ¶ *Etiam reginam vult opprimere,* &c? sic P. vel, *subigere?* Pi. simil. JT. D. *stuprare,* βιάζεσθαι [n]. לִכְבּוֹשׁ] Ad verb. *ad opprimendum,* sub. *venis?* i. e. Audes, sive conaris, vim inferre Reginæ [o]? Intellige de ereptione, non vitæ, sed pudoris; sic enim 2 Sam. 13. 12. Persæ maximè zelotypi sunt erga uxores, quas ab extraneis nec inspiciendas permittunt; Jo. Antiq. 11. 9. Vide & Plut. in Themist [p]. Dixit hoc Rex partim ex ira; partim ex zelotypia, quæ suspicax est mali & rivalium, etiam ubi reipsa nihil tale est, ut h. l [q]. Vide quàm sit lubricus in aula viventium status, ut suspiciones, sæpe etiam non veræ, ad eorum perniciem valeant. Aman tamen hoc malum à Deo erat meritus: etenim Reginam opprimere voluerat, quanquam alio sensu [r]. *Opprimere,* i. e. violenter cogere ut petitioni ejus annuat †. ¶ *Operuerunt faciem ejus*] Nempe, adstantes aulici caput obnupserunt [t]: quod fieri solitum iis quibus Rex iratum se ostenderet [v]. Vel, nè posthac videretur à Rege, & magis succenseret illi [x]: vel, tanquam is indignus esset qui Regem oculis aspiceret [y]: vel, ut rei mortis & penè condemnati [z]. Crucifigendis obnubebatur caput: hinc illud ferale carmen; *I, lictor, colliga manus, caput obnubito, infelici arbori suspendito* [a]. *Carnifex rapinarum sequester, & obductio capitum, & bonorum ubique mulctatio, versabatur;* ait Ammian. Marcel. Polyxenæ morti destinatæ caput peplis velabatur, teste Eurip. in Hecuba. Philotas Parmenonis filius læsæ majestatis reus capite velato coram Alexandro adducitur, Curt. 6. Festus, voce *nuptias,* parricidæ caput obnubi solitum asserit: Livel. Chronol. Pers [b].

9. *Harbona*] Hic in Græco Βουγαθὰν, in Josepho Σαβουχάδας unde apparet quantum in nominibus propriis variaverint codices [c]. ¶ *Unus de eunuchis,* &c.] *Ex aulicis,* JT. Pi. ¶ *En lignum,* &c.] Unde hoc noverat? Resp. Hic missus erat ad *Amanem* c. 5. v. 5. & tunc patibulum viderat, & *Mardochæo* paratum à domesticis intellexit, teste Josepho [d]. Sic dicit, videns Regem offensum, & *Amani,* ob fastum, infensus †; [& Reginæ gratiam captans.] ¶ *Appendite eum in eo*] Ex vetere verbo, Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη, (*Malum consilium consultori pessimum*) [f].

10. *Suspensus est,* &c.] Vel, 1. clavis cruci affixus fuit [g]. Crucifixionem in usu fuisse apud Persas plerique contendunt: (vide Brisson. lib. 2. Persic.) alii tamen pernegant [h]. Vel, 2. reste & laqueo suspensus ac præfocatus est è furca, seu ligno, more hodierno [i]. Nil in hac re certi [k].——*Nec lex est justior ulla, Quàm necis artifices arte perire suâ* [l]. Suspensus autem est, vel, 1. in propriis ædibus; unde tamen postea ejus cadaver translatum ad portas Susianas [m]. Vel, 2. ante portas urbis Susorum, ubi fixum erat patibulum, domo ejus ablatum, ut ab omnibus spectaretur [n].

[m] Bon. [n] D. [o] V. [p] Bon. [q] La. [r] G. † Os. [t] G. sim. V. D. [v] AE. in G. V. Pi. Me. T. [x] V. Me. La. [y] Pi. La. [z] La. ex L. [a] T. ex Gresf. La. [b] Ga. [c] G. [d] T. ex La. Pi. ex D. † La. [f] G. [g] Ità Gresf. in La. [h] Ma. [i] Ità Ma. Q. in La. [k] La. [l] T. [m] Ità Sal. in Bon. [n] Ser. & San. in Bon.

CAP. VIII.

1. *Dedit—reginæ domum Aman*] Non vacuam, sed omni instrumento omnibúsque Amanis facultatibus instructam, simúlque omnes opes, &c [a]. *Domus* pro universa familia & substantia accipitur, ut Exod. 1. & 2 Sam. 7 [b]. Jus erat Regum Persarum, ut & Hebræorum, elargiri confiscata. Nulli autem æquius erat hæc bona dari, quàm ei quæ per Hamanem in summum adducta periculum fuerat [c]. ¶ *Ingressus est ante faciem regis*] i.e. Admissus fuit in conspectum Regis; h. e. in familiam regiam: q. d. exaltatus fuit [d], inter Principes primarios. Vide suprà cap. 1. v. 14. Priùs in familiam, nunc admissus est ad intimam familiaritatem. Sic in Matth. 18. *Angeli vident faciem patris,* &c †. ¶ *Quòd esset patruus*] Ità AE. in D. Mirum in re tam perspicua hallucinari. Mard. & Esth. patrueles erant, h. e. ἀνεψιοί. Vide 2. 5 [f]. ¶ [מַה הוּא לוֹ] *Quid is sibi esset,* Pi. sic V. D. &c. i. e. quo cognationis gradu se attingeret [g]. Id in aula ignotum hactenus; quanquam aliquid scivisse videntur illi suprà 2. 21. fortè & ille 4. 5—13 [h].

[a] T. ex Os. & Jo. sim. D. E. Me. [b] E. [c] G. [d] V. † Mar.

2. *Tulit rex annulum*] Scil. signatorium [i]; quo Aman literas suas subsignaverat [m]. Sed hunc Aman statim reddiderat Regi, tanquam ipsi proprium: nisi fortè dicamus cum Saliano mansisse eum apud Amanem, tanquam sigilli regii conservatorem, sive Cancellarium. Sic Gen. 41. 42, &c. *Tulitque annulum,* &c. q. d. instituit eum regni Cancellarium. Alii annulum intelligunt, non sigillarem, sed alium, qualem Persarum Reges maximis & conjunctissimis Principibus dabant; quique summi amoris vinculum erat, teste Alex. ab Alex. 1. 26. & 2. 19 [n]. ¶ *Quem ab Aman recipi jusserat,* הֶעֱבִיר] *Receperat,* P. Pi. vel *abstulerat,* Pi. Ad verb. *transire fecerat,* V. Pi. nempe, per unum è ministris Regis [o]. ¶ *Super domum suam*] Summum fecit rei domesticæ suæ inspectorem [p]. Heb. *super domum Amanis.* Nè intelligas, super familiam, (sic enim præfectus esset familiæ Hamanis gubernandæ & protegendæ, sicut Deut. 17. 15.) sed, super bona & facultates ejus [q]: ut œconomus Reginæ esset in facultatibus Aman, quas Rex Estheræ donaverat [r]; cui, cum domo, tum supellectilem dedit, tum prædia †.

3. *Nec his contenta,* &c.] Heb. *Et addidit,* sub. *priori postulationi,* V. ¶ *Ut malitiam Aman*] Vel, *malum,* JT. Pi. quod machinatus est Aman [t]. ¶ *Et machinationes ejus*] Heb. & (vel *nempe,* Pi.) *cogitationem ejus,* D. JT. & pro *id est* [v]. Rem cogitatam, nempe, internecionem Judæorum [x].

5. *Et deprecatio mea,* &c.] Heb. & *rectum est verbum hoc;* i.e. si res recta videtur Regi. ¶ *Ut novis epistolis,* &c.] Heb. *scribatur,* nempe, ad gubernatores provinciarum [y]. ¶ *Corrigantur,* &c. לְהָשִׁיב] *Ad retractandum,* V. vel *revocandum,* V. ex P. JT. rescindendum, Pi. D. *ut reducant,* D. ¶ *Veteres Aman literæ*] Prudenter totam invidiam derivat in *Amanem,* nec *regis,* sed *Amanis,* literas vocat [z]; q. d. quas ipse inscio Rege subdolè scripserat. Cúmque jam Regi constaret Amanem fuisse proditorem, æquum erat ut acta ejus scriptáque proditoria irritarentur [a].

6. *Quomodo potero sustinere,* &c? כִּי אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי וגו'] *Nam quomodo potero & videbo,* &c? Mo. Ebr. phrasis, pro, *potero videre?* D. Ità vertunt P. sim. JT. Pi. &c. nempe, præ dolore [b]. Vel, *potero ferre & videre?* &c. M. Ti. Chald. Potero vivere, si videam calamitatem illam, &c [c]? ¶ *Interfectionem populi mei?* בְּאָבְדַן מוֹלַדְתִּי] *Perditionem* (vel *perniciem,* V. Heb. *in perditionem,* D.) *cognationis meæ?* P. D. JT. Pi. vel, *generis mei,* i. e. populi mei? vel, *quòd intereat cognatio mea?* aut, *cùm interierit?* ut redundet ב: aut, *interire eos,* appositivè *cognationem meam?* ut sit ב vice ב: aut ב refert *animas,* & sic erit infinitivus, & per Cames; alioqui nomen, & per Pathach [d].

8. *Scribite Judæis*] Vel, *pro Judæis,* D. JT. Pi. עַל valet *pro,* ut Jud. 9. 17 †. Literæ enim scriptæ sunt non tantùm ad Judæos, sed etiam ad satrapas, &c [f]. ¶ *Ut epistolis——regis——nemo auderet contradicere,* אֵין לְהָשִׁיב] *Non est ad revocandum;* i. e. non est tale ut quis revocare possit *. Q. sequuti Hebræos, ad primas illas Hamanis literas referunt [g]; q. d. Videte ut genti vestræ aliâ ratione quàm decreti revocatione consulatis; nam illud ex lege Persarum est irrevocabile, suprà 2. 1 [h]. Confer Dan. 6. 8, 12, 15 [i]. Hinc Diod. l. 14. cùm *Darius Charidemum* morti adjudicâsset, *statim pœnituit——sed quod regiâ auctoritate factum fuerat infectum reddere nefas erat* [k]. Verùm non erat illud [Hamanis] edictum factum eo more quo leges sacræ & immutabiles, qualis illa suprà 1. 19 [l]. Plerique hæc referunt ad secundas has literas pro Judæis scriptas [m]. Ità Pagn. qui vertit, *Scripturam enim quæ scribitur,* &c. *non licet revocare;* q. d. ergò neque ista scriptura quam jubeo vos ità scribere revocabilis erit. Sed ex v. 5. constat Regem his verbis recusare id quod fuerat petitum, nempe, ut edictum prius rescinderetur [n]. [Alii tamen, cum Vulgato, illam sententiam amplectuntur;] q. d. Poterant igitur priora Regis edicta

[f] D. [g] Pi. [h] G. [i] Pi. Os. [m] La. [n] Bon. [o] Pi. [p] G. [q] Pi. [r] Os. † Mar. [t] Pi. [v] D. [x] Pi. [y] Pi. [z] Bon. sim. La. [a] La. [b] Pi. [c] V. [d] V. † Pi. [f] D. * Pi. [g] Ma. [h] Ma. ferè ex Pi. D. [i] Pi. [k] BA. 1. 3. 3. 748. [l] G. ad v. 5. [m] Ma. [n] Pi.

edicta per posteriora corrigi [o]. Talibus literis omnes parebant, tanquam plenam voluntatis Regiæ pro eo tempore fidem facientibus. Sic Græci & Josephus [p].

9. *Siban*] *Sivan*, qui respondet *Maio* [q]; vel, ex parte *Maio*, ex parte *Junio* [r]. Sic duo menses fluxerant à scriptis ab Hamane literis †. Tam diu Deus suos in angustia & metu mortis reliquit, ut gloriosior esset liberatio [t]. Poterant literæ hæ citiùs mitti; non tamen opus fuit, quia plurimi menses restabant ad diem cædi destinatum, nempe 13. mensis 12. *Adar* [v].

10. *Et missæ per veredarios*, &c. [בְּיַד הָרָצִים בַּסּוּסִים] *In manu*, vel, *per manum, cursorum in equis*, vel *equestrium*, P. Mo. G. sim. M. *per cursores celeres*, JT. Pi. D. ¶ [רֹכְבֵי הָרֶכֶשׁ] *Equitantium dromedarium*, Mo. Elias in BA. vel, *veredarios*, M. Sy. sim. Ca. vel, *equos veloces*, Ti. sim. Chald. BA. vel, *mulos*, K. in BA. At sequuntur h. l. muli [x]. Vel, *camelos dromadas*, Q. in D. vel, *velocissima animalia*, P. Sed quodnam animal est *Reches* non constat [y]. Vel, *equos angarios*, ità JT. Pi. Rectè Syris enim *RICHSA* est *equus* in genere; (& sic centies usurpatur in Syr. Bib. paraph [z].) Non placet: Nam, 1. ab *equo* distinguitur hîc, & 1 Reg. 4. 28 [a]. Resp. Cùm ergò sic contradistinguantur, סוּסִים sunt *equi quivis*, רֶכֶשׁ *equi celeres* [b]. 2. רֶכֶשׁ jungitur currui, Mich. 1. 13. non sic equi angarorum [c]. [Plura de voce רֶכֶשׁ vide in collectaneis nostris ad 1 Reg. 4. 28. Alii locum aliter vertunt.] *In manu cursorum in equis* qui *vectabantur sumptu regio*, & *astandarum qui in mulis*. רֶכֶשׁ *sumptum de regiis facultatibus* interpretatur & R. Abraham. Desunt autem, ut sæpe, hîc in Hebræo illud *&*, item *qui*, addita à nobis ad sensum implendum †. רֶכֶשׁ verto, *opes regias*, id est, animalia pretiosa, sive magni pretii, vel velocissima *. ¶ [הָאֲחַשְׁתְּרָנִים בְּנֵי הָרַמָּכִים] *Mulos filios equarum*, Mo. P. Mar. Di. sim. M. BA. Tales ad equitandum filiis asinarum commodiores sunt †. *Mulos juvenes*, Ti. *mulos præstantissimos*, Ca. Apud Persas *mulus* dicitur in sing. אשתר, in plur. אשתרהא, vel אשתרן: hinc, additâ terminatione plur. Heb. & insertâ in principio gutturali ח, fit אֲחַשְׁתְּרָנִים [d]. Porrò, רַמָּךְ *equam* esse ex lingua Arabica liquidò constat, ubi אַלְפָרַס est *equus*, אַלְרַמָּךְ *equa* †. רַמָּךְ terminatione masc. est, tamen equam propriè sonat [f]. Al. sic; אֲחַשְׁתְּרָנִים sunt qui ἀσάνδαι voce Persicâ [g], quâ significantur οἱ γραμματοφόροι ἐκ διαδοχῆς, (*qui literas ferebant successione quadam*,) qui aliàs ἄγγαροι [h]. His duabus vocibus definiuntur *cursores angarii*, quales in Perside stativis locis erant dispositi, teste Herod. l. 8. Primùm enim *regii cursores* dicuntur, à functione, Persicè *Achashterani*, sive (ut Suidas vocat) *Astandæ*, pro *Achaschtandæ*, (Græcè enim hæc vox contractior exstat apud Plut. Hesych. Suid. Eustath [i].) quod sonat *regios fugientes*: deinde etiam *nati angaris*, id est, viris qui angariorum & parangariorum aut lati cursûs servitute tenebantur; quia ista servitus hæreditaria erat & in familiis perdurabat: de quibus vide lib. 10. Cod. & 5. Basil [k]. Vertunt ergò, *regios cursores, natos angariis*, JT. Pi. Sed multùm hallucinantur [l]. Addam conjecturam, quam tamen non probo: *AHAS* Persicè est *magnus*; *SETHAR*, *camelus*; junctim, *Astheranes*; i. e. cameli velocissimi [m]. At contrà, 1. Cameli, quò minores, eò velociores sunt; dromades enim sunt camelorum brevissimi. 2. *Filios equarum* palàm ad *mulos* pertinet, non ad *camelos*. Mihi videtur *AHASTERAN* alludere ad *ASTHAR*, quod Persis *mulum* sonat in Persic. vers. Gen. 36. 24. Sonat ergò *magnum mulum*, quales ab equabus eduntur [n]. [Al. locum sic reddunt; *camelos, & juvenes dromadas*, Ang. Al. *mulos & jumenta*, Gal.] Additur in nostro textu, *ut veteres literas novis nunciis prævenirent*: intellige, secundùm effectum, ut veteres literæ inefficaces redderentur; alioquin præcisè intelligendo id verum esse non potuit, quia eæ ad singulas provincias venerant suprà cap. 4 [o].

11. *Quibus imperavit*, &c.] [אֲשֶׁר נָתַן וגו'] *Concessisse regem*, &c. JT. Pi. Pendent hæc à verbo *scripsisset* initio v. 10 [p]. Vel, (sub. *scripsit, inquam, Mardochæus*, V.) quòd *daret*, &c. P. V. אֲשֶׁר ponitur pro כִּי, & valet *ut*; & *dare* sign. permittere, ut Psal. 16. 10 [q]. ¶ *Ut starent pro animabus*, &c.] H[s], pro, tuerentur vitam suam [r]. *Stare* hîc est quod Eurip. dixit, πρὸς ἀσπίδ' εἶναι, Ennius, *sub armis cernere*. Sic Psalm. 94. 16. *Quis stabit mihi*, &c? q. d. Quis pugnabit mecum, &c †? Jus naturæ munit auctoritate regiâ. Simile edictum Valentiniani 1. *Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit —— digno illico supplicio subjugetur, ac mortem, quam minabatur, accipiat*, &c. Et Arcadii exstat codice Justinianeo, titulo, *Quomodo liceat unicuique sine judice se vindicare, vel publicam devotionem* [t]. ¶ *Inimicos —— cum conjugibus ac liberis*, &c. *interficerent*, &c.] Qu. Quo jure poterant innocentes cum reis interficere? Resp. 1. Apud Persas, ob patris crimen liberi, uxores, &c. plectebantur; ut patet etiam ex Esther. 3. 13. & 9. 14. & Justin. l. 10. & Herod. l. 3. & Ammian. Marcel. l. 23. ubi —— *ob noxam*, inquit, *unius omnis propinquitas perit*. 2. Infantes jugulari poterant, nè, parentum injuriæ memores, vel in Regem vel in Judæos hostiliter agerent. 3. Intervenire poterat inspiratio Dei, cui plures causæ suppetunt etiam justos interficiendi cum impiis; quarum una est, ut in filiis parentes puniantur. Vide 1 Sam. 15. 3. 4. Non videntur à Judæis ulli innocentes interfecti: hinc semper ferè dicuntur *occisi viri*, c. 9. v. 6, 12, 15. Et cur non parcerent parvulis, qui parcebant substantiæ [v]?

12. *Una — dies*, &c.] Heb. *die uno*, P. Ma. &c. ídque *die uno*, &c. Pi. Sub. *ut starent pro anima*, &c. *die uno*. Versus hic pendet à principio præcedentis, *scripsit, quòd rex daret*, &c [x].

13. *Summáque epistolæ*, &c. [פַּתְשֶׁגֶן הַכְּתָב לְהִנָּתֵן דָּת וגו'] *Exemplum*, sive *exemplar*, (vel *edictum*, Chald. vel *summa*, Pi. V. M.) *scripturæ*, sive *scripti*, erat, P. Mo. Pi. Ti. M. *ut daretur* (vel *ferretur*, sive *promulgaretur*, V. Pi. *poneretur*, M. sim. Sy. *affigeretur*, Ti.) *lex*, &c. P. V. vel *decretum*, Mo. Chald. M. V. sive *edictum*, &c. Ti. ¶ *Notum fieret*, &c. [גָּלוּי וגו'] *Manifestum omnibus populis*, Mo. sim. P. [Referunt ad *edictum*, sive *legem*, &c.] *publicatum*, &c. Chald. *vulgaretúrque*, &c. Ti. sim. M. vel, poneretur, inquam, *lex manifesta*, &c. Tig. not. *quod pateret*, &c. Pi. [JT. totum sic reddunt; *Exemplo istius scripturæ, ad constituendum jus*, &c. *patente*, &c.]

14. *Veredarii celeres*, &c.] Heb. *celeres & festinantes in verbo regis*, i. e. ad Regis præceptum [y]. ¶ *Pependit*] Heb. *data est*, proposita est [z].

15. *Coronam auream*, &c.] More Persico radiatam, i. e. radios instar Mithræ, seu Solis, (quem Persæ ut deum colebant) vibrantem [a]. ¶ *Et amictus serico pallio*, &c. [וְתַכְרִיךְ בּוּץ וגו'] *Et amictu* (vel *pallio*, Ti.) *byssino*, &c. P. [sim. omnes.] Vox תַּכְרִיךְ nullibi aliàs legitur [b]. ¶ *Civitas exsultavit*; ità Mo. Pi. Sy. P. sim. M. [צָהֲלָה] *Jubilavit*, Chald. Ti. Ad verb. *hinnivit*: Metaphora ab equis, vel tauris, qui præ lætitia seu lascivia hinniunt, aut mugiunt; indè transfertur ad homines, qui claram ac lætam vocem emittunt [c]. Porrò, *civitas*, vel *cives*, *Susæ*, hîc intelligendi sunt, vel, 1. soli (saltem præcipuè) Judæi, ut declaratur vers. seq. Reliqui enim contristati sunt, quia sentiebant imminere sibi à Judæis periculum; quod etiam iis evenit c. 9. 6 [d]. Vel, 2. etiam alieni religione & genere de illa rerum mutatione gaudebant, & sibi gratulabantur: aut quia malè erant in Amanum affecti; aut quia non malè in Judæos animati *; aut quia, gaudente Principe, tota collætetur familia [f]; [aut quia vulgus solet novitatis esse studiosum, omnémque mutationem sibi auspicatam fore facilè pollicetur.]

16. *Lux*, &c.] Heb. *lux*, *&* (vel, *id est*, P.) *lætitia*, JT. Pi. *Lux* sæpe lætitiam denotat: Job. 3. 20. *dedit afflicto lucem* [g]. ¶ *Et tripudium*, [וִיקָר] *Ac gloria*, sive *honor*, D. JT. Pi. &c.

17. *Festus dies*] *Hilaria*, JT. Pi. Heb. *bonus dies*, D. Ma. &c. Sic vocant tria solennia festa Legis, quæ *Regalim* dicuntur [h]. ¶ *Eorum religioni — jungerentur*, [מִתְיַהֲדִים] *Judaizantes*, Mo. sic Ca. *Judæi* (vel *proselyti*, Ch.) *fiebant*, P. JT. In Judæorum cœtum se recipiebant; sive revera, sive simulatione, facerent [i]. *Simulabant se Judæos*, Ti. *consentiebant Judæis*, M. Cœperant vel affinitatem cum Judæis contrahere, vel

ab

Margin notes (left column): o Os. — p G. — q Ma. Me. Mar. — r Pi. Bon. — † L. — t Os. — v Bon. — x D. misc. 2. 73. — y D. ib. — z BA. 1. 2. 6. 100. — a D. — b Di. — c D. — † G. — * V. — † Mar. — d Di. — † Di. sim. BA. ib. 101. quem vide; D. ex K. & AE. — f BA. ib. — g G. ex Jun. — h G. — i G. — k Jun. — l Di. — m D. — n BA. 2. 21. 236. — o E. — p Pi. — q Pi.

Margin notes (right column): r V. D. — † D. — t G. — v Bon. — x V. — y Mar. — z D. — a La. ex San. — b Ma. — c Ma. — d Pi. — * San. — f Bon. — g D. — h Ma. ex Hc. — i Jun.

ab illorum partibus stare, vel addicere se eorum Religioni; Tig. not. *Ad Judaismum se adjungebant*, Sy. *profitebantur se Judæos*, Pi. Ità fecerunt, vel, 1. quòd viderent mirabilem hanc Judæorum salutem sine speciali Dei providentia accidere non potuisse: vel, 2. ob Hesteris & Mardochæi sanctitatem cum tanta auctoritate & gloria conjunctam [k]: vel, 3. quòd sanctitatem Legis Mosaicæ ex Hebræis cognoscerent [l]: vel, 4. ut sibi securitatem hoc modo pararent, metuentes & libertatem edicto datam, & potentiam Mardochæi, quod sequentia verba innuunt, & infrà 9. 2, 3, 4 [m].

[k] La. [l] Me. [m] G.

CAP. IX.

1. *Quando—interfectio parabatur*, &c.] בּוֹ אֲשֶׁר הִגִּיעַ דְּבַר הַמֶּלֶךְ וְדָתוֹ לְהֵעָשׂוֹת] *In eo* (sub. *die*, Mar.) *quo attigit* (vel *pervenit*, Ch. P.) *verbum regis, & lex*, vel *decretum, ejus, ut fieret*, P. Mar. sim. Mo. vel, *ad exsequendum*, Ch. *quo propè erat ut verbum*, &c. *fieret*, JT. Pi. scil. de interimendis Judæis [a]. *Cùm jam appeteret tempus ut verbum*, &c. *perficeretur*, Ti. sim. M. ¶ *Versâ vice Judæi superiores esse cœperunt*, &c. וְנַהֲפוֹךְ הוּא אֲשֶׁר יִשְׁלְטוּ וגו׳] *Et conversa est res*; (vel, *oppositum fuit*, Mo. P. *hoc*, Mo. *factum est contrarium*, M. & *conversum est ipsum*, Mar. vel, *quamvis versum est in contrarium*, Ang.) *ut dominarentur Judæi hostibus suis*, Sy. M. Ang. *quia exercebant imperium*, &c. Mo. P. [Nonnulli hæc verba parenthesi includunt; ità P. Ang. Alii cum verbis præcedentibus jungunt, totúmque sic reddunt;] *Quo die sperabant inimici Judæorum se dominaturos in eos: ac potiùs, è converso, quo dominaturi erant Judæi ipsi in osores suos*, Pi. ex JT.

2. *Ut extenderent manum*, &c.] i. e. Ad hostiliter aggrediendum, &c [b].

3. *Et duces*, וְהָאֲחַשְׁדַּרְפְּנִים] *Et satrapæ*, P. V. Principes magni, qui jugiter manent apud Regem, & ejus faciem vident [c]. Ab אחש Chald. *magnus*, & דר *manere*, & פנים *facies* [d]. [De hac voce vide suprà 3. 12.] Temporum erant homines, ut sunt ejus generis plerique [*]. ¶ *Omnisque dignitas*, &c. וְעֹשֵׂי הַמְּלָאכָה אֲשֶׁר לַמֶּלֶךְ] *Et facientes opus quod erat regis*, P. Mo. *curatores operum*, &c. JT. Pi. vel *negotiorum*, &c. V. Ti. Quæstores & thesaurarii [f]: *scribæ*, &c. o'. *procuratores*, &c. Sy. V. ¶ *Extollebant Judæos*; ità P. Mo. JT. מְנַשְּׂאִים] *Honorabant*, o'. Sy. M. Ti. *munerabant*, Q. in Ma.

4. *Quem principem esse*, &c.] Hebr. *magnum esse in domo regis*; quippe summum inspectorem domûs Reginæ, quæ non modica dignitas, præsertim sub Rege satis uxorio [†]. ¶ *Fama*, &c.] Heb. *auditio ejus*, Pi. D. Meton. adjuncti [g]. Sic Jer. 6. 24. & 49. 23. & Matt. 14. 1 [h]. ¶ *Crescebat*, הוֹלֵךְ] *Ibat*, P. Sic Virgil. Æn. 4.—*it fama per urbes* [i]. *Volitabat, discurrebat*, V. ¶ *Per cunctorum ora volitabat*] Nihil enim citiùs cognoscitur, quàm quis in aula plurimùm valeat. Ad id arrectæ sunt omnium aures [*]. ¶ הוֹלֵךְ וְגָדוֹל] *Pergebat magnus esse*, JT. Pi. Heb. *ibat & magnus* fiebat, Pi. V. Infinit. pro præt [k]. Sic Gen. 8. 5. *ibant & deficiebant*, i.e. magis deficiebant; & Prov. 4. 8. *it & lucescit*, pro, magis lucescit [l].

5. *Percusserunt—inimicos*, &c. וַיַּכּוּ בְכָל וגו׳] *Et percusserunt omnes inimicos*, &c. JT. Pi. M. &c. Constructio τοῦ הִכָּה cum præpos. ב rara est; reperitur tamen Numer. 22. 6. 1 Sam. 18. 11. 2 Reg. 3. 24 [m]. ¶ *Plagâ magnâ*, &c. מַכַּת חֶרֶב וְהֶרֶג וְאַבְדָן] *Plagâ gladii, & occisionis*, (*cædis*, Sy.) *& perditionis*, Mo. P. *Stringentes* in eos *gladium, occidentes & perdentes*, M. *Ictu gladii*, edentes *cædem & perditionem*, Ti. *Percussione gladii, & cæde, & perditione*, JT. Pi. ¶ *Reddentes eis*, &c. וַיַּעֲשׂוּ וגו׳] *Feceruntque in osoribus suis*, Pi. sim. P. vel, *contra osores suos*, JT. vel, *cum hostibus*, M. Ti. sim. Pi. ità ut ב notet objectum. Porrò, τὸ ב initio versûs trajectum videtur, & pro, בְּכָל־אֹיְבֵיהֶם מַכַּת legendum, כָּל־אֹיְבֵיהֶם בְּמַכַּת [n].

6. *In Susan*, &c. וּבְשׁוּשַׁן הַבִּירָה] Hinc patet הַבִּירָה subjectum nomini שׁוּשַׁן non significare *palatium*: nec enim probabile est lanienam istam fuisse peractam in palatio; vel, ibi degisse 500 viros, qui occisi dicuntur; vel, ibi decem Hamanis filios, præsertim post suspensum patrem, degisse [o]. ¶ *Ut interficerent*, &c.] Heb. ad verb. *Et interfecerunt & perdere*, Ma. D. Pi. vel, *perdendo*, Mo. *perdiderunt*, Ch. M. P. &c. Nota enallage [p]. [Nempe, infinit. pro indic.]

[a] Mar. [b] Pi. [c] He. in V. [d] V. [*] G. [f] Plerique in Ma. sim. Mar. [†] G. [g] Pi. [h] D. [i] Pi. [*] G. [k] V. [l] D. [m] Pi. [n] Pi.

10. *Prædas—tangere noluerunt*] Licèt id Rex concesserat suprà 8. 11 [q]. Id fecerunt, 1. nè viderentur avaritiâ potiùs duci, quàm justitiæ zelo [r], & studio defendendi sui, quod necessitas postularet [*]. Simile est Gen. 14. 22 [t]. 2. Ut per hæc Regi gratificarentur, cujus fisco illa bona cedebant [v]. Antiquitus sententia illa apud Hebræos obtinebat, Si quis Israelitam aut bona ejus prodere voluisset Gentibus, aut si quis totam Judæorum universitatem magnâ affecisset contumeliâ, nihil mali facturum Israelitam si ei perniciem procuraret, bonis tamen ejus relictis hæredi. Porrò, habebant hi [nempe filii Amanis] sua bona præter paterna, de quibus suprà 8. 1 [x].

12. *Qui dixit*, &c.] Heb. *Rex dixit reginæ*, Ma. &c. Sunt verba gratulantis [y]. ¶ *Quantam putas*, &c?] Heb. *In reliquis provinciis regis* (i. e. meis, V.) *quid fecerint?* JT. Pi. *quid* (sub. *putas*, M. Ti.) *fecerunt?* M. Ti. Ma. q.d. Certè multò plures ibi interfecerunt. Abunde itaque satisfeci petitioni tuæ. Plus tamen offero, &c [z].

13. *Sicut fecerunt hodie*, כְּדָת הַיּוֹם] *Secundùm jus*, vel *edictum, hodiernum*, JT. Pi. D. Heb. *hodie*; elegans dictio: sic, *Ægyptus hodie*, pro *hodierna*; *via longè*, i. e. *longinqua* [a]. i. e. Secundùm edictum quod ad hodiernum diem propriè pertinet [b]. ¶ *Filii Aman suspendantur*] Non ad dolorem, (nam cum reliquis interfecti erant, suprà v. 10 [c].) sed ad infamiam [d], & malorum terrorem [*]; ad exsecrationem & exemplum [f]. Corpora eorum mortua ponantur ostentui, more Hebræo [g]. Idem mos Persis. *Orœtes Polycratem, postquam modo indigno ipsum occiderat, patibulo imposuit*; Herod. l. 3. n. 125. Sic *pellis Bagatis detracta fuit à Parysatide, & deinde ab eadem in patibulum sublatus fuit*; Ctesias in Persicis num. 58 [h].

16. *Pro animabus suis steterunt*, &c. נִקְהֲלוּ וְעָמוֹד עַל נַפְשָׁם וְנוֹחַ מֵאֹיְבֵיהֶם וְהָרוֹג בְּשֹׂנְאֵיהֶם וגו׳] Ad verb. *Congregati sunt, & stare super anima sua, & quiescere ab inimicis suis, & occidere in inimicis suis*, Mo. vel, *Steteruntque pro anima sua, & quieverunt* (i.e. licuit illis quiescere, V.) *ab inimicis suis: interfecerunt autem de hostibus*, P. *Congregati steterunt*, &c. &, *ut tranquilli essent ab hostibus suis, interfecerunt ex hostibus*, &c. Ti. simil. M. *Congregârunt se, ut resistentes pro vita sua quiescerent*, &c. *& interfecerunt*, &c. JT. vel, *ut starent*, &c. *& quietem obtinerent*, &c. *& interfecerunt ex osoribus*, &c. id est, partem osorum. Id præpos. ב crebrò significat; ut Exod. c. 14. v. 28. Levit. 22. 4. Nehem. 5. 16, 18. Job. 39. 20. Psal. 80. 6. Pro וְעָמוֹד puto legendum לַעֲמוֹד [i]. Infinit. Heb. [hîc ponuntur] pro præteritis [k]. Qu. Annon peccârunt Judæi suas injurias ulciscendo, & occidendo hostes, inque iis innocentes? Resp. 1. De affectu Judæorum non laboro; nam quod opus probavit Deus, ipsi inordinato affectu exsequi poterant. 2. Principis auctoritas gladium iis porrexit, ut in sceleratorum capita sævirent. Obj. At quî poterat Rex illis hoc permittere, ut innocentes punirent, &c? Resp. 1. Mos Persarum erat, ob unius culpam totam familiam occidere; [ut antè notatum.] 2. Octo menses erant inter conscriptionem & exsecutionem edicti; in iis jussit Mardoch. observari, quid Amanis studiosi admisissent capitali pœnâ dignum. 3. Hoc modo extingui videbantur seditionum stirpes, extinctis Amanis fautoribus [l]. [4. Ex lege talionis erat, ut quam Judæis mortem machinarentur, eandem paterentur ipsi. Quinetiam hoc pacto cautum est securitati Judæorum in posterum, & hostibus ipsorum talia audendi animus ademptus est.] 5. Amanis filii jure occisi erant, tanquam *Amalecitæ*, ex lege Exod. cap. 17. vers. 12. Deut. c. 25. v. 17, &c [m].

17. *Dies autem*, &c.] Heb. *Die decimo tertio*, &c. JT. Pi. &c. sub. *hoc fecerunt*, M. sim. Ti. vel, *interfectio fuit*, Mar. Dependet à præcedenti versu, *interfecerunt, inquam*, 13. *die*, V. sic D. JT. Pi. [Ideò verba ultima v. 16. *sed ad prædam*, &c. parenthesi includunt JT. Pi.] Vel, à verbo

[o] Pi. [p] D. [q] G. [r] Me. sim. T. E. La. G. &c. [*] D. sim. G. [t] G. [v] E. [x] G. [y] Ma. ex Jun. [z] Pi. [a] D. [b] Pi. [c] Ma. sic San. [d] San. sim. Me. [*] Me. [f] Ma. [g] D. [h] Ma. [i] Pi. [k] V. [l] Be. [m] Ma. v. 10.

à verbo *congregati sunt*, in eodem versu [n]. ¶ *Quem constituerunt esse solennem*, &c. [וְנוֹחַ־בּוֹ וְעָשֹׂה אֹתוֹ וגו׳] *Et quiescere in eo, & facere eum diem convivii*, Mo. *Et quieverunt——fecerúntque*, &c. P. Infinit. pro præt. V. *Quieverunt verò—celebrantes*, &c. M. Ti. JT. vel, *& fecerunt illum* diem *diem convivii*, Pi. Non loquitur hîc de omnibus Judæis, sed de iis qui per provincias [dispersi erant,] & cædem fecerunt 13. tantùm die; at in Susan etiam 14. die [o]. Illi die 14. à metu & periculo & labore cædis quieverunt; Susis verò, ubi cædes triduana erat, die 15 [p].

19. *In oppidis non muratis*, &c.] Heb. *in urbibus pagorum*, Ma. id est, *in pagis urbium*, Glass. JT. Vide suprà ad Neh. 10. 34 [q]. ¶ *Ità ut exsultent in eo*, &c.] Verto, *celebrârunt diem*, &c. *lætitiâ, & missu portionum*, &c. JT. vel, *faciebant diem* 14. &c. *diem lætitiæ*, &c. *& missionis portionum*, Pi. sim. P. מָנוֹת hîc sunt quæ Græci ἀποφόρητα, Latini *missilia*, sive *res missiles*, appellant. Eas partes veteri ritu mittebant sibi mutuò; interdum etiam apponebant convivis, quas vel domum poterant auferre, vel mittere quò volebant [r].

21. *Ut quartam decimam*, &c.] Dies 14. erat *festum sortium minus*; dies 15. *festum sortium majus* *.

22. *Quia in ipsis diebus*, &c. [כַּיָּמִים אֲשֶׁר נָחוּ בָהֶם] *Secundùm dies* (*dies illos*, P. *tempus dierum*, Ch. numerum dierum, V. vel, *instar dierum*, Sy. *In his enim diebus*, ό. *Hos, inquam, dies*, M. Ti. *Pro ratione dierum*, JT. Pi.) *quibus quieverunt*, Mo. i. e. quietem sibi paraverant [t]. ¶ *Esséntque dies*, &c.] Vertunt, *celebrando eos dies convivii*, JT. Subobscurè; mallem sic, *faciendo illos* dies *dies convivii*, &c. Pi. ¶ *Et mitterent sibi*, &c.] Heb. *& missionis quisque*, vel *cujusque, proximo suo*: verbale nomen [*missio*] eundem casum retinet, [cum verbo *mittere*:] qualis illa constructio, *secundùm eversionem Sodomam & Gomorrham*, i. e. Sodomæ; & illa Græcorum, ἡ ὑπηρεσία τῷ Θεῷ, quia ὑπηρετεῖν sic construitur [u].

23. *Susceperúntque Judæi*, &c. ità ό. Ch. Sy. Ti. sim. P. JT. Pi. &c. [וְקִבֵּל הַיְּהוּדִים] Ad verb. *Et suscepit Jehudæi*, Mo. Enallage numeri; ut, *bestiæ clamat, puellæ incedit* [x]. *Acceptavit quisque Judæorum*, M. Vide & infrà 31. Neque enim prohibitum erat populo Judaico præter dies festos in Lege institutos alios instituere in beneficiorum à Deo acceptorum memoriam. Sic & jejunia quædam post Legem instituta, 2 Reg. 25. 3, 8. Jer. 41. Zach. 7. 3, 5. & 8. 19. Mardochæus & Esther hac in re auctoritate præiverunt, non imperio [y]. Novâ hujus festi institutione non est peccatum in legem illam (quâ præceptum erat ut mandatis Dei nihil vel adderetur, vel demeretur,) quia hoc festum non est institutum ut per se esset cultus Dei, sed tantùm ut esset memoriale liberationis, &c [z].

25. *Ingressa est Esther*, &c. [וּבְבֹאָהּ וגו׳] Et, vel *sed, cùm illa venisset*, &c. sub. *Esthera*, D. Ma. Glass. Nihil certius [a]. Relativum pro antecedente [b]; à quo quàm remotissimum est. Similia vide Gen. 10. 12 [c].

26. *Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ*, &c. [עַל כֵּן עַל כָּל־דִּבְרֵי וגו׳] *Idcirco propter omnia verba epistolæ hujus, & id quod viderunt super hoc, & id quod pervenit ad eos*, P. sub. *rumore*, V. i. e. Propter omnia quæ in ea epistola gesta narrantur, præter id quod Judæi viderunt cùm hæc gererentur [d]. *Propterea* etiam, nempe, *propter omnia verba*, &c. *& propter id quod viderant*, &c. Pi. sim. Ang. [Referunt hæc ad versum sequentem, tanquam causam cur Judæi *receperint in se*, &c. ut seq. vers. 27. Alii ad præcedentem hujus versûs partem, tanquam rationem cur dies istos Purim vocarent. Sic ergò totum reddunt;] *Propterea vocantes dies istos Purim*, &c. *nempe, propter omnia verba*, &c. *&* propter *id quod viderant hujus rei*, (vel, *in hoc negotio*, M. Pi.) *&* propter *id quod pervenit ad ipsos*, JT. sim. M. Ti.

27. *Susceperunt*, &c. [קִיְּמוּ וְקִבְּלֻ וגו׳] *Instituerunt*, (vel *stabilierunt*, Mar.) *& receperunt in se*, &c. JT. Pi. Ang. ¶ *Et super cunctos*, &c. [וְעַל הַנִּלְוִים עֲלֵיהֶם] *Et super adjunctos illis*, P. i. e. qui se adjuncturi erant, V. sic JT. Pi. De Proselytis loquitur *. עַל valet *ad* [f]. ¶ *Ut nulli liceat*, &c. [וְלֹא יַעֲבוֹר] *Neque præteribit*, P. V. *ità ut non periret*, Pi. sim. JT. i. e. statuto irrevocabili [g]. *Transire* intelligitur quod aut revocatur aut intermittitur [h]. ¶ *Quos scriptura testatur*, [כִּכְתָבָם] *Secundùm scripturam eorum*, P. V. i. e. Et lecturos linguâ Hebraicâ illam epistolam [i]. *Secundùm præscriptum* (vel, *rescriptum*, JT.) *eorum*: i. e. sicut illi dies fuerunt præscripti à Mardochæo [k]. Ut de scripto stipulati sunt [l]. ¶ *Et certa expetunt tempora*, [וְכִזְמַנָּם] *Et secundùm condictum tempus eorum*, JT. Pi. D. Ma. &c. i. e. idque suo tempore [m].

28. *Isti sunt dies*, &c. [וְהַיָּמִים הָאֵלֶּה נִזְכָּרִים וְנַעֲשִׂים וגו׳] *Et dies isti memorati & facti*, &c. Mo. i. e. memorabuntur & celebrabuntur, &c [n]. Vel, *erunt memorabiles & solennes*, P. vel, *memoriales sunt celebrésque*, Ti. vel, *jam memorati celebrantur*, M. *Et dies isti adjudicati sunt, ut essent eis in memoriale, & ut facerent in eis convivium*, &c. Ch. *Et dies hos*, vel *istos*, Sy. JT. Pi. *memoratum iri actúmque*, Sy. vel, *memoratos & celebres fore*, JT. vel, *memoriâ retentum & celebratum iri*, Pi. Ang. Heb. *Et quòd dies isti* futuri sint *memorati & facti*. [Referunt hæc ad illud, *instituebant*, &c. initio vers. 27.] ¶ *Nec est ulla civitas*, &c. [וְזִכְרָם לֹא יָסוּף מִזַּרְעָם] *Et memoria eorum non interibit* (vel, *desinet*, P. *recedet*, Ti. *abolebitur*, Ch.) *à semine eorum*, Mo. &c. *non deficiet à generationibus eorum*, ό. Heb. *Et quòd memoria eorum non sit finem habitura*, &c. Pi. sim. JT. At valde credibile est, quod Scaliger annotat, jejunium hoc jam olim observari desiisse post institutam solennitatem ob partam de Nicanore victoriam, quæ incidit in 13. Adar. Sanè diei lugubri & jejunio non convenit festivitas *.

29. *Scripserúntque*, &c. [וַתִּכְתֹּב אֶת־כָּל־תֹּקֶף] *Et scripsit Esther*, &c. *omni fortitudine*, Mo. P. (i. e. quanto fieri potuit studio & contentione [o]. Non placet illa versio; nusquam enim, quod sciam, τὸ אֵת valet *cum*, nempe quando *cum* denotat modum agendi [p].) Vel, *summâ diligentiâ*, Ti. vel, *omni quâ potuerunt efficaciâ*, M. vel, *omnem sanctionem*, Sy. vel, *omnem ratihabitionem*, JT. Pi. Vulgò dicunt, ratificationem; i. e. quicquid pertinebat ad persuadendum Judæis ratihabitionem epistolæ Mardochæi, cujus facta mentio suprà v. 20, 21, 22 [q]. Vel, *quæcunque fecerunt*, ό. vel, *omne volumen illud*, &c. Ch. [quasi תֹּקֶף deductum esset ab הִקִּיף *circuivit, circumvolvit*, &c.] ¶ *Secundam*, &c. [לְקַיֵּם אֵת אִגֶּרֶת הַפֻּרִים הַזֹּאת הַשֵּׁנִית] *Ad firmandum epistolam Purim hanc secundò*, Mo. sim. Ch. P. Non placet; tunc enim abesset τὸ ה à שֵׁנִית, ut 2 Sam. 14. 29, vel 30. Zach. 4. 12 [r]. *Ut roborarent* (vel, *ratam haberent*, Ti.) *hanc secundam epistolam Purim*, M. *Ad stabiliendum epistolam* dierum *Purim istam alterâ epistolâ*, JT. vel, *alterâ hâc epistolâ*, Pi. Hi dies primò confirmati erant à Mardochæo, suprà v. 20. postea, quòd neglecti & intermissi erant, ut videtur, (quod & Hebræi scribunt *,) necesse fuerat iterum confirmari: quod factum auctoritate Reginæ [t].

30. *Et miserunt ad omnes Judæos*, &c. *ut haberent pacem, & susciperent veritatem*, [דִּבְרֵי שָׁלוֹם וֶאֱמֶת] *Verbis* (vel, *verba*, M. vel, *verborum*, La.) *pacis & veritatis*, P. V. i. e. plenis humanitatis & veritatis. Pendet à versu 29 †. *Verbis prosperitatis & firmitatis* præmissis, JT. *verbis amicis & sinceris*, Pi. *Pax* pro amicitia, ut Ps. 41. 10. Jer. 20. 10. & 38. 22. Obad. 7. *Veritas* autem pro sinceritate, per synecd. gen. ut Psal. 145. 18. Joh. 7. 18. & epist. Joh. 2. 1. & 3. 1 [v]. *Verba pacis*, i. e. pacem; ut, *verba fraudum*, fraudes; *verba jejuniorum*, jejunia [x]. Sensus est, q. d. precantes eis pacem, i. e. prosperitatem; & exhortantes eos ad veritatem, i. e. fidelitatem & constantiam in servandis promissis de festo hoc celebrando [y]. Monuit eos per literas, ut vel constantiæ causâ eos dies celebres agerent, quod in se, &c. recepissent [z].

31. *Observantes*, &c. [לְקַיֵּם וגו׳] *Ut instituerent*, &c. Pi. sim. JT. *confirmarent*, P. *approbarent*, V. ¶ *Jejunia*, &c. [דִּבְרֵי הַצּוֹמוֹת וְזַעֲקָתָם] *Verba jejuniorum & clamoris eorum*, &c. Mo. V. D. *jejunia & clamorem*, &c. P. D. Sic, *verba fraudum* in Psalmis, i. e. fraudes; & *res voluptatum*, Plauto, i. e. voluptates; & Græcis, χρῆμα τῶν νυκτῶν, pro ipsis noctibus [a]. Aliquid hîc subaudiendum, nempe, *se observaturos jejunia*, &c [b]. Al.

Marginal notes (left column): n D. — o Mar. — p Me. — q Glass. gram. — r D. — * D. — t V. — u D. — x D. — y G. — z Os. — a D. — b Glass. — c Ma. — d V. — * V. D. — f Pi.

Marginal notes (right column): g V. — h D. — i V. — k Pi. — l Mar. — m V. — n V. — * D. ad v. 26. — o D. — p Pi. — q Pi. — r Pi. — * V. — t D. — † V. — v Pi. — x D. — y La. — z D. — a D. — b V.

documenta jejuniorum & clamoris; JT. [Per appositionem ponunt cum voce *dies* initio versûs.] *Memoriam jejuniorum & clamoris sui*, Pi. Vel, *jejunia & clamorem*, i. e. jejunia cum clamore conjuncta; ἓν διὰ δυό [c]. Fortè intelligit jejunia quorum mentio fit Zach. 7. 3, 5 [d]. Vel, de Estheræ jejunio loquitur*. Al. *ad jejunia & preces*, Ti. sim. V. vel, & *clamores precum*, M. Hinc colligo hanc fuisse festivitatis observationem, ut diem unum jejunarent & ejularent, in memoriam periculi & anxietatis in qua fuerant; & altero die festum summa cum lætitia celebrarent [f]. Ità promiserunt Judæi quòd omnia, sive ad voluptatem præclara, sive ad lacrymas acerba, quotannis renovarent, &c [g]. Solebant Judæi pridie festorum jejunare [h].

32. *Et omnia*, &c. ומאמר אסתר וגו׳] *Et scriptum* (vel, *ità edictum*, Pi. JT.) *Esther*, Ma. ¶ ונכתב בספר] *Et id scriptum*, vel *perscriptum*, *est in libro*, Pi. JT. G. &c. Id est, vel, 1. res in Acta publica relata est [i]: vel, 2. in Annales Judæorum [k]; nè festi celebrationem obliviscerentur, vel negligerent [l]: vel, 3. in hoc libro, scil. Estheris, scripta est [m]: vel, 4. in singulari libro, qui injuriâ temporum periit [n].

[c] Pi. [d] Pi. ex D. * Q. in D. [f] Os. [g] San. [h] La. [i] G. [k] Ma. ex V. Os. [l] O. [m] Q. in Ma. [n] Ma.

CAP. X.

2. *Cujus fortitudo*, &c. וכל־מעשה תקפו] *Et omnia facta* (*omne opus*, P. Ma.) *fortitudinis* (*auctoritatis*, JT.) *ejus*, Pi. P. Id תוקף sign. Dan. 11. 17. & תקף sign. *robustum esse*, Eccles. 6. 10 [o].

3. *Secundus à rege*] Vel, *ad regem*; ut idem sit *Lammelech* & *Hammelech*, sicut *Psalmus* τοῦ Δαβὶδ & τῷ Δαβὶδ P. ¶ *Et acceptabilis*, &c. ורצוי וגו׳] *Et acceptus*, &c. JT. Pi. Ma. &c. ¶ *Loquens ea quæ ad pacem*, &c.] Heb. *pacem omni semini ejus*, nempe populi; h. e. comiter alloquens eos, &c [q]. *Loquens*, scil. apud Regem Assuerum, *pacem*, id est, prosperitatem, genti suæ [r].

[o] Pi. [p] D. [q] D. [r] Pi.

Laus uni Deo per Christum.

FINIS TOMI PRIMI.




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm